ANVTII FOESII LIBROS
DE MORBIS VVLGARIBVS,
PRÆFATA

LIBROS istos de Morbis vulgaribus non omnes ad Hippocratem magnum Heraclidæ filium referri indubitata est apud omnes confessio, eiusque rei rumor iamdudum raucus factus est. Sed primum & tertium germanos esse minimeque adulteratos magni istius parentis fœtus, omnes clamant & passim Galeni scripta testantur. Eos nanque ex his omnibus solos consilio quodam & prudentia ad euulgandum cõscriptos multis in locis scribit, reliquos ex parentis aduersariis & pugillaribus velut ex infœlici Asclepiadarum naufragio seruatos, à Thessalo filio in censum & cognationem esse reductos. Ex quo sanè συγγραμμάτων & ὑπομνημάτων nomina extiterunt, vt qui libri à parente polituram & formationem habuissent, ij de hæreditatis successione & familiæ nomine, velut ingenui pueri, secundum se à Galeno sententiam acciperent. Ea ingenuitatis nota fuit σύγγραμμα, quæ primo & tertio priuilegio quodam quòd ad æternam rerum memoriã soli essent conditi, & in eum ordinem digesti, irrogata est, vt iam ex hac possessione non possint vi hominibus armatis deiici. Reliqui velut eiectitij & spurij iudicij calamitatem subeunt, nulloque erciscundæ familiæ iure tenentur, & quod ex reconditis quibusdam diariis & memoriæ subsidiis nullo ordine conditis collecti sint, tumultuarij quidam commentarij aut ὑπομνήματα dicuntur. Ac vt fit in familiis, vt ad indignos etiam nomen pertineat, sic in hac morborum vulgarium cognatione, gentilitatis nomen omnes retinent, pro merito tamen erga parentem amore, beneuolentiam hi maiorem, illi minorem experti sunt. Secundus nanque, quartus & sextus, etsi non omninò hæreditatis causam obtinent, quia tamen soli fertilitatem & culturam redolent, à Thessalo magni Hippocratis filio ad nomen adscripti sunt. Adeoque parum absuit quin propter impietatis inustam notam, quartum abdicationis condemnarit Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. Quinti & septimi omnino misera est conditio, etsi non eadem fortuna. Quintus à Dracone iunioris Hippocratis filio in Asclepiadarum senatum allectus est, & à Galeno non pœnitenda æstimatione perfusus, dum eum ad dierum iudicatoriorum autoritatem confirmandam testem citat lib. 2. de dieb. decret. Septimus omni & causa & sententia apud idoneos rerum æstimatores cecidit, ac ne eius quidem rationem haberi licere est iudicatum. At verò vt me ad pensum munúsque meum reuocem, primus & tertius Morborum vulgarium liber, studio & exquisita cura in id vt ederentur conscripti videntur, támque perfecto acuminis genere limati, vt nullam artis accurationem desiderent. Nam & splendidam quandam minimèque vmbratoriam vterque communem tractationis rationem continent, eaque styli coniunctione inter se consentiunt, vt ex vno eodemque perenni Medicinæ fonte manare videantur. Crebra est in his Hippocraticæ frugalitatis copia magna artis comprehensio, dictionis grauitas summa, sententiarum ingens pondus, cognitionis ratio tanta, quanta & ad scientiæ rationem & ad artis speculationem animo informandam, homini expedito & non indiligenti satis esse possit. Ad quam si morborum actionem aut particularem ægrorum attrectationem adiunxeris, miro quodam modo in se conspirantem Medicinæ operam feceris, vt non aliunde Medico dignitatem aut officium assignare debeas. Ægrorum inspectio ipsaque medicatio tam insignes hic habet notas, vt nulla nos exempla ad artem in manus deducendam magis mouere debeant, quàm quæ istic mira quadam varietate & copia inseruntur. Quæ etsi sua breuitate plurima in artis operibus præcurrere videntur, tam insignem tamen habent præceptionum complexionem, casuum enumerationem, iudicij firmitatem, signorum denotationem, vt si ea ad vniuersales notiones velut ad Polycleti canonem dirigas, ista coniunctione vberiores in re Medica fructus decerpere non queas. Adeò vt à * Galeno rectè scribatur istos Epidemion libros, vniuersalium artis præceptionum & theorematum quæ genuinis Hippocratis libris comprehenduntur, esse velut exempla quædã, atque in actiones huiuscemodi deduci. Atque hoc sibi solum proposuerit Hippocrates in his libris (vt scribit † Galenus) ἐξετάσαι τὰ καθόλου διδαχθέντα διὰ τῶν κατὰ μέρος φαινομένων ἐφ' ἑκάστης ἀρρωστίας. Temporũ verò vicissitudines, syderũ conuersiones, tempestatum circunscriptiones tam enixè proponunt, vt eam ob causam penè soli Morborum vulgarium famam sibi vendicent, idque ad scriptore Galeno, qui & ea de re, & ambitiosa ista quam quærimus origine sententiam dicit in proœmio lib 6. epid. his verbis: τὸ τῆς ἑρμηνείας εἶδος ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ πάμπολυ διαλλάττει τοῦ κατὰ τὸ πρῶτον καὶ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν, ἃ σχεδὸν ἅπαντες ἡγοῦνται γεγράφθαι πρὸς ἔκδοσιν ὑφ' Ἱπποκράτους μόνα. τῶν δὲ ἄλλων πέντε τὸ μὲν πέμπτον ὄντε καὶ ἕβδομον ἐναργῶς εἶναι νόθα, τὸ δὲ ἕκτον τοῦτο, καὶ πρὸ αὐτοῦ τὸ δεύτερον, ἐξ ὧν αὐτὸς Ἱπποκράτης ἑαυτῷ παρεσκευάσατο, φασὶν ὑπὸ Θεσσαλοῦ τοῦ υἱέος αὐτοῦ συντεθεῖναι. καί τινες μὲν ἡγοῦνται καὶ αὐτόν τι παραγράψαι τὸν Θεσσαλόν, τινὲς δὲ ἄλλους τῶν μετ' αὐτὸν ἐν μὲν τῷ πρώτῳ καὶ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν κατασκευάσαι τινὰς γραφὰς τοῦ προσέχοντος, ἐφ' αἷς τὰ ἐπιδημήσαντα δηλοῦνται. ταύτῃ γὰρ ἐπ' αὐτῶν αὐτὸς φαίνεται τῇ λέξει χρώμενος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἐπίγραμμα τοῖς βιβλίοις τοῦτο ἐποιήσατο, τῶν ἐπιδημίων νοσημάτων διδασκαλίας αὐτοῖς γινομένης, οὐ τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐπιδημίαν, ἃς ἐποιεῖτο κατὰ τὰς πόλεις. Hi ergo duo cũ & origine & styli cognatione inter se cõiuncti sint atque tractationis serie, in eandem certè dignationis causam coniiciendi sunt, eamque cæteris laudem præripiunt, quòd nulla aut ferè pauca adulterinæ notæ interserta habent, sed ingenuitatem suam quibusuis interdictis defensam, sartam tectam tuentur & custodiunt. Cuius cùm post parentis & Galeni mortem orbæ, quasi tutores relicti simus, domi teneamus eam liberali sedulam custodia, & hos ignotos atque impudentes procos repudiemus, tueamurque vt adultam virginem castè & ab amatorum impetu quantum possumus prohibeamus. Quod certè præstabimus si Galeni rescriptis assignatam hæreditatem iustis vindiciis confirmauerimus. Istos igitur vt in publica nominis causa semper magni facit Galenus, ita certè ad obtinendam hæreditatem solos esse genuinos censet. Nec verò vlla in re eorum gratiam effundit narratio rerum simplex & nuda, omni ornatu orationis tanquam veste detracta, sed sanè quo magis recti sunt & venusti, eo certè propius Hippocratis parsimoniam redolent. Nam & pressam Hippocratis copiam æqualiter fusam per totam orationem adhibent, tantaque rerum varietate atque verborum proprietate distinctam, vt sint quasi in ornatu disposita quædam insignia & lumina. Ac inepti forte simus qui velimus ista calamistris inurere, in quibus solutam quandam diligentiam aut non ingratam negligentiam inesse voluit Medicorum iste Homerus, vt ista specie suauitatem quandam austeram & solidam, non dulcem

* Com. 3. in Prorrh. † Com. 1. in Prorrh.

atque decoctam obduceret. Hunc coloris habitum & quasi succum ex his Galeni verbis requiras necesse est, quibus apertam istam & simplicem ægrorum expositionem, venustate quadam non fuco illita, sed sanguine diffusa, colorat. Scribit enim * παρέγκειται μὲν οὖν τινὰ κἀν τῷ δευτέρῳ καὶ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ὥσπερ καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἐπὶ τῆς τελευτῆς. ἀλλὰ τ' ἄλλα πάντα καὶ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ ἕκτον Ἱπποκράτους ἐστὶ, οὐκ ὀλίγα μὲν ἐν ὑπομνήμασιν εὑρεθέντα, τινὰ δὲ καὶ τοῦ συνάγοντος αὐτὰ προσθέντος. ἦν δὲ οὗτος ὁ τῶν Ἱπποκράτους υἱέων εὐδοκιμώτατος ὄνομα Θεσσαλὸς, ἀκριβῶς ἀκολουθήσας τῇ γνώμῃ τοῦ πατρός. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ καὶ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἢ οὐδὲν ἢ βραχέα παντελῶς ὑποπτεύσειεν ἄν τις ἐγγεγράφθαι. καθόλου δ' ἐν τοῖς βιβλίοις τούτοις θεωρήματα παντάπασιν ὀλίγα γέγραπται, διηγήσεως οὔσης ἐν αὐτοῖς ψιλῆς τῶν συμβάντων, ἤτοι κοινῇ πολλοῖς ἐν καταστάσεσιν ἐπιδήμοις, ἢ καθ' ἕκαστον ἰδίᾳ, *Neque verò de ista tota egregia commendatione desperandum est, quod artis præcepta non æquè luculentè aut alia forte ratione quàm in Aphorismis, Prædictionibus, aliisque id genus ad cognitionem comparatis libris, comprehensa habent. Hos nanque libros ante illos editos esse constat, quòd ad vniuersalium præceptorũ intelligentias in animi notione reponendas, materiam tanquam viam sternerent. Quod testatur his verbis Galenus lib. 1. de dieb. decret.* δέδεικται δ' ἡμῖν ἤδη μὲν καὶ δι' ἑτέρων, ἀλλὰ καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον ἔσται δῆλον ἐκ τῶν ἐφεξῆς εἰρησομένων, ὡς πρότερον αὐτῷ τὰ τῶν ἐπιδημιῶν γέγραπται βιβλία βασανίζοντι διὰ τῆς πείρας ἔτι τὰ θεωρήματα, καὶ μὴ τολμῶντι καθόλου ποιεῖν ἀποφάσεσιν ἐπ' αὐτῶν χρῆσθαι. *Rursusque lib. 2.* δέδεικται γὰρ ἡμῖν πολλάκις ὡς πρότερον γέγραπται τῶν ἐπιδημιῶν βιβλία, τοῦ τε προγνωστικοῦ καὶ τῶν ἀφορισμῶν, ὅτι δύναμιν ὑπομνημάτων ἔχει. *Quare non mirum est si non æquè diligentem habent accurationem, quòd isti eius facultatis quæ ex arte comparatur adumbrationem tantummodo contineant ex aliis doctrinæ cõsummatio & perfectio velut ex promptissimo penu haurienda sit.* οὐ γὰρ θεραπευτικὴν αὐτῷ προὔκειτο ταύτην γράψαι πραγματείαν, ἀλλὰ προγνωστικὴν, *vt scribit Galenus Com. 3. in lib. 3. epid. Neque verò vulgaris est istorum gloriatio, quod ex omni librorum de Morbis vulgaribus familia, soli in publicum venire & elegantis conuentus auribus digni sunt habiti, vt non aliam ob causam se doctis venditare aut possint aut debeant. Nec alia sanè ratione apud Galenum cæteris præstant, quàm quòd optima vsi fortuna, à parente nutricationem acceperunt. Sic enim de his scribit Com. 3. in lib.* περὶ ἄρθρ. μόνον τὸ τρίτον καὶ πρῶτον ἐπιδημιῶν ὡς πρὸς ἔκδοσιν πρὸς Ἱπποκράτους γέγραπται *Et mea quidẽ sententia longè exactiùs istud differit libris* περὶ δυσπνοίας. *vbi eorũ omniũ natales tàm aptè promit, vt nusquam clarius eluceant, atque ad totum negotium conficiendum vix sit vllus alius locus aptior. Quem vt rem ipsam expediam adscribendum puto.* † ἐπεὶ δ' ἑπτὰ μέν ἐστιν ἅπαντα τὰ τῶν ἐπιδημιῶν βιβλία, τούτων δὲ τὸ μὲν ἕβδομον σαφῶς νόθον εἶναι πᾶσι δοκεῖ, καὶ νεώτερον διεσκευασμένον. τὸ δὲ πέμπτον οὐ τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους τοῦ Ἡρακλείδου υἱέος, ἀλλὰ τοῦ νεωτέρου τοῦ Δράκοντος. τὸ δὲ δεύτερον, καὶ τὸ τέταρτον, καὶ τὸ ἕκτον, ἐστὶ μὲν οἷς τοῦ Ἱπποκράτους υἱέος, ἐστὶ δ' οἷς καὶ αὐτοῦ Ἱπποκράτους ἔδοξεν, οὐ μὴν συγγράμματά γε, οὐδ' ὥστε διαδοθῆναι τοῖς Ἕλλησι μέλλοντα ἀλλ' ὑπομνήματα εἶναι. τισὶ δὲ οἵπερ καὶ ἀκριβέστερά μοι δοκοῦσι καταμαθεῖν τῶν βιβλίων τὴν δύναμιν, ὑπὸ μὲν τοῦ Θεσσαλοῦ γεγράφθαι δοκεῖ τὰ ε. δύο δ' εἶναι τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους, καὶ ἐπιγεγράφθαι γέ που διὰ τοῦτο, τὰ ἐκ τοῦ μικροῦ πινακιδίου, δηλονότι τοῦ Θεσσαλοῦ πάντα ὁσάπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ γεγραφὼς ἔτυχεν ἀθροίσαι σπουδάσαντος ἐς ταυτὸν ὡς μηδὲν ἀπόλλοιτο. μόνα δὲ καὶ λοιπὰ τῶν ζ' τούτων βιβλίων, Ἱπποκράτους εἶναι τοῦ μεγάλου, σχεδὸν ἅπασιν ὁμολογεῖται, τό τε πρῶτον καὶ τὸ τρίτον. *Idem quoque lib. 3.* ὥσπερ δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὸ τρίτον οὐ μόνον ὑφ' Ἱπποκράτους συγκεῖσθαι δοκεῖ τοῖς ἄριστα περὶ τούτων ἐγνωκόσιν ἀλλὰ καὶ τῇ τῆς θεωρίας οἰκειότητι συνῆφθαι πρὸς ἄλληλα. τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον ἔχειν καὶ τὰ κατὰ τὸ δεύτερον, καὶ τὸ δ', καὶ τὸ ἕκτον. ὡμολόγηται γὰρ οὖν ἤδη καὶ ταῦτα συνθεῖναι Θεσσαλὸν τὸν Ἱπποκράτους υἱὸν, τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐν διφθέραις τισὶν ἢ δέλτοις εὑρόντα ὑπομνήματα, προσθέντα δέ τινα καὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγα. τό γε μὴν πέμπτον τε καὶ ἕβδομον τῶν ἐπιδημιῶν οὐκ αὐτῆς μοι δοκεῖ τῆς Ἱπποκράτους γνώμης οἰκείας ἀξιῶσαι. κατ' ἐμὴν δὲ γνώμην οὐδὲ τὸ τέταρτον, εἰ καί τισιν ἔδοξε καὶ τοῦθ' ὑπὸ Θεσσαλοῦ συντεθεῖναι. *Rursus Com. 3. in lib. 6. epid.* τὰ γὰρ ἐν διφθέραις ἢ χάρταις, ἢ δέλτοις ὑφ' Ἱπποκράτει γεγραμμένα, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεσσαλὸν ἀθροίσαντα φασὶ ταυτὶ τὰ δύο βιβλία συνθεῖναι, τό τε δεύτερον καὶ τὸ ἕκτον, ἔνιοι δὲ καὶ τὸ τέταρτόν φασι. πρὸς ἔκδοσιν δ' ὁμολογεῖται γεγονέναι τὸ πρῶτόν τε καὶ τρίτον. *Quibus ex omnibus satis explicata est horum librorum omnium origo, vt mihi ad agnatos & gentiles deducti videantur, etsi priuatas cuique suas corollas dimittimus. Inscriptionis ratio tam aperta est vt vel ex primi & tertij libri doctrinæ genere satis pateat. Nam & illic vulgatas morborum conditiones tam luculentè explicat, vt vel inde solidam nominis gloriam sibi quæsiuisse videantur. Etsi non infæliciter quibusdam ex Hippocratis peregrinationibus nomen deportasse persuaderi potest, quibus peragratis vrbibus multiplicem operam commodans, ea quæ ad artis comprehensionem faciebant, ex vario rerum vsu & incomparabili cognitione, in vniuersales notiones atque speculationes componebat, vt tandem ista præceptionum coagmentatione, doctrinæ genus absolutissimum conformaret. Quæ certè nominis origo Galeno tanto viro indigna visa non est, cùm in proœmio libr. 6. epid. ad eam sensim delabatur, vt sextum cæterósque Morborum vulgarium libros in nominis causam trahat. Eoque pertinet tam sæpè & ad tædium vsque,* τῶν ἐπιδημιῶν *indicatura in Galeni monimentis inculcata, vt ea sæpiùs incidat quàm quæ* τῶν ἐπιδημίων *præscriptionem habet. Sic quoque Com. 1. in Prorrh.* τὰς ἐπιδημίας *vocat. De nominis notatione, morborum istorum origine, causa, distributione, cùm multa à Galeno dicta sint, istaque in versando Hippocrate sæpiùs occurrant, aptus ad dicendum nunc locus non videtur. Atque hactenus firmata est prima ad hos libros nostra aggressio. Restat (Lector candide) vt quia ad causam satis videmur comparati, de me ipso pauca dicam. Ac primùm me ad Hippocratem ipsum Medicinæ vnicum parentem ita animum deflexisse, vt in eum quantulamcunque ingenij facultatem, omnem certè studiorum nostrorum rationem conuerterem. In quo elaborando etsi operis difficultas sæpiùs me retardauit, nunquam tamen fregit, disiecit, debilitauit, quod animi tui candorem & iudicij assensionem mihi expectandam esse proponerem, vt gradus & quasi dicendi progressus cognosceres, & in lubricum tanquam in viam ingressum tua æquanimitate subleuares. Quò certè æquior est nostra postulatio, quòd & communem omnium causam attingit, & par est prima & ardua conantem votis quàm longissimè prosequi. Hippocratis doctrina diu multumque longis ante retroactis sæculis vsque ad Galeni ætatem altissimis tenebris obruta iacuit, eamque ob rem effusis animis omnique beneuolentia tam liberalis viri largitatem complecti decet, quòd istius laboribus & exquisita doctrina effectum sit, vt tanquam ad vitam ingressi, tum primum ad aspiciendam lucem erecti videamur. Hippocrates natura admirabilis est, genere toto grauis, artis complexione insignis, clarus, præceptionum comprehensione infinitus, verborum ornatu grandis, interdum pressus, concisus, sententiis creber & sapiens, compressione rerum breuis & ob eam ipsam causam obscurus. Nec sunt ista singulorum articulorum tantum, sed in toto etiam spectantur corpore. Quam in rem intuenti minùs certè mirum videri debet, quòd cùm nec vlla ætate vberior Medicorum fœtus fuerit, huic tamen amatores desint. Galeni profluentem copiam & redundantem vbertatem quantum possunt vestigiis in spatio omnes persequuntur. Hippocratis acumen, subtilitatem, obscuritatem velut pressas angustias deuitant & suspiciunt*

* Com. 2. in lib. 3. epid.

† Lib. 2. περὶ δυσπν.

magis

magis quàm intelligentia comprehendant. Sed vt pugiles inexercitati etiamsi pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen sæpè ferre nequeunt: sic multi cum omni iam laude hac Medicæ rei exercitatione probè defuncti, labores etiam magnos excepissent, istius breuiloquentiæ seueritatem quasi solem non tulerunt. Ac verò vt huius concisis sententiis interdum etiam non satis apertis cùm breuitate tum nimio acumine, sua explanatione & quasi exaggerata altiùs oratione plurimùm attulit luminis Galenus: sic Galeni luminibus in isto interpretationis genere nulla posteriorum ætas obstruxit; sed effusam illius copiam velut otio diffluens potiùs complexa est quàm vlla sedulitate imitata. Et sanè Hippocratis disciplina ad quoduis artis Medicæ genus tam probè comparata est, vt quæ ad eam quam in Medico requirimus facultatem assequendam instrumenta sunt necessaria, inde tanquam ex locupletissimo promptuario in communem vsum transfundi facilè queant. Mihi quidem sic persuadeo, huius Medicinæ parentis doctrinam ita verbis & sententiis esse instructam, vt quemadmodum qui vtuntur armis aut palæstra, non solum sibi vitandi aut feriendi rationem esse habendam putant, sed etiam vt cum venustate moueantur: sic eum verbis quidem simplicibus consuetudine tamen illustribus, ad aptam compositionem & condecentiam, sententiis verò ad grauitatem esse vsum, vt ij qui in armorum tractatione versantur. Cùm igitur ex limpidissimis & perennibus istis Græcorum fontibus hauriendam esse Medicinam existimarem, eamq́ cognitionem ingenuo & liberali homine, acriq́ & diligenti iudicio dignam ducerem, omnes meas rationes ad Hippocratem contuli, vt & artem ab ipsis incunabulis puram & sanctam caperemus, & quàm proximè fieri posset nos ad eam maiorum ætatem transferremus, quam nec barbaries vlla domestica infuscauerat, & cui rectè sentiendi beneq́ loquendi famam, non præiudicata aliqua ex triuio, sed longa sæculorum æternitate rectæq́ mentis assensione confirmata autoritas confecerat. Quo in cursu nos non leuiter commouit quorundam importunitas, qui ecquodnam curriculum aliquando habitura sit nostra industria cùm ferre non possent, huius instituti speciem certè magis quàm laborem & vigilias cernere se fatentur. Per sanè mirum mihi fuit esse quosdam adeo Græcarum literarum fastidiosos, vt earum vsum (quem mihi mediusfidius esse parcissimum optimè conscius sum) hoc in negotio præsertim vitio verterent, quod est indicium hominis & otio & literis abutentis, vt ne quid grauius dicam, certissimum. Quam enim vllam satis honestam loci alicuius explicationem facere, quam denique confirmationem vllam adferre poteramus, sine alicuius grauioris viri autoritate. Qua in re ad quosnam potius quàm ad Græcos optimos docendi & cognoscendi magistros deflecterem? An vt ab his quos ex acie in reipub. nostræ præsidiis collocatos sciebam, meipsum abducerem, & velut transfuga ad barbaros transmitterem, ac in prodendis saluberrimæ artis castellis facinus admitterem? At verò Galenum ipsum cæterosq́ huius scientiæ dictatores, per idoneos viros in latinam coloniam deductos, Latinè loquentes audire poteramus. Et certè per me ipse istud præstare poteram clarorum virorum exemplo, nisi scelus esse videretur in re literaria flagitiosissimum, non eo sermone Galenum audire loquentem, quo nec eum scribere puduit, nec verò eum legere vnquam est aut inhonestum aut turpe existimatum. Etsi profectò in eo me nostris auribus consuluisse non diffiteor, quæ perennem istam & profluentem loquacitatem in crebra eiusdem repetitione capere posse non videbantur, vt taceam mihi in re tam seria & delicata, quæ nullum fastidium ferre queat, breuitatem religioni fuisse maximæ. Nec est quod quisquam ad facinus audacior, hos nostros labores à communi omnium causa abhorrentes esse sibi persuadeat. Nam & nos eam locorum rationem subduximus, adeoq́ facilè subnotauimus, vt vel mediocriter in re medica versatis leui negotio in manus subeant. Sed profectò istæ sunt deliciæ supiniores quàm vt acutorum & intelligentium virorum stomachum mouere debeant, tantumq́ absunt ab obtrectatione & inuidiæ, quæ solet lacerare plerosque, vti eæ non modo non exulcerare nostram gratiam, sed etiam conciliare videantur. Superest Lector Candide, vt quoniam tibi canimus, nostras istas Annotationes ad Galeni libram appensas, ad eorum quæ plurima secutura sunt spem, omni beneuolentiæ genere complectaris. Quæ si candore tuo aspiraueris, facilè repromittam efficiamq́, vt nequicquam me huius rei sponsorem appelles. Dum certè in animum inducas tuum, quanti sit negotij post Galenum exundantissimum Medicinæ campum, in Hippocratem annotationes scribere. Neque enim solum acuenda nobis & procudenda lingua est, sed ornandum complendumq́ pectus plurimarum rerum scientia, copia, varietate. His tamen me assecutum opinor, vt nimis redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia, præoccupatis spatiis Galenus reprimeret & quasi extra ripas diffluentes coerceret. In quibus me mihi ita moderatum esse palàm profiteor, vt sedulò importunæ garrulitatis suspicionem cauerim, omnemq́ adhibuerim diligentiam ne Galeni operam per se satis promptam & facilem, qua infantiæ nostræ labe perfunderem.

Sed iam extra rem nimis multa, & ad reliquam orationem Hippocratemq́ audiendum aggrediendum est.

A

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

B

HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS, LIBER PRIMVS.

C

SECTIO PRIMA.

Status Primus.

IN Thaso ad autumnum circiter Æquinoctium & sub Vergiliarum occasum pluuiæ multæ, continentes & leues fuerunt, non secus ac spirantibus austris. Hyems austrina quæ flatus aquilonares paruos & iusto maiores siccitates habuit, atque etiam in totum veri similis fuit. Ver autem austrinum, frigidum, paruas habens pluuias. Æstas vt plurimùm nubila, in qua ab imbribus cessatio fuit. Anniuersarij venti, (qui Etesiæ dicuntur) parum tenuiter, disiunctim, segregatimq; spirauere. Existente igitur toto nos ambientis aëris statu austrino & ad magnas siccitates vergente, antè ver quidem, quod superior status subcontrarius & aquilonius factus fuerit, paucis febres ardentes contigerunt, eæq; valde mites & facillimè consistentes, quæ neque sanguinis ex naribus profusionem nisi paucis, neque mortem attulerunt. Multis verò aurium tumores subnascebantur, qui in alteram partem vergebant, plerisque etiam in vtranque, iisque febre vacuis & in erectum stantibus nec decumbentibus, etsi nonnullis paulisper incalescerent. Omnibus absque noxa extincti sunt, neque cuiquam, velut ij qui alias sui ortus causas habent, suppurationem fecerunt.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

καταστασις πρώτη.

ΕΝ Θάσῳ φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ πληϊάδα, ὕδατα πολλὰ, ξυνεχέα, μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισι, χειμὼν νότιος. σμικρὰ πνεύματα βόρεια. αὐχμοί. τὸ σύνολον ἐς γε χειμῶνα, οἷον ἦρ γίγνεται. ἦρ δὲ νότιον, ψυχεινόν. μικρὰ ὕσματα. θέρος ὡς τὸ πολὺ ἐπινέφελον. ἀνυδρίαι, ἐτησίαι, ὀλίγα, σμικρὰ, διεσπασμένως ἔπνευσαν. γενομένης δὲ τῆς ἀγωγῆς ὅλης ἐπὶ τὰ νότια, καὶ μετ' αὐχμῶν. πρωὶ μὲν τοῦ ἦρος ἐκ τῆς πρόσθεν καταστάσιος ὑπεναντίης καὶ βορείου γενομένης. ὀλίγοισιν ἐγένοντο καῦσοι. καὶ τουτέοισι πάνυ εὐσταθέες. καὶ ὀλίγοισιν ἡμορράγησεν. οὐδ' ἀπέθνησκον ἐκ τουτέων. ἐπάρματα δὲ παρὰ τὰ ὦτα, πολλοῖσιν ἑτερόρροπα καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τοῖσι πλείστοισιν ἀπύρεσιν ὀρθοστάδην. ἔστι δὲ οἷς καὶ μικρὰ ἐπεθερμαινον. κατέσβη πᾶσιν ἀσινέως. οὐδ' ἐξεπύησεν οὐδὲν ὥσπερ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων.

D E F

TOTA hæc temporis conditio austrina, subfrigida, pluuia, nubila, caliginosa, cum quibusdam squaloribus describitur. Vt nihil mirum fuerit febres quasdam ardentes, plurimos verò aurium tumores, & in fauces totumque thoracem fluxiones viguisse. Qua ex occasione qui naturalem quandam aptitudinem ad tabem habebant, hac tempestate malè affecti fuere. Nam ex illabentibus quibusdam casibus, vt febribus horridis, assiduis, celeribus & semitertianis, præsentissimum exitium habuere. Quibus in explicandis pulcherrimus locus consumitur. Cæteris quidem febres continentes, sed leues & salubres adfuere, quæ quodammodo statum iudicationum ordinem seruauêre. Cæterùm quæ in impressis codicibus præfigitur indicatura, τμῆμα πρῶτον, & κατάστασις πρώτη, nullis in codicibus manu scriptis habetur, sed in quibusdam λόγος πυρετικὸς adscribitur. Et certè suspectas istas καταστάσεως inscriptiones his in libris facit Galenus initio com. 3. in lib. 3. epid. Hippocratemq; ipsum statim à re ipsa aut temporis circumscriptione, absq; vllo præscriptionis præludio exorsum in his libris scribit.

G

φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην] Circa autumni æquinoctium rectè dicere potui si vtrunque coniunxeris, sed ad autumnum dixi vt temporis conditionem paulo altiùs repeteres, cùm morbosus hic cœli status circa æquinoctium vulgatus fuerit. Disiunctè enim legi cum Galeno & nostris omnibus codicibus, ἐν Θάσῳ, φθινοπώρου, non φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην, etsi vtroque modo idipsum satis indicatur, vt paulò post eam lectionem agnoscit Gal. Adducitur autem hic locus à Galeno initio com. 3. in lib. 3. epid.

ὑπὸ πληϊάδα] Sub vergiliarum occasum dixi, quod his verbis videatur totam huius status conditionem circunscripsisse. Cuius sensus admonet etiam Galeni dictio: ὄντος γὰρ φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην, καὶ δυοῖν μηνῶν, ἢ εὐθέως ἐπ' ἀρχῆς συνεστήκαλεν ἡ εἰρημένη κατάστασις, ἀλλὰ περὶ τὴν ἰσημερίαν ἤρξατο καὶ παρέτεινεν ἄχρι πλειάδος δύσεως, ἡμέραις ὡς πεντήκοντα. Et paulò post multò dilucidius hoc approbat, dum scribit Vergilias ab Hippocrate compendiaria voce dictas pro earum occasu, his verbis: ὅτι φθινοπώρου πλέον τι τῆς αὐτοῦ τὴν τῆς πλειάδος δύσιν, ἣν διὰ συντόμου φωνῆς ὀνομάζει καὶ πλειάδα, σαφῶς ἐδήλωσεν εἰπὼν μετὰ τὸ περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ πληϊάδος. Ex quo etiam loco videre licet Galenum vbique ὑπὸ πλειάδος legisse, cùm Hippocratis verba adducit, etsi ὑπὸ πληϊάδα idem legit lib. 3. epid.

H

ξυνεχέα, μαλθακά] Continenter sed sensim & leniter compluisse significat, vt leues pluuiæ iis quæ largè, cum impetu, & raptim vniuersimque fiunt opponantur ex Galeno, qui μαλθακῶς hîc legisse videtur, vt & lib. 3. epid. consentientibus vetustissimis codicibus, eodem vtrobique sensu.

ὡς ἐν νοτίοισι] Istud non legit Gal. nec adscriptum inuenitur in quibusdam codicibus manu scriptis, quanquam in eo consentiunt interpretes. Quod etsi austrinam temporis conditionem facit, id tamen pleniùs sigillatim & velut per partes postea indicat. Galenus tamen lib. 3. epid. ἐν νοτίοισιν legit.

αὐχμοί] Iusto maiores siccitates dixi, non squalores, quòd hîc αὐχμὸς τὴν ξηροτέραν τοῦ προσήκοντος κατάστασιν significet teste Galeno non illam exuperantem cum squalore siccitatem quæ æstati ferè est propria. Quod ferè expressit Caluus cum siccam dixit, si excessum subnotasset & hyemis veram intemperiem expressisset.

ἐτησίαι

A ἐτησίαι] Suspectam semper habet æstatem Hippocrates, in qua Etesiæ pauci, aut nulli, aut diuulsi, disiuncti, interrupti, dispersi non continenter spirant, quos διεσπασμένως πνεῦσαντας, quasi dispersim & contractim spirantes vocat, vt scripsimus in libr. 2. epid. sect. 3. Etesias verò anniuersarios ventos diximus, statos anniuersarios Aquilones Budæus. Sunt enim venti μίξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων, vt scribit Arist. in libello de mundo. Etsi operæpretium fuit dictionem ipsam retinere, quod aliàs fecimus ex Plinio. Galenus autem hîc legit ἐτησίαι ὀλίγαι, σμικραὶ, διεσπασμένως ἔπνευσαν, cui consentiunt codices quidam manuscripti Regij. Alij ὀλίγα, σμικρὰ, eodem sensu.

τῆ ἀγωγῆς ὅλης] ἀγωγὴν τὴν τοῦ περιέχοντος κατάστασιν interpretatur Gal. aëris nos ambientis statum diximus. Sed profectò cùm sit veluti superiorum connexio, & ad totius anni descriptionem ex partium recensione referatur, vertere potuimus (existente igitur toto anni tenore austrino) non secus ac Gaza τὴν κατὰ φύσιν ἀγωγὴν, naturæ tenorem dixit.

πάνυ εὐσταθεῖς] Valde mites & facillimè consistentes diximus febres ardentes, quæ neque exactæ neque vehementes essent, sed B moderatæ, faciles & ad solutionem procliues. Sic enim πάνυ εὐσταθεῖς καύσους ἐπιεικεῖς πάνυ καὶ ταχέα καθισταμένους, μετριωτέρους, καὶ λυθῆναι ῥᾳδίους interpretatur Galenus, quomodo εὐσταθεῖς νόσοι καὶ εὐκρινέστατοι dicuntur Hippoc. lib. 2. epid. & aph. 8. l. 3. vbi etiam καθεστῶτας καὶ εὐσταθέας καιροὺς satis exposuimus. Quò magis miror Caluum huic se dictioni satisfecisse arbitratum, quòd iis bene stetisse dixerit. Codices quidam manuscripti βορείης pro βορέης leg. vt Gal. ἠμορράγησαν pro ἠμορράγειν, eodem sensu.

ἐπάρματα] Parotidas subindicat ex aërea, caliginosa & subfrigida materia ortas, quo nomine neque febres, neq; dolores, neque verò suppurationem attulerunt, sed sensim & tutò euanuerunt. Cuius generis exemplum est lib. 2. epid. sect. 2. in Aristæi vxoris fratre. τῇ ὑστεραίῃ δεισεῖν παρ' οὗ οἴδημα, τῇ δὲ ὑστέρῃ καὶ περὶ δεξιόν. ἦλθεν δὲ τοῦτο, καὶ ὑπεχάλασε. ἀπὸ καταμωλύνθη καὶ οὐκ ἀπεπύησεν. Hunc autem locum adducit & explicat Gal. lib. περὶ κώματος cap. 3.

ὀρθοστάδην] ὀρθοστάδην ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους intelligit Galenus, τοὺς τὰς νόσους φέροντας ἀλύπως περιερχομένους, καὶ πράσσοντας τὰ συνήθη, καὶ μὴ κατακλινομένους κλινήρεις γίνεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς σφοδροτέροις νοσήμασι. Quod de leuioribus morbis dicitur, quibus qui affliguntur, C erecti & stantes obambulant & consueta munia obeunt. His opponuntur κλινήρεις, κατακλιθέντες, καὶ κλινοπετεῖς ἢ ἐπὶ λέχευ καθήμενοι καὶ κατακείμενοι vt sect. 2. huius libri, quos Græci eleganter βεβλημένους, proiectos, prostratos & lecto affixos vocant. Sic enim Matth. 8. de resoluto scribitur, κύριε ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς δεινῶς βασανιζόμενος, & Lucæ 16. de Lazaro ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα ἡλκωμένος. Ex eoq; sensili ægrorũ decubitu cùm vehementer febricitant, morbi principiũ desumit Galenus lib. 1. † de diebus decret. nõ ex eo quòd multis diebus stantes obambulant, consuetaq; munia obeunt, vbi etiam harum dictionum vim satis explicat. Quæ dictiones ex vulgi consuetudine petitæ, satis indicant Hippocratem popularibus & vulgò notis verbis vti consuetum, quod multis in locis testatur Galenus. Decumbentes enim aut iacentes ægros cùm dicimus, grauiter afflictos vulgus indicat. Vt inde etiam facilè Clinice Medicina, quæ decumbentibus ægris opem fert, originem duxerit, cuius autorem Hippocratem Coum facit * Plinius.

† Cap. 6. * Lib. 29. cap. 1.

D Ἦν δὲ ὁ τρόπος αὐτέων, χαῦνα, μεγάλα, κεχυμένα, οὐ μετὰ φλεγμονῆς. ἀνώδυνα, πᾶσιν ἀσήμως ἠφανίσθη, ἐγένετο δὲ τοῖσι μειρακίοισι, νέοισιν, ἀκμάζουσι. καὶ τούτων τοῖσι περὶ παλαίστρην καὶ γυμνάσια πλείστοισιν. γυναιξὶ δὲ ὀλίγῃσιν ἐγένετο. πλείστοισι δὲ βῆχες ξηραί. βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι. καὶ φωναὶ βραγχώδεες, οὐ μετὰ πουλύ. τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον. φλεγμοναὶ μετ' ὀδύνης ἐς ὄρχιν ἑτερόῤῥοπαι. E τοῖσι δὲ ἐς ἀμφοτέρους πυρετοί. τοῖσι μὲν, τοῖσι δὲ οὔ. ἐπιπόνως τοῖσι τοῖσι πλείστοισι. τὰ δὲ ἄλλα ὁκόσα κατ' ἰητρεῖον, ἀνόσως διῆγον. πρὸ δὲ τοῦ θέρεος ἀρξάμενον, καὶ διὰ θέρεος καὶ κατὰ χειμῶνα, πολλοὶ τῶν ἤδη πουλὺν χρόνον ὑποφερομένων, φθινώδεες κατεκλίθησαν, ἐπεὶ καὶ τοῖσιν ἐνδοιαστῶς ἔχουσι, πολλοῖσι ἐβεβαίωσε τότε. ἔστι δὲ οἷσιν ἤρξατο πρῶτον, τούτοισιν ἔῤῥεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες. ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ πλεῖστοι τούτων. καὶ τῶν κατακλιθέντων F οὐκ οἶδ' εἴ τις καὶ μέτριον χρόνον διεγένετο. ἀπέθνησκον δὲ ὀξυτέρως, ἢ ὡς εἴθισται διάγειν τὰ τοιαῦτα. ὡς τὰ γε ἄλλα καὶ μακρότερα ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐόντα, εὐφόρως ἤνεγκον, καὶ οὐκ ἀπέθνησκον. περὶ ὧν γεγράψεται. μοῦνον γὰρ καὶ μέγιστον τῶν τότε γινομένων νοσημάτων τοὺς πολλοὺς τὸ φθινῶδες ἔκτεινεν.

Horum autem ea fuit natura vt molles & laxi essent, magni, diffusi aut sparsi, sine inflammatione & dolore, omnibusque sensim & sine vlla significatione euanescerent. Fiebant ista quidem adolescentibus, iuuenibus, ætate florentibus, atq; horum plurimis qui in palæstra & gymnasiis exercebantur, mulieribus verò paucis contingebant. Multis tusses aridæ & inanes, quibus cum tussi nihil educebatur, nec ita multò post voces raucescebant. Quibusdam verò ex temporis interuallo inflammationes cum dolore in alterum testem erumpebant, quibusdam etiam in vtrosque. Alij quidem febribus corripiebantur, nonnulli verò sine febre persistebant. Atque adeò hæc ipsa plurimis grauia & molesta fuere. De reliquo autem quod ad ea attinet, quæ ad Chirurgiam spectant, in his inculpatè habebant. Ante verò æstatis initium, & per ipsam æstatem, atque etiam ad hyemem, eorum multi qui iam longo interuallo consumpti erant, tabefacti decubuerunt, siquidem & multis de tabe in dubium venientibus, ipsa tunc est confirmata. Est vbi etiam eos qui natura erant ad tabem promptè comparata, tum primùm occupauit. Ex his multi atque etiam plurimi interierunt. Atque haud scio si quis ex decumbentibus etiam modico tempore superfuit. Celeriùs verò interierunt quàm talia transigi soleant, præsertim cùm alios & diuturniores & cum febribus coniunctos pertulerunt, nec interierunt, de quibus paulò G post scribetur. Solus nanque & eorum qui tunc viguerunt maximus, multos tabes ipsa peremit.

χαῦνα] χαῦνα Galenus interpretatur μαλακὰ καὶ ὑπείκοντα τοῖς δακτύλοις, καὶ κατὰ τὴν ἐπίθεσιν αὐτῶν θλιβόμενα, molles & laxos dicimus, fungosos, inanes, vanos & cedentes tumores intelligentes, quorum plurima est materia aërea & caliginosa, quæ cùm neque admodum infarcta sit, facilè digeritur, funditur, dissipatur & subsidit: vt renitentibus & duris ex materia crassa, lenta, cruda & frigida, tumoribus opponantur. Sic τὸ χαῦνον τρῶμα τῷ σώματι, τούτῳ σκληρῷ καὶ ἀντιτύπῳ opponit Hippoc. placito 67. lib. 5. aph. & sect. 3. lib. 2. epid. Hic verò mihi Caluus malè dixisse videtur, quædam vana & fungida fuisse, quædam magna, quædam sparsa, cùm de iisdem tumoribus hæ omnes attributiones dicantur. τρόπον autem hîc rectè naturam omnibus significare constat, quod satis probauimus com. nostro in lib. 2. epid. & verò in OEconomia nostra pleniùs dicturi sumus.

H ἀνώδυνα] Vnus ex codicibus manuscriptis recentior ἀνώδυνα vitiosè pro ἀνώδυνα posuit, nisi ἀνώδυνα pro ἀσινέα positum existimes, quod innoxios aut innocuos fuisse tumores significabit.

ἀσήμως ἠφανίσθη] Sensim & sine vlla significatione disparuisse diximus, vt illud ἀσήμως explicaremus, quod in hac signorum doctrina nullam insignem solutionis notam adfuisse indicat. Vbi enim spirituosa horum tumorum materia facilè constitit, promptius etiam sine vllo excretionis indicio effluxit, ideóque neque dolores neque suppurationes fecit. Nec vero ex celebratissima signorum disciplina, aut ex sententia prima lib. 6. epid. sect. 4. morborum reuersio metuenda est, quod tumores isti leues & toto materiæ genere solutu faciles, non vt crudi, magni, duri & renitentes, ad hunc morborum recursum satis sint idonei. Hîc ergo ἀσήμως ἠφανίσθη, sensim, latenter & occultè per euaporationem quandam disparuisse significat, quod dixit Hip. lib. 2. epid. κατεμωλύνθη, τουτέστι κατὰ βραχὺ ἀπεμαράνθη. Qua de tota re plurima scripsimus in lib. 2. epid.

φλεγμοναὶ μετ' ὀδύνης ἐς ὄρχιν] De hac testium & partium genitalium cum spiritalibus partibus consensione abundè scripsimus lib. 2. epid. sect. 1. vbi & hunc totum locum adduximus. Quidam verò codices ἐπιῤῥόπως legunt, vt & Aldus.

ἐπιπόνως] Significat in his morbis plurimos difficulter, laboriosè, grauiter nec sine molestia aut negotio transegisse, ita vt decumbere coacti fuerint. Sic Galen. ἐπιπόνως, τὸ οὐκ εὐφόρως interpretatur, quemadmodum aph.2.lib.1. τῷ εὐφόρως, τὸ δυσφόρως opponit, non secus ac Hippocrates aph.25.lib.2.& 3.lib.4. τὸ δυσχερῶς. A

ὁκόσα κατ' ἰητρεῖον] κατ' ἰητρεῖον, τὰ κατὰ τὴν χειρουργίαν interpretatur Galenus in Exegesi. Sensus est Thasios multis malignis tumoribus aut vlceribus laborasse, neque magnopere ea quæ ad Chirurgiam attinent expetiuisse, quod solis leuibus parotidibus, quæ citò euanuissent, conflictati fuerint. Quòd si quis ad artis Medicæ materiam referat & κατ' ἰητρείην legat, cum profectò lubens sensum amplectar, qui significet Thasios, etsi leuibus conflictati fuerint morbis, tumoribus tamen in testes erumpentibus, & febribus quibusdam, non sine dolore & labore grauiter fuisse occupatos, ad eaq; medicas manus admouisse, in reliquis non magnopere desiderasse, quod nullis aliis grauioribus morbis veris circumscriptione affecti fuerint, non tabe, non febribus continentibus, nullis fauces exulcerantibus destillationibus, nulla etiam laboriosa & difficili tussi, quibus omnibus adhibenda postea fuit medicorum opera. Si verò ad tumores testium dolentes Chirurgi munia referas, non magnopere refert, Thasios in eo Chirurgiam vsurpasse, in reliquo ne desiderasse quidem. Vtrunque igitur sic conuertere potui [De reliquo autem quod ad ea attinet quæ Chirurgiam ipsam atque etiam totam artem Medicam spectant, in iis inculpatè habebant] hoc est sine noxa & morbo degebant. B

περὶ δὲ τοῦ θέρεος ἀρξαμένου] Codex manu scriptus vnus ἀρξάμενοι legit cum Asulano, quam etiam lectionem sequutus est Caluus.

ὑποφθειρομένων] ὑποφθειρομένοις intelligit eos qui ex longo tempore iamdiu subtabescebant, necdum tamen omninò tabidi euaserant, sed ex diutina in pulmones destillatione sensim consumebantur & corrumpebantur, quos æstas nubila & caliginosa prorsus tabe confecit. ὑποφερομένων legunt ferè omnia nostra exemplaria manu scripta cum Asulano, quæ propè secutus videtur Caluus, cum in hyemem longiusque consumptos deductos esse significat, etsi aliam quoque affinxit sibi lectionem, & hæc nostra mihi magis arridet. Est & alterum exemplar quod ὑποφθειρομένων φθινωδέας iungit, vt sensim consumptos & tabescentes intelligat. Cuius lectionis vestigia apud Galenum remanent, dum scribit in Commentario, οὐκ ἀνεξηλέγχθησαν οἱ φθινώδεις ὑποφθειρόμενοι, & φθινώδεις κατεκλίθησαν, non φθινώδεες vt cæteri, legit. Quanquam vtraque profectò lectio approbanda est, nec multùm refert an intelligas tabefactos, an verò tabidorum more decubuisse. C

ἐνδοιαστῶς ἔχουσι] ἐνδοιαστῶς ἔχοντες Hippocrati dicuntur qui ad morbum aliquem dubiè se habent in eoque ambigunt, qui etiam etsi suspecti sunt, nondum tamen planè sunt confirmati, quales erant quibus tabes antea suspecta fuerat posteáque tandem confirmata. Quæ phrasis Hippocrati in lib. περὶ νούσων & περὶ παθῶν est admodum familiaris, quemadmodum lib.1. περὶ νούσων statim initio τὰ ἐνδοιαστὰ νοσήματα dubios morbos & ambiguos vocat, qui corpus suspectum reddunt, nondum tamen certam suæ naturæ adepti sunt circumscriptionem, quod in iis morbis qui iam corpus occuparunt sibique sedem statuerunt euenit.

ἐβεβαίωσε τότε] τόδε duo antiquissima exemplaria manu scripta legunt, non malè.

ἔστι δ' οἷσιν ἤρξατο] Galenus vult hîc inuersam esse lectionem, & sequentia superioribus iungit, nempe ad phthisin comparatam naturam ἐνδοιαστῶς ἔχουσι tribuit, quòd hi cùm dubiè se ad morbum habeant, si naturæ conformationem consentientem habuerint, his morbis promptiùs occupentur, quàm ij quorum nullo modo suspecta fuit natura. Mihi verò rectè stare posse lectio videtur, si τοῖς ἐνδοιαστῶς ἔχοντας iis opponas qui primùm tabe correpti, promptè comparata erant ad eam natura. Nam qui dubiè se ad morbum habebant in eoque ambigebant, ij æstatis vitio & malignitate prorsus fuere profligati: vt nihil necesse fuerit naturæ consensionem requiri, quæ totam morbi ambiguitatem sustulisset. Quod satis indicat Galenus superiore commentario cùm non ex natura sed ex destillationibus & aëris conditione tabe affectos fuisse significat, idq; totum æstati deberi indicat, quæ si borealem aut aliam adepta fuisset temperiem, benigniorem & longè leuiorem illis morbum fecisset. Nec verò necesse fuit eos qui promptè ad tabem vergerent, ea priùs vere corripi, quòd æstatis conditio caliginosa & nubila plurimas fluxiones, quæ iam alioqui statu austrino in thoracem satis mouebantur, continuarit & auxerit, succosq; ipsos in pulmonibus computruerit. Quo certè æquius fuit ex longa persistente causa, procliuem naturæ habitudinem in eum morbum adduci, atque ita ex omnium causarum coniunctione, quod alioqui in sola naturæ aptitudine solaq; thoracis angustia non contigisset. In quo etiam videnda est propria quædam æstatis sors, quæ celerrimè tabidos confecit, mirum vt non fuerit eos qui nondum morbum senserint, tunc quidem sensisse. D E

ἀπέθανον δὲ πολλοὶ] Hîc variant codices manu scripti. Vnus nanque sic legit, ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ πλεῖστοι τουτέων καὶ τῶν κατακλιθέντων. Quam etiam lectionem secutus est Caluus. Quidam quoque codices Galeni lectionem habent, ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ πλεῖστοι τουτέων καὶ τῶν κατακλιθέντων. Nos tamen vetustissimorum codicum consensum secuti sumus & magis vulgatam lectionem, quam ex duobus codicibus hausimus. ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ πλεῖστοι τουτέων. καὶ τῶν κατακλιθέντων οὐκ οἶδ' εἴ τις καὶ μέτριον χρόνον διήγαγε. Galenus etiam com.in aph.8. lib.4. sic hunc locum legit, καὶ μάλιστα ἔθνησκον οἷσιν ἔρρεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες. Eamdemque lectionem his omninò verbis repetit com.in aph.24. lib.2. vbi φύσιν τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, οὐ τὴν ἐκ τῶν στοιχείων κρᾶσιν, interpretatur. Adscripta est & hæc lectio in quodam codice. ἀπέθανον δὲ καὶ πλεῖστοι καὶ τουτέων πολλοί.

διάγειν τὰ τοιαῦτα] Potest istud ad morbos & ægros referri, vt ægri citiùs perierint quàm potuerint consuetum tabidorum tempus exigere, aut celeriùs quàm huiusmodi morbi soleant sua tempora percurrere & transigere. F

τά γε ἄλλα] Id de iis intelligitur qui autumno & hyeme febribus diuturnis quidem sed salutaribus, neque violentis, neque implacidis laborarunt, quarum solutionem in fine sectionis adscribit Hippocrates, vt illic monet Galenus. Nam nec de tabidis vllo modo intelligi possunt.

Eorum autem plurimis huiusmodi affectus aderāt, febres horroris sensu insignes, assiduæ & acutæ, in totum quidem non desinentes, sed quæ erant ex semitertianarum genere, vno die leuiores, altero verò insuper ingrauescentes, omninóque vehementiùs increscentes. Sudores autem perpetui, non tamen per totum corpus diffusi, extremorum refrigeratio multa, quæ vix quidem incalescebant. Alui conturbatæ biliosa, pauca, syncera, tenuia, mordacia egesserunt, crebroq; assurrexerunt. Vrinæ tenues, crudæ, decolores atq; paucæ, aut crassitudinem & paucum quod desideret habentes, neque probè consistentes, sed in quibus ea quæ subsidebant cruda & intempestiua erant. Tussiendo verò pauca, densa, concocta reiiciebant, & quæ paulatim ac non nisi ægrè educerentur. Qui autem violentissimè conflictabantur, iis ne parua quidem concoctio adfuit, sed perpetuò cruda expuebant. Horum etiam plurimis fauces statim & ad extremum vsque rubore & inflammatione affectæ doluerunt, fluxionibusque paruis, tenuibus & acribus tentati, citò consumpti maleque vexati sunt, perpetuò cibos omnes auersabantur, neque siti capiebantur, multique circa mortem delira-

Ἦν δὲ τοῖσι πλείστοισι αὐτέων τὰ παθήματα τοιάδε. φρικώδεες πυρετοί. ξυνεχέες. ὀξέες. τὸ μὲν ὅλον οὐ διαλείποντες. ὁ δὲ τρόπος, ἡμιτριταῖος· τὴν μὲν κουφοτέρην, τῇ δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι. καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες. ἱδρῶτες δὲ αἰεί, οὐ δι' ὅλου. ψύξις ἀκρέων πολλή, καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. κοιλίαι ταραχώδεες, χολώδεσιν, ὀλίγοισιν, ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι. πυκνὰ ἀνίστανον. οὖρα δὲ ἦν λεπτὰ καὶ ἄχροα, καὶ ἄπεπτα, καὶ ὀλίγα, ἢ πάχος ἔχοντα καὶ μικρὴν ὑπόστασιν, οὐ καλῶς καθιστάμενα, ἀλλ' ὠμῇ τινὶ καὶ ἀκαίρῳ ὑποστάσει. ἔβησσον δὲ μικρὰ καὶ πυκνά. πέπονα κατ' ὀλίγον μόλις ἀνάγοντες. οἷσι δὲ τὰ βιαιότατα ξυμπίπτοι, οὐδ' ἐς ὀλίγον πεπασμὸς ἦν, ἀλλὰ διετέλεον ὠμὰ πτύοντες. φάρυγγες δὲ πλείστοισι τούτων ἐξ ἀρχῆς καὶ διὰ τέλεος, ἐπώδυνον εἶχον. ἔχοντες ἔρευθος μετὰ φλεγμονῆς. ῥεύματα σμικρά, λεπτά, δριμέα· ταχὺ τηκόμενοι καὶ κακούμενοι. ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων διὰ τέλεος. ἄδιψοι. καὶ παράληροι G H

πολλοὶ

A πολλοὶ περὶ θάνατον. περὶ μὲν τὰ φθινώδεα, ταῦτα. κατὰ δὲ θέρος ἤδη καὶ φθινόπωρον, πυρετοὶ πολλοὶ, καὶ ξυνεχέες, οὐ βίαιοι. μακρὰ δὲ νοσέουσιν, οὐ δὲ περὶ τὰ ἄλλα δυσφόρως διάγουσιν ἐγίνοντο. κοιλίαι ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι πάνυ εὐφόρως, καὶ οὐδὲν ἄξιον λόγου προσεβλάπτον. οὖρα τε τοῖσι πλείστοισιν, εὔχροα μὲν, καὶ καθαρά. λεπτὰ δὲ, καὶ μετὰ χρόνον, περὶ κρίσιν πεπαινόμενα. βηχώδεες οὐ λίην.
B οὐδὲ τὰ βησσόμενα δυσκόλως, οὐδ᾽ ἀπόσιτοι. ἀλλὰ καὶ διδόναι πάνυ ἐνεδέχετο. ὁ μὲν οὖν ὅλον ὑπενόσεον οἱ φθινώδεες, οὐ τὸν φθινώδεα τρόπον. πυρετοῖσι φρικώδεσι σμικρὰ ἐφιδροῦντες, ἄλλοτε ἄλλοι ὡς παροξυνόμενοι πεπλανημένως. τὸ μὲν ὅλον, οὐκ ἐκλείποντες. παροξυνόμενοι δὲ, τριταιοφυέα τρόπον. ἐκρίνετο δὲ τουτέων, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ εἰκοστὴν ἡμέρην. τοῖσι δὲ πλεί-
C στοισι, περὶ τεσσαρακοστήν. πολλοῖσι δὲ, περὶ ὀγδοηκοστήν. ἔστι δὲ οἷσιν, οὐδ᾽ οὕτως, ἀλλὰ πεπλανημένως τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλιπον. τουτέων δὲ τοῖς πλείστοισιν οὐ πολὺν διαλείποντες χρόνον, ὑπέστρεψαν οἱ πυρετοὶ πάλιν. ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἐν τῇσι αὐτῇσι περιόδοισιν ἐκρίνοντο. πολλοὶ δὲ αὐτέων ἀνήγαγον, ὥστε καὶ ὑπὸ χειμῶνα νοσέειν. ἐκ πάντων δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων ἐν τῇ κατα-
D στάσει ταύτῃ, μούνοισι τοῖσι φθινώδεσι θανατώδεα ξυνέπεσεν. ἐπεὶ τοῖσί γε ἄλλοισιν εὐφόρως πᾶσι, καὶ θανατώδεες ἐν τοῖσιν ἄλλοισι πυρετοῖσιν οὐκ ἐγένοντο.

bant. Atque ista quidem tabidis contigerunt. Iam verò ad æstatem & autumnum febres multæ, assiduæ, neque violentæ prehendebant, istáque diu laborantibus, non his qui cætera molestè habebant, contigerunt. Alui plurimis valde placidè conturbatæ sunt; nihilque effatu dignæ noxiæ attulerunt; vrinæque plurimis boni quidem coloris & puræ aderant, sed tenues & quæ tandem iudicationis tempore concoquebantur. Hi non admodum tussiculosi erant, neque ea quæ tussi reiiciuntur negotium exhibebant; neque cibum non auersabantur modo, verùm etiam exhibendi illius facilem faciebant copiam. In summa igitur, afficiebantur qui tabescebant non quomodo cæteri tabidi solent, sed febribus cum horroris sensu correpti parum insudabant, interdum alij vagas quodammodo & errabundas accessiones habebant, neque in totum febres desinebant, sed quæ in speciem tertianarum insultus facerent. Inter eos autem quibus erant breuissimi morbi, ij ad vigesimum diem iudicatione soluebantur, plærisq; verò ad quadragesimum, nonnullis etiam ad octogesimum. Est vbi ne sic quidem, sed errabundè & nulla obseruata iudicatione quibusdam desinerent. Horum quoque plurimis quæ non longo post interuallo remiserant febres reuersiones fecerunt, iisdemq; dierum ambitibus post ipsas reuersiones iudicabantur, earumque nonnullæ ægros ita produxerunt, vt sub hyemem affligerentur. Ex his autem omnibus qui in hac status conditione descripti sunt, solis tabidis lethalia contigerunt, in aliis verò febribus nequaquam obuenere.

φρικώδεες πυρετοὶ] Horrificas febres hic semitertianas intelligit, in quibus magnam accessionis partem horror occupat alterò duntaxat die in quo simul inuadunt tertiana ac quotidiana continua, vt interpretatur Gal. cap. 9. lib. 2. de differ. feb. Neque tamen est admodum absurdum vt horridas febres tabis comites faciat, non secus fortè ac in Prædictionib. Coacis scriptum est, τὸ φρικῶδες καὶ τὸ δυσανιοῦν ἐν τοῖσι πύοισι σημεῖα φθινώδεα. Horrent enim plærunque toto corpore tabidi, quod materia quæ in thorace compu-
E truit, sua acrimonia tenues thoracis membranas, quæ viscera tegunt, vellicat, & pungit, cumque totius corporis membranæ sibi consonent, inde quodammodo concutiuntur & horrent. Atque hinc fortè pendet quod postea tabidos diuturnosque alios morbos ad semitertianam febrem refert.

ὁ δὲ τρόπος] τρόπος hic formam & speciem morbi propriam significat, quæ quibusdam certis signis definita eius naturam circumscribit, velut genera & species febrium dicimus, idque scripsimus libro 2. epid. Sic igitur semitertianarum genus indicat quod bilis & pituitæ æqualitatem temperatam habeat nulliusq; horum exuperantiam, vnde etiam semitertiana exquisita dicitur. De qua hunc totum locum intelligi scribit Galenus cap. 9. lib. 2. de diff. febr. eique accommodat, quod etiam facit Definitionum Medicarum autor. Hanc porrò semitertianarum formam his verbis satis exprimit * Celsus, cùm febres suspectas facit quæ neque tertio quoque die leuentur, quæve continuent, vel per accessiones increscant, per discessiones tantùm molliantur, nec vnquam integrum corpus dimittant.
* Cap. 4. lib. 2.

F χολώδεσι] Sic plæraque exemplaria leg. & ad excrementa referunt, quo modo & Caluus, qui etiam λεπτὰ omisit. Codex manuscriptus vetustissimus χολώδεες habet, quo modo cum Galeno legimus.

πέπονα κατ᾽ ὀλίγον] Galenus πέπονα distinguit & κατ᾽ ὀλίγον μόγις ἀνάγοντες coniungit, quem secuti sumus ex codicum consensu, vt eos intelligamus qui in moderata tabe pauca, concocta, & sensim ac vix quidem educebant. Sic enim κατ᾽ ὀλίγον μόγις ἀναγόμενον, κατὰ βραχὺ μόγις ἀναπτυόμενον interpretatur. Quanquam non parum placet lectio quæ habet πέπονα κατ᾽ ὀλίγον μόγις ἀνάγοντες, vt huic opponat quod postea sequitur. οὐδ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον πεπασμὸς ἦν, quod de violentissima tabe conflictatis intelligendum venit, in quibus οὐδ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον πέπτεται τὸ πτυόμενα, inquit Gal. ideóque diximus ne paruam quidem adfuisse maturationem. Atque huiusce lectionis quam excusa exemplaria tuentur duos vetustissimos codices habemus autores, eamque videtur secutus Caluus.

φάρυγγες ἐπώδυνοι εἶχον] φάρυγγα ἐπώδυνον fauces dolentes & inflammatione tentatas sæpe vocat Hippoc. vt in Prorrhetico & Coa-
G cis φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνὴ dicitur, cùm fauces inflammatione ex angina laborantes significat. Hic vero vtrunque addidit, ἐπώδυνοι, καὶ μετὰ φλεγμονῆς.

πεπτόμενοι] Istud ad ægros referendum, eosque dixit Gal. εἰς ἐσχάτην ἰσχνότητα ἀφιγμένους, quod de consumptis, tabefactis, attenuatis, colliquatis & emaciatis intelligitur, qui ex huiusmodi fluxionibus breui colliquescebant, pessime affligebantur, misereque vexabantur. Sic nanque κακουμένους, κακῶς ἔχοντας dicimus.

γευμάτων] τὰ γεύματα cibos vocat Hippo. vt & προσάρματα aph. 15. lib. 1. Sunt igitur ἀπόσιτοι τῶν γευμάτων, qui cibos fastidiunt & auersantur, quos ἀποτετραμμένως ἔχειν πρὸς τὰ γεύματα dicit lib. 3. epid. * auerso esse a cibis animo. Sic γεύμασι πᾶσι ἡδέως ἔχειν scribit postea, quod est bene & suauiter se habere ad cibos. Parum autem refert an διετέλεον, aut verò διὰ τέλεος legas, cum idem sit vtrobique sensus.
* agr. 2. post. st. pest.

οὐ βίαιοι] Febres non vehementes neque violentas, aut acres significat; vt acutis opponat, quas superiùs enumerauit. Caluus ὀξέας
H addidisse videtur, quod nullis in codicibus manu scriptis reperi.

μακρὰ δὲ νοσέουσι] Hic attingere videtur eos qui diutinis morbis & febribus conflictati, placidè habebant nec interibant, quibus tabidos semper opposuit. Atque huc ea referri debent quæ priùs dicta sunt, ὡς τοῖς ἄλλα καὶ μακρότερα ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἦν, εὐφόρως διήγαγον, καὶ οὐκ ἀπέθνησκον. De quibus etiam intelligenda sunt quæ postea sequuntur omnia. Ista verò οὐδὲ περὶ τὰ ἄλλα δυσφόρως ἔχουσι, ad tabidos citò periclitantes referri debent, vt sit sensus, postea enumeratos affectus obuenisse iis qui diutinis conflictati sunt morbis & in longum durarunt, neq; cætera molestè tulerunt, aut implacidè habuerunt, vt tabidi, quibus enumerati casus præsentissimum attulerunt exitium, nec ita vt ij qui postea adscribuntur moderati fuere. Cæterùm hoc in loco variant codices. Vetustissimus nanque sic legit, οὐδὲ περὶ τὰ ἄλλα δυσφόρως ἔχουσι, neque ἐγίνοντο addit, quem videtur secutus Caluus hunc in sensum. Diu quidem laborarunt neq; in cæteris implacidè aut molestè habuerunt. Reliqui ἐγίνετο & ἐγίνοντο addunt, vt & διάγουσι pro ἔχουσι legunt, eundem tamen sensum explicant. Gal. in fine huius sectionis διάγουσι & ἐγίνετο legit, vbi οὐ βιαίως etiã scribit, eaq; ipsa tabidis, vt nos fecimus, opp[...]

ὑδ' ἀπόσιτοι] Τοῖς ἀποσίτοις & cibum respuentibus eos opponit qui facilem exhibendi cibi copiam præstant, nec illibenter eum sumunt, de quibus dicit δοῦναι πάνυ ἐνδεχέσθαι, quod postea dicit γεύμασι πᾶσι ἡδέως ἔχειν, & aph.32. lib.2. * τὸ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, & Prorr.2. τὰ σιτία ἡδέως δέχεσθαι, & lib.3. epid. ἡδέως ἔχειν πρὸς τὰς προσφοράς. Hæ sunt enim familiares locutiones quibus lubenter vtitur diuinus Hipp. ideóque accuratè annotandæ.

* Sect.2.

τὸ μὲν οὖν ὅλον] Hîc veluti de tabidis sermonem retexit, istaque summaria repetitione iis opponit qui febribus salutaribus & diuturnis laborarunt, atque eadem ferè quæ priùs enumerat symptomata, etsi aliis verbis. Illud nanq; οὐ τὸν φθινώδεα τρόπον, ad id quod superiùs scriptum est de periclitantibus tabidis referri debet, ἀπέθνησκον δὲ ὀξυτέρως ἢ ὡς εἰώθασι διάγειν τὰ τοιαῦτα. Indicatur enim his verbis tabescentes, non quo modo cæteri tabidi solent, laborasse, cùm & celeriùs interierint, & febribus horridis, continuis, semitertianis & malignis ex natura ipsa & cæli conditione suspecta præbuerint corpora, quæ omnia cæteris adesse tabidis non solent. τρόπος autem quanquam hîc, vt & passim in tanto autore, morbi naturam, formam, totamque tabis circumscriptam notionem significat, quàm tamen appositè potuimus Hipp. mentem explicantes, vertimus, cùm diximus eos qui tunc tabescebant non eo modo quo cæteri tabidi solerent laborasse. In quo etiam ambiguitatem ipsam sedulò cauimus quæ in Græcis cæterisque interpretibus valde est perplexa. Cæterùm τὸ μὲν οὖν legimus ex perpetuo codicum nostrorum consensu, quanquam Galenus τὸ μὲν tantùm leg. videatur, cùm ad sententiæ consecutionem se γὰρ additurum scribit. Parum quoque est quod pro φθινώδεες Gal. & duo codices scripti φθίνοντες legunt. Cæterùm cùm ista apertissime à superioribus disiuncta sint, mirum mihi videtur Caluum vtraque coniunxisse, aut profectò non satis distinxisse.

σμικρὰ ἱδρῶτες] Istud ad id quod superiùs scriptum est refertur, ἱδρῶτες δὲ ἀεὶ, οὐ δι' ὅλου. Est enim ἰφίδρωσις tenuis sudor & paucus qui sæpiùs ex partibus, velut ceruice & capite, quàm ex toto corpore erumpit. Quæ quidem sudatio frequens nec larga in febribus acutis naturæ imbecillitatem arguit, est vbi etiam in longioribus morbis, crudi humoris copiam præ se fert.

ἄλλοτε ἄλλοι ὡς παροξυνόμενοι πεπλανημένως] Istud quò referatur difficile est cognoscere. Mihi videtur intelligi posse de semitertianarum febrium insultibus, qui cum horrore plurimum temporis consumunt, interdum verò duas aut tres ἀναδιπλώσεις ac veluti insultuum replicationes habent, nouarumq; accessionum ac etiam febrium speciem præbent. Quin etiam ad semitertianarum naturam aptari potest, quæ cùm longæ sint perpetuoque ad morbi vigorem vsque increscant & vehementiores fiant, vagas quodammodo & errabundas accessiones habere videntur. Quod tamen non reapse sed in speciem dictum esse Hippocratis verba indicant, ὡς παροξυνόμενοι πεπλανημένως. Qua mente referentur ista ad id quod priùs dictum est, τὴν μὲν κουφοτέρην, τὴν δ' ἑτέρην ἐπιπαροξυνόμενοι. & τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες. Quòd si quis istud postea ab Hippoc. adiectum anteaque omissum, ac de aliis febribus intelligi velit, is ad eas febres referet quæ postea ab Hippoc. τριταιοφυέες dicuntur, quòd ad tertianarum naturam propiùs accedant, de quibus scribet sect.2. ῥίγεα δὲ πᾶσιν ἀτάκτως & πεπλανημένως ἐγίνοντο. Neque sanè cuiquam mirum videri debet ambiguam esse huius loci notionem, neque satis certum esse quonam illius explicatio referri debeat, cùm non satis definita videatur esse apud Hipp. semitertianæ notio, vt apparet ex Gal. lib. de temp. morb.

τριταιοφυέα τρόπον] Hoc etsi ad semitertianas referri potest, atque de his febribus intelligi quæ tertianarum more inuadunt, earumque speciem exhibent, quas in speciem tertianarum insultus facere diximus, hoc est quæ per accessiones tertianarum formam & speciem præstarent, aut tertio quoque die ingrauescerent, altero verò mitigarentur non omninò remitterent: meliùs tamen de his accipientur, quæ propria appellatione τριταιοφυέες, hoc est ad tertianarum naturam propiùs accedentes dicuntur, quas postea his verbis designat, † οἱ δὲ ξυνεχέες μὲν τὸ ὅλον, καὶ οὐδὲν ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ, πᾶσι τριταιοφυέα τρόπον, μίαν ὑποκουφίζοντες καὶ μίαν παροξυνόμενοι.

† Sect.2.

ἐκρίνετο δὲ τουτέων] Huius loci meminit Gal. lib.2. de diebus decretoriis, vbi & ἔκρινε legit & certè indicat circa vigesimum diem, quadragesimum & octogesimum iudicationem factam fuisse, neq; vigesimo, quadragesimo & octogesimo vertendum fuisse, quod tamen fecit Caluus, vt etiam inde perspicere queas quàm per se constans sit Hipp. disciplina. Codices scripti ferè omnes τεσσαράκοντα & ὀγδοήκοντα pro τεσσαρακοστῇ & ὀγδοηκοστῇ legunt.

πεπλανημένως] Innuit quasdam febres in iudicatione non retinuisse statam dierum iudicatoriorum rationem, sed inordinatam & quodammodo vagam sine iudicatione solutionem habuisse. Sic enim eadem fusiùs explicat postea cùm scribit, † & πάνυ ἀτάκτως & πεπλανημένως, καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τουτέων διετέλει γινόμενα, vt & paulò superiùs, ῥίγεα δὲ πᾶσι μὲν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνετο.

† Sect.2.

ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων] Significat ab huiusmodi morborum reuersionibus non interceptum dierum iudicatoriorum ordinem aut ambitum, sed eorum perpetuum tenorem ad vltimam solutionem perdurasse, duorumque temporum continuatione dinumeratos fuisse dies criticos, quod clarius fiet ex his quæ postea scribuntur sect.2. & verò ex lib 2. Gal. de diebus decretor. satis patet.

ἐπὶ τοῖσι γε ἄλλοισι] Hic Galenum ipsum secuti sumus cùm legimus, ἐπὶ τοῖσι γε ἄλλοισι πυρετοῖσιν οὐκ ἐγίνοντο. Quæ lectio duobus etiam codicibus manuscriptis & plurium interpretum consensu subnixa est. Alij vetustissimi cum excusis consentiunt sicque legunt, ἐπὶ τοῖσι γε ἄλλοισιν εὐφόρως πᾶσι, & θανατώδεες ἐν τοῖσιν ἄλλοισι πυρετοῖσιν οὐκ ἐγίνοντο. Quæ significant in cæteris quidem morbis ægros placidè habuisse, atque in ipsis febribus exitiale nihil obuenisse. Atque ista ipsa eandem Hippo. mentem esse testantur in eundemque sensum recidunt.

SECTIO SECVNDA.

Status secundus.

Ante Autumnum in Thaso tempestates non tẽpestiuæ, sed cum multis austris & aquilonibus repẽtinæ & humidę prorupere. Taliaq; ad Vergiliarũ occasum vsq; & sub Vergilias ipsas extitere. Hyems autem aquilonia, aquę multę, vehemẽtes, magnę, niues, hisq; intermixta vt plurimùm aëris serenitas. Atq; ista omnia cõtingebant, nec certè admodũ inopportuna erãt frigora. Iam verò post brumale solstitium, eoq; tempore quo spirare incipit fauonius, extremæ hyemis frigora magna fuere, aquilones multi, niues & pluuiæ continenter multæ, cœlumq; cum ventorum turbine nimbosum & nubilum, eaq; ipsa non remiserunt, sed se ad æquinoctium extenderunt. Ver autẽ frigidũ, aquilonium, pluuiosum nubilumq; neque admodum æstuans æstas fuit. Venti anniuersarij cõtinenter spirauere, statimq; ad Arcturum perflantibus Aquilonibus aquæ admodum multæ. Existente igitur anno toto humido, frigido & aquilonio, ad hyemem quidem vt plurimùm bene valuerunt, ante ver autem plæriq; omnes molestè & grauiter vitam traduxerunt.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

κατάστασις δευτέρα.

Ἐν Θάσῳ περὶ τὸ φθινόπωρον, χειμῶνες οὐ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισι πολλοῖς, ὑγροὶ καὶ προεκρηγνύμενοι. Ταῦτα δὴ ἐγένετο τοιαῦτα, μέχρι πληϊάδος δύσεως, & ὑπὸ πληϊάδα. χειμὼν δὲ βόρειος. ὕδατα πολλὰ, λάβρα, μεγάλα, χιόνες. μεμιγμέναι αἰθρίαι τὰ πλεῖστα. Ταῦτα δὲ ἐγίνοντο μὲν πάντα, οὐ λίην δὲ ἀκαίρως τὰ τῶν ψυχέων. ἤδη δὲ μετ' ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς, & ἡνίκα Ζέφυρος πνέειν ἄρχεται, ὀπισθοχειμῶνες μεγάλοι. βόρεα πολλὰ. χιὼν & ὕδατα ξυνεχέως πολλά. & οὐρανὸς λαιλαπώδης, & ἐπινέφελος. Ταῦτα δὲ ξυνέτεινε, & οὐκ ἀνίει μέχρις ἰσημερίης. ἦρ δὲ ψυχρὸν. βόρειον. ὑδατῶδες, ἐπινέφελον. θέρος οὐ λίην καυματῶδες ἐγένετο. ἐτησίαι ξυνεχέως ἐπέπνευσαν. ταχὺ δὲ περὶ ἀρκτοῦρον. ἐν βορείοισι πολλὰ πάλιν ὕδατα. γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ & βορείου, κατὰ χειμῶνα μὲν ὑγιηρῶς εἶχον τὰ πλεῖστα. περὶ δὲ τὸ ἦρος, πολλοὶ τινὲς καὶ οἱ πλεῖστοι διῆγον ἐπιπόνως.

Aquilo-

A Aquilonium statum, procellosum, frigidum, nubilum & aquosum describit, in quo ver ipsum cùm plurimùm à natiua temperie recesserit, multos morbos eosque primos ferè vulgauit, etsi aliis quoque tempestatibus nonnullos attribuit. In quibus explicandis insignes adhibet locos de febribus Hipp. ita vt earum quæ suopte impetu malignæ sunt, naturam pulcherrimè adumbret. Abscessum etiam & excretionum iudicatoriarum disciplinam nunquam ei satis celebratam, multis egregiis sententiis & certissimis optimæ notæ signis exornat, tandemque totam artem Medicam instrumento & supellectile instruit. Medicum etiam ipsum tam appositè suo munere & officio informat, vt eum veluti in mediam aciem educat. Quæ profectò omnia sunt in ista artis cognitione celeberrima. Cæterùm τμῆμα δ΄ ἄπεσιν quod pro indicatura præfigitur, in recenti quodam codice manu scripto desideratur.

χειμῶνες] Tempestates diximus vt procellas intelligerem, magnamque & repentinam ventorum cum imbrium densitate eruptionem. Sic enim χειμῶνας μεγάλους πρὸ τοῦ δύντος ἐπὶ πολὺ μετ᾽ ὑετοῦ ἀθρόους γινομένους intelligi vult Galenus, frigora etiam non malè verteris, vt intelligas ea intempestiua fuisse, quæ plurimùm in tota huius status conditione exuperarunt, etsi istud ad totam tempestatum importunitatem referri potest.

B λαῦρα] ὕδατα λάβρα, ἐξαιφνίδια, σφοδρὰ τε καὶ ὀλιγοχρόνια interpretatur Gal. vt vehementes, rapidas & repentinas, largas, & quæ cum impetu fiunt pluuias inaudiamus, non secus ac λάβρον ὄμβρον rapidum imbrem dicimus. Sic λάβρα legit Galenus, omnes λαῦρα hoc est abundantes & largas aquas.

μεταίθρια] Intermixtam fuisse aëris serenitatem significat, & plærunque purum fuisse aërem, nubibus & nebulis vacuum, camque dictionem sic explicat Galenus: καθαρὸς δηλονότι γινομένου πολλάκις ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἀέρος. Est enim αἰθρία (vt scribit Aristoteles) οὐδὲν ἄλλο πλὴν ἀὴρ αἰθέριος καὶ ἀνομίχλος, ἀντίπαλος οὖσα τῇ ὁμίχλῃ, aër serenus & apertus, innubilus & nubecula carens, nebulæ aduersarius. Nostri porrò omnes ferè scripti codices μεταίθριαι in plurali legunt, quod fecisse videtur Caluus, & ταῦρα omisisse, & πολλαὶ χιόνες legisse.

ὀπισθοχειμῶνες] Eleganter hac dictione Hipp. quæ ad extremam hyemem fiunt frigora intelligit, quæ aliquando prioribus sæuiora, aut duriora experimur, quasi retroactam hyemem aut reuersam dicimus. Significat igitur extrema hyemis parte magna & intempestiua fuisse frigora, cum multis aquilonibus, niuibus & pluuiis assiduis. Istaque superioribus opponi videntur, οὐ λίην δὴ ἀκαίρως τῶν ψυχέων, vt quæ non admodum inopportunè per hyemem viguerant, ad ipsius extremum intempestiua & exuperantia non secus ac toto statu fuisse intelligantur. Sic extremum hyemis tempus ὀπισθοχειμῶνα vocat lib. περὶ χυμῶν, ὅταν δὲ χειμῶνες γίνωνται ἦρ καὶ ὀπισθοχειμῶν, χειμερινὰ ἐπὶ νοσοι.

C λαιλαπώδης οὐρανός] Cœlum cum ventorum turbine nimbosum diximus, vt rem ipsam quàm appositè, possem exprimerem. Est enim λαῖλαψ Aristoteli καὶ στρόβιλος πνεῦμα βίαιον καὶ εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω. Et Galenus λαίλαπας τοὺς ἐξαιφνιδίους καὶ σφοδροὺς ἀνέμους, καὶ μάλιστα ὅταν ὑετὸς ἅμα ἐν αὐτοῖς γίνηται λάβρος, dici scribit. Procellosum cum cæteris dicere potui, nisi καταιγίδα, quæ est πνεῦμα ἄνωθεν τύπτον ἐξαίφνης, procellam & ventum præfractum ab Apuleio vocari scirem.

D καὶ οὐκ αἰεὶ] Hæc omisit Caluus, nisi sub rerum consecutione intellexit.

ἐτησίαι] Articulum addunt antiqui duo codices manu scripti, & οἱ ἐτησίαι legunt, quanquam sine eo apud Hipp. sæpiùs scriptum reperitur. Galenus pro ἐπνέωσαν. ἐπέπνευσαν legit.

πολλὰ πάλιν ὕδατα] Hanc lectionem Galeni cum magno codicum & interpretum consensu secuti sumus. Duo tamen antiquissimi codices manu scripti πολλὰ πάλιν ὕδατα legunt, quam lectionem impressi secuti sunt, eamque retinuit Caluus.

Ἤρξαντο μὲν οὖν τοῦ προτέρου ὀφθαλμίαι ῥοώδεες, ὀδυνώδεες, ὑγραί, ἄπεπτοι, σμικραὶ λημίαι πολλοῖσι δυσκόλως ἐρρηγνύμεναι, τοῖσι πλείστοισιν ὑπέστρεφον. ἀπέλιπον. ὀψὲ πρὸς τὸ φθινόπωρον. κατὰ δὲ θέρος ἤδη καὶ τὸ φθινόπωρον. δυσεντεριώδεες, καὶ τεινεσμοί, καὶ λειεντεριώδεες. καὶ διάρροιαι χολώδεες, λεπτοῖσι πολλοῖσιν, ὠμοῖσι, καὶ δακνώδεσιν. ἔστι δ᾽ οἷσι καὶ ὑδατώδεες. πολλοῖσι δὲ καὶ περίρροιαι μετὰ πόνου χολώδεες. ὑδατώδεες, ξυσματώδεες, πυώδεες, στραγγουριώδεες. οὐ νεφριτικά, ἀλλὰ τουτέοισιν ἀντ᾽ ἄλλων ἄλλα. ἔμετοι χολώδεες, φλεγματώδεες. καὶ σιτίων ἀπέπτων ἀναγωγαί. ἱδρῶτες. πᾶσι πάντοθεν πουλὺς ὁ πλάδος. ἐγίνετο δὲ ταῦτα πολλοῖσιν, ὀρθοστάδην ἀπυρέτοισιν. πολλοῖσι δὲ πυρέτοισι περὶ ὧν γεγράψεται, ἐνίοισί τε ἐπεφαίνοντο πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα. μετὰ πόνου φθινώδεες. ἤδη δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ χειμῶνα πυρετοὶ ξυνεχέες. καὶ τοῖσι αὐτέων ὀλίγοισι καυσώδεες. ἡμερινοί. νυκτερινοί, ἡμιτριταῖοι, ἀκριβέες, τεταρταῖοι, πλάνητες.

Primùm itaque lippitudines fluentes, cum dolore, humentes & crudæ obortæ sunt, sordes in oculis concretæ (quas lemias vocant) paruæ, nec sine difficultate multis erumpebant, quæ cùm plurimis reuertissent, tandem ad autumnum reliquerunt. Iam verò per æstatem & autumnum, ex intestinorum læuitate & torminibus, continuaque & inani egerendi cupiditate laborarunt, aluiq; fluidæ, biliosa, tenuia multa cruda & mordacia, nonnunquam etiam aquosa deiecerunt. Plærisque etiam circumflui non sine dolore humorum affluxus contigere, biliosi, aquosi, strigmentosi, purulenti, & qui vrinæ difficultatem facerent, non ex proprio aliquo renum vitio, sed quod istis alia in aliorum vicem succederent. Vomitiones pituitosæ, biliosæ, & crudorum ciborum eductiones, ac sudores aderant, atque omnibus vndiquaque diffluebat humiditas multa. Multis autem hæc fiebant, qui erecti & stantes à febribus erant vacui, plærisque etiam febre correptis, de quibus mox scribetur. In quibus verò descripta omnia deprehendebantur, ij iã quidem ad autumnum & sub hyemem non sine labore tabidi euadebant. Febres erant assiduæ, atque eorum paucis quibusdam ardentes, diurnæ, nocturnæ, semitertianæ, tertianæ exquisitæ, quartanæ, erraticæ.

ὀφθαλμίαι ῥοώδεες] Hîc ὀφθαλμίαι ῥοώδεες dicuntur quæ multum habent humorum confluxum, quæque iis opponuntur quas ξηρὰς vocat aph. 12. & 14. lib. 5. Celsus lib. 2. cap. 1. lippitudines aridas dicit.

ἄπεπτοι] Omnes ferè scripti codices ἀπέπτως λημίαι σμικραί, καὶ δυσκόλως πολλοῖσιν ἐκρηγνύμεναι legunt, vt lemias crudas nec sine difficultate erupisse indicetur, quod certè in oculis inflammatis fluentibus & humentibus sedulò animaduertendum est, vt facilè totius morbi consistentiam assequaris. Eadem autem ferè mens est si lippitudines crudas, aut si quod ex eis emanat crudum & incoctum dixeris, sique Galenum & vulgatos codices sequimur. Sunt autem lemæ sordes paruæ ex fluxu in oculis concretæ, & λήμη τὸ πτηγὲς

H δάκρυον Aristophani dicitur. Has quidem lemas ob frigoris ambientis magnitudinem, paruas & difficiles fuisse scribit, ideoque lemias diminutiuè dicit.

καὶ διάρροιαι χολώδεες] χολώδεες vt & postea ὑδατώδεες, plurima exemplaria scripta habent, nec multum refert an id ad ventris profluuium, an verò ad ea quæ reiiciuntur referas.

περίρροιαι] Hîc sunt περίρροιαι humorum per totum corpus circulationes ad ea emissaria per quæ expurgari nituntur, quasi circunfluxiones dicas, aut attentatos per totum corpus humorum affluxus, ideoque circunfluos, hoc est, ex vniuerso corporis ambitu, humorum affluxus, non impropriè, vt opinor, dictionem exprimentes diximus. fit nanque vt in larga humorum alluuione fluxionis impetus per insignes cauitates veluti per effluuia quædam naturæ viribus erumpat, quas ἀποστάσεις κατ᾽ ἔκρουν & ἐκκρίσεις sæpè vocat Hipp. Eaq; in his quæ per aluum, intestina, renes, vesicam, cæteraque corporis emissaria, veluti per emissionem fiunt secessibus, contingunt, vt in dysenteriis, tinesmis & stranguriis. Atque in permeando quidem nonnunquam vitium sentiunt par-

tes per quas huiusmodi corporis sentina exhauritur, interdum verò nullam habent noxiam, pro fluxionis benignitate & partium robore. Sunt igitur περίρροιαι circumflui humorum effluxus aut impetus, cùm ex tota velut ambiente corpore confluentes humorum alluuiones in alueum ad repurgationem reponuntur, veluti cùm per vrinas & vesicam transposito morborum onere secessus fiunt. Quas hìc proprio quodam modo Hippocrates pro vrinæ effluxionibus quæ per vesicam totum corpus eluunt, vt satis ex Galeno patet, sumere videtur, tum quod antea eas quæ per aluum fierent excretiones enixè quodammodo expresserit. Neque tamen iccirco paulò amplior huius dictionis ambitus rescindendus, aut ad solas vrinæ fluxiones restringendus fuit, sed expressa quoad maximè fieri potuit integra nominis notio, ad rectam eorum quæ adduntur consecutionem, in nostra interpretatione adhibenda fuit, dum nihil ab Hippocr. mente discederem. Quò magis miror Caluum hanc dictionem ad ventris fluxus retulisse, cùm potuerit Galenum huius sensus præsultorem habuisse.

ὑδατώδεες] Istud addidimus ex magno codicum & interpretum consensu, etsi in quibusdam desit.

ἀλλὰ τουτέοισιν ἀντ' ἄλλων] Obscura est prorsus huius loci explicatio & ex superiorum annexione petenda. Significat enim in iis quæ per renes fiebant humorum ex toto corpore eluuionibus, quibusdam ex maligna succorum acrimonia vrinæ difficultatem obuenisse, nullo tamen peculiari affectu renes tentatos fuisse, sed eam excretionem ex eorum æstimatā genere quæ salubriter & cum iudicatione totam vitiatam materiam per emissionem reponerent. Atque ideò huiusmodi ægris, pro his partium quas humores permeant peculiaribus vitiis atque cæteris morbis, salubres & decretorias repurgationes processisse, quod est alia in aliorum vicem succedere. Quod Galeni ista verba sonant idipsum explicantis, καὶ γὰρ τῶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι περιττῶν ῥυέντων ἐπὶ νεφροὺς καὶ κύστιν, ἐκκρίσεις ἐγίνοντο παραπλήσιαι ταῖς νεφριτικαῖς. In speciem enim affectorum renum aut vesicæ ista procedebant, cùm tamen nullo proprio vitio tētarentur. Quod in his spontinis purgationum tentationibus, quibus sæpè coaceruata humorum colluuies facultatum naturalium robore deturbatur, accidit, vt vrinæ difficultatibus & ardoribus, ex succorum qualitatibus non proprio aliquo partium vitio corpus conflictetur. Idq; præcipuè in senibus accidere videmus, qui maiorem alioqui humorum acrimoniam aggregant, in quibus strangurias eiusmodi, vrinę ardores, renumq; grauedines ex nullis vnquam antea prægressis querelis videmus. Quod salsorum, acrium & putrium succorum naturæ potiùs quàm partium vitiis attribuendum est, etsi sæpè contingit vt huiusmodi partes vitium sentiant. Hunc porrò locum satis apertè explicat Galen. in Pythione initio lib. 3. epid. vt nos illius mentem assecutos existimes, his verbis: τοῦτο γοῦν ἐν αὐτῇ τῇ δευτέρᾳ καταστάσει ὀλίγον ἔμπροσθεν ἧς ἄρτι παρεθέμην ῥήσεως, αὐτὸς ἔγραψεν ὧδε. στραγγουριώδεα οὐ νεφριτικὰ ἀλλὰ τούτοισιν ἀντ' ἄλλων ἄλλα. τουτέστιν αἰτία τῶν ἐν ταῖς φλεψὶ κακοχυμίας, καὶ τῶν ταύτῃ πυρετῶν ἀκολουθούντων αἱ καθάρσεις ἐγίνοντο τῶν μοχθηρῶν χυμῶν ἐκκρινομένων· διὰ τῆς κύστεως ὥσπερ ἐνίοτε διὰ τῶν ἐντέρων. Cæterùm hìc variant codices manu scripti. Vetustissimi nanque duo στραγγουριώδεα οὐ νεφριτικὰ legunt, vt ad παθήματα ἢ τὰ ἐκκρινόμενα referas. Atq; hanc lectionem videtur secutus Galenus lib 3. epid. Quidam etiam στραγγουριώδεα οὐ νεφριτικὰ habent cum impressis, vt alterum ad περιρροίας, alterum ad παθήματα tendat. Alij etiam cum Galeno στραγγουριώδεες οὐ νεφριτικαὶ legunt, & vtrunque ad περιρροίας aptant: vtrobique eodem sensu.

χολώδεες] Post χολώδεες, πνευματώδεες duo manu scripti codices addunt quam lectionem sequitur Caluus. Atque istud opinor à quibusdam interiectum, cuius nec etiam meminit Galenus.

πᾶσι πάντοθεν] Istud in multis codicibus aliter distinguitur, hocq; modo legitur, ἱδρῶτες πᾶσι πάντοθεν. quod secutus est Caluus. Alij πᾶσι πάντοθεν πολὺ πλάδος habent, eamq; Galeni lectionem secuti sumus, quòd longo interuallo collecta multa humiditas superuacanea, cunctis vario modo atq; ex omnibus corporis partibus erumperet. Est autem πλάδος (vt inquit Galen.) ἡ περιττὴ ὑγρότης, diffluens humiditas multa, quæ partem vnde emanat flaccidam, mollem & eneruatam reddit. Sicq; πλαδαρὸν non solum humens sed & languidum aut humore flaccescens, debile & resolutum ex consecutione significat, & τὸ πλάδος infirmitatem & debilitatem. Quæ omnia Caluum mouerunt vt hìc debilitatem potiùs quàm superfluam humiditatem poneret, contra tamen Galeni mentem.

ἐνίοισί τι] Hìc Caluus alia quædam addit quæ ex Commentario Galeni interiecta videntur, & pro ἐνίοισι non satis aptè ὀνίοισι impressi libri habent.

ἤδη δὲ φθινοπώρου] Istud variè distinguunt omnes codices, sed Galenum secuti sumus, vt iam quiden. ad autumnum & sub hyemem tabidi euaderent, iisdemq; tempestatibus febres assiduæ contingerent.

καυσώδεες] καυσώδεσιν omnia exemplaria antiqua legunt, non tamen æquè aperto sensu.

τριταῖοι ἀκριβέες] Sic duo habent antiqua exemplaria, quam lectionem etiam memorat Galenus, nosq; secuti sumus. Reliqua cum impressis consentiunt, & ἀκριβέες tantùm habent, sed opinor vitiosè, etsi ad quartanas referri possit. Caluus quartanas erraticas dixit & vtrunque simul iunxit.

Atq; enumeratarum febrium singulæ multis oboriebantur, ardentes verò omninò paucis, iiq; ex ægrotantibus minimū laborarunt. Nam neque sanguis ex naribus nisi paucus admodum, iisq; paucis profluxit, neque delirarunt, cæteraq; omnia placidè tulere. Horum plurimis bene admodum constituto & composito iudicationis ordine, febris ardens cum intermissione in septendecim dieb⁹ soluebatur, atq; haud scio an quisquā tūc ex hac ipsa interierit, aut ad phrenitim deuenerit. At verò tertianę plures quidē quàm ardentes & laboriosiores fuerunt, atq; in his omnib⁹ ritè & ordine à primo insultu ad quaternos circuitus processere, in septem verò absolutè iudicabantur, neque horum cuiquam reuerterunt. Quartanæ autem multis per initia certo & rato quartanę tenore cœperunt, quibusdam verò non paucis ex aliis febribus & morbis secessus in quartanas fiebant, longæq; his pro consuetudine, atq; etiam interdum longiores cōtingebant. Sed & quotidianæ nocturnæq; & errantes multæ diuq; plerisq; perseuerauere tum erectis tum decumbentibus, horumq; plurimos febres sub Vergilias & in hyemem vsq; comitabantur. Multos autē statim ab initio præcipueq; pueros conuulsiones cū febre tentabant, quæ etiam febribus succedebant, erantque hæc plurimis diuturna quidem, innoxia tamen, nisi si quibus cætera omnia perniciē adferrent.

Ἑκάστοι δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων πυρετῶν πολλοῖσιν ἐγένοντο. οἱ μὲν οὖν καῦσοι, ἐλαχίστοισί τε ἐγίνοντο, καὶ ἥκιστα τῶν καμνόντων οὗτοι ἐπόνησαν. οὔτε γὰρ αἱμορραγέει, εἰ μὴ πάνυ σμικρὰ καὶ ὀλίγοισιν, οὔτε οἱ παράληροι. τά τε ἄλλα πάντα εὐφόρως. ἐκρίνετο δὲ τουτέοισιν πάνυ εὐτάκτως. τοῖσι πλείστοισι ξὺν τῇσι διαλειπούσῃσιν ἐν ἑπτακαίδεκα ἡμέρῃσιν. οὐδὲ ἀποθανόντα οὐδένα οἶδα τότε ἐν καύσῳ. οὐδὲ φρενιτικὰ τότε γινόμενα. οἱ δὲ τριταῖοι, πλείους μὲν τῶν καύσων καὶ ἐπιπονώτεροι. εὐτάκτως δὲ τούτοισι πᾶσιν ἀπὸ τῆς πρώτης λήψιος, τέσσαρας περιόδους. ἐν ἑπτὰ δὲ τελέως ἔκριναν. οὐδ' ὑπέστρεψεν οὐδενὶ τούτων. οἱ δὲ τεταρταῖοι, πολλοῖσι μὲν ἐξ ἀρχῆς, ἐν τάξει τεταρταίου, ἤρξαντο. ἔστι δ' οἷς οὐκ ὀλίγοισιν ἐξ ἄλλων πυρετῶν καὶ νοσημάτων ἀποστάσιες ἐς τεταρταίους ἐγένοντο. μακρὰ δὲ καὶ ὡς εἰώθασι τουτέοισι καὶ ἔτι μακρότερα ξυνέπιπτεν. ἀμφημερινοὶ δὲ καὶ νυκτερινοὶ καὶ πλανῆτες πολλοῖσι πολλοί, καὶ πουλὺν χρόνον παρέμενον. ὀρθοστάδην τε καὶ κατακεκλιμένοισι. τοῖσι πλείστοισι τουτέων ὑπὸ πληιάδα καὶ μέχρι χειμῶνος οἱ πυρετοὶ παρείποντο. σπασμοὶ δὲ πολλοῖσι. μᾶλλον δὲ παιδίοισιν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐπύρεσσον. καὶ ἐπὶ πυρετοῖσιν ἐγίνοντο σπασμοί. χρόνια μὲν τοῖσι πλείστοισι τουτέων. ἀβλαβέα δὲ, εἰ μὴ τοῖσι καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πάντων ὀλεθρίως ἔχουσιν.

ἑκάστοι δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων] ἑκάστοι δὲ αὐτῶν codices manu scripti antiqui habent.

οὔτε γὰρ αἱμορραγέει] Minutum est quod pro αἱμορραγέει quidam codices cum Galeno ἡμορράγησεν legunt. Galen. verò lib. 2. diebus decret. αἱμορραγία (nisi subsit mendum) habet. In Aldino verò vitiosè legitur μὴ πάνυ σμικρὰ pro εἰ μή.

συνεχέως τῆσι διαλιπούσῃσι] Intermissionem dixi pro diebus intermittentibus, ad actionem & iudicationis continuationem interruptam referens, quæ cùm neq; satis constans esset & firma, defectè quodammodo atque dimidiatè absolutionem inclinabat, tandem autem ex reuersione est absoluta. Eamq; iudicationis seriem interceptam hoc modo fuisse satis Galeni verba indicant: ἐν γὰρ τῇ ταύτῃ σὺν τῇσι διαλειπούσῃσι, τὸ ἀρχοειδὲς μὲν ἐνδεικνύς, ἐξ ὑποστροφῆς δὲ κριθῆναι τὸ δ' ἐπτὰ ἐνδείξατο. Atque hunc in sensum locum istum explicat Gal. lib. 2. de dieb. decret. vbi pro διαλειπούσῃσι διαλείπουσι, vt multa alia exemplaria legit. [illegible] Hippocratis aut Galeni mentem non satis assecutus videtur cùm dixit septem & decem diebus vel deferere vel decernere. [illegible] qui [illegible] septemdecim dies vertit. οἷσι ἀποθανόντα οὐδένα οἶδα] Hunc totum locum adducit & quodammodo explicat Gal. lib. περὶ κρισίμων

ἀτάκτως ἦ] Significat exactas & accuratas tertianas adfuisse, ideoque [illegible] in quibus [illegible] que circuitum, hoc est, diem septimum iudicatio procedebat, tandem verò septimo absolutè soluebantur. [illegible] in Aphorismis scriptum est, τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον, quod sæpiùs alibi repetit Hippocrates. Cùm sit autem tertiana exquisita vt scribit Hipp. ταχυκρίσιμος, non mirum est ante septimum solutionem capere, cùm ad quintum [illegible] experiamur idq; addiderit Hipp. lib. 6. epid. Qua de re scripsimus Comm. nostro in lib. 2. epid. & quæ [illegible] sunt. Cæterùm magnum codicum consensum secutus sum qui ἀκριβέστατα cum Galeno legunt, etsi quidam ἀκριβέα eodem sensu habent.

ἐν τάξει] Illud ἐν τάξει eleganter certum & ratum quartanarum [illegible], tenorem, modum & conditionem significat, [illegible] ordinatam habent quartanariorum circuituum formam & figuram, [illegible], aliquando etiam τάξιν vocant, vt [illegible] Gal. [illegible] ad eos qui de typis scripserunt. Quartanas igitur eas intellige [illegible], non autem ex aliis morbis [illegible] ἐν τάξει, rite & ordine comprehendere dicuntur, in quibus sunt rariores [illegible] progressi, morbis inuadunt, [illegible] incomposite [illegible] ordinatè. Sic enim lib. περὶ τύπων de quartana scribit Galenus καὶ κατὰ πολὺ τῶν ἡμερῶν [illegible] ἀτάκτως.

ἀποστάσιες] ἀποστάσεις hîc vocat μεταστάσεις ἐξ ἑτέρου νοσήματος εἰς ἕτερον. cùm morbus transpositu quodam in alium morbum desinit, quo modo solent febres quædam aut alij affectus in quartanas secedere, ideoque morborum secessus diximus, quæ species quædam [illegible] tionis est, cùm transmisso alium in locum humore, prioris morbi ad alteram speciem fit decessio quædam & veluti transpositio. Qua de re peramplè scripsimus in lib. 2. epid.

εἰ μὴ ἐπὶ] Sic ferè legunt omnia exemplaria. Duo antiqua ἐπὶ ἔτι habent quomodo Galenus legit. Innuit autem conuulsiones suapte natura secutas fuisse, neque ab his ex sese creatum vllum fuisse periculum.

Οἱ δὲ ξυνεχέες μὲν τὸ ὅλον, καὶ οὐδὲν ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ πᾶσι τριταιοφυέα τρόπον, μίαν ὑποκουφίζοντες, καὶ μίαν παροξυνόμενοι, πάντων βιαιότατοι τῶν τότε γινομένων, καὶ μακρότατοι, καὶ μετὰ πόνων μεγίστων γινόμενοι, πρηέως ἀρχόμενοι, τὸ ὅλον ἐπιδιδόντες αἰεὶ, καὶ παροξυνόμενοι ἐν κρισίμοισι, καὶ ἀνάγοντες ἐπὶ τὸ κάκιον, σμικρὰ διακουφίζοντες, καὶ ταχὺ πάλιν ἐξ ἐπισχέσιος, βιαιοτέρως παροξυνόμενοι ἐν κρισίμοισιν ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ κακούμενοι. ῥίγεα δὲ πᾶσι μὲν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνετο. ἐλάχιστα δὲ καὶ ἥκιστα τουτέοισιν. ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἄλλων πυρετῶν, μείζω. ἱδρῶτες πολλοί. τουτέοισι δὲ ἐλάχιστοι. κουφίζοντες οὐδὲν, ἀλλὰ τοὐναντίον, βλάβας φέροντες. ψύξις πολλὴ τουτέοισιν ἀκρέων, καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. οὐδὲ ἄγρυπνοι τὸ σύνολον, μάλιστα οὗτοι, καὶ πάλιν κωματώδεες. κοιλίαι πᾶσι μὲν ταραχώδεες καὶ κακαὶ, πολὺ δὲ τουτέοισι κάκισται. οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισι τουτέων, ἢ λεπτὰ, καὶ ὠμὰ, καὶ ἄχροα, καὶ μετὰ χρόνον σμικρὰ πεπαινόμενα κρισίμως, ἢ πάχος μὲν ἔχοντα, θολερὰ δὲ καὶ οὐδὲν καθιστάμενα, οὐδ' ὑφιστάμενα, ἢ σμικρὰ καὶ κακὰ, καὶ ὠμὰ τὰ ὑφιστάμενα. κάκιστα δὲ ταῦτα πάντα. βῆχες μὲν παρείποντο τοῖσι πυρετοῖσι. γράψαι δὲ οὐκ ἔχω βλάβην οὐδ' ὠφελείην γινομένην διὰ βηχὸς τότε. χρόνια μὲν οὖν καὶ δυσχερέα, καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τουτέων διετέλει γινόμενα, καὶ τοῖσι πάνυ ὀλεθρίως ἔχουσι, καὶ τοῖσι μή. εἰ γάρ τινας αὐτέων διαλίποιεν σμικρὸν, ταχὺ πάλιν ὑπέστρεφον. ἔστι δὲ οἷσιν ἔκρινεν αὐτέων ὀλίγοισιν, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο περὶ ὀγδοηκοστὴν ἐοῦσι, καὶ τουτέων ἐνίοισιν ὑπέστρεφεν, ὥστε κατὰ χειμῶνα τοὺς πλείους αὐτέων ἔτι νοσέειν. τοῖσι δὲ πλείστοισιν ἀκρίτως ἐξέλιπον, ὁμοίως δὲ ταῦτα συνέπιπτε τοῖσι περιγινομένοισι καὶ τοῖσιν οὔ.

At verò continuæ quidé omninò febres erant nihilque intermittebant, sed omnes inuadebant earum febrium more quæ ad tertianarum naturam propiùs accederent, vno quidé die leuiores, altero verò vehementiores, omnium quæ tunc contingerent violentissimæ, longissimæ & laboriosissimæ, per initia leues & in totum perpetuò increscétes diebus iudicatoriis insultus habebant & in deterius procedebant. Quæ etiam cùm parum alleuassent, celeriter rursus ex intermissione vehementiùs inuadebant, & diebus iudicatoriis magna ex parte deteriùs affligebant. In his omnibus rigores incompositè & errabundè contingebant, paucissimiq; & minimi, verùm in cæteris febribus maiores, vt & sudores multi, his verò perpauci nihilq; alleuantes, sed cótra noxiá afferentes. His magna extremorum perfrictio quæ vix etiam recalescerent. Neq; penitus peruigiles erant, maximè vero hi etiam vicissim sopore grauabátur. Alui omnibus quidem conturbatæ erát maleq; affectæ, istis verò multò pessimè. Horum autem plurimis vrinæ aut tenues erant crudæq; & decolores, aliquátoq; post interuallo nonnihil concoctæ, nó sine iudicatoriis signis, aut crassitudine quidem præditæ, verùm turbidæ, nihil consistentes aut subsidentes, neq; concoctæ, aut paucæ, vitiosæ, crudæ, subsidentes, & in summa pessimæ omnes. Tusses quidem febres comitabantur, sed neque quam vtilitatem aut noxiam tunc tussis attulerit licet scribere. Diuturna itaq; & difficilia hæc erát, valdeq; incompositè & errabundè atq; citra solutionem horum plurima tum his qui exitialiter valde, tú his qui nequaquam ita se haberent, permanebant. Si quibus enim aliquantulum intermitterent, in iis celeriter reuersiones faciebant. Est vbi quibusdam iisq; paucis, ad octogesimú diem cùm breuissimè iudicatione soluerentur, nonnullis repeterent, vt etiam in hyemem eorum plurimi ægrotarent. Plærosq; verò omnes absque iudicatione deserebant. Hæc autem tum his qui superstites erant, tum iis qui moriebantur ex æquo contigerunt.

τριταιοφυέα τρόπον] Quinam hic febres τριταιοφυέες intelligat, quæ tertianarum speciem & naturam proximè referant, atque ex iis natæ videantur, etsi satis explicat Gal. in commentario, & Com. 3. in hunc lib. & Com. 2. in lib. 6. epid. alias tamen istis nomine affines & semitertianis attributas his verbis describit lib. de morb. temp. [illegible]

τοιαῦται τινές εἰσι καὶ ἄλλαι μικραὶ διαφοραὶ τῶν διὰ τρίτης ἡμέρας παροξυνομένων πυρετῶν, οὓς ἅπαντας ὀνομάζω τριταιοφυεῖς, εἰς μὲν τὴν διάγνωσιν, ἔστιν ὅτε ἀπαραίτητοι, γνῶσιν χρησιμώτατοι. πρὸς δὲ τὴν νῦν ἐνεστῶσαν πραγματείαν, ἄχρηστοι. Qui locus etſi ſanè propriè quodammodo febres τριταιοφυεῖς circumſcribit,ſemitertianis tamen annectere videtur. Atq; eo quidem æquiùs quod ne vſquam quidem à Galeno in febrium tradenda diſciplina,illius definita eſt natura,ac ne vlla quidem mentio facta. Quò fit vt Galenus in Commentario plurimùm in eius diſcretione ambigat,tandem tamen idoneam differentis naturæ formam inueniat. Indeq; euenire puto vt quoniam ex eodem veluti fonte petitæ,paruam habent attributionem & minimam ferè in rerum natura differentiam , prima ſectione febres huiuſmodi τριταιοφυεῖς pro ſemitertianis repoſuerit Hippocrates,vt priùs teſtati ſumus. Huc accedit quod Erotianus febres τριταιοφυεῖς ex lib.6. Epid. explicans,eas indicari ſignificet,quæ parui hæmitritæi dicuntur,& cùm inſultuum ſignificationes habeant,nullam tamen intermiſſionis integritatem habent. Sunt autem earum ferè ſimiles febres noſtræ autumnales plurimæ, quæ liberalem ſemitertianarũ notionem accipiunt,& ex multa pituita bili permixta gignuntur,quæ imparibus diebus grauiùs habent, paribus verò non æquè grauiter,cum acceſſionum ingeminationibus quas ἀναδιπλώσεις vocant.Quidam tertianas eſſe nothas exiſtimant,de quibus ſcriptum eſt in Coacis Prænot. τριταιοφυία ῥίγεα ἣν ἐν μέσῳ παροξυνόμενα πυρετῷ ἀτάκτῳ, πάνυ κακοήθεα. De huiuſmodi enim ſemitertianis locus intelligendus eſt,quæ ex magna crudorum & pituitoſorum ſuccorum putreſcentium copia,admixta flaua bile fiunt,propterq; inęqualem humorum motum pituitæ tardiorẽ,bilis verò celeriorem,incompoſitos & veluti errabundos rigores inuehunt. Quod enim hic dixit, ῥίγεα πᾶσι μὲν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνετο,illud πυρετῷ ἀτάκτῳ explicat,cùm febris nullo ordine circuituum tempora percurrit, ſed in medio velut curſu frequentes habet ingeminationes,& veluti quaſdam nouarum acceſſionum ſignificationes, ex vagis rigorũ inſultibus qui ἀναδιπλώσεις faciunt & totum ordinem perturbant,frequentia autem habent animi deliquia, reſolutiones nonnullaſq; conuulſiones huiuſmodi febres,vt ea ſatis ſint efficacia maligni cuiuſdam generis indicia.

ἱδρῶτες πολλοί] Iſtud ſuperioribus attribuendum eſſe ſatis patet ex Galeni cõmentario, & verò clariùs ex his quæ ſuperiùs de hoc loco ſcripſit,hunc in modum: οὕτως δὲ καὶ ἱδρῶτας ὀλίγους, ἀλλὰ καὶ ψύξιν ἀκρέων δυσεκθερμάντων, ἐξ ὧν ἁπάντων δῆλον ἐστὶν ὠμῶν καὶ φλεγματικῶν χυμῶν σηπομένων γίνεσθαι τὴν περίοδον τῶν πυρετῶν, ἐπιμεμιγμένης αὐτοῖς, ξανθῆς χολῆς. Secutus ſum igitur codicum pluralitatem,legique τουτέοισι δὲ ἐλάχιστοι. οὐχ ὕπνοι] Galenus οὐκ ἄγρυπνοι τὸ σύνολον legiſſe videtur,eamque lectionem ex duabus vetuſtiſſimis membranis manu ſcriptis amplexi ſumus, vt eos quadantenus, non in totum verò peruigiles ſignificaremus,modò etiam profundo & diuturno ſopore correptos. Quæ quidem omnia magnam crudorum putreſcentium ac etiam repugnantium humorum permixtionem indicant. Quidam etiam codices ἄγρυπνοι τὸ σύνολον leg. alij οὐχ ὕπνοι quæ peruagata magis eſt lectio. μάλιστα δ᾽ οὗτοι legimus cum Galeno & vetuſtis exemplaribus,vt viciſſitudinem indicaremus,non vt impreſſi μάλιστα οὗτοι. Quæ Caluus cum inficiatione legiſſe videtur, non ſatis aptè Galeni mentem aſſecutus.

κοιλίαι] Minutum eſt quod quidam codices κοιλίαι δὲ leg. alij κοιλίαι πᾶσι μὲν. Aldinus codex κακίαι pro κακαὶ legit.

καὶ ἄχροα] Sic leg. ferè omnes antiqui codices,quidam etiam ὠχρά. Sed in priore conſenſus eſt valde magnus.

πάχος μὲν ἔχοντα] Sic rectè legitur. Vitioſum nanque eſt quod quidam impreſſi pro μὲν, μὴ habent, etſi in quodam manu ſcripto codice legitur.Vrinas enim deſcribit in magna multi,frigidi,& crudi humoris copia quæ vt plurimùm ſunt tenues aut craſſæ, nihil aut malè ſubſidentes,quarum etiam priùs meminit. Earum verò naturam his verbis ſatis circumſcribit Galenus : καὶ περὶ τῶν οὔρων εἰμάθομεν, ὅτι τὰ λεπτὰ καὶ ἄχροα, καὶ ὀλίγα, ἢ πάχος ἔχοντα, καὶ ὀλίγα, μοχθηρά, καθάπερ καὶ τὰ παχέα μὲν, ὑπόστασιν δὲ οὐδ᾽ ὅλως, ἢ πάνυ σμικρὰν ἔχοντα. καὶ τοῦτο αὐτοῖς συμβαίνει, διὰ τὸ μὴ καλῶς καθίστασθαι. τοῦτο δ᾽ αὐτοῖς πάλιν ἐκείνοις γίνεται τοῖς πυρετοῖς, ἐν οἷς θερμασία πολλὴ καὶ φλογώδης τῶν ὠμῶν χυμῶν καὶ παχέων ἐργάζεται τινὰ ζέσιν. εἰκότως οὖν ἐπ᾽ αὐτῶν, ἢ οὐδ᾽ ὅλως γίνεται, ἢ καὶ αὐτὴ, καθάπερ αὐτὸς εἶπεν, ὠμὴ καὶ ἄπεπτος.

θολερά] θολερὸν cùm ad vrinas refertur,eas turbidas,turbulentas & conturbatas ſignificat,quales ſunt ſubiugalium, vt poſtea in Sileno ſcribimus. οὐδὲ πεπαινόμενα] Iſtud ex antiquiſſimis codicibus addidimus,neq; enim in quibuſdam legitur , vt nec Galeni interpretes legiſſe videntur, & ſine his quidem conſtare lectio poteſt,vt ex ſuperioribus Galeni verbis ſatis patet.

ἢ σμικρά] Hic locus duobus modis legitur. Aut enim ἢ σμικρά, καὶ κακά, καὶ ὠμὰ τὰ ὑφιστάμενα. κάκιστα δὲ τούτων πάντα, Quæ lectio tres vetuſtiſſimos codices manu ſcriptos autores habet,excuſis conſentientibus. Aut ἢ σμικρά, καὶ ὠμά, καὶ κακά. τὰ δὲ ὑφιστάμενα καὶ κάκιστα. Quæ lectio videtur eſſe Galeni, & habet duos conſentientes codices. Prior certè mihi integrior videtur,vt vrinarum craſſarum duos faciat gradus. Aut enim nullo modo ſubſident,aut ſubſidentia ſunt pauca,cruda & vitioſa.In ſumma tamen & vt breuiter concludam, ſunt omnes vrinæ peſſimæ. Sic etiam ſuperioris illius lectionis veſtigia apud Galenum remanent, cùm illud τούτων πάντα, in commentarium reiectum ſit.

βῆχες δὲ παρείποντο] βῆχες μὲν παρείποντο τοῖσι πυρετοῖσι, duo antiquiſſimi codices manu ſcripti cum impreſſis habent,quam lectionem cum interpretibus ſecutus ſum. Cui etiam vetuſtiſſimum alterum exemplar conſentit,niſi quod δὲ pro μὲν habet. Alij codices βῆχες δὲ παρείποντο ſimpliciter legunt. Significat autem Hippocrates nullam effatu dignam noxiam aut vtilitatem tuſſim attuliſſe , vt ſuperiore temporis conditione factum fuit. Ideoque nullam hîc vt priùs de ea mentionem idoneam factam eſſe.

ἔστι δ᾽ οἷσιν ἐκείνων] Hunc locum adducit Galenus lib.2. de dieb.decretoriis,vbi περὶ εἰκοστὴν pro ὀγδοηκοστὴν vitioſè legitur. Ex quo etiam loco nos,ad octogeſimum diem rectè vertiſſe perſpicies, non autem octogeſimo,quod fecerunt multi interpretes. Cæterum hac in clauſula pro σμικρὸν omnia ſcripta exemplaria cum Galeno σμικρὰ legunt.

Cumq; multa eaq; varia eſſet in morbis iudicationis ceſſatio,maximum ſane & peſſimum ſignum plęroſq; omnes ad extremum vſq; proſecutũ eſt , quod cibos omnes auerſarentur, iique maximè qui cætera quoque exitialiter haberent.In his verò febribus non admodum inopportunè ſiticuloſi erant. Longo autẽ progreſſu tẽporis,cùm & labores multi malaq; corporis extenuatio fieret,his humorũ ſeceſſus aut viribus ſuperiores,aut minores quàm vt prodeſſent quicquam,ſuccedebant,ſed qui confeſtim intrò recurrerent & in deterius cõtenderent. Atq; his aderant inteſtinorum tormina,crebræ & inanes egerendi cupidines,inteſtinorũ læuores & alui fluentes,nonnullis etiam aqua inter cutem cum huiuſmodi enumeratis caſibus,aut ſine his cõtingebat.Ex his verò quicquid violenter vrgebat,aut ſtatim è medio tollebat, aut prorſus nihil conferebat.Papulæ paruæ, quæ nec ſatis pro dignitate morborum excretioni reſpondebant ſed contra celeriter diſparebant,aut aurium tumores oboriebantur qui ſenſim & ſine vlla ſignificatione euaneſcebant.Nonnullis ad articulos præcipuæque ad coxendicem decumbebant, paucis decretoriè deſinebant , ſed celeriter rurſus priſtinum habitum aſſequebantur.

Πολλῆς δέ τινος γινομένης ἀκρισίης, καὶ ποικίλης ἐκ τῶν νουσημάτων, καὶ μεγίστου μὲν σημείου καὶ κακίστου διὰ τέλεος παρεπομένου, τοῖσι πλείστοισιν, ἀποσίτους εἶναι πάντων γευμάτων, μάλιστα δὲ τουτέων, οἷσι καὶ τἄλλα ὀλεθρίως ἔχοι. διψώδεες οὐ λίην ἀκαίρως ἦσαν ἐπὶ πυρετοῖσι τούτοισι. γενομένων δὲ χρόνων μακρῶν, καὶ πόνων πολλῶν, καὶ κακῆς ξυντήξιος, ἐπὶ τουτέοισιν ἀποστάσιες ἐγίνοντο, ἢ μείζους, ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι, ἢ μείους, ὥστε μηδὲν ὠφελέειν, ἀλλὰ ταχὺ παλινδρομέειν, καὶ ξυνεπείγειν ἐπὶ τὸ κάκιον. ἦν δὲ τουτέοισι τὰ γινόμενα δυσεντεριώδεα, καὶ τεινεσμοὶ, καὶ λειεντερίαι, καὶ ῥοώδεες. ἔστι δ᾽ οἷσι καὶ ὕδρωπες. μετὰ τούτων καὶ ἄνευ τούτων ἄσαι. ὅ, τι δὲ παραγένοιτο τούτων βιαίως, ταχὺ ξυνῄρει, ἢ πάλιν ἐπὶ τὸ μηδὲν ὠφελέειν. ἐξανθήματα μικρὰ, καὶ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων, καὶ ταχὺ πάλιν ἀφανιζόμενα. ἢ παρὰ τὰ ὦτα οἰδήματα μὴ λυόμενα, καὶ οὐδὲν ἀποσημαίνοντα. ἔστι δ᾽ οἷσι ἐς ἄρθρα, μάλιστα δὲ κατὰ τὸ ἰσχίον, ὀλίγοισι κρισίμως ἀπολιπόντα. καὶ ταχὺ πάλιν ἐπικρατυνόμενα ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἕξιν.

A ἀκρισίης] ἀκρισίαν iudicationis cessationem dixi, aut enim nullam omninò iudicationem, aut eam difficilem quidem & molestam significat. Quod in magna crudorum & malignorum humorum copia accidit, vt in conditione pestilenti lib. 3. epid. docet Gal. διὰ τὴν κακοχυμίαν ἵνα μὴ τῶν νοσημάτων οὐχ ὅλως ἐκεῖνοι, τινὰ δὲ μοχθηρῶς. Ex quibus patet ἀκρισίαν duobus modis dici, vt postea idē scribet, ὡς ἤτοι μηδ' ὅλως ἰσομένης κρίσεως, ἢ μοχθηρῶς ἰσομένης. Iudicij aut iudicationis temeritatem lubens dixissem, si significationem præcipuam inclusissem, quod in iudicationis cessatione fecisse videor, idq; melius lib. 2. epid. cùm iudicationem malam aut propè nullam dixi. Hic autem ἐπὶ τῶν νοσημάτων ex antiquis exemplaribus cum Gal. legi, non ἐκ τῶν, vt faciunt impressi codices.

καὶ κακῶς ξυντήξιος] Malam corporis extenuationem dixi colliquationem & consumptionem intelligens, cùm confluentibus totò corpore humoribus, ipsum quodammodo colliquescit & absumitur, ad eas quas dixit περιῤῥοίας referens & ad ἀποστάσιων genus quæ κατ' ἔκρουν fiunt. Malas autem dicit quod nihil leuarent nec pro morbi dignitate fierent, sed vel naturę vires deiicerent, aut nihil omninò promouerent, ob magnam crudorum, crassiorum & frigidorum succorum redundantiam, vt satis ex sequentibus patet.

B ἀποστάσεις ἐς ἔμετον] Hic ἀποστάσεις humorum secessus ex rei consecutione diximus, cùm humores in corporis alueos decumbunt, tandemq; per emissaria effluunt. Sic enim τὰς κατ' ἔκρουν κενώσεις significant, de quibus plura diximus Com. in lib. 2. epid. vbi & hunc locum aperuimus. Nullius verò est ponderis quod quædam exemplaria pro ἐπὶ τουτέοισι, ἐπὶ τούτων habent.

καὶ λειπυρίαι] Quædam exemplaria manu scripta λειπυρικαὶ legunt, vt & Aldinus codex.

μετὰ τούτων καὶ ἄνευ τούτων] Ista cum superioribus iunxit Galenus, quem cum interpretibus omnibus secutus sum, vt sit sensus, aquam inter cutem partim cum supra enumeratis casibus contigisse, partimq; sine his. Impressi omnes codices consentientibus omnibus ferè manu scriptis exemplaribus istud sic legunt, μετὰ τούτων καὶ ἄνευ τούτων ἄσαι, vt cum huiusmodi casibus, aut sine his Stomachi fastidia adfuerint. Est enim ἄση Hippocrati stomachi fastidium & nausea, molestaq; totius corporis iactatio & incontinentia, cùm ægri præsentem statum fastidiunt & loco stare nesciunt, ἀλύκην, ἀλυσμὸν, & ἀλυσιν sæpè vocat Hippocrates, Græci ῥιπτασμὸν & δυσφορίαν, quod euenit plurimo humore acri circa ventriculum & hypochondria in primis, venis ferueute, vt diximus lib. 2. epid. Non igitur vero est

C absimile, confluentibus plurimis in ventrem humoribus, stomachum ipsum atq; adeo hypochondria putrentibus & acribus succis pluribus vellicata, inquietem corporis habitum & iactationem multam attulisse, magnumq; ex immodica copia stomachi fastidiū: non autem eam ἀπορίαν & agitationem quam in febribus ἀπόλεσι perpetuò facit comitem Hippocrates, meritoq; suspectam habet. Huius porrò lectionis dubia acceptio Caluum impulit vt ista sequentibus adiungeret. ἐπὶ δὲ φλυζακιώδεα] Exemplaria quædam manu scripta φλυζακιούμενον cum Aldino legunt. καὶ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς] Locus hic variat in manu scriptis codicibus. Quidam enim οὐκ ἀξίως τῆς ἐκκρίσεως habent, quos cum Galeno secuti sumus. Par est namque papulas paruas non satis pro dignitate morborum excretioni respondisse, hoc est, morbis, exhauriendis aut omnino soluendis non satis fuisse, ex quo aut reuersiones factas, aut abscessus à natura procuratos oportuit. Duo reliqui manu scripti codices, inter quos etiam reconditissimo plurimum tribuimus, τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων cum impressis legunt, vt indicent papulas istas, quod paruæ essent parum idoneè morborum magnitudini aut impe-

D tui respondisse, hoc est, parum aut nihil morbos alleuasse. Est enim περιβολὴ τῶν νοσημάτων morborum inuasio, impetus, occupatio, circumuentio, implicatio & inductio, non secus ac περιβάλλειν τινὰ συμφορᾷ ἢ κινδύνῳ, alicui calamitatem aut periculum creare dicimus. Atq; hanc lectionem secutus est Caluus cùm dixit, pustulas non satis fuisse ad morborum insidias, implexè tamen, cùm clausulam istam superioribus adiunxerit. Cornarius pro dignitate rationis excretionis morborum dixit, in quo nostram lectionem secutus videtur, nisi fortè vtrunq; complexus est, etsi satis esse videbatur pro dignitate excretionis morborum dicere. Aut certè περιβολὴ eam quæ circumcirca fit morbi depulsionem & excretionem significat, quomodo vsurpauit lib. 2 epid. in vitiligine & huiusmodi cutis vitiis, quæ per corporis planitiem morbum deponerent, cùm dixit καὶ ὧν μὴ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῆς νόσου. Quæ sanè notiones eodem recidunt, cùm significent nihil pro morborum dignitate pustulas alleuasse. Atqui haud scio an περιβολὴ etiam ad περιῤῥοίας aliquatenus referri possit, vt circumfluos totius corporis humores & in corporis superficiē decumbentes, eamq; velut inuoluentes, papulę paruæ

E parum sedauerint, ex hisq; nihil effatu dignum exhauserint. ἢ περὶ τὰ ὦτα οἰδήματα] Quod priore sectione de parotidibus dixit quæ sensim & sine vlla significatione disparerent, πᾶσιν ἀσήμως ἠφανίσθη, hic aliis verbis repetit. In quo rectè mihi videor manu scriptorum exemplariorum idem secutus, quæ μωλυόμενα pro οὐ λυόμενα legunt. Est enim μωλύεσθαι aut μωλωπίζεσθαι, vt Com. in lib. 2. epid. scripsimus, κατὰ βραχὺ ἀπομαραίνεσθαι, lentum conquiescere, subsidere & euanescere, quod de parotidibus quæ præter rationem & sine vlla recta signorum significatione leniuntur, sedantur, nec ad suppurationem perueniunt, sæpè effert Hippocrates, eamq; in rem his sæpè verbis vtitur μωλύεσθαι aut ἀμωλύνεσθαι, ἀσαφίζεσθαι, καταστῆναι, ῥαστωνῆσαι, ῥιζοῦσθαι, κρίζεσθαι, κεωθῆναι, λυθῆναι. Idem etiam quod hic οὐδὲν ἀποσημαίνοντα dixit, alias ἀσήμως, παραλόγως, ἀκρίτως, ἄνευ προφάσιος, & ἄνευ λόγου effert, quod significat ἄνευ λυτηρίων σημείων, ἢ τοι ἐκκρίσεως, ἢ πέψεως, vt sæpè interpretatur Galenus. Quæ omnia cùm latam habuerint nostris in lib. 2. epid. comment. explicationem pro accurata signorum disciplina hic à me non temerè omittentur. Par est autem hic μωλυόμενα legi debere, cùm hoc verbum parotidibus intrò recurrentibus & sensim disparentibus sæpè attribuat Hippocrates, & οὐδὲν ἀποσημαίνοντα quod est ἀσήμως, in eundem

F penè sensum traxerit, cùm ea ferè simul iuncta sint. Vt ne addam hunc mihi videri locum à Galeno in Exegesi indicari: cùm μωλυόμενα τὰ κατὰ βραχὺ ἀπομαραινόμενα explicat. Huc enim referri arbitror vt pro constanti Hippocraticæ œconomiæ disciplina μωλυόμενα Galenus legerit. Impressi codices μὴ λυόμενα cum quibusdam manu scriptis legunt, quam lectionem secuti sunt omnes penè interpretes, vt istud tumoribus ex crudis, crassis & frigidis humoribus enatis attribuerent, quæ ideò difficilem haberent & verò nulla iudicationis autoritate consignatam solutionem. μελαινόμενα etiam quidam impressi habent, quam lectionem scriptum etiam exemplar testatur, quod de nigricantibus tumorib⁹ qui naturæ vires afficerent intelligitur. Sed hæc lectio parui aut nullius propè est momenti, etsi eam secuti sunt Galeni interpretes. ἐπικρατεόμενα] Indicat tam magnum fuisse frigidorum & crudorum succorū copiā, vt naturæ vires affecerit, quæ etsi paululùm recreata tumores huiusmodi aliquando discutere videretur, tandem tamen onere fatigata & euicta, pristinum illis habitum cessit, prioremq; decub[...]us statum permisit. Dominatum enim quendam & imperium humorū illud, ἐπικρατεόμενα docet. Quam potestatem vt faciliùs innueremus, sic vertere potuimus. Sed celeriter rursus præualentibus aut

G inualescentibus viribus, pristinum habitum adepti sunt, quod etiam in assequendo satis dixisse videmur. Nil vero mirum est temerè euanescentes aurium tumores in articulos decubuisse, aut frigidiorem humorum copiam tubercula articulorumq; labores attulisse. Quod etsi in Hipp. disciplina perpetuū est & constans, ex placito tamen 44. lib. 4 & verò ex sent. 1. lib. 6. epid. sect. 4. satis patet, quæ plurimùm facit ad huius loci notioné. Cæterum exemplaria tria ἐπικρατεύμενα cum Galeno pro ἐπικρατεόμενα, eodem sensu legunt. Duo etiam vitiosè ἐπικρατήμενα. Quò magis mirum est interpretes quosdam hic perpessionem aliquam significasse, cùm mihi multò magis humorum actio & vis inaudienda veniat, nisi istud de partibus corporis superatis & euictis intelligunt, in quos humores ipsos dominiū exercuisse constet. Sed valde simplex est prior notio eoq; plausibilior, quòd in re minimè perplexa nihil fuit inuoluendum.

H Ἔθνησκον δὲ ἐκ πάντων μὲν, πλεῖστοι δὲ ἐκ τουτέων παιδία, ὅσα ἀπὸ γάλακτος ἤδη, καὶ πρεσβύτερα ὀκταετέα καὶ δεκαετέα. καὶ ὅσα πρὸ ἥβης. ἐγίνετο δὲ τούτοισι ταῦτα, οὐκ ἄνευ τῶν πρώτων γεγραμμένων. τὰ δὲ πρῶτα πολλοῖσιν ἄνευ τουτέων. μοῦνον δὲ χρηστὸν καὶ μέγιστον τῶν γινομένων σημείων. καὶ πλείστους ἐρρύσατο τῶν ὄντων ἐπὶ τοῖσι μεγίστοισι κινδύνοισιν, οἷσιν ἐπὶ τὸ στραγγουριῶδες ἐτράπετο. καὶ ἐς τοῦτο ἀποστάσιες ἐγίνοντο. ξυνέπιπτε δὲ καὶ ἐν τοῖσι πλείστοισι τὸ στραγγουριῶδες. τῇσιν ἡλικίῃσι ταύτῃσι γίνεσθαι μάλιστα

Ex quouis autem hominum genere interibāt quidem, atq; ex his plurimi pueri iam à lacte depulsi, iiq; quibus ætas paulùm processerat, octennes aut decennes, nec dum etiam puberes. Atque ista quidem his non sine superiùs descriptis, multis verò superiora absq; his contingebant. Quibus autem ad vrinæ difficultatem res tota se conuerterat, in eamque humorum secessus fierent, iis hoc vnum vtile omniumque efficacissimum signum fuit, quod etiam plærosque omnes ab imminenti maximo discrimine vindicauit:

Accidit verò plurimis vrinæ difficultatē potiſſimūq; his ætatibus fieri, itemq; aliis multis qui etiá in morbis erecti obambulabant. Hîc quoq; ſubita quædam & magna omnium mutatio aderat. Aluos nanque ſi contigiſſet fuſas fuiſſe, eæ confeſtim peſſimè cogebātur, & ad omnes cibos alacres erant, poſteaq; placidę febres tentabant. Verùm quæ ad vrinæ difficultatem ſpectabant, ea his diuturna & moleſta fuere, vrinæq; copioſæ, craſſæ, euariantes & rubræ, partimque cum dolore purulentæ. Atq; hi omnes ſuperſtites euaſere, neq; eorum quenquam interiiſſe cognoui.

ἐγίνετο δὲ καὶ τῶν ἄλλων πολλοῖσιν ὀρθοστάδην, καὶ ἐπὶ τῶν νοσημάτων. ταχὺ δὲ καὶ μεγάλη τις ἡ μεταβολὴ τούτοισι πάντων ἐγίνετο. κοιλίαι τε γὰρ εἰ καὶ τύχοιεν ἐφυγραινόμεναι, κακοήθεα τρόπον ταχὺ ξυνίσταντο. γεύμασί τε πᾶσιν ἡδέως εἶχον, οἵ τε πυρετοὶ πρηέες μετὰ ταῦτα. χρόνια δὲ τουτέοισι τὰ περὶ τὴν στραγγουρίην καὶ ἐπίπονα ἦν. οὖρα δὲ τουτέοισιν ἦν πολλὰ, παχέα, καὶ ποικίλα, καὶ ἐρυθρὰ, μιξόπυα μετ᾽ ὀδύνης. περιεγένοντο δὲ πάντες οὗτοι. καὶ οὐδένα τουτέων οἶδα ἀποθανόντα.

ὅσα ἀπὸ γάλακτος] Depulſos à lacte aut matribus pueros intelligit nec ampliùs lactentes, quemadmodum depulſi à matribus hœdi dicuntur, & Virgilius extulit.

Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos &
---depulſis arbutus hœdis---

Sic porcos à mamma depulſos delicos vocat Varro*, & quod dicit Pacuuius, Ab hoc Depulſum mamma pædagogandum accipit, Repotialis liber. Sic enim apud Feſtum reponit ſæculi noſtri lumen Adrianus Turnebus. His ἀπογάλακτα παιδία aut ὑπομάζια & ὑπομάστια opponunt Græci lactantes pueros & ex vberibus pendentes. Cæterùm ambiguum eſt an ad omnes referas, an verò ad pueros ſolos, etſi ad omnes relatum ſequentia rectè ferant. Veteres omnes manu ſcripti codices pro ἐκ τουτέων, καὶ τουτέων habent, quod leue eſt. * *Lib.2.de re ruſt.cap. 4.*

ὅσα πρὸ ἥβης ἦσαν] Duo exemplaria non æquè vetuſta πρὸς ἥβην legunt, quam lectionem interpretes quidam ſecuti ſunt. Alterum vetuſtiſſimum idemq; fidiſſimum, πρὸς ἥβην προσῆγον habet, quæ locutio Hippocrati aph.26.& 27.lib.3. familiaris eſt, eoſq; qui propiùs ad pubertatem accedebant, ſignificat.

ἦν δὲ χρόνιον] Sic duo vetuſtiſſima exemplaria legunt, altera μοῦνον cum impreſſis habent. Significat autem humorum ad renes & veſicam confluxum, per huiuſmodi corporis effluuia totum corpus repurgaſſe, morboſque leuaſſe, quibus facilè vrinæ ſtillicidium ob humorum acrimoniam ſucceſſiſſe, vero eſt ſimile. Eaq; abſceſſuum ratio bono fuit, cum ad eorum genus qui κατ᾽ ἔκρουν fiunt, referri debeat. Quod profectò nos mouit vt ἀποστάσιας ἐς στραγγουρίην γίγνεσθαι humorum ſeceſſus per vrinæ difficultatem fieri diceremus, cùm ſuperfluam corporis copiam per renes & veſicam effluere, atque in tranſitu laborantibus locis ſtranguriam excitari ſignificaremus. Qua de tota re abundè ſcripſimus noſtris in lib.2.epid.comment.

ὀρθοστάδην] Dubium eſt an illud καὶ ἐπὶ τῶν νοσημάτων, ad ὀρθοστάδην referat, & vtrumque de his intelligat qui etiam in morbis erecti obambulant nec decumbunt, quod certè integrius mihi videtur, an verò ex repugnantia quadam decumbentes intelligat per τὸ ἐπὶ τῶν νοσημάτων, & τοῖς ὀρθοστάδην opponat non ſecus ac κατακειμένοις. Quod quibuſdam interpretibus viſum eſt.

γεύμασί τε πᾶσιν ἡδέως εἶχον] Elegans eſt & familiaris Hippocrati phraſis. Sic lib.3. epid. ἡδέως ἔχειν πρὸς [illegible] dixit, & τὰ σιτία ἡδέως δέχεσθαι Prorrh.2. quod aph.33.lib.2. δὲ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς extulit. Quibus omnibus optimè ad cibum comparati ægri ſignificantur. * Celſus cibi cupiditatem dixit, nos ad cibum alacritatem non malè, vt opinor, vertimus.
* *Lib. 2. cap. 3. & 8.*

τὰ περὶ στραγγουρίην] Solenne eſt Hippocrati hac locutione morborum ſymptomata & attributiones exprimere, aliquando etiam morborum propriam naturam. Hîc verò per τὰ περὶ τὴν στραγγουρίην ea quæ in vrinæ difficultate acciderent & fierent hoc eſt continuum humorum effluxum ſignificare videtur, quæ Gal. τὰ κατὰ τὴν στραγγουρίην, eodem ſenſu expreſſit. Scripta quædam exemplaria τὴν articulum addunt cum Gal. qui non eſt in impreſſis, etſi in eo ſignificato ſæpiùs ſine eo locutio perfecta eſt.

μιξόπυα] μιξόπυα οὖρα partim purulentas vrinas diximus, hoc eſt pure permixtas, quod certè humorum acrimonia tentatas vrinæ vias indicabat, idq; non ſine dolore. τῶν δ᾽ ἀναγκαῖον ἦν (inquit Gal.) πάσχειν τὰ μόρια δι᾽ ὧν ἡ ἔκκρισις ἐγίγνετο τῶν δριμέων οὔρων, δηλονότι δακνόμενα, καὶ τῇ συνεχεῖ τῆς ἀποκρίσεως ἐνοχλούμενα, διόπερ καὶ ἐπιπόνως εἶχον ἐν αὐτῇ τῇ διόδῳ τῶν οὔρων. Pus etiam vrinæ permixtum lotii inſtrumenta oblæſa eſſe ſignificat, vt patet ex aph.75.& 81.lib.4. quem ſic expreſſit Celſus*, At ſi ſanguis & pus in vrina eſt, vel veſica, vel renes exulcerati ſunt. Cæterùm Caluus μυξόπυα legiſſe videtur cùm mucoſum & purulentum lotium dixit, quod in nullo exemplari reperi. * *Lib.2.cap.7.*

In quibus verò caſibus nullum periculum ſuſpectum eſt, eorum quæ exeunt maturationes omnes num vndique tempeſtiuè procedant, conſiderandæ ſunt. In quibus etiam nū abſceſſus bono ſint, aut cum iudicatione fiant videndum eſt. Concoctiones iudicationem breui fore & certam ſalubritatem portendunt. Cruda verò & incocta, quæq; in malos abſceſſus vertunt, aut iudicationis ceſſationem, aut dolorem, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem reuerſiones ſignificant. Horum autem quodcumque maximè futurum ſit, ex aliis conſiderandum. Summa cura anniti oportet vt præterita enarres, præſentia cognoſcas, & futura prædicas. Duoq; iſta elaboranda ſunt, vt in morbis commodes, aut ne quid offendas. Artem tria iſta circumſcribunt, morbus, æger, & medicus, qui artis eſt adminiſter, ægrumque oportet vna cum medico morbo reluctari. Capitis & ceruicis dolores & grauitates ſi febres comitētur, aut ſine iis accidant, phrenitide quidem laborantibus ad conuulſiones deſinunt, præſertim vbi æruginoſa vomitione refuderint: Sed & eorū nōnulli celeriter intereunt. Qui febribus ardentibus aliiſve conflictantur cum ceruicis dolore & temporū grauitate, ſi tenebricoſa caligo oculis obuerſatur, præcordiorumque contentio ſine doloris ſenſu affuerit, iis ſanguis è naribus profunditur. Qui verò toto capite grauitatem ſentiunt,

Ὁκόσα δὲ ἀκινδύνως, πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων πάντας πάντοθεν ἐπικαίρους, ἢ καλὰς καὶ κρισίμους ἀποστάσιας, σκοπεῖσθαι. πεπασμοὶ ταχυτῆτα κρίσεως καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείην σημαίνουσιν. ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. ὅ,τι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκεπτέον ἐξ ἄλλων. λέγειν τὰ προγενόμενα. γινώσκειν, τὰ παρεόντα. προλέγειν τὰ ἐσόμενα, μελετᾷν ταῦτα. ἀσκεῖν περὶ τὰ νουσήματα, δύο. ὠφελεῖν, ἢ μὴ βλάπτειν. ἡ τέχνη διὰ τριῶν. τὸ νόσημα, ὁ νοσέων, καὶ ὁ ἰητρός. ὁ ἰητρὸς, ὑπηρέτης τῆς τέχνης. ὑπεναντιοῦσθαι τῷ νουσήματι, τὸν νοσέοντα μετὰ τοῦ ἰητροῦ χρή. τὰ περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον ἀλγήματα καὶ βαρέα μετ᾽ ὀδύνης, ἄνευ πυρετῶν, καὶ σὺν πυρετοῖσι. φρενιτικοῖσι μὲν σπασμοί. καὶ ἰώδεα ἐπανεμέουσιν, ἔνιοι ταχυθάνατοι τούτων. ἐν καύσοις δὲ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πυρετοῖσιν, οἷσι μὲν τραχήλου πόνος. καὶ κροτάφων βάρος. καὶ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας, ἢ καὶ ὑποχονδρίου ξύντασις μετ᾽ ὀδύνης γίγνεται, τουτέοισιν αἱμορραγέειν διὰ ῥινῶν. οἷσι δὲ βαρέα μὲν ὅλης τῆς κεφαλῆς,

καρδιω-

A καρδιωγμοὶ δὲ καὶ ἀσώδεές εἰσιν, ἐπανεμέουσι χολώδεα καὶ φλεγματώδεα, τὸ πολὺ δὲ παιδίοισιν. ἐν τούτοισι γὰρ καὶ σπασμοὶ μάλιστα. γυναιξὶ δὲ καὶ ταῦτα, καὶ ἀπὸ ὑστερέων πόνοι. πρεσβυτέροισι δὲ καὶ ὅσοισιν ἤδη τὸ θερμὸν κρατέεται, παραπληκτικὰ, ἢ μανικὰ, ἢ στερήσιες ὀφθαλμῶν.

cum oris ventriculi morſu,& ſtomachi faſtidio, ij bilioſa & pituitoſa vomitione reiiciunt. Quibus in caſibus plærunque pueris conuulſiones maximè fiunt. Eadem etiam mulieribus contingunt, prætereaq; obſcœnorum locorum dolores. Grandioribus autem natu & quos iam calor defecit, partium reſolutiones, aut inſaniæ, aut cæcitates.

ὁκόσα δ' ἀκινδυνώως] Variant hìc exemplaria ſcripta non ſecus ac excuſa. Duo exemplaria Regia mirandæ vetuſtatis, ὁκόσα δ' ἀκινδυνώως, ſequentibus iungunt. Alia præcedentibus addunt, & ὅσα δ' ἀκινδυνώως legunt. Alterum exemplar cuius integritas vetuſtati B coniuncta, magni eſt apud me nominis, ὅσα δ' ἀκινδυνώως habet ſequentibus additum. Quorum omnium conceſſu Galeni lectionem ſecuti ſumus. Vt innuat Hippocrates, in his morbis qui ſecuritatem pollicentur, eam non temerè ſignificari, ſed ex eorum quæ per corporis emiſſaria excernuntur concoctionibus rectè præſagiri, aut etiam per abſceſſus bonos & iudicatorios prædici. Quod quidem magnum habet in iudiciorum celebritate momentum. Atque hæc potiùs lectio ad Galeni autoritatem æſtimanda mihi fuit, quàm quicquam in non ſatis explicato loco ex ſomnio fingendum. Caluus illud ὅσα ἀκινδυνώως, ad ea quæ excernuntur refert & vniuerſitatis doctrinæ plurimùm demit, nihilque magnum elicit, cùm velit in iis excrementis quæ ſine periculo tempeſtiuè concocta exeunt abſceſſus bonos & decretorios conſiderari. Longè enim Hippocrati & Galeno alia mens eſt, iudiciorumq; tota diſciplina aliud quid reconditum magis amplectitur, cùm inde morborum euenta, rerum exitus & præſagitiones peti debeant. Quod equidem in iudiciorum libris ampliſſimè eſt à Galeno explicatum.

πάντας πάντοθεν] Sic omnia habent exemplaria præter reconditiſſimum manu ſcriptum quod πάντων legit & ad τῶν ἀπιόντων refert. C Porrò πάντοθεν illud incertum eſt an τὰ ἀπιόντα reſpiciat, omneſque corporis effluxus ſignificet ex quibus partium excrementa prodeunt, an verò omni ex parte, aut prorſus & penitùs tempeſtiuas concoctiones expetat. Certè vtrumlibet conceſſeris verum eſt. Nihil enim refert an ea quæ vndique exeunt tempeſtiuas habeant maturationes, an verò penitùs tempeſtiuas. Vtramque enim bono eſt & exactam habet eiuſdem ſenſus diſciplinam, niſi quod πάντοθεν excrementorum ductus magis ſignificare videtur. Atq; haud ſcio an illud ἐπικαίρους aliò rapi poſſit, vt valde ex vſu & neceſſarias atque animaduertendas in huiuſmodi morbis eorum quæ exeunt concoctiones ſignificet. Sic enim ἐπίκαιρος inſignis, neceſſarius, animaduertendus, & ex vſu dicitur. Sed profectò ad eandem iudicij normam omnia ſpectabunt eodemque recident. Cæterùm pro σωτηρίας reconditiſſimum exemplar manu ſcriptum πιθανῆς legit, quod à Galeno etiam annotatum eſt, & σωτηρίας margini annotatum à quodam accurato qui lectionem vtranque notare voluit. Hic porrò locus ad totam κρίσεων doctrinam valde celebris eſt & paſſim à Galeno adumbratus, præcipueq; cap.5.lib.1. κρίσεων.

D σπασμοί] Magna eſt huius loci autoritas & celebritas, explicaturque a Galeno lib.1. κρίσεων cap.5. & 15. Porrò variant exemplaria, cùm quædam ἀσφαλέας ὑγιείας in quibus ſunt duo Regij codices cum Galeno, legant alia ἀσφαλέα ὑγιείης habent, in quibus eſt reconditiſſimus codex cæteraque recentia. Quæ eſt etiam Galeni lectio cap.5. lib 1. κρισ. Habent & quædam ἀσφαλῆ ὑγιείην cum impreſſis. Quæ omnia ſecuram ſalubritatem certamque ſalutem ſignificant. Meminit etiam huius loci Galenus lib.de conſtit. artis medicæ, vbi ἀσφαλέας ὑγιείας legit, & Com.in aph.22.& 29.lib.4. Idem quoq; Com.2. in Prorrheticum, ἀσφαλέας εἰς ὑγείαν legit.

οἷα καὶ ἀπέπτα] Celebratur hic locus a Galeno cap.15.libr.1. κρισ. & Comment.3. poſtea in Metone, vbi nominatim hic additum ſignificat, καὶ εἰς κρίσιν ἀπο..., quod crudis omnibus & tenuibus procedentibus, abſque recidiua fuerit iudicatus, cum nulli abſceſſus vitioſi procurati fuerint, ſed ij qui naturæ viribus valentibus ſæpiùs per emiſſionem ſollicitantur & boni iudicantur. Largus enim ſanguinis è naribus curſus ægrum liberauit, qui etiam à iudicatione aliquantulum perſtitit. Cæterùm mirum eſt in codice reconditiſſimo manu ſcripto τινὸς ἰσχυρῶς legi, quod in nullo alio reperitur, etſi Galenus lib.1. κρισ. cap.15. hanc lectionem E agnoſcit, ſed ibidem vitiosè, ἐ χρόνος, omittitur.

ἀσκεῖν περὶ τὰ νοσήματα] Locus hic in artis præceptis eſt per ſe admodum commendabilis. In his enim omnibus quæ ad ægros pertinent morbiſq; admouentur nil niſi longo vſu attrectatum, optima ratione firmatum, rerumq; magiſtra experientia conſignatum adferri à medico oportere indicat Hippocrates, nec in magna optimorum medicamentorum copia iis confidenter vtendam exiſtimat quæ nudam habent eamq; non ſatis probatam indicaturæ commendationem. Qualia multa ex antiquorum ſcriptis non ſatis definita peti poſſunt. Quæ quidem vt ſunt in arte tradenda inſignia, ita eleganter a Galeno his verbis explicantur. lib.1. comp.pharm. gen c.16. οὐ μικρὸν δὲ οὐδὲ τοῦτ' ἔστιν ἐν τοῖς φαρμάκοις, ὥσπερ καὶ τοῖς διαιτήμασι καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν τέχνην, ὃ προσήκειν μὲν ἴσως τι πρῶτον, ὡς μηδὲ ἄξιον Ἱπποκράτης εἶναι νομίζειν. παραινοῦντι οὖν οὕτω πάντα τὰ κατὰ τὴν τέχνην πράττειν ὡς ὠφελεῖν ἢ μὴ βλάπτειν. ὕστερον δὲ ἔγνων ἐν τῷ μεγίστῳ δύναμιν ἔχειν, ὡς ἑώρων ἐνίους τῶν ἰατρῶν, εἰς κατηγορίας ... φαρμάκοις ὡς θαυμαστοῖς ..., τούτοις ... ἐπ' ἄλλων ἀποτυχόντας, ὡς ... F τοῦτο ἐπιφθάσαι ... τοιούτοις χρῆσθαι βοηθήμασιν, ἐφ' οἷς ὁ μὲν τῆς ὠφελείας ἐλπὶς ἐνίοτε ἀμφίβολος ἐστὶ, τὸ δὲ ... ἀναμφίλογον βλάβην, ... γνῶναι. Idem quoq; initio lib.1. κατὰ τόπ. ἐγὼ δ' ὅπερ Ἱπποκράτης ἐκέλευσεν, ἀεὶ πειρᾶσθαι πράττειν ἐπὶ τῶν τῆς τέχνης ἔργων, ὡς τὸ προειρημένον ..., καθάπερ ἐκεῖνος ἔγραψεν, ὠφελεῖν ἢ μὴ βλάπτειν. Ex quibus ſatis conſtat quam efficax ſit in remediorum vſu præceptio, nequid temerè nec niſi bene ſubducta ratione adhibeatur, vt Medici nomen & dignitatem ſuſtineas, qui quoad eius fieri poteſt noxia deuitat & ſanitatis ſcopum ſemper affectat. Quod etſi in remediorum genere non ſemper reſpondeat, magnum eſt tamen & viro bono dignum, firmiſſimis rationum momentis conteſtatam animi integritatem præſtare, & optima mentis aſſenſione confirmatam artis autoritatem maleuolentiſſimorum calumniæ non prodere. Atque adeò cum ſæpè eueniat vt nouis morbis noua quærenda ſint remedia, & obſtinatiſſima vitia non niſi magnis auxiliorum copiis cedant, in his (vt inquit Celſus) medicus aliquid oportet inueniat quod non vtique fortaſſe, ſed ſæpiùs tamen etiam reſpondeat. Et verò ſi illud eſt quod maximè cauendum oratori & præuidendum putat Antonius apud M.Tullium *, quodq; eum ſollicitare ſummè ſolet, non tam vt proſit cauſis elaborare ſolere, quam vt nequid G obſit: non quin enitendum ſit in vtroque, ſed quod multo turpius eſt oratori nocuiſſe videri cauſæ quam non profuiſſe. Id profectò longè æquiſſimum in hac ſalubritatis cauſa videri debet, in qua vel leuis offenſio non ſine magno corporis diſpendio ſuſcipi poteſt. Porrò hic quoq; variant exemplaria. Quædam enim manu ſcripta ἀσκεῖν περὶ τὰ νοσήματα δύο, cum impreſſis legunt. Alterum etiam reconditiſſimum & Regium ἀσκεῖν περὶ τὰ, τὰ νοσήματα ὠφελέειν habet, eodem propè intellectu. * *Orat 2.*

ἡ τέχνη διὰ τριῶν] Inter artis pulcherrima inſtrumenta hæc quoq; lauta eſt ſupellex, quam his verbis adornat Gal.Com.4.in lib.6. epid. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἡ τέχνη διὰ τριῶν, τὸ νόσημα, ὁ νοσέων, ὁ ἰατρός. ὑπηρέτης τῆς τέχνης ὁ ἰατρός. ὑπεναντιοῦσθαι τῷ νοσήματι τὸν νοσέοντα μετὰ τοῦ ἰατροῦ. καὶ ὡς τριῶν ὄντων, ἰατροῦ, καὶ νοσήματος, καὶ κάμνοντος, ἐὰν ὁ νοσῶν ἐάσῃ μόνον πολεμεῖν τῷ νοσήματι τὸν ἰατρὸν ... ὑπὸ τοῦ νοσήματος, ἐὰν δὲ καταλιπὼν τὸ νόσημα, σύμμαχος γένηται αὐτὸς ... τῷ ἰατρῷ, μεγάλην ἐλπίδα τῆς νίκης ἔσεσθαι ... πρὸς τὸ νόσημα μαχομένων ὡς ... ἔμπαλιν οὐδεμιᾶς ἐλπίδος ἴσαι ..., ἐὰν ὁ κάμνων μετὰ τοῦ νοσήματος γένηται ..., μονωθεὶς γὰρ αὐτὸς ὑπὸ τῶν δυεῖν νικηθήσεται. Idem quoq; lib.1.de dieb. decretoriis huius tam inſignis loci mentionem facit hunc in H modum; ὅπου δὲ καὶ τὸν ἰατρὸν ὑπηρέτην φύσεως ὀνομάζει, τὸν ὄντως ἰατρὸν, οὐ φαρμακοπώλην τινὰ ἐκ τριόδου. Quibus in locis Galenus ὑπηρέτην φύσεως non τῆς τέχνης legit, quam lectionem etiam annotat in Commentario. Quem totum locum omiſit loco priùs ab eo adducto lib. 6.epid. Lib. quoque methodi 4.cap.6. huius loci meminit his verbis: μετὰ δὲ ταύτην ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν γράμματι ... ἄν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι συγγράμμασι πολλάκις ὑπέδειξε, μόνον ... εἶναι τὸν ἰατρὸν ... τῆς φύσεως ..., ἀλλὰ ... Sic quoque lib. ad Thraſybulum vtrum ſanitas ad medicinam aut gymnaſticen pertineat, hunc locum ſubindicat & medicum ὑπηρέτην τῆς φύσεως vocat vt & lib.9.de plac. Hip.& Plato. καὶ βαρέα] μετ' ὀδύνης addunt publicati omnes codices & Regij duo manu ſcripti. Alter peruetuſtus cum noſtro conſentit, καὶ βάρεα ſimpliciter legit, quam lectionem ſecutus videtur Galenus. Solenne eſt autem in tota Hipp. OEconomia in magnis capitis affectibus τραχήλου πόνους, aut τραχήλου ὀδυνώδεα dicere, vt ſatis ex Prorrhetico & Coacis patet. Quæ profectò redundantis in cerebro humorum copiæ, eorundemq; ſurſum lationis ſunt certiſſima ſigna. Ex eademq; diſciplina ſumptum eſt quod ab Hip. ſcribitur Prorrh.primo & Coacis. τραχήλου πόνος κακὸν μὲν ἐν παντὶ πυρετῷ, κάκιστον δὲ οἷς ἐκμανῆναι ἐλπίς. Porrò totus hic locus ad finem vſque ſectionis à Galeno adducitur & explicatur lib 3.de criſibus.

καὶ ἰάσιμα] ἀλλὰ καὶ ἰάσιμα ἔμενον legi cum duobus codicibus manu ſcriptis Regiis; etſi alia exemplaria cum impreſſis conſentiunt

Eorundem quoque consensu & sequentibus addidi, quæ lectio Galeni esse videtur, etsi lib.3.de crisib. impressos codices sequi videtur,& pro ἐπανεμέουσι ἐπὰν ἐμέουσιν habet. Cæterùm virulentas huiusmodi vomitiones insaniam portendere, cùm ab exassata bile flaua in cerebrum rapta fiant, vt scribit Gal.com.1.in Prorrh. non est absonum, idque testatur Hippocrates his verbis Prorrh.1. τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσι ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος ἀγρυπνώδεα, ταχὺ ἐκμαίνει. Quæ sententia etiam in Cois Præsagiis repetitur. A

καὶ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας] Hîc tenebricosas quasdam visus caligines intelligit & hebetudines, offusas oculis tenebras dicit Celsus *, quæ sursum actis vaporibus fiunt, quas ἀμβλυωγμοὺς aliquando vocat Hipp. interdum verò per τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα effert, vt ex Prorrhetico & Coacis patet. Quæ quidem sunt propria cum cæteris hæmorrhagiæ signa, in quibus etiam oculis obuersantes splendores aut fulgoris motus (μαρμαρυγὰς vocat Hipp.) annumerantur. Quorum omnium vires & circunscriptio ex Prognostico & Galeno lib.3.de cris.petenda est, communitas autem ex Prorrhetico & Coacis haurienda, in quibus necessaria ista signa cæteris plurimis ex magno signorum concursu confunduntur. Atque ad hanc prædicendæ hæmorrhagiæ doctrinam ea pertinent quæ ab Hipp. in Prorrh.scribuntur. ὑποχονδρίου τάσις μετὰ καρηβαρίης καὶ κωφώσιος, καὶ τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα, αἱμορραγικά. Quod his verbis in Coacis Prænot.repetitur, οἷσι κώφωσις μετὰ καρηβαρίης καὶ ὑποχονδρίου ἔντασις & πρὸς αὐγὰς ἐνοχλεῖν αἱμορροεῖ. Item οἱ καρηβαρικοὶ, κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἀγρυπνοι, αἱμορραγικοὶ, ἄλλως τε & ἤν τι ἐν τραχήλῳ ἐντείνει. Deinde τραχήλου ὀδυνώδεα, ὄμματα ἐξέρυθρα, αἱμορραγικά. Ex quibus tum propria tum verò sanguinis profusionis per nares communia signa annotanda sunt. Ad prædictionis autem disciplinam propriis quibusdam & vnius eiusdemq; naturæ signis insistendum, quæ (vt rem paucis absoluam) ex Hippocratis prognostico & his Galeni verbis haurienda sunt: τὰ δὲ τῶν αἱμορραγιῶν ἴδια μαρμαρυγὲς μὲν ὅτι ξανθὸς ὁ χυμὸς, ἀμβλυωγμοὶ δὲ, ὅτι πολὺς ἀθρόως ἀναφερόμενος ἐμφράττει τὰς ὁδοὺς τοῦ πνεύματος. οὕτω δὲ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι τῷ πλήθει τοῦ ῥεύματος, ὥσπερ κἀν ταῖς ὀφθαλμίαις. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐρυθροὶ φαίνονται σὺν τοῖς μήλοις ἐνίοτε καὶ τῇ ῥινί. ἴδιον δὲ τῶν αἱμορραγιῶν, καὶ ἡ τῶν ὑποχονδρίων σύντασις οὐ μετ' ὀδύνης. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἄνω ῥοπῆς τοῦ αἵματος οὐ σμικρὸν γνώρισμα, καθάπερ & ἡ δύσπνοια, καὶ γὰρ καὶ ἥδε διεξερχομένου τοῦ αἵματος εἰς τὸν θώρακα γίνεται. σὺν ὀδύνῃ δὲ εἴπερ ἐκταθείη τὸ ὑποχόνδριον, οὐχ αἱμορραγίας ἐσομένης σημεῖα ἀλλὰ φλεγμονῆς τινὸς αὐτόθι γεγενημένης ἐστὶ σύμπτωμα. Idem quoque com.3.in Prorrh.vniuersalem profluuij sanguinis notionem his paucis comprehendit, ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ δύο τῶν πρώτων, πυρετὸν θερμὸν ἱκανῶς, ὥσπερ οἱ καῦσοι, καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τοῦ τραχήλου συμπτώματα, & μάλιστα αὐτῶν τὰ πληθωρικά. συνεωραμένον δὲ δῆλον, ὅτι τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸ κατὰ τὸ πρόσωπον, εἶθ' ἑξῆς αἵματος πλῆθος ὅσον ἐν ὅλῳ τῷ σώματι σημεῖα. καὶ τούτων οὐδὲν ἧττον ἐφ' ὥρᾳ θέρους ἢ ἐαρινῇ χώρᾳ τε τῶν εὐκράτων, ἢ τῶν θερμοτέρων κατ' ὑποχόνδρια φλεγμονή τις, ἐφεξῆς δὲ τούτων τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν & τὸ πρόσωπον αἱμορραγικὰ σημεῖα, καὶ ἔτι κατὰ θώρακα καὶ ὑποχόνδρια τῆς ἄνω ῥοπῆς γνωρίσματα. τῶν γὰρ ἁπάντων διὰ τῶν περὶ κρίσεων ὑπομνημάτων ἐξηγησάμην, καὶ μέντοι καὶ τῶν εἰς τὸ προγνωστικὸν καὶ τὸ πρῶτον ἐπιδημιῶν, ἐν οἷς & διώρισαι τά τε μελλούσης ὅσοι οὔπω γίνεσθαι τῆς αἱμορραγίας σημεῖα, καὶ τὰ μὴ τοιαῦτα. Quæ omnia eo animo adscripsimus, vt præter ea quæ à Gal. in Commentario scripta sunt, ex his etiam perspiceres valde sibi constantem esse in artis præceptionibus Hippocratis disciplinam, quæ etsi per vniuersum corpus variè quodammodo fusa est, ex præcipuis tamen quibusdam fontibus & latissimis Galeni riuulis haurienda est. Quam ad causam plurimum etiam facient quæ de tota excretionum ratione scripta sunt à Gal.in fine lib.1. ad Glauconem; vbi fusissime ista explicantur. Hunc porrò locum significat Gal.com.3.in Prorrh. in huius sententiæ explicatione, ὑποχονδρίου τάσις μετὰ καρηβαρίης cùm scribit βούλεται δηλοῦν ἅπερ Ἱπποκράτης σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψεις εἴρηκεν οὕτως ἐν τῇ εἰρημένῃ συνδρομῇ τῶν συμπτωμάτων αἱμορραγικῇ, καθὼς διὰ τῶν ἡμετέρων ὑπομνημάτων ἔμαθες. B C D

* Cap.7.lib.2.

καὶ ὑποχονδρίου ξύντασις] οὐ μετ' ὀδύνης legendum esse præter ea quæ à Gal. in Commentario scripta sunt, facit etiam quod ex eodem, superiore annotatione ex lib.3. de crisibus adduximus. In eoq; recta est codicum manu scriptorum Regiorum & reconditorum lectio, etsi reliqui cum impressis consentiant. Sæpè verò ὑποχονδρίου ἔντασις, aut τάσις, aut ξύντασις dicitur, & in Prorrh. in hæmorrhagiæ signis ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπόλαπαρος ὀγκώδης ponitur. Quibus omnibus τὸ λαπαρὸν καὶ μαλθακὸν, καὶ κενὸν, ἢ μὴ ἐπηρμένον opponit Hippocrates, vt ea de re scripsimus nostris in lib.2.epid. † Commentariis. Cæterùm locus iste sic legitur apud Galenum ad finem lib.3. κρίσεων. καὶ σκοτώδεα τὰ περὶ τὰς ὄψιας, ἢ καὶ ὑποχονδρίου σύντασις οὐ μετ' ὀδύνης, αἱμορραγέουσι διὰ ῥινῶν. Quam lectionem retinet codex Regius vnus peruetustus.

† Sect.6.

καρδιωγμοὶ] Atque hæc inter propria vomitionis signa ab Hippocrate referuntur, vt in Coacis, οἷσι δὲ ἄσαι καὶ καρδιωγμοὶ, καὶ πτυαλισμοὶ, ἔμετος. Ista verò rectè à Galeno comprehenduntur lib.3. κρισ. vt totam horum doctrinam absoluamus, his verbis, τὰ δὲ τῶν ἐμέτων σημεῖα, καρδιωγμοί τε εἰσὶν ἅμα πόνῳ κεφαλῆς, καὶ σκοτόδινοι, σὺν τοῖς προφαινομένοις τῶν ὄψεων ὀρφνώδεσι, καὶ τῷ κάτω χείλει σειομένῳ, καὶ πολλῷ & λεπτῷ προφερόντι σιέλῳ. πάντα δὲ τῶν συμπίπτει χολώδους τε καὶ δακνώδους χυμοῦ, κατά τι τὴν γαστέρα καὶ τὸν στόμαχον ἠθροισμένου, καὶ δάκνοντός τε ἅμα τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ὃ δὴ καρδίαν ἐκάλουν οἱ παλαιοί, καὶ σὺν αὐτῷ καὶ τὸν στόμαχον ὅλον ἔσω καὶ κάτω καθαιροῦντος, ὅθεν περ καὶ τὸ χεῖλος αὐτοῖς σείεται, καὶ σίελον προφέρει λεπτόν. ὀρφνώδη δέ τινα πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνονται, καὶ ἰλιγγιῶσι, καὶ σκοτοδινιῶσι, καὶ κεφαλαλγοῦσι, ἀναθυμιωμένου τινὸς ἐκ τοῦ χολώδους χυμοῦ καὶ προσέτι τῇ κατὰ νεῦρα συμπαθείᾳ. Quæ profectò, quòd horũ omnium causas luculentè explicent lubenter huc adscripsimus. Atq; hic certè locus esse videtur quẽ subindicat Aurelianus cap.30.lib.2.acut. de syncope agens in qua oris ventriculi morsus inest. E

καὶ ἀπόσιτοι] ἀπόσιτοι hîc dicuntur qui stomachi fastidio & nausea ab acribus & biliosis humoribus tentantur: non qui æstuatione, corporis iactatione aut instabilitate & incontinentia laborant, etsi vtrumque significant vt scribit Gal. com.2. in Prorrh. διττῶς γὰρ γινομένων ἀσωδῶν τῶν καμνόντων, ἕνα μὲν τρόπον ὅταν ἡ δύναμις ὑπὸ τοῦ σώματος βαρύνεται, καὶ μηδὲν φέρει σχῆμα ῥᾳδίως. ἕτερον δὲ ὅταν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὑπὸ μοχθηρῶν δάκνηται χυμῶν, οἱ πρότεροι μὲν ὀλεθρίως διάκεινται, ναυτιώδεις δ' εἰσὶν οἱ δεύτεροι. F

παραπληκτικὰ] παραπληγίας partium resolutiones dicimus, aut leues membrorum syderationes, παραπληγίας μὲν καλεῖ (inquit Gal.) τὰς ἐξ ἀποπληξίας εἰς τι μέρος κατασκηπτούσας παραλύσεις. Sic com.2. in Prorrh. ἔνιοι δὲ ἐπὶ τὰς ἰδίως παραπληγίας λεγομένας μεταφέρουσιν, ἐφ' αἷς εἰς ἀκινησίαν καὶ ἀναισθησίαν μορίων τινῶν κατασκήπτει τὸ νόσημα. Porrò Galenus lib.3.de cris.post μανικὰ ἢ μελαγχολικὰ addit, quam etiam lectionem in vno codice scripto reperi, sicq; aph.56.lib.6.& 40.lib.7. magis respondebit.

Status Tertius.

Paulò ante Arcturum, sub ipsoq; Arcturo, imbres copiosi & magni spirantibus Aquilonibus in Thaso fuerunt. Circa Æquinoctium autem & ad Vergilias vsque, paruæ & modicæ pluuiæ austrinæ. Hyems aquilonibus perflata iustò maiores siccitates, frigidos ventos, & magnas niues habuit. Ad æquinoctium autem maxima frigora. Ver aquilonium, exuperantes siccitates, modicæ pluuiæ & frigidæ. Circa æstiuum solstitium aquæ paucæ, frigora magna ad Canem vsque. Post Canem verò ad Arcturum vsque, per calidam æstatem æstus magni, qui non per interualla aut sensim fierent, sed tum perpetui, tum vehementes. non pluebat, anniuersarij venti spirauere. Ad Arcturum autem pluuiæ austrinæ ad æquinoctium vsque. In hac temporis cõditione ad hyemem partium resolutiones cœperunt multosq; inuaserunt, ex quibus nonnulli celeriter interierunt, mirè quippe vulgariter grassabatur hic morbus, cætera verò integrè degebat. Febres autem ardentes ante ver cœperunt, & ad æquinoctium vsque & ad æstatem perseuerauerunt.

ΚΑΤΑΣΤΑΣΙΣ ΤΡΙΤΗ.

Ἐν Θάσῳ, περὶ ἀρκτοῦρον ὀλίγον, καὶ ἐπ' ἀρκτούρου, ὕδατα πολλὰ, μεγάλα ἐν βορείοισι, περὶ δὲ ἰσημερίην καὶ μέχρι πληϊάδος, νότια ὕσματα ὀλίγα. χειμὼν βόρειος. αὐχμοί. ψυχρὰ πνεύματα, μεγάλα. χιόνες. περὶ δὲ ἰσημερίην χειμῶνες μέγιστοι. ἦρ βόρειον. αὐχμοί. ὕσματα ὀλίγα, ψυχρά. περὶ δὲ ἡλίου τροπὰς θερινὰς, ὕδατα ὀλίγα. μεγάλα ψύχεα μέχρι κυνός. μετὰ δὲ κύνα, μέχρις ἀρκτούρου θέρος θερμόν. καύματα μεγάλα, οὐκ ἐκ προσαγωγῆς, ἀλλὰ συνεχέα, καὶ βίαια. ὕδωρ οὐκ ἐγένετο. ἐτησίαι ἔπνευσαν. περὶ ἀρκτοῦρον ὕσματα νότια μέχρις ἰσημερίης. ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ, κατὰ χειμῶνα μὲν ἤρξαντο παραπληγίαι, καὶ πολλοῖσιν ἐγίνοντο. καί τινες αὐτέων ἔθνησκον διὰ ταχέων. καὶ γὰρ ἄλλως τὸ νούσημα ἐπίδημον ἦν. τὰ τ' ἄλλα διετέλεον ἄνοσοι. πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος, ἤρξαντο καῦσοι καὶ διετέλεον μέχρις ἰσημερίης, καὶ πρὸς τὸ θέρος. G H

ὅσοι

A Ὅσοι μὲν οὖν ἦρος καὶ θέρεος ἀρξαμένου αὐτίκα νοσεῖν ἤρξαντο, οἱ πλεῖστοι διεσώζοντο. ὀλίγοι δέ τινες ἔθνησκον. ἤδη δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ τῶν ὑσμάτων γινομένων θανατώδεες ἦσαν, καὶ πλείους ἀπώλλυντο.

Quos itaque statim sub ipsa veris & æstatis primordia morbus inuasit, plærique, omnes superstites euaserunt, paucíq; interierunt. Cùm verò autumnus esset pluuiæque impeterent, lethales erant plurésque peribant.

Autumnalem anni conditionem frigidam & siccam valdeque inæqualem describit, vt satis ex partium anni inter se compositione apud Galenum videre est. Quid autem ex tanta frigidi & calidi, siccitatis aut imbrium vicissitudine & inæqualitate, potiùs quàm autumnales morbos sperare oportuit, ex Hippocr. placito 4. lib. 3. Aph. Magnus tamen fuit febrium ardentium prouentus, in quarum liberatione insignem quandam excretionem mirè requirit Hippocrates, idque ex perpetua artis constantia. Aut enim largo B sanguinis è naribus cursu, aut alui profluuio, aut vrinarum deturbatione liberatos omnes significat, atque in his solutionum generibus recondita totius artis præcepta concludit.

γόπα ὕσματα] ὕσματα ἀντὶ, τοῦ ὕματα, ὅ ἐστι βρέγματα poni scribit Erotianus, hunc locum subindicans, ὕειν γὰρ τὸ βρέχειν.

μεγάλαι χιόνες] Sic omnia ferè exemplaria legunt præter duo non æquè peruetusta, quæ μεγάλα, χιόνες habent cum impressis quæ secutus est Caluus. Eadem etiam ἐπ' ἀρκτούρου pro ἐπ' ἀρκτούρῳ legunt.

χειμῶνες] Hic χειμῶνες frigora mihi significare videntur potiùs quàm tempestates, quòd hac tempestate frigidum plurimùm excelluerit.

καὶ βίαια] βόρεια in codice vno Regio peruetusto manuscripto reperi. Quæ lectio Galeni esse videtur. Scribit enim in Com. ἐπὶ μετὰ κυνὰ πάλιν ἐκ τῶν βορείων καὶ ψυχρῶν ἐξαίφνης γενέσθαι φησὶ καύματα μεγάλα καὶ βόρεια.

μέχρι ἰσημερίης] μέχρι ἰσημερίης ἦρος duo exemplaria paulò recentiora legunt. Quam lectionem Galeni interpretes secuti sunt, eam- C que paulò post adducit Galenus. Alia omnia recondita ἦρος non habent cum impressis, quæ secuti sumus vt istud de autumnali æquinoctio potiùs quàm de vere intelligeremus. Propinquum enim temporis spatium mihi magis attingere videtur, cùm Arcturi ortus autumnale æquinoctium ferè duodecim diebus præcedat, quàm longam ad æquinoctium vernum temporis intercapedinem. Adde quod Gal. Com. 1. in hunc librum temporum constitutiones inter se componens, cùm huius mentionem facit, æquinoctium simpliciter effert. Sic enim totum istum statum explicat. τρίτην δὲ ἀνώμαλόν τε καὶ ποικίλην, ἀρξαμένην μὲν ὀλίγου πρὸ ἀρκτούρου, ψυχρὰν καὶ ὑγράν. ἐφεξῆς δὲ γινομένην ἀπὸ τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερίας ἄχρι πλειάδων δύσεως, ἅπασι νότιον ἅμα ἀμετρίαις ὑγρότητος. εἶτ' ἐφεξῆς ψυχρὰν καὶ ξηρὰν ἅμα πνεύμασι βορείοις μεγίστοις, ὅλῳ σχεδόν τι τῷ χειμῶνι κἄπειτα ψυχρὸν καὶ ξηρὸν ἄχρι κυνὸς ἐπιτολῆς, ἐντεῦθεν ἀθρόως καύματα μεγάλα μέχρις ἀρκτούρου, καθ' ὃν ὕδατα νότια μέχρις τῆς ἰσημερίας. Galenus etiam paulò post Arcturi ortum secundi anni indicans austrinum cum imbribus ad æquinoctium autumnale vsque fuisse scribit, vt hìc μέχρι ἰσημερίης φθινοπωρινῆς legisse videatur. Parui verò est momenti quod qui- D dam codices ἐπέπνευσαν pro ἔπνευσαν legunt, vt nec fuit admonendum quod quædam exemplaria ἤρξατο vitiosè pro ὑπήρξατο habent.

καὶ γὰρ ἄλλως τὸ νόσημα] Hunc locum adducit Galenus initio commentarij in hunc librum primum sect. 1. & legit, καὶ γὰρ ἄλλως τὸ νόσημα ἐπιδήμιον ἦν.

μέχρις ἰσημερίης] Variant hìc exemplaria quod etiam Gal. annotauit. Quædam ἀπ' ἰσημερίης ἄχρι πρὸς τὸ θέρος legunt, quam lectionem in duobus exemplaribus manu scriptis reperi, eamq; secuti sunt Galeni interpretes. Alia μέχρις ἰσημερίης καὶ πρὸς τὸ θέρος habent, quod legunt cum impressis duo peruetusti codices Regij. Vnum etiam μέχρις ἰσημερίης διὰ τὸ θέρος habet. Noster etiam codex Germanicus ἀπ' ἰσημερίης διὰ τὸ θέρος habet. Ex quibus lectionibus eam probat Gal. quæ febrium ardentium ortum per æstatem totam leuiter perseuerasse significet, vt eæ quoq; moderatæ & lenes fuerint, non exquisitæ, quales ex æstuantis æstatis circumscriptione concluduntur, vt scripsimus Com. in lib. 2. epid.

E Ἦν δὲ τὰ παθήματα τῶν καύσων, οἱ μὲν καλῶς καὶ δαψιλέως ἐκ ῥινῶν αἱμορραγῆσαι, διὰ τούτου μάλιστα σώζεσθαι. καὶ οὐδένα οἶδα εἰ καλῶς αἱμορραγήσαιεν ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα. Φιλίσκῳ γὰρ καὶ Ἐπαμίνωνι, καὶ Σιληνῷ τεταρταίῳ καὶ πεμπταίῳ σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν, καὶ ἀπέθανον. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων περὶ κρίσιν ἐπερρίγεον, καὶ μάλιστα οἷσι μὴ αἱμορραγῆσαι. ἐπερρίγουν δὲ καὶ οὗτοι καὶ ἐφίδρουν. F ἔστι δ' οἷσιν ἴκτεροι ἑκταίοισι, ἀλλὰ τούτοισιν ἢ κατὰ κύστιν κάθαρσις, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα ὠφελήσαιεν. ἢ δαψιλὴς αἱμορραγίη, οἷον Ἡρακλείδης, ὃς κατέκειτο παρὰ Ἀριστοκύδη. καίτοι τούτῳ καὶ ἐκ ῥινῶν αἱμορράγησε, καὶ ἡ κοιλίη ἐπεταράχθη. καὶ τὰ κατὰ κύστιν ἐκαθήρατο. ἐκρίθη εἰκοσταῖος. οὐχ οἷον ὁ Φαναγόρεω οἰκέτης, ᾧ οὐδὲν τουτέων ἐγένετο, ἀπέθανεν. αἱμορραγίαι δὲ τοῖσι πλείστοισι, μάλιστα G δὲ μειρακίοισι, καὶ ἀκμάζουσι. καὶ ἔθνησκον πλεῖστοι τουτέων, οἷσι μὴ αἱμορραγῆσαι ἐγένετο. πρεσβυτέροισι δὲ ἐς ἰκτέρους. ἢ κοιλίαι ταραχώδεες ἢ δυσεντεριώδεες, οἷον Βίωνι, τῷ παρὰ Σιληνὸν κατακειμένῳ. ἐπεδήμησαν δὲ καὶ δυσεντερίαι, κατὰ θέρος. καὶ τισὶ καὶ τῶν διανοσησάντων οἷσι καὶ αἱμορραγίαι ἐγένοντο, ἐς δυσεντεριώδεα ἐτελεύ- H τησαν. οἷον τῷ Ἐράτωνος παιδὶ καὶ Μύλλῳ, πολλῆς αἱμορραγίης γενομένης, ἐς δυσεντεριώδεα κατάστασιν περιεγένοντο.

Inerant verò in febribus ardentibus affectiones huiusmodi, vt qui bene & largiter sanguinem è naribus profudissent, ij vel ex eo maximè seruati viderentur, neque vllum cui modò sanguis bene profluxisset hoc in statu mortuum videre licuit. Philiscus siquidem & Epaminon ac Silenus, quòd his quarto die & quinto de naribus parum stillauerit, mortem obierunt. Plærique igitur omnes ægri appetente iudicatione rigore corripiebantur, iiq; potissimum qui sanguinem è naribus non profudissent, atque hi insuper nouo suborto rigore exudarunt. Quosdam etiam sexto die morbus regius prehendit, verùm istos per vesicam expurgatio, aut cômota aluus, aut larga sanguinis è naribus profusio subleuauit, quale quid Heraclidæ, qui apud Aristocyden decumbebat, contigit, quippe qui largum è naribus sanguinem profudit, & aluum conturbatam habuit, & per vesicam perpurgatus est. Vigesimo autem die iudicatione est liberatus, non quomodo Phanagoræ famulus, qui cùm ipsi nihil horum quicquam euenisset, periit. Plurimis sanguis è naribus erumpebat, præcipuè tamen adolescentibus & ætate florentibus, atque eorum bona pars periit qui sanguinem è naribus non profuderunt. Ætate autem prouectioribus, res sese in morbum arquatum vertebat, aut iis alui commotæ, aut intestinorum difficultates aderant, quale quid Bioni qui ad Silenum decumbebat, contigit. Æstate etiam intestinorum difficultates populariter vagatæ sunt, & quidam eorum qui morbis conflictabantur, quibus etiam sanguis è naribus eruperat, hunc exitum habuerunt vt in difficultatem intestinorum inciderent, quale quid Eratonis puero Myllo accidit, qui post multum sanguinis è naribus profusionem, in difficultatem intestinorum delapsi sunt & periculo exempti.

διὰ ῥινῶν ἡμορράγησαν] Communis est hæc lectio nullóque modo implicata. Impressi codices Germanici αἱμορραγῆσαι cum vetusto

exemplari manu scripto duobusq; Regiis legunt. Quædam etiam exemplaria non aspernandæ vetustatis ἔκρινεν αἱμορραγῆσαι habent, quæ lectio à sanguinis ex naribus profluuio solutionem morbi factam indicat. Cuius etiam lectionis vestigia retinet alterum exemplar quod ἔκρινεν αἱμορρεῖσι legit, etsi non perinde æqua notione. A

σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν] Magnam facit solutionis spem in febribus ardentibus liberalis sanguinis è naribus profusio. αἱμορραγίαι λαῦροι ἐκ ῥινῶν ῥύονται πολλά, vt scripsit lib.2.epid. Quamobrem suspectas semper habet sanguinis stillationes Hippoc. quas στάξιας aut ἀποστάξιας vocat, vt satis indicat com.4. in lib. de vict. rat. in morb. ac. Gal. his verbis, ἐπισημαίνει δ' ἔτι ταῖς στάξεσι τοῦ αἵματος ἐκ τῶν μυκτήρων, μοχθηρὸν ἀεί τι φησιν εἶναι διὰ τὴν φύσιν μὴ ἐφιεμένην ἐκκρίνειν τὸ πλεῖστον, ἀδυνατεῖν δ' ἢ δι' οἰκίαν ἀρρωστίαν, ἢ πάχος τοῦ αἵματος, ἢ πύκνωσιν τῶν μορίων, ἢ τινὰ τούτων, ἢ πάντα συνελθόντα. Quam in rem alia multa adduximus ex * Gal. com. in lib.2. epid. Cæterùm exemplaria quædam manu scripta pro τεταρταίῳ & πεμπταίῳ, τριταίῳ καὶ τεταρταίῳ legunt, quæ secutus videtur Vassæus Galeni interpres, eamque ob causam fortassis quòd quæ quinto die sanguinis stillatio fiat, Hippocrati quadantenus tolerabilior videatur, etsi in totum huiusmodi abrupti naturæ impetus vitio sunt. Scribit nanq; in Coacis, ἐν καύσῳ ῥύσις ἐκ μυκτήρων τεταρταίῳ κακόν, ἢν μή τι ἄλλο ἀγαθὸν ξυμπέσῃ, πεμπταίῳ δ' ἧσσον κινδυνῶδες. Aetius quoque stillationem sang. è naribus quarto die in febribus factam ex Hippoc. damnat. cap.124 l.5. In vniuersum autem αἱ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι δύσκριτοι, quod scribit Hipp. lib.2. & 6. epid. cùm in initiis morborum nullam adhuc concoctionem præ se ferant, necesseq; sit liberales sanguinis eruptiones quæ febres magna ex parte liberant, diebus criticis solicitari, quod scribitur in Coacis. ἑβδομαίοισιν ἢ ἐναταίοισιν, ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταίοισιν ῥύσις, ἐκ ῥινῶν λύουσι ὡς ἐπιτοπολὺ τοὺς πυρετούς. Rursusq; τὰ δ' ὀξέα κρίνεται αἵματος ἐκ ῥινῶν ῥυέντος, ἐν κρισίμῳ. Vetus vnum exemplar vbi & ἀπέθανον legitur, καὶ delet. B

* Sect. 1.

ἐπερρίγουν] Atque ea est febrium ardentium solutio ex aph.58. lib.4. ad quam sudor, vomitus, aut alui solutio sequitur, vt scribit Gal. quæ deposita morbi causa corporis integritatem faciunt. Rigorem autem dixi non vt Celsus, horrorem, quem ferè omnes magnæ autoritatis viri recentiores Latini sequuntur, vt doctrinæ receptissimum verbum retinerem. Potuique, vt cæteri, cum tremore algores, aut horrores, aut perfrictiones, quod aliàs feci, dicere, nisi rigorem satis vsurpatum scirem, in iisque verbis quæ artis maiestatem redolent commutandis magnam religionem ponerem. Cæterùm hic quoque variant exemplaria. Quædam enim τῶν νοσούντων, alia νοσησάντων habent eodem sensu, vt vitium apertum subsit in codice vno recentiori quod νοσημάτων, habet. Itemq; in eo quod sequitur variant. Codices Regij οἷσι μὴ αἱμορραγῆσαι vsitata superiùs phrasi habent. Alter vetus vnusque è recentioribus αἱμορραγήσασιν legunt. Noster etiam αἱμορραγίαι habet, quomodo legunt Galeni codices eodem vtrobique sensu. C

ἔστι δ' οἷσιν ἴκτεροι] Hic locus fidem facit Hippocraticæ sententiæ lib.4. de rat. vict. in morb. ac. ἐν πυρετῷ χολώδει πρὸ τῆς ζ' ἡμέρης ξὺν ῥίγει ἴκτερος ἐπιγενόμενος, λύσει τὸν πυρετόν, ἄνευ δὲ ῥίγεος ἢν ἐπιγένηται ἔξω τῶν καιρῶν ὀλέθριον. Morbum namque arquatum in febribus inopportunè, hoc est, ante præparatam morborum concoctionem, nec subsequente aliqua vacuatione oriri suspectum est. Quod per ἔξω τῶν καιρῶν, & rigoris nomine significauit Hippocrates, cuius notione sudor, vomitus, deiectio, aut aliqua insignis excretio, cùm ad eum subsequantur, capienda sunt. Quarum etiam excretionum beneficio absolutos fuisse hos ægros videre est, cùm à rigore, per aluum, vesicam & sanguinis profluuium, insignes eruptiones factæ sint. Quæ quidem omnia placiti 62. libr.4. autoritatem subleuabunt, cùm ante septimum, hoc est, ante tentatam à natura in morbis concoctionem, morbum regium damnet Hippocrates. Neque enim liberare vllo modo potest, nisi naturæ viribus ad expulsionem contentis, quæ quidem certis temporum conuersionibus definitas habet facultates ἡ γὰρ τοι τῆς φύσεως κίνησις γίνεται μὴ ἐν ἀορίστοις πεπηγμένη, vt scribit Galenus lib.1. de diebus decret. Qua temporis opportunitate adepta, plurimos ante diem septimum auriginosos salubriter fuisse constat ex curationibus medicis, & testatur Auerrois Collectan. lib.4. Vt etiam certum sit temerè à Plinio cap.12. lib.26. conuulsam & verò peruersam esse sententiam istam. Hanc verò refusæ bilis tempestiuitatem satis approbat Hippocrat. lib. περὶ νούσων. 1. his verbis, τὰ δὲ τοιάδε αἱ ἄνθρωποι ἀπὸ ταυτομάτου ἐν τῇσι νούσοισι γίνονται, τά τε κακὰ καὶ τὰ ἀγαθά. πυρέσσοντι μὲν ἢ χολῶντι ἐν καιρῷ σκεδασθεῖσα ἔξω ἡ χολὴ ἀγαθόν. ὑπὸ τὸ δέρμα δὲ καχυμίη καὶ ἐσκεδασμένη, ἀπεπτέεται ἔχειν τε τὸ ἰσχύειν, καὶ τὸ ἰσομένειν ἰδέας, κεχυμένη δὲ καὶ ἐσκεδασμένη, πρὸς ἔν τι τοῦ σώματος προσπεσοῦσα, κακόν. Galenus quoq; in Commentario dum naturæ viribus morbi materiam deponentis seruatos ægros significat, hanc ipsam temporis occasionem, qua natura ad morbum se comparans icterum lenit, innuere videtur. Quod etiam apertiùs Comment.1. in libr.3. epid. his verbis confirmat, ἀναμνήσθητι δὲ καὶ ὡς πρὶν πεφθῆναι τὸ νόσημα, πολλάκις ἤκουσας, οὔτ' ἄλλην τινὰ ἀπόστασιν γίνεσθαι χρηστήν, οὔτε τὴν ἰκτερώδη. σημαίνει γὰρ ἡ τοιαύτη κωλύεσθαι τὴν χολὴν ἐκκαθαίρεσθαι τοῦ σπλάγχνου, καὶ κενοῦσθαι διὰ τῆς γαστρός, ἤτοι δι' ἐμφράξιν, ἢ διὰ φλεγμονὴν αὐτοῦ. πεπασμένου δὲ τοῦ νοσήματος, ἐνίοτε κριτικῶς εἰς τὰ κατὰ τὸ δέρμα μόρια τοῦ σώματος ἀποτίθεται τὸ πλεῖστον ἡ φύσις, ἀλλ' ὅταν τι πλέον χυμοῦ καὶ τῆς ξανθῆς χολῆς. Potest igitur icterus in febribus ante diem septimum concocta morbi materia, tempestiueque à natura per excretiones deposita salubris esse, vt etiam mihi probanda nostrorum codicum manuscriptorum lectio videatur, quæ aphor.62. libr.4. addunt ἢν μὴ ξυνδόσεις ὑγρῶν κατὰ τὴν κοιλίην γένωνται. Cuius lectionis etiam meminit Galenus & per rigorem in libro 4. de rat. vict. in morb. acut. expressum ab Hippocrate diximus. Vt non temerè, etsi non satis definitè, scripserit Diocles, icterum ex toto si post febrem oriatur, prodesse, si post hunc febris occidere. Cæterùm vsu ipso compertum est auriginem ante septimum enatam in malignis & vehementibus febribus periculum præ se ferre maximum, febresque lethales facere, aut morborum recursus, in quibus vix ægri releuantur, conuehere. Quæ mala in febribus lenibus & moderatis plurimùm leniuntur, quales hoc in statu fuisse constat. D E

ἀφελήσειεν] ὠφέλησεν legunt quotquot videre licuit exemplaria, idque rectiùs. Regij codices reconditi ἀφισοκύσῃ habent. Recentiores duo & noster ἀφισκλείσῃ cum Galeno, etsi in eo parum est adhibendum negotij, vt nec in eo quòd eadem recentia exemplaria φαγαγορέων scribant, cùm cætera omnia in φαγαγόρεω scribendo consentiant. F

αἱμορραγίαι] Scripta omnia exemplaria αἱμορράγει habent, quæ lectio minùs fucata est, eamque secuti sumus. Asulanus vitiosè αἱμορράγιες δὲ οἷσι πλεῖσοι leg.

οἷσι μὴ αἱμορραγῆσαι ἐγένετο] Sic duo exemplaria legunt cum impressis. Alia οἷσι μὴ αἱμορράγει habent cum Galeno.

περὶ σπλῆνα] In hoc multi codices consentiunt, quædam etiam περὶ σπλῆνῳ habent.

ἐπεδήμησαν δὲ καὶ δυσεντερίαι] Hunc locum adducit Gal. Com.1. in hunc librum, sed ἐπεδήμησαν δὲ & δυσεντερίαι κατὰ θέρος πολλαὶ legit.

τῶν διανοσησάντων] Istud longum morborum tractum indicat, diuque ægros laborasse significat, eoque probabilior est hæc lectio quàm quæ διὰ νοσημάτων habet, etsi duobus exemplaribus scriptis nixa est.

ἐς δυσεντεριώδεα κατέστασιν] Hic κατάστασις totius affectus notionem & decursum significat, vt passim apud Hippocratem. Est enim κατάστασις τῶν νοσημάτων (vt scribit Galenus) οἱ νοσημάτων ἰδέα, καθ' ἣν ἐκ ποιῶν δὲ καὶ πηλικῶν δὴ σύγκειται τῶν καθ' ὅλον καιρόν. Aut ἐκ τῶν ὅλων τοῦ νοσήματος καιρῶν ποιὰ σύνθεσις. Innuit igitur febres ipsas ardentes post hæmorrhagiam ipsam alioqui liberalem, deposita ad intestina acrium & mordacium humorum copia, per aluum secessisse & in dysenterias constitisse, quæ omninò periculo ægros exemerint. Sic enim paulò post ἐς δυσεντερίας ἐτελεύτα dici eadem penè phrasi, cùm morbum in intestinorum tormina desinere significat. Atque hæc cùm sint ἐξ ἀποστάσεων κατ' ἔκροου numero, restitantem in hæmorrhagia naturæ impetum aliò concessisse fuit laudabile, quod per ea verba, ἐς δυσεντεριώδεα κατάστασιν περιεγένοντο, satis apparet, quorum vim scitè admodum Caluus expressisse mihi videtur, cùm rem ad difficultatem intestinorum constitisse dixit, nisi si fortè magis abscessuum per depositi humoris emissionem, nostra interpretatione enixè subindicauimus. Illud enim περιεγένοντο superiores naturæ vires priùs quidem fatiscentes ad humorum demissionem subnotat, eaq; ad tormina morbi conuersione seruatos & liberatos ægros fuisse: Nisi si quis hoc verbo ægros torminibus superfuisse ac reliquos fuisse intelligere velit, vt censeat tandem difficultate intestinorum ægros conflictatos. Qui sensus vt non multum ad doctrinam facit, ita non longè à priori notione recedit. Tormina autem his morbis successisse nihil mirum, cùm multa bilis sanguini suffusa (quæ vt scribit * Gal. plærunque hæmorrhagias suscitat) priore impetu frustrata, in eo per intestina transitu tunicas vellicarit & lancinarit. G H

* in Com.

Copiosus igitur præcipueq; hic humor fluitabat. Siquidem nonnullis impendente iudicatione sanguis è naribus non profluit, sed ad aures enati tu-

Πολλοῖσι μὲν οὖν μάλιστα ὁ χυμὸς οὗτος ἐπεπόλαζεν, ἐπεὶ καὶ οἷσι περὶ κρίσιν οὐχ ἡμορράγησεν, ἀλλὰ παρὰ τὰ ὦτα ἐπάρμα-

A ἐπιδημίας ταῦτα ἠφανίσθη. τούτων δὲ ἀφανισθέντων περὶ τὸν κενεῶνα βάρος τὸν ἀριστερὸν, καὶ ἐς ἄκρον ἰσχίον. ἀλγήματος δὲ μετὰ κρίσιν γινομένου, καὶ οὔρων λεπτῶν διεξιόντων, αἱμορραγέειν σμικρὰ ἤρξαντο. περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην, ἐγένοντο ἐς αἱμορραγίην ἀποστάσιες, Ἀντιφῶντι τῷ Κριτοβούλου. ἀπεπαύσατο καὶ ἐκρίθη τελέως περὶ τεσσαρακοστήν. γυναῖκες δὲ ἐνόσησαν μὲν πολλαί. ἐ-

B λάσσους δὲ ἢ ἄνδρες. καὶ ἔθνησκον ἧσσον. ἐδυστόκεον δὲ πλεῖσται. καὶ μετὰ τοὺς τόκους ἐπενόσεον. καὶ ἔθνησκον αὗται μάλιστα, οἷον Τελεβούλου θυγάτηρ, ἀπέθανεν ἑκταίη ἐκ τόκου. τῇσι μὲν οὖν πλείστῃσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι γυναικεῖα ἐπεφαίνετο. ἔστι δὲ ᾗσιν ἐκ ῥινῶν ἡμορράγησεν. καὶ παρθένοισι πολλῇσι τότε πρῶτον ἐγένετο. ἔστι δ' ᾗσι καὶ ἐκ ῥινῶν. καὶ τὰ γυναικεῖα ἅμα ἐπεφαίνετο, οἷον τῇ Δαϊθάρσεος

C θυγατρὶ, παρθένῳ ἐπεφάνη τότε πρῶτον, καὶ ἐκ ῥινῶν λάβρον ἐῤῥύη. καὶ οὐδεμίην οἶδα ἀποθανοῦσαν, ᾗσι τούτων τι καλῶς γένοιτο. ᾗσι δὲ συνεκύρησεν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι νοσῆσαι, πᾶσαι ἀπέφθειραν. ἃς καὶ ἐγὼ οἶδα. οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισι εὔχροα μὲν, λεπτὰ δὲ, καὶ ὑποστάσιας ὀλίγας ἔχοντα, διαχωρήμασι λεπτοῖσι καὶ χολώδεσι. πολλοῖσι δὲ τῶν ἄλλων κεκριμένων ἐς δυσεντερίας ἐτελεύ-

D τα, οἷον Ξενοφάνει καὶ Κριτίᾳ, οὖρα ὑδατώδεα πολλὰ, καθαρὰ καὶ λεπτὰ, καὶ μετὰ κρίσιν, καὶ ὑποστάσιος καλῆς γινομένης, καὶ τῶν ἄλλων καλῶς κεκριμένων, ἀναμνήσομαι οἷσιν ἐγένετο. Βίωνι ὃς κατέκειτο παρὰ Σιληνόν. Κρατίῃ τῇ παρὰ Ξενοφάνεος. Ἀρέτωνος παιδὶ, Μνησιστράτου γυναικί. μετὰ δὲ ταῦτα δυσεντεριώδεες ἐγένοντο οὗτοι πάντες. ἆρα γε ὅτι οὔρησαν ὑδατώδεα σκεπτέον.

mores disparuerunt. Quibus euanescentibus ad sinistri lateris inanitatem summamq; coxendicem grauitas decubuit, doloribusq; post iudicationem obortis, atq; vrinis tenuibus prodeuntibus, paucum è naribus sanguinem profundere cœperunt. Ac circiter quartum & vigesimum diem Antiphonti Critobuli filio, humores in sanguinis è naribus profluuium secesserunt, quod vbi desiit, integrè circa quadragesimum diem iudicio est absolutus. Mulieres præterea multæ ægrotarunt, minùs tamen quàm viri nec ita multæ obierunt. Plurimæ autem difficulter partum ediderunt, atq; à partu insuper laborarunt, ipsæq; potissimùm obierunt, non secus ac Telebuli filia, quæ sexto à partu die interiit. In febribus itaq; plurimis menses apparuerunt, nonnullis etiam sanguis ex naribus profluxit, multisq; virginibus id tum primum contigit. Est vbi etiam sanguis è naribus, quibusdam verò menstruæ purgationes erumperent, quale quid in Dætharsis filia virgine tum primùm apparuit, cum larga sanguinis è naribus profusione. Atque haud scio, quibus horum quicquam ritè euenerit, an ex iis quæquam perierit. In quas verò prægnantes morbus fortè incidit, hæ omnes, quod sciam, abortionibus periclitatæ sunt. Plurimis verò vrinæ bene quidem coloratæ, tenues autem & pauca habentes subsidentia, cum deiectionibus tenuibus & biliosis. Plærisque verò alioqui iudicatis, morbus in intestinorum tormina desiit, quale quid Xenophani & Critiæ accidit. Vrinæ etiam quibusdam dilutæ, multæ, liquidæ, tenues post iudicationem fuerunt, in quibus cum reliqua etiam probè iudicata forent, multa subsedere. Atque hoc quidem recensere æquum videtur, in quibus fuere Bion qui apud Silenum decumbebat, Cratia quæ cum Xenophane versabatur, Aretonis puer

E & Mnesistrati vxor. Qui omnes postea in difficultatem intestinorum delapsi sunt. An verò iccirco id contigerit quod vrinæ dilutæ prodierint, animaduersione dignum est.

πολλαὶ μὲν οὖν] πολὺ μὲν οὖν legi ex codicibus vetustissimis manu exaratis Regiis, etsi quidam scripti cum impressis consentiunt; quibus etiam sua potest constare lectio.

ἐπεπλάσεν] Eleganter Hipp. ἐπιπλάζειν de humoribus ex magna redundantia fluitantibus & per summa apparentibus, ac extantibus, quod plenioris copiæ nota est, extulit. His enim ægris, multo scatente sanguine, veluti humorum regurgitatione, vt per summa, hoc est nares, irrumpat necesse est.

F ἀλγήματος] Sic codices omnes impressi in singulari legunt, consentientibus duobus manu scriptis exemplaribus, non ita tamen vetustis. Antiquissima autem pluralitatis numerum habent, & ἀλγημάτων μετὰ κρίσιν γινομένων legunt. Quam lectionem cum Galeno & Cornario cæterisq; interpretibus, præter Caluum, secuti sumus. Aldinus codex ἀλγήματος μετὰ κρίσιν γινομένου præcedentibus iungit.

αἱμορραγέειν σμικρὰ] Hic locus adducitur à Galeno lib. 2. de dieb. decret. in dierum iudicatione nobilitatorum recensione, his verbis, ἐν δὲ τῇ τρίτῃ αἱμορραγέειν (φησὶ) μικρὸν ἤρξατο περὶ τετάρτην καὶ εἰκοστὴν, καὶ ἐγένοντο ἐς αἱμορραγίην αἱ ἀποστάσιες Ἀντιφῶντι, Κριτοβούλῳ. ἀπεπαύσατο καὶ ἐπαύετο τελείως περὶ τὴν μ'. Ex quibus variam lectionem conicies, planeq; interpretis vitium qui octogesimo die iudicatum fuisse verterit, cùm circa octogesimum vertere debuisset. Codices Regij duo ἤρξατο pro ἤρξαντο legunt. Quod etiam secutus est Caluus nihil vtrobique immutato sensu. Parui autem est momenti antiquissimum vnum codicem cum duobus recentioribus pro περὶ τεσσαρακοστὴν, περὶ τεσσαράκοντα habere, vt Aldus.

καὶ ἔθνησκον ἧσσους] ἧσσον peruetusti codices legunt, recentiores ἧσσους cum impressis, quod retinui nihil immutato sensu.

G ἑκταίη τόκου] ἑκταίη ἐκ τόκου habent Regij codices cum Germanico, quæ lectio mihi magis probatur.

ἔστι δ' ᾗσιν ἐκ ῥινῶν] Istud totum ἔστι δ' ᾗσιν ἐκ ῥινῶν ἡμορράγησεν in codice Germanico manu scripto desideratur, velut parui momenti. Interiectum enim quodammodo videtur, postcaque aptiùs repetitur. Quam lectionem ex codicibus Italicis etiam hausit Caluus. Quod enim sequitur, καὶ παρθένοισι πολλῇσι τότε πρῶτον ἐγένετο, consecutionem propiùs indicat, eaixeq; ad menstrua refertur. Hanc autem sanguinis per menstrua profusionem in febribus ardentibus (etsi genuinæ non erant) prouidendam tamen monet * Hippoc. lib 2. epid. his verbis, ᾗσιν ἐν πυρετοῖσιν ἀσάδεσι, φρικώδεσιν, ἐρεύθονται πρόσωπα, κοπώδεες, ὄμματα ἰδρώδεες καρηβαρίαι, βραχυαλγίαι. καὶ γυναικεῖα ἢν ἐπιφαίνηται, μάλιστα δὲ ᾗσι πρῶτον, ἀτὰρ καὶ παρθένοισι, καὶ γυναιξὶν, ᾗσιν διὰ χρόνου, ἀτὰρ καὶ ᾗσι μὴ ἐν ᾧ εἰθισμένῳ χρόνῳ, ἢ ὡς δεῖ ἐπιφαίνεται, ἔπειτα ἐξώχρου γίνονται. * Sect. 3.

Δαϊθάρσεως] Δαϊδαρσέως duo codices Regij manu scripti legunt, quod vix annotandum fuit, cùm sit parui momenti, nisi antiqui-

H tatis autoritatem hic mihi religiosè exprimendam proposuissem. Atque hic etiam codices duo non æque vetusti pro ἐπεφάνη, τότε ἐπεφαίνετο habent.

συνεκύρησεν] Verbum est poëtis frequens quod idem quod τυγχάνειν significat, ambiguam rerum fortunam & casum indicans, quem Latini rectè per contingere exprimunt. Sensus namque est. Quibus contigit vt prægnantes morbo corriperentur. Codex vnus Regius pro συνεκύρησεν mendosè συνέκυρσεν legit, vt quidam rectè συνεκύρησεν in margine reposuerit, & scholio quod est ἔτυχε sensum expresserit. Cæteris autem omnibus recta constat lectio.

ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι] Pro ἐχούσῃσι duo recentiores codices ἐχούσαις eadem notione habent, & defectum est quod vetustus vnus ἐχούσῃ legit.

ἀπέφθειραν] Id de abortione interpretati sumus, quod ἀποφθείρειν καὶ διαφθείρειν, idem sit Hippocrati quod ἀποφθείρειν vt scripsimus in libro 2. epid. & quemadmodum ex placito 63. libr. 5. satis patet ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτῃσιν οἱ τιτθοὶ ἰσχνοὶ γίνονται. Illic enim διαφθείρειν τὰ ἔμβρυα idem quod aphor. 37. & 38. libro 5. ἐκτιτρώσκειν significat. Quod Celsus per abortus periclitari

lum in eius sententiæ interpretatione expressit. Modo etiam πτρώσκειν elidere partum dicit, quod propiùs διαφθορὰς Græcorum exprimit, vt in explicatione aphor. 34. lib. 5. cap. 7. lib. 2. aliquando etiam partum perdere, vt cùm scribit de epilepsia agens, lib. 2. cap. 8. Mulier quoque grauida eiusmodi casu rapi potest, atque etiam si ipsa conualuit, partum tamen perdit, aphor. 30. lib. 5. exprimens. Quæ omnia ἀποφθείρειν καὶ διαφθείρειν Græcorum enixè exprimunt, iisque partum reseruare opponit idem Celsus cap. 8. lib. 2. Et verò hîc mihi Galenum videor secutus, qui de his mulieribus, καὶ αὐταὶ διέφθειραν τὰ ἔμβρυα dixit, illud ἀπέφθειραν explicans. Vt neque mirum sit frigido hoc cælo abortione periclitatas prægnantes, cùm scripserit Hippocrates ἢν τὸ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ᾗσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν.

ἐς δυσεντερείας ἐτελεύτα] Pro ἐτελεύτα codex vnus Regius non æquè magnæ auctoritatis, εἱφέλκετο legit, quod significat rem ad dysenterias deductam & distractam. Cuius lectionis in veteri altero Regio vestigia, sed non satis integra remanent. εἱφέλκετο enim legit. Sed profectò apparet ex ἐτελεύτα deriuatas esse has lectiones, facili lapsu ex τ in φ. Porrò res eodem recidit, vt morbum post alias iudicationes, tandem in intestinorum difficultatem deuenisse significet. Omninoque similis est phrasis superioribus, ἐς δυσεντεριώδεα ἐτελεύτησαν, & ἐς δυσεντεριώδεα κατέστασαν περιεγένοντο, & ei quæ postea sequitur, μετὰ δὲ ταῦτα δυσεντεριώδεες ἐγένοντο. Eodem namque recidunt hæc omnia.

οὖρα ὑδατώδεα] Hæc distinxi veteribus nostris codicibus fretus & Galeni auctoritate, coniunctionemque addidi. Nec enim ad superiora attinere videntur, quibus coniungunt impressi codices, sed ad eos quos postea nominatim persequitur, referri.

καὶ ὑποστάσιος καλῆς] Scripta nostra exemplaria tria πολλῆς habent, non καλῆς, quam lectionem retinui. Hîc enim dilutarum vrinarum copia nondum integritatem significabat, morbumque aliò secedere & expurgationem adhuc moliri, nisi si morbosæ & crudæ materiæ magna copia per vrinas effluebat: Quod autem dicit μετὰ κρίσιν, & τῶν ἄλλων καλῶς κεκριμένων, id non ita morbum leuat, vt reliqua suspecta non sint. Priores enim iudicationes per hæmorrhagias & sudores tentatas significat, quæ cùm copiam istam deplere non potuerint, restauratis naturæ viribus, subsidium est per dysenterias petitum. Duo porrò exemplaria quæ recentiora vocamus, καλῆς cum impressis legunt.

μετὰ δὲ ταῦτα] Sic omnia exemplaria. Aldus vitiosè μετὰ δὲ δυσεντεριώδεες ἐγένοντο.

παραχρῆμα ἐπὶ οὔρησαν] Hanc lectionem ex duobus exemplaribus Regiis secuti sumus, cui suffragari videtur Galeni Commentarius. Quædam recentiora οὖρα ὅτι οὔρησαν ὑδατώδεα σκεπτέον, habent, quæ lectio non multum à priore dissentit, nisi quod rem ipsam non ita enixè respicit.

Multi circa Arcturum vndecimo die iudicatione absoluti sunt, neque his, quæ ob iustam causam fieri solent morborum reuersiones, recurrerunt. Sub hoc tempus autem sopore opprimebantur, atq; inter hos plures pueri, qui omnium vel maximè morte exempti sunt. Ad æquinoctium verò & ad Vergilias vsque, & sub hyemem, febres ardentes accidebant. Quinetiam tunc plurimi perpetuo cum febribus delirio corripiebantur, atq; ex his pleriq; omnes moriebantur, æstate autem pauci tales euadebant. Inuadentes itaq; febres ardentes, quibus præsens immineret pernicies, satis indicabant. Nempe statim ab initio febris acuta cum modico insuper rigore prehendebat, vigiles erant, impotentes animi, sitibundi, æstuatione & corporis incontinenti iactatione conflictabantur, cum paruo tenuiq; sudore circa frontem & claiculas oborto, nullo tamen per totum corpus diffuso, multùm deliri erant, timore & omni mœrore confecti, ac velut animum despondentes, extrema paulatim frigus concipiebant, pedes summi, maximeq; manuum summitates, diebus paribus accessiones contingebant. Plærisque verò omnibus maximi labores die quarto aderant, sudoresq; longissimè subfrigidi, nec extrema ampliùs recalescebant, sed liuida & frigida permanebant, neque ampliùs sitiebant. Vrinæ his erant nigræ, tenues & paucæ, aluiq; restiterant, ac ne his quidem quibus hæc acciderent sanguis è naribus profluxit, sed paucus stillauit, neque horum cuiquam res ad recidiuam deuenit, verùm sexto die cum sudore perierunt. Phreniticis autem contigerunt quidem descripta non omnia, sed his ferè vndecimo die, quibusdam etiam vigesimo iudicatione soluebantur. Quos statim ab initio circa tertium aut quartum diem phrenitis non prehenderat, sed primo tempore moderatè se habebant, iis circa septimum diem morbus ad vehementiam deuenit.

Περὶ δὲ ἀρκτοῦρον, ἐνδεκαταίοισι πολλοῖσιν ἔκρινε· καὶ τουτέοισιν οὐθ' αἱ κατὰ λόγον γινόμεναι ὑποστροφαὶ, ὑπέστρεφον. ἦσαν δὲ κωματώδεες περὶ τὸν χρόνον τοῦτον. πλείω δὲ παιδία, καὶ ἔθνησκον ἥκιστα οὗτοι πάντων. περὶ δὲ ἰσημερίην καὶ μέχρι πληϊάδος καὶ ὑπὸ χειμῶνα, παρείποντο μὲν οἱ καῦσοι. ἀτὰρ καὶ φρενιτικοὶ πλεῖστοι τηνικαῦτα ἐγένοντο καὶ ἔθνησκον τούτων οἱ πλεῖστοι, ἐγένοντο δὲ καὶ κατὰ θέρος ὀλίγοι. τοῖσι μὲν οὖν καυσώδεσιν ἀρχομένοισιν ἐπεσήμαινεν, οἷσι τὰ ὀλέθρια ξυνέπιπτεν. αὐτίκα γὰρ ἀρχομένοισι πυρετὸς ὀξὺς, ἐπερρίγεον σμικρά. ἄγρυπνοι. διψώδεες. ἀσώδεες. σμικρὰ ἐφίδρουν, περὶ τὸ μέτωπον καὶ κληῗδας, οὐδεὶς δι' ὅλου. πολλὰ παρέλεγον. φόβοι. δυσθυμίαι. ἄκρεα ὑπόψυχρα. πόδες ἄκροι. μάλιστα δὲ καὶ τὰ περὶ χεῖρας. οἱ παροξυσμοὶ ἀρτίησι. τοῖσι δὲ πλείστοισι τεταρταίοισιν οἱ πόνοι μέγιστοι. καὶ ἱδρὼς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ὑπόψυχρος. καὶ ἄκρεα οὐκ ἔτι ἐθερμαίνοντο, ἀλλ' ἦν πελιδνὰ καὶ ψυχρὰ καὶ οὐδ' ἐδίψων ἐπὶ τούτοις. οὖρα τούτοις μέλανα. ὀλίγα. λεπτά. καὶ κοιλίαι ἐφίσταντο. οὐδ' ἡμορράγησεν ἐκ ῥινῶν, οὐδενὶ οἷσι ταῦτα ξυμπίπτοι, ἀλλὰ σμικρὰ ἔσταξεν, οὐ δὲ ἐς ὑποστροφὴν οὐδενὶ τούτων ἦλθεν, ἀλλ' ἑκταῖοι ἀπέθνησκον, ξὺν ἱδρῶτι. τοῖσι δὲ φρενιτικοῖσι, ξυνέπιπτε μὲν, καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα πάντα. ἐκρίνετο δὲ τουτέοισιν, ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ ἑνδεκαταίοισιν. ἔστι δ' οἷσι καὶ εἰκοσταίοισι. οἷσιν εὐθὺς οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἡ φρενῖτις ἤρξατο περὶ τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέραν ἀλλὰ μετρίως ἔχουσιν ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, περὶ τὴν ἑβδόμην εἰς ὀξύτητα τὸ νόσημα μετέπεσεν.

οὐθ' αἱ κατὰ λόγον] Hoc valde est ambiguum, & interpretes omnes sic verterunt, vt morborum reuersiones, quæ præter rationem fierent, contigisse significarint. Nos verò codicum nostrorum opera freti, nullas morborum reuersiones, ex earum genere quæ non temerè accidere solent, factas fuisse expressimus. Sic enim ista codicum nostrorum distinctio postulare videtur, καὶ τουτέοισιν οὐθ', αἱ κατὰ λόγον γινόμεναι ὑποστροφαὶ, ὑπέστρεφον, vt negantia ad ὑπέστρεφον referatur. Quæ certè lectio Galeni mentem propius assequi videtur dum scribit, ἐν τούτῳ δὴ τῷ χρόνῳ φησὶν ἑνδεκαταίους πολλοὺς ἀσφαλῶς κριθῆναι, γινομένους ἅμα κωματώδεις, διὰ τὴν τόπον δηλονότι κατάστασιν, διὰ δὲ τὴν αὐτὴν καὶ αἱ κρίσεις αὐτοῖς ἐγίνοντο βεβαιότεραι τῶν κατὰ τὸν ἄλλον χρόνον, ἡνίκα ἐπεκράτει τοῦ περιέχοντος ἡ ψυχρὰ κρᾶσις, ἐν ᾗ χρονίας ἔθη γίνεσθαι τὰς κρίσεις. Ex quibus satis apparet has iudicationes certissimas & securas fuisse, vt nullas ampliùs recidiuas suspectauerit. Quòd si quis morborum recursus qui præter rationem fierent tam parui fuisse momenti contendat, vt iudicationum auctoritatem nihil labefactarint, propterea q; non insolentem Hippoc. phrasim & perpetuum interpretum consensum tueri velit, poterit hac versione contentus esse [iisq; morborum reuersiones temerè aut præter rationem fiebant.] Sed certè tunc his exemplaribus innitendum erit, quæ οὐ κατὰ λόγον γινόμεναι ὑποστροφαὶ, habent, quæ omninò duo sunt recentiora. Reliqua enim antiqua, vt priùs distinximus legunt. Porrò codex vnus regius reconditissimus hunc totum locũ longè aliter legit, περὶ δὲ ἀρκτοῦρον, ἑνδεκαταίοισι πολλοῖσιν ἔκρινε, κοιλίαι δὲ ταραχώδεες ποῖσι, καὶ τουτέοισιν οὐθ', αἱ κατὰ λόγον γινόμεναι ὑποστροφαὶ, ὑπέστρεφον. In quibus aluus effusa addita firmiores crises facit magisq; quodammodo

A modo morborum reuersiones impedit. Nos plurium codicum consensum secuti literam non immutauimus, varietatem tamen non temerè pro instituto subnotauimus.

ἀδημονῆς] Id addidimus ex duobus vetustis codicibus manu scriptis, Regio vno nostroque, quam lectionem etiam retinuisse videtur Galenus, & Caluus meminisse cùm dixit [cum molestia peruigilabant.] Sunt autem ἀδήμονες qui impotenter animo anguntur & graui mœrore afficiuntur, præq; dolore exanimantur & deficiunt, supraq; modum ægrescunt, vt quemuis casum impotenter ferat; quod etsi ad corpus humorum mole prægrauatum referri potest, magnam tamen ad omnia impotentiam significat, semperq; suspectum est. σμικρὰ ἐφίδρουν] Duo codices Regij cum nostro σμικρὰ ἐφιδρῶντες legunt, vt & postea αὖθις ὑγιέες δι' ὅλω, duo recentia exemplaria legunt, cùm in cæteris omnibus αὖθις omittatur. Quid sit autē ἐφίδρωσις pluribus in nostra Oeconomia exequimur.

δυσθυμίαι] animi ægritudinem, mœrorem & abiectionem intelligimus, cùm quis animum despondet, eoq; deficit & consternatur. Nescio verò quid hîc Caluus per (obliqui) intellexerit, δυσθυμίας reddens.

B ἐς τὰ περὶ χεῖρας] Sic meliùs ex omnibus vetustis exemplaribus, quàm τὰ περὶ χεῖρας ex duobus recentioribus.

οἱ παροξυσμοὶ ἐν ἀρτίῃσι] Pro ἐν ἀρτίῃσι vetus vnus Regius codex duoq; recentiores ἐναντίῃσι legunt. Quos videtur secutus Caluus, nisi si vtrunque legit, cùm dixit, diebus autem paribus contrario modo grauescebant. Nos priorem lectionem retinuimus, quòd paribus diebus accessiones vrgerent, ideoq; sexto die plurimi obierint, quale quid Philisco postea accidisse scribet.

καὶ ἱδρῶτες] Hanc lectionem retinui ex plurimorum codicum consensu, licet duo καὶ ἱδρῶς ἐπὶ πλεῖστον ὑπόψυχρος, cum impressis retineant. Quod secutus est Caluus.

ἐθερμαίνοντο] ἀναθερμαινόμενα ex antiquis nostris codicibus & Galeno lego. Codices etiam scripti quod sequitur sic legunt, ἀλλὰ πελιδνά, ψυχρά. Vnus etiam ὑπόψυχρα.

οὐδ' ἰδίσ.ων] Codices antiqui leg. οὐδ' ἰδίσ.ων. ἔπι τέτοισιν οὖρα μέλανα. Vnus etiam ἐπὶ pro ἔπι habet. Noster Germanicus οὐδ' ἰδίσ.ων ἔπι, legit, quam lectionem non improbo. Sic enim magis Galeno adhæret, qui τὸ μηκέτι διψῆν in Commentario explicat. Duo alia exemplaria καὶ οὐδ' ἰδίσ.ων ἐπὶ τέτοισιν. οὖρα τέτοις μέλανα, habent vt impressi.

C οἷσιν οἷσι] οἷσι τέτοισιν οἷσιν τῶν συμπίπτει lego consentientibus omnibus codicibus, etsi vtraque stat lectio.

ἀλλ' ἑκταῖοι] ἀλλ' ἕκτη ἔθνησκον vetus vnus Regius codex cum recentiore altero legit.

ὑπογεγραμμένα] Solenne est Hippocrati in his quorum velut commentarium instituit, ὑπογράφειν de prima manuum delineatione & rudi deformatione dicere, velut earum rerum quas postea accuratiùs descripturus sit lineamenta ducens, & rudem crassamq; adumbrationem ostentans, sumpta à pictoribus aut mathematicis metaphora. Sic ὑπογραφὴν crassæ Mineruæ explicationem nihil artis habentem vocat Plato in πολιτείᾳ. Sic quoque priùs sect. 2. ὑπογεγραμμένα descripta, hoc est velut primis notis deformata, vt hic quoque diximus. Cæterùm ὑπὸ πάντα pro ἅπαντα legimus ex codice nostro Germanico manu scripto, (cuius fidem habeo multis nominibus obstrictam) cum Galeno & doctissimorum interpretum consensu. Quod sequitur ἐκείνῳ δὲ τυτέοισιν, id adducit Gal. lib. 2. de diebus decret. hunc in modum. ἐκείνοι δὲ τυτέοισιν ὡς τὸ πολὺ ἐνδεκαταίοισιν, ἔστι δὲ οἷσιν εἰκοσταίοισιν.

οἷσιν εὐθὺ] Hæc verba in duobus manu scriptis codicibus desiderantur, οἷσιν εὐθὺς ἐκ τῆς ἀρχῆς ἡ φρενῖτις, quo tamen iure non video, vt

D nec minùs suspectus sit Asulanus codex, in quo clausula ista tota desideratur.

Πλῆθος μὲν οὖν τῶν νοσημάτων ἐγένετο. ἐκ δὲ τῶν καμνόντων ἀπέθνησκον μάλιστα μειράκια. νέοι, ἀκμάζοντες, λεῖοι. ὑπολευκόχρωτες. ἰθύτριχες. μελανότριχες. μελανόφθαλμοι. οἱ εἰκῆ καὶ ἐπὶ τὸ ῥάθυμον βεβιωκότες. ὑψόφωνοι. ἰσχνόφωνοι. τρηχύφωνοι, τραυλοὶ, ὀργίλοι. γυναῖκες δὲ πλεῖσται ἐκ τουτέου τοῦ εἴδεος ἀπέθνησκον. ἐν δὲ τῇ καταστάσει

E ταύτῃ ἐπὶ σημείων μάλιστα τεσσάρων διεσώζοντο. οἷσι γὰρ ἢ διὰ ῥινῶν αἱμορραγῆσαι, ἢ κατὰ κύστιν οὖρα πολλὰ, καὶ πολλὴν ὑπόστασιν, καὶ καλὴν ἔχοντα ἔλθοι. ἢ κατὰ κοιλίην ταραχώδεα χολώδεα ἐπικαίρως. ἢ δυσεντερικοὶ γενοίατο. πολλοῖσι δὲ ξυνέπιπτε μὴ ἐφ' ἑνὸς κρίνεσθαι τῶν ὑπογεγραμμένων σημείων, ἀλλὰ διεξιέναι διὰ πάντων τοῖσι πλείστοισι. καὶ δοκέειν μὲν ἔχειν ὀχληροτέρως. διεσώζοντο δὲ

F πάντες, οἷσι ταῦτα ξυμπίπτοι. γυναιξὶ δὲ καὶ παρθένοισι, ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα σημεῖα πάντα. ἤ σι δὲ ἢ τούτων τι καλῶς γένοιτο, ἢ τὰ γυναικεῖα δαψιλῶς ἐπιφανείη, διὰ τουτέων ἐσώζοντο, καὶ ἔκρινε. καὶ οὐδεμίαν οἶδα ἀπολομένην, ἧσι τούτων τι καλῶς γένοιτο. Φίλωνος γὰρ τῇ θυγατρὶ ἐκ ῥινῶν λάβρον ἐρρύη, ἑβδομαίη δὲ οὖσα ἐδείπνησεν ἀκαιροτέρως, ἀπέθανεν.

Magnus itaque fuit morborum numerus, atque ex ægris præcipuè interibant adolescentes, iuuenes, ætate florentes, quiq; erant glabro corpore, cute subalbida, extenso & nigro capillitio, & nigris oculis, ociosè & segniter vitam degentes, voce alta, exili, aspera, balbi, iræ præcipitis & acerbæ, plurimæque huiusce generis mulieres peribant. At verò hoc in statu ex quatuor maximè signis seruabantur ij quibus aut ex naribus bene sanguis profluxisset, aut vrina multa, in qua quod desidebat copiosum & laudabile erat, per vesicam processisset; quiq; aut per aluum turbulenta, biliosa, tempestiuè demitterent; aut in difficultatem intestinorum delaberentur. Multisq; vsu venit vt non ab vno ex descriptis signis iudicarentur, sed vt plurimi per omnia percurrerent & grauiùs habere viderentur. Sed hi omnes quibus ista contingerent incolumes euaserunt. Mulieribus item & virgunculis euenerunt paulò ante memorata signa omnia. Decernebat autem si quibus aut horum quippiam optimè fieret, aut liberaliter muliebria apparerent, nullaque (quod sciam) ex his quibus horum quid optimè factum esset, interiit. Philonis namque filia, cùm liberaliter ex naribus sanguis effluxisset, quod septimo die intempestiuiùs cœnasset, mortem obiit.

G νέοι, ἀκμάζοντες] Istud cum codicibus nostris manuscriptis distinximus, & codex vnus Regius peruetustus, itemque alter recentior pro ὑπολευκόχρωτες, λευκόχρωτες habet, quam videtur lectionem secutus Caluus. Porrò etsi ex his attributionum notis pronã in morbum cuiusq; naturam subindicare voluit Hippocrates, in ea tamen eruenda plurimũ laborat Galenus, vt etiam in ambigua admodũ lectione, cuinam morbo ista accenseri debeant, non facilè sit iudicare. Quæ etsi quodammodo de calidioribus paulò & humentioribus naturis febribus ardentibus conflictatis intelligi possunt, in eam tamen partem incumbit Galenus, vt quibusdam naturis quæ difficulter digeruntur, frigidioremque quodammodo temperiem nactæ sunt, phrenitidas attribuat, quæq; nulla humorum transpiratione facta, sed plurima eorundem in cerebrum vaporatione, huiusmodi morbis tentarentur. In quarum naturarum attributionibus, ea facienda est æstimatio, quæ ex partium temperie non facilè de toto corpore sententiam ferat. Quale quiddam est Hippocrati celebratum, vt scripsimus lib. 2. epid.

ἰθύτριχες] ἰθύτριχες sunt qui planum & extensum velutiq; rectum habent capillitium. Sic εὐθείας τρίχας & ἁπαλὰς frigidioris & humentioris

H naturæ signa facit * Galenus. Quale capillitium frequens est iis qui Belgium incolunt, in quibus hæ ferè omnes hic adscriptæ mollium naturarum notæ visuntur. * *in Arte parua.*

μελανόφθαλμοι] Oculorum nigredinem humorum exuberantiæ signum esse diximus lib. 2. epid. Pro tenuis enim humoris copia aut impuritate oculi nigricant, aut vbi horum singula adsunt aut omnia, vt scribit Gal. in Arte parua.

οἱ εἰκῆ] Duo Regij codices οἱ εἰκῆ cum impressis legunt. Codex noster & recentiora duo exemplaria, ἡσυχῆ cum Galeno etsi vtrunque adduxisse videtur Galenus, quę profectò lectio plausibilior est, eosq; qui in otio & quiete viuunt significat, quales sunt molles & natura mulierosi. Atq; hunc sensum cum interpretibus amplectimur, etsi Caluus εἰκῆ legit. Quo sensu eos qui temerè sineq; consilio in otio vitam degunt, intelliges, vt planè ἄλογον βίον iudices, & quæ vita desidiosè & segniter effœminatorum ritu traducitur.

ὑψίφωνοι] In his vocis affectionibus quæ cuiusq; naturam præ se ferunt, ὑψίφωνοι dicuntur qui voce sunt sonora & alta prædìti, canoram dicit Cicero lib. 2. de nat. deorum, cui fuscam opponit. Qua in repugnantia quædam in acutam & grauem inclinatio esse detegitur, vt quæ canora est & alta acutæ magis conueniat, quæ fusca, graui. Non secus ac candidam vocem fuscæ opposuit † Plinius, eam quam canoram aut altam dicimus significans, cùm scripsit, Venere vox reuocatur cùm è candida declinat in fuscam. Eam enim vocis immutationem quæ in adolescentibus venerem appetentibus sentitur exprimit, quæ dum ex acuta in grauiorem & virilem desinit, fusca quodammodo fit, nec vt priùs canora. Quod in dies experimur in huiusmodi pueris symphoniacis, in quibus dum adolescunt, defloruit canorus ille vocis sonus, & ætatis successione inutiles deliciis redduntur. Quod quidem mutationis nomine exprimunt Musici, & Hippocr. τραγίζειν dixit. Hincque palàm est sub altæ vocis genere, quam sonoram, candidam, canoram, Gallicè claram & argenteam dicimus, concludi, qualem maximè Phonasci in huiusmodi pueris ad delicias natis exercent. Qualis etiam ferè in mulieribus ob naturæ mollitiem esse sentitur. Atq; ea est quæ vocis claritas a Tullio *, & præstantiam quandam partis singularem indicare dicitur. Cæterùm exemplar vnum manu scriptum hanc dictionem non legit, cuius nullam etiam facit mentionem Gal. in Commentario. † *Cap. 6. lib. 28.* * *In Academ.*

ἰσχνόφωνοι] ἰσχνόφωνοι hìc sumi videntur ij qui gracili, exili, tenui, & leni sunt voce prædìti, qualis est in mollibus naturis, quæ in virium firmitudine aliquantulum deficiunt. Sic enim ἰσχνοφώνους λεπτοφώνους explicat Gal. etsi in aliquo differunt. Nam cùm vtrique calidi natiui defectum arguant, in frigidis naturis facillimè insunt, alteriq; viarum per quas vox effluitur angustiam, alteri instrumentorum vitium significant. Vt non operosum sit duas ἰσχνοφώνων notiones exprimere ex Galeni verbis. Modo enim exili voce & gracili præditos significant, modo etiam eos qui lingua hæsitant, & in balborum genere reponuntur, nec explanatam habent vocum impressionem. Quam in rem multa ex Hippocr. & Aristot. adduximus commentariis nostris in lib. 2. epid. vbi etiam quædam de τραυλοῖς diximus.

καὶ τρηχύφωνοι] τρηχύφωνοι asperam vocem habent, cui læuis opponitur, instrumentorumq; voci inseruientiû resiccationem autorem habet, vt testatur Galenus in Commentario & Arte parua. Possunt tamen etiam voces asperæ fieri ex humorum in spiritus vias delabentium inæqualitate, quale quid in raucedine ex continua destillatione accidit. Quæ affectio frigidiores naturas, frigido præsertim cœlo, creberrimè tentat.

ὀργίλοι] ὀργίλους ὀξυθύμους interpretatur Galenus, animosisq; & fortibus opponit, quod illi frigidioris naturæ cùm sint, deiecto admodum & demisso sunt animo, hi verò ob calidi copiam, generosam animi indolem retineant, nulloque inani metu consternantur. Atq; hac voce iracundi significantur, qui in iram præcipitem & acerbam sunt proni, leuiq; de causa impelluntur ob rationis imbecillitatem, quale quid mulieribus contingit, quæ nullo negotio exasperantur. Quod de his etiam dicitur qui nullo habito rei discrimine, promptissimè in iram vertuntur & implacabiliter commouentur. Quos rectissimè Gallicè exacerbari dicimus & per acerbos exprimimus, Græcæ dictionis aliquantulum imitata significatione. Ex quibus satis apparet hic non eos ὀξυθύμους dici qui præcipiti impetu in ferocientem iram & vehementem excandescentiam irrumpunt, & ἀθύμοις opponuntur, quæ sunt calidioris cordis notæ, vt copiosius annotauimus Com. in lib. 2. epid. vbi etiam hunc locum & dictionis vim aperuimus, vt nil necesse sit nos hìc esse longiores.

ἐκ τουτέου τοῦ εἴδεος] τὸ εἶδος hìc ad naturam refero & temperiei genus intelligo, vt sit sensus, plurimas mulieres quæ eiusdem essent generis & naturæ, hoc est subfrigidæ difficulterq; trãspirantis, interiisse. Quod eò lubentius dico, quòd an ad naturæ, an verò ad morborum speciem referatur, valde est ambiguum. Caluus etiam ad speciem, quam formam dicimus, & ex qua naturæ cuiusq; indicia sumuntur, respexisse videtur.

οἷσι γὰρ ἦν] Sic legunt veteres codices manu scripti duo cum impressis, οἷσι γὰρ ἦν ἡ διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγῆσαι, nõ insolenti phrasi vt priùs ostendimus. Recentiora, οἷσι γὰρ ἡ διὰ ῥινῶν καλῶς ἡμοῤῥάγησεν. Quæ lectio simplex est & ab omnibus interpretibus probata, quamque ideo secuti sumus.

φυσιάδες] Sic duo exemplaria manu scripta legunt, reliqua simpliciter omninò φύσιες. Illud verò magis est poëticum.

διεξιέναι διὰ πάντων] Obscurum est quonam ista referantur, an omnes excretionum species earumq; ductus, an verò signa omnia respiciant. Ego cum nonnullis interpretibus ad signa ipsa retuli, quod omnia præscripta signa percurrissent, omnibusq; excretionum generibus tentati fuerint. Sic enim non est inelegans phrasis, etsi sæpiùs in hoc sensu accusandi casum habeat. Quòd si iis vndiquaq; & per omnes excrementorum recessus repurgationes processisse intelligas, propter ea quæ sequuntur, quòd grauiùs haberent, eandem profectò assequeris notionem, quæ quosdam etiam interpretes assensores habet.

γυναιξὶ δὲ] Codices Regij καὶ hìc addunt, quos secuti sumus, etsi recentiores omittunt, & in mulierum genere virgunculas intelligunt, nullo ferè discrimine.

Quibus inuitis per febres acutas atq; adeò ardentes lachrymæ effluunt, in his dum cætera exitialiter non se habeant, sanguinis ex naribus profluuium expectandum est. In his siquidem, qui malè habent, non sanguinis eruptionem, verùm mortem portendunt. Quibus febre iudicatoriè desinente, tumores ad aures in febribus cum dolore suborti neque conquiescunt, neque suppurantur, eos, biliosum alui profluuium, vt intestinorum difficultas, aut quod in vrinis crassis subsidet liberat, quale quid Hermippo Clazomenio euenit. Quòd verò ad iudicia attinet, ea, vt satis perspicere licet, aut sunt inter se similia aut dissimilia. Velut in duob⁹ fratribus apparuit, qui ad theatrum Epigenis habitabant, quibus, cùm eadem simul hora morbus cœpisset, ætate prouectiori sexto die, iuniori verò septimo decreuit, reuersus vtrique eadem simul hora, dies quinque intermisit, atque ex reuersione vterque simul in totum die decimoseptimo est iudicatione liberatus. Plurimis autem quinto die decreuit, septem intermisit & post reditum die quinto iudicatio facta est. Quibusdam etiam septimo die decreuit, diebus septẽ intermisit, & ex recidiua die tertio iudicatio facta est. Nonnullis quoque morbus die septimo iudicatus est, cumque diebus tribus intermisisset, septimo decreuit. Aliquibus die sexto morbus decreuit, atque vbi dies sex intermisisset tribus diebus prehendit, quos etiam vbi vno die reliquisset,

Οἷσιν ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσι μᾶλλον καυσώδεσιν, ἀκούσια δάκρυα παραῤῥεῖ, τούτοισιν ἀπὸ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίην προσδέχεσθαι, ἢν καὶ τ' ἄλλα μὴ ὀλεθρίως ἔχωσιν. ἐπὶ τοῖσι γε φλαύρως ἔχουσιν, οὐχ αἱμοῤῥαγίην, ἀλλὰ θάνατον σημαίνει. Τὰ παρὰ τὰ ὦτα ἐν πυρετοῖσιν ἐπαιρόμενα μετ' ὀδύνης, ἔστιν οἷσιν ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ κρισίμως οὔτε καθίσαντα, οὔτε ἐκπυήσαντα, τούτοισι διάῤῥοια χολώδεων. ἢ δυσεντερίη. ἢ παχέων οὔρων ὑπόστασις γενομένη λύει, οἷον Ἑρμίππῳ τῷ κλαζομενίῳ. Τὰ δὲ περὶ τὰς κρίσιας ἐξ ὧν καὶ διαγινώσκομεν ἢ ὅμοια ἢ ἀνόμοια, οἷον οἱ δύο ἀδελφεοὶ. ἤρξαντο ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην. κατέκειντο παρὰ τὰ θέητρον Ἐπιγένεος ἀδελφεοί, τούτεων τῷ πρεσβυτέρῳ, ἔκρινεν ἕκτῃ. τῷ δὲ νεωτέρῳ, ἑβδόμῃ. ὑπέστρεψεν ἀμφοτέροισιν ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην. καὶ διέλιπεν ἡμέρας πέντε. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς, ἐκρίθη ἀμφοτέροισιν ὁμοῦ τὸ ξύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοισιν. ἔκρινε δὲ τοῖσι πλείστοισι πέμπτῃ. διέλιπεν ἑβδόμην. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφέων, ἔκρινε πεμπταίοισιν. οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἑβδόμην. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς, ἔκρινε τρίτῃ. οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διαλιπὸν τὰς τρίτην ἔκρινεν ἑβδόμῃ. οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑκταίοισι, διαλιπόντας ἕκτην ἐλάμβανε τρίτῃ. οἷσι δὲ ἔλιπε τετάρτῃ, ἐλαμ-

A ἐλάμβανε καὶ ἔκρινε τετάρτῃ, οἷον Εὐαγόντι τῷ Δαϊθάρσεος. οἷσι δὲ ἔκρινεν ἕκτῃ, διέλιπεν ζ΄. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε τετάρτῃ. οἷον τῇ Ἀγλαΐδου θυγατρί. Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ, τούτῳ τῷ τρόπῳ διενόσησαν. καὶ οὐδένα οἶδα τῶν περιγενομένων ὅτῳ οὐχ ὑπέστρεψαν κατὰ λόγον αἱ ὑποστροφαὶ γενόμεναι· καὶ διεσῴζοντο πάντες οὓς ἐγὼ οἶδα, οἷσιν αἱ ὑποστροφαὶ, διὰ B τοῦ εἴδεος τούτου γενοίατο. οὐδὲ τῶν διανοσησάντων διὰ τούτου τοῦ τρόπου οὐδενὶ οἶδα ὑποστροφὴν γενομένην πάλιν. ἔθνησκον δὲ ἐν τοῖσι νουσήμασι τούτοισιν οἱ πλεῖστοι, ἑκταῖοι. οἷον Ἐπαμινώνδας, καὶ Σιληνὸς, καὶ Φιλίσκος, ὁ Ἀνταγόρεω.

altero rursus prehendit & iudicatus est, quemadmodum Euagonti Daitharsis filio cõtigit. Aliis sexto die decreuit, septẽ intermisit, & ex repetitione die quarto iudicatus est, quale quid Aglaidæ filiæ vsuuenit. Plurimi igitur eorum qui tunc ægrotarunt hunc habuerunt morbi tenorem, atque haud scio an eorum cuiquam qui superfuerunt ritè factæ morborum reuersiones non recurrerint, omnesq́; quod sciam seruabantur quibus hoc recidiuæ genus contigit, neque hoc modo ægrotantium cuiquam morbum rursus repetiuisse memini. Moriebantur autem plurimi ex his morbis sexto die, velut Epaminondas, Silenus, & Philiscus Antagoræ filius.

ἀκούσια δάκρυα] Oculos inuitis lachrymantes, quos ἀπροαιρέτως δακρύοντας ὀφθαλμοὺς vocat Hipp. in Progn. damnat & aph. 52. libr 4. Plenius verò lib. 6. epid. sect. 1. dum scribit, δάκρυον ἐν τοῖσι ὀξέσι τῆς φλαύρως ἐχόντων, ἑκόντων μὲν χρηστόν, ἀκόντων δὲ ἀπόρρητον κακόν. Qua in sententia spontaneas & inuoluntarias lachrymas optimè circunscribit, huncque locum satis explicat. Quò etiam spectat quod lib. 4. C epid. scribitur, οἱ μὴ ἑκόντες δακρύουσιν οὐ κακόν. οἷσι δὲ ἀκουσίως, ἀπόρρητον κακόν. Rursusq; lib. 6. epid. sect. 8. δάκρυα ἑκόντι, ἄκοντι, πολλὰ, ὀλίγα, θερμὰ, ψυχρὰ, παχέα. Quòd verò ad hunc locum pertinet, in hæmorrhagiæ signis inuoluntarias lachrymas reponit Galen. libr 1. ad Glauconem his verbis: εἰ δὲ δακρύουσιν ἄκοντες οὐ μετὰ ψυχῆς ἐρᾶν. φαντάζονται, καὶ ταῖς χερσὶν ἐπὶ ταῖς ῥισὶν φέρουσιν ὡς κνώμενοι τοιούτου μὲν, οὐκέτι μέλλον, ἀλλ᾽ ἤδη ῥέον ἐξ αὐτῶν αἷμα. Idem quoque lib. 3. κρίσεων illachrymantes oculos in sanguinem profundentibus posuit, eo in loco quẽ prius adduximus cum hæmorrhagiæ notas confirmaremus, atq; etiam vbi scribit, καὶ τοῦτο δὲ καὶ περὶ τῆς δακρυόντων ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς μᾶλλον τῆς ἐρυθρῶν, καὶ τῆς ῥινὸς αὐτῶν. Vnde satis apparet Gal. inuitas lachrymas hæmorrhagiam significare voluisse, atq; hic ἄκοντα aut ἀκούσια legisse, quomodo antiqua omnia exemplaria manu scripta habent, etsi quidam spontaneas lachrymas posuerint, & ἑκούσια facili lapsu, cum duobus recentioribus exemplaribus legerint. Iis forte rationibus innixi, quòd spontaneas lachrymas probet Hippocrates, inuoluntarias autem pessime detestetur, rationiq; sit consonum in his optimis signis quæ morborum solutionem afferunt, bene semD per ominari. Possunt autem etiam sponte fluere lachrymæ, cùm cerebrum aut caput ipsum humorum acrium vaporationibus tentatum oculos etiam lancinat & illachrymantes facit, idq; ex naturæ consilio non temere, cùm dolor moueatur, quod est κατὰ προαίρεσιν aut ἐκ προαιρέσεως δακρύειν. Ex magna etiam vaporum aut humorum copia in cerebrum sublatorum, potest animalis illa facultas relaxari & aliquantulum hebescere: itaq; humorem illum in oculos illabentem & sua sponte fluxilem vel inuita effundere. Vtrunque vero cum sit lationis humorum in superiores partes signum efficax, non temerè cum cæteris hæmorrhagiam portendit. Huius porrò loci meminit Gal. Com. 1. in lib. 6. epid. in eius sententiæ quam apposuimus explicatione, vbi ἄκοντι δὲ δάκρυα ἀπόρρητα legit, vt mihi videatur retinenda veterum codicum lectio quæ ἀπόρρητα non ἀπορρεῖ, vt recentia, habet, quòd in lachrymis hæc sit familiaris Hippocrati phrasis, vt ex superius adductis locis satis patet. Meminit quoque Com. 3. in progn. cum scribit, καὶ τὸ δὲ περὶ τῶν ἀπὸ ἡμισείας καὶ δακρύειν ἀκουσίως ἐστὶ τοὺς μέλλοντας αἱμορραγήσειν ἐκ ῥινῶν. ἐπὶ τοῖσι καὶ] ἐπὶ τοῖσι καὶ antiqui codices omnes legunt, quæ lectio mihi maE gis probatur, quòd redditionem vberiorem faciat. Gal. ἐπὶ τοῖσι καὶ, vt recentiora duo exemplaria legit.

τὰ περὶ τὰ ὦτα] Hic principium sententiæ fecimus ex Galeno cum duobus manu scriptis codicibus antiquissimis, etsi cæteri istud superiori sententiæ iungunt nullo profectu. Atque περὶ τὰ ὦτα, non παρὰ quemadmodum duo recentiora exemplaria habent, retinuimus, quòd sit hæc Hippocrati notissima phrasis. Quidam codices pro ἐν πυρέτοισιν, ἐν πυρετοῖσιν legunt, vt & καθίσταται pro καθίσταντο, & ἔλυσε pro λύει, nihil omninò immutato sensu. Sunt autem ista μεταπτώσεως τῶν χυμῶν optima signa, cùm decumbente in aluum morborum causa per idoneos humorum effluxus, abscessus κατ᾽ ἐκεῖνα natura procurauit, itaque morbum totum deposuit, quod est in tota iudicationum disciplina notissimum.

τὰ δὲ περὶ τὰς κρίσιας] Iudicia inter se comparat eaque recenset, vt ex iis quænam sit inter se similitudo aut dissimilitudo eliciatur. Plærique enim omnes die decimoseptimo, alij etiam vigesimo iudicatione liberati sunt, at non eodem omninò modo. Ex quo apparet in iudicationum doctrina magnam esse dignitatem diei decimiseptimi & vigesimi, vt satis probat ex hoc loco Galenus lib. F 2. de diebus decretoriis, qui hunc totum locum fusissimè explicat, vt non opus sit nos hic esse longiores. Porrò exemplar antiquissimum manu scriptum ἐξ ὧν ἐγινώσκομεν ὅμοια legit, quam lectionem seruauit Galenus, Alterum etiam recentius magis variat. Sic enim habet, τὰ δὲ περὶ τὰς κρίσιας, κατά τι μὲν ὅμοια. κατά τι ἀνόμοια. Quam lectionem quibusdam vsurpatam & annotatam ex lib. de dieb. decret. apparet.

καὶ διέλιπεν ἡμέρας πέντε] Caluus ἀμφοτέροις addidisse videtur, quod magis eum quem mouet scrupulum Galenus, iniicit, cùm in nullis exemplaribus adscriptum reperiatur. Et verò cum omninò eximit exemplar vnum ex nostris quod habet, διέλιπεν ἡμέρας ἐξ μὲν τῷ ἑτέρῳ τῷ δὲ ἑτέρῳ πέντε. Duo etiam ex nostris codicibus καὶ reticent, vt & Galenus vtrobique.

ἔκρινε δὲ] Duo codices antiquissimi sic legunt, ἔκρινε δὲ τοῖσι πλείστοισιν ἑκταίοισιν. διέλιπεν ἐξ, ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε πεμπταίοισιν. Quam lectionem sequitur Galenus lib. 2. de dieb. decret. atque ita legisse videtur Cornarius. In quo certè diei decimiseptimi dignatio nullo modo est imminuta. Vt parum mihi attendisse videatur Caluus hæc iudicationum exempla ad huiusmodi diei decimiseptimi auto G ritatem confirmandam ab Hippocrate adduci, quod valde propriè à Gal. scriptum est lib. de dieb. decret. Hic enim post morbi reuersionem, iudicationem tertio die factam fuisse scribit, non sine mendo. Videtur nanque desultorio quodam modo, ex membro vno in alterum incidisse, atque istud totum omisisse, οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἑβδόμῃ, ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε τρίτῃ. Cuius membri extremum vitiosè superiori coniunxit. Quod certè librarij vitio factum existimo.

οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι] Hoc membrum sic legit Gal. οἷσι δ᾽ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἑπτὰ, ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε τριταίοις.

οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι] Hoc membrum quod ex superiore pendeat atq; inuersum videatur, in duobus antiquissimis codicibus desideratur, neque hoc legisse videtur Galenus, vt neque Cornarius. Nos tamen in tanta codicum & interpretum fide nihil immutauimus, & ad diei decimiseptimi autoritatem confirmandam facere existimauimus.

οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑκταίοισι] Codex noster manu scriptus antiquissimus alterum hic membrum adscribit, hoc modo: οἷσι δ᾽ ἔκρινεν πεμπταίοισι, διέλιπεν ἑβδομαίοισι, ἐλάμβανε τριταίοις, διέλιπε μίαν, ἐπελάμβανε καὶ ἔκρινε μίαν. Ex quo aliter quosdam die decimoseptimo iudicatos H significatur, quos morbus die quinto dimiserat, & interpositis septem diebus, rursus tribus diebus prehenderat, dein vno intermisso, altero iudicatione absoluerat. Quam lectionem secutus est Cornarius & approbat Galen. lib. 2. de dieb. decret. dum scribit: εἶτ᾽ ἐφεξῆς πάλιν, οἷσι δὲ πεμπταίοισι διέλιπεν ἑπτά. ἐλάμβανε δὲ τρεῖς, διέλιπε μίαν, ἐπελάμβανε μίαν. ἔκρινε ὁ κλονεῖ τε τοὺς τὸ σύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοισι. Nos codicum multitudinem secuti nihil ex receptissima lectione immutauimus, optimè tamen lectionis admonuimus. Porrò codices duo recentiores hic pro ἔκρινεν, ἔλιπεν scribunt, eodem sensu. Quos enim iudicatione absoluit, eos morbus dimittit. Quod sequitur ἐλάμβανε τρίτῃ aut τριταίοις cum quibusdam exemplaribus, cùm de febrium ardentium recursu intelligatur, tribus diebus prehendisse diximus, non tertio, quod cæteri ferè omnes fecere interpretes, vt significetur morbum reuersum per tres dies tenuisse. Atq; in eam ferè opinionem me induxit Gal. cum huius loci meminit his verbis lib. de dieb. decret. καὶ μὲν δὴ καὶ ὅσοις τινὰς ἑκταίους μὲν κεκρίσθαι φησὶ διέλιπε δὲ ἐξ. ἐλάμβανε φησὶ γὰρ διέλιπε μίαν ἐλάμβανε. τοῦ τρίτην αὐτοῦ ὁ κλονοῦ ... πρὸ καὶ ἔκρινε. Quod verò in extremo ponitur καὶ ἔκρινε τετάρτῃ, variè etiam legitur. Duo enim antiquissimi codices μίαν pro τετάρτῃ habent, & pro Δαϊθάρσεος fere

omnia exemplaria Δαϊτφάβεις legunt, pro communi & vsitata satis antiquis literarum transmutatione. Certè hoc membrum Caluus cùm disiunxit, non satis attendisse videtur Hipp. & Galeni mentem. A

καὶ λόγον αἱ ὑποστροφαὶ γινόμεναι] Recidiuæ istæ non temerè sed ritè & pro ratione fiebant, quòd cùm priùs diminutæ & infidæ essent, morbum alleuare non potuerunt, vt plurimis etiam die sexto exitium attulerint, quod scribit in Commentario Galenus. Sic hoc in statu superiùs paulò dixit Hipp. καὶ ἑκταίοισιν οὐδ' αἱ κατὰ λόγον γινόμεναι ὑποστροφαὶ ὑπέστρεφον.

οὐδὲ τῶν διαγνοσθέντων] Hunc locum sic legit Galenus lib. 2. de dieb. decr. οὐδὲ τῶν διαγνοσθέντων οὐδενὶ διὰ τοῦτο τοῦ τρόπου οἶδα ὑποστροφὴν γινομένην πάλιν, vt istud διὰ τοῦ τρόπου potiùs ad morborum reuersiones, quàm affectiones referatur. Significat autem nulli omninò post diem decimumseptimum recidiuam contigisse, vt illius diei dignationem corroboret, quod satis explicat Galenus, vt non possim non satis mirari Caluum, qui his omnibus eiusmodi ægrotantibus recidiuas factas fuisse voluerit, quod est præter Hipp. & Galeni assensionem.

Quibus tubercula ad aures enascebantur, ea die vigesimo decernebant. Sedata autem sunt iis omnibus quibus nõ suppurarunt, ad vesicam tamẽ sese cõuerterunt. Cratistonactæ qui ad Heraclium decumbebat, & Scymni fullonis ancillæ suppurarunt, & perierunt. Nõnullis verò morbus die septimo decreuit, nouem intermisit diebus, reuersus est, & ex recidiua quarto die iudicatus est. Phanocritus qui apud Gnathonem pictorem decumbebat, septimo die iudicatione est absolutus. Sub hyemem verò circa brumale solstitium ad æquinoctium vsque, febres ardentes & phrenitides perdurabant, multiq; peribant. Iudicationes tamen variè ciderunt, plurimisq; quinto ab initio die morb. decreuit, quarto intermisit, repetiit, & ex recidiua quinto die iudicatio facta est, omninò diebus quatuordecim. Atq; hunc in modum pueris plurimis, quinetiam natu grandioribus iudicatio facta est. Nonnullis verò vndecimo die morbus decreuit, decimoquarto repetiit, perfecteq; vigesimo iudicatus est. Quod si qui vigesimo nono insuper rigore corriperẽtur, iis quadragesimo die morbus decreuit. Plæriq; autem omnes sub primam iudicationem denuò rigebant. Quinetiam quidam per exordia sub iudicium ipsum nouo rigore correpti, adhuc in ipsis morborum reuersionibus vnà cum iudicatione riguerunt. Vere autem rigebant omninò pauci, æstate plures, per autumnum adhuc plures, sub hyemem longè plurimi. At sanguinis è naribus profluuia cessarunt.

Οἷσι δὲ τὰ παρὰ τὰ ὦτα γινοίατο, ἔκρινε μὲν εἰκοσταίοισι. κατέσβη δὲ πᾶσι. καὶ οὐκ ἐξεπύησεν ἀλλ' ἐπὶ κύστιν ἐτράπετο. Κρατιστώνακτος παρὰ Ἡρακλεῖ ᾤκει, καὶ Σκύμνου τοῦ γναφέως θεραπαίνῃ, ἐξεπύησεν. ἀπέθανον. οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν. ἐνάτῃ ὑπέστρεψεν. ἔκρινεν ἐκ τῆς ὑποστροφῆς. ἔκρινεν ἑβδόμῃ Φανοκρίτῳ, ὃς κατέκειτο παρὰ Γνάθωνι τῷ γραφεῖ. ὑπὸ δὲ χειμῶνα περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς καὶ μέχρις ἰσημερίης, παρέμενον μὲν καὶ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικά, καὶ ἔθνησκον πολλοί. αἱ μέντοι κρίσιες μετέπεσον. καὶ ἔκρινεν τοῖσι πλείστοισιν ἐξ ἀρχῆς πεμπταίοισι. διέλιπε τεταρταίοισι. ὑπέστρεψεν. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς, ἔκρινε πεμπταίοισι. τὸ δὲ ξύμπαν τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι. ἔκρινε δὲ παιδίοισιν οὕτω τοῖσι πλείστοισιν, ἀτὰρ καὶ πρεσβυτέροισιν. ἔστι δὲ οἷσιν ἔκρινεν ἑνδεκαταίοισι, ὑπέστρεψε τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. ἔκρινε τελείως εἰκοστῇ. εἰ δέ τινες ἐπερρίγεον περὶ τὴν εἰκοστὴν τουτέοισιν ἔκρινε τεσσαρακοστῇ. ἐπερρίγεον δὲ καὶ πλεῖστοι περὶ κρίσιν τὴν ἐξ ἀρχῆς. οἱ δὲ ἐπιρριγώσαντες ἐξ ἀρχῆς περὶ κρίσιν. καὶ ἐν τῇσιν ὑποστροφῇσιν ἅμα κρίσει. ἐπερρίγεον δὲ ἐλάχιστοι μὲν τοῦ ἦρος, θέρεος πλείους, φθινοπώρου ἔτι πλείους. ὑπὸ δὲ χειμῶνα πολὺ πλεῖστοι. αἱ δὲ αἱμορραγίαι ὑπέληγον. B C D E

οἷσι δὲ παρὰ τὰ ὦτα] Ista quoque ad iudicationis quæ die vigesimo fit, dignationem & autoritatem pertinent, atque eam in rem à Galeno quoque adducuntur lib. 2. de dieb. decret.

κατέσβη δὲ πᾶσι] Pro κατέσβη, κατέστη leg. codices duo manu scripti, quam lectionem sequitur Galenus lib. de dieb. decret. eodem nimirum sensu vt restincta esse tubercula, hoc est sedata & discussa intelligas, eorumq; vim & feruorem resedisse & quodammodo deseuisse. Quo in significato priùs de huiusmodi tuberculis καθίστασθαι expressit. Cæterùm omnia ferè exemplaria cum Gal. leg. κατέσβη δὲ πᾶσιν καὶ οὐκ ἐξεπύησεν, sed nos eam lectionem secuti sumus quæ habet κατέσβη δὲ πᾶσιν οἷς οὐκ ἐξεπύησεν, vt quibus non suppuratæ essent parotides, eæ sedarentur & conquiescerent, intelligerem, quod expressit Gal. in Commentario. Atque hanc lectionem ex codice Germanico hausimus.

Κρατιστώνακτι] Hic valde variant exemplaria, nos tamen istam vulgatam lectionem ex nostro codice secuti sumus, Κρατιστώνακτι τῷ παρὰ Ἡρακλίῳ καὶ Σκύμνου τοῦ γραφέως θεραπαίνῃ ἐξεπύησεν, ἀπέθανον. Pro τῷ παρὰ Ἡρακλίῳ, ὃς παρὰ Ἡρακλεῖ ᾤκει legunt duo codices manu scripti cum impressis Nec multùm interest an pro γραφέως γναφέως legas, nisi quod Galenus vbique γραφέως habet, vt nec plurimùm moramur an pictorem an verò fullonem, aut infectorem intelligas. F

οἷσι δὲ ἔκρινε] Hoc iudicationem die vigesimo absolutam & perfectam fuisse probat. Quare ex vetustissimis nostris exemplaribus, ἔκρινεν ἐκ τῆς ὑποστροφῆς τετάρτῃ legimus, & ex nostro codice fidissimo διέλιπεν ἐννέα pro ἐνάτῃ. Quæ omnia his verbis agnouit Galenus, ἀλλ' ἐφεξῆς πάλιν φησί. οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἐννέα ὑπέστρεψεν, ἔκρινεν ἐκ τῆς ὑποστροφῆς τεταρταίοισι, δηλονότι τὸ σύμπαν εἰκοσταίοισι. Cæterùm quod de Pantacle qui apud Dionysium habitabat, addit Caluus, estq; veluti sententiæ confirmatio Hipp. familiarissima, id etiam in codice vno manu scripto legitur.

ἔκρινεν ἑβδόμῃ] Melior est lectio quæ habet, οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἕξ, εἶθ' ὑπέστρεψε, καὶ ἑβδομαίοις ἔκρινεν, ὥσπερ Φανοκρίτῳ ὃς κατέκειτο παρὰ Γνάθωνι τῷ γραφεῖ. Quæ lectio duobus vetustissimis codicibus Regiis innixa est, & à Gal. probatur libr. 2. de dieb. decret. estque ab interpretibus Caluo & Cornario in medium adducta. G

ἔκρινε τελείως εἰκοστῇ] Sic peruetusta omnia exemplaria habent, itaque hunc locum adducit Gal. lib. 2. de dieb. decret. Recens vnum nec æquè vetus ἔκρινε τελείως η. legit, facili opinor lapsu cum κ scribi oporteat, etsi quædam exemplaria impressa ὀγδόῃ integrè legunt, & interpres quidam ad decimum octauum diem referat, contra Hipp. & Galen. mentem.

εἰ δέ τινες ἐπερρίγεον] Hic quoque æqualis cum superiore lapsus est. Nam pro περὶ τὴν εἰκοστὴν quæ per κ signatur, περὶ τὴν η legitur, & in quibusdam impressis περὶ τὰς ὀκτὼ manifesto mendo. Sic verò Galenus lib. 2. de dieb. decret. εἰ δέ τινες ἐπερρίγεον περὶ τὴν κ, τουτέοισιν ἔκρινε τεσσαρακοσταίοισιν.

οἱ δὲ ἐπιρριγώσαντες] Hoc totum οἱ δὲ ἐπιρριγώσαντες ἐξ ἀρχῆς περὶ κρίσιν non legunt duo exemplaria, sed reliqua simul iungunt nullo admodum discrimine. Significat autem quibusdam sub initia & iudicationem primam nouos adfuisse rigores, qui cùm solutionem ex sudoribus significarent, imperfectam tamen reddiderunt. Quinetiam quosdam circa initia ad iudicationem ipsam, sed & in ipsis recidiuis, vnà cum iudicatione rigores præhenderunt, sicq; denuo à morbo sunt absoluti. H

ἐπερρίγεον δὲ ἐλάχιστοι] Duo vetustissima exemplaria manu scripta Regia ἐρρίγουν legunt communi tamen & satis familiari vtriusque notione. αἱμορραγίαι ὑπέληγον] Pro ὑπέληγον, ὑπέλειπον duo exemplaria habent, eodem sensu.

Sectio Tertia.

Quænam in his quæ ad morbos spectant dignotio facienda sit facilè discemus ex communi omnium &

ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

Τὰ δὲ περὶ τὰ νουσήματα ἐξ ὧν διεγινώσκομεν μαθόντες ἐκ τῆς κοινῆς φύσιος ἁπάντων, καὶ τῆς ἰδίης

A ἰδίης ἑκάστου, ἐκ τοῦ νουσήματος, ἐκ τοῦ νοσέοντος, ἐκ τῶν προσφερομένων, ἐκ τοῦ προσφέροντος. ἐπὶ τὸ ῥᾷον γὰρ καὶ χαλεπώτερον, ἐκ τούτων. ἐκ τῆς καταστάσιος ὅλης. καὶ κατὰ μέρεα τῶν οὐρανίων καὶ χώρης ἑκάστης. ἐκ τοῦ ἔθεος, ἐκ τῆς διαίτης. ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων. ἐκ τῆς ἡλικίης ἑκάστου. λόγοισι. τρόποισι. σιγῇ. διανοήμασι. ὕπνοισιν. οὐχ ὕπνοισιν. ἐνυπνίοισι οἵοισι. καὶ ὅτε τιλμοῖσι κνησμοῖσι. δα- B κρύοισιν. ἐκ τῶν παροξυσμῶν. διαχωρήμασιν. οὔροισι. πτυάλοισιν. ἐμέτοισι. καὶ ὅσαι ἐξ οἵων εἰς οἷα διαδοχαὶ νοσημάτων, καὶ ἀποστάσιες ἐπὶ τὸ ὀλέθριον καὶ κρίσιμον. ἱδρώς. ψύξις. ῥῖγος. βήξ. πταρμοί. λυγμοί. πνεύματα. ἐρεύξιες. φῦσαι. σιγώδεες. ψοφώδεες, αἱμορραγίαι. αἱμορροΐδες. ἐκ τούτων καὶ ὅσα διὰ τούτων σκεπτέον.

cuiusque propria natura, ex morbo & ægroto, ex his quæ offeruntur & eo qui offert. Nã & ex hi[s] m[e]lius vel grauiùs se habent. Preterea ex vniuersali ac particulari aëris conditione, & regionis cuiusque, ex consuetudine, victus ratione, vitæ genere, ex cuiusq; ætate, ægri sermonibus, moribus, silentio, imaginationibus, somnis, vigiliis, ex insomniis, quæ qualia & quãdo obueniant videndum est, vellicationibus, pruritibus, lachrymis, ex accessionibus, deiectionibus, vrinis, sputis, vomitionibus. Videndæ sunt etiam quæcunque fiunt morborum vicissitudines, & ex quibus in quos succedant, & quinam abscessus perniciẽ aut solutionem portendant. Sed & sudor, rigor, perfrictio, tussis, sternutationes, singultus, spiritus, eructationes, flatus silentes, strepitum cientes, sanguinis eruptiones, ora venarum ex ano sanguinem fundere solita, Græci hæmorrhoidas dicunt. Atque ex his quæ per hæc contingunt consideranda sunt.

C Exhausta præcipua horum librorum materia & quibusdam temporum circumscriptis definitionibus, prænotionis terminos in morbis proponit, quibus velut vniuersalibus scopis præsentium dignotio & futurorum præsensio continetur. Quæ duo sunt in tota Hippocratis disciplina multis nominibus commendata munia, quæq; Medici autoritatem constantissimè tuentur & fouent, & ad ægrorum, quam cuiusq; propriam postea facit, recensionem valde accommodata. Nil enim æquè artem ac Medici dignitatem commendat, quam in ipsa ægrorum inspectione morbos ipsos ita moderari, vt ne quid eorum quæ obuenerunt, aut etiam eorũ quæ impendent, præsensionem tuam fefellisse videatur. Quam ad rem supra his verbis Medicum excitauit. λέγειν τὰ προγενόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα, μελετᾷν ταῦτα. Attributiones igitur in morbis plurimas enumerat, ex quibus veluti scopis, affectuum prænotiones, & ægrorum affectiones, dispositiones, & conditiones dignoscere possis, indeq; velut morborum transitione facta, ad febriũ genera gradum facit. Quarum naturam ita accuratè in animi notione tanquam in vestigio reponit, vt non facilè in tota Hippocr.

D πραγματεία insigniorem locum febrium explicationi dicatum reperias. At quia in his facilè morbis ex accessionum vicissitudine iudicationis vis & decretoriorum dierum facultas dependet, hic obiter totius criseos dignitatem ex dierum criticorum recensione moderatur. τὰ δὲ περὶ τὰ νοσήματα] Sunt hæc συμβόλαιά τε & σημειώσεις quædam, ex quibus in morbis prędictionem haurias, quę Gal. προγνωστικὰ θεωρήματα vocat fusissimeque explicat, vt non admodum nostra opera in his eruendis opus sit, etsi sunt obscuræ & abruptæ quædam rerum agendarum notæ, quales sunt ex omnes quibus scatent lib. περὶ τροφῆς & περὶ χυμῶν. Similis autem est phrasis superiori τὰ δὲ περὶ τὰς κρίσιας ἐξ ὧν καὶ διαγινώσκομεν ὁμοῖα ἢ ἀνόμοια.

ἐκ τῆς κοινῆς φύσεως] Communis rerum natura Medico maximè inspicienda est, nec verò cuiusque propria negligenda. Est enim Medicina communium præceptionum obseruatio quædam, quam ita finiunt (inquit Celsus) vt quasi viam quandam, quam μέθοδον Græci nominant, eorumque quæ in morbis communia sunt contemplatricem esse contendunt. Atque vbi vniuersalium notiones

E ratione perceptæ sunt, & in singularium exercitatione velut exemplorum approbatione conclusæ, existit mirifica illa medendi via, quam methodon ratione & experientia nixam passim celebrat Galenus. Neque Hercules istud & antiqui Medici nescierunt. Nam & vetustissimus author Hippocrates dixit mederi oportere & communia & propria intuentem. In quibus certè tota artis fundamenta sunt posita. Ob quæ competit eum qui propria non nouit, communia tantum intueri debere, eumque qui nosse propria potest, illa quidem non oportere negligere, sed his quoque insistere. Ideoque cùm par scientia sit, vtiliorem tamen medicum esse amicum quàm extraneum, quod propria cuiusque cognitio in artis exercitatione sit longè difficillima. Qua de re plurima habes apud Gal. initio libri apud Glauconem, atque etiam Hippocratem, qui lib. 6. epid. * totius ferè huius doctrinæ capita percenset his verbis: κεφάλαιον ἐκ τῆς γενέσιος, καὶ ἀφορμῆς, καὶ πλείστων λόγων, καὶ κατὰ μικρὸν γινωσκομένων συνάγοντα καὶ καταμανθάνοντα, εἰ ὁμοιά ἐστιν ἀλλήλοισιν, καὶ μὴ ὁμοια ἀλλήλοις εἰσίν. ὡς ἐκ τῶν ἀνομοιοτήτων ὁμοιότης γένηται μία, οὕτως ἂν εἴη ὁδὸς, οὕτω καὶ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων δοκιμασία, καὶ τῶν μὴ ἐχόντων ἔλεγχος. In qua artis summa, τὴν γένεσιν primam naturæ cuiusque conformationem intelligit, ex qua morborum cognitiones & F verò curationes dependent. * Sect. 3.

ἐπὶ τὸ ῥᾷον γὰρ] Id velut parenthesi inclusum ad oblatos cibos eumque qui offert referri debet, & de ægris intelligi qui pro ciborum qualitate, quantitate, & offerentis occasione quandoque meliùs, sæpè etiam grauiùs se gerunt. Cornarius ad affectus ipsos breuiores vel grauiores retulit, motus Galeni verbis & exemplo, quæ profectò nobiscum etiam sentiunt. Cùm enim scribit ῥᾷον ἢ χαλεπώτερον ἐν ταῖς νόσοις ἀκούειν χρὴ, ægros ipsos in morbis meliùs & grauiùs affici sentire quis non videt? Exemplum vero de affectus diuturnitate & longitudine, ad Medici aut eius qui cibos offert accommodationem totum pertinet.

καὶ χώρης] Incertum est an huc καταστάσιος referatur, vt regionis formam, vt rei cuiusque, indicet, qualiter accepisse videtur Galen. in Commentario, dum scribit: ἐπειδὴ ψιλῶς λεχθὲν αὐτὸ τὸ προσθήκης τὸ τῆς καταστάσεως ὄνομα, καὶ τὴν τῆς χώρας ἰδίαν δηλοῦν δύναται καὶ ταύτης ἄνευ πράγματος. ἀμέλει καὶ συνάπτων ἐρεῖ, ἐκ τῆς καταστάσιος ὅλης τε καὶ κατὰ μέρεα τῶν οὐρανίων, καὶ χώρας ἑκάστης. καὶ τοῦ ἔθεος Quidam etiam verba ista, καὶ χώρης ἑκάστης, καὶ τοῦ ἔθεος, per se accipiunt, vt & regio ipsa & consuetudo, non horum forma aut species, prænotionis in morbis scop[i] sint.

G Nos tamen Galeni assensionem secuti videmur, & καταστάσιν ad regionem retulimus, consuetudinemq; ipsam per se satis ad futurorum præsensionem & instantium dignotionem facere existimauimus, in eoque exemplarium nostrorum consensum accepimus, & ἐκ τοῦ ἔθεος legimus, quanquam duo καὶ τοῦ ἔθεος legunt. Nec video cur istud ἐκ τοῦ ἔθεος Cornarius omiserit, cùm in omnibus codicibus reperiatur, & à Galeno cæterisque omnibus interpretibus non temerè assumatur.

λόγοισι] Sermones ægri diximus ex Galeno, quos consuetudini loquendi accommodatos esse vult, indeque futurorum præsensionem coniici. Sed profectò ad eos sermones quos ex ægris ducimus, indeque morborum causas externas aucupamur, referri potest, dum vel nescientem ægrum extractis sermonibus, velut manu, in causæ cognitionem trahimus. Quò certè illud prognostici ἑκοσι τε προσδιαλέγονται οἱ ἀσθενέοντες, retulit Galenus. Possunt & ea referri ad eam quam describit ægrorum œconomiam libr. 6. epid. † Hippocrates his verbis, αἱ ἐς τὴν νοῦσον ἐρωτήσιες, ἃ διηγεῖται, οἷα, ὡς ἀποδεκτέοι οἱ λόγοι. Hæc enim omnia quæ de ægris dicuntur si respexeris, eorum naturam morbique speciem faciliùs didiceris. † Sect. 2.

H τρόποισι] τρόπους hic mores ex Galeno diximus, neque enim cùm mores indicent, modos dicere æquum visum est. Sic τρόπους pro animi moribus vt aliàs sæpè, ita vsurpat Hippocrates libr. 6. epid. sect. 6. cum ex capite partium reliquarum corporis & mentis, & morum æstimationem facit. τὴν ἀπὸ κεφαλῆς ἐστίων φύσιν, ἴπειτα ὕδρων, καὶ φλεβῶν, καὶ σαρκῶν, καὶ τῶν ἄλλων χυμῶν, καὶ τῶν ἄνω καὶ τῆς κάτω κοιλιῶν, καὶ γνώμης, καὶ τρόπων. Huius autem dictionis notionem, etsi quadantenus delibatam aliàs tibi exhibuimus, eam tamen omninò affectam in OEconomiam nostram reiicimus.

σιγῇ] Ægri silentium & taciturnitas nonnihil momenti ad futurorum prædictionem facit, dum videmus an secundum naturam sit, an verò præter naturam, indeque morbum ipsum præsentimus. Atque haud scio an huc referri possint toties celebratæ ex Prorrhetico & Coacis in morbis ἀφωνίαι καὶ ἀναυδίαι, quæ pro variis ægritudinum affectionibus diuersa significant. Eodemque pertinet quod in Prorrhetico scriptum est, αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον ἐξισταμένω σιγῇ, ὀλέθριον. Idem quoque Medicinæ parens Hippocrates lib. de humoribus, in Medici scopis φωνὴν, σιγὴν καὶ γνώμην reponit, & lib 6. epid. * λόγον καὶ σιγὴν, longè tamen

alia notione meminit,horum quoque apud ægrum rationem haberi oportere contendens,cùm scripsit λόγοις, σιγῇ, ὄψει ἃ ἐγκελεύει. λόγοις ἐπὶ λέγῃ ἢ μέγα,ἢ πολλοὶ ἀτρεκέες,ἢ πλασοί. A * *Sect.* 8.

διανοήμασι] Sic lib. περὶ χυμῶν in morborum scopis Medico animaduertendis, ἐνθυμήματα,ἐράματα ἀκούσματα posuit.

ὕπνοισι] Somnus & vigilia in morborum διαγνώσει multis monimentis testatissimam habet celebritatem,expeditamque habuerunt in prognosticis & aphorismis tractationem. Lib. περὶ χυμῶν in scopis Medico animaduertendis,atque inter ea attributa quæ aut nocent,aut iuuant,ὕπνος & ἐγρήγορσιν ponit Hippocrates,rursusque ibidem in externis præsidiis ὕπνον & ἀγρυπνίην spectari vult

ἐνυπνίοισι ποῖ] Ægrorum somnia magnum ad morborum dignotionem pondus habent,qualia describit Gal.in Commentario,spectari iubet Hippocr.lib. περὶ χυμῶν his verbis,ἐνύπνια οἷα ἂν ὁρέῃ. Quibus varias eorum formas pro diuerso humorum complexu considerandas indicat,vt inde in morborum cognitionem faciliùs deuenias Hic verò non secus qualia & quænam sint ægrorum insomnia,sed & quando obueniant, consideranda esse monet Hippocrates,vt fusè satis explicat Galenus. Quæ sanè nos mouerunt vt exemplaris vetustissimi manu scripti nunquam satis laudatam fidem multisque nominibus iam diu obstrictam , tibi commendarem. Vnicum enim ex omnibus Galeno propius adhæret,cùm legat, ἐνυπνίοισι ποι. καὶ ὅτε. Cætera verò omnia, καὶ ὅτε πλυοῖσι habeant, vt his B verbis non solum insomniorum qualitatem & varias species, sed & temporis circumscriptionem in iudicium adhibendam censeas. Exemplaria quædam manu scripta pro ἐνυπνίοισι ποι,ἐνυπνίοισι τοῖσι cum Asulano legunt,quæ lectio insomniorum qualitates & formas magis indicat. Et verò insomniorum qualitas ad phrenitidis prædictionem sæpissimè inculcatur ab Hippocrate in Prorrhetico & Cois præsagiis. Et insomnia ipsa non solùm morbosi corporis conditionem,sed & salubris statum & temperiem indicant.Quod docet Hipp.eo lib.quem de Insomniis conscripsit.

τιλμοῖσι] τιλμοὺς vocat conuulsiones quas factitant qui floccos legunt & pilos è vestibus euellunt , fimbriásve diducunt , vel in adiuncto pariete si qua minuta eminent, carpunt, imaginatione in ægris læsa,quod in febre & acuto morbo, vel insania , pulmonísve dolore vel capitis contingit ἀπὸ φολιδοῖν κροκιδίζειν, ἢ κροκίδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτίλλειν, ἢ ψηλαφᾷν dicit Hippocr. Sunt & τιλμοὶ vellicationes aut lancinationes partium pus aut aliquam humorum acrimoniam continentium, indeque dolentium , ex quarum qualitatibus atque attributis materiæ naturam morbique genus facilè coniicias : Aut certè, vt in instrumento medico,ea tanquam par- C tium syderatarum aut torpentium actionum excitamenta & subsidia proponuntur. Quemadmodum in lethargicorum & veternosorum expergefactionibus τιλμοῖς & κινησμοῖς adhibet Aretæus. Quem in sensum etiam,vt inter scopos medicos , δακρύων , κινησμῶν,τιλμῶν, meminit, lib. περὶ χυμῶν Hippocrates.

ἐκ τῶν παροξυσμῶν] Ex accessionum quæ in morborum circuitionibus fiunt inter se commissione , totius morbi κατάστασις & ἰδέα, eiusque veluti decursus cognosci potest,vt scribit lib.2.epid.Hippocr.alia profectò disciplinæ ratione quàm in aphorismis docuerit. Quinetiam ex eorum quæ in toto morborum decursu apparent significatione, atque ex his quæ successu quodam in morbis natura molitur, morbi genus constituitur, dum breuem aut longiorem morbum,securum aut ambiguum,certa salutis aut perniciei indicia, signorum disciplina subministrat. In quibus meritò reponuntur benigna illa naturæ munia quæ πρήγματα vocat Hippocrates, * circa quæ sedulò allaborat vt in his facultatum suarum omnium indulgentiam depromat, & proposita excretionum coctione cer- D tam spem & futuram solutionem promittat. Quo in genere enumerantur deiectiones, vrinæ, & sputa, quorum hic ritè atque ordine meminit.Hac autem de re tota plura scripsimus lib.2.epid. * *lib.2.epid. sect.1.*

καὶ ὅσαι ἐξ οἵων] Morborum successiones,vicissitudines & exceptiones inspiciendas consulit,vt faciliùs de toto morborum exitu existimes. Cùm enim ex humorum μεταστάσει & transpositu pendeant,solutionum quasdam vices gerant, & ἀποστάσεων ratione censentur,siquidem velut quodam humorum secessu deposita materia morbum alleuat, suntque ἀποστάσεις Hippocrati τῶν νοσημάτων μεταπτώσεις. Sic priùs scripsit ἐκ δολιχῶν ἐξ ἄλλων πυρετῶν καὶ νοσημάτων ἀποστάσιες εἰς τεταρταίους ἐγίνοντο. Rursusque καὶ πλεῖστοις ἐρρύσατο τῶν ἐόντων ἐπὶ τοῖσι μεγίστοισι κινδύνοισιν,οἷσιν ἐπὶ τὸ στραγγουριῶδες ἐτράπετο,καὶ ἐς τοῦτο ἀποστάσιες ἐγίνοντο.Quo in solutionum febrium assiduarum genere dysenterias,tinesmos,lienterias,alui fluxus, exanthemata plurima & aurium tubercula reposuit. Quarum omnium affectionum ratio pro morbi depulsione Medico habenda est, quandoquidem humoris morbosi decubitus, velut per quædam naturæ effugia priorem morbum deponit,& ad reliquias propulsandas stato quodam ordine spem facit optimam. Quod in varicibus & hæ- E morrhoidum ac fistularum fluxu videre licet, eamque morborum successionem velut in excretionum genere spectandam præcipit his verbis Hippocrates lib.6.epid. [1] καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποστάσιες οἷς σύριγγες, ἑτέρων ἄκος.Idemq; ἐκ ὧν τις μὴ ἐφ' οἷσι...μένα ῥύεται, τούτων προφυλασσόμενα κωλύει. Rursus etiam ἄλλων τόπων τόποι δεξάμενοι ἢ πόνω,ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται ἢ ἀλλοίωσιν αἱ κοινωνίαι. Quod etiam veluti in tota medendi arte consideratione dignissimum repetit lib. περὶ χυμῶν. Et verò hoc ipsum excretionis genus quod per morborum vicissitudines fit, ita explicat Gal.Comm.3 in lib.6.epid. ἐξ ἄλλων τόπων εἰς ἄλλους διαδοχαὶ γίνεται νοσημάτων, κατὰ μετάστασιν τῶν ποιούντων αὐτὰ χυμῶν ἤτοι διὰ πόνον τινὰ τῶν μερῶν εἰς ὃ μεθιστάμενοι κατασκήπτουσιν ἢ διὰ τὸ σφοδρὸν αὐτῶν βάρος. ἢ καὶ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν, οἷς φάρμακον ἐρεθίσαν δριμύ,καὶ τρῖψιν, ἢ τινὰ θεραπείαν ἔξωθεν προσφερομένην. ἀλλὰ καὶ διὰ κοινωνίαν τῆς φύσεως τῶν μορίων γίνονται μεταστάσεις. ἔργις γὰρ οἶδας ἀπὸ βηχίων, ὑπομνήματα κοινωνίας στήθει μαζῶν ,γονῆς φωνῆς. Quem in sensum cùm plurima ex Hipp.mente scripserimus lib.2.epid.nil est opus nos hîc esse longiores.Sunt & quædam morborum succedendi vices & series,quando morbi ipsi in aliud genus transeunt,veteresq; querelas nouis pœnis dependent,salusq; ipsa leuiore ferè damno redimitur. Quod vt in solutionum genere maximè Medico est videndum. Sic quartana à morbo comitiali vindicat,lippitudinem alui profluuium soluit,& lienosis tormina bono sunt,& insaniam varices vel hæ- F morrhoides soluunt,& cætera id genus quæ in melius mutantur,qualia sunt in [2] Hippocr.doctrina plurima. Atq; hanc ipsam morborum commutationem,vt quæ spem tollendi morbi faciat,his verbis commendat Hippocr.lib. 6. epid. αἱ δ' οἷαι αἱ ὁδοὶ Quibus τὰς τῶν νοσημάτων διαδοχὰς videndas intelligit,idq; sic præcipit Galenus Com.6.in lib.6.epid. αἱ δ' οἷαι τούτων οἷαι ὁδοί. γίνονται , καθ' ὃν ἐπίσταθε. προσυπακούσαι γὰρ δεῖ τοιοῦδον, ὥσπερ γὰρ ὁ τεταρταῖος ἐπιληψίαν λύεται,καὶ πυρετὸς ὅστις σπασμὸν, ἢ καὶ ... & ἄσθμα,κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὀφθαλμίαν μὲν διάρροια,λειεντερίαν δὲ ἐξυσεντερία,καὶ πλευρῖτις περιπνευμονίαν,λήθαργον φρενῖτις. ἔμπαλιν δὲ οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ φρενῖτις μὲν εἰς λήθαργον. πλευρῖτις δὲ εἰς περιπνευμονίαν μεταπίπτει. καὶ μὴν καὶ μελαγχολίαν αἱμορροῒς ὀφθεῖσα πολλάκις ἀρχομένην γινομένης καὶ ἤδη γεγενημένην ἰάσατο. καὶ σπλῆνα σκιρρούμενον, ἀλλὰ καὶ ἰσχιάδα αὐτὰ τὰ αὐτὰ θεραπεύουσι, ποδάγρας τε καὶ ἀρθρίτιδας. Potest & hic locus accipi de iis quæ propriè τὰ ἐπιγινόμενα dicuntur, quæ sunt superuenientium nouorum morborum accessiones quædam,tot Hippocratis decretis confixæ ac damnatæ, præcipuè verò toto lib.aph.7. (qui & quibusdam hoc nomine περὶ τῶν ἐπιγινομένων inscribitur [3]) velut si lateris morbo pulmonis G inflammatio superueniat,aut si pulmonis inflammationem phrenitis comitetur,aut si cruentum sputum purulentum deueniat , indeque tabes,alui fluor, aut capillorum defluuium consequatur. Ex quibus omnibus noua veluti alterius morbi accessione pernicies accersitur, licetque de morbi successu æstimationem facere. Malim tamen cum Galeno ea omnia ad eam morborum transmutationem referri quæ solutionem quandam præ se fert, & naturæ benignitate aliò morbum ablegat,nec temerè in abiectas corporis partes velut publicam sentinam ac effluuia quædam deponit. Solennis verò est Hippocrati phrasis cùm mutationes ipsas earú que causas inspiciendas monet, οἷα ἐξ οἵων dicere. Sic lib. περὶ χυμῶν,αἱ μεταβολαὶ ἐξ οἵων εἰς οἷα. & lib.6.epid. [4] μεταβολαὶ ἐξ οἵων οἷαι ἔρχονται. & μεταβολαὶ τούτων οἷαι ἐξ οἵων ὡς ἔχει. Rursusque μεταβολὴ διὰ οἷα ἐξ οἵων. ἐς οἷα ἔχει. Porrò manu scripti codices duo antiquissimi καὶ ὅσαι ἐξ οἵων διαδοχαὶ νοσημάτων leg.quam lectionem sequitur Asulanum exemplar.

[1] *Sect.*3. [2] *aph.*17.*l.*6. *aph.*48.*l.*6 *aph.*21.*lib.*6.
[3] *aph.*11 *l.*7. *aph.*12.*l.*7. [4] *Sect.* 8.

καὶ ἀποστάσιες] πέπασμοὺς τῶν ἁπάντων πάντας πάντοτε ἐπισκέπτεσθαι. ἢ ταχέας καὶ κεισίμους ἀποστάσιας σκοπεῖσθαι, supra præcepit Hippocrates, quod H ex his ipsis integra pendeat morbi æstimatio, liceatque velut ex celebratissima signorum disciplina salutem aut perniciem præsentire. Coctio enim quæ vi naturæ in morbis perficitur, deposito per excretionem aut abscessum onere , securitatem pollicetur. ἐωῦτῇ· γὰρ πεπασμοὶ καὶ κρίσις ἀσφαλὴς ἀποστάσιες,vt scribit Hippocr.lib.6.epid. " Ad futuram igitur in morbis præsensionem, vtq; de toto successu faciliùs æstimes, σημειώσεως disciplina plurimùm confert, ex qua solutionum genera cùm hauseris , possis de excretionum & abscessuum dignitate aut temeritate sententiam ferre. Atque in eo solutionum genere quod per humorum transmissionem & abscessum fieri dicitur, statæ quædam sunt leges , ex quibus indignitas aut etiam commendatio petenda est , à quibus quò longius absunt eò præsentiùs exitium decernunt. Quæ quia per totam Hippocratis πραγματείαν fusissimè sparsæ, à Galeno in χρόνον disciplina

plina contractæ sunt, hinc petendas esse existimo. Abscessus autem ij facilè iudicationem aut solutionem portendunt, qui sunt bonitatis notis constant, quales his verbis descripsit lib. 2. epidemiorum. † Hippocrates. χρησταὶ δὲ αἱ ἀποστάσεις τοῦ νοσήματος, ... ἄνω ... αἱ κάτω, καὶ αἱ κατωτάτω κοιλίης, καὶ αἱ προσωτάτω ἀπὸ τῆς νόσου, καὶ αἱ κατ' ... Quam in rem scripta etiam sunt plurima lib. 6. epid. * & nos ipsi totum negotium pluribus confecimus com. nostro in lib. 2. epid. Cæterum non mihi videtur assecutus hunc locum Caluus, cùm omnia simul iungat & confundat. * Sect. 3. † Sect. 1. * Sect. 2.

ἱδρῶτες, ῥίγεα] Sunt & ista in solutionum generibus quæ & signa & causas complectuntur, plurimumq; ad morborum cognitionem & prænotionem conferunt, & ad κρίσεων disciplinam referuntur, sparsimq; per omnia suam habent tractationem. Videndi sunt igitur qui in morbis excitantur rigores, qui vt plurimum morbosi sunt, nonnunquam tamen ritè & ordine concepti magnam solutionis spem præbent & per sudores morbum deponunt, qui vt variè contingunt, ita non vnam habent affectionem, & in bonorum & malorum genus cadunt.

ψύξις] ψύξει θάλψιν opponit Hippocrates lib. περὶ χυμῶν, atque vtrunque in medicis scopis bis reponit. At vt refrigeratio in ægris, sic & calor ipse spectandus est, & vt in disciplinis, oppositorum vnum alterius notionem facit, quod etiam Hippocrati solenne est. Potest verò refrigeratio ipsa in febribus spectari, potest & ad rigores aut etiam sudores referri qui in ipsis contingunt, quandoque etiam ad totius corporis in morbo affectionem, sicq; ex calidi & frigidi attributionibus, multis Hippocratis decretis, morbis ipsis aut salus aut pernicies est appensa.

βὴξ, πταρμοί] Quæ ferè sequuntur vt in spirituum aut flatuum genere reponenda sunt, ita ea excrementorum promotionem indicant, quæ est ad morborum cognitionem certissima via. Hinc enim tota illa ægrotorum dispensatio pendet, & ad sanitatem inducendam tutissimus fit aditus. Atq; horum ferè omnium his verbis meminit lib. περὶ χυμῶν. τὰ ἔσωθεν ... βήξ, πταρμοί, ... πνεῦμα ... Hæcq; mihi commodissimè referri videtur sententia lib. 6. epid. * quæ ferè horum omnium aptè instructam habet informationem. ... καὶ ὅτι, καὶ ὅσον δεῖ ... ἱδρῶτας καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα. * Sect. 2.

ἐρυγαὶ] Huc pertinet quod scribitur lib. 6. epid. † καὶ ὅτι ἐρυγαὶ λυσιτελέες, καὶ ἄλλα ... Sunt enim vt in flatuum genere considerandi ructus, & verò quandoq; qua oportet, mouendi. Quid autem ἐρυγὴ significet scribit Gal. Com. 2. in lib. 6. epid. his verbis: ... καὶ ... καθ' ὃ ... βὴξ καὶ πταρμὸς, καὶ λυγξ, καὶ φῦσα ... πνεύματος ... Vtitur autem hac dictione Hippocrates lib. περὶ χυμῶν eo loco quem superius adduximus, & lib. 2. epid. * cùm scribit: ... βήξ, πταρμὸς, ... ἐρυγαί, ... πάντα τὰ ... Quibus ex locis ἐρυγὴν quamcunque flatus ex corpore eductionem, propriè autem & enixè ructum & eructationem significare intelligas. Porrò hoc in loco Caluus præter nostros omnes codices redundat. Post πνεύματα nanque anhelationem & nauseam posuit, cùm nihil tale in nostris exemplaribus reperiatur. Atque haud scio an vnum ad πνεύματα, alterum ad ἐρυγὰς referat.
† Sect. 2. * Sect. 3.

φῦσαι σιγῶσαι] In flatuum genere qui per ventrem permeant, quidam silentes & sine strepitu, quidam etiam cum sono & strepitu erumpunt. ex hisq; quædam salubritatis in morbis denunciatio sumitur. Nam qui sine vlla strepitus significatione prodeunt, humorum concoctionem, humidamq; naturam flatuum materiam, à calore superatam esse indicant, non secus ac in cruditate ipsa flatus emitti nequeunt, sed in ventre & intestinis circumuoluuntur. Qui verò cum sono erumpunt, etsi à silentibus magno interuallo relinquuntur, robur tamen naturæ præ se ferunt, & pro sonorum varietate multiplicem habent naturam. Qua de re scribit Gal. lib. 3. de symptomatum causis. Ad eam igitur quæ fit in morbis prædictionem conferunt plurimùm φῦσαι σιγῶσαι hoc est ... ut loquitur Hippocrates, aut ἄψοφοι, vt scribit Gal. Inde nanq; caloris benignitate tenuata materia & euicta indicatur. Quod his verbis monuit in Progn. Hippocr. φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου καὶ πέρδου ... At verò inter flatus strepentes maximè sunt ab Hippocr. celebrati murmurilli qui βορβορυγμοὶ dicuntur. Vnde ὑποχόνδρια ... Hippocrates vocat aph. 64. lib. 5. & 73. lib. 4. τὰ ... fiunt autem à flatibus per angustam in humida natura conuolutis & à calore exagitatis, sæpiusq; cum humentibus deiectionibus prouoluuntur. Id satis Hipp. verba testantur aphor. 73. lib. 4. ... Quod repetit in Progn. his verbis: ... Porrò quod ad Hippocratis literam attinet, exemplaria duo manu scripta, recentiora tamen, post φῦσαι σιγῶσαι ... addunt. Quam lectionem impressi quidam códices retinent, ita tamen vt suspectam faciant, eamque secutus est Caluus. Sed nos eam ex melioribus exemplaribus superuacaneam existimantes, prorsus reiecimus.

αἱμορραγίαι] Sanguinis eruptiones quæ pro morbi dignitate leuant semper commendandæ sunt, quæ verò deficiunt infraq; subsistunt, nec stato excretionum criticarum ordine fiunt, meritò damnantur. Videndæ igitur sunt sanguinis refusiones quando in morbis bono sunt, aut quando perniciem afferunt. Quod copiosius scripsimus nostris in lib. 2. epid. Commentariis. Non minor etiam est hæmorrhoidum ratio. Nam & ipsæ quandoq; a multis vitiis vindicant, si ritè atq; ordine procedant. Est vbi earum vsus atq; assuefactio periculi plena sit, atq; vtranque periculosam habeat immoderationem, & hydropem plerunque adueniat, vt scribit Gal. Com. in aph. 25. lib. 4. Atque hanc hæmorrhoidum securitatem aut fraudem rectè videndam Medico proponit his verbis Hipp. lib. 6. epid. * quæ repetit lib. περὶ χυμῶν, οἱ αἱμορροΐδας ἔχοντες ... * Sect. 3.

ἐκ τούτων] Duo exemplaria antiquissima manu exarata ἐκ τούτων δὲ habent, reliqua cum impressis consentiunt.

Πυρετοὶ δὲ οἱ μὲν ξυνεχέες, οἱ δ' ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι. νύκτα ἔχουσιν, ἡμέρην διαλείπουσιν. ἡμιτριταῖοι. τριταῖοι. τεταρταῖοι. πεμπταῖοι. ἑβδομαῖοι. ἐναταῖοι. Εἰσὶ δὲ ὀξύταται μὲν καὶ μέγισται καὶ χαλεπώταται νοῦσοι, καὶ θανατωδέσταται, ἐν τῷ ξυνεχεῖ πυρετῷ. ἀσφαλέστατος δὲ πάντων, καὶ ῥήϊστος καὶ μακρότατος ὁ τεταρταῖος. οὐ γὰρ μόνον αὐτὸς ἐφ' ἑωυτοῦ τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ νοσημάτων μεγάλων ῥύεται. ἐν δὲ τῷ ἡμιτριταίῳ καλεομένῳ, ξυμπίπτει μὲν καὶ ὀξέα νοσήματα γίνεσθαι. καὶ ἔστι τῶν λοιπῶν οὗτος θανατωδέστατος. ἀτὰρ καὶ φθινώδεες, καὶ ὅσα ἄλλα μακρότερα νοσήματα νοσέουσιν, ἐπὶ τούτῳ μάλιστα νοσέουσι. νυκτερινὸς οὐ λίην θανατώδης. μακρὸς δέ. ἡμερινὸς μακρότερος. ἔστι δ' οἷσι ῥέπει καὶ ἐπὶ τὸ φθινῶδες. ἑβδομαῖος μακρὸς οὐ θανατώδης. ἐναταῖος μακρότερος. καὶ οὐ θανατώδης.

Febrium hæ quidem sunt continuæ, hæ verò interdiu prehendunt, noctu intermittunt, aut noctu prehendunt, interdiu intermittunt. Sunt & semitertianæ, tertianæ, quartanæ, quintanæ, septimanæ & nonanæ. In febre autem cōtinua morbi sunt valde præcipites, maximi & grauissimi, præcipuæq; lethales. At omniū est tutissima quartana, placidissima & lōgissima. Non enim solum per se ipsa talis est, verùm etiam ab aliis magnis morbis vindicat. In ea verò quæ semitertiana dicitur, tum morbi acuti accidunt, tum etiam præter cæteras ista præcipuè lethalis est. Quinetiam tabes & quicunque alij morbi longi affligunt, in hac potissimum detinent. Nocturna non admodū lethalis est, longa tamen. Diurna lōgior, nonnullis autem ad tabem vergit. Septimana longa est, non tamen lethalis. Nonana hac adhuc longior, sed non lethalis.

πυρετοὶ] Hæ febrium differentiæ ab accidente remoto sumptæ sunt. Sed profectò hîc cõtinuarum nomine continentes (quæ συνόχοι dicuntur) continentur, quemadmodum apud Gal. lib. 2. † de diff. feb. ex veterum disciplina satis constat. Sunt enim huiusmodi distincta recentiorum inuentu nomina. At verò ambiguum videtur cùm hîc de continuis agat, an eam analogiam quam cum intermittentibus habent exprimat, an verò solis intermittentibus locum det. Febres nanq; quæ diu præhendunt, noctu desinunt, aut noctu vexant, die remittunt, continuas quotidianis finitimas, & ad earum instar accessiones facientes subaudire possumus, quæ non integritatem sed inclinationem aut remissionem febrilem tantum sentiunt, quas καθημερινὰς aut μεθημερινὰς recentioribus vocari scribit Gal. de his nanq; verbum διαλείπειν efferri testatur Gal. quæ effatu dignam particularium accessionum inclinationem & mutationem faciunt, iisq; intermittentium nomen, non his solùm quæ ad integritatem desinunt, ex veterum instituto accommodat. Sic & tertianæ finitimam continuam, per tertianam, atq; etiam eam quæ quarto quoq; die ad instar quartanæ insultus habet, nec ad integritatem desinit, per quartanam intelligere possumus. Quæ sunt omnes continuarum febrium formæ vt satis patet ex Gal. lib. 2. de diff. febr. & lib. 2. κρισ. * Atq; hunc ipsum locum continuis attribui satis indicant difficilima Gal. verba per totum Commentarium fusa, quæ breuitatis causa omittimus, præcipueq; ἀσύνδετος illa interpretationis species quæ in fine Commentarij posita hanc veterum codicum lectionem agnoscit. πυρετοὶ συνεχέες, ἡμέρῃ ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι, νύκτα ἔχουσι, ἡμέρῃ διαλείπουσι. Vt ne addam semitertianarum mentionem, quæ ne vix quidem nisi in continuis consistere possunt. Est quoq; admodum vero simile ista de intermittentibus febribus dici ac per eas febres quæ noctu vexant, die remittunt, aut interdiu præhendunt, noctu desinunt, quotidianas intelligi, quæ ἀμφημερινοὶ πυρετοὶ & lib. 3. epid. νυκτερινοὶ ab ipso accidente dicuntur. διττῆς γὰρ οὔσης αὐτῶν διαφορᾶς, καθόσον οἱ μὲν ἐν ἡμέρᾳ παροξύνουσιν, οἱ δ' ἐν νυκτί, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ταῖς προσηγορίαις ἐστερῆσθαι ἐπεκτήσαντο διαφόρως, ὁ Ἱπποκράτης τῶν τότε πλεονασάντων ἐμνημόνευσε νυκτερινῶν ὄντων. Quod scribit Gal. Com. 3. in lib. 3. epid. Quod verò quintanæ, septimanæ & nonariæ febrium circuitiones ab Hipp. numerantur, eæ profectò fama magis & tanti parentis authoritate, quàm reapse sunt cognitæ: licetq; Gal. quintanis circuitibus ambiguam fidem facere videatur, eos tamen de sede constantiæ deiicit, & raritate obseruationis à disciplinis reiicit. Sed & longè apertiùs his omnib. circuitibus fidem abrogat Gal. Com. 3. in lib. 3. ep. itaq; suspectos facit, vt hîc insertos putet. Eius verba sunt, διαμνημονεύω οὖν ὅτι καὶ κατὰ τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν καὶ κατὰ τὸ δεύτερον ἀρρώστων τε πολλῶν μνημονεύσας ἰδίᾳ, καὶ καταστάσεις ὅλας διηγησάμενος, οὐδαμόθι πεμπταῖον ἢ ἑβδομαῖον, ἢ ἄλλον τινὰ πολυήμερον ἔγραψε πυρετόν. ὥσπερ οὐδ' ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, οὔτ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, οὔτ' ἐν τοῖς ἐφεξῆς, ἄχρι τέλους. ἐκ τούτων ὑπέρχεταί μοι περὶ τοῦ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἰρημένων ὑποψία, ὥσπερ παρεγγεγραμμένων, ἐν οἷς βούλεται καὶ ἄλλους τινὰς εἶναι πολυημερωτέρους τοῦ τεταρταίου πυρετοῦ. Idem quoque lib. 1. † † de diff. feb. vltra quintanam vix vllam febrem agnoscit, dum scribit: εἰ δέ γε καὶ δυοῖν ἡμέραιν καὶ νυξὶν ἡ εἰρημένη περίοδος ἐγίνετο, παράδειγμα ἦν ὁ τοῦ τεταρταίου πυρετοῦ, καὶ μὴ γε καὶ εἰ τρισί, πεμπταῖος, καὶ εἰ τέτταρσι πεμπταῖος, εἴπερ γε πεμπταῖός τις ἐστὶ πυρετός. ἐγὼ μὲν γὰρ οὔπω σαφῶς εἶδον οὔτε ταύτην τὴν περίοδον, οὔτ' ἄλλην τινὰ ἐξωτέρω τοῦ τεταρταίου. Rursus etiam libello de typis & ad eos qui de typis scripserunt, vltra quartanos circuitus typos extendi non posse multis probat, cùm ex quintanis typis complexus innumeros, ac ex reliquis longè adhuc plurimos & penè infinitos emergere posse existimet. Porrò vitiosa sunt exemplaria duo quæ febres tertianas omittunt, cùm in reliquis omnibus ritè adscribantur. † *Cap*. 2. * *Cap*. 6. † † *Cap*. 7.

εἰσὶ δ' ὀξέα] Acutorum morborum quidam ex natura materiæ, atq; hi propriè acuti dicuntur, quales sunt ferè soli morbi biliosi, qui coniunctam febrem habent assiduam. Alij verò ex natura loci acuti dicuntur & celebres, quod celeriter totius morbi tempora percurrant, quales tetanus, apoplexia, & cholera morbus, qui sine febre sunt. Certum est igitur acutis propriè dictis coniunctam omninò esse febrem assiduam, atq; hic ὀξυτάτους νόσους vocat. Acutorum verò in genere magna ex parte sunt comites febres continuæ. Eoq; referri debent quæ scribuntur à Galen. Comm. in aph. 19. lib. 2. οἱ γε πυρετοὶ τὰ πολλὰ συνεχεῖς εἰσὶν ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι. Rursusque Comm. in aph. 1. lib. 7. ὀξέων νοσημάτων οἱ πυρετοὶ τὰ πολλὰ εἰσὶ συνεχεῖς. Idem quoq; Com. in aphor. 7. lib. 1. τοὺς πυρετοὺς ἀχωρίστους τῶν ὀξέων νοσημάτων facit, quòd pauci ferè sint acuti morbi, in quibus febres non adsint continuæ (vt testatur com. in aph. 19. lib. 2.) velut morbus comitialis, attonitus, conuulsio, tetanus, vt scribit Gal. com. in aph. 30. lib. 5. quibus addit choleram morbum Progn. primo. Quæ omnia sanè ex his Hippocr. verbis initio lib. de rat. vict. in morb. acut. sumpta sunt. μάλιστα δ' ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρόν, ὅστις ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τουτέοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον. ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα, ὁκοῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι πλευρῖτιν, καὶ περιπλευμονίην, καὶ φρενῖτιν, καὶ λήθαργον, καὶ καῦσον, καὶ τ' ἄλλα νοσήματα ὁκόσα τουτέων ἐχόμενά ἐστιν, ὧν οἱ πυρετοὶ ἐπίπαν ξυνεχέες εἰσὶ κτείνουσι. Cuius loci nominatim meminit Gal. lib. 2. * de cris. & lib. 3. de dieb. decret. & lib. 3. περὶ δυσπν. Porrò eam quoque acutorum morborum facit diuisionem Aretæus in proœmio lib. 1. de curat. morb. acut. vt quosdam acutos ex febrium complexione, quosdam etiam sine febre esse dicat. Cuius hæc verba sunt, ἐκ ὧν δὲ ξὺν πυρετοῖσι ὀξέα γίγνεται πάθεα, ὁκοῖον ἡ φρενῖτις, ἢ ἄνευθε πυρετοῦ, ὁκοῖον ἀποπληξίη, ἀμφὶ τῶν δὲ μοῦνον τὰ ἄκεα φράσω, ὡς μὴ διαμαρτάνειν μηδὲ μακρηγορέειν ἔπεα ἐν ἔπεσι γράφοντα.

* *Cap*. 12.

ἀσφαλέστατος δὲ πάντων] Quartanam longissimam sed & per seipsam tutam esse scribit his verbis Gal. lib. 1. ad Glauc. ἐπὶ μὲν οὖν τοῖς διαλείπουσι. ὀξύτατός τε ἅμα καὶ ἐπιεικέστατος ὁ τριταῖος ἐστί. μακρότατος δὲ καὶ ἀκίνδυνος, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ὁ τεταρταῖος. Quod repetit com. 3. in lib. 2. epid Sic enim per seipsa ac simplicissimè vt ex humoribus ipsis accenditur, non autem ad morbos aut inflammationes consequitur, in medium adducta securissimum habet exitum. Atq; id ipsum est quod αὐτὸν ἐφ' ἑωυτοῦ τοιοῦτον vocat Hippocrates. Has nanq; febres antiqui vocabant quæ reapse & ipso nomine febres erant. non autem morborum accidentia sed ipsi morbi, quæq; ex humoribus accendebantur, non ex cuiusdam partis inflammatione ortum habebant, vt scribit Gal. in Comm. & lib. 2. † de cris. & in aph. 66. & 75. lib. 4. & Comm. in aph. 42. lib. 7. libroq; 1. ad Glauc. Alioqui sanè quartana ipsa ex lienis inflammatione & tumore orta periculi plenissima est, quæ plæranq; affusiones hydericas conuehit. Quòd autem quartanam toleratu facillimam facit Hippoc. id de symptomatum vehementia, caloris & sitis intensione, atq; id genus aliis capiendum, quæ in simplicissima quartana sunt moderatissima. Mansuetissimam autem tertianam existimauit Galenus, quòd in hac febre symptomatum sæuitia breuissima esset, eaq; omninò periculo vacaret, nihilq; maligni præ se ferret. Cæterùm mirum subit cur exempl. M. S. Regia omnia hoc in loco planissimo deficiant. In his enim omnibus καὶ μακρότατος desideratur, quod etiam omisit Gal. Sed certè id non temerè addi Gal. verba ad Glauc. fidem faciunt optimam, qui etiam iisdem omninò verbis hanc sententiam adducit Com. 6. in lib. 6. epid.

† *Cap*. 10. & 12.

ἀλλὰ καὶ νοσημάτων] Hunc in sensum scripsit Hipp. lib. 6. epid. " οἱ ὑπὸ τεταρταίου ἁλισκόμενοι, ὑπὸ τῆς μεγάλης νούσου οὐχ ἁλίσκονται, ἢν δ' ἁλίσκωνται, πρότερον καὶ ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται. Rursus quoq; aph. 70. lib. 5. οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι. ὑπὸ σπασμοῦ οὐ πάνυ τι ἁλίσκονται. ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον εἶτα ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται. " *Sect*. 6.

ὁ δὲ ἡμιτριταῖος] Magna fuit apud veteres sectæ rationalis magistros diuque exagitata de febre semitertiana quæstio, passimque in Galeni monimentis refricata, necdum tamen omninò expedita, dum Agathini & Archigenis, velut ex somnio mentionem facit, ac quoties semitertianæ mentio incidit, toties inanem nominum disceptationem refugit, eamq; in notione nulla propè habita nominis ratione reponi postulat. Quod profectò me eam in opinionem induxit, vt existimarem magnam ea de re contentionem fuisse, diuque quæsitum cuinam febri, an intermittenti, an verò assiduæ semitertianam attribuerent. Qua in quæstionis cognitione etiam ambiguum se præstat Galenus. Constans tamen est multisque firmata argumentis opinio, semitertianam non nisi in continuarum febrium genere spectari debere. Quam sententiam in ea quam ex professo instituit febrium tractatione firmissimè tenet, eandemq; assensionem superiùs protulit Comm. 1. & 2. * in hunc librum. Hic verò & Comm. 2. in lib. 6. epid. tam apertè indicat, vt nullam aliam ex Hippocratis mente semitertianam febrem nisi continuam, appellari ritè posse profiteatur. Libro verò de morb. temp. semitertianæ naturam optimè circunscribit, & esse ex febrium assiduarum genere his verbis satis probat, quæ quod ad præsens institutum plurimùm faciant adscribenda duximus. γίνεται δὲ τούτῳ ἐνίοτε φρικώδης εἰσβολή, τὰ δ' ἀρχῆς ἰδίᾳ γνωρίσματα πάντα ἔχουσα, πλὴν ῥίγους. ἔστι δὲ ὅτι καὶ τοῦτο τὴν ἔμφασιν. ἡ γὰρ τοι σφοδρὰ φρίκη δόξειεν ἂν ἡ τοιαύτη ἀρχή τις εἶναι ῥῖγος, οὐ μικρὸν ῥῖγος. ἀλλὰ τό γε ἀκριβὲς ῥῖγος, οἷον ἐν τριταίοις τε καὶ τεταρταίοις πυρετοῖς ἐστι, ὁ ἡμίθεος μὴ λαμβάνει, καὶ διὰ τοῦτο οὖν αὐτὸν ὀνομάζω φρικώδη. καὶ πολύ γε μᾶλλον ὅτι προδείξας τινὰ σημεῖα τοῦ δευτέρου καιροῦ, πάλιν ἀρχὴν ἑτέρας εἰσβολῆς ἐργάζεται φρικώδη. ὃ καλοῦσιν ἔνιοι μὲν ἐπανάληψιν, ἕτεροι δ' ἐπαναδίπλωσιν. ἔστιν ὅτε δὲ καὶ δεύτερον ἐργάζεται τοῦτο. καί ποτε ἐνίοτε καὶ τρίτον. εἶτα μόγις ὕστερον ὁμαλῶς ἐξαπλοῦται μέχρι τῆς ἀκμῆς ἀναβαίνων. ἐπεὶ ὁ πυρετὸς εἰς ἀπυρεξίαν ἐκπίπτει παύεται. ὅ, τι γὰρ ἄχρι τῆς ἀκμῆς αὐτῷ χρόνος ὑπάρχει πάμπολυς. ἤτε παρακμή, χωρὶς αἰσθητῆς διαπνοῆς. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον ἀποδεῖ τοῦ μεθ' ἱδρῶτος εἰς ἀπυρεξίαν ἰέναι. ὥσπερ οὖν ὁ ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς παροξυσμὸς ἄχρι τῆς ἀκμῆς ἐν πολλῷ χρόνῳ περαίνεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπὸ τῆς ἀκμῆς κατὰ βραχὺ μειοῦται. καὶ τούτῳ ἐπὶ τῆς ὑστεραίας ἕτερος αὐτοῖς ἐπιγίνεται παροξυσμός, φρικώδης μὲν ὁμοίως, ἀλλ' οὐκ ἔχων τὰς ἐπαναλήψεις ὡσαύτως

A οὕτως τῷ [illegible], ὁ ἔστι κατὰ τὸ σπάνιον χρόνον, μίαν ποιήσαντα μόνην, ὀλιγοχρόνιόν τε καὶ μακρὰν, [illegible] [illegible] τρίτην ἡμέραν [illegible] χρόνον πολλῷ, καὶ παρακμάζει [illegible] ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸ ἐπὶ τῆς τρίτης ἡμέρας [illegible] τὸν κατὰ τὴν πρώτην [illegible] [illegible], ὁ κατὰ τὴν τετάρτην ὁ αὐτὸς τῷ κατὰ τὴν δευτέραν, καὶ τοῦτ' ἐφεξῆς ἀεί. τοῦτον ἐγὼ τὸν πυρετὸν [illegible] [illegible] βουλόμενος ὀνομάσαι, [illegible] κατ' αὐτὸ κλῆσιν ἡμιτριταῖον. εἰ μὲν οὖν καὶ Ἱπποκράτης τὸν τοιοῦτον πυρετὸν ἡμιτριταῖον [illegible], [illegible], δύο αὖ ἐκ τοῦ λόγου κερδαίνοις, ὅτι τε πρᾶγμα μανθάνεις ἰατρικὸν, ὅτι τε τοὔνομα παλαιὸν ἐπιφέρεις αὐτῷ. εἰ δ' [illegible] Ἱπποκράτης ἡμιτριταῖον καλεῖσθαι, σφάλλεσθαι με νομίζεις ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, τὸ πρᾶγμα αὐτὸ μανθανέτω. [illegible] οὐδ' ἐν τῷ [illegible] μάρτυρα, οὐδ' Ἱπποκράτους [illegible] ἄλλου τινὸς ὁ λόγος χρῄζει, μόνον [illegible] [illegible] ἐν ἄλλοις ἄλλα χωρίοις. οὕτως ἐν τῇδε πόλει πλεονάζει τὸ [illegible]. Quibus ex verbis etsi abunde habes explicatam semitertianæ naturam, multisq; rescriptis confirmatam eius in febrium assiduarum consensu renunciationem, in nominis tamen autoritate ex Hippocratis decreto sancienda, non leuiter hæsitat Galenus, præsertim etiam cùm paulò post aliam huic finitimam faciat, quæ secundo die neque accessionem habeat, neq; primo repetitiones horroris sensu insignes, quam febrem ad tertianæ naturam prope accedentem & τριταιοφυῆ prius esse diximus. Adde quod nec semper inter continuas febres conceptis etiam verbis semitertianam reposuit Galenus,
B hoc fortassis Hippocratis loco motus qui tabé cæterosq; diuturnos morbos in semitertiana affligere scribat. Galeni locus est libello de typis vbi istam Hippocratis sententiam innuit, & quod ad præsentem quæstionem valde sit accommodatus eum integrum apponemus: πάντα δὲ [illegible] τῷ τριταίῳ καὶ ἡμιτριταίῳ [illegible] συμβέβηκε. [illegible] τῶν παροξυσμῶν [illegible] [illegible] τῶν ἡμιτριταίων συμβέβηκεν [illegible] ἐπισημασιῶν, καὶ τὸ [illegible] καὶ ταῖς ἀκμαῖς μηδέπω συντετελεσμέναις [illegible] [illegible]. [illegible] ὁ ἡμιτριταῖος [illegible] πυρετῶδες [illegible], ἀλλὰ καὶ [illegible] ἐπιφέρων κατάψυξιν, καὶ [illegible], [illegible] καὶ [illegible] γλῶσσαν τ' ἰσχυρῶς ξηραίνει. καὶ [illegible], σφοδρῶς κινοῦντα ἐν τῷ [illegible] [illegible] τύπος. [illegible] ὅτε μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας [illegible], καθάπερ καὶ οἱ λοιποὶ τύποι. ποτὲ δ' ἀπὸ τῆς δευτέρας καὶ τρίτης ἡμέρας ἄρχεται, ὥστε μεγίστην αἰτίαν ἁπάσης γίγνεσθαι τοῖς ἰατροῖς τῆς τοιαύτης εἰσβολῆς [illegible] δὲ καὶ ἀπὸ τριταίου [illegible], καὶ λυόμενος [illegible] εἰς τριταῖον [illegible], ποτὲ δὲ καὶ [illegible]
C ται τῷ μήκει τοῦ κατὰ τὴν ἐπισημασίαν εἰς τὸ τριταῖος καὶ ἀμφημερινούς. πλεονάζει δὲ ἐπὶ μὲν τῆς φύσεως τῆς κατὰ τοὺς ἄνδρας, ἡλικίας δὲ, τῆς κατὰ τοὺς ἀκμάζοντας, ὥρας δὲ μᾶλλον τῆς [illegible], ὅτε καὶ λίαν [illegible] τυγχάνει [illegible] δὲ οὐ πάντοτε συνεχὴς, ἀλλὰ καὶ διαλείπων [illegible]. παραδίδοται δὲ ἀφ' Ἱπποκράτους, τὸ μὴ μόνον αὐτὸν ἐν τοῖς ὀξέσι κατειλέχθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς χρονίζουσι. [illegible] τρεῖς. ὁ μὲν [illegible] ἡμιτριταῖος, ὁ δὲ μέσος, ὁ δὲ μικρὸς συνεχὴς μὲν οὖν ὤν, ὁ περὶ τὰς εἴκοσι τέσσαρας ὥρας [illegible]. μέσος δὲ ὁ περὶ τὰς τριάκοντα [illegible] [illegible] περὶ τὰς [illegible]. ὡς δὲ [illegible] τῷ συνεχεῖ πυρετῷ. Quo ex loco luce clarius est Hunc Hippocratis locum Galenum innuere, eoq; adductum vt semitertianam a continuis febribus interdum distingueret, eiusq; triplicem notionem faceret, ab ea profectò quam toties propriè quodammodo & enixè inculcauit valde differentem. Quo ex opinionis tormento vix tandem sese explicat Galenus in Comment. 1.10, cum tabidis longisq; morbis eam semitertianam attribuit quæ repetitionibus illis cum horrore semitertianæ propriis careat, demumq; ἀπὸ τῆς μηχανῆς ad eam nominum disceptationem, sæpe etiam cum fastidio detritam, nunquam ta-
D men satis repetitam, velut ad virgulam diuinam, desultorio quodam modo traducitur. Quinetiam in eo quem paulò ante instituit de febrium diuisione commentario, semitertianas non perpetuò continuas his verbis indicauit. τριταῖοι μὲν καὶ τεταρταῖοι σαφῶς εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι. τῶν δ' ἡμιτριταίων. ἔνιοι μὲν [illegible] [illegible] διαγνώσεις, ἔνιοι δὲ κατὰ τὴν [illegible] μόνην τῶν [illegible] λήγουσιν εἰς ἀπυρεξίαν. Ex quibus omnib. facilè in eam opinionem adducor, vt existimem plures apud veteres fuisse semitertianæ notiones. Vnam quidem germanam & exquisitam, quæ neutrum humorem exuperantem, sed amborum æqualem habet permixtionem. Alteram biliosam magis, in qua bilis symptomata sunt vehementia, tertianæq; febris aliquid redundare videtur. Alteram etiam quæ quotidianam continuam magis adhuc referat, pituitæq; plurimum retineat. Quæ febrium semitertianarum genera maximè propria esse videntur: eaq; ex professo describit Gal. lib. 2. † de diff. feb. Et certè omnino nata esse videntur ex hac semitertianæ forma quam prius Hipp. velut germanum semitertianæ typum & characterem proposuit. Est enim illa exquisita in medio omnium constituta, notione sæpius & intelligentia apud nos quàm visu aut reapse comprehensa. Vt facilè mihi persuadeam quod aliquando a viro doctissimo & hac in arte attritissimo
E accepi, paucas aut omninò raras his in regionibus atq; in nostro cœli tractu semitertianas videri. Sunt aliæ porrò quæ multùm ab hac germanitatis nota deflectunt, sæpiusq; in visum veniunt, quales febres τριταιοφυεῖς semitertianis attributas ab Hippocrate dici ex Galeni sententia prius ostendimus. Neq; enim veræ sunt τριταιοφυεῖς cùm secundo die inuasionum exacerbationes habeant, sed quia tertianarum ferè naturam retinent earumq; more affligunt sunt ab Hipp. & Galen. semitertianis attributæ. Quas propè exprimunt febres nostræ autumnales cum insiduam ingeminationibus, vt antea ex Gal. opinione adscripsimus. Sunt & aliæ minùs propriæ quas adhuc semitertianis adscribit Galen. lib. de temp. morborum, quæ nec secundo die accessiones, nec primo nec tertio repetitiones habent. Quarum ex genere videri poterunt quæ assiduitatem deposuerunt, & magnæ, mediæ, & paruæ semitertianæ differentiis ex Galeni mente continentur. Eoq; aptissimè referétur eæ semitertianæ febres quæ hic ab Hippocrate tabidis & longis morbis adscribuntur. Quod ex Galeni sententia satis esse demonstratum existimo. Atque hinc fortasse pendet illa sermonis prænuntio qua vsus
F est Hippocrates dum scripsit ἐν τῷ ἡμιτριταίῳ καλεομένῳ, quod hic generalem quandam minùsq; propriam semitertianæ notionem veteribus acceptam exprimeret. Sic enim æquius accipi visum est, quam si istud ad semitertianæ dimidiatam appellationem referas, quam hic vel securissi nè attingit Galenus, lib. verò de differ. feb. 2. †† longe liberius expedit. Scribit enim: [illegible] τὸ ὄνομα τῷ τοιούτῳ πυρετῷ τὸ ἡμιτριταῖον [illegible]. κεφαλαιῶδες [illegible] ἀμφημερινοῦ τε συνεχοῦς καὶ τριταίου διαλείποντος [illegible] τὸ ἥμισυ μέρος [illegible] ἔχει τῶν εἰρημένων πυρετῶν, ὡς οὖν ὁ ἡμιονός τε καὶ ὁ ἡμίθεος [illegible], [illegible] καὶ ὁ ἡμιτριταῖος. ὁ τε γὰρ ἡμίονος, [illegible] λοιπῶν τις [illegible] τὴν [illegible], ἥμισυ δ' ὄνος, κατὰ [illegible] [illegible] ἥμισυ [illegible] [illegible] καὶ θάτερον ἥμισυ [illegible]. καὶ τοίνυν καὶ ὁ ἡμιτριταῖος, ἥμισυ μὲν ἑαυτοῦ μέρος ἔχει τοῦ τριταίου, ἥμισυ δ' ἄλλο, τοῦ ἀμφημερινοῦ τοῦ συνεχοῦς. Libello vero de typis, τινὲς δέ φασι τὸν ἡμιτριταῖον οὕτως ὠνομάσθαι, ὡς τὸ ἡμιόλιον, καὶ ἡμιτελές, [illegible]. ἄλλοι δέ φασι τὸν ἡμιτριταῖον ὠνομάσθαι, ὡς καὶ τὸν ἡμιόλιον ἀριθμόν. ὥστε τὸν τριταῖον [illegible] τὸν ἡμιτριταῖον μὲν ἐπιλαμβάνειν τὰς ιϛ´ ὥρας τοῦ τριταίου, [illegible] δὲ [illegible] καὶ τὸ ἥμισυ [illegible]
G [illegible] κατὰ [illegible] τύπων, ἀμφημερινοῦ, τριταίου, καὶ τεταρταίου ὥστε [illegible] [illegible] ὠνομάσθαι τὸν ἡμιτριταῖον. [illegible]. Hæc igitur de semitertianæ difficili opinione [illegible] ex Hipp. & Galeni monimentis dicta sunto clariora multo futura, si Galeni liber quē seorsum de semitertiana scripsit ([illegible] meminit comm. 2. in lib. 6. epid.) extaret. Porrò quod quædam exemplaria μακρὰ ἐοῦσα μὲν habent, duo codices antiqui cum impressis μακρότερα legunt.

* *Lib. 2. de diff. feb. cap. 8. 9. 10 & 11.* † *Cap. 9.* †† *Cap. 8.*

Τριταῖος ἀκριβὴς ταχυκρίσιμος καὶ οὐ θανατώδης. ὁ δέ γε πεμπταῖος, πάντων μὲν κάκιστος. καὶ γὰρ πρὸ φθίσιος, καὶ ἤδη φθινοῦσιν ἐπιγενόμενος, κτείνει. εἰσὶ δὲ τρόποι καὶ καταστάσιες,
H καὶ παροξυσμοὶ τουτέων ἑκάστου τῶν πυρετῶν, ὁμοίως ξυνεχέων καὶ διαλειπόντων. αὐτίκα γὰρ ξυνεχὴς ἔστιν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει μάλιστα, καὶ ἀνάγει ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον. περὶ δὲ κρίσιν, καὶ ἅμα κρίσει, ἀπολεπτύνεται. ἔστι δὲ οἷσιν ἄρχεται, μαλακῶς καὶ ὑποβρύχιος. ἐπαναδιδοῖ δὲ καὶ παροξύνεται καθ' ἡμέρην ἑκάστην. περὶ δὲ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσει, ἱκανῶς ἐξέλαμψε. ἔστι οἷσιν ἀρχόμενος πρηέως ἐπιδιδοῖ καὶ παροξύνεται, καὶ μέχρι τινὸς ἀκμάσας, πάλιν ὑφίησι μέχρι κρίσιος,

Tertiana exacta celerem habet indicationé, neq; lethalis est. Quintana autem omniú est pessima. Hæc nempe ante tabé, aut iam contabescétibus vbi superuenerit, perimit. Insunt autem in singulis hisce febribus, tum continuis, tum intermittentibus, formæ, cóstitutiones & accessiones huiuscemodi. Videlicet quidem cótinua quibusdá vbi incœpit floret & viget maximè, & in grauius tendit, circa iudiciú verò in ipsoq; iudicio extenuatur. Nonnullis verò leniter ac latenter incipit, increscit autem in dies exacerbaturq;, sed sub iudiciú in ipsoq; iudicio abúdè emicat. Est vbi ex moderatis initiis augescit & exacerbatur, & simulatq; aliquantisper vigorem acceperit, ad iudiciú vsq;

sub ipsumq; iudiciũ rursus se remittit. Atq; hæc in omnem febrem omnemq; morbum cadere solent. Ex his autem bene subducta ratione victum offerre necesse est. Iam quoq; multa alia præcipua signa his sunt cognata, de quibus partim aliquando scriptum est, partim verò scribetur. Quæ tecum animo reputans, perpendendumq; considerandumq; quodnam præcep: periculum & mortem portendat, aut quodnã superstitem ægrum fore indicet, & cuinam admouendus cibus, necne, & quando, & quantus, & quinam cibus futurus sit. Quæ diebus imparibus inuasiones habent, ea diebus paribus decernunt. Quorum verò accessiones imparibus diebus fiunt, ea imparibus iudicantur.

καὶ περὶ κρίσιων. ξυμπίπτει δὲ ταῦτα γίνεσθαι ἐπὶ παντὸς πυρετοῦ, καὶ παντὸς νουσήματος. δεῖ δὲ τὰ διαιτήματα σκεπτόμενον ἐκ τούτων προσφέρειν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα σημεῖα τούτοισίν ἐστιν ἠδελφισμένα, περὶ ὧν τὰ μὲν που γέγραπται, τὰ δὲ γεγράψεται. πρὸς ἃ δεῖ διαλογιζόμενον, δοκιμάζειν καὶ σκοπεῖσθαι τίνι τουτέων ὀξὺ καὶ θανατῶδες, ἢ περιεστικὸν, καὶ τίνι προσακτέον, ἢ οὔ, καὶ πότε, καὶ πόσον, καὶ τί τὸ προσφερόμενον ἔσται. τὰ δὲ παροξυνόμενα ἐν ἀρτίῃ, κρίνεται ἐν ἀρτίῃσιν. ὧν δὲ οἱ παροξυσμοὶ ἐν περισσῇσι, κρίνεται ἐν περισσῇσιν.

τριταῖος ἀκριβὴς] Placitum est 59. lib. 4. τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον. Quod repetitur lib. περὶ κρισίων, τριταῖος κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Huc etiam referri debet quod lib. 2. epid. scribitur, οἱ διαλείποντες μίαν, τῇ ἑτέρῃ ἐπιρρίγουσιν ἅμα κρίσει εἰς ἑβδόμην. Quam sententiam repetit lib. 6. epid. [2] eamq; plenius effert dum ἐκ τῶν πέντε εἰς τὰ ἑπτὰ legit. Plærunq; enim tertianas non expectato septimo circuitu ad quintum solutionem præcurrere videmus. Atq; hanc in rem scriptum est in Coacis. τριταῖος ἀκριβὴς ἐν πέντε ἢ ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν, ἢ τὸ μακρότατον ἐν ἐννέα κρίνεται. Quinetiam quarto circuitu expeditas tertianas subnotauit priùs Hip. sect. 2. οἱ δὲ τριταῖοι, πλεῦνες μὲν τῶν καύσων καὶ ἐπιπονώτεροι, εὐτάκτως δὲ τούτοισι πᾶσιν ἀπὸ τῆς πρώτης λήψιος, τέσσαρας περιόδους ἐν ἑπτὰ δὲ τελέως ἐκρίναν, οὐδ' ὑπέστρεψεν οὐδενὶ τούτων. Hunc autem locum sic videtur expressisse Galen. lib. 1. ad Glauc. ὁ μὲν γὰρ ἀκριβὴς τριταῖος, τὸ μακρότατον ἐν ἑπτὰ περιόδοις κρίνεται, πρός τε καὶ ἀκινδυνώτατος ἐστί. His nanq; verbis & aph. 59. lib. 4. & hunc locum comprehendere visus est. Quænã verò sit febris tertiana velut germana & exquisita multis locis habes explicatum apud Gal. præcipuè verò lib. 2. [3] de diff. febr. lib. 2. κρίσεων. [4] lib. 1. ad Glauc. libel. de typis, pauloq; ante superiore commentario. [1] *Sect. 3.* [2] *Sect. 2.* [3] *cap. 3.* [4] *cap. 3.*

εἰσὶ δὲ τρόποι] Ex morbi genere totoq; per quatuor tẽpora decursu, & accessionũ inter se cõmissione, victus rationẽ in ægris moliẽdam proponit, demumq; ad morborũ iudicationem deuoluitur. Habet autem speculatio ista magnum in omnibus morbis momentum, tum quod ista ad victum ægris adhibendum, tum verò ad criseon disciplinam plurimùm spectent, quæ duo in morbis vtramq; paginam faciunt. Ista verò quæ vel leui brachio & velut rapta occasione hîc adumbrantur, liberaliore quodam doctrinæ genere expediuit Hip. aph. lib. 1. & lib. 2. ep. vt nil necesse sit nos hîc esse longiores. τρόπους autem formas diximus, species & genera ex propriis quibusdam differentiis constituta intelligentes, quæ εἴδη Gal. significare scribit. τοῖς γὰρ παλαιοῖς ἔθος ἐστὶ καὶ διαφορὰς καὶ εἴδη καὶ τρόπους ὀνομάζειν τὰ κατὰ τὴν τομὴν τῶν γενικωτέρων πραγμάτων ὑποπίπτοντα, vt scribitur com. primo εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον. Quam dictionem quidam per modum explicant, qui mores, conditionem & morborum formas continet. Vt hinc non aliud significetur quàm varia morborum consistentia & circunscriptio, quæ per proprias differentias formam vnam ab altera distinguit. Non secus ac πολυτροπίας vocat Hip initio lib. de rat. vict. in morb. ac. varias morborum species ac differentias, in quarum diuisione reprehendit antiquos Gnidios, quod morbos ipsos non ex propriis differentiis in species & genera distribuerent, sed numero & indiuiduorum recensione distinguerent. Verùm de hac dictione plura diximus Com. in lib. 2. ep. & in aliud tempus etiam transferenda est. Hunc porrò locũ insignem ad καταστάσεως explicationem integrum adducit Gal lib. 1. κρισ. * quæ quia vitiosè nostris in codicibus leguntur, ita à nobis exscribentur. ἐπεὶ μὲν δὴ καταστάσεις νοσημάτων τινὰς ἰδίας αὐτὸς ὀνομάζει, καθ' ἃς ἐκ τοιῶνδε καὶ τηλικῶνδε σύγκειται τῶν καθ' ὅλου καιρῶν, ἐν ἐλαχίστῳ μάλιστ' ἄν τις περὶ δὲ τοῦ τεκμηρίου καταμάθοι. προειπὼν γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. εἰσὶ δὲ τρόποι καὶ καταστάσιες. καὶ παροξυσμοὶ τουτέων ἑκάστου τῶν πυρετῶν. ἐφεξῆς φησί αὐτίκα γὰρ συνεχὴς ἐστὶν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει μάλιστα, καὶ ἀνάγει ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον. περὶ δὲ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσει ἀπολεπτύνεται, ἔστι δ' οἷσιν ἄρχεται μαλθακός τε καὶ ὑποβρύχιος, ἐπαναδιδοῖ δὲ καὶ παροξύνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν. περὶ δὲ κρίσιν ἄλις ἐξέλαμψε. σαφῶς ἐνδεικνύμενος ὡς ἐκ τῶν ὅλων τοῦ νοσήματος καιρῶν ποιὰν σύνθεσιν ὀνομάζει κατάστασιν. Quibus ex verbis coniicias licet κατάστασιν esse totius morbi decursum, totamq; illam quatuor temporum qualitate & quantitate inter se collatorum dispensationem, quam constitutionem vitata nominis ambiguitate, modò etiam statum dicimus. * *Cap. 4.*

αὐτίκα γὰρ] Locus hic à Galeno explicatur lib. 1. κρισ. * de principio latitudinem & communem notionem habente. Sic enim scribit: ἡ δὲ κατὰ πλάτος ἀρχὴ κοινῇ μέν τινι ταύτῃ καὶ προχείρῳ φαντασίᾳ, καὶ μήπω μηδὲν ἐχούσῃ τεχνικὸν, ἐν τῷ πρώτῳ παροξυσμῷ περιέρχεται καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν εὐθὺς ἀρχόμενα τὴν ἀκμὴν ἀπειληφέναι λέγεται. καθάπερ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἐπειδή φησιν. αὐτίκα γὰρ συνεχὴς ἐστὶν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει. τί γὰρ ἀρχόμενον οὐκ ἐπὶ τοῦ καιροῦ τοῦ νοσήματος εἴρηται νῦν, ἢ μάχοιτ' ἂν αὐτῷ τὸ ἀνθεῖν τε καὶ ἀκμάζειν· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ χρόνου δηλονότι, τοῦ μετὰ τὴν ἀκριβῶς ἀρχὴν, τὴν πρώτην ἄχρι τρίτης τῆς ἡμέρας τὸ πλεῖστον ἐκτεταμένου. πάντως μὲν γὰρ ὁ πυρετὸς ἔσχεν ἀρχήν τινα τὴν πρώτην ἐκείνην καὶ ἀπλατῆ ποιησάμενος ἔπειθ' οὕτως ἀναβάσει τινὶ χρησάμενος, ἀπολαμβάνει τὴν οἰκείαν ἀκμήν. ὁ μὲν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ὁ δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ οὐ μὴν ἀπό γε τῆς εἰσβολῆς τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ δύναιτ' ἄν τις φλέγειν πυρετὸς ἀκμάζων. ἀλλ' ἄν τε κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἄν τε κατὰ τὴν δευτέραν ἀκμάσας ἐντεῦθεν ἄχρι τῆς παντελοῦς λύσεως ἐκπέσῃ, μὴ δὲ μίαν αὖθις τὴν ἑτέραν παροξυσμοῦ λαβὼν εἰσβολὴν, οὕτως ἂν ἀπ' ἀρχῆς εὐθὺς λέγοιτο τὴν ἰδίαν ἀκμὴν ἐσχηκέναι. καὶ τοῦτ' ἐστὶ τὸ πρὸς Ἱπποκράτους λεγόμενον. αὐτίκα γὰρ συνεχὴς ἐστὶν, οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει. Idẽ quoq; Gal. paulò post huius etiam loci meminit, cùm αὐτίκα nullum tempus determinatum significare scribit, sed latitudinem quandam includere. Hîc verò pro ἀμέλει sumi testatur his verbis: καθάπερ οὖν ἐν τῷ ποσὸν ἀφορισμένον οὐκ ἔδηλου τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα, κατὰ τὸν αὐτὸν εἶμαι τρόπον, οὐδὲ τὸ αὐτίκα. πλάτος δὲ ἔχον χρόνου τοσοῦτον ὁσονπερ καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ἐστίν. δῆλον δὲ ὡς καὶ πολλάκις ἀντ' ἐπιρρήματος αὐτοῦ χρώμεθα τοῦ ἀμέλει, καθάπερ κἀν τῷ τοιῷδε λόγῳ φαίνεται κεχρημένος ὁ Ἱπποκράτης. εἰσὶ δὲ τρόποι καὶ καταστάσιες καὶ παροξυσμοὶ τουτέων ἑκάστου τῶν πυρετῶν. αὐτίκα γὰρ συνεχὴς ἐστὶν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει. τουτὶ γὰρ τὸ αὐτίκα πλέον οὐδὲν δηλοῖ τοῦ ἀμέλει. Porrò quòd quidam hîc laborant vt continuarum aut continentium febrium quasdam formas circunscriptas habeant, id à Gal. in Comm. reprehenditur. Quod enim in omnibus vniuersim morbis spectari debet, illud temerè in numerum redigi non debet. Etsi prior Galeni locus quem adduximus quandam febrium speciem definire videatur. Præstat tamen vniuersitatis notam ab Hippocrate præscribi, atq; in omnibus morbis temporum dispensationem ad victus rationem & iudicationem expectandam inuestigari. Ἀνθεῖν verò eleganti translatione nil aliud quàm morbi vigorem & statum significat, in quo vis morbi maximè emicat, quod ἀκμάζειν dicit Hippocrates, non secus ac postea eodem tropi genere ἐκλάμπειν effert, cùm vis ipsa maximè elucet. Quo etiam non aliena admodum translatione, αἱ τῶν νηπίων ἐκλάμψιες lib. 6. epid. referri possunt. Sic lib. 2. epid. * πρὸς τὰς ἀρχὰς σκεπτέον τῶν νούσων εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ. Cuius dictionis significationem illic habes pluribus exemplis testatam. * *Sect. 1.*

ἐπίκαιρα σημεῖα] ἐπίκαιρον opportunum & tempestiuum significat, aliquando necessarium, præcipuum, imprimisq; aduertendum, & quod insigne est. Sic τὰ ἐπίκαιρα νεῦρα, τὰ μεγάλα lib. de fract. dicit Hippoc. & lib. 2. de rat. vict. ἐπίκαιρον ἕλκος ἀντὶ τοῦ μεγάλου posuit, vt ne longiùs abeam. Minuta est enim (inquit ille) omnis diligentia præsertim cùm horum supellex in Oeconomia nostra tibi paretur instructissima. Cornarius verò hanc dictionem omisisse videtur.

ἠδελφισμένα] Familiaris Hippocr. dictio quæ cognatum, germanum & simile significat. τὰ γὰρ ὁμοιούμενα, καὶ ὡς ἄν εἴποι τις ἱκανῶς συγγενῆ καλεῖν ἠδελφισμένα σύνηθες αὐτῷ, διότι τῶν συγγενῶν οἰκειότατοί τε εἰσὶ καὶ συγγενέστατοι πάντων οἱ ἀδελφοί. vt scribit Gal. Comm. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Hunc in sensum ἀδελφίξιες καὶ ἀδελφότητες, αἱ κοινωνίαι, καὶ αἱ συγγένειαι τῶν μερῶν dicuntur Hippocr. lib. περὶ ἀρθρ. Atque huiusce dictionis plura tibi aliàs exempla suppetent.

ἢ περιεστικός] Hîc περιεστικὸς Hippocratico more ad morbũ retuli qui salutaris est, & ex quo liberantur ægri, superstitemq; ægrum fore denunciat, qualis est qui lethali & exitioso opponitur, τὸ γὰρ μὴ θανατῶδες νόσημα κέκληκε ἤδη περιεστικὸς οὐκ ὀλιγάκις vt scribit Gal. Com. 3. in progn. Sic Gal. lib. 1. περὶ κρισίμων ἡμερ. morbum illum salutarem, in quo τὸν τῆς κρίσεως κόσμον spectari vult (neq; enim in hanc speculationẽ exitiales morbi cadunt) περιεστικὸν τὴν φύσιν νόσημα vocat, dum scribit: ὑπέκειτο μὲν τοι σημεῖον κριτικὸν, καὶ σαφὲς, καὶ ἰσχυρὸν ἐν τῇ δὴ γιγνομένῃ ἡμέρᾳ τοῦ νοσήματος ὀξέος τε καὶ περιεστικοῦ τὴν φύσιν ὑπάρχοντος. Parum igitur refert an ad morbũ ipsum, an verò ad signũ quod salutarem morbum denunciet referas. Sic enim præstat τῷ ὀξεῖ καὶ θανατῶδες opponi, quàm præsens aut instans malum significare, quomodo sumpserunt interpretes. Hîc porrò exemplaria nostra variãt. Duo enim πρὸς ὃ διαλογιζόμενον non πρὸς ἃ legunt. Vetus quoq; nostrum περιεστικὸς cum duobus Regiis legit meliùs quàm cætera omnia cũ impressis περιεστικὸν, vt vel inde νόσημα περιεστικὸς facile colligas.

καὶ τινὰ

A ἢ πῆι [illegible]] Vetus exemplar manu exaratum cum Regio vno reconditissimo [illegible] legit, quæ lectio genuinam Hippocratis dictionem magis retinet, vt de cibis ægro offerendis intelligatur. Sunt enim [illegible] adhærescens & familiare corpori alimentum, vt quæ peculiari nomine [illegible] Medicis dicuntur. [illegible] aliquando vocat Hipp. Quæ sunt Galeno teste Comment. 3. in lib. 6. epid. [illegible]. Hanc dictionem vsurpat Hippocr. aph. 15. lib. 1. ἢ τὰ προσφέρματα πλέω δοτέον. & lib. περὶ χυμῶν. Et Rufus Ephesius [illegible]. Quæ omnia effecerant vt [illegible] melius quam [illegible] castigarem. Etsi enim [illegible] de cibis admouendis dicitur, facilis tamen vnius literæ lapsus dictionis familiaritatem lib. [illegible] potuit. Quo magis mirum videtur Interpretem vnum hunc locum non de cibis offerendis intellexisse, sed de malorum procrastinatione, prorogatione, & veluti sustentatione, vt instantibus periculis opponeret, cùm tamen cæteri omnes interpretes de cibis exhibendis ceperint. Monendum quoque est quædam exemplaria pro ἢ τί τι [illegible] ἔσαι, ἢ πῆι vitiosè legere.

B τὰ [illegible] παροξυνόμενα] Inest quædam naturæ prouidentia & insitarum motionum diuinus quidam ordo, qui cælitus (vt inquit Galen. lib. 2. de dieb. decret.) demissus, admirabiles in morbis parit effectus. Statis enim & quodammodo constitutis temporum circumscriptionibus, motiones in morbis natura exerit, & vt inquit Gal. [illegible]. Atque hinc admirabilis illa criseon dispensatio pendet, quæ de totius morbi salute aut pernicie iudicium exercet. Quam vt facilius consequamur, dierum iudicatoriorum ordinem attendamus oportet, in quos naturæ motus cadant. Iisdem enim diebus quibus morborum insultus fiunt ferè iudicantur ægri, quod hic scribit Hippocr. eademque ferè aliis verbis in progn. [illegible] Quam sententiam etiam repetit lib. περὶ κρισίων. & in eundem sensum scripsit lib. 4. epid. [illegible]. At profectò iisdem diebus quibus exacerbationes fiunt, in eosdem etiam iudicium cadere scribit Galenus lib. 1. de dieb. decret. his verbis: [illegible]

C [illegible]. Idem quoque lib. 2. [illegible]. Idem etiam lib. 3. κρίσεων cap. 4. [illegible] scribit, hacque ratione raras in synochis crises quarto die fieri. Quod satis indicat id vt plurimùm & frequentius intelligi, cùm synochi diebus paribus moueantur. Contingit etiam aliquando imparium dierum accessiones sextum diem lethalem habere ob validè celerem & præcipitatam morbi naturam, & magnam ac efficacem pessimorum signorum coaceruationem. Quod his verbis indicat Gal. lib. 1. de dieb. decret. [illegible]

D [illegible]. Porro acutorum morborum iudicium in impares dies cadere, quod & in his accessiones obeant, longorum verò in pares, copiosè probat Gal. lib. de dieb. decret. 3. in quo multa habes ad hunc institutũ iudicii ordinẽ spectantia, quæ breuitatis causa omittimus. Hunc autẽ locum adducit Gal. Com. in ægrum 8. lib. 3. & Comm. 3. in lib. 6. epid. Hic etiã κρίσις vniuersalẽ notionem habet, omnemque subitã in morbis mutationem significat. Quem in sensum hic sæpius & in cultiam tractatione sumitur. Cæterùm hic quoque exẽplaria variant. Vnum nanque manu scriptum alterum & vltimum huius sententiæ membrum ([illegible]) vitiosè omittit. Quam lectionem cùm defecta sit, mirũ est cur sit secutus Caluus.

E Ἔστι δὲ περιόδων κρίσιμος ἡ πρώτη ... [illegible] ...

F πυρετοὶ, καὶ τεταρταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐνναταῖοι, ἐν τῇσι περιόδοισι κρίνονται, σκεπτέον.

Circuituum autem qui diebus paribus iudicant primus est decretorius quartus, sextus, octauus, decimus, decimus quartus, vigesimus octauus, trigesimus, quadragesimus octauus, sexagesimus, octogesimus & centesimus. Circuituum vero qui diebus imparibus iudicant, primus est tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, decimus septimus, primus & vigesimus, septimus & vigesimus, & trigesimus primus. Considerandum autem est quod si quid aliter extra hos præscriptos dies, decernat, recidiuas fore perniciemque portendi. Animumque aduertere & nosse oportet, his in temporibus futuras iudicationes ad salutem aut perniciem tendere, vel momenta in melius aut deterius facere. Prætereaque videndum est quibusnam circuitibus febres errantes, quartanæ, quintanæ, septimanæ iudicationes subeant.

ἔστι δὲ ἡ πρώτη] Hæc dierum decretoriorum recensio plurimùm ab ea quæ fit in Prognostico & Aphorismis differt. Nam cùm sit ista veluti prima iudicationis adumbratio, decretorij dies omnes cum coincidentibus annumerantur. Illic vero multis experimentis testata decretoriorum dierum autoritas, per quaternarios & hebdomadas confirmatur. Cuius rei admonuit Gal. lib. 1. & 2. de dieb. decret. vbi & hunc locum adducit & totam decretoriorum dierum disciplinam absoluit. Quem locum prolixitatis causa

G hic omittimus, quòd cum indicasse satis sit. Plurimùm autem in parium dierum enumeratione variant exemplaria, post eam quam Galenus in Commentario facit diuersitatem. Sed omninò tria antiquissima cum nostro in hoc consentiunt vt ita describant, δ. ϛ. η. ι. ιδ. κ. κη. λ. μη. ξ. π. ρ. Quæ lectio ex omnibus plausibilior videtur, quamque secutus videtur Galen. lib. 2. de dieb. decr. nisi quòd octauum omittit, atque eum omninò imitatur Cornarius. Duo alia exemplaria decimi octaui nullam faciunt mentionem, sed vigesimum & vigesimum quartum addunt, vigesimum octauum omittunt, trigesimum quartum plurima prætereunt & quadragesimum, quos tamen decretorios in Progn. facit. Quædam etiam quadragesimum octauum addunt, alia omittunt, & quadragesimum quartum ponunt, quod fecit Caluus. Centesimum quædam omittunt, addunt cum impressis manu scripta exemplaria duo, post quem centesimum vigesimum alia ponunt, quos dies decretorios esse satis probat Galenus lib. 2. de dieb. decret. Caluus etiam ducentesimum addidit. Sed certè vigesimum paribus circuitibus omninò addendum esse, facit merita vigesimi diei in iudicando au-

H toritatis præscriptio, non secus ac imparibus circuitibus primus & vigesimus ritè atque ordine additur, tum quod morbi diuturni, qui paribus diebus accessiones habent, vigesimo iudicantur, tum verò quod septenariorum sectio in vigesimum cadat. Hæ sunt enim crisis, quæ vigesimo die portenditur, apud Galenum lib. 3. de dieb. decret. causæ.

τῶν δὲ ἐν τῇσι περιόδοισι] His ex verbis non est quod quis coniiciat primum diem in imparium circuituum numero decretoriũ statui. Etsi enim febres diariæ primo die soluuntur, id tamen absque iudicatione contingit. Primum igitur circuitum diei tertio non primo attribuit, vt potior quorundam exemplarium lectio mihi videatur quæ sic legit; [illegible] quam lectionem sequitur Galenus lib. 2. de dieb. decr. Eoque pertinent hæc Galeni in Commentario difficillima verba quibus scribit, [illegible]. His enim verbis nil aliud contẽdit, quam vt hunc errorẽ de primo die iudicatorio tollat, & primũ circuitũ iudicatoriũ tertium diem faciat. Longe verò clarius hunc etiam errorem depellit lib. 3. de dieb. decret. vbi huius quoque loci meminit. Scribit enim, [illegible]

τῶν ἐπιδημιῶν καταλέγοντι καὶ τὸ πρώτης μεμνημονευκέναι, κατὰ διττὸν τρόπον ἁμαρτάνοντες. περίοδος γὰρ πρώτη καὶ οὐχ ἡμέρα πρώτη γέγραπται σαφῶς, ἐν τῷ τῶν περιττῶν καὶ ἀρτίων καταλόγῳ. καθάπερ οὖν ἐν τῷ τῶν ἀρτίων περίοδον πρώτην εἰπὼν, ἐπιφέρει τὴν τετάρτην ἡμέραν, οὕτως ἐν τῷ τῶν περιττῶν, τὴν τρίτην. ὅτι δὲ μᾶλλον ἀγνοοῦσι τὰ κατ' ἀρχὰς τοῦ προγνωστικοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τοῦ νεκρώδους προσώπου, τὸ, κρίνεται ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ, ἢν δὲ ταύτην τὰς προφάσιας τὸ πρόσωπον τοῦτον ᾖ, μήπω γινώσκοντες, ὡς ἐπὶ τοῦ δοκιμάζεται καὶ ἀναγνείζεται λέλεκται. Commentario quoque tertio in progn. hunc eundem errorem depellit his verbis, huius loci facta mentione, ὅτι δὲ κἂν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐγίνωσκεν ἐν τῇ κρισίμοις ὑμῖν εἰς πρώτην γράψαι τὴν τρίτην. Porrò vtrobiq; pro κρινόντων vetustissimum exemplar manu scriptum κρινουσῶν legit, vt solœcismum vites. Quod etiam fecit Galen. lib.3. de dieb. decret. (μένον legunt.

ὁδίναι δὲ κτλ.] Pro ἢν ἄλλως κελεύῃ quædam exemplaria ἢν καλῶς habent, non æquè aperto sensu, & pro ἐπιγεγραμμένον, προγεγραμμένον

δεῖ δὲ προσέχειν τὸν νοῦν] ἡ μὲν κρίσις ὀξύρροπος ἐστὶν ἐν νόσῳ μεταβολὴ πρὸς ὑγίειαν ἢ θάνατον, (vt scribit Gal.comm.in aph.13.lib.2. & lib.de dieb.decret.primo) Cuius mutationis hic quatuor insignes modi describuntur. Aut enim quæ iudicantur, ad salutem aut perniciem tendunt, aut certè propensionem in melius aut peius habent. Atque hos mutationis modos aliter distinguit Gal.cap.7.lib.3. de Crisibus, iisq; nomina adaptat. Insignis porrò hic est locus & à Gal.celebratus Comm.in aph.23.lib.2.his verbis: τὰς γοῦν τοιαύτας μεταβολὰς ὅταν ἀθρόως ἐν νόσῳ γίνωνται, αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει κρίσεις. ἐνίοτε μὲν ἀθρόως ὑγιαζομένων τῶν νοσούντων, ἢ ἀποθνησκόντων, ἐνίοτε δὲ μεταβολήν τινα μεγάλην ποιησαμένων ἐπὶ σωτηρίας, ἢ ὄλεθρον. οὐ μὴν παραχρῆμα γε σωθέντων, ἢ ἀποθανόντων. ὡς γὰρ ἐν ταῖς ὀξυρρόποις ἐν αὐτοῖς μεταβολαῖς, αἷς αὐτὸς ἐδίδαξεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἰπών. ἐπὶ σωτηρίην, ἢ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ χεῖρον. Idem quoq; Comm. 3.in progn. ἡ κατὰ τὰ νοσήματα κρίσις, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις μετενήνεκται, σημαίνουσα τὴν ὀξύρροπον ἐν νόσῳ μεταβολὴν, γινομένην κατὰ τέτταρας τρόπους. ἢ γὰρ ἀπαλλάττονται τῶν νοσημάτων, εὐθέως, ἢ χείρους γίνονται πολλῷ. τὰς μὲν οὖν πρώτας δύο κρίσεις, ἁπλῶς ὀνομάζουσι κρίσεις, τὰς δὲ ἑτέρας δύο, τὰ πολλὰ μὲν ἅμα προσθήκῃ, καλὴν κρίσιν, ἢ μοχθηρὰν κρίσιν, ἢ τι τοιοῦτον τῷ τῆς κρίσεως ὀνόματι προστιθέντες, ἔστιν ὅτε δὲ χωρὶς προσθήκης ἁπλῶς. Hac de re porrò multa habes lib.1. de dieb. decret. vnde multiplicem criseos notionem abundè explicatam colligas licet. Cæterùm Caluus aliter hunc locum quàm omnes interpretes legisse videtur. Minutum verò est quod ἐπὶ σωτηρίην duobus in codicibus antiquis legitur, quomodo legisse videtur Galenus. In cæteris autem omnibus ἐπὶ σωτηρίη.

πλανῆτες δὲ] Febrium intermittentium iudicium non ex dierum numero quemadmodum continuarum, sed accessionum ordine pendet. Quod præter ea quæ scripsit in Commentario Galenus, his etiam verbis satis aperit com.in aph.59.lib.4. ὃ γὰρ ἐπὶ τῶν συνεχῶν ἡμέρα μία δηλοῦται, τοῦτο ἐπὶ τῶν διαλειπόντων ὁ παροξυσμός. κατὰ γοῦν τὴν τούτων συναρίθμησιν αἱ κρίσεις αὐτῶν γίγνονται. τοῦτο δὲ ἠνίξατο μὲν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τὸν περὶ τεταρταίων λόγον εἰπών. γίγνεται δὲ καὶ τῶν τεταρταίων ἡ κατάστασις ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου. πεπίστευται δὲ καὶ ἡμῖν ἐπὶ τῶν τεταρταίων αὐτῶν καὶ τῶν τριταίων ἡ κρίσις γιγνομένη κατὰ τὸν τῶν περιόδων ἀριθμὸν, οὐ τὸν τῶν ἡμερῶν. Idem quoq; Com.3.in Progn. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν συνεχῶν πυρετῶν, ἀριθμοῦμεν ἁπάσας ἐφεξῆς τὰς ἡμέρας εἰς πρόγνωσιν τῆς ἐσομένης κρίσεως, οὕτως ἐπὶ τῶν διαλειπόντων τὰς ἐπισημασίας. ἵν' ὅπερ ἐπὶ τῶν συνεχῶν ἡ ἑβδόμη τῶν ἡμερῶν. τοῦτ' ἐπὶ τῶν διαλειπόντων ἡ ἑβδόμη περίοδος ἐργάσηται. κατὰ τοῦτο γίνεται ὁ ἀκριβὴς τριταῖος, ἐν ἑπτὰ περιόδοις οὐχ ἡμέραις ἑπτὰ κρίνεσθαι πέφυκε. καὶ μὴν δὴ καὶ ὅπερ ἡ τετάρτη τῶν ἡμερῶν ἀπ' ἀρχῆς ἀριθμουμένη πρὸς τὴν ἑβδόμην ἐστί, τοῦθ' ἡ τετάρτη περίοδος ὡς πρὸς τὴν ἑβδόμην περίοδον. ἐπίδηλος μὲν γὰρ ἡ τετάρτη τῶν ἡμερῶν ἐστὶ τῆς ἑβδόμης, ἐπίδηλος δὲ καὶ ἡ τετάρτη περίοδος τῆς ἑβδόμης περιόδου. λέλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐν τοῖς περὶ κρίσεων, ὅθεν ἀρκέσει νῦν ἀκηκοέναι τὴν τοιοῦτον ὡς καὶ τῶν τεταρταίων πυρετῶν αἱ κρίσεις κατὰ τὸν ἀριθμὸν γίνονται τῶν περιόδων, οὐ τῶν ἡμερῶν.

ÆGROTI QVATVORDECIM.

Primus.

Philiscus qui propter mœnia habitabat, primo die decubuit, eumq; febris acuta præhendit cum sudoribus & nocte laboriosa. Postridie ingrauescentibus omnibus, ex alui dilutione meliusculè habuit, cum nocte quieta. Die tertio mane & ad meridiem vsque, liber à febre esse visus est, ad vesperam verò febris acuta inuasit cum sudore & siti, lingua inaruit, nigrum lotium reddidit, nox grauis & molesta fuit, non dormiuit prorsusq; delirauit. Quarto grauiora euaserunt omnia, vrinæ nigræ, nox facilior fuit & vrinæ meliùs coloratæ. Quinto circa meridiem parum idq; sincerum è naribus stillauit, vrinæ variæ, in quibus sublimia quædam innatantia rotunda, genitali semini similia, dispersa inerant, neq; residebant. Huic supposita glande flatuosa pauca prodierunt, nox grauis fuit, somni parui, verba cum delirio, extrema vndiquaque frigida, quæ nec etiam ad calorem ampliùs reuocari poterant, vrinam nigram reddidit, aliquantulum dormiuit, sub diem vox defecit, sudor frigidus obortus est, summitates liuescebant. Die sexto circa meridiē obiit. Spiratio huic perpetuò quasi intro reuocanti & ingeminanti rara & magna fuit, lien in gibbositatem rotundam sublatus est, & ad finē vsq; sudores frigidi perseuerarunt. Accessiones diebus parib. inuaserunt.

ΑΡΡΩΣΤΟΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣ ΚΑΙ δέκα. πρῶτος.

Φιλίσκος ᾤκει παρὰ τὸ τεῖχος. κατεκλίθη τῇ πρώτῃ. πυρετὸς ὀξύς. ἵδρωσεν ἐν νυκτὶ ἐπιπόνως δευτέρῃ, πάντα παρωξύνθη. ὀψὲ δὲ ἀπὸ κλυσματίου καλῶς διῆλθε, νύκτα δι' ἡσυχίης. τρίτῃ πρωῒ, καὶ μέχρι μέσου ἡμέρης, ἔδοξε γενέσθαι ἀπύρετος. πρὸς δείλην δὲ πυρετὸς ὀξὺς, μετὰ ἱδρῶτος. διψώδης. γλῶσσα δὴ ἐπεξηραίνετο. μέλανα οὔρησεν. νύκτα δυσφόρως. οὐκ ἐκοιμήθη. πάντα παρέκρουσε. τετάρτῃ, πάντα παρωξύνθη. οὖρα μέλανα. νύκτα εὐφορωτέρην. οὖρα εὐχροώτερα. πέμπτῃ περὶ μέσον ἡμέρας, μικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν ἄκρητον. οὖρα δὲ ποικίλα, ἔχοντα ἐναιωρήματα στρογγύλα, γονοειδέα, διεσπαρμένα. οὐχ ἵδρυτο. προσθεμένῳ δὲ βάλανον, φυσώδεα σμικρὰ διῆλθε. νύκτα ἐπιπόνως. ὕπνοι σμικροί. λόγοι. λῆρος. ἄκρεα πάντοθεν ψυχρὰ, καὶ οὐκ ἔτι ἐπαναθερμαινόμενα. οὔρησε μέλανα. ἐκοιμήθη σμικρὰ πρὸς ἡμέρην. ἄφωνος. ἵδρωσε ψυχρόν. ἄκρεα πελιδνά. περὶ δὲ μέσον ἡμέρης, ἑκταῖος ἀπέθανε. τούτῳ πνεῦμα διὰ τέλεος ὥσπερ ἀνακαλουμένῳ ἀραιὸν μέγα. σπλὴν ἐπήρθη περιφερεῖ κυρτώματι, ἱδρῶτες ψυχροὶ διὰ τέλεος. οἱ παροξυσμοὶ ἐν ἀρτίῃσιν.

Particularis ista ægrorum recensio per omnes Epidemiωn libros veluti sparsa, nullibi tamen meliùs quàm hîc & lib. tertio instituta, magnam artis maiestatem præ se fert, cùm præceptorum vniuersalium & eorum quæ artem constituunt theorematum obseruationem quandam sub oculos ponat, ac veluti exemplorum congerie ad medicinam faciendam manu ducat. Ac veluti non satis est Medico si artis præcepta teneat, nisi & ægrorum ipsorum procurationem subeat, & ea quæ intelligentia & animo comprehenduntur, in medium puluerem & aciem deducat: Sic in hac saluberrimæ artis tractatione, parum idonea sunt facultatis nostræ adiumenta, si in ea doctrinæ comprehensione, quæ notione concipitur, velut in vmbra semper delitescant, nec in ægrorum triclinia, aut hominum manus pertrahantur. Ex hoc igitur particularium exemplorum catalogo magnus ad posteros vsus redundauit, tum quia communium artis præceptionum quandam confirmationem adfert, tum verò quia parentis optimi in opere faciundo medico sagacitatem, industriam, sibique quendam institutum medendi morem, velut in speculo proponit, ex quo totius artis χάρακτα, ac velu i quosdam medendi gestus, in quotidianas nostras curationes transfundimus. Quod profectò effecit, vt Galeni nunquam satis collaudatam industriam in hac ægrorum recensione sentiremus vberrimam. Quò certè æquius erit, nos in hoc defungendo munere liberalitatem illius amplecti, atque ea quæ operam nostram aliquando requirent leuiter aspergere. Quod ergo ad horum ægrorum indicationem attinet, codices nostri Regij manu scripti istam præfigunt, περὶ ἀρρώστων. ἄρρωστος πρῶτος, non quemadmodum impressi ἄρρωστοι τέσσαρες καὶ δέκα. Quem numerum agnoscit Galenus initio lib 2. περὶ δυσπν. In quo vitiosa est Asulani codicis præscriptio, quæ numerum ægrorum imminuit, δώδεκα pro τέσσαρες καὶ δέκα scribens. Hos autem ægros omnes ordine percenset & explicat Gal.lib.2. de diff.spir.

Φιλίσκος

A ὀξὺς] Febrem fuiſſe valde acutam & ardentem neceſſe eſt, quæ ſexto die ægrum interemerit, cuius etiam typum habes pri… deſcriptum ſtatu 3. his verbis: τῇσι μὲν οὖν καυσώδεσιν ἀρχομένῃσιν ἐπεσήμαινεν, οἷσι τὰ ὀλέθρια ξυνέπιπτεν. αὐτίκα γὰρ ἀρχομένοισι, πυρετὸς ὀξὺς ἐπεῤῥίγουν σμικρά. ἄγρυπνοι. διψώδεες. ἀσώδεες σμικρὰ ἐφίδρουν περὶ τὸ μέτωπον καὶ κληῗδας, οὐδεὶς δι' ὅλου. πολλὰ παρέλεγον. φόβοι. δυσθυμίαι. ἄκρεα ὑπόψυχρα. πόδες ἄκροι. μάλιστα δὲ καὶ τὰ περὶ χεῖρας. οἱ παροξυσμοὶ ἐν ἀρτίῃσι. τοῖσι δὲ πλείστοισι τεταρταίοισιν οἱ πόνοι μέγιστοι. καὶ ἱδρὼς ἐπὶ πλεῖστον ὑπόψυχρος. καὶ ἄκρεα οὐκ ἔτι ἐθερμαίνοντο, ἀλλ' ἦσαν πελιδνὰ καὶ ψυχρά. οὐδ' ἐδίψων ἐπὶ τούτοισιν. οὖρα τούτοις μέλανα. ὀλίγα. λεπτά. καὶ κοιλίαι ἐφίσταντο. οὐδ' αἱμοῤῥάγησαν ἐκ ῥινῶν, οὐδενὶ οἷσι ταῦτα ξυμπίπτοι, ἀλλὰ σμικρὰ ἔσταζον. οὐδ' ἐς ὑποστροφὴν οὐδενὶ τούτων ἦλθεν, ἀλλ' ἑκταῖοι ἀπέθνησκον ξὺν ἱδρῶτι. Variant verò hic codices manu ſcripti cum impreſſis. Quidam namq; κατεκλίθη interpungunt alij, κατεκλίθη τῇ πρώτῃ ſimul iungunt. Sunt qui etiam καὶ κατεκλίθη claudant. Alij ἐν τῇ πρώτῃ πυρετὸς ὀξὺς, alij τῇ πρώτῃ ſolùm, quam lectionem vt cõmunem cum Galeno ſecuti ſumus. Quidam etiam ἵδρωσεν. ἐς νύκτα ἐπιπόνως diſtinguunt, alij ἵδρωσεν ἐν νυκτὶ habent & ἐπιπόνως δευτέρῃ legunt. Nos δευτέρῃ πάντα παρωξύνθη cum Gal. legimus, popularem lectionem ſecuti. Sed hæc minuta diligentia fortaſſe ſuſpecta eſt.

γλῶσσα δὲ ἐπεξηραίνετο] γλῶσσα ἐπεξηραίνετο ſimpliciter legunt exempl. tria M. S. Caluus illud quod ſequitur μέλαινα ad id quod prius B eſt non ſatis rectè mihi referre videtur, eamq; lectionem feciſſe, γλῶσσα ἐπεξηραίνετο μέλαινα. Scribit enim lingua nigra ſuperatur.

πάντα παρέκρουσε] παρακρούειν, παραλέγειν καὶ παραφέρειν, ληρεῖν καὶ παραληρεῖν καὶ παρενεχθῆναι Hippocrati ſignificant, dicunturq; de leui mentis emotione & delirio, vt & παραπαίειν, παρακόπτειν καὶ παραφρονεῖν. Quibuſdam enim alis additis verbis deſipientiæ magnitudinem circumſcribit Hipp. vt ſcribit Galenus in Prorrh. & Comm. 1. in lib. 3. epid. Sunt hæc autem peſſima febrium ardentium ſymptomata. Vigiliæ namque, inquietudo, ferendi difficultas, ſitis & linguæ aridicas, delirium & vrinarum nigredo, ex febris ardore & bilis exaſſatione contingebant, quæ leuem primò deſipientiam, plurimùm deinceps auxit.

νύκτα εὐφορωτέρην] Quod imparibus diebus acceſſiones inuaderent, quartoq; die cuncta ingraueſcerent, exemplaria quædam νύκτα δυσφορωτέρην legunt, quæ ſecutus eſt Hermannus Cruſerius. Sed profectò etiamſi dies grauiores caſus afferret, nihil tamen vetabat noctem quietiorem adeſſe, non ſecus ac ſecundo die cùm omnia grauiora euaderent, nox tamen quieta fuit. Atque ea fortè de cauſa cùm vrinæ nigricantes procederent, ob quietam tamen noctem meliùs coloratæ minuſque nigricantes viſæ ſunt, niſi quis tenues inaudiat, quòd ab humore aſſato & quodammodo torrefacto tranſcolatæ, nec dum à natura cocto expreſſæ, melius coloratæ viderentur, quales fuiſſe in huiuſmodi febribus ardentibus ſcripſit ſtatu tertio.

C

μικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε] Hoc τῶν κεισίμων καὶ κενούντων numero continetur, quæ non pro morbi dignitate leuant. Excretiones nanque iudicatorias infra morbi dignitatem ſubſiſtere non oportet, ſed omninò morbum alleuare. Quamobrem in febribus ardentibus copioſas hæmorrhagias ſemper laudat Hippocrates, atq; huiuſmodi στάξεις & ſtillas ſanguinis meritò damnat, & vt * Gal. verbis vtar, συνελόντι εἰπεῖν, ἅπασαι στάξεις ἀπὸ ῥινῶν, μικρὸν δὲ σημεῖον, quòd fatiſcentis naturæ infraque modum ſubſiſtentis, aut etiam redũdantis, veriſſima ſint indicia, vt his verbis teſtatur Gal. Com. 2. in Prorrh. οὐδὲν τῶν κρισίμων σμικρὸν ἐκκρίνεσθαι προσήκει, ἀλλὰ πάντα τὰ ὑπὸ κενώματα δυοῖν θάτερον, ἢ μὴ προσήκοντα δέχεσθαι τὸ πλῆθος ἀποχεῖ, ἢ τὴν ἐπιτηδείαν μείζων, ἢ τῆς φύσεως ἀσθενείας ἐνδεικνύ(ται), περιλαμβάνεται μὲν ἐκκρίνεται τὰ περιττὰ, μὴ δυναθείσης δὲ, Qua de re priùs & Com. in lib. epid. ſcripſimus, & verò pleniùs aliquando nobis dicendum erit. Ex eadem etiam parentis D eloquentia pendet quod hic damnat τὸ ἄκρητον, multiſq; illius decretis confixum eſt, quorum tibi iam pridem ſpecimẽ dedimus Com. in lib. 2. epid. Eſt autem ἄκρητον τὸ ἄμιγες ἑτέρου καὶ ἄμικτον, ἢ τὸ μὴ συμμεμιγμένον. quod ſyncerum Celſus dixit. & de vno ſolo & impermixto humore effertur, quod in omni excretionũ genere valde infamat Hipp. non ſecus ac ἀκρήτους ὑποχωρήσεις in deiectionũ numero ſuis placitis damnauit lib. aph. 7. aph. 6. & 23. Hic autem τὸ ἄκρητον αἷμα ἄμικτον καὶ μέλαν, eundemq; valde craſſum & nigrum ſanguinem ſignificat, qualis fere ſolet in pernicioſis morbis paucus & guttatim ſtillare. Atq; hic τὸ ἄκρητον velut τὸ κεκρασμένον ſignificat, non ſecus ac lib. 3. epid. Com. 1. interpretatur Galenus eadem quæ hoc in Com. fere ſcribens, vbi etiam dictionis notionem his verbis exprimit: τὸ δ' ἄκρατον, ὅταν μὲν ἐπὶ ξανθῆς ἢ μελαίνης χολῆς, ἢ ἰώδους λεγηται, σαφῆ δηλοῖ ἰσχὺν τὸ σημαινόμενον, ὡς πολλάκις ἤδη λέλεκται. τῆς γὰρ οἰκείας χροιᾶς καὶ σύστασιν, ὅτι ἕκαστος τῶν χυμῶν εἰλικρινὴ φυλάττει τηλικαῦτα κενώματα λέγεται ἄκρατον αὐτόν. ἐπὶ δὲ τοῦ αἵματος, ἴσως ὅτ' ἂν σπουδάζοντι χρὴ νοεῖν τὸ αὐτὸ λέγεσθαι πάχυτατον, ἐν ἴσῳ τῷ κεκέρασθαι. δῆλον δ' ὅτι τὸ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν αἵματος χρῶμα, τὸ ἐρυθρόν ἐστι. τὸ δ' ἄκρατον ἢ τοῦτο, ἀλλ' ἤδη μελάντερον, ἢ πυῤῥότερον ὑπάρχειν. καὶ τὸ πολὺ δὲ μᾶλλον εἰθίσμεθα λέγειν ἄκρατον αἷμα τὸ μέλαν, ὅτι εὐθὺς καὶ παχὺ κατὰ τὴν σύστασιν ἐστι. Vitioſum verò E eſt quod exemplaria Regia tria manu ſcripta ἄκειτον pro ἄκρατον legunt. * Com. 3. in lib. 3. epid.

ἐναιωρήματα] Ἐναιώρημα ſublime quoddam innatans diximus, Gaza ſublimamentum, quæ per vrinam feruntur in eaque appendent ſignificans, etſi ſuſpenſas nubeculas dicere ex Hippocrate cum Celſo potuimus. In prognoſtico namq;, vbi vrinarum integram cognitionem proponit, νεφέλας ἐκκρεμαμένας pro iis ſublimamentis quæ mediam vrinæ regionem petunt, ſumit, præcipue hac in ſententia. σκοπεῖν δὲ χρὴ τῆς οὔρου ἐν αὐτῷ αἱ νεφέλαι, ἢν πάλιν, ἢν τε κάτω ἴωσι, καὶ τὰ χρώματα ἃ ἔχουσι ἰσχύει, καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας ξὺν τοῖσι χρώμασιν. οἵοισιν εἴρηται, ἀγαθὰς εἶναι, καὶ ἐπαινέειν, τὰς δὲ ἄνω ξὺν τοῖσι χρώμασιν, οἵοισιν εἴρηται, κακὰς εἶναι, καὶ μέμφεσθαι τὰς τοιαύτας. Hic namque vides Hippocratem ea quæ per mediam vrinam feruntur, proprieque ἐναιωρήματα dicuntur nubes vocare. Quod vt clariùs perſpicias neve tibi fucum his verbis factum exiſtimes, Galeni autoritatem hanc in ſententiam proferam. Scribit namque Comm. 2. in progn. hunc in F modum: περὶ τῆς ἐν τῇ ὑποστάσει διαφορᾶς εἰπὼν, νῦν ἐπὶ τὰς νεφέλας μετέβη, διδάσκων ὅτι τὸ ἐναιώρημα νεφέλην ὀνομάζει, τὸ περὶ μὲν τὸ ὑποφερόμενον ὀνομάζων, Idem quoque ἐπὶ τὰ περὶ ἐμοῦ κατὰ τὰ περὶ κεισιμων ὑπομνήματα πολλάκις ἐναιωρήματα λέγεσθαι, καλεῖν αὐτὰς εἰώθει νεφέλας ἐνδείκνυσι διὰ τῆς φύσεως τὰ ἀγαθά. Rurſuſque, ὀνομάζει δὲ ἐναιώρημα τὸ παχύτερον μὲν καὶ γλισχρότερον ἐν οὔρῳ αὐτοῦ ἐπιπολῆς αὐτῆς, ὥσθ' ἐν τῷ πυθμένι τῶν ἀγγείων, κατὰ δὲ τὴν μεταξὺ χώραν ἐναιωρούμενον ὅποι μετέωρον ἀκριβέσ, ἢ κάτω μᾶλλον, ἢ ἄνω. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα σύμπαντα μεν καλεῖν ἐναιωρήματα. περὶ Ἱπποκράτης γε μὴν καὶ τὰς νεφέλας περιγράφει τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἔχουσαν περὶ τὸ ὕδωρ, ἣν αἱ ἔξωθεν νεφέλαι περὶ τὸν ἀέρα. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα, τὸ περὶ αὐτὴν ὕλην παχύτερα, καὶ κάθηται τῷ ἀέρι. πολλάκις οὖν ὡς ἰδίως ἱστάτας τὸ τοῖς ὅροις αὐτῶν, ὅθεν ἴσως νεφέλην ἰδίως ὀνομάζειν εἴωθε. Eandem quoq; nominum licentiam ſibi indulſerunt Philoſophi, vt vtrumque permiſcerent. Sic Alexander Aphrodiſienſis Quæſt. 20. lib. 2. pro nubecula ἐναιώρημα ponit. Quod enim ſua leuitate ſublime araneæ telæ ſpecie ſupernatat, id ſublimamentum vocat, quodque in medio vrinæ conſiſtit, nubeculam facit. Quibus ex omnibus etſi generalior quædam nominis notio depromitur, propria tamen quædam rei nota ad id quod quæritur ſatis affecta percipitur, quæ id eſſe ἐναιώρημα medicorum omnium conſenſu atteſtatum fateatur, quod mediam vrinæ ſedem teneat, non ſecus ac nebulam dici quod ſublimem locum petit, itemque quod imum ὑφίσταται.

G Quæ omnia efficiunt vt quamuis nubes cum ſublimamentis quandoque permiſceat parentis doctrina, cum tamen plærumque propriam rei notam valdeque ad id de quo quæritur affectã ſecutum intelligamus, cùm ſubinde in ſua [illegible] certam & veram encorematis notionem inculcet. Quod etſi ſatis ex vltimis Galeni verbis quæ modo adduximus percipi poteſt, illa tamen adhuc luce clariùs teſtabuntur, quæ ſcribit Com. 2. in progn. ἀλλαχοῦ μὴν αὐτὸς ἐναιώρημα γονοειδὲς εἴρηκεν, ὡς εἶναι δυοῖν θάτερον, ἢ τὶ χρώματι πρὸς μάλιστα ὄνομα τὸ ἐναιώρημα, τὴν τιμὴν ἔχοντος, ἢ τὸ τὰς νεφέλας τὰ γονοειδῆ, ἢ μηδέ ποτε τὰς νεφέλας ἐναιωρήματα καλεῖσθαι περὶ αὐτῷ. Sed quia hunc in locum incidimus quem explicatum volumus, imprimis videndum eſt ἐναιώρημα γονοειδὲς ab Hippocrate ſignificari ſublimamentum genitali ſemini ſimile, hoc eſt velut grumoſum & grandinoſum, quod multam pituitam vitream, crudam, viſcidam & frigidam, ac confertam, flatulentam & compactam materiam indicet, quale quid hoc in ægro contigit, quod perpetui ſudores frigidi comprobarunt. Non ſecus etiam ac Philiſtæa accidit ægro 4. lib. 3. epid. qui ex multa confertaque & cruda materia febre aſſidua laborauit, in quo ἐναιώρημα γονοειδὲς extulit. Idem quoq; medicinæ parens ægro 3. lib. 3. in eo qui ex febre acutiſſima laborabat a pituita H cruda vitrea admodum incenſa, quæ plurimos flatus permixtos habebat, adſcripſit οὖρα λεπτὰ ποικίλα, ἐναιώρημα ἔχοντα κατὰ σμικρὰ ἀπὸ κέρματα γονοειδῆ. Ex eodem fonte eſt quod in Theodori vxore lib. 7. epid. ex crebris conuulſionibus, tremoribus & ſudoribus frigidis ex magna cruditate laborante, appoſuit τὸ ἐφισάμενον τῷ οὔρῳ ὑλκετο, γλίσχρον, γονοειδές. Pituitæ enim vitreæ magnam fuiſſe copiam indicat, quæ veluti feſtucis pertracta inhæreſceret. Et quod in * Scopo lib. 2. epid. ſcripſit, καὶ οὖρα ὑφίστατο ἐνίοτε. ἐν δὲ τῷ ὑποστάσει ὑπολελειμμένη περιεχόμενον περὶ τῷ ἀγγείῳ λεπτὸν, ὅπερ τὸ γονοειδὲς. οὗτος ἐσώθη. Hinc quoque pendet quod ab Hippocr. ſcriptum eſt in Cois præſagiis πυρετώδεα ὀπισθοτονώδεα γονοειδέα οὐρήσαντα λύεται. Opiſthotonum namq; quem dolorem inflexibilem †Plinius vocat, cum febre, veluti diſiecta morbi cauſa & materia, vrinas genituræ ſimiles, quæ multam vitream & viſcidam pituitam demitterent, liberare poſſe non eſt vero abſimile. Cuius rei fidem faciet ampliſſimam ſupra quædam ſententia in Coacis hunc in modum adſcripta: σπασμοῦ λυτικὸν, πυρετὸς ἐπιγενόμενος ὀξὺς μὴ πρότερον γεγονώς, εἰ δὲ ἐπὶ προτέρου γεγονώς, παροξυνθείς. ὠφελιμον δὲ καὶ οὖρον διεξιὸν ὑαλοειδὲς πολὺ, καὶ ῥύσις κοιλίης, καὶ ὕπνος. Quod enim prius οὖρον γονοειδὲς dixit, hic διεξιὸν ὑαλοειδὲς rectè interpretatur, quod cũ vrina plurima vitrea

illa aut albuminea pituita secederet,quæ non omninò absurda est cum cæteris causis conuulsionis solutio. Eandem quoq; iudicij causam subit hucque maximè pertinet, quod in vrinæ censura in Coacis damnatur, τὸ χαλαζῶδες γονοειδὲς διαχεόμενον οὖρον. Grandinosa namq; vrina genituræ similis & diffusa,multam pituitam vitream,confertam & compactam velut grumosam aut grandini similem,flatulentam crudamq; subesse coarguit.Quo etiam referri debet(vt omnia in vnum collata testimonia fidem faciant firmiorem quod in hoc medicinæ parente cæterisq; optimis disciplinarum dictatoribus crebrò faciendum esse contendo) quod ab eodem scribitur lib.6.Epid.sect.2. ἐν περινέῳ τὸ γονοειδὲς, τὸ τοιοῦτον ἐπὶ κρίσιμον,& in Prorrh.τὸ γονοειδὲς ἐπελθόν.Rursusq; ibidem quod quidam legunt,πνεῦμα ἄλλ γόνῳ εἴκελον διέρχεται.Quæ omnia de vrina genitale semen referente,eamq; quam diximus pituitam continente subaudiri debent,vt satis videmur ex Hippocratis locis probasse,si quis Galeni assensionem desiderat, cuius sententiam hunc quoque in locum mihi afferendam esse existimo. De eo igitur quod prodit genituræ simile,siue vrinam,siue deiectionem subaudias,sic scribit Gal.Comm.1.in Prorrh. ἔν ποσὶ δ' ὥς ἔφη διὰ τῆς ἀπηχήσεως, ἢ διὰ τὰ τ' ἐγκέφαλον, γόνῳ διέρχεται τὸ κενούμενον. ἀλλὰ διὰ τὰ γ' γόνῳ εἴκελον, τουτέστι γόνῳ ὅμοιον. εἴτε δὲ κατὰ τὴν σύστασιν. εἴτε κατὰ τὴν χρόαν, εἴτ' ἀμφω ἄδηλον... τὸ κενούμενον ἄδηλον ... Β ... Πραξαγόρας καλούμενος ὑαλώδης χυμὸς, ὅμοιος ὢν ὕελῳ κεχυμένῃ, τοιοῦτος ἐστιν, ὡς ὁ δυνάμεις μεγίστας ... ψυχρότατος ἁπάντων τῶν κατὰ τὸ σῶμα γεννωμένων χυμῶν.Idem Com.2.in lib.6.Epid.τὸ γονοειδὲς δὲ οὖρον ἢ διαχώρημα φαίνοιτ' ἂν ποτε κρίσιμον, ὅταν ὁ καλούμενος ὑπὸ Πραξαγόρου χυμὸς ὑαλώδης ἐκκενῶται.Rursusq; Com.2.in Prorrh.vbi τὸ γονοειδὲς ἐπελθὸν perscrutatur Galenus, de huiusmodi dictione ambigua his verbis meminit. ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἀνίγματωδες εἴρηται τὸ γονοειδὲς ἐπελθὸν, εἴτε οὖρον, εἴτε διαχώρημα.Quibus ex locis cuiuis liquidò patet ἴκελον γονοειδὲς Hippocrati esse aut deiectionẽ,aut vrinam,quæ multã pituitam vitream(quam albumineam veriùs dixeris) genitali semini consistentia & colore affinem,hoc est compactam,crassam,crudam,frigidam & viscidam deturbet.Idque ex eo Galeni loco magis manifestũ fiet,quo vrinas genituræ similes hypochondriorũ dolores,tumoresq; recentes & sine inflammatione,veluti deposita materia iudicatione soluisse scribit,qui alioqui neq; flatu multo,neq; copioso & viscoso stercore, sed solis vrinis prodeuntibus remitterentur.Locus est Com.2.in lib.6.Epid. ἔνιοι δὲ διὰ ταύτην τὴν ἀπορίαν ... τὸ γονοειδὲς οὖρον. ἐπὶ κρίσιμον ... Γ ... [illegible] ... ἐπ' ἀμφοτέροις ... Tale quiddam etiam ab Hippoc.significatur in Prorrhetico,cùm flatus multos circa vmbilicum dolores cum palpitatione commouẽtes, per deiectionẽ genituræ similem, quæ cũ multo flatu subiret,iudicatos hac dictione significat οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες ἔχουσι μὲν τι καὶ γνώμης παράλογον. περὶ κελσιν δὲ ταύτῃσι πνεῦμα ἄλις γόνῳ εἴκελον διέρχεται.Innuit namq; vitreũ illum humorẽ natura sua frigidissimũ & viscidum,intestinorum tunicas peruadentem,& cum tensione dolores intensissimos procreantem deiectione deturbatum ventris dolores leniuisse. Erotianus verò apud Hippocratem. γονοειδὲς οὖρον τὸ ὅμοιον γόνῳ τουτέστι σπέρματι exponit & τὸ λευκὸν καὶ παχὺ esse dicit.Atque hactenus quidẽ de vrina aut deiectione genitale semen referente,ista semel quòd crebrò apud Hipp.occurrant,dicta sunto.Cõstat porrò hoc in ægro febrem ardentissimã ex magna crudorum humorum putredine ortam, naturæ vires plurimum affectas statim suppeditasse.Variæ namq; vrinæ naturalium facultatũ demissionem & inconstantiam arguunt,quæ ex multa cruda & vitrea pituita permixta,sublimamenta genituræ similia referebant,quæ ob humoris crassitudinẽ,aut vero caloris immoderationẽ, (hæ namque sunt ambæ huius affectionis vt & rotundorum sputorum Com.3.in lib.6.Epid.causæ) rotunda,conferta & compacta videbantur. Dispersa verò & fluitantia ob magnam flatuum permixtam copiam apparebant,ideoq; non residebant.Quæ omnia vt summã morbi cruditatem,ita naturæ vires iam demum accisas,cum delirio,vrinis nigricantibus,summitatum refrigeratione, continenti sudore frigido denotant,aut partium solidarum colliquamentum,Cæterùm exemplaria duo manu scripta cum impressis consentiunt, & ποικίλα ad ἐναιωρήματα,non ad οὖρα quod cætera & ferè interpretes omnes faciunt referunt, paruo vtrobiq; discrimine. Caluus verò hìc non satis ἐναιωρήματα expressisse videtur cùm rotunda quædam genitali semini similia dixit. *Sect.3. †Cap.12.l.28.

ἄκρεα πάντοθεν ψυχρὰ] Extremorum frigus in sua œconomia multis exemplis & plurimis rescriptis damnat Hippocrates, cùm sit pessima acutorum morborum affectio,& inter maligna febrium ardentiũ symptomata ἀκρωτήρια ἐψυγμένα reponit lib.de rat vict.in morb.acut. Sic aph.1.lib.7. ἐν τοῖσιν ὀξέσιν νοσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων κακόν.Rursusq; aph.26.lib.7. ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἀκρωτηρίων ψύξις, κακόν. Idem aph.48.lib.4.& 74.lib.7. ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.Caloris namq; natiui extinctionem,aut magnam internorum viscerum inflammationem,in febribus ardentibus extremorũ frigus indicat. Quod his verbis testatur Galenus Com.2.in lib.3.epid. νεκρώσεως δὲ ἐστὶ καὶ σβέσεως τῆς ἐμφύτου θερμασίας σημεῖον ἡ τῶν ἄκρων ψύξις τε καὶ πελίωσις ἐν ὀξέσι πυρετοῖς γινομένη. Rursusq; τὰ δ' ἄκρεα πελιὰ, ψυχρὰ γινόμενα, τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ἐν ὀξεῖ πυρετῷ θανατῶδες καὶ μάλλον ἐπὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν ταύτην, γίνεται γὰρ ἤτοι διὰ μέγεθος ὑπερβάλλον τῆς ἐν τοῖς σπλάγχνοις φλεγμονῆς. ἢ σβεννυμένης τῆς ἐμφύτου θερμασίας Idem quoq; Com.4.in lib.de rat.vict.in morb.acut. κακοηθεστέρων δὲ τοῦ νοσήματος ἀκρωτήρια ψύχεται διὰ τὴν ἀρρωστίαν τῆς δυνάμεως ἢ τὸ μέγεθος τῆς φλεγμονῆς ἐφ' ἑαυτὴν ἑλκούσης πᾶν τὸ αἷμα. Porrò quod sequitur καὶ οὐκ ἔτι ἀναθερμαινόμενα,exemplaria duo vetustissima manu scripta ἀναθερμαινόμενα legunt,qualiter antea scripsit sect.2. in perniciosissimo febrium statu. καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα, & postea in Sileno scribit Hippocrates ἄκρεα οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο. Itemq; ἄκρεα σμικρὰ ἀνεθερμαίνετο. Rursusq; in Dromeadæ vxore ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. Itemque ταχὺ δὲ διεθερμάνθη Quæ omnia de reuocato ad cutim & partes summas calore intelligere fas est.

ἐκοιμήθη σμικρὰ πρὸς ἡμέρην]Sic exemplaria duo recentiora manu scripta cum impressis legunt. Reliqua omnia maioris vetustatis cum nostro consentiunt,& πρὸς ἡμέρην ἄφωνος habent. Quam lectionem cum omnibus interpretibus secuti sumus.

τοῦτο τὸ πνεῦμα διὰ τέλεος] Hæc elisæ & interruptæ spirationis nota,& quinta difficilis respirationis differentia, multis modis ab Hippocrate celebratur,cui nonnihil etiam satisfecisse videmur Comment.in libr.2.epid. cùm hunc locum explicaremus, διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις οἷον ἐπεισπνέουσιν. Eiusdem enim sunt generis spiratio quæ quasi intrò reuocanti & ingeminanti similis dicitur, & ea quæ interna quadam reuocatione duplicem sonum facit, iteratoque quodammodo spiritu continuatis subsidium sibi quærit. In medio namque spirationis cursu viribus defecta, suique velut numeris oblita natura somnianti similis recordatione quadam excitata, interruptum spiritum resarcit. Ideoque dicitur ab Hippocr. πνεῦμα ὥσπερ ἀναχαλκομένῳ, quod οἷον ἀναμιμνησκομένῳ interpretatur Galenus,hoc est velut excitata memoria relatione ad ægrum facta. Quòd si spirationis habeatur ratio,πνεῦμα προσπταῖον καὶ προσκοπτον, respiratio offendens,intercisa,interpellata,elisa,deficiens & reuocata introque velut retracta & reuulsa dicitur. Quæ omnia pleniùs ex Galeno videmur tractasse Comment.in lib.2.Epid. Atque hoc sensu locum istum explicat Galenus lib.3. περὶ δυσπν. his verbis, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐστὶ φιλίσκῳ τὸν δε τὸ πρόσωπον ..., τοῦτο πνεῦμα διὰ τέλεος, ὥσπερ ἀνακαλεομένῳ ὁμοίως γὰρ τῷ διπλῆ εἴσω ἐπανακλήσις εἴρηται κἀνταῦθα τὸ ἀνακαλουμένῳ.Cæterum cùm hæc respirationis inæqualitas non nisi in magnis incendiis internis & febribus cõspiciatur,in quibus feruore concepto respirationis organa ad motum inepta redduntur propterque conuulsionem minantur, recteque & meritò à parente nostro scriptum sit, ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακὸν, σπασμὸν γὰρ σημαίνει. & in * Coacis præsagiis,πνεῦμα μέγα καὶ διὰ πολλοῦ, παραφροσύνην ἢ σπασμὸν σημαίνει.Mirum fortasse nec abs re cuipiam videatur, quod conuulsionis ne tantillam quidem fecerit mentionem,an verò totius artis θεωρήματα & præcepta rescindenda fuere, nec æquum fuerit hunc ardentissima febre laborantem conuulsione tentari? Quòd si sic,cur ne conuulsionis mentio quidem facta est, quemadmodum Dromeadæ vxorem,cui postea πνεῦμα ἀραιὸν μέγα αὐτίκα ἀνεσπασμένον,nostram quam hic describimus respirationem significans, tribuit, conuulsione mortuam significat? An verò tolerabilius videatur ista omnia desipientiam significare, quæ primò quidem leuis, tandem vero aucta & verbis ipsis exaggerata,alterum affectum euincebat,eiusq; notam ferè cum nomine suppressit. Quæ profectò ambæ affectiones ita in Dromeadæ vxore colluctari visæ sunt,vt ferè paria fecerint,euincẽte penè magna cerebri ex frigido,crudo & plurimo humore repletione,quæ conuulsioni ansam non leuem præbuit.Nam cùm ascripsisset πνεῦμα ἀραιὸν μέγα, αὐτίκα ἀνεσπασμένον, quæ vtriusque affectionis notæ sunt celeberrimæ,quarto die (inquit) κεφαλῆς βάρος μετ' ὀδύνης, ὑπεκαρώθη, quinto etiam περὶ μέσας ἡμέρας πολλὰ παρέκρουσε

A κρουσε, καὶ πάλιν ταχὺ σμικρὰ κατενόει, αὖθις αὐθημερὸν ἐπεκαρώθη. ψύξις μικρά, νυκτὸς ἐκοιμήθη, παρέκρουσε sexto quoq; παρέκρουσε tandemq; concludit, πνεῦμα μέγα, ἀραιόν, μετ' ὀλίγον σπασμοὶ ἀπὸ κεφαλῆς ἤρξαντο. ταχὺ ἀπέθανεν. Vbi nihil mirum est cùm ferè pares fecerit affectiones, vtriusque notionem expressam, ita tamen vt conuulsione mortuam indicet. Quod quia ne in Philisco quidem contigit, euincente omninò delirio, parum æqui certè iudices aut in parentem nostrum impij videamur, si conuulsionis expressionem requiramus, quam tot decretis sancitam, tam multis artis placitis stabilitam, huc in medium Hippocraticæ doctrinæ merito quodam iure vocare debemus. Solet enim iste Medicinæ parens, vt scribit Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. augusta quadam animi magnitudine ac recondito disciplinæ genere, ea quæ popularibus sunt notissima facilè præterire, in his verò insistere quæ artis exercitatione attritum hominem & gnauum artificem desiderant. οὐδὲ γὰρ τὸ τυχεῖν, οὐδ' εἰς τὸ τυχόντα δυνάμενον ἰατρὸν ἐλθεῖν ἐκεῖνος ἔγραψεν, vt scribit Gal. [illegible] δ' ἄλλα, τοῖς ἰδιώταις μὲν παρεωραμένα γράφει, τεχνικὴν δὲ πάνυ καὶ ἀκριβῆ τὴν διάγνωσιν παρεχόμενα, καὶ δυνάμενα πολλάκις καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀρίστους ἰατροὺς λαθεῖν. Quò fit vt conuulsionem non temerè præteritam agnoscamus, nisi si in Hipp. scriptis ingratis cæcutimus, non secus ac in † Lycia lib. 2. epid. quæ propter vehementem splenis inflammationem ex toto genere neruoso plurimùm laborauit, vt inde mentem emotam

B & conuulsionem consecutam facilè intelligas. Affuisse namq; ingeminatam & velut duplicatam respirationem, quam hic reuocatam dicimus, his verbis significat Hipp. πνεῦμα ἐπεδίπλαζε. Quod facilè omissum fuisse nemo mirabitur qui nouerit Hippocratem μηδὲν τῶν ἐπιτυχόντων μηδ' ὧν οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἴσασι γράφειν ἀξιοῦν (vt scribit Gal.) vt ex difficilis spirationis notione sæpius omissa, facilè autem perceptibili, lib. περὶ δυσπν. probat fusiùs Galenus. Aut certè vt non semper commemoratam conuulsionem, ita non necessariò adfuisse coniiciendum est, vt neq; in Lycia, neq; hoc loco temerè omissam, aut in Dromeadæ vxore leuiter & sine causa cum delirio expressam. Hic verò διὰ τέλεος τὸ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου καὶ τὸ μέχρι τέλους διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος γινόμενον interpretatur Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. vt idem sit quod συνεχῶς καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς, & intelligas perpetuam & continentem in toto morbi progressu eam spirationem fuisse. Quæ familiaris est admodum Hippocrati phrasis. * *Aph. 68. lib. 4.* † *Sect. 2.*

ἀραιόν, μέγα] Ista sunt simplicis respirationis capita quæ complexum difficilis spirationis genus efficiunt desipientibus proprium,

C ita tamen vt non omnibus deliris conueniat, sed in quibus insit huiusmodi respiratio, iisdem mentem emotam esse necesse sit, vt multis probat Galenus initio lib. 2. περὶ δυσπν. Sitq; ex genere τοῦ ἰδίου ὃ μόνῳ τινὶ εἴδει συμβέβηκεν, εἰ καὶ μὴ παντί, quod proprium primi generis Dialectici vocant. Quod ex hoc Prænotionum effato pendet, πνεῦμα μέγα ἀναπνεόμενον, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην σημαίνει. Illic enim τὸ διὰ πολλοῦ χρόνου, τὸ ἀραιὸν significat, vt scribit Galenus, etsi aliàs variam habet notionem. Cùm igitur in toto huius morbi progressu spirationis alterius nullam fecerit omninò mentionem Hippocrates, liquidò omnibus constat raram & magnam spirationem euicisse, vehementemq; excitatam dementiam quæ insignes reliquorum affectuum notas deleuerit. Scribit namq; Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. ὅτι παραφροσύναις μὲν ἁπάσαις ἕπεται μέγα καὶ ἀραιὸν πνεῦμα κατὰ τὸν ἴδιον αὐτοῦ λόγον, οὐ μὴν γε τοῖς παραφρονοῦσιν ὅπως [illegible], ἀλλὰ μόνοις ἐκείνοις, οἷς μὴ δι' ἄλλην τινὰ διάθεσιν μείζονα τῆς παραφροσύνης ἑτέρως [illegible] ἔχουσι τὴν ἀναπνοήν. Rursusque, οὐ τοῖς παραληροῦσιν ἁπλῶς, οὐ τοῖς μεθύουσιν, ἀλλὰ τοῖς παραφρονοῦσι μόνοις, μέγα γίνεται καὶ ἀραιὸν τὸ πνεῦμα. Quo fit vt delirium ipsum eiusq; incrementum solennibus verbis auxerit tertia die scribens πάλιν παρέκρουσε, quinta vero νύκτα ἐπιπόνως, ὕπνοι σμικροί, λόγοι, λῆρος, & ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἄγριος, quæ profectò adeò

D insignem dementiam denotant, vt non necesse fuerit aliam spirationem apponere quàm eam quæ perfectum delirium conclusit, nulla satis idonea affectione annotata quæ spirationem immutare posset, vt abundè patet ex tota Galeni περὶ δυσπνοίας θεωρία, maximè lib. 2 in quo sæpius huiusce ægri mentionem facit, præcipue vero ex eo loco vbi ex horum ægrorum recensione raræ & magnæ respirationis desipientiam comitem esse probat. ὁ μὲν δὴ πρῶτος ἁπάντων Φιλίσκος, ὅτι μὲν καὶ παρεφρόνησε, καὶ μέγα καὶ ἀραιὸν εἶχε τὸ πνεῦμα διὰ [illegible] ἔμπροσθεν λόγων ἐδείξαμεν, αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους παραθέμενοι τὴν ῥῆσιν. [illegible] αὐτῷ [illegible] ταχέντων [illegible] μικρὰ καὶ πυκνὰ γίνεσθαι τὴν ἀναπνοὴν νυνὶ δειξόμενοι, αὐτῆς κἀνταῦθα τῆς τοῦ παλαιοῦ λέξεως ὑπομνήσαντες, [illegible] περιφερὲς κύρτωμα, ὅ[illegible] ἄλλως ἐδύνατο τὸ σπλάγχνον ὁ σπλήν, [illegible] θλίβειν τὰς φρένας [illegible] [illegible] καὶ τὴν [illegible] [illegible] [illegible].

Hunc porrò locum haud dubie Erotianus indicat, in dictione ἀραιόν, & ἀραιὸν πνεῦμα hic τὸ [illegible] καὶ μὴ ἐπιτυχῶς significare scribit, quod Gal. Com. 1. in Progn. & Com. 1. in Prorrh. & Com 3. in hunc lib. τὸ διὰ πολλοῦ, καὶ τὸ διὰ πολλοῦ χρόνου explicat.

E σπλὴν ἐπῆρτο περιφερεῖ κυρτώματι] Ex loco Galeni modò adducto satis apparet hic περιφερὲς κύρτωμα dici gibbosum quendam splenis tumorem & rotundum, indolentem, ac sine vlla inflammatione ex flatibus concretum, quiq; extra vergeret, non intrò reuelleretur, neq; præcipuum vllum viscus premeret, quo ex dolore aut appressu difficultatem respirationis immutaret. τὰ τῶν ὑποχονδρίων κυρτώματα ἀνώδυνα ἀφλέγμονα dicit in Progn. Hippocrates quæ priùs œdemata vocauerat, vt scribit Gal. Com. 2. ἔστι δὲ ταῦτα, ταύτης οἱ παρὰ φύσιν ὄγκοι, χωρὶς μὲν φλεγμονῆς, ὑπὸ γινόμενοι, πνευματώδεις, καὶ μάλιστα ὅταν ἔξω [illegible]. Sic * Bioni lib. 2. Epid. ἦν γὰρ ὁ σπλὴν κυρτὸς ascripsit, lienis tumorem incuruum subnotans. Soletq; Hippocrates externis quibusdam notis huiusmodi tumorum securitatem & lenitatem indicare, vt cum ἔνταση ὑποχονδρίων λαπαρή, aut ὑπολάπαρον & παραμήκη simpliciter scribit.

* *Sect. 2.*

ἱδρῶτες ψυχροὶ διὰ τέλεος] Frigidi isti sudores cùm per totum morbum perseuerauerint, mortem facilè denunciabant ex placito 37 lib. 4. οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γινόμενοι, θάνατον· ξὺν πρηϋτέρῳ δὲ, μῆκος νούσου σημαίνει. Quid verò cùm tanta extremorum perfrictio fuerit, vt ne ampliùs quidem ad calorem reuocari potuerint, eaq; cum sudoribus frigidis perpetuis, multis verbis sit ab Hip-

F pocrate celebrata, an non extremam huic ægro κατάψυξιν, & calidi natiui extinctionem adfuisse censebimus? Quòd si sic, mirum fortasse videbitur cur βραχυπνοίας nullam fecerit mentionem. κατάψυξις γὰρ (vt inquit Galenus) μικρὰν πέφυκε ποιεῖν τὴν ἀναπνοὴν μετὰ ἀραιότητος. Sed profectò desipientiæ magnitudo cæteras omnes affectiones obscurauit, aut certè sub spiritus raritate, breuitas & tarditas quodammodo comprehendi possunt, multaque talia hoc in Medicinæ parente, qui quæ aperta sunt & obuia sicco pede præterit, obscura tantum inculcat, subaudienda sunt.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Σιληνὸς ᾤκει ἐπὶ τοῦ Πλαταμῶνος πλησίον τῶν Εὐαλκίδου, ἐκ κόπων. καὶ πότων, καὶ γυμνασίων ἀκαίρων, πῦρ ἔλαβε. ἤρξατο δὲ πονέειν. καὶ ὀσφύν, καὶ κεφαλὴν εἶχε βάρος. καὶ τραχήλου ξύντασις. ἀπὸ δὲ κοιλίης τῇ πρώτῃ, χολώδεα, ἄκρητα, ἔπαφρα. κατακορέα. πολλὰ διῆλθεν. οὖρα μέλανα. μέλαιναν ὑπόστασιν ἔχοντα. διψώδης. γλῶσσα ἐπίξηρος. νυκτὸς οὐδὲν ἐκοιμήθη. δευτέρῃ, πυρετὸς ὀξύς. διαχωρήματα πλείω. λεπτότερα. ἔπαφρα. οὖρα μέλανα. νύκτα δυσφόρως. μικρὰ παρέκρουσε. τρίτῃ, πάντα παρωξύνθη. ὑποχονδρίου ξύντασις ἐξ ἀμφοῖν παραμήκης, πρὸς ὀμφαλὸν, ὑπολάπαρος. διαχωρήματα λεπτά. ὑπομέλανα. οὖρα θολερά. ὑπομέλανα. νυκτὸς οὐδὲν ἐκοιμήθη. λόγοι πολλοί. γέλως. ᾠδή. κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. τετάρτῃ διὰ τῶν

Æger Secundus.

Silenū qui in Platamone habitabat, iuxta Eualcidis ædes, ex laboribus, compotationibus, & exercitationibus intempestiuis, ignis, hoc est febris vehemētissima prehendit. Cœpit autem ex lumbis laborare, & capitis grauitate teneri, cum ceruicis distētione. Primo die ex aluo biliosa, syncera spumantia, abundè saturata & affatim colorata multa prodiêre. Vrinæ nigræ, in quibus nigra subsidebant, sitibundus erat, lingua, insuper arida, nocte nihil dormiuit. Altero die febris acuta fuit, deiectiones plures, tenuiores, spumātes, vrinæ nigræ, nox inquies & grauis, aliquantulum delirauit. Tertio omnia grauiora euasere, præcordiorum contentio vtrinque ad vmbilicum promissa, submollis, deiectiones tenues, nigricantes, vrinæ turbidæ, nigræ, nox insomnis, verba multa, risus, cantus, continere se non potuit. Quarto eadem affligebant

omnia. Quinto per aluum ſeceſſere ſyncera, bilioſa, lęuia, pinguia, vrinæ tenues, pellucidæ, paulùm ad intelligentiam rediit. Sexto circa caput tenuis & paucus ſudor obortus eſt cum extremorum frigore & liuore, multa corporis incontinentia & iactatio, nihil demiſit aluus, vrinę reſtiterunt, febris acuta. Septimo voce defectus eſt, corporis ſumma non ampliùs ad calorem reuocari poterant, nihil minxit. Octauo ſudor frigidus per omnia membra diffuſus eſt, cum puſtulis rubentibus, rotundis, paruis, varis non abſimilibus, quæ permanebant neque abſceſſum faciebant. Aluus verò parum concitata, ſtercora tenuia, crudis ſimilia multa non ſine labore demiſit, vrina cum dolore mordax reddebatur, corporis ſumma paulisper ad calorem reducebantur, ſomni exigui erant ac veluti ſopores, vox defecit, vrinæ tenues & perſpicuæ. Nono eadem ferè omnia. Decimo potum non capiebat, ſopore detinebatur, ſomni autem exigui erant. Ab aluo ſimilia prodibát, minxit affatim ſubcraſſum in matella depoſitum. Quod ſubſederat hordei toſti nõ exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimile erat, album, ſumma corporis iterum frigida. Vndecimo die obiit. Huic per exordia ad extremum vſque ſpiratio magna & rara fuit, & continens præcordiorum palpitatio. Ætatis annum agebat ferè vigeſimum.

αὐτῶν, πέμπτη, διαχωρήματα ἄκρητα. χολώδεα. λεῖα. λιπαρά. οὖρα λεπτὰ. διαφανέα. σμικρὰ κατενόει. ἕκτη, περὶ κεφαλὴν σμικρὰ ἐφίδρωσεν. ἄκρεα ψυχρά. πελιδνά. πολὺς βληστρισμός. ἀπὸ κοιλίης οὐδὲν διῆλθεν. οὖρα ἐπέστη. πυρετὸς ὀξύς. ἑβδόμη ἄφωνος. ἄκρεα οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο. οὔρησεν οὐδέν. ὀγδόη, ἵδρωσε δι᾽ ὅλου ψυχρόν. ἐξανθήματα μετ᾽ ἱδρῶτος ἐρυθρά. στρογγύλα. σμικρὰ οἷον ἴονθοι παρέμενεν, οὐκ ἀφίστατο. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ σμικρῷ κόπρανα λεπτὰ, οἷα ἄπεπτα, πολλὰ διῄει μετὰ πόνου. οὖρα μετ᾽ ὀδύνης δακνώδεα. ἄκρεα σμικρὰ ἀνεθερμαίνετο. ὕπνοι λεπτοί. κωματώδεες. ἄφωνος. οὖρα λεπτὰ διαφανέα. ἐννάτη, διὰ τῶν αὐτῶν. δεκάτη. ποτὰ οὐκ ἐδέχετο κωματώδης. ὕπνοι δὲ ὕπνοι λεπτοί. ἀπὸ δὲ κοιλίης ὅμοια, οὔρησεν ἀθρόον ὑπόπαχυ κείμενον. ὑπόστασις κριμνώδης, λευκή. ἄκρεα πάλιν ψυχρά. ἑνδεκάτη, ἀπέθανεν. ἐξ ἀρχῆς τούτῳ καὶ διὰ τέλεος, πνεῦμα μέγα ἀραιόν. ὑποχονδρίου παλμὸς ξυνεχής. ἡλικίη, ὡς περὶ ἔτεα εἴκοσι.

Laborauit Silenus febre intenſiſſima (id enim πῦρ apud Hippocr. ſignificat) ex multis, crudis & frigidis ſuccis, bilioſis permixtis. Cuius externæ & euidentes cauſæ fuerant (προφάσεις vocat Gal.) delaſſationes ex laboribus, compotationes liberales, & intempeſtiuæ exercitationes, quæ diuerſam quandam humorum permixtionem coaceruarunt. Liberalior namque potus & intempeſtiuæ ad motum actiones, crudi, frigidi, craſſi & incocti ſucci magnam ſobolem faciunt, laborum verò tolerantia bilioſum & acrem humorem procreat. Quo ex conflictionis genere grauiſſimi in morbis caſus accidunt, vt in hoc ægro videre eſt, qui per totum morbum vehementer deſipuit, ſopore tamen tentatus eſt, vnde κωματώδης extitit, vt facilè appareat, variorum diuerſi generis ſymptomatum concurſum, ægrum vel iuuenem è medio ſuſtuliſſe.

πλησίον τῶν Εὐαλκίδεος] Hæc phraſis ædes Eualcidis mihi ſignificare videtur, quæ apud Græcos eſt vſitatiſſima, vt οἴκων ſubaudias. Cæteri interpretes prope filios Eualcidis dixerunt, vt in re dubia incertum ſecuti. Exemplaria duo manu ſcripta εὐαλκίδου pro Εὐαλκίδεος legunt.

ἐκ κόπων] Ex delaſſationibus, defatigationibus & laſſitudinibus dicere potui, ſed labores vertimus, quod κόπος dictio & effectum & cauſam includat, & πόνος ἐστὶ τοῦ κόπου αἴτιος. Ex huiuſmodi autem cauſarum longa conſuetudine par eſt affectum fuiſſe corpus, magnamq; humorum promptè putreſcentium congeriem coaceruaſſe, vt iam concepta flamma facilè excitaretur. Alioqui diariarum febrium cauſæ eſſe ſcribuntur à Gal. lib. 1. de diff. feb. & lib. 1. ad Glauconem. *Compotationes autem addidit velut quaſdam ad affectus dignotionem notas, vt ſcribitur in fragmento in librum de humoribus Hippoc. Galeno attributo, his verbis, οὕτω δὲ ἔγνω Ἱπποκράτης τὸν Σειληνὸν ἐκ ποτοῦ μαθὼν αὐτὸν νενοσηκότα. Exemplar autem manu ſcriptum Regium non ita reconditæ vetuſtatis, pro ἀκαίρων ἑταίρων, manifeſto vitio legit, vt æquius fuerit ne meminiſſe quidem.

ἤρξατο δὲ πονέειν] Significat ſtatim initio dolorem prehendiſſe qui lumbos cum grauitatis ſenſu perreptaret, eorum humorum decubitum & pondus, denotans, qui poſtea commota aluo ſeceſſerunt, quod ſolet ferè initiis febrium vſuuenire, vt commota & efferueſcente in vaſorũ amplitudine acri materia, doloris cum grauitate ſenſus lumbos permeet. Sic grauitatis ſenſum cum dolore ad lumbos & caput referri par eſt ex ea lectione quæ noſtris codicibus cum impreſſis eſt conſtantiſſima. ἤρξατο δὲ πονέειν, καὶ ὀσφῦν καὶ κεφαλὴν εἶχε βάρος, quamuis vetus vnus & recentior alter κεφαλῆς legant. Ceruicis auté contenſio cum capitis grauitate & dolore, humorum copiæ & craſſitudinis ſigna ſunt & πληθωρικὰ συμπτώματα, vt ſcribit Galenus Com. 3. in Progn. vnde & κωματώδης poſtea dicitur. Aut certè eam quæ ſurſum fit vaporum delationem ſignificat, vt eum deliraturum fuiſſe nõ temerè quis ſuſpicetur, vt nec fortè abfuturá hæmorrhagiam ſi ſpes vlla ſalutis affulſiſſet, aut per naturæ vires, quæ ſtatim initio peſſimis caſibus proſtratæ fuerunt aliquid tentari potuiſſet. Id enim quodammodo prædicunt κεφαλῆς βάρος, καὶ καρηβαρίη, τραχήλου πόνος καὶ τραχήλου ὀδυνώδεα apud Hippocratem, maximeq; ὑποχονδρίου ξύντασις οὐ μετ᾽ ὀδύνης, vt ſcripſimus anteà. Hîc Caluus velut ἐκ παρουσίας, ſuperciliorum etiam grauitatem addidit.

χολώδεα] Significat hîc meraciſſima & exactè bilioſa aluum profudiſſe, quod per χολώδεα ἄκρητα denotatur. ἔπαφρα verò quæ ſpumantes deiectiones ſignificant, acrium & mordacium humorum ſobolem indicant, & agitationem feruoremq; materiæ quæ eſt in inteſtinis, à calido præter naturam emotæ. Idq; in febribus ardentiſſimis videre eſt, in quibus ſpumans iſta deiectio valde colorata eſt, acris, mordax, craſſior & grauiter olens, cum intenſiſſima ſiti, & lingua nigricante. Poſſunt etiam huiuſmodi deiectiones flatuum copiam in craſſiore materia exagitatam portendere. Sunt namq; ἔπαφρα quæ alibi Hippocr. in Prog. & alibi ἀφρώδεα διαχωρήματα vocat, τὸ δὲ ἀφρῶδες Gal. teſte Com. 2. in Progn. ποτὲ μὲν πνεῦμα φυσῶδες ὑγρῷ δυσλύτῳ μεμίχθαι, ποτὲ δὲ θερμὴν εἶναι πολλὴν σημαίνει. ὁρᾶται γοῦν κἀπὶ τῶν ἐκτὸς οὕτω γιγνόμενον, ἐν μὲν τῇ θαλάσσῃ διὰ τὰς τῶν ἀνέμων ἐμβολάς, ἐπὶ δὲ τῶν ἑψομένων λεβήτων, διὰ τὴν πολλὴν θερμασίαν. Quas cauſas etiam repetit Com. in aph. 30. lib. 7. Com. 1. in Prorrh. Cùm verò præceſſiſſe capitis grauitatem cum dolore ſcripſerit, vero non eſt abſimile ſpumantes iſtas deiectiones à capite progreſſum habuiſſe, ex placito 30. lib. 7. ὁκόσοισιν ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα ἐν τῇσι διαρροίῃσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα καταῤῥεῖ. Porrò decreto quodam huiuſmodi deiectiones infamat Hipp. in Prorrh. quod huc maximè referri debet. ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι, τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα κακόν, ἄλλως τε καὶ ὀσφῦν προηλγηκότι, καὶ παρενεχθέντι.

κατακορέα] Hanc vocem ſimpliciter aliquando effert Hipp. meræ & ſyncerae bilis excrementa intelligens. κατακορέα γὰρ καλεῖ τὰ ἀκρατόχολα διαχωρήματα, vt ſcribit Galenus in Exegeſi. Aliquando verò cæteris addita rerum affectionem auget. & ſæpè κατακορέα χολώδεα, vt hîc quoq; ponit, deiectiones in plenum & affatim bilioſas indicans, vt κατακορέα χολὴν, abundè ſaturatam & coloratam, hoc eſt meraciſſimam & impensè flauam bilem vocat. κατακορὴς namq; affectionis intenſioné cui iungitur portendit, affatimq; & in plenum aliquid redundare ſignificat. Quod quia ferè de bilis repurgamentis Hippocratis diſciplina effert, ea eiuſcemodi ſyncera bile ſaturata & affatim colorata ſignificat, vt ſcripſimus noſtris in lib. 2. epid. Comm. aliàs pluribus exemplis rem ipſam comprobaturi. Mirum eſt igitur à Caluo & quibuſdam interpretibus hanc dictionem genuinam Hippocratis doctrinam referentem & à Galen. in Com. agnitam, negligi, ab aliis verò per (affatim) exprimi. Etſi enim κατακορὴς redundans quid & expletum ac multum ſignificat, hîc tamen, vt ferè ſemper apud Hippocr. coloris bilioſi intenſionem magis quàm rei eſſentiæ augmentum mihi præ ſe ferre videtur.

διψώδης. γλῶσσα ἐπίξηρος] Galenus in Commentario γλῶσσα διψώδης, ἐπίξηρος legit, & pro οὐδὲν ἐκοιμήθη, οὐδ᾽ ἂν ἐκοιμήθη duo exemplaria manu ſcripta cum Aſulano habent. Eſt autem magna in primo ipſo morbi aditu valde malignorum ſymptomatum congeries, ignei caloris copiam & intenſionem liquidò oſtentans.

ξύντασις ὑποχονδρίου] ὑπολάπαξιν Hipp. τὸ ὑπόκενον, vt λαπαρὸν τὸ κενόν, vt ſit ὑποχονδρίου ξύντασις; ὑπολάπαρος præcordiorum contenſio

ſubmol-

A submollis, subinanis, subuacua & flaccida, hoc est sine tumore, nullis hypochondrij partibus propria phlegmone laborantibus, vt in Comment. interpretatur Galenus, & lib. 3. περὶ δυσπν. his verbis ὡς ἔστιν θαυμαστὸν εἶπεῖν ... ὑποχόνδριον ὑπολάπαρον ... Idem quoq; lib. 2. ... Erotiano etiã ξυντάσις ὑπολάπαρος explicatur ὑφάπαλος καὶ χαῦνος. De qua distensione verba faciens Galenus Com. 3. in lib. 3. Epid. ... Sic quoq; Com. 1. in lib. 3. epid. ... Quibus ex locis satis apparet ὑπολάπαρον ξυντάσιν dici distensionẽ hypochondriorũ quæ sine tumore vllo aut dolore, aut etiã magna inflãmatione fiat, nullo subsistente his in partib⁹ proprio affectu, sed internarũ partium affectionẽ consequente. Quam quidem aliquando simpliciter effert Hippo. aliquando etiã quibusdam

B externis additis notis securiorẽ eius leuitatẽ circumscribit, vt cum oblongam, aut ad vmbilicũ protensam, aut etiã extra vergentem scribit. Hic verò Galenus, eam distensionem intelligere videtur, quæ septi transuersi inflammationi adiuncta, subinane subuacuum, hoc est sine tumore aliquo proprio hypochondriũ relinquit, internæq; veluti retractionis, propter partium continuitatem, externas quasdã notas, hoc est oblongum quoddam vtrimq; subinane spacium, & ad vmbilicum protensum facit. Quod si sic, non potest non huiusmodi inflammationi coniuncta esse difficilis respiratio, quæ densum & paruum spiritum faciat, cùm offensam ipsam septum transuersum sentiat. Scribit enim Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. εἴτ' ὄγκος τις εἴη θλίβων ... τὸ πνεῦμα. Quod etiam in tota δυσπνοίας πραγματείᾳ est constantissimum. Indeq; eo magis mirari subest quod scripserit Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. Huic ægro nullam adfuisse respirationi destinatorum organorum compressionem aut dolorem, quæ profectò septi transuersi phlegmonem necessariò sequi videntur

C Qui locus quia hunc ægrum totum explicat, integer apponendus est. ... Quo ex loco abundè probat Galenus nullam satis idoneam affectionem fuisse, quæ delirij respirationem immutaret, itaque rarum & magnum spiritum per totum morbum obtinuisse. Vt coniiciendum sit hanc septi transuersi inflammationem

D aut propè nullam fuisse aut certè tam parum insignem, vt delirij magnitudinem, tam multis & appositis verbis descriptam, nec superare nec æquare potuerit. Alioqui profectò cùm nulla quantumuis leuis septi transuersi phlegmone contemnendas notas edat, ex proprio quodam Hippocrati disciplinæ genere, quo paruum & densum respirationis genus per se facile & conspicuum, sæpiùs notione concipiendum relinquit (vt scribit Galenus) hic quoque non temere inducendum erit, sed ab alio respirationis genere delirij indice euictum, nil præter notionem reliquisse existimandum. Etsi namque adolescenti in Melibœa lib. 3. epid. difficilem istam respirationem ex leui omninò hypochondrij distensione, ab insigni delirij magnitudine euictam, nominatim his verbis perstringit, πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου: id tamen eo animo factum apparet, vt contrariarum respirationum affectiones ob oculos poneret, earumque paria momenta faceret, cùm delirium hypochondrij tensionẽ in respirationis certamine superasse videatur. Quod hic ne sibi quidem faciendum esse existimauit, non magis quàm in Hermocrate lib. 3. epid. in quo cùm molliter contensum hypochondrium dixisset, delirijque mentionem fecisset, per capitis tamen & lumborum dolorem, ex septi transuersi inflammatione, paruam

E & densam respirationem, ne eius quidem tantilla mentione facta, subintelligi voluit, non secus ac in plurimis aliis ægrotis qui sequuntur, aliisque descriptis lib. 3. Epid. videre licet, in quibus ne expressa quidem spirandi difficultas in mentem reuocanda est. Porrò quæ hic adduntur ξυντάσεως notæ & circumscriptiones, vt παραμήκης ἐξ ἀμφοτέρων, πρὸς ὀμφαλὸν, ὑπολάπαρος, eæ certè vt inflammationem ipsam leniunt, ita nullum proprium hypochondriorum affectum, sed internarum earum partium non insigne vitium indicant, vt non temerè mirum subeat quonam modo ista in septi transuersi phlegmone cerni possint. Etsi enim ξυντάσις per se aut etiam ὑπολάπαρος additum, de septi transuersi inflammatione Hippocrati dicuntur, vt in Herophonte postea, & Hermocrate lib. 3. Epid patebit, & in ægr. 12. huius libri φλεγμονὴ ὑπολάπαρος ἐκ τοῦ ἔσω μέρεος de eadem phlegmone sumi debet: Cæteræ tamen adscriptæ notæ ei vix attribui posse videntur, si additæ eam excludant, vt ex Galeni quibusdam locis cuiuis conijcere licebit, Scribit enim lib. 2. περὶ δυσπν. ...

F ...

... Qui locus integer apponendus fuit, tum quòd plurimum ad præsens institutum faciat, tum verò quod in excusis codicibus aliqua ex parte mendosus sit. Idem quoq; paulò post, ἀλλ' Ἡροφῶντι μὲν, ὅ, τι ποτ' ἦν ...

G ... Rursusq; deinceps, ὁ δὲ ἕτερος Ἑρμοκράτης ... Quibus ex locis luce clarius patet, additas istas ad hypochondrij distensionem affectiones, leuiorem affectum circumscribere, & externas istas veluti notas septi transuersi phlegmonem eleuare. Vt profectò quodammodo insolens videatur subinanẽ & subuacuam istam præcordiorũ contentionẽ, protensam vtrimq; ad vmbilicũ submollem & flaccidam superficiem denotantem, huic inflammationi attribui, cùm istud non sine insigni septi transuersi noxia cõfici queat, neque possint ista cum Hippocratis disciplina leuiter cohærere. Nisi si quis τὴν ξυντάσιν ὑπολάπαρον, ad inanẽ hypochondrij ex leui illa septi transuersi inflãmatione retractionẽ referat, reliquas autem notas ad propriã earum quę in hypochondriis latent partium affectionem

H eamq; subleuem reduci posse censeat Sic enim tumoris & doloris, atq; etiam inflammationis expers hypochondrium, ex contemnendo partium internarum affectu, & externarum notarũ comprehensione iudicabitur, suaq; constantissimæ arti constabit autoritatis integritas. Cuius vel aliquod dogma prodere, nefarium & conscelleratissimum scelus esse iudico. Atq; eò nobis nõ illubenter progrediendum fuit, quòd veri inuestigandi nullus sit modus, nisi inueneris, & quærendi defatigatio omnis turpis existimanda sit, cum id quod quæritur sit pulcherrimum. Porrò nihil refert an παραμήκης πρὸς ὀμφαλὸν simul iungas, quod faciunt exemplaria duo, an verò cum impressis πρὸς ὀμφαλὸν ὑπολάπαρος legas. Potest vtrumq; separatim intelligi, ἐξ ἀμφοτέρων παραμήκης. πρὸς ὀμφαλὸν, ὑπολάπαρος, vt ex superioribus Galeni locis satis patet. Exemplaria manu scripta duo, ἐξ ἀμφοτέρων, non ἐξ ἀμφοῖν legunt, cum Galeno.

διαχωρήματα λεπτά] Deiectiones tenues dicuntur, quæ crassis opponuntur, vt scribit Gal. in Progn. quales sunt ferè liquidæ &

quosæ,quæ in magna humorum copia cruditatem & partium naturalium imbecillitatem indicant, morborumq; initiis ferè apparent,vt crassæ morbo eunte in indicatione,vt scribit Gal.Sic ægr.1 li.3.epid.post.st.post. διαχωρήματα χολώδεα, λεπτά, ὑπόχλωρα interpretatur Galenus.Nigricantes autem & subnigras vi morbi fuisse est vero simile,ex intensissimo febris ardore exassata flaua bile, cuius magna fuit hoc in morbo permixtio.Alioqui deiectiones nigricantes,quæ vi naturæ & excretione critica demittuntur salutares sunt, quales fiunt,vbi sanguinis fæx aut limus ex splenis repurgatione deponitur.Quarum deiectionum meminit Hipp.aph.21.lib.4. A

οὖρα θολερὰ] θολερὸν de vrinis turbidis & perturbatis dici Hippocrati solemne est.Sunt autem tales crassæ, magnamq; crudi humoris copiam & putredinem denotant,cui admixta est plurima flatulenta materia,quæ à calore præter naturam agitata, vapores plurimos subleuat,totosque corporis humores commouet.Præcipuè verò huiusmodi perturbatæ vrinæ apparent in crudorum morborũ initiis, vbi ab intemperante victu plurima pituitæ vis,& crudorum crassiorumque succorum soboles, biliosum humorem permixtum habet. Cuius agitatione & feruore flatus & vapores plurimi, velut permota crassa materia, subleuantur, & magna fit humorũ concepta putrilagine perturbatio. Huiusmodi vrinas sæpè videre est in perniciosissimo illo morborum genere, in quo humori crudo permixta flaua bilis plurimùm efferuescit:quo conflictatum hunc ægrum fuisse priùs diximus. Plærumque etiam tales apparent in pertinacissimo autumnalium febrium genere,huiusmodi contrariorum succorum permixtione. In quibus omnibus, grauissimus capitis dolor, ex vaporum sursum latione humorumq; raptu meritò expectandus est,vnde caput repletur & membranæ distenduntur. Sæpiùs etiam conuulsiones, πνιγμοὶ, delirium,stomachi fastidia & anxietates, grauissimosque alios casus,tandemque excidium afferunt huiusmodi vrinæ præcipueq; si perpetuò turbatæ manent,neq; depositæ subsidunt aut ad mediocritaté redeunt, vt ex hoc ægro & Philini vxore postea conicies. Sunt igitur Hippocrati οὖρα θολερὰ, τὰ ἀναπεπαραγμένα vrinæ perturbatæ,turbidæ,ac vt scribit Galenus in Prorrh. διὰ τὴν ὑπόστασιν ἀναταράξεως,velut si ea quæ intus plurima subsidunt commoueris,spissasq; & densas vrinas feceris,quas Hippoc.aliquando πάχεα & παχέα οὖρα vocat,suntq; omnes ex turbidarum genere, & vt scribit Gal. Comment. 1. in Prorrh. τὸ τῶν ὠμῶν χυμῶν πλῆθος ἢ τῶν πεπομένων ἢ πνευματωθέντων, ἡ τοιαύτη τῶν οὔρων ἰδέα σύμπτωμά ἐστι. Easdem quoque idem Medicinæ parens διὰ ὑποζυγίων aph.70.lib.4.facit, ex hisq; meritò capitis dolorem suspectat. De his enim τὸ θολερὸν οὖρον interpretatur Comm. 1.in Prorrh.his verbis, ἀλλὰ τὸ μὲν οὖρον ὁποῖον ἐστι τὸ θολερὸν. ἤκεις πεπεισμένοι ἀκούοντας ἑκάστοτε τῶν ἀνθρώπων λεγόντων θολερὸν ὕδωρ. καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐδίδαξεν αὐτὸ εἰπών. διὰ τὴν ὑπόστασιν ἀναταράξεως. εἰκάζει δ' αὐτὸ καὶ τοῖς τῶν ὑποζυγίων. Clariùs verò Comm 1. in libr.3.Epid has vrinas explicat,& ex genere crassarum non subsidentium facit. Inquit enim ἐπεὶ δὲ καὶ παχέα δηλοῖ γεγονέναι τὰ οὖρα καὶ μὴ καθιστάμενα, πάντως μὲν δήπου τὰ τοιαῦτα τῶν ἀναπεταραγμένων τε καὶ θολερῶν ἐστιν,ὡς ἔθος εἰώθει ὀνομάζειν. ἔστι δ' ἀεὶ τὰ τοιαῦτα ταραχῆς ἁπλῶς δηλωτικά, πολὺ τοῦ συμβεβηκότος ἐχούσης πνεύματος,καθάπερ τὸ γλεῦκος. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ κεφαλαλγίαι συμπίπτουσι τοῖς τὰ τοιαῦτα οὖσιν,ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφερομένων πνευμάτων ἅμα τοῖς θερμοτέροις χυμοῖς,ὑφ' ὧν εἰκός ἐστι καὶ τὴν ἀγρυπνίαν αὐξηθῆναι καὶ κινδυνεῦειν ἔσεσθαι παραφροσύνης, ἐάν οἱ χυμοὶ δριμύτητά τινα σχῶσι. Sunt igitur θολερὰ οὖρα perturbatæ & turbidæ vrinæ,quibus opponuntur τὰ καθαρὰ vt θολερὸν turbidum & turbulentum,& θολερὸν ταράσσεσθαι significet. Atque earum vrinarum meminit priùs sectione secunda,in perniciosissimis illis febribus quæ ad tertianarum naturã propius accedebant,& admodum crudorum & multorum succorum copiam indicabant, qualem huic ægro adfuisse par est. Dixit enim θολερὰ δὲ καὶ οὐδὲν καθιστάμενα,οὐδ' ὑφιστάμενα. Sic lib.2.epid.sect.3 οὖρον παχὺ καὶ θολερὸν dixit,pauloque post κοιλίης θολερότητα, & κοπρώδεα θολερὰ de aluo conturbata & fæcibus alui conturbatis expressit. Quid verò sit θολερὸν πνεῦμα Hippocrati alias dicendum occurret,& huius dictionis exempla plura erunt accumulanda. Hic verò vbi post θολερὰ ὑπομέλαινα legitur, duo exemplaria Regia μέλανα habent,quam lectionem omnes,præter Cornarium,secuti sunt interpretes. Eas enim vrinas ex multa flaua bile in hepate deassata fieri par erat,quales in febribus ardentibus & phreniticis apparent,(vt scribit Gal. Com.1.in Prorrh.) & in malignorum symptomatum genere accensentur,quòd calidi natiui promptum exitium minentur. B C D

λῆροι πολλοί, γέλως, ᾠδή.] His verbis desipientiæ species demitigatur ex aph.53.lib.6 & verò benigna humoris succulentia ex huiusmodi delirio indicatur. Quod etiam indicat Galeno attributum fragmentum in lib.de humoribus Hippocr. cùm huius loci his verbis mentionem facit, ἡ μὲν ἀνάγκη αὐτῆς μέμφεται,ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν φησί. λῆροι μὲν πολλοὶ μετὰ γέλωτος μετ' ᾠδῆς, καὶ γέλωτος. Et hic locus quoque adducitur à Galeno lib.2.περὶ δυσπν.

λεῖα] Læuitas ista quæ aliquando ὁμαλότης dicitur,in essentiæ æqualitate eorum quæ excernuntur spectari debet, quæ vt bono est si æquales per omnia naturæ vires,& æqualiter à natura euictam materiam significet, sic insigne malum est si omninò & æqualiter superatas ab humorum vitio naturæ vires significet. Perpetuam namq; & ita constantem per omnia prauitatem portendunt, vt ne recreandis quidem viribus locus esse videatur. Sic ista læuitas tam in malis quàm bonis accensenda est. Alioqui propria ferè est pinguium & viscosarum deiectionum,de quibus hîc sermo est,quæ nihil habent asperitatis,sed omninò constantem habent in læuitate essentiæ æqualitatem,ideoque etiam insigne vitium. Huius læuitatis his verbis meminit Galenus Com.2.in Progn. λεῖον δὲ γίνεται πᾶν ὅπου τῶν ἐκκρινομένων τοῦ σώματος ἢ διὰ τὸ ὁμαλὲς τῆς φύσεως. ὥστε μηδὲν αὐτῷ διαπεφευγέναι μέρος τὴν ἐκ τῆς φύσεως ἀλλοίωσιν, ἢ διὰ ἰσχυρὰν σύντηξιν. ὡς μηδὲν ἐνταῦθα μέρος τῆς ὕλης ἀπαθὲς ὑπολειφθῆναι ὥσπερ οὖν τὰ χρηστά, βέλτιστα ταῦτ' ἐστὶ ὁμαλῶς φαινόμενα κατὰ τῆς αὐτῆς τρόπον τὰ μοχθηρὰ χείρω καὶ αὐτὰ πάντ' ἐστὶν ὁμαλῶς ὄντα. τὰ μὲν τῆς φύσεως κόσμον δεδειγμένα,τὰ δὲ τῆς μοχθηρίας ἀλγ. E

λιπαρά] Pingues istæ deiectiones ignei caloris vim & putredinis feruorem significant,à quo corporis pinguedo fusa & colliquata merè biliosis & mordacibus secessibus permiscetur. Quod in ardentissimis febribus contingit, in quibus etiam aucto deinceps igneo illo & præter naturam calido, inualescenteque obstructione putredinis fomite totius corporis moles consumitur & colliquescit,demittunturque propriæ colliquationis excretiones,quas pinguibus & viscidis apud omnes Medicos distare scribit Galenus Com.3.in lib.3.Epid.suntq; admodum exitiales,& in pestilentissimis febribus cernuntur,suntque vt plurimùm glutinosæ, spumantes,graueolentes,& vehementer tinctæ,quales ferè notantur in ægri 3.lib.3.Epid.dispensatione. Pinguedo autem cùm a mediocri etiam calore liquetur,non æquè præsentem perniciem minatur,& pingues deiectiones reddit,quales fieri scribit Galen.Comm.2.in Progn.συντηκομένης πιμελῆς ὑπὸ πυρώδους θερμασίας,colliquationemq; eam indicat quam per glutinosas deiectiones intellexit Galen.in Prog.quæ ex pinguedine liquata ab igneo calore non tamen vehementer maligno fieret. Nam cùm plura sint συντήξεως genera apud Hippocratem,vnum tamẽ valde est suspectum & citam mortem minatur,nec nisi in pestilentissimis febriũ generibus & morbis acutissimis cernitur,cuius meminit aph.25.lib.7.& in Progn.Hipp.& Gal.lib.3.Epid.Altera leuiora quidẽ,vt cum σύντηξις τὴν ἰσχνότητα & corporis imminutionẽ indicat,cuius meminit aph.28.lib.2.& cùm viscosas & pingues deiectiones colliquationis pinguedinis indices ponimus,quod facit in Progn.Galenus.Quæ quidem omnia pro collata inter se dignatione,pares improbitatis gradus efficiant.Neq; est hic mirũ in febrium ardentissimo & perniciosissimo genere,ex biliosis,feruidis,& mordacibus deiectionibus,viscosas & pingues deiectiones ex pinguedinis fusione deturbari. Cæterùm monendũ est hîc variare nostros codices, duoq; exemplaria peruetusta manu scripta pro λιπαρά,λίαν λιπαρά,quod significat perquã pinguia,legere,quam lectionẽ secuti sunt duo Galeni interpretes. F G

διαφανέα] Vrinæ pellucidæ & perspicuæ consistentiæ tenuitatem & morbi cruditatem indicant, præcipue verò vbi cum albedine apparuerint, quæ aquosæ & dilutæ dicuntur,talesq; præcipuè phreniticis præsentissimum exitium portendunt, vt scribitur in Cois Præsagiis,λευκὸν καὶ κατακεχυμένον διαφανὲς οὖρον, πονηρόν,μάλιστα ἐν φρενιτικοῖσι ἐπιφαίνεται) Quales etiam describit aph. 72. lib. 4. Hippocr.vbi διαφανέα λευκὰ simul iungit,& ὑδατώδεα interpretatur Galenus. Quum verò hic διαφανέα, λεπτά, simul expresserit, præter consistentiæ tenuitatem eas vrinas,quæ colore etiam cruditatem significant, intelligere videtur. Nam cùm probatas vrinas consistentia & colore moderatas esse oporteat, eas quæ in vtroque extremorum genere peccant, crudas esse dicimus. Siue igitur hic διαφανέα οὖρα dilutas & colore aqueas, vel liquidas vrinas intelligas, siue colore bilioso syncero exundantiore tinctas, qualia πυῤῥὰ οὖρα καὶ λεπτὰ in Progn. vocat, eæ partium naturalium imbecillitatem & morbi cruditatem significant, & perspicuatum vrinarum nomen meritò obtinent. Sic enim scribit Galenus Comment.in aphor.72.lib.4.τὰ δ' ὑδατώδεα τῶν οὔρων,τοιαῦτα γάρ ἐστι διαφανέα λευκά, παμπόλλην τε τὴν ἀπεψίαν δηλοῖ,καὶ προσέτι τὴν ξανθὴν χολὴν ἅπασαν τὴν ὁρμὴν αὐτῶν γεγονέναι ἐπὶ τὴν κεφαλήν. διαφανῆ μὲν γὰρ γίνεται ποτε οὖρα, χωρὶς τοῦ λευκὰ εἶναι[illegible] τῇ χροιᾷ. τὸ δὲ διαφανῆ τε ἅμα καὶ λευκά, τελέως ἐστὶν ὑδατώδη. Quæ causa fuit vt ambigui vitandi ergo διαφανέα οὖρα,quòd hic albis non iungantur,dilutas,ne cum aquosis coinciderent,non verterim. cùm aliàs tenues pellucidas, non tamen aquosas esse intelligerem. Quod tamen fecit Celsus cap.4.lib.2.Hippocr.aphorismum hoc modo interpretatus. Diluta quoque alba vitiosa est,sed in phreniticis maximè.Quanquam certè qui volet dilutas hic vrinas subaudiri, is meum assensum H

habe-

A habebit non valde repugnantem, vt biliosi humoris alio raptus quidam factus esse videatur, talesque subnotabuntur vrinæ, quales in febribus ardentibus describit sect. 3. his verbis, οὖρα ὑδατώδεα πολλά, καθαρά & λεπτά. Huiusmodi nanque non temere cerni potuerunt, quòd morbus in dysenteriam ex iudicatione solueretur, bile per aluum transfusa cum tenuibus & biliosis recrementis. Et sane illic τὰ καθαρὰ idem quod hic διαφανέα sonare videtur. Etsi enim puræ & liquidæ vrinæ crassis & turbulentis opponuntur, illic tamen tam consistentia quàm colore liquidas, transparentes, pellucidas & perspicuas significant. Quæ affectiones in conturbatis exprimi non possunt. Quod sequitur σμικρὰ κατενεχθ, aliter distinguitur. Exemplaria duo manu scripta μικρὰ legunt, & ab aliis distingunt vt ad vrinas referatur, & paucas intelligant. idque fortassis ea ratione quod fluente aluo & tenuibus biliosisque deiectionibus, parcior humor ad vrinæ vias diuertat, aut certè ad eas quæ sequuntur vrinæ suppressiones quæ deinde præ[illegible] [illegible], referunt. Eamque lectionem secuti sunt Galeni interpretes. Nos maiorem codicum consensum & reliquos Hippocratis interpretes imitati, popularem magis & huic scriptori familiarem lectionem secuti sumus, vt ne dicam dilutam & tenuem vrinam ferè solere esse liberalem, & statu 3. οὖρα ὑδατώδεα πολλὰ adscripsisse. κατενεχθ autem ἐκκριθέντα, ἐξιόντα, interpretatur Galenus in Exegesi, quod

B semel dictum sit.

βληστρισμὸς] Dictio est ex media Hippocratis schola deducta, quæ ῥιπτασμὸν, hoc est corporis iactationem, incontinentiam, inquietudinem, conflictationem, & inconstantem agitationem significat, cum ab efferuescente & putri excrementa in primis venis, quæ sunt circa ventrem & hypochondria, humore acri, natura solicitata & obsessa, perpetuo se vexitat & commouet vt onus expellat, subindeque corpus incontinenter iactat, stare loco nescit, corporis figuram mutat, membra dissolutè dispergit, & præsentem totius statum fastidit, fitque stomachi fastidium & vellicatio, ex eaque humorum ebullitione, interna ardent, summa verò corporis frigent. Quod pestilentibus & malignis febribus accidit, quæ foris mites sunt, intus conturbant (inquit Auicennas) & in quibus [illegible] conflictantur ægri. Significat igitur βληστρισμὸς, ῥιπτασμὸν, ἀπορίαν, δυσφορίαν, ἄσην, ἀλυσμόν, ἀλυσμὸν, aut ἀλύειν, quæ sunt Hippocrati celebrata nomina. Sic ῥιπτάζω καὶ ῥιπτάζειν dicuntur ægri qui in lectulo conflictantur, & incontinenter membra corporis mouent & dispergunt, quod conflictari simpliciter dixit Celsus cap. 3. lib. 2. non secus ac διερριμμένοι Hipp. dicuntur, εἰ καὶ χεῖρας καὶ τὰ σκέλεα, καὶ τὰ σκέλεα ἀτάκτως διερριμμένα ἔχοντες. * Celsus iactare brachia & crura, & inæqualiter dispergere dixit. Quæ omnia ἀλυσμὸν significant,

C vt inquit Hippoc. Cuius causas duas ventriculi vitium & virium imbecillitatem facit Galenus, vt indicauimus nostris in lib. 2 Epid. Com. † Inde etiam fortè pendet ἐξέρριψις, qua dictione vtitur Hippoc. lib. περὶ χυμῶν & lib. 6. epid. " quæ significat illam incontinentiam & conflictationem, ac inconstantem membrorum proiectum, quo ægri præsentem corporis positum statim dimittunt & aspernantur, velutique inanimes prostrati iacent, omnique virium robore exoluto proiecti & demissi decumbunt, vt interpretatur Galenus lib. περὶ τρόμου, παλμοῦ &c. Perinde ac ῥιπτάζοντες eleganti translatione dicantur, qui ambigua spe & animo pendent, ac quasnam partes sequi debeant constituere nequeunt, sed quadam mentis altercatione discruciantur. Quomodo de Tullio inter Cæsaris & Pompeii partes ambigente, dixit Plutarchus, καὶ δ' ἔλεος ἐστὶ τῇ γνώμῃ πολλὰ ῥιπτάζεις καὶ δυσπαθοῦσας. Quem in sensum etiam apud eundem ῥιπτασμὸς ponitur. Est autem βληστρισμὸς antiqua dictio & aliquoties Hippocrati vsitata, vt ægr. 8. & 12. lib. 3. Epid. Qua etiam vsi sunt

D Bacchius quidam & Xenophanes Colonius. ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν πάλιν ἐκ πόλεως φέρων, ἐβλήστριζον, ἀντὶ τοῦ ἐρριπτάζομην. Aretæus vero vtitur pro ægri inæquali motu & inordinato cum velut volutatur & iactatur, sic scribens cap. 1. lib. 1. de morb. acut. curat. de phreniticis, χλιηρὰς μὲν ἐς τὰς πάσας ἀμείβειν, ὡς μήτε βληστρίζοι ἐν τῇ πλατείῃ, μήτε ἀπὸ τῆς στενῆς ἐκπίπτειν κοίτης. Reperitur etiam quibusdam in codicibus βληστρισμὸς χειρῶν, quod idem significat. * *Cap. 4. & 6. lib. 2.* † *Sect. 6.* " *Sect. 1.*

ἐξεπίστη] In hoc ægro cum cerebri eiusque actionum non leuis offensa fuerit, vt delirium facilè fuerit conijcere, neruosi generis consecutam esse noxiam est admodum probabile. Cuius rei amplissimam fidem facit πνεῦμα διαπαντὸς μέγα ἀραιόν, & ἐπισχεθεὶς εἰς παλινδρ. Inde quoque vrinas restitisse æquum est, non secus ac in * Lycia lib. 2 Epid. expressit, in qua ob eandem illam & duplicatam spirationem, ex neruosi generis offensa vrinæ prorsus substiterunt. Sic enim scribit Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. περὶ ἧς, ὡς ἐπειδὴ [illegible], ἔγραψε [illegible] ἐπιλαμβάνειν καὶ μὴ μέγα. κατὰ λόγον. ἐπειδὴ γὰρ αὐτῆς τὰ νευρώδεις ἠψέ τοῦ ὀργάνων, ὥστε καὶ τοῦ οὐρεῖν ἐπίσχεσιν παντελῆ γενέσθαι. Aut certè

E æquius est hoc in ægro substitisse vrinas suspectare, ob caloris innati extinctionem summamque refrigerationem, quæ præsentissimum interitum minaretur eadem ex causa qua in anginosa ægr. 7. lib. 3. Epid. deiectionum genus omne suppressum est. Atque adeo cùm innati calidi extinctionem totiusque naturæ prostrationem & refrigerationem plurimis modis expresserit, vrinæ suppressione sexto & septimo die conflictatum fuisse scribit. * *Sect. 2.*

ἄφωνος] ἀφωνία cum vocis priuationem & defectionem significat, hîc quoque magnam naturæ extinctionem & refrigerationem indicat, quæ propter calidi innati depastionem, earum quæ ad motum sunt effectionum cessationem faciat. Atque eò profectò maiorem refrigerationem subesse par est, quò potius ἄφωνον, quod periculo propius est, quam ἄναυδον extulit Hippocrates. Quod satis indicauit idem Medicinæ parens in † Pythione, in quo cùm magnæ illius perfrictionis satis apertam notionem fecisset, ἄναυδος, deinde verò ingrauescente malo & subacta natura, ἄφωνος posuit. Vt ex eo quoque non difficilis sit harum vocum explicatio, quæ

F ἄναυδον mutum, ἄφωνον verò voce defectum indicare diximus Com. in lib. 2. epid. " Indéque pendet quod voce defectum, non obmutuisse diximus, vt faciunt ferè omnes Hippocr. interpretes. Cæterùm ἀφωνίαι cerebri (quod vt loquitur Gal. οἶκός τίς ἐστι τῆς λογικῆς ψυχῆς) offensam, earumque quæ ad motum & sensum faciunt actionum prauitatem denotare vt satis expressimus. Com. nostris in lib. 2. Epid. ita & id quoque ex Hipp. & Galeni mente cuiuis probatum fecimus. Vt hic non mirum sit in ea mentis læsione quæ rationis deprauationem habeat, ἄφωνον dici.

† *ægr. 3. lib. 3. epid. post. st. pest.* " *Sect. 5.*

ἐξανθήματα] Papulas aut eruptiones dicere potui cum Plinio, qui Dioscoridis ἐξανθήματα sic vertit cap. 4. lib. 23. Aliquando verò papularum eruptiones dicit, vt cap. 8. lib. 20. Crebriùs verò pituitæ eruptiones. Nos vniuersitatis causam & humorum permixtionem sequuti simpliciter eruptiones dicere potuimus pustularum genus indicantes quod naturæ robore a se quoad fieri potuit humorum putrilaginem & feruorem depellente, in summam cutis planitiem depositum erupit. Estque ex eorum abscessuum qui κατ' ἀπόστασιν fiunt numero, sed irritam quodammodo nec satis dignam liberationem faciunt. Quod vt in populariter grassantibus morbis & verò

G perniciosissimis febribus, humorum magna prauitate concepta sæpiùs conspicitur, ita profectò ista cutis ex huiusmodi eruptionibus fœdatio, malignorum morborum symptoma est valde suspectum. Magnum nanque putrescentis humoris feruorem indicat, & venenatæ cuiusdam qualitatis suspectionem auget, quod ad eam depellendam, natura velut cum hoste congressura, vires omnes colligit & quàm longissimè fieri potest ablegat, vnaque tanquam eruptione facta in corporis summa deponit; non autem, quod in cæteris morbis solet, humorum materiam paulatim & sæpius attentat, tenuat, concoquit, secernit, tandem etiam superior quodammodo euertit & expurgat. Atque in hoc conflictu eò suspectius malum est, quò magis affectæ naturæ & fatiscentis vires produntur, nec pro morbi dignitate satis liberalis fit eruptio. Quod in his pustulis apparet, quæ ex leui quadam in summam cutim macularum designatione confestim disparent, nec humorum collectionem pro materiæ deposito faciunt, vt inde restinctum naturæ impetum facilè dignoscas. Id etiam per τὰ ἐξίσχεν exprimit Hippocr. quo significat non satis idoneum fuisse abscessum ad humorem deponendum, neque eas pustulas collectionem aut suppurationem fecisse sed solam eruptionis significationem eamque irritam præbuisse, atque

H in eo propellendi foras impetu, naturam omnino restitisse & defecisse. Sunt autem ἴονθοι Galeno & Paulo, duri & parui tumores, à crasso humore in faciei cute præcipuè consistentes qui mollientibus ac discutientibus medicamentis curantur. Nam vel resoluuntur, vel exiguo pure maturantur. Celsus & Plinius varos vocant, præcipueque iuuenibus contingunt, & vt Iulius Pollux testatur, ἴονθοι, αἱ θέουσαι φυδρακίοις περὶ τὸ πρόσωπον, σημεῖον ἀκμῆς.

ἐρεθισμὸς σμικρὸς] ἐρεθισμὸς quodcumque naturæ irritamentum, quod quatuor causarum salubrium generibus continetur, significat, quo solicitata ad actiones obeundas excitatur. Sæpius verò de proritatione dicitur, quæ per ventrem & intestina noxia deponit. Vtitur Hipp. aph. 20. lib. 1 & lib. περὶ χυμῶν dum scribit, τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακίῃσι, μήτ' ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν. ἀλλ' ἐᾶν. Quod etiam iisdem ferè verbis exprimit Aretæus cap. 1. lib. 1. de morb. acut. curat. [illegible] κοιλίην ἐξῆσι κενοῦσθαι, ἢ φαρμάκοισιν ἢ ἐρεθισμοῖσι χρέη. Lib. verò de rat. vict. in morb. acut. [illegible] ἐρεθισμὸν [illegible] naturæ vires solicitantem & labefactantem intelligit, vt his verbis indicat Galenus. κατὰ δὲ ὄνομα τῷ τοῦ ἐρεθισμοῦ, [illegible]

καθ' ὅντινοῦν τρόπον εἰς ὀρρωσίαν ἄγοντα τὴν δύναμιν, ἐν οἷς ἐστι καὶ ἡ δῆξις ὑπὸ δριμέων χυμῶν, ἤτοι κατ' ἴντερον, ἢ κατὰ γαστέρα γινομένη, καὶ μάλιστα αὐτὸ κατὰ τὸ στόμα. καὶ ἀγρυπνία, καὶ ὀργὴ, καὶ λύπη καὶ τινες ἕλμινθες ἐκ τῶν ἐντέρων ἀναβᾶσαι πρὸς τὴν γαστέρα, καὶ κνῆσις τοῦ δέρματος ἁπάντως, οὐ καὶ μορίων τινῶν ἐπιθυμίαν διὰ νυκτὸς, ὡς μὴ μόνον αὐτῷ τὸ ἐρεθίζειν, ἀλλὰ καὶ σὺν ἀγρυπνίᾳ καταλύσαι τὴν δύναμιν.

ὦρει μετ' ὀδύνης δακνώδεα] Codex vnus recentior post δακνώδεα, ἄκρητα habet & deinde σμικρὰ διεθερμαίνετο, quam lectionem secutus videtur Galeni interpres vnus, contra reliquorum omnium exemplarium & interpretum fidem.

ποτὰ οὐκ ἐδέχετο] In ardentissima febre, quæ totum corpus maximè resiccat, potum non appetere valdè suspectus est casus. Aut enim mentis alienatio, aut naturalis facultatis extinctio in dubium vocatur, præcipuè cùm primo die ad magni incendij & febrilis feruoris intensionem declarandam adscripserit, διψώδης γλῶσσα ἐπίξηρος. Nam vt scribit Gal. Comment. 1. in lib. 3. Epid. ἐπὶ τοιαύτῃ γλώττῃ, καὶ τοιούτῳ πυρετῷ, τὸ μὴ σφοδρῶς διψῆν ἐνδείκνυται δυοῖν θάτερον, ἢ τὴν διάνοιαν βεβλάφθαι τοῦ κάμνοντος, ἢ τὴν ἐν τῇ γαστρὶ δύναμιν συνεκλῶν, ἣ πολλαχόσε τῶν σιτίων ὀρεγόμεθα, νεκρῶσθαι. Hîc autem secutus sum vetustissimorum exemplarium & omnium interpretum fidem, quæ post ποτὰ οὐκ ἐδέχετο distingunt, ne ipsam potionis aspernationem sopori magis quàm cæteris affectionibus viderer tribuere. Quam lectionem tamen sequuntur Germanici codices excusi.

οὔρησεν ἀθρόον] Significat vrinas cumulatè & aceruatim congestas, fuisse densas & spissas vniuersimq; effusas, subcrassas, nec sedatas, etiamsi depositæ essent, sed perpetuò turbidas, & returbatas. Qui est turbulentarum vrinarum omninò pessimus gradus. Pręter namq; materiæ plurimæ & crudæ, tum biliosæ, tum pituitosæ feruorem & agitationem, flatuum etiam magnam congeriem & pertinacem incoctorum humorum crassitudinem denotant, vt scribit Gal. Com. 1. in lib. 3. epid. Idem igitur significat ὑπόπαχυ κείμενον, ac si dicat vrinas depositas non resedisse neq; conquieuisse, sed perpetuò crassas remansisse, quomodo dixit * supra οὐ καλῶς καθιστάμενα οὖρα, vrinas quæ crassæ sunt, & nullam, aut paucam, eamq; crudam subsidentiam habent intelligens; & sect. 2. οὖρα οὐδὲν καθιστάμενα, & in Hermocrate lib. 3. Epid. οὖρα παχέα κείμενα οὐ καθίσταντο, posteaq; in Philini vxore, κείμενον πουλὺν χρόνον οὐ καθίστατο. Spissas enim & densas vrinas significat, quales effeceris si eas quæ diu depositæ fuerunt & subsederunt commoueris aut conturbaris, vt paulò supra de turbidis diximus. Quomodo τὰ καθαρὰ οὖρα defæcatas & puras vrinas τοῖς πάχος ἔχουσι καὶ οὐ καλῶς καθισταμένοις opposuit sect. 1. quod perniciosissimum est vrinarum genus. Vt hîc mihi mirum subeat Cornarium (depositum subsidens) dixisse, cùm potius diu depositas vrinas crassas perpetuò fuisse indicet. Nec enim τὸ κείμενον aliud quàm depositum & in matula reseruatum ad subsidentium vrinarum iudicium significat, vt ex Hippocr. locutione satis patet, cùm κείμενα οὐ καθίσταντο sæpiùs iungat. Quem in sensum de alui recrementis depositis, & velut sub dio reseruatis, aëriq; expositis dixit lib. 2. epid. † ἴχοντα ἐστὶν ὅτε καὶ ὑπόστασιν πεπῆγότα, ἐξ οἵων δὴ καὶ ἐξαιθριαζόμενον τὸ ἴκελον. Atque etiam magis miror Caluum huius dictionis verè Hippocraticæ nullam omninò fecisse mentionem, cum scripsit, multum simul crassumq; minxit. ἀθρόον verò nos non multum cum cæteris interpretibus conuertimus, quòd ἀθρόον πολὺ sæpius coniungit Hippocrates (vt in vxore Philini postea) sed affatim diximus, vt confertim & cumulatè densum quid & aceruatim congestum, velut vnico impetu & effusè profluxisse dicamus. Cui κατὰ βραχὺ, quod sensim & paulatim, quandamq; temporis intercapedinem indicat, opponitur. Maluimus tamen temporis continuationem & repentinum naturæ impetum quàm materiæ densitatem prætendi, etsi vnica voce satis vtrunq; conclusisse nobis videmur. Sic namq; Galenus Com. in aph. 35. lib. 7. ἀθρόον ad temporis breuitatem, eamq; quæ nullum habet interuallum continuitatem, refert dum scribit, τὸ γὰρ μὴν ἀθρόον προσκείμενον τῷ λόγῳ, δύναται μὲν καὶ τὴν τοῦ χρόνου βραχύτητα δηλοῦν, δύναται δ' οὐδὲν ἧττον, καὶ τὸ τοῦ πάθους. τὸ γὰρ ἐσφιγμένον ἑαυτῷ τι συνεχόμενον ἀθρόον ὀνομάζομεν, ἐναντίον ὑπάρχον τῷ διεσπασμένῳ. ταυτὶ μὲν οὖν ἄχρι τούτου, καὶ τοῖς διδασκάλοις ἡμῶν ἡρμήνευται. τὸ δέ μοι δοκοῦν, ἤδη φράσω. τὸ ἀθρόον προσκείμενον τῷ λ'; ω. δοκεῖ μοι κατὰ τοῦ χρόνου λελέχθαι, καὶ διὰ τοῦτο τὸ περὶ τοὺς νεφροὺς πιμελῆς ἐνδείκνυσθαι τῆξιν. αἱ γοῦν ἐν ἄλλοις αἱρέσει τοῦ ζώου τεκόμεναι πιμελαὶ, κατὰ βραχὺ καὶ οὐκ ἀθρόως ἐπὶ τὴν οὔρησιν ἀφικνοῦνται, μεταλαμβανομένης τῆς συντήξεως εἰς πρώτας μὲν τὰς πλησίον αὐτῆς φλέβας, ἐφεξῆς δὲ τὰς συνεχεῖς. εἶτ' αὖθις εἰς ἄλλας, μέχρι περ ἂν ἐπὶ τοὺς νεφροὺς ἀφίκηται. τῆς δὲ περὶ τοὺς νεφροὺς πιμελῆς τακείσης, μετάληψις εἰς οὖρα, τάχιστη τε ἅμα, καὶ οὐ κατὰ βραχύ. πάλιν δὲ ἀθρόως γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο περὶ τοῖς νεφροῖς αὐτοῖς ἐνδείκνυται τῆς διαθέσεως ὑπάρχειν, τούτῳ καὶ τὴν πεῖραν εὑρήσεις μαρτυροῦσαν, ἐὰν ἀκριβῶς παραφυλάττῃς.

* Sect. 1. † Sect. 3.

ὑπόστασις κριμνώδης] Sedimentum κριμνῶδες & farinæ crassiori ac negligenter molitæ simile damnatur in Progn. & aph. 31. lib. 7. Magnam enim naturæ virium inæqualitatem & prostrationem ad crudam & crassam materiam euincendam significat, ideoq; morbi longitudinem portendit, aut certè in ardentissima febre colliquationem indicat, qualem hîc adfuisse par est, sed quæ pro materiæ ratione euariet. Sedimentum namque illud album frustulis hordei non exactè moliti simile, totius corporis tandemq; partium solidarum quæ exangues sunt & albicant ex nimio ardore colliquationem, aut certè pituitam assatam (vt postea ægro 4. & 5.) præ se ferre potest, & in exitialium numero accensetur Galeno. Quorum etsi alterum longè est perniciosius, vtrunq; tamen aut præsentem mortem intentat in exitialiter habentibus, aut certè tardiorem liberationem facit, longiusq; interuallum ad superandas morbi difficultates postulat, vt scribit Galenus Com. in aph. 31. lib. 7. vbi & huius loci meminit eumq; adducit, vitiosè tamen nostris in codicibus legitur. Nam pro ὑπόπαχυ κείμενον, ὑπὸ τοῦ χυμοῦ κινούμενον legitur. Sunt autem κριμνὰ Gal. Com. 2. in Progn. τὰ τοῖς ἀλφίτοις ἐμφερόμενα τῆς πτυρωμένης κριθῆς μόρια μεγάλα, διαπεφευγότα δηλονότι τὴν ἐν τῇ μύλῃ κατεργασίαν ἀκριβῆ. Quod effecit vt quod subsideret hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis simile dixerim. Etsi enim per farinam crassiorē exprimi possunt, quòd sint κριμνὰ in Exegesi τὰ ἀδρομερέστερα τῶν ἀλφίτων: Subdit tamen Galenus, ὅταν δ' εἴπῃ κρίμνα ἀλφίτου ἁδρὰ, τὰ μέγιστα τῶν ἀλφίτων δηλοῖ. Atque eò certè magis mirum est Caluum sedimentum similagineum dixisse, quo parum aptè (ni fallor) τὸ κριμνῶδες explicat, cùm similago florem & delicias farinæ triticeæ denotet. Hîc porrò vitium est in cod. Asulano qui ὑπὸ παχεῖ κειμένῳ legit. ἐξ ἀρχῆς τουτέω καὶ διὰ τέλεος] Exemplaria manu scripta καὶ non addunt, vt sit sensus, huic ab initio ad extremum vsque. Quam lectionem cum interpretibus secuti sumus, etsi vtrobique idem ferè sit sensus, cùm significet perpetuò & per totum morbum ad finem vsque, eam spirationem adfuisse. Hanc tamen vulgatam lectionem sequitur Gal. lib. 2. περὶ δυσπν.

παλμὸς] Hæc præcordiorum palpitatio quæ causam habuit flatulentum & caliginosum spiritum, ex plurima crassa & humida materia, hoc est sanguine ipso ex interno incendio feruido subsultantem magnam corporis perturbationem, & quod Hippocrat. in Progn dixit, θόρυβον præ se ferebat, à qua etiam propter septi transuersi dignationem & cum rationis arce consensionem, ex intensa præcipuorum viscerum inflammatione delirium præsagiri ritè & ordine potuit.

Æger Tertius.

Herophontem febris acuta prehendit, aluus circa initia pauca, & cuiusmodi in crebra & inani egerēdi voluntate solent, demisit, deinde verò tenuia, biliosa & copiosa. Somnum nullum capiebat, vrinæ nigræ & tenues erant. Quinto die mane surditas obuenit, exasperata sunt omnia, lien sublatus intumuit, cũ præcordiorũ contētione, ex aluo pauca & nigra percurrebāt, desipuit. Sexto delirabat, sub noctē sudor obortus est, frigus, delirium perseuerabat. Septimo corporis summa perfrixerũt, siticulosus fuit, delirauit, sub noctē ad mētem rediit, dormiuit. Octauo febricitauit, lien imminuebatur, prorsus ad intelligentiā rediit. Ad inguē doluit, primũq; ei tumor subort⁹ est qua lieni è directo respondebat, deinde dolor ad vtranq; tibiā trāsiit, nox facilis, vrinæ melius coloratæ, in quibus quędam alba subsidebant. Die nono sudore oborto morbus decreuit, intermisit. Quinto post reuersus est die, simulque

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Ἡροφῶντι πυρετὸς ὀξύς. ἀπὸ κοιλίης ὀλίγα. τεινεσμώδεα κατ' ἀρχάς. μετὰ δὲ ταῦτα λεπτὰ διῄει χολώδεα, ὑπόσυχνα. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. οὖρα μέλανα λεπτά. πέμπτῃ πρωῒ κώφωσις. παρωξύνθη πάντα. σπλὴν ἐπήρθη. ὑποχονδρίου ξύντασις. ἀπὸ κοιλίης ὀλίγα, μέλανα διῆλθε. παρεφρόνησεν. ἕκτῃ ἐλήρει. ἐς νύκτα ἱδρώς. ψύξις. λῆρος παρέμενεν. ἑβδόμῃ, περιέψυκτο. διψώδης. παρέκρουσε νύκτα. κατενόει. κατεκοιμήθη. ὀγδόῃ ἐπύρεξε. σπλὴν ἐμειοῦτο. κατενόει πάντα. ἤλγησεν κατὰ βουβῶνα. ἔπαρμα δὲ πρῶτον σπληνὸς κατ' ἴξιν. ἔπειτα ἐπόνεε ἐς ἀμφοτέρας κνήμας, νύκτα εὐφόρως. οὖρα εὐχροώτερα. ὑπόστασιν εἶχε σμικρήν. ἐνάτῃ, ἵδρωσεν. ἐκρίθη, διέλιπεν. πέμπτῃ ὑπέστρεψεν. αὐτίκα δὲ

σπλὴν

A σπλὴν ἐπήρθη. πυρετὸς ὀξύς. κώφωσις πάλιν. μετὰ δὲ τὴν ὑποστροφὴν, τρίτῃ σπλὴν ἐμείωτο. κώφωσις ἧσσον. σκέλεα ἐπωδύνως. νύκτα ἵδρωσεν. ἐκρίθη ἑπτακαιδεκάτῃ. οὐδὲ παρέκρουσεν ἐπὶ τῇ ὑποστροφῇ.

lien in tumorem ſublatus eſt, febris acuta, rurſuſque ſurditas. Tertio poſt recidiuam die imminuebatur lienis tumor, minorq; ſurditas erat, dolor crura inuaſit, noctu ſudore oborto ad decimum ſeptimum die iudicatus eſt, neque in morbi reuerſione delirauit.

Herophon iſte ex magna ſuccorum prauitate & bilioſi humoris exæſtatione grauiter febricitauit, vt ex nigricantibus & tenuibus ſtatim initio vrinis, tenuibus etiam, mordacibus, crebris ac retorridis deiectionibus, ſurditate oborta, delirio, & ſepti tranſuerſi inflammatione cæterisq; ſymptomatibus coniicere licuit. Ex quibus omnibus præſens intentabatur periculum, niſi celeriter fatiſcenti ægro naturæ benignitate eſſet ſuccurſum. Quæ velut collectis viribus, quo ad eius fieri potuit, morbum à ſe depulit & quam longiſſimè amandauit. Indeque procuratus eſt laudabilis ille humorum in lienem depoſitus & in crura abſceſſio. Quæ cùm ex genere excretionum κατ' ἀπόθεσιν cenſeri debeant, ea ſudoribus & vrinarum concoctionibus, velut firmiſſimo præſidio & ſuccenturiato milite aucta ad conferendam cum morbo pugnam & de ſumma rerum iudicio decernendum, animoſiora ſunt reddita. Sed quia non ſatis æquo campo pugna commiſſa eſt, fugatus hoſtis, non tamen omninò debellatum fuit. Sic noni diei criſis, propter intercidentis diei non ſatis amplam authoritatem recidiuam fecit. Indéque redintegrato prælio natura velut nouo delectu atque firmiſſimo habito, de peſſimo hoſte victoriam & opima ſpolia reportauit. Ex quibus omnibus diei decimiſeptimi in iudicatione dignationem ampliſſimam confirmari meritò quis iudicet, quam etiam ſuis reſcriptis & plebiſcitis conſtantiſſimis ſanciuit Gal. lib. 2. de dieb. decret. vbi etiam huius ægri mentionem facit.

B

τεινεσμώδεα] Excrementa mucoſa, mordacia & pauca, qualia in tineſmo ob putreſcentis pituitæ corruptelam egeri ſolent, intelligit. Eſt autem tineſmus, vt cum Plinio * loquar, crebra & inanis egerendi voluntas. Quo nomine meritò ſuſpectandus Caluus eſt qui ſimplicem egerendi voluntatem extulit.

C

* *Cap.14.l.28.*

ὑπόσυχνα] Crebra & copioſa alui recrementa ex aſſidua & frequenti deſidendi cupidine fuiſſe indicat, vt facilè coniiciam Caluum ἄπεπτα pro ὑπόσυχνα, aut tale aliud quid legiſſe, cùm ſubcruda verterit. Qua in dictione tamen aſſeruandi, conſtantiſſima ſunt quotquot videre licuit exemplaria. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν] ὕπνοι οὐκ ἦσαν duo manu ſcripta exemplaria recentiora habent, reliqua omnia fideliora priorem lectionem retinent, quæ eſt familiaris Hippocrati phraſis, vt in duobus ægris ſubſequentibus videre licet.

κώφωσις] Surditate obnata aluus reſtitit, & quæ antea biolioſa demittebantur facta ſurſum reptatione, mentem è ſede conſtantiæ dimouerunt & ſurditatem confirmarunt. Nil enim (vt inquit Celſus †) plus aduerſus ſurditatem quàm bilioſa aluus poteſt, ex aph. 28. & 60. lib. 4. † *Cap.8.lib.2.*

ὑποχόνδρια ξυντάσις] Ex hac præcordiorum contenſione cum lienis tumore, partium quæ ad ſeptum tranſuerſum pertingunt inflammationem rimatur Gal. indeque etiam huic ægro duobusq; ſequentibus crebram & paruam ſpirationem, etſi eo tacente non ſit expreſſa, attribuendam cenſet. Locus eſt qui hunc cum duobus ſequentibus ægris expedit lib. 2. περὶ δυσπν. τοὺς μὲν δὴ τρεῖς τοὺς ἑξῆς τούτων γεγραμμένους, Ἡροφῶντα, καὶ τὴν Φιλίνου γυναῖκα, καὶ τὴν Ἐπικράτους, εὕρῃς ἂν ἀκριβῶς ἀναλεγόμενος τὰς ὑπὲρ αὐτῶν διηγήσεις, ἐλάττονα τὴν παραφροσύνην ἔχοντας, ἢ ὥστε κατὰ ταύτην ἀλλοιωθῆναι ἀναπνοήν, ἀλλ' Ἡροφῶντι μὲν, ὅ, τε σπλὴν ἐπήρθη, καὶ ὑποχόνδρια, φησί, ξυντάσις, οὐκέτι περιόδοις ὑποστάσεις, οὐδὲ, παραφρενίτης, οὐδὲ πρὸς ὀμφαλὸν ὥστε τούτῳ τὰ κατὰ τὰς φρένας ἐφλέγμαινεν, ἅπερ ἐδείχθησαν ἡμῖν ἐν τοῖς περὶ τῶν τῆς ἀναπνοῆς αἰτίων, τὸ πρῶτον τε καὶ κυριώτατον αὐτῆς ὄργανον. ἡ δὲ τοῦ Φιλίνου γυνὴ ἤλγε, φησί, καρδίην καὶ ὑποχόνδριον δεξιόν. ἡ δέ γε τοῦ Ἐπικράτους, οὐ τὴν καρδίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέρος, φησίν, ἀριστερὸν βάρος μετ' ὀδύνης εἶχε. δῆλα τοίνυν, οὐδὲ προσέγραψεν οὐδενὶ τούτων πνεῦμα μικρὸν καὶ πυκνὸν, ἀλλ' ὅλως ἐσιώπησεν, ἔθος ἔχων, ὡς καὶ πρόσθεν ἐδείξαμεν, τὰ σαφῶς ἅπασι γινωσκόμενα παραλείπειν. σαφέστατα δὲ καὶ πᾶσι γνώριμος ἦν, ὡς καὶ τοῦτ' ἐδείξαμεν, ἡ κατὰ μικρότητα καὶ πυκνότητα δύσπνοια. ἣν ἐδύσπνουν ἐξ ἀνάγκης οἱ προγεγραμμένοι τρεῖς ἄρρωστοι. λῆρος παρέμενεν] Codices peruetuſti manu ſcripti duo παράληρος παρέμενεν habent, eodem ſenſu. Idem namque ſonant delirium perſeuerabat, aut in delirio perſeuerabat.

D

E

περιέψυκτο] ψύξις, ἔμψυξις, κατάψυξις, corporis totius perfrictionem Galeno ſignificat libello περὶ ῥίγους, & à rigore diſtinguitur quod vniuerſalem quandam & ampliorem habeat notionem, longiuſque extendatur, & cauſas quaſdam externas velut ex voluntatis quodam impetu habeat, quibus totum corpus frigore obducatur, abſque tamen vllo inordinato motu & vehementi corporis concuſſatione. Hìc verò περίψυξις ſummam totius corporis planiciem ac velut extrema circumcirca perfrigerari denotat, quod ignei calidi natiuum depaſcentis ſignum eſt certiſſimum.

παρέκρουσε νύκτα] Sic duo legunt exemplaria manu ſcripta cum impreſſis, reliqua aliter diſtingunt, παρέκρουσε, εἰς νύκτα κατενόει quorum aſſenſum cum interpretibus ſequuti ſumus. Vnde certè mirum ſubit cur παρέκρουσε omiſerit interpres vnus, niſi id librarij culpa admiſſum ſit. ἤλγησε καὶ βουβῶνα] βουβὼν cùm glandulas quæ ſunt in inguine aliquando indicet, quandoq; etiam glandularum tumores vt ſcripſimus Com. in lib. 2 epid. hìc vtrunque coniunxit Hipp. & inguinis tumorem propoſuit, vt humorum ex febre decubitum & in partes inferiores depoſitum, qui κατ' ἀπόθεσιν fieret, ſubleuantis ſe onere naturæ impetu ſolutionis quodam genere, denunciaret, fit namque in febribus quæ crudorum & craſſiorum ſuccorum ſobolem ex viſcerum obſtructionibus ortus ſui cauſam habent, vt bene habita natura nec aliunde impetita, hanc humorũ grauitatem in ampliſſimos viarum ductus qui ad inguina & crura deriuant, ſuopte impetu deponat, tandemque morbum per has ſentinas eluat. Quod pleriſq; in hac celeberrima Mediomatricorum vrbe huius anni 1560. vere affecto contigit, quib. ex leuib. febrium tertianarum inſultibus in alas & inguina morbus fideliſſimè ſeceſſit. Qui caſus etſi internorum viſcerum habitudinẽ ſuſpectaret, eã tamen vel leuem affectionẽ, vel nullius momenti fuiſſe prædiximus, quod glandularum tumor ille ſtatim nullis etiam adhibitis remediis ſubſederit, nemini ſuppurarit nullamque morbi reuerſionem fecerit, & febris nullis emota medicamentis, naturæ ſolius benignitate ſit depulſa. Et certè ex alio ſunt longè pernicioſiſſimo præſenſionis genere quas glandularum inflammationes in febribus ortas, ſuſpectas facit Hip. Hæ nanq; malignas & peſtilentiſſimas febres ſæpius comitantur, internumque viſcerum incendium (quorum ſunt vt loquitur Hipp. βλαστήματα) aut certè morbi diuturnitatem præ ſe ferunt, vt ex Hipp. aperte docuimus Com. noſtris in lib. 2. epid. † Quo ex decreto hic inguinis tumor non leuem malignitatis ſuſpicionem iniiceret, niſi ſi materiæ decubitum, deinde etiam in crura ſeceſſum ac morbi diſceſſionem portenderet. Porrò hìc quoque variant exemplaria. Duo nanque manu ſcripta, quorum alterum peruetuſtum, alterum recentius, ἤλγησε κατὰ βουβῶνα πρῶτον, σπληνὸς κατ' ἴξιν legunt, nulla tumoris mẽtione facta. Quã lectionem ſecutus videtur Galenus. Scribit enim in Com. κατὰ δὲ τὸ ἐπὶ σκέλη φορᾶς τῶν μεθισταμένων, ἤλγησε μὲν τὰ πρῶτα κατὰ βουβῶνα τὸν ἀριστερόν. ἔστι γὰρ ἐπὶ κατ' ἴξιν σπληνός. Cuius etiam lectionis veſtigiis inſiſtunt Gal. interpretes. Nos in tam cõſtanti reliquorum omniũ codicum aſſenſione nihil immutauimus, & ἐπάρματα τὸ πρῶτον σπληνὸς κατ' ἴξιν retinuimus, quòd in eo manu ſcripti peruetuſti codices cum impreſſis cõuenirent, expreſſimusq; ſuborrũ eſſe inguinis tumorem è directo lieni reſpondentẽ, quod reliqui faciũt interpretes. Etſi Caluus in hoc lubricus videri poſſit, qui τὸ ἔπαρμα ad lienem refert, cùm vertit, inguen doluit, primò quà lien tumuerat. Atq; ne in eo quidẽ cõmiſſum eſſe facinus arbitror, ſi tumor ille ſua leuitate & in ſolutionem inclinatione, calumniam & malignitatis ſuſpicionem alleuarit. Quam nominis leuitatem aut prauitatis inductionem qui ſuſpectam habuerit, Galeni authoritatẽ ſequatur licet, in eo in quocuius lectionis pro arbitrio retinendæ promptam libertatem facimus: Etſi Erotianus illud κατ' ἴξιν hic τὸ συνεχὲς ſignificare contendit. Hunc namq; locum indicare videtur cum σπληνὸς κατ' ἴξιν exponit. ἔπειτα οἱ πόνοι ἐς ἀμφοτέρας κνήμας] Humorum craſſiorum præcipuè & crudorum grauitas ſuo pondere ad inferiores corporis partes, naturæ viribus effugium morbo aperientibus, momentum facit illucq; propendet. Vnde in morbis longis indeq; ſeſe recolligentibus, crurum & tibiarum dolor in ſeneſcentis mali remiſſione ſentitur. Quæ morbi depulſio humorum μεταστάσει accenſenda eſt, & cùm quàm remotiſſimè ſecedat, in ſolutionis laudabili genere numeranda, vt ſcripſimus * Com. in lib. 2 epid. vbi videndum admonuit εἴσιν ἐπὶ σκέλεα ἡ κάθαρσις febres decerneret. Sic poſtea in Epicratis vxore morbi in crura ſeceſſum his verbis innuit σκέλεα ἐπόνεε ἤλγει, & σκέλεα ἐπωδύνως εἶχε. In Clazomenio. περὶ τὰ σκέλεα ἐπωδύνως εἶχε. Et lib. 3. epid. ægr. 3. γούνατα ἐπήλγει, ἐπωδύνως εἶχεν. Ex eodem eſt genere depulſus, humorum in coxendicem decubitus, quem frequenter per τὰ ἐς ἰσχία ἀλγήματα celebrat Hip. vt in Clazomenio poſtea dum ſcribit, περὶ δὲ καὶ ἰσχίον ἐδύνη δεξιὸν ἰσχυρῶς. Hęc enim, vt ſcribit Galenus, † τὰ κατὰ ῥοπὰς τῶν νόσων ἀπαλλάγματα χυμῶν ἐστί.

F

G

H

σημεῖα, τῶν ἀγαθῶν ἐστὶ δηλονότι. Cæterùm hic variat codicum lectio. Impressi enim cum duobus manu scriptis ἐπεὶ νῦν legunt. Reliqui Regij quidem peruetusti οἱ πάντες habent, quos sequimur. Caluus crus vtrinque pro tibiis ponit, ἐς αὐτὸ περὶ σκέλη legens, aut certe humorum ductum & Gal. verba respiciens, ἐκ τοῦ πλεύμονος ἐς τὰ σκέλη μεθισταμένων αὐτῶν, & κατὰ δὲ τὴν ἐπὶ σκέλη φορὰν τῶν μεθισταμένων.

† *Sect.2. & 3.* * *Sect.3.* † *Com.1. in lib.3. epid.*

ὑπόστασιν εἶχε σμικρήν.] Excusi codices omnes & manu scripti sic legunt, de albo sedimento ne verbum quidem facientes, cuius tamen meminit Galenus & Caluus, vt eam codicis nostri peruetusti veram lectionem putem, ὑπόστασιν εἶχε σμικρήν, λευκήν. Illud enim addendum esse iudicij firmitas ex vrinarum concoctione satis indicat, & ista Galeni verba sonant, ἐφ' οἷς δὲ συμπτώμασι διὰ τῆς νυκτὸς εὐφόρως ἔσχε, καὶ οὔρησεν εὐχροώτερα, καὶ λευκὴν ὑπόστασιν ἔχοντα μικράν.

διέλιπεν] In vno codice manu scripto διέλιπε πέντε scriptum reperio, quam lectionem secutus videtur Caluus.

ἐκρίθη ἑπτακαιδεκάτῃ] Sic legunt exemplaria excusa, quibus consentiunt aliqua manu scripta recentiora. Reliqua peruetusta cum Galeni exemplarib. conueniunt, & περὶ τὴν ιζ legunt, quam sanè lectionem secuti sumus, vt diuina illa & prope recondita disciplinæ Hippocraticæ arcana, in iisque euulgandis admirabilem Galeni solertiam suspiceremus, admiraremur, omnique animi beneuolentia prosequeremur. Scribit nanque lib.2. de dieb. decret. in morbis inueterascentibus & longis, qui rarò quidem excretione soluuntur, sed plurimùm coctione & abscessu, vltra decimum quartum diem Hipp non temerè solere iudicationem vno die factam esse adscribere, sed sæpè circa vigesimum, quadragesimum & octogesimum. Secus autem in iis dieb. qui decimum quartum præcedunt euenire. Iis namque vnius diei iudicationem firmissimè attribui, cùm apud Hipp. non temerè aliter scriptum reperias quàm ægrum die septimo, vndecimo, & decimo quarto iudicatum, non autem circa septimum, vndecimum, & decimum quartum. Quod, etsi firmissimum est & priore constantius, cùm contingat morbos senescentes aliquando excretione solui, iudicationemque vni diei attribui, vt ex multis apud Hipp. exemplis videre cuiuis licet. idque fusissimè probat Gal. non est tamen cur istud ab interpretib. crassè præteriri aut temerè peruerti debeat, in eo præsertim in quo Gal. nobiscum ex syngrapha & velut ex scripto agit. Quod certè in iis tribus locis trium primorum statuum huius libri non satis consultè factum esse admonuimus. Hic autem cum se scriptionis æquitate tueantur, tolerabilior certè est eorum conditio, quòd omnes hunc ægrum decimo septimo die iudicatum scribant, cùm Galenum ascriptorem habeant in Com. Galeni tamen interpres vnus περὶ τὴν ιζ legit. Quam lectionem cùm ob præscriptas causas secuti sumus, tum verò quod Gal. cap.4. lib.2. de dieb. decret. hunc locum ad diei decimi septimi dignationem amplificandam testem ferens, ita scribat, ἢ μὴν τρίτην τῇ τάξει μετὰ τὰς τρεῖς καταστάσεις γεγραμμένην Ηροφῶντα, κατὰ τὴν ιζ ἡμέραν κεκρίσθαι φησί. Qua in re etsi leuis est interpretum culpa, in ea præsertim phrasi in qua vtrunque sibi licere voluit Hippocrates: istud tamen admonendum putaui, ad parentis nostri authoritatem, doctrinæ firmitatem & ingenij admirabilitatem commendandam, prædicandamque Galeni sedulam industriam. Ex hoc porro loco diei decimiseptimi in morbis absoluendis & iudicatione facienda dignitatem confirmes licet. Quod etiam monuit in Com. Gal. idemque pluribus facit loco paulò priùs à nobis in medium adducto.

Æger Quartus.

Philini vxorem in Thaso quæ filiam pepererat, cùm ex naturæ præscripto purgationes procederent, cæteraque leuiter haberet, decimo quarto post partum die, ignis, hoc est febris vehementissima, cum rigore prehendit. Huic circa exordia oris ventriculi dolor contigit & præcordiorum dextrorum, locorũ muliebrium dolores, purgatio defecta est. Ex subdito autem pesso ista quidem alleuata sunt, capitis verò & ceruicis lumborumq; dolores perseuerabant, somni non aderát, extrema frigida, sitibunda erat, aluus adusta pauca demittebat. Vrinæ tenues & per initia decolores. Sexto die ad noctem multum delirauit, rursusq; ad intelligentiam rediit. Septimo siticulosa, deiectiones biliosæ, in plenũ & affatim coloratæ. Octauo nouo rigore suborto febris acuta prehendit, conuulsiones multæ non sine dolore, multum delirauit. Glande subdita ad desidendum exurrexit, multaq; prodierunt cum bilioso affluxu. Somnum capere nõ poterat. Nono conuulsiones, decimo aliquantulum mente constabat, vndecimo dormiuit, omnia in memoriam subierunt, sed statim rursus delirauit. Conuulsa autem vrinam cõfertim multam reddidit, rarò ab iis qui assidebant admonita, crassam, albam (quale quid in subsidentibus vrinis visitur, quæ longo interuallo in matula depositæ & reseruatæ returbantur) eaque non subsidebat, sed colore & crassitudine veterini generis vrinas referebat. Atque istiusmodi fuerunt vrinæ quas videre licuit. Ad decimum quartum diem totum corpus palpitationes occuparunt, multum loquebatur, aliquantulum mente constabat, sed confestim rursus desipuit. Circa decimum septimum voce defecta est, vigesimo obiit.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

Ἐν Θάσῳ Φιλίνου γυναῖκα, θυγατέρα τεκοῦσαν, κατὰ φύσιν καθάρσεως γινομένης, τἆλλα κούφως διάγουσαν, τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐοῦσαν μετὰ τὸν τόκον, πῦρ ἔλαβε μετὰ ῥίγεος. ἤλγεε δὲ ἀρχομένη καρδίην. καὶ περὶ ὑποχόνδριον δεξιόν. γυναικείων πόνοι. κάθαρσις ἐπαύσατο. προσθεμένη δὲ ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη. κεφαλῆς δὲ καὶ τραχήλου καὶ ὀσφύος πόνοι παρέμενον. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν, ἄκρεα ψυχρά. διψώδης. κοιλίη ξυνεκαύθη, σμικρὰ διῄει. οὖρα λεπτά. ἄχροα κατ' ἀρχάς. ἐκταίη ἐς νύκτα παρέκρουσε πολλὰ καὶ πάλιν κατενόει. ἑβδόμη διψώδης. διαχωρήματα χολώδεα, κατακορέα. ὀγδόη ἐπερρίγωσε, πυρετὸς ὀξύς. σπασμοὶ πολλοὶ, μετὰ πόνου. πολλὰ παρέλεγεν. ἐξανίστατο βάλανον προσθεμένη. πολλὰ διῆλθε μετὰ περιρρόου χολώδεος. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. ἐνάτῃ σπασμοί. δεκάτῃ σμικρὰ κατενόει. ἑνδεκάτῃ ἐκοιμήθη. πάντων ἀνεμνήσθη. ταχὺ δὲ πάλιν παρέκρουσεν. οὔρει δὲ μετὰ σπασμὸν, ἀθρόον πουλύ. ὀλιγάκις ἀναμιμνησκόντων παχὺ λευκόν. οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενον συχνὸν χρόνον. οὐκ καθίστατο. χρῶμα καὶ πάχος ἴκελον οἷα γίνεται ὑποζυγίου, τοιαῦτα οὔρει, οἷα κἀγὼ εἶδον. περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐοῦσῃ, παλμοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος. λόγοι πολλοὶ σμικρὰ κατενόει. διὰ ταχέων δὲ πάλιν παρέκρουσεν. περὶ δὲ ἑπτακαιδεκάτην ἐοῦσα ἐγένετο ἄφωνος, εἰκοστῇ ἀπέθανε.

Huic mulieri ex partus repurgamentorum retentione febris ardentissima & sua malignitate insignis suborta est quæ crudam & crassam bilioso & acri humori permixtam habebat materiam. Cuius rei manifesta sunt indicia capitis dolor, stomachi anxietas, delirium, conuulsiones perpetuæ, vrinæ crassæ & turbidæ, quæ nec tenuari poterant. Quod genus febrium ex varij humoris complexione, vt est valde suspectum, ita & sua pernicie frequenter est Hippocrati celebratum his in Epid. libris, Prorrh. & aph. In quo magna excitatur totius perturbatio, quod humori crudo & putri flaua bilis sit permixta. Commouentur etiam vapores acres qui capitis dolores cient & conuulsiones, tandemque mortem minantur, fereq; hoc morbi genus interficit. Quàm verò grauis sit & molesta ex partus purgatione retenta affectio, ex hac Hippocr. sententia facilè coniicias, ᾗσιν ἐκ τόκου γε λευκὰ ἐπιστάντα δι' ἅμα πυρετῷ κώφωσις καὶ ἐς πλευρὸν ὀδύνη ὀξείη ἐξίσταντι ὀλεθρίως. Quam in genere de omni partus repurgatione & vniuersaliore quadam notione accipi vult Galenus. * ἡ γὰρ τοι λοχεία κάθαρσίς ἐστιν. ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν οἰκεῖον κάθαρσις τῶν ἀλλοτρίων ἃ κατὰ τὸν τῆς κυήσεως χρόνον ἠθροίσθη ἐν ταῖς φλεψὶ, δαπανωμένου μὲν εἰς τροφὴν τοῦ κυουμένου τοῦ κατ' αὐτὰς χρηστοῦ αἵματος, μένοντος δὲ τοῦ φαυλοτέρου, ὃ καθ' ἕκαστον μῆνα πρόσθεν ἐξεκρίνετο διὰ τῆς μήτρας. ὅταν οὖν τοῦτο μὴ κενωθῇ, τεκούσης τῆς γυναικὸς ἤτοι τὰς μήτρας εἰς φλεγμονὴν ἐξαίρει μεγάλην, ἢ πρός τινα τῶν ἀνωτέρω τόπων ἐνεχθὲν, οἰκεῖον τῷ δεξαμένῳ τότε πάθος ἐπιφέρει, καὶ τὸν κίνδυνον. Est autem Thasos Thraciæ ex aduerso sita, aquiloniis frigidisque ventis obiecta vt scribit Galenus Com.1. in hunc lib. Thasiorumque sæpè meminit Hippocr. apud quos medicinam factitauit.

* *Com.2. in Prorrh.*

φιλή-

A φιλίνε γυναικὸς] Caluus in codice manuscripto φιλόδου scriptum repetit, nos vero in quodam exemplari Regio φιλίνου in quo vel nullum momentum ponimus.

κατὰ φύσιν καθάρσιος γινομένης] Sic ferè omnes codices præter vnum peruetustum manu scriptum, qui καὶ præponit. Quam lectionem habemus in Galeni exemplaribus, nullo omnino ex interpretibus animaduertente. In quo ἐυδιατυπώτερον quiddam multoque significantius dictum videtur, vt sit sensus, cùm etiam purgationes secundum naturam procederent, pessimo tamen febrium genere & ex locorum dolore conflictatam. Vt significet partus repurgamenta infra purgationis modum substitisse, neque probè repurgatam fuisse, quod etiam postea nominatim exprimit. Qua in re mirum mihi videtur cur interpretes rem præteritam designarint, cum æquius fuerit purgationem procedentem, nec tamen iusta satis facientem intelligere, quòd γινομένης, in iis quos videre licuit codicibus, non γενομένης legatur.

παραρεσκαιδεκάτην ἐοῦσαν] Hoc apertissimè innuit in hac decretoriorum dierum dispensatione, initium à die febris non partus sumi.

B Decimus namque quartus à partu febris initium fecit, ex quo consecutionis ordine, crisim ad vigesimum extendit. Quod etiam apertius indicat in Com. Galenus. Ex quo efficitur vt valde exagitatam inter primariæ notæ Medicos, nondum tamen planè actam, de dierum decernentium in partu numero faciendo quæstionem, in medium ponere videamur. scribit namque Hippocr. in Progn. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τῇσι γυναιξὶν αἱ κρίσιες ἐκ τόκων γίνονται. Quibus verbis Galenus in puerperis à partu, non à febre quæ postea inuasit, dierum criticorum recensionem fieri decernit, scribens, καθ' ἣν ἡμέραν ἀπεκύησε, ἡ ἀρχὴ τῆς ἐξαριθμήσεως γενέσθω σοι, οὐ καθ' ἣν ἤρξατο πυρέττειν, ἐνίαις γοῦν ἤτοι περὶ δευτέραν, ἢ τρίτην ἡμέραν ἄρχονται μετὰ τὸν τόκον, ἀφ' ἧς ἀριθμοῦσιν οἱ πολλοὶ ἰατροί ἑβδόμην κρίσιν ἐχρῆν δὲ ἐκ τόκου, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἀπεκύησε, τὴν συναρίθμησιν δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἡμερῶν. Quod tamen in hac Philini vxore & postea in Epicratis coniuge, posteaq; in Dromeadæ vxore, & lib. 3. in Thaso ad frigidam decumbente ægr. 2. post st. pest. secus factitatum ab Hippocrate cernimus.

C In his enim omnibus non à partu, sed à febrium insultu, iudicationis initium progreditur, vt cuiuis luce clarius patet. Num igitur Galenum ipsum germanissimum Hippocratis accensum, nobilissimæ artis parentisq; ipsius placita prodidisse, in eoq; facinus fecisse temerariis nostris rescriptis decernimus? An verò etiam parentem ipsum eiusq; doctrinam è sede constantiæ deturbabimus, aut fraudis conuictum falsi damnabimus, quod ægr. 10. 11. 12. lib. 3. in duabus mulieribus ex abortione febricitantibus, itidemq; altera ad Mendacium forum decumbente ex laborioso masculi partu febricitante, rursusque ægr. 14. lib. 3. post st. pest. in ea quæ ex difficili partu gemellis emissis febricitauit, iudicationis numerus ex partu, non ex febre, procedit? Ista sit alienæ laudis seges. Nos ienis disciplinam totis (vt aiunt) velis, in commune traditam, vt perpetuam, ratam & veram retinemus, magnificamus, existimamusque in iis partionibus quæ præstitutum sibi à natura tempus ritè & ordine sineque molestia retinuerunt, si quid postea febrilis affectionis contigerit, ab eo iudicationis numerum, non à partu crescere. Quid enim, cùm partus facilitas nihil vitij secum inuexerit, ac ne morbum quidem fecerit, decernendi progressionem ab eo auspicari necesse fuerit? Quod prioribus quatuor exemplis satis comprobatum volumus, ex quibus in libero partu, febris accessio decernendi ordinem inchoat. Secus verò inordinatis, minimeque liberis,

D neque naturæ ordine progressis partionibus euenire par est, quæ vel abortionibus vel laboribus difficillimis, plurimis ex causis tentantur. In his namque cùm vitium ipsum aut morbus fœtum plærumque excutiat, partumque laboriosum, qui iam in affectionis nomen transit, faciat, æquum est ab ipso partu, qui morbus est Medicique curam plurimùm in se intendit, decernentium dierum initium fieri, non à febre quæ huiusmodi partus causa potius est quàm effectum, vt his verbis scribit Galenus Comment. 2. in lib. 3. Epid. πυρέξαι δείνωσ αὐτὰς, οὐ διὰ τὴν τῶν ἐμβρύων ἐγένετο φθορὰν, ἀλλ' ἔμπαλιν, ἀπεδέξατο κίνημα διὰ τὸν πυρετόν. Ex quibus efficitur in huiusmodi partionibus quæ secundum naturam fieri minimè dicuntur, ab iisdem iudicationis seriem, non à febre procedere, vt ex posterioribus quatuor exemplis priùs adductis cuiuis apertum est, & ex vna lib. 5. Epid. historia confirmatum volumus. Qua in re ex sinistra libri fama maloque apud Medicos nomine, nobis præiudicium fieri fidemque nostram conuelli nolumus, sed idem quod Galeno nobis licere contendimus, qui in argumentationum suarum confirmationibus & Hippocratis sensis eruendis, plurimos ex reliquis, non eiusdem tamen æstimationis, Epidemiôn libris, locos in medium adfert. Quod illi in δυσπνοίας & κρίσεως πραγ-

E ματείᾳ non est insolens. Locus igitur lib. 5. Epid. huc totus transferendus est. ἐν λαρίσσῃ γυναικὶ Γοργίου τὰ ἐπιμήνια διὰ δ' ἐτέων ἐγένετο. τελέως ὀλίγον πάνυ. ἐν δὲ τῇ μήτρῃ ἐφ' ὁκότερα ἂν κλιθῇ σφυγμὸν παρεῖχε καὶ βάρος. αὕτη ἡ γυνὴ ἐκύησε καὶ ἀπεκύησε καὶ ἀπέλυθη τὸ παιδίον μικρὸν ζωὸν δὲ ἦν, ἕλκος ἔχον ἐν τῷ ἰσχίῳ. καὶ τὰ ὕστερα ἐπέσχετο. καὶ αἱ ματος ῥεῦμα πολὺ πάνυ ἐπεγένετο. καὶ τῇ ὑστεραίῃ καὶ τῇ γ, καὶ τῇ δ, καὶ θρόμβοι πεπηγότες, καὶ πυρετός. εἶχε, μέχρι ἡμερέων ὀκτὼ τῶν πρώτων. καὶ ὑπελείπετο τὸ λοιπὸν αὐτῇ αἷμα ἐρυθρόν. καὶ ὤδεε τὸ πρόσωπον ἰσχυρῶς. καὶ τὰς κνήμας. καὶ τὼ πόδε, καὶ τὸν ἕτερον μηρὸν καὶ σιτία οὐ προσίετο. δίψος δὲ εἶχεν ἰσχυρὸν καὶ τὸ ψυχρότατον ὕδωρ ξυνέφερεν, οἶνος δὲ οὐδαμῶς, ἡ δὲ γαστὴρ μετὰ τὸ πρῶτον παιδίον, ὀλίγῳ μὲν τῷ ἐλαττώθη, πάνυ δὲ οὐ ξυνέπεσεν, ἀλλὰ σκληροτέρη ἦν ὀδύνη δὲ οὐ προσῆν. τεσσαρακοστῇ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τοῦ πρώτου, ἐξέπεσε τὸ ἐπικύημα, σὰρξ. καὶ ἡ γαστὴρ ξυνέπεσε. καὶ τὰ οἰδήματα πάντα. καὶ τὸ ῥεῦμα λεπτόν. καὶ τὸ αἷμα τὸ ὀξύ. καὶ ὑγιὴς ἐγένετο. Quibus ex verbis in hoc non satis legitimo partu & superfœtationis suspicione, iudicationis dies à primo die, hoc est à partu, principium sumere difficile non est conijcere. Atque profectò eam demum esse arbitror quæstionis inter magni nominis Medicos controuersæ firmam sententiam. In quæ omnia ituros Hippocraticæ disciplinæ studiosos & amantes facilè mihi persuadeo. Idemque prorsus sensisse mihi videtur * Auicennas, dum

F post partum febrem contingentem initium decretoriorum dierum facere vult, non partum ipsum. In quo certè mihi quidam ingeniosiores videri volunt. Etsi bene mihi conscius sum † Auerrois longè aliam esse mentem, qui morbum diutissimè etiam, vtpote per triginta dies, à partu remotum, non decernendi initium, sed partum ipsum ponere videtur, cum plurimis ex Arabum doctrina proceribus, inter quos Haliabbas Theorices lib. x. accensetur. Sed profecto in magna rei Medicæ de qua quæritur disceptatione, si ab Hippocrat. & Galeno discesseris, & vbi auctoritatis dignatio hebescit, rationum momenta plurimùm ponderis habere debent. quæ & assidua mentis exercitatione, & longo cognitionis vsu, ex artis dictatoribus duce rerum magistra experientia desumenda sunt.

* *lib. 4. fen. 2. tract. 2. cap. 1.* † *Collect. lib. 4 cap. 40.*

ἤλγεε ἀμφὶ χουδρὸν καρδίην] Oris ventriculi dolorem diximus, vt aliàs, non cordis, quò rem ipsam pleniùs ob oculos poneremus, neque nos Galeni interpretationis pigeret. Etsi ventriculi osculum ab antiquis cor dictum esse optimè mihi sum conscius, & aliàs ex Galeni scriptis testati sumus. Porrò hic locus est cuius meminit Galenus libr. 2. περὶ δυσπν. quemque adduximus superioribus

G in ægrum præcedentem annotationibus, ex quo & Hippocratis lectionem & Galeni mentem intelligas licet. Cum namque pleraque exemplaria περὶ ὑποχόνδριον legant, nos cum duobus Regiis manu scriptis Galeni lectionem retinuimus, & propositionem ipsam negleximus. Ex eoque hypochondrij dolore efficitur vt humorum corporis cauo collectorum prauitatem, visceris interni, hoc est iecoris, inflammatio consequatur & dolor. Ex quibus omnibus cum oris ventriculi dolore quid aliud quàm partium spiritalium appressum & coarctationem & verò paruam & crebram spirationem intelligere queas? Quam quia Hippocrat. sæpius vt intellectu facilem omittit, ex his Galeni verbis expressam habeas licet libro 2. περὶ δυσπν. πολὺ γὰρ ἐπὶ τὸ εἶδος τῆς δυσπνοίας εἶδος ἰασσεις χεῖρον ἡμέρας ὁρώμενον, ἐπί τε περιπνευμονικῶν, καὶ πλευριτικῶν, καὶ συναγχικῶν, καὶ πάντων ἁπλῶς οἷς τι κατὰ τὸν θώρακα καὶ τὸν πλεύμονα φλεγμαίνει. καὶ τοῖς ἥπατος δὲ φλεγμοναῖς, καὶ μάλιστα τοῖς κυρτοῖς, καὶ τοῖς τοῦ σπληνός, καὶ ταῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ τοῖς τὸ ἰσχυρόν ... τὸ εἶδος ἐπὶ τῆς δυσπνοίας. ἀλλὰ καὶ οἷς ἡ γαστὴρ φλεγμαίνει, καὶ μᾶλλον εἰ τὸ στόμα τε καὶ ὁ στόμαχος αὐτῆς, καὶ εἰς τῶν ὑμένων τις, ἢ τῶν μυῶν τῶν κατὰ τὸ ὑποχόνδριον, ἢ αἱ φρένες αὐταί, τούτοις ἅπασι μικρὸν καὶ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα.

H γυναικείων πόνοι] Muliebrium locorum dolores aut naturalium, orisque ventriculi dolor, vtero phlegmone tentato & ex difficili partu laboriosè concusso sæpius contingunt, vt ex ægra sequente & libris γυναικείων passim patet. προσθετά] τὰ προσθετὰ in libris γυναικείων de subdititiis pessis dicuntur, & προσθεῖναι de eorum apposita, præcipuè vbi προσθετὰ simpliciter dicuntur, aut προσθεῖναι ἐν εἰρίῳ dicit Hippocrates, quod in vellere appositum, aut appositum simpliciter non raro vertit Plinius, crebraque est ista phrasis in libris γυναικείων, non secus ac eam glandem suppositititiam intelligit βάλανον addere solet. Quod videtur etiam innuere Galenus in Commentario, aliasque pluribus exemplis probatum volumus, in præsentia hisce Hippocrat. locis contenti. Scribit namque lib. 1. περὶ γυναικείων in remediorum penu. ἐπὶ λυμαίνεται ... ἐλατηρίου δύο ποσίας, συμμίσγεται δὲ καὶ στέαρ ... τῶν ἐσχάτων, ὅσον πελαπεῖον ... πιέσειν δὲ δύο προσθετά. ἢ μελάνθιον, ... τῶν πυρῶν τρίψαι, ... προσθετὰ δύο ... ἢ ... Rursusque νάρκισσον, σμύρναν, κύμινον, καὶ λιβανωτὸν, ἀψίνθιον, κύπειρον. ἴσον ἑκάστου. ... μέλιτι ... τέσσαρας ... [illegible]

χλαμίνου μίσγεσθαι ἀστράγαλον. καὶ αἰθὲς χαλκοῦ, ὅσον κύαμον τρίψας, μέλιτι δεύσας, καὶ ποιέειν βάλανον καὶ προστιθέναι. Quod magis miror Cornarium hoc in loco, vt & in illis prioribus Hippocrat. exemplis, hanc dictionem de subdita glande intellexisse, cùm paulò post glandem significans Hippoc. βάλανον apponat, quod etiam fecisse in superioribus locis clarissimum est. Etsi enim dictionis ambiguitas, Gal. non satis testata est, in eam tamen sententiam quam his locis confirmauimus magis propendet. Porrò vterum inflammatione affectum fuisse, vel ex his Galeni verbis colligas, quibus παθὸν παρηγορικὸν ἐλλειπὲς καὶ ἀσθενὲς μᾶλλον exprimit, vt nemini mirum subeat hanc mulierem pessimis casibus, febre vehementissima, capitis, colli, lumborum dolore, insomnia, delirio, siti, conuulsionibus, alui torrefactione, aliisque id genus perniciosissimis conflictatam tandem obiisse.

κεφαλῆς δὲ καὶ τραχήλου] Ista sunt morborum acutorum symptomata, & cum sequentibus non solum crudum plurimum, sed & biliosum succum abundare arguant, quod his verbis postea significabit Galenus. ἐπὶ δ' ἑξῆς καταλέγεις συμπτώματα νοσημάτων ὀξέων, κεφαλῆς μὲν καὶ τραχήλου καὶ ὀσφύος πόνον, ἀγρυπνίαν δὲ καὶ διαχωρήσεις ἀκράτως χολώδεις, ὡς δῆλον ὡς οὐκ ὠμὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ χολώδης ἐπλεόναζε χυμός.

καὶ ἀκρέα] Hanc dictionem per affatim expressit Caluus. Sunt qui copiosas deiectiones dicant, alij syncerè biliosas. Quæ etsi rerum consecutionem tueatur, eamque dictionem de syncerè & affatim biliosis secessibus effert Hipp. in plenum tamen & abunde coloratos & bilioso pallore saturatos significat.

σπασμοὶ πολλοὶ] Conuulsionibus valde opportunus est vterus cùm sit valde animatus & sensilis, vt diximus com. in lib. 2. Epid. & verò ex iis ægris quæ ex vtero laborarunt satis patet, 11. & 13. huius libri, & 2. & 14. lib. 3. post st. pest. Etsi verò vteri affectiones nullum de se conuulsionis metum faciant, æquum tamen fuit in maligna humorum permixtione, sublatis sursum vaporibus acribus & mordacibus, cum totius reliqui corporis maxima perturbatione, caput ipsum, quod est vt scribit * Aretæus χῶρος μὲν αἰσθήσιος καὶ νεύρων ἀφέσιος, conuulsionibus & desipientia tentari. Quod etiam in maligno febrium genere, quæ ex crudi & biliosi humoris complexione ortum habent, valde est familiare. Quòd ad scriptionis genus attinet, codices duo vetustissimi manu scripti σπασμοὶ πολλοὶ habent, quos secuti sunt excusi. Reliqui duo σπασμοὶ μετὰ πόνου simpliciter habent, quam lectionem ex Galeno secuti sunt interpretes.

* *Cap. 1. lib. 1. de cur. morb. acut.*

ἐξανίστατο] Istud sequentibus iunxi vetustissimos manu scriptos codices cum impressis secutus, vt ad eam desidendi ex subdita glande cupiditatem referretur, potiùs quàm ad inordinatum illum delirantium motum, quo mentis impotes sæpè è lecto desiliunt & exurgunt. Quod de phreniticis dixit Aretæus †, βλοσυρίζονται καὶ ἐξανιστᾶνται. Sic ἐξανάστασις desidendi laborem ob quem exurgunt ægri significat in Progn. cum scribit Hippoc. ἀπὸ τῆς ξυνεχέος ἐξαναστάσιος καὶ ἀγρυπνίης αἰεί. frequentem namque desidendi cupiditatem ob quam ægri exurgunt, insomniam facere significat. Quo sensu κεναὶ ἐξαναστάσιες vocat in Prorrhet. crebras & inanes ægrorum exurgentium cupiditates, quales sæpè phreniticis obueniunt. Duo manu scripti codices ἐξανίστατο distinguunt.

† *In Phrenit. curat.*

μετὰ περιρρόου χολώδεος] Hic περίρροον non aliud quàm περίρροιαν superiùs positam sect. 2. intelligit, qua dictione circumfluos & ex toto corpore redundantes humorum affluxus per intestina depositos expressimus, quos biliosos, aquosos, aut strigmentosos mille dixit. Nunc verò, ex magna biliosi succi abundantia ex toto corpore in ventris alueum delatam illam circumfluxionem significat, ac velut vndique alluuione facta, multos & biliosos secessus irrupisse, non secus ac in aquosis, copiosis, & tenuibus deiectionibus erumpentibus eadem dictione vtitur Hipp. ægr. 16. lib. 3. epid. post st. pest. πολλὰ κόπρανα διῆλθε σὺν περιρρόῳ πολλῷ. Hoc namque nomine vndique delatorum humorum eruptionem & effluxionem, impetum sumere videtur. Nos affluxum biliosam dictionis notione retenta diximus, Galenum secuti qui ἐπίρροιαν χολώδη interpretatur, quo nomine (vt supra) circumfluum biliosorum affluxum in mentis notione reponimus. Cuius vocis vim non satis per fluorem aut fluxionem biliosam comprehendisse videntur, quòd illam humoris biliosi ex totius corporis partib. circumlationem aut effusionem neglexerint, quæ tamen plurimi est momenti, quod ex huiusmodi affluxu perniciosissima bilis redundantia, eiusdemque symptomata hauriantur, vt scribit Gal. in Com. Nec ideo tamen Hipp. mentem mihi magis videtur assecutus interpres quidam qui multa bile offusa deiecisse dixit. Etsi enim ventris proluuies biliosa & ἐπίκλυσις χολώδης quam explicat Gal. Com. 1. in Prorrh. subaudiri potest, in eo tamen biliosorum humorum circumfluxu, augustioris disciplinæ latens quiddam & reconditum delitescere mihi videtur, quod per ipsum affluxum satis enixè in lucem eruisse videmur. Nam cùm Galenus περίρροον, ἐπίρροιαν interpretetur, tum vero etiam Hippocrati ἐπιρρύσιες χυμῶν humorum ex toto corpore delationes & in aliquam partem decubitus aut propensiones dicuntur, quemadmodum in doloris sensu μελαίνης χολῆς καὶ φλεγμάτων ῥευμάτων ἐπιρρύσιας γίνεσθαι scribit lib. 4. de rat. vict. in morb. ac.

πάντων αἰεὶ μνήσθη] Hanc lectionem melioribus omnibus códicibus nostris authoribus secuti sumus, etsi ex his duo πάντα ἐκοιμήθη, αἰεμνήσθη habent.

ὀλιγάκις ἀναμνησάντων] Mentis captæ & cogitationis occupatæ, nec naturalibus affectionibus intentæ signum est euidentissimum si cui inconsulto vrina effluit, quæ stratum permeiit, aut nonnisi assidentium admonitu matellam petit, aut naturæ munia obit. Quorum alterum cùm penè extinctam sensationum subministrationem denotet, longè est perniciosissimum. Vtraque tamen in phreniticis sæpè apparent. Quod his verbis significat Gal. Com. 1. in Prorrh. ἐπὶ φρενιτικῶν ἄκουε τὸ λεγόμενον, ὑφεδρεύοντες αὐτοῖς τοὺς μετὰ τὴν ὑπὸ τῶν παρόντων ἀναμνήσεως οὐροῦντας, τοὺς χωρὶς ταύτης. εἰ τινες εἰς ἀγγεῖον αἰτοῦσιν, ἀλλ' ἀτάκτως καὶ ἀλόγως εἰς τὴν στρωμνὴν προΐενται τὸ οὖρον. οὐδὲν ἧττον οὖν ἐπὶ πολὺ χεῖρον ἔχουσιν ἤτοι τῶν μηδ' ὅλως οὐρούντων, εἰ μήτις αὐτοὺς ὑπομνήσειεν. ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ ἐν γνώμῃ σώζεται τῶν κατὰ φύσιν ἔργων ἡ διάνοια, φυλαττομένων οὐρεῖν εἰς τὴν στρωμνὴν ἀποκρίνειν, ἐπὶ τούτων δ' ἀπόλωλε καὶ τοῦτο. Innuit igitur Hippocrat. hanc mulierem vehementi delirio detentam, atque adeò mente captam vt naturalium excretionum obliuisceretur, nec nisi ab assidentibus admonita matulam posceret. Sic enim hæc phrasis accipienda mihi videtur, ὀλιγάκις ἀναμιμνησκόντων, vt τῶν παριόντων subaudias, & eorum qui ægro assident suggestionem aut subministrationem intelligas. Eandem enim locutionem vsurpat in Dealcis vxore lib. 3. epid. ægro. 15. post st. pest. quæ phrenitide periit, μικρὰ ὑπομιμνησκόντων ἔπινεν. Et in Prorrhetico, τὰ οὐρεόμενα μὴ ὑπομνησάντων ὀλέθρια, quod aliter extulit ægr. 12. lib. 3. Epid. οὔρησε πουλὺ ἀθρόον οὐκ εἰδυῖα. Quò magis miror interpretes, præcipuè Caluum & Cornarium, istud de conuulsionibus admonentibus intellexisse, nullo propè & obscuro sensu. Cæterùm vulgatam & receptissimam trium codicum lectionem secutus sum, qui μετὰ σπασμῶν legunt, quod etiam fecerunt interpretes. Cùm tamen ex nostris exemplaribus manu scriptis duo non parui nominis μετὰ σπασμῶν habeant. Quæ secuti sunt excusi codices.

οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων] Hac phrasi Hipp. θολερὰ οὖρα intelligit & eas vrinas quæ perpetuò returbidæ & perturbatæ manent nec resident, de quibus antea abundè diximus. Easdemque simili prope locutione postea in Dromeadæ vxore repetit: οὖρα παχέα λευκά. θολερά, οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα χρόνον πουλὺν οὐ καθίστατο. Et ægr. 3. lib. 3. οὖρον θολερόν. οἷον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίνεται, ὅταν ἀναταραχθῇ. Atq; hæ vrinæ crassæ, returbidæ nec vllo modo subsistentes, cùm sint perniciosissimæ, vt postea scribit Gal. * non tam agitationem humorum crudorum & flatuosorum à biliosi redundantis humoris feruore significant, quàm à materiæ crassæ, peruicacis & crudæ copia subactam naturam succubuisse. Quod fit in vehementer crassis & turbidis vrinis, vt scribit Gal. lib. 4. salubrium, & Com. 1. in lib. 3. epid. hisq; verbis innuit Hippoc. cùm eas vrinas diu depositis subsidentibus sed returbatis confert. Ad huius verò loci cognitionem Prorrhetici sententia mihi plurimùm animaduertenda videtur, quæ etsi ex aliquot particularium ægrorum obseruatione comprehensa, vniuersitatis æstimationem nondum est assecuta, hic tamen disciplinæ constantiam tuetur. τὰ οὐρεόμενα μὴ ὑπομνησάντων ὀλέθρια. ἆρά γε τούτοισιν οὔρεεται. οἷα ἢ τὴν ὑπόστασιν ἀναταράξειας. Ex iis nanq; & deliriú, & conuulsiones, & palpitationes, & verò capitis dolores grauissimos coniicias licet. Nec certè minùs ex iis quæ libr. 7. epid. his verbis scribuntur: πάνυ τὰ λευκὰ οὖρα καὶ ἀναπεπταμένα σημεῖον ἀκριβὲς κεφαλαλγίης, καὶ σπασμοῦ καὶ θανάτου. Vbi ἀναπεπταμένα ἀνεστραμμένα aut ἀναπεπαραγμένα significant, quemadmodum aliàs dicturi sumus. ἀναπεπταμένα enim & ἀνεστραμμένα οὖρα, commutatas & conturbatas vrinas, idemq; quod ἀναπεπαραγμένα indicant, vt ex Comment. in aph. 70. lib. 4. satis patet, vbi quidam ἀνεστραμμένα legi debere contendunt, cùm passim ἀναπεπαραγμένα pro ἀναπεπταμένα legatur. Porrò hîc etiam variant codices. Duo nanque ex vetustissimis manu scriptis τῶν καθισταμένων legunt, reliqui omnes ἐκ τῶν καθισταμένων eodem tamen vtrobique sensu. * *in ægr. 11. huius libr.*

παλμοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος] Palpitationes, huiusmodi totum corpus oberrantes, crassi, crudi & flatulenti humoris erant argumenta, vt ostendit Galenus in Comment. Hîc autem proprio quodam modo παλμοὶ facti sunt, & crudiorem subesse materiam significarunt.

A carunt. Neque enim tam conuulsiones fiunt quàm saltus, & quas barbari iectigationes vocant, in frigidiore & cruda materia exagitata ab acriore humore & flaua bile. Est verò in Prorrh. ab Hippocr. scripta sententia, quæ huic loco lucem prætendere videtur, ideoque adscribenda est. οἱ παλμώδεες δι' ὅλου, ἄφωνοι ἀφώνως τελευτῶσιν; Quam iisdem ferè verbis in Coac. repetit. Æquum enim videtur vt frigidioribus redundantibus succis, [illegible] plurimi corpus obserent, vnde & palpitationes subsequantur, tandemque ob nimiam perfrictionem, sensationum omnium instrumenta, naturalesque demum effectiones exoluantur & torpescant, vnde & vocis priuatio sequitur. Atque eam potiùs secuti sumus lectionem, duobus vetustissimis codicibus manu scriptis consentientibus, cui etiam in symptomatum enumeratione assentiri videtur Gal. quàm eam quæ πόνους habet. Etsi ea lectio in literæ recensione à Galeno vsurpata est, & quibusdam exemplaribus confirmata, & à Gal. interpretibus est probata. Quamuis quoq; alij huius lectionis sensum Prorrhetici sententia etiam facere videatur, quæ & hic quoq; negligenda non est. αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι δυσθάνατοι. Quam iisdem verbis itidem in Coacis repetit. Huiusmodi nanque vocis priuationes quæ in malignis febribus fiunt, cum deliriis, conuulsionibus, palpitationibus, & virium exolutionibus, suis hisce rescriptis damnat Hipp. in Prorrh. & Coacis. αἱ μετὰ ἐκλύσεως ἀφωνίαι κάκιστον. αἱ μετὰ

B ἀφωνίης ἐκστάσιες, ὀλέθριαι. αἱ ἐπὶ τοῖσιν ἐπιρριγώσεσιν ἀφωνίαι κακόν. [illegible] πυρετοῖσιν ἀφωνίαι [illegible] σιγῇ ὀλέθριοι. Quæ omnia certè in hisce difficillimis parentis nostri monumentis inculcanda sunt, quò faciliorem ad eius adyta viam aperiamus. Ex quibus omnibus casibus, quid aliud in hac ægra præsagiri aut potuit aut debuit quàm phrenitis ipsa, nisi si plurima frigidorum succorum copia, biliosorum & feruentium acrimoniam temperasset? frequens enim delirium mentis emotio, conuulsiones & totius corporis palpitationes, non temerè phrenitidem præsentiant, vt satis patet ex historia quarta, lib. 3. epid. post st. pest. vt ne aliam ex vteri inflammatione in huiusmodi casum prolixam esse propensionem, vt ex ægr. 11. lib. 3. & ægr. 2. & 14. post st. pest. cuiuis perspicuum esse potest.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

C Ἐπικράτεος γυναῖκα, ἣ κατέκειτο παρὰ Ἀρχηγέτην, περὶ τόκον ἤδη ἐοῦσαν, ῥῖγος ἔλαβεν ἰσχυρῶς, οὐκ ἐθερμάνθη ὡς ἔλεγον. καὶ τῇ ὑστεραίῃ τὰ αὐτά. τρίτῃ δὲ ἔτεκε θυγατέρα καὶ τ' ἄλλα πάντα κατὰ λόγον ἦλθε. δευτέρῃ μετὰ τόκον, ἔλαβε πυρετὸς ὀξύς. καρδίης πόνος καὶ γυναικείων. προσθετῷ δὲ ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη. κεφαλῆς δὲ καὶ τραχήλου καὶ ὀσφύος πόνος, ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. ἀπὸ δὲ κοι-

D λίης ὀλίγα χολώδεα λεπτὰ διῄει ἄκρητα. οὖρα λεπτὰ ὑπομέλανα. ἀφ' ἧς δὲ ἔλαβε τὸ πῦρ ἐς νύκτα ἕκτην παρέκρουσε. ἑβδόμῃ πάντα παρωξύνθη. ἄγρυπνος. παρέκρουσε. διψώδης. διαχωρήματα χολώδεα κατακορέα. ὀγδόῃ ἐπερρίγωσεν. ἐκοιμήθη πλείω. ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. δεκάτῃ, σκέλεα ἐπιπόνως ἤλγει, καρδίης πάλιν ὀδύνη. καρηβαρίη. οὐ παρέκρουσεν. ἐκοιμᾶτο μᾶλλον.

E κοιλίη ἐπέστη. ἑνδεκάτῃ οὔρησεν εὐχροώτερα, συχνὴν ὑπόστασιν ἔχοντα. διῆγε κουφότερον. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἐπερρίγωσε πυρετὸς ὀξύς. πεντεκαιδεκάτῃ, ἤμεσε χολώδεα ξανθὰ, ὑπόσυχνα. ἵδρωσεν ἄπυρος. ἐς νύκτα δὲ πυρετὸς ὀξύς. οὖρα πάχος ἔχοντα. ὑπόστασις λευκή. ἑκκαιδεκάτῃ, παρωξύνθη νύκτα, καὶ δυσφόρως. οὐχ ὕπνωσε. παρέκρουσεν. ὀκτωκαιδεκάτῃ διψώδης. γλῶσσα ἐπεκαύθη. οὐχ ὕπνωσε. παρέκρουσε πολλά. σκέλεα ἐπωδύνως εἶχε. περὶ δὲ εἰκο-

F στὴν πρωῒ σμικρὰ ἐπερρίγωσε. κωματώδης. δι' ἡσυχίης ὕπνωσε. ἤμεσε χολώδεα ὀλίγα. μέλανα. ἐς νύκτα κώφωσις. περὶ δὲ πρώτην καὶ εἰκοστὴν. πλευροῦ ἀριστεροῦ βάρος δι' ὅλου μετ' ὀδύνης, σμικρὰ ἐπέβησσεν. οὖρα δὲ πάχος ἔχοντα, θολερά. ὑπέρυθρα. κείμενα οὐ καθίστατο. τὰ δ' ἄλλα κουφοτέρως. οὐκ ἄπυρος. αὕτη ἐξ ἀρχῆς φάρυγγα ἐπωδύνως. ἔρευθος. κίων ἀνεσπασμένος. ῥεῦμα δριμὺ. δακνῶ-

G δες. ἁλμυρῶδες διὰ τέλεος παρέμενε. περὶ δὲ εἰκοστὴν ἑβδόμην, ἄπυρος. οὔροισιν ὑπόστασις. πλευρὸν ὑπήλγεεν. περὶ δὲ τετάρτην καὶ τριακοστὴν, πῦρ ἔλαβεν. κοιλίη χολώδεσιν ὑπεταράχθη. ἤμεσε τῇ τεσσαρακοστῇ ὀλίγα χολώδεα. ἐκρίθη τελέως ἄπυρος τῇ ὀγδοηκοστῇ.

Æger Quintus.

Epicratis vxor quæ apud Archigeten decumbebat, cùm iã partus instaret vehementi rigore correpta est, nec (vt aiebãt) incaluit, & postridie eadem adfuerunt. Tertio die filiam peperit, cæteraque omnia ritè atq; ordine processerunt. Altero à partu die eam febris acuta prehendit, cùm oris ventriculi & locorũ muliebrium dolore. Quæ quidem omnia ex subdito pesso alleuata sunt, sed cum capitis, tum ceruicis ac lumborum dolor inuasit, neq; somni vlli aderant. Ex aluo pauca, biliosa, tenuia & syncera demisit, cum vrinis tenuibus & nigricantibus. Sexto postquam febris corripuit die, sub noctem delirauit. Septimo exasperata sunt omnia, cum peruigilio desipuit, sitibunda fuit, ex aluo biliosa omnia abundeq; colorata secesserũt. Octauo rursus suborto rigore liberaliùs quieuit. Nono iisdem perseuerantibus, decimo molestus crurum rursusq; oris ventriculi dolor inuasit cum capitis grauitate & absq; delirio, aliquantò plus dormiuit, aluus substitit. Vndecimo meliùs coloratas vrinas cum copioso sedimento reddidit, leuiùs habuit. Decimo quarto suborto nouo rigore febris acuta prehendit. Decimoquinto biliosa, flaua, subfrequentia vomitione refusa sunt, ex sudore febris reliquit. Sub noctem febris acuta, vrinæ crassæ quæ album habebant sedimentum. Quibus decimo sexto ad noctem ingrauescentibus, molestè habuit, non dormiuit, delirauit. Decimo octauo sitibunda fuit, lingua retorrida, nõ dormiuit, multum delirauit, crurum dolor infestauit. Ad vigesimum mane paruo suborto rigore sopor tenuit, placidè dormiuit, biliosa pauca, nigra vomuit, sub noctem surditas oborta est. Circiter verò vigesimum primum, sinistrum latus vndiq; grauitas cum dolore occupauit, parua insuper suborta tussi, vrinæ crassæ, turbulentæ, subrubræ, quæ depositæ non subsederunt. Cætera verò leuiùs habuit, neque à febre immunis fuit. Statim per exordia fauciũ dolor & rubor adfuit, columella contracta fuit, fluxio acris, mordax & salsa ad extremum perseuerauit. Ad vigesimum septimum diem febre libera, vrinæ cum sedimento aderãt, latus aliquantulũ doluit. Ad trigesimũ verò quartum febris corripuit, aluum biliosa conturbarunt. Quadragesimo pauca biliosa vomuit. Octogesimo iudicatione prorsus est absoluta & febre liberata.

Hæc ægra febre ex crudis & frigidis plurimis succis, admixtis etiam biliosis laborauit, vt ex casuum recensione satis apparet, qui cùm magna ex parte superiore ægro expeditionem acceperint, tum verò quòd non æqualiter vrgeant, & naturæ robore morbum

H soluentis depulsi sint, leuiorem totius rei decursum faciunt. Morbus autem iste constitutis & velut destinatis à natura diebus, qui decretorio ordine affectuum exolutionem promittunt, naturæ viribus profligatus, insignes multas reliquit victoriæ notas, & interdũ ob remissam impetus continuitatem recreandis viribus spacium dedit, quæ & pluribus prælijs redintegratæ, & plurium dierum decretoriorum opportunitatibus, velut firmissimis stationibus collocatis auctæ, animos sibi ad longam expeditionem fecerunt, tandemque certa victoriæ spe obtenta, alioqui animosam hostem frequentibus incursionibus disiecerunt, & natura cunctatione fregerunt. Vndecimi nanque diei beneficio, ferè iam inclinatis rebus ac penè conclamatis, magnum ad conceptam animo victoriam [illegible] sublatum est. Nam instaurata naturæ familia & nouo velut delectu habito, concoctiones procuratæ sunt, & ad decimum

quartum excretionibus prouitatis, primum morbi iudicatio apparuit,& à febre libera fuit. Vigesimo quoque refusis vomitione humoribus, ad vigesimum septimum aditus aperiebatur, in quo tutus fuit recessus. Nam & febris cessatio, & vrinarum sedimentum non omninò incertum exitum promittebant. Quadragesimo verò die,velut in hostem impressione facta vomitione biliosa reiecta sunt, quæ & fugatum hostem, & funditus deletum octogesimo die pronunciarunt, plenamque victoriam reportarunt. Ex quibus omnibus efficitur,in inueterascentibus morbis excitata ad iudicationem natura, intermissum esse & quodammodo interruptum, non autem continuum solutionum impetum : id quod luculentissimis verbis(vt cætera)docet Gal. cap.5 lib.2.de dieb. decret. Ex hac quoque dierum dispensatione cuiuis luce clarius constat quinam decernendi dignatione æstimandi sint,eorumque numerum ex hebdomadarum inter se complexarum continua integritate crescere non posse. Cuius rei submonuit Gal.in Comm. apertius verò docet cap.4 lib.2.de dieb.decret. Ἐπικράτεος γυναῖκα] Gal.lib.2.de dieb.decret. Ἰφικράτεος γυναῖκα vocat.

οὐκ ἐθερμαίνετο ὡς ἔλεγεν] His verbis indicat Hippocr.præter vulgarem ac omnium communem quæ tunc inualuerat opinionem, rigorem huic mulieri sine subsequente febre initio adfuisse,nec ideo recaluisse. Quod erat à veterum opinione valde dissentiens, qui nullum rigorem ex internis corporis causis emotum absq; febre cognouerant. Hunc autem rigorem qui nullas suæ originis notas causas acceperit,sed ex violenta interna aliqua corporis causa,sponte enatus fuerit, Galenus in Comment. αὐτόματον vocat , lib verò περὶ ῥίγους.νοσεῖν. Hipp.quoque lib.4. περὶ νούσων, νοσῶδες. Qui fit vt inquit Galenus, ὅταν ἀπὸ μηδενὸς ἔξωθεν αἰτίας βιαίας, ἀλλ᾽ ἐξ ἑαυτοῦ τι σῶμα τοιαύτην ἴσχῃ διάθεσιν. Quibus præcedentibus causis nullum certè rigorem sine febris subsecutione veterum disciplina nouerat, vt ex his Hippocr.verbis libro 1. περὶ νούσων facile coniicias licet. ὅτι δὲ μετὰ τὸ ῥῖγος ἀνάγκη πυρετὸν ἐπιλαβεῖν ἢ πλέω ἢ ἐλάσσω ὧδε ἔχει. ὁκόταν τὸ αἷμα διαθερμαίνηταί τε καὶ ἀποψύχηται, καὶ αὖτις πάλιν ἐς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, συνδιαθερμαίνεται καὶ τὸ φλέγματος καὶ τῆς χολῆς τὸ ἐν τῷ αἵματι συμμεμιγμένον, καὶ γίνεται τὸ αἷμα θερμότερον αὐτὸ ἑωυτοῦ πολλαπλασίως. τούτων οὖν διαθερμανθέντων ἀνάγκη πυρετὸν ἐπιγίνεσθαι ὑπὸ τῆς θερμασίας τοῦ αἵματος, μετὰ ῥῖγος. Idē etiam lib.4 cum ex violenta acrium humorum in partem aliquam irruptione,aut etiam ex vehementi inter se dissidentium succorum impetu, cum totius corporis concussu,rigoris originem trahi oportere probat, subsequentis inde febris huiusmodi causas adscribit. καὶ τὸ πῦρ ὧδε γίνεσθαι γίνεται. τά γὰρ πονέοντα περὶ τι χωρίον στείξαντα θερμαινόμενοι τὸ σῶμα, ἀναγκάζει ἐς ἑωυτὸ πῦρ γίνεσθαι. καὶ ὑπὸ τοῦ σιτίου μένει καὶ ὑπὸ τῆς κοιλίης θερμαίνεσθαι, ἐπικρατέει τοῦ ἄλλου ὕδρωπος. καὶ οὕτω τὸ μὲν πῦρ μετὰ τοῦ κρυμοῦ, ἣν μή τι τοῦ σώματος στείξῃ τὸ ἰσχὺν τὸ πλεῖον. ἢν δ᾽ εἰλέηται τρόπῳ τοιῷδε γίνεται. μετὰ τοῦ κρυμοῦ τὸ πῦρ εἰλέεται μάλιστα πονεόμενον, περὶ τὴν κοιλίην καὶ τὴν ἄνω καὶ τὴν κάτω, ἔνθεν γὰρ ἡ ἀναχώρησις πλείστη ἐστίν. εἰλεομένου δὲ αὐτοῦ, πρῶτον τὰ πλησίον θερμαίνεται. τά τε σπλάγχνα, καὶ τὰ ἐν τῇ κοιλίῃ ἐς τὴν θέρμην. ἐπειδὰν ἐπαυξάνεται τὸ θέρμον, καὶ τὸ ἄλλο ὑγρὸν διαχεόμενον, μίσγεται τῷ ὕδρωπι. καὶ τὸ πῦρ μετὰ τὸ ῥῖγος, ἐνθάδε γίνεται. ἐπὴν μὴ εἰλέηται τὸ πονέον. ἀλλὰ στείξῃ περὶ τοῦ σώματός τι. ταῦτα δέ μοι εἴρηται ὅκως τε τὸ ῥῖγος γίνεται τὸ νοσῶδες, καὶ ὁκότε, καὶ ὅκως, καὶ ὁκοίης ἐξ ἀνάγκης ὁ πυρετὸς μετὰ τοῦ ἐπιπίπτει. Ex quibus efficitur huiusmodi rigorem in internis corporis penetralibus conceptum, non sine febre veteres agnouisse, frugalitatis qua sine luxu beatissimam & simplicissimam vitam traducebant beneficio, cum

> *Nemo inter curas & seria duxit habendum* Iuuenal.Satyr.11.
> *Qualis in Oceani fluctu testudo nataret,*
> *Clarum Troiugenis factura & nobile fulcrum.* Et
> *Hanc rebus Latiis curam præstare solere*
> *Fictilis & nullo violatus Iuppiter auro.*

Posteriorum verò ac etiam nostri sæculi *perditissima gula,*

> *-----rabidam quæ fecit orexim,*
> *Irritamentum veneris languentis,& acres*
> *Diuitis vrticas,* Postquam omni ciborum varietate diffluerent, &
> *----- dum sæuior armis*
> *Luxuria incaluit,victumque vlciscitur orbem,* (Idem satyr.6.)

multis vitiorum casibus ætatem nostram exposuit Ex quo natum est vt assiduis crapulis & ingurgitationibus.ac succorum frigidorum & crudorum magna redundātia,rigorem huiusmodi sine febre nostra ignauia accerseremus. Pituita nanq; illa frigida(quæ vitrea Praxagoræ dicta est)ac etiam acida, vbi exagitata per corporis sensiles partes fertur,horrorem,aut impetu maiore delata,rigorem sine febre facit,non secus ac putrescens febrem excitat, vt scribit Galen.lib.2.de diff.febr. * Quæ vbi acrimoniam conceperit, & humorum tenuitati permixta, inter excernendum emota fuerit, inæqualem huiusmodi corporis concussionē,aut vlcerosum totius habitus sensum promouet Galeno lib.3. salubr. Quæ omnia in muliebri vita deside ac otio dedita luxuq; diffluente, magnam huiusmodi frigidi & crudi succi abundantiam coaceruante, facilè videre est,vt nil mirum sit hanc vitæ intemperantiā,huiusmodi rigoribus sine febre tentari,quemadmodū ex multis Galeni locis testatum esse volumus. Scribit enim hac de re lib. περὶ ῥίγους. οὐ μόνον δ᾽ ἐπὶ τῇ ξανθῆς ἢ μελαίνης χολῆς ῥῖγος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ ψυχρῷ πάνυ φλέγματι φιλεῖ γίνεσθαι. καλεῖ δὲ ὑαλώδη τὸν χυμὸν τοῦτον ὁ Πραξαγόρας. διὰ τοῦτο τοιοῦτον ῥῖγος οὔτε σφοδρόν ἐστι καίτοι διαμένον ἡμέραις ἐνίοτε πλείοσιν ἐφεξῆς, ἡσυχαζόντων δὲ καὶ μὴ δ᾽ ὅλως κινουμένων, ἡσυχάζει καὶ αὐτό. κινηθεῖσι δὲ εὐθέως ἕπεται κατὰ τὰ μέτρα τῆς κινήσεως. ἐπὶ μὲν τῶν ἰσχυροτέραις καὶ συντόνοις κινήσεσι, σφοδρότερον. ἐπὶ δὲ τῶν ἀσθενέσι, βραχύτερον. εἶδον τοῦτο τὸ σύμπτωμα γυναιξὶ μᾶλλον ἢ ἀνδράσι γινόμενον. καὶ γυναιξὶ ταῖς ἀργότατα διαιτωμέναις, καὶ λουτροῖς χρωμέναις. εἶδον δὲ καὶ νεανίσκῳ τινὶ τῶν ἡμετέρων συμβεβηκὸς ἐν διεξόδῳ μιᾷ γινόμενον. ἦν ἐν αὐτῷ πρῶτον εἰς αὐτὴν κατεπτ. διάγομεν ἐν ἀρχῇ φθινοπώρου, & cætera quæ sequuntur.Paulò verò post enixè magis eadē re hunc in modū, μὴ θαυμάσῃς δὲ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς ἄρθρον γεγραμμένον, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς κρύους ῥίγεσιν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐν τῷ σώματι διαθέσεως ὁρμωμένοις, ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι πυρετόν. οὔτε γὰρ λουτροῖς τοσούτοις ἐπὶ τροφαῖς, οὔτ᾽ ἀργῷ βίῳ χρωμένοις τοῖς παλαιοῖς, οὐδὲν τοιοῦτον συνέπιπτε. νυνὶ δ᾽ ἄλφῳ τῶν πλεοναζόντων τι, καὶ τοῦτό τι καλούμενον ἀνεκθέρμαντον ῥῖγος ἐργάζεται, νέον τι καὶ ξένον σύμπτωμα διὰ τὸ νέον τῆς διαίτης. ἅπαντί τε τοῖς οὕτω παθοῦσιν, ἢ ὑπὸ τάσεως, ἢ βάρους αἴσθησις γίνεται κατὰ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον, ἔνθα κεῖται τὸ ἧπαρ, ἐμφραττομένων δηλονότι τῶν κατ᾽ αὐτὸ φλεβῶν ὑπὸ τοῦ πάχους τοῦ χυμοῦ. ὥσπερ δὲ βάρους καὶ τάσεως τὸ κατὰ τὰ σπλάγχνα οἱ πάσχοντες ἴσχουσιν αἴσθησιν, οὕτω καὶ τοῦ ῥίγους αἰσθάνονται διαφέροντος τοῦ ἐν τριταίοις τε καὶ τεταρταίοις πυρετοῖς. Idem lib.2 de differ.febr.† κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, οὐδ᾽ ὅταν ὁ φλεγματώδης πλεονάζῃ χυμός, ἕπεται πυρετὸς εἰ μὴ σαπείη πρότερον. ἐπὶ τούτῳ μέν γε καὶ τοῖς παλαιοῖς ἀδύνατον εἶναι δοκοῦν, ὤφθη πολλάκις. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ χωρὶς πυρετοῦ ῥῖγος, ὅτι δὲ οἷς μὲν ἅπαξ γινόμενον ἐστὶ δὲ οἷς καὶ κατὰ περίοδον ἐπὶ πλείους ἡμέραις, ἢ συνεχὲς ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους, ἤτοι παντάπασιν οὕτω μέτριον, ὡς μηδ᾽ εἶναι δοκεῖν, ὅταν ἡσυχάζωσιν, ἀλλὰ μόνον εἰ κινηθεῖεν, εἰς αἴσθησιν ἥκειν, ἢ καὶ μειζόνως, ὡς χωρὶς τοῦ κινεῖσθαι διοχλεῖν. ἀλλ᾽ ὅταν γε καὶ ὁ τοιοῦτος ἐν τῷ χρόνῳ διασαπῇ χυμός, οὐ ῥιγοῦσι μόνον ἀλλὰ καὶ πυρέττουσι, καὶ χρόνιός τε πάνυ καὶ δύσλυτος ἐπιγίνεται ταῖς τοιαύταις αἰτίαις ὁ πυρετὸς, ἐν ἀμφημερινοῦ σχήματι. Et lib.de inæq.intemp. μάλιστα δὲ δυσκρασία καὶ τοῖς ῥιγοῦσι μὲν οὐκ ἐπιπυρέττουσι δὲ, σπάνιον μὲν γὰρ τὸ σύμπτωμα. γίνεται μὴν ὅλως καὶ γυναιξὶ καί ποτ᾽ ἀνδράσιν ἐνίοτε. χρὴ δὲ πάντως ἀργὸν προηγεῖσθαι βίον, ἢ τι πλῆθος ἐδεσμάτων ἐν χρόνῳ πλείονι. προσενηνέχθαι τῷ ἀνθρώπῳ, ἐξ οὗ χυμὸς ἀργὸς καὶ ψυχρὸς καὶ ὠμός, καὶ φλεγματώδης γεννᾶται. ὁποῖον τινὰ καὶ Πραξαγόρας ἡγήσατο τὸν ὑαλοειδῆ. πάλαι δὲ ὡς ἔοικεν, οὐδεὶς οὕτως ἔπασχεν ὅτι μηδεὶς τοσοῦτον ἀργῶς καὶ πλησμίως διῃτᾶτο καὶ διὰ τοῦτο γέγραπται παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς ἕπεσθαι ῥίγει πυρετὸν, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς καὶ ἄλλοις πολλοῖς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ὤφθη πολλάκις ῥῖγος, ᾧ πυρετὸς οὐκ ἐπηκολούθησε. Lib.verò de sympt.caus.eius rei causam vt abundè explicat,ita sanè hunc esse potius horroris sensum,aut certè rigoris quàm minimū, innuere his verbis videtur: παλαιὸς μὲν οὖν ὁ λόγος οὗτός ἐστιν, ὡς διὰ παντὸς ἕπεται ῥίγει πυρετὸς, οὐ μὴν γε ἀληθὴς ὑπάρχει τὸ πάμπαν, οὐδ᾽ αὖ δυσειδεῖ τις αὐτὸν προσηκόντως, ὥσπερ οὖν καὶ χρὴ δυσειδεῖσθαι φιλικῶς μᾶλλον ἐξηγουμένους τὰ τῶν παλαιῶν ἢ δυσμενῶς ἐξελέγχοντας, ἀλλ᾽ ὅμως οὐδ᾽ ὄντως ἀληθὴς ἐστὶν ὁ λόγος, οὐδ᾽ αὖ δυσειδόμενοι φαμὲν, ὅσα χωρὶς τῆς ἔξωθεν προφάσεως ἐκ τοῦ σώματος ἡμῶν ὁρμᾶται ῥίγη, πυρετὸν ἐξ ἀνάγκης αὐτοῖς ἀκολουθήσειν. ὤφθη γὰρ οὐχ ἡμῖν μόνοις, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς τῶν πρὸ ἡμῶν ἰατροῖς ἤδη ῥίγη συστάντα χωρὶς πυρετῶν οὐ μὴν ἰσχυρά γε οὕτως ἐστὶν, ὡς τὰ τῶν ἀκριβῶν προηγούμενα τριταίων, ἢ τεταρταίων, ἢ τὰ κείνοντα πυρετοὺς καυσώδεις τε καὶ θερμούς. εἴωθε δὲ τὰ τοιαῦτα ῥίγη διαίταις ἕπεσθαι μοχθηραῖς, ἐμπιπλαμένων ἀργῶς ἀνθρώπων καὶ λουομένων ἐπὶ τροφαῖς πολλάκις. ὅταν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἐδεσμάτων αἱ ποιότητες, πολλάκις ἐκ τῆς ψυχροτέρας τε καὶ φλεγματικωτέρας ὦσι κράσεως, ἑτοιμότατον δηλονότι ῥιγοῦν τὸ ἀνεκθέρμαντοι τοὺς οὕτω διακειμένους. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲ τὸ μηδέποτε θεάσασθαι ῥίγη τοιαῦτα τοὺς παλαιοὺς ἰατροὺς, ὡς ἂν μήτε πλημμελούντων εἰς τὴν ὑγιεινὴν δίαιταν ἴσα τοῖς νῦν τῶν τότε, μήτε τῆς τῶν βαλανείων χρήσεως εἰς τοσοῦτον ἐπιπολαζούσης. ἀλλ᾽ ὡς εἴρηται ἀρτίως τὰ τοιαῦτα ῥίγη, φρικώδη μᾶλλον ἐστὶν ἢ κλονώδη. πρώτη μὲν γὰρ αἴσθησις ἡμῖν ἐπὶ τοῖς μοχθηροῖς περιττώμασιν, ἀνωμαλίας γίνεται. καὶ ὅταν γε δριμέα τὰ τοιαῦτα ὑπάρχῃ, δακνώδης ἐστὶν ἡ αἴσθησις. δευτέρα δὲ φρίκης μικρᾶς, εἶτα μείζονος, εἶθ᾽ οὕτω μεγάλης, ὡς ἤδη καὶ ῥίγους τε μετέχειν. εἶτα τοῦ ῥίγους αὐτοῦ μόνου κλονοῦντος τε καὶ διασείοντος τὰ μόρια. τοῦτο τὸ ῥῖγος ἐπὶ τοῖς ψυχροῖς χυμοῖς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ σφοδρῶς κινοῦνται οἱ τοιοῦτοι διὰ τὸ πάχος. εἰ δὲ λεπτυνθεῖεν ποτὲ καὶ, οὕτοι ῥῖγος μὲν οἴσουσιν οὐ μὴν ἰσχυρότερον, οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ τὴν αὐτὴν ἐπιδέξασθαι λεπτότητα φλέγμα λεπτυνθὲν, ἣν ἡ λεπτυνθεῖσα ἴσχει ξανθὴ χολή, τὸ μὲν δὴ τοιοῦτο ῥῖγος οὐ πάνυ τοι γιγνώσκουσιν οἱ παλαιοὶ ἰατροί. τὸ δ᾽ ἐν νοσήμασι θανατώδεσι γιγνώσκουσι. Ex quibus coniicias licet rigorē alium quendam esse criticū,ex quo perfrictione tentantur ægri,lethalem admodum,qui extincto calore natiuo & iam propè

accisis

accisis naturæ viribus in ægris apparet. Atq; ij dicuntur ab Hippoc. ἐκ ῥίγεος περιψυχόμενοι, & plurimus est illi passim in tota sua doctrina de huiusmodi rigore sermo, quem ab hoc instituto valde esse alienũ ducimus. Hic enim ἀνεκθέρμαντον ῥῖγος [illegible] spectat, qui ex nullis manifestis causis sæpè initiis morborum apparet, cuique semper febrem esse comitem existimauerunt veteres Medici. Itaque spectat loquendi Hippocratis formula (ὡς ἔλεγεν, vt vulgi & simplicis plebeculæ sermonem coramq; qui ægris assidebant intelligas, quem pro rei nouitate animaduertendum voluit Hippoc. Aliàs nunq; nuda videtur locutio nihilq; tale addit, vt ægr. 6. lib. 3 μετὰ δὲ φρίκην [illegible], ἐρρίγωσε [illegible]. Ibid ægr. 10. & 12 σμικρὰ ἐπερρίγωσε, πυρετὸς ὀξύς Et æger. 13. lib. 3. post st. pert. περὶ δὲ [illegible] ἀφ᾽ ἧς ῥιγώσας ἀπεθερμάνθη, [illegible]. Porrò vnus ex nostris codicibus recentioribus, ὡς ἔλεγε, habet, vt ad ægrum ipsum referas, qui nusquam a rigore incaluisse sibi videretur. * Cap. 6. † Cap. 5.

καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ λόγον ἦλθε] Partus purgamenta ex naturæ præscripto ritè atq; ordine processisse his verbis indicat, quemadmodum postea in Dromeadæ vxore idem fere suggeret, καὶ τῶν ἄλλων πάντων γενομένων κατὰ λόγον, & supra in vxore Philini [illegible] σπερος γενομένης, dixit.

ὑπῆν ἐκ σήπεων] Hic secutus sum optimorum codicum consensum, qui post lumborum dolorem hanc clausulam apponunt. In eos autores habeo tres antiquissimos manu scriptos codices cum excusis & Caluo & Cornario. Quò etiã firmius in eam inducor ut fuisse opinionem vt illud [illegible], de subdititio pesso exprimerem, vt in superiore ægro, propter exuriam quandam & propè diuinam in Hippocratis disciplina ordinis rationem, quam in tam recondito Medicinæ penu, vel transuersum vnguem violare mihi maxima est religio. Ex quo natum est vt ij mihi suspecti sint codices qui clausulam istam ὑπῆν ἐκ σήπεων post muliebrium locorum dolores adscribunt. Cuius opinionis adscriptores habent manu scriptos codices recentiores.

ὑπομέλανα] Salutares esse possunt subnigræ vrinæ morbis in iudicationem euntibus, cùm humores per morbum exusti per vrinas iudicantur, vt in arquatis febre acuta laborantibus videre est. Securissimæ etiam sunt nigricantes vrinæ subsistente aut etiam fluente mulierum abundantia. Quin & puerperij purgationibus euntibus sine periculo nigricant. Quod his verbis testatur Gal. Com. 2. in lib. 3. Epid. καὶ φαίνεται δὲ μελαγχολικὸν αἷμα φαίνεται τὸ κινδυνεῦον αὐταῖς [illegible] [illegible] πρὸς ἐμπιπλαμένας αὐταῖς. [illegible] τῆς γυναικὸς ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης [illegible] πολλὰ λεπτὰ, μέλανα, [illegible] πολλῶν ἐκκενοῦσθαι [illegible]. Quibus ex verbis cur ὑπομέλανα dixerit cuiuis patet, quod nos de nigricantibus & quæ ad nigredinem tendunt vrinis, optimè, ni fallor, expressimus. Sunt enim τὰ οὖρα ὑπομέλανα ῥέποντα [illegible] πρὸς τὸ μέλανα γενέσθαι. Quæ hic etiam Galeno teste σὺν ἀγαθῷ καὶ βραχέως δηλοῖ.

ἀφ᾽ ἧς δὲ ἐλάμβανε πῦρ] Codices manu scripti tres ἔλαβε πυρετὸς habent, eodem sensu, vt ne monendum quidem fuerit, nisi veterum scriptionum index vt essem id mihi certè proposuissem.

παρέφρουσε] Istud omisit Caluus contra omnium codicum fidem. Idemque multa biliosa dixit χολώδεα καὶ ἄκρητα, aut certè πολλὰ χολώδεα non πάντα legit, & καὶ ἄκρητα omisit. In quo videndum est nos trium vetustissimorum exemplarium fidem secutos πάντα addidisse, quod in cæteris & impressis desideratur. καὶ ἄκρητα autem vt passim, multa & syncera bile tinctas deiectiones, quas abundè coloratas dicimus, significant, & Gal. per διαχωρήσεις ἀκράτως χολώδεις exprimit.

ἑνδεκάτῃ ἵδρωσεν [illegible]] Hic codices manu scripti post ἑνδεκάτῃ, ἵδρωσεν addunt, quam lectionem secuti sunt Gal. interpretes. Caluus vero priori sententiæ post [illegible] adscripsit. Nos cum impressis codicibus, cæterisque duobus antiquissimis manu scriptis sentimus, cuiusque lectionis fidem facit Gal. in Commentario, qui his citatis verbis ne istud quidem addidit, vt ne addam quod ex hoc temerario sudore nihil dum procuratis concoctionibus dici existimationi fœdum aliquid accessurum, vt etiam plurimum demptum iri existimem.

πολὺ ὑπόστασιν ἔχοντα] Non video cur hic quietum sedimentum dicere sibi permiserit Caluus, potiùs quàm multũ aut copiosum, nisi si quid aliud legisse videtur. ξανθά] Duo codices manu scripti ψυχρὰ habent, non ξανθά. Quam lectionem sequuntur Gal. interpretes & fortassis morbi causam humoris frigidi crudi permixtionem respiciunt. Sed vetustiores omnes codices & fide dignioresξανθὰ habent, quos cum interpretibus secuti sumus, quòd bilis ipsa sua leuitate in ventriculi capacitate innatans, sæpius vomitione redundatur, ὡς κουφὴ καὶ λεπτομερὴς τυγχάνουσα vt scribit Alexander Aphrodiensis in quæstionib. nat. & aph. 4. & lib. 4. * quod etiam longè procliuius fieri apparet vbi naturæ impetus ad iudicationem excitatur.

* *Quæst. 124. lib. 1.*

ἵδρωσεν ἄπυρος] ἵδρωσεν omisit Caluus, constantibus tamen in eo retinendo omnibus codicibus. Et certè liberationis à febre non leuissima causa est. Exemplaria duo manu scripta, recens vnum, alterum vetus, ἀπύρετος habent.

ὑπόστασις λευκή] Sedimentum istud album bonam spem ad reliquam solutionem cum cæteris bonitatis signis fecisse potest. Interdum verò cum crassa vrina subiens, frigidæ, crudæ & pituitosæ materiæ redundantem abundantiam arguit, aut naturæ imbecillitatem, quæ oppressis & velut fatiscentibus sub onere viribus vtile ab inutili secernere nequit. Quod fere in morbis ex conferta crassi & crudi humoris multitudine, aut intemperantiore victu accidit, idque circa initia, dum nulla coctionis signa apparent vt patet ex aph. 69. lib. 4. Est vbi tale sedimentum materiæ grauitatem & copiam indicat, vbi viris à multitudine & crassitie interceptis tale emittitur cum vrinis crassis & turbulentis, quarum hic etiam meminit. Quale quid in superiore ægro & in Sileno apparuisse videtur, estque valde lethale vt admonet Gal. Porrò decernentia ista signa quæ conceptam salubritatis spem erexerunt, velut rigor cum febre acuta sudorem postea promouens qui integrum corpus reliquit, vomitus biliosus, sedimentum album, iudicationem primum attentatam testantur. Quæ etsi in decimum quintum diem incidit, diei tamen decimi quarti beneficio procuratam facile iudicabit, qui Galeni libros decretorios viderit. Libr. enim secundo luculentissima enarratione confirmat, in morbis inueterascentibus & longis, eam meritò dici solutionem quæ plurimos dies occupat, & quæ sensim & ex interuallis non conferto impetu morbum deiicit. Cuinam verò dici (quando id ex plurium occupatione fit) crisim acceptam feras licet, ex accessionum comparatione, diei dignatione, criticorum temporum enumeratione, & criseos tempore, qua ratione dignoscas docet Gal. libr. 1. de dieb. decret. Ex qua disciplina hunc primum naturæ triumphum decimo quarto die decretum esse, cuius colligere est facile, etsi in decimum quintum diem incurrat. Hucque referri oportere Galeni in Commentario verba ista iudico ἐπ᾽ αὐτῆς οὖν ὁ λόγος τῆς [illegible] ἀρξαμένης, αἰσχρὸν [illegible] χρονίσαι τὸ νόσημα καὶ διὰ τοῦτο [illegible] μὴ ἐπειδὴ τὸ πρῶτον, ὡς ἀκινδύνως ἔχειν ἤδη.

[illegible] ἀριστερῷ βάρος] Hic locus est quem adducit Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. Ex quo crebram & paruam spirationem, propter respirationi subseruientium organorum affectionem, induci vult. Lateris enim sinistri continens dolor, & oris ventriculi affectus, thoracis partes grauari indicant, quod & insecuta tussicula declarauit. Cæterùm satis patet Galen. δι᾽ ὅλου non legisse, quod tamen in omnibus manu scriptis codicibus repetitur.

αὖθις ἐξ ἀρχῆς] Asulanus codex vitiosè legit αὕτη ἐξ ἀρχῆς & superiori membro iungit. Quædam etiam exemplaria ἐπιδύνως pro ἐπωδυνως habent.

κίων εἰλκυσμένος] Pro contracta & reuulsa columella tumentem dixit Caluus, causam non effectum consecutus, nisi ἐμπεφυσημένος legisse videatur.

οὖρον ὑπόστασις] Exemplaria vetustissima manu scripta plurima sic habent. Quædam etiam οὖρα ὑπόστασιν. & pro [illegible] [illegible] legunt duo reconditissimæ vetustatis. Significant nanque lateris dolorem nonnihil adhuc tenuisse nec omninò leuatum fuisse. Quam lectionem secuti sumus.

περὶ δὲ τετάρτην καὶ τριακοστὴν] Codices manu scripti duo περὶ δὲ λδ. hoc est τετάρτην καὶ τριακοστὴν habent, quam lectionem secutus sum cum Galeni interpretibus, quòd à vigesimo die quaternariorum vis langueat. ἐπεπαύσατο quoque pro [illegible] habent tria exemplaria Regia manu scripta.

ἐκρίθη, τελέως ἄπυρος] Duo codices manu scripti, ἐκρίθη τελέως legunt, quomodo etiam Gal. lib. 2. de dieb. decret. vt sit quod in aphorismis dixit [illegible], ἢ [illegible], ἢ [illegible]. Etsi ad vtrunque referri potest, quod facit Gal. in Com. cùm dixit, [illegible] ἀπυρέτως. Duo item manuscripti codices, vetustior vnus, alter recentior, ἀπύρετος legunt.

Æger Sextus.

Cleonactidem qui ſupra Heraclium decumbebat, ignis hoc eſt febris vehemens, vago & incerto quodam ordine prehendit. Capitis & lateris ſiniſtri circa initia dolor adfuit, cœterorumq; membrorũ perinde ac ex laſſitudine labores. Febriũ acceſſiones aliæ ſubinde abſq; vllo ordine, & nunc quidem ſudores, nunc verò minimè. Febrium inſultus vt plurimũ diebus decretoriis ferè inuadebant. Ad vigeſimum quartum diem extremæ manus frigeſcebant, vomitione refuſa ſunt biliosa, flaua, ſubfrequentia, non longè verò poſt, virulenta, quibus omnibus leuatus eſt. Circiter trigeſimum ſanguis fluere ex vtraq; nare cœpit, idq; inconſtanter paulatim ad iudicationem vſq;, ſed nec cibum auerſabatur, nec ſiticuloſus toto tempore fuit, neq; verò inſomnia torquebatur, vrinę tenues, non tamen decolores erant. Ad quadrageſimum verò ſubrubra minxit, cum ſedimento multo rubro, leuius habuit. Poſt quæ variè ſe habuerunt vrinæ, vt quæ interdum ſedimentum haberent, interdum verò nequaquam. Sexageſimo vrinis ſedimentum multum, album & læue adfuit, remiſſa ſunt omnia, febris intermiſit. Vrinæ verò iterum tenues quidem, boni coloris tamen. Die ſeptuageſimo à febre liber fuit, quæ dies decem intermiſit. Octogeſimo rigore oborto febris acuta prehendit, ſudor multus, vrinis ſedimentum rubrum, læue adfuit. Quibus perfecta iudicatio ſucceſſit.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΚΤΟΣ.

Κλεονακτίδην, ὃς κατέκειτο ἐπάνω τοῦ Ηρακλείου, πῦρ ἔλαβε πεπλανημένως, ἤλγει δὲ καὶ κεφαλὴν ἐξ ἀρχῆς, καὶ πλευρὸν ἀριστερόν. καὶ τῶν ἄλλων πόνοι, κοπιώδεα τρόπον. οἱ πυρετοὶ παροξυνόμενοι, ἄλλοτε ἀλλοίως ἀτάκτως. ἱδρῶτες, ὅτε μὲν, ὅτε δ' οὔ. τὰ μὲν πλεῖστα ἐπεσήμαινον οἱ παροξυσμοὶ, ἐν κρισίμοισι μᾶλλον. περὶ δ' εἰκοστὴν τετάρτην, χεῖρας ἄκρας ἐψύχετο, ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ. ὑπόσυχνα. μετ' ὀλίγον δὲ ἰώδεα. πάντων ἐκουφίσθη. περὶ δὲ τριακοστὴν ἐοῦσι, ἤρξατο ἀπὸ ῥινῶν αἱμορραγεῖν ἐξ ἀμφοτέρων, καὶ ταῦτα πεπλανημένως κατ' ὀλίγον μέχρι κρίσιος. οὐκ ἀπόσιτος δὲ, οὐδὲ διψώδης παρὰ πάντα τὸν χρόνον. οὐδὲ ἄγρυπνος. οὖρα δὲ λεπτὰ, οὐκ ἄχροα. περὶ δὲ τεσσαρακοστὴν ἐὼν, οὔρησεν ὑπέρυθρα. ὑπόστασιν πολλὴν, λείην ἐρυθρὴν ἔχοντα. ἐκουφίσθη, μετὰ δὲ ταῦτα ποικίλως τὰ τῶν οὔρων, ὅτε μὲν ὑπόστασιν εἶχεν, ὅτε δ' οὔ. ἑξηκοστῇ οὔροισιν ὑπόστασις πολλὴ, καὶ λευκὴ, καὶ λείη. ξυνέδωκε πάντα. πυρετοὶ διέλιπον. οὖρα λεπτὰ μὲν, εὔχροα δὲ, ἑβδομηκοστῇ ἄπυρος διέλιπεν ἡμέρας δέκα. ὀγδοηκοστῇ ἐπερρίγωσε, πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβεν. ἵδρωσε πολλῷ. οὔροισιν ὑπόστασις ἐρυθρὴ, λείη. τελείως ἐκρίθη.

Febris iſta erratico & vago quodam ordine prehendens, multam crudamque materiam, ſalubrem tamen, cauſam habuit, quæ naturalibus facultatibus optimè per totum morbum ſibi conſtantibus, longi temporis moram ad concoctionem adhibuit. Tenues nanque toto morbi tempore vrinæ, nil aliud quàm morbi diuturnitatem indicabant, quæ contentis & coloris bonitate ſecuritatem ſemper oſtentarunt. Quòd ſi tenuitatis non ea fuiſſet pertinacia, vt vel conſiſtentiæ moderationi aliquando cederet, non erat quòd naturę operas in tam diuturnum tempus retardaret. Sed crudiori ſanguinis abundantiæ mixta pituitæ craſſitie meritò coctio in longum tempus dilata eſt, quod tenues perpetuò vrinæ indicarunt, quæ ſuis contentis permixtionis crudæ & craſſæ materiæ in ſedimentum depoſitæ fidem fecerunt. Iſtiuſmodi verò materiæ inæqualitas non aſpernanda, dum naturæ viribus cederet, magnam ſedimentorum inconſtantiam peperit, quod iſta copia interdum à natura ſubacta, manus atque herbam porrigeret, interdum verò copioſior, cruditatis notas prætenderet, nullumque ſedimentum deponeret. Æquum fuit igitur cum huiuſmodi ſubrubræ vrinæ à crudioris ſanguinis copia procederent, diuturnam quidem ſalubritatem portendi, & ad octogeſimum diem propter humorum inæquabilitatem naturæ officia interturbantem porrigi, quod valde eſt inſigne longioris morbi cũ ſecuritate exemplum. Vrinæ porrò huiuſmodi ſubrubræ, ſanguinis crudi copiam oſtentantes, ſæpe in morbis ex copia viſuntur. vt in ſynochis, quæ ſi craſſæ ſint, breuem morbum, tenues, longiorem & difficiliorem fore præſagiunt.

κλεονακτίδην] κλεαντίδην vocat Gal. lib. 2. de dieb. decret. poſteriore loco cap. 5. & vnus ex manu ſcriptis codicibus κλεονάκτην, quomodo legiſſe videtur Gal. Cætera omnia fere exempl. κλεονακτίδην, quam lectionem omnes præter Cornarium interpretes ſecuti ſunt. Vetuſta verò exemplaria duo, κατώκειτο pro κατέκειτο habent, quemadmodum etiam legiſſe videtur Caluus & Vaſſæus.

πεπλανημένως] Significat incerto quodam modo & vago, nulloque ſeruato circuitus ordine febrem prehendiſſe, quod ex magna humoris inæquabilitate contigit. Sic febres erraticas, quas πλανήτας vocat Hippocr. * Celſus incertas, quæ autumno graſſantur, ex aph. 22. lib. 3. vocat. Quibus ſtatas, vt opinor, opponit † Plinius.

* *Cap. 1. lib. 1.* † *Cap. 8. lib. 28.*

καὶ πλευρὸν ἀριστερὸν] Ex hoc loco ſpirandi difficultatem conſultò ab Hippocrate omiſſam colligit Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. his verbis: καὶ μέντοι καὶ ὁ μετ' αὐτοῦ γεγραμμένος Κλεονακτίδης, ἐξ ἀνάγκης μὲν καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἐδυσπνόει διὰ τὴν ὀδύνην τῆς ἀριστερᾶς πλευρᾶς ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ τούτου γέγραπταί τι περὶ δυσπνοίας, ὡς ἂν καὶ χωρὶς τοῦ γράφειν νοεῖσθαι δυναμένης, οὐ μὴν παρεφρόνησέ γε οὐδὲ ὁ Κλεονακτίδης.

κοπιώδεα τρόπον] Iſtud materiæ grauitatis & copiæ ſymptoma eſt, cum oppreſſis à multitudine membris, in muſculoſo genere laſſitudinis ſenſus ſentitur. Hos enim κοπιώδεας paſſim vocat Hippoc. cùm laſſitudinis ſua ſponte & abſque vlla externa cauſa ortæ, in febribus ex plurima redundantia genitis, ſenſus ſentitur. Quem in ſenſum κόπον καὶ κοπιώδεας interpretatur Galenus aph. 5. libr. 2. & 31. lib. 4. κόπος enim οὐ τῆς ἐκ τῶν κινήσεων ἀμετρίας ὄνομά ἐστι, ἀλλὰ τῆς ἐγγινομένης διαθέσεως ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν. Cuiuſmodi laſſitudines cum nullam prægreſſam ortus ſui cauſam habeant, & ex vitioſo ſucco ingenito, nobis imprudentibus ſuccreſcant, ſuæ eſſe ſpontis & ſpõtaneæ dicuntur. Nam cùm quidam ſine motuum actione laſſitudinis ſenſum ſentiant & κοπιώδεις dicantur, τοὺς τοιούτους κόπους οὐχ' ἁπλῶς κόπους, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσι κόπους αὐτομάτους vt ſcribit Galenus. Morboſum igitur corporis ſtatum cùm huiuſmodi laſſitudo denunciet, ſitque ἡ κοπώδης αἴσθησις ἐν τῷ κάμνοντι δηλονότι γιγνομένη νοσῶδες μέν σύμπτωμα, vt ſcribit Galenus Com. 2. in Prorrh. & initio lib. 4. ſalubrium: nihil eſt mirum hunc ægrum ex plenitudine & copia κοπιώδη fuiſſe, hoc eſt perinde ac ex laſſitudine laboraſſe, aut laſſitudinis ſenſum habuiſſe. Celſus enim ἐν πυρετοῖσι κοπιώδεας ex aph. 31. lib. 4. † laſſitudinis ſenſum in febre vertit. Quam ob rem per mihi mirum videtur cur elegantem iſtam dictionem vereque Hippocraticam prætererit Caluus, aut ſibi ſatis eſſe factum putarit quòd cætera laborioſè habere dixerit. † *Cap. 7. lib. 2.*

ἐπεσήμαινον οἱ παροξυσμοὶ] Id propriè de primo acceſſionis inſultu dictum. Eſt enim ἐπισημασία primus ille acceſſionis impetus & inuaſionis initium, quemadmodum ſcribit Gal. lib. περὶ τῶν ἐν ταῖς νόσοις καιρῶν. καλῶ δ' εἰσβολὴν παροξυσμοῦ, τὸ ἀκριβῶς ἤδη πρῶτον γίνον ἁπλῶς. τὸ δ' αὐτὸν τοῦτον ἐπισημασίαν εἰώθασιν ὀνομάζειν. Idem quoque Com. in aph. 1. lib. 2. acceſſionum principia ἐπισημασίας Medicis vocari ſcribit. Vt mihi videatur ἐπισημαίνειν proprio quodam modo hîc de prima acceſſionum ſignificatione dici. Exemplaria manu ſcripta duo pro μᾶλλον, μάλιστα ſcribunt.

ἐψύχετο] Codices manu ſcripti duo in quibus eſt vetuſtiſſimus vnus, ἐπόνησεν legunt. Reliqui omnes ἐψύχετο habent. Atque etiam in vno ξανθὰ deſiderari reperio.

οὖρα λεπτὰ] Sic habent exemplaria duo Regia manu ſcripta cum publicatis. Quædam etiam λεπτὰ habent. Quorum fidem cum Galeni autoritate ſecutus ſum, quem ſic legiſſe ex his Commentarij verbis ſatis conſtat νυνὶ δ' ἐπὶ λεπτὰ διὰ παντὸς ἦν τὰ οὖρα, χρόνου συχνοῦ πρὸς πέψιν ἐδεῖτο. In his nanque vrinis conſiſtentiæ modum requirit ad celeriorem iudicationem futuram.

A ...] Codex manu scriptus vetustissimus ... habet, sicque Caluus legisse videtur. Quæ lectio aspernanda non est, quòd securiorem iudicij firmitatem faciat. Alij verò ..., non ... legunt, quod secuti sunt publicati codices. Sunt etiam qui neutram habeant lectionem, in quo cum nostro codice Germanico manu scripto consentiunt. Quam lectionem eò lubentiùs secuti sumus, quòd eam à Galeno in Comment. approbari constet his verbis, ... Subrubræ verò fuerunt vrinæ à sanguinis sero crudiore per venas circa hepar totumque ventrem oberrante, qui quòd naturæ operam ob familiaritatem requirat, diuturnitatem, ad concoctionem postulauit. Eo vero firmior salubritatis spes fuit, quod sedimentum subrubrum apparuerit, sic enim iudicationem breui expectari iubet aph. 71. lib. 4. aut quod vrinæ in meliùs procederent, nec æquè diu tenues ac in Hermocrate lib. 3. Epid. perseuerarent. In quo ex magna cruditate vrinæ tenues & returbatæ diutius permanserunt. Hic autem subrubras vrinas dicit ex sanguinis sero per venas delato tinctas, non rubras, quę confertam sanguinis copiam, aut prærubras, quæ eiusdem refusionem perruptis conceptaculis significant.

B ...] ... lego ex Gal. & duobus antiquis codicibus manu scriptis. Neque enim parum ... illud mihi conferre videtur, quod reliquam adhuc crudam aliquam materiam naturæ munia desiderantem innuat, vt scribit Galenus.

...] Codex vnus manu scriptus pro ... legit, non omninò aspernanda lectione, nisi ex ... deflexisse crederem, quomodo in aliis manu scriptis exemplaribus reperio.

...] Exemplaria duo ... habent, quomodo legit Gal. in Com. & duobus locis lib. 2. de dieb. decret. Quorum postremus, cùm vitiosè admodum nostris in codicibus legatur, integer adscribendus est, ...

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

C Μέτωνα πῦρ ἔλαβεν ... βάρος ἐπώδυνον. ἐς τὴν ὑστεραίην ὕδωρ πιόντι ὑπόσυχνον, ἀπὸ κοιλίης καλῶς διῆλθε. τρίτη κεφαλῆς βάρος. διαχωρήματα λεπτὰ, χολώδεα, ὑπέρυθρα. τετάρτη πάντα παρωξύνθη. ἐῤῥύη ἀπὸ δεξιοῦ μυκτῆρος αἷμα δὶς ὀλίγον. νύκτα δυσφόρως. διαχωρήματα ὅμοια τῇ τρίτῃ. οὖρα ὑπομέλανα εἶχεν. ἐναιώρημα ὑπομέλαν ... διεσπασμένον οὐχ ἱδρύετο. πέμπτῃ ἐῤῥύη λαῦρον ἐξ ἀριστεροῦ ἄκρητον. ἱδρώσας ἐκρίθη. μετὰ

D δὲ κρίσιν ἄγρυπνος παρέκρουε. οὖρα λεπτὰ, ὑπομέλανα. λουτροῖσιν ἐχρήσατο κατὰ κεφαλῆς. ἐκοιμήθη, κατενόησε. τούτῳ οὐχ ὑπέστρεψεν, ἀλλ᾽ ἡμοῤῥάγει πολλάκις καὶ μετὰ κρίσιν.

Æger Septimus.

Metonem ignis, hoc est febris vehemens, prehendit cum lumborum grauitate & dolore. Postridie ex liberaliore aquæ potu aluus rectè demisit. Tertio capitis grauitas tenuit, deiectiones tenues, biliosæ, aliquantulum rubentes prodierunt. Quarto exasperata sunt omnia, bis ex nare dextra sanguis paulatim effluxit, nox laboriosa, deiectiones eædem quæ die tertio vrinæ nigricantes, quæ sublime quiddam in medio innatans, subnigrum diuulsum, nec subsistens habebant. Quinto die ex nare sinistra liberaliter sanguis syncerus effluxit, sudore suborto iudicatus est. Post iudicationem autem cum peruigilio preter rationem loquebatur, vrinæ tenues & nigricantes erant. Post capitis perfusiones quieuit, mente constitit. Huic morbus non reuertit verùm etiam post iudicationem crebrò sanguis è naribus erupit.

Hoc in ægro febris acutissimæ ex concalefacto bilioso plurimo sanguine promptissimum fuit iudicium. Par est autem iuuenem, aut virium firmitudine cõstantem ægrum fuisse, quòd primis statim diebus ex frigidæ largo potu aluus in biliosos & tenues se essus proruperit, quibus multa bilis copia repurgata est. Sed certè cùm vrinæ tenues & alioqui suspectæ perseuerarent, totius iudicij gloriatio copioso sanguinis ex naribus profluuio accepta ferenda est & diei quartæ æstimationi accensenda. Etsi enim hostilis morbi reliquias ad diem quintum à natura profligatas esse constat, illud tamen diei quarti auspiciis gestum est, cuius etiam auxilio, palantes adhuc & dissipatos ex fuga hostes, laudabili & crebra sanguinis profusione, natura suis omninò finibus eiecit. In quo magna

E naturæ vis suscipienda venit, quæ vix vllo expectato vrinarum signo, tam propè auxiliares manus attulit, vt laudatissimum per effluxionem abscessum, per quem hostem fugatum emitteret, velut optatò aperuerit.

...] Frigidam liberalem in febrium ardentium aut acutarum æstu ægris exhiberi nouum non esse, aut Gal. inuentũ, Hippocratis monumenta testantur, præcipueq; liber de rat. vict. in morb. acut. vbi febribus ardentibus ægro quantum volet aquæ concedit, eamq; exhiberi in morbis acutis testatur. Quod etiam Galenus contra Erasistratum hac in re Hippocr. discipulos in inuidiam trahentem, multis in locis scribit. Idem quoq; Medicinę parens ad extremum lib. 5 ..., non tantum frigidam potionem febribus ardentibus consulit, verumetiam earum recensionem facit vsumq; proponit, his verbis: ... Ac ne si id quidem in febrium ardentium feruore indubitatas habet

F confessiones in febrium biliosarum aut acutarum æstu fieri debere negandum est. Hippocrates nanque lib. 2. ... in febre biliosa frigidam his verbis concedit: ... Quod ferè idem lib. de rat. vict. in morb. acut. consulit, cum pleuriticis & peripneumonicis in duarum potionum oxymelitis & mulsæ medio aquam concedit. ... hoc est humidi cuiusdam copiam abundantiamq; facere scribit. Quod in biliosis & acutis morbis non contemnendum est remedium. Libro quoque 4 epid. febribus acutis frigidam consulit & timidam medicorum cautionem aquæ potu ægris interdicentium his verbis arguit: ... Neq; verò mihi aliud voluisse videtur his lib. 6. epid. sententiis. ... Et ... Ex quibus omnibus efficitur

G Hippocratem ipsum in febribus frigidam concessisse, vt ne Galenum ipsum in testem feram, qui plurimis locis in Methodo, præcipue vero lib. 9. & 10 rem ipsam conficit, ac in continentibus febribus (synochos dicimus) non sine magna iudicij attentione exhibet. Vt nemini mirum videri debeat si in hac febre acutissima ex plurimo bilioso exæstuante sanguine, liberaliter epota aqua, etsi id primis diebus contigerit, biliosam alui fluxionem non temerè procurarit. Exemplaria manu scripta duo ... pro ... habent, minimo ex temporis differentia momento. ... duo manu scripti codices habent. Hic quoque vitiosè admodum in Asulano codice, ... pro ... scribi facile est aduertere.

ἐῤῥύη ἀπὸ δεξιοῦ μυκτῆρος] ... omittit Asulanus codex, idq; non sine mendo (vt opinor) etsi ea lectio in codice manu scripto vno reperitur. Quæ lectio etsi ex Hipp. loquendi more propter ... satis aperta est, non est tamen quòd temerè constantissimã lectionẽ immutandã putẽ. Quod sequitur ... codices ferè omnes scripti ... habẽt, quod legit Aldus, etsi ea res magni momenti nõ est. Paucum enim aut tenuem sanguinẽ ex naribus effluxisse in eandẽ ferè notionẽ cadunt, præsertim cùm bis apponat.

H οὖρα ὑπομέλανα εἶχεν] Vrinæ istæ nigricantes, etsi taceat Galenus, non sine magnæ naturæ efficacitate, potuerunt esse salutares, vt in acutis morbis contingit, qui per vrinas iudicantur, vt multas pleuritides iudicatas scimus per vrinas nigras crassas tamen: & quæ solent vrinæ nigræ salutares esse, ferè crassæ sunt, tenues lethales. Est vbi bilis copia in hepate & venis medijs inclusa vritur, & humor vstus per vrinas nigricantes non nisi salubriter egeritur, quod huic ægro contigisse potuit, aut ex sanguine perassato vrinis permixto, vrinæ nigricantes visæ sunt. Sic enim subnigras vocat non quæ vehementer nigricent, sed quæ nigredine intinctæ sint. Possunt quoque nigricantes esse vrinæ, si lien per vrinas expurgetur, quod scribit Gal. 14. meth. Sedimentum verò nigrum valde perniciosum est, sublimamentum minus, atq; eò minus adhuc nubes. Quod sequitur οὐχ ἱδρύετο ad sublimamentum diuulsum & dispersum, neque subsistens retulit, vt materiæ inæqualitatem aut etiam flatuum permixtam aliquam copiam referret. Potest & vrinas totas

ſpectare eadem prope ratione,eamq; lectionem reperi in antiquiſſimis manu ſcriptis codicibus.Reliqua exemplaria οὐχ ἱδρῶτι cum Galeno habent.Quam lectioné ſecutus eſt Caluus & Galeni interpretes. Vitioſum autē eſt quod in vno exemplari οὐχ ἱδρῶτα legitur.

πέμπτῃ ἐρρύη λάβρον] Hoc in decernentium diſciplina eſt præcipuum,vt excretiones iudicatoriæ morbi dignitati reſpondeant, ideóque hæmorrhagiam liberalem & copioſam morbum alleuantem ſemper prædicat Hipp.defectam & ſubſiſtentem improbat. Vt verum ſit ex parentis diſciplina quod lib.2.Epi.*adſcriptum eſt,& hîc Galen.repetit. αἱμορραγίαι λάβροι ἐκ ῥινῶν ῥύονται τὰ πολλά.Cùm autem larga iſta ſanguinis effluxio,cui certè vni morbi depulſio accepta referri debet,die quarto inchoata habuerit initia, & in diē quintum exitum perduxerit illius certè beneficio tentata eſſe iſta omnia exiſtimare debemus vt quiuis facilè exiſtimare poterit ex lib.2.de dieb.decret.cap.5. Hic exemplar vnum manu ſcriptum & reconditum à cæteris diſſentit.& ἀπὸ δεξιοῦ legit , quod fortè firmiorem iudicationem facit. Quam lectionem Caluus & Hermannus Cruſerius habuiſſe videntur. Duo itidem exemplaria τῇ ε̄ legunt,quam lectionem ſecutus eſt Galenus lib.2.περὶ δυσπ.Vitioſum eſt porrò quod legunt codices duo manu ſcripti ἄκειτον pro ἄκριτον, quod etiam in his ſæpè occurrit. *Sect. 1.

παρέλεγεν] παραλαλεῖ interpretatur Gal.in Com.quod eum aliena & præter rationem oblocutum fuiſſe ſignificat, leueq; delirium, qualis eſt ebriorum in ſermone vacillatio,innuit,ex cerebri à ſanguine ſurſum lato repletione,vt ex Galen.verbis lib. 2. περὶ δυσπν. cuiuis liquidò conſtat,quæ cùm huius loci apertiſſimam habeant explanationem,non eſt quod aliunde lumen accerſamus. Scribit igitur, ὁ δέ γε μετ' αὐτὸν γεγραμμένος Μέτων, οὔτ' ἐδυνήθη κοιμηθῆναι διὰ παντὸς, οὔτε στενοχωρῆσαί τι τῶν αἰσθητικῶν ὀργάνων ἔσχεν· ἀλλ' οὐδὲ παραφροσύνης ὑπόθεσιν οὐδεμίαν νοσώδη. παράδοξον δ' ἔστι, καὶ οὐκ ἐθισμένον ἁπάντων συνέπεσεν αὐτῷ. τῇ γὰρ ε̄ τῶν ἡμερῶν αἱμορραγήσας τε καὶ ἱδρώσας ἐκρίθη τελέως. ἡμορράγει σὺν τούτῳ καὶ μετὰ κρίσιν ἄγρυπνος ὤν, ἀλλὰ καὶ παρέλεγε, φησί, καί τοι πρὶν κριθῆναι μηδ' ὅλως παραφρονήσας. διὰ τοῦτο οὖν ἡμεῖς ἔφαμεν αὐτῷ μηδεμίαν γενέσθαι νοσώδη διάθεσιν παραφροσύνης. ἀλλ' οὕτως παρέλεγεν ὡς τοῖς μεθύουσι συμβαίνει, πληρώσει τῆς κεφαλῆς. δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τὸ, παρέλεγεν, ὄνομα γέγραπται πρὸς Ἱπποκράτους, ἐνδεικνυμένου τὴν πρὸς μέθην ὁμοιότητα γενομένην αὐτῷ ἐκ τῆς περὶ τὴν κεφαλὴν πληρώσεως. ἀνελθὸν γὰρ ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἐκ τῶν συμβαινόντων ἐστὶ τεκμήρασθαι, πλῆθος οὐκ ὀλίγον αἵματος, ἐφ' ᾧ δὴ καὶ τὸ σύμπαν ἐκεῖνο νόσημα, δεξαμένης τῆς κεφαλῆς ἅπασαν αὐτοῦ τὴν διάθεσιν. διὰ τοῦτο τοῦ αἵματος οὐκ ὀλίγον μὲν ὄντος ἐν τῇ ε̄ τῶν ἡμερῶν λάβρως ἐξεκρίθη σὺν ἱδρῶτι. πολὺ δέ τι πλέον τοῦ κενωθέντος ὑπέμεινεν ἐν τῇ κεφαλῇ, βαρῦνόν τι αὐτὴν, καὶ παραλέγειν τὸν ἄνθρωπον ἀναγκάζον, ὅθεν Ἱπποκράτης λουτροῖσιν ἐχρήσατο κατὰ κεφαλῆς εἰπὼν, ἡμορράγει πολλάκις μετὰ κρίσιν. ὡς ὅτι γε τοῦτο οὐ μόνον οὐκ ἔγραψεν οὐδένα τρόπον τῆς δυσπνοίας. ἀλλ' οὐδὲ ἐγένετο τὸ ἀρχαῖον δύσπνοος. οὐ γὰρ τοῖς παραλέγουσιν ἕπεται, ἢ τοῖς μεθύουσιν, ἀλλὰ τοῖς παραφρονοῦσι μόνοις μέγα γίνεται καὶ ἀραιὸν τὸ πνεῦμα. λουτροῖσιν ἐχρήσατο κατὰ κεφαλῆς]Capitis iſtæ perfuſiones ad iuuandā ſanguinis profluxionē adhibitæ ſunt.Symptomata nanq; poſt criſim perſeuerantia,peruigiliū nempe & delirium,ſanguinis copiam reſtitiſſe ſignificabant,quo perfuſione liquato,facilè,iam velut in curſu ipſo,natura eum per appoſita emiſſaria,eduxit. In hunc nanq; vſum capitis balneū conſulit Hipp.lib.3.de rat.vict.in morb.ac.his verbis,quorum etiā mentio facta eſt à Gal.in Com. ἥκιστα δὲ λούειν χρεὼν, οἷσιν ἡ κοιλίη ὑγροτέρη τοῦ καιροῦ ἐν τῇσι νούσοισι, ἀτὰρ οὐδὲ οἷσιν ἕστηκε μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ μὴ προσελήλυθεν. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς γεγυιωμένους χρὴ λούειν οὐδὲ δὴ τοὺς ἀσώδεας ἢ ἐμετικοὺς, οὐδὲ τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες, οὐδὲ τοὺς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγέοντας, εἰ μὴ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι. τοὺς δὲ καιροὺς οἶδας. ἢν δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέῃ, λούειν. ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μούνην. Quem in ſenſum ad liberaliorē ſanguinis fluxionem illud lib 2.Epid.* aperuimus, τρῶμα ἢν αἱμορραγήσῃ μὴ βρέχειν τὸ ἕλκος, τὴν κεφαλὴν δὲ βρέχειν θερμῷ. Illic enim tum hæmorrhagiæ in vulnere cautio,tum verò conſiliū intelligi poteſt,quod etiam ad quoduis ſanguinis profluuium accommodari debet. Hunc quoq; locum his verbis celebrat Galenus Comm.in aph.42.lib.7. κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν ἐπὶ Μελίτωνος ἔγραψεν, λουτροῖς ἐχρήσατο κατὰ τῆς κεφαλῆς. οὔτε γὰρ ἐπ' ἐγκαύσει καὶ ψύξει γινόμενοι πυρετοὶ, πρὸς τὸ τοιοῦτον ὀνίνανται λουτρῶν. οὔτ' ἐπὶ κόποις οὐδὲν ἧττον οὔτε διὰ στέγνωσιν πόρων, οὔτε δι' ἔμφραξιν, οὔτε διὰ μύσιν στεγνωθέντων. Vbi vitioſè Μελίτωνος pro Μέτωνος ſcribitur. Porrò in febribus balneum ab Hipp.imperari,aut quibus etiam conueniat facilè cognouerit,qui aph.42.lib.7.legerit: ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ καὶ θερμοῦ καταχεομένου κατὰ τῆς κεφαλῆς, λύσις τοῦ πυρετοῦ γίνεται.Quod etiam lib.2.Epid.†his verbis attingit: ἢν ἄνθρωπον θέρμη ἔχῃ μὴ ἀπὸ χολῆς μηδὲ ἀπὸ φλέγματος, ἀλλ' ἢ ἀπὸ κόπου, ἢ ἄλλως πυρεταίνῃ, ὕδωρ θερμὸν πολλὸν, ἔπειτα καταχέων τὴν κεφαλὴν βρέχειν, μέχρις ἂν τοὺς πόδας ἱδρώσῃ. *Sect.5. †Sect.6

Æger Octauus.

Eraſinum qui ad Bootæ torrentem habitabat,febris à cœna vehemens corripuit, noctem turbulentam tranſegit.Primus dies quietus fuit, nox laborioſa. Poſtridie ingraueſcentibus omnibus ſub noctem delirauit. Tertio die laborioſè habuit, multum delirauit. Quarto grauiſſimè, per noctem verò nihil dormiuit,ſomnia aderant & ratiocinationes,deinde deteriora, magna & imprimis animaduertenda, timor & magna corporis incontinentia. Quinto mane cōpoſitus erat,omninoq; ad intelligentiā redierat. Ad meridiem verò valde inſaniuit, neq; ſe cohibere poterat,ſumma corporis frigida & liuentia , vrinæ crudæ,ſub ſolis occaſum defunctus eſt. Huic ad extremum vſque febres cum ſudore aderant, præcordiorum tumor & contenſio non ſine dolore. Vrinæ verò nigræ,ſublimia quædam in medio innatantia rotunda habebant , neque ſubſidebant, & ex aluo ſtercora demiſſa ſunt. Sitis continua non magna tamen. Conuulſiones cum ſudore ſub mortem multæ.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

Ἐρασινὸν, ὃς ᾤκει παρὰ Βοώτου χαράδρην, πῦρ ἔλαβε μετὰ δεῖπνον. νύκτα ταραχώδης, ἡμέρην τὴν πρώτην δι' ἡσυχίης. νύκτα ἐπιπόνως. δευτέρῃ πάντα παρωξύνθη. ἐς νύκτα παρέκρουσε. τρίτῃ ἐπιπόνως. παρέκρουσε πολλά. τετάρτῃ δυσφορώτατα. ἐς δὲ τὴν νύκτα οὐδὲν ἐκοιμήθη. ἐνύπνια καὶ λογισμοί, ἔπειτα χείρω, μεγάλα καὶ ἐπίκαιρα. φόβος. δυσφορίη. πέμπτῃ πρωῒ κατήρτητο, καὶ κατενόει πάντα. πουλὺ δὲ πρὸ μέσου ἡμέρης ἐξεμάνη. κατέχειν οὐκ ἠδύνατο, ἄκρεα ψυχρὰ ὑποπέλια. οὖρα ὑπέστη. ἀπέθανε περὶ ἡλίου δυσμάς. τούτῳ οἱ πυρετοὶ διὰ τέλεος ξὺν ἱδρῶτι. ὑποχόνδρια μετέωρα. ξύντασις μετ' ὀδύνης. οὖρα δὲ μέλανα ἔχοντα ἐναιωρήματα στρογγύλα. οὐχ ἱδρύετο. ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῄει. δίψα διὰ τέλεος οὐ λίην. σπασμοὶ δὲ πολλοὶ ξὺν ἱδρῶτι, περὶ θάνατον.

Hoc eſt maligniſſimę & pernicioſiſſimæ febris quæ citiſſimè hominem rapuit exemplum.Ex magna enim & interna viſcerū inflammatione delirium ſubortum eſt,& calidi natiui vis penè extincta. Eamq; credibile eſt ex conferta peſſimorum humorum putredine & copia,naturæ vires præfocante,ortum traxiſſe. Perpetui nanq; per totum morbum ſudores tantam ſuccorum abundantiā ſubindicarunt,vt nullam naturæ fuiſſe alleuationem perſpicuum ſit;quin potius onere obruta,ſtatim morbi impotentiæ ceſſit, & ex magna doloris conflictatione,inſania & miſerabilis conuulſionis ſpecies,cerebro humorum plenitudine grauato , præcipitem exitum & luctuoſum effecerunt.Qui cum etiam criſeos æſtimationem habeat,conſtantem iudicationis præceptionem tuetur, & diei quarto dignitatem,licet funeſtam,parit.Huic enim tam præcipitis lethi gloriatio deferenda eſt,etſi in quintum diem inciderit, propter eas quas ſæpè diximus cauſas,vt ſatis ex Gal.Comm.apparet.

ἐρασινὸν] Duo exemplaria manu ſcripta Regia,quorum vnum vetus,alterum recentius, ἐρασινὸς ὃς ᾤκει leg. quemadmodum etiam citat Gal.Com.1.in lib.3.Epid.etſi ſelecta videtur eſſe phraſis. ἐς νύκτα παρέκρουσε] πάντα παρωξύνθη ἐς νύκτα iungunt exempl.duo.

τετάρτῃ δυσφορώτατα] τετάρτη δυσφορωτάτη habent codices duo manu ſcripti.Vnus verò non tamen æquè antiquus, τετάρτη δυσφορωτάτη ἐς τὴν νύκτα. Quomodo videtur legiſſe Caluus.

λογισμοί]λογισμοὺς in ægris vocat ratiocinationes & mentis cogitationes,aut imaginationes quæ fiunt velut obtentis animo multarum rerum notionibus,quarum varias explicationes agitant,turbulentè tamen nec ſatis conſtanter,læſo iam præcipuo ſenſatiorum animalium organo & mentis præſtantia,in qua mirabilis quædam vis rationis,cognitionis & ſcientiæ ineſt.

ἐπίκαιρα]Hic ἐπίκαιρον quiddam ſua malignitate & vitio inſigne ac inprimis animaduertendum,hoc eſt periculoſum ſignificat,non ſecus ac ἐπίκαιρον ἕλκος malignum & inſigne vlcus intelligere videtur Hipp.lib.de rat.vict.in morb.acut.inquiens: εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ, μήτε λίην ἐπίκαιρον, μήτε λίην εὐηθές. Quidam etiam interpretes οὐκ ἐπίκαιρα legiſſe videntur.

κατ᾽ τ.

A κατήρτητο] κατέσταθη, ἐπαρθη interpretatur Gal. in Exegesi hunc locum subindicans. Est autem elegans phrasis qua compositam & sedatam ei fuisse mentem significat, eumque restitutum & reductum, hoc est resipuisse. Est enim καταρτίζω aut καταρτίζομαι in integrum restituo aut reconcinno, & καταρτισμὸς de membrorum luxatorum restauratione dicitur. Quod ad mentem emotam & veluti è sede constantiæ deiectam translatum, eam ex perturbata & commota compositam & quietam significat.

οὖρα ὑπέστη] οὖρα ἄπεπτα leg. omnes interpretes, quam lectionem duobus vetustissimis codicibus nostris authoribus retinuimus. In vno etiam ὑπέστη, vt in excusis reperitur. In altero quoq; ἐπέστη, quod vrinas substitisse aut restitisse significat, quale quid in insanientibus & phreniticis accidit, in quibus etiam vrinæ albæ & perspicuæ extremam subnotantes cruditatem apparent, ex aph. 72. lib. 4. Pro eo verò in quibusdam ἄπιση vitiosè legitur.

ὑποχόνδρια μετέωρα] ὑποχόνδρια μετέωρα præcordia sublata, tumida & renitentia dicuntur, quæ contentionem ex inflammatione faciunt, & ἐπηρμένα sæpè vocat Hipp. quibus etiam μαλθακὰ, λαπαρὰ, καὶ κενὰ opponit. Atque ea certè vt inflammationem [illegible] de-B notabant, ita sanè copiosam crudorum succorum & flatuum redundantiam, non sine ventris totius obstructione, subesse [illegible]. Quibus omnibus sic affectis ὑποχόνδριον ἐπῆρται καὶ ἐμπέφυσηται, vt scribit Gal. lib. 4. salub. Eiusmodiq; elata hypochondria μετέωρα, hoc est sublimia vocat. Internæ autem cuiusdam inflammationis suspicionem facilè tibi Gal. verba ex [illegible] suppeditabant, quæ huius loci luculentam habent explanationem, & paruam crebramque respirationem ab Hippoc. rarò expressam, [illegible] dicendam esse submonent. ἀλλ' ὅ γε μετ' αὐτὸν ἄρρωστος Ἐρασῖνος ἐξ ἀνάγκης μὲν [illegible] τὴν αἰτίαν. [illegible] ἐπιδημίου [illegible] ὀρθῶς [illegible] ἁπαντων [illegible] Ἐρασίνου [illegible] σὺν ὀδύνῃ. μέγεθος γὰρ [illegible] σαφὲς ἐστιν. [illegible] παρέλιπεν ἢ παρῆλθεν ἀσαφῆ.

C περὶ θάνατον] περὶ θάνατον ἢ ἄχρι τέλεος legunt Galeni interpretes, quam lectionem in vno manu scripto codice reperimus, nec ea est aspernanda, quæ continentes ad mortem vsque conuulsiones perpetuoq; perseuerasse significat.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΝΑΤΟΣ.

Κρίτωνι ἐν Θάσῳ, ποδὸς ὀδύνη ἤρξατο ἰσχυρὴ, ἀπὸ δακτύλου τοῦ μεγάλου. ὀρθοστάδην περιιόντι. κατεκλίθη αὐθημερόν. φρικώδης. ἀσώδης. μικρὰ ὑποθερμαινόμενος. νύκτα παρεφρόνησε. δευτέρῃ, οἴδημα δι' ὅλου τοῦ D ποδὸς. καὶ περὶ σφυρὸν ὑπέρυθρον μετὰ ξυντάσιος. φλυκταινίδια μέλανα. πυρετὸς ὀξὺς. ἐξεμάνη. ἀπὸ δὲ κοιλίης, ἄκρητα, χολώδεα, ὑπόσυχνα διῆλθεν. ἀπέθανεν, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς δευτεραῖος.

Æger Nonus.

In Thaso Critoni erecto & obambulanti pes vehementer dolere ex pollice cœpit, eodem die decubuit cum horrore & stomachi fastidio aliquantulum incalescens, sub noctem desipuit. Postridie per totum pedem & ad talum tumor subruber & contensus, pustulæ paruæ nigræ, febris acuta, insania correptus est. Ex aluo merè biliosa plurima processerunt. Postridie ex quo laborare cœperat mortuus est.

Hoc quoque præcipitis admodum malignitatis exemplum mentem totam in tam subiti casus admirationem rapit. Breui namque narratione vsus Hippocr. nihil ferè eorum quæ cæteris ægris accidunt subnotauit, ob mortis velocitatem & tam in[illegible] plurimarum accessionum concursum. Quæ sanè tam breui ægri dispensatione nos aduertere voluit. Credibile est autem [illegible] E & tota sua natura malignorum humorum accruatam copiam, naturam statim suppeditasse, quæ etsi morbi depulsionem quandam attentaret, abundantia tamen obrutam, quæ cùm latè peruagaretur & cerebri sensationem & splendorem obscuraret, in magnum delirium ac vehementem insaniam erupit, vt violento conuulsionis genere ereptum hunc ægrum fuisse facilè mihi in animum induxerim.

ἀπὸ δακτύλου τοῦ μεγάλου] Etsi signum istud est heterogenes & propter illius variam naturam parum aut nihil ad prædictionem confert, animaduerti tamen in tota Hippocratis doctrina, pollicis pedis plagam aut vulnus perniciosissimum esse, vt in Hurpol[illegible] filio li. 5. & 7. Epid. videre est, cui ex pollicis plaga aut luxatione inflexibilis doloris species, quam opisthotonum dicunt, contigit. Quæ morbi suspicio cùm varias causas habeat, & varium quoque exitum pro rerum natura consequi possit, illud tamen obiter dicam, mihi huiusmodi vulnera valdè suspecta esse, cùm propter insignem tendinum connexionem, tum verò peculiarem decimi quinti cuiusdam musculi ad internam illius latus aptationem, egregiam tendinis naturam valdéq; sensilem referentem, ob idq; præcipuè quod ante annos duodecim, in iuuene robusto exiguum huiusmodi vulnus nullis etiam idoneis artis remediis depelli potuisse vi-F derim, tandemque mortem cum diuturna corporis tabe attulisse. Vt ne addam plærumq; calamitosam illam morbi comitialis labem ex pedis pollice incrementum assumere, eique magnam cum rationis arce communionem quandam intercedere. vnde & in miserabili illa accessione manuum & pedum pollices contrahuntur. Quod his verbis significauit Aretæus cap. 5. lib. 1. de caus. & sign. morb. acut. δάκτυλοι γοῦν μεγάλοι χειρῶν ἢ ποδῶν ξυνέλκονται, καὶ πόνος, καὶ νάρκη, καὶ τρόμος ἕπεται. Solent verò extremarum huiusmodi partium vulnera non leue periculum creare, quòd partes extremæ acerrimo sint sensu præditæ. Quod in extremorum digitorum vulneribus experimur, oculorum, sedis, & pudendorum, in quibus ingentes infant cruciatus. Sic quoque lib. 7. Epid. Aristoni ex digiti pedis vlcere gangræna & mors oborta est.

ὀρθοστάδην περιιόντι] ὀρθοστάδην περιιόντι. In duobus manu scriptis codicibus legitur, eodem profectò sensu, qui rectum eum superesse significaret, quem alij erectum obambulare aut circumire dicunt.

G φλυκταινίδια] Pustulas istas maligni & exitiosi cuiusdam humoris indicia fuisse satis constat, quales sæpè in morbis lethalibus apparere diximus lib. 2. Epid. & his verbis in Coacis damnantur, οἷσιν ἐν συνεχέι φλυζάκια [illegible] πᾶν τὸ σῶμα ἐκχύει, θανάσιμον [illegible]. Nigræ autem pustulæ adusti sanguinis aut humoris notas præ se ferebant. Qua ex causa etiam [illegible] in cerebrum copia insaniam excitauit, cùm non potuerit eam totam natura iam affecta in partem deponere. φλύκταιναι autem quid sint Hippocrati, diximus initio lib. 2. Epid.

ἐξεμάνη] Non leuem istam insaniæ speciem, sed quæ iam in furorem caderet, his verbis lib. 2. περὶ δυσπν. explicat Gal. vbi de toto huius ægri statu breuem habes & luculentam narrationem. [illegible] Κρίτωνος [illegible] H [illegible]

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΚΑΤΟΣ.

Τὸν Κλαζομένιον ὃς κατέκειτο παρὰ τὸ Φρυνιχίδεω φρέαρ πῦρ ἔλαβεν. ἤλγει δὲ κεφαλὴν τράχηλον. ὀσφὺν ἐξ ἀρχῆς. αὐτίκα δὲ κώφωσις ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβεν. ὑποχόνδριον ἐπῆρτο μετ' ὄγκου,

Æger Decimus.

Clazomenius qui ad Phrynichidæ puteum decumbebat, igne, h. e. vehementissima febre correptus, per exordia ex capite, ceruice & lũbis dolere cœpit. Cõfestim surditas inuasit, neq; somni aderant, febris acuta prehẽdit, præcordium in tumorem sublatum fuit.

neq; valde contensum, lingua arida. Die quarto sub noctem delirauit. Quinto cum molestia exasperata sunt omnia, ad vndecimum verò aliquantulum remiserunt, aluus ab initio ad decimum quartum vsque, multa, tenuia, aquæ similia transmittebat. Quod ad deiectiones attinet, commodè habebat, deinde aluus suppressa est. Vrinæ per totum morbum tenues quidem, boni tamen coloris erant, & sublime quiddam in medio innatans multum, non nihil dispersum habebant, neq; subsidebant. Ad decimum sextum paulò crassiores vrinas reddidit, quibus paulum inerat sedimenti, nonnihil alleuatus est, meliusq; sibi constabat. Decimo septimo rursus tenues profluxerunt, secundum vtramq; autem tumor cum dolore subortus est, somni non aderát, delirabat, crurum dolore vexabatur. Vigesimo iudicatione à febre vindicatus est, non sudauit, omninoq; ad intelligentiam rediit. Circa vigesimum septimum vehemens coxendicis dolor obortus statimq; sedatus est. Quæ autem ad aures erant tubercula neq; conquiescebant, neq; suppurabant, verùm dolebant. Ad trigesimum primum ex alui profluuio, aquosa excrementa multa & cuiusmodi in difficultate intestinorum esse solent, prodierunt, crassas vrinas reddidit, tubercula circa aures conquieuerunt. Circa quadragesimum verò oculi dextri dolor subortus est hebetior visus fuit, constitit.

οὐ λίην συντάσις. γλῶσσα ξηρή. τετάρτη ἐς νύκτα παρεφρόνησε. πέμπτη ἐπιπόνως, καὶ πάντα παρωξύνθη. περὶ δὲ ἑνδεκάτην, σμικρὰ ἐνέδωκεν. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τεσσαρεσκαιδεκάτην λεπτὰ, πολλὰ, ὑδατόχροα διῄει. εὐφόρως τὰ περὶ διαχώρησιν διῆγεν. ἔπειτα κοιλίη ἐπέστη. οὖρα διὰ τέλους. λεπτὰ μὲν, εὔχροα δὲ καὶ πολλὰ εἶχεν ἐναιωρήματα ὑποδιεσπασμένον οὐχ ἱδρύετο, περὶ δὲ ἕκτην καὶ δεκάτην, οὔρησεν ὀλίγῳ παχύτερα. εἶχε σμικρὴν ὑπόστασιν. ἐκούφισεν ὀλίγῳ κατενόει μᾶλλον. ιζ´. δὲ πάλιν λεπτά. παρὰ δὲ τὰ ὦτα ἀμφότερα, ἐπήρθη ξὺν ὀδύνῃ. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. παρελήρει. περὶ δὲ τὰ σκέλεα ἐπωδύνως εἶχε. κ´. ἄπυρος ἐκρίθη. οὐχ ἵδρωσε. πάντα κατενόει. περὶ δὲ κζ´. ἰσχίον ὀδύνη δεξιοῦ ἰσχυρῶς: διὰ ταχέων ἐπαύσατο. τὰ δὲ παρὰ τὰ ὦτα. οὔτε καθίστατο, οὔτε ἐξεπύει. ἤλγεε δέ. περὶ δὲ τὴν λα´ διάρροια πολλοῖσιν ὑδατώδεσι μετὰ δυσεντεριωδέων. οὖρα παχέα οὔρει κατέστη παρὰ τὰ ὦτα. περὶ δὲ τὴν μ´ ὀφθαλμὸν δεξιὸν ἤλγει. ἀμβλύτερα ἑώρα κατέστη.

Clazomenius iste ex morbo diuturno salutari tamen laborauit, qui vrinarum cruditate in longum perseuerante, naturæ viribus in abscessum depositus fuit, egregiamq; habet parotidum præcognitionem. Nam cùm magna humorum inæqualitas & crudiorum crassorumq; ac tenuiorum succorum permistio vrgeret, ex capitis dolore, insomnia, delirio, surditate hypochondrij contensione, quodnam aliud tibi indicium fieri postules, quàm humoris in cerebrum suo momento sublati? qui tandem naturæ viribus in glandulas velut totius partis destinatam sentinam depositus, longi non tamen exitialis morbi inducias fecit. Nec ea tamen victoria satis insignis ad trophæum de hoste statuendum naturæ visa est, quæ vario & multiplici hoste circumfuso circumueniri metuens, multis cum excursionibus ferociter exultantem domat, prælio fundit, & in fugam coniectum castris exuit apertaque velut decumana porta fugatum cædens, exitum illi imperat, quo splendidiorem ouationis spem concipiat. Ventris enim secessus qui per exordia pluribus diebus processerunt, velitationis cuiusdam speciem præ se ferebant, & conserendi prælij spem ostentabant. Vigesimo verò die, quo de tota re prælio decernendum erat, insignis reportata est victoria, quòd priùs decimi septimi diei beneficio intercep tæ quædam hostium phalanges, & à prælio distractæ, ac velut in parotidum insidias delapsæ, integras hostium copias debilitauerant. Quæ neq; tamen omninò eo die profligari potuerunt, ob impigram perditissimi hostis audaciam, qui nouis subsidiis & integro milite auctus, vitalitatis arcem naturæq; officium quadantenus disturbabat. Humoris enim inæqualitas & crudioris pertinacia, vrinarum coctionem interpellauit, quæ vbi crassiores apparuissent, rursus tandem visæ tenues, omnes naturæ vires in sese verterunt. Quæ procurato parotidum abscessu, & in crura humorum decubitu, coque qui per aluum erupit fluxu, morbosas discerpti hostis reliquias in totum dissipauit, eiecit, profligauit, quadragesimoq; die ex augusto salubritatis decreto, firmatis vitalitatis præsidiis, vrbem ouans ingressa, de hoste fuso Æsculapio opima dicauit spolia, amplissimoq; donatiuo milites instruxit, & partium suarum criticos duces quorum eo in prælio præcipua enituit opera, magnæ æstimationis præmio ditauit. Decimi septimi namque, vigesimi, & vigesimi septimi, trigesimiq; primi diei auspiciis, rem ad felicem ac lætum exitum per luctam esse apparet. In quibus eò quoq; firmior iudicationis fiducia collocanda est, quod status naturæ ordines constantissimamq; criseos disciplinam non deseruerunt. Atque in hac tota ægri dispensatione imprimis animaduertenda est naturæ illa redintegratio quæ interruptam iudicationem restauratis viribus per insignes dies aliis egregiis leuationibus criticis compensauit, sollicitatis per depositum & effluxionem quandam salubribus abscessibus. Quod est vnicum in inueterascentibus ac trahentibus morbis auxilium. Cuius rei meminit Gal. li. 2. de dieb. decret. * vbi longos morbos & diuturnos vnius diei iudicatione liberari ex Hipp. doctrina multis probat.

* *Cap.*4.

ὑποχόνδριον ἐπῆρτο] Huius loci meminit Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. indeq; paruam & crebram respirationem colligit his verbis: ἑξῆς δὲ γράφει τὸν Κλαζομένιον, ὅς ἤλγει φησὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον, καὶ ὀσφὺν ἐξ ἀρχῆς ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐχ ἱκανὰ μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐργάσασθαι τὸ πνεῦμα. πλὴν εἴπερ ἐπῆρτο ὁ τράχηλος. ἔστι δὲ καὶ ὅτι τοῦτο προϊόντος τοῦ λόγου διελεχθήσεται. τὸ δὲ ὑποχόνδριον τὸ μετ᾽ ὄγκον ἐπηρμένον, ἱκανόν. ὥς εἰ καὶ παρεφρόνησεν αὐτὸς, καὶ ἐδυσπνόησε τὴν οἰκείαν τῇ παραφροσύνῃ δύσπνοιαν, κρατιστεύοντων τῶν εἰρημένων ἐπωδύνων παθημάτων. Duo manu scripta exemplaria pro οὐ λίην συντάσις συντάσις ὀλίγη legunt, vt habent Galeni exemplaria, eodem vtrobique sensu.

ὑδατόχροα] Aquosæ deiectiones colore & natura ipsa aquam referentes, cruditatem denotant in Prognostico, eæq; perliquidæ dicuntur † Celso. Perliquidum namq; quod ὑδαρὲς Hippocrati, ipse vertit. Aqueæ igitur deiectiones tenuibus & mordacibus permixtæ succis, bilem aut flauam, aut æruginosam secum conuexerunt, eoq; spectant exemplaria, quæ ὑδατόχλοα aut ὑδατόχλωρα legunt. Nam cùm ὑδατόχλοα ὡς εἰ καὶ ὑδατόχλωρα dicantur (vt scribit Gal. in Exegesi) hæ deiectiones perliquidæ pallido aut æruginoso permixtæ dicentur, quales in magna cruditatis & putredinis ex bilis connexione copia, virosæ aut penitus virentes conspiciuntur, vt & ὑδαρὲς χλωρὸν dixit in Progn. Hippocrates. Nec aliud spectat exemplar alterum quod ὑδατόχολα legit quàm bilis permixtionem. Ex qua inæqualitatis humoris connexione vt valde lethales morbi oriuntur, ita variorum casuum huic ægro causam esse subortam satis liquet.

† *Cap.*4 *lib.*2.

καὶ πολλὰ εἶχεν ἐναιωρήματα] Codices duo antiqui istud in singulari efferunt, καὶ πολὺ εἶχεν ἐναιώρημα διεσπασμένον. Quæ sanè lectio probabilior videtur, aut certè ὑποδιεσπασμένα legi debet. Quæ ad ea quæ in media vrina suspensa sunt & diuulsa referuntur, magnamque cruditati permixtam flatuum copiam significant, ac inde grauem in corpore perturbationem, ex inæquali humorum congressu, vnde neque vrinæ subsidebant, sed conturbatæ erant. Aut profectò ἱδρύετο enæorematis dispersionem & inconstantiam augebit, neque subsistens fuisse significabit. Quem sensum videtur secutus Caluus. Duo exemplaria ὑποδιεσπασμένον habent, cætera διεσπασμένον simpliciter.

οὔρησεν ὀλίγῳ παχύτερα] Sic omnes impressi cum Regiis codicibus. Quidam etiam παχύτερον habent, quomodo legisse videtur Gal. in Comment.

οὐχ ἵδρωσε] Vitiosa sunt exemplaria duo quæ οὐχ ἵδρωτο habent. Ex hac autem sudoris penuria, defectam iudicationem subsistentibus adhuc crudis plurimis succis fuisse apparet, quos paulatim natura eiecit, diebusque decretoriis aliò transtulit, postea que emisit.

ἐπιχαθίσατο] ἐφίσασθαι eleganter de tumoribus subsidentibus & veluti detumescentibus, quiq; ferociam deposuerunt aut conquiescunt, effert Hippocrates, quod ad cætera etiam corporis vitia translatum, sedari ea & discuti significat, vt pluribus exemplis alias tibi confirmatum esse volumus. Conquiescente igitur inflammatione desidet tumor & quodammodo subsidit, aut detumescit, cùm suppuratio iam fluere parata est, tuncq; dolores remittuntur & febres. Idq; videtur explicasse Hippocrates, cum apposuit ἄλγεα δέ. Malo enim hoc ad tubercula illa referri, quàm ad sequentem contextum, quod faciunt exemplaria quædam. His autem verbis obstinatam crudiorum humorum pertinaciam & crassitiem indicat, quæ temporis diuturnitatem & naturalium virium robur ad concoctionem expeteret.

ξυσμάτα] Humorum ista ad aluum transmissio iudicationem firmat probabili per effluuium abscessu, quem præcedente quaternario coxendicis dolor momentaneus prædixerat, translata ad intestinorum capacitatem materia, quæ ex biliosorum & acrium succorum permixtione inæqualitatem nacta, ramentosa & strigmentosa excrementa deiecit qualia in difficultate intestinorum erosis ab acrimonia humorum intestinorum membranis, prodire solent.

κατέστη περὶ τὰ ὦτα] Sic habent impressi codices, vitiosè tamen. In omnibus tamen κατέστη τὰ περὶ τὰ ὦτα leg. vt supra idq; meliùs.

κατέστη] Illud ambiguum est quonam referatur, an ad oculi dolorem, an verò ad obtusiorem visionem. Vtrumque enim rectè cedit, & sedatam esse obscuritatem visumque restitutum significat, quod constitisse, hoc est ad statum suum rediisse, diximus. Duo verò exemplaria pro ἀμβλυώπεα, ἀμβλυώπεα habent, eodem sensu. Caluus illud totum, ἀμβλυώπεα ἰσχυρά, neglexit. Huius autem loci meminit Galenus lib. 2. de diebus decret. * his verbis: ἄλλος δέ ἐστιν ἄρρωστος ὁ Κλαζομένιος ὃς καὶ αὐτὸς ἐν τῇ μ' κεκρίσθαι φησί. Ex quibus non est quod quis suspicetur Galen. hunc ægrum confertim vnoque impetu quadragesimo die iudicatum intellexisse, quod τῇ μ', non περὶ τὴν μ' legisse videatur. Etsi enim huiuscemodi locutionis vim enixè admodum in † Hippocrate aduertendam esse contendit, hic tamen intra quadragesimum integrè morbo absolutum ægrum, ad diei dignitatem confirmandam satis est illi ostendere. Neque enim aliud intelligendum venit quam quod in Comment. exprimit his verbis: ἡ τελεία τοῦ νοσήματος ἀπαλλαγὴ κατὰ τὴν μ' ἡμέραν ἐγένετο.

* Cap. 4. † Cap. 5.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΔΕΚΑΤΟΣ.

Τὴν Δρομεάδεω γυναῖκα, θυγατέρα τεκοῦσαν, καὶ τῶν ἄλλων πάντων γινομένων κατὰ λόγον, δευτεραίην ἐοῦσαν, ῥῖγος ἔλαβε, πυρετὸς ὀξύς. ἤρξατο δὲ πονέειν τῇ πρώτῃ, περὶ ὑποχόνδριον. ἀσώδης. φρικώδης. ἀλύουσα. καὶ τὰς ἐχομένας οὐχ ὕπνωσε. πνεῦμα ἀραιόν. μέγα. αὐτίκα ἀνεσπασμένον. β'. ἀφ' ἧς ἐρρίγωσεν ἀπὸ κοιλίης καλῶς κόπρανα διῆλθεν. οὖρα παχέα. λευκὰ θολερά. οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα χρόνον πουλύν. οὐ καθίστατο. νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη. τρίτῃ περὶ μέσον ἡμέρης ἐπερρίγωσε. πυρετὸς ὀξύς. οὖρα ὅμοια. ὑποχονδρίου πόνος. ἀσώδης, νύκτα δυσφόρως οὐκ ἐκοιμήθη. ἵδρωσε δι' ὅλου ὑπόψυχρα. ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. δ', περὶ μὲν ὑποχόνδρια, μικρὰ ἐκουφίσθη. κεφαλῆς δὲ βάρος μετ' ὀδύνης. ὑπεκαρώθη, ἔσταξε μικρὰ ἀπὸ ῥινῶν γλῶσσα ἐπίξηρος. διψώδης. οὖρα λεπτὰ ἐλαιώδεα. σμικρὰ ἐκοιμήθη. ε'. διψώδης. ἀσώδης. οὖρα ὅμοια. ἀπὸ κοιλίης οὐδέν. περὶ δὲ μέσον ἡμέρης, πολλὰ παρέκρουσε. καὶ πάλιν ταχὺ σμικρὰ κατενόει. ἀνισταμένη ὑπεκαρώθη. ψύξις μικρή. νυκτὸς ἐκοιμήθη. παρέκρουσε. ς' πρωῒ ἐπερρίγωσε. ταχὺ δὲ διεθερμάνθη. ἵδρωσε δι' ὅλου ἄκρεα ψυχρά. παρέκρουσε. πνεῦμα μέγα ἀραιὸν μετ' ὀλίγον. σπασμοὶ ἀπὸ κεφαλῆς ἤρξαντο. ταχὺ ἀπέθανεν.

Æger Vndecimus.

Dromeadæ coniugem postquam filiam peperisset, cæteraq; omnia ritè atq; ordine procederent, postridie rigor cum febre acuta prehendit. Primo statim die præcordij dolor inuasit, non sine stomachi fastidio, horrore, magnaq; corporis incontinentia, neque iis qui post consecuti sunt diebus somnum capere potuit. Spiratio rara, magna subitoq; reuulsa, ac velut retracta fuit. Postridie eius diei quo rigor cepit, ex aluo commodè stercora processerunt, vrinæ crassæ, albæ, turbulentæ, cuiusmodi esse solent quæ subsederunt, vbi in matella multo tempore depositæ returbantur, neque subsidebant, noctu nihil dormiuit. Tertio ad meridiem nouo suborto rigore febris acuta prehendit, vrinæ similes, præcordij dolor, stomachi fastidium & nausea aderant, nox difficilis fuit, neque dormiuit, sudor per totum corpus frigidus diffusus est, statim tamen rursus ad calorem rediit. Quarto præcordij dolor aliquantum remisit, sed vnà cum dolore capitis grauitas adfuit, sopore nonnihil detenta est, nares paucum stillarunt sanguinem, lingua valde resiccata, sitibunda fuit, vrinæ tenues, oleosæ, parum dormiuit. Quinto siticulosa, nauseabunda, vrinæ eædem, ex aluo nihil secessit, circa meridiem valdè delirauit, confestimq; rursus parum ad intelligentiam rediit, vbi surrexisset sopore detenta est, paulum perfrixit, nocte dormiuit, delirauit. Sexto die mane nouus subortus est rigor celeriterq; recaluit, sudor toto corpore dimanauit, extrema frigescebant, delirauit, spiratio magna & rara fuit. Paulò post conuulsionibus à capite subortis celeriter defuncta est.

Febre acutissima ex inæquali succorum commixtione hæc ægra cùm laboraret, magni delirij & exitialis morbi singularem quandam formam exhibet, in cuius progressionibus cum magnum ad præceps exitium incrementum appareat, vel hinc certè importunam sexti diei calamitatem conijcias licet, quæ quarti diei funesta denunciatione ratas esse iudicationis leges iubet, vt non mirum sit lethalem huius morbi exitum aliquantum die quarto adumbratum, die sexto non sine idonea conuulsionis specie determinatum fuisse. Cuius notabilis in iudicando pernicies cum pluribus verbis a Gal. lib. 1. de dieb. decret. exprimatur, hoc exemplo tamen vel id tibi testatum sit, quod de eo ibidem scripsit esse verissimum. καὶ γὰρ καὶ τῶν ἐν τῇ τετάρτῃ μεταβαλλόντων ἐπὶ τὸ χεῖρον, εἰ περὶ τὴν ἕκτην ἀπόλλυνται. Celebratissima verò est hæc Galeno delirij cum huiusmodi respiratione species lib. 2. περὶ δυσπν. vbi istius ægræ nominatim duobus locis meminit. Exemplar verò vnum manu exaratum pro δρομεάδεω δρομεάδου legit, quod videtur secutus Caluus, alterum etiam δρομεάδου, cuius ne meminisse quidem fas fuit, nisi mihi conscius essem posteriore modo aliquando à Galeno adduci, vt & δρομεάδου legit in fine lib. 2. περὶ δυσπν.

καὶ τὰς ἐχομένας] Codex vnus manu scriptus καὶ τὰς ἐπιούσας eodem significato legit.

πνεῦμα ἀραιόν] Quod hic effertur πνεῦμα αὐτίκα ἀνεσπασμένον, subito reuulsam ac velut introrsum retractam spirationem significat, elisum illud ac interceptum, introque velut retractum ac interruptum spirationis genus denotans, in Philisco prius fusissimis verbis expeditum. Quod etsi in valdè delirantibus appareat, aliud tamen quiddam præ se fert. Nam intercisa illa & deficiens continuæ respirationis interruptio, organorum spiritus administrorum rigidam quandam & pene inflexibilem ex nimia resiccatione inhabilitatem subnotans, conuulsionem propè minatur. Id quod ex hac ægra vel apertissime constat, in qua duplicis affectionis, & delirij & conuulsionis ferè paria momenta extiterunt, ideoque vtriusque propriam respirationem expressit. In quo etsi redintegrata illa spiratio & elisa ac reuulsa delirio coniuncta est, enixè tamen quodammodo neruorum distentionem prædicit ex aph. 68. lib. 4. Atq; eo certè mihi illud αὐτίκα ἀνεσπασμένον referri videtur, vt subinde elisam, interruptam & retractam respirationem significet, propter organorum resiccationem, quæ distendi pro arbitrio ægroti nequeant, subitoq; incepta spirationis aggressione opus interrumpant, deserant, & deficiant, quod crebro in his fieri animaduertitur. Seneq; multo mihi rectius crebram [illegible]

intermissionem & reuulsionem innuere αὐτίκα videtur, quàm si illud ad huiusmodi respirationem quæ statim die primo afflixerit referas. Inde verò neruorum distentionem imminentem præsagiri, quæ die sexto ægrum ad exitum rapuit, ex Galeni verbis discas licet. Huius enim ægræ mentione facta sic scribit lib. 3. περὶ δυσπν. πάλιν δ' ἐπὶ τῆς Ἑρμιπ[π]ίδου γυναικός, πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, αὐτίκα ἀνεσπασμένον, ἔφη. καὶ γὰρ καὶ τοῦθ' ὡσαύτως εἴρηται. ἐν δὲ τοῖς ἀρρωστοῦσι, καὶ τί ποτε σημαίνει τὸ τοιοῦτον πνεῦμα ἐκδιδάσκει γράφων ὧδε. ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα πρόσκοπτον κακὸν σπασμὸν γὰρ σημαίνει. κατὰ λόγον οὖν κἂν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν τὴν Ἑρμιππίδου γυναῖκα σπασθεῖσαν ἀποθανεῖν φησὶ, ἐφ' ἧς προειρήκει πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, αὐτίκα ἀνεσπασμένον. ἔνθα δὴ καὶ θαυμάσαι μάλιστα ἄξιον ὅπως ἰατρεία τῆς δυσπνοίας τὴν οἰκείαν αὐτῆς ἐδήλωσε διάγνωσιν. οὐ γὰρ ἐπαθεν μόνον ὅτι ὁ ἄνθρωπος ἀλλὰ καὶ τί πάσχει, ὡς αὖ μὴ μόνον τὴν ἰδίαν τῆς σπασμῶν ἔχουσα δύσπνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς παραφροσύνης. Ex quibus omnibus luce clariùs manifestum est illud αὐτίκα ἀνεσπασμένον ad πνεῦμα non ad ὑποχόνδριον referri. Quod efficit vt vitiosè scriptum in manu scripto vno codice existimem, ὑποχόνδριον αὐτίκα ἀνεσπασμένον, quomodo & Galeni codices legunt, quos secutus est Hermannus Cruserius, non satis rectè vt opinor. αὐτίκα enim propter causas superiùs enumeratas, spirationem spectare oportet.

νύκτα ἐκ ἐκοιμήθη] Istud totum omisit Caluus, cùm tamen in eo retinendo consentiant omnes Codices.

ὑποχονδρίου πόνος] Hic, vt superiùs, præcordij dextri dolor subaudiendus est, quod propter partis dignitatem, prærogatiuæ cuiusdam nomine, de præcordio simpliciter dicto subintelligi vult Galenus apud Hippocr. Comm. 1. in lib. 3. Epid. Regium exemplar vnum antiquum & manu scriptum hic ἀσώδης non apponit, quod tamen in cæteris omnibus apparet, eoque modo legisse Galenum lib. 2. περὶ δυσπν. constat, qui hunc totum locum etiam his verbis explicat: ἡ μὲν τοι μὴ αὐτοῦ Ἑρμιππίδου γυνὴ ἣν καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺ τὸ δὲ τοῦ λόγου παρεθέμην, οὐ μόνον παρεφρόνησεν, ἀλλὰ καὶ μέγα καὶ ἀραιὸν ἔσχεν τὸ πνεῦμα, μηδενὸς μήτε περὶ θώρακα, μήτε καθ' ὑποχόνδριον γενομένου παθήματος, ὃ μικρὰν καὶ πυκνὴν ἐπεφύκει τὴν ἀναπνοὴν ἐργάζεσθαι. περὶ ἄρα καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἀκριβῶς πάντα τὰ κατειλήφοντα τὴν ἄνθρωπον γράφων, ἤρξατο πονεῖν τὴν πρώτην περὶ ὑποχόνδριον, εἶπε, ἀσώδης, ἀλύουσα, μοχθηρὰν δηλονότι χυμῶν αὐτόθι δακνόντων τὸ στόμα τῆς γαστρός, οὐ μὴν φλεγμονῆς γε οὐδεμίας ὑπαρχούσης, οὐδ' ἄλλου παθήματος οὐδενὸς ὑφ' οὗ μικρὸν καὶ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα. ἐπὶ μὲν δὴ καὶ βραχὺ προελθὼν κατὰ τὴν διήγησιν ὁ Ἱπποκράτης, εἶτα γράψας, ὑποχονδρίου πόνος, τὸ ἀσώδης προσέθηκεν. εἶθ' ἑξῆς πάλιν, διψώδης, ἀσώδης. οὔτ' οὖν τῆς καθ' ὑποχόνδριον ἢ θώρακα πη γινομένων, ἱκανὸν ἦν κρατῆσαι τῆς παραφροσύνης, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἐσβέννυτο, καθάπερ ἰδεῖξαμεν ἐπί τινος οὕτω συμβάν, ὡς εὔλογον μηδεμιᾶς διαφθόρως τῶν ἀπεπτηγμένων τῇ παραφροσύνῃ τὴν ἀναπνοὴν ἀλλοιοῦσθαι δυνηθείσης, μέγα ταύτῃ καὶ ἀραιὸν τὸ πνεῦμα ἐγένετο.

οὖρα λεπτὰ, ἐλαιώδεα] Recentiores qui de vrinis cognitionem exercuerunt & literis mandarunt, oleosas vrinas triplici genere distinctas, in prauitatis nota ex immoderato corporis calore & biliosi humoris commixtione reposuerunt. Febrium enim acutissimarum æstuans in corpore feruor, vbi bilem flauam torret, partium fundi paratarum facilè liquamen excitat, tandemq; pro liquationis modo exitium moderatur. Vnde & oleosarum vrinarum gradus distinguuntur. Ad summam tamen etsi maioris & minoris ratione differunt, eæ omnes certè prauæ sunt, maximumq; febris exæstuantis incendium significant, & corporis colliquamentum prædicunt. In iisque reponuntur quæ λιπαρὰ οὖρα ab Hippoc. dicuntur, quæ pinguitudinem innatantem præ se ferunt aphor. 35. lib. 7. Quarum vrinarum variæ cùm sint apud Hippocratem species, eæ tamen pinguium prauarumque vrinarum numero circumscribuntur. In prognostico namque τὰς λιπαρὰς τὰς ἐπάνω ἐφισταμένας ἀραχνοειδέας μέμφεται (scribit) συντήξιος γὰρ σημεῖα. Et in Coacis τὰ ἀραχνιώδεις συντήξιος effert. Quibus sanè verbis eas vrinas quæ aranearum telis similia habent damnat, quòd corporis colliquationem præsagiant. Ex eodemque est genere quod lib. 4. epid. scribit ὡς τῆς μολυβδώδεος ἐφίστατο τοῦτο ἀθρόον, οὐκ ἐπιπολῆς διεσκεδασμένον, οἷον τὸ ἐναιώρημα διεσπασμένον. Et quod in Coacis τὸ ἐκπεπιεσμένον λίπος ἴσχον οὖρον dicit, quibus eas quæ pingues sunt vrinas significat. Inter quas, cum prauarum vrinarum in morbis acutis recensionem faciat, etiam ibidem oleosas describere videtur his verbis, πονηρὸν δὲ καὶ τὸ περιρραίνειν ἐλαιώδεα ἐφεύμενον. Ex quibus efficitur vt huiusmodi oleosas vrinas in pinguium genere vt reponi censeo, ita certè apud Hippocratem non nisi acutorum morborum periculum vrgere, febriumq; perniciosarum maximum incendium denotare existimem. Quod ex hac ægra satis manifestum fiet, in qua febris intensissima, vehemens & inquies corporis exæstuatio, stomachi magnum fastidium, præcordij intensus dolor, perpetua insomnia, lingua perualdè arida, sitis incrementum, tamq; insigne multis locis celebratum delirium, quid nisi magnum conceptum incendium, perniciosissimamque febrem, atq; biliosi humoris feruorem declarabant? Quibus certè in deterius progressionem facientibus, quid mirum est oleosas vrinas suspectam facere de tota re æstimationem? Quam in causam adducitur statim subsequens æger, in quo ex febre valdè acuta oleosæ redditæ vrinæ prauitatis decretum arripiunt, vtrobique exitij sententiam Galeno de huiusmodi vrinis ferente. Quibus constitutis neque ea quæ adhuc diximus Hippocratis aut Galeni doctrinam labefactant. Etsi enim † Parius ille in Thaso decumbens qui vrinam oleosam sexto die reddidit, in centesimum & vigesimum diem productus est, id tamen huiusmodi vrinas à pernicie non vindicat, cùm videre liceat eum multis diuersisque casibus conflictatum, ob magnam putrescentis cacochymiæ, & biliosi ac æruginosi succi copiam, quæ plerumque oleosas vrinas facit, tandem miserabilem, licet longum, habuisse exitum. In quo certè animaduertendum est oleosas vrinas, vt gradibus distinguuntur, ita certè pro causarum & permixtionis varietate, & denunciatam eleuare aut intendere perniciem. Illic namque quæ oleum calore & crassitie, non pinguitudine, non tota natura, aut gustu, aut odore referunt, vrinæ intelliguntur, vt scribit Galenus: quæ vt in prauis oleosarum vrinarum generibus reponuntur, & ἐλαιοφανῆ οὖρα à recentioribus dicuntur, ita sanè non planè conclamatam perniciem, velut quæ toto genere & sua natura oleosæ sunt, portendunt, vt nil mirum sit desperatam certè vitam in longum tempus productam. Quæ profectò leuis est peneq; nulla mali leuatio aut subductio, vt etiam inde ne tantillo quidem laudabilior pinguium aut oleosarum vrinarum indicatura æstimari debeat. Quas sanè etsi inuicem distinguere videtur Galenus, eò tamen tandem deduci videtur, vt pro leui differentiæ momento, oleosas vrinas de pinguibus non temerè posse dici confirmet, quæ fuit multis rationibus firmata antiquorum opinio. In qua certè infirmanda non tam innititur Galenus, quàm quòd oleosas vrinas non adeò præcipitis exitij esse indices probat, propter ægri illius ad centesimum & vigesimum diem protractionem. Quæ omnis ratio facilè ex pinguium & oleosarum vrinarum gradibus, quos illic leuiter adumbrat Galenus, petenda est. Ex quibus in se diligenter ductis, earum vrinarum, etsi toto genere in exitium propendentium, dignationis authoritas aut leuitas subduci potest. Qua de re cùm aliàs vberiore loco dicendum sit, hic ex multis præceptionibus velut constitutum, tenendum est, oleosi generis vrinas in pessimis atque ardentissimis febrium incendiis, & multo biliosi succi feruore atque putredine sæpissimè apparere, vt vel inde corporis colliquationem impendentem non admodum sit difficile coniicere. Quamobrem hîc quoque ex diei quarti iudicio valde exitiales fuerunt. Cæterùm exemplar vnum manu scriptum antiquissimum, οὖρα σμικρὰ λεπτὰ legit, quod videntur secuti Galeni interpretes. Reliqua omnia tamen cum excusis consentiunt.

† *Lib. 3. Epid.*

ἕκτῃ δὲ διεθερμάνθη] Codex vnus manu scriptus διεθερμάνθη simpliciter legit, quem Galeni interpretes secuti sunt.

πνεῦμα μέγα ἀραιὸν] Hunc locum citat Galenus initio lib. 2. περὶ δυσπν.

μετ' ὀλίγον σπασμοὶ] κατ' ὀλίγον legit codex vnus manu scriptus, vt significet sensim paulatimq; subortas conuulsiones. Sed μετ' ὀλίγον melius alij omnes codices habent.

Æger Duodecimus.

Incalescens quidam cœnauit bibitq; largiùs, nocte omnibus vomitu refusis febris acuta prehendit cum præcordij dextri dolore, inflammatio subinanis ad interna vergebat, nox molesta & difficilis fuit. Vrinæ verò per initia crassæ, rubræ, quæ in matula depositæ non subsidebant, lingua valdè reficcata, non admodum erat siticulosus. Quarto die febris acuta inuasit, vndique dolores vrgebant. Quinto minxit læue, oleosum, multum, febris acuta detinebat.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΩΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἄνθρωπος θερμαινόμενος ἐδείπνησε, καὶ ἔπιε πλέον. ἤμεσε πάντα νυκτός. πυρετὸς ὀξύς. ὑποχονδρίου δεξιοῦ πόνος. φλεγμονὴ ὑπολάπαρος ἐκ τοῦ ἔσω μέρεος. νύκτα δυσφόρως. οὖρα δὲ κατ' ἀρχὰς πάχος ἔχοντα, ἐρυθρὰ, κείμενα οὐ καθίσταντο. γλῶσσα ἐπίξηρος. οὐ λίην διψώδης. δ' πυρετὸς ὀξύς. πόνοι πάντων. ε' οὔρησε λεῖον ἐλαιῶδες πουλύ. πυρετὸς ὀξύς. ϛ' δείλης πολλὰ παρέκρουσεν.

A οὐδὲ ἐς νύκτα ἐκοιμήθη. ζ΄. πάντα παρωξύνθη. οὖρα ὅμοια, λόγοι πολλοί. κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ ὑγρὰ ταραχώδεα διῆλθε σὺν ἑλμίνθων, νύκτα ὁμοίως ἐπιπόνως. πρωῒ δὲ ἐρρίγωσε, πυρετὸς ὀξύς. ἵδρωσε θερμῷ. ἄπυρος ἔδοξε γενέσθαι, οὐ πολὺ ἐκοιμήθη, ἐξ ὕπνων, ψύξις. πτυαλισμός. δείλης πολλὰ παρέκρουσε. μετ' ὀλίγον δὲ ἤμεσε μέλανα, ὀλίγα B χολώδεα. θ΄ ψύξις, παρέλεγε πολλά. οὐχ ὕπνωσε. δεκάτῃ, σκέλεα ἐπωδύνως. πάντα παρωξύνθη. παρέλεγε. ια΄ ἀπέθανεν.

Sexto ad vesperam plurimùm delirauit, neque nocte dormiuit. Septimo exasperata sunt omnia, vrinæ similes erant, verba multa profundebat, neque se continere poterat. Ex aluo irritata liquida & turbulenta cum lumbricis secesserunt, nox perinde laboriosa fuit. Manè verò ex rigore febris prehendit acuta, sudor calidus subsecutus est, ex quo sine febre esse visus est, non multum quieuit. Ex somno perfrictio, crebra spiratio, ad vesperam multum delirauit. Paulò pòst verò nigrorum, paucorum biliosorum vomitus est subsecutus. Nono perfrictio, magnum delirium, neque dormiuit. Decimo crurum dolor inuasit, ingrauescebant omnia, desipuit. Vndecimo mortuus est.

Morbi aliquando ex leuibus initiis orti & alioqui salutares, temporis tractu [illegible] errore aut intemperantia [illegible] progressi, magnam sæpe secum trahunt ruinam. Interdum vero intemperantia ægrorum [illegible] temere à medicis [illegible], aut nimis indulgenter concessa, totum naturæ ordinem peruertit, vt non immeritò multis modis ab Hipp. celebrata sit opportuna exhibendi cibi in morbis occasio. Cuius certè lubricum cùm anceps sit & præceps, τὸ σιτεῖν [illegible] in acutis morbis cibo exhibendo consultissime præcipit † Aretæus. Amplior namque & plenior [illegible] huiusmodi nutritio, ineuitabiles sæpissime offensiones attulit. Id quod in arte medendi plurimis præceptionibus firmatum est magnasq; confectæ rei vindicat reliquias. In quo etiam ex hoc ægro sedulam adhibendam esse cautionem cuiuis proponitur. Initio namque, cum alioqui leuia essent morbi initia, liberalior ingurgitatio immedicabilem morbum fecit. Nam cum magna esset crudioris & plenioris sanguinis, ac succi copia, tutam certe, si non facilem, natura alleuiationem nacta fuisset, id quod vrinæ rubentes & crassæ indicaturæ erant, nisi ex phlegmone interna præcipuorum viscerum magna obstructio, indeq; enata vitiosorum succorum soboles & cacochymia magnam concepisset putredinem atque incendium, quod liberaliore cibo & compotatione nedum restinctum est, vt magnum accepisse incrementum credendum sit. Inde namque refusa vomitio & intolerabilis illa symptomatum congeries ortum [illegible]. Ad quæ omnia delirium & ex magno interno feruore adustorum succorum vomitum, deinde etiam mortem subsecutam fuisse non est vero absimile.

† Cap. 4. lib. de cur. morb. acut.

D [illegible]] [illegible] in codice vno manu scripto legitur. Quæ dictio apertius leue febris initium indicat. Galenus tamen [illegible] legit, vt satis ex Comm. patet, & Comm. 1. in lib. 3. epid. vbi hunc locum adducit, febrisq; moderationem designari sentit his verbis: [illegible]. Item etiam libello [illegible], ea dictione talem febrem vt quis cœnare possit, intelligit.

[illegible]] Sic legunt & distinguunt duo exemplaria manu scripta. Reliqua [illegible] habent & sequentibus adiungunt.

ὑπολάπαρος ἐκ τοῦ ἔσω μέρεος] Codex manu scriptus vnus & fidelissimus ἐκ τοῦ ἔξω legit, vt ad externas partes vergentem inflammationem subinanem aut submollem, hoc est sine tumore minimeq; renitente significet. Sic enim leniorem inflammationis suspectionem facit. Quam lectionem secutus est Caluus & Hermannus Cruserius, facili certe ex ἔσω in ἔξω vitio. Reliqua exemplaria E εἴσω aut ἔσω habent, quæ certe vt in magno viscerum internorum damno, iis tamen securitatem quandam præstant, cum inflammationem ipsam leniunt. Quam lectionem secutus est Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. Vitiosum est quod Aldinus codex [illegible] pro [illegible] legit.

[illegible]] Post [illegible] Regius codex vnus manu scriptus [illegible] tamen, [illegible] addit. Sunt & quædam exemplaria quæ ordinem istum inuertunt, & [illegible] ponunt.

δείλης πολλὰ παρέκρουσεν] Sexti diei significationem omisit Caluus. Quodnam vero genus istud delirij fuerit quo æger iste detentus est satis indicat Galenus libr. 2. περὶ δυσπν. vbi etiam leuem delirij speciem [illegible] ægrorum [illegible], vt ne propriam quidem desipientiæ respirationem non immeritò desideratam fuisse [illegible], ob [illegible] delirij causas, quæ paruam & F crebram dolentium respirationem propriam immutare non potuerint. Eius verba sunt: [illegible]

κατέχειν οὐκ ἠδύνατο] Id sæpius de ægris dicit Hipp. qui præ animi impotentia sese continere, aut sibi imperare & moderari nequeunt. Quod mirum est Caluum ad verborum profusionem retulisse, vt quæ continere non posset.

ἀπὸ δὲ κοιλίης] Significat aluum perliquidam & conturbatam fuisse cum lumbricorum secessu. Quæ omnia crudiorum & flatuosorum maximeq; inæqualium succorum sobolem testabantur: ex quorum feruore orta putrilagine, acrimonia maxima concepta est, quæ sua vellicatione aluum multa liquidorum & tenuium secessione conturbauit. Sic enim & crudorum, crassorum aut flatuosorum cum acribus & biliosis permixtione, non parum perturbari aluus solet. Quo certe illa [illegible] referri potest, vt mordacium succorum acrimonia sollicitatam aluum intelligas, nisi & externa præsidia ad [illegible] adhibita, velut glandem aut ex G infuso collutionem, per ἐρεθισμὸν denotari, vt alias sæpius apud Hippocr. contenderis. Quod certe exitu [illegible] & satisfacientis ægri in die iudicatorio non leue est indicium. Lumbrici vero demissi insignem cacochymiam singularemq; ex interno foco putredinem præsagiunt.

νύκτα ὁμοίως ἐπιπόνως] Duo exemplaria ὁμοίως non addunt, reliqua cum impressis consentiunt.

ἵδρωσε θερμῷ] Codices duo manu scripti antiquissimi πολλῷ καὶ θερμῷ habent, quod etiam in Galeni codicibus annotatum, certe lectio plausibilior videtur.

πτυαλισμὸς] Πτυαλισμὸς vox est Hipp. vsitata, & frequentem screatum aut sputationem significat, [illegible] dicit Prorrh. 1. vt πτυελίζειν quod [illegible] interpretatur Galenus. Frequens vero sputatio, inter ea phreniticorum signa quæ communia dicuntur, reponitur, & ex his est animalibus functionibus quæ liberam ex motionis impetu habent voluntatem, quæ si præpedita fuerit huiusmodi animales functiones obturbat præterq; rationem exequitur, quales multæ mente captis obueniunt. Sic frequens huiusmodi screatus cum cæteris multis magis propriis signis phrenitidem constituere potest, mentemq; emotam significare, idq; præcipuè si præter rationem fiat, nec viscidum aut glutinosum quippiam in cerebri emissariis incuneatum aut infartum significet: Etsi tale quippiam ob calidam & siccam cerebri intemperiem [illegible] huiusmodi, membris affectum frequentem screationem profitere potest, nec temere tamen phrenitidem aut aliquid tale portendere non secus ac istam frequentem expuitionem [illegible] repletionem indeq; phrenitidem his verbis non meritò præsagire innuit Galenus Comment. 1. in Prorrh. [illegible]
Eoq; nimirum spectare videtur quod in phreniticorum adumbratione scripsit in Prorr. Hippocrates, [illegible]. Quæ etsi propriam morbi speciem non [illegible] constituunt, communia tamen quædam sunt & in turba plurimum valent, saltemq; mentem [illegible]: vt non mirum sit hunc ægrum ex magna cerebri plenitudine affectum, delirio tentatum fuisse. Atque adeo forte πτυαλισμὸς iste te-

nuem illam oris saliuationem quæ statim vomitum præcedit atq; in os redundat, significare potest, quomodo inter vomitionis signa A in Coacis ponit. οἷσι δὲ ἆσαι καὶ καρδιωγμοί, καὶ πτυαλισμοί, ἔμετος. Ideoq; hoc in ægro biliosorum & nigricantium succorum vomitionem præsignificarit. Cui assensioni ista Prorrhetici sententia astipulari videtur, τὰ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξιος πτυελίζοντα, μέλανα ἀπεμεῖ. Quæ etsi aliud quid magis proprium desiderat ad rerum firmandam constantiam, vt quæ plurima alia hoc toto libro scripta sunt, ex variis tamen euentorum concursionibus collecta, sæpè nos in causæ cognitionem deducere potest, huiusque ægri delirium patefacere, cui cum refrigeratione, crebra contigit oris saliuatio, quæ ex biliosorum adustione, nigricantium succorum vomitione refusorum qualitatem promptamque consecutionem ex ratione præmonstrabat. Nam cùm antea ex magno ardore, non secus ac in phreniticis, linguæ resiccationem adscripsisset, quodnam tàm subitum momentum tantam oris humiditatem aduexisset, nisi ea ipsa causa ex ventriculo petita in oris capacitatem defluxisset? Quod cum in phreniticis non temerè respondeat, id etiam ad nostram causam translatum, ex Galeni verbis rem totam apertius declarabit indubitatamque habebit confessionem. Sic enim scribit Comm. 1. in Prorrh. θαυμάσειε δὲ ὅτι τῶν φρενιτικῶν τὸ λεπτὸν τοῦ πτυσάλου πτύελον ἱκανώτατον ἐνδείξασθαι τὸν ἔμετον. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἐν ξηρῷ νοσήματι B φρενίτιδι, καθ' ὃ καὶ ἡ γλῶττα πολλάκις γίνεται ξηροτάτη, παρ' ἐλπίδα ἐν τῷ στόματι φαίνοιτο τὸ λεπτὸν ὑγρόν. ἡ δὲ κατάψυξις αὐτῷ προστεθεῖσα τὴν ποιότητα δηλοῖ τοῦ μέλλοντος ἐμεῖσθαι χυμοῦ. διὰ μὲν οὖν τὸν πτυελισμὸν, ὅτι γενήσεταί τις ἔμετος, διὰ δὲ τὴν κατάψυξιν, ὅτι μελάνων ἔνεστιν προεγνῶναι. πτυαλισμὸν autem ad hanc rem accommodatum, non malè continuam oris saliuationem dicemus, non secus ac * Plinius vernam & accommodatam purpurarum capturam esse dicit, cùm mutuo attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuant. Illam enim mutuam ceræ similem saliuationem, quam per κηριάζειν exprimit Aristot. tunc maximè verno tempore ad capturam expetendam esse dicit. Nam eæ vbi cerificauere, fluxos habent succos. Sic namque apud Plinium legendum existimo contra codicum omnium publicatorum fidem. * Cap. 36. lib. 9.

ἤμεσε μέλανα, ὀλίγα] Duo codices manu scripti ὀλίγα prætermittunt, quomodo legisse videtur Caluus.

Æger Decimus tertius.

Mulier quædam quæ in littore decumbebat, trimestri fœtu grauida, igne, hoc ést, vehemente febre, correpta est, statimque ex lumbis dolor inuasit. Die tertio ceruicem, caput, circa iugulum manumq; dextram dolor occupauit. Celeriter verò lingua voce defecta est, manus dextra non sine conuulsione elanguit, quale quid in partium resolutionibus leuibusq; syderationibus contingere solet, delirauit prorsus, nox difficilis & laboriosa fuit, neque dormiuit, ex conturbata aluo biliosa, syncera & pauca secesserunt. Quarto linguæ vox soluta, eorundem conuulsiones & vndique dolores perdurabant, præcordia cum tumore dolor occupauit, somnum non capiebat, prorsus delirauit, alui perturbatio aderat, vrinæq; tenues nec probati coloris reddebantur. Quinto febris acuta prehendit cum præcordiorum dolore, penitus delirauit, alui recrementa biliosa erant, sub noctem sudor obortus est & à febre vindicata. Sexto ad mentem rediit, alleuarunt omnia, ad iugulum verò sinistrum perseuerabat dolor, sitibunda erat, vrinas tenues reddidit, neque quieuit. Septimo tremor corripuit, aliquantulum soporata est, nonnihil delirauit, iuguli & brachij sinistri dolores perseuerauerunt, cætera verò alleuarunt, ad se planè rediit. Tribus autem diebus defecit febris ab eaq; immunis visa est, vndecimo rediit, & nouo insuper orto rigore febris vehemens corripuit. Ad decimum verò quartum diem biliosa, flaua, crebra vomitione sunt refusa, obortoq; sudore à febre iudicatione est liberata.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΣΚΑΙ-
δέκατος.

Γυναῖκα ἣ κατέκειτο ἐν ἀκτῇ τρίμηνον πρὸς ἑωυτὴν ἔχουσα, πῦρ ἔλαβε. αὐτίκα τε ἤρξατο πονέειν ὀσφύν. γ΄ πόνος τραχήλου. κεφαλῆς. κατὰ κληῗδα χεῖρα δεξιήν, διὰ ταχέων δὲ γλῶσσα ἠφώνει. δεξιὴ χεὶρ παρελύθη μετὰ σπασμοῦ, παραπληκτικὸν τρόπον, παρελήρει πάντα. νύκτα δυσφόρως οὐκ ἐκοιμήθη. κοιλίη ἐταράχθη, χολώδεσιν, ἀκρήτοισιν ὀλίγοισιν. δ΄ γλῶσσα φωνῆς ἐλύθη, σπασμοὶ τῶν αὐτῶν, πόνοι πάντων παρέμενον. κατὰ ὑποχόνδριον ἔπαρμα ξὺν ὀδύνῃ. οὐκ ἐκοιμᾶτο. παρέκρουσε πάντα. κοιλίη ταραχώδης. οὖρα λευκά, οὐκ εὔχροα, ε΄ πυρετὸς ὀξύς, ὑποχονδρίου πόνος. παρέκρουσε πάντα. διαχωρήματα χολώδεα. ἐς νύκτα ἵδρωσεν, ἄπυρος. ϛ΄ κατενόει. πάντων ἐκουφίσθη. περὶ δὲ κληῗδα ἀριστερήν, πόνος παρέμενε. διψώδης. οὖρα λεπτά. οὐκ ἐκοιμήθη. ζ΄ τρόμος. ὑπεκαρώθη. σμικρὰ παρέκρουσεν, ἀλγήματα κατὰ κληῗδα, καὶ βραχίονα ἀριστερὸν παρέμενε. τὰ δ' ἄλλα διεκούφισε. πάντα κατενόει. τρεῖς δὲ διέλιπεν ἄπυρος. ια΄ ὑπέστρεψεν. ἐπερρίγωσε. πῦρ ἔλαβε. περὶ δὲ ιδ΄ ἤμεσε χολώδεα. ξανθά. ὑπόσυχνα. ἵδρωσεν. ἄπυρος ἐκρίθη.

Naturæ fuit istud admirabile quoddam exemplum, mulierem fœtu trimestri grauidam, tantis casibus, acuto deniq; morbo conflictatam, cum fœtu saluam euasisse. Necesseq; in ea vitales admodum valentesq; fuisse naturæ functiones, iuuenilique robore præstantes, quinto statim die alioqui perniciosum necdum satis domitum morbum discussisse. Quod vel imprimis est animaduertendum. Quid enim in tanta plenitudinis copia, quæ membra omnia præcipueq; caput grauaret cum febre, aliud quàm præfocantem quendam exitum, aut luctuosam acerbamq; conuulsionis aut resolutionis speciem expectes? In qua vel leuiter ægro dependendum morbum fuisse existimem, quòd miserabilis illius calamitatis quæ resolutionem minabatur, rudia tantùm initia, statim primis diebus, naturæ viribus sola ventris excretione sudorumq; procurationibus sunt euicta. Qua in re videndum est huiusmodi casus, qui animatam istam motionem, sensationumq; verè administram naturam vnicè appeterent, tam altè rationis arcem ipsarumq; effectionum originem obruisse, vt vel ægrè, conspirantibus etiam omnibus naturæ subsidiis, depulsi sint. Febre namque sudoribus discussa, hostium reliquiæ qui sensuum claustra obsederant, diebus aliquot remansere, quæ tandem redintegrata febre, vomitu & sudoribus decimæ quartæ legionis auspiciis & singulari ducis, hoc est naturæ, virtute sunt profligatæ.

διὰ ταχέων δὲ γλῶσσα ἠφώνει] In vno manu scripto codice legitur διὰ τραχέων δὲ γλῶσσα ἐφώνει. Quod certè aliud quiddam à communi lectione sonat, non absurdum tamen, nempe linguæ sonum vocemque ipsam asperitatem quandam habuisse, irruente in fauces, pulmonem, vocisque ipsa instrumenta humidi irrigatione, ex capitis nimia repletione, quæ fortè visa sunt amissæ quarto die vocis rudimenta. Cuius lectionis etiam vestigia, quòd non sint omninò à ratione aliena, in Galeni codicibus remanent. Reliqua omnia exemplaria cum impressis conueniunt, hocq; modo illabente in neruos fluxione, sopita sensatio motioque, atq; partis alicuius syderatio præsentitur.

παραπληκτικὸν τρόπον] περὶ πάντων τρόμος legisse videtur Caluus, aut aliud quid tale, tremorem enim omnium addit. Nos quod solet H in leuibus syderationibus aut partium resolutionibus contingere diximus. Tale quid enim παραπληγίαι significare sæpiùs diximus. Est autem vero simile humorum ex capite in primas thoracis vertebras, quæ ceruicis verticillis connectuntur, affluxu & copia, neruorum qui ex primo mesopleurio & suprapositis vertebris ad manus pertingunt, actionem grauatam fuisse, & ex proniore in partem dextram decubitu, manum ipsam è directo dextram languidam ac vietam esse redditam. In hac autem plenitudinis copia cùm non sit præsentius vllum remedium quàm venæ sectio, non est existimandum etiam primis statim diebus ab Hippoc. esse prætermissam, quod neq; in cæteris fecit, etsi eam tacitus omittit, vt scribit Galenus Com. 1. in lib. 3. Epid. Eleganter verò hîc duo exemplaria manu scripta δεξιὴ χεὶρ παρέθη legunt, quod cætera δεξιὴν χεῖρα παρελύθη habent, & defectam, debilem, fractam, remissam & languidam fuisse manum significat, non secus ac παρειμένον σῶμα τὸ παραλελυμένον dicitur, vnde & παρετοὶ languidi & παραλελυμένοι defluxerunt.

A κοιλίη ἐταράχθη] Quædam exemplaria ἐπεταράχθη habent. Caluus turbationis alui ne mentionem quidem facit, quod tamen vt in re maximè ſeria non videbatur negligendum.

καὶ ὑποχόνδριον ἔπαρμα] Hæc eſt publicatorum codicum lectio, quam retinent duo manu ſcripta exemplaria antiquiſſima, eamque agnoſcit Galenus lib.2. περὶ δυσπν. in his verbis quæ ſuperiore ægro adduximus. Reliqua variant. Vnum καὶ ὑποχόνδριον ἐπισπασμὸν σὺν ὀδύνῃ legit, quam lectionem retinent Galeni codices, eandemque ſecuti ſunt eiuſdem interpretes. Alterum ὑποχόνδριον ἐπισπασμὸν habet, eodem nec improbando ſenſu. Conuulſum namq; & contractum ex dolente tumore præcordium ſignificat, quæ non eſt Hippocrati inſolens dictio, vt paſſim videre eſt. οὖρα λευκὰ] Maior eſt codicum conſenſus in tenuibus vrinis. Antiquiores enim & fideliores λεπτὰ habent, quod retinuerunt omnes interpretes. Duo reliqui cum impreſſis λευκὰ legunt. Nec eſt quod quis ex Galeni verbis in Com. λευκὰ legendum eſſe exiſtimet. Illic enim λεπτὰ legendum exiſtimo, ibique mendum eſſe apparet, vt & ἀχρόων pro εὐχρόων vitiosè legi cuiuis manifeſtum eſt. Nam cùm vrinæ albæ quæ ſunt exactè tenues, coloris bonitatē habere nequeant,

B vt ſcribit Galenus, tenues autem ob mediocritatem colore quodam etiam probentur; Non eſt dubium quin de tenuibus id intelligendum veniat, ex quibus etiam gradum ſibi ampliſſimum de reliquo ad morbi depulſionem natura facere videatur. Vt ne addam earundem vrinarum ſexto die repetitionem huic lectioni præiudicium facere.

οὖρα λεπτὰ] In codice quodam manu ſcripto additur οὐκ ἄχροα, quæ lectio ex Galeno deſumpta videtur. Scribit enim in Commentario, ἐπὶ γοῦν τῇ ϛ' ἔγραψεν οὖρα λεπτά. καὶ προσέθηκε τὸ οὐκ ἄχροα.

ζ' τρόμος] Tremor iſte virtutis offenſam ex aggrauante copia, eiuſq; ad actiones obeundas inhabilitatem teſtabatur, non aliter quam in Pythione ex tremore manuum accidiſſe ſcribit Gal. initio lib.3. Epid.

τὰ δ' ἄλλα διεκούφισε] διεκούφισεν in duobus exemplaribus manu ſcriptis legitur eadem certè intelligentia.

τρεῖς δὲ διέλιπεν ἄπυρος] In quibuſdam manu ſcriptis codicibus διέμενεν, vt apud Galenum legitur. Quæ lectio clarior eſt & plauſibilior. Reliqua exemplaria cum impreſſis conſentiunt Quibus etiam ſua conſtare poteſt lectio, ſi ita diſtinguas vt febrem tres dies

C intermiſiſſe, per eoſdemq; febre liberam fuiſſe intelligas. ἄπυρος. ἐκρίθη] Exemplar vnum manu ſcriptum habet ἄπυρος, ἐκρίθη οὐκ εὐαλγῶς ἐκ τῶν αὐτῶν παθημάτων. Quæ verba adiecta eſſe apparet ex Galeni codicibus, etſi idem ſudoribus & vomitu integrè iudicatam ægram ſignificet. Non erat tamen abſurdum periclitantis morbi reliquias leues quaſdam, vt præcordiorum, iuguli, & brachij ſiniſtri momentaneos dolores, paulò vltra iudicationem proceſſiſſe.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΕΣΣΑΡΕΣ-
καιδέκατος.

Μελιδίην, ἣ κατέκειτο παρὰ τὸ τῆς Ἥρης ἱερὸν, ἤρξατο κεφαλῆς, καὶ τραχήλου, καὶ στήθεος πόνος ἰσχυρός. αὐτίκα δὲ

D πυρετὸς ὀξὺς ἐπελάβετο. γυναικεῖα δὲ σμικρὰ ἐπεφαίνετο. πόνοι τουτέων πάντων ξυνεχέες. ἕκτῃ κωματώδης. ἀσώδης. φρικώδης. ἐρύθημα ἐπὶ γνάθων. σμικρὰ παρέκρουσε. ζ' ἵδρωσεν. πυρετὸς διέλιπεν. οἱ πόνοι παρέμενον. ὑπέστρεψεν. ὕπνοι σμικροί. οὖρα διὰ τέλεος, εὔχροα μὲν, λεπτὰ δέ. διαχωρήματα λεπτά. χολώδεα. δακνώδεα. κάρτα ὀλίγα μέλανα. δυσώδεα διῆλθεν. οὔροισιν ὑπόστασις λευ-

E κή. λείη. ἵδρωσεν. ἐκρίθη τελέως ἑνδεκαταίη.

Æger Decimus quartus.

Melidia quæ ad Iunonis ædem decumbebat ex capite, ceruice, & pectore vehementer dolere cœpit, confeſtimq; febris acuta prehendit. Menſtruæ verò purgationes paucæ viſæ ſunt, horumq; omnium continentes erant dolores. Sexto die profundus eam ſopor corripuit, ſtomachi faſtidium & æſtuatio, horror, malarum rubor, delirauit. Septimo profuſo ſudore febris intermiſit, dolores perſeuerabant, febris rediit, ſomni parui aderant. Vrinæ per totum morbum laudabilis fuere coloris, cæterum tenues. Alui recremēta tenuia, bilioſa, mordacia admodum pauca, nigra, graueolentia prodierunt. In vrinis ſubſederunt alba & læuia, ſudor dimanauit, die vndecimo iudicatione integrè eſt abſoluta.

Hìc quoq; magni & ſuſpecti morbi initium fuit non contemnendum, quod tamen leuiter naturæ robore diſcuſſum eſt. Mulier namq; crudi & frigidi ſucci, plenioriſq; ſanguinis copia redundans, putredine concepta, febre aſſidua prauiſq; caſibus periclitata, magnum à natura habuit ſubſidium, quæ ſecuram feruentis in venoſo genere ſucci concoctionis ſpem breuemq; alleuationem, ex vrinæ indiciis prætendebat. Sicq; tandem procuratis ſeceſſibus profuſoq; ſudore abducta per latiſſimos campos morbi materia, vndecimo die ægra eſt perfecta iudicatione abſoluta, plenaque procuratione expiata.

μελιδίη] In vno exemplari manu ſcripto μελιδίνη legitur, quod vidiſſe videtur Caluus ſicq; etiam legiſſe, vt quidam quoq; μελίδη.

F πόνοι τουτέων ἁπάντων] Iſtud quonam referatur ambigit. Poteſt namq; capitis, ceruicis & pectoris perpetuos dolores reſpicere, cùm ſint iſta acutorum morborum ex magna redundantia ſymptomata. Quòd ſi muliebrium locorum fluentibus menſtruis continuos dolores intelligit, veri eſt ſimile ex tenuium, acrium & mordacium ſuccorum fluxione aut putredine eos eſſe concitatos, id quod in multis naturis ingens humorum vitium concipientibus facilè cernitur. Menſes autem ad fluxionem ſæpiùs eſſe comparatos concalefacta & quodammodo ignea reddita ſanguinea natura, crebrò in magnis acutarum febrium inſultibus ſtatim primis diebus apparet, neque tamen admodum fœlici ſucceſſu.

ἐρύθημα ἐπὶ γνάθῳ] ἐρύθημα καὶ ἔρευθος προσώπου vt γνάθων ſæpius dicit Hippocrat. ruborem intelligens qui faciem aut malas occupat, quod magni & febrilis incendij ſignum eſt, ſanguine feruido & ſpiritu ad ſuperiora repente, vnde & cerebrum repletur, vt patet ex aph.31. lib.4. Interdum verò pulmonis ſpirituſque inſtrumentorum affectorum nota eſt malarum rubor, præcipuè ſi ſtatim à cibo

G contingat, quod in conſumptis tabidiſq; cernitur. Hic verò duos antiquiſſimos manu ſcriptos codices ſecutus ſum, qui ἐπὶ γνάθων legunt, cum Galeni interpretibus.

οὖρα διὰ τέλεος εὔχροα μὲν λεπτὰ δέ] Cùm celebre ſit Hippocrati λεπτὰ καὶ ἄχροα οὖρα ferè ſemper coniungere, valde hic eſt animaduertendum tenuium vrinarum mediocritatem naturalem coloris bonitatem accepiſſe. Nam cùm colore probetur vrina mediocriter tincta, ſubpallida & ſubflaua, eos colorum gradus, aut etiam intenſiores, in vrina mediocritate quadam tenui videri non eſt abſurdum. Quod certè in extremè tenuibus quales ſunt albæ quæ ne coloratæ quidem ſunt, ſubnotari non poteſt. Atque hinc ſanè in longa trahentium morborum diuturnitate, tenuium vrinarum probatus color ad ſecuritatem aditum facit ampliſſimum, cùm etiam in bilioſorum morborum vrinis ſola boni coloris indicatura in certæ ſpei ſignis accenſeri ſoleat. Indéque euenire exiſtimo, quod in Chærione lib.3. Epid. ex bilioſorum ſuccorum multitudine laboranti, & vigeſimo die iudicatione liberato, die ſeptimo inter cætera ſalubritatis indicia οὖρα λεπτὰ εὔχροα adſcripſerit. Eam autem vrinarum tenuitatem intelligi quæ cum mediocritate conſiſtere poſſit, hinc vel ſatis perſpicuum futurum ſit, quod ſtatim ſubdat, ἐναιώρημα ἐπὶ τέλον εἶχε. Deinde verò, περὶ εἰκάδα ὅποσον ἀχρώτερα, εἶχε τὸ ὑπόστασιν λευκήν. & decimo octauo die, οὖρα λεπτὰ, ἐναιώρημα ἐπιτέλεον. tandemque οὔροισιν ὑπόστασις.

I In his namque vrinis quæ deſperatam morbi coctionem extrema ſua tenuitate præ ſe ferunt, ne tale quiddam cerni poteſt. * Sic prius in iis qui febribus continuis mitioribus tamen, placidè habebant, vrinas tenues boni coloris ſubnotauit, quæ pauco interiecto tempore ad iudicationem coctionem ſubindicarent, his verbis, οὖρα τε τοῖσι πλείστοισιν, εὔχροα μὲν καὶ ... λεπτὰ δὲ, ... περὶ κρίσιν πεπαινόμενα. Et ſtatu 3. οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισιν ἄχροα μὲν, λεπτὰ δὲ καὶ ὑποστάσιας ὀλίγας εἶχε. Et in Cleonacte ſupra, οὖρα λεπτὰ μὲν, ἄχροα δὲ adſcripſit. Ex his ergo omnibus animaduertendum video Hippocratem ſæpius λεπτὰ καὶ ἄχροα οὖρα annotantem, non illam extremam tenuitatem quam colore omninò priuat, intelligere. Etſi namque probitatem coloris non annotat, aliquid tamen ſpei iſta priuationis mollitie ad mediocritatem ipſam, denique ad ſanitatem facit. Quod certè faciliùs conſequi cogitatione poteris, ſi longam illam ex multa cruditate periclitantis morbi diſpenſationem ægr.3. lib.3. Epid. conſpexeris. In quo cùm propter ingentem venoſi generis cruditatem magnam vrinarum varietatem annotarit Hippocr. perpetuò tenues eas fuiſſe indicat, ſæpius etiam coloris bonitatem requirit

in iis tamen ἐναιώρημα ἐπιπέπολον & ὑπόστασιν obseruat, nihiloq; minus diem quadragesimum iudicatio integra non superauit. Quę cer-tè in exactè tenuibus conspici nequeunt. Atq; adeò ista quæ dicimus superioris ægri lectionem nostram comprobare videntur in qua λεπτὰ ὡς ἄγρια, non λευκὰ legimus.

διαχωρήματα λεπτὰ] Secessuum ista congeries biliosos permixtos fuisse succos, eorumq; non leuem ab incendio putredinem indicat, quibus procedentibus magna morbi pars laudabili facta emissione est deposita, naturaq; ad salutis signum sustollendum facta est erectior, quæ virium suarum collecto robore, diei vndecimi iudicationem firmitate & integritate insigniuit. Duo manu scripti codices quibus consentiunt Galeni interpretes hic λεπτὰ non addunt neq; δυσώδεα. Quæ tamen non malè ex cæteris (vt opinor) retinuimus. In vno quoq; δυσώδεα χόρτα, ὀλίγα scriptum reperimus. Quam lectionem secutus est Caluus.

Atque hactenus firmata videtur (Lector candide) nostra in Hippocratis doctrinam interpretatio, quam te omni beneuolentia complecti cupimus, dum nos ad tertiam operam in hac iusta & continenti morborum vulgarium textura comparamus. Quæ cùm multa habeat cum ista tractatione communia, quod ex his nostris laboribus plurima veluti iam decursa sumenda sint, leuiorem profecto expeditionem, certè (vt existimo) fructum vberrimum est allatura.

Verum hæc ipsa equidem spatiis disclusus iniquis
Prætereo, atque aliis post commemoranda relinquo.

Nisi si scitum est (inquit ille) causam conferre in tempus, cùm afferre plura si cupias non queas.

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM OMNIVM FACILE PRINCIPIS, LIBER SECVNDVS DE MORBIS VVLGARIBUS,

difficillimus & pulcherrimus: olim à Galeno Commentariis illustratus, qui temporis iniuria interciderunt: nunc verò penè in integrum restitutus, Commentariis sex & Latinitate donatus, & denuo ab autore recognitus.

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico, &c.

IN LIBRVM SECVNDVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS PRÆFATIO.

LIBRVM hunc de Morbis vulgaribus secundum, titulo suo non frustrandum, sed in aliorum tribum recensendum esse existimamus. Temporum enim circumscriptiones, & aëris tempestates, quibus morbi vulgò populationem acceperunt, describit: etsi non ita enixè aut propriè, quod in primo & tertio, consilio quodam & ratione fecit, qui iustorum Librorum dignitatem exæquant, & ad æternam rerum memoriam ordine cōditi, & cura studioq; exarati esse videntur. Illic enim Hippocratis consilium atq; iudicium probatur, hîc tumultuaria quædam rerum collectio nullam rationem summam facit, sed veluti ex pugillaribus quicquid id est, ad memoriæ subsidium depromptum sententiarum breuitate, verborum insita proprietate, magna artis complexione commendatur. Vt non sit admodum difficile, fugitiuum istud mancipium in Asclepiadarum familiā asserere. Hoc ὑπόμνημα, illud σύγγραμμα Galenus vocat. Quæ omnia aliàs cuiuis me probaturum spero, non sine amplissimo accensi nostri testimonio, dum his libris ortum, parentem, nomen & famam assignabimus. Etsi vero in eandem inscriptionis causam Sextum secum inuoluit, quod parem fortunam experti styli familiaritate, sententiarum communione, locorum repetitione, miro quodam modo inter se conspirare videntur, in nullo tamen nominis hæret crimine Galenus[1], cùm propter tractationis varietatē, tum vero etiam doctrinæ modum, nominis authoritatem paulum imminuere videtur. Sed profecto istam tituli proscriptionem, sententiarum circumscriptione, & propria quadam Hippocratis doctrinæ forma, veluti ipsa compensatione lenit. Nec verò eorum dignitatem vlla ex parte istud conuellit vt etiam facile adducar vix alios esse fœtus, qui se Hippocraticos præ se ferant, eoq; nomine se æquiùs immortalitati consecrare & doctis venditare audeant. Sed in propriam causam ingrediendum est, & communis non tanquam abiecta & afflicta deserenda, sed collocationis & ordinis tractatione differenda. Hunc istum librum ab Hippocrate scriptum esse, aut certè à Thessalo filio (vt ne longè ab Asclepiadarum familia recedas) Galeni monimenta cumulatissimè testantur.[2] Res ipsa verborum series, scriptionis genus, styli familiaritas, obscuritas deniq; ipsa & breuitas clamant, vt non aliunde me præconium illi facere posse existimem. Tituli commendatio etsi (ex Galeni authoritate) non ita propria, non vsq; adeò tamen leuis, vt induci omninò debeat, aliaq; irrogari. Nihil habet in hac de existimatione causa cum Sexto cōmune, præter genuinā soli natiuitatem. Tempestatum inclinationes, regionū circumscriptiones, aëris affectiones, temporum constitutiones continet, eorumq; omnium momenta ad morborum facultates ita ponderat, vt nihil magis ad vulgarium morborum opinionem & famam requirendum sit. Quæ omnia etiam Galeni testimonio deferemus. Scribit enim Libro tertio Epidemiōn, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν καταστάσεις ἔγραψε τρεῖς, ἐνταυθοῖ δὲ μίαν ταύτην ἣν νῦν ἡμῖν ἐξηγεῖσθαι πρόκειται. καὶ μέντοι κἀν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἰσί τινες ἄλλαι γεγραμμέναι. ἀλλ' οὐ δοκεῖ πρὸς ἔκδοσιν ἐκεῖνο, καθάπερ τὸ πρῶτόν τε καὶ τὸ τρίτον αὐτῷ πεποιῆσθαι. οὐ μὴν οὐδὲ προγέγραπται τῆς διηγήσεως τῶν γενομένων, εὐθέως ἐν ἀρχῇ, τὸ κατάστασις ἐν ἐκείναις τοῖς βιβλίοις, ἀλλ' ἄντικρυς διηγήσεως ἄρχεται. τῶν ἰσορισμάτων αὐτῷ, κατά τε τὰ γενόμενα νοσήματα καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος κρᾶσιν. Quibus verbis hunc penè cæteris exæquat, vt non necesse sit, nos in nominis vendicatione esse subtimidos. Huc accedit Cranone vulgata temporis conditio, tot scriptorū monimentis celebrata, quaq; haud scio an sit alia hoc in toto Morborum vulgariū corpore ad causam quam quærimus magis accōmodata, aut ad nomē quod ambitiosè nimis aucupamur, sua pernicie commendabilior. Quod nobis dicendum hoc loco fuit, vt ex cæca opinionis gurgustio aliquando emergeremus. Ne quis ad hanc causam præiudicatā opinionem adferat, aut sibi fucum factū his Galeni verbis existimet.[+] τὸ τῆς ἑρμηνείας εἶδος ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ πάμπολυ διαλλάττει τοῦ κατὰ τὸ πρῶτον καὶ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν, ἃ σχεδὸν ἅπαντες ἡγοῦνται γεγράφθαι πρὸς ἔκδοσιν ὑφ' Ἱπποκράτους μόνα. τῶν δ' ἄλλων πέντε, τὸ μὲν πέμπτον τε καὶ ἕβδομον ἐναργῶς

ἐναργῶς εἶναι νόθα. τὸ δ' ἕκτον τοῦτο καὶ περὶ αὐτοῦ τὸ δεύτερον, ἐξ ὧν αὐτὸς Ἱπποκράτης ἑαυτῷ παρεσκευάσατο. φασὶν ὑπὸ Θεσσαλοῦ τοῦ υἱέος αὐτοῦ συντεθεῖναι, καί τινες μὲν ἡγοῦνται καὶ αὐτόν τι προσγεγράφθαι τῷ Θεσσαλῷ, τινὲς δὲ ἄλλοις τῶν μετ' αὐτόν. ὁμοίως αὖ τῷ δευτέρῳ, καὶ τῷ τετάρτῳ τῶν ἐπιδημιῶν καταστάσεις τέ τινας γράφει τοῦ περιέχοντος, ἐφ' αἷς τὰ ἐπιδημήσαντα νοσήματα διηγοῦνται. ταύτῃ γὰρ ἐπ' αὐτῶν αὐτὸς φαίνεται τῇ λέξει χρώμενος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἐπίγραμμα τοῖς βιβλίοις τούτοις ἐπιτυχῶς, τῆς ἐπιδήμων νοσημάτων διδασκαλίας αὐτοῖς γινομένης, οὐ τὴν αὐτοῦ τε Ἱπποκράτους ἐπιδημίαν, ὡς ἐποίει ὁ κατὰ τὰς πόλεις. ἐνταυθοῖ δὲ τοῦτο μὲν ὀλίγον ἐστίν. τὸ δὲ πλεῖστον εἶδος τῆς διδασκαλίας, ἀφορισμοί τινες εἶναι φαίνονται. καὶ προσεγράφησαν ἕκαστοι ἰδίαν γεγονότες, ὥστε δι' ἀπορίαν οἰκείας ἐπιγραφῆς, καὶ ταῦτα δύο βιβλία συγχέονται αἱ φασι τῇ τῶν ἐπιδημιῶν, ἐλάχιστον ἔχοντα τὸ τῆς ἐπιγραφῆς οἰκεῖον. *Quibus abunde à nobis satis esse factum existimamus, ne quis libellum hunc vere Hippocraticum & artis præcepta pene complexum, in re minimi momenti, sua commendatione deiecisse aut (quod aiunt) fluctus in simpulo excitasse videatur. Hunc verò totum in sex Sectiones diuisimus. Quarum prima cùm omnium nobilissima, tum etiam longè difficillima, insignes habet locos de lumbricis, autumno eorumq; in sese collatione: ipsa vero signorū doctrina quàm grauiter notata aut breuiter expressa est? Abscessuū deniq; tota ratio, dignatio etiam ipsa, quantis plebiscitis rogata, quot decretis confirmata, sancita, demum etiā confixa est? Vt mihi facile persuadeā, tantam huic loco accessionē dignitatis & auctoritatis esse factam, quanta contigit haud scio an in re Medica memini. Secunda, præter ægrorum variā recensionē, placitis Medicis leuiter aspersam, quàm elegantem de angina locum & Galeni doctrina commendabilem continet? Tertia, quàm variè in tempestatis descriptione ludit? quàm verbis ipsis, sententiarum pondere, deniq; rerum obscuritate sui similis Hippocrates? Et verò totum de respiratione caput, quàm notabile? De tota autem partione quod dicitur, & fœtus designatione, conformatione, motione, incremento & vitalitate, quam est Medicinæ arcanis consentiens, quam Philosophiæ adytis consentaneum? Corporis humani deformatio etsi leuiter adumbrata est, pro rei tamen insolentia, Hippocrati fidē non abrogat, sed grauissimis Galeni interdictis à nobis asserta, ad agnatos & gentiles deducta, modestissimeq; excusata est. animi verò per naturales notas cognitio, in reliquis non tam expeditur, quàm attingitur. Sed qua rerum cognitione condita, quàm abstrusis sententiis referta? vt vel specie ipsa, mera Parentis nostri obscuritas & breuitas lateat. Quæ omnia, eo animo sunt à nobis expedita, vt facile quiuis æstimet, ad reliquum negotium conficiendum, non tam voluntatē, aut studium defuturum, quàm æquissimorum virorum de optimo rerum sensu iudicium experiundum. Qua in re, si mutuo non respondetur, apud me tamen plus officij residere facillimè patiar. Non eram nescius (Lector candide) dum hoc interpretationis munus tollerem, in quam vastum opinionum fretum ingrederer, aut in quantas hominum reprehensiones incurrerē, quas omnino negligere intemperantis non vitare vero dissoluti & ieiuni animi semper esse existimaui. Quo in negotio ea à me adhibita est cautio, vt quorum ictibus appetitam nostram esse existimationē sentirem, eos si non possem effugere quod tamen artis est reliquum ne in corpus nostrum redundarent, promptissimis animis eluderem. Equidem diuinum Hippocratis sensum in animi notione tanquam in vestigio reponere, obscuritatem explicare, maiestatē colere, sermonis antiquitatem pro eo ac debemus venerari, religiosum, difficile, & pene nefas esse semper existimaui. Quo magis eos qui omnē operam collocarunt suam in Hippocratis scriptis eruendis, laude semper dignos duxi maxima. Omnino nobilissima est Hippocratis Medicinæ parentis, non extincta aut vetustate repressa sed antiquitate veranda memoria. Doctrina tū cognitione dignissima, tum vero perpetuis artis firmamentis fundatissima & solidissima. Deniq; per totos rei Medicæ campos pertinens late fusam materiā mira sententiarū breuitate complexa, propria nominū significatione exuberans, simplicē dictionis elegantiam præ se ferens, obscuritate præcipua, ingeniorū tarditatem longis ante interuallis à se remouit, nunc vero etiā doctissimos quoq; retardauit. Magna est excellentiū ingeniorum in re Medica vbertas, magna doctrinæ auctoritas, magna deniq; artis explicatio: Galeni copiam pleriq; omnes consectantur, Hippocratis subtilitatē mirantur magis atq; suspiciunt, quàm assequantur. Quo in doctrinæ genere palmaris est Iacobi Hollerij præceptoris doctissimi gloria, qui omnem suam industriam in explicando Hippocrate omnibus semper ita probauit, vt facile in animū induxerit, ad dissipatas summæ ignorationis tenebrarū reliquias persequendas, hāc illi à Diis immortalibus palmam esse reseruatā. De cuius viri laude, etsi me quicquam delibare nefas est, spe tamen sum præditus maxima, doctissimos quoq; in meis præsidiis & castris versaturos, si præter viuæ vocis efficacitatem, quam ad Hippocratis explanationem quotidie adhibet, ad huius quoq; laudis accessionē, quam ille in Prædictiones Coacas nauauit diligentiam, fortuna nobis nō inuiderit. In hac igitur tanta operis difficultate, me id consecuturū non existimaui, quod cæteri felicissimo ingenio præditi vix sibi votis desponderāt. Sed profectò informatū ex fidelissimis eruditissimorū præceptorum institutis, vitæ nostræ cursum, præclarū est ad aliquem finem tandem perducere. Quo in consilio id mihi iudicatū est superata locorū difficultate, & viarum asperitate præteruecta nostræ peregrinationis decursum in plano leuiorem fore. Etsi non minus gratum est, extrema delere, quam prima depellere. Visus est igitur hic portus, & loci natura munitus, & intercluso aditu pene inuius, dignissimus ad quem fortunis adhuc integris appellerem, quod eo expugnato, ad nostræ causæ arcem expeditiorem viam facerem, hostiumq; animos frangerem, si eum in quo omni spe delitescebant, debilitatum, superatum, & complanatum cernerent. Animos autem in hanc expeditionem addidit, quod hoc præsidium quod in præsentia obsidemus, longis ante seculis, fidelissimis Galeni copiis expugnatū, diligentia euictum, & vigilantia adæquatum est. Nunc vero fato quodam, & miserabili temporum iniuria bonis omnibus æmula, hostibus est proditum, & imis ignorantiæ tenebris deditum. Nos in veteranis Galeni militibus conquirendis, in quibus plurimùm est roboris, diligentiæ in conscribendo & recensendo exercitu, labori in delectu faciendo, nullis neq; sumptibus, neq; vigiliis pepercimus. Adhibuimus etiam in subsidium veterum exemplarium fidem, quæ sola est & certissima vulnerum Hippocraticorū medela. De quibus id tantum hoc loco dicam, me regis Christianissimi beneficio, ex instructissima illa vniuersitatis Bibliotheca Fontanobellæa, in consilium mearum cogitationum tria exemplaria adhibuisse. Additum etiam quartum opera nostra perquisitum, & amici cuiusdam beneuolentia oblatum. Cuius fides tanti apud me est ponderis, vt suo loco & taceri non debeat, nulloq; tempore intermoritura sit eius memoria. De interpretibus, etsi alio loco dicendum est, hic tamen tantum profitebor, me ad eorum lectionem tam sobrium adhibuisse temperamentum, eamq; modestiam, vt ne quem calumnia perfunderem, autoritatem interponerem, liberumq; rationi iudicium ad causæ integritatem reseruarem. Hic Calui nulla pro merito sed rara quidem fit mentio, quod is eiusmodi fuerit, vt ei artem desinere per omnes homines facile liceret. Alter gladiator est plurimarum palmarum vetus ac nobilis, cuius insignes multas palmas accepimus, hanc tamen primam esse lemniscatam apparet. Qui vt à gladiis aliquando recessisse videtur, ita & nonnunquam cæteris tantulum de arte concedere. Steuæ industria, cuius in hunc quoque librum [illegible] fecisse audio, frui nusquam potuimus, etsi illam sedulo quæsiuimus. Quæ cum ita sint, tuum erit (Lector candide) gratam voluntatis [illegible]*

mationem, qua omnem nostrum laborem ad publicæ rationis studium contulimus fauore & beneuolentia prosequi, vt æquanimitas tua nostram augeat in scribendo industriam. Cuius ad colligendas & constituendas nostras reliquias plurimùm indigemus. Magna laus est profectò & gloria, vnum hominem elaborare in ea scientia quæ sit multis profutura. Sed cùm sint hæc omnia desperationis plenissima, cuiuis vel modestissimo facilè calumniam struere possunt. In hoc igitur cæcæ suspicionis tormento, cùm plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribantur, si minùs experti sunt, quos ad omnia summum & excellens armauit ingenium, nos certè sentimus. Et Hercule sunt hæ res difficiles ad explicandum & ὁμοειδεῖς, nec tam possunt, αὐθηερραφεῖσθαι quàm videntur: & quod caput est, mihi quæuis satis iusta causa cessandi fuerat, nisi inuidiæ suspicionem publico compendio existimassem esse inducendam. A te verò quem leuiter immutatum esse metuo, paruam exigui temporis vsuram bonæ de me opinionis in præsentia postulo: vt eam, si quæ dixero tibi probabo, perpetuò retineas: sin aliter, hoc ipso in loco depositam atque abiectam relinquas, dum existimes securi nimis esse animi aliorum naufragia ex terra intueri, &

[5] Si quando Nereus sentit Æoli regnum, Ridere procellas tuta de sua mensa.

Aut quod ait Sophocles, ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί. Sed iam de causa, & fortasse extra causam, nimis multa. Et bona spe ingredi in reliquam orationem nos oportet:

[1] *Lib.6.epid.initio.* [2] *Lib.2.de dieb. decr.& lib.2.de diff.spi.* [3] *Comment.3.initio.* [4] *In proœm.lib.6.epid.*
[5] *Mart.lib.10. epig.30.*

HIPPOCRATIS COI DE MORBIS VVLGARIBVS, LIBER SECVNDVS.

SECTIO PRIMA.

CRanône carbunculi æstate grassabantur. Per magnos æstus affatim & continenter compluit, idque ab Austro magis. Sanies quidem plurima cuti subnascebatur, quæ intrò conclusa dum incalesceret, pruriginem excitabat. Deinde verò in pustulas erumpebat iis affines, quæ in ambustis fieri solent. Tantus inerat sub cute ardoris sensus, vt vri viderentur. Magnis & squalidis æstibus febres, vt plurimùm sine sudoribus: in quibus si leuior imber guttatim defluxerit aut stillauerit, copiosiores statim sudores in febribus fiunt. Hæc diuturniorem & difficiliorem morbi solutionem habent, quàm si aliter contingerent. Minùs tamen nisi si hæc ab hoc rerum statu, sed ex morbi natura procederent.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

ΑΝθρακες ἐν κρανῶνι θερινοί, ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λαύρῳ δι' ὅλου. ἐγίνετο δὲ μᾶλλον νότῳ, καὶ ὑπεγίνοντο μὲν ἐν τῷ δέρματι ἰχῶρες. ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο, καὶ κνησμὸν ἐνεποίεον. εἶτα φλυκταινίδες, ὥσπερ πυρίκαυστοι ἐπανίσταντο, καὶ ὑπὸ τὸ δέρμα καίεσθαι ἐδόκεον. ἐν καύμασιν ἀνυδρίης, οἱ πυρετοὶ ἀνίδρωτες τὰ πλεῖστα. ἐν τουτέοισιν δὲ ἢν ἐπιψεκάσῃ ἱδρωτικώτεροι γίνονται κατ' ἀρχάς. ταῦτα δυσκριτώτερα μὲν, ἢ ἄλλως. ἀταρ ἧσσον, εἰ μὴ εἴη διὰ ταῦτα, ἀλλὰ διὰ τῆς νόσου τὸν τρόπον.

COMMENTARIVS.

QVod solet Hippocrates in his Epidemiôn libris prætexere, vt temporis circumscriptionem & cœli temperiem, certum horũ morborum fomitem definiret, in hoc sibi loco faciendum putauit. Non ita tamen, vt certos huic temporis constitutioni anni limites præfigeret, quod in aliis qui πρὸς ἔκδοσιν destinati fuerunt, fecerat. Nam etsi certum sit, hunc aëris ambitum calidum & paulò humentiorem, hos populares morbos vulgasse: constat tamen æstate circumscriptum, atq; vnius æstatis hanc mutationem fuisse, nõ totius anni, qualis fuit quæ lib.3. describitur. Non admodum insigni hîc humorum putrescentium feritate, quæ vel latissimè grassata est in pestilenti illo statu. Quod etsi satis testatur * Hippocr. dictio ἐγένοντο νομαὶ ἐπινεμόμεναι, ἄπυροι δὲ πλεῖστοι, & σηπεδὼν δὲ τὸ ἔπος ὅλου χρόνου καὶ ὑγροῦ καὶ μαλακοῦ, & alia multa adscripta: Galeni tamen auctoritas accedit, qui lib.1. de Temp. & Com. in aph.11. lib.3. & Com. 1. in lib.1. Epid. & 3. in lib.3 epid. has duas temporis circumscriptiones non aliter inter se committit, quàm quod causę magnitudine & temporis diuturnitate differunt. Hîc enim æstas sola natiuam temperiem excessit, iisdem qualitatibus magnũ incrementum assumente toto anno in pestilente statu libri tertij, cum ingenti computrescentis humoris feruore. Vnde nos etiam Hippocratis circumscriptione vsi, ἄνθρακας θερινοὺς carbunculos æstate grassantes vertimus. prompto igitur in pluuias æstatis cœlo, putrilaginem humorum multam concitari par erat. Sunt enim putredines τῶν ἐπομβρίων soboles: quas σηπεδόνας vocat, & σήψιας. †Carbunculi verò non ab re erumpebant συμπίπτων δηλονότι τῶν ἐν τῷ σώματι περιττωμάτων, καὶ τινας ἰχῶρας θερμοὺς καὶ ὑγροὺς ἀμέτρως γεννησάντων. vt scribit Galen. libr. de Temp. primo. Eosdem lib. epid.3. cum magna putredine annumerat his verbis, ἄνθρακες πολλοὶ δὲ θέρεος. καὶ ἄλλα ἃ σῆψις καλέεται. Cæterò hic locus est Galeno celebratissimus Com.1. in lib.1. epid. & lib. de Temp.1. Com. etiam 1. & 3. in lib.3. epid. & Com. in aph.11. lib.3. & lib.2. de Crisib. cap.3. & lib.1. de differ. feb. cap.6. Hunc etiam locum integrum Auerrois explicat Collect. lib.5. cap.1.

* *Lib.3.epid.* † *Aph.6. lib.3.*

ἐν κρανῶνι] Cranône verti sequutus *Plin. qui scribit: Cranône fontem esse calidum citra summum feruorem, qui in vinum additus, triduo calorem potionis custodit in vasis. Sic M. Tullius Oratorio 2. cœnasse Cranône in Thessalia Simonidẽ apud Scopam fortunatum hominẽ & nobilem scribit. Vnde locum Simonidis memoria nobilitatum constat. †Cranôna idem Thessaliæ & Magnesiæ adscribit, vt ne longiùs abeam, ne in Galeni reprehensionem incurram. Nunc mutato nomine, Ceres dicitur. Est autem locus putridis morbis opportunissimus & carbunculis, quòd in concauo loco & meridionali situm habeat, & ab aquilonibus auersum ventorumq; tranquillitatibus occupatum minimeq; perflatum vt scribit Galenus Com.1. in lib.1 epid. *Lib.37.cap.2. †Lib.4.cap.9.*

ὕδατι λαύρῳ ὕδατα λαῦρα, πολλὰ καὶ μεγάλα sæpè dicit Hippocrates. *Hìc λαῦρα interpretati sumus, πολλὰ καὶ λαῦρα. πολλὰ γὰρ λέγουσιν, κἂν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ὑπὸ πλῆθει καὶ λαῦρα, ἐξαιφνίδια, σφοδρά τε. δυνατὰ καὶ μεγάλα καλεῖσθαι. vt scribit †Gal. Quæ omnia verbo *affatim* appositè (ni fallor) reddidimus. Cæterùm illud δι' ὅλου coniunxi λαύρῳ. Galenum sequutus, priùs testatis locis, qui id ita connectit Vt videatur hìc expressisse " Hippocrates quod aliàs scribit, ὕδατα πολλὰ συνεχέα καὶ ἐκ περιαγωγῆς. Adde quod Galenus, ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λαύρῳ δι' ὅλου, ὕειν συνεχῶς interpretatur. Quod sequitur, ἐγίνετο καὶ μᾶλλον νότῳ, legit " " Gal. ἐγίνοντο δὲ. ἐγίνετο δὲ, non malè. Nec verò video cur Caluus νώτῳ quàm νότῳ legere maluerit. * *Lib.1.epid.* †*Com.2.in lib.1.epid.* " *Lib.1.epid.* " " *Lib.1.de temp.*

ἐν τῷ δέρματι ἰχῶρες] ὑπὸ τὸ δέρμα legit Galenus, ἰχῶρες saniem verti, non saniosum sanguinem, ne quis me sanguinis serum dicere intelligeret. Sed vt humorem quendam serosum, aqueum, tenuem, virosum, malignum & exedentem explicarem. Quanquam ἰχωροειδὲς αἷμα Hippocrati hæc omnia complectitur, cùm sanguinem κατ' ἐπικράτειαν omnes in vasis humores complexum *significet non ἁπλῶς λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες αἷμα ἀλλὰ καὶ μετά τινος ἰώδους καὶ κακοήθους δυνάμεως. Est igitur ἰχώρ, ἰχωροειδὲς αἷμα περιέχον ἐν ἑαυτῷ μοχθηρὰν ὑγρότητα λεπτὴν καὶ ὑδατώδη καὶ ἄδηκτον, ἀλλὰ ἰχωρώδη καὶ διαβρωτικήν. Porrò hunc locum adducit Galenus Com.2. in lib.6. Epid. vbi ὑπὸ τῷ δέρματι legit. Libro autem 2. Prognosticôn ἐν τῷ δέρματι. vt hic, eodem vtrobique sensu. * *Lib.6.epid.Sect.2.*

A φλυκταινίδες] φλύκταιναι Hippocrati sunt pustulę in summa corporis cute enascentes, quas hîc φλυκταινίδας, aliquando verò φλυκτίδας & ψυδράκια vocat. Harum ortum mirè explicat. Fiunt enim à sanie tenui & erodente, cum subtenta, humore velut acrior & biliosiore, concalfactu lancinante & cutem pungente. Quicquid nanq; in cute laxius est, facilè peruadit & penetrat. In corporis autem summa planitie compactiore & densiore hæret. Sunt demum iis similes, quæ ex ignis vstulatione aut viticæ vredine oriuntur, quas eleganter πυρικαύστους nominat. Quæ libro περὶ χυμῶν, αἱ ἀπὸ καυμάτων ἐπιγιγνόμεναι φλύκταινες dicuntur. Huius sunt generis quæ * Hippocrates ἱδρῶα vocat, alij ἱδρωτίδια, nos sudamina aut papulas sudorum, cum Plinio rectè dicemus. Sunt enim ex eorum genere, quæ in summam cutem erumpunt, & eam vlcerum instar exasperant, καὶ γίνεται κνησμὸς καὶ ἀπὸ τούτων ... ἰδρῶτες, ... χολώδεστεροι ... ὅλως δακνωδέστεροι τυγχάνουσιν ὄντες. ἐδάξεσι γὰρ οὕτως τὸ δέρμα, καὶ κνησμώδεις ..., ... Hîc Galenus φλύκταιναι legit 2. Progn. & 1. de Temp. & αὐαινόμενος & ἐπαιόμενος, vt solet aliquando variata lectione, eadem tamen vbique notione.

Aph.21.lib.3.

B ἰδέκεον ἐν καύμασι] Illud ἰδέκεον, superiori iunxi: vt sit, ὑπὸ τὸ δέρμα καὶ ... ἰδέκεον. Galenum sequutus, qui hanc lectionem vbique seruat. αὐχμώδης] αὐχμώδη cœlum siccum & squalidum vocat, quod sudum rectè dicimus, significantes ab imbribus cessationē. Qua enim forma ἄποιον τὸ ὕδωρ intelligit, eadem & αὐχμώδη expressit. Vtitur hac dictione Hipp. lib. 1. epid. & aph. 24. lib. 3. * ξηρὸν καὶ αὐχμηρὸν τὸ ... αὐχμηρὸν dicens, οὐδὲν γὰρ διαφέρει ξηρὸν, ἢ αὐχμηρὸν ἢ αὐχμῶδες εἰπεῖν, Galeno teste. Hanc sententiam repetit Galenus Progn. 3. ἐν καύμασιν αὐχμώδεσι πυρετοῖς αὐχμώδεις ... τοῖς δὲ ... ἱδρωτικώτεροι γίνονται. Vbi αὐχμηροῖς pro αὐχμώδεσι aut αὐχμηροῖς vitiosè legitur. Hic verò ἐν καύμασιν, initium alterius sententiæ fecimus, post Galenum, vetustissimum nostrum exemplar secuti.

** Statu 1.*

τῶν δυσκρίτων τῶν ...] Hic locus propter summam breuitatem Hippocrat. familiarem, valde obscurus est, & qui Galeni Commentarios temporum calamitate interceptos deploret, cùm nullam opem adferant interpretes. Mihi intelligendus videtur de febribus, quæ in mediis æstibus sine sudore fuerunt. Etenim quum febrium maximè sit propria per sudores solutio, nil mirum est, si C difficilem habuerint expeditionem febres quæ æstate exæstuante nihil aut parum circa initia sudores mouerunt. Sudorem nanque criticum, in morborum initiis, quibus maximè cruda apparent, ne natura quidem prouocat, nisi onere velut oppressa & submersa, periclitantem humorum gurgitem à se facessat. Quod ex tota Hipp. doctrina apparet, & docet Galenus lib. 1. Cris. Itaque ἢ ἄλλως ad sudores iudicatorios refertur. Qui volet hæc omnia ad grassantes tota illa æstate morbos extendere, illud ἄλλως ad temporis iniuriam referet. Pestilente enim statu, crises paucæ, difficiles, incertæ & minimum tutæ fiunt. Quod sequitur ἐπὶ ..., hunc sensum complectitur. Vt faciliores iudicatu febres futuras significaret, nisi ea æstate adeoq; squalida euenissent, vt sudores nullos, aut omninò paucos mouerent: Aut si cum paulò copiosioribus sudoribus contigissent. Vtrumq; enim ἐκ τῶν complectitur & nos sub rerum statu concludimus, cœli iniuriam & venenatam intemperiem non excludentes.

τὸ τρόπον] τὸ νόσου τρόπον morbi naturam vertimus, conditionem, circumscriptionem, formam, speciem, consistentiam, modum intelligentes. Quem enim alij morborum modum, mores, & morborum formas comprehendentem vertunt, Hippocratis τρόπον exD primentes, nos naturam maluimus dicere, quòd Latine melius ista sonet. Mores nanq; lenitate & feritate circumscriptos, morbi verò ἀγριότητα καὶ ἡμερότητα, natura satis explicat, cùm animalium naturam feram & mitem dicimus: vt dixit ille,

--- Ingenium mitius esse feris.

τρόπος autem Hippocrat. multa significat, & ex media illius Oeconomia deprompta est dictio. Cùm enim morbis accommodat, τὰ ἤθη, διαφορὰς τῆς οὐσίας, καὶ τὰ εἴδη complectitur, * vt dum τρόπους πυρετῶν vocat, diuersa febrium genera, species & differentias indicans. Qui locus adducitur à Galeno lib. 1. de Crisib. Vitiosè tamen in nostris codicibus legitur. Quidam enim εἴδη, quidam ἤθη, quidam etiam εἴδη addunt, cùm ea omnia vox τρόπου includat. Quas voces, expungendas censeo, vt cum libro Epid. consentiant. Galenus τρόπον τὸ εἶδος significare scribit, tantùo libr. primi Criseon. Nec alia est significatio huius nominis, quam speciei & generis, cum τρόπον καταστάσεως dixit, lib. 1. Epid. † Aliter verò τῆς ἐπαρώσεως τρόπον scripsit, lib. 1. Epid. pro συστάσει circumscriptione & consistentia, cùm ea μεγάλα, χαῦνα καὶ κεχυμένα vocat. Nec aliud, quam formam morbi & naturam intellexit, lib. 1. Epid. ... τρόπον, καὶ τριταιοE φυέα τρόπον scribens. Quæ omnia quam appositè potuimus, vno naturæ verbo conclusimus, quo & mores morborum, hoc est, ἀγριότητα & ἡμερότητα comprehendimus. Permutationes autem morborum alio sensu, τρόπους vocat " Galenus. Quæ omnia faciunt, vt ostendam multiplicem huius dictionis naturam, non vna notione accipi. Cuius frequens est mentio, libro περὶ χυμῶν. De qua etiam multò plura scribimus in nostra Hippocratis Oeconomia. Satis enim hîc fuerit nostram versionem comprobasse. Erit igitur huius loci sensus: Morbi vitiosam atque malignam naturam, hoc est pestilentem, iudicationem difficiliorem effecisse. Quod in pestilentibus morbis contingere solet, vt scribit Hippocrates lib. 3. Epid. ἀκρισίαι πολλαί, τὰ δὲ δύσκριτα. Et ἱδρῶτες ὀλίγοισι. ** Deinde paulò post, οὐ δὲ γὰρ αἱ γινόμεναι ... ἐκεῖνοι, ... ἄλλοισι δύσκριτα ... καὶ ἀκρισίαι. Id autem accidit ob multam malignorum humorum copiam, naturæ vires exoluentem. Aut enim nulla propè, aut difficilis est solutio, aut infida, & quæ recidiuas afferat, vt apparet ex libro primo Epidemion. """ Δύσκριτα verò Hippocrati sunt, vt interpretatur Galenus, τὰ χαλεπὰ καὶ μοχθηρὰς κενώσεις ... καὶ μετὰ πλειόνων τε καὶ χαλεπωτέρων συμπτωμάτων. καὶ τὴν ἀγῶνα ... Vt εὔκριτα & δύσκριτα, ἄπειρα ..., F καὶ τὴν μετὰ συμπτωμάτων σφαλερῶν, ἀσαφῆ, ἄσημον, καὶ κακὴν κρίσιν contineant. δυσκρίτως etiam κακῶς vocat aph. 8. lib. 5. κακοκρίτως. ἢ γὰρ μετὰ κινδυνωδῶν συμπτωμάτων αἱ κρίσεις γίνονται τοῖς τοιούτοις νοσήμασιν, ἢ αὐτίκα ὑποστροφαί, ἢ πάντως ... δύσκριτα quoque dicuntur aph. 29. lib. 4. κακῶς ... κρίσιν, ... καὶ κακόκριτα, ... Porro qui τρόπον ad speciem & formam febrium referre volet, alium elicier sensum, & illud εἰ μὴ καὶ ἄλλα aliter quàm nos vertet.

**Lib.1.Epid.Sect.3.& lib.3.in sta.pest.cap.4. † Statu primo. "Cap.7.lib.3.de Cris. "" In statu pestilenti. """ Statu 2.& 3.*

Οἱ καῦσοι ἐν τῇσι θερινῇσι μάλιστα γίνονται, καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσιν. ἐπιξηραίνονται δὲ μᾶλλον θέρεος.

Æstatis temporibus plurimum oriuntur febres ardentes, & si aliis quoque. Æstate tamen sicca & exæstuante, contrahuntur magis & increscunt.

Febres ardentes circumscribuntur, vt inquit " Gal. τῷ ... τὸ δίψος ... καὶ τὸ ... Dicuntur enim febres G ardentes, ὅτι ἡ θερμασία διὰ ... τοῖς ἀνθρώποις, ἀτταυσίν τε ... δίψος ἴσχει. † Ex his igitur veluti signis ..., febris ardentis descriptio conflatur: nec opus est alia signa plurima accedere, quæ necessitatis nullam vim adferunt. Qualia lib. 3. Epid. & 4. de Rat. vict. in morb. acut. describuntur. Satis est enim adesse, τὸ ἄπαυστον δίψος, ... καὶ ... τὴν θερμασίην. Atque ex his facile apparet, in mediis æstibus pullulare, cùm ex ardoribus, propriis velut causis, effecta facilè consequantur. Non alia ratione, quam quod æstate febres assiduæ & tertianæ plurimæ grassantur. Inter quas & ardentes numerantur. ' Hic autem ἐν θερινῇσι, non aliud significat, quàm quod lib. de Rat. vict. ἐν θερινῇ ὥρῃ dixit. Est autem θερινὴ ὥρα, ἡ θερμὴ καὶ ξηρά, ... ἀρχῇ τοῦ θέρεος, ... ἐν τοῖς μέσοις, ἢ τοῖς τελευταίοις, ... τὴν ἀρχὴν τοῦ ... Ex quo fit, vt aliis quoque temporibus suboriri possint, iis qui " Hippocratis placitum legerunt, νοσήματα πάντα ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνεται, μᾶλλον δὲ ἔνια καὶ ... αὐτέων καὶ γίνεται καὶ παροξύνεται. Nec hoc, nouum videbitur ei, qui καύσου νόσον apud """ Hippocratem viderit, & καύσου ... ἐκ ... πυρετῶν, ... & ... ἴδιον λόγον τῆς καταστάσεως γινόμενον, κατὰ τὸ δὲ συμβεβηκός. ἐπιξηραίνεται verò non alio mihi referri videtur, quàm ad febrium ardentium H originem quam expressit " Hippocrates libr. 4. de Rat. vict. in morb. acut. his verbis: καῦσος δὲ γίνεται ... τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ ... καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά. Et rursus, γίνεται δὲ ... ἐκ ... μακρῇ ... ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ... ἰχῶρας ... πρὸς ἑωυτά. Illic enim, vt inquit Galenus ... αἰτίας ... ἐν ... Cùm igitur ex rebus omnibus plurimùm siccantibus, febres ardentes, tanquam ex causis effecta sequantur: non male mihi vertisse videor, vt vtramque comprehenderem, τὸ ἐπιξηραίνεσθαι, æstate sicca atque æstuante contrahi & increscere. Malui enim significantius rem ipsam, quam verba tantum exprimere. Nisi si forte vtrumque complexus sum, explicata rei ipsius natura. Nec verò in hoc præcipuè tam graui medicinæ parente, vsque adeo verbis inhærendum est, vt res ipsas negligas. In quo fidem meam requiri pudeat, non ... si ..., siccatas febres dicere possem, aut si quis quid sit resiccari febres, intelligere posset. Neque enim valde fuit operosum sic vertisse.

Nisi quis reficcatas febres intelligat, quas ξηρὰς ··· Hippocrates vocat, Galenus vero aduersus Lycum, exactè siccas dicit, & febrium ardentium genere comprehendit, easq; exactè humidis opponit: in quibus ægri confertim sudant, & sudoribus nihil aut mediocriter alleuantur. τυφώδεις ἢ ἠλώδεις vocat. Si verò ἐπιξηραίνεσθαι augeri æstate, intendi aut exasperari intelligas, consecutionem rerum nactus, videberis mentem meam assequutus.

" *Lib.3.epid.statu pestilen.* †*Lib.4.de rat.vict.in morb.acut.* " *Aph.21.lib.3.& 4.* " " *19.lib.3.* " " " *Lib.4.de rat.vict.* ·· *Lib.3.Epid.statu pestilen.lib.3.epid.* ··· *Lib.6.epid.*

Autumnus sua feritate & malignitate, interaneorum animalia maximè gignit, orisq; ventriculi dolorem, qui tamen in eiusmodi morbo minùs infestus est. Lumbrici tenues, ascarides dicti, vespere maximè, cui analogia quodammodo respondet autumnus, infestant. Affligunt verò vt plurimùm hac diei parte, non solum doloris ratione qui tunc magis vrget, sed suopte quodam impetu.

Φθινοπώρου μάλιστα θηριώδεες, καὶ ἡ καρδιαλγία. καί τι ἐς αὐτὴν ἧσσον κακουργέοι ἄν, αὐτοῦ τοῦ νοσήματος τοιούτου ἐόντος. αἱ ἀσκαρίδες δείλης, ὁμοίως τούτῳ. καὶ ἐκεῖνα τινὰ κατὰ τὰ ὀχλέουσι τῆς ἡμέρης τὰ πλεῖστα, οὐ μόνον διὰ τὸ μᾶλλον πονέειν, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ διὰ σφαδασμούς.

Θηριώδεες.] Hæc dictio ex media Hippocratis Oeconomia, deprompta est. Atq; haud scio, an alia sit quæ æquè multiplicem habeat notionem. θηρίον enim modo ἄγριον ἕλκος Hipp. significat, vt ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον: modo intestinorum animalia & lumbricos, vt quoties morbis accommodat, hoc loco præsertim, lib.4.epid. & 6. & lib. περὶ χυμῶν θηριώδεις etiam veteribus significauit τοὺς τὸ κακόηθες εἴτε ἐλέφαντα, εἴτε καρκίνον εἴτε φθίσιν, εἴτε τὰς ἀσκαρίδας, εἴτε τὰς ἕλμινθας, vt scribit Galenus.* In quem sensum aliquando capitur, τὸ φθινόπωρον θηριῶδες. Hæc enim omnia autumno inuadunt, ob inæqualem cœli temperiem & malignam humorum sobolem. Vnde φθινόπωρον θηριῶδες aliquando Hippocrati † dicitur, & βῆχες θηριώδεις κακοήθεις. Sic φθινόπωρον θηριῶδες, vocat Aretæus lib.2. περὶ αἰτίων καὶ σημείων ὀξέων παθῶν, quod exitiales & valde maligni morbi eo tempore grassentur. Alio verò " sensu, αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες θηριώδεες. καὶ τὸ ἐπ' ὀλίγον θρασέως παρακρουσθέντα, μελαγχολικὰ θηριώδεα. Hippocr. dicuntur.* Significat enim θηριώδεες παρακρούσιας vehementem & ferinam desipientiam, insaniam, cùm laborantes ferarum ritu astantes inuadunt. Quos idem per ἐξισταμένους μελαγχολικῶς ἢ μανικῶς exprimit. Quorum omnium fusiorem demonstrationem & huius dictionis auctoritatem in nostram Oeconomiam reiicimus. Cæterùm hic θηριώδεις φθινόπωρον, quantum potuimus aptè expressimus, dicentes, autumnum sua feritate & malignitate interaneorum animalia gignere. Quod enim alij ferinum autumnum dixerunt, non est quod quis magis intelligat, quam ipsam Hippocratis dictionem, quam abundè explicamus, cùm feritatem & animalia ipsa, hoc est lumbricos hac dictione includimus, ne quid nos quis omisisse censeat. Per veritatem enim, humorum qui autumno gignuntur virulentiam & malignitatem intelligimus, quæ est horum omnium causa. Sic hac dictione & causam & affectum exprimimus. Interaneorum autem animalia dixi, passim Plinium sequutus † vt illud θηρίον aliqua ex parte assequerer. Superest vt nostram interpretationem ex Hippocrat. ipso comprobemus. Libro sexto epid. τὸ θηριῶδες φθινοπώρου, de lumbricis aluum infestantibus omnes intelligunt, potiùs quàm de cæteris morbis qui autumno grassari consueuerunt: quòd per θηρία Galenus ·· ea animalia intelligi velit. ** Hippocrates etiam libro quarto Epid. morbos autumni in quodam ægro describens, eos ferè omnes, quos hic & libro sexto epid. enumerat: vbi lumbricum vomitu eiectum significat, inquiens: βραχέα αἱμώδεα καὶ τὸ ἑλμίνθιον. Vbi πυρετοὺς θηριώδεις, febres quæ à lumbricis excitantur intelligit: aut eas in quarum declinatione & solutione lumbrici excernuntur: cùm dixit θηριώδεες ἐν τῇσι κρίσεσι. Quæ tamen ad lumbricos semper referuntur. Nisi si quis existimauerit febres θηριώδεις ab eo dici, eas quæ autumno à bile per æstatem torrida fierent, in quibus desipientiæ immites admodum & θηριώδεις excitarentur, quòd febres etiam prius ἐφθοὺς vocasset. In qua opinione aliquando fui. Sed præstat nunc mutata quasi velificatione, mentis etiam cursum commutare. Precipuè verò ad hunc locum explicandum facit, quod in Coacis prænotionibus scripsit Hipp. καρδιαλγικὰ καὶ μετὰ στρόφου κοιλίης θηρία κάτω ῥήγνυται. Nemo enim quin de lumbricis intelligendus sit hic locus ambigit. Cæterùm θηριώδεες hic lego, librum Epid. sextum & vetustissimum nostrum exemplar sequutus θηριώδεις tamen si quis legendum censeat, non repugno, dum ægros aut febres intelligat, in quibus lumbrici gignuntur, aut etiam expelluntur.

* *Lib.6.epid.Com 1.* †*lib.6.epid.sect.1.* " *Cap.9.* **In Prorrh.& Coac.* †*Cap.6.lib.20.Sect.1. Aph.13.* ·· *In exegesi vocum Hipp.* ** *Eumenis vxore.*

καρδιαλγία.] Galenus passim * καρδιαλγίαν, oris ventriculi dolorem interpretatur, quòd τὸ τῆς γαστρὸς στόμα, καρδία antiquis dictum sit. Non est autem mirandum, hunc ipsum affectum plurimùm autumno contingere, ob magnam cacochymiam & bilis flauæ, quæ per æstatem summa petebat & innatabat adustionem. † Quinetiam ob cœli inæqualitatem humores corporis penetralia petentes, ventriculum & intestina autumno affligunt, vnde λειεντερίαι καὶ δυσεντερίαι. " Quod his verbis expressit Gal. μάλιστα δὲ εἰκὸς ἐν ψυχρῷ καὶ ἀνωμάλῳ, καὶ κακοχύμῳ καιρῷ. βλάπτεσθαι τά τε κατὰ γαστέρα τε καὶ τὰ ἔντερα. λεπτοὺς γὰρ καὶ κινητοὺς ἐν τῷ θέρει τοὺς χυμοὺς γιγνομένους διαδεχόμενον τὸ φθινόπωρον, ψύχειν τε ἅμα καὶ ἀνώμαλον ὑπάγειν εἰς τὸ βάθος ἀπὸ τοῦ σώματος. ἐν τῷ βάθει δὲ περὶ ἡ τῶν ἐντέρων θέσις. Lumbricos verò suo morsu & putrilagine καρδιαλγίαν excitare, non mirabitur qui viderit ab iisdem sæpè τὰ ἐπιληπτικὰ συμπτώματα commoueri. Vnde Hipp. lib.6 epid. τῷ φθινοπώρῳ καρδιαλγίας adscribit, & in Coacis καρδιαλγικά. Quinetiã lib.epid.4. in ægra cuius superiori annotatione meminimus, scribit, ἤμεσε χολὴν μέλαιναν, καὶ αἱ καρδιαλγίαι χολώδεες, βραχέα αἱμώδεα καὶ τὸ ἑλμίνθιον. Et paulò post, καὶ ἀσώδεες καὶ καρδιαλγέες. Quòd autẽ dicit oris ventriculi dolorẽ in eiusmodi affectu minùs violentum esse: id ad temporis continuitatem referendum videtur, non ad morbi vehementiam. Lumbrici enim suo motu ventriculum petentes, accessionibus quibusdam affligunt, deinde ad inferiora descendunt. Et solent ferè aut vomitu aut secessu vi naturæ morbum euincentis propelli quod morbum leuiorem facit. Qui enim in ore ventriculi lumbricos habent, magna ex parte eos euomunt: qui in intestinis, per inferiora excernunt: vt ex ††Aëtio & Paulo apparet.

* *Lib.5.de loc.affe.& lib.2.de pla.Hipp.& Plat.& aph.65.lib.4.* † *Aph.21.lib.3.* " *Aph.22.lib.3.* †† *Lib.9.& lib.4.*

αἱ ἀσκαρίδες] Ascaridas retinuimus lumbricorum tenuium speciem significantes, ne in ambiguo nomine hæsitaremus. Quod sæpè faciendum in his scriptis consulo. Ascaridas Gaza tipulam vertit: Hermolaus & Ruellius tineas exponunt. Sunt autem ἀσκαρίδες ἕλμινθες ἰσχναὶ καὶ μικραὶ ἐν τῷ ἀπευθυσμένῳ ἐντέρῳ γινόμεναι. vt scribit Gal.* Cæterùm illud ὁμοίως τούτῳ valde obscurum est: intelligendum tamen esse de ea affectione quam habet autumnus ad diei vesperam, existimo. Ad quam notionem mihi quodammodo viã muniuit † Hipp. καὶ ὁ ἐνιαυτὸς εἰς δείλην καὶ αἱ ἀσκαρίδες. Vbi etiã huius loci meminit Galenus. Autumnus enim velut anni ipsius occasus est. Et quemadmodum ascarides ad autumnum, ita se ad diei vesperam habent. Vt enim plurimùm oriuntur autumno, qui velut anni vesperus est: ita & vespere in die ferè commouentur. Hunc locum longè clariùs explicant quæ de autumno sequuntur. Lumbricos autem vespere & sub noctem commoueri, omnes ferè animaduerterunt in opere medico faciundo, tum inæqualitatis & frigoris ratione, tum quod hoc tempore, auiditate quadam naturali ad cibatum ferantur. Qua quidem ascarides, vt è lumbricorum genere, propter loci & fomitis distantiam plurimum ducuntur. Accedere ad id potest, quod morborum insultibus maximè excitantur, qui vt plurimum accessiones (autumno præcipuè) vespere habent, vt subindicat his verbis Hippocrates, καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ νούσῳ. διὰ τὸ ἐν δείλῃ παροξύνεσθαι. " Quam morbi naturam annotauit in quodam puero, διὰ τὸ ἐς δείλην παροξύνεσθαι τοιοῦτον ἐν πάσῃ τῇ νούσῳ. Atq; illud etiam satis indicant quæ sequuntur, οὐ μόνον διὰ τὸ μᾶλλον πονέειν. Illud enim ad doloris sensum, quem morborum accessiones infligunt, referendum, quæ in febribus autumnalibus, lumbricis præcipuè scatentibus, vespere magis excitantur. Quod sequitur διὰ σφαδασμούς, naturalis auiditatis sensum, & ad eum proprium quendam impetum significat.

* *In Exeg.* †**Lib.6.epid aph.14.sect.1.* " *lib.4.epid.*

Autumnus acutissimos morbos & maximè exitiales gignit. Qui, in eo quod accessiones vespere moueat, eam omnino habet affectionem ad annum totum, morborum velut reuersiones & circuitus habentem, quam vespertinæ accessiones ad eam, in qua fiunt, morbi diem. Tale quid euenit, vbi morbus

Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται νοῦσοι καὶ θανατωδέσταται. τὸ ἐπίπαν ὅμοιον τῷ δείλης παροξύνεσθαι. ὡς τοῦ ἐνιαυτοῦ περίοδον ἔχοντος τῶν νούσων, οἷον ἡ ἡμέρη τῆς νούσου, οἷον τὸ δείλης παροξύνεσθαι, τοιοῦτον τῆς νούσου

Ἀχρὶ ἑκάστης καταστάσιος πρὸς ἀλλήλας, ὅπως μή τι νεωτεροποιηθῇ ἐν τῷ ἄνω εἴδει. Εἰ δὲ μὴ, ἄλλης τῶν καταστάσιος ἂν ἄρχοι. ὥστε καὶ τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς ἑωυτὸν οὕτως ἔχειν.

& temporis circumſcriptio ſibi mutuo reſponderint: dum nequid in ſublimi illa natura innouetur. Quod ſi accidat, iſta in alium temporis ſtatum erumpent, quo & plurimum poterunt & valebunt. Vt neceſſe ſit annum ipſum & anni partes ſic ſe inuicem habere.

ἐν φθινοπώρῳ] Hinc ſumptus eſt aphoriſmus 9. lib. 3. Autumnum autem lethalem eſſe, præter rationes Galeni, quas hic prudens & ſciens omitto, his verbis de autumno ſcribens indicat Hipp. ἰσχυρὰς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων νοσημάτων μακρὰν, ἐς τὴν ὥρην ταύτην πλείους ἐσσιν αἱ νόσοι. † Autumnum longè perniciosiſs. & qui plurimos opprimat, ait Celſus.

† *Prorrh.* 2.

τὸ δείλης] * Illud τὸ δείλης quidam ſuperiori ſententiæ iungunt, & ſic legitur aph. 9. lib. 3. Senſus autem huius loci ſubobſcurus eſt. B Hic enim duo inter ſe committit Hippocrates. Vt enim ſe habet annus totus ad diem morbi: ita & autumnus in eo quod veſpere acceſſiones facit, ad acceſſiones eas quæ in morbi die veſpere fiunt. In quo diu ſignificantur, Autumnum veſperi conferri, & autumnum ipſum, ſuorum morborum inſultus veſperi ferè commouere, & de aſcaridibus dixit. Quare & τὸ δείλης huc referri debet, nec temerè ab Hipp. poſitum exiſtimandum. Autumnum autem ipſum veſperi vnius diei conferri, ſatis teſtantur Hippocr. verba, † ὅτι τὸ ἐν δείλῃ παροξύνεται, καὶ ὁ ἐνιαυτὸς εἰς δείλην. Et Galeni pulcherrima illa analogia, qua vnius diei tempus ad anni tempora examinat. Inquit enim * ἀναλόγως γάρ τινα ἔχειν ἡγεῖται τὴν ἡμέραν πρὸς ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν, ὡς τῷ μὲν ἑωθινῷ καιρῷ τὸ ἔαρ ἐοικέναι, τῇ δὲ μεσημβρίᾳ τὸ θέρος, τῇ δὲ ἑσπέρᾳ τὸ φθινόπωρον, τῇ δὲ νυκτὶ τὸν χειμῶνα. Idem ſatis indicat hoc loco Hipp. cùm dicit, annum habere veluti morborum ambitus. Id enim ad diei vnius circumſcriptionem plurimùm facit, qua ferè morborum circuitus definiuntur. Quem locum etiam videtur innuere Antyllus apud Stobæum ſer. 99. his verbis, ἡμέραν λαμβανομένην σὺν τῇ νυκτὶ, ἀναλογίαν δὲ αὐτὴν ἔφαμεν ἔχειν τινὰ πρὸς τὸν ἐνιαυτὸν, καθάπερ Ἱπποκράτης ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἐπιδημιῶν ὑπεσημήνατο. Quæ quidem etiam adducuntur ab Oribaſio Collect. Medic. cap. 4. lib. 9. C nulla tamen huius loci facta mentione. * *Lib.* 2. *cap.* 1. † *Lib.* 6. *Epid. ſect.* 1. * *Comm.* 1. *in l.* 9. *epid.*

τούτων] Huius loci ſenſus, ex his quæ ſequuntur manifeſtior fit. Morbos enim & anni viciſſitudines, & temporis ſtatum ſeſe mutuò conſequi neceſſe eſt, vt certi & legitimi morbi fiant. Illud autem τούτων ad morbos autumni lethales referri debet. * καταστάσιν etiam hic non aliud ſignificare, quàm temporis circumſcriptionem, ſtatum, conditionem & anni vices, ex his omnibus quæ ſequuntur, notius eſt quàm vt demonſtratione indigeat. Quod ſequitur, ὅταν μή τι νεωτεροποιηθῇ ἐν τῷ ἄνω εἴδει, ſublimem naturam verti, eum qui ſupra nos eſt ſtatum, & nos ambientem aëream naturam intelligens, quæ annuas viciſſitudines & temporis conditiones temperat atque moderatur. Non ſecus ac Galenus huiuſmodi temporum conditiones, atque in iis definitos morbos circumſcribit Com. 3. in lib. 3. Epid. cùm ſcribit, κατὰ τὸ ἑξῆς τινὰ μὲν ἀεὶ πλεονάζει νοσήματα, τινὰ δ᾽ ἐν θέρει καὶ χειμῶνι δηλαδή. ὅταν δηλονότι μὴ νεωτεροποιηθῇ τὴν κατὰ τὴν τοῦ περιέχοντος κρᾶσιν. His namque verbis Hippocratis phraſin conſequi videtur. Quod ſi quis ad aliquid maius referre velit, & D ſuperiorem aliquam cauſam, cœli ſupremam illam faciem intelligere poterit, in qua ſyderum motus, ortus & occaſus depinguntur: à quibus cœli & aëris temperies originem ſumit & tota dependet. Atque haud ſcio an vlterius progredi liceat, & an ſupremam illam & æternam naturam intelligat, quæ ſua velut infinitate, vniuerſitatis numeros temperet, ſtatas temporum vices definiat, ſyderum curſus inhibeat, & Solis & Lunæ alternantes operas in noſtrorum vſum commodet. Hic enim magnum quiddam includere Hipp. eloquentia poteſt. Fuit namque (vt inquit † Celſus) vir arte & facundia clarus.

* *Vt initio Com.* 3. *in lib.* 3. *Epid.* † *In proœm.*

εἰ δὲ μὴ] Sin minùs vertere potui, vt etiam referrem ad ea quæ præcedunt. Malui tamen ſequi quod præſens eſt, & verti, Quod ſi accidat, hoc eſt ſi quid innouetur, futurum vt in alio temporis ſtatu, hi morbi præualeant. Nam ſi qua in re naturalis anni temperies aberret, & morborum formas conſequi neceſſe eſt. Legitimis enim temporibus, legitimi morbi fiunt, intempeſtiuis, intempeſtiui: & ſi quando eadem die frigidi aut calidi inæqualitas acciderit, autumnales morbos expectare oportet. Quod ſequitur ὥστε, ad ea quæ E præcedunt vel conſequuntur referri poteſt. Morbos enim anni temporibus reſpondere oportet, & anni tempora conditionibus inter ſe: vt annum ipſum in ſeſe collatum, naturales ſuas viciſſitudines habere neceſſe eſt.

Ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καιροῖσι καὶ ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδοῦσιν ἔτεσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέστατοι αἱ νοῦσοι, ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι. ἐν γοῦν Περίνθῳ ὅπως τι ἐκλίπῃ ἢ πλεονάσῃ ἢ πνευμάτων, ἢ μὴ πνευμάτων, ἢ ὑδάτων, ἢ αὐχμῶν, ἢ καυμάτων, ἢ ψύξεων. τὸ δὲ ἔαρ τὸ ἐπίπαν ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

F Conſtantibus & certis temporibus & annorũ tempeſtiua tempeſtiuitate, morbi qui facilè ſoluantur & conſiſtant, gignuntur. Incertis verò & inconſtãtibus, qui neq; facilè ſoluantur, neq; conſiſtant. Quale quid in Perintho accidit, vbi ventorum flatus, aut ab his quies & ceſſatio, aut imbres, aut ſiccitates, aut vehementes æſtûs, aut algores exuperarint, aut defecerint. Ver verò ſaluberrimũ omniũ eſt, & minimè exitiale.

Morborum naturas & anni tempeſtates inter ſe mutua conſenſione reſpondere oportet, ſi certam & legitimam conſiſtentiam aut iudicium habituri ſint. Morbi enim niſi accenſum quodammodo & adminiſtrum habuerint congruum anni tempus, nullam habent certam circumſcriptionem & formam. Mutuum horum inter ſe concentum ſatis aperit his verbis Hippocrat. lib. περὶ χυμῶν. ἡλικίῃσιν, ὥρῃσιν, ἐνιαυτοῖσιν, ὅμοια. Ætatis enim, anni ſtatus, & tempeſtatum temperies, ad morborum generationem plurimùm conſentiunt. Aëris nanq; conditio in noſtra corpora ius quodammodo exercet: vt verum ſit quod dixit Hippoc. lib. περὶ ἀέρων. &c. ἅμα τῇσιν ὥρῃσιν δὲ αἱ κοιλίαι μεταβάλλουσι τοῖσιν ἀνθρώποισι. Hunc totum locum ſatis explicat aph. 8. lib. 3. Sumptus enim eſt ex media Hipp. diſciplina. Quem in ſenſum multa ab eo ſcribuntur libro περὶ ἀέρων, ὑδάτων, &c. ea præcipuè parte quæ in noſtris codicibus falsò libello περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, adſcribitur. Multa etiam ſcribuntur in eam ſententiam lib. περὶ χυμῶν. Sed id præcipuè quod G ita ſcribit, ὥρης δὲ οἷα ἔσονται νοῦσοι καὶ καταστάσιες ἐκ τῶν δὲ, ἣν αἱ ὧραι ὡραίως, εὐτάκτως, εὐκρινέας νόσους ποιέουσιν. Et, ὅ, τι δ᾽ ἂν ἐξαλλάξῃ ἡ ὥρη, ὅμοια ἢ ἀνόμοια ἔσται τὰ νοσήματα, οἷα ἐν τῇ ὥρῃ ταύτῃ γίνεται. Et quæ in hanc ſententiam multa ſcribuntur. Hippocrates verò καθεστῶτας καὶ εὐσταθέας καιρούς, non alio ſenſu vocat, quàm quum dixit in fine lib. 3. Epid. εὐσταθὲς θέρος. Et libr. περὶ χυμῶν. διότι καὶ αἱ ὧραι ἀκριτοι καὶ ἀκατάστατοι γίνονται. ὥσπερ καὶ αἱ νοῦσοι ἐὰν προεκρηγνύωνται, ἢ προεκλείπωνται, ἢ ἐγκαταλείπωνται. Quibus in locis temporibus adſcribit quæ hic morbis, ex mutua inter ſeſe conſecutione. Vnde ſatis apparet καθεστῶτας καιροὺς dici, tempora quæ præſtitutam à natura temperiem ſeruant, dum ne quid in aëris conditione & ſtatu, ante definitum diem præoccupent, aut mora quadam etiam tardent aut deficiant. Quod ſignificat τὰ ὡραῖα ὡραίως ἀποδιδοῦσιν ἔτεσιν. Quæ verba ſatis aptè (ni fallor) per tempeſtiuam tempeſtiuitatem reddidimus, vt illud ὡραίως ex Plinio conſequerer, qui lib. 11. cap. 14. mel horæum à tempeſtiuitate præcipua dici ſcribit. ἀκατάστατοι etiam πυρετοί, lib. 4. de rat. vict. dicuntur ἐφ᾽ ὧν μηδὲν ἐστὶ καθεστηκὸς, ὅπερ σημαίνει τὸ βέβαιον, καὶ μὴ φυλάσσοντες τὴν ἰδέαν μίαν ἀκριβῶς. Quæ omnia morbis accõmodari debent, quià certa ſibi præſtituta forma non aberrant. Tunc enim εὐκρινέστατοι fiunt. Nam neq; cruda adhuc ſuccorum co- H pia, naturæ irritatione ſolui anticipant, & velut erumpunt (quod προεκρήγνυσθαι Hippocrati dicitur, & à Galeno explicatur libro 3. περὶ κρισίμων ἡμερῶν.) Neque verò naturæ imbecillitate & deiectione tardant aut deficiunt, aut etiam longiùs extenduntur, quàm vt vires ferre poſſint: quod ἐγκαταλείπεσθαι dicit. Ex quibus bene intellectis facile eſt mentem Hippocratis explicare. Qui longè plura deſiderat, legat libros Hippocratis à nobis priùs adductos, & Galenum initio Comm. 1. in lib. 1. Epid. Hic enim nobis abundè ſatis eſſe factum arbitror, ſi digitos (quod dicitur) ad fontes intenderimus. Quod autem hic legitur ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, δύσκριτοι, ἀκατάστατοι δὲ δύσκριτοι, lego ex noſtris codicibus, & aph. 8. lib. 3.

ἐν γοῦν Περίνθῳ.] Hic verò nunc agit de morbis qui ab Hipp. ἐπιχώριοι dicuntur, & à Gal. fragmento cõmentarij 1. in lib. 1. epid. Hi enim regionum ſitum & poſitum ſequuntur. Neq; aëris & tempeſtatum conditio, medico ſola ſpectanda venit: ſed & ex locorum differentia & ſitu, perflatu vel inſolatu, & irrigatione, morborum genera præſagienda ſunt, vt docet abundè lib. περὶ ἀέρων, & aph. 5. lib. 3. Regionum temperiei morbos accommodari indicat Hippoc. lib. περὶ χυμῶν, his verbis, αἱ δὲ χῶραι πρὸς τὰς ὥρας κακῶς διακείμεναι. ταῦτα τίκτουσι νοσήματα, ὁκοῖα ἂν ὥρη ὅμοια ἴωσιν, ὅτι ἀνώμαλον θάλπος, ἢ ψῦχος τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ὅταν ταῦτα ποιῇ, φθινοπωρινὰ ἐν τῇ χώρῃ τὰ

Sectio I. huius Libri.

νοσήματα. καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσι κατὰ λόγον. τὰ μὲν ἀπὸ ὁδμέων βορβορωδέων ἢ ἑλωδέων, τὰ δὲ ἀπὸ ὑδάτων, λιθιῶντα σπληνώδεα, τὰ δὲ ἀπὸ πνευμάτων χρηστῶν τε καὶ κακῶν ἄρχονται. Plura eiusdem generis videre licet apud Hippocratem, in ciuitatum collatione ad anni tempestates libro περὶ ἀέρων, in ea parte quæ libro de capitis vulneribus adscribitur. Perinthum autem Thraciæ oppidum maritimum, destillationibus in thoracem, fauces & pulmonem opportunum, ex his Hipp. verbis coniicimus lib. περὶ χυμῶν. ἀτὰρ καὶ ἤν τι πεπονηκὼς ᾖ, ἐκεῖνο νοσέειν, ὡς περὶ ἀποσηψίων. οἷον καὶ τοῖσιν ἐν Περίνθῳ βηχώδεσι καὶ χυνάγχαισιν. ποιέουσι γὰρ αἱ βῆχες τὰς ἀποστάσιας, ὥσπερ οἱ πυρετοὶ τοιαῦται. Et rursum lib. 6. epid. sect. 7. vbi phthisim vere in Perintho grassatam dicit, propter tussim quæ hyeme præcesserat. τὸ δὲ ἔαρ] Ver est saluberrimum, quia bonam nactum est primorum corporum temperiem, & in nullo exuperantem. Quod testatur Galenus. * φαίνεται τὸ ἔαρ ἀκριβῶς μέσον ἁπάντων τῶν ἀντιθέτων. οὔτε γὰρ ὡς ἐν χειμῶνι πλεονεκτεῖ τὸ ψυχρὸν ἐν αὐτῷ τοῦ θερμοῦ. οὐθ' ὡς ἐν θέρει πλεονεκτεῖται. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ ξηρότητος καὶ ὑγρότητος ἰσομοιρία τίς ἐστιν ἐν αὐτῷ, μηθ' ὡς ἐν θέρει κρατούσης τῆς ξηρᾶς, μηθ' ὡς ἐν χειμῶνι τῆς ὑγρᾶς. διὰ τοῦτο ὀρθῶς εἴρηται πρὸς Ἱπποκράτους, ἦρ δὲ ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες. Etenim illud τὸ εὔκρατον, vera salubritatis causa est, ἀλλ' ἡ τῆς τῶν τεττάρων κράσεως ἰσομοιρία, τῆς τε εὐκρασίας αὐτοῦ, καὶ τῆς ὑγιείας αἰτία. Ver etiam εὔκρατον esse dicit, vt scribit Gal. Com. 1. in 1. epid. Quinetiam salubritatem veris indicant quæ scribit Hipp. lib. περὶ ἀέρων, cùm ciuitatis situm laudat, quæ ad Solis exortum spectat. Eam enim veri comparat, & minimùm morbis obnoxiam facit. ἔοικέ τε μάλιστα ἦρι οὕτω κειμένη πόλις, ἔχει κατὰ τὴν μετριότητα τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ. τά τε νοσεύματα ἐλάσσω μὲν γίνεται καὶ ἀσθενέστερα.

* *lib. 1. de temp.*

Ad dignoscenda morborum principia, considerandum an confestim consistendi vigorem habeant. Quod ex incremento manifestum fiet. Incrementa autem ex ipsis morborum circuitionibus & ambitibus. Ex quibus iudicationes etiam ipsæ cognoscuntur, atq; ex accessionum (quæ in circuitionibus fiunt) inter se commissione, num maturiùs, aut diutiùs, aut magis affligant, nec ne. Ex omnibus autem continuis, aut intermittentibus, aut diuturnis vulneribus & sputis cum dolore affligentibus, orientium tuberculorum inflammationes, & quęcunque successu quodam in morbis apparent, atque adeò ex his quæ vulgò in morbis fiunt: quæ celeriùs quidem, breuiorem: quæ vero tardiùs, diuturniorem solutionem indicant: morbo ipso plerumque eas quæ in morborum reuersionibus, fiunt accessionum anticipationes atque alia incrementa denegante. Eorum enim qui confestim intereunt, velociores aliquanto sunt iudicationes, quòd & celeres sint dolores & continentes & validi. Quæ autem in meliùs decernunt & iudicant, non statim apparere debent.

Πρὸς τὰς ἀρχὰς σκεπτέον τῶν νούσων, εἰ αὐτίκα αἰθεῖ. δῆλον δὲ τῇ ἐπιδόσει. τὰς δὲ ἐπιδόσιας, τῇσι περιόδοισι. καὶ αἱ κρίσιες ἐντεῦθεν δῆλοι. καὶ τῇσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυσμοῖσιν, εἰ πρωϊαίτεροι ἢ οὔ, καὶ εἰ πλείονα χρόνον ἢ οὔ, καὶ εἰ μᾶλλον ἢ οὔ. πάντων δὲ τῶν συνεχέων ἢ διαλειπόντων χρονίων. καὶ τρωμάτων. καὶ πτυέλων ὀδυνωδέων καὶ φυμάτων φλεγμοναί. καὶ ὅσα ἄλλα ἐπιφαίνονται ὕστερον. ἴσως δὲ καὶ ἄλλων ἀρρωστημάτων κοινῶν, τὰ μὲν θᾶσσον, βραχύτερα, τὰ δὲ βραδύτερον, μακρότερα. καὶ ἐν περιόδοισι δὲ ἐπιστροφαίτεροι. καὶ ἄλλης ἐπιδόσιος ἀπαυδώσης τῆς νόσου. καὶ γὰρ τῶν παραχρῆμα ἀπολλυμένων, ταχύτεραι αἱ κρίσιες, ὅτι ταχέες οἱ πόνοι, καὶ ξυνεχέες καὶ ἰσχυροί. τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.

Πρὸς τὰς ἀρχὰς] Hic locus morborum vniuersalia tempora definit & designat ex singularium temporum inter se commissione, & accessionum, quæ in morborum circuitionibus fiunt, collatione, & eorum quæ in morborum decursu apparent significatione. Quò fit vt hæc tota sententia veluti quædam sit pars Aphorismi 12. lib. 1. vtrobiq; enim κατάστασις, & velut morbi totius decursus, illiusq; vniuersalia quatuor tempora, qualitate & quantitate inter se collata, explicantur. Est enim κατάστασις νοσημάτων, vt scribit Gal. οἱ νοσημάτων ἰδέα καθ' ἣν ἐκ τοιῶνδέ τε καὶ τηλικῶνδε σύγκειται τῶν καθ' ὅλον καιρῶν. Aut, ἐκ τῶν ὅλων τοῦ νοσήματος καιρῶν ποιά σύνθεσις. * At verò lib. 1. aph. ex morbi natura, circuituum inter se commissione & anni tempore iudicatur. Hic verò, ex mutua temporum inter sese & accessionum comparatione. Quare illud πρὸς τὰς ἀρχὰς, συμβολικῶς & velut ad principij morborum dignotionem referens, verti, vt hìc temporum morbi disciplina constitueretur. Quemadmodum & illud † Hipp. sumendum est, πρὸς τὰς ἀρχὰς τοῦ παροξυσμοῦ ἐπισκέπτεσθαι. Quanquàm hinc tantum habita insultuum ratione, principij cognitionem petimus. At verò paulò vniuersalior est quæ hic tractatur temporum morbi dispensatio. Nec refert quòd nullam faciat declinationis mentionem, quæ ab omnibus vel nullo negotio facilè cognoscitur, cùm nihil insignis momenti in morbo afferat. Nullum enim periculum à morbo imminet post statum, quum nullus vi morbi in declinatione perierit, vt scribit* Galenus. Adde quòd nullum adfert ad rationem momentum in morbis, vt nec crisim, quæ vel in statu, vel ad statum, fieri debet. si modo stato à natura ordine & tempore fiat. Hic verò ἀρχὴ sumitur, quemadmodum sæpius aliàs apud Hippoc. αἱ τῆς κατὰ πλάτος ἀρχῆς, ὅ τῆς πρώτης ἀρχῆς τῶν νοσημάτων ἐπιβολή vt scribit Galenus lib. 1. de crisibus. In quem sensum hunc locum adducit, vbi tamen περὶ τὰς ἀρχὰς legit. Eundem quoque adfert Comment. 1. in lib. 6. Epid. Ex quo illud, πρὸς τὰς ἀρχὰς, ad doctrinam referri debere satis apparet.

* *Cap. 4. lib. 1. de Cris.* † *Lib. 6. Epid. Sect. 1.* * *Lib. 3. de Cris.*

εἰ αὐτίκα αἰθεῖ] αὐτίκα, vt aliàs sæpiùs apud Hippocrat. πλάτος ἔχει χρόνου τοσοῦτον, ὅσον περ καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα, καὶ παραχρῆμα δηλοῖ. Etsi enim pro ἀμέλει aliquando ponitur, quod quam primùm, sine mora, promptè, celeriter, & citò significat: tempus tamen latitudinis capax indicat, vt scribit Galenus, αἰθεῖν verò de morbis qui consistendi vigorem habent, dicit eleganti metaphora. * Tunc enim maximè vigent & florent, cùm sint περὶ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότατα πάντα, vt inquit † Hippocr. Sic lib. 1 epid. αὐτίκα καὶ συνεχὴς ἐστιν οἷσιν ἀρξάμενος αἰθεῖ καὶ ἀκμάζει. Ex quibus apparet morborum consistentiam, quam ἀκμὴν vocant, significari, non alia ratione quàm quòd in statu vis morbi maximè elucescat: quemadmodum succorum corporis efferuescentia maximè spectatur cùm morbos sui generis exerunt. De quibus tunc αἰθεῖν effert Hippocrat. lib. περὶ χυμῶν, inquiens, τοὺς μὲν οὖν χυμοὺς εἰδέναι ἐν ᾗσιν ὥρῃσιν αἰθεῦσι. καὶ οἷα ἐν ἑκάστοισι νοσήματα ποιέουσι, καὶ οἷα ἐν ἑκάστῳ νοσήματι παθήματα. Ex eodem ferè fonte est quod Hippocrat. αἴθεα, τὰ ἐρυθήματα vocat, & sæpè αἴθρα πλύσματα τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὕδατα dicit.

* *Cap. 7. lib. 1. de Cris.* † *Aph. 30. lib. 2. Sect. 3.*

ἐπιδόσει] ἐπίδοσις idem Hippocrati quod ἀνάβασις καὶ αὔξησις, vt ostendit * Galenus libro de morb. temp. & lib. 1. de cris. ἐπιδιδόναι autem & ἐνδοῦναι inter se opponuntur, quemadmodum ἐνδοῦναι τὴν φλεγμονὴν, καὶ τὸν ὄγκον, καὶ τὴν σκληρότητα, καὶ τὴν τάσιν, καὶ τὴν ὀδύνην λέγουσιν, hoc est remitti, vt sumit Gal. initio lib. 3. Progn. vt & ibidem dicit Hipp. ἢν δὲ μήτε τι ῥέῃ μηδὲν ἐνδιδῷ. Sic ἔνδοσιν febrium remissionem vocat Gal. Com. 1. in lib 1. Epid.

* *Cap. 3.*

καὶ αἱ κρίσιες ἐντεῦθεν δῆλοι] In morbi enim statu aut ad statum ipsum, optimæ crises fiant necesse est, vt scribit Gal. * Tunc enim perfectæ coctiones apparent, & naturæ vires fatiscentem morbum depellunt Atq; huc tota crisium doctrina refertur, vt morbi tempora præcipuè statum ipsum ad crisium & victus rationem habendam, inuestigemus.

* *Lib. 3. de Cris.*

καὶ τῇσιν ἐν τῇσι περιόδοισι] Incrementi morborum inuestigationem hìc ostendit, ex accessionum mutuis inter se collationibus. Hic enim τὰς τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἀνταποδόσιας significat. Hunc totum locum Gal. lib. 1. de Cris. † eleganter explicat. ἄρ' οὖν ἥτις πλείω τοῦ δέοντος ἡμεῖς εἴπωμεν ἢ Ἱπποκράτης τι παραλέλοιπεν, ἐν οἷς ἐκδιδάσκων ὅπως αὐτῆς ἐκ περιόδων εὑρίσκοι νοσήματος ἐπίδοσιν ἄλλ' ὅτι φησί χρῆναι παραβάλλειν τοὺς παροξυσμοὺς, εἰ ἐπὶ τὸ πρωϊαίτερον ἢ οὔ, εἰ καὶ ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἢ οὔ. καὶ εἰ μᾶλλον, ἢ οὔ. τὸ μὲν γὰρ πρωϊαίτερον, ἢ οὔ. τοῖον δέ τι δηλοῖ, εἰ τῆς συνήθους ὥρας ὁ παροξυσμὸς προέλαβεν, ἢ ὑστέρισε. τὸ δὲ ἐπὶ πλείονα χρόνον ἢ ὁπότερον πολυχρονιώτερος ἢ βραχυχρονιώτερος ἐγένετο. τὸ δὲ μᾶλλον ἢ οὔ, τὰ λοιπὰ τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἡμερῶν ἐν αὐτῷ περιλαβεῖν ἔχει. τό τε γὰρ μέγεθος, καὶ τὸ ἦθος αὐτῆς τε τοῦ νοσήματος καὶ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων. ἔτι τε πρὸς τούτοις, τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, ἐν τῷ μᾶλλον τε καὶ ἧττον νοεῖν χρὴ περιεχόμενον.

† *Cap. 3.*

πάντων δὲ τῶν συνεχέων] Hic locus τῶν ἐπιγινομένων καὶ ἐπιφαινομένων doctrinam continet, quæ etiam symptomata dici possunt, vt scribit

* Gal.

A * Gal.aph.72.lib.1.& lib.1. de Cris. τρώματα verò vt alibi passim hîc vocat Hippoc. † τὰς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων βλάβας, vt eorum nomine ἐξανθήματα, ἀποστήματα & διαστάσεις intelligenda veniant, quæ morborum eruptionem faciunt. Quod satis per φύματα indicauit, τὰ παρ' ὡς ἐπάρματα, & reliquas tumorum præter naturã exuberantias aut abscessus horum signorum disciplina comprehendens. Atqui haud scio an hîc τρωμάτων nomine hæmorrhagia subaudienda sit, cùm sæpè τρώματα αἱμορραγέοντα dicat Hippocr. quibus hæmorrhagia maximè solennis est. συμφωνότεραι γὰρ εἰσὶν αἱ αἱμορραγίαι ἐπὶ τοῖς τραύμασι. τῶν γὰρ αἱμορραγοῦσι μόνα.* * inquit Galenus, Hæmorrhagiam autem inter signa critica statui, nemini est dubium. πτύελα autem ὀδυνώδη vocat, tenuia & cruda, quæ cum dolore educuntur, οὐ ταχέως καὶ εὐπετέως, vt scribit in Prognostico. Quòd si alias sputorum malignorum differentias intelligas, quæ propriè πτύσματα ab Hippocr. dicuntur, eadem propè est existimatio, dum hic παθογνωμονικὰ efferri signa intelligas, quæ morborum propriam speciem indicant, & inter critica reponuntur. Thoracis autem morbi sputis significantur, quæ sunt Hippocrati maximè celebria exempla. πτυέλων, ὀδυνῶν quidam legunt, & hanc lectionem in vno exemplari reperi. Malui tamen reliquorum nostrorum exemplarium celebritatem & auctoritatem sequi. Quod & hîc facimus cùm legimus ἢ διαλειπόντων ἢ χρονίων. Vbi Hippoc. symptomatis attribuit & signis quæ morbis debentur, quia in eiusmodi morbis contingant. Quod illi admodum est familiare. Quid verò sit πτύελον, πτύσμα & φῦμα in nostra Oeconomia scribimus. φύματα tamen orientia tubercula vertimus, Celsum † † imitati.

B

* Cap.14. † Gal.com.3. in Prorrh. * * Comm.3. in Prorrh. † † Lib.5.cap.18.

ἴσως δὲ καὶ ἄλλων πρηγμάτων κοινῶν] Id intelligendum videtur de coctionis signis, quæ in vrinis & deiectionibus apparent. Coctio enimuerò fieri à natura dicitur, quàm calidum innatum, primorum corporum essentia, sua temperie molitur & veluti πραγματεύεται. Hæc autem dum in morbis apparent, certam salutis aut solutionis prædictionem faciunt, vt testatur * Hipp. & Galenus ostendit lib. 1. de Cris. De iisdem dixit Hipp. καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, & δύσκριτα, & ἄκριτα, καὶ βραχέα, καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα ἐπιδηλοῖ. Πράγματα κοινὰ verò verti, ea quæ vulgò fiunt, vt vim dictionis exponerem. πραγματεύεσθαι enim de rebus seriis & sedulitatem requirentibus dicitur, qualia ferè sunt naturalium facultatum in coctionibus opera. Quod per πεσσεύεσθαι lib.6.epid. † exprimit. Illic

C enim ἀλλοιοῦσθαι, μεταβάλλειν, καὶ πέψαι significat. πρᾶγμα verò apud Hipp.* * multa pro varia rerũ natura significat, vt τὰ τοῦ νοσέοντος πρήγματα, τὸ τοῦ νοσήματος κατασκευὴν & φύσιν intelligit. Libro verò περὶ φυσῶν, vbi de sanguinis extra propria conceptacula putredine agit, ὑγρὸν πρῆγμα humidam naturam vocat, his verbis, ὁκόταν δὲ ἐκχυθῇ τὸ αἷμα εἰς ἀλλότριον τόπον χρονιζόμενον καὶ σηπόμενον, γίνεται πῦον, καὶ οὔτε ἄνω δύναται ἀνελθεῖν, οὔτε κάτω ὑπελθεῖν, ἄνω γὰρ οὐκ εὔπορος ἡ πορείη πρὸς αὐτῆς ὑγρῷ πρήγματι καὶ ἔσω τινὶ βόρβορον ἔχοντι. Porrò pro βραχύτερον, duo ex nostris codicibus, βραδύτερον legunt. Sed nihil immuto eodem constante vtrobique sensu:

* Lib.1. Epid. † Sect.2. * * Progn.1.

καὶ ἐπὶ περιόδοισι] Hic locus satis indicat ea quæ dicuntur, de signis coctionis intelligi. Sæpè enim contingit vt his apparentibus, ne morbus quidem secundam accessionem habeat, nedum augmentum, περιλαμβάνειν autem accessionis occupationem significat vt priùs.

ταχὺ πρὸς αἱ κρίσιες] κρίσις Hippocrati est ἡ ὀξύρροπος μεταβολὴ νοσήματος, ἢ πρὸς ταχέως γίνεται. Omnem enim in morbis subitam mu-

D tationem ad mortem vel salutem κρίσιν vocat, lib.1. epid. vt ostendit Gal.lib.3. de Cris.

τὰ δὲ κρίσιμα] Hic locus totam signorum criticorum disciplinam continet. Qui de signis & caussis intelligi debet. Signa enim critica quæ v. signa sint, caussarum etiam rationem habent, in morborum principiis, in quibus omnia cruda sunt, ritè videri non possunt. Principium enim morborum obscuris coctionis signis definitur vt scribit Gal. per totum lib.1. de Cris. † vbi & locus hic ab eo explicatur. Atq; Hippoc. ipse lib. de Rat. vict. in morb. acut. longam criticorum symptomatum recensionem faciens, ea in principiis damnat, inquiens, τῶν δὲ ἐν ἀρχῇσιν ἐπιφαινόμενα, προσδεχομένης εἶναι δηλωτικὰ σφοδρῆς, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀποθνήσκουσι. Vbi multa ad hanc rem facientia scribit Gal. & tandem concludit, κεχθέντα, ἐν ἀρχῇ οὐδὲν δυνάσθαι. Eodem sensu rigorem initio febrium ardentium damnauit, * Hipp. lib 1. epid. his verbis: οἷσι μὲν οὖν καυσώδεσιν ἀρχομένοισιν ἐπιγίνεται, οἷσι τὰ ὀλέθρια συνέπιπτεν, αὐτίκα γὰρ ἀρχομένοισι πυρετοῖς ὀξέως ἐπερρίγουν σμικρά. Hic autem locus lib. περὶ χυμῶν ab Hippocr. etiam legitur, & hanc sententiam repetit Gal. Com. in aph.21. lib.4. &

E alibi quemadmodum multa huiusce generis apud Hippocratem † reperire licet, propter huius sententiæ celebritatem.

† Cap.7. * Stat.3. † Aph.12.lib.2.

Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα. τὰ προεκκρινόμενα ὠμῶς κεῖθῃ, ὑποστροφαί, ἢν δὲ μὴ ἀκρισίαι, γίνονται δὴ αἱ καὶ ὀλέθρια, τὰ μὴ σμικρά. ὅσα κρίσιμα σημεῖα γινόμενα, τὰ αὐτὰ τῶν μὴ γινόμενα δύσκριτα. τὰ ἐναντία δὲ σημαίνοντα, κακόν, οὐ μόνον ἢν παλινδρομέῃ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχαίης φύσιος τὰ ἐναντία ῥέποντα, ὥσπερ & τῶν κακῶν σημεῖον ἐπὶ τἀναντία ῥέποντα. Σκοπεῖν δὲ ὥσπερ δὴ, βρωμάτων, συμπτώσεων φλεβῶν, ὄγκων ὑποχονδρίων, ἀναρροπιῶν, καταρροπιῶν. πολλὰ δὲ & τῶν τοιούτων. οἷα, ἀποφθειρουσέων ὧν ἰσχνοὶ προεσισχναίνονται, οὐδὲ γὰρ ἐναντίον, οὐδὲ βῆχες χρόνιαι, ὅτι ὄρχιος οἰδήσαντος παύονται. ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων ὑπόμνημα

F

G κοινωνίης, στηθέων, μαζῶν, γονῆς, φωνῆς.

Signa iudicatoria quæ nihil decernunt, partim mortem, partim difficilem morbi solutionem significant. Quæ verò præmaturam iudicationem dum adhuc cruda sunt omnia occupant, morborum recidiuas conuehunt, & solutionem omninò malam aut propè nullam portendunt. Perniciosa quoq; euadunt si modum excedant. Eorum quę decernere nata sunt, si quæ iudicatoria non fiant, difficilem solutionem, si quæ verò contraria significant, malum indicant. Non ideò tantum quòd recurrunt, verumetiam quòd priscam naturam exuunt & ad contraria vergunt, non secus ac ea mala sunt quæ in contraria transeunt. Id quoque videndum est in cibis, venarum subsidentiis, hypochondriorum tumoribus, & his quæ sursum aut deorsum feruntur momentis. Multa verò eiusce sunt generis. Velut si in abortiones facturis emacruerint mammæ, neque enim hîc contrarietas apparet, vt nec si diuturnæ tusses in testium tumores desinunt & cessant. Vnde fit vt testis ex tussi intumescens, nos consensionis quæ est genituræ & voci cum pectore & mammis, commonefaciat.

Τὰ κρίσιμα] Hic etiam locus integram iudicatoriorum signorum disciplinam continet, quæ per totam Hippocr. œconomiam latè sparsa, & à Galeno libris de Cris. & Prog. fusè explicata, hic velut in arctum contrahitur. Ex quo fit, vt hæc Hippocr. verba apud Galenum sint passim celebratissima, propter tam grauis sententiæ pondus & authoritatem. δύσκριτα verò etsi ex Gal. interpretati sumus χαλεπῶς ἐπιτελοῦντα κρίσιν ὡς εἰ κακόκριτα, καὶ οὐ βεβαίας, ἢ τὰ μετὰ χαλεπῶν καὶ μοχθηρῶν συμπτωμάτων κρίνοντα. Hic tamen idem quod ἄκριτον significat, vt Galenus Comment.3. in Prorrh. interpretatur δύσκριτα γίνεσθαι τούτεστιν ἄκριτα ποιεῖν τὰ νοσήματα. Comment. verò

H 3. in libr.1. epid. in Philisci historia, eandem sententiam repetens, θανατώδη μὲν, αἵ τι τῶν ἐπ' αὐτοῖς θανατώδων γίνονται συμπτωμάτων, ἢ σημείων, δύσκριτα δὲ, ἐὰν ἄνευ τούτων φαίνηται τὰ σημεῖα τῶν χυμῶν ἀπεψίας. Plurima huiusce generis reperire licet apud Hippocratem in prorrh. & coacis, quæ breuitatis caussa omittimus. Meminit verò huius sententiæ * Gal.lib.1. de cris. & aph.4.lib.7.

* Cap.14.

τὰ προεκκρινόμενα] προεκκρίνεσθαι Hippocrati dicitur de præcoci & præmatura morbi solutione, dum adhuc morbus crudus est. Quod euenit irritata expultrice facultate & natura à magna humorum copia & vitio, quemadmodum in morborum insultibus sæpissimè vsu venit, vt scribit Gal. Quem locum huc lubens adfero, quia Hipp. mentem facilè explicat: * κρίνουσι δ' οὐχ ἥκιστα τὰς δ' ἡμέρας ἢ γ' ἢ ε', καίτοι παρεμπίπτουσι, δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅτι ἰσχυραὶ παρέξουσιν αἱ κρίσεις γίνονται. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ αὐτὸ πρὸς τῇ ἐμπειρίας μαρτυρεῖται & τῷ λόγῳ ἐκκαλούμενον, ὡς ἄδηλος ἡ αἰτία. τί γὰρ τῆς ταραχῆς βίαιον ἀναγκάζει τὴν φύσιν ἀποκρίνεσθαι τὰ λυποῦντα καὶ περὶ τοῦ χυμοῦ. ἡ δύναμις μὲν γὰρ ἐστὶν αὐτὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐκκριτική, καθότι δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν. ὁ καιρὸς δὲ τῆς ἐνεργείας ἐπὶ τὸ τέλος τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως ἐστί. ποτὲ γὰρ ἐπεγείρει ἰσχυροῦ τῇ φύσει ἁπάντων ἐπιπλεομένων, ὅταν ἐκείνη παύηται, ἀλλ' ἀναγκάζεται ποτὲ πρὸ τῆς τελείας πέψεως ἀποκρίνεσθαι τὰ λυποῦντα,

ὥσπερ ἐνίοτε συμπεπληρωμένης ἤδη τῆς πέψεως, ἔτι μέλλει καὶ βραδύνει διὰ ἀῤῥωστίαν. ἄμφω δ᾽ ἐστὶν αὐτὰ διὰ τάχος σαφῶς ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἑρμηνεύοντα τηρῶ· οὐχ ὑπομένει τὸν τῆς πέψεως χρόνον, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἐκκρίνει σὺν τῷ λυποῦντι καὶ τὸ χρηστὸν, ἤδη τε πεπεμμένον αὐτάρκως, ἐνίοτε βραδύνει δὲ καὶ μέλλει τὸ τηνικαῦτα ἐκκρίνεσθαι δι᾽ ἀῤῥωστίαν. ἐν δὲ γε τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν, ὁ τῆς παντελοῦς πέψεως καιρὸς, ὅρος ἐστὶν αὐτῇ τῆς τῶν περιττωμάτων ἀποκρίσεως, οὔτε προλαμβάνειν, οὔτ᾽ ἐμέλλεν ἔτι παρόντος. ἀλλ᾽ ὡς ἐπὶ τῆς γαστρὸς, οὕτω καθ᾽ ὅλον ἐδείκνυτο τὸ σῶμα δύναμις ὑπάρχειν ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων ἀποκριτικὴ τῶν ἀλλοτρίων, ἥτις οἶμαι καὶ ταῖς κρίσεσι, ἐν τοῖς νόσοις ἀπεργάζεται. καὶ διὰ τοῦτο ἄριστα γίνονται κρίσεις. ὅταν ἤδη πεπεμμένα τὰ κατὰ τὸ ζῶον ὑπάρχει πάντα. τὸ δὲ προεκκρίνεσθαι, ὡς γὰρ οὕτως ὀνομάζειν εἴωθεν Ἱπποκράτης, αὐτὸ μοχθηρὸν ἐστίν. ὁμοῦ γὰρ τοῖς λυποῦσιν ἐκκρίνεται τὰ χρηστὰ, καὶ γίνεται τοῦτο τῆς φύσεως ἐρεθισθείσης, ἤτοι πρός τινος τῶν ἔξωθεν, ἢ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἐμπεριεχομένων. Eleganti igitur collatione ostendit Gal. quomodo pondere irritata natura, aut alioqui viribus defecta, aut externa aliqua noxia labefactata, maturam morborum solutionem occupat: in qua cùm adhuc omnia cruda sunt, nihil momentaneum excernitur, sed quodammodo temerè & sine naturæ prouidentia. Quod προεκκρίνεσθαι dicitur, vt lib. περὶ χυμῶν, eodem sensu protulit τὸ προεκκρίνεσθαι καὶ προεκκρίνεσθαι, ad quæ omnia τὸ ἐγκαταλείπεσθαι sequitur, quod τὰ μὴ τελέως, ἀλλ᾽ ἐκ μέρους κενούμενα δηλοῖ, vt scribit Galen. Comm. 2. in lib. 6. epid. † Est quoq; locus apud Hippocratem, lib. 1. epid. qui hunc totum explanat. ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἢ ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. ὑποστροφαὶ verò Hipp. morborum reuersiones, recidiuas, recursus & recidentias significant. Et celebria sunt apud eundem ὑποστροφώδεα καὶ φιλυπόστροφα, vt significet ea quæ morborum relapsus conuehunt. Porrò τὸ τῆς ἀκρισίας ὄνομα μέμνημαι δήπου λεγόμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ διττῶς (vt inquit Galenus) ὡς ἤτοι μηδ᾽ ὅλως γεγενημένης κρίσεως, ἢ μοχθηρᾶς γεγενημένης. κατ᾽ ἄμφω δὲ τὰ σημαινόμενα, τῇ ἀπεψίᾳ τῶν νοσημάτων, ἀκολουθοῦσιν αἱ ἀκρισίαι. Ἀκρισίαν igitur verti solutionem morborum malam aut propè nullam, vt vtrunque significatum includerem.

* *lib. 3. de dieb. dec.* † *Sect. 2.*

τὰ μὴ σμικρὰ] In iudicatoriorum signorum disciplina solenne est, ne quid modum excedat, aut etiam intra eum subsistat. Hoc enim ne naturam quidem alleuat illud verò dissoluit & omninò effœtam reddit. Quæ rursus ab eorum signorum natura remota esse debent. Scribit igitur Hippocr. * ἐν τοῖσι μακροῖσι τὰ μικρὰ ἐπιφαινόμενα αἱμοῤῥώδεα ὀλέθρια. Quæ ferè his quæ hoc loco scribuntur, respondent. Ex eodem sunt genere quæ ab eodem scribuntur, τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα βίῃ ἀπολυφθέντα, ἔστιν ὅτε σπασμὸν ἐπικαλεῖται. Et οἷσιν ἐπὶ αἱμοῤῥαγίῃ λάβρῳ πυκνὴ μελάνων συχνὴ διαχώρησις. Et οἷσιν αἱμοῤῥαγίαι πλείους, προϊόντος χρόνου, κοιλίαι πονηρεύονται. Quam sententiam repetit aphoris. 27. lib. 4. Eodem modo passim στάξιν καὶ ἐπίσταξιν damnat Hipp. Vtrunq; complexus est, his verbis lib. 1. epid. † ἐπὶ τουτέων ἀποστάσιες ἐγίνοντο, ἢ μείζους, ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι, ἢ μείους, ὥστε μηδὲν ὠφελέειν, ἀλλὰ ταχὺ παλινδρομέειν καὶ ξυνεπιδιδόναι ἐπὶ τὸ κάκιον.

* *In coac. præd.* † *Sect. 2.*

τὰ αὐτὰ τὰ μὴ γινόμενα] Verti, si quæ iudicatoria non fiunt, hoc est si eadem non fiant τὰ αὐτὰ τὰ enim idem esse videtur quod κρίσιμα. Si igitur signa iudicatoria appareant, quæ tamen nullam iudicationem significent & nihil decernant, difficilem morbi solutionem portendunt. Ac illud est τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς κρισίμοις μηδὲν ὠφελούμενα, vt interpretatur Gal. in prorrh. Quod sequitur τὰ ἐναντία δὲ σημαίνοντα, plurimum mihi facessit negotij. An referri videatur ad ea signa iudicatoria, quæ vt appareant, nedum iuuant: vt contra plurimum sint lethalia, cùm pessima coniuncta habeant symptomata, quæ ab Hippocr. in coac. & prorrh. damnantur his verbis, μεθ᾽ αἱμοῤῥαγίαν μελάνων διέξοδος κακόν. Galenus enim quæ hîc dicuntur τὰ ἐναντία σημαίνοντα, more Hippocratico πρὸς τοὐναντίον ῥέποντα vocat, & de his intelligit quæ cum pessimis signis apparent. Videtur enim comment. 3. in prorrh. celebratissimam illam Hipp. sententiam (τὰ κρίσιμα) explicans hunc locum innuere, quum scribit: κρίσιμα δὲ ἐν τούτῳ δεδοκίμασθαι ποτὲ θανατώδη, καὶ ποτὲ δύσκριτα. δέδεικται δὲ καὶ τοῦθ᾽ ὑφ᾽ Ἱπποκράτους αὐτοῦ. τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῖς κρισίμοις οὐδὲν ὠφελούμενα, δύσκριτα, τὰ δὲ καὶ πρὸς τοὐναντίον ῥέποντα θανατώδεα. μαρτυρεῖται δὲ τὰ πρὸς τοὐναντίον ῥέποντα ἐκ τῶν ἄλλων σημείων, ὥσπερ καὶ νῦν ἔγραψε τὰ κακοήθη διαχωρήματα. γένοιτο δ᾽ ἄλλως τινὶ τοιούτων ἑτέρων πάθος κακόηθες, οἷον ἔμετος, ἢ οὖρα μοχθηρὰ, καθάπερ γε καὶ περὶ ψύξις. διαλειπόντως (?) ἢ ὅλου τοῦ σώματος, ἢ τῶν ἀκρωτηρίων μόνων. οὕτω δὲ καὶ δίψος διὰ βάθους καὶ καῦμα καὶ ἀχλὺς, καὶ δυσφορία, καὶ ἀγρυπνία, καὶ τῶν ἄλλων τι τῶν μοχθηρῶν. Hîc enim damnantur ea signa iudicatoria quæ secum symptomata lethalia conuehunt. Atque ea τὰ πρὸς ἐναντίον ῥέποντα vocat τὰ μὴ κρίσιμα καὶ τἀναντία σημαίνοντα. Vt sæpè Hippocr. contrariorum affectionem innuit per τὸ πρὸς ἐναντίον ῥέπειν. Atque sic quidem hic locus vniuersalioris illius prius explicatæ sententiæ lumen esse videbitur. Mihi verò videtur Hippocrates, totam signorum cognitionem absoluere, atq; per τὰ ἐναντία σημαίνοντα, ea signa intelligere, quæ etsi eminent, ac iudicatoria videntur, nihil tamen promouent, sed velut intrò recurrunt, vt in tumoribus & abscessibus infidis apparet. Contraria vero iudicatoriis signis significant, quod ne iudicationem quidem certam, sed relapsum adferant: vt ne addam quòd contrario quodammodo feruntur impetu, quum eorum quæ morbos soluunt natura, sit vt extra erumpant & emineant, natura morbi fomitem propellente & abigente. Ista autem suo recursu morbum fouent, & suo velut intrò impetu vires naturæ propè accisas funditus conficiunt, eamque suppeditant. Atque Galeno comment. 1. in prorrh. ita damnantur, καὶ γὰρ ὅσα φύματα καὶ ἐξανθήματα πρὸς τὸ δέρμα τοῦ βάθους ἐξανθήσαντα παλινδρομῇ χαλεπώτατα πάντων ἐστίν. Quod satis indicant hæc Hippocratis verba, οὐ μόνον ἢν παλινδρομέῃ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχαίης φύσιος τὰ ἐναντία ῥέποντα. Quorum omnium mentem satis appositè expressisse mihi videor, quum dixi, ea priscam naturam exuisse & deposuisse, ac quodammodo in contraria vergere. Sic igitur comprehendemus quæ ab Hippocrate ἀφανισθέντα καὶ παλινδρομοῦντα dicuntur, quemadmodum lib. 2. progn. dicit, ἢν δὲ ἀφανίζωνται καὶ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες. Eiusdem ferè sunt generis τὰ ἀσήμως καὶ ἀλόγως ῥαστωνήσαντα. ἀφανιζόμενα, καὶ τὰ μὴ κατὰ λόγον κουφίζοντα, καὶ ῥιγοῦντα καὶ καταμωλυνθέντα. Quæ Hippocratici sermonis maiestatem redolent. De quibus alias dicemus.

παλινδρομέῃ] παλινδρομεῖν Hippocrati est intrò recurrere & velut originem repetere. Atq; ita de humorum refluxu dicitur, & accommodatur abscessibus aut tumoribus, qui propter humorum recessum, eumque quo intrò feruntur impetum, detumescunt & velut subsistunt. Id ita explicat Galenus, * ὡς τὰ πολλὰ δὲ τὸ ἀφανίζεσθαι τὰ τοιαῦτα εἴωθε συμβαίνειν μεταῤῥεόντων τῶν ἐργαζομένων αὐτὰ χυμῶν, ἤτοι γε εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ὅθεν ὥρμησαν, ὅπερ ἰδίως ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει παλινδρομεῖν, ἢ καὶ τινας ἄλλους ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος ὄντας.

* *Comment. 2. in progn.*

ὥσπερ καὶ τῶν κακῶν] Hîc vniuersaliùs quodammodo extulit quod priùs singulariter. Damnat enim ea omnia, quæ in humorum transpositu in contraria transeunt, hoc est, intrò recurrunt. ῥοπὴ enim apud Hippocratem, eorum quæ aliquò ferri nata sunt inclinationem, momentum & libramentum significat, humorumq; μεταστάσει præcipuè accommodatur. De quibus sæpiùs effert πρὸς τἀναντία ῥέπειν, omnem in oppositione latitudinem intelligens. Damnantur igitur tumores omnes & abscessus, qui iudicatorij quidem extra erumpentes, intrò recedunt, non secus ac omnia φύματα (Sic enim vocant omnes tumores, qui foras educuntur & prominent) quæ commutato quodammodo cursu, sese in sinum & intrò colligunt, ac veluti commutata velificatione remos inhibent. Ea verò his verbis accusat Hipp. lib. 6. Epid. * φύματα ἔξω ἐξοιδέοντα, καὶ τὰ ὀξέα, καὶ τὰ κορυφώδεα, καὶ τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα, καὶ μὴ περίσκληρα, καὶ κατάῤῥοπα, καὶ τὰ μὴ δίκρανα ἀμείνω. τὰ δ᾽ ἐναντία κακὰ, καὶ ὅσῳ πλείστως ἐναντία κάκιστα. Idem lib. 1. Prognost. τὰ δὲ διαπυήματα, ὧδε χρὴ σκέπτεσθαι τὰ ἐντεῦθεν. ὁκόσα μὲν ἔξω τρέπεται ἄριστά ἐστιν, μικρά τε ἐόντα καὶ ὡς μάλιστα ἐκκλίνοντα ἔξω, καὶ ἐς ὀξὺ ἀποκυρτούμενα, τὰ δὲ μεγάλα τε ἐόντα καὶ πλατέα, καὶ ἐς ὀξὺ ἀποκυρτούμενα, κάκιστα. Atque hæc ita esse accipienda videtur indicare illud ὥσπερ, & ea quæ de communione cum mammis vtero, & cum testibus pectori, sequuntur. fortè verò aliquis intelligat secludi ab Hippocrate, ea quæ οὐ κατ᾽ ἴξιν, aut κατ᾽ εὐθυωρίαν, sed opposito quodam ductu feruntur, atque per τὰ ἐπὶ τἀναντία ῥέποντα significari, velut dixit in Prorrh. τὰ ἀνάπαλιν αἱμοῤῥαγέοντα. Vbique enim Hippocrates, ἐν ταῖς τῶν χυμῶν διαδοχαῖς καὶ μεταστάσεσιν, naturæ ductum & directionem probat, & κατ᾽ ἴξιν vocat. Sic lib. 6. Epid. † κατ᾽ ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνη, καὶ συντάσιες ὑποχονδρίων, καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες, καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιες, καὶ ὦτα κατ᾽ ἴξιν, τούτων τὰ πλεῖστα τὰ καὶ εἰς ὀφθαλμούς. Rursus idem, πίτερον μὲν ἄρα πάντων, ἢ τὰ μὲν κάτωθεν ἄνω, οἷα τὰ παρὰ γνάθοις, οὐ καὶ ὀφθαλμὸν, ἢ καὶ οὖς. τὰ δὲ ἄνωθεν κάτω οὐ κατ᾽ ἴξιν. καί τοι καὶ τὰ συναγχικὰ ἐρυθήματα, καὶ πλευρῶν ὀδυνήματα κατ᾽ ἴξιν οὐ καὶ τὰ κάτω τοῦ ἥπατος ἄνωθεν διαδιδόντα, οἷον ὅταν εἰς ὄρχιας καὶ κιρσούς.

* *Sect. 1.* † *Sect. 2.*

Θεωρεῖν δὲ οὕτω δεῖ] Certum quendam & ordinatum naturæ motum considerandum significat in corporis inanitione & repletione, atque hypochondriorum tumoribus. Probatur enim is qui ordine quodam naturæ & ritè fit, neque ἐπὶ τἀναντία ῥέπει. Βρώματα verò πλήρωσιν intelligo, ex consecutione quadam, vt per συμπτώσιας φλεβῶν, κενεαγγείην. Quæ est (vt loquitur Galenus) ἅπασα κένωσις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ἐπειδὴ κενὰ τὰ ἀγγεῖα συμβαίνει γίνεσθαι κατὰ πάσας τὰς κενώσεις. Non enim aliter sumit Hippocr. quod dixit. * μηδὲ τὰς συμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν. Quod igitur illic simpliciter συμπτώσιας extulit, hîc συμπτώσιας φλεβῶν vocat. † Celsus verò cōcidere dixit, quem hîc sequuti sumus. Malui autem cum præcedenti, quàm cum sequenti coniungere, sequutus nostrorum codicum fidem, vt inanitionem & τὸ κενεαγγεῖν, quod est ἀσιτεῖν, intelligerem. Galenus etiam comm. 2. in lib. de rat. vict. " κενεαγγείην significare scribit, τὴν τῶν ἀγγείων

A χρόων κίνωσιν, κυρίως τι καὶ πρώτως, καὶ διὰ τοῦτο ἡ αἰτία, κενεαγγεία πολλάκις εἴρηται. Ad eorum porrò qui in morbis fiunt abscessuum prædictionem corporis repletionem aut inanitionem, plurimum habere momenti, scribit Galenus lib.3. de cris. ex Hipp. prognostico. Cal.verò χρωμάτων, non βρωμάτων, cur legerit non video.

* *Aph.3.lib.1.* † *Cap.6.lib.3.* " *Lib.3.de Ar.*

ὄγκων ὑποχονδρίων] In omnibus nostris codicibus impressis ὄγκοι legitur: sed ex perpetuo veterum exemplarium consensu, ὄγκων reposuimus, & ad id quod sequitur, iunximus. Quod videntur etiam fecisse interpretes. In his verò hypochondriorum tumoribus, manifestus est naturæ impetus, qui extra fertur. Qui si intrò propendeat, damnandus est, dum ne qua alia sequatur vacuatio.

ἀναρροπίαι] ἀναρροπίην καὶ καταρροπίην medico considerandam, scribit initio lib. περὶ χυμῶν. vbi eam, quæ sursum aut deorsum fit humorum lationem intelligit. Sæpè enim humores suopte impetu, aut naturæ impulsu, in partes incumbunt. Quorum μετάστασις & ductus videndus est, si natura duce, aut morbi impetu fiat. Hunc humorum transpositum simpliciter hic intelligere possumus, atque

B ἀναρροπίαν καὶ καταρροπίαν per se legere. Interpretes ad præcedentia retulisse videntur, & tumorum qui in hypochondriis fiunt, inclinationem significant, quia sæpè has voces hypochondriis attribuit Hippocrates, ex quibus viscerum inflammationes intelliguntur, vt lib.6. Epid. * σπλῆνα καταρρόπον vocat, τὸν κάτω τὴν ῥοπὴν ἔχοντα, ἐπειδὴ τῶν κατ' αὐτὸν ὄγκων ἐν τοῖς κάτω μέρεσι συνισταμένων, εἰ δ' ἴσως εἰς αὐτὸν τὰ κάτω μέρη τοῦ σώματος ἀθροῖσαι ἐν αὐτῷ μοχθηροὺς χυμούς, ὠνόμασε καταρρόπον σπλῆνα, vt inquit Galen. Ex his verò omnibus locis τὸ κατ' ἴξιν probari videntur. * *Sect.2.*

πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἰόντων] Significat in naturæ motibus, quæ solutionem promouet, considerandas mutuas partium inter se affectiones, ex quibus dignoscas, an qui excretiones prouocat impetus, naturali ductu fiat. Et quia ferè de abscessuum tumoribus & subsidentiis loquutus fuerat, quorum cursus facilè apparet: considerandum etiam monet naturæ ductum in his, quæ non ita manifesta sunt: vt in abortionibus (quæ solutionem quandam præ se ferunt) mammarum extenuatio spectanda est, & in diuturnæ tussis cessa-

C tione, testium tumor. In his enim solutionum generibus, etsi impetus intrò ferri videatur: non est tamen contrarius, sed naturalis. Tum quia hìc nulla habetur positurae & situs ratio, vt in cæteris abscessibus: tum quia ad eam quæ intrò fit inclinationem, vacuatio quædam sequitur. Nulla igitur in his spectanda est contrarietas, cum ea ex mutua inter se affectione & consensione fiant potius & humorum prolapsu quàm ex partium situ. Illud igitur οὐδὲ γὰρ ἐναντίον nullam hic apparere contrarietatem significat, quæ ex partium collocatione & habitu inter se pendeat: vt neq; hìc τὸ κατ' ἴξιν, eandem ob causam spectari potest, quod ferè spectatur in his quæ è regione & directo posita sunt. Quæ omnia etsi facilè in superiùs enumeratis appareant, in his tamen nullo modo quærenda sunt. Eam verò quæ fit κατ' ἴξιν naturæ directionem spectari in his, vt nec in aliis quibusdam debere, scribit Galen lib.6. Epid. * ὅτι πάντων μὲν οὐκ ἐδυνατὸν γνῶναι τὸ κατ' ἴξιν, ὅτι καιρῷ ὁ ἰατρὸς, κατ' ἴξιν γινομένης τῆς ἀποστάσεως. οὐ γὰρ ἔστι διακρίναι πότερον ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ ἐγκεφάλου τῆς διαθέσεως γενομένης ἐκάτερον, ἢ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. ὥσπερ οὐδὲ ἂν ἀντιθέντων χρονίως ἄνευ πλευρᾶς ἀλγήματος ἀπόστασις εἰς ὄρχιν γένηται. καὶ τοῖς τάχα καί τι τούτων διαγινώσκεται τὸ κατ' ἴξιν, εἰ καὶ μὴ γινώσκοιμεν ἡμεῖς βεβαίως ὁ πότερον μέρος τοῦ πνεύμονος, ἢ τοῦ ἐγκεφάλου πέπονθε.

D ἀλλὰ καὶ μελαγχολίαν αἱμορροὶ ἰώμεναι πολλάκις, οὐδ' ἐπὶ τούτων γινωσκόντων ἡμῶν τὸ κατ' ἴξιν. ὅτι δὲ καὶ διὰ μήτρας αἱμάτων κίνωσις δαψιλὴς πολλὰ τῶν νοσημάτων ἰᾶται, πρόδηλον ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ τούτων δυνατὸν γνῶναι πότερον διὰ τῶν τοῦ δεξιοῦ μήτρας φλεβῶν ἡ ἔκκρισις, ἢ διὰ τῶν τοῦ ἀριστερᾶς, ἢ δι' ἀμφοτέρων ἐγένετο, ταύτῃ μὲν οὖν διαγινώσκειν οὐ δυνατὸν τὸ κατ' ἴξιν. In his igitur non spectatur directio, ac ne contrarietas quidem. Atque profectò ex hoc loco satis apparet quod superiùs dixit, τὰ ἐπὶ τἀναντία ῥέποντα, intelligi de his quæ in contraria ferebantur, velut τὰ ἀνάπαλιν καὶ οὐ κατ' ἴξιν. * *Comm.2.*

αἱ ἀποφθορῆσιν] ἀποφθορὰ & διαφθορὰ, abortum vocat Hippocrates, & ἀποφθείρειν καὶ διαφθείρειν, de fœturæ corruptione effert, quod ἐκτιτρώσκειν aliàs dicit. Attici autem, ἀμβλώσκειν. Est igitur ἀποφθορὰ ἄμβλωσις, vt inquit [1] Galenus, & quod lib. περὶ γυναικείων, τρωσμὸν vocat Hippocrates. His verò quæ abortiones passuræ sunt, mammas extenuari scribit Hippocrates lib.aph.5. [2] ὁκόσῃσι διαφθείρειν μέλλει τὰ ἔμβρυα, ταύτῃσιν οἱ τιτθοὶ ἰσχνοὶ γίνονται. Hic verò προσισχναίνεσθαι dicit, quod in Aphorismis ἰσχνοὺς γίνεσθαι. Celsus verò lib.2. [3]

E emacrescere vertit. Quæ omnia de mammarum extenuatione, gracilitate & subsidentia intelligenda sunt, vt satis indicat lib.1. γυναικείων. ἢν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι περὶ τὸ ἕβδομον ἢ ὄγδοον μῆνα, ἐξαπίνης τὸ πλήρωμα τῶν μαζῶν καὶ τῆς γαστρὸς συμπίπτῃ, καὶ οἱ μαζοὶ ἐξισχναίνονται, καὶ τὸ γάλα οὐ φαίνεται, σημαίνει τὸ παιδίον ἢ τεθνηκὸς εἶναι, ἢ ζώειν τε καὶ εἶναι ἀσθενέστερον. Quod enim hic συνισχναίνεσθαι τὸ πλῆθος, illic τὸ πλήρωμα τῶν μαζῶν συμπίπτειν καὶ τοὺς μαζοὺς ἐξισχναίνεσθαι dixit, ἰσχνὸν verò de extenuatione & gracilitate semper effert [*] Hippocr. vt φάρυγγα ἰσχνὴν, vocat fauces, in quibus nullus apparet tumor, sed graciles: & vt in aph.34. lib.4. explicat, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι. Non absimili admodum significatione ἰσχνόφωνοι & ἰσχνοφωνίην, de vocis imbecillitate postea scribet. Sic aph.25. lib.5. [5] τὸ ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥᾴζειν τε καὶ ἰσχναίνειν ὀδύνην scribit, quod est alleuare & minuere. Frigida enim affusa humorum affluxum cohibet, & hac ratione corpora extenuat, vnde & dolorem soluit, quia eius causam abigit, vt inquit Gal. An verò abortum semper præcedat mammarum gracilitas, eleganter differit Galen. lib.5 aph.53. [1] *Lib.6.epid.comm.1.* [2] *Aph.53.& Aph.37 & 38.* [3] *Cap.8.* [+] *In prorrh.& coac.* [5] *Sect.5.*

οὐδὲ βῆχες χρόνιαι] Aliud genus solutionis adfertur, in quo partium inter se cōmunio, quàm positus potiùs spectanda est In diuturnis enim tussibus testium tumor solutionem indicat, & testibus intumescentibus sæpè tusses succedunt. Tanta est genitalium partiū

F cum spiritalibus consensio. Quod postea his verbis indicabit: ἰσχνοφωνίην κιρσὸς λύει, ἐς τὸ ἀριστερὸν ἢ δεξιὸν ὄρχιν. ἄνευ τουτέων τὸ ἕτερον, οὐχ οἷόν τε λύεσθαι. Et rursus, [1] οἷσι βῆχες ξηραὶ, οὐ λύονται, ἢν μὴ ὀδύνη ἰσχυρὴ ἐς τὰ ἰσχία, ἢ ἐς τὰ σκέλεα, ἢ ἐς τὸν ὄρχιν. Sic lib.1. Epid. [2] πολλοῖσι δὲ βῆχες ξηραὶ, βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι, καὶ φωναὶ βραγχώδεες οὐ μετὰ πολύ. τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον φλεγμονὰς μετ' ὀδύνης εἰς ὄρχιν ἑτεροῤῥόπως, τοῖσι δὲ ἐς ἀμφοτέρους. Et lib.4.ep. βήσσουσι ξηρὰ οἱ τοὺς ὄρχιας, καὶ ἐκ τῶν βηχέων ἐς ὄρχιν λύεται φλεβοτομηθέντα, καὶ φλεγμαίνοντες βήσσουσιν. οἱ ἐν τοῖς ἐπὶ βουβῶσι πυρετοῖς ἐπιβήσσουσι. Idem paulò post hoc in libro, abscessum ex tussi in testibus firmari scribit, καὶ ἐς ὄρχιας, ἔστι δὲ ὅτε ἐκ βηχέων, καὶ ὄρχις αὐτὸς ἐφ' ἑωυτοῦ. Idem quoq; subindicant hæc Hippocratis verba, lib. περὶ χυμῶν. καὶ ἐν τοῖσι πτυάλοισι, καὶ βηξὶ τὰ πρὸς ὄρχιν. Galenus verò multis in locis huius communionis meminit, præcipuè verò lib.1. Epid. his verbis: τὸ κατενεχθὲν ἐκ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν πνεύμονα, μέρος τι κατὰ τὴν κοινωνίαν τῶν ὀργάνων εἰς τοὺς ὄρχεις ἀφίκετο. λέλεκται δὲ αὐτὸ περὶ τῆς κοινωνίας τῶν γεννητικῶν μορίων πρὸς τὰ κατὰ θώρακα, δι' ἑτέρων γραμμάτων. Meminit etiam lib.3. & 6.epid. [3] Quibus in locis eleganter consensionis partium inter se rationem aperit. Quæ quia plurimum ad nostrum insti-

G tutum faciunt, adscribere non piget. αὐτοὶ λέγουσι τῆς κοινωνίας γίνεσθαι τριχῶς, ἢ διὰ γειτνίασιν, ἢ διὰ τὸ κατὰ γένος, ἢ ἔργον οἰκειότητα. κατὰ γένος μὲν, ὅταν τὸ νευρῶδες τῷ νευρώδει, καὶ τὸ φλεβῶδες τῷ φλεβώδει, καὶ τὸ ἀρτηριῶδες τῷ ἀρτηριώδει συμπάσχῃ. κατ' ἔργον δὲ, ὅταν οἱ τιτθοὶ τε καὶ ὁ θώραξ τοῖς γεννητικοῖς μορίοις. Porrò hunc locum aliter videtur legisse Cornarius. [+] Vult enim tussim in testium tumores desinere, & contra, testium tumores suborta tussi cessare. Quod etiam videtur sequutus Medicinæ nostræ lumen Fuchsius suis in librum 6. Epid. commentariis. Quæ etsi vera sunt, vt ex libro 4. Epid. apparet, hanc tamen lectionē sic immutasse videtur. οὐδὲ βῆχες χρόνιαι, ὅτι ὄρχιος οἰδήσαντος παύονται, καὶ ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων. Contra tamen Galeni fidem, vt postea dicemus. Cæterò videndum est testium tumores, non nisi in diuturnis & siccis tussibus apparere, vt ex priùs adductis locis coniicere licet, & ex hoc Galeni loco, qui lib.6. epid. scribitur, [5] ὥσπερ οὐδὲ ἂν βηττόντων χρονίως ἄνευ πλευρᾶς ἀλγήματος ἀπόστασις εἰς ὄρχιν γίνηται. Sic & Prorrhetico secundo, tussi diuturnæ testium tumorem adscribit Hipp. in morbi comitialis depulsione. οἷσι δὲ τῶν παιδίων ἐξαπίνης οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν, ἢ μεῖζόν τι κακὸν ἔπαθον, ἢ φύματα ἀπὸ τὸν αὐχένα ἔφυν, ἢ ἰσχνοφωνότεροι ἐγένοντο, ἢ βῆχες ξηραὶ χρόνιοι παρέχουσιν, ἢ ἐς τὴν γαστέρα μικρὰ σπλαγχνώδεα ὀδύνη φοιτᾷ, καὶ μὴ ἐκταράσσεται, ἢ ἐν

H τοῖσι πλευροῖσι διαφράγματα ἔχουσιν, ἢ σπλῆνας παχέας περὶ τὴν γαστέρα κεκτῶνται, ἢ ἐπὶ πλέον καταπαύει, ἢ ὄρχις μέγας γίγνεται, ἢ χεὶρ λεπτὴ καὶ ἀκρατὴς, ἢ ποὺς. ἢ κνήμη ξύμπαντα ἐγκαλύψῃ ἀπὸ περιστάσεως ἄλλης, τούτοισιν πᾶσιν εἰδέναι ὅτι ἡ νοῦσος παρεγένετο, πρὸ τούτων ἁπάντων. Quò fit vt illud βῆχες χρόνιαι, simul iunxerim, & illud οὐδὲ, non ad id quod sequitur, sed ad præcedens retulerim: vt sit sensus, οὐδὲ ἐναντίον ἐστὶν εἰ βῆχες χρόνιαι ὄρχιος οἰδήσαντος παύονται. Cæterum quemadmodum in tussi abscessus fit ad testes, ita & in femur & coxendicem concrescere probāt, quæ superiùs ex Hipp. adduximus. Vt etiam lib 4. epid. in tussi tubercula ad aures suborta & suppurationem in humero scribit.

[1] *Sect.5.* [2] *Sect.1.* [3] *Comm.1.& Com.in egr.2. post sta.pest. Com.2.& 4.*

[+] *Et Caluus.* [5] *Com.2.*

ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων] Ita vertimus, vt communionem esse semini genitali & voci cum pectore & mammis, indicaremus. Cuius lectionis nos admonuit Gal. in lib.6. epid. hunc locum adducens: legit enim, ὄρχις γοῦν οἰδήσας ἀπὸ βηχέων, ὑπόμνημα κοινωνίας, στήθεσι, μαζοῖς γονῆς, φωνῆς. Vocis autē cum pectore affectio manifesta est, cùm huius totus thorax conceptaculum sit & officina. Mammarum autem tumor vocis mutationem sequitur, dum in pubertatem fit transitus, & semen quodammodo pullulat, quod τραγίζειν dixit Hippocr. "" Tunc enim vocis asperitas subnascitur, diductis omnibus à copiosiore calore vasis, & mammarum tumor, natu-

"" *Sectio I. huius Libr.*

ralium lanugo,& menſtruorum defluxus apparet. Ac velut ſeminis originem teſtatur vocis aſperitas, ita & mammarum tumor & A totius thoracis dilatatio,opificem illum ſeminis genitalis calorem indicat. Atque haud ſcio an hic γονὴ, pro vtero ſumi poſſit, vt aliquando apud Hipp. vt id referatur ad ea, quæ de abortientibus dixit. Quemadmodum lib. περὶ ἄρθρ. γονὰς τὰ γυναικεῖα μόρια, vocat. Et Pollux, τὴν μήτραν γονὴν ab Hipp." " 'vocari ſcribit. Quibus verbis communionem mammarum cum vtero ſubindicaret, quæ tam eſt per ſe manifeſta,vt demonſtratione non egeat. Quæ tamen ex lib.5. Aph. deſumi poterit. Senſus igitur erit partium affectione; inter ſe conſiderandas: vt in tuſſi, teſtium tumor cum ſpiritalibus inſtrumentis, eorum affectionis admonet, atque ex ea conſenſione mutua, cæterarum partium affectio ſubintelligi poteſt. Porrò hic mihi ſenſus genuinus magis videtur, quàm ſi iſtarum omnium partium communionem inter ſe in tuſſi exiſtere intelligamus, quod poſtea ſcribat Hipp. """" ἰσχνοφωνίην κιρσὸς λύει, ἐς τὸ ἀριστερὸν καὶ δεξιὸν ὄρχιν. Vnde & vocis & ſeminis genitalis commutationem ſuſpicari poſſis.

" Com.4. "" Lib.6.epid. """ Lib.2. """" Sect.5.

B

Quæ abſcedere nata ſunt,ea per venas,oſſa,neruos, cutim, aut alia huiuſmodi diuerticula abſcedunt,bonaq; ſunt, ſi infra morbum fiant. Qualia ſunt varices & lumborum grauitates, ſi ex ſuperioribus partibus ad infernas demittantur.Præſertim verò optima ſunt, quæ ad inferna & infra ventrem maximè & quàm remotiſſime à morbo abſcedunt, ac ea quæ per emiſſaria quædam effluunt,aut per emiſſionem fiunt,quemadmodum ſanguis ex naribus, aut pus ex aure, ſputum & vrina per emiſſionem effluunt. Quibuſdam non eodem modo abſcedit,velut dentes,oculi,naſus, & ſudor. Quinetiam quæ in cutem abſcedunt, foras erumpentia tubercula: velut putreſcentes & purulenti quidam tumores, aut vlcus, aut reliquæ huiuſce generis in cute efflореſcentes puſtulæ, deſquamatio, glabratio & capillorum defluuium, vitiligines, ſcabies, aliaq; huiuſcemodi, quæ conferto & repentino quodam confluxu, non autem dimidiato & ſemirepente abſcedunt,& quæcunque alia dicta ſunt, etſi non indignè morbi excretioni reſpondeant. Quemadmodum Temenei nepti, ex valido morbo quiddam in digitum firmatum eſt, qui cùm morbo ſuſcipiendo non eſſet ex interno recurſu obiit.

Ἀποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ δι' ὀστέων, ἢ νεύρων, ἢ δέρματος, ἢ ἐκτροπέων ἑτέρων. χρησταὶ δ' αἱ κάτω τῆς νούσου, οἷαι κιρσοί, ὀσφύος βάρεα ἐκ τῶν ἄνω. ἄρισται δὲ μάλιστα αἱ κάτω, καὶ αἱ κατωτάτω, κοιλίης, καὶ προσωτάτω ἀπὸ τῆς νούσου, καὶ αἱ κατ' ἔκροον, οἷαι αἷμα ἐκ ῥινέων, πύον ἐξ ὠτός, πτύαλον, οὖρον. κατ' ἔκρυν. οἷσι μὴ ταῦτα ἀποστάσιες, οἷον ὀδόντες, ὀφθαλμοί, ῥίς, ἱδρώς. ἀτὰρ καὶ τὰ ὑπὸ δέρμα ἀφιστάμενα ἐς τὸ ἔξω φύματα, οἷα τάγγαι, καὶ τὰ ἐκπυοῦντα, ἢ ἕλκος, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐξανθήματα, ἢ λοποί, καὶ μαδήσιες τριχῶν, ἀλφοί, λέπραι, ἢ τὰ τοιαῦτα ὅσα ἀποστάσιες μὲν εἶσιν ἀθρόως ῥέουσαι, καὶ μὴ ἡμιρρόπως, καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται. καὶ ἢν μὴ ἀναξίως τῆς περιβολῆς τῆς νούσου. οἷαι τῇ Τημενέω ἀδελφιδῇ ἐκ νούσου ἰσχυρῆς, ἐς δάκτυλον ἀπεστήριξεν, οὐχ ἱκανὸν δὲ δέξασθαι τὴν νοῦσον, ἐπαλινδρόμησεν, ἀπέθανεν.

C

D

ἀποστάσιες] Solutionis morborum cognitionem perſequitur Hippocrates. Soluuntur enim morbi excretione (quam ἀπόστασιν κατ' ἔκκρισιν, ἢ κατ' ἐκροὴν, ἢ κατ' ἔκροον vocat) aut alio verſa materia & ſuo pondere in aliquam partem firmata & decumbente, non autem excreta,& ἀπόστασις κατ' ἀπόθεσιν dicitur. Atque hæc duo ſunt celeberrima apud Hippocratem abſceſſuum genera. Quanquam hoc nomen accommodat,μεταστάσει ἐξ ἑτέρης νούσου εἰς ἑτέρην, quum morbi vnius,in alterum fit tranſitus, quæ & ſolutionis morborum vna ſpecies eſt,dum ſcribit libro 1.epid. * ἔστι δ' οἷσιν ἐκ ὀλίγων ἐξ ἄλλων πυρετῶν, καὶ νοσημάτων, ἀποστάσιες εἰς τεταρταίους ἐγίνοντο. Sic ferè quicquid morbum humorum quadam tranſmiſſione & tranſpoſitione ſoluit. † Hippocrati ἀπόστασις dicitur: ne id quidem per ſe, ſed fere appoſito excretionis genere. Sic lib.1. Epid. ἀποστάσιες περιεπεσχὼν καὶ στραγγουρίας. & paſſim, ἀπόστασις εἰς στραγγουρίαν, & ἀπόστασις εἰς αἱμορραγίαν. Et lib.3. Epid. †† ἀποστάσιας εἰς ἐμπυήματα συμπίπτειν ſcribit. Eorum igitur quæ abſcedunt ὁδηγίαν propoſiturus Hippocrates, primùm ductus & vias ad quas ferantur,edocet: deinde,ex locorum & partium poſitura diſtinguit,& dignatione quodammodo, aut accuſatione afficit. Tandem verò duobus quibuſdam quaſi ſummis generibus complectitur,vt in ea quæ κατ' ἔκροον, ἢ κατ' ἀπόθεσιν fiant, diuidat. Atque ex eorum affectionibus totam indicatoriorum ſignorum diſciplinam abſoluit. Porrò non eſt locus alius apud Hippocr. inſignior, aut qui peræquè ſignorum & abſceſſuum celebratam cognitionem referat, vt hic eorum omnium amplam profeſſionem confeciſſe videatur. Quò magis noſtras vices dolemus, qui edaci temporum intemperie, in tanto Medicinæ auctoramento, Galeni opes & donatiuum votis tantum ſuſcipere cogimur. * Sect.1.

† Sect.2.& 3. †† Inſta.peſt.

ἢ ἐκτροπέων] ἐκτροπὴ hîc non aliud ſignificat quàm quod in vniuerſaliori paulò poſt ſententia ὀχετὸν vocat. Cuniculos enim humorum & ductus excipiens,alia quædam diuortia & ſubterfugia ſubeſſe ſcribit,per quæ ſubeant & ſeſe velut inſinuent. Hæc autem poſtea aperit. ἐκτροπὰς igitur diuortia verti, Hippocratis τρόπον imitatus, cuius in dictionibus facundiam miro quodam modo ſuſpicio.Diuerticula enim intelligo deflexiones,digreſſiones,commutationes, deceſſiones, cùm veluti à populari via humores decedunt, & onus ſuum per abditos quoſdam receſſus deponunt. Quod autem in omnibus codicibus ἢ τόνων legitur, expunxi,noſtrorum codicum fidem & conſenſum ſecutus,& Cornarij authoritatem,qui ne id quidem legiſſe viſus eſt. vt ne addam quod τόνοι ab Hippocrate neruorum nomine comprehenduntur lib. περὶ ἄρθρων. cùm ſcribit, τοὺς τόνους ἐδόκει μηχανῇ δεῖ πτερώσειν.Et cùm neruos qui glandulis ſub axilla vicini ſunt ἐπικαιροτάτους τόνους vocat. Sic Galenus lib. περὶ ἄρθρ. ¹ τόνους τὰ προειρημένα νεῦρα appellat. Atque vt maiorem fidem faciam, adſcribam Galeni verba ex Comment.1. in libr. περὶ ἄρθρ. ἀποκαλεῖ τοὺς ὑπὸ τῇ μασχάλῃ φησὶ τόνους ἐπικαίρους οὕτως ὀνομάζων τὰ νεῦρα. γελοίως οὖν ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἰατρῶν εἰσὶ τόνους τοῦτο ἐκεῖνα τὰ νεῦρα μόνον προσαγορεύειν νῦν, τὰ κατὰ τὴν συζυγίαν ἐξ ἐγκεφάλου πίπτοντα. ἐπειδὴ κατὰ τὸ βιβλίον τῶν ἐπιδημιῶν ἐστι, δύο δὲ τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου παρὰ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου, καὶ τὰ τούτων ἑξῆς. τὰ γὰρ ἐπὶ χεῖρας φερόμενα, παρὰ ἁπάντων ὁμολογεῖται ἀπὸ τοῦ νωτιαίου, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν τράχηλον φύεσθαι νωτιαίου, κατὰ τὸ μέρει πλησιάζει τῷ θώρακι, καὶ ὡς φαίνεται τῶν προσαγορευομένων τόνους ἐν τῇ νῦν εἰρημένῃ ῥήσει, καὶ μετ' αὐτὴν πάλιν ἐφεξῆς· δίς. καὶ κατώτερον δὲ πάλιν ἐν τοῖς περὶ τὸν βραχίονα λέγει τόνους ὀνομάζει τὰ νεῦρα.Cum igitur τόνοι neruorum appellatione contineantur, non neceſſe fuit eos in parte exprimi,qui in vniuerſum poſiti fuerant. Sic aliquando Hipp. τόνοι ſimpliciter dicuntur,aliquando verò generis notionem addit,vt τόνους νευρώδεας ἰσχυροὺς vocat lib. περὶ ἄρθρ. ὡς ἰσχυροὺς ὠνόμασε. Idem verò συνδέσμους νεῦρα vocat,vt patet ex lib.de fract.& comment.3. in librum eundem ſcribit Galenus: aliquando verò συνδεσμώδεα νεῦρα. Reliquum verò genus naturæ ſimplicis & exanguis τένοντας vocat.Hippocrat.anatomici ἀπονευρώσεις.Atque vt primam originem & commixtionem indicet νευρώδεας τένοντας vocat lib. περὶ ἄρθρ. ὅτι κεκρασμένην ἔχουσι τὴν οὐσίαν ἐκ συνδέσμου καὶ νεύρου. vt ſcribit Galenus. ¹ Atq; hinc fortè occaſionem ſumpſerunt antiqui, vt tria huius primæ naturæ genera neruos vocarent,vt ſcribit Galen.lib. 6.epid. ³ quod plurimum facit ad totius huiuſce loci confirmationem. τρία ἐστι γένη σωμάτων ὁμοιομερῶν ἐν τοῖς ζώοις ἀναίμαπι & ἀχοίλια φαινόμενα. τὰ μὲν ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου, τὰ δὲ ἐκ μυῶν φυόμενα. ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ μὲν Ἱπποκράτους τὸ πρῶτον αὐτῶν εἰρημένων σύνδεσμος,τὸ δὲ δεύτερον νεῦρόν τε καὶ τόνος,τὸ δὲ τρίτον, τένων. ἔνιοι δὲ νεῦρα πάντα καλέσαντες διὰ τὴν ὁμοιότητα, τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν γένος συνδετικὸν εἶναί φασι, τὸ δεύτερον,αἰσθητικόν τε καὶ προαιρετικόν. τὸ δὲ τρίτον ἀπονεύρωσιν ὀνομάζουσι. Eadem quoque iiſdem penè verbis confirmat Gal.lib.1.de placitis Hippocratis,& Platon. ⁴ Potui iſta confirmare ex libris Gal.anatomicis. Malui tamen huc adducere, quæ à Galeno in Commentariis ſuis in Hippocratem ſcribuntur,quòd propiùs quodammodo occaſionem vrgeant & originem ſuam redoleant, alibi pluribus iſta confirmaturi. Cæterùm malui eam dictionem expungere,quàm per τόνους τένοντας intelligere. ¹ Comm.3.

² Comment.3.in lib.de frac. ³ Comment.1. ⁴ Cap.6.

ἢ δι' ὀστέων] Oſſa ipſa abſcedere indicat ſatis ἀπόστασις ὀστέων celebrata Hipp.lib. περὶ ἀγμῶν, & illic expreſſa abſcedentium oſſium ſigna.In annuis enim & diuturnioribus vlceribus oſſa ipſa abſcedere ſcribit Hippocrates. In hæc autem omnia hîc enumerata corpora abſceſſum cadere videtis, qui ἀφετὰ σώματα dici à Gal.nouit,quæ vnionis diſſolutioni quodammodo ſunt obnoxia. Scri-

bit

E

F

G

H

A bit enim Galenus: εἰς τὸ κατ' ἴντερον. ἐν τῷ νῦν εἰρημένῳ λόγῳ περὶ καταστημάτων ποιεῖ τὴν διδασκαλίαν ὑποπεπτωκότων παθῶν γινομένων τῇ λύσει τῆς συνεχείας. οὕτως γὰρ ἐγὼ προσαγορεύειν εἴωθα τοῦτο τὸ γένος τοῦ πάθους, ὃ δὲ Ἱπποκράτης ἀπεστάσεις καλεῖ τὰ σώματα τὰ οὕτω πεπονθότα ὥστε καὶ τὸ πάθος αὐτῶν ἀποστάσεις εἰκότως ὀνομάζεσθαι, καὶ γίνεσθαι ὑπὸ εἶδος τοῦ γένους τῶν παθῶν, ὃ καλοῦσιν ἰδίως ἀπόστασιν τε καὶ ἀπόστημα. Hunc verò locum subindicare videtur Galenus Comm.ad aph.54.lib.7.cùm scribit κάλλιον οὖν σκοπεῖν δυνατὸν ἐστιν ὁ λέγει, γινωσκόντων ἡμῶν ὡς ἀεὶ τῆς ὕλης ὁδὸς διέξοδον οἷον τὴν φύσιν ὁ Ἱπποκράτης, ὅταν ἐρρωμένη τυγχάνῃ, καὶ ὅτι μάλιστα παχεῖαι, πῶς εἰσί, καὶ διὰ λεπτῶν ὁδοιπορεῖ πόρων, ὅπη γε καὶ δι' ὀστῶν ἀποστάσεις γίνεσθαι φησίν. Cùm verò abscessus ferè in articulos decumbant, vt scribit Gal.Com.2.in Progn.non absq; ratione per ossa abscedunt. Istumq; locum ea ratione subindicare videtur Gal.Com.2.in Progn, cùm scribit: ὅπου δ' εἰς ἄρθρα μάλιστα τὰς ἀποστάσεις γίνεσθαι συμβέβηκεν. ὅσα καν ταῖς ἐπιδημίαις ἔγραψεν ἐδήλωσε κἀν ταῦθα, καὶ τὸ πάρεργον εἰπών, κίνδυνος γίνεσθαι χωλὸν τὸ ἄρθρον.

οἱ κιρσοί] Hæc sunt διαδοχῆς μεταβολῆς humorum morbos committentium exempla. Horum enim σκέψεις maximè videndas scribit lib.6.epid [1] Qua dictione vtitur αὐτὴ τῆς ἀποσκήψεως καὶ μεταστάσεως χυμῶν. Inquit igitur Hippocr. ἄλλοι τόποι, τόποι δεξάμενοι ἢ πόνον, ἢ βάρος, ἢ ἄλλο τι ῥύσεται ἢ ἀλλοίωσιν αἱ κοινωνίαι. Quibus verbis decubitus humoris causas inuestigandas censet, quod etiam repetit lib. περὶ χυμῶν.

B [2] Varices igitur, insaniæ solutionem portendunt, ex secessu & transpositu materiæ morbi ad infernas & remotissimas vias, repurgamentis destinatas. Quas vt in abscessuum genere, quod ad inferna repens plurimùm probatur, inspiciendas etiam censet lib.6.epid. ἢ καὶ τὰ κάτω τοῦ ἥπατος ἄνωθεν διαδιδόντα. οἷον ὅταν εἰς ὄρχιας καὶ κιρσούς. Quæ decubitus ratio in cæteris quoq; abscessibus non temerè prouideri debet Est autem κιρσός, vt cum Galeno loquar, αἱ διέρωσις τῶν φλεβῶν τῶν ἐν τοῖς ἀκροῖς καὶ σκέλεσιν, ἀπὸ παχέος καὶ μελαγχολικοῦ γινόμενος αἵματος. Quò fit, vt non tantùm melancholici affectus sit soboles varix, sed & crudorum & crassiorum etiam humorum repurgamétum. Scribit enim Gal.in lib. [4] περὶ ἄρθρ. παχὺ πάντως ἐν τοῖς κιρσοῖς ἐστὶ τὸ αἷμα, μελαγχολικὸν δ' ἐπὶ πλεῖστάκις τὸ πάθος. ἔστι δ' ὅτε ὠμῶν καὶ παχέων χυμῶν. Porrò vertebratorum orbiculatim ossium ad lumbos (vt cum Plinio loquar) κυφώματα, varices soluunt, humoris quadam aliorsum transfusione. Quod indicat Hippocrates lib.περὶ ἄρθρ. his verbis: τοῦτο δὲ κατωτέρω μᾶλλον ἐπὶ τὰ κάτω λύουσι κιρσοὶ γινόμενοι ἐν τοῖσι σκέλεσι, μᾶλλον δέ τι ἐγγινόμενοι κιρσοὶ ἐν τῇ κατ' ἰγνύην φλεβί. οἶσι δ' αὐτὸ κύφωμα ἢ λύσει, ἐγγίνονται δὲ καὶ ἐν τῇ κατὰ βουβῶνα.

[1] Sect.4. [2] Aph.21.lib.6. [3] Sect.2. [4] initio Comm.3.

C ὀσφύος βάρεα] Hoc aliud est exemplum transmissi ad inferiores partes humoris. In lumbos enim sæpissimè tanquam in sentinam corporis exonerata natura & onere leuata, illinc per insignes meatus longissimè à se morbum propellit. Lumbis enim magna illa vena assidet, quæ in crura propagines mittit, per quæ purgamenta conuehuntur. Quæ causa est, vt lumbis crassiorum & viscidorum humorum colluuione affectis, varices in inguinibus & poplite appareant. Quod me mouit, vt non omninò suspectam existimarem lectionem, si quis hæc inter se coniungat, οἱ κιρσοὶ ὀσφύος βάρεα ἐκ τῶν ἄνω. Vt sensus sit: Varices quæ lumborum grauitates leuant, & in partibus inferioribus apparent, transmissa ex superioribus locis materia, ex eorum esse genere, quæ infra morbi fomitem abscedant, atque ideò valdè probari. Quòd verò varices oriantur effuso ex lumbis in crura humorum lentore, crassitudine & cruditate, ita probat Galenus Comm.3.in lib. περὶ ἄρθρ. ἡ κατ' ὀσφὺν φλὲψ συνεχεστάτη ἐστί, καὶ πάσαις ταῖς κάτω φλεψὶν αὐτὴ χορηγεῖ τὸ αἷμα, τοὺς οὖν παχεῖς τούτους καὶ γλίσχρους χυμοὺς, ὅταν περὶ τὸ μεταλάβῃ τῆς ἐν τοῖς πεπονθόσι μορίοις δυνάμεως ῥωσθείσης ὡς ἀπώσασθαι τὸ περιττὸν, εἰς ταπεινὰ ταῖς ἐνταῦθα κατακλείσει φλεψὶν, ὑφ' ὧν αἱ διέρωσιν ... μὲν καὶ κιρσοῦσθαι. παχέων μὲν ἱκανῶς ὄντων, ὁμοίως ἐν τῇ κατὰ βουβῶνα. μετριωτέρων δὲ ὑπαρχόντων. ἐν τῇ κατὰ τὴν ἰγνύαν. εἰδότα γὰρ αὐτὸ καὶ τὸ πάχος τε καὶ γλισχρότητι εὐφραχθέντες ἵστανται. ἐνταῦθα δὲ ἤ τι τε καὶ διερωνται τὰ φλέβα. καὶ γὰρ τοῖς αὐτὸ τοιαύτην αἰτίας ἴχνεσιν ἐν τοῖς σκέλεσι κιρσοῖς, ἀνάλογον τῷ πάχει τοῦ χυμοῦ τὰς διερωμένας φλέβας ἰδεῖν ἐστιν. ἐπὶ μὲν τοῖς παχυτάτοις τὰς εὐρυτάτας, οἷαι πέρ εἰσιν αἱ κατὰ βουβῶνα. ἐπὶ δὲ τοῖς ἧττον ἐκείνων παχέσι τὰς ἧττον διέρρας, ὁποῖαι κατ' ἰγνύας εἰσί. πρὸς μὲν γὰρ ἐν ταῖς μείζοσι φλεψὶν εὐφραττόμενοι τὸ πάθος ἐργάζονται. αὐτοὶ δὲ εἰς τὰς κατωτέρας χωροῦσιν ὅσαι στενότεραι. Sequutus tamen sum plausibiliorem viam & popularem magis. Fit enim in febribus præcipuè efferuescente in venoso genere sanguine, vt tota materia in lumbos ferè effundatur illucq; ponderis & grauitatis sensum afferat, ob vasorum insignem capacitatem. Quod in cæteris etiam morbis vsu venit. Atq; ita hunc locum de morborum grauitate ex superioribus partibus demissa, protuli. Qui coniunctam magis sensibus rationem sequi volet, & eam quam priùs retulimus opinionem, is videbitur non ita longè quæ scripta sunt, referre, sed coniunctè omnia illa leget, nec id sine recentioris nostri codicis assensione faciet. Nostrum fuit vtramq; lectionem explicare, in quo præsertim in reprehensionem non posse incurrere, nos sensimus. Porrò illud ἐκ τῶν ἄνω, ad vtrumq; referri potest, ad κιρσοὺς aut βάρεα ὀσφύος, vt abscessuum conditio & natura magis probetur. Quod etiam euenit, si alterum tantum spectet, vt id quod priùs est, respiciat.

E ἄριστα δὲ μάλιστα] In his quæ abscedunt, & bono sunt, conditiones circumscribit, vt infra morbum fiant, & ima corporis petant. Atque quo magis ad ima corporis, infraque ventrem deuoluentur, & longissimè à morbo aberunt, tanto profectò dignatione maiore prosequenda sunt. Suntq; hæ ferè omnes affectiones ex loci natura & partium positu desumptæ, tam diligenter inter se committendæ, quàm videntur ex media Hippocratis schola deductæ. Eos enim qui ad ima repunt abscessus, semper probauit Hippocrates, vt in Prog. ὁκόσοισι ἀποστάσιες γίνονται ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν νοσημάτων παρὰ τὰ ὦτα καὶ ἐκπύουσιν, ἢ ἐς τὰ κάτω χωρία καὶ συριγγοῦνται, οὗτοι περιγίνονται. Et paulò pòst. αἱ ἀποστάσιες ἐς τὰ σκέλεα ἐν τῇσι περιπνευμονίῃσι πᾶσι ἰσχυρῇσι τε καὶ ἐπικινδύνοισι, λυσιτελέες μὲν πᾶσαι. Lib.verò.6. epid. [1] ἢν μὲν κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ κλάσῃ τὰ ἄνω ἐν τοῖσι κάτω ἄρθροισιν, ἀγαθόν. ἢν δὲ ἄνω, οὐχ ὁμοίως λύει τὴν νοῦσον, ἢν μὴ ἐκπυήσῃ. Quibus verbis videtur Hippocrates partes superas & imas vmbilico circumscribere, totum epigastrium & hypochondria intelligens, vt lib. Aph.2. [2] τὸ περὶ τὸν ὀμφαλὸν τὰ κατ' ἐπιγάστριον χωρία vocat. Vult igitur abscessus ipsos à visceribus longissimè discedere, quod innuit per τὰ κατωτάτω κοιλίης. Nec aliud vidit lib.6.epid. [3] scribens, ἢ καὶ τὰ κάτω τοῦ ἥπατος ἄνωθεν διαδιδόντα. Etsi enim in abscessuum quæ κατ' ἴξιν fiunt doctrina, naturæ directionem prouideri vult, si hepar superant, aut infra subsistant: viscerum tamen conditiones significat, regiones corporis hepate definiens. Hanc verò corporis circumscriptionem probat [4] Galenus, in quibus multa ad huius loci sensum faciunt, τοῖς κωλικοῖς τὰς τῆς κατὰ φρενῶν ὀδύνας κατ' ἴξιν γίνεσθαι ... ἑξῆς ζητεῖ πότερα καὶ περὶ τῆς σώματος ἀποστάσεων ἀεὶ φυλάττεται τὸ κατ' ἴξιν, ἢ οὔ, καθάπερ ἐν τῇ περὶ ταύτης ῥήσει διηπόρησεν. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἔφη ταῖς εἰς τὰ κάτω, νυνὶ δὲ τὰ κάτω τοῦ ἥπατος, ὅρον ὡς ἔοικε ποιούμενος τὸ ἧπαρ τῆς ἄνωθεν καὶ κάτω τοῦ σώματος ἁπάντων μορίων. ἐδέχθη γὰρ αὐτὸ τὰ κυρτὰ τῶν διαφραγμάτων καὶ διὰ τοῦτο τὰ τοῦ ἥπατος ἐστιν ἄνω. ὥσπερ καὶ τὸ διάφραγμα τῶν ἄνω τετύχηκεν ὄντα, τὰ κατὰ τὴν καρδίαν δηλονότι καὶ πνεύμονα καὶ τι τῶν περιεχόντων θώρακα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἔτι τὰ κατὰ τὸν τράχηλόν τε καὶ κεφαλήν. τὰ δ' ἄλλα πάντα κάτω τοῦ σώματός ἐστι. ... ἄλληλα μέν τοι παραβαλλόμενα, καὶ αὐτὰ τὰ ἄνω, τὰ μὲν μᾶλλον ἐστὶν ἄνω, τὰ δὲ ἧττον. ἔθος δ' ἐστὶν ἡμῖν ἐν τοῖς οὕτω λεγομένοις πᾶσιν ἐνίοτε τὸ μὲν ἧττον ἄνω, κάτω λέγειν, ὡς πρὸς τὸ ὑπερκείμενον αὐτῷ παραβάλλουσι, τὸ δὲ ἧττον κάτω, ἔστ' ἄνω πρὸς τὰ κατωθεν αὐτοῦ. διὰ τὴν ἀνέλεαν τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας εἰς ἔθος ... ὀλίγον ἐκπεπαυμένης, ὁμωνυμία τε γίνεται καὶ ταραχὴ κατὰ τοὺς λόγους. οἱ δὲ ὠνομασμένοι ὅταν ἀκούσωσι λέγοντος αὐτοῦ τὰς εἰς τὰ κάτω τῶν ἀποστάσεων ἀμείνους εἶναι, σκοπεῖσθαι χρὴ κατὰ πάντα τρόπον, χρήσεως εἴρηκε κάτω, μετὰ τοῦ καὶ προσδιορίσασθαι τὰ τῶν μορίων ἀξιώματα. διὰ τοῦτο γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον αἱ ἄνω τῶν ἀποστάσεων εἰσὶ χαλεπώτεραι, διότι κινδυνωδέστερα ταῦτά ἐστι τὰ πάσχοντα τὸ αὐτὸ πάθος τοῖς κάτωθεν. ἐάν τε γὰρ ἐγκέφαλος, ἐάν τε λάρυγξ, ἢ στόμαχος, ἢ πνεύμων, ἢ θώραξ, ἢ καρδία φλεγμαίνη θανατώδες γίνεται τὸ νόσημα. τῶν δὲ κάτω τοῦ ἥπατος φλεγμηνάντων ὀλίγοι πάνυ διαφθείρονται. καὶ μάλιστα ἐὰν ὀρθῶς θεραπεύωνται. καὶ αὐτὰ δὲ τοῦ ἥπατος τὰ κυρτὰ τῶν σιμῶν πολὺ κινδυνωδέστερα. καὶ τινες αὐτὰ τῶν ἄνω μερῶν τοῦ σώματος ὅλου πιθέντες καθάπερ καὶ τῆς γαστρὸς τὸ στόμα. Hunc totum locũ protuli quòd mirè partiũ corporis circumscriptiones aperiat, vt quæ τὰ ἄνω καὶ ἀνωτάτω καὶ κάτω καὶ κατωτάτω Hipp.dicantur, intelligatur. In quo etiam abscessuum ad ima repentium sententiã approbatam vides. Quod etiam fecit Galenus Comm.2.in Progn.hunc Hipp.locum subindicans. ἐπὶ τῆς ἰσχυρῶν περιπνευμονιῶν, ἀποστάσεις εἰς τὰ σκέλη γίνεσθαι. παντὸς μὲν ἀγαθόν ἐστιν. εἰ γε δὴ παντὸς μᾶλλον ἀληθὲς ὑπάρχει τὸ κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ὑπὸ τῆς ἀγαθῶν ἀποστάσεων εἰρημένον, ὡς ἄρισται πασῶν εἰσὶν αἱ μάλιστα κάτω καὶ πορρωτάτω τῆς νόσου. Est & in abscessuum laudandorum æstimatione, τὰς ἀποστάσιας ὅτι μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι vt scribit in Coacis, & de tumoribus præter naturam per erysipelas significat, aph.25.lib.6.quod etiam in Coacis reperit. Idem quoq; Celsus de suppurationibus dixit lib.2.Ex suppurationibus verò hæ tolerabiles quæ in exteriorem partẽ feruntur & acuuntur.

[1] Sect.1. [2] Aph.35. [3] Sect.2. [4] Comment.2.in lib. 6.epid.

καὶ αἱ κατ' ἔκρουν] ἀποστάσεις κατ' ἔκρην ἢ κατ' ἐκροὴν vocat Hipp. quæ per emissionem & effluxum humoris vitiosi fiunt, & ita corpus leuant, & eas quæ per corporis emissaria & effluuia repurgamentis vias idoneas habentia effluunt. Quales sunt tinesmi & dysenteriæ, quæ confluentibus in intestina superfluis fiunt quibus in renes deriuantibus ἀποστάσεις ἐπὶ τὴν στραγγουρίαν fiunt. Sunt igitur ἀποστάσεις κατ' ἔκρουν, velut totius vitiosi humoris in corporis sentinam confluxus, quales ἀπορροίας scribit Hipp. lib.1. epid. Galen. [1] τὰς κατ' ἔκρουν κινήσεις interpretatur. Confluxione enim quadam velut totius corporis colliquatione morbum deponunt, vt indicat Hippocrates lib.1.Epid. γινομένων δὲ χρόνων μακρῶν καὶ πόνων πολλῶν καὶ συντήξιος, ἐπὶ τουτέων ἀποστάσιες ἐγίγνοντο. His opponuntur ἀποστάσεις κατ' ἀπόθεσιν. quæ dignitate inferiores sunt, & restagnantibus aut effundentibus se in abiectas corporis partes humoribus fiunt, qui

per libera effluuia expurgari nequeunt, velut in coxendicum & articulorum abscessibus euenit, qui quòd in diuturnis morbis maximè fiant, frigidam & crassam materiam præ se ferunt, atque adeò potiùs concoctionem longam & solutionem lentam, quàm humorum effluuium expectant. Cæterùm etsi restagnatione humorum in renes effusa fiat ἀπόστασις εἰς στραγγουρίαν, consepto in vrinæ viis humore: non est tamen quod quis existimet ἀπόστασιν κατ' ἀπόθεσιν dici, quin potiùs κατ' ἔκροον vocari debet, cùm bono sit & plurimos à præsentissimo discrimine liberarit, vt scribit [1] Hippocrates lib. 1. epid. Licet enim in renes cõfluxus fiant, expurgatur tamen per liberas toti corpori vias, nec proprium renum affectum affert, vt his verbis indicat Hippoc. lib. 1. epid. οὐ νεφριτικὰ ἀλλὰ τούτοισιν ἀντ' ἄλλων ἄλλα. Quod etiam in his quæ in dysenterias abscedunt, euenit. Quas ne quis κατ' ἀπόθεσιν ἀποστάσεις esse censeat, Galenũ audiat. Scribit enim, [3] καὶ διὰ τῆς ἕδρας ἐκκρίσεις γίνονται μοχθηραὶ πολλάκις, ἀπαθῶν μὲν κατὰ τὴν γαστέρα μενόντων. ἐκκαθαιρομένου δὲ δι' αὐτῶν ὅλου τοῦ σώματος, ἡ ἀποστάσεως οὔσης κατ' αὐτὴν καθ' ἕκροον τινὰ, κατ' αὐτὴν τὴν Ἱπποκράτους βουλόμενον, οὐ μόνον κατ' ἀπόθεσιν ἀλλὰ καὶ κατ' ἔκροον ἀπόστασιν γινέσθαι. οὕτως οὖν καὶ διὰ νεφρῶν καὶ κύστεως ἔστιν ὅτε τοῦ ἐκκαθαίρεται τὸ σῶμα μηδὲν αὐτῶν τῶν ὀργάνων ἴδιον ἐχόντων πάθος, ὥσπερ ἐπὶ τῆς προκειμένης καταστάσεως ἐγένετο, διότι καὶ προσέθηκεν αὐτοῖς, ἐπεὶ κατὰ λέξιν. μέγιστον δὲ χρηστὸν καὶ μέγιστον τῶν γινομένων σημείων καὶ πλείστους ἐρρύσατο τῶν ὄντων ἐπὶ τοῖς μεγίστοις κινδύνοισιν, οἶσιν ἐπὶ τὸ στραγγουριῶδες ἐτράπετο καὶ εἰς τοῦτο ἀποστάσεις ἐγίνοντο. τοῦτο οὖν ἐστὶ τὸ καὶ νῦν εἰρημένον, οὐ νεφριτικὰ, ἀλλὰ τούτοισιν ἄλλα ἀντ' ἄλλων. καὶ γὰρ τῶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι περιττῶν ῥυέντων ἐπὶ νεφροὺς καὶ κύστιν, ἐκκρίσεις ἐπεγίνοντο παραπλήσιαι τοῖς νεφριτικοῖς. Rursus paulò pòst, καὶ ἡμεῖς ἔφαμεν, ἐκκαθαιρομένου τοῦ σώματος ὅλου διὰ τῶν περιττωμάτων διὰ τῶν νεφρῶν, τὴν στραγγουρίαν αὐτοῖς γίνεσθαι μὲν καὶ ἄλλως. μάλιστα δὲ διὰ δριμύτητα τῶν συρρεόντων οὔρων ἐφ' ἣν τὸ νῦν αἰτία συνέστη. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ πάλιν ὅτι καὶ νῦν ἀποστάσεις ἐπὶ τὴν στραγγουρίαν ἔφη γεγονέναι. ἤτοι κατ' ἔκροον οὐ κατ' ἀπόθεσιν τῶν λυπούντων χυμῶν ἀποχωρησάντων ὅλου τοῦ σώματος. ὥσπερ γὰρ διὰ γαστρὸς πολλάκις, ἐκκαθαίρεται τὸ σύμπαν σῶμα, οὕτω καὶ διὰ νεφρῶν καὶ κύστεως. χρόνια τούτοισιν τὰ κατὰ τὴν στραγγουρίαν καὶ ἐπιπόνως ἐκκαθαίροντες ὅλον τὸ σῶμα διὰ τῆς στραγγουρίας. τὸ δὲ ἀναγκαῖον ἦν πάσχειν τὰ μόρια, δι' ὧν ἔκκρισις ἐγίγνετο τῶν δριμέων οὔρων, δηλονότι δακνόμενα, καὶ τῷ συνεχεῖ τῆς ἀποκρίσεως ἐνοχλούμενα, διόπερ καὶ ἐπιπόνως εἶχον ἐν αὐτῇ τῇ διόδῳ τῶν οὔρων. χρόνῳ δ' αὐτοῖς πλείονι τὰ τοιαῦτα συμπτώματα ἐγίνετο διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐκκαθαιρομένων περιττωμάτων. Idem quoq; lib. 3. epid. [4] Illud Hippocratis in Pythione explicãs. καὶ στραγγουριώδης ἐγένετο ἀπόστασις scribit: Ἱπποκράτους αὐτοῦ περὶ μὲν ἁπλῶς γράφοντος γίνεσθαι τὴν στραγγουρίαν, ἐνίοτε δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ προστιθέντος αὐτῇ τὸ τῆς ἀποστάσεως ὄνομα, καθάπερ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ καταστάσει. γράφει γοῦν ὧδε. μέγιστον δὲ χρηστὸν καὶ μέγιστον τῶν γινομένων σημείων, καὶ πλείστους ἐρρύσατο τῶν ὄντων ἐν τοῖσι μεγίστοισι κινδύνοισιν, οἷσιν ἐπὶ τὸ στραγγουριῶδες ἐτράπετο, καὶ ἐς τοῦτο ἀπόστασις ἐγένετο. προσαγορεύοντος γὰρ ἀποστάσεις αὐτοῦ καὶ τὰς κατ' ἔκκρισιν τῶν λυπούντων χυμῶν γινομένας, οὐ μόνον τὰς κατ' ἀπόθεσιν, εἰκότως, ὥσπερ εἰς δυσεντερίαν ἐν ἑτέροις, οὕτως νῦν εἰς στραγγουρίαν ἀποστάσεις εἴρηκε γεγονέναι, καθαιρομένης τῆς ἐν ταῖς φλεψὶ κακοχυμίας δι' ἀμφοτέρων τῶν ἐκκρίσεων. τοῦτο γοῦν ἐν αὐτῇ τῇ δευτέρᾳ καταστάσει τῶν οὔρων ὀλίγον ἔμπροσθεν, ἧς ἄρτι παρεθέμην ῥήσεως, αὐτὸς ἔγραψεν ὧδε. στραγγουριώδεα οὐ νεφριτικὰ, ἀλλὰ τούτοισιν ἀντ' ἄλλων ἄλλα. τουτέστιν ἀντὶ τῆς ἐν ταῖς φλεψὶ κακοχυμίας καὶ τῶν ταύτῃ πυρετῶν ἀκολουθούντων αἱ καθάρσεις ἐγίνοντο, τῶν μοχθηρῶν χυμῶν ἐκκρινομένων διὰ τῆς κύστεως, ὥσπερ ἐνίοτε διὰ τῶν ἐντέρων. ἡ τοίνυν δῆξις ἡ ἀπὸ τῶν ἐκκρινομένων δριμέων ὄντων εἰργάζετο τὴν στραγγουρίαν. ἐδείχθη γὰρ ἡ κύστις ἐπὶ τὴν ἀπέκκρισιν ὁρμῶσα τῶν οὔρων ἐν ταῖς στραγγουρίαις, πρὶν ἀξιολόγως ὑπ' αὐτῶν πληρωθῆναι, διὰ διττὴν αἰτίαν, ἤτοι τὸ μὴ φέρειν αὐτῶν τὴν ποιότητα, τῶν δακνωδῶν γινομένων ἢ τὸ δι' ἀρρωστίαν βαρύνεσθαι πρὶν ἀθροισθῆναι, κἂν ὀλίγον παντάπασιν ᾖ. Hos Galeni locos adducere visum est, vt tota natura ἀποστάσεων κατ' ἔκροον conficeretur. Porrò quòd ad præsentem locum attinet, abscessus qui per effluuium fiunt, bono sunt, & dignatione naturæ his qui per repositionem fiunt priores, vt scribit Galenus lib. 1. Epid. [5] in Metonis historia, τῶν γοῦν ἀποστάσεων αὐτὸς ἐδίδαξεν, ἀρίστας μὲν εἶναι τὰς κατ' ἔκρουν, δευτέρας αὐτῶν τὰς πορρωτάτω τῶν πεπονθότων μορίων, καὶ κάτω τοῦ σώματος. Et rursum, [6] οὐ μόνον δὲ τοῖς πεπασμοῖς τῶν νοσημάτων σκοπεῖσθαι προσήκει, ἢ ποιεῖν ἀποστάσεις, ἑκάτερον γὰρ ἀληθὲς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀποστάσεις τὰς κατ' ἔκρουν. ὅπερ καὶ μάλιστα χρὴ σπουδάζειν, ἤτοι τὰς κατ' ἀπόθεσιν εἰς ἀμφότερα μέρη. δεύτερος γὰρ οὗτος σκοπὸς ἀποτυγχανομένου τοῦ κατ' ἔκρουν. Rursus, ἡ μὲν γὰρ εἰς ἐπικίνδυνα νοσήματα, καὶ τόπους ἀκυρωτέρους διαδοχὴ, ποτήριος. [7] οὐ δὲ εἰς χαλεπώτερά τε νοσήματα, καὶ τόπους κυριωτέρους. ὀλέθριος, οὕτω δὲ ἀποστάσεις, αἱ μὲν κατ' ἔκρουν ἀμείνους, αἱ δὲ κατ' ἀπόθεσιν, ἧττον ὠφέλιμοι. τούτων δ' αὐτῶν, αἱ μὲν πορρωτέρω τε τοῦ κάμνοντος τόπου, καὶ εἰς ἄκυρα μόρια πίπτοντος ἀγαθαί. αἱ δὲ ἐναντίαι τούτων, μοχθηραί.

[1] *Sectione secunda.* [2] *Sectione secunda.* [3] *Comm. 2. in librum Epid. 1.*
[4] *Comm. 1.* [5] *Comm. 3.* [6] *Comm. 1. in lib. 1. Epid.*
[7] *Comm. 3. in lib. 1. Epid.*

εἰσὶ μὴ τῶν ἀποστάσιες] Hic locus designat ἀποστάσεις κατ' ἀπόθεσιν, quas prioribus opponit. Fiunt autem quasi per repositionem & refusionem quandam humorum in ignobiles corporis partes. Corn. legisse videtur, ὅσαι μὴ τῶν ἀποστάσιες

πύγαι] πύγαι, strumas quibusdam, aliis tumores putrescentes significant. Antiqua vox & Hippocrati parum vsitata, qualis φύρεα & γογγρῶναι. Est & πάγος, rancor Paulo Æginetæ, & πάγειν Alexandro Aphrodisiensi, quum scribit, * τὰ ἐλαιώδη παλαιούμενα πάγειν ὑπομένει. In hac abscessuum doctrina pro quibusdam tumoribus accipi certum est, qui sua putredine in cutem erumpunt.

* *Lib. 2. natur. quæst.*

ἢ λοποὶ, ἢ μάδισις] λοπὸς, folium tenue, aut exilem corticem significat, qualis est cepæ tunica & arborum libri. Hîc desquamationẽ & squamam indicat, quæ in impetigine aut porrigine, affrictu decidit. λοπὸς, etiam Hippocrati lib. 2. περὶ ἄρθρ. extremam cutis superficiem significat, teste Gal. εὔδηλον δ' ὅτι τοῦ δέρματος τοῦτο τὸ ἐξωτάτω σκληρότερόν τε καὶ πυκνότερον, ὀνομάζει λοπόν. Vnus ex nostris codicibus, λοπὸν, non λοποὶ legit. μάδισις verò est capillorum defluuium, depilatio aut glabratio. Meminit Hippoc. lib. 3. Epidemiorum. † μάδισις τε ὅλης τῆς κεφαλῆς ἐγένετο καὶ τοῦ γενείου. μάδισις igitur non μάδησις, ex omnium nostrorum codicum consensu legendum.

† *In sta. post.*

ἀποστάσιες ἀθρόως ῥέουσαι] Dicuntur hîc ἀποστάσεις ἀθρόως ῥέουσαι καὶ μὴ ἡμιρρόπως, quæ conferto quodam impetu, non interrupto aut dimidiato, in totam corporis planitiem erumpunt. Qualia hîc ἐξανθήματα nominat, ψῶροι καὶ λέπρας. Sunt tamen ex eorum numero quæ κατ' ἀπόθεσιν fiunt. In cutem enim decumbunt, quæ sua vtilitate humorum sordes, veluti sibi affixas recipit, non autem effluxu quodam deponit. Addit autem ἀθρόως καὶ μὴ ἡμιρρόπως, vniuersalem & eum qui ex omnibus corporis partibus in cutem fit humorum impetum, indicans, qualis est in scabie. In cæteris verò humorum effluuiis, vnica videtur humorum reptatio, & in vnicum spiraculum libratio, etsi ex ductuum dignitate effatu digna fiat vacuatio. Atque hîc secutus sum omnium codicum texturam, qui hæc omnia inter sese iungunt. Si quis de his quæ κατ' ἔκροον abscedunt intelligat, ad insignes vacuationes referens, literam aliter distinguat necesse est. Cæterùm duo codices, vetus vnus, & alter recentior, ἡμίρροποι legunt. Porrò quod sequitur καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται, de his quæ in partem quandam, non autem totum habitum corporis decumbunt, intelligendum, qualia sunt exempla, ὀδόντες, ὀφθαλμοὶ, & qui in digitum confirmatus est abscessus.

ἢν μὴ ἀναξίως τῆς περιβολῆς τοῦ νόσου] περιβολὴ hîc morbi excretionem & depulsionem significat, cùm natura circum se quâ potest, in corporis partes morbum proiicit, & veluti circumfundit. Vtitur hâc dictione Hipp. lib. 1. Epid. † ἐξανθήματα μικρὰ, καὶ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων καὶ ταχὺ πάλιν ἀφανιζόμενα. Idem igitur significat ἀξίως τῆς περιβολῆς τοῦ νόσου, quod ἀξίως τῆς ἐκκρίσεως νόσου. Quædam namq; exemplaria lib. 1. epid. pro τῆς περιβολῆς, τῆς ἐκκρίσεως legunt, vt annotauimus. Cornarius ἀξίως legisse videtur. Nos nihil mutauimus, cùm opposita in eandem doctrinam cadant. Sunt autem quæ hîc significat ex eorum genere, quæ in morbis, μὴ κατὰ λόγον καὶ οὐκ ἀξίως fiunt, nec pro morbi dignitate leuant, quæ crebrò Hippocrati suspecta sunt. Hunc porrò locum ad abscessuum doctrinam absolutiorem exprimendam subindicare videtur Gal. Comm. 3 in Prorrh. cùm scribit: ἐμάθομεν δὲ παρ' Ἱπποκράτους εἰπόντος ἀγαθὰς ἀποστάσεις εἶναι ἀξίως τῆς περιβολῆς τοῦ νοσήματος εἰς τὰ κάτω τοῦ νοσήματος γινομένης, ὧν οὐδέτερον αἱ παρωτίδες ἔχουσι.

† *Sect. 2.*

Quæ per venas, aluum, neruos, aut cutem abscedunt, ad ossa, medullam dorsalem, aut alia quædam emissaria effluunt, qualia sunt, os, pudendum, aures, nares. Vteri affectus octauo mense iudicationem subeuntes, postridie velut in lumbos aut femur decumbunt. Interdũ verò ex tussi in testes, & in testem per

Ἀποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ διὰ κοιλίης, ἢ διὰ νεύρων. ἢ διὰ δέρματος, ἢ κατὰ ὀστέα, ἢ κατὰ τὸν νωτιαῖον, ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ἐκροάς. στόμα, αἰδοῖον, ὦτα, ῥῖνας, ἐξ ὑστέρης ὀκταμήνου τὰ τῶν κρίσεων, τῇ ὑστεραίῃ ὡς αἱ ἐς τὴν ὀσφῦν, ἢ ἐς τὸν μηρὸν, καὶ ἐς ὄρχιας ἐστί. ὅτε δ' ἐκ βηχέων, καὶ ὄρχις αὔξεις, ἐφ

A ἐφ' ἑωυτοῦ. βηχώδεες ἀποστάσιες. αἱ μὲν ἀνωτέρω τῆς κοιλίης, οὐχ ὁμοίως τελέως ῥύονται. αἱμορραγίαι λαῦροι ἐκ ῥινῶν. ῥύονται πολλά, οἷον Ἡραγόρεω οὐκ ἐγίνωσκον οἱ ἰητροί.

se solū. Quę in tussi abscedere nata sunt, si in superiore corporis parte, quę supra ventrem est, fiant, non æque perfectè leuāt. Sanguinis ex naribus eruptiones, quę liberales sunt & largæ, vt plurimum morbos soluunt. Quod in Heragora nō satis reputarunt medici.

ἐκροαὶ] ἐκροαὶ hic sunt spiracula, emissaria & effluuia per quæ abscessus expirant, velut effluxus quidam, qui dum per partes quasdam destinatas feruntur, morbos eluunt. Prius ἐκδοτὰς dixit effugia quædam, per quæ humores erumpunt. Hic enim sententiam quodammodo vniuersaliorem concludit, & auctario tullios & canales, per quos quæ abscedunt, corpus expurgant, indicat. Sic τὰς ἰκμάδας

B τοῦ ἐγκεφάλου ἐκροὰς vocat Gal. cerebri per quæ expurgatur emissaria. † Ex eodemq; fonte ἐκροὰς πνευματώδεας vocat corporis ductus per quos humores excluduntur. Hi enim arte naturæ in quauis ferè parte insunt præcipuè nobili, vt molestiam à se depellat. Qui ex vitiosa conformatione aut etiam infarctu conniueant, apprimè solicitandi sunt.

† *In Arte parua.*

ἐξ ὑστέρης ἐκταμένα] In abscessuum decubi[illegible]merat vteri affectus, qui octauo mense iudicati, in lumbos aut femur firmantur. An verò octauum mensem ab abortu, an ve[illegible]nceptu intelligat, statuere in re tam dubia non possum, in qua præsertim Galenus ipse hæreat, dum artis cognitioni, operam factitando medicam, experientiam rerum magistram in tam obscura rerum adumbratione, iungendam esse censet. Idem scribit vteri affectus iudicatoriorum dierum statutis & præfinitis circumscriptionibus definitos, atque solutionis ordine qui ab Hippoc. in Progn. describitur, iudicatos, aliquando verò in octauum & decimum mensem incidisse. An verò contingat vt octauo mense & decimo vteri affectus alio firmentur, vt in coxendicem, lumbos, ilia & femur, & qua de cau-

C sa id fiat, in quo Galeni fidem & diligentiam obstringo, [illegible] est quod quis meam requirere possit. Qui præsertim videat Galenum in his experientissimum, artis vsum desiderasse, nec sibi satisfecisse. Certum est, hunc librum cum sexto Epid. non esse scriptum πρὸς ἔκδοσιν, sed velut ὑπόμνημα quoddam ἐν διφθέραις καὶ πτυκτίοις, quæ sunt velut aduersaria quædam, exceptum. Atque adeò subesse multa quæ ex fortuito concursu, non vniuersali collectione, sed ex singulari quadam animaduersione concludant. In quibus aliquando iudicium suum interponit Galenus, aliquando velut in salebra hæret, idque post variam tam multorum interpretum mentem. Tantæ fuit molis viro acerrimo, in fœcunda seculorum beatitate & fecundo scriptorum flumine, Hippocratis sensa eruere. Qui tam longo interuallo à nobis velut fugitiuus excessit, vt iam redhiberi non possit, aut si redhibeatur ne agnosci quidem, cum ferè nullas ex tam numeroso fœtu genuinæ familiæ notas præ se ferat. Hic igitur locus ex valde obscuratis censeri debet, & ad sententiam primam lib. 6. Epid. referri. * Multa enim quæ in hoc lib. designata sunt & velut expressa, in sexto Epid. tractationem suam expediunt, propter tractationis & scriptionis commune vtrique genus. Quod itaque hic tantùm attingit atque delineat, illic fusiùs scribit his verbis, ἐκστάσιες ἐξ ἀποστάσιων· περὶ ὑστερέων καὶ οἰδημάτων ἐς ἐγκρυφθέντα τρίτον καὶ κατὰ τὰ ἔμβρυα αἱ ὀδύναι καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀπὸ ὑστερέων, ταύτῃσιν ἐν ἰσχίῳ

D ἢ ἄκρα μηρὸν ἐς ἰσχίον πλαδᾷ. Cuius sententiæ extremum hic tantum expressi se videtur. Hic igitur ἐξ ὑστέρης vteri affectus indicat, vt illic ὅσαι ἄλλαι ἀπὸ ὑστερέων. Huc autem locum istum referri debere satis indicant, quæ Gal. scribit de octaui & decimi mensis motionibus, ab interpretibus falsò vtero attributis, vbi & hunc locum designat. Quod miror ab interpretibus non præuisum, dum se exemplarium fide tutantur, & literam immutant. Galeni locus est initio 6. Epidemiæ'n. ὁμοίως δὲ τινὲς εἰσὶν ἀπιθανοὶ καὶ οἱ φάσι τὸ ἔμβρυον μηνὶ. καὶ τὸ ἐντεῦθεν τὰς ἀποκινήσιας τῶν ἐμβρύων ἔχειν. τὸ δὲ ἐφεξῆς διαπιπτεῖ παρὰ φύσιν, ὥσπερ ἄσης ὑστερίζειν ἀλλὰ μὴν, τὸ κατὰ φύσιν, ὥσπερ καὶ τὸ δεύτερον τῶν ἀποδημιῶν εἰρῆσθαί φασι, καὶ ἐκείνην τὴν λέξιν ἐν ᾗ φασι. τῇ ὑστεραίῃ, ἀντὶ τοῦ ὑστέρῳ χρόνῳ ἢ μηνί. Qui locus satis indicat nos genuinā scripturam retinuisse, & Hippocratis mentem indicasse. Etsi enim Galenus interpretes damnat, id tamen facit in causarum inuestigatione, quod motus quosdam naturales & præter naturam vtero attribuerent. Quod satis indicat illud ὁμοίως τινὲς εἰσὶν ἀπιθανοί. Deinde neque nos τῇ ὑστεραίῃ, ὑστέρῳ μηνὶ interpretamur. Quod scimus à Galeno cæteris interpretibus attributum & reprehensum. In quo (vt obiter dicam) mihi etiam lapsi videntur Galen. interpretes, qui ἀποστάσιας παρὰ φύσιν non rectè explicarint, cùm de tumori-

E bus præter naturam, aut abscessibus qui ex vteri vitiis in coxendicem decumbunt sumi debeat, vt ex Galeni mente, & interpretum quos idem reprehendit, sensu videre licet. An verò æquum sit post octauum aut decimum mensem vteri affectus in femur decumbere, consule Galenum, qui in obscura rerum ambage, certam experientiam requirit, & oculatam fidem. Quanquam enim id aliquando accidisse dicit: ex vteri tamen plurimis affectibus, in coxendicem firmatum abscessum, sed non in multis scribit. Solenne verò est Hippocrati in tota γυναικείων πραγματείᾳ, vterum in lumbos, ilia, fœmur & coxendicem decumbere. Quod etiam testatur lib. περὶ φύσιος παιδίου. Porro Cornarius longè aliter hunc locum legit, ἐξ ὑστέρης ἐκταμένα. τὰ τῶν κοιτῶν, &c. Nos in perpetua nostrorum codicum consensione nihil immutauimus, dum Hippoc. menti coniunctam lectionem retinuimus, & genuinam vetustatem redolere ex Galeno probauimus. * *Sect. 3.*

καὶ ἐς ὄρχιας] Hæc omnia simul iungo, & hunc sensum elicio: In tussi interdum decubitum in vtrumq; testem, interdum in alterum per se fieri Non enim video quid aliud indicet, καὶ ὄρχις αὐτὸς ἐφ' ἑωυτοῦ. Hanc autem esse rerum naturam, vt in tussi vterq; testis aut alter tantùm intumescat, satis probauimus superioribus locis. Porrò quod sequitur βηχώδεες ἀποστάσιες ad vtrumq; referri potest, vt intelli-

F gat eos qui in testes fiunt decubitus, abscessus esse tussiculosos, si præcedentibus iungas. Nos quod coniunctum magis est secuti sumus, vetustissimum nostrum codicem cui plurimum fidimus, imitati. Idq; velut ex collatione intelligendum censemus, vt in tussi testium tumorem, & ea quæ infrà abscedunt, iis quæ in superiores partes decumbunt præstare dicat. Quod vniuersali illa approbata abscessuum notione satis confirmatur. Sic enim æquius visum est huc referre, quàm plausibilem illam & planè confectam sententiam eodem sensu retexere. Cæterum in tussi abscessus in superiores partes ferri testantur Hippocratis verba quæ scribuntur libr. 4. epid. τῶν παιδίων τῷ γαστέρες ταραχώδεες, καὶ βῆχες ξηραὶ ἐς ὦμον ἰσχὺν ἔπειτα ἀποπλήξει ἐν τῇσι βήξεσι τῇσιν ὑστέρῃσιν. Et rursus, ὡς δὲ τὰ ὦτα ὀναρχοῦντες, καὶ ἐπιπυρεταίνοντες ἐκρηγνύμενα περὶ ἰσχίον ἢ καὶ ὀσφύν. † Idem quoq; ex longa tussi abscessus in manus & lumbos secedere facit.

† *Ibidem.*

αἱμορραγίαι λαῦροι] Hæc continentur numero τῶν κρισίμων καὶ κενούντων, quod in cæteris quoque excretionibus iudicatoriis viden-

G dum est, si non pro morbi dignitate leuent. Sic Hipp. lib. 1. epid. liberalem sanguinis fluxionem febres ardentes soluisse scribit * ἐν δὲ τοῖσι καύσοισι τὰ παθήματα, οἷσι μὲν καλῶς καὶ δαψιλέως ἐκ ῥινῶν ᾑμορράγησε καὶ διὰ τούτου μάλιστα ἐκρίνετο, καὶ οὐδεὶς ἀπέθανε τῶν καλῶς αἱμορραγησάντων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα, φιλίσκον γὰρ καὶ Ἐπαμινώνδην καὶ Σιληνὸν τεταρταίῳ καὶ πεμπταίῳ σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν καὶ ἀπέθανον. Rursus paulò post de mulieribus, febribus laborantibus & hæmorrhagia solutis. τῇσι μὲν οὖν πλείστῃσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι γυναικεῖα ἐπεφαίνετο. ἔστι δ' ᾗσι ἐκ ῥινῶν ᾑμορράγησεν καὶ παρθένοισι πολλῇσι τότε πρῶτον ἐγένετο. ἔστι δ' ᾗσι καὶ ἐκ ῥινῶν καὶ τὰ γυναικεῖα πρὸς ἐπεφαίνετο οἷον τῇ Δαιθάρσεος θυγατρί, παρθένῳ ἐπεφάνη τότε πρῶτον, καὶ ἐκ ῥινῶν λαῦρον ἐρρύη. καὶ οὐδεμίην οἶδα ἀποθανοῦσαν ᾗσι τούτων τι καλῶς γένοιτο. Hæmorrhagia igitur copiosa & morbū leuās semper ab Hipp. cōmendatur. Quę verò defecta est & tantùm sanguinē e naribus stillat perpetuò, damnatur. Hinc illud Prorrhetici, μυκτὴρ ἀποστάζων ἐλέθριον Et in Hipp. doctrina celebrata στάξις & ἀπόσταξις. Qua de re alibi scribimus. Quid autem vtilitatis adferat sanguis copiosè effluens, quid etiā periculi denunciet qui infra modū manat, & velut e naribus stillat: Atq; adeò quàm prauæ sint excretiones, quæ infra modū subsistant, satis indicat Gal. in Prorrh. ″ τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ῥινῶν στάξις οὔτε ἀεὶ κακὸν σημεῖον, πλεῖστα τὰ κακία δηλοῦται τοῦ νοσήματος καὶ ἐν τῇ πεπαύτῃ τῶν ἡμερῶν γίνεται. φαίνεται γὰρ ἐγκεχειρηκυῖα μὲν ἡ φύσις ἀπορρίψαι τι κατὰ τὸ πλεῖον κακοχυμίαν ἠθροισμένον πλῆθος, οὐδὲ δυνα-

H μένη, παρὰ πολλὸν δ' ἐπὶ κακοῦ ἀπὸ τὴν σχέσιν τῆς οἰκείας ἐνεργείας. καὶ γὰρ διὰ σύμπτωμα καὶ ἐξαίθυσμα ταῖς τε δυνάμει τοῦ βάθους ἐξαιρῆσαι τὰ παλινδρομῆ. χαλεπώτατα πάντων ἐστί. καὶ οἱ ἀρξάμενοι μὲν ἱδρῶτες ἐνδεικνύονται ταυτὰ ὑπεροῦσι, καὶ ὅσοι μοχθηροὶ, καὶ τὰ διαχωρήματα δὲ ὁμοίως, ὅσα τε δι' αἱμορραγιῶν, ἢ μήτρας ἀπὸ γυναικῶν κενοῦται. πάντα γὰρ ταῦτα χείρω τὸ μηδ' ὅλως ἐπιφαίνεσθαι, ὅταν ἐσχάτως παύσηται. ἐνίοτε γὰρ συμβαίνει πίπτειν ἐπὶ τὰ λυποῦντα τὴν φύσιν, οὐδέπω τῆς ἀποκρίσεως αὐτοῖς ἠργασμένης. τὸ δ' ἀρξάμενον μὲν ἀδύνατος καὶ παύσασθαι, ὡς πρὸ ἑρμηνείας εὐσφαλῆ, τῆς φύσεως ἐκκρίνειν τὰ λυποῦντα ἀσθενούσης, καὶ ὅπως δεῖ ἀπωθεῖν, μὴ δυναμένης ὁ περιοδευτὴς κατηγορήσει. Rursus ἐπὶ τοῦ νοσοῦντος ἐπὶ καὶ τοῦτο τοῦ κατ' ὀλίγον μοχθηρὸν ἐστὶ σημεῖον, ἀποκρίνεσθαι σμικρὰ, εἴθ' αἷμα διὰ μυκτήρων, εἴτε κάτω διὰ τῆς γαστρὸς, εἴτε δι' ἱδρώτων ὅπως περί σώμα ταῦτα δὲ οὐ κατὰ τὸ ἰσότατον ἐστὶν, καὶ τὸ διὰ μήτρας ἐκκενουμένων οὐδὲν γὰρ τὸ κρίσιμον σμικρὸν ἐκκενούσης περιέχει, ἀλλὰ πάντα τὰ οὕτω κενούμενα, δηλοῖ ἐπεγείρειν, ἢ μὴ στερούμενα διὰ τὸ πλῆθος ἀποχεῖσθαι τὸ πεπονθότι μορίῳ, ἢ τῇ φύσεως

* *Sect. 3.* † *Comm. 1.* ″ *Comm. 2. in Prorrh.*

ἀσθένειαν ἐνδείκνυται, προσηκούσης μὴ ἐκκρίνοι τὰ πολλὰ, μὴ δυνηθείσης δέ. Hic igitur locus celeberrimus est in tota Hippoc. πραγματείᾳ. Et hunc Galenus significat in lib. 1. epid. in Metonis historia, cùm scribit: * ὅτι ὁ ἄρρωστος μαρτυρεῖ τῷ κατὰ πολὺ τόδε, αἱμορραγίαι λάβρως ἐκ ῥινῶν ῥύονται τὰ πολλά. φαίνεται γοῦν ὑπὸ μόνης αἱμορραγίας κριθεὶς, καί τοι γ' ἐπὶ ἐπικίνδυνα ἔχων σημεῖα. Quod facit vt τὰ πολλὰ melius legi arbitrer, istumq; locum vniuersalem quandam præceptionem in excretionum disciplina continere existimem, potiùs quàm ad ἐκχύσεις ἀποστάσεις referri quod quidam existimarunt, huc referentes aph. 15. lib. 6. epid. sect. 1. vbi scribitur, λύσεις δ' αἱ καὶ αἷμα ῥυὲν, μᾶλλον δὲ τοῖσι τελειοτέροισιν ἐπιφαίνεται. * *Comment.* 3.

Quibus voces natura sunt asperæ, iis linguæ sunt subasperæ. Quod idem vsu venire solet in iis aspredinibus, quæ ex morbis contingunt. Hoc igitur habent, quæ natura non autem ex morbo duræ sunt. Molles verò ad noxiam & vtilitatem tardiùs quàm prior illa natura transeunt. Videnda quoq; veniunt, quæ ex viuendi ratione oblonga sunt capita, & ceruices quę ex his quę in pronum fiunt inflexionibus longæ sunt. Venarum etiam capacitas & crassitudo, quæ ex eadem causa fit, consideranda est, & coarctationes & latitudines, breuitates & exilitates. Et quibus contrariis ex causis venæ latæ, iis ventres & ossa lata quoque sunt, gracilesq; existunt, quibus repugnant obesi & pingues. Ex his quoq; videndi sunt, quinam ad inediam moderatè se habeant, & quæ fiunt adauctiones, quidnam cuique detrahant, & quidnam diminutiones adaugeant, & quænam cum his quæ augentur simul increscant aut firmitudinem & robur capiant. Videndæ etiam quænam sint venarum inter se distantiæ & intercapedines.

Τὰς φωνὰς οἱ τρηχέας φύσει ἔχοντες, καὶ αἱ γλῶσσαι ὑποτρηχέες. καὶ ὅσαι τρηχύτητες ὑπὸ νούσων ὡσαύτως. αἱ οὖν ἐοῦσαι σκληραὶ τῇ φύσει καὶ ἄνοσοι τοῦτ' ἔχουσιν. αἱ δὲ μαλθακαὶ καὶ βραδύτεραι ἐς ἀμπωλίην, ἢ χρηστὸν, ἢ ἀρχαίην. σκεπτέον καὶ τὰ ἀπὸ τῶν διαιτέων τὰ μακροκέφαλα, μακραύχενα ἀπὸ τῶν ἐπικυψίων. καὶ τῶν φλεβῶν ἡ εὐρύτης καὶ παχύτης ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. αἱ στενότητες καὶ πλατύτητες, αἱ βραχύτητες, καὶ λεπτότητες. καὶ ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ὧν αἱ φλέβες εὐρεῖαι. καὶ αἱ κοιλίαι, καὶ τὰ ὀστέα εὐρέα. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ λεπτοὶ, οἱ δὲ πίονες τἀναντία τουτέων. καὶ ἐν τοῖσι λιμαγχικοῖσιν αἱ μετριότητες ἀπὸ τουτέων σκεπτέαι, αἱ προσαυξήσιες ἑκάστῳ ἃ μειοῦσι. καὶ αἱ μειώσιες ἃ προσαυξοῦσι. καὶ τοῖσι προσαυξέσιν, ὁποῖα συμπροσαύξεται, καὶ ὁποῖα συγκρατύνεται. καὶ διασφάξιες ποῖαι κοιναὶ τῶν φλεβῶν.

τὰς φωνὰς] Hic totus locus naturarum cuiusq; cognitionem præ se fert. Videtur enim Hippocr. quasdam corporum affectiones, ex quibus tota facultatum naturalium temperies & essentia eruitur, designare. An verò ea ad aëris populariter vitiati conditionem, & ad vulgò grassantes morbos referat, vt supra numeratum cœli statum contingant: id non temerè dubitari possit. Quemadmodum lib. 1. epid. * notas quasdam adfert, quibus tunc conflictatas naturas cognoscamus. Inter quas μελανότριχας, ἰθύτριχας, μελανοφθάλμους, ἰσχνοφώνους, τρυχυφώνους, τραύλους, ὀργίλους enumerat. Idem quoq; lib. 3. epid ** φωνὰς κεκαυμένας καὶ κατειλημμένας scribit: Quòd par esset in temperie cœli calida & humentiore partes spiritales & cerebro subiectas plurimùm affici. Sic in hac putrilaginis conditione resiccatis & concalfactis animæ ductibus & vocis instrumentis, subasperiores & grauiores voces fiebant. Hæc tamen quia quandam vniuersitatis notionem habent, naturarum generale videtur esse specimen. Vocis autem asperitas ex resiccationis inæqualitate oritur (vt scribit † Galenus) spirituum vias exasperante, quæ si plus æquo increscat, κατάξηρον φωνὴν: si verò intra auiditatis humoris & salivationis terminos subsistat, διατραχεῖαν φωνὴν efficit, quæ sunt celebria †† Hipp. nomina. Quæ verò hìc τραχεῖαι scribuntur, ex earum genere esse videntur, quæ Latinis graues & asperæ dicuntur. Quæ cùm spirituosarum partium capacitatem, robur, & confertam animæ efflationem indicent, calidi natiui essentiam & vires arguunt. Atq; vt hæ pro caloris organa ampliantis copia variant, ita & in ætatis commutatione apparent ὅταν ἀφροδισιάζειν ἀρχόμεθα ἢ τραγίζειν, vt scribit ††† Hippocr. Tunc enim calidi natiui coagmentatione, interna omnia viscera fouentur, capacitates fistulantur & intumescunt, atq; adeò vox ipsa ingrauescit. Quæ semper in viris grauiore quodam sono, copiosam caloris vim indicat. Vnde πολύθερμοι μεγαλόφωνοι ab Hippoc. dicuntur lib. 6. epid. °Ex quo facilè coniecerim hìc ab eo σκληρὰς voces vocari, quæ virilitatem & corporis firmitudinem consequuntur, vt μαλθακαῖς opponat, quæ molles, eneruatas & velut elumbes voces significant. Ac ne id quidem sine translatione, quemadmodum & antiquis dictæ sunt μίλιναι(?) καὶ λεῖαι φωναὶ, vt testatur Galen. in Prorrh. °° μαλθακαὶ igitur φωναὶ ὀξυφώνους καὶ λεπτοφώνους significat, qui (quanquam inter se differant) calidi tamen interni penuriam indicant, vt scribit °°° Galenus lib. 1. epid. Possunt & τραχεῖαι raucedinem quandam & crassitiem præ se ferre, quæ inæquali humorum in fauces prolapsu, asperitatem quandam habent. Quod maximè in hoc aëris statu cōtingebat. Hoc igitur virilis & valentioris naturæ signum est, illud effœminatæ & succumbentis indicium. Porrò monet Hippocr. non tantùm genuinam & innatam temperiem considerandam esse, sed ascititiam & ex ratione viuendi inductam, videndam, quæ in nos plurimum habet iuris. Quod satis indicant, τῇ φύσει καὶ ὑπὸ νούσων & σκληραὶ τῇ φύσει καὶ ἄνοσοι. & τὰ ἀπὸ τῶν διαιτέων τὰ μακροκέφαλα.

* *Sect.* 3. ** *Instat. pest.* † *In Arte parua.* †† *Gal. Comm.* 1. *in Prorrh.* ††† *Lib.* 6. *epid.*
°*Sect.* 3. °° *Comment.* 1. °°° *Comment.* 3.

αἱ οὖν ἐοῦσαι σκληραὶ] Durum etsi de tactilium qualitatum genere dicitur, hìc tamen ad voces transfertur vt molli repugnet. Sunt igitur duræ voces quæ ex calore & duritie, magnaq; instrumentorum capacitate fiunt, quæ grauibus comprehenduntur: vt molles, quæ vocis exilitatem, instrumentorum tenuitatem, mollitudinem & angustiam significant. Quemadmodum verò, illud in viris ita hoc in mulieribus aut euiratis deprehenditur. Quòd autem scribitur τοῦτ' ἔχουσι obscurum est an asperitatem in duris vocibus requirat, vt quæ voces duræ dicuntur, ex aspredine contingant. Quod etsi verum est, potest tamen anni tempus quo grassati sunt hi morbi, in quibusdam naturis circumscribi, vt intelligas eos demùm plurimùm conflictatos, qui sub asperas & duras voces habuerint, quales in viris insunt. Quæ cum ex spirituum & caloris copia contingant, plurimam subesse calidam & humidam materiam necesse erat, vt temporis humentis & calidi accessione, magna putrilaginis soboles concitaretur. Mulieres verò & frigidiores naturas quibus sunt molles & exiles voces, parum huic noxiæ affines fuisse scribit, quod optima cautione, hoc est frigidiore innato temperamento sese ab aëris iniuria vindicarent. Si quæ verò in hos morbos deciderent, vt iis contingebat quæ paulò calentiore & humētiore sanguine abundabant, eo ob virium defectum præsens subibant discrimen, atque vix leuabantur. Atq; id est quod scribitur, αἱ δὲ μαλθακαὶ καὶ βραδύτεραι ἐς ἀμπωλίην ἢ χρηστὸν, ἢ ἀρχαίην φύσιν. Priorem enim naturam eam intelligit, quam priùs enumerauerat in vocibus subasperis & duris. Quæ si vitio aut humorum confluxu vias constringente, in molles transibant, iam desciscebant à genuina illa natura, & periculo magis erant obnoxiæ. Atq; adeò ἀρχαίην φύσιν sæpè vocat Hippoc. primam illam & genuinam naturam, quæ ex recessu in ea quæ præter naturam sunt, velut ex repugnantia quadam intelligitur, vt videre est ex his Hipp. verbis quæ priùs aperuimus. ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχαίης φύσιος τὰ ἐναντία ῥέποντα Porrò hoc in loco variant nostri codices. vnus enim ex recentioribus pro τοῦτ' ἔχουσι, ταῦτ' ἔχουσι legit, & illud αἱ δὲ μαλθακαὶ, οἷσι δὲ scribit. Alter verò ἤτοι δή.

καὶ τὰ ἀπὸ τῶν διαιτέων μακροκέφαλα] Ex præcipuis corporis partibus tota temperies facilè æstimatur, & vniuersa σημειώσεως doctrina, ex partium delineatione ad vniuersalem naturæ notionem progreditur. Sic non insolenter Hippocrates ex cerebro proprias corporis affectiones elicit, quòd huius proba efformatio & naturæ conueniens, tanquam probè iacta fundamenta, solidam corporis molē stabiliat & firmet. τοῦ γὰρ αἵματος (vt inquit [1] Galen.) ἐξ οὗ διαπλάσσονται τὰ κατὰ τὴν κεφαλὴν ὄντος πολλοῦ τε καὶ εὐχύμου, καὶ τὴν ζωτικὴν δύναμιν τὴν ἐκ καρδίας ἐπιδεξαμένου ὁρμᾶσθαι, καὶ τὴν φυσικήν τε καὶ θρεπτικὴν ὀνομαζομένην, τὴν ἐξ ἥπατος ἡμᾶς ἐπιρρεῖν ταῖς φλεψὶν, εὔλογον ὑπάρχει. εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἰσχυρᾶς· καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ ζώῳ τὰ οἷον θεμέλια τοῦ παντὸς σώματος ἀναγκαῖον εἶναι γενναῖα. Quod item factitauit [2] Hippocr. libro 6. epidem. id rursus hoc loco monet, vt ex cerebri, capitis, ceruicis circumscriptione totum temperamentum inuestigemus. Cæterùm ob longa

capita

A capita, quod capitis rotunditatem & cœlum (vt cum Plinio loquar) labefactent, vitio sunt, quia in hac elongatione capacitas non infit libera, quæ ventriculos cerebri & motionis vitalis officinam sua libertate defraudet. Vt nec thoracem satis est prælongum esse, nisi & amplitudinem adiungas, quæ libera viscerum septa & indefatigatas calidi natiui operas liberaliter foueat. Vt verò non semper crassum caput, sic nec oblongum quidem vitio est, dum nostri opifex, efformatricis operæ robur indicaret, quæ materiæ vbertatem tam apposité elocat, vt in nullo defecta esse videatur. Quod in φοξαῖς κεφαλαῖς videre est, quæ vt non omni ex parte vitio vertuntur, sic & in oblongorum capitum numero quodammodo inserenda sunt. Tantum verò abest vt semper damnanda fuerint oblonga capita, vt etiam quibusdam æstimationis & generositatis locum obtinuerint, vt scribit Hipp. libro qui vulgò περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων, inscribitur, ex Galen. verò sententia περὶ οἰκήσεων καὶ ὑδάτων καὶ ὡρέων καὶ χωρέων inscribi debet. Hippocratis de Macrocephalis verba sunt, αἱ γὰρ ὧραι αἱ μεταλλάσσουσαι τῆς μορφῆς τὴν φύσιν, εἰσὶ διάφοροι, ἣν δὲ διάφοροι ἔωσι μέγα σφῶν αὐτέων, διάφοροι καὶ εἴδεες γίνονται τοῖς ἀνθρώποις. καὶ ὀλίγα μὲν ὀλίγον διαφέρει τῶν ἐθνέων, παραλείψω. ὁκόσα δὲ μεγάλα ἢ φύσει ἢ νόμῳ, ἐρέω περὶ αὐτῶν ὡς ἔχει. καὶ πρῶτον περὶ τῶν μακροκεφάλων.

B τούτων γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλο ἔθνος ὁμοίως τὰς κεφαλὰς ἔχον οὐδέν. τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν, ὁ νόμος αἰτιώτατος ἐγένετο τοῦ μήκεος τῆς κεφαλῆς. νῦν δὲ καὶ ἡ φύσις συμβάλλεται τῷ νόμῳ. τοὺς γὰρ μακροτάτην ἔχοντας τὴν κεφαλὴν γενναιοτάτους ἡγέονται. Porrò quod hic additur ab Hippocrate, ἀπὸ τῆς διαίτης, cautionem significat adhibendam in naturarum dignotione, vt innatas & genuinas ab assumptis & acquisititiis secernamus. Quædam enim capita naturali efformatione oblonga sunt, quædam etiam industria & consultò, idq; ex consuetudine, vt eodem quoq; libro scribit Hippocrates, ἔχει δὲ περὶ νόμου ὧδε, τὸ παιδίον ὁκόταν γένηται, τάχιστα τὴν κεφαλὴν αὐτέου ἔτι ἁπαλὴν ἐοῦσαν μαλακοῦ ἐόντος, ἀναπλάσσουσι τῇσι χερσὶ, καὶ ἀναγκάζουσιν ἐς τὸ μῆκος αὔξεσθαι, δεσμά τε προσφέροντες, καὶ τεχνήματα ἐπιτήδεια, ὑφ' ὧν τὸ μὲν σφαιροειδὲς τῆς κεφαλῆς κακοῦται, τὸ δὲ μῆκος αὔξεται. οὕτως τὴν ἀρχὴν ὁ νόμος κατειργάσατο, ὥστε βίαιον τὴν φύσιν γενέσθαι. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, ἐν φύσει ἐγένετο, ὥστε τὸν νόμον μηκέτι ἀναγκάζειν. ὁ γὰρ γόνος πανταχόθεν ἔρχεται, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς τοῦ σώματος, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός. εἰ οὖν γίγνονται ἐκ τε τῶν φαλακρῶν φαλακροὶ, καὶ ἐκ γλαυκῶν γλαυκοὶ, καὶ ἐκ διεστραμμένων, στρεβλοὶ, ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος. καὶ περὶ τῆς ἄλλης μορφῆς ὁ αὐτὸς λόγος, τί κωλύει καὶ ἐκ μακροκεφάλου μακροκεφάλους γίνεσθαι. νῦν δὲ ὁμοίως οὐκ ἔτι γίνονται ὡς πρότερον, ὡς γὰρ νόμος οὐκ ἔτι ἰσχύει, διὰ τὴν ὁμιλίην τῶν ἀνθρώπων. περὶ μὲν οὖν τούτων οὕτως μοι δοκεῖ. Porrò capitis conformationi

C ceruicis quoq; æstimationem iungit, quòd dorsalis medulla ex cerebro tanquam caudex neruorum propaginem fruticans, originem sumat. Illinc enim ex corporis firmitate & robore certissimum iudicium sumpseris, cùm motus & totius corporis actio in neruos redundet. Quò fit vt capitis celaturam, ceruicis & reliquarum partium forma consequatur. Vnde ab [1] Hippocrate scriptum est οἱ φοξοὶ οἱ μὲν κρατεραύχενες ἰσχυροί. Benè enim constitutum caput, ceruicis latitudo & torositas sequitur. Paruum verò, vertebrarum tenuitas, oblongum, ceruicis longitudo. Ex quibus quænam sint neruorum & totius molis vires, facilè conijcias. Oblongam autem ceruicem, quod neruorum coarctationem & tenuitatem, ideoq; debilitatem significet, vitio verti satis indicat amplæ & breuis ceruicis bonitas, qua torosos commendamus, vt robustos & firmos, & Gal. scribit lib. 6. Epid. [4] vbi κρατεραύχενας & μακραύχενας interpretatur. κρατερὸς μὲν αὐχὴν ὁ ἰσχυρὸς ὀνομάζεται, διὰ πληρέστατα [illegible] ὁ δὲ τοιοῦτος καὶ εὐμεγέθης, μακροὶ δὲ αὐχένες, οὐχ ὅπως [illegible] ἀλλὰ καὶ μοχθηροὶ [illegible] πλατὺ [illegible] μακρόν. Quin & vulgò hebetes, stupidos, molles, & ad quæuis munia ineptos, longa spina infamamus, ex ceruice ingenium æstimantes, quemadmodum etiam diuus Paulus Iudæos σκληραυχένας vocauit. Porro in ca-

D pitis æstimatione ceruicis conformationem considerandam esse, quod hic & lib. 6. Epid. fecit Hippocrat. scribit [5] Galenus, dum laudabilem capitis figuram describit, ex qua in deuia facilè deducaris licet. Eius verba sunt, ἡ μὲν οὖν μικρὰ κεφαλὴ μοχθηρᾶς ἐγκεφάλου κατασκευῆς ἴδιόν ἐστι σημεῖον, [illegible] ἀγαθὸν σημεῖον [illegible] σχήματι [illegible] ἀγαθὸν τοῦτο σημεῖον. [illegible] ἰσχυρὰ [illegible] σχῆμα κεφαλῆς [illegible] σφαῖραν [illegible] ἔμπροσθεν, δεύτερα δὲ [illegible]. At verò quia ad capitis commendationem sequitur ceruicis & totius neruosi generis delineatio, ex quibus tanquam ex vero specimine possis rem totam æstimare: maximè adhibenda est diligentia, vt posticum, cerebrum & cerebellum ipsum consideres, & quænam huius forma sit maximè commendabilis, & quænam eminentia non sit ex-

E plodenda, intelligas. Inde enim tanquam à radice dorsalis medulla velut caudex erumpit, quæ in vniuersum corpus diuersos stolones emittit. Huius te cautionis admonet Galenus lib. 6. Epid. [6] [illegible] γίνεται κεφαλή. [illegible] αὐξήσεως ἢ μειώσεως [illegible] ἀνόμοιον [illegible] κεφαλῆς [illegible] ἰσχυρὰς [illegible]. Idem quoq; in Arte parua, [illegible] οἷς ἄλλοις [illegible] αὐτοῦ [illegible] ἐγκέφαλον ὁμοιοῦσιν.

F [illegible]. Ex his igitur Galeni verbis, capitis, probam aut vitiatam figuram, & eam quæ est capitis ad ceruicē habitudinem, quiuis intelligere poterit. Quæ ideò adduximus, quò Hippocrates in naturarum temperie, capitis & ceruicis meminerit, vt coniunctam cum Hippoc. doctrina Galeni assensionem ostenderemus. Porrò quod addit ἀπὸ τῆς ἐπιπολῆς eiusdem est notæ, ac cætera quæ ascititiam naturam significat. Est enim ἐπίκλισις, ex toto ferè genere quod Hippocrates lib. περὶ ἄρθρων [illegible] aut κύφωμα vocat. Nos eas quæ in pronum fiunt inflexiones, vertimus, non inclinationes simpliciter quod illud aph. 26. lib. 3. [illegible], inclinationes, [7] Celsus vertetit. At verò quæ ex eiusmodi assuetudine vitia fiunt, congenitis malitia cedunt: quod etiam in reliquis temperamentorum notis maximè videndum est, vt scribit Galenus lib. de Temp. [8] [illegible] φύσεις εἰσὶ τὰ ἔθη.

[1] *Comment. 1. in 6. epid.* [2] *Sectione 1.* [3] *Lib. 6. epid.* [4] *Comment. 1.*
[5] *In Arte parua.* [6] *Comment. 1.* [7] *Cap. 1. lib. 2.* [8] *Lib. 2.*

G καὶ τῶν φλεβῶν ἡ εὔρυτης] Hic locus in tota κράσεως διαγνώσει admodum est celebris. Ex vasorum enim habitudine & totius solidi eminentia, facilè est de hominis ingenio statuere. Cùm igitur sanguis ipse, in quo maxima est vitalitatis portio, per venas velut per riuos, in totum corpus ad naturalis auiditatis sensum effluat: necesse est ex vasorum capacitate aut angustia illius copiam & efficaciam æstimari. Quibus igitur sua copia sanguis & magna spirituum efferuescentia venas inflat, hi ab Hippocr. φλεβώδεις dicuntur, quòd φλέβας εὐρείας habeant, vt idem interpretatur lib. 6. epid. [*] Atque eos ἐξωφθαλμώτερους esse censet, naturam totam ex venarum tumore diiudicans. Calentiorem enim temperiem in magna calidi inauctione non temerè fieri iudicandum est, atq; inde ampliores venas, cùm calidi sit velut propria actio, ampliatio & intumescentia. Quod apertè testatur Galenus lib. de temp. his verbis: [†] [illegible] ἄνθρωποι [illegible] Ἱπποκράτης. [illegible] εὐρυτέρας ἔχουσι τὰς φλέβας [illegible] ψυχρότεροι. [illegible]

H [illegible] παχυτέρα, λεπτότης [illegible] εὐρύτητι φλεβῶν. Quæ causa est vt hi ferè demum sint graciles aut εὔσαρκοι non πιμελώδεις & obesi, quibus venarum tumor apparet. Quod calidi continuam eius quæ in sanguine est dulcedinis depastionem significat. Quæ omnia in obesis & angustorum vasorum naturis secus eueniunt, vt scribit Galenus: [illegible] ζῷα πολλάκις εὑρίσκεται πιμελωδέστερα. [illegible] Cæterò quod hic scribitur ab Hippocrate gracilibus amplā esse venarum capacitatē, obesis verò angustā, multis locis consentit cum Galeni doctrina, præcipuè lib. de Temp. & Comm. in Aph. 44. lib. 2. [illegible]

[*] *Sect. 5.* [†] *Lib. 2.*

διὰ τοῦτο καὶ αἷμα, καὶ πνεῦμα παντελῶς ὀλίγον ἔχουσιν, ὡς ἐπειδὰν περιέρχονται κατὰ τὴν ἡλικίαν, ταχέως αὐτοῖς ἐπὶ μικρᾷ προφάσει ἡ ἔμφυτος θερμασία διαφθείρεται. οἱ δὲ ἰσχνοὶ ταύτῃ μὲν οὐ κινδυνεύουσι. τῷ δὲ διακείσθαι τὰ κύρια μόρια μηδὲν ἔχοντα περίβλημα, περὶ τῶν ἔξωθεν αἰτιῶν ἑτοίμως βλάπτονται. εἰσὶ μὲν τοι φύσει μὲν ἦσαν σύμμετροι, διαίτῃ δ' ἀργοτέρᾳ χρησάμενοι, παχεῖς ἐγένοντο. τούτοις εἰ καὶ σαρκὸς καὶ πιμελῆς ἐπετράφη πλῆθος, ἀλλ' εὐρεῖαι αὐτοῖ φλέβες εἰσὶ καὶ αἱ ἀρτηρίαι, καὶ διὰ τοῦτο μείζονα ἔχουσι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν. Quem quidem locum integrum appoſuimus, quòd mirè huic loco quadret, genuinam naturam ab externa & aſſumptitia diſtinguens. Idem quoq; lib.6.epid. [1] in gracilibus ſanguinis copiam ineſſe probat, vbi de muliere extenuata agit, cui propter menſtruæ purgationis ſuppreſſionem, tribus diebus plus quàm tres ſanguinis libras eduxit. Et paulò poſt vbi φλέβας διαφανέας interpretatur. [2] Plinius quoq; obeſis minus copioſum ſanguinem eſſe ſcribit, quoniam abſumatur pingui. Quod & ſcribit Celſus libro ſecundo: [3] Intereſt (inquit) inter corpus valens & obeſum, inter tenue & infirmum. Tenuioribus magis ſanguis, plenioribus magis caro abundat. facilius itaq; illi detractionem eiuſmodi ſuſtinent, celeriuſq; ea, ſi nimium pinguis eſt aliquis, affligitur. Quibus efficitur vt ex his notis facilè in naturæ cognitionem deducamur, & pro ſanguinis portione & affectione, animantis æſtimemus ingenium. Animalium enim fortiora quibus ſanguis craſſior, ſapientior quibus tenuior, timidiora quibus minimus, at quibus nullus hebetia. Quibus verò multus & pinguis iracunda. Item gracile corpus infirmum, obeſum hebes eſt, vt ſcribit Celſus ex Hippocrate.

[1] *Comment.3.* [2] *Lib.11.cap.38.* [3] *Cap.10.*

καὶ ἀπὸ τῶν ἐναντίων] Cornarius ad ea quæ præcedunt, retulit, & iis adiunxit. Nos nihil immutamus & ſequentibus apponimus, vt στενότητι βραχύτητι καὶ λεπτότητι φλεβῶν opponatur, atq; de vaſorum amplitudine intelligatur, quæ cum iis pugnantes habet cauſas.

οἱ δὲ πίονες] πίονες dicuntur obeſi & præpingues, quos alibi Hipp. παχέας σφόδρα vocat. Eſt autē πῖον quæ in ſanguine eſt dulcedo, ex qua alimur & deperditas naturæ vires reficimus, continuam calidi depaſtionem perpeſſæ: alimenti benigna illa & ſucculenta portio quæ partibus nutriendis agglutinatur, & in ſanguine innatat. Calidis verò naturis aduſtione in amaritiem vertitur, frigidis congelatione condenſatur in pinguedinem, vt ſatis apparet ex loco ſuperiore annotatione à nobis adducto ex lib.2. de Temp. † & ex Hipp. verbis lib.6.epid. τὸ χολῶδες ἀπὸ πίονος. Et rurſus †† οἷσι τὸ μὲν πῖον χολὴ ξανθή. Eſt igitur πῖον illud pingue & dulce quod in bilem vertitur in calidis naturis, vt ſcribit Gal. ††† πίονα ἀκούσεον οὐ μόνον τὸ λιπαρὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ γλυκὺ καὶ ὅλως τὸ ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἡδύ. μόνοι γὰρ οἱ παρὰ φύσιν διακείμενοι, πικροῖς καὶ στρυφνοῖς, καὶ ὀξώδεσιν ἐδέσμασι χαίρουσιν. οἱ δὲ κατὰ φύσιν ἔχοντες καὶ ἀδιαφθώτοι, τά τε λιπαρὰ καὶ τὰ γλυκέα καὶ τὰ μηδεμίαν ἔχοντα ἰσχυρὰν ποιότητα, μεθ' ἡδονῆς προσφέρονται. πάντ' οὖν τὰ τοιαῦτα τὸ πῖον ἐστὶν ἐν τροφῇ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πίονα ἀρούρας, καὶ λιπαρὰν χώραν εἰρήκασι πολλοὶ τῶν παλαιῶν, ὅπερ ἐνδεικνύμενοι διὰ τῶν προσηγοριῶν τούτων ὑπάρχειν αὐτῶν τὸ ὑγιαίνειν ἡμῖν ἀμέμπτως ἐσθιομένων καρπῶν. Quod repetit ſcribens, †††† ἐπὶ τὸ πῖον οὐ μόνον ἐπὶ λιπαρὸν καὶ πιμελῶδες εἰρῆσθαι χρὴ νομίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ γλυκέος παντὸς, ὡς περιλαμβάνεσθαι τῷ λόγῳ, καὶ τὸ μέλι καὶ τὸ σίραιον, ἐπὶ ψήφισμα καλοῦσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἕλληνες.

† *Sect.5.* †† *Sect.6.* ††† *Com.5.in lib.6.epid.* †††† *Comm.6.*

καὶ ἐν τοῖσιν λιμαγχικοῖσιν αἱ μετριότητες] μετριότητα habilitatem naturæ & aptitudinem ad ferendam inediam vocat. Qui enim anguſtas venas habent propter alimenti defectum, non ſine periculo famem tolerant. Quibus verò ex vaſorum capacitate liberalis alimenti copia ſuppeditat, iis longa cibi mora minimùm obeſt. Atq; adeò ex vaſorum capacitate famis tolerantiam ſpectari vult. Hanc μετριότητα moderationem vocat * Celſus, dum ſcribit initia morborum primùm famem ſitimq; deſiderant, ipſi deinde morbi moderationem, vt neq; aliud quàm expedit, neq; eius ipſius nimium ſumatur. Hunc porrò locum ſic interpretatur † Gal. εἰ δ' ἄν τις εἴη πιμελώδης τε καὶ παχὺς, καὶ τὰς φλέβας εὐρείας ἔχει, δι' ἔθος ὅστε οὐ φύσει πιμελώδης ἐγένετο. ὥσπερ εἰ καὶ στενὰς μὲν ἔχει τὰς φλέβας, εἴη δ' ἰσχνὸς οὐδ' οὗτος ἐξ ἀνάγκης φύσει τοιοῦτος. κἂν τοῖσι λιμαγχικοῖσι, φησὶ, τὰς μετριότητας ἀπὸ τούτων σκεπτέον, τῶν ἀγγείων δηλονότι εὐρύτητος δηλονότι καὶ στενότητος, οὐ τῆς ἄλλης ἕξεως ὅλου τοῦ σώματος. οἱ μὲν γὰρ στενὰς ἔχοντες τὰς φλέβας, ὀλιγοσιτοί εἰσι καὶ μακρὰς ἀσιτίας οὐ φέρουσιν. οἷς δ' εὐρεῖαι καὶ πλῆθος αἵματος, τούτοις ἐνεστι καὶ χωρὶς βλάβης ἀσιτῆσαι. Qui locus me impulit, vt Galeni lectionem ſequerer, & illud ἀπὸ τούτων σκεπτέον ſuperioribus iungerem. Dicuntur autem Hippocrati λιμαγχικοὶ, qui ſummam inediam ferunt, velut qui fame necantur quos λελιμαγχημένους vocat, eos ſignificās qui λιμοκτονίᾳ torquentur. Eſt autem λιμοκτονία ° Hippocrati ἡ παντελὴς ἀσιτία, quæ & λιμαγχία dicitur. Qua dictione vtitur Rufus °° ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν νεφροῖς παθῶν ſcribens: οὐ μὴν οὐς ἅπασαι αἱ λιμαγχίαι τούτοις συμφέρουσιν, ἦπερ τῶν ἄλλως φλεγμοναῖς, ἀλλά τι καὶ προσαρτέον, φυλάσσοντα τοὺς πυρετοὺς ἐπί τι χαλᾶσι, καὶ ἐπὶ ἐπιτείνουσι. Pluribus tibi hac de re ſatisfactum cupimus in noſtra OEconomia.

* *Cap.16.lib.2.* † *lib.2.de Temperam.* ° *Prorrh.2.& lib.de art.* °° *lib.de rat.vict.*

αἱ προσαυξήσιες] Hæ ſunt τῆς ἐπικτήτου φύσεως καὶ καθ' ἕξιν (vt loquitur Galen.) notæ, quæ non minùs quàm genuinæ & primæ videndæ ſunt. Multi enim à natura vitioſam adepti habitudinem ingenio & diligentia poſtea compenſarunt: vt contra multi felices naturæ dotes ſocordi vita & ignauia labefactarunt. Craſſis igitur & corpulentis ſucculenta carnea moles, quibuſdam etiam pinguitudo augetur, pro inſtituta victus ratione, atq; ita alterum alteri cedit, pro qualitatum ex quibus promouentur habitudine. Quibuſdam etiam vtrumque incrementa ſuſcipit. Quæ facilè intelliges ex Gal.lib. de Temp.2.

καὶ διαστάξιες] διάσφαξις vel διασφαγὴ interſtitium aut interſciſſionem, diſtantiam & intercapedinem ſignificat, & διασφαγῆς nomine in venarum diductione ſæpius vtitur, Hipp.lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. Hic igitur διάσφαξις φλεβῶν communem venarum inter ſe diſtantiam & diuortium ſignificat, quod in corpore venoſo & gracili facilè apparet, in corpulento aut obeſo ægerrimè, non ſecus ac in mollibus. Atq; ex huiuſmodi affectione reliquum corpus æſtimes licet, dum confluentis ſanguinis copiam ex riuorum frequentia diiudicabis, & (vt inquit * Celſus) vis corporis meliùs ex venis quàm ex ipſa ſpecie æſtimatur. Certum eſt autem quibuſdam numeroſiores eſſe venas pro cuiuſq; proprietate, dum tamen à naturæ ſcopo nihil in primarum venarum diductione aberret. Atq; ex hac venarum intercapedine, licet de corporis corpulentia & carne coniecturam ſumere, quæ nihil aliud eſt quàm venarum intertextura & plexus. Quod eleganter ſcribit Rufus ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων, his verbis: σὰρξ δὲ τὸ ἐν τοῖς σπλάγχνοις μεταξὺ τῶν ἀγγείων πῆγμα. ἄλλο ὕφασμα καὶ πλήρωμα τοῦ πλέγματος τῶν ἀγγείων, ὡς μὴ τὰ κενὰ μεταξὺ ᾖ καὶ τῶν μυῶν ἰνώδης, καὶ στερεὰ καὶ ἐπὶ τοῖς ἕλκεσι καὶ τοῖς κοιλώμασι τῶν ὀστῶν ἀποπηγνυμένη. Aliud verò quiddam ſonat διάσφυξις. lib. περὶ τροφῆς, cùm ſcripſit, αἱ τῶν φλεβῶν διασφύξιες.

* *Cap.10.lib.2.*

Quæ ad imum ventrem rupta fiunt ſi circa pubem accedunt, vt plurimùm ſtatim ſunt indolentia. Quòd ſi dextram vmbilici ſuperiorem partē attingat, dolorem & corporis iactationem afferunt, & ſtercoris per vomitum eductionem, velut etiam Pittaco accidit. Fiunt autem rupta ex plaga aut diruptione, aut alterius aſſultu. Quibus quod imum ventrem & cutem intercedit, inflatur nec quieſcit, iis color pallido multo ſuffunditur, ac velut ex albido palleſcit, quòd eorū omnium in hepate cauſa ſit, atq; hepaticis conflictētur. Quinetiam morbi regij qui ex hepate fiunt, colorem ſubalbidum habent, non ſecus quàm qui ex aquoſo hydrope aut pituita alba periclitantur. Qui verò ex ſplene fiunt tum morbi regij, tum hydropes nigricantiores ſunt. Sed & in ſubalbidis lenticoloribus vlcera pergrè ad cicatricem veniunt, ac cutis & labia diffinduntur, quod Antilocho & Aleuæ accidit. Id autem oritur ex ſalſuginoſi corporis humoribus, cùm in cutem à capite, maximè ex pulmone concalefacto, deciderit.

Αἱ τῶν ἤτρων ῥήξιες, αἱ μὲν περὶ ἥβην τὰ πλεῖστα ἀσινέες παραυτίκα, αἱ δὲ σμικρὸν ἄνωθεν τοῦ ὀμφαλοῦ ἐν δεξιᾷ. ὀδυνώδεες αὗται καὶ ἀσώδεες, καὶ κοπριήμεες, οἷαι καὶ ὁ Πιττακοῦ, γίνονται δὲ αὗται ἢ ἀπὸ πληγῆς, ἢ σπάσιος, ἢ ἐμπηδήσιος ἑτέρου. οἷσι δὲ μεταξὺ τοῦ ἤτρου καὶ τοῦ δέρματος ἐμφυσᾶται, καὶ οὐ καθίσταται, δὲ τὴν χροιὴν οἷαι δὲ πολυχλώρεον, τὸ, τε ἐκλευκοχροίου, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἥπατος πάντα τὸ τοιοῦτον. καὶ ἀπὸ τούτου ἡπατικὰ νοσήματα ἐν τούτοισι. καὶ ἴκτεροι οἱ ἀπὸ ἥπατος ἐς τὸ ὑπόλευκον, καὶ ὑδατοειδέες, οἱ λευκοφλέγματοι. οἱ δὲ ἀπὸ σπληνὸς μελάντεροι, καὶ ὕδρωπες, καὶ οἱ ἴκτεροι, καὶ αἱ δυσελκίαι τῶν ἐκλεύκων, τῶν ὑποφακωδέων, καὶ τὸ δέρμα καταρρήγνυται, καὶ τὰ χείλεα, οἷος Ἀντίλοχος καὶ Ἀλεύας, τὸ ἀπὸ τῶν χυμῶν τῶν ἐκ τοῦ σώματος τοῦ διαφόρου. ὅτι ὑπὸ τὸ δέρμα μάλιστα καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὅταν ἀπὸ τοῦ πλεύμονος διαθερμαίνεται.

αἱ τῶν

A αἱ τῶν ἦτρων ῥήξιες] ῥῆξις & ῥῆγμα Medicis carnosæ partis diuulsionem significat, vt passim testatur Gal. in Methodo * medendi. Quæ fit ἐκ βιαίας πληγῆς ἢ κατατάσεως, ἤ τινος ἑτέρας ἰσχυρᾶς κινήσεως. Hippocr. verò ex violento insultu, aut plaga, aut diuulsione fieri vult, quod interpretatur Gal. in aph. 22. lib. 6. διασπωμένου τε καὶ ῥηγνυμένου κατὰ τὸ σαρκῶδες αὐτοῦ μόριον τοῦ μυός, γίνεται τὸ ῥῆγμα scribens. ἦτρον autem, imum ventrem voco, quòd significet † Gal. τὸ κάτω χωρίον τῆς γαστρός, ὅπερ ἐστὶ μεταξὺ τῶν αἰδοίων καὶ τοῦ ὀμφαλοῦ. ὡς εἰς τρία τῶν διαιρεῖσθαι τὸ σύμπαν, ὑποχόνδριον, τὸ περὶ τὸν ὀμφαλόν, καὶ τὸ ἦτρον. Rufus etiam ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων scribit τὸ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, ὑπογάστριον καὶ ἦτρον. Quæ verò rupta ad imum ventrem fiunt, tutiora esse par est quàm quæ ad superiorem vmbilici partem ascendant, vbi sunt viscerum conceptacula. Quod autem de stercoris vomitu addit, qui ex tenuioris intestini inflammatione contingere potest, empirica est collectio Pittaci nomine insignita quod crebrum est Hippocr. dum aduersariorum suorum fidem, in raro rerum euentu à peculiari ægroti denominatione emendicat. * Lib. 4. † Aph. 35. lib. 2.

B οἷσι τὰ μεταξὺ τοῦ ἤτρου] Hæ sunt hydropis instantis notæ, ex quibus morbi periculum præsagias, per totam Hip. πραγματείαν sparsæ. Hic verò non secus videas huius morbi fomitem, quàm cùm Progn. dicit ἄρχονται δὲ οἱ πλεῖστοι ὕδρωπες ἀπὸ τῶν κενεώνων καὶ τῆς ὀσφύος, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. Meminit enim hîc hydropis qui ex splene contrahitur, quem etiam illic omiserat. Quorum omnium proprias notas & attributiones, ex prognostico requires. Quibus igitur flatus in imo ventre atque illius inanitatibus conceptus est, cum ilitorum dolore: si hæc neque remediis, neque tempori cedant, suspectum hydropem faciunt, vt scripsit Hipp. * ἐν τοῖσι στρόφοι καὶ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι, καὶ ὀσφύος ἄλγημα μὴ λυόμενον, μήτε ὑπὸ φαρμακείης, μήτ᾽ ἄλλως, εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται. Idem quoque in Coacis ὑπὸ ὀμφαλὸν πόνος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, φαρμακείῃ μὴ λυόμενα, ἐς ὑδεριώδεας ξηροὺς ἀποτελευτᾷ. Et rursus, οἷσιν ξηρὸν, ὑδεριώδεα σημαίνουσι. στρόφοι περὶ τὰ λεπτὰ ἐμπίπτοντες κακόν. Quæ Hippocr. signa refert Celsus lib. 2. ex quibus hydropem prædicit. Inquit enim, † Vbi dolor in imo ventre & coxis est, aqua inter cutem instat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri solet. Idem propositum periculum est his, quibus voluntas desidendi est, venter nihil reddit, nisi ægrè & durum, tumor in pedibus est, idemque modò dextra modò sinistra parte ventris mui-

C cem oritur atque finitur. Sed à iecinore id malum proficisci videtur. Eiusdem morbi nota est, vbi circa vmbilicum intestina torquentur (στρόφοι Græci nominant) coxæq; dolores manent eaq; neque tempore neque remediis soluuntur. Quibus ea quæ in Prognostico & Aphorismis scribuntur, expressit Celsus. Porrò aquæ inter cutem ex iecinoris vitio ortæ, colorem ex subalbido pallidum esse vult, vt & cæterorum omnium morborum, qui à scopo aberrantem & intra munia subsistentem, sanguinis officinam causantur. Quæ dum floridum sanguinem suo munere destituta operari nequit, serosum & aqueum alimentum partibus apponit, quod ὑπόλευκος alibi ab Hipp. vocatos facit. Quin & album colorem in ictero à pituita attribuit Hipp. ἐν τῷ περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν.
* Aph. 11. lib. 4. † Cap. 2.

ὑδατωτέμενοι] ὑδατωτέμενοι velut aquescentes dicuntur, qui in hydropem prompti sunt, aut qui tenuem & aqueum natura sanguinem habent, & in idem ferè recidunt. ὑδατώδεες Hipp. & Aretæo dicuntur. Hic hydropis genus efferre videtur, quod leucophlegmatiam ex pituita alba suffusum affectum, iungat. Eodem significato ὑδατωδέας mulieres vocauit Hipp. lib. 6. epid. quas (vt scribit Gal.) [1] ἔνιοι μὲν ἀκούουσι ταῖς ἐχούσαις ἐπιτηδείως ἀλίσκεσθαι τῷ κατὰ τὸν ὕδερον πάθει, τινὲς δὲ ταῖς φύσει λευκὴν καὶ ὑδατώδεα ἐχούσαις αἷμα. Leucophlegmatiam

D autem quandam esse hydropis sobolem, testatur Hipp. lib. περὶ παθῶν. γίνεται δὲ ὕδρωψ, καὶ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς ὅταν νοσήσῃ, καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος, καὶ ἀπὸ τῆς λευκοῦ φλέγματος, καὶ ἀπὸ δυσεντερίης καὶ λειεντερίης. Fusiùs autem illius originem & naturam ibidem aperiens inquit: φλέγμα λευκὸν ὅταν ἔχῃ, τὸ σῶμα οἰδεῖ τῷ λευκῷ οἰδήματι. καὶ τῆς αὐτῆς κνήμης, τὸ μὲν δοκεῖ ῥάων εἶναι, τὸ δὲ φαυλότερος, καὶ τὸ οἴδημα ἄλλοτε ἄλλῃ τοῦ σώματος, μεῖζον τε καὶ ἔλασσον γίνεται. τοῦτο φάρμακα διδόναι κάτω, ὑφ᾽ ὧν ὕδωρ ἢ φλέγμα καθαίρεται, διαιτᾶν δὲ, σιτίοισι καὶ ποτοῖσι καὶ πόνοισιν, ὑφ᾽ ὧν ξηρότατος ἔσται καὶ ἰσχνότατος. ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίνεται ἀπὸ φλέγματος, ὅταν τις ἐκ πυρετῶν πολυχρονίων φλεγματώδης ὢν ἀκάθαρτος πλήθους [illegible], τρέπεται τε τὸ φλέγμα αὐτοῦ ἐς τὰς σάρκας, καὶ λευκότερον μὲν ἐστὶ τοῦτο τοῦ ἄλλου τοῦ φλέγματος, ὁ δὲ χρὼς φαίνεται λευκότερος. τὸ γὰρ αἷμα ὑπὸ πλήθεος τοῦ φλέγματος ὑδαρέστερον γίνεται, καὶ οὐκ ἔνι ὁμοίως ἐν αὐτῷ τὸ εὔχροον, καὶ διὰ τοῦτο λευκότεροι τε φαίνονται καὶ καλεῖται ἡ νοῦσος φλέγμα λευκόν. ἣν μὲν οὖν θεραπευθῇ ἀρχομένης τῆς νούσου, ὑγιὴς γίνεται. ἣν δὲ μὴ, ἐς ὕδρωπα καθίσταται ἡ νοῦσος, καὶ διαφθείρει τὸν ἄνθρωπον. [2] Celsus quoq; leucophlegmatiam secundum hydropis genus facit.
[1] Sect. 1. [2] Cap. 21. lib. 3.

E καὶ αἱ δυσελκίαι τῶν ἐκλεύκων ὑποφακωδέων] ὑποφακώδεες dicuntur lenticolores, lentem colore referentes, quales sunt ferè omnes lienosi, quibus splen durus & magnus est. Ab impuritate enim illius visceris ater ille sanguis pallido mixtus & aliquando subalbido, ex nigricante viridem colorem abundè saturatum in cutem suffundit. μελάγχλωροι Aretæo dicuntur. Iis item omnibus vlcera quæ sæpe tibias infestant ægrè cicatricem obducunt, & (vt inquit Celsus) aut omninò non sanescunt, aut certè cicatricem vix recipiunt. Quod hic δυσελκίας vocauit, vt ne addam in hydrope vlcera perægrè curari propter continuum salsæ pruriginis fomitem & humentis materiæ copiam, quæ curationis scopum peruertit, quo vlcera reficcari postulant. Quod scripsit Hipp. lib. 6. aph. [1] οἷσιν ὑδρωπικοῖσι τὰ γινόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι οὐ ῥηϊδίως ὑγιάζεται. Celsus quoque libro 3. [2] in hydropis speciebus difficilem vlcerum sanationem testatur. Communis (inquit) omnium est humoris nimia abundantia, ob quam ne vlcera quidem in his ægris facilè sanescunt. Atque idipsum designare videntur αἱ τῶν ἐκλεύκων τῶν ὑποφακωδέων δυσελκίαι, quæ à salsuginoso corporis humore fouentur, vt eorum causam quoque reddere videatur. Porrò vlcera lienosis abundare, ac cutem ipsam diffringi, oris vitia & fœtores subesse, videre est ex Hipp. ἐν τῷ περὶ παθῶν, dum scribit: ὁκόσοι σπλῆνα ἔχουσι μέγαν, τούτοισι μὲν αἱ οὖλαι κακαὶ γίνονται, καὶ κακώδεες καὶ δυσώδεες ἐκ τοῦ στόματος καὶ λεπτοί. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. ἀρχὴ οὖν ὑπὸ ταύτης τῆς νοσήματος τάδε. ἡ γαστὴρ φυσᾶται. ἐπειδὰν δὲ καὶ ὁ σπλὴν οἰδῇ, καὶ σκληρὸς ἐστὶ καὶ ὀδύνη ἐξάπτεται ἐμπίπτουσα ἐς τὸν σπλῆνα. ἡ δὲ χροιὴ τρέπεται καὶ ὁρᾶται μέλας, ὥσπερ χλωρός, σιδηρώδης. καὶ ἐκ τοῦ στόματος κακὸν ὄζει. καὶ τὰ οὖλα κακὸν ὄζει. καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀφίσταται. καὶ ἐκ τῶν κνημέων ἕλκεα ἐκρήγνυται, ὁκοῖα πρὸς ἐπινυκτίδας. τὰ δὲ γυῖα λεπτύνεται καὶ ἡ κόπρος οὐχ ὑποχωρέει. [3] Sic Aretæo lib. 1. περὶ χρονίων παθῶν lienosi sunt κακέκται, οἰδαλέοι, ἰδεῖν ἀχρεῖοι, πελιδνοί, πάντη, μάλιστα δὲ ἐς κνήμας. στρογγύλα, πλατέα, κοῖλα. μελαγχολικὰ δυσαλθέα τὰ ἕλκεα. Hipp. quoque lib. 2. prorrh. οὖλα πονηρὰ καὶ στόματα δυσώδεα οἷσι, σπλῆνες μεγάλοι, iisdemq; vlcera maligna in tibiis adscribit. Celsus verò velut Hipp. emissarius, [4] libro 2. hæc ex prorrh. 2. expressit, inquiens: At quibus magni lienes sunt, his gingiuæ malæ sunt & os olet, aut sanguis aliqua parte prorumpit. Quorum si nihil euenit, necesse est in cruribus mala vlcera, & ex his nigræ cicatrices fiant. Cæterò labrorum rimæ, quòd diuersam à reliqua cute naturam habeant, diuturnæ sunt nec facilè coalescunt, magnamq; interiorum viscerum impuritatem & intemperiem significant, non secus ac manuum fissuræ & impetigines aut pedum rhagades.
[1] Aph. 8. [2] Cap. 12. [3] Cap. 14. [4] Cap. 7.

Τὰς ἀφορμὰς ὁπόθεν ἤρξατο κάμνειν, σκεπτέον, εἴτε κεφαλῆς ὀδύνη, εἴτε ὠτὸς, εἴτε πλευροῦ. σημεῖον δὲ ἐφ᾽ οἷσιν ὀδόντες, καὶ ἐφ᾽ οἷσι βουβῶνες. τὰ γινόμενα ἕλκεα, καὶ κεῖνοι τὰ πυρετοὺς καὶ φύματα. οἷσι ταῦτα μὴ παραγένηται, ἀκρίσια. οἷσιν ἐγκαταλείπεται βέβαιόταται ὑποστροφαὶ καὶ ταχεῖαι. τὰ σώματα διαχωρήματα καὶ ὑγρά. κέγχρος στερεὸς ἐν ἐλαίῳ ἑφθὸς ἵστησιν, οἷον ὁ ναυτοπαίδιον, καὶ ἡ Μυριοχαύνη.

Videndæ sunt causæ ex quibus quis laborare cœperit, siue morbus ex capitis & auris, aut etiam lateris dolore initium sumpserit. Quibusdam verò dentes, quibusdam etiam glandularum tumores, morborum significationem afferunt. Quæ erumpere & febres decernere nata sunt vlcera ac tubercula, si non affuerint, iudicationem ipsam tollunt. Quibus verò intrò subsistunt, certissimas & celerrimas morborum recidiuas afferunt. Milium solidum oleo incoctum, liquidas & crudas deiectiones sistit, vt exemplo est nautæ puer & Myriochaune.

Morborum significationes, denunciationes & argumenta videnda esse significat, vt quanam ex parte, aut quanam ex occasione, morbus incœperit, cognoscatur. Sæpè enim ex leuibus initiis magnum excitatur incendium, quod sua mole increscens, demum spem adimit. Sæpè etiam neglecta occasio præcipitium attulit, dum morborum notas, locorumque affectorum designationes veluti velitares prætereuimus. Considerandum igitur diligenter, quanam ex causa morbum conceperimus, aut quamnam sedem hic primum obsidet. Præcipua enim medelæ pars est, affectum locum & morbi occasionem rimari. ἀφορμὴ autem Hippocrati πρόφασιν significat, vt scribit * Gal. lib. 3. Epid. quæ nil aliud quàm causam manifestissimam & euidentem denotat, vt idem scribit * lib. 1. Epid. fusiùs verò † lib. 6. epid. hanc vocem explicat. Qui locus a me lubenter adducitur, quod huius celebratissimæ sententiæ mentionem faciat, & sensum aperiat. ἀφορμὴν δὲ λέγειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ παλαιοὶ οὐδὲν ἄλλο πράγματος ἀφ᾽ οὗ ὁρμὴ γίνεται τοῦ

τὰς ἐφεξῆς ἐνεργείας, εἴτε ἀργύρειον, εἴτε τις ἄλλη κτῆσις, εἴτε δύναμις εἴη τις, εἴτε χωρίον, εἴτε πίστις, εἴτε πρᾶξις, εἴτε αἴτιον, εἴθ᾽ ὁποῖον ἄπλως ἄλλο τι· νὲς δ᾽ εἶον·) τοὺς πρωτοπαθοῦντας τόπους ἄλλων ἀφορμὰς ὀνομάζειν αὐτὸν, ἀποδείκνυσθαί τι καὶ τοῦτο φασὶν διὰ τῆς ῥήσεως. τὰς ἀφορμὰς ὁκόθεν ἤρξατο κάμνειν, σκεπτέον. εἰδὲ καὶ τοῦτο τὸ σημαινόμενον, ὡς προεῖπον, ὅτι καθόλου πολλῶν τοιούτων κατὰ μέρος. οἱ μὲν γὰρ ῥήτορες ὡς τὰ ἔργα καὶ τὰ ἱστορικά, καὶ οἱ σοφοί, ἀφορμὰς τῶν ἀνθρώπων ἐνεργείας εἰρήκασιν. ὡς αὖ καὶ περὶ τούτων διαλεγόμενοι. μετενήνεκται δ᾽ ὑφ᾽ Ἱπποκράτους τοὔνομα καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα πολλὰ τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν τε καὶ παθῶν. ἐν οἷς ἅπασι κοινόν ἐστι τὸ ὁκόθεν ἤρξατο ἀρξάμενος, νῦν μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς εἰρημένης ῥήσεως ὁ Ἱπποκράτης ὁκόθεν ἤρξατο κάμνειν ἔφη. δηλοῦται δὲ ὡσαύτως λέγεσθαι, καὶ τὸ ὁκόθεν ἤρξατο πλανᾶσθαι, πολεμεῖν, εἰρηνεύειν, μάχεσθαι, φιλεῖν ἀλλήλους, μισεῖν, τυραννεῖν, καὶ πᾶν ὁποῖον ἄλλα τοιοῦτον. Porrò hic totus locus propter ſuam celebritatem repetitur ab Hip.lib.6. epid.° Quod me mouit vt iſta à ſuperioribus ſeiungerem. Cæterùm quænam morborum notæ, aut occaſiones ante morbum, aut etiam in morbo ipſo ſpectandæ ſint, habes fuſiſſimè apud °° Celſum.

* *comm.3.* ‖ *comm.3.* † *comm.3.* ° *ſect.3.* °° *lib.2.cap.7.*

καὶ ἐφ᾽ οἷσι βουβῶνες] Hæc eſt locorum affectorum deſignatio, aut etiam morborum indicatio. βουβῶνες enim etſi de inguinibus Hipp. dicuntur, glandularum tamen inflammationes in genere ſignificant. Quæ cùm oriantur ex humorum copia & vitio, aut viſcerum inflammatione, aliquando etiam ex vlcere partium vicinarum & conſenſione quadam cognatarum, morborum ſpecimen edunt, malignorumque præcipuè, ſi abſque vlcere & cauſa manifeſta fiant, vt apparet ex aph.55.lib.4. Tunc enim viſcerum inflammationem aut peſtilentem humorum corruptionem arguunt. Ideoque valdè ſuſpecti ſunt hi bubones, vt ſcribit Gal.lib.1. de diff. febr. * Porrò plurimùm facit ad huius loci ſenſum quod ſcribit Hippocr.lib.6. Epid. αἱ ἀποστάσιες οἷον βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν τὰ ἐλκώματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ περὶ τὰ σπλάγχνα, κακοήθεες δὲ οὗτοι. Hi enim velut ſtolones quidam & propagines interiorum naturam referunt, atque adeo malè affectorum viſcerum indicaturam præbent.

* *Cap.7. Sect.2.*

τὰ γινόμενα ἕλκεα] Hic locus ad ſignorum doctrinam pertinet, quam prius abſoluimus. τῶν enim κεισίμων μὴ κεισίντων nomine continentur. Quæ ſupra damnauit Hippocr. his verbis: τὰ κρίσιμα σημεῖα γινόμενα, τὰ αὐτὰ δὲ μὴ γινόμενα, δύσκριτα. Tubercula verò & vlcera in diuturnis præſertim febribus iudicationem facere ſcribit † Hippocr. in aph. ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τούτοισι ἢ φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι γίνονται. Et rurſus, ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νόσου σημαίνει. Quod ſequitur ex genere deficientium numeratur, quæ ab Hippocr. * ἐγκαταλιμπανόμενα dicuntur: partim quidem à nobis iam explicata, partim verò poſtea dicenda. Hîc verò ἀκρασίαν ex vetuſtiſſimorum exemplarium fide, cum Cornario † legimus, non ἀκρισίαν, vt cæteri interpretes lib.6. Epid. Quæ dictio victus intemperantiam ſignificat vt paulo pòſt ſcribemus, parumque hîc habet commercij.

† *Aph.44.lib.6. & aph.65.lib.7.* * *Aphor.51.lib.4.* † *Sectione 3.*

τὰ ὑγρὰ διαχωρήματα] Liquidam & humentem aluum milium ſiſtit, quod frigidam & valentiùs ſiccantem naturam nactum ſit, vt ſcribit Hippocrates lib.2. περὶ διαίτης, κέγχρων χόνδρος, κυκεὼν, ξηρὰ καὶ στάσιμα μετὰ σύκων ἰσχυρὸν τοῖσι πίνουσιν. αὐτοὶ δὲ οἱ κέγχροι ἑψητοὶ σίφωσι, οὐ διαχωρέουσιν. Galenus verò lib.7. de fac. ſimpl. med. idem teſtatur his verbis: κέγχρος ψύχει μὲν κατὰ τὴν πρώτην τάξιν, ξηραίνει δὲ ἤτοι κατὰ τὴν τρίτην ἐχομένην, ἢ τὴν δευτέραν ἐκτεταμένην. ἔστι δέ περ καὶ λεπτομερὴς ἐπ᾽ ὀλίγον. ἐξ ὧν τῆς διαίτης συστάσεώς τε καὶ κράσεως ἐσθιόμενος μὲν ὡς ἔδεσμα παντελῶς ὀλιγότροφον ἐστὶν ἁπάντων σχεδόν τι τῶν σιτηρῶν ἐδεσμάτων. Cæterùm vt ne quid omittam, vnus ex noſtris codicibus [illegible] legit. Et quod μυελχαίνη ſcribitur, haud ſcio an ad eam originem referatur, quòd μυελοχαίνην τὴν ἐπὶ μυελοῖς χαυνουμένην interpretatur Galenus * in dictione μυοχάνη. μυοχάνην autem fuiſſe peruetuſtam lectionem, ſatis teſtatur quod à Galen. ex Dioſ. ſcribitur in dictione στρυμφ[illegible] τῆς χασκούσης enim fuiſſe ἐπίθετον apparet.

* *In Exegeſi.*

HIPPOCRATIS COI DE MORBIS VVLGARIBVS LIBRI SECVNDI,

SECTIO SECVNDA.

Mvlier oris ventriculi dolore conflictabatur, qui non conquieſcebat. Hęc tenuiſſimo farinę hordeaceæ polline mali punici ſucco macerato ſemel die in cibatu contenta, non reuomebat, velut Charioni contigit. Mutationes ſi non in deteriora mutentur bono ſunt, quod in iis vomitibus accidit, qui ſumpto medicamento in febribus fiunt. In quorum extremo quæ ſincera & meraciora vomitu reiecta ſunt, putredinem ſignificant, quemadmodum Dexippo contigit. Serapis ex liquida & humente aluo intumuit. Pruritus autem haud ſcio quoto die non vlteriùs progreſſi ſint. Ex abſceſſu verò in lateris inanitate orto & nigrefacto, mortua eſt. Stymargi vxor vbi ventris perturbatio quæ per paucos dies durauerat, plurimùm conſtitiſſet, & ex abortione quadrimeſtris fœtus fœminei conualuiſſet, intumuit. Moſcho ex calculo grauiter laboranti in ſuperiori palpebra hordeolum innatum eſt, quod ad aurem magis vergebat & intrò exulceratum fuit. Quinta aut ſexta die pus ex internis erupit, atque inde inferiorum partium affectiones ſolutæ ſunt. Glandularum ad aures tumor aderat, & earum quæ collo ſubiacent inflammatio, ſuperiori tumori è directo reſpondens.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Γυνὴ ἐκαρδιάλγει, καὶ οὐδὲν καθίστατο. πάλην ἐς ῥοιῆς χυλὸν ἀλφίτων ἐπιπάσσουσα, καὶ μονοσιτίη ἤρκεσε, καὶ οὐκ ἀνήμει, οἷα τὰ Χαρίωνος. αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσιν. ἢν μὴ ἐς πονηρὰ μεταβάλλῃ οἷον ἀπὸ φαρμάκων ἐμέουσι πυρετῶν ἕνεκα. αἱ ἐς ἀκρητέστερα τελευταὶ, σῆψιν σημαίνουσιν. οἷον Δεξίππῳ. ἡ Σεράπις ἐξ ὑγρῆς κοιλίης ᾤδησε. κνησμοὶ δὲ οὐκ οἶδα ποστ᾽αίῃ, οὐ προῆλθον. ἔσχε δὲ καὶ ἀπόστημα ἐν κενεῶνι. ὅπερ μελανθὲν ἀπέκτεινε, καὶ ἡ Στυμάργεω ἐκ ταραχῆς ὀλιγημέρου πολλὰ στᾶσα. καὶ παιδίου μετάστασιν θήλεος ἀπὸ φθορῆς τετραμήνου ὑγιὴς ἐοῦσα ᾤδησε. Μόσχῳ λιθιῶντι ἰσχυρῶς, ἐπὶ τῷ βλεφάρῳ τῷ ἄνω κριθὴ ἐγένετο πρὸς οὖς μᾶλλον, ἐσώτερα ἐξελκώθη ἔσω. πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ ἔσωθεν πύον ἐρράγη. τὰ κάτωθεν ἔλυσε, βουβὼν παρ᾽ οὖς ἦν. καὶ κάτω ἐπὶ τῷ τραχήλῳ κατ᾽ ἶξιν τοῦ ἄνω βουβῶνος.

Emenſo iam propè bono nauigationis curſu, quæ reliqua ſunt, non ita celebrem nacta ſunt doctrinæ authoritatem, nec tam confertam dignationis exiſtimationem retinent: ſed velut ex empiricis collectionibus emerſa, raritate quadam Hippocratis amplitudinem oſtentant, interdum etiam ex euentu fidem emendicant. In quibus ea ferè cautio adhibenda eſt, quàm in cæteris Hippocrat. libris perpetuò requirit Galenus. Vt hauſta ex pariſſimis fontibus parentis doctrina, ſcopum nobis intendat: ad quem veluti collimantes, certo quodam iactu cætera omnia dirigamur. Sparſæ verò ſunt per totam Hippocr. πραγματείαν fidiſſimæ quædam notæ, quæ facilè eorum quæ ex obſeruatione parum celebri ſcripta ſunt, nomen & famam deleant, qualia multa ſunt hoc toto in libro. Sed profectò prima illa ſectio omninò digna viſa eſt, in qua doctrinæ ſuæ profeſſionem conficeret, ingeniique neruos omnes intenderet Hipp. Quæ verò ſequuntur, tam ſunt inter ſe diſſimilia, vt non ex eodem fonte manaſſe videantur: quanquam quædam ſunt quæ ſuo parenti nihil detrahunt. Quæ vt pauca ſunt, inter ſentes tamen & vepres tam ſuauiter ſpirant, vt facilè omnes ad ſe alliciant, & ſua authoritate paucitatem compenſent. In quibus, ne patiemur quidem diligentiam noſtram requiri, vbi parenti nos obſequuturos putabimus. Quòd ad hunc locum attinet, codices omnes excuſi, ſectionis ſecundæ initium faciunt.

A Nostri verò manu scripti, ne sectionem quidem nominant, sed hoc totum ægrorum recensione distinguunt, atque hîc sectionis loco ἀῤῥώστων πρῶτον, inscribunt. Sed quia eos non vsque adeò consentientes in suorum ægrorum catalogo, per totum hunc locum reperio, malui vulgatam lectionem sequi in eo præsertim quod Hippocratis authoritatem & fidem nulla ex parte vellicat.

γυνὴ ἐκαρδιάλγει] Vomitus remedium scribit, atque adeò quænam æstimatio facienda sit de his quæ vomitu reiiciuntur, significat. Est autem καρδιαλγία, oris ventriculi dolor, præsertim cùm acrimonia humorum proritat & mordet, qualis in angoribus & mœrore confectis vsuuenire solet. Hic autem vomitum biliosum sæpè præsagit, vt scribit Hippocrat. in Progn. Inde verò denominationem sumpsit, vt & καρδιωγμὸς, quod καρδίαν, hoc est ventriculi osculum afficiat & mordeat. Ista etsi passim apud Galenum scribuntur, afferam tamen vnum locum ex Prognostico, * qui nostram mentem aperiat, τὸ δὲ τῆς γαστρὸς στόμα, καλοῦσι δὲ τοῦτο ὡς ἴσμεν καὶ καρδίαν, διὰ τὸ μέγεθος ὧν ἔχει νεύρων αἰσθητικὸν οὐδὲν λανθάνει τῶν κατ' αὐτό. δακνόμενον οὖν ὑπὸ τοῦ πικροχόλου χυμοῦ, τὸ καλούμενον ὑπὸ καρδιωγμὸν ἐργάζεται. διὸ καὶ χολώδεις αὐτοῖς ἔμετος γίνεται. Τοῦτον γὰρ καὶ ὁ Θουκυδίδης ἐδήλωσεν ἔνθα φησὶ, καὶ ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξει, ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν, καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι ὅσαι ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν, ἐπῄεσαν. τὸ γὰρ ἀνέστρεφεν, ἐπὶ τῆς πρὸς ἔμετον ὁρμῆς εἶπεν, εὐθέως γε καὶ καρδίαν ὀνομάζει τὸ στόμα τῆς γαστρός. διὸ δὴ

B καὶ ταῖς λέξεσιν αὐτοῦ, καρδιωγμοὺς τε καὶ καρδιαλγίας ὀνομάζουσιν. Qui locus indicat antiquis non solum medicis, sed & historiæ parenti Thucydidi vsitatum fuisse sermonem, vt ventriculi os καρδίαν vocarent. Qua de re plura habes libro secundo de Placitis Hippocratis & Platonis, vbi hic locus à Galeno † adducitur, dum καρδιαλγίας notationem aperit. Quo auctore hîc nobis satis esse factum oportuit. Galeni locus est, ὥσπερ γὰρ τὸ κατὰ τὸν θώρακα σπλάγχνον, οὕτω καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα καρδίαν ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ, καὶ πάμπολύ γε τοὔνομα ἐστι παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐγὼ δυοῖν ἢ τριῶν ἐπιμνησθήσομαι τῶν παραδειγμάτων, ὑπὲρ τοῦ σαφῶς ἐνδείξασθαι τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς λέξεως. ὁ μὲν δὴ Νίκανδρος ὡδί πως φησίν.

—— ἢν καρδίην ἐπίδορπον, οἱ δὲ δοχαίην
κλείουσι στομάχου. Θουκυδίδης δὲ ὧδε, καὶ ὁπότε εἰς τὴν καρδίαν στηρίξειεν, ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι, ὅσαι ὑπὸ τῶν ἰατρῶν εἰσὶν ὠνομασμέναι ἐπῄεσαν. ὁ δὲ Ἱπποκράτης. γυνὴ ἐκαρδιάλγει, καὶ οὐδὲν καθίστη, πάλην ἐς ῥοιῆς χυλὸν ἄλφιτον ἐπιπάσσουσα, καὶ μονοσιτεῖν ἤκεσε, καὶ αὖθις ἤλλαξεν οἷα τὰ κυκεῶνος. ἅπαντες οὗτοι δηλοῦσιν ἐναργῶς τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὀνομάζεσθαι καρδίαν, ὥστε ταύτης μὲν τῆς καρδίας εἶναι ἂν τὸ πάθος ἡ καρδιαλγία. Qui locus non sine mendo legitur, vt satis apparet. * *Com.2.* † *Et 5. de locis affect.*

C πάλην] πάλην ἀλφίτων, polentam ex Plinio vertere potuimus. Quod enim Dioscorides lib. 3.* μετὰ παιπάλης ἀλφίτου dixit, is cum polenta vertit. † Noluimus tamen cum rerum impendio, magis eloquentiam ipsam quàm veritatem sequi. Polentæ pollinem, cum cæteris etiam dicere potuimus. [1] Sed polenta, Plinio teste, à farina hordeacea distat, eò quòd torreatur. fiebat enim pluribus (vt [2] idem scribit) modis polenta. Græci perfusum aqua hordeum siccabant nocte vna, ac postero die frigebant, deinde molis frangebant. Erant qui vehementius tostum rursus exigua aqua aspergerent siccarentq; priùs quàm molerent. Dum igitur à polenta differre intelligimus, πάλην ἀλφίτων, tenuissimum farinæ hordeaceæ pollinem aut farinam hordeaceam in pollinem subactam, ex Plinio vertimus. [3] Nam quod est antiquis παλὴ καὶ παιπάλη, hîc πάλη ab Hippocrat. dicitur, quod farinæ florem aut pollinem tenuissimum significat, etsi id propriè de tritici flore effertur. Est enim παιπάλη, vt scribit Pollux, τὸ λεπτότατον τοῦ ἀλεύρου. παλεῦσαι verò apud Hippoc. ἐπιπάσαι Galeno [*] teste, significat, quod farinæ imprimis accommodatur. Vtrumque hic iungit Hipp. πάλην ἀλφίτων ἐπιπάσσουσα scribens;

D quod maceratum farinæ hordeaceæ pollinem diximus: vt idem sit quod δεύσασθαι, quemadmodum, ἄλφιτα δεύσασθαι dicimus, & ἄλφιτα λευκὰ παλυνέειν [**] Homero διαβρέχειν significat, ἄλφιτα verò farinam hordeaceam intelligimus, non secus ac ἀλευρον triticeam. In quam notionem nos facilè ducunt Platonis verba ex lib. 2. de republica. θρέψονται δὲ, ἐκ μὲν τῶν κριθῶν ἄλφιτα σκευαζόμενοι, ἐκ δὲ τῶν πυρῶν ἄλευρα. Pollux quoq; lib. 1. [***] dum scribit, ἀπὸ μὲν κριθῶν λέγεται πτισάνη, καὶ ἄλφιτα. Gal. etiam lib. 1. de alim. fac. ἐκ τῶν νέων κριθῶν φρυγεισῶν συμμέτρως, τὸ κάλλιστον ἄλφιτον γίνεσθαι scribit. Quibus ex locis, si quis polentam intelligat non magnopere laboro, dum rerum notiones distinguat. Hic porrò cibus plurimum desiccat & parum nutrit: farina verò hordeacea punici succo subacta, desiccat magis, & vomitum sedat, non secus ac ἄλφιτα cum vino austero exhibita aluum exiccant. Galen. lib. 1. de alim. Qua in significatione hic à nobis sumptum nemo damnauerit, etsi Galeno [°] τὰ ἄλφιτα, de cæteris frugibus moderatè molitis intelligantur. In eumq; vsum hoc remedij genus à Galeno vsurpatur lib. 2. de alimentis vbi etiam hic locus exponitur & adducitur, diuersa tamen scriptione. Omnia nostra exemplaria, ἄλφιτον pro ἀλφίτων legunt cum Galeno, mendosè tamen, vt & πάλην pro πάλην vitiosè quoque legitur. * *Cap.74.*

E † *cap.11. lib.20.* [1] *cap.25. lib.22.* [2] *Cap.7. lib.18.* [3] *Cap.25. lib.22.* [*] *In Exegesi.* [**] *Odyss. ξ. & Iliad. λ.* [***] *Cap.12.* [°] *In Exegesi.*

αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσι] Eorum quæ vomitu reiiciuntur mutationes ad deteriora vergentes, vt in omni superuacaneorum genere, damnandæ sunt. Etsi enim ea propelli bono sit, varias tamen corporis affectiones & naturæ perturbationem magnam significant. Vomituum varietates damnat etiam in Prorrhetico his verbis, καὶ ἔμετοι μετὰ ποικιλίας κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντων. Mutationes igitur excrementorum quod exquisitam variorum humorum perpurgationem afferant, non omninò vituperandæ sunt, nisi ad deteriora vergant, & continenter fiant, aut pessima alia signa portendant. Quod de omni excretionum genere intelligi debet, quemadmodum de deiectionibus scribit Gal. * αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων πολλὰς ἰδέας ἐκκενοῦσαι χυμῶν, ἀκριβέστερον ἐκκαθαίρουσι τὸ σῶμα, πλὴν εἰ μὴ συντήξεως καὶ σηπεδόνος ἔχοιεν σημεῖα. Quænam autem sint illæ vomituum varietates indicat Hip. † εἰ δὲ τὸ ἐμεύμενον πρασοειδὲς ἢ πελιὸν, ἢ μέλαν, ὅ, τι ἂν ᾖ τούτων, τῶν χρωμάτων, νομίζειν χρὴ πονηρὸν εἶναι. εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα αὐτὸς ὥνθρωπος ἐμέοι, κάρτα ὀλέθριον ἤδη γίνεται. τάχιστον δὲ

F θάνατον σημαίνει. τὸ πελιὸν τῶν ἐμεσμάτων εἰ ὄζοι δυσῶδες. Quæ omnia iisdem penè verbis damnauit in Coacis, πρασοειδὴς ἔμετος, καὶ μέλας καὶ πελιὸς πονηρόν. εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἐμέοι, ὀλέθριον. τάχιστον δὲ θάνατον σημαίνει, ὁ πελιὸς καὶ κακώδης. ἔστι δὲ θανάσιμος ὁ ἰσχυρῶς ἔμετος, καὶ μάλιστα εἰ μετ' ἀνάγκης ἐμέοιτο ἐπωδύνως. Quod verò hîc Hipp. [1] de vomitu extulit, idem de alui excretionibus alibi effert. ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ. Atque verò vt in illo aphorismo deiectiones spontinas significauit per ῥύσιας, sic hîc quoq; vomitus vltroneos indicat, vt satis declarāt quæ sequuntur, οἱ δὲ ἀπὸ φαρμάκων ἐμέουσι πυρετῶν ἰόντων.

Ex quibus etiam aliud quiddam significari videtur: nempe varias excrementorum formas, si sponte procedant in deterius, peiores esse, quàm si à medicamento varia perpurgante detrudantur. Id quod in deiectionibus variis animaduerti voluit Hipp. lib. 4. aph. [2] cùm dixit, καὶ ὁκόσῳ ἂν τὰ χρώματα τῶν ὑποχωρημάτων πλείω πονηρότερα ᾖ, μᾶλλον κάκιον, σὺν φαρμάκῳ δὲ ἄμεινον. A medicamento enim ea educi, nihil mirum est. Et quod scribit Gal. τὰ πλείω χρώματα τὰ παρὰ φύσιν, αὐτόματα μὲν ἐκκενούμενα, σημεῖα πολλῶν ἐστι διαθέσεων ἐν τῷ σώματι ἐνδεικνυμένα. τὰ ὑπὸ φαρμάκου δ' ἀγόμενα πεφυκότος ἐκκενοῦν ἤδη πλείονα χυμὸν, οὐδὲν ἄτοπον σημαίνει. Porrò de reiectionum varietate plura habes in Prognostico & Coacis & Aphorismo à nobis adducto. * *in Aph.14. lib.2.* † *Lib.2. Progn.* [1] *Aph.14. lib.2.* [2] *Aph.21.*

αἱ ἐς ἀκρητέστερα τελευτῶσι] Solenne est Hipp. in omni superuacaneorum genere τὸ ἄκρητον, quod sincerum & impermixtum significat, condemnare. Sic in Prognostico, sputum egregiè permixtum esse voluit, ne ex cuiusdā coloris dominio, naturæ motus inæqualis præualeret. Inquit enim συμμεμιγμένον δὲ φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ. εἰ γὰρ πολλῷ ὕστερον μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης ἀναπτύοιτο, ξανθὸν ἐὸν, ἢ πυῤῥὸν, ἢ πολλὴν βῆχα παρέχον, καὶ μὴ ἰσχυρῶς ξυμμεμιγμένον κάκιον γίνεται. Vt enim ἄκρατον vitaret, συμμεμιγμένον ἰσχυρῶς iunxit. τὸ γὰρ μὴ συμμεμιγμένον ἄκρατον ἐστι, vt inquit Gal. Atq; ea simul iungēda esse, Hip. verba satis indicāt, & Gal. fusius explicat lib. 1. de Cris. * Quin & ἄκρατον ipsum nominatim dānat, cùm inquit, τὸ τε ξανθὸν ἄκρητον ἐὸν, κινδυνῶδες. Et rursus paulò post, εἰ δὲ εἴη οὕτως ἄκρητον ὥστε καὶ μέλαν φαίνεσθαι, δεινότερόν ἐστι τοῦτο ἐκείνου. Itē in Prorrh. ἐμέσματα, ἄκρητα, δυσώδεα, πονηρά. In vomitu verò quod sincerū est reiicit, in Prog. scribēs, ἔμετος δὲ ὠφελιμώτατος ὁ φλέγματος καὶ χολῆς συμμεμιγμένος ὡς μάλιστα, καὶ μὴ παχὺς κάρτα ὥσπερ πολὺς ἐμείσθω. οἱ γὰρ ἀκρητέστεροι κακίους εἰσίν. In Coacis item, ἔμετος δὲ ἀλυπότατος φλέγματος καὶ χολῆς συμμεμιγμένος, μὴ πολὺς δὲ κάρτα ἐμείσθω. τὰ δὲ ἀκρητέστερα τῶν ἐμευμένων κακίω. Et paulò post, εἰ κατὰ μικρὰ ἐπὶ χεῖρος, χολώδης, ἄκρητος ἔμετος κακόν. Eadē de deiectionibus passim apud Hipp. reperies ἄκρητα enim διαχωρήματα in Prog. Prorrh. & Coacis dānat. Est autē ἄκρητον, vt scribit Gal. † [1] τὸ ἄμικτον ἑτέρου, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν διασώζουσαν εἰλικρινῆ. Idē lib. 2. Prog. καὶ διὰ ταύτης τῆς λέξεως ἐδήλωσεν, ὁποῖον τι καλεῖ τὸ ἄκρατον, ἀντιθεὶς αὐτῷ τὸ μεμιγμένον. δηλωτικὸν δὲ οὐχ ἥκιστα καὶ αὐτὸ τοὔνομα ἐστι τοῦ πρὸς αὐτοῦ σημαινομένου. καὶ γὰρ τὸ ἄκρατον τὸ λέγομεν, ᾧ μὴ μέμικται τὸ ὕδωρ, ἢ παντάπασιν ὀλίγον μέμικται καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἄκρατον ἐστι τε καὶ λέλεκται πρὸς τῶν Ἑλλήνων, ὅταν αὐτὸ καθ' αὑτὸ μένει ἄμιγες ἑτέρας οὐσίας ὑπάρχῃ. [2] Rursus ἄκρητα διαχωρήματα καλεῖσθαι scribit, τὰ μόνον ἕνα τῶν ὑποκειμένων ἔχοντα χυμὸν ἄμικτον ἑτέροις. Sunt & ἄκρητοι ὑποχωρήσεις [3] Gal. in aph. αἱ ἄμικτοι ὑγρότητος ὑδατώδους, αἳ τὸν μόνον ἔχουσι εἰλικρινῆ ὑπερχόμενον κάτω χυμὸν, εἴτε τῆς ξανθῆς χολῆς, εἴτε τῆς μελαίνης. Itē lib. 1. epid. τὰς ἀκρήτους ἐκκρίσεις τὰς ἀκριβῶς χολώδεις vocat. Hæc verò atq; huiusce modi plura quæ peculiarē Hip. eloquentiā redolēt, habes in nostra Hip. Oeconomia, quam tibi in doctrinę Hip. subsidiū paramus. ἄκρητον igitur quod meracū est, significat. Nos sincerū ex Celso vertimus. De pulmonis enim excretione & sputo scribit li. 2. [**] Et tamē nihil peius est quā sinceru m esse siue russum est, siue cruentū, siue albū, siue glutinosum, siue pallidū, siue spumās, nigrū tamen pessimum est. Quæ verba Hippocratis prognosticum interpretantur. ἄκρατα autem communi quadam notione damnantur, quod (vt scribit Galenus) [***] ἀπὸ τὰ ἀσυμμέτρους ἀ-

πάντων κινήσεις. καὶ τὴν πολὺ διαφερόντων ἐπιπλοκάς, ὡς τις ὁ Ἱπποκράτης μέμφεται, καὶ ἡ πεῖρα διδάσκει οὕτως ἔχειν. Porrò videri mirum possit, cur ab Hippocrate scriptum sit, extremos vomitus impermixtos & paulo meraciores putrilaginem significare. Salutis enim indicium esse videtur, vbi ea quæ nocent & valde suspecta sunt, vacuari possunt. Vt in febribus tertianis intermittentibus contingit, quarum integritatem non facile sit persentiscere, nisi ad extremum reiecta bile, quæ sub præcordiis morbum fouet. Quod vt non statim fit ac primis vomitibus, sic vbi ad extremum contigit, liberaliores remissiones facit. Sed profectò quæ hîc de vomitu scribuntur, sunt his affinia quæ de deiectionibus sinceris dixit in Prorrhetico. τὰ τελευτῶντα ὑποχωρήματα εἰς ἀφρώδεα ἄκρητα, παροξυντικά. fieri enim potest vt extremæ deiectiones quæ ferè morbos leuaturæ sunt, exacerbationes tamen morborum significent, dum in peius desinunt. Et tantum abest, vt mutationes finiant, vt si sincerum & impermixtum reiiciant, nouum morborum fomitem concipiant, quum ea prioribus longè sint formidabiliora. Quod etiam in vomitu contingit, in quo, vt ne mutatio quidem in melius vergat, ad extremum tamen deteriora longè procedunt, quæ magnam humorum inæqualitatem significant, & post diuturnam per vomitum reiectionem, extrema meraciora certas putredinis humorum causas indicant.

* *Cap.5.* † *In Exegesi.* [1] *Com.2.* [2] *Comm.2.in Prorrh.* [3] *Aph.23.lib.7.* · *Com.1.* ·· *Cap.8.* ··· *Lib.1.de Cris cap.5.*

κριθὴ ἐγένετο] κριθὴ paruulum est abscessus tuberculum oblongum palpebræ cilio obueniens, quod à similitudine nobis hordeolum dicitur: de quo Paulus lib.3. κριθὴ ἡ ἐστιν ἀπόστημα ἐπιμηκὲς κατὰ τὸ τοῦ βλεφάρου ταρσὸν ἐπιμηκες. † Celsus verò lib.7. In eadem palpebra supra pilorum locum, tuberculum paruulum nascitur, quod à similitudine hordei, à græcis κριθὴ nominatur. Tunica quiddam quod difficulter maturescit, comprehensum est. † *Cap.7.*

ἐξελκώθη ἔσω] Caluus vt varia immutauit quæ consultò præterimus & ridiculam versionis speciem præ se ferunt: ita hîc ἔξω pro ἔσω legisse videtur.

Aristæi vxoris frater, ex via delassatus incaluit, eiq; postea terminthi in tibia coorti sunt. Adfuit febris continua & postridie sudor, qui & reliquis diebus paribus cum febre semper subortus est. Præbebat autem suspicionem lienis aliquantulum malè affecti. Sanguis ex nare sinistra crebrò fluxit, atque ita subinde iudicatus est. Postridie secundum aurem sinistram tumor, sequentique die etiam secundum dextram subortus est, qui tamen minor erat & intepescebat. Hi omnes sensim conquieuerunt aut euanuerût, nec suppurarunt. Ex moderatis febribus ei qui ab Alcibiade venerat, & lienem magnum habebat, ante iudicationem testis sinister intumuit. Et sanè tunc illi febris die vigesimo iudicata est. Deinde aliquando subincalescebat, & aliquatenus floridum conspuebat. Quæ ex tussi paucum & nihil effatu dignum reiiciebat, huic manus dextra & crus sinistrum syderata & resoluta sunt. Nulla autem alia pars immutata est, non facies, non mens ipsa, ac ne illis quidem partibus validè admodum. Ad vigesimum diem in melius processit. Quod ferè circa mensium eruptionem contigit, qui iam primùm illi, quod illibatæ esset virginitatis, forte apparuerunt. Apemantus & fabri illius qui caput fregit pater, & Nicostratus, tussi nihil reiecerunt. Decumbebant autem alioqui ad renes dolores. Ad interrogata dicebant, eos semper potu aut cibo impleri.

Ὁ τῆς Ἀριστ(α)ίου γυναικὸς ἀδελφός, χλιαινόμενος ἐκ ταλαιπωρίης ὁδοῦ, κἄπειτα ἐν κνήμῃ τέρμινθοι ἐγένοντο. ἔπειτα συνεχὴς πυρετὸς ἐγένετο. καὶ τῇ ὑστεραίῃ ἱδρὼς ἐγένετο. καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἀρτίους ἐγένετο ἀεί. ἐπεὶ δὲ ὁ πυρετὸς εἶχεν, ἦν δὲ ὑπόσπληνος. αἱμορραγίη δ' ἐξ ἀριστεροῦ πυκνὰ καὶ κατ' ὀλίγον ἐκρίθη, τῇ ὑστεραίῃ, ἀριστερὸν παρ' οὖς οἴδημα. τῇ δ' ὑστέρῃ, καὶ παρὰ δεξιόν, ἧσσον δὲ τοῦτο καὶ ἐπεχλιαίνετο. ταῦτα κατεμωλύνθη, καὶ οὐκ ἀπεπύησεν. ὁ παρ' Ἀλκιβιάδεω ἐλθών, ἐκ πυρετῶν ὀλίγων πρὸ κρίσιος, ὄρχις ἀριστερὸς ᾤδησεν. ἦν δὲ σπλῆνα μέγαν ἔχων. καὶ δὴ τότε ἐκρίθη ὁ πυρετός, εἰκοσταῖος. κἄπειτα ὑπεχλιαίνετο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, καὶ ἔπτυεν ὑπανθηρόν. ἡ ἡ χεὶρ ἡ δεξιή, σκέλος δ' ἀριστερὸν ἐκ τῶν βηχωδέων βραχὺ οὐκ ἄξιον λόγου βηξάσῃ, παρελύθη παραπληκτικῶς. ἄλλο δ' οὐδὲν ἠλλοιώθη, οὔτε πρόσωπον, οὔτε γνώμην, οὐ μὴν ἰσχυρῶς ταύτῃ. ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξατο χωρέειν, περὶ εἰκοστὴν ἡμέρην. σχεδὸν ἐγένετο περὶ γυναικείων καταρρῆξιν, καὶ ἴσως τότε πρῶτα γινόμενα. παρθένος γὰρ ἦν. Ἀπήμαντος καὶ ὁ τοῦ τέκτονος πατὴρ τοῦ τὴν κεφαλὴν κατεαγέντος, καὶ Νικόστρατος οὐκ ἐξέπτυσαν. [illegible] κατὰ νε[illegible] ἀλγήματα, ἐρω[illegible] [illegible] γὰρ αὐτοὺς ἀεὶ πεπλῆσθαι ποτοῦ ἢ σίτου.

τέρμινθοι ἐγένοντο] Terminthi Hippocrati dicuntur nigra quædam in tibiis præcipuè [illegible] pentia tubercula, terebinthi fructui non absimilia, vt testatur * Gal.lib.6.Epid. τὸ τῶν τερμίνθων ὄνομα μελάνων τινῶν ἐκουμάτων ἐν ταῖς κνήμαις. μάλιστα [illegible] ἐστι δηλωτικὸν ἀπὸ τῆς κατὰ χρῶμα, καὶ χροιὰν καὶ μέγεθος ὁμοιότητος τοῦ καρποῦ τῶν τερμίνθων γεγονός. Sunt etiam Galeno [illegible] ἔνθοι οἱ τῷ τῆς τερμίνθου καρπῷ παραπλήσιοι κατὰ τὸ δέρμα συνιστάμενοι παρὰ φύσιν ὄγκοι. Est & quibusdam τι [illegible] ἀπόστημα [illegible] γινόμενον μετὰ φλυκταινώσεως, ἧς ῥαγείσης [illegible] ἀπορρεῖ καὶ ἡ ὑποκειμένη σάρξ κατατετρημένη φαίνεται. Quo magis miror, Caluum huiusmodi tubercula per rubores tibiarum expressisse. Retinui igitur nomen Græcum, quod sæpè soleo in Hippocrate, doctrinæ & celebritatis causa In antiquis enim auctoribus ea quæ appositè & significanter admodum indita sunt, nomina immutare, mihi maxima semper fuit religio. Vtitur hac dictione Hipp. lib.6.Epid.* & lib. περὶ χυμῶν ad extremum. Porrò addendum videtur duo ex nostris exemplaribus manu scriptis, hunc ægrum recensere ordine secundum, atque ante hunc adscripsisse ἄρρωστος δεύτερος. * *Com.3.* † *In Exegesi.* * *Sect.2.*

καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἀρτίους] τὰ ἄλλα legit Caluus: alij ad sudores referunt, quod & feci, & sequentibus coniunxi.

πυκνὰ καὶ κατ' ὀλίγον] Interpretes ista coniungunt vt de crebra sanguinis fluxione, sed quæ paulatim irrumperet, intelligantur. Nos κατ' ὀλίγον ἐκρίθη iunximus, ex vetusto nostro exemplari.

κατεμωλύνθη] κατεμωλύνθη, ἠφανίσθη, καὶ κατὰ βραχὺ ἀπεμαράνθη significat. Exemplum est enim parotidum quæ sensim conquieuerunt & euanuerunt, nec ad suppurationem peruenerunt. μωλύνεσθαι igitur, aut μωλωέσθαι, Hippocrati sensim disparere, euanescere, sedari & conquiescere significat, & τὰ μωλυόμενα, τὰ κατὰ βραχὺ ἀπομαραινόμενα interpretatur Galenus. Qua dictione vtitur * Hippocrat. lib 4. Epid etsi locus mendo non caret. μωλύσῃ enim pro μωλυόμενα legitur. Vtitur etiam lib.6. Epid. in hac sententia, † συνεκορύφη, συνεστο[illegible] ὑπέρον κινηθὲν ἐμωλώθη καὶ βραδύτερον αὔξεται. Conformationem enim maris & motionem celeriorem quam fœminæ esse indicat, incrementum verò tardari & conquiescere. Quem locum exponens Galenus huiusce loci nos admonuit. Inquit enim, ἔπει νῦν ὁ Ἱπποκράτης αὐτὸς ἔγραψε τὸ ἐμωλώθη, τοῦτον, ἄν τι φαίνοιτο σημαίνειν, ὅτι κἀν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἔνθα φησίν, ἀριστερ[illegible] παρ' οὖς οἴδημα τῇ δ' ὑστεραίῃ καὶ δεξιόν, ἧσσον δὲ τοῦτο καὶ συνελειαίνετο ταῦτα, ἐμωλώθη, καὶ οὐκ ἀπεπυήσατο. τὸ γὰρ τῆς ὀξείας κινήσεως καὶ μετα[illegible] [illegible] καὶ ἀποψυχθὲν, οὕτως ὀνόμασεν. Galen. item in Prorrh. hanc Hippocr. † sententiam explicans, τὰ ἐπώδυνα ἀκρίτως κ[illegible]ταμω[illegible]ωθέντα, φλαῦρα τὰ κατα[illegible]μωλωθέντα τὰ κατὰ βραχὺ λύσιν ἐνδείκνυσθαι scribit. Quibus ex locis eam quæ sensim fit solutionem & transformationem, intelligi per κατεμωλύνθη manifestum est Porrò etsi à Galeno aliter quàm in nostris codicibus hic locus legitur. Id tamen non effecit, vt nostram lectionem immutaremus. Illius verò sensum nobis attulit. συνελειαίνετο enim quod leniri & residere significat, [illegible] interpretatur. Accessiones enim finiri & decedere, sæpè intepescere dicit Hippocrates earum insultus increscere, incalescere vocat. Cæterum simile quoddam exemplum habes lib.1. Epid.† de parotidibus, quę ad vtranque aurem vergebant nec suppurarunt, sine dolore tamen sublatæ sunt & disparuerunt. † *Sect.1.*

ὁ παρ' Ἀλκιβιάδεω] Huic ægro duo ex nostris exemplaribus numerum præfigunt, ἄρρωστος τρίτος. Atqui in hoc concursu, sinistri testis tumor ex his censeri debet, quæ κατ' ἴξιν fiunt, quemadmodum & in lienosis sanguinis ex nare sinistra eruptio. ὑπανθηρὸν autem ὕφαιμον καὶ ὑπέρυθρον significat. Sũt enim αἰθηρὰ πτύσματα τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὕφαιμα, vt scribit Galenus.[1] Est & πρόσωπον αἰθηρὸν & ἐρύθημα Hippocrat.

pocrat. [2] quæ subrubrum significant,& sanguinis copiam ostentant:vt & αἴθροι dicuntur, qui florida & rubra sunt facie. ... ὥσπερ ὀλίγον ἐμπεσόντι ... Hippocrati vsitatam dictionem parum vidit Caluus, cùm multum spuere dixit.

[1] *In Exegesi.* [2] *In Prorrh.*

ἢ ἡ χεὶρ ἡ δεξιὴ] In magna & vehementi tussi quæ ex destillatione fit,manus aut crura affici sæpè scribit Hipp.Contingit enim delata materia in thoracem,si superiores partes ad primum aut secundum intercostale affectæ fuerint,manus ipsas,quæ inde neruorum propaginem habent,affici. † Sic in Agesios puella,quæ suspiriosa erat, ad dextram coxam & manus,cùm laboraret,dolor erat. Cuius rei rationem reddit Galenus, ... † † Sic in Pythone, qui sputorum varietate laborabat,manuum tremores annotat, quod superiores thoracis partes, quæ colli vertebras contingunt, & ex quibus manus mouentur, ab humorum pondere degrauatæ,ad actiones essent ineptiores.Cæterùm in tussi diuturna,magna est abscessuum soboles. Aut enim in articulos decumbunt ... (vt scribit Hippocrates) [1] aut in manus, fœmora, crura, lumbos, testes, aut alias corporis partes à naturæ impetu propelluntur. Id satis indicat [2] Hippocrates libro sexto Epid. vbi præcipuè cubitum & manuum syderationes celebrat. ... Idem lib. 2. Epid. in tussi manus dextræ resolutionem ponit, in his qui manibus laborabant. In his verò qui ex equitatione aut itinere fatigabantur,in fœmur aut lumbos decubitum. Nil igitur mirum videri debet, si in hac muliere manus aut cruris resolutio ex tussi, quæ non idoneè repurgabatur,acciderit,quæ meritò ex prima menstruorum eruptione iudicata est.

† *Lib.6. epid. Sect.4.* † † *Lib.3. epid.* [1] *Lib.6.Epid.sect.7.* [2] *Sect.7.*

ἀπήμαντος] Omnia nostra exemplaria id cum superiori coniungunt, leguntq; ... quam lectionem sequutus est Caluus. Quæ tamen in hoc sequutus non sum, quod Apemanti libro quarto Epid. frequentem mentionem faciat.Quinetiam historia est, † quæ Apemanti,fabri,& Nicostrati simul meminit,doloresq; renum in iis,vrinam cruentam,manitatum laterum & vmbilici affectiones celebrat. ... † *Ibidem.*

...] Duo ex nostris exemplaribus,vetus vnum,alterum recens, ... legunt. Quam lectionem secuti sumus cum interpretibus. Videntur autem esse eorum qui ægris assidebant verba, quæ nimiam intemperantiam morbi huiuscemodi fomitem accusant. In renum enim affectibus, * Hippocrates est consilium μὴ ἐμπιπλάναι. Viget quippe dolor ... * *Lib.6.epid.sect.1.*

Ὀδύνας τὰς ἰσχυροτάτας, ὅτῳ τρόπῳ διαγνοίη αὐτὰς ἰδών, ὁ φόβος, αἱ εὐφορίαι, αἱ † ἐμπειρίαι, καὶ αἱ δειλίαι. ὕδωρ δὲ ταχέως θερμαινόμενον, καὶ ταχέως ψυχόμενον, ἀεὶ κουφότερον. τὰ βρώματα καὶ τὰ πόματα πεῖρης δεῖ, εἰ ἐπὶ τὸ ἴσον μένει. ῥητέον ὅτι αἵματος ῥυέντος ἐκχλοοῦνται, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ὅτι πρὸς δὲ ὑγραίνειν καὶ ξηραίνειν καὶ θερμαίνειν καὶ ψύχειν, πολλὰ ἂν τὶς τοιαῦτα εὕροι. ὁ ἐξηνεχθεὶς ἡμεραι ἑξήκοντα ἀπόφθαρμα ἄρσεν τόκον ἐν ἐπισχέσεσιν ὑγιεινόν. ἡρακλῆς ὤδει τῇ κακοῦ ὀγδόῃ. δυσεντερικώδης μᾶλλον ἐστιν ἄρα καὶ τενεσμώδης. θηλάζουσα ἐπὶ ἐκθύματα ἀνὰ τὸ σῶμα πάντη εἶχεν,ἐπεὶ ἐπαύσατο θηλάζουσα, κατέστη. θέρεος τῇ τοῦ σκυτέως, ὃς τὰ σκύτινα ἐποίεε. τεκούσῃ καὶ ἀπολυθείσῃ τελέως, ἐδόκει τῷ αἰδοίῳ χορίου τι ὑμενῶδες ἀπέχειν, ἀπῆλθε τεταρταίῳ κακῶς. στραγγουριώδης γὰρ ἐγένετο. αὐτίκα συλλαμβάνουσα ἔτεκεν ἄρσεν. πολλὰ δὲ ἔτεα ἤδη εἶχε, τὰ ὕστερα καὶ οὐδὲ ἐπιμήνια ᾔει. ὅτε τέκοι, διέλιπε ἐπ' ὀλίγον ἡ στραγγουρίη.

† ἐμπορίαι.

Vehementissimos dolores conspicatus aliquis, quonam modo dignoscat, terror, tolerandi facilitas, experientia,ipsaq; timiditas & ignauia indicât. Aqua quò citiùs calefit aut frigescit, eo semper leuior est. Cibi & potus num æquales moras faciant,vt iudices, experientia opus est. Dicendum etiam, quòd in sanguinis profluuio ex pallido virescunt. Et quæcunque alia huiusce generis:Nempe quod ad humectandum, siccandum, calefaciendum, & refrigerandum, talia multa inueniri queunt. Eiectus abortu fœtus masculus sexaginta dierum, in partuum suppressionibus salubris. Hercules mali octauo die intumuit. Quisquis tinesmo aut inani egerendi voluntate prehenditur, is profectò plærumque ex torminibus laborat.Lactanti pustulæ per totum corpus eruperunt,quæ ad æstatem consederunt, vbi lactare desiisset. Coriarij illius qui coriariam faciebat,vxori, vbi peperisset atque omninò absoluta esset, ex locellis membranosum quiddam subsistere visum est, quod quarto die demissum est, non sine pernicie tamen, cùm difficultate vrinæ premeretur. Quæ vbi non multò post cõcepisset,marem peperit. Per multos autem annos iam idipsum durauerat,& ad extremum menses non prodibant. Vbi autem peperisset,sensim vrinæ difficultas intermisit.

Ὀδύνας] Dolorum propriæ affectiones & differentiæ, ab Hippocrate commendatæ sunt Medico in Aph. & libro sexto Epid. * vbi dolorum tempora & circumscriptiones notas esse vult. Modus autem & vehementia ex tolerandi facilitate aut difficultate, experientia ipsa,terrore, aut alicuius ignauia coniici facilè potest. In affectibus enim perpetiendis fortitudo & constantia dolorem alleuat, minusq; suspectum facit, quæ vel ex tolerandi facilitate & laborum assiduitate, aut animi magnitudine depromitur. Contra verò vel leuis affectus, in eo qui demissi aut dissoluti est animi, dum vires suppeditat, totum corpus in perniciem trahit, & dolores vehementes suspectosq; facit. De dolorum proprietate & affectionibus, habes fusissima apud Galenum ex Archigene lib. 2. de loc. affect. Hic autem locus totus est συμβουλευτικός. Quonam verò iure istud de dolorum vehementia ad superiora retulerit Caluus,non video. Certus tamen sum hunc locum valde ab eo esse perturbatum. * *Aph.3.lib.6. Stat.7.*

ὕδωρ τὸ ταχέως] Aquarum dignatio ex leuitate,facili transmutatione,& mollitie æstimatur, vt vitium ex duritie, grauitate, & contumacia. Hinc passim apud Hippoc.lib. περὶ ὑδάτων, &c.& 6. epid. ... celebrantur. Hic verò locus sumptus est ex aphorismis. * Quem Celsus lib.2. cum cæteris bonitatis notis transtulit,inquiens: Facilis etiam & necessaria cognitio est,naturam eius requirentibus. Nam leuis pondere apparet,& ex his quæ pondere pares sunt, eo melior quæque est, quò celeriùs & calefit & frigescit,quoque celeriùs ex ea legumina percoquuntur.Eandem leuitatis notam probat Hipp.lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης, his verbis. ... Plinius etiam attingit lib.31. † Omnem vtique decoctam vtiliorem esse conuenit,item calefactam magis refrigerari subtilissimo inuento. Aquarum verò probarum notas fusius habes † apud Galenum lib.6. Epidem. † † & Oribasium libro quinto Collect. Medic.

* *Aph.26.lib.5. Cap.18.* † *Cap.2.* † † *Com.4.*

ἐπὶ τὸ ἴσον μένει] Illud ἐπὶ τὸ ἴσον μένει, obscurum est an ad temporis moram qua alimenta conficiantur, referatur: an verò ad vires & facultates. Qua ratione ἰσχυρὰ ἢ ἀσθενῆ διαιτήματα vocat Hippocrates. * Etsi verò ratione constat & partitis sententiis, ... : pro cuiusque tamen naturæ affectione & alimenti proprietate, † vsus & ciborum experientia magis proficit. Vbi singulis certa quædam adhibenda, non autem vniuersitatis norma conseruanda est. Quosdam enim alia aliis magis delectant &

iuuant. Et βρώματα τὰ μὲν ἰσχίας κρατεῖται, τὰ δὲ βελτίως, vt scribit Hippocrat. lib. 6. Epid. " Quorum ratio non nisi longo vsu diiudicari A potest. Has in alimento cuiusque singulares dotes spectandas innuere videtur Hippocr. lib. περὶ τροφῆς, his verbis, ὑγρὴ τροφὴ ευμετάβλητος μᾶλλον ἢ ξηρή, ξηρὴ τροφὴ ευμετάβλητος μᾶλλον ἢ ὑγρή. Hæc igitur non tam ad mutationem, quàm ad qualitates & alimentorum vires referenda sunt. Etsi verò vtrumque rectè intelligi potest. * Lib. 6. Epid. † Aph. 11. lib. 2. " Sect. 5.

ὅτι αἵματος ῥυέντος ἐκχλοοῦνται] Difficilis & obscura est hæc lectio propter variam interpretum & codicum lectionem. Caluus ἐκχλοιοῦνται legisse videtur, quam lectionem vt sinceram codicibus nostris duobus ducibus sequutus sum, vt idem sit ἐκχλοιοῦσθαι quod χλωραίνεσθαι. Quibus verbis virentem ex pallido colorem significamus. χλοιοῦται enim ὡσεὶ καὶ χλοραίνεται interpretatur * Galenus, quod & χλοοῦνται dicitur, vt χλοά, χλωρότης, & χλοώδης χλωρόν. Sensus igitur est facillimus, ex nimia sanguinis profusione ἐκχλοοῦσθαι aut ἐκχλοιοῦσθαι, hoc est, colorem corporis viuidum deformari, ac ex pallido virescere aut flauescere. χλωρὸν enim ὠχρὸν aliquando significat, vt scribit † Galenus libro sexto Epidemiῶν. Qui colores refrigerato corpore, ex hausto cum sanguine spiritu & calido natiuo procedunt. Quod enim accidit in magna cruditatis copia & humorum proluuie, vt permixtione bilis, saturatus ex viridi color pal- B lescat, velut in hydropis specie sæpè apparet, id etiam in larga & liberali hæmorrhagia perfrictio corpore contingit. Quod χλωράζεσθαι aut λαχανίζεσθαι de huiusmodi colore dicitur, quòd maximè herbidum colorem imitetur, quæ certa sunt cachexiæ signa. Quemadmodum in inflammato & iam purulento hepate ægros χροίῃ χλοιοβάφους vocat Aretæus libro primo " περὶ σημείων καὶ αἰτίων χρονίων παθῶν. Quibus verò non ita magna est viscerum & humorum impuritas, iis exhausto quodammodo & reficcato humido asperatur sanguis, & bilis ferocientis vires induit. Vnde scripsit Hippocrates libro sexto Epid. " " οἷσιν αἷμα ῥεῖ πολὺ ἐκ ῥινῶν, οἷσι μὲν ἄχροιαι ἄκριτοι. Et rursus, ἢ τι ἐξ αἱμορραγιῶν ὑδερῶν. Quæ omnia per τὸ ἐκλύεσθαι significauit. Quò magis miror Cornarium pro ἐκχλοοῦνται, ἐκχλιαίνονται legisse: nisi & ἐκχολοῦνται ex quibusdam codicibus sumpsit, quod bilescere significat. Meminit verò huius loci Galenus in Prorrhet. " " " fœdo tamen exemplariorum nostrorum errore. Scribit enim, ἐκ ὀρθῶς δὲ προσέθηκεν τῇ προκειμένῃ ῥήσει δυοῖν συμπτωμάτων τὸ δίψης καὶ τὸ ἐκλύεσθαι τὴν ἐπίσχεσιν, ὅτι μὲν γὰρ τὸ δίψος, οὐδ' ὅλως ἴδιον ἐπισχέσεως αἵματός ἐστι. τὸ δὲ ἐκλύεσθαι τοῖς ἀμέτροις ἐκρύσεσι τοῦ αἵματος, οὐ ταῖς ἐπισχέσεσιν ἕπεται καὶ καλῶς εἴρηται κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν, αἵματος πολλοῦ ῥυέντος ἐνοχλεῖσθαι, ἔνθα καὶ τὸ σημαινόμενον ὑφηγησάμην ἐκ τῆς ἐκλύεσθαι C φωνῆς. Vbi cuiuis apparet ἐκχλοιοῦσθαι non ἐνοχλεῖσθαι legi debere. Idem libro sexto Epidem. ' τὸ αὐτὸ δυνάμει ἴσως ὁ λόγος τῷ κατὰ τὴν δὲ ῥῆσιν εἰρημένῳ ὅτι αἱ αἵματος ῥυέντος ἐκλύονται. γίνεται δὲ ἀμφότερα ψυχομένου τοῦ σώματος. Vbi etiam pro ἐκχλοιοῦνται ἐκλύονται legit, facili vocis affinitate. Nisi omnino verisimile est, Galenum hunc locum per τὸ ἐκλύεσθαι interpretetum ex consecutione quadam, vt priore loco demonstrauit, & ex Prorrhetici verbis patet. ' ' ἀλλὰ καὶ τὸ τούτοις ἐφεξῆς εἰρημένον τὸ ἐκλύεσθαι πρὸς δῆλον ἠπατικὸν ἐστι σύμπτωμα, καθότι δέδεικται διὰ τοῦ δευτέρου ἐπιδημιῶν. Hunc enim locum innuere videtur. At verò ne cuiquam τὸ ἐκχλοιοῦσθαι insolens videatur, pluribus locis apud Hippocratem celebratur in Coacis prædictionibus, cùm scribit, τὰ ἰκτερώδεα οὐ πάνυ τι ἐπιμεθανώδεα, οἷσι λύγγες, κοιλίαι καταρρήγνυνται. ἴσως δὲ καὶ ἐπίσαπις οὗτοι ἐκχλοιοῦνται. Et rursus, αἱ πυκναὶ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες ὑπολυγεῖς ἔχουσαι μικρὰ κοπρώδεα μεθ' ὑποχονδρίου καὶ πλευροῦ ἀλγήματος ἰκτερώδεις ἄρα ἐπισαίνων οὗτοι ἐκχλοιοῦνται. Et rursus ad extremum, πρὸς τὸ ἐκχλοιοῦσθαι ὕπνοον ἄσινον τε κοιλίας ἐπιεστελθούσης. In qua significatione vtrobique ἐκχλοιοῦσθαι χλωραίνεσθαι valet. Qua de dictione alias fusiùs dicetur. Porrò quidam codices ἐκχλοοῦνται à χλοάω legunt, quod flauescere & virere significat. Alij etiam ἐκχολοῦνται, quod est bilescere. Nos in tanta exemplariorum varietate D nihil immutauimus, & receptam lectionem vsurpauimus, cùm idonea sua auctoritatis habeat testimonia.

* In Exegesi. † Com. 3. " Cap. 13. " " Sect. 6. " " " Com. 3. ' Com. 4. ' ' Com. 3.

καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα] Hunc locum ex antiquissimo nostro codice, qui apud me plurimum habet auctoritatis & fidei reposuimus. Sic enim legit, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ὅτι πρὸς τὸ ὑγραίνειν, καὶ θερμαίνειν, καὶ ψύχειν πολλὰ ἄν τι, τοιαῦτα εἶναι. Cuius antiquæ lectionis vestigia inducta tamen & mire perturbata retinet Caluus. Eam ne agnoscit quidem Cornarius. Neque verò me huiusce lectionis pœnitet, quam ex Galeni monumentis eruere est facile. Lib. enim 6. Epid. † hunc locum innuere videtur, vbi illud Hippocratis πρὸς τὰς ἀρχὰς interpretatur. Qui totus locus vt huiusce lectionis vestigia inuestigentur, apponendus est. χρῆται γὰρ ἐνίοτε τῷ πρὸς τὰς ἀρχὰς φωνῇ ὁ Ἱπποκράτης, ὡσεὶ καὶ κατὰ τὴν λέξιν εἶπε πρὸς τὰς ἀρχὰς τῶν νόσων διαφέρει τὸ σκοπεῖσθαι εἰ αὐτίκα αἴθεται, καὶ ὅ ποῖα τινα ἀρχὴ φαίνοι, ὁ καὶ περὶ τὸ θερμαίνειν, καὶ ψύχειν, καὶ ξηραίνειν καὶ ὑγραίνειν, πολλὰ ἄν τις εὕροι τοιαῦτα, οὐ γὰρ ὡς ἐναντιούμενος, οὐδ' ὡς ἀπαλγῶν, ἀλλ' ὡς συνεργοῦντα πρὸς τὸ θερμαίνειν, καὶ ψύχειν, E καὶ ξηραίνειν, καὶ ὑγραίνειν χρῆται. πολλὰ φησὶν ἄν τις εὕροι τοιαῦτα. δέδεικται δὲ καὶ τοῦθ' ἡμῖν ἐν οἷς ἐξηγούμεθα τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν. Ex quibus verbis liquidò constat hunc esse locum, quem Galen. ex 2. Epid. adducit. Neque enim alibi vsquam reperias. Neque verò magni interest, si pro εἶναι, εὕροι legas, vt ex Galeno sumpsimus. In quo eiusdem auctoris secuti sumus consilium, dum illud πρὸς accepimus συμβολευτικῶς. Porrò illud ὅσα ἄλλα ad ῥητίον, & hæc omnia ad βρώματα καὶ πόματα referri posse videntur, ne quis longiùs abeat. Caluus quoque aliter hunc locum legisse videtur, vt ex eo nihil insigne elicere possis. † Com. 1.

τόκων ἐν ἐπισχέσιν] Id omisit Caluus.

ἐκθύματα] ἐκθύματα Hippocrati sunt pustulæ in summam cutem erumpentes. Quarum ortum & appellationem sic explicat Gal. lib. 3. Epid. † πρόδηλον μὲν ὅτι παρὰ τὸ ἐκθύειν, ὅπερ ἐστὶν ἐξορμᾶν, ἡ προσηγορία τοῖς ἐκθύμασι γέγονεν, ἐπὶ τῶν αὐτομάτως ἐξανθούντων κατὰ τὸ δέρμα. φλύσεις δ' αὐτοῖς ἐκ τῶν φαύλων δηλονότι χυμῶν, ἀλλὰ καὶ τῇ ποιότητι προσηκόντως ἕπεται, τῶν μὲν χυμῶν λεπτῶν ἑλκώδεις ἐργαζομένων μᾶλλον ἢ ὄγκους. τῶν δὲ παχέων εἰς ὄγκον ἐξαιρόντων τὸ δέρμα. Non absimili admodum significatione ἑλκυδρίων ἔκθυσιν vocat lib. 6. Epid. Hippocrates, " ὡσεὶ ἐξόρμησιν, vt inquit Galenus, παρὰ τὸ ἐκθύειν ὅπερ ἐστὶν ἐξορμᾶν. † Com. 3. " Sect. 1. F

τῇ τοῦ σκυτέως] Hîc duo illi nostri codices qui cæteris ægrotorum numerum annotarunt, ἄρρωστος τέταρτος adscribunt.

πολλὰ δὲ ἔτεα ἤδη εἶχε] Istud de vrinæ stillicidio & difficultate, quæ multis annis tenuerat, intelligendum videtur. Sensim enim postea

διέλιπεν ἐπ' ὀλίγον] Vetus nostrum exemplar ἐπ' ὀλίγον χρόνον legit. (intermisit.

Cuidam ante conceptum coxendicis dolor commotus, à conceptu cessauit. Vigesimo autem à partu die rursus doluit. Marem igitur peperit. In inferiori tibia dextra, itemq; in manu dextra ad pollicem, prægnanti tertio aut quarto mense pustulæ eruperunt, ad quas thuris micas concussu elisas (mannam vocant) adhibere solemus. Quæ an pepererit, nescio. eam enim reliqui semestrem. Habitabat autem, ni fallor, in Archelai ædibus, ad rupem. Antigenis vxor quæ ad Nicomachum habitabat, carnosum puerum peperit, membris quidem & præcipuis corporis partibus distinctum, magnitudinem verò quatuor digitorum qui non excederet, totusq; esset exossis, tandem etiam crassus & rotundus. Ipsa autem ante partum suspiriosa erat, simulq; cum partu pus paucum vomitione reiecit, quale ex furunculo. Ei quæ ex difficili partu gemellas edidit, nec admodum perpurgata est, venter totus intumuit, tandemq; in magnitudinem excreuit, reliqua verò depressa sunt & subsederunt. Ad sextum mensem rubra deinde reliquo toto tempore alba admodum profluxerunt. Hæ verò fluxiones veneri officiebant, illiq; merè rubicunda prodibant.

Ισχίον δὲ τις ἤλγει, πρὶν ἰσχεῖν. ἐπεὶ δὲ ἔσχεν, οὐκ ἔτι ἤλγει. ἐπεὶ δὲ ἔτεκεν. εἰκοστῇ αὐτῇ, ἑώδεσσα, αὖθις ἤλγησεν. ἔτεκεν οὖν ἄρσεν. ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἐν κνήμῃ κάτω δεξιῇ, ἢ τρίτῳ ἢ τετάρτῳ μηνὶ, ἐξανθήματα πρὸς ἃ τῇ μάννῃ χρώμεθα. καὶ ἐν χειρὶ δεξιῇ παρὰ μέγαν δάκτυλον, οὐκ οἶδα ὅτι ἔτεκε, κατέλιπον γὰρ ἑξάμηνον. ᾤκει δὲ ὡς ἐγὼ οἶμαι τὰ Ἀρχελάου πρὸς τῷ κρημνῷ. ἡ Ἀντιγένεος ἡ περὶ Νικόμαχον, τέκεν παιδίον, σαρκῶδες μὲν, ἔχον δὲ τὰ μέγιστα διακεκριμένα. μέγεθος δὲ ὡς τετραδάκτυλον ἀόστεον. ὕστερον δὲ παχὺ στρογγύλον, αὐτὴ δὲ ἀσθματώδης ἐγένετο πρὸ τοῦ τόκου. ἐπεῖτα ἅμα τῷ τόκῳ πῦον ἀνήμεσεν ὀλίγον, οἷον ἐκ δοθιῶνος. θυγατέρας τεκούσης διδύμους καὶ δυστοκησάσης καὶ οὐ πάνυ καθαρθείσης, ἐξῳδησεν ὅλη. ἔπειτα ἡ γαστὴρ μεγάλη ἐγένετο. τὰ δ' ἄλλα ἐπαταφνώθη. καὶ ἐρυθρὰ ἐγένετο μέχρις τοῦ ἕκτου μηνός. ἔπειτα λευκὰ κάρτα πάντα ἤδη τὸν χρόνον. πρὸς δὲ τὰ ἀφροδίσια οἱ ῥόοι ἐβλαπτον, καὶ οἱ ἄκρητα ἐρυθρὰ ἰκνεύμενα ἦν.

A Ἰχίον δέ τις] Hæc tam variæ partuum circumstantiæ & concursus, parum aut nihil momenti habent, ex eorumq; sunt numero quæ communes rerum affectiones potiùs, quàm certas & proprias naturas ostentant. Qualia multa hoc in libro & cæteris Hippoc. monimentis scribuntur. Quæ dum firmis & indubitatis artis fundamentis nituntur, ea nedum doctrinam è sede constantiæ dimouent, vt sua varietate plurimùm etiam recreent, & suspensas opiniones obseruatione confirment: dum tamen his historiæ fides constet, nec velut præiudicata auctoritate ad se diligentiorem speculationem & cæterorum conformationem rapiant. Illa igitur vt leui brachio ab Hippocrate attinguntur, ita & leuiter percurrenda sunt. Neque enim ea accuratè animaduerterat, vt diligentia adhibita explicaret, qualem in cæteris librorum Epid. historiis nauauit, sed vt è re nata sese offerebant, ita in diaria & adeo alia coniecta sunt. In hac ægra igitur verisimile est, vteri parte dextra affecta, cum in coxendicem decubuisse, atq; ita dolorem concitasse. Qui conceptu roboratus, etsi dolorem sedauit, naturæ tamen benignitate vitium aliò propulit, idque κατ' ἴξιν, dum pustulæ quarto aut B tertio mense, valido iam fœtu, in tibia & manu dextra enatæ sunt. Pustulæ verò ex vteri affectibus in cutem erumpentes, inflammati vteri aut erysipelate laborantis certissima sunt indicia, vt scribit Hippocrates libro περὶ γυναικείης φύσιος. Mannam porro, micas thuris concussu elisas, cum * Plinio diximus, quem alij thuris pollinem dicunt, intelligentes. †Dioscorides enim mannam thuris ἴσχοροr probat, hoc est, cum micarum frequentia & grumosam. Est verò manna Græcis, thuris puluisculus, aut excribratio & concussio quædam, eiusque purgamentum. ἀπόσεισμα λιβανωτοῦ vocat Galenus. Quæ eodem teste, thure magis adstringit & siccat, atque eo nomine ad vlcera magis commendatur. †† Scribit enim, ἔστι συϛαλτικώτερον μὲν φάρμακον ἡ μάννη τοῦ λιβανωτοῦ. Libro etiam decimo tertio, ἔστι ἀπόσεισμα λιβανωτοῦ τὸ φάρμακον τοῦτο, συψεως τι μετέχον ὀλίγης, καὶ μετὰ τοῦτο, καὶ αὐτὸ τοῦ λιβανωτοῦ πρὸς ἔνια βέλτιον. ἐκεῖνος γὰρ ἐκ τ πυκνῆς δυνάμεως ἐστι μάννης ὡς ἂν μὴ μετέχων συψεως. καὶ μᾶλλον ὀλιπαρώτερος ἐν αὐτῷ, ἢ τῇ χροιᾷ λευκότερος. ὥσπερ γε καὶ ὁ τοῦ ἀρρενος θεσιμώτερος ξηραντικώτερος ἐστι τῇ δ' μάννη καὶ φλοιοῦ τι λιβανωτοῦ μέμικται σμικρὸν, ἀφ' οὗ τι στύφον ἴσχει. Vbi legitur, ἀλλὰ δ' ὡς ἐγὼ οἶμαι τὰ Ἀρχελάου, duo ex nostris codicibus ὡς τὰ ἀρχελάου legunt. * Cap.14.lib.12. †Cap.84.lib.1. †† Lib.5.Meth.

C ἡ ἀντιγένεος] Hic locus vitiosè legitur in omnibus impressis codicibus. Lego igitur ex nostris exemplaribus manu scriptis ἡ Ἀντιγένεος ἡ περὶ τὸ Νικόμαχον. Quam lectionem secuti videntur interpretes. Porrò quod hic de tantillo fœtu carneo toto exolle scribitur, mirum videri possit, nisi suspicionem imperfecti & velut abortu reiecti fœtus faceret. Huius autem loci & exempli meminit Galenus lib.3. περὶ δύσπν. vbi spirandi difficultatem istam causasq; explicat. κατὰ μὲν τοι τὸ δεύτερον περὶ ἐπιδημιῶν, ἔστι μὲν τ Ἀντιγένους γεγονὸς, ὡς ἀσθματώδης ἐγένετο πρὸ τόκου, μετὰ δὲ ἐπεφέρη. ἔπειτα ἅμα τόκῳ πάσαν ἀνήμεσεν. ὥστε ὁμολογεῖ καὶ τοῦτο τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἀποδεδειγμένοις, ἀσθμαίνουσι μὲν γὰρ οἱ πυκνὸν ἀναπνέοντες, ἅμα, καὶ τ θώρακα μέχρι πολλοῦ διαστέλλοντες. γίνεται δ' τοῦτο, ποτὲ μὲν ἐν διαθέσεσι πολλῆς εἰσπνοῆς δεομέναις, αὐλὰς καὶ τοῖς δραμοῦσιν ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως ἐξῶς γυμνασαμένοις τὸ τοιοῦτον συμπίπτει, καὶ πᾶσι τοῖς ἰσχυροῖς πυρετοῖς. γίνεται δ' ὡς ἐδεήθη κατειλεῖσθαι ἐμφράξεις, ἢ θλίψεις, ἢ στενοχωρία τις ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις ὑπάρχει. τοιοῦτον δέ τι φαίνεται συμβῆναι καὶ τῇ τοῦ Ἀντιγένους, ὡς ἐδήλωσε τὸ πρῶτον.

πάνυ καθαρθείσης] πάντη καθαρθείσης legunt duo ex nostris codicibus, vnus recentior, alter antiquissimus.

καὶ ἐρυθρὰ ἦν] ἐρυθρὰ ἴσα lego cum interpretibus, seruata nostrorum codicum fide.

D πρὸς δὲ τὰ ἀφροδίσια] Quotquot licuit videre codices, constantissimè hanc lectionem retinent. Vnde mirum subit, qua ratione à veteribus Hippoc. interpretibus, θύραι pro ὥραι lectum sit. Quod testatur Galenus initio lib.6. Epid. *interpretum antiquorum mentioné faciens. Hunc enim locum apertissimè innuere videtur, cum scribit, ἐπεὶ δ' ἔνιοι καὶ κατ' ἀμφω σφάλλονται, πολὺ βέλτιον ἔδοξέ μοι φυλάττοντι τὴν ἀρχαίαν γραφὴν, ἀεὶ μὲν προσδιέξιν ἐκείνην ἐξηγεῖσθαι. μὴ δυνηθέντι δέ ποτε τοῦτο πρᾶξαι, τηνικαῦτα τὴν ἐπανόρθωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. καθάπερ ὁ Ἡρακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ τ ἐπιδημιῶν ἐποίησατο, κατὰ τὴν λέξιν ἐκείνην ἐν ᾗ γέγραπται. πρὸς δὲ τὰ ἀφροδίσιον αἱ ὥραι ἔβλεπον. ἐπειδήπερ τοῖς ἐξηγησαμένοις τὴν ὥραι γραφὴν ἀπιθάνως εἴρηται, ταῦτά φησι, θύραι μὲν ἦν γεγραμμένον διὰ τοῦ θ. τ μέσης δ' γραμμῆς ἐν αὐτῇ διαφθαρείσης, ἔδοξεν ὁ βιβλιογράφος ὥραι γεγράφθαι. ὁ μὲν γὰρ ἦν τοῦτο. καὶ λεπτῆς ἐνὸς ἀπολωλυίας, τηνικαῦτα τὴν γραμμὴν ταύτην, καὶ μιᾶς αὐτῆς ἐκλειψάσης, καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς αὐτὴν ἀμυδρὰν γραφεῖσαν, ἐξίτηλον αὐτὴν ὑπὸ τοῦ χρόνου γενέσθαι. Ex quibus Galeni verbis antiquam lectionem fuisse coniectabis πρὸς δὲ τὰ ἀφροδίσιον αἱ ὥραι ἔβλεπον. Sed id parum habiturum est momenti, dum in varia interpretum commissione, magnam inter se in vna lectione dissensionem ponit Galenus. Inter quos maximè Heraclidis Tarentini iudicium in emendandis antiquis lectionibus probat, quod ille maximè rei probabilitaté assequatur, quod in hac dictione fecisse visus est. Atque hoc ipsum se facturum reE cipit Galenus in interpretandis Epid. libris. Non est autem quod speret quisquã ex huiusmodi locis qui saltuatim adferuntur, semper genuinam lectionem elicere se posse. Quod iam multis locis hoc in Commentario adductis, ac inter se variam tamen lectionem ex vno Galeno referentibus, testatum volumus. Quotus enim quisque est qui non videat, quàm parum ad huius loci sensum ὥραι καὶ θύραι faciant? Par est igitur antiquam lectionem retinere, & hunc locum fluxionibus illis variis accommodare, de quibus tota agit historia. Quæ quantum veneri exercendæ officiant, satis apparet in his mulieribus, quæ hac lue profluuij muliebris conflictantur, dum magno naturalium calore, pruritu, lumborum & inguinum dolore, imi ventris contentione vehementique fœtoris tædio conficiuntur.

*In proœm.

F Τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη γινομένη, πρόσθεν μηδέποτε γινομένη, σημεῖον χρηστὸν, οἷον Δημαινέτῃ ἐγένετο. ἴσως δ' ἐστὶ καὶ τεχνήσασθαι, καὶ γὰρ αἱ ταραχαὶ αἱ τοιαῦται ἀλλοιοῦσιν. ἴσως δὲ καὶ ὀξυρεγμίαι, λειεντερίαν λύουσιν. Ἰηθεῖσα ἐλλεβόρῳ ποσῇ Λυκίῃ, τὰ ὕστατα σπλὴν μέγας, καὶ ὀδύναι, καὶ πυρετὸς, καὶ ἐς ὦμον ὀδύναι, καὶ ἡ φλὲψ ἡ κατὰ σπλῆνα, ἐτάσ' ἀγκῶνι ἐτέτατο, καὶ G ἐσφύζε μὲν πολλάκις. ἔστι δ' ὅτε καὶ οὐκ ἐτμήθη, ἀλλ' ἅμα ἱδρῶτι διῆλθεν, ἢ αὐτόματον. ἐξ οὗ δ' ἰόντων ὁ σπλὴν τὰ δεξιὰ ἐνετείνετο, πνεῦμα ἐνεδιπλασιάζετο, οὐ μὴν μέγα παρεφέρετο, περιεστέλλετο. φῦσα εἰσῄει, οὐδὲ ἡ κάτω οὐδὲν, οὐδὲ οὖρει. ἀπέθανε πρὸ τοῦ τόκου. τὰ ἀμφὶ φάρυγγα ἑτερόρροπα, ὁρμήσαντα οὐκ ἐφελκώθη, ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ μετῆλθεν. ἐς σπλῆνα ὀδύνη ἦλθεν ἀκρίτως, Ἱέρωνι ἐκρίθη πεντεκαιδεκαταίῳ. τῇ Κῴου ἀδελφεῇ, H ἧπαρ ἐπήρθη σπληνικὸν τρόπον. ἀπέθανε δευτεραίη. Βίων ἅμα τε οὔρει ὑπερπολὺ αἰμυπόσατον, καὶ αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ. ἦν γὰρ καὶ ὁ σπλὴν κυρτὸς καὶ σκληρὸς, καὶ ἄνω περιεληλύθει, ὑποστροφή.

Diuturnis & trahentibus intestinorum læuitatibus, ructus acidus bono est qui priùs non adfuit, qualis Demenetæ contigit. Quem & arte parare fortè licet. Nam & huiuscemodi perturbationes, prioris status immutationes afferunt, fortè etiam intestinorum læuitatem acidi ructus soluũt. Lyciæ, quæ veratri potione sanata fuit, ad extremum splen magnus fuit cũ dolore & febri. Dolores verò ad humerum pertingebant. Vena quæ ad splenem est in cubito distendebatur, & plerumq; quidem pulsare videbatur. Interdum verò neq; secta est, sed simul cum sudore aut sponte sua considebat. Quibus procedentibus splen ad dextra pertendebat, spiritus ex internis duplicem elidebat sonum, neq; tamen magna erat respiratio, leuiter mente mouebatur, cooperiebatur, & flatus intrò suberat, nec quicquam infra subibat, neq; meiebat. Obiit ante partum. Quæ sua irruptione ad alterutram faucium partem vergebant, exulcerata non sunt, in sinistram partem transierunt, lienem dolor inuasit, idq; sine iudicatione. Hieroni ad decimumquintũ iudicatio facta est. Coi soror ad instar splenis iecur intumuit, & die secunda obiit. Bioni cùm ex larga vrina nihil subsideret, sanguis ex nare sinistrâ erupit: lienem enim durum & incuruum habebat. Cùm verò sursum emersisset, recidiuam passus est.

Τῇσι χρονίῃσι] Hæc eadem ſententia paulò aliter,eodem tamen ſenſu legitur in aphoriſ. *ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγινομένη μὴ πρότερον γινομένη σημεῖον ἀγαθόν. Cuius quidem explicatio cùm fuſiſſimè à Galeno ſcripta ſit, illinc petendam cenſeo,ne actum agere videamur.Porrò iſtud enumerari debet in morborum tranſpoſitione & in alios morbos tranſitu. ὥσπερ γὰρ (vt ſcribit Galenus)† ὁ τεταρταῖος ἐπιληψίαν ἰᾶται, καὶ πυρετὸς σπασμόν, ἢ κατάρρουν, ἢ ἆσθμα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὀφθαλμίαν μὲν διάρροια, λειεντερίαν δὲ ὀξυρεγμία, καὶ πλευρίτις περιπνευμονίαν. λήθαργον φρενῖτις.idque ἐκ τῆς νόσων μεταπτώσεως ratione.Ad quam etiam iſtud referri videtur, καὶ γὰρ αἱ περὶ χαὶ αἱ τοιαῦται ἀλλοιοῦσιν. ὀξυρεγμίαν verò acidum ructum ſignificare tam vulgare eſt,quàm quod notiſſimum: vt mirari ſubeat quonam iure cibi vehementem appetentiam hîc & in Aphoriſmis pro ὀξυρεγμίᾳ Caluus ſuppoſuerit.

* *Aphor.1.lib.6.* † *In fine lib.6.epid.*

φρικώδεσι] φρικώδεες πυρετοὶ, sunt febres quæ magna sui insultus parte cum horrore aut inæquali frigoris sensu inuadunt. Quod etsi est affectionis & symptomatis nomen, more tamen suo Hipp. aliquando morbis, aliquando verò ægris accommodat, vt κοπώδεις vocat eos, qui triplici illo lassitudinis genere afficiuntur, & sæpè febribus tribuit, * in quibus magna crudorum humorum copia, grauitatis sensum musculoso generi facit, indeq; in spatiosam articulorum laxitatem decubitum procurat. Nil igitur mirum est, si in magna crudorum, crassiorum & mordacium humorum sobole, aut etiam inæqualitate, quæ ista temporis circumscriptione mulieres plurimùm pessundabat cum horroris & lassitudinis sensu, oculorum dolores, capitis grauitates, & leues quædam syderationes subortæ sunt. Ista enim succorum inæqualitas præcipuè totius corporis arcem & speculam ita occupauerat, vt sensationum officinas interciperet & sopiret, quemadmodum antea descripsit Hippocrates. Vnde procliue fuit, tam magnum confluentem in præcipiti positum, ad sibi proximos subiecti corporis riuos deriuari. Sæpè autem fit, vt in tam varia corporis succussatione menses moueantur, quod valde bono est. Sic ad totius huius loci sensum scripsit in Coacis. τὰ φρικώδεα κοπώδεα, καρηβαρικὰ, τραχήλου ἐδυνώδεα, γυναικεῖα καταρρήγνυσι. Idem in Prorrhetico, οἷσιν ἐκ ῥίγεος πυρετοὶ κοπώδεες γυναικεῖα κατέχει, τράχηλος δ' ἐν τούτοις ὀδυνώδης, αἱμορραγικόν. Quod iisdem penè verbis in Coacis repetit. At verò nisi menstrua profluxissent, vero erat affine propter τὸ τῷ προσώπῳ ἐρυθρὸς, hæmorrhagiæ suspicionem aliquam salubriter futuram, quæ inter propria solutionum febrium ardentium genera recensetur lib. 1. ep. in quibus etiam cum hæmorrhagia menstruæ purgationis eruptionem recenset. Sunt autem φρικώδεις πυρετοὶ (vt scribit † Gal.) ἐν οἷς μέχρι πλείστου τῆς ἀναβάσεως τε καὶ ἐπιδόσεως καλουμένης τοῦ παροξυσμοῦ. αἱ φρῖκαι γίνονται τοῖς νοσοῦσιν. οὐ γὰρ δή τις γε καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπισημασίας φρικώδεις ἠγνωμένως τούτους ὠνόμασεν, ἀλλ' ἐφ' ὧν ἐπὶ πλεῖστον ὅλου τοῦ παροξυσμοῦ, τὸ τῆς φρίκης ἐκτέταται σύμπτωμα. καὶ γίνεται διπλοῦς, ἐνίοτε μὲν ἀναδιπλώσεις ποιοῦσης τῆς ἐπιτάσεως, ἐνίοτε δὲ αὐτὸ τοῦτο μόνον, ἀνώμαλον ἀνάβασιν. ἡ διαφορὰ δὲ ἐστιν ἐν τῷ ποσῷ τοῦ χρόνου βραχίσι μὲν γὰρ πάνυ διαλείμμασι διοριζομένων ἀπ' ἀλλήλων τῶν φρικωδῶν κινήσεων, ἀνώμαλος τε καὶ φρικώδης κίνησις λέγεται. μειζόνων δὲ τῶν διαλειμμάτων ὄντων, ἀναδιπλώσεις γίνεταί τε καὶ ὀνομάζεται τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα, καὶ γίνεται μάλιστα αὕτη μετὰ τοὺς ἡμιτριταίους ὀνομαζομένους πυρετοὺς, διὸ καὶ τρεῖς ὡς τὸ πολὺ καὶ τέτταρες εἰσίν. δέδεικται δὲ τοῦτο ἡμῖν, ἐν τοῖς περὶ πυρετῶν λογισμοῖς, ὁ ἡμιτριταῖος ἐπ' ἀνωμάλῳ συνιστάμενος χυμῷ, τὸ μέν τι πικρόχολον δειμοῦ, τὸ δέ τι φλεγματῶδες σηπομένον ἔχοντι. τοιούτους οὖν τό τι συνεδρεύσει φησὶ τοὺς φρικώδεις πυρετοὺς διὰ τῆς ἠγνωμένης κυλάσασιν, ὡς προειρηταί μοι. Lib. verò de diff. feb. 2. † † φρικώδεις οὐχ ἁπλῶς τοὺς μετὰ φρίκης εἰσβάλλοντας, ἀλλ' ὅσοις τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ παροξυσμοῦ κατειλήφασιν αἱ φρῖκαι, εἶπεν Huiuscemodi porrò febres horridæ sunt ferè tabis comites, vt patet ex lib. 1. epid. & initio Coacarum: τὸ φρικῶδες καὶ τὸ διάπνουν, ἐν τοῖσι φθινώδεσι σημεῖα φθινώδεα. Rursus quoque, οἱ φρικώδεες πυκνὰ ἐς ἐμπύησιν ἔρχονται, ἀτὰρ καὶ πυρετοὶ τοῖσιν ἀεὶ ἐς ἐμπύησιν. Plurimùm autem horrore tabidi laborant, quod quæ in thorace computruit materia, sua acrimonia tenues thoracis membranas, quæ viscera tegunt, lancinat & pungit. Totius verò corporis membranæ, cùm inter se mutua quadam cognatione respondeant & consonent, quodammodo inuicem concutiuntur. * *Vt aphor. 31. lib. 4.* † *Comment. 1. in 1. epid.* † † *Cap. 8.*

τὸ καὶ ἑξῆς] Duo nostri codices, quorum vnus antiquitatis prærogatiuam habet, alter verò recentior est, illud τὸ καὶ ἑξῆς omittunt, quod hic non multum facere videtur. Licebit autem si addideris ad ea quæ præcedunt referre, alioqui consequentibus omnia magis respondebunt. Caluus, τὶ καὶ δὲ ἧς legisse videtur: vertit enim, qua de causa.

ἐπὶ σκέλεα ἡ κάθαρσις] In his qui sese à longo præsertim morbo colligunt, instauratis paulatim viribus, videmus in crura, debiliores alioqui & remotiores corporis partes, morbosarum reliquiarum decubitum, qui ex eorum est genere quæ κατ' ἀπόθεσιν abscedunt. Atque ita sensim recreatis viribus morbus euanescit & digeritur. Quod etiam in dies obseruamus in his febribus tertianis, quæ propter materiæ permixtionem nothæ sunt, & plurimùm nostro cœlo affligunt. Id autem contingere videtur propter crudam multam, & crassam materiam, quæ dum vniuersim expurgari non potest, paulatim à natura euincitur & longè propellitur, humorum grauitate, & copia aëream bilis naturam suo momento deturbante, naturaq; tandem omnia suppeditante, & ad imas partes morbum relegante. Ex quo fit, vt tunc plurimi spasmi flatulenti (qui maximè tibiarum musculos affligunt) proueniant, quorum origo ab inæquabili illa materiæ complexione, naturaque in eam robur suum attentante esse potest. Fit enim vt biliosi succi crassis crudisque mixti, dum à naturali actione digeruntur, flatus persæpè excitent. Quod in frigidorum crassiorumque humorum concoctione accidit. Vnde idem quoque in quartanæ declinatione, quæ virgunculas sæpè affligit, obseruauimus: vt dum à morbo confirmantur, plurimis spasmis flatulentis & tibiarum grauitate conflictentur. Eum autem morborum in crura decubitum agnoscit vulgus, dum febrim in tibias secessisse dicit. Quod & Hippocratica OEconomia non est indignum. Scribit enim in Coacis, οἷσιν διαίρεσις ἀπυρετοῖσιν ἐοῦσιν ὑποχονδρίου καὶ καρδίης πόνος, καὶ περὶ σκέλεα, καὶ τὰ κάτω μέρεα, καὶ κοιλίη ἐπήρται, λύει φλεβοτομίη. καὶ κοιλίης ῥύσις πυρέξαι βεβαιότερον τούτοισι. μακροὶ γὰρ οἱ πυρετοὶ καὶ ἰσχυροὶ γίνονται, καὶ βῆχες, καὶ πνεῦμα, καὶ λυγμοὶ γίνονται, λύεται δὲ μελλόντων τούτων, πόνος ἰσχυρὸς ἰσχίων, ἢ σκελέων, ἢ πτύσις πύου ἢ ὀφθαλμῶν στέρησις ἐπιγίνεται. Porrò similis est & eiusdem propè naturæ, tam frequenter celebratus ab Hippocrate, in coxendicem decubitus, quem per τὰ ἐς ἰσχία ἀλγήματα passim inculcat. Et hîc quoque mensium profluuium ex decernentium genere statuitur, quæ hac tempestate morbis grassantibus effluuium aperuerunt, eorumque vires omninò represserunt.

Medicamentorum verò naturas esse scimus, ex quibus vt talia & huiusmodi sint, habent. Neq; enim omnes vno & eodem modo, sed aliæ aliter se habent. Quin aliàs quoque tardiùs aut maturiùs sumpta differunt, & præparationes ipsæ, quale est siccare, tundere, incoquere, & cætera huiuscemodi. Plurima verò prætereo, quæ huc consideranda veniunt, quænam cuique conueniant, & in quibus morbis, & quo morbi tempore. Ætas etiam cuiusque, forma, victus ratio, anni quoque tempus quodnam sit & qualiter circumscribatur, aliaq; id genus in speculationem veniunt.

Φαρμάκων τε τρόπους ἴσμεν. ἐξ ὧν γίνεται ὁποῖα ἄσσα. οὐ γὰρ πάντες ἀλλ' ἄλλοι ἄλλως ἔχουσι. καὶ ἄλλοτε προφθέντα, ἢ ὑστέρον, ληφθέντα διαφέρουσιν. αἱ ἢ ξηρῆναι, ἢ κόψαι, ἢ ἑψῆσαι. καὶ τὰ τοιαῦτα ἐῶ τὰ πλεῖστα. ὁκόσα ἑκάστῳ, καὶ ἐφ' οἷσι νουσήμασι, καὶ ὁπότε τῆς νουσήματος, ἡλικίην, εἶδος, δίαιταν, ὁποίη ὥρη ἔτεος, καὶ ἥτις καὶ ὅκως ἀγομένη, καὶ τὰ τοιαῦτα.

φαρμάκων] Insignis est valde huius loci commendatio, quo medicamentorum purgantium differentias & effecta persequitur Hippocrates. Atque eo commendabilior, quò parcius de horum natura ab ipso parente & Galeno scriptum est. Libri enim de Medicamentis purgantibus, quos φάρμακα passim vocat Hippocrat. in lib. περὶ παθῶν, desiderantur, & nihil præter merum titulum breuesque

A uesque clausulas reliquerunt. Ac ne eos quidem à Galeno vnquam visos suspicor. Et quos ille de Medicam. purg. compositione promittit libros, in lib. κτ̄ γένη, nunquam editos, multis mihi rationibus persuasi. Ex quo factum est, vt tota medicamentorum purgantiū natura & ratio, multis sit ambagibus obscurata & à plurimis sugillata. Hic igitur medicamentorum purgantium naturam, vires, & effectiones, velut per transennam, circumscribit Hipp. atque quid in his assumendis videndum sit, monet, vt vix alias habeas in tota purgatione iudicationes, quàm quæ hic adscribuntur. Quas quia Gal. in τῶν καθαιρομένων libello, & in Methodo, fusissimè persequitur, lectorem in plano non moramur, nobis satis abunde factum existimantes, si breuia & præcipitia complanauerimus, in hoc præsertim loco qui videtur de industria ab omnibus interpretibus & codicibus deformatus. Gal. certè, in hoc ita se gessit, vt ex eius verbis quid colligas non habeas, dum medelas pro medicamentis scribit. Qua in re, quod sæpè soleo idem quoque mihi factitandum duxi, vt ad fidum Hipp. interpretem Gal. tanquam ad sacram anchoram confugerem. Is igitur lib. de Theriaca ad Pisonem, totum hunc locum adducit: in quo etsi litera mutilata est, & quadam ex parte mendosa, Hip. tamen sensus elici potest, & velut ex duorum locorū commissione, genuina lectio extrahi. Locum igitur integrum apponam vt mecum de ipsa varietate totoq; sensu facilius arbitrium feras.

B περὶ δὲ τῶν φαρμάκων τὴν ἀρχήν, οὐδ᾽ ὅλως ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις συνίστασθαι. τὸ γοῦν κνῆκον τοὺς μὲν ἐκλέξεις τρίβει. καὶ τὴν δύναμιν ἣν αὐτῶν ἔχει, ἡμεῖς δὲ, ὡς οὐκ ἀγνοεῖς, ἀναιρεῖ. καὶ ὁ ἐλλέβορος τῶν μὲν ἐρευγίων ἐστὶ τροφή, τοὺς δὲ ἀνθρώπους διαφθείρει κακῶς. ἵνα δὲ ἐν ἑκάστῳ καὶ μερῶν τινων ἐν τῷ σώματι τὴν κάκωσιν ἰδίως ποιούμεθα. ὁ γοῦν θαλάττιος λαγωὸς ἑλκοῖ τὸν πνεύμονα, καὶ αἱ κανθαρίδες ἰδίως τὴν κύστιν κακοῖ. πολλὰ δὲ τῶν φαρμάκων πάλιν ἰδιοφυῶς τινὰ τῶν μερῶν τοῦ σώματος ὠφελεῖν πέφυκε. τάχιον γοῦν τὸ ἧπαρ πολλάκις, εὐπαθοῦσιν ὁ εὐπατόριος ὠφέλησε, καὶ ὁ μυρσίνελαιον; τὸν σπλῆνα ὤνησε. τὸ δὲ σαρξίφαγες, καὶ ἡ βετονίκη, τοὺς νεφροὺς διέθηκε καλῶς, καὶ ὁμοίως ἄλλα ἐστὶν ἄλλων, ὡς τῇ πείρᾳ πεπιστευμένα, οἰκεῖα φάρμακα, ἅπερ ἡμεῖς ὡς ἰδίᾳ ἀκριβῶς ἐξετάζοντες, οὕτως ἑκάστῳ τῶν παθῶν τὴν κατάλληλον προσφορὰν ποιούμεθα, διδάσκαλῳ καὶ τούτων ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Ἱπποκράτη τῷ ἀρίστῳ χρώμενοι. ἔτι γὰρ ἀκριβεστάτην τὴν περὶ τῶν φαρμάκων τέχνην πεποίηται, καὶ ἐξ ἄλλων πλείστων ἐπ᾽ αὐτῷ γεγραμμένων ἐστὶν ἰδεῖν. μάλιστα δὲ ἐξ ὧν φησιν ἐν τῷ β τῶν ἐπιδημιῶν οὕτω. φαρμάκων δὲ τρόπους ἴσμεν, ἐξ ὧν γεγένηνται ὁκοῖα ἄττα. οὐ γὰρ πάντες ὁμοίως, ἀλλ᾽ ἄλλοι ἄλλως σύγκεινται, καὶ ἄλλα ὅσα πρωϊαίτερον, ἢ ὀψιαίτερον ληφθέντα, καὶ οἱ διαχειρισμοί, οἷον ξηρᾶναι ἢ κόψαι, ἢ ἑψῆσαι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἕως τὰ πλεῖστα μέρη πλείονα, ὁκοῖα ἑκάστῳ, καὶ ἐφ᾽ οἷσι νοσήμασι, καὶ ἐφ᾽ ὅτι τοῦ νοσήματος ἡλικίῃ, εἴδει καὶ διαίτῃ ὁκοίῃ, ἢ ὥρῃ ἔτεος, ὁκοίως ἀγομένῃ, καὶ τὰ τοιαῦτα. διὰ γὰρ τούτων ὡς ὁρᾷ ... καθολικώτε-

C ρον ἡμᾶς διδάσκει παραινῶν καὶ τὰς φύσεις τῶν φαρμάκων εἰδέναι, καὶ τὸν καιρὸν ἐξετάζειν, ἐν ᾧ τις τὸ φάρμακον μέλλει λαμβάνειν, καὶ τὰς κράσεις τῶν λαμβανόντων ἐπιβλέπειν. εἰσὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς, οἱ μὲν εὐκόλως λαμβάνειν δυνάμενοι, ὡς καὶ πέπτειν αὐτὰ πολλάκις, ἢ κατὰ μηδὲν ὑπ᾽ αὐτῶν κακοῦσθαι, ἀλλ᾽ ἐνίοτε καὶ τροφὴν αὐτοῖς γίνεσθαι αὐτὸ τὸ φάρμακον. ἔνιοι δὲ ἀφυῶς οὕτως ἔχουσι πρὸς τὰ φάρμακα, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν κατὰ τὴν δύναμιν, ... αὐτοῖς τὸν στόμαχον, καὶ πρὸ τῆς χρήσεως ἐκλύεσθαι ῥᾳδίως. Ex quo cuiuis manifestum est naturas medicamentorum hoc in loco ab Hipp. explicari, ac vires, facultates, & variorum effectorum rationes, quæ à totius rei natura pendent, intelligi. Quod effecit, vt τρόπους Latinè naturas verteremus, cùm differentias & eorum diuersitates significare volumus. In quo reconditius aliquid & magis philosophicum ab Hipp. fortè expectandum est. Medicamentorū varias actiones & facultates, à totius rei substantia & natura pendere, quod est in omni medicamentorum disciplina valde controuersum, & totis Medicorū scholis exagitatum. Atq; adeò hac de re sententiam tulit Gal. contra Asclepiadem lib. de Theriaca ad Pisonem, proprias medicamentorū actiones ab eorundem natura educēs, cùm scribit: ἡμεῖς δὲ

D τοῦτο ἰδόντες καὶ περὶ ... τῆς ἑκάστου φύσεως τῶν φαρμάκων τὸ οἰκεῖον τῆς δυνάμεως φιλαλήθως ὁμολογεῖν τὸ δυνατὸν εἰδότες κἀνταῦθ᾽ ὅτι φάρμακα φυσικῇ τινι δυνάμει ἕλκειν τὰ οἰκεῖα πέφυκεν, ἀκριβῶς ἐπιστάμεθα ὥσπερ καὶ ἐν τῷ τὴν μαγνῆτιν λίθον ἕλκειν τὸν σίδηρον εἰς ἑαυτήν, δύναμιν τινὰ ἑλκτικὴν ἐξ αὐτῶν, τὴν ἔμφυτον δύναμιν εὐλόγως ἑαυτοῦ ἐπιγράψῃ. θεὸς γὰρ οὐδ᾽ ὥσπερ ἡ ἐν ἡμῖν φύσις, κατὰ τὸν Ὅμηρον, καὶ ἄγουσα τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια, οὕτω ταῖς θείαις δυνάμεσιν ... ἐπιδείκνυται. ... τῶν ἄλλων δὲ ἁπάντων τὴν φύσιν φιλοπόνως ἐξετάζομεν, ἵνα καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν κατὰ τὴν ... ἀκριβῶς ... εἰσαγώμεθα ... ἐν τῇ ἐξετάσει ... τὸ μὲν ὡς ἰδίαν καθ᾽ ὅλας ἑαυτῆς ἐνεργοῦντα τὰς οὐσίας. τὰ δὲ καὶ μικτὸν ἐν τῇ οὐσίᾳ τὴν δύναμιν ἔχοντα, καὶ διπλῆν ἀποτελοῦντα τὴν ἐνέργειαν. οὕτω φανερῶς πολλάκις, ὡς καὶ τὰ ἐναντιώτατα ὑπ᾽ αὐτῶν ἐπὶ τοῦ σώματος γινόμενα ἡμᾶς βλέπειν, καὶ θαῦμα τοῖς ὁρῶσι τὸ τοιοῦτον εἶναι δοκεῖ. οὐ γὰρ πάντες] Hic locus in omnibus exemplaribus impressis deficit, & aliqua ex parte mendosus est. Reponendus igitur fuit ex Galeni loco & nostris exemplaribus, atque ita legendus, οὐ γὰρ πάντες ὁμοίως, ἀλλ᾽ ἄλλοι ἄλλως σύγκεινται. Quam lectionem sequuti sunt interpretes, εὖ κεῖνται, tamen duo fidelissimi nostri codices legunt pro σύγκεινται.

διαχειρισμοῖσιν] διαχειρισμοί, sunt medicamentorum dispensationes, administrationes, & præparationes. Compositiones vulgò di-

E cimus, quæ manuum tractationes exigunt, pro quarum diuersitate interdum variant. Cæterùm sequuti sumus Gal. non vulgatos codices, quamuis illis sua potest constare lectio, quæ tamen implicatior est & obscurior. In eo verò quod sequitur, vitiosa est Galeni lectio, & nostri nobis codices fuerunt imitandi. Quotus enim quisque est qui illud explicet ἕως τὰ πλεῖστα μέρη πλείονα; Lego igitur εἴ δὲ τὰ πλεῖστα καὶ ὁκοῖα ἑκάστῳ &c. vetustissimo nostro codice authore. Neque enim attinet aliorum lectiones hìc annumerare, cùm sint extra aleam, nec ita plausibiles propter suam varietatem, in eo præsertim vbi hærendum non sit.

καὶ ὅ τι τοῦ νοσήματος] Aliter legisse Galenum apparet ex loco priùs adducto. Magis tamen mihi arridet hæc lectio duorum codicum authoritate firmata. Quod enim sequitur, ad indicationes in assumendis medicamentis spectandas referri debet, vt cuiusque ætatem, formam & temperiem, consuetudinem & victus rationem, totius anni temporis circumscriptionem in consilium adhibeamus, εἴδει enim hic non aliud significare existimo, quàm formam, quæ ex primorum & maximè simplicium corporum inter se tem-

F perie constat, totamque totius corporis essentiam & notionem præ se fert, temperamentum dicimus. Et verò id significauit Galen. cum τὰς κράσεις τῶν λαμβανόντων ἐπιβλέπειν suasit.

ὁμοίως ἀγομένῃ] Proprium nos ambientis aëris statum, & eam quæ nos afficit temporis designationem intelligit. Anni tempus enim spectari vult quale & quodnam sit, an propriam temperiem seruet: an verò statis suis vicibus dispensetur, & legitimo ordine procedat. Indeque eum qui nos fouet, aëris statum considerandum censet. Id enim significare videtur ὁμοίως ἀγομένῃ. Αγωγὴν enim lib. 1. epid. Hipp. τὴν περιέχοντος κατάστασιν vocat, vt notat Gal. in eum locum commentario.

Ζοίλῳ τῷ παρὰ τὸ τεῖχος, ἐκ βηχὸς πεπείρης, πυρετὸς ὀξὺς, καὶ προσώπου ἔρευθος, καὶ κοιλίη ἀπολελαμμένη, πλὴν πρὸς ἀνάγκην. πλευροῦ ὀδύνη ἀριστεροῦ. καὶ οὔς κατ᾽ ἴξιν ὀδυνῶδες πάνυ, καὶ κεφαλὴ οὐ τοσοῦτο, πτύων διὰ παντὸς ὑπόπυον ἐνόσει, ἀλλὰ τὰ ἄλλα ἐκρίθη. καὶ κατ᾽ οὖς ἐρράγη πῦον πολύ. περὶ ὀγδόην ἢ ἐνάτην. αἱ δ᾽ ἀρχαὶ τῆς ἐνάτης, ὀδύνης τοῦ ὠτός. οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἄνευ ῥίγεος ἡ κρίσις. ἵδρωσε κεφαλὴν κάρτα. καὶ οὗτος ἐμπεδότιμη ξύγκαυσις καὶ ἀριστεροῦ πλευροῦ. ἄνω ἅμα ὠτί, ἄνω δ᾽ ὀδύνη μάλιστα κατ᾽ ὠμοπλάτην, ἀτὰρ καὶ ἔμπροσθεν πτύαλα πολλά, καὶ ἀρχὰς πτύεντα ἀνθηρά, καὶ ἀμφὶ ἑβδόμην ἢ ὀγδόην. ἔπειτα ἐπίπονα. κοιλίη ἔστηκε μέχρις ἀμφὶ ἐνάτην καὶ δεκάτην. ἡ ὀδύνη ἀπέσβη. οἴδημα ἀνίει, καὶ ἱδρώτια ἐγίνετο. οὐ μὴν ἔκρινε. δῆλα δὲ ἦν καὶ ἄλλοισι καὶ τῇ διεξόδῳ. περὶ γὰρ ἀρχομένην τὴν τοῦ ὠτὸς ὀδύνην καὶ ἡ γαστὴρ ἐπεταράχθη. ἐρράγη δ᾽ ἐκ τοῦ ὠτὸς ἐνάτῃ, καὶ ἐκρίθη τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἄνευ ῥίγεος ἡ νοῦσος τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ ἀτὰρ καὶ τὸ πτύελον λαυρότερον εἴη, ἐπειτὰ ὡς ἐρράγη καὶ

Zoilo qui ad murum habitabat, ex matura tussi, febris acuta suborta est, & faciei rubor, aluusq; intercepta nil, nisi coactè reddebat. Lateris sinistri & auris quæ è directo erat, magnus dolor. Caput verò non ita dolebat. Purulentum quodammodo expuebat semperq; ægrotabat, alioqui cætera iudicata sunt, & ad octauum aut nonum diem ex aure pus multum erupit. ad noni diei initia auris dolor cessauit, atq; haud scio quomodo sine rigore iudicatio consecuta est. Caput valde sudauit, aurisq; & lateris sinistri stabilis erat quidam ardor. Supernè vnà cum aure ad scapulas præcipuè, dolor sedatus est. Sed & priùs sputa multa reiecta sunt, quæ ad expuitionis initia, & circa septimum aut octauum diem florida erant, deinde verò laboriosa. Aluus substitit ad nonum & decimū diem, dolor extinctus est, & tumor remittebat, sudoresque parui fiebant, qui neque tamen decernebant, vt ex secessibus ipsis aluisq; satis manifestum fuit. Incipiente enim auris dolore, aluus perturbata est. Nono autem die ex aure pus erupit, iudicatusq; est morbus absque rigore decimoquarto eodemq; ipso die. Quin & sputum copiosius & coctum magis procedebat, vbi pus ex aure

liberiùs effluxit. Sudores autē & ſerpentia vlcera lōgo poſtea interuallo in capite fiebant, quæ tertio die exiccata ſunt. Quæcunq; abſq; iudicationis ſignificatione diſparent, malè decernunt, velut in eryſipelate, quod Polemarchi ancillæ cōtigit, videre ſatis licuit.

πεπειρότερον. ἱδρῶτες δὲ καὶ ἕρπητα, ἐπὶ πολὺν χρόνον τῆς κεφαλῆς ἐγίνοντο, ἐξηράνθη ὡς τρίτη. ὁπόσα ἀσήμως ἀφανίζεται δύσκριτα, καὶ ἐν τῇ τοῦ Πολεμάρχου παιδίσκῃ ἐρυσίπελας.

Ζωΐλῳ] Ex hoc concurſu parotidum ſignificatio portenditur. Verum enim fuit in febre acuta, capitis dolore, vultus rubore, alui ſuppreſſione, hypochondrij tumore & contentione, parotidum materiam ſurſum ferri. Sic enim illas præſagit Hipp. in Prorrh. τὰ κωματώδη, ἀσώδη, ὑποχόνδρια ἐπώδυνα, αἱματώδεα μικρά, ἐν τούτοισι τὰ παρ' οὖς ἐπαίρεται. περὶ δὲ τὰ περὶ πρόσωπον. Rurſuſque ὑποχονδρίου ξυντάσιες μετὰ κώματος ἀσώδεες καὶ κεφαλαλγίης, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει. Demum parotidum materia in pulmones tranſlata naturæ robore, depulſa eſt. Quod ſæpè in Coacis obſeruatur. τὰ παρ' οὖς λαπάσσει βηχία μετὰ πτυαλισμοῦ ἰόντα. Hic verò multiplex eſt affectuum complexio, ex eorum quæ diuerſi ſunt generis concurſione. Quod in Hipp. doctrina non eſt admodum inſolens.

κοιλίη ἀπολελαμμένη] κοιλίη ἀπολελαμμένη τουτέστιν ἐπεχομένη, vt interpretatur Gal. in Prorrh. Sic enim aluum duram, ſiccam & interceptam vocat Hipp. κοιλίαι ἀπολελαμμέναι. σμικρὰ δὲ μέλανα συνεστῶτα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι, μυκτὴρ ἐπὶ τουτέοισι ῥηγνύμενος, κακόν. Idem quoque, οἱ κεφαλαλγικοὶ, ἀτόπως παραφρονέοντες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, ὄμμα θρασυνόντες, ἀνθηροὶ, ὀπισθοτονώδεες γίνονται. Rurſus, οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδροῦντες, κεφαλαλγέες, κοιλίης ἀπολελαμμένης σπασμώδεες. Quin & eos quibus aluus intercepta eſt, ἀπολελαμμένους vocat in Coacis, ἀπολελαμμένοισι ἐφιδροῦντες, ἤγουν τουτέστι τὸ θερμὸν πνεῦμα καὶ τὸ χολῶδες διελθὸν, λύγγα σημαίνει. Non abſimili etiam locutione τὰ σιτία ἀπολελαμμένα ſcribit dum τοῦ ἐπεχομένου τῆς γαστέρος ſignificat vt ſcribit * Gal. in Prorrh. τὸ σιτίον enim de ciborum reliquijs & alui recrementis ab Hipp. efferri alibi ſcribimus, vbi & huiuſce locutionis plura alia habebis exempla. * Comm. 2.

πρὸς ἀνάγκην] πρὸς ἀνάγκην dicit Hipp. de reſiccata aluo, quæ nil niſi coactè & Medici ope reddit. τουτέστι μετὰ τοῦ πραγματεύεσθαί τι τὸν ἰατρὸν ἢ διὰ κλυσμῶν, ἢ διὰ βαλάνων. τὸ γὰρ πρὸς ἀνάγκην τοιοῦτόν τι σημαίνει, vt ſcribit † Gal. in Prorrh. Sic κοιλίην πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσαν, ſæpè vocat Hipp. in Prorrh. aluum ſtudio & induſtria noſtra humentem. Eſt enim τὸ πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλᾷν, ὅπερ ἔν τισι διαχωρεῖν εἴωθε λέγειν. † Comm. 2.

αἱ δὲ ἀρχαὶ] Secutus hic ſum antiquum noſtrum codicem qui ita legit, αἱ δὲ ἀρχαὶ τῆς ἐνάτης, ὀδύνης τοῦ ὠτὸς τέλος. Quam lectionem ſecutus eſt etiam Caluus.

καὶ διὰ ἐμποδισμὸν] Mirum eſt quodnam hîc impedimentum intelligat Caluus, niſi ſi ἐμποδιστικὸς ξυγκαύσεως legit, nullo profectò ſenſu. Cornarius de ſudore capit. Ego verò vetuſtiſſimi noſtri codicis fide fretus, ὠτὸς lego, & ardorem illum pertinacem renitentemq; ad aurem & latus refero.

ἀπὸ σήματι] Id totum perturbauit Caluus.

ἐπίπονα] πτύαλα ἐπίπονα quænam ſint diximus in Com. ſect. 2. Quod verò ἐπίπονα vocat Hipp. etſi de ſputis efferri in tota ſua πραγματείᾳ rarum eſt, nullam tamen habet difficilem notionem. Certum eſt enim, ἐπίπονα πτύαλα dici quæ difficulter & laborioſè educuntur. ἐπίπονα namque de his quæ implacidè & intoleranter affligunt dicitur. Hippocr. lib. 1. epid. ἐπιπόνως δὲ τοῖσι πλείστοισι ſignificans τὰ συμπτώματα τοῖς πλείστοις τῶν καμνόντων ἐπιπόνως συμβῆναι, τουτέστιν οὐκ εὐφόρως, οὐδ' ὥστε ῥᾳδίως ἀνέχεσθαι φέροντας ἐρρωμένως, ἀλλὰ τοὺς πλείστους αὐτῶν γίνεσθαι κλινήρεις, vt interpretatur Galenus. Non abſimili ratione Hippoc. τὰ ἐπίπονα οὖρα dixit in Prorrh. τὰ μετὰ πόνου ἀποκρινόμενα καὶ μὴ εὐφόρως innuens ex Galeno, etſi iſtud plurimùm negotij interpretibus faceſſat, qui ἐπίπονα in πέπονα deformant.

ὀδύνη ἀπέστη] Iſtud ſuperioribus coniunxit Caluus: nos omnes codices ſequuti, ſequentibus addidimus.

οἴδημα ἀνίει] Vetus quidam codex cum recentiori altero ἐνίει legit, quod ſecutus eſt Caluus. Nos nihil in receptiſſima lectione immutare voluimus.

ὁπόσα ἀσήμως] Alterum eſt σημειώσεως caput in tota iudiciorum doctrina celeberrimum, & ab ipſo Medicinæ parente variis verbis ornatum, nec verò ſemel inculcatam, quod magnum ad κρίσεως diſciplinam pondus adderet. Infida igitur iudicatio cenſenda eſt, ſi morbus abſque ſignis concoctionis aut ſolutionis euanuit, quod παραλόγως καὶ ἀσήμως ἀφανίζεσθαι ἢ κουφίζεσθαι vocat Hipp. Sæpiſſimè enim damnat ea quæ præter rationem nec ex morbi dignitate leuant quæ παραλόγως ῥηΐζοντα vocat, ὅταν μήθ' ἱδρῶτος γινομένου, μήτ' ἐμέτου, μήτε διαχωρήσεως, ἀλλὰ μηδὲ ἀποστήματος κρισίμου, κουφίσαι συμβῇ τὴν νόσον, vt interpretatur [1] Galenus in Prorrh. & aphoriſmis. Iudicationem igitur fidam & ſtabilem ἄνευ λυτηρίων σημείων ſtatuere non eſt, alioqui ſuſpectas recidiuas faciet, vt initio τῶν περὶ κρισίμων ἡμερῶν ſcribit Gal. τῶν νοσημάτων αἱ λύσεις, ὅσαι μὴ κατὰ βραχὺ μαρανθέντων, ἀλλ' ἐξαίφνης τινῶν ἀθρόων γίνονται, δέονται πάντως ἵνα ὦσι πιστοί, διὰ φίλους τινὸς ἐκκρίσεως, ἢ ἀποστάσεως ἱκανῆς, ὡς εἴ γε χωρὶς τούτων ἔργασάμενοι, ὑποτροπιάζειν φιλεῖ. Idemq; ruſus, χρὴ τοίνυν εἰ μέλλοι βεβαίως παύεσθαι, μέγα τι καὶ ἰσχυρὸν νόσημα, προηγεῖσθαι τῆς λύσεως αὐτοῦ τὰ πρὸς Ἱπποκράτους ὀνομαζόμενα λυτήρια σημεῖα. τοῦτο μὲν ἱδρῶτας χρηστοὺς δι' ὅλου τοῦ σώματος γινομένους, ἢ οὔρων πλῆθος, ἢ διαχωρημάτων ἢ ἐμέτων. τοῦτο δὲ αἱμορραγίαν ἐκ ῥινῶν, ἢ τινὰ ἄλλην αἵματος κένωσιν, οἷον ἐξ αἱμορροΐδων, ἢ ὑστερῶν. τοῦτο δὲ εἰς τοὺς ὑπὸ τοῖς ὠσὶν ἀδένας ἢ εἰς ἄλλον τινὰ τῶν ἀκύρων μορίων, ἢ ἄρθρων ἀπόστημα. εἰ δὲ μηδενὸς τῶν τοιούτων σημείων ἐπιφανέντος ἔδοξε πεπαῦσθαι τὸ νόσημα, περὶ τούτων ὁ πάντα θαυμαστὸς Ἱπποκράτης, ἐνὶ μὲν καθόλου λόγῳ τήνδε τὴν πεῖραν ἀπηρμήνατο, τὰ ἀσήμως ῥᾳστωνήσαντα φιλυπόστροφα. κατὰ μέρος δὲ διά τε τῶν ἀφορισμῶν αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦ προγνωστικοῦ γράμματος, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τῶν ἐπιδημιῶν ἐδίδαξε. Hæc igitur Galeni verba locum totum explicant, viamq; ad Hippocratis adyta muniunt. Sit igitur hæc prima velut lemniſcata palma, dum ipſius parentis arculas & pigmenta in ſui notitiam conſumimus. Libet enim per ſe ſatis confirmatum locum & ſua authoritate celebrem, parenti velut poſtliminio reſtituere, atq; velut fugitiuum mancipiū redhibere, dum omnes Hippocraticæ locutionis vindemiolas eò reſeruatas conferemus, vt abortiuum fœtum agnoſcat. Ex eodem igitur fonte manant, quæ ab Hipp. in Prorrhetico ſcribuntur, τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥᾳστωνήσαντα θάνατον σημαίνει. Et τὰ ἐπώδυνα ἀκρίτως καταμωλυνθέντα, ὀλέθρια. Et δίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι κακόν. Idem quoque, πλευροῦ ἄλγημα ἐπὶ πτύσεσι χολώδεσιν ἀλόγως ἀφανισθὲν ἐξίσταται. In Coacis quoque, τὰ ἀλγήματα ἀφανιζόμενα χωρὶς προφάσιος ὀλέθρια. Rurſuſque, τὰ ἐν πονηροῖσι σημείοισι κουφίζοντα καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα δύσκολα. In aphoriſmis verò, τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν, οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. Idē verò Medicina parēs in fine huius ſectionis ſcribit, τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥηΐζοντα, κίβδηλον. Et rurſus, κακοήθεστερα τὰ ἀφανιζόμενα ἐξαίφνης. In Prognoſtico itidē, ὁκόσοισιν οἱ πυρετοὶ παύονται, μήτε σημείων γινομένων λυτηρίων, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ τουτέοισιν. Gal. etiā ſuo more locum apertiſſimè explicat, inquiens: ὅταν μηδέτερον ὧν εἶπε γίνηται, τότε χρὴ προσδέχεσθαι τὴν ὑποστροφὴν, οὐχ ὅταν τὸ ἕτερον μὲν αὐτῶν γίνηται, τὸ δ' ἕτερον μή. τὰ γὰρ ἀλόγως ῥᾳστωνήσαντα φιλυπόστροφα. κἂν ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοις γένηται τοῦτο. δῆλον δὲ ὅτι ταῦτα ἀλόγως ῥᾳστωνῆσαι λέγοιτ' ἂν, ὅσα μήτε μετὰ σημείων λυτηρίων, μήτ' ἐν κρισίμοις ἡμέραις ἔδοξε πεπαῦσθαι. Idem etiam in Prorrhetico, [2] τὸν καθόλου λόγον celebrat, καθ' ὃν πάντα τὰ παρὰ λόγον ῥηΐζοντα, πρῶτον μὲν ἄπιστα φησὶν ὑπάρχειν, εἶτα καὶ κινδυνώδη πολλάκις, ὅταν καὶ αὐτὰ παρὰ λόγον ῥηΐζοντα τὰ κινδυνώδη συμπτώματα. Idem quoque in Hermocratis hiſtoria lib. 3. epid. eam quæ præter rationem & nullo ex merito fit, morborum alleuationem ſuſpectam habet, non minùs quàm ſi in maximis morbis febris præter opinionem deſinat, aut neſcio quò repentè auolet. Scribit enim: τὸ γὰρ ἅμα πυρετοῦ διαλυθῆναι, καὶ χυμὸν ἔχοντι δηλονότι δακνώδη καὶ θερμὸν, ἐξαίφνης σύμπτωμα χεῖρον ὑγροῖς καὶ ψυχροῖς καὶ ἀδήκτοις ἑπομένων χυμοῖς, ἐνδεικτικόν ἐστιν οὐ τοῦ πεπαῦσθαι τὴν ἔμπροσθεν διάθεσιν, οὐδενός γε κρισίμου γεγονότος, ἀλλὰ τοῦ νενεκρῶσθαι τε καὶ σβέννυσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν. εἴρηται μὲν οὖν ἐπὶ πλεῖον περὶ τούτων ἐν ἑτέροις. ἀλλὰ καὶ νῦν ἐν κεφαλαίοις ἅπαξ ἀρκείτω λελέχθαι περὶ τῶν ἀλόγως ἐπὶ χαλεποῖς νοσήμασιν ἀπυρέτων γινομένων. ὅσῳ γὰρ ἂν ὀλεθριωτέρων προηγησαμένων σημείων ἀμείνονα ἔχειν δόξωσι, τοσοῦτο τὴν νόσον ὀλεθριωτέραν ἔχουσιν. Plurimis verò aliis locis in tota criſium diſciplina infidas & malè decernētes iudicationes damnat Gal. quæ quia cuiuis in his vel mediocriter verſato prompta ſunt, lubens omitto, & ad Hip. dictionem reuertor. ἀφανίζεσθαι igitur de his quæ diſparēt & euaneſcunt dicitur quod tum temerè in morborū ſolutionibus & iudicationis diſciplina accidit, damno eſt, tuncq; ἐξαίφνης, παραλόγως, ἀλόγως, ἄνευ προφάσιος, μὴ κατὰ λόγον, ἀκρίτως, ἀσήμως, aut aliud quid tale addit, quod eſt χωρὶς σημείων ἤτοι ἐκκρίσεως ἢ πέψεως, vt ſcribit [3] Gal. in Prorrh. ἀφανίζεσθαι etiam de tumoribus præter naturā ſubſidentibus aut diſparentibus effert Hipp. in Progn. & lib. 3. epid. quemadmodum & de parotidibus euaneſcentibus λαπάσσεσθαι dixit lib. 6. epid. [4] τουτέστι προστέλλεσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι. πολλάκις γὰρ μεμαθήκαμεν τὸ ἔθος αὐτοῦ τὴν κατὰ τὸ λαπάσσεσθαι φωνὴν, ἐπὶ πάντα τὰ ὁπωσοῦν προστελλόμενα φέροντος, ἐπειδὴ κενώτερα γίνεται. Quemadmodum in Prognoſt. de ventris tumore in hydrope ſubſidente λαπάττειν dixit, ἀντὶ τοῦ κενοῦν καὶ προστέλλειν τὰ τῆς γαστρὸς οἰδήματα, τὸ γὰρ ἀφανισθῆναι τινὰ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων εἰπεῖν (vt inquit [5] Gal.) οὐ ταυτὸν σημαίνει τῷ παύσασθαι φάναι. τὸ μὲν ὕστερον μὲν γάρ τι δηλοῖ τὰ παύσασθαι. τὸ δὲ ἀφανισθῆναι, τὸ διὰ ταχέως παύσασθαι καὶ

A θαι καὶ τῆς ξηρότητος ἐπὶ ὀλισθηρόν. Ex quibus omnibus satis apparet hæc Hippocrati esse familiaria, quibus solutionem significat, ἀφαιρέεσθαι, κουφίζεσθαι, ῥηΐζεσθαι, καταστέεσθαι, μαλάσσεσθαι, πραΰνεσθαι, χαλᾶσθαι, λύεσθαι. Vnde & κουφισμὸς Erasistrato dicitur lib. 2. περὶ πυρετῶν. Quæ, vt ex media Hipp. doctrina sumpta sunt, ita cæteris iuncta, affectionem euariant & mutant. De quibus etsi in nostra OEconomia abundè satis tibi factum cupimus, in tam vetusti tamen authoris consensu firmando, nihil quod ad huius loci sensum faceret, passus sum requiri. In his enim primæ notæ authoribus (Hippocratem & Aristotelem intelligo) cùm propter reconditam vetustatem, tum verò non raram obscuritatem, verba præcipuo quodam modo obseruari consulo, vbi præsertim, dum de rerum & verborum significatione quæstio est, plurima exempla delectant, vt neque nos quidem vnquam multæ in his lectionis pœnituerit.

[1] Comm. 1. & aph. 27. lib. 1. [2] Comm. 2. [3] Comment. 2. [4] Initio sect. 4. [5] Comm. 2. in progn.

Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ κακόν πλὴν τῶν ἐφημέρων, καὶ B οἱ ἐπὶ πυρετοῖσι βουβῶνες, κακίονες, ἐν τοῖσι ὀξέσιν ἐξ ἀρχῆς παρακμάσαντες. τὰ πνεύματα ὑποχονδρίοισιν ἐν ἀμφοτέροις μαλθακή, καὶ ἔντασις οὐδετέρη. ἐς τὰ ἄνω στρογγύλον, ἐν τοῖσι δεξιοῖσι οἷον περιφέρεια ἐπιπυητική. ὁτὲ μὲν μακρότερον ἐπὶ πλέον. ἄλλο κεχυμένον, ἄλλο κάτω ῥέπον, καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ξύντασις μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ. C ἐν πάσῃ τῇ ἄνω ἰξ[ει], ἢν ἐπαναλήπτῃ καὶ ἐπιλήπτῃ ἐς τὸ περιφερές, ἢν μὲν πνεῦμα ᾖ, ἀκρίτως λεπτύνεται θερμῇ. ἢν δὲ τοῦτο διαφύγῃ, ἐς ἐμπύησιν ὁρμᾷ. πυκνὰ πνεύματα, σμικρά, μεγάλα, ἀραιά. ἔξω σμικρόν, ἔξω μέγα, ἔσω σμικρόν. τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον. διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσιν ἐν θερμῷ ψυχρόν. ἰητήριον συνεχέων χασμέων μακρόπνοια. τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις μικρόπνοια.

D

Febres ex glandularum tumoribus ortæ, præter diarias, malæ. Sed & glandularum tumores, qui in febribus accidunt, deteriores sunt, si in acutis statim quidem remiserint. Qui flatibus conflictatur cum molli præcordiorum tumore & neutrius lateris contensione, iis supernè in dextris rotundum quiddam ac veluti circunferentia aliqua pure plena. Quod modò valde extensum est, modò verò diffusum, interdum etiam deorsum vergit, & vtrinq; ad vmbilicum contensionem facit. Si flatus in ea quæ sursum fit in directum latione, in rotundum quiddam concludatur, & velut comprehendatur absque iudicatione calore attenuatur. Quod si illud effugerit, ad suppurationem fertur. Spiratio frequẽs, parua, magna, rara: foras magna procedit, intrò parua. Hęc quidem protensa, illa verò vrgens. Duplicata intrò reuocatio, qualis superspirantibus: Calida item & frigida. Oscitationes assiduas, longa spiratio sanat. Iis qui non bibunt, aut ne vix quidem, breuis spiratio plurimùm confert.

οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ] Aphorismus est 55. lib. 4. Glandularum tumores qui absque vlcere aut causa manifesta fiunt, valde suspectos esse prius diximus, cùm humorum vitium & copiam, tum verò viscerum inflammationem præ se ferant. κακοήθεες γὰρ οἱ ἐπὶ βουβῶσι (vt scribit Hippocrates lib. 6. epidem.) σημεῖον μὲν τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων. μάλιστα δὲ περὶ τὰ ὑποχόνδρια. Quo in loco videtur horum capitum quæ hîc subnotauit designationem quandam proponere. Febres igitur ex glandularum inflammatione ortæ, si causam habeant manifestam, aut si diariarum numero comprehendantur, parum suspectæ sunt, vt scribit † Galenus. Quamuis effrenata nostri temporis libido & ingluuies, bubones multos ex mala victus ratione, in pueris præcipuè, inuehat, aut quos panos quidam, alij bubones venereos vocant, non sine febre, citra tamen periculi denunciationem, cùm ex bubonum curatione satis constet febris ablatio. Cæterùm βουβῶνας ὀνομάζουσι τοὺς ἐξαρθέντας ἀδένας, vt scribit † † Gal. Porrò recens quoddam exemplar, κακοὶ legit ex E aphorismis.

* Sect. 2. † Cap. 7. lib. 1. de diff. feb. † † Lib. 13. meth.

καὶ οἱ ἐπὶ πυρετοῖσι βουβῶνες] Vt suspecti sunt bubones qui febres adferunt, ita profectò in febribus orti suspectam magis suam originem faciunt: fomitem enim habent viscerum inflammationem & humorum magnam corruptelam, quales in pestilenti statu febribus malignis superueniunt. Atque adeò facilè internam viscerum habitudinem prædicunt, quorum sunt stolones & propagines, & (vt loquitur Hippocrates) βλαστήματα. In his quoque febribus, quibus glandularum tumores superueniunt, morbi diuturnitatem suspectat Hippocr. in coac. ἐν πυρετοῖσι βουβὼν ἀλγήματα, νόσον χρονίην σημαίνει, quòd vberrimum habeant malignorum humorum prouentum, præcipuum febrilis materiæ fomitem. Quo in vices succedente, & ad glandulas velut ex interno penu demisso, facilis est de tota vitiosorum humorum mole æstimatio. Quod si statim quidem & in febrilis incendij limine remiserint, tum vel maximè malo sunt, quod affectas & propè accisas fatiscentis naturæ vires testentur, dum præcipuus animi locus esse debet, in fæuissimo ingruentis morbi & dolorum impetu. Glandulæ enim sunt velut publica viscerum totiusque corporis sentina, in quam destinata est à bene habita natura humorum eluuies, ideoque viscerum affectorum indicaturam præ se ferunt. Quæ profectò nos impulerunt, Vt illud ἐν τοῖσιν ἐξ ἀρχῆς παρακμάσαντες, superioribus coniungeremus cum maxima nostrorum codicum parte. Quod etiam fecerunt interpretes.

τὰ πνεύματα] Hæc de flatibus esse intelligenda, quæ corpus peruadunt & quodammodo perreptant, satis indicant quæ sequuntur, dum in arctum quoddam comprehensum flatum à calore tenuari aut in suppurationem verti scribit. Ne quis verò miretur τὰ πνεύματα Hippoc. de flatibus dici, fidem faciet, quod πνευματώδεις περὶ τὴν ἐμπνευματώσιν καὶ τὸ πνευματώδη γαστρὸς dicuntur, Gal. lib. 3. περὶ φύσ[ιος]. quod & aliàs demonstrauimus. Istud verò mirè perturbauit Caluus, dum superioribus iunxit.

οἷον περιφέρεια ἐπιπυητική] Tres ex nostris codicibus, quorum duo propter summam antiquitatem & toties expertam fidem, magni sunt apud me ponderis, ἐπιπυηκὴ legunt. Quæ lectio improbanda non est.

G ἢν ἐπαναλήπτῃ καὶ ἐπιλήπτῃ] Duo fidissima exemplaria ἐπαναλήπτῃ legunt, quam lectionem etiam cum Caluo secuti sumus. Quædam etiam ἐπαναλῶ, alia verò ἐπανάλυται. Cornarius ἐπαναλάλητῃ legisse videtur. Atque haud scio an ἐπανάλητῃ ad errabundam & vagantem flatus sursum lationem referri possit. Pro ἐπιλήπτῃ duo exemplaria, quorum vnum vetus, alterum recens, ἐπι[ι]μπλῇ habent. Vbi verò τῇ ἄνω ἴξει leg. Caluus ἴξει.

πυκνὰ πνεύματα] Nolo esse longior in re præsertim facili & trita. Locus hic totus respirationum complexiones referens, à Galeno explicatur lib. 3. περὶ δυσπν. Neque verò adeò sumus impudentes, vt præter Galen. interpretationem, nostram velimus requiri. Atque adeò noster hic vanus esset labor, ni Gal. desideraretur industria. Porrò etsi quæ hîc de respiratione scribuntur, specimen exhibent eorum quæ libro sexto epidemiῶn accuratiùs absoluuntur: illinc tamen eorum explicatio desumenda est quod multa necessaria ab antiquis exscriptoribus (vt Galeni opinionem sequar) hîc omissa sint. Habes igitur absolutam respirationis doctrinam lib. 6. ep. his verbis: πνεύματα σμικρά, πυκνὰ μεγάλα, ἀραιά, σμικρὰ ἀραιά. πυκνὰ μεγάλα, ἔξω μεγάλα. ἔσω σμικρά, ἔσω μεγάλα, ἔξω σμικρά, τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον. διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσιν, θερμόν, ψυχρόν. Quæ omnia etsi ex his primis lineis ducta & absoluta videntur, I est aliquid tamen quod in his requiratur, vt ex Gal. sententia aliquando dicturi sumus. Mihi verò satis abundè fecisse videor si digitos (quod dicitur) ad fontes intendero, ex quibus facilem eorum omnium quæ hîc scribuntur notionem hauries, ne necesse sit respirationum inter se affectiones recensere, quæ multis verbis iisq; necessariis à Gal. enumerantur. Cæterò non satis esse videtur, Galenum in testem huius loci vocasse nisi literæ varietatem indicaro. His enim verbis adducit Gal. πνεῦμα σμικρὸν πυκνόν, μέγα ἀραιόν σμικρὸν ἀραιόν. In quibus complexionum penuriam satis conijcere licet, etsi eodem in libro postea eadem quæ hîc scribuntur, referat, πνεύματα πυκνὰ σμικρά, μεγάλα ἀραιά. In quibus Hipp. prima tantùm coniunctarum respirationum capita attingere videtur, vt absolutiori disciplinæ viam muniat. Quod etiam in Prognostico fecisse, dum paucis verbis totam respirationis πραγματείαν comprehendit, multis probat Gal. Eorum deniq; omnium quæ hîc scribuntur, expressam habes effigiem lib. 6. epid. vtrobique tamen deploranda est Galeni diligentia, hîc quidem temporum iniuria, illic verò scripti in hunc librum epidem. 2. commentarij securitate. Nolim Calui meminisse, adeò videtur celebratissimum à Galeno locum parum comprehendisse, ita hic omnia perturbat. Nec verò eum pro merito

excipimus, quòd à doctissimis huius seculi luminibus miserè vexatus dimissus sit, quodque piacularis ista expiatio in iustum volumen excrescere possit, si quis dignè illius interpretationem excutiat.

Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.

Inquit ille. Atque si quando illius præter nostrum institutum leuissima mentio incidit, ne quis illud obtrectet metuo,

Nusquam deliciæ supiniores. * *Sect.2.* † *Sect.2.*

ἔξεισιν ἔξω μέγα] Respirationis differentias in expiratione & inspiratione (quæ illius partes sunt) complectitur. Hîc autem quodammodo diminutæ sunt, atque ex lib. epid. 6. restituendæ. Neque enim ita ab Hippoc. scriptas esse existimare debemus, sed scriptorum incuria vitiatas. ὥσπερ δὲ τὸ μεταγράφειν τὰς παλαιὰς ῥήσεις προπετές, οὕτως καὶ φυλάττοντας ὡς γέγραπται, βραχείαις τέ τισιν ἢ προσθέσεσιν, ἢ ὑπαλλάξεσιν, διαλύεσθαι τὰς ἀπορίας, ἀγαθῶν ἐστὶν ἐξηγητῶν ἔργον. Operæ pretium est igitur, Galenum ipsum verum parentis interpretem & emendatorem hac in re audire libro 3. περὶ δυσπν. ὅτι μὲν οὖν οὐχ ἡ τετάρτη μόνη κατὰ τὸ πυκνὸν καὶ μέγα συζυγία παραλέλειπται κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ἀλλὰ καὶ τῶν ἐφεξῆς δυοῖν, ἐν αἷς παραβάλλει τὴν ἐκπνοὴν τῇ εἰσπνοῇ, καὶ τούτων ἡ δευτέρα, γέγραπται μὲν ἐν τῷ νυνὶ προκειμένῳ. παραλέλειπται δ' ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν, προείρηται συμπᾶσιν. οὐκέτι γὰρ ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ προσέκειτο, τὸ εἴσω μέγα, ἔξω μικρόν, ἀλλὰ περὶ θατέρου μόνον εἶδους τῆς δυσπνοίας δηλοῦται, καθ' ὃ μέγα μὲν ἐκπνεῖται πνεῦμα, μικρὸν δὲ εἰσπνεῖται. πολλαχόθεν μὲν οὖν ἐνὸν εὑρίσκειν ἐστὶ καὶ προσγεγραμμένον τοῦτο τὸ λεῖπον, ἀλλ' ἐν τοῖς πλείστοις καὶ ἀξιοπιστοτάτοις τῶν ἀντιγράφων παραλέλειπται, καὶ οὐδὲν τοῦτό γε πρὸς τὸ παρὸν διαφέρει. προσέκειτο γὰρ ἡμῖν τὴν πλειοτέραν ῥῆσιν ἐπισκοπεῖσθαι, τὴν νῦν γεγραμμένην. ὅτι μὲν οὖν ἐκ τῆς εἴσω τε καὶ ἔξω φορᾶς τοῦ πνεύματος, ἡ τῆς ὅλης ἀναπνοῆς ἐνέργεια σύνθετος ὑπάρχει, καὶ ὅτι τὸ μὲν ἕτερον αὐτῆς τῶν μορίων εἰσπνοή, τὸ δ' ἕτερον ἐκπνοὴ προσαγορεύεται, λέλεκται μὲν καὶ διὰ τοῦ πρώτου γράμματος εὐθὺς κατ' ἀρχάς, ἀλλὰ κἂν εἰ μὴ πρὸς ἡμῶν εἴρηται σχεδὸν οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Neque verò Hippoc. ipse in Coacis Prænotionibus horum typum referens, diminutas has inspirationis & expirationis affectiones extulit, cùm spirationis θεωρίαν docens, scribit, καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεόμενον, σμικρὸν δὲ εἴσω, καὶ τὸ μικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἴσω. κάκιστον δὴ καὶ πλησίον θανάτου. τὸ μὲν ἐκτεῖνον] Differentiæ sunt alterius partis respirationis, quæ secundum motionem spectari debent, in tarditate & velocitate. Id indicat Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. τὰς δ' ἐφεξῆς δύο διαφοράς, ἐν αἷς λέγεται, τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον, τῶν μερῶν τῆς ἀναπνοῆς θατέρου, νομιστέον ἰδίας ὑπάρχειν, ὃ δὴ κατὰ τὴν οὐσίαν ἐστὶ μάλιστα τῆς κινήσεως ἐφαμμένον. ἐκτεῖνον μὲν γὰρ τὸ βραδύ, κατεπεῖγον δὲ τὸ ταχύ, βραδύτης δὲ καὶ ταχύτης ἁπάσης κινήσεως ἀχώριστα. In Coacis etiam, καὶ τὸ ἐκτεῖνον καὶ κατεπεῖγον δι' ἀμαυρῶν scribit Hippocrates.

διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις] Inæquabilitatem respirationis constituunt hæ differentiæ, quæ profectò tam in expiratione quàm inspiratione spectari debet, vt meritò expirationem à scriptore vtrobique omissam potius quam ab Hippoc. causetur Galen. Nisi fortè ea breuitas ex philosophorum schola prodierit, vt vno oppositionis membro posito, alterum tacitum intelligi par sit. In his enim tanti parentis arcanis consideranda esse sæpiùs est inculcandum, τὴν κοινὴν πάντων συνήθη βραχυλογίαν, καὶ τὴν Ἱπποκράτους αὐτοῦ μεγαλοφροσύνην. φαίνεται γὰρ δεινὸς πολλάκις ὁ ἀνὴρ οὗτος, ὅσα μὲν καὶ τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς ἐστὶ γνώριμα παρατρέχων. ὡς ὑπὸ μηδενὸς τῶν γνησίως ἀσκούντων τὴν τέχνην, ἀγνοηθῆναι δυνάμενα, τὰ δὲ τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενα, πάντ' ἐπιμελῶς τε ἅμα καὶ σαφῶς ἐξηγούμενος, vt [1] Gal. verbis vtar. Nec verò opus est aliena industria, vbi Gal. optimè nauatam operam adhibere possumus. Is igitur libro tam sæpè adducto in medium, his de respirationis differentiis ita scribit: τὸ δ' ἐφεξῆς λεγόμενον, τό, διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις οἷον ἐπεισπνέουσιν, ἔστι μὲν δυσπνοίας ἀνωμάλου δηλωτικόν, ἐπιζητεῖ δὲ τὴν αὐτὴν ἀντίθεσιν ὅτι τῆς ἐκπνοῆς, ἣν ἐγὼ πεπίστευμαι παραλελεῖφθαι πρὸς τῶν μεταγραψάντων μᾶλλον, ἢ πρὸς Ἱπποκράτους αὐτοῦ. εἴγε δὴ φαίνεται μεμνημένος ἐν ἑτέροις συγγράμμασι καὶ τοῦ τοιούτου τῆς δυσπνοίας εἴδους ὡς ἐπιδείξω σαφῶς ἐν τοῖς ἐφεξῆς, εἰ δέ τῳ δοκεῖ πρὸς Ἱπποκράτους αὐτὸ παραλελεῖφθαι, οὗτος αἱρεῖται τὰ χείρω πρὸ τῶν βελτιόνων. τὸ μὲν γὰρ μηδ' ὅλως ἀνωμαλίας μνημονεῦσαι κατὰ μηδ' ἕτερον τῶν τῆς ἀναπνοῆς μερῶν, ἀλλὰ τελέως ἐπιλαθέσθαι τε καὶ παραλιπεῖν, ἣν μὴ οὐδὲ τοῦτο κατὰ τὸν Ἱπποκράτους ἐπιμέλειαν, ἀλλ' ἐγώ γ' ἀεὶ καὶ τὸ νῦν γεγραμμένον ἐπὶ τῆς εἰσπνοῆς οὐδ' ὅλως ἐγέγραπτο τοῦ γραφέως ἁμάρτημα ὑπάρχειν αὐτὸ μᾶλλον, ἢ Ἱπποκράτους εἰπεῖν ἐτόλμησα, λόγον δ' ἂν οὐκ εἶχον ὅπως τινὰ τοῖς τὰ χείρω νοοῦσιν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ τῆς εἰσπνοῆς εἶδος ἑρμήνευσε σαφῶς οὕτως, ὡς μὴ μόνον εἰπεῖν, διπλῆν εἴσω γίγνεσθαι τοῦ πνεύματος τὴν ἐπανάκλησιν, ἀλλὰ καὶ τὸ οἷον ἐπεισπνέουσι προσθεῖναι, πῶς ἄν τις ὑπολάβοι τῆς ἐκπνοῆς αὐτὸν ἐπιλαθέσθαι. Quam hic verò vocat duplicatam & elisam respirationem, non aliam esse quàm quæ offendens, intercisa, deficiens, reuocata, & velut reuulsa, ab Hippo. dicitur: scribit Gal. eodem libro, testimonia multa afferens, quæ hîc omittenda non sunt, cùm multum ad rem faciant, quæ per se obscura est, tum verò quòd in augusto & recondito Medicinæ parente nihil omittendum existimem, in quo ne aliquid quidē satis explicatū & apertum esse potest διά τι δ' οὐδὲν ἔγραψεν ἐν τῷ προγνωστικῷ περὶ τῆς ἀνωμάλου δυσπνοίας, καὶ τοῖς γινώσκουσιν αὐτὴν οὐκ ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν μόνον, ἀλλὰ κἂν τῷ πρώτῳ καὶ τρίτῳ, καὶ προσέτι κἂν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, καὶ τοῖς ἀφορισμοῖς, καὶ ἄλλοθεν πολλαχόθι τῶν συγγραμμάτων, ἐν μὲν γὰρ τῷ δευτέρῳ καὶ τῷ ἕκτῳ κατὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν ἐμνημόνευσεν εἰπών, διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσιν. καὶ προσέτι κατὰ μὲν τὸ δεύτερον [2] τῶν ἐπιδημιῶν, ἐν τῷ διηγεῖσθαι τὰ τῇ Λυκίῃ συμβάντα, πνεῦμα δὲ διπλασιάζετο, προσέγραψε. τοῦτο γὰρ οὐδὲν διαφέρει τοῦ, διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσιν. [3] ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ, ἣν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται φησί. [4] καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ταὐτόν ἐστι τῷ κατὰ τὸ περὶ διαίτης εἰρημένῳ, πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ. ὡς γὰρ εἰσπνέοντές τινες οὐχ ἅπαξ τοῦτο δρῶσιν, ἀλλ' ἡσυχίᾳ διακόπτουσι τὴν ἐνέργειαν ὁμοίως τοῖς κλαυθμυριζομένοις παιδίοις, οὕτω καὶ ἐκπνέοντες. ἀλλὰ κἂν τοῖς μετὰ τὸν περὶ τῶν λουτρῶν λόγον, πνευμάτων προστάσεις εἴρηκε, τὴν διακοπτομένην ἐνέργειαν ἐνδεικνύμενος. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐπὶ Φιλίσκου τόνδε τὸν τρόπον ἔφη. τούτῳ πνεῦμα διὰ τέλεος, ὥσπερ ἀνακαλουμένῳ. ὁμοίως γὰρ τῷ, διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, εἴρηται κἀνταῦθα τῷ ἀνακαλουμένῳ. πάλιν δ' ἐπὶ τῆς Δρομεάδου γυναικός, πνεῦμα ἀραιόν, μέγα, αὐτίκα ἀνεσπασμένον, ἔφη. καὶ γὰρ καὶ τοῦθ' ὡσαύτως εἴρηται. ἐν δὲ τοῖς ἀφορισμοῖς, καί τι ποτὲ σημαίνει τὸ τοιοῦτον πνεῦμα, ἐκδιδάσκει γράφων ὧδε. [5] ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον κακόν, σπασμὸν γὰρ σημαίνει. Plura verò alia huius rei exempla vndique corrogabimus, dum OEconomiam Hippocratis contexemus, in qua totam [6] Hippocraticæ dictionis rationem subducere conabimur. Porrò [7] Gal. in aphor. loci huius meminit & lib. de rat. vict. in morb. acut. vbi altera respirationis inæqualitas quæ expiratione perficitur, ab Hipp. celebratur. πνεῦμα verò προσκόπτον καὶ προσπταῖον Celsus [8] spiritum in faucibus elisum vocat aph libri 4. suo more vertens. Quorum faucibus in febre eliditur spiritus, instat his neruorum distentio. In Coacis etiam celebratur διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις ὁποῖον ἐπεισπνέουσιν.

[1] *Libro 3.* περὶ δυσπν. [2] *Prius sect.4.* [3] *Sect.2.* [4] *Lib.2.* [5] *Aph.68.lib.4.* [6] *Aph.68.lib.4.* [7] *Comm.2.* [8] *Lib.2.cap.7.*

θερμὸν ψυχρὸν] Vltima est respirationis oppositio, qua de multa habes in Prognostico & Coacis. Et verò de his vltimis differentiis sic Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. ἐφεξῆς δὲ πρόσκειταί τις αὖθις ἄλλη διαστολὴ ἐπὶ τελευτῇ τοῦ λόγου παντός, ὧδέ πως γεγραμμένη, θερμόν, ψυχρόν. ἵνα δηλονότι κἀνταῦθα προσυπακούωμεν τὸ πνεῦμα. καθάπερ γὰρ μέγα καὶ μικρὸν καὶ πυκνὸν, καὶ ἀραιόν, οὕτω καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἐκπνεῖται τὸ πνεῦμα. καίτοι κἀνταῦθα παρακούοντές τινες, ἐξ ὧν αὐτοὶ μὴ συνίασιν, ἐπανορθοῦνται. καὶ μεταγράφουσι τὴν λέξιν τελευτῶσαν εἰς ψυχρὸν καὶ θερμόν, ὡς νῦν εἴρηται γράφοντες, ἀλλὰ συνάπτοντες αὐτὰ τῷ προειρημένῳ. καὶ οὕτως ἀναγινώσκοντες, οἷον ἐπεισπνέουσι θερμῷ ψυχρόν. ἤτοι μὲν οὖν πρὸς τὸ μηδένα νοῦν ἔχουσαν ἐργάζεσθαι τὴν λέξιν, ὅτι μηδ' ἀνεγνώκασι τὰ τῶν παλαιῶν βιβλία καταδῆλοι γίνονται. πάντως γὰρ ἂν ἐμεμνήμηντο τῶν ἐν ἑτέροις ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων, περί τε θερμῆς καὶ ψυχρᾶς ἐκπνοῆς, ἅ τινα λόγον εἶχεν. ἢ ἐν ἐκείνοις αὐτὴν γράφειν, ἢ ἐνταῦθα παραλιπεῖν, οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοιεν. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἐνόμιζεν ἐκ τῶν δυσπνοιῶν εἶναι τὴν θερμὴν καὶ ψυχρὰν ἐκπνοήν, οὐ καλῶς ἐν ἑτέροις, ὡς δυσπνοιῶν ἐμνημόνευσεν. εἰ δ' ὀρθῶς ἐν ἐκείνοις ἔπραξεν, οὐκ ὀρθῶς νῦν παρέλιπεν. ἀλλ' οὐχ ὧδ' ἔχει ταῦτα. καὶ γὰρ ἐνταῦθά τι καλῶς ἐν τῇ διαιρέσει τῶν δυσπνοιῶν περιέχονται, καὶ τί ποτ' οὖν δηλοῦν πεφύκασιν ὀρθῶς ἐν ἑτέροις εἴρηται. Quæ Gal. verba nostram satis lectionem approbant, quam ex 6. epid. consentientibus nostris exemplaribus desumpsimus, eamq; quæ in omnibus impressis est, reiicimus.

Ἰνπέλον συνεχέων χασμέων] Temporis iniuria horum locorum explicationem absorptam restituit Galeni diligentia & assiduitas. Adest enim velut succenturiatus libro tertio περὶ δυσπν. & nobis tam abundè satisfacit, vt ne cuiusquam operam requiramus. Inquit igitur λοιπὸν τ' ἂν εἴη τὰς ὑπολοίπους ἐξ ἁπάντων ἡμῖν τῶν συγγραμμάτων ἐξηγήσασθαι ῥήσεις, ἀρξαμένους αὖθις ἀπὸ τοῦ δευτέρου τε καὶ ἕκτου τῶν ἐπιδημιῶν. ἐν ἀμφοτέροις γὰρ τούτοις τοῖς βιβλίοις ἐφεξῆς τῇ πρώτῃ πασῶν εἰρημένῃ ῥήσει τῇ διδασκούσῃ τὰς διαφορὰς ἁπάσης τῆς δυσπνοίας ὧδέ πως γέγραπται. ἰνπέλον συνεχέων χασμέων μακρόπνους. ἐν τοῖσιν ἀπό τινων καὶ μόγις πίνουσι, βραχύπνοι. ἐνταῦθα εἴτε τὸν ἄνθρωπον μακρόπνουν εἴτε τὴν δύσπνοιαν αὐτὴν οὕτως ὠνόμασεν ὅτι τὸ διὰ μακροῦ χρόνου γινόμενον, τουτέστι τὸ ἀραιὸν πνεῦμα, καὶ προσέτι τὸ πολύ. δηλοῦται διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης, ἐν τῷ δευτέρῳ δέδεικται λόγῳ καθάπερ γε καὶ ὡς τὸ δι' ὀλίγου, τουτέστι τὸ πυκνὸν καὶ προσέτι τὸ μικρόν, ἐκ τοῦ βραχύπνους. ἰνπέλον οὖν, ἤτοι σημεῖον ἢ αἴτιον. ἑκάτερον γάρ ἐστι δεῖξασθαι, τῶν συνεχῶν χασμῶν. τὸ μέγα καὶ ἀραιὸν γίγνεσθαι τὸ πνεῦμα. σημεῖον μέν, ὡς εἰς τἀναντία τῆς διαθέσεως μεθισταμένης. αἴτιον δ', ὅτι ἐναντίον ἐναντία τὰ ἰάματα. χασμῶνται γὰρ καὶ σκορδινῶνται συνεχῶς ἀτμώδους τινὸς καὶ παχέος πνεύματος ἐν τοῖς μυῶδεσι σώμασι κατειλημμένου, καθότι δέδεικται δι' ἑτέρων. εὐθὺς δ' οἷς τοῦτο συμβέβηκε, καὶ συνεχῶς ἐκπνέουσιν. ὡς ἂν ἐκκενουμένου τε καὶ κενουμένου τοῦ τοιούτου πνεύματος ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς εἰ δέ τις μηκέτι συνεχῶς, ἀλλ' ἤδη διὰ μακροῦ χρόνου τὰς ἐκπνοὰς ποιεῖται, δῆλον ὡς αἱ προτεταγμέναι διαθέσεις αὐτῷ πέπαυνται, καὶ σημεῖον οὕτως ἰνπέλον, ἡ μακρόπνοια τῆς χάσμης ἔσται καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς αἰτίαν ἰωμένην τὴν μακρόπνοιαν τὰς χάσμας τὰς συνεχεῖς ἀνύειν ἐγχωρεῖ δοκεῖ μοι δὲ καὶ αὐτὸ μηκέτι δεῖσθαι μακροῦ λόγου. τὸ γὰρ ἕως πλείστου τὴν ἀναπνοὴν ἐπέχειν, ὅπερ ὀνομάζεται κατάληψις πνεύματος, ᾧ λόγῳ τοὺς λυγμοὺς ἰᾶται, τούτῳ καὶ τὰς χάσμας ἰᾶσθαι, καὶ γὰρ οὖν καὶ ποιοῦσιν ἐπὶ τοῖς γυμνασίοις αὐτὸ σύμπαντες οἱ ἀθληταί, διωθεῖσθαι τῇ βίᾳ σπουδάζοντες, ἅπαν ὅσον ἐν τοῖς κατὰ δέρμα λεπτοῖς πόροις, ἢ ὑγρῶν ἢ ἀτμῶν ἴσχεται. διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἡ μακρόπνοια τῶν συνεχῶν χασμῶν σημεῖον ἐστίν, ἢ αἴτιον ἰατρικόν. Ex quibus coniicere licet spiritus contentionem redintegrato velut intus

calore

calore ac in sese aucto, flatuum omnium ac humorum præter naturam copiam digerere. Est enim ipse sibi fomes & pabulum, atque inde calidum concipit, cùm ab aëre externo ventilari non possit. Vnde procliue est oscitationes, pandiculationes, singultus (exundantem flatuum sobolem) ab ipsa spiritus contentione sanari, calido flatus dissipante & discutiente. Quin & certum est, τὴν τοῦ πνεύματος κατάληψιν febrim etiam magnam excitare vt de seipso refert Hieronymus, & Celsus in horroris curatione spiritum contineri imperat lib. 5. cap. 12. Promptè enim aërea in nobis essentia ignem concipit, & tandem interitum & exitium adfert vt satis ex Plutarcho in Catone patet. Porrò multis nominibus celebratur à Philosophis πνεύματος κατάληψις, vt ab Aristotele & Aphrodisiensi in Quæstionibus naturalibus, & à Gal. lib. 5. in Symp. causis. Tussim enim eâ quæ ab intemperie frigida fit spiritus contentionem sanare scribit, ob eam quæ à concepto intus calore fit partium spiritalium temperatam æquabilitatem, [illegible] κατάληψις πνεύματος. [illegible] Est porrò μακρόπνοια ἤτοι μακρὰ ἀναπνοή, ἢ διὰ μακρᾶ, vt scribit * Galenus. * *In Exegesi.*

πυκνὴν ἀνάπνοιαν] De hoc loco sic rursum Gal. [illegible] In quibus βραχύπνοια, τουτέστι ἡ διὰ βραχέος κίνησις τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων [illegible]. Porrò mendosos esse impressos omnes codices satis apparet, atq; ita legendum, [illegible] fœdior est quoq; vnius recentioris codicis scriptio, qui μακρόπνους legit, vt æquiùs fuerit ne meminisse quidem. Quod vitium ad Asulanum exemplar peruenit, quod etiam hoc loco valde est deprauatum.

Καὶ ἐξῆν. καὶ πλευρῶν ἔντασις ὀδυνώδης, καὶ ἐντάσιες ὑποχονδρίων, καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες, ἐκ ῥινῶν ῥήξιες. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα. τὸ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες, ἢν μὴ ἐς ἄρθρα τελευτήσῃ, αἱμορραγίη γίγνεται. ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔντασις, ἢν μὴ διεξοδεύσῃ οὖρα, αὕτη γὰρ ἡ κατάληψις ἀμφοῖν καὶ ὑποστροφαί. ἀποστάσιας οὖν ποιέεσθαι αὐτὸν ἡγεύμενον. τὰς δὲ παρακλίνειν ἤδη γινομένας ἀποδέχεσθαι ἢν ἴωσιν ἤδη. καὶ ὁποῖα δεῖ καὶ ὁπόσα. μὴ ξυνδρᾶν δὲ. τὰς δ' ἀποτρέπειν, ἢν πάντη ἀσύμφοροι ἔωσι. μάλιστα δὲ τούτας ἢν μήπω. εἰ δὲ μὴ ἄρτι ἀρχομένας. αἱ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι δύσκριτοι. οἱ διαλείποντες μίαν τῇ ἑτέρῃ ἐπιρρίγεουσιν ἅμα κρίσει ἐς ἑβδόμην.

Secundum directionem laterum & præcordiorũ contensiones laboriosæ, tum verò lienis tumores & sanguinis è naribus eruptiones fieri debent. Quę post iudicationem relinquuntur, recidiuas facere solent. Primùm igitur in lienum tumoribus, nisi in articulos desinant, vel sanguinis è naribus eruptio, vel præcordij dextri cõtensio fiet nisi si vrinæ irruperint, & viã quodammodo sibi fecerint. Sunt enim velut vtrorumq; interceptio. Atque sic quidem meritò horum recidiuæ fient. Hæc igitur perpendentem, abscessus procurare conueniet, si non fiant: quosdam verò qui iam fiunt, declinare: quosdam etiã qui quà & qualiter oportet prodierint, recipere. Qui verò ne abundè quidem prodeunt coadiuuandi sunt: quidam etiam qui prorsus sunt incommodi, auertendi, atq; eò maximè si nullam adhuc sui significationem edidere, sed futuri sint, alioqui verò cum adhuc rude habuerint initium. Sanguinis è naribus eruptiones, quæ quarto die fiunt difficilem faciunt iudicationem. Febres quæ vno die intermissionem, altero verò perfrictionem habent, iudicium ad septimum circuitum sustentant.

κατ' ἶξιν] Est receptissimum in tota criseωn θεωρίᾳ hæmorrhagiam naturæ directionem & respondentem affectui situm spectare debere: alioqui quæ opposito modo fit, damno semper fuit. Vnde τὰς ἀπ' ἐναντίων αἱμορραγίας damnat in Prorrhetico Hippocrates. Hic verò laterum & præcordiorum contensiones & inflammationes, tum etiam lienis tumores proponit ad naturæ ductum considerandum, quibus valde familiaris est solutio per sanguinis è naribus fluxionem. Porrò vt hic totus locus valde est per se celebris, ita etiam repetitur * lib. epid. 6. * *Sect. 2.*

τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα] Nolo affectare diligentiam in re superuacanea & admodum trita. Aphorismus est duodecimus libr. 2. qui repetitur lib. 4. & 6. epid. ** iisdem omninò verbis. Idem quoq; significauit priùs in fine sect. 1 cùm scripsit: [illegible] Quod etiam scriptum est sect. 3. lib. 6. epid. Sunt verò τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα [illegible]. & τὸ ἐγκαταλείπεσθαι effert Hipp. de his quæ infra modum & ex parte vacuantur. [illegible] vt inquit Galenus. Eodem propè significato dixit Hipp. lib. 6. epid. *** [illegible] (inquit Gal.) [illegible]. Sed hæc conuenientiorem suo loco sortientur tractationem in nostra OEconomia, quam in tuum vsum vrgemus quantum possumus. Hunc locum Galeni doctrina maximè commendatum mirè conturbauit Caluus, cùm superioribus iunxit. ** *Sect. 2.* *** *Sect. 2.*

τὸ γοῦν πρῶτον] Lienum tumores & hypochondriorum contensiones quæ viscerum inflammationes fouent hæmorrhagiæ crebro soluunt, nisi si materiæ decubitus aliò prorumpat. Celebris verò est in toto opere medico, ex liene in iecur humoris transumptio, & contra. Quod satis significant apud Hippocratem, [illegible] In quorum genere animaduertendum est, [illegible] vt scribit Galen. lib. 6. epid. † Hic verò locus integer ex lib. 6. epid. sumendus & reponendus est. Illic enim ἢ αἱμορραγίη γίνεται ἢ ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔντασις legitur.

† *Comment. 2.*

ἢν μὴ διεξοδεύσῃ οὖρα] Vrina copiosa viscerum redundantiam intercipit: quæ si non copiosè fiat, reuersionis morborum causa est. Atque id est quod per hæc verba intelligit: αὕτη γὰρ ἡ κατάληψις ἀμφοῖν. Est enim vesica, velut corporis sentina publica, quæ viscera ipsa eluit. Certum est enim lienem ipsum, etsi sæpiùs per aluum expurgatur, per vrinas tamen quandoque defæcari, vt in vrinis nigricantibus, quæ splenis morbos soluunt, videre est. Sic igitur κατάληψιν [illegible] significare hic mihi videtur, quemadmodum κατάληψιν οὔρων aut ἀπόληψιν sæpè dicit Hipp. Quòd si ad viscerum inter se contensionem referas affectus interceptionem & humorum receptam exundantiam κατάληψιν etiam intelliges, quæ meritò recidiuas faciet. Cæterò hic locus lib. 6. epid. aliter legitur. [illegible] Est & διάληψις τοῦ πνεύματος celebrata Hipp. lib. περὶ φυσῶν. Caluus hic vtrunque deiectionum genus addidit.

ἀποστάσιας] Procurandorum abscessuum rationes edocet, vbi de his quæ ex abscessuum genere in morbis remanent, egit. Atque adeò ex abscessuũ disciplina hæc animaduertenda erant post ea quæ sect. 1. dicta sunt. Hic verò locus ex lib. 6. epid. sic corrigendus

venit, neutrobiq; enim est integer. ἀποστάσιας σὺν ποιέεσθαι αὐτὴν ἡγεύμενον, μὴ γινομένας, τὰς δ' ἐκκλίνειν ἤδη γινομένας. τὰς δ' ἀποδέχεσθαι ἣν ἴωσιν οἵας δεῖ καὶ ᾗ δεῖ. ὁκόσαι δ' μὴ σφόδρα ξυνδιάγειν. Quam sententiam fœdissimè disiunxit Caluus, & longè infeliciùs interpretatus est, cùm huius principium superiori sententiæ coniunxit. Illud verò παρεγκλίνειν, quo sensu accipit? Quid enim per [*datura in cubile*] intelligat, non video. Duo ex nostris codicibus, antiquus vnus, alter recentior, pro ἀρχομένας, ἐρχομένας legunt. Quam lectionem secuti sunt interpretes.

αἱ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι] Signorum quæ vt solutionem morborum adferunt, ita & causæ rationem habent, quarto die suspecta esse significatio debet, vt priùs diximus, τὰ γὰρ κείνοντα οὐκ αὐτίκα ἐπιφαίνεσθαι. Morborum enim initiis cruda adhuc omnia solutionem nullam, spem verò aliquam præ se ferre possunt. Hinc profectò sanguinis eruptiones quæ quarto die fiunt, suspectæ esse debent, cùm quartus ἐπίδηλος sit, ac vix criticus, τὰ δ' ὀξέα κείνεται αἵματος ἐκ ῥινῶν ῥυέντος, ἐν κρισίμῳ, vt scribit in coacis. Etsi verò hanc sententiam repetit 6. epid. sæpè tamen in tota sua doctrina inculcat. In Coac. scribit, ἐν καύσῳ ῥύσις ἐκ μυκτήρων τεταρταίῳ κακὸν ἢν μή τι ἄλλο ξυμπίπτῃ, πεμπταίῳ δ' ἧσσον κινδυνῶδες. Et rursus ἑβδομαίοισιν ἢ ἐναταίοισιν, ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταίοισιν ῥύσιες ἐκ ῥινῶν λύουσιν ὡς ἐπιτοπολὺ τοὺς πυρετούς. In Prorrh. etiam & Coacis, τεταρταίοισιν αἱ τοιαῦται αἱμορραγίαι κωματώδεις. De στάξει aut ἐπιστάξει quomodo quarto die suspecta sit, priùs diximus, & aliàs agit Hippocr.

οἱ διαλείποντες] Istud de tertianis febribus intelligendum esse, quæ ad septimum circuitum soluuntur, indicat aph. 59. lib. 4. Quem repetit in Coacis, τριταῖος ἀκριβὴς ἐν πέντε ἢ ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν ἢ τὸ μακρότατον ἐν ἐννέα, κρίνεται. Tertianas verò sæpiùs solutionem ad septimum non sustentare, sed ad quintum circuitum iudicari in dies experimur etsi nothis plurimùm abundamus, vt ne ad breuem & expeditam solutionem exquisitæ requirendæ sint. Quò fit vt hæc sententia, quæ lib. 6. epid. repetitur, integrum magis habeat sensum, cùm ἐκ τῶν πέντε, εἰς τὰ ἑπτὰ legit.

Σκόπῳ ἐκ κορυζωδέων, χολωδέων, καὶ φάρυγγος φλεγμονῆς, φλαύρως διαιτηθέντι, ἡ κοιλίη ἀπελήφθη, καὶ πυρετὸς συνεχὴς ἐγένετο, καὶ γλῶσσα εὐανθής, καὶ ἄγρυπνος. ἦτρου ἔντασις ἰσχυρῶς ὁμαλῶς κατὰ σμικρὸν ἐς τὸ κάτω ἐν τοῖσι δεξιοῖσι πνεῦμα ὑπόπυκνον, ὑποχόνδρια ἤλγει, καὶ ἀναπνέων καὶ στρεφόμενος. αὖθις δὲ βηχὸς αἰεὶ ἐχρέμπτετο. ὑπὸ παχέος πέπλος δοθεῖσα, ἀπὸ τοῦ ὑποχονδρίου μὲν ἀπώσεν. ἐπεραιώθη δ' οὐδέν. τῇ δ' ὑστεραίῃ βάλανοι δύο προστεθεῖσαι οὐκ ἐφαίνοντο. οὖρον δὲ παχὺ καὶ θολερόν, λεῖον καὶ ὁμαλή. καὶ ἔστη κοιλίη ἐν θολερότητι. ἥ τε γαστὴρ μαλακωτέρη ἦν, καὶ σπλὴν ἐπηρμένος, καὶ καταρρόπος ἐγένετο. ποτῷ ἐχρῆτο ὀξυγλυκεῖ. δεκάτῃ, αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ ὑδαρὲς ὀλίγον ἦλθεν. οὐ πάνυ δὲ ὁ ἄρρωστος αὐτοῦ τούτου. καὶ οὖρον ὑπόστασιν ἔσχεν. ἐν δὲ τῇ ὑποστάσει. ὑπόλευκόν τι προσεχόμενον πρὸς τῷ ἀγγείῳ λεπτόν. οὔτε οἷον γονοειδές, οὔτε ἀνόμοιον, ἐρρύη τοῦτο βραχύ. τῇ δ' ὑστεραίῃ κριθείς, ἀπύρετος, καὶ ὑπῆλθεν ὑπόγλισχρον τῇ ἑνδεκάτῃ δὲ δέ τι περὶ ῥοῦν χολώδες. οὔρου δὲ κάθαρσις πολλή, καὶ πλῆθει καὶ ὑποστάσει. καὶ πρὶν μὲν οἰνοποτέειν ἤρξατο, μικροῦ λάπῃ ὁμοίη. διῆλθε δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ὡς ὀλίγον ἐόντων. γλίσχρα δὲ καὶ κοπρώδεα θολερά. τὸ τοιοῦτον εἰ κρίσιμος οὐ, καὶ τὸ Ἀντιγένεος ἐν Περίνθῳ. τὰ περὶ τὰς γλώσσας αἰρόμενα συστρέμματα καὶ ταπεινὰ ἐόντα λιθιδια. καὶ τὰ τοῖσι ποδαγρικοῖσι. τὰ ἀσθενέα περὶ ἄρθρα ἐκείνων ἐστί. καὶ γὰρ ἡ ὀστέων φύσις καὶ τοῦ σκληρύνεσθαι τούτου αἴτιον καὶ τοῦ συντείνεσθαι.

Scopo post mucosorum & biliosorum exitum & faucium inflammationem, ex improba victus ratione aluus restitit, & febris continua prehendit, lingua erat florulenta, & insomnia conflictabatur. Partium quæ ad pubem sunt, valida contensio & æqualis, paulatim ad imum dextræ partis vergens. Respiratio erat subfrequens cum præcordiorum dolore inter respirandum, & cùm loco dimoueretur, aut sese conuerteret, absq; tussi subcrassa excreabat. Peplos exhibita præcordium quidem alleuauit, nihil auté transmisit. Postridie glãdes duæ immissæ, nullo modo apparuere. Vrina crassa erat & turbulenta, subsidentia verò æquabilis & læuis. Aluus etsi turbata erat, restitit tamẽ venterq; contrectatu aliquanto mollior erat. Lien intumescebat & subleuabatur, suoq; momẽto deorsum librabatur. In potu erat acetum mulsum. Decima sanguis ex nare sinistra aquosus & paucus prodiit, quod ægro non magnum adiumentum attulit. Vrina subsidentiam habebat, in qua subalbidum quiddam inerat tenue, matulæ adhærens, quod neq; erat geniture omninò simile, neq; verò dissimile. Effluxerat autem breui interuallo. Postridie, ex iudicatione à febre omninò liber. Vndecima verò, viscidum aliquantulũ subiit. Cum profluuio autem biliosum quid effluxit. Multæ vrinæ perpurgatio cum copia tum etiam subsidentia, quæ ante vini vsum tenui pituitæ ferè erat similis. Vndecima prodierunt, alui fæces, paucæ quidem, viscosæ tamen & conturbatæ. Quod an iudicationem haberet, non secus ac Antigeni in Perintho decidit, dubitari poterat. Podagricis humorum coitus & tubercula dura in lingua subleuantur, & humiles calculi concrescunt, imbecillitatesq; illis circa articulos fiunt. Ossium enim natura quod indurentur aut contendantur in causa est.

Σκόπῳ] In hac affectuum συνδρομῇ maximum habet momentum lienis tumor, hypochondriorum contensio, & imarum ventris partium distentio, quæ præcipuorum viscerum affectiones præ se ferunt, & flatuum insignem in inanitatibus copiam magnamque illarum infarcturam. Vnde aluus obstinatissimè restitit, neque coacta quicquam reddidit. Lienis tumor & deorsum propendentia aut libratio, primam habuit in hac θεωρίᾳ animaduersionem, & spiratio subfrequens, viscerum malè affectorũ certas notas exhibuit. Hæc tamen tam inopinata malorum congeries, secessibus & conferta vrinæ perpurgatione tandem soluta est. Cæterùm Gal. huius historiæ meminit lib. 3. περὶ δυσπν. dum πνεῦμα ὑπόπυκνον explicat, huiusque respirationis causam addit, scribens: τοῦ οὖν ἐφεξῆς αὐτῷ γεγραμμένης δυσπνοίας ἐπὶ ἀρρώστου τινὸς οὗ τὸ ὄνομα Σκόπος, εἴη ἂν ἤδη μνημονεύειν καιρός. ἔχει δὲ ἡ τοῦ παλαιοῦ λέξις ὧδε. πνεῦμα δ' ὑπόπυκνον, ὑποχόνδρια ἤλγει, καὶ ἀναπνέων καὶ στρεφόμενος. φαίνεται δὲ καὶ οὗτος ὁ ἄρρωστος μαρτυρεῖν τοῖς πολλάκις ὑφ' ἡμῶν προειρημένοις. ἐπεὶ γὰρ τὰ ὑποχόνδρια τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις συμπέπλεκται, διὰ τοῦτο ὀδυνωμένων αὐτῶν ὑπόπυκνον ἦν τὸ πνεῦμα. Quod effecit vt illud ἐν τοῖσι δεξιοῖσι ad superiora adiungerem, quibus certè magis competere videtur.

πέπλος δοθεῖσα Peplus & peplium gentilitate & figura affinia medicamenta antiquis Medicis vsitatissima, bili & pituitæ expurgandæ flatibusque expellendis. Quod testatur Hippocr. lib. 2. de rat. vict. in morb. acut. dum πέπλιον μᾶλλον φυσέων καταρρηκτικώτερον ἐστὶ scribit. In quem vsum hic exhibita peplos fuit. Grauatis enim obstrictione & flatibus hypochondriis ipsis, nihil tamen alleuauit, quòd meatuum conniuentiam & humorum farcturam liberare non potuerit, etsi à præcordiis deorsum propulerit. Has easdem vires Rufus peplio attribuit fragmento περὶ κ[α]θαρτικῶν φαρμάκων. πέπλος καὶ πέπλιον ἐγγυτάτω μὲν τὴν ἰδέαν ἀλλήλων εἰς τὸ καθαίρει τὸ δ' φλεγματῶδες καὶ χολῶδες, μετὰ φυσῶν κατὰ πλῆθος, καὶ ξηραινθέντα καθαίρει πρᾴως. Aëtius etiam cap. 26. lib. 3. τὸ πέπλιον φυσῶν καταρρηκτικὸν ab Hipp. alicubi dici testatur, nimirum quem supra adduximus locum innuens. Quin & Actuarius Meth. medendi 5. post bilis atræ & pituitæ eductionem, flatus quoque disrumpere testatur, in primisque flatulentis affectibus auxilio esse, iis præcipuè qui melancholiæ præbent exordium, lienis inflationes, vteri & intestini laxioris iuuare. Sed & huc venit Plinius audiendus qui lib 27. scribit. * Peplos quam aliqui Sycen, alij Meconium aphrodes vocant, ex vna radice tenui fruticat, foliis rutæ paulò latioribus, semine sub foliis rotundo, minore quàm candidi papaueris. Inter vites ferè colligitur messibus, siccaturque cum fructu suo, subiectis aquis, in quas excidat. Hoc poto aluus soluitur, bilis ac pituita detrahitur. Media potio est acetabuli mensura, in aquæ mulsæ heminis tribus.

Et cibi

A Et cibis inspergitur obsoniisq; ad molliendam aluum. Ex quo fit, vt non temere in hoc lienis tumore & [illegible] tentatum [illegible] medicamentum. Cæterò hoc in loco variant nostra exemplaria. Quæ enim plurimum vetustatis habent, omnino duo [illegible] ὑποπίνειν legunt: quam lectionem cum interpretibus secuti sumus. Recentia verò ab impressis non recedunt. Quæ lectio [illegible] non vsquequaque improbanda est. * Cap. 12.

ἐπερρώσθη δ᾽ οὐδὲν] Caluus aliter legit hunc locum, ἐρρώσθη δ᾽ οὐδὲν, aut aliud quid tale vidisse videtur.

ἐν ταύτῃ δ᾽ ἀφήσει] Rara & insolens phrasis Hipp. Cornarius δι᾽ αὐτῆς legit, nec aliquid magni elicere potuit. Caluus ridiculam sanè versionem facit, si ad sanguinem refert, cui vt satisfaceret mutandum illi genus græcum fuit. Non video quinam sensus alius adferri possit, præter eum quem in nostra versione posuimus, vt intelligamus. [illegible] lienis intumescentis hypochondriiq; inflammati propria est per hæmorrhagiam iudicatio, eam tamen quæ morbis [illegible] allatura est, ne infra modum quidem subsistere oportet, vt prius dixit, dieique indicatorij celebritatem habere necesse est. Vnde non mirum est, hanc irritam fuisse, cùm paucum sanguinem, aquosum, & die decimo profuderit.

B λάπην ...] λάπη Hipp. tenuem pituitam albam, & viscidam significat, quæ fere ore reiicitur, interdum acida, interdum acris & salsa, aut dulcis & fatua, saliuationis propemodum comes. σίαλα enim eam fere semper iungit, proq; diuersa qualitatis specie [illegible] afficit. Modo enim λάπην ὀξεῖαν modò ἁλμυρὴν vocat. Vtitur hac dictione Hipp. lib. 2. περὶ νούσων. [illegible]

[illegible Greek passage]

Idem paulò post, [illegible] Rursus quoque [illegible] Iterum quoque [illegible]

C χλωρήν. Idem verò [illegible] in peripneumonia [illegible] Paulo post [illegible] ἐνίοτε δ᾽ ἐμεῖ λάπην ὀξεῖαν, ἐνίοτε δ᾽ ἁλμυρήν. Atque hæc tibi adducenda fuere exempla de dictione minùs populari & vsitata, dum se suo loco & meritò vberiori tractatione, insinuabit. Vero autem est affine, ante vini vsum, vrinam colore & consistentia similem tenui, & albæ pituitæ similem, à magna crassiorum, crudorum & flatulentorum humorum copia: in pituitoso omnino morbo, originem, a mucosis & biliosis trahente, cum magna præcordiorum obstructione. Cuius etiam rei significationem [illegible] vrina crassa & turbulenta cum subsidentia initio apparente læui & æquabili, & quæ sub aliudum quid iam [illegible] habere, [illegible] neq; omninò simile, neq; vero dissimile [illegible] vt ait Gal. lib. 6. epid. [illegible] Sunt hæc enim certissimæ pituitosi morbi & cruditatis pleni notæ. λάπην autem non satis intellexit Caluus, cùm spumosam bilem vocauit. † Comment. 2.

D [illegible] Id ad vrinam non satis apposite retulisse mihi videtur Cornarius. Nos antiquissima nostra exemplaria imitati, de sequentibus deiectionibus intelleximus. Quod ferè fecit Caluus, nisi quod ἄλλα δὲ ad superiorem sententiam apponit, & δωδεκάτῃ legit.

τὰ δὲ περὶ τὰς γλώσσας] συστρέμματα καὶ συστροφαὶ φύματα & πλαδεῖς significant. Est enim humorum congeries, quæ tubercula dura parit. Podagrici autem cum toto neruoso genere sint imbecilles & fluxionibus obnoxij, his tamen quæ ab excrementis pleno cerebro deriuant, sæpe tentantur. Vnde non mirum est tuberculis linguæ affligi, quæ etiam meridiantibus, & vix dum cibum sumptum edormientibus, plærunque negocium facessunt. Statim enim ab exhalantibus cibis cerebro oppleto, magnus fit excrementorum prouentus, qui in loca vicina decumbit, linguamque & fauces salsugine & acrimonia propemodum vellicat, lancinat, conuellit, & pustulis opplet, quas φλυκτίδας vocat Pollux. Et hæc sunt pituitæ acidæ & salsæ semina. Quæ pro materiæ æternitate moram trahunt, & sua magnitudine sunt conspicua. συστρέμματα autem, humorum coitum ex Celso verti, qui ex tuberculorum est genere. Sic enim lib. 5. * Hipp. σύστρεμμα vertere videtur. Calculos verò in articulorum inanitatibus fieri à crassis & viscidis humoribus certum est,

E qui oppleta articulatione partes vicinas distendunt, & motum impediunt, diuturnitate verò temporis & benigni caloris penuria pro loci & humoris natura, duritiem & callum concipiunt. Ossium verò natura cùm dura sit per se & inflexibilis, articulationibus multis ad motum indiguit, quæ propria sunt arthritidis conceptacula. Ossa enim reapse terrea, humore aliquo, sed viscido, glutinoso & crasso irrorantur. Quæ si accessione humoris præter naturam obrigeant, tum ad motum inepta sunt, atque ipsa di[illegible] & affecta humorem illum in his cauitatibus incuneatum indurant, & veluti suo adfixa obfirmant. Quibus callosis valde sunt obnoxij podagrici, ob numerosam pedum articulationem. Porrò τὰ ἀδυνία ad ἄρθρα non retuli, quod non pateretur constructio, neq; περὶ ἄρθρα ἀδυνία legi vt interpretes, quòd nullum haberem huiusce lectionis authorem, sed τὰ ἀδυνία impotentias & imbecillitates ad actiones & motum intelligo, satis nota phrasi. Vel τὰ ἀδυνία περὶ ἄρθρα articulorum imbecillitates significant, quæ calculum fouent, huiusq; causam habent. Sic enim alium sensum elicies. Certum est nanque pedum debilitatem, articulorumq; ob ipsa calculi [illegible] remotissimam distantiam, his miseris casibus deuoueri. Non me latet, hunc locum aliter [illegible] posse propter summam [illegible], in

F qua ingeniosam cuiusque probamus industriam. Caluus ita hunc locum obscurauit, vt quid intelligat eruere non facile possis. Porrò vbi τὴ σωπιῶδες legitur, nos τὸ σωπιῶδες legimus ex nostris exemplaribus. * Cap. 18.

Τῇ Ἱπποστράτου ἐκ τεταρταίου ἐνιαυσίου ἀπεκορύφου, τὸ ὑπὸ ψύχεος φανερῶς δοκέουσα. ἔφοδος ἐπὶ πᾶν ὅ σῶμα καὶ ἱδρὼς ἐκρίθη ταύτῃ. καὶ μετὰ τῶν γυναικεῖα πλείω πλῆθει καὶ χρόνῳ. οὔτε γὰρ ἀπῆχε. μὴ ἐστάναι ἔδοξεν ἀπόστασις. ἐν τοῖσιν στηρίζουσι αἱμορραγέσι σχῆμα εὐρύ τε

G ὄν, καὶ ὅ ξύμπαν εἶδος τῆς πάσης κατάρρεος αἴτιες ποιεῖν. δεῖ καὶ αἱ ἀποδέσιες αἱ ἐν τῇσι φλεβοτομίῃσιν ὁρμῶσι. αἱ δ᾽ ἰσχυραὶ κωλύουσιν αἷμα. οἱ ἔναιμοι & οἱ ὑπόχολοι ὀξυρεγμιώδεες. ἴσως δὲ ἐς μέλαιναν τελευτᾷν. ῥίγη ἄρχεται γυναιξὶ μᾶλλον ἀπὸ ὀσφύος διὰ νώτου ἐς κεφαλήν. ἀτὰρ & ἀνδράσι ὄπισθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν τοῦ σώματος. οἷ πήχεων, μηρῶν, ἀτὰρ καὶ δ δέρμα ἀραιόν.

H δηλοῖ δ᾽ ἡ θρὶξ τῶν ζώων.

Hippostrati vxori præcordij sinistri tumor, ex quartana annua in fastigium sublatus est, cum palam frigidula esse videretur, oborto frigoris impetu & sudore per totum corpus peruadente, iudicata est. Ad hęc menses, qui tunc restiterant, magna copia, & per lõgum interuallum eruperunt: neque aliqua in parte subsistere, abscessus visus est. In his quę pulsant & sanguinem fundunt, positus figuram amplam & laxam esse oportet, idq; omninò si ex prorsus decliui, accliuis fiat. Quare quæ in venarum sectionibus deligationes fiunt, sanguinis impetum promouent, validæ verò inhibent. Qui natura sunt sanguinei & aliquantulum biliosi, acidis ructibus conflictantur, atq; adeò verendum, ne in atræ bilis morbum desinant. Rigores mulieribus à lumbis inchoant magis, & per dorsum ad caput feruntur. Quin & viris posteriore magis quam anteriore corporis parte, vt cubito & fœmore. Id autem comprobat cutis ipsius raritas, cuius indicium est, pilorum in animantibus generatio.

τῇ τῆς Ἱπποστράτου] Hic [illegible] aut aliquid tale subaudiendum est, non insolente Hippocr. phrasi, τὰ παρ᾽ οὗ [illegible] ferente, quæ παρ᾽ οὗ [illegible] dicimus. Æquum autem fuit ex annua quartana, tumorem hypochondrij sinistri subortum. Cuius designationem omisit, propter consensionem quam cum superiori historia habebat. Illic enim in Scopo lienis tumorem & præcordij sublationem celebrauit. Hic autem tumor sudoribus, diuturno & copioso menstruorum [illegible]

nec vlla amplius in parte subsistit. Mensium quippe effusio hæmorrhagiæ respondet, quæ propriè quidem huiusmodi tumores [illegible] uit. Porrò per τεταρταῖον ἐνιαυτόν, quartanæ diuturnitatem significauit, quemadmodum lib. 6. epid.† τὸν ἀρχαῖον ἐνιαυτὸν τεταρταῖος. Pro ἀπὸ κορυφῆς, ἀπὸ κορυφῆς legisse videtur Caluus. † Sect. 6.

ἐν τοῖσι σφύζουσιν] Istud est συμβολικὸν ad sanguinis profusionem. In his enim quæ sanguinem fundunt, pertusi membri figura & situs confert plurimum, vt ampla sit, neq; adstricta, neq; compressa, quod scribit Oribasius Coll. lib. 7. ††& Paulus lib 6. ††† Sic enim sanguinis riui ex fonte haustum humorem promptiùs effundunt. Quod in nostris venarum pertusionibus videndum est. Adstrictiora enim vincula, vasorum compressione fluxum inhibent, quæ vbi laxamenti paululum ceperint, institutum sanguinis cursum adiuuant. Quæ omnia rectè à nostris Chirurgis administrantur. Etsi enim firmior deligatio venarum mobilitatem firmat, & sua protuberantia conspicuum locum facit, aperta tamen vena non est cur eam ampliùs requiramus, sed laxata deligatione, fluxilem magis humorem reddimus, eique cursum procuramus. Gal. certè in Exeg. huius loci meminit his verbis in dictione αἱματοφλοιβοσάσιες, οὕτως μὲν οἱ περὶ τὸν Διοσκορίδην γράφοντες, ἐπιγνώσεις τὸ ἐξ οἰδούντος αἵματος ἠγούμενοι δηλοῦσθαι, ὅτι ἡ ἀλλαχοῦ φησίν, ἐν τῇσι φλεβοτομίῃσι αἱμοῤῥαγίῃσι σχῆμα εὑρετικόν. οἱ πλείους μὲν οὖν γράφουσιν αἱματοφλεβοσάσιες, ἡ δηλοῦσθαι νομίζουσιν ἐκ τοῦ ὀνόματος, τὰς πλήρεις αἵματος κεκυρτωμένας φλέβας. Quæ omnia ad salientis sanguinis ex venis tumidis & plenis impetum, referuntur. In quem sensum quæ ex hoc loco afferuntur, vsurpari possunt, dum pro φλεβοτομίῃσι, φλυζούσῃσι legas, & σχῆμα εὑρετικόν aut εὐρύ τε ὄν. Quæ est veterum exemplarium lectio. Sic enim ebullientem & scaturientem sanguinis impetum intelligas licet, velut & fœcunda & abundante venæ eructatione, quomodo & accipi φλυζούσῃσι potest. Ac proinde ex hoc præcipuè loco emendanda hæc lectio videtur, contra tamen omnium quæ adhuc videre licuit exemplarium fidem. Cuius rei admonet Gal. in dictione φλυζούσῃσι, dum βλυούσας, hoc est scaturientes, interpretatur. Ex quo hanc esse genuinam lectionem manifestum est. Nam vt illud σφύζουσιν ad partium inflammationem, cui pulsum antiqui tribuebant, aut verò ad eum quem ex media veterum doctrina, venarum percussum dixit Plinius, referas, nil magni prorsus contenderis. Nolui tamen tam temerè receptam ab omnibus lectionem immutare, vbi probabilem cum veri specie sensum elicere potui. Qua tamen in causa, si me cognitorem adhibueris, non admodum auersum in huius extremæ lectionis confirmatione habebis. σχῆμα verò situm & figurã corporis significat, non secus ac lib. 6. epid.*** τὰ σχήματα ῥιζοῦντα, eiusdemque libri sectione septima, in nimia sanguinis profusione, vbi rationem sistendi consulit, dum scribit: αἵματος φλεβῶν στάσις, λειποθυμίη, σχῆμα, ἄγη, ἀπόληψις, μοτώματα, συστροφή, ἐπίδεσις, ἐπίθεσις. Quem locum innuit Galen. eo loco, quem prius ex Exeg. subnotauimus. Quod sequitur, τὸ ξύμπαν, ad membrum vnde sanguis profluit, reduci potest, aut absolutè (vt diximus) capiendum. Caluus legisse videtur, διὸ ἡ αἱ ἀποστάσιες ἐν τῇσι φλεβοτομίῃσιν μέτριαι σμικραί. non malè tamen. Quod verò sequitur, αἱ δὲ ἰσχυραὶ κωλύουσιν. αἷμα τὸ ἔναιμον. Vbi secutus sum antiqua nostra exemplaria, quando impressa vitiosa esse deprehendi. Legi enim αἱ δὲ ἰσχυραὶ κωλύουσιν αἷμα. Quod etiam vidit Cornarius.

†† Cap. 12. ††† Cap. 40. *** Sect. 3.

τὸ ἔναιμον] Ructus acidos esse corruptelæ ciborum à frigidis & natura pituitosis humoribus sobolem, testatur * Gal. lib. de symptom. caus. vt nidorulentos calidis & biliosis succedere. Scribit enim: αἱ διαφθοραὶ κνισώδεις μὲν ἐπὶ τοῖς θερμοτέροις τε καὶ χολωδεστέροις σώμασι συμπίπτουσιν. ὀξώδεις δὲ ἐπὶ τοῖς ψυχροτέροις φύσει καὶ φλεγματωδεστέροις. οὕτω δὲ κἀπὶ τοῖς ἐδέσμασιν, ὀξώδεις μὲν ὅσα φλεγματικά καὶ ψυχρά, κνισώδη δὲ, ὅσα θερμά τε καὶ πικρόχολα. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ γαστὴρ, ἐπὶ μὲν τοῖς ψυχροτέροις νοσήμασιν αἱ ὀξώδεις, ἐπὶ δὲ τοῖς θερμοτέροις, αἱ κνισώδεις γίγνονται μεταβολαί. Idem rursus lib. de rat. vict. in morb. acut.** εὐλόγως δὲ ὅτι διὰ τε τὴν ψύξιν τῆς γαστρὸς αἱ ὀξυρεγμίαι γίνονται, καὶ διὰ φλέγμα πολλάκις ἀθροισμένον ἐν αὐτῇ, καὶ διὰ πλῆθος σιτίων, ἢ καὶ συμμέτρων μὲν ὄντων, ἀλλὰ ψυχρὰν τῆς δυνάμεως. Quibus eadem propè scribit in lib. 1. de loc. aff. Quæ affectionum causæ perpetuæ sunt Galeno, atq; omninò eædem in tota sua πραγματείᾳ. Certùm tamen est, non ita constantem esse assensioné ὀξύτητος frigido tribui, cùm interdum calido causam acceptam ferat, quod in multis sanguineis, biliosis & succulentis videre licet, in quibus æquabilis illa proborũ per se succorum probitas, à calido intus exagitata facilè acescit. Quod in externis succis apparet, qui calidi natiui, ab externo calido depopulati defecta, acorẽ concipiunt. Quod præter rerũ magistrã experientiã satis indicauit Alexãder Trallianus lib. 12. ἡ ἀποψία γίνεται διὰ θερμότητα. καὶ διὰ ψυχρὰν δὲ μᾶλλον δυσκρασίαν. καὶ γινώσκεται ῥᾳδίως ἐκ τῆς ἐρυγῆς κνισσώδης μὲν ἐπὶ τῆς διὰ θερμότητα. ὀξώδης δὲ ἐπὶ τῆς διὰ ψυχρότητα ἀποτελουμένων. δεῖ δὲ οὐ μόνον τῇ ἐρυγῇ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι προσέχειν σημείοις, ἡλικίᾳ λέγω καὶ κράσει, καὶ ἐπιτηδεύματι, καὶ βίῳ, καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ διαίτῃ τοῦ κάμνοντος. οὔτε γὰρ εἰ κνισσώδης ἐστὶν ἐρυγὴ, πάντως ἤδη καὶ θερμὴν ὑπονοεῖν δεῖ τὴν ἀπεψίαν εἶναι. ἔσθ' ὅτε γὰρ ἐγένετο. καὶ διὰ τὴν τῶν ἐδηδεσμένων ποιότητα, ἢ κνισώδεις ἢ μελιτώδεις αὐτῶν φαγόντων, οὐ μὴν οὐδὲ ὀξώδης ἐρυγὴ πάντως ὑπονοεῖν δίδωσι ψυχρὰν λέγειν τὴν δυσκρασίαν. πολλάκις γὰρ καὶ ὀξώδης τροφὴ, στρυφνὴ, τὴν ὀξώδη παρασκευάσει ἐρυγὴν ταυτῶσαι. ἔσθ' ὅτε καὶ θερμότης γίνεται γὰρ καὶ ὀξώδης ἐρυγὴ οὐ μόνον διὰ ψύξιν, ἀλλὰ καὶ διὰ θερμὴν δυσκρασίαν καὶ ἀμήχανον τοιαύτην ἐρυγὴν παύσασθαι, εἰ μὴ ψυχρούσῃ καὶ ὑγραινούσῃ διαίτῃ χρήσαιτό τις. δεῖ οὖν ἐκ πάντων, ὡς εἴρηκα, μὴ διαγινώσκειν καὶ οὕτω διακρίναντα, κεῖσθαι τὴν ποιητέαν θεραπείαν. Idem quoque paulo post, ἡ ὀξώδης ἀπεψία οὐ πάνυ πέφυκε ταχέως αἰτία εἶναι πυρετῶν. εἰ δὲ ἅμα καὶ συνέβη γενέσθαι πυρετὸν, σκοπεῖν, καὶ ζητεῖν μὴ ποτε ἄρα καὶ διὰ θερμὴν ἐγένετο δυσκρασίαν ἡ ὀξώδης ἐρυγή. συμβαίνει γὰρ ἔσθ' ὅτε μὴ μόνον διὰ ψύξιν, ἀλλὰ καὶ διὰ θερμότητα πολλάκις ἐπιγίνεσθαι. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς ὁρῶμεν. συμβαίνει γὰρ ἐν τοῖς θερμοῖς πάνυ οἰκήμασιν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τοῖς ψυχροῖς πάνυ, τὸν οἶνον ἔσθ' ὅτε εἰς ὀξώδες μεταβάλλεσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ζύμης τὸ αὐτὸ θεάσασθαι ἔστι. καὶ γὰρ αὕτη ἐν θερμοτέροις οἰκήμασιν ἐξαρκεῖσα τάχιστα τρέπεται εἰς τὸ ὀξῶδες. τὸ δ' αὐτὸ ὑφίσταται καὶ ψυχθεῖσα ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἀέρος. ὥστε ὑπὸ τῶν ἐναντίων καὶ τὸ αὐτὸ γίνεται σύμπτωμα. προσέχειν οὖν ἀνάγκη καὶ τοῖς παροῦσι σημείοις, καὶ τοῖς προηγουμένοις, ὥστε ἐκ πάντων δυνηθῆναι γνωρίζειν τί ποτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον, εἴτε θερμὸν, εἴτε ψυχρὸν καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν θεραπείαν ἐλθεῖν. Quibus ex locis quid sit ὀξυρεγμία satis apparet, vt mirari non desinam cur in mentem venerit Caluo, vt semper appetentiam verteret. Quod sequitur huiusmodi naturas in atræ bilis morbos vergere, ex facili humorum commutatione & successione dependet. Atq; adeò scribit Hipp. lib. 6. epid. sect. 6. καὶ εἰσὶ τὸ μὲν πόνον, χολὴ, ξανθὴ, τὸ δ' αἷμα, αἷλα, κα. Rursusq; αἱ ἀυτοὶ τὸ ἐπίχολον δὲ ἔναιμον σῶμα μελαγχολικόν, μὴ ἔχον ἐξεῤῥάγεις. Cæterùm haud scio an hic sit locus quem adducit Gal. Com. 2. in Prorrh. his verbis: τὸ δ' ἐξέρυθρον ἐν τῷ διατρίβῃ τῆς ἐπιδημιῶν ἐπιπόλαιον εἰς μελαγχολίαν εἶναι φησίν. Neq; enim hoc in lib. alibi reperias. Et satis celebre est Hipp. τοὺς ἐναίμους ἐξερύθρους vocare, quemadmodum synochos ex sang. putrescente febres, τοὺς ἐξερύθρους πυρετοὺς vocat lib. 6. epid. Aut sanè existimandum est pro magna temporum iniuria hos Hipp. libros non nisi corruptos ad posteritatem dimanasse. Quod certe æquius est, atq; inde colligi debet, quod Gal. lib. 2. de dieb. decret. diei quadragesimi hoc in lib. decernentis meminit, cuius ne vestigium quidem apparet, aut ille Prorrhetici locus mendosus est, & μνημονικὸν ἁμάρτημα censeri debet, aut certè ad id quod lib. 6. epid. scribitur sect. 6. referendum τὸ ἐπίχολον καὶ ἔναιμον σῶμα μελαγχολικὸν μὴ ἔχον ἐξεῤῥώγεις.

* Lib. 6. ** Comment. 2.

ῥῖγος ἀρχή] Vbi Galeni industria suppetit, superuacaneum existimo nostram enarrationem protrahere. Locus ex aph. 69. lib. 5. qui lib. 6. epid. sect. 3. repetitur. Cuius etiam meminit Gal. lib. περὶ ῥίγους, dum τὸ νοσερὸν ῥῖγος, his sententiis intelligi contendit. Rigoris nomen retinuimus, nec frigus vertere voluimus, quod facit Corn. Cels. aut perfrictionem, vt multi, affectata potius latinitate, pro rei dignitate. κατάψυξιν enim quæ perfrictionem sonat, aliud esse à rigore contendit idem Gal. lib. περὶ ῥίγους, his præcipuè verbis: ῥῖγος γὰρ εἰ μὲν οὕτως ἁπλῶς κατάψυξιν εἴποις, ὥς τινες ἀπεκρίναντο, καταφωρᾶσαι τὸ σφάλμα. πολλῶν μὲν ἰσχυρῶς καταψυχομένων, οὐ μὴν καὶ ῥιγούντων, ἀλλ' οὐδὲ εἰ κατάψυξιν ἰσχυρὰν, οὐδὲ τοῦτ' ἀληθές. οἱ γοῦν σομαχικῶς ῥιγοῦντες ἢ καρδιακῶς, ἰσχυρῶς μὲν εἰσὶ κατεψυγμένοι, ῥιγοῦσι δὲ οὔ. τὸ δὲ σὺν τρόμῳ λέγειν κατάψυξιν τὸ ῥῖγος, εἰς ὅσπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἀπελιμπάνοντο, ἀφορμὴν ἔχει καὶ ἀπάτης τὸ βρασμὸν δὲ τὸ κλόνον τὸ τοῖς σφοδροῖς ῥίγεσιν ἐξαλλόμενον, ἐξελέγχεται δ' ἐναργῶς ἐκ τοῦ μεθ' ἅπασι τοῖς ῥιγοῦσιν συμβεβηκέναι. μόνοις δὲ τοῖς σφοδρῶς. μεθ' οἷς συμβέβηκε, τρόμου τοῦ γινομένου πάθους ὄντος, ἀλλὰ πρὸς διὸ σεισμοῦ τε καὶ κλόνου. Ex quibus liquidò constat, perfrictionem ipsam, rigori exprimendo minùs esse idoneam, sed κατάψυξιν affectionis tantum esse nomen. Cæterùm vitiatã esse scripturam nemo est qui non videat. Aut enim legendũ est, vt in aph. ἀτὰρ καὶ αἱ δρᾶπιν ὁπόθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν. Aut certè lectio lib 6. epid. sequenda est. ἀτὰρ καὶ αἱ δρᾶσιν ὁπόθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν. θέλουσι γὰρ τὰ ἔξωθεν μᾶλλον, ἢ τὰ ἔνδοθεν τοῦ σώματος. Cuius lectionis vestigiis vetus nostrum exemplar insistit. Cur autem perfrictionis in rigore aut horrore sensus, in corporis extrema primò impetum faciat, indicat Gal. in prædicto lib. περὶ ῥίγους: ἐν ᾧ δὲ πυνῷ μὲν εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος καὶ τὰ σπλάγχνα, τὸ αἷμα, καὶ σὺν αὐτῷ δηλονότι καὶ ἡ θερμασία, ψυχρά τε καὶ ἄναιμα γίνεται τὰ τε κατὰ τὸ δέρμα μόρια. καὶ σκελῶν καὶ χειρῶν τὰ τελευταῖα. διότι πλεῖστον ἀφέστηκε τῶν σπλάγχνων. Miror denique quomodo Caluus hanc sententiam toties à Gal. explicatam ita obscurauerit, vt vix intelligas quid velit.

Quibus intra præfinitũ tempus nulla fit noxia eæ vitales partes edunt. Quòd si quid gestationis tempore appareat, in quos menses incidat, videndum est.

Ἡσιν οὐδὲν ἔσω τοῦ τεταγμένου χρόνου, ἑκάστῃσι τὰ ἐκτρώματα ἀπόγονα ἐστί. τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίνεται.

οἱ πο-

A οἱ πόνοι ἐν περιόδοισιν, ὅτι ἐν ἑβδομήκοντα κινέεται, ἐν τριπλασίοισι τελειοῦται. ὅτι μετὰ γυναικεῖα δεξιά. τὰ δὲ περιστερὰ χάσκων ὑγρότης. διὰ τῶν ἀπιόντων διαίτης ξηροτάτης, ὅτι θᾶσσον κινηθὲν διακειθὲν αὖθις αὔξεται. καὶ βραδύτερον. ἐπὶ πλείονα χρόνον οἱ πόνοι περὶ τρίτην ἡμέραν πρὸς τῇσι πεντήκοντα καὶ ἕκτην πρὸς τῇσιν ἑκατόν. μη- B νιαῖοι, δευτεραίῳ καὶ τεταρταίῳ ἃ δεῖ εἰδέναι εἰς τὸ ἑπτάμηνον, ἢ ἀπὸ γυναικείων ἀριθμητέοι οἱ ἐννέα μῆνες, ἢ ἀπὸ τῆς ξυλλήψιος καὶ εἰς ἑβδομήκοντα καὶ διακοσίησιν οἱ ἑλληνικοὶ μῆνες γίνονται, καὶ εἴτι προσέτι τούτοισι, καὶ ἤτοι τοῖς ἄρσεσιν, ἢ καὶ τῇσι θηλείῃσι, τοῦτο ποιέεται ἢ τἀναντία. τῶν βρωμάτων καὶ πομάτων, οἱ ὦμοι καὶ οἱ μαστοὶ ἐμφυσῶνται. καὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ οἱ ἀκρησίαι, καὶ τὰ ἐμφυσήματα C ποιέουσιν αὐξήσιας ἔστ᾽ ἂν τὰ ὀστέα στερεωθῇ, τῶν ἐπιμηνίων περίοδος, τὰ πρὸ τούτων βαρέα ἀδελφὰ τῶν ὀκταμήνων πόνων. πρωτοτόκων τὰ γάλακτα, τῆς μὲν τροφῆς μεταβαλλούσης, τῆς δὲ ὀκταμήνου ἀπαρτιζούσης. διὸ τὰ ἐπιμήνια, ἀδελφὰ τῶν ὀκταμήνων πρὸς δεκάμηνον τεινόντων γινόμενα κακόν.

Labores certis temporum circuitibus fiunt, & fœtus qui ſeptuaginta diebus mouentur, ter iiſdem in ſeſe ductis perfecti fiunt. Ad purgationis menſtruę extremum, vbi ſiniſtra & dextra dehiſcunt, humidi quod tunc procedit copia, quæ per ea quæ prodeunt ſatis indicatur, ſicciſſimá victus rationem deſiderat. Efformatus fœtus, quò velociùs mouetur, eò tardiùs incrementum habet. Labores vt plurimùm tertio ſupra quinquageſimum die, & ſexto ſupra centeſimũ contingunt. Quòd ſi menſtruam rationem ineas ſecũdo & quarto menſe. Quæ ad ſeptimeſtrem partum neceſſariò conſideranda veniunt, aut certè à profluuio menſtruo aut conceptu, menſes nouem ſupputandi ſunt, dum ex ducentis & ſeptuaginta diebus, ex Græcorum ratione menſes prodeant. Videndum etiam ſi quid ad hoc accedat. Quinetiã num iſta in maribus & fœminis fiant, num verò contra eueniat. Ex eduliis & potibus humeri ac mammæ intumeſcunt, quin & victus intemperantia & flatus incrementum capiti addunt quo ad oſſa firmitatẽ acceperunt. Menſtruarum purgationum certus quidam eſt circuitus. Quæ igitur ante has fiunt grauitates, laboribus qui ab octimeſtribus fœtibus accidunt, affines ſunt. Primipararum lac ab alimento mutationem, octauo verò menſe complementum & abſolutionem adeptum eſt. Quocirca menſtruæ purgationes, ſi in his quæ ad decimum D menſem tendunt, octimeſtribus non abſimiles fiant, pernicioſæ ſunt.

ἔστιν οὐδὲν] Noſtri ſeculi petulans intemperantia & effrenata luxuria, miſeram de fœtu ſecuritatem in mulierum animis indidit: vt non deteriore conditione diuinæ mentis domicilium, & totius vniuerſitatis alta ſpecula, in lucem edi poſſit, cùm deploratiſſima ſuæ conformationis habeat primordia, in quibus inconſtans vnius mulierculæ arbitrium, ad omnia præceps, paginam vtranq; faciat. Ita perfectiſſimum omnium animantium cæteris imperaturum, & fortunæ alumnum, ventris alueo concluſum, in horas & momenta ſexcentis caſibus, vt fluctibus, obruitur. In quibus non alia maior pernicies, quàm gulæ & libidinis intemperies. Tantæ molis eſt, eum qui dominari in cætera poſſit, propitio partu in lucem edere. Vt ſæua mercede & ferè cum vitæ diſpendio, naturæ munera nobis dependenda ſint, quæ lucis huius vſuram propè iniqua conditione mortalibus nouercata eſt. Tam iuſtis igitur lachrymis miſerę huius vitalitatis neceſſitas quiritanda eſt. Iſque demum profectò vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Diuinus igitur Hippocr. huiuſce matrum circa fœtum indiligentiæ ſibi bene conſcius, eas eleganter hoc placito monet, E vt intra ſtatum pariendi, totumq; geſtationis tempus, ab his quæ fœtum lædunt & propè diuellunt, ſibi temperent. Qualia ſunt nimia vitæ incontinentia, voluptatis & libidinis indulgentia, animi affectiones inſignes, petulans ſaltatio & corporis elegans nimis preſſura, veſtium ſtrictura, cæteraq; id genus quæ abortionis periculum plurimùm aduehunt, plurimaq; memorantur ab Hippocr. lib. 1. γυναικείων. Quòd ſi quid etiam à natura noxiæ incumbat, ex his quæ minimè ab arbitrio noſtro pendent, minùs vitalem fœtum futurum ſignificat. ἀπόγονα verò hìc idem quod Hippocr. γόνιμα aut γονὰ libro περὶ σαρκῶν ſignificat, etſi ſucceſſionem quandam vitalitatis & propaginem auctario retinet. Vt ambigua ſint exemplaria quæcunque ἄγονα legunt, vt ſcribit Galen. ** Quare mirum videtur quomodo Caluus non perfecta aut non vitalia verterit. Cæterùm quæ hìc plurima ab Hippocrate de partione eiuſq; tempore ſcribuntur eadem lib. 6. epid. repetuntur: qua in re non eſt quòd poſt diligentiſſimam doctiſſimi Fuchſij optimeq; nauatam induſtriam cum tædio longiores ſimus. ** *In Exegeſi.*

τὰ ἐπιφαινόμενα] Iſtud cùm diligentiſſimè ſit à Fuchſio vnaque doctiſſimè enucleatum, videmur hìc magna laboris parte defuncti, F Caluus hanc ſententiam cum ſequente iunxit, nec quid videret intellexit.

οἱ πόνοι ἐν περιόδοισι] Hìc πόνοι, partus labores ſignificant, qui circa fœtus eductionem fiunt, dum ſuo maturitatis robore, diſruptis membranis & calcitratione exitum ſibi molitur. Tunc temporis enim membranæ (fœtus in vtero velamina) nõ ſecus ac ſpicarum paleæ ſuo maturitatis tempore laxantur, & fœtus grandeſcentes roboris pleni, ſuopte impetu vincula diſrumpunt ac violant, partumque fieri cogunt. Quod ſeptimo menſe contingere ſcribit Hippocrates. Hi igitur partus labores ſtato tempore fiunt, ſeptimo, octauo, nono, decimo, vndecimoq; menſe. Motioni autem fœtus in vtero tempus, etſi non vndiquaque conſtans eſt, marem tamen tertio, vt fœminam quarto menſe moueri, paſſim ſcribit Hippocrates, quod tota Philoſophorum ſchola retinet. Septimeſtrem autem fœtum vt perfectionis, ita & motionis prærogatiuam quandam habere oportet, vt etſi tertio menſe moueatur, eius tamen initia attingat. Qui igitur ſeptuaginta diebus mouetur, ſeptem menſium partum facit. Ter enim in ſe ducta ſeptuaginta, ducentos ac decẽ conficiunt dies, quæ ratio ſeptimeſtrium eſt ex Hippocrat. Non ſecus ſi nonaginta ter in ſeſe duxeris, ducentos ac ſeptuaginta dies (nouimeſtrium rationem) conficies. Hæc verò triplicitatis ratio, etſi diligentiſſimè & apertiſſimè à Macrobio libro primo † in ſomnium Scipionis ducitur, celebratur tamen ab Hipp. lib. περὶ σαρκῶν, his verbis: ἔχει δὲ τὸ ἑπτάμηνον γινόμενον, τρεῖς δεκάδας ἑβδομάδων. ἐς δὲ τὴν δεκάδα ἑκάστην, ἑβδομήκοντα ἡμέραι. τρεῖς δεκάδες δὲ ἑβδομάδων αἱ σύμπασαι δέκα καὶ διηκόσιαι. Hìc verò deficit triplicata illa nouimeſtrium ratio, quæ lib. 6. epid. adſcribitur, & profectò addenda videtur ex veteri noſtro exemplari. Sic enim legit: ὅτι ἐν ἑβδομήκοντα κινέεται ἐν τριπλασίοισι τελειοῦται, καὶ ὅτι ἐν ἐνενήκοντα κινεῖται, ἐν τριπλασίῃ τελειοῦται. Quanquam paulò aliter lib. 6 epid. legitur. Porrò ſi cui vetus & priſtina lectio arrideat, aſſenſorem habet Hippocr. lib. περὶ τροφῆς, fœtus formationem & incrementum ex opinionum varietate penſitantem, dum ſcribit: ἐς τύπωσιν, λε΄ οἱ δὲ, ἐς κίνησιν ο΄, ἐς τελειότητα σι΄. Sic enim fœtus conformationi dies quinque & triginta tribuit, motui ſeptuaginta, abſolutioni ducentos & decem. Qui numerus ſeptimeſtrium rationem ex Hippocrate facile init, & hanc triplicitatis auctionem comprobat. Ac ne quis de maribus id ſolùm dictum exiſtimet, addit poſtea, ἄλλοι φασὶ ἐς μορφὴν μ΄. ἐς κίνησιν, ϙ΄. ἐς τελειότητα σο΄. Certum eſt enim ex Hippocratis ratione, marem triginta, fœminam duobus & quadraginta diebus conformari.

† *Cap. 6.*

ὅτι μετὰ γυναικεῖα] Menſtruæ purgationis ſtatis vicibus vteri ſinus dehiſcunt, ad repurgamentorum vias, quæ humidioribus naturis pleniora ſunt, vt pro innatantis humoris copia ſemen extinguant, & veluti inundationis copia obruant. ὁκόσαι γὰρ καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκουσι, ἀποσβέννυται γὰρ αὐτῇσι ὁ γόνος, vt ſcribit Hippocrates in aph. *Exiccantem igitur victus rationem humentioribus naturis rectè conſulit primo γυναικείων Hipp. ſi modò conceptum procurare velimus. Cui etiam ſubſcribunt Aëtius libr. 16. & Paulus lib. 3. Ac veluti dum ſemina terræ mandamus, ſi humentiorem agrum nacti, præ aquarum copia ſemen terræ affigi non poteſt, ſed ſtatim eluitur, vt radices agere non poſſit: ita longè citiùs id in hac vitali ſemente accidit, vt nimio humidi affluxu genitalis vrina totius δημιουργίας opifex, ſuopte impetu iam fluxilis elabatur & effluat, in exiccatis interioribus oſculis tenaciùs ad fœtificandum inhæreat. Quod hìc conſulit Hippocrates, vt ne addam eum conceptus rationem obiter innuere, dum deſinente menſtrua purgatione

ex hiantibus vteri osculis liberis studendum esse innuit. Quod etiam scribitur lib. 1. περὶ γυναικ. ἢν μὲν οὖν καθαρὰ τε καὶ ἀκραιφνία καὶ ἐν αἵματι γένηται ἔτως: ἐπω περὶ τ' ἄνδρα ἐν ἀρχομένοισιν τοῖσιν ἐπιμηνίοισιν. ἄμεινον δὲ ἐν ἀπολείπουσι. καὶ ἐπι ἱσταμένων μᾶλλον ἢ ἀποφαίνων. Rursum quoque paulò post, ἐπὴν ἀποκαθαρθῶσιν αἱ γυναῖκες, μάλιστα ἐν γαστρὶ λαμβάνουσιν, ἱμαρωθεῖσαι. καὶ ὁ γόνος ἐρρῶσθαι ῥώννυται, ἢν μισγῶσιν ὅτε χρὴ, καὶ ὁ τε ἀνδ' εἰς ῥηϊδίως μίσγεται. καὶ ἢν ἐπικρατήσῃ τοῦ δὲ ἠδέλφισαι. τότε γὰρ μάλιστα τὸ σῶμα τῶν μητρέων κεῖχλων καὶ πιπανός ἐστι καὶ μὴ ταῖς καθάρσεσι, καὶ αἱ φλέβες τῆς γονῆς αποδῶσιν, ἐν δὲ τῷ πρὶν χρόνῳ, τὸ τε σῶμα τῶν μητρέων μιμυκε. καὶ μᾶλλον αἱ φλέβες πλέαι αἵματος ἐοῦσαι, οὐχ ὁμοίως αποδῶσι τὴν γονήν. Idem quoque scribitur lib. περὶ συσ. παιδίω. ὥστε ἢν μὲν ἀποκένωται τοῦ αἵματος ἡ γυνὴ λαμβάνει ἐν γαστρὶ, ἢν δὲ πλήρης ἔῃ, οὐ. κρεῖσσον γὰρ τῶν μητρέων καὶ τῶν φλεβῶν κενουμένων τοῦ αἵματος, λαμβάνουσι περὶ: σφᾶς αἱ γυναῖκες τοὺς παῖδας μετὰ γὰρ τὴν καταμηνίων τὴν κάθαρσιν, αἱ γυναῖκες λαμβάνουσιν ἐν γαστρί. Galen. quoque lib. περὶ σπέρματος priore, idem scribit, dum sensum attractionis in vtero inesse contendit. γίνεται δὲ μάλιστα τὸ τοιοῦτο, ἄρτι πεπαυμένων τῶν καταμηνίων, ἡνίκα μάλιστα συλλαμβάνουσιν αἱ μήτραι τὴν γονὴν. Idem quoq; scribitur Galeno lib. περὶ μήτρας ανατομῆς longioribus verbis quæ huc adscribere nil fuit opus. Reliqui interpretes, dextri sinus mentionem maris conformationi, vt sinistri fœminæ, accommodant. Quod etsi facilè subindicatur, non est tamen quod exprimi debere videatur. * *Aph. 62. lib. 5.*

ὅτι θᾶσσον κινηθῇ] Maris perfectio & in vtero conformatio eandem quæ motionis maturitas dignationem habet. Perfici enim marem triginta diebus, fœminam duobus & quadraginta, testes sunt omnes Philosophi, præcipuè verò Aristot. libr. 7. hist. anim. & Gal. lib. de sem. priore. * Cuius rei maris calidiorem & robustiorem naturam causam facit. Est enim fœminarum natura (vt inquit Aristot. (ἀρρωστοτέρα καὶ ἀπλιστέρα. Doctrinarum vero lumen Diuinus Hippocr. huiusce conformationis tempus & celeritatis causam aperit lib. περὶ φύσ. παιδίε, his verbis: πολλαὶ γυναῖκες ἤδη διέφθειραν κοῦρον, ὀλίγῳ πρόσθεν τριήκοντα ἡμερέων, καὶ ἄναρθρον ἐφαίνετο. ὁκόσα δὲ ὕστερον, ἢ ἅμα τῇσι τριήκοντα ἡμέρῃσι, διηρθρωμένα ἐφαίνετο ἐόντα, καὶ ἐπὶ τῇ κούρῃ ἐν τεσσαράκοντα καὶ δύο ἡμέρῃσιν. ἐπὶ δὲ τῷ κούρῳ, ἐν τριήκοντα. ἱστρέουσι γὰρ αἱ ἐξαμβλώσιες τῶν παιδίων καὶ τῶν λοχείων αἱ καθάρσιες. αἴτιον δέ ἐστιν, ὅτι τὸ θῆλυ πήγνυται ὕστερον, καὶ διαρθροῦται. ὅτι ἡ γονὴ ἀσθενεστέρη ἐστὶ, καὶ ὑγροτέρη τῆς θηλείης ἢ τοῦ ἄρρενος. καὶ ἀνάγκη ἐστὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὕστερον πήγνυσθαι τὸ θῆλυ, ἢ τὸ ἄρρεν. καὶ ἡ κάθαρσις χρονιωτέρη τοῦτο εἵνεκεν ἐστὶ τῇ θηλείᾳ ἢ τῷ ἄρσενι. Hic igitur τὸ διακρίνειν, διαπλάσσειν, διαρθροῦν καὶ μορφοῦσθαι significat. At verò eadem celerioris motionis in maribus causa est, quæ & conformationis. Vitalitatis enim robur, & ex calidiore crassioreque semine sumpta primordia, in causa sunt, vt mas tertio mense, fœmina verò tum demum quarto, in vtero moueatur. Quod testatur Hipp. lib. περὶ φύσ. παιδίε. ὅταν δὲ τὰ ἄκρα τοῦ σώματος παιδίου ὄζωθῇ ἔξω, καὶ οἱ ὄνυχες καὶ αἱ τρίχες ἐρριζώθησαν, τότε δὴ καὶ κινεῖται. καὶ ὁ χρόνος ἐς τοῦτο γίνεται. τῷ μὲν ἄρσενι, τρεῖς μῆνες. τῇ δὲ θηλείῃ τέσσαρες. ὧδε γὰρ ἐπιτοπλεῖστον ξυμβαίνει. ἔστι δὲ ἃ καὶ πρόσθεν τῶν παιδίων, τούτου τοῦ χρόνου κινεῖται. κινεῖται δὲ πρόσθεν τὸ ἄρσεν, ὅτι γὰρ ἰσχυρότερης καὶ παχυτέρης γονῆς γίνεται. Idem etiam repetit primo γυναικείων. Præcocius autem incrementum adesse fœminis solet, ob humidam naturam & ceream membrorũ mollitudinem, quæ materiam ad auctionem reapse efformationi sequacem inuitat. In solidioribus autem & firmioribus naturis, robur firmitudinem addit, nec ita facilè ob materiæ tenacitatem, membra diducuntur, aut vasa ipsa fistulantur. Quæ causa est cur citiùs maribus, fœminæ pubertatis primitias decerpant. vt scribit Hipp. lib. περὶ ἑπταμήνε. καὶ τοι τά γε ἄλλα ὅταν χωρεῶσιν ἐκ μητρὸς αἱ θυγατέρες [illegible] χρόνον θᾶσσον ἡβῶσι, καὶ φρονέουσι καὶ γηράσκουσι διὰ τὴν ἀσθενείην τε τῶν σωμάτων, καὶ τὴν δίαιταν. Ad huius vero sententiæ pondus, Plinij fides accessionem magnam facit, dum scribit lib. 7. ** fœminas gigni celeriùs quàm mares, sicut celeriùs senescere, ni mendum subesse[illegible] Philosophorum enim placitis repugnat, fœminas maribus celeriùs gigni. Quare me facilè æquum ferent iudicem, qui *gignere*, non *gigni*, legendum esse existimabunt, fœminæ enim liberorum procreationi celeriùs maturæ fiunt quàm mares.

* *Cap. 3.* ** *Cap. 4.*

οἱ πόνοι] Laboris nomine quicquid toto gestationis tempore accidit hîc intelligitur, siue in fœtus cõformatione, seu motu, abortione, perfectione, aut editione contingat. Vt autem homo incerto spatio gignitur, ita demum inconstantes sunt labores. Pro varia [illegible] regionis, ætatis, victus, temperamenti, mulierumque semen excipientium natura gestationis & fœtus, ac demum partionis ambigua esse tempora par est. Quod in terræ seminibus mandandis accidit. Est enim quoddam quod trium mensium spatio proueniat, & à rei rusticæ peritis trimestres triticum dicitur, quoddam verò quod in annum maturitatem aut incrementum differat. Hac in tota fœtura leuitatem indicat Hippocrates lib. περὶ ἑπταμήνε, his verbis: ταῖς δὲ γυναιξὶν αἱ συλλήψιες τῶν ἐμβρύων, καὶ οἱ τρωσμοὶ τε καὶ οἱ τόκοι ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κεῖνονται, ἐν ᾧ περ αἱ τε νοῦσοι, καὶ αἱ ὑγιείαι, καὶ οἱ θάνατοι τοῖς ξύμπασιν ἀνθρώποισι. τοῦτο δὲ πάντα, τὰ μὲν καθ' ἡμέρας, τὰ δὲ κατ' ἐνιαυτόν. ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς χρόνοισι τοιούτοισιν ἔνεστι πρὸς ἕκαστον, πολλὰ μὲν ξυμφέρεσθαι, πολλὰ δὲ πονηρὰ. ἐκ μὲν οὖν τῶν συμφερόντων αἵ τε ὑγιείαι γίνονται, καὶ αἱ αὐξήσιες. ἐκ τῶν ἐναντίων, αἵ τε νοῦσοι, καὶ οἱ θάνατοι. Lib. verò epid. 6. * ἐπὶ πλείονα χρόνον οἱ πόνοι, τρίτῳ, πέμπτῳ ἑβδόμῳ, ἐνάτῳ μηνί, δευτέρῳ, τετάρτῳ, ἕκτῳ. Vbi pares imparibus menses coniungit. Quam sententiam hic quædam exemplaria legunt, & hanc lectionem secutus videtur Cornarius. Porrò quod hîc tertium & quinquagesimum cum sexto & centesimo attingit, non longè abest ab opinione libri περὶ τροφῆς. ἄλλοι γ' ἐς ἰσὴν, ἐς πρῶτον ἅλμα ρ', ἐς πλειότητα τ'. Cæterùm illud μηνιαῖοι, ad πόνοις referendum videtur, & hoc sensu capiendum. Quòd si rationem per menses ineas, quos diximus labores in tertium & quinquagesimum diem incidere, secundo mensi tribues: quos autem in centesimum sextum, quartum mensem attingent. Hæc enim dierum supputatio in hos menses exire solet. * *Sect. 8.*

ἃ δεῖ εἰδέναι ἐς τὸ ἑπτάμηνον] Rationem habendam esse septimestris & nouimestris partus significat, eiusq; qui hos menses superat. Vitales enim sunt, & rationem heddomadum Hippocraticarum subeunt. Nouem autem menses, ducentorum & septuaginta dierum numerum conficiunt, vt indicat Hippocrates libro περὶ σαρκῶν. ἐννέα δὲ μηνῶν καὶ δέκα ἡμερέων γόνος γίνεται καὶ ζῇ, καὶ ἔχει τὸν ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. τέσσαρες δεκάδες ἑβδομάδων ἡμέραι εἰσὶν διηκόσιαι ὀγδοήκοντα. ἐς δὲ τὴν δεκάδα τῶν ἑβδομάδων, ἑβδομήκοντα ἡμέραι. Quam Hippocratis opinionem sequitur Auicennas fen. 21. tertij. ** Quod autem hîc Græcos menses vocat plenos & integros, quos solares dicimus, intelligit: vt ex Hippocraticæ παρθενίας numeris satis coniicere licet, quos parthenij attribuit. Etsi ratio non vsque adeò constans est & solida, quin negotium vel sagacissimo facessere possit. Quod & ex eo intelligitur quod in lib. de Septimestri partu Gal. attributo scribitur, vbi hic locus etiam obscurè admodum attingitur, & mensium Græcorum alia omnino initur ratio. Quando verò nostri seculi doctrinarum præcipua lumina hunc dierum & mensium calculum attigerunt, non est quòd ad eorum authoritatem nostrum intercedat iudicium: dum ea tantum quæ in rem præsentem sunt, dicere volumus, vberioremq; huius negotij cognitionem aliò amandamus. Quod sequitur, καὶ ἐπὶ πρόσθε τούτοισι, decimum & vndecimum mensem designat, qui prædictos dierum accessione superant. Subauditur autem ex Hippoc. Laconismo σκεπτέον, aut δεῖ εἰδέναι, aut aliud quid simile, vt ferè in superiore tota periodo, quod non est in hoc scriptore infrequens aut insolens.

** *Cap. 1.*

τῶν βρωμάτων καὶ πομάτων] Lactis originem non aliam esse quàm sanguinis, comprobat eadem vtriusque essentia & natura. Lac enim sanguinem esse in mammis expressum, & ibi à glandulis sua affectione candefactum, certum est. Sunt igitur mammæ in fœminis capacitatis vteri indices, quæ maturam viro & plenis nubilem annis puellarum integritatem ostentant. Quod σπαργᾷν dicit Hipp. lib. περὶ γυναικείων καὶ ἀφόρων. Incrementum igitur in fœminis & maturiores annos ex mammarum succulentia & distensione ostendit Hippocrates & Aristot. lib. 4. de gen. anim. † Etsi possunt flatibus intumescere, qui fungosam & spongiosam mammarum naturam subleuant. Incontinentia quoque & plenior victus ratio capiti incrementum addunt, quo ad ossa ipsa stabilitatem grandiori ætate determinatam acceperint, quæ vt author est Aristot. †† serò pueris durantur. ἀκρησία autem, idem quod ἀκρασία, incontinentiam & victus intemperantiam, aut luxuriam significat, vt ex Arist. in quæst. nat. ††† patet. ἀκρασία tamen interdum ἀκράτειαν & impotentiam Hipp. significat. Describit igitur Hipp. grandioris ætatis & virilitatis terminos, dum membra ipsa perfectam absolutionem compleuerint. Hæc autem sententia adeò ex sese obscura est, vt quid voluerint interpretes, difficile sit ex eorum lectione eruere.

† *Cap. 8.* †† *Lib. 7. anim. histor.* ††† *Sect. 27.*

τῶν ἐπιμηνίων περίοδος] Cùm stata sit & determinata à natura purgationis menstruæ in fœminis vicissitudo, si quæ quibusdam de causis repurgamentorum aditus impeditos habeant, vt suspecta sua mala, ita & sanitatem in præcipiti habere debent. Quod multis modis explicat in suis mulieribus Hipp. Hic verò grauitates & vteri pondera quæ purgamentis conclusis contingunt, sugillat & octimestribus laboribus æquat, quod magnam malorum molem secum aduehant. Sæpè enim grauiores inde labores quàm in fœtus editione sustentantur. Sæpè verò mortis periculum in propinquo est, cùm purgamentorum lenta quæ sex menses supera[nt] ignau[…]

ignauia, medicamentorum opem refugiat, vt scribit Hipp. in muliebr. Etsi verò sunt apud eundem plura quæ purgationis menstruæ moram condemnant, est tamen præcipuus quidam in rem præsentem locus, primo περὶ γυναικείων, ex quo abunde satis nostræ enarrationi factum volumus, ἢν δὲ τὰ ἐπιμήνια πουτάπασι μὴ χωρέοντα, γίνεται ὑπὸ νόσου, ἢ παχέα, ἢ γλίσχρα ἢ κενά ἐστιν. χρὴ ... πρῶτον τὴν κοιλίην καθῆραι, ἄνω τε καὶ κάτω. ἔπειτα τὰς ὑστέρας θεραπεύειν, ἀφ' οὗ αἷμα καθαίρεται καὶ διαλείπειν. καὶ πίνει ... αἷμα ... ἢν δὲ καὶ κρυβῆναι ... ἀπὸ δ' αἰδοῖος. ἢν δὲ οἱ ῥόοι μὴ γίνωνται ἴσα ὥστε δοκέειν ἐγκύμονα εἶναι, καὶ μετεωρίζηται αἰδοῖον, ... ὥστε δοκέειν ἐγκεῖσθαί τι. καὶ δοκέει ἐν τῇ γαστρὶ γίγνεσθαι. καὶ ἡ γαστὴρ αἴρεται, καὶ ἱμείρει, ... ὡς ἐν γαστρὶ ἔχουσα καὶ καρδιώσσει, ἐπὴν ἡμέραι ... μάλιστα ... καὶ ... ἔχει, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε τῆς γαστρὸς τὰ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, ... καὶ τοὺς βουβῶνας. καὶ τὴν ὀσφὺν. καὶ ἐπὴν μῆνας δύο ἢ τρεῖς ... γένωνται, ... κατὰ τὸ αἰδοῖον τὰ ἐπιμήνια ἀθρόα, καὶ δοκέει ... τὰ ἀπιόντα ... καὶ μέλανα. ... γίνεται ... καὶ ... πολλοῖσι δὲ συμβαίνει, ὥστε δοκέειν, ἐξ μῆνας ἔχειν ἐν γαστρὶ ἢ καὶ ὀλίγῳ ἐλάσσονα χρόνον, καὶ ἡ γαστὴρ αἴρεται. καὶ τὰ ἄλλα οἱ δοκεῖ γίνεσθαι ὥστε ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ. ἔπειτα ἐστιν ἢν διαρύωνται, ἐρράγη ὑπὸ τῶν βουβῶνος ἅμα τῷ ... καὶ ... ἔστι δὲ καὶ ... γίνεται ... μήτρῃσι καὶ κάτω ὑπὸ τοῦ βουβῶνος καὶ κινδυνεύουσι ἀποθανεῖν. ἢν δὲ καὶ περιγένηται ἄφορος ἐστι. ... αἰδοίου ... καὶ ἀπὸ τούτων ἕλκεα ἐγγίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι. καὶ κινδυνεύει. καὶ χρή, ὅκως μὴ τὰ ἕλκεα ... γένηται. ... ἄφορος δὲ καὶ αὐτὴ γίνεται ἢν γε καὶ ἰηθῇ, ἢν δὲ μὴ οἱ ῥαγῇ τὰ ἐπιμήνια διενεχθέντα ἐξ μῆνας, ... πάντα ἅμα ... τὰ ἐπιμήνια ... ἱστορεῖν. καὶ ἢν μὲν θεραπευθῇ, ὑγιὴς ἐστι. ἢν δὲ μὴ, διαχεῖται καὶ ἐς ἑπτὰ μῆνας θνήσκει. Labores autem octimestres magnam in puerperio negotium facessere testatur Hippocratis libro περὶ ἑπταμήνου καὶ ὀκταμήνου, cùm eam quæ in octauum mensem in ... partitionem operosam, molestam & perdifficilem, cùm fœtui, tum verò etiam puerperæ esse scribit. Huic quidem ob ... in vtero conclusi inordinatos motus, vteriq; tum se incommodius habentis proprias affectiones, suspectam esse partionem ... fœtum verò lædi oportet à proprio quo se imbellis adhuc præcipitat exeundi motu, & a matris vteriq. in quo continetur affectu. Atque adeo hæc ad vnius lectionis comprobationem dicta sint, quæ πρὸς τοῦτον legit. Quæ veteris nostri exemplaris authoritate nō temere confirmatur. Constans verò codicum impressorum est fides, vt περὶ τοῦτον legant. Sicq; non ante purgationem menstruam fœtum concipi contendet Hipp. aut certè minimè vitalem & laboriosum valde. Qua in opinione est Arist. lib. 2. de gen. an.* Quo in genere octimestres malè audiunt. Ac velut in arborum genere luxuriosam florum indulgentiam & veluti decidentem canitiem fructus sequitur: sic non nisi priùs repurgatis succis per destinatos naturæ ductus, fœtum feliciter gigni nefas esse videtur. Quod scribit Hipp. lib. περὶ φύσιος παιδίου, his verbis: ὥστε ἢν μὲν ἀποκενωθῇ τοῦ αἵματος ἡ γυνή, λαμβάνει ἐν γαστρί. ἢν δὲ πλήρης ἔῃ, οὔ. κενέων γὰρ τῶν μητρέων καὶ τῶν φλεβῶν γενομένων τοῦ αἵματος, λαμβάνουσι πρὸς σφᾶς αἱ γυναῖκες τοὺς παῖδας. μετὰ γὰρ τῶν καταμηνίων τὴν κάθαρσιν, αἱ γυναῖκες λαμβάνουσιν ἐν γαστρί. Idem rursus lib. περὶ ἀφόρων. ἢν δὲ γυναικὶ μὴ χωρέῃ τὰ καταμήνια πάμπαν ἢ ὑπὸ πάντων τῶν εἰρημένων, καὶ οὕτως οὐ ξυλλαμβάνει. αἱ γὰρ φλέβες τοῦ αἵματος πλήρεις ἐοῦσαι τὴν γονὴν οὐ δέχονται. καὶ ἐν τῇσι μήτρῃσι αἵματος ἐνεόντος ... πάσῃ μηχανῇ ὅτι ἀποκωλύει τὴν γονὴν τρέφεσθαι. Quam etiam opinionem tuetur Galenus lib. περὶ μήτρας ἀνατομῆς, his verbis: πρὶν γὰρ ἰέναι τὰ καταμήνια οὐ συλλάβοι ἡ γυνή, ὅτι καὶ τρέφοντος ἐστερῆσθαι τὸ σπέρμα καὶ θεραπεύοντα ... ἔχει. λεία γὰρ ἡ μήτρα τηνικαῦτα ἐστὶ μεμυκότων τῶν ἀγγείων, ὥστε ἀπορρεῖ τὸ σπέρμα καὶ οὐχ ἑνοῦται τῷ χιτῶνι αὐτῆς. ἐπιτηδειότερον γὰρ πρὸς σύμφυσιν τὸ τραχὺ τοῦ λείου. Quod tamen aliter in dies contingere experimur. Et nos plurimas fœminas cuiuscumq; generis ante expertam menstruam purgationem fœliciter concepisse & fœtum edidisse certò nouimus. Per βάρεα vero, vteri pondera significauit Hippocrates, quæ vteri offensionem indicant Galeno triplici affectionis genere distinctam, mole, pondere & morsu. Vt hec quasi nomine laboriosam partionem designaret. ἀδελφεὸν etiam ἀντὶ τοῦ ὁμοίου sæpe ponit Hipp. vt ἀδελφισμένως ἔχειν ἀντὶ τοῦ ὁμοίως, ex primo περὶ γυναικείων, & ἀδελφίζεσθαι pro εἰκάζεσθαι, vt interpretatur Gal. Quod apertius quoq; declarat lib. 2. de rat. vict. in morb. ac.† ... ἀδελφισμένα ... αὐτῷ. διότι τῶν συγγενῶν οἰκειότατοί τε εἰσι καὶ συντροφώτατοι ἁπάντων οἱ ἀδελφοί. * Cap. 4. † In Exegesi.

θεραπεύειν τὰ γάλακτα] Lac sola albedine à sanguine differt. Est enim purior & pinguior sanguinis portio, à venis vtero cum mammis communionem habentibus sublata ratione situs & loci colorem immutans, non autem propriam essentiam. Ab alimento enim primam mutationem capit, dum sanguinis officina alimoniam vniuerso corpori dispensans, vtero demittit ad fœtus nutricationem. Quod enim fœtui in aluo concluso vitalis auræ rudimentum extitit, idem in lucem emisso, huius lucis vsuram & largitionem præbet. Prouida namque futuri naturæ indulgentia, destinatam fœtui commeatum, extremo gestationis tempore, in mammas, velut in cellam penariam & promum condit ad huius vitæ initia. Vt non fœliciùs fuerit aliunde vitam auspicari, quàm à naturæ benignitate lac pro... dispensante, dum solidiori alimento vsum suppeditarit. Ingruente igitur partione, suo non deficit operi, lactiq; absolutionem præbet ne nondum nato nutrix indulgentior, quam emisso, mater esse videatur. Hæc lactis origo ex ciborum immutatione ab Hippocrate satis definita est, libro περὶ φύσιος παιδίου. ὁκόταν κινηθῇ τὸ ἔμβρυον, τότε δὲ ἐπισημαίνει καὶ τὸ γάλα τῇ μητρί. οἱ γὰρ μαζοὶ ἀείρονται καὶ αἱ θηλαὶ ὀργῶσι. τὸ δὲ γάλα οὐ χωρέει. καὶ τῇσι μὲν πυκνοσάρκοισι τῶν γυναικῶν ὕστερον τὸ γάλα ἐπισημαίνει καὶ ἔρχεται. τῇσι δὲ ἀραιοσάρκοισι, πρότερον. δι' ἀνάγκην δὲ τοιήνδε, γίνεται τὸ γάλα. ὁκόταν αἱ μήτραι ὀγκηραὶ ἔωσι ὑπὸ τοῦ παιδίου, πιέζουσι τὴν κοιλίην τῆς γυναικός, τῆς δ' ὁκόταν πλήρεος ἐούσης ἐκπιεσμὸς γένηται, ἀποπηδᾷ τὸ πιότατον ἀπό τε τῶν βρωτῶν, καὶ τῶν ποτῶν ἔξω, ἐς τὸ ἐπίπλοον, καὶ τὴν σάρκα. ὥσπερ δέρμα εἴ τις ἀλείψειε ἐλαίῳ πολλῷ, καὶ ἐάσειε ἀναπιεῖν, καὶ ἔπειτα ἀναπιὸν πιέζῃ τὸ δέρμα διαπηδήσει αὐτῷ πιεζομένου τοῦ δέρματος ἔξω τὸ ἔλαιον. οὕτω δὴ καὶ τῆς κοιλίης τὸ πῖαρ ἐν αὐτῇ ἐχούσης ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν πιεζομένης ὑπὸ τῶν μητρέων διαπηδᾷ τὸ πῖαρ ἐς τὸ ἐπίπλοον καὶ ἐς τὴν σάρκα. κἢν ἀφαλίζηκες ἐν ᾗ γυνή ... τούτου διαπηδήσιος. ἢν δὲ μή, ὀργεῖ. καὶ τὰ ἐν γαστρὶ ἔχοντα κτήνεα, ἢν μὴ τι νοσέῃ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ποτοῦ καὶ σίτου, πίονα γίνεται διὰ τοῦτο. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνή. ἀπὸ γὰρ τοῦ πίονος διαθερμαινομένου καὶ λευκοῦ ἐόντος τὸ γλυκαινόμενον ἀπὸ τῆς θέρμης τῆς ἀπὸ τῶν μητρέων, ἀποθλιβόμενον ἔρχεται ἐς τοὺς μαζοὺς, καὶ ἐς τὰς μήτρας δὲ ὀλίγον ἔρχεται, διὰ τῶν αὐτέων φλεβῶν, τείνουσι γὰρ ἐς τοὺς μαζοὺς καὶ ἐς τὰς μήτρας, φλέβια ταὐτὰ τε καὶ παραπλήσια ἄλλα. καὶ ὁκόταν ἀφίκηται ἐς τὰς μήτρας ἰδέην ἴσχει τοῦ γάλακτος, καὶ τὸ παιδίον ἀπ' αὐτοῦ ἐπαυρίσκεται ὀλίγον. οἱ δὲ μαζοὶ δεχόμενοι τὸ γάλα, ἀείρονται πιμπλάμενοι. καὶ ὁκόταν τέκῃ ἀρχῆς κινήσιος ὑπογενομένης, χωρέει τὸ γάλα ἐς τοὺς μαζοὺς τούτους, ἢν θηλάζῃ. ἔχει γὰρ οὕτω. θηλαζομένων τῶν μαζῶν, εὐρύτερα γίνεται τὰ φλέβια ἐς τοὺς μαζούς. εὐρύτερα δὲ γενόμενα, ἀπὸ τῆς κοιλίης ἕλκοντα, τὸ πῖαρ τοῖν μαζοῖν διαδιδόασι. καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀνὴρ ἢν λαγνεύῃ πολλά, ἀραιότερα γίνονται τὰ φλέβια, μᾶλλον ἐπάγει τὴν λαγνείην. Libro verò περὶ γυναικείων primo, τὸ δὲ γάλα ὅκως γίνεται εἴρηται μοι ἐν τῇ φύσει τοῦ παιδίου, τοῦ ἐν ..., ἐπὴν δὲ κυΐσκεται ἡ γυνή, καταμήνια οὐ μάλα χωρέει. πλὴν ὅσον ὀλίγα, τρέπεται γὰρ ἐς τοὺς μαζοὺς τὸ γλυκύτατον τοῦ ὑγροῦ, ἀπό τε τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν, καὶ ἐκθηλάζεται. καὶ ἀνάγκη ἐστί, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα κεκενῶσθαι μᾶλλον καὶ θᾶσσον πλήρεος γίνεσθαι τοῦ αἵματος, τοῦτο οὕτως γίνεται. Hæc ergo de lactis origine ex parentis optimi monimentis dicta sunto, quæ etsi popularem magis quàm philosophicam demonstrationem habent, propter authoritatem tamen non sunt aspernanda. Cæterùm etsi quæ hic dicuntur, de lactis colostra circa partum & de prima in partu lactis spongiosa densitate intelligi possunt, coniunctim tamen intelligi debere videntur. Ante menstruas purgationes, qui conceptus fiunt, laboriosissimos esse & octimestribus valde affines, cùm in his primiparis lac ab alimento mutationem, octauo verò mense complementum accipiat. Vnde fit vt contra partus in octauum mēsem sæpè incidat, quo nomine operosa & difficilis partio esse solet. Quod si in quibusdam mulieribus quæ gestationem ad decimum mensem extendunt, menstruæ purgationes octimestribus similes fiant, hoc est laboriosi, & difficiles ante constitutum tempus menstruum conceptus, eos periculosos esse significat. Plures enim labores sustentari necesse est, & octauo mense valde suspectos, & verò decimo partui familiares & maximè molestos. Quare cùm fœtui, tum etiam matri creari periculum est vero affine. His autem obscurissimis verbis innuere videtur Hippocrat. primiparis quæ ante menstruas purgationes concipiunt, difficiles adesse partiones, quæ octauo mense contingant, quod menstrui sanguinis inopia fœtus ad nonum aut decimum mensem in vtero sustentari non possit. Quod etiam significat libr. περὶ φύσ. παιδίου, his verbis ... καὶ ἡ αὔξησις ἡ ἀπὸ τῆς μητρὸς κατιοῦσα, ... τῷ παιδίῳ ἐστίν, ὁκόταν οἱ δέκα μῆνες παρέλθωσι, καὶ ... αὔξηται. ἕλκει γὰρ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐς ἑωυτὸ τὸ γλυκύτατον, ἅμα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ γάλακτος ἐπαυρίσκεται ὀλίγον. ὁκόταν δ' αὐτῷ στενότερα ταῦτα γένηται, καὶ ἁδρὸν ἔῃ τὸ παιδίον, ποθέον πλείονα τῆς ὑπαρχούσης τροφῆς, ἀσκαρίζει, καὶ τοὺς ὑμένας ῥήγνυσι. καὶ μᾶλλον τοῦτο πάσχουσιν αἱ τῶν γυναικῶν πρωτοτόκοι. ἐπιλείπει γὰρ τοῖσι παιδίοισιν ἡ τροφὴ ἐς τὸ ἀρκέσαι, ἄχρις αὐτῶν δέκα μηνῶν. ἐπιλείπει δὲ διὰ τόδε. εἰσὶ τῶν γυναικῶν τινὲς αἷσι ... τὰ καταμήνια καθαίρεται, αἱ δὲ ἐλάσσονα. τοῦτο δὲ ἢν αἰεὶ γίνηται ἐν φύσει καὶ ἐν γένει, μητρόθεν ... ἐστιν. αἱ δὲ τὰ καταμήνια ὀλίγα μεθιεῖσαι, αὗται καὶ τοῖσι παιδίοισι, τοῦ χρόνου τὸ ὕστατον, ἐπὴν ἤδη ἁδρὸν ἔῃ τὴν τροφὴν στενοτέρην παρέχουσι, πείθουσι ἀσκαρίζειν καὶ ... τὸν δέκα μηνῶν ... ὀλίγον γὰρ ἀπὸ τῶν ... μητρῶν χωρέει τὸ αἷμα. ὡς δὲ καὶ ἐπὶ τὸ πλεῖστον συμβαίνει, καὶ ἀγαλακτοί εἰσι ταύτας τὰς γυναῖκας τὰς ὀλίγα τὰ καταμήνια μεθιείσας. ξηρότεραι γὰρ καὶ πυκνοσαρκότεραι εἰσιν. Quibus ex verbis præproperam esse primiparatum partionem vides & laboriosissimam, maximè verò earum quæ paucum alimentum fœtui suggerunt, quales sunt quæ menstruis carent. Sic enim paulò post scribit: καὶ τὰ μὲν ἐλάσσω τροφὴν ἐν τοῖσιν ἐμβρύοισιν ἔχοντα, θᾶσσον τίκτει. τὰ δὲ πλέω ὕστερον. Difficiles verò primiparatum partus, multis locis eodem libro celebrantur. Quinetiam lac octauo mense concoctionis absolutionem accipere, testatur quod de lacte extulit Empedocles.

μέλανος ἐν ὑγροῦ ὕδατος δέρματι πόδον ἔπλετο λευκόν] Aristot. vero lib.4. de gen. animal. * huius vsum ante septimum mensem inutilem esse scribit. Atque hic mihi viius est istius obscuræ admodum clausulæ sensus ex mediis tenebris eruendus. Vt non sit mirum, nobis Andabatarum more pugnantibus incertam esse belli victoriam. Veterum autem exemplarium fides, & consecutionis ratio effecit, vt clausulam vnam inter ea quæ sequuntur valde dissimilem, suo loco restituerem, & quasi agnatis adderem.

* *Cap.8.*

Magnis & profundis vulneribus tumores nisi apparuerint, ingens subest malum. Qui si laxi & molles fuerint bono sunt, si verò sursum serpant damno. Tumores in vlceribus à conuulsione & insania vindicant. Qui si de repente disparent his quidem quibus à tergo fuerant, conuulsionem cum dolore: illis verò quibus à fronte, insaniam aut acutos laterum dolores, aut sanguineam intestinorum difficultatem conuehunt. Nam & tumores temerè præterq; rationem alleuantes, imposturam significant, quale quid in Andronici filio intro recurrens, erysipelas portendit: nisi si quid bonæ existimationis ad eundem locum recursus attulit. Hoc circa ortum ad aurem erat, postea ad pubem distributum est. Quod alteri tertio ab ortu die eruperat, suppuratum est nono, & septimo sanus euasit. Longè tamen malligniora sunt, quæ de repente euanescunt.

Τρωμάτων ἢν ἰσχυρῶν ἐόντων, οἴδημα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν. τὰ χαῦνα, χρηστόν, τὰ ἄνω νεμόμενα, κάκιον. οἷσιν οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσιν, οὐ μάλα σπῶνται, οὐδὲ μαίνονται. τούτων δὲ ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, οἷσι μὲν τὰ ὄπισθεν, σπασμοὶ μετὰ πόνων. οἷσι δὲ ἐς τοὔμπροσθεν, ἢ μανίαι, ἢ ὀδύναι πλευροῦ ὀξέαι. καὶ δυσεντερία ἐρυθρή. τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥιπίζοντα, κίβδηλον, οἷον τῷ τοῦ Ἀνδρονίκου παιδίῳ τὸ ἐρυσίπελας ἐπαλινδρόμησεν, ἢν μὴ ἐς τὸ αὐτὸ ἐλθὸν χρηστόν τι σημαίνῃ. τοῦτο ἔκ τε γενέσιος περὶ τὸ οὖς, περὶ ἥβην διεδόθη. ἑτέρῳ τριταίῳ ἐκ γενετῆς γενομένῳ ἀπεπύησεν ἐναταίῳ· καὶ οὗτος ἑβδομαῖος ὑγιής. κακοηθέστερα τὰ ἀφανιζόμενα ἐξαίφνης.

Τρωμάτων] Placitum est 66. lib.5. quod aliter paulò legitur: ἢν τραυμάτων ἰσχυρῶν ἐόντων καὶ πονηρῶν οἰδήματα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν, τὰ χαῦνα χρηστά, τὰ ὠμὰ κακά. Vt autem tumores in vulneribus ab Hipp. probantur, ita & Celsi præceptum animo defigendum est quod scripsit lib.5. * de vulneribus agens. Nimis intumescere vulnus periculosum, nihil intumescere periculosissimum est. Illud indicium est magnæ inflammationis, hoc emortui corporis. Quod autem hîc legitur, τὰ ἄνω νεμόμενα, duros & renitentes tumores significat, qui vt plurimùm, crudi sunt (τὰ ὠμὰ in aphorismis vocat) mollibus longè deteriores. Sic libro Epid.6. † τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα καὶ μὴ περισκληρὰ φύματα probat Hippocrates, quæ ὁμαλοῖς æquat. In his enim æquabilitatem laudat, in illis verò obstinatam renitentiam à crudis, lentis, frigidis & coctu difficilibus humoribus, damnat. Ea inter se sic opponit Galenus, ἐπὶ μιᾶς διαθέσεως ὡς ἐπὶ παραδείγματος ἀρκέσει τὸν λόγον ποιήσασθαι. τὸ μὲν σκληρὸν τοῦ μαλακοῦ φαυλότερόν ἐστιν. αὐτοῦ δὲ τοῦ σκληροῦ, τὸ μᾶλλον σκληρόν. εἰ δ' ἔτι σκληρότερον, εἴη χαλεπώτατον, οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν μετρίως μαλακόν, ἀγαθὸν μετρίως ἐστί. τὸ δὲ τελέως μαλακόν, ἀγαθὸν καὶ τοῦτο τελέως. Porrò ex Galeni sententia μέγα κακὸν coniunxi. Ex omnibus enim lectionibus eam magis approbat.

* *Cap.26.* † *Sect.1.*

οἷσιν οἰδήματα] Aphorismus est 65. lib.5. quo subitam tumorum in vlceribus disparentiam conuellit Hippocrates. Etsi enim vniuersale est σημειώσεως præceptum, repentinum eorum quæ extra apparebant recursum, iudicationem suspectam facere, quod multis in locis vniuersale facit Hipp. idem tamen peculiare vlcerum speculationi attribuit. Quæ cùm cuiuis in re Medica mediocriter versato ex aphorismis sint perspicua, miror quo iure huius sententiæ principium hoc modo peruerterit Caluus. Tumores vulnerum si non valde lancinent nec furient. Quid namque his verbis intelligat, non video. Quod hîc legitur σπασμοὶ μετὰ πόνων, in Aphorismis σπασμοὶ τέτανοι scribitur. Et vbi hîc δυσεντερία ἐρυθρή, illic, ἢ ἐμπύημα, ἢ δυσεντερίη ἢν ἐρυθρὰ ᾖ τὰ οἰδήματα. δυσεντερίαν ἐρυθρὴν, sanguineam intestinorum difficultatem vertimus Gal. secuti, qui hanc, δυσεντερίαν αἱματηρὰν vocat. Scribit enim δυσεντερίαν δὲ ἔσεσθαί φησιν, ἐὰν ἐρυθρῶν ὄντων τῶν οἰδημάτων, ἐξαίφνης γένηται μετάστασις. ἐκείνην μέν τοι τὴν δυσεντερίην ὀνομάζομεν αἱματηρὰν, ἥτις ἐστὶν αἵματος κένωσις διὰ ἐντέρων χωρὶς ἑλκώσεως. Cuius duplex genus facit li.6. Epid. † dum scribit, οἱ δὲ ἐρυθροὶ καὶ πρὸς μελαγχολίαν ἐπιτήδειοι, παχὺ καὶ θερμὸν ἔχοντες αἷμα, τοῖς φρενιτικοῖς τε καὶ καυσώδεσιν εἰκότως ἁλίσκονται νοσήμασι. καὶ δυσεντερίαις ταῖς αἱματηραῖς ὡς εἰκὸς μάλιστα. μεμαθήκαμεν γὰρ ὅτι διτταί τινές εἰσιν. ἐξ ἑλκώσεως μὲν ἀναβρωθέντων τῶν ἐντέρων ἑτέρα διαφορὰ, πολλοῦ δ' αἵματος ἐκκενουμένου διὰ τῶν εἰς ἔντερα καθηκουσῶν φλεβῶν, ἡ λοιπή. Huius etiam dysenteriæ sanguineæ, qui solam humorum copiam absque interaneorum vlcere significat, meminit lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπ. Hipp. & Gal. lib.5. de loc aff. Copiosissimè verò Comm.4 in lib. περὶ ἄρθρων. Quare verò est simile, ex inflammationis intrò recursu suppurationes fieri, materia in thoracem deriuante, aut intestinorum difficultatem cruentam illuc rapta tumoris materia quæ inflammationem à sanguine fecerat. Intestinorum autem difficultatem dixi, etsi ἄνευ ἑλκώσεως contingat, cùm sanguinis per intestina excretionem intelligam, non minori licentia quàm in δυσεντερίῃ vocabulo. Alui profusionem dixit Celsus cap.7. lib.2.

† *Comm.3.*

οἰδήματα παραλόγως ῥιπίζοντα] Hæc duo præcipua sunt totius σημειώσεως capita, quibus à nobis abunde priùs satis esse factum videtur.

ἢν μὴ ἐς αὐτὸν ἐλθὸν] Istud mirè obscurarunt interpretes. Caluus planè non intellexit. Nos de erysipelatis ad eundem locum quem priùs afflixerat recursu intelligimus, qui omnem suspectionem leuauit.

HIPPOCRATIS COI DE MORBIS VVLGARIBVS, LIBRI SECVNDI,

Sectio quarta, De venis.

IEcoraria per lumbos ad magnam vsque vertebram deorsum fertur, indeque aliquid ex sese verticulis adiicit. Ex hepate sublata per septum transuersum cor rectà, deinde iugula adit. Hinc verò partim ad ceruicem, partim ad humeros, quædam etiam inferiùs paulò reflexæ, ad vertebras, & costas declinant. Ex sinistris quidem vna ad clauiculas tendit, ex dextris etiam in aliquẽ illa parte locum. Alia verò paulò inferiùs deflexa, vbi illa definit sese costis adiungens, dum eam quæ in corde est attigerit, ad sinistra se flectens. Deorsum verò demissa secundum vertebras descendit, donec eo perueniat vnde se sublimem eri-

ΤΜΗΜΑ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

περὶ φλεβῶν.

Ἡπατῖτις ἐν ὀσφύϊ, μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου κάτωθεν, καὶ σπονδύλοισι προσδιδοῖ ἐντεῦθεν. μετέωρος διὰ ἥπατος, καὶ διὰ φρενῶν ἐς καρδίην. καὶ ἡ μὲν εὐθεῖα ἐς κληῖδας. ἐντεῦθεν δὲ αἱ μὲν ἐς τράχηλον, αἱ δὲ ἐπ' ὠμοπλάτας. αἱ δὲ ἀποκαμφθεῖσαι κάτω, παρὰ σπονδύλους καὶ πλευρὰς ἀποκλίνουσι. καὶ ἐξ ἀριστερῶν μὲν μία ἐγγὺς κληΐδων. ἐκ δεξιῶν δὲ ἐπί τι αὐτῆ χωρίων ἄλλη. ἡ δὲ σμικρὸν κατωτέρω ἀποκαμφθεῖσα, ὅθεν μὲν ἐκείνη ἀπέλιπε, προσέδωκε τῇσι πλευρῇσι. τῇσιν ἐπιλοίπῃσιν ἁπάσαις ἢ ἔνθεν, καὶ ἔνθεν. ἀποσχίδας παρ' ἑ-

κάστην

κάρτην διδυμία ἐοῦσα. ἀπὸ μὲν τῆς καρδίης ἐπὶ τὸ χωρίον ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον ἐοῦσα ἐπὶ τὰ ὑποκάτω τῆς ἀρτηρίης, ἕως ἂν καταναλωθῇ καὶ ἔλθῃ. ὅθεν ἡ ἡπατῖτις ἐμετεωρίσθη. πρότερον δὲ πρὶν ἢ ἐνταῦθα ἐλθεῖν, παρὰ τὰς ἐσχάτας δύο πλευρὰς ἐδιαιρέθη. καὶ ἡ μὲν ἔνθα. ἡ δὲ ἔνθα τῶν σπονδύλων ἐλθοῦσα κατηναλώθη. ἰθεῖα δὲ ἀπὸ καρδίης πρὸς κληῖδα τείνουσα ἄνωθεν τῆς ἀρτηρίης ἐστὶ καὶ ἀπὸ ταύτης, ὥσπερ καὶ παρ' ὀσφὺν κάτωθεν τῆς ἀρτηρίης, ἀΐσσει ἐς τὸ ἧπαρ. ἡ μὲν ἐπὶ πύλας καὶ λοβόν. ἡ δὲ ἄλλο ἑξῆς ἀφωρμήκει, σμικρὸν κάτωθεν φρενῶν, φρένες δὲ προσπεφύκασι τῷ ἥπατι, ἃς οὐ ῥάδιον χωρῆσαι. διαταὶ δὲ ἀπὸ κληΐδων, αἱ μὲν ἔνθεν. αἱ δὲ ἔνθεν ὑπὸ στῆθος ἐς ἦτρον. ὅπη δὲ ἐντεῦθεν οὔπω οἶδα. φρένες δὲ κάτω κατὰ τὸν σπόνδυλον τὸν κάτω τῶν πλευρῶν, ᾗ νεφροὶ ἐξ ἀρτηρίης, ταύτῃ ἀμφιβεβήκει. αἱ ἀρτηρίαι μὲν ἐκ τοῦ τένοντος ἐκπεφύκασιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀρτηρίης τόνον ἔχουσαι. ταύτῃ δὲ παλινδρομήσασα ἀπὸ καρδίης ἡ ἡπατῖτις ἔληγεν. ἀπὸ δὲ τῆς ἡπατίτιδος διὰ τῶν νεφρῶν αἱ μέγισται δύο, ἡ μὲν ἔνθεν, ἡ δὲ ἔνθεν φέρονται μετέωροι, πολυσχιδέες τε διὰ τῶν φρενῶν εἰσὶν ἀμφὶ ταύτας. τῆς πεφύκασιν ἄνωθεν δὴ φρενῶν. αὗται δὲ μᾶλλόν τι ἐμφανέες. δύο δὲ τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου ὑπὸ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου ἄνωθεν καὶ πρὸς τοῦ στομάχου μᾶλλον ἑκατέρωθεν τῆς ἀρτηρίης παρελθὼν, ἑκάτερος ἐς ἑαυτὸν ἦλθεν. ἴκελος ἐνί. ἔπειτα οἱ σπόνδυλοι καὶ αἱ φρένες πεφύκασιν, ἐνταῦθα ἐτελεύτων. καί τινες ἐνδοιαστοὶ πρὸς ἧπαρ καὶ σπλῆνα ἀπὸ τούτου τοῦ κοινωνήματος, ἐδόκεον τείνειν. ἄλλος τόνος ἐκ τῶν κατέρωθεν σπονδύλων παρὰ ῥάχιν παρέτεινεν ἐκ πλαγίου σπονδύλων καὶ τῇσι πλευρῇσιν ἀπένεμον. ὥσπερ αἱ φλέβες οὕτως οὗτοι διὰ φρενῶν ἐς μεσεντέριόν μοι δοκέουσι τείνειν. ἐν δὲ τουτέοισιν ἐξέλιπον. αὖθις δ' ὅθεν φρένες ἐξεπεφύκεσαν ἀπὸ τούτου ξυνεχέες ἐόντες κατὰ μέσον κάτωθεν ἀρτηρίης τὸ ἐπίλοιπον παρὰ σπονδύλους ἀπεδίδουν ὥσπερ αἱ φλέβες, μέχρι καταναλώθησαν διελθοῦσαι ἐς τὸ ἱερὸν ὀστέον.

git, reliquis omnibus costis adhærens, vtrinque singulis per sese sola propagines mittens, à corde aliquatenus, idq; ad sinistra magis porrecta, postea arteriæ se submittens quousq; consumpta fuerit, eoq; peruenerit vnde iecoraria sublimis emersit. Quò priusquā perueniat, ad extremas duas costas scinditur, & in vtranque verticulorum partem progressa ibi cōditur. Quæ verò rectà à corde iugula petit, supra arteriam euadit, indéque non secus ac dum ad lumbos est, arteriæ subtensa in iecur insilit, modoq; ad portas & fibram, modò verò in id quod est reliquum deinceps excurrit, paulò infra septum transuersum, quod ita hepati incumbit vt facilè separari non possit. Bipartito autem ad clauiculas scinduntur, & hinc & inde sub pectus ad imum ventrem pertingunt. Quonam verò inde ferantur, mihi nondum constat. Ad septum transuersum infra ad vertebram quæ sub costis est positum habet, atque ea in parte qua renes ex arteria vtrinque eminent. Ex quibus arteriæ enascuntur, quę vtraq; ex parte cum arteria neruum habent. Atque huc quadamtenus ex corde remeans iecoraria desinit. Ab iecoraria verò per septum transuersum duæ maximæ venæ hinc & inde subleuantur, quæ multifidam ramorum propaginem, per septum emittunt, eiq; complexu adhærent. In superna autem illius parte magis conspicuæ extant. Duo verò nerui à cerebro infra magnæ vertebræ os à superiore parte perreptant, & ad gulam magis ab vtraq; arteriæ parte vtraque pertingens, in sese velut in vnum coit, dein vbi septum & vertebræ existunt, ibi desinunt. Etsi quidam ambigunt, & ab hac communione ad iecur & lienem ferri videntur. Alius neruus vtrinque ex vertebratis orbiculatim ossibus secundum spinam, per obliquam vertebrarum partem extenditur, & costis distribuitur. Atque hi non secus ac venæ ipsæ per septum transuersum ad lactes pertendere mihi videntur, in quibus etiam desinunt. Rursus autem ab eo loco vnde septum exoritur, continuitate quadam per medium infra arteriam quod est reliquum ad vertebras quemadmodum & venæ ipsæ emittunt, quo ad in os sacrum procurrentes consumpti condantur.

Humani corporis compaginem, & structuram etsi Medico pernecessariam, adeò tamen securè attrectauit prisca seculorum authoritas; vt vix ante Dioclis Carystij aut Herophili tempora, exacta corporis partium speculatio monimentis tradita fuerit.

Veterum enim in erudiēdis liberis industria, & assiduus per successiones labor, cum magistra rerum experientia scriptionum monimenta leuauit, dum prisca illa antiquitas posteritati corporis deformationem per manus traderet, in eiusq; cognitione non secus ac in literis & palæstra (velut in his quæ ingenuum scire decet) libros solertes daret. Quæ causa tantam scriptorum de partium interiorum positu penuriam fecit, vt in his priscorum fides capite diminuta videatur, & verò ridenda solertia. Quis enim Hippocratis venarum è capite fontes, & quatuor sanguinis riuulos, aut Aristotelis de venis originem & commenta ferat? ne Platonis somnia recenseam. Ac ne vltra temporum æquitatem ferat, simplex illa & minimè fallax canities, viscerationes perpaucas exercuit, & sese inspectionis interaneorum raritate tuetur: vt non mirum sit sedulam posteritatem ἀνατομικῆς θεωρίας authoritatem sartam tectam retinuisse, cùm in dies nouitas industriæ bene nauatam operam collocet, & ad operosam Galeni diligentiam magna solertiæ accessio, continua sedulitate facta esse videatur. Tantæ molis erat Medicinam omni ex parte perfectam tradere, dum defectas propeque accisas maiorum vires, posteriorum grauitas resarcit & experientissima rerum cognitio compensat. Quotus enim quisque est qui non videat pulsuum symmetriam & interaneorum descriptionem ab antiqui nominis authoribus vix dum inchoatam, magna posteritatis impensa auctam, cumulatam & perfectam? Ad cuius cognitionem in dies assidua manuum attrectatio & fidelis αὐτοψία addit, dum ad scriptorum monimenta magna ingeniorum felicitas accessit, quæ quotidie nouos parit fœtus atque præiudicatam authoritatem æquitate lenit. Sic in Galeni & veterum parentum doctrinam incurritur, & quod visu ipso condiscitur, nullam fidei authoritatem desiderat. Quod æquitas & mentis sibi bene consciæ ministra ratio suggerit, id facile vindicias secundum libertatem postulat, & à se animi maleuolentia suffusi inuidiam propulsat. Ingrati tamen est animi nimiumque confidentis maiorum monimenta deformare, dignationem eleuare, & authoritatem conuellere. Venarum distributio multis locis in Hippocratis scriptis celebratur, ita tamen ridiculè, vt varium inde progressum intelligas, & in Asclepiorum familiam agnata esse certò quis existimet. Hinc pendet pudenda illa venarum ex cerebro deriuatio, quæ quatuor velut sanguinis riuos in totum corpus demittit, libro περὶ φυσ. ἀνθρώ. per corollarium assuta, à qua Hippocratis nomen palam liberat Galenus. Etsi libro περὶ ὀστέων φύσ. non grauiore multo fide adscribitur. Multæ sunt aliæ partitiones venarum apud Hippocratem vt lib. περὶ ὀστ. φύσ. & libro περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. in quo venæ cauæ processus, vt libro περὶ ἱερῆς νόσου explicatur. Quæ omnia etsi prioris soli fertilitatem redolent, inexplicabiles tamen habent aditus & excessus, eosque permultos. At verò quæ hic adscribitur venarum delineatio, ex Asclepiadarum vindemia decerpta cùm suæ genuitatis locupletissimum testem Gal. ferat, qui Com. 2. in lib. de nat. hum. multis locis, & lib. 6. de placitis Hipp. & Plat. Com. quoque tertio in lib. de art. huius assensionis authorem Hippocr. facit. In qua quamuis quædam soli indulgentiam vbertatemque redolent, multæ tamen velut in elapidato agro sunt salebræ, [illegible] tolerabilius [illegible] sterilitate quàm fœturæ fertilitate delinquere, in quo necessarium valde est temperamentum, multaque præ [illegible] Neq; tamen hæc eo pertinent, vt minxisse in patrios cineres velim, aut priscam veterum diligentiam, quæ temporum æ[illegible]

ſtentat, notandam exiſtimem. Non enim ſolum hoc eruderandum aut expurgandum mihi propoſui, dum neq; viſcerationem damus, neque verò inde velut ex Albano carnes Latinis petimus. In quo non tam mihi verendum eſt diligentiam meam requiri, quam affectatæ nauſeæ condemnari. Anatomen (quæ per ſe magnum Medicinæ corpus eſt) ex multis Gal. monimentis diligenter petendam exiſtimo, non hîc perfunctoriè attingendam. At verò quicquid ferè de anatomica diſciplina ab Hipp. ſcriptum eſt, hîc conſumitur: eoque nomine deploranda maximè venit librorum Gal. περὶ τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς iactura, vt taceam eiuſdem in hunc lib. ὑπομνήματα, quæ præter occulatam rei demonſtrationem, ſententiam de tota cauſa tuliſſent.

ἡπατῖτις] Hic locus integer repetitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. & à Galeno magna ex parte adducitur libro ſexto de placit. Hippocratis & Plat. Vbi Hippocrates vt ſanguinis officinam iecur eſſe exiſtimauit, ita & ſanguinis riuos inde deducit, dum per venam iecorariam, quæ & caua dicitur, & in omnes corporis partes ſanguinem rigat nutriendo animali idoneum alimentum diſpenſat. Quod his verbis ſenſerat libro περὶ τροφῆς. ῥίζωσις φλεβῶν ἧπαρ, ῥίζωσις ἀρτηριῶν καρδίη, ἐκ τούτων ἀποπλανᾶται ἐς πάντα αἷμα καὶ πνεῦμα καὶ θερμασίη διὰ τούτων φοιτᾷ. Quod etiam vidit Aretæus poſt Hippocratem vetuſtiſſimus author libro ſecundo de Cur. morb. acut. qui hæc Hippocratis verba repetit. ἐν ὀσφύϊ autem hic addit: quòd per lumbos iecoraria ad inferiora demittatur, non ſecus ac Galenus libro de Venarum ſectione κοίλην ἐπ᾽ ὀσφύϊ vocat. Inquit enim συμπεπληρωμένης ἤδη τῆς ἐξηγήσεως ἁπασῶν τῶν ἄνω φλεβῶν, ἐπὶ τὰς ὑπολοίπους μετέλθωμεν, ὅσαι τὰ κάτω τῶν φρενῶν τρέφουσιν ἀπὸ τῆς ἐπ᾽ ὀσφύϊ κοίλης γενόμεναι. Et rurſus, καὶ μὲν δὴ ὅτι πρὸς κατ᾽ ὀσφὺν νωτιαίῳ φλέβες, ἀπὸ τῆς ἐπικειμένης ἐνταῦθα τῆς κοίλης, ἐμφύονται καθ᾽ ἕκαστον τρῆμα μία, λέλεκται πρόσθεν ὡς οὐδὲν ἔτι ὑπόλοιπόν ἐστι, τῆς ἐπ᾽ ὀσφύϊ κοίλης ἀποβλάστημα διηγήσεως δεόμενον. Venæ autem cauæ progreſſum ex media antiquitate deductum, ab ipſo Aretæo antiquitatis authoritate memorabili deſcriptum, hic apponendum duximus, quod & vetuſtatis authoritatem habeat non minimam, & maximè ad hunc inſtitutum faciat. Scribit igitur lib. 2. de morb. acut.* ἀπὸ τῶν πυλέων τοῦ ἥπατος εὐρέα φλὲψ διαΐσσει μέσον τῶν τοῦδε περάτων. αἰεὶ γὰρ ἐς λεπτὰ καὶ πλεῦνα σχιζομένη, ἐπὶ τέλος ἐς ἀφανέα τοῖσι ὄψεσι πάντῃ τοῦ ἥπατος σκίδναται. ἔστι δὲ τούτων πέρασι ἄλλων φλεβῶν περατώσιες κατὰ τὸ σῶμα ξυγκέονται, αἵπερ ἐκ λεπτῶν καὶ πλειόνων, μέζονες καὶ ἐλάσσονες γίγνονται, ἐπιτελέως ἐν μέσῳ τῷ ἥπατι, ἐς μίαν φλέβα μεγάλην συναγείρονται. ἐντεῦθεν δὲ δοιαὶ ἐξ ἀποσχίσιος γιγνόμεναι, πρὶν τοῦ ἥπατος ἀφικνέονται. ἡ μὲν γὰρ ἄνω τὸ πρόσωπον λαβοῦσα διαπερήσασα, ἐς τὰ κυρτὰ αὐτέου ἐξεφαάνθη. ἔπειτα περήσασα τὸ διάφραγμα ἐμφύεται τῇ καρδίῃ. κοίλη φλὲψ ἥδε καλέεται. ἡ δὲ ἑτέρη, τὸ κάτω λαβοῦσα τὸ πίμπλον διαπερήσασα μέχρι τῶν κυρτῶν, ἐπὶ τὴν ῥάχιν ἔζωσε, καὶ τῇδε ἀπάγεται, μέχρι τῶν ἰσχίων. ἀτὰρ καὶ ἥδε κοίλη ὄνομα τὸ αὐτό, εἵνεκεν μία καὶ αὐτή ἐστιν ἡ φλὲψ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ ἥπατος ἴσχουσα. εἰ γάρ τις ἐθέλει, διελάσαι ἂν ἔλασμα καὶ ἀπὸ τῆς ἄνωθεν τῆς ἐπὶ τὴν καρδίην κοίλης φλεβὸς ἐς τὴν περὶ τὴν ῥάχιν, καὶ ἀπὸ τῆς ῥάχιος διὰ τοῦ ἥπατος ἐπὶ τὴν καρδίην, ἄνοδος γὰρ ἡ αὐτή.

* Cap. 8.

μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου] Hippocrates lib. περὶ ἄρθρ. μέγαν σπόνδυλον multis locis ſecundam vertebram (quam priùs ἰδόντα vocauit) intelligit. Hic verò pro oſſe ſacro ſumi videtur, quod vertebratim cæteris verticulis annectitur. Id indicat Galeni locus Comment. 2. in lib. de nat. hum. ἀπὸ δὲ τῆς μιᾶς φλεβὸς τῆς μεγίστης, ἀποφύσεις γίνονται καθ᾽ ὅλον τὸν μεταξὺ τῶν τοῦ νωτιαίου περάτων ὡς Ἱπποκράτης ἔγραψεν, ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν. τοῦτ᾽ ἄνω πρὸς ταῖς κλεισὶ πέρας αὐτῆς, καὶ τὸ κάτω πρὸς τῷ ἱερῷ ὀστέῳ. In fine etiam huius ſectionis de venis agens, διαθεῦσα ἐς τὸ ἱερὸν ὀστέον dixit. Ad lumborum autem extremum vena caua in crura diſtribuitur, dum vertebris in tranſcurſu pullulos & propagines mittit. Popularem verò magis lectionem ſecutus ſum, quam probat † Gal. & codicum noſtrorum magna pars, etſi aliter legatur lib. περὶ ὀσ. φύσ. Quam lectionem ſecuti ſunt interpretes. Sic enim legiſſe videntur. ἡπατῖτις ἐν ὀσφύϊ μέχρι μεγάλου σπονδύλου, κάτωθεν καὶ σπονδύλοισι προσδίδωσιν· ἐντεῦθεν μετεώρως δι᾽ ἥπατος καὶ διὰ φρενῶν ἐς καρδίην. Quanquam illud δι᾽ ἥπατος, libro περὶ ὀσ. omittitur. † Lib. 6. de pl. Hipp. & Pl.

αἱ δ᾽ ἐπ᾽ ὠμοπλάτας] Hic triplex ille venæ cauæ ad iugula progreſſus variè deformatur. Vnus enim in axillas deducitur. Alter verò ad anteriora thoracis ſub pectoris oſſe perreptat. Tertius venulam tres ſuperiores thoracis coſtas nutrientem deſignat. Etſi hæc ſæpè pro mutua rerum natura & viciſſitudine variant. Plauſibilem autem lectionem ſecutus ſum veteribus codicibus teſtatiſſimam, refragantibus noſtris exemplaribus, quæ & cæteris non improbatur. Libr. enim περὶ ὀσ. φύσ. & libro de placit. Hippoc. & Plat. ἐκ δεξιῶν δὲ ἐπί τι αὐτῆς χωρεῖον legitur, & ἄλλη ſequenti clauſulæ adiungitur.

ἡ δὲ σμικρὸν κατωτέρω ἀποκαμφθεῖσα] Duo ex noſtris exemplaribus, recens vnum, & alterum medium, huic clauſulæ aliam præponunt. ἄλλη δὲ ἑκατέρωθεν ἀποκαμφθεῖσα. quam ex lib. περὶ ὀσ. φύσ. ſecutus eſt Cornarius. Eam nos omiſimus, grauiore codicum fide & Galeni authoritate freti, ne videremur ſecturas venarum vna propaginis acceſſione minimè neceſſaria augere. Quod autem ſequitur, his in codicibus magna parte defectum eſt, & cæteris locis reponendum fuit manifeſto vitio. Etſi enim miro inuentu propagini, quæ ad ſuperiores coſtas deſcendit, venam ἄζυγον iungit: intermedia tamen, quibus veluti ſublicis fulcitur, omiſit. Quæ etſi vitio non carent, magno tamen codicum inter ſe conſenſu Parentis diſciplinam excuſant, dum rei æquitatem quadantenus amplectuntur. Legendum igitur, ἄλλη δὲ σμικρὸν κατωτέρω ἀποκαμφθεῖσα, ὅθεν μὲν ἐκεῖ ἡ ἀπέλιπε, προσέδωκε τῇσι πλευρῇσιν, ἔστ᾽ ἂν τῇ ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς καρδίης προσσχῇ ἐπικαμπτομένη ἐς τὰ ἀριστερά. ἀποκαμφθεῖσα δὲ κάτω, ἐπὶ σπονδύλους καταβαίνει, ἔστ᾽ ἂν ἀφίκηται ὅθεν ἤρξατο μετεωρίζεσθαι ἀποδιδοῦσα τῇσι πλευρῇσι τῇσιν ἐπιλοίποισιν ἁπάσαις ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀποσχίδας παρ᾽ ἑκάστην διδοῦσα μία ἰοῦσα. ἀπὸ μὲν τῆς καρδίης ἐπί τι χωρεῖον ἐν τῇσιν ἀριστερῇσι μᾶλλον ἐοῦσα. Vbi venæ paris expertis originem attingit, quæ ad quartam thoracis vertebram ſupra cordis inuolucrum enata nouem inferioribus coſtis affigitur. Ea demum eſt vetuſtiſſimi exemplaris lectio, quæ mihi ex omnibus magis arridet, quòd minimùm ab his quæ lib. περὶ ὀσ. φύσ. & ſexto de placit. Hipp. & Plat. deflectat. Cæterùm huius clauſulæ extremum, ſic à Gal. legitur, μία δ᾽ οὖσα, ἀπὸ μὲν τῆς καρδίης ἐπί τι χωρεῖον, ἐν τῇσιν ἀριστερῇσι μᾶλλον ἐοῦσα, ἔπειτα, &c.

ἐπὶ τὰ ὑποκάτω] ἔπειτα omnia exemplaria legunt, quam lectionem cum Cornario ſecuti ſumus. Caluus codicibus impreſſis innixus eſt, iſtaque ſimul iungit. Illud verò καὶ ἐλθῇ, omittitur lib. περὶ ὀσ. φύσ. & pro ἐκλαιρίδη, ἐκληθῇ paſſim legitur.

διαθεῖσα δὲ] Libro περὶ ὀσ. φύσ. & apud Galenum legitur, ἡ δὲ εὐθεῖα ἀπὸ τῆς καρδίας πρὸς κλεῖδας τείνουσα.

καὶ ἀπὸ ταύτης ὥσπερ καὶ παρ᾽ ὀσφύϊ] Secuti ſumus hac in parte exemplarium noſtrorum vetuſtatem & multitudinem. Libri toties à nobis adducti ſic legunt: καὶ ἀπὸ ταύτης ὥσπερ καὶ παρ᾽ ὀσφύϊ κάτωθεν τῆς ἀρτηρίης. καὶ ἀπὸ ταύτης, ἀΐσσει ἐς τὸ ἧπαρ. Vitiosè autem lib. de pl. Hip. & Plat. pro ἀρτηρίας, καρδίας ſcribitur.

ἡ δ᾽ ἄλλο ἑξῆς ἀφορμήκει] Vitium eſt hac in parte. Meliùs cæteri codices: ἡ δὲ ἐς τὸ ἄλλο, ἑξῆς ἀφωρμήκει σμικρὸν κάτωθεν φρενῶν. Etſi mendum eſt lib. περὶ ὀσ. φύσ.

φρένες δὲ κάτω] Secuti ſumus hac in parte codices impreſſos, qui cum duobus ex noſtris conſentiunt, libro περὶ ὀσ. φύσ. legitur, φρένες δὲ κατὰ τὸν σπόνδυλον τὸν κατὰ τῶν πλευρέων. lib. verò 6. de placit. Hipp. & Pl. φρένες δὲ κατὰ τὸν σπόνδυλον κάτω τῶν πλευρέων. ᾗ νεφρὸς ἐξ ἀρτηρίας ταύτῃ ἀμφιβέβηκεν. vitiosè tamen pro ἀμφιβέβηκε. Huncque locum obiter innuere videtur Gal. in fine lib. 5. de adminiſtr. anatom.

αἱ ἀρτηρίαι μὲν ἐκ τοῦ τένοντος] Mendoſa eſt hæc lectio, ex cæteriſq; locis reſtituenda. Secutus ſum Galeni lectionem, ἀρτηρίαι δὲ ἐκ τούτου ἐκπεφύκασιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀρτηρίη τόνον ἔχουσα. Quam lectionem ſecuti ſunt etiam interpretes libro περὶ ὀσ. φύσ. αἱ ἀρτηρίαι δὲ ἐκ τούτου ἐκπεφύκασιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀρτηρίῃσι τρόπον ἔχουσαι. Vbi τρόπον, pro τόνον legitur. Exemplar noſtrum recens μὲν non legit, Vetus autem δὲ habet. Medium autem, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀρτηρίης.

ταύτῃ δὲ τῇ παλινδρομήσασα] Impreſſorum codicum lectio cæteris anteponenda fuit, quod cum Galeno conſentiat. Sic enim legit: ταύτῃ δὲ παλινδρομήσασα ἀπὸ καρδίης ἡ ἡπατῖτις ἔληγεν. Liber περὶ ὀσ. φύσ. ταύτῃ τῇ παλινδρομησάσῃ ἀπὸ καρδίης. Cornarius, ταύτῃ δὲ τῇ παλινδρομησάσῃ, legiſſe videtur.

ἀπὸ δὲ τῆς ἡπατίτιδος διὰ τῶν νεφρῶν] Pro νεφρῶν, φρενῶν, ex omnibus exemplaribus repoſui.

πολυσχιδέες τε] Hic quoque Galenum ſecutus ſum, πολυσχιδέες τε διὰ τῶν φρενῶν εἰσίν, ἀμφὶ ταύτας, αἳ καὶ πεφύκασιν. ἄνω δὲ φρενῶν αὗται μᾶλλον ἐκφανέες. Lib. περὶ ὀσ. φύσ. legitur, ἀμφὶ ταύτας καὶ πεφύκασιν, ἄνωθεν δὲ φρενῶν. αὗται δὲ μᾶλλόν τι ἐμφανέες Cornarius, ἄνωθεν φρενῶν legit, & reliquis coniunxit. Hactenus Gal. lib. 6. de pl. Hipp. & Pl. Hippocratis literam legit. δύο δὲ τόνοι] Hæc neruorum ex cerebro origo ex media eſt Hippocrat. diſciplina, quæ Praxagoræ & Ariſtotelis commenta per ſeſe ipſa ſatis refutat, etſi hæc neruorum diductio non dexteriore quàm venæ fortuna vſa eſt. Huius loci meminit * Gal. in lib. περὶ ἄρθρ. vbi τόνους ab Hipp. neruos dici contendit. Qua de re cùm priùs diximus, tum verò aliàs dicturi ſumus, ὑποκείσθω πρὸς ὑπὸ τῇ μασχάλῃ φησὶ τόνους ἐπικαίειν οὕτως ὀνομάζων τὰ νεῦρα. γελοίως οὖν ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἰατρῶν οἴονται τόνους τὸν αὐτὸν ἐκεῖνα τὰ νεῦρα μόνον προσαγορεύειν νῦν, ὅσα κατὰ τὰς συζυγίας ἐξ ἐγκεφάλου πέφυκεν. ἐπεὶ κατὰ τὸ βιβλίον τῶν ἐπιδημιῶν ἔφη, δύο δὲ τόνοι ἀπ᾽ ἐγκεφάλου παρὰ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου καὶ τὰ τούτων ἐφεξῆς. Neq; tamen inde exactam neruorum diſtributionem, vt neq; venarum partitionem petendam cenſeo, velut ex libris anatomicis

qu

A qui ea ex composito pertractant, sed velut ex aduersariis quibusdam & pugillaribus, quæ memoriam reficiant, & aditum ad difficiliora muniant, vberrimamque rerum segetem temerè suggerant, quæ ὑπομνήματα Græci vocant. Quo nomine ea quæ hoc toto libro scribuntur, aptè insigniuntur. Hanc igitur minùs seriam neruorum sectionem velat Gal. Com. 3. in lib. περὶ ἀρθρ. ὅτι δὲ τὴν [illegible] τοῖς σπονδύλοις μᾶλλον ὑπομνηματικῶς ἢ συγγραμματικῶς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ὑπ' αὐτοῦ λέλεκται, [illegible] τοῖς ἄλλοις [illegible] βιβλίον ἐοικὸς ὑπομνήματι [illegible] Ἱπποκράτους ἢ συγγράμματι. Meminit huius quoque loci Galenus lib. 1. de loc. affect. cum digitorum tendones Hippocratis tonis similes facit. Porro quòd ad literam attinet, libro περὶ ὀς. φυσ. [illegible] legitur

* Comm. 1.

ἔπειτα οἱ σφόνδυλοι] Quædam exemplaria legunt ἔπειτα δὲ οἱ σπόνδυλοι καὶ φρένες [illegible] ἐπιπλεῖστον. Alia pro δὲ, [illegible] legunt. Quas lectiones cum interpretibus secuti sumus. Lib. περὶ ὀς. φυσ. legitur ἔπειτα οἱ σφόνδυλοι καὶ φρένες [illegible].

καὶ τινες ἐνδιασεῖ] Id mihi meliùs vertisse videor [illegible], ad neruos cum perpessione referens, quam ad aliorum [illegible]. Quod & fecisse Caluum apparet. Videtur autem Hippocrat. hoc loco neruorum plexus tertium, sextum & septimum innuere, & inter se

B permiscere. Quorum medius interaneis omnibus subiectisque visceribus sensationem ministrat. In quo cum septimo præcipuè ambigit. De quo (cùm magnum hac in parte locum occupet) scribuntur quædam a Galeno lib. περὶ νεύρων ἀνατομῆς, quæ apponere operæpretium videtur. Etenim plurimum ad huius loci notitiam faciunt. [illegible]

C [illegible]

At verò septum transuersum ex prærogatiua quadam, solum ex omnibus quæ infra claues sita sunt, neruos ex colli vertebris accipit. Ex tribus enim ceruicis spondylis propagines in vnum neruum coalescunt, qui septum mouet, vt scribit Galenus lib. 13. de

D Vtilitate partium. Cæterùm de neruis sextæ coniugationis hepati & ventriculo communibus quoque breuissimi sint, Hippocratem testem ex hoc loco citat Galenus Comment. ad aph. 17. lib. 7. vbi tamen tale nihil legitur.

ἄλλαι [illegible]] Alteram neruorum originem attingit, quæ ex spinali medulla (cerebrum analogia referente) deducitur & inferiores omnes capitis cœlo partes sensu afficit. Cæterum, ἐκ πλαγίου σπονδύλων legi, quod viæ neruorum securitatem indicat, potius quàm ἐκ πλαγίου σπονδύλου, vt libro περὶ ὀς. φύσ.

ὥσπερ αἱ φλέβες] Libro περὶ ὀς. φύσ. legitur ὥσπερ αἱ φλέβες αὗται διὰ φρενῶν εἰς μεσεντέριον [illegible]. Caluus istud ὥσπερ αἱ φλέβες superioribus iungit. Rursus quod sequitur, variam habet lectionem: & quoniam oculatam cognitionem refugit valde est obscurum. In quo codices impressos secutus sum, nec insolens admodum lectio mihi visa est, si ἐν τούτοισιν τόποις aut χωρίοις addas. Libro περὶ ὀς. φυσ. legitur, ὅσον δ' αὗται ἐξέλιπον, αὖθις [illegible] φρένες ἐξεπεφύκασιν ἀπὸ τοῦ ξυνεχέος ἰόντες. Vbi ἀπὸ τοῦ pro ἀπὸ τούτου vitiosè poni-

E tur. Quam lectionem nullo suo magno merito secutus est Cornarius.

διαχωρέουσιν ἐς τὸ ἱερὸν ὀστέον] Meliùs libro περὶ ὀς. φύσ. μέχρι καταναλώθησαν τῶν διελθόντες τὸ ἱερὸν ὀστέον. Vt id ad neruos potiùs quàm ad venas referatur. Hactenus venarum & neruorum sectio ab Hippocrate deformatur. In qua enarranda, si quis exactam à nobis partium corporis humani delineationem desiderat: habeat ille, integra hac de re volumina plerosque omnes conscripsisse, ex quorum fontibus oculata anatomicæ disciplinæ cognitio haurienda est. In quo minimè mihi sudandum esse existimaui, dum sectionis finibus me contineo, ne in latissimos voluminum campos excurrendum foret. Næ malè feriatus ille existimari debet, qui nostram industriam suspectam habebit, quod cornicum oculos non confixerim, aut verendam parentis pietatem & disciplinam censoris posteriorum moribus non sugillarim. Illa sit alienæ laudis seges, hæc sint eorum trophæa, qui ex aliorum incommodis suam adaugent industriam, dum per indignitatem ascendunt & dignationem assequuntur. Mihi sobriam doctrinæ temperamentum, temeraria in veteres quosque incursione aut leui velitatione potius semper fuit.

F [1] Ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ξυνεχέως θήλεαι ἄρσενες σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο, καὶ διετέλεον. ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες γουναλγέες, ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν, καὶ χρώματος ἀναλήψιος ἕνεκα καὶ ἐγχυμώσιος, καὶ εὐθυμίης, καὶ φόβους, καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ ἢν μὲν τὸ ἄλλο σῶμα σινωρέῃ, ξυνιῆσθαι. εἰ δὲ μὴ, τοῦτο. ἡ Στυ-

G μάργεω οἰκέτις ἡ Ἰδουμαία ἐγένετο, ὡς ἔτεκε θυγατέρα ἐπεστράφη τὸ στόμα τοῦ αἰδοίου, καὶ ἐς ἰσχίον, καὶ σκέλος ὀδύνη, παρὰ σφυρὸν τμηθὲν ἐρρίσεν. καίτοι καὶ τρόμοι κατὰ σῶμα πᾶν κατεῖχεν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν πρόφασιν διελθεῖν, καὶ τὸ προφάσιος τὴν ἀρχήν.

In Æno qui continenter leguminibus vescebantur, tum mares tum fœminæ, crurum impotentia conflictabantur, cum qua vitam tolerabant. Et verò qui eruo in cibum vtebantur ex genuum dolore laborabant. Adhibenda diligentia est, vt præceps acerbáque iracundia inducatur, cùm coloris reficiendi, tum etiam succorum in corporis habitum effundendorum gratia. Quod etiam in lætitia & metu cæterisque id genus videndum est. Vnaque totius corporis curatio (si id malè habeat) procuranda est: sin secus, in id ipsum animi vires intendendæ. Stymargi ancilla Iduinæa ex filiæ partu vteri osculum conuolutum habuit, & in coxendicem & tibiam dolor firmatus est. Secta ad malleolum vena conualuit, etsi totum corpus tremores occupabant. Verùm ad causam ipsam, & causæ occasionem, aut primordia, deueniendum fuit.

H In magna Cerealium seminum penuria, quæ frugum syderatione aut carbunculatione accidit deteriores & vulgata plebecula leguminibus victum miserè trahit ob annonæ grauitatem. Itaque defectu purioris sanguinis ex improbo penu prauorum succorum soboles, in totam corporis molem redundat, quæ alendis partibus minùs idonea membrorum impotentiam, deinde tabem temporis progressu conuehit. * Quod in Æno libera Thraciæ ciuitate factitatum est, dum ex assiduo leguminum esu, in magnam crurum mollitiem & genuum dolores inciderunt. Dum enim alimenti impuritas corpus grauat & exuccum reddit, membrorum actiones exoluit. Vnde crurum firmitas emollitur, & oneri succubitura genua labant, quibus veluti sublicis & staminibus erecta corporis compages innititur. Sic igitur σκελέων ἀκρατέες subnascitur, quam τὴν σκελέων ἀκράτειαν vocat Hippocrates lib 6. Epid. quæ τὴν ἀσθένειαν καὶ ἰσχνότητα ἢ τὴν ἄλλως ἀδυναμίαν significat. Quæ, ait, se solet longo morbo confectis, aut his qui ex magna valetudine tardius confirmantur & intempestiuius apricantur. Hæc verò ex malo victu morborum popularium vulgatio, lib. 6. Epid. ab Hippocrate repetitur. Cuius etiam meminit Galenus Commen. 2. in lib. de nat. hum. his verbis: [illegible]

αἰτίαν ὀρθῶς εἰπεῖν, ὥσπερ γε καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ κατὰ τὴν ῥῆσιν, οὐ μὴν ὀρθῶς εἰς μόνον τὸν ἀέρα τὴν τῶν κοινῶν νοσημάτων αἰτίαν ἀναφέρει φάμενον, εἴπερ ἐν Αἴνῳ ἐν λιμῷ, ὀσπριοφαγέοντες σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο, ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες γουναλγέες, ἴσμεν δ᾽ ὅτι καὶ πυροὺς ἡμισάπτους διὰ λιμὸν ἀναγκασθέντες ἐσθίειν τινὲς, κοινὸν ἀπὸ τῆς κοινῆς αἰτίας ἐνόσησαν νόσημα, καί που στρατόπεδον ὅλον ὕδατι μοχθηρῷ χρησάμενον, ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς στρατιώταις βλάβην ἔσχε. Vnde satis apparet in magna ciborum auiditate Æni populares ex leguminum esu in vulgares morbos incidisse. Quem locum innuit quoque lib. de alim. 1. de eruo agens. οἱ δ᾽ ἄνθρωποι τελέως ἀπέχονται τοῦ σπέρματος τούτου, καὶ γάρ ἀηδές ἐστι καὶ κακόχυμον, ἐν λιμῷ δέ ποτε μεγάλῳ καθὰ καὶ Ἱπποκράτης ἔγραψεν, ἐξ ἀνάγκης βιαίας ἐπ᾽ αὐτὸ παραγίνονται. ὄροβοι quoque τὰ ἄφθα παρὰ ... Galeno lib. 2. κατὰ τόπ. Quibus ex locis facilè coniicias vetustissimorum exemplarium lectionem, præcipuè genuinam esse quæ ita legitur: ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ἐν λιμῷ, quòd istud superioribus locis addiderit Galenus, atque hunc in modum ab eodem adducatur com. in aph. 16. lib. 2. & 16 lib. 3. vt vitiosa sint exemplaria quæ ἐν αἵμῳ, pro ἐν λιμῷ legunt. Porrò quid ὀσπρείων nomenclatura intelligendum veniat, habes apud Gal. lib. 1. de alimen. ὄσπρια καλοῦσιν ἐκεῖνα τῶν δημητρείων σπερμάτων ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται, κυάμους, πισούς, ἐρεβίνθους, φακούς, θέρμους, ὄρυζαν, ὀρόβους, λαθύρους. ἀράκους, ὤχρους, φασήλους, πλὴν, φακῆν, εἴ τι τοιοῦτον. Ex quibus ingens putrilago, humorumque corruptela oritur, vt docet initio libri περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας. Cæterùm γουναλγέες ea forma ferè dicitur, qua ὑστεραλγὲς ἔξος dicitur, libro de ratione victus in morbis acutis. Pro ξυνεχέως, ξυγγενέως, aut aliud quid tale legisse videtur Caluus.

* *Arist. quæst. natur. sect. 1. quæst. 5.*

ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην] ὀξυθυμίη est vehementior & concitatior animi impetus atque impulsus, quo quis acerbè excandescit, & in iram celerior præcipitatio, cui ἀθυμία animi demissio, deiectio & desponsio repugnat. Animosæ enim facultatis affectiones cùm sint, hæc animi vehementiam sequitur & magno calidi excessu in insanam & furiosam temeritatem erumpit. Illa frigidi copia exanimationem & animorum molitudinem præ se fert. " Hoc ideò nomine Galenus in morbosarum cordis affectionum notis, ὀξυθυμίαν καὶ ἀθυμίαν opponit. Idem libro ὅτι ταῖς τῆς ψυχῆς ἤθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεται, ὀξυθύμους vehementer concitatos & furiosis proximos vocat, ab exuperante cordis calore. κατὰ μέν τοι τήνδε τὴν ῥῆσιν, ἐπὶ τῷ παλαιοτέρῳ τρόπῳ τῆς ἑρμηνείας χρώμενος, ἐκ σφοδρᾶς κινήσεως τῆς ἀρτηρίας ἐτεκμήρατο τὸν μανικὸν καὶ ὀξυθυμον ἄνθρωπον, ἐπειδὴ τὸ πλῆθος τῆς θερμασίας ἐργάζεται, νωθροὺς δὲ καὶ βαρεῖς, καὶ δυσκινήτους ἡ τῆς κράσεως ψυχρότης. Rursus in Arte parua, inter calidioris cordis notas accensam ὀξυθυμίαν facit. Commentario quoque quinto in sextum Epidemiωn, φαίνεται ἐναργῶς ἐν ταῖς ὀξυθυμίαις, μείζονά τε καὶ σφοδρότερον ἡ καρδία ποιουμένη τὸν σφυγμὸν ἅμα ταῖς καθ᾽ ὅλον τοῦ ζώου ἀρτηρίαις. Quæ omnia ὀξυθυμίαν animi ferocientis & præcipitis motum esse arguunt ex immoderato cordis calore enatum, quamuis Galenus frigidioribus aliquantulum naturis attribuat. ὀξυθύμους enim vocat eos qui leni occasione commouentur, ex rationis potiùs imbecillitate quàm calidioris cordis affectione. Quòd humentiori paulò cordi citra calidi dominium accidit. Quales sunt fœminæ, quæ etsi frigidæ sunt, iracundæ tamen & præcipitis iræ deprehenduntur. Quod etiam pueris accidit, qui leuiter commouentur. Cuiusmodi naturas rectè depingit in Hecyra Terentius. Pueri inter sese quàm pro leuibus noxis iras gerunt? Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, in firmum gerunt. Itidem illæ mulieres sunt fermè, vt pueri leui sententia. Fortasse vnum aliquod verbum, inter eas iram hanc conciuerit. Galeni verba sunt ex Com. 2. in lib. 1 Epid. ὑπολείπεται περὶ τῶν ὀξυθύμων εἰπεῖν οὓς ἐναντιωτάτους φησὶ τοῖς θυμώδεσιν ὄντας, ἀνδρεῖοι μὲν γάρ εἰσιν οἱ θυμώδεις, καὶ καταφρονητικοὶ τῶν μικρῶν πραγμάτων. μικρόψυχοι δ᾽ εἰσὶν οἱ ὀξύθυμοι, διότι τὸ γενναῖον τῆς τῶν ἀνδρῶν ψυχῆς οὐκ ἔχουσιν. ὥστε καὶ οἱ ὀξύθυμοι ψυχρότεροί τε τὴν κρᾶσιν καὶ δυσδιαφόρητοι γίνονται. Vt igitur vtrunque complecterer, ὀξυθυμίαν præcipitem & acerbam iracundiam satis appositè mihi vertisse videor, cùm parum ab ὀργίλοις differant ὀξύθυμοι, vt pro iisdem sumpserit Galenus: & apud Hippocr. ὀργίλοι ἀντὶ τῶν ὀξυθύμων legantur. Ex quibus facilè colligas ὀξυθυμίην viam ad iram facere, nondum tamen in eam irrupisse ideoq; iracundiam præcipitem & excandescentiam dicimus, non iram ipsam. Quod satis apertè indicat Aretæus lib. 1. † de Cur. morb. diutur. optimus Hipp. æmulus. ὀξυθυμίην ἀόργητον epilepticis consulens, hoc est frequentem excandescentiam, quæ neque tamen in iram erumpit. Scribit enim (hunc locum, vt reor, innuens) ἀτὰρ καὶ ἐν τῷ παντὶ βίῳ χρὴ ὀξυθυμίην ἀόργητον ἐμποιέειν. Hic tamen pro vehementiore animi affectu sumi potest, qui ex animosæ facultatis excandescentia oritur, & in totum corpus caloris sensum effundit, cum quo & caloris integritas renouatur, & cum sanguinis impetu in partes corporis macie confectas succorum benignitas infunditur. Frigidioribus igitur & propè exolutis naturis, eam cum diligentia inducendam consulit Hippocrates cum in excandescentia ex celeriori arteriarum percussu, longè auctior calor in corporis partibus concipiatur, & succulenta humiditas cum calido ex penetralibus ad planitiem amandetur. Quod indicat Hipp. placitum lib. 6. Epid. * quod ad huius sententiæ explicationem plurimum facit ὀξυθυμίη ἀνασπᾷ καὶ καρδίην καὶ πνεύμονα ἐς ἑωυτὰ, καὶ ἐς κεφαλὴν, καὶ τὰ θερμὰ καὶ τὸ ὑγρόν. ἡ δὲ εὐθυμίη ἀνίησι καρδίην. In cuius loci enarratione Galenus hunc locum satis aperit. χρήσιμος δὲ τῶν εἰρημένων ἡ γνῶσις εἰς τὸ ποτὲ μὲν φυλάττεσθαι τὴν ὀξυθυμίαν, ποτὲ δ᾽ αὐτὴν ἐπιτηδεύειν. φυλάττεσθαι μὲν, ὅταν ἡ καρδία καὶ ἡ κεφαλὴ θερμότεραι τοῦ προσήκοντος ὑπάρχωσι κατὰ φυσικὴν δυσκρασίαν, ἤ τι πάθος θερμὸν ἐπίκτητον. ἐπιτηδεύειν δὲ ἐν τοῖς πάθεσι ψυχικοῖς, καὶ τῇ φύσει ψυχροτέρᾳ κεφαλῇ. ὡσαύτως δὲ ἡ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα κρᾶσις, εἰ μὲν θερμοτέρα τοῦ δέοντος, ἤτοι κατὰ πάθος ἢ φύσει, βλαβήσεται μεγάλως ὑπὸ τῆς ὀξυθυμίας. ἡ δ᾽ ἐναντία τῇδε μεγάλως ὀνήσεται. τοῦτο γάρ τοι καὶ περὶ τὸ δεύτερον ἐπιδημιῶν ἐδείκνυμεν ὑπ᾽ αὐτοῦ δεδιδαγμένον λέγω ἔλεγον. ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν, καὶ χροιῆς ἀναλήψιος ἕνεκα καὶ ἐγχυμώσιος. Et paulò post eodem Com. istius loci hunc in modum meminit, ὡς ἐν ἄλλοις ἐδίδαξε τὴν ὀξυθυμίαν εἶναι χρησίμους εἰς ἐγχύμωσίν τε καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἔξωθεν ἀνάκτησιν. Sic enim mihi legendum videtur. Lib. etiam 3. περὶ διαιτ. huius sententiæ explicatio paucis expeditur. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον, κἂν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν συνεβούλευσεν ἐπιτήδευσιν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν, καὶ χροιῆς ἀναλήψιος ἕνεκα καὶ ἐγχυμώσιος, ὡς καὶ τῆς ὀξυθυμίας ἐπεγείρειν τὴν ἔμφυτον θερμασίαν δυναμένης. ἀλλ᾽ ὅτι γε πυκνοτέραν ἐργάζεται πάντως ἡ ὀξυθυμία τὴν ἀναπνοὴν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. παραληψόμεθα οὖν αὐτὴν ἐπὶ τῶν κατεψυγμένων τε καὶ ἀχρόων καὶ ἰσχνῶν, ἐκ διαλειμμάτων τε πινῶν, καὶ προσηκόντων καιρῶν. οὐ γὰρ δὴ συνεχῶς γε οὕτως, ὡς ἄγαν βλάψαι τὴν δύναμιν. ἀλλ᾽ ὥσπερ τὰ γυμνάσια τὰ ῥωννύντα τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, οὐκ ἄμετρα ποιεῖσθαι κελευόμεθα, ἀλλ᾽ ἐν καιρῷ τε καὶ μέτρῳ παραλαμβανόμενα, οὕτω καὶ βραχύπνοιαν, εἴτε κατὰ μόνας, εἴτε καὶ μετὰ τῆς ὀξυθυμίας ἐπιτηδευόμενα, οὐκ ἄνευ καιροῦ καὶ μέτρου παραληψόμεθα. Lib. quoque de pl. Hippocrat. & Plat. 6. Ἱπποκράτης δ᾽ αὖ πάλιν ὁ δ᾽ αὐτὸς ἀπτεται τοῦ περὶ τῆς τοιαύτης εἰπεῖν τι. μάλιστα μὲν ἣ μικρὸν πρόσθεν ἔγραψα ῥήσει. καθ᾽ ἣν ἐκ τῆς σφυγμοῦ τῆς κατ᾽ ἀγκῶνα φλεβὸς, ἐτεκμαίρετο περὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἠθῶν, ἤδη δὲ κἂν τῷ δευτέρῳ ἀχροίας τε καὶ ἰσχνότητας ἐγκατεψυγμένοις ἕξεσι σώματος. ἐπιτήδευσιν γάρ φησιν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν, καὶ χροιῆς ἀναλήψιος ἕνεκα καὶ ἐγχυμώσιος. Rursus lib. de Theriaca ad Pisonem, in Asclepiadem agens de patibili primarum & simplicium naturarum qualitate, loci huius meminit, ἐπὶ γοῦν τινῶν ἐκλελυμένων σφόδρα, ὀξυθυμίαν τινὰ τῷ ἀῤῥώστῳ ὁ θαυμάσιος Ἱπποκράτης γίνεσθαι συμβουλεύει, ἵνα τῷ εὐτόνῳ τῆς ὁρμῆς, τὸ ἄτονον τῆς ἐκλύσεως ἰασώμεθα. Quinetiam Paulus lib. 1. in attenuatorum renutritione hunc locum innuere videtur, his verbis, δεῖ δὲ καὶ ὀξυθυμίας ἐμποιεῖν τοῖς ἀχροοῦσι τε καὶ ἀτροφοῦσι, καὶ συγκινήσεις ψυχικάς. Quibus ex locis maxima oneris nostri parte defuncti sumus. Neque enim aliunde explicatio petenda est. Cæterum quoniam de perfrictis naturis quas Galenus, κατεψυγμένας vocat, egimus, necesse est quæ sub hanc appellationem cadant exponere, atque eo præsertim quòd priùs dum de his ageremus, istud subticuimus. Lib. igitur 3. περὶ δυσπν. κατεψυγμένας ita explicat, προσέχειν δ᾽ ἐνταῦθα χρὴ τῷ λόγῳ, καὶ μὴ νομίζειν τὴν αὐτὴν εἶναι διάθεσιν τῇ νῦν ὑφ᾽ ἡμῶν δηλουμένῃ, τὴν κατὰ τὸ προγνωστικὸν ἐφ᾽ οἷς ἔλεγε, ψυχρὸν δ᾽ ἐκπνεόμενον, ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος ὀλέθριον ἤδη κάρτα γίνεσθαι. ἐπὶ γὰρ τῶν ἐν ὀξέσι νοσήμασι, περὶ ὧν ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ ποιεῖται τὸν λόγον. ἡ τοιαύτη δύσπνοια, θάνατον δηλοῖ. τοῖς δ᾽ ἄλλοις νοσήμασιν, ὁποῖα χωρὶς πυρετοῦ, ψυχρότης τὴν ὅλην ἕξιν τοῦ ζώου καταλαμβάνει. συμπίπτει μὲν οὐδὲ τούτοις ἀκινδύνως, οὐ μὴν ἐξ ἅπαντός γε ὀλεθρίως. ἐκ τούτων δ᾽ ἐστὶ καὶ ἡ καλουμένη ὑστερικὴ πνὶξ. καὶ ὅλως αἱ ἄπνοοι πᾶσαι. γυναιξὶ μὲν συνεχῶς, καὶ μάλιστα ταῖς χηρευούσαις συμπίπτουσι, σπανίως δέ ποτε καὶ ἀνδράσι. ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων ἁπασῶν διαθέσεων ὑπὸ πλήθους ὕλης ψυχρᾶς, ἡ ἔμφυτος θερμασία βαρύνεται, δίκην φλογὸς ὑπὸ πολλῶν ὑγρῶν ξύλων καταπνιγομένης. ὥστε καὶ ἀνάψαι ποτὲ δύναται ταύτην κρατήσαντα τῆς ὕλης, ἐφ᾽ ὧν μέν τοι δαπανηθείσης τῆς ὕλης ἐξ ἀνάγκης αὐτὴ συναποσβέννυται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν οὕτως ἐκπνεόντων, οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπολείπεται. " *In Arte par.* † *Cap. 4.* * *Sectio. 5.*

ἐγχυμώσιος] ἐκχυμώσιος passim in adductis apud Galenum " locis legitur. Est autem ἐκχύμωσις τῶν χυμῶν ἔκχυσις, succorum ex propriis conceptaculis in habitum corporis refusio & expressio, quæ naturæ propulsu aliquando etiam Medici consilio promouetur. Quod hîc consulit Hippocrat. corporis tabem & partium quarundam macilentiam liberaturus. Excandescentia enim sanguinem in totum corpus dispergit, cum quo succosa humorum pinguitudo in inanitates permeat, in quibus viuiscit & nutricationem lætificat. Libro Epidemiωn sexto. * τὸν ἰόντα χυμὸν συνεκχυμοῦν suadet Hippocrates, vbi naturam molestiam corporis deturbantem sollicitari vult. Sic libro περὶ χυμῶν, μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα εἰς τὸ εἴσω ἀπολαμβάνειν, ἀλλὰ τὰς ἀφόδους ξηραίνειν. Ex eodem fonte est celebrata ἐκχύμωσις, libro περὶ ὑγρῶν χρήσιος. Vbi Hippocrates ἐκχυμώσεις εἴωθε τὰς ἐκ τῶν ἀγγείων ἐκχύσεις καὶ κενώσεις ὀνομάζειν, vt scribit Galenus libro sexto Epidemiωn. † Est igitur ἐκχύμωσις in genere omnis humorum ex venis in corporis inanitates expansio. κυρίως γὰρ λέγεται ἐκχύμωσις, ὅταν ὁ κατὰ φύσιν χυμὸς ἐκτὸς τῶν ἰδίων γίνηται ἐρυθρὸς, συμβαίνει γὰρ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀφισταμένων σωμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν περιτεθλασμένων, ὅτ᾽ ἀγγεῖα

[illegible] αἵματος [illegible] Latini sugillata, liuores aut liuentia vocant, quę Græci ἐκχυμώματα. Hoc significato lib. περὶ αἱμορ. [illegible] dicit Hipp." [illegible] Quibus ex verbis ἐκχυμώσεως natura proponitur, quam idem Medicinæ parens paulò post [illegible] vocat, quòd velut in nauseabunda stomachi redundantia cibus, ita ab his sanguis refundatur restagnetque. Sunt enim [illegible] αἵματος· [illegible], vt scribit Galenus. " Quæ fiunt ὅταν αἱ φλέβες [illegible] τοῦ αἵματος. Galeno authore in libro de fract. Hæc igitur de ἐκχυμώσει dicta sunto, quamuis in nostra Œconomia ampliorem tractationem habitura sint. Cæterùm nihil immutandum existimaui, [illegible] quæ succorum in partem allisum aut infusum significet retinui, vt macici restaurationi magis quadret, idque assentientibus duobus vetustissimis exemplaribus. Caluus hunc locum Galeni authoritate celeberrimum adeò deformauit, vt ne aliquid quidem elici possit.

" *In Exegesi.* * *Sect. 2.* † *Com. 2.* "" *Gal. Com. 2. in lib. de fract.* """ *In Exegesi.* ** *Com. 2.*

καὶ ἀθυμίας] Vitium est in nostris codicibus impressis. Aut enim [illegible] aut [illegible] legendum, authore vetustissimo exemplari. Cuius lectionis sensus est apertissimus ex Hippocratis sententia, [illegible]. [illegible] gestit animus, sanguinis præcursu magna spirituum copia per spongiosam corporis raritatem euanescit: ita in [illegible] conspicua planitie, calor penetralia subit, & in imo velut penu reconditur. Hic igitur locus totus cum superiore est [illegible], & penè his verbis adumbratus libro περὶ χυμῶν. οἱ φόβοι, [illegible] αἰσχύνη, λύπη, ἡδονὴ, ὀργή.

ἡ Στυμάργου οἰκέτις] Stymargei ancilla ex partus purgamentis minimè libera, ob vteri conuolutionem, sectione venæ ad malleolum conualuit, etsi tremores a sanguinis conciti & humorum grauitate totum corpus occupabant. Non alio vtar interprete huius sententiæ, quam Galeno lib. περὶ τρόμου καὶ παλμοῦ καὶ ῥίγους. [illegible] Ἱπποκράτης [illegible] ἡ Στυμάργου οἰκέτις [illegible] φλεβοτομηθεῖσα [illegible] Qui locus ita apertè hanc sententiam explicat, vt superuacaneum sit aliquid de nostro addere. Celebratur etiam a Galeno libro περὶ φλεβ. πρὸς Ἐρασίστρατον, eique explicationem adhibet. Eius verba sunt, [illegible] Ἱπποκράτης [illegible] φλέβα. Qui Hippocratis locus vt est per se satis celebris, ita magnam habet ex Galeno dignationis accessionem. Atque haud scio an sit alius hoc in lib. pulchrior. Ex his vero Galeni locis etsi paucum deprauatis, lectionis tamen varietatem cuiuis venari licet, si addidero vnum exemplar Στυμάργου, vetus vero nostrum Συμάργου legisse. Quæ lectio antiquitatem redolet, & a Dioscoride agnoscitur, vt scribit * Galenus, vt etiam [illegible] antiqui legerant, quod pro furibundè loquaci sumpserunt, dum rabulam significat. Quin & [illegible] hic Dioscorides agnouit, & hac dictione in sano quodam veneris æstu percitum expressisse Hippocratem significat. Atque adeo hunc locum subindicat † Galenus, dum scribit [illegible] Διοσκουρίδης [illegible] Idem rursus, [illegible] Διοσκουρίδης [illegible] ἀφροδίσια δηλοῦσθαί φησιν. Caluus vt aliter hunc locum legit, purgamentorum quippe retentionem conuolutionis vteri causam addidit, ita & turpiter superiori sententiæ coniunxit. Cæterùm hic quoque addendum videtur, hæc duo extremæ sectionis exempla, in quibusdam codicibus tertiæ sectionis fini adscribi, vt per se anatomes ratio constaret. Sed qui hoc libro, in quo consummatæ doctrinæ quædam est farrago, ordinis rationem quærunt, parùm mihi meminisse videntur eorum quæ sæpius, & nunc quoque cum tædio repetimus: Hunc librum cum quibusdam aliis, commentationis, non iusti libri existimatione censeri. Est enim ὑπόμνημα, non σύγγραμμα, quod ex quibusdam aduersariis collectum, à posteris successu temporis temerè est diuulgatum. Qua fortunæ iniuria, bona operum Hippocrat. pars malè multata est: vt parùm consulti mihi videantur, qui in Aphorismorum libris consecutionis ordinem, vt in continuo & non interspirante opere requirunt.

* *In Exegesi.* † *In Exegesi.*

HIPPOCRATIS COI DE MORBIS VVLGARIBVS, LIBRI SECVNDI,

SECTIO QVINTA.

Animi per naturales notas cognitio.

QVi fuluo sunt colore, aduncis naribus & paruos habent oculos, ij maligni sunt. Qui verò fului, simi, & grandioribus sunt oculis, boni. Aqua inter cutem laborantes cæsios habent oculos, & capillorum defluuium patiuntur. Ex linguæ hæsitantia liberat varix ad dextrum aut sinistrum testem enatus, & absque horum altero solui non potest. Qui magni sunt, calui, balbi, & lingua hæsitantes, boni. Balbus verò caluus, & qui inter loquendū hæret, aut corpus hispidū habet, morbis conflictantur admodum melāncholicis. Morbos quoq; habent, quicunq; inter loquendum hæsitant & balbutiunt, vt nec labris moderari queant. Eos necesse est illis desinentibus, purulentos fieri. Validum, inferiorum partium dolorem surditas alleuat, & sanguis ex naribus profluens. Furor magnum morbum (sic enim comitialem vocant) soluit, sed eum præcipuè qui ex inuadendi consuetudine penè familiaris factus est. Puerperas si conuulsio prehenderit, febrem excitare conuenit, immissoque in vesicam cerato multo tepido, aluum infuso colluere. Si capitis os fractum fuerit, lac & vinum æquali aquę mixtura dilutum, propinandum. Quòd si ab vlcere contigerit, interiores venas secare oportet, nisi si febris prehenderit. At verò si delirium accesserit, caput perfundendum est, dum ne præcordiorum tumor adsit. Si caput doluerit, ad pectus, deinde ad præcordia, tum demum ad coxam procedit. Omnia autem simul dolere nequeunt. Subuentaneos flatus incisa vena; fluxum verò medicamentum illitum sistit: fluxus enim ab insigni & magna vena impetum habet. Quòd si ex sese multus profluat, ieiunium confert aut lac, dum duabus aquæ partibus, lactis quatuor temperatæ propinentur. Fomentum & medicamentum, restibilem fœcunditatem affert.

ΤΜΗΜΑ ΠΕΜΠΤΟΝ.

Φυσιογνωμονίη.

ΟΚόσοι πυῤῥοὶ, ὀξύῤῥινες, ὀφθαλμοὶ σμικροὶ, πονηροί. ὁκόσοι πυῤῥοὶ, σιμοὶ, ὀφθαλμοὶ μεγάλοι, ἐσθλοί. ὑδρωπιώδεες χαροποὶ, φαλακροὶ ἔωσιν. ἰσχνοφωνίην κιρσὸς λύει, ἐς τὸν ἀριστερὸν καὶ τὸν δεξιὸν ὄρχιν αὐτῶν τουτέων τοῦ ἑτέρου οὐχ οἷόν τε λύεσθαι. μεγάλοι, φαλακροὶ, τραυλοὶ, ἰσχνόφωνοι, ἐσθλοί. νοσήματα δὲ ἔχουσι, τραυλὸς, ἢ φαλακρὸς, ἢ ἰσχνόφωνος, ἢ δασὺς, ἰσχυρῶς μελαγχολικά. νοσήματα δ' ἔχουσιν, ὅσοι τῇ γλώσσῃ παφλάζουσι, χειλέων μὴ ἐγκρατέες ἐόντες, ἀνάγκη λυομένων ἐμπύους γίνεσθαι. ὀδύνην ἐν τοῖσι κάτω χωρίοισιν, ἰσχυρὴ κωφότης λύει. καὶ αἷμα πολλὸν ἐκ τῶν ῥινῶν, ἢ μανίη. ἢν λεχοῖ σπασμὸς ἐπιγένηται, πῦρ ποιεῖν. καὶ ἐς κύστιν κηρωτὴν ἐγχέας πολλὴν χλιαρὴν, κλύζειν. ἢν τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον καταγῇ, διδόναι γάλα καὶ οἶνον πίνειν, ἴσον ἴσῳ. ἢν δὲ ἕλκος ᾖ, φλεβοτομέειν τὰς εἴσω, ἢν μὴ πυρεταίνῃ. ἢν δὲ παραφρονέῃ, τὴν κεφαλὴν καταβρέχειν, ἢν μὴ τὰ ὑποχόνδρια ἐπηρμένα ᾖ. ἢν τὴν κεφαλὴν ἀλγέῃ, ἐς στῆθος ἔρχεται. ἔπειτα ἐς τὸ ὑποχόνδριον. ἔπειτα ἐς τὸ ἰσχίον. πάντα δὲ οὐχ οἷόν τε ἀλγέειν, ἀνεμίην, φλεβοτομίη, τοῦ φαρμάκου τὸν ῥόον ἵστησιν ἐπαλείφων. ὁ δὲ γὰρ ὁ ῥόος, ἐκ τῆς μεγάλης φλεβός. ἢν δὲ αὐτόματον ῥέῃ πολλὸν, νηστευέτω. ἢ γάλα δύο ὕδατος, τέσσαρας γάλακτος, τὰς ἀγόνους πυριῆν καὶ φαρμακεύειν.

PHysiognomia, quæ per naturales propensiones animi indicaturam præ se fert, non minimum habet in Medicina locum. σημειώσεως enim tractatione penè tota absoluitur, dum ab externarum partium circumscriptionibus, hominis naturam æstimamus. Quæ res illius celebritatem auget, magnamque suæ cognitionis necessitatem indidit in propriæ cuiusque naturæ inuestigatione. Ac veluti oratio, mentis est character: ita & vultus, animi certissimus index. Cœlo enim capitis proximus, sensuum aciem, mentis regimen & altissimum culmen attingit, ex quo velut altissima specula reconditas animi sensationes deprehendimus. Sic in vultu diuinus ille architectus, naturæ cuiusque inflexiones & propensiones, ad certa morum, actionum, studiorum, & affectuum genera appendisse videtur, vt latentes animorum motus in promptu essent, & ad manum expositi. In quo nos sibi propè æquauit, dum suarum opum largitionem fecit amplissimam, & diuinæ naturæ participes in eruendis animorum sensibus esse voluit. Vt eo prorsus nomine cum illo ex Syngrapha agere possimus. Frons homini tantum, tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index. Supercilia maximè fastum indicant, & in iis animi pars. Negamus, annuimus. Superbia alibi conceptaculum, sed hîc sedem habet. In corde nascitur, huc subit, hîc pendet. Nihil altius simul abruptiusque inuenit in corpore, vbi solitaria esset. Oculi verò pars corporis preciosissima, & qui lucis vsu vitam distinguunt à morte, contuitu multiformes, varios animorum sensus indicant. Vt in iis animus inhabitare & profectò fenestratus esse dicatur. Neque vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, sed homini maximè, id est moderationis, clementiæ, misericordiæ, odij, amoris, tristitiæ, lætitiæ. Hos cùm osculamur, animum ipsum videmur attingere. Animo autem videmus, animo cernimus. Oculi ceu vasa quædam, visibilem eius partem accipiunt atque transmittunt, vt non temerè scripserit Alex. Aphrodiensis, ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς κάτοπτρον εἶναι. Magnam quoque in animorum cognitione authoritatem habet quem noui mores subdolæ irrisioni dicauere, nasus. Hinc mentis & ingenij acumen expendimus & ex illius varia forma, multiplices animi mores efformamus. Vt non alia sit pars quæ vultus integritatem magis augeat, aut animorum sit capacior. Malarum exalbicans & verè lacteus rubor, corporis bene nati genuinam succulentiam præ se fert. Hîc pudoris sedes. Hinc commendabiles muliercularum dotes petendæ sunt. Atque hæ sunt ferè corporis partes quæ mores detegunt, & ex quarum intuitu animum ipsum deformes licet, cùm ex partium temperatura & prima naturæ delineatione, mentis affectus æstimandi sint. Ex his tota Physiognomia pendet quæ Arist. ἐστι, καθάπερ καὶ τοὔνομα αὐτῆς λέγει, περὶ τὰ φυσικὰ παθήματα τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ, καὶ περὶ ἐπίκτητον, ὅσα παραγινόμενα μεθίστησι τῶν σημείων τῶν φυσιογνωμονουμένων. Et verò vt non ex omnibus corporis partibus, naturæ indiciorum notio peti debet: sic quæ supra enumeratæ sunt, ad certissimā signorum rationē dicuntur efficacissimæ. Quod testatur Arist. ἐν ἁπάσῃ δὲ τῇ τῶν σημείων ἐκλογῇ ἕτερα ἑτέρων σημαίνει, μᾶλλον δηλοῖ καὶ ἐναργῶς τὸ ὑποκείμενον. ἐναργέστερα δὲ τὰ ἐν ἐπικαιροτάτοις τόποις ἐγγινόμενα. ἐπικαιρότατος δὲ τόπος, ὁ περὶ τὰ ὄμματα τε καὶ τὸ μέτωπον, καὶ κεφαλὴν καὶ πρόσωπον. δεύτερος δὲ ὁ περὶ τὰ στήθη καὶ ὤμους. ἔπειτα περὶ τὰ σκέλη τε καὶ πόδας. τὰ δὲ περὶ τὴν κοιλίαν ἥκιστα. ὅλως δὲ εἰπεῖν, οὗτοι τόποι, ἐναργέστατα σημεῖα παρέχονται, ἐφ' ὧν καὶ φρονήσεως πλείστης ἐπιφάνεια γίνεται. Harum igitur partiū, quæ in tota naturaliū signorū cognition plurimū possunt, affectiones notat Hippocrates, vt de secretiore mentis recessu iudiciū ferat. Et hæc demū vera est &, Medico necessari

A ſtaria Phyſiognomia, non præſtigioſa illa χειρομαντικὴ vel χειρομαντεία quæ vt nullas germanitatis notas retinet, ita profectò hominum mentes infatuat Hęc illa eſt veteribus celebratiſſima, Hippocrati, Platoni, Ariſtoteli, quorum veſtigia preſſit Galenus in libro cuius titulus eſt Animi mores corporis temperaturam ſequi. Vbi quidem hanc Hippocratis Phyſiognomiam comprobat. Quem ei librum eiurare certè nefas fuerit, cùm ſecundum nos ſententiam ferat. Cuius authoritatis teſtimonium lubens affero, quòd iſta quibuſdam Hippocratis dignationem imminuere, nec maieſtatem retinere videantur. Quibus ſatis abunde factum eſſe oportuit his verbis: ἐκ τῆς οὖν ἤρμαι τῆς κατὰ τὸ δεύτερον ἢ τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν γεγραμμένων φυσιογνωμονικῶν γνωρισμάτων ἀπάντων μνημονεύειν. Quanquam non deſunt qui ex Gal. Com. 2. in lib. 3. Epid. adiecta eſſe contendant & à Theſſalo Hipp. filio adſcripta. Quam in ſententiam etiam allabitur initio Com. 4 in lib. de rat. vict. in morb. ac. Sparſa autem ſunt huiuſcemodi multa per totam Hippocratis πραγματείαν, quę huius nominis titulum deſiderant, & Medicum in naturarum cuiuſque exploratione peritum faciunt.

ὁκόσοι πυῤῥοὶ] πυῤῥὸν antiquis præter quàm quòd ruffum, fuluum etiam ſignificare, etſi diffuſiùs alibi demonſtraturi ſumus, non eſt tamen ab hoc inſtituto alienum, vt eo nomine quod recepimus nos quadantenus exoluamus, quibuſdam inde rationibus adducti.

B Præſtat enim verſuram facere ex noſtro præſertim penu, quàm rem & fortunas conturbare. Πυῤῥὸν igitur fuluum colorem ſignificare, & eum qui ex inæquali albi cum flauo mixtura naſcitur, & velut ex flauo candicantem, indicat Gal. lib. 1. de Criſ. εἰς δὲ τὴν τῶν φύσιν ἐστὶν τὸ πυῤῥὸν χρῶμα τοῦ ξανθοῦ, διαφέρει δ' ἀλλήλων, τῷ τὸ μὲν λευκότερον εἶναι, τὸ δὲ σιλπνότερον. ὥσπερ γὰρ οὖν καὶ ἡ πικρὰ χολὴ ποτὲ μὲν πυῤῥὰ φαίνεται μᾶλλον, ποτὲ δὲ ξανθή, πολλάκις δ' αὖ ἐστιν ὠχρὰ δόξειεν εἶναι. λευκοτέρα μὲν καὶ θολωδεστέρα γινομένη πυῤῥά, σίλβουσα δὲ καὶ ἐρυθροτέρα, ξανθή. πυῤῥὸν τουτῶδες ἐκλάμπον αὐτῇ, ξανθότερον ἀπεργάζεται. ὅσον δ' ἐστὶ τὸ πυῤῥὸν τοῦ ξανθοῦ λευκότερον τοσοῦτον ἐκείνου τὸ ὠχρόν. ὅσον δ' αὖ πάλιν ἧττον λευκὸν ἐστὶ τὸ ξανθὸν τοῦ πυῤῥοῦ, τοσοῦτον τοῦ ξανθοῦ τὸ ἐρυθρόν. Ex quibus conijcias, fuluum colorem flauo ſubeſſe ſed exalbeſcere aliquantulum & candicante dilui, non ſecus ac ſi ſandaracham paucam multa aqua ſuffundas, colorem non omninò ruffum nec luteum, ſed ex ruffo & viridi adumbratum, & quodammodo ex rubro palleſcentem aut flauo igneſcentem elicias, qualis eſt aurichalci, aut multorum nummorum aureorum Germanicorum color, quos florenos vocant. Galli interdum blondum, interdum etiam fauium nominant. Qui integerrimè à Latinis fuluus dicitur, dum *Fuluum deſcendere monte leonem* dixit Virgilius. Quomodo fulua ſydera, fulua arena, & fuluum aurum dicitur.

C Galenus " πυῤῥὸν, ex bilis & pituitæ mixtura facit, & obſcurum illum ex albo & pallido liueſcentem in cute colorem, qui tamen ex flauo plurimum accipit, & frigidioribus atque humentioribus naturis familiaris eſt, πυῤῥὸν dicit, vt "" Virgilius:

Fulua pugnas de nube tuentem. Fit enim a magna humidi copia ſiccum inundante & exuperante. Quod ſcribit lib. 2. de Temperamentis, dum infantium capillos, iis quos Germani habent affines facit, & de fuluo capillitio ſcribit: ἡ πυῤῥὰ θρίξ, ὥσπερ τῇ χρόᾳ μεταξὺ ξανθῆς ἐστὶ καὶ λευκῆς, οὕτω καὶ γένεσιν μεταξὺ φλεγματώδους τε καὶ χολώδους ἴσχει. Non abſimile eſt nec aliunde petitum, quod ſcribit Ariſt. lib. περὶ χρωμάτων, de capillorum colore, dum germani alimenti defectu fulueſcere facit. Ex ſicco enim vera eſt pilorum ſoboles, incrementum & propagatio. τῶν παιδίων ἁπάντων αἱ κεφαλαὶ κατ' ἀρχὰς μὲν γίνονται πυῤῥαί, διὰ τὴν τῆς τροφῆς ὀλιγότητα. φανερὸν δὲ τοῦτ' ἐστί. καὶ γὰρ ἀσθενεῖς αἱ τρίχες καὶ ἀραιαὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. ἐπὶ δὲ καὶ βραχεῖαι τὸ πρῶτον ἅπαντ' ἐπιγίνονται τοῖς παιδίοις. προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας μελαίνονται. πάλιν χαλῶσι [illegible] αὖθις διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἐπιῤῥεούσης τροφῆς. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ἥβης καὶ τὸ γένειον. ὅταν ἄρχωνται τὸ πρῶτον ἡβᾶν καὶ γενειᾶν, καὶ αὗται γίνονται κατ' ἀρχὰς μὲν πυῤῥαὶ ταχέως, διὰ τῆς ὀλιγότητα τῆς ὑγρασίας, ἐν αὐταῖς καταξηραινομένης. τῆς τροφῆς δὲ πλέον ἐπὶ τὸν τόπον φερομένης μελαίνονται πάλιν. Et verò

D ex eodem fonte manat Germanorum, & eorum qui ad ſeptentriones habitant, fuluum eſſe, & lentitia quadam exuberans capillitium & planum. πάντες γὰρ οἱ περὶ ἄρκτον πυῤῥότριχες καὶ λεπτότριχές εἰσι, vt ſcribit Ariſt. *in Quæſt. natural. Gal. quoq; lib. 2. de Temperament. ὅσα δ' ἐναντία τούτοις ὑγρὰν καὶ ψυχρὰν χώραν οἰκοῦσιν Ἰλλυριοὶ τε καὶ Γερμανοὶ καὶ Δαλμάται καὶ Σαυρομάται καὶ σύμπαν τὸ Σκυθικόν, εὐαυξῆς μετρίως καὶ λεπτὰς καὶ εὐθείας καὶ πυῤῥὰς ἴσχουσι τρίχας. Vt non admodum ſit difficile conijcere, fuluum eum eſſe colorem ex flauo candicantem, quem in puellari ingenuitate ex paſſo crine, pudoris & decoris comitem facimus. At verò id magis teſtificabitur, quòd arenulas quæ in renum affectibus protruduntur, ψαμμία πυῤῥὰ vocat Hippocrates, colore ex flauo & ruffo candicante, & ſubrubro quodammodo palleſcente, velut ſanguine à pituita craſſa & lenta exaſſata diluto, † Galeno teſte lib. 6 Epid. ἐὰν μὲν ἐστι μιχθῇ ποτε ὀλίγον αἵματος φλέγματι παχεῖ τε καὶ γλίσχρῳ, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν ἡ χρόα γίνεται τῆς ὑποστάσεως τοῖς οὔροις. ἐνίοτε μὲν εἶναι ὑπόλευκος, ἢ ἐρυθρόλευκος, ἢ ξανθόλευκος. ἴσα δ' ὅτε καὶ πυῤῥά, συμπλῶντος εἰς τὴν τῶν χρωμάτων διαφοράν, καὶ αὐτῆς τῆς κατὰ τὸ αἷμα χρώματος. οὐ γὰρ ἀκριβῶς ἐρυθρὸν ἐστὶν ἀεὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τὸ μελάντερον, ἐνίοτε δὲ ἐπὶ τὸ ξανθότερόν τε καὶ πυῤῥότερον ῥέπον. ἡ τοίνυν ἅπασας αἱ εἶπον ἀπὸ διαφορᾶς τῶν χρωμάτων πάλιν τῆς πυῤῥώδους, ὀνομάζειν ὑπὸ τῆς τοῦ πυῤῥὸν δηλοῦσῆς φωνῆς, ἐπόντος αὐτῆς ψαμμία πυῤῥὰ ὑφίσταται, ἢ τὸ προσκείμενον τὸ αἱματῶδες ἀπὸ κοινοῦ δέχεσθαι. Ruſus verò longè

E planiùs: ψαμμία δὲ πυῤῥὰ ἐπὶ ὑφίσταται, δηλονότι τοῖς οὔροις. καὶ γὰρ καὶ φαίνεται τοῦτο γινόμενον, ἐὰν τὸ πυῤῥὸν ἀληθὲς τοιοῦτον εἶναι τῆς χροιᾶς, ὁποία καὶ ἡ σανδαράχη καλουμένη. διὸ καί τινες μὲν τῶν ἐπιλησάντων ἐπιμελῶς τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης ὁρεχθέντες ὑποστάσεις γίνεσθαί φασιν αὐτοῖς, ἔνιοι δὲ σανδαραχώδεις, ἔστι δ' ὅτε καὶ ὄντως πυῤῥάς. Quæ omnia eò pertinent, vt τὸ πυῤῥὸν, quamuis vna omnium voce authoribus Græcis ruffum ſignificet, Medicis tamen & Philoſophis liberaliori paulò eſſe ſignificatione contendamus, dum intra flaui ſplendidioris limites conſiſtit, & ad album magis declinat. Fuluum id Latinis nomen eſt. Ariſt. λευκόπυῤῥον etiam vocauit. Ruffum verò flauum magis intendit, & ex rubro permixtum in nigri fines aberrat. Quæ hîc tentata & velut inchoata, polituram & repumicationem in OEconomia noſtra accipiét. Cæterùm πυῤῥοὺς ſiue fuluos ſiue ruffos intelligas, huc pertinet quod eos Ariſt. ſubdola morum calliditate & ſolertia minimè commendabili afficit. οἱ πυῤῥοὶ ἄγαν πανοῦργοι, πανουργία autem δεινότης ἐστὶ οὐκ ἐπαινετὴ, eodem interprete. In hac tamen ingenij æſtimatione Galeni cautionem adhibeas oportet, ne ex leuibus quarundam partium notis, de totius naturæ temperamento iudiciũ feras. Sic enim ex vnguibus leonem, & ex veſtigio totum Herculem æſtimaueris, fallaci interdum coniectura. Sed partium in ſeſe diligens collatio fa-

F cienda eſt, aut ex partis indicatura de viſcerum latentium dominio indubitata fides ſumenda eſt. Sunt enim ſua cuique parti temperaturæ indicia, quæ interdum cum toto corpore cohærent, interdum verò longiſſimè diſſentiunt, & infirmam de tota natura cenſuram faciunt, vt diligenter ſcribit """ Galen. lib. de Temperamentis. In hac igitur de moribus quæſtione, ſobrium ineſt temperamentum, & ex cerebri notis hominis ingenium deformatur.

" *In Arte parua.* "" *Lib. 11.* * *Sect. vlt. quæſt. 2.* † *Com. 1.* """ *Lib. 2.*

ὀξύῤῥινες] ὀξύῤῥινας ſimis opponit, vt aduncas nares intelligat, γρυπὰς Græci vocant, quæ ſubdolos & irriſioni dedicatos mores præ ſe ferunt. Hinc enim impudens illa cachinnatio ſuſpenditur, quæ à poëtis ſugillatur, & ingenua liberalitate indigna eſt. Intelligenda autem venit illa naſi aduncitas, quæ ad extremas nares pertingit, eaſque exacuit & elongat, retuſis & ſimis præcipuè repugnans, ne aquilinas nares ex naſi radice protuberantes, præcipuo omine commendabiles hoc nomine infimes. Hæc autem naſi aduncitas, ve-

G teribus ſicciotis naturæ indicium eſſe viſum eſt, vt & ſimitas humentioris. Quod meritò reprehendit Galenus ſuæ cautionis memor. Illa enim ad partis de qua fit mentio, non totius corporis naturam, referenda fuerunt. * Galeni locus eſt in hanc rem pernecesſarius ἁμαρτάνουσιν οὖν οἱ τῆς οἰκείων μὲν ἀμελοῦντες γνωρισμάτων, ἐπὶ δὲ τὰ πόῤῥωτε καὶ ζητήσεως ἱκανῆς τετυχηκότα καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο παρ' αὐτοῖς τοῖς ἀρίστοις φιλοσόφοις ἀπορούμενα μεταβαίνοντες. οὐδὲ γὰρ ὅτι δ' ὅτι τὰ μὲν παιδία σιμότερα, γρυπότερα δ' οἱ ἀκμάζοντες, ἄλογον, ὑγροὺς μὲν νομίζειν τοὺς σιμοὺς ἅπαντας, ξηροὺς δὲ τοὺς γρυπούς. ἀλλ' ἐνδέχεται μὲν καὶ τῆς διαπλαστικῆς δυνάμεως ἔργον εἶναι τὸ τοιοῦτον μᾶλλον, ἢ τῆς κράσεως. εἰ δ' ἄρα καὶ τῆς κράσεως εἴη γνώρισμα, τῆς ἐν τῇ ῥινὶ μόνης εἴη ἄν, οὐ τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι. μάλιστα οὖν ὑπ' αὐτῶν κάκεῖνο λέγεται, τὸ ῥῖνα τε ξηρὰν γίνεσθαι καὶ ὀφθαλμοὺς κοίλους, καὶ κροτάφους συμπεπτωκότας ἐν ταῖς ξηραῖς φύσει κράσεσιν, ὅπου κἂν τοῖς παισὶν οὕτω συμπίπτει τοῖς συντήκουσί τε καὶ κενοῦσι περὶ τὸ μέτριον τὸ σῶμα. πολλάκις μὲν γὰρ οὕτω συμπίπτει, πολλάκις δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐστὶν ἰδεῖν καὶ μαλακὴν καὶ πιμελώδη, καὶ λευκὴν καὶ πολύσαρκον, ὅλως τοῦ σώματος τὴν ἕξιν ἐπὶ μικροῖς ὀφθαλμοῖς ὀξεῖα ῥινί. καὶ ξηρὰν τῇ καὶ ἄσαρκον καὶ μέλαιναν καὶ δασεῖαν, ἐπὶ τε τοῖς μεγάλοις ὀφθαλμοῖς. σιμῇ τε ῥινί. εὐλογώτερον οὖν εἶναι δοκεῖ τῆς ῥινὸς μόνης, ὑγρότητα μὲν τῇ σιμότητι, ξηρότητα δὲ τῇ γρυπότητι τεκμαίρεσθαι, καὶ μὴ περὶ τῆς ἅπαντος τοῦ ζώου κράσεως ἐντεῦθεν ἀποφαίνεσθαι. Ariſtoteles in Phyſio-

H gnomicis τὴν ἐπίγρυπον ῥῖνα, impudentiæ labe ſuffundit, & coruorum naturæ attribuit. Et quia nulla ferè pars eſt in toto vultu, quæ cum oculis ampliorem ſegetem naturali præſenſioni tribuat, naſi proprias affectiones & morum ex his inclinationes paucis perſequitur Ariſt. vbi & ſimis laſciuiæ & petulantiæ notam inurit. Eius verba ſunt, ἐν τοῖς φυσιογνωμονικοῖς. οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἄκραν παχεῖαν ἔχοντες, ῥᾴθυμοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. οἱ δὲ τῆς ῥινὸς ἄκρον παχεῖαν ἔχοντες, ἀναίσθητοι, ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς. οἱ τὴν ῥῖνα ἄκραν ἔχοντες, δύσοργοι, ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. οἱ δὲ τὴν ῥῖνα περιφερῆ ἔχοντες, ἄκραν μὲν ἀμβλεῖαν δὲ, μεγαλόψυχοι, ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἄκραν λεπτὴν ἔχοντες, ὀρνιθώδεις. οἱ ἐπίγρυπον ἀπὸ τοῦ μετώπου εὐθὺς ἀρχομένην, ἀναιδεῖς ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κόρακας. οἱ δὲ γρυπὴν ἔχοντες καὶ τοῦ μετώπου διηρθρωμένην, μεγαλόψυχοι ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀετούς. οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἐγκοίλην ἔχοντες τὰ πρὸ τοῦ μετώπου περιφερῆ, τὸ δὲ περιφερὲς ἄνω ἀνεστηκυῖαν, λάγνοι, ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας. οἱ δὲ σιμὴν ἔχοντες λάγνοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἐλάφους. οἷς δὲ οἱ μυκτῆρες ἀναπεπταμένοι, θυμώδεις. ἀναφέρεται ἐπὶ τὰ πάθος τε ἐν τῷ θυμῷ γινόμενα.

ὀφθαλμοὶ μικροὶ] In parua sed lucida oculorum mole, magna inest animi pars, in quibus tamquam in speculo cuiusque formam agnoscas. Iidem in homine numerosissimæ varietatis atq; differentię, grandiores, modici, parui, prominentes, quos hebetiores putant, conditi, quos clarissimè cernere, sicut in colore caprinos. Qui si vehementiùs condantur animi leuitatem, vt & parum caui magnitudinem promittunt. Grandiores verò ignauiam, vt parui, animi demissionem, præmonstrant. Adcò magna fœlicitatis pars in medio oculorum temperamento sita est. De his sic Arist. οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς μικροὺς ἔχοντες, μικρόψυχοι, ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν καὶ ἐπὶ πίθηκον. οἱ δὲ μεγαλόφθαλμοι νωθροί. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. ἃ ἅμα καὶ φῦντα δεῖ αὐτὰ μικροὺς μὴ μεγάλους ἔχειν τοὺς ὀφθαλμούς. οἱ δὲ κοῖλους ἔχοντες, κακοῦργοι. ἀναφέρεται ἐπὶ πίθηκον. ὅσοι ἐξόφθαλμοι, ἀβέλτεροι ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειάν τε καὶ ὄνους. ἐπὶ δὲ τὸ ἐξόφθαλμον ὅτι κοιλόφθαλμον δεῖ εἶναι. ᾗ μέσον ἕξις αὐτὴ ἀγαθή. ὅσοις ὀφθαλμοὶ μικροὶ εἰσὶ μεγάλοι πέρι, μεγαλόψυχοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας, οἷς δὲ ἐπὶ πλεῖον, πραεῖς, ἀναφέρεται ἐπὶ βοῦς.* Quæ verba ex Physiognomicis lubens affero, vel eò maximè quòd Galeno τὰ φυσιογνωμικὰ consummatam Arist. doctrinam resipiant, nec differendi subtilitatem illius eleuent. Idem quoq; Philosophus lib. de Hist. anim. 1. probam oculorũ naturam in mediocritate posuit. Quod eò lubentiùs dico, quòd multa naturæ indicia " Plinius ex hoc loco decerpserit. & Galenus noster lib. cui titulũ fecit Animi mores, &c. Aristotelis in hanc rem nostrã verba sunt, τῶν ὀφθαλμῶν, οἱ μὲν μεγάλοι, οἱ δὲ μικροὶ οἱ δὲ μέσοι. οἱ μέσοι βέλτιστοι, καὶ οἱ ἐκτὸς σφόδρα ἢ ἐντὸς, ἢ μέσως τούτων. οἱ δ' ἐντὸς μάλιστα ὀξυωπέστατοι, ἐπὶ παντὸς ζώου. τὸ δὲ μέσον ἤθους βέλτιστον σημεῖον. Cæterùm quod superiùs de naribus ex Galeno diximus, idem hoc loco de oculis inaudiendum est, lapsos esse in eorum æstimatione antiquos, dum paruos sicciori, grandiores verò humentiori naturæ attribuunt. Nec enim vsquequaq; constantem assensionem habent, vt ex † Galeni doctrina audies, κατὰ τοῦτον οὖν τὸν τρόπον ἀεὶ χρὴ σκοπεῖσθαι περὶ κράσεως, ... μὴ περὶ πάντων ἀποφαίνεσθαι τολμᾶν ἐξ ἑνός, ὥσπερ ἐπείσθησαν ἔνιοι, τοὺς μὲν σιμοὺς ὑγροὺς εἶναι φάσκοντες, τοὺς δὲ γρυποὺς ξηρούς. καὶ οἷς ... οἱ ὀφθαλμοὶ μικροὶ, ξηρούς, οἷς δὲ μεγάλοι ὑγρούς. τοῦτο μὲν οὖν καὶ διαπεφώνηται πρὸς αὐτῶν. οἱ μὲν γὰρ τινες ἀποδεικνύμενοι τὸ ὑγρὸν εἶναι μειζόνων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐν οἷς ἂν μείζους ἀεὶ εἰσὶν ὑγρότητα κράσεως ἐν τοῖς κρατεῖν ἀπολαύουσιν. ἔνιοι δὲ τῇ ῥώμῃ τοῦ θερμοῦ κατὰ τὴν πρώτην διάπλασιν αἰτιώμενοι, οὐ φλοιωπότερόν τι καὶ πλέον, οὐκ ὀφθαλμοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα καὶ τοὺς ὄγκους ἅπαντας πόρους αὐξάνεσθαι φασὶ μείζονας, οὐχ ὑγρότητος ἀλλὰ θερμότητος εἶναι γνώρισμα. ἀμφότεροι δὲ σφάλλονται τὸ ἀληθείας, ἐπὶ μὲν καὶ κοινῷ λόγῳ διὸ περὶ ταῦτα. τοῦ παντὸς ἐξ ἑνός ἀποφαίνεσθαι πολλοῖς μορίοις κατὰ δὲ διάπλασιν τρόπον, ὅτι τὰ διαπλάσεις ἐν τῇ φύσει δυνάμεως ὠνόμασται τεχνικῆς οὔσης. καὶ τοῖς τῆς ψυχῆς ἤθεσιν ἀκολούθως, διαπλάττουσης τὰ μόρια. περὶ ταύτης γάρ τι καὶ Ἀριστοτέλης ἠπόρησεν, μήποτε ἄρα θειοτέρας τινὸς ἀρχῆς εἴη, καὶ οὐ κατὰ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν. οὔκουν ὀρθῶς μοι δοκοῦσι ποιεῖν, οἱ προπετῶς οὕτως ὑπὸ τοῦ μεγέθους ἀποφαινόμενοι, καὶ ταῖς ποιότησι μεγάλαις ἀναφέροντες τὴν διάπλασιν, δι' ὅλον γὰρ ὄργανα μὲν εἶναι ταύτας, τὸ διαπλάττον δ' ἕτερον. Qua de re plura etiã habes in Arte parua, vbi de oculorũ magnitudine & paruitate abunde agitur. Qualem autẽ ex oculis censuram, & quanam ratione facias, vt de totius corporis natura securus, cautior euadas, monet paulò post, κατὰ τοῦτο δὲ καὶ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ταῦτα οὐ τινος ὧν ἑτέρου μορίου τὴν ἰδίαν κράσιν, ἐκ τῶν οἰκείων ἐπισκοπεῖσθαι γνωρισμάτων ἄμεινον ἢ περὶ τῆς ὅλης τοῦ σώματος κράσεως ἀφ' ἑνός μέρους ἔνδειξιν λαμβάνειν. εἴτε γὰρ ὑγρότητος, εἴτε θερμότητος ἐπικρατούσης. εἴτε καὶ ἀμφοτέρων, οἱ ὀφθαλμοὺς γλαυκοὺς τινὰς χρὴ γνώρισμα τῆς οἰκείας ἂν εἶεν οὕτω γε καὶ οὐ τῆς ἁπάντων τῶν μορίων τοῦ σώματος ἐνδεικτικοὶ κράσεως. οὐδὲ γὰρ εἰ σκληρά καὶ ἄσαρκα τὰ σκέλη, ξηρὰ πάντως καὶ ἡ κρᾶσις ὅλου τοῦ σώματος. ἔνιοι γὰρ καὶ ἱκανῶς εὔσαρκοι καὶ πιμελώδεις καὶ παχεῖς καὶ προγάστορες καὶ μαλακοὶ καὶ λευκοὶ γίνονται κατὰ τοιούτων σκελῶν. ἀλλ' εἰ μὲν ὁμαλῶς ἅπαν ἔχει τι σῶμα τῆς κράσεως, οἷς μὲν ἰσχνὰ τὰ σκέλη, ξηροὶ πάντως εἰσίν, ὑγροὶ δ' οἷς παχέα καὶ οἷς μὲν ἡ ῥὶς ὀξεῖα, ἢ γρυπή, οὗτοι ξηροί. σιμὸς δ' ὅστις, ὑγρός. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν προτέρων, ἁπάντων τε τῶν ἄλλων μορίων. εἰς δ' ἀνώμαλος ἡ κρᾶσις καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ πάντων τῶν μορίων, ἄτοπον ἐστὶ ἐξ ἑνὸς μορίου φύσεως ὑπὲρ ἁπάντων ἀποφαίνεσθαι. Porrò etsi suspecta est totius ex oculis ęstimatio, seu verum est eorũ paruitatẽ sicciori naturæ deberi, seu verò conformatrici potentiæ attribui, certum est in siccioribus promptius esse nequitiæ seminarium, in quibus ingenium & mores ad vitia obriguere & callum quendam obduxere, vt & vim prudentiæ maiorem, si gemmantes fœlicis naturæ pullulos fruticescere nec situ mucescere permittant. Sic in humentioribus naturis magnus succorum riuus qui in sensuum adyta eriuatur, eorum spiritus opacat & frigore gelat, vt ad omnia tardiores, hebetiores, & obtusiores nati videantur. Atq; hæ naturæ, mores minimè malos & simplices efformant, fereque ventres pinguitudine saburram, vt vix sit in crasso corpore mica salis.

** Lib. quod animi mo. corpor. temper. seq. " Lib. 11. † Lib. 2. de temp.*

χαροποὶ] χαροπὸν Latinis est rauum, quod colorem obtusum nigro & fuluo mixtum significat, mediumque est inter flauum & cæsium, Nonio Marcello. Qua ratione mare rauum vocat Cic. in Acad. & canum oculos atq; arietum, colore rauo æstimat Varro lib. 2. de Re rust. Theodorus Gaza doctrinæ merita præscriptione apud eruditos beatissimus, & quo vix fœlicior alter in vertendo fuit fuluum pro χαροπῷ apud Arist. *ponit motus fortè Homeri vberrimi ingeniorum fontis authoritate & Virgilij, qui χαροποὺς λέοντας fuluos leones dixerit. Quanquam lib. 6. de gen. anim. † χαροπὸν ruffum & flauidum dicit. At profectò vtriusque par non est relatio. χαροπὸν enim oculorum attributionem esse constans philosophorum fides facit, vt non temerè de cutis aut pilorum colore dictum apud eos reperias. In quo illud Vergilij de leonibus fuluum, non aliter esse positum, cuiuis pro comperto est. Oculorum enim in leonibus color (in quibus omnis vis constat) supra fuluum nigricantior est, & ad cæsium declinans. Id ab Arist. χαροπὸν, à nobis rauũ dicitur. Vnde & rauiliæ & rauistelli, Plauto dicuntur, qui præcipuum ingenuitatis in oculis specimen habent, vt vix alius sit color præ se commendabilior. Sic enim Festo dicuntur qui rauos oculos habent. Arist. in Physiognomicis rauis oculis animi magnitudinẽ attribuit, eosq; à glaucis & cæsiis separat, ne quis χαροπὸν pro γλαυκῷ vsurpatum existimet. οἱ ὀφθαλμοὶ μὲν γλαυκοὶ, ἀλλὰ χαροποὶ, εὔψυχοι. ἀναφέρεται ἐπὶ λέοντας καὶ ἀετούς. χαροποὺς esse quos rauos dicimus, addidit animos Plinius lib. 11." Varietatem enim oculorum ex Aristot. lib. 1. de Hist. anim. referens. Atq; (inquit) nigri, aliis raui, aliis rufi, aliis glauci coloris orbibus circumdatis, vt habili mistura & accipiatur circumiecto candore lux, & temperato repercussu non obstrepat. Sic enim ex nostro codice legimus, non quemadmodum cæteri, atri, vt non dubiè χαροπὸν Arist. referat. Hipp. lib. 3. Epid. χαροποὺς, λευκοφλεγματίας, in tabidorum explicanda natura iungit. In quorum communione, cùm latè inter se dissideant, velut in salebra adeò hæret Galenus, vt pro glauco vsurpari necesse sit. Illius verba sunt. καὶ μὴν καὶ περὶ τῶν χαροπῶν καὶ ὅλως περὶ τῶν κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς χρωμάτων, ἔμαθες ἐν τοῖς περὶ κράσεως, ὡς οὐχ ἁπλῶς ἔστι λαβεῖν ἐκ τούτου σημεῖα βέβαιον τεκμήριον κράσεως ὅλου τοῦ σώματος, ὅτι μὴ μόνον τῶν ὀφθαλμῶν, οὐδὲ τούτων ἐναργῶς ἐπὶ τῶν προειρημένων. πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς χαροποὺς λεγομένους ὀφθαλμοὺς ὁποῖοί τινές εἰσιν, ἐντεῦθεν χρὴ τῶν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ γεγραμμένων ἀναμιμνῄσκεσθαι φησίν:

Ἄρκτοι τ' ἀγρότεροί τε σύες, χαροποί τε λέοντες.

εἶτα θεασάμενον πολλοὺς λέοντας οὕτω προσέχειν τὴν μνήμην τὸ χρῶμα τῶν ὀφθαλμῶν, ὡς ἐπ' ἀνθρώπων ἰδόντα δυνάμενον ῥᾳδίως γνωρίσαι κἀπειδὰν φαίνονται τοιοῦτοι καὶ τὴν κρᾶσιν, ὅσῳ ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς θερμὴν καὶ ξηρὰν εἶναι φάναι. Ex quibus facilè intelligas χαροπὸν rauum esse colorẽ, fuluo, nigro cæsioq; permixtum, qui ignei caloris naturam habet, eiusq; ratione perficitur. Vt non minùs hìc nobis desudandum sit, quod aqua intercutem suffusis oculos rauos faciat, repugnante admodum inter se temperie, quàm Galeno in eadem propè causa fuit lib. 3. Epid. † Cuius quæstionis iudicium causæ nostræ æquitatem aliqua ex parte subleuabit, si quis parium rationum paria momenta faciat. Quæstionem verò ex Galeni verbis exerceas licet, μετὰ δὲ τοῦτο κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν οὐκ ὀλίγα πρῶτον μὲν γὰρ ἅμα τῇ ψυχροτέρᾳ κράσει ἔταξε τὸ χαροπὸν, εἶτ' ἐξῆς ὠνόμασε τοὺς πικροχόλους ὡς ἑτέρους τούτων ὄντας. καίτοι φανερῶς οὗτοι θερμῆς καὶ ξηρᾶς κράσεώς εἰσι. ἀλλὰ καὶ μὴν τοι καὶ τὰ γεγραμμένα πάθη, μεθ' ὧν εἶπεν εἴδων τὰ σώματος ἐνδείκνυται καὶ αὐτά. τοὺς μὲν πρώτους εἰρημένους ἅπαντας εἶναι ψυχροτέρους, τοὺς δ' ἐρυθροὺς θερμοτέρους, τοὺς δὲ πικροχόλους ἱκανῶς θερμούς. Qua in controuersia paulò post, velut in rem præsentem ventum sit, litis vindicias postulare videtur, scribens, γράφοντος δὲ τοῦ Ἱπποκράτους, εἴδος τῶν φθινωδῶν ἦν τὸ πλεῖον τὸ ὑπόλευκον, τὸ φλεγματῶδες τὸ ὑπόξανθον. ἀναμίξαντος δὲ τῷ λόγῳ καὶ τοὺς χαροπούς, ἄξιον ἔδοξέ μοι ζητήσεως εἶναι τὸ λελεγμένον. εὔλογον ἦν οὐ χαροπούς. ἀλλὰ γλαυκοὺς μᾶλλον εἰρῆσθαι, δοκοῦντας εἶναι τοὺς μὲν ψυχρᾶς, τοὺς δὲ ὑγρᾶς, τοὺς δὲ ἅμα τε ψυχρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς κράσεως, ἂν οὐδὲν ἐναντιοῦται τῷ προκειμένῳ λόγῳ. παραπλησθέντες γοῦν τά τε βρέφη, καὶ Σκύθας, καὶ Κελτοὺς, καὶ Γερμανοὺς ὑγροτέρους μὲν ὄντας ὁμολογουμένως τῇ κράσει, ψυχροτέρους δὲ οὐκέθ' ὁμολογουμένως. ἐμοὶ μὲν οὖν διὰ ταῦτ' ἔδοξεν ἄξιον ζητήσεως τὸ περὶ τῶν χαροπῶν ὀφθαλμῶν χροιᾶς. τῶν δ' ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον. οἱ μὲν ἐπιτήδειοι καὶ σὺν αὐτοῖς δὲ ὁ Λύκος ὥσπερ ἄλλα πολλά, καὶ τοῦτο τὸ χωρὶς τοῦ ζητῆσαι τὴν αἰτίαν παρεῖσιν. οἱ δ' Ἱπποκράτειοί τινες μὲν θερμῆς κράσεως εἶπον εἶναι γνώρισμα τὸ χαροπόν, οἱ δὲ ξηρᾶς. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ ἀμφοτέρων, οὐδὲν ἐπὶ προσθέντες. ἤρεσε γοῦν αὐτῷ Σαβίνῳ τὸ μόνον. τὸ δὲ χαροπὸν πάνυ ξηρὸν ὄν, ἔχει ἐπιτηδειότητα πρὸς φθίσιν, οὔτε τὸν λογισμὸν εἰπὼν δι' ὃν τοῦτ' ἔγραψεν οὐθ' ὅτι πολλὰ μεθ' ὧν γέγραπται τοῖσιν, πάντ' ἐστὶ ψυχροτέρας τε καὶ ὑγροτέρας κράσεως γνωρίσματα. μήποτ' οὖν ἀντὶ τοῦ γλαυκοῦ τὸ χαροπὸν ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης παρενεχθεὶς ἐν τῇ προσηγορίᾳ. τί γὰρ ἂν ἄλλο τις εἴποι; Quo in loco cùm pro χαροπῷ glaucum sumi oportere contendat Galenus. An non hìc idem nobis quoq; licet? An verò cũ ex iure manu consertũ vocabimus, & velut ex interdicto iustoq; sacramento cum eo contendemus? At profectò nobiscũ lege aget & facilè vindicabit præiudicata Galeni doctrinæ possessio, de qua eũ deiicere, vt est difficile, sic sanè illius castra prodere, præuaricatoris est publicæ omnium causæ & deploratæ impudentiæ. De loco Hipp. lib. 3. Epid. hìc nihil agimus, cuius propria (vt sua cuiq;) est tractatio. Tantum cum dum scenæ seruimus in proscenium adduximus. Glaucos igitur oculos, quos cæteri dicimus

A dicimus, humidioris naturæ testes intelligas licet, cuius in aquam intercutem facilis est lapsus, præsertim si magnam frigoris habeat accessionem. Id innuit ** Arist. in Nat. quæst. cùm iis qui cute sunt albida glaucos oculos attribuit, quòd corporis colori oculorum quoque color maximè respondeat, ex viscerum imbecillitate. Atque hoc pacto ὑδρωπικοὺς χαροποὺς, simul iunctim hydropicorum affectiones & naturales propensiones indicabit. Qui facilè caluescent si φαλακρότητα pro μαδαρότητα sumas & capillorum defluuio, quod hydropicis ob prauorum humorum congeriem contingere potest, quæ pilorum nutricationem defraudat. *** Sic hydropicos glaucis esse oculis & capillorum defluuio laborare, non erit absonum. Nec omninò aspernanda videtur hæc lectio, adeo subinde hic φαλακροὺς humidioribus naturis iungit. Quod tamen ab Hippocratis disciplina non est alienum. Lib. enim περὶ φύσ παιδίου caluitij ortum, pituitæ tribuit his verbis, ὁκόσοι δὲ φαλακροὶ γίνονται, οὗτοι δὲ φλεγματώδεές εἰσι. καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτέων ἅμα τῇ λαγνείῃ κλονεόμενον καὶ θερμαινόμενον τὸ φλέγμα, προσπῖπτον πρὸς τὴν ἐπιδερμίδα καίει τὰς ῥίζας τῶν τριχῶν, καὶ ἐκπίπτουσιν αἱ τρίχες. Id secutus videtur ** Arist. in Quæstio. Nat. cùm nimiæ Veneris indulgentiæ pilorum in palpebris defluuium & caluitium acceptum refert, dum refrigerata cute subnatus humor capillorum alimoniam pabulatur, cuius defectu defluunt. διὰ τί οἱ ἀφροδισιαστικοί, λέγομαι, [illegible] τὸ αὐτό, καὶ

B διότι οἱ φαλακροί. ἔστι γὰρ μόρια ἄμφω ταῦτα τὰ αὐτά. ἔστι δὲ [illegible] πρεσβυτέρας γινομένους μὴ αὐξάνεσθαι τῶν [illegible] τρίχας ἄπασι, τοῦτο [illegible] ἐν ταῖς λαγνείαις. κεφαλὴ γὰρ καὶ ὀφρὺς καὶ βλέφαρις, σύμφυτοι τρίχες. τούτων δὲ μόνον [illegible] αἱ ὀφρύες [illegible] πρεσβυτέροις γινομένοις. δι' ἣν δ' αἰτίαν, εἴρηται ἐν ἄλλοις. αἱ ἕτεραι δὲ διὰ τὸ αὐτὸ ἀμφω λείπουσιν, αἴτιον δ' [illegible] τὸ αἰδοῖον ἡ λαγνεία ὀλιγαιμότερα [illegible]. [illegible] οὐ λαμβάνουσαι δὲ τροφὴν ἐκπίπτουσιν αἱ τρίχες. Idem quoq; reperit lib. 3. de hist. animal. Ex quibus facilè conijcias caluos dici, quibus quauis ex causa capillus defluxit. Est enim φαλακρότης, ἡ κατὰ κορυφὴν λειότης, vt scribit Aristoteles. Quo nomine hydropicos caluos esse nihil vetat, vt & in nimis multa humorum corruptorum congerie capillus deficit Quod videre est in alopecia & ophiasi. Sic inter se omnia facilè cohærebunt. *** Arist. quoq; lib. 5 de gen. animal. caluitium hominibus inesse dicit, non nisi Venere vtentibus, quod cùm cerebrum frigidissimum sit & humidissimum, tunc quoq; intemperie incrementum acquirat. αἴτιον γὰρ τὸ πλῆθος [illegible] ὑγρότητος θερμῶς. τοιοῦτον δὲ μάλιστα τῶν ὑγρῶν τὸ λιπαρόν. In hunc quoq; sensum, capillorum defluuium pro caluitio diximus, Plinium secuti, qui caluitium ita vertit. †† Inquit enim lib. 11. de capillis loquens: Defluuium eorum in muliere rarum, in spadonibus non visum nec

C in vllo ante Veneris vsum. Istud enim Hippocrat. & Aristot. de caluitio dixerunt. Quod si oculos rauos in arenam adhibueris, debebunt ista extremis iungi, vt hunc sensum elicias. In aquam intercutem pronos, si oculos rauos cum caluitio habuerint, facilè ex morbo liberari. Siccioris enim & calidioris temperiei notas esse in rauis oculis, ex Galeno diximus. Quod & in caluitio confessum est. Hæc igitur salubris naturæ immutatio magno est commodo, non secus ac multi morbi ætatis progressu (Hippocrat. teste) soluuntur. Porro dicendum quoq; est χαροπὸν apud recentiores Græcos & Arabas inter vrinæ colores celebrari in albedinis magna remissione. Actuarius enim χαροπὸν tanto interuallo à glauco in albedinis ratione præteriri dicit, quanto lacteus glaucum superat. Atque amborum non inelegantem analogiam adfert, dum glaucum colorem veluti cornu pellucidum esse scribit. Charopum verò pilis cameli subalbidis, aut vngui capillo simillimum facit. Quod Latinè expressit Horatius dum rauam lupum dixit. Quo in significato rauus color, ingenuitatis nullam commendabilem notam habet, cùm à coctionis carentia fiat & caloris imbecillitate, mate-

D [illegible] in qua inest ratione. Vbi colorum ratio non eas habet attributiones quas in solido, vt cuiuis est manifestum. Caluus me vt semper, plurimum sibi permisit, dum χαροποὺς gratiosos vocat, & de vdis oculis ὑδρωπώδεας interpretatur.

* *Lib. 1. de hist. anim.* † *Cap. 1.* " *Cap. 37.* † *Com. 3.* "" *Sect. 14. quest. 14. & sect. 10.* """ *Aph. 34. l. 6.* ·· *Sect. 4. quest. 19.* ··· *Cap. 3* †† *Cap. 27.*

ἰσχνοφωνίαι] ἰσχνοφωνίαν linguæ hæsitantiam & ἰσχνοφώνους lingua hæsitantes vertimus, ex Theodoro Gaza. Sic enim eos vocant Philosophi qui inter loquendum hærent, nec sermones inter se connectere aut verba copulare possunt, nec, vt illi loquuntur, λέγειν συνεχῶς. Quod de facundis & expeditè loquentibus dicitur. Quintilianus connectere & verba continuare dixit. Cicero aliquando declamare vocauit: ἰσχνόφωνοι igitur balbutientem quandam linguæ impotentiam habent, vt & lingua hæsitantes à Marco Tullio in balborum genere Oratorio primo reponuntur ἰσχνοφώνους * Hippocr. lib. 2. Epid. inter frigidioris naturæ notas recenset, ac de his sic verba facit Gal. Com. in eum lib. 2. λοιπὸν οὖν ἐστὶν ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν ἰσχνοφώνων, καὶ τραχυφώνων καὶ τραυλῶν καὶ ἰσχνῶν; καὶ πρῶτον γε γεγραμμένων τῶν ἰσχνοφώνων. εἰ μὲν οὖν οὕτως [illegible] ἰσχνὴν τὴν φωνὴν ἰσχνόφωνοι [illegible] λέγονται τινές, [illegible] λεπτόφωνοι, [illegible] τοῖς περὶ φωνῆς εἴρηται καὶ δέδεικται γίνεσθαι διὰ τὴν στενότητα τῆς τραχείας ἀρτηρίας τε λάρυγγος. οἱ δ' ἰσχνόφωνοι, τὴν φωνὴν διὰ τὴν συνεχῆ μοχθηρίας τὴν

E κίνησιν τοῦ λάρυγγα μυῶν, [illegible] δι' ἀρρωστίαν τῆς ἰδίου [illegible] ἀποτελοῦνται [illegible] τῆς [illegible]. ὥσπερ δ' ἐν [illegible] τὸν λάρυγγα κινοῦσι μυσὶ [illegible] ἐξ ἀρχῆς οἱ ἰσχνόφωνοι [illegible] οὕτως [illegible] τῆς γλώττης οἱ τραυλοί, τραχύφωνοι γίνονται, διὰ τὴν τραχύτητα τῶν φωνητικῶν [illegible]. Ex quibus videas ἰσχνοφωνίαν in naturalis conformationis imbecillitate ex musculorũ gutturis impotentia esse positã, frigidiorisq; temperiei sobolem, vt ferè omnia balbutientis linguæ vitia. Est enim velut partis ad vocem destinatæ frigido obstupescentia atq; syderatio, & velut vocis ipsius offensa ac obstaculum, quo velut impedimento actiones pigrescunt, nec sermones nectere aut orationem continuare possunt. Id ipsum verò indicat † Arist. Quæst. Nat. Sect. 11. dum scribit: ἰσχνοφωνίαν ἀποπληξίας ὅμοιον εἶναι τι πάθος· ὥσπερ τινὸς τῷ ἐντὸς, ὃ ἀδυνατεῖ κινεῖν, ἐμποδίζοντος διὰ τὴν κατάψυξιν. " Idem rursus, διὰ τί ἰσχνόφωνοι γίνονται, ἢ αἴτιον ἡ κατάψυξις τοῦ τόπου [illegible] ἀποπληξία τοῦ μέρους τούτου ἐστίν. διὸ καὶ θερμαινόμενοι ὑπὸ οἴνου καὶ τοῦ λόγου συνεχῶς, ῥᾷον συνείρουσι τὸν λόγον. Vnde satis constat id vitij hæsitantiã esse, & in sermonis connexione, verborum continuitate & orationis perpetuitate versari. Quod "" Aristot. verba indicant: ὁ μὲν οὖν τραυλότης, τὸ γράμματός τινος μὴ κρατεῖν, καὶ τοῦτο οὐ τὸ τυχόν, ἡ δὲ ψελλότης, τὸ ἐξαίρειν τι ἢ γράμμα ἢ συλλαβήν. ἡ δὲ ἰσχνοφωνία ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι

F ταχὺ συνάψαι, τὴν ἑτέραν συλλαβὴν πρὸς τὴν ἑτέραν. ἅπαντα δὲ δι' ἀδυναμίαν. τῇ γὰρ διανοίᾳ, οὐχ ὑπηρετεῖ ἡ γλῶσσα. """ Idem rursus: διὰ τί μόνον τῶν ἄλλων ζώων ἄνθρωπος γίνεται ἰσχνόφωνον, ἢ ὅτι λόγου κοινωνεῖ μόνον. τὰ δὲ ἄλλα φωνῆς, οἱ δὲ ἰσχνόφωνοι [illegible] λόγον [illegible] οὐ δύνανται συνείρειν. †† Rursus quoq; sectione decima, ἔστι δὲ ἰσχνοφωνία, οὐ κατὰ τὸ ὄνομα εἶναι, ἀλλ' οὐ συνεχῶς δύνασθαι. Quod à Gaza (vt multa alia) prætermissum est. Quæ omnia occasionem nostram vrgent, vt ἰσχνοφώνους, lingua hæsitantes vocaremus Quod vitium in infantes, mulieres, senes, ebriosos cadit, ob nimiam ab humoris inundatione, & frigidi stupiditate ad motum ignauiam. Restat vt varicem ad dextrum aut sinistrum testem adnatum, huius affectus medelam significare, non admodum sit probare difficile, si linguæ hæsitantiam vt & cæteram balbutiem in frigidissimis & crassiore sanguine præditis naturis (quæ sunt melancholicorum valde propriæ) in esse, in animum induxeris. Id quod postea ex Aristotele docebimus. Varix autem melancholici & crassioris humoris saluberrima efficacissimaq; est depulsio. Quin & decubitus ratione, testium tumor spiritalium partium & instrumentorum vocis affectus lenit, vt satis pro partium inter se

G consensione, sectione prima ostendimus. Quando autem ἰσχνοφωνία, frigidos morbos & stupiditatem quandam apoplexiæ aut epilepsiæ familiarem sequitur, plurimum ad huius loci sensum faciunt, quæ scribit Hipp. Prorrhetico secundo in Epilepsiæ depulsione, in quibus cum ἰσχνοφωνία tusses protrahentes & siccas, varicum progermina & testium tumoré ponit. Quæ postea cõmodùm in epilepsiæ sermone à nobis adducentur. Sic in epilepsiæ & apoplexiæ denunciatione [illegible] ponit in Coacis. Quod superest, ἰσχνοφωνίας non aliunde medelam accipere, id hunc habet intellectum. Morbum iam in viris confirmatum non aliter a natura expugnari posse, etsi alia sunt externa præsidia. ††† Scribit enim Arist. διὸ καὶ θερμαινόμενοι ὑπὸ οἴνου καὶ τοῦ λόγου συνεχῶς συνείρουσι τὸν λόγον. Rursusque, ὁ μὲν οὖν οἶνος φύσει θερμὸς ὢν, λύει τὴν κατάψυξιν μᾶλλον. ἡ δὲ ἀγωνία ποιεῖ. [illegible] κατάψυξις Caluus hanc sententiam cum superioris parte coniunxit & mirum sensum elicit, vt caluos & qui sunt naribus acutis, vocis esse exilis contendat. In quo vt sibi aliquid permisit (ἰσχνόφωνος enim addidisse videtur) ita & quo iure illud velit, non video.

* *Stat. 3.* † *Quest. 36.* " *Quest. 54.* "" *Quest. 30.* """ *Quest. 55.* †† *Quest. 33.* ††† *Sect. 11. quest. 54. & 60.*

μεγάλοι, φαλακροί] Hæc ad ea referri possunt, quæ de simis & μεγαλοφθάλμοις priùs diximus. vt εὐήθεις, simplices & minimè malos intelligas, dum caluos liberaliori nomine dones, & pro iis quibus capillitium deperditur inaudias.

νοσήματα δὲ ἰσχνοφ] Lingua hæsitantes & balbos melancholicos esse ostendit * Arist. in Quæst. nat. διὰ τί οἱ ἰσχνόφωνοι μελαγχολικοί; ἢ ὅτι τὸ τῇ φαντασίᾳ ἀκολουθεῖν ταχέως, τὸ μελαγχολικὸν εἶναί ἐστιν. οἱ δὲ ἰσχνόφωνοι τοιοῦτοι. φθάνει γὰρ ἡ ὁρμὴ τοῦ λέγειν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ὡς δέον ἀκολουθούσης τῆς ψυχῆς τῷ φαινομένῳ, καὶ οἱ τραυλοὶ δὲ ὡσαύτως. βραχύτερα γὰρ τὰ μόρια τοῖς τοιούτοις ἐστί. σημεῖον δέ, [illegible] γίνονται ὅτι μάλιστα τοῖς φαινομένοις ἀκολουθοῦσι καὶ ὑπὸ τοῦ οἴνου. Sic quoq; Hippocrates, ἀσαφῆ γλῶσσαν [illegible] τὴν φωνήν, melancholicis morbis annumerat aph. 40. lib. 7. dum scribit, ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκρατὴς γένηται, ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτο γίνεται. Hispidorum ratio plenior est, quam vt demonstratione indigeat. Calui verò paulò post & suam tractationem expedient.

* *Sect. 11. quest. 38.*

ὁκόσοι τῇ γλώσσῃ παφλάζουσι] παφλάζοντες dicuntur, qui inter loquendum hæsitant & offendunt verbaque retexunt. A verbo nautico A veluti à re nata ductum nomen. παφλάζω enim fluctuum exæstuationem, turbulentiam & ebullitionem significat, spumantemque vndarum inter se collisione saliuationem cum magno sonitu. Vnde ad impeditum & veluti bullantem sermonem transl tum est, dum præ magna humoris copia, ad motum lingua expediri nequit, indeque verba alternare cogitur & resumere. Galen. in Exegesi, Παφλάζουσι (inquit) ὀνοματοποιίηκε τοὺς πταίοντας καὶ ἐπαναλαμβάνοντας ἐν τῇ διαλέξει δηλῶσαι βουλόμενος. Eo vtitur Hippocrates libr. περὶ κρισ. vbi hanc sententiam his verbis repetit: ὁκόσοι ἐν τῇ γλώσσῃ παφλάζουσι τῶν χειλέων μὴ κρατέοντες, ἐὰν ταῦτα παύσηται, ἔμπυοι γίνονται. Cuius lectionis principium huc deriuasse videtur Cornarius, vbi illud νοσήματα δὲ ἔχουσι omisit cum Caluo. Quod tamen nostris in exemplaribus duobus apponitur, ideoque nec prætereundum duximus. Idem verò χειλέων pro χειρῶν, ex superiore Hippocratis loco mutuauit, nec id sine quorundam exemplarium testificatione & assensione nostra, nisi si ex vetustissimo nostro codice, χειρῶν retineamus. Cùm enim pueris hæc balbutiendi vitia contingant, in his vt ex vberrimo humorum prouentu reliquorū membrorum impotentiam, ita & linguæ ad obeundas actiones ineptam esse motionem conuenit. Id in Quæstionibus naturalibus, significauit Aristoteles, * διὰ τί ἰσχνόφωνοι παῖδες μᾶλλον, ἢ ἄνδρες; ἢ ὥσπερ καὶ τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν ἀεὶ ἧττον κρατοῦσι παῖδες ὄντες, καὶ ὅσοι ἐλάττους οὐ δύνανται βαδίζειν, ὁμοίως καὶ τῆς γλώττης οἱ νεώτεροι οὐ δύνανται. ἐὰν δὲ παντάπασι μικροὶ ὦσιν, οὐδὲ φθέγγεσθαι δύνανται, ἀλλ' ἢ ὥσπερ τὰ θηρία διὰ τὸ μὴ κρατεῖν, ἔτι δ' οὐ μόνον ἐπὶ τῷ ἰσχνοφωνεῖν, ἀλλὰ καὶ τραυλοί καὶ ψελλοί. Humoris igitur ratione, motuum imbellitas oritur. Quæ si sextam, septimam, & octauam spinæ vertebram liberalius paulò imbuerit neruorum ignauiam affert, eorumque robur exoluit, qui inde ad manus pertingunt, vt scribit Galen. Com. 3. in lib. 5. Epid. Vbi igitur affectus conquieuit & emotus est humor, eo in thoracis amplitudinem transpositu purulentos fieri vero est simile. B

* *Quæst.* 30. *sect.* 11.

ὀδύνῃ ἐν τοῖσι κάτω χωρίοισι] Hæc sunt solutionum exempla, quæ per successiones morborum fiunt, quas [1] Hippoc. διαδοχὰς νοσημάτων, aut διαδέξιας vocat, & sæpè videndas monet, his præcipuè verbis, ὁδοὶ διξοῖων εἰς οἷα. [2] Et αἱ δ' οἷων αἱ νοῦσοι. Sunt enim certissima naturæ leuamenta, quæ morbum transmouet. Nec mirum est, transmutatis humoribus noxiis & vacuatis, morbū profligari. Quemadmodum biliosos secessus humoris transpositione surditas liberat. Sic surditatem biliosa deiectio, aut sanguinis ex naribus profluuium ex aph. 28. & 60. lib. 4. Quod repetit. lib. περὶ κρισ. Vbi etiam hæ sententiæ leguntur, varia tamen notione, sic enim scribitur cōtinenter cum priore sententia: ὁκόσοι ἐν τῇ γλώσσῃ παφλάζουσι τῶν χειλέων μὴ κρατέοντες, ἐὰν ταῦτα παύσηται, ἔμπυοι γίνονται, ἢ ὀδύνη ἰσχυρὴ ἐν τοῖς κάτω χωρίοις λύει, ἢ κωφότης ἢ αἷμα πολὺ ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυέν, ἢ μανίη τοῦ μεγάλου νοσήματος ἐν εἴδει γινομένου λύσις. In quo multa ab hac nostra lectione variant. Etsi enim plæraque omnia sunt transmutationis morborum exempla: incertum tamen est, an vni proprio per se morbo dicata sint, an verò seiunctam habeant naturam. In primis κωφότης, si ad παφλάζοντας referas, linguæ hæsitationem non minùs subleuat, quàm suppuratio ipsa. Deinde τὴν ὀδύνην ἰσχυρὴν non legitur, sed ἰσχυρὴ ad κωφότητα refertur. In eo quod sequitur, aqua hæret, inquit ille. Neque verò inde me facilè explicare possum nisi codicum liberalitas nostram tenuitatem sustentarit. Quorum enim opera vsi sumus, omninò inter se sunt dissimillimi, nec (vt fit in re difficillima) rem propiùs aggrediuntur. Tria enim exemplaria cum impressis magnam habent familiaritatem. Vnicum vetus & authoritate præstans, lectionem libri περὶ κρισίων sequitur. Comitialem morbum ab insania facilè vindicari & solui significans. Quam lectionem secutus est Cornarius, vir in hoc opere non parum diligens. Sed profectò locorum inferiorum dolorem ab insania tolli, quod omnes codices sequuntur, Caluus quoque testatur: non omninò alienum fuerit, dum tanti futurus sit dolor, vt in insaniam erumpat. Aut profectò μανίη liberaliorem habet significationem, & quamcunque mentis motionem comprehendit, atque à furibunda mentis agitatione deficit, nec θηριώδης est, quemadmodum libro περὶ ἱερῆς νόσου, ἐν τῷ περὶ μανίης λόγῳ sumitur. Aut certè furor ipse magna causarum suarum perturbatione, ventriculorum cerebri obstructiones depulit, & comitialem morbum leuauit, deiecta magno naturæ conatu, lenta, crassa & frigida materia, quæ vehementi motionis impetu sacra illa cerebri penetralia deseruit, non secus ac valida mentis alienatio furorem soluit, Aphor. 5. libr. 7. εἰκὸς γὰρ μετὰ γε (vt inquit Galenus) τῇ σφοδρότητι τῆς κινήσεως τῶν ποιούντων τὴν μανίαν αἰτίων, ἀκολουθῆσαι τὴν λύσιν, ὥσπερ εἴωθε κἂν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι τὰ σφοδρότατα τῶν συμπτωμάτων, ἐπὶν ὅτι κρίσεις ἀγαθὰς ἐργάζεσθαι. Sæpè enim fit in præcipitantibus morbis, vt formidabilis ille decernentium morborum aspectus fœliciter succedat, vt etiam annotauit Galenus Com. in aph. 27. lib. 2. At verò cum Epilepsia ipsa humorem melancholicum ortus sui causam sæpissimè habeat, vt scribit Hippocrates lib. 6. Epid. & [3] Galenus lib. 3. de Locis affectis, sæpeque à quartana leuetur: aut etiam occupetur, vt scribit [4] Hippocrates lib. 6. Epid. non mirum est eam ipsam in furorem erumpere, si humor qui ventriculos cerebri obsepiuerat, in eius ipsius substantiam & corpus sese immiserit. Quod vidit Aretæus lib. de Diuturnis morbis, cùm de Epilepsia scripsit: [5] ἐτρέψε δέ κοτε καὶ γνώμην ἐς μανίην. Tunc enim eam insaniæ speciem efficit, quæ melancholia dicitur, vt scribit Gal. Quæ cùm paruo interuallo à mania differat, eius nomen quandoque occupat, vt apud [6] Arist. sect. 1. Quæst. nat. dum Aphorismum 14. lib. 5. explicat. Furorem igitur morbo comitiali superuenire bono est, non secus ac febrem conuulsioni, ex aphor. 26. lib. 2. & Hippocrate passim. Epilepsia autem corporis totius quædam est conuulsio. Etsi verò hæ deteriores morborum successiones miserabilem affectuum depulsionem faciunt, solutionis tamen nomen apud Hipp. sæpissimè occupant. Restat vt quoniam hunc locum de morbo comitiali intelleximus, eum ab Hippocr. magnum morbum nuncupari velut ex compromisso testificentur. At nostræ causæ periculum præstabit parentis nostri authoritas lib. 6. Epid. [7] dum scribit, οἱ ὑπὸ τεταρταίου ἁλισκόμενοι, ὑπὸ τῆς μεγάλης νούσου οὐχ ἁλίσκονται, ἢν δὲ ἁλίσκωνται προτέρον, καὶ ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται. Illic enim magnum morbum epilepsiam intelligit, Galen. teste. Vt & Aretæus, ἱερὴν νοῦσον à quibusdam dici existimat διὰ μέγεθος τοῦ κακοῦ. ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα. [8] Celsus quoque lib. 6. morbum comitialem magnum morbum vocat. Cæterùm valde est obscurum quod scribitur, ἐν εἴδει γινομένου. Quo nomine comitialis morbus iam confirmatus & consuetudine inuadendi familiaris factus & quodammodo assuetus intelligendus est, non secus ac εἰθάδας ἐν τοῖς γυναικείοις, vocat Hipp. quos morbus familiariter & ex consuetudine afficit. Et verò in ipso περὶ ἱερῆς νόσου lib. inueteratum morbum & penè confirmatione deploratum consuetudineq; induratum significans, eo nomine vtitur inquiens: ὁκόσοι δὲ ἤδη ἐθάδες εἰσὶ τῇ νούσῳ, προγινώσκουσιν ὁκόταν μέλλωσι λήψεσθαι, καὶ φεύγουσι ἐκ τῶν ἀνθρώπων. ἢν μὲν ἐγγὺς αὐτῷ ὁ οἶκος ᾖ, οἴκαδε. ἢν δὲ μή, ἐς τὸ ἐρημότατον ὅπη μέλλουσιν ὀλίγιστοι αὐτὸν ἐπόψεσθαι πεσόντα, εὐθὺς τε ἐγκαλύπτεται. Quamobrem epilepsiam iam vsu confirmatam, & quæ ex propria cerebri affectione orta est, intelligo quæ ætatis præscriptionem habet, vt loquitur Hippocr. Prorrh. 2. ἀπὸ παιδὸς ξυμβέβηται καὶ συναυξηθῇ & incurabile malum reddit. Vt me hercule in animum inducam, ἐν εἴδει γινόμενον πάθος dici quod ab Aretæo ξυνήθης appellatur. Sic enim vocat comitialem morbum vsu confirmatum, & qui ætatis immutatione solui nequit, qui ab eo differt qui primùm inuadit, & miserabilem morbi casum efficit, vt sæpè vno die interficiat. Quæ vna causa fuit, cur eum morbum acutorum & diuturnorum nomine insigniuerit, eiusq; duplicem adhibuerit tractationem. Cùm enim primùm horrendam sui insultus significationem præbet, ab eodem ἀξυνήθης τὸ πάθος dicitur. In signis verò de eodem scribit, [9] ἢδε μετὰ τῶν ἀπάτη γίγνεται, ὁκόσοισι τόδε πρῶτον τὸ κακὸν ξυνίσταται οἷς δὲ ξυνήθες τὸ πάθος, ἢν ἐπὶ μετὰ νούσοις, ἐς δάκτυλον δὲ ἤδη ἀφίκηται, ἢ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς δὲ ξυνηθείας ἀφωρμῇ καλέουσι τοὺς παρεόντας, προγνώσει τοῦ μέλλοντος ὑπ' ἐμπειρίης. Ita enim illius affectus quem dicimus materia, ventriculis cerebri concepta sua pertinacia ineluibile malum facit, ac demum facilè in eius substantiam penetrat. Quòd si quis epilepsiam quæ ex partium consortio & communicatione oritur, sumat, eamque per hæc verba intelligat, quòd ex cerebri cum cæteris partibus consuetudine, consensione & familiaritate initium ducat, facilemque noxiæ depulsionem habeat: Nę ille rationum momenta parum ęstimat, si pro causæ facilitate leniorem affectū grauiore sibi dependendum putat. Morbi enim Comitialis per consensum & viciniam geniti, cùm aura quædam venenata spiritus, quinetiam flatus, propemodū vnica causa sit, eius non videtur tam facilis esse in insaniam transitus, quæ non nisi mente affecta, cerebrique velut primæ & simplicissimæ naturæ temperamento immutato locum habet. C D E F G

[1] *Sect. 3. lib. 1. epid. & sect. 2. lib. 6.* [2] *Lib. 6. epid. sect. 6.* [3] *Sect. 8. cap. 5. 6.* [4] *Sect. 6.* [5] *Cap. 4.* [6] *Quæst. 12.* [7] *Sect. 6.* [8] *Cap. 7.* [9] *In Cur.*

ἢν λίγξις] Conuulsioni febrem remedio esse probat aph. 26. libr. 2. & 57. libr. 4. & 70. libr. 5. & 5. libr. 5. & Hippocratis disciplina passim. Vterus verò in mulieribus qui (vt inquit Aretæus ἀπὸ δὲ ἄγχιον τῶν γυναικείων ἄγχιστα ζῶώδης) recto intestino & vesica, quæ est πεδρὸν πλατὺ, medius insidet. Quo fit, vt facilè conuulsionis & resolutionis, nisi succurratur, incommoda sentiat. Inflammato igitur vtero & conuulsione tentato, ex loci vicinia, prouidet Hippocrates. Cæterùm ποιεῖν aut ποιεῖ legendum, non ποιεῖ. Hic verò πῦρ pro febre, & aliàs sæpissimè, apud Hipp. sumitur. Quo magis miror Caluum pro fomento accepisse.

ἣν τῆς κεφαλῆς] κάταξιν, de ossium fracturis apud Hipp. dici satis est notum ex Galeno. In ossis igitur capitis fracturis inflammationem arcens, vinum æquali aquæ mixtura temperatum propinat, eamq; temperandi rationem locutione veteribus familiari exprimit οἶνον ἴσον ἴσῳ scribens. Qua etiam vtitur sectione sequente & aphor. 56. libri septimi, ἀλύκην, χάσμην, φρίκην, οἶνος ἴσος ἴσῳ πινόμενος, λύει τὴν νοῦσον, Huiusmodi vinum οἶνον ἰσοκρατέα vocat Hippocr. lib. 2. de Morbis. Modum autem mixturæ his verbis Galen. explicat τὴν συμμετρίαν τῆς κράσεως αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπών. οἶνος ἴσος ἴσῳ πινόμενος. ὕδατι γὰρ δηλονότι κεράννυσθαι βούλεται τὸν οἶνον ἴσῳ, χάριν τοῦ, τὸ μὲν διαβρέχειν καὶ κενῶσαι τὴν λυπηρὰν ὅσον αὖ ὑπείκῃ τῇ ῥύμῃ τῆς τοῦ οἴνου φορᾶς, τὸ δ' ὑπόλοιπον ἐπικεράσαι. Hæc autem mixturæ æqualitas veteribus cognita, à Melampo primùm est tradita. Primus enim vinum æquali aquæ pondere diluit, ne præcordia incalescerent, aut caput facilè tentaretur, neve frigida interna viscera oblæderet. Ex quo in veteri Comœdia Aristophanis Pluto Hermes exclamat, οἴμοι δὲ κύλικος, ἴσον ἴσῳ κεκραμένης. Meminit huius veteris temperaturæ doctissimus † Manardus in Epistolis. Lac autem pro antiqua consuetudine ad humorum ἐπίκρασιν propinat. † *Epist. 2. lib. 19.*

ἣν δὲ ἕλκος ᾖ] ἕλκος hic διάκοπην καὶ ἕδρην (quæ sunt Hipp. familiares dictiones) significare satis est notum, vt & vbique αἱ τρώματα poni. In capitis igitur vulneribus venæ sectionem præcipit inflammationis metu, vt & Aëtius lib. 6. [1] Hic verò τὰς ἔσω venas internas brachiorum intelligimus, quemadmodum iecorariam sæpè [2] Hippocr. & [3] Gal. internam vocant. Nec video, cur nos ab instituto reuocet placitum 36. lib. 6. aut 48. lib. 7. vbi internas venas poplitis & malleoli intelligit Hippocrates. Galeni enim Commentarius τὰς ἔσω, tam de venis brachij quàm poplitis efferri posse contendit, si quis diligentius aduertat. Intemperantis autem est ingenij & propè dissoluti animi, veterum doctrinam leui ex occasione persundare. Ex iecoraria verò sanguinem mittit, quod corporis molem & penetralia ipsa magis exhauriat. Atque in eo mittendo febrium insultus vitari vult. Quam cautionem etiam adhibet Galen. lib. de Sang. missione. j. 19. [1] *Cap. 47.* [2] *Lib. 4. de rat. vict.* [3] *lib. de sang. miss. & 14. meth.*

ἣν δὲ παραφρονῇ] Desipientia quæ ex leui externarum causarum occasione orta est, nec aliunde vitij fomitem accersit modica capitis perfusione sedatur. Quæ verò ex internorum viscerum inflammatione & vitio, non sine febre originem habet, operosiorem medelam requirit, nec nisi discussa febre aut liberatis obstructionibus conquiescit. ὑποχόνδρια autem ἐντεταμένα visceris alicuius interni phlegmonem Hipp. significant.

αἰφνίδιον φλεβοτομίη] Non est absurdum in sanguinis multi, crassi, calentioris & feculentioris vbertate, spirituum magnam inesse copiam, quæ huc & illuc impetu quodam delata, in partes corporis nobiles momentum facit. Cui non aliud remedium expeditius adhibetur, quam venæ sectio, quæ vt copiam & calorem leuat, ita flatibus viam aperit & emissarium facit, magnoq; periculo totum corpus liberat. Sic notæ sunt Hippocratis libro περὶ φυσῶν αἱ τῶν αἱμάτων ἄλλαι, quæ ex liberaliori sanguine ortæ, vi sibi exitum parant. Nam vt inquit Hippocrates, ὁ δ' ὑγιαίνεται πολλὸν αἷμα γινόμενον ἀφρίζει, sed continua caloris motione flatus plurimos gignit, non secus ac in lebete feruens aqua spumam facit. Cuius quoq; beneficio incalescens ille spiritus, sensim in vitalitatis penetralia irrepens cuniculos agit, & demum ni auras capiat, impetu prorumpit, plærunque verò incendium auget. Quod scribit Hippocrates libro περὶ φυσῶν ὁκόταν δὲ ἐν συναλισθῇ ἀθρόον τὸ πλεῖστον τοῦ αἵματος, διαδιδράσκεται πάλιν ὁ ἀήρ, ὁ ψύχων τὸ αἷμα. κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐσιόντων. ἐξ ἐναντίης δὲ ἀθρόος γενόμενος, ἐν ὅλῳ τῷ σώματι τὴν θερμασίην ἐνεργάζεται. πυκνοῦται τὸ αὐτὸ τὸ αἷμα ἐστι. τήκεται γὰρ πυρούμενον. καὶ γίνεται πνεῦμα. Hinc in corde palpitationis & syncopes in pulmone verò ruptionis, in toto denique corpore plenitudinis & suffocationis periculum imminet. Quibus facillimè emisso aëreo & vaporoso sanguine succurritur, tunc enim sanguinem deplere necesse est. αἰφνίδιον etiam intelligere possumus, quas πνευμάτων ἀπολήψιας διὰ τὰς φλέβας vocat Hipp. lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. cùm ex humorum illapsu & sanguinis flatulenti in partem aliquam ex dolore confluxione, aër angustiis inanitatibus conclusus exitum quærens, magnorum morborum causa est. Vertigines enim, epilepsiæ, syderationes, & partium resolutiones oriuntur. totiusq; corporis perfrictiones, dum impactus in venas sanguis aëris inopia calorem natiuum extinguit, & veluti refrigeratus gelat. Quod his verbis describit Hippoc. [1] ὁκόταν ἐκ γυμνασίων συστρέμματα, μετ' αὐτὰς χρόνῳ, ἢ δι' ἐσχάτων ῥευμάτων ἐπιρρύσιες γίνονται, διηθεῖσαι τὰ ἐκτὸς ἐκτετάμενα. ἀποχωρήσῃ δὲ ὅσον ξηραὶ γενόμεναι αἱ φλέβες, ἐντείνονται τε καὶ φλεγμαίνουσιν ἐπισπώντων τὰ ἐπιρρέοντα, ὅθεν διασχισθέντος τοῦ αἵματος, καὶ τῶν πνευμάτων ὁ συνωθεῖται ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς ἐξάξειν, καταψύξιες γίνονται ὑπὸ τῆς στάσεως, καὶ σκοτώσιες, ἀφωνίη καὶ καρηβαρίη, καὶ σπασμοί, ἢν δὲ ἐπὶ τὴν καρδίην, ἢ τὸ ἧπαρ, ἢ ἐπὶ τὴν φλέβα ἔλθῃ, ὅθεν ἐπιληπτικοὶ γίνονται, ἢ ἀποπληξίαι ἢν ἐς τοὺς περιέχοντας τόπους ἐμπίπτῃ τὰ ῥεύματα καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων ὁ συνωθῶν διεξιέναι κωλύηται. Quibus statim venæ sectione succurrendum est. Quæ quia in totius corporis refrigeratione & sanguinis congelatione, πῆξις καὶ στάσις ægrè procuratur, fluxionis rationem adhibet Hipp. ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους προτιμωρέοντας, φλεβοτομίῃσιν ἐν ἀρχῇσιν ἰᾶσθαι, μετιέναι ὄντων πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων. Violentam igitur spirituum interceptionem, quæ in venis aut arteriis à crasso, melancholico copioso & vaporoso fit sanguine venæ sectio iuuat, vt ibidem scribit Hippocrates. ἐπὶ μελαγχολικῶν διὰ φλεβῶν πνευμάτων ἀπολήψιες ἔστιν ἐνίοτε, φλεβοτομίη λύει. Subuentaneos autem flatus diximus subuentitios & intus genitos, quasi leues & irritos, qui stare loco nesciunt, αἰφνίδιοι enim ὑπηνέμιοι significat. Vim autem & lationis impetum αἰφνίδιος voce indicat Hippocrates, cùm spiritus motione quadam totum corpus pererrat, & vi in partem eliditur. Est enim ἄνεμος (vt idem Medicinæ parens scribit) ἠέρος ῥεῦμα καὶ χεῦμα. cuius etiam notionem verbum ἴσχει auget, dum illius motum tardat. Quod sequitur sanguinis profluuium, de venarum ἀναρρήξει intelligendum συμβεβηκότως, fit enim venarum ῥῆξις dum insignis vena (quam hic μεγάλην, sæpè verò αἱμόρροον vocat Hip.) flatulenti sanguinis plenitudine distenta rumpitur, interdum verò vulnere, contusione, profluit: modò etiam erosione, vt testis est [2] Gal. 5. Meth. & lib. 4. de loc. aff. διάβρωσιν indicat spontanea sanguinis profusio, quæ interdum feruorem, interdum verò vitiosam humorum temperiem causam habet. Cui lac adhibet ad ἐπίκρασιν & malignorum succorum contemperationem animum intendens, quemadmodum [3] lib. 6. epid. τῶν καρκινωδῶν γάλα medelam esse scribit, τουτέστι τῶν διαβρωτικῶν αἱμορραγιῶν. ἐπικράσεως γὰρ δεῖται. Celsus [4] quoque in oculorum carbunculis lac potui dandum censet, vt acria quæ læserunt, leniantur. Humorum enim acrimoniam lac retundit, ideoq; in vteri vlceribus adhibet Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικείων. ἐπὴν δὲ δάκνηται καὶ δριμέα ᾖ, γάλα ποτίζειν εὐθέως, fortè verò & feruoris retundendi gratia & alimenti defectu lac propinat, cibi & medicamenti vice, ex Hipp. consilio. Quod facit Aretæus [5] lib. 2. de Cur. morb. acut. vbi eandem mixturæ rationem seruat. Duos enim lactis cyathos vno aquæ temperat. Cùm verò ad hæmorrhagiam sistendam παχυντικὰ ξηρὰ consulerit [6] Hippocrates, inter ea quæ in victus ratione succos cum siccitate incrassant, amylum, alicam & lac reponit Galenus, quæ ideò sanguinis impetum cohibent. Profluuio autem sanguinis medicamento consulit, quemadmodum [7] lib. 6 epidem. ξηρὰ διὰ λεπτοῦ τῆς χνοῦς, στύφειν. Et [8] rursus, ἐν τῇ αἵματος στάσει τῆς φλεβῶν ἀπόληψιν, ὡς τὰ αἵματος συστροφὴν, περίψυξιν καὶ ἐπίδεσιν adhibet. De quibus abunde Galen. Meth. 5. & Aphor. 19. & 23. lib. 3. Caluus hic αἰφνίδιον malaciam vocauit, suo (vt opinor) iure, quo in tanto Medicinæ authore multa sibi licere voluit. [1] *Lib. 4. de rat. vict.* [2] *Cap. 9.* [3] *Sect. 6.* [4] *Lib. 6. cap. 6.* [5] *Cap. 7.* [6] *Sect. 3. lib. 6. epid.* [7] *Sect. 3.* [8] *Sect. 7.*

τὰς ἀγόνους πινεῖν] Hic ἀγόνους vocat, eas quæ aut nunquam pepererunt conceptus tamen habilitatem habent, aut eas quibus intercepta fœcunditas facile restituitur. Quibus medicamentum & fomenta consulit. Impura enim humorum congeries (quam ex mensium profluuio dignoscit Hipp.) conceptum impedit, ideoq; toti corpori & demum vtero prouisum esse vult. Hinc crebra illa ἐν τοῖς γυναικείοις καθαρτικά, καὶ προσθετά, καθαρτικά, καὶ πυριήσιες. Quorum longior hîc mentio odiosa esset. Vnum tantùm locum afferam, in quo ad impeditum conceptum & purgationem & fomentum probari ab Hippocr. reperies, ex lib. περὶ γυναικείων vbi mensium designationem per intinctam facit. ἢν μὲν οὖν φλέγμα ᾖ τὸ κωλῦον, μυξώδεα τὰ ῥάκεα ἔσται. ἢν δὲ ἀχλυώδη τε καὶ χολώδη, φαρμάκῳ τε καὶ ὑποθήσει τοῦτο ἰῆσθαι καὶ γυνὴ ἂν συλλάβοι. βαδίζειν ὅλον τὸ σῶμα ἀφρίειν, ἢν δὲ πολλοὺς καθάρσιος δέηται, ἢν τε καὶ μὴ, ἀποσκεψάμενος ἐς τὸν χρόνον, καὶ τὴν ἡλικίην, καὶ ῥώμην, καὶ ὥρην, καὶ τὴν δίαιτην χρῆσθαι. ἰητρεύειν δὲ τὸ σώματος παντὸς προσφέρειν, καὶ ταῖς ὑστέρῃσι, καὶ τὸ στόμα ἴσχειν, καὶ ἢν μαλακὸν ᾖ ἀσυμφύεται. ἢν δὲ λεπτὸν, ξηρὰ μὲν χρῆ. ἢν δὲ ὑγρὰ ἔωσιν ἀναίνειν, καὶ τὸ ὅλα δὲ ἀρχὴ στείρων. χρόνον δὲ παύσηται ἡ πολλὰ ἀποσπεῖν ἢ αὐτὸ ἐστί, πλὴν τοῦ καταπᾶσαι τὰ ἔμμηνα. ἔστι γὰρ γίνεται ὑδὲ ἐν ταύτῃσι καταπαῦσαι. ἀλλ' ὅ, τι χρὴ ἐν τοῖσι ἐπιμηνίοισιν ἰδεῖν, τοῦτο ἀναζητέειν χρὴ, ὅταν φλεγματώδεα τε καὶ ὑδατώδεα καὶ ἰχωροειδέα καὶ λιπαρὰ καὶ λευκὰ καὶ θρομβώδεα. καὶ ὅταν αἱματώδεα, καὶ ἐκ δρακοντώδεα, ἢ χολώδεα, ἢ δριμέα, δηκτικά, θολερὰ, πυώδεα. αὗται πᾶσαι αἱ προφάσιες. ὑποσήμαινει πᾶσι. κωλύουσι γὰρ λαμβάνειν ἐν γαστρί. ἐκ δὲ οὖν φλεγματώδεα καὶ ὑδατώδεα τῆς ἐπιμηνίης ἐστι, καὶ αὗται ἰχωροειδέες εἰσί. καὶ ταύτῃσι τὸ στόμα ἴσχει χρόνον καὶ πλεῖον πολὺ, καὶ γλίσχρον. καὶ ἢν ὀξέος γυναῖκα ἢ δριμέος, τὸ πλεῖστον ἐν τῷ στόματι, πλαδαρώτερον τὸ ἴσχει καὶ αἵματι, καὶ προσέχει τοῦ τὸ πολὺ ἀποσπᾶσθαι, ἢ πάντων, ἕλκος, καὶ φρίσσει ὑστέρην αὐτῇσιν καὶ ἀσιῇ, καὶ ἡ κοιλίη. καὶ ταύτῃσι, καὶ ἀλγήματα πολλὰ, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα καταρρέῃ, ἢ ποτὲ ἀπαλλάσσεται. καὶ πολλὴν ἰσχνασίην ἴσχει. καὶ τὰ ὑποφθάλμια πελιδνὰ καὶ πεφυσημένα, ταύτας χρὴ ἰᾶσθαι πυριῶν, καὶ τοῖσι ἰησίως καὶ ἀπὸ τοιούτων καὶ
Sectio V. huius Libri.

ἀπὸ νηστείης. παλαιοτέρῃ δὲ τῇ ἄνω κοιλίῃ φαρμάκοισι δὲ πάμπαν κούφοισιν, ὁκόσα ἥκιστα χολὴν ἄγει. καὶ μονοσιτέειν, καὶ γυμνάζεσθαι συχνά. καὶ ὡς ξηροτάτῃ τῇ διαίτῃ διαιτᾶσθαι, καὶ ποτῷ ἐλαχίστῳ ἀκρητεστέρῳ. κοιλίην δὲ εὖ οὕτως ἄμεινον διαφυλάσσεσθαι. τὰς δὲ ὑστέρας χρὴ ἢν μὲν πρὸς ταύτην τὴν δίαιτην ἐπακούωσι, καθαίρειν φαρμάκοισιν, ἀδήκτοισι προσθέτοισιν. Quibus ex verbis, cóceptus impediri ratio eiusq; procuratio, ex Hippocratis mente satis aperta est.

Qui de repéte sine febre voce deficiunt, iis venam secare oportet. Pituitæ defluxionibus dum tentantur oculi, ex mammis trahunt, & pituita quæ ad nares regurgitat, in pulmones redundat. Quibus tussis nihil elidit & sicca est, eam non nisi valido coxendicum dolore, & crurum, aut testium soluitur. Aqua intercutem laborantem dum tussis prehenderit, si quidem protinus animo deficiat, calida omnia adhibeat necesse est. Sin minus, vinum & cibos ingerere conuenit. Venas verò interiores secare oportet, dum magni morbi (quem Comitialem dicimus) vehementia intenditur, quem soluit coxendicum dolor, oculorum peruersiones, occæcatio, testium tumor, & mammarum eleuatio. Febris si apprehenderit & facies, die impari subsidat, in sequentem diem solutio expectáda est. Tussis in hydrope cum crurum tumoribus malo est. Ad aurium dolorem lacte vtendum est. Febris, nisi impari die remiserit, recidiuá timere necesse est. Qui venæ in cubito conspicuum pulsum habet, is furibundus in acerbam iracundiam facilè præceps est. Cui verò quiescit, lentus est & quodammodo torpet. In vulnere sanguinem profundente, vlcus aqua ne asperseris, caput verò calida perfundito. Oris vétriculi morsum, merum in pane calido adhibitum sanat. Vomitú sedat calida in potu adhibita & vomitione reddita. Quæ syderatione periclitantur, ea vena intercepta vlcerare & curare conuenit. In conuulsione digitorum manus, sine febre, scarificatione opus est, dum capitis dolor non adsit: Sin minus, calidam affundito. Ad oculos: Spodij partes duodecim, croci quinque, nuclei oliuæ, vnam, cerussæ, myrrhæ, singulorum tantundem, frigida caput aspergito, & allia cum maza apponito. Varices qui in caluis apparent, nisi magni fuerint, furorem in iis portendunt. Ad alphos & lepram. calcem elotam adhibeto vt ne vlceres, vt secundæ quæ superauerunt excidant, sternutatorio ad nares apposito, sternutantis nares & os comprime.

Ὅσοι ἐξαπίνης ἄφωνοι ἀπύρετοι ἔωσιν, φλεβοτομέειν. Φλέγματος καταρρόοι ἐκ τῶν μαζῶν ἕλκουσιν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐξερεύγεται κατὰ τὰς ῥῖνας ἐς τὸν πνεύμονα. Οἷσι βὴξ ξηρὴ, οὐ λύεται, ἢν μὴ ὀδύνη ἰσχυρὴ ἐς τὰ ἰσχία, ἢ ἐς τὰ σκέλεα, ἢ ἐς τὸν ὄρχιν. Ἢν ὑδρωπιῶντα βὴξ ἔχῃ, ἢν μὲν αὐτίκα λειποθυμέῃ, θερμοῖσι πᾶσι διαχρηέσθω. ἢν δὲ μὴ θωρῆξαι, καὶ σιτίων ἐμπιπλῆσαι. Τάμνειν δὲ τὰς εἴσω. Τοῦ νοσήματος τοῦ μεγάλου ἐν τάσει γινομένου, λύσις, ἰσχίων ὀδύνη, ὀφθαλμῶν διαστροφαὶ, τύφλωσις, ὀρχίων οἴδησις, μαζῶν ἄρσις. Ἢν πυρετοῦ ἔχοντος τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχνὰ ᾖ, ἐν ἡμέρῃ ἀγονίμῳ, τὴν ἐπιοῦσαν λύσει. Ὕδρωψ ἢν οἴδημα ἔχων ἐν τοῖσι σκέλεσι, βήσσῃ. ἢν δὲ οὖς ἀλγέῃ, τῷ γάλακτι διακεχρήσθω. Ἢν μὴ ἐν τῇ ἀγονίμῃ μεθῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν ἀνάγκη. Οὗ ἂν ἡ φλὲψ ἡ ἐν τῷ ἀγκῶνι σφύζῃ, μανικὸς καὶ ὀξύθυμος, ᾧ δ' ἂν ἀτρεμέῃ, τυφώδης. Τρῶμα ἢν αἱμορραγήσῃ, μὴ βρέχειν τὸ ἕλκος. τὴν κεφαλὴν δὲ βρέχειν θερμῷ. Ἢν καρδιώσσῃ, θερμὸν ἄρτον μετ' οἴνου ἀκρήτου διδόναι. Ἐμέτου λύσις, ὕδωρ θερμὸν διδόναι πίνειν, καὶ ἐμείτω. Ὅσα σφακελίζει, ἀπολαβόντα τὴν φλέβα ἑλκῶσαι καὶ ὑγιῶσαι. Σπασμοῦ χειρὸς δακτύλων ἄνευ πυρετοῦ σχάσαι. ἢν μὴ τὴν κεφαλὴν ἀλγέῃ, εἰ δὲ μὴ ὕδωρ θερμὸν καταχεῖν. Ὀφθαλμῶν σποδίου δωδέκατον, κρόκου πέμπτον, πυρῆνος ἕν. ψιμμυθίου ἕν, σμύρνης. Τὸ ὕδωρ κατὰ τῆς κεφαλῆς ψυχρὸν καταχεῖν, καὶ διδόναι σκόροδα σὺν μάζῃ. Κιρσοὶ δὲ φαλακρῶν ἢν μὴ μεγάλοι ἔωσι, μανιώδεις. Ἀλφοὺς καὶ λέπρης, τιτάνῳ ἐν ὕδατι ὡς μὴ ἑλκώσῃς. Ὑστερέων κάθαρσις ἢν ὑπερέχῃ πρὸς τὰς ῥῖνας προστιθέναι. ὥστε πτάρνυσθαι καὶ ἐπιλαμβάνειν τὰς ῥῖνας τοῦ πταρνυμένου, καὶ τὸ στόμα.

Ὅσοι ἐξαπίνης ἄφωνοι] ἀφωνία apud Hipp. quæ est vocis priuatio, interdum partium voci destinatarum exolutionem sine mentis læsione, interdum verò cerebri affectionem significat, qua simul motus & sensatio ipsa labant. Quod in attonitis & syderatis vsuuenit. Hac ratione κατάληψιν ἀφωνίαν exuperantiæ quodam nomine vocat Hipp. lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. Eoq; pertinent αἱ ἐκ παραλαλγίης καὶ μετ' ἐκλύσιος, καὶ μετὰ κάρου ἀφωνίαι, ex Prorrhet. & Coac. Prænot. quæ profectò neruorum principium & mentis arcem affectam significant, quemadmodum & ἀφωνίας nomine apoplexia ipsa denotatur aph. 51. lib. 6. & 58. lib. 7. & 5. lib. 5. ἀφώνους γὰρ (inquit Gal.) εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν, οὐχ οἷς ἡ φωνὴ μόνη βέβλαπται, κατ' ἐξοχὴν δέ τινα τῇ ταύτης βλάβῃ συνεπινοεῖν ἡμᾶς ἐνδείκνυται πάσας τὰς κατὰ προαίρεσιν ἐνεργείας, ἐνίοτε μὲν οὖν ἐκείνων βεβλαμμένων οὐκ ἀπόλωλεν ἡ αἴσθησις. αὐτὸς γοῦν ἔφη τοὺς ἀφώνους, ἀναισθητοῦντας συμβαίνει γίνεσθαι, πολλάκις δὲ ἄμφω πέπονθεν, ὅπερ ἀποπληξίαν ὀνομάζουσι. Idem rursus: ἔθος ἐστὶ τῷ Ἱπποκράτει πολλάκις ἀφ' ἑνὸς συμπτώματος τοῦ προδηλοτάτου τῆς ἀφωνίας ὀνομάζειν, οὕτω καὶ δηλοῦν ὅσοι μηδ' ἄλλην τινὰ τῶν κατὰ προαίρεσιν ἀποσώζουσι κινήσεων, ἢ μηδ' ὅλως αἰσθάνονται. κεῖνται δὲ ὡσαύτως τοῖς ἀποπληκτικοῖς ἀναίσθητοί τε ἅμα καὶ ἀκίνητοι. Rursus quoque: προσεκτέον δ' ἐνταῦθα μάλιστα τῷ ἔθει τοῦ Ἱπποκράτους, ἀφώνους ὀνομάζοντος τοὺς ὁπωσοῦν καρουμένους, ἀλλὰ κυρίως λέγεται κάρος ἡ παντὸς τοῦ σώματος αἰφνίδιος ἀναισθησία τε καὶ ἀκινησία. ταύτην οὖν τὴν διάθεσιν ἀφ' ἑνὸς τῶν συμπτωμάτων ὀνομάζειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, καὶ γίνεται δηλονότι τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων παθούσης. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἄλλως ὅλως οἷόν τε συμπαθῆναι τὸ σῶμα περὶ τοῦ ταύτην παθεῖν, ἤτοι πρώτως, ἢ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρου προπεπονθότος μορίου. Quibus ex verbis ἀφωνίας nomine, cerebri noxia intelligitur quæ modò actiones, modò verò sensuum ministeria labefactat, quemadmodum in epilepsia, apoplexia, & syncope cardiaca contingit, vt scribit Gal. lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. longè verò apertiùs primo Prorrhetico: φαίνονται δὲ τῶν ἀφώνων ἐν ὀξέσι νοσήμασι γιγνομένων, ἔνιοι μὲν οὐδὲ αἰσθανόμενοι, διὰ τὸ τῆς ἀρχῆς πάθος ἀμφοτέρων αὐτοῖς τῶν συμπτωμάτων ἑπομένων. ἔνιοι δὲ μόνον ἄφωνοι γιγνόμενοι, καὶ τούτων οἱ μὲν ἅμα τῇ φωνῇ καὶ τὰς ἄλλας κινήσεις ὅσαι κατὰ προαίρεσιν γίγνονται βεβλάφθαι πάσας, οἱ δὲ τὴν φωνὴν μόνην. ἐὰν οὖν ἅμα τῇ φωνῇ καὶ τῶν ἄλλων ἐνεργειῶν ἡ βλάβη φαίνηται, τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων ἐστὶ τὸ πάθος. ἐὰν δὲ μόνης, τῆς φωνῆς, μόνον τῶν φωνητικῶν ὀργάνων. Cæterùm ἀφωνίαν, quæ est vocis priuatio, ab ἀναυδίᾳ differre, quæ est ἡ ἐν τῷ διαλέγεσθαι ἀδυναμίη, satis indicat Galen. lib. 3. epid. * in historia Pythionis, vbi harum vocum vim aperit. Vt profectò cuiuis notum sit, non idem esse voce destitui & mutum esse. Quæ res effecit, vt ἄφωνον, mutum non reddiderimus, quod ferè faciunt omnes Hippocr. interpretes. De cuius dictionis notione fusiùs in OEconomia nostra dicendum est. Quòd igitur ad hunc locum attinet. Quibus sine febre de repente vox deficit, & insignis cerebri læsio motum & sensum intercipit, quæ ex φλεβῶν ἀπολήψει oritur, iis non dilata venæ sectio auxilio est. Confertam enim vasorum plenitudinem & farturam, quæ respirationem in periculum adducunt, vena secta vacuat, & periclitantem calorem excitat, dum admisso aëre suffocationis metum adimit. Non secus enim in corporibus accidit ac doliis musto feruenti & aëreo plenis, quæ intercepto aëre rumpuntur & vi libertatem quærunt. Atque hæ sunt τῶν φλεβῶν ἀπολήψεις, αἱ πληρώσεις τῶν φλεβῶν, ὑπὸ πλήθους γινόμεναι (vt scribit Gal. Comm. in lib. 4. de rat. vict. in morb acut.) καὶ τῶν φλεβῶν ὑποπληρώσεις, ἐπειδὰν ἀπορῶσιν εἰς ἀνάψυξιν διαπνοῆς, vt idem scribit libro περὶ δυσπνοίας. ἀφωνίας igitur; hoc est (vt eodem libro scribit Gal.) τὰς ἐξαιφνιδίους παραλύσεις τῶν ἐνεργειῶν ἁπασῶν sanguinis missio iuuat. Quod testatur Hipp. lib. 4. de rat vict. qui nostræ huius sententiæ breuitatem suo more compensat. Eam enim explicat dū scribit: τὸ ἄφωνον ἐξαίφνης γενέσθαι φλεβῶν ἀπόληψις ποιέουσιν, ἢν ὑγιαίνοντι τόδε ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος, ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς, φλεβοτομέειν οὖν χρὴ τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν τὴν ἔσω φλέβα, καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος κατὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἡλικίην διαλογιζόμενος τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλασσον. Vbi quod hic dixit ἐξαπίνης, illic ἐξαίφνης & ἄνευ προφάσιος ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς extulit, & pro ἀπύρετοι ἔωσιν, ἢν ὑγιαίνοντι τόδε ξυμβῇ posuit. Si enim febris accidat quæ congelatos huiusmodi humores calefaciat & extenuet, aut crassos, flatuosos & pituitosos succos liquet aut discutiat, morbi alleuationē facit, vt scribit Hipp. aphoris. 51. lib. 6. qui plurimùm ad istius loci notionem confert. ἐκ ὁκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ὀδύναι γίνονται ἐξαίφνης ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ παραχρῆμα

ἄφω-

A ... Quam sententiam repetit lib. περὶ κρισίων & lib. 2. περὶ νούσων, vbi vt febris vehementiam ad subleuandum morbum indicet, πῦρ vocat. Incendio enim opus est in refrigeratis & obstupefactis sensibus. Sic lib. 2. περὶ νούσων ἐπὶ τῇ ἀφωνίῃ ἐκ θώρηξιος febrem remedium esse dicit, vt & aphor. 5. lib. 5. Quantum vero momenti & praesidij ponendum sit in curandorum attonitorum sanguinis missione, & quam diligens cautio adhibenda ..., Aretaeus ... vetustissimis ἐν θεραπείᾳ ἀποπληξίης indicat. ... *Com. 3. φλέγματος κατάῤῥοοι] Significare videtur Hippocrates in magnis pituitae catarrhis, qui lippitudines faciant, thoracis capacitates impleri & dolore affici, creberrimeque tusses affligere ex humorum in pulmones illapsu. Insolens tamen est quod efferet Hippocrates oculos ex mammis attrahere, nisi id ad affectionis familiaritatem referas. Pectus enim in

B magna humoris conflaxione laborat, dum totum anhelum est, & pulmonum ministerio non deest. Mammas autem pro pectore efferri Hippocrati satis est familiare, vt in his quae prius retulit: τῶν ἀσωμάτων ... οἱ μαστοὶ ... Oculos vero καταῤῥόους vocat eos qui pituitae defluxionibus tentantur, vt & ὀφθαλμίας ῥοώδεας lippitudines manantes & fluidas dixit lib. 1. epid. ** Interpretes φλέγματος καταῤῥοῦς legisse videntur. Caluus illud ... omisit. Cornarius ... legere visus est. Nos nullam in exemplaribus nostris varietatem reperimus, vbi pro eo ac debebamus in insolenti phrasi nil famus adiuti. Quod in hoc difficillimo Hippocr. opere (vt & in caeteris) praeter spem nobis infelicissime cessit. ** Sect. 2.

...] In siccis & trahentibus tussibus testium tumores apparere, & ea esse solutionis indicia, pluribus multis ex locis probauimus, in sequente crebros esse in femur & ischium decubitus. Quae ideo hoc loco repetenda non sunt, quod illinc facile peti possint.

C ...] De hydropicorum tussi postea dicemus. Est autem aqua inter cutem laborantibus admodum familiaris spirandi difficultas, tussis & animi deliquium, λειποθυμίην dicimus, Aretaeus vero ἀψυχίην vocat. Cui profecto prouidendum monet Hipp. Si quando enim incidat, omnem curam vitium quadam praerogatiua in se intendit. Calida igitur omnia adhibenda sunt, cum non sit aliud hydrops ... vt inquit Aretaeus. Vini autem meracioris potum adhibet, magnum in virium lapsu auxilium. Quod sua tenuitate spirituum penetralia subiens vires eorum reparat: & sensim vitalitatis quadam affusione, membra omnia pene emortua excitat. ... vero dicit, peculiarem huius morbi affectionem indicans. Perpetuo enim ciborum fastidio laborant, & vel minimo cibo contenti, non secus ac liberaliori ingurgitatione distenduntur. Id testatur Aretaeus his verbis: ... vero interpretatur † ... Significat etiam antiquis ..., vt testis est Phauorinus. ... Et ... Vetitur ea dictione Hippoc. aph. 21. lib. 2. & lib. 2. de Morb.

D ... Nec vero quam in hac sententia vim hydropis curationem adhibeat, videre possum, a qua nec dum mihi satis facio. Omnium enim codicum opera, in loco admodum suspecto destituti, cogimur aliunde fidem erogare. † in Exeg.

...] ... obscurum est, quod hic scribitur. ... enim ... de morbi vehementia dici existimandum est dum eius periculum intenditur & vires acquirit, vt remissionem ... dici testatur Galenus libro de Temperament. morb. Istud vero de miserabili illo morbi comitialis insultu, qui sua foeditate terret, effertur, cui prouidendum monet Hippocrates. Portentosus enim morbus est, & (vt inquit Aretaeus) ... Videtur enim Hippocrates morbum ... opponere. Quod enim vtrunque de epilepsia intelligitur, hoc diuturnum morbum & crebras accessionum successiones declarat, illud vero praecipitem & primam illum exitialem morbi catum significat, qui subita periculi denunciatione, acutissimum morbum facit. Plerosque enim vnica accessio iugulauit. Quae iusta causa est cur epilepsiam in acutis & diuturnis morbis reposuerit Aret. vir doctrinae vetustate in morb. curandis acerrimus. Atque adeo illa morbi huius intensio & vehementia, quae breui vitam in discrimen adducit, non alias quam celeri sanguinis missione curatur. Nec aliud est magis expeditum remedium, quo te a miserabili foedae mortis imagine expedias. Quae epil. psia diutius trahit, etsi inducias facit, dedecore tamen & probro reliquam vitam contaminat. De vtroque vero vitij genere sic Aretaeus, in acut. morb. curationibus. ... In quibus praesidiis, vt vides, venae sectio inest quae etsi vtrunque morbi genus curat, de accessione tamen dici testatur, quae in illius curationis fine scribantur. ... Postea vero idem author grauissimus venae sectionem ex cubito in huius morbi depulsione consulit. Quae profecto mentem nostram in admodum obscura rerum imagine aperuit. Caeterum id de morbo comitiali intelligi debere satis indicat duplex ille articulus, τῶ ... τῆς νούσου, singulariter morbum quendam indicans. Ex quo forte superioris loci notio, cum de eodem loqueremur longe est apertior. Cuius enarrationis necdum me poenitet. Haec vero inter se coniunxi nostris codicibus fretus, atque eo magis adductus quod ad hydropem referri nequeunt. Quod & fecisse Cornarium, vt nec in caeteris, inuideo. Caluus codices nostros secutus, ad superiorem sententiam huius initium retulit.

λύσις ἰσχίων ὀδύνη] Dissimiles sumus in eo quod sequitur. Cornarius ἰσχίων ὀδύνης & ... legit, vt dolorem coxendicum, oculorum peruersione & caecitate solui intelligat: testium vero tumorem, mammarum subleuatione. In quo vix vllum coxendicum dolorem tanti redimendum existimo. Cum Corn. consentit Caluus, nisi quod ἰσχίων ὀδύνη legit & ad superiora retulit, vt nos quoque fecimus, dum nihil immutauimus, & hanc casuum congeriem morbi comitialis libertatem esse significamus. Hac enim irruptionem fecisse videtur, & miserae labis quasdam dedisse reliquias, vt si perraro aut ne vix quidem integritatem facit, nunquam tamen minori interrimento quam partium quarundam exolutione nobiscum paciscitur. At vero hoc magis detestabile malum facit, quod cum quadam nostri iactura dependendum sit, in praecipuas tamen partes saeuit, nobiles sensus omnibusque conspicuos appetit, formae quadam inuidia vultum deformat, atque cum ipsum iuuentutis florem qui vitam spectabiliorem facit, exitiabiliter depopulatur: vt non alio magis quam prostituto foeditatis triumpho gaudeat, dum tenerae integritatis molestudinem miseris modis traducit. Quod non minus eleganter quam grauiter his verbis significat Aretaeus [1] in diut. morb. signis: ... Haec eadem quae hic describuntur solutionis epilepsiae indicia, recenset cum multis aliis Hipp. Prorrh. 2. Quorum cum prius leuiter meminerimus, huc quoque necessario afferri debent, quod sententiam nostram non parum confirment. ... Ex quibus ἰσχίων ὀδύνη membri exolutionem & impotentiam intelligendam esse satis notum est. Oculi resolutionem ex morbo comitiali fatetur Celsus [2] lib. 6. qua vehementer oculus ipse concussus est, vt neque quoquam intendi possit, nec omnino consistat, sed huc illacve sine ratione moueatur, ideoque ne conspectum quidem rerum praestet. Testium vero tumor, etsi in his Hipp. verbis alio sensu sumitur, videtur tamen in praesenti aetatis mutationem & pubertatis viciniam innuere, quo tempore pueri naturae benignitate congenitum morbum maxime euadunt vt scribit Hipp. aph. 45 lib. 2. & 7. lib. 5. & 28. lib. 3. & lib. 6. epid. [3] Pubertatis autem metam, testium tumor & mammarum subleuatio significat, dum dulcem genitalis ...

nem testes inflati cum vocis mutatione ostendunt, quod τραγίζειν Hipp.& Arist.dixerunt. Mammæ verò quæ vteri indicaturam faciunt, succulenta viuacitate vegetantur, dum leui distensione nubiles annos adesse testantur, quod σφεῖς ἂν ab Hipp. ἐν γυναικείοις dicitur. Quæ duo pubertatis instantis signa in maribus & fœminis posuit Arist. † lib.4.de gen.anim. inquiens: διόπερ αἵ τε φωναὶ μεταβάλλουσι καὶ τῶν ἀρρένων καὶ τῶν θηλειῶν, ὅταν ἄρχωνται σπέρμα φέρειν. ἡ γὰρ ἀρχὴ τῆς φωνῆς ἐντεῦθεν. ἀλλοία δὲ γίνεται, ἀλλοίας γινομένης τοῦ κινοῦντος, καὶ τὰ περὶ τοὺς μαστοὺς αἴρεται καὶ τοῖς ἄρρεσιν ἐπιδήλως, μᾶλλον δὲ τοῖς θήλεσι. Interpretes locum de testium tumoribus ad mammarum eleuationem referentes,longè petitam notionem faciunt,nisi ad tussim respiciant, quæ (vt prius diximus) testium tumore sedatur, & contra. Sic μαζῶν ἄρσιν pro thoracis explicatione quæ in tussi contingit, capere videntur, insolenti propè significato. Cuius merito, ne prior quidem lectio immutanda erat, in qua tuenda constantes sunt omnes nostri codices. Quod effecit, vt huius loci dignitatem sartam tectam tueremur. Nec verò nos ab hac constantiæ sede deiicit, quod hæc verba febri ardenti attribuit lib. περὶ κρισίμων Hippoc. dum scribit: ὅτοις ἐν τοῖσι καύσοισιν ἰσχίων ὀδύνη, ὀφθαλμῶν διαστροφή, ἢ τύφλωσις, ἢ ὀρχέων οἴδησις, ἢ τιτθῶν ἄρσις, καῦσον λύει. Ista enim alium habere longè diuersum respectum videntur. Qui μαζῶν ἄρσιν ad ea quæ ab Hipp. priùs dicta sunt, τὰ ἐν τοῖσι πλευρῇσι διαστρέμματα retulerit: hìc profectò morbi comitialis limites non excedet, & in iisdem solutionum generibus versabitur.

[1] Cap.4. [2] Cap.6. [3] Sect.6. † Cap.8.

ἢν τὰ ὦτα ἀλγέῃ] Aurium inflammationes doloresque interdum ad dementiam mortemque præcipitant,vt scribit * Celsus.Quò magis inter initia protinus succurrendum est,ne maiori periculo locus sit.Ergo ad inflammationum dolores lacte vtitur Hippocr. quò humorum aspritudinem leniat,in quem vsum lac muliebre sæpè adhibemus ex lib. κατὰ φύσιν. * Cap.7.lib.6.

ἢ πυρετοῦ ἔχοντος] Solenne est in magnis febrium ardoribus ex violenta humorum & corporis concussione,faciem tumere inflammari & velut ignescere. Quæ si in ipso febris impetu subsidat, nulla magnæ inflammationis signa edet.Quod vt febris remissionem indicat, ita id iudicatorio die fieri, certam in propinquo esse salutem facit,præsertim si iudicatoria quædam excretio spem nostram fouerit. Similis quædam est sententia in Coacis: πρόσωπον ἐκ μετεώρου ξυμπεπτωκὸς ... καὶ φωνὴ λεπτοτέρη, καὶ ... γινομένη, καὶ πνεῦμα μανότερον, καὶ λεπτότερον, ... ἐς τὴν ἐπιοῦσαν σημαίνει. Hic igitur ἰσχνὸν idem quod illic ἐκ μετεώρου ξυμπεπτωκὸς significat. Faciem igitur ex tumida subsidentem intelligimus. ἰσχνὸν enim de partibus subsidentibus & quæ tumore carent effertur, vt in Prorrh. scribit Gal. Familiare etiam est Hippocr. τὰ περὶ τὸ πρόσωπον de facie dici,vt satis ex Coacis patet.

ὕδρωψ ἢν οἴδημα ἔχων] Spem tollit in hydrope tussis,vt scribit Celsus ** ex Hipp.aph.25.lib.6.& 47.lib.7.Idem Prorrh.2. in bona aquæ inter cutem fiducia, βῆχα μὴ προσεῖναι desiderat, quæ si adsit, desperatum malum facit. Quemadmodum in hydropico Ctesiphonte lib.7 epid. ἐπὶ τῇ τελευτῇ βὴξ καὶ πτύαλα ἐγένοντο ἐς νύκτα, & tandem ægrum sustulerunt. De tussi verò, & ea tussis imagine qua laborant hydropici,agit in Prognostico Hipp. vbi & tumorum qui crura affligunt,meminit. ὁκόσοισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὕδρωπες γίνονται, βῆχές τε καὶ θυμὸς τούτοισιν ἐγγίνεται, καὶ οὐδὲν τι ἀποπτύουσιν ἄξιον λόγου. καὶ οἱ πόδες οἰδίσκονται. καὶ ἡ γαστὴρ οὐ διαχωρέει εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς ἀνάγκην. Quæ in Coacis repetuntur, corruptè tamen Cornarius κακὸν addidit ex codice quodam, aut ex aphorismis, cui suffragamur in varia exemplarium copia vnum sequuti cui multum fidimus.Hunc porrò locum esse putamus, quem designat in Exegesi Gal. ὕδρωψ. Διονυσιάδης ἐν τῷ β' τῶν ἐπιδημιῶν ὀξύτονον ἀναγινώσκει καὶ δηλοῦσθαί φησι τὸν ὑδρωπιώδη. Ideoque dictionem acuendam existimamus.

** Lib.2.cap.8.

ἢν μὴ ἐν τῇ γονίμῃ] Ista ad confirmandam dierum imparium dignationem pertinent, eaque ex media Hippocr. schola desumpta esse testantur, quæ scribuntur aph.lib.4. πυρέσσοντι ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετός, ὑποστροφάζειν εἴωθεν. Et, τὰ ἐν ἀρτίῃσι κεκριμένα δύσκριτα καὶ φιλυπόστροφα. Cuius sententiæ testem fert Medicinæ parentem Cornelius Celsus lib.3. cùm scribit, Hippocratem si alio die quàm impari febris desiisset, recidiuam timere solitum. Lib.quoque περὶ κρισίων, præter abunde explicatam iudicatoriorum dierum facultatem, id quoque ita effert: ὑποστροφάζει δὲ καὶ τρεῖς πυρετός, ἢν μὴ περισσῇ ἡμέρῃ ἀφῇ. ὑποστροφάσαι τὰ πολλὰ ἐὰν ἀπύρων ἐόντων τῶν οὔρων, καὶ τῶν ἄλλων σημείων μὴ κατὰ λόγον ἐόντων ἢ τῆς κρισίμου ἡμέρης ὑποστροφάζει. Quæ profectò dierum parium authoritatem nullo modo conuellunt, imparium tamen præstantiam attollunt,vt quibus magna iudicationis pars cedat. Quin Hipp.lib.4 de mor.morborum, sanitatis & mortis etiam ipsius decreta, diebus imparibus attribuit, & ad eorum celebritatem, humorum motus, exagitationes, & medicamentorum effectiones refert, febriumque intermissiones iisdem fieri scribit. Initio quoque libri eiusdem, ὅτι αἱ νοῦσοι κρίνονται ἐν τῇσι περισσῇσι ἡμέρῃσι scribit. Credo equidem pro veterum loquendi vsu, iudicatoriorum dierum fidem, imparium authoritate cohonestatam. Quod testatur Celsus lib.3. * Atque adeò optimi parentis sententia, firmissimis placitis nixa, perpetuam retinet constantiam. Scribit enim in Coacis: ὁκόσοισιν ἐκλείπουσιν οἱ πυρετοὶ μὴ κατὰ κρισίμους ὑποστροφικόν. Et rursus: τῶν πυρετῶν οἱ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, μήτε κατὰ σημεῖον λυτήριον ἀφιέντες, ὑποστροφιάζουσι. Quæ etiam in Prognostico repetita ** Celsum interpretem nacta sunt. Febris quæ subitò sine ratione, sine bonis signis finita, est, ferè reuertitur. Atque ex veterum doctrina γονίμην ἡμέραν imparem diem diximus,quod etiam Erotianus γονίμην ἡμέραν περιττὴν exponat.

* Cap.4. ** Cap.7.lib.2.

ἢν αἱ ἡ φλὲψ] Id de conspicua,vehementi & celeri arteriarum pulsatione intelligendum, quæ cum à natura inest,animosæ facultatis vim & impetum præsagit. Antiquum autem loquendi morem (vt semper) retinet Hippoc.venas pro arteriis vsurpans.Non alio vtar interprete in hac sententia quàm Galeno,qui lib.6.de plac. Hipp. & Pl. eam sic explicat: καλεῖται δὲ ὑπὸ μὲν παλαιοτάτων ἰατρῶν καὶ φιλοσόφων,ὥσπερ τὸ τῶν ἄλλων ἀγγείων ὡσαύτως ... φλέψ. ὑπὸ δὲ τῶν ἄλλων,ἀρτηρία μὲν τὸ σφύζον, τὸ δὲ ἄσφυκτον φλέψ. ὅτι δὲ οὕτως ὠνόμαζον οἱ παλαιοί, δέδεικται μὲν ἤδη πολλοῖς τῶν ἔμπροσθεν ἐπιδέδεικται δὲ καὶ πρὸς ἡμῶν ἑτέρωθεν. νυνὶ δὲ τοῖς τοιοῦτον μόνον ὅσον εἰς τὰ παρόντα χρήσιμον ὑπομνήσω τῶν κατὰ τὴν αἰτίαν καὶ μάλιστα τῆς ἀριστερᾶς ἀρτηρίας ὅταν ἡ κίνησις ἐκ φύσεως ὑπάρχῃ ταχεῖα τε ἅμα καὶ μεγάλη,καὶ εὔτονος, ἰσχυρὰν μὲν ... τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ θυμοειδῆ δύναμιν, ἀκμαῖον δὲ καὶ ζέον τὸ κατ' αὐτὴν θερμόν,ὅπερ ὀνομάζειν μανιώδεις τε καὶ ὀξυθύμους ἔθος. ὁ τοίνυν Ἱπποκράτης ὀνομάζων φλέβα τὴν ἀρτηρίαν ταύτην,ὧδέ πως γράφει κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν. ᾧ δὲ αἱ ἡ φλὲψ ἡ ἐν ἀγκῶνι σφύζει μανικὸς καὶ ὀξύθυμος,ᾧ δὲ ἂν ἀτρεμέως τυφώδης. ὅτι δὲ καὶ τὸ σφύζειν ὄνομα καὶ ὁ σφυγμὸς ἐπὶ τῆς σφοδρᾶς εἰς τοσοῦτον τῆς ἀρτηριώδους κινήσεως,ὡς καὶ πρὶν ἐπιλαβεῖν τῆς ἁφῆς, αἰσθητὴν εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ τὴν κίνησιν, ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐλέγετο,καὶ δι' ἄλλων μὲν ἀποδέδεικται,καὶ νῦν δ' οὐχ ἥκιστα φαίνεται διὰ τῆς πρὸς τὸ ἀτρεμέως ἀντιθέσεως, καὶ τὸν τυφώδη δηλονότι ἐναντίον τῷ μανικῷ καὶ ὀξυθύμῳ καὶ ἄργητον.Commentario verò primo in Prog.huius quoq; loci meminit Galenus: λέγεται μὲν ἐν πᾶσι τῶν ἀντιγράφων, ὁ σφυγμὸς διὰ παλαιῶς γεγραμμένος. ... ἐπὶ τὸ σύμπτωμα τοῦτο,διὰ πνεῦμα γίνεται φυσώδης,ἀλλ' ἐν τοῖς πλείστοις γέγραπται σφυγμός. ἤτοι γε ὡς σημεῖον τῶν μεγάλαις φλεγμοναῖς,ἢ καὶ τὸ κατὰ ῥάχιν ἀρτηρίας τῆς μεγάλης ἡ αἰσθητὴ κίνησις τοῦ κάμνοντος, ὥσπου κἂν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἶπεν ὁ ἀνήρ. ὅταν ἡ φλὲψ ἡ κατ' ἀγκῶνα σφύζῃ,μανικὸς καὶ ὀξύθυμος. εὔδηλος γὰρ ἐστὶ κἀν τούτῳ τὸ σφύζειν ἐπὶ τῆς μεγάλης οὕτω καὶ σφοδρᾶς κινήσεως τῶν ἀρτηριῶν ἐπιφέρων,ὡς καὶ πρὸ τοῦ τὴν ἁφὴν ἐπιβάλλειν αὐταῖς,αἰσθητὴν εἶναι τὴν κίνησιν, ἐνίοτε μὲν αὐτῷ τῷ πάσχοντι μόνῳ, ἐνίοτε δὲ καὶ τοῖς ἔξωθεν ὁρῶσιν. Libro etiam cui titulus est Animi mores corporis temperaturam sequi,Hipp.mentem longè clariùs aperit. Qui locus etsi quadam ex parte priùs à nobis adductus est, hìc tamen totus propriam habet collocationem. Scribit igitur Galen. ἐκεῖ οὖν δείκνυμαι τὸ κατὰ τὸ δεύτερον ἢ πέμπτον τῶν ἐπιδημιῶν γεγραμμένον τῆς φυσιογνωμονικῆς ... πάντων μνημονεύειν,ἀλλ' ἀρκεῖ παραγράψαι δείγματος ἕνεκα,τὴν δὲ τὴν λέξιν αὐτοῦ. ᾧν ἡ φλὲψ ἡ ἐν ἀγκῶνι σφύζει, μανικοὶ καὶ ὀξύθυμοι, ᾧν δὲ αἱ ἀτρεμέει τυφώδεις. κατὰ δὲ τὴν ῥῆσιν ὁ λόγος ἐστὶ τοσοῦτος ὢν ἀνθρώπων ἡ κατὰ τὴν ἀγκῶνα ἀρτηρία σφοδροτάτην ποιεῖται τὴν κίνησιν οὗτοι μανικοί εἰσι. φλέβας μὲν γὰρ καὶ τὰς ἀρτηρίας ἐκάλουν οἱ παλαιοί,καὶ δέδεικται πολλάκις, οὐ πάντω δὲ πᾶσαν ἀρτηριῶν κίνησιν ὠνόμαζον σφυγμόν,ἀλλὰ μόνον τὴν αἰσθητὴν αὐτὴν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ,πάντως οὖσαν σφοδράν. Ἱπποκράτης δὲ ὡς καὶ πρῶτος ἄρξας τοῦ μετὰ τοῦ κρατήσαντος ἔθους,εἰρηκὼς τὸν σφυγμὸν ἁπάσων τῶν ἀρτηριῶν τὴν κίνησιν,ὁποία τις ἂν ᾖ. κατὰ μὲν τοι τὴνδε τὴν ῥῆσιν. ἐπὶ τῷ παλαιοτέρῳ τρόπῳ τῆς ἑρμηνείας χρώμενος,ἐκ σφοδρᾶς κινήσεως τῆς ἀρτηρίας, ἐτεκμήρατο τὸ μανικὸν καὶ ὀξύθυμον ἀνθρώπων, ἐπεὶ διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ θερμασίας, οὕτω σφύζουσιν αἱ ἀρτηρίαι. καὶ μανικοὶ μὲν γὰρ καὶ ὀξύθυμοι τὸ πλῆθος τῆς θερμασίας ἐργάζεται. νωθροὶ δὲ καὶ βαρεῖς καὶ δυσκίνητοι,ἡ τῆς κράσεως ψυχρότης.Quibus in verbis abunde explicatam habes σφυγμοῦ appellationem, quæ ad sequentia progressum faciunt. Hunc etiam locum subindicare videtur Galenus lib.4. περὶ διαγν. σφυγμῶν cùm scribit Hipp.animi mores ex pulsibus discernere tentasse Quin & τυφώδης Gal. ἄργητον, νωθρόν, βαρύν,καὶ δυσκίνητον interpretatur alibi quoq; ἐνεόν hoc est mutum,surdum,stolidum significare scribit. Nos aptè reddidisse videmur lētum quo iræ vacuitatem,naturarum frigidarum valde propriam intelligimus, vt iracundis & præcipitibus opponatur. Hac verò dictione vtitur Hippocrates lib.4. epid. duabus in historiis in Attici puero & Emmyris vxore. Quibus in exemplis vt hic quoque τυφλώδης legitur,quod quandoq; stupidum " significat. Quam lectionem secuti videntur interpretes, quibus duo ex nostris codicibus assentiuntur. Vetus verò exemplar & recens alterum vtrobique τυφώδης legunt. Quæ lectio ex Gal.magis arridet " in Exegesi.

A πεδίλια τὴν αἱμορραγίην] Duplicem istud habere sensum potest, vt hæmorrhagiam sanet, aut eam in vulneribus inflammationis metu imperet. Quod si sanguinis profluuio ex vulnere medelam adhibet cùm in hæmorrhagia frigida adhibenda sit, ex aph. 19 & 23. lib. 5. vlcus ipsum attingendum non est, sed partes quæ circum circa sunt, cautionem istam recipient. Caput tamen ipsum frigida non proluit Hipp. maius periculum suspectans. Cogit enim frigidum, densat, & adstrictione ipsa cuticulæ inanitates ita comprimit, vt excrementorum vacuationi (quam vel ex voto adesse necesse est) locus esse non possit. Quòd si capitis perfusionem consulit ad liberaliorem sanguinis fluxum, vlcus aqua prohibens, idem ferè scripsit lib. de rat. vict. in morb. acut. cùm balneum imperat, quibus infra modum sanguis profluit. Inquit enim, ἢν δ' ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέῃ, λύειν, ἢν τὸ ὅλον τὸ σῶμα. πρὸς τὰ ἄλλα φράγη, ἢν τε τὴν κεφαλὴν μοῦνην. Quod etiam facit in Metone lib. 1. epid.

ἢν καρδιώσσει] In oris ventriculi morsu (quod antiqui καρδίην, Gal. verò tempestas stomachum vocauit) crebra est syncope hoc est præceps caloris & spiritus exolutio. Cui maturè succurrendum est. Non enim alia est pestis capitalior, quæque vitalitatis arcanis & spirituum officinæ, hoc est cordi ipsi, clandestinas magis paret insidias. τὸ δὲ καρδίης ἄλλο κινδυνεῦον ἐς ζωὴν ἢ ἐς θάνατον, vt inquit

B † Aretæus. Cùm sit igitur (vt idem inquit) τόδε τὸ πάθος, λύσις τῆς δυνάμεως τῆς εἰς ζωὴν δυνάμεως, αἰτίζουσι τῇ συστάσει τοῦ αἰτίου ἐστι, magna diligentia adhibenda est, "vt futuram syncopem præsentiamus, eiq; opportunis remediis occurramus: παρεῦσαν γὰρ οὐ ῥηιδίως διαφεύγουσι οἱ νοσεῦντες. λύσις γὰρ τῆς φύσιος ἡ συγκοπή. οὐ παλινόστος δὲ φύσις λυθεῖσα. Ad præcipitem igitur virium lapsum vsu quotidiano confirmatum est, panis calidi semiustulatas offas mero maceratas exhibere. Quod facit Gal. lib. 12. Meth. fuluum præcipuè vinum ad celerem in corpus distributionem, & promptam virium reparationem requirens, dum ne internum aliquod viscus phlegmone laboret. Aretæus etiam in syncopes curatione, vinum inflammatione laborantibus, nonnisi coactus adhibet, cæteris verò vltro, quibus & præsentissimum & verò optimum est remedium. Inquit enim, ἐλπὶς γὰρ ἐς αὐτὴν οἰνοποσίης ἔκ ὁ ἄνθρωπος, οὐ κάρτα ἀσφαλὲς ἐπὶ φλεγμονῇ οἰνοποτέειν. οἶνος γὰρ φλεγμαίνουσι μὲν πόνων ἐπίδοσις, ἀφλεγμάντοισι δὲ, φύσιος αὔξησις. Plinius quoque lib. 23. "" Cardiacorum morbo vnicam spem in vino esse scribit. Vinum igitur essentiæ tenuitate, promptè corporis partes peruadit, easque refrigeratas caloris benignitate fouet. μοῦνος γὰρ οἶνος ἐλπὶς ἐς ζωὴν ψυχρῆς, vt scribit Aretæus. Cuius etiam præstantissimos effectus in phreniticorum syncope (qui-

C bus tunc etiam exhiberi virium refectionem vult) his verbis describit: ἄλλως μοῦνον ἐστὶ οἶνος, θρέψαι μὲν ὠκέως κατ' ἐπίπλεον, καὶ πάντη μέχρι περάτων μολεῖν. πιὼν δὲ θερμότερος πῖον, καὶ πνεῦμα νεναρκωμένον ἐγεῖραι, ψύξιν θρέψαι, σύμψαι πλάδον, φερομένων ἔξω καὶ ῥεόντων κρατῆσαι, καὶ ἐς μὲν ὀσφραντικὰ ἐς ἡδονὴν, κραταιὸς δὲ ἐπείξαι δύναμιν ἐς ζωὴν, ἄριστος δὲ μειλίξαι θυμὸν ἐν συμφορῇ. Idem quoque author grauissimus, panem calidum recentissimè coctum in syncope adhibet. Galen. etiam lib. 5. de loc. affect. in oris ventriculi offensione, quæ Grammatico morbum comitialem faciebat, panem vino intinctum adhibuit, eumq; roborandi oris ventriculi modum celebrat lib. 6. salub. Celsus quoque lib. 5. in vulneris inflammatione præcauenda, dum cibum sustentat, & virium imbecillitas cibum protinus necessarium facit, profluuio sanguinis intermorientes ante vllam curationem vino reficit, quod alioqui inimicissimum vulneri est. Siue igitur syncopem stomachicam, siue cardiacam intelligas, celebre est remedium, quod vitæ principium, maximè hæ offensiones petant. Illa enim etsi stomachi vitio accidit, nobili tamen vicinia cor ipsum noxiam sentit, vt non aliò morbus sit referendus. Quod significat

D Gal. lib. 5. de loc. aff. & Aretæus in syncopes curatione. Vnde & καρδιώσσοντες καὶ καρδιαλγέοντες dicuntur qui hanc calamitatem sentiunt. τῆς καρδίης γὰρ γειτνίη καὶ κεῖεται ἐστὶ ὁ στόμαχος, ἐξ ὧν ὑπὲρ ἕλκῃ ἡ καρδίη αἴτιον ἢ ἀσυμφορίη. † Hic porrò videtur esse locus quem subnotat Aurelianus lib. 2. acut. cap. 30. de syncope cardiaca agens.

" *cap. 1.* "" *cap. 26.* † *Aret. lib. 2. de sig. morb. ac. cap. 3.*

ἐμέτῳ λύσις] Vomitum vomitu curari satis indicat Hipp. lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. τοῦτο μὲν γὰρ εἴπῃς ἐμέοντι ἀνθρώπῳ βάλλειν ὕδωρ δοῦναι πιεῖν πολὺ, ἐκκλυσθήσεται δι' ἃ ἐμέει καὶ τὸ ἐμέτῳ, ὥστε ὑπὸ διὰ τὸ ἐμέειν ὁ ἔμετος παύεται. Gal. verò lib. 6. epid.* id etiam apertè ostendit. nec ideò tamen per similia curationem fieri necesse est. φασὶν οὖν ἔμετον ἐμέτῳ θεραπεύεσθαι πολλάκις καὶ κλυσμοῖς διαχωρήματα ἀνακόψαι. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο μία μὲν ἴασις ἐκκλύσαι τὴν διάθεσιν ὑφ' ἧς ἤπιοι ταυτόδεις εἰσὶ, ἢ συνεχῶς ἐξίσασθαι δακνόμενοι. γίνεται δὲ τοῦτο διττῶς, ὡς ἐνιάδε τι. καθ' ἕνα μὲν τρόπον ἐκκενωσάντων ἡμῶν τοὺς χυμοὺς, ὅσοι τούτοις αἴτιοι, καὶ τὴν τῶν ἐντέρων δῆξιν εἰργάσαντο. καθ' ἕτερον δὲ τῶν φανέντων τι καὶ μεταβαλλόντων εἰς ποιότητα χρηστὴν ἢ ἐπικρατησάντων, ἐσείχθη δὲ κἀπὶ τούτων ἡ ἴασις ὑπὸ τῶν ἐναντίων γινομένη, τὸ γὰρ ὅλως ἐκκενῶσαι τῆς ἀλλοτρίας τι καὶ

E παρὰ φύσιν χυμῶν, ἐναντίον ἐστὶ τῷ ἴσχειν. ὅπου καὶ ποιότητα μεταβολὴ διὰ τῆς ἐναντίας γίνεται ποιότητος.

* *Comm. 2.*

ὅσα γαγγραινοῦται] Gangrænam quæ nondum planè tenet, sed adhuc incipit, curare non est difficilimum. Cuius curationis admonet Hipp. ne propter supinam negligentiam cogamur postea miserum quidem sed tamen vnicum subire auxilium. Corruptelæ igitur partis rudimentum & gangrænam ipsam nondum confirmatam curat profundis vulneribus adactis & exhausto sanguine, interceptis tamen vasis, ne periculum longè grauius sentiant. Quæ cautio Hipp. in vstionibus & sectionibus est admodum familiaris. Sphacelus igitur, qui ossis corruptionem apud Hipp. significat, hic pro carnosæ partis inflammatione & desperationis rudimento quæ in veram gangrænam tendit, sumitur. Gangrænam enim propriè Medici de carnosa parte inflammationis vi emortua intelligunt, de qua & sphacelus quandoque effertur vt scribit Gal. Com. in aph. 50. lib. 7. Quin & ipsa partis inflammatio periculum denuncians

F gangræna dicitur, consummata autem syderatio sphacelos est Paulo lib. 4.* Quod etiam scribit Galen. Com. 4. in lib. περὶ ἄρθρ. καὶ τὸ τῆς γαγγραίνης πάθημα μέσον ἐστὶ φησιν αὐτῆς, ἐκλαμβάνονται τῶν ἐξεχόντων ὅσα διὰ μέσου τοῦ μεταξὺ δηλοῦσι τῆς φλεγμονῆς. ὅταν γοῦν ὑπὸ τὰ πάνυ τὰ φλεγμαίνοντα, ὅτ' ἐρυθρὸν τῆς φλεγμονῆς ἀπόλλυται πελιδνῶν γιγνομένων τῶν σωμάτων, ἢ τε ὀδύνη μεμνᾶσθαι δοκεῖ, διότι καὶ ἡ αἴσθησις ἐναρκοῦται. καὶ ὅταν γε τελέως ἀναίσθητα φαίνηται τὰ οὕτως πάσχοντα σώματα, τὸ πάθος οὐκ ἔτι γάγγραιναν, ἀλλὰ σφάκελον ὀνομάζουσι. μεταξὺ γὰρ τούτου τοῦ σφακέλου καὶ τῆς μεγάλης φλεγμονῆς ἐστὶν ἡ γάγγραινα, ὥσπερ χεῖρον τῆς τηλικαύτης φλεγμονῆς ὅσον μετεῖναι τοῦ σφακέλου. φθορὰ γὰρ οὕτως ἐστὶ τῆς ἰσχυρῆς ὅπως τοῦ σφακελίσαντος μέλους. ἄστε οὐδ' αὖ ἐκ τοῦ τινος αὐτὸν ἤδη τινι στομῶμενον, ἀλλ' ἔτ' ἀρχόμενον, ὅπερ οὐδὲ σφάκελος ἐστὶν ὄντως, ἀλλὰ γάγγραινα μεγάλη πλησίον ἤκουσα σφακέλου. μεταχειρίσασθαι δ' οὖν ἐκεῖνος ἐστὶ τῶν ἀφαιρεθέντων παθῶν ἐσάκισι, ἐπὶ τῶν ἀσιτευομένων μὲν εἰς αὐτὰ, μηδέπω δὲ ἰχόντων τὴν ἐκείνων ἰδέαν τε καὶ φύσιν οὕτως οὖν καὶ τὴν μεγίστην φλεγμονὴν, ὅταν μήτε τὴν εὐχροίαν διασώζῃ τὴν ἑαυτῆς, μήτε τὴν ὀδύνην, ἐνίοτε γαγγραίνας ὀνομάζομεν. μηδέπω μὲν ὄντας ἀκριβῶς γαγγραίνας, εἰ δ' ἀμελήσειν, μικρὸν ὕστερον ἐσομένην. Quibus ex verbis etsi sphacelum à gangræna differre indicat, pro eodem tamen sumi posse & pro leui mali initio necdum confirmata syderatione, luce clarius est: quemadmodum aph. 50. lib 7. vsurpa-

G tur. Est vbi σφάκελος ossis corruptelam significat, vt aph. 79. lib. 7. & lib. περὶ ἀγμῶν, vbi σφακελίσαι τὸ ὀστέον τὸ τῆς πτέρνης scribens Hipp. καὶ τὸ ὀστέον μὲν δι' ὅλης αὐτῆς ὀστέου σφάκελον ἐπιφέρει. Interdum verò qualemcunq; partis corruptelam significat. Est enim σφάκελος φθορὰ πᾶσα καθ' ὃν γίγνεται τρόπον, vt scribit Gal. in Exeg. & τὴν ὅλην τῆς οὐσίας ἰχῶρος μεγάλην φθορὰν ὀνομάζουσι οἱ παλαιοὶ σφάκελον, quemadmodum testatur Com. 2. in lib. de fract. Est & varia multiplexq; huius vocis notio Gal. lib. 2. de loc. aff. contra Archigené. Qua de re alibi plura dicenda sunt. Caluus τὰ σφακελίσαντα quæ putruerunt non satis aptè reddidit; vt nec Cornarius, quæ corrupta torpescunt. Illud autè ἀναλαβόντα quàm obscurè per (resumito) expressit Caluus? Ita mediusfilius, vt Delio natatore opus sit in eo qui alterius sensa eruit explicando. * *Cap. 19.* ἀποχασμοῦ χρείας] In sola partis offensione deplenda est multitudo, eius noxam afferens. Quòd si cum febre fiat, & capitis dolore maior vacuatio necessaria est, & tunc venæ sectio profuerit, quæ offensam minuat. Capitis autem intemperiem & mentis agitationem, quæ conuulsionem afferre potest, aquæ calidæ perfusio sanatura est, dum ea non temerè adhibeatur, non secus ac Metoni auxilio fuit, lib. 1. epid. Quin & febris ipsa, humorum copiam morbum facientium dissipabit.

H De scarificatione verò hunc locum intelleximus propter dictas rationes, & quod χάσαι (Gal. tria significans. ἀμύξαι, ἐκκρίναι χαλάσαι) de scarificatione cutis & pertusione Hipp. cæterisque ferè Medicis vsurpetur. ἀποχάσαι verò de venæ sectione, qualis est ἀποχάσας βραχίονος, bis vsurpata lib. 5. epid. vbi vitiosè ἀποσχάσας legitur, & semel lib. epid. 7.

ὀφθαλμοῖσι] Oculis fluxione acri tentatis desiccantia & digerentia adhibet. Quorum omnium repetitam habes materiam ἐν νόθοις Hipp. Frigidæ affusio capitis feruorem & intemperiem, humorum verò acrimoniam diluit & temperat. Allium humores desiccat & calfacit, capitisq; grauitates alleuat, ex lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. Hic verò secuti sumus nostra exemplaria. Vetus enim ψιμμύθιν, σμύρνης ἐν legit: duo verò alia ψιμμύθιον, σμύρνης ἐν. Quam lectionem tuentur interpretes. Nisi quod Calu. διαλύσαντα κρίνει iunxit. Porrò mazæ nomen, ambiguum retinuimus, ne verborum lenociniis calumniam accersendo, veritatem ipsam proderem. Mazam Arist. in nat. quæst. massam hordeaceam vertit Gaza, vt σταῖτα triticeam. Quin & Hesychio, ἄλφιτα πεφυραμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ significat. Athenæo verò panem offa mad. factum, seu libum, seu placentam. Panem autem ex hordeo antiquis vsitatum, vita damna-

uit, quadrupedumq; tradidit refectionibus, vt inquit * Plin. Maza autem refrigerat, siccat, flatibus vias aperit, & cum optima nutritione corpus alleuat, vt scribit Hip. lib. 2. περὶ διαίτης.

* *Lib.* 18. *cap.* 7.

κιρσοὶ δὲ] Varicosis etsi rarò caluitium inest, quibus tamen vitium in varices secedit, ij postea meliori fortuna vtuntur. Varix igitur, cùm sit à natura humoribus destinatum repurgamentum, fœculentorum & crassiorum succorum depulsione mentem totumq; corpus liberat, quoq; crassior fuerit eò securiorem immunitatem facit. Sic & caluorum varices subinde translata materia, pilorum fœcunditatem restituunt, & fœditas ipsa honestamento est. Quod scripsit Hipp. aph. 34. lib. 6. ὁκόσοι φαλακροὶ, τουτέοισι κιρσοὶ μεγάλοι οὐ γίνονται, ὁκόσοισι δὲ αὖ φαλακροῖσιν ἐοῦσι κιρσοὶ ἐπιγίνωνται, πάλιν οὗτοι γίνονται δασέες. Ab Arist. verò repetitur lib. 3. de hist. anim. his verbis: οἱ δὲ ἰξίας ἔχοντες, ἧττον φαλακροῦνται κἂν ὄντες φαλακροὶ λάβωσιν, ἔνιοι δασύνονται. Vbi ἐξίας vitiosè pro ἰξίας legitur.

ἀλφοὺ] Nomina ipsa retinuimus, quòd sint generum vniuersaliorum formæ quædam. Etsi enim vtrunque cutis defœdationem asperitudinemque potiùs quàm morbum infert (vt scribit Hipp. lib. περὶ παθῶν) vnum tamen vitiligine, alterum verò scabie comprehenditur. De quibus Celsus extremo libr. 5. Paulus lib. 4. ad vtrosque alphos & lepram, calcem indicit. Quod verò hîc ἐν ὕδατι dicitur, ad vsum retuli cum calcem elutam & aqua maceratam dixi. Quod si quis aqua dilutam & dissolutam intelligat non magni refert. vtrumque enim complectitur Paulus, cùm scribit ad lepram, καὶ τὴν τίτανον πεπλυμένην ἔχε ξηράν. ἐπὶ δὲ τῶν χρεῖαι ὕδατι διαλύων εἰς γλοιοῦ πάχος καταχρίε. Ad Alphos verò πεπλυμένη τίτανος ὕδατι λυθεῖσα.

χορίων καθαρσεις] Fœtu excusso velamentum quod intus fuit (secundas Celsus, Græci χόριον, ὕστερον, & δεύτερον vocant) firmiter tenet: cuius casus omnibus modis procurandus est. Hîc sternutatorium medicamentum adhibet, vt corporis totius concussu vis adhibita, inuolucrum illud deijciat. Quod etiam aph. 49. lib. 5. monuit: ὑστέρων ἐκπτώσιας φαρμακὸν πταρμικὸν προσθεὶς ἐπιλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας καὶ τὸ στόμα. Sic lib. 2. περὶ γυναικείων: si secundæ remanent, πταρμικὰ κατέχειν suadet, & in abortu τῷ πταρμικῷ προσφέρειν, ἐπιλαμβάνειν δὲ τοὺς μυκτῆρας ἢν πταρνύεσθαι, καὶ στόμα πιέζειν, ὅκως ὁ πταρμὸς ὡς ὅτι μάλιστα ἐνεργήσῃ. Quod sic expressit Celsus lib. 2. Quæ locis laborat aut difficulter partum edit, sternutamento leuatur. Idem etiam consulit Paul. * lib. 6. Porrò duo ex nostris exemplaribus hic ἐλλέβορον pro exemplo adiiciunt, & ita legunt, ἐλλέβορον πρὸς τὰς ῥῖνας προσθεῖναι. Quam lectionem sequitur Caluus. Nos nihil immutauimus, quòd πρὸς τὰς ῥῖνας προσθεῖναι ὥς τι πταρνῦσθαι, sternutatorium significet.

* *Cap.* 75.

HIPPOCRATIS COI DE MORBIS VVLGARIBVS, LIBRI SECVNDI,

SECTIO SEXTA, ANIMI COGNITIONEM per naturales notas faciens.

QVibus caput magnum, oculi parui, si balbutiant, ij in iracundiam sunt præcipites. Quibus longa vita promittitur, plures dentes habent. Balbutientes & volubilitate linguæ præditi, ij melancholici & plurimùm biliosi sunt. Qui inconniuentibus oculis intuentur, iræ sunt admodum præcipites. Quibus caput magnum, oculi grandiores & nigri, nares crassæ & simæ, ij boni sunt. Qui oculos grandiores & rauos habent, caput paruum, ceruicem tenuem, pectus angustum, ij à natura concinnam partium proportionem acceperunt. Qui capite est paruo, neq; balbutiet neq; caluescet, nisi si cæsios habuerit oculos. Conuulsis, si vox die impari libera restituitur, à magno morbo immunitatem præstat. Febricitantem verò puerperam & ex dolore laborantem aqua perfundito, eique ptissanam crassam calidam ter die apponito. Puer mense septimo, nono aut decimo nutricationem accipit, voce pollet, inualescit & manuum compos est. Vox vbi absoluta fuerit & libera reddita, omnia etiam liberantur (ipsa quippe natura liberæ vocis emissioni quodammodo respondet.) Solutio autem ista, die impari contingit. Venarum in manibus conspicua pulsatio, & facies bene habita, cum præcordiorum contensione & tumore, diuturnum morbum significat, qui ferè non sine conuulsione, aut liberali sanguinis ex naribus profusione, aut coxendicum dolore soluitur. Gula affecta calida caput perfundendum est, dum ne frigus adsit. Sin minus, farinam quàm calidissimam & merum apponito.

ΤΜΗΜΑ ΕΚΤΟΝ. ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΙΚΟΝ.

ΗΝ κεφαλὴ μεγάλη, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ σμικροὶ, τραυλοὶ, ὀξύθυμοι. οἱ μακρόβιοι, πλείους ὀδόντας ἔχουσιν. οἱ τραυλοὶ, ταχύγλωσσοι, μελαγχολικοὶ, κατακορέες. ἀσκαρδαμύκται, ὀξύθυμοι. μεγάλη κεφαλὴ, ὀφθαλμοὶ μέλανες καὶ μεγάλοι, ῥῖνα παχείην καὶ σιμὴν, ἐσθλοί. γλαυκόφθαλμοι, μεγάλοι, κεφαλὴ σμικρὴ, αὐχὴν λεπτὸς, στήθεα στενὰ, εὐάρμοστοι. κεφαλὴ σμικρὴ, οὐδὲ αὖ εἴη τραυλὸς, οὐδὲ φαλακρὸς, ἢν μὴ γλαυκὸς εἴη. σπασμῶν φωνὴ ἐν περισσῇ λύεται, ἀπήλλακται τοῦ μεγάλου νοσήματος. λεχοῖ δὲ πυρεταινούσῃ, καὶ ἀλγεούσῃ, ὕδωρ καταχεῖν, καὶ πτισάνην παχείην διδόναι τρὶς τῆς ἡμέρης, θερμήν. παιδίον τρέφεται, ἑβδόμῳ μηνὶ, ἢ ἐνάτῳ ἢ δεκάτῳ, καὶ ἵσταται τῇ φωνῇ, καὶ ἰσχὺς ἕπεται. καὶ τῇσι χερσὶν κρατέει. τῆς φωνῆς λυομένης πάντα λύεται, ἡ γὰρ λύσις τῇ φθογγῇ ὁμοίη. λύεται δὲ ἐν περισσῇ. ἢν αἱ φλέβες σφύζωσιν ἐν τῇσι χερσὶ, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον, καὶ ὑποχόνδρια μὴ λαπαρὰ ᾖ, χρονίη ἡ νοῦσος γίνεται. αὕτη σπασμοῦ οὐ λύεται, ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινῶν, ἢ ὀδύνης ἐς τὰ ἰσχία. τοῦ λαιμοῦ ὕδωρ θερμὸν κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχεῖν, ἢν μὴ ψῦχος ᾖ. ἢν δὲ μὴ, ἄλητον ὡς θερμότατον διδόναι, καὶ οἶνον ἄκρητον.

HIc labor operis nostri vltimus, superioris argumentum obtinet, non magis tamen explicatum. Atque haud scio (vt verum fatear) an quicquam in hoc centicoso opere, sit his duobus Physiognomiæ capitibus difficile magis aut concisum, quodq; maiorem in se operam intendat, aut per varios rerum meandros ingenium vehementiùs distrahat. Non est tamen in extremo actu velut exhausto spiritu deficiendum, sed ab argumenti coniunctione incipiendum. In cuius tractatione cùm ferè paria fecerit Hippoc. duo ex nostris exempl. ne sectionem quidem hanc distinguunt. Vnum verò peruetus tam aptè distinguit, vt φυσιογνωμονικὸν δεύτερον addat. Quod videtur secutus Caluus. Sed vt fit in iudiciorum ratione, in optimorum pluriumque consensum pedibus eundum est. Quæ etsi in Hippoc. explicando sunt minimi momenti, apud quem ne ordinis rationem, velut in Orchestra gradus facilè definias, dum Medicinæ parentem non velut Roscium numeros facientem in scena spectamus. Ne tamen omittenda quidem sunt, quod velut in numinis religione, ita in hoc augusto Medicinæ sacrario, minimùm peccasse nefas sit. Popularem igitur lectionem secuti, hîc Secturam sextam facimus.

ἢν κεφαλὴ μεγάλη] τραυλότης est (vt inquit Aristot.) ἔνδεια τῶν γραμμάτων, vbi velut impedita lingua literã explicatè non profert. Quæ [illegible] temerè magis spectatur, hic tamen pro præcipiti & in[illegible] lingua volubilitate sumitur, quæ temerè magis quàm impigre

A p igrè acribus sensuum actionibus præit magis quàm ministrat,& vt scribit * Arist.in quæst.nat. [Greek illegible] αὐτοῖς,ὡς ἂν πλεῖον ἀκολουθήσῃς τῆ ψυχῆ τῷ θανάτῳ.Quod in vehementissimis animi motib. facile videre est,in quibus balbutiens lingua mentis sensum non expedit,quemadmodum lib.4.epid. [Greek] dicuntur,lingua inconstantia & celeritate præditi.Quod vitij genus ebriosis accidit.Atq; id magis aperit,cùm postea [Greek] ταχυγλώσσους vocat.Quòd si paulò liberiore Medicinæ præscripto,leonem ex vnguibus æstimare licet capitis magnitudo,conformationis robur,& viscerum præpotentem calorem ferè sequitur. Oculorum paruitas(si quæ de magnis oculis priùs diximus,constant)cerebri siccioris indicium præ se fert.In quo sensationum ipsarum incitamentum,calcar & politura consistit, si (vt meritò quidem) qui humore distillante rubiginem & situm contrahunt, & quodammodo mucescunt. Quam ob rem iure quidem iracundi sunt & præcipites,dum ad nobilissimi visceris præscriptum,vt ad regis edictum,sensus ipsi imperata faciunt. Ex quo quicquid est vitalitatis & verò æternitatis,mutuantur atq; accipiunt.

* Sect. 11. quæst. 38.

B οἱ μακρόβιοι] In dentibus augurium vitæ esse creditur. Quibus plures fuere, longiora promitti spatia putant,inquit [1] Plin. Quare plures dentes ex hominum genere,maribus quàm fœminis insunt. Quæ priùs Arist.expressit histor.animalium lib 2.de dentibus loquens: ὅσοι πλείους ἔχουσι,μακροβιώτεροι,ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ εἰσίν. οἱ δ᾽ ἐλάττους καὶ ἀραιόδοντες,ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ βραχυβιώτεροι.In quæst.verò naturalibus causam etiam addidit,etsi non satis iustam. Scribit enim [2] sect.10. [Greek illegible] [3] Sect.verò 34. [Greek illegible]

[1] Cap.16. lib.7. [2] Quæst.41. [3] Quæst.1.

C κατάκορος] Hæc vox quæ ex media Hippocr.schola prodiit,admodum est ambigua, κατάκοροι enim dicuntur,qui cum multa bile abundant,quales sunt περίχολοι. Qua in significatione hîc sumi videntur.Aut qui bilem multam colligunt,eamque expurgant. Quod κατακορὴς de mera bile flaua & abunde saturata Hipp.dicatur. [Greek] vt scribit * Galenus. Quod etsi aliquando simpliciter effert, addit tamen sæpè χολώδεα : & κατακορέα χολὴν dicit in Eutychide lib.5.& 7. epid. meram & abunde saturatam bilem intelligens, quæ in cholera morbo euomebatur. Synceram quoq; bilem vocauit † Aretæus, [Greek] in hepaticis morbis. Sic postea [Greek] dicet, [Greek] vt [illegible] Galenus: quemadmodum ἰκτερώδεις κατακορέες dicuntur in Coacis,morbo auriginoso admodum fœdati,aut ij qui supra aurigine multa bile suffusi sunt. Quod ictero est maximè proprium. Sic ἰκτερώδεας κατακορέας dicit Aretæus capite à nobis priùs adducto. eadem propè significatione κατακορέα χροιὴν in ictero scribit Aretæus,ex multa bilis flauæ perfusione,coloris intensionem denotans. Fit enim vt interceptis bilis repurgamentis, quæ per intestina eluuntur,multa bilis ad vrinas deferatur, quæ sua copia impensè flauas vrinas & nigrantes reddit. Abunde igitur saturatum illum colorem denotare possunt,non secus ac Arist.lib. [Greek] dixit,redundantem & expletum herbidum colorem significans.Et Dioscorid. [Greek] sandaracham quæ ad satietatem rufescit,intellexit. ** Theophrastus etiam, [Greek] κατακορὲς vocauit colorem roseum

D in plenum. [Greek] verò κατακορὲς dicitur, [Greek] Quin & κατακορὴς [Greek] alia notione dicit *** Hippocrates, [Greek] quemadmodum κατακορὴ [Greek] dixit in Menonis historia lib.7. epidemiῶn. Cuius vocis ὁμωνυμίαν tibi aliàs abunde explicatam esse volumus. Hic igitur πικρόχολους intelligo, qui multam bilem congerunt,& in iram sunt valde præcipites. Quare plurimum biliosos vertimus,non bile suffusos, vt ad innatam naturam ista referremus.

* In Exegesi. † Cap.13.lib.1.de morb.diut. ** Lib.4.hist.plant. *** Lib.5.epid.

ἀσκαρδαμύκται] ἀσκαρδαμυκτεῖν est inconniuenter aspicere & oculis esse fixis,immotis & inconclusis, σκαρδαμύττειν nictare dixit * Plinius. Quod plerisque adeo naturale est,vt nictare non cessent,quos pauidiores accepimus. Et Aristot. libro primo Historiæ animal.perpetuò nictantes oculos inconstantiæ,rigentes verò & intentos impudentiæ indices esse testatur: scribens , καὶ οἱ σκαρδαμυκτικοὶ, οἱ ἀτενεῖς ἢ μέσοι, βέλτιστοι ἤθους οἱ μέσοι. ἐκείνων δ᾽ ὁ μὲν ἀναιδής, ὁ δ᾽ ἀβέβαιος. Præcipuæ verò audaciæ & inuicti roboris inconniuentes oculi testes sunt. Quod de duobus gladiatoribus è Caij principis ludo scribit Plinius,qui contra comminationem aliquam non conniuerent, & ob id inuicti. Tantæ hoc difficultatis est homini. Nictationum officium in genis est, quas ea de causa natura dedit, ceu vallum quoddam visus & prominens munimentum contra occursantia animalia,aut alia fortuitò incidentia. At verò crebriorum nictationum in homine, causa est cutis mollities quæ genæ obducta est, vt scribit Aristoteles capite decimo tertio libri secundi de partibus animalium, vt facilè rigeant quibus durior palpebra est quæ calidioris & siccioris naturæ nota est. qualis in ἀσκαρδαμύκτοις, extremè biliosis præcipitibus & iracundis meritò esse potest, ἀσκαρδαμύκτας rigentes & intentos oculos dicere possumus, dum σκαρδαμυκτικοῖς ἀτενεῖς opponit Aristot.quales Caio principi fuisse notatum est. Sed significationem ipsam magis explicauimus, cùm conniuere vtriuiq; genæ ministerio iis quæ animal pariunt,ex † Aristotele addidimus. Etsi id in auibus contingit ab angularis membrana obeunte. Vtrumque .·. Plinius nictatione expressit, & μόνον quod inferiore gena in auibus obitur , conniuere dixit. Vtrunque etiam iunxit in magna morbi offensione Hipp.in coac.cùm dixit, [Greek] Quod ex maxima imbecillitate accidit.

* Cap.37.lib.11. † Lib.2.de partib.anim.cap.13.& lib.2.de hist.anim.cap.12. .·. Cap. 27.lib.11.

ὀφθαλμοὶ μέλανες] Humorum exuberantiæ,in qua moderatam motum simplicitatem posuimus,notam esse in oculorum magnitudine priùs diximus. Quod peræque de nigris oculis sentiendum est. Aquei enim & tenuioris humoris copia oculi nigricant , quæ certa sunt oculi humidioris indicia. Id scribit Galen. in Arte parua : μέλας δ᾽ ὀφθαλμὸς, ἢ διὰ τὴν σμικρότητα, [Greek illegible] Aristot.quoque lib.5.de gen.anim.nigredinis oculorum,humorem multam causam facit. τὰ γὰρ ἔχοντα τῶν ὀμμάτων πολὺ τὸ ὑγρὸν μελανόμματα ἐστὶ, διὰ τὸ μὴ εὐδίοπτα εἶναι τὰ πολλά. De naribus simis abunde priùs diximus. In quibus [Greek],vt nunc,intelleximus, quem vera simplicitate bonum dixit † Mart. Cæterùm quod hic est sententiæ principium μεγαλοκέφαλοι, Caluus omisisse videtur.

* Cap.1. † Lib.1.epig.96.

κεφαλὴ σμικρὴ] Singularum corporis partium æstimatio non leuiter facienda , sed in sese ducenda est. Ceruicis gracilitas & thoracis angustia quas commendabiles virtutes habeant non video. Siquidem hæc spinalis medullæ (quæ cerebro respondet) vitiū,illa verò cerebri imbecillitatem & conformatricis penuriam, vtraque etiam materiæ inopiam ostendit , vt ex Gal. satis constat in Arte parua.Ceruicis igitur tenuitas vniuersum neruosum genus ex cerebri imbecillitate arguit, non secus ac valida ceruix & optimè ossibus compacta, neruosum genus vegetum & robustum,ex concinna capitis figura significat. Thoracis verò angustia , spinalis medullæ (quæ proportione cerebro respondet)cuiq; thorax ipse per vertebras iungitur defectum,aut profectò in materiæ copia calidi imbecillitatem profitetur. Quæ nullo nomine probari possunt,nisi in partium concinna & aptè respondente proportione. πλατυστερνότεροι γὰρ ἄνθρωποι facit * Galenus in lib. [Greek] vt loquitur Hippocrates: idemque Prorrhetico secundo,pectus laudabile sic circumscribit: [Greek illegible] ad concinnam partium inter se proportionem.quæ in naturæ conformatione consistit,referendum est Sic enim probè inter se(etsi in naturæ officiorum vitio)consentiunt capitis paruitas,ceruicis gracilitas,& pectoris strictura, vt ex Galeni Arte parua,luce clarius constat. Quod profectò nos mouit,vt lectionem vulgatam non immutaremus,& κεφαλὴν σμικρὴν retineremus,quamuis repugnantes habeamus duos codices,vetustissimum nostrum & alterum non æqua fide dignum. Quam lectionem secuti etiam sunt interpretes.Nec nos terret,quod in hac affectione,oculi raui cum magnitudine aptantur.Quæ etsi sunt humentioris quodammodo naturæ soboles , materiæ tamen copia necessarias bonitatis notas non inducunt,vt satis apertè priùs indicauimus.

* Com.3.

εἰ μὲν γλαυκὸς εἴη] Oculi c[illegible] quibus[illegible] [illegible] præcipuæ ingenuitatis indices, splendoris ignei vbertate,humoris verò aquei penu-

ria fiunt. Quare ob splendoris copiá plus ignis habere existimauit Empedocles. Vnde non immeritò siccioris naturæ præsagia præmonstrant, cùm tenuioris humoris inopiam significent. Quod testatur Gal. in Arte parua. γλαυκὸς μὲν οὖν ὀφθαλμὸς ἔστι διὰ μέγεθος, ἢ λαμπρότητα τοῦ κρυσταλλοειδοῦς, ἢ προπετῆ θέσιν, ἢ διὰ τοῦ λεπτοῦ καὶ ὑδατώδους ὑγροῦ τοῦ κατὰ τὴν κόρην ὀλιγότητά τε καὶ καθαρότητα γίνεται. Idem testatur* Arist. lib. 5. de gen. anim. τὰ μὲν οὖν ἔχοντα τῶν ὀμμάτων πολὺ τὸ ὑγρὸν μελανόμματά ἐστι, διὰ τὸ μὴ εὐδίοπτα εἶναι τὰ πολλά. γλαυκὰ δὲ τὰ ὀλίγον, καθάπερ φαίνεται καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης· τὸ μὲν γὰρ εὐδίοπτον αὐτῆς γλαυκὸν φαίνεται. τὸ δὲ ἧττον ὑδατῶδες, τὸ δὲ μὴ διωρισμένον διὰ βάθος, μέλαν καὶ κυανοειδές. Idem quoq; in quæst. nat. † διὰ τί οἱ πρὸς μεσημβρίαν οἰκοῦντες μᾶλλόν εἰσι μελανόφθαλμοι ἢ γλαυκοί; μὲν ἐστι τὰ ὄμματα δι' ὑπερβολὴν τῆς αὐτῆς θερμοῦ, μέλανα δὲ διὰ τὴν τούτου ἀπουσίαν. ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς εἶπε. καθάπερ οὖν τῶν πρὸς ἄρκτον οἰκούντων γλαυκὰ ὄμματά ἐστι, πρὸ τοῦ αὐτοῖς θερμὸν κωλυθὲν διὰ κατάπληξιν, διὰ τὸ αὐτοὺς ψυχρούς· οὕτω τῶν πρὸς μεσημβρίαν οἰκούντων, τὸ μὲν ὑγρὸν διὰ τὸ περιέχον θερμὸν ἐκπίπτει, τὸ δὲ λειπόμενον ὑγρὸν, μέλαν ποιεῖ. Quæ omnia etsi vera sunt, neq; tamen pugnant cum his quæ superioribus locis ex Galeno adduximus, vbi glaucos oculos humidioris naturæ esse indices significare videtur. Est enim γλαυκότης (vt scribit Arist.) ἀσθένειά τις, καὶ ὥσπερ ἡ πολιότης ἀσθένειά τίς ἐστι τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ, καὶ ἀπεψία, καὶ ἡ γλαυκότης. Quam ob causam & nuper natorum puerorum oculi cæsij sunt. Atq; adeò quæ de eorũ affectione ex Gal. & Arist. dicta sunt, relationem ad nigros oculos habent, vt cuiuis videre licet. Hic etiam τραυλὸν, non alia significatione quàm priùs accipi volumus, vt non magno siccioris naturæ intertrimento simul inesse efferri possit.

*Cap. 1. †Sect. 14. q. 14.

σπαρασμὸν φωνὴ] Morbi comitialis aut apoplexiæ solutionem significat, vox liberè restituta. In quibus vinctis sensibus vox ita præpeditur, vt sopita videatur: quæ cùm redditur, sensationum libertatem significat. Quod si iudicij dignitas accedat, magna fit ad solutionis authoritatem accessio. φωνὴν verò λυθεῖσαν dicit, quam ἀποδεδεμένην Arist. nos liberam & expeditam, aut explanatã dicimus, quamq; Hippocrates in Coacis περιλελυμένην opponit hac in sententia: κεφαλαλγίαι μεθ' ἱδρῶτος, καὶ αἰδοίων ἐντάσιες, καὶ νωθρότητα καὶ ἀκρησίην παρέχει, καὶ φωνὴν περιαιρεῖ τὰ οὖν χαλεπά. σπασμώδεες δὲ καὶ λυγγώδεες γίνονται ἐν ὀλίγῳ μᾶλλον ἐκ τούτων, φωνῆς λυθείσης ἐς τὸ αὐτὸ καθιστᾶνται. Solenne autem est Hipp. per ἀφωνίαν aut vocis impedimentum, apoplexiam ipsam aut epilepsiam denotare, maximè si κεφαλαλγίαν addat, vt ex vnica Coacarum sententia tibi manifestum fiet, vt ne longiùs abeamus. Scribit enim: αἱ ἐπὶ κεφαλαλγίαις ἦχοι ἀπυρέτοισι καὶ σκοτώδεσι καὶ φωνῆς βραδυτῆτες, καὶ νάρκη χειρῶν, ἢ ἀποπληκτοὺς ἢ ἐπιληπτικοὺς προσδέχου τούτους ἔσεσθαι, ἢ καὶ ἐπιλήσμονας. Tritum est autem in Hipp. γονίμους ἡμέρας αἰτίην τῆς κρίσιος poni, vt in Œconomia nostra pluribus ex locis probabimus. Vetus nostrum exemplar ἐν γονίμῳ legit. Cæterò potest hic per magnum morbum, apoplexiam aut epilepsiam exprimere. Hæc enim Gal. assensione, velut prærogatiua quadam, præiudicatam habet istam appellationem. Illa verò portentosæ calamitatis ergo, sumit superbiam quæsitam meritis (vt ait Flaccus) & ex miserabili mali specie, magnitudinis nomen sibi vendicat.

λεχοῖ δὲ πυρετωδέσῃ] Vteri inflammationi medelam adhibet Hippocrat. πτισάνην παχείην autem de crassiore ptissanæ non colatæ substantia dicit, non de cremore, quem Hipp. χυλὸν vocat. Ptissanam autem integram simplici ptissanæ nomine, aut cùm κεχυλίσθη, aut ὅλην πτισάνην addit, intelligi ab Hippocr. scribit Galen. lib. de rat. vict. in morb. acut. Crassiorem verò facit consuetudinis & plenioris cibi nomine, quam horum quoque gratia ter die apponit, vt nimiam valorum inanitionem fugiat, qui crassioris & plenioris ptissanæ scopi sunt, Hipp. lib. 1. de rat. vict. in morb. acut.

παιδίον τρέφεται] Fœtus in vtero etsi somni & vigiliæ & nutritionis affectiones sentiunt, vocis tamen nullum vsum habent. Sed cal lucis huius vsuram lamentabili vagitu testificatur, vt serò admodum in homine expeditur. Adeò in miserias natum est animal rationis capax, dum longo interuallo beatissimo orationis munere exclusi, vitam cum brutis rationis expertem communicamus. Nec satis fuerat naturæ, quod omnes omnium partium actiones liberas brutis indulsit, nobis verò infœliciter nouercata est, nisi & sermonis vsum, ad quem vnum nati videmur, in longi temporis vsionem procul amandasset, & in præfinita tempestatum vadimonia destinasset. At certè meliore id fato factum est. Debuerat enim diuinæ mentis capax animal non nisi priùs firmatis sensibus, expeditis actionibus, & obduratis ad rationis ministerium organis sermonem ipsum mentis indicem diuinæq; particulam animæ, in medium proferre, vt in hoc vitæ theatro, nihil ad opificis admirationem deesset, cùm in [illegible] summam copiæ penum obsequentibus ministeriis abundantem omnis generis supellectile instructam, velut in amplam fa[illegible], rationem diuini iussa parentis ferentem immitteret. Quæ velut in regiè adornatis ædibus cum magna rerum laude, non sine summi opificis gloria extremam operi manum adderet. In lucem igitur venit infans velut in media solitudine, omnibus naturæ muniis destitutus, conductas operas emendicando, regiæ tamen proli similis, vitæ securus, magna seruitiorum manu stipatus, quorum opera ad necessitatem abutitur, & vicariam parentum fidem nexu obligatam, in benignioris lucis vsum fœnori accipit. Sic sensim naturæ largitione plenus æs alienum dissoluit, liber à vindicta recedit, sensus emancipat, & temporis progressu incrementum habet, naturalium actionum libertatem cum sermone velut publica fide accipiens. Quod hîc videtur innuere Hipp. dum à natalibus vocem firmari, vires inualescere, & robur in dies augeri scribit. Demum tamen expedita voce & liberato sermone qui in imbecilliorum sensuum ergastulo delituerat, in omnes naturæ dotes ius illi permittit. Hunc enim sensum illa obscura sanè Hipp. verba habere videntur φωνῆς λυομένης πάντα λύεται, quæ præpeditam vocem & organorum grauitate implicatam, temporis successu expeditam, liberatam, & vinculis solutam significant. Vox enim in pueris λελυμένη ἢ καταδεδεμένη ὥσπερ τοῖς ψελλοῖς καὶ τοῖς τραυλοῖς, tandem sed serò quidem ἀπολύεται. Id eleganter scribit Aristot. libr. 4. hist. anim. τὰ δὲ παιδία ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων μορίων, οὐκ ἐγκρατῆ ἐστιν. οὕτως οὐδὲ τῆς γλώττης τὸ πρῶτον καὶ ἐστιν ἀτελὴς καὶ ἀπολύεται ὀψιαίτερον, ὥστε ψελλίζουσι καὶ τραυλίζονται τὰ πολλά. Quæ Arist. verba plurimum cum hoc loco consentiunt. Neq; mirandum est, φωνὴν cùm αὐδὴν hîc confundi, quod & illi in Coacis familiare est. Vocem verò tardè in homine absolui, testatur etiam Arist. in Quæst. natur. * διὰ τί ἡ φωνὴ ὕστατον τελειοῦται τοῖς ἀνθρώποις τῶν φθεγγομένων, ἢ διότι πλείστας ἔχει διαφορὰς καὶ εἴδη, τὰ γὰρ ἄλλα ζῶα, ἢ οὐδὲν γράμμα, ἢ ὀλίγα διαλέγονται. τὸ δὲ ποικιλώτατον καὶ πλείστας ἔχον διαφορὰς ἀνάγκη ἐν πλείστῳ χρόνῳ ἀποτελεῖσθαι. Quæ sequuntur vt sunt valde obscura, ita variam habent lectionem. Duo enim ex nostris exemplaribus, quorum vnum plurimùm apud me habet ponderis, propter vetustatem, alterum verò non minimum, φύσις non λύσις legunt. Quam lectionem secutus est Caluus. Quod ita accipi debebit. In vocis per ætatis incrementa absolutione, reliquarum omnium naturæ affectionum liberos esse impetus, tuncq; actionum omnium munia vigere, & quotidie confirmari, quæ non secus ac vox ipsa ob imbecillitatem præpediebantur. Natura quippe ipsa, liberæ vocis emissioni quodammodo respondere videtur. φωνὴ enim cùm sit [vt Arist. ** placet) ἀήρ τις ἐσχηματισμένος, liberam spiritus viam & instrumentorum explicationẽ, linguæ quoq; explanationem postulat. ὅσα γὰρ παντάπασι μὴ ἔχει οὐδὲν φθέγγεται, vt inquit *** Arist. καὶ ὅσα γλῶτταν μὴ ἔχει ἢ μὴ ἀπολελυμένην οὔτε φωνεῖ οὔτε διαλέγεται. Atq; haud aliter in naturæ muniis obeundis, accidit, vt per sensuum riuos liber spirituum aditus requiratur, & vitalitatis semina in partes corporis sensiles, ex paucis naturæ fontibus deriuent. Alioqui animæ vi intercepta, membrorum robur exoluitur & elanguescit. Quòd si λύσις placet, non longè diuersus erit sensus. Actionum omnium naturalium robur cum vocis libertate adolescere, quæ priùs non secus quàm vox impeditæ erant & obligatæ. Earundem verò affectionum explicationem atq; absolutionem, vocis emissioni in organorum libertate esse similem, vt proba naturæ concinnitas constat. Sic interceptatum per debilitatẽ actionum liberatio, non impeditam vocem imitabitur, in eo quod in vtroq; expeditas organorum sensationes adesse oportet. Tandẽ quod sequitur, eam solutionem die impari contingere, id decretoriorum prærogatiuæ (vt cætera multa) ab Hippoc. tribuitur. Naturę enim motiones, decreta statuta, vt & partus, vitam deniq; ipsam totam, dierum imparium vadimonio sistit, quod & in rebus externis obseruat, vt videre est ex lib. 4. de morb. Porrò hic quoq; locus aliò accommodari potest, vt ad apoplexiam aut morbum comitialé, qui puerorum quodammodo est proprius, referatur. Cuius opinionis me necdum pœnitet. Voce enim reddita, miserabilis illa calamitas depellitur, & plurimùm soluuntur omnia morbi symptomata, liberq; sensus & motus restituitur. Quod & superiori sententia penè expressum est. Quid verò sit φωνὴ φθέγξις, & ψόφος quantumq; inter se differant, habes ex Hippoc. περὶ σαρκῶν, & Arist. lib. 2. de anim. & lib 4. de hist. anim. Quod etiam quadantenus ex hac Coac. sententia coniicias licet. ἔστι οἳ ξυνεχεῖ ἄφωνοι κείμενοι μύοντες σκαρδαμύσσουσιν ἢν αἵματος ῥυέντος ἐκ ῥινῶν ἐμέσαντες φθέγξωνται, παραυτίκα σῴζονται, τύζονται. μὴ γινομένων δὲ τούτων οὐδὲν ἐσόμενοι γινόμενοι, θνήσκουσι σιωπώμενος. Duplicem igitur habes in abstruso rerum sensu notionem, nec tamen, vt in re ab omnibus deplorata, pœnitendam. Quæ multa huius generis tædia, cum nullo solatio, nisi animi de publica salute probè conscij recordatione, in Hippocr. scriptis deuoranda sint, eo animo ab iis quorum vota legendis nostris nuncupamus, accipienda sunt, vt nec eos operæ imp[illegible]sæ, nec verò nos nauatæ industriæ pigeat. Quòd si dies, quæ studiorum cursus promouet, his leuiter decursis accurationem aut [illegible]liorem assensionem addideri

tit: non committam, vt cùm in fortunæ nostræ tenuitate effusus videar, in prælarga opum copia restrictum me esse sentiam. Cæterùm quòd ad lectionem attinet, duo ex nostris exemplaribus quæ superius adduximus, παιδία pro παιδίον legunt. Quam lectionem secutus est Caluus. * *Sect.11.quæst.57.* ** *Sect.11.quæst.nat.* *** *Lib.4.hist.r.anim.*

καὶ ἢν φλέβες σφύζωσιν] σφυγμὸν antiqui de partium inflammatarum pulsu dixerunt, vt ex aphor. 21. lib. 7. & libr. 1. de loc. affect. & aliis passim apud Gal. locis patet. Postea verò ad omnem arteriarum pulsum deriuarunt, maximeq; percussum violentum & conspicuum significarunt, vt priùs ex Gal. ostendimus, quod etiam Comm. 4. in lib. de rat. vict. in morb. acut. & Com. 3. in Prorrh. testatur. Quæ testimonia in aliud tempus differuntur. De eodem etiam arteriarum pulsu παλμὸν sæpè dicit Hippocr. quandoque etiam πήδημα φλεβῶν vocat, vt lib. 7. epid. Hìc igitur sensilem & conspicuam pulsationem ex Gal. opinione diximus, quæ inflammationis vehementiam indicat, quam hac in sententia manuum arteriis tribuit, cùm in Coacis simplicem arteriarum pulsationem efferat, quæ de temporum arteriis meritò intelligitur. Hypochondriorum contensio cum tumore & faciei bene colorata succulentia, hæmorrhagias aut parotidum indicia sunt apud Hippocr. in Prognost. & in Coacis. In his igitur largum sanguinis profluuium potius expectandum est, quàm necessaria conuulsio, aut longus morbi tractus. Potest tamen humorum μετάστασις morbus in coxendicem decubitu, aut per parotidas solui, nisi hæmorrhagia liberarit. πρόσωπον ἐρρωμένον faciem bene habitam sanis similem, optimè coloratam & corpulentam, in qua spiritus & sanguinis copia succulentam molem facit, aliàs πρόσωπον θαλερὸν dicit Hippoc. aliquando προσώπου εὐχροίας καὶ προσώπου ἐρυθήματα. λαπαρὸν verò hìc μαλθακὸν καὶ κενὸν significat. vt λαπαχθῆναι μαλαχθῆναι. Quod cum de hypochondrij mollitudine dicatur, μὴ λαπαρὸν de renitentia quæ extensione & tumore conflatur intelleximus, quod ἐντεταμένον frequenter dicit. Porrò hæc sententia vt est celebris, ita & ab Hipp. ter repetitur. In Coacis quidem, vitiosè tamen, οἷσιν ὑποχόνδρια μὴ λαπαρά, πρόσωπον ἐρρωμένον, οὐ λύεται χωρὶς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλοῦ, ἢ σπασμοῦ, ἢ ὀδύνης ἰσχίων. Libro verò, περὶ κρισίων. ἐὰν αἱ φλέβες σφύζωσι, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον ᾖ, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μὴ λαπαρά, μὴ ἐπιπολύ, χρονίη ἡ νοῦσος καὶ ἄνευ σπασμοῦ οὐ λύεται ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινέων ῥόσιος, ἢ ὀδύνη ἰσχίων. Atq; vt huic oraculo fidem faciat, addit: καὶ οἱ παλμοὶ ἐν τῇσι χερσὶν πουλυχρονίου πυρετοῦ σημεῖον, ἢ κρίσεως ξυντόμως ἔσεσθαι τὸ τάχιον. In cuius libri calce iisdem verbis repetitur. καὶ αἱ φλέβες σφύζωσιν αἱ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον ᾖ, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μὴ μαλακὰ, ἀλλ' ἐπιπολλὰ ᾖ, χρονίη ἡ νοῦσος αὐτῇ ἄνευ σπασμοῦ. Quæ sanè manca & mutila esse videntur, vt nec in veteribus nostris exemplaribus leguntur. In his porrò casibus, affecto admodum cerebro, ex vaporum & materiæ ascensu, sanguinis effluxum aut conuulsionem præsto esse testantur quæ in Coacis scribuntur: τοῖσι πυρεσσόντων εἶσι μετ' ἐρυθήματα ἀπὸ προσώπου, καὶ πόνος κεφαλῆς ἰσχυρός, καὶ σφυγμὸς φλεβῶν, αἵματος ῥύσις ὡς τὰ πολλὰ γίνεται. Idem κεφαλαλγίη ἐν ὀξέσι, ὑποχόνδριον αὐτοῖσι σφριγῶν μὴ ῥυέντος αἵματος ἐκ ῥινῶν, ἐς φρενιτικὸν περιΐσταται. Rursus quoq; τὰ παρ' οὓς ἐκ τῆς ἐμπροσθεν ἐπιμάτος ἐρυθήματος ἐν πυρετοῖσι γινόμενα, σημεῖον μετ' ἐρυσιπέλατος ἔσται πρόσωπον ἐδέματα, ἀτὰρ καὶ σπασμοὶ ἐκ τῶν διαστημάτων γίνονται μετ' ἀφωνίης καὶ ἐκλύσιος. οὐ λύει, verò lego, non vt impressa habent exemplaria vitiosè, quemadmodum ex adductis locis patet, vt ne addam exemplarium nostrorum consensum.

τὸ λαιμὸς] Illud ἀδιαλείπτως scriptum est, vt multa alia. Credibile est autem ex magna capitis intemperie excitata fluxione, affectum stomachum humore illabente frigido, cui per calida succurrit. λαιμὸν autem gulam vocaui, stomachum significans, Pollucis authoritate fretus. Scribit enim: Ο μέσος μὲν ὁ τῆς στομάχου καὶ λαιμὸν καὶ λαυκανίαν καλεῖ, καὶ φησὶ ψυχῆς ἄκιστον ὄλεθρον εἶναι, ὅπη διαιρεθεὶς ὑπολάβοι τὴν σῖτον τὸ ἔρεισμα. ἄλητον verò tanquam ἄλευρα farinam dixi, etsi farinam molitam aut tritam efferre potui, ab ἀλέω. Quid autem sit ἄλητον habes lib. 2. περὶ διαίτης, vbi huius dictionis frequens est mentio, vt & passim apud Hippocratem.

Ταραχῆς γαστρὸς, κυάμους ἑφθοὺς διδόναι, ἢν μὴ τὰ ἄνω κατακορέα ᾖ. ἢ κύμινον διδόναι τρώγειν, μετὰ τῶν κυάμων. ἀπόληψις δὲ τῶν νοσημάτων οὐκ ἂν γένοιτο, εἰ μὴ ἐν περισσῇ ἡμέρῃ. οὐδὲ ἂν ἀρχὴ γένοιτο, ἢν μὴ ἀρτίῃ ἡμέρῃ καὶ μηνὶ, ἔτει δὲ γονίμῳ. λίτρον αἰγύπτιον, καὶ κορίανον καὶ κύμινον τρίβοντα σὺν ἀλείφατι συναλείφειν. ὅσα θνήσκει ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ, καὶ γονίμῳ μηνὶ, καὶ γονίμῳ ἔτει. προλέγειν δὲ ὀρθῶς, ἂν ἔχοι θάνατον ἢ ὀδύνας ἰσχυράς. ὧν τὰ ὄμματα μὴ ἔρρωται, ὁ θάνατος ἐν τάχει. ἢν δὲ ἐν γονίμῳ ἔτει γίνηται, ἀπ' ἀμφοτέρων γονίμοις ἀνάγκη γίνεσθαι. ἢν δὲ ἀρτίῳ ἔτει καὶ ἀρτίῃ ἡμέρῃ, θνήσκειν ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ. ὁ ἀριθμὸς τρίτη ἰσχυροτάτη. κυνάγχην καὶ ὀφθαλμίην, φλεβοτομίη. τρωθέντος ἐντέρου, ἡ ἀναπνοὴ ἔρχεται κάτω ἀφανὴς κατὰ τὸ τρῶμα, καὶ κενοῦται τὰ στήθεα. διδόναι οὖν γάλα καὶ οἶνον ἴσον ἴσῳ. ὧν κατακορέα τὰ στήθεα, ψελλοὶ, μανιώδεες. καὶ φαλακροί. τουτέων ὅσοι ἐκ γενεῆς καὶ στρεβλοὶ, ἀσυνετοὶ, ἢ λιθιῶντες, ἢ μαινόμενοι, οἷσι δὲ μὴ ἑτέρου κακοῦ λύσιες περὶ φύσιος. δύναμιν πλείστην ἔχει τιτθὸς, ὀφθαλμὸς δεξιὸς, τῶν τῶν κάτω, καὶ ὅτι ἐμπέφυκε τοῖσι δεξιοῖσι τὰ ἄρσενα. γυναικῶν ἐπιμήνια ὥστε ἵστασθαι, σικύην μεγίστην παρὰ τὸν τιτθὸν προσβάλλειν. τρίμηνον παιδίον πάντα δηλοῖ, καὶ μέγα τότε ἔχει. ἢν πολλὸν ῥέῃ γάλα, ἀνάγκη ἀσθενέειν τὸ ἐν γαστρί. ἢν στερεώτεροι ἔωσιν οἱ τιτθοὶ, ὑγιηρότερον τὸ ἔμβρυον. φλέψ ἔχει παχέη ἐν ἑκατέρῳ τιτθῷ. τοῦ μέγιστον ἔχει μόριον συνέσιος. στραγγουρίην λύει φλεβοτομίη. ἢν τὰ ἄνω χωρία ὀργᾷ, τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἑλκέων καθάρσις, ἔμετος, ὕδρωψ.

In alui perturbatione fabas coctas apponito, nisi si partes corporis superiores admodum biliosæ fuerint, aut cuminum cum fabis in cibum dato. Morbus verò ipse non nisi die impari intercipi poterit. Cuius neq; principium futurum sit nisi die pari, mense quoque & anno pari. Nitrum Ægyptium coriandrumque & cuminum tritum cum vnguine illinito. Qui in morbis pereunt, in diem imparem, mensem & annum quoque imparem incidant necesse est. Pulchrum autem & ex Medici dignitate fuerit, mortem ipsam aut vehementes dolores prædicere. Oculorum vis nisi valeat & constet, mortem in propinquo esse significat. Quod si anno impari fieri contingat, imparitatem in vtrisque consentire necesse est. Sin verò anno & die pari fiat, mors in diem imparem ex necessitate incidit. Quod ad numerorum rationem attinet, dies tertius summam habet potentiam. Anginam & lippitudinem venæ sectio sanat. Intestino vulnerato spiritus infra ad vulnus procedit sine manifesto sensu, & pectus vacuatur. Lac igitur cum vino, pari aquæ mixtura temperato exhibeto. Qui pectus admodum biliosum habent ij balbutiunt, furibundi sunt & calui. Ex his qui etiam ab ortu distortum corpus habent, hebetes sunt & stolidi, aut calculo obnoxij, aut insanientes. Quibus verò id non accidit, ij naturæ benignitate ab aliis malis vindicantur. Plurimum habēt dignitatis & præstantiæ mamma & oculus dexter, eademque rectitudo in inferioribus partibus. Nam & mares in dextris innasci solent. Purgationes menstruas in mulieribus si sistere voles, cucurbitulam maximam iuxta mammam defigito. Trimestris fœtus de omnibus certitudinem facit, quippe tunc perfectionem accipit. Si lac magna copia profluat, fœtum imbecillum esse necesse est. Quod si mammæ solidiores fuerint, fœtum esse saniorem indicant. Vtraque mamma venam crassam habet. Qua in re maxima prudentiæ pars inest. Lotium substillum aut vrinæ difficultatem, venæ sectio soluit. Locis superioribus, qui ad caput sunt, ad humorum excretionem turgentibus, & suapte sponte motis, vlcerum purgatio, vomitus & sudor conferunt.

ταραχῆς γαστρὸς] κοιλίη ταραχώδης Hippocr. dicitur venter perturbatus & diffluens cùm multa deiicit, & à materia profluente intestina lancinantur dolentque. Est & ἐκτάραξις alui proluuies atque profusio cum perturbatione. Quod si cruda multa deiiciantur

& humore frigido plurimo ventriculum fatigant, intemperie frigida laborantem stomachum offendant necesse est. Cui effusioni A omninò aluum proluenti cum fabis succurrit. Fabæ verò præter exiccantem vim quam habent, adstringendo quoque proluuiem istam sistunt. Quod indicant Galen. verba libro sexto simpl. med. μετέχει δέ τι & ὀλίγον, καὶ ῥυπτικῆς δυνάμεως ἡ σὰρξ αὐτοῦ, καθάπερ καὶ τὸ λέμμα τῆς συστάσεως. καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἰατρῶν τινες τὸν κύαμον ὅλον ἑψοῦντες σὺν ὀξυκράτῳ, τοῖς δυσεντερικοῖς καὶ τοῖς κοιλιακοῖς, καὶ τοῖς ἐμετικοῖς διδόασι. Quæ ab Aëtio reperuntur lib. 1. Quinetiam Hippocr. lib. 2. περὶ διαίτης, fabis τὸ στάσιμον attribuit. Quod etiam in desperatis alui profusionibus fœlicissimo successu in dies vsurpamus, dum ex fabarum polline dulciarium panem in leues offas conficimus, medicatoque succo intingimus. Quid verò per τὰ ἄνω καταπορία intelligat, valde est obscurum. Partium corporis definitionem ex iecore sumi, priùs ex Comment. 2. lib. 6. epid. diximus. An tamen hîc τὰ ἄνω superius ventriculi osculum appellet, in ambiguo est, cùm de ventre agat, & non sit admodum insolens Hippocrati (quod passim facit) dictionum proprias notiones detorquere. Biliosum igitur alui profluuium ex humorum acrimonia & corruptela ortum, vt sistendum non est, sic neque in his qui plurima bile suffunduntur, cohibendum suadet Hippocrates. Caluus τὰ ἄνω καταπορία superiorà satis valere quomodo intellexerit, in mentem mihi inducere nullo modo possum, cùm de valde biliosis inaudienda esse, superioribus annotationibus abunde probauerimus. B

ἀπόληψις] Hæc dictio crebra est apud Hippocrat. sed eo præcipuè significato, quo eorum quæ in fluxu sunt, impetum cohibet. Sic ἀπόληψιν ἱδρώτων, πτυάλων, & φλεβῶν sæpè dicit Hippocr. Ergo eleganter admodum profluentis morbi coercionem & currentis impetus retardationem, ἀπόληψιν vocat. Nec eam sequuntur elegantiam exemplaria quæ ἀπόλυψιν habent, qua dictione morbi cessatio & defectio significatur. Quomodo legisse Caluus videtur, Quo etiam vocis genere vtitur Aretæus, cùm de morbo comitiali scribit: * αἰσχρὴ δὲ καὶ ἡ ἀπόληψις αὐτέης, eamque παροξυσμῷ opponit. Quod de dierum ratione sequitur, id totum ad iudicationis authoritatem spectat, in cuius commendatione hîc propè totus est, vt eam multis aliis locis celebrat, cùm salubres, naturæ motiones ad morborum propulsiones imparibus diebus excitat, infelices verò morborum casus paribus donat, humorum corporis lationem velut die dicta iudicio sistens, à quo nec se in libertatem asserere nec verò forum declinare queant. Quod non tantùm in morbis, C sed in quocunque ferè effectionis naturalis genere, vt conceptibus, partubus, abortionibus spectari vult. Vt nec solam in his dierum rationem, sed & mensium & annorum respectum haberi postulat Hippocr. lib. περὶ ἑπταμήνου. Quòd ad scriptionis genus spectat, Caluus, εἰ μὴ ἐν ἀρτίῳ ἡμέρῃ legisse videtur. Idem quoque sequentem sententiam permirè confundit, in qua ἔτεϊ δὲ γονίμῳ legendum est ex omnibus exemplaribus.

* *Cap. 4. lib. de diut. morb.*

λίπαρον] Hæc medicamenta vt in humente morbo & frigida succorum copia diffluente, siccant, digerunt & calfaciunt. ἄλειφα verò ἔλαιον ἢ στέαρ significat Hippocrati, vt scribit ** Galen. Nos ideò vnguen diximus.

** *In Exegesi.*

ὅτε ἀπέθανεν] Hoc, vt cætera plurima, ad dierum imparium authoritatem pertinet, quam magno censu redimit lib. de morb. 4. Mortem enim & sanitatem ipsam in dierum imparitatem cadere vult. Quin cùm iis diebus morborum grassationes irruant, & naturæ impetus excitetur ad iudicationem, tunc de summa ferè causa decernitur, ægrique viribus defecti hostium insidiis circunuenti manus dedunt & fidem deserunt, aut naturæ liberalitate tecti, egregiè dimicantes liberantur. Eodem enim foro & mors & salus ipsa sistitur, iisdemque penè diebus ægri aut damnantur aut absoluuntur. Quod scripsit in Prognostico Hipp. & lib. περὶ κρισίμων reperit: οἱ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτῇσιν ἡμέρῃσιν τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τε περιγίνονται οἱ ἄνθρωποι καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται. Quæ omnia fusissimè explicantur à Galeno libris de dieb. decret. Menses autem & annos addit Hippocrates, quòd ij in morborum iudicationibus partem habeant, vt ex Hippocr. illis in libris probat Galenus. D

προλέγειν δὲ] Prædictio in morbis cùm plurimum ad artis dignitatem, tum verò maximè ad Medici admirationem facit, penes quem & vitæ & necis potestas esse creditur. Sic Hippocrates in Prognostico, veluti præmiis ad eam inuitat, τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι, πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα τε παραλείπουσιν οἱ ἀσθενέοντες, ἐκδιηγεύμενος, πιστεύοιτ' ἂν μᾶλλον γινώσκειν τὰ τῶν νοσεόντων πρήγματα. ὥστε τολμᾷν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑωυτοὺς τῷ ἰητρῷ. τὴν δὲ θεραπείην ἄριστα ἂν ποιέοιτο, προειδὼς τὰ ἐσόμενα ἐκ τῶν παρεόντων παθημάτων. ὑγιέας μὲν γὰρ ποιέειν ἅπαντας τοὺς ἀσθενέοντας ἀδύνατον, τοῦτο γὰρ τοῦ προγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἀποβήσεσθαι, κρέσσον ἂν ἦν. Per δὲ ὑγιέας autem ἰσχυρὰς, prænuntiam crisis ἀσφάλειαν intelligere videtur. E

ἐν τοῖς ὄμμασι] Oculi qui mentis & arcis sunt velut quædam specula, magnum in præsagio momentum faciunt. Ex eorum enim affectionibus totius corporis valetudo dignoscitur, vt aliunde prolixiùs non sit æstimationem de toto morbo facere. Quod indicat Hipp. lib. 6 epid. [1] ὀφθαλμοὶ ὡς ἂν ἰσχύωσιν οὕτω καὶ χρώς. Vt enim oculus valet, ita & corpus totum. Quod etiam in ægris vulgus annotat, firma enim & constans oculorum vis bonam de se spem concipit, cùm cerebri habitudinem & robur significet. Sic lucidus oculorum splendor, animalis spiritus firmitudinem depromit: impuritas verò spirituum, obtenebrationem & facultatem animalē propè emortuam arguit. Hîc igitur ῥῶσιν, εὐτονίαν καὶ ἰσχὺν significat, quod de valente & bene sibi constante oculorum vi intelligimus, vt ad motionem prompti sint, nec lucem refugiant, aut igneum illum splendorem nulla impuritatis nubecula opacent. Quæ vt in acutissimis morbis contingunt, ita in præcipiti periculum esse comprobant. [2] ἢν γὰρ τὴν αὐγὴν φεύγωσιν, ἢ δακρύωσιν ἀπροαιρέτως, ἢ διαστρέφωνται, ἢ ὁ ἕτερος ἐλάσσων γίνηται, ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχωσιν, ἢ πελιὰ, ἢ μέλανα φλέβια ἐν αὐτοῖσιν ἴσχωσιν, ἢ λῆμαι φαίνωνται περὶ τὰς ὄψιας, ἢ καὶ ἀναιρεόμενοι, ἢ ἐξίσχοντες, ἢ ἔγκοιλοι ἰσχυρῶς γινόμενοι, ἢ ὄψις αὐχμώδης καὶ ἀλαμπὴς, ἢ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου ἠλλοιωμένον ἦ, ταῦτα πάντα κακὰ νομίζειν καὶ ὀλέθρια εἶναι. Ex quibus quodnam sit oculorum robur, aut quænam infirmitas, facilè conijcere licet, non secus ac ex his quæ in Coacis scribuntur: τὰ ἀχλυώδεα ὀφθαλμῶν, ἢ τὸ λευκὸν ἐρυθραινόμενον, ἢ πελιαινόμενον, ἢ φλεβίοις μελαίνοις περιεχόμενον, οὐκ ἀσφαλὲς. φλαυρὸν δὲ καὶ τὸ τὴν αὐγὴν φεύγειν ἢ δακρύειν, ἢ διαστρέφεσθαι. καὶ τὸ ἕτερον ἐλάσσω γίνεσθαι πονηρόν. καὶ τὸ περὶ ὄψιας πυκνὰ διαρρίπτεσθαι, ἢ λῆμαι μικρὰ περὶ αὐτὰς, ἢ εἰλεῖσθαι λεπτὴν ἴσχειν ἢ τὸ λευκὸν μεῖζον γίνεσθαι. τὸ δὲ μέλαν ἔλασσον, ἢ κρύπτεσθαι τὸ μέλαν ὑπὸ τὸ ἄνω βλέφαρον. πονηρὸν δὲ καὶ κοιλότης ὀμμάτων. καὶ ἔκθλιψις ἔξω σφόδρα καὶ λαμπηδόνος ἔκθλιψις, ὥστε μὴ ἐνιδέσθαι τὴν κόρην ἐκπίνεσθαι, καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης. καὶ πηξις ὀμμάτων. συνεχέως τε μύειν καὶ χρώματα μεταβάλλειν, καὶ βλέφαρα μὴ συμβάλλειν ἐν τῷ καθεύδειν ὀλέθριον. κακὸν δὲ καὶ ἰλλαίνων ὀφθαλμός. Idem quoque in Prorrhetico, ὄμμα ἀμαυρούμενον, πηγὸς, ἀχλυῶδες, καὶ ἐπίχνουν ἴσχον damnat, vt sexto epid. [3] ἀποξηραινόμενον, αὐχμηρὸν, ῥυπῶδες, καὶ ἐσταλμένον. In Coacis etiam oculorum καθαρότητα commendat. Quæ paulò fusiùs persequi libuit, vt quodnam sit oculorum robur, & quænam virium firmitudo, intelligas. F

[1] *Sect. 4.* [2] *In progn.* [3] *Sect. 1.*

ἢν δ' ἐν γονίμῳ ἔτεϊ] Id ex hac opinione pendet, qua mortem in impares dies cadere existimauit. Hunc igitur habet sensum: si oculorum vis anno impari deficiat, mors die impari contingat necesse est. Atq; adeò in vtrisque imparitas consentit. Morbus enim annum imparem, mors verò diem imparem sortitur. Sic enim capi videtur ἀμφοτέρων γονίμων ἀνάγκη γίνεσθαι. Quòd si oculorum vitium anno pari & mense pari accidat, nihilominus tamen mors die impari sentitur. Vetus vnum exemplar, ἐπ' ἀμφοτέρων γονίμων habet, non aspernanda lectione. Idem tamen vtrobique sensus est. G

τὸν ἀριθμὸν] In dierum iudiciis summa est potentia septimo, quam excipit decimus quartus, dein & vigesimus, vt scribit Gal. in lib. decretoriis. Quod oraculum ex multis palantibus & fugitiuis Hippo. locis, in veram familiam adoptatum est. Ex progno. enim & aphor. & lib. 1. epid. velut ex locupletissimo promptuario desumptum. Quibus maior fides debetur, quod πρὸς ἔκδοσιν scripti sint, quàm ὑπομνηματισμοῖς, quæ temerè & tumultuariè congestarum rerum memoriam suggerunt. Et verò lib. epid. quod ante illos scripti sint (vt testatur Gal. in lib. decret.) eorum quæ postea longa vsus obseruatione definita sunt, aduersaria quædam continent, quæ pro re nata in pugillaribus descripta, tractationem postea & accurationem emendicant. Quod igitur in numerandi ratione diem tertium plurimum habere virium scribit, de prima iudicij authoritate, quam velut ex priuilegio habet, intelligendum est, etsi (vt inquit Gal.) præoccupatione quadam potiùs quàm vera iudicij ratione decernit, aut profectò id hîc temerè adumbratum ex cæteris perfectionem & complementum accipiat, oportet. Caluus hanc sententiam superiori coniungit. H

κυνάγχην] In pestifero anginæ malo trahenda non sunt remedia, sed statim à venæ sectione si vires remedia non auersantur inchoandum, vt quod strangulat euocetur. Quin & eo nomine cucurbitulæ sub mento & ad fauces admouentur, vt irruentis materiæ impetus alio auocetur. Quod consulit Hippocrat. lib 2. de Morb. Curari verò lippitudinem sanguinis detractione, memoriæ prodi-

A prodidit * Hippocrates. Sed eorum tempora & causas parum explicuit, in quibus Medicinæ summa est. Quæ postea à Gal. adhibitis circumscriptionibus † distincta sunt in aph. & lib. 6. epid. * *Celsus lib. 6.* † *Comment. 6.*

προωθέντος ἐντέρου] Nudata intestina cùm euoluuntur, insueto aëre tentata inflantur, & aquæ calidæ fotu conduntur, vt scribit Galen. lib. Method. & Paulus libro sexto, & Celsus quoque libro septimo. Sic igitur spiritu implentur qui sine manifesto sensu ad vulnus subit. De respiratione autem intelligi falsum est, cùm in pectoris ergastulo concipiatur. Ambiguum verò est στήθεα κενοῦται. στήθος enim Hippocr. aliquando ventriculi orificium significat, vt in Coacis, dum περὶ στήθος δῆξιν καὶ πικρότητα scribit. Neque enim bilis morsus, in sterno sentitur. Sed externæ partis nomine & circunscriptione, nobilem illum totius corporis regem hac velut aula circumseptum, intelligit. Hac notione vulnerata intestina ventriculi osculum, ventriculum denique ipsum deplent, cum tenuibus intestinis dissectis cibus, crassis verò ciborum reliquiæ effundantur. Quòd si codicis vnius nostri lectionem sequaris, quæ non omninò aspernanda est, & ἐντοσθίου pro ἐντέρου scribas, thoracis cauum & capacitatem intelligas licebit. Qua in significatione ἔντερον pro intestina quauis parte sumi potest. Pertuso autem thorace spiritus per vulnus prodit, non tamen sine manifesto sensu, atque adeò B τὰ στήθεα κενοῦται videntur. Lacte autem in recentibus vlceribus vtitur acrium humorum metu, vbi cibis lenibus opus est. Porrò monendum est in vno exemplari, ἔντερα pro ἐντέρου legi.

καταχορία στήθεα] καταχορία στήθεα, Gal. in Exegesi τὰ τῆς χολῆς φυσικὰ interpretatur, πνεῦ μὲν τὰ λοπαίκουσιν, vt de thoracis calore intelligi par sit. Illic enim caloris est conceptaculum, vt scribit Arist. in quæst. nat.* Cordis autem exuperans calor, pulmones in consensum trahit, qui cum sanguine bilioso nutriantur (vt scribit Gal.**) calorem facilè concipiunt & biliosam naturam præ se ferunt. ψελλοὶ priùs ex Arist. in balborum genere posuimus. Ita enim dicuntur, qui in pronunciatione literam aut syllabam eximunt & tortuosè loquuntur. Nec admodum est absurdum, balbutiem, furorem & caluitium biliosorum humorum affectiones esse. Quod sequitur, οἱ ἐκ φύσιος καὶ στρεβλοὶ, variè legitur in nostris exemplaribus. Modò enim ἐκ φύσιος στραβοὶ, modò verò ἐκ φύσιος καὶ στραβοὶ legitur. Quorum lectionem secutus videtur Cornarius. Nos vetustissimi exemplaris literam secuti, codices impressos non defraudauimus. Vt præter ea vitia corporis, etiam distortionem ab ortu inesse significaremus, eosque tum imprudentes, tum verò calculo obnoxios, aut in insaniam procliues esse. A quibus facilè vindicabantur, qui corporis peruersionem ab ortu non accepissent quod ad naturam attineret, hoc est naturæ ipsius beneficio. Vt enim concinna corporis conformatio firmissimum mentis robur indicat, ita eiusdem peruersio ad omnes animi & corporis morbos magnum momentum facit. Atque is mihi horum verborum sensus esse videtur, οἷσι δὲ μὴ, ἰητέον καλοῦ λύσιος περὶ φύσιος. Quæ ex vetusto exemplari reposuimus. Etsi quædam exemplaria id ita legunt: οἷσι δὲ μὴ ἰητέον καλοῦ λύσιος, & illud περὶ φύσιος ad sequentia referunt. Quod etiam fecerunt interpretes. λιθιῶντες verò ex signis sunt ἰησοφυίης quæ nec cùm cæteris consentiunt. * *Sect. 27. quæst. 4.* ** *Lib. 4. de vsu part.*

δυνάμιν πλείστην] Mares dextro vteri sinu concipi, fœminas sinistro. Hippocr. est oraculum 56 lib. 5. Quod etiam confirmat [1] lib. 6. epid. ὅτι ἐν θερμοτέρῳ στερεωτέρῳ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, καὶ μέλανες διὰ τοῦτο, ἐξ ὧν αἱ φλέβες, καὶ χολωδέστεροι μᾶλλον. Eadem veterum quoque fuit opinio. Parmenides enim existimauit δεξιτεροῖσι μὲν κούρους, λαιοῖσι δ' αὖ κούρας concludi. Quod & Empedoclis verba testantur:

> Εν γὰρ θερμοτέρῳ κατ' ἄρρενα ἔπλετο γαίης.
> Καὶ μέλανες διὰ τοῦτο, καὶ ἀνδρωδέστεροι ἄνδρες.
> Καὶ λαχνήεντες μᾶλλον.

Quam opinionem exagitat Aristot. lib. 4. de gen. animal. [2] & lib. 7. histor. anim. [3] Eam autem conceptus dignitatem caliditati dextrarum partium attribuit Hippocr. quæ ideò robustiorem quoque fœtum designant. Quod scribit lib. 6. epid. [4] ὅτι ἰσχυρότερον καὶ χολωδέστερον καὶ ἐναιμότερον τοῦτο θερμότερόν ἐστι τὸ χεῖρον τοῦ ζώου. Dextræ igitur corporis partes, quòd vt plurimùm mares contineant, magnum habent dignationis & potentiæ momentum, in iisque mamma & oculus dexter, quæ concepti maris indicaturam præ se ferunt. Scribit enim idem Medicinæ parens libro περὶ ἐπικυήσιος. γυναικὶ χρὴ εἰδέναι τὸν μαζὸν ὁκότερος ἐστιν αὐτῇ μέζων, κεῖθι γὰρ τὸ ἔμβρυον. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ὀφθαλμόν. ἴσχει γὰρ μέζων καὶ λαμπρότερος τῷ ἔμβρυῳ τῶν ἑτέρων τοῦ ἑτέρου ὁκότερος ἢ ὁ μαζὸς μέζων. Porrò hæc verba τὰ ἐπὶ κάτω, de partium inferiorum ad dextras rectitudine exculi. Cuius sensus fidem sequentia faciunt, cùm mares in dextris innasci partibus scribat. Idem de motionis sensu intelligi potest. Hanc verò conceptus opinionem fusiùs persequitur Gal. lib. 14. de vsu partium, & lib. 2. de sem. & lib. 6. de loc. affectis.

[1] *Sect. 2. & 4.* [2] *Cap. 1.* [3] *Cap. 3.* [4] *Sect. 2.*

γυναιξὶν] Placitum est 50. lib. 5. Aphor. Hic verò melius περὶ τὸν τιτθὸν, quam πρὸς τιτθὸν ponitur, vt infra mammam defigendam cucurbitulam indicet, quæ venas sanguinem deferentes occupet, mammas verò ipsas non affligat. Eamque ambiguitatem nostra versione dissoluimus.

τρίμηνον παιδίον] Fœtus certitudo motu maximè concipitur. Neque enim aliud quoque ad animantis vitam perfectius motione ipsa desideratur, cùm fœtus ipse membrorum distributionem trigesimo die accipiat, motionem verò mense tertio in marium conceptu annotarunt Medici, & priùs ex Hippoc. adduximus. Etsi Arist. ipsum Philosophorum principem libr. 7. de histor. animal. hac in parte aduersum habemus. Ad perfectam igitur fœtus naturam non aliud quàm motus vitalitatis accessionem facit, quod abunde animal definitur, cùm ex cerebri animalique facultate pendeat, roburque & actionum firmitudinem requirat. Quò fit, vt cùm infantis motio cerebri actio sit, non perinde cum corporis conformatione fœtui indatur, sed temporis successu neruorum duritiem & effectionum valetudinem acquirat, cùm cerebrum inter principes partes ex humidiore seminis portione postremum efformetur, proindeque vltimum vim suam agendo exerceat. Quoniam verò delicato sensuum ministerio fungebatur fœtus, solidiores quoque motuum ministros temporis interuallo accipiat necesse est, vt & simul cum motu animantis perfectionem, velut operis summam manum fœtui natura imponat. Huc accedit, quod ex Philosophorum antiquorum consensu, fœtus plantarum more animatus est auctionemque & nutritionem, cæterasque his adiunctas facultates, cum plantis communes habet. Quæ causa est cur fœtum cum plantis & arboribus subinde conferat Hippocr. lib. περὶ φυσ. παιδ. & Galen. lib. de semine & formatione fœtus. Non est igitur mirum, motus accessione animal perfici & complementum accipere. Atque hoc modo hæc verba intelligi videntur. παῦτα δηλοῖ, vt viuiscentis fœtus certitudinem, ex motu ipso qui animantis est valde proprius, intelligamus. Motum verò in maribus tertio mense significari, vt & in fœminis quarto, fatetur Hipp. lib. περὶ φυσ. παιδίου (vt priùs ostendimus) & Auicennas ipse, qui ex fœtus conformatione bis addito tantundem temporis spatio motum elicit. Quòd si quis tardiorem fœminæ motum causatur, & in medium adducit: næ ille perfectum naturæ opus, quod in maribus efformandis impenditur, temerè sugillat, & Philosophiæ castra prodit, qui rerum naturalium indignitatem perfectioris operis dignatione cohonestari nolit. Quod verò sequitur, καὶ τότε μέγα ἴσχει. de fœtus augmento & perfectione intelligendum existimo, siue per μέγα magnitudinem intelligas siue ἴσχει pro ἔστι accipias quo modo & paulò post sumit Hippocr. cùm scribit, φλέψ ἴσχει παχεῖν ἐν ἑτέρῳ τιτθῷ. Quò magis miror interpretes, Cornarium præcipuè pro μέγα, γάλα legisse. Quod etiam prægnantibus attribuit Caluus. Cui lectioni ne cuiusquam nostrorum codicum fidem interponere possum, vt nec satis rationi consentire videtur, tertio mense lac vterum ferentibus ostentari, cuius indicatura sexto, septimo, aut demum octauo mense præfertur, vt prius indicauimus. Etsi non ignoro, in plenioribus & menstrui sanguinis copia abundantibus, paulò tempestiuiùs designari.

ἢν πολλὸν ῥέῃ γάλα] Placitum est 52. lib. 5. aph. cui consentit 37. eiusdem lib. de quo priore sectione abunde diximus. Maximè verò ad id facit quod scribit Hipp. lib. περὶ γυναικείων. ἢν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι περὶ τὸν ἕβδομον καὶ ὄγδοον μῆνα ἐξαπίνης τὸ πλήρωμα τῶν μαζῶν καὶ τῆς γαστρὸς ξυμπίπτῃ, καὶ οἱ μαζοὶ ἐξισχναίνωνται, καὶ τὸ γάλα οὐ φαίνεται, φαίει τὸ παιδίον, ἢ τέθνηκός ἐστιν, ἢ ζῇ ἔτι καὶ ἔστιν ἀσθενέν.

φλὲψ ἴσχει παχεῖν] Mammæ ex vena caua plurimas sortiuntur venarum propagines. Nam & interna quæ sub axillam fertur, & externa quæ super humeros repit, ante suam diuisionem plurimos toti pectori ramos diuidunt, & in mammas inserunt. Quin & vena caua ipsa sub osse pectoris antequam thoracem elabatur, paulò supra venæ paris expertis procursum, duas venas prodit, quæ introrsum ductæ ad elatiorem pectoris ossis sedem contendunt, ibique numerosa educta sobole, ad cartilaginum in costis compagines superioribus costis illapsæ subeunt, & ad abdominis superiora tendunt, rectisq; musculis inseruntur, & in mammillas propagantur. Atque hanc insignem venarum propaginem hic significare videtur Hippocrates, per quas vtero cum mammis magna est consensio.

Concurrunt enim ſuperiores propagines in muſculis rectis abdominis,qui inferiore & interna ſui parte exterioris venæ cauæ & inferioris trunci ad crura delati, per peritonæum ſurculum accipiunt,qui ſurſum ſub recto muſculo protenſus paulò ſupra vmbilici regionem ramulos ſpectat, quos à vena ſub ſuperiori pectoris oſſe illuc deferri diximus. Hæ tamen poſteriores venæ, etſi vterum non attingunt, non magno tamen interuallo ab eis originem ducunt, per eiuſdemque vteri cum mammis conſenſus expletur, qui toties ab Hippocr.celebratur. Quarum etiam meminit lib. περὶ φύσιος παιδίου, & Galenus ſeptimo & decimoquarto de Vſu partium. Quæ ſequuntur,ad naturæ commendationem ſpectant,quæ hanc venarum communionem prouidentiæ cauſa inſtituit per quas cômeatus fœtui emiſſo decerneretur,vteruſq; ſanguinis copia ingraueſcens depleretur,atq; adeò viciſſim turgentes mammæ fœtu excuſſo humoris pondus eriuarent. Quo in negotio,non minima pars prudentiæ ineſt.An verò iſta ad ſanguinis in mammis collectionem quæ furorem præſagit,& de qua agit poſtea,referri poſſint,in eo aſſenſionem noſtram ſuſtinemus ſuperiore notione contenti.

στραγγουρίην] Id ex aphor.36.lib.6.& 49.lib.7. ſumptum eſt. Stranguriam autem retinere potui, Latinorum more, quam vrinæ ſtillicidium modo diſtillationem, modo verò lotium ſubſtillum dicimus: cùm vrina nonniſi per interualla ſtillis fluit. Celſus στραγγουρίαν, difficultatem vrinæ vertit. Cicero veſicæ morbum dixit.

ἢν τὰ ἄνω χωρέῃ] σπαργᾷν ὀργᾷν interpretatur Galenus *, quod de luxuriante & ferociente humorum impetu,dum ad exitum pruriunt, intelligitur,tranſlatione ab animalibus ducta, quæ in Venerem prona ſunt, dum ſeminis prurigine titillantur σπαργᾷν etiam de turgentibus mammis, gliſcente lactis copia,ab Hippocr.& Ariſtot.dicitur.Suapte igitur ſponte turgentibus humoribus, via medicamento facienda eſt. Qui cùm ſuperiores corporis partes occupent, vomitione facilè repurgantur,cùm Hippocr.doctrina ſuperiores corporis partes vomitu,inferiores verò deiectione liberet. Quid autem hîc per ὕδρωπα intelligat,conîicere non poſſum. Siue enim ὕδρωψ τὸ ὕδωρ ſignificet,quemadmodum lib 4.de Morbis,ſumitur: & per hanc dictionem pituitam, aqueam & fluxilem intelligas,quæ Hipp.eſt opinio lib. περὶ γονῆς,ſiue bilem atram inaudias,quomodo lib.4.de Morbis capitur, difficilis eſt & obſcurus vtrobiq; ſenſus.Quòd ſi ὕδρωπα τὸ ὑδρωπικὸν, hîc ex Dioſc.ſignificari contendas, non video quidnam magni elicias. Potui dicere pituitam multam aqueam vomitione refuſam conducere.Sed id longè petitum videtur. Vetus exemplar, à cuius fide temerè diſcedere mihi religio eſt,ὑδρῶς legit,quæ profectò tolerabilior eſt lectio,cùm ſudor capitis alleuationes vt plurimùm alleuet in magno humorum prouentu,quem vlcerum irruptio arguit. Cui vni vel ſudoris procuratio bono eſt. ὕδρωπα Caluus cùm non videret quo referre poſſet, temerè ſequentibus adiunxit.

* *In Exegeſi.*

Ex alui perturbatione aut tuſſi cancro oborto os amarum redditur.In potu dandum elaterium bis aut ter,dum ne balbus fuerit: florem æris vſtum dum ruſeſcat apponere oportet & ſpongiam, niſi ſi balbus fuerit. Anxietudinis & moleſtæ corporis iactationis incontinentiæve,horroris & oſcitationis remedium, eſt vinum pari aquæ mixtura temperatum aut lac. Grauiſſimos auriũ dolores affixa cucurbitula tollit. Superiorum partium dolorem genuum aut coxendicum dolor,aut anhelatio oborta, hæc omnia ſoluit. In tenuioris inteſtini morbo,eoq; non intenſo ſed leui, frigidum vinum multum & meracum quantum conuenit dandum quoad ſomnus aut crurum dolor obortus fuerit.Quem febris quoque & inteſtinorum difficultas ſine dolore ſoluũt. In præcordiorum contenſione,manus compreſſio & balneum prodeſt. Ad reduuiam galla nigra cum melle facit. Aqua inuadente & imminente,lactis cotylas octo in potum exhibeto.Quòd ſi vomat neq; bibat, pulmentarium ruris acre, quod ex intrito allio & cepa fit (myttoton vocant)apponito.Ad conceptum: Polypos paruos in prunis aſſatos quàm calidiſſimos & prope ſemiuſtulatos eſui dato,paſtilloſq; ex nitro Ægyptio trito, coriandro & cumino,naturalibus ſubdito.In capitis dolore ex crapula,meri cotyla potui danda. Quod ſi aliter dolor cõtingat panis quàm calidiſſimus cũ mero in eſcam exhibẽdus. Si quem calor aut febris prehendat,neque ex bile,neq; ex pituita, ſed aut ex laſſitudine,aliáve de cauſa febricitet,calida multa affuſa caput irrigato,quoad in pedibus ſudor excitetur, farinamq; quàm craſſiſſimam coquito. Excitato verò in pedibus ſudore farinam plurimam & calidiſſimam edat ſuper ebibito mero, & ſtragulis coopertus placidè quieſcat.Aut certè narciſſi duo aut tria capita in cœna edat. Venturum furorem prænunciat, cui in mammis ſanguis colligitur.

Ἀπὸ γαστρὸς ταραχῆς, ἢ ἀπὸ βηχὸς, καρκίνου γενομένου, τὸ στόμα πικραίνεται. διδόναι δὲ πίνειν, ἐλατήριον δὶς ἢ τρὶς, ἢν μὴ ψελλὸς ῇ. ἐπιδεῖν δὲ, χαλκοῦ ἄνθος καύσας, ἕως ἂν πυῤῥὸν ῇ, καὶ σπογγίην ἢν μὴ ψελλὸς ῇ, ἀλύκης, φρίκης, χάσμης, οἶνος ἴσος ἴσῳ, ἢ γάλα, ὦτος περιωδυνίην σικύην προσβάλλειν. ὅτι ἂν τῶν ἄνω πονέῃ, ὀδύνη ἐς τὰ ἰσχία, ἢ ἐς τὰ γούνατα, καὶ ἄσθμα λύει πάντα τούτων γινόμενον. Εἰλεοῦ λεπτοῦ ψυχρὸν οἶνον πολλὸν ἄκρητον κατὰ λόγον διδόναι, ἔστ' ἂν ὕπνος, ἢ σκελέων ὀδύνη γένηται. λύει δὲ καὶ πυρετὸς, καὶ δυσεντερίη ἄνευ ὀδύνης. ἢν ὑποχόνδριον τεταμένον ῇ, πιέζειν τῇ χειρὶ καὶ λούειν. παρωνυχίης κηκὶς μέλαινα ἐν μέλιτι, ὕδατος ἐφισταμένου, γάλακτος ὀκτὼ κοτύλας δοῦναι πιεῖν. ἢν δὲ ἐμέῃ, καὶ μὴ πίνῃ μυττωτὸν δριμύν. ὥστε ἔχειν γυναῖκα ἐν γαστρί. πωλύπια ὑπὲρ φλογὸς ὀπτῶντα ὡς θερμότατα καὶ πλεῖστα ἡμίφλεκτα διδόναι τρώγειν καὶ τρίψαντα λίτρον αἰγύπτιον, καὶ κορίανον καὶ κύμινον κόλλικας ποιοῦντα. προστιθέναι τῷ αἰδοίῳ. ἢν ἐκ κραιπάλης κεφαλὴν ἀλγέῃ, οἴνου ἀκρήτου κοτύλην πιεῖν. ἢν δὲ ἄλλως κεφαλὴν ἀλγέῃ, ἄρτον ὡς θερμότατον σὺν οἴνῳ ἀκρήτῳ ἐσθίειν, ἢν ἄνθρωπον θέρμη ἔχῃ μὴ ἀπὸ χολῆς, μηδὲ ἀπὸ φλέγματος, ἀλλ' ἢ ἀπὸ κόπου, ἢ ἄλλως πυρεταίνῃ, ὕδωρ θερμαίνειν πολλὸν. ἔπειτα ὑπερχέων τὴν κεφαλὴν βρέχειν, μέχρις ἂν τοὺς πόδας ὑδρώσῃ. καὶ ἄλητον ἕψεσθαι ὡς παχύτατον, ἐπὴν δὲ ἱδρώσῃ τοὺς πόδας, ἄλητον ὡς πλεῖστον καὶ θερμότατον ἐσθίων, καὶ οἶνον ἄκρητον ἐπιπίνων, περιεσταλμένος ἱματίοις, ἀναπαυέσθω εὐκόπως. ἢ μὴν ναρκίσσου δύο ἢ τρεῖς κεφαλὰς ἐπὶ τῷ δείπνῳ ἐσθιέτω, τῷ μέλλοντι μαίνεσθαι τόδε προσημαίνει. τὸ σημεῖον, αἷμα συλλέγεται αὐτῷ ἐπὶ τοῖς τιτθοῖς.

ἀπὸ γαστρὸς ταραχῆς] Etſi obſcurè admodum morbi huius cauſa definitur, popularem tamen appellationem ſequitur,dum ex rara obſeruatione in oris vlceribus cancrum ſubortum animaduertit. Quem nos ſæpiſſimè ex acri & ſalſo pituitæ curſu, in ſaliuante oris cauo conſpicimus,eiuſque ſerpentem ferociam adurentibus medicamentis circumſcribimus. Vt non mirum ſit hîc elaterium aut florem æris vſtum adhiberi, cùm Celſus lib.6. * in oris cancro ſi penitùs malum deſcendat,calcem,chalcitidem,auripigmentum & chartam vſtam,nec non acetum ſcillinum imponat.Chirurgi verò noſtri fœlici admodum ſucceſſu, ſpecillum lana inuolutum in medicamentum adurens demittunt,& ſuper vlcus tenent,eoque modo gliſcentem vlceris rabiem frenant. In hoc autem oris vlcere ſicciſſima medicamenta admouet,offenſionis & loci ratione ductus. Quod etiam facit Celſus, ψελλοὺς non eſt cur alios intelligas quàm quos priùs ſubinde etiam cum tædio deſignauimus. Caluus hîc omiſit ἕως ἂν πυῤῥὸν ῇ.

* *Cap.* 15.

ἀλύκης] ἀλύκην, moleſtam corporis iactationem & incontinentiam intelligimus, quam anxietudinem vocant,cùm à feruente & corpus inæqualiter commouente materia primis in venis, vellicatur ſtomachus,adeoque natura exagitatur,vt præſentem rerum ſtatum faſtidiat, ſubindeque corporis figuram mutet, membraq; diſſolutè admodum diſpergat, ἀλυσμὸν, ῥιπτασμὸν, ἄλυον & ἀλύζειν ἀπὸ εἰς

ειαι ἢ δυσφορίαι, καὶ ἄλυν Graeci dicunt. Eiusdem enim esse notionis ἀλυσμὸν & ἀλύκην, ἀλύειν verbum indicat, ex quo velut nouam deduxerunt coloniam. ἀλύειν δὲ λέγουσι (vt scribit Galenus *) ἐκείνους τῶν ὑγιαινόντων, ὅσοι μὴ δύνανται ἀεὶ ζῆν... καὶ μεταβάλλεσθαι πρᾶγμα ἐπὶ πράγματι... De ἀλυσμῷ autem sic scribit in Prognostico: † τοῦτο δ' αὐτὸ τοῦτο δηλοῖ τὸ δυσφορεῖν ... Quibus ex verbis perspicuum est ἀλυσμὸν & ἀλύκην, de ægris animi anxiis & doloris intolerantia laborantibus dici. Cuius quoque explicationem locupletiorem, ut & verbi ἀλύειν ampliorem significationem in OEconomia nostra, ex Plutarchi libello de poetis audiendis, scribimus. Huius porro sententiæ authoritas, vt & caussarum explicatio ex aph. 56. lib. 7. petenda est, vnde tota ducitur. Cuius fidem exemplaria quædam sequuta sunt, quæ intercisam habent scriptionem. Neque enim ἢ γάλα legunt. Quod & fecit Corn. Vetus tamen exemplar cum duobus aliis, in eam lectionem nos traxerunt, & non insolens Hipp. phrasis: vt ne addam lac maximè ἐπικεραστικὸν esse, & plurimùm humorum acrimoniam aut vitium temperare. Etenim si æqualem aquæ mixturam vino adhibet Gal. ἐπικεράστως ratione id genus auxilij in lacte negari nefas est cùm sit ἐπίκρασις Galeno lib. 9. meth. vitiosorum succorum curatio, in qua paulatim depletum humorem vitiosum bono lenitim apposito compensamus, tandemq; ex huius copia totius vitij reliquias temperamus. * *Aph. 56. lib. 7.* † *Com. 1.*

ὀπὶς σφοδρωσύνην] σφοδρωσύνην de intenso dolore & vexatione intelligimus, quam τῇ ἀσχαρεία opponit Plato lib. de legibus vt & σφοδρύνων sumit Demosth. pro eo qui toto corpore vexatur & dolet. Dioscor. vero lib. 2. * ὀφθαλμῶν σφοδρωσύνας grauissimos oculorum dolores intelligit, vt rectè viderunt interpretes. Aurium dolor cùm sæpè ad dementiam præcipitet, Medici consilium ad se vocat & leuamentum postulat. Quod penitioris mali euocatione facit cucurbitula. † Asthmata cum Plinio anhelationes diximus. Quod sequitur λύει τοῦτο τῶν τοιουτῶν γινομένων, Caluus ad cucurbitulam refert, eamque repetit, cùm potiùs videatur doloris superiorum partium esse alleuatio quædam ἐκ τῆς χυμῶν μεταστάσεως.

* *Cap. 54. & cap. 124.* † *Lib. 23. cap. 1.*

εἰλεοῦ λαπαροῦ] εἰλεὸν tenuioris intestini morbum cum Celso dicimus alij voluulum. * Mollem verò hic dicit leuem, nec dolores intensos excitantem, qualis est qui inflammationem secum non habet, ἀφλεγμάντως Aretæus vocat. Est enim interdum vbi ex caussæ vi offensio intentionem acquirit, interdum etiam de summa iniuria aliquid remittit, vbi frigida & lenta materia tenuiorum intestinorum inanitas oppletur, & humorum ignauia dolor inducias facit, nec adeo variis tormentis corpus exagitat. Cuius respectu merum & febris prodesse possunt (vt scribit Hipp. aph. 44. lib. 6. & Celsus lib. 2. cap. 8.) cùm flatus plurimùm discutiant, qui præcipuus est in morbi huius curatione scopus. Sic Aretæus lib. 2. Cur. acut. morb. † vinum cæteraque calfacientia adhibet, cùm scribit: ... Etsi ea aliter legisse interpres visus est. ψυχὴν cur adhibeat, non est facilè consequi. Quoddam exemplar ψυχρὸν legit, ad superiora referens, vt ad caussam intendisse videatur. Caluus hanc dictionem omninò neglexit, codicum fide fortè adiutus, neque enim magnum momentum habet. Quæ sequuntur, alieniorem curationem habent. Neque enim somno aut crurum dolore, vt neque febre morbus alleuatur. Etsi somnus doloris ratione magnam habet auxilij partem, vbi præsertim victa malo sensuum acies, obstupescentibus medicamentis retundenda est. Quod non raro hac in offensione accidit, vt notat Aretæus. Crurum dolor huic morbo satis familiaris est, adeò vt vix in melius vertat. Id annotat Hippocrates libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. τὰ δὲ σκέλεα βαρέα αὐτῷ καὶ ἢν περιψύχηται τίμεν. Μεταστάσεως tamen ratione iuuare potest dum materiæ transpositu morbus in crura secedat. Quæ solutionis ratio, crebrò ab Hippocrate annotatur. Vt mirum sit, Caluum hunc crurum dolorem in aliam sententiam retulisse. Huic etiam solutioni accenseri potest, quam hic δυσεντερείαν dixit pro alui quouis profluuio capiens. Paulùm enim à nomine deflectit, & id satis indicant quæ adduntur, ἄνευ ὀδυνῶν. Effusa verò aluus obuolutam in intestinis materiam & vi interceptam demittens, morbum liberat. Quod vnicum remedium propè procuratur, etsi quibusdam parum proficit, vt ex historia mulieris voluulo laborantis dignoscas licet, ' & lib. 3. de morb. damnatur. δυσεντερείαν, intestinorum tormina ex Celso dicere potuimus, non στρόφους accipientes, quibus plurimùm exagitantur qui hoc morbo conflictantur, sed nominis propriam significationem quodam iure vendicantes. Hunc porro locum conuellit Cælius Aurelianus cap. 17. lib. 3. acut.

* *Cap. 1. lib. 2. & cap. 13. lib. 4.* † *cap. 5.* " *lib. 3. epid.*

ἢν ὑποχόνδριον] Id quoque ad superioris morbi curationem pertinere videtur, in quo præcordia plurimùm laborant & contenduntur. Quorum mollitudinem omnibus modis molimur, balneum, fomenta, & inunctiones adhibentes. Quin & ægrum in oleum sæpè demittimus. τῇ χειρὶ igitur manus ministerium indicauit, inunctiones & fomenta designans. Hanc sententiam Caluus longè transposuit.

* παρωνυχίας] παρωνυχίαν reduuiam Latinè aut rediuiam dicimus. Abscessus verò est, qui ad radices vnguium coit. Quidam paronychiam, alij paronychia, neutro genere, seruata dictione Græca vocant. De reduuia Paulus lib. 3. † ἡ παρωνυχία ἀπόστημα ἐστὶ παρὰ τὴν ῥίζαν τοῦ ὄνυχος συνιστάμενον. Curationis verò eiusdem etiam meminit, ... Nigram autem gallam addit Hippocrates, maioris adstrictionis nomine. Galla enim nigra quæ Dioscoridi & Galeno lib. 2. de loc. aff. omphacitis, nobis Romana dicitur, tuberosa, solida & grauis, flauam, inanem & leuem adstrictionis robore vincit, vt scribit Diosc. lib. 1. & Gal. lib. 7. simpl. med. Quam opinionem Paulus lib. 7. & Aetius lib. 1. sequuti sunt. De nigra etiam & candida galla agit Theoph. lib. 3. cap. 6. † *Cap. 18.*

ὕδατος ἐπιμένου] His obscuris verbis quid intelligendum sit, non satis planum est. Mihi ex hyperbato ad voluulum ista referri placet ex quo imminentis aquæ periculum metuendum sit. Quod testatur Hippocrates libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. ... Sic ὕδατος ἐπιμένου impendentem & imminentem aquam significare videtur. Lac verò in huius morbi curatione adhiberi, etsi hic indefinitum est, illic tamen quodammodo circumscribit: ... Quod verò myttoton adhibet, id caussæ ratione facere videtur, non secus ac libro prius adducto in multis voluuli flatibus allium adhibet. * Praxagoras etiam contra morbum regium, allium vino miscuit, & contra ileum in oleo & pulte. Cum lacte etiam apponitur, quemadmodū suspiriosis tritum in lacte datur. Est autem μυττωτὸς aut μυττωτὸν, vt ex Dioscor. Gal. interpretatur ὑπὸ τρίμμα σκορόδων καὶ κρομμύων. Polluci verò τρίμμα ἐκ σκορόδων ἐστιν. nos pulmentum ex intrito allio & cepa dicimus, quod præcipuè fiebat ex allio Cyprio, quod vlpicum à Col. & Pl. dicitur, & cæteris est grandius. Plinius μυττωτὸν Theophrasti intelligens, pulmentaria ruris vertisse videtur. Theophrasti verba sunt ex lib. 7. de hist. plant. † μάλιστα δὲ τὸ Κύπριον ... ἀλλὰ πρὸς τὸν μυττωτὸν χρῶνται. Quæ sic expressisse videtur Plinius lib. 19. ' Vlpicum quoque in hoc genere Græci appellauere allium Cyprium, alij antiscorodon, præcipuè Africæ celebratū inter pulmentaria ruris, grandius allio. Vbi Aphroscorodon pro Antiscorodon legendum censeo. Siue enim id Aphricæ tribuas, vnde & Punicum dicitur siue spumæ, quæ eo trito plurimum increscit, hanc inde appellationem retinere debet. Quod satis indicat Columella lib. 11. ² Vlpicum quod quidam allium Punicum vocant, Græci autem ἀφροσκόροδον appellant, longè maioris est incrementi quam allium. Quæ profectò expressit Plinius, vt & illud Theophrasti, trito allio mirum in modum spumam increscere, cùm dixit: Tritum in oleo & aceto, mirum quantum increscat spuma. In quibus Aphroscorodon legi debere, fidem satis nostram obstringimus. πρὸς τὸν μυττωτὸν Theophrasti, in Myttotis dixit Gaza, nomen retinens. Plinius verò satis significauit, in oleo & pulte allium ileo & tenesmo admouens, vbi Diosc.³ secutus videtur. Is enim de allio loquens scribit: ... Vbi vitiose μύτον pro μυττωτὸν legitur. Ex quibus colligimus pulmentum ex allio & nigris oleis μυττωτὸν dici. Quibusdam etiā reliquias & genus edulij ex al-

liis variisque condimentis concinnatum, caseo, oleo aut porro significat. Dictum quasi μυττωτὸν, παρὰ τὸ μυττωτεύειν, conterere, videlicet esculentum, vt annotat Aristoph. interpres ἐν ἱππεῦσι, & Cælius Rhodiginus lib. 3. cap. 30. μυττωτὸν autem σκόρδον dicit, vt Pollux τρῖμμα σκορόδου, propter allium & lachrymosam ceparum acrimoniam, ex quibus intritum fieret. Aut quia præcipuo quodam modo ex allio Cyprio generoso & grandiori, pulmentaria huiusmodi condirentur, cùm & allia quædam ingenio condulcescant, & in Ægypto satiuum singulari capite, gustu dulci nascatur, vt scribit Diosc. Errant verò qui allium Cyprium, quia sit generosius, syluestre esse credant: quod à Diosc. & Gal. ὀφιοσκόροδον aut ἐλαφοσκόροδον dicitur, & medicamentosas magis vires habet. Siue igitur hunc locum singulari quodam modo de aqua intercute per se impendente intelligas, hydropicis confert myttoton, vt ex Dioscor. diximus. Siue ex ileo consecutum hydropem intelligas, habes in ea re non leuem Plinij assensionem. Quorum authoritas in re obscura non parum habet momenti. Cætero hîc, cotylæ nomen propter ambiguitatem retinui. Cùm enim duplex sit cotyla, Attica & Italica, hæ plurimùm inter se pondere dissentiunt. Attica enim vncias mensurales nouem, ponderales autem septem cum semisse capiebat. Italica verò mensuræ pondo æquat. Potui sequi nobilissimos interpretes & literarum lumina in heminæ ratione, sed me nominis ambigua notio retardauit, præsertim cùm in eo doctissimos quosque inter se repugnantes sentiam. Sunt enim qui cotylam, heminam esse credant: alij verò acetabulum vertunt. Quod fecit Valla in Thucydide, & hîc sibi permisit Caluus.

* *Pl. cap. 6. lib. 20.* † *Cap. 4.* [1] *Cap. 6.* [2] *Cap. 3.* ** *Lib. 20. cap. 6.* [3] *Lib. 2. cap. 182.*

ὅσα ἴχει] Hæc materia tota ex τῆς ὑλήματος sylua cæsa est, vbi vteri vsibus pro variis scopis accommodatur. Modò enim ad vteri purgationes, modò verò ad inflammationes & sanguinis profluuia adhibetur. Quin ad secundas extrahendas ibidem præbet, σκόροδα ἑφθὰ ὑπόπτα ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ μετὰ πολυπόδιον καὶ σηπίδιον. Vt facilè intelligas vterorum perpurgationi accommodatam in primis esse materiam, libro etiam περὶ ἐπικυήσιος polypum in vino dulci coctum ad conceptum adhibet.

κόλλικας ποιοῦντα] κόλλικας Gal. * interpretatur τοὺς τροχίσκους καὶ τὰ μικρὰ ἀρτίδια. ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσι, κολλικοφάγε Βοιώτιε, ἐπὶ τῶν σμικρῶν ἀρτίσκων εἴρηται. Est igitur κόλλιξ ἡ κόλιξ εἶδος ἄρτου παρὰ τρυφεροῖς, vt ait Aristophanis interpres, vnde κολλικοφάγος dicitur. Sunt & κόλλικας ἄρτοι οἱ καὶ κόλλαβοι λεγόμενοι Athenæo. κόλλαβοι verò dicuntur fidium ἐπίτονα, hoc est verticilla & clauiculi in cithara, quibus intenduntur aut remittuntur fides. Qui meliùs κόλλοπες dicuntur, vt ait Phrynichus. A quorum similitudine panes quidam dicti sunt κόλλαβοι, vt refert Suidas. Alij speciem placentæ quadrangulæ aut minuti panis intelligunt, παρὰ τὸ ἐκ τῶν μεγάλων κολλαβίζεσθαι. De quibus Cælius lib. 16. † Nos Galenum in suo regno secuti, pastillos diximus, quæ est materia suffitibus paratissima.

* *In Exegesi.* † *Cap. 46.*

ἢν ἐκ κραιπάλης] Galenus * omnem capitis offensionem ex vinolentia κραιπάλην vocat, παρὰ τὸ κάρηνον πάλλεσθαι. Aëtius lib. 4. † ἐξ οἴνου γινομένην ἀπεψίαν κραιπάλην dicit. Plato verò in Symposio cum cæteris, hesternam ingurgitationem crapulam esse significat. Plinius etiam, ex capitis dolore & vertigine crapulam deductam esse testatur. [1] Tanto labore tantoq; opere & impendio constat quod hominis mentem mutet, ac furorem gignat, millibus scelerum hinc deductis tanta dulcedine, vt magna pars non aliud vitæ præmium intelligat. Vina ex libidine hauriuntur, atque etiam præmio inuitatur ebrietas, & per sexcentas corporis offensiones prædicatur sitis quæri. Namque & hæc necessitas vitium comitatur, vt bibendi consuetudo augeat auiditatem. Vino enim debemus homines, quod soli animalium non sitientes bibimus. Et tamen vitiis laudem prætexímus, & Medicorum placitis commendationem accepit ebrietas. In manibus est Mnesithei Atheniensis medici apud Athenæum de κωθωνισμοῦ epistola, [2] quæ docet, qua ratione citra animi & corporis offensam inebriari quis possit. In qua compotationis laudatione, primas tenet humorum ventris cauo ingurgitatione continenti collectorum, per vomitionem expurgatio. Nec enim stomachus, humorum corporis saburram commodiùs quàm repletus exonerare potest. Hinc etiam pendet veteribus Medicis fama magis quàm re, attributa vomitionis menstruæ approbatio, qua corporis alueus & sentina exonerarentur. Cui suffragatur Gal. lib. 5. de vsu partium. Crapula etiam, medelam apud optimos quosque Medicos meruit. In quo Apollonium secutus est Gal. lib. 2. κατὰ τόπους. Huic quoque succurrit Aëtius lib. 4. At verò vt nec ista satis definita sunt quæ ab Hipp. scribuntur, ita profectò à nullo attinguntur, sed in capitis dolore ex meri potu vini vsus circumciditur, ne oleum camino addas, sed incendium frigidæ potu extemplo restinguitur. Aquæ potum interponere vtilissimum, itemque iugi superbibere ebrietati. Vinum ieiunos bibere principali inuento vtilissimum est. Vigorem enim animi impedit, & ad articulorum morbos rectissima est via, vt scribit Gal. Com. in aph. 28. lib. 6. Et malo exemplo ex Homero doctrinarum fonte, licentia inducitur. Somno enim ac securitatibus donat Homerica illa Helena, [3] quod vinum ante cibum ministrauit. Sic quoque in prouerbium cessit, Sapientiam vino obumbrari. Quin & nondum exhalatæ popinæ redintegratio, & iucundum nefas, principum edictis vindicatur. Tiberio enim Claudio Principe institutum, vt ieiuni biberent, potus vini cibos antecederet, externis & hoc artibus, ac Medicorum placitis nouitate sese aliqua commendantium. In quo vt nec omninò iniquum fuit iudicium, sic nec semper impunè, nec verò semper malè cedit. Sed ferè quos ratio non restituit, eos plærunque temeritas iuuat. Est vbi quoque non sine ratione vinum accommodari possit. In quibus enim frigida ventriculi natura, vini copiam malè coxit, & stomachi imbecillitas nauseas, redundantias, & humorum cruditatem, cum oris viscida saliuatione inuexit, ea vt concoquentibus & calefacientibus, ita profectò moderato vini vsu iuuatur. Excitatus enim qui quodammodo sopitus erat ventriculi calor, cruditatis reliquias & grauitates facili leuamine propellit. Vino nempe stomachus recreatur, appetentia ciborum inuitatur, tristitia & cura hebetatur, vrina & algor expellitur, somnus conciliatur, quod vnicum est ad cruditatis fotum auxilium. Quod in dies prospero successu experiuntur, qui bibendi leges dant & accipiunt, & diligenter legum scita contra vinolentiam obseruant. Homines planè ad perdenda vina geniti, tanquam effundi illa non possint nisi per humanum corpus. Qua in re sibi Salernitano edicto cauent (quando & hæc ars suis legibus & patrociniis constat) quo hic lusisse non pigebit:

Si nocturna tibi noceat potatio vini, Hoc matutina rebibas & erit medicina.

Ipse quoque Medicinæ parens lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. in stomachi cruditate & insolita ingluuie, vinum meracum exhibet, non alio quàm hîc consilio coctionem intendens. Vbi breuiter totius crapulæ medelam indicat, in eiusque curatione ieiunio parcit. Scribit enim, νηστίην πονηρὴν πρὸς τὴν κεφαλαλγίην καὶ κραιπάλην. Cibo enim humorum acrimonia retunditur, qui vapores in caput subleuant & ieiunio exasperantur. Quod sequitur, ἢν δὲ ἄνθρωπος, capitis grauitatem ex humorum corruptela in ventriculi ore infarctorum respicit, à quibus sublati quoque vapores tentant caput. Quibus semiustulati panis offa vino intincta, quotidie succurritur, ἀκράτισμα antiquis dicitur, διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν ψωμούς, si Athenæo credimus.

* *Aph. 5. lib. 5.* † *Cap. 51.* [1] *Lib. 23. cap. 1.* [2] *Lib. 11.* [3] *Odyss. δ.*

ἢν ἄνθρωπον] Placitum est 42. lib. 7. quod huic sententiæ facile assentitur: ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ καὶ θερμοῦ κατὰ χεομένου κατὰ τῆς κεφαλῆς, λύσις τοῦ πυρετοῦ γίνεται. Vtrobique verò Hippocrates febres putridas excludere videtur, cæterarumq; curationem instituere, diariarum tamen præcipuè, quæ vel ex lassitudine, insolatione, algore, vel cutis stipatione ortum habent. Quibus vel maximè balneum succurrit. Cibo quoque tempus idoneum præmonstrat, id quod cùm in omnibus morbis, tum verò in acutis periculis & quibus febris subest vehementior, præcipuum habet momentum. Ea verò cibi exhibendi occasio, declinatione maximè vrgenda est, cùm calor qui priùs corporis penetralia subierat, deinde verò totam planitiem æquauerat, in habitum corporis & superficiem euaserit, extremasque partes leui quodam sudore affuderit. Idque hîc per pedum sudorem omninò exprimere videtur quod lib. 1. de rat. vict. in morb. ac. dum febricitantium cibandorum tempus, pedum calore circumscribit. Scribit enim ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, ἐπέχειν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν. μάλιστα δὲ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι, ὅταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τοὺς πόδας, τότε διδόναι. Neque verò quemlibet pedum calorem intelligit, quando incrementum ad corporis extrema calorem diffundit, aut cum per statum ex æquo corpus occupat, sed cùm per declinationem ipsam relicto corporis cauo, per summas partes exspirat. Porò hîc febres putridas non ita difficili negotio quàm in Aphorismis excludit. Addit enim μηδὲ ἀπὸ φλέγματος, cùm tamen per febres biliosas intelligi potuerint, vt patet ex Galeni Commentario.

τὰ μέλλοντα μαίνεσθαι] Aphorismus est 40. lib. 5. quem vertit Celsus lib. 2. " Suffusæ sanguine mulieris mammæ, furorem venturũ esse testantur. Hîc autem συλλέγεσθαι, quod in aphorismis συστρέφεσθαι dixit, vtrobique propria admodum significatione. συστρέφεσθαι enim Hipp. dicitur lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. ὅταν χυμοί τινες μοχθηροὶ συστρέφωνταί τε καὶ ἀθροίζονται κατά τι μέρος. Vnde συστροφαὶ & συστρέμματα, φύματα

A φύματα καὶ πανίας significant, vt prius diximus. Collectiones, vsitato nomine Latini vocant, prauorum humorum in aliquam corporis partem confluxum & coaceruationem. " Cap. 7.

Habes Lector candide, lucubrationum nostrarum in Hippocratem Medicinæ parentem, primum delibatas nominis nostri primitias, quas tibi magna votorum nuncupatione afferimus, & tanquam *De primo matrum lacte colostra damus.*

Quibus si candore tuo aspiraueris, ex eodem oleo & opera longè plurima (neque enim maiora in re Medica tractari possunt) exarabimus.

B HIPPOCRATIS COI, MEDICORVM LONGE PRINCIPIS, DE MORBIS VVLGARIBVS, LIBER TERTIVS.

Post Galeni Commentarios, Annotationibus & Latinitate nunc recens donatus,
ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico, autore.

C

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

Ἄρρωστος πρῶτος.

Πυθίων, ὃς ᾤκει παρὰ γῆς ἱερόν, ἤρξατο τρόμος ἀπὸ χειρῶν, τῇ πρώτῃ πυρετὸς ὀξύς, λῆρος. δευτέρῃ, πάντα παρωξύνθη. τρίτῃ τὰ αὐτά. τετάρτῃ ἀπὸ κοιλίης D ὀλίγα, ἄκρητα, χολώδεα, διῆλθε, πέμπτῃ πάντα παρωξύνθη. ὕπνοι λεπτοί. κοιλίη ἔστη. ἕκτῃ πτύελα ποικίλα, ὑπέρυθρα. ἑβδόμῃ στόμα παρεσπάσθη. ὀγδόῃ πάντα παρωξύνθη. τρόμοι παρέμενον. οὖρα δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν καὶ μέχρι τῆς ὀγδόης, λεπτά, ἄχροα. ἐναιώρημα εἶχεν ἐπινέφελον. δεκάτῃ ἵδρωσε. πτύελα ὑποπέπονα. ἐκρίθη. καὶ οὖρα ὑπόλευκα περὶ κρίσιν, μετὰ δὲ κρίσιν, τεσσαράκοντα ἡμέE ρῃσιν ὕστερον ἐμπύημα περὶ ἕδρην. καὶ στραγγουριώδης ἐγένετο ἀπόστασις. ⚹. Π. ΟΥ. Μ. Υ.

Sectio prima, Æger primus.

Pythio ad Telluris ædem habitabat. Huic statim primo die tremor ex manibus, febris acuta, & mentis vacillatio cœpit. Quæ omnia postridie exasperata sunt & tertio eadem perseuerauere. Quarto, ex aluo pauca, syncera, biliosa transmissa sunt. Quinto inualuerunt omnia, tremores perseuerarunt, somni exigui aderant, aluus constitit. Sexto sputa fuerũt varia, aliquantulũ rubra. Septimo os perperam distractũ est. Octauo ingrauescẽtibus omnibus etiamnum tremores permanebant. Vrinæ verò à principio quidem & ad octauum vsq; diem tenues, decolores, sublime quiddam in medio innatans nubilum habebant. Decimo sudoribus prouocatis paulumq; maturioribus redditis sputis iudicatus est, & sub iudicium ipsum vrinæ aliquantisper tenues visæ sunt. Post iudicationẽ verò, quadragesimo tandem die circa sedem suppuratio facta est, & in stranguriam abscessus transiit.

QVOD toto libro primo de Morbis vulgaribus consilio quodam factitauit Hippocrates, vt Medicum in particularium ægrorum procuratione & inspectione velut in singularium cognitione exerceret: id quoque per hunc totum librum largiore quodammodo manu faciundum ratus, tam amplè ægrorum exempla digerit, morborum dispensationes instruit, vt vel inde ad vniuersalium præceptionum notiones confirmandas & in vsum deducendas, atque ad admirabilem istam faciendæ Medicinæ coF piam, abundè comparatus esse Medicus queat. Ista nanque particularis ægrorum progressio, tam congruam habet casuum enumerationem, signorum distinctionem tam variam, tam aptam quoque remediorum submonitionem, tam efficacem denique iudiciorum vim & autoritatem, vt ex hoc veluti Hippocratis opere medico, curationum artem tanquam suppellectilem tibi adornare sit facillimum, possisque his instructus per media ægrorum triclinia tutus & integer omninoque admirabilis, velut caduceo ornatus, oberrare, indéque etiam hunc germanum parentis fœtum agnoscere. Quod etiam præter assignatam priùs familiæ notam fatetur * Gal. libello περὶ κωμάτος. In hac igitur ægrorum αὐτοψίᾳ primus occurrit Pythio, primis statim diebus cum febre acuta pessimis conflictatus casibus, qui & fatiscentem prauorum humorum copia ægrum, eorumque grauitate oppressas naturæ vires arguebant. Manuum nanque tremor in ipso morbi exordio subortus & longo interuallo persistens, quid nisi appetitum genus neruosum, & liberarum motionum effectiones irritas, musculosique generis consopitas actiones, ex prægrauante succorum multitudine, indicat; Momentanea verò & subita delirij species, eam cerebri affectionem proponit, quæ & magnam humorum congeriem, & variam eorundem complexionem subnotaret. Pleniorem nanque pituitæ redundantiam bilioso succo permixtam G coniicere est facile, ex quorum consortio irritata mentis acies aliquantulum vacillauit, perennisque sensationum ille riuus, magna humidi abundantia riguus factus & madidus, inefficaces habuit ad motum aptitudines: vt non leui ex causa vitiosorum humorum sobolem, & verò redundantem etiam succorum plenitudinem facile fuerit coniicere, ideoque ad deplendam huiusmodi copiam, vt præsentissimum remedium, non temerè venæ sectionem primo quoque tempore admisisse scribit Galenus. Qua prauitatis succorum plenitudine circumseptum cerebrum, eam veluti refusam & exundantem, in demissam neruorum propaginem & totius corporis caudicem, tanquam in alueum transfudit. Quo in cursu subsistente materia, continens manuum tremor & fœda oris distortio, leuisque thoracis affectio, totam in se curam conuertit, donec auxiliaribus copijs innixa natura, procuratis concoctionibus & excitatis sudoribus, magnam habuit de fracto hoste fiduciam. Quam vt nutantem sensit, longè latéque quà potuit rectà insistens, in eas angustias compulit, vt facto per media vrinæ conceptacula aditu, tandemque eo eiecto salus ægro, demissis per vrinæ difficultatem, velut per abscessum, morbi reliquiis, sit quæsita. Quo in certamine nemini mirum esse debet I longam de victoria conceptam spem, importunis hostis insidiis tardatam fuisse. Nam cùm variæ angustiarum voragines & crebri anfractuum recessus promptam hosti occasionem facerent, in ea circumflui per totum corpus humoris depositione, quæ per vrinas facta est, non nisi quadragesimo tandem die, leuiter licet antea tentatam iudicij aleam, potuit natura absolutione abscessuque ad sedem dissoluere. Quò sanè etiam minùs mirum est, in eã iam animo præcepta profligandi hostis alacritate, vrinas ipsas, quod in earum statione prælium fieret, aliquantulum tenuitate ipsa hosti cessisse, cùm & eæ à se perfidiæ crimen longè dimoueant, quod & contentis suis inauguratam salutem ostenderint, & robore naturæ confirmatæ, licet crebrò appetitæ, animum ad certissimam spem semper erexerint, nunquam certè despondent. Atque eò clarior earum virtus enituit, quòd secundum se pronunciatæ victoriæ, characteres etiam ipsi elogium præbent amplissimum. Nam & vrinarum multitudine, morbi reliquiæ deiectæ sunt, & in eas humorum deposito abscessu, plena salus est procurata. Quod verò ad hunc ægrorum numerum spectat, is etiam Galenum subscriptorem habet, non secus ac illam particularem ægrorum recensionem libro primo factam, Galeno fuisse agnitam ostendimus. Libro enim secundo περὶ δυσπν. ægros istos ante statum pestilentem, omnino duodecim con-

ſcriptos eſſe fatetur. Vt mihi non ſit dubium, eos numero diſtinctos inter ſe ita accepiſſe, etſi exemplaria quædam ſecus feciſſe videantur. A

* *Lib. 1. epid.*

Πυθίων ὃς ᾤκει παρὰ γῆς ἱερὸν] Hoc totum per ſe accipi vult Galenus, vt ſolœciſmum vites, etſi eandem penè phraſin ex veteribus exemplaribus in Eraſino libro primo ſubnotauimus, eamq; hoc modo legit hoc in Comment. Galenus. Vt mihi mirum non ſit apud Hippocratem tumultuarie & populariter ſcriptas huiuſmodi locutiones ſæpè reperiri. Caluus πυθίωνι legiſſe videtur, quod habent exemplaria quædam, vt etiam monet Galenus. Huius porrò Pythionis meminit Galenus extremo libr. 2. περὶ δυσπν.

τρόμος ἀπὸ χειρῶν] Cùm ſit tremor effectionum ad motionem voluntariarum offenſa, fiatq; vt ſcribit Galenus, * τῆς ἰσχούσης καὶ κινούσης τὸ σῶμα δυνάμεως ἀῤῥωστίᾳ, huius certè affectionis non alia quàm aggrauans humorum plenitudo & redundantia inueſtiganda eſt, cui veluti oneri fatiſcens virtus, interceptis organis, animales ad motionem aptitudines irritas habet & caducas. Humore igitur oppreſſis & tanquam ponderi ſuccumbentibus ex animi appetitione ad voluntarias effectiones deſtinatis inſtrumentis, naturalis efficientiæ ineptitudo orta eſt ex eaque partium grauitate plenitudinis ſignum demonſtratum eſt euidentiſſimum, φαίνεται γὰρ τὸ βάρος, inquit Galenus, " τοῦ πρὸς τὴν αἰσθητικὴν δύναμιν πλήθους, ἐναργέστατον εἶναι γνώρισμα, καὶ ἴδιον ἐστι τοῦ πρὸς τὴν δύναμιν πλήθους γνώρισμα, τὸ βαρύτερόν τε καὶ δυσκινητότερόν τε ἀπὸ πλείονος. Deplenda itaque multitudo fuit, vt hac veluti leuatione, animalis virtus recreata, ad obeundas actiones ſeſe erigeret. Quo in negotio ineundo, ἐπὶ τὴν πρόφασιν δεῖ ἐλθεῖν καὶ τῆς προφάσιος τὴν ἀφορμὴν, vt ſcribit Hippocrates libro ſecundo epidem. † Nam & cauſæ inueſtigatio eiuſque primordia & occaſio, in affectionis & remediorum cognitionem deducunt ampliſſimam. Cùmque tremoribus ex plenitudine ſubortis venæ ſectio præſentiſſimum afferat auxilium, (vt ſcribit Galenus "") iſtam non temerè fuiſſe omiſſam ab Hippocrate remedij occaſionem credibile eſt, rectéque annotat Galenus. Sic nanque in Stymargi ancilla libro ſecundo epidem. ex recentis partus purgamentis, vteri conuolutione & tremoribus laboranti, vena ad malleolum ſecta opem attulit. Vt hoc vel vno indicio, plenitudinis & plethoricæ affectionis ſuſpicionem in hoc ægro valuiſſe intelligas. In hoc verò humorum per ſpinalem medullam tranſcurſu, in eaque ex ſuperiore capitis cœlo in inferiores corporis lacunas demiſſione, ad ſuperiores thoracis vertebras humoris aliquid reſtitiſſe veri eſt ſimile, quo appetitæ neruorum origines, manuum ad motum actiones debilitarunt, ex eaque loci vicinia aliquantulum noxiæ affinis thorax eſt redditus. Reliqua humorum colluuies & impuritas in veſicæ alueum comportata, ſuam illic ſæuiendo improbitatem exercuit, quæ moleſta qualitate & acrimonia, facto abſceſſu in vrinæ difficultatem erupit. Alioqui certè ſi exundans illa & praua humoris effuſio, in ea quæ per ſpinam tanquam per corporis truncum facta eſt deriuatione, in ipſis neruorum anguſtiis aut vertebrarum alueis immodicè reſtitiſſet, magna futura erat & lamentabilis totius corporis exolutio & offenſa. A qua ſanè liberior renum, vrinæ ductuum & veſicæ capacitas, totum ægrum vindicauit certæque ſalutis ſponſionem fecit. Idem verò eſt τρόμος ἀπὸ χειρῶν, & χειρῶν τρόμος. & id quod Gal. ſcripſit, ὁ περὶ τὰς χεῖρας τρόμος, niſi ſi quis ſolum initium tremoris ex manibus factum ab Hippocrate annotatum exiſtimarit, cùm in tam magna plenitudinis abundantia, tota corporis mole oppreſſa, totius etiam tremores non temerè quiuis ſuſpectare potuerit. Quale quid in Stymargi ancilla quam prius adduximus, accidit. B C D

* *Lib. περὶ ῥίγους &c.* " *Lib. περὶ πλήθους.* † *Sect. 4.* "" *Lib. περὶ ῥίγους.*

λῆρος] Huius loci meminit autor fragmenti in lib. de Hum. Hipp. Galeno attributi, indeque deſipientiæ genus fatuum fuiſſe ſuſpicatur, morbiq; occaſionem pituitoſam eſſe cenſet, his verbis, Πυθίωνα δὲ τὸν παρὰ τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν οἰκοῦντα, λῆρον φησὶ μανέντα. φλεγματικὴ δὲ ἦν ἡ πρόφασις τοῦ πάθους.

πτύελα ποικίλα] Sputorum iſta varietas coctionis progreſſionem indicabat, & ad mutationem quæ bono eſt tranſitum quendam, vt in thoracis morbis accidere ſolet, in quibus crudis adhuc omnibus & renitentibus, nulla penè aut tenuia primis diebus ſputa educuntur, idque non ſine tuſſi. Inualeſcentibus verò naturæ viribus & materiam ipſam ad eductionem apparantibus, craſſiora ac veluti conglobata ſputa fiunt, humoriſque euincentis colorem præ ſe ferunt. In eo tamen humorum per totam ſpinam illapſu, reſtitante in primis thoracis vertebris intercoſtalique ſpatio aliqua materia, nullam admodum notabilem thoracis affectionem ſubortam fuiſſe veri eſt ſimile, cùm neque inſignem admodum ad reſpirationis actionem operam hic locus adferat, non affecto præſertim thorace, nec verò difficilis reſpirationis vllam mentionem fecerit Hippocrates nominatimque nullam huic adfuiſſe difficilis reſpirationis notam adſcripſerit Galenus libr. περὶ δυσπν. Vt ne addam ne tantillam quidem tuſſis factam eſſe mentionem. Quæ certè in eam me opinionem impellunt, vt exiſtimem ſubrubra huiuſmodi ſputa ſuccorum copiam & ſanguinis multitudiné potiùs quàm vllum alium affectum thoracis ſubnotare. Huiuſmodi nanque ſubrubra ſputa exiguis ſanguinis fibris reſperſa, in ea ſucculentorum humorum præcipuéque ſanguinis redundantia viſuntur, non ſecus ac mulieribus menſtrua purgatione defectis in primis cruentorum ſputorum initiis non rarò apparere conſtans eſt experimentis fides. Depleta ergo per ſanguinis miſſionem huiuſmodi copia, fluxus reſtitit, factaque alleuatione nulla eſt conſecuta inſignis noxia, quæ certè alioqui pro partium vicinia & dignatione magnam ſecum traxiſſet ruinam. Indeque extitit vt recreatis leuato onere viribus, ſputorum quædam maturatio appareret, nullo tamen vel leui ſubnotato thoracis laborantis indicio. Subſiſtente igitur modica in illis circa prima intercoſtalium ſpatia vertebris humoris materia, quod ex his ductibus ad manus neruorum origines pertingerent, tremores permanſerunt, qua naturæ robore ob locique viciniam abſque thoracis vlla noxia paululum cocta & maturata, eaque tandem per eius capacitatem exhauſta, tremores deſierunt, ſolutioniſque ſpecies quædam ſudorum beneficio leuiter eſt adumbrata. Quæ quidem efficiunt, vt crudo omninò exiſtente morbo, quod ſatis per vrinas tenuitate pertinaces apparuit, iſta omnia manuum tremores potiùs quàm aliqua thoracis affectionem reſpicere credam. Neque enim potuit tam inſignis partis, ipſiuſque reſpirationis tam ad vitam neceſſariæ veluti officinæ noxia, non niſi per vniuerſalem morbi iudicationem dependi. Particularis ergo ſputorum iſta maturatio, quæ adumbratæ iudicationis fidem emendicat, tremorum ſolutionem cum ſudorum excretione attulit, nulla alleuati thoracis affectus ſignificatione facta. Inſignis enim in febre reſpirationis organorum læſio, non niſi per vniuerſalium coctionis ſignorum prædictionem ritè alleuari poteſt. Sed certè quòd ipſa vires aggrauans materia in thoracis amplitudinem tranſmiſſa, per ipſius ductus expurgaretur, nullam potuit aliam niſi per ſputa coctionis ſignificationem præbere. Atque eo ſanè refertur, quòd cùm iſta ſolutionis adumbratio nihil aut omninò parum ad vniuerſalis morbi leuationem faciat, nullam modò, quantumuis etiam leuem, poteſt apud Galenum rectæ iudicationis laudem mereri. Quod meritò quidem in thoracis affectibus futurum quis non videt? cùm vix vllam ſtatis ſolutionis legibus terminatam cuiuſpiam affectus leuationem æquiore iudicationis nomine donare poſſimus. At verò quòd ſingularis iſta coctionis progreſſio per ſe ipſa proceſſerit, miniméque inſignis cuiuſdam partis, nec cæteris conſentientis, ſed ab vniuerſalis morbi fomite longè ſepoſitæ, alleuationem attulerit, id ſatis confirmat nullam inſignem thoracis noxiam adfuiſſe, cùm non potuerit non niſi conſpirantibus integris ad concoctionem vniuerſalem naturæ viribus, res ad integritatem deduci, propter conſentientem inter ſe nobilium partium affectionem. Quod ſecus tamen accidit in iis affectibus qui cùm longè à ſe remotam partium conſenſionem habeant, particulares tamen coctiones morbo toto haudquaquam cocto exercere poſſunt, vt in parotidibus ſuppurationem promouentibus in Cratiſtonacta & Scymni Pictoris ancilla annotauit Hipp. lib. 1. epid. * Quod & ſua raritate eſt inſigne καὶ δεῖ αὐτοῦ μνημονεύειν (vt ſcribit Galen. ") ὡς ἐνδεχόμενον μερικὴν γίνεσθαι πέψιν ἔν μορίῳ τινὶ, καίτοι τῆς ὅλης νόσου μὴ πεφθείσης. Horum porrò neruorum qui ex primo ac ſecundo intercoſtali ſpatio originem ducunt & in minimos manus digitos producuntur, ex eadem propè affectus occaſione meminit Gal. lib. 1. loc. affect. & lib. 4. his verbis, ἑτέρῳ δὲ ἐκ περιπνευμονίας ἰσχυρᾶς ἀνακομιζομένῳ, δυσαίσθητος ἐκ τῶν ὄπισθέν τε καὶ ἔνδον μερῶν ὁ βραχίων ἐγένετο, καὶ τοῦ πήχεως ὁμοίως τὰ πλεῖστα μέχρι δακτύλων ἄκρων. εἶχον δέ τι καὶ πρὸς τὴν κίνησιν ἐβλάβησαν ἔνιοι. τούτῳ τὰ κατὰ τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον μεσοπλεύριον νεῦρα βλαβῆναι συνέβη. φέρεται δὲ αὐτῶν τὸ μὲν πρότερον [illegible] διὰ βάθους, ἀναμιγνύμενον δὲ τῷ περὶ αὐτὸ, κατασχιζόμενον δὲ εἰς μέρος πολλοῖς, ἃς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς ἐθεασάμεθα, καὶ τινὰς αὐτῶν [illegible] δακτύλων ἄκρων διὰ ἔνδον χώρας τοῦ πήχεως ἀφικνουμένας. τὸ δὲ δεύτερον νεῦρον λεπτὸν ὄν, οὐδενὶ μιγνύμενον ἑτέρῳ, διὰ τῆς μασχάλης ὑπὸ τῷ δέρματι πρὸς τὸν βραχίονα φέρεται, κατασχιζόμενον εἰς τὸ δέρμα τῆς ἔνδον τε καὶ ὄπισθεν χώρας αὐτοῦ. Ex quibus animaduertere licet hoc in caſu ex modica illapſa ad primorum intercoſtalium ſpatiorum laxitatem materia, tremores huiuſmodi & ad motus imbecillitatem natam eſſe, non aliter quàm ex congeſta humorum multitudine aut etiam ex inflammatione, his locis affectis, manuum & brachiorum motum- E F G H

...um sensationemq; ipsam in discrimen venire maximum constat, idque ex historia extremi libr. primi loc. affect. quæ ex casu in dorsi initium, ortaq; his in locis ex ictu inflammatione, digitorum sensationem deperditam fuisse ostendit. Sic quoque in *"Agesij puella anhelosa & difficili spiratione laborante, quòd ad thoracis initia affectio inhæreret, manuum motus erat molestus. De qua scribit Hippocr. οἱ πόνοι δὲ μάλιστα ὁκότε πονοίη τῇ χειρί. Quod certè ad affectæ partis dignotionem, vt hic quoque, plurimum confert. Scribit enim Galenus, τὸ δ' ἐπὶ τῇ πλευρῇ τὸ ῥῆσεως συνεζευγμένην ὡς ἐπὶ ἕνεκεν μᾶλλον ἐν ταῖς τῆς χειρὸς ἐνεργείαις, πρὸς ἔνδειξιν τὸ συμπαθεῖν ... ἀκήκοα δ' ἤδη καὶ κατ' ἄλλον λόγον ὁπότε τὸ τοῦ θώρακος ἄνω πάσχει, καὶ τὸ πρῶτον τί καὶ ... ὡς τὸ πλεῖστον, ὅλως ταῖς χεῖρας εἰς συμπάθειαν ἔρχεσθαι, νεῦρων εἰς αὐτὰς ἀφικνουμένων ἐκ τούτων τῶν μεσοπλευρίων.† Quod etiam submonuimus aliquando in ea muliere quæ ex tussi manus dextræ ac etiam cruris sinistri syderationem perpessa est, iisdem ex causis restitante ad prima thoracis initia materia.

* *st.3.* " *Com.2. in lib.1. epid.* "" *Lib.6. epid. sect.4.* † *Lib.2. epid. sect.2.*

σῶμα παρέσπασθη] In ipso humorum transfluxu, demissa ex cerebro in inferiores partes ceruicis & faciei musculos plenitudine, eos tensione affectos fuisse est credibile, vt os etiam fœdè distortum sit. In eo nanque transpositu id potiùs contigisse vult Galen. quam ex cerebri consentientis affectu. Etsi non est absonum tertiam neruorum propaginem, quæ in faciem & os producitur, noxiæ affinem fuisse. Quod in his conuulsionibus quæ ex profluente humorum abundantia contingunt est creberrimum. Nam effuso ex cerebro velut ex irriguo & perenni fonte in demissas partes humorum torrente, in ceruicis & faciei musculorum laxitatem, tanquam in proximam viciniam liberalior fit deductio. Ex qua occupatis musculorum inanitatibus eaque plenitudine distentis, contractionis aut etiam conuulsionis certissima ponuntur indicia. Hæc igitur oris distortio ex plenitudinis suspectione potiùs quàm ex inualescente cerebri affectione originem traxisse videtur, quod etiam verbis satis obscuris videtur innuere Galenus in Commentario. ...θη verò κατεσπάσθη interpretatur Galenus vt conuulsionis & contractionis speciem sub oculos faciliùs ponat. In exemplaribus quibusdam manu scriptis & Asulano codice παρερύσθη legitur, eadem omninò notione. παρερύσθη enim aut παρειρύσθη idem quod κατεσπάσθη, aut quod in aph. διαστρέφεσθαι " dixit. Vtitur hac dictione Hippocrat. in Prorrh. φωνὴ ὀξεῖα, ὑποχόνδρια τετάσιν ἔσω εἰρύαται, quod ἕλκεται interpretatur Galenus & repetitur in Coacis Prænotionibus. *"Aph.49.l.4.*

τρόμοι παρέμενον] Elegantiùs in duobus vetustis manu scriptis codicibus legitur, τρόμοι καὶ πάλιν παρέμενον, quos cum Galeni interpretibus secuti sumus. Horum nanque casuum pertinaciam ista aliquanto lepidiùs augent.

ἐναιώρημα εἶχεν ἐπινέφελον] ἐναιώρημα ἐπινέφελον Hippocrat. dicitur sublimamentum nubeculas referens. Vt enim in ambiente nos aëre cùm plurimæ dispersæ sunt nubes paruæ, etsi ambigua sunt serenitatis signa, quòd tamen mediocrem exhalationum copiam præsagiant, tranquillitas sæpiùs portenditur, eædem verò frequenti vaporatione densatæ & conglobatæ tempestates adferunt: sic in ista naturalium facultatum œconomia quæ vrinas in morbis apparat, digerit, coquit, cùm à calido in humido coctiones istæ procurentur, plurima vaporum subministratio accidit, flatus quoque multi subleuantur qui materiam ipsam in sublime euehunt, ex cuius demum affectionibus variæ in morbis prædictiones fiunt. Nam vbi naturæ viribus tenuata materia & à calido euicta mediocrem vaporum copiam exhalat, concoctionis spes prætenditur, apparentque in vrinis conceptæ quædam animo victoriæ signa, nubeculæ & sublimamenta, quæ tandem confirmato calore natiuo morbi materiam profligante, vaporesque ipsos deficiente, in sedimenta transeunt & nutantem salubritatis spem fulciunt. Quòd si tanta est morbi pertinacia & prauitas quæ naturæ vires frangat & debilitet, in eo qui fit naturæ contra morbum impetu, magna flatuum soboles concitatur, plurimáque materia subuehitur, ex cuius attributionibus prædictiones varias facere necesse est. Inclinante enim in perniciem imminutoque calido naturalium effectionum opifice, conglomerata vaporum exhalatio nubes densat, eiusmodique caliginem inuehit, quæ in ambiente nos aëris statu, conglobatis inter se conferta crassiorum exhalationum densatione nubibus, apparet. Ac veluti in ea crassioris materiæ coaggeratione, vbi euictus solis calor nequit huiusmodi tenebras depellere, caligo tempestatum prænuncia oritur, præque conferta materiæ crassioris copia densatæ nubes nigricant: sic in ista vrinarum dispensatione, naturalibus viribus pessundatis, flatuum pressa copia, nubes ipsas conglomerat & condensata materia denigrat, præsentissimúmque exitium intentat. In his ergo vt quiddam est medium, ita pro materiæ mediocritate, naturæ robore, humorum qualitate aut quantitate, multiplices præsagitiones oriuntur. Quædam enim laudabiles significationes habent, quædam ambiguas, ad melius tamen inclinant, quædam etiam omninò desperatas. Sic ἐπινέφελον ἐναιώρημα hîc intelligitur sublimamentum nubium speciem præ se ferens, ὃ μήτε λευκὸν ἐστι τὴν χρόαν (vt inquit Galen.) μήτε ἤδη μέλαν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξύ. Quod etsi in probis vrinarum signis non satis determinatam habet constantiam, aliquantulúmque ambigit, in ista tamen humorum succulentia, cæterisque ex materiæ copia morbis, magna salubritatis spes intenditur, si nubeculæ in vrinis, aut suspensæ in medio nubes, quas sublimamenta dicimus, contentarum ad coctionem naturæ virium spem præbeant. Indéque euenit vt in quibus ἐναιώρημα ἐπινέφελον animaduertit Hippocr. in his, etsi non sine vehementi naturæ conflictatione, magnáque morbi pertinacia iudicatio distrahitur, tandem tamen certa salus portenditur. Quod omninò ab Hipp. hoc in libro epid. in eo qui ad Dealcis hortum decumbebat, & in Chætione postea annotatum videre licet, cùm sit alioqui per totam ipsius πραγματείας non admodum crebra phrasis. Nam & ἐπινέφελον οὖρον in " aphor. dicit Hippocrates. ὁκόσοισιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τούτοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ λόγον. In Coacis verò, τὸ οὖρον ἐν τετάρτῃ λαβὸν ἐπινέφελον ὑπέρυθρον, ἑβδομαῖον ἀπολύει, τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων. Idem quoque lib.4. de rat. vict. in morb. ac. νεφελοειδέα οὖρα, & lib.7. epid. νεφελώδεα vt alias sæpè vocat, & in Coacis ζοφώδες οὖρον, translata vt est verisimile ea aëris nos ambientis ad vrinas affectione. Nam & ἐπινέφελον * postea vocat. ἐναιώρημα autem ἐπινέφελον non aliàs crebrò adscriptum reperias. De quo dictum opinor in Coacis, οὖρα λεπτὰ ὑπονέφελα ἐν αἰ... ἐρυθήματα, ῥῖγος σημαίνει, vt hoc in libro sæpè οὖρα λεπτὰ, & ἐναιώρημα ἐπινέφελον, coniuncta inter se apparent. Vt nil mirum sit huiusmodi ambientis attributiones, quæ & vrinis accommodantur, earum quoque partibus attribui. ἐναιώρημα namque οὔρων τι νεφέλιον, & οὔρων τι ζοφώδεα lib.4. epid. adscripsit Hippocrates. Ac eò certè æquiùs ab Hippocrate de sublimamento dictum esse istud videri potest, quò credibilius est ἐναιωρήματα ab eodem νεφέλας ἱμορεσμένας vocari, idque nostris in libr.1. epid. Annotationibus satis confirmauimus. Vnde certè nequaquam insolens videri debet huiusmodi aëris affectiones ad ipsa transferri, cùm de his hunc in modum scribat † Galenus: ἐνομάζω δὲ ἐναιώρημα τὸ παχύτερον μὲν καὶ λευκότερον ἐν οὔροις, μήτ' ἐπιπολῆς αὐτῶν, μήτ' ἐν τῷ πυθμένι τοῦ ἀγγείου. καὶ δὲ τὴν μεταξὺ χώραν ἐναιωρούμενον, ἤτοι μέσον ἀκριβῶς, ἢ κάτω μᾶλλον, ἢ ἄνω. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα συνήθως μοι καλεῖν ἐναιωρήματα. πρὸς Ἱπποκράτους γε μὴν καὶ τῶν νεφέλας προσαγορεύοντος, τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἔχουσα ἀεὶ τὸ οὖρον, ἣν αἱ ὄντως νεφέλαι πρὸς τὸν ἀέρα. καὶ γὰρ καὶ τῶν τοῦ δεῖξ ἑαυτῶν ὄχεισθ παχύτερα, κάκεῖναι τοῦ ἀέρος. Erotianus quoque hanc Hippocratis phrasim explanans, ἐναιώρημα ἐπινέφελον τὸ ἐνισταμένον τοῖς οὔροις καὶ τοῖς ὑποχωρήμασι, καὶ οἷ ἐπικρινόμενον, ποικίλῳ χρώματι κεχρημένον, explicat. Sic enim apud eum legendum censeo. Exemplaria antiqua duo manu scripta, ἴσχετο ἐναιώρημα ἐπινέφελον legunt.

"*Aph.71. lib.4.* * *In Statu pest.* † *Com.2. in Progn.*

δεκάτῃ ἵδρωσε] Decimum diem ex eorum dierum esse ordine in quos erratis quibusdam admissis iudicationes transferantur scribit † Galenus. Ac verò vt neque hîc decimum diem decretorium esse contendit Galenus, ita eundem rarò, infidè, imperfectè, malè, obscurè, nullis prægressis solutionis notis, decernere scribit lib.1. de dieb. decret. eamque quæ eo die contingit indicationem diei sexti similem ferè facit, in eandémque causam cum illo octauum his verbis coniungit: εἰ ποτε δ' εἰς τὴν ὀγδόην ἡμέραν, ἢ τὴν δεκάτην ἐμπέσῃ λύσις ἀθρόα νοσήματος, ὁμοιότατα ταῖς τῇ κατὰ τὴν ἕκτην, ἀλλὰ καὶ σπανίως ἐν ταύταις λύεται, καὶ οὔτε πιστῶς, οὔτε ἀγαθῶς, οὔτε τελέως. ἔτι τε πρὸς τούτοις ἀσαφῶς τε ἅμα καὶ ἀσήμως. Quare meritò suspectam scriptionem facit Galenus, & certè iudicatio ipsa in vndecimum diem recidere debuit, non secus ac in * Prognost. in capitis doloribus qui septenario soluuntur, eius qui tertio die cepit, terminum præfinit Hippocrates nonum aut vndecimum diem, cùm tamen in decimum recidat. Quem eo dignationis honore priuat, quòd decretorius non sit, cæterisque aut vnius diei præoccupatione aut tardatione accommodat. Aut sanè, quod ista sit futuræ posteà solutionis die quadragesimo penè adumbratio, nec perfecta crisis, cùm crudis vrinis nec satis coctà morbi materia fiat, ipsum nominis criseos amplitudinem non meretur, tantúmque leuis quædam futuræ postea iudicationis submonitio, aut particularis quædam solutio dici videtur. Eamque nominis æstimationem nullo quasi merito quæsitam codices duo scripti antiqui leniunt, qui ἵδρωσεν, non ἔκρινε vt cæteri omnes habent, quod ista quædam sit non plena aut integra iudicationis autoritas, & particularis cuiusdam affectionis quæ ad thoracis exordia insidebat, non vniuersalis morbi solutio. Ex qua hoc solum beneficium est consecu-

tum, vt à manuum tremoribus æger vindicaretur, & sputa maturationem caperent. Ex vrinis autem crudis diuque pertinacibus nondum domitum esse morbum, & in alium longè tutiorem solutionis portum confugiendum, salubritatisque anchoram firmandam esse, quiuis non mediocriter in re medica exercitatus posset conijcere.

† *Lib.2. de dieb.decr.* * *Lib.3.*

οὖρα ὑπόλευκα ἀδιάκριτα] Sic ferè legunt omnes impressi codices cum tribus Regiis manuscriptis. Germanicus noster antiquissimus Galenum sequitur & ὑπόλεπτα habet. Quam lectionem vt optimam sequuti sunt omnes interpretes præter Caluum. Etsi, cùm parua sit scriptionis differentia, leuis quoque est inter se rerum distinctio, vt de tenuibus & albicantibus vrinis diximus libro 1. epid.

καὶ στραγγουριώδης ἐγένετο ἀπόστασις] In ea quæ per latissimas corporis vias ad repurgationem destinatas, humorum fit eluuione, purgatio per intestina, nonnunquam per renes & vesicam iudicatione transmittitur, eaque naturæ solutio ἀποστάσιος κατ' ἔκρουν καὶ κινήσεως nomine censetur. Non secus ac transpositis per intestinorum alueos humoribus, in dysenteriam salubrem plurimos euasisse, ac etiam in stranguriam ipsam tentatis renum ductibus, ex his quæ scripsimus lib. 1. epid. & Galenus Comment. satis est manifestum. Hîc igitur στραγγουριώδης ἀπόστασις dicitur, quam ἐπὶ τὴν στραγγουρίαν ἀπόστασιν vocat * Galenus, quæ naturæ deposit u, confluente in vesicam humorum mordacium acrimonia, velut secessione quadam iudicatoria, procuratur. Ideoque in stranguriam abscessum transiisse diximus, hoc est, cum vrinæ stillicidio humorum transfusionem per vesicam emissam fuisse, adeoque velut ad corporis eluuionem quandam illuc abscessisse. Quod aliàs dixit " Hippocrates: ἐπὶ τὸ στραγγουριώδες ἐτράπετο, καὶ εἰς τοῦτο ἀπόστασιν ἐγένετο. Sic quoque refusa per aluum & intestina humorum copia, in eoque velut fluxu longo temporis interuallo aliquantulum subsistente perpurgatione, ad sedem materiæ collectio indeque suppuratio enata est, aut certè humorum per sedem prodeuntium prauitate procurata, quomodo plærosque ex febribus ardentibus εἰς δυσεντερείας πλεῖσται, καὶ εἰς δυσεντεριώδεα κατάστασιν ἐγένοντο dixit † Hippocrates. Quos certè velut longissimè demisso morbo per tormina & intestinorum difficultates euasisse vt est credibile: sic hunc quoque ægrum depleta per huiusmodi abscessuum effusionem multitudine, superfuisse verò est simile. Vt verissimè dixerit Caluus eum cum lotij strangulatione euasisse, nisi si sibi aliam lectionem affinxit. Hunc autem totum locum satis apertè à Galeno in Comment. explicatum, & verò pluribus nostris in lib. 1. & 2. epid. Commentariis planè explanatum, longioris hîc attrectationis indigere non existimamus, ne sæpiùs eadem cogamur repetere, eoque modo cuiuis tædium pariamus. Stranguriam autem retinui " " M. Tullij exemplo, qui Epicurum in stranguria sua forticulum se præbere dixit, quam alij vrinæ difficultatem, alij lotium substillum, aut vrinam strangulantem, vrinæque stillicidium nominant. Hîc quoq; exemplaria duo pro παραφρονέοντα ὀμφρησιν, παραφρόνησιν ἐμίρη, meliùs cum Galeno legunt.

* *Com.2.in lib.1.epid.* † *Lib.1.epid.* " *Lib.1.epid. St.3.* "" *Tusc.2.*

DE ADSCRIPTIS VNICVIQVE ÆGRO NOTIS.

Has vnicuique ægro adscriptas notas non esse Hippocratis res ipsa clamat, quod nec earum libro primo, in quo tamen particularem ægrorum speculationem amplissimam exercuit, nec verò etiam alibi vsquam, ac in his tantum duodecim ægris meminerit. Nam neque post statum pestilentem sexdecim ægris adiectas fuisse meminit Galenus, etsi in scriptis quibusdam exemplaribus inueniuntur. Nec verò in istis omnibus in quibus tamen propriam habent sedem, passim aut eodem modo insculpuntur. Vt præter magnam exemplarium varietatem, in quibus certè aut plurimum differunt, aut planè (vt apud Caluum) omittuntur, dici certè vix queat quantum in his explicandis incumbat negotij. Cùm tamen huiusmodi characteres, velut symbolum quoddam, totius ægrotationis narrationem complectantur, causam interdum morbique dispensationem & euentum breuiter ob oculos ponant, non temerè ad compendiariam rerum descriptionem in animi notione ponendam, à quodam artis Medicæ studioso appositi videntur, vt vel nullo negotio tota ægrorum procuratio in eaq; dispensanda Hippocratis tractatio, peneque singularis Medicinæ faciendæ modus, in hominis intelligentis & acuti memoriam subiret. Quo nomine nobis quoque non inuitis in hanc artis cognitionem incumbentibus, amplectendi fuere, & ex abditis rerum sensibus, non mediocri ingenij contentione eruendi, nec tamen ita magnifaciendi, vt neglecta seria explicatione, eos non tanquam hospites, sed velut domesticos excipere videamur, ne in Galeni reprehensionem incurrentes, sophistarum nugas retexamus. Placuit igitur, vt quoniam cum Galeno in eum mentis sensum inclinamus, adiectitios huiusmodi characteres & aliunde expressos existimaremus, eosque tanquam Mercuriales notas viarum indices, non in iustam rerum seriem, sed seorsum velut in angulum concluderemus. Nam nec in Hippocratis contextum reponendos existimauimus, nec verò nostra interpretatione Latinis notis sensum ipsum exprimere voluimus, ne aut dissolutè nimis ciuitatis Romanæ ius exteris permittere, aut certè in mustaceo laureolam quærere videremur. Quod tamen præclaris hac in arte viris satis confidenter factitatum esse non abnuimus. Ij igitur suam seorsum expedient tractationem, ne nos Hippocratis literam externis & inexplicabilibus rerum notis deformare quiuis existimet. Ac primum non parua existit dubitatio, quanam nota primum ipsum characterem exprimamus. Quidam namque hoc modo effingunt ⸙, alij ⸙ Τ, quidam etiam ⸙, alij ⸙: interdum quoque ϖι, nongentorum notam apud Græcos, nonnulli etiam ⸙ apponunt. Quæ certè omnes notæ cum π & τ complectantur, ex iisque duobus elementis natæ sint, efficitur vt tribus vltimis modis rectè adscribi existimem, quod π mediam rectam habens lineam hunc characterem efficere exprimat Galenus, quem idem quoque nongentorum notam apud Græcos referre indicat, quæ hoc modo ϖ effingitur, & π & τ complecti etiam videtur: nisi quis ex π & ι conflari existimet, vt prima vocis πιθανὸν elementa exprimat, quod in cæteris notis satis est vsitatum. Nam alterum nongentorum symbolum ϡ, quod antiquis est vsurpatum, non aliunde quàm ex prima ista nota ϖι. aut certè ex π τ obliquè & transuersè ducta ortum habere cuiuis conijcere est facile. Hæc ergo integra esto characterum series ⸙, π υ, μ, υ, quæ πιθανὸν πλῆθος οὔρων τεσσαρακοστῇ ὑγίειαν significant. Ex iisque hunc sensum elicit Galenus: πιθανόν ἐστι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐκκριθέντων οὔρων αὐτῷ λυθῆναι τὸ νόσημα, καὶ ὑγιῆ γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῶν ἡμερῶν. Quæ significant, credibile esse ex magna redditarum vrinarum abundantia, morbi solutionem sanitatemq; ipsam die quadragesimo homini allatam. Qua in causa cùm per excretionem abscessumque morbus solutionem acceperit, vrinarum multitudini, integra iudicij autoritas rectè est attributa.

Æger secundus.

Hermocrates qui secundum nouum murum decumbebat, igne, hoc est vehementissima febre correptus est. Cœpit ex capite lumbisq; dolere, præcordia molliter contendebantur. Lingua verò per exordia deusta fuit, confestimq; surditas obnata, somni non aderant, sed nec admodum sitibundus erat. Vrinas crassas, rubras, quæ in matella depositæ non subsidebant, reddidit. Ex aluo verò exusta non pauca demissa sunt. Quinto die vrinas minxit tenues, suspensum quid in medio habentes, neque subsidentes. Sub noctem deliprit. Sexto aurigine tentatus est, ingrauescebant omnia, neq; sibi satis constabat. Septimo mole-

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ἑρμοκράτην, ὃς κατέκειτο παρὰ τὸ καινὸν τεῖχος, πῦρ ἔλαβεν. ἤρξατο δὲ ἀλγέειν κεφαλὴν, ὀσφῦν, ὑποχονδρίου ἔντασις λαπαρῶς. γλῶσσα δὲ ἀρχομένῳ ἐπεκαύθη. κώφωσις αὐτίκα. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. διψώδης οὐ λίαν. οὖρα παχέα ἐρυθρά. κείμενα οὐ καθίστατο. ἀπὸ δὲ κοιλίης οὐκ ὀλίγα ξυγκεκαυμένα διῄει. πέμπτῃ, οὔρησε λεπτά. εἶχεν ἐναιώρημα. οὐχ ἱδρύετο. ἐς νύκτα παρέκρουσε. ἕκτῃ ἰκτεριώδης. πάντα παρωξύνθη. οὐ κατενόει. ἑβδόμῃ δυσφόρως

A φόρως. οὖρα λεπτὰ, ὅμοια, ταῖς ἐπομέναις παραπλησίως. περὶ δ' ἑνδεκάτην ἐοῦσαν, πάντα ἔδοξε κουφισθῆναι. κῶμα ἤρξατο. οὖρα παχέα, ὑπέρυθρα, κάτω λεπτὰ οὐ καθίστατο. ἡσυχῆ κατενόει. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἄπυρος, οὐχ ἵδρωσεν. ἐκοιμήθη. κατενόει πάντα. οὖρα παραπλήσια. περὶ ἑπτακαιδεκάτην ἐοῦσαν, ὑπέστρεψεν. ἐθερμάνθη. τὰς ἐπομένας, πυρετὸς ὀξύς. οὖρα λεπτά. πάλιν δ' εἰκοστῇ ἐκρίθη. ἄπυρος. οὐχ ἵδρωσεν. ἀπόσιτος παρὰ πάντα τὸν χρόνον. κατενόει.
B διαλέγεσθαι οὐκ ἠδύνατο. γλῶσσα ἐπίξηρος. οὐκ ἐδίψη. κατεκοιμᾶτο κωματώδης. περὶ δ' εἰκοστὴν καὶ τετάρτην, ἐπεθερμάνθη. κοιλίη ὑγρή, πολλοῖσι λεπτοῖσι ῥέουσα. καὶ τὰς ἐπομένας, πυρετὸς ὀξύς. γλῶσσα ξυνεκαύθη. ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ ἀπέθανε. τούτῳ κώφωσις διὰ τέλεος παρέμενεν. οὖρα παχέα καὶ ἐρυθρὰ, οὐ καθιστάμενα, ἢ λευκὰ καὶ ἄχροα,
C καὶ ἐναιώρημα ἔχοντα. γεύεσθαι δ' οὐκ ἠδύνατο. Δ

ΠΑ. Ε. Δ. ΚΖ. Θ.

stè habuit, vrinæ tenues, similes erant, identidem subsequentibus diebus se gessit. Ad vndecimum autem diē alleuari omnia visa sunt. Sopor cœpit, vrinæ crassiores, subrubræ, deorsum tenues erant neq; subsidebant. Paulisper ad intelligentiā rediit. Decimo quarto à febre immunis fuit, non sudauit, dormiuit, prorsus mente constabat, vrinæ eædem. Ad decimum septimū reuertit morbus, incaluit, deinceps febris erat acuta, vrinæ tenues. Rursus autem vigesimo die iudicatus est, à febre immunis fuit, neq; sudauit. Hoc toto tempore cibum auersabatur, mente constabat, loqui non valebat, lingua resiccabatur, non sitiebat, sopore tentatus aliquantulum dormiuit. Circiter verò quartum & vigesimum, denuo incaluit, aluus fluida, liquida & tenuia multa demisit, & proximis deinceps diebus febris acuta pręhendit, lingua exusta est. Septimo & vigesimo obiit. Huic per totum morbum surditas permansit, vrinæ crassæ & rubræ nō subsidebant, aut tenues & decolores, & suspensum quid in medio innatans habebant. Cibum verò capere non valebat.

Ortæ ex mordacium & acrium humorum putredine febris acutæ & exæstuantis, non leuem suspicionem fecit iecoris phlegmone cum dextrorum præcordiorum contentione, vt eam non aliunde fomitem habuisse, aut certè ægro creatum periculum, prolixum sit cuiuis conijcere. Nam etsi hypochondrij contentio quibusdam verbis emollita, inflammationis speciem moderatur, temporis tamen progressu sæuitiam acquisiuit, eique faces admouit, & pessimam secum casuum congeriem aduexit. Huic primis statim diebus præcipitium morborum præsignificata indicia, lumborum & capitis dolor vrgebant, insomnia, delirium, surditas, cerebri offensam arguebant, sitis intensa, aluus exusta & pressa, vrinæ rubentes & crassæ interni incendij periclitantisque naturalis facultatis certas
D notas præ se ferebant. Quinetiam sexto die ex aurigine bilis suffusio singulare habuit prauitatis præiudicium, nihildum ad morbi concoctionem comparata natura, quæ etsi vrinarum varietate in spem aliquam inclinare videretur, non potuit tamen vndique concursantium hostium impetum in tantas coniecta angustias depellere. Neque tamen, licet vndique appetita, officio defuit, sed iuuenile robur egregium experiundarum virium campum sortita, quæ præsentem intentabant omnia mortem, in aliquod temporis interuallum, quoad potuit, deposuit, donec tandem occupatis præcipuis visceribus, intercusoque omni vitalitatis præsidio, consceleratam hostium immanitatem, & promptissimum exitium anhelantem, lenta, licet miserabili, consumptione frustrauit. Tanta namq; tamq; importuna casuum moles ingruit, vt nisi ætatis & virium beneficio dilata pernicies fuisset, statim non longè prorogatum properasset exitium. Atq; hanc licet calamitosam virium aggressionem solæ vrinæ non satis fœliciter expertæ sunt, quæ cum crudioris & flatulenti sanguinis copiam ad phlegmonem redundantem portenderent, aliquantò tamen tolerabilem medocritatem tuebantur, & quo potuerunt conatu, aliquot diebus in tenues obuersæ sunt, tandemq; ingruentibus periculis & fatiscentibus viribus, desperatam
E morbi coctionem, vehemensque febris incendium indicarunt. Quo in dies increscente corporisq; succulentiam depascente, lenta morbi tabitudine, vigesimo septimo die est consumptus. Cuius ortus cùm ex iecoris inflammatione ductus sit, inde acceleratam fuisse perniciem certum est. Nam quia ἐστὶ ἧπαρ οἰκεῖον αἵματος πάγος, vt scribit * Aretæus, καὶ ἐν αὐτῷ τοῦ αἵματος ἡ φύσις, inflammationē incendiumq; promptissimè concipit: vt verissimè, licet non satis determinatè, ab Hipp. scriptum sit οἱ δὲ ὑποχόνδρια ἐξογκούμενοι πυρετοὶ κακοήθεες. Quod etiam non abnuit Galenus lib 5. loc. affect. eiusmodique febrium quæ ad marcorem deducunt adumbrationem quandam his verbis facit: ἀλλ' οἱ προσδέχονται πυρετοὶ διὰ γαστέρα καὶ ἧπαρ ἐνίοτε γίγνεσθαι. ἐφ' οἷς μάλιστα ποτὲ, ἡ καταπίπτωσις ἐκ τῶν τοιούτων πυρετῶν εἰς μαρασμὸν πλείστη. Porrò in hoc etsi infelici rerum successu, tam propriè dierum iudicatoriorum progressio obseruatioq; facta est, vt ad eorum confirmandam dignationem istud quidam enixè factum esse non diffiteantur, quod tamen in cæteris etiam morborum successibus luculentè satis eminet. * *Lib. 2. de cur. morb. ac. cap. 6.*

Ἑρμοκράτης] Ἑρμοκράτης habent exemplaria quædam. Quam phrasim etsi insolentem, apud Hippocratem tamen reperiri, superiùs annotauimus.

F πῦρ ἔλαβεν] πῦρ hic τὸν ἰσχυρὸν πυρετὸν, θερμὸν καὶ διακαῆ vocat Gal. quæ exæstuantem & intensissimam febrem significant, ex qua nihil mirum acutorum morborum consecuta esse symptomata, capitis & lumborum dolorem, surditatem, insomniam, linguæ resiccationem, sitis vehementiam, alui torrefactionem. Quæ omnia interni incendij magnitudinem denotant, quo commoto sublatos plurimos in rationis arcem vapores, mentis aciem cerebriq; effectiones obruisse, non est à rei æquitate abhorrens. Vt mirum etiam subeat, mentis constantiam ad quintum diem integritatem suam seruasse, quæ tandem biliosorum, acrium & mordacium succorum inauctione & ad cerebrum reptatione labefactata est & in delirium erupit. Eundemque causæ fomitem habuerunt capitis dolor & surditas, quæ, vt in præcipitibus vitiis, ex transmissis sursum biliosis humoribus enata, periculum denunciat. Vt rectissime ab † Hipp. scriptum sit κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα, κακόν. Inde quoque fortè pendet alui resiccatio, quæ biliosæ proritationis penuria, & foci interni vicinia, exusta & retorrida non pauca demisit. Bilis nanque ad cerebrum momentum, restitantes de-
G iectiones facit ex aphor. 28. lib. 4. non secus ac Herophonti lib. 1. epid. * obnata surditate, pauca, nigra, per aluum deiecta sunt.

† *In Prorrh.* * *Ægr. 3.*

ὑποχόνδριον ἐντεινόμενον λαπαρόν]Mollem & subuacuam fuisse ilij dextri contensionem, ista ex more loquendi Hipp. significant, ac sine tumore & renitentia, ita vt aut leuis, aut certè nulla vehementer insignis hypochondrij inflammatio fuerit, & quæ nullas suæ magnitudinis externas notas circunscriptas habuerit, vt abunde scripsimus nostris in lib. 1. [1] epid. Annot. Estque ἐντεινόμενον ὑποχόνδριον λαπαρὸς, ἡ κατὰ, καὶ οὐ σὺν ὄγκῳ μεγάλῳ, vt scribit Galenus, quæ concauarum hepatis partium & simarum phlegmonem ita moderatur, vt eius gibba non attingat. Qua prauitatis decessione, etsi inflammationis magnitudo emollitur, non vsq; adeò tamen eleuatur, vt contemnendas notas habeat. Nam & partium præcipuarum vicinia inflammationis noxam incurrit, internaque iecoris ventriculum totumq; mesenterium complexa, incendium communicant, conceptusq; diutiùs ignis ad septi transuersū perniciem conspirat. Quo in affectus causam adducto, submollis illa & flaccida hypochondrij reuulsio præsentitur, quam in hoc ægro ex septi transuersi in-
H flammatione inaudiendam scribit [2] Galenus, his verbis: ἐπὶ δὲ τοῦ Ἑρμοκράτους, ἀρξαμένου, φησὶ, ἀλγεῖν κεφαλὴν, ὀσφὺν, ὑποχόνδριον ἐντεινόμενον λαπαρὸν, οὐ μὴν ὅτι γε τὸ καὶ πρὸς ὀμφαλὸν ἔρρεπεν ἡ τάσις, ἢ ὅτι πρὸς μέσους ἦν, ἐπὶ πλείστην χώραν, ἀδηλον, ὅτι περὶ τὰς φρένας φλεγμαινουσῶν ἀνεσπᾶτο τὸ ὑποχόνδριον. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑπολάπαρον ἐφαίνετο, ὡς ἂν ἐνδεχομένου οἰκείως ἔχειν φλεγμονήν. Ex quibus efficitur, siue iecoris inflammationem ad septi transuersi incendium consentientem intelligas, siue septi transuersi aut etiam hepatis phlegmonem in affectionem hypochondrium secum trahentem intellexeris, λαπαρὸν aut ὑπολάπαρον dici, hisque leuitatis notis insigniri, quas ab Hippocrate huiusmodi inflammationi attribui copiosè satis docuimus. Neque tamen ea ita leuiter inducenda est, vt non delirij affectionem superarit, quam ab huius magnitudine obscuratam fuisse, de hoc ægro verba faciens his verbis testatur [3] Galenus: ἐπαύσατο μὲν οὖν οἱ δὲ παρέπεσε, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρου γε μείζονος αὐτοῦ ἡ παραφροσύνη. ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ τρίτου, καὶ τετάρτου καὶ πέμπτου καὶ ἕκτου. Huius quoque affectus circunscriptio, paruæ & crebræ respirationis notionem, tam sæpè in animi inductione ab Hippocrate positam, reapse omissam, in mentem

reuocat,vt fusiùs scripsimus lib.1.epid. Quibus procedentibus,quis aut leue,aut contemnendum,istius inflammationis momentum, nimis dissolutè existimabit?quæ & numerosam malignorum casuum familiam secum duxit, tandemq; ægrum ipsum in extremum conìecit exitium. Nisi qui insignes inflammationis notas, tumorem,duritiem,renitentiam,tensionem & gibbarum hepatis partium consensionem ad affectus magnitudinem requirat. Istam tamen inflammationis mollitudinem, subinanemque leuitatis gloriam, verbis temperat Gal. & quam hic λαπαρὸν ὕπτιον dicimus, ὑπολάπαρον lib.[1] περὶ δυσπν. extulit,vt ὑποχόνδρια ὕπτιος ὑπολάπαρος legisse videatur. Cæterùm annotandum videtur codicem vnum Regium perantiquum manu scriptum hîc ὑποχόνδρια legere, per sequè distinguere,vt id ad superiora referatur,dein verò, ὕπτιος λαπαρὸς per se procedat.

[1] *Æger.2.* [2] *Lib.2.περὶ δυσπν.* [3] *Lib.2.περὶ δυσπν.*

γλῶσσα δ' ἀρχομένῳ ἐπικαύθη] Codices quidam manu scripti cum Asulano ἀπεκαύθη habent,eodem prorsus sensu.Hæc enim linguæ deustio & resiccatio magnum concepti interni incendij specimen præ se fert. Vt hîc idem sit quod sæpè effert γλῶσσα ἐπίξηρος,luculentumque sit febris exæstuantis & intensissimæ indicium.

διψώδης οὐ λίαν] Istud caput est in tota iudiciorum theoria celeberrimum,quod ea quæ præter meritum aut rationem leuant suspecta facit,& παρὰ λόγον ῥηΐζοντα, ἢ ἀσήμως ῥαστωνήσαντα vocat [1] Hippocrates,istamque vniuersalem præceptionem suis placitis ita sanciuit,τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσι , οὐ δεῖ πιστεύειν. Eamque adumbrauit his verbis [2] Galenus, τὰ παρὰ λόγον ῥηΐζοντα, ἅτε τὸν μὲν αἴτιον ὑπάρχει,ἔστι καὶ κινδυνώδη τὰ πολλά. Ex quo fonte manant quæ aliàs scripta [3] sunt, τὰ ὀλίθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα,θανάτου σημαίνει,& quod ad rem propiùs attinet, δίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι,κακόν. Persistente nanque affectione vrgenteq; interno incendio repente & temerè quodammodo sitim decedere; perturbatæ mentis,aut sensationum animalium obtorpescentium calido ad extinctionē properante,certissimum est indicium. Quibus enim causa doloris,neq; sensus eius est his mens labat,vt ex Hippocrate retulit [4] Celsus. Causis igitur intensissimæ sitis permanentibus,vt febre exæstuante, phlegmone interna, linguæ resiccatione & deustione, sitim ipsam non sentire,mentis errorem,aut facultatum naturalium deperditionem,affectusq; prauitatem aut magnitudinem significat, vt his verbis testatur [5] Galenus: ὅταν μὴ θ' ἱδρῶτος γινομένου,μήτε ἐμέτου,μήτε διαχωρήσεως. ἀλλὰ μηδὲ ἐπισημασίας κρισίμου. λυθῆναι συμβῇ τὴν δίψαν, οὐ τῷ πεπαῦσθαι τὴν διάθεσιν, ἀλλὰ τῷ τὴν αἴσθησιν ἠμαυρῶσθαι,τοῦτο γινόμενον οὐκ ἀγαθὸν ἐστι σημεῖον. ἐὰν δὲ ἡ γλῶσσα ξηρὰ φαίνηται, καὶ τῶν οὔρων ἀπέπτων ὄντων,ἡ δίψα παύηται,βεβαιότεροι ἐπὶ διαγνώσει τὴν κακίαν τῆς διαθέσεως. ἐὰν δὲ καὶ χωρεῖς τοῦ τὸν ἰατρὸν ἐπιδεῖξαι τι τῶν ψυχόντων τε καὶ ὑγραινόντων ἔζωθεν, ἐπειδὴ καὶ μᾶλλον τὰ τοιαῦτα τὴν ἐν ὀξέσι νοσήμασι δίψαν παύει. ἀλλὰ φαῦλον πέφυκεν, παντοίως δὲ κακὸν τὸ παῦσθαι τελείως τὴν δίψαν ἐν ὀξέσι νοσήμασι. Quò certè æquius est, διψώδης οὐ λίαν, iungere neque extrema ista verba sequentibus apponere , optimorum codicum exemplo. Quod tamen faciunt impressi codices Germanicus & Asulanus. Sic namque leuationis sitis temeritas manifestior apparebit, & præceptionis illius vniuersalis firmior autoritas. Quam in rem plura scripsimus nostris in lib.2.Commentariis.

[1] *Aph.27.lib.2.* [2] *Com.2.in Prorrh.* [3] *in Prorrh.* [4] *Cap.7.lib.2.* [5] *Com.2.in Prorrh.*

οὖρα πυκνά , ἐρυθρά] Vrinarum rubor seri sanguinis copiam, eiusque crudi plurimi & incocti abundantiam præ se fert, aut etiam bilis crassioris & rubræ permixtionem. In hac ergo hepatis non modò imbecillitate, verùm etiam non contemnenda inflammatione, plurimum huiusmodi accumulatum fuisse humorem,veri est simile , qui à renibus transcolatus,ad huiusmodi mediocritatem vrinas deduxerit, quæ, vt ne certam salubritatem, sic ne desperatam quidem prauitatem prædixerit , sed pro vrinarum rubrarum natura cunctantem moderationem portenderit. Ac certè his omnibus casibus in peius progressis & cumulum quendam capientibus, aucta phlegmone, bileque in totum corpus refusa, humorem ipsum torreferi & exassari incipientem , rubrarum vrinarum intensionem adauxisse, non est absonum,ac denique prærubras quodammodoq; ex rubro nigricantes vrinas visas,earum quæ in arquatis apparent, non leue specimen edidisse. In quibus cùm plærunque ad iecoris imbecillitatem, bilis incendatur prærubra,quodammodo aucta flauitie, ex humoris assatione,exaturato rubore vrinæ nigricant,eiusmodique visuntur, quales nostri vineas aut etiam passeas nominant,aut certè qualia οὖρα καρκοειδέα ἐπὶ τῶν ἰκτερικῶν in arquatis annotat † Aretæus.Vt hîc certè non temerè rubræ vrinæ & crassæ pro prærubris & impensè rubris sumi possint,qualia ὑπέρυθρα οὖρα in Prorrhet. dicuntur. Quod etiam leuiter mihi adumbrare videtur " Galenus, cùm ex subrubris,rubrarum & impensè rubrarum vrinarum non inopportunam analogiam afferat. Quod sequitur de returbatis vrinis,sæpiùs iam explicatum,magnam crassiorum humorum perturbationem, cruditatem , flatuumq; agitationem indicat,ad quæ omnia impendentem cephalalgiam,insomniam & mentis perturbationem facile erat prædicere. Τὰ igitur κεῖ θόλα οὐ καθιστάμενα idem quod αἰπεπτουρμένα οὖρα καὶ μὴ καθιστάμενα denotant,& quæ in Prorrh. ἀκατάστατα ab Hipp.dicuntur. Quorum effectus causamq; egregiè persequitur in Commentario Galenus,& verò Comm.1.in Prorrh.his verbis : τὰ δὲ ἀκατάστατα αὐτὰ μετὰ τὸ φαίνεσθαι τινὰ ταχύτερα τῆς ὅλης οὐσίας τῶν οὔρων ἀναφερόμενα,τάραχον ἐνδείκνυται κατὰ τὰς φλέβας ὑπάρχειν,ἅμα θερμασίᾳ τινὶ παρὰ φύσιν, οὐκ ἐλάττονι δὲ πνεύματος ἢ θερμότητος γεννώδους. Vt certè huc mihi quoq; rectè transferenda videatur Prorrhetici sententia illa , quam tamen alio nomine sugillat * Galenus. Nam quod ex his signis quæ diuersæ sunt naturæ & generis,phrenitidem aut insomniam quis certò portendi contendat,id non satis ex signorum disciplina rationi congruum fuerit. Neque tamen ideò non ista casuum soboles observanda venit,quæ & ad auriginem suspectandam meritò adduci potest,& certè hoc in ægro non temerè sigillatim animaduertenda est. Hic verò codices scripti quidam, οὖρα παχέα pro οὖρα habent,non absimili notione,quomodo etiam postea citat Galenus.

† *Cap.15.lib.de morb.diut.* " *In Com.* * *In Com.*

οὐχ ἵδρυτο] ' aluus istud ad suspensum quiddam in medio vrinarum fluitans retulit,& flatuum copiam,ac eorum quæ in vrinis cōtinebantur inconstantiam cruditatis & flatuosæ materiæ prænunciam prospexit. Quod etsi aptam rerum habet consecutionem, præstat tamen istud ad vrinarum tenuium integram naturam referre,vt passim facit Hippocrates, quæ huiusmodi tenuitatis circunscriptione summam cruditatem denotant,istaq; subsistendi instabilitate morbi intensionem periculumq; denunciant. Vt nihilo laudabilior videatur ista vrinarum transmutatio, quæ & magnum morbi progressum , validamq; flatuosorum humorum perturbationem significauit. Hac nanq; inconstantiæ & prauitatis nota,istæ vrinarum suspensiones leuem probitatis commendationem labefactarunt. Galenus porrò in Comm. οὖρα,πολλά,λεπτά,legisse videtur,quæ firmiorem etiam faciunt crudioris morbi suspicionem.

ἴκτερος ἐπιεικής] Morbum arquatum febribus acutis & biliosis ante septimum subortum,plærunque malo esse & ab Hipp.damnari,præter ea quæ scripsimus in lib.1. † epid. testatur etiam "Aretæus,his verbis de Ictero agens: ἢν δὲ καὶ περὶ ἑβδόμας φανῇ,ἄλλως ἴκτερος συμβαίνει. Neq; verò ista ante septimum damnationis præscriptione,post septimum impunè semper accidere solere existimandus est. Nam neq; interdum meliores successus habet,& plærunq; malo est,vt idem scribit de * Ictero verba faciens: χαλεπὸν μὲν ἐν ὀξέσι.οὐ γὰρ μόνον περὶ ἑβδόμας κρίσιος φανέν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἑβδόμην ἴκτερος μὲν εὐχερής. σπανίως δὲ ὅτι ἔκειτο πυρετὸν ἐς τέλος τι παθεῖν,ἀλλ' αὐτὸς οὐ ῥηϊδίως λύεται. Ex quibus etiam facilè perspicias quàm perplexa sit morbi regij ad febres successio,quamq; molesta sit ea febrium iudicatio , quæ plerumq; & morbum intendit,& perniciem præsentissimam intentat,cùm nonnisi in periculū eunte morbo,in malignis febribus morbum regium enasci constet.Nam & iecoris inflammatio aut magna imbecillitas,demumq; præcordiorum obduratio præsentitur,cuiusmodi labis hoc est exemplum nobilissimum. Cuius rei sententiam tulit Hippocr.aph.62.& 64. lib.4. eamq; in Coacis his verbis ampliauit:ἴκτεροι περὶ μὲν τὰς ἑβδόμας ἡμέρας ἐπιγινόμενος κακόν. ἑβδόμῃ δὲ ἐνάτῃ καὶ ἑνδεκάτῃ καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κρίσιμον,μὴ σκληρυνθῶν ὑποχόνδρια. ἢν δὲ μὴ ἐνδοιαστόν. Quem Hippocratis sensum rectè admodum mihi expressisse Celsus videtur cap. 4. lib. 2. his verbis quæ hoc modo legenda videntur,Periculosum est etiam arquatum morbum post febrem oriri,vtique si præcordia dextra parte dura manserunt,aut dolentibus his læua.Quam lectionem ingenuè nobis suppeditauit Nicolaus Piso Illustriss.Ducis Lotharingi Medicus doctiss. ex Castellani Regij Medici experientissimi codice. Eamq; priùs etiam rectè animaduerterat Pantinus. Atque huius ambiguitatis quia determinatam tractationem fecimus nostris in lib.1.epid.annot.illinc te ambigua ista spatia emetiri & definire decet.

† *Stat. 3.* " *Cap.7.lib.2.de morb.ac.* * *Cap.15.lib.1.de diut.morb.*

ταῖς ἐπιούσαις παραπλησίως] Istud ad ὅμοια referunt quidam interpretes,& de vrinis intelligunt , quæ subsequentibus diebus similes apparuerunt. Nos tamen Galenum secuti ista seposuimus,nec tam de vrinis quàm de reliquis casibus inaudiri volumus, quibus ad vndecimum diem vno eodemq; modo conflictatus dicitur Hermocrates. Nam cùm ὅμοια ad vrinas referatur quæ prauitatis quinto die specimen fecerant,reliqua ad ea spectant de quibus scribit Galen. οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς ἑβδόμης , ἀλλὰ καὶ μετὰ τὰς ἑπομένας ἄχρι τῆς ἑνδεκάτης ἐν

τῷς

τοῖς αὐτοῖς ... Parum est quod codices scripti quidam, ἑβδόμη δύσφορος, pro ἑβδόμη δυσφόρως legunt. Quam lectionem secutus videtur Cornarius.

κῶμα ὕπνῶδες] κῶμα simpliciter clarum esse quamlibet in somnum propensionem, pluribus in locis restatur Galenus, praecipueque libello περὶ κώματος, quam aut humectato aut refrigerato sensationis principio fieri constat. Hic verò soporem istum ad huiusmodi morbi saeuitiam, incontinentiam & incendium subsequi, tristem sanè minatur exitum. Nam aut desperatam animalium effectionũ prostrationem, aut magnam sensuum arcis imbecillitatem, aut denique refrigerationem portendit. Quorum vtrumlibet perniciosissimam ex progressis casibus mutationem facit. Perfrigerato igitur animalium functionum principio, aut certè extincto prope virium robore & elanguente, sopor enatus est, qui & vigilantium & dormientium munia interturbat, ad vtrunq; impotentibus huiusmodi affectis aegris. Quod indicat † Gal. comatis naturam & causam his verbis optimè explicans: ... Paulò verò post: ... Hic porrò Galenus duplicem lectionem fecisse videtur. Aut enim οὖρα παχύτερα, aut οὖρα παχύτατα legisse ex Commentario deprehenditur. Quae certè omnia vrinarum collationem faciunt, & eas quae tenues quinto & septimo apparuerunt, respiciunt. Nos Galeni & codicis nostri Germanici fidem sequuti, παχύτερα legimus, quod fecerunt Caluus & Hermannus Cruserius.

† *Com.3.in Prorrh.*

κάτω λεπτά] ὑπόλευκα habet codex vnus manu scriptus, quam lectionem sequutus videtur Caluus. In quo etiam variat Gal. Nam κάτω μικρὰ καθίστατο legisse videtur, vt ex Commentario satis patet, ex quo hunc sensum elicies, vt κάτω μικρὰ ... intelligat. Eam nanque vrinarum mediocritatem facit, vt in vtroque genere ambigant.

καὶ ἵδρωσε] Solenne est Hippocrati in his quae sunt eiusdem generis & naturae, vno posito reliqua etiam omnia inaudire. Sic in excretionibus criticis satis est vnius meminisse, nimirum sudoris, vt reliquas in mentem reuocet. Non secus ac saepè rigorem pro iis quae ex consecutione pendent, nempe vomitu & deiectionibus, ponit. Istaque ex admiranda Hippocratis breuiloquentia pendent, quae etiam Philosophorum est propria. Quomodo in Prognostico ex partis vnius, nempe vesicae, denominatione, reliquas omnes vrinae educendae destinatas à natura vias intellexit. Et in aphorismis, per erysipelas internum, non solùm quemuis tumorem, sed quicquid ex alto corporis in planitiem & superficiem transfertur, posuit.

* *Aph. 25. lib. 6.*

περὶ ἐπιεικέως] Codices manu scripti duo istud ad ἐθερμάνθη referunt, quod faciunt Galeni interpretes. Reliqui sequentibus iungunt, quod & nos fecimus.

...] Codex noster Germanicus manu scriptus post haec παρέκρουσε legit, quod tamen in nullo alio exemplari reperi. Atque hanc ipsam lectionem secutus est Caluus, eamque postea agnoscit Gal. in Commentario, his verbis: καὶ πάλιν, ... παρέκρουσε.

πάλιν δ' εἰκοστῇ ἐκείνῃ] Istud πάλιν, ad insidiam diei decimiquarti leuationem referri videtur, quae ex nulla praesignificatione non immeritò valde suspecta fuit. Aut certe, illam vndecimi diei, quae tantum in speciem dicta esse videtur, quietem respicit, cui sanè nõ valde absimilem istam postea facit Gal. his verbis: ... Hanc autem iudicationis nomine velat, quod ista mutatio die iudicatorio fiat, & quia tranquillitatem ostentet, bono esse videatur, aut certè quod ex huiusmodi dierum indiciis, certa aegri pernicies denuncietur. Nam ex his quae postea consequuntur attributionibus, virium aegri lapsum, facultatumque corpus dispensantium extinctionem in prompta est colligere. Parui autem est momenti quod in quibusdam codicibus ἀπύρετος pro ἄτρεμος scribitur, vt etiam supra.

...] Istud περὶ πάντα τὸν χρόνον, ad diei vigesimi enumerationem & spatium retuli, non ad totum morbi tempus, quod antea quinto, sexto, ac etiam (vt vult Gal.) decimoseptimo die delirasse priùs aegrum scripserit. Dixi igitur hoc toto tempore quod diei vigesimi enumerationem complectitur, aegrum cibos auersatum esse. Quam in notionem sensim allabitur Gal. etsi aliquantulum ambigit, qui etiam ... legisse videtur, vt & κατηφὴς παντάπασι, quo magis naturalium effectionum deperditionem insinuaret. Quam lectionem retinet codex vnus manu scriptus, eamque sequutus est Hermannus Cruserius.

κατακοιμᾶται κωματώδης] Codices duo manu scripti fidelissimi, vnus Regius peruetustus, alter Germanicus noster, Galeni lectionem retinent, & κατακοιμᾶται μικρὰ habent, quod tantam virium prostrationem, eamque facultatum deiectionem significat, vt sopore oborto vigilantium munia obire nequiret. Vnde κῶμα ὑπνῶδες subsequutum est. Quò magis miror Caluum illud κατακοιμᾶται omisisse, quod tamen plurimùm ad totius rei naturam facit.

κοιλίη ὑγρὴ] Alui fluor iste malignam humorum tenuium & mordacium putredinem & febrile incendium indicauit, nec non naturalium virium abiectionem, quibus elanguentibus contentrix facultas dissipata est, aluusque liquida multa & tenuia demisit. Caluus liquida illa, aut humentem & lubricam aluum non satis complecti visus est, cùm dixit (venter multa, tenuia demisit.)

ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ ἀπέθανεν] Istud citatur à Galeno lib. 2. de dieb. decret. vitiosè tamen ... Ἑρμοκράτης. ... nanque legendum est, vt satis constat.

λευκὰ καὶ ἄχροα] Codices duo Regij itemq; noster Germanicus λεπτὰ habent, quomodo legisse videtur Gal. Eamque nos lectionem secuti sumus, quod tenuium vrinarum non albarum priùs septimo & decimoseptimo die meminerit, istaque sit velut vrinarum in toto morbo summa, qua varias eas in perniciemque semper vergentes fuisse statuit. Ista nanque vrinarum repetitio id indicat vt scribit Gal. ὡς οὔρησεν ἄλλοτ' ἀλλοῖα, χρηστὸν δ' ἀκριβῶς οὐδέποτ' οὐδέν. Ex quibus per totum morbum suspectis, non immeritò quis imminens periculum deprehenderit.

DE ADSCRIPTIS ÆGRO NOTIS.

Sex adscribunt huic aegro notas qui in his nugis delicias faciunt, indeq; totum morbi progressum se aucupari posse existimant. Ex his itaq; hunc in modum descriptis Π. Ε. Δ. ΚΖ. Θ. hunc sensum eliciunt, πιθανὸν ἐπὶ τῶν διαχωρημάτων, κζ' τὴν εἰκοστὴν ἑβδόμην θάνατος. Volunt nanq; ex retentis deiectionibus, die vigesimo septimo procuratam fuisse aegro mortem. Quod quam sit verisimile, quamq; idonea huiusmodi characteribus fides adhibenda sit, haec ipsa aegri istius oeconomia satis apertè docet. Qui cum ex iecoris phlegmone & grauissima febre periculum contraxerit, (vt priùs diximus) quibus in dies inualescentibus natura prorsus superata est, non abs re profectò huiusmodi affectionum attributionibus mors est concredita. Nisi variantibus hoc in morbo, vt in hepatis affectibus, alui deiectionibus, tandem tamen extremè affectis & debilitatis viribus, ad eam quae proximè praegressa est alui profusionem exitium referri debet. Quod si τὰ διαχωρούμενα quoduis excretionis genus comprehendunt, & ad eas vacuationes quae contentis naturae viribus eam iudicatione subleuant referuntur: cùm in exaestuante huiusmodi febre & iecoris inflammatione, nulla solutionis alleuatio, nulla profluuij ex naribus suspicio, non vomitus, non sudoris prouocatio, nulla denique eorum quae huiusmodi morbos decernunt effusio facta fuerit, non omninò absurdum videri potest, si praeclusa iudicationis via, quae vel maximè morbum alleuare poterat, pessundatis viribus, restitantem naturae motum in praecipitium deiecerit. Nam quae sola effugij relicta videbatur spes, ea ob extremam virium deminutionem intersepto aditu praecisa est, miserrimoque exitio aegrum prodidit. Sed certè ad affectum ipsum, non ad huiusmodi attributiones quae ad eam consequuntur, exitus causa referenda est. Etenim affectus magnitudo, febris intensio, inflammationis circunscriptio, iecoris intemperies, totiusque morbi cruditas, adeò naturam ipsam exagitarunt, vt eam foedissimè prostrauerint, cùm nulla ratione euicta morbi pertinacia, restitantibus naturae viribus, vel nullo solutionis genere potuerit depelli. Atque adeò certè aequius est ad eam ipsam affectus originem recurrere, quam ex quibusdam coniecturationibus,

etsi non temere perscriptis, euentum colligere. Quod sanè in huiusmodi notis crebrò factitatum esse licebit conspicere. Nam & postea in muliere quæ angina periit, cùm eam ex angina periisse subnotarit Hippocrates, ex adscriptis tamen characteribus, subsistentibus deiectionibus mors attribuitur. Quod certè velut ex consecutione natum, præcipitis morbi impetu, qui statim virium extinctionem & præproperam exanimationem attulit, indeq; omnes vitalitatis ardores restinxit, & naturæ motiones suppressit, effectum est. At verò vt valde est ambigua huiusmodi characterum explicatio, ita profectò hîc notæ vnius descriptio plurimùm negotij exhibet. Galenus in anginosæ mulieris explicatione, hanc notam δ, τὰ διαχωρήματα præsignantem, τὸ στοιχεῖον esse vult, ἔχον ἀπὸ μέσης τῆς κάτω γραμμῆς ἑαυτοῦ γραμμὴν ἑτέραν ὀρθὴν εἰς τὰ κάτω μέρη ἐκτεταμένην, ὥσπερ τὸ ι. Quod efficit vt δ depingi debeat, quod deorsum tendentem lineam per medium recta linea interfectam habeat, hoc modo δι. aut certè quò meliùs Galeni verbis quadret, designatum hoc modo Δ, Δ̄ Vt mihi non omninò vero absimile videatur. quod in quibusdam manu scriptis codicibus sic descriptum appingitur, δι, vt prima huiusce vocis (διαχωρήματα) aut (διαχωρεύμενα) elementa compendio quodam concludat, non secus quam Græcis in διὰ præpositione isto compendio δ & ι comprehenduntur. Nanq; cùm in hac notarum serie solenne sit, vt quæ statim primas subsequuntur, prima eius vocis cuius significationem præmonstrant, ostendant, non mirum est ita δ˜ elementum formari, vt prima illa duo elementa δ & ι concludat, quæ in διαχωρημάτων voce præponuntur. Nec me tamen latet Galenum, vbi huius notæ mentionem facit, ferè semper τὸ δ˜ κάτωθεν ἀπεστιγμένον vocare, quod quidam δ˜ reflexum, quidam verò interpunctum faciunt, vt lineam rectam velut ι deorsum apponant, hoc modo δ ι. aut hoc δ ι, interdum etiam eam velut Græcis subscriptum ι adscribant. Quæ quidem omnia cùm parum seriam tractationem, sed potiùs odiosam venditationem præ se ferre videantur, leuiter prætereunda sunt, quia tanquam leuia quædam vina nihil valent in aqua, sic ista magis gustata quam potata delectant: quodq; huiusmodi præstigiis nil aliud quam δ & ι appositum adumbrari videatur, quæ sunt primæ illius vocis, quæ hic significatur, appellationes. Quod sanè efficit vt permihi obscurum & verò mendosum videatur quod à Galeno de huiusmodi elemento scribitur in Commentario his verbis: δ μετ' αὐτὸ τὸ δ κάτωθεν ὀρθὴν γραμμὴν ἀπεστιγμένην ἔχον, οἷόν περ τὸ υ. Existimo nanque οἷόν περ τὸ ι, scribendum esse, vt his Galeni verbis quæ supra adscripsimus, atq; etiam notis quas descripsimus, respondeant. Nisi si rectam illam lineam quæ in υ depingendo conspicitur, intelligas, quæ quodammodo ι respondet, & superiores illas notas aliquatenus exprimit, vt hoc modo δ̄ reflexum depingatur δι, cæterisq; aliqua ex parte consentiat. Sed profectò in tam parum necessario opinionum tormento, prima nobis nostra sententia constat, quæ δ̄ exprimit, quod deorsum tendentem lineam recta linea velut ι interfectam habet hoc modo Δ̄ Δ. A qua non multū aberrant impressi quidam codices qui hoc modo etiam depingunt Δ. Quod quia sæpiùs in hac tractatione occurret, semel dictum oportuit.

Æger Tertius.

Quidam in Dealcis hortis decumbens, ex longo interuallo capitis grauitate & temporis dextri dolore conflictatus, ex leui verò occasione, igne, hoc est vehementi febre correptus, decubuit. Postridie ex sinistra nare paucus syncerus sanguis effluxit. Aluus autem stercora probè demisit. Vrinæ tenues, in quibus varia inerant suspensa quædam in medio innatantia, hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis ferè similia, genitaleq; semen referentia. Tertio die febris acuta prehendit, deiectiones nigrę, tenues, spumantes processere, & quæ in iis secessibus subsidebant, liuida erant, sopore aliquantulum premebatur, cū desurgeret molestè habebat. Quæ in vrinis subsidebant liuida & aliquantisper glutinosa erant. Quarto, biliosa, flaua, pauca, vomitione reiecit, paulumque intermittens, virulenta. Ex nare sinistra paucus syncerus sanguis defluxit, deiectiones eædem vrinæque erant, paucus tenuisq; sudor circa caput & iugulum obortus est, lien sublatus intumuit, fœmur è directo respondens dolor prehendit. Præcordiorum dextrorum contensio submollis fuit, nocte non dormiuit, aliquantulum delirauit. Quinto deiectiones fuere copiosiores, nigræ, spumantes, in quibus subsidebant nigra, nocte nihil dormiuit, desipuit. Sexto deiectiones nigræ, pingues, glutinosæ, fœtidæ erāt, dormiuit, meliusq; mente constabat. Septimo lingua valde resiccata, sitibundus erat, non dormiuit, delirauit, vrinas tenues neq; probè coloratas reddidit. Octauo alui recrementa nigra, pauca, coacta quieuit ad sese rediit, neq; valde siticulosus fuit. Nono oborto rigore febris acuta inuasit, insudauit, perfrixit, delirauit, dexter ocul⁹ peruersus est, lingua resiccata, siticulosus erat & insomnis. Decimo in iisdē versabatur. Vndecimo prorsus per omnia mente cōstabat, febre liber, insudauit, vrinę tenues ad iudicationē visæ sunt. Duos dies à febre integer remāsit, quæ decimoquarto repetiit, mox verò nocte nō quieuit, omninò desipuit. Decimoquinto vrinam turbidā reddidit, cuiusmodi fit ex his quæ vbi subsederunt, commouentur, febris acuta prehendit, penitùs desipuit, nō quieuit, genua & tibias dolor occupauit. Ab aluo autem ex glāde supposita stercora nigra exierūt. Decimo sexto vrinę tenues sunt redditæ, quæ suspensum quiddā in medio innatans nubilosum habebāt, delirauit. Decimo septimo mane extrema frigescebant, tegumentis cōuolutus est, grauiter febricitauit, sudore per totum corpus dimanante alleuatus est

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Ὁ κατακείμενος ἐν τῷ Δεάλκους κήπῳ, κεφαλῆς βάρος καὶ κρόταφον δεξιὸν ἐπώδυνον εἶχε χρόνον πουλύν. μετὰ δὲ προφάσιος, πῦρ ἔλαβε. κατεκλίθη. δευτέρῃ δὲ ἐξ ἀριστεροῦ ὀλίγον ἄκρητον ἐῤῥύη αἷμα. ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα καλῶς διῆλθεν. οὖρα λεπτὰ ποικίλα, ἐναιώρημα ἔχοντα. κατὰ σμικρά. οἷα κρίμνα γονοειδέα. τρίτῃ πυρετὸς ὀξύς. διαχωρήματα, μέλανα, λεπτὰ ἔπαφρα, ὑπόστασις πελιδνὴ διαχωρήμασιν. ὑπεκαρώθη. ἐδυσφόρει περὶ τὰς ἀναστάσιας. οὔροις ὑπόστασις, πελιδνὴ ὑπόγλισχρος. τετάρτῃ. ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὀλίγα. διαλιπὼν ὀλίγον ἰώδεα. ἐξ ἀριστεροῦ ὀλίγον ἄκρητον ἐῤῥύη. διαχωρήματα ὅμοια, οὖρα ὅμοια. ἐφίδρωσε περὶ κεφαλὴν καὶ κληῖδα. σπλὴν ἐπήρθη. μηροῦ ὀδύνη κατ' ἴξιν. ὑποχονδρίου δεξιοῦ ξύντασις ὑπολάπαρος. νυκτὸς οὐκ ἐκοιμήθη, παρέκρουσε σμικρά. πέμπτῃ διαχωρήματα πλείω. μέλανα, ἔπαφρα. ὑπόστασις μέλαινα διαχωρήμασι. νύκτα οὐχ ὕπνωσε. παρέκρουσε. ἕκτῃ διαχωρήματα μέλανα λιπαρὰ, γλίσχρα, δυσώδεα. ὕπνωσε κατενόει μᾶλλον. ἑβδόμῃ, γλῶσσα ἐπίξηρος. διψώδης. οὐκ ἐκοιμήθη. παρέκρουσεν. οὖρα λεπτὰ, οὐκ εὔχροα. ὀγδόῃ, διαχωρήματα μέλανα, ὀλίγα. συνεστηκότα. ὕπνωσε. κατενόει. διψώδης οὐ λίην. ἐνάτῃ ἐπεῤῥίγωσε, πυρετὸς ὀξύς. ἵδρωσε. ψύξις. παρέκρουσε. δεξιῷ ἴλλαινε. γλῶσσα ἐπίξηρος. διψώδης. ἄγρυπνος. δεκάτῃ, περὶ τὰ αὐτά. ἑνδεκάτῃ κατενόει δι' ὅλου πάντα. ἄπυρος. ὕπνωσεν. οὖρα λεπτὰ, περὶ κρίσιν. δύο διέλιπεν ἄπυρος. ὑπέστρεψεν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, αὐτίκα δὲ νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη, διενόει, πάντα παρέκρουσε. πεντεκαιδεκάτῃ, οὖρον θολερόν. οἷον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίνεται, ὅταν ἀναταραχθῇ. πυρετὸς ὀξύς. πάντα παρέκρουσεν. οὐκ ἐκοιμήθη. γούνατα καὶ κνήμας ἐπώδυνα εἶχεν. ἀπὸ δὲ κοιλίης βάλανον προσθεμένῳ, μέλανα κόπρανα διῆλθεν. ἑξκαιδεκάτῃ, οὖρα λεπτὰ, εἶχε δὲ ἐναιώρημα ἐπινέφελον. παρέκρουσεν. ἑπτακαιδεκάτῃ, περὶ ἄκρεα ψυχρὰ, περιεστέλλετο. πυρετὸς ὀξύς. ἵδρωσε δι' ὅλου. ἐκουφίσθη

A κατενόει μᾶλλον. οὐκ ἄπυρος. διψώδης. ἤμεσε χολώδεα, ξανθά, ὀλίγα. ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῆλθε. μετ' ὀλίγον δὲ μέλανα, ὀλίγα, λεπτά. οὖρα λεπτά, οὐκ εὔχροα. ὀκτωκαιδεκάτῃ, οὐ κατενόει. κωματώδης. ἐννεακαιδεκάτῃ, διὰ τῶν αὐτῶν. οὖρα λεπτά. εἰκοστῇ, ὕπνωσε. κατενόει πάντα, ἵδρωσεν. ἄπυρος. οὐκ ἐδίψα. οὖρα δὲ λεπτά. εἰκοστῇ πρώτῃ. σμικρὰ παρέκρουσεν. ὑπεδίψα. ὑποχονδρίου πόνος. καὶ περὶ ὀμφαλὸν παλμὸς διὰ τέλεος. εἰκοστῇ τετάρτῃ, οὔροισιν ὑπόστασις. κατενόει πάντα. εἰκοστῇ ἑβδόμῃ, ἰσχίου δεξιοῦ ὀδύνη. οὖρα λεπτά, καὶ εἶχον ὑπόστασιν. τὰ δ' ἄλλα εἶχεν ἐπιεικέστατα. περὶ δὲ εἰκοστὴν ἐνάτην, ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ ὀδύνη. οὖρα λεπτά. τεσσαρακοστῇ, διεχώρησε φλεγματώδεα, λευκά, ὑπόσυχνα. ἵδρωσε πολλῷ δι' ὅλου. τελέως ἐκρίθη.

paulò plus intelligebat, neque febre liber, sitibundus erat. Vomitione refusa sunt biliosa, flaua pauca. Ex aluo verò stercora prodierunt, ac mox paulo nigra: pauca, tenuia. Vrinę tenues neq; laudabilis erát coloris. Decimo octauo sopore detentus est neq; ad intelligentiá redierat. Decimonono eadem perseuerauerunt, vrinæ tenues erant. Vigesimo dormiuit, in totú mente constabat, sudore correptus à febre immunis fuit nec sitiuit. Vrinæ verò tenues erant. Altero & vigesimo paululùm desipuit, nonnihil sitiuit, præcordiorum dolor & continens ad vmbilicum palpitatio occupauit. Quarto & vigesimo in vrinis subsidentia inerant, penitùs mente constabat. Vigesimo septimo coxendicis dextri dolor cepit, vrinas tenues reddidit in quibus subsidentia inerant, de reliquo verò placidissimè habuit. Ad vigesimum nonum oculus dexter doluit, vrinæ tenues redditæ sunt. Quadragesimo pituitosa, alba, copiosa, aluus deiecit, sudore multo ex toto corpore diffluẽte, perfecta iudicatione est absolutus.

Hoc est insigne multiplicis variorum in morbo casuum concursus exemplum, in quo virium magna constantia & naturæ impetus præcipuè enituit. Nam cùm febris acutissima, iam dum nutantem ægrum nacta, externa occasione & collecta perniciosa succorum cruditate affligeret, nemini mirum videri debet, si varios affectionum casus secum adduxerit. Credibile verò est plurimam pituitam crudam, vitream, in corporis cauo collectam, cum magna succorum permixta acrimonia & flatuum copia, naturam vehementer exagitasse. Quæ cùm vitalitatis partes præcipuorumque viscerum & naturalium facultatum officinam obsideret, variis obstructionibus locum dederit, quæ concepta deinde putredine, latè peruagatum excitarint incendium. Cuius sæuitia ex diuersa succorum permixtione & natura, varias etiam faces intendit, eoque tandem ascendit, vt vehementer exagitatis naturalibus functionibus, magnam sui pertinaciam, obstinatamque morbi cruditatem semper ostentarit, cum eo quod tam valide igneas vires exercuit, vt impressis plurimis adustionis signis, colliquationis non leuem suspicionem iniecerit. Atque in tam multiplici casuum complexu, infractum naturæ animum operæpretium est conspicere. Quæ etsi vndique variis ingruentibus hostibus apperita, & ad vsque vitalitatis penetralia & nutricationis fabricam perditissimè profligata fuit, nunquam tamen hosti cessit, sed virium agmine probè instructo primo quoque tempore in eum impetum fecit, & variis toto morbi decursu sublatis signis, de concepta victoria spem erexit optimam. Dispositis igitur prima statione critica præsidiis, variè hinc inde calescentibus animis, ea quæ statim naturæ ductu facta est in hostem impressione, lienis tumor die quarto apparuit, vitiosorumque succorum in fœmur sinistrum secessio facta est, quæ intentatum hostium impetum primum disiecit. Sed (vt fit) in malignè congesta succorum prauitate nondum residentibus animis non protinus symptomatum rabies deferbuit, sed pro diuersa humorum qualitate, variè condictata, natura, tam obstinatam hostis audaciam flectere vix potuit, nondum in plenum procuratis coctionibus. Quas, vt potuit, aggressa, insignem ferendæ opis occasionem non prætermisit. Nam si statis pugnæ diebus, leuibus primò prœliis cum hoste conflixit, & ad tentandam perruptionem & faciendam in hostes impressionem sudorum phalangem (cuius in hac tota victoria præcipua laus est) immisit. Quæ cum quarti diei successu nihilo magis emollitos hostes, quinetiam reliquorum dierum impotentia ferociores, & ad facinus faciendum præfractos comperisset, nono primum die in iuueniliter exultantem hostem imminet, eum appetit, & qua potest peruadit cuneumque perfringit. Quo certè in conflictu magna virium alacritas apparuit, quæ intentum in se hostem tribus diebus prœlio detinuerunt, commouerunt, tandemque vndecimo die deturbarunt, campo & castris exuerant. Ea enim prima visa est, etsi obscura, iudicationis gloriatio, quæ cum nono die aliquantisper per sudores extitisset, in vndecimum tamen morbi importunitate repulsa est. Atque hoc ipso die celebris ouatio naturæ decreta est, & de cætero ad afficiendam pugnam certa spes concepta, fugatus tamen hostis in cruditatis latebris & vrinam deuiis, aliquandiu delituit, vbi ad renouandum prœlium animos sibi fecit, & nouis instructus subsidiis, febrilem cohortem antea propè profligatam, decimoquarto ad redintegrandam pugnam immittit, quæ latè populabunda vastitatem fecit maximam, nisi decimoseptimo die sublata sudatoriæ legionis signa, reparatum virium aduentantisque exercitus metum iniecissent. Qui demum vigesimo die æqua campi planitie potitus, se hosti in conspectum dat, pugnæ copiam facit, eumque quantum potest, firmatis supra commemoratæ legionis præsidiis vrget, cædit, optimaq; copiarum parte mulctatum dimittit. Qua inclinatione consternato hoste, ad victoriam promptissimis animis natura incubuit, nec destitit leuibus commissis prœliis quacunq; hostem persequi, donec vigesimo quarto & vigesimo septimo per vrinas & in coxendicem secessum effugium illi patefaceret, quò clarior quadragesimi diei triumphus existeret. Quo quidem die prostrata omnino importunissimi hostis audacia est, qui vt obstinatæ prauitatis meritas pœnas lueret, ad illudendum propositus & in currum actus est, tandemque strenua sudorum alacritate per ventris eluuiem emissus & ad sentinam damnatus est. Isque demum fuit prauissimi morbi solutione perfectaq; iudicationi decoratus triumphus, quo natura viribus optimè instructa, varium multiplicīq; malignitate insignem hostem prostrauit & debellauit. In hoc verò toto morbi successu, sudorum magna vis enituit, qui restitantem succorum cruditatem & copiam, quoad per decernentium dierum benignitatem licuit, in liberam corporis planitiem & cutem deposuerunt, interruptumq; victoriæ cursum non desperarunt modò, sed sæpiùs integratum fœliciter tandem absoluerunt. Nec certè in tam proiecta hostis importunitate, naturæ animus defuit, quæ licet initio vndique appetita, velut intus conclusa, morbum non aggrederetur, illustres tamen ad victoriam animo præoccupandam semper fecit aditus, & de toto euentu celeberrima præbuit auguria. Statim namque primo dierum circuitu lienis tumor visus est & fœmoris sinistri dolor, quæ sunt abscessuum insignes notæ, & valentium virium amplissimæ demonstrationes. Vt taceam conspicuum valde toto morbo conspectum nigrorum per vrinas & deiectiones secessum, variam vomitionis effusionem, sanguinis per nares profluuium, quæ omnia, vt inclinantibus viribus valde suspectam æstimationem faciunt, ita sanè iisdem præstantibus, vacuationis loco accenseri debent, & solutionis omen facere vt plurimùm existimanda sunt.

ἐν τῷ Δεάλκους κήπῳ] Galenus lib. 2. de dieb decretoriis huius ægri mentionem facit sed τὸν ἐν τῷ Δεάλκεος κήπῳ κατακείμενον vocat. Quidam etiam scripti codices Δεάλκους habent. Cuius lectionis vestigia vidisse videtur Caluus.

ἐπιδημῶν ἦχ] Duo codices manu scripti Regij ἐπιδημῶν habent, quo modo Galeni codices legunt, eodem sensu.

ἀκρήτου ἐρρύη αἷμα] ἄκρητον αἷμα de nigro, crasso & fœculento sanguine qui in suspectis narium stillationibus visitur, ab Hipp. intelligi satis est vsitatum, aliasq; pluribus dicetur. Etsi verò defectum & restitantem naturæ impetum huiusmodi subsistentes vacuationes assignant, quo nomine plurimùm in criticarum excretionum theoria infamantur: ista tamẽ sanguinis ex nare sinistra profusio, quæ iam die quarto repetiit, nisi quòd accusabilem habet parsimoniã, lienis affectum suspectare poterat, cuius per totum morbum nõ dubia conspecta sunt indicia, toties per vrinas & deiectiones nigrorum patefacta effusione, quæ non minimam alleuationis criticæ spem præ se ferebat. Caluus hic οὐ κατ' ἴξιν ex suis codicibus addidisse videtur, & ad tempus dextrum retulisse cum scribit (non e temporis dextri regione.) Quæ sanè attributio etsi sanguinis profusionem magis infamat, in nullis tamen eam codicibus reperi.

οἷα κείμενα χρονίσαντα] Hipp. sæpiùs in vrinis damnat ea quæ farinæ crassioris speciem & hordei negligentius moliti crassiora frustula referunt vt scripsimus nostris in lib. 1. epid. annot. Nam & ingentem materiæ inæqualitatem & pertinaciã, tantamq; interni incendij magnitudinem denotant, vt colliquationis periculum immineat. Nec in huiusmodi malis alia certior vlla spes est, quoniam materia

spei delectat, quàm vt impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturq; in id tempus quod curationi locum præstet. Vnde certè non immeritò Hippocr. huiusmodi vrinarum contenta, morbum longius tempus habiturum significant. At enim quemadmodum pro materiæ inæqualitate variant, ita certè magis suspecta sua indicia faciunt. Quæ nanque sanguinis in hepate, liene, venis & renibus exaestuationem denotant, ea propter nimium ardorem tabefactionisque suspicionem, periculosam valde habent denunciationem, istaque materiæ ex qua succiduntur colorem ferè consequuntur. Quæ autem ex pituita viscida crassa, assata decidunt, candicantia sedimenta faciunt, prauitatemq; suam etsi quodammodo emolliunt, periculum tamen nec facilem liberationem denunciant. Quod in Philisco & Sileno & 4. & 5. ægr. lib. 1. epid. cuius annotare est facile. Est vbi pituitæ vitreæ, crudæ, exassatæ, magna copia per vrinas repurgatur, quæ propter materiæ inæqualitatem, cruditatis & flatuum permixtionem, naturę vires variè distrahit, tantamque vrinarum varietatem indicat, vt partim coctæ partim etiam crudæ conspiciantur, plurimamq; naturæ agitationem complectantur. Atq; in iis etsi magna morbi pertinacia tardiorq; salus speratur, minus tamen malum significatur. In quibus ea quæ in vrinis crassioris farinæ speciem aut hordei negligentius moliti frustula repræsentant, siue sedimenta sint, siue in medio suspensa per medias vrinas innatent, genitali semini ferè sunt similia, quòd pituitam crudam, vitream, viscidam & crassam propiùs referant, flatuumque permixta leuitate huc & illuc dispergantur. Atque eò certè minùs metuenda sunt quàm quæ summum generis venosi ardorem præ se ferunt, magnamq; ex febrili incendio tunicarum venarum exaestuationem & asperitatem inducunt, ex quibus huiusmodi vrinarum sedimenta decidunt, quæ sanè indubitatas habent pernicieí confessiones. Nil ergo mirum videri debuit, in hoc ægro magna succorum inæqualitate plurimaq; cruditate ex multa pituita vitrea conflictato, magnoq; excitato incendio, huiusmodi visas vrinas, quæ illius materiæ ex febrili ardore exaestuationem, nec aspernabilem flatuum permixtionem, variamque naturæ concitationem portenderent. Quod certè effecit vt ista ad sublimamenta per vrinas suspensa, non autem ad vrinas ipsas referrem, quod faciunt penè cæteri omnes interpretes. Illa nanque flatuum permixtio quæ leuem istam inconstantiam & variam dispersionem facit, sublimamentis magis quàm sedimentis conuenit, quibus certè & χρονιότης attribui diximus lib. 1. epid. & omnes κατὰ σμικρὰ adscribunt, quo minutim dispersa indicari volunt. Vt ne addam Celsi opinionem plurimùm mouere, qui huiusmodi κεκαυμένα in vrina vix quidem subsidere, plurimùm verò innatare posse existimat. Ex quo sanè efficitur vt ὑπόστασιν Hippoc. vniuersaliorem sublimamentorum & nubecularum notionem comprehendere iudicandum sit. Atq; eò firmiùs in hanc opinionem illabimur, quòd hanc lectionem ex duobus peruetustis nostris codicibus manu scriptis egregiè testatam accipimus. Nam & illi ποικίλα ἐναιωρήματα legunt, & ad ea quæ consequuntur referunt. In quam etiam opinionem nos imposuit * Galeni lectio qui huius loci his verbis meminit, κατὰ δὲ τὸ τρίτον, τὸ τρίτον τῶν ἀρρώστων, περὶ ὃ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς διηγήσεως οὕτως ἔγραψεν. ὁ κατακείμενος ἐν τῷ Δεάλκους κήπῳ προσῆκον δὲ μετ' ὀλίγον, ὡς λέλεκται. ποικίλα ἐναιωρήματα ἔχοντα σμικρὰ ἐν κέγμασι. Ex quibus etiam apparet eum σμικρὰ pro κατὰ σμικρὰ legisse, & ad ἐναιωρήματα retulisse, aut profectò eo qualitatem paruamq; similitudinis differentiam inducere voluisse vt σμικρὰ pro κατὰ σμικρὰ posuerit, quod nos per [ferè] expressimus. Etsi nos eam lectionem non respuimus, quæ κατὰ σμικρὰ, aut σμικρὰ, minutatim dispersa sublimamenta ex flatuum abundantia & materiæ inæqualitate, seorsumq; coacta agnoscit. Quæ sunt iis quæ priùs diximus valde consentanea. Κέγμασι verò etsi cerealium omnium non modò hordei crassiorem farinam indicare possunt, hîc tamen († vt supra) pro crassioribus hordei negligenter moliti frustulis accepimus. Quo magis mirum est Caluum pro simila cepisse, nisi quòd in idem vitium recidit, cùm priùs κεγχροειδὴς similagineum sedimentum dixerit. Qui etiam illud κατὰ σμικρὰ, aliter sibi quàm cæteri omnes affingit, & ad parum subsidentia referre, aut certè aliud quid legisse videtur.

* *Com. in aph. 37. lib. 7.* † *lib. 1. epid.*

διαχωρήματα μέλανα] Varia ista secessuum complexio, quæ plærunq; exitialibus morbis imminet, sæpiùs in quibusdam ægris iam visa est, præcipuè verò in †Sileno explicata, in quo non secus quàm hoc in ægro, perniciosa succorum permixtio deiectionum varietatem fecit. Plurima ergo redundante pituita vitrea, frigida & crassa, indeque oborta cruditate, tenues & liquidas visas esse deiectiones non est absonum, quæ morborum initiis periclitantem naturalium facultatum officinam præ se ferunt. Ex quibus enatis medij ventris obstructionibus conceptaque putredine, febrile excitatum incendium magnam creauit humorum acrimoniam, quæ & vehementem quoque materiæ agitationem feruoremq; indixit. Etsi potuit biliosorum succorum connexio flatuumque vis spumantes deiectiones indicare. Nigræ autem deiectiones, quæ sæpiùs ab Hippocr. damnantur, multis tamen ex causis salutares esse possunt, vt scripsimus nostris in lib. 1. annot. Hic certè eas dici constat primis statim diebus, quæ ex intenso febris ardore, retorridam succorum adustionem aut sanguinem exaestuatum referrent. Quæ sunt in ipsis morborum initiis periculi plena indicia. Etsi eæ deiectiones nigræ intelligi possunt, quæ fæcem aut limum sanguinis (quam hypostasim nigram vocant) melancholici succi rudimentum, deturbarent. Quo quidem copiosiore in hepate genito, lien oblitus imbecilliorq; factus, die quarto intumuit, suæq; affectionis per totum morbum efficaces notas expressit. Cuius refusio primis ipsis morbi diebus ex magna materiæ redundantia & naturæ conflictatione potiùs quàm solutionis aliqua significatione prouenıens, potuit tamen ad eam longè ante præceptam naturæ viam, ipso morbi impetu contendere, per quam, salutari sæpè secessione, eiusmodi materiam deponit. Nam & nigras ipsas deiectiones crebro in morbis apparere, huiusmodi sanguinis fæce & limo per aluum demisso, lienεq; repurgato, scribit * Galenus, & in perniciosis longisque affectibus, ex malignis febribus, magnisque viscerum obstructionibus obortis, retorridum huiusmodi sanguinem salubri iudicatione per aluum repurgari, non rarò conspectum est. Vt nec in hoc ægro mirum est, tam multam huius succi copiam, identidem in aluum & vrinas refusam, criticæ solutionis vim aliquam aperuisse. Sic easdem quoque deiectiones in obstinatissimis & longissimis icteris, morbo ad solutionem tendente, eum salutariter iudicasse non semel conspeximus. Hypostasis autem hîc ab Hippocrate, vt non aliàs sæpè, ac vt existimat †† Galenus, non satis aptè, deiectionibus tribuitur, quod in fundo liquidarum & humentium deiectionum residet significans quodque fundum solidiori quodam grauitatis momento petit, non secus ac vrinis appellationem ipsam accommodari tritum est. Quam hîc quoque, vt reliquas omnes deiectiones, huius retorridæ materiæ sero tingi indeque denigrari fuit verisimile. Etsi non est omninò absonum pituitæ vitreæ refusam abundantiam, vrinarum & deiectionum subsidentias liuore suo infecisse. Nam & huiusmodi pituita frigore liuet, vitrumque fusum colore refert, & in conferta illius copia, quæ summas cruditates nobiliumque viscerum obstructiones & intemperiem frigidam affert, vrinas prope liuidas (quas recentiores glaucas vocant) annotare est facile. Quam in sententiam nos adducit quod ab Hippocrate ipso, in iis quæ in vrinis subsident, annotatur ὑπόχλωρον. Quo sanè ipsius pituitæ lentor, tenacitas, & visciditas clarissimè demonstratur.

† *Lib. 1. epid.* * *Comm. in aph. 21. lib. 4.* †† *Comm. in aph. 69. lib. 7.*

ἰδυσφόρει περὶ τὰς ἀναστάσιας] Cùm desurgeret molestè habuisse ægreque tulisse significat, ob magnam virium oppressionem, quod certè in malignis morbis contingit, in quibus venenata materia crebra animi deliquia adfert. Quare desurgendi impotentiam potiùs & inhabilitatem quàm defectum portendi manifestum est. Quod ambigua sua versione parum assequutus est Caluus, dum [vix ad sellam surgebat] protulit. Ac nihilo magis mihi probanda venit vnius codicis Regij scriptio, qui περὶ τὰς ἀναστάσιας habet.

σπλὴν ἐπήρθη] Sunt hæc non leuia futuræ prædictionis omina, quæ ex* Hippocratis præscripto, cùm secundum directionem fiant laudi verti debent, nisi quòd præmaturam habent festinationem, & restitans hæmorragia quæ vt plurimùm lienis tumorem soluit iudicationem infamat. Ex quibus, vt aliis plurimis, morbi diuturnitatem non immeritò conieceris, ex Hippocrat. placito, ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ὑποστήματα μὴ κνόμενα περὶ τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νόσου σημαίνει.

* *Lib. 2. Sect. 3.* † *aph. 51. lib. 4.*

ὑποχονδρίου δεξιοῦ ξυντάσιος ὑπολάπαρος] Enatis in viscerum cauo obstructionibus malè affectum est iecur, incensaque putredine ad leuem inflammationem deuenit, aut in eius penetralibus, hoc est simis partibus, focus delituit, vnde submollis distensio visa est. Hunc porrò locum adducit Galenus in fine lib. περὶ δυσπν.

ὑπόστασις μέλαινα διαχωρήμασι] Id effecit, credo, vt Caluus aliquantulum lectionem immutarit. Copiosiores nanq; nigras & spumantes deiectiones superne fuisse existimat, infra verò liuidas. Quod etsi in huiusmodi secessibus, ex propria loci circumscriptione verum est, nil erat tamen cur lectionem sibi affingeret, cum ista in vniuersum de deiectionibus dicantur. In quo etiam id sibi licere voluit, vt μέλανα liuida diceret, ideò fortè quòd antea διαχωρημάτων ὑποστάσει πελιδνὴν posuit. μέλαινα autem non μέλανα legendum esse cuius patet.

λιπαρὰ] Pingues deiectiones abundè expediuimus lib. 1. epid. quas inualescente incendio & ardore interno fusa pinguedine fieri diximus. Quod in pestilentissimo febrium genere ex mordacibus permixto succis fieri contingit. Atque eæ ferè spumantes sunt ex magna feruoris agitatione, fœtidæ ob putredinem, vehementer tinctæ, tenaces & glutinosæ. Ex quibus præfracta materiæ pertinacia, interdum quoq; solidarum corporis partium, primarumque naturarum labefactatio, & totius molis contabescentia imminet. Vnde certè non improbanda venit duorum exemplarium manu scriptorum lectio, quæ post λιπαρὰ, ἰῶδεα habent, etsi reliqua taceant. Est & in altero ἰώδεα, pro δυσώδεα scriptum quam lectionem secutus videtur Hermannus Cruserius, nec est absonum in tanta symptomatum concursione, virosa aut virulenta deiici.

συνεστηκότα] συνεστηκότα διαχωρήματα dicuntur Hippocrati quæ probè inter se cohærent, continua sunt, suamq; consistentiam & figuram seruant, in eaq; manent, non autem diffluunt aut diuelluntur, quod faciunt liquida, humida & aquea. Eaq; deiectiones compactas, consistentes, constantes, coactas & cohærentes vocant, quas liquidis, aqueis, humidis & diffluentibus opponunt. Hippocrates in Prognostico & Coacis, in optimis notis συνεστηκότα διαχωρήματα ponit, quæ * Galenus interpretatur μηδ' ὑγρὰ πλέιως ἢ ὥσπερ διερρέειν, ἀλλὰ μέχρι τούτου μαλακά, μέχρι τοῦ μόνον ἐπὶ συνιστᾶσθαι. † Celsus figurata vertit, cùm & liquidior aluus quàm vt in transitu conformetur, damno sit. Sic in Coacis quoq; Hippocrates, τοῖς ἐξυγρασμένοις διαχωρήμασι, τὰ συνιστάμενα opponit, vt hîc per ὀλίγα συνεστηκότα non alias deiectiones intelligat, quàm quæ tenuibus, profusis & liquidis aduersantur. Quod certè naturæ morbum iudicio vincentis optimum est indicium.

* *Comment. 2. in progn.* † *Cap. 3. l. 2.*

ὀφθαλμοὶ ἴλλαινον] ἰλλαίνειν, διαστρέφειν τοὺς ὀφθαλμοὺς interpretatur Galenus in exegesi, quod est peruersis & obtortis esse oculis, estq; proprium Hippocrati vocabulum vt testatur " Iulius Pollux: Ἱπποκράτης ὀφθαλμὸν ἰλλαίνειν φησί, τὸ διαστρεφῆ γίνεσθαι. Quod ἰλλαίνειν Phauorino dicitur, nisi mendum subsit, cùm apud Hippocratem ἰλλαίνειν non ἰλλαίνειν reperiatur. Est & ὀφθαλμοὶ ἴλλωσις, ὀφθαλμοὶ διαστροφή, in Prorrh. & lib. 1. περὶ γυναικείων, ἰλλώδη ὄμματα, oculos distortos vocat. Quæ certè omnia à dictione ἴλλος originem ducunt. ἴλλος γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰωνικῶς ὀνόμαζον, vt scribit Pollux, vnde & αἰλλωμα τὸ αἰάδλευμα. Dicitur & ἴλλος poëtis de oculorum peruersione aut viriata actione, & στραβὸν, aut τυφλὸν καὶ διεστραμμένον significat, vnde & ἰλλώπτειν & ἰλλωπίζειν interpreti * Aristophanis vsurpatur, quod παραμύειν καὶ μύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἢ τὸ πυκνῶς βλεφαρίζειν, ἢ παραβλέπειν, conniuere, frequenter nictare, hallucinari, aut retortis esse oculis significat. Vnde & ἰλλώπτειν etiam dicitur oculos in irrisione distorquere. Hinc quoque ἐπιλλώπτειν τὸ ἐπιβλέπειν ἐπὶ χλευασμῷ. Caluus verò ab ἴλλειν, quod est συνέχειν, aut ab ἰλλίζειν, quod δεσμεύειν, vincire & obligare significat, deducere videtur, cùm obligatum dextrum oculum dixit, nisi si obliquatum dicere voluit. Vnde & ἴλλαι, συστροφαὶ καὶ δεσμοὶ dicuntur, & ἰλλάσι Homerus pro δεσμοῖσι posuit, & ἰλλόμενος, ὁ δεσμευόμενος, ὁ συστρεφόμενος, & ἰλλόμενος συστρεφόμενος nuncupatur. Significat igitur ἰλλαίνειν, retortis & peruersis esse oculis, quod διαστρεφέας ὀφθαλμοὺς alibi dixit † Hippoc. Celsus autem cap. 6. l. 2. peruerti dixit. Atque hæc ipsa inter perturbationes criticas accensenda existimat Galenus. * *lib. 2.* * *ἐν ἱππεῦσιν.* † *in Coacis, & aph. 49. l. 4. & 75. l. 7.*

διατελεῖν περὶ τὰ αὐτὰ] Duo codices manu scripti διατελεῖν τῶν habent, eadem omninò phrasi. Nempe eadem omnia perseuerauisse & permansisse significant. Variant etiam codices in eo quod sequitur. Quidam namq; ἐπιπονέει πάντα simpliciter legunt, nec δι' ὅλου adhibent, quos interpretum bona pars secuta videtur.

ὕπνωσε] Duo codices vetustissimi ἵδρωσεν habent, quibus noster quoq; suffragatur, eosq; secutus sum cum interpretibus, quò firmiorem inchoatæ iudicationi fidem faceremus. Nisi si vtrumq; non malè adesse posse existimamus, quo modo & in recentiore quodam codice scriptum reperitur, & Caluus legisse videtur.

διέσπειλεν] Vitium est manifestum in codicibus impressis Germanicis & Aldinis, qui διέσπειλεν pro ὑπέστρεψεν legunt, quemadmodum legisse videtur Galenus, in eoq; manu scripta exemplaria consentiunt.

αὐτίκα δὲ νυκτὸς] Quidam codices illud αὐτίκα superioribus iungunt, vt sit, febrem statim die decimoquarto repetiuisse. Potest etiam quorundam codicum consensu sequentibus iungi, vt sit αὐτίκα τὴν νύκτα, quomodo Græci αὐτίκα νυκτὸς dicunt, ingruentem noctem significantes, aut vt αὐτίκα sententiam inchoet. Qua in re pluralitatem sequimur.

δεινὰ] Codices Regij duo itemque noster istud omittunt, idq; iure optimo, siquidem interiectum videtur, nec in codicibus Galeni reperitur. Nisi quis ad imaginantium cogitationes, quas in animo voluunt, referre velit, quæ nonnunquam delirium præcedunt. Caluus οὐ δεινὰ legisse videtur atque negationem apposuisse. Aldinus codex δεινὰ πάντα, παρέκρουσε habet, non satis constante sententia.

ὑγρὰ ἐκ ἀλέα] Arguebant ista magnam humoris crudi pertinaciam & inæqualitatem, aut à calore præter naturam & flatuum permixtione agitationem. Quæ recrudescentis necdum domiti morbi specimen exhibebant. De quibus scripsimus lib. 1. epid.

γυναῖκα καὶ κύβους ἐπιδίνεα εἶχε] Tres codices scripti antiquissimi ἐπιδίνεας habent, eodem sensu, quo modo etiam legit Galenus Comm. 1. in Prorrh. huius loci mentionem faciens. Est autem ἐπιπόλασις τῶν χυμῶν, & naturæ vitium deponentis insigne admodum exemplum.

βάλανον συνεδρευμένον] Codices duo manu scripti βαλάνων συνεδρευμένων legunt, quos secuti sunt Galeni interpretes.

περιστέλλειν] περιστέλλειν, τοῖς περιβολαίοις ἑαυτὸν σκέπειν interpretatur * Galenus, quod est pannis contegi, aut integumentis conuolui & cooperiri. Quod perfrictis iisq; qui extremorum corporis depopulato calido natiuo frigus sentiunt, sæpè attribuit Hippocrates, in quibus vt scribit † Galenus, περιψύξις ἐπιγράπτει μαραινομένης τῆς ἐμφύτου θερμασίας. Nam & hanc dictionem in iis quos ἐπιψύχομένους dicimus sæpiùs vsurpat, & quod scribit " Galenus, τούτῳ ἰδεῖν χρώμενος τῷ ὀνόματι, κατὰ τῶν ἀποψυχομένων τὴν ἔμφυτον θερμασίαν. Neque tanta tamen hîc intelligenda est perfrictio, quæ proiectum omninò virium discrimen faciat, sed quæ ardore interno & febris incendio ad extremorum frigus sequatur.

* *in Exegesi.* † *lib. 2. περὶ δυσπν.* " *lib. 3. περὶ δυσπν.*

ἔμετοι χολώδεα] Eorum omnium quæ in corpore superuacanei sunt generis magna varietas sæpiùs ab Hippocrate in Prognostico damnatur, quòd varias corporis affectiones ingentesq; naturæ perturbationes, aut periculosas humorum complexiones significet. Qualia de eorum quæ vomitione aut aluo refunduntur varietate, plurima sunt Hippocratis decreta. Ista tamen vbi inualescente natura & ad finem eunte morbo succedunt, vitalitatis spem erigunt. Etenim vt scribit * Hippocrates, αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσι, ἢν μὴ ἐς πονηρὰ μεταβάλλῃ. Quod vt de vomitu, ita etiam de deiectionibus protulit aph. 14. l. 2.

* *lib. 2. epid.*

μετ' ὀλίγον δὲ μέλανα, ὀλίγα, λεπτὰ] Codex vnus manu scriptus ὀλίγον λεπτὰ simul iungit, quod etiam fecit Aldus. Quos secutus videtur Caluus.

οὖρα λεπτὰ καὶ εὔχροα] Regij codices duo manu scripti quomodo & Caluus ἄχροα legunt. quo proiectam vrinarum tenuitatem significent. Reliqui cum impressis consentiunt, nec ista lectione salutarem iudicationem desperant, sed tolerabilem vrinarum tenuitatem cum mediocritate coniunctam, & ad iudicationem inclinantem morbum designant, vt scripsimus nostris in ægr. 14. l. 1. epi. annot. vbi etiam huius loci meminimus.

οὖρα λεπτὰ] Codices duo manu scripti vetustissimi ista addunt cum Aldino & Germanico, quos sequimur. Hæc enim frequens vrinarum tenuium repetitio, tentatas crebrò diebus decernentibus, sed irritas tamen iudicationes, velat, morbumque ipsum meritò ex cruditatis vitio in longos tractus ducit. Cuius rei significationem præbent vrinæ tenues. Etsi poterant ista in superioribus subintelligi, quo nomine ab omnibus ferè interpretibus omittuntur, & in duobus aliis scriptis codicibus desiderantur. Caluus namque, vnus ex omnibus, in hoc vetustissimorum exemplarium fidem secutus est.

οὖρα δὲ λεπτὰ] Hîc quoque vetustissimorum codicum consensum secutus sum cum Caluo & impressis Germanico & Aldino. Etsi poterant omitti, quod faciunt reliqui omnes interpretes. Nec ista tamen iudicationis dignitatem omninò eleuant, quin potiùs quodammodo molliunt, naturæque viribus excusationem prætexunt, quod non facilem cædi hostem, sed longinquitate productum & cruditate efferatum, cunctatione fregerint. Cuius tum primùm aperta spes vigesimo emicuit, quæ leuiter ad quadragesimum vsque increuit. Nam quæ antea iudicationes intentatæ sunt, angustè admodum se habere videbantur, ac ne vix quid [illegible] enatabant.

περὶ ὀμφαλὸν παλμός] Palpitatio in hypochondriis & ad vmbilicum existens, spiritum flatuosum à crassa materia excitatum, plurimasque obstructiones cruditatis soboles, subesse indicat, subsultantemque in præcordiis sanguinem ab incendio collectum significat. Neque verò ea palpitatio inaudienda venit, quæ magnas præcordiorum inflammationes comitatur, quamque Hippocrates in Progn. & Prorrh. intelligit. Cùm namque præcordiorum contensio submollis adfuerit, verbis emollita inflammatio, plurimum de sæuitia symptomatum sustulit. Vt non sit mirum hac subsultatione, neque hæmorrhagiam neque delirium portendi, sed solam humorum à flatibus ex cruda materia agitationem. Quæ cùm plurima abundarit, istoq; in morbo vtramque paginam fecerit, inde ortam fuisse palpitationem non est absonum. ὅτι ἐκ τῶν παχυτέρων χυμῶν τὸ φυσῶδες πνεῦμα τὴν γένεσιν ἴσχει, παλμὸς δὲ δείκνυται διὰ πνεύματος φυσώδους γιγνόμενος, τοῦ φυσώδους ἀθροιζομένου πνεύματος διὰ ψύξιν, vt scribit* Galenus. Alioqui ista palpitatio præcordiorum inflammationem denunciabit, quæ sanguinis ex naribus profluuio fuit confirmata, quod scribitur in Prorrh. εἰ καὶ κοιλίην παλμοὶ ὑποχονδρίου ἐντείνουσι μακρῷ, ὀγκώδει αἱμορραγικά.

* *Comm.* 1. *in Prorrh.*

τὰ δ' ἄλλα εἶχεν ἐπιεικέστατα] Ista omisit Caluus contra omnium codicum fidem.

τεσσαρακοστῇ διεχώρησεν] Huius loci meminit Galenus lib. 2. de dieb. decr. & Com. in aph. 37. lib. 7.

DE ADSCRIPTIS ÆGRO SVPERIORI NOTIS.

Superuacaneum fortè videbitur in his nugis seriam operam ponere, quia tamen in has angustias incidimus, ex his nobis emergendum esse arbitramur. Codices impressi vt nullos characteres huic ægro assignant, ita ea in re consentientes codices duos scriptos habent, & quæ adscribuntur notæ, omninò duobus exemplaribus consignatæ, vt in probabili inuento, variè animos nostros ludificant. Regius codex peruetustus eas hoc modo adscribit πλ. ν. δι. ιδ. μ. ῡ. Ex quibus hunc facilè sensum elicias, πλῆθος μέλανων διαχωρημάτων καὶ ἱδρώτων, τεσσαρακοστῇ ὑγείαν. Vt credibile sit iuuenili robore præstantem ægrum, crebris nigrorum secessiuum deiectionibus, sudorumq; procuratione quadragesimo die iudicatum. Nam ad tam pertinacis mali labem eluendam, tantæq; cruditatis & tam variæ humorum permixtionis prauitatem edomandam, constanti virium robore opus fuit, quæ naturæ aggressiones subleuarent & longinquitate productum morbum euincerent. Quarum egregium facinus per totum morbum enituit, quòd in summa cruditate, quamcunque tamen potuerint vitiosorum succorum depulsionem attentarint, & crebram nigrorum, exustorum, variorumq; succorum secessionem per totum morbum fecerint. Deinde verò, sæpiùs non infœliciter attentatas iudicationum solutiones, sudorum refusione secundarint, tandemq; diem quadragesimum plena in totum absolutione cohonestarint. Quo nomine istis quoque nobile præconium fecisse Galenum in Commentario apparet, quòd pernicioso & difficili morbo audacter admodum sese opposuerint. Atque etiam in eam virium dignationem propendet codex noster Germanicus, etsi aliter paulò characteres adscribit. Nam cùm morbi solutionem nigrorum secessuum copiæ & sudorum profusioni tribuat, in quo naturæ impetus magni facit, in eo certè viribus non parum attribuere videtur. Huiusmodi autem characterum descriptionem habet πλ. σ. μ. δι. ιδ. μ. ῡ. Ex quibus hunc sensum exprimas licet, πλεῖον πλῆθος μελάνων διαχωρημάτων καὶ ἱδρώτων τεσσαρακοστῇ ὑγείαν. Quæ certè lectiones eodem ambæ recidunt, nec parum plausibilem, vt in re probabili, habent assensionem. In quo etsi quædam non satis integra videntur, nec verò satis dignè ad iudicationum disciplinam tractata, ab istis tamen horum librorum Criticis qui huiusmodi notas apposuerunt, non omninò temerè huc esse videntur translata. Atque hanc ipsam velut extra ordinem notarum expressionem, hoc te animo deinceps amplecti decet, vt cuiuscunque modi probabilitatis opinio animum affecerit, in ea abundè tibi satis esse factum existimes. Nam nec in his magnam rerum autoritatem inesse existimamus, neque vt in adulterata fœtura plurimùm industriæ collocandum esse putamus, ne in iustam Galeni reprehensionem incidamus.

SECTIO SECVNDA.

Æger quartus.

Philistes in Thaso ex longo interuallo capite dolebat, tandemq; etiam altissimo sopore aliquantulum correptus decubuit. Obortis autem ex comessationibus febribus assiduis, ingrauescebat dolor, nocte primùm incaluit. Primo die biliosa, pauca, vomitione refudit, flaua primùm, deinde verò æruginosa plurima. Ab aluo autem stercora exierunt, nox implacida fuit. Postridie surditas obuenit, febris acuta cum præcordiorum dextrorum contensione, quæ intrò vergebant. Vrinas tenues & perspicuas reddidit, in quibus suspensum quiddam in medio innatans paucum, semini genitali simile inerat. Circa meridiem vehementer insaniuit. Die tertio permolestè habuit. Quarto conuulsionibus exagitatus est, exasperata sunt omnia. Quinto sub tempus matutinum defunctus est.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Ἄρρωστος τέταρτος.

Ἐν Θάσῳ Φιλίστης, κεφαλὴν ἐπόνεε χρόνον πουλύν. καί ποτε καὶ ὑποκαρωθεὶς, κατεκλίθη. ἐκ δὲ πότων πυρετῶν ξυνεχέων γενομένων, ὁ πόνος παρωξύνθη. νυκτὸς ἐπεθερμάνθη τὸ πρῶτον. τῇ πρώτῃ ἤμεσε χολώδεα, ὀλίγα, ξανθὰ τὸ πρῶτον· μετὰ δὲ ταῦτα, ἰώδεα πλέον. ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῆλθεν. νύκτα δυσφόρως. δευτέρη κώφωσις. πυρετὸς ὀξύς. ὑποχόνδριον δεξιὸν συνετάθη. ἔρρεπεν εἰς τὰ ἔσω. οὖρα λεπτὰ, διαφανέα. εἶχεν ἐναιώρημα γονοειδές. σμικρὸν ἐξεμάνη, περὶ μέσον ἡμέρης. τρίτη δυσφόρως. τετάρτη σπασμοί. παρωξύνθη πάντα. πέμπτη πρωῒ ἀπέθανεν.

Hoc valde est notabile summi præcipitij exemplum cum Erasino libri primi admodum consentiens. In quo ægri intemperantiam vel errorem, vtpote comessationes pleniores, totum naturæ ordinem interturbasse, & verò magnas flammas iniecisse, ægrumq; in exitium præcipitasse est animaduertendum, quod etiam submonuimus ægr. 12. lib. 1. Vt mihi fit verisimile ex plurima in cerebro humorum redundantia contractum iam affectum ad occursurum morbum magnum momentum fecisse, quem liberalior vini ingurgitatio non leui impendio in miserabilem & luctuosum coniecerit exitum. Nam leuis alioqui initio morbus, ex ægri intemperantia & luxu pessimum mali accepit fomitem, apertissimisq; insidiis proditus ægrum totum pessundauit, lamentabiliq; insaniæ & conuulsionis specie conflictatum citissimè extinxit. Vt verum sit quod est ab Hipp. expressum lib. περὶ παθῶν. ἐκ γὰρ νοσήματα εἰώθει ἀπὸ μικρῶν προφασίων μεγάλα καὶ πολυχρόνια γίνεσθαι. Quò sanè æquius est in ægrorum victus ratione (quam ἅπασαν τὴν νῦν τὴν ἐπιμέλειαν vocat † Galenus) magnam adhiberi cautionem, cùm sæpiùs ex paruo admisso inemendabiles casus contrahantur, sitq; rationi consentiens quod scripsit Galenus lib. 1. de dieb. decret. τὰ μὲν γὰρ ἀκίνδυνα τελέως νοσήματα, χωρίζειν εἰώθειν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι. τὰ προειρημένα δὲ, ἃ μὴ ἀεὶ κινδυνωδῶν συμπτωμάτων, ὀλέθρια γίνεται ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι. καὶ τὸ τελέως ἀκίνδυνα πολλῶν καὶ μεγάλων ἐφεξῆς γενομένων ἁμαρτημάτων, εἰς τὴν τῶν ὀλεθρίων μεταπίπτει φύσιν. καὶ οὐδὲν εἶναι θαυμαστόν. ὅπως γὰρ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι τὰ μεγάλα τῶν ἁμαρτημάτων αἴτια νοσημάτων ὀλεθρίων γίνεται, τί χρὴ προσδοκᾶν ἐπὶ τῶν νοσούντων. Hinc quoque cuiuis conijcere licet quàm periculosa sit cibi in morbis exhibendi intempestiuitas, quòd in præcipitibus vitiis, non aptè satis captata victus offerendi occasio, ineuitabiles secum calamitates trahat, cùm contra cibo vinoq; aptè interdum dato remediari tutiùs ægros quàm medicamentis existimarit Asclepiades. † *lib.* 1. *de dieb. decr.*

Φιλίστης] Quædam exemplaria φιλίσης habent, quædam etiam φιλίσις legunt, nullo omninò momento.

ὑποκαρωθεὶς] Significat Philisten ipsum ex magna frigidi & humidi redundantia affecto cerebro, profundo & inexpugnabili somno altissimoq; sopore detentum fuisse. Sic enim † κάρος, βαθὺν καὶ δυσ[illegible]τον ὕπνον denotat, qui non nisi salubriter aliquando ægris

† *Gal. com.* 2. *in Prorrh.*

accidit.

accidit. Neque enim hic propriè eam principis animæ functionum noxam qua animales eff [illegible] [illegible] [illegible] motionum priuatio cum ratiocinandi & intelligendi abolitione sequitur, & [illegible] * Hippocrati, ° Galeno [illegible] dicitur, inaudiendam existimaueris, quæ temporum musculis grauiter affectis, aut perforato & adacto [illegible] cerebri ventriculo sæpius contingit, vt scribit Gal. Com. 2. in lib. de art. & lib. 4. de loc. aff. Neque etiam [illegible] humoris, cerebri ventriculis impacti, intemperies capienda est, quæ verum carum paululum a [illegible] [illegible], sed ea quæ ex humidæ & frigidæ materiæ in capite repletione, profundum somnum sæpe excitare [illegible]. Quod & [illegible] febrium insultibus & in morbis acutis aut continentibus febribus, ex magna vaporum sursum latione con[illegible] sæpius experimur. In hoc igitur ægro iam ex longa capitis repletione affectum fuisse cerebrum indicatur, & pro materiæ qualitate profundum soporem suborium fuisse, ex quo tandem decubuerit. Mirum autem subit codicem vnum Regium manu scriptum cum Atulano, genus hic mutasse, & pro [illegible], [illegible] legisse.

* *lib. 2. περὶ ἀέρων.* ° *Com. 2. in Prorrh.*

[illegible]] Hæ sunt προφάσεις externæ causæ, quæ magnam rapuerunt ex fomite flammam, & in ægri erratis non minimis (quæ [illegible] nomine apud Hippocratem comprehenduntur) continentur. In capitis enim affectibus liberalior compotatio non leuem offensionem affert, quòd temetum à tentandis mentibus nomen habeat, & vt inquit Aretæus, [illegible] & quod Galenus scribit: [illegible]. Hæc namque plenior comessatio & largior potus, vt omnem sanitatis successum plærumq; præcidit ita non rarò ineuitabiles casus affert, vt exemplo est æger 12. lib. 1. E[illegible]. Ex quo efficitur vt non temerè perscriptæ ex vino in capitis offensionibus curationes hauriendæ sint, nec nisi summo iudicio adhibito amplectendæ. Quum namq; in crapulæ medicatione meri potionem suasit † Hippocrates, eam velut solutam & exundantem, certis & distinctis limitibus, nostris rescriptis conclusimus, & adhibita distinctione ad artis med. [illegible] nexuimus. Hic autem ex [illegible] plurium pluralitatem & consensum secuti sumus, quæ πότον habent. Comessationes enim, con[illegible] & compotationes [illegible] significent, cum his quæ [illegible] legunt, quibus pocula & potationes significantur, conueniunt. In quo mirum est hanc dictionem tantam morbi occasionem Caluum effugisse, qui pro πότον τοῦτον aut [illegible] legere visus est.

† *lib. 2. epid. Sect. 6.*

[illegible]] Hunc in modum distingunt exemplaria optima manuscripta quæ secuti sumus, vt primum noctu suborttam febris significationem innuat. [illegible] namque & [illegible] de leui febris initio, vt [illegible] de intensione Hippocrati dicitur. Quanquam duo codices exasperatum noctu dolorem significant, dum legunt [illegible].

[illegible]] Pessimos casus continuis febribus imminere non est mirum cum scribat † Galenus, [illegible]. Ex humorum namq; & sanguinis ex febrili incen[illegible], biliosos plurimos succos exundare est necesse, quorum torrefactione in æruginosos & virulentos transeunt. Qui gra[illegible] est ex caloris intensione ad atram bilem celerrimus, vt scribit * Galenus. Ex quo certe inualescente incendio exasperatisque huiusmodi humoribus in cerebrum sublatis istis casibus, intolerabili capitis dolore, surditate, vehementi delirio & insania exagitatam fuisse ægram nemo mirabitur qui hunc Galeni locum ex Comm. 1. in Prorrh. sibi ob oculos ponet, quem integrum ad plenam huius loci explicationem libenter apponimus, [illegible]. Caluus cum Atulano codice ὀλίγα omisit & χολώδεα προῦπι iunxit. Quædam exemplaria [illegible] habent & [illegible] cum Galeno. Quædam etiam πλείω ad sequentia adiungunt, quæ secutus est Caluus & Hermannus Cruserius.

† *Com. 2. in lib. περὶ ἀέρ.* * *Com. 1. in Prorrh. & Com. 2. in lib. 1. epid.*

[illegible]] Affecto iam cerebro commotoq; incendio biliosis sursum raptis humoribus, statim secundo die surditas obnata est, quæ etsi periculum intendit, leuiorem tamen mali præsagitionem facit, quàm quæ in præcipitibus consternationemq; afferentibus morbis, audiendi functione sopita animalibusq; facultatibus deperditis, mortis vicinitatem portendit. Vt merito ab Hippocrate scriptum sit in Prorrh. [illegible].

ἐρρέπει εἰς τὰ ἔσω] Præcordia intrò vergere & inclinari significatur, nullo suopte affectu in hypochondriis subsistente, sed quod resiccato & distento ob neruorum principium septo transuerso, reuulsum & intro retractum hypochondrium fuerit. Idem namq; hic indicat, ἐρρέπει εἰς τὸ ἔσω [illegible], ac quod in Prorrh. scripsit Hippocrates, [illegible], quod teste Galeno, [illegible] significat, [illegible]. Sic enim [illegible] ad attractionem momentum & inclinationem, aut eam quæ fit in corporis succulentiæ depletione considentiam atque depressionem indicat * Hippocrati, quam virium diminutio consequitur, & per [illegible] interpretatur Galenus. Atque cum [illegible] intrò inclinationis & reuulsionis, cerebri affectum originem faciat Galenus, meritò conuulsionis intensissimiq; delirij ac insaniæ suspectio defumitur. Nam ex longo interuallo repletione affecto cerebro, illucq; raptis per febrem biliosis & acribus humoribus, ac ex incendio resiccato neruorum principio, non temerè conuulsionis conspirationem sensit septum transuersum, neruorum communione consentiens, & ex febrili incendio siccitatis intertrimento velut vela contrahens, secumq; quasi intro hypochondrium abripiens. Quæ vna est ex tribus in septo transuerso contensionis causis [illegible] vt scribit † Gal. [illegible]. Quas fere easdem commemorat in Commentario Galeni quod literæ vitio diminuta mihi distributio videtur. Nam cùm nominatim paulò post tres esse istius [illegible]ensionis causas efferat duas tantum subdidisse videtur, coniuncto cum secundo tertio causæ genere. Vt mihi non malè lectio consistere videatur si propriam septi transuersi phlegmonem tertium causæ genus disparatum feceris, itaq; arctius locum totum distinxeris. [illegible]. Quod ab interpretibus non esse animaduersum valde miror. Hunc porro locum addidit Gal. in fine lib. περὶ δυσπν. his verbis, [illegible], in quibus vulgati codices vitium habent. Atque etiam ex his ipsis propriam delirij respirationem cum contentione [illegible], cerebrumq; & [illegible] doloris aut alicuius inflammationis spiritualiumq; partium [illegible]. Caluus [illegible] [illegible] insignem locum admodum mihi obscurasse videtur, cum dixit [præcordia [illegible] se distenderunt, quod ad interiora [illegible]] Nam præterquam quod propriam illam hypochondriorum immunitatem, cum [illegible] internorum affectione violentam attractionem vitiauit, mirum est etiam quomodo illud [quod ad interiora [illegible]] [illegible] cohæreat.

* *lib. 6. epid. sect. 3.* † *Comm. 2. in Prorrh.*

[illegible]] Ista simul coniunximus, duobus exemplaribus manu scriptis, [illegible] codicibus & Galeni authoritate freti. Commentario enim 1. in Prorrh. huius ægri mentione facta, [illegible] videtur. Galenus illudq; non leue delirium, sed vehementer emotam mentem significare ostendit, his verbis, [illegible]. [illegible] hoc intellectu φλυαρὸν [illegible] ne recte quidem cohærere possit. Quo magis mirum est Cornarium ex omnibus interpretibus

vnum codicibus Germanicis & Asulanis tantum tribuisse, vt Galeni autoritatem postponeret, aut etiam dictionis vim negligeret. Est enim ἐκμαίνεσθαι aut ἐκμαίνεσθαι, σφοδρῶς παρακόπτειν, ἢ ἐξίστασθαι, quibus vehementem mentis alienationem indicamus, & furore percitum esse aut valde insanire dicimus. μανίαν namq; * Cicero furorem, aut eam insaniam quæ iuncta stultitiæ patet latiùs, interpretatur. Caluus & furorem & insaniam coniunxit, cùm furenter insanire dixit, vt insaniam intenderet. Credibile namq; est rapta sursum bile exassata, ac in nigram propemodum transeunte, insaniam istam aut furiosam desipientiam excitari. Quam in rem ad totum huius ægri decursum ista Prorrhetici sententia quæ in Coacis repetitur, optimè quadrare potest. τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσι ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος ἀγρυπνώδεα, ταχὺ ἐκμαίνει. Etsi in eam Galeni reprehensionem incurrere nolumus, vt Hippocratis locos δι᾽ ἀλλήλων explicare videamur. Porrò accedit ad illam delirij significationem & causam, quod de hoc ægro scribitur in fragmento Galeno attributo in lib. de Humoribus Hipp. his verbis, ἐπὶ δὲ Φιλίσκου ἐν τῇ τρίτῃ ἐπιδημίᾳ, χολῆς θρασεῖαν τὴν παρακοπήν. ἐξεμάνη γάρ φησι, περὶ τὰ μέσα τῆς ἡμέρας. ξανθὴ γὰρ ἦν ἡ πρόφασις τῆς νόσου. Vbi Φιλίσκου vitiosè legitur.

*Tusc. 3.

τετάρτῃ σπασμοί] Conuulsiones omisit Caluus contra omnium quos videre licuit codicum fidem.

DE CHARACTERIBVS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

Cùm non sit ambigua tam præcipitis huius mortis causa, nil admodum notis huiusmodi rem ipsam exprimentibus opus fuisse videtur. Vt minimè mirum sit codices impressos ipsumq; Galenum istarum mentionem nullam fecisse, æquiusq; fuerit eas quas in codicibus scriptis reperimus ne adscripsisse quidem, quòd & parum probabilitatis habeant, & verò in re minimè per se obscura tenebras offundant. Quibus quidem, quod velut exautoratæ in hanc orchestram subeant leuiter defungemur. Quidnam enim his characteribus verisimile nos elicere posse putamus. ΠΤ. φ. δ. τ. θ. κ. κ. Quod si velut in re ludicra, nulliusq; momenti coniecturam expetimus, videndum certè est ne non satis consultè pro leuibus serias nugas inducere videamur, statimque in Galeni accusationem incidamus, quòd in his quæ extra rem omninò sunt, tractationem conteramus. Igitur qui coniecturis aliquid audendum existimant, hunc se sensum elicere posse sperant, πιθανὸν φρενῶν διάθεσιν πέμπτῃ θάνατον κάκιστον. Nam & vehemens mentis alienatio quæ tandem in insaniam versa est, occupata sensuum arce, ægrum in præsentissimum adduxit discrimen, & conuulsione conflictatum resiccata ob incendium neruorum origine, pessimis afflixit casibus. Quem in affectum conspirante septo transuerso & ex magna æstuatione resiccato, ac velut ad principium reuocato, contensionis internæ speciem præcordia præ se tulerunt, nec leuem conceptæ inflammationis suspectionem ostentarunt. Ex quo existit non leuissima coniecturæ inductio, quæ in interna præcordiorum contensione per duos istos characteres φ. & δ. διαφράγματι φλεγμονὴν designat. Sufficiente ad tanti mali labem & tam insignem insaniam causa ista, ni Galeni autoritas hunc ex cerebri affectione & neruorum origine consensum raperet. Ac verò malim huiusmodi coniecturas, æquitatis ratione paulùm confirmata corroborari, quàm præscriptis à Galeno ac cæteris qui in huiusmodi notis explicandis desudarunt, characterum designationibus temerè insisti. Quis namq; huic tractationi paulò æquior, φρενίτιν rectè intelligi posse existimet? aut ex istis duobus characteribus φορὰν διαχωρημάτων exprimat? Etsi enim ista consentientes in notarum explicatione nobilium virorum consensiones habent, ad hoc tamen quod quærimus institutum non nisi temerè accommodari possunt. Contractis ergo sententiæ nostræ velis, existimamus hunc ægrum ex vehementi & turbulenta mentis emotione aut etiam insania, quinto die miserabili mortis specie ereptum. Nam siue φρένας mentis ipsius & sensationum principis, siue septi transuersi affectionem indicare contenderis, ex iisdem tamen causis calamitatem istam prætexuimus. Quod verò in fine κ. duplex adscribitur, κακὸν aut κάκιστον mihi significare videtur, & luctuosum illum conuulsionis casum portendere. Qua in re duos inter se codices parum discrepantes reperimus. Nam quòd vetustior κ κ. longiùs inter se distinctum exprimit, alter recentior κ κ. propiùs iungit, in eumque quem proposuimus sensum nos faciliùs inducit.

Æger Quintus.

Chærion, qui apud Demænetum decumbebat, ex potu, igne, hoc est febre vehementissima correptus est, statimq; capitis grauitas cum dolore occupauit, non dormiuit, aluus perturbata secessus tenues & aliquantulum biliosos demisit. Tertio die febris acuta inuasit & capitis tremor, præcipuè verò labri inferioris, pauloq; post rigor, conuulsiones, omninò desipuit, nox molesta fuit. Quarto quieuit, paulisper dormiuit, delirauit. Quinto laboriosè habuit, exasperata sunt omnia, delirium, nox molesta, non dormiuit. Sexto eadem perseuerauere. Septimo nouo suborto rigore febris acuta prehendit, & per omnia membra diffuso sudore iudicatus est. Huic per totum morbum ex aluo deiectiones biliosæ, paucæ, synceræ prodierunt. Vrinæ tenues erant, boni coloris, quæ sublime quiddam in medio innatans nubilosum habebant. Ad octauum vrinas melioris coloris, in quibus subsidentia inerant candida & pauca reddidit, ad intelligentiam rediit, à febre immunis fuit, quæ nono repetiit. Ad decimumquartum autem grauiter febricitauit, insudauit. Decimosexto biliosa, flaua, copiosa, vomitione reiecit. Decimoseptimo nouo desuper orto rigore febris acuta inuasit, & sudore dimanante à febre iudicatione absolutus est. Vrinæ post morbi reuersionem & iudicationem melioris erant coloris, atque in his subsidentia inerant, neque per recidiuam mentis alienatio adfuit. Decimooctauo paulum incaluit, atque insuper sitibundus, vrinæ tenues, sublime quiddam in medio innatans nubilosum habebant, aliquantulum delirauit. Ad decimum nonum à febre immunis fuit, ceruicis dolor occupauit, vrinis subsidentia inerant. Vigesimo perfecta iudicatione absolutus est.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Χαιρίωνα ὃς κατέκειτο παρὰ Δημαινέτῳ ἐκ ποτοῦ πῦρ ἔλαβεν. αὐτίκα δὲ κεφαλῆς βάρος ἐπώδυνον. οὐκ ἐκοιμᾶτο. κοιλίη ταραχώδης, λεπτοῖσιν, ὑποχολώδεσι. τρίτῃ πυρετὸς ὀξύς. κεφαλῆς τρόμος. μάλιστα δὲ χείλεος τοῦ κάτω. μετ᾽ ὀλίγον δὲ, ῥῖγος. σπασμοί. πάντα παρέκρουσε. νύκτα δυσφόρως. τετάρτῃ δι᾽ ἡσυχίης. μικρὰ ἐκοιμήθη. παρέλεγε. πέμπτῃ, ἐπιπόνως πάντα παρωξύνθη. λῆρος. νύκτα δυσφόρως. οὐκ ἐκοιμήθη. ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. ἑβδόμῃ, ἐπερρίγωσε. πυρετὸς ὀξύς. ἵδρωσε. δι᾽ ὅλου ἐκρίθη. τούτῳ διὰ τέλεος ἀπὸ κοιλίης διαχωρήματα χολώδεα, ὀλίγα, ἄκρητα. οὖρα λεπτὰ εὔχροα, ἐναιώρημα ἐπινέφελον ἔχοντα. περὶ ὀγδόην, οὔρησεν εὐχροώτερα, ἔχοντα ὑπόστασιν λευκὴν, ὀλίγην. κατενόει. ἄπυρος διέλιπεν. ἐνάτῃ ὑπέστρεψεν. περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην, πυρετὸς ὀξύς. ἵδρωσεν. ἑξκαιδεκάτῃ, ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὑπόσυχνα. ἑπτακαιδεκάτῃ, ἐπερρίγωσε. πυρετὸς ὀξύς. ἵδρωσεν. ἄπυρος ἐκρίθη. οὖρα μετὰ τὴν ὑποστροφὴν καὶ κρίσιν, εὐχροώτερα, ὑπόστασιν ἔχοντα. οὐδὲ παρέκρουσεν ἐν τῇ ὑποστροφῇ. ιη, ἐθερμαίνετο σμικρά. ἐπεδίψα. οὖρα λεπτὰ ἐναιώρημα ἐπινέφελον. σμικρὰ παρέκρουσε. περὶ ιθ, ἄπυρος. τράχηλον ἐπωδύνως εἶχεν. οὔροισιν ὑποστάσιες. τελέως ἐκρίθη εἰκοστῇ. ΠΤ. Χ. Π. Δ. CY. K. Y.

Magna elucet hoc in ægro facultatum naturalium vitalisq; roboris nauitas & industria. Eum namq; iuuenilis ætatis firmitudine insigniq; virium stabilitate præditum fuisse, conijcere par est, quod præcipi em morbum istum ex plena succorum maximeque biliosorum redundantia, ac intempestiuis compotationibus contractum, tam secure citoque non præter ... ordine tri gerit. In quo etiā præclara est naturæ beneficentia, quæ primo statim iudicationis impetu, nutantem ... tata vrinarum concoctione, biliosorumque per aluum secessione diuicit: febriles tamen depositas ... in corporis cauo restiterant cruditate tectas, neque fallere, neque adeò superare potuit, vt non ... cerint, reuersionisque spem morbo fecerint. Quæ tandem naturalium facultatum ope breui ... narum concoctionibus, paulatimque dierum iudicatoriorum autoritate discussa, perfectæ absolutionis die vigesimo ... cepit. Quo in conflictu obseruanda est dierum iudicatoriorum œconomia, quæ miro quodam modo iudicationis integritatem interposuit ex plenitudine creatum vitium, sudoribus, alui secessione, vomitionis refusione ... Et quoniam imparibus diebus morbi accessiones inualescerent, iisdem penè diebus solutionis significatio est ... in vigesimum absoluta.

ἐκ ποτῶ] ἐκ πτῶ habet codex vnus manu scriptus. Vitiosum est quod in Asulano codice, πῶυ pro πτῶ legitur.

λεπτοῖσιν ὑποχωρήσασι] Æquior est ista lectio plurimorumq; exemplarium fide nititur. Pro λεπτοῖσιν, quædam exemplaria ... habent. Quidam etiam interpretes ... legisse videntur.

κεφαλῆς τρόμος] Sunt hi nimiæ redundantiæ & plenitudinis casus, ex quibus capitis grauitas, deinde etiam, velut presso onere, actionum offensa viriumq; imbecillitas ac tremor consequitur. Exundante verò ista copia, ac etiam in ventriculum bilioso & acriore succo multo refuso, labri inferioris tremula quædam motio constabat, interiore ventriculi tunica huiusmodi humoris acrimoniam sentiente, in eamq; quoad eius fieri poterat obnitente quo se hoc onere & fæce leuaret. Quo ex conflictu & motionis inæqualitate tremor constitit, qui etiam propter latè communicatam toti ori tunicæ ventriculi continuitatem, labrum inferius affecit. Vt non temerè quis vomitionem humoris instabili volutatione commotam suspectarit, cùm sint ista communia apud Hippocratem & Galenum vomitus signa, nisi si alio seclusa materia redundantiam istam effudisset. Atq; adeo tamen ex ista biliosorum succorum acrimonia & rigor & conuulsiones emanarunt.

πάντα παρέφερε] πάντα παρήξυνε aut ὤξυνε legit Caluus, deinde παρέφερε. Cuius lectionis ne vestigium quidem in nostris codicibus apparet. Sic post ... videtur legisse Hermannus Cruserius, cuius nec vlla est apud reliquos mentio.

ὑπνώσιος πάντα παρήξυνε] Duo codices peruetusti manu scripti ὑπνώσιος interpungunt, quos secuti sumus, quod ea sit familiaris Hippocrati locutio.

δι' ὅλου ἐκείνη] Sic legunt codices impressi quos secutus est Caluus. Vetustissimorum consensus est ἵδρωσε δι' ὅλου, atque eam receptissimam phrasim secuti sumus. Sic enim vniuersalis ista sudoris diffusio plurimùm ad hanc primam animo præceptam solutionis significationem mihi videtur facere, quæ & diei iudicatorij interpositam authoritatem, & naturæ non infimas habet molitiones. Nam & vrinarum tolerabilis mediocritas, suspensiones nubilosæ & subsidentia alba & pauca, coctionis spem faciunt, & fluentis alui refusio iudicationis stabilitatem firmat.

ἵδρωσεν] Exemplaria duo manu scripta hic ἵδρωσεν, vt etiam paulò post, desiderant, quæ secuti sunt Galeni interpretes, sed reliqua optima & peruetusta apponunt. Ista namq; excretionis criticæ species, iudicatoriis diebus contingens, magnum morbi leuamentum facit, & in reliquam solutionis spem adducit.

ἐπερρίγωσε, πυρετὸς ὀξύς] Exemplaria quædam ... simpliciter habent. Caluus vtrumq; omittit & nihil horum legit.

ἐξεράσιες] Quidam codices ... habent, quæ secuti sunt Gal. interpretes.

ἐπεδίψα] Quidam codices ... legunt, quod nonnihil sitiuisse ægrum significat. Atque in eo res parui est momenti, an aliquantulum sitiuerit, an verò ad calorem insuper sitis accessio facta fuerit, aut etiam increuerit.

πνεῦμα μέγα ἀραιὸν εἶχεν] Huius loci meminit Galenus in fine libr. 2. περὶ δυσπν. in quo doloris affectionem delirium superasse contendit, indeq; non immeritò silentio obrutam fuisse raram & magnam spirationem a crebra & parua euictam.

DE CHARACTERIBVS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

Characterum huic ægro adscriptorum ne meminit quidem Galenus, quòd non in omnibus codicibus, aut passim annotentur. Qui verò adscriptos habent in eo consentientem habent assensionem quod huiusmodi notas assignant, ΠΙ. Χ. Π. Δ. ΟΥ. Κ Υ. Ex quibus perfacile hunc sensum elicias, πιθανὸν χολώδων πλῆθος διαχωρημάτων οὔρων κατὰ ... Nam cum biliosorum succorum plenitudine laborarit æger, turbulenta alui secessione velut per effugium quoddam, magna morbi pars est depòsita, & vrinarum moderatione atque constantia secundum sanitatem vigesimo die iudicatam est. Quòd si in his sanitatis auxiliis præcipuam sudorum operam admoueris, quæ biliosos succos salubriter, copiosè, nec nisi decretorie depulit, non temerè biliosam plenitudinem his humorum secessionibus & vacuationibus exhaustam contenderis. Etenim cùm naturæ viribus effluxioni locus factus fuerit, eaque salutaris iudicata sit huius morbi depulsio, ritè atque ordine huiusmodi excretionibus, quæ vitiosam materiam deposuerunt & præcipuas in iudicatione vires obtinent, salubritatis spes est assignata. Quorum omnium comprehensio, cùm διαχωρημάτων nomine contineatur, hic tamen proprio quodam modo & enixe vrinarum mentio facta est, quod earum insignis industria ad iudicationis stabilitatem firmandam enituerit. Ex quibus satis firmata videtur horum characterum significatio, nisi quod mirum ... quomodo in quibusdam codicibus vitiosa est quædam characterum transmutatio. Nam impressi Germanici X. pro K. temerè supponunt, cum in eo cæteri omnes consentiant, vt vigesimo sanitatem adscribant, quod etiam ipsa morbi ... satis est testatum. Nihilo verò integrior est duorum manu scriptorum Regiorum codicum fides, qui ad characterum ... pro Υ. facta lapsu adscribunt, vt nec vetustioris vnius, qui duas notas notabili inter se significatione distinctas Π. Δ. inter se vnit, & ... eximit.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΚΤΟΣ.

Τὴν Εὐρυάνακτος θυγατέρα παρθένον, πῦρ ἔλαβεν. ἦν δὲ ἄδιψος διὰ τέλεος. γεύματα δ' οὐ προσεδέχετο. ἀπὸ δὲ κοιλίης σμικρὰ διῄει. οὖρα λεπτά, ὀλίγα, οὐκ εὔχροα. ἀρχομένου δὲ τοῦ πυρετοῦ, περὶ ἕδρην ἐπόνεε. ς, δὲ ἔβδομα, ἀπυρεξ. οὐχ ἵδρωσεν ἐκρίθη. ὃ δὲ περὶ τὴν ἕδρην, σμικρὰ ἐξεπύησεν. ἐρράγη ἅμα κρίσει. μετὰ δὲ κρίσιν ζ ἔβδομα, ἐρρίγωσε, σμικρὰ ἐπεθερμάνθη, ἵδρωσεν. μετὰ δὲ κρίσιν ὀγδόην ἔβδομα, ἐρρίγωσε οὐ πολλά. ὕστερον δὲ ἄκρεα ψυχρὰ αἰεὶ. περὶ ι, μετὰ τὸν ἱδρῶτα τὸν γενόμενον, παρέκρουσε. καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει. ἔλεγον δὲ γευσαμένην βότρυος, ταῦτα παθεῖν. διαλιποῦσα δὲ ιβ,

Æger Sextus.

Euryanactis filiam virginē, ignis, hoc est febris vehemētissima, præhēdit. Sine siti autem perpetuò permansit, neq; cibos vllos admittebat. Aluus pauca demisit, vrinæ tenues, paucæ, neque probi coloris erant. Incipiente autem febre, ad sedem dolor erat. Sexto verò die à febre immunis fuit, non sudauit, iudicata est. Quod ad sedem enatum erat paululum suppurauit, simulq; iudicatione disruptum est. Ab iudicatione septimo die, rigore correpta aliquantulum incaluit, sudauit. Octauo verò post iudicationem die non admodum riguit, postea que extremorum frigus semper adfuit. Ad decimum post eum quem habuerat sudorem, delirauit, rursusq; statim ad mentem rediit. Ista autem (vt ferebant) ex degustata vua huic contigerant. Vbi autem duodecimum diem intermisisset,

plurimùm rurſus deſipiebat. Aluus conturbata, bilioſa, pauca & ſyncera, tenuia, mordacia reddidit, crebrò deſurgebat. Septimo verò die ex quo poſtremùm deliraſſet, mortua eſt. Hæc ab ipſo morbi exordio ex faucibus doluit, & continuum ruborem habuit, gurgulioque retractus eſt, deſtillationes multæ, paruæ, tenues, acres, aderant. Tuſſiebat, neque concoctum quicquam educebat. Toto morbi tempore omnis generis cibos auerſata eſt, neque quicquam appetiuit, non ſitiit, neque quicquam effatu dignum bibit, taciturna erat, nihil loquebatur, mœror & animi deſperatio inerat. Erat autem natiua quædam ac congenita ad tabem propenſio.

πάλιν πολλὰ παρελήρει κοιλίη ἐταράχθη, χολώδεσιν, ὀλίγοισιν καὶ ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι. πυκνὰ ἀνίστατο. ἀφ' ἧς δὲ παρέκρουσε τὸ ὕστερον ἀπέθανε ἑβδόμη. αὕτη ἀρχομένου τοῦ νοσήματος, ἤλγεε φάρυγγα, καὶ διατελέος ἔρευθος εἶχε. καὶ γαργαρεὼν ἀνεσπασμένος. ῥεύματα πολλά, σμικρά, δριμέα. ἔβησσε. πέπονα οὐδὲν ἀνῆγε. ἀπόσιτος πάντων, παρὰ πάντα τὸν χρόνον οὐδ' ἐπεθύμησεν οὐδενός. ἄδιψος. οὐδ' ἔπινεν οὐδὲν ἄξιον λόγου. σιγῶσα οὐδὲν διελέγετο. δυσθυμίη ἀνέλπιστος αὐτῆς εἶχεν. ἦν δέ τι καὶ ξυγγενικὸν, φθινῶδες.

Non longè petenda eſt morbi huius aut mortis cauſa. Innatam namq; morboſè comparatam ad tabem corporis habitudinem, larga & acri in ſpiritus vias orta fluxione, colliquatione ægrum ipſum confeciſſe, in ipſa morbi diſpenſatione ob oculos ponit Hippocrates. Vt ferè nihil neceſſe ſit ſtatam iudicationis ſeriem, aut quaſi præfinita dierum decernentium vadimonia nos hîc diſpicere, quòd trahens huius morbi natura, lenta tabefactione corpus conſumat. Quam tamen ſuborta magna caſuum congerie præcipueque naturalium facultatum deiectione, perniciem acceleraſſe tam eſt veriſimile, quàm credibile ſubnotatam dierum œconomiam ad febris indicaturam & interruptam potiùs morbi continuitatem, quàm propriam tabis naturam pertinere. Huius porrò tabis ferè expreſſam habes effigiem in ea conſumptorum narratione quam explicuit Hippocrates lib. 1. epid. ſect. 1.

τὴν Εὐρυανάκτος] Εὐρυανάτος habet codex vnus Regius peruetuſtus.

ἦν δὲ ἄδιψος διατελέως] In tenui & acri fluxione fauces illapſu exaſperante, quinetiam vehementi excitato incendio, humiditatis adeſſe debuit deſiderium, niſi ſi animalis & ſenſibilis facultatis extinctio portenditur. Quod in huiuſmodi affectis tabidis, his verbis apertè exponit * Galenus, οὐ κατὰ τὴν κακοήθειαν τῶν ῥευμάτων, ἅπερ αὐτὸς ὠνόμαζε δριμέα, τοῦτο τὸ σύμπτωμα τοῖς φθινώδεσι συνέπεσε, διό μοι δοκεῖ καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐπισημαινόμενος αὐτῶν τὸ παράλογον, αὐτὸς προσγράψαι. τὸ ἄδιψος. κακοηθείας γὰρ ἐστὶ μεγίστης σημεῖον, ὅταν ἤτοι θερμοῦ καὶ διακαοῦς ὄντος τοῦ πυρετοῦ, μὴ διψῶσιν, ἢ ῥεύματος εἰς γαστέρα καταφερομένου δριμέος. καὶ δηλοῦται πρὸς τοῦ συμπτώματος ἡ αἰσθητικὴ τοῦ μορίου δύναμις ἀπολωλέναι καὶ νενεκρῶσθαι, εἴγε τὸ κατὰ μέρος διαστάσεως οὐκ αἰσθάνεται. Porrò exemplaria quædam διατελέως ſequentibus iungunt cum Aſulano codice.

* lib. 1. epid. Com. 1.

χύματα οὐ προσεδέχετο] Ex eadem etiam cauſa pendent iſta quæ appetentiæ caſum & naturalis facultatis excidium minantur. Collabente namq; in ventriculum humorum malignitate, peſſimè ab iis affectus eſt, vt ne auiditatem perſentiſceret. ἡ ἀποσιτία γὰρ καὶ ἀνορεξία (vt ſcribit * Galenus) ποτὲ μὲν διὰ στόμα τῆς κοιλίας γίνεται κεκακωμένον ὑπό τινος ἀλλοτρίας ποιότητος χυμῶν. ἔστι δ' ὅτε διὰ τῆς δυνάμεως αὐτῆς νέκρωσιν, ἧς οὐθ' ὑγιαίνειν ἦν ἔργα τότε τῆς ἐνεργείας αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ τῶν ἐνδεομένων αὐτὴν ὀρέγεσθαι. χύματα verò οὐ προσδέχεσθαι, de his qui cibum omninò auerſantur & refugiunt dicitur, quos ἀποσίτους vocat Hippocrates, τοὺς ἀπεστραμμένους τὰ σιτία προσίεσθαι, quemadmodum priùs in Hermocrate, γεύσασθαι οὐκ ἠδύνατο extulit, quod antea ἀπόσιτος ἦν dixerat. Eamq; huiuſmodi tabidorum affectionem his verbis expreſſit lib. 1. ἀπόσιτοι πάντων χυμάτων διετέλεον. Poſtea verò in ſtatu peſtilenti in tabidorum recenſione, & ſitis & auiditatis cibi carentiam ſimul iunxit. πολὺ δὲ μέγιστον κακὸν παρείπετο καὶ τούτοισι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τὰ περὶ τὴν ἀποσιτίην, καθάπερ ὑπογέγραπται, οὐδὲ γὰρ ποτῶν μετὰ τροφῆς ἡδέως εἶχον, ἀλλὰ πάνυ δίψης ἀδίψως.

* Com. 1. in hunc lib.

ἀπὸ δὲ κοιλίης σμικρὰ διῄει] Aliter Caluus legiſſe videtur. Ventrem enim omninò non demiſiſſe ſignificat.

περὶ ἕδρην ἐπόνεε] Tuberculum fortè ad ſedem enatum eſt quod nullam habet cum propria morbi natura conſenſionem ideoque nullam in ſe artis ſpeculationem vertit, niſi quòd ex criſeon theoria, cùm incipiente morbo exiſtat, in eorum cenſum quæ vi morbi non naturæ fiunt & malignam habent denunciationem reponendum eſt. Nam nec eorum quæ abſcedunt, vt nec eorum quæ excernuntur quicquam morborum initiis, neq; non maturata coctione, ritè atq; ordine extare poteſt. Quæ eſt † Galeni ſententia, ὅταν ἄρχηταί τι νόσημα τῶν ἐκκρινομένων οὐδὲν ἐκκρίνεται πεπονηκότα τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, ἀλλ' ἔστιν ἅπαντα συμπτώματα τῶν ἐν τῷ σώματι παρὰ φύσιν διαθέσεων. ἐν ᾧ γὰρ χρόνῳ βαρύνεται μὲν ὑπὸ τῶν νοσωδῶν αἰτίων ἡ φύσις, ἀπεψία δ' ἐστὶ τῶν χυμῶν, ἐν τούτῳ κενοῦσθαι τι χρηστὸν ἀδύνατον, εἴγε προηγεῖσθαι μὲν χρὴ πέψιν, ἀκολουθῆσαι δὲ διάκρισιν, εἶθ' ἑξῆς κένωσιν, ἵν' ἀγαθὴ γένηται κρίσις. Hic verò ἀρχὴ τοῦ νοσήματος, vt alias ſæpiùs apud Hippocr. αὐτὴ τὸ κατὰ πλάτος ἀρχῆς ſumitur, principiumq; cum ampliatione non in momento ſignificat, vt etiam ſcripſimus noſtris in lib. 2. epid. Commentar.

† Com. in aph. 22. l. 1.

ἑκταίη δὲ ἔστα] Et iſta ſuſpectam morbi reuerſionem faciunt & infidam iudicationem præſagiunt, ex † Hipp. placitis. ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτα. Siquidem ſolenne eſt Hippocrati per rigores, criticas excretiones earumq; conſecutionem quandam ſubnotare. Indeq; multò firmiùs, ὁκόσοισιν ἐκλείπουσιν οἱ πυρετοὶ μὴ κατὰ κρισίμους, ὑποστροφώδεες. & τῶν πυρετῶν οἱ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, μήτε μετὰ σημείων λυτηρίων ἀνιέντες, ὑποστρομάζουσι. Et πυρέσσοντι ἦν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποστροφιάζειν εἴωθεν.

† aph. 29. l. 4. & Coac.

σμικρὰ ἐπεθερμάνθη] Codices duo manu ſcripti σμικρὰ ſuperioribus iungunt & ἐρρίγωσε σμικρὰ habent, quos ſecuti ſunt Galeni interpretes.

διαλιποῦσα δὲ ιβ'] Hæc conſtans eſt omnium manu ſcriptorum codicum lectio. Cornarius tamen ſic legiſſe videtur, διαλιποῦσα δὲ μίαν ιβ' πάλιν πολλὰ παρελήρει, vt intermiſſo die vno rurſus duodecimo delirium ceperit, eoq; ordine decimonono ægra iſta mortua ſit. Quæ lectio non omninò videtur pœnitenda. Quòd ſi duodecim diebus intermiſſis ſequentium dierum numerum ineas, exitus ipſe in vigeſimum nonum imminebit. Quod certè criſeos omnem ordinem labefactat, nullamq; huius habendam eſſerationem decernit. Caluus vulgata lectione recepta rerum conſecutionem ſecutus eſt, cùm ſecundum & vigeſimum tranſiſſe dixit.

πυκνὰ ἀνίστατο] Crebra deſidendi auiditas ad mordaces, acres & bilioſas deiectiones ſequitur, quæ & laborantis vires affligit. Iſtud enim iiſdem penè verbis expreſſit Hipp. lib. 1. epid. κοιλίαι ταραχώδεες, χολώδεες, ὀλίγοισιν, ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι, πυκνὰ ἀνίστατο.

ἀφ' ἧς δὲ παρέκρουσε τὸ ὕστερον] ὕστερον omiſit Cornarius cùm tamen ad eam quam vltimò memorauit deſipientiam referri poſſit. Sunt qui ὕστερον ἀπέθανεν iungant, quod etiam facit Aſulanus.

αὕτη ἀρχομένου τοῦ νοσήματος] Huius loci meminit Galen. lib. 2. περὶ δυσπν. his verbis, ἐπὶ δὲ τῆς ἕκτης τῶν ἀρρώστων, γυνὴ δὲ ἦν αὕτη, φησὶ περὶ τῶν ὁ Ἱπποκράτης, αὕτη ἀρχομένου τοῦ νοσήματος, ἤλγει φάρυγγα, καὶ διατελέως ἔρευθος εἶχεν γαργαρεὼν ἀνεσπασμένος ῥεύματα πολλὰ λεπτά, σμικρά, δριμέα. ἔβησσε, πέπονα δ' οὐδὲν ἀνῆγε. Hunc autem faucium dolorem cum rubore ſic expreſſit lib. 1. epid. φάρυγγες δὲ τοῖσι πλείστοισι τούτων ἐξ ἀρχῆς καὶ διατελέος ἐπώδυνον εἶχον, ἔχοντες ἔρευθος μετὰ φλεγμονῆς. Ex quo perpetuum illum ruborem ad faucium inflammationem quidam retulerunt, cùm tamen per ſe de malarum & faciei rubore intelligi poſſit qui tabidos pulmonumq; vitia vt plurimùm comitatur. His namq; μῆλα ὑπέρυθρα χρῶντα καὶ ἐρυθρά facit † Aretæus lib. περὶ χρονίων παθῶν. In pulmonum autem inflammatione ἐρυθρὰ τὰ πρόσωπα, ἐπὶ δὲ μᾶλλον τὰ μῆλα. lib. 2. * περὶ ὀξέων παθῶν.

† Cap. 8. * Cap. 1.

γαργαρεὼν ἀνεσπασμένος] Ob tumorem & phlegmonem contracta ac veluti reuulſa fuit columella, quæ & gurgulio dicitur. Etenim τὸ ἀπὸ τῆς ὑπερῴας ἐκκρεμὲς σῶμα στρογγύλον μεσηγὺ τῶν παρισθμίων, κίων καὶ γαργαρεὼν καλέεται, vt ſcribit Aretæus lib. 1. c. 8. περὶ ὀξέων παθῶν.

ῥεύματα πολλὰ σμικρά] Id ſic expreſſit lib. 1. epid ῥεύματα σμικρὰ λεπτὰ δριμέα, ταχὺ τηκόμενοι καὶ κακούμενοι. Hîc autem λεπτὰ ex duobus vetuſtiſſimis codicibus & interpretibus addidimus, etſi cæteris in codicibus tacetur. Caluus id quod de capitis in ſpiritales vias & fauces fluxionibus dicitur, non ſatis aptè vertit, cùm ad alui fluxionem ambigat & inclinet. His autem fluxionum circumſcriptionibus

A nibus, humorum quantitas & qualitas comprehenditur. Multæ namque & paruæ destillationes, sensim illabentes [illegible] tem & spiritus vias eludentis, tenues verò & acres, prauitatem & vitium denotant.

ἰδέοντι] ἰδέοντι πίπονα, codices omnes impressi distingunt, vt modicè concoctum sputum, non sine labore tamen [illegible] ductum intelligant. Quibus respondent quæ scripta sunt lib. 1. epid. [illegible] duobus vetustissimis codicibus freti, πέπονα οὐδὲν αὐτῇ iunximus, quod vitiosam tabis malignitatem indicat. Atq; his [illegible] ista ex lib. 1. epid. [illegible]

οὐδ' ἐπιθυμίαι σιτίων] Omnimodam appetentiæ deiectionem naturalisq; facultatis extinctionem significat. Ex quo nulla omnino ciborum auiditas inerat neq; vllum edulium offerre licebat. Atq; iis ex aduerso respondent quæ de moderatis tabidis dixit lib. 1. epid. [illegible]

δυσθυμίη, ἀνέλπιστος αὖθις εἶχεν] Melior lectio δυσθυμίη, ἀνέλπιστος ἑωυτῆς εἶχεν duobus vetustissimis codicibus nixa, quam [illegible] detur Caluus & Gal. interpretes. Significat namq; animum despondisse atque omnem de sese spem abiecisse & desperasse. Quam [illegible]
B lut diffidentiam, δυσελπιστίην καὶ ἀπόγνωσιν τοῦ βίου vocat * Aretæus, quemadmodum animum despondentes [illegible] [illegible] dicit. Sunt autem ista præoccupatæ mentis atque impendentis magni delirij certissima signa.

* *Cap. 2. lib. 2.* περὶ ὀξ. παθῶν.

ἦν δέ τις καὶ ξυγγενικῶς φθινώδης] φθινώδεις dicuntur † Hippocrati quouis modo consumti aut emaciati, aut qui ex pulmonum vitio, aut sanguinis reiectatione, aut etiam ex malignis destillationibus in tabem incurrunt, apteq; sunt à natura ad huiusmodi affectum comparati. Quam naturæ conformationem & aptitudinem innuere videtur Hippocrates, vt præter acrium fluxionum illapsum certam tabis causam, etiam quandam à natura innatam ad huiusmodi affectum habitudinem & propensionem significet, quos [illegible] pessimeq; ad id à natura comparatos vocat lib. 1. epid. ac eos quibus [illegible] (inquit *Galenus) [illegible]
C naturales huiusmodi habitus his verbis describit " Aretæus, [illegible] Quos [illegible] vocat Gal. lib. 2. de tēp. Lib. verò de Causis morborũ his verbis apertè prodit [illegible] .Hanc autē natiuam ad tabem aptitudinem ex malè affectis spiritus organis intelligi satis apertè indicat Gal. libr. 2. περὶ δυσπν. vbi hunc locum explicat his verbis: [illegible] .Quod effecit vt τὸ ξυγγενικῶς φθινώδης, innatam ad tabem propensionem dixerim, quo promptam affectus inclinationem patefacerem, cùm alioqui τὸ φθινώδης, ipsum affectum apud Hipp. significet, in ea quam paulò priùs memorauimus sententia, & cùm scribit, [illegible]

† *Com. 1. & 2. in lib. 1. epid.* * *Comm. 1. in lib. 1. epid. & com. in aph. 13 lib. 3. & 8 lib. 4.* " *Cap. 8. lib.* περὶ χρον. παθ.

D

DE CHARACTERIBVS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

Notarum istarum vt est omninò plenissima laboris tractatio, ita superuacaneæ operæ & indiligentis industriæ nimia affectatio, in eo præsertim in quo adscititiorum ista adiectio nullius ferè est ponderis, totiusq; artis negotium præuertit. Sic in ea ipsa ægra quæ innata quadam tabe consumpta fuit, cùm non sit operosa mortis inuestigatio, nec vlla dierum decernentium series ducatur, nullis ad tam euidentis facinoris notionem coniecturis opus fuit. Ex quo effectum arbitror, quod in re tam manifesta nullus characterum vsus foret, vt eorum tam altum omnibus in codicibus factum fuerit silentium, & qui à quibusdam adscripti sint, non satis probatam habeant autoritatem. Nam quod reliquis omnibus tacentibus codicibus, sola peruetusti vnius Regij autoritas ad eorum mentionem nos compellit, id certè horum dignitatem labefactat, quòd & vitiato scribendi genere, nec satis ad morbi dispensationem respondente coniectura exarati sunt, & quæ est cæterorum characterum omnium solennis indicatura, præfinitũ diem & mortis aut salutis denunciationem dissolutè nimis prætermittunt. Quo solo nomine cùm valde suspecti sunt, tum verò etiam velut in re minimè ambigua, non necessariam habent collocationem. Verum quia vetustissimi exemplaris fide nituntur, ac etsi leuē non tamen omninò contemnendam habent doctrinam, quò nostris laboribus defuncti cuiuis satis hac in re faciamus, ex eo peruetusto exemplari Regio horum ea sit series [illegible]. Ex quibus hæc notio elici potest, [illegible]. Vt credibile sit ex sedis abscessu, multò tamen maximè ex pulmonum innato vitio suspectam fuisse tabem. At verò quia annotatum sedis tuberculum, nullam tum pulmonum vitio communionem, sed longè dissitam habet naturam, id, cùm cætera probè consentiant, non tam suspectum est, quàm tolerabilem facit coniecturam, quod & ibi sedis abscessus in ipsa ægri œconomia non vulgarem locum obtineat, & verò ambitiosi nimis ac præfidentis ingenij videatur, in hac compendiosa & velut ludicra rerum delineatione, exactam & per omnia aptè respondentem doctrinæ stabilitatem requirere, in qua abundè satis esse nobis factum dicimus, si, ad eam rem quam coniectura eruimus, non leuia cognitionis adhibemus indicia.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

Κυναγχική, ἡ παρὰ τὰ Ἀριστίωνος, ᾗ πρῶτον ἀπὸ γλώσσης ἤρξατο. ἀσαφὴς ἡ φωνή. γλῶσσα ἐρυθρή. ἐπεξηράνθη. τῇ πρώτῃ, φρικώδης ἐπεθερμάνθη. γ, ῥῖγος. πυρετὸς ὀξύς. οἴδημα ὑπέρυθρον. σκληρόν. τραχήλου καὶ στήθεος ἐξ ἀμφοτέρων. ἄκρεα ψυχρὰ πελιδνά. πνεῦμα μετέωρον. ποτὸν διὰ ῥινῶν ἔχει. καταπίνειν οὐκ ἠδύνατο. τὰ διαχωρήματα καὶ οὖρα ἐπέστη. δ. πάντα παρωξύνθη. ε, ἀπέθανε κυναγχική. ΠΘ. Δ.Ε.Ε.Θ.

Æger Septimus.

Quæ apud Aristionem erat & angina conflictabatur, primùm ex lingua laborare cœpit. Vox obscurè se prodebat, lingua rubẽs & resiccata erat. Primo die horruit, incaluit. Tertio rigor, febris acuta prehendit, colli tumor subruber, durus, & in pectus vtraque ex parte imminebat, extrema frigida, liuida, spiratio sublimis, potus per nares refluebat, neq; deuorare quicquam poterat, deiectiones & vrinæ restiterunt. Quarto exasperata sunt omnia. Quinto angina periit.

Præcipitis hic anginæ proponitur genus, in quo in externa gutturis inflammatione, tanta spiritus angustia facta est, vt respiratio sublimem & elatam delineret, nec nisi erecta ceruice sublatoque pectore procederet. Cuius cùm tam bene nota sit pernicies ex Hippocrate, vt vno aut altero die, vt plurimùm verò intra primam criseos periodum iugulet, magnam virium & iuuenilis roboris muliere enituit præstantia, quæ ad quintum diem exitium sit remorata. Proprio autem κυνάγχης nomine si quid feria valet nominum distinctio, vsum esse Hipp. facilè perspiciet, qui † Galenum animaduerterit. κυνάγχης & συνάγχης, non tam veterum autoritate quam vsu postea inualescentem differentiam posuisse.

* *Lib. 3 progn.* † *Com. 3. in progn. & com. in aph. 34 lib. 4. & lib. 3 loc. aff.*

ἡ παρὰ τὰ Ἀριστίωνος] Codices impressi Germanicus & Aldinus in eo cum veteribus consentiunt, quam lectionem etiam sequitur Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. Exemplaria quoque duo manu scripta παρὰ Βίτωνος habent, quam lectionem sequuntur Galeni interpretes & Cornarius, quod ea ex Galeni Commentario testatissima sit, & prius quoque Commentario in Hermocratem, [illegible] appellarit. Sunt qui Ἀρίστωνος habeant, quod legit Caluus, & Βίωνος. In reliquo quidam codices vt phrasim insolentem [illegible], ἡ παρὰ τὰ Ἀριστίωνος habent.

ᾗ πρῶτον ἀπὸ γλώσσης ἤρξατο] istud ambiguum est an per se sumatur, an verò ad consequentia referatur. Sic enim codices [illegible]

simul iungunt, ἢ πρότερον ὑπὸ γλώσσῃ ἤρξατο ἐπαυδὴς ἡ φωνή. quod etiam faciunt Galeni interpretes. Mihi non absurdum videtur primam morbi noxiam sensisse vocis organa atque inde ex lingua prima esse petita indicia, quòd occupatis phlegmone spiritus angustius, efflationis ad vocem copia paulatim deficeret, vnde ea primùm subobscurè, deinde verò vrgente suffocationis periculo, prorsus deficeret. Atq; ea vox quæ intercepto spirationis aditu sensim languescit, & ἀσαφὴς φωνὴ hic dicitur, inualescente vitio in ἀφωνίαν propter suffocationem transit. Ideoq; cum angina laborantes passim πνιγώδεις Hippocrati dicantur, in huiusmodi quoque affectu φωνὴ πνιγώδης subnotat in Prorrhetico, & ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα δὲ ὅτι πνιγομένοισι προέχειν scribit. Quod profectò non temerè etiam ad anginam referri potest. Ex lingua quoque huius morbi prima designatio sumi potest, quòd ea propter faucium compressum temerè promineat, & προπετὴς ὑπὲρ τοὺς ὀδόντας καὶ τὰ χείλεα appareat, vt scribit* Aretæus. Quod etiam in angina annotauit Hippocrates lib. 2. epid. his verbis, καὶ γλῶσσαι οἱ ῥίζαι στρέφονται, ἀλλὰ μείζων τε αὐτέοισι ἐδόκει εἶναι, καὶ προπετεστέρη.

* *Cap. 7. lib. 1. περὶ ὀξ. παθ.*

γ, ῥῖγος] Vera est & genuina ista lectio ac vetustissimorum codicum consensu testatissima, etsi quædam exemplaria tertium diem vitiosè omittunt. Galenus quoque in Commentario hoc modo literam istam agnoscit, τῇ τρίτῃ ῥῖγος, πυρετὸς ὀξύς.

οἴδημα ὑπέρυθρον] ἐρύθημα vocat huiusmodi subrubrum tumorem* Hippocrates, qui etsi leuiorem anginæ speciem circumscribit, cùm externæ conuersionis signa præ se ferat, at vt loquitur Hippocrates, ἢν, ὅ, τε αὐχὴν καὶ τὸ στῆθος ἐρύθημα ἴσχῃ, hic tamen sua magnitudine vitium auxit, quod & gutturis aditum præclusit perniciosæque molis non leuia signa edidit quæ ad pectus vtrinque prominerет. Ex quo velut geminatum malum præcipiti exitio intra paucos omninò dies ægram obiecit. Quod verò hic τραχήλου οἴδημα & αὐχένος in Progn. Caluus gutturis tumorem velut ex consecutionis notione quadam dixit. * *in Progn.*

πνεῦμα μετέωρον] πνεῦμα μετέωρον sublimem & elatam respirationem quæ in spiritus angustia fit & suspiriosos torquet significare diximus. [1] Vbi nanq; interceptæ spirationis viæ constringuntur, aut thorax aut pulmones omnisq; spiritus officina pondere & copia aut inflammatione grauatur, ad explendum respirationis munus, spiritum sublato toto corpore & erecta ceruice ægri trahere coguntur, in thoracis vsum assumptis superioribus pectoris partibus & scapulis ac narium pinnis. Qualiter in peripneumoniis, suppuratis & suspiriosis accidit qui spirationis necessitatem & præfocationis periculum quanto possunt molimine euitant. Atque hinc sublimis & elatæ spirationis nomen sibi vendicat, quòd ad ferendas spirationi suppetias, sublimes corporis partes, quæ cuiuis in conspectu sunt ægri moueant. Diciturq; πνεῦμα μετέωρον τὸ πνεῦμα ἀνελκόμενον, ἢ ἄνω ἑλκόμενον, ἢ διερχόμενον [2] Hippocrati, quod sublimibus corporis partibus trahatur. Atq; eandem penè ob causam προέχειν καὶ φαινόμενον, quòd cuiuis in conspectum veniat, eminentes corporis partes in eum vsum mouentibus ægris, [3] φανερὸν γὰρ οὕτοι πᾶσι τοῖς τοιαύτην ἀναπνοὴν εἰσπνέουσι, ὅλαι κινεῖν τὰς ὠμοπλάτας, ὡς καὶ διὰ τῶν ἀμφιεσμάτων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι τὴν κίνησιν, ὡς ἂν ἰσχυρῶς ἐνεργούντων αὐτῶν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ θώρακος. Quam in rem dictionem Hippocrati valde familiarem luculentissimè explicat in Commentario Galenus, & nos de ea etiam plura diximus lib. 2. epid. Quia verò eiusmodi sublimis respirationis species suffocationis periculum ex animæ præclusione intentat, spirationis paruæ & crebræ genere comprehenditur. Quod satis probat Gal. libr. 3. περὶ δυσπν. & verò [4] Hipp. in angina satis his verbis denotat, πλεῖον τὸ πνεῦμα παρέχοντι καὶ ὀρθόπνοιαν, non aliam quàm huiusmodi elatam spirationem indicans, quam valde obseptis spiritus angustiis exitium denunciantem, per κερχνώδεις lib. περὶ ἀέρ. & ῥέγχος lib. de rat. vict. in morb. ac. intelligit. Est vbi tamen eiusmodi spiratio aliam sibi speciem asciscat & in magnam transeat cùm oblæsa rationis arce delirium, aut affecto neruorum principio ἀφωνίαι contingunt. Quod satis indicat his verbis [5] Galenus, δύναται γὰρ μεγάλου τι ποιοῦν πνεῦμα καὶ διὰ τὴν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων στενοχωρίαν γίνεσθαι, καὶ διὰ τὴν ἀρχὴν τῶν νεύρων πεπονθυῖαν. ἣν ἐδείξαμεν ὀρθῶς τὸν Ἱπποκράτην βλαβεῖσαν ἤχθαι μεγάλην ἀναπνοὴν ἐργάζεσθαι. δυνάμενον οὖν καὶ τὸ ἄφωνος αὐτῶν τε τῶν φωνητικῶν ὀργάνων βεβλαμμένων, καὶ διὰ τὴν ἀρχὴν τῶν νεύρων πεπονθυῖαν γίνεσθαι τὸ προέχειν πνεύματος ὁμοίως. ἄδηλον οὖν, εἴτε ἐπὶ τούτοις, εἰ προσφερόμενοι. καὶ διὰ τοῦτο ἀμφιβάλλων εἶπεν, ὅρα γε καὶ προσέχειν τι τοιοῦτον. Atq; ea quidem ratione τὸ πνεῦμα μετέωρον respiciet. Siquidem σύμπτωμα ἐπὶ τῆς [illegible] (vt loquitur [6] Hippocrates) ὡς συμπτώματος πρὸς τὸ πνεῦμα γίνεται. Cuius quidem viciniæ & transitionis dilucidè quoq; meminit Galenus, vbi cum propria differentia etiam luculentam huius dictionis explicationem proponit his verbis, προσέχειν δὲ ὑμᾶς χρὴ καὶ ταῦτα, μὴ πη τ' ἐξαπατηθῆτε, τὴν ἀπὸ τῶν τῶν μυῶν ἐνεργούντων γινομένην ἀναπνοήν, ὅτ' ἂν ἐπ' ἀρρωστίᾳ δυνάμεως γίνηται τὴν αὐτὴν ἡγεῖσθαι τῇ μεγάλῃ. ἐκ ἀληθεῖς γὰρ αὐτὴν ἐγὼ σαφῶς ἑρμηνεῦσαί ποτε, μετέωρον ἐκάλεσα. παρίσταται δέ μοι πολλάκις ὁ Ἱπποκράτην μετέωρον ἐν ... πνεῦμα, τὸ τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ θώρακος εἰσπνεόμενον. ὥσπερ ὅτ' ἂν εἴπῃ μέγα τὸ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, τὴν ... σημαίνει. οὐδ' ἠλὸς ἐστι μέγα λέγων τὸ πολύ. δηλῶν γινέσθαι δυνάμενον, ἀλλὰ τί τῆς μετεώρου μυῶν ἐνεργείας, καὶ σὺν αὐτῇ. πολλάκις γὰρ ἡ τε τῶν ... μυῶν ... τῷ ... πλεῖον διαστέλλεται τὸν θώρακα, τῶν ὑψηλῶν μυῶν οὐ χρῄζουσιν εἰς τὴν τε πολλὰ πνεύματος εἰσπνοήν. Huius porrò loci meminit Galenus extremo lib. 2. περὶ δυσπν. [1] *lib. 2. epid. sect. 2.* [2] *in Prorrh.* [3] *Gal. Com. 1. in Prorrh* [4] *in Progn.* [5] *Comm. 1. Prorrh.* [6] *in Prorrh.*

ποτὸν διὰ ῥινῶν ἐχεῖτο] Solennes istas & periculi plenas anginæ notas annotat lib. 2. epid. Hippocrates, κατάπινειν ἐκ ἐδύνατο, ἀλλὰ χαλεπῶς, ἀλλ' εἰς τὰς ῥῖνας ἐφεῖλκε εἰ πάνυ ἐβιάζον. Quod etiam annotat Hippocrates in angina lib. περὶ νούσων.

ε, ἀπέθανε κυνάγχικη] Diem omisit Cornarius mortemq; ad quartum retulisse videtur, consentientibus tamen in eo recipiendo omnibus codicibus, etsi quidam paululum characterum significatione variant.

DE CHARACTERIBVS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

Ipsa anginæ denunciatio quæ propalam facta est & ad extremum etiam repetitur, totius morbi euentum aptiùs quàm per characteres depromere potuit, neq; vlla nauanda erat in his notis exprimendis opera quę ampliorem rei significationem faceret, nisi iis publicè ex veterum monimentis receptis, vetustas autoritatis præiudicium aliquod adferret. Vult ergo Galenus ex huiusmodi characteribus Π. δ. [illegible]. hunc sensum elici, πιθανὸν ὑπὸ τῆς διαχωρηθείσης ἐπισχεθῆναι παμπόλλαι ἀποθανεῖν τὴν κυνάγχην. Vt probabile sit suppressis incrementis acceleratam fuisse mortem. Qui sanè exitus ad ipsam suppressionis causam, nempe facultatum naturaliū extinctionem actionumq; impotentiam referendus est, ad quam etiam pessima tertij dici symptomata, extremorū liuor & frigus (non leuia marcescentis calidi indicia) consecuta sunt. Ex qua innati calidi depopulatione, inualescente vitio, non vltra quartum diem prorogatum fuisse exitium veri est simile, vt mirum etiam subeat tam diu dilatum fuisse. Quod lethalis diei quarti non leuem suspicionem quibusdam iniecit. Quocirca euilescit quorundam manu scriptorum codicum authoritas qui [illegible]. adscribentes, octauo die mortem assignant. Id quod etiam Galeni rescriptis satis est infirmatum. Vt nec etiam commemorandum sit quosdam codices pro δ. & ε. duos alios characteres υ. & δ. mendosè substituisse, quòd in re satis aperta & facili omninò quæsita obscuritas odiosa sit.

Æger Octauus.

Qui ad Mendaciū forum decumbebat adolescens, ex lassitudinibus, laboribus ac cursibus præter cōsuetudinē, igne, hoc est febre vehementissima, correptus est. Primo die conturbata aluus, biliosa, tenuia multa reddidit. Vrinæ tenues & nigricantes erant, somnum non cepit, sitibundus fuit. Postridie exasperata sunt omnia, deiectiones plures erāt & importuniores, neq; dormiuit, mens perturbata fuit, aliquātulū insudauit. Tertio inquietè habuit, sitibund⁹, nauseabūd⁹, multa corporis iactatio & angustia, extrema liuida & frigida,

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

Τὸ μειράκιον ὃ κατέκειτο ἐπὶ ψευδέων ἀγορῇ, πῦρ ἔλαβεν ἐκ κόπων καὶ πόνων, καὶ δρόμων παρὰ τὸ ἔθος. α, κοιλίη ταραχώδης, χολώδεσι, λεπτοῖσιν, πολλοῖσιν. οὖρα λεπτὰ ὑπομέλανα. οὐχ ὕπνωσε. διψώδης. πάντα παρωξύνθη. διαχωρήματα πλείω ἀκαιρότερα. οὐχ ὕπνωσε. τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα, σμικρὰ ἵδρωσε, γ, δυσφόρως. διψώδης. ἀσώδης. πολλὴ ἀλυσμός. ἀπορίη. παρέκρουσεν. ἄκρεα πελιδνά. καὶ ψυχρά.

A ὑποχόνδριον ἐν τάσει ὑπολάπαρος δὲ ἀμφοτέρων. δ῟, οὐχ ὕπνωσεν, ἐπὶ δὲ χεῖρον. ζ, ἀπέθανεν. ἡλικίαι περὶ ἔτεα κ. ℞. Ξ. Ζ. Θ.

præcordiorum contensio submollis vtrinque. Quarto somnum non cepit, peius habuit, septimo obiit. Ætas erat annorum prope viginti.

Interna viscerum inflammatio magnum hîc creauit periculum, quæ ex magna crudorum succorum copia oborta, febrem etiam valde præcipitem, externis assumptis exercitationum & lassitudinum causis, accendit. Ex quibus quoq; biliosis collectis humoribus & resiccato corpore, tantus ad perniciem accessit cumulus; vt primis statim diebus lethalis morbi sese prodiderint indicia. Nam & mentis turbatio, perpetua inquietudo, incontinens corporis iactatio, & extremorum frigus, aliique plurimi morborum acutorum proprij casus, intra primos dies suborti, præsentis exitij significationem dederunt amplissimam. Vt non tam mirum sit ægrum ipsum septimo die miserabilem iudicij calamitatem subiisse, quam animaduertendum, virium atque ætatis beneficio, quintum aut sextum superasse. In quibus, extincto penè calido natiuo & interna phlegmone sæuiente, tam prope fuit vt caderet, vt de huiusmodi diebus non leuem quæstionem mouerit Heraclides Tarentinus, quæ etiamnum ex vetustissimis exemplaribus in notarum designatione proponitur, ac (quod maius est) extremam istam suspicionem & lethi terminum, in quintum diem codices quidam reiecerint.

B καὶ πότων] Codices duo manu scripti, quorum vnus recentior, πότων, alter peruetustus noster, πόνων, habent. Vtriusque autem lectionis meminit Galenus, ita tamen vt in eam quæ peruulgata est assensionem inclinet. Nam cùm in prægressis morbum causis labores & insolitas exercitationes ponat Hippocrates, nihil est commessationibus cum illis commune, & facilis vnius literæ lapsus varietatem induxit, cum eo quòd labores cursuum genere facilè comprehenduntur.

οὖρα λεπτὰ ὑπομέλανα] Nigricantes vrinæ cum amplissima ista casuum congerie statim primo die apparentes, præsentissimam virium internecionem minabantur, & innati calidi ab igneo & externo depopulationem. Quam etiam facilè indicat tantus symptomatum concursus morbis acutis valde proprius.

ἀκαιρότερα] Intempestiuas deiectiones vocat quæ debitam moderationem & præstitutam temporis occasionem longè superant; C quales sunt immodicæ & copiosæ, quæ nullum omninò seruant ordinem. Est enim καιρὸς modus quidam, eiusq; obturbatrix & interpellatrix quædam molestia, ἀκαιρία.

σμικρὰ ἱδρῶσαι] Illud ἱδρῶσαι paruum tenuemq; subortum sudorem significat, qui languidas & imbecillas vires sequitur, sæpiusque circa frontem; iugulum & clauiculas apparet, cùm νοτὶς λεπτὴ καὶ μέτωπον ἴζοιτο, vt loquitur Aretæus. Idq; est ἱδρῶσαι Hippocrati, vt aliàs scribimus.

ἀσώδης] Ista casuum complexio morborum acutorum valde propria, ventriculi vitium ex efferuescente acri primis in venis materia, aut internum incendium viriumque langorem indicat, quibus magnum stomachi fastidium & nausea succedit, totius corporis æstuatio, iactatio, incontinentia & inquietudo, magnaque premuntur ægri angustia, membra inæqualiter iactant & dispergunt. Quas omnes offensiones simul iunxit Hippocrates, quò causam internamq; inflammationem intenderet, & magnam virium conflictationem ob oculos poneret. Atque horum singularis explicatio lib. 1. epid. decursa est.

D ἄκρεα πελιδνὰ καὶ ψυχρὰ] ἐν οἷς τὰ μὲν ἐξ ἀρχῆς ... τὰ δὲ ἔξω ψυχρὰ ἦ, ... θάνατον. ex placito 48. libro 4.

ὑποχόνδριον ἐν τάσει] ὑπολάπαρος Hæc verborum eleuatio externam phlegmonem eiusque magnitudinem remittit, sed vitium internorum viscerum suspectat, vt sæpiùs diximus. Indeque spirationis crebræ & paruæ formam colligit Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. vbi huius quoque loci mentionem facit.

δ. οὐχ ὕπνωσεν] Hæc est plausibilior & recepta Galeno lectio omniumque ferè codicum consensu approbata, nisi quòd vnus pro quarti diei nota, septenarium apposuit, ζ, οὐχ ὕπνωσεν, vitiosè tamen.

ἡλικίαι περὶ ἔτεα] Quidam codices legunt ἡλικίαν περὶ ἔτεα, eadem omninò notione. Vitium est autem in impressis codicibus, vbi κ. pro κ. ponitur. Cùm enim viginti annorum symbolum apponi debeat, rectè κ adscribitur. Quod satis indicat codex noster Germanicus, qui pro ea nota, εἴκοσι, apposuit. Hic Galenus ὀξὺ adiunctum meminit, verùm id quia neutiquam reperi, facilisque est acuti & celeris morbi notio, volens prætermitto.

DE NOTIS ÆGRO ADSCRIPTIS.

Characterum istorum facilis est explicatio, ℞. Ξ. Ζ. Θ. πιθανὸν ξένοις ἰσχὺν θάνατον, quòd sit credibile, insolens quiddam & non consuetum, ægrum in discrimen adduxisse. Labores nanque insueti exercitationesq; externarum causarum occasionem faciunt, ex quibus in suspecto iam & ferè causario corpore, febris inflammatioque interna rudimentum cœpit ægrumque prorsus pessundedit. Ex quo externis causis mortis causam adscripsere, eaque est peruulgata magis assensio. Nam quæ attributa est Heraclidi Tarentino commentatio quæsitum comprehendens, cur die septimo perierit æger, ea satis est à Galeno excussa in Commentario, eiusque luculentissima vestigia in codicibus antiquis remanent, in quibus secundi characteris locum ζ habet, quod ζήτημα & quæsitum exprimit. Atque vt ipsam characterum actionem, ex dierum parium insultibus intentatam omittamus, non omninò tamen à re ipsa alienum videtur si cui mirum videatur, ægrum ipsum tam pernicioso & præcipiti morbo conflictatum, tantis casibus appetitum, primisque ferè diebus oppressum, septimum potuisse attingere. Quod ætatis & virium beneficio attributum, quæstionis dubitationem dissoluit. Eaque omninò causa est cur in quibusdam etiam codicibus, ε, quinti diei nota, loco ζ proponatur, quòd ob tam magnum symptomatum concursum, mirari oporteat quanam effectum sit ratione, vt adolescens iste quintum mortis diem effugerit. Quæ profectò eadem est omninò dubitationis explicatio. Quin & Apollonius ipse secundo characterum loco ζ apposuisse videtur, hancque totam notarum coniecturam dubitatione circumscripsisse, cùm quæstionem mouerit, quænam causa mortis die septimo adolescenti fuerit. Cuius explicatio laborum & cursuum insolentiam includit narrationemque totam facit planiorem.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΑΤΟΣ.

Ἡ παρὰ Τισαμένου γυνὴ κατέκειτο, ἣ τὰ εἰλεώδεα, δυσφόρως ὥρμησεν, ἔμετοι πολλοί. ποτὸν κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. πόνοι περὶ ὑποχόνδρια. καὶ ἐν τοῖσι κάτω κατὰ κοιλίην, πόνοι. στρόφοι ξυνεχέες. οὐ διψώδης. ἐπεθερμαίνετο. ἄκρεα ψυχρὰ διὰ τέλεος. ἀσώδης. ἄγρυπνος. οὖρα ὀλίγα, λεπτά. διαχωρήματα, ὠμά, λεπτά, ὀλίγα. ὠφελέειν οὐκ ἔτι ἠδύνατο. ἀπέθανεν.

Æger Nonus.

Mulier ad Tisamenum molestis voluuli casibus appetita fuit, multis vomitionibus conflictabatur, potum continere non poterat. Dolores circa præcordia aderant, qui in inferioribus secundum ventrem locis cum torminibus assiduis vrgebant. Nō sitiebat, incalescebat, extrema perpetuò frigescebant, stomachi fastidio laborabat, vigil erat. Vrinas paucas, tenues reddidit. Alui recrementa cruda, tenuia, pauca. Nil ampliùs iuuare poterat, defuncta est.

E Ileo, quem voluulum ex intestinorum inflammatione dicimus, conflictata ægra, acerbissimis obiecta casibus fuit, & pro innata offensionis pernicie, ineluctabili calamitati statim primis diebus exposita. Cuius quidem morbi cùm certissimum sit exitium, ita præcipitium auget, quòd nullum mortis diem adscripsit, vt credibile sit vrgente morbi sæuitia, secundo, aut vt longissimè, tertio die miserabili mali specie fuisse è medio sublatam. Morbus autem iste cùm duorum sit generum, hîc tenuium intestinorum inflammatio subaudienda proponitur, quæ affectis contagione visceribus ipsis, ineuitabiles habet cruciatus, dolorum faces admouet, præsentissimam mortem intentat, valdeque præcipitis morbi exemplum facit. Est enim in voluulo (vt scribit * Aretæus) ὄλεθρος ... ὀξὺς καὶ ... Hipp. lib. περὶ παθῶν, ex quo vix quisquam euasit Galeno lib. 6. loc. aff.

* *Cap. 5. lib. 2. de cur. morb. ac.*

ἡ παρὰ παμφύλου] Codices plurimi παρὰ πάμφιλου habent.

ἢ τὰ εἰλεώδεα] Certas quasdam morborum affectiones & notas quæ affectum ipsum circumscribunt, & ex quibus vera morbi natura elicitur, sic sæpè proponit Hippocrates, eumque in modum ex casibus & symptomatis affectum describit, quemadmodum dixit lib. 1. epid. ἐς δυσεντεριώδεα ἐπελάμπουσα. δυσφόρως autem addidit vt vehementem casuum in voluulo molestiam dolorumque intensioné ob oculos poneret, quorum conflictatione acerbissimam mali speciem præ se fert, & miserabilis calamitatis famam vulgò obtinet, μιπεξεπευ μ γδ (inquit * Aretæus) ... νοσεόντες θάνατον σεσφαλμένα μόνοι ὀρρωδέουσι. οἱ δ᾽ ἐν εἰλεῷ πόνοι, ... θανάτου ἔργον).

* Cap. 5. l. 2. de cur. morb. ac.

ἔμετοι πολλοί] Affectiones istæ voluuli notionem explicant. Multas nanq; vomitiones & redundantes stomachi exolutiones in vtroq; voluulo & moderato & graui annotat † Aretæus his verbis, ... Celsus quoq; adiici periculo scribit hoc in affectu vomitum biliosum, mali odoris, aut varium, aut nigrum. † Cap. 6. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ. * Lib. 4. cap. 13.

πόνοι περὶ ὑποχόνδρια] Flatus plurimus intestinis conclusus sursum sublatus ad præcordia dolorem attollit hypochondriaq; ita distendit vt affectorum viscerum speciem præbeat. Quo nomine in Ileo Hippocrates lib. 4. περὶ νούσων, τὰ ὑποχόνδρια ... significat. Sic Aretæus ... Quæ etiam accidunt vbi inflammatio in pleniore intestino consistit, vt satis ex Aretæo patet. Quæ autem sequuntur etsi ad tenuioris intestini morbum referuntur, dolorem tamen totum ventrem occupare significant. Etenim siue in infernis secundum ventrem locis dolorem inesse dixeris, siue ad infernas ventriculi sedes pertingere senseris, totum ventrem vitium vrgere indicat. De quo lib. 4. περὶ νούσων scribitur, ... Et lib. περὶ παθῶν. καὶ ὀδύνη κάτω πᾶσαν τὴν κοιλίην ἴσχει Atque etiam Celsus affectum istum vmbilici regione distinguit. Torminorum autem assiduitas magnam facit hoc in morbo periculi accessionem, ita vt plerique acerbissimis torminibus repente intereant, quòd flatus per intestina conuolutus, eorumq; inuolucra vi sine exitu peruadens (vnde Ilei nomen meruit) vehementissimos dolores cieat. θνήσκουσι γὰρ μυρίοι (inquit Aretæus) στρόφοισι καρτεροῖσι. Et rursum πολλοὶ μὲν οὖν ἐπὶ τοῖσι στρόφοισι θνήσκουσι αὐτίκα. Huius porrò loci meminit Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. & πόνοι περὶ ὑποχόνδρειον legit.

οὐ διψώδης] Ex magna & vehementi inflammatione suborto incendio & æstuantibus internis, sitis in huiusmodi ægris excitatur, vnde διψαλέους annotauit Aretæus. Verùm euanescente calido natiuo & elanguente naturali sensationum appetitione, vires omnes prosternuntur, & deficiunt atque ad omnimodam internecionem tendunt, vnde frigus instantis mortis rudimentum, extrema ipsa totumque corpus occupat, suntque hi ψυχροὶ τὸ πᾶν σκῆνος, vt scribit Aretæus.

οὖρα ὀλίγα] Hæc diuersæ naturæ signa morbi accessionem faciunt & ad virium internecionem magnum habent momentum. Plurimam nanque crudorum succorum redundantiam in hepatis gibbis & venarum riuis innatantem significant, à quibus cuncta natura crudiorem morbum facit & vires opprimit. Quarum exolutione aluus in recrementa tenuia & cruda effusa est, cum alioqui hoc in affectu vix etiam maximis remediis alui ductio procuretur. Codices manu scripti duo ad διαχωρήματα ὀλίγα non addunt.

ὠφελέειν ἐκ τῶν ἠδυνάτο] ὠφελέειν οὐδὲν ἠδύνατο, habent codices duo manu scripti, quemadmodum etiam legit Gal. Quæ desperatam ægram nullisque cunctum remediis morbum cedere potuisse significant, ita vt præsentissimum exitium non adscripto mortis die adfuisse sit credibile. Caluus in fine κακῶς ἀπέθανε legisse videtur, cuius lectionis nulla in cæteris codicibus apparent vestigia. Atque haud scio an ex Galeni Commentario κακῶς illud transumptum sit finique adiectum.

DE NOTIS ÆGRO SVPERIORI ADIECTIS.

Non eram hîc facturus notarum istarum mentionem, tum quòd ob simplicem & apertam narrationem superuacanea videatur ista opera, tum verò quòd Galeni cæterorumque omnium codicum impressorum silentium, non parum suspectum reddat quicquid hic additum aliunde satis confidenter autoritatem emendicat. Liberabo me tamen ista quam in me recepi codicum fide, ac si non satis probatam, eam tamen quam reperi characterum designationem expromam. Codices duo Regij, quorum vnus peruetustus, alter recentior, huiusmodi characteres fini adscribunt, π. ρ. ι, Θ. Ex quibus quidnam veri elicias non video. Nam etsi hunc sensum exprimis, πιθανὸν φύσιν πέμπτῃ θάνατον, aluoque ob virium exolutionem effusa, mortem acceleratam existimas, præfinitus tamen mortis terminus, non satis cum Galeni commentatione consentit, qui præcipitem valde morbi sæuitiam, statim secundo aut tertio die, exitium fecisse scribit, vt nil fuerit necesse diem apponere. Nec verò ipsa alui effusio mortis satis idonea causa fuit, sed fatiscentis morbi grauitate, vires omnimodam facultatum exolutionem senserunt. In quod etiam exitium præcipitatis naturalibus, aluus crudis & tenuibus exundauit, & tandem perniciem attulit. In hac igitur planè emendicata characterum adscriptione, cùm omnia ad coniecturam referantur, non tam quid rei natura, quàm causæ probabilitas ferat, expendendum esse, vt iam sæpiùs multis testimoniis est confirmatum, ita in reliquis maiorem habebit fidem.

Æger Decimus.

Ex his quæ circa Pantimiden erant, mulier quædam ex infantuli fœtus abortione, primo die igne, hoc est febre vehementissima correpta est. Lingua reficcata, siticulosa erat, æstuabunda cum insomnia. Aluus cõturbata ex multis tenuibus & crudis. Postridie nouo oborto rigore, febris acuta prehendit, venter multa reddidit, non dormiuit. Tertio die inaugebantur dolores: quarto delirauit: septimo defuncta est. Aluus per totum morbum recrementis multis tenuibus, crudis fluxit, vrinæ paucæ, tenues erant. Febris ardens.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΚΑΤΟΣ.

Γυναῖκα ἐξ ἀποφθορῆς νηπίου τῶν περὶ Παντιμίδην τῇ α΄ πῦρ ἔλαβεν. ἡ γλῶσσα ἐπίξηρος. διψώδης. ἀγρυπνος. κοιλίη ταραχώδης λεπτοῖσι, πολλοῖσι, ὠμοῖσι. β΄, ἐπερρίγωσε. πυρετὸς ὀξὺς ἀπὸ κοιλίης, οὐχ ὕπνωσε πολλά. τρίτη, μείζους οἱ πόνοι. τετάρτη παρέκρουσεν. ἑβδόμη, ἀπέθανεν. ἡ κοιλίη διὰ παντὸς ὑγρή. διαχωρήμασι πολλοῖσι, λεπτοῖσιν, ὠμοῖσιν. οὖρα ὀλίγα, λεπτά. πυρετὸς καυσώδης.

Abortionis exempla ista cùm huiusmodi affectionis causam nullam demonstrent, ea ex morboso quodam affectu, non externis casibus petenda est. Coaceruato igitur plurimo in tota corporis mole succo bilioso, magnaque collecta in ipso viscerum alueo cruditatis redundantia, febris ardentis occasio facta est, quæ acerbissimis exasperata casibus & perpetua alui lubricatione, facilè infantulum fœtum, vtpote menstruum aut bimestrem, aut, vt longissimè, trimestrem excussit. Etenim perturbata exolutaque aluo, vterus ipse propter loci viciniam conturbationem promptissimè sensit, & concepti incendij flammam ex phlegmone accepit, quæ deturbato fœtu intra septimum diem ægras rapuit. Ex vteri nanque phlegmone creatum ipsis periculum facit Gal. libr. 2. περὶ δυσπν. harumque duarum ægrarum meminit lib. 2. de dieb. decret.

ἐξ ἀποφθορῆς] Id febrem abortionis fuisse causam non excludit. Scribit nanque postea Galenus: πυρέξαι ταύτην αὐτὰς οὐ διὰ τὴν τοῦ ἐμβρύου ἐξ ἀνάγκης φθορὰν, ἀλλ᾽ ἔμπαλιν ἀποφθαρῆναι τὸ κύημα διὰ τὸ πυρετόν. Sed istud decernendi ordinem inchoat quem in illegitimis partionibus inde numerum ducere abunde scripsimus lib. 1. epid.

ἡ γλῶσσα ἐπίξηρος] ἐπὶ τοῖς καύσῳ κάκιστα σημεῖα, ξηρότης, ἀγρυπνίη, θερμασίη τῶν σπλάγχνων, ὅκως ἀπὸ πυρός, inquit * Aretæus. ἀγρυπνος autem addidimus ex duobus vetustissimis manu scriptis exemplaribus & Galeno, quòd biliosorum succorum redundantia, multaq; in primis ve-

A mis venis cruditas, stomachi fastidium & impotentem corporis æstuationem iactationemque in febre ardente solicitet. Quod tamen in impressis & quibusdam manu scriptis codicibus præteritur. * *Com. 3. lib. 2. de cur. morb. ac.*

κοιλίη ταραχώδης] Sic Gal. fidissimaque exemplaria. Quędam etiam manu scripta, κοιλίαι ταραχώδεις.

οὐχ ὕπνοισι πολλά] ἀπὸ κοιλίης πολλά legi, plurium fidissimorumque codicum atque interpretum fidem secutus. Est enim familiaris ista Hippocrati phrasis, non πυρετὸς ὀξὺς ἀπὸ κοιλίης, etsi hoc ipsum abortus occasionem indicare potest, quæ ex intolerabili ventris turbatione cum febre cœperit. Quinetiam magis plausibilem superiorem lectionem agnoscere mihi videtur Gal. in Com. quod οὐχ ὕπνοισι simpliciter legat.

πυρετὸς καῦσος] Ista morbi denunciatio ob insolentiam suspecta est, eamque alicunde esse adscriptam, vt satis contendit Galen. ita inusitata phrasis non parum mouet, cùm πυρετὸν καῦσον vix ferè efferat Hippocrates, sæpiùs verò, πυρετὸν καυσώδη, aut καῦσον simpliciter. Quin & vitium detegit quòd καῦσος simpliciter ex Galeni Commentario, quemadmodum & ægro postea duodecimo scriptum B fuisse coniicias, aut quòd in codice nostro Germanico apparet, καῦσος, πρόσθες. Quod effecit vt pro πρόσθες, πυρετὸς facile successerit.

DE NOTIS ÆGRO ADSCRIPTIS.

Morbi dignotio fini addita quæ febrem ardentem refert, characterum vicem supplet, neque aliis notis ad totius rei explicationem opus esse videtur. Quæ ratio non parum istas suspectas reddit quæ in codicibus quibusdam scriptis reperiuntur, quarum nec in impressis cæterisque fidissimis vestigium vllum remanet. Hæ sunt istiusmodi π. δ. δ. υ. α. Ex quibus in re aperta & simplici nil nisi ambiguum elici potest, vt non magna in iis euoluendis collocanda sit industria, quòd cùm præscriptum cæterarum notarum ordinem non tueantur, palam suam originem infamant. Neq; enim debitum aut cæteris vsitatum mortis aut salutis colophonem additum habent. Ista autem sit rei summa: πιθανὸν διαλεγέντα διαχωρουμένων ὑστέρης ἀπώλειαν. Vt sit verisimile perpetuam alui turbulentiã, C vterum aut fœtum perdidisse. Quod etsi in solutum accipi non postulo, non tamen admodum absurdum existimo. Cùm nanque magna per totam ægri dispensationem, perturbationis alui facta sit mentio, quæ conditam in primis venis cruditatem & humorum acrimoniam per intestina elueret, potuit inquieta huiusmodi intestinorum lubricatione ac morsu vterus ob viciniam disturbari, ac deinde suborta febre correpto incendio inflammari, fœtumque ipsum perdere.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΔΕΚΑΤΟΣ.	*Æger Vndecimus.*
Ἑτέρην δὲ ἀποφθορῆς περὶ πεντάμηνον, πῦρ ἔλαβεν. ἀρχομένη δὲ, κωματώδης ἦν καὶ ἄγρυπνος πάλιν. ὀσφύος ὀδύνη. κεφαλῆς βάρος. β, κοιλίη ἐπεταράχθη, D ὀλίγοισι, λεπτοῖσιν, ἀκρήτοισι δὲ πρῶτον. τρίτη, πλείω, χείρω. νυκτὸς οὐκ ἐκοιμήθη. τετάρτη, παρέκρουσε. φόβοι δυσθυμία. δεξιῷ ἴλλαινε. ἵδρωσε, περὶ κεφαλὴν, ὀλίγῳ ψυχρῷ. ἄκρεα ψυχρά. πέμπτη παρωξύνθη. πολλὰ παρέλεγε. καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει. ἄδιψος. ἄγρυπνος. κοιλίη πολλοῖσιν ἀκαίροισι διὰ τέλεος. οὖρα ὀλίγα, λεπτὰ, ὑπομέλανα. ἄκρεα ψυχρὰ, ὑποπέλιδνα. ἕκτη, διὰ τῶν αὐτῶν. ἑβδόμη, ἀπέθανε φρενιτικὴ.	Alteram ex abortiuo fœtu circiter quintum mensem, ignis, hoc est febris vehementissima, prehendit. Per exordia verò sopore rursusq; insomnia detinebatur cum lumborum dolore & capitis grauitate. Secũdo die aluus turbata est, primumq; pauca, tenuia & syncera deiecit. Tertio plura & peiora, nocte nihil dormiuit. Quarto mens emota fuit, metus atq; animi ægritudo inerat, dexter oculus peruersus est, sudor paucus & frigidus circa caput dimanauit, extremitates frigidæ. Quinto exasperata sunt omnia, multum delirauit confestimq; rursus ad intelligentiam rediit, siticulosa erat, insomnis. Aluus per totum morbum multis & intempestiuis fluxit. Vrinæ paucæ, tenues, E nigrescentes erant: extrema frigida, subliuida. Sexto eadem perseuerarunt. Septimo phrenitide extincta est.

Simile penè est abortionis exemplum, causarum internarum iniuria solicitatæ, quarum intensione præsentissimum accersitum est, ægræ exitium. Plurima nanque sanguinis biliosi copia promptè incendium concepit, acutorumque morborum proprios casus aduexit, capitis grauitatem, lumborum dolorem, in somnum propensionem, rursusque insomniam. Quibus quidem progressionem accipientibus, factoque ad cerebrum momento mens ipsa miserè appetita est rationisque arx insignem accepit noxiam. Nanq; continenti vexata delirio in phrenitidem incidit, quæ septimo die ægram ipsam iugulauit. Credibile est autem febris magnitudine symptomatumque exasperatione excussum esse quinque mensium fœtum, facili ad incendij consensionem vteri lapsu. Hic autem rursus, vt priùs, stata seruatur iudicationis ordinatio, quæ in abortiuo fœtu ex ea quæ præter naturam est partione, decernendi viam aperit.

περὶ πεντάμηνον] οἰκέτιν γυναῖκα, addunt exemplaria duo manu scripta, quam lectionem secuti sunt Galeni interpretes & Caluus.

κωματώδης καὶ πάλιν ἄγρυπνος] κῶμα ἄγρυπνον καὶ οὐχ ὑπνῶδες significat, quod phrenitidem præsagit ex Prorrhetico. Capitis autem grauitas oppleto succorum beneuolentia cerebro soporem facit, atque ex biliosi permixti humoris morsu insomniam. Quibus copia & viribus inualescentibus sedem in cerebro figunt, & mentem validè è sede constantiæ deturbant, perpetuoque delirio phrenitidem inducunt. Hunc autem locum adducit Gal. libello περὶ κώματος.

δυσθυμία] δυσθυμία est animi mœror & ægritudo, diffidentia & abiectio cùm quis animo languet & consternatur, vt diximus lib. 1. epid. cui ἀθυμία καὶ εὐθυμίη, animi hilaritas opponitur. φόβος autem & δυσθυμία insaniam prędicunt atque atræ bilis morbum subesse indicant, ex placito 23. lib. 6. atque æquum est feruente in cerebro sanguine progressum ad melancholiam fieri. Gal. in Comm. φόβος, δυσθυμία, legit, eaq; plausibilior est lectio. Codices manu scripti Regij cum Aldino consentiunt & δυσφημίαι habent, non æquè tamen grata notione.

δεξιῷ ἴλλαινε] Hæc oculi distortio aut peruersio magnum cum vehementissima febre ad neruorum originem incendium significat, quo veluti contracti & resiccati nerui, partes quas peruadunt peruertunt. Quod scribit Gal. Com. in aph. 49. libr. 4. αἱ διαστροφαὶ μὲν γίνονται, τεινομένων τι καὶ συνελκομένων ἐπὶ τὰς ἰδίας ἀρχὰς τῶν εἰς αὐτὰ καθηκόντων νεύρων, αὐτό τε τὸ πάθος φλεγμοναῖς καὶ σκίρροις, καὶ ξηρότητι καὶ ψύξεσιν ἀμέτροις ἕπεται χαλεπὸν δὲ πάντως ἐστὶν ἐπειδὰν τὸ τῶν νεύρων ἀρχῆς πλησίον συνίστηται. Quòd si istud elanguescentibus viribus & prostrata iam sensuum acie accidat, in propinquo exitium esse sentitur.

ἵδρωσε περὶ κεφαλὴν] ἴδιεν habent exemplaria quædam eamque lectionem agnoscit Gal. in Com. Sunt autem ista collapsarum iam virium signa, vt & extremorum frigus quo nomine certissimam breuissimamque perniciem denotant.

παρωξύνθη] πέμπτῃ πάντα παρωξύνθη lego cum interpretibus & fidissimis codicibus manu scriptis. Vnus ε, πάντα παρωξύνθη legit, & Caluus πέμπτη παρωξύνθη legisse videtur. Quinetiam consequens sexti diei mentio eademq; omninò memorata afflictio, non temerè ea ad quintum refert. Quod etiam Galenum in Comm. his verbis indicasse satis notum est, προσελθόντων δὲ τοῖς εἰρημένοις σημείοις τι καὶ πλείοσι, τῶν ψυχρῶν ἄκρων, ἐπὶ μᾶλλον αὐτῆς αὐτὴν προσδόκιμον τεθνήξεσθαι. καὶ γοῦν ἀπέθανε ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις συμπτώμασιν ἔχουσα κατὰ τὴν πέμπτην καὶ τὴν ἕκτην.

ἄδιψος] δίψος lego, vetustissimorum & fidissimorum exemplarium fidem secutus, omniumque interpretum (præter Caluum) consensum. Cùm sit enim φρενῖτις ἐν ὀξεῖ πυρετῷ διὰ τὴν παραφροσύνην (vt scribit * Galen.) vigiliis & siti facilè circunscribitur. Nunquam & illa sitis defectio hebescentem sensuum alacritatem animaliumque facultatum extinctionem significat, καὶ τῶν παρακρουόντων numero accensetur, vt scribit in Prorrh. Hippocrates.

* *Init. Prorrh.*

ἀκράεσιν] ἀκρήτοισι habet codex noster Germanicus, quam lectionem secuti sunt Galeni interpretes, quòd multum in toto morbo tribuatur alui perturbationi ex tenuibus & biliosis deiectionibus, & ἄκρατα τὰ χολώδη enixè admodum interpretatur Galen. in Comment.

οὖρα ὀλίγα λεπτὰ] λευκὰ habet codex vnus manu scriptus, quòd οὖρα λευκὰ καὶ ἄχροα ab Hippocrate in huiusmodi phreniticis celebrentur in † aphorismis & Prorrh. Nigrantes verò vrinæ erant sero atri sanguinis & melancholici dilutæ, quæ pessimæ erant inflammationis reliquiæ. Atq; huiusmodi vrinas in mente perturbatis & phreniticis ex Prorrh. celebrat * Galenus, his verbis : δῆλον δ᾽ ὅτι τὰ μέλανα οὖρα διὰ τὸν ὀῤῥὸν τῆς μελαίνης χολῆς τοῖς ὑδατώδεσι συναποχεόμενον περιττώμασι, γίνεται. διπλῆ δ᾽ ἐστιν ἡ φύσις τῆς μελαίνης χολῆς, ἡ τῆς ξανθῆς ὑπεροπτηθείσης, ἡ τοῦ παχέος αἵματος. ὑπεροπτᾶται δὲ διὰ θερμασίας ἰσχυράς. εἰκότως οὖν ἐν τε τοῖς καύσοις ὀνομαζομένοις πυρετοῖς εὕρηται, κἀν ταῖς φρενίτισι τὰ τοιαῦτα. Quòd si nigrescentes vrinas intelligat, quæ ex his quæ per vrinam feruntur nigrescant, qualia sunt in Prorrh. τὰ ἐπὶ ταραχώδεσιν. ἀγρύπνοισι. οὖρα ἄχροα, μέλασιν ἐναιωρεύμενα, ista promptam calidi natiui extinctionem portendunt.

† *Aph. 72. lib. 4.* * *Comm. 1.*

ἀπέθανε φρενιτικὰ] ἀπέθανε, φρενίτις, habet codex vnus manu scriptus. Quæ lectio ex Galeno ducitur, eamque secutus est Hermannus Cruserius. Ista autem morbi indicatura superioris est generis eandemque causam habet, atque inter emendicatas notas accensenda est, quæ vt orationis vitium fugeret, ab aliis aliter scripta est & in orationis contextum transiit.

DE CHARACTERIBVS ÆGRO ADSCRIPTIS.

In eodem penè & simili abortionis exemplo, præterquam quòd ægra ista causarum intensione grauioribus conflictata est casibus, perpetuoque cum febre delirio correpta est, eandem ferè atq; haud scio an magis probatam posuere codices nostri characterum nomenclaturam. Quia nanq; biliosorum, tenuium & acrium succorum feruore morbus iste contractus est, multaq; fit perturbationis alui ex biliosis & synceris recrementis in toto morbo mentio, eam ipsam non vulgariter abortionis causam esse existimarunt. Sic enim in omnibus codicibus scriptis designatos characteres reperias, π. θ. δ. α. ζ. θ. Qui sensum istum exprimunt, πιθανὸν θολερῶν τὰ διαχωρεμάτων ἀποφθορὰ ἑβδόμῃ θανάτου. In quo etsi parum syncera est assensio, in eo tamen mihi perperam facere videntur, quòd in mortis assignatione phrenitidem excluserunt, cuius tamen abunde ex adiecta morbi denunciatione admoniti videri poterant. Sed vt ista emendicatam fidem postulant, ita in omnibus Regiis codicibus τ pro π vitiosè præfixum fuisse non ambigo.

Æger Duodecimus.

Quæ in Mendacium foro decumbebat, tum primùm laboriosè masculum enixa, igne, hoc est febre vehementissima, correpta est. Statim per exordia sitibunda, ex stomachi fastidio & oris ventriculi dolore laborabat, lingua reficcata erat, aluus tenuibus, paucis, perturbata fuit, neque somnum cepit. Postridie nouo aliquantulum suborto rigore febris acuta prehendit, modicus circa caput sudor frigidus dimanauit. Tertio nō sine dolore ab aluo cruda, tenuia, multa demissa sunt. Quarto nouus obortus est rigor, exasperata sunt omnia, peruigil fuit. Quinto molestè habuit. Sexto eadem perseuerarunt. Ex aluo verò liquida multa secessere. Septimo nouo suborto rigore febris acuta corripuit, sitis multa aderat & incontinens corporis iactatio. Ad vesperam frigidus toto corpore diffusus est sudor, perfrixit, extremorum frigus, quæ nec iam ad calorem reuocari poterant. Iterumq; sub noctem oborto rigore extrema non recalescebant, neq; dormiuit, aliquantulum delirauit, cōfestimq; rursus ad intelligentiam rediit. Octauo circa meridié recaluit, sitiuit, sopore oppressa fuit, nauseabunda. Biliosa, pauca, nonnihil flaua vomitione refudit, nox inquies, non dormiuit, multum confertas vrinas reddidit idq; non sentiens. Nono remissa sunt omnia, sopore detenta est, ad occasum suborto aliquantulum rigore, pauca, biliosa, vomuit. Decimo rigor febrilis insultus, neq; quicquam quieuit. Mane vrinam multam, in qua nulla subsidentia inerant, reddidit, extrema recaluerunt. Vndecimo vomuit virulenta, biliosa, non ita multò post rigore correpta est, rursusq; extrema frigescebant. Sub occasum sudor, rigor, vomuit multum, noctem molestè tulit. Duodecimo multa, nigra, fœtida vomuit, singultus multus adfuit & sitis molesta. Decimo tertio rigore correpta, nigra, graueolentia, multa vomitu effudit. Circa meridiem verò voce defecta est. Decimo quarto sanguis per nares effluxit, defuncta est. Huic per totum morbum aluus lubrica & horroris sensus adfuit. Ætas erat annorum ferè septendecim.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΩΔΕΚΑΤΟΣ.

Γυναῖκα, ἥτις κατέκειτο ἐπὶ ψευδέων ἀγορῇ, τότε τεκοῦσαν πρῶτον ἐπιπόνως ἄρσεν, πῦρ ἔλαβεν. αὐτίκα ἀρξαμένη, διψώδης. ἀσώδης. καρδίην ὑπήλγει. γλῶσσα ἐπίξηρος. κοιλίη ἐπεταράχθη, λεπτοῖσιν, ὀλίγοισιν. οὐχ ὕπνωσε. β, σμικρὰ ἐπεῤῥίγωσε. πυρετὸς ὀξύς. μικρὰ περὶ κεφαλὴν ἵδρωσε ψυχρῷ. γ, ἐπιπόνως ἀπὸ κοιλίας ὠμὰ, λεπτὰ, πολλὰ διῄει. δ, ἐπεῤῥίγωσε. πάντα παρωξύνθη. ἄγρυπνος. ε, ἐπιπόνως. ς, διὰ τῶν αὐτῶν. ἀπὸ κοιλίης δὲ ἦλθεν ὑγρὰ πολλά. ζ, ἐπεῤῥίγωσε. πυρετὸς ὀξύς. δίψα πολλή. βληστρισμὸς περὶ δείλην, ἵδρωσε δι᾽ ὅλου ψυχρῷ. ψύξις. ἄκρεα ψυχρά. οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο. καὶ πάλιν εἰς νύκτα ἐπεῤῥίγωσεν. ἄκρεα οὐκ ἀνεθερμαίνοντο. οὐχ ὕπνωσε. σμικρὰ παρέκρουσε. καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει. η, περὶ μέσον ἡμέρης ἀνεθερμάνθη. διψώδης, κωματώδης. ἀσώδης. ἤμεσε χολώδεα, μικρὰ ὑπόξανθα. νύκτα δυσφόρως. οὐκ ἐκοιμήθη. οὔρησε πουλὺ ἀθρόον οὐκ εἰδυῖα. θ, ξυνέδωκε πάντα κωματώδης. πρὸς δείλην, σμικρὰ ἐπεῤῥίγωσεν. ἤμεσε μικρὰ, χολώδεα. ι, ῥῖγος, πυρετὸς παρωξύνθη. οὐχ ὕπνωσεν οὐδέν. πρωῒ, οὔρησε πουλὺ, ὑπόστασιν ἔχον. ἄκρεα ἀνεθερμάνθη. ια, ἤμεσεν ἰώδεα, χολώδεα. ἐπεῤῥίγωσεν οὐ μετὰ πουλύ. καὶ πάλιν, ἄκρεα ψυχρά. ἐς δείλην. ἱδρὼς. ῥῖγος. ἤμεσε πολλά. νύκτα, ἐπιπόνως. ιβ, ἤμεσε πολλὰ, μέλανα. δυσώδεα. λυγμὸς πουλύς. δίψος ἐπιπόνως. ιγ, μέλανα, δυσώδεα, πολλὰ, ἤμεσε. ῥῖγος. περὶ μέσον ἡμέρης, ἄφωνος. ιδ, αἷμα διὰ ῥινῶν, ἀπέθανε. ταύτῃ διὰ τέλεος, κοιλίη ὑγρή, φρικώδης. ἡλικίη περὶ ἔτεα ιζ.

Singularis iste exitialis morbi cum validissima natura conflictus, febrem ardentem & corruptissima succorum pernicie, sese corporis penetralia, venas & viscerum caua insinuante, ortam esse satis indicat. Quo concepto intus incendio, miserrimis semp[er] per totum morbum casibus conflictata est natura, adeò vt ne integris quidem quatuordecim diebus, quibus pugnæ copia facta e[st] vel tantillum salubritatis indicium factum sit. Quod sanè & præstantes robore vires, & magnam ætatis integritatem ægræ adfui[sse] significat, quæ assiduis hostium insultibus & calamitosa vitalitatis aggressione fusa est & fœdissimè prostrata. Plurimum aut[em] negotij in populosa casuum conscriptione mouit toties repetita extremorum refrigeratio, fœtidorum atque graueolentium vo[mi]tu refusio, tandemque, vt ne quid ad perniciem deesset, singultus accessione conuulsionis præsignificatio. Vt mihi sit verisim[ile] collecta perniciosissima succorum corruptela, primum partum laboriosè excussum fuisse, febremque ardentissimam accensam, q[uæ]

om[nia]

omnis generis sæuitiam induerit, nihilq; ad symptomatum calamitatem loci relicti fecerit, & tandem miserrimis modis exagitatam ægram in lamentabilem coniecerit exitum. Imprimis autem est memorabilis præcipueq; animaduertenda in valde præcipiti morbo cumulata symptomatum congeries, quæ haud scio an alibi vspiam conspectiores de se notas edat.

πικούσαι πρώτον] πικούσαι γὰρ τὸ πρώτον legunt exemplaria duo manu scripta eodem sensu.

πνεῦμα ἀραιὸν μέγα] Huius loci meminit Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. eumq; sic explicat vt & doloris & continuæ refrigerationis ratione, breui spiratione laborasse ægram istam indicet his verbis: μία δὲ τῶν λοιπῶν, καρδίαν ἀλγοῦσα, ... ἀλλὰ καὶ ἱδρῶτι ψυχρῷ ... [illegible] ... Quibus ex verbis (si vera est lectio) apparet Galenum hic (ἀραιὸν) non legisse, quod incontinens illa corporis æstuatio in corporis penetralibus focum continens, magnæ respirationis necessitatem conuehat, vt copiosè scribitur lib. 1. περὶ δυσπν. Sed cùm stomachi fastidium, nauseabundaq; illa atq; inquies corporis agitatio variis ex caussis ortum habeat, partimq; succorum prauitatem & morsum ostentet, quibus oppressum stomachi orificium, molestam & laboris plenam vellicationem sentit: partim etiam summam virium imbecillitatem sequatur, non est absurdum istud in paruæ spirationis genere ex doloris continuo reponi, præsertim cùm in omnibus exemplaribus non ambigua huius dictionis exprimantur vestigia. At verò potiùs istud diminutæ lectionis non leuem mihi iniicit scrupulum, quòd non solùm propter stomachi fastidium & dolorem, in paruæ & crebræ spirationis genere reponi debeat, sed quòd extinctionis virium ac magnæ imbecillitatis & refrigerationis ratione, in paruam & raram spirationem concludi queat. Quæ sunt omninò ad eam quæ à Galeno traditur difficilis respirationis doctrinam consequentia. Ideoq; æquior mihi videtur lectio si οὐ μὴν μόνον πρὸς τὸ ἀραιὸν, legas. Atque hæc alternanti potior sententia visa est. Pro πνεῦμα ἀραιὸν μέγα, quidam codices πνεῦμα ἀπλοῦν habent minùs rectè. Sunt & qui πνεῦμα ἀραιὸν cum Aldino exemplari legant.

ἵδρωσε ψυχρῷ] ἵδρωσε ψυχρᾷ habet codex vnus manu scriptus cum Asulano exemplari, eadem notione non tamen æquè vitiata phrasi.

ἀπὸ κεφαλῆς δὲ] ψυχρᾷ πολλᾷ retinent tres manu scripti codices. Regius vnus peruetustus ψυχρᾷ omittit, quam lectionem sequitur Asulanus & Caluus.

ἵδρωσε δι' ὅλου ψυχρῷ] Hic iterum ψυχρᾷ quidam habent codices & Asulanus.

ψύξις, ἄκρεα ψυχρὰ] ψύξις ἀκρέων simpliciter habent codices duo, quam lectionem secuti sunt Galeni interpretes. Corporis autem ista perfrictio ægreq; reuocatus extremorum calor incendij interni pestilentissimarumq; febrium, & ad extinctionem properantis calidi luculentissimæ sunt notæ.

ἐς πάλιν εἰς νύκτα ἐπερρίγωσεν] περιέψυξε, aut tale quid legisse videtur Caluus.

πολὺ, ἀθρόον] Multum coaceruatas congestasq; vrinas insciæ mulieri efflu xisse significat, quod erat captæ mentis indicium. Quidam πολὺ ἀθρόον distingunt. vt multùm affatimque, hoc est effusè vnicoq; impetu minxisse denotetur. Quid sit autem ἀθρόον, explicuimus in Sileno lib. 1. epid. Hic etiam pro ἐκ εἰδυῖα, codices Regij οὐκ εἰδυῖα cum Aldino habent.

πρὸς δείλην σμικρὰ ἐπερρίγωσεν] κωματώδης πρὸς δείλην, quidam distingunt. Caluus ἐπερρίγωσεν legisse non videtur, & illud σμικρὰ ad sequentia retulit.

ἤμεσε μικρὰ] πικρὰ habet codex noster manu scriptus, facili lapsu. Quam lectionem sequuntur Galen. interpretes & Caluus qui vtraque coniunxit. Non est autem absurdum in ardentissima febre, bile exassata, amarum adfuisse vomitum, qui & procedente vitio, vehementioreque incendio, virulenta, æruginosa, nigra & fœtida effudit. Nos tamen in tam plausibili lectione nihil immutauimus.

ὑπόστασιν ἴσχεν] ὑπόστασιν οὐκ ἴσχεν, habent duo codices peruetusti manu scripti, eamque lectionem secutus sum cum Caluo & Galeni interpretibus. Etsi nanque damnosi generis sedimentum esse potuit, quia tamen non expressum est, æquius sanè fuerit in tanta morbi sæuitia & cruditate etiam pessum eunte natura, nullam visam fuisse hypostasin. Ex quibus tum morbi tum etiam vrinæ cruditatem rectè suspicari licet.

ἤμεσεν ἰώδεα] Exassata flaua bile cùm virulentæ istæ vomitiones refundantur, mirum est codicem vnum Regium οὔρησεν, non ἤμεσεν legisse.

ἱδρῶς] ἱδρὼς ψυχρὸς legit Caluus & Hermannus Cruserius, quod toties celebrata refrigeratio in præcipiti ægram ponat. Hìc verò egregiè celebratum est ῥῖγος ἀνεκθερμαντον passim ab Hippocr. damnatum & quod in Cois præsagiis scriptum est ῥῖγος ἐν συνεχίᾳ τοῦ σώματος ἀδύνατον ἤδη ἐόντος, θανάσιμον.

δυσώδεα] In grauissimis est malis graueolens vomitus extremamq; succorum corruptelam denotat. Quæ cum ex vehemente incendio orta sit, inflammationis contagione facilè ventriculum afficit singultumq; conuulsionis rudimentum inuexit. Quin & adeo grauiter ore ventriculi affecto cerebrum ipsum in affectionem trahi potuit, insaniæq; non leuis præsignificatio adferri. ἐπὶ ἐμέτῳ λύγξ κακὸν, scribit Hippocrates placito 3. lib. 7.

πολλὰ ἤμεσε] πολλὰ in vno manu scripto codice tacetur, quam lectionem secutus est Hermannus Cruserius.

ἰδ. αἷμα διὰ ῥινῶν] Subsistens ista & intempestiua sanguinis eruptio magnum & ineuitabilem morbum leuare non potuit, eáque potius extrema naturæ commotione quàm vllo impetu facta est. Huius porrò loci meminit Galen. lib. 2. de dieb. decret. vbi contendit in dieb. criticis qui à decimo septimo ordinem ducunt, quibusdam salutem procuratam, plurimis etiam intentatam fuisse mortem. Qui locus cùm mendosè nostris in codicibus legatur, hoc modo mihi adducendus est, καὶ γὰρ οὖν καὶ τὴν δεύτερον ἀπὸ τῆς κατάστασεως ἀρρωστον, ... [illegible] ... ἰσοδυναμεῖς.

ἀλλὰ περὶ ἑπτὰ ιζ.] Additur in fine κακῶς à Galen. quod retinuit codex noster Germanicus, causamq; habet superioribus morborum denunciationibus similem.

DE NOTIS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

Morbi istius acuti dignotio cùm ex affectionum explicatione & recensione extremóq; addita ægritudinis fama, facilè cuiuis se in conspectum dedat, quis ad eam rem eruendam characteres vllos requirat? Quæ profectò vel sola satis idonea caussa est eleuandæ notarum istarum adscititiarum autoritatis. Atque vt in plurimis superioribus ægris, sola codicum manu scriptorum autoritate, nulla verò Galeni fide nituntur, ita in satis explicata ægræ istius dispensatione, & febris ardentis progressu, non parum suspectam faciunt notarum fidem, quæ nil nisi absurdas rerum notiones eruere possint. Quas enim codices nostri hoc modo adscriptas habent Π. Δ. Δ. Ι. Δ. Ο. Δ. Ι. Θ. quis in rerum consecutione veras existimet? Quibus etsi est facile sensum aliquem affingere, in his tamen nullam esse seriam collocandam operam existimo, quod & cæterorum characterum non omninò naturam retineant, & verò morbi progressionem non satis fideliter imitentur. Quæ sanè peruersitas ad eas quæ postea sequentur notas latè peruagata, à nobis æquiore censura animaduertenda est.

ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

Κατάστασις λοιμώδης.

Ἔτος, νότιον ἐπομβρον. ἄπνοια διὰ τέλεος. αὐχμῶν δὲ γενομένων, τῷ προτέρῳ ἔτει ἐν τοῖσιν ἐνιαυτοῖσι. ἐν νοτίοισι, περὶ ἀρκτοῦρον, ὕδατα πολλά.

SECTIO TERTIA.

Status Pestilens.

Annus Austrinus, imbribus abundans, atq; in totum à ventis tranquillus fuit. Quum autem paulò superioribus anni téporibus, iusto maiores siccitates viguissent, sub Arcturum, spirantibus austris, multùm pluit,

Autumnus obscurus, nebulosus, cum aquarum abundantia, hyems austrina, humida & leuis. Longo verò post Solis conuersionem interuallo, iuxta æquinoctium, extremæ hyemis frigora adfuerunt, iamq; sub Æquinoctium ipsum Aquilonares venti cum niuibus non ita diu spirauere. Ver rursus austrinum, à flatibus quietum aquæ multæ & continentes ad canem vsq;. Æstas serena, calida, æstus præfocantes magni. Anniuersarij venti (etesias vocant) pauci disiunctim spirauere. Sub arcturum rursus spirantibus aquilonibus, aquæ multæ. Existente igitur anno austrino, humido & leni, hyeme quidem salubriter agebant, præter tabidos, de quibus mox scribetur.

A

φθινόπωρον, σκιώδες, ἐπινέφελον, ὕδατα πλῆθει. χειμὼν νότιος, ὑγρὸς, μαλακός. μετὰ δὲ ἡλίου τροπὰς, ὕστερον πολλῷ πλησίον ἰσημερίης, ὀπισθοχειμῶνες. καὶ ἤδη περὶ ἰσημερίην, βόρεια, χιονώδεα, οὐ πολὺν χρόνον. ἦρ πάλιν νότιον ἄπνοον. ὕδατα πολλὰ διὰ τέλεος μέχρι κυνός. θέρος, αἴθριον, θερμόν. πνίγεα μεγάλα. ἐτησίαι γε σμικρὰ διεσπασμένως ἔπνευσαν. πάλιν δὲ περὶ ἀρκτοῦρον ἐν βορείοισιν ὕδατα πολλά. γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος νοτίου, καὶ ὑγροῦ, καὶ μαλθακοῦ, κατὰ μὲν τὸν χειμῶνα, διῆγον ὑγιηρῶς, πλὴν τῶν φθινωδέων, περὶ ὧν γεγράψεται.

B

Conditionem anni pestilentem insignem valdeque populariter vulgatam, ex aëris statu austrino, calido humido, nubiloso & caliginoso describit Hippocrates, quæ ex causarum continuatione, magnitudine & diuturnitate numerosam adduxit putredinum sobolem. Qua in re cum qualitatum sola intentione à pestilenti conditione lib. 2. epid. proposita dissentiat, in eadem tamen paritatis causa, morborum vulgarium scopum quàm proximè attingit, estque sua pernicie tam commendabilis, vt tantam habeat nominis celebritatem quanta haud scio in tota morborum popularium vulgatione an contigit nemini. Etenim cùm cæteras omnes superioribus libris vulgatas aëris conditiones, loci aut regionis alicuius definitione circunscriberet Hippocrates, ista causarum amplitudine & communitate ad omnes latissimè peruagata, vniuersitatis respectum habet, nec certo aliquo orbis situ concluditur, sed famam terminat astris, ac (vt verè dicam) ad pestilentes omnes conditiones magnum habet instar. Præcipuè verò notabilem continet morborum ex putredine recensionem, quæ cùm sit istius conditionis summa, vt scribit Gal. lib. de different. feb. 1. & τῶν ἐπιμβρείων, primarumque istarum naturarum toto anno dominantium certissima soboles, sola miseria pœnitendas calamitates inuexit. In quibus sunt conspicuæ ex capite destillationes, partium mutilationes corpus fœdantes, insignes etiam loci febrium ardentium toto suo genere diffidentium, luculenta tabidorum explicatio, & varia abscessuum per totum corpus refusio. Quorum omnium tam plena à Galeno instituitur cognitio, vt in tam celebri tempestatis pestilentis decursu, leuiorem nostram operam non ingratè futuram speremus. Quæ quia non parum causarum communicatione cum ea quæ initio lib. 2. epid. descripta est consentit; vtriusque communionem & dissidium illic aperuimus nomenque asseruimus. Quo certè clarior ista visa est, quod & causarum vniuersitate, & temporis diuturnitate, ampliorem prauitatis opinionem consecuta est. Cuius cùm crebra sit apud Galenum passim memoria, præcipuè tamen celebratur lib. de Temp. 1. Commen. 1. in lib. 1. epid. lib. 1. de differen. feb. Comm. in aphorism. 21. lib. 3. & lib. 2. περὶ δυσπν. Quoniam autem ex aëris temperie, quæ est valde vulgaris communium morborum causa, ac vt scribit † Hippocrates, τὸ κοινότατον, ortum duxit tempestas ista pestilens, nil mirum videri debet, si inter communes morbos, quos πανδήμους nominant, quorum de genere pestis est, locum accipit, quòd populabunda sua contagione communiter omnes afficiat, nec in stati alicuius loci aut regionis limitibus consistat. Vt inde quoque non temerè proposita καταστάσεως λοιμώδους præscriptio, vniuersitatis notionem continens, videatur, licet paululùm Galeno suspecta sit, nec æquè gratum ex omnibus exemplaribus habeat agnominationis auspicium.

C

D

† *Lib. περὶ φύσιος ἀνθρώπου.*

ἐπιμβρον] ἐπιμβρεία est pluuiarum abundantia, ὅταν συνεχέες ὦσι βροχαὶ καὶ ἐπάλληλοι, familiari † Hippocr. vsurpatione, vt νοσήματα δ' ἐν τῇσιν ἐπιμβρείῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται, &c. Cui αὐχμὸς opponitur vt ex aphorismis patet. * ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος καὶ εὔδιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον. Rursusq; " ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον. Et ** τῶν δὲ καταστάσεων τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸ μὲν ὅλον, αἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρειῶν ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον θανατώδεες. Et, "" ἢν τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται. τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον. Eam autem repugnantiam insignis †† Aretæi locus satis aperit cùm scribit de febre ardente. ἢν δὲ ἐς ἄκρον ξηρότητος καὶ θερμασίης ἥκῃ ἡ φύσις, τὸ μὲν θερμὸν ἐς ψυχρὸν, ὁ δὲ αὐχμὸς ἐς ἐπομβρίην τρέπεται. αἱ γὰρ τῶν φύσιων ἐς τὸ ἔσχατον ἐπιτάσιες, ἐς τὴν ἐναντίην μεταβάλλουσι ῥύσιν. Quam etiam oppositionem valde celebrat Aristoteles Quæstio. Natural. Section. prima. Hunc porrò locum adducit Galenus lib. 1. Temp.

E

† *Aph. 16. lib. 3.* * *Aph. 12. lib. 3.* " *Aph. 11. lib. 3.* ** *Aph. 15. lib. 3.* "" *Aph. 13. lib. 3.*
†† *Cap. 4. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ.*

ἄπνοια διὰ τέλεος] ἄπνοιαν, τὸ νήνεμον interpretatur Galenus, quod à ventis cessationem & quietem significat, ac tranquillam tempestatem & minimè perflatam, ἠρεμίαν τε καὶ νηνεμίαν ἔχουσαν indicat. Quo autem sensu διὰ τέλεος istud sumendum sit, ex Galeni verbis lib. 2. περὶ δυσπν. haurias licet: καὶ ὅτι γε αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτῃ συνήθης ἐστι τὸ τοιοῦτον, ἐκ τε τῶν ἄλλων ἐστι ἐκλέξαι βιβλίων, κἀξ αὐτῆς τῆς τρίτης τῶν ἐπιδημιῶν, ἐν ᾧ καὶ ἤδη ἐρρώσθαι γεγράφθαι. τὴν γὰρ λοιμώδη κατάστασιν ἐκδιηγούμενος ὧδέ πως ἤρξατο. ἔτος νότιον, ἐπόμβρον, ἄπνοια διὰ τέλεος. καὶ τὸ βραχὺ προελθὼν φησιν. ἐτησίαι σμικρὰ διεσπασμένα ἐπνευσεν. ἀλλὰ δὲ αὐτό τοῦτ' ἄπνουν ἐπὶ τὸ ἔτος, ὅτι μὴ ἄλλοι τινὲς ἄνεμοι, μηδ' οἱ ἐτήσιοι καθ' ὥραν συνεχῶς τε καὶ ἀξιολόγως ἔπνευσαν, ἀλλὰ μικρά τε καὶ διεσπασμένως. Quibus ex verbis, τὸ διὰ τέλεος, τὸ διὰ παντὸς indicare, istamq; tranquillitatis vniuersitatem momentanea ventorum accidentia non posse obscurari constat.

ἐν ἐνιαυτῷ] Illud ἐν ἐνιαυτῷ ad τοὺς ὑπὸ προσθεν χρόνους, facta superioris anni relatione refertur, vt satis patet ex Galeni Commentario, ex quo ἐν ἐνιαυτῷ penè redundare intelligas, non plus inde assecuta interpretatione quàm si taceatur, quod illic fecit Galenus: ἐν νοτί... σι verò, exemplaria quædam manu scripta ad prioris anni tempestatem reducunt, superiorique sententiæ iungunt, quod etiam fecit Caluus Aldinum codicem secutus. Malui tamen sequentibus adiungere, optimorum codicum fide fretus Galeniq; sententia, quæ præter quàm quòd sequentibus iungit, priorem etiam annum sola siccitate à naturali statu defecisse scribit.

F

φθινόπωρον σκιώδες] σκιώδες obscurum & caliginosum cœlum intelligimus, cùm aquarum abundantia nubes densantur & nigrescunt, quod ζοφῶδες dicitur. Sic *nigrantem commista grandine nimbum*, dixit * Virg.
* *Æneid. 4.*

G

ὀπισθοχειμῶνες] Extremæ hyemis frigora viguisse prope æquinoctium significat. Id enim dictio ista indicat (vt scripsimus lib. 1. epid.) longè enixiùs quàm præposteras tempestates, quod vertit Caluus, ad particularem istam status repugnantiam mentem & consilium adhibens.

θέρος αἴθριον] Istud superioris sententiæ extremo iungit Caluus, & ἄχρι κυνὸς θέρος αἴθριον legit.

πνίγεα μεγάλα] τὸ πνῖγος pleniorem æstum & præfocantem significat, qualis æstate minimè perflata & anxietatem corporibus inducente plærunque accidit. Qua dictione vtitur Arist. Quæst. Nat. Sect. 1. * æstatem morbosam, quæ ver pluuium & austrinum præcedente hyeme aquilonia sequitur, indicans. Scribit nanque ἐν τε γὰρ ἀέρι πνίγη γίνεται. θερμαινομένων τοῦ ἀέρος διὰ ταχέος, καὶ ἐν τοῖς σώμασιν ὡς αὕτως πνίγη καὶ καύματα. Quam aëris conditionem vitio vertens † Galenus in Aphorismis, eandem vsurpauit dictionem. εἰ δ' ὅλον τὸ ἔαρ ὑγρὸν γένηται, πρὸς τὴν ἐναντίαν ἀχθήσεται τὸ σῶμα κατάστασιν, τοῦ ἐμπροσθεν ὑπαρχούσης αὐτῷ τοῦ ξηρᾶς ὑπὸ τῶν νῦν... ἐν τῷ μέσῳ συμμετρίας. ὥστ' ἐπιεικῶς αὐτὸ πρὸς βλάβας διαδέξεται τὸ θέρος, ἔτι τε γῆς ὑγρᾶς οὔσης, καὶ διὰ τοῦτο πνῖγος ἐργαζομένης, ἅτε μήτε τῶν ἐτησίων ἤδη πνεῖν δυναμένων. Quinetiam Plato lib. de leg. πνίγους ὄντος dixit quod Cic. lib. 1. de leg. die æstiuo vertit.

H

* *Quæst. 8.* † *Com. in aph. 11. lib. 3.*

ἐτησίαι γε σμικρὰ] Codex noster ἐτησίαι σμικραὶ habet, quam lectionem sequitur Gal. in Comm.

γενομένου... τοῦ ἔτεος] Partibus anni sigillatim explicatis, hanc veluti summam rerum facit, integram anni conditionem humidam & austrinam fuisse in vnum colligens. Sic enim κατάστασιν ὅλην interpretatur Galenus, & codices duo manu scripti ἔτεος ὅλου habent, quemadmodum legit Galenus libro primo Temp. hunc locum adducens, ἐπ' αὐθις τὸν σύμπαντα λόγον εἰς ἓν ἐπὶ τέλει κεφάλαιον ἀγαγὼν

A ἀγαγὼν οὕτως. γενομένου δὲ τοῦ ἦρος ἔλυ, φησί, νοτίου καὶ ὑγροῦ καὶ μαλακοῦ, τὰ δὲ καὶ τὰ δὲ συνέπιπτεν. μαλθακὸν autem [illegible] dicitur, vbi tempestas calida & caliginosa à ventis cessationem habet nihilque turbulenti aut asperi molitur non [illegible] paulò prius χειμῶνα μαλακὸν, hyemem lenem, non asperam intelligit, qualis est *Dum pelago [illegible] hyems [illegible]*. [illegible] autem aëris statum putredini pestilentiæq; valde opportunum his verbis aperit Galenus lib. 1.* de [illegible] ἀερ κράσις δυσχερὴς ἐκταραττῇ τὸ κατὰ φύσιν εἰς ὑγρότητα τε καὶ θερμότητα, λοιμώδη μὲν ἀνάγκη, [illegible] συμπληρωμένης ὑγρότητος περιττῆς, ὡς ἐστι γε συμμέτροις τε πόνοις καὶ βίῳ κακοσμημένῳ χρῆται. τὸ [illegible] διαθέσεις. * Cap. 6.

Πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος ἅμα τοῖσι γενομένοισι ψύχεσιν, ἐρυσιπέλατα πολλά, τοῖσι καὶ μετὰ προφάσιος, τοῖσι δ' οὔ. B κακοήθεα. πολλοὺς ἔκτειναν. πολλοὶ φάρυγγας ἐπόνησαν. φωναὶ κακούμεναι. καῦσοι φρενιτικοί. στόματα ἀφθώδεα. αἰδοίοις φύματα. ὀφθαλμίαι. ἄνθρακες. κοιλίαι ταραχώδεες. ἀπόσιτοι. διψώδεες, οἱ μὲν, οἱ δ' οὔ. οὖρα ταραχώδεα, πολλά, κακά. κωματώδεες, τὸ πουλὺ καὶ πάλιν ἄγρυπνοι. ἀκρισίαι πολλαί. δύσκριτα. ὕδρωπες. C φθινώδεες πολλοί. τὰ μὲν ἐπιδημήσαντα νοσήματα, ταῦτα. ἑκάστου δὲ τῶν προγεγραμμένων εἰδέων ἦσαν οἱ κάμνοντες. καὶ ἔθνησκον πολλοί. ξυνέπιπτε δ' ἐφ' ἑκάστοισι τουτέων ὧδε. πολλοῖσι μὲν τὸ ἐρυσίπελας μετὰ προφάσιος ἐπὶ τοῖσι τυχοῦσι, καὶ πάνυ ἐπὶ σμικροῖσι τρωματίοισιν, ἐφ' ὅλῳ τῷ σώματι. μάλιστα δὲ, τοῖσι περὶ ἑξήκοντα ἔτεα, περὶ κεφαλὴν, εἰ καὶ σμικρὸν ἀμεληθείη. πολλοῖσι δὲ καὶ ἐν D θεραπείῃ ἐοῦσι, μεγάλαι φλεγμοναὶ ἐγίνοντο. καὶ τὸ ἐρυσίπελας, πολὺ, ταχὺ πάντοθεν ἐπενέμετο. τοῖσιν μὲν οὖν πλείστοισιν αὐτῶν ἀποστάσιες ἐς ἐμπυήματα συνέπιπτον. σαρκῶν, καὶ νεύρων, καὶ ὀστέων ἐκπτώσιες μεγάλαι. ἦν δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα τὸ ξυνιστάμενον οὐ πύῳ ἴκελον, ἀλλὰ σηπεδών τις ἄλλη, καὶ ῥεῦμα πολὺ καὶ ποικίλον, οἷσι μὲν οὖν περὶ κεφαλὴν τούτων τι ξυμπίπτοι γίνεσθαι, μαδήσιές τε ὅλης τῆς κεφαλῆς ἐγίνοντο, καὶ τοῦ γενείου. καὶ ὀστέ- E ων ψιλώματα καὶ ἐκπτώσιες. καὶ πολλὰ ῥεύματα. ἐν πυρετοῖσί τε ταῦτα, καὶ ἄνευ πυρετῶν. ἦν δὲ ταῦτα φοβερώτερα ἢ κακίω. οἷσι γὰρ ἐς ἐμπύημα ἤ τι τοιούτων ἀφίκοιτο πεπασμός, οἱ πλεῖστοι τούτων ἐσώζοντο. οἷσι δὲ ἡ μὲν φλεγμονὴ καὶ τὸ ἐρυσίπελας ἀπέλθοι, τοιαύτην δὲ ἀπόστασιν μηδεμίαν ποιήσαιτο, τούτων ἀπώλλυντο πολλοί. ὁμοίως δὲ καὶ ὅπη ἄλλῃ τοῦ σώματος πλανηθείη, ξυνέ- F πιπτε ταῦτα. πολλοῖσι μὲν γὰρ βραχίων, καὶ πῆχυς ὅλος περιερρύη. οἷσι δ' ἐπὶ τὰ πλευρὰ ταῦτα ἐκακοῦτο ἢ τῶν ἔμπροσθεν τι ἢ τῶν ὄπισθεν. οἷσι δὲ ὅλος ὁ μηρὸς, ἢ τὰ περὶ κνήμην ἐψιλοῦτο, καὶ πούς ὅλος. ἦν δὲ πάντων χαλεπώτατον τῶν τοιούτων, ὅτε περὶ ἥβην καὶ αἰδοῖα γενοίατο. καὶ τὰ μὲν περὶ ἕλκεα καὶ μετὰ προφάσιος τοιαῦτα. πολ- G λοῖσι δὲ ἐν πυρετοῖσι καὶ πρὸ πυρετοῦ, καὶ ἐπὶ πυρετοῖσι ξυνέπιπτεν. ἦν δὲ καὶ τούτων ὅσα μὲν ἀπόστασιν ποιήσαιτο διὰ τοῦ ἐκπυῆσαι, ἢ κατὰ κοιλίην ταραχή τις ἐπιγένοιτο, ἢ χρηστῶν οὔρων διάδοσις γένοιτο, διὰ τούτων λελύσθαι. οἷσι δὲ μηδὲν τούτων ξυμπίπτοι, ἀσήμως δὲ ἀφανιζομένων, θανατώδεα γίνεσθαι. πολὺ μὲν οὖν τοῖσι πλείστοισι ξυνέπιπτε τὰ περὶ τὸ ἐρυσίπελας τοῦ ἦρος. H παρείπετο δὲ καὶ διὰ τοῦ θέρεος, καὶ ὑπὸ φθινόπωρον. πολλὴ δὲ ταραχή τισι καὶ τὰ περὶ τὴν φάρυγγα φύματα. καὶ φλεγμοναὶ γλώσσης. καὶ τὰ παρ' ὀδόντας ἀποστήματα. φωναί τε πολλοῖσιν ἐπεσημαίνοντο. κακούμεναι καὶ κατιλλόμεναι, πρῶτον μὲν φθινώδεσιν ἀρχομένοισιν, ἀτὰρ καὶ τοῖσι καυσώδεσι, καὶ τοῖσι φρενιτικοῖσιν.

Ante ver autem vna cum frigoribus consecutis ignes sacri plurimi, partim quidem aliqua de causa, partim quidem sine ea contingebant, atq; hi maligni quidem multos sustulerunt. Multi ex faucibus laborabant, voces vitiatæ erant, febres ardentes vna cum phrenitide, serpentia oris vlcera, pudendorum tubercula, lippitudines, carbunculi. Alui perturbatæ, cibos auersabantur, & hi quidem partim siticulosi, partim sine siti erant. Vrinæ turbulentæ, multæ, malæ reddebantur. Sopore vt plurimùm detinebantur, rursusq; peruigiles. Morborum solutiones prorsus nullæ partimq; difficiles, aquæ inter cutem, tabidi multi. Atq; hi quidem morbi populariter vulgabantur. Ex enumeratorum autem generum vnoquoq; laborabāt multi & moriebantur plurimi, eorumq; singulis hunc in modum accidit. Multis certè ignis sacri occasio ex contemnendis valdeq; paruis vlcusculis toto corpore oblata est, præcipuè verò sexagenariis circum caput, vel si quid paululum negligeretur. Nonnullis autem, etiam inter curationes ipsas, magnæ inflammationes contingebant, multusq; ignis sacer celeriter vbiq; populabatur. Horum igitur plurimis abscessus ad suppurationes vertebant, carniumq; & ossium ac neruorum ex decidentia mutilationes magnæ fiebant. Neq; verò contracta fluxio puri erat affinis, sed aliud quoddam putredinis & fluxionis multæ ac variæ genus. Quibus itaque circa caput huiusmodi aliquid contigit, totius capitis & menti glabrationes, ossiumq; denudationes & prolapsus acciderunt, multæq; fluxiones fiebant, istaq; partim in febribus, partim sine his aderant. Atq; hæc terrorem potiùs quàm periculū denunciabant. Quibus nanq; talium maturatione res ad suppurationē deuenit, eorum plærique superstites euadebant. At verò quos inflammatio quidem sacerq; ignis reliquerat, nullumq; huiusmodi abscessum creauerat, ij frequētes periere. Similiter quoque & quacunq; corporis parte oberrarunt, ista contigerunt. Multis siquidem brachium ac cubitus totus defluebat. Nonnullis verò ista latera malè vexabant, aut anteriorum aut posteriorum aliquid. Est vbi etiam fœmur integrum, aut tibia, aut pes totus denudabantur. Horum autem omnium grauissimè vrgebant quæ circum pubem pudendaq; contingebant. Atque ea quidem fuit eorum quæ cum vlcere aut occasione aliqua externa contigerunt conditio. Multis autem vna cum febribus ipsis, aut ante febrem, atque etiam post febres ipsas inciderunt. Illud verò ipsis inerat, vt quæcunq; per suppurationem abscederent, si vel insignis aliqua alui perturbatio, aut probarum vrinarum transmissio extitisset, per ea ipsa solutio procederet: sin quibusdam nihil horum contigisset, temereq; & sine vlla solutionis significatione euanescerent, ea mortem inferebant. Longè igitur plurimos sacer ignis vere appetiuit, qui & per æstatem & sub autumnum consequebatur. Magna verò perturbatio quibusdam inerat, & ad fauces tubercula, linguæque inflammationes, & quæ secundum dentes abscederent. Multisq; vocis vitiatæ & præpeditæ facta est significatio, potissimè quidem his qui tabescere cœpissent, atq; etiam febre ardente detentis & phreniticis.

περὶ δὲ τὸ ἦρ] Codices vetustissimi manu scripti περὶ habent, quos secuti sumus cum omnibus ... περὶ tamen de prima veris parte capi potest, quæ extremæ hyemis frigora vt plurimùm sentit. A

πολλοὺς ἐκτείνει] πολλοὺς μὲν ἔκτεινε habet codex Regius vnus.

στόματα ἀφθώδεα] ἄφθαι dicuntur Celso † serpentia oris vlcera. Plinius manantia oris vlcera aut tetra, modò etiam infantum in ore vlcera, modò quoq; aphthas vocat. Quorum ortum cùm hic Galenus & alias abunde * explicet, nunc certè fiunt biliosi & maligni succi influxu, quales sunt † † στομάτων ἑλκώσεις. † *Lib.2.cap.1.* * *Aph.24.l.3.*

† † *Aph.21.lib.3.*

αἰδοίοις φύματα] φύματα † Celsus tubercula, quandoque etiam orientia tubercula vocat. * Plinius aliquando Dioscoridis φύματα, liberaliori audacia panos vertit. Sunt autem putrescentium succorum soboles & spontè nascentes inflammationes statimque in fastigium erumpentes, quales describit Gal. ex aphorism. 26. lib. 3. his verbis: λέγονται δ' ἐξαιρέτως ἔνια φύματα φλεγμοναί τινες αὐτόματοι, τάχιστα μὲν γεννώμεναι, τάχιστα δ' εἰς ὀξὺ καὶ ὑψηλὸν αἰρόμεναι, τάχιστα δὲ καὶ ἐκπυϊσκόμεναι· καὶ πλείστη γε καὶ ἡ τούτων γένεσις ἐστὶν ἐν βουβῶσι καὶ μασχάλῃ, ὅπου καὶ ἀδένες ἐν ᾧ πολλοὶ φύσιν ἔχοντες ἑς ἑαυτοὺς ἑτοίμως δέχεσθαι τὰ περιττά. B

† *Cap.18.lib.5.& 6.* * *Cap.13.lib.20.& 24.*

ὀφθαλμίαι] Post ophthalmias febres ardentes addit Caluus, vt legisse videatur, ὀφθαλμίαι, καῦσοι, ἄνθρακες. Cuius lectionis ne vlla quidem signa in cæteris codicibus apparent.

κωματώδεες ἐπὶ πολὺ] κωματώδεες ἐπὶ πολλοῖσι habet codex scriptus vnus cum Asulano. Quidam etiam ἐπὶ πολὺ καὶ πάλιν ἄγρυπνοι iungunt. Huius autem loci meminit Gal. libello περὶ κώματος.

ἀκρασίαι πολλαὶ] Codices vetustissimi duo ἀκρισίαι legunt, quos secuti sumus cum interpretibus omnibus præter Caluum, in quam opinionem discessionem facere videtur Galenus in Commentario, dum scribit ob insignem succorum prauitatem, nullam interdum aut certè vitiosam procurari iudicationem. Quod de morbis lethalibus exprimit lib. 3. περὶ κρίσεων, in quibus ob vitij malignitatem sopiti naturæ impetus, nullam aut certè intempestiuam iudicationem mouent. ἀκρασία autem impotentiam aut intemperantiam significat, quam hîc vocem secutus est Caluus. C

φθινώδεες πολλοὶ] In calida & humida anni temperie quæ plurimùm caput grauat, promptæ sunt ad demissas partes fluxiones, ex quarum genere quæ in pulmones decumbunt tabes gignunt, quod etiam his verbis indicat * Gal. αἱ γὰρ φθινώδεις νόσοι δύο ταύτας ἔχουσι τὰς καταστάσεις, τὴν τε ἄκρως ψυχρὰν, καθ' ἣν καὶ ῥήγνυνταί τι τῶν ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις ἀγγείων τινὰ, καὶ τὴν μεθ' ὑγρότητος θερμὴν, καθ' ἣν ἡ κεφαλὴ πληρουμένη, καταπέμπει τῷ πνεύμονι ῥεύματα.

* *Com. in aph.16.l.3.*

πολλοῖσι δὲ καὶ ἐν θηρσὶν ...] ἐν θηρσὶν legunt codices quidam cum Aldino, eadem profectò notione. Gal. in Comment. ἐν θερμαῖς agnoscit.

καὶ τὰ ἐρυσίπελας πολὺ] Duo codices vetustissimi πολὺ ταχὺ iungunt, quod agnoscunt Galeni interpretes & Caluus.

ἐκπτώσιες μεγάλαι] Partium ex insigni putredine & corruptela excisiones & prolapsus vulgari nomine ἐκπτώσιας vocat, quando exhausta membrorum soliditate & vitiatis compagibus, frustratim partes decidunt, fœdasque mutilationes faciunt, quod in miserabili luis Venereæ calamitate, dum altè vitium hæret, conspicitur. Atque hinc etiam apparet Hippocratis simplicem & apertam esse doctrinam, cumq; plebeiis vocibus sæpè vti esse solitum, quod passim est à Galeno subnotatum. Sic autem legit Galenus lib. 1. Temp. vbi καὶ ἄρθρων addit. Codices quidam ἐκπτώματα μεγάλα habent, ex eodem fonte. D

ἦν δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα τι ξυνιστάμενον] Huius etiam loci meminit Gal. lib. 1. Temp.

μαδήσιες τε ὅλης τῆς κεφαλῆς] Peruagata errabundaque ad omnes corporis partes humorum malignitate, ex insigni putredine partium decisiones ossiumque denudationes contingebant, fluxionum prauitate & acrimonia, membrorum habitum & statum corrumpente. Quæ cùm in capite coaceruata esset, pilorumque radicationem vitiasset, totius capitis & menti depilationem fecit. Cuius effigies in luis Venereæ contagione ex magna humorum corruptela visitur, in qua iam affecto præcipuè cerebro, pilorum nutricatio deficit, caputq; totum supercilia & mentum glabrescunt. Hîc autem ἐκπτώσιας priore significatione extulit, ossium partiumque integrarum collapsus exprimens, pro quibus κοπώματα quidam codices vitiosè habent, cùm ἐκπτώματα vt priùs legere debuerint. E

ὁ τῶν τοιούτων ἀφίκοιτο πλατυσμὸς] Significat eos quibus fluxio in corporis planitiem delata, maturatione ad suppurationem deuenisset, effusa per huiusmodi emissaria impuritate, superstites euasisse, idque naturali quodam impetu abscessuumq; procuratione. Codices manu scripti quidam πλασμὸς pro πλατυσμὸς habent, quo occupatam fluxione latitudinem aut rerum speciem ostendunt. Quidam etiam εἰς ἐμπυήματα legunt.

οἷσι δὲ ἦν μὲν φλεγμονὴ] Periculosus erat intrò humorum iste recursus, quod occupatis præcipuis visceribus vitalitatem labefactarent, excitatisq; febribus acutis plurimos è medio tollerent. Quod satis indicauit Galen. in Commentario, etsi mendum est in omnibus codicibus. Sic enim legendum mihi videtur: κακὸν γὰρ ἦν ἐφ' ὧν ἀπέστη εἰς βάθος ὁ τὸ ἐρυσίπελας ἐργαζόμενος χυμὸς, ἐπειδὴ πρὸς τὰ σπλάγχνα, καὶ πρὸς τὰ κύρια μέρη χωρεῖν, ἅμα τοῖς ἄλλοις συμπτώμασι, καὶ πυρετοὺς ὀξεῖς ἐπήνεγκε. F

ὁμοίως δὲ] Codices quidam, καὶ εἰ τις ἄλλη τοῦ σώματος πλαγίη simpliciter legunt, quos secuti sunt Galeni interpretes.

περιεῤῥύη] Hoc est circumquaque fluxione appetita deciderunt. Atque hunc locum Galen. adducit lib. 1. de Temp. vbi ἀπεῤῥύη legitur, quam lectionem secutus videtur in Comm. Galen. cùm scribit, μικροῦ μὲν γὰρ ὁ βραχίονος, ὁ κνήμας, ὁ πήχεως ἀποῤῥυεῖν δέρμα. Partium autem integrarum mutilationes extitisse non est mirum. Quod & Thucydides in nobilissima illa pestilentia accidisse scribit: καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων περιγένοιτο, τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμαινε. κατέσκηπτε γὰρ καὶ ἐς αἰδοῖα, καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ πολλοὶ στερισκόμενοι τούτων διέφευγον. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν. Quod eleganter sic expressit Lucretius lib. 6.

Profluuium porrò qui tetri sanguinis acre
Exierat, tamen in neruos huic morbus, & artus
Ibat, & in partes genitales corporis ipsas.
Et grauiter partim metuentes limina leti
Viuebant, ferro priuati parte virili:
Et manibus sine nonnulli pedibusq; manebant
In vita tamen, & perdebant lumina partim. G

Hunc autem locum Auerrhois celebrat Collect. lib. 3. cap. 1. & lib. 4. cap. 14.

τὰ περικνήμια] τὰ περὶ κνήμην leg. codices duo manu scripti & ἀπεψιλοῦτο, quod etiam facit Gal. lib. Temp.

ἦν δὲ πάντων χαλεπώτατον] Codices quidam habent, ἦν δὲ πάντων χαλεπώτατον τοιοῦτον ὅτε περὶ ἥβην καὶ αἰδοῖα γένοιτο.

καὶ μὴ προφάσιος] Istud omisit Caluus. Id nos sumus interpretati de ignibus sacris qui cum vlcere aut externa aliqua causa contingebant cum Galeno, non de vlceribus ipsis.

ἦν δὲ καὶ τούτων] Hîc criticarum motionum absolutiones optimè comprehendit, & ἀποστάσεις κατ' ἀπόθεσιν ἢ κατ' ἔκρουν enixè exprimit. Codex verò vnus Regius, διὰ τὸ ἐκκινήματος, pro διὰ τῶν ἐκπυήσιος habet. H

οἷσι δὲ] Suspecta est criseos defectio ex ea malorum alleuatione quæ temerè fit nulloq; ex merito, hoc est sine vlla solutionis præsignificatione, quam variis decretis in sua doctrina damnat Hippocrates, vt alibi scripsimus. Atque huc non immeritò pertinet, quod eam in rem ab eo scriptum est † lib. 2. epid. ὅπῃ δὲ ἀσήμως ἀφανίζεται, δείκνυται.

† *Sect.2.*

παρέπεπτο δὲ] Codex noster Germanicus παρείμενο habet, quam lectionem ex Galeno sumptam arbitror. Sic enim τὸ παρέπεπτο interpretatur. Quem sensum omnes ferè secuti sunt interpretes.

πολλὴ δὲ ταραχὴ τοῖσι] Ambiguum est quonam ταραχὴ referatur, an partis alicuius aut totius perturbatio per se intelligatur, quod æquum omninò videtur, an verò sequentibus connexum effectionum magnitudinem plurimum afficiat, quo sensu sumpsisse videtur Caluus. Codex vnus Regius, πολλὴ δὲ ταραχή τις ἦν legit.

φωναὶ

φωναὶ τε πολλοῖσιν ἐπτωκυῖαι] Magna hîc inest varietas. Interpretes ferè omnes, vt æquum est in re ambigua Galenum secuti, κατειλῦσαι aut κατειλυμέναι, ὥσπερ κατειλισσόμεναι, ὁ συνειλυμένον, ὁ δεδεμέναι, explicant, quod voces inuolutas, implicatas, intortas, [illegible] coactas, conclusas aut vinctas & præpeditas significat. Quæ sanè plausibilior est notio. Exemplarium tamen nostrorum [illegible] inclinatio ad κατηλλαγμέναι, quo distortas & peruersas fuisse voces indicant. Quod etsi non satis propriè vocibus attribu[illegible] magna tamen est veterum in hac dictione Hippocratica retinenda consensio, vt & insolens vtrobique videri debet vox [illegible] nem denotans pro ea quæ affectionem aut perpessionem insinuat, vsurpata. Qua in re cùm multò apertior sit rei notio quàm [di]ctionis explicatio, quòd vocem vitiatam & impeditam aut ex distillatione in fauces interceptam intelligi par sit, malumus in communitatis consensionem, quàm nimis ambitiosè in dictionis varietatem impingere. Atque vt semel expediam, hi mihi ad parentis & veterum lectionem propiùs accedere videntur, qui κατηλλαγμέναι aut κατηλλαγμέναι exprimunt. Quam in opinionem vt longa verborum elusione non incautus ducitur Galenus, ita omnes codicum varietates ab ista dictione velut ab origine deflexæ videntur, in eumque sensum incumbere, vt διεστραμμένας, aut καταδιεστραμμένας voces intelligant. Quod & in quodam codice Regio ex scholio annotatum apparet. Nec verò mihi malè mereri de Hippocrate videntur, qui κατίλλουσαι pro κατιλλόμεναι habent. Quod in codice Regio vno scriptum reperitur. Qua dictione voces συνειλούμεναι καὶ συστρεφόμεναι, contortæ & conuolutæ, vt in priorem ferè significationem recidant, denotantur, aut συνδεδεμέναι reuinctæ & præpeditæ, ab ἴλλω quod vincio significat, vnde & ἰλλόμενος. In cuius lectionis assensionem me non inuitum adducit quod à Galeno in Exegesi scriptum est. κατιλλόμεναι, συνδεδεμέναι, & à Phauorino repetitum κατιλλόμεναι, συνδεδεμέναι παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Quod certè vt non aliò quàm huc referri posse videtur, ita vtrobique vitiosè scriptum esse existimo. Nam κατιλλόμεναι aut κατιλλαόμεναι legendum esse apparet, ab ἴλλω aut ἰλλάω, vnde & ἴλλαι συστροφαὶ καὶ δεσμοὶ dicuntur, & ἰλλόμενος ὁ δεδεμένος καὶ συστρεφόμενος, & ἰλυόμενος διαστρεφόμενος, vt priùs diximus. Quam etiam ad causam ferè accedit Galenus, cùm παρὰ τοὺς δεσμοὺς δεδεμένην φωνὴν interpretatur, & ab ἴλασι hoc est vinculis κατιλλουμέναι & κατίλλουσαι, aut κατιλλόμεναι aut κατίλλουσαι dictiones deflectuntur. non κατειλόμεναι aut κατειλοῦσαι vt vitiosè scribitur. Ad eamque originem referri magnam codicum impressorum pluralitatem existimo, qui καταπίλλουσαι pro κατίλλουσαι legunt, nisi quis καταπιλλούσας φωνὰς, propè euulsas & defectas voces intelligat, aut κατασπιλώσας conspurcatas, commaculatas, & inquinatas, quod vitiatis est proximum. Caluus in tam varia lectione καταλυούσας etiam legisse mihi videtur. At Erotianus in tam obscura dictione ferè veterum interpretum lectionem, multis etiam verbis à Galeno exagitatam, secutus videtur, & (si modò vera est lectio) κατίλλουσαι legisse pro κατιλλοῦσαι. φωνὰς enim κατειλούσας, κατεχομένας exponit, haud dubiè hunc locum subindicans. εἰλεῖν γὰρ (scribit) τὸ συνέχειν καὶ συγκλείειν οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν. In quo certè explicando, in veterum interpretum, quam tamen in Comm. reprehendit Galenus, opinionem impingit. ὁ δὲ Βακχεῖος (vt idem scribit) οὐ καλῶς ἐξηγήσατο τὴν λέξιν, περιγεγκυκλιμένας φάσκων. ὁ δὲ Φαλᾶς Διοσκουρίδης, κατίλλειν φησὶ εἶναι τὸ καθείργειν καὶ κατακλείειν. ὡς δηλοῦσθαι τὸ βραχὺ τῆς φωνῆς καὶ μόλις ἀκουόμενον. Cuius etiam notionis meminit Galenus. Ex quibus certè intelligas veteres κατειλοῦσαι, aut κατίλλουσαι legisse.

Ἤρξαντο μὲν οὖν οἱ καῦσοι, πρὸ τοῦ ἦρος, καὶ τὰ φρενιτικὰ, μετὰ τὰ γενόμενα ψύχεα. καὶ πλεῖστοι τηνικαῦτα διενόσησαν. ὀξέα δὲ τούτοισι καὶ θανατώδεα ξυνέπιπτεν. ἦν δὲ ἡ κατάστασις τῶν γενομένων καύσων, ὧδε. ἀρχόμενοι κωματώδεες, ἀσώδεες, φρικώδεες. πυρετὸς ὀξὺς, οὐ διψώδεες λίην. οὐ παράληροι. ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε μικρά. οἱ παροξυσμοὶ τοῖσι πλείστοισιν, ἐν ἀρτίῃσι. περὶ δὲ τοὺς παροξυσμοὺς, λήθη καὶ ἄφεσις, καὶ ἀφωνίη. ἀκρέα τε τούτοισιν, αἰεὶ μὲν ψυχρότερα ποδῶν καὶ χειρῶν. πολὺ δὲ περὶ τοὺς παροξυσμοὺς μάλιστα. πάλιν τε βραδέως καὶ οὐ καλῶς ἀνεθερμαίνοντο. καὶ πάλιν κατενόουν καὶ διελέγοντο. κατεῖχε δὲ ἢ τὸ κῶμα ξυνεχὲς, οὐχ ὑπνῶδες. ἢ μετὰ πόνων ἄγρυπνοι. κοιλίαι ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι τούτων, διαχωρήμασιν ὠμοῖσι, λεπτοῖσι, πολλοῖσι. οὖρα πολλὰ, λεπτά. κρίσιμον οὐδὲ χρηστὸν οὐδὲν ἔχοντα. οὐδὲ ἄλλο κρίσιμον οὐδὲν τοῖσιν οὕτως ἔχουσιν ἐφαίνετο, οὔτε γὰρ ἡμορράγει καλῶς, οὔτε τις ἄλλη τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις ἐγίνετο κρίσιμος. ἔθνησκόν τε ἕκαστος, ὡς τύχοι πεπλανημένως τὰ πολλὰ περὶ τὰς κρίσιας. ἐκ πολλοῦ δέ τινες ἄφωνοι. ἱδρῶντες πολλοί. τοῖσι μὲν ὀλεθρίως ἔχουσι, ξυνέπιπτε ταῦτα. παραπλήσια δὲ καὶ τοῖσι φρενιτικοῖσιν. ἄδιψοι δὲ πάνυ οὗτοι ἦσαν. οὐδ' ἐξεμάνη τῶν φρενιτικῶν οὐδεὶς, ὥσπερ ἐπ' ἄλλοισιν. ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ κακῇ νωθρῇ, βαρέως ἀπώλλυντο. ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι πυρετοὶ περὶ ὧν γεγράψεται. στόματα πολλοῖσιν ἀφθώδεα, ἑλκώδεα. ῥεύματα περὶ τὰ αἰδοῖα πολλά. ἑλκώματα. φύματα, ἔξωθεν, ἔσωθεν. τὰ περὶ βουβῶνας. ὀφθαλμίαι ὑγραί. μακραί. χρόνιαι, μετὰ πόνων. ἐπιφύσιες βλεφάρων ἔξωθεν, ἔσωθεν. πολλῶν φθείροντες τὰς ὄψιας, ἃ σῦκα ἐπονομάζουσιν. ἐφύετο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑλκέων πολλὰ καὶ αἰδοίοισιν. ἄνθρακες πολλοὶ κατὰ θέρος. καὶ ἄλλα, ἃ σὴψ καλέεται. ἐκθύματα μεγάλα. ἕρπητες πολλοῖσι μεγάλοι. τὰ δὲ κατὰ κοιλίην

Cœperunt itaque febres ardentes & phrenitides ante ver, post ea quæ præcesserunt frigora, plurimique tunc diu ægrotarunt grauibusque & lethalibus casibus conflictati sunt. Erat autem febrium ardentium quæ obuenerant constitutio huiusmodi. Per initia sopore detinebátur cum stomachi fastidio & horroris sensu, febris acuta, neque magnopere sitiebant aut delirabant. Ex naribus paucus stillauit sanguis. Plurimos accessiones diebus paribus inuadebant. Atque sub ipsas accessiones obliuio, membrorum exolutio & vocis defectio contingebant. His quidem pedes summi & manus frigidiores euadebant, multoque maximè circa accessiones, deinde verò lentè nec probè recalescebant, rursusque ad intelligentiam redibant & loquebantur. Eos autem aut perpetuus sopor non somnolentus detinebat, aut vigiliæ cum laboribus. Horum plærisque aluus retrimentis crudis, tenuibus, multis turbabatur. Vrinæ multæ, tenues, neque iudicatorij neque boni quicquam habebant. Neque aliud quicquam in ita affectis decernebat, neque enim ritè sanguis è naribus profluebat, neque aliud quicquam eorum quæ abscedere nata sunt iudicatione tentabatur, moriebaturque vnusquisque, vti sors ferebat, vago & incerto ordine, plærunq; circa iudicationes, quidam verò longiùs producti cum vocis defectione, nõnulli etiam cum sudoribus. Quæ quidem his qui perniciosè haberent contingebant. Quin & similia phreniticis fiebant. Atque hi omninò sine siti erant. Neque phreniticorum quispiam vehementer insaniuit, sicut in cæteris vsuuenire solet, sed ex mala alia quadam & languida in somnum degrauatione grauiter peribant. Aliæ insuper etiam febres viguerunt, de quibus mox scribetur. Multis os serpentibus vlceribus affectum vlcerosúmve fuit, fluxiones ad pudenda multæ, exulcerationes, tubercula intus & extra circum inguina. Lippitudines humentes, longæ, diuturnæ, non sine doloribus, palpebris foris & intus adnascebantur quædam quæ multorum aciem perderent, ficos nominant. Enascebantur verò cùm aliis in vlceribus multa, tum in pudendis. Carbunculi æstate multi atque alia quę putredinis nomine donantur. Pustulæ item magnæ. Serpentia vlcera plærisque magna. Quantum autem ad aluum spectabat,

plærisq; circa eam multa & noxia euenere. Primùm quidem crebræ & inanes egerendi voluntates multis molestæ, imprimis verò pueris atque iis omnibus qui pubertatem nondum attigerant, eorumq; plurimi peribant. Multi intestinorum læuitate vexabantur, quidam difficultate intestinorum, neq; hi admodū molestè. Aluus autem biliosa & pinguia, & tenuia, & liquida demittebat, ac multis quidem eò morbus ipse decubuit, tum circa febres, tum in febribus. Tormina cum doloribus aderant, itemq; conuolutiones malignæ. Multis in corpore existentibus ac suppressis exitus. At neq; exeuntia dolores tollebant, multæq; corporis partes affectæ erant. Atq; ad ea quæ adhibebantur non facilè habebāt. Purgationes nempe plurimos magis offendebant. Eorum verò qui ita habebant plęriq; quidem subitò moriebantur, multi etiam diutiùs perdurabant. Atque vt semel absoluam, tum qui diuturnis, tum qui acutis tentabantur morbis, ex ventris vitio omnes ferè periere. Omnes nanq; venter pariter sustulit. Omnes autem in quos sanè incidi, præter præscriptos omnes morbos quibus vexabantur, cibos equidem auersabantur. Plærique verò præcipueq; hi ipsi, & qui eodem modo affecti erant, sed & ex aliis qui etiam perniciosè haberent. Siticulosi partim quidem erant, partim verò siti vacui. Ex his quos febres aliaq; vexabant, nullus intempestiuè potum sumpsit, sed quò ad potionem, licebat eam instituere viuendi rationem quam velles. Vrinæ autem copiosæ prodibant, neq; potioni ingestæ respondebant, verùm plurimùm superabant, multumq; etiam vitiosæ erant vrinæ redditæ. Nam neq; crassitudinem, neq; cōcoctionem habebant, neq; probè expurgabantur. In multis nanq; probæ per vesicam expurgationes bono sunt. Plurimis verò colliquationem perturbationemque, & dolores, & morā, & iudicationis cessationem portendebant. Sopore autem detinebantur, imprimis quidem phrenitici & qui febre ardente laborabant, quinetiā cæteris in omnibus maximis morbis, quòd cum febre contingerent. Omninò verò plærosque aut grauis sopor comitabatur, aut tenues & parui somni.

πολλοῖσι πολλὰ καὶ βλαβερὰ συνέβαινε. πρῶτον μὲν τεινεσμοὶ πολλοῖσιν ἐπιπόνως. πλείστοισι δὲ παιδίοισι. καὶ παισὶν ὅσοι πρὸ ἥβης. καὶ ἀπώλλυντο τὰ πλεῖστα τούτων. λειεντερικοὶ πολλοί. δυσεντερικοί. οὐ δὴ ἐπὶ λίην ἐπιπόνως. τὰ δὲ χολώδεα, καὶ λιπαρά, καὶ λεπτά, καὶ ὑδατώδεα, πολλοῖσι μὲν αὐτὸ τὸ νόσημα ἐς τοῦτο κατέσκηψεν, αὖθι τὰ πυρετῶν, καὶ ἐν πυρετοῖσι, μετὰ πόνων στρόφοι καὶ ἀνειλήσιες κακοήθεες. τῶν πολλῶν ἐνόντων τε καὶ ἐπεχόντων διέξοδοι. τά τε διεξιόντα, πόνους οὐ λύοντα. τοῖσι δὲ προσφερομένοισι δυσκόλως ὑπακούοντα. καὶ γὰρ αἱ καθάρσιες τοὺς πλείστους προσέβλαπτον. τῶν δὲ οὕτως ἐχόντων, πολλοὶ μὲν ὀξέως ἀπώλλυντο. πολλοῖσι δὲ καὶ μακρότερα διῆγε. ὡς δὴ ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι πάντες καὶ οἱ τὰ μακρὰ νοσέοντες καὶ οἱ τὰ ὀξέα, ἐκ τῶν κατὰ κοιλίην ἀπέθνησκον μάλιστα. πάντας γὰρ κοιλίη συναπήνεγκεν. ἀπόσιτοι δὲ πάντες μὲν ἐγένοντο καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖσι προγεγραμμένοισιν, οἷς ἐγὼ οὐδέπω ποτὲ ἐνέτυχον. πολλοὶ δὲ μάλιστα αὐτοί, καὶ οἱ ἐκ τούτων. καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὲ, οἱ καὶ ὀλεθρίως ἔχοιεν. διψώδεες οἱ μέν. οἱ δὲ οὔ. τῶν ἐν πυρετοῖσι καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν, οὐδεὶς ἀκαίρως, ἀλλ' ἦν κατὰ ποτὸν διαιτᾶν ὡς ἤθελες. οὖρα δὲ πολλὰ μὲν, τὰ διεξιόντα ἦν, οὐκ ἐκ τῶν προσφερομένων ποτῶν, ἀλλὰ πολλὸν ὑπερβάλλοντα. πολλὴ δή τις καὶ τῶν οὔρων κακότης ἦν τῶν ἀπιόντων. οὔτε γὰρ πάχος, οὔτε πεπασμούς, οὔτε καθάρσιας χρηστὰς εἶχεν. ἐπὶ πολλοῖσι γὰρ αἱ κατὰ κύστιν καθάρσιες χρησταὶ γιγνόμεναι ἀγαθόν. ἐσήμαινον δὲ τοῖσι πλείστοισι, σύντηξιν, καὶ ταραχήν, καὶ πόνους, καὶ ἀκρισίας. κωματώδεες δὲ μάλιστα οἵ τε φρενιτικοί, καὶ οἱ καυσώδεες ἦσαν. ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι νοσήμασι πᾶσι τοῖσι μεγίστοισιν, ὅτι μετὰ πυρετοῦ γίνοιτο. διὰ παντὸς δὲ τοῖσι πλείστοισιν, ἢ βαρὺ κῶμα παρείπετο, ἢ μικροὺς καὶ λεπτοὺς ὕπνους κοιμᾶσθαι.

ἦν δὲ ἡ κατάστασις] κατάστασις vt sæpiùs apud Hippocratem, hic febrium ἰδέαν & formam, aut circunscriptionem totiúsque morbi decursum & conditionem significat. Ex his autem attributionibus quæ nullam propriam affectus naturam aut essen iam constituunt, veram febrium notionem abfuisse significat, fuisseque omnes nothas ostendit, quales etiam libro 2. epid section. 3. describit.

πυρετὸς ὀξύς] In plausibili lectione exemplarium nostrorum consensum sequimur. Co[illegible] Germanicus cum Galeno sentit, qui vtranque lectionem explicat.

ἀγρυπνοι κωματώδεες] In febrium insultibus raptis sursum vaporibus, iamq; per anni conditionem magna humorum abundantia repleto cerebro, soporem adfuisse par erat, atque huiusmodi crudis, frigidis & crassis iuccis pauca admixta acrimonia, leuem mentis emotionem adfuisse, non secus ac scripsit lib. 2. epid. ἐν τουτέοισι πολλοὶ κωματώδεες ἦσαν καὶ παράφοροι. Huius autem loci meminit Galenus libello περὶ κώματος.

ἀπὸ ῥινῶν] Vt suspecta est omnis sanguinis stillatio, ita certè in febribus ardentibus præcipuè lethalis est, in quibus liberalior hæmorrhagia absolutionem facit. Sic libr. 1. * epid. febres ardentes largiore sanguinis effusione liberatas facit, eosque in quibus defecisset aut è naribus stillauisset, sexto die periisse asserit. Idem quoque lib. 2. epid. in valgata illa febrium ardentium ἀπυξίᾳ, αἱμορραγίαι ἐκ ῥινῶν οὐκ ἐγένοντο. εἰ μὴ ὀλίγοισιν, scribit.

* *Stat. 3.*

ἄφεσις] ἄφεσιν vocat Galenus, οἷον ἔκλυσίν τε καὶ πάρεσιν ἁπάντων τῶν μορίων τοῦ σώματος, languorem ac totius corporis exolutionem & remissionem, non secus ac παρέσιας μελέων, aut ἔκλυσιν μελέων sæpè vsurpat Aretæus, istamq; membrorum dissolutionem per τὸ ἐκλύεσθαι aut τὰ ἐκλυόμενα sæpe exprimit in Prorrh. Hippocrates. Caluus dissolutionem vertit non vim verbi sed ex notionis significatione rei consecutionem declarans. Sunt autem affectiones istæ obliuio & vocis priuatio cerebri refrigerati indicia, multisque † Hippocratis decretis damnantur, αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι κάκισται, & αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι ὀλέθριαι, κακὸν δὲ καὶ λήθη.

† *In Prorrh.*

κῶμα συνεχὲς οὐχ ὑπνῶδες] Sopor iste non somnolentus sed peruigil ab Hippocrate κῶμα ἄγρυπνον aut οὐχ ὑπνῶδες dicitur, cùm prona in somnum propensione conniuentibus palpebris nequeunt tamen ægri dormentium munia subire. Quod etsi non parum insolens videtur, in ægris tamen tam frequens visitur, vt minimè ab rerum natura abhorrere sit existimandum. Idque cùm pluribus locis explicet Galenus, tum verò luculentissimè aperit initio Prorrhetici, hunc etiam locum exprimens his verbis: ἐπεὶ δ' ὡς τὰ πολλὰ τούτοις ὑπάρχει τὸ τῶν βλεφάρων ἀνεῳγότων ἀγρυπνεῖν, οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν ἐν τοῖς παθογνωμονικοῖς φρενίτιδος, καὶ τὴν τοιαύτην ἀγρυπνίαν ἔγραψαν εἶπον δὲ τοιαύτην, ἐπεὶ καὶ μετὰ κώματος ἀγρυπνίαι γίνονται, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσεν ἐν τῷ γ' τῶν ἐπιδημιῶν εἰπών. ἦν δὲ τὸ κῶμα συνεχὲς οὐχ ὑπνῶδες ἢ μετὰ πόνων ἄγρυπνοι. ὡς εἶναι τὸ κῶμα τὴν εἰς ὕπνον καταφοράν, οὐ δυναμένων τῶν ἐχομένων τῷ συμπτώματι, τὰ τῶν ἐγρηγορότων πράττειν, ἀλλὰ καὶ τὰ βλέφαρα δεομένων, ἐπιπτόντων δὲ κοιμηθῆναι. συμβαίνει δ' ἐνίοτε τούτων ποτὲ μὲν δύνασθαι κοιμηθῆναι κλεισθέντων τῶν βλεφάρων, ἀλλ' ἀγρυπνεῖν τὸ πλεῖστον. ὅπερ ὠνόμασεν ὁ Ἱπποκράτης οὐχ ὑπνῶδες κῶμα. Qui locus in nostris exemplaribus vitiosè legitur. Hunc etiam locum integrum explicat libello περὶ κώματος Gal. Quædam autem exemplaria κῶμα συνεχῶς οὐχ ὑπνῶδες habent simulq; iungunt.

κοιλίαι ταραχώδεες] Sic lib. 2. epid. in illegitimis febribus ardentibus populariter grassantibus, κοιλίαι ταραχώδεες λεπτοῖσιν, ὑδατώδεες ἀχόλοισιν, παρέοισι πολλοῖσιν annotat, & κοιλίην ταραχώδη πολλοῖσι, λεπτοῖσι, ὠμοῖσι, in * causo paulò priùs expressit, cùm sint vt plurimum

febriu

A febrium ardentium excrementa ἀκρατα, χολώδη καὶ μετὰ σωτήξιος, aut vt scribit Aretæus, κοιλίη τὰ πολλὰ μὲν ξηρή, ἔστι δ' ἐς εἶσι ... χολώδεα, πουλὺ πλάδος. * Ægr. 10. & 12.

οὖρα πολλά, λεπτὰ] Ista vtrorumque excrementorum copia magnam humorum redundantiam arguit. Codices quidam πολλά minus rectè omittunt, vt satis ex Galeno patet, & κείνων οὐδὲ χρηστὰ οὐδὲν simpliciter habent. In quo Galenum videntur imitati.

οὐδ' ἄλλο κρεῖσσον οὐδὲν] Hic locus in Calui codicibus defectus est aut exemplarium vitio mutilatus. Neq; enim sic bene reddi potuit. (Cùm hi sic haberent, comparuit.) Pro ἐφάνη autem exemplaria duo ἐπεφάνη habent.

οὔτε γὰρ αἱμορράγει καλῶς] Illud καλῶς ex Hippocratis doctrina non temerè additum, sanguinis ex naribus in febribus ardentibus profusionem aptè circumscribit. Eam namq; intelligit quæ largiter, naturæ impetu, iudicationis modo, probè ac ritè & ordine procederet. In eam enim rem hanc dictionem subinde vsurpauit lib. 1. † epid. his verbis: ἦν δὲ τὰ παθήματα τῶν καύσων, ἦσαν δὲ καλῶς καὶ δαψιλῶς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγοῦσι, διὰ τούτων μάλιστα σώζεσθαι: καὶ οὐδένα οἶδα εἰ καλῶς αἱμορραγήσειεν ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα. Rursúsque paulò

B pòst de mulieribus febre ardente per hæmorrhagiam absolutis καὶ οὐδεμίαν οἶδα ἀποθανοῦσαν ὅτι τούτων τι καλῶς γένοιτο.

† Stat. 3.

πεπλανημένως] πεπλανημένως τεθνάναι dicit, vagum & incertum moriendi ordinem denotans, cùm neque idem moriendi tempus neque modus esset, nec vlla statæ mortis certa significatio portenderetur, sed pro magna humorum varietate & infinita affectionum diuersitate, varia necis fortuna excurreret. Quam sortis inconstantiam, vt (ὡς τύχοι) satis indicat, ita certè valde propriam malignarum febrium circumstantiam definit, quæ & nullum proprium febrium ardentium modum haberent, neque symptomatum certum vllum ordinem, aut iudicationum & dierum ambitum seruarent, denique pro firma periculi denunciatione, non vnam aut eandem mortis speciem & metam præscriberent. Quidam namq; circa iudicationes desinebant, nonnulli voce priuati moriebantur, plurimi etiam cum sudoribus expirabant. Atque inordinata ista mutatio, morbi malignitatem humorumque improbitatem apertissimè de-

C clarauit, quod certam nullam iudicationis significationem, nullumque moriendi ordinem præ se ferrent. Sic enim sæpiùs ἀκρίτως ἀτάκτως & πεπλανημένως iungit Hippocrates, vt lib. 1. * epid. πεπλανημένως δὲ ἀκρίτως febres desinere dicit, & sect. 2. ῥίγεα πᾶσι μὲν ἀτάκτως πεπλανημένως γίνεσθαι. Isque mihi videtur difficillimæ huius dictionis hoc in loco sensus, quanquam etiam ad inconstans & incertum ambituum & exacerbationum tempus, quod perpetuò idem non seruabatur, sed subindè mutabatur, vt in malignis febribus contingere solet, referri posse videatur. * Sect. 1.

ἐκ πολλοῦ δέ τινες ἄφωνοι] Hæc plausibilior visa est lectio duobus vetustissimis testata exemplaribus, vt istud ad mortis instabilitatem & in determinatum modum referatur. Quædam exemplaria ἐκ πολλοῦ δέ τινες ἀφ' ὧν οἱ ἱδρῶτες πολλοὶ legunt, vt significent quosdam plærumq; circa iudicationes defecisse, quosdam etiam longiùs productos, sudoribus multis tandem diffluentes expirasse. Quæ lectio etsi non omninò iniquam habet speculationem, ex priore tamen defluxisse videtur, & dictionis disparatæ vitio obrepsisse. Et certè prior illa quam secuti sumus, mortis & periculi varietatem magis indicat. Minutum est quod pro ἱδρῶτες πολλοί, quædam

D exemplaria ἱδρῶτες πολλοὶ habent.

ὅσοι μὲν ὀλεθρίως ἔχουσι] In Galeni codicibus ista in Commentarij contextum irrepserunt, aut certè, vt ad rerum explicationem repetuntur, ita mendosè deficiunt, & in omnibus nostris codicibus habentur.

ἀδιψοι δὲ] Hunc locum istis verbis celebrat Galenus Com. 1. in Prorrh. καὶ μὴν τοι κἀν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐν τῇ λοιμώδει καταστάσει, περὶ τῶν φρενιτικῶν αὐτὸς εἶπεν, ἄδιψοι δὲ οὗτοι πάνυ ἦσαν.

ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ] Mirè hic Hippocrates comprehendit quas in Prorrhetico ἀσαφῶς παραφρονούσας vocat, cùm insanientes incontinentiæ speciem eludunt & graui sopore detenti torpescunt, magnaque in somnum degrauatione languent, & sunt omninò somnolentis similes. Quod valdè perniciosum est transmutationis genus, valdeque suspectam νωθρότητα in phreniticis facit † Galenus, & τὰς ἐκ ῥίγεος νωθρότητας damnat * Hippocrates, quòd extremè refrigeratum corpus, omnimodamque calidi extinctionem desultorij huiusmodi casus significent. οἱ φρενιτικοὶ νωθρότης κακόν, in Coacis Præuotionibus. Atque de huiusmodi phreniticis hunc locu

E explicat Gal. initio Comm. 1. in Prorrh. his verbis: οὐδὲν δὲ ἧττον ὁρῶμεν τῶν φρενιτικῶν ἐνίους κωματώδεις ὄντας παραφρονοῦσιν, ἀλλὰ παραφορά τι φθεγγόμενοι, καὶ πρὸς τῶν παρόντων διεγερθέντες ἀποβλέποντες ... οὕτω γοῦν κἀν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἔφη, οὐδ' ἐξεμάνη τῶν φρενιτικῶν οὐδεὶς ὥσπερ τ' ἄλλων, ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ καρηβαρέες ἀπώλλυντο. Et rursus ad finē Comm. 1. in Prorrh. περὶ τοιούτων οὖν φρενιτικῶν ὁ Ἱπποκράτης κατὰ τὸ γ' τῶν ἐπιδημιῶν οὕτως ἔγραψεν. οὐδ' ἐξεμάνη τῶν φρενιτικῶν οὐδεὶς ὥσπερ ἐπ' ἄλλοις, ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ νωθρῇ καρηβαρέες ἀπώλλυντο. Vbi animaduertendum est καρηβαρέες pro βαρέως à Galeno legi, quòd grauato humorum multitudine, cruditate & frigore cerebro, κωματώδεις Phrenitici extiterint. Et κώματος nomine hîc καταφορὰ intelligenda est, vt satis ex eo Galeni loco patet, & quòd, vt idem scribit, διδάσκει ἐν τῷ περὶ τοῦ κώματος ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ ταυτὶ ἀναφέρων ἀμφοτέρας τὰς προσηγορίας, τήν τε τῆς καταφορᾶς, καὶ τὴν τοῦ κώματος. Idem fusissimè hunc locum totum libello περὶ κώματος explicat, vbi luculenter quid vocet καταφορὰν νωθρὴν Hippocrates, aperit, eamq;

F κώματος οὐχ ὑπνώδους genus esse facit, vt nihil necesse sit nos hîc esse longiores. Quò magis miror Caluum nimis ridiculè vocis originem sequutum, hîc non satis scienter depositionem vocasse. Sic quoque vitiosè codex vnus Regius recentior καταφορῇ pro καταφορῇ habet. Quædam etiam exemplaria κακῇ non habent, quam lectionem secutus videtur Galenus. ἐκμαίνειν autem vt aliàs, vehementer insanire diximus, quòd fit, vt scribit †† Galenus, μεγάλως παραφρονῆς δηλωτικὸν ῥῆμα.

† Comm. in Prorrh. 1. * in Prorrh. †† Comm. 1. in Prorrh.

σώματα πολλοῖσιν ἀφθώδεα] ἀφρώδεα legisse videtur Caluus quòd spumosa verterit.

τὰ περὶ βουβῶνας] Istud per se & simpliciter legi potest aut ad ea quæ præcedunt adiungi. Vtroque tamen modo glandularum ad inguina tumores significabit, qui in malignis & pestilentissimis febribus vsu venire solent, magnamque viscerum impuritatem denunciare, vt aliàs abunde scripsimus. Quædam exemplaria τὰ περὶ βουβῶνας legunt.

ὀφθαλμίαι ὑγραὶ] ὀφθαλμίας ὑγρὰς vocat τὰς μετὰ ῥεύματος ὑγροῦ καὶ ὑδατώδους vt scribit Galenus, quæ iis opponuntur quas ξηρὰς in apho-

G rismis vocat. Sic lib. 1. epid. St. 2. * ὀφθαλμίαι ῥοώδεις, ἰδυνώδεις, ὑγραί, dixit. Hîc autem vbi legitur μακραὶ χρόνιαι, codex vnus Regius μακροχρόνιαι habet.

* Aph. 10. & 12. lib. 3.

ἃ σῦκα ἐπονομάζουσι] σῦκα interpretatur Gal. in Exeg. ἐπαναστάσεις σαρκώδεις ἐν τοῖς τῶν βλεφάρων ἔνδον ... Sunt namq; ἐξοχώδεις ἐπαναστάσεις, protuberantes quædam eminentiæ, crassioribus quibusdam humoribus infarctis palpebris adnatæ. Ficus namque nominant (vt inquit * Paulus) eruptiones vlcerum modo rotundas cum duritie quadam rubentes, quas dolor etiam comitatur. Fitque hoc mali genus plurima ex parte in capite, nascitur tamen & in reliquo corpore. Est etiam vlcus (vt inquit † Celsus) quod à fici similitudine σύκωσις à Græcis nominatur, vbi caro excrescit idq; generale est. Ad quorum instar huiusmodi palpebrarum tubercula fici nominantur. Huius autem vocis meminit Phauorinus his verbis: σῦκα ἐπαναστάσεις σαρκώδεις, ἐν τοῖς τῶν βλεφάρων τόποις γινόμεναι, παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. & Hesychius: σῦκα τὸ ἐπὶ τοῖς βλεφάροις νόσημα, ὃ τινες σύκωσιν. Quanquam est, σύκωσις Paulo, vbi interior palpebræ a-

H spritudo in tantum excrescit, vt tendi videatur, ficosaque palpebra à Latinis dicitur. Author verò Isagoges σύκωσιν non longè à nostro instituto definit, dum scribit: σύκωσις δέ ἐστιν ὅταν τὸ ἐντὸς τῶν βλεφάρων ... σαρκὶ παραπλήσιον μετὰ ..., καὶ ὀφθαλμὸς ἅπας δυσκίνητος ᾖ. Vbi certè σύκῳ παραπλήσιον legere malim, quòd scribat ** Aëtius lib. 7. ἡ σύκωσις λεγομένη ὑψηλοτέρας τὰς ἐξοχὰς ἔχει, καὶ ἐπὶ ... ἀπὸ ..., καὶ τινι γὰρ ἄλλῳ, ἡ σύκῳ ἔοικεν μᾶλλον. Porrò codices duo Regij pro φθίνοντες, φθίνοντα cum Asulano legunt, vt ad σῦκα referatur. Reliqui φθίνοντες ad ὀφθαλμίας deducunt, & ἃ σῦκα habent.

* Cap. 3. lib. 3. † Lib. 6. cap. 2. ** Cap. 45.

ἔφυμα δὲ] Hîc Galeni intelligentiam sequuti sumus, vt appareat non solùm in palpebris huiusmodi eminentias protuberosas adnatas fuisse, verùm etiam in pudendis ac cæteris partium exulcerationibus. Istas autem eruptiones ex crassioribus humoribus in partem confluentibus infarctis, fungos vocat Galenus. Sunt namque fungi tumores laxi & œdematosi, qui ad membranas cerebri in vulneribus capitis vel maximè succrescunt, ob præparcum siccantium medicamentorum vsum. Caluus Galeni mentem non est assecutus, cùm dicat præterea plurima alia vlcera enasci, non autem eruptiones in partibus vlceratis factas in medio po-

nat. Quod ſequitur de carbunculis,codices ferè omnes pudendis attribuunt. Nos tamen Galeni authoritatem cum reliquis interpretibus potiorem habuimus.

καὶ ἄλλα ἀ σὴψ καλέεται] σήψιας,σηπεδόνας vocat Hippocrates in Aphoriſm diffluentium humiditatum ad putreſcendum habilitates. ἱκαναὶ γὰρ ὑγρότητες αὐταὶ ξυνσήπεσθαι,σήπειν, vt ſcribit * Galenus. Atque hac in tempeſtate auſtrina præcipuè,calida humida minimeque perflata,memorabilis quædam putredinum ſoboles contigit, qualis priùs deſcripta eſt, qualemque recenſet in humorum diffluentia †Hippocrates. νοσήματα ἐν μὲν τῇσι ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται πυρετοί τε μακροὶ καὶ κοιλίης ῥύσιες καὶ σηπεδόνες. Et aphor. 11. ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετοὺς ὀξέας καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα δὲ τῇσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας. Quorum ferè omniũ ſigillatim enumerationem texit. Poſſunt & genitalium putredines intelligi,quales σηπεδόνας αἰδοίων commemorat Hippocrates aphoriſm.21.libr.3. tum quòd hac præcipuè tempeſtate calida humida, à flatibus ſilente & in totum auſtrina, putredine tentari ſoleant,tum verò etiam quod ob inſitam humiditatem & caliditatem ex quauis occaſione parata ſint putreſcere. Cæterùm codices duo manu ſcripti σῆψις pro σὴψ habent, quam lectionem ſequitur Galenus libr. 1. περὶ κρίσεων, vbi loci huius meminit. Vetuſta porrò exemplaria, ἀ σὴψ καλέεται.ἐκθύματα μεγάλα legunt,non vt Galenus,ἐκθύματά τε μεγάλα,vt puſtulas ipſas ex genere putredinum cenſeant.Quem ſenſum ſequuntur magni nominis viri,cùm præſertim rurſus ſcribat Hippocrates. ὅσμῶν ἀλγέοντι ἀναξηρμὴ ἐς πλάδιν, καὶ ἐκφυύματα ἀ σὴψ καλέεται.

* *Comm.in aph.11.lib.3.* † *Aph.16.lib.3.*

καὶ πυσὶν ὅσοι περὶ ἥβης] καὶ πᾶσι τοῖσι περὶ ἥβης duo vetuſtiſſimi codices habent. Quæ lectio mihi cum omnibus interpretibus plauſibilior viſa eſt. Indeque ſuſpecta mihi eſt codicis vnius lectio quæ πυσὶν τοῖς περὶ ἥβης habet cum Aſulano.

καὶ ἀπώλλυντο τὰ πλεῖστα τούτων] τὰ πλεῖστα τούτοις habet codex vnus Regius recentior,ideoque minùs etiam fidei.

αὐτὸ τὸ νόσημα ἐς τοῦτο κατέσκηψε] Magna humorum varietas & putredinis origo in aluum decubuit eoque multis erupit morbus, aut naturæ viribus velut ſeceſſione quadam facta morbumque ipſum propellente,aut partium imbecillitate humorum elluuiem deſtinante. Atque ſimpliciter hunc locum his verbis explicat Galenus, πολλοῖς δέ φησιν αὐτὸ τοῦτο γενέσθαι τὸ νόσημα,τουτέστι τὸ διαχωρεῖν τὰ τοιαῦτα. Quidam codices pro ἐς τοῦτο,ἐς τοῦτον legunt,& ἀπὸ αὐτῆς πυρετῆς habent.

μετὰ πόνων στρόφοι] Iſtud μετὰ πόνων ſuperioribus iungunt quidam codices,ſed nos plurimorum conſenſum cum interpretibus ſecuti ſumus. Sunt autem εἰλήσεις idem quod εἰλήματα,quæ στρόφους interpretatur * Galenus & Phauorinus,ab εἰλεῖσθαι quod eſt συστρέφεσθαι conuolui & contorqueri. Innuit autem Hippocrates inteſtinorum torſiones quaſdam aut conuolutiones cum torminibus adfuiſſe, voluulis non abſimiles, humorum prauitate in aluum decumbente ſurſumque per inteſtina ſeſe conuoluente & complicante. Eſt enim εἰλεῖσθαι circumplicari & obuolui,vnde & εἰλεὸς dicitur. * *In Exeg.*

τῶν πολλῶν ἐνεόντων τε] Iſtud malui abſolutè vertere vt Hippocratis mentem aſſequerer. Significat namque cùm multa in corpore ineſſent ſupprimerenturque, vacuationes nihilominus affuiſſe plurimas, quæ ne dolores tamen ſoluerent. Neque ſanè mirum, quòd detinerentur plurima quæ dolores parerent, & ob ſummam humorum inæqualitatem, naturæ varietatem, membrorumque imbecillitatem, diuerſæ corporis partes affectæ eſſent. In quo certè vetuſtiſſimorum exemplarium fidem non illibenter ſequimur, quæ iſtud addunt,καὶ πάμπολλα μέρεα τοῦ σώματος ἐνεόντων. Quem in ſenſum ducitur etiam Galenus quòd ſcripſerit in Commentario, καὶ μὴν τοῖς καὶ φερομένης αὐτῆς εἰς τὸ ἑκάστῳ τῶν πασχόντων τόπον τὸ ἀσθενέστατον φύσει,πολλοῖς οὕτω συνέβη παθεῖν μορίοις,ὡς ἂν καὶ τῶν ἀνθρώπων ἱκανῶς πολλῶν γενομένων. Multis autem in corpore exiſtentibus dixi,ad pleniorem intelligentiam, & quòd iſtud Galenus ita explicarit, πολλῶν ὄντι κατὰ τὸ σῶμα τῶν ἐνεόντων.Quædam exemplaria pro ἐνεόντων,ἰόντων habent,quæ ſecutus videtur Vaſſæus,contra Galeni & Hippocratis mentem.

καὶ γὰρ αἱ καθάρσιες] Hoc certum eſt inſignis prauitatis indicium,quod & ſæpiùs malignis in morbis vſuuenire ſolet. Nam aut humorum vitio exagitata natura ægrè habet ad ea quæ adhibentur, aut certè ſi cedit nihilò magis promouet, vt etiam plærumque peius habeat efferatis humoribus, & præter propriam ſæuitiam medicamento exaſperatis. Ex quo magnæ virium imbecillitates crebræque animi defectiones incidunt. Sic ergo hac in conditione plethorica valdeque cacochyma,purgationes nedum iuuabant, vt etiam plurimùm læderent, aut propter nimiam vitioſorum humorum redundantiam & plethoram, aut quòd ob morbi malignitatem & ferocientem peſſimorum humorum ſæuitiam ægrorum vires collaberentur,aut certè quod iiſdem penè totis vitioſis humoribus effluentibus & alui profluuio purgatis,nihilominus tamen ægri deficerent & conciderent. καθάρσιες autem vocat aut eas quæ ad medicamentorum vim ſequuntur humorum purgationes, aut certè ciborum & aſſumptorum pertranſitus, quæ omnia affecto iam ventre bilioſis & tenuibus humoribus ac torminibus, non modò non conferebant, verumetiam nonnihil offendebant. Atque poſtea eadem notione καθάρσιες οὔρων, vrinæ eductiones vocat, eodemque delabitur Gal.cùm ſcribit, τὰς δὲ καθάρσεις ἂν ἐμνημόνευσεν, ἐν ἑκατέροις τάξαι δυνατόν.

πολλοὶ δὲ ὀξέως ἀπώλλυντο] Codex vnus manu ſcriptus ταχέως habet,ſed ex notionis conſecutione ſumtum exiſtimo. ὀξέως enim idem quod ταχέως ſignificare palam eſt,idque aſſequuti ſunt omnes interpretes, & certè eorum quæ ſequuntur oppoſitiones ὀξέως requirunt. Eſt namque ὀξὺ τὸ κατεπεῖγον καὶ σφοδρὸν, ὡς μηδεμίαν ἀνάπαυλαν ποιεῖσθαι,vt ſcribit * Galenus.

* *Lib. 2. loc. aff.*

πάντας γὰρ κοιλίη συναπώλλυεν] Significat omnes paſſim alui profluuio periiſſe,adeoque vulgatum fuiſſe morbum, vt omnes publicè ventris vitio examinarentur.Ideoque συναποφέρειν dixit,vt populabundam morbi naturam oſtenderet,eodemque morbi genere pariter omnes eſſe ſublatos. Cuius dictionis vim propterea videmur noſtra verſione aſſecuti. Eandem quoq; ventris profuſionem peſtilentiſſimis febribus valdè peculiarem adſcribit etiam Hippocrates in conditione illa populariter vulgata *libr.2. epid. non multùm ab iſta diſſentiente, κοιλίῃ δὲ οὐδὲν ἐπείχετο, οὐδὲ τοῖσιν ὑδάμασιν ἐστάθη.

* *Sect. 3.*

οἷς ἐγὼ οὐδέπω ποτὲ ἐνέτυχον] ὡς legunt codices manu ſcripti omnes cum Aſulano. Atque iſtud οὐδέπω ποτὲ affirmantis eſſe videtur, quemadmodum οὐδέποτε apud Laërtium,quomodo ſumpſerunt omnes interpretes,nec aliàs crebrò contingit.Nec ſanè magnum diſcrimen ineſſe video, ſi nunquam antea in hoc ſe incidiſſe dicat Hippocrates.

πολλοὶ δὲ μάλιστα αὐτοὶ] Locus hic planè obſcurus eſt propter varietatem. Mihi profectò intelligendus videtur de his qui ventris perturbatione conflictabantur abſque febre,hique præcipuè cibos faſtidiebant,quòd in iis ipſis naturalis facultatis organa,cuius eſt munus ciborum appetentia,peſſimè afficerentur. Quod etiam cæteris contigit qui ex febribus ipſis ardentibus pernicioſiùs haberent,vitalitatis robore ad extinctionem propemodum vergente. Sunt etiam qui ad id quod ſequitur non temerè referendum exiſtiment,vt hi partim ſiticuloſi,partim ſiti vacui fuerint. πολλοὶ δὲ μάλιστα τοῖσι καὶ οἱ ἐκ τούτων codices duo manu ſcripti habent, & οἱ ὀλέθριοι ἔχοντες. Caluus hunc locum parum mihi aſſecutus videtur.

οὐδεὶς ἀκαίρως] Mirum eſt quomodo in tam aperta Galeni explicatione illius mentem inuerterit Caluus.Galenus eos intelligit qui febribus aliiſque vexabantur non valde neque adeò intempeſtiuè ſiticuloſos fuiſſe vt non medicis auſcultarint,dum ſcribit, τῶν ὄντων καὶ περὶ τῶν ἅμα πυρετοῖς νοσούντων, ἔφη μηδένα διψῆσαι γενέσθαι πάνυ σφόδρα,μηδ᾽ ὥστε τοῖς ἰατροῖς ἀπειθεῖν. Caluus neminem eorum libenter ſumpſiſſe cibum ſcribit. In quo cùm illud ἀκαίρως non ſatis propriè ſumit,tum verò Hippocratis & Galeni ſenſum minùs aſſequitur. Exiſtimoque eum codices quoſdam ſequutum,qui ὤρεξεν addunt,quod tamen ex Gal.lectione ſuperuacaneum eſſe conijcitur.

ἀλλ᾽ οὐ κατὰ ποτόν] Galeni interpretes iſtud omittunt neque id ſatis ex æquo,cùm iſtud Galenus interpretatus fuerit, μηδ᾽ ὥστε τοῖς ἰατροῖς ἀπειθεῖν,atque in codicibus ſcriptis mirè conſentiat. Sunt qui πόνον pro ποτὸν legunt.

οὔτε γὰρ πάχος] Codices duo manu ſcripti legunt, οὔτε γὰρ πάχος,οὔτε πιπασμὸς,οὔτε καθαρσις χρηστή, eodem planè ſenſu.

ἐπὶ πολλοῖσι γὰρ] Incertum eſt an iſtud vniuerſitatem comprehendat,quòd multi morbi per vrinarum expurgationem decretoriè abſoluantur,an verò id quibuſdam hac in conditione contigiſſe dicat, quibuſdam autem colliquationem cæteraque mala portendiſſe. Quæ certè ambiguitas ex codicum varietate naſcitur. Mihi placet iſtud vniuerſitatis ratione dictum,quòd in iudicantium καλ᾽ ἐκροῶν numerum vrinarum eductiones redigantur, & vetuſtiſſimorum duorum exemplarium conſenſus ad id plurimum iuuet. Sunt qui ἐσήμαινον prioribus iungant,alij pro ἐσήμαινον ἐσώζοντο habent.

καὶ πο-

καὶ πόνοις καὶ ἀκρισίῃσι] καὶ χρόνοις addidimus ex vetuſtiſſimo noſtro exemplari, quodque iſta abundans vrinarum refuſio cruditatis locum habeat, in cuius ſignificatione lib. 1 epid. χρόνους poſuit Hippocrates. Moram autem diximus quòd ταχύτητι opponat Galenus. Iſtamque lectionem ſecuti ſunt cæteri omnes interpretes præter Cornarium.

οἱ φρενιτικοὶ καὶ οἱ καυσώδεες] Caluus non diſtinguit ſed de iiſdem legit, vt phreniticos febre ardente laborantes intelligat, quod καυσώδεας φρενιτικοὺς priùs dixerit Hippocrates contra tamen Galeni mentem. Idem etiam quod ſequitur cum poſteriore ſententia coniungit, cùm per ſe intelligi debeat. Cæteris etiam in morbis maximis, quòd cum febre contingant, ſopore detineri laborantes. Codex Regius vnus recentior pro μετὰ πυρετοῦ, σὺν πυρετῷ legit. Vitioſum eſt quod Aſulanus μετὰ πυρετὸν habet.

ὁ βαρὺ κῶμα] βαρὺ κῶμα grauis ſopor quem altum & profundum dicimus, quemque alibi βαθὺ κῶμα καὶ ὑπνώδες vocat Hippocrates, cui opponitur κῶμα ἄγρυπνον καὶ οὐχ ὑπνῶδες, quod hîc intelligitur per λεπτοὺς καὶ μικροὺς ὕπνους, vt facilè ſit coniicere mendum eſſe in Aſulano codice dum μακροὺς pro μικροὺς legit. Hunc etiam locum adducit libello περὶ κώματος Gal.

Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πυρετῶν ἐπεδήμησαν εἴδεα. τριταίων, τεταρταίων, νυκτερινῶν, ξυνεχέων, μακρῶν, πεπλανημένων, ἀσωδέων, ἀκαταστάτων. ἅπαντες δὲ οὗτοι μετὰ πολλῆς ἐγίνοντο ταραχῆς. κοιλίαι τε γὰρ τοῖσι πλείστοισι ταραχώδεες, φρικώδεες. ἱδρῶτες οὐ κρίσιμοι. καὶ τὰ τῶν οὔρων ὡς ὑπογέγραπται. μακρὰ δὲ τοῖσι πλείστοισι τουτέων. οὐδὲ δὲ αἱ γινόμεναι τουτέοισιν ἀποστάσιες, ἔκρινον ὥσπερ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι. δύσκριτα μὲν πᾶσι πάντα ἐγίνετο. καὶ ἄκριτα, καὶ χρόνια. πολὺ δὲ μάλιστα τούτοισι. ἔκρινε δὲ τουτέων ὀλίγοισι, περὶ ὀγδοηκοστήν. τοῖσι δὲ πλείστοισι, ὡς ἔτυχεν ἐξέλιπεν. ἔθνησκον δὲ τουτέων ὀλίγοι ὑπὸ ὕδρωπος, ὀρθοστάδην. πολλοῖσι δὲ καὶ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι νοσήμασι. οἰδήματα παρώχλει. πολὺ δὲ μάλιστα τοῖσι φθινώδεσι. μέγιστον δὲ καὶ χαλεπώτατον, καὶ πλείστους ἔκτεινε τὸ φθινῶδες. πολλοὶ γάρ τινες ἀρξάμενοι κατὰ χειμῶνα, πολλοὶ μὲν κατεκλίθησαν. οἱ δὲ αὐτέων ὀρθοστάδην ὑπεφέροντο. τὸ περὶ δὲ τὸ ἦρ ἔθνησκον οἱ πλεῖστοι τῶν κατακλιθέντων. τῶν δὲ ἄλλων, ἐξέλιπον μὲν αἱ βῆχες οὐδενί. ὑφίεσαν δὲ κατὰ θέρος. ὑπὸ δὲ φθινόπωρον, κατεκλίθησαν πάντες, καὶ πολλοὶ ἔθνησκον. μακρὰ δὲ τούτων οἱ πλεῖστοι διενόσησαν. ἤρξατο μὲν οὖν τοῖσι πλείστοισι τούτων ἐξαίφνης ἐκ τούτων, κακοῦσθαι. φρικώδεες πυκνά. πολλάκις πυρετοὶ ξυνεχέες. ὀξέες. ἱδρῶτες ἄκαιροι. πολλοὶ ψυχροὶ διὰ τέλεος. πολλὴ ψύξις. καὶ μόλις πάλιν ἀναθερμαινόμενοι. κοιλίαι ποικίλως ἐφιστάμεναι, καὶ πάλιν ταχὺ καθυγραινόμεναι, καὶ τῶν περὶ πλεύμονα πάντων, διάδοσις κάτω. πλῆθος οὔρων οὐ χρηστῶν. ξυντήξιες κακαί. αἱ δὲ βῆχες ἐνῆσαν μὲν διὰ τέλεος πολλαί, καὶ πολλὰ ἀνῆγον πέπονα καὶ ὑγρά, μετὰ πόνων δὲ οὐ λίην. ἀλλ' εἰ καὶ ὑπεπόνεον, πάνυ πρηέως πᾶσιν ἡ κάθαρσις ἡ ἀπὸ πλεύμονος ἐγίνετο. φάρυγξ οὐ λίην δακνώδεες. οὐδὲ ἁλμυρίδες οὐδὲν ἠνώχλεον. τὰ μέντοι γλίσχρα, καὶ λευκά, καὶ ὑγρά, καὶ ἀφρώδεα πολλὰ ἀπὸ κεφαλῆς κατήει. πολὺ δὲ μέγιστον κακὸν παρείπετο καὶ τούτοισι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τὰ περὶ τὴν ἀποσιτίην, καθάπερ ὑπογέγραπται. οὐδὲ γὰρ ποτῶν μετὰ τροφῆς ἡδέως εἶχον, ἀλλὰ πάνυ διῆγον ἀδίψως. βάρος σώματος, κωματώδεες. τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων οἴδημα, καὶ ἐς ὕδρωπα περιίσταντο. φρικώδεες. παράληροι περὶ θάνατον.

Multa alia præterea paſſim vulgata ſunt febriũ genera, tertianæ, quartanæ, nocturnæ, aſſiduę, diuturnę, incertæ & vagæ, implacidæ, inconſtantes. Atq; hæ omnes non ſine multa perturbatione contingebant. Plęriſq; etenim aluus cum horroris ſenſu turbabatur, ſudores nihil decernebant, vrinæq; quales ſupra deſcripſimus. Eorum verò plæriſq; hæc erant diuturna. Neque enim decernebant quæ iis ipſis abſcedebant, quod cæteris vſu venire ſolet. Omninò quidem omnibus difficiles erant iudicationes, aut nullæ, aut diuturnæ, his verò quàm maximè. Atque horum pauci circa octogeſimum diem iudicatione abſoluebantur, magna autem ex parte iis temerè defecerunt. Horum etiam pauci ex aqua inter cutem moriebantur erecti & ſtantes. Plæroſque verò etiam præter alios morbos tumores exagitabant, ac præ cæteris tabidos. Maximè autem & grauiſſimè afflixit tabes plurimoſque interemit. Nempè cùm multis ad hyemem cœpiſſet, hi magna ex parte decubuerunt, partim verò erecti & ſtantes pertulerunt. Ineunte autem vere eorum qui decubuerant plærique perierunt, reliquorum verò nullum tuſſes reliquerunt, verùm æſtate remiſerunt. At ſub Autumnum omnes decubuerunt, multique interierunt, eorum verò plærique diu traxerunt. Horum itaque plurimi, ex his de repente peſſimè affligi cœperunt, crebri erant horrores, plærumque febres aſſiduæ, acutæ, ſudores etiam intempeſtiui, multi, cõtinenter frigidi, refrigeratio multa, vixq; recaleſcebant. Alui variis modis ſubſiſtentes, rurſuſq; illico lubricæ, atq; eorum quæ pulmones offendebant per inferna tranſmiſſio. Vrinarum illaudatarum abundantia, corporis extenuationes malæ. Tuſſes autem omninò quidem multæ aderant, multaq; cocta & liquida educebant, neq; verò admodũ laborioſè. Quod ſi etiam quadantenus laborarent, rurſus tamen valde placidè & molliter omnes ex pulmone purgatio procedebat, fauces non admodum mordebantur neque ſalſugines quicquam infeſtabant. Viſcida nihilominus & alba, liquidaq; & ſpumoſa multa ex capite deſcendebant. Longè verò maximum malum tum hos tum etiam cæteros comitabatur, ciborum faſtidium, vti paulò ante ſcriptum eſt. Nam neq; ad potionem neq; ad cibum alacriter habebant, ſed valde ſiti vacui degebant. Corporis grauitas inerat & ſopore detinebantur. Ac ferè omnes tumoribus corripiebantur & in aquam inter cutem euadebant. Horrore concutiebantur & ſub mortem delirabant.

νυκτερινῶν] Eſt febrium genus quod Amphimerinon vocant (vt loquitur Plinius) ſub quo diurnæ febres & nocturnæ comprehenduntur. De quibus ſatis dictum eſt lib. 1. Epidem. Atque has ipſas cùm hîc intelligat, nocturnarum quæ tunc graſſabantur tantùm meminit, etſi codices quidam ἡμερινῶν addunt, quemadmodum legiſſe videtur Caluus. Codex etiam Regius vnus recentior ἀμφημερινῶν habet.

ἀσωδέων] Ἀσώδεις πυρετοὶ ſunt Hippocrati febres implacidæ in quibus ægri grauiter & incontinenter afficiuntur, æſtuant, neque continere ſe poſſunt, præſentemque ſtatum difficulter ferunt. ἀσώδεις ὀνομάζει πυρετοὺς (inquit † Galenus) ἐν οἷς οἱ κάμνοντες ἀσῶνται καὶ ἀνιαρῶς ἔχουσι. τὸ δὲ δυσφορεῖν ἐπιπόνως ἐστὶν ἐνίοτε μὲν διὰ τὸ μέγιστον εἶναι τὸν πυρετὸν καὶ καυσώδη, πολλάκις δὲ καὶ τῷ τοῦ στομάχου κακώσει. Quas febres, velut ex accidente denominationem ſumpſerunt, ita ex attributionibus deſcribit ** Hippocrates valdeque ſolicitas habet. De his namq; hoc modo ſcribit. ὁκόσοισι δὲ πυρετοὶ ἀσώδεις, καὶ ὑποχόνδρια συντείνονται, καὶ κεκλιμένοι οὐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτέῳ, καὶ τὰ ἄκρεα ψύχονται, παῦτα. πλείστης δεῖ προθυμίης καὶ φυλακῆς δέονται. Ideoque etiam ex attributione implacidas, graues diximus, cùm faſtidioſas, æſtuoſas & anxias dicere potuemus. Quinetiam ἀσώδεις & φρικώδεις πυρετοὺς coniungit lib. 2. epid.

† Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. ** lib. 4. de rat. vict.

ἀκαταστάτων] Quas vocet inconſtantes febres, etiam lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. his verbis indicat † Galenus, ἀκαταστάτους πυρετοὺς εἴρηκεν ἐφ᾽ ἃν μηδὲν ᾖ καθεστηκὸς, ὡς σημαίνει τὸ βέβαιον. ἔστι δὲ κίβδηλα τὰ ἐν τοῖς περιόδοις φαινόμενα καὶ τοῖς ὥραις, ὅτι δὲ καὶ ταῖς ἀκολουθήσεσιν ἰδίαις τῶν πυρετῶν. αἱ μὲν συνεχεῖς τῶν ἀρχῶν οὐ φαίνονται τοῖς ἀρτίοις ἡμέραις. τὰ δὲ ἐπιγίνεται ἄλλοτε ἄλλα, καὶ πολλάκις τρεῖς ἢ τέσσαρας ὥρας, διὰ γε τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς συμβαίνει, καὶ ἀνόμοια φαίνεται τὰ ἔργα πρὸς ἄλληλα. διὸ τοιαύτην ἰδέαν τῶν τοιούτων πυρετῶν ἀκατάστατον εἶναι φησίν, ὅπερ ταυτὸν ἐστὶ σημαίνειν, τὸ μὴ διασώζοντα τὴν ἰδέαν μίαν ἀκριβῶς. Quibus ex verbis inconſtantes dici febres arguas quæ plurimùm variant, nihilque certi aut firmi habent, ſed modò ſalutaria ſigna, modò etiam periculi plena oſtentant, neque vnam aut ratam febrium formam præ ſe ferunt. In quo ab iis quas πεπλανημένους vocat differunt, quòd eæ nullum circuitus ordinem aut prehendendi certum modum habeant vnde vagæ & incertæ Celſo dicuntur, iiſque febres ſtatas, vt opinor, * Plinius opponit: Illæ verò cùm tenent nihil habent rati aut firmi, ſed ſubinde formam mutant, valdeque inconſtantem conſiſtendi modum obtinent, vnde grauiores ſunt nec facilè finiuntur quales ſunt ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι νοῦσοι †† Hippocrati, quibus εὐσταθεῖς καὶ εὐκρινεστάτους morbos, qui leuiores ſunt vt loquitur Celſus & promptiùs finiuntur, opponit, non ſecus ac libr. 1. Epid. εὐσταθεῖς καύσους, ὀλιγοχρονίους πάνυ καὶ τάχιστα καθισταμένους, μετεωροτέρους, ἢ λυθῆναι ῥᾳδίως, ex Galeno interpretati ſumus. † *Comm. 4.* * *Cap. 8. lib. 28.* †† *Aph. 8. lib. 3.*

ὑπὸ ὕδρωπος] ὑπὸ ἱδρῶτος legit Caluus contra omnium exemplarium fidem.

μέγιστον δὲ καὶ χαλεπὸν] χαλεπώτατον habent Regij & cæteri codices, quos ſecuti ſunt omnes interpretes. Eſt autem phraſis ſuperiori ſimilis lib. 1. epid. μέγιστον γὰρ καὶ μέγιστον τῶν τότε γινομένων νοσημάτων, τοὺς πολλοὺς τὸ φθινῶδες ἔκτεινε.

ὀρθοστάδην ὑπέφερεν] ὑπεφέροντο habent codices manu ſcripti duo, quod ſignificat partim obambulantes & erectos quoſdam ſubſtitiſſe & oberraſſe velut labantes & titubantes, ægreque ſe ſubmouiſſe. Quo ſenſu libr. 1. epid. ſcriptum eſt in codicibus manuſcriptis, vt annotauimus, πολλοὶ τῶν ἤδη πολὺν χρόνον ὑποφερομένων, φθινώδεις κατεκλίθησαν. Illic namque tabidos eos qui obambulantes tabem trahebant, decumbentibus vt hîc quoque opponit. Etſi ὑποφθειρομένων non malè legi ſubindicauimus. ὑπέφερεν autem ſuſtinuiſſe aut toleraſſe indicat.

τὸ πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος] πρωῒ τοῦ ἦρος ἐν ἀρχῇ τοῦ ἦρος interpretatur Galenus, quod ver appetens eiuſque initia ſignificat, quæ ob inſignem aëris mutationem facilè tabefactos arguunt. πρωῒ τοῦ ἦρος habent quidam codices. Alij etiam περὶ δὲ τοῦ ἦρος legunt.

ἤρξατο μὲν οὖν] Codices ſcripti duo ἤρξαντο habent, quam lectionem ſequuntur Galeni interpretes. Hoc verò membrum ex aduerſo reſpondet iis qui longo temporis tractu tabem cauſabantur morbumque trahebant. Significat namque quibuſdam de repente cœpiſſe, quemadmodum de iiſdem dixit libr. 1. epid. ἔστι δ᾽ οἷσιν ἤρξατο περὶ τὸν, quibus eandem prope caſuum enumerationem attribuit.

πολλοὶ ψυχροὶ διὰ τέλεος] Alij ψυχροὶ πολλοὶ διὰ τέλεος, ſed vetuſtiora exemplaria ſecuti ſumus quò damnabiliores ſunt ſudores per totum morbum & indeſinenter frigidi. Quidam etiam ψυχροὶ διατελέος diſtinguunt, vt aſſiduos fuiſſe ex magna humorum redundantia ſignificent. Quæ certè omnia eodem recidunt.

καὶ πάλιν ταχὺ καθυγραινόμεναι] Addit vetuſtiſſimum Regium exemplar, περὶ δὲ τελευτὴν πᾶσι βιαίως καθυγραινόμεναι, quod virium naturalium abiectionem præſenſque exitium præſagiebat, ex aph. 12. & 14. lib. 5. Cuius tamen lectionis nulla in cæteris apparent veſtigia. Et certè in tabidis alui fluor ad exitium tendit, vt patet ex aph. 16. lib. 7.

ἢ τῶν περὶ πλεύμονα πάντων] Iſtud apertè videtur ſuperiori vetuſtiſſimi codicis lectioni ſuffragari. Etenim in ea alui varietate quæ modò adſtricta eſſet, modò fuſa tandemque ad extremum immodicè fluens videbantur ea quæ pulmonem infeſtabant ad inferiora tranſmiſſa, ſiue quòd re vera iſtud contingeret, ſiue quòd in deploratis huiuſmodi tabidorum alui profluuiis, omnia aluus in ſe inderet. Malim enim iſta ad caſuum attributionem referri, quàm ad humorum ex pulmone ad inferiora demiſſionem, ne anfractuoſas illas vias inexplicabileſque mæandros quos ex profeſſo attingit Galenus (lib. 6. loc. aff. & Com. in aph. 30. lib. 7.) nimis confidenter quærere videamur. Et alioqui crebra eſt Hippocrati phraſis, τὰ κατὰ κοιλίην, τὰ περὶ στραγγουρίας, καὶ τὰ περὶ φάρυγγα pro iis quæ partibus accidunt earumque affectionibus dicere, quemadmodum alibi ſcribimus.

ξυντήξιες κακαὶ] Hic eaſdem intelligit colliquefactiones quas lib. 1. epid † propoſuit, cùm confluentibus vndiq; per totum corpus crudis, craſſis & frigidis humoribus nullæ tamen per huiuſmodi effluuia alleuationes fierent, ſed corporis extenuationes, conſumptiones, & humorum colliquationes ex putredine peſſimæ contingerent, quæ per aluum & vrinarum copiam effuſæ miſerrimè tabefactum corpus ac velut eliquatum reddebant. Atque huiuſmodi ſynrecticos vocat * Plinius, qui ad miſeram ex longo morbo tabitudinem & corporis colliquationem redacti ſunt qualeſque ſyntecticis febribus laboraſſe poſtea ſcribit Galenus.

† *Sect. 2.* * *Cap. 23. lib. 22.*

ἀλλ᾽ εἰ ὑπεπίεζον] ἐπίεζον habet codex vnus Regius. In reliquo etiam diſſentiunt. Duo nanque codices αὖθις πρηέως πᾶσιν ἡ κάθαρσις τῶν ἀπὸ πλεύμονος ἐγίνετο legunt. Germanicus noſter vtramq; lectionem meo iudicio rectè includit. Habet enim αὖθις πάνυ πρηέως πᾶσιν ἡ κάθαρσις ἡ ἀπὸ πλεύμονος ἐγίνετο. Eamq; lubenter amplectimur. Eſt autem κάθαρσις & ἀνακάθαρσις proprio quodam modo Hippocrati, eorũ quæ ſunt in pulmone expurgatio aut ſputorum eductio, & (vt loquitur * Gal.) τὴν διὰ τῶν πτυσμάτων κένωσιν τῶν τὴν πλευρὰν ἐργαζομένων χυμῶν, ἀνακάθαρσιν καὶ κάθαρσιν εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης, ὥσπερ γε καὶ τὸ πτύειν τούτους καθαίρεσθαι, κατά τε τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, καὶ τὸ προγνωστικὸν ὠνόμασεν. Sic lib. 1. de rat. vict. in morb. ac. καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίγνηται, τοσῷδε χρὴ πλεῖον διδόναι μέχρι κρίσιος. Rurſuſq; αἱ γὰρ οὐ μέν οἱ τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν αὐτίκα παύονται αὐτόματοι, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. αἵ τε γὰρ καθάρσιες πολλῶν πλείονες γίνονται, καὶ ἔμπυοι ἧσσον γίνονται. In Prognoſtico quoque, ὁκόσα δὲ τῶν ἀποστημάτων ἐκ τουτέων τῶν χωρίων μὴ παύεται, μήτε πρὸς τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας, μήτε πρὸς τὴν τῆς κοιλίης ἐκκόπρωσιν, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ διαίτας καὶ φαρμακείας, εἰδέναι δεῖ ἐκπυήσοντα. Et aph. 8. lib. 5. ὁκόσοι πλευριτικοὶ γενόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσιν, τουτέοισιν εἰς ἐμπύημα μεθίσταται.

* *Comm. in aph. 8. lib. 5.*

οἷσι δὲ ἀμυδρὰ εἴδεα] Codices duo οἷσι ἀμυδρὰ εἴδεα ὑδρώπων ἰσχνὰ habent. Quæ lectio eſt Galeni in Commentario & Calui.

ἀπὸ κεφαλῆς κατήει] Hanc lectionem conſentientibus vetuſtiſſimis codicibus ſecuti ſumus. κατήει verò habet codex vnus quem ſecuti ſunt aliquot interpretes. Quidam etiam habent ἀπὸ κεφαλῆς ἥκειν. Galenus in Comm. ἀπὸ κεφαλῆς εἶναι legit & πολλὰ omittit.

οἰδήματα] Duo codices vetuſti οἰδήματα habẽt, ſicq; haud dubiè tumores corporis vt pedum ac tibiarum intelligit, qui diuturnam humorum corruptelam diuque perſeuerantem cacochymiam comitari ſolent tandemque aquam intercutem inuehere. Quam dictionem in corporis tumore ex hydrope ſæpè vſurpat Hippocrates, vt lib. περὶ παθῶν & paſſim.

Erat autẽ tabidorum ſpecies ex iis qui glabri erant, ſubalbidi, lentis colorẽ referentes, ſubrubri, cæſiis oculis pituita alba redundantes, & quibus ſcoptula operta alarũ inſtar à tergo extabant atq; prominebant, mulieresq; eodẽ modo ſe habebant. Itidem & qui ad atram bilem generãdam eſſent idonei & ſubſanguinei. Atq; hos febres ardentes & phrenitides, & inteſtinorum difficultates tentabant. Iuuenes crebræ & inanes egerẽdi cupiditates, pituitoſos longa alui profluuia, acria & pinguia ventris recrementa bilioſos vexabant. Omnibus autem quos paulò ſupra deſcripſimus, ver quidem erat moleſtiſſimum plurimoſque ſuſtulit. Æſtas verò placidiſſima, minimeq; multi perierunt. Per autumnũ rurſus & ſub Vergilias, multi interierunt quartana febre detenti. Mihi porrò videtur

Εἶδος δὲ τῶν φθινωδέων ἦν, τὸ λεῖον, τὸ ὑπόλευκον, τὸ φακῶδες, τὸ ὑπέρυθρον, τὸ χαροπόν, λευκοφλεγματίαι, πτερυγώδεες. καὶ γυναῖκες, οὕτω. τὸ μελαγχολικόν τε καὶ ὕφαιμον. τούτοισιν οἱ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικά, καὶ τὰ δυσεντεριώδεα οὕτως ἥπτετο. τεινεσμοὶ νέοισι. φλεγματώδεσιν αἱ μακραὶ διάρροιαι καὶ τὰ δριμέα διαχωρήματα, καὶ λιπαρὰ πικροχόλοισιν. ἦν δὲ πᾶσι τοῖσιν ὑπογεγραμμένοισι, χαλεπώτατον μὲν, τὸ ἔαρ, καὶ πλείστους ἀπέκτεινε. τὸ δὲ θέρος, ῥήϊστον. καὶ ἐλάχιστοι ἀπώλλυντο. τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ πληϊάδα πάλιν ἔθνησκον οἱ πολλοὶ τεταρταῖοι. δοκέει δέ μοι προσωφ-

λησ-

λῆσαι κτ' λόγον τὸ ἐφεπόμενον θέρος. τὰς γὰρ χειμερινὰς νόσους ἐπιγενόμενον θέρος ἐπιγενόμενος λύει, καὶ τὰς χειμερινὰς θέρος ἐπιγενόμενον μεθίστησι. καίτοι αὐτό γε ἐπὶ ἑωυτοῦ τὸ γενόμενον θέρος, οὐκ εὐσταθὲς ἐγένετο, ἀλλ' ἐξαίφνης θερμὸν, καὶ νότιον, καὶ ἄπνοον. ἀλλ' ὅμως πρὸς τὴν ἄλλην κατάστασιν μεταλλάξαν, ὠφέλησεν. μέγα δὲ μέρος ἡγεῦμαι τῆς τέχνης εἶναι τὸ δύνασθαι σκοπεῖν, καὶ περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς. ὁ γὰρ γνοὺς καὶ χρεώμενος τούτοις, οὐκ ἄν μοι δοκέει μέγα σφάλλεσθαι ἐν τῇ τέχνῃ. δεῖ δὲ καταμανθάνειν ἀκριβῶς τὴν κατάστασιν. τῶν ὡρέων ἑκάστην. καὶ τὸ νόσημα, ἀγαθὸν, ὅ τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσει, ἢ ἐν τῇ νόσῳ, μακρὸν ὅ, τι νόσημα καὶ θανάσιμον, μακρὸν ὅ, τι καὶ περιεστηκός. ὀξὺ, ὅ, τι θανάσιμον, ὀξὺ, ὅ, τι περιεστηκός. τάξιν τῶν κρισίμων, ἐκ τούτων σκοπεῖσθαι καὶ προλέγειν. ἐκ τούτων εὐπορεῖται. εἰδότι περὶ τούτων ἔστιν εἰδέναι, οἷς καὶ ὅτε καὶ ὡς δεῖ διαιτᾶν.

æstas illa meritò multum profuisse. Æstiuos namque morbos succedens bruma soluit, & brumales adueniens æstas dimouet. Quamquam quæ tunc fuit, æstas ex sese non satis suæ naturæ constabat, verùm de repente calida, austrina, & à ventis silens fuit, nihilominus tamen ad aliam temporis conditionem mutata profuit. Per verò magni in arte æstimo, posse de iis quæ scripsimus cogitationem rectè suscipere. Eorum namque vsum qui calluerit, is mihi non magnopere videtur in arte aberrare posse. Exactè autem tenere oportet propriam cuiusque temporum anni conditionem, & statum, morbumque ipsum, & quidnam boni commune sit constitutioni cum morbo, quidnam & mali constitutio, aut morbus inter se cõmune habeant. Et quisnam morbus diuturnus sit & exitium afferat, aut quisnam diuturnus & ex quo ægri euadant. Et quisnam præceps & exitialis, aut quisnam prçceps & salutaris. Atq; ex his ipsis tum iudicatoriorum dierum series obseruanda est, tum etiam prædicendi facultas suppetit. Ac in his exercitato procliue est instituendæ victus rationis tempus & modum cognoscere, & quibusdam ea præscribenda sit.

εἶδος δὲ τῶν φθινωδέων ἦν] εἶδος vocat Galenus τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος, καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ χρώματος. Ex quo tabidorum naturam & formam explicat, innuitque quibus huiusmodi species inesset eos in tabem valde fuisse pronos.

λεῖοι] λεῖοι hic depile & glabrum & vt Galenus ait, τὸ ἄτριχον significat. lib. verò sexto epid. * λεῖον τῷ τρηχεῖ: opponitur læueque significat, aspero & inæquali contrarium, dum in cutis campo significatur, quadam ad alterutrum consecutionis accidentia.
* *Sect.* 3.

τὸ φακώδεες] Duo vetustissimi codices τὸ φακώδεες habent, reliqui omnes cum Galeno πολυφλεγματώδεες legunt. Etsi verò in hac naturarum frigidarum recensione, pituitosi maximè locum habent, quòd ex magna cruditatis abundantia caput degrauatum defluxiones pariat, facileque tabem accersat: φακώδεες tamen & qui lenticolores dicuntur, quo nomine qui lentis colorem referunt lienesq; magnos habent intelliguntur, non admodum absurdè hic mihi reponi videntur. Nam cùm ex magna viscerum imbecillitate atque insigni humorum impuritate, lienis duritiem nigricantemque illum ex pallido colorem contrahant, defectoq; calido in aquescentes succos omnia vertant, atq; in hydropem deueniant, frigidis naturis meritò accenseri possunt, præsertim etiam cùm fere omnes frigidiore plus æquo sint ventriculo, tandem verò in tabem incidant, fintque admodum extenuato corpore. Ideoque λεπτοὺς vocat ἐν τῷ περὶ παθῶν Hippocr. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, iis τὰ [illegible] scribit. Quinetiam in frigidiorem corporis habitum versos atq; in hydropem pronos τοὺς ἐκλεύκους καὶ ὑποφακώδεας perpetuisque & acribus ex capite in pulmones destillationibus conflictari scripsit Hipp. lib. 2. epid. quos hic per ὑπολεύκους καὶ φακώδεας satis exprimit.

πυπέρυθροι] Hic τὸ ὑπέρυθρον vt libr. 6. epid. * sanguinis exuperantiam significat, eam tamen plenitudinis succulentiam quam ὑπόχλωρος opponit non continet, sanguinis verò humores omnes complexi denominationem addita præpositione lenit, vt inter extremas illas naturarum oppositiones quodammodo ambigat. * *Sect.* 3.

τὸ χαροποὶ] χαροπὸν pro glauco & cæsio sumi, quod est humidioris naturę ex oculis specimen, in Com. enixè contendit Galenus, & nos satis probauimus nostris in lib. 2. epid. Com. isto quoque loco in medium adducto. Quod hic præcipuè eniti videtur Galenus, ne in frigidarum naturarum numero quandam rerum repugnantiam inducat. Nam cùm constet rauum colorem nigro, fuluo cæsioque permixtum, ignei caloris & præcipuam ingenuitatis in oculis notam referre, non poterant huiusmodi naturæ non nisi turbato ordine frigidis admisceri, si ex oculorum temperatura reliqui corporis iudicium feras. Ex quo natum est vt rauum hic pro glauco & cæsio iuxta Galeni doctrinam dixerimus. Nisi quis quo iure biliosos aut sanguine exundantes in arenam vocat Hipp. eodem etiam rauos in medium accersat, non admodum repugnante rerum natura, si calidis naturis etiam suos morbos attribuat, eosque præcipuo quodam modo qui cerebro sunt calidiore, ideoque ad vaporum sublationem habili. tabe & destillationibus corpus integrum colliquantibus corripi existimet, quod oculis rauis accidere potuit. Eoque nomine non adulterata rauorum nomenclatura, huiusmodi naturas rauilias aut rauistellos dicere potui, quòd ij Festo dicuntur qui rauos oculos habent, nisi maluissem in re admodum difficili Galeno subscribere, quam tamen non nisi lite contestata valdeque ambiguè dissoluit.

λευκοφλεγματίαι] λευκοφλεγματίαι sunt qui pituita alba periclitantur & in suffusum pituita alba affectum deueniunt. Quod est hydropis genus vt probauimus nostris in lib. 2. epid. Com. sect. 1.

πτερυγώδεες] πτερυγώδεες dicuntur medicis quibus lati humeri ([1] Celso scoptula opera dicuntur) à tergo alarum auium instar exstant & prominent, & quibus ὠμοπλάται ἐκπεφύκασιν ὅλαι ὥσπερ πτέρυγες ὀρνίθων vt loquitur [2] Aretæus. Quod his verbis testatur [3] Galenus. [illegible] πτερυγώδεις [illegible] τοὺς ἰατροὺς ὀνομάζειν, τοὺς ὤμους ὀρνίθων πτέρυξι τὰς ὠμοπλάτας ἔχοντας ἐκκειμένας [illegible] τύπῳ. lib. 2. περὶ κράσεων. καὶ θώραξ, τοῖς μὲν, ὡς εἴρηται πρόσθεν, εὐρὺ, ἐνίοις, δὲ στενὸς οὕτως, ὡς [illegible] ὀνομάζειν. [illegible] ἀπλῶς αὐτοῖς ἀφαιρεῖ τελέως [illegible] γυμνὰ, καὶ [illegible] πτερύγων. ὀνομάζουσι δὲ μὲν οἱ τοιαῦται φύσεις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν πτερυγώδεες. Atque huiusmodi naturæ propter thoracis angustiam, damnandamque ab ortu conformationem in tabem promptissime deueniunt. Quod etiam profitetur [4] Galenus lib. 6. epid. vbi hunc quoque locum in medium adducit, [illegible] ὀνομάζουσι οἱ ἰατροὶ πτερυγώδεις [illegible] [illegible] ἐπιτήδειοι τυγχάνουσιν ὄντες εἰς φθόας διὰ τὸ στενὸν τῶν θωράκων. Eam verò ad tabem aptitudinem nominisque originem etiam paulò priùs declarauimus, cùm τὸ ξυζυγίων φθινώδες explicaremus. Ex quibus satis constat Caluum πτερυγώδεες per pectoris angustiam non satis esse assecutum, quòd etsi affectionis ex prima conformatione causam attigit, rei tamen essentiam nominisque notationem non est imitatus.

[1] *Lib.* 8. *cap.* 1. [2] *Cap.* 8. *lib.* περὶ χρον. παθῶν. [3] *Com.* 3. *in lib.* 6. *epid.*
[4] *Comment.* 3.

γυναῖκες ὑπὸ] Sic impressi codices cum duobus peruetustis manu scriptis habent. Duo alij recentiores ὑπὸ sequentibus iungunt. Nos in ambigua lectione vtrumque vt cohæreret assequuti sumus. In quo mire Hippocratem ludificatus est Caluus, cùm ὑπὸ [illegible] istaque simul iunxit inquiens [mulieres atra bile, subcruenta] valde disparatas sententias inter se continuans, spreta & Hippocratis & Galeni mente.

μελαγχολικὸν] Galenus istud sequentibus addit vultque melancholicum genus & subsanguineum phrenitide & febribus ardentibus, morbis calidæ naturæ familiaribus, promptissime tentari. Quod etsi rectè stat in eamque sententiam pedibus eundum est: potamen & istud non absurdè per se sumi, vt & superiora respiciat & posterioribus etiam quadret. Videtur namque Hippoc. melancholicum genus & subsanguineum tabidorum speciem constituere, vt litera satis innuit. Melancholicos autem diximus eos qui ob coaceruandam atram bilem essent appositi, quos Galenus οὐ τοὺς ἤδη τὴν μέλαιναν ἠθροικότας χολὴν, ἀλλὰ τοὺς ἐπιτηδείως ἔχοντας πρὸς τὴν γένεσιν αὐτῆς, dixit.

πινεσμοὶ νόσοι] νόσοι φλεγματώδεσι iungit Galenus, quem fecuti funt omnes interpretes. Poffunt verò & pituita exundantes longis alui profluuiis tentari, ab intemperie & inteftinorum imbecillitate, vt Com. in aph. 30. lib. 3. atque eo modo diuturni alui fluores pituitofis attribuentur, quod faciunt duo peruetufti codices manu fcripti, quos confentientibus impreffis non temerè fecuti videmur. Quoniam autem non illibenter ex acrimonia & coaceruata humorum prauitate procedunt, biliofos fæpè exercent & in difficultatem inteftinorum tranfeunt. Quod fcripfit † Hippocrates. ἐπὶ διαρροίῃ δυσεντερίη ἐπιγίνεται. Eoque modo bile amara redundantibus accommodat Galenus. Vnde fatis mirari non poffum quomodo Caluus biliofos fequenti fententiæ contra Galeni & Hippocratis mentem coniunxerit.

† *Aph. 77. lib. 7.*

καὶ ἐλάχιστοι ἀπώλλοντο] Sic legunt impreffi codices cum duobus vetuftiffimis exemplaribus. Reliqua, ἐλάχιστα ἀπώλλυντο habent, eodem fenfu. ῥήϊστον autem θέρος placidiffimam æftatem diximus, hoc eft moderatiffimam, & in qua facillimi effent morbi, quòd ἡμερώτατον ἐν τῷ θέρει τὰ νοσήματα, vt de ea fcribit Galenus.

τεταρταῖοι] Hìc confenfum noftrorum exemplarium fecutus fum, quæ in eo conueniunt vt quartanis febribus detenti autumno conflictati fuerint. Quæ etiam lectio Galeno pro merito cæteris plaufibilior videtur.

λυκίη δέ οἱ] Non committam vt quæ mihi continuatam fententiam perpetuare videntur, ea longè diffita poft ægrorum fpeculationes, velut interrupta, fine ordine committantur. Etenim vt nihil Galeni & Diofcoridis iudicium accedat, res ipfa tamen tam apertè clamat ifta hìc probè loco effe pofita, vt valde etiam mirer quotquot funt interpretes ea de re Galeni fubmonitionem neglexiffe. Nec fanè video fi locus illis in hac orcheftra dandus eft, quonam potiùs iure in fabulæ cataftrophen fatis ineptè reiiciantur, quàm in medio actu appofitè admodum perfonam fuftineant. Nam cùm veris ratione æftatem moderatiffimam & placidiffimam, habito quoque ad autumnum refpectu, dixiffet, non immeritò tranquillitatis rationes fubiunxiffe videtur. Æftas quippe non fatis præftitutæ à natura temperiei refpondens, fed valde intempeftiua, & ob præfocantes æftus ventorumque ceffationem fufpecta, atque ad humorum corruptelam plurimùm habilis, nullo modo videbatur profutura, nifi temporis fucceffio mutationis beneficium & tempeftiuitatem quandam attuliffet, humorumque corruptelam & coaceruationem promptiffimè in cutem diflatione aliqua ex parte leniuiffet. Quæ certè vt in parte dici videntur, ita æftatis beneficium quodammodo circumfcribunt, nec eam ex toto ab iniuria vindicant, fed mutationis bonitatem ei tribuunt, quæ ex temporum inuicem fucceffione procedit. Atq; ea in re magnam ineffe artis partem fcribit, temporum circumfcriptiones & inter fefe confecutiones aut commutationes fpectare. Qua de re enixè magis aliàs in libris ad hæc deftinatis fcripfit Hippocrates, vt lib. περὶ ἀέρων & lib. περὶ χυμῶν, aph. tertio, & nonnulla etiam addidit initio lib. 2. epid. Atque is certè longè probabilior mihi videtur confecutionis ordo, quàm fi ifta ad extremos libri fines importunè admodum & omninò extra rem ablegemus.

τὰ γὰρ θερινὰ νόσοις] Temporum commutationes & viciffitudines plærumque falubrem ex contrarietate morbi caufam obtinent, in eorumq; folutionis genere reponuntur, vt fatis conftat ex Comm. in aph. 1. & 3. lib. 3. & ex aph. 45. lib. 2. & aph. 28 lib. 3. Atque ad eam morborum folutionem in attributionibus medico confiderandis temporum mutationes & in alia fucceffiones fpectandas effe iubet lib. περὶ χυμῶν. Quod enim fcribitur αἱ μεταβολαὶ δὲ οἷον ἐς οἷα. hunc in fenfum accommodat Galenus Com. in aph. 11. lib. 3. & ab Hippocr. repetitur lib. 6. epid. * Eaque de re abundè diximus lib. 1. epid. Cùm igitur temporis mutationes quæ cōtrarietatis caufam habent, folutionis morborum rationem præ fe ferant, an non æquum videtur æftiuos morbos hyeme folui, & contra præfertim cùm ex Hippocratis doctrina optimè quadret? Ne quis ergo ex Galeni verbis fucum fibi factum exiftimet, rem ipfam penitus introfpiciat. Locum accufat Gal. fuppofititiumque clamat, quòd in vniuerfitatis genere iniquum videatur valdeque cum Hippocrat. decretis pugnans, morbos brumales quauis æftate, non habita conditionis temporum temperieique ratione propulfari, cùm non parum à rei natura abhorreat, æftate valde fufpecta qualis ifta fuit hyemales morbos folui, ac profectò æquius fuerit ob fummam humorum corruptelam & putrilaginis coaceruationem inualefcere & augeri. Natiuam igitur & conftantem temporum temperiem ex qua tempeftatum mutationes denominationem fumunt morborumque caufæ oriuntur, ad affectuum inuicem folutionem fpectandam effe iubet, ad quam etiam plurimùm facere contendit, certas morborum naturas & cum temporum conditione habitudines confiderari. Quibus ad trutinam exactis, non dubium eft æftate legitima & tempeftiuam tempeftiuitatem feruante, conftantes, riteque atque ordine conceptos morbos, hyemis fucceffione natiuam temperiem probè retinentis, propulfari, contraque ex Hippocr. doctrina paffim. Quod etiam Galeni verba apertiffimè teftantur, fi integrè non autem ex noftris codicibus mendosè legantur. Vt potiùs videatur nimis latè diffufam & exundantem fententiam intra æquitatis limites circumfcripfiffe, & definitam ad examen fubduxiffe, quàm eam fuis decretis condemnaffe. Etenim cùm ex germaniffimis Hippoc. libris qui temporum falubres mutationes proprio quodam modo folicitant, dignitatem hauriat, præcipuè tamen ex extremo lib. περὶ φύσιος ἀνθρώπου authoritatem capit. Sic namque fcribitur: ὀφείλει οὖν τουτέων ἕκαστος ἰσχύειν, ὁκόσα μὲν τῶν νοσημάτων χειμῶνος αὔξεται, θέρεος φθίνειν. ὁκόσα δὲ θέρεος αὔξεται, χειμῶνος λήγειν ὁκόσα μὴ αὐτέων ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσσεται. τὴν δὲ περίοδον αὖθις φράσω τὴν τῶν ἡμερέων. ὁκόσα δὲ ἦρος γίνεται νοσήματα, προσδέχεσθαι χρὴ φθινοπώρου τὴν ἀπάλλαξιν ἔσεσθαι αὐτέων. ὁκόσα δὲ φθινοπωρινὰ νοσήματα, τουτέων τὸ ἦρος ἀνάγκη τὴν ἀπάλλαξιν γίνεσθαι, ὅ τι δ' ἂν τὰς ὥρας. ταύτας ὑπερβάλλῃ νόσημα, εἰδέναι χρὴ ἐνιαύσιον αὐτὸ ἐσόμενον. Ex quibus liquet æftiuos morbos hyeme folui & contra, temporumque inuicem confecutiones indicationem morbis adferre: idque ex parentis optimi decreto. Quod etiam profitetur Galenus in diturum iudicatoriorum difciplina latiufque explicat, hanc iftam fententiam in medium referens lib. 3. περὶ κρισίμων ἡμερῶν, temporumque mutationes morborum iudicationes facere his verbis demonftrans: περίοδοι δ' εἰσὶν αἱ μὲν δι' ἡμερῶν ἀριθμοῦ τινος, αἱ δὲ διὰ μηνῶν. αἱ μὲν δὴ διὰ τῶν ἡμερῶν εἰσὶν αἱ εἰσί, καὶ περὶ τὴν σελήνην ἀνήκουσι. αἱ δὲ διὰ μηνῶν εἰς ἥλιον διαφέρουσι. τὸν δὲ τρόπον ἡγούμεθα. πάλιν γὰρ τὸν Ἱπποκράτους ἀρχτέον, ῥήσεων, τὰ μὲν θερινὰ νόσοις ἐν χειμῶνι λέγοντος λύεσθαι τὰ δὲ χειμερινὰ ἐν θέρει. αὕτη μὲν ἡ περίοδος ἡ κρίσιμα κείσθω ἔτι χρόνου καὶ ὡς ἂν εἴποι τις, ἐνιαυσίων νοσημάτων, οἷ' ἅπερ ἐν τοῖς ὀξέσιν ἡ τοῦ ιδ'. ὁ γὰρ μέχρι τῆς πανσελήνου χρόνος, ἥμισυς ὑπάρχων ὅλης τῆς σελήνης περιόδου τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, τῷ μέχρι θέρους ἐκ χειμῶνος διαστήματι καὶ μὲν δὴ καὶ ὁ ἀπὸ τῆς πανσελήνου μέχρι τῆς κρύψεως χρόνος, ἀνάλογον ἐστὶ τῷ μέχρι χειμῶνος ἐκ θέρους διαστήματι. τούτων δ' ἑκατέρου δίχῃ τμηθέντος, ἐν μὲν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν ἡ ἑβδομάς ἐστιν, ἐν δ' αὖ τοῖς χρονίοις, αἱ τῶν φανερωτάτων ἄστρων εἰσὶν ἐπισημασίαι, καθ' ἃς ἔαρ καὶ θέρος, καὶ χειμὼν καὶ φθινόπωρον ἀφορίζεται. Quod etiam repetit lib. 2. in circuituum iudicatoriorum recenfione, hunc in modum: καὶ ταύτας πάλιν καταλιπών, τὰ μὲν θερινὰ νόσους χειμῶνος λύεσθαι φησί, τὰ δὲ χειμερινὰ θέρει. Atqui etiam iftud etfi mihi videtur quod fubindicat Galenus Comm. in aph. 1. lib. 3. his verbis, μεταβάλλει γὰρ ἐνίοτε εἰς ἄλληλα τὰ ὥσπερ ἔνια συνίσταται νοσήματα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ λύεται. καὶ τοῦτο αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Ἱπποκράτης. Iftam enim fententiam innuere videtur, qui temporum huiufmodi commutationes morbis effe falubres fignificat, vt non aliunde eius carpendæ anfam ceperit Galenus, quàm quòd in genere nimis ambiguè prolata, parumque definita, nec legitimis artis διορισμοῖς fatis terminata fidem fufpectam facit. Atque hæc mihi dicenda fuerunt de hoc Galeni loco difficili, planeque noftris in codicibus inexplicabili labyrintho, qui fanè mihi videtur,

Parietibus textum cæcis iter, ancipitémque
Mille viis habuiſſe dolum. qua ſigna ſequendi
Falleret indeprenſus & irremeabilis error.

Hunc porro locum etiam codices variant. Quidam enim fimpliciter legunt, καὶ τὰ χειμερινὰ θέρος ἐπιγενόμενον, vt ad λύει referant, μεθίστησι omittunt, quod etiam facit Galenus.

* *Sect. 3.*

ἐκ δὲ σταθερῆς ἐγένετο] θέρος εὐσταθὲς ftabilem æftatem & quæ probè præftituram fibi à natura temperiem feruaret, ac naturæ conftaret, quæque effet legitima & propriam temperiem optimè moderaretur, nec qualitatibus fuis admodum excederet. quemadmodum τὰς καθεστώσας χώρας, τὰς ἐν τάξει τῆς οἰκείας κράσεως ἀπολαυούσας intelligit Hippocrates, vt fcribit † Galenus, vbi tempeftiua tempeftiuitate anni tempora fibi conftant, ac bonum habent tempeftatum habitum. Iftam porrò dictionem Hippoc. aliàs morbis q-

† *Comm. in aph. 8. lib. 3.*

dis,

tis, stabilibus & optimè sibi constantibus, pro mutua tempestatum & morborum inter se habitudine attribuit, vt alibi scripsimus & aliquando fusius dicendum est. Cæterùm aliter videtur legisse hunc locum Caluus & Galenus quoque, vt satis ex Commentario pateret, nostra tamen huic lectioni acquiescunt exemplaria omnia.

ἀλλ' ἐξαίφνης θερμὸν] Illud ἐξαίφνης codices quidam omittunt, quòd prius non appareat, sed ne ista quidem cum superiore æstatis descriptione omninò conuenit. ἄπνοον verò pro ἄπνοον habent excusi codices cum quodam Regio, & vtramque lectionem adhibuisse videtur Caluus, cùm æstatem laboriosam & non perflatam dixit. Etsi verior mihi lectio videtur quæ ἄπνοον habet, quòd ferè ventorum silentium suspectum totum annum fecerit, ac præparca & diuulsa anniuersariorum perflatio non modò ventorum caloritatem non leniuerit, vt etiam mirè æstatem infamauerit. ἄπνοον verò potest etiam quis ad æstatis labores, molestiam & πνῖγμα μεγάλα accommodare. Licet autem cuiuis ex Galeni Commentario lectionis varietatem venari.

δεῖ δὲ καταμανθάνειν] Mutationes temporum ad morborum ortum magnum afferunt momentum, amborumq; inter se habitudo diligenter medico animaduertenda est, tum ea quæ commune aliquid præ se fert, tum etiam ea quæ propriæ conditionis singulare quiddam habet, τῶν νούσων γὰρ ἄλλαι πρὸς ἄλλας ὥρας καὶ εὖ καὶ κακῶς πεφύκασι, vt scribit Hippocrates. Et verò vt temporum successiones & mutationes ad morborum considerationes valde sunt necessariæ, sic etiam ad artem medico parata præsidia, vt in quibus bona artis tractatio versatur. Atque ex ea temporum ad morbos habitudine, ad morborum differentias descendit, vt inde ad criseos rationem, victus præscribendi moderationem & prædicendi facultatem viam medico faciat instructissimam. Quod quia in præcipuo artis instrumento spectatur, ad eosdem facultatis scopos plurimis in locis Medici cogitationem erigit Hippocrates, vt toto lib. I. aphorismorum, & ad eam rem per eiusmodi ferè morborum differentias viam sibi muniuit lib. I. epidem. * qua de re illic plura diximus. Hunc verò totum locum sic legimus ex optimorum exemplarium consensu, δεῖ δὲ καταμανθάνειν ἀκριβῶς τὴν κατάστασιν τῶν ὡρέων ἑκάστων, καὶ τὸ νόσημα, ἀγαθὸν ὅ, τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσει, ἢ ἐν τῇ νούσῳ, κακὸν ὅ, τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσει, ἢ ἐν τῇ νούσῳ. Quam etiam lectionem secuti sunt omnes interpretes contra impressorum omnium codicum fidem. Sic enim mihi spectare videtur Hipp. temporum cum morbis communem affectionem & habitudinem, quæ vt interdum bono est, sic nonnunquam periculum intendit. Quod satis apparet ex aph. 34. lib. 2. & aph. 2. & 3. lib. 3. * Sect. 3.

μακρὸν ὅ, τι νόσημα] Caluus hîc variat. Alterum namque distributionis membrum omisit, μακρὸν ὅ, τι καὶ περιεστικὸς. Quod etsi ex oppositionis disciplina intelligi potest, meritò tamen adscribitur, id quod etiam in superiore sententia fecimus ex nostris exemplaribus. Hoc etiam quod sequitur Caluus aliter legisse nec satis distributionis vim assecutus esse videtur, cùm & acutum longo iungit, & alteram quoque partem omittit. περιεστικὸς verò νόσημα quid sit scripsimus lib. I. epid. sect. 3.

ΕΚΚΑΙΔΕΚΑ ΑΡΡΩΣΤΟΙ.

Πρῶτος.

Ἐν Θάσῳ ὁ Πάριος, ὃς κατέκειτο ὑπὲρ τὸ Ἀρτεμίσιον, πυρετὸς ἔλαβεν ὀξὺς. κατ' ἀρχὰς δὲ ξυνεχὴς, καυσώδης. διψώδης. ἀρχόμενος κωματώδης. καὶ αὖθις ἄγρυπνος. κοιλίη ταραχώδης ἐν ἀρχῇσιν. οὖρα λεπτά. ἕκτῃ, οὔρησεν ἐλαιῶδες, παρέκρουσεν. ζ, παρωξύνθη πάντα. οὐδὲν ἐκοιμήθη, ἀλλ' οὖρα τὰ ὅμοια, καὶ τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα. ἀπὸ δὲ κοιλίης, χολώδεα λιπαρὰ διῆλθε. ὀγδόῃ, σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν. ἤμεσεν ἰώδεα ὀλίγα. σμικρὰ ἐκοιμήθη. θ, διὰ τῶν αὐτῶν. ι, πάντα ξυνέδωκεν. ια, ἵδρωσεν οὐ δι' ὅλου. περιέψυξε μὲν, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. ιβ. πυρετὸς ὀξὺς, διαχωρήματα χολώδεα. λεπτὰ, πολλά. οὔροισιν, ἐναιώρημα. παρέκρουσεν. ιζ, ἐπιπόνως. οὔτε γὰρ ὕπνοι, οὔτε πυρετὸς ἐπέτεινεν. κ, ἵδρωσε δι' ὅλου. ἄγρυπνος. διαχωρήματα χολώδεα. ἀπόσιτος. κωματώδης. κδ, ὑπέστρεψε. λδ, ἄπυρος. κοιλίη οὐ συνίστατο. καὶ πάλιν ἀνεθερμάνθη. μ, ἄπυρος. κοιλίη ξυνέστη χρόνον οὐ συχνόν. ἀπόσιτος. σμικρὰ πάλιν ἐπύρεξε. καὶ διὰ παντὸς πεπλανημένως. ἄπυρος τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ. εἰ γάρ τι διαλείποι καὶ διακουφίσειεν, πάλιν ὑπέστρεφε. σιτίοισί τε πολλοῖσι, καὶ φαύλοισι προσεχρῆτο. ὕπνοι κακοὶ περὶ τὰς ὑποστροφάς. παρέκρουσεν. οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα οὖρει τηνικαῦτα. ταραχώδεα δὲ καὶ πονηρά, καὶ κατὰ κοιλίην συνιστάμενα. καὶ πάλιν διαλυόμενα. πυρέτια ξυνεχέα. διαχωρήματα πολλά, λεπτά. ἐν δὲ τῇ ρκ, ἡμέρῃ ἀπέθανε. τούτῳ κοιλίη ξυνεχέως ἀπὸ τῆς πρώτης ὑγρὴ χολώδεσιν, ὑγροῖσι, πολλοῖσιν ἦν. ἢ ξυνισταμένη, ἐν ζέουσι καὶ ἀπέπτοισιν. οὖρα διὰ τέλεος κακά, κωματώδεα τὰ πλεῖστα μετὰ πόνων. ἄγρυπνος. ἀπόσιτος. συνεχέως καῦσος.

Ægroti sexdecim.

Primus.

Parius quidam in Thaso, qui supra Dianæ fanum decumbebat, febre acuta correptus est, statim quidem assidua, ardente, siticulosa. Per exordia sopore detinebatur, rursusq; vigiliis vexabatur. Aluus inter initia turbulenta, vrinæ albæ. Die sexto oleosam vrinam reddidit, delirauit. Septimo exacerbata sunt omnia, non dormiuit. Quin & vrinę similes & mens perturbata. Ex aluo verò biliosa & pinguia prodiere. Octauo deinceps parum ex naribus stillauit, vomitione refusa sunt virulenta, pauca, aliquantulum quieuit. Nono eadem perseuerauere. Decimo cuncta remiserunt. Vndecimo, sudor, sed non toto corpore dimanauit. Corporis quidem summa perfrixerunt, sed mox recaluit. Duodecimo, grauiter febricitauit, alui recrementa biliosa, tenuia, copiosa. In vrinis suspensum quid in medio innatans inerat, delirauit. Decimoseptimo permolestè habuit. Nam neque somni aderant, neque tamen febris intendebatur. Vigesimo sudor vndique profluxit, peruigil fuit, deiectiones biliosæ, cibum auersabatur, sopore detentus est. Vigesimo quarto recidiua contigit. Trigesimo quarto à febre immunis fuit, aluus non substitit, moxq; recaluit. Quadragesimo sine febre, aluus non diu substitit, cibum auersabatur rursus aliquantulum febricitauit, idque perpetuò inordinatè, partim quidem à febre liber, partim verò non. Nam si quando intermitteret, alleuaretque, statim repetebat. Cibariis etiam multis vilibus & vitiosis vtebatur. Circa recidiuas somni mali, delirauit. Vrinas tunc reddebat crassas quidem, verum turbulentas & prauas. Ex aluo coacta moxque diffluentia demittebantur. Febriculæ assiduæ aderant, deiectiones multæ tenues. Centesimo & vigesimo die defunctus est. Huic aluus ab initio continenter biliosis, liquidis, multis diffluebat, aut si consisteret, feruida & cruda deiiciebat. Vrinæ per totum morbum malæ. Sopore ferè detinebatur, nec sine doloribus, eratque insomnis, cibos auersabatur, assidueque febris ardens vexabat.

Reliqua est speculationis ægrotorum pars in qua αὐτοψίαν exercet Hippocrates, ægrotoq; sexdecim oculis subiicit, vt inde artis præceptiones mutuare possis & in singularibus attrito tibi esse liceat. Atq; hunc ægrotorum numerum agnoscit Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. Hoc autem quod primum occurrit exemplum, insignem habet putrescentis cacochymiæ considerationem, biliosique & ærugi-

nosi succi ex inæqualitatis permixtione corruptelam, vnde & febris ardens enata est, & quòd præcipua nutricationis instrumenta laborarent, naturalesque functiones appeterentur, turbulenti per totum morbum secessus, biliosi, tenues, liquidi & pingues ægrum diuexarunt. Quibus veluti onere leuata natura, & quod magnam morbi partem deponeret recreata, paululum respirauit, crebrasque iudicationum mutationes attentauit. Sed quoniam non nisi fractas virium suppetias habuit, intemperantiaque hosti, hoc est malo victus generi, salutem prodidit, variis recidiuatum ictibus appetita, fracta & debilitata, longum tamen sustentauit exitum: Varius autem hoc in ægro symptomatum concursus miserè exagitatam naturam arguit, quæ etsi vitalitatis arce occupata, hoc est hepatis ventriculiq; facultatibus iam humorum malignæ corruptioni mancipatis, sanitatis spem concipere non potuit, iudicatoriis tamen diebus nullum neglexit erigendi animi indicium, sed quoad potuit egregiè colluctata, in centesimum tandem & vigesimum diem, velut tabifica quadam veneni specie concidit. Hîc verò præcipuè enitet decretoriorum dierum series, & passim ab Hippocrate inculcatus & à Galeno nunquam satis commendatus iudicationis κόσμος. Huius ægri meminit Galenus libello περὶ κώματος, quem variè & inæqualiter ægrotasse multasque in contraria permutationes sustinuisse scribit.

τὸν τοῦ Παρίωνος] τὸ Πάριον habent codices duo manu scripti, istamque lectionem sequitur Galenus libro 2. περὶ δυσπν. & in Commentario.

ὑπὲρ ἀρτεμισίου] ἀρτεμίσιον Dianæ fanum aut ædem, festum aut statuam significat. Est & Eubœæ promontorium eius nominis. Nos interpretum celebritatem sequimur.

διψώδης] Istud etsi non temerè aliàs apud Hippocratem ad febrem relatum inuenias, consensum tamen manuscriptorum exemplarium sequutus sum, quòd & huiusmodi febris ardens siticulosa dici queat ex propria quadam suiipsius circumscriptione. Nam & inexhausta siti exurenteque calore febres ardentes dignoscuntur. Quod scribit Galenus libro quarto de ratione victus in morbis acutis, τὸ καῦσον πυρετὸν εὐείκασον τοὺς ἰατροὺς λέγοντας, ὅταν ἡ θερμασία διακαὴς ᾖ τὸ ἄνθρωπον, ἄπαυστόν τε τὸ δίψος ἔχῃ. Et paulò ante in statu pestilente de exurente huius febris incendio loquens, quod καῦμα dicitur. ἴδιον γὰρ τοῦτο τῶν καύσων οἶς ἐστὶ τὸ διψεῖν ἀπαύστως, καὶ σχεδὸν οὐδ' αὖ ἄλλο τις ἐξαίρετον εἴποι γνώρισμα καύσων πυρετῶν, ἀλλ' ἐκ δυοῖν τούτων αὐτάρκως συμπληροῦσθαι φαίη, δίψους ἀπαύστου καὶ θερμασίας διακαοῦς αἰσθανομένων τῶν καμνόντων. Potest etiam istud rectè ad ægrum referri & sequentibus cohærere. Quam in rem quædam exemplaria δίψος pro διψώδης habent.

οὖρα λευκὰ] Sic omnes interpretes & codices præter vnum Regium peruetustum magni ponderis, quod λεπτὰ habet. Vtramque lectionem adhibet Caluus, & albas tenuesque vrinas simul iunxit. Quidam verò κοιλίη ταραχώδης ἐν ἀρχῇσιν simul iungunt, alij ἐν ἀρχῇσιν οὖρα λευκά.

οὔρησεν ἐλαιώδης] Oleosarum vrinarum pernicies satis decantata videtur in historia ægri x i. & x i i. libri primi, idque ex Hippocratis, Galeni & recentiorum decreto. Tres enim huiusmodi vrinarum gradus ex * Aëtio libro quinto, & † Actuario libro de Vrinarum iudiciis, & libello de vrinis, esse diximus, eosque vt pro caloris ex quo oriuntur intensione inter se differre, ita & exæstuans incendium præ se ferre. Quod decretum etsi hîc quoque in deurente febre valere potest, operæpretium tamen est animaduertere quisnam scrupulus Galenum angat, vt inter oleosas & pingues vrinas tantopere hoc loco ambigat. Ac primùm quidem videndum est Galenum duo oleosarum vrinarum genera ponere, vnum quod pingues vrinas facit, atque λιπαρὰ οὖρα vocat, iisque supra innatantes in vrinis pinguedines ex Prognostico accommodat, & pinguedinis colliquationem ex deurente incendio portendere significat. Alterum oleosarum vrinarum genus est ex iis quæ crassamento & colore, non toto habitu & natura, oleo similes apparent, sed in speciem tantum oleosæ, non reapse dicuntur, cùm minimum pingues sint. Quæ tantum abest vt periclitantem naturam denuncient, vt interdum concoctionis morbi vim habeant, iudicationisque quæstionem exerceant, cum crassiore substantia & coloris plenitudine innati caloris beneficio olei essentiam præ se ferant. Huiusmodi oleosas vrinas sine pinguedinis admixtione intelligi vult Galenus, quarum quoque gradus in coloris intensione spectandos esse vult. Atque eo tandem delabitur vt vrinas istas colliquationis in hoc ægro nullum periculum denunciare existimet, quòd à pinguibus multum differant, ac in speciem tantùm oleosæ appareant. In eoque plurimùm mouetur longa ægritudinis ad centesimum & vigesimum diem productione, quod in colliquatis suspicione vix fieri posse videtur. Qua ratione sola ductus huiusmodi oleosas vrinas tantùm apparentes in doctrinæ genere recenset. Quod quia non parum suspectum futurum erat, non minimùm etiam ab Hippocratis decretis, multùm verò à recentiorum opinione in oleosarum vrinarum æstimatione dissentiens videtur, rem quasi lenitione præmunit, & pinguium vrinarum intelligentiam in oleosarum censu prætexit, dum eas posse pingues inaudiri scribit quæ innatans pingue ex Hippocratis consilio habeant, & pinguedinis à calore fusionem, non verò corporis colliquationem denotent. Quæ etsi in malis reponendæ sunt propter deurentis caloris vim, non sunt tamen adeò exitiales vt præceps exitium afferant, quales quæ totius substantiæ colliquamentum denotant. Quod efficit vt vrinas istas pingues eodem censu æstimet quo deiectiones pingues, quæ longo interuallo à colliquationibus distinguuntur. Eóque sensu tolerabilem fore veterem assensionem iudicat Galenus. Quo in opinionis tormento etsi plurimùm laborat, ratamque recentiorum in oleosarum vrinarum consensione fidem labefactat, quod tota essentia oleosas vrinas esse ambigat, oleosasque apparentes in perniciei intensione (quod ij faciunt) non apponat, mihi tamen videtur appositissimè (vt cætera) de tota re sententiam ferre, Hippocratisque consilium reconditissimum miro quodam doctrinæ genere explicare. Nam cùm primùm optimè sibi esse saltandam fabulam istam duceret, videretque Hippocratem hoc in ægro febre ardentissima tentato, primis ferè diebus oleosam vrinam adscripsisse, eumque partim morbi contentione, partim lenta virium reluctatione in longam iudicationis moram perductum esse: non satis æquum videbatur, oleosas istas vrinas pinguis aut oleaginorum totam naturam statim fuisse adeptas, tum quòd eæ magnam corporis integri colliquationem, cui æger non satis fecisset, denotarent, tum verò etiam quòd eiusmodi vrinarum quæ totam oleaginorum speciem referrent, doctrinam nullam fecisset in Prognostico Hippocrates, vbi studio quodam omnes acutorum morborum vrinas in artis præceptiones contulisset. Nec verò etiam satis rationi consonum futurum erat, antiquorum præcipuéque Hippocratis decretis confirmatam, longáque assensione comprobatam vrinarum pinguium infamiam de gradu deiicere. Atque in huiusmodi vadis luctatus Galenus ad causæ æquitatem descendit, experientiaque iudice oleosas vrinas esse censet, quæ colore & crassamento faciéque oleum referunt, quales sunt quæ biliosi & æruginosi succi permixtione ipsaque exassatione in viridantes & propè nigras vrinas transeunt, oleaginorumque speciem habent. Quæ etsi ex caloris intensione gignuntur, pro eius tamen modo colorem immutant, periculumque aut denunciant aut leniunt. Quod satis innuere videtur Galenus cùm oleosas istas vrinas coloris modo discernit, iisque ex febris aut caloris magnitudine, non malignitatis ratione perniciem conciliat. Ac vt non eadem semper est olei consistentia & color, sic vrinarum istarum pro substantiæ aut coloris varietate designationem progredi scribit. In hoc igitur ægro cùm multa æruginosi & biliosi humoris improbitas tantaque malignorum succorum permixtio fuerit, vt virulentos vomitus & secessus biliosos, pingues & turbulentos per totum morbum procurarit, non est diffitendum humorum huiusmodi exassatione ex febre deurente talem redditam vrinam, pessimisque admodum casibus ægrum fuisse conflictatum. In quo quanquam valida naturæ vis sæpiùs aduersus morbum enituit, ægri tamen intemperantia adeò concidit vt lentum tandemque miserum traxerit exitium. Quod effecit vt vrinæ per se quidem accusabiles nec probæ visæ sint, non tamen statim exitiales aut omninò lethales apparuerint. Et certè ne videamur nouitio quodam inuentu veteres artis præceptiones ludificare, non admodum absurdè mihi videntur vrinæ huiusmodi pinguis liquationem ab exurente calore inchoatam esse indicare, quod bilis æruginosa magnum persæpè concipiat incendium periculososque euentus afferat. Quibus adeò exagitatum ægrum videre est, vt etsi remissionem interdum fecerint, non adeò longè tamen à se periculum propulsarunt, quin colliquationis iacta initia in lentam & miserabilem traxerint ruinam. Qua sanè mortis lentitudine non mihi lenienda vrinæ improbitas videtur, cùm fieri posse videatur vt remissa naturæ benignitate, colliquationis initia ac morbi vis ipsa, in miserabili tamen ad omne exitium proiecto corpore lentas tabitudinis radices egerit. Idque videtur longa verborum ambiguitate assequi Galenus, dum huiusmodi interpretationem, quod ad antiquorum præscriptum magis accommodatam esse sciat, qua potest verborum æquitate lenit, nec abs re tamen ad pingues vrinas referri posse non sine

leui

leui tergiuersatione innuit, si colliquationum gradus inter se attente consideres. Pinguis nanque fusio quæ prompte à calore gignitur, vt multum à corporis integri colliquatione differt, ita certè nec adeò præceps exitium portendit, potestque longiorem temporis iniuriam, præsertim cum remissione sustinere. Quod in alui per totum hunc morbum deiectionibus satis videre est, quæ perpetuò pingues, tenues, biliosæ & turbulentæ fuerunt, colliquationum tamen speciem (quod fatetur Galenus) non habuerunt.

ς ὕρησεν ἐλαιώδεs] Post hæc verba habet codex Germanicus noster, διαχωρήματα χολώδεα λιπαρά. Quam lectionem ex Galeni Commentario hausisse videtur, eamq; secutus est interpres alter.

ζ ἐσιῶν ἐσαιάρησε, περίεχουσεν] περίεχουσιν non legit Caluus, contra tamen omnium codicum fidem.

ι΄ τε πυρετὸς ἐπέπεσεν] Hoc non malè ad recidiuam mihi sic referri videtur. Caluus aliter legit, febrem nanque durasse significat. Codex vnus ι΄, ὁ πυρετὸς ἐπέπεσεν habet. Quæ lectio omninò est simplicissima & à Galeno libello περὶ κώματος retinetur, vbi hæc omnia adducuntur. Priorem tamen propter codicum consensum retinuimus & quoad eius fieri potuit leniuimus. Atque in quibusdam vitiosè ἐπέκτεινε legitur.

κ΄ ἵδρωσεν δι' ὅλου] Eam germanam esse lectionem cùm ex iudicatoriorum dierum serie, tum verò ex magno codicum consensu constat. Vt non dubia fide vitiosam lectionem iudicem quæ ὀγδόη καὶ δεκάτη habet, eaq; vitiosiorem quæ ἐν δεκάτη legit. Huc accedit quod Galenus in Commentario istam dierum seriem retexens, vigesimum diem apponat, non decimum octauum, quem vt vitiosè recensionis authorem infamat lib. 2. περὶ κρίσεων.

λδ΄ ἄπυρος] Istam veram esse lectionem facit huius diei addicta inter decretorios dignatio. Vnde constat Galeni Commentario mendosè pro trigesimo quarto trigesimum esse adscriptum. Caluus aliter hunc locum legit, λδ΄ ἀνεθερμάνθη, reliqua vigesimo quarto attribuit.

κοιλίη ξυνίστη χρόνον οὐ συχνὸν] Sic legunt vetustissima omnia exemplaria cum impressis. Codex tamen vnus non ita magnæ fidei, οὐ ξυνίστη habet, quemadmodum Gal. interpretes legunt. Quod quidem parui est momenti. Propter variam enim cacochymiam aluus per totum ferè morbum fluebat, interdum etiam parum consistebat. Pòst ea autem verba annotandum videtur codicem vnum peruetustum Regium, καὶ πάλιν ἀνεθερμάνθη apponere. Cuius lectionis in cæteris ne vestigia quidem vlla extant.

καὶ δὲ ξ τουτέοις πλανωμένως] Ista febrium inconstantia magnam humorum inæqualitatem, morbi distractionem, ægri intemperantiam, & virium colluctationem indicat. Quibus paulatim fatiscentibus febriculæ assiduè ferè ægrum vexabant, eædemque admodum inconstantes & vagæ, quòd nullum statum prehendendi ordinem facerent. Id enim πλανωμένως significat, quemadmodum de iisdem παρεξυνώδεας πλανωμένως * dixit lib. 1. Epid. cui εὐτάκτως opponit. Cuiusmodi etiam phrasis in ægra sequente visitur, quæ magna humorum inæqualitate vexata est. Ac de iis quæ inordinatè & valde inconstanter fiunt, ἀτάκτως καὶ πλανωμένως sæpiùs effert Hippocrates.

* *Sect. 1.*

σιτεύεισι τε πολλοῖσι] σιτεῖον & σιτάνιον quibusdam frumentum hornum, hoc est eiusdem anni, dicitur, quemadmodum agnos hornos dixit Varro pro anniculis. Hornotinum frumentum vocat Cicero Act. 5. in Verrem, non secus ac hornotinas nuces Cato libro de re rustica, & Columella ** hornotinas virgas lib. 5. Atque ad id respexisse videntur qui hîc frumentum hornum capiunt, quod in Exegesi vocum Hippocr. hunc in modum scribit Galenus, σιτανίου, τοῦ ἐκ τοῦ ἐνεστηκότος πυροῦ, τουτέστι τοῦ κατὰ τὸ ἔαρ ἐσπαρμένου. Quibus verbis hunc locum subobscurè tamen indicare videtur. Id quod etiam à Phauorino aliter hunc in modum adducitur, σιτανίου, τοῦ ἐκ τοῦ ἐνεστηκότος ἔτους πυροῦ, τουτέστι κατὰ τὸ ἔαρ ἐσπαρμένου. Est & σιτάνιος πυρὸς † Dioscoridi frumentum trimestre, quod à quibusdam Sitanium nominatur. Quod inter tritici genera ad secundas valetudines valde est accommodatum & leuiorem cibum præbet & qui facilè in membra demandetur. Quo nomine damnari non potest vt nec frumenta recentia, quæ optimæ valetudinis vsibus etiam destinantur, nisi si immoderata quantitas cibum noxium fecit in intemperante ægro, quod de cibariis probatissimis contingit. σιτάνιον quoque alterum mespili genus est †† Dioscoridi, quod Epimelida vocant, quo haud scio an propter frequentem ventris solutionem crebrò vsus sit æger, vilissimo sanè & vitiosissimo cibo. Nisi quis hic σιτάρειον, σιτίον esse dicat, & pro eduliorum, ferculorum & cibariorum quouis genere poni existimet. Quem in sensum vetus Codex noster Germanicus, σιτίοισι pro σιτεύεισι habet. Ad eamque lectionem accedit exemplar vnum Regium recentius, nisi quod σιτευδίοισι pro σιτίοις suspectum esse videtur. Quam etiam lectionem secutus est Caluus cùm cibariola vertit. In reliquo variant exemplaria. Impressa namque omnia cum Regio vno φαύλοισι habent. Regium vnum peruetus & recentius alterum cum nostro Germanico φαυλοῖσι legunt. Quam lectionem ex Galen. Commentario hauserunt, eamque quod plausibilior sit secuti sunt omnes interpretes præter Caluum, qui ostracina quædam edulia sumpsit, quòd sint φαυλώδεις Hesychio & Phauorino ὀστράκινά τινα βρωμάτια. Quod eduliorum genus per se satis vitiosum est. Et tamen vtramque lectionem adhibuit Caluus, cùm cibariola mala, ostreaque apposuerit. Nos verò cum cæteris receptissimam lectionem secuti, vt omnia quoad fieri posset complecteremur, cibaria vilia & vitiosa diximus, quòd sint σαυρότατα σιτία vilissimi & vitiosissimi cibi Xenophonti, feréque vitiosorum vilior sit annona. Caluus etiam pro σιτευχῆσι σιτηχῆσι legisse videtur.

** *Cap. 17. cap. 6.* † *Lib. 2. cap. 107.* †† *Lib. 1. cap. 171.*

ἐν δὲ τῇ ρκ΄ ἡμέρῃ] Huius loci meminit Galenus libro 2. de diebus decret. in gemino dierum criticorum delectu ex Hippocrate habendo.

οὐ ξυνισταμένη] οὐ ξυνισταμένη habet codex vnus manu scriptus, quem sensum cum omnibus ferè interpretibus retinuimus, illudque Galeni assecuti sumus, συνίσταιτο δὲ οὐκ ἔστι ξίοντι καὶ ἄπεπτα διαχωρεῖσθαι.

κωματώδης τὰ πλεῖστα μετὰ πόνων] Istud permixtam humorum cacochymiam insignemq; morbi ex varia succorum complexione magnitatem indicat, & tam sæpè damnatum κῶμα ἄγρυπνον innuit quod & alias sæpè in huiusmodi ægris annotauit Hippocrates. Morbi improbitatem auget sopor assiduè ferè perseuerans, animaliumque functionum sensationes obtundens & opprimens. Indeq; mihi videtur apud Galenum κωματώδης pro κωματώδης vitiosè, facili in alterutrum transitu, quod & aliàs sæpè comperitur, positum esse. Quædam exemplaria post κωματώδης distinguunt, & τὰ πλεῖστα μετὰ πόνων ἄγρυπνος iungunt. Quædam etiam κωματώδης τὰ πλεῖστα, μετὰ πόνων ἄγρυπνος, habent. Nos ad vtramque lectionem vulgò receptissimam sensum nostrum accommodauimus, Galenumque maximè videmur secuti. Istius verò loci idem quoque meminit extremo lib. 2. περὶ δυσπν. his verbis, ἑξῆς δὲ περὶ τῆς λευκάδος γράφει. μεθ' ἣν πάλιν ἑτέραν μὲν ἄρρωστον γράφει τὴν Πασίου, ἐφ' ἧς κατὰ τὸ πλεῖστον τοῦ λόγου, ἔνθα τὰ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διάπυρα συνέβαινε γράφει, ὀλίγα καὶ ταῦτα, μετὰ πόνων ἄγρυπνος.

DE CHARACTERIBVS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

Præstabat sanè characterum huiusmodi mentionem nullam fieri, qui vel omninò inutilem diligentiam postulant, vel suspectam originem habent, nullamque autoritatis dignationem merentur, interdum etiam parum aut nihil expositæ rei respondent, nisi codicum manu scriptorum valde obstrictam fidem hoc loco planè dissoluendam esse, mihi in animum induxissem. Ac certè eò æquior silentij causa videri debebat, meritóque induci poterant, quòd ex Galeni autoritate superiorum ægrorum characteribus defuncti, in reliquis nullum veterum satis celebre nomen interponimus, solaque exemplarium fide muniti, eorum cognitionem cuius proponimus, &, vt ingenuè fatear, lentè & fastidiosè probamus. Licet nanque Galenus à Sabino & Zeuxi cuius ægro appositos, ipseque etiam adscriptos fuisse indicare videatur, ac de iis seorsim libellum se scripturum polliceatur: eos tamen non eo animo exhibemus, vt vel inde sortes educi aut iudiciorum rescripta peti debeant, sed quia ad peragendam quam damus fabulam non omninò nobis indecorè produci posse videntur. Nec ideò tamen velim quòd in proscenium adducantur, iis characteribus vocis aut suffragij ferendi locum decerni, quòd ferè temerè perscripti sint, maximùmque à rei æquitate abhorreant: sed quia velut

in tempeſtatum denunciatione ſcopulorum rationem habemus, ne ad eos nauem cum fortunis offendamus, ita in portuoſa iſta commentationis nauigatione præcauendum periculum, & tanquam à vadis & ſyrtibus, ab iis notis aſſenſionis nauim abducendam eſſe admonendum fuit. Et vt ſemel dicam, quæ his ægris adſcribuntur notæ, multis modis ſuſpectæ ſunt. Neque enim Galeni ſatis iuſtum habent ſuffragium (quod tamen ſuperioribus ægris accidit) neque impreſſorum codicum vllum habent conſenſum, ſed tantùm ex manu ſcriptis exemplaribus petitæ, ſuffragatoriam leuemque cuiuſdam ſcriptoris fidem emendicant, de qua etiam cum tota æſtimatione non leuiter periclitari videntur. Iſtaque de his dicta ſunto, vt ea quam merentur laude ſemel perfuſæ ſint. Porrò cùm ex tota ſuperioris ægri narratione, tabifica quædam morbi labes & lenta quædam conſumptio, facultatumque naturalium proſtratio ſignificetur, iſtud etiam quodammodo adſcripti hoc modo characteres indicare poſſunt. ΠΙ. φ. α. γ. ρ. κ. θ. vt ſit, πιθανὸν φύσιος ἀπώλειαν γεγενημένην τῇ ἑκατοστῇ εἰκοστῇ θάνατον. Iſque mihi ſenſus accommodatus videtur, quòd magis ad Galeni & Hippocratis mentem accedat, quam ſi quis per φ. & α. ex tabe corruptelam intelligat. Quòd ſi quis elementi γ. priùs adductam à Galeno notationem accipiat, non ſanè video quomodo huic loco quadrare poſſit γονῆς ſignificatio. Quamobrem in his characterum anguſtiis (quod lubenter poſtulo) facite vt æquanimitas veſtra noſtram in ſcribendo augeat induſtriam, & hoc veluti ex laceris & conturbatis fortunis noſtris, qualecunque damus, ſumite naufragium, atque animo omnique cogitatione reputate, quàm ſit difficile corruptis integritatem, obſcuris lucem, & abrogatis fidem facere. Codices ſcripti pro ΠΙ. aut ΠΙ. τ. τ. præſcripſerant, manifeſto & facili vt apparet vitio.

Æger ſecundus.

Quæ in Thaſo ad frigidam decumbebat, vbi filiam enixa eſt, nec purgationes irent, eam tertia die febris acuta cum horroris ſenſu corripuit. Ex longo tamen ante partum interuallo ex febre decumbebat, cibumq; faſtidiebat. Poſt rigorem autem febres fuerũt aſſiduæ, acutæ, cum horrore. Octauo proximiſq; diebus multum delirauit, ſtatimq; ad intelligentiam rediit. Aluus perturbata, multa, tenuia, aquoſa, bile permixta demiſit, abſque ſiti erat. Vndecimo mente cõſtabat, ſopore tamẽ detinebatur, vrinas multas, tenues & nigras reddidit, peruigil erat. Vigeſimo corporis ſumma paulum perfrixerunt, moxq; calor rediit, nonnihil mente mota eſt, peruigilauit. Alui deiectiones eædem perſeuerarunt, vrinæ dilutæ, multæ. Vigeſimo ſeptimo à febre immunis fuit, aluus ſubſtitit. Non longè verò poſt ad coxendicem dextram vehemens enatus dolor diu tenuit, febres rurſus ſubſecutæ & vrinæ aquoſæ. Quadrageſimo circa coxendicem dolores alleuarunt, ſed tuſſes aſſiduæ, humidæ, multæ tenuerunt, aluus ſuppreſſa eſt, cibum faſtidiebat, vrinæ eædem. Febres verò in totum quidem non deſinebant, ſed errabundas & incertas habebant acceſſiones, & partim quidem ſic, partim verò non prehendebant. Sexageſimo tuſſes abſq; vlla iudicationis ſignificatione defecerant. Neq; enim vlla ſputorum concoctio extitit, neq; aliud quicquam eorum quæ abſcedere ſolent. Maxilla dextra conuulſa eſt, ſopore detinebatur, rurſus delirauit, ſtatimq; ad mentem rediit. Cæterum à cibis auerſo erat animo, maxilla quidem loco reſtituta eſt, aluus autem bilioſa pauca tranſmiſit, febris intenſior fuit, nec ſine horrore, proximiſq; diebus voce defecta eſt, rurſuſq; ad intelligentiam rediit & ſermocinata eſt, octogeſimoq; expirauit. Vrinæ huic perpetuò nigræ, tenues & dilutæ fuerunt, ſoporque comitabatur, cibos non ſumebat, animum deſpondebat, peruigil, iracunda, implacida, mens atra bile tentabatur.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ἐν Θάσῳ τὴν κατακειμένην παρὰ τὸ ψυχρὸν, ἐκ τόκου θυγατέρα τεκοῦσαν, καὶ καθάρσιος μὴ γινομένης, πυρετὸς ὀξὺς φρικώδης, τριταίην ἔλαβεν. ἐκ χρόνου δὲ πολλοῦ πρὸ τοῦ τόκου, πυρετώδης ἦν κατακλινὴς ἀπόσιτος. μετὰ δὲ τὸ γενόμενον ῥῖγος, ξυνεχέες. ὀξέες, φρικώδεες οἱ πυρετοί. η, πολλὰ παρέκρουσε, καὶ τὰς ἐχομένας. καὶ ταχὺ πάλιν κατενόει. κοιλίη ταραχώδης, πολλοῖσι, λεπτοῖσιν, ὑδατοχόλοις. ἄδιψος. ια, κατενόει. κωματώδης δὲ ἦν. οὖρα πολλὰ. λεπτὰ καὶ μέλανα. ἄγρυπνος. κ, σμικρὰ περιέψυξε. καὶ ταχὺ πάλιν ἀνεθερμαίνετο. σμικρὰ παρέλεγεν. ἄγρυπνος. τὰ κατὰ κοιλίην, ἐπὶ τῶν αὐτῶν. οὖρα ὑδατώδεα, πολλά. κζ, ἄπυρος. κοιλίη ξυνέστη. οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον, ἰσχίου δεξιοῦ ὀδύνη ἰσχυρὴ, χρόνον πολύν. πυρετοὶ πάλιν παρείποντο. καὶ οὖρα ὑδατώδεα. μ, τὰ μὲν περὶ τὸ ἰσχίον, ἐπεκούφισε. βῆχες δὲ ξυνεχέες ὑγραὶ πολλαί. κοιλίη ξυνέστη. ἀπόσιτος. οὖρα ἐπὶ τῶν αὐτῶν. οἱ δὲ πυρετοὶ τὸ μὲν ὅλον, οὐκ ἐκλείποντες. πεπλανημένως δὲ παροξυνόμενοι. τὰ μὲν, τὰ δ᾽ οὔ. ξ, αἱ μὲν βῆχες ἀσήμως ἐξέλιπον, οὔτε γάρ τις πτυάλων πεπασμὸς ἐγένετο οὔτε ἄλλη τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις. σιαγὼν δὲ ἡ ἐκ τῶν ἐπὶ δεξιὰ, κατεσπάσθη. κωματώδης. παρέλεγε πάλιν καὶ ταχὺ κατενόει. πρὸς δὲ τὰ γεύματα, ἀπονενοημένως εἶχεν. ἡ σιαγὼν μὲν ἐπανῆκε. ἡ κοιλίη δὲ, χολώδεα σμικρὰ διέδωκεν. ἐπύρεσεν ὀξυτέρως. φρικώδης. καὶ τὰς ἐχομένας ἄφωνος. καὶ πάλιν κατενόει καὶ διελέγετο. καὶ ὀγδοηκοστῇ, ἀπέθανε. ταύτῃ τὰ τῶν οὔρων διὰ τέλεος ἦν μέλανα, καὶ λεπτὰ, καὶ ὑδατώδεα. καὶ κῶμα παρείπετο. ἄσιτος. ἄθυμος. ἄγρυπνος. ὀργαί. δυσφορίαι. τὰ περὶ τὴν γνώμην μελαγχολικά.

Satis conſtat mulierem iſtam ex partus purgamentis retentis laboraſſe. Quæ plerunque quòd multam vitioſorum ſuccorum, crudorum, craſſiorum copiam & malignitatem coaceruent, ſæuiſſimos caſus afferunt, vt luculenter ſatis oſtendimus in Philini vxor lib. 1. epid. Quæ cùm ex defecta partus purgatione laborarit, ad illius inſtar huius ſpecimen ſumi poterit. Etſi verò crebris febrium tentationibus diu ante partum appetebatur, eæ tamen ſuppreſſis partus reliquiis planè eruperunt ſuſpicionemq; auxerunt. Ex qu ſatis manifeſtum fuit crudum plurimum vitioſumq; humorem longo temporis interuallo coaceruatum, noua morbi acceſſione a ctum, difficillimis caſibus ægrum facilè obieciſſe. Nil autem mirum eſt ex varia craſſorum, crudorum, bilioſorum, acrium, tenuium & retorridorum ſuccorum permixtione, diuerſis caſibus fuiſſe appetitam ægram, quòd inæqualis humorum connexio tantam facere ſymptomatum copiam. Modò namque ſopore, plurimùm etiam vigiliis torquebatur, delirium perſeuerabat, aluus perturbata liquidis, bilioſis, & tenuibus fluebat. Vrinæ quoque per totum morbum aquoſæ, tenues & nigræ, humorum craſſitudinem & indomitam morbi cruditatem præ ſe ferebant. Quæ omnia longa virium duratione leuari vel in aliquem abſceſſum deponi poſſe videbantur, ſi toties tentata ſuffugia, velut periclitata in coxam abſolutio, aut per tuſſes liberatio, ſucceſſiſſent, nec malorum vis irritam feciſſet naturæ alacritatem. Ea namque ſuccorum prauitate & morbi cruditate repreſſa, creberrimos febrium inſultus ſuſtinuit, tandemque nobiliorum partium internecione, naturales functiones labefactatæ, demumq; etiam animales appetitæ, non ſine conuulſionis interminatione, magnam octogeſimo die fecere vitalitatis ruinam.

Καὶ καθάρσιος μὴ γινομένης] Sic legit codicum bona pars. Quidam etiam μὴ γενομένης habent quos ſecuti ſunt interpretes. Quàm verò ſit noxia purgamentorum a partu retentio præter ea quæ in Com. ſcripſit Galenus, ſatis etiam indicant quæ ex Com. 2. in Prorr. * in Philini vxore adduximus, maximeq; ad hunc locum pertinent, quod ea quæ in Commentario ſcribuntur planè explicent. I quoque ex lib. 6. loc. aff. dignoſcas licet.

* *Lib. 1. Epid.*

κατακλινής] Hic κατακλινής idem quod κατακλιθεὶς ἢ κλινηρὴς ἢ κλινοπετὴς significat, quibus ὀρθοστάδην ὀχλεῖσθαι opponitur, vt scripsimus Com. in lib. 1. epid. Codex vnus manu scriptus πυρετώδης ἦν κατὰ κλίνης legit, quem Asulanum exemplar sequitur, eodem ferè sensu.

ἄδιψος] Istud omisit Caluus, etsi in eo retinendo sibi constant codices.

οὖρα μέλανα] τὰ οὖρα μέλανα hîc vocat nigricantes vrinas, quas alibi ὑπομέλανα οὖρα dixit. † Neque enim eas quæ omninò nigricant intelligit, sed eas quæ nigredine quadam, veluti multum diluta fuligine intinctæ sunt. Cuiusmodi οὖρον Galenus etiam describit Com. 2. in Prorrh. τῇ μὲν συστάσει λεπτὸν, τῇ χροιᾷ δὲ μέλαν, ὡς ἐοικέναι κατ' ἄμφω τῇ γινομένῃ κράσει μέλανος ὀλίγου γραφικοῦ μιχθέντος ὕδατι πολλῷ, καὶ ἄλλως γε εἰ μὴ τὸ μέλαν αὐτὸ νενοθευμένον μεμίγμενον, ἀλλὰ κἂν τὴν καλουμένην ὑπὸ τῶν πολλῶν ἄσβολον, ἣν ἀσβολαιθιλίνην ὀνομάζουσι. Atque huiusmodi vrinæ crebrò salutares sentiuntur, veluti subsistentibus partus aut mensium purgamentis, in quibus apparent quando excernuntur, vt scribit †† Galenus, οὖρα μελαινόμενα μετ' ἐρυθροῦ πρὸς ἰχῶρες, ὥσπερ οἱ κρεῶν νεοσφαγῶν πλύμασι μιχθεῖσι ἀσβόλην. Quam in rem etiam plurimùm facere videntur & iis quæ à Galeno in Com. scribuntur magnam lucem adferre, quæ scribit Galenus lib. περὶ μελαίνης χολῆς, ex Erasistrati sententia hunc in modum, καὶ χρὴ τὸν αἰτιολογοῦντα μὴ περὶ τὰ συμπτώματα τῶν ἀποδείξεων ἐρωτᾶν λόγους, οὐ ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασιν ἐξηλέγξαμεν, ἀλλὰ τὰς ἡμετέρας ἀποδείξεις ἀποδεικνύειν ψευδεῖς. ἢ εἰ μηδὲν τούτων πράξαιεν, σιωπᾶν αἰδούμενοι, ὥσπερ Ἐρασίστρατος ἐποίησεν, οὐδὲν μὲν οὐδαμόθεν περὶ τῆς τῶν χυμῶν γενέσεως καὶ δυνάμεως εἰπὼν ἐνδάδε ἐπιχείρησε θεραπείας γράψαι παραλύσεως, ἀναγκασθεὶς, ἐμνημόνευσε τοῦ τρέφοντος τὰ νεῦρα χυμοῦ. καθάπερ γε κἂν τῷ δευτέρῳ περὶ πυρετῶν μαρτυρῶσι τοῖς παλαιοῖς οὐ κένωσιν. ἁπλῶς ὀνομάζειν τὴν διὰ τῶν καταμηνίων ἔκκρισιν, ἀλλὰ κάθαρσιν, ὥσπερ γε καὶ τὴν διὰ τῶν καθαιρόντων γινομένην φαρμάκων. οὕτω γάρ τοι καὶ τὴν λοχείαν κάθαρσιν ὠνόμασαν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, οὐχ ἁπλῶς κένωσιν. ἐν γὰρ τῇ κυήσει τὸ χρηστότατον ἑλκούσης αἷμα τῆς διαπλαττούσης τε καὶ αὐξανούσης τὸ κύημα φύσεως, ὑπολείπεται τὸ μοχθηρότατον ἐν ταῖς φλεψὶν, ὅ μετὰ τὴν ἀποκύησιν ἀποκρίνεται, καθάπερ ἐν ἑκάστῳ μηνὶ τὸ περιττόν τε καὶ ἄχρηστον οὐ κατὰ τὸ ποσὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ποιόν. ὥστε καὶ τὸ πολὺ μελαίτερον εἶναι τοῦ κατὰ φύσιν ἔχοντος αἵματος. οὕτω γοῦν ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψεν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ πυρετῶν, κατὰ τὴν λέξιν. καλῶς οὖν ἔχειν τὸν βουλόμενον ὀρθῶς ἰατρεύειν, ἐν τοῖς κατ' ἰατρικὴν γυμνάζεσθαι, καὶ μηδὲν τῶν γινομένων συμπτωμάτων περὶ τὸ πάθος ἀζήτητον ἀφιέναι. ἀλλ' ἐπισκοπεῖσθαι τὸ καὶ πραγματεύεσθαι, κατὰ τίνα διάθεσιν ἕκαστον αὐτῶν γίνεται. συμβέβηκε γάρ ποτε γυναικὶ ἐν πυρετοῖς οὔσῃ, καὶ δοκούσῃ τε ἱλαρῶς τε καὶ ἀκινδύνως ἔχειν, μελαίνων οὔρων ἔκκρισιν γίνεσθαι οἷα τὰ φαυλότατα ἐν τοῖς σημείοις ἀναγράφεται. ζητουμένης τε τῆς ἐκκρίσεως κατὰ τίνα διάθεσιν γεγόνει, ἐφαίνοντό πως τῇ ἀνθρώπῳ καθήκειν αἱ ἡμέραι τῆς καθάρσεως. οὐ γινομένης δὲ ταύτης τῆς ἐκκρίσεως, ἐπὶ τὴν κύστιν ὁρμὴν λαβεῖν τὰ συνειλημμένα, καὶ διὰ τὴν τούτου ἔκκρισιν, κουφισμὸν μᾶλλον ἄν τις ὑπέλαβε τῇ ἀνθρώπῳ, ἢ δυσκολίαν γίνεσθαι, ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς φαινομένης συνέβαινεν. οὐκοῦν ὅτι τὰ μέλανα πολλάκις οὐρεῖται τῆς ἐμμήνου καθάρσεως μὴ γινομένης, ὅτι τε κουφίζεσθαι μᾶλλον ὑπ' αὐτῶν ἢ παροξύνεσθαι συμβαίνει τὰς οὕτω νοσούσας γυναῖκας, ὅτι τε κάθαρσις ἐστὶν ἡ διὰ τῆς μήτρας κένωσις, ἐδήλωσεν ὁ Ἐρασίστρατος, εἰς διάγνωσιν τε τῆς παρούσης διαθέσεως. εἰς πρόγνωσίν τε τῶν ἐσομένων, χρήσιμον ἐστὶ τὸν λόγον, ὃν διῆλθεν ὀρθῶς διηγούμενος. Eædem quoq; nigricantes vrinæ cernuntur morbis ad iudicationem euntibus, sed dum salutem afferunt, ferè crassæ sunt; tenues & dilutæ damnantur, vt satis ex Galeni Com. & Prorrh. 2. patet, nosq; alibi diximus.

† *Ægr. 5. & 7. l. 1. epid.* †† *lib. 6. loc. aff.*

καὶ σμικρὰ περιέψυξε] σμικρὰ hîc non addunt quidam codices, sed ad παρίσχεν addunt. Vtrobique tamen adhibent vetustissimi codices, & sic legit Gal. libello περὶ κώματος, vbi ista adducit multaq; alia ex hac ægra. Caluus vltimo loco omisit.

οὖρα ὑδατώδεα πολλά] Codex noster peruetustus κατὰ addit, sed id ex Galeni Commentario desumptum videtur, qui vigesimi diei enarrationi istud adhibet, quod fecit etiam Hermannus Cruserius.

ἰσχίον δεξιὸν ἐν ὀδύνῃ ἰσχυρῇ] Vteri affectus sæpè in coxendicem, fœmur, ilia & lumbos deponuntur, idq; ἀποστάσεων ratione, vt scripsimus Com. in lib. 2. epid. & ex Hippocratis πραγματείᾳ & Galeno lib. 6. loc. aff. satis constat, nobisque alias fusi s dicendum occurret. In hoc ergo abscessuum in coxendicem decubitu irrita fuit naturæ vis, nihilq; est ex morbo depositum quod affectionem alleuaret, sed velut intrò reuocatus est naturæ impetus; quod est in tota iudicationum cognitione perniciosum valde. Eoque modo illud de eo qui in coxendicem factus est de cubitu sumit Galenus in Commentario. Sæpiùs verò in summa menstrui sanguinis abundantia aut purgamentorum suppressione, vteri os conuolutum in coxam obuertitur. Quo in casu malleoli aut poplitis sectionem ex Hippocrate consulit Galenus, vt indicauimus in Stymargi historia lib. 2. epid. * Porrò quòd ad scriptionem attinet, omnia ferè exemplaria χρόνον πουλὺν ad coxendicis dolorem, quod diu tenuerit referunt, vt fecit etiam Gal. lib. περὶ κώματος. Vnum verò ad sequentia adhibet, χρόνον πουλὺν πυρετοὶ παρείποντο. Caluus illud omisit. * *Sect. 4.*

βῆχες δὲ] Istud quoque ex ἀποστάσεων genere censeri debet & in morbi depositu annumerari, idq; ex partium genitalium & spiritalium inter se consensione, quam abunde aperuimus nostris in lib. 2. epid. Commentariis. Galenus in Com. πολλαὶ non addit, quod tamen facit lib. 2. περὶ δυσπν. vbi huius quoque loci meminit.

σπασμὸς δὲ] In vteri affectibus familiarem esse conuulsionem aut etiam corporis contractionem, sæpiùs ex Hip. diximus, & Galenus lib. 6. loc. aff. docet. Quæ res effecit vt vteri animatam naturam Plato crediderit, cùm τὰς τῆς ὑστέρας πλάνας καὶ ξυντάσεις conspiceret. Hîc ergo quod in vteri affectibus frequens vsuuenire solet, cerebrum variè est appetitum & animalium sensationum functiones interclusæ & sopitæ (quod per ἀφωνίαν satis innuit Hip.) atque ex loci vicinia maxilla dextra conuulsione tentata est. Sic etiam lib. 1. epid. in Philini vxore conuulsionum meminit, & vt scribit Hip. in Prorrh. οἱ ἐξ ὑστερικῶν σπασμοὶ εὐχερέες.

ἀπονενοημένως εἶχεν] Affectatum dictionis genus esse vult Galenus, quo extremum & deploratum ciborum fastidium summamq; appetentiæ deiectio significatur. ἀπονενοημένως, ἀπεγνωσμένως interpretatur Gal. in Exegesi vocum Hip. hunc locum innuens, quo maximè auersus à cibis animus indicatur, cui opponitur γεύμασι πᾶσι ἡδέως ἔχειν, lib. 1 epid. bene & suauiter ad cibos habere. Dicuntur namque ἀπονενοημένως ἔχειν πρὸς τὰ γεύματα, qui deplorata, proiecta & profligata sunt appetentia, eiusq; nullam omninò curam aut rationem habent, quod est desperatæ facultatis naturalis indicium certissimum, quemadmodum ἀπονενοημένοι desperati & deplorati vocantur, & ἀπονενοημένως πρὸς τὸ ζῆν διακείμενος, de vita desperans Isocrati dicitur. Quam phrasim non satis mihi videtur assecutus esse Caluus, cùm obliuiosè se habere ad gustamina dixit. Hic enim nullus fuisse ad cibos sensus, ab iisque valde auersum fuisse animum, etsi intelligentia & mens constaret, significatur, quo magis naturalium partium deperditas functiones ob oculos poneret, ad idq; potiùs quàm ad alienatam mentem referat, quod in phreniticis cæterisq; mente captis contingere videmus.

καὶ ὀγδοηκοστῇ ἀπέθανε] Huius etiam loci meminit Galenus lib. 2. de diebus decretoriis.

καὶ κῶμα παρείπετο] κῶμα habent meliores codices, itaque legendum testatur Gal. libello περὶ κώματος, vbi huius loci meminit. καῦμα habent codices quidam, facili vt apparet lapsu, & vtramque vocem adhibuit Caluus.

τὰ περὶ τὴν γνώμην μελαγχολικά] Similis phrasis superiori, τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα. Significat autem mentem atra bile tentatam fuisse, quod suppressæ muliebres fluxiones plurimum sanguinem atrum, crassum, retorridum & melancholicum retineant, indeque facilè mens emoueatur. Quod etiam ostentarunt crebræ desipientiæ, quæ pro nominum moderatione melancholiam ipsam etiam quodammodo lenierunt.

DE CHARACTERIBVS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

Satis constat ex ipsa morbi dispensatione atque integra narratione, & ex Galeni Commentario, ægram istam ex partus purgamentorum suppressione variè conflictatam, miserabilem habuisse exitum. Quod & perspicuè codicibus scriptis appositi characteres hoc modo indicant. π. δ. κ. ι. π. θ. Ex quibus hic sensus elici potest πιθανὸν διὰ χωρισμὸν τῶν λοχείων ἐπισχεθέντων, ὀγδοηκοστῇ θάνατον. Qui sensus etsi facilis est, erui tamen non nisi ex perturbata lectione potuit. Nam satis promptus est huiusmodi scriptis exemplaribus τ. pro π. lapsus. Quo elemento initiis semper præfixo πιθανὸν significari scripsit Galenus. Nisi quis ex Galeni præscriptione πιθανὸν illud subaudiri velit, & τ. illud in eorum quæ sequuntur sensum deriuet, & articuli indicationem subire velit, vt sit τῶν διαχωρισμῶν τῶν λοχείων, &c. Quod etiam in sequentibus annotari debet. Nec minùs vitiosum erat pro π. quo octogesimus dies designatur, γ. fuisse appositum. Quamuis enim γ. tolerari possit, dum ἐκ γονῆς, hoc est, ex vteri affectu (sic enim γονὴν pro vtero apud Hippocratem sumi scripsimus lib. 2. epid. & alias pluribus est probandum) conciliatam huic mortem fuisse intelligas. Quia tamen hic locus dici denunciationi debetur, certum est pro π. appositum esse. Nec verò insolens phrasis est διαχωρισμῶν ἐπισχεθέντων ὀδύνησιν, efferri de his quæ quia fluere debeant, supprimantur tamen, cùm in superioribus notis eandem locutionem appositam videas, satisq; sit in his quæ coniectura nituntur vel probabilitatem sequi.

Æger tertius.

Pythionem in Thaso qui supra Herculis fanum decumbebat, ex laboribus & lassitudinibus negligenterque subducta victus ratione rigor vehemens & febris acuta prehendit. Lingua resiccata erat, siticulosus, bile abundans, somnum non cepit. Vrinæ nigricantes, sublime quid in medio suspensum habebant, neque subsidebant. Altero sub meridiem die corporis extremorum frigus cepit, præcipueque circa manus & caput, sermone & voce defectus est, longo interuallo breuem spiritum traxit, reuocatus est calor, sitiit, noctem quietam duxit, sudor circa caput parum motus est. Tertio die quietè habuit, ad vesperam verò sub Solis occasum aliquantulum perfrixit, perturbatio cum nocte laboriosa, nihil dormiuit. Ex aluo verò pauca stercora coacta transmissa sunt. Quarto mane quieuit, sub meridiem autem exasperata sunt omnia, perfrixit, sermone & voce destitutus est, deteriùs habuit, tandem recaluit. Vrinas reddidit nigras suspensum quiddam in medio innatans habentes, noctu placidè habuit & somnum cepit. Quinto alleuari visus est, cæterùm in ventre grauitas cum dolore tenuit, sitibundus fuit, nox molesta. Sexto mane quidem placidè se gessit, sub occasum verò dolores intenderunt, grauiùs habuit. Vesperi autem ex paruo per aluum infuso venter probè reddidit, noctu somnum cepit. Septimo die magna corporis æstuatione & stomachi fastidio conflictabatur & quadam corporis implaciditate tentabatur, oleosam vrinam reddidit, noctu turbatio multa, delirabat, somnum nullum capiebat. Octauo mane quidem aliquantulum dormiuit, confestimq; perfrictio cepit & vocis defectio, spiratio exilis & imminuta, ad vesperam autem calor rursus rediit, delirauit. Iam verò appetente die paulò leuiùs habuit, alui recrementa syncera, pauca, biliosa. Nono sopore detinebatur, æstuatione & stomachi fastidio tentabatur, cùm excitaretur, neq; valde sitibundus erat. Sub Solis autem occasum magna corporis inquiete tenebatur, delirauit, nox praua. Decimo mane vox defecit, frigus multum, febris acuta, magna sudoris copia, defunctus est. Hic diebus paribus grauiùs habebat.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Ἐν Θάσῳ, Πυθίωνα ὃς κατέκειτο ὑπεράνω τοῦ Ἡρακλείου, ἐκ πόνων καὶ κόπων καὶ διαίτης ἠμελημένης ἀμελῶς, ῥῖγος μέγα, καὶ πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. γλῶσσα ἐπίξηρος. διψώδης. χολώδης. οὐχ ὕπνωσεν. οὖρα ὑπομέλανα. ἐναιώρημα μετέωρον. οὐχ ἵδρυτο. β΄. περὶ μέσον ἡμέρης, ψύξις ἀκρέων. τὰ περὶ χεῖρας καὶ κεφαλὴν μᾶλλον. ἄναυδος. ἄφωνος. βραχύπνοος. ἐπὶ χρόνον πουλὺν ἀνεθερμάνθη. δίψα. νύκτα δι' ἡσυχίης. ἵδρωσε περὶ κεφαλὴν σμικρά. γ΄, ἡμέρη δι' ἡσυχίης. ὀψὲ περὶ ἡλίου δυσμὰς, ὑπεψύχθη σμικρά. ταραχὴ νυκτὸς ἐπιπόνως. οὐδὲν ὕπνωσεν. ἀπὸ δὲ κοιλίης, μικρὰ ξυνεστηκότα κόπρανα διῆλθε. δ΄, πρωῒ, δι' ἡσυχίης. περὶ δὲ μέσον ἡμέρης, πάντα παρωξύνθη. ψύξις. ἄναυδος. ἄφωνος. ἐπὶ δὲ χεῖρον. ἀνεθερμάνθη. μετὰ χρόνον, οὔρησε μέλανα ἐναιώρημα ἔχοντα. νύκτα δι' ἡσυχίης ἐκοιμήθη. πέμπτῃ, ἔδοξε κουφισθῆναι. κατὰ δὲ κοιλίην, βάρος μετὰ πόνου. διψώδης. νύκτα ἐπιπόνως. ἕκτῃ πρωῒ μὲν, δι' ἡσυχίης. δείλης δὲ, οἱ πόνοι μείζους παρωξύνθη. ἀπὸ δὲ κοιλίης ὀψὲ κλυσματίῳ καλῶς διῆλθε. νυκτὸς, ἐκοιμήθη. ζ΄, ἡμέρῃ, ἀσώδης. ὑπεδυσφόρει. οὔρησεν ἐλαιῶδες. νυκτὸς ταραχὴ πολλή. παρέλεγε. οὐδὲν ἐκοιμᾶτο. ὀγδόῃ πρωῒ μὲν, ἐκοιμήθη σμικρά. ταχὺ δὲ, ψύξις. ἀφωνίη. λεπτὸν πνεῦμα καὶ μινυθῶδες. ὀψὲ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. παρέκρουσεν. ἤδη δὲ πρὸς ἡμέρην σμικρὰ ἐκουφίσθη. διαχωρήματα ἄκρητα, σμικρὰ, χολώδεα. θ΄, κωματώδης. ἀσώδης. ὅτε διεγείροιτο, οὐ λίην διψώδης. περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς, ἐδυσφόρει. παρέλεγε, νύκτα κακήν. ι΄, πρωῒ, ἄφωνος. πολλὴ ψύξις. πυρετὸς ὀξύς. πολὺς ἱδρώς. ἔθανεν. ἐν ἀρτίῃσιν οἱ πόνοι τούτῳ.

Magnam statim primo die acceptam fuisse calamitatem à febre oportet, quæ suo feruore calidum innatum vsque adeo depopulata sit, vt omnem sese recreandi spem præciderit, perpetuamq; per totum morbum perfrictionis noxiam ex virium omnium collapsu induxerit. Cuius cùm imprimis magnopere animaduertenda est celebritas, tum verò crebra ipsius repetitio inualescentem in dies facultatum corpus administrantium deiectionem denotat. Ex quo insignis emergit difficilis respirationis & delirij inter sese commissio, quam luculentis verbis Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. explicat. Etsi autem tantæ calamitatis externas quasdam causas immoderatos labores & lassitudines, ac negligentiorem victus rationem proscribit, credibile tamen est profligatam quandam cacochymiam ex huiusmodi cibationis temeritate longo interuallo contractam, vitalitatis arcem primis statim diebus, febri acutissimæ prodidisse. Quæ vt primum in facultatum officinas factis cuniculis irrepsit, mirabilem fecit stragem, & subita calidi innati depopulatione magnam naturæ corruptelam, tamq; promptam virium prostrationem induxit, vt non nisi pessimis conflictatum casibus decimo die ad exitium perduxerit.

χολώδης] Codex vnus manu scriptus istud omittit, quod etiam fecit Vassæus. Alter etiam post ἐπίξηρος adhibet, quod non est magni momenti.

οὐχ ἵδρυτο] Istud omittit Cornarius contra omnium codicum fidem. Solemne verò est Hippocrati ἱδρύεσθαι aut ἱδρύεσθαι. de subsidentibus vrinis efferre, vt ex Philisco, Metone, & Erasino lib. 1. epid. patet. Vitiosum est quod Asulanus legit οὐχ ἵδρωτο.

ἄναυδος. ἄφωνος] Ἀναυδίαν esse τὴν ἐν τῷ διαλέγεσθαι ἀδυναμίαν, sermonis & loquendi impotentiam, diximus libro 2. epid. *idque ex † Gal. satis patet qui ἄναυδον, διαλέγεσθαι ἀδύνατον interpretatur, atque hunc locum innuens ἀφωνίαν etiam his verbis declarat. ἄφωνος δὲ ὁ φωνεῖν μὴ δυνάμενος, ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἰσχὺς ἀλλήλων ἐπὶ Πυθίωνος εἴρηται. οὕτως ἔχει καὶ τὸ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐπὶ τοῦ ἵππου. αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη. † † Quæ mirum in modum his quæ Galenus scripsit in Com. consonant eaque explicant. Ex quibus existit ἀφωνίαν vocis esse priuationem, vocisq; ministrantium instrumentorum exolutionem portendere, extremæque extinctionis calidi natiui signum esse. Interdum verò sensuum & motionis interceptionem ex cerebri ingenti noxia comprehendere, quod attonitis & syderatis aut morbo comitiali laborantibus accidit, vt scripsimus nostris in lib. 1. & 2. epid. commentariis. Cùm igitur maior sit calamitas ex vocis quàm sermonis defectione, quod in hac linguæ resolutio insit, in illa voci destinatum ministerium cesset, rectè ἄναυδον ἀφώνῳ præponit Hippocrates, vt inualente noxia maius acceptum esse damnum intelligatur. Quibus optima ratione subductis ἄναυδον rectè mutum dici intelligemus, qui sermonis & loquendi sit impotens, & vt loquitur Galenus διαλέγεσθαι μὴ δυνάμενος, non autem ἄφωνον, quod plærique omnes faciunt Hippocratis interpretes, quòd is dicatur qui voce priuatus est, etsi crebriùs ἀφώνῳ τὸ διαλέγεσθαι opponit Hippocrates. Quod ex ratione ab eo fieri existimandum est, vt meritò restitutam vocem constet cùm sermocinari hominem posse intelligamus, quod longè difficiliùs sermo quàm vox expediatur. Sic ægro superiore scriptum est, ἐς τὰς ἐχομένας ἄφωνος. ἐς πάλιν κατενόει καὶ διελέγετο. Et in st. pest. vbi λύθῃ, ἄφωνος, καὶ ἀφωνίας posuit, subiicit, καὶ πάλιν κατενόουν καὶ διελέγοντο. Cæterùm non satis mihi ἄφωνον assequi videtur Caluus, atque haud scio quid per (querebatur) intelligat. Etsi enim Galenus in Com. τὸν ἄφωνον μηδ' οἰμῶξαι, μηδὲ βοῆσαι δυνάμενον exponit, omnem tamen vocis significationem complectitur, cùm μηδὲ ἐκφωνεῖν μηδ' ὅλως φθέγγεσθαι explicet.

* *Sect. 5.* † *In Exeg.* †† *Iliad. τ.*

βραχύ-

A βραχύπνοος ἐπὶ χρόνον πουλύν] Ista simul iunxi ex duobus exemplaribus & Galeni fide, etsi impressi codices omnes duoq; scripti repugnant. ἐπὶ χρόνον πουλύν namq; sequentibus iungunt. Ex his autem spirationem paruam & raram diu & ad multum tempus tenuisse, ex insigni perfrictione quæ est mortis rudimentum, luce clarius est. Quinetiam eam in totum tenuisse, etsi immutata ex causarum varietate spirandi difficultate, colligas licet. Qua in re non alio vtar interprete quàm Galeno, qui libr. 2. περὶ δυσπν. hunc integrum locum fusissimè explicat, & complexam spirandi difficultatem luculentissimis verbis depromit, ἱμάτιον ἐπὶ Πυθίωνος, ὃ καὶ ... ἐμνημόνευσα, βραχύπνοια μὲν ἦν δι' ὅλου τοῦ νοσήματος, ὀλιγάκις δέ ποτε συνέβαινεν ἡ μακρόπνοια κατὰ λόγον. ... βραχυπνοίας αἰτίαι, πόνος καὶ κατάψυξις, ἄμφω μὲν μικρὰ πεπονηκότα ποιεῖν τὴν ἀναπνοήν, ἀλλ' ὁ μὲν πόνος, μετὰ πυκνότητος, ἡ δὲ κατάψυξις μετὰ ἀραιότητος. ὅτι μὲν οὖν παρεδέχετο, γέγραπται πολλάκις αὐτοῖς ὀνόμασιν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ὥστε τοῦτο μὲν οὐκ ἀντιλέγεσθαι, ἀλλ' οὐδὲ ... τὴν κοιλίαν. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο σαφῶς ὧδε γέγραπται. κατὰ δὲ κοιλίην, ... ἔπειτα δὲ κατάψυξις, καὶ ἡ ἔμφυτος θερμασία ἐμαραίνετο, δηλοῖ ἐν τῇ διηγήσει περὶ μέσας ἡμέρας ψύξις ἀκρέων, τὰ δὲ περὶ χεῖρας καὶ κεφαλὴν μᾶλλον. εἶθ' ἑξῆς ἐν τῇ τῆς τρίτης ἡμέρας διηγήσει. ὀλίγα δὲ περὶ ἡλίου δυσμὰς ὑπεψύχθη μικρά. ἐπὶ δὲ γε τῆς τετάρτης ἡμέρας, οὐ μόνον ὅτι ψύξις, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἀνεθερμάνθη μετὰ χρόνον περιγέγραπται. ... περὶ τῆς ... ἡμέρας διηγούμενος, ...

B μὲν ἐκοιμήθη, φησί, μικρά, ταχὺ δὲ ψύξις. ὀψὲ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. αὖθις δ' ἐπὶ τῆς δεκάτης ἡμέρας, πολλὴ ψύξις, φησί ... ἐπὶ καὶ ψύξις ἦν. οὐ μόνον πόνος καὶ παραφροσύνη τῷ Πυθίωνι. ὅτι δὲ ἐπεκράτει μὲν ἡ βραχύπνοια. ἦν δέ τις καὶ μακρόπνοια, ... ἐν τῇ τῆς δεκάτης ἡμέρας διηγήσει. γέγραπται γὰρ ὧδε. βραχύπνοος ἐπὶ χρόνον πουλύν. τοῦτο γάρ τι ἐπὶ χρόνον πουλύν, ἐνδεικτικόν ἐστι, τὴν μὲν μόνην εἶναι τὴν βραχύπνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὸ πλεονεκτεῖν αὐτὴν τῆς μακροπνοίας. γέγραπται δὲ καὶ ὅτι ὁ Πυθίων ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, τρίτος μετὰ τὴν λοιμώδη κατάστασιν.

βραχὺ νυκτὸς ἐπιπόνως] Possunt ista simul iungi, possunt quoque distingui, quod faciunt plerique omnes codices. Habent etiam manu scripti quidam. βραχὺ νυκτὸς ἐπίπονος. Caluus ἄσην præposuisse videtur, contra omnium quos videre licuit codicum fidem.

μικρὰ ξυνεσηκότα κόπρανα] Vitiosum est quod quidam codices ψυχρὰ non μικρὰ habent quos secuti tamen sunt duo Galeni interpretes. Quæ sanè insolens est Hippocrati phrasis, atque in priore lectione codices scripti consentiunt.

περὶ δὲ μέσον ἡμέρης] Sic legunt exemplaria quæ licuit videre omnia. Cornarius autem περὶ δείλην legisse videtur, cùm circa vesperam dicat.

ἐπὶ τὸ χεῖρον] Hoc addito Gal. breuem spirationem significari contendit, quod etiam cum perfrictione vocis priuationem apposuerit. Ex quo satis constat istud per se sumi debere, vt deteriùs habuisse ægrum lateq; peruagatam calidi extinctionem fuisse intelligamus: tum quod Galenus id simpliciter allegat in Com. tum verò quòd vetustissimus codex noster eo modo distinguit, non quemadmodum cæteri omnes solent, ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀνεθερμάνθη. Quo modo implicatior esse lectio videtur. Adde quod Galenus libr. 2. περὶ δυσπν. ἀνεθερμάνθη μετὰ χρόνον iungit, quod faciunt etiam codices. Idque viderunt Hippocratis interpretes Caluus & Cornarius, contra omnium impressorum exemplarium fidem.

ἀπὸ δὲ κοιλίης ὀψὲ] ὀψὲ non ad diei tempus sed ad excrementorum moram retulit Caluus, quæ reficcata & concalfacta labores & ventris grauitatem faciebant, nec tandem nisi ex infuso per aluum educi potuerunt.

λεπτὸν πνεῦμα καὶ μινυθῶδες] Hunc locum (vt cætera) planissimum facit Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. his verbis: σὺ δ' ὁ τοῖς δὲ τοῖς γράμμασιν ὁμιλῶν, εἴπερ ὄντως ἀληθείας ἐρᾷς, ἐπάκουσον Ἱπποκράτους ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἐπὶ τοῦ ἀρρώστου ποιος ὄνομα Πυθίων ... ἐν τῇ τῆς ζ' ἡμέρας διηγήσει. νυκτὸς ταραχὴ πολλή. παρέλεγεν οὐδὲν ἐκοιμήθη. εἶθ' ἑξῆς ἐπὶ τῆς η' ἡμέρας, ὧδε. ὀψὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. ... πάλιν ἐπὶ τῆς ἐννάτης. περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς ἐδυσφόρει, παρέλεγεν. ὡς οὖν τοῦ ἐπήκουσας, οὕτω πάλιν ἐπάκουσον, τῆς δυσπνοίας εἶδος ἐγένετο τούτῳ τῷ Πυθίωνι. ... ἐμνημόνευσεν οὖν τῆς δυσπνοίας ὁ Ἱπποκράτης δὶς τὸ σύμπαν ἐν ὅλῃ τῇ διηγήσει ... παραφροσύνης ... τὸν ἄνθρωπον, ὧδε γράφων. ... ἐκοιμήθη σμικρόν, ἀραιὰ δὲ ψύξις, ἀσώδης, λεπτὸν πνεῦμα καὶ μινυθῶδες, ὀψὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. ... ἑξῆς οὖν ἐνταῦθα γέγραφεν ἄλλο ... ὅτι λεπτὸν αὐτῷ καὶ μινυθῶδες ἦν τὸ πνεῦμα, καὶ ὅτι ... μεγάλου τὸ μινυθῶδες. εἰ γὰρ τοῦτο, δῆλον ὡς οὐδὲ τὸ μινυθεῖν, ... ἐστιν οἶσθα, καὶ νομίζεις ταυτὸν εἶναι τὸ αὐξάνειν αὐτό. ... τοιαῦτα μάνθανε ἀλλ' ἐπὶ τοὺς τὰ πρῶτα γράμματα διδάσκοντας ἴθι. ἀλλ' ὥσπερ τοῦ ... τὸ μινύθειν ἀγνοῶν, οὕτως οὐδὲ τὰ Ἱπποκράτους ... συγγράμματα. πάντως γὰρ ἂν ἐν αὐτοῖς ... τὸ μινύθειν, καὶ τὸ μινυθῆσαι, καὶ τὴν μινύθησιν, κατὰ πάντας σχεδὸν ἀεὶ ... καὶ πλάσεις ... πανταχοῦ τοὐναντίον αὐξήσει τε καὶ τὸ αὐξάνειν δηλοῦντα. ὥστε καὶ τὸ μινυθῶδες εἰς αὐτὸ ἐναντίον τῷ ηὐξημένῳ. εἴπερ οὖν τὸ ηὐξημένον, μέγα, τὸ μινυθῶδες μικρόν ἐστιν. οὕτως οὖν καὶ ὁπόταν τῆς δευτέρας ἡμέρας διηγῆται τὰ Πυθίωνος, βραχύπνοον αὐτὸν ὀνομάζει. ἡ γάρ τοι βραχύπνοια καὶ τὴν ἐνέργειαν αὐτὴν βραχεῖαν γίγνεσθαι δηλοῖ καὶ τὴν ἀπνοίαν. ὥσπερ ἡ μακρόπνοια. κατὰ τοὐναντίον, ἀμφω ... καὶ τοι κἂν ... μὴ πάσι γίγνεσθαι τοῖς παραφρονοῦσι μέγα τε καὶ ἀραιὸν τὸ πνεῦμα, καὶ οὕτως ἂν ὡμολόγητο. τὸ μὲν γὰρ ἀραιὸν καὶ μέγα κατ' ἄμφω μακρόν ἐστι, καὶ κατὰ τὴν ... καὶ κατὰ τὴν ... ἡ βραχύπνοια δὲ πάντως κατὰ τὸ ... βραχεῖα, ὥσπερ καὶ τὸ λεπτὸν καὶ τὸ μινυθῶδες πνεῦμα βραχὺ πάντως ἐστίν. Qui locus quòd mirè istum explicet, & sit in codicibus nostris deprauatus, integer apponendus fuit. Ex quo tamen non temerè controuersia quædam nasci videtur, quòd hic neget Galenus magnam & raram spirationem Pythioni adfuisse, cùm tamen ex superiore priùs à nobis adducto loco in secundæ diei explicatione, duarum harumce difficilium inter se spirationum commissionem fecerit. Sed sanè eo intellectu à Galeno ista dicta videntur, nō vt omninò delirantiū spirationem ab eo ægro abdicet, quam ei priùs quadantenus attribuit: verùm quia euicta huiusmodi spirationis species ab ea quam toties repetita perfrictio breuem & imminutam constituit, silentio se tuetur, nullumque mentionis satis idoneum momentum habet, etsi notione ipsa & cogitatione in doctrinam cadit, vt satis ex Galeno patet. Indeque natum est vt Galeni ratio, qua Sophistam Hippocrati illudentem ludificatur, optime sibi constet, dum non omnibus delirantibus raram & magnam spirationem adesse contendit, quòd etsi Pythioni toties conceptis verbis deliranti impendet, tam leuiter tamen inducitur vt delirium à perfrictione euictum soli paruæ & raræ spirationi celebritatis locum relinquat. Eaq; est quam exilem, tenuem, & imminutam spirationem vocat. Est enim μινύθω σμικρύνω καὶ ἐλαττόω (vt scribit Phauorinus) dictio poetica & μινυθῆσαι λεπτυνθῆναι, & μινύθησις imminutio & decrementum satis celebri dictionis significatione, ac cæteroqui Hippocrati familiari, vt satis ex Galeno constat & scripsimus Com. 2. in lib. 2. Epid. Illic enim μινύθησίν τινα παχέης dixit. Et Com. 3. εἰς τὸ κατ' ἰσχνὸν, τὰ μινυθήματα, ἰσχνὰ καὶ ἄτροφα γενόμενα μέρεα interpretatur Galenus, eadem certe notione, qua crebrò † Hippocrates τὰς μινυθήσιας τῆς σαρκὸς scribit. Hic ergo λεπτὸν πνεῦμα καὶ μινυθῶδες vocat, exilem & imminutam respirationem, quæ omninò breuis est, qua ratione πνεύματος μινύθησιν libr. περὶ χυμῶν extulit, aliud certè ab eo quod μυχθῶδες πνεῦμα, & μετὰ μυχθισμοῦ ἴσχει ... πνεύματα, pro suspiriosa & gemebunda spiratione dixit Hippocrates in Coacis. At hic quoq; Galenus βραχύπνοιαν eam accipere videtur paruam spirationem & ex paruis interuallis, contra quàm antea ex lib. περὶ δυσπν. & hic quoq; in Com. exponit, cùm ei omninò μακρόπνοιαν opponat. Sed solius refrigerationis habita ratione, quæ multum per totum morbum obtinuit, breuis spiratio & rara ac ex longis interuallis obaudienda est. Dolores verò & labores qui quinto & sexto die plurimùm afflixerunt, breuem cum densitate & ex breuibus interuallis spirationem fecerunt. Quarum etiam affectionum commissionem celebrauit Gal. ex lib. 3. περὶ δυσπν. Sic autem βραχύπνοια dicitur spiritus paruus & densus & ex breuibus interuallis lib. 2 & 6. Epid ἐν τοῖσιν ἐπιπόνοισι καὶ ... βραχύπνοοι, cuimq; in sensum accipiendum ex Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. scripsimus. Istam autem phrasim ex media Hippocratis œconomia petitam, non satis mihi assecutus videtur Caluus, cùm parum spirasse dixit. Porrò cuiuis licet ex adducto Galeni loco literæ varietatem venari.

ἐν κωματώδης, ἀσώδης] ἀσώδης non legunt codices duo, quorum alter vetustate contestatam habet authoritatem. Et certè ἐπὶ ... dictioni κωματώδης iungendum videtur, vt profundam in somnum delationem significet. Hunc verò locum adducit Galenus libello περὶ κώματος, vbi tamen ἀσώδης adhibet. † *Lib. περὶ ἄρθρ.*

DE NOTIS SVPERIORI ÆGRO
ADSCRIPTIS.

Horum characterum facilis est sensus. Qui nanque valde propriam mortis caussam continuam per totum morbum perfrictionem ex calidi natiui extinctione & vitium prolapsu non satis assequuntur, ij, quod sudorum copia diffusum ægrum (quod solet ex

virium prostratione collabentibus ægris vsuuenire) ex morbi narratione acceperint, ex proxima mortis vicinia temere totius causam arripuerunt. Etsi enim ipsum ægrum constat igneo exhausto calido euanescentibus viribus animam per sudores exhalasse, interitus tamen propriæ magis sunt quædam causæ, virium defectio & totius corruptio. Quæ cùm vel nullo negotio ex ipsa rei speculatione intelligi possint, ita notarum ista appositio facilem expeditionem habet, nec tamen satis rei dignitati accommodatam. Quarum schema est, ;; ΠΤ. ι. π. α. θ. πιθανὸν ἱδρώτων πλῆθος ἀποφθορὰ ἢ θάνατος, ἢ ἐξ τὴν ἐκ τῶν ἱδρώτων πλήθους ἀποφθοραὶ, θάνατον. i. hic enim sensus elici potest vt ex magna sese diffundentium sudorum abundantia, totius ἀποφθορὰ ἢ ἀπώλεια induere videatur, vt characterum leges ex Galeno tueamur. Quibus tamen nec ista satis respondere videntur, cùm damnantis diei loco temerè α. pro ι. positum existimem.

Æger quartus.

Qui ex Phrenitide laborans primo die decubuit æruginosa & virulenta, multa, tenuia, vomitione refudit, febris horroris sensu insignis prehendit, sudor copiosus, assiduus, toto corpore dimanauit, capitis & ceruicis grauitas non sine dolore. Vrinæ tenues, in quibus sublimia quædam in medio suspensa, parua, dispersa inerant, neque subsistebant. Ex aluo stercora affatim prodierût, multùm delirauit, nihil dormiuit. Postridie mane vox defecit, febris acuta inuasit, sudauit, non intermisit. Totum corpus palpitationes occuparunt, nocte conuulsiones. Tertio die grauiora euaserunt omnia. Quarto mortuus est.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

Ὁ φρενιτικὸς τῇ πρώτῃ κατακλιθεὶς, ἤμεσεν ἰώδεα, πολλὰ, λεπτὰ, πυρετὸς φρικώδης. πολὺς ἱδρὼς, ξυνεχής. διʼ ὅλου κεφαλῆς καὶ τραχήλου βάρος, μετʼ ὀδύνης. οὖρα λεπτὰ. ἐναιωρήματα σμικρὰ, διεσπασμένα, οὐχ ἵδρυτο. ἀπὸ δὲ κοιλίης διεξεχώρησεν ἀθρόα. πολλὰ παρέκρουσεν. οὐδὲν ὕπνωσε. β, πρωῒ, ἄφωνος. πυρετὸς ὀξὺς, ἵδρωσεν· οὐ διέλιπεν. παλμοὶ διʼ ὅλου τοῦ σώματος. νυκτὸς σπασμοί. γ, παρωξύνθη πάντα. δ, ἀπέθανεν.

Rarum est & valde notabile acutissimæ phrenitidis instar, ex quo tam presè perniciosissimorum casuum soboles adumbratur, vt haud sciam an alibi vspiam magis propriè expressum huius morbi præcipitium apud Hippocratem cernere liceat. Repentè namque cum febre inuadens, primo statim occursu tam grauiter ægrum afflixit, vt eum pessimis acutorum morborum casibus obiecerit, valdeque propriam affectionis notam malignitate insignem confestim prodiderit. Quo velut desperatæ salutis signo sublato, tanquam conclamatis rebus passim effusum est exitium, & secundo die animalium effectionum internecio attentata, tantumque de repente acceptum incommodum, vt intra primum acutorum morborum terminum, cum violentis totius corporis distentionibus lamentabilis sit consecutus exitus. Atque hac tam præcipiti ruina motus Galenus, ad causarum lentitudinem deuenit, sensimque irrepentem venenatorum in corpore humorum ortum inducit, ex quibus eandem omninò noxiam quam à lethalibus pharmacis accipimus, interdum in nobis creari asserit. Quæ opinio Medicorum quæstionibus multùm exagitata, commodiorem aliquando & medicorum placitis comprobatam habitura est tractationem. Eoque ferè referendum est singulare acceleratæ mortis exemplum Critonis lib. 1. Epid. qui altero à morbo die cum vehementi insania extinctus est, & Erasini ac Philistæ, qui quinto die cum vehementissimo delirio perierunt.

ἤμεσεν ἰώδεα] Vomitus æruginosus cùm fiat ex bile exassata, febres assiduas vt plurimùm comitatur, easque præsertim in quibus hepatis inflammatio succum huiusmodi visceris cauo conceptum torret & exurit. Est vbi rapta in cerebrum bilis & ardore exagitata, stomachum ad huiusmodi virulenti succi vomitionem prouocat. Quale quid in vehementissimis deliriis videre est, in quibus vt plurimùm ἰώδεα ἐμέσματα ponit Hippocrates. Quod etsi non satis propriè affectionis naturam aut cognitionem informat, qualia sunt quæ in signorum natura ὁμοειδῆ, ὁμόφυλα, ἴδια ἢ ἀχώριστα Galenus vocat, in circumscriptionis tamen ratione non minimum habet locum, cùm pessimè emotam, valdeque turbatam mentis arcem plærunque designet, vt satis ex Philista superiùs explicato, & iis quæ ex Galeno illuc adduximus constat. Quibus etiam accedent quæ lib. 1. epid. * ad eorum quæ hîc celebrantur faciliorem cognitionem scribit Hippocrates. τὰ περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον ἀλγήματα, καὶ βάρη, σὺν πυρετοῖς καὶ ἄνευ πυρετοῦ, φρενιτικοῖσι μὲν σπασμοὶ ἀλλὰ καὶ ἰώδεα ἐμέουσι, καί τινες ταχυθάνατοι τουτέων. Quæ sanè totam hic commemoratorum symptomatum complexionem amplectuntur, & verò vrgentem mortis celeritatem ponunt, quam velut in intensissima phrenitide annotat Galenus, & in Philistæ historia cernere licet. Ad eaque plurimùm faciunt quæ Galenus Com. 1. in lib. 1. epid. his verbis scribit, εἰκὸς δὲ ἡμῖν τὰ τοιαῦτα πάντα διαχωρήματά τε καὶ ἐμέσματα, τῆς ξανθῆς χολῆς κατοπτωμένης γίνεσθαι, διὸ καὶ τούτοις ἐφεξῆς εἶπε. ὅτι ταχυθάνατοι ἔνιοι γίνονται, τουτέστιν εὐθέως ἐπὶ τοῖς ἐμέσμασιν ἀποθνήσκουσιν, ὡς αὖ ἐν τοῖς κατὰ τὴν κεφαλήν τε καὶ τοὺς μήνιγγας χωρίοις τῆς φρενίτιδος συνισταμένης ἐπὶ τῇ ξανθῇ χολῇ. θαυμαστὸν οὐδὲν ὑπερξηρανθέντων τῶν μορίων τούτων γίνεσθαι τοὺς σπασμούς. ἔνιοι μὲν οὖν ἅμα τῷ σπασθῆναί τε καὶ ἰώδη ἐμέσαι, παραχρῆμα ἀποθνήσκουσιν, ἔνιοι δὲ διὰ ῥώμην δυνάμεως ἐπὶ ζῶσιν ἡμέραν, ἢ δύο, ἢ τρεῖς, ἔστιν ὅτε πέντε. Virulentorum autem & æruginosorum vomitum, per biliosorum & tenuium succorum refusionem ex adustione veluti per gradus ascendere, satis indicant historiæ Cleonactidis, & mulieris quæ ad Mendacium forum decumbebat, & Parij in Thaso, quæ suprà adscriptæ sunt. * *Sect.* 2.

διʼ ὅλου] Illud διʼ ὅλου ad continuos sudores retuli duos vetustissimos codices sequutus, etsi codices impressi ad sequentia adhibent.

ἐναιωρήματα σμικρὰ] Diuulsa huiusmodi sublimamenta magnam humorum in corpore perturbationem ex materiæ agitatione copiosamque flatuum abundantiam indicant, & plurimùm ab Hippocrate in delirantibus annotantur, cùm ex feruida succorum ebullitione vapores plurimi excitantur, qui suo momento cerebrum petunt, ac vnà secum nonnihil materiæ rapiunt, tandemq; mentem emouent. Quæ etsi non satis est affecta ad id quod quæritur rei nota, creberrimè tamen in huiusmodi deliriis ab ipso parente subscribitur, vt videre est in Philisco lib. 1. & Clazomenio. Eamque ipsam desipientiam ἐναιώρημα μετέωρον, quod est sublimamentum ex flatuum copia sublime, quodammodo coindicare scribet posteà Galenus. Dispersa verò eiusmodi sublimamenta vt facilè in mentis emotione adscribuntur, ita ferè semper solenne est Hippocrati, eorum inconstantiam & incontinentiam augere, addita dictione quæ subsidentiam illis deneget, quemadmodum in Philisco scripsit, ἐναιωρήματα στρογγύλα, γονοειδέα, διεσπασμένα, οὐχ ἵδρυτο. & in Clazomenio, ὑποδιεσπασμένον οὐχ ἱδρύετο. Quod sanè effecit vt in intensissima phrenitide istud libenter amplecterer, codicesque duos vetustissimos mihi proponerem, qui οὐχ ἵδρυτο habent, non autem vt cætera omnia exemplaria οὐχ ἵδρωσεν. Nihil enim mihi cum sudore hîc loci esse videtur, quem paulò priùs ex toto corpore diffundi voluit. Qua in causa æquissimè mihi suffragatur Caluus, qui veram lectionem sequutus est. Cuiusmodi etiam lapsus in Metone apparuit lib. 1. epid.

διεξεχώρησεν ἀθρόα] ἀθρόα πολλὰ iungunt codices quidam, quod fecit Caluus, & alioqui phrasis est Hippocrati solemnis, vt aliàs diximus. Hîc verò confertam egestionem notat vt vires labefactantem. ἐλέγχει enim (vt scribit † Aretæus) τὴν φύσιν τὰ ἀθρόα.

† *Cap. 3. lib. 2. de cur. morb. ac.*

παλμοὶ διʼ ὅλου] Palpitationis causam ex Galeno docuimus, crassam, flatulentam, caliginosam & nubilosam quandam materiam quæ musculosum genus aut cutem totam & internas cauitates peruadit, eamque in vehementissimis deliriis & mente summè perturbata, quod voluntariæ motionis instrumenta labefactet, in eorumque noxia numeretur, sæpè commemorat Hippocrates, eique plærunque conuulsiones & neruorum distentiones adiungit, vt ex historia Philini vxoris cernere licet. Cùm ergo circa voluntatis effectiones versentur motionumque aptitudinem vitient, non est absonum in febrium ardentissimarum ardoribus, perpetuis cum delirio insaniis, resiccato admodum cerebro, rigidam quandam ad motum inhabilitatem in neruis sequi, qui toto corpore contracti, conuulsionum speciem edunt. Atque eiusmodi conuulsiones in vehementer delirantibus annotauit Hippocrates in Philini vxore, Erasino, Dromeadæ vxore, ac in Philista, superiùs enarrato, in phreniticisque plurimùm apparent vt testatur

A ... Aretæus his verbis ... Ex eodemque fonte tremor, alterum deprauatæ motionis symptoma, pendet ... Quam affectionem in Phreniticis & vehementer efferatam sæpius inculcat Hippocrates in Prorrh. & Coacis Prænotionibus, cùm ... scribit, atque huiusmodi decretis notat. ... Quod his verbis repetit in Coacis, ... Rursusque, ... In Coacis ...

†† *Cap. 1. lib. 1. de cur. morb. ac.* ††† *Com. 1. in Prorrh.*

DE ADSRIPTIS SVPERIORI ÆGRO NOTIS.

Quatuor adscribuntur huic ægro characteres, ac ne sine vitio quidem hoc modo ... Etenim τ, vt in cæteris omnibus pro π, aut ⊓, suppositum est, pro quo etiam exprimendo sæpè τ, geminum hoc modo ττ annotatur. In cæteris si characterum leges sequimur facilis est explicatio, ex sudorum effusionibus conuulsiones, indeque sequutum interitum, vt hic sensus eliciatur, ... vt per ... intelligas. Quo intellectu, etsi notarum religio labefactatur, quod dici mortem denunciantis ne mentio quidem extet, quæ in cæteris ambitiosè admodum asseruatur, potuit tamen non temerè propter inopinatam mortis celeritatem silentio præteriri. Quod in subitis huiusmodi casibus sæpè facit Hippocrates. Neque certè satis propriè sudoribus & conuulsionibus mors assignatur, quam æruginosæ vomitioni ex venenatorum & tota corruptione virulentorum humorum coaceruatione attribuit Galenus, vt in causarum mortis attributione, non malè mihi ... aut ..., hoc est virulenti succi, qui tota sua pernicie præcipitium fecerunt, per ⊤, subindicari videantur, si nugas in seria vertimus. Ac fortè ne dici quidem mentio vlla facta est quod ea apud Galenum sit ambigua, qui tertio mortuum ægrum asserit, cùm omnia Hippocratis exemplaria quarto istud attribuant. Neque existimandum est esse aliquod literæ vitium, cùm Galenus consilio quodam tertium diem morte insigniat, istudque proponat notandæ cuiusdam raritatis exemplum. Etsi vigesimus dies paulò post in phrenitide præter opinionem extenta, lapsu quodam pro vigesimo primo, poni videtur, cùm Dealcis vxorem subnotet, quam die vigesimo primo extinctam postea asseret. Sed fortè crisis ista diei quarto attributa, tertio accensenda est, & in hunc cadere existimanda, quod in morbo valde præcipiti & phrenitide intensissima, diebus imparibus accessiones moueantur. Quod scribit Galenus cap. 4. l. 3. de Crisibus.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Ἐν Λαρίσσῃ φαλακρὸς, μηρὸν δεξιὸν ἐπόνησεν ἐξαίφνης. τῶν δὲ προσφερομένων οὐδὲν ὠφέλει. τῇ πρώτῃ πυρετὸς ὀξὺς, καυσώδης. ἀτρεμέως εἶχεν. οἱ δὲ πόνοι παρείποντο. β, τοῦ μηροῦ μὲν ὑφίεσαν οἱ πόνοι. ὁ δὲ πυρετὸς ἐπέτεινεν. ὑπεδυσφόρει. οὐκ ἐκοιμᾶτο. ἄκρεα ψυχρά. οὔρων πλῆθος διῄει οὐ χρηστῶν. γ, τοῦ μηροῦ μὲν ὁ πόνος ἐπαύσατο. παρέκρουσε δὲ τῆς γνώμης, καὶ ταραχὴ, καὶ πολὺς βληστρισμός. δ, περὶ μέσον ἡμέρης, ἀπέθανεν ὀξυτάτως.

Æger quintus.

Caluum in Larissa, ex fœmore dextro dolor derepente occupauit, nihilq; adhibitis remediis est profectum. Primo die febris acuta, ardens, sensim prehendit, comitabantur dolores. Postridie fœmoris quidē dolores remiserūt, febris autem intensa est, implaciditate quadam corporis tenebatur, somnum nō capiebat, corporis summa frigebant, vrinarum copia profluxit, sed nec eæ laudabiles erant. Tertio die fœmoris quidē dolor cessauit, verùm mentis alienatio perturbatioq; adfuit, multa corporis incontinentia iactatioq;. Quarto sub meridiem celerrimè periit.

Hunc quoque ægrum credibile est inopinatis casibus ereptum, celerrimæ mortis velut exemplum propositum. Nam cùm ex fœmoris dolore statim febris acuta suborta sit, valde plethoricum corpus, aut magnam humorum abundantiam adfuisse oportet, quibus erumpentibus & vniuersim effusis, quarto die æger est sublatus. Aut certè tam efferata coaceruatorum humorum malignitas concipi potuit, vt primis statim diebus exitium attulerit. Eamque fortè ob causam Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. hunc ægrum cum Critone lib. 1. epid. committit, & in euentuum celeritate parem facit, dum his verbis meminit, ... Est autem Larissa nobile Thessaliæ oppidum, vnde Larissæus Achilles dictus est.

τῶν δὲ προσφερομένων] τὰ προσφερόμενα Hippocrati sæpiùs dicuntur, quæcunque ægris adhibentur auxilia aut a Medico administrantur. Quod priùs scripsit * Gal. ... Longè verò clariùs per τὰ προσφερόμενα quæcunque circa ægrum fiunt & administrantur intelligit lib. 1. epid. † cùm scribit, ... Vbi quoque per τὸν προσφέροντα, cum qui ægris auxilia admouet, & curantem Medicum intelligit. Eoque modo in Anaxione postea, τὰ προσφερόμενα ... vocat, cùm scribit, ... Est ergo phrasis ista, τῶν προσφερομένων οὐδὲν ὠφέλει, superiori huic ferè similis, ...

* *Com. 3. in hunc lib.* † *Comm. 3.*

ἀτρεμέως εἶχεν] Quædam exemplaria καυσώδης ἀτρεμέως habent, vt ad febrem ardentem quæ placida esset & remissè prehenderet, referas, cui postea ἐπέτεινεν opponit. Possunt & ista ægrum respicere, vt quietè & remissè habuisse intelligamus. Quo sensu ἀτρέμας ἔχειν, ἐφ' ἡσυχίης μένειν, hoc est quiescere dicitur, eademque ferè est vtrobique notio. Quod tamen velut in re dubia omisit Caluus.

οἱ δὲ πόνοι παρείποντο] Magnus est hac in lectione codicum consensus, quam ideo secuti sumus. Vnus tantùm οὐδὲ πόνοι legit, quæ non omninò malè feriata scriptio videri potest, propiusque illud ἀτρεμέως εἶχεν respicit, vt indicet ægrum placidè se habuisse, nec dolores consecutos fuisse.

δ, περὶ μέσον ἡμέρης] Quartum diem huic damnosum faciunt omnia exemplaria. Galenus autem tertio die periisse scribit, si modo vera est lectio. Addit quoque fini adscriptum ὀξὺ, vt ægro sequente, quod certè legunt exemplaria quædam, reliqua tria omnia ὀξυτάτως habent, quo mortis celeritatem testantur.

DE ADSCRIPTIS ÆGRO CHARACTERIBVS.

Meminit subscriptorum huic ægro characterum Galenus, sed certè qui in codicibus nostris adhibentur, cum præscriptis à Galeno characterum legibus tam parum consentiunt, vt æquius fuerit ne meminisse quidem. Quotus enim quisque in tam explicata

mortis celeritate, ex populoſa & temeraria iſta notarum congerie, genuinum ſenſum ſe elicere poſſe ſperet? τ. γ. δ. θ. π. ι. α. β. γ. δ. θ. Quòd ſi quis adeò in nos iniquus eſt, vt etiam obſtinatè à nobis aliquid efflagitet, is vel pro ſua importunitate, iſtud vel ingratiis nobis extorquere poſſit. πιθανὸν γοῦν δή ποτ διαχωρημάτων, θολερότητα πλήθους ἰωδίων, καὶ ἀπόλεσαι βίου γεγωνημένην, τετάρτῃ θάνατον. Vt credibile ſit ex magno excrementorum prouentu, venenatorum humorum multam coaceruatam copiam, vehementem in corpore perturbationem feciſſe, tandemque ad exitum quarto die ægrum ipſum perduxiſſe. Sed vt iſta efficta videntur, ita neque in ſolutum accipi poſtulamus, nec ex his reſcriptis ſententiam petendam exiſtimamus, ac etiam ne malè collatæ operæ vſuram defraudent, ſi placet in totum negligi volumus, dum nos recepta codicum religione, quoad eius fieri poterit, abſoluerimus.

Æger ſextus.

Abderæ Periclem febris acuta, continua, cum dolore prehendit, ſitis multa, æſtuatio & ſtomachi faſtidium aderat, potum continere non valebat. Aliquantulum autem tum ex liene tum ex capitis grauitate laborabat. Primo die ſanguis multus ex nare ſiniſtra profluxit. Febris tamen intenſior erat, vrinas reddidit multas, turbulentas, albas, quæ nec depoſitæ ſubſidebant. Poſtridie grauiora euaſerunt omnia. Ac certè vrinæ quidem craſſæ erant, verùm quæ magis ſubſiderent, ſtomachi faſtidium & æſtuatio alleuata eſt, dormiuit. Tertio die febris remiſſa eſt, vrinæ copioſæ, concoctæ, in quibus multum ſubſidebat, profluxerunt, noctem quietam habuit. Quarto ſub meridiem ſudor multus, calidus toto corpore dimanauit, à febre iudicatione eſt abſolutus, nec recidiuam paſſus eſt. Morbus erat acutus.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΚΤΟΣ.

Ἐν ἀβδήροισι Περικλέα, νοῦσος ἔλαβεν ὀξύς. ξυνεχὴς μετὰ πόνου. δίψα πολλή. ἄση. ποτὸν κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. ἦν δὲ ὑπόσπληνός τε καὶ καρηβαρικός. τῇ πρώτῃ, ἠμορράγησεν ἐξ ἀριστεροῦ. πουλὺς μέντοι ὁ πυρετὸς ἐπέτεινεν. οὔρησε πολὺ, θολερὸν, λευκόν. κείμενον οὐ καθίστατο. β, πάντα παρωξύνθη. τὰ μέντοι οὖρα, παχέα μὲν ἦν. ἱδρυμένα δὲ μᾶλλον. καὶ τὰ περὶ τὴν ἄσην ἐκούφισεν. ἐκοιμήθη. γ, πυρετὸς ἐμαλάχθη. οὔρων πλῆθος, πέπονα, πολλὴν ὑπόστασιν ἔχοντα. νύκτα δι' ἡσυχίης περὶ μέσον ἡμέρης. ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ τετάρτῃ δι' ὅλου. ἄπυρος ἐκρίθη. οὐχ ὑπέστρεψεν. ὀξύ.

Celerrimæ iudicationis exemplum eſt celeberrimum in morbo acutiſſimo ex plurima craſſa, & aliquantulum crudiore corporis ſucculentia, ſalutarem die quarto abſolutionem faciens, totamque iudicationis fidem confirmans. Nam ſtatim primo die ſalutaribus ſublatis ſignis, magnam de ſe ſpem natura oſtentauit, & ob impreſſiones in hoſtem diebus paribus factas magnamque animorum alacritatem, ac motus celeritatem, intra primum eumque minorem dierum iudicatoriorum ambitum, admirabilem & raritate conſpicuum de hoſte triumphum reportauit. Quod aliàs ab * Hippocrate eſt prouiſum. οἱ ἀνώδυνοι τῶν πυρετῶν καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβαίης, τεταρταῖοι παύονται, ἢ πρόσθεν. Idque etiam quamuis rarum, tamen in morbis ex benigniore ſuccorum & ſanguinis abundantia contingit, vt in ſynochis annotat † Galenus. In quibus etiam reſtagnans quodammodo & feruore exundans materia, ſolet per aperta quædam naturæ emiſſaria latiſſimè refundi. Quod in Metone priùs eſt expreſſum, atque non leuiter ſubindicatum. In hoc autem ægro neque delirij ſpecies, neque morboſa aliqua affectio affuit, quæ reſpirationem immutare poſſet, vt ſcribit Gal. lib. 2. περὶ δυσπν.

* *In Progn.* † *Lib. 3. de Criſ.*

νοῦσος ἔλαβεν ὀξύς] Codices vetuſtiſſimi duo πυρετὸς habent, quæ ſolemnis eſt Hippocrati phraſis, eamque ſecuti ſunt Galeni interpretes, & alioqui νοῦσος pro febre capitur, cùm ξυνεχὴς addat, quod non eſt admodum frequens. Galenus νόσημα ὀξύτατον vocat, totoq; commentario νοῦσον ſemper vſurpat. Eſt autem Abdera Thraciæ oppidum Democriti ortu nobilitatum, cuius (vt inquit Iuuenalis)

—prudentia monſtrat,
Summos poſſe viros & magna exempla daturos,
Veruecum in patria craſſoque ſub aëre naſci.

Clazomenæ olim dictum Plinio. Et circa Thraciam totam Epidemiam peregrinationem medicationemque ferè obiuit Hippocrates.

ποτὸν κατέχειν οὐκ ἠδύνατο] Fortè quod vomitione refunderetur ob vehementem nauſeam, & ſtomachi ex humorum fartura magnum faſtidium, vt priùs ægr. 9. aut quod per aluum difflueret, vt poſtea ægr. 15. & 16. Parum namque arridet Calui ratio, quòd ex liene laboraret, dum ſcribit, Sublienoſus enim capiteque grauatus erat. vbi γὰρ pro δὲ legit.

ἦν δὲ ὑπόσπληνος] Iſtud ſuſpicionem aliquantulum malè non autem planè affecti iecoris præbet, eaque lenitione non admodum tumefactum ſplenem ſignificat qua phraſi vtitur etiam †† Hippocrates lib. 2. epid. in Ariſtæi vxoris fratre, quem etiam larga & frequenti ex nare ſiniſtra ſanguinis eruptione, iudicatione abſolutum ſcribit. Potuit autem ex craſſa plurima materia, flatuum magna copia lienis malè affecti opinionem feciſſe, conceptoque intus feruore & caloris agitatione ſanguis ex naribus effluxiſſe. Qua vna auxilij tentatione, morbum in lienoſis natura apud Hippocratem ſæpè depellit, vt in eius προγνωστικοῖς inculcatur.

†† *Sect. 2.*

πουλὺς μέντοι ὁ πυρετὸς] Codices vetuſtiſſimi duo πουλὺ ſuperiori iungunt, & ὁ μέντοι πυρετὸς habent. Quam lectionem cum Galeno eiuſque interpretibus lubenter amplectimur. Liberalior nanque ſanguinis effuſio in optimæ iudicationis legibus recenſetur, quæ quòd primo ſtatim die procuraretur, in dubium ſanè veniſſet, niſi poſtridie ſalubri vrinarum concoctione & ſalutaribus ſignis eſſet ſubleuata. Quapropter incertiſſima ſalutis ſpe, cùm ſtatim primis diebus natura ad iudicationem rectè moliendam alacritatem exerceret idque proponeret Hippocrates, ad largum tamen ſanguinis profluuium, veluti ex inſpirato, intenſiorem fuiſſe febrem admirabundus ſubintulit, vt valde ſibi conſtantem in artis præceptionibus vbique Hippocratem eſſe intelligas, diſcaſque in ſignorum θεωρίᾳ, quod frequenter diximus non ſatis eſſe ad bonam iudicationis ſpem concipiendam, vnico ſigno niti, aut primo ſtatim morbi occurſu, illius bonam ſignificationem edi. Quem in ſenſum etiam communis lectio cadit, vt de vtrauis non magnopere mihi laborandum ſit.

ἱδρυμένα δὲ μᾶλλον] Illud μᾶλλον ad priorem vrinarum præſignificationem & inquietudinem refertur, quæ cùm antea valde turbulentæ eſſent, neque conſiſterent, ſecundo die perturbatæ certè at conſiſtentes magis apparuerunt. Qui gradus ad ſalutem prætenditur, ex eoque fit ad bonitatis ſpem aſcenſus ampliſſimus, vt ſatis indicatur ex Galeni verbis, in quibus animaduertendum eſt mendosè à quodam interprete ἵδρωσε pro ἱδρύνθη lectum eſſe.

ἐκοιμήθη] Quonam iure iſtud omiſerit Vaſſæus non video, cùm interpretes omnes & codices retineant, nec parum faciat ad augendam ſalubritatis ſpem, vt ex Galeni Commentario ſatis apparet.

δὲ περὶ μέσον ἡμέρης] Codices impreſſi omnes præter Frobenianum vnum hoc modo conſentiunt, atque hanc lectionem amplectuntur omnes quotquot ſunt interpretes, quos ſecutus ſum cum exemplari Regio vno recentiore & peruetéri Germanico. Reliqua omnia codicis Germanici impreſſi lectionem habent, περὶ μέσον ἡμέρης, ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ τετάρτῃ δι' ὅλου, quæ certè eundem ſenſum capit, niſi quod δι' ὅλου ἄπυρος ἐκρίθη quædam habent, quo celebriorem & perfectiorem iudicationem faciant. Sed certè illud δι' ὅλου, ad ſudoris æſtimationem facere debet, cùm iudicationis fidem, οὐχ ὑπέστρεψεν, ſatis integram præſtet, vt ſit,

—oſſaque & artus
Perfudit toto proruptus corpore ſudor.

Quod reliquum eſt, ὀξὺ per ſe poſitum, morbi acuti & præcipitis, ſalutaris tamen, indicaturam habet, atque adeò iudicationis feſtinationem proponit, neque eſt neceſſe ἐκρίθη ὀξὺ iungere, quod fecit Caluus.

DE CHARACTERIBVS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

In tam aperta & notabili morbi ſalutaris denunciatione, huiuſmodi notis ne locus quidem vllus futurus eſt. Quæ cùm mihi multis de cauſis ſuſpectæ & ſuperuacaneæ videantur, tum verò quæ hîc adſcribuntur optimo iure præteriri debuerant. Nam & valde corruptæ ſunt, & ex ſuperiore ægro, in multum tamen diſſimili caſu, veluti deductæ videntur, & verò ita temerè adſcriptæ, vt nec characterum leges ſeruare poſſint. nec aliquem plauſibilem ſenſum edere. Quòd ſi quis apinas iſtas & tricas ſubmonitionis ergo tantùm audire velit, is habeat in exemplaribus manu ſcriptis hoc modo eſſe ſubſcriptas. τ̄. δ̄. ῑᾱ. γ̄. π̄ᾱ. θ̄. ῑ. ῑ. ρ̄. ᾱ. γ̄. In quibus tam tumultuanter conturbatis, neque iudicium noſtrum, multò quoque minùs ſententiam noſtram interponimus. Nam & rem per ſe facilem obſcurant, & magnum de ſe negotium faciunt, vt facilè nobis liceat de illis eſſe ſecuris, ne videamur περὶ μικρὰ σπουδάζειν. In primis verò magnam vitioſitatis ſuſpicionem augent, quòd imperioſam quodammodo ſui cognitionem, nec vllis characterum legibus obnoxiam exercent, deinde verò quòd in apertiſſimis & præcipuis notis fucum oſtentant, demumque ex ſuperioris ægri notis ferè traductæ videntur, & quod eſt præcipuum, vnius tantum codicis autoritate nituntur. Vt facilè crediderim operæpretium futurum longè maximum, ſi ſuppreſſam cum ſilentio habuerint memoriam. Quod ſi indulgentiam noſtram amplecteris cenſoriamque iſtam ſeueritatem auerſaris, potis es prætendere ſeria ludo. Nos quoque iſtarum notarum texturam aliquo ſenſu ludificabimur, dum benignitate noſtra cuiuis præiudicium factum eſſe nemo ſibi arroget. πιθανὸν διὰ χρημάτων γεγενημένων παχέων, θολερῶν, ἱδρώτων βιασθέντων τετάρτῃ ὑγίειαν. Conſtat enim τ̄. pro π̄. & γ̄. pro ῡ. facili lapſu vitioſè eſſe poſitum, vt ᾱ. quoque pro δ̄. in diei denunciatione temerè eſſe adſcriptum, niſi quis primo ſtatim die conceptam eſſe ſanitatis ſpem ex ſanguinis fluxione denotari velit.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

Ἐν Ἀβδήροισι τὴν παρθένον, ἣ κατέκειτο ἐπὶ τῆς ἱερῆς ὁδοῦ, πυρετὸς καυσώδης ἔλαβε. ἦν δὲ διψώδης, καὶ ἄγρυπνος. κατέβη δὲ τὰ γυναικεῖα, πρῶτον αὐτῇ. ϛ, ἄση πολλὴ, ἔρευθος, φρικώδης, ἀλύουσα. ζ, διὰ τῶν αὐτῶν. οὖρα λεπτὰ μὲν, εὔχροα δέ. τὰ περὶ τὴν κοιλίην οὐκ ἠνώχλει. η, κώφωσις. πυρετὸς ὀξύς. ἄγρυπνος. ἀσώδης, φρικώδης. κατενόει. οὖρα ὅμοια. ἐνάτη διὰ τῶν αὐτῶν καὶ τὰς ἑπομένας. οὕτω ἡ κώφωσις παρέμενε. ιδ, τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα. ὁ πυρετὸς ξυνέδωκε. ιζ, διὰ τῶν ῥινῶν ἐρρύη πουλύ. ἡ κώφωσις, σμικρὰ ξυνέδωκε. καὶ τὰς ἑπομένας, ἄση, κωφότης, ἐνῆν. καὶ παρέληρεν. κ, ποδῶν ὀδύνη, κωφότης, παρέληρεν. ἀπέλιπεν. ἡμορράγησε σμικρὰ διὰ ῥινῶν. ἵδρωσεν ἄπυρος. κδ, ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψεν. κώφωσις πάλιν. ποδῶν ὀδύνη. παρέμενε παρακοπή. κζ, ἵδρωσε πολλά. ἄπυρος. ἡ κώφωσις ἐξέλιπεν. ἡ τῶν ποδῶν παρέμενεν ὀδύνη. τὰ δ' ἄλλα τελέως ἐκρίθη.

Æger ſeptimus.

Abderæ virginem quæ ad viam ſacram decumbebat, febris ardens prehendit. Sitibunda autem erat & peruigil, eique tum primùm muliebria profluxerunt. Sexto die vehemens ſtomachi faſtidium adfuit, rubor, horror, cum moleſta corporis iactatione. Septimo eadem perſeuerauerunt. Vrinæ tenues quidē, verùm probati coloris erant, aluus commodè habebat. Octauo ſurditas, febris acuta cepit, inſomnis, æſtuabunda, cum horroris ſenſu, mentis erat compos, vrinæ eædem. Nono ac proximis diebus eadem perſeuerarunt, atque adeò permanſit ſurditas. Decimoquarto mentis perturbatio, febris remiſſio. Decimo ſeptimo multum ex naribus profluxit, ſurditas nonnihil eſt leuata, proximiſque diebus ſtomachi faſtidium & ſurditas aderat, & delira erat. Vigeſimo pedum dolor cepit, ſurditas & delirium intermiſit, paucus ex naribus ſanguis prorupit, ſudoribus à febre liberata eſt. Quarto & vigeſimo febris repetiit, ruſuſque ſurditas, pedum dolor perſeuerauit, mens emota eſt. Septimo & vigeſimo copioſis obortis ſudoribus, à febre immunis fuit, ſurditas reliquit, pedum dolor aliquantulum tenuit. In reliquo verò, perfecta iudicatione abſoluta eſt.

Credibile eſt virgunculam iſtam ex ſuccorum plenitudine, abundè concalfacta ſanguinis abundantia, laboraſſe. Quo feruore magna febris impotentia ac corporis æſtuatione conflictata eſt, & ſublatis ſurſum humoribus cerebrum plurimùm degrauatum, vt ſatis indicarunt diu tenens ſurditas, peruigilium & mentis perturbatio. Sed confecta ſuccorum benignitate per ſanguinis emiſſiones, naturæ prouidentia ritè & legitimè effuſa, morbi reliquiæ iudicatoriis ſudoribus ſunt diſcuſſ. Atque hoc nobile eſt rectè procedentis iudicationis exemplum, quod toti iudiciorum diſciplinæ luculentam affert prærogatiuam, & ad dierum decernentium ſuffragationem magnum addit momentum, quod in ancipiti & primo occurſu dubio ſu, tam optato naturæ conſilio progreſſum ſit, vt ſecundùm ſe in ſalubritatis cauſa iudicatum fuerit. Cui certè & materiæ genere, & iudicationis progreſſu ferè affinis eſt Metonis hiſtoria libr. 1. epidem. cum qua etiam, veluti in paritatis cauſ, committitur à Galeno libro 2. περὶ δυσπν. his verbis: ὁ δὴ ἕβδομος ἄρρωστος ἡ παρθένος ἐστὶν, ἡ διὰ πλῆθος τοῦ αἵματος ἐνοχληθεῖσα τὴν κεφαλὴν οὕτως ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ὁ ἕβδομος γεγραμμένος αἱμορραγήσας ἐκ ῥινῶν. ὥσθ' ὅσα φθάνομεν εἰρηκότες ὑπὲρ ἐκείνου, ταῦτ' ἐν τῷδε μεταφερέσθω.

ἐπὶ τῆς ἱερῆς ὁδοῦ] Sic legunt duo vetuſtiſſimi codices quos ſecuti ſumus cum impreſſis & Caluo. Eſt & in altero manu ſcripto, ἐπὶ ἱερῆς εἰσόδου eamque lectionem amplexi ſunt Galeni interpretes. Habet & vnus ἐπὶ τῆς εἰσόδου, ſimpliciter. Et certè parum refert, an fani veſtibulum, an verò ad ſacram viam decubuerit.

πυρετὸς καυσώδης] Hîc magnus eſt codicum conſenſus. Vnus tamen πυρετὸς ὀξὺς καὶ καυσώδης habet, quem ſecuti ſunt Galeni interpretes.

κατέβη δὲ τὰ γυναικεῖα] Id plærunque vſuuenire ſolet vt in magnis febrium incendiis, efferueſcente ſuccorum abundantia & ebulliente ſanguine, is per deſtinatos à natura menſtruæ purgationi locos muliebres erumpat. Quod & naturæ robore, & veluti iudicationis ſerie quandoque contingere cenſendum eſt. Sæpiùs autem in febribus ex ſanguinis copia, quales ſunt ſynochi, aut plethora laborantibus accidit. Quod in hac virguncula notandum eſt, & in Lariſſæa virgine poſtea, ex eadem ſucculentia humorum plenitudine laborante, fœliciter ſucceſſit. In hac enim adſcripſit, γυναικεῖα κατέβη τότε πρῶτον. παρθένος γὰρ ἦν. non ſecus ac in Meliδia libr. 1. epidem. ex iiſdem ferè cauſis afflicta, adſcripſit, γυναικεῖα δὲ σμικρὰ ἐπεφαίνετο, iſtudque ſupra indicauimus.

φρικώδης] Exemplaria quædam φοινικώδης habent, quod purpureum aut ſanguineum colorem, propter rubedinem indicat. Sed cùm ſit iſta inſolens Hippocrati phraſis, nos φρικώδης ex magno codicum conſenſu retinuimus, etſi priorem lectionem ſecuti ſunt Galeni interpretes. Et verò in tanta humorum inæqualitate, ſtomachi vellicatione, & tam vario acutorū morborum ex humo-

rum efferuescentia concursu, φρίκην sæpè adhibet Hippocrates, vbi & ἄσην & ἀλύκην iungit, non secus ac ἀσῶδες καὶ ἀλύειν de morbis stomachi effert Galenus lib.2.de loc. affect. Sic Dromeadæ vxor ἀσώδης, φρικώδης ἐγένετο fuit lib.1.epid.

οὖρα λεπτὰ μὲν εὔχροα δὲ] εὔχρω habet vetustus codex Regius eodem sensu. Cæterùm quomodo vrinarum tenuitatem coloris probitas lenire possit, scripsimus in fine lib.1.epid.

οὖρα ὅμοια] Id omisit Vassæus contra omnium codicum fidem.

ἡ κώφωσις σμικρὰ ξυνέδωκε] Hoc modo transmutationis ratione iudicatio procedit. Euacuatis namq; & transpositis humoribus, surditatem deminere, parentis doctrinæ est consentaneum, ex placito 60.lib.4. ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα, λύει τὸ νόσημα. Quod repetit his verbis in Coac.Prænot κώφωσιν ἐκ πυρετῶν, ῥύσις ἡ ῥινῶν λύει καὶ κοιλίης ταραχή. Celsus verò sic lib.2.extulit. Si in febre aures obtusæ sunt, si sanguis è naribus fluxit, aut venter resolutus est, illud malum desinit ex toto. Cuius quoque sententiæ mentionem fecimus, * lib. 2. epid.

* *Sect.* 5.

ἡ ποδῶν ὀδύνη] Pedum dolor hîc multoties celebratus, die decretorio obueniens, ex humorum transpositu surditatem emouet, facta humorum ad remotissimas & inferiores partes secessione. Quam intentatam à natura absolutionis morborum aggressionem, vulgus sæpè in morbis præuidet, vt scripsimus † lib.2.epid. Huius autem in crura decubitus sæpiùs meminit Hippocrates, dum σκέλεα ἐπωδύνως ἔχειν, aut ἐπιπόνως ἀλγέειν, aut γούνατα καὶ κνήμας ἐπώδυνα ἔχειν, crebrò inculcat. Qualia plurima in Herophonte notauimus †† lib.1.epid. in quo etiam ad surditatis solutionem crurum dolorem apponit.

† *Sect.* 3. †† *Ægr.* 3.

κζ ἵδρωσε πολλά] Hunc locum celebrat lib.2.de dieb.decr. Galenus his verbis, ἐν ἑβδόμῃ δὲ καὶ εἰκοστῇ τὴν ἐν Ἀβδήροις παρθένον, ἀλλὰ καὶ ταύτην ἱδρώσασαν πολλῷ, τελέως ἀπύρετον γενέσθαι φησί. γέγραπται δ᾽ αὕτη κατὰ τὴν κατάστασιν ἑβδόμην.

DE CHARACTERIBVS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

Facilis est notarum istarum explicatio, cùm omnem salubritatis sententiam secundum vrinas ferant. Ex earum nanque coloris probitate, certissima etsi longa, ad sanitatem spes est prætensa, quod haud dubiè significat in Com. Galenus. Hoc modo autem in codicibus adscribuntur π. ο. κ. ζ. υ. Ex quibus hunc sensum elicere facilè queas. Credibile esse ex vrinis vigesimo septimo conceptam esse sanitatem. Etsi in tam paucis characteribus codices solitum habent vitium, pro π. τ. & pro Υ. γ. facili lapsu apponentes.

Æger octauus.

Abderæ Anaxionem ad Threicias portas decumbentem, febris acuta prehendit, lateris dextri dolor continens tenebat, tussis erat sicca, neque quicquam primis diebus expuebat. Siti cruciabatur atque insomnia, vrinæ probè coloratæ erant, copiosæ & tenues. Sexto die delirauit. Fotus verò nihil profecerunt. Septimo molestè habuit. Nam & febris intendebatur, neq; dolores remiserant, & tusses infestabant, & difficilis spiratio inerat. Octauo secta in cubito vena, multus sanguis prout debuit effluxit, dolores certè remiserunt, verùm tusses siccæ perseuerarunt. Vndecimo leniores fuerunt febres, paucus sudor circa caput prodiit, etiamnum tusses tenebant, & quæ ex pulmone prodibant liquidiora erant. Decimoseptimo cœpit pauca & concocta expuere, alleuatus est. Vigesimo sudore oborto febre liber fuit, à iudicatione verò meliùs habuit. Sitis autem vexabat, nec probæ pulmonis expurgationes erant. Septimo & vigesimo rediit febris, tussiuit, concocta plurima eduxit, in vrinis alba, multa subsidebant, sitis desiit, somnum cepit. Trigesimo quarto sudore per totum corpus diffuso, febre liberatus & prorsus est iudicatione absolutus.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

Ἐν Ἀβδήροισιν Ἀναξίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ τὰς Θρηϊκίας πύλας, πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβεν. πλευροῦ ὀδύνη δεξιοῦ συνεχής. ἔβησσε ξηρά. οὐδὲ ἔπτυε τὰς πρώτας. διψώδης. ἄγρυπνος. οὖρα εὔχροα, πολλά, λεπτά. ϛ´ παράληρος. πρὸς δὲ τὰ θερμάσματα, οὐδὲν ἐνεδίδου. ζ´ ἐπιπόνως. ὅ τε γὰρ πυρετὸς ἐπέτεινεν. οἵ τε πόνοι οὐ ξυνεδίδοσαν. αἵ τε βῆχες ἠνώχλουν. δύσπνοός τε ἦν. ὀγδόῃ ἀγκῶνα ἔτεμον. ἐρρύη πολλὸν οἷον δεῖ. ξυνέδωκαν μὲν οἱ πόνοι. αἱ μέντοι βῆχες ξηραὶ παρείποντο. ια´, ξυνέδωκαν οἱ πυρετοί. σμικρὰ περὶ κεφαλὴν ἵδρωσεν. ἔτι βῆχες, καὶ τὰ ἀπὸ πνεύμονος ὑγρότερα. ιζ´, ἤρξατο σμικρὰ πέπονα πτύειν, ἐκουφίσθη. διψώδης δὲ ἦν. καὶ τῶν ἀπὸ πλεύμονος οὐ χρησταὶ αἱ καθάρσιες. κ´, ἵδρωσεν ἄπυρος. μετὰ δὲ κρίσιν ἐκουφίσθη. κζ´, ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψεν. ἔβησσεν, ἀνῆγε πέπονα πολλά. οὔροισιν ὑπόστασις πολλὴ λευκή. ἄδιψος ἐγένετο. ὕπνοι. λδ´, ἵδρωσε δι᾽ ὅλου, ἄπυρος, ἐκρίθη πάντα.

Clarum est & valde nobile lateralis morbi, sed crudissimi & protensi exemplum, ad quod veluti ad metam quandam, totius c[...]seos habenas & disciplinam sæpiùs flectit Galenus, ab eoque tam sæpè celebratum est & toties excussum, vt non nisi submonitio[ne] egeat. Præcipuè verò explicatur Com.in aph.12.lib.1.& lib.1.de Cris.cap.18.lib.2.de dieb. decret. & lib.2. περὶ δυσπν. Quibus locis & totius historiæ clarissimam explanationem, & verò integræ iudiciorum doctrinæ reconditam quandam maiestatem, sibiq[ue] optimè consentientem autoritatem cuiuis depromere licet.

παρὰ τὰς Θρηϊκίας πύλας] Θρηκίας habent codices quidam cum Aldino, & nos Threicias portas pro Thraciis diximus, non secus poëta † Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur. Eodemque modo Pylas retinere potuimus. Πύλας tamen Erotian[us] Thessaliæ attribuit. Stephanus Arcadiæ. πύλας Erot. locum facit in Thessalia Pylææ Cereris fano nobilitatum. † *Lib.*7.

πλευροῦ ὀδύνη δεξιοῦ συνεχής] Istud συνεχὴς omisit Caluus, contra tamen omnium quos videre licuit codicum, & à Galeno locor[um] adductorum fidem. Istudq; appositè admodum esse expressum satis constat ex Gal.lib.2. περὶ δυσπν. Mirum quoque est Caluum A[na]xagoram pro Anaxione, tam celebrato nomine, posuisse.

ἔβησσε ξηρά] Hoc ἄπτυστον πλευρίτιδα indicat & per sequentia explicatur, οὐδ᾽ ἔπτυε τὰς πρώτας, nō secus ac inanem & aridam tussim l[ib.] 1.epid. * his verbis circumscribit, πολλοῖσι βῆχες ξηραὶ, βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι. Istaque tussis inanitas morbum omninò crudum prod[u]xit, ex Hipp.placito 12.lib.1. αἱ ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένης βραχύνει. ἢν δ᾽ ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. Quod his v[er]bis innuit libr. περὶ νούσων. 3. ἔχει δὲ οὕτως περὶ τῆς ἀπαλλάξιος, εἰ μὲν τριταίῳ ἄρχοιτο πεπαίνεσθαι καὶ πτύεσθαι. θᾶττον αἱ ἀπαλλάξιες. εἰ δὲ ὕστερον πτύοι[το], ὕστερον καὶ χείρους γίνονται. Et lib.de rat.vict.in morb.acut. αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα παύονται αὐτόματοι, ὅταν ἄρξωνται πτύειν ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. Atque hunc in sensum hanc historiam integram depromit Galenus Comm.in aph.12.lib.1. Cùm autē m[ul]ta sint tussis aridæ genera, qualia scribit Galenus Com.1.in lib.1.Epid. γίνονται tamen (vt idem scribit βῆχες ξηραὶ ὑγρῶν περιεχομένων [ἐν] πλευριτικοῖς ὀργάνοις ἐκκαθαίρεσθαι δεομένων, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκκρίνεται διὰ διττὴν αἰτίαν, ἢ τῷ γλίσχρα τ᾽ εἶναι καὶ παχέα, ἢ δυσαπολύτως ἐμπεπλάσθαι τοῖς

A τοῖς κατὰ τὸν πλεύμονα βρόγχοις, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀπτύστων ὀνομαζομένων γίνεται πλευριτίδων. Est & aliud aridæ tussis genus in pleuritide, quod ad inflammationis cruditatem quæ primis ferè diebus obtinet, refertur, à Galenoq; explicatur lib. 2. περὶ κρίσεων his verbis, βήξει τοίνυν ὁ ἄνθρωπος, οὐ μὴν καὶ ἀναπτύσει πάντως εὐθύς. ἀλλ' εἰ μὲν πλεῖον τε καὶ παχύτερον ἀπορρέοι τῆς φλεγμονῆς, ἀναπτύσεται βραχύ [illegible] ... ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῆς διαθέσεως ἤδη γνώρισμα αὐτῆς ἐστιν, καὶ οὐ τοῦ μορίου τοῦ πεπονθότος. ἐπειδὰν μὲν γὰρ [illegible] ... τὸ σύμπαν ῥεῦμα τὰς ἀπτύστους προσαγορευομένας ἀποτελεῖ πλευρίτιδας. ἐπειδὰν δὲ ἀξιόλογον χαλάσῃ τι καὶ [illegible] ... πλείω καὶ ἀναπτύουσιν. Porrò quòd ad scriptionem attinet, ἔβησσε ξηρὰ codices scripti duo habent cum excusis quibusdam sed ἔβησσε ξηρὰ βηχία interpretatur Gal. lib. περὶ δυσπν. quæ est admodum peculiaris Hippocrati phrasis, & in qua magnus est plurimorum codicum consensus. * Sect. 1. διψώδης ἄγρυπνος] Cùm ista sint extra propriam morbi notionem, nec pleuritidem, vt cætera quæ præcedunt, circumscribant, quàm non sint temerè ab Hipp. adscripta, multis verbis prosequitur Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. quæ quo clarior sit explicatio non pigebit apponere.

B καὶ δὴ καὶ πρώτου πάντων μνημονεύσωμεν Αναξίωνος, ἐν τινα, ὥς φησιν αὐτός, πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβεν, πλευροῦ δεξιοῦ ὀδύνη ξυνεχὴς, ἔβησσε ξηρά, οὐδὲ ἔπτυε τὰς πρώτας ἡμέρας. καὶ πρῶτόν γε αὐτὸ τοῦτο δείξωμεν, τί δήποτε καίτοι βραχυλόγος ὢν Ἱπποκράτης, ἐὸν εἰπεῖν αὐτὸ δι' ἑνὸς ὀνόματος, ὅτι πλευριτικὸς ἦν ὁ Αναξίων, οὕτως εἰπὼν τὰ συμπτώματα τὰ κατὰ τοῦτο τὸ νόσημα, δι' ἐκείνων μᾶλλον ἐξῆς ποιήσασθαι διήγησιν, οὔτε γὰρ ἔθος αὐτῷ τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' αὐτὸ τοὐναντίον ἐστιν, εἰς ἓν ὄνομα καὶ κεφάλαιον, ἀνάγειν ἀεὶ τὰ κατὰ μέρος. οὔτε μὴν κατὰ τὸ τυχὸν, ἐνδέχεται καὶ οὕτω γράφειν, τοῦ μηδὲν εἰκῇ γράφοντα. τίς οὖν ἡ αἰτία; τῶν νοσημάτων ἑκάστου συμπτώματα, τὰ μὲν ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει, τὰ δὲ ὡς τὸ πολύ. αὐτῶν δὲ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὑπαρχόντων πλείους εἰσὶ διαφοραί, τινὲς μὲν πλειστάκις ὁρώμεναι, καὶ διὰ τοῦτ' οἰκεῖαι τῇ φύσει τοῦ νοσήματος εἶναι πεπιστευμέναι, τινὲς δὲ σπανίως πάνυ, καὶ διά τι σύμπτωμα ἰδίως ἐξαίρετον. ὁ τοίνυν Ἱπποκράτης, ὅταν μὲν αἱ συνήθεις ἰδέαι, τῶν συμπτωμάτων ὦσιν, ἀρκεῖται τηνικαῦτα μόνῳ τῷ καθόλου τοῦ νοσήματος ὀνόματι. ὅταν δέ τι ἐμπίπτῃ τῶν σπανίων, μετὰ τὴν καθόλου τε καὶ κοινὴν ἁπάσης τοῦ νοσήματος προσηγορίαν εὐθὺς ἐκεῖνο διεξέρχεται. εἰ δὲ πλείους ποτὲ θεάσαιτο παθημάτων ἰδέας, ὑπὲρ τὴν κοινὴν καὶ συνήθη φύσιν, δεομένην ἑκάστην οἰκείου διορισμοῦ, τηνικαῦτα ὑπερβαίνει μὲν τὸ καθόλου, διηγεῖται δ' εὐθὺς ἕκαστον τῶν κατὰ μέρος, ὡς ἂν ἐκ τούτων κἀκείνου δηλουμένου. πλευριτικοῖς οὖν ἐξ ἀνάγκης μὲν συμπίπτει τό τε τῆς πλευρᾶς ἄλγημα,

C καὶ μετὰ τοῦ πυρετοῦ, καὶ ἡ δύσπνοια καὶ ἡ βήξ. οὐκ ἐνδέχεται γὰρ πλευριτικὸν εἶναι μέν, μὴ οὐ πάντα δὲ ταῦθ' ὑπάρχειν αὐτῷ. τὸ δὲ ἀναγκάζεσθαί τι τῶν ἀπὸ τῆς φλεγμονῆς αἷμα ταῖς βηξὶν, οὐκ ἀναγκαῖον μέν, ὡς τὸ πολὺ μέντοι συμβαίνει. οὕτω δὲ καὶ ἡ τῶν ἀναφερομένων ἰδέα ὑπέρυθρος, ἢ ὑπόξανθος, ἢ ἀφρώδης ἐστιν. ὥσπερ δ' ἐν τοῖς εἰρημένοις τὸ μέν ἐστι σύνηθες, τὸ δὲ ξένον, οὕτω καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐξ ἀνάγκης συμπίπτουσι, τινὲς μὲν ἰδέαι πλειστάκις, τινὲς δὲ σπανίως ὁρῶνται, καὶ τοίνυν ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ τοῦ προκειμένου νῦν ἀρρώστου τοῦ Αναξίωνος, ἐπειδὴ τὰ κατὰ μέρος παθήματα, διορισμοῦ ἐδεῖτο, τῷ σπανιωτέρας ἰδέας ἔχειν, διοριζομένων δ' αὐτῶν ἤδη γνωρισθησομένην σαφῶς τὴν πλευριτικὴν συνδρομὴν, βέλτιον ἡγήσατο γράφειν ὃ πάντως ἔμελλε καὶ χωρὶς τοῦ συγγραφῆναι νοηθήσεσθαι πυρετὸς γὰρ φησιν, ὀξὺς ἔλαβε καὶ πλευροῦ δεξιοῦ ὀδύνη συνεχὴς, καὶ ἔβησσε ξηρά, δηλονότι βηχία. οὐκ οὖν οὐ μόνον ὅτι πυρετὸς, ἀλλὰ καὶ ὁποῖός τις ἔμαθες, ὀξὺς γάρ φησιν, οὐδ' ὅτι πλευρᾶς πόνος, ἀλλὰ καὶ ὁποῖος, ὅτι συνεχής. οὐδ' ὅτι βῆχες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁποῖαί τινες, ὅτι ξηραὶ καὶ ἄπτυστοι. ἐν ταὐτῷ δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ ὅτι πλευριτικὸς ἦν οὗτος ὁ ἄνθρωπος, ἔμαθες. οὐδενὶ γὰρ τῶν πάντων νοσημάτων, ἡ τῶν εἰρημένων παθῶν ὑπάρχει σύνοδος, ὅτι μὴ πλευρίτιδι. δι' ἑνὸς οὖν λόγου καὶ ὅτι πλευρίτιδι διεπάλαιεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὁποίᾳ τινὶ ταύτῃ, δεδήλωται. ἐπεὶ δ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεται πλευρίτισιν ἡ δύσπνοια, παρέλειψε γράφειν, ὅτι καὶ δύσπνους ἦν, εἰ μὲν γὰρ καὶ περὶ ταύτης τι ξένον εἶχεν εἰπεῖν καὶ σπάνιον, οὐκ ἂν ἐσιώπησεν. ἐπεὶ δ' ὡς ἔοικεν, ἐφύλαττε τὴν εἰθισμένην ἰδέαν, εὐλόγως παρέλιπεν. ὥσπερ δὲ ταῦτα παρῆκεν, οὕτως ἄλλα παρέγραψεν, ἃ μήτε ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει πλευρίτισι, μήθ' ὡς τὸ πολύ, μήτ' ἐκ

D τῶν εἰρημένων νοηθῆναι δύναται. ὅτι γάρ φησι, διψώδης, ἄγρυπνος, οὖρα δὲ εὔχροα, πολλά, λεπτά, εἶτα ἐπιφέρων, ἕκτῃ παράληρος, πρὸς δὲ τὰ θερμάσματα οὐδὲν ἐνεδίδου. τούτων οὐδὲν οὔτ' ἀναγκαίως ὑπάρχει πλευρίτισιν, οὔθ' ὡς τὸ πολύ. πρὸς δὲ τὰ θερμάσματα] θερμάσματα sunt Hippocrati, τὰ θερμαίνοντα τὸ σῶμα καθ' ὁντινοῦν τρόπον, vt scribit * Galenus, quæ & tentationis gratia, & doloris leuandi ergo in morbo laterali adhibenda esse consulit Hippocrates his verbis libro de rat. vict. in morb. acut. ὀδύνη δὲ πλευροῦ ἦν τε κατ' ἀρχὰς γίνηται, ἦν τε ὕστερον, θερμάσμασι μὲν τὸ πρῶτον, οὐκ ἀπὸ τρόπου ἐστὶ χρησάμενον πειρηθῆναι διαλῦσαι τὴν ὀδύνην. Nam cum causæ plærunque & signi etiam rationem obtinent, tum verò distentionem remittunt & sputum promouent, & quod scribit Galen. τοῦτ' εὐθὺς ἄριστον τε τὸ θέρμα πρὸς τὰς δυσπνοίας ἐργάζεσθαι, καὶ τὸ κατὰ τὴν φλεγμονὴν αἷμα λεπτύνειν τε καὶ διαφορεῖν. εἰ μὲν οὖν τοῦτο πραχθείη, κενωθήσεται τι τοῦ αἵματος, ἧττόν τε διατεινόμενα τὰ πεπονθότα μόρια, πρὸς τὸ λοιπὸν πραΰτερον ὀδυνήσεται. Est autem, vt loquitur Galenus, τὸ ἀκμάζειν φλεγμονὴν γνώρισμα, τὸ, τε συνεχὲς τῆς ὀδύνης, καὶ τὸ μηδὲν ἐνδιδόναι πρὸς τὰ θερμάσματα. At verò vt fotus genere distinguuntur, ita quinam & qua ratione adhiberi debeant fusius prosequitur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. eosdemq; consulit lib. 3. περὶ νούσων, & ὑγρὰς πυρίας vocat, quæ etiam χλιάσματα dicuntur.

E Quinetiam † Aretæus in pleuritidis curatione. ἐπαγωγὸν ποιέεσθαι imperat, ἐς πολλὸν τὴν θερμασίην τῶν ἐπιπλασμάτων διαρκέειν, & omni ope elaborandum esse vt leuia fomenta adhibeantur, ὡς μὴ τὰ ἄχθεα πρὸς τῷ πόνῳ, πόνον ἐνδιδοῖ.

Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. † *Cap. 10. l. 1. de cur. morb. ac.*

ζ ἐπιπόνως] Huius loci luculenta est explicatio apud Galenum lib. 2. περὶ δυσπν. hoc modo. εἰ δὲ καὶ κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἀκούσῃς αὐτοῦ διηγουμένου, σαφέστερον ἐπιγνώσῃ τὴν προαίρεσιν [illegible] αὐδεὶς, ἔχει δ' οὕτως. ἑβδόμῃ ἐπίπονος, ὅ, τε γὰρ πυρετὸς ἐπέτεινεν, οἵ τε πόνοι οὐ ξυνεδίδωσαν, αἵ τε βῆχες ἠνώχλεον δύσπνοός τε ἦν. ἐνταῦθα δυσπνοίας ἐμνημόνευσεν ὁ πρὶν τοῦ κακῶς διακεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐποιεῖτο συλλογισμόν, ἐν τοῖς ἄλλοις καὶ αὐτὴν καταλέγων, τοῖς ἐξ ἀρχῆς μὲν αὐτῷ συμπεσοῦσι, μήτε δὲ πεπαυμένοις, μήτε ἐνδεδωκόσι. τὸν μὲν γὰρ πυρετὸν καὶ προσεπιτεῖναί φησι. τὰ δὲ λοιπὰ τρία, τέτταρα γὰρ εὑρέθη τὰ συμπληροῦντα τὴν πλευριτικὴν συνδρομὴν, ἐπὶ τῶν αὐτῶν διαμεῖναί φησιν, τοὺς πόνους, τὰς βῆχας, τὰς δυσπνοίας, ἀπ' αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ νοσήματος συλλογιζόμενος ἐπιπόνως ἔχειν τὸν ἄνθρωπον. εἰ γὰρ τῶν συμπληρωτικῶν αὐτῷ παθημάτων, τεττάρων ὄντων, τὰ τρία μὲν ὡσαύτως ἔχοντα διέμενε, τὸ τέταρτον δὲ χεῖρον ἐγένετο, παντὶ δῆλον, ὅτι κακῶς ὁ ἄνθρωπος εἶχεν. ὁρᾷς οὖν ἐναργῶς, ὅτι διὰ τὸ χρῄζειν εἰς πρόγνωσιν τῆς τοῦ νοσήματος καταστάσεως, ἐμνημόνευσε τῆς δυσπνοίας, οὐκ ἂν ἄλλως μνημονεύσας αὐτῆς. καὶ διὰ τοῦτο πρῶτον τῶν ἄλλων τοῦτον προεχειρισάμην τὸν ἄρρωστον. ἵνα δείξω, ὑπὲρ ἧς μηδὲν εἶπεν κατ' ἀρχὰς δυσπνοίας, ὅτι μηδ' ἐχρῆζεν ὅλως αὐτῆς ὡς οὐ κακῶς μνημονεύει νῦν. εἰ γὰρ προσέχεις τῇ λέξει τὸν νοῦν εὑρήσεις αὐτὴν τοῦτ' ἐνδεικνυμένην. ἑβδόμῃ φησὶν ἐπίπονος, ὅ, τε γὰρ πυρετὸς ἐπέτεινε φησὶν οἵ τε πόνοι οὐ ξυνεδίδωσαν, αἵ τε βῆχες ἠνώχλεον, δύσπνοός τε ἦν. ἐνταῦθα μὲν γὰρ ὁ ἔφλεγεν, ἓν μὲν ἐπιτετάσθαι δηλοῖ, τὰ δ' ἄλλα μένειν ἐπὶ τῶν αὐτῶν. ὃ γὰρ ἐδήλωσεν, οὐ ξυνεδίδωσαν εἰπὼν, τοῦτ' ἐπὶ τῶν λοιπῶν, τῶν βηχῶν καὶ τῆς δυσπνοίας ἀπὸ κοινοῦ χρὴ νοεῖν, συνηθεστάτης οὔσης τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας, οὐχ Ἱπποκράτῃ μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς σχεδὸν ἅπασι. ὡς γὰρ οἱ πόνοι οὐδὲν ξυνεδίδωσαν, οὕτω καὶ αἱ βῆχες ἠνώχλεον, ὡσαύτως δηλονότι μηδὲν ἐνδιδοῦσαι δύσπνοός τε ἦν, ὡσαύτως δηλονότι, μηδὲν τῆς δυσπνοίας ἐνδιδούσης. ἐνδείκνυται δὲ καὶ αὐτὸ τὸ, ἦν, ταυτὸν, τῷ ἀσπρῶν. οὐ γὰρ δύσπνοος ἐγένετο εἶπε, καίτοι δυνάμενος εἰπεῖν. μᾶλλον δὲ παντὸς ἂν εἰρηκώς, εἰ κατὰ τὴν ἑβδόμην προσεγεγόνει τοῦτο τὸ πάθημα, πρότερον οὐκ ὄν. ἀλλ' οὔτε προσεγένετο δηλονότι. πάντως γὰρ ἐχρῆν ἐξ ἀρχῆς αὐτὸ συστῆναι τοῖς ἄλλοις. Ἱπποκράτης τε δεόντως ἐδίδαξεν, ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς διηγήσεως παραλιπὼν αὐτό, μετὰ ταῦτα δὲ μνημονεύσας. Quodnam autem difficilis spirationis genus hominem vexarit, ne in hoc quoque hæreas, cùm varias affectiones diuersarum spirationum causas videas. ex eodem audias licet. ὥσπερ οὖν ὅτι δύσπνους ἦν ἐξ αὐτῆς τοῦ νοσήματος τῆς φύσεως ἂν ἔγνωμεν, εἰ καὶ μὴ πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται μετὰ ταῦτα· οὕτω καὶ ὅτι τὸ τῆς δυσπνοίας ἦν εἶδος αὐτῷ μικρὸν καὶ πυκνὸν οὐκ ἄδηλόν ἐστι, κἂν Ἱπποκράτης μὴ γράφῃ. ὡς γὰρ ὅτι δυσπνοοῦσιν οἱ πλευριτικοὶ φαίνεται. οὕτω καὶ ὅτι μικρὸν καὶ πυκνὸν ἀναπνέουσιν εἴπομεν δὲ ἔμπροσθεν, ὡς οὐδὲν τῶν καὶ τοῖς ἄλλοις σαφῶς γιγνωσκομένων Ἱπποκράτης γράφει. καίτοι καὶ παρεφρόνησεν οὗτος ὁ ἄνθρωπος. λέγει γοῦν οὕτω περὶ αὐτοῦ, ἕκτῃ παράληρος. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐχ ὡς σύμπτωμα φύσει παρακολουθητικὸν, ἀλλ' ὡς ἐπιγινόμενον πάθημα πλευρίτισιν ἰσχυραῖς, οὐκ ἔμελλε δήπουθεν νικήσειν τὴν ἀπὸ τοῦ πόνου τροπὴν, οὐδὲ καθ' αὐτὸ τυπώσειν τὴν τῆς δυσπνοίας ἰδέαν. ὁ δ' αὖ ἐν τῇ πλευρᾷ πόνος ἰσχυρὸς ὤν, καθ' ἑαυτὸν πάντως ἔμελλεν ἀλλοιώσειν τὴν ἀναπνοήν. εἰ δέ γε καθ' ὑπόθεσιν ὁ μὲν πόνος ἦν ἀμυδρὸς, σφοδρὰ δ' ἡ παραφροσύνη, πάντως ἂν ἢ τελέως ἐνίκησεν ἡ παραφροσύνη, τὸν πόνον, ἢ ὡς τὸ πολύ. καὶ οὕτως ἂν ἤτοι διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος ἀνέπνευσεν ὁ τοιοῦτος ἄρρωστος μέγα καὶ ἀραιόν, ἢ πλεῖστα μὲν οὕτως, σπανιάκις δὲ μικρὸν καὶ πυκνόν. Rursum quoque, ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτι τοῦ πόνου τελέως κρατοῦντος, οὐδὲν παρεμφαίνεται τῶν κατὰ τὴν παραφροσύνην δυσπνοίας, ἐπ' Αναξίωνος ἐδείξαμεν, ὃς ἐν τῷ τρίτῳ καὶ αὐτὸς γέγραπται τῶν ἐπιδημιῶν ὄγδοος, ἀπὸ τῆς λοιμώδους καταστάσεως.

I ἐγδόῃ, ἀγκῶνα ἔταμον] Hic locus magnam habet celebritatem; nec tam venæ sectioni ex Hippocrate autoritatem facit, quàm in huiusmodi præcipitibus malis, constantibus sanguinis mittendi indicationibus, semper venæ sectioni locum esse indicat, contra veterum experientiam, qui vltra quartum diem eam non admittebant. Velut igitur rarum quiddam necessarioq; administrandum istud factum fuisse die octauo adscribit Hippocrates, nedum cæteris diebus in quibus sanguinis missio valde opus est, in ægris ab eodem prætermissam esse existimandum est, etsi nulla eius, vt neque cæterorum remediorum fit mentio. Huncque in sensum hunc locum adduxit Galenus in Pythione priùs adscripto, & muliere quæ ex morbo tenuioris intestini laborauit. Non absre verò sæuienti morbo nullisque fotibus remittentibus doloribus, sanguinis missionem adhibuit Hippocrates, cùm ad huiusmodi morbi alleuationem duo sint velut reliqua subsidia, venæ sectio & purgatio. Id quod scribit Galenus Comm. 1. in libro de rat. vict. in morb. ac. ἐπὶ πλευρίτιδι ὡς οὐδὲν ἐνδιδούσῃ πρὸς τὰ θερμάσματα, δύο λοιπὰ τῆς ὀδύνης ἐστὶ τὰ αὐτίκα βοηθήματα, φλεβοτομία καὶ κάθαρσις. Quas quidem veluti per gradus remediorũ successiones præcipuè animaduertendas, hac dictione ob oculos ponit †† Hippocrates.

τοῦτο δὲ, ἦν ἐπὶ τῆς ὀδύνης τοῦ πλευροῦ συνεχῶς ἰούσης, καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης, καὶ τοῦ πτύελον μὴ ἀνιέντος, ἀλλὰ κατεγλιχραινομένου ... ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην, ἢ κοιλίην μαλθάξας, ἢ φλέβα τεμὼν, ὁκότερον ἂν τουτέων συμφέρει, τοὺς δὲ πλευριτικοὺς ἢν οὕτως ἔχωσι ... θάνατοι τῶν τοιουτέων γίγνονται.

† † *Lib. de rat. vict. in morb. ac.*

ια´ ξυνέδωκαν οἱ πυρετοί] Debilem adhuc & subobscuram coctionem die vndecimo adfuisse, necdum principij tempus in morbo prætergressum & ad decimum septimum protensum, satis ista significant. Ex hypothesi verò apertiùs indicat Galenus lib. 1. κρίσεων, quæ plurimùm faciunt etiam ad sequentium explicationem. ὑποθώμεθα οὖν τινὰ πάλιν ἄρρωστον ὑπὸ πλευρίτιδος τινὸς ἐχόμενον, οὔτ' ἀναπτύοντά τι, καὶ οὐροῦντα λεπτὰ μὲν, ἀλλ' εὔχροα. περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ἡμέραν ἀρχέσθω μὲν πτύειν, ὑγρὰ δὲ καὶ ἄπεπτα τοῦτον ἔτι μὲν οὐκ ἄν τις φαίη πρὸς τῆς ἑνδεκάτης ἡμέρας, ἐν ἄλλῳ τινὶ τοῦ νοσήματος εἶναι καιρῷ, πλὴν ἐν ἀρχῇ, παντάπου δῆλον. ἐπὶ δὲ τῆς ἑνδεκάτης, ἴσως μὲν ἄν τῳ δόξειε μεταπεπτωκέναι σαφῶς, ἀλλ' οὐχ ὧδε ἔχει. ἡ γὰρ ἑνδεκάτη τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπίδηλος οὖσα τὴν τοῦ δευτέρου καιροῦ τῆς νόσου σαφῆ καὶ βεβαίαν ἀρχὴν, ἐκείνην ἕξειν προδηλοῖ. προσφυλάξεις γ' οὖν αὐτὴν τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, εἰ τοῖς ἑνδεκάτης προδεδηλωμένοις ὁμολογεῖ. καὶ μετὰ ταύτην αὖθις τὴν ἑπτακαιδεκάτην, ἐπεὶ καὶ ἥδε τῆς εἰκοστῆς ἐστὶν ἐπίδηλος, ὡς ἐν τοῖς περὶ κρισίμων εἴρηται. φέρε δὲ κατὰ ταύτην αὐτὸν πτύσαι, μικρὰ μὲν, πέπονα δὲ, κατὰ τὴν εἰκοστὴν τούτῳ δυνατόν ἐστι τινα γενέσθαι κρίσιν. οὐ μὴν τελείαν γε διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν. ὅτι οὐ τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν. οὔτ' αὖ τῶν ἐπιδήλων αἱ πρῶται ταῖς ὑστέραις, οὔθ' αἱ πρῶται κρίσιμοι ταῖς ἐξ ὑστέρου κρισίμοις. ἀλλ' ἰσχυρότεραι μὲν αἱ πρῶται. χρονίζοντος δ' ἤδη τοῦ νοσήματος, ἀσθενέστεραι γίνονται. χρὴ τοίνυν ἐπὶ προήκοντι τῷ νοσήματι καὶ μάλιστα ὅταν ἱκανῶς ἄπεπτον ᾖ, μεγάλην γίνεσθαι μεταβολὴν, ἵνα ἀσφαλὴς ἐλπισθῇ κρίσις, μεγάλη δέ τίς ἐστι μεταβολὴ, πέπονα τελέως ὀφθῆναι τά τε πτύσματα. τοιαῦτα δὲ οὐχ ὑπέκειτο τὰ κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην. ὥστ' οὐκ ἐνδέχεται κατὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν τὸν τοιοῦτον ἄρρωστον ἀπαλλαγῆναι τοῦ νοσήματος ἢ καὶ κριθῆναι τελέως. ἀλλ' ἀρκεῖ μεταβολήν τινα ἀξιόλογον γενέσθαι. δυνήσεται γὰρ ἔν τινι τῶν ἐφεξῆς κρισίμων ἡ τελεία λύσις ἀπαντῆσαι. Eadem etiam explicat Galenus Com. in aph. 12. l. 1. ἐκουφίσθη] Illud ἐκουφίσθη die decimoseptimo additum non legitur in veteri exemplari nostro Germanico, neq; additur à Galeno Com. in aph. 12. l. 1. nec admodũ videtur necessarium. Etsi in eo retinendo consentiunt reliqui omnes scripti codices cum interpretibus, & additur à Galeno lib. 1. de Crisibus. Et certè inde vitium factum quod sequitur existimare licet.

διψώδης δὲ ἦν] In omnibus ferè manu scriptis codicibus & excusis ista diei decimoseptimo adscribuntur. In vno autem peruetēri vigesimo adiungũtur. Quam lectionem sequitur Gal. lib. 1 κρίσεων, & Com. in aph. 12. l. 1. quem etiam rectè imitatus est Cornarius. Ista autem ad vigesimum diem rectè pertinere faciunt quæ paulò priùs adscripsimus ex Galeno, cùm dixit eo die crisim quidem, sed imperfectam contigisse, ideóque effatu dignam tantùm mutationem vocauit, quod die decimoseptimo signa coctionis perfectæ nulla extitissent. Id etiam longè clariùs quæ sequuntur indicabunt. Scribit nanque lib. 1. de Crisibus, διὰ τοῦτ' οὖν ὡς καὶ πρόσθεν εἶπον, ἐπὶ τῆς εἰκοστῆς, ἐκείνη τινὰ ἐλλιπῆ κρίσιν, διότι κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἤρξατο μικρὰ πέπονα πτύειν. οὐ μὴν τελεία γε ἡ κρίσις ἐγένετο, διότι μὴ δὲ πέψις ἀκριβὴς οὔρων, ἢ πτυέλων. διὰ τοῦτο οὖν ἐρεῖ. διψώδης δὲ ἦν, καὶ τὰ ἀπὸ πνεύμονος οὐ χρησταὶ αἱ καθάρσεις. ἐνταῦθα οὖν μοι πάλιν ἀναμνησθεὶς ὡς ὀρθῶς εἴρηται, τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφὰς εἴωθε ποιεῖν.

κζ´ ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψεν] Hoc ita explicat Galenus lib. 1. de Cris. τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς ἡμέρας τὴν διήγησιν ἀνάγνωθι, τὸν δὲ τρόπον ἔχουσαν. ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψεν. ἔβηξεν, ἀνήγαγε πέπονα πολλά, οὔροισιν ὑπόστασις πολλὴ λευκὴ, ἄδιψος ἐγένετο. περιέπων γὰρ ὡς ἐν τῷ μεταξὺ τοῖς μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἥ τε δίψα παρέμενεν αὐτῷ, καὶ τῶν ἀπὸ πνεύμονος οὐ χρησταὶ αἱ καθάρσεις ἦσαν, ἐφεξῆς φησὶ, ὡς ἐπὶ τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς ἡμέρας ὑποστρέψας, ἐπύρεξεν, ἄδιψος ἐγένετο καὶ χρηστὰ πτύειν ἤρξατο, κἀν τοῖς οὔροις ὑπόστασιν ἔσχε πολλήν τε καὶ λευκήν. τοῦτ' οὖν ἐστὶν αὐτὸ τὸ πρόσθεν ῥηθὲν, ὡς ἐν τοῖς πυοειδέσι νοσήμασιν ὁμοιόν τι συμπίπτει, τοῖς κατὰ τὰς ἐκπυϊσκομένας φλεγμονάς. ὡς γὰρ ἐκεῖ κατὰ τὰς γενέσιας τοῦ πύου οἵ τε πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ μάλιστα συμβαίνουσιν, οὕτως κἀπὶ τῶν πεττομένων τῶν τοὺς πυρετοὺς ἐργαζομένων χυμῶν. οὕτως γοῦν κἀπὶ τοῦ Ἀναξίωνος ὅσον ἐκ τῆς προτέρας κρίσεως τῆς ἐλλιποῦς ὑπελείπετο αὖ, τοῦτ' αὖθις ζέσαν ἐν τῷ τῆς πέψεως καιρῷ, τὸν περὶ τῆς κρίσεως ἐγέννησε πυρετόν. ὅτι δὲ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐργαζομένης αὐτὸ, καὶ οὐχὶ τῆς πυρετικῆς, οὐχ ἥκιστα καὶ ἡ τῶν ἡμερῶν ἐνεδείξατο φύσις. πρώτη μὲν γὰρ ἡ ἑνδεκάτη χρηστῆς μὲν, ἀλλ' ἀμυδρᾶς ὑπῆρξατο πέψεως. εἶθ' ἡ ἑπτακαιδεκάτη, σαφέστερον ὑπέδειξε σημεῖον πέψεως. εἶθ' ἡ εἰκοστὴ, κρίσιν ἐλλιπῆ. μετὰ δὲ ταύτην, ἡ ἑβδόμη καὶ εἰκοστὴ τελείας πέψεως ὤφθη γνώρισμα. De vrinis autem paulò priùs ita scripsit, καὶ τῶν οὔρων, εἰ καὶ μὴ πολλάκις ὡς εἴωθεν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρρώστων, ἀλλὰ δίς γ' οὖν μνημονεύσας ἐν ἀρχῇ μὲν, ὡς λεπτῶν. ἐπὶ δὲ τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς ἡμέρας προσγράψας, οὔροισιν ὑπόστασις πολλὴ, λευκὴ, δῆλός ἐστιν ἀκριβῶς πέπονα τότε πρῶτον αὐτὸν οὐρῆσαι λέγων. Galenus tamen in Comm. πολλὴ non addit. Porrò quod in codicibus impressis & manuscriptis, ὕπνοι legitur, nouus codex Regius cum Asulano ὕπνωσε legit, codex autem noster Germanicus Galeni lectionem sequitur, & εὔπνοος habet, quæ etiam repetitur Comm. in aph. 12. lib. 1. & à Cornario solo ex interpretibus, vt germana in medium est posita. Nam ista dictio morbi lateris perfectam magis coctionem & fideliorem absolutionem indicat.

λδ´ ἵδρωσε] Perfectam istam crisim & liberam omninò absolutionem diei vigesimi septimi beneficio tribuendam ita censet Galenus loco tam sæpè adscripto. διὰ τοῦτ' οὖν ἐπιφέρων ἐρεῖ. τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ ἵδρωσε δι' ὅλου. ἀπύρετος ἐγένετο, ἐκρίθη πάντη. δῆλον γὰρ ὡς ἐν ταῖς ἑπτὰ ταῖς μετὰ τὴν ἑβδόμην καὶ εἰκοστὴν, ἐπέφθη τε ἅμα καὶ διεκρίθη σύμπαντα τὰ τοῦ νοσήματος αἴτια, διὰ μὲν τῶν οὔρων, τὰ τοὺς πυρετοὺς ἐργαζόμενα. διὰ δὲ τῶν πτυσμάτων, τὰ κατὰ τὸν θώρακα. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ σε δὲ τοῦ λόγου, πρός τε τὰ παρόντα, καὶ τὰ μέλλοντα λεχθήσεσθαι, καὶ τὰ τρία ταῦτα ἡγεῖσθαι ἀλλήλων διαφέροντα. τήν τε ἀμυδρὰν πέψιν, καὶ τὴν σαφῆ, καὶ τὴν τελείαν. ἀμυδρὰ μὲν γάρ. κατὰ τὴν ια´. σαφὴς δὲ κατὰ τὴν ιζ´. τελεία δὲ κατὰ τὴν ζ´ καὶ εἰκοστὴν ἐγένετο, μεθ' ἣν ἐν ἑπτὰ ταῖς ἁπάσαις ἡμέραις, ἡ νόσος ἐλύθη, καὶ οὗτος ξύμπας ὁ καιρός. ἀκμὴ ἐγένετο, καθάπερ ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἔτι σαφέστερον ἐνδειχθήσεται. τοῦτο οὖν τὸ πτύελον, ὃ κατὰ τὴν ἑβδόμην καὶ εἰκοστὴν ἐφάνη, εἴπερ ἐφάνη κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας τοῦ νοσήματος μετὰ τῶν τὴν χρηστὴν ὑπόστασιν ἐχόντων οὔρων, οὐκ ἐνεδέχετο μὴ οὐ κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα κριθῆναι τὸ νόσημα. πρώτας δ' ἡμέρας δηλονότι τοῦ νοσήματος, εἶπον. ἃς ἡ πρώτη τετρὰς ἀποδείξει. Eandem quoque crisim die trigesimo quarto celebrat lib. 2. de diebus decr. Galenus his verbis, ἐν δὲ αὖ τῇ δ´. καὶ λ´. τὴν ὀγδόην ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσεως Ἀναξίωνα, καὶ αὐτὸν ἱδρώσαντα τελέως ἀπύρετον δι' ὅλου γενέσθαι φησὶ, καὶ κριθῆναι πιστῶς.

DE ADSCRIPTIS ÆGRO SVPERIORI NOTIS.

Expedita est horum characterum, etsi paululum manca explicatio. Nam cùm planum sit pulmonum & spiritalium partium affectionem, & morbum lateralem sui euidentissima fecisse indicia, nemini est ambiguum his notis π. π. δ. λ. δ. hunc sensum deberi. πιθανὸν πνεύμονος διὰ θοίον τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ ὑγίεια ἢ κρίσιν. Ex quo planè apparet. ῡ. aut κ̄. addendum esse, vt eo die sanitatem aut certe crisim contigisse ex euentu iudicare licet.

Æger nonus.

Abderæ Heropythus rectus & obambulans ex capite doluit, neque verò multò post decubuit. Is habitabat ad superiorem tractum, febris erat ardens, acuta. Statim initio plurima biliosa vomitione refusa sunt, sitis aderat & magna corporis iactatio & incontinentia. Vrinæ tenues, nigræ, in quibus interdum quidem suspensum quiddam in medio innatans sublime erat, interdum verò non. Nox laboriosa, febrium accessiones subinde variæ ac plærunque inordinatæ. Sub decimum verò quartum diem obsurduit, febres intendebantur, vrinæ eædem. Vigesimo itemque proximis diebus permultum delirauit. Quadragesimo multus è naribus sanguis erupit, magisque ad sese rediit, surditas inerat quidem, verùm minùs vexabat, remiserunt febres.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΝΑΤΟΣ.

Ἐν Ἀβδήροισι Ἡρόπυθος, κεφαλὴν ὀρθοστάδην ἐπιπόνως εἶχεν. οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον κατεκλίθη. ᾤκει πλησίον τῆς ἄνω ἀγωγῆς. πυρετὸς ἔλαβε καυσώδης, ὀξύς. ἔμετοι δὲ κατ' ἀρχὰς, πολλῶν χολωδέων. διψώδης. πολλὴ δυσφορίη. οὖρα λεπτὰ, μέλανα. ἐναιώρημα μετέωρον, ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δ' οὔ. νύκτα ἐπιπόνως. πυρετὸς ἄλλοτε ἀλλοίως παροξυνόμενος. τὰ πλεῖστα ἀτάκτως. περὶ δὲ ιδ´, κώφωσις. οἱ πυρετοὶ ἐξέτεινον. οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν. κ´, πολλὰ παρέκρουσε, καὶ τὰς ἑπομένας. μ´, διὰ ῥινῶν ἡμορράγησε πουλύ. καὶ κατενόει μᾶλλον. κώφωσις, ἐνῆν μὲν, ἧσσον δέ. οἱ πυρετοὶ ξυνέδωκαν.

Conse-

A ἡμορράγη ἐξ ἐπομένας, πυκνὰ καὶ κατ' ὀλίγον. περὶ δὲ τὴν ξ, αἱ μὲν αἱμορραγίαι ἀπεπαύσαντο. ἰσχίου δὲ δεξιοῦ ὀδύνη ἰσχυρή, καὶ οἱ πυρετοὶ ἐπετείνοντο. οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον, πόνοι τῶν κάτω πάντων, ξυνέπιπτε δὲ ἢ τοὺς πυρετοὺς εἶναι μείζους, καὶ τὴν κώφωσιν πολλήν. ἢ ταῦτα μὲν ὑφιέναι καὶ κουφίζειν, τῶν δὲ κάτω περὶ ἰσχία, μείζους εἶναι τοὺς πόνους. ἤδη δὲ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν, ξυνέ-

B δωκε μὲν πάντα. ξυνέλιπε δὲ οὐδέν. οὖρά τε γὰρ εὔχροα καὶ πλείους ὑποστάσιας ἔχοντα κατέβαινεν. οἱ παράληροι τε μείους ἦσαν. περὶ δὲ ἑκατοστὴν, κοιλίη πολλοῖσι χολώδεσιν ἐπεταράχθη. καὶ ἤει χρόνον οὐκ ὀλίγον πολλὰ τοιαῦτα. καὶ πάλιν δυσεντεριώδεα, μετὰ πόνου, τῶν δὲ ἄλλων ῥαστώνη. τὸ δὲ σύνολον, οἵ τε πυρε-

C τοὶ ἐξέλιπον, καὶ ἡ κώφωσις ἐπαύσατο. ἐν ἑκατοστῇ, τελέως ἐκρίθη καῦσος.

Consequentibus diebus crebrò & paulatim sanguis è naribus profluxit. Ad sexagesimum verò diem, defecerunt quidem sanguinis è naribus eruptiones, verum coxendicis dextræ vehemens dolor tenuit, ac febres intendebantur. Neque verò multò post, inferiorum omnium partium dolores exorti sunt. Contigit autem vt aut febres maiores essent, surditasq; iuncta, aut ista quidem remitterent & alleuarent, verùm inferiorum ad coxendices partium grauiores fierent dolores. Iam verò ad octogesimum remiserunt quidem omnia, verùm nihil dereliquit. Nam & vrinæ probati coloris, in quibus plura subsidebant, prodierunt, & deliria sunt imminuta. Circiter centesimum aluus biliosis multis perturbata est, nec pauco tempore talia multa procedebant, tandemque intestinorum difficultas cum dolore vexauit, cætera commodè habebant. In totum autem, tum febres reliquerunt, tum surditas desiit. Centesimo prorsus est iudicatione absolutus, febris erat ardens.

Præclarus hîc agitur naturæ de perniciosissimo morbo triumphus. Nam cum febris acuta ex sanguinis magna copia & biliosorum plurimorum succorum permixtione, viscerum cauo ita insedisset, vt vel præcipitium vrgeret, vel obstinatissimi & pertinacissimi morbi suspicionem certissimam faceret, admirabilis facultatum omnium virtus enituit, quæ ad profligandum nocentissimum morbum & statim de se pessima edentem signa, quacunque licuit ratione, naturam excitarunt. Præcipuè autem apparet, vt in longo morbi tractu, ex criseos doctrina sæpiùs celebrata per abscessus iudicatio, quæ diebus decretoriis intenta, firmatam habes autoritatem. Etenim quadragesimo die per largum sanguinis effluuium emissa humorum copia, de reliquo optimam concepit spem,
D quæ & sexagesimo sustentata est, propulsa in remotissimas corporis partes & quam longissimè abducta morbi materia. At verò octogesimo sublatis omnino coctionis in vrinis signis, reliquum erat centesimo, aut etiam procedente iudicatione absolutionem integram fore, quæ humorum per aluum secessu, velut eluuione, & in sentinam depositis sordibus, legitimè est procurata. Ex quo & abscessuum doctrina, tam eorum qui κατ' ἔκρουν, quàm eorum qui κατ' ἀπόστασιν fiunt, nobilitata, & verò decretoriorum in trahentibus morbis dignitas amplissimè confirmata cernitur. Quòd verò salubris fuerit, & vi naturæ die iudicatorio procurata per sanguinis fluorem humorum depletio, id certè parem habet causam cum virgine Abderitana paulò superiùs memorata, & Metone lib. 1. Epid. Quibus etiam hunc ægrum quodammodo æquat Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. his verbis, ὁ δ' ἔνατος, τῇ τε παρθένῳ, καὶ τῷ αἱμορραγήσαντι ἐκείνῳ τῷ ἐκ τῶν πρώτων τῶν ἐπιδημιῶν συγγράμματι ἴσχει τ' ὅλης νόσου τὴν ὑπόθεσιν.

πυρετὸς καυσώδης] Potuit febris ardens, hoc est æstuosa ex concalefacto plurimo bilioso sanguine corripere, quæ procedentibus diebus ferocientem remitteret impetum. Potuit verò propter permixtam humorum inæqualitatem, ordinem & typum variare.
E Vnde ἄλλοτε ἀλλοίως παροξυνέσθαι, καὶ τὰ πλεῖστα ἀτάκτως dicitur, ac proinde in tempus aliquod extenditur, nec prorsus absimilis videtur febri ardenti quæ Parium suprà commemoratum diu distraxit.

οὖρα λεπτὰ, μέλανα] Vrinæ nigræ & tenues magnum facessebant negotium, naturamque plurimùm vexabant, atque adeò in longum tempus extractus est morbus, eique iudicatoriis vacuationibus succursum. Alioqui quæ solent esse salutares vrinæ nigræ, ferè crassæ sunt & ad iudicationem tendunt. Sic quoque ἐναιώρημα μετέωρον, sublimem sursum rapi materiam, & mentis tentationem suspectam facit, vt sæpiùs scripsimus. Atque illud μετέωρον non satis expressisse videtur Caluus.

πυρετὸς ἄλλοτε ἀλλοίως] Vagæ istæ & incertæ febrium prehensiones humorum inæqualitatem & exagitationem significant, ac internas viscerum obstructiones. Hîc autem ἀτάκτως dixit, quod aliàs πλανωμένως παροξύνεσθαι, quibus εὐτάκτως opposuit, vt priùs scripsimus. Apparet autem ex Commentario, Galenum numerum mutasse & in plurali legisse, contra omnium quos videre licuit codicum fidem.

F παράληρος] Magnam adfuisse humorum abundantiam oportuit, quæ tam luculentam ac plurimis diebus perseuerantem euacuationem postularit. Nam sanguinis effusio ad sexagesimum diem procedens, veluti ex transmutatione, surditatem leuauit, & cerebrum depleuit, ex parentis disciplina. At verò vt in trahente morbo & diuturnorum vitiorum decernendi ordinem intendente, necesse fuit crassiorum plurimorum & crudorum succorum permixtionem non leuem adfuisse, quæ neque sola sanguinis eruptione, etsi larga & crebra, depelli potuerit, quinetiam in corporis remotissimas partes, vt crura & coxendicem, grauitate sua & naturæ deposita, momentum fecerit. At nisi octogesimo die coctionis indicia in vrinis apparuissent, lentior multò talis futura erat, quæ ne his quidem satis firmiter obsignari potuit, nisi noxiorum quoque humorum per aluum facta esset secessio, ac veluti per dysenteriam (abscessus quadam ratione) obstinatissima illa morbi materia omninò fuisset deposita. Tam certè operosum fuit viribus alioqui bene constantibus & integris tantam noxiam depellere, quæ naturæ alacritatem longa trahendi mora retardauit, & securitatem diuturnitate rependit. Eædem autem omninò hîc absolutionis viæ celebrantur, quæ virgini Abderitanæ paulò priùs sanitatem procu-
G rarunt, vt criseos doctrina firmetur & parentis industria eluceat.

περὶ δὲ ἑκοστὴν] Valde vitiosum est quod in codice Regio vno manu scripto ἰσχίον τὴν κοιλίην legitur, quem secutus est Asulanus.

καὶ ἤει χρόνον] Sic duo vetustissimi codices. Alij εἶναι habent, eodem planè sensu.

τὸ δὲ σύνολον] Istud quidam sequentibus coniungunt, significatque in totum febres desiisse. Quòd si cum cæteris distinxeris, in summa, non malè sonabit.

ἐν ἑκατοστῇ τελέως ἐκρίθη] Sic legunt omnia exemplaria præter Germanicum nostrum quod ἐν ἑκατοστῇ εἰκοστῇ habet. Quam lectionem Galenus secutus est lib. 2. de diebus decret. & hîc quoque Cornarius. At certè ea videtur verior esse lectio, cùm centesimi diei priùs meminerit, qui etiam laboriosas vacuationes fecerit, vt ne addam centesimum & vigesimum diem celebratissimum esse diu-
H turnorum morborum terminum, eumque celebrat his verbis Galenus lib. 2. de diebus decret. τοὺς δέ τινας εἰς πάνυ μακρὸν ἐμπεσόντας, ὁμοίως καὶ αὐτοὺς κριθῆναι τῷ τ' κ' ἡμέρας πολλαπλασιαζομένης λόγῳ, ὥσπερ καὶ τὸν ἰατρὸν ἀπὸ τ' κρατεροῦ χρόνου Ἡρόπυθον, ὃν κατὰ τὴν ἑκατοστὴν ἡμέραν κριθῆναι τελέως φησίν. Galenus tamen in Commentario iudicationem istam centesimo diei adscribit, vbi satis apparet esse mendum, quod π. pro ρ. adscriptum sit, cùm satis constet ex ipsa ægri historia, coctionis signa in vrinis octogesimo die non vigesimo extitisse. Quòd verò cæteri τελέως ἐκρίθη καῦσος habent, nos distinximus, & καῦσος illud pro morbi indicatura sumpsimus, quod aliàs in his libris frequens est.

DE CHARACTERIBVS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

Characteres isti indicationem centesimo & vigesimo haud dubiè attribuunt, idque biliosorum secessuum, qui centesimo dici adscripti sunt, beneficio. Nam etsi cæteris humorum tam vacuationibus, tum verò transmutationibus, morbi materia accenseri debet, plena tamen in totum absolutio, depositis per aluum morbi reliquiis, & in difficultatem intestinorum desinentibus attribuenda est, quod satis ex ipsa historia constat. Ex his igitur notis π. χ. δ. ρ. κ. υ. hunc sensum elicias licet. πιθανὸν χολώδεων διαχώρησιν ἑκατοστῇ εἰκοστῇ ὑγείαν. Etsi vitiosè semper τ. pro π. & γ. pro Y. adscriptum est.

Æger decimus.

Abderæ Nicodemus ex venere & potu febre correptus est. Per initia autem stomachi fastidio & oris ventriculi dolore cum siti conflictabatur. Lingua exusta est, vrinæ tenues ac nigræ. Postridie febris inuasit cum horroris sensu & stomachi fastidio, nihil dormiuit, biliosa, flaua, vomitione sunt refusa, vrinæ eædem perseuerabant, noctem quietam transegit, somnum cepit. Tertio die imminuta sunt omnia & tranquillitas adfuit. Sub Solis occasum rursus corporis implaciditate aliquantulum tentatus est, noctem permolestè tulit. Quarto rigor cepit, febris magna, omnium dolores aderant, vrinæ tenues erant, ac suspensum quiddam in medio innatans habebant, multum delirauit. Septimo alleuatio fuit. Octauo cætera remiserunt omnia. Decimo sequentibusque diebus dolores quidem tenuerunt, verùm leuiores erant. Accessiones verò & dolores hunc perpetuò diebus ferè paribus inuaserunt. Vigesimo vrinam reddidit albam, cui crassitudo inerat, nec deposita subsidebat, copioso sudore profuso visus à febre liber esse. Sub vesperam autem rursus incaluit, iidemq; dolores vexarunt, horror adfuit, sitis, nonnihil delirauit. Quarto & vigesimo, copiosam vrinam albam reddidit, in qua multa subsidebant. Sudore calido copioso per totum corpus diffuso, à febre iudicatione est absolutus.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἐν Ἀβδήροις Νικόδημον ἐξ ἀφροδισίων καὶ ποτῶν, πῦρ ἔλαβεν. ἀρχόμενος δὲ ἦν ἀσώδης, καὶ καρδιαλγικὸς διψώδης. γλῶσσα ἐπεκαύθη. οὖρα λεπτά, μέλανα. β΄, ὁ πυρετὸς παρωξύνθη. φρικώδης. ἀσώδης. οὐδὲν ἐκοιμήθη. ἤμεσε χολώδεα ξανθά. οὖρα ὅμοια. νύκτα δι' ἡσυχίης. ὕπνωσε. γ΄, ὑφῆκε πάντα, ῥᾳστώνη δὲ ἦν. περὶ ἡλίου δυσμὰς, πάλιν ὑπεδυσφόρει. νύκτα ἐπιπόνως. τεταρτῃ ῥῖγος, πυρετὸς πουλὺς. πόνοι πάντων. οὖρα λεπτά. ἐναιώρημα, παρέκρουσε πολλά. ζ΄, ῥᾳστώνη. η΄, τὰ ἄλλα ξυνέδωκε πάντα. ι΄, καὶ τὰς ἑπομένας, ἐνῆσαν μὲν οἱ πόνοι. ἧσσον δὲ πάντες, οἱ δὲ παροξυσμοὶ καὶ οἱ πόνοι τουτέῳ διὰ τέλεος ἐν ἀρτίῃσιν ἦσαν μᾶλλον. εἰκοστῇ οὔρησε λευκὸν, πάχος εἶχε, κείμενον οὐ καθίστατο. ἵδρωσε πολλά. ἔδοξεν ἄπυρος γενέσθαι. δείλης δὲ πάλιν ἐθερμάνθη. καὶ οἱ αὐτοὶ πόνοι. φρίκη. δίψα. σμικρὰ παρέκρουσε. κδ΄, οὔρησε πολὺ, λευκὸν, πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον. ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ δι' ὅλου. ἄπυρος ἐκρίθη.

Febris ista ex non contemnendis occasionibus orta, leuiter tamen discussa est. Quòd si admodum affectum corpus occupasset, aut humorum paratam insignem habuisset corruptelam, non potuisset tam leui negotio tanto periculo defungi. Cruditatibus namque ex comessationibus & venere obortis, concepta tandem putredine, & biliosorum & tenuium succorum vbertate febris enata, pro humorum inæqualitate varium habuit symptomatum concursum. Atq; adeò paribus diebus sæuiens morbus vigesimo per vrinas & sudorum copiam prope est iudicatus. Perseuerantibus tamen quibusdam morbi reliquiis, necdum euicta humorum crassitudine & cruditate, nulla prægressa vigesimi diei significatione, in quartum & vigesimum protensa iudicatio est, ac etiam per vrinas & sudorum abundantiam plena absolutio procurata.

παρέκρουσε πολλά] Hîc variant exemplaria. Codices omnes impressi delirium diei quarto assignant. Codices verò manu scripti multa quædam interponunt, & diei sexto delirium adscribunt, quod etiam fecit Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. atque cum hîc secutus Cornarius. Sic habent codices scripti, νύκτα πάλιν δι' ἡσυχίης. ε΄, ἐνῆν μὲν τὰ πάντα, ῥᾳστώνη δὲ ἦν, καὶ τῶν αὐτῶν πόνοι πάντων. ϛ΄, ἐναιώρημα, παρέκρουσε πολλά. Vnus autem, ῥᾳστώνη δὲ ἦν ϛ΄, τῶν αὐτῶν πόνοι πάντων. Istamque omninò lectionem sequitur Caluus. Galeni locus vbi delirij die sexto meminit, sic habet, ὁ δὲ δέκατος, ὅπερ ἐστὶν ὁ ἐν Ἀβδήροις Νικόδημος, παρέκρουσε μὲν ἅπαξ, ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν. εἶτα εἰκοστῇ κρισθεὶς ἵδρωσε, καὶ δόξας ἀπύρετος γενέσθαι, αὖθις ἀνεπύρεξε, καὶ αὖθις μικρὰ παρέκρουσε. γράφει δ' ἐπ' αὐτοῦ καὶ τάδε. οἱ δὲ παροξυσμοὶ καὶ οἱ πόνοι τούτῳ διατέλεος. τίνων πόνοι; τάχ' ἂν τις ἔροιτο. καρδιαλγικὸν μὲν εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ἔφησεν αὐτὸν γενέσθαι. μικρὸν δὲ προελθὼν, πόνοι πάντων ἔγραψε. ταῦτ' ἄρα καὶ ἡ παραφροσύνη μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνιος γενομένη, τὴν ἀναπνοὴν οὐκ ἠλλοίωσε.

οὔρησε λευκὸν, πάχος εἶχε] Ista naturæ ordine & progressione fiunt, vt à tenuibus initio vrinis morbo in iudicationem eunte, progressus ad crassiores euadat, quæ quodammodo transpositionis ratione, totum corpus expurgent & alleuent, quæ etiam transmutationis ratio superiore ægro approbata est. Vt non temerè atque adeò raro, contrarius euentus in morbis salutaris esse cernatur, quod scribitur aph. 69. l. 4. At verò ob humorum inæqualitatem & cruditatis reliquias, in medio cursu substitit naturæ vis, nec potuit semel totam noxiam deponere, quæ reparatis viribus postea edomita, per eosdem ductus tandem in plenum profligata est & eiecta.

κδ΄ οὔρησε πολύ.] Huius loci meminit Galenus lib. 2. de dieb. decret. his verbis, οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν κδ΄, καὶ κατὰ τὴν κζ΄, καὶ πρὸς ἔτι κατὰ τὴν λδ΄, ἀνέγραψέ τινας κριθέντας ἀγαθῶς θ' ἅμα καὶ ἀσφαλῶς καὶ τελέως. ἐν μὲν τῇ κδ΄, τὸν δέκατον ἀπὸ τῆς καταστάσεως ἄρρωστον ὧδέ πως γράφων. τετάρτῃ καὶ κ΄, οὔρησε πουλὺ λευκὸν πολλὴν ἔχον ὑπόστασιν, ἵδρωσε θερμῷ, δι' ὅλου ἀπύρετος. Vbi aliquantulum variata lectio cernitur.

DE CHARACTERIBVS ÆGRO SVPERIORI ADSCRIPTIS.

Codices scripti hos apponunt characteres. π. χ. δ. ι. κ. α. Y. ex quibus nullo negotio hunc sensum extorqueas, πιθανὸν χολώδη διάθεσιν ἱδρῶσι εἰκοστῇ καὶ τετάρτῃ ὑγείαν. Nam quòd in totum morbi absolutionem sudoribus attribuunt, id indicationis merito quodam atque ex decernendi dignitate facere videntur, cùm satis constet attentatam vigesimo die crisim sudorum beneficio attribuendam esse, quæ apparentibus in vrinis coctionis signis, postea pleniorem per eosdem sudores fecerit liberationem. Verùm animaduertendum est in his crisim vigesimo primo non vigesimo quarto attribui contra historiæ fidem, vt facilè existimarim α. pro δ. positum, vt τ. pro π. & γ. pro Y.

Æger vndecimus.

Mulier quædam in Thaso austera & aspera, ex mœrore manifesto recta adhuc & obambulans, insomnia & ciborum fastidio tentata est, siti & magna

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἐν Θάσῳ γυνὴ δυσήνιος, ἐκ λύπης μετὰ προφάσιος ὀρθοστάδην ἐγένετο ἄγρυπνός τε καὶ ἄσιτος. καὶ διψώδης ἦν.

A ἰου. καὶ ἀσώδης. ᾤκει δὲ πλησίον τοῦ Πυλάδου, ἐπὶ τοῦ λείου. τῇ πρώτῃ ἀρχομένης νυκτός, φόβοι, λόγοι πολλοί, δυσθυμίη, πυρέτιον λεπτόν. πρωῒ σπασμοὶ πολλοί. ὅτε δὲ διαλίποιεν οἱ σπασμοὶ οἱ πολλοί, παρέλεγε, ᾐσχρομύθει. πολλοὶ πόνοι, μεγάλοι, ξυνεχέες. δευτέρῃ διὰ τῶν αὐτῶν. οὐδὲν ἐκοιμᾶτο. πυρετὸς ὀξύτερος. τρίτῃ οἱ μὲν σπασμοὶ ἀπέλιπον. κῶμα δὲ καὶ καταφορή, καὶ πάλιν
B ἔγερσις. ἀνήϊσσε. κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. παρέλεγε πολλά. πυρετὸς ὀξύς. ἐς νύκτα δὲ ταύτην ἵδρωσε, πολλῷ θερμῷ δι' ὅλου. ἄπυρος. ὕπνωσε. πάντα κατενόει. ἐκρίθη. περὶ δὲ τὴν τρίτην ἡμέρην, οὖρα μέλανα, λεπτά. ἐναιώρημα δὲ ἐπὶ πολὺ στρογγύλον. οὐχ ἱδρύετο. περὶ δὲ κρίσιν γυναικεῖα πολλὰ κατέβη.

corporis æstuatione premebatur. Habitabat autem in Pyladis ædes in Plano. Primo die appetente nocte, metus, sermones multi, animi ægritudo febricula leuis cepit, mane conuulsiones multæ vexarunt. Ac sicubi conuulsiones illæ multæ intermitterent, delirabat, obscœna loquebatur, dolores multi, vehementes & continentes aderant. Postridie eadem perseuerarunt, somnum non cepit, febris ingrauescebat. Tertio conuulsiones certè cessarunt, sopor verò atque in somnum degrauatio tenuit, rursumq; expergefacta est, exiliit, neque sese continere poterat, multum delirabat, febris erat acuta. Eadem autem nocte sudor copiosus, calidus, toto corpore dimanauit, à febre immunis fuit, somnum cepit, omninò ad sese rediit, iudicatione est absoluta. Ad tertium verò diem vrinæ nigræ, tenues erant, habebantq; in medio suf-
C pensum quiddam innatans, rotundum admodum, neque subsidebat. Sub iudicium autem muliebria copiosè profluxerunt.

Huius morbi causa ex ipsa historiæ denunciatione & Galeni Commentario satis aperta est. Nam cùm retenta mensium abundantia, sanguinis fœculenti & melancholici vitium atque exundantem humorum copiam fecisset, non immeritò pessimis plenitudinis casibus conflictata, & ex longo mœrore anxia, mentis perturbationem, atque ex capitis repletione neruorum distensiones sensit. Quæ cùm ex nimio succulentiæ successu atque ipsa plenitudine ortum caperent, sola depletione nempe sudorum vaporatione & larga mensium profusione, velut legitimis naturæ vacuationibus, salutarem habuerunt iudicationem. Magnum autem viribus robur atque iuuenilis ætatis alacritatem adfuisse constat, quæ tam impensè pertentatam mentem, vt non longè a furore abfuerit, primis statim diebus, humorum quadam deriuatione, ac veluti reuulsione sedarit atque temperarit. Vt non immeritò
D id innuens Galenus, lib. περὶ δυσπν. γενναίαν vocarit. Nam & melancholicam istam desipientiam ex mensium suppressione, in furorem, & παραφροσύνας θηριώδεις persæpè erumpere testatur Hippocrates in Prorrh. his verbis quæ rei huic gestæ non minimam lucem adferunt, τὰ ἐπ' ὀλίγον φρενιτικὰ περὶ ἐσχάτων, μελαγχολικά, ἐκ δὲ τῶν γυναικείων, θηριώδεα. Quam sententiam etiam in Coac. Prænot. repetit. Magnam autem affinitatem habet hoc exemplum cum iis mulieribus Thasiis quæ partuum purgamentis subsistentibus conflictatæ, in eandem prope affectionis causam deuenerunt, qualis est Philini vxor libr. 1. Epid. & quæ ad frigidam decumbebat, superius enumerata.

γυνὴ δυσάνιος] δυσάνιος vetus est dictio & planè Hippocratica, quæ anxium, morosum, molestum, tristem, difficilem, asperum, & eum qui ferè semper angitur, neque est animo securo aut alacri, sed vultu tetrico & austero, significat. Galenus in Exegesi vocum Hippocratis hanc dictionem ita explicat, δυσήνιος, ὁ μὴ εὐκόλως ἀνιώμενος, ἔστι δὲ καὶ ὁ δυσχάλινωτος, ἢ ὁ δυσκολώτατος. Κτησίας ἐν τῷ περὶ φύ-
E σεως ἔρωτος καὶ ἀρετῆς οὕτως ἐξηγεῖται τοὔνομα. δυσάνιος δέ ἐστιν ὅστις ἐπὶ τοῖς σμικροῖς ἀνιᾶται καὶ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μᾶλλον ἢ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι, ἢ πλείω χρόνον. Quam significationem in Commentario repetit, & hic eam innui scribit quæ ex longo mœrore diu tristis & anxia perseuerarit, nec ad animi æquitatem aut securitatem reuocari potuerit. Atque hac dictione vtitur Aristoteles in Physiognomicis, & δυσάνιον τῷ εὐθύμῳ opponit his verbis, δυσανίοις τε γὰρ οὖσιν, ἐνίοτε συνίδοι τὴν ἡμέραν ἡδέως διαγαγεῖν, καὶ τὸ ἦθος λαθεῖν τοῦ εὐθύμου. Hesychius verò de hac dictione sic scribit, δυσάνιον τὸ δυσχερῶς χαίροντα, δυσάρεστον. τινὲς δὲ ἐναντίως αἰλωνιον λέγουσιν. Et δυσάνιοι, ὀπῆδοῖς, δυσάγωγοι, ἐπὶ πολὺ σκυθρωποί, ἐπὶ μικροῖς μεγάλα ὀργιζόμενοι, δυσπέπτακτοι. Phauorinus quoque, δυσάνιος ὁ ἐπὶ παντὶ ἀνιώμενος, κἂν μικρὸν ᾖ, ὃ συγγραφεῦσιν ἡ Ἱπποκράτης ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι καὶ Μένανδρος. Et δυσήνιος, ὁ μὴ εὐκόλως ἀνιώμενος, ἢ ὁ δυσχάλινωτος παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Rursusque, δυσήνιος, δυσπειθεῖς, αὐθέκαστος, δυσάγωγος, δυσμετάχειρος, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἵππων. ἡνία γὰρ, ὁ χαλινός, ἢ τὰ λῶρα. Porrò hic Aldinus codex cum duobus scriptis δυσήνιος legit, quam lectionem veterem & germanam existimo ex Galeno in Exegesi, etsi parum hic quadrat explicatio illa huic dictioni attributa, sed ea quam ibidem dictioni δυσάνιος tribuit. Quod certè facit vt facilè mihi persuadeam pro δυσάνιος illic δυσάνιος legendum esse quod eandem notionem ex Critica hic in Comm. repetat Galenus, etsi aliquantulum vitiosè.
F Cæterùm Erotianus quoque δυσήνιος legisse videtur, gignendi tamen casu cùm scribit, δυσηνίου, δυσθύμου καὶ δυσκόλως τὰς ἀνίας φέρουσα. Vbi certè φέρουσα potiùs reponi debet. Et certè apud Gal. vbi δυσήνιος ὁ μὴ εὐκόλως ἀνιώμενος exponitur, μὴ redundare videtur, aut μὴ εὐκόλως, μὴ ἠπίως ἀλλὰ δυσαρέστως καὶ ἰσχυρῶς significat.

μετὰ προφάσιος] Manifestæ mœroris causæ morbum leniunt. Grauiores namque sunt internæ melancholiæ causæ quàm externæ; quod hæ humanitatem non penitus exuant, illæ vero liberiùs mentis frænos excutiant, & imis infixum animi penetralibus affectum significent. Ideoque istud addidit Hippocrates, vt ex sublatis in cerebrum vaporibus delirium factum innueret, alioqui certè furor & insania præsagiri poterant.

πλησίον τοῦ Πυλάδου] τῶν Πυλάδου habent exemplaria duo scripta vetustissima, ac parum refert vtrum οἴκων an verò παίδων subintelligas, quod faciunt interpretes. Illud etiam ἐπὶ τοῦ λείου retinere potuissem, quòd loci quandam proprietatem designet, nisi & plani-
G tiem loci æquabilitatem, aut planum aliquod significare etiam compertum esset.

δυσθυμίη] Animi ista ægritudo & diffidentia cum metu præsertim, si diu tenuerit, melancholiam portendit, atque ea præcipuè δυσθυμίη, quæ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν χωρὶς τῶν ἔργων καὶ τῶν πραγμάτων accidit, vt scribit Hippocrates. Itaque etiam priùs idem commemorauit in muliere quadam quæ phrenitide periit, & consentiunt iis quæ scribuntur placito 23. l. 6. & a † Galeno explicantur lib. 3. loc. aff. Nam δυσθυμίη καὶ φόβος σημεῖον scribit in Commentario Galenus. † *Lib. 6. Epid. sect. 8.*

σπασμοὶ πολλοί] Hunc locum adducit Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. atque ex eo respirationis in hac ægra genus elicit, his verbis, εἶτ' ἐξῆς ἐστὶ τὸ γυναικεῖον τὸ ἐκ τῆς λύπης ἀρξάμενον, ἐφ' ᾧ γράφει, πόνοι μεγάλοι συνεχεῖς, ἀλλὰ καὶ σπασμοὶ πολλοί, φησί. γράφει δὲ ἐν ἀφορισμοῖς περὶ σπασμῶν ὧδε. ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακόν. σπασμὸν γὰρ σημαίνει. καὶ τοίνυν καὶ τὸ δυσπνοίας εἶδος τῇ γυναικὶ ταύτῃ, τὸ μὲν τι κατὰ τὰς εἰσπνοάς, τὸ δέ τι κατὰ τοὺς σπασμοὺς ἔσχηκε. διὰ τοῦτ' οὖν καὶ τοῖς περὶ φρενῖτιν, μέγα καὶ ἀραιὸν οὐκ εἶχεν, ὅτι νικηθεῖν ὑφ' ἑτέρων δυοῖν ἰσχυροτέρων διαθέσεων. Huiusmodi verò conuulsiones ex humorum in cerebro abundantia atque in neruos affluxu ortas esse satis constat, testaturq; his verbis
H Galenus Comm. 1. in Prorrh. εἰ δ' εἴποι τις δι' ἡμῶν αἱ τοιαῦται μεταρρύσεις γινόμεναι, τῆς διοικούσης μορίων ἕκαστον τὸ περιττὸν ὠθούσης εἰς ἕτερον ἀφ' ἑαυτοῦ. καὶ τοίνυν εἰκὸς ἐστὶν ἐὰν ἄλλοτ' εἰς ἄλλα αἰτίᾳ τινὶ κατὰ τὰ σχήματα εἰς ἄλλο μεταρρέων ὁ λυπῶν χυμὸς ὑπὸ πάντων ἀπωθῆται, τοῖς ἀπὸ ἐγκεφάλου αὐτοῦ νεύροις ἐμπεσών, ποτὲ σπασμὸν ἐπιφέρειν. εἴρηκε γὰρ αὐτὸς Ἱπποκράτης ὑπὸ πληρώσεως καὶ κενώσεως τὸ πάθος τοῦτο γίνεσθαι. Atque huiusmodi mensibus subsistentibus neruorum distentiones facilè suboriri satis indicat Hippocrates, in ea quam prius adduximus Prorrhetici sententia, his verbis, ἆρά γε καὶ σπασμώδεες αὗται.

ᾐσχρομύθει] Hanc lectionem vt verè germanam habent exemplaria duo peruetusta manu scripta & meliores impressi codices, eamque abundè confirmat Hippocrati non insolens phrasis, quæ insuetam mentis perturbationem, ac in phrenitidem aut furorem ferè erumpentem, cùm hac dictione aliàs vtitur, significat. In libro 4. Epid. cùm valde mente commotum adolescentem indicat, hanc locutionem adhibet his verbis, οὕτως παρέκρουσεν οἶμαι ὁ ἐκ ..., πρὶν ἂν τὸ ἀκόλαστον, ἀνεπαδής, ..., αἰσχρομυθεῖν ἐγένετο, ὁ τοιοῦτος ἐών. Ex quibus certè vehementem mentis perturbationem conijcias licet; cùm ista ex vniuersali quodam pronunciato pendeant, quod hoc modo effert Galenus Comm. 2. in Prorrh. τὸ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἅπαν κακόν. Et satis constat quæ plurimum ab ægri mo-

ribus aut ab innata natura recedunt, magnam afferre noxiam. Quam quidem artis præceptionem, vt constantem, cùm plurimis in locis firmat Hippoc. tum verò sic exprimit in Coacis Prænot. τὸ παρὰ τὸ ἔθος ποιεῖν τι τῶν προσθυμεῖσθαί τι περὶ ὧν πρόσθεν μὴ εἰθισμένον, ἢ τοὐναντίον, πονηρόν, καὶ παρακοπῆς. Et aph.81.lib.7. ἢν τὰ ἄλλα τῆς φύσιος ἐκβαίνῃ τὸ σῶμα, ἢν ὀλίγον, ὀλίγη ἡ νοῦσος γίνεται· ἢν δὲ πουλύ, πουλλή, ἢν πάνυ πολύ, θανάσιμον τὸ τοιοῦτον. Atque in Prorrh.& Coac Prænot.per hanc sententiam inculcat, ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις κακόν. & per τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα. Et ἐν ἀρχῇ τὸ θηριῶδες, πυκνὰ δὲ μεταπίπτειν. Quæ etiam in Coac.repetit. Insolitæ etenim huiusmodi ægrorum permutationes & præter morem actiones, desipientias & mentis insaniam portendunt, vt in muliere quæ alioqui pudoris tenax est, verborum obscœnitas emotam mentem indicat. Atque in huiusmodi insanientium permutationibus, hanc dictionem ex istis libris Epidemiωn agnoscit Galenus Comment. 1. in Prorrh. his verbis, ἐὰν οὖν τῶν σιωπηλῶν λέγοντες, ὀλίγον ὕστερον αἰσχρῶν καὶ ἀσελγῶν πραγμάτων μνημονεύωσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἐπιδημίαις αἰσχρομυθεῖν ἐκάλεσεν, ἡ μετάπτωσις οὐκ ἐκ φαύλων εἰς ἐπιεικῆ, ἀλλ' ἐκ μοχθηρῶν εἰς μοχθηρὰ γίνεται. Quæ perfectè lectionem istam approbant, eamque nobis imitandam esse contendunt, etsi codices quidam scripti ἰσχυρομυθεῖ, hoc est ἐβόησε, habent, quo insanientium clamores nobis proponunt.

πολλοὶ πόνοι] Codices quidam manu scripti πόνοι μεγάλοι, ξυνεχέες, habent. Quam lectionem sequitur Galenus libro 2. περὶ δυσπν. & Caluus.

οὐκ ἐκοιμᾶτο] Istud omisit Caluus contra omnium quos videre licuit codicum fidem.

κῶμα δὲ καὶ καταφορή] Hic attingit valde perniciosum transmutationis genus in insanientibus, dum incontinentiæ speciem in somnum degrauatione eludunt, qua de re antea amplissimè dictum est, insaniæque præsagitionem prosequitur propriè accommodatis ad vehementem mentis emotionem verbis, quibus irrequietos insanientium motus ob oculos ponit. Nam & expergefactiones illæ à sopore, & exilientium exurrectiones, furibundos mentis motus prædicunt, & velut hîc ἐγρήγορσιν dixit, ita ἐγρηγόρσιας θρασυτάτας ἐπεγέρσιας extulit in Prorrh.& Coac.Prænot. Ἀναΐσσειν verò quod est ἐξορμᾶν καὶ ἀΐσσειν, exilientium impetum & irruptionem significat, atque huiusmodi incompositis motibus valde est accommodatum. Ac de his crebrò ἐξίστασθαι & ἐξανίστασθαι effert Hippocrates, vt κεναὶ ἐξαναστάσιες in Prorrh. crebras & inanes exurgentium ægrorum cupiditates vocat. Et de huiusmodi phreniticis βληστρίζεσθαι & ἐξανίστασθαι scribit Aretæus in eorum curatione. Sic τοὺς περὶ χεῖρα ἀναΐσσοντας dixit Hippocrates in Coacis, eos qui ad manum exiliunt, & quorum pulsus veluti resilit, ac quasi tremebundus subsultat, apparetque exiguus tremor, in quibus conuulsiones & delirium non temerè præsagias. Non secus αἱ ἐς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύναι ἀναΐσσουσαι dicuntur in Coacis, dolores ad præcordia subsultantes ac veluti resilientes, quos σφυγμώδεας sæpè vocat, quomodo quoque διὰ τῶν ὤτων ἦχος διαΐσσει, sonitum per aures peruadere & exire ibidem scripsit. Quod certè effecit vt ἀΐσσοντες ex vetustis exemplaribus legerimus, non quemadmodum cætera αἰσθάνοντες, quæ istud ad infestantes vigilias retulerunt. Nihil autem mirum subit, in huiusmodi inconstantibus insanientium emotionibus, conuulsiones aut tremores prædici, cùm passim scribat Hippocrat. in Prorrh. & Coacis Prænot. αἱ ἐν κώματι παρακρούσιες σπασμώδεες. Et οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς, τρομώδεες γινόμενοι. Et οἱ φρενιτικοὶ τρομώδεες σπασμώδεες. & τὰ ἐν φρενιτικοῖσι νεανικὰ τρομώδεα, θανάσιμα. quod etiam paulò ante indicauimus. Caluus illud καὶ καταφορή omisisse videtur, cùm tamen hîc magnam habeat efficacitatem, quod ex superioribus conijcere est facile.

περὶ δὲ τὴν τρίτην ἡμέρην] Quædam exemplaria ἐκρίθη περὶ τὴν γ' ἡμέρην legunt, cui lectioni videtur suffragari Galenus in Comm. Vrinas verò nigras & tenues, alioqui tamen salutares esse in mulierum abundantiæ suppressione, sæpiùs meminimus, vt & ἐναιωρήματα στρογγύλα, delirium vehementemque mentis emotionem portendere, in Philisco lib. 1. Epid. scripsimus, οὐχ ἵδρυτο autem (pro quo vitiosè, vt alias sæpiùs, οὐχ ἵδρωτο quædam exemplaria habent) tam ad vrinas quàm ad sublimamentum referri posse mentisque inconstantiam confirmat, cùm flatus plurimos crudæ materiæ permixtos fuisse significet, quorum iactatione materia sursum rapta est, & in cerebrum firmata, mentem è sede constantiæ disturbauit. Quò ferè referuntur ἐναιωρήματα διεσπαρμένα, in huiusmodi deliriis crebrò annotata. Humoris verò crassitudo cum caloris immoderatione, sublimamenti rotunditatem infamauit, vt mirum quoque subeat, quomodo Interpres quidam nubes pro sublimamento posuerit.

DE ADSCRIPTIS ÆGRO CHARACTERIBVS.

Cùm satis constet ex historiæ decursu & Galeni Commentario, plethoricam istam muliebrium suppressionem, per sudorum copiam & profluentem ad crisim mensium abundantiam, decernendi modo esse leuatam, facile est ex propositis in medium characteribus, probabilem quendam & ad rei de qua agitur naturam accommodatum sensum elicere. Hoc modo namque cùm apponant codices scripti, π. π. ϛ. λ. ι. γ. ω. id mihi eruì posse videtur, πλῆθος ἱδρώτων λοχείων ἐπισχεθέντων. τρίτῃ ὑγίεια. Credibile esse sudorum copiam in purgamentorum suppressione, tertio die salutem attulisse. Vbi certè propter exempli affinitatem cum superioribus mulieribus partionis purgamentis suppressis laborantibus, τὰ λοχεῖα impropriè, ἀντὶ τῆς καταμηνίων ἢ γυναικείων καθάρσεως, & pro quibusuis muliebribus purgamentis poni videntur. Nisi si quis pro λ. aut κ. aut γ. καταμηνίων aut γυναικείων notas sumi debere contendat. In quo non admodum repugnantem habebit assensionem nostram, cùm alioqui, vt & originem, ita certè scriptionis seriem plurimùm suspectam huiusmodi characteres plærunque nobis fecerint.

Æger duodecimus.

Larissæ virginem quandam febris ardens & acuta prehendit, peruigil erat, sitibunda, lingua fuliginosa, arida. Vrinas probati quidem coloris reddidit, tenues tamen. Postridie molestè habuit, non dormiuit. Tertio die aluus aquosa multa transmisit, proximisque diebus talia commodè prodierunt. Quarto vrinam tenuem, paucam reddidit, quæ suspensum quid in medio innatans sublime habebat, neque subsidebat, sub noctem delirauit. Sexto ex naribus sanguis abunde multus effluxit, atque vbi inhorruisset, sudore copioso calido per totum corpus diffluente, ex febre immunis iudicatione liberata est. In febribus autem, iamque peracta iudicatione, tum primùm muliebria descenderunt, quod illibatæ virginitatis esset. Prorsus verò stomachi fastidio laborabat, horrebat, faciei rubor aderat, oculorum dolor & capitis grauitas. Huic morbus non repetiit, sed iudicatione est absoluta. Dolores diebus paribus inuadebant.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΩΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἐν Λαρίσῃ, παρθένον πυρετὸς ἔλαβεν. καυσώδης. ὀξύς. ἄγρυπνος. διψώδης. γλῶσσα λιγνυώδης. ξηρή. οὖρα, εὔχροα μὲν, λεπτὰ δέ. δευτέρῃ ἐπιπόνως. οὐχ ὕπνωσε. τρίτῃ πολλὰ διῆλθεν ἀπὸ κοιλίης, ὑδατόχροα. καὶ τὰς ἑπομένας ἡμέρας τοιαῦτα εὐφόρως. τετάρτῃ, οὔρησε λεπτὸν ὀλίγον. εἶχεν ἐναιώρημα μετέωρον. οὐχ ἱδρύετο. παρέκρουσεν ἐς νύκτα. ϛ, διὰ ῥινῶν λάβρον ἐρρύη πουλύ. φρίξασα. ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ δι' ὅλου. ἄπυρος ἐκρίθη. ἐν δὲ τοῖσι πυρετοῖσι καὶ ἤδη κεκριμένων, γυναικεῖα κατέβη τότε πρῶτον. παρθένος γὰρ ἦν. ἦν δὲ διὰ παντὸς ἀσώδης. φρικώδης. ἔρευθος προσώπου. ὀμμάτων ὀδύνη. καρηβαρική. ταύτῃ οὐχ ὑπέστρεψεν, ἀλλ' ἐκρίθη. οἱ πόνοι ἐν ἀρτίῃσι.

Hoc benignioris succulentiæ & copiosioris sanguinis exemplum, iam crebro in singulari ista ægrorum speculatione vsurpatum, vacuatione & depletione tantum, velut vniuersali curationis indicatione, emendari potuit, hisque remediis & naturæ prouidentia legitimè est succursum. Nam & tertio die refusa est per secessus humorum multitudo, & tum primum insigni ad crisim die sa-

die satis luculenta vacuationis iacta sunt initia, non quidem copiæ aut degrauationis ratione, sed naturæ viribus, cuius benignitatem tolerantiæ facilitas satis testata est. Ac ne ea quidem satis esse potuit ad tantam depellendam humorum copiam per aluum irruptio, sed quæ sola quantitate peccabat succorum benignitas, accommodatum huiusmodi abundantiæ suffugium nacta per largum sanguinis ex naribus profluuium & sudorum diffusionem exhausta est, & euntibus in iudicationem omnibus tandem per menstruum eruptionem, mirabili quadam naturæ efficacitate deriuata & propulsata. Qua in morborum solutione, omnino animaduertendum est, iudicationis absolutionem sexto die non temerè esse procuratam, neque tamen ideo certas esse criseων leges. Quod & à Galeno prudenter admodum est annotatum, & vt insolens quidem, tamen in morbis ex sanguinis copia contingens, in quibus diebus paribus accessiones fiunt, experientia est cognitum.

γλῶσσα λιγνυώδης] λιγνυώδης γλῶσσα μελαίνεται dicitur Galeno in Exegesi, fuliginosa lingua & nigricans. Fuligo namq; nigra est, & quemadmodum ea ex effumante incendio enata est, sic cùm ex ardente fuligine lingua tingitur, magnum in præcordiis conceptum incendium intelligimus, quo veluti per gulæ spiraculum euaporante, illius parietibus fuligo adhæresçit, & propter tunicæ continuitatem, linguam quoq; denigrat. Quam explicat Galenus in Comm. τὴν ἐπιχρωματίζουσαν ὥσπερ λιγνὺν τινί, γινομένην ἐξ ἀναθυμιάσεως. Quod certè in exæstuantibus & ardentibus febribus plurimùm apparet, in quibus quoque istud non omninò lethale esse signum animaduertendum esse scribit Galenus, huiusmodiq; fuliginosam linguam, γλῶσσαν ἀπὸ λιγνυώδεος ἰχωρος vocat Hippo. lib. 6. Epid. * eamque explicat Galenus ξηρὰ ἰχῶρας ἐκ πυρετοῦ διακαοῦς, ὡς ὥσπερ πῦρ κατακαίων τὸ αἷμα, λιγνὺν μᾶλλον ἢ ἀτμὸν, προσαπτόμενον ἀναθυμίασιν ἐργάζεται.

* Sect. 5.

τρίτη πολλὰ διῆλθεν] Hęc humorum per aluum transfusio vacuationis optima iecit principia, quæ postea amplissimè cõfirmata est, eamq; naturæ robore solicitari tolerantiæ facilitas indicauit. Ex quo cuiuis manifestum est, verissimum esse quod ex media criseων theoria petitum, à Galeno lib. 1. de Cris. est traditum, ἐν ἐνίοτε σημεῖον ἰσχυρὸν πεπτώσεως γίνεται πολλῶν ἀθρόως. Quòd verò ad scriptionẽ attinet, exemplaria quædam ὑδατόχλωρα habent, quæ secutus videtur Cornarius: alia etiam ὑδατόχλοα & ὑδατόχολα. Quæ varietas in huiusmodi medicinæ parente sæpè conspicitur, vt priùs diximus. Pluralitatem tamen secuti sumus & ὑδατόχροα cum Galeno legimus, quemadmodum vetusta Regia ὑδατόχρω habent. In eo etiam quod sequitur variant. Meliora quidem & vetustiora, καὶ τὰς ἑπομένας δύο τοιαῦτα ἀπόρως habent, quæ lubentissimè sequimur, alia εἶτα τοιαῦτα ἀπόρως legunt. Quædam etiam εἶτα habent. Galenus verò in Commentario, καὶ τὰς ἑπομένας δύο τοιαῦτα εὐφόρως legit. Quæ omnia sensum nihil immutant.

ἐκ δὲ ῥινῶν] infamem diei prærogatiuam iudicationis celebritas expunxit. Nam cùm ex subsistente humorum magna copia morbus inualuisset, valentem quoque & copiosam exundantiæ refusionem natura procurauit, cùm sanguinis abundantiam per nares & legitimos muliebrium ductus subinde effudit, reliquam verò humorum multitudinem per diffusos ex toto corpore sudores depleuit. Quam naturæ alacritatem magnopere animaduertendam, mirum in modum admonet Galenus in Comment. eamque commemorat lib. 2. περὶ δυσπν. his verbis, μετὰ δὲ τὴν ἐν Λαρίσσῃ παρθένον ἡ ἐκρίθη μετὰ τὴν λειποθυμίαν καταστάσιν γεγραμμένην, δίχα πλῆθος αἵματος ἐκκενωθέν, καὶ κελεύειν τῇ τε διὰ ῥινῶν αἱμορραγίᾳ καὶ ἱδρῶτι καὶ γυναικείοις ποτὲ πρότερον ἐπιφανεῖσιν, οὐδεμίαν ἔσχε κατασκευὴν δυσπνοίας οὐδεμιᾶς. Quædam porrò exemplaria πουλὺ ad φεύξασα referunt: sed confertam sanguinis proruptionem rectiùs mihi significare videtur, vt eo quoque nomine iudicationi pondus accedat, quòd abunde copiosus sanguis effluxerit. Proindeque non video quomodo per abunde, λαῦρον ἢ πολὺ Caluus exprimere potuerit.

καὶ οὐδ' ἐν γυναικείων] Istud absolutè intelligendum videtur, vt τὰς μετὰ τὴν κείνην ἡμέρας significet, vt interpretatur Galenus in Comm. Ita namq; absolutior fideliorq; iudicatio futura est. Caluus illud τῶν γυναικείων ad febres refert, fortè quod ἄρτι γε ἐκεῖ τῇ dixerit. Quod autem in febribus indicatur tum primùm menses erupisse, id magni incendij & ebullientis sanguinis suspicionem auget. Id à enim quæ sæpè contingit, vt in æstuantibus febribus iuuencularum flores per muliebria tum primùm decidant. Quod annotauimus in Virgine Abderitana, in qua simili locutione vsus est † Hippocr. vt & lib. 2. Epid. † Sect. 2.

ἐρυθρὸς προσώπου] Sic sæpè faciei ruborem magnæ succulentiæ indicia prodentem vocat Hippocrates, quandoque etiam ἐρύθημα, eaq; hîc commemorata certa sunt plenitudinis viriumq; copia degrauatarum signa, vt satis apparet ex Galeni Commentario. Vitiosa verò sunt exemplaria quæ προσώπου tantum habent, cùm cætera omnia cum Galeno ἐρυθρὸς addant. Vetus etiam Regium vnum, pro καρηβαρικὸν, βαρικὸν legit, vt ad degrauantem oculorum dolorem referat. Atque hunc symptomatum concursum, veluti maximè plenitudinis indicem, & in restitante magna sanguinis abundantia vsitatum celebrat Hippoc. lib 2. Epid. † his verbis quæ plurimùm huic historiæ accommodata videntur, ἦσαν ἐν πυρετοῖσιν ἀσώδεες, φλεγματώδεες, ἐρυθροὶ πρόσωπα κοπιώδεες, ὀμμάτων ὀδυνώδεες, καρηβαρίαι ταραχώδεες, καὶ γυναικεῖα τῇ ἐπιφαίνεται. μάλιστα δὲ ἦσαν ἀραιοῖσιν, ἀτὰρ καὶ παρθένοισιν καὶ γυναιξὶν, ἦσαν δὲ χρόνου, ἀτὰρ καὶ ἦσαν μὲν ἐν ᾧ εἰσὶ σημεῖα χρόνῳ, ἢ ὡς δεῖ ἐπιφαίνονται. † Sect. 5.

ταύτῃ οὐχ ὑπεστρέψεν] Non temerè ista esse addita ad diluendam iudicij calumniam eiusq; confirmandã auctoritatem, satis ex Galeni Comm. apparet. Quod certè velut insolens, his luculentis verbis subindicat Hippocrates, isq; præcipuè animaduertet, qui quantumlibet procedentem sexti diei iudicationem his verbis infamatam esse attenderit ex Galeno lib. 1. de diebus decret. τὴν δὲ ἕκτην ἡμέραν συνελόντι τῆς ἑβδόμης τῷ πλήθει τῶν ἐν αὐτῇ κενουμένων ἐκείνων πλεονεκτοῦσαν εἰς κακοήθειαν, καθάπερ ἐν διαιτης τὴν φύσιν ἔχουσαν τῇ ... καὶ ... ἐν τῇ τετάρτῃ μεταβαλλόντων ἐπὶ τὸ χεῖρον, οἱ πλεῖστοι κατὰ τὴν ἕκτην ἀπόλλυνται. [illegible] ... ἀγαθὴν ἐν τῇ τετάρτῃ ... ἕκτη ... κρίνειν ἐπιχειρήσεις, ἀμήχανον ... [illegible] ... καὶ ... φόβον ... μικρὸν, ὡς αὐτίκα μάλα τεθνηξομένου τἀνθρώπου. καὶ γὰρ εἰ κατασπέρχεται ... [illegible] ... ἀφωνος καὶ εἴ τις ἔκλυσις ἐν αὐτοῖς γίνοιτο, λειποψυχίαι τε καὶ ἀφυλάξει, καὶ ... [illegible] ... ἕκτης ἡμέρας ... [illegible] ... κακοήθη, καὶ δειμία, καὶ δυσώδη τὰ πολλὰ ... [illegible] ... κατὰ τὰς ἑκταίας ἐκκρίσεις. [illegible] ... ἕκτην ἡμέρας ... [illegible]. Quam ad rem faciunt etiam quæ sequuntur cap. 5. Admonendum porrò videtur codices manu scriptos in adscribendis characteribus deficere, nec ampliùs vllos extare præter quosdam ægro decimoquarto appositos, quos suo loco commemorabimus. Quæ certè intermissio, postea que redintegratio, non leuem suspectæ originis causam habet.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἀπολλώνιος ἐν Ἀβδήροισιν, ὀρθοστάδην ὑπεφέρετο χρόνον πουλὺν. ἦν δὲ μεγαλόσπλαγχνος. καὶ περὶ ἧπαρ συνήθης ὀδύνη, χρόνον πουλὺν παρείπετο, καὶ δὴ τότε καὶ ἰκτερώδης ἐγένετο. φυσώδης, χροιῆς τῆς ὑπολεύκου. φαγὼν δὲ καὶ πιὼν καιρότερον βόειον, ἐθερμάνθη σμικρὰ τὸ πρῶτον, κατεκλίθη. γάλαξι δὲ χρησάμενος ἑφθοῖσι καὶ ὠμοῖσι, πολλοῖσιν, αἰγείοισι καὶ μηλείοισι, καὶ διαίτῃ κακῇ, πάντων αἱ βλάβαι μεγάλαι. οἵ τε γὰρ πυρετοὶ παρωξύνθησαν. κοιλίη τε τῶν προσενεχθέντων, οὐδὲν διέδωκεν ἄξιον λόγου. οὖρά τε λεπτὰ καὶ ὀλίγα διῄει. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. ἐμφύσημα κακόν.

Æger Decimus tertius.

Abderæ Apollonius, diu rectus & obambulãs morbum sustinuit. In tumorem autem ei elata erãt viscera, & consuetus hepatis dolor longo tempore perseuerauit, ac tunc sanè etiã auriginosus factus est, flatibus abundabat, & colore erat subalbido. Ex intempestiuiore verò potu & bubulę esu, aliquantulũ primùm incaluit, decubuit. Deinde cùm lacte vsus esset copioso crudo & cocto, caprillo & ouillo, vitiosaq; victus ratione, insignes omnium offensiones factę sunt. Nam & febres exasperatæ sunt, neq; memorabile aliquid ex ingestis aluus reddidit, vrinę tenues & paucæ, neq; somnum capiebat, mala inflãmatio aderat,

sitis multa, sopore detinebatur, præcordia dextra cũ dolore intumuerant, extrema vndiquaque frigescebant, aliquantulũ delirabat, omnium quę dixisset capiebat obliuio, mente emouebatur. Ad decimũ quartum diem, ex quo suborto rigore incaluit, decubuit, vehemẽter insaniuit, clamor, perturbatio, sermo multus, mox contra repressus est, atq; tum sopor inuasit. Deinde verò aluus perturbata, copiosa, biliosa, syncera & cruda demisit, vrinæ nigræ, paucæ, tenues erant, magna corporis implaciditas, alui recrementa varia. Nempe vel nigra, pauca & virulenta, vel pinguia, cruda & mordacia deiecit, ac tandem etiam lacti similia reddere visa est. Sub vigesimum quartum diem alleuatio fuit, in reliquo quidem eadem perseuerauere, verùm aliquantulum ad intelligentiam rediit (ex quo nanq; decubuerat, nihil meminit) statimq; rursus desipiebat, atq; in deterius omnia tendebant. Circa trigesimum verò diem febris acuta inuasit, alui recrementa copiosa & tenuia, delirus fuit, extrema perfrixerunt, vox defecit. Quarto & trigesimo vita defunctus est. Ex quo eum vidi, huic perpetuò aluus turbulenta fuit, vrinæ tenues, nigræ, sopore detentus & insomnis, extremitates frigidæ, per totum morbum delirauit. Phrenitide periit.

πουλὺ δίψος. κωματώδης. ὑποχόνδριον δεξιὸν ξὺν ὀδύνῃ. ἄκρεα πάντοθεν ὑπόψυχρα. σμικρὰ παρέλεγε, λήθη πάντων ὅτι λέγοι. παρεφέρετο. περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἀφ' ἧς ῥιγώσας ἀπεπυρέτηνε, κατεκλίθη. ἐξεμάνη. βοή, ταραχή. λόγοι πολλοί. καὶ πάλιν ἱδρύσεις. καὶ τὸ κῶμα τηνικαῦτα προσῆλθε. μετὰ δὲ ταῦτα, κοιλίη ταραχώδης, πολλοῖσι, χολώδεσιν, ἀκρήτοισι, ὠμοῖσιν. οὖρα μέλανα, σμικρά, λεπτά, πολλὴ δυσφορίη. τὰ τῶν διαχωρημάτων ποικίλως. ἢ γὰρ μέλανα, καὶ σμικρά, καὶ ἰώδεα. ἢ λιπαρὰ καὶ ὠμά, καὶ δακνώδεα. κατὰ δὲ χρόνους ἐδόκεε καὶ γαλακτώδεα διδόναι. περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην διὰ παρηγορίης, τὰ μὲν ἄλλα ἐπὶ τῶν αὐτῶν. σμικρὰ δὲ κατενόησεν. ὅσα δ' ἐξ ὅτου κατεκλίθη, οὐδενὸς ἐμνήσθη. πάλιν δὲ ταχὺ παρενόει. ὥρμητο πάντα ἐπὶ τὸ χεῖρον. περὶ δὲ τριηκοστὴν πυρετὸς ὀξύς. διαχωρήματα πολλὰ λεπτά. παράληρος. ἄκρεα ψυχρά. ἄφωνος. τριηκοστῇ τετάρτῃ ἀπέθανε. τούτῳ διὰ τέλεος, ἐξ οὗ καὶ ἐγὼ οἶδα, κοιλίη ταραχώδης. οὖρα λεπτά, μέλανα. κωματώδης. ἄγρυπνος. ἄκρεα ψυχρά. παράληρος διὰ τέλεος φρενιτικός.

Credibile est extrahente & diuturno iecoris tumore, priùs quidem neglecto, tandemq; victus intemperantia inaucto, excitatan fuisse febrem, insignemq; subortam humorum improbitatem & cacochymiam, qua etiam inualescente morbus regius enituit, tumorq; in hepatis inflammationem erupit. Ex qua conceptum intus incendium, valenti humorum torrefactione, bilisque præcipuc subagitatione cerebrum appetiuit, & insania præcipuorumq; viscerum collapsu ægrum sustulit. Qua subita casus transmutatione nisi mors accelerata fuisset, potuisset diutiùs sustentari, & aquæ inter cutem lentitudine differri.

ὑποσφίριος] ὑποσφίριοι de iis dicitur qui labascunt aut titubant, nec firmiter nituntur sed subsistunt. In ægros autem transfertur qu morbum trahunt & sustinent quantumq; possunt obnituntur & obdurant ne decumbere cogantur, sed veluti repentes ex morbi vo ragine, non sine magno negotio, se abducunt. Quos vulgus Gallicum non impropriè (trainer) dicit, quod medij sint quodammod inter eos qui stantes & obambulantes morbum producunt, & inter eos qui statim decumbunt. Nam neq; recti consueta munia obi re queunt, neq; etiam statim morbo victi cedunt, sed totis viribus obnituntur, diuq; morbum sustentant & trahunt. Quem in ser sum illud lib. 1. Epid. ex nostris codicibus manu scriptis adduximus, πολλοὶ τῶν ἤδη πουλὺν χρόνον ὑποσφιρέων, φθινώδεες κατεκλίθησαν. Si gnificat namq; eos qui diutiùs tabem traxerant & sustinuerant, ampliùs resistere non potuisse, sed tunc decubuisse. Sic quoque no absonum vero est hunc Apollonium ex diuturno visceris tumore morbum produxisse & obambulantem sustinuisse, tandem tame subactum decubuisse. Quod satis verba ista indicant, ὀρθοστάδην ὑποσφίρετο χρόνον πολλόν. Quibus non firmiter admodum morbo rest tisse, sed collabentibus viribus cessisse, & labascentem manus dedisse significatur. Quod in neglectis longis morbis vsuuenit.

ἦν δὲ μεγαλόσπλαγχνος] μεγαλοσπλάγχνους vocat Hippocrates eos quibus magna & in tumorem elata sunt viscera, eiusmodiq; affect bus valde opportuna, vt aut scirrho, aut inflammatione, aut œdemate laborent. Quod testatur his verbis * Galenus, μεγαλοσπλά γχους δὲ νῦν εἶπεν, οὐχ οἷς φύσει μεγάλα σπλάγχνα εἰσίν, ἀλλ' οἷς κατά τι πάθος εἰς ὄγκον ἤδη σκιρρούμενα, καὶ φλεγμαίνοντα, καὶ οἰδισκόμενα. Eodemq modo interpretatur Oribasius libro ad ** Iulianum 5. & Paulus lib. 1. τοὺς μεγάλα τὰ σπλάγχνα ἔχοντας vocat. Qua notione vinum du ce vocat Hippocr. in lib de rat. vict. in morb ac. μεγαλόσπλαγχνον σπληνὸς καὶ ἥπατος, τουτέστιν αὐξάνοντα τῶν σπλάγχνων τοὺς ὄγκους, quòd v scera tumefaciat. Antiquis verò generositatis nomen erat, eosque μεγαλοσπλάγχνους dicebant, qui magnis præditi erant visceribus, iisque corporis omnes facultates & functiones pollere sentiebant, quomodo μεγαλόσπλαγχνος, μεγαλόφρων Euripidi dicitur. Quem fo tè in sensum hîc sumpsisse videtur Caluus, cùm eum robustum vocauit, quòd longo tempore morbum sustinuerit. Sed certè ex Hi pocratis œconomia & dictionis proprietate, intumefacto viscere eum fuisse colligere est, quod statim addiderit familiarem iecoi colorem longo interuallo perseuerasse, ex quo tandem suborta inflammatione febris est consecuta. Atque eo quodam modo propi μεγαλόσπλαγχνοι efferuntur Hippocrati, quibus viscus inflammatione tentatum est, vt cùm mulsæ commoda ἐν τοῖς χολώδεσί τε καὶ μεγ λοσπλάγχνοισι enumerat. Nam tunc τοὺς ἐν ταῖς νόσοις φλεγμονὴν ἔχοντας κατά τι τῶν σπλάγχνων intelligit, τὸ γὰρ τοι κοινὸν ὄνομα (vt scribit Galenus) νῦν ἴδιον ἐγένετο τῶν φλεγμαινόντων. οὐ γὰρ δὴ διὰ σκίρρον γε ἢ οἴδημα πυρετὸς ἐξάπτεται. προσδηλον οὖν ὅτι κατὰ τὰς ὀξείας νόσους, ὅταν ὁ λόγος αὐτῷ ᾖ ὅταν ὄγκος ἐν σπλάγχνοις γένηται, φλεγμονῆς ἐστὶν οὐκ οἰδήματος, ἢ σκίρρου τὸ σύμπτωμα, καὶ τούτους νῦν ὠνόμασε μεγαλοσπλάγχνους.

* *Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac.* ** *Cap. 14. Cap. 96.* † *Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac.*

καὶ περὶ ἧπαρ] Hic hepatis tumor cum dolore, etsi delirij successum habuit, propriam tamen doloris respirationem obtinuit, i traque crebræ & paruæ spirationis limites remansit. Quod testatur Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. vbi loci huius meminit, τῷ δὲ μετὰ τοῦτο Ἀπολλωνίῳ, τῷ ἐν Ἀβδήροις, ὑποχόνδριον εἶναι δεξιόν, φησίν, ἔπαρμα σὺν ὀδύνῃ, καὶ τοῦτ' ἐν ἀρχῇ γέγραπται τῆς διηγήσεως. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ παραφρονήσας μὴ δύσπνοιαν κατά τι τῆς παραφροσύνης εἶδος αὐτοῦ, οὕτως μεγάλην διὰ τὴν ὀδυνηρὸν ἐν ὑποχονδρίῳ κεκτημένον. In quo certè miru subit Hermannum Cruserium diligentem alioqui interpretem, illud περὶ ἧπαρ ξυνῆν ὀδύνη, omisisse, quod simpliciter dixerit, c cum dolor detinuit.

φυσώδης] Iecur cùm valde sit obstructionibus opportunum, illic quoque πνευματικαὶ διατάσεις, ἐκ χυμῶν παχέων ἢ γλίσχρων ἐμφρα ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἀγγείων γίγνονται, ὅσα τ' ἐπὶ ταῖς πύλαις αὐτοῦ φλεβὲς ἀπώρμηνται, scribit Galenus lib. 5. loc. affect. Ex quo grauitatis sensus præcordiis vrget, & flatulentæ distensiones in toto mesenterio ac viscerum cauo sentiuntur. Vt non immeritò φυσώδεες huiusm ægri existimentur quos πνευματώδεας vocat Hippocrates aph. 72. lib. 5. eosque interpretatur Galenus, ὅσοι κατὰ γαστέρα πλῆθος ἀθροίζ φυσώδους πνεύματος, ἤτοι δι' ἐρυγῶν κενούμενον, ἢ διὰ φυσῶν, ἢ περιεχόμενόν τι καὶ διατεῖνον τὰ τῇδε. Nec ideo tamen quòd hic arquatus flatils abundarit, existimandum est parentis autoritatem conuelli posse, cùm eo placito scripserit, οἱ ἰκτεριώδεες οὐ πάνυ τι πνευματώδεες ε. Nam & perpetuitatem ipsam negatione interpellat, & cùm morbus regius bilis in cutem diffusionem faciat, non videntur ex re psius aut humoris natura, flatus posse concipere qui eo morbo laborant, sed ex partium ad ventriculum & nutricationis instrumea pertingentium imbecillitate. Quod etiam in Comm. scripsit Galenus. Quare neque omninò flatus iis denegat, sed eos qui ex pi rosis humoribus gignuntur planè auersatur, quòd bilis in cutem suffusio iterum planè faciat. Etsi namque hepatis obstructic pituitosis & crassis humoribus plærunque ortum habet, quæ tamen inde nascitur bilis refusio, ex eorum quæ superueniunt ge re esse censetur, planeque manifesta secum affectus indicia trahit. Quod effecit vt diu multumque exagitata à viris doctiss quæstio emanarit, existimantibus morbum regium ex pituita ortum ducere posse. Quam quidem ad sententiam confirmand quia Galeni mendoso loco ducuntur, ideo hunc obiter indicandum existimamus. Is ex lib. vj. simplicium in Atriplice sic habet

κατ

πῆς αὐτῆς, ῥυπτικὴν δὲ δύναμιν ὅθεν καὶ πρὸς ἰκτέρους τοὺς ἐπὶ φλεγμάτων ἐμφράξει χρήσιμος ὑπάρχει. Quem quidem ad verbum hunc in mo[dum] transferunt †† Aëtius & Paulus, ὁ δὲ καρπὸς ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως, ὅθεν καὶ πρὸς ἰκτερικοὺς τοὺς ἀπὸ ἥπατος ἐμφράξει χρήσιμος ὑπάρχει. Vt [h]inc facilè lapsus sentiri possit. Etsi nonnulli Hippocr. tempestate, vt nunc quoque, ictorum ex crudioris humoris abundantia enasci [p]uisse suspicantur, qui ex caloris natiui imbecillitate ortus obstructiones pareret. Ac istud quidem quod alterius sit instituti non [a]bsenter prætermittimus, neq; nunc nobis de hac re sententiam dicendam esse existimamus. Quod autem hic scribitur χροιὴ [illegible] [illegible], planè cum eo consentit quod scribitur lib. 2. Epid. καὶ ἴκτεροι οἱ ἀπὸ [illegible] εἰς τὸ [illegible], & quod in Ictero dixit Aretæus. χροιὴ [illegible] [illegible] εἶδος, & quem λευκὸν ἴκτερον facit, in quo ægri χροιὴν [illegible] λευκόχλωροι cernuntur, vt idem scribit, & testatum etiam reliquit [H]ippocrates, qui λευκὴν χροιὴν in ictero à pituita celebrat lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν.

†† *Lib. 1. Lib. 7.*

[illegible] ἀκαιροτέρους] Intempestiuiorem potum vini potionem (ni fallor) intelligit Hippocrates, non secus ac πόσιας vini haustus [illegible] lib. περὶ νούσων. 1. in lateralis morbi causis cùm scribit, [illegible] ὁκόταν πόσιας [illegible] [illegible]. Et πολυποσίη aph. 7. lib. 7. [illegible] vt scribit Gale[nus]. Quò magis miror solertem alioqui interpretem Hermannum Cruserium, hic aquæ potionem intellexisse, etsi intempest[iua] a[quæ] potio in morbi causis non temerè reponi possit. Caluus quoque meraciorem potum addidit, vt accusabilem per se causam [illegible] [h]ic etiam oneraret, nisi si ἀκρητέστερον adhibuit. Hic porrò interpretum omnium fidem secuti sumus cùm bubulæ esum diximus. A[t] [ne]scio an [illegible] lac bubulum significare possit, vt hic de lactis potu intempestiuiore, quem etiam impensè celebrat, agat, ac [illegible] [t]am bubulas carnes per τὰ [illegible] scriptoribus efferri.

[illegible] χρονίου [illegible]] In isto hepatis tumore nil mirum est damnari lactis vsum cùm facilè corrumpatur & præcordia inflet [illegible] [illegible] vium [illegible] μετέωρα [illegible] dânet ††† Hippocrates, siue τὰ μετέωρα, τὰ ἐμπεφυσημένα καὶ [illegible] intelligas (vt aph. [illegible] [illegible] modo etiam paulò post in hoc ægro ἐμφύσημα κακὸν celebrat) siue τὰ ὁπωσοῦν ἄλλως μετέωρα καὶ [illegible], accipias, quomodo hîc iure sumi videntur. ††† *Aph. 64. lib. 5.*

ἐμφύσημα] Dubium est quonam referatur illud ἐμφύσημα, sed certè malum corporis tumorem, & partium quæ ad epigastriũ per[ti]nent inflationem mihi significare videtur, quod huiusmodi diuturni viscerum tumores eam aquæ inter cutem speciem qua venter [illegible] intumescit, aut lentas corporis colliquationes sæpè inuehant, eoq; nomine febres ex iecore [illegible] omnium vehementissimas [illegible] Galenus lib. loc. aff. 5. Potest verò etiam flatum copia in toto mesenterio & viscerum cauo, ex mala partium intemperie ac [obst]ructionibus enasci, quomodo τὰ μετέωρα [illegible] dicuntur aph. 73. lib. 4. & 64. l. 5. τὰ ἐμπεφυσημένα καὶ [illegible].

[illegible] παραφορὰ cum de leui mentis emotione efferatur vt sæpiùs diximus, hic tamen delipientiæ quosdam gradus facere vide[tur] Hippocrates, cùm primùm παρέλεγεν posuerit, ac postea παρέκρουσε, deinceps verò ἐκμαίνεσθαι, quæ sunt veluti insaniæ incre[men]ta ac per gradus quosdam accessiones. Nam mens emota quàm simplex insania grauior est, insania verò & clamor, iam confir[ma]ti furoris in[ditia]. Vt id mihi parum animaduertisse videantur interpretes, qui παρακρούσει hic furere aut prosilire verterunt, cùm [men]tis emotionem, nec dum furorem, sed ad eum ascensum indicet, atque idem sit παραφορὰ ac παρακοπὴ καὶ γνώμης ταραχή.

[illegible] [illegible]] Istud idem significat ac quod passim scribit καὶ πάλιν [illegible], [illegible] enim γνώμη (vt postea dicemus) Hippocrati [i]s firmata & constans dicitur, non perturbata, sed quæ resedit, ideoque repressum esse ægrum diximus, quòd clamor, perturbatio, [se]rmo multus eum è sede constantiæ deturbassent, quo velut sedato motu, quies ac mentis constantia rediit. Quò magis vitiosa esse [exe]mplaria reor, quæ [illegible] pro [illegible] habent.

[illegible] τῶν διαχωρημάτων ποικίλως] Varia alui recrementa, præcipuè quæ in peius vertunt, multis decretis ab Hippocrate damnantur, [qua]d varias affectionum formas, magnamq; corporis perturbationem indicent, in Prognost. & aph. 14. lib. 2. & 21. lib. 4. eademque [p]οικίλα διαχωρήματα vocat in Prognost. & Coacis, cùm scribit, καὶ τὸ ποικίλον [illegible] διαχώρημα φλαῦρον καὶ χεῖρον [illegible] τῷ [illegible] [illegible]. Et rursus, πονηρὸν δὲ καὶ ταῦτα τὰ ποικίλα. Qua de re quædam scripsimus nostris in lib. 2. Epid. † Commentariis. [Qu]od autem hic χαλαστώδεα διαχωρήματα vocet, non satis est vsu tritum, cùm crebrum sit Hippocrati in sua [illegible] varias excre[men]torum affectiones diuersis quibusdam nec vulgo visitatis attributionibus appellare, quemadmodum [illegible] διαχωρήματα καὶ [illegible] vocat lib. 4. Epid. & vrinis nõ priùs audita attribuit, vt cuiuis vel mediocriter in his scriptis versato compertũ est. Atq; haud [f]erè alibi χαλαστώδεα διαχωρήματα vsurpata inuenias, cum in excrementorum formis, quas consilio quodam in Prognostico ex[posita] [hab]emus, nihil tale meminerit. Ac dubium est an ea intelligat, quæ ibidem [illegible] λευκά, in Coacis ἔκλευκα vocat, an vero quæ [illegible] [illegible] & ex spuma albicantia vbiq; damnantur. Quorum cùm neutrum bono sit, & in Hippocratis œconomia multis decretis ista co[nde]mnantur, ita hic quoq; in accusabili excrementorũ varietate accensentur. Albæ certè deiectiones cùm ex obstructionibus natæ [sint] [ta]lis aliò quàm ad intestina deriuationem intendant, hîc non immeritò suspectæ erunt in magno visceris tumore, ac ex obstru[ctio]ne oborto morbo regio, præsertim quæ impensè albescunt, ideoq; lacti similes dicuntur. Sic in Coacis [illegible] τὸ ἔκλευκον διαχώρημα [illegible], & λευκὸν διαχώρημα φλαῦρον, & φλαῦρον τὸ [illegible] λευκόν. quale quid in huiusmodi obstructionibus apparet, & his verbis in Coa[cis] [t]estatur, τὸ δὲ λευκὸν [illegible], [illegible]. Et ἔκλευκον διαχώρημα ἐν [illegible] [illegible]. Quòd si quæ ex humorum feruore & agita[tion]e, ac interna exæstuatione spumam conceperint, ideoq; albicant, intelligas, ea in eundem censum reponentur, quo ἀφρώδες διαχώ[ρη]μα, [illegible] [illegible] καὶ τὸ [illegible]. quod veluti ex multa fermentatione albicat & spumescit, fuitq; rescriptis damnat Hip[pocr]ates, in huiusmodiq; arquato morbo suspectat in Coacis his verbis, τὸ ἀφρῶδες [illegible] διαχώρημα φλαῦρον καὶ ἰκτερώδει δὲ [illegible]. [S]unt certè & lacteæ huiusmodi deiectiones iutelligi, quæ aquosæ & ex multa pituita albescente & cruda promouentur, cùm om[nis h]umor in corpore frigidus & albus pituitæ nominationem teneat, aut quæ certè albidæ & lacti similes in colliquationibus ap[pare]nt, quæ quòd verè solida corporis fundamenta primasq; naturas illas fundant & consumant, albescunt, lactiq; quodammodo si[mile]s apparent. Sed certè priores mihi notiones ad id de quo quæritur magis affectæ videntur. † *Sect. 2.*

[illegible] παρηγορεῖν] Istud quonam spectet ambigitur. Mihi visceris tumorem cum dolore respicere videtur, quod hic aliquantulum al[tio]rus videatur, in reliquo verò nihil sit immutatum. Atq; eadem est phrasis qua vtitur sæpè Hipp. [illegible], aut quam per [illegible], [illegible] [illegible], & ῥαστώνην, crebrò exprimit. Nisi si παρηγορεῖν fotibus & linimentis lenitum esse dolorem indicare videtur, quod e[tiam] Caluus præuidit, cùm lenimentis meliusculo habuisse dixit.

[illegible] τριηκοστῇ] Verior est ista lectio quæ diei trigesimi euentum ponit, quam ex codicibus manu scriptis secuti sumus, quòd ve[t]erum decernentium ordinem & autoritatem tueatur, etsi eam in quibusdam codicibus mendosè deficere testantur interpretes [qued]am, qui in hoc quoque mihi diminuti videntur.

[illegible] τετάρτῃ] Hunc locum adducit Galenus lib. 2. de diebus decret. vbi probat dies à decimoseptimo non decimooctauo ex[ist]entes, decernendi dignitatem habere, non eam tantum quæ iudicatione absoluat, sed eam quoq; qua æger pessimè morte mulctetur. [Cuius] ni locus est [illegible] [illegible] Ἀπολλώνιος, ὁ [illegible] ἀπὸ [illegible] [illegible]. In quo animaduertendum est [ma]nifesto vitio, [illegible] pro τετάρτῃ poni.

[illegible]] Istud superiori clausulæ iunxit Caluus.

[κ]ωματώδης] Hunc locum adducit Galenus libello περὶ κώματος vbi κωματώδεα legisse videtur & ad vrinas retulisse.

[illegible] διὰ τέλεος] διὰ τέλεος [illegible], & διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος, & ἕως τέλους Galeno significat libr. 2. περὶ δυσπν. vbi hunc locum [v]erbis exponit, [illegible]. Ex quo efficitur vt illud [illegible], per totum morbum dixerim, quo magna atq; etiam plurima ex parte toto in morbi cursu æger mente captus fuerit. Hinc [eti]am videre licet Galenum in loco priùs adducto ac etiam in Commentario [illegible] διὰ τέλεος, nõ διὰ [illegible] legisse quod [illegible] fecit Caluus, in quo assentientem habet codicem vnum. Cæterùm illud extremè additum (φρενιτικός) morbi esse in[dic]atio[n]e, vt in cæteris multis auctario apud Hippocratem positis, cuius liquidò constat.

Æger decimus quartus.

Mulierem in Cyzico gemellas laboriosè enixam, cùm non admodum partus purgaméta processissent, primùm quidem febris corripuit horroris sensu insignis & acuta, capitis & ceruicis grauitas non sine dolore tenuit. Inter exordia insomnia vexata est, taciturna autem erat, tetrico & superciliosо vultu, & quę nullis persuasionibus flecti poterat. Vrinas tenues & decolores reddidit, siti premebatur, ac vt plurimum stomachi fastidio laborabat, aluus inordinatè quidē & inconstanter perturbabatur, rursúsq; consistebat. Sexto die sub noctem multum delirauit, somnum nō cepit, circaque vndecimum vehementer insaniit, ac rursus ad intelligentiam rediit. Vrinas nigras, tenues, moxq; vbi aliquantulum intermisissent, oleosas reddidit, & ab aluo multa, tenuia & turbulenta prodiere. Decimoquarto conuulsionibus multis appetita est, extrema erant frigida, neq; amplius ad mentem red[iit.] Vrinæ restiterunt. Decimosexto voce defecta est. Decimo septimo pleuritide periit.

ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἐν Κυζίκῳ γυναικὶ θυγατέρας τεκούσῃ διδύμους, καὶ δυ[σ]τοκησάσῃ, καὶ οὐ πάνυ καθαρθείσῃ, τὸ μὲν πρῶτον ἐπῆλ[θε] πυρετὸς φρικώδης, ὀξύς. κεφαλῆς καὶ τραχήλου βάρος μ[ετ'] ὀδύνης. ἄγρυπνος ἐξ ἀρχῆς. σιγῶσα δὲ καὶ σκυθρωπὴ, οὐ πειθομένη. οὖρα λεπτὰ καὶ ἄχροα. διψώδης. ἀσώδης πουλύ. κοιλίη πεπλανημένως ταραχώδης. καὶ πάλιν ξυ[νι]σταμένη. ἕκτῃ ἐς νύκτα πολλὰ παρέλεγε. οὐδὲν ἐκοιμή[θη.] περὶ δὲ ἑνδεκάτην ἐοῦσα, ἐξεμάνη. καὶ πάλιν κατενόει. οὖ[ρα] μέλανα, λεπτὰ καὶ πάλιν διαλείποντα, ἐλαιώδεα. κοιλ[ίη] πολλοῖσι, λεπτοῖσι, ταραχώδεσι. ιδ̄, σπασμοὶ πολλ[οί,] ἄκρεα ψυχρά. οὐδὲν ἔτι κατενόει. οὖρα ἀπέστη. ις̄, ἄφω[νος.] ιζ̄, ἀπέθανε. φρενῖτις.

Celebrata toties purgamentorum partus retentio in causam mulierem istam traxit, vt meritò ex fœculento & atro melanch[oli]coque sanguine suppresso, auctaque insigni humorum prauitate, in furorem eruperit. Qua in re cum multis aliis priùs enumer[atis] exemplis, in quibus subsistentes huiusmodi statæ purgationes morbum fecerunt, consentit. Hîc verò præcipuo quodam modo [fu]rentis insaniæ imago proponitur, cuius causam melancholicum & retorridum sanguinem ponit, quo succenso in febre ab vteri [in]flammatione ex difficili partu orta, cerebrum appetitum fuit, totaque vis naturalis variis iisdemque pessimis casibus oppressa, [ea]demque mens ipsa ferino quodam modo è sede constantiæ depulsa, denique etiam miserabili conuulsionis intuitu (vt in cæt[eris] quoque) decimo septimo die mors accersita. Est autem Cyzicum oppidum ad Hellespontum in ea Asiæ parte quæ Mysia mino[r di]citur. Cuius mentionem facit Cic. lib. 2. Epist. ad Atticum.

κεφαλῆς καὶ τραχήλου βάρος] Huius loci meminit Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. his verbis, ἑξῆς δὲ τούτου ἡ ἐν Κυζίκῳ τὰς διδύμους θυγατέρα[ς τε]κοῦσα ἐστὶν, ὑπὲρ ἧς ὧδέ πως ἔγραψε. κεφαλῆς καὶ τραχήλου βάρος μετ' ὀδύνης. ὥστε καὶ ἡ δύσπνοια κατὰ τοῦτο.

σιγῶσα δὲ καὶ σκυθρωπὴ] σκυθρωπὸς dicitur σκυθρὸς, στυγνὸς τὰς ὄψεις, χαλεπὸς, λυπηρὸς austerus, difficilis, morosus, demisso vultu & te[tri]co, vultuosus, superciliosus, & qui Scythico ferè est prospectu, & vultu inamœno, ac tetrica austeritate, cui hilaris opponitur. Ea [quidem] dictione vtitur Hippocrates Prorrh. 1. προσώπου εὔχροια, καὶ τὸ λίην σκυθρωπὸν, πονηρόν. Quam sententiam in Coacis Prænot. his ve[rbis] repetit, προσώπου εὔχροια, καὶ σκυθρωπότης ἐν ὀξεῖ, κακόν. Ista verò ad exprimendam melancholiam disertè sunt apposita. Nam qui taci[tur]ni sunt & veluti cogitabundi, ac demisso & tetrico vultu, melancholicos eos facilè iudicamus, iique, neque ad animi æquitatem [re]uocari queunt, neq; vllis monitis aut precibus cedunt, sed veluti inflexibiles & rigidi nullis persuasionibus ab instituto dimouer[i]. Quod significat οὐ πειθομένη ab Hippocrate additum. σκυθρωπότητα autem melancholiam designare scribit Galenus Com. 2. in Pro[rrh.] hunc in modum, τὸ δὲ σκυθρωπὸν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐπιτήδειον εἰς μελαγχολίαν εἶναι φησὶν, ὡς σημεῖον ἡ σκυθρωπός ἐστιν. ὅταν δὲ καὶ τὸ αὐτῇ παρῇ, πολὺ δήπου μᾶλλον ὥσθ' ὅταν εὐανθὲς μὲν φαίνηται τὸ πρόσωπον, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἢ λίαν σκυθρωπός, ἐμφαίνεταί τις εἶναι κατὰ τὴν ἐγκέφαλον ἰ[κ]μὰς διὰ τὸ ... τὸ αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο γίνονται ... μέλαιναν χολὴν ὡς ἐπιδέδεικται. Huius porrò loci ac verò totius historiæ men[tio] fragmentum Galeno attributum in lib. Hippocr. de Humoribus his verbis, ἐν Κυζίκῳ δὲ τὰς διδύμους θυγατέρας τεκούσας μανῆναι φησὶ ... δὲ σκυθρωπὸν καὶ δύσθυμον τὸ εἶδος τῆς ἀρρωστίης. σιωπῶσα γὰρ ἦν καὶ οὐδενὸς πυνθανομένη. Vbi manifestum est vitium. Legendum namq; appare[t] Κυζίκῳ δὲ γυναῖκα θυγατέρας διδύμους τεκοῦσαν. Deinde in Dictione πυνθανομένη, varia est lectio & intelligentia. Hic namque taciturna [di]citur & quæ neque quenquam percontaretur, contra omnium quos videre licuit codicum fidem. Causam autem morbi addit [cum] scribit, μέλαινα δὲ ἦν ἡ αἰτία τῆς νόσου.

οὖρα λεπτὰ καὶ ἄχροα] Codices quidam ἄχροα non admittunt, sed hac in parte meliorum exemplarium fidem secuti sumus, quod [non] temerè fecisse videmur, cùm tenues huiusmodi vrinæ & decolores sint phreniticis valde vsitatæ, sintque ea quæ cum consiste[ntia] tenuitate & perspicuitate albæ apparent, vocatque διαφανέα λευκὰ οὖρα Hippocrates aph. 72 lib. 4. Qua de re abunde in Sileno scri[psi]mus lib. 1. Epid.

κοιλίη πεπλανημένως ταραχώδης] Ista alui inconstantia magnam corporis perturbationem, partium naturalium distractionem & [in]temperantiam, viriumque colluctationem & intemperiei inæqualitatem portendit. Quidam post πεπλανημένως distinguunt, vt sig[nifi]cent aluum variè & inconstanter se gessisse, cùm modò fusa, modò etiam adstricta esset.

σπασμοὶ πολλοὶ] Conuulsionibus non abs re attentata est, quæ aut ex vteri inflammatione ob laboriosum partum inciderent [aut] cerebri affectionem ex furente insania consequerentur, μάλα γάρ τοι αὗται φρενιτικαί, vt scribit * Aretæus.

* *Lib. 1. de Cur. morb. ac. cap. 1.*

οὖρα ἀπέστη] Sic legunt ferè omnes codices, vrinas defecisse aut abscessisse intelligentes. Noster tamē Germanicus ἐπέστη habet, [ut] diximus vrinas restitisse aut suppressas fuisse, quæ crebrior est Hippocrati phrasis. In eo quod sequitur variant codices. Nam qu[idam] mortem decimo quarto diei adscribunt, & quod inseritur de decimosexto & decimoseptimo omittunt. Consensum tamen pr[æstan]tiorum codicum sequimur & dierum decernentium ordinem, cùm æquum sit tam miserè affectam decimo quarto ægram, colla[psa]rum virium indicio, decimoseptimo exitium sensisse. Idque testatur Galenus lib. 2 de dieb. decr. hunc locum subnotans. ἐν δὲ γ[ε τῷ] πρώτῳ στίχῳ, πάμπολλοι μὲν οἱ σωθέντες, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀπέθανόν τινες, ὥσπερ ἑπτακαιδεκαταία μὲν ἡ ἐν Κυζίκῳ τεκοῦσα τὰς διδύμους θυγατέρας.

DE CHARACTERIBVS SVPERIORI ÆGRO ADSCRIPTIS.

Huc vero desultorio quodam modo in medium prodeunt characteres, ac intermissam seriem repetunt, quam nihilo [...] magis confirmant, quòd eo in loco resumptam autoritatem tam leuiter deponant, vt veluti ex somnio extitisse videantur: [...] est tamen eorum explicatio. π̄. μ̄. γ̄. ι. ζ. θ. πιθανὸν μανιώδη γενομένην ἑπτακαιδεκάτῃ θάνατον. Qui sensus ex historiæ denunc[iatio]ne & Galeni Commentario expressus est, furore enim & insania percitam credibile est in huiusmodi criticorum dierum la[...] incidisse.

Æger decimus quintus.

Dealcis vxorem in Thaso, quæ in Plano decumbebat, febris horroris sensu insignis & acuta ex mœrore prehendit. Ab initio autem pannis con-

ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἐν Θάσῳ Δεάλκους γυναῖκα ἣ κατέκειτο ἐπὶ τοῦ λείου πυρετὸς φρικώδης, ὀξὺς, ἐκ λύπης ἔλαβεν. ἐξ ἀρχῆς ...

ἀπεξεσέλλετο. καὶ διὰ τέλεος αἰεὶ σιγῶσα, ἐψηλάφα. ἔτιλλεν. ἔγλυφεν. ἐτριχολόγει. δάκρυα. καὶ πάλιν γέλως. οὐκ ἐκοιμᾶτο. ἀπὸ κοιλίης ἐρεθιζομένης οὐδὲν διήει. μικρὰ ὑπομιμνησκομένη ἔπινεν. οὖρα λεπτὰ σμικρά. πυρετοὶ πρὸς χεῖρα λεπτοί. ἀκρέων ψύξις. ἐνάτη πολλὰ παρέλεγε. καὶ πάλιν ἱδρυώθη σιγῶσα. τεσσαρεσκαιδεκάτη, πνεῦμα ἀραιὸν μέγα, διὰ χρόνου, καὶ πάλιν βραχύπνοος. ἑπτακαιδεκάτη, ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμὸς ταραχώδης. ἔπειτα αὐτὰ τὰ ποτὰ διήει. οὐδὲν συνίστατο. ἀναισθήτως εἶχε πάντων. δέρματος περίτασις καρφαλέου. εἰκοστῇ λόγοι πολλοί. καὶ πάλιν ἱδρυώθη ἄφωνος. βραχύπνοος. καὶ μιῇ ἀπέθανεν. ταύτῃ διὰ τέλεος, πνεῦμα ἀραιὸν μέγα. ἀναισθήτως πάντων εἶχεν. αἰεὶ περιεστέλλετο. ἢ λόγοι πολλοί, ἢ σιγῶσα διὰ τέλεος, φρενῖτις.

tegebatur, & ad finem vſque ſemper taciturna fuit, manibus palpabat, euellebat, ſcalpebat, floccos legebat, lachrymas fundebat, moxq; ridebat, ſomnum nō capiebat, aluus irritata nihil demittebat, parum nec niſi commonefacta bibebat. Vrinæ tenues & paucæ erant, febres ad manus contactum leues apparebant, ſumma corporis frigeſcebant. Nono die multum delirauit, ac mox compoſita fuit & taciturna. Decimo quarto ſpiratio rara, magna, longo tempore tenuit, rurſuſque breuis. Decimo ſeptimo irritatione turbulenta commota eſt aluus, deinde potus ipſi pertranſibant, neq; conſiſtebant, omnium ſenſum perdiderat, cutis erat diſtenta & arida. Vigeſimo multum obloquebatur, ac mox compoſita fuit, vox defecit & breuem ſpiritum trahebat. Primo & vigeſimo defuncta eſt. Huic perpetuò ad finem vſque ſpiratio rara & magna aderat, nihil omninò ſentiebat, ſemper pannis contegebatur, aut ſermones multos fundebat, aut ferè vſque taciturna erat. Phrenitide laborauit.

In tam multis hoc libro propoſitis Phrenitidis exemplis, hoc certè infinitis nominibus excellit, & à Galeno lib. περὶ δυσπν. præcipuè celebratur. In eoque imprimis animaduertendum eſt raritatis quoddam ſpecimen exhiberi, cùm acutiſſimæ huiuſmodi inſaniæ præcipitis admodum ſint exempli: ideoque admiratione dignum ac præter opinionem videatur ægram iſtam tanto morbo conflictatam, in vigeſimum primum diem ſuffeciſſe. Quod antea admonuit Galenus Commentario in ægram quartum huius libri. Non vulgaris autem nec ſimplex inſaniæ ſpecies, ſed mixta ex phrenitide & melancholia, variis modis mentem emouit, effecitque vt cùm diuerſitate exagitata ægra facultatum omnium præcipitium ſentiret, ac inde in perniciem vergeret ſuccedente tam notabili perfrictione vt & mortis rudimentum faceret, & reſpirationis ſpeciem non leuiter immutaret. Cuius vel ſola acceſſio ægram ipſam perdere poterat. vt ſatis ex * Pythionis nobili perfrictionis exemplo, omnibus facta eſt fides, vt non ſine magna admiratione vitam tamdiu produxerit. * Ægr. 3. poſt st. peſt.

Δεάλκους γυναῖκα] τὴν Δεαλκίους γυναῖκα vocat Galenus lib. 2. de dieb. decret. vt & τὸν ἐν τῷ Δεαλκέους κήπῳ κατακείμενον, de eo qui in Dealcis horto decumbebat, ægro 3. huius lib. 1, vt ſupra annotauimus. Et quòd hic ἐπὶ τῷ λείῳ legitur, Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. ἐπὶ λείου habet.

ἐκ λύπης] Cauſam morbi valde propriam attingit, ex qua illuſtres ad melancholiam facti ſunt aditus. Etſi autem externæ cauſæ rationem habere potuit, nihilo tamen magis morbum minuit, vt etiam foueat, quòd neque leuamentum aliquod addiderit, quale quid adſcripſit prius in ſubauſtera illa muliere, cùm ἐκ λύπης μετὰ προφάσιος appoſuit. προφάσιος namque, ἴδιος ἐστὶ τὸ μικρὰ τὴν αἰτίαν εἶναι, vt ſcribit Galenus. Quod autem in omnibus ferè codicibus πυρετὸς φρικώδης ἔσχε legitur, hanc lectionem quoque primo loco ſequitur Galenus, ſed poſtea vbi hiſtoriam repetit, πυρετὸς φρικώδης ἐκ λύπης ἔλαβε legit, quod faciunt codices quidam quos ſecuti ſunt Galeni interpretes.

περιεστέλλετο] Hanc dictionem Hippocrati perfrictionem ſummarum corporis partium ex calidi innati depopulatione indicare, prius oſtendimus. Hic verò enixè quodammodo eam ſignificationem comprobare videtur, quod marceſcentis & penè ad extinctionem tendentis calidi natiui non leue indicium eſſe ſcribat Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. vt poſtea ex his quæ adducemus cuiuis manifeſtum fiet. Hic quoque codices variant, & potior pars ἐξ ἀρχῆς δὲ περιεστέλλετο habet: Quam lectionem cum Galeno lib. 2. περὶ δυσπν. ſecuti ſumus, quod illud διὰ τέλεος αἰεὶ σιγῶσα, magnam melancholiæ perſeuerantiam & intenſionem diſertè indicet, in quo ferè vertitur totius rei cardo. In quem etiam ſenſum tacitè inclinare videtur Galenus in Commentario, bis διὰ τέλεος αἰεὶ σιγῶσα, ad melancholiæ magnitudinem in animi notione reponendam efferens. Alij ἐξ ἀρχῆς δὲ περιεστέλλετο καὶ διὰ τέλεος legunt, quos ſecutus eſt Cornarius cum Galeni interpretibus. Atque illud magnæ perfrictionis & deficientis calidi innati per totum morbum perſeuerantiam non temerè reſpiciet.

ἐψηλάφα] Iſtæ hallucinationum ſpecies phreniticis ſæpè attribuuntur, in iiſque ex principis partis affectione exitiales ſunt, vt ſcribit Galenus Comm. 1. in Progn. Earumque attributionum meminit Hippocrates in Progn. cùm geſticulationes manuum inſanit. καὶ τὰς χεῖρας πρὸ τοῦ προσώπου φερομένας καὶ θηρευούσας διὰ κενῆς καὶ ἀποκαρφολογεούσας, καὶ κροκύδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτιλλούσας, καὶ ἀπὸ τοῦ τοίχου ἄχυρα ἀποσπώντας, πάντα εἶναι κακὰ καὶ θανατώδεα in Phreniticis ſcribit. ψηλαφᾶν quod eſt contrectantium & palpantium, aut more cæcorum ſuſpenſa manu aliquid veſtigantium. ψυλλαφᾶν legiſſe videtur Caluus, & ad pulicum capturam retulit. τίλλειν verò de pilorum vulſione intelligitur, vt & τριχολογεῖν, de iis qui floccos legunt, κροκυδίζειν vocat Aretæus in Phreniticis & Gal. lib. 4. & 5. loc. affect. vt καρφολογεῖν feſtucas colligere, quæ ſunt febricitantium plærunq; deliramenta, atq; in Phreniticis exitium adferant. Pro ἐτριχολόγει, ψυχολόγει videtur legiſſe Caluus non ſatis perſpecta rei natura. Quidam etiam codices manu ſcripti ἐτριχολόγει habent.

καὶ πάλιν γέλως] Etſi αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι παραφροσύναι, ἀσφαλέστεραι, vt ſcribit † Hippocrates, hæc tamen delirij permixtio non lenem aut ſimplicem deſipientiam ſignificat, vt indicat his verbis Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. [illegible] ἐξ ἀρχῆς τε καὶ διὰ τέλεος αὐτὴ παρέφρονει, μελαγχολικῶς. οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ παραφροσύνης εἴδος αὐτῇ συνέπεσεν, οὐδὲ τὸ τυχόν, ἀλλὰ πολλά τε καὶ ἰσχυρά. [illegible] καὶ τὰ μὲν δακρύων, τὰ δὲ γε μετὰ γέλωτος. † Aph. 53 lib. 6

μικρὰ ὑπομιμνησκομένη] Iſtud ad ægram quæ parum nec niſi commonefacta bibebat retuli, quod eſt alienatæ mentis certiſſimum iudicium. Vnde & φρενιτικοὶ βραχύποται Hippocrati dicuntur. Atque huiuſmodi phraſis ſæpè vſurpatur in iis naturæ muniis quæ ægri obliuione ſepulta, amicorum admonitu excitantur, vt in his qui non niſi porrecta matula, ac etiam vix quidem vrinam reddunt, apparet. Quod eſſe phreniticorum indicium ſcribit Galenus lib. 5. loc. affect. & admonuimus in Philini vxore lib. 1. Epid. Et inde quoque facultatum abiectio & extinctio imminebat, quòd quemadmodum non niſi vrgente neceſſitate reſpirabat, ſic non niſi admonita bibebat. Itaque hunc locum interpretatur Galenus lib. 2. περὶ δυσπν. etſi malè diſtinctus locus adducitur, οὐδὲν διήει. μικρὰ ὑπομιμνησκομένη, ἔπινε. Quam etiam lectionem quidam codices ſcripti vitioſè ſequuntur. Præſtat namque commonefactionem illam aſſentium, ad potum quàm ad alui irritationem referri. Quanquam Hermannus Cruſerius vtrumque coniunxiſſe videtur, vt ab aluo nihil tranſmitteretur, niſi ſi paululum admonita bibiſſet: fortè hac perſuaſione adductus quod poſtea ſcribatur aluo perturbata potum percurriſſe. Sed ſanè iſta mihi nimium detorqueri videntur, cùm res per ſe ſatis plana ſit.

οὖρα λεπτὰ, σμικρά] Vaſſæus καὶ ἔχοντα ὑπόστασιν addidit ex lib. 2. περὶ δυσπν. ſed vitioſè tranſpoſuit. Cuius lectionis ne veſtigium quidem vllum noſtris in codicibus apparet. Caluus etiam ἀσυνέτως, aut ἀσυγκρίτως, aut aliquid tale addidiſſe videtur, cùm (non ſponte minxit) dixit: cuius nulla quoque ſignificatio apparet, etſi iſtud calidi extinctionem & perfrictionem plurimùm confirmare videtur.

πυρετοὶ πρὸς χεῖρα λεπτοί] Mediocriter febricitaſſe oportuit, vt ad primum & vigeſimum diem morbum traheret, atque hac ipſa pali febris moderationem & lenitatem indicat, quemadmodum πυρετὸν ὀλιγὸν καὶ χλιαρὸν vocat Galenus Com. 2. in Progneſt. & πυρετὸν περιψυχθέντα, febrem quæ ſæuitiam remittit & externo proſpectu eludit, vocat Hippocrates in Prorrh. quod malignis febribus accidit quæ focum intus celant. Siue igitur hic malignitatem, ſiue calidi & facultatum extinctionem, quod vult Galen. lib. 2. περὶ δυσπν. aperit, hac lectione febrem ad manus contactum & ſpecie ipſa debilem fuiſſe & leuem, contendit. Quidam codices εἰς χεῖρας habent.

καὶ πάλιν ἱδρυώθη] ἱδρύεσθαι vsitata apud Hippocratem phrasi de subsidentibus vrinis dictum, ad mentem translatum, eam firmatam & compositam ex perturbata significat. Sic οὐχ ἱδρυμένη γνώμη in Coacis Prænot. & Prorrh. mens emota & è sede constantiæ deiecta dicitur. Hìc autem non omninò compositam fuisse testatur, quod σιγῶσα addiderit, & in melancholiam toti morbo perpetuam assiduè defixa fuerit, & veluti sua taciturnitate intenta. Qui gradus est ad melancholiam amplissimus & perniciosissimus, hisq; sententiis ab Hippocrate plurimùm notatus. αἱ σιγῶσαι ἐκστάσιες οὐχ ἡσυχάζουσαι, & αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι καὶ ἀπανθρωπίαι. Rursusque in Prorrh. & Coacis, αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον ἐκστᾶσαι σιγῇ ὀλέθριον. †† In Coacis.

πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα] Hic locus per se satis est celebris & à Galeno explicatur lib. 2. περὶ δυσπν. vbi & huiusmodi respirationis causas, & permixtionis differentiã abunde exprimit. Quem quod nulla alia enarratione opus sit libenter apponemus. ἀκούσωμεν δὲ ἑξῆς καὶ τοῦ Ἱπποκράτους, οἷόν τι δυσπνοίας εἶδος αὐτῇ γενέσθαι φησί, γράφει δὲ ὧδε. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου, καὶ πάλιν βραχύπνοος. ἐνταῦθα μὲν γε σαφῶς, πάλιν κατ' ἀντίθεσιν ἡ βραχύπνοος εἴρηται, τῷ μέγα καὶ ἀραιὸν ἐχούσῃ πνεῦμα, καὶ οὐδεὶς ἂν ἔτι οὐδ' εἰ παντάπασιν εἴη σκαιότατος, ἀπορήσειεν, ὅτι μὴ πᾶσι τοῖς παραφρενοῦσιν ὁ Ἱπποκράτης ἀραιὰν καὶ μεγάλην γίνεσθαι φησὶ τὴν ἀναπνοήν. ἐπὶ γοῦν μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς γυναικὸς τῶν δυσπνοιῶν ἑκατέρων ἐφεξῆς μέμνηται. καὶ μικρὸν ἔτι προσελθὼν ὧδέ πως γράφει. εἰκοστῇ λόγοι πολλοὶ, καὶ πάλιν ἱδρυώθη, ἄφωνος βραχύπνοος. εἶτα εἰπὼν, μίᾳ καὶ εἰκοστῇ ἀπέθανεν, ἐπὶ τέλει τοῦ παντὸς λόγου τάδε προσέγραψεν ταύτῃ διὰ τέλους πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, ἀναισθήτως πάντων εἶχεν ἀεὶ περιεστέλλετο. δῆλοι οὖν ἐστὶν ὁ Ἱπποκράτης, ἐξ ὧν ἁπάντων παρεθέμεθα, ποτὲ μὲν τὸ μέγα καὶ ἀραιὸν πνεῦμα τοῖς παραφρενοῦσι γινόμενον εἰδὼς, ποτὲ δὲ τὸ ἐναντίον αὐτῷ, ποτὲ δ' ἀμφότερα κατὰ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἐν μέρει συμπίπτοντα καί σοι νομίζω δείξειν, ἂν προσέχῃς τὸν νοῦν καὶ μὴ παρέργως ἀκούῃς τῶν λεγομένων, ἐν αὐτοῖς οἷς ἔγραψεν ἀρρώστοις, ἐνδεικνυμένην αὐτὸν ἑκάστης τῶν προειρημένων διαφορῶν τὴν αἰτίαν. ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῆς ὑστάτης ἡμῖν παραγραφείσης ἀρρώστου τῆς ἐν Θάσῳ Δεάλκους γυναικὸς, ἐφ' ἧς ἅπαντα συμπληρώσας τὸν λόγον εἶθ' ὥσπερ εἴωθεν ἀναλαμβάνων ἐν ὀλίγῳ τὰ συνέχοντα κεφάλαια, ταυτὶ γράφει. ταύτῃ διὰ τέλους πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, ἀναισθήτως πάντων εἶχεν ἐν γὰρ τῷ πάντων καὶ ἡ τῆς ἀναπνοῆς χρεία, ἧς καὶ αὐτῆς ὀλιγώρει μέχρι πλείονος, ὅτι μηδὲν ἠσθάνετο κἀν τούτῳ μακρᾶς ἡσυχίας ἀποτελουμένης ἀραιὸν ἐγένετο τὸ πνεῦμα, τό τε πρὸ τοῦ ἐπὶ τὴν ἐνέργειαν ἐξορμώσης τῆς προαιρέσεως, ἡνίκα πλησίον ὀλέθρου πνίξεως ἀφικνεῖται. ὥσπερ δὲ οὐκ ἔπνεεν αὐτάρκως ἡ ἄνθρωπος αὕτη, μικρὰ γάρ φησιν, ὑπομιμνησκόντων ἔπνεεν, οὕτως οὐδ' ἀνέπνει πρὶν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν πνίγα γενέσθαι βίας ἀναμνησθῆναι. πολὺ σφοδρότερον νυττούσης τε καὶ κεντριζούσης, καὶ πρὸς τὴν ἐνέργειαν ἐπεγειρούσης. τῶν τίνων ὑπομιμνησκόντων. ἀρξαμένη δ' ἀναπνεῖν ἀνεκαλεῖτο μηδὲν ἧττον πᾶν τὸ πρόσθεν λεῖμμα τῷ μεγέθει τῆς ἐνεργείας, ὁμοίως τοῖς ἐν ταῖς λύπαις καὶ τῷ κλαίειν στενάζουσι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὑπὸ διττῆς αἰτίας τοῦτο πάσχουσιν, ὅτι τε περὶ τὸ φροντιζόμενον ἐφ' ᾧ λυποῦνται κατατείνονται καὶ διὰ τοῦτο ἀραιότερόν τε καὶ μικρότερον ἀναπνέουσιν τὰ πολλὰ ἐνεργείαις ἐφεξῆς, ἔπειτα βιασθέντες ὑπὸ τοῦ λείποντος, ἅπαν εἰσάπαξ ἠναγκάσθησαν αὐτὸ πληρῶσαι. καὶ προσέτι, διότι κατὰ τὰς λύπας ὑποκινεῖται, τί, τὸ πνεῦμα καὶ τὸ θερμὸν, ἐπὶ δὲ ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι λεληθότως τε καὶ κατὰ βραχὺ πολλὴ κατὰ τοῦ βάθους ἀθροιζομένη θερμότης ὁπότε σφοδροτέραν αἰσθηση τὸν ἄνθρωπον ἀνάγκη μεῖζον ἀναπνεῦσαι. ἐν δὲ ταῖς κατὰ τοὺς παραφρενοῦντας διαθέσεσιν, ἡ μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης αἰτίας ἀνάγκη παραπλήσιος, ἡ δ' ἀπὸ τῆς δευτέρας οὐκέθ' ὑπάρχει. οὐ γὰρ δὴ ἔσω δὴ μᾶλλον, ἢ ἔξω κινεῖται τούτοις τὸ θερμὸν, εἰ μή τι ἄλλο κατὰ τύχην προσγένηται σύμπτωμα. διαφέρουσι δὲ καὶ τῷ πυρέττειν τῶν ἄλλως λυπουμένων. καὶ τοίνυν ὁ αὐτὸς Ἱπποκράτης εὑρίσκεται χρώμενος ἐπ' αὐτῶν, τῷ τῆς ἀνακλήσεως ὀνόματι, καθάπερ ἄλλοτε, καὶ περὶ Φιλίσκου λέγων, τούτῳ τὸ πνεῦμα διὰ τέλους, ὥσπερ ἀνακαλουμένου.

διὰ χρόνου] Vox ista valde est ambigua. Est enim vbi raritatis intensionem indicat, & ex magnis interuallis spiritum trahi significat, quemadmodum διὰ πολλοῦ χρόνου ex Prognostico, libris περὶ δυσπν. interpretatur Galenus, vt sit per interuallum, quando in respiratione insignis est & magna actionis cessatio, notabilisque quies interponitur, ac (vt loquitur * Galenus) ὅταν ἡσυχάζωσιν εἰς μακρὸν ἐν πολλῷ χρόνῳ ποιοῦντες καὶ τὰς ἐνεργείας καὶ τὰς ἡσυχίας. Idemque est τὸ διὰ χρόνου, quod διὰ μακροῦ lib. 3. περὶ δυσπν. dicit Galenus, & μεγάλαι καὶ ἀραιαὶ, ὅταν ἐστὶ διὰ πολλοῦ τοῦ χρόνου, ἡ ἀναπνοή. Quam notionem attingit etiam in Commentario Galenus. Significat etiam διὰ χρόνου longo tempore & diu, ac per multum tempus, velutique temporis quandam successionem. Vt sit sensus, magnam & raram spirationem diu & multum in hac ægra obtinuisse, & facta quadam cum parua & rara spiratione commissione, euicisse & eualuisse. Vt sit idem διὰ χρόνου, quod ἐπὶ χρόνον πολύν. Qua dictione vsus est supra in Pythione, cùm paruam spirationem longo tempore obtinuisse significauit. Eoq; mihi videtur inclinare Galenus in Commentario, cùm obscurissimis verbis scribit, ἡ μὴ συνεχῶς, ὥσπερ ἐπ' ἄλλων ἄλλα. Etsi enim, vt in loco salebroso, valde torquentur interpretes, mihi tamen innuere videtur, plurimum quidem & permagni morbi tempore raram & magnã spirationem obtinuisse, non tamen continenter, sed successione quadam facta, vt ἐπ' ἄλλων ἄλλα, idem quod ἐφεξῆς & κατὰ τὸ ἑξῆς significet, quod interpretatur lib. 2. περὶ δυσπν. Nam breuem spirationem intercessisse significat, quod ista Galen. verba indicant, μηδ' ὡς τὸ παχὺ τὴν ἄνθρωπον τοιοῦτον ἀναπεπνευκέναι δι' ὅλης τῆς νόσου δηλοῖ. Vt τὸ παχὺ ἀντὶ τοῦ μακροῦ, & cui βραχὺ libris περὶ δυσπν. opponitur, indubitata confessione sumi posse videatur. Quo in loco cùm valde hæreant interpretes, in hunc tamen sensum haud dubiè delabitur Galenus, cùm postea scribat, ἀλλὰ τό γε διὰ χρόνου μετὰ τοῦ ἀραιοῦ γεγραμμένον, ἀντὶ τοῦ διὰ πάνυ πολλοῦ ἐκδέξασθαι χρή. At verò ne quis nos Galeno fucum facere existimet, locus ex lib. 2. περὶ δυσπν. proferendus est, qui hanc istam dictionem in hanc quam diximus sententiam, accommodat. τί ποτ' οὖν ἐστὶ, τὸ διὰ χρόνου, καὶ δὴ τοῦτ' ἐξηγήσασθαι δίκαιον. εἴ τε γὰρ ἐλλείποι, τὸ, πολλοῦ, ταυτὸν δύναται, τῷ, διὰ χρόνου τῷ κατὰ τὸ προγνωστικὸν εἰρημένῳ, μέγα δ' ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην σημαίνει. ἀλλ' εἰ τοῦτο, δὶς ἂν ἐφεξῆς ταυτὶ λεγόμενον, ἐπί τε τῆς Δεάλκους γυναικὸς, καὶ τοῦ ἐν Μελιβοίῃ νεανίσκου. γράφει οὖν ἐπ' ἀμφοῖν ὡσαύτως. πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου, εἴ τε τὸ πολλοῦ, προσυπακούειν, γένοιτ' ἂν τὸ λεγόμενον τοιοῦτον. πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου πολλοῦ, καὶ δὶς ἂν εἴη λεγόμενον, τὸ ἀραιόν. οὐκ οὖν ἐλλείπειν ἡγητέον, τὸ πολλοῦ, ἢ οὐχ οὕτως ἐλλείπειν ὡς καὶ νῦν εἴπομεν, ἀλλ' ἑτέρως τε καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, ἵνα ᾖ τὸ λεγόμενον τοιοῦτον. πνεῦμα μέγα καὶ ἀραιὸν, οὐ συνεχῶς οὐδ' ἐφεξῆς, ἀλλὰ διὰ χρόνου πλείονος. εἰ μὲν γὰρ συνεχῶς, καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς ἁπάσας τὰς ἀναπνοὰς συμπίπτει γενέσθαι μεγάλας τε καὶ ἀραιὰς, μὴ προσθεῖναι ταῖς τοιαύταις αὐτῶν τὸ διὰ χρόνου, ἀλλ' ἁπλῶς γράφειν, πνεῦμα μέγα καὶ ἀραιόν. εἰ δ' αἱ μὲν πλείους τῶν ἀναπνοῶν μὴ γίγνοιντο μεγάλαι καὶ ἀραιαί. παρεμπίπτοιεν δὲ τινὲς ὀλίγαι τοιαῦται τότ' οὐκ εὖ ἁπλῶς αὐτὸ ἀραιὸν καὶ μέγα λέγειν, ἀλλὰ τὸ διὰ χρόνου προσθεῖναι, ἢ καὶ τούτῳ μάχεται τὸ ἐπὶ τῆς Δεάλκους γυναικὸς εἰρημένον ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ παντὸς λόγου. ταύτῃ γάρ φησιν πνεῦμα διὰ τέλεως ἀραιὸν καὶ μέγα καίτοι ἀνώτερον εἰπὼν ἐπὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἡμέρας, πνεῦμα ἀραιὸν, καὶ μέγα διὰ χρόνου. σαφῶς γὰρ ὅπερ νῦν διὰ χρόνου, τοῦτ' ἐν τοῖς ἑξῆς διὰ τέλους εἴρηκεν. τί οὖν ἐστὶ τὸ διὰ τέλους, τὸ μέχρι τέλους δηλονότι διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος γινομένην, ἀλλὰ τούτῳ δόξειεν ἂν μάχεσθαι, τὸ ἐπὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης εἰρημένον πνεῦμα ἀραιὸν καὶ μέγα διὰ χρόνου. καὶ πάλιν βραχύπνοος. πῶς εἰ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου μέγα καὶ ἀραιὸν ἦν τὸ πνεῦμα, τὸ, καὶ πάλιν βραχύπνοος προσγέγραπται; εἴπερ γὰρ ὅλος ἐγένετο τις χρόνος, ὅταν βραχύπνοος, διὰ παντὸς ἦν μακρόπνους καὶ μὴν ὅτι γε διὰ παντὸς οὐ θέλει αὐτὴν γενέσθαι μακρόπνοουν, εἰ καὶ μὴ διὰ ταύτης τῆς λέξεως, τῆς ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ ἀλλ' ἐπί γε τῆς τελευτῆς ἡνίκ' ἔφη διὰ τέλους, ἐναργῶς δηλοῦται, καὶ πᾶσιν ὁμολογηθήσεται τοῖς ἐθισμένοις ἀκούειν τῆς Ἱπποκράτους λέξεως. οὐ γὰρ ἅπαξ οὐδὲ δὶς ἀλλὰ πάνυ πολλάκις εὑρίσκεται παρ' αὐτῷ τὸ διὰ τέλους, οὐδ' ἐφ' ἑνὸς ἄλλου τεταγμένον, ἢ ὅταν τὸ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου δηλῶσαι βουληθῇ ὥστε τοὔμπαλιν εἰ πάντως, εἴ τε αὐτὸ τὸ διὰ τέλους, τὸ διὰ χρόνου δηλοῦν ὑπολαμβάνοιμεν, εἴθ' ἕτερόν τι. μή τι τοίνυν οὐδ' ἄπορόν ἐστιν, ἀλλ' ἐπηρεάζον ἡμᾶς αὐτοὺς μάτην. οὐ γὰρ διακόπτει, τὸ σπανίως παρεμπίπτον ἐν οὐδενὶ τῶν οὕτως λεγομένων τὴν ἐν τῷ καθ' ὅλου γινομένην ἀπόφασιν, ὥσπερ εἰ καὶ οὓς ἐλέγομεν, ταύτῃ τῇ γυναικὶ, διὰ παντὸς μὲν τοῦ χρόνου μέγα, καὶ ἀραιὸν ἦν τὸ πνεῦμα, παρενέπιπτε δέ ποτε κατὰ τὸ σπάνιον ἡ βραχύπνοια.

* Lib. 2. περὶ δυσπν.

καὶ πάλιν βραχύπνοος] Breuis ista spiratio quæ parua est & rara, proprieque breuis & vndiquaque parua censetur, ex refrigeratione prouenit, ideoque πνεῦμα ψυχρὸν ab Hippocrate vocatur, vt scribit Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. Atque inde, superante interdum refrigeratione & calidi extinctione, spirationis conflictus animaduertitur, cùm nonnunquam breuis ista spiratio delirij spirationem obruat, vt luculentis verbis explicat Galenus libro 2. περὶ δυσπν. ἐπὶ δ' αὐτῆς Δεάλκους γυναικὸς, ἧς καὶ πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν, οὐδὲ μὲν ἀπὸ τούτου, πεντεκαιδεκάτης δὲ μετὰ τὴν λοιμώδη κατάστασιν γεγραμμένης ὡς τὰ πολλὰ μὲν ἡ παραφροσύνη κρατεῖ, σπανιάκις δὲ καὶ κρατεῖται). ἀλλὰ τὰς μὲν ῥήσεις ὀλίγον ἔμπροσθεν, ἡνίκ' ἐξηγούμην οἷόν τι δηλοῖ τὸ διὰ χρόνου παρέγραψα. νυνὶ δὲ καὶ τὰς διαθέσεις αὐτὰς τὰς μαχομένας ἐρῶ, ἐν μὲν κἀνταῦθα ταῖς ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημέναις λέξεσιν, ἐπειδήπερ μὲν οὖν διάθεσις οὐδεμία ταύτῃ τῇ ἀνθρώπῳ συμβῆναι φαίνεται, κατάψυξις δὲ ἐπικρατήσασα μαραινομένης τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἐκ γὰρ τοῦ γεγράφθαι περὶ αὐτῆς, πυρετοὶ περὶ χεῖρας λεπτοὶ, ἀκρέων ψύξις, τοῦτο δηλοῦν. καὶ τὸ περιστέλλεσθαι δι' ὅλου τοῦ νοσήματος. εἰπὼν γὰρ ἐξ ἀρχῆς δὲ περιεστέλλετο, μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τέλει τῆς ὅλης διηγήσεως, ἀεὶ περιεστέλλετο φησί. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπὸ λύπης ἄρξασθαι, τούτοις ὁμολογεῖ τί γάρ φησι; πυρετὸς φρικώδης ἐκ λύπης ἔλαβε. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ φρικώδης πυρετὸς, κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐγένετο. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ τὰ πινόμενα διεξέρχεσθαι τὴν γαστέρα, μηδ' ἐπὶ βραχὺ συνιστάμενα, μέγιστον τεκμήριον τὴν ἔμφυτον θερμασίαν ἀποσβέννυσθαι. καὶ τὸ, δέρμα δὲ τὸ καρφαλέον, τὸ ἀπεξηραμένον ἐστί. συναπόλλυται δὲ ταῖς τοιαύταις ξηρότησι, τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἀλλὰ μὴν ὅτι γε ταῦτ' ἐπ' αὐτῆς ἐγένετο, δηλοῦσιν αἱ λέξεις αὗται· ἑπτακαιδεκάτῃ γάρ φησιν ἐρεθισμοὶ ἀπὸ κοιλίης ταραχώδεες. ἔπειτα δ' αὐτὰ τὰ ποτὰ διῄει, οὐ συνίστατο, ἀναισθήτως εἶχε πάντων. δέρματος περίτασις καρφαλέα. εὐλόγως οὖν δι' ὅλου τοῦ νοσήματος ἐπικρατῆσαι τὸ μέγα καὶ ἀραιὸν πνεῦ-

παρ-

ἡ παρενέπιπτε δέ ποτε καὶ τὸ βραχὺ τὸ τῆς καταψύξεως ἐπέμενεν. αἱμάσσει δὲ καὶ ἐν τῇ φύσει ὡς ἐμπροσθεν ἤδη παρέχρατο. πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου, καὶ πάλιν βραχύπνοος. μὴ γὰρ εἰκοσὶ ἀπέθανε. Τούτη δὲ τὸ πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα. ἐν τῷ μετ' οὖν πνεύματι τὸ τῆς καταψύξεως ἐπικρατεῖ. ἐν δὲ τούτῳ σπανίως μετὰ βραχύπνοος. δι' ὅλου δὲ τοῦ νοσήματος, μακρόπνοος ἐστὶν ἤδη. Quibus ex verbis etsi manifestè apparet, quamnam hic totius perfrictionem, nempe marcescentis vitalitatis interitum intelligat Galenus, tamen in Commentario, ἀπνοίας ὑστερικῆς (cuius lib.6.loc.aff. ex Heraclide meminit) non minimam suspicionem iniicit, cùm scribit, καὶ φαίνεται ἐν τῇ ὥσπερ ἐν τῇ καταψύξει τοιαύτη γεγενῆσθαι τὸ γυναῖον, ἐν οἷα καὶ αὐτῇ ἀπνοίᾳ καταλαμβανόμεναι γίνονται.

ὑπεξεθισμὸς ταραχώδης] Variant hîc codices. Quidam enim ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμὸς ταραχώδεα legunt, vt sit sensus irritatam aluum turbulenta deiecisse. Galenus lib. περὶ δυσπν. ὑπεξεθισμοὶ ταραχώδεες legisse videtur. Quæ lectiones eodem recidunt.

αὐτὰ τὰ ποτὰ διῄει] Istud interpretatur Galenus lib. περὶ δυσπν. τὰ πνεύματα διεξέρχεσθαι τὴν γαστέρα μηδ' ἐπὶ βραχὺ συνιστάμενα, & calidi innati restinctionem significare contendit. Ex quo vitiosa esse exemplaria coniicias licet quæ τὰ ποτὰ οὐ διῄει legunt, etsi quodammodo consistere lectio illa potest, quòd naturalium facultatum & nutricationis instrumenta tam fœdè pessum ierint, vt ne potum quidem transumere valeant. Maluimus tamen Galenum sequi consentientibus præsertim melioribus codicibus, quàm vnius aut alterius arbitrio videri ingeniosiores. Postremam lectionem secutus est Caluus. Vassæus ex Galeno, μηδ' ἐπὶ βραχὺ συνίσατο legisse videtur.

ἀναισθήτως εἶχε πάντων] Istud quoque virium omnium collapsum cerebriq; offensam significat, ex placito 6.1.2. σχεδὸν πονέοντος τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τούτοισιν ἡ γνώμη νοσεῖ.

δέρματος περίτασις καρφαλέου] δέρμα καρφαλέον τὸ ἀπεξηραμμένον interpretatur * Galenus, cutem resiccatam, squalidam, duram, distentam. vt δέρματα καρφαλέα, αὐχμώδη, καὶ σκληρά, καὶ ξηρά, ἐν πεταμένα, vocat aph.71.lib.5. Indeq; euenit vt ferè περιτεταμένον καὶ σκληρὸν καρφαλέῳ adiungat Hippocrates, vt ægro sequente & aphor.71. lib.5. & aphor.15. lib.6. epid. † & in Prognost. vbi cadauerosam faciem describit, δέρμα περὶ τὸ μέτωπον σκληρόν τε ἐν περιτεταμένον ἐν καρφαλέον ponit. Quæ certè resiccatio ex magno ardore omnia torrente & ad extremum calidum natiuum depopulante, totiusque corporis soliditatem colliquefaciente, prouenit, vt in marcore & febribus hecticis videre est, in quibus (vt scribit †† Galenus) τὸ μὲν δέρμα καρφαλέον ἐσχάτως ἐστὶ, ἐν εἰ ἀνατείναις ἀπολαβόμενος τοῖς δακτύλοις, ὥσπερ βύρσα τις ἵσαται. Eodem autem recidunt, δέρματος περίτασις καρφαλέου, & περίτασις καρφαλέα, quod habent quidam codices, & legit Galenus in lib. περὶ δυσπν.

* Lib. περὶ δυσπν. † Sect.6. †† Lib.1. de diff. feb.

καὶ πάλιν ἱδρώδη ἀφωνος] Caluus ἐν πάλιν ἄφωνος legit ac ἱδρώδη omisit, contra omnium quos videre licuit codicum fidem.

κα' ἀπέθανεν] Huius loci meminit Galenus lib.2. de diebus decret. ac ne propterea quidem primum & vigesimum diem decernendi dignitate insigniri ab Hippocrate prodit, quòd ex eorum ordine sit qui à decimo octauo non decimoseptimo surgunt. Neque tamen hic exceptionis locus illi ordini autoritatem aliquam confert, quòd scribat Galenus nusquam Hippocratem dictum ordini à decimo octauo prodeuntium, decernendi vim aliquam attribuisse, præter quàm huic soli ægro mortem vigesimo primo fuisse attributam. Galeni verba sunt, οὐδεὶς δὴ οὐδ' ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ κέκλεται κατὰ τινὰ τῶν ἐκ δαπέδου σίχου κειμένων ἡμερῶν, ἀλλὰ τὴν μετὰ Δελεαρκοὺς γυναῖκα κατὰ τὴν κα ἀποθανεῖν φησί, συνθλῶσαι δὴ ἐν ἵνα κατ' οὐδεμίαν ἡμέραν τῶν ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ιη σίχου. λέγεται μετ' οὖν κατὰ τὸ δεύτερον, ὡς καὶ προειρημένον σημαινόμενον, οὐχ ὁ σωθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ ἀποθανὼν κεκρίσθαι. ἀλλ' ὡς εἶπον οὐ μόνον οὐδεὶς ἰσθεὶς κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας, ἀλλ' οὐδ' ἀπέθανε, χωρὶς τῆς Δελεαρκοὺς γυναικός. Videtur autem vltra opinionem quidem hæc ægra ad vigesimum primum diem seruata, cùm tam insigni phrenitide laboraret, paruamq; & raram spirationem traheret, quam non immeritò ψυχρὸν πνεῦμα ἐν ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίγνεσθαι scribit * Hippocrates, quòd partium respirationi seruientium perfrictionem, conclusarumque in eodem cauo præcipuarum partium & viscerum marcorem significet, vt interpretatur Galenus lib.3. περὶ δυσπν. Quod etiam monuit antea Galenus Comm. in ægr.4. vbi tamen vigesimum diem pro vigesimo primo vitiosè positum esse existimo.

* In Progn.

ΕΞΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

Ἐν Μελιβοίῃ νεηνίσκος ἐκ ποτῶν καὶ ἀφροδισίων πολλῶν πουλὺν χρόνον θερμανθεὶς, κατεκλίθη. φρικώδης δὲ καὶ ἀσώδης ἦν. ἄγρυπνος. καὶ ἄδιψος. ἀπὸ κοιλίης τῇ πρώτῃ, πολλὰ κόπρανα διῆλθε, σὺν ῥόῳ πολλῷ. καὶ τὰς ἑπομένας ὑδατόχλοα πολλὰ διῄει. οὖρα λεπτὰ, ὀλίγα, ἄχροα. πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου. ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος, παραμήκης ἐξ ἀμφοτέρων. καρδίης παλμὸς, διὰ τέλεος ξυνεχής. οὔρησεν ἐλαιῶδες. παρέκρουσεν ἀτρεμέως. κόσμιος τε καὶ ἥσυχος. δέρμα καρφαλέον καὶ περιτεταμένον. διαχωρήματα πολλὰ, καὶ λεπτὰ, χολώδεα, λιπαρά. ιδ, πάντα παρωξύνθη. παρεκρούσθη. πολλὰ παρέλεγεν. κ, ἐξεμάνη, βληστρισμός. οὐδὲν οὔρει. μικρὰ ποτὰ κατείχεν. τῇ κδ, ἀπέθανε. φρενίτις.

Æger Decimussextus.

Meliboeæ adolescens quidam, ex comessationibus, liberaliore potu ac venere, longo tempore incaluit & decubuit. Horrorem autem sentiebat & æstuabundus erat, peruigil, neque siti premebatur. Aluus primo die stercora multa demisit cum magno humorum affluxu, proximisque diebus aquæ similia plurima prodiere. Vrinas reddidit tenues, paucas, decolores. Spiratio erat rara, magna, ex longis interuallis. Præcordiorum contensio submollis aderat, vtrinque promissa, perpetua & continens cordis palpitatio, vrinam minxit oleosam, paulatim mente motus est, compositusque erat & taciturnus, cutis resiccata & distenta, alui recrementa vel multa & tenuia, vel biliosa & pinguia. Decimo quarto exasperata sunt omnia, mente motus est, valde delirauit. Vigesimo vehementer insaniuit, corporis incontinentia & iactatio aderat, nihil minxit, potionem vix continebat. Quarto & vigesimo ex phrenitide periit.

Alterum Phrenitidis exemplum, quæ paulatim per febrium gradus ascendit. Nam cùm ex ingurgitationibus, comessationibus & liberaliore venere amplissimus ad vitiosorum humorum multitudinem factus sit aditus, nil mirum est paruas prima specie inde ortas febres, magnum postea excitasse incendium, quo rapto in cerebrum neruorumque principium ab externis illis causis iam præcipuè affectum, facilè intentatam esse insaniam ac perturbata rationis arce phrenitidem fuisse emotam credibile est. Huius porro ægri meminit Galenus lib.2. περὶ δυσπν. eiq; ordinem seruat & vltimum constituit post statum pestilentem.

ἐν μελιβοίῃ] Sic omnia exemplaria & Galenus legit lib. περὶ δυσπν. libro verò 2. de diebus decr. τὸν ἐν λυδίῃ νεανίσκον vocat. Est autem Melibœa * Plinio Magnesiæ oppidum quæ Thessaliæ annexa est, in qua ægrorum curationes exercuit, horumq; librorum ferè fundamentum posuit Hippocrates.

* Lib.4. cap.9.

σὺν ῥόῳ πολλῷ] περίρροον hic circumfluum humorum affluxum intelligimus, cùm vndiquaque ex toto corpore humores in sentinam & ventris alueum defluunt. Quod in strigmentosis, tenuibus, & aquosis deiectionibus sæpè euenit, vt magno impetu effunditur, facta vndiquaque alluuione, & ad eruptionem irruente humore, pro magna exundantium humorum copia. Atque huiusmodi humorum circumfluum afflux us ex toto defluxi corpore, & ad effusionem impendentes, Hippocratis περίρροιαν, aut τῶν χυμῶν ἐπίρροιαν exprimunt. Quo fit vt τὸ περίρροον, περίρροιαν ex Galeno sumam, quod etiam priùs lib.1. epid. in Philini vxore fecimus, cùm περίρροον χολῶδες aperuimus.

ὑδατίχολα] Varia est, vt in hac dictione plærunq; scriptura. Vetus Codex Regius ὑδατίχολα legit, alter ὑδατίχλοα. Alter etiam manu scriptus recentior ὑδατίχοα. Est etiam in quibusdam ὑδατιχλωρά. Per quæ sanè aquæ similes deiectiones dilutas & perliquidas exprimimus cùm Galeno. Atque huiusmodi deiectiones magnæ cruditatis sunt indices, & perliquidæ pallido aut æruginoso permixtæ, aut virentes ex bilis connexione & putredine dicuntur. Quod scripsimus in Clazomenio lib. 1. epid.

πνεῦμα ἀραιὸν μέγα διὰ χρόνου] Illud διὰ χρόνου ex longis interuallis diximus, partim vt raritatis intensionem exprimeremus, quæ certè hîc expressior quàm ægro superiore præsentitur, quòd phrenitidis magnitudo alteram difficilis respirationis formam omninò obruat, ne tantilla quidem eius mentione in medium adducta, partim etiam vt illa ambiguitate inducta spirationum inter se congressum non leuiter quibusuis probaremus. Nam cùm ex longis interuallis huiusmodi desipientiæ propria respiratio tenuerit, hanc certè ita euicisse coniiciendum est, vt maxima ægrotationis parte tenuerit, interim tamen propter leuem hypochondriorum affectionem, alterum difficilis respirationis genus in mentis notione reponi voluerit Hippocrates, atque adeo diuersarum respirationum commissionem inter se non contemnendam in medium adduxerit. Quod parentis consilium ex Galeni verbis haurias licet, quibus hunc integrum locum explanat lib. 2. περὶ δυσπν. εἰ δέ γε καθ' ὑπόθεσιν, ὁ μὲν πόνος ἦν ἀμυδρός, σφοδρὰ δὲ ἡ παραφροσύνη, πάντως ἂν ἡ τελέως ἐνίκησεν ἡ παραφροσύνη τὸν πόνον, ἢ ὡς τὸ πολύ. καὶ οὕτως ἂν ἤτοι διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος ἀνέπνευσεν ὁ τοιοῦτος ἄρρωστος μέγα καὶ ἀραιόν, ἢ πλεῖστα μὲν οὕτως, σπανιάκις δὲ σμικρὸν καὶ πυκνόν. καὶ τοῦτο πάντως ὁ Ἱπποκράτης προσεσημήνατο, καθάπερ ἐπὶ τοῦ ἐν Μελιβοίῃ νεανίσκου. τούτῳ γὰρ ἦν μέν τις καὶ καθ' ὑποχόνδριον ἔντασις ὑπολάπαρος, ἀλλὰ καὶ παρεφρόνησε μεγάλως. γράφει γοῦν ἐπὶ μὲν τῆς ἐντάσεως οὕτως, ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος, παραμήκης διὰ ἀμφοτέρων. περὶ δὲ τῆς παραφροσύνης οὕτως, ἐν μὲν τῇ δεκάτῃ τῶν ἡμερῶν παρέκρουσεν ἀτρεμέως. ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης πολλὰ παρέλεγεν. ἐπὶ δὲ τῆς εἰκοστῆς ἐξεμάνη, φησίν. ἦν μὲν οὖν καὶ μόνον αὐτὸ τοὔνομα, τὸ ἐξεμάνη, μέγεθος παραφροσύνης ἱκανὸν ἐνδείξασθαι. ἀλλὰ καὶ τὸ, κόσμιον εἶναι καὶ σιωπηλὸν, τὸν νεανίσκον, αὐξητικόν ἐστιν οὐ σμικρὸν τοῦ μεγέθους αὐτῆς, εἴγε δὴ κἂν τῷ προρρητικῷ καὶ τὰς ἀποκρίσεις τὰς θρασείας, μήτοι γε τὰς παραφροσύνας αὐτάς, κακὰς φησὶν εἶναι τοῖς κοσμίοις. οὐ γὰρ δὴ οὐδ' ἄλλου τινὸς ἕνεκεν ἐν τῇ τῆς δεκάτης ἡμέρας διηγήσει προσέγραψεν τὰ περὶ τοῦ ἤθους τοῦ νεανίσκου, ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν, ἐπειδὴ γέγραπται, παρέκρουσεν ἀτρεμέως, ἁπλῆν τινὰ εἶναι καὶ τὴν τυχοῦσαν παραφροσύνην, διὰ τοῦτο ἐπιφέρει, ἦν δὲ κόσμιος καὶ σιγῶν, ἐξ ὧν πάντων μὲν δὴ τούτων, τὸ σφοδρὸν τῆς παραφροσύνης ἐνεδείξατο. τὴν δὲ καθ' ὑποχόνδριον ἔντασιν διὰ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, τάχ' ἄν τις δόξειεν μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐργάσασθαι τὸ πνεῦμα. δι' αὐτῶν γὰρ ὧν ὑπὲρ αὐτῆς ἔγραψεν, ἐνεδείξατο νενικημένην ἀλόγως ὑπὸ τῆς παραφροσύνης. οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, ἦν δὲ καθ' ὑποχόνδριον ἔντασις, ἀλλὰ προσέθηκεν, ὑπολάπαρος. δηλῶν ὡς οὐκ ἦν σὺν ὄγκῳ μεγάλῳ. λαπαρὸν γὰρ τὸ κενόν. ἐκ δὲ τοῦ παραμήκης, τοὐναντίον ἐμφαίνει, ὃ πολλάκις αὐτὸς λέγει, τὸ ἀνεσπασμένον ὑποχόνδριον. ὅταν μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν φρενῶν τείνηται, τότε μὲν ἀνασπᾶταί τε καὶ κατακρύπτεται πᾶν, ἑλκόμενον εἰς τὸν θώρακα. ὅταν δ' ὑπό τινος τῶν κάτω, παραμήκης τηνικαῦθ' ἡ τάσις φαίνεται. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐπιπροσθοῦν τὸ κατακρύψον αὐτήν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ θώρακος αἵ τε νόθοι πλευραὶ, καὶ τὸ στέρνον. οὐ μόνον οὖν ἐκ τούτων δῆλον, ὡς σμικρὰ παντάπασιν ἡ κατὰ τὸ ὑποχόνδριον ἦν διάθεσις εἰς δυσπνοίας γένεσιν, ἀλλὰ κἀξ αὐτοῦ, τοῦ, προσγράψαι τὸν Ἱπποκράτην περὶ τῆς ὀδύνης αὐτοῦ μηδέν. οὐ γὰρ ἂν ἐσιώπησεν εἴπερ ἦν ὀδυνηρόν, ἔθος ὂν αὐτῷ μηδὲν τῶν τοιούτων ἀργῶς παρέρχεσθαι. εἴπερ οὖν τοῦτο μὲν ἦν πάντως σμικρά, οὔτε γὰρ ὄγκος τις ἐν αὐτῷ μέγας, οὔτε πόνος, οὔτε τὰς φρένας ἔθλιβεν, ἀλλὰ κατὰ τῆς γαστρὸς ὅλως ἐξετέτατο, τῇ παραφροσύνῃ δ' οὐδὲν ἐνέδει πρὸς τὸ μεγίστην εἶναι καὶ χαλεπωτάτην, κατὰ λόγον ἐνικήθη τελέως ὑπ' αὐτῆς, ἡ κατὰ τὸ ὑποχόνδριον διάθεσις. ὥστε γενέσθαι δι' ὅλου τοῦ νοσήματος τὴν ἀναπνοήν, ἀραιὰν καὶ μεγάλην. διὰ τοῦτ' οὖν καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἀμφοτέρων ὁμοῦ μνημονεύει, τοῦ τε τῆς δυσπνοίας εἴδους, καὶ τῆς κατὰ τὸ ὑποχόνδριον διαθέσεως. ἔχει δὲ ἡ λέξις ὧδε. πνεῦμα ἀραιὸν μέγα, διὰ χρόνου, ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος. ἵνα μή τις ἀργῶς παρέλθοι τὸν λόγον, ἀλλ' ἑξῆς ἀλλήλων ἀναγνοὺς δύο διαθέσεις, ἐναντίον εἶδος δυσπνοίας ἐργάζεσθαι πεφυκυίας, ἐπισκέπτοιτο τὴν αἰτίαν, τοῦ κρατῆσαι μὲν τελέως τὴν παραφροσύνην, νικηθῆναι δὲ τὴν καθ' ὑποχόνδριον ἔντασιν. ἀλλ' ἡμεῖς γε καὶ τὴν αἰτίαν εἰρήκαμεν, καὶ τὴν γνώμην τοῦ ἀνδρὸς ἐξηγησάμεθα, καὶ χρὴ μεταβάντας ἤδη, τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ προτεθέντος λόγου διελθεῖν. ὅταν μὲν γὰρ ἡ παραφροσύνη τελέως νικήσῃ τὴν ἐναντίαν διάθεσιν, οὕτω μόνη κατὰ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν, ἀλλοιοῖ τὴν ἀναπνοὴν ὡς ἐπὶ τοῦ γεγραμμένου γέγραπται νεανίσκου, τοῦ κατὰ τὸ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν ὑστάτου γεγραμμένου. Cæterùm etsi ex his Galeni verbis cuiuis patet quamnam hic intelligat ὑποχονδρίου ἔντασιν ὑπολάπαρον, fusiùs tamen ea de re scripsimus in Sileno lib 1. epid. atque priùs in Hermocrate.

καρδίης παλμὸς] Huiusmodi palpitationes ex crudiore & flatulenta materia subortas esse, quæ acriùs exagitata sæpè totum corpus peruadit, sæpiùs diximus, fusiusq; aperuimus ægr. 4. l. 1. epid. & ægr. 3. huius libri, & ægr. 4. post st. pest.

παρέκρουσεν ἀτρεμέως] ἀτρεμέως, μέτρια interpretatur Galenus, quod significat sensim & remissè motam fuisse ægro mentem, atque ita veluti per gradus ad summam insaniam ascendisse, vt satis indicat Galeni locus paulò supra adductus. Ex quo etiam apparet genuinam esse lectionem quæ in duobus manu scriptis exemplaribus adscribitur. ι', παρέκρουσεν ἀτρεμέως. Illam namque ex hoc Galeni loco conuexerunt interpretes.

κόσμιός τε καὶ ἥσυχος] ἥσυχον, σιωπηλὸν καὶ σιγῶντα interpretatur Galenus, vt inde etiam ad insaniæ intensionem ascensum faciat. Phrenitidis enim certissimum est indicium, vt scribit Galenus lib. 5. loc. affect. θορυβωδέστεροι ἢ ὅλως θρασύτερον ἀποκρίνασθαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἔμπροσθεν ᾖ κόσμιος. Quod etiam in superiore adducto loco fusiùs explicat.

κ', ἐξεμάνη] Vitiosa sunt exemplaria quæ ὀγδόῃ habent, quòd facilis fuerit lapsus ex κ', in η'. Atque hic ἐκμαίνεσθαι vehementem & furentem insaniam, vt sæpè aliàs, significat, magnamq; illi accessionem addit, vt ex Galeni loco satis manifestum est.

A

HIPPOCRATIS COI, MEDICORVM LONGE PRINCIPIS, LIBER DE MORBIS VVLGARIBVS QVARTVS,

B

Nunc recèns Latinitate donatus, & Annotationibus illustratus,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico, autore.

IN LIBRVM QVARTVM DE MORBIS VVLGARIBVS HIPPOCRATIS,

C

PRÆFATA.

*QVARTVS iste morborum vulgarium liber, etsi communem cum cæteris omnibus perscriptionis famam obtinet, eam tamen quam proprio quodam modo genuinis Hippocratis fœtibus indicaturæ rationem assignauimus, valde parcam habet & sobriam. Nam tam leuiter expressam morborum vulgationem continet, vt mihi videatur breues potius & concisas in peregrinationis cursu obseruationes, veluti submonitiones quasdam, quàm liberam & solutam rerum cognitionem intendere. Quo scriptionis genere cum Secundo & Sexto conuenit quibus etiam (vt scribit † Galenus) orationis forma persimilis est, vtilitatis verò comprehensione tam discrepet, ut non abs re Galeno lib.3. περὶ δυσπν. non solum epti ni parentis agnominatione, sed etiam Thessali adoptiuis & tutela excidat. Etsi namque τῶν ὑπομνημάτων meritò iudicium subit, quod concisæ istæ sententiarum comprehensiones quibus totus scatet, ex aduersariis & pugillaribus depromptæ, breuem & subobscuram artis collectionem in animi notione reponant: vsque adeo tamen malè subactum solum, tam sterilem culturam, ac non nisi leuibus frugibus respersam fecit, vt parem fere iudicij calamitatem & abdicationis causam cum Quinto & Septimo subeat. Neque ideo tamen quòd sinistram nominis famam habeat omninò ablegandus videtur. Neque si cum germanis Hippocratis fœtibus, dignationis authoritate & soli vbertate non contendit, non illi tamen proprium in hac scena locum assignabimus. Sed quod tractationis ac styli genere, & comprehensionis modo cum Quinto ac Septimo facilè conueniat, pares omninò subselliorum gradus dabimus, ac in agnatorum familiam vindicabimus, eumq; liberali causa asseremus: ne si in hoc defecti videamur, parricidio causam nostram contaminemus, & sexagenarios de ponte (quod dicunt) deiiciamus. Atque huius vt spinosior est tractatio, ita certè non tam crebra artis lumina prætenduntur, paucæ & subobscuræ præceptiones velut in lubrico, & tanquam rari nantes in gurgite vasto apparent, sed quæ Hippocratis tamen frugalitatem redoleant. Quibus veluti in turba oppressis, quàm poterimus amplissimum ad lucem experiendam aditum faciemus, etsi non æquè celebrem ac primi & germani horum Morborum vulgarium fœtus, certè quam merentur in scena habebunt saltationem, ne quis nos supinæ in hac tractatione indiligentiæ arguat: præsertim cùm inter Hippocratis agnatos numerentur, ac à Thessalo manumissi, satis locupletem libertatis suæ nacti sint patronum, vt nec videantur nobis idonei in quibus sic illudamus vt eos silentio prætereamus. Nam & ex his confirmationes petuntur, & celeberrimæ arti plerumque facta est fides. Quam ad rem ne quis allegatum à nobis Galenum existimet, is fidem suam interponet, cùm scribat lib.2. de diebus decret. Hippocratem rarò quidem hoc in libro vigesimum diem excedere, semel autem ad quartum & vigesimum progredi. Quod ita accipi debet, vt in iudicationis serie numeranda, semel vigesimum diem excessisse Hippocratem intelligas & ad quartum & vigesimum progressum fecisse. Nam & interdum trigesimum, interdum quoque octogesimum attingit, sed citra iudicationis seriem, vt in ipsa operis tractatione apparet. Alioqui sanè totus ferè in iudicationum subnotationibus consumitur, ac ferè imperfectas crises continet. Quo nomine plurimum habet obscuritatis, crebrasq; anfractuum voragines, quibus veluti vadu insistens, medium cursum abrumpit, ac velut desultorie per salebras excurrit. Morborum certè varias habet recensiones, ægrorum singularibus exemplis designatas, sed tam sobriè delibutas, vt in medio peregrinationis cursu, quam circum ciuitates obibat Hippocrates, leuiter exaratæ & ad memoriæ subsidium institutæ fuisse videantur. Nam & submonitiones potius quasdam, ac tumultuariam rerum collectionem, quam iustam morborum expressionem esse dixeris. Eóque nomine τῶν ἐπιδημιῶν indicaturam facile continet. Cuius inscriptionis gloriam ei quoque non illibenter apponit'' Galenus, & nos etiam antea cum multis cæteris communem probauimus.'' '' Atque eò sanè propiùs hic se fronte venditat, quòd & tractatione est densior, exemplis pressior, verbis etiam quibusdam spinosior, vt ea in peregrinationis pracinctu leuiter fuisse adumbrata, non planè expressa videantur. Et si raræ quædam insunt doctrinæ præceptiones, quibus interdum micat, & obscuritatis tædia exhilarat. Hæc ergo de huius libri titulis & tractatione dicta nobis sunto. De origine verò non est quòd hic nimis ambitiosè soliciti simus, cum nobis in hanc communem causam ingressis, ex * Galeni monimentis, qua licuit fide, sic etiam quodammodo in Asclepiadarum familiam deducta. Scripserat autem in hunc quartum librum commentarios Heraclides Tarentinus, quorum meminit Erotianus.*

D

E

† Procemio lib.6. epid. '' Com. in lib.6. epid. '''' Procemio in lib.1. epid. * Procem.lib.1. epid.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS LIBER QVARTVS.

1 POST Æquinoctium & Vergilias, velut excedentia & mucosa quædam, quæ caput perruperunt, supra aurem secesserunt, & ei qui apud Leocydem erat, in pedem decubuerunt, Phanodico in pedum digitos, ad imam pedis plantam, (quod Græcis στῆθος dicitur.) Qua parte cuidam in tibia sectio fuit, ea quidem illi denigrata est. Vlcus erat magnum & externam tibiæ partem ac posteriorem peruadebat, quod vbi perpurgabatur, pectoris & lateris sinistri è directo dolor & febres corripiebant, vnde interiit. Spartario exquisitè biliosum decubuit, eiq; caustica admouenti, circa æquinoctium sanguis deorsum affatim prodiit. Seni mirum in modum decessit, non vltra quatuordecim dies. Notis ab Antiphilo compuncto, inusto, die septimo iudicatio contigit, bilioso muto. Tertio post iudicationem die aut non longè postea, sanguinem sputo reiecit, superstes extitit, tandemq; in morbum recidit. Ad Vergiliarum occasum primum iudicatione (vt par erat) absolutus est. Ab occasu autem Vergiliarum biliosus & ad insaniam adactus, iudicatione circa nonum diem absq; sudoribus facta, superstes euasit. 2 Sub æquinoctium Chalcidonius, qui à portis in forum delatus, ex ruptione ad mammam dextram dolebat, subinde aliquantulum ex virore pallescens spuebat, aluus benè habuit. Sudor cum septimo die cœpisset, ferè ad octauum vsq; tenuit, decimoquarto iudicatione absolutus est. Sub quadragesimum verò ei tubercula, ad vtramq; aurem sublata sunt. Non abs re credebatur purulentus fore, quod non extitit. Aristodemo vstio in pectore facta est. Philidis filio, cui quòd aliquid ex casu abscessit, etiam ei pectus inustum est, supra dolor aliquis prius extiterat, post æquinoctium autumnale morbi reuersiones factæ sunt, & aliàs ad brumam vsq; perseuerarunt. Post solstitium Acheloi vxor sexto die abortionem fecit, cùm sanguine abundaret, horrores sentiret, ac sudores tenerent. Decimo quarto die iudicatio contigit. Quot mensium fœtus fuerit nescio. Ea alium masculum fœtum vigesimo post die abortu reddidisse dixit. Atque haud scio an vera dixerit.

[1] ΜΕΤ' ἰσημερίην καὶ μετὰ πληϊάδα, οἷα τὰ ἀρεωθιόμενα καὶ βλεννώδεα, ἃ τὴν κεφαλὴν ὦξε, ἀπῆλθεν ὑπὲρ τοῦ ὠτός. τῷ παρὰ Λεωκύδεος ἐν ποδί. Φανοδίκῳ οἱ δάκτυλοι οἱ ἐν τῷ ποδὶ, ἐπὶ τοῦ στήθεος. ὁ τμηθεὶς τὴν κνήμην, ταύτῃ μὲν καὶ ἐμελάνθη. ἦν δὲ μέγα ἕλκος, ἐν τῷ ἔξω τῆς κνήμης, καὶ ἐκ τοὔπισθεν ἦν. ἐπεὶ καθαρὸν ἐγίνετο, πλευροῦ ὀδύνη καὶ στήθεος κατ' ἴξιν ἀριστεροῦ. καὶ πυρετοί. ἀπέθανεν, ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ. τὸ δὲ χολῶδες τῷ σχοινοπλόκῳ κατακορές. καὶ τὰ καυστικὰ καταφερομένῳ περὶ ἰσημερίην, κάτω αἷμα πολὺ διῆλθε. Γέροντι πάνυ σφόδρα ἀπεγένετο, οὐ πρόσω τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων. Τῷ δὲ στιγματίῃ παρ' Ἀντιφίλου καυστικῶν κριθέντων ἑβδόμῃ χολώδει τυφώδει. τρίτῃ μετὰ κρίσιν, ἢ οὕτως αἷμα ἔπτυσε. περιεγένετο. καὶ ὑποστροφὴ ὕστερον ἐγένετο. ἐκρίθη, ὡς εἰκὸς, περὶ πληϊάδων δύσιν τὸ πρότερον. μετὰ δὲ πληϊάδων δύσιν, χολώδης εἰς μανίην. κρίσις περιεγένετο περὶ ἐνάτην ἄνευ ἱδρῶτος. [2] Περὶ ἰσημερίην ὁ Χαλκιδόνιος, ἀπὸ πυλέων μετακομισθεὶς πρὸς ἀγορήν. ῥήγματος περὶ μαζὸν δεξιὸν ὀδυνώμενος, ἔπτυεν ἐνίοτε καὶ ἐνίοτε ὑπόχλωρον. γαστήρ. ἱδρὼς ἀρξάμενος ἑβδόμῃ, εἶχε τὰ πολλὰ, ἄχρις ὀγδόης, ἐκρίθη τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. περὶ δὲ τεσσαρακοστὴν ἤρθη περὶ τὰ ὦτα οἱ ἀμφότερα. οὐκ ἀπεοικὸς ἐδόκει ἔμπυος ἔσεσθαι, οὐκ ἐγένετο. Στῆθος Ἀριστοδήμῳ ἐκαύθη. Τῷ Φιλίδος οἱ ὡς ἀπέβη ἐκ πτώματος καὶ τούτῳ. προϋπῆρχε δὲ ὀδύνη τις ἀνωτέρω. μετ' ἰσημερίας φθινοπωρινὰς, ὑποστροφαί. καὶ ἄλλως μέχρι τροπέων χειμερινῶν. μετ' ἡλίου τοῦ θερινοῦ ἡ Ἀχελώου ἑκταίη ἀπέφθειρεν αἱματώδης ἐοῦσα καὶ φρικώδης. καὶ ἱδρῶτες, κρίσις τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. ὁποσάμηνον οὐκ οἶδα. ἄρσεν δὲ καὶ ἄλλο πρὸς τὰς εἴκοσιν ἔφη, εἰ ἀληθέα οὐκ οἶδα.

[1] μετ' ἰσημερίην] Veris statum videtur describere Hippocr. qui ab æquinoctio ad Vergiliarum exortum circumscriptionem accipit, vt scribit lib. 3. περὶ διαίτης & Galenus Comm. 1. in lib. 1. Epidem. Temporis autem statum eum fuisse apparet, in quo magna humorum redundantia, crudis, acribus & biliosis succis cerebrum grauabat, quæ putrilagine concepta & copia depressa, partes in quas defluxerat exedebat, corrumpebat, ac veluti deformabat. Sunt autem βλεννώδεα, μυξώδεα, mucosa excrementa, quæ in fluxionibus è cerebro ex naribus fluunt, velut βλέννα Hippocrat. quæ cæteris μύξα dicitur, aliis κόρυζα, crassior pituita quæ per palatum & nares effluit, vt scripsimus nostris in Prorrh. 2. annotat. Hæc eadem πλέννα vocatur, & πλεννεροὶ μυξώδεις vt scribit Galen. in Exeg vocum Hippocr. Exemplaria quædam manu scripta βλεννώδεα legunt, quæ & hîc quoque scriptione variant. Nam quædam ὦξαι alia ὦξα & ἄξει habent, alia etiam ὤϊξα. ὦξε autem quæ integrior est lectio pro ᾦξε ponitur, ab ἄγω poëtico pro οἰγνύω aut ἀνοίγω. & ὦξε pro ἀνέωξε sumitur. Significat autem ea excrementa sua acrimonia & putredine cranium corrupisse, aperuisse, & morsu viam fecisse.

ἐν ποδὶ φανοδίκου.] Hîc variant exemplaria. Illud ἐν ποδὶ ad superius exemplum referunt pleraq; manu scripta, quæ secuti sumus, & φανοδίκῳ legunt, quod etiam fecisse videtur Caluus. Sunt autem humorum in partem aliquam decumbentium exempla, quam tandem malignitate & virulentia corrumpunt & exedunt, qualis ferè aëris status describitur lib. 3. Epid. στῆθος autem ποδὸς Hippocrati sæpè dicitur, quod alij πέδιον, solum & plantam vocant, quæ est ad digitorum radices, cui pes innititur, alij pectus. Imam pedis plantam dicit Celsus. Innuit ergo pedum digitos ad radices vsque & imam pedis plantam corruptos decidisse.

ἢ τὸ μέγα ἕλκος] Codices quoque manu scripti hîc vitium habent cum publicatis, & ἦν legendum censeo. Credibile autem est procumbente in partem sinistræ tibiæ posteriorem humorum corruptela, vlcus excitatum, quod vbi perpurgatum fuit & reficcatur exitium attulit, redundante in lienem vitio, ex cuius tandem inflammatione periit.

τὸ χολῶδες κατακορές] Exactè & abunde biliosum significat, & Galenus ἰσχυρῶς καὶ ἀκράτως χολῶδες explicat Com. 3. in lib de rat. vi in morb. ac. Vero est autem simile huic restiario syncerè biliosum humorem in aliquam partem decubuisse, eamq; iam corruptam & gangræna periclitantem, admotis causticis remediis sanguinem copiosum demisisse.

ἀπεγένετο]

ἀπηλῦθε] Hic ἀπηλῦθε de humorum decubitu dici videtur, qui miro quodam modo iudicatoriè dissipatus fuit aut decreuit, quasi decesserit, & παύεσθαι aut ἐξαφανίζεσθαι denotare videtur, cui opponitur ἐπιγίνεσθαι καὶ προσγίνεσθαι. Significat igitur in sene quod decubuerat mirum in modum decessisse ac discussum fuisse, id tamen iudicationis ordine intra quatuordecim dies. Interpretes ἀπηλῦθε ἀπὶσω sumpserunt.

τῷ δὲ στιγματίῃ] Rarum est infidæ iudicationis exemplum. Contentas enim admodum vires fuisse oportet, quæ post vstionem tam graues casus etiam sine vlla signorum alleuatione euincerent. Vitiosa autem sunt exemplaria quæ τῷ δὲ στίγματι ὁ παρ' ἀπσίλου legunt. στιγματίης verò seruum notis compunctum significat, quem etiam stigmatiam vocat M. Tullius lib. 2. de offic. Sic enim in antiquis membranis legitur, pro quo stigmaticum legunt omnia exemplaria publicata. τυφλὸς autem dicitur Galeno in Exeg. ὁ ἐπὶ τῆς καθέδρας καθιζόμενος, qui stupidus ac mutus considet, νωθρὸν, βαρέα καὶ δυσκίνητον, lentum ac torpidum ex Galeno diximus nostris in libr. 2. Epid. Commentariis.

τρίτη μετὰ κρίσιν] ἡ τρίτη legit codex vnus Regius. Quæ lectio ad exemplaria Italica redundauit vt ex Caluo apparet.

τὸ φρύδον] φρύδον legit codex vnus Regius manu scriptus. Idemq; αὐτῷ ἱδρῶσιν habet.

[2] τῷ φιλίδος] Illud exemplaria quædam superiori iungunt, quod etiam fecit Caluus, & οἴως legit aliamque lectionem affinxit. Nos plurium exemplarium consensum secuti sumus.

μεθ' ἡλίου τροπάς] Ista sequentibus iunximus magno exemplarium manu scriptorum consensu. Quod etiam fecit Caluus, qui etiam ἐμπάδης legit. Insigne est autem rari euentus exemplum, ideóq; non temerariam leuitatis habet assensionem.

[3] Περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς, βόρεια ἦν, ἰκτερώδεες ἐγένοντο κατακορέως, καὶ οἱ μὲν φρικώδεες, οἱ δὲ, οὔ. γλῶσσαι ξυγκεκαυμέναι τρίτῃ. καὶ ὄχλοι περὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην. καὶ οὗτοι μακρὰν ἀποτείνοντες. ἰδ', γαστέρες ἀντεχόμεναι. καὶ ἐν τῇσι φαρμακείῃσιν οὐχ ὑπακούουσαι. κατὰ λόγον τῶν πυρετῶν καὶ ἀνιδρῶτες. σπλῆνες ἐπὶ εἰσὶ σμικροὶ, πρὸς ὑποχόνδρια δεξιὰ ἐκτεταμένοι. καὶ πρὸς χεῖρα ὑποβορβορύζοντες. αἱμόρροοι. καὶ οὔρησιν ἡ κάθαρσις καὶ ἡ κρίσις. πολλῷ δὲ μᾶλλον, ἐγένοντο κάτω. καὶ γὰρ τὸ τότε ἐπελάμβανεν ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον. οἷσι μὴ οὕτως ἦν, σπλῆνες δὲ ἐπηρμένοι. αἱμορραγίη ἐξ ἀριστεροῦ. ἥλιος ἐτράπετο. τὰ χειμερινὰ χειμερίως ἐν βορείοισι. μετὰ δὲ ὀλίγον, νότια ἦν. ἐφ' ἡμέρας πεντεκαίδεκα. μετὰ δὲ ταῦτα, νιφετὸς ιδ' ἡμέρῃσιν. ἀμφὶ ταῦτα τοῦ ἔτεος ἰκτερώδεες κατακορέες. οὐ κρινόμενοι εἰλικρινέως, φιλυποστρόφως. μετὰ δὲ χιόνας, νότια ὑπεγένετο. καὶ ὕετια. κόρυζαι καὶ τε βράγχησαν, καὶ ξὺν πυρετοῖσι, καὶ ἄνευ πυρετῶν. ἐνὶ δὲ ἦν καὶ ἐς ὀδόντας, ἐκ τοῦ ἀπὸ μέσου προσηλγηκότι ἐπὶ δεξιά. καὶ ὀφρὺν. καὶ ὄμμα. ἦσαν δὲ καὶ βραγχώδεες. καὶ φάρυγγες φλεγμαίνουσαι. καὶ οἱ ἀδένες καλεόμενοι ἀνείχον. καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα καὶ γνάθον ἐπάρματα μαλθακὰ, καὶ ξὺν πυρετῷ καθίστατο. ἀρχομένοισι πυρεταίνειν, ἐγένετο ἐπάνω καὶ ἐπὶ θάτερα, τὰ πολλὰ τουτέων. καὶ οἱ ἀδένες εἰσὶν οἷσιν ὑπὸ τὸ μετόπωρον καὶ χειμῶνα, ἀτὰρ καὶ τὰ πιτυρώδεα. καὶ διεφθάραι πολλαὶ παντοίως, καὶ ἐδυστόκεον, ἕκτῃ τῇ παρθένῳ κριθέντα. ἕκτῃ ὑπεξεπίασεν. ἐκρίθη δὲ δι' ἕκτης. πάντα ἐν τούτοισι τοῖσι χρόνοισιν, ἑκταῖα. ὀγδοαῖα ἐκρίνετο. [4] Περὶ πλειάδων δύσιας ἡ Μεανδρίου τοῦ τυφλοῦ, αὐτίκα χλωρὴν ἐκ αὐτίκα πυώδεες ἔπτυσε περὶ ἕκτην. ἥπατος ξύμφρασις. καὶ κάτω ὑποχώρησις ὀλίγη. σαρκώδεα ἄνω ὀλίγα. λευκὰ. πλατέα ἀνέπτυσεν. ἀπόσιτος. ἀπέθανεν ἐγγὺς εἰκοσαίη. [5] Ἐκ τῶν γειτόνων Θέστορος οἰκέτις, ἐκ καυσικῶν, ὑποχωρήσιος χολώδεος, συχνῆς, ὑποχονδρίου ἐντεταμένου. τῇ ἕκτῃ τῆς ἐπισχέσιος οἱ κοιλίη λεπτὰ συχνὰ ἐς ἅπαξ διῆλθε. καὶ εὐθέως ἵδρωσε. καὶ ἐκρίθη. καὶ ἡ κοιλίη ἔστη. ἐς δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην, ῥιγώσασα ἐπερέτηνε. καὶ ἐς κλῶ αὐτὴν πάλιν ἵδρω. [6] Ἡ Θερσάνδρου, λευκοφλεγματώδης οὐ πάνυ ἐοῦσα, θηλάζουσα, ἐπυρέτηνεν ὀξύ. ταύτῃ ἡ γλῶσσα ξυνεκαύθη τῶν ἄλλων συγκαιομένων. ὑπὸ δὲ χρόνον τοῦτον, γλῶσσα τε ἐτρηχύνετο, ὥσπερ χαλάζῃ ὡς πυκνῷ. καὶ ἕλμινθα κατὰ στόμα. περὶ δὲ τὴν κ', οὐ τελέως ἐκρίθη.

3 Sub brumam aquilonij flatus erant, aurigine abunde fœdati quidam, atque hi quidem cum horroris sensu, alij verò minimè. Tertio die linguæ adustæ. Circa sextum & septimum perturbationes, quæ etiam diu perseuerarunt. Decimoquarto alui renitentes nec medicamentis cedentes, nec pro ratione febrium vlli sudores. Quibusdam lienes parui, ad præcordia dextra extensi, & ad manus tactum murmur aliquod edentes. Sanguinis profluuia, ac per vrinas purgatio & iudicatio. Multò verò magis deorsum tendebant. Nam & hoc tunc contigit. Atqui non isto modo se haberent, lienes verò etiam intumescebant, ij sanguinem ex nare sinistra profundebant. Exacto solstitio bruma cum hybernis algoribus & flatibus aquilonis, paulò verò postea australis tempestas ad quindecim dies erat. Post hæc verò niues confertæ diebus quatuordecim. Sub hoc anni tempus aurigine abundè colorati quidam, neque syncerè iudicati, in morbum reciderunt. Post niues austrini imbres successerunt, grauedines cum febribus & sine his eruperunt. Cuidam verò in dentes decubuit, cùm antea media corporis parte dolor esset, in dextra, superciliumque & oculum occupauit. Erant autem raucedines & faucium inflammationes, earumq; adenes, spongiæ dictæ, sustollebantur, & ad aures ac malas tumores molles, qui etiam cum febre sedabantur. Febricitare incipientibus horum plæraque supernè & ad vtramque partem enascebantur, & quibusdam tonsillarum tumores sub autumnum & hyemem, quinetiam & porrigines aderant. Multæq; cuiusque modi abortu & partus difficultate periclitabantur. Virgini sexto die cum iudicatio obuenisset, sexto in morbum recidit. Iudicata verò est per sextum diem. Hisce temporibus omnia sexto & octauo die iudicabantur. 4 Sub Vergiliarum occasum Meandri cæci vxor, statim ex virore pallescens, statimq; purulentum circa sextum diem expuit, iecur in tumorem sublatum est, deorsum pauca demisit, carnium purulentarum instar sputa pauca, alba, lata ore reiecit, cibos auersata est, mortem obiit circa vigesimum. 5 Ex vicinia Thestoris famulæ ex vstione alui deiectio biliosa, copiosa, & præcordiorum distensio adfuit. Ipsi sexto die post suppressionem ex aluo tenuia, copiosa semel prodiere, statimq; sudoribus iudicata est, aluus restitit. Sub eandem autem horam rigore correpta febricitauit, & rursus sub idem tempus sudoribus iudicata. 6 Thersandri vxor aquæ intercutis specie quæ pituita alba dicitur, non admodum laborans, cùm lactaret grauiter febricitauit. Huic ex reliquorum incendio lingua succensa est. Sub hoc tempus lingua etiam velut densa grãdine exasperabatur, & lumbrici ore reiecti. Ad vigesimum verò diem non est absolutè iudicata.

[3] καὶ ὄχλοι] Sic leg. omnia quotquot videre licuit exemplaria, quæ indicant strepitus, turbationes ac molestias diu tenuisse, orta ex obstructione flatibus plurimis, qui sursum restitante aluo correperent ac perturbationem adferrent. Caluus autem τρίτῳ δὲ ὠχρὰ legisse videtur ad morbum regium attendens.

γαστέρες ἀπεχόμεναι] Sunt alui reluctantes ac retinentes, quæque medicamentis non cedunt, quales in ictero ferè semper sunt remoratæ & subsistentes. Quod sequitur κατὰ λόγον τοῦ πυρετοῦ sequentibus iunximus, codicibus adiuti. Caluus antecedentibus connectit,& ἀνίδρωτες reticuit. Subindicare autem videtur, pro febrium magnitudine nullos adfuisse sudores, ex quibus solutio speranda foret,quòd status esset aquilonius, à quibus tamen febres liberari solent.

ἀπλῶες ἦσαν οἷσι σμικροί] ἀπλυσι pro σμικροί legit Caluus,reluctantibus omnibus exemplaribus quæ adhuc videre licuit.Verùm huic lectioni suffragatur quod postea ἀπλόαι ἐμπεφύσιος ponit.

εἴχοντο κάτω] Videtur indicare à natura tentatam per inferna iudicationem, quòd nulla per sudores alleuatio speraretur. Ideoque per vrinas,excretiones & sanguinis per ora venarum profluuium absolutos fuisse. Hic enim mihi horum verborum sensus esse videtur,vt εἴχοντο κάτω, infra tenderent ac niterentur, hoc est, ad inferiora adhærescerent & ea amplecterentur, significet. Caluus de subsistente & remorata aluo intellexit.

τὰ χειμερινὰ χειμερίως] Hæc phrasis intensum brumæ statum cum hybernis frigoribus, & tempestatem aquiloniam denotat.

νιφετὸς] σφοδρὰ ἡ χιὼν καὶ ἀθρόως καταφερομένη νιφετὸς ὀνομάζεται, libello de mundo.

οὐ κεινόμενοι εἰλικρινέως] εἰλικρινέως, quod ἀρτίως in Aph.dixit,& Gal. ἀπηρτισμένως, ὁλοκλήρως καὶ ἀσφαλῶς explicat.

αἱ οἱ σπόγγοι] Hunc locum indicat Galenus in Exegesi cùm scribit, σπόγγοι οἱ κατὰ τὴν φάρυγγα ἀδένες, ὡς ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. Sic autem dicuntur faucium glandulæ, tonsillæ dictæ, quòd spongiarum more humorem combibant. Significat autem eas sublatas fuisse, & humorum affluxu intumuisse. Qui verò hic σπόγγοι dicuntur, Erotiano σπογγοειδῆς (si modo vera est lectio) nuncupantur, sicque ab Hipp. vocari scribit τὰς περὶ τὰ παρίσθμια γινομένας φλεγμονὰς μετά τινος χαυνοτάτου πυρετοῦ tonsillarum inflammationes cum lenta quadam febre. Idem quoque addit quibusdam sic dici τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ πιτυρώδη ἕλκη. Nonnullis etiam τὰ ἐν αὐτῇ γινόμενα ὑπόσομφα, οἰδήματα, καὶ τινας ἔχοντα κατατρήσεις, capitis fungosos tumores & foraminulentos.Ex quibus satis apparet hunc locum ab Erotiano subindicari, ex eoq; loco vitiatum esse Erotiani codicem,& pro σπόγγοι εἰσὶν σπογγοειδῆς esse detortum. Cuius loco mihi παρίσθμια legendum videtur. Nam quæ huic dictioni adscribuntur ab Erotiano significata,huc aptissimè quadrant. Videndum autem est primo loco παρίσθμια faucium glandulas,quæ tonsillæ dicuntur,significare, eumq; locum à Gal. in Exeg. subindicari. At secundo loco tonsillarum tumores indicantur & ab Erotiano subnotantur. Sunt verò ista omnia quæ hîc describuntur, magnæ humorum in cerebro redundantiæ,ac austrinæ tempestatis indicia,qualia ferè describuntur initio li. 1. Epid.

μαλθακὰ] χαῦνα vocat initio lib. 1. Epid. καὶ κεχυμένα, tumores molles, laxos & diffusos.

ἐκείνῃ δὲ δι' ἕκτης πάντα] Sic legunt publicata omnia exemplaria & quædam scripta. Quædam etiam πάντα ad sequentia referunt, quæ plus apud nos habent & vetustatis & authoritatis, ideoq; cum Cornario sequutus sum. Quàm verò sit incerta & malè tuta iudicatio quæ per sextum & octauum obitur, satis indicat Gal. lib. 1. de dieb. decr.

[4] ἥπατος ζύμωσις] Insolens admodum phrasis qua hepatis tumorem œdematosum & à flatibus distentum significat. Quod ex Hippocr. annotat Erotianus cùm ἥπατος ζύμωσιν οἰδηματώδη ὄγκον exponit, hunc locum subindicans. Credibile namque est exhaustis penè facultatibus & extincto propè calore natiuo, magnam iecoris contractam fuisse intemperiem, vnde cessantibus facultatis naturalis officiis, crudi humoris & flatuum collecta abundantia hepar tumefecit. Quod in dies videre est in his qui tabe & pure in thoracem collecto consumuntur. Qualem extitisse hanc mulierem iudicare est facile. Sunt qui hepatis feruorem & ebullitionem intelligunt, quòd ζύμωσις (quæ & ζέσις Platoni dicitur) fit crassi cuiusdam & solidi ab aëre intro concepto agitatio, distensio & quædam velut ebullitio. Qua ferè notione ἐζυμωμένα οὖρα in Prorrh. & ἐζυμωμένα διαχωρήματα in Coacis præsagiis dicuntur, vt illic scribimus. Quòd ad scriptionem attinet exemplaria manu scripta reconditiora, περὶ πληϊάδων δύσιας sequentibus iungunt, quæ secuti sumus cum Caluo.

[5] καὶ ἐς τὴν αὐτὴν πάλιν ὥρην] Hæc locutio indicare videtur iterum per sudores iudicatione liberatam fuisse ægram, cùm constans sit hæc distinctio in exemplaribus manu scriptis. Caluus velut id semel tantùm positum interpretatur. Posset & febris repetitioni adscribi. Sed hæc distinctio obtinuit in omnibus exemplaribus manu scriptis,quam immutare mihi religio est.

[6] ὥσπερ χαλαζώδεα πυκνά] Id significat linguam crebris & densis tuberculis grandinis similibus exasperatam fuisse, quæ fuit pituitosæ materiæ admodum succensæ apertissima nota, vnde & vehemens istud incendium & lumbrici ortum duxerunt.

7 Sub Vergiliarum occasum Metrophanti puer ab altero testa in caput ictus, cùm ad duodecimum diem deuenisset, febricitauit. In causa autem fuit quòd cùm vlcus abstergeret, partes ambientes perfricuit, & perfrigeratus est, statimque vlceris labra intumuerunt, vltra vlcus vndique cutis est extenuata. Cùm verò non cunctanter sectus fuisset, neque pus effluxit, neque leuamentum adfuit: sed secundum aurem ad maxillam sinistram videbatur pus colligi (hac enim parte vlcus extitit.) Tandem neque hoc etiam suppurauit, & in humerum dextrum pus subito collectum est. Extinctus est circiter vigesimum quartum. 8 Post Vergiliarum occasum cui auris dolebat, is circiter vigesimum ac postea voce destitutus est, & dextra corporis parte ad motionem impotens, absque febre sudoribus correptus est. Auris dextra dexterque oculus non valdè constiterunt, & quiddam ex inferiore parte attrahere videbatur. Ex sinistra autem parte oculus cum graui dolore distortus est. Ceruix ad duritiem deuenit, & tertia postea hora æqualiter doluit. 9 Post Vergiliarum occasum Attici famulus quartana correptus stupidus permansit. Sub idem tempus alter vera Typhomania (qui affectus ex phrenitide & lethargo mixtus est) correptus, vbi ad coxendicem & crura dolor venit, quieuit. Quo verò id die factum sit nescio. Eodem tempore horrore tentati quidam & vomitionibus, post iudicationem cibos auersabantur, bile, lienis tumore, duritie, dolore, & sanguinis fluore vexabantur.

[7] Περὶ δὲ πληϊάδων δύσιας, ὁ Μητροφάντου τὴν κεφαλὴν πληγεὶς ὑπὸ ἑτέρου παιδὸς, ὀστράκῳ, καὶ ἀπικόμενος δωδεκαταῖος, ἐπύρεσε. προφάσιος δὲ, ὅτι σμήχων ἐπέψαυσε τὰ περὶ τὸ ἕλκος, καὶ μετεψύχθη. καὶ ἐξήρθη τὰ χείλεα αὐτίκα. διελεπτύνθη τὸ δέρμα πολλαχῇ ἀπὸ τοῦ ἕλκεος περίσω. τμηθέντι δὲ οὐ βραδέως, οὔτε πῦον ἐρρύη, οὔτε ἐκουφίσθη. παρὰ δὲ τὸ οὖς ἐδόκει παραπυΐσκειν ἐπὶ τῇ γνάθῳ ἐπὶ τὰ ἀριστερά. ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ ἕλκος ἔπειτα οὐδὲ τοῦτο ἀπεπύη. καὶ ὁ ὦμος ὁ δεξιὸς ἐξέπυσε ταχέως. ἀπέθανε περὶ κδ'. [8] Μετὰ πληϊάδων δύσιας, ὁ τὸ οὖς ἀλγήσας, περὶ εἴκοσιν, ὕστερον ἄφωνος, τὰ ἐπὶ δεξιὰ τε ἀκρατής. ἀπύρετος ἵδρωσε. δεξιὸν οὖς, δεξιὸς ὀφθαλμὸς, ἔστηκει οὐ κάρτα. καὶ ἐφείλκετό τι ἐκ τοῦ κάτω μέρεος. ἀριστερὰ δὲ ἴλλαινεν ἀμφοῖν ὁ ὀφθαλμὸς ὀδυνώμενος. τράχηλος σκληρὸς ἀπεγένετο. τρίτην ὥρην ἴσως ὠδυνήθη ὕστερον. [9] Μετὰ πληϊάδων δύσιν θεράπων ὁ τοῦ Ἀττικοῦ, ὑπὸ τεταρταίου ἀγκισκόμενος τυφώδης ἐφύη. ἑτέρως τὴν αὐτὴν ὥρην ἀληθῆς τυφομανίη. ἐς ἰσχία καὶ σκέλεα ἦλθεν ὀδύνη ἐπαύετο, ποσταῖος οὐ γινώσκω. ταύτην τὴν ὥρην φρικώδεες. ἐμετώδεες. καὶ μετὰ κρίσιν ἀπόσιτοι. καὶ χολώδεες. καὶ σπλῆνι μεγάλοι. σκληροί. ὀδυνώδεες. καὶ αἱμορραγικοὶ.

τοῖσι δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην μετὰ πληϊάδων δύσιας, ἐκ ῥινῶν αἷμα χλοῶδες ἐπὶ σπληνέουσιν. [10] Ἐν Κρανῶνι τῇ Νικοστράτου ληφθείσῃ, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἔφθασεν αὐτίκα ἀκρατεία τραχήλου καὶ τῶν ἄλλων, καὶ σῖτος ἐγκατεκλείσθη μέχρι δεκάτης. πνεῦμα πυκνόν. σμικρόν. ἀκρασίη, ψηλαφῶσα δακτύλοις. παραλέγουσα. ἱδρῶτες. εἱλκύσθη ἐπὶ τὰ δεξιὰ, τράχηλος, στόμα, ὄμμα, ῥίς. οὔρων ὑπόστασις λευκή. ὀροβώδης. ἑτέρη λευκή. ξυσματώδης ἄλλη. ὑπόχλωρος. λεκιθώδης, ταύτῃ ἔστιν ὅτε, ὡς πιμελῶδες ἐφίστατο τοῦτο ἀθρόον, οὐκ ἐπιπολὺ διεσκεδασμένον, οἷον τὸ ἐναιώρημα διεστηκός. οἷον ἔξω τῶν ἐρίων, οὐ τὸ ὑφιστάμενον ἔπειτα οὐρεῖται. καὶ τὸ μέν τι τοιοῦτον. τὸ δὲ ἱδρυμένον ἄλλο τοιοῦτον ὀλίγον, ἐπὶ πλατὺ διεσκεδασμένον. ἄλλο τεταραγμένον. ἕτερον τοιοῦτον. ἐναιώρημα, νεφελίου ὑπομέλανος, δοκέοντος πάχος ἔχειν. χαῦνον δὲ ἄλλο λεπτόν. ἄλλο ἐναιώρημα λεπτὸν τοιοῦτον. ἄλλο οἷον ἵππου. ἄλλο οἷον τὰ ζοφώδεα. [11] Ὁ πρῶτος παρενεχθεὶς, μειράκιον. τούτῳ οὖρον καθαρὸν λεπτόν. πάντων διαχώρησις λεπτὴ, πολλή. ἄχολος. γλῶσσα τρηχείη πάνυ. πυρετὸς περικαής. ἄγρυπνος. κοιλίη κυρτή. οὗτος παρεκρούσεν οἶμαι ὀγδόῃ, τρόπον τὸν ἀκόλαστον. ἀνίστατο. μάχεται. αἰσχρομυθέειν ἰσχυρῶς, οὐ τοιοῦτος ἐών. τούτῳ ἀθρόων οὔρων πολλῶν ἐλθόντων λεπτῶν ἐξ ἐπισχέσιος. ὕπνος ἐγένετο ξυνεχὴς καὶ ἱδρὼς, κρίσιμος δοκέων εἶναι οὐ τοιοῦτος. ἴσως περὶ δεκάτην. ἔπειτα ἐξεμάνη τε αὖθις, καὶ ἀπέθανε ταχέως, ἑνδεκαταῖος. περιφάσιος οἶμαι τοῦ πιεῖν ἄκρητον συχνὸν, πρὶν ἐκμανῆναι. ὀλίγα ἔτεα αὐτῷ, εἴκοσι ἐγγύς.

Quibusdam etiam sub idem tempus post Vergiliarum occasum, ob lienem affectum sanguis ex virore pallidus è naribus profluxit. 10 Cranone Nicostrati vxorem accessione correptam, ad decimum quartú diem mox colli reliquarumq; partium imbecillitas occupauit, & cibus intrò conclusus fuit ad decimum vsq; diem. Spiratio crebra, parua, & incontinentia, digitis palpabat, delirabat, sudores aderant. In dextram partem ceruix, os, oculus, naris, contracta sunt. In vrinis quod subsidebat album erat, erui simile, aliud album, aliud ramenta referens, aliquantulum ex virore pallescens, lentium farinæ simile. Huic interdú velut adipale quiddam in summo extabat, idq; confertum neq; admodum dispersum, velut quod in medio vrinæ suspensum innatat disparatum, ouillo velleri non dissimile. Postea autem vrina in qua nihil subsidebat reddebatur, & interdum quidem talis erat, interdum verò in ea aliquid subsistebat. Quædam etiam in qua paucum huiusmodi in latitudinem dispersum, quædam returbata. Alia eiusmodi erat, vt quod in medio suspensum innatat, nubeculæ aliquantulum nigræ simile, & crassitudinem quandam habere videretur. Quædam verò mollis & tenuis, quædam tale sublimamentum tenue habens, quædá qualis veterini generis, quædam velut tenebricosa continens. 11 Qui primus mente captus est adolescens, vrinam reddidit puram, tenuem, omnium deiectio tenuis, multa sine bile fuit, lingua admodum aspera, febris perurens, peruigil, aluus intumescebat. Hic desipuit octauo (ni fallor) die lasciuè admodum, exurgebat, pugnabat, valde obscœna loquebatur, cú ab iis natura abhorreret. Hunc post redditas effusas ac multas tenues vrinas ex suppressione, somnus continuus cepit & sudor (iccirco quod talis esset iudicatorius existimatus) ferè circa decimum diem. Postea & rursus vehementer insaniit, & celeriter mortuus est vndecimo die, ea de causa (vt arbitror) quod merum multum antequam vehementer desiperet potasset. Ei pauci erant anni prope viginti.

[7] καὶ ἐξήνθει τὰ χείλεα] Sic legunt omnia exemplaria. Caluus ἐξηραίνετο legisse videtur. Significat autem ex hoc capitis vulnere ægri incuria & libidine contractam mortem, cùm alias vlceris conditiones non explicet. Non leue autem erratum fuisse oportet, ex quo febris enata ægrum vigesimo quarto præcipitarit. Atque hoc exemplo indicatur quam lubrica sit & præceps vlcerum capitis curatio.

ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ] Sic habent omnia exemplaria. Mirorque vnde venerit in mentem interpretibus vt dextra pro sinistris posuerint, nisi si ex Caluo & codicibus Italicis δεξιὰ legunt, aut quòd in humerum dextrum pus illapsum sit, dextras partes accipiendas existimant. Ego codicibus fretus nihil muto, & hunc præposterum naturæ motum ægro indubitatum attulisse exitum existimo, quod qua parte pus erupturum videbatur, virium imbecillitate substiterit, & in humerum dextrum peruerso ordine effusum sit. Cæterùm hunc locum subindicare videtur Galenus lib. 2. de diebus decret. cùm scribit hoc in libro Hippocratem rarò diem vigesimum attigisse, semelque vigesimum diem excessisse & ad vigesimum quartum progressum. Sic enim locus ille mihi intelligendus videtur malè ab interprete versus.

[8] ἀριστερὰ δὲ ἴλλαινεν ὀφθαλμός] Magna pars meliorum codicum manu scriptorum ἴλλαινεν legunt, quæ est phrasis Hippocrati tritissima. Quidam etiam cum Asulano ἴλλαινε ab ἰλλάω pro εἱλῶ, vt & ἰλλαίνειν & εἱλάειν pro εἱλεῖν quod est στρεβλοῦν, contorquere, deprauare, peruertere, aut constringere & arctè vincire. Aut ab ἴλλω quod est contineo & vincio, ἴλλαινε legendum est, vnde ἰλλόμενος δεδεμένος. Qua notione intelligendum erit sinistra vincta fuisse & constricta, hoc est, præpedita ac velut resoluta. Quam lectionem secutus est Caluus. Vero est autem simile magnam humoris cerebro collecti redundantiam neruorum principium appetiuisse, indeque in dexteram illapsum, mouendi impotentiam cum conuulsione quadam attulisse. Tam autem vehemens casuum vis fuit, vt nec tuta sinistra fuerint, sed vel fuerint resoluta & motu capta, aut etiam oculus peruersionem senserit. Potest etiam intelligi ἴλλαινεν αἰνῶς ὁ ὀφθαλμὸς admodum distortus est oculus, aut αἰνῶς ὀδυνώμενος cum graui dolore. Vtrunque enim αἰνῶς significat.

ἴσως ὀδυνώδη ὕστερον] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, ideoque hanc lectionem pro viribus retinuimus. Significatur autem ceruix rigida fuisse & quædam tetani indicatura denunciatur. Interpretes ὡς ὀδυνώδη legisse videntur. Et Caluus etiam mortem addidit. Quod etsi non temerè fit in tanta sæuissimorum casuum acerbitate, suo tamen iure aut exemplarium priuilegio quodam fecisse videtur.

[9] τυφώδης ἱδρύθη] τυφλώδης legunt vulgata exemplaria. Sed manu scripta reconditiora τυφώδης legunt, quæ secuti sumus cum Cornario. Quædam etiam τυφλώδης habent, vt & Italica. ἱδρύθη autem affectus stabilitatem & firmitatem velut iudicatione fixam & depositam indicare videtur. Aut τυφώδης ἱδρύθη qui mutus aut stupidus consedit intelligendus. Hunc namq; locum mihi subindicare videtur Galenus in Exegesi, cùm scribit, τυφλώδης ἐντὸς κατεχόμενος. Potest & ἱδρύθη mentis constantiam & tranquillitatem denotare velut iudicatione restitutam.

ἀγηθεὶ τυφωμανίη] τυφλομανίη legunt omnia publicata exemplaria cum quibusdam manu exaratis, sed manifesto vitio. τυφωμανίη enim ex melioribus & reconditioribus membranis legendum est. Est autem τυφωμανίη μικτὴ ἐκ φρενίτιδος καὶ ληθάργου πάθημα, vt scribit Galenus in Exegesi, haud dubiè hunc locum subnotans. Quam etiam sententiam sequitur initio Comment. in Prorrh. & libello περὶ κώματος. Etsi in Isagoge pulsuum & libr. 4. de causis puls. hunc affectum ex phrenitide & lethargo permixtum nomine carere scribit. Quod tamen imperitis Medicis attribuit in libello περὶ κώματος. Τυφωμανίαν quoque ex phrenitidis & lethargi permixtione fieri testatur Definitionum Medicarum author cùm scribit, ὡς δὲ καὶ ἡ τυφωμανία, ἥπερ ἐστὶ ληθάργου παρακοπτική, ἢ παρακοπὴ ληθαργική. (Sic enim legendum est cum τυφωνία passim legatur.) Quo sensu Typhomania lethargicus furor & delirium, aut furiosus

deliriuſque lethargus dici poteſt. ἀληθῶς autem addidiſſe videtur ob magnam nominis controuerſiam, aut affectus ambiguitatem & cognitionis difficultatem. Quæ opinionum tormenta palam fatetur Galenus libello περὶ κώματος. A

αἷμα χολῶδες] Sic publicata habent omnia exemplaria quæ etiam ſecutus eſt Caluus. Nos ex codicibus manu ſcriptis omnibus χλοῶδες legimus, quod idem quod χλωρὸν & pallidum, aut ex virore palleſcens ſignificat, & magnum eſt malè affectorum viſcerum iudicium.

10 ληρῶδες] Iſtud febrilem acceſſionem indicat, quemadmodum λαβέντες non rarò Hippocrati dicuntur acceſſione correpti, & λῆψις ἐπισημασία Galeno dicitur, μάλιστα δὲ ἡ ἐκ ῥίγους, febrium præcipuè quæ per circuitus repetunt inſultus, vt alibi ſcribimus.

αὐτίκα ἀκράτεια τραχήλου] Sic legendum cenſeo contra omnium publicatorum codicum fidem. Ij nanque αὐτίκα κρατία τραχήλου legunt. Quam lectionem ſcripta quædam exemplaria retinent, pertinaci admodum mendo. Poteſt & ἀκρατῆ legi. Codex Regius vnus manu ſcriptus αὐτίκα δ᾽ ἀκρατῆ legit, nonminus inſolenter. ἀκράτεια autem imbecillitatem ac partium impotentiam & δυσκινησίαν, quandamque ad motum difficultatem ex motricis facultatis imbecillitate denotat, & cerebri offenſam, ex qua inefficaces neruoſi generis affectiones redduntur, demumq; etiam conuulſiones accerſuntur. Quibus iam imminentibus haud ſcio an per κρατία τραχήλου ceruicis reliquorumque membrorum rigiditatem ac inflexibilitatem indicet. B

καὶ σῖτος ἐγκατεκλείσθη] Eadem locutione vtitur Hippocrates lib. de rat. victus in morb. acutis, & σῖτος ἐγκατακλειόμενος dicitur Galeno, ἐκ πολλοῦ χρόνου μὴ διαχωρηκώς, & σῖτος ciborum recrementum ſignificat, & τὸ ἀπὸ τῶν σιτίων περίττωμα περιεχόμενον ἐν τοῖς ἐντέροις, ὃ δὴ καὶ σκύβαλον ὀνομάζουσι καὶ κόπρον. Siue igitur cibus concluſus ac interceptus intelligatur, ſiue ciborum reliquiæ & excrementa, idem hîc ſignificatur, quod in Prorrhetico per σιτία ἀπολελαμμένα. Qua locutione Galenus τοὺς ἐπεχομένους τὴν γαστέρα τοὺς ἀσιτοῦντας, ἢ ἀποκλειομένους τῆς τῶν σιτίων προσφορᾶς, ſignificari ſcribit. Alui autem interceptio & ciborum auerſatio, ſunt malè affecti & ſuccenſi iecoris indicia. Quod etiam de hac ægra atteſtatur Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. C

πνεῦμα πυκνόν] Hunc locum explicat Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. ſimulque indicat cur in hac ægra delirio affecta ſpiratio crebra & parua adfuerit. Qui locus quod vitioſè noſtris in codicibus legatur, integer apponendus eſt, ſimulque vt huic loco lucem afferat: περὶ δὲ τῆς Νικοστράτου γυναικός, διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ προσθεῖναι τὸ μικρὸν καὶ πυκνὸν πνεῦμα, διότι παρεφρόνησεν. εἴρηται γὰρ ἤδη πολλάκις, ὡς τοὐναντίον, τὸ ἀραιὸν καὶ μέγα πνεῦμα παραφροσύνης ἐστὶν ἴδιον, ὥστε ἄξιον ζητῆσαι διὰ τί τοῦτο μὲν οὐκ ἐγένετο. τὸ δ᾽ ἐναντίον αὐτῷ, τὸ τῶν ἀλγημάτων ἴδιον, τὸ μικρὸν καὶ πυκνόν. οὐδὲ γὰρ προσέθηκεν ἐν τῇ διηγήσει τῆς ἀρρωστίας, ὀδυνηθῆναί τινα ὀδύνην οὐδενὸς τῶν μορίων, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὄγκον ἐπίσημον ὑπὲρ καθ᾽ ὑποχόνδριον. ὅτι κατὰ θώρακα. τί δὴ οὖν ἐστὶ τὸ γινόμενον; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ διττή τις ἰδέα νοσήματος συστῆναι περὶ τὴν γυναῖκα ἀπὸ διττῆς ἀρχῆς. ὅτι μὲν γὰρ τὴν παραφροσύνην, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὴν ῥῖνα παρασπασθῆναι, δῆλον ὡς ἐν τῇ κεφαλῇ τις ὑπόθεσις αὐτῇ νοσήματος ὑπῆρχεν. ἐκ δὲ τοῦ τὸν σῖτον ἐγκατακλεισθῆναι μέχρι δεκάτης ἡμέρας, καὶ τοῖς οὔροις ὀροβοειδῆ γενέσθαι τὴν ὑπόστασιν. οὐ μικρὰν ἐν ἥπατι νομίζω γενέσθαι φλεγμονήν, ἐφ᾽ ἧς τὴν ἄνωθεν διάθεσιν νικηθεῖσαν, οὐ δυνηθῆναι καθ᾽ ἑαυτὴν τυπῶσαι τὴν ἀναπνοήν. εἴρηται γὰρ οὖν καὶ πρόσθεν ἤδη πολλάκις, ὡς κατὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν διάθεσιν, ἡ τῆς δυσπνοίας ἰδέα σχηματίζεται. δηλοῖ δ᾽ οὐκ ἥκιστα τῆς παραφροσύνης τὸ βραχὺ, καὶ ἡ λέξις αὐτὴ τὸ παλαιὸν παραλήρει γοῦν αὐτὴν εἶπεν. εἴωθεν δὲ τῷ τοιούτῳ ῥήματι χρῆσθαι, μικρὰν ἐνδείξασθαι βλάβην βουλόμενος. ὡς καὶ τοῦτο ἀποδέδεικται πολλάκις. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἐπὶ βραχὺ μὲν αὐτῆς παραφρονούσης, ἰσχυρῶς δὲ φλεγμαινούσης κατὰ τὸ ἧπαρ. οὐ τὴν τῆς παραφροσύνης, ἀλλὰ τὴν τῆς φλεγμονῆς οἰκείαν ἀπαντῆσαι δύσπνοιαν. (quod eſt.) Quòd ad Nicoſtrati vxorem attinet, in ea paruam & denſam reſpirationem ob eam cauſam appoſuiſſe videtur, quòd delirauit. illam enim ſæpiùs dictum eſt, contrariam, nempe raram & magnam reſpirationem, delirij propriam eſſe. Adeò vt dignum inueſtigatione videatur, quamobrem hîc quidem minimè aderat, verùm quæ illi eſt contraria & doloribus propria, parua ſcilicet & denſa. Neque enim in ægritudinis explicatione alicuius partis dolorem extitiſſe, ſed neq; circa præcordia, neq; circa thoracem inſignem vllum tumorem appoſuit. Quid igitur accidit? In hac muliere, ex duplici initio, meo quidem iudicio, duplex morbi ſpecies conſtitit. In eo nanque quòd delirauit, & ceruix, os, & naris conuulſionem ſenſerunt, apparet in ipſo capite morbi aliquam materiam extitiſſe. Ex eo verò quòd cibus intrò concluſus fuit, ad decimum vſque diem, & in vrinis ſedimentum erui ſpeciem referens extitit, non paruam iecoris inflammationem fuiſſe exiſtimo, à qua ſuperata ſuperior affectio, non potuit per ſe ipſa reſpirationis ſpeciem exprimere. Dictum enim & iam antea ſæpè eſt, prout ſuperat affectio, ita & difficilis ſpirationis ſpeciem efformari. Hoc verò tum vel maximè delirij paruitas, & ſenis dictio indicat. Delirare enim eam dixit. Qua dictione cùm paruam noxiam indicare vult, vti cóſueuit, vt aliàs ſæpè demonſtratum eſt. Nil enim mirum, ſi cùm parum quidem delirauerit, vehementi verò hepatis inflammatione tentata ſit, nulla quidem delirij, verùm ipſius inflammationis propria reſpirandi difficultas obtigit. D E

ἀκρασίη] Vox eſt apud Hippoc. ambigua & aliquando vitæ intemperantiam & incontinentiam ſignificat. Hîc verò impotentiam, membrorum imbecillitatem ac incontinentiam denotat & ἀκράτειαν.

παραλέγουσα] Exemplaria omnia Regia manu ſcripta παραλήγουσα cum Aſulano legunt. Quæ etiam eſt lectio Italicorum codicum, vt ex Caluo patet. Noſter vero παραλέγουσα habet cum publicatis Germanicis. Hancque lectionem ex Galeno retinuimus.

ὑπόστασις ὀροβώδης] Sedimentum in vrinis erui ſimile corporis totius aut renum colliquationem ab intenſo calore ſignificat. Hîc magnam hepatis inflammationem denotat. In febribus etiam conſpiciuntur erui ſimilia ſedimenta ex ſanguine craſſo in renibus aut hepate aſſato & torrefacto, vt ſcribit Galenus Comm. ad aph. 76. lib. 4. Idem quoque erui ſimilia ſedimenta hepatis affectus comitari ſcribit Comm. 1. lib. 6. epid. & Com. 5. F

ξυσματώδης] Sedimenta ramentoſa & ſtrigmenta referentia, ſolidiorum partium ac vaſorum colliquationem ex nimio feruore indicant, præcipueque quod albedinem iunctam habeant. Sunt enim ξύσματα huiuſmodi ſuperficiales partes à partibus ſolidis conſumptione & colliquatione abraſæ. Exemplaria verò quædam manu ſcripta ἐτέρη λεκιθ. ξυσματώδης iungunt quæ ſecutus eſt Caluus, & probanda eſt lectio.

λεκιθώδης] λέκιθον exponit Galenus quod intra corticem eſt, in Exegeſi, & aliquando per ſe ponitur apud Hippocrat. pulmentariumque ex leguminum farina, & lentium lomentum elixatum ſignificat, vt lib. 2. περὶ γυναικείων. Interdum verò leguminis addito vtitur & λέκιθον φακοῦ vocat, lentemque cui detracta ſunt putamina intelligit, vt lib. 1. περὶ γυναικείων. Dicitur & quibuſdam λίκιθος eadem notione, ſed perpetuò per ε effert Hippocrates. Vnde λεκιθώδης ὑπόστασις hic denotari videtur, quæ lentis colorem refert ex bilioſi & craſſi ſanguinis torrefactione, indeque etiam ὑπόχλωρος bile huiuſmodi ſanguini permixta dicitur. Poteſt etiam ſumi λεκιθώδης ὑπόστασις quæ leguminum farinæ ſimilis ſit, præſertim lentium, & quę craſſiora farinę fruſtula & negligentiùs ſubacta refert, ſanguinis in hepate exaſſationem & colliquationem ſubindicans, idque præcipuè cùm ad rubrum tendat, velut κριμνώδης & ὀροβώδης. ὑπόστασις hepatis colliquationem ſubindicat Com. 5. in lib. 6. epid. Caluus λεκιθώδης ὑπόστασιν ſumpſiſſe videtur ex bilis vitellinæ permixtione luteam. Vitioſa ſunt autem exemplaria quæ λικιθώδης pro λεκιθώδης legunt.

ὡς πιμελώδης ἐφίστατο] Iſtud ex magno hepatis incendio adipis renum colliquationem ac fuſionem indicat, ex placito 35. libr. 7. Codex vetuſtus manu ſcriptus Regius ὡς πιμελὴ διεφίστατο legit, reliqua exemplaria cum publicatis conſentiunt.

οἷα ἔξω τῶν εἰρίων] Exemplaria omnia tum publicata, tum manu exarata οἷα ἔξω τῶν οἴων legunt, ſed τῶν εἰρίων cum Cornario lego. Cuius notionem eo lubentiùs amplector, quod in importuno ſalo nauiganti, nulla Cynoſura apparet, ad quam nauigationis noſtræ curſum flectamus. Quæ lectio certè ſignificat ſublimamentum in vrina non admodum fuiſſe diuulſum ac diſparatum, ſed ouillo velleri aut lanæ minutim carptæ non abſimile. Quod varium naturæ conflictum indicabat, materiamque à flatibus multis exagitatam & à calore ſublatam. Quæ verò vulgata eſt lectio, etſi valde perplexa eſt, indicare poteſt ſublimamentum diſperſum fuiſſe per totam vrinam eiuſque ſuperficiem externam occupaſſe, ac velut externo quolibet circunſcriptam. Verùm in his ſcriptionis vadis & opinionum commentis, ſuſpectam eſſe mihi codicum fidem confiteri æquius eſſe exiſtimo, quàm quædam effutientem nauſeare atq; mihi ipſe diſplicere. Cuius rei ſuſpicionem auget Caluus, qui ex codicibus Italicis & membranis Vaticanis iſta ſubiecit. At certè tanta vrinarum varietas & inſtabilitas, magnam in corpore exagitationem, & varium facultatum omnium congreſſum, ingentem quoque materiæ inæqualitatem & incendij febrilis incenſionem indicabat.

ἐπὶ πλατὺ διεσκιδνάμενον] Meliora exemplaria omniaque manu ſcripta διεσκιδνάμενον habent, quæ ſecuti ſumus.

ὑπαίρημα

ἐναιώρημα νεφέλῃ ἐπανιὸν] Hic intelligi videtur quod lib. 3. epid. * ἐναιώρημα ἐπινέφελον dixit, & magnam flatuum ac crassio-
s materiæ confertam copiam, ab immodico calore subuectam, variamque naturæ exagitationem subindicat.

* *In Pythione.*

χαῦνον δὲ ἄλλο λεπτὸν] χαῦνον siue ad vrinam siue ad sublimamentum referas, obscura est & insolens vrinarum attributio. Hic χαῦνον vrinam referri videtur quæ nulla habet contenta, nihilque quod subsideat, neque vllam habet materiam crassam, lentam & contortam, quæ eam spissam reddat, qualis est diluta & tenuis omninoque cruda, quasi mollis, laxa, ac velut inanis & fungosa, nihilque habet solidi ac renitentis. Sic enim χαῦνον de mollibus tumoribus & qui digitis cedant, quique nullo crasso lentoque humore, sed facilè vaporante constarent dicitur Hippocrati lib. 1. Epid. Comm. 1.

ἄλλο οἷον ἵππου] Vrinam valde returbatam quæque colore & crassitudine veterini generis vrinas referat intelligit, quæ non tam humorum crudorum ac flatuosorum à bilioso succo feruente agitationem, atque adeò capitis tentationes pronunciant, ex placito lib. 4. quàm naturæ facultates à crudæ, pertinacis, & crassæ materiæ abundantia prostratas esse. Hinc namque & grauissimi stomachi dolores, deliria, conuulsiones, palpitationes, & intensissimæ cephalalgiæ, denique etiam mortes impendent, vt in Philini vxore lib. 1. Epid. apparet.

οἷον τὰ ζοφώδεα] Videtur ζοφώδης οὖρον intelligere (velut in Cois Præsagiis dicitur) vrinam caliginosam ac velut tenebricosam, valde crassam & turbulentam, quæ magnam humorum ab exæstuante incendio, præcipueque feruentium succorum ac biliis crassæ & rubræ exagitationem præ se fert, ingentemque humorum perturbationem. Ex qua multis obortis crassis ac densis vaporibus, velut obscura ac opaca redditur, spiritibus ipsis ac lucido humorum splendore extincto & vaporum densitate offuscato, non secus ac in ambiente nos aëris statu contingit. Qua de re plura illic scripsimus & nostris in lib. 3. Epid. annotat.

[11] ὁ πρῶτος παρενεχθεὶς] παρενεχθῆναι dicuntur Hippocrati qui leuiter mente emoti sunt & παραληρέοντες, vt & παράφορα ἢ μικρὰ παραφερόμενοι, vt aliàs scribimus, hic tamen insaniam & furiosam mentis motionem indicare potest, & ad furorem gradum quendam facere, quemadmodum scripsimus nostris in lib. 3. Epid. annotat. vt & Aretæus παραφορίαν pro phreniticorum delirio ponit. Hic verò πρῶτος παρενεχθεὶς dicitur quòd primus mente captus sit & ad insaniam deuenerit. Cornarius παρενεχθεὶς τῷ delatum dicit, eaque ratione productum dixisse videtur Caluus, vt de Euryalo mortuo dixit * Maro, *nec te tua funera mater Produxi.*

* *Lib. 9.*

οὖρον καθαρὸν] καθαρὰ οὖρα puras & defæcatas vrinas vocat Hippocrates, & τοῖς πάχος ἔχουσιν opponit lib. 1. Epid. † Est autem hoc insignе vehementis insaniæ exemplum. † *Sect.* 1.

κοιλίη κυρτὴ] Aluus gibbosa, protuberans, ac à flatibus distenta & intumescens intelligitur. Sunt namque κυρτώματα Hippocrati tumores à flatibus contracti præcipueque recentes. Galenus οἰδήματα interpretatur in Progn.

ἀλλόφασσειν ἰσχυρῶς] Ista à natura ægri abhorrens permutatio perniciem & vehementem insaniam indicat, eamque dictionem ex Epidemiis agnoscit Galenus Com. 2. in Prorrh. Qua de re plura scripsimus nostris in lib. 3. Epid. annotat. Hic autem ἀκόλαστα pro ἀκόλαστι leg. videtur Erot. quod ἀναίσχυντα exponit quod est impudentissimè vt scribimus in nostra Oeconomia.

ἀθρόων ἱδρώτων] Interpretes ἀθρόων omiserunt cùm tamen omnibus in exemplaribus habeatur.

ἐξ ὕπνου τοιοῦτος] Videtur indicare sudorem ideo existimatum criticum, quòd liberè & continenter, atque adeò etiam somni benignitate effunderetur. Idque per hyperbaton legendum. Caluus ὁ τοιοῦτος legisse videtur alio longè sensu.

[12] Τοῦ φθινοπώρου ἤμεσε χολὴν μέλαιναν ἡ Εὐμηλέος. αἱ ὀδμαὶ δὲ πρόσδηλοι. καὶ οἱ φρικώδεες πυρετοί. καὶ αἱ καρδιαλγίαι. χολώδεα βραχέα ἀνεμοῦσα, καὶ τὸ ἑλμίνθιον. διαχωρήματα λεπτὰ πάντα τὸν χρόνον περὶ πληϊάδων δύσιος. ἐλήγει περὶ αὐτάς. αἵ τε αἱμορραγίαι καὶ βραχύτεροι οἱ πυρετοὶ, καὶ ὑποστροφώδεες αὐτίκα, βραχείῃσιν ὑποστροφῇσι. καὶ ἀπόσιτοι. καὶ ἑφθοί. καὶ ἀσώδεες. καὶ καρδιαλγέες. καὶ θηριώδεες ἐν τῇσι κρίσεσι. καὶ ῥιγώδεες. καὶ χολώδεες. [13] Μειράκιον ξένον, τρίτῃ αἷμα ἐκ ῥινῶν πολὺ. καὶ τετάρτῃ. καὶ πέμπτῃ. ἕκτῃ ἴσα τῷ κοσμίως. παρέκρουσεν. ἑβδομαῖος γαστὴρ ἐστήκει. κωματώδης ἦν. ὑποστροφὴ τεταρταίῳ. ἐξέλιπε γαστὴρ ἀντεχομένη. οὖρον οὐκ οἶδα. περὶ κρίσιν οἷα ἔδει. περὶ δὲ πληϊάδων δύσιας νότια καὶ ὑέτια ἦν. τότε μειράκιον μυξώδεα, ὑπόχολα, πέπονα ὑπεχώρει, γλίσχρα. συχνὰ διαχωρήματα. πῦρ συνεχές. γλῶσσα ξηρή. ἐκρίθη ἑκταῖος. ἑβδομαῖον αὖτις ἔλαβεν. ἀφῆκεν αὐθημερὸν τρόμῳ. ὠτὸς ῥεῦμα κατ' ἀριστερόν. γλίσχρον. ταχὺ ἕκτῃ. [14] Τῷ παιδίῳ τῷ φαγεδαινωθέντι, ὀδόντες οἱ ὑποκάτω. καὶ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω οἱ ἐμπρόσθιοι, καὶ πλεῖον. ἔγκοιλον εἶχεν. ὀστέον ὧν μὲν ἐκ τοῦ ὑπερῴης ἀπέρχεται, μέση ἵζει ἡ ῥίς. ὧν δὲ οἱ ἄνω ὀδόντες οἱ ἔμπροσθεν, πλατεῖα ἄκρη. ἀριθμούμενος ὁ πεμπταῖος ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν, τέσσαρας ῥίζας κατὰ δύο συνεζευγμένας, ὡς πρὸς ἑκάτερον τῶν γειτόνων ὀδόντων, ἄκρας ἀποκεκαμμένας εἰς τὸ εἴσω μέρος πάσας. περὶ τὸν τρίτον ὀδόντα, ἀποπυήματα πλεῖω, ἢ περὶ τοὺς ἄλλους πάντας. καὶ τὰ ἐκ ῥινῶν παχέα ῥεύματα. καὶ ἀπὸ κροτάφων ὀδύναι ἐκ τούτου μάλιστα γίνονται. ἐσθίεται δὲ, μάλιστα ὁ πεμπταῖος. ἐκ μέσου μὲν κονδύλιον εἶχε. δύο δὲ ἐμπροσθεν ὁ μικρὸς, πρότερος, εἴσω κατὰ τὼ δύο ἐσθίετο. ῥίζαν μίαν παχέην ὀξεῖαν εἶχεν ὁ ἕβδομος.

12 Eumenis coniunx autumno bilem atram vomitione reiecit. Quin & odores id declarabãt, & febres horroris sensu insignes vexabant, & oris ventriculi dolores. Biliosa pauca vomuit & lumbricum. Deiectiones tenues erant per totum tempus ante Vergiliarum occasum, & circum eas cessabant, sanguinisq; profluuia & breues febres breuibusq; reuersionibus statim reuertentes aderant. In quibus ægri cibum auersabantur, ac velut excocti erant, corporis incontinentia & oris ventriculi dolore vexabantur. Lumbricis conflictabantur circa iudicationes, rigoreq; erant affecti ac biliosi. 13 Peregrino adolescenti tertio die & quarto & quinto multus è naribus sanguis profluxit, sexto modestè se gessit, desipuit. Septimo die aluus restitit, sopore detinebatur, tertio die morbi reuersio facta est, aluus reniti desiit. Vrinam non vidi. Sub iudicationem prout debebat se gessit. Sub Vergiliarum autem occasum, austrini flatus & pluuiæ aderant, tuncq; adolescens mucosa, aliquantum biliosa, cocta glutinosa & crebra alui recrementa demisit, febris assidua aderat, lingua arida. Sexto die iudicatione est absolutus. Septimo rursus præhendit eodemq; die dimisit cum tremore. Sexto in aurem sinistram fluxio glutinosa, crassa decubuit. 14 Puero vlcere exedente (phagedænas vocant) affecto, inferiores dentes, & ex superioribus ac inferioribus primores exundarunt, & cauitatem reliquerunt. Quibus quidem os à palato discedit, iis medius desidet nasus. At quibus superiores priores dentes, iis summus nasus latus est. Qui quintus ab anterioribus numerabatur, quatuor habuit radices (quarum duæ ferè ad vicinum vtrunq; dentem connexæ erant) suis extremis omnes ad interiora inflexas. Ad tertium dentem plures suppurationе quàm ad cæteros omnes, & ex naribus crassæ fluxiones, & ex temporibus dolores inde maximè contingunt. Exeditur iste præcipuè quintus, & ex medio quidem tuberculum habebat. Ex duobus autem primoribus, minor primus interna parte iuxta duos erodebatur. Septimus radicem vnam, crassam, acutam habebat.

[12] αἱ μετὰ ταῦτα χλωώδεις] Sic publicata legunt omnia exemplaria. Quidam codices manu scripti χλώδεα & βραχία iungunt, quos nos secuti sumus cum interpretibus, etsi constare potest sua publicatis lectio.

ἑλκηροὶ περὶ αὐτοῖς] Sensum valde popularem Germanicorum codicum secuti sumus, qui mihi planè videtur explicatus. Codices Regij tres manu scripti hoc loco multùm variant, nec sine vitio. Vnus ἀλίγως habet, alter ἀ ἰγρῶς, tertius etiam ἑλκηρῶς. Caluus καὶ χλιαίω aut aliud quid tale legisse videtur. Cornarius pro περὶ αὐτοῖς αὐτῆς legisse videtur, & sequentibus iunxisse. Mihi non absurdum videtur vt quæ postea dicuntur ægrorum affectiones circa Vergiliarum occasum explicent.

καὶ ἑφθοὶ] ista febres respiciunt quæ tunc laborantes affligebant. Intelliguntur igitur hic febres quæ ob nimiam humiditatis redundantiam corpus halituosis excrementis replent, ac velut excoctum reddunt & exolutum. ἑφθοῖς enim Hippocrati virium corporis exolutionem, quæ ob calidam humiditatem fit, quasi elixationem quandam significat, vt scribit Gal. Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Possunt & ἑφθοὶ dici vt febres respiciat quæ autumno grassarentur à bile per æstatem præcedentem retorrida, in quibus etiam desipientiæ immites & ferinæ fierent, de quibus θηριώδεις dicitur, * vt scripsimus nostris in lib. 2. epid. Comment.

* *Sect.* 1.

θηριώδεις] Hæc dictio ægros aut etiam febres respicere potest, & eas intelligere quæ sua feritate humorum malignitate & cacochymia interaneorum animalia gignunt, quemadmodum φθινόπωρον θηριώδες dicitur lib. 2. epid. & libr. 6. Hîc verò cùm autumnales morbi describuntur, tuncque propter summam humorum cacochymiam & status inæqualitatem, magna gignatur succorum prauitas, huiusmodi febres intelligi quæ malignitatem summam præ se ferrent, aut lumbricos & ascaridas circa iudicationes demitterent, vero est simile, cùm θηρία * Galeno intestinorum animalia dicantur, & autumno præcipuè grassari soleant, vnde & φθινόπωρον θηριώδες dicitur, vt scripsimus nostris in lib 2 epid. Comm. qui locus plurimùm confert ad huius intelligentiam. Id igitur tum ægris circa febrium solutionem aut iudicationem lumbricis vexatis, aut etiam febribus attribui potest, in quarum declinatione erecta iam morbi victoriam spe, & natura morbum propulsante, lumbrici reiiciuntur. Ad huius verò exempli declarationem plurimùm facit quod † scribitur lib. 6. epid. τὸ θηριῶδες φθινοπώρου, καὶ αἱ καρδιαλγίαι, καὶ τὸ φρικῶδες, καὶ μελαγχολικόν.

* *In Exeg.* † *Aph.* 13. *Sect.* 1.

[13] παρίκρυσε] παρέκρουσε ἑβδομαῖος iunxit Caluus. Nos receptam publicatorum & manu scriptorum codicum fidem secuti sumus.

ἐξίστη γαστὴρ ἀντιχωρῆν] Hæc phrasis indicat aluum non ampliùs substitisse, & quæ reniti desisteret, quæque ad iudicationem soluta fuerit. Caluus ὑποστροφὴ τεταίῳ ἐξίστη, γαστὴρ ἀντιχωρῆν legit, sed nos codicum omnium consensum amplexamur.

περὶ κρίσιν δὲ εὖ] Caluus istud ad vrinas refert. Mihi videtur hac phrasi subindicari, omnia sub iudicationis tempus ad eam subeundam ritè fuisse composita, & ægrum optimè se gessisse, ideoque morbum partim alui secessu solutum, partim in aurem sinistram deposita decubuisse, vbi sanguinis profluuio alleuatus fuit. Credibile est autem adolescentem istum febre tentatum ex magna humorum redundantia, cui plurima esset permixta materia partim frigida & cruda, partim etiam biliosa, cuius exæstuatione magna pars sursum euecta, cerebrum tentauit.

καὶ τότε] Pro καὶ τότε codex vnus Regius manu scriptus περὶ δὲ πλειάδων δύσιν μειράκιον legit, ac videtur esse quædam illorum verborum explicatio. Reliqua exemplaria cum publicatis consentiunt.

πάντα ὑπεχώρει] Cornarius πάντα omisit quod tamen omnibus in exemplaribus constat, magnamque ad firmandam iudicationis authoritatem vim habet, vt & aurium sordium crassitudo & viscìditas, quæ coctionis firmitatem indicat. Sic enim Galenus in artis Constitut. & Arte parua, inter alia excrementa, ex quorum mutationibus de morbis iudicia fieri monet, aurium sordes annumerat.

[14] τῷ παιδίῳ] Puero vlcere exedente ad os tentato, primores dentes superiores ac inferiores corruptionem senserunt ac deciderunt, & os maxillæ perniciem sensit. ἀπόστασιν autem vetustam lectionem ex codicibus omnibus retinuimus, quòd sit Hippocrati familiaris ὀστέου ἀπόστασις & ἀπόπλασις, vbi ossis eductionem, inundationem, aut fluctuationem, puris etiam redundantiam ac velut restagnationem in osse significat, vnde syderatur, decidit, & discessum facit, vt annotauimus in Cois Prænot. vbi ὀστέου ἀπόστασιν de ossis maxillæ discessu, corruptione ac eductione dixit, quod libro de fracturis ἀπόστασις dicitur. Caluus ἀπόστασιν legisse videtur quemadmodum etiam legit * * Fuchsius suis in lib. 6 epid. Com. Hîc autem exemplaria omnia secutus sum tum publicata tum scripta quæ ἡ κοῖλον ἔχει legunt. Sic enim significatur maxillæ os ab vlcere erosum, vnde dentes exciderunt, cauitatem habuisse & reliquisse. Fuchsius certè vir & arte Medica multarum palmarum nobilis, aliter hunc locum legit. Sed profectò in tam constanti exemplarium scriptione mihi nunc ab iis discedere religio est, dum abunde melior spes affulserit.

* * *Aphor.* 3.

ἐν μὲν οὖν τῇ ὑπερῴῃ] Hæc sententia scribitur lib. 6. Epid. † his verbis, ὁκόσοισιν ὀστέον ἀπὸ ὑπερῴης ἀπῆλθε, τούτοισιν μέση ἵζει ἡ ῥὶς. ὁκόσοισιν ὅθεν οἱ ὀδόντες ἄκρη σιμοῦται. In libro quoque de luxatorum ossium per molitionem curandi ratione (quem μοχλικὸν aut Vectiarium vocant.) huius sententiæ prior pars repetitur, οἷσιν ὀστέον ἀπὸ ὑπερῴης ἀπῆλθε μέση ἵζει ἡ ῥὶς τούτοισιν. Repetitur quoque libello qui Medicus inscribitur, sed admodum vitiosè vt apparet. Indicatur autem in iis quibus os ex palato discedit, medium nasum deprimi & desidere, quod narium discrimen (diaphragma vocant) palati ossibus innitatur.

† *Sect.* 1. *aph.* 3.

ἄκρη δὲ οἱ ἄνω ὀδόντες] Hæc pars ex superiore dependet, & alteram aphor. lib. 6. Epid. partem satis explicat, indicatq; sæpè quibus palati os discessit, iis superiores primores dentes excidere, & summum nasum latum & resimum fieri, cùm narium interstitium & os illud quod nares discriminat, deprimatur, quodque dentium inciforum præcipuè, extremas partes pertingit, vt scribit † † Galenus. Ex quo satis apparet illud ἄκρη lib. 6. Epid. de summo naso (quod σφαίριον dicitur vt scribit Rufus in libello περὶ αἰδ. μορ.) eiusque simitate intelligi. quod quidam dentium summitati tribuunt. Hunc porrò locum valde conturbauit Caluus, adeò vt ne huius quidem intelligentiam consequi possis, dum ita reliquis permiscet. † † *Comm. in lib.* 6. *Epid.*

ἀριθμούμενος ὁ πυμπλάτος] Videtur dentium superiorum qui ex vlceris erosione deciderunt singularem quandam naturam describere, quæ etiam non omnibus vna est, interdumque sæpè variat, vt ex * Galeno apparet libello de ossibus. Dentes autem intimi qui maxillares aut molares dicuntur, à † M. Tullio genuini, cùm ferè quini vtrinq; sint, interdum etiam quaterni & seni, radicibus vtrique binis, quidam etiam ternis quaternisve nituntur, præsertimque medij qui sunt maximi, vt scribit Gal. lib. 11. de vsu partium cap. 8. & lib. de ossibus cap. 5. & Celsus cap. 1. lib. 8. Fereque longior radix breuiorem edit dentem, rectique dentis recta etiam radix, curui flexa est. Ex quo existit vt publicatorum codicum lectionem secutus sim, quæ cum pluribus manu scriptis codicibus consentit, quamuis vnus manu scriptus peruetustus ἑβδόμος legat. Quam lectionem secutus est Caluus. Quintus nanque ordine cùm inter medios maxillares ferè annumeretur, inter maximos accenseatur. Qui verò vtrimq; sunt maxillares, minores existunt. Cuius rei rationem adfert Galenus lib. 11. de vsu partium.

* *Cap.* 5. † *Lib.* 2. *de nat. deo.*

15 Athenæo autē puero masculo sinistra parte dens inferior dextra superior doluit. Hui⁹ auris dextra pus collegit, cū non ampliùs doleret. Post Vergilias tempus placidū, nubilosum & caliginosū fuit. Iudicationes quinto & sexto & septimo die fiebant, itemq; lōgiùs procedebant. Febriū reuersiones aderant, quę ad inerrātes vergebāt, & cibū auersabantur, ac biliosæ erant, & intestinorum difficultates cum ciborū fastidio & febre vrgebant. Sub Vergiliarū occasū austrini

15 Τῷ Ἀθηναίῳ καὶ παιδίῳ ἄρσενι ὀδὼν ἐπ' ἀριστερὰ κάτω, ἄνω ὁ ἐπὶ δεξιά. τούτου οὖς δεξιὸν ἐνέπυησεν, οὐκ ἔτι ἀλγέοντος. μετὰ δὲ πλειάδα, εὔδιαι ἐπινέφελοι, καὶ ὁμίχλαι. κρίσιες πεμπταῖαι, καὶ ἑκταῖαι, καὶ ἑβδομαῖαι, ἔτι δὲ μακρότεραι. ὑποστροφώδεες δὲ πυρετοὶ. καὶ ἐς τὸ πλανώδεες. καὶ ἀπόσιτοι. καὶ χολώδεες. καὶ δυσεντερίαι, ἀπόσιτοι. πυρώδεες. περὶ πλειάδων δύσιας

νόως

νότια ἰσχυρῶς ἦν. αἱμορραγίαι. καὶ τριταιοφυέες, καὶ ἠπιαλώδεες. [16] ὁ ἐν τῷ σκυτείῳ ἡμορράγησε κατακορής. διαχώρησις ὀλίγη. ἐκρίθη ἑβδομαῖος ῥίγει. [17] ὁ παῖς ὁ παρὰ τὸ ἔσχατον καπηλεῖον, ἡμορράγησε τεταρταῖος. πολλὸν, αὐτίκα ἐφλυήρει. γαστὴρ αὐτίκα ἔστη, ὑποχόνδριον ὀδυνῶδες σκληρόν. πρὸς βάλανον ἑκταίῳ ὑπῆλθεν κακὰ χλωρά. ἑβδόμη περὶ ὄρθρον, ῥιπτασμός. πολλὴ βοή. φλεβῶν σφυγμοὶ παρ' ὀμφαλόν. ἐν τοῖσιν ὀξυτάτοισι τῶν πυρετῶν, οἱ σφυγμοὶ πυκνότατοι καὶ μέγιστοι. ᾔει δὲ ἐς δείλην παροξυνόμενος, τοῦτο ἐν πάσῃ τῇ νούσῳ. πρὸς τὰς ἀρχὰς δὲ καὶ οἱ παροξυσμοί, καὶ τὸ περιττὸν σκεπτέον. καὶ τὸ συνεχέον. καὶ τὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ. [18] Μετὰ πλειάδων δύσιας, νότια. πεμπταῖα ἐκρίνοντο, διαλιπόντα μίαν, λαμβάνει. τὰ δὲ φολλικώδεα ἐπιφλυκταινώδεα, οἷα τῷ ἀκανθίῳ Λαπύτῳ. περὶ δὲ πλειάδων δύσιας, ὑποψωρώδεα καὶ τρηχέα τὰ κνησμώδεα οὐκ ἐπιδακρύοντα. μάλιστα μὲν ταύτην τὴν ὥρην. ἀτὰρ καὶ τὰ λειχηνώδεα ἐξαιρόμενα, ταῦτα ἦν ἃ τῇ Πυθοδώρου καὶ τῷ Καπηλίῳ ξὺν πυρετῷ ἅμα ἀρχομένῳ, σχεδὸν τῇ Πυθοδώρου, ἰσχία ἀκρατέα. [19] Μετὰ πλειάδων δύσιας, φρικώδεες. αἱμορραγικοὶ ἐκ ῥινῶν. ὁ μὲν τοι σκυτεὺς ἐκρίθη ἑβδομαῖος, μίαν διαλιπὼν, μίαν ἐλάμβανεν. αὖθις τετάρτῃ ἐκρίθη. ἄλλος τῶν παρὰ Λεωκύδεος, ἐκρίθη ἑβδόμῃ. ἄλλος τετάρτῃ. Μόσχος ἐνάτῃ λάβρον ἐκ τῆς ἀριστερῆς. βραχὺ δὲ, ἐκ δεξιοῦ μυκτῆρος. πρὸς τὰς ιδ', ἐς κρίσιν. ἡ ἔδει ἀρξάμενα παρωξύνετο ἁμαρτάδες βρωμάτων ιζ', ἐγένοντο. παρὰ δὲ οὖς ἐπὶ δεξιὰ σμικρὸν ἔσωθεν σκληρόν. ἔξωθεν σμικρὸν χαῦνον. ὀδυνῶδες, οὐδὲν ἐπεδίδου, ιθ', ἐπεγένετο νυκτός. τοῖσι πάνυ χολώδεσιν, ἐκπύοις μάλιστα ὁλῷ ἴκελη ἡ κάθαρσις. ᾔει ὁ τὴν σικύην προσβαλλόμενος. ἐπεὶ ἐς τὸ ἰσχίον ὀδύνη τούτῳ ἐς σκέλος κάτω ἦλθε. καὶ ἐρρήισεν.

flatus vehementer spirabant, sanguinis profluuia, febres ad tertianarum naturam propiùs accedentes, & cum rigore algidæ grassabantur. 16 Qui in sutrina erat & bile plurimùm abundabat, sanguinem naribus profudit, alui deiectio pauca aderat, septimo die cum rigore iudicatione est absolutus. 17 Puer ad extremam cauponam, quarto die sanguinem ex naribus effudit, illico multùm nugabatur, aluus restitabat, cũ præcordiis duris & dolentibus. Sexto die glande supposita, mala ex pallido virentia demissa sunt. Septimo sub matutinum tempus corporis iactatio, multus clamor, venarum ad vmbilicum pulsationes, ac velut in grauissimis febribus, pulsus creberrimi & maximi erant, & per omnem morbum veluti ac vesperam accessiones mouebantur. Ad dignoscenda autẽ principia & accessiones in considerationem adhibendæ sunt, & ipsa temporis tempestiuitas, & continuitas, & anni tempus. 18 A Vergiliarum occasu austrini flatus spirabant, quę quinto die iudicabantur, vno intermisso prehendebant. Quæ verò pustulæ erumpebant ad instar foliorum molles & laxæ erant, quale quid acanthio lapyto contigit. At circa Vergiliarum occasum, cutim scabies & asperitates pruriginosæ quadantenus infestabant, absque humoris lachrymatione, & præcipuè quidẽ hac anni tempestate. Quinetiam impetigines in tumorem sublatæ aderant. Huiusmodi erant quæ Pythodori coniugi & Capelio vna cum febre contigerant. Sub cuius initia ferè Pythodori vxori coxendicum impotentia aderat. 19 Post Vergiliarum occasum horrores ægros tenuerunt, & sanguinis è naribus profluuia. Sutor certè quidam septimo die iudicatione est absolutus. Vbi vnum diem intermisisset, altero prehendisset, rursus quarto iudicatus est. Quidam ex his qui apud Leocydem erant, septimo iudicatus est, quarto alius. Mosicho nono die largus ex nare sinistra, paucus autem è dextra sanguis effluxit. In decimum quartum diem, prout debebat, iudicatio ab initio commouebatur. Decimo septimo errata in ciborum ratione contingebant. Decimo nono noctu enatum est ad aurem dextram tuberculum paruum, intus durum, foris paulum molle dolorem inferens, nec remittens. Purgatione reiecta sunt admodum biliosa, purulenta, sæpiæ atramento maximè similia. Neque secus ac is cui admota cucurbitula, cùm dolor ad coxendicem esset, in crus descendit, alleuatus est.

[15] Τῷ ἀσθενείῳ δὲ] Sic habent omnia exemplaria manu scripta quæ adhuc videre licuit. Interpretes τῷ ἀσθενικῷ legisse videntur.

ἐμίγχλαι] Istud videtur omisisse aut certè non satis expressisse Caluus.

καὶ δυσεντερίαι ὀλίγαι] Hîc ὀλίγαι omisit Caluus, cùm tamen in omnibus legatur exemplaribus.

καὶ ἠπιαλώδεες] Id ad febres refertur & intelliguntur febres algidæ cum rigore. Sic enim Epialon febrem vocant, quercerам Latini dixerunt, in qua frigus cum rigore perpetuò sentiunt ægri. Erotiano dicuntur ἠπιαλώδεις πυρετοὶ οἱ μετὰ φρίκης καὶ ῥίγους γινόμενοι, hoc propè subindicato loco. Potest & id solum rigorem respicere, & febres intelligi, in quibus ægri perpetuo rigore conflictabantur, quòd ἠπίαλος Atticis rigorem qui febres antecedit significet, vt scribit Galenus, cap. 6. lib. 2. de differ. feb. & Hesychius qui etiam τὸ ψυχρὸν eo nomine dici scribit. Vnde existit vt ea sit istius febris appellatio, quòd perpetuo algore aut rigore afficiat. Interpretes aliam sequuntur huius nominis notationem, cùm leues & blandas febres dicunt, παρὰ τὸ ἠπίως θερμαίνειν, quod blandè & molliter incalescat.

[16] κατακορής] Hæc dictio cùm ad hominem refertur, exquisitè & affatim biliosum significat (vt scribit Gal. in Exeg.) eumq; qui bile plurimùm abundat. interpretes κατακορὲς legisse videntur, & partim ad sanguinem abundè biliosum, partim ad sanguinis copiam referunt. Nos exemplarium consensum sequimur.

[17] πολλὸν αὐτίκα ἐφλυήρει] Sic legunt exemplaria omnia tum publicata tum scripta, quæ secuti sumus. Caluus ἡμορράγησε τεταρταῖος πολλὸν iungit.

φλεβῶν σφυγμοὶ] σφυγμὸν antiquis dictum esse de sola partium inflammatarum pulsatione, aut de arteriarum conspicuo admodum & manifesto perculsu, satis tritum est in Hippocr. monimentis, idque ex Galeni scriptis apparet & Erasistrato & Agathino, libr. 4. de differ. puls. vt aliàs † scripsimus. Hic igitur visceris alicuius inflammatio suspecta est, quod & superioribus verbis satis indicatur. ὑποχόνδριον ὀδυνῶδες σκληρόν. σφυγμὸν autem παρ' ὀμφαλὸν hîc dicit velut in Progn. σφυγμὸν ἐν ὑποχονδρίῳ.

† *Comm. in lib. 2. epid.*

ἐν τοῖσιν ὀξυτάτοισιν] Is videtur eorum esse verborum sensus, aut certè ista per hyperbaton legenda sunt, indicantque caloris febrilis vehementiam & magnitudinem. Nunc autem σφυγμὸς à superiore & antiquis vsitata opinione deflectit, & ad vsu receptam consuetudinem traducitur, omnemque arteriarum motionem, cui cor præest, significat. Cuius opinionis ducem & autorem facit Hippocratem Galenus libr. 1. de diff. febr. & lib. quod animi mores corp temp. seq. hunc fortassis locum subindicans. Atque haud scio an sit alius in Hippocr. monimentis ad hanc confirmandam opinionem clarior.

ᾔει τὸ ἐς δείλην παροξυνόμενος] Potest hic locus ad istius morbi singularem naturam respicere, & significare per totum morbum accessiones sub vesperam motas fuisse. Potest & generaliter ad cuiusque grauioris morbi considerationem referri, & veluti per quendam communem locum significare, in vehementissimis & grauissimis morbis sub vesperam accessiones moueri, velut libr. 6. epid.

scribitur: ᾗ ἐν αὐτῇ τῇ νόσῳ ἐστὶ τὸ ἐν δείλῃ παροξυνόμενα. Quod de morbis grauissimis, quales sunt autumnales, quique vt plurimum vespere insultus habent, intelligi debet, vt scripsimus nostris in lib. 2. epid. Com. Vbi & eiusmodi phrasim aperuimus, & huius etiam loci mentionem iniecimus.

περὶ τὰς ἀρχὰς] Vniuersale morborum tempus & principij cognitio hîc instituitur, ex accessionum & circuituum inter se comparatione, vt medicum attentum reddat, ad morbi tempus in quo primùm cœpit, & eius insultum perscrutandum. Eoque ferè sensu quo lib. 6. epid. scribitur περὶ τὰς ἀρχὰς τῶν παροξυσμῶν ἡ ἐπισκέπτεσθαι. Vnde hunc locum συμβουλευτικῶς, & tanquam ad morborum dignotionem facientem ex Galeni mente interpretati sumus. Lib. verò secundo epid. amplior constituitur temporum morbi disciplina, ex mutua temporum inter sese & accessionum commissione. Vnde & ista cognoscendorum morborum conditio, illius vniuersalioris disciplinæ, quæ illic vberiùs instituitur, & aph. 12. lib. 1. pars esse videtur. Cæterùm illud τὰ σφαίρεσι circuituum inter sese vicissitudines, successiones, ac proportiones, accessionumq; mutuas collationes significat, velut num maturius aut tempestiuiùs, num etiam diutiùs, aut magis, aut continenter affligant. Sic enim & temporis tempestiuitas & continuitas accipienda venit. Illud quoque τὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ anni tempus indicat. Nam & anni tempestas morbum ipsum eiusq; insultus & accessiones circunscribit. Quod per ὥρας τοῦ ἔτεος indicat Hipp. aph. 12. lib. 1. Atq; eò etiam referri videtur quod scribitur lib. 6. epid. ἡ ὁ ἐνιαυτὸς in ferè simili huius sententiæ designatione. Quam lectionem ex quibusdam exemplaribus agnoscit Galenus.

[18] τὰ δὲ φολλικώδεα] φολλικώδεα, τὸ οἷον θυλακώδεα ἢ σομφὰ exponit Gal. in Exeg. hunc locum subindicans. Significat autem toto corpore enatas fuisse pustulas, varis similes, subinanes & laxas ac folliculis semine vacuis similes, hoc est fungosas & molles ex tenui feruenteq; materia in cutem erumpente. φολλικώδεα autem velut φολικώδεα, videtur sumpsisse Caluus aut φολιδώδεα, cùm squamosa dixit. Est enim φολὶς anguium aut piscium squama. Erotianus certè hic φολλικώδη pro cutis maculis & scabra asperitate sumere videtur, cùm scribit φολλικώδη, τὰ ἐφηλώδη ἢ λεπρώδη. οἱ γὰρ παλαιοὶ φόλλικας ἐκάλουν τὰς ψωρώδεις τραχύτητας. ἐπιφλυκταινούμενα autem lego exemplarium scriptorum omnium fidem secutus, non vt habent publicata ἐπιφλυκταινούμενα.

Λαπίτῳ] Λατύπῳ habet vetus exemplar manu scriptum. Lapato legit Caluus.

ὑποψωρώδεα] Hic summam cutis asperitatem cum pruritu intelligit furfures elicientem quam ψώρην Græci vocant. * Plinius scabiem dicit, etsi aliàs plærumq; psoræ nomen retinet. Quòd autem summæ cutis essent vitia ex siccitate orta, nihilq; ex alto occuparent, sine lachrymatione aut humoris saliuatione esse dixit. Quibus opponi videntur τὰ λειχηνώδεα ἐξαιρόμενα impetigines tuberosa ac turgentes hoc est cum papulis aut pustulis. Papularum nanq; genus impetiginem facit † Celsus. * *Cap. 1. lib. 20.* † *Lib. 5.*

τὰ λωώδεα] Sic legunt publicati omnes codices cum quibusdam manu exaratis. οἷα legit vetustus vnus & reconditus, quæ mihi probanda venit lectio cum exemplaribus Italicis, vt satis ex Caluo patet. Cornarius pro οἱ, ἐν legit. Caluus etiam ἀρχόμενα, non ἀρχόμενα legit & antecedentibus iungit. Nos pluralitatem codicum secuti sumus. Idem quoque in Capelio variat, & Cacipenolo legit si modò vera est scriptio.

[19] περὶ τὰς ιδ´] Mira est phrasis qua significare videtur ab initio morbi iudicationis progressum in decimum quartum diem ritè & ordine tendere debuisse. Nam cùm nono die largus è naribus sanguis profluxisset, videbatur die vndecimo aut saltem decimo quarto iudicatione absolui posse. Sed tandem ægri errato & crudioris humoris abundantia, res est in decimum nonum abscessu quodam deposita & amandata. Sic enim optimè mihi conuenire videtur ista lectio, quæ omnibus in exemplaribus constans est. Cornarius aliò refert, & significat in decimum quartum diem iudicationes fieri, si prout deberent, ab initio accessiones inuaderent, parum attenta huius ægri & totius morbi ratione. Adde quod ἢ ἤδη ἀρξάμενα παροξυνόντος, aut παροξυνόντος legisse videtur. Nec video quanam ratione Caluus illud ἀρξάμενα παροξυνόντος ad sequentia referre potuit.

ἐπισχεθέντος νυκτὸς] Sic ferè habent omnia exemplaria tum publicata tum scripta, quæ populariter secutus sum. Vnum vetus & reconditum ἀποστάντος legit velut Caluus ex codicibus Italicis. Tuncq; ad humorum abscessum ac decubitum refertur, qui iudicatione quadam decimo nono die discessit, ac puris emissione solutus est & dissipatus.

τὰ σὰ πάνυ χολώδεα] Istud mihi puris effluentis conditionem aptissimè respicere videtur. ἐλὸν autem τὸ μέλαν τῆς σηπίας apud Hippo exponit Gal. in Exeg. sepiæ atramentum, hunc fortè locum subindicans. Sic enim legendum (vt ex Varino etiam patet) non vt vitiosè scribitur ἐλον, quod & ἐλὸς quoque dicitur. Caluus ὅλη legisse videtur & ad purgationem retulisse nullo teste neque sensu. ὅλῳ autem legendum esse non ὅλῳ vt habent omnia ferè exemplaria, satis constat.

οἷον ὁ τῶν σκέλων] Non fuit in eo similitudo vt vtrique in crura humorum decubitus fieret, vt voluit Caluus. Sed id fuit simile quòd vterque humorum transpositione ac velut robore naturæ amandata in abscessum materia bene habuit, ac non secus huic coxendicis dolor in crus decubuit, ita & Moscho cerebrum appetes materia in aurem dextram naturæ vi est deposita & euicta. Sic enim sensus mihi optimè constare videtur. Cornarius illud οἷον quò referret non habuit, ideoque omisisse videtur, cùm tamen in eo retinendo consentiant omnia quotquot videre licuit exemplaria. Caluus etiam μεγάλων σκελῶν leg. videtur.

20 Qui ex fictili equo decidit, cui nec illico admota est cucurbitula, intus vstus est, ac vigesimo malum recruduit, cum sanguinis profluuio fæculenta & erodentia prodierũt. Mulier Tenedia quarto die masculum triginta dierũ (vt aiebat) abortione reiecit, aluus liquida, tenuia demisit, lingua exusta est, quarto die iudicatio contigit. Post Vergiliarũ occasum lienis affectus aderant, & ad quintũ vsq; diem sanguinis è naribus profluuium, iudicatio obrigit. Cuidam septimo die vrina erui loturæ similis prodiit, sibiipsi persimilis, deinde pura, recidiua facta est. Intermisit quoq; & Megarensis filio, præterquã quòd sanguis nõ profluxit. Vrina qualis Artigeni, alba, crassa similis. 21 Sub brumã sydus insigne visum est, quinto autẽ post sextoq; die terræ motus extitit. Antigenis vxor quæ in Perintho erat, suspiriosa perseuerauit, cui nescienti an vterum ferret, rubra comparuerunt, venterq; interdum paruus, interdum magnus videbatur. Semper tussiebat ac si celeriter viam conficere contingeret. Mensis agebatur octauus cum constitit, febre priùs tentata. 22 Coniunx fratris Apemanti septimo die (vt dixit) fœmellam sexaginta dierum abortione reiecit, ad nonum verò diem perturbata est. Post iudicationem dextra parte dolor erat, ac si ex cõuersione accidisset. Hæc celeriter fœtum cõcipiebat & perdebat. Quædam cum albo fluore filiam peperit, quædam

[20] Ο ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἵππου καταπεσὼν, ᾧ οὐ προσεβλήθη αὐτίκα σικύη. ἐκαύθη ἔσω. καὶ κ´ ἐπαλιγκότησεν. αἱμορραγικὰ. καὶ τρυγώδεα. καὶ ἐσθιόμενα. Τενεδίη τεταρταίη ἀπέφθειρεν, ὡς ἔφη τριηκοσταῖον ἄρσεν. γαστὴρ ὑγρὰ λεπτά. ξυνεκαύθη γλῶσσα. κρίσις τεταρταίῃ. Μετὰ πλειάδων δύσιας, σπληνώδεα καὶ μέχρι πέμπτης ἐρρύη. ἐκρίθη. ἑβδομαίῳ δέ ἐοντι οὖρον. οἷον ὀρόβων πλύμα. ὅμοιον αὐτὸ ἑωυτῷ. ἔπειτα καθαρόν. ὑποστροφή. διέλιπε τε καὶ τῷ Μεγαρέος. πλὴν αἷμα οὐκ ἐρρύη. οὖρον οἷον δ´ Ἀρτιγένεος λευκὸν. παχὺ. ὅμοιον. [21] Ηλίου χειμερινέων τροπέων ἄστρον οὐ σμικρόν. πέμπτῃ δ´ ὑστέρῃ ἕκτῃ σεισμός. ἡ τῷ ἐν Περίνθῳ ἔμεινε ἀσθματώδης ἡ Ἀντιγένεος, ἡ οὐκ εἰδυῖα εἰ ἔχει, ἐρυθρὰ ἐπιφαινόμενα. ὁτὲ καὶ ὁτὲ γαστὴρ σμικρή. ὁτὲ μεγάλη. βήσσουσα γὰρ οἷον μή ἐτύγχανεν. ὁδοιπορῆσαι θᾶσσον. μὴν ὁ ὄγδοος. ἱδρύνθη προπυρεταίνουσα. [22] Η δὲ τοῦ Ἀπημάντου ἀδελφεοῦ γυνὴ, ἀπέφθειρεν ἑξηκονθήμερον, ὡς ἔφη, ἑβδομαίη θῆλυ. περὶ δὲ ἐνάτην ἐθορυβήθη. μετὰ δὲ κρίσιν, τὰ δεξιὰ ἤλγει. ὡς ἂν ὑπὸ ἀποστροφῆς. αὕτη ἐπίχεε ταχέως καὶ ἀπέφθειρεν· ἑτέρη λευκοῖς θυγατέρα ἔτεκε· ἑτέρη ἐρ. θεξις.

...υ ... ὡς ἔδη. φρικώδεες. ἀσώδεες. ἀπόσιτοι. ὑπο-ερυθρώδεες. χολώδεες. αἱμορραγικοί. ὑποσπλήνιοι. ὀ-δυνώδεα ... ἐκ τῶν ἀριστερῶν τὰ πλεῖστα. Τῇ Απη-μάντου, ἣ ἐς ... ταύτῃ, τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιόν. τὸ κενεῶνα, ὅτε τὰ ἕτερα. [23] Η Αριστοφῶντος θυγάτηρ, ἣ τρίτῃ καὶ τῇ ε, ἐπυρέτηνε. ξηρὴ διετέλει τὰ πλεῖστα. ... ταραχώδης ταύτῃ. δύσκριτα. ὑπὲρ τριή-κοντα ἐπαύσατο. φλυκταῖναι μὲν ἐκ κόπων οὐ κάρτα ἰσχυ-ρῶν. ἀφικνεῦνται ἐς ἑβδόμην, ὑποπέλιοι. ῥῖγος τὴν παρὰ τῷ Ηρώων παιδίσκην ἔλαβε. αἱ δὲ λευκαὶ με-γάλαι, οὐδ' αὐταὶ πάνυ χρησταί. τῶν καταχόων καὶ ὑπνωδέων, καὶ μὴ ξυμπιπτόντων, καὶ χολῆς ἀντεχού-σης. καὶ ἣν ὑγρὴ ἢ ἢ σκληρή. οὐ ξυμπίπτοντας. Ζωΐ-λου τοῦ τέκτονος. τρομώδεες σφυγμοί. νωθροί. οὖρα καὶ κοιλίη μετρίως ἄχροα. ὑπὸ γαστρὸς ἔντασις ἑκατέρωθεν ἰθὺ, μέχρις ὀμφαλοῦ ξὺν ὀξεῖ. ἀπόσιτος. διψώδης. Η παρὰ Τηκομαίῳ Αρχελάου θυγάτηρ, ἐν γαστρὶ ἴσχειν ... ἀρξαμένη, διμήνου ἔμετος φλεγματώδης, ὅτε χολώδης, ἐρρήγη. χαλεπῶς ἔτεκε. τελέως ἐκαθάρ-θη. ἔμετος ὅμοιος μέχρι τριηκοστῆς. ἔπειτα γαστὴρ ἐτα-ράχθη. καὶ ὁ ἔμετος ἐπαύσατο. λειεντερίη. γυναικεῖα οὐκ ... δύο ἐτέων χειμῶνος ἔσχεν αἱμορροΐδας. Οἱ δύο ἀ-δελφεοί, οἱ τοῦ Κέκροπος οἰκεῖοι. οἷσι τὰ μέλανα κατ' ἀρχὰς εἶναι. ὑπόστεγα, κακοχόλα. ἐκ κατακορέων ... ἀφρωδέων χολώδεα ἦσαν. Ος ... ὄνον ἐκ ... ἀρ... ἐπύρεξεν αὐτίκα. τριταίῳ ... ᾑμορράγησεν. δ' καὶ ε, ζ, η ἐκρίθη κοιλίη ὑγρῇ. Ο ἐκ μετάλλων, ὑποχόν-δριον δεξιὸν ἐντεταμένον. σπλὴν μέγας. καὶ κοιλίη ἐν-ταμένη. ὑποσκληρέα. πνευματώδης. ἄχροος. τούτῳ ἐς γόνυ ἀριστερόν. ὑποστροφή. δι' ὅλου ἐκρίθη. Ο Τη-μένεω ... πνεύματος ... χλοώδης ... ἐς χεῖ-ρας χλοώδης.

cum rubro, vt conueniebat. Horrore vexabantur ægri corporis incontinentia iactabantur, cibos auersabantur, morborum reuersionibus tentabantur: biliosi sanguinis eruptionibus ob[illegible] lienis affectibus aliquantulum vexati, sinistra parte [illegible] dolorem sentientes. Apemanti vxori cum in hanc partem conuertebatur, dexter oculus doluit, si in alteram, lateris inanitas. 23 Aristophontis filiam febris tertio & quinto die prehendit, sicca plurimum permansit, aluus tamen huic conturbata est, difficilis iudicatio fuit, supra triginta dies cessauit. Pustulæ quidem ex laboribus non vehementibus ad diem septimum perueniunt, aliquantulum liuidæ. Rigor ancillam quæ post Heroum habitabat corripuit. At albæ & magnæ ferè improbantur in alto stupore (quem catochon dicunt) correptis, somniculosis, & quibus corporis moles non concidit, & bilis restitat, atque etiam vbi non considunt, siue aluus lubrica sit, siue dura. Zoilo fabro pulsus tremuli, tardi. Lotium & alui recrementum modicè decoloratum fuit, imi ventris contensio vtrinq; in directum ad vmbilicum pertingens cum graui febre, cibos auersabatur, siticulosus. 24 Apud Tecomæum præfecti annonæ filiæ, cùm incertum esset, an vterum gestare inciperet, duorum mensium spatio vomitus pituitosus, interdum etiam biliosus erupit, difficulter peperit, integrè purgata est. Ad trigesimum diem similis vomitus perseuerauit, deinde aluo conturbata vomitus cessauit. Læuitas intestinorum adfuit, neq; menses prodierunt, duorum annorum spatio per hyemem profluuium per ora venarum sanguinem fundere solita, passa est. Duo fratres Cecropis propinqui, quibus circa initia nigra demittebantur, aliquantulum fæculenta, & condimentis ex sanguine paratis affinia, quæ ex bile saturatis & spumantibus cum virore pallescebant. Qui ex pacto asinum sustulit illico febricitauit, tertio die sanguinem è naribus profudit, & quarto, & quinto, & septimo, & octauo, iudicatione est absolutus cum aluo lubrica. Qui circa fodinas versabatur præcordia dextra contenta habebat, lien magnus erat, & aluus distenta, aliquantulum indurata, inflatus fuit, decolor. Huic in genu sinistrum decubuit, morbi reuersio facta est, in totum iudicatione est absolutus. Temenei filius quandam habuit spirandi difficultatem, adeo vt ex viridi pallesceret, qui color ad dorsum & manus transiit.

ὁ ἀπὸ τῆς κεραμίης] Sic legunt ferè omnia exemplaria præter vnum manu scriptum Regium, quod κεραμίης habet. Sonant autem figulinum aut fictilem equum. Interpretes κεραμικὸν legisse videntur vt ceramicum indicarent. Credibile est [illegible] hunc post venem, cum sanguinis profluuio, fæculenta & acria erodentiaq; multa intus latentia prorupisse.

αἱμορραγικοί] Subindicat lienis affectus sanguinis è naribus profluuio iudicatos fuisse. [illegible] namque & [illegible] de sanguinis [illegible] effluxu dicuntur apud Hippocr. qui etiam lienosos sæpe iudicat.

[illegible]] Incertum est an istud ad lienosos referatur in quibus vrinæ ex fuluo nigrescentes videntur, an verò [illegible] & bile tinctas, quales sunt [illegible], & subcroceæ apparent, intelligat. Ex autem [illegible] abundantiam significant, fereq; erui loturam referunt. Malim tamen eas ad lienosos referri quod puritatem [illegible] is melancholici paucam esse permixtionem significetur. Exemplaria porrò publicata omnia cum [illegible] scriptis, [illegible] nt. Alterum recens manu scriptum Regium [illegible] habet. Et hanc lectionem secuti sunt interpretes, præter quam quod [illegible] us τὸ [illegible] legisse videtur.

[illegible]] Hic locus proculdubio vitium habet tum in publicatis, tum in scriptis exemplaribus. [illegible] retinent duo manu scripti codices. Alter [illegible] eodem lapsu habet. Et sanè credibile est vitium obreptisse ex numerandi nota, & legendum esse [illegible], quod fecere interpretes. Insignis autem est maximeq; commendabilis Physiologiæ locus, quo sari syderis [illegible] & terræ motum Medicis in considerationem adhibendum non temerè monet. Et hoc loco [illegible] exhibent, & difficiles morborum euentus ad huius syderis effecta referunt.

[illegible]] Locus proculdubio corruptus apparet omnibus in exemplaribus, quod satis testatur [illegible] Asulano co[illegible] Sed facilem lapsum esse apparet. [illegible] namque pro [illegible] legendum. Sensus verò est Antigenis vxorem quæ in Perintho suspiriosam permansisse, hoc est toto morbi decursu & ab initio fuisse. Sic enim videtur sensisse Galenus lib. 3. de diff. spirandi, [illegible] ægram subindicans his verbis, [illegible]. [illegible] est, Deinde (meminit) vxoris Antigenis non tunc ex recenti, sed ab initio suspiriosæ existentis, adeò vt semper tussiret. Exemplar [illegible] reconditum manu scriptum [illegible] legit. Quæ certe lectio ferri potest, sed [illegible] magis arridet, & Galeni sententiæ propius amplectitur. Caluus quoque [illegible] legisse videtur, etsi alteri attribuit & exemplum disiungit quod etiam vitiosè faciunt [illegible] codices & [illegible] vt satis apparet ex Galeno. Elegans autem phrasis est [illegible] pro [illegible], & [illegible] quæ [illegible] fert dicitur Aristot. polit. 7. Notabilis verò locus est de mensibus profluentibus gestationis tempore, quod & in dies experimur. Hæc enim τὰ ἰσχνρὰ [illegible] proculdubio referri debent.

[illegible]] Magna est vt in loco valde suspecto exemplarium varietas. Publicata Germanica [illegible]. Asulanus [illegible] legit. Codex Regius peruetustus, [illegible] Quam lectionem secutus videtur Caluus ex membranis Italicis. Alter non æquè peruetustus, [illegible] legit. Recentior verò [illegible]. Ex quibus vera lectio erui potest, [illegible], hoc sensu semper tussi conflictatam, non [illegible] quam si obambulando [illegible], vt ad suspiriosam & difficilem respirationem referatur. Sic enim Galenum legisse [illegible].

... lapsus est lapsus ex ἀεὶ βιόατουῖα in ἀεὶ ϊαατοῦ. Istamq; lectionem mihi subolfecisse videtur Cornarius, vir in hac palæstra ... Postremo etiam illud ἱδρύνθη tussim illam ac grauem respirationem tandem conquieuisse ac constitisse significat ἱδρυνθῆ nanque ἠρεμεῖν † Galeno significat.

† *In Prorrh.*

[22] ὡς ἂν ὑπὸ ὑποςροφῆς] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, eorumque verborum sensus hic esse videtur, vt dextræ partis dolor fuerit qualis ex violenta conuersione aut in latus inclinatione contingit. Cornarius ὑποςροφῆς legit. Caluus vtramq; lectionem inclusit. Et potest ὑποςροφῆς legi si ad id quod sequitur referatur.

ἐπῆν λευκοῖς] Notabilia sunt ista profluentium in prægnantibus menstruorum exempla, recte tamen atq; ordine procedente partione. Sic enim ista intelligi videntur, & in dies experimur. Quod etiam aliàs considerandum monet his verbis † Hippocrates: τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν εἴσω μηνὶ γίνεται. Quæ tamen Gal. in prægnantibus ex venis quæ in vteri ceruice sunt procedere existimat lib 6. de loc. aff. cap.5. & com. ad aph. 60. lib. 5. Iam verò exemplaria omnia manu scripta ἐν ἱρυθροῖς legunt.

† *Lib.6. epid. sect.8.*

τῇ ἀπημαίτῃ] Interpretes de oculi peruersione ac distortione locum accipiunt: sed videtur ad antecedentia referri, & in sinistrum latus commutationem ac conuersionem phrasis indicare. Adde quod plurima exemplaria hæc antecedentibus iungunt hoc modo: ὀδυνώδεα τρόπον ἐκ τῶν ἀριςερῶν οἱ πλεῖςοι τῇ ἀπημαίτου, vt sensus sit, plurimis dolores sinistra parte obortos, velut Apemanti vxori.

[23] φλύκταιναι] Hic locus de papulis quas exanthemata vocant intelligendus videtur. Plærunq; nanque ad septimum perueniunt & maturitatem accipiunt, sudoribusq; depelluntur, quos etiam in opere medico solicitamus, ac per rigores (quod aliàs sæpè) accipere videtur Hippocr. Improbantur autem papulæ albæ & latæ, quæq; in catocho (quem altum stuporem dicunt) correptis, & somnolentis & succulentis, aut crassis corporibus accidunt, quòd magnam vitiosi succi abundantiam arguant, præsertimq; si aluo modice fluente non subsidant aut depleantur.

τρομώδεις σφυγμοί] Sunt pulsus tremuli ex inæqualium genere, & parui sunt & languidi, facultatisque imbecillitatem testantur, vt scribit Gal. extremo lib.2. de Præsag. ex pulsibus. Ex quo sanè æstimare licet pulsuum disciplinam ab Hippocrate informatam & institutam fuisse, etsi non satis excultam, quod sæpiùs testatur Galenus. Credibile autem est inflammatione interna tentatum fuisse Zoilum, quod satis indicat, ἐπέου ἐντασις μέχρι ὀμφαλοῦ. Mira est autem phrasis ξυν' ὀξεῖ, qua coniunctam fuisse grauem febrem significatur. Caluus & febrem & dolorem subintellexit.

[24] Ἀγρεινόμου] ἀγρεινόμος vbique scribitur & idem quod ἀγορανόμος significare videtur, annonæ aut fori præfectum & curatorem, ac censorem, prætorem vrbanum, & cum magistratum penes quem rerum venalium cura est (vt scribit Aristot. lib.4. polit. c.4.) Ædilem vertunt interpretes, cùm sit Ædilis Tullio, vrbis & annonæ curator. Ædilitas tamen ad ἀςυνομίαν magis spectat, & rerum vrbanarum curam capit, vt idem scribit cap.8. lib.6. polit. Agoranomum retinere possumus ex Plauto in Captiuis.

ἀτηκυας ἀρξαμένη] Sic legunt omnia exemplaria tum scripta tum publicata, & ad mulierem referri videtur, quæ cùm vterum ferre inciperet, id tamen ignoraret. ἀρξαμένης δὲ ἀνὴρ legunt interpretes. Quædam etiam exemplaria scripta ἐρρήξε χαλεπῶς habent. Nos magis popularem lectionem secuti sumus.

δύο ἐτέων] δύο ἐτέρα legisse videtur Caluus. Asulanus codex ἐτέρων vitiosè legit.

καρυκοειδέα] καρυκοειδέα ὕφαιμα exponit Galenus in Exegesi hunc locum subindicans, ideoq; subcruenta excrementa intelligi posSunt, aut καρύκη ὅμοια, quæ est vt scribit Gal. Lydium quoddam edulium ex sanguine variisq; rebus sumptuosè apparatum, cuius meminit Philocrates Samius & Plutarchus lib.4. Sympos. quæst.1. Sanguinis autem colorem referebat, ideoq; αἱματώδεα multi esse censebant. Varinus καρύκην dictam esse existimat quòd colorem nigrum referret, vnde excrementa καρυκώδη dici possunt sanguinea nigra, quæ sanguinem assatum colore referunt, qualia hepaticis quibusdam adesse solent. Sic καρυκώδη recrementa dicuntur Actio quæ deponuntur per aluum ab iis qui taurinum sanguinem recentem ebiberunt, quod nigra sint & sanguini torrefacto similia aut etiam quòd variis condimentis è sanguine apparatis sint affinia. Est enim καρυκεία καρύκευμα aut καρύκη intriti genus & conditura quædam ex sanguine cum aromatibus & variis deliciis superfluè apparata καρυκείαν sumit Galenus libro 4. salub. pro varia mixtura & superflua conditura, cuius etiam meminit lib.2. de diff. pulsuum, & καρύκην sumit pro vario quodam condimento ex multis diuersis suffarto cibis. καρύκην scribit Hesychius, cuius etiam mentionem facit Sudas. Vitiosus autem est codex Asulanus qui βαρυκοειδέα legit vt & καταπυκνείαν pro καταπυκνώσιν. Caluus καρυκοειδέα potiùs quàm καρυκοειδέα exprimit, quæ etiam non satis aptè huc quadrare videntur. Illum autem locum etiam subindicat Erotianus cùm καρυκοειδέα explicat, & καρύκην esse dicit εἶδος ὑποτρίμματος ἐκ τῶν ἀρωμάτων συντιθέμενον, intriti genus ex variis condimentis comparatum.

† *In Exeg.* * *Lib.5. meth.*

χλοώδης ἦσαν] Exemplaria manu scripta χλοώδεα cum Asulano habent. Duo quoque Regia χλοώδεις legunt, & ad fratres referri potest, qui multa bile abundantes ex virore pallescebant, vtpote hepate male affecto. Caluus ἀφροδίσιον pro ἀφροδίων legisse videtur.

ὁ ἐκ μετάλλων] Galenus libro 3. περὶ δυσπν. huius loci meminit & πνευματώδη explicat eum qui difficultate spirandi laborat densum spiritum habet, aut eum cui inflatus est venter, etsi in eam sententiam inclinat vt ventrem flatibus intumescentem potius designet. Eius verba sunt, τὸ δ' ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἐπιδημίων ἐπισκεπτέον, αὐτὴν ἐπιδράξαντες τὴν ῥῆσιν ἔχουσαν ὧδε. ὁ ἐκ τῶν μετάλλων ὑποχόνδρια ἔχων δεξιὸν ἐντεταμένον. σπλὴν μέγας, κοιλίη ἐντεταμένη, ὑπόσκληρος, πνευματώδης, ἄχροος. ἐγχωρεῖ γὰρ ἑκάτερον, ὥς δύσπνουν αὐτὸν γεγονέναι τι ταῖς ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις διαθέσεις, καὶ πνευματωθῆναι τὴν γαστέρα. hoc est, Considerandum autem id quod lib. quarto de morb. vulgaribus habetur, dictione hunc in modum adscripta. Qui circa fodinas versabatur, præcordia dextra contenta habebat, lien magnus erat, aluus distenta & aliquantulum indurata, inflatus fuit, decolor. Vtrumque enim contingere potuit, & difficultate spirandi vexatum ob præcordiorum affectus, & ventrem flatibus distentum fuisse. In Exegesi quoque πνευματώδης, ὁ, τὶ ἐμπεφυσημένος ὁ δύσπνοος Gal dicitur.

ὁ Τημένεω] Hepatis parua quædam affectio satis ex viridi pallescente colore colligitur, vt scribit Galenus libro 3. περὶ δυσπν. verbis: πολὺ δὴ τι μᾶλλον ἀσαφὴς ὁ ἐφεξῆς ἄρρωςος ἔχων ὧδε. ὁ Τημένεω εἶχέ τι πνεύματος ὡς χλοώδης εἴη. καὶ γὰρ καὶ τούτῳ πάνυ τις ἦν ἥπατος κακοπραγία, δι' ἣν ἐνεχώρει δυσπνοεῖν αὐτὸν, καὶ πνευματωθῆναι τὴν γαστέρα, τὸ γὰρ χλοώδης χρῶμα, κακοπραγοῦντος ἥπατος γνώρισμα. (Sic enim legendus locus est qui admodum vitiosus scribitur publicatis in exemplaribus.) hoc est, Multo sanè magis obscurus est qui deinceps sequitur ægrotus, his verbis. Temenei filius aliqua difficultate spirandi vexatus est, vt ex viridi pallesceret. In hoc autem valde vitiosa hepatis quædam affectio inerat, ob quam spirandi difficultate tentari, & ventrem flatibus distendi contingeret. Ex viridi namque pallescens color, malè affecti iecoris indicium est. Cæterùm inde quoque & huius loci genuina lectio erui posse mihi videtur. Etsi enim constans est multorum exemplarium tum manu scriptorum, tum publicatorum lectio εἰς νεῶτα, ἐς χεῖρας χλοώδης. Suspicandum tamen ex Galeno legendum ὡς χλοώδης εἴη, καὶ ἐς χεῖρας χλοώδης. Suspectam etiam reddit lectionem codex vnus Regius recentior manu scriptus, qui εἰς νεῶτα habet, & communem lectionem margini adscripsit. Nos receptam lectionem secuti sumus. Caluus ὡς χλοώδης εἴη, ὅτι ἐς χεῖρας χλοώδης legisse videtur. Quæ lectio etiam germana videtur, & ex Galeno aut codicis Regij recentioris descriptione desumi posse.

25 Puerperæ maritus prope Sitodocum, aurigine conflictatus, ad quē die septimo profectus sum, mortuus est octauo, neq; vrinam reddens, neque alui excrementa deiiciens. Præcordia magna & dura erant & spiratio crebra. Hic moriens ne præ dolore quidē frontem sudore madefecit. Huius vxor fœmellam

[25] Ὁ τῆς λεχοῦς ἀνὴρ, ὁ παρὰ τὰ Σιτοδόκου, ὁ ... πελιώδης παρ' ὃς ὂν ἑβδομαῖον ἐσῆλθον, ὀγδόη ἀπέθανε ... το. οὔτε οὖρον, οὔτε διαχωρέων. ὑποχόνδρια μεγάλα καὶ σκληρὰ, καὶ πνεῦμα πυκνόν. οὗτος ἀπολλύμενος οὐδ' ὑπὸ πόνου, ἐνότισε τὸ μέτωπον. ἡ τούτου γυνὴ ... ἔξ...

ἐξέβαλε θῆλυ ἑβδόμην ἑβδομαίῳ μηνί. ἐφάνη δὲ τεταρταίη. ταύτῃ μὲν ἐν ἀρχῇ, ποδῶν ὀδύνην εἶχε. λήξαντος δὲ τοῦ πυρετοῦ, πνεῦμα οὐκ ἐλύθη, ἀλλ' ἐγκατελείφθη ἐς χεῖρας ὀδύνη καὶ βραχίονα. ὑποστροφὴ διὰ μηκίστου ἔλαβεν οἷος ἐπέσχητο οὖρα περὶ κρίσιος. Ἡ παρὰ Τημενέω ἀδελφεὴ, ξὺν ῥίγει ἐκρίθη τοῦ χλοώδεος δὲ λήξαντος ταχέως, χεῖρες καὶ ὦμοι. τούτων δὲ ληξάντων, κεφαλῆς. ὀφθαλμῶν τὰ ἄνω βλέφαρα ἐπήρθη, καὶ ἐδακρυρρόει. οὐκ οἶδα τὰ λοιπά. ἐκρίθη περὶ ζ' τοῦ πρώτου. Ὁ δὲ Μεάνδρου ἀμπελουργὸς ὡσαύτως. πλὴν γαστὴρ κατ' ἀρχὰς λεπτὰ ἐδίδου. ἔπειτα ἔστη. καὶ τὸ οὖρον ἐκρίθη. οὐκ ἐρρίγωσεν ἑβδόμῃ ἡμέρῃ, ὅτι ἡ γαστὴρ προεταράχθη. [26] Ὁ Ποταμῶνος, τούτῳ κοιλίη οὐ διῆκε ἑβδομαίῳ. πρὸ κρίσιος δύο ἡμέρας οὐκ ἐρρίγωσε, διὰ τοῦτο, οὐδὲ τὸ οὖρον ἔσχετο. Ὁ ὀδοὺς τοῦ Ἡγησιστράτου, ὅτῳ ἀποπύημα παρ' ὀφθαλμὸν, καὶ ἀπεπύησε παρὰ τὸν ἔσχατον. καὶ αὖθις ἐξιήθη ὁ ὀφθαλμός. καὶ κατὰ ῥῖνας πύον ἦκε παχύ. παρὰ τὸ οὖλον, σαρκία σμικρὰ, στρογγύλα ἀπῆλθε. τούτῳ παρὰ τὴν τρίτην ἐδόκει ἀποπυήσειν. ἔπειτα ἀπετρέπετο. ἐξαίφνης δὲ ᾤδησεν ἡ γνάθος, καὶ ὀφθαλμοί. οἷσιν ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποστάσιες ἐν καύσοις. ἐξέρυθροι γνάθοι. καὶ αἱμορραγικοί. ἀτὰρ καὶ οἷσι παρὰ τὰ ὦτα ἐστίν. ἴσως δὲ καὶ ἀποστάσιες ἐς ἄρθρα μᾶλλον, οὐ μὴν σάφα οἶδα. Τὰ ῥίγεα τρομώδεσιν. ὑποχονδρίου ἔντασις. γυναικεῖα ἐπεφάνη δεκάτῃ καὶ ἑβδόμῃ, ἐκρίθη διατελέος. εἶχε μὴν οὕτως ἐνέμεινεν, ἐκρίθη τρίτῃ. ἄλλη πέμπτῃ. ἄλλη ἑβδόμῃ ἐκρίθη. [27] Τῷ Ἡγησιστράτῳ οἱ δύο ὀδόντες οἱ ἔσχατοι, τὰ πρὸς ἀλλήλους ἐβεβρώκεσαν. ὁ ἔσχατος εἶχεν ἄνωθεν τοῦ οὔλου δύο κονδύλους. ἕνα μὲν κατὰ βρῶμα. ἕνα δὲ ἐπὶ θάτερα. ᾗ δὲ οἱ δύο, ταύτῃ ῥίζαι πλατεῖαι ἴκελοι ἐκ δύο ξυνέπιπτεν ἐπὶ τὰ ἕτερα. μία ἡμισείη, πρὸς στρογγύλην. γυναικὶ ἡ ἡμορράγησε δ' καὶ ς' ἑβδομαίη ἐκρίθη, ἐξέρυθρος. γυναικὶ καρηβαρικῇ ἰσχυρῶς, ταύτῃ ἐκρίθη περὶ εἰκοστήν, εἶχε στῆ καυσώδης ὑποχόνδρια. ἑβδόμῃ οὐ κάρτα ἡμορράγησε διαχωρήματα λεπτά. ἐς ὀφθαλμὸν δεξιὸν, περὶ ὀγδόην. ἀνδρὶ ταὐτά. πλὴν ἑβδόμῃ ἐκρίθη ὑπόσπληνος ἐς τὰ ἀριστερά. ὀγδοηκοσταίῳ καὶ χρονιώτερα τούτῳ τὰ τοῦ ὀφθαλμοῦ, ἴσως ὅτι ὕστερον τῆς κρίσιος, καὶ ὅτι πολλά. [28] Τημενέω ἀδελφὴ πνευματώδης ὑποχόνδρια καὶ ἐντεταμένα ἐφάνη διὰ χρόνου. εἰ δὲ καὶ εἶχέ τι νήπιον, οὐκ οἶδα. γαστὴρ τὰ πρῶτα ἑστηκυῖα. καὶ ἐμετώδης ἦν. ἔπειτα οὐκ ἔτι, γαστὴρ γὰρ διῆκε πολλὰ γλισχρόχολα. ὑποχόνδριον, οὐκ ἐκώλυεν. ια' ἐς τὸν μέγαν τῆς δεξιῆς, φλεγμονὴ, κατάρρηξις. καὶ ἐπεχώρει ἀνωτέρω. τούτου λυομένου. βέλτιον ἐγένετο. καὶ γὰρ καταφορὴ ἧσσον καὶ πυρετός. καὶ ἦν τι καὶ εὐπνοωτέρη, ὅτι ἄνω ἤμει ἔλεγον κακόν. ἑξκαιδεκάτῃ, λεπτὸν ἐγένετο καὶ πνεῦμα πυκνόν. καὶ πυρετός. ἀπέθανεν. αὕτη ἐπύρεξε πρὸ τῆς ἀποστάσιος. ἑβδόμῃ μετὰ τὴν ἀπόστασιν ἀπώλετο. ἦν δὲ αὕτη τῶν ἐξερύθρων τρόπον.

septimestrem septimo die eiecit, quarto autem die comparuit. Eam certè circa initia pedum dolor tenuit. Desinente autem febre, spirandi difficultas soluta non est, sed intus relicta. Manus & brachium dolor tentauit. Morbi reuersio quàm diutissimè tenuit, quibus ante iudicationem vrinæ restiterunt. Soror quæ apud Temeneum erat, cum rigore iudicatione est absoluta. Statim autem desinente colore ex viridi pallescente, manus & humeri dolorem senserũt, atq; his cessantibus, caput. Oculorum superiores palpebræ in tumorem sublatæ sunt & lachrymas profuderunt. Ignoro reliqua. Circa septimum diem primùm, iudicatione est absoluta. Eodem modo se gessit Meandri vinitor, nisi quod aluus circa initia tenuia reddidit, deinde substitit, vrinaq; iudicatione est reddita. Septimo die rigor non adfuit, quod antea aluus conturbata fuerit. 26 Potamonis filius cui aluus septimo die non demisit, duobus ante iudicationem diebus nõ riguit, iccirco neq; vrina subsistebat. Hegesistratio suppuratio ad oculum enata est, & extremus dens suppurauit, rursusq; curatus est oculus, & per nares pus crassum descendit. Ad gingiuam carunculæ paruæ, rotundæ, discesserunt. Huic circiter tertium diem affore suppuratio videbatur, deinde retro conuertebatur. Confertim autem mala & oculi intumuerunt. Quibus in febribus ardentibus ad oculos aliquid abscedebat, hi prærubras malas habebant, & sanguinem ex naribus profundebant. Quinetiam & quibus tumores ad aures sublati erant, fortassis autem potiùs ad articulos abscessus colligebantur, neque tamen id pro comperto habeo. Rigores quibusdam cum tremore aderant, præcordiorum distentio, muliebria decimo septimo comparuerunt & absolutam iudicationem fecerunt. Quæ quidem si sic perseuerarent, tertio die, partim etiam quinto, partim septimo iudicatio contingebat. 27 Hegesistrato duo extremi dentes inuicem erodebantur, extremus habebat supra gingiuam duo tubercula, vnum quidem iuxta erosionem, alterum verò altera ex parte. Qua verò parte duo dentes sese contingebant, ibi radices latæ, similes, binæ sibi inuicem respondebant, altera ex parte vna erat medietas præterea rotunda. Mulier, cui sanguis quarto & sexto die è naribus profluxit, septimo iudicatione est absoluta cum maximo rubore. Mulieri vehementi capitis grauitate laboranti, iudicatio circiter vigesimum diem contigit. Vigesimo magno præcordiorum æstu tenebatur. Septimo non multis sanguis è naribus profluxit, deiectiones tenues. Ad octauum in oculum dextrum decubuit. Viro eadem contigerunt, nisi quod septimo die iudicatio facta est, liene in sinistris aliquantulum intumescente. Huic ad octogesimum diem, atq; etiam longiores oculi affectus obuenerunt, ideo fortassis quod à iudicatione contigissent, & quòd multi essent. 28 Temenei sorori inflata præcordia & distenta longo ex interuallo apparuerunt. An verò etiam prægnans esset, non satis compertum habui. Aluus primùm restiterat, tuncq; vomitione conflictabatur, quæ postea non ampliùs aderat. Multa nanq; glutinosa & biliosa aluus demisit, neque præcordia obstabant. Vndecimo die ad dextræ pollicem inflammatio oborta est, aluus affatim perrupit, & superiore parte concessit, ex quo melius habuit. Etenim in somnum delatio & febris minuebatur, & quodammodo etiam facilior erat spiratio, quòd per superiora prauum quiddam vomitu reiecerat. Decimo sexto tenuis & crebra spiratio contigit & febris, mortua est. Ipsam febris ante abscessum corripuit, & septimo ab abscessu periit. Fuit & hæc quodammodo rubicunda.

[25] Ὁ τῆς λεχοῦς ἀνήρ] Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. huius loci sic meminit, τὸ δ' οὖν ἑξῆς λεξόμενον ὧδε. ὁ τῆς λεχοῦς ἀνήρ, ὁ παρὰ Σιπαδίκῃ, ἰκτεριώδης, περὶ ἐν ἑβδομαίοις ἀνῆλθεν, ὀγδόῃ ἀπώλετο, οὔτε ἐρίων, οὔτε διαχωρέων. ὑποχόνδρια μεγάλα καὶ σκληρὰ καὶ πνεῦμα πυκνόν. οὐδὲ ζωτικόν ἔχει. σκληρὸν

γὰρ ὁ μετρίως καὶ μεγάλων τῶν ὑποχονδρίων γενομένων οὐ σφόδρα πυκνὸν ἦν αὐτῷ τὸ πνεῦμα. hoc eſt, Quod porrò deinceps dicitur his verbis, Pictæ maritus ad Sitodoca, aurigine conflictatus, ad quem ſeptimo die veni mortuus eſt octauo, neque lotium reddens, neque aluum deiiciens. Præcordia magna & dura erant & ſpiratio crebra. Id, inquam, nullam habet quæſtionem. Præcordiis nanque duris & magnis non mediocriter effectis, non abſque ratione crebra ſpiratio ei adfuit. Ex quibus λιχῶς legendum eſſe & παρὰ τὰ Σιτοδόκα videtur. Vitioſa verò ſunt exemplaria manu ſcripta Regia quæ εἰσῆλθεν pro εἰσῆλθον legunt. Magnopere autem ſqualidam, reſiccatam & circuntenſam cutim fuiſſe oportet, quæ ne vitam quidem finituro circa frontem ſudore madefacta fuerit ex aph. 71. lib. 5.

πνεῦμα ἐκ ἐλύθη] πνεῦμα hic (vt ſæpè alias) ſpirandi difficultatem innuere videtur, etſi quodammodo ambigere videatur Galenus, Poteſt etiam difficilis ſpiratio ex inflatione orta ſignificari, quæ deſinente febre perſeuerarit, aut illud ἐγκαταλειφθὲν ſubſiſtentem quandam internam difficilis ſpirationis cauſam indicat. Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. ἀσαφὲς δὲ παντελῶς ἐστὶ τὸ τούτῳ συνεχὲς ἐπὶ τῆς λεχοῦς εἰρημένον ὧδε. Διαλείποντος δὲ τοῦ πυρετοῦ, πνεῦμα οὐκ ἐλύθη. τί γὰρ εἶδος εἶχε δυσπνοίας, οὐδ᾽ αὐτὸς ἐδήλωσε σαφῶς, οὔτε τι σύμπτωμα ἄλλο τοιοῦτον ἔγραψεν, ἐξ οὗ τεκμαίρεσθαι τις τὴν γινομένην αὐτῇ διάθεσιν. hoc eſt, Omninò verò obſcurum eſt quod ſtatim conſequitur in puerpera his verbis. Deſinente febre ſpirandi difficultas eſt ſoluta. Quonam enim difficultatis ſpirandi genere laborarit, neq; ipſe apertè declarauit, neq; aliud huiuſmodi accidens ſcripſit, ex quo quis ipſius affectum coniectura aſſequi poſſit. Vbi διαλείποντος pro λήγοντος legitur, vt & ἐπὶ τῆς λεχοῦς pro ἐπὶ τῆς λεχοῦς, & αὐτῇ pro αὐτῷ.

οἷς ἐπὶ χ ἦττε ὦρα] Sic legiſſe videtur Cornarius, eamq; lectionem ſenſus exigit, etſi οἷον retinent exemplaria tum ſcripta tum publicata, quod reſpicit ad febris reuerſionem & rigorem qui ante iudicationem vrinas ſuppreſſit & inhibuit.

ἡ τῆς Τημένεω ἀδελφὴ] τῇ ἀδελφῇ habent exemplaria manu ſcripta Regia duo. Inſignis autem humorum corruptela redundare videbatur, quæ ſuperiora & caput tentauit.

καὶ τι οὖρον ἐχεῖτο] Hæc phraſis ſignificare videtur vrinam iudicatione profluxiſſe, & vrinarum excretione iudicatum ægrum. Ideoq; ſubiungitur rigorem non adfuiſſe, quod aluus antea ad excretionem commota fuiſſet. Quem in ſenſum ſcribitur lib. 6. epid. * περὶ ῥίγεος αἱ ἐπιγίνεσθαι τῶν οὔρων, ἢν ἐκ χαστῶν ἴωσι. ἢ κοιλίη διέλθῃ. Et in Prædictionib. Prorrhet. 110. οὔρα ἐπίστασις καὶ οἷσι ῥίγεα. Quæ etiam ad ſequentis exempli intelligentiam plurimùm faciunt.

* Sect. 1. aph. 9.

[25] ὁ ὀδὼν] Vetus manu ſcriptum exemplar Regium ὠδῶν legit, vitioſè tamen.

ἐδόκει ὑποτύνησιν] Inſolens eſt phraſis quæ tamen omnibus in exemplaribus mirum in modum conſtans eſt. Scribo tamen ὑποπυνήσειν cum Cornario.

ἴσως δὲ καὶ ὑποστάσιος] Idq; præcipuè in febribus quæ laſſitudinis ſenſum inuehunt, circa malas potiſſimùm aliquid abſcedit. In quibus etiam & diuturnis febribus abſceſſus in articulos maximè colliguntur, ex placito 31. & 44. & lib. 4. & 65. lib. 7.

ἑπταίη διεγίγνετο] διεγίγνετο ἑβδόμη iunxi exemplaribus manu ſcriptis fretus & interpretes ſecutus. ἤγε μὴν οὕτως ἐπίμενεν retinui conſtanter ex omnibus codicibus tum publicatis tum manu ſcriptis. Cornarius ἤγε μὴ legiſſe videtur.

[27] κατὰ βρῶμα] Sic etiam dentis eroſionem βρῶμα vocat Galen. lib. τῶν ἀπορίστων.

ᾗ δὲ αἱ δύο] Mihi hic ſenſus eſſe videtur, qua parte ſe dentes inuicem contingerent aut exederent, ibi duas latas eſſe radices, quæ ſingulis paribus ſimiles inuicem congruerent, ex altera parte vnam tantum fuiſſe medietatem & vnicam radicem eamque præterea rotundam. Interpretes locum de duobus tuberculis denti enatis ſumpſerunt. Hoc autem exemplum edocet, dentem ſi dolores mouet, aut ſi exeſus ſit, quia medicamenta nihil adiuuant, eximendum. Idq; etiam in ſuperioribus dentibus fieri, etſi maiore periculo, quia poteſt tempora oculóſve concutere. Videtur autem μία ἡμίσεια legendum, non ἡμυσία.

γυναικὶ καρυβαιεκῇ] Sunt hæc defectæ criſis exempla. Quòd enim ſeptimo die præparca ſanguinis copia è naribus effluxiſſet, materiæ copia in capite redundans in oculum dextrum decubuit. Exemplaria Regia manu ſcripta duo πολλὰ ἰβδόμης legunt. Cæterùm quòd hîc octogeſimus dies attingitur, id præter iudicationem fit, & fluxiones in oculum reſpicit, quæ iudicationis leges exceſſerant. Nam quoniam ſeptimo die imperfecta fuerat iudicatio, lien aliquantulum intumuit, & relicta materiæ copia longas & magnas in oculum fluxiones peperit. Sic quoque paulò ſupra in præfecti annonæ filia apud Tecomæum, citra iudicationis ordinem, vomitus ad trigeſimum diem perſeuerat.

[28] ἡ Μενίω ἀδελφὴ] Hic Galenum ſecutus ſum & Τημένεω lego contra fidem omnium codicum, & πνευματώδης de inflatis & diſtentis præcordiis accipio, etſi illud ἰφαὴν de menſibus intellexit Cornarius. Hunc ergo locum ſic exponit Galenus libro 3. περὶ δυσπν. καὶ μὴν ἔτι καὶ κατὰ ταύτην ἐκ ὀλίγον προελθὼν, ἄρχεται διηγεῖσθαι τὸν δὲ τὸν τρόπον. ἡ Τημένεω πνευματώδης. δύναται μὲν γὰρ δύσπνοος ἀκούεσθαι. δύναται δὲ, καὶ ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγησαμένων οἴονται, λέγεσθαι ἐμπεπνευματωμένη τὰ ὑποχόνδρια. βέλτιον δὲ δοκεῖ μοι, ἢ ἴσως ἀναγκαῖον τὴν πεπνευματωμένην τὰ ὑποχόνδρια λέγεσθαι μᾶλλον περὶ ἢ δύσπνουν. ὀλίγον οὖν ἐν τῇ διηγήσει προελθὼν, καὶ τινὶ εὐπνοωτέρη, φησὶ, ὡς ἂν ἤδη προειρηκὼς ὑπ᾽ αὐτῆς δύσπνουν εἶναι. ὅτι δὲ πνευματώδεις οἷς πυκνόν ἐστι πνεῦμα, προσαγορεύειν εἰώθειν, εἴρηται μὲν κἂν τοῖς πρόσθεν, ἀλλὰ καὶ νῦν δῆλον. ἐπὶ τὸ χεῖρον γὰρ αὖθις ἐντρεπόμενα τὰ τῆς δὲ τῆς ἀνθρώπου συμπτώματα, καὶ κατὰ τὴν ἑκκαιδεκάτην ἡμέραν ἀποφαίνει αὐτὴν φησὶ, πυκνὸν ἔχουσαν τὸ πνεῦμα. hoc eſt, Ac certè ab hac non longè progreſſus, hunc in modum narrare incipit. Temenei vxor πνευματώδης, hoc eſt, flatibus diſtenta. Poteſt quidem certè difficultate ſpirandi vexata obaudiri, poteſt etiam velut pleriq; interpretum exiſtimant, præcordia flatibus diſtenta habens dici. Præſtare autem mihi videtur, ac fortè neceſſe eſt, vt potius quæ præcordia flatibus diſtenta habeat dicatur, quàm quæ ſpirandi difficultate laboret. Paulum igitur narratione progreſſus, & quodammodo facilior ſpiratio erat, (inquit) ac ſi iam prædixiſſet ipſam ſpirandi difficultate laboraſſe. Quòd verò πνευματώδεις ſine flatibus diſtentos vocare conſueuit quibus crebra eſt ſpiratio, antea quidem à me dictum eſt, ſed & nunc quoque manifeſtum. In deterius namq; rurſus mutabantur huic mulierculæ accidentia, eamq; decima ſexta die crebra ſpirandi difficultate laborantem obiiſſe dicit.

καταρρήξις] καταρρήξις de accurata alui perruptione dicitur, vt καταρραγεῖσα κοιλίη. ἀθρόως ἐκκριθεῖσα dicitur in Prorrhet. & Cois Præſagiis. Quod ſequitur καὶ ἐπεχώρει αἰωτέρω de ſuperiore aluo intelligendum eſt, & ſignificat aluum ſuperiore parte conceſſiſſe, hoc eſt vomitione refuſam, vt ex his quæ ſubſequuntur ſatis patet. τὸ ἄνω etiam partem ventris ſuperiorem denotat in Cois Præſagiis, & περὶ τὸ ἄνω πόνοι ſuperioris ventris dolores indicat. Eſt autem phraſis inſolens, ideoque obſcurè admodum ab Interpretibus reddita.

ἰσχνὸν ἐξῄει] ἰσχνὸν quonam aptiùs referatur quàm ad πνεῦμα non video, vt ſit ἰσχνὸν πνεῦμα καὶ πυκνὸν quod aliàs μικρὸν καὶ πυκνὸν πνεῦμα dicitur, exilis & tenuis ſpiratio & crebra, pro parua, quæ in hypochondriorum tumoribus adeſſe ſolet, vt ſcribit Galenus libro 2. & 3. περὶ δυσπνοίας, & in explicatione ægri ſequentis. Neque enim corporis extenuationem aut emaciationem reſpicere poſſe videtur.

ἦν καὶ αὐτη τῷ ὑξηρυσίπελας τρόπῳ] Incertum eſt num id ad ægram referatur propter internam inflammationem, an verò etiam abſceſſum reſpiciat. Probatur etiam τῷ ὑξηρυσίπελας τρόπῳ.

[29] Apemanti ſororis filius præcordia tumida & lienē habuit, crebra ſpiratio erat, alui egeſtio glutinoſa & bilioſa quibuſdam ſtercoribus permixtis. Cùm ex opere defatigatus eſſet, vigeſimo die in pedes abſceſſus decubuit, idq; ex iudicatione. Ex eo fortaſſis quòd laſſitudinis ſenſum habentibus, abſceſſus articulos potiùs petunt quàm oculum. Præcordia verò diſtenta erant, & ſanè etiam tuſſicula quædam paulùlum ſicca vexabat. Quæ relinquũtur poſt iudicationem recidiuas adferre ſolent, & quæ in ipſis morbis excernũtur,

[29] Ὁ παῖς ὃς ἦν τῆς γυναικὸς τῆς τοῦ Ἀπημάντου ἀδελφῆς, ὑποχόνδρια μεγάλα καὶ σπλὴν, πνευματώδης. διαχώρησις γλισχρόχολος. ὑποχόνδρια. κοπιώδης ἐξ ἔργων εἰκοσταῖος ἐς πόδας. καὶ κρίσις ἦρα τοῖσι κοπιώδεσιν ἐς ἄρθρα. καὶ οὐκ ἐς ὀφθαλμόν. τὰ ὑποχόνδρια δὲ ἐκτεταμένα ἦν. καὶ δὴ καὶ ἦν τι βηχίον ξηρὸν ἡσυχῆ. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν, ὑποστροφώδεα. καὶ τὰ ἐν αὐτῇσι τῇσι νούσοισι ἀποκρινόμενα,

παύλαν

A πτύαλον προεπεπαιμένον. ἡ γαστὴρ. ἀκρασίαι. καὶ ταῦτα. Απημάντῳ, ὁ τὰ ἐν τῇ ἕδρῃ ἀλγήματα ἐν τῷ δεξιῷ κενεῶνι, καὶ παρὰ τὸν ὀμφαλὸν κάτωθεν ἐλίγον. καὶ ἐκ δεξιοῦ πρὸ τοῦ ἀλγήματος, προσῆλθε αἱματῶδες. ἔληξε τρίτη. καὶ ὁ τέκτων ἐπὶ τὰ ἕτερα. ἐκ τῆς αὐτῆς ἰξίος. καὶ τούτῳ προσῆλθε αἱματῶδες. ληγόντων δὲ ἀμφοτέροισι ὑπόστασις εἶχεν καὶ τούτῳ τρίτῃ. ἐπεχλιαίνετο δὲ πλεῖστα Απημάντος, ὁ ἕτερος οὐκ ἐνόσει,

B εἰ μὴ ἐπὶ τὰ ἀριστερά. καὶ Νικοστράτῳ προσεγένετο τὶ τὰ ὕστατα ἐκ τῶν δεξιῶν. κατώτερον ἢ οἷσι ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι. πρόμακρα δὲ πρὸ τοῦ κενεῶνος, μέχρι πρὸς ὀμφαλὸν ἀμφοτέροισιν. [30] Η γραίη ἡ παρὰ Σωσιλέω λευκοφλέγματος. κνήμη σκληρῇσιν οἰδήμασι, λευκοῖσι, φολιδώδεσι. καὶ πόδες. ἧσσον δέ. ἦν δὲ καὶ ἐν τοῖσι κάτω τῶν μηρῶν. τοῖσι δὲ

C πολλοῖσι δυσέξοδον τοῦτο. ἀτὰρ καὶ ὀσφὺν καὶ λεπτόγαστρος ὑποχόνδρια ὑπολάπαρα. πνευματώδεες δὲ οὐ κάρτα. ἦν δὲ ληγόντων τῶν πλείστων, μελέτη καὶ ἄλλη ἦν ἐγλαυκώθη ἡ ὄψις. ταύτη μὲν τῶν ὀμμάτων, ἡσυχώτερα ἐπὶ σμικρόν ἦν ἰσχίου δὲ καὶ σκέλεος, ὑστερικὰ ἦν, δοκέοντα ἀλγήματα εἶναι. προσθετὸν ἀλφώδες ἐξ ἀλήτου καὶ μύρου. ξυνέβη ταχέως διαλυθῆναι καὶ πλαδῆσαι. χρόνος τῇ ἐς ὀφθαλμοὺς ἀποστάσει, ἐνιαυτός. πάντῃ ὠμοφακώδης, οἷα καὶ τὰ ἐξανθήματα ὀξέως οὐ τελέως. ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν συριγγώδεων τοιαῦτα. [31] ἐν τῇ Ἱππολόχου κώμῃ, παῖς ᾧ ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι τὸ περιλαμβανόμενον περὶ ἀμφότερα ἦν τοῦ αὐτοῦ. σκληρὸν δὲ καὶ κάτωθεν ἔχον ὑπόλαμψιν ἐμφερῆ τῇ τοῦ χαλκέως, τῇ ὑδρωπιώδει, ᾗ λεπτὰ ἐλθόντα, μέρος τι ἐλάπαξεν. ἦν δὲ καὶ αὐτῷ τούτῳ πρὸς τοῦ δεξιοῦ ὀμφαλὸν τι ὑποπεξηρμένον, τὸ ὑπὸ τι περιφερείας ἐχόντων. τούτῳ ὁ ὀμφαλὸς ἐκ γενεῆς ἐμελάνθη. καὶ ἕλκος βαθὺ ἐγένετο. καὶ ὁ ὀμφαλὸς, οὐ μάλα οὐλὴ ἐγένετο. καὶ τὸ αἰδοῖον ἀκρόψιλον ἐγένετο, οὐ τοιοῦτον αὐτίκα ἐόν. οὐδὲ ξυγγενικόν. ἐπεὶ τε μᾶλλον ἐγένετο. ἐκ τούτου αἵματα τὰ πλεῖστα, πυρετός, ἀποσιτίη, ὑγιάνθη. περὶ δὲ ζ ἀπὸ τῆς κατακλίσιος, πρόσθεν γὰρ προεκάμνεν, ὕδωρ τε πολὺ πίνων, καὶ ἴσως ἄλλως ὑποκατεφέρετο. ἐρριπτάζετο καὶ τι ἑαυτό. ληγόντων δὲ τοῦ σπασμοῦ, ἔλαθεν ἀποσβεὶς. πρὸ δὲ τούτου, οὔρησεν ἀθρόον. καὶ φῦσαι διῆλθον ἐν βρόμῳ. καὶ τὰ ἄνω οὐκ ἐλάπαξεν οὐδέν. ἀποθανόντος τε θᾶσσον, κεῖνά τε ἐλαπάχθη ἰσχυρῶς, καὶ τὸ ἄλλο διεφοινίχθη, ὡς μάστιξι πᾶν τὸ σῶμα, πλὴν τούτου ᾗ μάλιστα τὸ ἔξαρμα ἦν. καὶ θερμὸς ἐπὶ συχνὸν ἦν. ᾧ δὲ ἐν Αὐδήροις ἐρράγη κάτω. ᾧ δὲ ἔμπροσθεν αἰώδη ἀπύρετος. τὸ δὲ ἔξαρμα ψαυόμενον, ἴκελον ἐμπύῳ ἦν. Ἀσθματώδης οἰκέτιδι, ἔνθα ἐκ τῶν φλεβῶν αἷμα ἐρράγη ποτε. τοῖσι ἐπιμηνίοισιν ἐγένετο δι' ἄσθματα. ἐκεῖνα ἐπαύσατο. πυρετὸς ἐγένετο. μαζὸς ἐνεπύησεν ἀριστερὸς ὕπερθεν. καὶ ἀπ' ἀρχῆς καὶ οὖς. [32] τῇ Ὀλυμπιοδώρου παιδίσκῃ. αἷμα ἐκ τοῦ δεξιοῦ. καὶ ἐκρίθη ὡς εἰκοσταίη. οἷα καὶ τοῖσι πυρεταίνουσι. καὶ διαχωρήσιες. οἷαι καὶ τοῦ θέρεος ἐπεδήμησαν καὶ οἷα Ἱππώνακτος. καὶ

E Ὕλῃ οἰκέτις ἡ Ἀριστίδου ὀγδόη ἐν τῇ τῶν φαρμάκων καθάρσει. κάτω σημεῖα, οἷα εὐφόρως φέρουσι, κἢν μὴ παρὰ λόγον γυῖα τῇ. καὶ μήτε ἐπαφρα, μήτε ὕφαιμα, ἀλλ' οἷα ἄλλα ἐστὶν, οἷα Ἡρακλείδεω. ἐκαθάρθη πολλά. καὶ ῥηϊδίως ἔφερεν. τῇ ἐν τῇ Βουλαγόρεω κώμῃ, ἀποκαθαρθείσῃ,

sputum præmaturum, aluus, vita intemperans, & talia huiusmodi. Apemantum sedis dolores vexabant, & dextri lateris inanitatem, atq; ad vmbilicũ paulò infra pertingebant. Et dextra parte ante dolorem vrina cruenta prorupit, tertio die desiit. Et faber opposita parte ex eadem rectitudine dolorem sensit atq; huic etiam vrina cruenta prorupit. Quæ vbi desiisset, vtriq; in vrinis quiddam subsidebat, idq; tertio die. Plurimùm autem subinde incalescebat Apemantus, quod non nisi sinistra parte sentiebat alter. Nicostrato etiã ad extremas partes dextras aliquid accidit, paulò infra quàm quibus in sinistris. Oblongum verò quiddã supra lateris inanitatem vtrisq; ad vmbilicum vsq; extendebatur. 30 Anus apud Sosileum aquæ intercutem specie quæ pituita alba dicitur, laborabat. Tibiæ tumoribus duris, albis & mollibus vexabantur, pedesq; etsi minus, qui etiã partes infra femora pertingebant. Idq; plærisq; difficilẽ exitum minabatur. Quinetiam lumbos peruadebant, & venter tenuis erat, pręcordia subinania, anhelosi verò non admodum. Cessantibus autem plurimis, etiam alia incumbebat cura, vbi oculorum acies cæsia reddebatur. Ac ipsa quidem oculorum cura paulò quidem lenior erat. Coxendicis autem & cruris dolores ex vtero pendere videbantur. Quos supposito medicamento odorato ex farina & vnguento, statim discuti & diffiicere contigit. Tempus autem eius quod in oculum abscessit, annuum fuit, quod vndiquaq; immaturum erat, cui præsertim pustulæ non omninò resolutæ fuerunt. Tale quoq; quiddam in desquamatis vlceribus contingit. 31 Puer in Hippolochi vico, cui ad vtraq; pręcordia aliquid continebatur quod durum erat & parte inferna aliquantulum splendescens, quale quid simile fabri ferrarij vxori aqua inter cutem laboranti aderat, cui tenues procedentes deiectiones quadantenus mollitudinem attulerunt. Erat verò etiam ad ipsum dextra parte quodammodo planum, protuberans, & aliqua ex parte rotundum. Huic ab ortu vmbilicus denigratus fuit, & profundum vlcus erat, neque vmbilicus ferè cicatrice obductus fuit, pudendumq; extrema parte denudatum erat, cùm nihil huiusmodi statim extitisset, neq; connatum esset, tandemq; magis fieret. Hic plurima vomitione reiecit, febricitauit, cibum auersatus est, conualuit. At circa septimum decubitus diem (antea nanq; laborauerat) multa epota aqua, & alioqui fortassis negligentiùs se gerens, corporis iactatione torquebatur, & nonnihil conuellebatur. Vbi verò desiit conuulsio, inscienter extinctus est. Antea autẽ affatim minxit, & flatus cum strepitu prodierunt, superioresq; partes nulla ex parte sunt emollitæ. At statim vbi decessisset, & illæ valenter sunt emollitæ, & alioqui totum corpus velut scuticis cæsum, rubore infectum est, præterquam qua parte præcipuè tumor sublatus fuit, multoq; tempore calor perseuerauit. Abderæ cuidam per inferiora erupit. Quidam etiam anteriore parte intumescebat absq; febre. Contactu verò tumor ille purulento affinis erat. Anhelatione laboranti famulæ, cui interdum ex vasis sanguis profluxit, mensiũ verò tempore densata est spiratio. Quibus cessãtib. febris oborta est, mãma sinistra superiore parte pus collegit, atq; etiã auris per initia. 32 Olympiodori famulæ sanguis ex nare dextra profluxit, & ad vigesimũ iudicata est, nõ secus ac febricitãtibus cõtingit. Alui deiectiones etiã quales per æstatẽ grassabantur, & quales Hipponacti contigerunt. Hyle Aristidæ ancilla octauo die exhibitis medicamẽtis purgantibus per inferiorem aluum signa edidit, qualia facilè ferentibus accidunt, si non præter rationem vires frangantur, neq; spumantia, neq; subcruenta, sed quæ similia excernantur, qualia Heraclidæ vxori. permultum purgata est & facilè tulit. Quæ in Bulagoræ vico perpurgata fuer.

febricitare cœpit ex liene, cùm præcipuè quidem rubicunda esset (etsi qui dextra præcordia quadam ex parte, non sublata quidem, verùm distenta habent, ij maximè rubicũdi fiunt.) Aluus initio perturbata fuit, & in oculum decubitus expectabatur. Huic die septimo ex oculis prodiit salsuginosa & mordicãs lachryma, & per nares, & fauces, & aurem sinistram. Decimo quinto sudor cum rigore obortus est, nec ante rigorem iudicatio cõtigit, admodum ex virore palluit, facies circuntensa est & collapsa. auris è directo lieni & lateri respondens, doluit. Pueris aluus conturbabatur & tusses siccæ aderant, interdũ postremis diebus inter tussiendum pus ad humerum colligebatur. Fulloni ceruix, caput, septimo manus obtorpuit, nono crus stupidum fuit, tussis cessauit. Quæ malam distractam habuit, quinto mense in vtero ad sinistram tractionem sensit. Cranône Lycino Grammatico febre biliosa correpto ex lienis vitio, capitis grauitas adfuit, ad lienem asperæ quædam inæqualitates sentiebãtur, in labris vtrisq; vlcera interna rotunda, parua aderãt, deinde etiam paulùm sanguinis è directo profluxit.

ἤρξατο πυρεταίνειν ἐπὶ σπληνί. ἔχουσιν δὲ καὶ δεξιὸν ὑποχόνδριον μετέωρον μὲν οὔ. ἐντεταμένον δέ. οὗτοι καὶ ἐξέρυθροι γίνονται, μᾶλλόν τι ἐξέρυθροι ἐοῦσαι. κοιλίην ἐν ἀρχῇσι ταραχθεῖσαν. προσεδεχόμην ἐς ὀφθαλμὸν ἀπόστασιν. ταύτῃ ἑβδόμῃ ἁλμυρῶδες ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἦλθεν δάκρυον δάκρυον, καὶ κατὰ ῥῖνα. καὶ κατὰ φάρυγγα. καὶ οὖς ἀριστερόν. πεντεκαιδεκάτῃ ἵδρωσε σὺν ῥίγει. οὐκ ἔκρινεν πρὸ τοῦ ῥίγεος, ἐχλωρίασε κάρτα. καὶ προσώπου περίτασις, καὶ σύμπτωσις. τὸ οὖς κατ' ἴξιν τοῦ σπληνός. καὶ τοῦ πλευροῦ ἤλγει. τοῖσι παιδίοισι, γαστέρες ταραχώδεες, καὶ βῆχες ξηραί. ἐς ὦμον ἔστιν ὅτε ἀπόπτυσις ἐν τῇσι βήξεσι τῇσιν ὑστέρῃσιν. Ὁ κναφεὺς, τράχηλον, κεφαλήν. ἑβδόμῃ, χεὶρ ναρκώδης. ἐν τῇ θ´ σκέλος ναρκῶδες, βὴξ ἐπαύσατο. ἡ τὴν γνάθον ἐρυσθεῖσα ἐν πέμπτῳ μηνὶ ἐν γαστρὶ εἵλκυστο ἐς τὰ ἀριστερά. ἐν Κρανῶνι Λυκίνῳ γραμματικῷ ἐκ πυρετοῦ χολώδεος, ἐπὶ σπληνὸς καρηβαρίη, ἐνέρξα κατὰ σπλῆνα. ἐν χείλεσιν ἀμφοτέροισιν ἕλκεα, ἔνδοθεν στρογγύλα, σμικρά. ἔπειτα τι καὶ αἷμα ἐκ τοῦ κατ' ἴξιν σμικρὸν ἐρρύη.

[29] πνευματώδης] Sic legunt exemplaria omnia tum publicata tum scripta. Quædam etiam ad lienem referunt, & inflatum ac tumidum lienem indicant. Galenus πνεῦμα legit, & paruam ac crebram spirationem intelligit qualis intumescentibus præcordiis adesse solet. Sic enim scribit lib. 3. περὶ δυσπν. hunc locum explicans, qui quod vitiosè admodum nostris in codicibus legatur, sic adscribendus est: καὶ ὁ μετὰ ταύτην ὁ γεγραμμένος ἄρρωστος, ὅτι καὶ αὐτὸς ἀνέπνευσε πυκνὸν ἐπὶ τῇ τῶν ὑποχονδρίων διαθέσει, δῆλον ἡ ῥῆσις αὐτὴ ποιήσει, τὸν δὲ τρόπον ἔχουσα. ὁ παῖς ἣν τῆς γυναικὸς τῆς τοῦ Απημάντου ἀδελφῆς. ὑποχόνδρια μεγάλα καὶ σπλήν. πνεῦμα. διαχώρησις πικρόχολος ὥσπερ γὰρ πνευματώδεις ἐνίοτε καλεῖ τοὺς πυκνὸν ἀναπνέοντας, οὕτω ποτὲ καὶ ἁπλῶς γράφει πνεῦμα. θαυμαστὸν δ' οὐδὲν εἰ μεγάλων ὄντων ὑποχονδρίων, ἐγίγνετο πυκνὸν τὸ πνεῦμα. καὶ γὰρ αὖ καὶ προελθὼν ἐπ' αὐτοῦ πάλιν ἐρεῖ. τὰ ὑποχόνδρια δὲ ἐντεταμένα ἦν. καὶ δὴ καὶ ἦν τι βηχίον ξηρὸν ἡσυχῇ. καθόλου γὰρ ὡς εἴρηται, ἐπειδὰν ἢ ὄγκος, ἢ ὀδύνη τις ἐν τοῖς καθ' ὑποχόνδρια συστῇ, μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐξ ἀνάγκης ἀναπνέουσιν hoc est, Atque quòd qui post hanc adscriptus est æger, etiam ex præcordiorum affectu crebra spirandi difficultate laborarit, ipsa dictio hoc modo habens manifestum faciet. Apemanti sororis filius præcordia tumida & lienem habuit, difficultas spirandi aderat, biliosa alui deiectio. Quemadmodum enim interdum πνευματώδεις vocat eos qui crebra difficultate spirandi vexantur, sic quandoque etiam simpliciter πνεῦμα adscribit. Nihil autem mirandum est, si tumidis existentibus præcordiis spiratio crebra existat. Nam & rursus in eius narratione progressus, denuo inquit. Præcordia verò distenta erant, & sanè etiam tussicula quædam modicè sicca vexabat. In vniuersum enim (velut diximus) vbi tumor aut dolor aliquis in partibus circa præcordia constiterit, paruam & crebram spirandi difficultatem consequi necesse est.

καὶ κείνῃ ἡ ῥαπτὶς κοπώδης] Ex labore velut euidente causa defatigato, vigesimo die iudicatione in articulos abscessus decubuit, ex aph. 31. lib. 4. & 44. & 45. non autem in oculos, velut quibusdam contigisse paulò antea commemorauit.

βηχίον ξηρὸν ἡσυχῇ] Sic legit Galenus, quem sequuntur Codices Germanici & vnus Regius manu scriptus. Reliqua omnia exemplaria ἰσχνὰ habent, sed tum ἦν τι non ἦν τι legunt, quæ secutus est Caluus. Nos Galeni lectionem magis plausibilem cum Cornario sequimur.

τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα] Placitum 12. lib. 2. aliàs repetitum lib. 2. & 6. τῶν ἐπιδημ. Quod sequitur cùm morborum reuersionis causas contineat, incertum est an morbi huius conditionem respiciat & defectam crisim, quomodo sumpsisse videtur Caluus, an verò, quod magis est probabile vniuersitatis rationem habeat. Videtur nanque recidiuarum causas includere, & quod aliàs scripsit lib. 2. † epid. innuere. τὰ προκεινόμενα ἢν ὠμὰ ᾖ κεινεῖσθαι, ὑποστροφαί. προτεταινόμενον enim sputum ante tempus maturum significat, & præcocem ac præmaturam morbi concoctionem dum adhuc crudus est denotat, quod προκρίνεσθαι aut προκρίνεσθαι Hippocrati dicitur, vt aliàs scripsimus, & de his quæ in morbis excernuntur, & maturam morborum solutionem occupant effertur. Quod fit (vt scribit Galenus) pondere irritata natura, aut viribus exoluta. Eaque recidiuas minantur, vt & aluus non bene respondens, intemperans vita ac incontinens, quam per ἀκρασίαν multis in locis intelligit Hippocrates. Potest etiam intemperies intelligi quod faciunt interpretes.

† Sect. 1.

Απημάντῳ] Sic legunt meliora exemplaria, quædam etiam καὶ ταυτὰ ἀπήμαντον, quæ secutus est Asulanus codex.

καὶ περὶ τὸν ὀμφαλὸν] ὀφθαλμὸν legit Caluus contra fidem omnium codicum. In quo fortè Italicarum membranarum fidem obstringit. Et illud καὶ ἐκ δεξιοῦ potest dextram infra vmbilicum partem respicere & ad antecedentia referri, quod facit Cornarius. Nos tamen codicum autoritatem sequimur.

ἐπεχλιαίνετο] Interpretes de fomentis accipiunt, ego de calore præter naturam, qualis tumoribus adesse solet, aut de febris suspectione sumendum existimo, quod ἐπιχλιαίνεσθαι Hippocrati subinde incalescere & intepescere significat. Hic autem haud dubiè hypochondriorum tumores designantur, vt satis constat. Lib. verò 2. epid. Apemanti sect. 2. Apemanti fabri & Nicostrati meminit, quibus tussi nihil eductum est, & in renes dolores decumbebant.

ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ] Sic legunt omnia quæ adhuc videre licuit exemplaria. Cornarius ἐπὶ τὰ δεξιὰ legit, aut ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἴξιος dextræ partis directionem respicere voluit.

[30] φολιδώδεα] φολιδώδης hîc idem quod antea φολλικώδης, significat, τὸ θυλακώδες καὶ χαῦνον, & tumores intelligit laxos, subinanes, molles & fungosos qui in tibiis aqua inter cutem laborantium oriuntur. Squamosos dixit Caluus, quod φολὶς anguium aut piscium squamam indicet, meliùs tamen corticem, aut tunicam, aut pellem significat. Denotari autem possunt tumores huiusmodi in aqua inter cutem laborantibus, velut squamis aut cortice obducti, ob cutis siccitatem & rugas ex alimenti penuria. Hunc autem locum subindicat Gal. in exeg. vbi κατωσωπλίω legitur, & κνήμης subaudiendum monet.

ἀτὰρ καὶ ὀσφῦϊ] Indicat tumores lumbos attigisse etiamsi venter gracilis esset & extenuatus, neque intensa fuisse præcordia sed subinania & aliquantulum mollia, quòd nullus adesset tumor, ideoq; non admodum anhelosi viderentur, nullaque difficili spiratione angerentur. Sic nanque explicat Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ ἐπειδὰν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα προειπὼν, ὑποχόνδρια ὑπολάπαρα, προσέθηκε, πνευματώδεες δὲ οὐ κάρτα. εἰ γὰρ δὴ τὸ μὲν λαπαρὸν κενὸν, τὸ δὲ ὑπολάπαρον ὑπόκενον, ἐπὶ τοσοῦτον δυσπνοοῦσιν [illegible] κακῶς τὰ καθ' ὑποχόνδρια. hoc est, Quare nihil mirum subit, si etiam in his quæ postea sequuntur. cùm ante dixisset, præcordia subinania, addiderit anhelosi non admodum. Si enim λαπαρὸν vacuum, & ὑπολάπαρον aliquantulum vacuum significat, in tantum spirandi difficultate vexabuntur, in quantum iis malè affecta fuerint præcordia. Cornarius verò πνευματώδη legisse videtur & ad ὑποχόνδρια retulisse.

λευ ἐγλαυκώθη πόψις] Glaucedinem hic intelligere videtur quæ est oculorum offensio vbi humoris crystallini in glaucum fit mutatio. De qua in oculorum vitiis scripsimus nostris in lib. 2. Prædictorum annotationibus. ὄψις etiam hic, vt alias sæpe oculorum aciem & pupillam significat, & pro tota oculorum parte vnde obtutus fit, sumitur. Indicat autem nonnullis glaucedinem accidisse, quæ quòd aspectum offenderet, curam in se intenderet.

ἰσχίοι ἢ κ σκέλεος] In mulieribus plærisque dum vterum gerunt, coxendicis dolor est ad interiorem partem, & coxendicis esse videtur, vteri ligamentis in se distentis aut contractis.

περιωμοφακώδης] Id significat tumorem vndiquaque crudum, & immaturum, ac durum fuisse, vnde etiam diuturnum Caluus περιφακώδης legisse videtur, contra omnium quæ adhuc videre licuit exemplarium fidem. Illud autem ὀξέπεπε pustularum resolutionem, emollitionem & dissipationem significat. πέπαν namque & μαλάσσειν & κενοῦν, & λύειν Theoni Gymnastæ significat apud Galenum libr. 2. falub.

ἰσχὺ ἢ κ ἀπὸ τῶν συριγμάτων] Locus est subobscurus, & σύριγμα ἀπὸ τῶν ἀποσυρμάτων sumi videntur, vt sit sensus, In desquamatis vlceribus tales tumores immaturos contingere, quales erant in his quibus pustulæ non penitùs erant resiccatæ aut resolutæ. Sunt autem ἀποσύρματα vlcera desquamata & abrasa, cute suspensa & interdum nigrescente, vt scribit Galenus libr. 1. compofit pharmacor. κτ γένη. Quid autem hic per σύριγμα Caluus intellexerit, non facilè est assequi, neque quid per tractatum & scarificationem voluerit.

[31] ἐμφερῆ τῇ τοῦ χαλκέως] Sic omnia exemplaria tum scripta tum publicata habent. Caluus verò aliter legisse videtur, cùm aëri simile dixit, aut fortassis se potius sensui quàm scriptioni accommodauit.

ἐλαπάξεο] Sensus est tenues deiectiones progressas, tumorem illum hydropicum aliqua ex parte emolliuisse, vacuasse aut contraxisse, λαπάσσειν namque Hippocrati dici cùm tumor subsidet, contrahitur, vacuatur aut emollescit, familiare esse scribit Galenus lib. 6. epid. Com. 4. πολλάκις δ' ἤδη μεμαθήκατε τοῦθ' αὐτό, τὴν κτ τὸ λαπάσσειν φωνὴν ἐπὶ πάντα τὰ ὁπωσοῦν συστελλόμενα λέγοντος, ἐπειδὴ κενὰ ὅτι πρὶν γίνεται. hoc est, Iam verò sæpiùs didicistis illum consueuisse verbum λαπάσσειν ad omnia quæ vtcunque retrahuntur, referre, quandoquidem vacua magis redduntur.

λευ ἢ κ αὐτὸ τοῦτο] Significare videtur tumorem istum hydropicum dextra magis parte eminuisse, quod hepatis vitium potiùs suspectat.

περιέμησεν] καὶ ἔσμησεν legisse videtur Caluus contra omnium quos adhuc videre licuit codicum fidem.

ὑπερφρονέουσα] Hoc est alioqui fortassis monita nihili faciens & contemnens, aut negligentiùs se gerens. Caluus ὑπερφρονέουσα legisse videtur in quibusdam exemplaribus, etsi etiam hanc scriptionem retinuisse videatur, cùm (modum excesserat) dixit.

ἐῤῥάγη κάτω] Videtur innuere alui fluxu aut hæmorrhoidibus depositum & iudicatum fuisse corporis tumorem quendam.

ὅταν ἰσχνῇ] Haud dubiè locus obscurus est neque vitio caret, etsi magnus est exemplarium omnium consensus. Sic ergo mihi locus rectè simpliciter accipi videtur de sanguinis profluuio, cui cum interdum esset obnoxia, menstruorum tamen tempore restitantibus mensibus suspiriosa affectio oborta est, & febris, & mammæ sinistræ suppuratio. Et ne quid aliud affingam ἰσ' ἄγχει mihi legendum videtur. Interpretes de mensium profluuio sumpserunt, & ἐκεῖνα ἐπιδόσεις ad ἄσθμα retulerunt. Mihi tamen aptiùs ἐπιμηνίαις spectare videtur, quòd etiam testatur mammæ suppuratio, & febris generatio, tum quod non satis interpretum menti litera respondere videatur. Caluus illud ὅταν ἰσχνῇ cùm valdè angeretur vertit, quòd ἄγχει interdum angustias significent.

[32] κατὰ πάντα] Exprimit legitimæ purgationis leges ex placito 2. & 25. lib. 1. eaque videntur per hyperbaton interposita, & illud ἐκαθάρθη ad superiora referri, etsi interpretes alio respexerunt. Caluus illud κατὰ μὲν περὶ λόγον γυναῖκα mirè conturbauit, cùm tamen γυναῖκα & καταγυναῖκα sint Hippocrati admodum familiaria vt alibi scribimus.

ἴχωρ δὲ] Hæc videntur interiecta & ferè inter hæmorrhagiæ signa annumerari solent.

περὶ τὸ ῥῖγος] περὶ τὸ ῥῖγος ἐχλωραίνετο legit Caluus contra omnium quos adhuc videre licuit codicum fidem. χλωραίνεσθαι autem ex virore pallescere significat, qui color viscerum offensam præcipueque lienis testatur.

κ περὶ ἄπου περίψησις] περίψησις θλίψιν & afflictionem significare potest, sed cùm σύμπτωσις addatur, περίτησις magis congruit, quæ ex resiccatione & ardore fit, tum etiam quòd περιπεπτωμένον ξηρὸν κ ἰσχαλέον ferè iungat Hippocrates. Et περίτησιν legisse videtur Cornarius Caluus omisit.

ἀποπτίει] Pro ἀποπτύει ἀποπλύει legitur quibusdam in exemplaribus.

ἡ τῶν γνάθων ἐρυσίπελας] Sic legunt exemplaria omnia tum publicata tum scripta, significatur malæ distractio & distortio, quòd ἐρύσαι aut ἐρύειν & εἰρύειν ἕλκειν indicet apud Hippocratem. & σῶμα περιεσπασμένον, explicat Gal. lib. 3. epid. quod est perperam distortum esse & distractum. Caluus aliter sumpsisse videtur & ad genæ ruborem retulisse, quòd ἐρύθημα προσώπου soleat Hippocrati faciei rubores indicare, aut ἐρύθημα νομὴν, vel ἐρυθραινομένη legisse.

σκίρρα κτ σπλῆνα] Sic legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit. Hac autem voce lienis tuberculum & durities indicari videtur, quemadmodum κερχνώδεις dicuntur Hippocrati qui tubercula dura & immatura in pulmonibus habent, & faucium quandam asperam inæqualitatem, vnde vox stridula nec sine sono redditur, vt scribit Galenus Comment. 3. in lib. de artic. Qui & κερχνώδεις etiam dicuntur. Vnde etiam κέγχρος & κέρχνος aut κερχνὰ & κερχνᾶν deducuntur. Et ex hac vocis translatione, hic murmur & strepitus lienis intelligi potest. κερχνώδη etiam & κεγχρώδη Hippocrati dicuntur aspera & inæqualia, & quæ inæqualitates quasdam asperas & tuberculosas habent, (vt annotauit Erotianus) & κερχνώδη ἄγγεα, τὰ τραχείας ἀνωμαλίας ἔχοντα. Quæ & hac traduci possunt, & splenis tuberculosas durities aut inæqualitates significare. Quod Caluus quodammodo subolfecisse visus est, cùm causæ & originis rationem habuit, & sanguine lienem obduruisse dixit. Cornarius verò cum κέγχρον & κέρχνον ad pulmonis vitium & vocem stridulam referret, lectionem immutauit & κτ πνεύμονα legit. Cæterùm pro ἐπὶ σπλῆνος σκίρρον, quidam ἐπὶ σπλῆνος θρύψιν legunt.

ἐν χείλεσιν] In splenicis gingiuarum corruptionem, oris fœtorem, animæ grauitatem adscribit Hippocr. & veteres Medici, vt scripsimus nostris in Prædictiones annotationibus. Solenne quoque est lienosis sanguinis profluuium è directo, & naturæ leges subit, vt patet ex lib. 2. * epid. * Sect. 3.

[33] Τῇ οἰκέτιδι, ἣν νεωνητον ἐούσαν κατεῖδον. ἦν δὲ σκλήρωμα ἐν τοῖσι δεξιοῖσιν ἐὸν μέγα. οὐ κάρτα ὀδυνῶδες. κ γαστὴρ μεγάλη κ περιτεταμένη. οὐχ ἰκέλη ὑδατώδει. καὶ τ' ἄλλα λιπαρή. καὶ οὐ πάνυ δύσπνοος, ἄχροος δέ. γυναικεῖα ἑπτὰ ἐτέων οὐκ ἐληλύθει. ἐγένετο δυσεντεριώδης, καὶ οὐ τεινεσμώδης. καὶ ἀπὸ τούτου, ὀδυνῶδες δὲ ἐν τῷ δεξιῷ ἦν. καὶ πυρετοὶ γλίσχροι. καὶ οὐ πλείω ἑπτὰ ἡμερέων, καὶ κοιλίη ἐταράχθη. ἠλεκτρώδης. ἀπογλισχρος. ὑπόπολλος ἐς μέρας τινὰς ὑγιής. καὶ γυναικεῖα μετὰ ταῦτα ἐγίνετο. αἱ κτ τὴν γαστέρα λαπαρά. καὶ χρῶμα εὔχροον, αἱ παχύ ἦν αὐτῇ. [34] Ἡ Μίνωος ἡ ἐκ τῆς

[33] Famulæ quam nuper emptam vidi, cui durities magna dextra parte aderat, non admodum dolorem inferens, etiam venter magnus & distentus fuit, non aqua inter cutem laboranti similis. Quæ & alioqui opima erat, neq; admodum difficulter spirans, malè tamen colorata. Menses à septem annis nõ processerant, intestinorum difficultate premebatur, neque tamen inanis egerendi conatus aderat. Tuncque quod in dextris erat dolorem inferebat, febres lentæ tenebant, non tamen vltra septem dies. Aluus quoq; conturbata fuit, succino similia, glutinosa quædam & plurima demittens. Diebus aliquot conualuit, posteáque menses profluxerunt, & ad ventrem attinentes partes molles erant, corporisq; quod crassum reddebatur, color laudabilis erat. [34] Minois vxor quæ ex

compreſſione inter ſecandum in ſyderationem incidit, malo in pulmones incumbente, breui ſignificationem edidit, quibus diebus ſuperſtes erat, etiam aliud quiddam intus delituiſſe. Quæ naribus imponuntur medicamenta, ſi tertio die febris adfuerit, aut dolor quidem ſoluatur, craſſa per nares profluunt. Quòd ſi neq; dolor neq; febris ceſſet, tenuia ac fortaſſis vrentia. Tenue quidem, velut Hegeſippo, cùm ad noctem appoſitum fuiſſet. Craſſum verò huic aderat qui in Corintho ſpadoni ſimilis eſſe videbatur, & Celeuris filius erat. Maturi in morbis abſceſſus num iudicatione decernant ſignificatur, ſi dum feruoris ſenſus eſt, non febricitent, & quæ implaciditatem faciunt facilè ferant, velut quæ Charoni in ſede contigerunt. At Leambio cùm exulceratum eſſe inteſtinum exiſtimaretur, medicamentis ad inteſtinorum difficultatem adhibitis, humerus & ſedes parte ſiniſtra exulcerata ſunt, abſq; febre. A flatibus diſtento laterum inanitas cum quodam dolore in tumorem ſublata eſt. Huic poſt multum lactis & meracioris vini potum, cumque ſuperdormiuiſſet, nauſea illico & calor acceſſit. Deinde vbi accenſo foco, prunis coctam farinam craſſiorem pro cibariis comediſſet, ſubſtitit aluus, & purulentum aliquid inſuper tranſmiſit. At ſede inflammata, febris omninò expers & doloris fuit, quod aſſeueranter dico. 35 Senem qui in lapideis veſtibulis degebat, lumborum dolor cepit & vtriuſq; cruris, & vtrinque ad femora & tibias interdum, & quandoque genua deſcendit. Quo diutiſſimè perſeuerante multæ reuerſiones aderant. Tumor pedum fuit, lumborum, tibiæ, & parui inguinũ tumores, venter durus, totius imi ventris tenſio cum dolore. Plærumque veſica dura & dolens inuenta eſt, & progermina quædam, & calores aderant. At certè in oculis, auribus, naribus, manibus, iudicationum notæ quædam fiunt, & alia quædam in conſiderationem adhibenda ſunt. Æger quoque ipſe num ſudet, aut tangat, aut olfecerit, aut guſtauerit, & alia quoque animaduertenda. Pili, color, cutis, venæ, nerui, muſculi, carnes, oſſa, medulla, cerebrum, quæque ex ſanguine proueniunt, viſcera, venter, bilis, reliqui humores, articuli. Deinde num circa aurem dolor ſubnatus ſit, atque ibidem aliquid collectum fuerit, quod glandula non attingat, neque os purulentum ſit, & id ipſum ſenſim euanuerit, tumq; febris ſtatim cœperit. Pulſus, tremores, conuulſiones, ſingultus, circumcirca vrgens ſpiratio, ſeceſſus, ex quibus in cognitionem venimus. Oculis purulentis ſi rumpantur magna vlcera fiunt, & ſi ſecantur, profunda, ac vtroque modo pupillæ vlcerantur. 36 Ariſtæas ex vico Amphilochi quarto die delirauit, aluus aliquantulum ex virore palleſcentia demiſit, ſomni ſalubres aderant, & æger coloris erat candidi. Quibuſdam circa initia velut quidam tremor digitorum & labiorum inter loquendum aderat, reliquarumque partium, & effrenatam linguæ volubilitatem habebat. His præcipuè facies rubeſcebat, & inebriabantur, aut vomitione probè vtentes intumeſcebant. 37 Qui ad Medoſadæ vicum habitabat, tenuia, minimè biliofa aquoſa, multa deiecit, præcordia cedentia & tumida habuit, & ſopore detentus erat. Ad decimumquartum diem maximè cùm iudicatio procederet, rigor abſque tremore adfuit, membrorum diſſolutio, remiſſio, collapſio, alui deiectiones. Sopore detentus ex ſomno mente mouebatur, non inſaniit, ad decimumquartum diem iudicatione eſt abſolutus, neque quicquam eorum quæ decernere ſolent obſtitit. Eodem modo alter circa initia nonnihil glutinoſa alui recrementa demiſit, ex quibu

πιεσάντων, ἐσφακελίσθη, καθισαμένου ἐς πλεύμονα, ἐπεσήμαινε βραχέως, ὅσησι περιῆν, καὶ δηλοῖ ἐς ἔνδον. τὰ ἐντεθέντα ἐς τὴν ῥῖνα ἢν πυρετήνωσιν, ἢ μὲν λυθῇ ἡ ὀδύνη, παχέα κατὰ τὸν μυκτῆρα ῥεῖ. ἢν δὲ μήτε ὀδύνη, μήτε ὁ πυρετὸς, λεπτὰ καὶ ἴσως πυρώδεα. οἷα δὲ μὲν λεπτὸν Ἡγησίππῳ ἐς νύκτα προσθεμένῳ. τὸ δὲ παχὺ, τῷ ἐν τῷ Κορίνθῳ εὐνουχοειδεῖ, τῷ Κελεύρεος, ἦν. πέπειροι αἱ ἐπὶ τῇσι νούσοισιν ἀποστάσιες, εἰ κρίνουσι σημεῖον. ἢν πυρώδεα ἐόντα, μὴ πυρεταίνωσι. καὶ δύσφορα ἐόντα, εὐφόρως φέρωσιν. οἷα τὰ ἐπὶ τῇ ἕδρῃ Χάρωνι. τῷ δὲ Λεαμβίῳ ἑλκώδεος ἐντέρου δοκέοντος εἶναι, ἐν δυσεντερίῃ φαρμακευθέντι ὦμος καὶ ἕδρη ἀφηλκώθη ἀπυρέτου ἐν ἀριστερῷ. ὁ ἀπὸ τῶν φυσέων μετεωριζόμενος, ἐπῆρτο καὶ ὑπήλγει κενεῶνι. τούτῳ γάλα πλεῖον καὶ ἀκρητέστερον πιόντι καὶ ἐπικοιμηθέντι, αὐτίκα ναυσίη καὶ θέρμη ἐγένετο. ἔπειτα ἀπτῶντι, καὶ ἀλφίτων σιτίων ἐσχαροπέπτων κεγχρῶν ἀποφαγόντι, στάσει ἡ γαστήρ. καὶ πυῶδές τι ἐπιδιῆλθεν. ἕδρης δὲ ἐπιφλεγμηνάσης, ἀπύρετος καὶ ἀνώδυνος ἦν ἰσχυρῶς τοῦτο λέγω. 35 Ὁ ἐν τοῖσι λιθίνοισι προπυλαίοισι πρέσβυς, ὀσφὺν ἤλγησε. καὶ σκέλεα ἄμφω. καὶ θάτερον κατέβαινεν ἐπὶ μηρούς. καὶ ποτὲ κνήμας, καὶ ποτὲ γούνατα. ἐγχρονιζούσης μάλιστα, πολλαὶ παλινδρομίαι ἐγένοντο. οἴδημα ἐν ποσίν. ὀσφύϊ. κνήμῃ. βραχεῖς βουβῶνες. γαστὴρ σκληρή. καὶ ἔντασις ἥξου ἡ πᾶσα. καὶ ὀδυνώδης τὰ πλεῖστα εὑρέθη ἔχων. καὶ κύστιν σκληρὴν καὶ ὀδυνώδεα. καὶ βλαστήματα. καὶ θέρμαι. ὅτι τοῖσιν ὄμμασι, τοῖσιν οὔασι, τῇσι ῥισί, τῇ χειρὶ αἱ κρίσιες, καὶ τ' ἄλλα οἷσι γινώσκομεν. ὁ ἀσθενέων ἢ ἱδρῶν, ἢ θιγών, ἢ ὀσφρανθεὶς, ἢ γευσάμενος, τὰ δ' ἄλλα γνοὺς, τρίχες. χροιή, δέρματα, φλέβες. νεῦρα. μύες. σάρκες. ὀστέα. μυελός. ἐγκέφαλος. καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ αἵματος, σπλάγχνα, κοιλίη. χολή. οἱ ἄλλοι χυμοί. ἄρθρα. καὶ μετὰ τὸ ἢ ἀλγῆσαι περὶ οὖς ταυτὸν σύστρεμμα. ἀδένος οὐκ ἐπιψαύοντος. ἴσως οὐκ ἀποπυοῦν. καὶ τούτου ἐμαλακύνθη. καὶ τότε εὐθὺς ἐπυρέτηνε. σφυγμοί. τρόμοι. σπασμοί. λύγγες. ἀμφίπνευμα. ἄφοδοι. οἷσι γινώσκομεν. τοῖσιν ἐμπύοισι τὰ ὄμματα. καὶ ἐκρηγνύμενα μεγάλα ἕλκεα γίνεται. καὶ ταμνόμενα βαθέα, ἀμφοτέρως αἱ ὄψιες ἑλκοῦνται. 36 Ὁ ἀπ' Ἀμφιλόχου κώμης Ἀρισταίης, τετάρτῃ παρέκρουσε. κοιλίη ὑπόχλωρα διῆκε. καὶ ὕπνοι ὑγιέες, λευκόχροος. ἀρχομένου οἷα ὑπὸ τρομώδεες. καὶ δάκτυλοι καὶ χείλεα διαλεγομένοι. καὶ τ' ἄλλα, καὶ ταχυγλωσσότεροι προπετέως. ἐρυθρὸς ἐπὶ προσώπου μάλιστα τούτοισιν ἦν. οὗτοι ἐθωρήχθησαν, ἢ ἐμέτου χρηστῶς ἐμέσαντες ᾤδεον. 37 Ὁ δὲ κατὰ Μηδοσάδεω λεπτὰ ἄχολα, ὑδατώδεα, πολλὰ διεχώρει. ὑποχόνδριον ὑπακοῦον καὶ κυρτόν. κωματώδης ἐγένετο. περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην πρὸς κρίσιν μάλιστα ἐόντι, ῥῖγος ἄτρομον. διάλυσις, πάρεσις, σύμπτωσις. τὰ τῶν ἀπιόντων, κωματώδης παραφερόμενος ἐξ ὕπνου. οὐκ ἐξεμάνη. ἐκρίθη περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην οὐδὲν τῶν κρινόντων ἐναντίον. ὁμοίως δὲ ἕτερος ἐν ἀρχῇσιν ὑπόγλισχρα διαχωρήματα, ἐξ οἵων

δὲ παχ

ὁ παχὺ κείσιμον. ἄγρυπνος. μετὰ ταῦτα ὑπόγλισχρα. ὑπόχολα. πέπονα. χολώδεα. μὴ λεπτά. ἐπεὶ δὲ ἀφίσταιτο ξυνίστασθαι, ταχεῖαι αἱ κρίσιες. ὑποχόνδριον ἐντεταμένον ἐφαίνετο φλεβονώδεα τρόπον περὶ ἕκτην. ἐπεὶ δὲ ἐκοιμήθη ἑβδόμη. ἐκρίθη περὶ ἐνάτην. λευκόχροοι. πυρροί. ἀμφότεροι. διαχωρήματα ὑδατωδέων, ἐς αἰθρίην ἐθέντα. λεῖον ἄνωθεν λεπτόν. κάτω ἴκελον ἰσατώδει, ἅτε ὑπόστασιν ἔχον. οἷσι κατὰ τὰ δεξιὰ ὑπολάπαρος ἔντασις φρενιτικοί, ἢν μὴ λύηται, λήγοντες τοῦ πυρετοῦ. οἷσι δὲ ὑπὸ λαπαρότητος κοιλίης, ἐν αὐτῇ τούτῳ οἷον διαλαμβανόμενον ἢ σκληρὸν ὀδυνῶδες γίνεται, καὶ πάνυ κακοήθες, οὐκ ἐθέλει διαχεῖσθαι, ἴσως ἐκ τῶν τοιούτων ἐκπυΐσκονται. ἐν δὲ τοῖσι δεξιοῖσιν αἱ ἐπάρσιες. ὅσαι μὲν ἐπὶ πολὺ καὶ μάλα καὶ μάλιστα πιέζοντι. ἢν ὑποβορβορίζῃ. πάνυ τι κακοήθεις οὐκ εἰσί. οἷον ἐν τοῖσι δεξιοῖσιν ἀπ' Ἀμφιλόχου, καὶ ὁ κατὰ Μηδοσάδεω. οὗτοι κωματώδεες, καὶ ἐν τοῖσιν ὕπνοισι καταφερόμενοι.

quod crassum erat iudicatoriũ fuit, peruigil erat post hæc nonnihil glutinosa, aliquantulum biliosa, matura, biliosa, non tenuia prodierunt. Vbi verò consistere cœperunt, celeres fuerunt iudicationes. Circa sextum diem præcordia distendi visa sunt venarum agitatarum in morem, deinde circa septimum dormiuit, ad nonum iudicatione est absolutus. Vterq; candidi erat coloris non fului. Excrementa aquosa sub dio aliquando exposita, supernè læuia, tenuia, infrà quod subsidentiam habuit glasto admodum simile erat. Quibus dextra parte aliquantulum mollis distentio fit, phrenitici euadunt, nisi febre desinente soluatur. Quib⁹ verò præ ventris mollitudine, in se velut quiddam collectum cum dolore durescit, & valdè malignum est, neq; dissipari solet, fortassis tale quid in pus vertitur. At in dextris sublati tumores, qui magna quidem ex parte molles sunt, maximeq; prementi, si quid submurmurarit non admodum maligni existimandi sunt. Quale quid in dextris ei accidit qui ex Amphilochi villa venerat, & ei qui iuxta Medosadæ icum habitabat, qui sopore detinebantur & altiore somno corripiebantur.

[33] λιπαρὴ] Id etiam ad ventrem pinguem & opimum referri potest, malui tamen ad totum corporis habitum referre. λαπάρη etiam exemplaria quædam manu scripta habent, quæ secuti videntur interpretes, quod ventris mollitudinem, vt paulò post, indicat. Cæterùm huius loci meminit Gal. lib. 3. περὶ δύσπν. vbi ταλαίπωρα legit.

ἠλεκτρώδη] ἠλεκτρώδης διαχώουσι, λαμπρὰ καὶ στίλβουσα dicitur Hippocrati, vt testatur Erotianus, παρὰ τὸ ἤλεκτρον, hunc profectò locum subindicans. Sed apparet Erotianum legisse κοιλίης παραχὼ ἠλεκτρώδης.

[34] ὀλίγου] Significat intra paucos dies sectione sublatam fuisse ægram & pus internum collegisse.

τὰ ἐντιθέμενα] Intelligi videntur medicamenta quæ naribus imponuntur & induntur ad hæmorrhagiam. Quidam codices ἐντιθέμενα legunt, sed ἐντιθέντα meliores & probatissimi quique. Cornarius, vt nos quoque, τὰ ἐντιθέντα ἐς τὰς ῥῖνας legisse videtur. pro ἐς τὸ ῥῖνα. Caluus verò istud aliò transtulit. Quædam etiam exemplaria, ἢν τὸ λυθῇ legunt, quæ secuti videntur interpretes. Potest etiam locus de medicamentis quæ imponuntur ad dentium dolores intelligi eamque in rem aph. 25. lib. 6. epid. sect. 6. accommodari, vbi exemplum hoc de Hegesippo vsurpatur. Quidam etiam πυρρώδεα pro τευτώδεα legunt, & rubra accipiunt.

τὰ πυρετοὶ] Abscessuum qui in morbis iudicatoriè fiunt dignoscendorum doctrinam facit, cùm sit, vt scribitur lib. 6. * epid. ἐκ τῆς στάσιος ἡ κρίσις ἅμα ἢ ἀπόστασις.

* Sect. 3.

ἀσυλλεχθὲν] Sic legunt meliora exemplaria etsi vetus Regium ἐγκαλυφθὲν habet.

κενεὸν] ἐν κενεῷ legunt exemplaria omnia manu scripta & Asulanum. μετεωριζόμενος autem à flatibus distentum significat & inflatum, vt μετέωρα ὑποχόνδρια ἐμπεφυσημένα, φυσώδη καὶ πεπαμένα explicat Galenus, quibus lac est aduersum, Comment. ad aphoris. 4. libr. 5.

ναυσίη] Duo exemplaria Regia manu scripta pro ναυσίη, καὶ αἴσιον legunt. ναυσίη tamen magis placet.

[35] καὶ βλαστήματα] Interpretes ἐξανθήματα legisse videntur, aut βλαστήματα progermina pro exanthematis sumunt. Possunt etiam βλαστήματα intelligi inguinum tumores, quòd sint βουβῶνες (vt scribit † Hippocrat.) σημεῖον μὴ τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, & internam viscerum redundantiam ac impuritatem denuncient.

† *Lib. 6. epid. Sect. 3.*

ἐπὶ τῶν σήμασι] Locus valde est obscurus, in quo tamen nihil immuto, exemplarium authoritatem secutus. Videntur autem tantùm præcipua quædam capita indicari, ex quibus velut ex fontibus quibusdam iudicationum notæ hauriendæ sunt. Interpretes longè alium sensum aliamque lectionem secuti sunt.

ταυτὸ σύστρεμμα] σύστρεμμα hic ad aures enatum tuberculum significare videtur, etsi aliter sumit Caluus. Indicantur autem his morbis tumores ad aures enati non suppurantes, sed sensim euanescentes, qui infidas & malas iudicationes attestantur. Quibus etiam μελαινώδεα sæpè attribuit Hippocr.

ἀμφίπνοια] Hic significare videtur circumcirca & vndique vrgentem spirandi difficultatem, & pro magna & vehemente sumi: Caluus πνεῦμα simpliciter exprimit.

τοῖσιν ἐμπύοισιν] Hæc de purulentis oculis intelligenda veniunt, & exulceratis, de quibus multa scribuntur Prorrhetico secundo.

[36] ὕπνοι ὑγιέες] Caluus οὐχ ὑγιέες legisse videtur, contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem.

ταχυγλωσσότεροι τραυλῶς] Sunt qui petulanti & effrenata linguæ volubilitate sunt præditi, & in balbutientium numero reponuntur, quibus ex nimia humorum inundatione, neruosi generis imbecillitas contrahitur reliquarumque partium, & tremor fit.

ὄψιον] ὀδύνων legunt exemplaria quædam manu scripta Regia, sed reconditiora ὄψιον habet. Caluus ὀδύνων legit, quæ lectio non omninò improbatur. Ac videtur temulentiæ aut crapulæ discussio & per vomitionem repurgatio obiter attingi, quæ & antiquitatis testimonio fartam habet suffragationem, vt scripsimus nostris in lib. 2. epid. Com.

[37] ὁ δὲ κατὰ Μηδοσάδεω] Sic legunt ferè omnia exemplaria. Sed Μνασάδεω habet scripta quædam, quam lectionem secutus est Caluus. Certè hunc locum indicat Gal in Exeg. cùm scribit κατὰ μεσσάδεω, ὑπαρχοντίον κώμης. ὡς τῷ κατὰ πασπελίω, vbi & κατὰ μνασάδεω in quibusdam codicibus legitur. Erotianus Μεδοσάδεως legisse videtur (si modò vera est lectio) & ὄνομα τόπου esse indicat.

τὰ τῶν ἀπιόντων] Hæc phrasis deiectiones processisse significat, & aluum fluxam & liberam fuisse, cuius beneficio reliqua indicationi cesserunt.

παραφερόμενος ἐξ ὕπνου] Potest & leuis mentis alienatio intelligi hac phrasi, potest quoque & deprauata motio aut aberratio quædam significari, qua sopore detentus ex somno experrectus ferebatur.

ἰδὴν τῶν κρινόντων ἐόντων] Rectè & ordine ad decimum quartum diem processisse iudicationem hæc phrasis indicat, nullis obnitentibus decernentibus signis.

ἄγρυπνος] Exemplar manu scriptum Regium ἀγρύπνιον legit.

χολώδεα] Caluus γλίσχρα legisse videtur. Omnia tamen exemplaria χολώδεα habent, fortè pro χλοώδεα.

φλεβονώδεα τρόπον] Sic legunt omnia exemplaria, sed φλεβοδονώδεα aut φλεβοτονώδεα malim, quæ lectio magis arridet, vt indicetur hypochondrium distentum venarum intentarum in morem, aut venarum & arteriarum sanguinis feruore & efferuescentia concitatarum aut agitatarum in morem quod tumidum aut concepto intus calore inflammatum denunciat. Qua notione Interpretes σφυγματώδεα legerunt, quæ ferè est veterum codicum lectio apud Hippocratem, vbi φλεβοδονώδεα legitur, vt in Cois Præsagiis &

Pror-hetico primo, vbi ampliorem fecimus vocis huius explicationem. Erotianus certè φλεβονώδεα τὰ μετ' ἐξηγήματος οἰδήματα exponere videtur, aut τὰ μετὰ σφυγμοῦ hoc est tumores dolentes aut etiam cum pulsu & motione velut in arteriis contingit. Interdum verò τὰ ἐν κινήσει καί τινι ταραχῇ ὄντα significare scribit. Quæ profectò hypochondriis inflatis, tumidis, distentis aut etiam inflãmatis rectè conuenire possunt. Cæterùm quod φλεδονώδεα Gal. in Exeg. reponit, hic locum habere vix potest, nisi si quis ad delirium referat, quod postea ἐκοιμήθη addatur. Vitiosum autem est quod Asulanus codex φλεβοναδεα pro φλεβονώδεα legit.

οἷον περιλαμβανόμενον] Sic legunt meliora exemplaria & Asulanum, reliqua περιλαμβανομένων. Illud verò ἐν αὐτῷ τούτῳ valdè est perplexú. Cornarius de febre sumpsit. Caluus de aliqua corporis parte aut ventris. Mihi videtur ἐν αὐτῷ τούτῳ περιλαμβανόμενον de tuberculo posse sumi, quod in se quiddam collectum & conclusum habet, & ventris mollitudine latet, tandem tamen durescit & suppuratur, cùm dissipari, discuti aut diffundi nequeat, quod διαχεῖται effert.

καὶ μάλα καὶ μάλιστα] Sic legunt exemplaria publicata & magna ex parte manu exarata. Quædam tamen recondita ἴσω μετ' ἐπιπλὺ μαλακαί habent. Quam lectionem ex membranis Italicis habet Caluus.

ἐν τοῖσιν ὕπνοισι καταστρεφόμενοι] Videntur significare altiore somno degrauatos fuisse & correptos. Interpretes καταφερόμενοι legisse videntur, contra tamen omnium exemplarium fidem.

38 Aëris conditiones quænam sint, & quibus temporibus ac regionibus magis aut minùs contingant, considerandæ sunt. Ad iudicationem quoq; morborum vigores interdum spectare oportet, & accessiones quæ quotidie, aut maturiùs, aut seriùs, tertio, quartóve circuitu inuadunt. Videndum etiã quibus in circuitibus quæ decernunt intumescunt, sanguinẽ profundunt, & contrà. Quibus etiam in abscessibus morborum reuersiones fiunt, temporum venæ, & collapsiones, & colorum mutationes ante iudicationes, & quibus iudicatio minimè contingit. Item corporis anxietates, distentiones, colorum mutationes ex rubro in pallidum, vbi iudicatio non fit, & cutis distentiones absq; iudicatione, oculi collapsio, corporis asperitas cum siccitate. Quibus quidem volentibus lachrymæ emittuntur, nil mali portenditur, at quibus inuitis effluunt, malum. Quibus autem dentes vndiquaq; lentore obducuntur, malum suspectare licet. Qui vlcus in tibia habuit, & Attico vsus est, huic pustulæ sublatæ sunt, rubræ, magnæ, idque tussis vice quæ postea vexauit, neque enim antea tussiuit. In Æno horrorem sentiebant quotquot ex capitis vulnere laborabant, malignè habebant, pus colligebant, post inanem egerendi cupiditatem ex via pedum dolor aderat, & cum mentis perturbationibus lassitudines. Ex quorum numero Clinia cibos auersabatur, contabescebat, pus interdum paulò cruentum, interdum pus intumescens reiecit. 39 Hippei coniunx aqua inter cutem laborans, quæ etiam à tribus annis ad veris initia tussi vexabatur, maiorem autem puris copiam intrò collegit, sub hyemem aquosa facta est. Ab illis verò medicamentis repurgata meliùs habuit. Ancilla mortua est. In tussientibus, iis quidem qui manibus laborabant, velut puero qui sarmenta contorquebat, & Amyntæ filio, vbi vtriusque solius dextræ resolutio contigisset, cessabat, deinde tussientes ea affecti sunt. Qui verò aut equitarunt, aut pedibus iter fecerunt, in lumbis & fœmoribus eam senserunt. Magna autem ex parte siccæ tusses erant, aut certè quidem violentæ. Enmyris vxor ægrorum in morem minimè affecta, absq; febre stupida est reddita, deinde in totius corporis tremorẽ res vertit, & colliquationem, & cibi fastidium ac sitim, frigidaque erat. Qui nocturna cœcitudine laborabant (nyctalopes dicuntur) plurimam vrinam reddebant, postea paulum quiddam emittebant. Iis verò tussi atque insuper febre diuexatis tubercula ad aures circa septimum aut etiam octauũ diem erumpebant. 40 Enmyris filia febre laborauit & ex aure pus effluxit, haud certò scio an circa octauũ diem. Quibusdã verò dens præcipuè tertius inter superiores exesus fuit, & hic præ omnibus exesus reperiebatur. In hunc dolor & quibusdam etiam circum pus colligebatur. Interdum verò vehementia ad aures tubercula exoriebantur, & hi magis tussiebant quàm illi, interdum etiam suppuratio fiebat cum febribus, & liberabantur septimo die. Ex ingrauescente præcordiorum tumore solutio nulla contigit, aluo emollita inerant pa-

38 Αἱ καταστάσιες, καὶ οἷαι ἐν ᾗσι μᾶλλον καὶ ἧσσον γίνονται ὥρῃσι. χώρῃσι. τὰς ἀκμὰς ὅτε τῶν νούσων, καὶ περὶ κρίσιν. καὶ τὸ καθημερινὸν, καὶ τὸ πρωΐτερον, καὶ ὀψιαίτερον. τρίτῃ, τετάρτῃ περιόδῳ. καὶ περιόδων ἐν ᾗσι τὰ κρίνοντα οἰδεῦντα. αἱμορραγέοντα καὶ μή. αἱ ἀποστάσιες ἧσιν ὑποστροφαί. φλέβες κροτάφων, καὶ συμπτώσιες, καὶ χροιῶν μεταβολαί. περὶ τὴν κρίσιν, καὶ οἷσι μὴ κρίνεται. καὶ οἱ ἀλυσμοί. περιτάσιες. χροιῶν μεταβολαί, ἐκ τοῦ ἐρυθροῦ ἐς χλωρὴν ἣν μὴ κρίνῃ. καὶ αἱ δέρματος περιτάσιες, ἄνευ κρίσιος καὶ σύμπτωσις ὄμματος. τοῦ σώματος σκληρότης ξηρή. οἱ μὲν ἑκόντες δακρύουσιν. οὐ κακόν. οἷσι δὲ ἀκούσιος παραῤῥεῖ, κακόν. οἷσι δ' ἐπὶ τῶν ὀδόντων περιγλίσχρα γίνεται, κακὸν, ὑποσχάσκειν. ὃς ἐν τῇ κνήμῃ ἕλκος εἶχε, καὶ τῷ ἀττικῷ ἐχρήσατο, τούτῳ ἐξανθήματα ἐξαειρόμενα. ἐρυθρά. μεγάλα. τοῦτο ἀντί τι βηχὸς τῆς ὕστερον. οὐ γὰρ ἔβηξεν. τὸ δὲ πρότερον. Ἐν Αἴνῳ ὅσοι φρικώδεες, τρωματίαι κεφαλῆς, κακοήθεες καὶ ἐμπυητικοί. ἐκ τεινεσμοῦ ὁδοιπορίης ὀδύνη ποδῶν καὶ ἐν τῇσι ταραχῇσιν οἱ κόποι. ὧν ἡ Κλινία ἀπόσιτος τηκομένη, πυώδεα ἄλλοτε σμικρὸν αἱματώδεα πυώδεα ἐποίδεον. 39 Ἡ Ἱππέως ὑδρωπιώδης, ἣ καὶ ἐπὶ τρία ἔτεα ἦρος ἀρχομένου ἔβησσεν, ἐπὶ πλέον διεπύησεν, [illegible] ἐξυδατώθη. κείνων δὲ φαρμακευθεῖσα, ἐρήϊσεν. ἀπέθανεν ἡ παιδίσκη. τῶν βησσόντων οἱ μὲν τῇ χερσὶ ταλαιπωρέοντες, οἷον ὁ παῖς ὁ τὰ κλήματα στρέφων, καὶ ὁ Ἀμύντεω, παραλυθέντες αὐτὴν μούνην τὴν δεξιὴν ἀμφότεροι, ἐπαύσαντο. ἔπειτα ἔπαθον τοῦτο βήσσοντες. οἱ δὲ ἢ ἱππεύσαντες, ἢ ὁδοιπορήσαντες ἐς ὀσφὺν μηρόν. ξηραὶ δὲ αἱ πλεῖσται. εἰ δὲ μὴ, βίαιοί γε. Ἡ Ἐ… μύεος τρόπῳ οὐ νοσώδης, ἐδόκει ἄνευ πυρετοῦ. τυφ… δης ἐοῦσα. ἔπειτα ἐς τρόμον ἦλθε παντὸς τοῦ σώματος καὶ τῆξιν. καὶ ἀποσιτίην. καὶ δίψαν. καὶ ψυχρὴ ἦ… οἱ δὲ νυκτάλωπες, οἱ πλεῖστον οὐρήσαντες, τὸ ὕστερον βραχύ τι. ἐς δὲ τὰ ὦτα βήσσοντες, καὶ ἐπιπυρεταίνοντες ἐκρηγνύμενα περὶ ἑβδόμην ἢ καὶ ὀγδόην. 40 Ἡ Ἐ… μύεος παῖς ἐπυρέταινε. καὶ ἐξ ὠτὸς ἐῤῥύη πυῶδες. περὶ ὀγδόην οὐκ οἶδα σαφέως. ἔστι δ' οἷσι καὶ ὀδὼν ὑπερῷ… βεβρωμένος. μάλιστα ὁ τρίτος τῶν ἄνω. αὐτίκα πάντων… οὗτος εὑρίσκεται βεβρωμένος. ἐς τοῦτον ὀδύνη. καί ἐστιν οἷ… καὶ περιπύημα. οἷσι δὲ ἐς ὦτα ἰσχυρῶς βήσσοντες μᾶλ… ἢ ἐκεῖνοι. οἷσι δὲ καὶ ἐς ἐμπύησιν σὺν πυρετοῖσι, … ἀπαλλάσσει ἑβδόμῃ. ἐπεὶ παρωξύνθη ὑποχόνδριον οὐκ ἐλύθη. μαλαχθείσης ἐνίων τὰ σμικρὰ ὑπόπλια…

ξυνερ-

A ξυνεστρέμματα οὐ χρηστά. οὖρον αἱμοχρῶδες. ἔπτυε δὲ ἀφρῶδες. παρ᾽ ὃν κυνικὸς εἰσήγαγέ με. ἑβδόμη παρωξύνθη. περὶ δὲ ιδ´ ἐκρίθη. ἀφανιζόμενα κακά. καθαρὰς φάρυγγα. ὀλίγα. πλατέα, πέπονα ἀνέπτυσας. ἐκ ῥινῶν μικρὸν ἔσταξεν, ἐκαρηβαρέε. χειρῶν καὶ σκελέων κατάλυσις. κοιλίη λυθεῖσα ὤνησε. πόδες ἀεὶ θερμοί. ὕπνοι ἦσαν δὲ. καὶ πρὸς οὖς οὐ φλέβασθαι, ὅτι πέ-

B πονα ἔπτυσεν. [41] Ἡ Δημαράτου γυνὴ, πόδες καὶ ἐν τῇσι φρίκησι θερμοί. εἴτε ἐς τὸ ἔμπυον εἴ μὴ, ἀπώλετο. εἴχετο πρεσβύτης, ὁ ἀπογινόμενος ἅμα ἀσθενεῖ τῇ ἑωυτοῦ. τῇ κεκρυμμένον μανικόν τι ἐνῆν. ἐπεὶ δὲ ἐλθούσης ἕλμινθος ὑποπαχέης καὶ σίτου ὀλίγου, αὐτίκα ἐπαύσατο. καὶ ἐκοιμήθη. καὶ ὑγιὴς ἦν ὁ πρεσβύτης οὗτος. καὶ τοῦ σώματος περίτασις τοῦ δέρματος. ἄ-

C κρεα ψυχρά. λιπαρός. τρομώδης. ἐν ἀρχῇσι καὶ χείλεα καὶ χεῖρες. καὶ φωνήν. παρελωρήθη κοσμίως. ἔχασκεν, οὐ πάνυ δύσπνοος ἦν. ἡμέρῃσιν οὐκ οἶδα πρόσω εἴκοσιν, ἀπέθανεν. [42] Οἷσιν ὑποχόνδρια καὶ κοιλίη ὑποχωρέει, πιεζόμενα ἀλέα, οὐ βορβορυγμοί, ὡς ἐν Ἀβδήροισι κωλοτοειδέα, ὅτι δεῖ προτέρῃ κρισίμων ἡμερέων τῇ προτεραίῃ. καὶ τὰ κακά. καὶ τὰ

D ἀγαθὰ σημεῖα, γίνεται τὰς ἡμέρας ἧσιν ἐπιπαροξυνόμενοι χρονίζουσι, καὶ ἧσι λήγοντες βραδύνουσι. καὶ τὰ ἄπιστα, τῶν ῥηιζόντων, καὶ τὰ δι᾽ ἃ σφῶν αὐτῶν παροξύνονται. πτύαλον τοῖσι περιπνευμονικοῖσιν, οἷσι χολώδεα ὅταν μέλλῃ λήγειν, τὰ πάνυ ξανθὰ, βραχέα γίνεται, οἷα τὰ ἐν ἀρχῇσι ἐόντα τοιαῦτα ἐπιφαίνεται, οὐ πάνυ δοκέω ταῦτα ἐκπεπαίνεσθαι. ἀλλὰ κρίνειν οἷον

E τῷ παρὰ τῷ διδασκάλῳ, καὶ ἄλλοτε οἷον εἶδον. [43] Νίκιππος ἐν πυρετοῖσι ἐξωνείρωσε καὶ οὐδὲν ἐπέδωκεν ἐπὶ τὸ χεῖρον. καὶ τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο πλεονάκις ἐγένετο, καὶ οὐδὲν ἔβλαψε. προερρέθη ὅτι παύσεται, ὅταν δὲ πυρετοὶ κριθῶσι. καὶ ἐγένετο οὕτως. Κριτίας ἐν πυρετοῖς ὑπὸ ἐνυπνίων ὀχλεῖτο ὑφ᾽ οἵων οἴδαμεν ἐπαύσατο καὶ αὐτὸς ἅμα κρίσει. Ἄλκιππος ἔχων αἱμορροΐδας, ἐκωλύε-

F το θεραπευθῆναι. θεραπευθεὶς ἐμάνη. πυρετοῦ ὀξέος ἐπιγινομένου, ἐπαύσατο. ἐν τοῖσιν ὀξέσι πυρετοῖσι διψώδεες ὑπὸ ἰητρῶν πεπιεσμένοι τῷ ποτῷ, ἢ καὶ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν, δοκέουσι πολὺ ἂν ἐκπιεῖν. ὕδωρ ψυχρὸν δοθὲν ἵνα ἀπεμέσῃ, ὠφελεῖ. χολώδεα γὰρ πάρεσται. ὅτι τὰ νεῦρα αὐτὰ ἐφ᾽ ἑωυτὰ ἕλκει σημεῖον. ἢν μὲν τὰ ἐν τοῖσιν ἄνω τῆς χειρὸς τρωθῇ νεῦρα, ἐς τὸ κάτω νεύσει ἡ χείρ, ὑπὸ

G τῶν κάτω νεύρων ἑλκομένη. ἢν δὲ τοὐναντίον, ἄλλως. βήσσουσι ξηρὰ δὲ ἐπὶ ὄρχιας, καὶ ἐκ τῶν βηχώνων ὄρχις λύεται φλεβοτομηθέντα. καὶ φλεγμαίνοντες βήσσουσιν, οἱ ἐν τοῖς ἐπὶ βουβῶσι πυρετοῖς ἐπιβήσσουσι.

aliquantum glutinosa, concreta quædam minimè bona. Lotium cruentum & sputum spumans reddebat. Is ad quem me deduxit Cynicus, septimo die ingrauescebat, ad decimũ verò quartum diem iudicatione est absolutus. Sed quę sensim disparuerunt malum portendebant. Fauces puras habebat, pauca, lata & matura expuebat, paucus è naribus sanguis stillauit, capitis grauitas aderat & manuum ac crurũ dissolutio: aluus soluta profuit, pedes semper caluerunt, somni aderant, nihilque ad aures sublatum est, quod concocta expuisset. 41 Demarati coniunx etiam inter horrendum pedes calidos habuit, siue ad suppurationem deuenit, nec ne, periit. Senex qui decessit, vnà cum vxore sua ægrotabat, cui furiosum quiddam latens inerat. At vbi prodiisset lumbricus aliquantulum crassus, & paucum cibi recremfentum, statim conquieuit, & dormiuit ac conualuit senex iste, cutis corporis circumtensa, extrema frigida, mollis erat, ab initio tremula habebat labra, manus & vocem, moderatè mente motus est, ore erat hianti, neq; admodum difficulter spirabat: diebus haud procul viginti mortuus est 42 Quibusdam præcordia ac aluus compressa ac conferta demiserunt absque murmure, interdum, vt Abderis, stellionum tunicis similia. Id verò animaduertendum quòd primùm contingit pridie iudicatoriorũ dierum, quodq; bona & mala signa his diebus eueniunt, quibus diutiùs ingrauescunt, aut quibus desinendo tardiùs occupant. Tum quæ perfidè alleuant, tum ea per quæ seipsis morbi grauiores fiunt. Sputa pulmonum inflammatione laborantibus interdum biliosa, breui cessaturum morbum, quæ valde flaua, breuem fore indicant. Si qualia sunt per initia, talia tandem se ostendant, ea non admodum concoqui existimare oportet, sed iudicationem facere, qualis ei qui apud præceptorem erat contigit, & qualem aliàs interdum vidi. 43 Nicippus in febribus per somnum veneris imagines habuit, nihiloque ei deterius fuit, quod & ipsi sæpiùs absque noxa contigit. Id illi cessaturum prædictum fuit, cùm febres iudicatione solutæ fuissent, quod & ita euenit. Critias febribus detentus, insomniis, vt nouimus, vexabatur, quibus etiam ipse vnà cum iudicatione est liberatus. Alcippus per ora venarum quę in ano sunt sanguinem fundere solitus, curari vetabatur, curatus insania correptus est, quæ febre acuta succedente cessauit. 44 In febribus acutis siti oppressi à Medicis, aut sua sponte potu interdicto vexati, multùm bibere posse videntur. Iis frigida exhibita vt vomitio prouocetur, conducit. Sic namque biliosa aderunt. Neruos in sese contrahi id indicat. Siquidem manus nerui superiores vulnerati fuerint, manus ab inferioribus neruis tracta deorsum inclinabit, contra verò aliter continget. Quibus testes intumescunt, tussi sicca vexantur, & tussis vena secta in testium tumores desinit, & inflammatione tentari tussiunt. Quinetiam febribus ex inguinum tumoribus obortis, tusses succedunt.

[38] αἱ καταστάσιες] Videntur hîc quædam ad prænunciandam & dignoscendam crisim obseruanda præscribi. κατάστασις autem cœli conditionem & aëris statum significat.

οἰδεῦντα] Exemplaria Regia manu scripta, quorum alterum reconditum magis, alterum recentius. οἰδεῦντα legunt eodem sensu.
H Nam hîc naturæ contentionem ad criticam hæmorrhagiam denunciandam indicare videtur, cùm corpus quodammodo ad ineundam pugnam turgescit & comparatur, venæque omnes intenduntur ac intumescunt. Caluus mirum in modum locum istum conturbauit, & ἰσχόμενα legisse videtur.

καὶ οἷσι μὴ κρίνει] Ista non legunt Interpretes quæ tamen habentur in codicibus manu scriptis.

σκληρότης ξηρή] Quædam exemplaria manu scripta κληρότης ξηρὴ vitiosè legunt. Reliqua omnia σκληρότης ξηρὰς, quod magis est Ionicum. Cæterùm corporis asperitas & scabrities cum resiccatione indicatur, cùm corpus strigosum est, rigidum & asperum exhausto omni humore, præcipuè cùm περίτασιν & σύμπτωσιν iungat.

οἱ μὲν ἑκόντες] Lachrymas in morbis spontaneas & inuoluntarias considerandas monet † Hipp. lib. 16. epid. & has quidem semper

suspectat, illas alleuat, vt aphor. 52. lib 4 & lib. 6. epid. aphor. 16 sect. 1 ἀκέφυον οἱ ὅτι ὀξέσι ... [illegible] ... ὑπερμή. κακόν. Qua de re plenius scripsimus nostris in lib. 1. epid. Porrò meliora exemplaria ἀκουσίως, non ἀκούοντος legunt. A

† *Aph. 22. Sect. 8.*

ὑποχάσκειν] ὑποχάσκειν Interpretes dixerunt ore aliquantulum hiante esse & aperto, quod lentum illum humorem dentibus obductum, febrili incendio iam satis exiccatum, magis condensat & dentibus affigit. Significat etiam oculis fixis intendere, quod qui mente & oculis aliquò acriter contendunt, sæpè soleant ore hianti esse, velut oculos deuorantes dixit Martialis. Significat etiam ὑποχάσκειν, ἐπιτηρεῖν, vt χασκάζειν apud Aristophanem, obseruare, animaduertere, suspectare ac suspicari. Malum autem suspectare licet, quòd vehemens incendium istud significet. vt scribitur aph. 53. lib. 4.

ἀτλικοῦ ἰχχίνου] Atticum videtur esse emplastri nomen quod fit vlceribus glutinandis efficax, quale est Attalum apud Celsum. ἀτλικὸν ἀγγεῖον, ἀτλικὴν χύτραν, καὶ ὅλως ποτὲ τὸ κεχηνὸς ... ἰχῖνον exponit Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις. Sic ἰχῖνον ollam magnam multumque patentem Hippocr. significare scribit Erotianus.

ἐν ταραχῇσιν] ταραχὰς mentis perturbationes intelligere videtur, quemadmodum ταραχώδεις dicuntur qui mentis perturbatione tentantur in Prorrh. & ταραχώδεις πυρετοὶ, febres in quibus mens perturbatur, in Cois Præsagiis. B

[39] ἡ ἱππίου] Ἱππέου legunt exemplaria duo manu scripta Regia & Italica, vt ex Caluo patet. Alterum etiam reconditum Ἰππίου habet.

ἐπὶ πλεῖον διεπόνησεν] Exemplaria manu scripta ἐπὶ πλεῖον δὲ διεπόνησεν legunt & Asulanum.

τῶν βιαζόντων] Significat ex tussi manus dextræ syderationem contigisse in iis qui manus exercerent, quæ subinde cessarat, tandem verò repetierat. Iis verò qui crura commouerent, in lumbos aut femora abscessum factum fuisse. Quod etiam indicat his verbis lib. 6. epid. * οἱ μὲν οὖν ἐν φωνῇσι πλεῖον ταλαιπωρήσαντες, ἢ ῥιγώσαντες, ἐς κυνάγχας μᾶλλον ἐτελεύτων. οἱ δὲ τῇ χειρὶ πονήσαντες, ἐς χεῖρας μόνον παραπληγικοί. οἱ δ' ἱππεύσαντες ἢ πλεῖω ὁδοιπορήσαντες, ἢ ἄλλῃσι τοῖσι σκέλεσι ταλαιπωρήσαντες, τουτέοισι δὲ ἐς ὀσφὺν ἢ σκέλεα ἀκρασίαι παραπληγικαί. καὶ ἐς μηροὺς καὶ κνήμας κόπος καὶ πόνος. σκληρὴ δὲ ἡ βιαιοτάτη αἱ ἐς τὰ παραπληγικὰ ἄγουσαι. πάντα δὲ ταῦτα ἐπὶ τῇσιν ὑποστροφῇσιν ἐγένετο. ἐν ἀρχῇσι δὲ οὐ μάλα. πολλοῖσι δὲ τούτων, ἀνῆκαν μὲν αἱ βῆχες ἐν τῷ μέσῳ. ἐξέλιπον δὲ τελέως οὔ, ἀλλὰ συνῆσαν τῇ ὑποστροφῇ. hoc est, Qui igitur plus voce laborabant, aut rigore corripiebantur, iis tusses in anginas potissimùm desinebant. Qui verò manu laborabant, manuum tantùm resolutiones habuerunt. Qui autem equitarunt, aut plurimùm viæ confecerunt, aut alioqui cruribus laborarunt, iis lumborum aut crurum impotentiæ ex resolutione obortæ sunt, & femorum ac tibiarum lassitudo & dolor. Durissimæ autem & vehementissimæ tusses erant quæ ad partium syderationes deducebant. Ista quidem omnia in reuersionibus fiebant, per initia verò non admodum. Atque horum plerisque tusses in medio remiserunt, penitus autem non reliquerunt, sed cum reuersione adfuerunt. At cùm in tussi diuturna magna sit abscessuum fertilitas, tum verò præcipuè in articulos decumbunt, aut manus, aut femora, crura, lumbos, testes, aut reliquas corporis partes, vt sæpiùs obseruare licet apud Hippocratem, & abundè scripsimus in Pythione lib. 3. epid. & nostris in lib. 2. Comment. vbi etiam hunc locum subnotauimus. C

* *Sect. 7.*

ἡ ἐμμύειος] Exemplaria Regia manu exarata duo ὁ ἐμμύειος legunt, Caluus μύειος. Innuere autem velle videtur eam non decubuisse ægrorum more, sed de repente stupidam effectam, velut in corpus irruente fluxione exagitatam. Sic enim mihi sumi videtur hæc phrasis τρόπῳ τοῦ νοσώδεος. τυφώδης autem legi cum manu scriptis exemplaribus, etsi quædam τυφλώδης habent. D

οἱ δὲ νυκτάλωπες] Nyctalopas & luscios in tussi trahente fieri scribit Hippocr. lib. 6. epid. maximeque pueros. Qui verò sint nyctalopes scripsimus nostris in Prorrh. magnum annotat.

[40] ἡ ἐμμύειος] Exemplaria manu scripta ἁ ἐμμύειος παῖς legunt etsi non sine vitij suspicione.

ἔστι δ' οἷσι καὶ ὀδὼν] Vitiosa sunt exemplaria manu exarata Regia quæ ὀδόντων habent, quædam etiam ὀδών. Ex his quoque sunt quæ ἐκπύημα habent, quædam etiam παραπύημα. Significat autem circum dentem pus collectum fuisse, eoque dolorem confluxisse.

καὶ ἀπαλλάχθη ἑβδόμη] ἀπαλλάσσειν de tumoribus qui molliuntur & vacuantur, aut subsidunt dici valde est tritum. Significat igitur septimo die vacuatione emollita fuisse huiusmodi tubercula. Exemplar Asulanum πυρέτοισιν simpliciter legit.

ὑποχόνδρειον οὐκ ἐλύθη] Id de præcordiorum tumore præduro intelligi debet. μαλαχθείσης autem ad aluum refertur, qua vtcunque emollita tumor nihil concessit. Potest quoque ἐπαρσιν respicere & tumoris quantulamcunq; cessionem indicare. Exemplaria porrò manu scripta Regia valde recondita ξυνστρέμματα legunt. Quædam etiam non æquè probata στρέμματα, & quædam etiam adhuc magis vitiosa ξυνστρατεύματα. ξυνστρέμματα verò concretiones quasdam ac veluti conuolutas duritias significant, & de humorum compacta collectione dicuntur, vt scripsimus Prorrh. 2. Caluus vt ξυνστρέμματα agnouit, ita & ξύσματα ex quibusdam exemplaribus legisse videtur. Vitiosa autem sunt exemplaria quæ αἱμαχώδεες pro αἱματώδεες habent. E

μωλύσει κακά] Locus hic passim asterisco notatus vitium haud dubiè præ se fert, quod tamen in exemplaribus omnibus manu scriptis constans est. Publicatis namque sunt omninò similia Cornarius μωλυόμενα legisse videtur, quæ lectio plausibilior est, eamque secuti sumus. Potest & hæc lectio retineri & indicare iudicationem decimo quarto die obtigisse, quæ tamen infida & suspecta redderetur, quòd quæ ad aures tubercula subla... [illegible] ... dissipauissent & conquieuissent. (Sic enim μωλυώσας passim apud Hippocratem de aurium tumoribus sensim euanescentibus efferri scripsimus lib. 2. epid.) Neq; tamen in fauces redundarunt, quòd ea parua essent, & concocta ac matura expuerentur. Sed recursante ad cerebrum abundantia, capitis grauitas adfuit & sanguinis ex naribus stillicidium. Deinde etiam aliò effusa materia, manuum & crurum resolutio. Quæ alui secessu deposita, iudicationem absolutam confirmarunt. Caluus pro μωλύσει, ἀμωλύσει legisse videtur, longè admodum petita notione. Idem quoque κοιλίη κλυσθεῖσα legisse videtur. F

[41] ἡ Δημοκρίτου] Sic legunt exemplaria Germanica & codex Regius vnus. Reliqua omnia exemplaria Δημοκράτου habent, quæ secuti sumus. Interpretes quoque εἶπεν legisse videntur. quæ magis probatur lectio.

εἴχετο πρεσβύτης] Vitiosa sunt omnia exemplaria & hanc lectionem retinent. εἴχετο legendum videtur & ad superiora referendum, vt sit ἐς τὸ ἔμπροσθεν εἴχετο. aut εἴχετο πρεσβύτης. Caluus ὡς εἴχεν πρεσβύτην legisse videtur.

ἅμα ἀδελφῇ] Sic legunt exemplaria duo Regia manu scripta cum Germanicis, reliqua ἡ ἀδελφὴ habent. Eadem etiam exemplaria manu exarata paulò pòst πρεσβῦ pro πρεσβύτης habent.

παρλευέχθη κοσμίως] Sic distinguo cum Galeno melioribus exemplaribus fretus, etsi quædam κοσμίως ἴσχασε legunt. Galenus libr. 3. περὶ δυσπν. hunc locum sic attigit: οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν τελευτὴν ἤδη τοῦ βιβλίου, περὶ τοῦ πρεσβυτέρου διηγούμενος, εἶτα προειπὼν, παρλευέχθη κοσμίως, ἐπλευσεν, οὐ πάνυ δυσπνοος. ἀεὶ γὰρ κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἐργαζομένης τὴν δύσπνοιαν αἰτίας, καὶ τὸ δυσπνοίας γίνεται μέγεθος. hoc est, Sic verò iam ad finem libri de sene narratione exposita, deinde præfatus, moderatè mente motus est, intulit, non admodum difficulter spirauit. Semper enim causæ spirandi difficultatem facientis magnitudini, difficilis spirationis magnitudo respondet. G

[42] κωλοτοειδέα] Hoc modo habent omnia quæ adhuc videre licuit exemplaria pro κωλωτοειδέα. Sic enim legendum videtur, quòd χωλώτης aut κάλωτης stellionem indicet. Significat autem excrementa stellionum aut lacertarum tunicis similia, hoc est variegata & variis quibusdam guttulis respersa. Cornarius σκωληκοειδέα legit quasi vermiculata intelligat. Caluus κωλικοειδέα aut κωλοειδέα. Atque haud scio an hoc modo intelligi possint crassiora quædam excrementa aut intestinorum ramenta, quod κόλον crassioris intestini partem significet. Nobis profectò, vt ingenuè fateamur, in tantis ambagibus nihildum liquere videtur. ... verò ἀθρόα apud Hippocr. exponit Gal. in Exeg. Caluus aliter sumpsit. H

ὅτι ἐστὶ πρῶτον] Istud ad iudiciorum obseruationem videtur referendum, primamque perturbationem criticam respicit & implaciditatem illam quæ crisim præcedit, & noctem grauiorem facit, ex aphorism. 13. lib. 2. Reliqua etiam ad iudicationum considerationem faciunt, significantque iisdem diebus quibus accessionum insultus fiunt iudicationes fieri quod aliis verbis scribitur in Prædictionibus, & repetitur lib. περὶ κρισίων. Quam in rem plura scripsimus lib. 1. epid. * vbi conceptis verbis istud ab Hipp. scribitur. Et Gal. libris de diebus decretoriis fusissimè hanc tractationem persequitur. * *Sect. 3.*

καὶ τὰ

ἐν τῇ δ' ἃ ὀρθὰ αὐτῷ] Interpretes ἀνορθὰ αὐτῷ legunt. Istam tamen lectionem retinui constantibus omnibus exemplaribus. Viduráq; ad imperfectas & malè decernentes iudicationes referri, quibus recidiuæ fiunt & morbi recrudescunt.

πτυάλων τῶν διπλασιομοιωμένων] Sunt ista velut superiorum exempla quæ in signis concoctionis exercentur, & magnam in iudicationis disciplina vim habent. Sputum verò in peripneumonicis Aretæus ὑπόχολα καταπυρά vocat.

[43] Νικιππος ἐν πυρετοῖσι] Hoc sanè exemplum Petrum Aponensem refellit, qui veneris iocos quoscunq; in febribus damnat. Vt non immeritò quoque refellendus videatur Critias ille Pythagoricus, quem refert Plutarchus 3. συμποσιακῶν interrogatum quando mulieribus commiscere expediret, tunc præsertim respondisse quando quis damno affici volet. Quamquam idem Plutarchus in valetudinis præceptis scribit: ...ῶν ἄεισα λέγεται, τὸ τροφῆς ἀκορέστου, καὶ πόνων ἀοκνίλου, καὶ σπέρματος τοῖς τηρησαι, ὑγιεινότατα ἐστί. Quod etiam cuidam tribuitur à Stobæo.

ἀπαλύεται θεραπευθεῖσαι] Curari intelligit eos quibus hæmorrhoides secantur, vruntur, consuuntur, & in totum supprimuntur, neq; vna asseruatur vt consulit aph. 12. lib. 6. eosq; ἀπεξιωθέντες ἀκαίρως vocat Hipp. lib. 6. epid. vt illic exponit Galenus. Suppressæ autem hæmorrhoides insaniam faciunt, quam tamen verius melancholiam dixeris, vt scribit Gal. ex aph. 21. lib. 6. Cuius quoque impropria est solutio quæ febre acuta succedente fit ex aph. 26. lib. 6.

ἐν τῷ σιν ὀξέσι] Inconsultam Medicorum timiditatem à frigidæ potione in febribus ægros arcentium arguit, simulq; frigidam liberaliter exhibendam suadet, vt vomitus excitetur, & biliosa aut flaua effundantur, quæ interdum vomitione, interdum etiam deiectione reiiciuntur, vt scribit Gal. 9. & 10. Methodi. In hac verò frigidæ potione, ad ægrum ipsum potissimùm animum intendit, qui præcipuus est frigidæ exhibendæ scopus, si eam ipsam auidissimè expetat, ac copiosissimam bibere posse sibi videatur. Atque in ista frigidæ in febribus exhibendæ causa, notabilis admodum est hic locus, etsi aliàs quoque ab Hippocr. monimentis celebratur, vt scripsimus nostris in lib. 1. epid. * annotationibus. Exemplaria porrò Regia manu scripta pro ἰατρῶν, πυρετῷ vitiosè legunt, vt apparet. Caluus aliter hunc locum sumpsit.

* *Ægr. 7.*

βήσσουσι ξηρά] In diuturna & trahente tussi sicca, testium tumores fiunt solutionemq; indicant; testiumq; tumoribus aut inflammationibus tusses sæpè succedunt. Tanta est partium spiritualium cum genitalibus communio. Quod amplissimis exemplis indicauimus nostris in lib. 2. epid. Comm. simulq; hunc etiam locum subnotauimus.

οἱ ἐν τῇσι ἐπὶ βουβῶσι] Exemplaria Regia manu scripta ἐν τοῖς βουβῶσι cum Asulano legunt. At apud Caluum ad libri calcem adscribitur exemplum de duobus Cecropis fratribus, quod quia ante explicatum est, vitiosè huc irrepsit, tacitis etiam omnibus scriptis exemplaribus.

HIPPOCRATIS COI, MEDICORVM LONGE PRINCIPIS, LIBER DE MORBIS VVLGARIBVS QVINTVS.

Nunc recens Latinitate donatus, & Annotationibus illustratus,

Anvtio Foesio Mediomatrico Medico, autore.

IN LIBRVM QVINTVM DE MORBIS VVLGARIBVS HIPPOCRATIS, PRÆFATA.

*QVINTVS iste de Morbis vulgaribus liber, etsi secundum se Hippocraticæ familiæ à Galeno iudicium non tulit, & ad Draconem iunioris Hippocratis filium refertur, habet tamen non leuem in rerum æstimatione commendationem. Nam & inde ad iudiciorum ac difficilis spirationis authoritatem confirmandam locupletissima testimonia ac velut salutis auguria à † Galeno petuntur, & à Latinis Medicinæ dictatoribus non pœnitenda laude aspersus est. Imprimisq; Cornelij Celsi & Aureliani commendabile est suffragium, quæ tanquam notabili indicatura, quæ ex hoc libro depromuntur, ad authorem Hippocratem referunt. Celsus namque cùm prærogatiua quadam à futuris deceptum Hippocratem fatetur, eiq; ingenuam erroris confessionem (nunquam satis prædicando exemplo) adscribit, Autonomi in Omilo historiam haud dubiè attingit. * Aurelianus vero lenticulæ succum & veratrum cholera laboranti exhibitum cum exagitat, ægrum huius libri decimum omni procul dubio subnotans, non tam huic loco quem sugillat præiudicium, quàm suis curationibus fucum facere videtur. Etenim cùm valde sit iniquum, ex his quæ tumultuariè in peregrinationis procinctu ad memoriæ subsidium sunt seposita, aut in aduersaria coniecta, certas medendi præceptiones petere: mihi certè quidem videtur, vt est inuidiosus alienæ industriæ æstimator, criminationem ex triuio corripuisse, & ad veterum censuram etiam cum summa licentia linguæ procacitatem attulisse. Galenus verò etsi hunc in librum duriter animatus, eum Hippocraticæ familiæ ingenuitate abdicat, hinc tamen plurima ad doctrinæ suæ confirmationem exempla depromit, tamq; accuratè legisse videtur, vt in eo quinquaginta omnino ægrotos esse " scribat. Quo velut senatusconsulto codicibus nostris falsi crimen quoddam intendit, qui dimidio penè toto redundantes sunt & superflui. Nam certum est Galenum ad Nerij filiam totam istam huius libri texturam deduxisse. Reliqua verò quæ adscribuntur, magna ex parte sunt diminuta, imperfecta & mutila, & ex libr. 7. Morborum vulgarium penè omnia in hunc locum pudendo errore transposita, vt omnibus nostris annotationibus probatum esse volumus. Neq; tamen ea repudiare nobis licuit, quod & veterum monimentis essent contestata, & verò reconditorum omnium codicum membranis consignata. Atque vt de tota huius libri æstimatione dicam quod sentio, etsi plenam illam atque vberem Asclepiadarum familiæ germanitatem non redolet, mihi tamen antiquo nomine dignissimus videtur, & longo quodam ordine ac serie in hanc familiam deduci posse. Quod si "" Galeni quoque iudicio, quæ ad Euryphontem, Thessalum aut Polybum planè referuntur, Hippocratis nomine in hominum conspectum venditare se audeant, quis nos adeo in fœtu-*

ram istam ingratos esse ferat, vt cum de famæ existimatione periclitetur, eam etiam de veteri quam iure quodam circumfert iudicatura, atq; omni doctrinæ genere & cognitione dimicare patiamur? Habet certè ad eum quem nimis ambitiosè aucupamur ἐπιδημιῶν titulum, valdè accommodatum scriptionis genus, ac ferè, vt in peregrinationis procinctu quam circa Thessaliæ vrbes obibat, pressum, leuiter subnotatum, ac tumultuario quodam modo ad memoriæ subsidium in coniectane comparatum. Quo plærunq; nomine subobscurus est, & in referenda ægrorum historia diminutus, curationes vel tenuiter attingens, vel ferè negligens, morborum ortum aut casum ieiunè denuncians, ac penè ægros leuiter indicans. Quasi ægrorum recensione ita se comparasse videtur, vix vt Medici personam sustinens, sed vt è plebe spectator quidam, morborum casus & pericula describeret. Totus enim in ægrorum infœlicitate ac remediorum (vt ita dicam) ἀπορίᾳ versatur. Insignes profectò habet casus & ad explicandum illustres, ad eamq; Medicinæ partem quæ manu curat vel maximè accommodatos. Quo nomine vel in hac scena præcipuum locum obtinet, & quoniam Thessaliam oberrans, operam suam vel publicè commodabat, aut circumferebat, in hac veteri τῶν ἐπιδημιῶν quæ est de finibus exagitata controuersia, ad antiquam possessionem iure quodam reuocari debet. Quam quidem ab omni maleuolorum calumnia, velut liberali custodia septam, satam tectam quoad eius fieri poterit seruabimus, nec veterem istam possessionem ab acutis nescio quibusdam hominibus depasci sinemus, sed velut honorarij arbitri fines hos regemus. Quamquam certè hoc in quæstionis genere requiri placet terminos censeo quos Galenus pepigit, iisq; parere.

† *Lib. 2. de dieb. decr. & lib. 2. & 3. de diff. spir.* * *Lib. 3. ac. cap. 21.* " *Lib. 2. de dieb. decr.* "" *Lib. 3. de diff. spir.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ.

HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS LIBER QVINTVS.

1 OLitoris vxorem in Helide febris assidua detinuit, neque epota medicamenta quicquã profuerunt. Infra verò vmbilicum in ventre quiddam durum erat & intumescens, ac vehementes dolores faciens, quod cùm manibus oleo inunctis validè est expressum & emollitum, ac deinde plurimus ei sanguis deorsum profluxit, ac cõualuit & vixit. 2 Timocrates in Helide post longam potationem ab atra bile insania correptus, epoto medicamento perpurgatus est, eaque purgatione multam pituitam & atram bilem tota die demisit, quæ sub vesperum cessauit, vbi multum laboris in purgatione pertulisset: hunc epota polenta somnus corripuit, & totam noctem tenuit ad solis ortum. In somno verò iis qui aderant nihil respirare, sed mortuus esse videbatur, & nihil, neque quid diceretur, neque quid fieret sentiebat. Corpore autem distento erat & rigido, vixit tamen & excitatus est. 3 In OEniadis Scomphus lateris dolore detentus septimo die mortuus est cum delirio. Medicamentum autem deorsum purgans ebibit, cum ipso ante purgationem die mente constaret, neque multum purgatus est. In purgatione verò ipsa delirauit. 4 In OEniadis Phœnici & Andreæ fratribus mala altera intumuit, & labrũ quod ex anteriore parte malę & oculo respondet, neque quicquam intro spectanti comparebat, neq; foris vllam puris significationem edebat, sed arida putredine intumescens marcescebat, & mortuus est. Eadem quoq; alteri contigerunt. Mortuus est autem hic quidem septimo die, neq; epotum medicamentum quicquam profuit. Phœnici verò putredo in circulum execta est, & vlcus ante mortem magna ex parte repurgatum fuit. Sed & hic mortuus est cùm diu traxisset. 5 In OEniadis Pyridamus pulmonis inflammatione laborans, decimo die delirare cœpit, curatus verò tum ad sese rediit, tum sputa puriora reddebantur, & morbus in melius tendebat. Somno ei multo offuso oculi aurigine tentati sunt, & circa vigesimum diem mortuus est. 6 Quidam in OEniadis morbo detentus, cùm sine cibo perseueraret, strepitum in ventre vehementem & dolorem percipiebat, ciboque assumpto

1 ΕΝ Ἤλιδι ἡ τοῦ κηπωροῦ γυνὴ, πυρετὸς εἶχεν αὐτὴν ξυνεχής. καὶ φάρμακα πίνουσα, οὐδὲν ὠφελέετο. ἐν δὲ τῇ γαστρὶ κάτωθεν τοῦ ὀμφαλοῦ, ἦν σκληρὸν, καὶ ὑψηλότερον τοῦ ἑτέρου, καὶ ὀδύνας παρέχεν ἰσχυράς. τοῦτ᾽ ἐβλημάσθη ἰσχυρῶς, τῇσι χερσὶ σὺν ἐλαίῳ. καὶ μετὰ τοῦτο ἐχώρησεν αἷμα [illegible] συχνὸν κάτω. καὶ ἐγένετο ὑγιὴς, καὶ ἐβίω. 2 ἐν Ἤλιδι Τιμοκράτης ἔπιε πλέον. μαινόμενος δὲ ὑπὸ χολῆς μελαίνης, ἔπιε τὸ φάρμακον. οὕτως ἐκαθάρθη. τὸ κάθαρμα πολὺ φλέγμα καὶ χολὴν μέλαιναν διήει δι᾽ ἡμέρης, καὶ πρὸς δείλην, ἐπαύσατο τῆς καθάρσιος. καὶ πόνον ἐπόνησεν ἐν τῇ καθάρσει πουλὺν, καὶ πιὼν ἄλφιτον ὕπνος ἔλαβεν αὐτὸν, καὶ εἶχε τὴν νύκτα, μέχρις ἥλιος ἐγένετο. ἐν δὲ τῷ ὕπνῳ οὐκ ἐδόκεε τοῖς παροῦσιν ἀναπνέειν οὐδὲν, ἀλλὰ τεθνάναι, οὐδ᾽ ᾐσθάνετο οὐδενὸς, οὔτε λόγου, οὔτε ἔργου. ἐτάθη δὲ τὸ σῶμα καὶ ἐπάγη. ἐβίω δὲ καὶ ἐξηγέρθη. 3 Σκόμφος ἐν Οἰνιάδῃσι πλευρίτιδι ἐχόμενος, ἀπέθανεν ἑβδομαῖος παρακόπτων. φάρμακον δὲ ἔπιε κατωτερικόν. ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ τῇ πρόσθεν κατανοέων. καὶ ἐκαθάρθη οὐ πολλά. καθαιρόμενος δὲ παρέκοψεν. 4 Φοίνικι ἐν Οἰνιάδῃσι καὶ Ἀνδρέᾳ ἀδελφεοῖς, ἡ γνάθος ᾤδησεν ἡ ἑτέρη. καὶ τὸ χεῖλος τὸ πρὸς τῆς γνάθου καὶ ὀφθαλμοῦ. καὶ οὔτε ἔνδοθεν σκοπέοντι οὐδὲν ἐφαίνετο, οὔτε θύραθεν ἀπεπύει, ἀλλ᾽ οἰδέουσα σαπρὴ ἐγένετο ξηρῇ σηπεδόνι, καὶ ἀπέθανε. καὶ θάτερος τὰ αὐτά. ἀπέθανε δὲ ὁ μὲν ἑβδομαῖος. καὶ ἔπιε φάρμακον καὶ οὐδὲν ὠφελήθη. τῷ δὲ Φοίνικι ἐξετμήθη κύκλος ὁ σαπρός. καὶ τὸ ἕλκος ἐκαθαρεύθη μὲν τὸ πλέον, πρὶν αὐτὸν ἀποθανέειν. ἀπέθανε δὲ καὶ οὗτος πλείονα χρόνον βιούς. 5 Πυρίδαμος ἐν Οἰνιάδῃσιν ἐν περιπλευμονίῃ δεκαταῖος ἤρχετο παρακόπτειν. ἰητρευόμενος δὲ κατενόησέ τε καὶ πτύαλα ἐγένετο καθαρώτερα. καὶ προεχώρησεν ἡ νοῦσος ἐπὶ τὸ βέλτιον. ὕπνος τε αὐτῷ κατεχύθη πουλύς. καὶ τὰ ὄμματα ἰκτερώδεα ἐγένετο. καὶ ἀπέθανε πρὸς τὰς κ ἡμέρας.

6 ἐν Οἰνιάδῃσιν ἀνὴρ νούσῳ εἴχετο, ὅκοτε ἄσιτος εἴη. ἔμυσεν αὐτοῦ ἐν τῇ γαστρὶ ἰσχυρῶς καὶ ὠδυνᾶτο. καὶ ὅτε φαγὼν τι

τα σι-

ἀλλὰ σιτία τειφθεῖν, καὶ χρόνος ἐπιγένοιτο μετὰ τὴν βρῶσιν τοῦ σιτίου, μετ᾽ οὐ πολὺ, ταυτὸ τοῦτο ἔπασχε. καὶ ἔφθινε τὸ σῶμα καὶ ἐτήκετο. τροφὴ οὐκ ἐγίνετο ἀπὸ τῶν σιτίων ἐσθίοντι. καὶ ὑπεχώρεεν ὁ σῖτος πονηρὸς καὶ συγκεκαυμένος. ὁκότε δὲ νεωστὶ βεβρωκὼς εἴη, τοῦτον τὸν χρόνον ἥκιστα ἐμύζε. καὶ ὁ πόνος εἶχεν αὐτόν. οὐ τὰ φάρμακα πίνων παντοδαπὰ καὶ ἄνω καὶ κάτω, οὐδὲν ὠφελέετο. φλεβοτομεύμενος δὲ ἐν μέρει ἑκατέρην τὴν χεῖρα ἕως ἔξαιμος ἐγένετο, ἔπειτα ὠφελήθη, καὶ ἀπηλλάγη τοῦ κακοῦ.

& comminuto, vbi post cibi sumptionem tempus aliquod intercessisset, non longè postea idem sentiebat, corpusq; contabescebat & paulatim absumebatur, neque alimentum ex cibis sumptis percipiebatur, & per aluum demittebantur ciborum reliquiæ prauæ & exustæ. At cùm cibum recens deuorasset, tú minimè strepitú sentiebat, neq; dolor detinebat. Hic sumptis omne genus medicamentis tum sursum, tú deorsum purgantibus, nihil alleuabatur. Secta verò per vices, vtriusque manus vena, donec exanguis fieret, tum demum alleuationem & mali liberationem sensit.

[1] ἰξελημάσθη] ἐξελιμάσθη ἐμαλάχθη explicat Galenus in Exegesi, hunc locum haud dubiè subnotans. Significat autem tumorem illum durum manibus oleo inunctis pertractatum aut palpatum remollitum fuisse. Est enim βλιμάζειν Hesychio ἀποθλίβειν τοὺς μαστούς. Sed ἐξελιμάσθη fortassis aptior fuerit lectio (etsi ἐξελημάσθη habent omnia exemplaria, & θλιμάζειν etiam dicitur.) βλιμάζειν namque αὐτὶ τοῦ ἐκθλίβειν λέγουσιν Ἴωνες, vt scribit Varinus. Est & βλιμάζειν * Aristophani, τὸ τοῦ ὑπογαστρίου καὶ τοῦ στήθους ἅπτεσθαι, ὥσπερ θλίβειν, mammas ac totum pectus & imum ventrem pertractare, quod faciunt aues empturi. Et Callistrato βλιμάζειν αὐτὶ τοῦ ψηλαφᾶν, quod est palpare, ponitur. Hesychio quoque βλιμάζειν τὸ ψηλαφᾶν οἱονεὶ θλίβειν ἢ βαστάζειν, καὶ τὸ τοὺς ὄρνιθας ἐκ τῆς στήθους πειράζειν significat, quod est pectus palpare, quod faciunt qui aues ex pectoris amplitudine æstimant. Ex quo apud Hesychium mendum esse satis apparet, & ψηλαφᾶν aut πηλαφᾶν legendum esse, quod facit Varinus. Vnde etiam χειροβλημάσθαι dicitur quod significat mammas manibus leniter premere & contrectare, aut mulierum papillas attrectare. ἐξελιμάσθη igitur manibus ita pertractatum tumorem indicat, vt remollitus fuerit aut veluti expressus. Atque haud scio an propria quadam significatione ἐξελημάσθη hic sit positum, cùm βλιμάζειν τὸ ψηλαφᾶν significet Varino, ἤγουν ψηλαφᾶν τὰ στήθη, καὶ τοὺς μαστοὺς καταλαμβάνειν τῇ ἁφῇ, καὶ ἅπτεσθαι τῶν ἀπορρήτων μελῶν τῆς γυναικείων. Quidam etiam βλιμάζειν mulierum pudenda attrectare significare scribunt. Infra autem vmbilicum tumorem fuisse positum in Olitoris vxore indicauit. * *In Auibus.*

[2] ἐτάθη δὲ τὸ σῶμα] Distentione neruorum quam rigorem Celsus vocat, correptum fuisse ægrum, indicare videtur. Caluus tamen ἐπλήσθη legisse videtur. Cæterùm in curanda insania medicamentum propinatur bilem atram cum pituita educens, quòd magnam partem melancholici pituita abundent & flatibus. Quod etiam facit Galenus lib.4. κατὰ γένη in varicis excisione. Iidem etiam linguæ incontinentia & partis stupore laborant ex aphor.40.lib.7.

[3] ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ] Istud longè aliter sumpsisse videtur Caluus. Hoc autem exemplum satis indicat quanta cum cautione medicamentum purgans pleuriticis exhibendum sit, quòd ferè sputum resiccet, vt scribit Hippocrates lib.3. de Morbis. Quod etiam accuratè Galeno animaduersum videmus libr.2. de ration. vict. in morb.ac. & ab Aureliano exagitatur libro secundo. Acut. cap. 19.& 21.

[4] καὶ ἀνδρία ἀδελφεοῖς] Vitiosa sunt exemplaria manuscripta quæ αἱδρυαδελφεοῖς legunt. Quæ lectio ad Asulanum codicem peruenit. Caluus δυοῖν ἀδελφεοῖν legisse videtur.

τὸ πρὸς τὴν γνάθου] Hæc lectio labrum quod malam contingit & ab ea pendet significat, & rectè ferri potest. Sed maxima codicum pars παρὰ legit quæ secuti sumus.

καὶ ἀπέθανε] Istud omisit Cornarius quòd parum huic loco quadrare videretur. Verùm in eo retinendo magnus est exemplarium consensus, & de Andrea intelligendum videtur.

ἐξετμήθη κύκλος σαπρὸς] Hic κύκλος malarum rotundum tumorem significare potest, vt indicetur malarum tumorem putridum excectum esse. Sic enim κύκλοι προσώπου τὰ μῆλα dicuntur Galeno apud Hipp. Potest & indicari putredo in circulum execta, quemadmodum sumpsimus cum interpretibus.

[5] πνεύμων] Exemplaria omnia manu exarata εὐείδεως legunt, quæ etiam secuti sunt interpretes. Mollem autem & remissam fuisse pulmoniam constat, quæ ad vigesimum diem perducta sit. Quam etiam vigesimo primo iudicationem subire vult Hipp. lib. 3. de Morbis, lib. verò 2. de Morb. & lib. περὶ παθῶν, decimooctauo.

[6] ἔμυζεν αὐτῇ] Caluus istud omisit. Cornarius de ventris suctu intelligit. Ego verò de ventris strepitu, rugitu & murmure, aut stridore quodam intelligi malim, in eamq; significationem Hippocrati dici multis exemplis aliàs testatum faciemus. Etsi potest de peculiari ventriculi sensu sumi, quo penuriam conuenientis alimenti eiusq; quod affine est & amicum appetentiam præ se fert. Est autem sensus ille molestia quædam & dolor ex suctu & compressione ortus.

τὰ σιτία τειφθεῖν] Sic plæraq; exemplaria quæ secutus sum cum Cornario. Quædam etiam πειρηθεῖν, nonnulla quoq; πρηθεῖν, quæ secutus videtur Caluus.

καὶ ὑπεχώρεεν ὁ σῖτος] σῖτος hic ciborum reliquias & excrementa significat, vt supra lib.4.epid. & aliàs plærumq; apud Hipp. Istum autem locum subindicare videtur Erotianus his verbis σῖτος πονηρὸς, νῦν τὸ σῖτον αὐτὶ κοπρίου τίθησι.

ἥκιστα ἔμυζε] ἔμυζε pro ἔμυζε habet codex Asulanus.

ἐν μέρει] Illud ἐν μέρει omisisse videntur interpretes etsi eleganter & bene loco est positum. Sic ἕως ἔξαιμος ἐγένετο omisit Caluus. Est autem admodum insigne & rarum exemplum tantam ventriculi imbecillitatem & dolorem nullis aliis adductum remediis, nisi ex vtraque manu sanguine ex toto conquieuisse.

[7] Εὐπόλεμος ἐν Οἰνιάδῃσιν ὠδυνᾶτο ἰσχίον τὸ δεξιὸν καὶ τὸν βουβῶνα, καὶ τὴν πλησίον συμβολὴν πρὸς τοῦ ἰσχίου, ἀπὸ τοῦ βουβῶνος, καὶ τοῦ ἰσχίου τὸ ἔμπροσθεν. τούτῳ αἷμα ἀφῃρέθη ἀπὸ τοῦ σφυροῦ πουλὺ πάνυ, καὶ μέλαν, καὶ παχύ. καὶ φάρμακον ἔπιεν ἐλατήριον. καὶ ἐκαθάρθη πολλά. καὶ ῥήϊων μέν τι ἐγένετο. αἱ δὲ ὀδύναι οὐκ ἐξέλιπον, ἀλλ᾽ ἔμπυον ἔσχε τότε ἰσχίον, καὶ τὴν κοτύλην, καὶ τὸ ἀμφὶ τὸν βουβῶνα. ἀτὰρ ὠδυνᾶτο καὶ ἐπὶ πλέον. τὸ δὲ πῦον ἐγένετο πρὸς τὸ ὀστέον μᾶλλον, ἢ πρὸς τὸ τῆς σαρκὸς κατὰ βάθος. καὶ ἐλελήθη χρόνον οὕτως ἔχων, ἕως πάνυ ἀσθενὴς ἐγένετο. ἔπειτα ἐκαύθη ἐσχάραις πάνυ πολλαῖς. καὶ μεγάλαι ἐγένοντο, καὶ πλησίαι ἀλλήλων. καὶ πῦον ἔρρυη πουλὺ καὶ παχύ. καὶ ἔθανεν ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσι μετὰ ταῦτα, καὶ ὑπὸ μεγέθεος τῶν ἑλκέων καὶ πλήθεος καὶ ἀσθενείης τοῦ σώματος. οὗτος ἐδόκεεν ἄν, εἰ ἐτμήθη ἐς ἓν μίαν τομὴν, καὶ πρὸς τομὴν ἀφίκετο τὸ

7 In Oeniadis Eupolemus coxendicis dextræ dolore conflictabatur, ac inguinis, & propinquæ coxendicis iuncturæ quæ est ab inguine & anteriore coxendicis parte. Huic sanguis ex malleolo detractus est admodú multus, niger & crassus, epotoq; medicamento aluum deorsum purgante, multùm purgatus est, & meliùs quidem ei aliqua ex parte fuit. Dolores verò non cessabant, sed tum coxédicem, tum illius iuncturam ad sedem (quæ κοτύλη dicitur) tum etiam inguinis loca suppuratio occupabat, ibiq; dolor erat intensior. Pus autem os potiùs quàm carné altè peruadebat, & aliquamdiu sic se habere ignoratus est, donec admodum debilis extitit. Tádem crustis valde multis, iisq; magnis & densis inustus est, pusq; multum & crassum effluxit, ac non paucis post diebus interiit, tum ex vlcerum magnitudine & multitudine, tum ex corporis debilitate. Hic videbatur liberari posse, si vnica ampla sectione sectus fuisset, ac per eam pus demissum

eſſet,aut ſi altera ſectione opus erat,eam amplam admouere, atque hæc in tempore facta oportuit. 8 Lyconi in Oeniadis in reliquis quidem eadem contigerunt,dolores tamen ad crus non admodum peruadebant,neq; purulentus extitit,verùm ſanus lõgo interuallo. Medicamenta autem ebibebat,& cucurbitulas admouebat, ſanguis mittebatur, atq; interea meliùs habere videbatur. 9 Athenis quidã pruritu totius corporis,præcipuè tamen teſtium & frontis detinebatur, ac vehementer admodum vexabatur.Cutis toto corpore craſſa erat, ac qualis in lepra videri aſſolet, neq; vlla ex parte præ craſſitudine apprehẽdi poterat. Hic nullis remediis iuuari potuit. In Melum autẽ ad balneas calidas profectus, prurigine & cutis craſſitudine liberatus eſt,hydrope tamẽ periit. 10 Quidã Athenis cholera correptus, tũ vomebat, tũ infra demittebat, & dolorib.cõflictabatur,ac neq; vomitio neq; alui deiectio ſiſti poterat,voxq; defecerat, nec lecto moueri poterat, oculi caligine obducti & caui, conuulſiones detinebant,quę ab inteſtinis profectæ ventriculũ occupabant, & ſingultus. Quod ex aluo ſecedebat, vomitione longè copioſus erat. Hic epoto veratro cum lenticulæ ſucco,etiam inſuper alterum lenticulæ ſuccum pro viribus ebibit,ac tandem poſt vomitũ ei ambo coacta ſunt & ſuppreſſa, verùm perfrigeſcebat. At calida admodũ multa lotus eſt à pudendis deorſum, in tantum vt etiam ſuperiora incaleſcerent, & vixit. Poſtridie verò polentam ſumpſit. 11 Gorgiæ vxori in Lariſſa menſtruæ purgationes quatuor annis ſuppreſſæ erant, præter valde paucas. Vtero autẽ, quancunq; in partem ſe inclinaſſet, pulſus atq; grauitatis ſenſum præbebant.Fœtum concepit hæc mulier & produxit, emiſſaq; eſt in lucem nono mẽſe puella viua in coxẽdice vlcus habens, ac ſecundarum exitus conſecutus eſt, & copioſus admodum ſanguinis fluxus ſucceſſit, poſtridieque,& tertio,& quarto etiã ſanguinis grumi cõcreti.Febris eam decem primis diebus detinuit,ac in poſterum ei ſanguis ruber prodiit. Facies,tibiæ,pedes ambo, & femur alterũ vehemẽter tumeſcebant. Cibos auerſabatur,ſiti verò vehemẽti torquebatur ac maximè frigida conferebat,vinum autẽ nullo modo. Venter excluſo primo fœtu exiguo quidem momẽto remollitus eſt,planè autem non concidit,ſed durior perſeuerabat,verũ citra dolorẽ.Quadrageſimo verò à primo die,quod præpoſterè conceptum fuit excidit, caro quædam, & venter concidit tumoreſq; omnes, fluxuſq; tenuis & ſanguis olens prodiit, ac conualuit.

πῦον, καὶ εἰ προσέδει τομῆς ἑτέρης ταμεῖν εὐρέον. ταῦτα παθὼν ἐν τῇ ὥρῃ, ἐδόκεεν ἂν ὑγιὴς γενέσθαι. [8] Λύκων ἐν Οἰνιάδῃσι τὰ μὲν ἄλλα ταὐτὰ ἔπασχεν. αἱ δὲ ὀδύναι καὶ ἐς τὸ σκέλος οὐ πάνυ διεφοίτων. καὶ οὐκ ἐγένετο ἔμπυος. ὑγιὴς δὲ πολλῷ χρόνῳ. φάρμακα δὲ ἔπινε, καὶ σικύας προσεβάλλετο. καὶ ἐφλεβοτομεῖτο. καὶ ἐδόκεε ῥήων γίνεσθαι τῷ παρόντι. [9] Ἀθήνησιν ἄνθρωπος, ξυσμῷ εἴχετο πᾶν τὸ σῶμα. μάλιστα δὲ τοὺς ὄρχιας καὶ τὸ μέτωπον· εἴχετο δὲ πάνυ σφόδρα. καὶ τὸ δέρμα παχὺ ἦν, καθ᾽ ἅπαν τὸ σῶμα καὶ οἷον ὑπὸ λέπρη τὴν πρόσοψιν. καὶ οὐκ ἂν ἀπέλαβεν οὐδαμόθεν τοῦ δέρματος, ὑπὸ τῆς παχύτητος. τοῦτον οὐδεὶς ἠδύνατο ὠφελῆσαι. διελθὼν δὲ εἰς Μῆλον ἢ τὰ θερμὰ λουτρὰ, τοῦ μὲν κνησμοῦ ἐπαύσατο, καὶ τῆς παχυδερμίης. ὑδρωπιήσας δὲ ἔθανεν. [10] Ἀθήνησιν ἄνδρα χολέρη ἔλαβεν. ἤμει τε καὶ κάτω διήει. καὶ ὠδυνᾶτο. καὶ στῆναι οὐκ ἠδύνατο, οὔτε ὁ ἔμετος, οὔτε ἡ ὑποχώρησις. καὶ ἥ τε φωνὴ ὑπολελοίπει. καὶ κινέεσθαι ἐκ τῆς κλίνης οὐκ ἠδύνατο. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἀχλυώδεες, καὶ ἔγκοιλοι ἦσαν. καὶ σπασμοὶ εἶχον ὑπὸ τῆς κοιλίης ἀπὸ τοῦ ἐντέρου. λύγξ. ἡ δ᾽ ὑποχώρησις πολλῷ πλείων ἦν τοῦ ἐμέτου. οὗτος ἔπιεν ἐλλέβορον, ἐπὶ φακῶν χυλῷ. καὶ ἐπέπιεν φακῶν χυλὸν ἕτερον, ὅσον ἠδύνατο, καὶ ἔπειτα ἐπήμεσε, καὶ προσηναγκάσθη καὶ ἔστη αὐτῷ ἄμφω. ψυχρὸς δὲ ἐγένετο. ἐλοῦτο δὲ μέχρι τῶν αἰδοίων κάτω πάνυ πολλῷ, ἕως καὶ τὰ ἄνω διεθερμάνθη, καὶ ἐβίω. τῇ δ᾽ ὑστεραίῃ ἄλφιτα ἔπιε λεπτὰ ἐφ᾽ ὕδατι. [11] Ἐν Λαρίσσῃ γυναικὶ Γοργίου τὰ ἐπιμήνια διὰ δ᾽ ἐτέων ἴσχετο, πλὴν ὀλίγων πάνυ. ἐν δὲ τῇ μήτρῃ ἐφ᾽ ὁκότερα ἂν κλιθῇ σφυγμὸν παρεῖχε καὶ βάρος. αὕτη ἡ γυνὴ ἐκύησε. καὶ ἀπεκύησε. καὶ ἀπελύθη τὸ παιδίον ἐνάτῳ μηνὶ ζῶον θῆλυ ἕλκος ἔχον ἐν τῷ ἰσχίῳ. καὶ τὰ ὕστερα ἐπορεύθη καὶ αἵματος ῥεῦμα πολὺ πάνυ ἐπεγένετο, καὶ τῇ ὑστεραίῃ καὶ τῇ γ καὶ τῇ δ καὶ θρόμβοι πεπηγότες. καὶ πυρετὸς εἶχε μέχρι ἡμερέων δέκα τῶν πρώτων. ὑπεχώρεεν δὲ λοιπὸν αὐτῇ αἷμα ἐρυθρόν. καὶ ᾤδεε τὸ πρόσωπον ἰσχυρῶς. καὶ τὰς κνήμας. καὶ τὼ πόδε. καὶ τὸν ἕτερον μηρόν. καὶ σιτία οὐ προσίετο. δίψος δὲ εἶχεν ἰσχυρόν. καὶ τὸ ψυχρότατον ὕδωρ ξυνέφερεν. οἶνος δὲ οὐδαμῶς. ἡ δὲ γαστὴρ μετὰ τὸ πρότερον παιδίον, ὀλίγῳ μὲν τινι ἐλαπάχθη. πάνυ δὲ οὐ ξυνέπεσεν, ἀλλὰ σκληροτέρη ἦν. ὀδύνη δὲ οὐ προσῆν. τεσσαρακοστῇ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς προτέρης, ἐξέπεσε τὸ ἐπικύημα, σὰρξ. καὶ ἡ γαστὴρ ξυνέπεσε καὶ τὰ οἰδήματα πάντα, καὶ τὸ ῥεῦμα λεπτὸν, καὶ τὸ αἷμα τὸ ὄζον, καὶ ὑγιὴς ἐγένετο.

[7] καὶ τὴν κοχώνην] κοτχώνην habent exemplaria duo Regia manu ſcripta. Aſulanus κιχώνην vitioſè. κοχώνην autem explicat Galenus in Exeg. τὴν σύζευξιν τὴν ἐν τοῖς ἰσχίοις, τὴν πρὸς ἕδραν, coxendicis iuncturam aut commiſſuram quæ eſt ad ſedem. Quam dictionem etiam vſurpat Hippocrates, lib. 1. & 2. περὶ γυναικείων.

καὶ ἰλελήθη] ἠπελήθη videtur legiſſe Cornarius.

ἔπειτα ἐκαύθη] Hic ferè præcipui curandæ iſchiadis ſcopi explicantur. Varij verò vſtionis modi deſcribuntur Paulo libr. 3. cap. 77. & lib. 6. cap. 76. & Aëtio cap. 3. ſermo. 4. tetrab. 3. Hippocrat. quoque lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν interdum fungis, interdum etiam ferro cruſtas inurit & ſectionem facit. Eſt vbi eam in rem etiam linteum adhibet, vt lib. περὶ παθῶν. Idem quoque venarum poplitis ſectionem in iſchiade quæ ex ſanguinis copia originem trahit, præcipit. Quod etiam facit Galenus lib. de cur. per ſanguinis miſſionem. Eam enim quæ ex poplite fit venæ ſectionem commodiorem quàm quæ ex malleolo eſſe ſcribit. Etſi libr. 10. κατὰ τόπ. venæ ſectionem ex poplite aut malleolo præcipit, poſt tamen totius corporis depletionem. Quod etiam facit Aëtius cap. 1. ſerm. 4. tetrab. 3.

[9] τὴν πρόσοψιν] τὸ πρόσωπον habet exemplar vnum Regium manu ſcriptum, quod indicat in facie lepræ aſpectum fuiſſe. Hæc verò lectio totius corporis cutim, qualis in lepra videri aſſueuit.

διελθὼν δὲ εἰς Μῆλον] Hunc locum ſic legit Erotianus, vbi ξυσμὸν κνησμὸν, explicat. ὑποβὰς γὰρ ἐς Μῆλον ἐς θερμὰ λουτρὰ, τοῦ μὲν κνησμοῦ ἐπαύσατο καὶ τῆς παχυδερμίης.

[10] καὶ σπασμοὶ εἶχον] Illud ὑπὸ τῆς κοιλίης ἀπὸ τοῦ ἐντέρου omiſit Caluus, quod tamen efficacitatis habet plurimùm. Intelligit enim τοὺς ἐντείνοντας σπασμώδεις στομάχου μετὰ τῆς γαστρὸς στροφῶν, quibus cholera detenti vexantur, vt ſcribit Aretæus. Et author Medici στρόφοις χολερικοὺς in Cholera adſcribit. Quinetiam ore ventriculi humoris acrimonia demorſo, neruis conſenſione laborantibus, aut reſiccatis, velut etiam reddita æruginoſa bile, cholericis adeſſe conuulſiones ſcribit Galenus Comment. ad aphor. 1. libr. 5. ſicuti contractiones in muſculis & pulpis tibiarum. Quod etiam ſignificauit * Celſus, cùm ſæpè crura manuſq; contrahi ſcripſit. Et Aretæus

his ver-

A is verbis, σπασμοὶ, ξυνολκαὶ μυῶν τῶν ἐν τῇ κνήμῃ καὶ βραχιόνων. δάκτυλοι καμπύλοι, σπεῖδνοι, λύγξ, ὄνυχες πελιδνοί, καὶ τὸ ψῦχος. ἄκρεα ψυχρὰ, τὸ ὅλον ῥιγώδης. Vbi quoque λιποθυμίην, ἔκλυσιν, ἀπορίην & ἀφωνίην adscribit, & Celsus animum deficere scribit. Choleræ autem humidæ & siccæ meminit Hipp.lib.de ratione vict.in morb.ac. & author Medici. Choleram Latini dicunt etsi sæpè choleras vocat Plinius. Hunc porrò locum non satis aptè exagitat Cælius Aurelianus cap.21. lib.3.acut. quòd hoc in morbo veratrum intempestiuè admodum exhibitum sit. Cùm valdè sit iniquum, ab his quæ in peregrinationis procinctu temerè sunt ac leuiter animaduersa, exactæ curationis leges petere velle. Partium autem inferiorum ex aqua calida fotus, non ad balneum referendus est, cuius vsum etiam nimis multum hoc in morbo Praxagoras & Asclepiades vsurpabant, sed refrigeratarum & contractarum partium est remedium ex arte accommodatum. Quod his quoque verbis consulit † Trallianus, εἰ δὲ θεάσῃ ψυχομένους τοὺς πόδας ἢ σπωμένους, καὶ εἰς θερμὸν αὐτοὺς καὶ ὕδωρ ἐπιτρέπειν ἐμβάλλειν, καὶ ἀντλεῖν μέχρις οὗ θερμανθῇ τὰ μέρια, καὶ σφόδρα ἐρυθρὰ γίνηται. μετὰ δὲ τὴν περιάντλησιν, καὶ ἐρίοις ἐπιβαλλέσθω σαν, ὡς μὴ ἀποψύχεσθαι. hoc est, Quòd si refrigerari aut conuelli pedes videris ipsos etiam vt in calidam immittant permittes, fouean[illegible]que dum partes incaluerint & vehementer rubræ euaserint. Post fotum autem lanis obducantur, ne refrigescant. Quam in rem etiam [illegible] us ex oleis calidis & ceratis, ac illitionibus, ab artis dictatoribus imperantur. Quod & author Medici expressit his verbis, [illegible] ἐπιβροχαὶ διὰ θερμῶν κατὰ τῶν συνελκομένων, καὶ λουτρὸν μετὰ τὴν ἀποκάθαρσιν. hoc est, Remedio verò sunt in iis qui contrahuntur perfusiones calidæ, & balneum repurgato corpore. Lenticulæ verò succum in cholera morbo propinandum consulit Hippocr. περὶ παθῶν.

* Cap.11.lib.4. † in fine lib.7.

ἄλφιτα λεπτὰ ἐφ' ὕδατι] Istud polentam significare videtur quòd fieret ex recenti hordeo mediocriter frixo, nonnunquam [illegible] aqua aliòve liquore consperso. λεπτὰ autem addidit vt tenuiores farinæ partes exprimeret, quòd ἄλφιτα dicantur grani [illegible] magnitudine moliti fragmenta, aut vt dilutiorem polentam significaret. Quamobrem etiam ἐπὶ adscripsit. Sic alicam vel oryzam ex [illegible] vel posca exhibet Aurelianus, & Diocles & Aretæus aspersam polentam vino exhibent.

[11] ἐξαπεκύησε] Id fœtum produxisse & in lucem edidisse significat. Sed & quædam exemplaria ἐπεκύησε legunt, quòd postea scribatur ἐξέπεσε τὸ ἐπικύημα.

παρ᾽ ἐγκύοισιν ἦν] Insigne est istud superfœtationis exemplum, quando concepto iam fœtu, alter præposterè conceptus est. Superfœtationem autem luculentè probat Alcmenæ partus, & vno abortu duodecim puerperia egesta, aliaq; quæ recenset † Plin. exempla, qui etiam vtrumq; perferri scribit. vt paulutum temporis inter duos conceptus intercessit. Est & Hippoc. liber περὶ ἐπικυήσιος (quem tamen nonnulli περὶ κυήσιος καὶ ἐπικυήσιος inscribendum censent, quòd ibi copiosè de vtraq; agatur) vbi eadem etiam ferè symptomata initio enumerat, faciei tumorem, pedum & tibiarum, febrem & fluxum graueolentem, & dolorem & ciborum auersationem. Cæterùm huius historiæ meminimus libro primo Epid. in dierum à partu decernentium recensione.

† Cap.11. lib.7.

καὶ τὸ ῥεῦμα λεπτὸν] λευκὸν legunt exemplaria duo Regia manu scripta & Italica vt patet ex Caluo, qui τὸ ὄζον omisit.

[12] Γυνὴ ἐν Φερῇσι, περιωδύνεε κεφαλὴν πουλὺν χρόνον, καὶ οὐδεὶς οὐδὲν ἠδύνατο ὠφελῆσαι οὔτε καθαιρομένην κεφαλήν. ῥήιστη δὲ ἐγένετο ὁκότε τὰ ἐπιμήνια εὐχερῶς τῷ ἤει. αὕτη ὁκότε περιωδύνοι τὴν κεφαλήν, προστιθέμενα πρόσθετα εὐώδεα πρὸς τὴν μήτρην, ὠφέλει, καὶ ἀπεκαθάρθη ὀλίγον τι. καὶ ὁκότε ἐκύησεν, ἐξέλιπον αἱ ὀδύναι τὴν κεφαλήν. [13] Γυνὴ ἐν Λαρίσσῃ κύουσα, τῷ δεκάτῳ μηνὶ αἷμα ἐχώρεεν αὐτῇ πουλὺ ιδʹ ἡμέρας. πλεῖστον δὲ τὰς γʹ τὰς πρὸ τοῦ παιδίου τῆς ἀπολύσιος. τῇ ιδʹ ἐξέπεσεν ἐκ τῆς γαστρὸς τὸ παιδίον τεθνεὸς, ἔχον τὸν δεξιὸν βραχίονα προσπεφυκότα τῇ πλευρῇ. καὶ τὸ χορίον τρίτῃ ἡμέρῃ, τῆς νυκτὸς τὴν αὐτὴν ὥρην, ὡς ὅτε τὸ παιδίον, καὶ τὰ λευκά. ἔπειτα μετὰ τοῦτο ἐχώρεεν τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας μετρίως τι πολλά. μετὰ δὲ τοῦτο πυρετὸς ἔλαβε δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας. καὶ ὠδυνᾶτο τὴν γαστέρα πᾶσαν, καὶ τὰ ἰσχία. τὸ δὲ ἦτρον μάλιστα. [14] Εν Λαρίσσῃ Ἱπποσθένης περιπλευμονίῃ ἐδόκεε τοῖσιν ἰητροῖσιν ἔχεσθαι. ἦν δὲ οὐδαμῶς. ἀρχῇ μὲν παλαίων, ἔπεσε σκληρῷ χωρίῳ ὕπτιος. καὶ ἐπενέπεσεν αὐτῷ. καὶ ἐλούσατο ψυχρῷ. καὶ ἐδείπνησε. καὶ ἐδόκεε βαρύτερος γίνεσθαι. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐπύρεξε. καὶ βὴξ εἶχε ξηροτέρη καὶ τὸ πνεῦμα πυκνόν. πεμπταῖος δὲ αἱματῶδες ἐχρέμψατο, οὐ πολύ. καὶ παρακόπτειν ἤρχετο. ὁκότε βήσσοι τότε ὠδυνᾶτο τὰ στήθεα καὶ τὸ νῶτον. ἑκταίῳ δὲ αἷμα ἐρρύη ἐκ τῶν ῥινῶν πταρέντι, ὅσον τέσσαρες κοτύλαι. πρὸς τὴν ἑσπέρην, οὔτε ἐφθέγγετο, οὔτε ᾐσθάνετο, οὔτε ἔργου, οὔτε λόγου. ἑνδεκαταῖος δὴ ἔθανε. τὰς δὲ πέντε ἡμέρας ποτὲ μὲν εὔφρων ἦν. ποτὲ δὲ οὔ. ἐγένετο καὶ ἀπύρετος. σίαλον δὲ οὐδὲν ἀπεχώρεεν, οὐδὲ ῥέγχος εἶχεν. οὐ γὰρ ἦν σίαλον. [15] Σκάμανδρος ἐν Λαρίσσῃ καὶ ἰσχίον ἐσφακέλισε. καὶ ὀστέον ἀφεστηκὸς χρόνιον. ὁ δὲ ἐτμήθη τομὴν μεγάλην καὶ πρὸς τὸ ὀστέον. καὶ ἔπειτα ἐκάη. τότε ἡμέρῃ δωδεκάτῃ ἤρξατο μετὰ τὴν τομὴν σπασμὸς, καὶ εἶχε μᾶλλον. ἐσπᾶσατο δὲ τὸ σκέλος τοῦτο μέχρι τῶν πλευρῶν. διεφοίτα δὲ καὶ ἐπὶ θάτερα ὁ σπασμός.

12 Phæris mulierem ingens capitis dolor diu tenuit, quem neque purgato capite quisquam alleuare poterat. Meliùs autem habebat, cùm ei menstrua expeditè prodibant. Hæc in intenso capitis dolore pessis odoratis ad vterum appositis alleuabatur, & aliqua ex parte purgata est, cumq; concepisset, caput doloribus leuatum est. 13 Larissæa mulier prægnans decimo mense copiosum sanguinem quatuordecim diebus demisit, plurimùm tamen tribus potissimum diebus, antequam puer in lucem ederetur. Decimoquarto puer mortuus vtero excidit, huius brachium dextrũ lateri adhærescebat. Tertio die noctu eadem hora, cùm puer prodiit, secundæ & purgamenta alba deciderunt, ac deinceps tribus diebus & noctibus multa quodammodo prodierunt. Posthæc febris duobus diebus ac totidem noctibus tenuit, dolorq; totum ventrem & coxendices fereq; imum ventrem vexauit. 14 Larissæ Hipposthenes pulmonis inflammatione Medicis detineri, falsò tamen, videbatur. Principio quidem lucta se exercens duro in loco supinus cecidit, superincidente ei aduersario, & lauit frigida, cœnam sumpsit, & grauior sibi videbatur. Postridie verò febris & tussis siccior, ac spiratio crebra tenuit. Quinto autem die cruentum paucum screauit, & delirare cœpit. Cùm tussis vrgeret, tum dolor pectus & dorsum infestabat. Sexto postquam sternutasset sanguis ex naribus effluxit ad quatuor ferè heminas. Sub vesperam neque loquebatur, neque quid fieret aut quid diceretur sentiebat. Vndecimo mortuus est. Quinque autem diebus quandoque bene sentiebat, quandoque verò minimè, febre liber erat. Sputum verò nullum excernebatur, neque stertor detinuit, quoniam sputum non aderat. 15 Larissæ Scamander coxendicem syderatam habuit, & os diu disparatum. Hic post magnam sectionem, etiam ad os ipsum, denique inustus est, ac tum duodecimo post sectionem die conuulsio cœpit ac magis detinuit. Conuulsione autem tentabatur crus ipsum ad latera vsque, quæ ad alteram etiam partem perueniebat.

Crus autem contrahebatur & extendebatur, cæteraq; membra mouebat, & maxillæ riguerunt. Hic octauo post conuulsionis insultum die, conuulsione periit. Vtriculis verò concalfactis ex eruo ad curationem totum corpus fouebatur, & ex infuso per clysterem tandem nonnihil stercoris subiit. Medicamentum affatim synceram bilem deturbans ebibit, & insuper aliud deuorauit. Ac secessit quidem, nihil autem ex deuorato medicamento leuamenti sensit. Somnus paruus venit. Rursusque epoto sub vesperam valido medicamento affatim synceram bilem deturbante, sub ortum Solis mortuus est. Atque diutiùs morbum sufferre potuisset ni vis medicamenti obstitisset.

συνεκάμπτετο δὲ τὸ σκέλος καὶ ἐξετείνετο. καὶ τὰ ἄλλα μέλεα ἐκίνει, καὶ αἱ γνάθοι ἐπάγησαν. οὗτος ἔθανε σπώμενος ὀγδόῃ μετὰ τὴν τοῦ σπασμοῦ ἐπίληψιν. ἐθεραπεύετο δὲ χλιάσμασιν ἀσκίοισι, καὶ πυρίῃσιν ὀρόβων ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ὑπεκλύσθη. καὶ ὑπῆλθε πάλαι ἡ κόπρος ὀλίγη. καὶ τὸ κατακορὲς φάρμακον ἔπιε καὶ προσκατέπιε. καὶ ἐπῆλθε μὲν, οὐδὲν δὲ ἀπὸ τοῦ καταπότου ὠφελήθη. καὶ ὕπνος ὀλίγος ἦλθε. καὶ αὖθις πιὼν τὸ κατακορὲς ἰσχυρὸν ἑσπερινὸς, ἡλίου ἀνιόντος ἔθανεν. ἐδόκει δ' ἂν πλείονα χρόνον διενεγκεῖν, εἰ μὴ κατὰ τοῦ φαρμάκου τὴν ἰσχύν.

[12] καὶ ὁκότε ἐκύησεν] Sic lib. 2. epid. cuidam ante conceptum coxendicis dolor commotus, à conceptu leuatus est. Pheræ autem vrbs erat in Thessalia tum admodum nobilis, ab Alexandro tyranno, olim crudeli dominatu pressa, in quo oppido Eudemi Cyprij somnium factum fuisse ex Aristotele narrat Tullius lib. 1. de diuinat. Pherarum in Thessalia meminit Plinius c. 8. lib. 4. Sunt & Pheræ in Achaia quarum idem meminit c. 5. lib. 4.

[13] καὶ τὸ χωρίον] χόριον habent omnia exemplaria Regia manu scripta, quemadmodum etiam sæpè scribitur. Hippocrati verò χωρίον sæpiùs dicitur, vt lib. περὶ ἐπικυήσιος, & lib. περὶ φύσιος παιδίου.

[13] σίαλον δὲ οὐδὲν] Huius ægri meminit Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. & ægrum decimumquartum facit. Spiratio autem crebra adfuit affectis & dolentibus ex casu partibus thoracis, non autem tuberculo aut inflammatione tentatis. Ex quo neq; sputum procedebat, neq; stertor detinebat, cùm nullum sputum adesset. Stertor autem fit ex sputo crudo, viscido permanente necdum ad exitum comparato, vt scribit Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. ex Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. Hæc igitur ægrum peripneumoniæ suspicione liberant, in qua & magna difficultas spirandi, & sputorum excretio inest, & tandem ægri stertore suffocantur. Atq; in eam sententiam hæc verba accipit Gal. dum scribit l. 3. περὶ δυσπν. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου προσκείμενον, οὐδὲ ῥέγχος εἶχεν, εἰς ἀπόδειξιν μὲν εἴρηται τοῦ μὴ γεγονέναι περιπνευμονικὸν τὸν ἄνθρωπον. ὁμολογεῖ δὲ καὶ αὐτὸ τοῖς κατ' ἀρχὴν εὐθὺς ἐν τῷδε τῷ λόγῳ πρὸς ἡμῶν εἰρημένοις, ὅπότ' ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ἐξηγούμεθα τὴν λέξιν ταύτην οἱ δ' ἀπὸ τῆς ὀρθοπνοίας τε καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγέντες. hoc est, Quod verò in fine narrationis additur, neque stertor detinuit, hominem peripneumonia minimè detentum fuisse vt demonstret dictũ est. Id quoq; iis consentit quæ statim in principio huius libri à nobis dicta sunt, quando hanc dictionem ex lib. de rat. vict. in morb. ac. exposuimus. Partim verò ab erecta ceruice spirandi difficultate, (orthopnœam vocant) & stertore suffocati. Quæ certè faciunt vt apertè damnanda sint exemplaria manu scripta, quæ pro ῥέγχος ῥῖγος habent. Quod vitium ad Italicos & Asulanos codices peruenit, & Caluus secutus est. Nec video cur hanc lectionem immutarit Cornarius, cùm [spiritum nullum recipiebat] reddidit, quod de sputi excretione intelligi debuit, vt tandem in sua recognitione agnouit. Quod porrò ad scriptionem attinet, valde mendosa sunt Galeni exemplaria publicata lib. 3. περὶ δυσπν. in hac historia recensenda, vt cuiuis facile patet, & pro προσεφαίνετο ἤρχετο, ἤρξατο habent exemplaria quædam Regia manu exarata.

[15] καὶ τὸ κατακορὲς φάρμακον] φάρμακον κατακορὲς dici videtur medicamentum bilem affatim synceram & ἀκρατῆ deiiciens, quòd Galenus χολὴν κατακορῆ τῇ χροιᾷ, bilem abundè coloratam & in plenum colore exaturatam intelligat. Istumq; locum designare videtur Gal. ἐν γλώσσαις cùm scribit, φάρμακον μέν τοι κατακορὲς, ὃ διὰ τὸν κινούμενον ὑπ' αὐτοῦ χυμὸν, ἢ διὰ τὴν ἰδίαν χρόαν, καταπότον autem intelligit medicamentum deuoratum & deglutitum eiusdem generis. Caluus κατακορὲς φάρμακον abundè pharmacum vertens, non satis Hipp. mentem aperit. Idem quoque παλαιὸς κόπρος legisse videtur, & Solem occidentem pro oriente posuisse.

16 Larissæ Palamedis equiso vndecim annos natus, ab equo in fronte supra oculum dextrum vulnus accepit, & ad os vitium peruenisse videbatur, ex eoque modicus sanguis prosiliebat. Hic magnã sectionem ad os duplex vsq; pertulit, & eo statu os curationẽ accipiebat, quod etiã antea illico os vtero gestabat. Sub vigesimum diẽ circum aurem tumor exortus est. Febris cœpit & rigor, ideoq; potiùs augebatur tumor & dolor. Sub initia febris ex rigore cepit, & oculi, frons, ac tota facies intumuit. Hæc autem dextra capitis parte ferè contigerunt, peruasit tamen tumor etiam ad sinistram, sed hic nullã noxiam attulit. Ad extremũ verò febris continua prehendit. Atq; ista minùs affligebant ad octauum diem vsque. Post inustionem autem & medicamenti deuorati purgationẽ, illito tumori medicamẽto superstes fuit. At verò malorum causa nullo modo ad vlcus referenda erat. 17 Theophorbi filio Larissæ vesica fœda scabie (leprã dicunt) laborauit, & glutinosam vrinam reddebat, in eaq; reddenda circa initium & finem dolore diuexabatur, & mentulam confricabat. Hic epoto acri medicamento vrinam promouente, ad vesicam nihil quidem secessit, sed vomitione pus multum & bilem reddidit, cæteraq; eiusdem generis per aluum demittebat. Venter dolore conflictabatur, & intus ardoris sensus percipiebatur. Reliquo verò toto corpore perfrixit & exolutionem sensit, neq; quicquã assumere voluit. Huic medicamenti vis nimia ventriculũ vehementer admodũ exulcerauit, quo epoto tertio postea die extinctus est. 18 Larissæ Antimachi vxor ferè quinquaginta diebus vterum gestabat, & reliquo tẽpore cibos fastidiebat, septẽq; diebus vteri & oris ventriculi dolore cõflictabatur,

[16] Ἱπποκόμος Παλαμήδεος ἐν Λαρίσῃ ἑνδεκαέτης ἐπλήγη κατὰ τοῦ μετώπου ὑπὲρ τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν ὑφ' ἵππου. καὶ ἐδόκεε τὸ ὀστέον οὐχ ὑγιὲς εἶναι. καὶ ἐπήδα ἐξ αὐτοῦ ὀλίγον αἷμα. οὗτος ἐπρίσθη μέγα μέχρι τῆς διπλόης. καὶ ἰητρεύετο οὕτως ἔχον τὸ ὀστέον, ὃ καὶ προσῆν αὐτίκα τὸ ὀστέον ἔχυεν. ἐπὶ εἴκοσιν οἴδημα παρὰ τὸ οὖς ἤρξατο. καὶ πυρετὸς καὶ ῥῖγος. καὶ ἡμέρῃ μᾶλλον ᾠδίσκετο καὶ ὠδυνᾶτο τὸ οἴδημα. καὶ ἐπύρεσσεν ἀρχόμενος ἐκ ῥίγεος. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ᾤδησαν, καὶ τὸ μέτωπον, καὶ ἅπαν τὸ πρόσωπον. ἔπασχε δὲ ταῦτα ἐπὶ δεξιὰ μᾶλλον τῆς κεφαλῆς. παρῆλθε καὶ καὶ ἐς τὰ ἀριστερὰ τὸ οἴδημα. οὐδὲν οὖν τοῦτο ἔβλαπτεν. τελευτῶν δὲ πυρετὸς ξυνεχὴς ἔσχεν. ἧσσον ταῦτα ἦν. μέχρι ἡμερῶν ὀκτώ. ἐβίω δὲ καυθεὶς. καὶ καθηράμενος διὰ καταπότου. καὶ περιπλασσόμενος τὸ οἴδημα. τὸ δὲ ἕλκος τῶν κακῶν οὐδὲν αἴτιον ἦν. [17] Ἐν Λαρίσῃ Θεοφόρβου παῖς ἐλέπρα τὴν κύστιν. καὶ διούρει γλίσχρον. καὶ ὠδυνᾶτο καὶ ἀρχόμενος καὶ τελευτῶν τῆς οὐρήσιος καὶ ἔτριβε τὸ πρόσθιον. οὗτος πιὼν τὸ διουρητικὸν δριμὺ, ἐς μὲν τὴν κύστιν οὐδὲν ἐχώρησεν. ἐξήμεσε δὲ συχνὸν πυῶδες καὶ χολῶδες. καὶ κάτω ἕτερα τοιαῦτα διεχώρεε. καὶ ὠδυνᾶτο τὴν γαστέρα. ἐκαίετο ἔνδοθεν. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ψυχρὸν ἐγένετο. καὶ παρελύθη ὅλος. καὶ προσδέχεσθαι οὐδὲν ἤθελε. τούτῳ ἡλκώθη κοιλίη ἰσχυρῶς, ὑπὸ ἰσχύος τοῦ φαρμάκου ἄγαν. ἀποθνήσκει δὲ μετὰ τὴν πόσιν τριταῖος. [18] Γυνὴ Ἀντιμάχου ἐν Λαρίσῃ, ἐκυίσκετο ἡμέρας ὡσεὶ ν. καὶ ἠσιτέετο τὸν ἄλλον χρόνον, καὶ ἡμέρας ζ ἤλγει τὰς ὑστέρας. καὶ ὠδυνᾶτο τὴν καρδίαν.

καὶ πυρε-

A καὶ πυρετὸς ὑπελάμβανεν. οὐχ ὑπεκεχωρήκει τὸν χρόνον τοῦτον. ταύτῃ ἐδόθη ἐλατήριον καταποτὸν ἰσχυρότερον τοῦ δέοντος. καὶ ἀπήμεσε χολὴν ξυγκεκαυμένην, ὑπό τε τῆς ἀσιτίης καὶ τοῦ πυρετοῦ. καὶ γὰρ οὐδὲ ποτῷ ἐχρῆτο οὐδενί. ὀλίγην δὲ ἀπήμεσε βιαίως, καὶ θρομβώδεα. κατεῖχεν ἀνιστάμενον καὶ ἠφίει αὐτήν. καὶ ἐδόκεεν ἀσθενέειν. καὶ οὐκ ἤθελε πιοῦσα ὕδωρ ἐξεμεῖν. μετὰ δὲ τοῦτο, ὀδύνη ἴσχει ἰσχυρὴ τὴν κάτω B κοιλίην. εἵλκωτο γὰρ ὑπὸ τοῦ φαρμάκου. καὶ ἐχώρεεν αὐτῇ μετὰ τὴν κόπρον αὐτίκα ὕφαιμον ξυσματῶδες. αἰεὶ δὲ πλέον ἐγίνετο. καὶ ἡ ἀσθένεια καὶ ἡ ἄση. καὶ τοῦ καθάρματος ἦσαν ε κοτύλαι. ἔστη δὲ ἡ κοιλίη ὕδατος καταχεομένου πολλοῦ κατὰ τὴν ἰατρός. ἄλλο δὲ οὐδὲν ἠδυνήθη προσδέξασθαι. ἔθανε περὶ μέσας νύκτας. ἐδόκεε δ' ἂν βιῶναι, εἰ ἠδύνατο πιεῖν τὸ ὕδωρ, καὶ ἐμεῖν αὐτίκα πρὶν ἢ πιέναι. [19] Οἰκέτις Ὀν- C ησιδήμου ἐν Λαρίσσῃ, ἡλκώθη κοιλίην καὶ τὸ ἔντερον ὑπὸ χολῆς αὐτομάτης κινηθείσης. καὶ ὑπεχώρεε καὶ ἄνω καὶ κάτω χολὴ καὶ αἷμα. καὶ πυρετὸς εἶχε. ταύτῃ ἐδόθη ἀσθενεούσῃ, ἐλατήριον ἀσθενὲς ποτὸν ὑδαρὲς καὶ ὀλίγον. καὶ ἤμεσέ τε ἄνω ἀπ' αὐτοῦ πουλύ. καὶ κάτω ὑπῆλθε πλέον. καὶ τῆς ἑσπέρης ἐπανῆλθε. τῇ δ' ὑστεραίῃ πυρετὸς ἦν, ἀσθενὴς δέ. ἡ δὲ κοιλίη ἡλκωμένη τε καὶ ἔτι ὑπεχώρεε ταῦτα. τρίτῃ δὲ ἔθανε δείλης, πυ- D ρετοῦ ἐπιλαβόντος πάνυ ἰσχυροῦ. αὕτη δὲ ἐδόκεεν ἀποθανεῖσθαι πάντως. ἥκιστα δ' ἂν ὕδωρ πίνουσα ψυχρόν, ἕως ἔμετος εἶχεν. ἐπεὶ δὲ ἐψύχθη ἡ ἄνω κοιλίη, ἀποκαθαρθεῖσα τῷ ὕδατι, χυλὸν μεταπιοῦσα ψυχρόν, οὕτω μετακλύσθη. [20] Εὔδημος ἐν Λαρίσσῃ αἱμορροΐδας ἔχων ἰσχυρὰς πάνυ, καὶ χρονίσας ἔξαιμος ὤν, χολὴ ἐκινήθη. ἀλλ' ἠπίως τῷ σώματι καὶ ἡ κοιλίη ἐταράχθη κάτω. ὑπεχώρεε χολώδεα, E καὶ αἱμορροΐδες ἀνεῖχον. φάρμακον καταποτὲ πιὼν, ἀπεκαθάρθη καλῶς, καὶ αὖθις μετέπιεν χυλόν. καὶ ἔτι ἐταράσσετο. καὶ ὀδύνη πρὸς τὰ ὑποχόνδρια παρεγίνετο. τούτῳ ἐπεχειρήθη τῇσιν αἱμορροΐσι τὴν κοιλίην οὐ καλῶς πως ἐχούσης. ἀλλὰ δεομένῳ θεραπείης ἔτι καὶ ἀπήμεσεν. ἔπειτα δὲ ἐπαλειφθέντος τοῦ καρκίνου, πυρετὸς ἐπέβαλε καὶ οὐκ ἀφῆκεν πρὶν ἀπέκτεινεν. ὅτε δὲ καὶ ἀφῆκε ῥῖγος ὑπο- F λαβὸν, ἧκεν ὁ πυρετὸς καὶ ὑπεχώρησεν αὐτῷ χολή. καὶ φῦσα, ἡ μὲν διεξῄει, ἡ δὲ ἐνῆν, καὶ ὀδύνη ἐν τῇ κοιλίῃ. αἱ δὲ αἱμορροΐδες ἔξω ἦσαν τοῦ ἀρχοῦ. ἀπὸ τῶν ἀποκαθάρσιων ἀρξάμεναι τὸν ἄλλον χρόνον. καὶ ἡ φῦσα διὰ ταύτας ἐπεγίνετο. καὶ πρὸς πταρμὸν ἐπεγίνετο ἡ ἀρχή.

& febris prehendebat. Ex quo tempore nihil per aluũ secessit. Huic medicamentum deorsum purgans valentius quàm par erat deglutiendum est exhibitũ, & bilem præ inedia & febre exustã vomitione reiecit. Neq; enim vllo potu vtebatur. Paucam verò vi quadam euomuit & in grumos contractam. Deinde vbi commota fuit, eam demittebat, & debilitari visa est; aquaq; epota vomere renuit. Post hæc autẽ dolor vehemens inferiorem aluum detinebat, quæ à medicamento exulcerata erat, eiq; statim post stercus ramẽtum subcruentum ex aluo secessit. Perpetuò verò increscebat imbecillitas & incontinens corporis iactatio, & purgatio ad quinq; heminas processerat. Aqua multa ventri affusa restitit aluus, aliud quippe nihil assumere poterat. Circa mediam noctem mortua est. Videbatur autem superstes esse posse, si aquam bibere, aut statim ante potionem vomere potuisset. [19] Larissæ Onesidemi ancillæ exulcerata est aluus & intestinum à bile per se commota, ac sursum & deorsum bilis & sanguis prodibant, febrisq; detinuit. Huic imbecillæ in potu est exhibitum medicamentum deorsum purgans imbecillum, aquosum & paucum, ex quo copiosa vomitione sunt reddita, & ampliùs per inferna subierunt, ac sub vesperam repetiuerunt. Postero verò die febris aderat, verum debilis. Aluus etiam exulcerabatur, & eædem adhuc deiectiones erant. Tertio autem die vehementi admodum febre correpta, sub vesperum obiit. Hæc prorsus peritura fuisse existimata est, minimè verò quamdiu epota frigida vomitus tenuit. Vbi verò perfrixit alu[9] superior, aqua perpurgata, post epotum ptissanæ succum frigidum, sic ex infuso subluta est. [20] Larissæ Eudemus valde magnũ & diuturnũ patiebatur sanguinis profluuium per ora venarum quæ sunt in ano (Græci hæmorrhoidas dicunt) adeò vt exanguis esset, & bilis commota. Leniter tamen habebat toto corpore & aluus deorsum conturbata, biliosa demittebat, & hæmorrhoides remittebant. Post epotum medicamentum deorsum purgans, probe repurgatus est, ac insuper ptissanæ succum ebibit, & ampliùs aluus turbabatur, dolorq; ad præcordia aderat. In hoc hæmorrhoidibus manus est admota, cùm malè quodámodo affectus esset venter, & ampliùs curatione opus esset, ac vomitus afflixit. Tandẽ verò ex irritato medicamentis cãcro, febris adorta est, nec ante mortẽ demisit. Interdum quoq; cùm rigor subiens dimisisset, febris adfuit, ipsiq; ex aluo bilis secessit, flatus partim prodibat partim intus remanebat, dolorq; ventrẽ affligebat. Hæmorrhoides verò deinceps à purgationibus extra anum eminere cœperunt, & per eas flatus existebat, qui à sternutatione ortum ducebat.

[16] καὶ ἐντερεώνιον ἔχον] Significat post sectionem os vitiatum scalpro radendum fuisse, alioqui sanè etiam ante ipsam curationem naturæ viribus vtero velut conceptum grauiditatem attulisse, tandemque excidisse.

πυρετὸς ξυνεχής] Exemplar Regium quoddam manu scriptum pro ξυνεχὴς ὀξὺ habet.

τὸ δὲ ἕλκος] His verbis significat vitio humorum symptomata ista contigisse, ægrumq; medicamento purgante opus habuisse. Quod etiam luculentis verbis testatur lib. περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων. ὅταν δ' ἐπὶ τρώματι ἐν κεφαλῇ οἰδήσαντος ἢ παρασχισμένου τοῦ ἀνθρώπου, ἢ ψιλωθέντος δὲ τοῦ ὀστέου, οἴδημα ἐπιγένηται ἐρυθρὸν καὶ ἐρυσιπελατῶδες ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἀμφοτέροισιν, ἢ τῷ ἑτέρῳ, καὶ εἴ τις ἅπτοιτο τοῦ οἰδήματος ὀδυνῷτο, καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνῃ καὶ ῥῖγος. τὸ δὲ ἕλκος αὐτὸ τὸ ἀπὸ τῆς σαρκὸς καλῶς ἔχοι ἰδέσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ὀστέου, καὶ τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος ἔχῃ καλῶς, πλὴν τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ ἄλλην μηδεμίαν ἁμαρτάδα ἔχοι τὸ οἴδημα τῆς ἄλλης διαίτης, τοῦτον χρὴ τὴν κάτω κοιλίην ὑποκαθῆραι φαρμάκῳ ὅ,τι χολὴν ἄγει. καὶ οὕτω καθαρθέντος ὅ,τε πυρετὸς ἀφίσταται, καὶ τὸ οἴδημα καθίσταται, καὶ ὑγιὴς γίνεται. hoc est, At vbi in capitis vulnere, siue secto homine, siue non, nudato tamen osse, tumor rubicundus ad erysipelatis naturam accedens, in facie & oculis vtrisque, vel altero, subortus fuerit, quiq; ad contactum doleat, ac febris & rigor corripiat: vlcus verò ipsum, quod ad carnem osq. attinet, ad aspectum rectè habeat, quæq; vlcus ambiant, excepto faciei tumore bene habeant, eiq; nullum aliud peccatum in reliqua victus ratione accesserit, medicamento quod bilem moueat homini aluus purganda est. Quo sic purgato, tum febris remittit, tum tumor subsidit, sanusque euadit.

[17] ἐλέπρα τὴν κύστιν] Indicat vesicam fœda scabie (quam lepram dicunt) laborasse. Ea est cum maxima & profundiore cutis asperitate, prurituu & squamis. Vesicæ scabiem significant πιτυρώδεα ac velut furfurei cortices in vrina redditi, vt scribit Hippocr. præsertimque si crassa, non tenuis vrina fuerit. Eamq; ob causam fortè viscidam vrinam ponit. λεπρὰν autem vesicam dicit, qua forma κύστιν ψωριῶσαν protulit Hippocrat. aphoris. 77. & libr. περὶ φύσ. περὶ δὲ ψωριώσης κύστεως. vide Trallianum cap. 7. libr. 8. & Aet. cap. 22. serm. 3. tetrab. 3.

καὶ ἔτριβε τὸ αἰδοῖον] Sic legunt exemplaria quotquot videre licuit tum manu exarata, tum publicata. τὸ πόσθιον legere malim vt extremum pudendum aut summam mentulam indicet. Quod etiam fecisse videntur interpretes ac præcipuè Caluus, qui præpu-

tium vertit. Pudendi autem attritus & confricatio ac dolor cum ad vrinarum excretionem vrgemur, calculi vesicæ signa sunt, ab artis nostræ dictatoribus decantata. Sic † Aretæus de calculo vesicæ: ἀτὰρ καὶ οἱ πρόκοποι τὰ αἰδοῖα γίγνονται. ἀτὰρ γὰρ οὐρέουσι, κλῶσι τὸ οὖρον, καὶ ὁ λίθος ὀδυνᾶται, καὶ ἀμφαφόωσι, καὶ ἕλκουσι τὰ αἰδοῖα, ὅκως τὸν λίθον ξὺν τῇ κύστει ἐξαιρεύμενοι. hoc est, Quin & his virilia arriguntur. Cum enim vrinam reddunt, si etiam subest calculus, dolent, contrectantq; pudenda & attrahunt, velut calculum cum vesica excempturi. Paulus quoq; lib.3.cap.45. κνῶνται ξυνεχῶς καὶ ψηλαφῶσι τὸ αἰδοῖον καὶ ἐπιτείνουσι, καὶ συνεχῶς εἰς οὖρον ἐπείγονται καὶ στραγγουροῦσι, hoc est, fricant continenter & contrectant pudendum & arrigunt, assidueq; ad reddendum lotium impelluntur, vrinæq; stillicidio laborant. Trallianus etiam cap.7.lib.8. πρὸς τούτοις φιλοῦσι κνᾶσθαι τὸ αἰδοῖον, ἢ διατείνειν αὐτὸ βιαίως καὶ πολλάκις, καὶ τότε πλέον μᾶλλον, ὅταν πρὸς τὸ οὖρον ἐκκρίνειν ἐπείγονται. hoc est, Præter hæc pudendum scalpere, aut id sæpius & violenter distendere solent, atq; tum etiam magis cum ad vrinam reddendam vrgentur. Hippocrates verò lib.4.de morb.in calculi signis dolorem in excernenda vrina eiusq; stillicidium adscribit. Atque in vesicæ scabie cùm progrediente morbo ea exulceretur, hic vlceris vesicæ signa adscripsit, dolorem nempe vrgentem vbi meiere incœperint ac cessauerint. Rufo nanque colli vesicæ vlcera indicantur, si mictionis tempore, maximeq; vbi meiere incœperint ac cessauerint, dolor sentiatur. Quod etiam ampliùs contingit, vbi vrinæ fuerint acriores. Sic Aretæus in malignis vesicæ vlceribus dolorem in reddenda vrina annotat, qui ad summum vsq; colem etiam pertingit. In quibus etiam fœculenta, graueolentia & mucosa excernuntur, vt idem scribit & ex Rufo Aëtius cap.29.serm.3.tetrab.3.

† *Lib.2.de sig.morb. diut. Cap.4.*

τούτῳ ἡλκώθη κοιλίη] Hoc sanè exemplum magnam adhibendam esse in acribus diureticis exhibendis cautionem testatur. Nam etiam si procliuius in pueris periculum creant, acriore tamen vi & vehementia, interiora viscera quæ primùm subeunt, adurunt, colliquant & exasperant, & ferè omnibus exitium accelerant.

18 κάματόν τ᾽ ἀνέβαλε] Istud ægram à medicamento commotam & concitatam fuisse indicat, & bilem per aluum demisisse. ἀνέβαλε verò ab ἄημι, ἄω aut ἄομαι poëtico ducitur, vnde & ἄητο apud Apollonium φέρεται, κεκίνηται, & ἄητο. ἐφέρετο, ὥρμητο. Potest etiam ab ἀασάω deduci, & ἀάσατο pro ἀάσατο dici quod significat ἐβλάβη καὶ ἐλυπήθη, & noxiam à medicamento acceptam. Sed sanè insolens ista dictio non parum suspectum locum facit, etsi eadem est omnibus in exemplaribus lectio. Caluus aliter sumpsit, & pro ἀέσατο ἀσπιστὸς legisse videtur.

ι᾽ κοτύλαι] ι᾽ κοτύλαι legisse videtur Caluus. Decem enim posuit, contra tamen omnium codicum fidem.

ἰδόκει δ᾽ αἱ βιαίαι] Vt sunt purgationes necessariæ, ita quoq; sunt hæ perniciosæ, si nimis valentibus medicamentis fiant, vt scribit Celsus. Medicamenti malignitatem retundit & acrimoniam frangit, Rufo autore, potus aquæ vehementer frigidæ, & in eadem insessio. Sic paulò post in ventris dolore, à medicamento, in muliere, frigidam corpori affundit, eaq; epota vomitionem mouet. Quod & hîc vsurpari potest dum vomitum cieri præcipit ante potum deglutitum. Aut certè vomitum ante sumptum potum consulit. Quo frustra tentato, haustum aquæ frigidæ ad deturbandum medicamentum imperat. Hîc autem etiam obiter animaduertendum existimo quod scribitur à Theophrasto lib.9. * hist.plant.de Eudemo Chio, quem duas & viginti hellebori potiones innoxiè ebibisse scribit, cùm post septimam potionem pumicis puluerem aceto subactum ad comprimendam medicamenti vim sumpsisset. Quod paulò aliter ab Apollonio refertur, in lib.de mirab.hist. * *Cap.18.*

19 αὕτη δ᾽ ἰδόκει] Hæc ægra etsi ob virium imbecillitatem semper peritura fuisse existimata est: post epotam tamen frigidam & bilis obtusum feruorem ac acrimoniam, fractaq; velut intemperie intestinorum calida & sicca, paululum erecta spes est, quandiu vomitus tenuit. Itaq; refrigerato & perpurgato ventriculo, ptissanæ ius frigidum exorbuit, quo velut infuso venter sublutus est, & bilis deferbuit, vi febris tamen periit. χυλὸς autem Hippocrati ptissanæ cremorem aut sorbitionem, ius ac succum significare videtur. Qua voce sæpè vtitur lib.de rat.vict.in morb.ac. Vitium autem habet Asulanus codex. πιὼν pro πιοῦσα legens.

20 ἀλλ᾽ ἠπίως τῷ σώματι] Etsi bilis commota esset, remissè tamen habebat & leniter toto corpore, quòd necdum febris prehendisset, necdum à medicamento bilis exagitata esset, aut hæmorrhoides chirurgia exasperatæ.

καὶ αἱμορροΐδες αἱεὶ εἶχον] Hæmorrhoides remittebant, concedebant & quiescebant, quod de dolore aut inflammatione capiendum est. Potest etiam significare eminebant, sese extollebant & erigebant. Quam notionem etiam habent exemplaria duo Regia manu scripta, quæ αἰεὶ λον legunt. Quod & facit Asulanus codex, etsi procliue est in alterutram vocem vitium. Cornarius αἰδοῖον legisse videtur. Quanquam αἰεὶ εἶχον in eam significationem trahi etiam potest. Cæterùm exemplaria manu scripta αἱμόρροιαι non αἱμορροΐδες legunt, quod etiam facit Asulanus codex. Quædam verò αἱμορροΐαι.

τούτῳ ἐπεχείρει] Significat artificiosa curatione tentatas fuisse hæmorrhoidas, tum per medicamenta, tum per chirurgiam. Exemplaria omnia manu scripta cum Asulano ἐπιμελεῖν legunt.

ἐπαλειφθέντος τοῦ καρκίνου] Hanc publicatis codicibus vulgatam lectionem retinendam putaui, quæ eleganter medicamentis irritatum stimulatum, & exasperatum cancrum significat. ἐπαλείφω nanq; acuo, irrito, aut stimulo etiam significat, & ἐπαλείφει διεγείρει, explicant Hesychius & Varinus. Interpretes ἀπολειφθέντος legisse videntur, quæ est codicum manu scriptorum lectio. ὑπολειφθέντος etiam non malè legeretur, vt superfuisse ac relictum fuisse ex chirurgia cancrum intelligamus.

καὶ πταρμοὶ] πταρμὸς cùm sit (vt scribit Aristot.lib.1.hist.anim.) πνεύματος ἀθρόου ἔξοδος, nec nisi confertim emisso ex cerebro spiritu fiat, vt scribitur aph.51.lib.7.non est mirum in melancholicis, qui plærunque flatuum copia abundant, crebras sternutationes flatibus egerendis quasi viam præmunire.

21 Larissæ quidam hasta lata percussus, à tergo vulnus accepit, cuius acies infra vmbilicum penetrauit, & cum liuore ac tumore amplum spatium peruasit. Post acceptum vulnus deinceps dolor primo vehemens tenebat & venter intumescebat. Postridie exhibito medicamento deorsum purgante, quiddam subcruentum deiecit, & mortuus est. Huius intestina non esse sana, venterq; sanguine redundare videbatur. 22 Appellæus Larissæus annos attingens propemodum triginta aut paulò minùs, morbo detinebatur, quo noctu magis inter dormiendum quàm interdiu corripiebatur, & duobus ferè annis laborabat ante mortem Bilem autem flauam interdum vomitione reiiciebat vbi excitabatur, quandoque etiam atram. Hic vehementi admodum capitis purgatione & longo interuallo vsus, atq; etiã bis epoto medicamento, sex menses transfegit. Edax autem erat & corpore bilioso, ac post multam luctam vehementi rigore correptus est, & febris inuasit, morbusq; noctu afflixit. Postridie verò rursusque altero die, sanus esse videbatur. Subsequente autem nocte, vbi cœnasset, à

21 Ἐν Λαρίσσῃ ἀνὴρ ἐτρώθη ἐκ χειρὸς, λόγχῃ πλατείῃ ὄπισθεν. καὶ τὸ ἄκρον διέωσε κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, πελιὸν ὑπόιδεον. καὶ διῆλθε χωρίον πουλύ. ἐπεὶ δὲ ἐτρώθη, ἔπειτα ὀδύνη εἶχε τὰ παραυτίκα ἰσχυρή. καὶ ἐφυσιοῦτο ἡ γαστήρ. τούτῳ ἐδόθη τῇ ὑστεραίῃ κάτω φάρμακον. καὶ διεχώρησεν ὀλίγον ὕφαιμον, καὶ ἔθανεν. ἐδόκεε τούτου τὰ ἔντερα εἶναι οὐχ ὑγιέα καὶ αἵματος ἡ κοιλίη πλέη τυγχάνειν. * Ἀπελλαῖος Λαρισσαῖος εἶχε μὲν ἡλικίην, ὡσεὶ ἐτέων τριήκοντα, ἢ ὀλίγον ἀπέλιπεν. εἴχετο δὲ τῇ νούσῳ. ἐλαμβάνετο δὲ τὰς νύκτας μᾶλλον τῶν ἡμερέων ἐν τῷ ὕπνῳ, ἐνόσει δὲ ὡς δύο ἔτεα πρὸ τοῦ θανάτου. ἤμεε δὲ χολὴν πυῤῥὴν ἐνίοτε ἐπεὶ διεγείροιτο. ἤμεε δὲ καὶ μέλαιναν. ἐχρήσατο ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καθάρσιος ἰσχυρῆς πάνυ καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον καθαιρεόμενος, καὶ φάρμακον δὶς πιὼν, ἓξ μῆνας αὐτὸν διέσχεν. ἦν δὲ πολυφάγος ἔχων δὲ τὸ σῶμα ἐπίχολον, παλαίσας πολλὰ μάλα ἐῤῥίγωσε. καὶ πυρετὸς ἐπέλαβε. ὡς ἡ νοῦσος ἐς νύκτα. τῇ δ᾽ ὑστεραίῃ, ἐδόκεεν ὑγιὴς εἶναι. αὖ καὶ τῇ ἑτέρῃ. τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ, ἡ νοῦσος ἐπέλαβε δεδειπνηκότα ἀπὸ

περί του

πρὸ τοῦ ὕπνου. καὶ εἶχε τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέρην. καὶ μέχρι δορπηστοῦ. ἔθανε πρὶν ἐμφρονῆσαι. ἐλάβετο περὶ τὰ δεξιὰ πρότερον, τό, τε πρόσωπον καὶ τὸ ἄλλο σῶμα. ἔπειτα ἐπὶ τὰ ἀριστερά. καὶ ὅτε δοκέοι διαπεπαῦσθαι, κῶμα εἶχε καὶ ἔρεγχε. καὶ αὖθις ἐξεδέχετο ἡ νοῦσος. [23] Εὔμηλος Λαρισσαῖος, ἐπάγη τὰ σκέλεα, καὶ χεῖρας, καὶ γνάθους. καὶ οὐκ ἠδύνατο οὔτε ἐκτείνειν, οὔτε ξυγκάμπτειν, ἢ μὴ ἕτερος ξυγκάμπτοι καὶ ἐκτείνοι. οὔτε τὰς γνάθους διαίρειν, εἰ μὴ ἕτερος διαίροι. ἄλλο δὲ οὐδὲν οὔτε ὠδυνᾶτο, οὔτε ἤσθιεν, εἰ μὴ μᾶζαν καὶ μελίκρητον ἔπινεν. εἰκοσταῖος ὕπτιος πίπτει καθήμενος. καὶ τύπτει τὴν κεφαλὴν πρὸς λίθον σφόδρα. καὶ αὐτοῦ σκότος κατεχύθη. καὶ ὀλίγον ὕστερον ἀναστὰς, ὑγιὴς ἦν. καὶ ἐλέλυτο πάντα πλὴν μετὰ τὸν ὕπνον, ὅτε ἐξεγείροιτο, ὀλίγον τι συνεδέδετο τὰ ἄρθρα. ἔτεα δὲ ἦν ἤδη ιβʹ ἢ ιγʹ. ἔκαμνε δὲ μῆνας γʹ ἢ δʹ. [24] Ἐν Λαρίσσῃ παρθένος αἷμα ἐμέσασα οὐ πολὺ, ἔμπυος γενομένη, πυρετῶν ἐπιλαβόντων, οὐκ ἀπηλλάσσετο πρὶν τελευτῶσα. ἀπέθανε τρίτῳ μηνί. πρὸ δὲ τοῦ θανάτου, ἐκωφώθη τὰ ὦτα. καὶ οὐκ εἰσήκουεν, εἰ μή τις πάνυ μέγα βοήσειε. πρὸ δὲ τοῦ ἐμέτου τοῦ αἵματος, προησθένει. [25] Ἀμφίπολος ἐν Λαρίσσῃ Δυσηρίδος νέη ἐοῦσα, ὁκότε λαγνεύοιτο περιωδύνεε ἰσχυρῶς. ἄλλως δὲ ἀνώδυνος ἦν. ἐκύησε δὲ οὐδέποτε. ἑξηκονταέτης δὲ γενομένη, ὠδυνᾶτο ἀπὸ μέσου ἡμέρης ὡς ὠδίνουσα ἰσχυρῶς. πρὸ δὲ μέσου ἡμέρης αὕτη πράσα τρώγουσα πολλὰ, ἐπεὶ ὀδύνη αὐτὴν ἔλαβεν ἰσχυροτάτη τῶν πρόσθεν, ἀναστᾶσα ἐπέψαυσέ τινος τρηχέος ἐν τῷ στόματι τῆς μήτρης. ἔπειτα ἤδη λειποψυχούσης αὐτῆς, ἑτέρη γυνὴ καθεῖσα τὴν χεῖρα, ἐξεπίεσε λίθον ὅσον σφονδύλον ἀτράκτου τρηχύν. καὶ ὑγιὴς τότε αὐτίκα καὶ ἔπειτα ἦν. [26] Ὁ Μαλιεὺς, ἅμαξα αὐτῷ ἐπῆλθε ἄχθος ἔχουσα, ἐπὶ τὰς πλευράς. καὶ κατῆξε τῶν πλευρέων. καὶ χρόνου αὐτῷ ὑπέστη πῦον κάτωθεν τῶν πλευρέων. ὑπὸ τὸν σπλῆνα καυθεὶς, ἔμμοτος ὢν, ἀφίκετο εἰς δέκα μῆνας. ἀνατμηθὲν τὸ δέρμα ὀπὴ ἐφάνη ἐς τὸ δέρτρον ἐπὶ θάτερα ἀφικνοῦσα. καὶ πρὸς τὸν νεφρὸν καὶ πρὸς τὰ ὀστέα ἐπῆλθε σαπρά. τούτου, ἥτε φύσις τοῦ σώματος παρέλαθεν ἐπίχολος οὖσα. καὶ ἐν τῷ σώματι ἡ σηπεδὼν ξηρὴ τοῦ δέρτρου πολλὴ, καὶ ἄλλων σαρκῶν ἃς ἔδει αὐτίκα ἐμβάλλειν. εἴ τις ἐδύνατο ξηρῷ φαρμάκῳ, ἕως ἰσχύν τινα εἶχεν ὁ ἄνθρωπος. ἀπὸ γὰρ τῶν ὑγρῶν, οὐδὲν ἐπεδίδου, ἀλλ' ἐσήπετο. ἀπὸ δὲ τῶν μοτῶν ἰσχομένου τοῦ ὑγροῦ. ῥῖγος ἐλάμβανε καὶ πυρετὸς, καὶ ἐσήπετο μᾶλλον. ἐπέρρει δ' αὐτοῦ σαπρόν τι ὑπομέλαν δυσῶδες. πρὶν δὲ ἐπιχειρέειν ἰητρεύεσθαι, ὅσαι ἑκάστης ἡμέρης συχνὸν διεπέρα ἔξω. ἦν δ' οὐκ εὔροον. ἐγνώσθη τὸ εἶναι πορρωτέρω τὴν φύσιν τοῦ νοσήματος ἢ ὑπὸ τὸ δέρμα. πάντα ἂν ὀρθῶς πάσχων ὅμως οὐκ ἂν ἐδόκεε σωθῆναι. καὶ διάρροια κἂν ἐπέλαβεν.

primo somno morbus corripuit, qui noctu & interdiu ad cœnæ tempus vsq; tenebat. Mortuus est antequã ad se rediret. Primùm corporis dextra ac facies, reliquumq; corpus, conuulsione tentabantur, deinde sinistra peruadebat, cumq; quietus esse videretur, sopore & stertore detinebatur, rursusq; morbus excipiebat. 23 Eumelo Larissæo crura, manus, & maxillæ riguerunt, neq; extendere, neq; flectere poterat, nisi quis extenderet aut flecteret, vt nec maxillas diducere, nisi quis diduceret. Neq; verò alia corporis parte dolorem sentiebat, neq; quicquam comedebat præter mazam, & mulsam potabat. Vigesimo die sedens supinus decidit, & à lapide vehementer in caput percussus est, eiq; oculorum caligo offusa est, neq; longè postea sanus surrexit, & omnibus erat liberatus, nisi quòd è somno cùm excitaretur, articuli aliquantulũ colligati esse videbantur. Ætatis autem erat iam duodecim annorum aut tredecim. Mensibus verò tribus aut quatuor laborauit. 24 Larissæ virgo post paucum sanguinem vomitione reiectum, purulenta euasit, febribusq; correpta, non ante liberata est quàm vitam cum morte commutasset, quæ tertio mense contigit. Ante mortem autem aures obsurduerunt, neque exaudiebat, nisi quis valde acclamaret. Ante verò quam sanguinem vomitione reiiceret, iam debilis erat. 25 Larissæ Dyseridis ancilla iuuencula, cùm venere vteretur, vehementer affligebatur doloribus, aliàs verò dolorem non sentiebat, neq; concepit vnquam. At cùm annum sexagesimum attigisset, post meridiem vehementibus velut partus doloribus conflictabatur. Post multum verò ante meridiem porri esum, vbi dolore correpta est omnium qui antea tenuerunt vehementissimo, exurgens asperum quiddam in ore vteri contrectauit. Deinde cùm iam animo linqueretur, ab alia muliere manu immissa expressus est calculus asper, fusi verticillum propemodum æquans. Ac tunc statim sanitati est restituta, & deinceps perseuerauit. 26 Maliensem plaustrum onustum qua parte costæ sunt, calcauit, easque confregit, & ei aliquanto tempore pus infra costas substitit. Subter lienem inustus, & curatione per linamenta concerpta adhibita, ad decem menses peruenit. Secta cute in omento, foramen visum est vtrinq; penetrans, & ad renem ossaque putredo perueniebat. Fefellit nos huius corporis habitus biliosus, & quæ in corpore inerat multa omenti putredo sicca, aliarumq; carnium, quas statim oportuerat, quoad eius fieri potuisset, medicamento sicco inuadere, dum vir aliquid habebat virium. Humidis namque nihil proficiebatur, sed putredo inualescebat. Sub linamentis verò subsistente humore, rigor corripiebat & febris, putredoque augebatur. Istuc autem putridum quiddam, subnigrum & graueolens affluebat. Antequam verò ad curationem aggrederemur, ferè quotidie multum foras traiiciebat, quod nec facilè fluebat. Cognita est morbi natura altiùs defixa esse quàm subter cutem. Adeo vt omnibus ritè administratis, seruari tamen non posse videretur, etiamsi ventris profluuium inuasisset.

22 χολὴν πυῤῥὴν] πικρὴν habent exemplaria duo manu scripta Regia, & in margine πυῤῥὴν etiam adscribunt. Videtur autem bilis rubra intelligi aut vitellina, crassior, tenacior, impurior, rubicundior & à calore magis exagitata. διήχθη etiam habent exemplaria quædam pro διηνέχθη.

ἓξ μῆνας αὐτὸν διῆχεν] Mira est phrasis & admodum insolens. Sex menses ipsum penetrauit, vertit ad verbum Cornarius, quod peræquè & obscurum, & videtur ad medicamentum referri. Significat autem vehementibus capitis purgationibus, & per multum tempus exhibitis, bis etiam epoto medicamento purgante, sex menses totos fuisse consumptos, eorumque præsidiorum beneficio sic ægrum transegisse. Interpretes videntur ad medicamenti vim retulisse, quæ sex mensibus perdurauit. Nos versionem nostram sic temperauimus, vt vtranque notionem includat. Potest & διῆχεν διαλείπειν, & ἀφίστασθαι significare, tuncq; ad morbum referetur, qui sex mensibus intermiserit, quieuerit, ac veluti discesserit.

αὐ καὶ τῇ ἑτέρῃ] Hæc est publicatorum codicum lectio. Manu autem scripti omnes pro αὐ αὐτῇ legunt, vt ad ἰδίειν referatur.

Quam lectionem secuti videntur interpretes. δορπηστὸν autem legendum quod cœnæ tempus & horam significat, etsi δόρπηστος dicitur ὥρα τοῦ δείπνου Hesychio, & δορπηστὸν Athenæus lib. 1 quosdam ἄριστον vocare scribit, vt minimè mirum sit Caluum hanc dictionē prandio attribuisse. Videtur autem hic æger fluxionibus à capite in totum corpus absumptus, quæ ex multa cruditate ortum ducebant, & apoplexiæ sunt finitimæ. Quales destillationes & κατάῤῥους in senibus vocat Hipp. lib. de aëre loc. & aq. vulgi opinionem secutus, & καταῤῥόοι σφακελισμοὶ ἐξαπιναῖοι dicuntur aph. 12. lib. 3.

[23] Εὔμηλος Λαρισαῖος] Insigne est tetani per casum curati exemplum. Quod etiam author Medici celebrat his verbis de tetano agens, θεραπεύεται δὲ ὑπὸ φλεβοτομίας εἰ πλῆθος ὑπόκειται, ὡς ὁ περὶ Ἱπποκράτην καταπεσών, ἐκ τῆς κεφαλῆς τραυματισθείς. hoc est, Curatur autem venæ sectione si copia subest, velut ille qui apud Hippocratem humi prolapsus vulnus in caput acceperat.

[24] εἰ μή τις πάνυ μέγα βοήσειε] βοήσοι legunt exemplaria quædam manu exarata cum Asulano.

[25] ὀξεσίου λίθου] Sic legunt omnia ferè exemplaria, & lapidis frustum aut partem significant. Exemplar vnum manu scriptum Regium λίθον habet. Calculos autem in omnibus ferè concauis corporis partibus gigni, indubitata confessio est in iis qui in cerebro, iecore, liene, intestinis, pulmonibus & vtero concretos calculos conspicati sunt. Nos in capite & mulieris vtero coaluisse calculos vidimus, cui dissecandæ in Scholis publicè præfuit Hollerius, quod etiam scriptis testatum reliquit. Aëtius † quoque tofaceos calculos in vtero nasci testatur, eorumque amolitionem scribit. In intestinis verò calculos gigni, etsi ne vidisse quidem, ac ne fando quidem audiuisse memorat †† Galenus, in Frisimelica, tamen celebri Patauino Medico expertum est, qui ex aluo calculum oui magnitudine excreuit. Quod etiam aliàs accidisse testatur Antonius Beniuenius libro de Abditis morb. caus. cap. 19. & nos nuper in muliere quadam excretum aluo calculum ouum propè æquantem vidimus, qui confractus nucleum quendam habere videbatur.

† *Serm. 4. tetrab. 4. cap. 98.* †† *Lib. 6. de loc. affect. cap. 2. & lib. 1. cap. 5.*

[26] ἢ κατῆξε] Vitiosa sunt exemplaria quæ κατῆρξε pro κατῆξε legunt.

ὑπὸ τῆς σπλάγχνου καυθείς] Exemplaria quædam manu scripta Regia καθείς vitiosè legunt. ἔμμοτος autem dicitur qui linamentis concerptis aut penicillis curatur velut ἔμμοτον ὑστέρην sæpè vocat Hipp. in lib. περὶ γυναικείων & aph. 47. lib. 5. τὴν δηλουμένην διὰ τῆς μοτοῦ θεραπείας. Id tamen hoc loco neglexisse videtur Caluus.

ὅτι ἱφαίη] ὅτι ἱφαίη legunt omnia ferè exemplaria tum publicata, tum scripta, præter quàm quòd Regia ὅτι vitiosè habent, sed in margine ὀπὴ adscribunt. Legendum autem est ὀπῇ vt foramen significet. δήτρεον verò hîc omentum & epiploon significare potest, quod in eam significationem vt plurimùm ab antiquis vsurpetur, tum quod etiam putredini valde obnoxium, facilè admodum potuerit vtrinq; computrescere & perforari. Potest & peritonæum aut abdomen intelligi, quod toti inferiori ventri circumtenditur velut tympanum, quod δήτρεον dicitur. Qua notione etiam antiquis plurimùm vsurpatum est. Sic Hesychius δήτρεον, δέρμα, ὑμὴν, λαπάρα, ἦτρον, ὑπογάστριον, ἄμεινον δὲ τὸ περιτόναιον ἀκούειν, ἢ ὑμένα ἐπίπλου. Quam opinionem secutus est Caluus, omentum & aqualiculum pro abdomine ponens. Sic etiam Aristarcho (apud Varinum) τὸ δέρμα, ἐκ ποίου τοῦ χωρίου τοῦ περὶ τὸ ἧπαρ significat. Homeri scholiastes ὀδυσσ. λ. δήτρεον exponit ἤτοι τὴν ὑπὸ τὴν σάρκα πιμελὴν, ἢ τὸν ὑποκείμενον τῷ ἥπατι ὑμένα, ἢ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἦτρον. Cornarius Varinum secutus, tenue intestinum vertit. Sic enim apud eum legitur, δήτρεον τοῦ ἐντέρου τὸ λεπτὸν λέγει ὁ Ἱπποκράτης. φησὶ δὲ ὁ ψελλός. τοῦ δὲ ἐντέρου τὸ λεπτὸν, κατονομάζει δήτρεον. Cuius etsi magna est hoc loco authoritas, hîc tamen pro epiploo aut peritonæo meliùs mihi capi posse videtur. Exemplar Regium vnum manu scriptum & recentius ἦτρον pro δήτρεον legit, sed videtur vocis istius esse quædam vetus explicatio.

ἡ σπεδὼν ξηρή] τὴν σπεδόνα legunt omnia exemplaria manu exarata & Asulanum. Ac mirum est tantum mendum tam latè serpsisse Regium vnum exemplar cæteris recentius, veram lectionem adscriptam habet, altera expuncta.

ἐμβάλλει] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. ἐμβάλλειν autem eleganter est positum pro medicamento aggred & quasi hostili manu inuadere. Cornarius ἐκβάλλει legisse videtur. Caluus parum dictionem expressit, etsi rei consecutionem est secutus.

οὐδὲν ἐπιδιδοῦ] ἐνεδίδου videntur legisse Interpretes cùm nihilo remissius malum fuisse significant. Sed nos omnibus exemplaribus contestatam lectionem retinuimus.

ὑπομίλαν] Exemplaria manu scripta ὑπομέλαν legunt cum Asulano. Sed ὑπομίλαν rectius, aut ὅμοιον vel tale quiddam subaudiendum subiicetur.

ἢ ὑπὸ τὸ δέρμα] Quædam exemplaria ὑπὸ τὸ δέρμα simpliciter legunt, eadem tamen notione, vt sensus sit, tandem cognitum morbum ipsum altiùs sub cute defixum fuisse.

27 Autonomus in Omilo ex capitis vulnere obiit decimo sexto die, æstate media lapide ad suturas in medium sinciput cominus immisso. In quo non animaduerti eum sectione indigere. Opinionem verò meam fefellerunt suturæ in se teli noxiam continentes: postea nanque & conspicuum extitit. Primùm certè ad clauiculam, deinde verò ad latus dolor admodum vehemens, ortus est, & conuulsio ad vtranque manum peruenit. Vlcus enim medium caput & sinciput occupabat. Ad sectionem ventum est decimo quinto die, neque pus multum prodiit. Cerebri verò membrana sine putredine apparebat. 28 In Omilo famula duodecim ferè annos nata, ex capitis vulnere moritur decimo quarto die æstate media, vbi impacta à quodam ianua os collisum & fissum fuit. Ad suturas verò vulnus erat, quod certè sectione egere est animaduersum. Sectum est autem non quantum oportuit, verùm quod in ipso relictum est, in pus versum fuit. Octauo die rigor, febris prehendit. Habebat verò non commodè, sed quantum etiam prioribus diebus cum febre vacabat. Nono autem die quod reliquum erat exectum est, & pus valde exiguum cum sanguine subesse visum est, membranaque pura erat, ac somnus quidem cepit, febris verò posthac non dimittebat. Conuulsio autem manum sinistram occupabat, quod dextra potiùs parte vlcus haberet. 29 In Omilo Cyrenius vbi pus intrò collegisset

[27] Αὐτόνομος ἐν Ὁμίλῳ ἐκ κεφαλῆς τρώματος ἔθανε ιϛ ἡμέρῃ. θέρεος μέσου λίθῳ ἐκ χειρὸς βληθεὶς κατὰ τὰς ῥαφὰς ἐν μέσῳ τῷ βρέγματι. τοῦτο παρέλαθέ με δεόμενον πριαθῆναι. ἔκλεψαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ ἔχουσαι ἐν σφίσιν ἑωυτῇσι τοῦ βέλεος τὸ σίνος. ὕστερον γὰρ καταφανὲς γίνεται. πρῶτον μὲν ἐς τὴν κληῖδα. ὕστερον δὲ ἐς τὴν πλευρὴν, ὀδύνη ἰσχυρὴ πάνυ. καὶ σπασμὸς ἐς ἄμφω τὼ χεῖρε ἦλθεν. ἐν μέσῳ γὰρ εἶχε τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ βρέγματος τὸ ἕλκος. ἐπρίσθη δὲ ιε. καὶ πύον ὑπῆλθεν οὐ πολύ. ἡ δὲ μῆνιγξ ἀσαπὴς ἐφαίνετο. [28] Παιδίσκη ἐν Ὁμίλῳ ἐκ τρώματος κεφαλῆς, ὡς δωδεκαέτης θνήσκει ἐν μέσῳ θέρει ιδ ἡμέρῃ, θύρην τις αὐτῇ ἐνέβαλε, καὶ τὸ ὀστέον φλᾶ, καὶ ῥήγνυσιν. αἱ δὲ ῥαφαὶ ἐν τῷ ἕλκει ἦσαν. τοῦτο ἐγνώσθη ὀρθῶς πρίσεως δεόμενον. ἐπρίσθη δὲ οὐκ εἰς τὸ δέον, ἀλλ᾽ ὅτι ὑπελείφθη πύον ἐν αὐτῷ ἐγένετο. ὀγδόῃ ῥῖγος. πυρετὸς ἐπέλαβεν. εἶχε δὲ οὐκ εἰς τὸ δέον, ἀλλ᾽ ὅσον καὶ τῇσι πρόσθεν ἡμερέων, ὅτε πυρετὸς οὐκ εἶχεν. ἐνάτῃ δὲ τὸ λοιπὸν ἐξεπρίσθη, καὶ ὑπεφάνη ὀλίγον πάνυ πύον ξὺν αἵματι. καὶ ἡ μῆνιγξ καθαρὴ ἦν καὶ ὕπνος μὲν ἐπέλαβεν. ὁ δὲ πυρετὸς αὐτὴν οὐκ ἠφίει. σπασμὸς δὲ χεῖρα τὴν ἀριστερὴν ὑπελάμβανεν. ἐν γὰρ τοῖσι δεξιοῖσι μᾶλλον εἶχε τὸ ἕλκος. [29] Κυρήνιος ἐν Ὁμίλῳ ἔμπυος γινόμενος

τὴν

τὴν κάτω κοιλίην ἐκαύθη ὕστερον ἐν ἡμέρῃσι τεσσαράκοντα τοῦ δέοντος. καὶ εἶχεν ἐπιεικέως. καὶ ἐξηράνθη τὸ πῦον ἐν τῇ κοιλίῃ. ἐν δὲ τῇ θερμοτάτῃ ὥρῃ ἐσθίων ὀπώρην, καὶ ἄλλα σιτία ἀξύμφορα, πυρετὸς ἐπέλαβε, καὶ διάῤῥοια, καὶ ἔθανεν. [30] Ἑκάσων ἐν Ὀμίλῳ ὥσπερ καὶ ὅγε ἕτερος ὕστερον ἐκαύθη. ὅμως δὲ ἐξηράνθη, πλὴν ὀλίγου ἡ κοιλίη. δυσεντερίη δὲ ὑπέλαβε. καὶ αὐτὴν ἀποφυγὼν, ἤσθιε πάντα, ἕως ὅλος ᾤδησε. καὶ ἐῤῥάγη αὐτῷ πῦον κάτω. καὶ διάῤῥοια ἔθανεν. [31] Ἑκάσων ἐν Ὀμίλῳ ἀπὸ ἀκαθαρσίης καὶ πονηρῆς καθάρσιος ἐς τὸ ἰσχίον ἐπέστη αὐτῷ ὀδύνη ὀξεῖη. καὶ αὐτὴ μὲν ἀπηλλάγη. πυρετοὶ δὲ αὐτὸν ὑπέλαβον. καὶ χρόνον πουλὺν κλινοπετὴς ὤν. οὔτε πίνων οὐδὲν, οὔτε διψῶν. ἀσθενὴς τε ὢν καὶ φρικώδης. τούτῳ ἀφῃρέθη μὲν τὸ νόσημα χρηστῶς ὡς ἔδει. ὠφελεῖτο δὲ τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς προσφερομένων. τελευτῶν τι διεῤῥάγη τὸ νόσημα κάτω καὶ ἐχώρεε πάνυ, ὑπὸ πολλῆς χολῆς. καὶ παρέκοψε, καὶ ἔθανε. ἐδόκεε δὴ ἂν ἐκφυγεῖν τὸ νόσημα. [32] Ἐν Σαλαμῖνι ὁ περὶ τὴν ἄγκυραν περιπεσὼν, ἐπὶ γαστέρα διετρώθη. περιωδύνεε δέ. φάρμακον δὲ ἔπιε, καὶ οὐ διεχώρησε κάτω, οὐδ' ἀνέμεσεν. [33] Ἡ γυνὴ ἡ ἀποσφάξεν αὐτὴν, ἐπνίγετο. καὶ ἐδόθη αὐτῇ ὕστερον πολλῷ καταπότιον ἐλατήριον, καὶ διεχώρησεν αὐτῇ. [34] Ὁ ἐξ Εὐβοίης ἐλθὼν νεηνίσκος, πολὺ κάτω κεκαθαρμένος διαλιπὼν, πεπαυμένος ἐπύρεσεν. εἶτα δοκέων ἄνω δέεσθαι, ἔπιεν ἀσθενὲς, ῥίζαν ἐλατήριον. καὶ μετὰ τὴν πόσιν, τεταρταῖος ἔθανεν, ἐκκαθαρθεὶς οὐδέν. ἀλλ' ὕπνος εἶχε. καὶ οὐκ ἠδύνατο παύσασθαι ἡ δίψα. [35] Ἡ δούλη ἡ ἀπὸ καταποτοῦ ἄνω μὲν ἐχώρησεν ὀλίγα, καὶ ἔπνιγε. κάτω δὲ πολλά. τῆς νυκτὸς δὲ ἔθανε βάρβαρος δὲ ἦν. [36] Ὁ Εὐβοεὺς ἄνθρωπος πιὼν ἐλατήριον, τρεῖς ἡμέρας ἐκαθαίρετο, καὶ ἔθανε, τὴν δὲ χεῖρα ἔμπυον εἶχε μέχρι τοῦ ἀγκῶνος. [37] Ὁ Συμμάχου παῖς, ὑπὸ χολῆς ἀπεπνίγη. νύκτωρ καταδαρθὼν, καὶ πυρετοῦ ἐπέχοντος. φάρμακον δὲ πιὼν, οὐ κατέσχεν, οὐ δὲ καθῆρατο ἡμερῶν καὶ πρὶν ἀποθανέειν ἕξ. [38] Ὁ παρὰ τὸν δρόμον οἰκέων τῆς νυκτὸς αἷμα ἐμέσας, ἡ ὑστεραίῃ ἔθανεν. αἷμα ἐμέων πολὺ, καὶ πνιγόμενος. ἐς σπλῆνα δὲ καὶ κάτω, αἱματῶδες αὐτῷ ἐχώρεε πουλύ. [39] Παιδίον ὑπὸ ὀρέος πληγὲν τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἧπαρ, ἀπέθανε τῇ τετάρτῃ. τὸ δὲ πνεῦμα πυκινὸν εἶχε. καὶ οὐ κατενόει. καὶ πυρετὸς εἶχεν.

triginta diebus serius quàm oportuit inferiori ventri vstionē adhibuit, & moderatè habebat, resiccatumque pus in ventre fuit. Calidissimo verò anni tempore, ex pomorum, aliorumq; inutilium eduliorum esu, febris prehendit, aluiq; profluuium ac mortuus est. 30 Hecason in Omilo perinde ac alter serius inustus est, ferè tamē totus venter resiccatus est. Difficultate autem intestinorū correptus, vbi eam euasisset, quiduis edebat, donec totus intumuit, eique pus per inferiora erupit & alui profluuio sublatus est. 31 Hecasoni in Omilo ex corporis impuritate & praua purgatione, grauis in coxendicem dolor incubuit. Quo quidē dimittente, febribus correptus est, diuq; lectulo decumbens, neq; bibebat quicquam, neq; sitiebat, debilis autē erat & crebro horrores sentiebat. Huic probè quidem, vt conueniebat, morbus sublatus est. Corpus verò ab oblatione opem sentiebat. Sub extremū morbus per inferiora erupit, ac omnis cum multa bile secessit, & mente motus mortuus est. Videbatur autem morbum euasisse. 32 Salamine qui in anchoram delapsus est, in ventre vulnus accepit, & vehementissimis doloribus conflictabatur. Epotum autem medicamentum neq; deorsum demisit, neq; vomitione reiecit. 33 Quę seipsa iugulauerat, suffocabatur. Cui longè postea medicamentum deorsum purgans deuorandum exhibitum, per aluum demissum est. 34 Adolescens Eubœa veniens, vbi post multas infernas purgationes intermisisset, ac quieuisset, febri correptus est. deinde cùm sibi videretur per superiora purgandus, medicamentum deorsum purgans imbecillum, nempe radicem ebibit, & quarto post potionem demortuus est, cùm nihil perpurgatus esset, sed somnus tenuisset neq; sitis sedari potuisset. 35 Serua quædā barbara, cui ex deglutito medicamento pauca quædam per superiora prodierunt, quæ suffocabant, per inferiora verò multa, nocte mortua est. 36 Eubiensis quidam medicamento deorsum purgante ebibito tribus diebus purgabatur ac mortuus est. Manum autē purulentam ad cubitum vsq; habebat. 37 Symmachi puer à bile præfocabatur, noctu inter dormiendum, & cùm febris eum detineret. Epotum autem medicamentum non continuit, neque purgatus est, sex etiam ante mortem diebus. 38 Qui prope curriculum habitabat, vbi noctu sanguinem vomitione refudisset, postridie cum multa sanguinis vomitione, & suffocatione mortuus est. Ad lienem verò & infra copiosus ei sanguis secedebat. 39 Puer in ventrem & iecur à mulo ictus obiit quarto die. Spirationem autem crebram habebat, neque intelligentia valebat, & febris detinebat.

[7] Αὐτόνομος] insignis certè historia & errati tanti viri confessione nobilitata, quæque magnam in vulneribus capitis accurationem adhibendam esse admonet. Quæ nanque suturas attingunt vt periculosissima, ita cognitu sunt difficillima, vt scripsimus in [...]cis Præsagiis, vbi hunc etiam locum attigimus. Vulnus sanè ad suturas sincipitis lapide inflictum, vestigium imprimit, ossisque [co]lisionem, aut depressionem, aut rimam facit. Quæ sanè vitia sectionem postulant, vt fusissimè scribitur libro de vuln. cap. Sed [pl]anque suturæ quæ rimæ speciem referunt, vt reliquo osse asperiores sunt, medici iudicium atque oculos fallunt. Quod eleganter his verbis testatur Hippocr. ἡ δὲ ῥῆξις ἡ κατὰ τὴν ῥαφὴν γινομένη καὶ διαχάλασις ἐστὶν τῆς ῥαφῆς, καὶ φράσασθαι οὐκ εὐμαθής ἐστι, οὔτε ὑπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος γινομένης ἐν τῇ ῥαφῇ, ἐπειδὰν ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ. ἀλλ' ἔστι χαλεπώτερον φράσασθαι τὴν ἀπὸ τοῦ φλάσιος ῥωγμήν. συχναὶ ἔχουσι γὰρ τὴν γνώμην καὶ [...] τοῦ ἰητροῦ αὐταὶ αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδέες φαινόμεναι, καὶ τρηχύτεραι ἐοῦσαι τοῦ ἄλλου ὀστέου, ὅτι μὴ ἰσχυρῶς διεκόπη καὶ διεχάλασε. hoc est, Ar[...]tin ad suturam existens, suturæ etiam laxatio est, eamque vbi rupta fuerit & elaxata, num id à teli vestigio in sutura existente con[...]in[...]t, asserere non est facile. Verùm rimam vbi ex colliso contigerit difficilius est asserere. Suturæ enim rimæ speciem referentes, [&] [re]liquo osse asperiores, medici iudicium & visum fallunt, nisi os vehementer dissectum sit & elaxatum. Idem quoque luculentè [a]dmodum scribit * Celsus, atque adeò totum istum locum disertè aperit, his verbis, A suturis se deceptum esse Hippocrates memo[r]iæ prodidit, more scilicet magnorum virorum & fiduciam magnarum rerum habentium. Nam leuia ingenia, quia nihil habent, nihil [si]bi detrahunt. Magno ingenio multaque nihilominus habituro, conuenit etiam simplex veri erroris confessio, præcipueque in eo mi[nis]terio quod vtilitatis causa posteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis ante deceptus est. Ergo eo nomine dec[ip]i non oportet, sed os aperire tutissimum est. Nam neque vtique certa sedes, vt supra posui, futurarum est, & potest idem & na[tura]ter commissum, & ictu fissum esse iuxtáue aliquid fissum habere. Quin aliquid etiam, vbi ictus fuerit vehementior, quamuis [s]pe[cu]lo nihil inuenitur, tamen aperire commodius est. Hactenus Celsus. Plutarchus verò in libello cui titulus est, πῶς ἄν τις αἴσθοιτο [ἑαυτο]ῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ, hanc ingenuam erroris confessionem celebrat, istumque locum subindicat, his verbis, ὁ δὲ προκόπτων [μά]λιστα, καὶ τὸ Ἱπποκράτους παράδειγμα ποιεῖται, τὸ περὶ τὰς ῥαφὰς ἀγνοηθὲν αὐτῷ τῆς κεφαλῆς ἐξαγορεύσαντα καὶ γράψαντα, λογιζόμενος ὅτι δεινόν ἐστιν [ἐκ]εῖνον μὲν ὅπως ἂν ἕτεροι μὴ τὸ αὐτὸ πάθωσιν, αὑτοῦ τὴν ἁμαρτίαν καταγγέλλειν. αὐτὸν δὲ τὸν μέλλοντα σώζεσθαι, μὴ τολμᾶν ἐλέγχεσθαι μηδ' ὁμολογεῖν τὴν [ἀπ]ειρίαν καὶ τὴν ἀμαθίαν. hoc est, Qui verò re ipsa proficit, Hippocratem sibi imitandum proponit, errorem suum de capitis suturi[s]

profitentem & inscripta referentem: secumque reputabit indignum videri, si, cum ille errorem suum indicarit, ne cæteri in eundem errorem inciderent, ipse quidem salutis suæ cupidus, non audeat suam stultitiam & inscitiam prodere atque confiteri. Hunc etiam locum subindicare videtur Fabius lib. 3. cap. 8. cùm scribit, Nam & Hippocrates clarus arte Medicinæ, videtur honestissimè fecisse, quod quosdam errores suos, ne posteri errarent, confessus est. Quod ad literæ scriptionem attinet exemplaria quædam manu scripta Regia ἐν κεφαλῆς leg. & Asulanum. Cætera ἐκ κεφαλῆς habent. Eadem quoq; exemplaria μέσῳ τῷ βρέγματι legunt, reliqua omnia ἐν μέσῳ τῷ βρέγματι. * Cap. 4. lib. 8.

τὸ σίνος] σίνος hîc vocare videtur cladem & noxiam à telo graui & retuso illatam. ἕδρην verò dixit libro de vulneribus cap. vestigium ab acuto & incidente telo impressum. Eadem quoq; phrasi vtitur lib. de cap. vulnerib. φαίνεται ἔχειν τὸ σίνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος. sæpè verò τὸ κακὸν vocat. Hanc quoque phrasim etiam annotat Erotianus & locum istum subindicat his verbis, ταλαίπωρον ἢ ῥαφὴ αὐτὴ τοῦ παραλογίζεται. ὡς καὶ ἐν τῷ ἐπιδημιῶν φησίν. ἐκλίθη δέ μου τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ τοῦ βέλεος ἐν ἑωυταῖς τὸ σίνος ἔχουσαι. vbi perperam καλίπτεται pro καλίπτει legi videtur. Indeque animaduertere licet paulò aliter locum istum ab Erotiano legi. Quam quoque lectionem in συγκαλίπτεται repetit.

ἐπρίσθη δὲ ιε] In omni fisso fractòve osse protinus antiquiores Medici ad ferramenta veniebant quibus id exciderent. Hippocrates intra diem tertium, æstate præsertim, sectionem imperat lib. de cap. vulnerib. Nostri, cum Paulo, intra diem septimum æstate, & decimum quartum hyeme, sectionem fieri volunt. Idque ferè ex Cornelij Celsi consilio, qui sex primis diebus emplastra experiri iubet, quæ caluariæ causa componuntur, nisi symptomatum sæuitia sub prima curatione intendatur & sectionem vrgeat. Paulus etiam caluariæ cuidam post annum perforatæ meminit, fractura in sincipite ex telo facta. Hîc autem animaduersione dignum est, ægrum ipsum sectionis mora in periculum coniectum, tandem tamen decimo quinto die, idque æstate media, sectum fuisse, ac decimo sexto expirasse. Quod etsi periculoso exemplo fit, id tamen dubiam spem certa desperatione meliorem esse testatur.

[28] καὶ τὸ ὀστέον φλᾷ] Primus est hic offensionum capitis modus apud Hipp. in lib. de cap. vuln. vbi os simul fissum & collisum est. Quo casu sectionem haud dubiè adhibere oportere satis indicat.

τοῦ ἕλκεος] His profectò verbis insigne admodum vlcus fuisse indicare videtur & manifestam noxiam. Alioqui ossis rimam & collisionem ad futuras non facilè admodum deprehendas, vt supra ex Hippocrate adscripsimus.

ἐπρίσθη δὲ ἐκ εἰς τὸ δέον] In excindenda caluaria etsi tam circumspectè succurrendum est, vt tamen quàm minimum ex osse dematur, quòd plus in osse propugnaculi cerebrum habeat, quàm habiturum sit eo exciso. Ea tamen facienda via est, qua spatium satis magnum ad extrahendam saniem relinquatur. In excidendo autem caluariæ osse, Galeni consilium præfert Paulus, vt ossis detrahendi modum teneamus. Is verò est, vt quod vehementer confractum est, in totum auferri iubeat. Fragmenta tamen quæ longiùs excurrunt, non ad extremum persequenda sint. Hoc ergo casu vbi collisum & fissum os vehementi impetu fuerat, confracta (vt verisimile est) ossa demi debuerant, quò via puri libera fieret. Ideoq; præparcè facta primis diebus sectio, nono die repetita, quòd valde confractum os & in pus iam versum fuerat, ægram sustulit.

ἀλλ' ὅσον ὑπελείφθη] Illud ἐν αὐτῷ de vulnere intelligitur, & de osse accipi debet quod in vulnere ex præparca sectione relictum, inflammatum, corruptum, & tandem purulentum fuit. Sic enim os inflammationem concipere & purulentum fieri, cæterisque malis, quibus caro vexatur, affici, scribit Hippocr. lib. de cap. vulner.

εἶχε δὲ ἐκ εἰς τὸ δέον] Significare videtur his verbis percommodè illi non cessisse, nihilo tamen deteriùs habuisse quàm ante sectionem, quando febre vacabat. Caluus in totum istud omisit.

καὶ ἡ μῆνιγξ καθαρή] Videtur innuere cerebri membranam à pure subsistente neq; læsam, neque corrosam, aut nigram, aut liuidam fuisse. Alioqui sanè febre perseuerante, indeque sublata ægra, neque tumidam, neq; incensam, aut inflammatam fuisse membranam mihi vero non fit simile.

σπασμὸς δὲ χειρὸς] In capitis vulneribus quæ periculum intendunt, conuulsio partes eas occupat quæ sunt ex aduerso vulneris v scribitur lib. de vuln. cap. & nos in Cois Præsagiis submonuimus, hoc quoque loco producto. Celsus quoque neruorum vel resolutionem, vel distentionem in periculosis capitis vulneribus ponit ex Hippocratis Prorrh. 2. vt illic scripsimus. Exemplaria porrò manu scripta Regia recondita & peruetusta pro ὑπελάμβανεν ὑπέλαβον legunt.

[29] ἔμπυος γενόμενος] ἔμπυοι veteribus dicuntur non solum qui in thorace pus colligunt, sed qui quauis in corporis parte tuberla in pus conuersa habent, vt scribit Gal. comm. ad aph. 44. lib. 7. Deniq; suppuratos etiam vocari scribit Galenus libr. 4. de caus. pu sum & libro de tumoribus præter naturam, quibus viscus aliquod inflammatione tentatum suppurauit.

[31] ὠφελεῖτο δὲ τὸ σῶμα] Popularem hanc magis & apertam lectionem secutus sum, idque authore Caluo. Omnia exemplaria Regia manu exarata cum Asulano, ὡς ἰδεῖν τὸ σῶμα habent. Quæ certè phrasis est insolens. Quamobrem Cornarius τὸ σῶμα neglexit, quo ita sensus constare possit.

ὑπὸ πολλῆς χολῆς] Indicare videtur multam bilem per aluum erupisse quæ secum morbi coniunctam materiam ac veluti fomite demiserit, idque non optimis iudicationis legibus, sed vi morbi & fatiscentis naturæ victoria concessisse. πολλῆς verò, sub nec tem etiam interpretari possumus.

[33] ἡ γυνὴ ἡ ἀπὸ σπαράξεν αὐτὴν] Huic mulieri quæ fortassis furore percita sibi manus attulerit, feriùs exhibitum fuisse medicamentum purgans innuere videtur, quod tamen per aluum secessit. Caluus parum conueniens medicamentum per vulnus prod se vult.

[34] ῥίζαν ἐλατήριον] Sic legunt quotquot licuit videre exemplaria, vt sensus esse videatur epotam fuisse radicem, medicament deorsum purgans imbecillum. Cornarius ῥίζαν ἐλλεβόρου legisse aut reposuisse videtur, quòd vomitu repurgandus esse sibi videret. Sed cùm hîc aliquot purgationum errata commemoret, videtur sic quoque adolescens medicamenti deorsum purgantis errore imbecillitate periclitatus. ῥίζα verò, vt scribit Galen. in Exeg. οὕτως καλεῖται βοτάνιόν τι ἄκαυλον καὶ ἀανθὲς καὶ ἄκαρπον, ἔχον τρία φύλλα πάντη παραμήκη, κατὰ τῆς γῆς κείμενα, δυοῖν δακτύλων τὸ μέγεθος, ἐοικότα τοῖς τῆς ἀγχούσης, ῥίζαν δὲ λεπτὴν ἀσθενῶς καθαίρουσαν. hoc est, radix voc sati genus quoddam sine caule, sine flore, sine semine, tribus foliis per omnia oblongis, per terram stratis duorum digitorum ma tudine anchusæ similibus, radice tenui & lenem purgandi facultatem habente.

[36] ὁ Εὐβίου Sic legunt omnia exemplaria tum recondita, tum publicata.

[37] ὑπὸ χολῆς ἀπέπνιγη] Illud ὑπὸ χολῆς omisit Caluus, καταδαρθεῖν vero Aristophani familiare, & κοιμᾶσθαι significat, præcipuè in pellibus dormire antiquorum more, vt scribit Schol. καταδάρθειν Attici dicunt.

[39] παιδίον ὑπὸ ὀρέος] ὑπὸ συὸς habent omnia exemplaria manu exarata & Asulanus codex, quæ lectio exemplaribus Italicis testata est, vt ex Caluo patet. Cornarius ὑπὸ ὀρέος ex Galeno in codicibus Germanicis reposuit. Hæc historia à Galeno explicatur 3. περὶ δυσπν. his verbis, ἔνατος τε καὶ τριακοστὸς ἄρρωστος ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἐπιδημιῶν γέγραπται, πυκνὸν ἔχων τὸ αὐτὸς τὸ πνεῦμα. παραγράψω δὲ ... τὴν ῥῆσιν αὐτὴν ὧδέ πως ἔχουσαν. παιδίον ὑπὸ ὀρέος ἐπλήγη τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἧπαρ, ἀπέθανε τεταρταῖον, τὸ πνεῦμα πυκνὸν εἶχε, καὶ ... καὶ πυρετὸς ... ἐκ ἄδηλον ἐπὶ τούτῳ τὸ περιτόναιον καὶ τὸ διάφραγμα συνεφλεγμάναι γαστρὶ καὶ ἥπατι, ... καὶ παραφρονῆσαι τὸ παιδίον. ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν παραφροσύνην ἐδυσπνόησεν. ἡ γὰρ μείζων διάθεσις ἡ καθ' ὑποχόνδρειον καθ' ἑαυτὴν ἐποίησε τὴν ἰδέαν τῆς ἀναπνοῆς. ἡ δ' ἥττων ἡττήθη. hoc est, Nonus præterea & trigesimus ægrotus in lib. 5. de Morb. vulg. adscriptus est, crebram quoq; habens spirandi difficultatem Dictionem autem ipsam modo adscribam. Puer à mulo in ventrem & iecur ictus est, mortuus quarto die. Spirationem autem crebram habebat, neq; intelligentia valebat, febrisq; detinebat. In hoc minimè est obscurum abdomen & septum transuersum cum ventre & iecore inflammationem concepisse, eamq; ob causam puerum delirasse. Verùm neq; delirio respondentem habuit spirandi difficultatem. Præcordiorum enim affectio cùm maior esset, ipsam respirationis speciem secundum se effinxit, minor verò cessit.

40 Hermophili filius dieb⁹ vndecim laborauit. Febris autem detinebat, neq; ciborũ reliquię subierant.

[40] Ὁ Ἑρμοφίλου υἱὸς ἔκαμνεν ἡμέρας ἕνδεκα. πυρετὸς δὲ εἶχε, καὶ οὐχ ὑπῄει τὰ σιτία. καὶ παρέφερεν μὲν ...

Ac imprimis quidẽ delirio correptus est, quod noctu desiit. Postero verò die voce defectus iacuit cũ stertore, distortis oculis, febricitans. In os autem immissa penna, bilem atrã vomitione reiecit, & ex infuso per clysterem stercus multũ prodiit. 41 Aristionis seruæ pes suapte sponte syderatione tẽtatus est, iuxta pedis medium, interna parte ex obliquo, & ossa putrilagine concepta discessionẽ fecerunt, ac paulatim fistulosa prodibãt, aluiq; profluuio succedẽte mortua est. 42 Mulier sana & obesa, ex medicamẽto conceptus gratia deglutito, ventris dolore & intestinorũ torminibus conflictabatur, ac intumuit. Spirandi difficultas instabat & animi consternatio cum dolore. Sanguinem paucũ vomitione reiecit & quinquies emortua est, vti expirasse videretur, ac neq; vomitu ex aqua frigida, dolor vrgens ac spiratio remittebat. Frigidæ verò ferè amphoræ triginta corpori affusæ sunt, quod sanè vnicum opem ferre videbatur, ac postea bilis copiosa infra demissa est. Vrgente verò dolore nihil secedere poterat, vixit tamẽ. 43 Antander ex deglutito medicamento alioqui nullã noxam sensit, ac circa vesicam dolor tenere visus est, quæ statim multo recremento repurgata est. Post meridiem dolor vehemẽs valde tenebat, ac in posterum diem suffocatio, animi consternatio, & corporis difiectio. Vomebat etiam ac nihil per aluum demittebatur, noctu male habebat, neq; somnus inuasit. Postridie verò multum ex aluo prodiit, ac demum sanguis, & periit. 44 Athenadæ puero masculo vlcere exedente (phagedęnam vocãt) laboranti, dens ex sinistra parte inferior, ex dextra verò superior doluit. In aure dextra pus collectum est, non amplius vrgẽte dolore. 45 Cerdo qui in Pityo erat calceum assuens, sese supra genu in femur pupugit, & ferè ad digiti longitudinem subulam adegit. Huic ne sanguis quidem vllus effluxit, & vulnus celeriter coiit. Totum autem femur intumescebat, & tumor ad inguen & lateris inanitatem extendebatur. Hic tertio die mortuus est. 46 Quidam accepto in inguine à sagitta vulnere, quem nos vidimus, præter omnem ferè expectationem seruatus est. Neq; enim spiculũ, quod nimis altè descenderat, eductũ fuit, neq; vlla memoratu digna sanguinis eruptio, aut inflammatio aderat, neq; claudicauit. Inuentum autem spiculũ sexto demum anno ex quo vulneratus erat, eduximus. Iniecta autem erat suspicio illud inter medios neruos latuisse, venamq; nullã aut arteriam diuisam fuisse. 47 Qui iaculo acuto in posteriorẽ partem paulò infra ceruicem sauciatus est, vulnus quidẽ accepit aspectu minimè effatu dignũ. Neq; enim altè penetrabat. Non longè autem postea sublato iaculo, distendebatur in posteriora cõtractus, velut qui in scapulas rigescunt, & posteriorum partium distentione tentãtur, maxillęq; constrictæ erant. Si quid etiam humidiore contineret & deuorare tẽtaret, in nares regerebatur, ac in reliquis statim deteriùs habebat, alteroq; die mortuus est. 48 Adolescentem per asperã viam maturato cursu calcis dolor cepit, inferiore præcipuè parte. Quo loco abscessus nullus factus est, qui humorẽ cogeret. Quarto tamen die locus vniuersus nigricabat ad talum vsque, qui astragalus dicitur, & cauitatem illam quæ est ad planum pedis, quod στῆθος vocatur. Quod denigratum fuit non disruptum erat, verùm prius è medio sublatus est. In totum verò post cursum vixit viginti diebus. 49 Qui ad oculũ sauciatus fuit, vulnus quidẽ in palpebra accepit, cuspis verò abundè demersa fuit, spiculum autem extremum vlteriùs extabat.

τ νυκτὸς ἐπαύσατο. τῇ δ' ἐπιούσῃ ἡμέρῃ ἄφωνος ἔκειτο ῥέγχων, διεστραμμένα ἔχων τὰ ὄμματα, πυρεταίνων. πτεροῦ δὲ καθεθέντος, ἤμεσε χολὴν μέλαιναν. καὶ κλυσθέντος κάτω ὑπῆλθε πολλή. 41 Ἀριστίωνος δούλης, αὐτόματος ὁ ποὺς ἐσφακέλισε, κατὰ μέσον τοῦ ποδὸς ἔνδοθεν ἐκ πλαγίου. καὶ τὰ ὀστέα σαπρὰ γενόμενα, ἀπέστη. καὶ ἐξήει κατὰ μικρὸν συριγγώδεα. καὶ διάρροια ἐπεγένετο. καὶ ἔθανεν. 42 Γυνὴ ὑγιαίνουσα, παχεῖα, κυήσιος ἕνεκεν ἀπὸ καταπότου, ὀδύνη εἶχε τὴν γαστέρα. καὶ στρόφος ἐς τὸ ἔντερον. καὶ ᾤδησε. πνεῦμα δὲ περιΐστατο. καὶ ἀπορίη σὺν ὀδύνῃ. καὶ αἷμα ἤμεσεν οὐ πολύ. καὶ ἐξέθανε πεντάκις, ὡς τεθνάναι δοκέειν. καὶ οὔτε ἐμέσασα ἀπὸ ὕδατος ψυχροῦ ἐχάλα, ὅτε τῆς ὀδύνης ἐπιούσης, οὔτε τὴν πνοιήν. ὕδατος δὲ κατεχύθησαν ψυχροῦ ἀμφορέες ὡς τριάκοντα κατὰ τοῦ σώματος. καὶ ἐδόκεε ἄρα τοῦτο μοῦνον ὠφελέειν. καὶ ὕστερον κάτω ἐχώρησε χολὴ συχνή. ὅτε δὲ ἡ ὀδύνη εἶχεν, οὐδὲν ἐδύνατο χωρῆσαι καὶ ἐβίω. 43 Ἄντανδρος ἀπὸ καταπότου ἀπαθὴς ἐὼν τἄλλα. περὶ δὲ τὴν κύστιν ἐδόκεεν ἄλγος ἔχειν. ἐκαθήρατο αὐτὴν ὀξέως πουλὺ κάθαρμα. ἀπὸ μέσης ἡμέρης ὀδύνη ἔσχεν ἰσχυρὴ πάνυ, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίην πνίγμα καὶ ἀπορίη. καὶ ῥιπτασμός. καὶ ἤμει. καὶ ἐχώρεεν οὐδέν. καὶ τὴν νύκτα ἔπασχε. καὶ ὕπνος οὐκ ἐπῄει. τῇ δ' ὑστεραίῃ ἐχώρεε πολλόν, ὕστερον αἷμα καὶ ἔθανεν. 44 Τῷ Ἀθηνάδεω παιδὶ ἄρρενι τῷ φαγεδαινωθέντι, ὀδοὺς ὁ ἐν ἀριστερᾷ κάτω, ἄνω δὲ ὁ ἐν δεξιᾷ. οὖς τὸ δεξιὸν ἐξεπύησεν, οὐκ ἔτι πονέοντος. 45 Ὁ σκυτεὺς κάσσυμα κεντῶν ὁ ἐπὶ τῷ Πίτυϊ, ἐκέντησεν αὐτὸν ἐπάνω τοῦ γούνατος ἐς τὸν μηρόν, καὶ ἔβαψεν ὡς δάκτυλον. τούτῳ αἷμα μὲν οὐδὲν ἐρρύη. τὸ τρῶμα ταχὺ ἔμυσεν. ὁ δὲ μηρὸς ὅλος ἐμετεωρίζετο, καὶ διέτεινεν ὁ μετεωρισμός, ἔς τε τὸν βουβῶνα, καὶ τὸν κενεῶνα. οὗτος τῇ τρίτῃ ἀπέθανεν. 46 Τὶς παρὰ τὸν βουβῶνα πληγεὶς τοξεύματι, ὃν ἡμεῖς ἑωράκαμεν, παραδοξότατα ἐσώθη. οὔτε γὰρ ἀκὶς ἐξῃρέθη, ἦν γὰρ ἐν βάθει λίην. οὔτε αἱμορραγίη οὐδεμίη ἐγένετο ἀξίη λόγου· οὔτε φλεγμονή, οὔτε ἐχώλωσεν. τὴν δὲ ἀκίδα εὑρίσκοντες ἡμεῖς, ἀπηλλαττόμεθα ἐτέων ἐόντων ἓξ ἀφ' οὗ περ ἐτρώθη. ὑπενοεῖτο δὲ τοῦτο μεσηγὺ τῶν νεύρων κεκρύφθαι τὴν ἀκίδα, φλέβα τε καὶ ἀρτηρίαν οὐδεμίαν διαιρεθῆναι. 47 Ὁ πληγεὶς ὀξεῖ βέλει ἐς τοὔπισθεν μικρὸν κάτω τοῦ τραχήλου, τὸ μὲν τρῶμα ἔλαβεν οὐκ ἄξιον λόγου εἰσιδεῖν. οὐ γὰρ ἐν βάθει ἐγένετο. μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον ἐξαιρεθέντος τοῦ βέλεος ἐτείνετο ἐς τοὔπισθεν ἐρυσθεὶς ὡς οἱ ὀπισθοτονικοί. καὶ αἱ γνάθοι ἐδέδεντο. καὶ εἴ τι ὑγρὸν ἐς τὸ στόμα λάβοι, καὶ τοῦτο ἐγχειρέοι καταπίνειν, πάλιν ἀνέκυπτεν ἐς τὰς ῥῖνας, καὶ τὰ λοιπὰ αὐτίκα ἐκακοῦτο. καὶ δευτέρῃ ἡμέρῃ ἔθανεν. 48 Νεηνίσκος ὁδὸν τρηχεῖαν τροχάσας ἤλγεε τὴν πτέρνην. μάλιστα τὸ κάτω μέρος. ἀπόστασιν δὲ ὁ τόπος οὐκ ἐλάμβανεν οὐδεμίην, ὡς ξυνάγων ὑγρόν, ἀλλὰ τεταρταίῳ τε ἐόντι αὐτῷ, ἐμελαίνετο πᾶς ὁ τόπος, ἄχρι τοῦ ἀστραγάλου καλεομένου, καὶ τοῦ κοίλου τοῦ κατὰ τὸ στῆθος τοῦ ποδός. καὶ τὸ μελανθὲν οὐ περιερράγη, ἀλλὰ πρότερον ἐτελεύτα. τὰς πάσας δὲ ἐβίου ἡμέρας ἀπὸ τοῦ δρόμου, εἴκοσιν. 49 Ὁ δὲ ἐς τὸν ὀφθαλμὸν πληγείς, ἐπλήγη μὲν κατὰ τοῦ βλεφάρου. ἔδυ δὲ ἡ ἀκὶς ἱκανῶς. ὁ δὲ αὐχὴν προσυπερεῖχε.

Recisa palpebra cuncta exempta sunt, nullumq; detrimentum adfuit. Oculus nanque remansit & citò conualuit. Sanguis autem liberaliter & abunde profluxit.

τμηθέντος βλεφάρου, ἤρθη πάντα. οὐδὲν φλαῦρον. ὁ ἢ ὀφθαλμὸς διέμεινε καὶ ὑγιὴς ἐγένετο ξυντόμως. αἷμα ἢ ἐρρύη λαῦρον, ἱκανὸν τὸ πλῆθος.

[40] ἀφωνος ἱκετο] Hîc ἀφωνία, vt aliàs sæpè, apud Hippocratem, sentiendi principium appetitum significat, & motus ac sensus p[ri]uationem, veluti scribit Gal. Com. ad aph. 5. lib. 5. & aph. 51. lib. 6. & aph. 58. lib. 7. Atque adeò hoc loco apoplexia indicatur, quæ p[er] ἀφωνίαν & stertorem, interdum per alterum solum, circumscribitur, vt aph. 51. lib. 6. Sic lib. de rat. vict. in morb. acut. ἀφωνίας nom[i]ne, apoplexia, epilepsia, & cardiaca syncope comprehenditur.

[41] ὁ πους ἐσφακέλισε] Hîc σφακελὸς, vt sæpè aliàs, omnem cuiusq; modi partis corruptionem, & progressa inflammatione syde[ra]tionem significare videtur, non tantum ossis, sed etiam partis neruosæ & carnosæ, & ligamentorum. Vnde etiam ex magna putr[e]dine ossa abscessum fecerunt, vt aph. 79. lib. 5.

καὶ τὰ ὀστέα σαπρὰ γενόμενα] σαπρὰ dictio est Hippocratica & Ionica. σαπρὸν γὰρ σηπτὸς dicitur Ionibus ex Corinthos Et Erotian[us] hunc locum subindicans, σαπρὰ σηπτὰ exponit, etsi vitio non caret lectio.

σηραγγώδεα] Indicat ossa prodiisse ex putrilagine cauernosa, & multis foraminibus fistulata ac pertusa. Sic enim σηραγγώδη expli[cat] Galenus etsi συριγγώδη legisse videtur cùm scribit in Exegesi σηραγγώδη, χαῦνα, ἀραιὰ, πολλοῖς τρήμασι διῃρημένα, τὰ ἢ τὰ τρήματα σήραγγες τε καὶ σήραγγες ὀνομάζονται, καὶ τὸ τοιοῦτον σῶμα συριγγῶδές τι καὶ σηραγγῶδες. Etsi σηραγγώδη apud Gal. in Exegesi legi malim, quàm συριγγώ[δη]. Erotianus quoque συριγγώδες κατατετρημένον explicat.

[42] καὶ αἷμα ἤμεσεν] Exemplaria manu scripta Regia duo καὶ αἱμημέκεεν cum Asulano legunt, & pro πυτάκις, πολλάκις legisse vide[tur] Caluus. Αἱμημέκεεν autem vitiosum esse satis apparet pro ἡμημέκεεν per reduplicationem Atticam ab ἐμέω pro ἠμέκεεν, nisi αἱμη[μέκεεν] compositum quis existimet.

[43] περὶ ἢ τὴν κύστιν] Sic meliores codices legunt: περὶ ἢ τὴν νύκτα habent exemplaria quædam cum Asulano.

ἐκαθήρατο αὐτὴν] Noua est phrasis quæ significat vesicam ex medicamento multum recrementum reiecisse, indeque celeri[ter] fuisse repurgatam. Quòd si νύκτα legas, vt faciunt quædam exemplaria, insolentior multò phrasis erit, quæ innuet purgation[em] ipsam nocte processisse.

ὀδύνη ἴσχεν ἰσχυρὴ] Dolorem ventris ponit Caluus, cuius lectionis nulla extant vestigia in exemplaribus quæ adhuc videre licui[t].

ὕστερον αἷμα] Quædam exemplaria ὕστερον αἷμα καὶ ἰδῶτεν legunt.

[44] ὀδὼν ὁ ἐν ἀριστερᾷ] ὀδόντων legunt exemplaria quædam manu scripta Regia. Quod sequitur αἰὼ ἢ τὸ ἐν δεξιᾷ constantem habet omnibus exemplaribus lectionem, quæ non tantum dextræ partis dentis, sed & gingiuas & genam superiorem contine[re] videtur, nisi cum interpretibus, αἰὼ ἢ ὁ ἐν δεξιᾷ legas. Id autem crebro vsu euenit vt dentibus fluxione tentatis, in aurem pus r[e]dundet.

[45] κάσσυμα καινὸν] κάσσυμα idem hîc quod κάττυμα significat, & pro calceo sumi videtur. Sunt autem καττύματα Aristophanis i[n]terpreti δέρματά τινα ἰσχυρὰ καὶ σκληρὰ, ἅπερ τοῖς σανδαλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδήμασιν ὑποβάλλεται, duriora coria quæ calceis muniendis su[b]iiciuntur, soleas dicunt.

ὁ ἐπὶ τῷ πιτύῳ] Sic legunt meliora exemplaria manu scripta & publicata. Quædam verò Regia ἐν τῷ ὀπτίῳ legunt, alia eti[am] καινὸν ὀπτίῳ habent. Celebratur autem Pityús oppidum opulentissimum à Plinio cap. 4. & 5. lib. 6. Caluus σκυτίῳ legisse videtur.

[46] τὴν ἢ ἀκίδα συνείσκοντες ἡμεῖς] Exemplaria omnia manu scripta Regia μὴ δείσκοντες habent, deteriore certè sensu, ac tunc ἀπαλλασσόμεθα aliud quid, nempe discessum aut demigrationem significare potest.

[47] πάλιν ἀνέκυπτεν ἐς τὰς ῥῖνας] Hîc ἀνέκυπτεν, regerebatur, reflectebatur, relidebatur, ac rursum in nares attollebatur significat. E[t] & ἀνακύπτειν sublato paulùm capite & collo resupinato os attollere, quod faciunt qui suffocati deglutire nequeunt, velut in ang[i]na, ideoque iis potus in nares reliditur. Exemplaria quædam manu scripta ἀνέκοπτεν habent, & retrudit, reprimit, ac propulsat s[i]gnificat.

καὶ δευτέρῃ ἡμέρῃ] Sic habent quæ adhuc videre licuit exemplaria omnia. Caluus τρίτῃ ἡμέρῃ legisse videtur.

[48] ἀλλὰ τεταρταίῳ τι ἐόντι] Cornarius τριταίῳ legisse videtur, contra omnium exemplarium fidem.

τοῦ κατὰ τὸ στῆθος] στῆθος ποδὸς vsurpat Hippocrates in lib. de art. (vt scribit Gal. Comm. 3.) pro ima pedis parte carnosa quæ post pec[tus] cauum est, & qua terræ insistimus aut vestigium imprimimus, & à dissectionis peritis πεδίον dicitur, pedis planum aut planities, qu[i]busdam etiam solum & vestigium. Alij στῆθος contractius quidem sumunt, & imam plani pedis partem quæ ad digitos assurgit sign[i]ficare volunt, vt author Isagoges & Rufus in libello τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων. Hæc pars tarso pedis respondet, & sibi similem propo[r]tione respondentem in manu habet, quæ στῆθος χειρὸς dicitur ab authore Isagoges, ὑπὸ ταῖς ἐκφύσεσι τῶν δακτύλων. In ima autem pe[dis] planta cauitas quæ in medio est, & suspensis tarsi ossibus efficitur, κοῖλον rectè hîc dicitur, vt & dissectionis peritis. Gal. Com. 3. lib. de Artic. & in Isagoge, & Rufo Ephesio.

[49] ὁ ἢ αἰθὴρ] Sic legunt exemplaria omnia tum manu scripta, tum publicata, vitiosè tamen, vt apparet. Nam ἀθὴρ ex Galeno γλώσσαις legendum esse apparet, istumq; locum illic ab eo indicari, quod etiam vidit Cornarius. Scribit igitur, ἀθὴρ τὸ τῆς κριθῆς ὀξὺ ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νούσων τῷ μικροτέρῳ, καὶ τοῦ ἐν ἀκίδι πώγωνος τὸ ἄκρον. ὡς ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. Locus autem quem Galenus su[b]notat scribitur lib. 3. περὶ νούσων, vbi quoque mendosè αἰθέρα pro ἀθέρα exemplaria habent. Ἀθὴρ autem illud quod in hordei arist[a] acutum est & longa cuspide aculeatum significat, indeq; ex translatione quadam, in iaculi aut sagittæ extremo spiculum aculeatu[m] & sulcatum, Græci πώγωνα & γλωχῖνα dicunt. Vnde γλωχινωτὰ καὶ τριγλώχινα tela dicuntur † Paulo, tela spiculata aut sulcata quæq[ue] trisulca aut tribus spiculis sunt munita. Spiculum igitur extremum diximus, aculeum illum sulcatum sagittæ intelligentes, que[m] Græci πώγωνα vocant. Sic enim sagittæ spiculum vocat Celsus scribens. Sæpius itaque sagitta ab altera, quàm ex qua venit, recipien[da] est, præcipueq; quia ferè spiculis cingitur, quæ magis laniant, si retro, quàm si contra trahuntur. Item. Quòd si spicula apparu[e]runt, eaque breuia & tenuia sunt, forfice ibi comminui debent. Caluus hîc exemplarium fide deceptus, aërem subintrasse dicit, cù[m] nihil sit hoc loco ætheri aut aëri commune.

† *Cap. 88. lib. 6.*

50 Pulchra erat virgo Nerij filia, & ferè annos nata viginti, cui à muliercula amica ludente lata manu sinciput pertusum est. at tunc quidem oculorum caligo corripuit, & sine respiratione erat, cumque domum peruenisset, illico febris vehemens cepit, & capitis dolore tentata est, cum faciei rubore. Septimo autem die, ad aurem dextram pus graueolens, aliquantulum rubrum cyatho amplius prodiit, meliusq; habere & alleuari visa est. Rursus inualescente febre in somnum propensa erat, neque loqui poterat, faciei pars dextra contrahebatur, difficultas spirandi ac conuulsio cum tremore aderat, & lingua impediebatur, oculusque stupefactus est, nono mortua est.

[50] Η παρθένος ἡ καλὴ ἡ τοῦ Νερίου, ἦν μὲν εἰκοσαέτι[ς], ὑπὸ ἢ γυναικὸς φίλης παιζούσης, πλατέῃ τῇ χειρὶ ἐπλ[ή]γη τὸ κατὰ τὸ βρέγμα. καὶ τότε μὲν ἐσκοτώθη. καὶ ἄπνοο[ς] ἐγένετο. καὶ ὅτε ἐς οἶκον ἦλθε. αὐτίκα τὸ πῦρ εἶχε. καὶ ἤλγ[ει] τὴν κεφαλήν. καὶ ἔρευθος ἀμφὶ τὸ πρόσωπον ἦν. ἑβδ[ό]μῃ ἢ ἐούσῃ, ἀμφὶ τὸ οὖς τὸ δεξιὸν, πῦον ἐχώρησε δυσώ[δες]. ὑπέρυθρον. πλέον κυάθου. καὶ ἔδοξεν ἄμεινον ἔχειν. [καὶ] ἐκουφίσθη. πάλιν ἐπετείνετο τῷ πυρετῷ. καὶ κατεφέρετο. καὶ ἄναυδος ἦν, καὶ τοῦ προσώπου τὸ δεξιὸν μέρος εἵλκετο. [καὶ] δύσπνοος ἦν. καὶ σπασμός. καὶ τρομώδης ἦν, καὶ γλῶσσα[ν] κατείχετο. καὶ ὁ ὀφθαλμὸς καταπλήξ, ἐνάτῃ ἔθανεν.

Ο Κλεο[…]

[51] Ὁ Κλεομβρότου παῖς χειμῶνος ἀρξάμενος ἀπόσιτος, ἄνευ πυρετοῦ ἐτρύχετο. καὶ ἤμεε τὰ σιτία καὶ φλέγμα. δύο μῆνας ἀσιτίη παρείπετο. [52] Τῷ μαγείρῳ ἐν ἀκάνθῳ τὸ κύφωμα ἐκ φρενίτιδος ἐγένετο. τούτῳ φαρμακοποσίη οὐδεμίην ὠφελείην ξυνήνεγκεν. οἶνος δὲ μέλας καὶ ἀρτοσιτίη. λουτρῶν ἀπέχεσθαι καὶ ἀνατρίβεσθαι λείως, θάλπεσθαί τε μήτε πολλῷ πυριήματι, ἀλλὰ πρηνέως. [53] Τῇ περὶ δὲ εἰκοσὶν τῆς ἡλικίης ἀπόφθαρμα πιούσῃ, ξυνέβη πόνος. ἐμέτους χλωδέων, πολλῶν, ὠχρῶν, καὶ πρασοειδέων. ὅτε πίῃ, σπασμὸς εἶχε, γλῶσσαν κατεμασᾶτο. παρῆς τεταρταίην εἰσῆλθον. καὶ αὐτῇ ἦν ἡ γλῶσσα μεγάλη, μέλαινα. τῶν ὀφθαλμῶν δὲ τὰ λευκὰ, ἐρυθρὰ ἦν, ἄγρυπνος. τῇ τετάρτῃ δὲ ἔθανεν ἐς νύκτα. [54] Ὀρίγανος ὀφθαλμοῖσι κακὸν γινόμενος, καὶ ὀδοῦσιν. [55] Ἡ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ κόρη πεσοῦσα ἄφωνος. ῥιπτασμὸς εἶχε. καὶ ἤμεσεν ἐς νύκτα αἷμα πουλύ. κατὰ δὲ ἀριστερὰ πεσούσης. πλειότερον ἔρρυη. μελίκρητον χαλεπῶς κατέπινεν. ῥέγχος. πνεῦμα πυκνὸν ὡς τῶν θνησκόντων. φλέβες ἀμφὶ δὲ πρόσωπον τεταμέναι. κλίσις ὑπτίη. πόδες χλιεροί. πυρετὸς βληχρός. ἀφωνίη. ἑβδομαίη φωνὴν ἔρρηξεν. αἱ θέρμαι λεπτότεραι ἔσαν. περιεγένετο. [56] Πυθοκλῆς τοῖς κάμνουσι γάλα πολλῷ ὕδατι μιγνὺς ἐδίδου. [57] Χιμέτλων κατάσχασιν ἀλεαίνειν τοὺς πόδας ὧδε. μάλιστα ἐκθερμαίνειν πυρὶ καὶ ὕδατι. ὀφθαλμοῖς ὡς πονηρὸν ἡ φακὴ, ὀπώρη, τὰ γλυκέα. καὶ λάχανα. τοῖσι δὲ περὶ ὀσφὺν καὶ σκέλεα καὶ ἰσχίον ἀλγήμασιν ἐκ πόνων, θαλάσσῃ, ὄξει, θερμοῖσι καταντλεῖν. καὶ σπόγγους βάπτοντα πυριῆν. ἐπικαταδεῖν δὲ εἰρίοισιν οἰσυπηροῖσι καὶ ῥινικοῖσι. [58] Τῶν γναφέων οἱ βουβῶνες, ἐφυμάτουντο σκληροί, ἀνώδυνοι. καὶ περὶ ἥβην καὶ ἐν τραχήλῳ, ὅμοια μεγάλα. πυρετὸς, πρόσθεν μὲν βηχώδης. τρίτῃ, μηνὶ τετάρτῳ, γαστὴρ ξυνετάκη. θέρμαι ἐπεγίνοντο. γλῶσσα ξηρή. δίψα. ὑποχωρήσεις αἱ κάτω χαλεπαί, ἔθανον. [59] Ὁ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ Μακεδόνος λίθῳ πληγεὶς, ἔπεσε. τρίτῃ ἄφωνος ἦν. ἀλυσμός. πυρετὸς λεπτὸς οὐ πάνυ σφυγμὸς ἐν κροτάφοις. ἤκουεν οὐδὲν οὐδαμῶς. οὐδὲ ἐφρόνει, οὐκ ἀτρεμέας. ἀλλὰ τῇ τετάρτῃ, ἐκινέετο. νοτὶς περὶ μέτωπον τε καὶ ὑπὸ ῥῖνα. καὶ ἄχρις ἀνθερεῶνος, καὶ ἔθανεν. [60] Ὁ Ἐνιήτης ἐν Δήλῳ ἀκοντίῳ πληγεὶς ὄπισθεν τοῦ πλευροῦ κατὰ δὲ ἀριστερὸν μέρος, τὸ μὲν ἕλκος ἄπονος. τρίτῃ δὲ γαστρὸς ὀδύνη δεινή. οὐχ ὑπεχώρεε. κλυσθέντι δὲ κόπρος ἐς νύκτα. οὐ κόπος διαλιπών. ἕδρη εἰς τοὺς ὄρχιας. τετάρτῃ καὶ ἥβην καὶ κοιλίην πόνος κατεῖχε. ἀτρεμέειν οὐκ ἠδύνατο. χολώδεα ἤμεσε κατακορέα. ὀφθαλμοὶ, οἷοι τῶν λιποθυμεόντων. μετὰ τὰς πέντε δὲ ἐτελεύτησε. θέρμη λεπτὴ ἦς παρῆν.

51 Cleomenis puerum hyeme cibi fastidium cepit, à quo sine febre extenuabatur, cibosq́, ac pituitam vomitione reiiciebat, duobusq́ue mensibus inappetentia consecuta est. 52 Coquo ex phrenitide gibbosa spina facta est, neq; huic medicamentum purgans epotum opem vllam attulit, sed vinum nigrum & panis in cibo, balneis abstinuisse & leuiter confricari; neque multis fomentis calefieri, sed blandè. 53 Cuidam circa vigesimum ætatis annum, post epotum abortiuum dolor contigit & multorum biliosorum, pallidorum, porraceorum vomitus. Vbi bibisset conuulsio prehendebat, & linguam commanducabat. Quarto die ad eam ingressus sum & erat ei lingua magna, nigra, oculorum album rubescebat & peruigil erat. Quarto die sub noctem mortua est. 54 Origanum oculis & dentibus potu exhibitum nocet. 55 Puellam quæ ex abrupto loco decidit vox defecerat, corporis iactatio prehendit, & sub noctem copiosum sanguinem vomitione reiecit, qui copiosior sinistra parte, in quam impegerat, effluxit. Mulsam non sine negotio absorbebat, stertor & crebra spiratio, velut moribundis, aderat. Venæ quæ sunt in facie distendebantur, & decumbebat supina, pedes incalescebant, leuiter febricitabat, vox defecerat. Septimo die vox erupit, paulatim incalescebat & seruata est. 56 Pythocles lac multa aqua permixtum ægrotantibus exhibebat. 57 Pernionibus medeberis scarificando & pedes calefaciendo, sic vt maximè igne & aqua excalfacias. Oculis noxiam adferunt lens, poma dulcia, & olera. Lumborum, crurum & coxendicis dolores ex laboribus obortos, aqua marina calida & aceto perfundere oportet, vel intincta spongia fouere. Lanis verò succidis deligare & pellibus agninis. 58 Fullonibus in inguinibus tubercula exoriebantur dura & sine dolore, circaq; pubem & in collo magnitudine similia erant. Antea quidem febris tussiculosa tenuerat. Tertio mense aut quarto venter contabuit, calores accesserunt, lingua arida, sitis aderat & alui deiectiones molestæ, mortui sunt. 59 A Macedone quidam lapide in caput percussus, decidit. Tertio die vox defecerat, & corporis incontinens iactatio erat, febris parua, tempora non admodum pulsabant. Nihil omninò audiebat aut sapiebat, neq; quiescebat, sed quarto die mouebatur. Mador tum circa frontem, tum sub naso ad mētum vsq; erumpebat, & mortuus est. 60 In Delo Eniates quidam retro in latus sinistrum iaculo percussus, vlcus sine dolore quidem habuit. Tertio verò die grauis dolor ventris prehendit, nihil ex aluo secedebat, verùm sub noctem ex infuso per clysterem stercus prodiit, neque dolor intermittebat, sedes ad testes eminebat. Quarto die dolor ad pubem & ventrem detinebat, neq; quiescere poterat, biliosa affatim syncera vomitione reiecit, oculi quales animo deficientibus. Post quintum diem mortuus est. Calor quidam tenuis aderat.

50 ἐπλάγη τὸ κατὰ τὸ βρίσμα] Hanc lectionem secutus sum melioribus exemplaribus ducibus. Alia ἐπλάγη κατὰ τὸ βρίσμα legunt, quæ secuti sunt interpretes. Minutum est autem si Hecalen virginis nomen facias, vt Caluus, an verò illius formam laudes.

καὶ κατεφέρετο] Ista symptomatum concursio magnam humoris in cerebro abundantiam collectam fuisse testatur, & appetitam vehementer sensuum arcem significat, vt inde in vocis instrumenta oculum ac faciem, totum denique thoracem confluxus fieret & conuulsio cum tremore & sentiendi imbecillitate.

51 Ὁ Κλεομβρότου παῖς] Sic legunt exemplaria omnia. Sed hoc exemplum repetitur lib. 7. Epid. vbi rectè Κλεομένεος legitur. τρύχεσθαι autem emaciari, extenuari & affligi ac diuexari significat. Pro παρείπετο, παρηκολούθησεν legitur lib. 7. Epid. Hic autem ἀσιτίη ἀποσιτίην significat, & ἀνορεξίαν interpretatur Galenus com. ad aph. 17. lib. 4. eaq; notione aliàs sæpe sumitur apud Hippocr. Innuitur igitur cibi illud fastidium duobus mensibus perseuerasse.

52 ἐν ἀκάνθῳ] ἀκάνθῳ legunt exemplaria manu scripta Regia quædam cum Asulano, alia ἀκάνθῳ quomodo legitur lib. 7 Epid. vbi hæc historia paulò aliter repetitur eadem tamen notione.

τῇ κατὰ τὸ εἰκοστὸν] εἰκόσιν habent quædam exemplaria manu ſcripta & Aſulanum, ſed vitioſè vt apparet. Repetitur hoc exemplum lib.7. Epid. ſed aliis verbis. ἀπόφθαρμα autem medicamentum abortum faciens & conceptum excutiens ſignificat, abortiuum autem dicitur dixiſſe Plinius.

[54] ὁ ὀρείγανος] ὀρείγανον legunt exemplaria manu ſcripta & πινόμενον. Lib. verò 7. Epid. vbi iſtud repetitur, ὀρείγανος πινομένη, quomodo à Dioſcoride & Galeno effertur, & ὀφθαλμιῶσι pro ὀφθαλμιῶσι. Ariſtoteles verò probl. 9. ſect. 31. origanum oculis nocere ſcribit, quod reſiccando cutem obduret, neque lachrymas prouocet. Vt permirum videatur quod Herodianus ei nomen inditum ab oculorum acie illuſtranda contendit.

[55] κατὰ ἀριστερὰ πλευρὰ τοῦ ...] Cornarius κατὰ τὸ οὖς τὸ ἀριστερὸν ... ex libr.7. Epid. legit, vbi hæc hiſtoria paulò aliter repetitur. Nos exemplarium pluralitatem & conſenſum ſecuti nihil immutauimus, & ſanguinis ex nare ſiniſtra profluuium intelligimus, quod ῥύσις crebrò apud Hippocr. ſanguinis ex naribus effluuium indicet, vt copioſiùs in noſtra Oeconomia ſcribimus.

[56] Πυθοκλῆς] Id fortaſſis ad refectionem & renutritionem concedebat, vt adſcribitur lib.7. Epid. Quædam exemplaria legunt Πυθοκλῆς ἐδίδου κάρυκισον ὕδωρ, γάλα πολλῷ ὕδατι μιγνὺς ἐδίδου, vt repetitur lib.7. Epid. Quam lectionem ſecuti ſunt Interpretes.

[57] καταπασσεῖν] Sic legunt omnia exemplaria, ſed καταχεῖν ex lib.7. Epid. reponendum cenſeo vbi iſtud quoq; repetitur. Poſſunt autem iſta ad Pythoclem referri, qui huiuſmodi curatione vteretur, poſſunt & συμβουλευτικῶς aut conſilio quodam ſcribi.

ὀφθαλμοῖσι ... πονηρόν] Sic habent omnia exemplaria, ſed ex lib.7. Epid. ὀφθαλμιῶσι πονηρὸν & ὀπώρη ἡ γλυκέη legimus. Lens autem oculorum aciem obtundit frequenti cibo, vt ſcribit † Dioſcor. & Gal. lib.1. de alim. fac. & Plinius cap.25. lib.22. Hanc autem ſequuntur lectionem quidam, vt oculis noxiam adferat eos quàm maximè aqua aut igne calefacere, propter vapores plurimos ad caput ex calefactione ſublatos. Sed lectio iſta magis eſt popularis.

† *Cap.129. lib.2.*

καὶ ῥωνικοῖσι] ῥινικαῖσι legunt rectè exemplaria manu ſcripta quædam. πυῤῥωνικῶσι vnum etiam habet, & alterum πυῤῥωνικοῖσι, quæ lectio non æquè probatur. ῥώνικας ἀρνακίδας Hippocrati ſignificare ſcribit Galenus in Exegeſi, hoc eſt pelles agninas, locum libr.1. περὶ γυναικείων haud dubiè ſubindicans, vbi hac dictione vtitur Hippocrates, etſi ῥωνικὰς in omnibus exemplaribus vitioſè legitur, vt in Oeconomia noſtra ſcribimus. At lib.7. Epid. vbi iſta repetuntur nulla huius lectionis apparent veſtigia. Vitioſa quoque ſunt exemplaria quæ ἐκπίνων pro ἐκ πόνων legunt, & καταιωνεῖν, pro καταιονεῖν, vt & οἰσπηρεῖσι pro οἰευπηροῖσι.

[58] περὶ ... βηχώδης] βληχώδης legunt omnia exemplaria vitioſè tamen. βηχώδης enim legendum eſt vt patet ex lib.7. Epid. vbi iſta melius ſcribuntur. Innuit autem fullones iſtos tuſſi diuturna cum febre conflictatos fuiſſe, vnde & inguinum tumores duri & indolentes exorti ſunt, magna conſenſione thoracis & partium ſpiritalium cum inguinibus, vt ſæpè aliàs docuimus. Cornarius hîc lectionem ex lib.7. Epid. ſecutus eſt. Caluus τρίτῳ μηνὶ ſuperioribus adiunxit, & βληχὸς legiſſe videtur, etſi vtranque lectionem ſecutus eſt.

[59] ἀλυσμὸς] Poſt ἀλυσμὸς in quodam exemplari manu ſcripto Regio, ἀπορία, ῥιπτασμὸς, ἀμηχανία legitur, ſed videtur eſſe vocis ἀλυσμοῦ explicatio.

οὐ πάνυ ἀγρίως ἐν κροτάφοις] Sic habent omnia exemplaria, qua lectione innuitur non magnam admodum febrem aut inflammationem fuiſſe, cùm neque magna temporum pulſatio adfuerit. Lib.7. Epid. vbi id repetitur longè clarior eſt notio. πυρετὸς οὐ πάνυ σφοδρὸς, σφυγμὸς ἐν κροτάφοισιν, ὡς λεπτὸς θέρμης. Vbi quoque ἐκ ἀγρυπνίας, apertius ἤδη ἠγρίαζεν explicatur.

ἀλλὰ τῇ τετάρτῃ ἐκινέετο] Sic legunt omnia exemplaria quæ etiam ſecuti ſumus, ſed meliùs fortè ἐκινέετο νοῦς.

[60] ὁ Ἐνιήτης] Sic ferè omnia exemplaria præter vnum manu ſcriptum quod Αἰνιήτης ſcribit, quam lectionem ex codicibus Italicis ſecutus eſt Caluus. Eſt autem Ænos Thraciæ oppidum celeberrimum & liberum. Lib.7. Epid. vbi hæc hiſtoria repetitur, vitioſè Ἐμινήτης legitur. Et certè Αἰνιάτης ex Exegeſi legendum videtur, vbi ſcribitur Αἰνιάτης, ὁ ἀπὸ Αἴνου τῆς ἐν Θράκῃ πόλεως. τὸν δὲ αὐτὸν καὶ Αἰνιοπικὸν ἔστιν ὅτε καλεῖ.

ἐν ἰδίῳ] Sic plæraque omnia legunt exemplaria publicata. Quædam verò manu ſcripta ἐν Δήλῳ habent, vt legitur lib.7. Epid. & hanc lectionem cum Cornario ſecuti ſumus, alioqui ἰδίῳ ἀκοντίῳ legi poteſt, aut ἐν ἰδίῳ τῷ σώματι ſubintelligendum.

τὸ μὲν ἕλκος ἄπονον] Exemplar vnum manu ſcriptum ἄπονον legit, vt lib.7. Epid.

καυθέντι δὲ] Vitioſa eſt iſta lectio etſi latiſſimè ad exemplaria manu ſcripta permanat. κλυσθέντι lego ex lib.7. Epid. cum interpretibus. οὐ κόπος διάλειπων] Hanc habent lectionem ferè omnia exemplaria, ſed πόνος legerunt interpretes ex melioribus codicibus. Cornarius ex lib.7. Epid. καὶ ὁ πόνος διέλιπεν legit. Caluus οὐ πόνος.

ἕδρη εἰς τοὺς ὄρχιας] Sic legunt omnia exemplaria. Caluus de doloris in teſtes decubitu intellexit, ſed de ſedis & ani prolapſu aut eminentia ſumi poteſt. Quod teſtatur lib.7. Epid. lectio, ἕδρη ἔξω εἰς τὰς ὄρχιας, quam ſecutus eſt omninò Cornarius.

ζὰν ἀτρεμέειν οὐκ ἐδύνατο] Sic habent omnia exemplaria, etſi mihi ſuſpecta eſt lectio & phraſis, videturq; ex ea lectione quæ ſcribitur lib.7. epid. ducta. ἐς ἥβην καὶ κοιλίην ὅλην δεινῶς ὁ πόνος καταιγίζων. & de dolore in pubem & ventrem cum impetu & vehementer ingruente intelligitur. Qua eleganti tranſlatione etiam vtitur lib.5. περὶ νούσων, ὁκόταν ὀδύναι καταιγίζωσι, hoc eſt cum dolores vehementes irruerint, quod ὁρμήσωσι videtur explicare Erotianus. Etſi poteſt ſtare hæc lectio καὶ ἥβην καὶ κοιλίην πόνος κατεῖχε.

61 Iaculo in iecur percuſſo illico cadauerosus color affuſus eſt, oculi concaui extiterunt, corporis incontinẽs iactatio & implaciditas aderat. Mortuus eſt antequam concio dimitteretur, cùm prima luce vulneratus fuiſſet. 62 Polemarchi coniugi per hyemem angina laboráti guttur intumuit cũ multa febre, & ſanguis miſſus eſt, faucium ſuffocatio deſiit, febris perſeuerabat. Sub quintũ diem tumor ad læuum genu cũ dolore ſubortus eſt, eiq; ad cordis regionem quiddã coaceruati videbatur, ac reſpirabat velut qui in aquã demerſi ſunt reſpirare ſolẽt, ex pectore ſtrepitus quidã edebatur, idemq; contingebat quod fatidicis mulieribus quę Pythone afflatæ, quòd vẽtre oracula fundunt, Engaſtrimythi, hoc eſt ventriloquæ, dicuntur. Circiter ſeptimum aut nonum diem ſub noctẽ aluus affatim prorupit, & liquida multa quæ praua exiſtimabãtur demiſit. Ipſa verò tãdẽ voce defecta mortua eſt. 63 Ventres in morbis medicamento purgãte ſubducere cõuenit, inferiores quidem vbi materiam cõcoctam & conſiſtentem videris (cuius rei ſignum eſt, ſi neque anxietate, neque capitis grauitate diuexati ægri fuerint) aut vbi calores mitiſſimi fuerint, aut vbi finita acceſſione deſierint: ſuperiores verò in ipſis acceſſionibus. Tunc nanq; etiam per ſe humores in ſublime efferuntur, cum anxietate & capitis grauitate, aut incontinenti corporis iactatione ægri conflictantur.

[61] Τῷ δὲ καθ' ἧπαρ πληγέντι ἀκοντίῳ εὐθὺς τὸ χρῶμα κατεχύθη νεκρῶδες. τὰ ὄμματα κοῖλα. ῥιπτασμός. δυσφορίη. ἔθανε πρὶν ἀγορὴν λυθῆναι, ἅμα ἡμέρῃ πληγείς. [62] Τῇ Πολεμάρχου χειμῶνος κυναγχικῇ, οἴδημα ὑπὸ τὸν βρόγχον, πολὺς πυρετός. ἐφλεβοτομήθη. ἔληξεν ὁ πνιγμὸς ἐκ τοῦ φάρυγγος. ὁ πυρετὸς παρείπετο. περὶ πέμπτην γούνατος ἄλγημα. οἴδημα τοῦ ἀριστεροῦ. καὶ κατὰ τὴν καρδίην ἐδόκει τι συλλέγεσθαι αὐτῇ. καὶ ἀνέπνεεν ὡς ἐκ τοῦ βεβαπτίσθαι ἀναπνέουσι. καὶ ἐκ τοῦ στήθεος ὑπεψόφεεν, ὥσπερ αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι, τοιοῦτό τι ξυνέβαινε. περὶ δὲ τὰς ἑπτὰ ἢ ἐννέα ἐς νύκτα κοιλίη κατεῤῥάγη. ὑγρὰ πολλὰ κακὰ νομιζόμενα. ἤδη ἄφωνη ἐτελεύτησεν. [63] Ὑποκαθαίρειν τὰς κοιλίας χρὴ ἐν τοῖσι νουσήμασιν, ἐπὴν πέπονα ᾖ. τὰς μὲν κάτω, ἐπὴν ἱδρυμένα ἴδῃς. σημεῖον, ἢν μὴ ἀσώδεες, ἢ καρηβαρικοὶ ἔωσι. καὶ ὅταν αἱ θέρμαι πρηΰνωνται, ἢ ὅταν λήγωσι μετὰ τοὺς παροξυσμούς. τὰς δὲ ἄνω, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι. τότε γὰρ καὶ αὐτόματα μετεωρίζεται ἐπὴν ἀσώδεες καὶ καρηβαρέες καὶ ῥιπτάζοντες ὦσιν.

[64] Ex

[64] Ἐκ τρώματος τρωθέντος πήχεος ἐπὶ σφακελισμῷ, πυοῦται πῆχυς. πεπαινομένου δὲ ἤδη, γλίσχρος ἰχὼρ ἐκθλίβεται, ὡς καὶ Λεωγηνίσκῳ καὶ Δημάρχῳ τῷ Ἀγλευτέλεος. ὁμοίως δὲ καὶ πάνυ ἐκ τῶν αὐτῶν πῦον οὐδέν. ἐπὶ τῷ Αἰσχύλου παιδὶ ξυνέβη. πυορροοῦσι δ' τοῖσι πλείστοισι, φρίκη καὶ πυρετὸς ἐπεγίνετο. [65] Τῷ Παρμενίσκου παιδὶ κωφότης, συνήνεγκε μὴ κλύζειν. διακαθαίρειν δ' ἐρίῳ μούνον. καὶ ἐγχεῖν ἔλαιον. ἢ νέτωπον. κελεύειν δ' περιπατέειν. ἐγείρεσθαι πρωΐ. οἶνον πίνειν λευκόν. [66] Τῇ Ἀσπασίου ὀδόντος δεινοῦ ἀλγήματα καὶ γνάθοι ἐπήρθησαν· καστόρεον δ' καὶ πέπερι διακλυζομένῃ, ὠφελέετο. [67] Τῷ Καλλιμέδοντος ξυνήνεγκε πρὸς τὸ φῦμα τὸ ἐν τῷ τραχήλῳ σκληρὸν ἐόν. καὶ μέγα. καὶ ἄπεπτον. καὶ ἐπώδυνον, ἀποσχάσις βραχίονος λίνου καταπλάσσειν. πεφυρημένον ἐν οἴνῳ λευκῷ καὶ ἐλαίῳ ζέοντα. ἐπιδέειν δ' ἑφθὸν ἄγαν. ἢ ξὺν μελικρήτῳ ἐνέψειν καὶ ἀλεύρῳ τήλιος. ἢ κριθῶν. ἢ πυρῶν. [68] Μελισάνδρῳ τῷ οὔλου ἐπιλαβόντος, καὶ ὄντος ἐπωδύνου, σφόδρα ξυνοιδέοντος, ἀποσχάσις βραχίονος. στυπτηρίη ἐν ἀρχῇ διαστέλλει. [69] Ὑδρωπιῶντι δέον ταλαιπωρέειν, ἱδροῦν. ἄρτον ἐσθίειν θερμὸν, ἐν ἐλαίῳ. πίνειν μὴ πουλύ. λούεσθαι καὶ κεφαλὴν χλιαρῷ. οἶνος δ' λευκὸς καὶ λεπτός. καὶ ὕπνος ἀρήγει. [70] Βίαντι τῷ πύκτῃ, φύσει πολυβόρῳ ἐόντι, ξυνέβη ἐμπεσεῖν ἐς πάθεα χολερικὰ, ἐκ κρεηφαγίης. μάλιστα δ' ἐκ χοιρείων ὠμοτέρων, καὶ μέθης εὐώδεος, καὶ πεμμάτων, καὶ μελιπηκτῶν. καὶ σικύου, πέπονος. καὶ γάλακτος. καὶ ἀλφίτων νέων. ἐν θέρει δ' τὰ χολερικὰ, καὶ οἱ διαλείποντες πυρετοί. [71] Τιμοχάρει χειμῶνος καταῤῥοίης μάλιστα ἐς τὰς ῥῖνας ἀφροδισιάσαντι ἐξηράνθη πάντα. κόπος. θέρμη ἐπεγένετο. κεφαλὴ βαρεῖα. ἱδρὼς ἀπὸ κεφαλῆς πουλύς. ἦν δ' καὶ ὑγιαίνων ἱδρώδης. τριταῖος ὑγιής. [72] Μετὰ κύνα οἱ πυρετοὶ ἐγίνοντο ἱδρώδεες. καὶ οὐ περιεψύχοντο πάμπαν, μετὰ τῶν ἱδρώτων. πάλιν δ' ἐπεθερμαίνοντο. καὶ μακροὶ. καὶ ἐπιεικέως ἄκριτοι. καὶ οὐ πάνυ διψώδεες. ὀλίγοισιν ἐν ἑπτὰ καὶ ἐννέα ἐπαύοντο. ἐνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι. καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι. καὶ εἰκοσταῖοι ἐκρίνοντο. [73] Πολυκράτει πυρετὸς ἐπήει. καὶ τὰ τοῦ ἱδρῶτος οἷα γέγραπται. ἀπὸ φαρμάκου κάθαρσις κάτω ἐγένετο. καὶ τὰ τοῦ πυρετοῦ ἤπια. πάλιν ἐν κροτάφοις ἱδρώτια, καὶ περὶ τράχηλον ἐς δείλην. εἶτα ἐς ὅλον. καὶ πάλιν ἐπεθερμαίνετο. περὶ δ' τὰς δώδεκα καὶ τεσσαρεσκαίδεκα ἐπέτεινεν ὁ πυρετός. καὶ ὑποχωρήματα βραχέα. ῥοφήμασι μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐχρήσατο. περὶ δ' τὰς πεντεκαίδεκα γαστρὸς ὀδύνη μετὰ σπληνὸς, καὶ κατὰ κενεῶνα ἀριστερόν. θερμῶν προστιθεμένων, ἧσσον ἢ ψυχρῶν προσωφελέετο. κλύσματι δ' μαλθακῷ χρησαμένῳ, ἔληξεν ἡ ὀδύνη.

64 Cuidam ex casu in cubitum vulnerato, ob syderationem cubitus pus colligit, quo iam maturescente glutinosa sanies exprimitur, qualis etiam Leogenisco & Demarcho Agleutelis filio. Eodem verò modo neque admodum ex iisdem pus vllum effluxit, quale quid Æschyli filio contigit. Plærisque autem pus colligentibus horror & febris accedebat. 65 Parmenisci puero surditas obtigit, cui contulit aurem non eluere, sed sola lana expurgare, & oleum aut netopum infundere. Deambulationes quoque imperare, mane surgere,& vinum album bibere. 66 Aspasij vxori ex vehementi dentis dolore malæ in tumorem sublatæ sunt. At vbi ex castorio & pipere os colluisset, alleuamentum sentiebat. 67 Callimedontis filio ad tuberculum in collo enatum, durum, magnum, immaturum & dolorem excitans, contulit vena secta in brachio,& lini semen vino albo subactum & oleo maceratum cataplasmate impositum & deligatum, valdeq; coctum, aut in aqua mulsa decoctum cum fœnigræci, hordei aut tritici farina. 68 Melissandro magno gingiuæ dolore & tumore oppresso, vena in brachio secta est. Alumen per initia adhibitum cursum cohibet. 69 Aqua inter cutem laboranti vtile est corpus laboribus exercere, sudores mouere, pane calido oleo intincto, & pauco potu vti, caput tepida lauare. Vinum quoq; album & tenue, ac somnus auxilio est. 70 Bias pugil suapte natura vorax, in choleram morbum incidit ex carnium esu præcipuéque suillarum crudiorum, & vini suauis ebrietate, ex bellariis ac dulciariis, cucumere, pepone, lacte, & polenta recenti. Æstate verò cholera morbus & febres intermittentes vigent. 71 Timochari hyeme destillatione in nares præcipuè vexato, post veneris vsum cuncta reficcata sunt, lassitudo, calor, & capitis grauitas successit, sudor ex capite multus manabat. Erat autem etiam per sanitatem sudoribus obnoxius. Tertio die conualuit. 72 Post caniculam febres vigebant, in quibus ægri sudoribus diffluebant, neq; à sudore penitus perfrigescebant, sed rursus incalescebant, longæq; ac ferè sine iudicatione erant, neq; admodum sitim adferebant, paucis septimo aut nono desinebant, vndecimo, decimo quarto, decimo septimo & vigesimo iudicatione soluebantur. 73 Polycratem febris inuadebat,& quod ad sudorem attinet, quæ scripta sunt ei contigerunt. A medicamento aluus purgata est, & febris mitis erat. Denuo sub vesperam circa tempora & collum parui sudores, deinde etiam toto corpore dimanabant, rursusq; incaluit. Ad duodecimum & decimum quartum diem febris intendebatur, & alui recrementa pauca erant. A purgatione post sorbitionum vsum, circa decimum quintum diem ventris dolor ad lienem & lateris sinistri inanitatem prehendit, qui cùm calidis admotis, minusq; frigidis iuuaretur, ex molli per clysterem infuso desiit.

[a] ἅμ' ἡμέρῃ] Prima luce, sub auroram,& simul ac dies illuxit significat. Potest & de eodem quo vulneratus est die intelligi, quem in sensum sumpsit Caluus ex lectione lib. 7. Epid. vbi istud repetitur. Hæc verò popularis locutio ἰδεῖν πρὶν ἀγορὴν λυθῆναι mortis celeritatem indicat cùm adhuc frequente foro & referto mortuus fuerit. Idem enim ac si πληθούσης ἀγορᾶς dixisset.

[b] καὶ ἀΐπνοος] Innuit huic mulieri anginosæ paruam & densam respirationem adfuisse, materia ad thoracem & pectus illapsa, ex partium spiritalium coarctatione & angustia. Quod satis indicat cùm aliquid circa cor coaceruari visum fuisse scribit, aut ex pectore strepitum quendam elidi. κερχνώδεα nanque δύσπνοιαν, & eam quæ cum stertore aut stridore fit, intelligit, quam ὀρθόπνοιαν μετὰ ῥέγχεος vocat in libro de rat. vict. in morb. acutis Hippocr. ab eáque suffocari angina laborantes scribit. Stridor autem fit ex sputo crudo, crasso & viscido à spiritu multo & denso agitato, & pulmonis cartilaginosis partibus impacto, ideoque ad exitum imparato,& stertorem in respirationis organis ac veluti quendam strepitum faciente. Quod etiam ex Hippocr. Galenus testatur libro 3. περὶ δυσπν. Respiratio verò eorum qui in aquam demersi sunt crebra & parua esse videtur, ex vsus necessitate & respirationi destinatorum organorum angustia, coarctatione & compressu, præcipueque si stomachus ac venter aqua repletus septum transuer-

ſum comprimant. Non ſecus ac vterum geſtantibus, aqua inter cutem laborantibus, ac prominentem ventrem habentibus huiuſmodi fit reſpirationis ſpecies, earum partium compreſſione quæ cum ſpirationis organis conſenſione quadam conſpirant, vt ſcribit Galen. lib. περὶ δυσπν. Ad huius autem hiſtoriæ cognitionem confert placitum 10. lib. 5 aph. Iſtam quoque inſidam humorum in angina μετάστασιν ſugillat in Cois Præſagiis his verbis, ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως ἐς σκέλη ἀφίγματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια. hoc eſt, In angina abſque vlla ſignificatione delati ad crura dolores cum febre pernicioſi.

ὥσπερ αἱ ἐγγαστρίμυθοι] ἐγγαστρίμυθοι οἱ κεκλεισμένου τοῦ στόματος φθεγγόμενοι διὰ τὸ δοκεῖν ἐκ τῆς γαστρὸς φθέγγεσθαι, Galeno dicuntur in Exegeſi, qui ore concluſo loquuntur, quod videantur ventre ſonum edere & loqui. Qualis erat Pythia illa Delphica, quæ tripodi diductis cruribus inſidens, anhelitum terræ hauriebat, quo mente incitata & furens, oracula edebat. Sic enim ἐγγαστρίμυθοι dicuntur in ſacris literis, qui Pythone afflati ſunt & diuinationem exercent, qualis Pythonica illa mulier, quæ in Saulis gratiam * Samuelem iam vita functum excitauit, ἐγγαστρίμυθος γυνὴ dicitur, hoc eſt, Pythone afflata & ventre oracula reddens. Sic etiam conceptus penetralibus ſpiritus, cuius ductu oracula fundebat, ἐγγαστρίμυθος dicitur, quod ex intimis corporis penetralibus & ventre, fatidicæ voces perſonarent, idque μαντεύεσθαι ἐν ἐγγαστριμύθῳ dicitur, quod eſt Pythonis afflatu oracula fundere & diuinationem exercere. Eodem modo puellam illam quæ Pythonis afflatu vaticinabatur Actorum 16. Auguſtinus ventriloquam fuiſſe ſcribit libro de Doctrina Chriſtiana 2. Cap. 23. Et ſanè crebra eſt in ſacris literis hæc dictio, qua diuinaculi & vaticinia captantes damnantur, οἱ ἐγγαστρίμυθοι ἐγγαστρῖται καὶ εὐρυκλεῖδαι dicti ſunt, ab Euricle qui primus Athenis hac diuinatione vſus eſt quam Ariſtophanes in Veſpis Εὐρυκλέους μαντείαν vocat. Apertè nanque ἐγγαστρίμυθον fuiſſe ſignificat, & ventre oracula reddidiſſe, dum ſcribit.

* 1. *Reg. cap.* 28.

> Ἀδικεῖσθαι γάρ φησι, τρέψειν πολλ' αὐτοῦ κωμῳδικούς.
> Τὰ μὲν οὐ φανερῶς, ἀλλ' ἐπικουρῶν κρύβδην ἑτέροισι ποιηταῖς,
> Μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν,
> Εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς, κωμῳδικὰ πολλὰ χέασθαι.

Et huius Euryclis meminit etiam Plato in Sophiſta, & ἄτοπον εὐρυκλέα vocat, quod ſua diuinatione ſibi malum caneret, & ἐγγαστρίμυθον fuiſſe innuit (quod etiam ſcribit Sudas) cum ἐντὸς ὑποφθεγγόμενον, intus ſubmurmurantem ponit. Ἐγγαστρίμυθοι quoque ἐγγαστρόμαντεις καὶ στερνομάντεις dicti ſunt, quod ex pectore aut ventre, & corporis penetralibus oracula ducerent. Ad eundem modum Tertullianus imprimis grauis ſcriptor, quarundam meminit mulierum quæ Dæmonum præſtigiis ventre voces funderent & vaticinarentur. Qualem etiam ſibi viſam fuiſſe ſcribit Cælius Rhodiginus lib. 8. cap. 5. Significat ergo huiuſmodi anginoſæ in thorace & pectore ſonitum quendam aut ſtrepitum editum fuiſſe, ex ſpiritu multo craſſo & viſcido ſputo permixto, qualem exaudiri ferunt his in mulieribus fatidicis, quæ Pythonis afflatu exili quodammodo voce aut ſono, ex ventre oracula fundunt, ideoq; ἐγγαστρίμυθοι, quaſi ventriloquæ dicuntur. Sic enim αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι exemplarium multitudine fretus & ex libr. 7. Epid. lego. Et Varinus Galeni locum in Exegeſi ſic legit, ἐγγαστρίμυθος ὁ κεκλεισμένου τοῦ στόματος φθεγγόμενος. Qualis eſt etiam quorundam exemplarium lectio apud Galen. in Exegeſi. † Hieronymus in Catalogo virorum illuſtrium Engaſtrimythi meminit, & hanc dictionem retinet.

† *In Euſtachio.*

[63] ὑποκαθαίρειν ταῖς ἀνέσιες] Id in purgationis legitimæ legibus inſtituitur, vbi morbus dat inducias, vt humores ad eductionem concoctione quadam præparentur, & faciliùs ad fluxionem meatuum corporis reſeratione comparentur. Quod agit Hippocr. lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. & placito 22. lib. 1. aphor. Itemque Galenus lib. quos quibus & quando purgare oporteat, & lib. 4. ſalubrium.

τῇσι δὲ αἰῶν] Gal. lib. quos quibus & quando purgare oporteat, in ipſis acceſſionibus vomitione purgandum eſſe ſcribit, ab acceſſione purgandi indicatione aſſumpta & naturæ ductu. Cæterum id repetitur lib. 7. Epid. ſed vitioſè vt ſatis apparet.

[64] ἐκ πλώματος] ἐκ τρώματος legunt exemplaria duo manu ſcripta Regia, velut lib 7. Epid. vbi hæc ſententia repetitur. Subindicantur autem illaudati puris in periculoſa ſyderatione notæ, iiſq; omnibus ſimiliter pus ſubſtitiſſe, neque effluxiſſe ſignificat. Caluus autem ἐπὶ σφακελισμοῦ non legit. Cornarius etiam Κλεογένισκῳ legit & Αγλαοτίμῳ, vt lib. 7. Epid. Exemplaria verò manu ſcripta Regia illud τῷ Ἀγλευτίμῳ deſiderant.

[65] ἠ νέτωπον] νέτωπον aut μετώπιον Heſychio eſt μύρον συντιθέμενον ἐκ πολλῶν μυρεψικῶν. Varia eſt & ſumptuoſa vnguenti quædam mixtura ex odoramentis confecta, qua vtitur Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος & lib. περὶ γυναικείης φύσ. & in vteri ſurſum aſcenſu adhiberi præcipit, quod odoratum eſſet, ac diuitum mulicrcularum ſumptuoſis vnguentis non abſimile. Quale erat ſpicatum, foliatum Romanorum & Comagenum aut Suſinum, quibus etiam ad aures ex frigore dolentes vtitur † Galenus. Quæ etiam in ſurditate adhiberi poſſunt, velut & laureum optimum, & Irinum, & Cyprinum aut id quod ex amaris nucibus exprimitur. Ac ferè id eſt quod ab Erotiano νέωπον exprimitur, ſi modò vera eſt lectio, ac non νέτωπον potiùs legendum videtur, cùm hæc dictio frequens ſit apud Hippocratem, ac μετώπιον exprimi potiùs videtur, cùm μετώπιον ſæpius etiam oleum ex amaris amygdalis ſignificet & vnguentum Ægyptium. Hæc autem omnia valde in ſurditate leuanda probantur. Innuit autem ſe oriculario ſpecillo (μηλωτίδα Græci dicunt) lana molliſſima obuoluto, aurem fouiſſe, deterſiſſe & perpurgaſſe, non eluiſſe, nihilque inſtillaſſe, quod etiam in dolore vexatis ægris fieri conſulit †† Galenus. In aurem cum infunditur medicamentum, ſemper aut tepefieri conuenit, commodiſſimeque per aurifuſoria ſpecilla (ὠτεγχύτας Græci vocant, Celſus oricularios clyſteres) aut ſtrigilem inſtillatur. Sic enim quidam Græcorum ξύστραν Celſo ſtrigilem dictam exiſtimant. Etſi ſtrigilem malim cum Budæo legere ex Vitruuio lib. 4. cap. 4. & lib. 5. cap. 7. Vbi tamen ſtrigem quidam ex vetuſtiſſimis codicibus reponunt, quod certè ex Græcis defluxit. στρὶξ nanque canaliculum ſignificat. In grauitate porrò auditus curanda, multas & diutinas deambulationes & capitis perfrictiones etiam conſulunt Celſus & Galenus. Hoc etiam exemplum repetitur lib. 7. Epid. vbi quoque plura adduntur.

† *Lib.* 3. κατὰ τόπ. †† *Lib.* 3. κατὰ τόπ.

[66] τῇ ἀσαπνίῃ] Id etiam pluribus verbis ſcribitur lib. 7. Epid.

[67] ὑπόσχασις βρογχίου] ὑπόσχασις legunt omnia exemplaria vitioſè tamen vt ſatis apparet ex lib. 7. Epid. Cornarius quoque hîc lectionem lib. 7. Epid. ſequitur, & λίνῳ στρέψειν πεφρυγμένον legit & ἀλευρον. Nos ſecuti ſumus exemplaria ideoq; nihil immutauimus, quòd ſic quoq; lectio conſtare poſſit.

[68] Μελισάνδρῳ] Hoc quoq; exemplum repetitur lib. 7. Epid. ex quo hîc quoq; ὑπόσχασις legendum eſt, quod de venæ pertuſione aut ſcarificatione intelligi poteſt ad humorum reuulſionem adhibita. Alumen quoque initio adhibitum humorum fluxionem inhibuiſſe ſignificat, idq; ad curationis conſilium referendum eſt, præcipuè verò ſi στυπτηριάζειν legas vt lib. 7. Epid.

[69] ὑδρωπώδεα] ὑδρωπώδη legunt exemplaria manu ſcripta Regia duo, idq; repetitur lib. 7. Epid. vitioſè tamen, vt ſatis apparet. Curationis autem aqua inter cutem laborantium conſilium eſt, ex Hippocr. libr. περὶ παθῶν, ad quod attendere oportet, φαρμακοποσίην κάτω, ἵν' ὅ,τι ὕδωρ ἢ φλέγμα καθαίρεται. σιτίοισι δὲ καὶ ποτοῖσι καὶ πόνοισι, καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃσι διαίτῃ. ὑφ' ὧν ἰσχνοί τε ἔξεις ἔσονται καὶ αἱ σάρκες ὡς ἰσχυρόταται. Idem quoque lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν ἄρτον ὀπτὸν καὶ διπυρίτην hydropicis conſulit, exiccantem victus rationem attendens. Quo conſilio hic fortè etiam panis calidus oleo intinctus adſcribitur. Atque eadem ratione πίνειν ὡς πολὺ ex lib. 7. Epid. legendum exiſtimo potiùs quàm de olei potu, quod fecerunt interpretes. Exercitationes quoque & labores, vinumque album hydropicis imperat libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, & Prorrh. 2. in aquæ inter cutem auxiliis ſcribit, τὰ δὲ ταλαιπωρίαν δυνατοὺς φέρειν καὶ ἄκοπον εἶναι. Lib. verò 4. de rat. vict. in morb. ac. hæc remedia adſcribit, quæ huic loco maximè conueniunt, πίνειν θερμοῦς ἄρτους ἐξ οἴνου μέλανος καὶ ἐλαίῳ ὑποβάπτων ἐσθίειν, καὶ ὡς ἐλάχιστα πίνων, ὡς πλεῖστα πονεῖν, καὶ κρέα πίονα ὀρκώδεα ἐσθίειν μετ' ὄξους ἑφθά. ὅκως τοὺς περιπάτους ταλαιπωρεῖν δύναται. Quæ certè huic noſtræ lectioni optimè ſuffragantur. Videtur autem Hippocrates per hos corporis labores, violentas & validas exercitationes conſuluiſſe, qualis eſt lucta, pugilatus, pancratium quod à Gal. † in earum maximas exercitationes numeratur & identidem caliditatem augere & frigidis habitibus conuenire cenſetur. Idem quoque cenſuiſſe exiſtimandus eſt Theodorus Priſcianus, quando ſcripſit hydropicos labore nimio & continuis exercitationum quaſſationibus forſitan curari poſſe. Sic quoque †† Aëtius curſus in hydropicis probat.

† *Comm. in aph.* 6. *lib.* 6. *Epid. ſect.* 1. †† *Tetrab.* 3. *ſerm.* 2. *cap.* 28.

70 ῥίω

70 βίαιη τῇ τίκτῃ] Istud aliter repetitur lib.7.Epid. Cholera autem morbus ex alimentorum humidiorum cruditate, & acrimo-[niam] quandam habentium corruptione maximè gignitur, vt scribit Gal.Com.in lib.de rat. vict. in morb. ac. Suilias autem carnes [pr]æsertim crudas choleram morbum adferre scribit Hippoc.in lib.de rat.vict.in morb.ac. Sic quoq; peponis esum nimium hunc [mo]rbum & vomitum adferre scribit Gal.lib.2.de alim.& Trallianus. Cruditatem quoque huius morbi causam facit Aretæus. ἀπὶ-[...]ς γὰρ ξυνεχίες αἱ τῆσδε προφάσιες. Æstate quoque vt plurimùm grassari. φέρει μὲν τὸ πάθος ὥρη μὲν θέρεος, δεύτερον δὲ φθινόπωρον, ἧσσον, χει-[μὼν δὲ] ἥκιστα. Hippocr. etiam lib. περὶ παθῶν ἐκ ποσίων καὶ ἐδωδίμων fieri choleram morbum scribit.

71 Τιμοχάρει] Istud etiam repetitur lib.7. Epid.paulò aliter. Quod autem scribitur venerem hanc destillationem resiccasse, id [...]is contestatam habet authoritatem lib.6.Epid. * λαγνείη τῇ ἀπὸ φλέγματος νούσων ὠφέλιμον. Cornarius autem hîc addit ex lib 7 Epid. [...]τέρρει δὲ καὶ τοῦ σώματος ὅλου. * Sect.5.

72 μετὰ κυνὰ] Hoc repetitur initio lib.7. Epid.

73 Πολυκράτει] Hæc quoque historia initio lib.7.Epid. repetitur integra, vnde huius vitium satis patet.

74 Τῷ ἐκ τοῦ μεγάλου πλοίου διάτω ἡ ἄγκυρα λι-[χα]νὸν δάκτυλον καὶ τὸ κάτω ὀστέον ξυνέφλασε δεξιῆς [χει]ρός. φλεγμασίη ἐπεγένετο, καὶ σφάκελος. καὶ πυρε-[τ]ὸς. ὑπεκαθάρθη μετρίως, θέρμαι ἤπιοι. καὶ ὀδύ-[ναι]. δακτύλου τι ἀπέπεσε. μετὰ τὰς ἑπτὰ ἐξῄει ἰχὼρ [ἐπ]ιεικής. μετὰ ταῦτα γλώσσῃ οὐ πάντα ἔφη δύνα-[σθ]αι ἑρμηνεύειν. προῤῥησις ὅτι ὀπισθότονος ἥξει. ξυ-[νε]ρέεντο αἱ γνάθοι συνερηρεισμέναι. εἶτα ἐς τράχηλον. [τρι]ταῖος δὲ ὅλος ἐσπᾶτο ἐς τοὐπίσω ξὺν ἱδρῶτι. ἑκ-[τα]ῖος ἀπὸ τῆς προῤῥήσεως ἔθανεν. 75 Ὁ δὲ Ἁρπα-[λο]υ ἐκ τῆς ἀπελευθέρης Τηλεφάνης, στρέμμα κάτω με-[γά]λου δακτύλου ἔλαβεν, ἐφλέγμηνε καὶ ἐπώδυνος [ἦ]ν. καὶ ἐπεὶ ἀνῆκεν, ᾤχετο ἐς ἀγρόν. ἀναχωρέων, ὀσφύν [ἤλ]γησεν ἐλούσατο. αἱ γένυες ξυνήπτοντο ἐς νύκτα. καὶ [ὀπ]ισθότονος παρῆν. τὸ σίελον ἀφρῶδες, μόλις διὰ τῶν [ὀδ]όντων ἔξω ᾔει. τριταῖος ἔθανεν. 76 Θέρσων ὁ τοῦ [Δ]άμωνος περὶ κνήμης σφυρὸν ἕλκος. κατὰ νεῦρον δὴ κα-[θα]ρὸν τούτῳ δηχθέντι ὑπὸ φαρμάκου, ξυνέβη ὀπι-[σθ]οτόνῳ θανεῖν. 77 Ἦρά γε ἐν πᾶσι ἐμπυήμασι, καὶ [το]ῖσι περὶ ὀφθαλμὸν ἐς νύκτα οἱ πόνοι. αἱ βῆχες χει-[μῶ]νος. μάλιστα δ' ἐν νοτίοισι παχέα καὶ πολλὰ λευ-[κ]ά. καὶ χρεμπτομένοισι πυρετοὶ ἐπιγίνονται ἐπιεικέως. [κα]ὶ πεμπταῖοι ἐπαύοντο. αἱ δὲ βῆχες, περὶ τὰς τεσσα-[ρά]κοντα, οἷα Ἡγησιπόλει. 78 Εὐτυχίδης ἐκ χολέ-[ρης] ἐπὶ τῶν σκελέων ἐς τετανώδεα ἔληξεν, ἅμα [δὲ] κάτω ὑποχωρήσει κατακορέα χολὴν πολλὴν ἤμε-[σε]ν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας, καὶ λίην ἐρυθρήν. καὶ [ἀκ]ρατὴς ἦν καὶ ἀσώδης. οὐδὲν δὲ κατέχειν ἠδύνατο. [οὔ]τε ἐκ τῶν ποτῶν οὔτε ἐκ τῶν σιτίων. καὶ τοῦ οὔρου πολλὴ [ἐπίσχ]εσις. καὶ τῆς κάτω διόδου. διὰ τοῦ ἐμέτου τρὺξ μαλθα-[κὴ] ἦλθε, καὶ κατέρριψε κάτω. 79 Ἀνδροφάνη ἀ-[φ]ωνίη. λήρησις. λυθέντων δὲ τούτων, πολλὰ ἔτη συχνά. καὶ [ὑ]ποστροφαὶ ἐγίνοντο. ἡ δὲ γλῶσσα διετέλει πάντα τὸν χρό-[νον] ξηρή. καὶ εἰ μὴ διακλύζοιτο. διαλέγεσθαι οὐχ οἷός τε ἦν. [κα]ὶ πικρὴ λίην ἦν τὰ πολλά. ἔστι δ' ὅτε καὶ περὶ καρδίην ὀ-[δ]ύνη, ἣν φλεβοτομίη ἔλυσε. ταύτῃ ὑδροποσίη ἢ μελίκρη-[τον] συνήνεγκεν. ἐλλέβορον ἔπιε μέλανα. οὐδὲ τὸ χολώ-[δε]ς ᾔει. ἀλλ' ὀλίγον. τέλος δὲ χειμῶνος κατακλιθεὶς, ἔξω [ἐγί]νετο. καὶ τὰ τῆς γλώττης παθήματα ὅμοια, θέρμη λε-[π]τὴ, ἄπονος. γλῶσσα ἄχροος. φωνὴ περιπλευμονική. [ἀ]πὸ στήθεος εἷμα ἀπεδύετο. καὶ ἐξάγειν ἐκέλευεν. οὐδὲν [δὲ] ἠδύνατο σάφα εἰπεῖν. ἐς νύκτα ἐτελεύτα. 80 Τὸ [Ν]ικάνορος πάθος, ὁπότε ἐς πότον ὥρμητο φόβος τῆς αὐ-[λη]τρίδος. ὁκότε φωνῆς αὐλοῦ ἀρχομένης, ἀκούσειεν [αὐ]λεῖν ἐν συμποσίῳ ὑπὸ δειμάτων ὄχλοι. μό-[λι]ς ὑπομένων ἔφη ὅτε εἴη νύξ. ἡμέρης δὲ ἀκούων, [οὐ]δὲν διετρέπετο. τοιαῦτα παρείπετο ἐπὶ συχνὸν χρόνον.

74 Magnæ nauis præfectò anchora manus dextræ indicem & os infernum collisit, ex quo inflammatio, syderatio, & febris successit. Quo modicè per aluum repurgato calores & dolores leues fuerunt, ex digito aliquid decidit. Post septimum diem sanies laudabilis exibat, ac deinde se non posse omnia lingua explicare dixit. Prædictio facta ex partium posteriorum distentionem (opisthotonum dicunt) aduentare, & ad id conferebant maxillæ cohærentes, deinde ad collum affixæ. Tertio verò die totius corporis in posteriora conuulsione cum sudore tentabatur. Sexto post prædictionem die mortuus est. 75 Telephanes Harpali ex liberta filius luxationem in pollice deorsum accepit, vnde inflammatio & vehemens dolor insecutus est. Quo remisso in agrum profectus est, vnde rediens ex lumbis doluit, lauit, sub noctem maxillæ cohærebant, & in posteriora distentio (opisthotonum vocant) aderat. Sputum spumans ægrè dentes pertransibat, tertio die mortuus est. 76 Thrinon Damonis filius ex tibiæ vlcere iuxta malleolū, cùm ad neruum sanè purum medicamentū erodens fuisset adhibitum distentione in posteriora, quam opisthotonum dicunt, mortuus est. 77 Animaduertendum sanè est num in omnibus internis puris collectionibus, & oculorum laboribus, ad noctem dolores fiant. Tusses per hyemem vigent, præcipuè verò austrino cœli statu, crassa multa albaq; screantibus febres ferè succedebant, & quinto die desinebant. Tusses verò sub quadragesimum, quale quid Hegesipoli contigit. 78 Eutychides ex cholera morbo in cruribus neruorum distentionem sensit cum inferna alui deiectione. Bilem abunde saturatam multam, & vehementer rubram ad tres dies noctesq; vomitione reiecit, cū corporis imbecillitate & incontinenti iactatione. Nihil verò continere poterat, neq; cibi, neque potionis quicquam. Vrinæ quoq; multa suppressio, eiusq; transitus qui ad inferiora tendit. Vomitione fex mollis prodiit & deorsum proiecta est. 79 Androphani vocis defectio & delirium aderat, quibus solutis multis annis superfuit, & in morbum relabebatur. Lingua verò toto tempore arida perseuerabat, neq; loqui poterat nisi collueretur, magnaq; ex parte admodum amara erat. Interdum quoq; cordis dolor affligebat, quem venæ sectio soluit. Huic aqua aut mulsa in potu exhibita contulit. Veratrum nigrum ebibit, neq; biliosum nisi paucum prodiit. Demum per hyemē decumbens mente abalienata erat, & lingua similiter vitiis afficiebatur, calor tenuis erat sine dolore, lingua decolor, vox qualis pulmonia laborantibus, è pectore vestē exuebat, seq; educi iubebat, nihil verò apertè proloqui poterat, sub noctē mortuus est. 80 Nicanor cùm ad conuiuiū prodiret tibicinę metu afficiebatur, adeò vt cum tibias inflaret eamq; in cōuiuio tibia canentē audiret, præ timore turbaretur, neq; sustinere posse diceret, si nox esset, de die verò nihil cōmoueretur, Quę quidē eū diu comitabantur.

81 Democles qui cum illo erat, caligine tentari & exoluto esse corpore sibi videbatur, neq; per præruptum locum iter facere, neq; pontem, ac ne minimè quidem profundam scrobem transmittere, verum per ipsam scrobem adire poterat. Quod eũ aliquamdiu tenuit. 82 Phœnicis hic erat affectus. Ex oculo dextro plærumq; velut fulgur coruscare videbatur, paruoq; postea temporis interuallo, dolor in tempore dextro insistebat, & posteriorum colli vertebrarum contentio aderat, ac circum dentes durities, quos distentus diducere conabatur. Vomitiones vbi consecutæ erant commemoratos dolores submouebant & lenibant. Quinetiam sanguinis missio auxilio erat, & veratri potio cuiusquemodi humores eduxit, porraceos verò maximè. 83 Parmenisco etiam antea animi desperatio accidebat, & vita defungi cupiebat, interdum verò rursus securo erat animo. 84 Cononis famula ex prægresso capitis dolore mente erat abalienata, clamor aderat, eiulatio multa parum quiescebat. Sub quadragesimum dié mortua est. Decem sub mortem diebus voce defecta fuit & conuulsione tentata. 85 Adolescens post multum meri potum, quodam in tentorio supinus dormiebat, cuius in os serpens Arges dictus subiit. Quod sanè cùm sensisset, neq; loqui posset, stridere dentibus cœpit, & serpentem deuorauit, summoq; dolore detentus, velut strangulatus, manus prætendebat, seseq; iactabat, & conuulsione mortuus est. 86 Eodem quoq; modo circa eosdem dies mortuus est Timocharis famulus, melancholicis affectibus iisdem ac tantis (vt videbatur) tentatus.

[81] Δημοκλῆς ὁ μετ' ἐκείνου ἀμβλυώσσειν καὶ λυσισώματειν ἐδόκεε, καὶ οὐκ ἂν παρῆλθε, παρὰ κρημνὸν, οὐδ' ἐπὶ γεφύρης. οὐδὲ τοὐλάχιστον βάθος τάφρου διαπορεύεσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῆς τῆς τάφρου οἷός τε ἦν, χρόνον τινὰ ξυνέβη αὐτῷ. [82] Τὸ Φοίνικος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ δεξιοῦ, τοιοῦτόν τι ἦν. τὰ πολλὰ ὥσπερ ἀστραπὴν ἐδόκεε λάμπειν. οὐ πολὺ δὲ ἐπισχόντι, ὀδύνη ἐς τὸν κρόταφον τὸν δεξιὸν ἐνεστήκει, καὶ ὄπισθεν τῶν σπονδύλων καὶ ξύντασις. καὶ σκληρότης ἀμφὶ τοὺς ὀδόντας, καὶ διάγειν ἐπειρᾶτο ξυντεινόμενος. ἔμετοι ὁπότε γίνοιαντο ἀπέτρεπον τὰς εἰρημένας ὀδύνας, καὶ ἠπιωτέρας ἐποίεον. ἀτὰρ καὶ ἡ φλεβοτομίη ὠφέλεε. καὶ ἐλλεβοροποσίη αὐτή γε πολυτροπα ἀπά. οὐχ ἥκιστα δὲ πρασοειδέα. [83] Παρμενίσκῳ καὶ πρότερον ἐνέπιπτον ἀθυμίαι. καὶ ἀπαλλαγῆς βίου ἐπιθυμίη. ὁτὲ δὲ πάλιν εὐθυμίη. [84] Η δὲ Κόνωνος θεράπαινα ἐκ κεφαλῆς ὀδύνης ἀρξαμένης, ἔκφρων ἐγένετο. βοαὶ κλαυθμοὶ πολλοί. ὀλιγάκις ἡσυχίη. περὶ δὲ τὰς τεσσαρακοστὰς ἐτελεύτησε. τὰς ὅτε δὲ ἔθνησκε δέκα ἡμέρας, ἄφωνος καὶ σπασμώδης ἐγένετο. [85] Νεανίσκος δέ τις πολὺν ἄκρητον πεπωκὼς, ὕπτιος ἐκάθευδεν ἔν τινι σκηνῇ. τούτῳ ὄφις ἐς τὸ στόμα παρεισεδύετο ἀργής. καὶ δὴ ὅτε ᾔσθετο οὐ δυνάμενος φράσασθαι, ἔβρυξε τοὺς ὀδόντας, καὶ κατέτρωγε τὸν ὄφιος, καὶ ἀλγηδόνι μεγάλῃ εἴχετο. καὶ τὰς χεῖρας περιέφερεν, ὡς ἀγχόμενος. καὶ ἐρρίπτει ἑωυτόν. καὶ σπασθεὶς ἔθανεν. [86] καὶ ὁ τοῦ Τιμοχάρεος θεράπων ἐκ μελαγχολικῶν (δοκέων εἶναι), καὶ τοιούτων, καὶ τοσούτων ἔθανεν ὁμοίως περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας.

[74] διόπῳ] διώπῳ legunt omnia exemplaria tum manu scripta, tum publicata, & lib.7. Epid. vbi hæc historia repetitur, vitiose tamen vt satis apparet. Nam διόπῳ aut διόπτῳ legendum esse testatur Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις hunc locum procul omni dubio indicans. διόπτος νεὼς ἐπιμελητὴς, παρὰ τὸ διοπτεύειν ἢ διέπειν τὰ ἐν αὐτῇ. Sic enim legendum censeo, quòd διόπος Hesychio ἄρχων, ναύαρχος, ἐπιστάτης, ἐπίσκοπος dicatur, nauis curator & præfectus. Erotianus quoq; διοπεῦ τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ παρὰ τὸ διοπτεύειν interpretatur. Vbi certè διόπῳ legendum etiam videtur. Falluntur ergo qui templi curatorem apud Hippocratem intelligunt. Ex libr. autem 7. Epid. μετὰ τὴν ἑπτὰ ἑξῆς ἰχὼρ lego, & παρέρρησε.

[75] ὁ δὲ ἀμπέλου] Repetitur quoque hæc historia lib.7. Epid. vbi pro στέμμα τύμμα legitur. Istud etiam satis apertè testatur pollicis pedis vulnera periculi esse plenissima, vt scripsimus nostris in lib.1. Epid. Annotat. & Prorrh.2.

[76] Θεῖναι] Σλῶναι legitur lib.7. Epid. Conuulsio autem secuta est ex medicamento acri lato illi tendini denudato adhibito & medicamento repurgato. Sic enim purum vocat, frequens autem est conuulsio ex vlcere vt patet ex aph.21. lib.5.

[77] ἤρεγε ἐν πᾶσι ἐμπυήμασι] Id aliter repetitur lib.7. Epid. & videtur rectè per se capi posse. Ex destillationibus namq; impendentes morbi, sub noctem ferè labores faciunt, & in puris internis collectionibus, sub vesperum rigores febriles fieri consueuerunt. Tusses verò hyeme præcipueq; austrino cœli statu vigent, fereq; sub quadragesimum diem finiũt, qui diuturnorum morborum Hippocrati terminus est. Quòd ad scriptionem attinet meliores codices secutus sum, & ταχέα δὲ πολλὰ καὶ λαγαρὰ χειμπυσμένοισι lego, vt & lib.7. Epid. etsi publicatis sua potest constare lectio. Quidam etiam ἐπιεικέως καὶ τιμπλάσοι ἰσαύοντο legunt, & ἠγνοπόλει, vt & lib. Epid. quæ sanè melior est lectio.

[78] Εὐτυχίδης] Melior lib.7. Epid. lectio, etsi neq; omninò integra est. Significatur autem Eutychidi ex cholera morbo, ad neruorum in cruribus distentionem ventum esse, quæ sunt magna morbi increscentis auguria. Aretæus quoq; in cholera morbo laborantibus σπασμοὺς καὶ ξυνολκὰς μυῶν τῶν ἐν τῇ κνήμῃ καὶ βραχίονι annotat. Ex Gal. Com. ad aph.1. lib.5. scribit τοῖς χολερικοῖς ἐπιγίνεσθαι συνολκὰς πολλάκις, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τὰς γαστροκνημίας μυῶν. Author quoq; Definitionum Medicarum in cholera morbo συνέλκεσθαι τὰς γαστροκνημίας scribit. Et in Isagoge, σπασμοὶ καὶ συνολκαὶ κατὰ τὰς γαστροκνημίας μάλιστα, annotantur. Quin & crebræ conuulsiones, & νεύρων ἐντάσεις, membrorum distensiones in his animaduertuntur, ac conuulsionibus ferè & strangulatu, inanique vomitu, miserabilem habent exitum, vt non abs re in morborum depulsione remedia dorsi spinæ, collo & neruis adhibeantur, ac maxillarum musculos & tendones calidis foueat Aretæus. * Celsus quoq; sæpè crura manusque contrahi scribit. * *Cap.11. lib.4.*

καὶ ἀκρατὴς ἦν] Ad motiones impotentiam intelligit & corporis imbecillitatem cum incontinentia. Sic ἔκλυσιν μελέων καὶ ἀπορίην, ἀσθένειαν adscribit Aretæus, & ἄσην καὶ ἀδυναμίην. † Trallianus hunc morbum κατάλυσιν ἄμετρον τῆς δυνάμεως afferre scribit.
† *Cap.16. lib.7.*

καὶ τὸ οὖρον πολλὴ σχέσις] σχέσις hîc ἐπίσχεσιν significat. Vrinæ autem retentionem in hoc morbo etiam annotat Aretæus, vir imprimis in hac arte grauis & eximius. οὖρα σχεθεῖσα κύστις ὑπὸ σπασμοῦ, ἀλλ' οὐδ' οὖρον ἀλίζεται ὑπὸ τῆς ἐς τὸ ἔντερον τῶν ὑγρῶν μεταχετεύσεως. Quod sequitur etiam aluum suppressum fuisse indicat. διόδου enim legunt meliora exemplaria, vt & lib.7. Epid. & interpretes. ἐν χολέρῃ autem (vt idem scribit) ἡ τῶν φερομένων ἐπίσχεσις, κακόν.

περὶ μαλθακὴ ἦλθε] Aretæus, ἢν δὲ ἐς πλεῖστον ἥκῃ τὸ κακὸν ἀταὶ ἱδροῖ ἄνθρωπος, χολὴ μέλαινα ἄνω καὶ κάτω. Interpretes κατέρρηξε legerunt, & lib.7. Epid. etsi potest κατέρρηξε retineri ex probatis exemplaribus, quod fecimus, & ad ægrum referri.

[79] Ανδρεφάνει] Sic legunt plæraq; exemplaria, quædam Ανδροθαλεῖ, vt lib.7. Epid. Caluus τὸ pro ἐπὶ legisse videtur. Repetitur porrò hæc historia ἐν τῷ μανίης λόγῳ, & ex hoc libro in medium profertur, vt & lib.7. Epid.

ταύτῃ ὑδεροποσίη] τούτῳ legendum aut postea κατακλιθεῖσα reponendum. Vitium autem subrepsit, quod lib.7. Epid. legatur φλεβοτομίη ἔρυσε ταῦτα.

θέρμη λεπτὴ] καὶ τὰ τῆς γλώττης παθήματα ὅμοια. θέρμη λεπτὴ legimus ex melioribus exemplaribus, & lib.7. Epid. etsi potest publicata lectio retineri, vt linguæ affectus calori similes essent, indeq; orirentur. Linguam namq; resiccatam, aridam & amaram denotat, & quæ nisi colluеretur, explicari non poterat. Sic lib.7. Epid. γλῶσσα εἰ μὴ διακλύσαιτο, ὑπὸ τραυλότητος ὑπὸ ξηρότητος dicitur. In peripneumonia autem adscribitur, θερμασίη ἡ μὲν ἐς τὸ ἔξω ἀμυδρὴ ὑγροτέρη. ἡ δὲ ἐς τὸ ἔνδον, ξηρή. θερμοτάτη, Aretæo.

φωνὴ περιπλευμονικὴ] φωνὴ περιπλευμονικὴ explicatur Galeno in Exeg. κερχνώδης stridula & asperitatem stridulam habens, hoc subindicato loco

cato loco. Indicare autem videtur voce defectum ægrum periisse, cum stertore & strangulatione, qualis est vox peripneumonia la- borantium. At certè incertum est, an his verbis huic ægro pulmonis inflammationem attribuat, quam multis etiam signis circum- scribit. Imprimis enim ἀφωνίη, λήρησις, ἄγνοια (quam adscribit lib.7.Epid.) ... peripneumoniam comitantur (vt scribit Aretæus cap.1.lib.2. περὶ ὀξ. παθ.) Veratri verò nigri potio melancholiæ affectum indicat, quod e- tiam attestari videtur ἐν τῷ περὶ μανίης λόγῳ, vbi istius ægri mentio fit. Deinde quod etiam linguam decolorem adscribit, quæ in peri- pneumonicis flaua est, & temporis progressu nigrescens (vt scribit Hipp. lib.2. de morb.) aut λευκὴ καὶ τρηχεῖα, vt scribitur in Coacis Præsagiis. Cæterùm ἄφωνος χλαρὰ legit Caluus.

ἀπὸ στήθεος] ἀποστάξις habent omnia ferè exemplaria quibus destillatio & defluxus significatur, quæ etiam secutus est Caluus. ... vitium subindicat lib.7.Epid. & exemplaris cuiusdam manu scripti, in quibus ἀπὸ στήθεος legitur. Quam lectionem cum Cornario se- cuti sumus.

80 τῷ Νικάνορος] Hoc exemplum repetitur lib.7.Epid. & ἐν τῷ περὶ μανίης λόγῳ, vt insigne melancholici affectus exemplum.

81 Δημοκλῆ:] Τιμοκλῆς scribitur lib 7.Epid. vbi hæc historia etiam longè clariùs scribitur. Vitiosa autem sunt exemplaria quæ λυσισωματεῖν pro λειποσωματεῖν (quod dissoluto & languido esse corpore significat, ἐκλελυμένον καὶ παρετὸν vocat Aretæus) legunt. Quæ fa- cè Caluum adduxerunt, vt pro λυσιᾷν sumeret.

82 τὰ πολλὰ ὥσπερ ἀστραπὴν] Istud plurimos biliosos humores sursum raptos in caput indicat, quibus concalescentibus & velut accensis spiritibus, ignei fulgores tanquam fulgetra ex oculis emicant, quod in exardescentibus ac furentibus cernitur. Ac tale quid in Coac. Prænotionibus in oculis damnatur, ἡ λαμπηδὼν ἔκθλιψις, velut splendoris cuibratio quædam & elisio. Neq; certè difficile ait phrenitidem aut conuulsionem suspectare, nisi naturæ robore per vomitum vacuatione aut purgatione esset succursum.

ἢ τῷ ὄπισθεν σπονδύλῳ] Haud dubium est vitium in cod. Germanicis publicatis quæ ἢ σπόνδυλον legunt. Quædam etiam exemplaria manu scripta Regia σπονδύλῳ habent cum Asulano, quædam etiam reconditiora σπονδύλων. At certè melior est & plausibilior lib.7. Epid. lectio, quam etiam cum interpretibus sequendam existimo, quamuis sic quoque stare potest lectio, vt ἐκ ὄπισθεν σπονδύλων ... legatur.

καὶ σκληρότης] Melior hic quoq; lib.7.Epid. lectio quam secuti sunt interpretes, etsi nulla consentiunt exemplaria manu scripta. Po- est legi καὶ σκληρότης ἀμφὶ τοὺς τένοντας, τοὺς ὀδόντας διοίγειν ἐπειρᾶτο ξυντεινόμενος. Vbi & διοίγειν potiùs quàm διωγεῖν legendum, quod ta- men habent omnia exemplaria, vt & γλυσίατο vitiosè pro γλισίατο, vt res ipsa clamat & legitur lib.7.Epid. Caluus longè aliam lectio- nem suis in exemplaribus legit, nec video quid illi hîc cum Abrotono.

83 Παρμενίσκῳ] Istud etiam repetitur & meliùs scribitur lib.7.Epid.

84 ὁ δὲ Κένωνος θεράπων] Scribitur quoque lib.7.Epid. sed corruptè vt satis apparet.

85 ἀργῆ] ἀργῆς ὄφις τις οὕτως ὀνομαζόμενος dicitur Galeno in Exegesi hunc locum haud dubiè subindicanti, quod & scribitur Vari- no. Est & draconis epitheton Hesychio, vt in eo quod citat ἀργὴν ... ὄφιν, vnde & Ἀργειφόντης Mercurius Pausaniæ dicitur in suo lexico ὀφιοκτόνος, quod ἄργην quidam appellant τὸν ὄφιν, vt refert Eustathius. Pro quo etiam ἀργᾶς aut ἄργας Dorice dicitur ... Hesy- chio ὄφις exponitur. Harpocration quoque annotat Dores ἀργᾶν vocasse τὸν ὄφιν. Timarchum tamen Rhodium scribere ἀργᾶν esse γένος ὄφεων, quod huc quidem magis quadrat. Addit etiam Hesychius Demosthenem nominatum ἀργᾶν, cuius rei meminit Plutarchus in Demosthene, sed ἄργας scribit. Sicque dictum est vero simile ob dictionis vehementiam, aut morum feritatem & amarulentiam. ἀργᾶς enim δεινότης exponitur Varino, & ... τρόπον. ἀργᾶν γὰρ τὸν ὄφιν ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι. Quomodo & hîc ἀργῆς quibusdam ... mi videtur adiectiuè. Porrò περίτεως legendum ex melioribus codicibus.

86 καὶ ὁ τοῦ πεωχαείο] Hoc ad melancholicos affectus refertur vt satis apparet, quibus Cononis famulam interiisse antea scripsit. ... eoque lib.7.Epid. & integriùs scribitur & meliore loco ponitur.

87 Τῷ Νικολάου παιδὶ, περὶ ἡλίου τροπὰς, ἐκ ποτῶν φρίξ. ... ἐς νύκτα πυρετὸς τῇ ὑστεραίῃ. ἔμετος χολώδης ἄ- κρητος, ὀλίγος. τῇ τρίτῃ ἀγορῆς ἔτι πλήρεος ἐούσης, ἱδρὼς διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἔληξεν. 88 Τῇ Διοπείθεος ἀδελφεῇ ἐν ἡμι- τριταίῳ. καὶ ἡ καρδίη περὶ τὴν λῆψιν ὀδύνη. καὶ ξυμπαρείπε- το ὅλην τὴν ἡμέρην. καὶ ἡ τοιαύτη καρδιαλγίη. καὶ τῇσιν ἄλλῃσι ... παραπλησίως, πλὴν ἀλλ' ὑπὸ πλειάδος δύσιν, ἀν- δράσι σπανιώτερα ἐγίνετο τὰ τοιαῦτα. 89 Τῇ Ἐπιχάρμου ... τοῦ τεκεῖν, δυσεντερίη ἦν ὁ πόνος σφοδρὸς. ὑποχώ- ρημα τὰ ὕφαιμα. μυξώδεα. τεκοῦσα παραχρῆμα ἰάθη. 90 Τῇ Πολεμάρχου ἐν ἀρθριτικοῖς ἰσχίου ἄλγημα ἐξ- ... αἰτίης γυναικείων μὴ γινομένων. ἡ φωνὴ ἴσχετο. νύκτα ὅλην μέχρις μέσης ἡμέρης. ἤκουε δὲ καὶ ἐφρόνεε, καὶ ἐσήμαι- νε τῇ χειρὶ, ὅτι περὶ τὸ ἰσχίον εἴη τὸ ἄλγημα. 91 Ἐπιχάρμῳ ὑπὸ πλειάδος δύσιν. ὤμου ὀδύνη. καὶ βάρος ἐς βραχίονα, νάρκη, ἔμετοι συχνοί, ὑδροποσίη. 92 Τῷ Εὐφράνορος παι- δὶ ... θηρίων ... δήγματα. ὀλί- γον δὲ χρόνον, τῇ ὑστεραίῃ ἐπυρέτηνεν. 93 Αὐχμοὶ πολλοὶ ... ζέφυρον ἐγένοντο, μέχρις ἰσημερίης φθινοπωρινῆς ὑπὸ κύνα, πνίγεα μεγάλα, θερμά. πυρετοὶ ἱδρώδεες. φύματα τοῖσι συχνοῖσιν ἐγένοντο. 94 Τύχων ἐν τῇ πολιορ- κίῃ περὶ Δάτον, ἐπλήγη ὑπὸ καταπέλτου ἐς τὸ στῆθος. ... ὀλίγον, γέλως ἦν περὶ αὐτὸν θορυβώδης. ἐδόκεε δέ ... ὁ ἰητρὸς ἐξαιρέων τὸ ξύλον, ἐγκαταλιπεῖν τι τοῦ δόρατος, ... τὸ διάφραγμα. δοκέοντος δὲ ... πρὸς τὴν ἑσπέρην ... κλυστῆρι καὶ ἐφαρμάκευσε κάτω. νύκτα διήγαγε τὴν πρώτην δυσφόρως. ἅμα ἡμέρῃ δὲ ἐδόκεε καὶ τῷ ἰητρῷ καὶ ... τοῖσιν ἄλλοισι βέλτιον ἔχειν. πρόρρησις ὅτι σπασμοῦ

87 Nicolai filio circa brumam ex compotationibus horror obort' est, sub nocté febris, postero die vomi- tus biliosus, syncerus, paucus. Tertio die frequenti ad- huc côcione sudore per totum corpus oborto, desiit. 88 Diopethis sorori semitertiana affectæ, sub acces- sionis tempus vehemés oris ventriculi dolor cõtigit, totoq; etiã die perseuerabat. Eiusmodiq; oris ventri- culi dolor reliquis mulierib. similiter cõtingebat. At- tamen sub Vergiliarum occasum talia viris rariùs cõ- tingebant. 89 Vxor Epicharmi ante partũ, intestinorũ difficultate laborabat, dolor vehemés aderat, alui re- crementa aliquantulũ cruenta, mucosa. Vbi peperis- set, cõfestim sanitati est restituta. 90 Polemarchi vxori articularibus doloribus vexatæ, vehemens quidã co- xendicis dolor cõtigit, cuius causa fuere minimè pro- fluentes menses. Per noctem totam ad meridiem vsq; vox intercepta fuit, audiebat tamen & mentis cõpos erat, manuq; indicabat ad coxendicẽ dolorẽ adesse. 91 Epicharmo sub Vergiliarũ occasum humeri dolor & ad brachiũ grauitas contigit, stupor aderat, crebræ vomitiones, & aquæ potio. 92 Euphranoris filio pu- stulę culicũ morsibus non absimiles eruperunt, verũ pauco tempore durauerunt, postridie febris inuasit. 93 Post fauoniũ ad autumnale Æquinoctiũ squallores multi contingebant. Sub canem æstus magni, venti calidi, febres in quibus ęgri sudoribus diffluebant, au- rium tubercula multis aderant. 94 In oppugnatione circa Datum Tychon catapultæ in pectus vulnus ac- cepit, paruoq; post interuallo risus ei aderat cum per- turbatione. Videbatur autem Medicus cùm lignum eximeret, circa septum transuersum hastilis partem aliquam reliquisse. Cumque sub vesperam ei dolor commotus esset, infusum per clysterem & medica- mentum aluum deiiciens exhibuit. Primam noctem ... placidè transegit. Sub diluculũ verò & medico & reliquis meliùs habere visus est. Prædictũ est cõuulsione

accedente celeriter periturum. Poſtea ergo nocte implacidus, inſomnis, in ventrem plærumq; recumbens, ſub tertij diei exortum conuulſione tentatus, tũ temporis mortuus eſt. 95 Billo in dorſum vulnerato ſpiritus multus cum ſtrepitu ex vulnere prodiit, & ſanguis multus prorupit. Deligato verò medicamento quod cruentis vulneribus adhibetur, ſanatus eſt. 96 Philes puerum ex oſſe denudato in fronte, nono die febris detinuit, os liuorem cõtraxit, mortuus eſt. 97 Et Phaniæ & Euergetæ liberis, liuore contactis oſſibus febreque detentis, cutis ab oſſe diſceſſit, neque pus comparuit. 98 Ariſtippo ſagitta in ventriculum magna vi & grauiter impacta, vehemens ventris dolor celeriterque ardor aderat, nihil deorſum demittebat, incontinenter corpus iactabat, bilioſa abundè colorata vomitione reiiciebat, poſteaque meliùs habere videbatur, rurſuſque paruo interiecto tempore dolores vehementer corripuerunt, venterque velut in inteſtini tenuioris morbis affectus erat, calor, ſitis aderat, & intra ſeptem dies vitam cum morte commutauit. 99 Neapolis verò ex ſimili vulnere eodem modo affectus fuit. Ex acri autem per clyſterem infuſo aluus affatim prorupit, colore tenui, pallido, nigricante ſuffuſus eſt, oculis erat ſqualidis, ſplendidis, intus reuolutis & defixis. 100 Metrodori puero ex dentis dolore maxillæ ſyderatio, & ſupercreſcens in gingiuis caro, ac moderata ſuppuratio contigit, tum molares, tum maxilla ipſa deciderũt. 101 Abderæ mulieri cuidam carcinoma in pectore extitit, & ex papilla ſanies ſubcruenta effluebat, intercepta autem fluxione mortua eſt. 102 Ex fluxione quæ ex dimidia capitis parte contingit, quidam dolebant, & per nares humore ſecedente, moderatè febricitabãt, tandemque quinta die perfrigerabantur. 103 In partu concuſſæ circa pectus & latera dolor obortus erat, excreatio purulenta, tabes ſubſtitit, ſex dies febris detinuit, dehinc rurſus alui profluuia, ceſſatio, febres, alui conſtipatio accidit, tandemque ſeptima die mortua eſt. 104 Anginoſæ manus dextra & crus doluit, leuis febris detinebat, ſuffocatio tertio die remiſit, quarto conuulſione tentata & voce capta fuit, ſtertebat, dentes conterebat, malarum rubor aderat, quinto aut ſexto die mortua eſt. Signum ad manum ſubliuidum apparuit. 105 Et alia quædam ex palato ſtertorem emittebat, lingua reſiccabatur, pulmonis inflammatio aderat mente conſtans mortua eſt. 106 Olynthi quoq; quidam aqua inter cutem laborans, repente voce captus eſt, per diem ac noctem mente captus mortuus eſt.

γυμνωθέντος, ταχέως ἀπολεῖται. τῇ γοῦν ἐπιούσῃ νυκτὶ, ἀδύσφορος, ἄγρυπνος. ἐπὶ γαστέρα τὰ πολλὰ κλινόμενος. τῇ τρίτῃ ἅμ' ἡμέρῃ ἐσπάσθη. καὶ τηνικαῦτα ἐτελεύτησεν. [95] Τῷ βίλλῳ πληγέντι ἐς τὸ νῶτον, τὸ πνεῦμα πουλὺ κατὰ τὸ τρῶμα μετὰ ψόφου ἐχώρεεν. ἠμορράγει. τοῦ δὲ ἐναίμῳ καταδεθεὶς ἰάθη. [96] Τῷ τῆς φίλης παιδὶ, ψιλώματος ἐν μετώπῳ γενομένου, ἐνναταίῳ πυρετὸς ἔσχεν. ἐπελιάνθη δὲ ὀστέον. ἐτελεύτησεν. [97] Καὶ τοῦ φανίου καὶ τοῦ Εὐεργέτου, πελιαινομένων τῶν ὀστέων καὶ πυρεταινόντων, ἀφίσταται δὲ δέρμα ἀπὸ τοῦ ὀστέου καὶ πῦον οὐ φαίνεται. [98] Ἀρίστιππος ἐς τὴν κοιλίην ἐτοξεύθη ἄνω βίῃ χαλεπῶς. ἄλγος κοιλίης δεινόν. καὶ ἐπιμπρατο ταχέως. κάτω δὲ οὐ διεχώρεεν. ἀσώδης ἦν. χολώδεα κατακορέα. καὶ ὅτε ἐπήμεσεν ἐδόκει ῥήϊον εἶναι. μετ' ὀλίγον δὲ πάλιν τὰ ἀλγήματα δεινά. καὶ ἡ κοιλίη ὡς ἐν εἰλεοῖσι. θέρμαι, δίψαι. καὶ ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἐτελεύτησεν. [99] Ο δὲ Νεάπολις πληγεὶς ὁμοίως ταῦτ' ἔπασχεν. κλυσθέντι δ' ἐν δριμεῖ, κοιλίη κατερράγη. χρῶμα κατεχύθη λεπτὸν, ὠχρόν. μέλαν ἐόν. ὄμματα αὐχμηρά. καθαρώδεα. ἐνδεδινημένα ἀτενίζοντα. [100] Τῷ Μητροδώρου παιδὶ ἐξ ὀδόντος ὀδύνης, σφακελισμὸς τῆς γνάθου. καὶ οὔλων ὑπερσάρκωσις, μετρίως ἐξεπύησεν. ἐξέπεσον δὲ γόμφοι καὶ ἡ σιαγών. [101] Γυναικὶ ἐν Ἀβδήροισι, καρκίνωμα ἐγένετο περὶ τὸ στῆθος. καὶ διὰ τῆς θηλῆς ἔρρεεν ἰχὼρ ὕφαιμος. ἐπιληφθείσης δὲ τῆς ῥύσεως ἔθανεν. [102] Ἐκ καταρρόου κατὰ τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς ἐπόνεον καὶ κατὰ ῥῖνας ὑγροῦ χωρέοντος, πυρέταινον ἐπιεικέως. ἐν τῇσι πέντε ἡμέρῃσι, περιέψυχον. [103] Τῇ ἐν τόκῳ σεισθείσῃ, ἄλγημα περὶ στῆθος ἐγένετο καὶ πλευρόν. ἀποχρέμψιες πυώδεες. φθίσις κατέστη. ἓξ ἡμέρας δὲ πυρετοί. πάλιν διάρροια. παῦσις. πυρετοί. κοιλίη ἔστη. καὶ περὶ ἡμέρας ἑπτὰ ἔθανεν. [104] Ἡ κυναγχικὴ χεῖρα δεξιὴν καὶ σκέλος ἤλγησε. πυρετὸς ἐπεῖχε βληχρός. ὁ δὲ πνιγμὸς τριταίη ἐχάλασεν, τετάρτη σπασμώδης, ἄφωνος. ῥέγχος. ὀδόντων συντριψις. γνάθων ἔρευθος. ἔθανε πεμπταίη ἢ ἑκταίη. σημεῖον περὶ χεῖρα ὑποπέλιον. [105] Καὶ ἑτέρη ἐπὶ τοῦ ὑπερῴου ῥεγχώδης. γλῶσσα ξηρή. περιπλευμονίη. ἔμφρων ἔθανεν. [106] Καὶ ἐν Ὀλύνθῳ ὑδρωπικὸς, ἐξαίφνης ἄφωνος, ἔκφρων νύκτα καὶ ἡμέρην, ἔθανεν.

87 τῷ Νικολάου παιδὶ] Videtur imperfecta eſſe hiſtoria quæ lib. 7. Epid. integra legitur. Iſtud ſatis ἔλυξεν indicare videtur, qu[i] de febre accipi videtur.

88 τῇ Διοπείθεος] Scribitur hæc hiſtoria etiam lib. 7. Epid. paulò aliter. Vnde quoq; pro καρδίῃ hîc καρδιαλγίη legendum appa[ret]. Caluus etiam aliam paulò lectionem, neque tamen improbandam ſecutus videtur.

89 τῇ Ἐπιχάρμου] Scribitur quoque hoc exemplum lib. 7. Epid. Plæriſque verò vterum gerentibus inteſtinorum difficultas [fe]bris eſt, idque vt crebrum eſt in opere medico, ita μεταθέσιος ratione medela conſequi videtur.

90 τῇ Πολεμάρχου] Hoc etiam exemplum paulò aliter ſcribitur lib. 7. epid.

91 Ἐπιχάρμῳ] Sic legunt meliora exemplaria manu ſcripta, vt etiam lib. 7. Epid. Quædam etiam ἐπιχάρμου. ὤμου verò ex meli[ori]bus codicibus legendum, vt libro quoque 7. Epid. etſi vulgata lectio ferri poteſt. Quædam exemplaria ὤμου ὀδύνη καὶ βάρος, ἐς βραχίονα νάρκη, habent, quæ ſecutus videtur Caluus. Alia pro νάρκη, ἄση habent, vt lib. 7. Epid. quæ ſecutus eſt Cornarius.

92 τῷ Εὐφράνορος] Εὔφρων legitur lib. 7. Epid. vbi vitioſè ſcribitur hæc hiſtoria, & ex hoc loco reponenda. Quod ſequitur ἴσον χρόνον, paruo tempore perſeueraſſe puſtulas & apparuiſſe ſignificat, introque receſſiſſe, quæ mala ſunt omninò puſtularum indi[ci]a, ideoque poſtridie febricitaſſe ſcribit. Caluus etiam alium ſenſum ſecutus eſt, ſubitoque erupiſſe ſignificat.

93 Αὐχμοὶ πολλοὶ] λυγμοὶ legunt publicata exemplaria, ſed αὐχμοὶ lego ex lib. 7. Epid. ex melioribus exemplaribus manu ſcr[ipt]is & πνεύματα θερμά.

94 τύχων] Scribitur etiam hoc exemplum in fine lib. 7. Epid. Datum autem vrbs eſt Thraciæ Stephano, cuius meminit Herodotus. Septi autem tranſuerſi vulnus lethale eſt, ex placito 18. lib. 6. & Coacis Præſagiis, eoque læſo conuulſionis metus imp[endet], præcordia ſurſum contrahuntur (vt ſcribit Celſus) ſpiritus rarus eſt & magnus (vt annotat * Paulus) ſpina dolet, ſanguis ſpu[ma]ns fertur, vixque ad ſanitatem peruenitur. θορυβώδης autem γέλως corporis etiam totius & mentis perturbationem reſpicere vi[detur] aut riſus ſpeciem, quam traiectum diaphragma mouet (vt ſcribit † Ariſtot.) Quod certè ad riſum Sardonicum refertur, & [...]

A uulsionem quæ contracto diaphragmate excitatur, neruis qui ex tertia & quarta colli vertebra in maxillas & labia deducuntur, qua parte septum contingunt, conuulsis.

* *Cap. 88. lib. 6.* † *Cap. 10. lib. 3. de part. animal.*

δοκέοντες] Sic ferè legunt omnia exemplaria: quod etsi ferri potest, δοκέοντος tamen meliùs ex lib. 7. Epid. legatur, nosque eam lectionem secuti sumus.

[95] τῷ Σίμω]Scribitur hæc quoque historia lib. 7. Epid. sed aliter & vitiosè. Ad thoracem autem vulnus subiisse istis verbis significat. Quædam exemplaria manu scripta καὶ τῷ δυσλύτω ξυμέβη τι ἰαῦτα, in fine addunt, quæ secutus videtur Caluus. Sed hæc ex lectione lib. 7 Epid. deprompta & vitiosè transposita videntur, sequentique ægro adiicienda. Quam lectionem sequitur Cornarius.

[96] τῷ ...] Paulò aliter repetitur lib. 7. Epid.

[97] καὶ τῷ φαρίῳ] Videtur defecta esse historia, integrè tamen & aliter scripta lib. 7. Epid.

[98] Λεύσιππος] Scribitur etiam lib. 7. Epid. Illud autem αὐω βίη χαλεπῶς, ad ventriculum retuli cum interpretibus, etsi αὐω idem quod ἐπ' αὐω significare potest. Deinde ἤμεσε χολώδεα κατακορέα, & ἡ κοιλίη ὁμοίως ἐμπαρεστι ὡς ἐν ἐλκώσει, ex lib. 7. Epid. intelligendum. Bilis autem syncera vomitio lethale vulnus indicauit, quòd scribatur in Coacis Præsag. ἐπὶ τραύματι χολῆς ἐμετος ἐπιγιγνόμενος, κακόν. κακὸν enim illic lethale significat.

[99] ὁ ἐκ Νεαπόλιος] Istud quoque repetitur lib. 7. Epid. Vnde etiam ὄμματα κραδέα legerunt interpretes consentientibus quibusdam exemplaribus, vt oculos defixos & immotos, ac stupore rigidos indicet, quales catalepsi aut catocho laborantibus visuntur. κραδάδεα tamen plæraque retinent exemplaria, quod ferri quoque potest, & ad insaniæ prædictionem referri, velut ἐκλαμβάνοντες ἀτενὲς ὀφθαλμοὶ, in phreniticorum indiciis scribuntur in Coacis Præsagiis. Quo etiam referuntur ἐνδεδινημένα καὶ ἀτενίζοντα ὄμματα. ἐνδεδινημένα autem διεστραμμένα exponit Erotianus, istos locos subnotans. Quod sequitur, ἐν καρδίῃ, etsi perbelle quadrare potest, vt ad oris ventriculi dolorem referatur, vitiosè tamen huc irrepsit, vt satis patet ex lib. 7. epid. etsi plærisque manu scriptis exemplaribus testatum sit. Aut certè in sequentem historiam relegandum, quemadmodum legitur lib. 7. Epid. Adeoque ridiculum est quod ἀτενίζοντα ἐν καρδίῃ quidam ferri testantur, quod etiam fecit Cornarius.

[100] τῷ Μητροδώρου παιδὶ]ἐν καρδίῃ τῷ Μητροδώρου παιδὶ legunt ferè omnia exemplaria, quemadmodum etiam libr. 7. Epidem. Quæ lectio etsi constare potest, reconditiores tamen membranas secuti sumus. Vitiosa quoque sunt exemplaria quæ ὕρων pro ὅλων habent, vt & ὑποφαίνοντος legendum apparet, etsi ὑποσπῶντος in omnibus obtinuit. Ista autem omisit Caluus.

[101] γυναικὶ ἐν Ἀβδήροισι] Scribitur etiam hoc exemplum lib. 7. Epid. paulò melioribus verbis. Hîc namque ἐπιλήφθεισης pro ἐπιληφθείσης legitur, quod vitiosè quoque Asulano in codice legitur, & θηλῆς pro θηλέος. Carcinoma autem sæpè in mammis, facie, naribus, labris & auribus fit, vt scribit Celsus, lib. 5.

[102] ἐκ κατάρρου] Apparet imperfectam esse sententiam & particularem quandam obseruationem ex aëris quadam circumscriptione, quæ grauato cerebro destillationes plurimas in fauces, nares, aures, partesque subiectas procreabat, cum vario discrimine. Quibusdam igitur dimidia capitis parte laborante, humoreque per nares concedente, & in partes demissas irruente, ex humoris qualitate, febris mediocris & totius corporis perfrictio contigit. Istaque sententia integra repetitur libr. 7. Epid. vnde tota explicatio desumenda est.

[103] τῇ ἐν πόνῳ σεισθείσῃ] Repetitur hæc historia lib. 7. Epid. vbi Simi coniux esse scribitur, quod quædam exemplaria addiderunt, quæ secutus est Caluus. σεισθεῖσῃ autem dubium adfert, num violento tactu concussa fuerit, an verò ad puris explorationem quanam parte lateat, concussione opus fuerit, velut in purulentis fieri præcipit Hippocrates libris de morbis, quos σεισμοὺς passim vocat, vt in Cois Præsagiis scripsimus. Et certè purulentam fuisse & tabe conflictatam satis apparet. Illud autem φθίσις καθίση tabem quieuisse ac compositam fuisse, purulentaque sputa aliquantulum sedata fuisse indicat, vt ex lib. 7. Epid. clariùs apparet. Caluus alium substitisse omisit.

[104] ἡ κυναγχικὴ] Scribitur quoque lib. 7. Epid. paulò aliter. Vitium autem subesse in omnibus exemplaribus videtur, quæ ἑβδόμῃ pro πέμπτῃ legunt, cùm quinto aut sexto die perierit, videturque ex facili notarum lapsu vitium esse factum, cum pro ε΄ ζ΄ scriptum sit. Quod etiam diligenter animaduertit Cornarius.

[105] καὶ ἑτέρη] Id quoque scribitur lib. 7. Epid. inter peripneumoniæ exempla, & cuidam peripneumonico meliore fortuna tribuitur. ἔμφρων autem hîc lego ex lib. 7. Epid.

[106] καὶ ἐν ἐλωδέσι] Hæc desunt in quodam exemplari manu scripto Regio, & reponuntur libr. 7. Epid. inter hydropicorum exempla.

HIPPOCRATIS COI, MEDICORVM LONGE PRINCIPIS, DE MORBIS VVLGARIBVS, LIBER SEXTVS.

Nunc recens post Galeni Commentarios, Interpretatione Latina donatus, & Annotationibus illustratus

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico, &c.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΕΚΤΟΝ.

HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS LIBER SEXTVS.

SECTIO PRIMA.

QVI ex fœtus corruptione & vteri tumoribus ad capitis grauitatem deueniunt, iis ad syncipüt dolores maximè fiunt, & in reliquis vteri doloribus, iis octo aut decem mensibus in coxendicem morbus desinit.

2 Eorum qui acuminato sunt capite, partim quidem valida sunt ceruice, qui cùm cæterorum membrorum, tum etiam ossium robore præstant, partim verò capitis doloribus & aurium fluxionibus tentantur, quibus oris palatum cauum est, & dentes permutatim variant.

3 Quibus ex palato os discessit, iis medius desidit nasus. Quibusdam verò, qua ex parte dentes procedunt, summus nasus simus efficitur.

4 Puerorum fulgores cum pubertate in quibusdam mutationes habent, atque etiam alias.

5 Ad renem doloris grauitas vrget cum cibo implentur, pituitamq; vomitione reiiciunt, vbi verò dolores plurimùm exercuerint, æruginosa, & leuiùs quidem habent. Liberãtur autem doloribus vbi cibi vacuanti fuerint, arenulæq; fuluæ subsident, & cruentá vrinam reddunt, femoris quod è directo respondet, stupor sentitur. Quieté agere non conducit, sed exercitationes, non repleri. Iuuenibus veratrum exhibere oportet, poplitem cædere, vrinam cientibus vacuare, attenuare ac emollire.

6 Menstruæ purgationes aquosis mulieribus longo tempore perseuerant. Quòd si non celeriter prodeunt, tumoribus conflictantur.

7 Cranone dolores inueterati frigidi, recentes verò calidi, eorumq; plæriq; à sanguine fiebant. Qui etiam ex coxendice frigidi.

8 Affectus qui ad vehementes rigores tendunt, ferè non nisi propè vigorem mitescunt.

9 Rigorem vrinarum suppressiones præcedere solent, si cum bonis signis processerint, & aluus permeet, somnique affuerint. Quinetiam febris genus, ac forsitan etiam quæ ex lassitudinibus contingunt in considerationem adhibenda sunt.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

1 Ὁκόσῃσιν ἐξ ἀποφθορῆς περὶ ὑστέρην καὶ οἰδημάτων ἐς καρηβαρείην τρέπεται, κατὰ δὲ βρέγμα ὀδύναι μάλιστα. καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀπὸ ὑστερέων, ταύτῃσιν ἐν ὀκτὼ ἢ δέκα μησὶν, ἐς ἰσχίον τελευτᾷ.

2 Οἱ φοξοὶ, οἱ μὲν καρτεραύχενες, ἰσχυροὶ καὶ τἆλλα καὶ ὀστέοισιν. οἱ δὲ κεφαλαλγέες, καὶ ὠτόρρυποι. τούτοις ὑπερῶαι κοῖλαι, καὶ ὀδόντες παρηλλαγμένοι.

3 Ὅτοισιν ὀστέον ἀπὸ ὑπερώης ἀπῆλθε, τουτέοισι μέση ἵζει ἡ ῥίς. οἷσιν δὲ ὅθεν οἱ ὀδόντες ἄκρη σιμοῦται.

4 Αἱ τῶν νηπίων ἐκλάμψιες ἅμα ἥβῃ, ἔστιν οἷσι μεταβολὰς ἴσχουσι καὶ ἄλλας.

5 Ἐς νεφρὸν ὀδύνη βαρεῖα. ὅταν πληρῶνται, σῖτοι ἐμέουσί γε φλέγμα. ὅταν δὲ πλεονάζουσιν αἱ ὀδύναι ἰώδεα. καὶ ῥᾴους μὲν γίνονται. λύονται δὲ ὅταν σίτου κενωθῶσι. ψαμμία τε πυῤῥὰ ὑφίστανται. αἱματώδεά τ' οὐρέουσι. νάρκη μηροῦ τοῦ κατ' ἴξιν. ἐλινύειν οὐ ξυμφέρει ἀλλὰ γυμνάσια μὴ ἐμπίπλασθαι. τοὺς νέους, ἐλλεβορίζειν. ἰγνύην ταμνεῖν. οὐρητικοῖσι καθαίρειν. λεπτῦναι καὶ ἁπαλῦναι.

6 Γυναικεῖα τῇσιν ὑδατινούσῃσιν ἐπιπολὺ παραμένει. ὅταν δὲ μὴ ταχύνῃ, ἐποιδέει.

7 Ἐν Κρανῶνι αἱ παλαιαὶ ὀδύναι ψυχραί. αἱ δὲ νεαραὶ, θερμαί. αἱματίαι αἱ πλεῖσται. καὶ τὰ ἀπὸ ἰσχίου ψυχρά.

8 Τὰ ἐς ῥίγεα ἰσχυρὰ ἐόντα, οὐ πάνυ τι πρηΰνεται ἀλλ' ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς.

9 Περὶ ῥίγεος αἱ ἐπισχέσιες τῶν οὔρων, ἢν ἐκ χρηστῶν ἴωσιν, καὶ κοιλίην ὑποδιέλθῃ, καὶ ὕπνοι ἐπίωσιν. ἴσως δὲ καὶ ὁ τρόπος τοῦ πυρετοῦ. ἴσως δὲ καὶ τὰ ἐκ κόπων.

10 Ἀπος

10 Ἀποστάσιες οὐ μάλα οἷσι ῥίγεα.

11 Αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλυνώσιες, οἷσιν ἢ πρὸ νόσου ὁδοιπορήσαντι, ἢ ἐκ νόσου αὐτίκα διὰ τὶ ἴσως δ' ἐκ κόπων, εἰς ἄρθρα ἀπέστη. διὸ καὶ τῶν σκελέων ἐκθηλυνώσιες.

12 Φύματα ἔξω ῥέποντα, καὶ τὰ ἀπόξεα καὶ κορυφώδεα, καὶ τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα, καὶ μὴ περίσκληρα, καὶ κατάρροπα, καὶ μὴ δίκραια ἀμείνω. τὰ δ' ἐναντία κακά. καὶ ὅσα πλεῖστα ἐναντία, κάκιστα.

13 Τὸ θηριῶδες φθινοπώρου καὶ αἱ καρδιαλγίαι, καὶ τὸ φρικῶδες, καὶ μελαγχολικόν.

14 Πρὸς τὰς ἀρχὰς τοὺς παροξυσμοὺς σκέπτεσθαι, καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ νόσῳ, οἷοι πρὸς δείλην παροξύνεσθαι. καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐς δείλην καὶ αἱ ἀσκαρίδες.

15 Νηπίοισι βηχίον, ξὺν γαστρὸς ταραχῇ, καὶ πυρετοῖς ξυνεχεῖ, σημαίνει μετὰ κρίσιν διμηνιαίῳ τὸ ξύμπαν εἰκοσταίῳ, καὶ οἰδήματα ἐς ἄρθρα. καὶ ἢν μὲν κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ καταστῇ, τὰ ἄνω ἐν τοῖσι κάτω ἄρθροισιν ἀγαθόν. ἢν δὲ ἄνω, οὐχ ὁμοίως λύει πλὴν οὗ ἂν μὴ ἐκπυήσῃ. τὰ δὲ ἐν ὤμοισιν ἐκπυεῦντα, τοῖσι τηλικούτοισι γαλιάγκωνας ποιέει. Λύσειε δ' ἂν καὶ ἑλκυδρίων κάτω ἔκθεσις, ἢν μὴ στρογγύλα καὶ βαθέα ᾖ. τὰ δὲ τοιαῦτα ὀλέθρια καὶ ὅμως παιδίοισι. Καὶ αἷμα λύσειεν ἂν ῥαγέν. μᾶλλον δὲ τοῖσι τελειοτέροισιν ἐπιφαίνεται.

16 Δάκρυον ἐν τοῖσιν ὀξέσι τῶν φλαύρως ἐχόντων. ἑκόντων μὲν, χρηστόν. ἀκόντων δὲ, προρρέον κακόν. καὶ οἷσι περιτείνεται βλέφαρα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ τὸ ἐπιξηραινόμενον, οἷον ἄχνη. καὶ τὸ ἀμαυρὸν, καὶ αὐχμηρὸν, κακόν. καὶ οἱ ῥυτιδούμενοι ἔνδοθεν. καὶ οἱ πεπηγότες. καὶ οἱ μόλις στρεφόμενοι. καὶ οἱ ἐνδεδινημένοι, καὶ τἆλλα ὅσα παρεῖται.

17 Πυρετοὶ, οἱ μὲν δακνώδεες τῇ χειρί. οἱ δὲ πρηέες. οἱ δ' οὐ δακνώδεες μὲν, ἐπιδιδόντες δέ. οἱ δ' ὀξέες μὲν, ἡσσώμενοι δὲ τῆς χειρός. οἱ δὲ περικαέες εὐθέως. οἱ δὲ διὰ παντὸς βληχροί. ξηροί. οἱ δὲ ἁλμυρώδεες. οἱ δὲ πεμφιγώδεες ἰδεῖν δεινοί. οἱ δὲ πρὸς τὴν χεῖρα νοτιώδεες. οἱ δὲ ἐξέρυθροι. οἱ δὲ πελιοί. οἱ δὲ ἔξωχροι. καὶ τἆλλα τοιουτότροπα.

18 Αἱ ξυντάσιες τοῦ σώματος. καὶ αἱ σκληρυσμοὶ τῶν ἄρθρων, κακόν. καὶ αὐτὸς διαλελυμένος, κακός. καὶ αἱ κατακλάσιες τῶν ἄρθρων, κακαί.

19 Ὄμματος θράσος παρακρουστικόν. καὶ ἔρριψις καὶ κατάκλασις, κακόν.

10 Quibus rigores fiunt, nil ferè abſcedere ſolet.

11 Crurum effœminationes, veluti ante morbum; aut ſtatim ex morbo iter facienti fiunt, atque ideó fortaſſis quòd ex laſſitudinibus aliquid in articulos abſceſſit, ex quo etiam crurum effœminationes.

12 Tubercula meliora æſtimanda ſunt quæ foras protuberant, & in acutum ſublata ſunt ac faſtigiata; æquabiliterque matureſcentia, neque in ambitu dura, & deorſum tendentia, neque bifida: contraria verò mala, quæq; plurimum diſtant ea peſſima.

13 Autumnus ſua feritate & malignitate interaneorum animalia gignit, & oris ventriculi dolorem, ac febres horroris ſenſu inſignes, atramque bilem.

14 Ad dignoſcenda principia acceſſiones in conſiderationem adhibere oportet, ac in omni morbo quale eſt ſub veſperam acceſſiones moueri, & num annus in veſperam vergat, ac lumbrici tenues, aſcarides dicti, tum moueantur.

15 Tuſſicula infantes ſi prehenderit cum ventris perturbatione & febre aſſidua, indicat poſt iudicationem bimeſtri, in totum vigeſimo die, ad articulos etiam tumores fore. Qui quidem ſi è ſuperioribus partibus infra vmbilicum in inferioribus articulis conſtiterint, probari debent. Si verò in ſuperioribus partibus, non æquè morbum tollunt, niſi pus collegerint. Quòd ſi in humeris ſuppurationes faciant, tum tantula ætate iuſto breuiora & tenuiora brachia efficiunt, (Græci galianconas quaſi muſtelæ cubito præditos vocant.) A morbo quoque liberabit vlcuſculorum in inferiores partes eruptio, dum rotunda non ſint, neque altè inſederint. Huiuſmodi namque tum maximè pueris pernicioſa ſunt. Soluet etiam morbum & ſanguinis profluuium, quod potiùs in natu grandioribus apparet.

16 In morbis præcipitibus, vbi malè habent ægri, vltro quidem profluens lachryma, bono eſt, inuitis verò malum denunciat. Quibus etiam palpebræ circumtenduntur, malum ſignificatur. Malum quoque quod in oculis inareſcit, tenuiſſimæ lanugini aut aquarum aſpergini ſimile, quæ ἄχνη dicitur. Oculorum denique heberatio ac retuſio, & ſqualor, malum denunciat, quique intro corrugantur, qui concreti ſunt, ac ægrè vertuntur, & intro iunt conuoluti, quæq; alia prætermittuntur.

17 Febrium partim quædam manui mordaces apparent, quædam verò mites. Partim verò quædam minimè mordaces apparent, increſcentes tamen. Aliæ autem acutæ quidem, at quæ tamen manui cedant. Partim verò confeſtim exardeſcunt, aliæ autem in totum debiles apparent & aridæ. Quædam etiam ſalſæ, nonnullæ verò flatulentæ, aſpectu horrendo, aliæ tactui madentes. Aliæ quoque prærubræ, quædam etiam liuidæ, quædam præpallidæ, aliaque id genus.

18 Corporis diſtentio & articulorum duritas malo eſt, ipſeque æger exolutus, & artuum perfrictionis, malum portendunt.

19 Oculus ferox & truculentus delirium portendit, crebra quoque eiuſdem ac inordinata proiectio ac perfractio mala eſt.

[1] καὶ ὅπου ἄλλαι ἀπὸ ὑστερέων] Id ad reliquos ex vteri affectibus dolores refert Galenus, qui ſimiliter in ſinciput redundant. Quam ſententiam ſecuti ſunt omnes interpretes, eoque nos quo ad potuimus verſionem noſtram accommodauimus. Poteſt quoque & ad reliquos vteri dolores & affectus referri, qui abſceſſuum quodam depoſitu, iudicatoriè in coxendicem decumbunt. Quod etiam ſubindicare videtur his verbis * Galenus, [Greek illegible]. Quam in notionem etiam accipiendum quod ſcribitur lib. 2. † Epid. ἐξ ὑστέρης ἐν τῷ ἰσχίῳ τὰ τῶν κρίσεων. Quem locum ſubnotat etiam Galenus in Commentario. In quo etiam vt obiter moneam, τὰς παρὰ φύσιν ἀποστάσεις non rectè ſumpſiſſe mihi videntur Galeni Interpretes, cùm de tumoribus præter naturam, & abſceſſibus quæ iudicatione quadam in coxendicem decumbunt, intelligi debeant, vt ſatis ex Galeni & interpretum quos reprehendit mente cuius patet. Cuius quoque ſenſus ſubmonuimus noſtris in lib. 2. Epid. Commen-

tariis. Qua sententia permoti, hunc etiam locum sic verti posse non ambigimus. Atque in reliquis vteri doloribus, iis octo aut decem mensibus in coxendicem morbus desinit. Sed certè etiam Galeni sensis aptanda nostra fuit versio, & postremus hic sensus non negligendus. Et vtrumque in nostra versione respiciendum fuit. At certe vterum in coxendicem, lumbos & ilia decumbere, frequens est in Hippocratis scriptis, quod etiam apparet in ægro 2. lib. 3. Epid. post st. pest. Quod dicitur de aliis capitis affectibus qui ex vtero contingunt, eos ad sinciput ferri, id eatenus accipiendum vt etiam alias capitis partes, ac præcipuè occiput, tentare videantur. Quod etiam in histericis mulieribus ac vteri strangulatibus conspicuum est.

* *In Commentario.* † *Sect.* 1.

[2] οἱ φοξοὶ] φοξὸς dicitur Homero ὀξυκέφαλος, vt interpretatur Iulius Pollux & Hesychius, qui acuminato & fastigiato est capite, sed præcipuè (vt scribit Galenus) qui capitis acumen admodum habet fastigiatum & vehementer acutum, atque adeo indecorum, qualem fuisse Thersiten scribit Homerus Iliad. 2. φοξὸς ἔην κεφαλήν. φοξὸς Varino dicitur, ὁ ἔχων τὴν κεφαλὴν εἰς ὀξὺ λήγουσαν, quasi φλοξὸς ex flammæ similitudine, quod quæ incensa sunt & flammea in pyramidem fastigiantur Aristoteli in Physiognomicis, οἱ τὰς κεφαλὰς φοξοί, ἀναιδεῖς dicuntur. Erotiano verò φοξοὶ οἱ ὀξυκέφαλοι καὶ προμέτωποι explicantur.

[3] οἷσιν δὲ ὀδὲν οἱ ὀδόντες] Hæc extrema aphorismi pars de summi nasi simitate & latitudine sumi videtur, cùm prior medij nasi cauitatem & subsidentiam indicet, quæ proprio quodam modo σιμότης dicitur, vt indicat † Galenus & Iulius Pollux his verbis, ἐπὶ δὲ τοῦ σιμοῦ φαίης ἂν ὡς ἐστιν ὁ ῥὶς ἐκ μέσου κοίλη. Sensus est igitur quibus ex palato os discedit vlcere exesum, iis medium nasum deprimi. Quibusdam etiam summum nasum latum & simum fieri, quod ea pars ad quam dentium incisorum extrema pertingunt, nempe narium interstitium, subsidat & deprimatur, interdumque etiam primores dentes excidant, vt exemplo pueri cuiusdam lib. 4. Epid. patet, vbi huius quoque sententiæ mentionem fecimus. ἄκρη igitur de summo & extremo naso sumi debet (σφαίρειον Rufo & Polluci & ἀκροῤῥίνιον dicitur) vt τῇ μέσῃ respondeat, quemadmodum lib. 4. Epid. his verbis exprimitur, ὧν μὲν ἐκ τῆς ὑπερῴης ἀπηρχέθη, μέση ἵζει ἡ ῥίς. ὧν δὲ οἱ ἄνω ὀδόντες οἱ ἐμπροσθεν, πλατεῖα ἄκρη. hoc est, Quibus quidem os à palato discedit, iis medius desidet nasus. At quibus superiores primores dentes, iis summus nasus latus est. Huius verò sententiæ principium scribitur ab Hippocrate in Vectiario quem Mochlicum vocant. hoc est, de ossium per molitionem impellendorum ratione, & subnotatur ab authore Medici his verbis, ἀλλὰ κἂν ἐξ ὑπερῴας μέση ἵζει ἡ ῥίς, ὥς φησι, σιμοῦται ἀθεράπευτος. hoc est, Verùm si ex palato medius desidit nasus (vt inquit) resimus euadit & insanabilis est. Caluus ἐκπίπτωσιν ὀδόντες atque longè aliter legisse videtur. Cæterùm os illud quod nasi foramina intersecat, velut interseptum quoddam, διάφραγμα Galeno dicitur & Rufo & Polluci. Medici verò authori κίων. Etsi κίων significat Rufo & Polluci τὸ περὶ τὸ διάφραγμα τῆς ῥινὸς σαρκῶδες ἐπὶ τὸ χεῖλος καθῆκον, carneum illud ante nasi septum ad labia perueniens. Atque nititur os illud alio quodam osse tenui, quod initium sumit ex medio superciliorum (quod μεσόφρυον dicitur) & ad nasi finem, vbi alæ sitæ sunt, desinit. Atque is certè est †† Galeni sensus, vt cuiuis ex libello de Ossibus patere potest, etsi valde est deprauata Græcorum exemplariorum lectio. τὸ διαφράττον ὀστοῦν τοὺς δύο πόρους τῆς ῥινὸς ἐστήρικται κατ' ἄλλου τινὸς ὀστοῦ λεπτοῦ, τὴν μὲν ἀρχὴν ἔχοντος ἐκ τοῦ μεσοφρύου, τελευτῶντος δ' ἐπὶ τὸ πέρας τῆς ῥινός. Vbi codices vulgati pro μεσοφρύου, μεταφρένου habent. quædam etiam μετώπου, vitiosè admodum, pro μεταπῆν. μεσόφρυον namque significat (vt scribit Pollux) τῶν ὀφρύων τὸ μέσον, ὃ καὶ μετώπιον ὀνομάζουσι. † *In Com.* †† *Cap.* 4.

[4] ἐκλάμψιες] Hæc est vetus reconditarum membranarum lectio, quam etiam ex interpretibus agnoscit Galenus. Duplex autem sensus ex varia scriptione. Vnus puerorum fulgores vna cum pubertate existere, eaque ætate mutationes etiam alias accipere. Alter verò puerorum fulgores interdum cum pubertate mutationes accipere, atque etiam alias. ἐκλάμψιας autem omnes morbo comitiali attribuunt, de coque significari volunt, & de ætatis mutatione accipiunt in pubertate, quæ in pueris emicat, elucet, ac veluti flamma quædam resplendaet, quod in ea adultiores, pleniores, & vegetiores euadant, viribus ingenioque præstantiores. Eoque certè respexisse videtur Medici author hunc locum subindicans cum de Epilepsia scribit his verbis, ἰᾶται δὲ τὸ πάθος ἐπὶ μὲν τῶν περὶ ἥβης παίδων ἡ φύσις ἐκλάμψασα περὶ ἥβην, καὶ κρείσσων τοῦ νοσήματος ἐργασαμένη τῷ ἐμφύτῳ θερμῷ ἀναξηρανθέντα τὰ αἴτια, hoc est, Affectum autem sanat in pueris impuberibus natura circa pubem elucens, & calore natiuo, resiccatis causis, morbum iudicatione terminans. Forte quoque ἐκλάμψιες ad resplendentes fulgores qui comitialium oculis obuersantur, referri possunt, scintillarum micas & circulos igneos vocat Aurelianus. De Epilepsiæ autem per ætatis mutationem difficili curatione scripsimus abunde Prædictorum lib. 2. Exemplaria verò quædam tum manuscripta tum publicata ἐπιλήψιες habent. Qua voce morbi comitialis insultus significatur, vt etiam aliàs apud Hippocratem in Coacis Prænotionibus.

[5] ἐς πλεῖον] Sententia per se est admodum illustris multisque locis à Galeno ad doctrinæ explicationem accommodata. Huiusque meminit Galenus lib. 2. de loc. affect. & libro de venæ sectione aduersus Erasistrat. & libro de plenitudine, & com. ad aph. 5. lib. 6. Præcipuè autem huius sententiæ sensum optimè aperit libellus qui scribitur de renum affectus dignotione & curatione. Quòd ad scriptionem attinet, vbi scribitur passim ὅταν δὲ πλεονάζωσιν αἱ ὠδῖναι, quidam codices manuscripti & reconditi ὅταν δὲ πλεονάζωσιν simpliciter legunt, quos secutus est Asulanus. Quæ certè lectio etiam tolerari potest, & ad ciborum ingurgitationem, corruptionem & cruditatem referri, vnde fit vomitus æruginosus.

αἱματώδεσι περίοσι] Sic legunt omnia exemplaria tum scripta tum publicata. Sed ex Galeno αἱματώδεις τ' ἐρέσιαι omnes legunt, quæ apertior est lectio, eamque ex Codicibus Italicis retinuit Caluus. Et alioqui facilis est lapsus.

[6] γυναικεῖα τῇσιν ὑδατωδεούσῃσιν] ὑδαταινούσας aquosas diximus mulieres quæ tenuem & dilutum aquosumque sanguinem gignerent, quo sensu ὑδαταιναι dicuntur Prorrh. 2. qui nimio euacuato per hæmorrhoidas sanguine, indeque perfrigerato toto corpore, aquosum sanguinem gignunt, & aquam inter cutem contrahunt. Erotianus hunc locum subnotans, ὑδαταινούσῃσιν, ὑδρωπιώσαις explicat (pro quo tamen ὑδρωπιώσαις vitiosè legitur) & Galenus in Exeg. ὑδρώδεσιν. Quibus sanè verbis eas quæ hydrope laborant intelligunt. Etsi Galenus ὑδατούσας τὸ αἷμα καὶ ὑδατώδη καθαιρομένας, aquosum sanguinem gignentes & in quibus aquosa repurgantur, etiam accipi velit.

[7] αἱματῇσι αἱ πλησμοναὶ] Sic legunt omnes codices manuscripti. Galenus verò αἵματι δὲ legit, vt satis patet ex Commentario, quod significat à sanguine tum multo tum calido fieri, eo quidem sensu quo dicit Hippocr. τὰ ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὕφαιμον ῥέποντα νεαρῷ αἵματι, apho. 23. lib. 5.

[8] τὰ ῥίγεα ἰσχυρὰ ἐόντα] Sic ferè legunt plæraque exemplaria manuscripta, quædam etiam τὰ ἐς ῥίγεα ἰόντα, & morbi qui cum rigoribus fiunt, ac febres præcipuè intelliguntur. Galenus verò ἐς ῥίγεα ἰσχυρὰ ἰόντα legit, & morbos qui cum vehementi rigore progrediuntur, aut ad fortes rigores perueniunt, intelligit. Ac fortè etiam per ἰόντα morbi qui cum vehementibus rigoribus intenduntur & increscunt, obaudiri possunt, quales sunt febres præcipueque quartanæ. Eosque morbos ferè ante statum non remitti aut leniri hac sententia docetur, atque adeò temporum morbi cognitio exercetur. Principium enim & incrementum per increscentes morbos ac progredientes indicatur, per statum verò etiam quæ hunc sequitur morbi remissio, atque tum maximè rigores mitigantur.

[9] περὶ ῥίγεος] Hæc sententia rigorem criticum cum excretione & consequente sudore prædicit. Meminit verò huius loci Galenus Com. 3. in Prorrh. his verbis, τὸ μὲν οὖν οἷσι ῥίγεα, κἂν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν εἴρηται κατὰ τήνδε τὴν λέξιν, πρὸ ῥίγεος αἱ σχέσιες τῶν οὔρων. hoc est, hoc igitur, quibus rigores in libris de morb. vulgar. dictum est in hac dictione, rigorem vrinarum suppressiones præcedere solent. Et lib. 3. περὶ κρίσιων, πρὸς ἰδίῃσι δ' αὐτοῖς ἐκ ὀλίγα κατὰ μέρος, κατὰ τε τὸ προῤῥητικὸν καὶ τὰ τῶν ἐπιδημιῶν, οἷ καὶ ὅτι πρὸ ῥίγεος ἐπισχέσιες τῶν οὔρων. Vbi vitiosè πρὸ pro πρὸ legitur vt satis apparet. Atque etiam huc pertinet quod scribitur in Prorrhetico & Coacis Prædictionibus, οὔρου ἐπίστασις ἐπὶ ῥίγεα. Quædam porrò exemplaria manuscripta, σχέσιες pro ἐπισχέσιες habent, vt & Asulanum. Et alioqui phrasis illa satis est Hippocrati vsitata.

[10] ἢν ἐκ χρηστῶν ἴωσι] Id ad vrinas laudabiles & quæ cum coctionis signis redditæ fuerint, referri potest, quæ ideo impendentem crisim excretione denunciant. Potest etiam ad cætera signa critica referri, quæ morbum salutarem & ad solutionem ferri significent. Ideoque rectè vertere potui (si rectè procedant) vt vtrumque respiciat. Quod sequitur valde est perplexum ἢ κοιλίην ἢν ὑποδιέλθῃ Sic enim legitur omnibus in Exemplaribus tum publicatis, tum manuscriptis. Nec video quonam referri possit, nisi de vrinis & laudabilibus signis intelligatur, quæ aluum permeent ac subeant, hoc est, & aluus bene habeat, neque profluat aut perturbetur, alioqui sanè critica alui excretio potius quàm rigor denunciaretur, quod satis indicat * Galenus in Comm. & lib. 3. περὶ κρίσεων. Quod si κοιλίην legas & διέλθῃ quod facit Galenus, facilior erit lectio, vt in considerationem adhibeas an aluus subeat, procurrat, aut

...at, aut procedat. Si enim ad crisim restiterit, promptior erit rigoris & sudoris denunciatio. Sin verò plus subito profluat, non necessario rigorem prædicas, sed potius alui excretionem, vt scribit Galen. lib. 3. de Crisi. Aut διελθῇ sane de solita alui excretione sumi potest, vt aluus solito more procedat, neque fluens sit, neque repressa. Ac fortè integra erit lectio & clarissima, si legatur ... aut ... Cuius lectionis vestigia etiam apud veterem interpretem remanent, & sensus postulare videtur, vt satis patet ex † Galeno cùm scribit, ἐὰν δὲ καὶ κοιλία μηδ' ὅλως ... Et lib. 3. περὶ κρίσεων. εἰ γοῦν ἀλόγως γαστὴρ ... Rursusque paulo post, ... hoc est, Post hæc autem num vrinis solis, aut etiam aluo suppressa rigor corripuerit, considerandum. Si enim vtraque concurrant, multus ex necessitate sudor aderit. Quod si vrinis solis suppressis, adhibere in consideratione alui excrementa oportet, num maiore copia quàm priùs, an minore ante crisim prodeant. Si enim plura fuerint, eò manifestiorem inclinationem agnoscere oportet, sin pauciora, ad sudores. Eoque pertinet quod scribitur lib. 4. Epid. in Menandri vinitore, qui vrinarum excretione iudicatus est, ἐκ ἐρρίγωσεν ἑβδόμῃ ἡμέρῃ ὅτι ἡ γαστὴρ συνεταράχθη.

* Cap. vltimo. † In Com.

[11] αἱ ἐκ τῶν σκελῶν ἐκπληκώσιες] Hæc sententia abscessus ad articulos prænunciat, neque eos tantum in sanis ac conualescentibus, vt in speciem apparet, sed etiam in morbis. Illud enim τὸ ἐκ κόπων, τοῖς κοπώδεσι πυρετοῖς intelligere videtur, in quibus ferè ad articulos abscessus decumbunt, vt scripsimus lib. 4. Epid. hucque pertinet placitum 31. 32. & 33. lib. 4. τῶν ... quoque ... in ... ratione lib. περὶ ἄρθρων celebrat Hippocrates. Est autem Erotiano ἐκπλήκωσις, ἔκτηξις καὶ ἰσχνότης (etsi ... apud Erot. scribitur) idem etiam ἔκτηξις καὶ ἰσχνασία ἐκπλήκωσις explicatur. Quamquam eam debilitatem quæ est cum ἀτροφίᾳ, in priore tantum exemplo agnoscit Galenus.

[12] καὶ τὰ ἀποξύα] Hic τὰ ἀποξύα καὶ κορυφώδεα dicit, quæ in Prognostico ἐς τὸ ἔξω ἀποκορυφούμενα aut ἀποκορυφούμενα. Galenus συνεστραμμένα, ... interpretatur. † Celsus lib. 2. suppurationes tolerabiles esse dicit, quæ in exteriorem partem feruntur & acuuntur. Erotianus ἀπόξεα, τὰ ἀπόξυρα καὶ ἀποκοιλώδεα exponit, & ... Sed ἀπόξυα apud Erotianum legendum videtur, eaque dictio ex lib. ... subindicari, vt alibi scribimus. Exemplaria tamen quædam manuscripta vt & Asulanum, ἀπόξυρα hic legunt, eamque lectionem ex membranis Italicis secutus videtur Caluus, ... dixit. δίκρυα vero idem quod δίκαιρα significat, τὰ διχηλώδη εἰς δύο καὶ δίκρουφα, aut δίχηλα, bisulca & bifida aut bifurca, ac ... enim, vt scribit in Exegesi Galenus, ... Exemplaria autem quædam manuscripta δίκραιρα habent, quod significat duo habentia cornua velut vertices & apices, δίκραιρος namque bicornis dicitur. † Cap. 8.

[13] τὰ θηριώδεα] τὸ θηριῶδες: hic intelligitur de autumno qui sua feritate & malignitate intestinorum animalia, velut lumbricos & ascarides gignit, vt cuiùs probatum fecimus nostris in lib. 2. Epid. Commentariis. Potest & θηριώδεα ... dici, propter ... plurimi in autumno grassantur, aut cæteros maximè exitiales morbos, qui ob insignem humorum prauitatem, eo tempore continunt & infestant, vnde ... autumnus dicitur. Sic Galenus in Exegesi hunc locum subindicans, ad eam notionem accommodare videtur cùm scribit, ... Sed certe hoc loco, vt ex lib. 2. Epid. accommodatior est ascaridum aut lumbricorum explicatio, quod etiam de his postea agat. At Erotianus τὰ θηριώδεα explicans, istamque locum subindicans, hac dictione quibusdam maligna vlcera, quæ θηριώματα dicuntur, accipi scribit, & quæ autumni tempore propter magnam aëris inæqualitatem maximè grassantur. Quosdam etiam vermes aut phthisim hac voce intelligere. Ad cuius porrò sententiæ explicationem facit Eumenis vxoris exemplum lib. 4. Epid.

[14] περὶ τὰς ἀρχὰς] Hæc sententia ad autumnum refertur, autumnalesque morbos explicat, qui vt sunt grauissimi, ita ferè accessiones suo vesperam mouent. In quibus principij cognitionem ex accessionum insultibus circumscribit, qui vt plurimum in grauissimis morbis vespere sæuiunt. Eoque pertinet quod dicitur, καὶ ἐν ἀπάσῃ τῇ νόσῳ, ... Cui accommodari potest quod scribitur lib. 4. Epid. ... Quod sequitur καὶ ὁ ἐνιαυτὸς, duplicem habet sensum, vt scribit Galen. Si enim simpliciter sic legatur, anni tempestatem in considerationem adhibendam ad principij morborum cognitionem significat. Quod per τὰς ὥρας τοῦ ἔτεος declarat aph. 21. lib. 1. eoque sensu ... quod scribitur lib. 4 Epid. καὶ τὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Quòd si καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ... legas, quæ est omnium codicum lectio, id ad eam affectionem referetur quam habet autumnus ad diei vesperam, quam eleganti analogia explicat Galenus. Quod satis explicat quod de autumno scribitur lib. 2 Epid. † ... Cuius sententiæ explicationem illic pluribus verbis aperuimus. Illud autem αἱ ἀσκαρίδες de lumbricis intelligitur, qui plurimùm autumno sæuiunt, & sub vesperum ac noctem commouentur, vt ampliùs indicauimus nostris in lib. 2. Epid. Com. ... Quod etiam indicat quod illic scribitur, αἱ ἀσκαρίδες δείλης, ... Quem locum subindicat Galenus & in eam notionem accipit. Hanc autem integram sententiam autumnum eiùsque morbos respicere, vt apertissimè testantur quæ scribuntur lib. 2. Epid. ita etiam ... vetus interpres, qui istam sententiam priori connectit. Quod etiam fecit Caluus, etsi hæc omnia ita perturbauit, nullus vt inde ingenuus sensus elici possit. † Sect. 1.

[15] παιδίοισι βηχίον] Lib. 4. Epid. scribitur ... In tussi quoque crebra est abscessuum soboles, vt scripsimus lib. 2. & 4. Epid.

καὶ ἢν μὴ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ] Hac de re pluribus scripsimus nostris in lib. 2. Epid. Comment.

γαλιάγκωνας ποιεῖ] Hæc vox ex media Hippocratis œconomia deprompta est, eiq; crebrò vsurpata lib. περὶ ἄρθρων. Dicuntur ergo γαλιάγκωνες, qui iusto breuiora & tenuiora habent brachia, ex humeri luxatione & in alam prolapsu. Sic enim luxatum membrum gracilius & exilius efficitur, minusq; crescit. Id pueris contingere scribit Hipp. lib. de art. quibus adhuc vtero conclusis, ob nimiam humiditatem humeri luxantur, aut quibus iam in lucem editis adhuc tenellis, circa humerum altæ & in imo demersæ suppurationes contingunt. Quam sanè offensionem hic attingere videtur, ex qua breuius brachium & exilius contingit, eosq; γαλιάγκωνας quasi mustelæ cubito præditos vocant, mustelancos quidam, alij ancos simpliciter. Quod etiam his verbis apertissimè testatur Hipp. lib. de artic. ὁκόσοισι γὰρ τὸ βραχίονος ἐκπεσόντος γαλιάγκωνες ἐγένοντο ἐκ φύσιος, ... hoc est, Qui a prima origine aut antequam ad perfectum incrementum peruenerint, brachio luxato, mustelæ cubito præditi euadunt (Græci γαλιάγκωνας dicunt) ij siquidem os brachij breue, cubitum verò & summam manum sanis paulò exiliora habent. Quem locū etiam Paulus in suū vsum transtulit, & id quod quærimus explicat his verbis, cap. 114. lib. 6. ... γαλιάγκωνες. hoc est, Cum autem aut in vtero existentibus, aut in lucem editis adhuc increscentibus pars luxata fuerit nondum reposita, in humero quidem carnes nihil à naturali statu deficiunt. Neq; enim manus opus quodcunque perficere impeditur. Os autem brachij breuius manet, nullum incrementum accipiens, appellanturque huiusmodi galiancones quasi mustelæ cubito præditi. Galenus quoque Com. 3 in lib. de artic. γαλιάγκωνας dici scribit τοὺς ... quibus breuius est brachium, quod in alam prolapsum sit. Et Com. 1. ... hoc est, siue ab ea quam habent cum mustelis similitudine galiancones vocentur, siue ex alia quapiam causa, iis tamen parua esse brachia necesse est. Quod etiam in Exegesi vocum Hippocr. his verbis attingit. γαλιάγκωνες οἱ ... Qui locus quod mirum in modum corruptus sit, eum quoad potuimus in nostra OEconomia restituimus. Dicitur etiam Hesychio & Varino ... Illud vero τοῖσι τηλικούτοισι cùm de pueris qui tenella sunt ætate accipiendum sit, vt satis patet ex Galeno, & libro de artic. mirum videtur quomodo Caluus de magnis malis intellexerit, aut vetus interpres perfectis attribuerit.

καὶ αἷμα λύσειν αὖ ῥαγὲν] Sic legunt ferè omnia exemplaria publicata, manuſcripta tamen quædam ῥυὲν pro ῥαγὲν habent. Quam lectionem ſecutus eſt Gal. eodem ſenſu. Perinde enim eſt ſiue ſanguinem profluentem, ſiue promanantem ac erumpentem dixeris.

[16] δάκρυον] Hæc eſt tam ſcriptorum tum manuſcriptorum exemplarium lectio, preter pauca quędam quæ δάκρυα παραρρέοντα habent, quam lectionem ſecutus videtur Galenus. De lachrymis verò aut vltro aut inuitis profluentibus abunde ſcripſimus noſtris in lib. 1. Epid. annotat. vbi & iſtum locum ſubnotauimus.

οἷ ἄχνη] ἄχνη dicitur tenuis ſordes quædam in oculis reſiccata, lanugini aut aſpergini aquarum ſpumæque aſſimilis. Quod contingit in morbis acutiſſimis cum magna reſiccatione & virium imbecillitate (vt ſcribit Gal.) μικρῶν πάνυ λημυδείων ἐκπιπτόντων κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶτ' αὖθις ἐπιξηραινομένων. Sic πτηνὸς ἀχνώδης κακὸν in oculis dicitur in Coacis Præſagiis, vt illic ſcripſimus. Atque huic ſimile eſt quod ἐπίχνουν ἔχοντα ὄμματα phreniticis tribuuntur in Prorrh. Quidam verò iſtud ad palpebras referunt, quod tamen aptiùs oculis adſcribitur vt & exemplaria quædam manuſcripta βλέφαρα pro βλέφαρα habent.

καὶ τὸ ἀμαυρὸν] ἀμαυρὸν, ἀμυδρὸν ſignificat, vt ſcribit Gal. lib. 3. de differentiis pulſuum, ſed oculis attributum, hebeſcentem, obſcuram & retuſam oculorum aciem ſignificat. Eſt enim ἀμαύρωσις Galeno Com. 2. in Prorrh. ἀμυδρὰ τῶν ὀργάνων αἴσθησις. Sic igitur in Prorrh. ſcribitur ὄμμα ἀμαυρούμενον φλαῦρον. Et in Cois Præſagiis, ὀμμάτων ἀμαύρωσις κακόν. ἀμαυρὸν autem αὐχμηρὸν in Progn. dici videtur, vt αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπέες dicuntur, & lib. 5. Epid. ὄμματα αὐχμηρὰ annotantur. Vetus Interpres ἀμαυρὸν malè caliginoſum vertit, nec meliùs Caluus, quod denigret. καὶ οἱ ῥυτιδούμενοι ἔνδοθεν] ῥυτιδούμενοι ὀφθαλμοὶ qui corrugati dicuntur & rugas contrahentes. Vetus interpres malè introrſum ſordidos vertit.

οἱ πεπηγότες] Rigentes oculi & immoti dicuntur fixi & concreti ob motricis oculorum facultatis imbecillitatem abſolutamq; extinctionem. Sic enim ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh. τὸ δὲ πεπηγὸς ὄμμα διὰ τὴν ἀκινησίαν γίνεται τῶν κινούντων τὸν ὀφθαλμὸν μυῶν, ἥτις ἀκινησία διὰ παράλυσιν, ἢ τάσιν ἰσόρροπον ἁπάντων αὐτῶν γίνεται τῶν μυῶν, ἢ διὰ τελείαν ἀρρωστίαν τῆς κινούσης αὐτοὺς δυνάμεως. ἐναντίας δὲ τοιαύτης κατασκευάσεως οὔσης τῇ τῶν ἐνδεδινημένων ὀφθαλμῶν. hoc eſt, Concretus autem oculus fit propter mouentium oculos muſculorum immobilitatem. Quæ vel propter omnium ipſius muſculorum reſolutionem, vel æquabilem & neutram in partem propendentem tenſionem oritur, vel propter perfectam ipſos mouentis facultatis imbecilllitatem, cùm hæc conſtitutio ei qua oculi intrò ſunt conuoluti ex aduerſo reſpondeat, ὀμμάτων πῆξις, καὶ ὄμμα πεπηγὸς etiam dicitur in Cois Præſagiis & Prorrh. Iſtud autem omiſiſſe videtur Caluus.

καὶ οἱ ἐνδεδινημένοι] οἱ ἐνδεδινημένοι ὀφθαλμοὶ dicuntur intrò conuoluti, conuerſi & obuerſi ac obtorti oculi, quos πεπηγόσι concretis & fixis opponit Gal. Com. 2. in Prorrh. ἀστήρικτοι γάρ εἰσι (vt ſcribit) παραπλησίως ἐκείνοις τοῖς τὸ καλούμενον ἵππον ἔχουσιν, ὡς μηδέποθ' ἡσυχάζειν hoc eſt, Inſtabiles enim ſunt perinde ac ij qui ea affectione quæ Græcis ἵππος dicitur laborant, adeò vt nunquam conquieſcant. In Progn. ἐναιωρεύμενοι dici videntur, ſublimes, hoc eſt inſtabiles & continenter moti. ἀστήρικτοι enim καὶ κινούμενοι διὰ παντὸς illic explicat Gal. & delirium ac muſculorum oculos mouentium tremorem indicare, vt hic quoque ſcribit. Sic ἐνδεδινημένα ὄμματα ſcribuntur lib. 5. Epid. oculi intus reuoluti ac inuerſi, & frequens eſt dictio Aretæo, vt in Epilepſia ὀφθαλμοὶ ἐνδεδινημένοι, & in Tetani curatione, ὀφθαλμοὶ δὲ ἀτενέες, ἐνδεδινημένοι. Erotianus τοὺς ἐνδεδινημένους ὀφθαλμοὺς διεστραμμένους explicat. Vetus interpres concauos dixit non ſatis dictionis vim aſſecutus. [17] οἱ δὲ τυφώδεες] τυφώδεες πυρετοὶ in Exegeſi explicat Gal. ἢ οἱ νοτίδος μιγείσης καὶ ὑγρότητος. ἢ καὶ πνευματώδεες, & febres ſpiritibus affluentes, aut flatulentæ dicuntur, ob magnam aërei & vaporoſi effluuij copiam, quod per cutim erumpit, & interdum halituoſum eſt, interdum etiam ſiccum. Sic enim in Commentario, poſt longas opinionum ambages huc inclinat Galenus vt eas τυφώδεις febres dici ſignificet πνευματώδεις, αἰσθανομένης τῆς χειρὸς ἀναφερομένης πρὸς αὐτὴν πνεύματος, ἐνίοτε μὲν ἀτμώδους, ἐνίοτε δὲ ξηροῦ. Quo ex genere febris diaria intelligitur, quæ fit accenſis ſpiritibus. Quibuſdam etiam τυφώδης πυρετὸς dici poſſe videtur συνοχὸς non putris, in quo ſanguinis copia febrili calore feruentis ac ebullientis, venæ diſtentæ ſunt & inflatæ, veluti ſanguine flatuoſo & bullante plenæ. Ideoque Practicis vulgo febris inflatiua dicitur. Autor Definitionum Medicarum τυφώδη πυρετὸν dici ſcribit, τὸν διὰ τὴν ἐπίτασιν τῆς θερμασίας φλυκτίδας ἀνὰ τὸ σῶμα παρασκευάζοντα, quæ puſtulas in toto corpore, aut etiam in ore, ob caloris vehementiā excitat, quam etiam ἐμφυσώδη vocat. Exemplaria verò ſcripta quædam recondita πεφυγγώδεες legunt, quędam etiam πεφιγγώδεες. Cæterùm in fine huius ſententiæ poſt καὶ τἄλλα τοιουτότροπα, codices manuſcripti Regij quidam κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς addunt. Iſtud autem apparet à ſciolo quodam interiectum, qui febrium ſpecies quaſdam ex aphoriſmis productas, in animi notione reponere voluit.

[18] κατακλάσιες τῶν ἄρθρων] Hic non ſolum artuum diſtortiones ac peruerſiones indicantur, vbi artus vehementer reducuntur, implicantur, aut intorquentur, quod per ξυγκεκαμμένα σκέλεα & διαπεπλεγμένα intelligit in Præſagiis Hippocrates, ſed vbi membra multum proiecta ſunt & diſperſa, latiſſimeque diducta, quod per διαπεπλιγμένα ſignificatur, vt ſatis patet ex Gal. in Commentario. Idem namque in Exegeſi διαπεπλιγμένα σκέλεα, τὰ ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν πλαγίαν διεστῶτα explicat.

[19] ὄμματος θράσος] Id de ferociente & turbulento oculorum aſpectu intelligendum, quemadmodum phreniticis in Prorrh. ὄμμα θρασὺ tribuit, fixoſque & immotos oculos, ac conuulſionis ſuſpicionem facit. Sic ὄμμα θρασυνόντες de catocho detentis in Prorrh. ſcripſit. ἔρριψις autem crebram ac inordinatam oculorum motionem & proiectionem indicat, quam ῥίψιν ſimpliciter dicit Gal. πυκνὴν κίνησιν vocat in Progn. Hippocrates. Atque huic ſententiæ optimè quadrare videtur quod ſcribitur in Cois Præſagiis de phreniticis, ὄμματος ὀρθότης ἐν ὀξέι, καὶ κίνησις ὀξεῖη. Sic in Prorrh. ὄμματος κατάκλασις ἐν ὀξέϊ κακόν.

SECTIO SECVNDA.

1 Dilatare, coarctare, hoc quidem certè, illa verò minimè.

2 Succi hi quidem expellendi, illi verò exiccandi, alij autem inſerendi, idque interdum quidem, interdum verò minimè.

3 Corpus, cutem, carnes extenuare, incraſſare oportet, atque alia, ac partim quidem, partim verò minimè.

4 Lenire, exaſperare, indurare, emollire, & hæc quidem, illa verò minimè. Excitare, torporem inducere, aliaque quæcunque id genus.

5 Deriuatione vti oportet vbi reuulſioni confeſtim aliquid conceſſeris, & renitentia emollire.

6 Humorem alium nec prodeuntem educere oportet, eum verò qui prodit vna ex vaſis effundere, ſimile quoddam opus facere, velut ſi dolor dolore ſedatur. Diſſimilia ſi ſurſum ſublata tendant, per inferiora ſoluere conuenit, atq; his contraria facere, velut capitis purgatio, venæ ſectio, ſi quando non inconſultò detrahitur.

7 Abſceſſus, veluti glandularum tumores, eorum quidem locorum vnde propagines ducunt, atque etiam aliorum, ſpecimen exhibent, ac præcipuè viſcerum, ac tum certè ij maligni ſunt.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

[1] Εὐρῦναι. στενῦναι. τὰ μὲν, ναί. τὰ δὲ μή.

[2] Χυμούς. τοὺς μὲν, ἐξῶσαι. τοὺς δὲ, ξηρῆναι. τοὺς δὲ, ἐνθεῖναι. καὶ τῇ μὲν. τῇ δὲ μή.

[3] Λεπτῦναι. παχῦναι. τεῦχος. δέρμα. σάρκας. καὶ τ' ἄλλα, καὶ τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

[4] Λειῶσαι. τρηχῦναι. σκληρῦναι. μαλθάξαι. τὰ μὲν. τὰ δὲ μή. ἐπεγεῖραι, ναρκῶσαι. καὶ τἄλλα ὅσα τοιαῦτα.

[5] Παροχετεύειν ὑπείξαντα ἀντισπᾶν αὐτίκα, ἀντιτείνοντα ὑπεῖξαι.

[6] Ἄλλον χυμὸν μὴ προϊόντα ἄγειν. προϊόντα συνεκχυμοῦν. ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον. οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει. τὰ ἀνόμοια, ἣν ῥέπει ἄνωθεν ἀρθέντα, κάτωθεν λύειν. καὶ τὰ ἐναντία τοῖσι. οἷον κεφαλῆς κάθαρσις, φλεβοτομίη ὅτ' οὐχ ἱκνῇ, ἀφαιρέεται.

[7] Αἱ ἀποστάσιες οἷον βουβῶνες. σημεῖον μὲν τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων. μάλιστα δὲ τὰ σπλάγχνα. κακοήθεες δὲ οὗτοι.

[8] Πιό

A [8] Πνεύματα σμικρὰ πυκνά. μεγάλα ἀραιά. σμικρὰ ἀραιά. πυκνὰ μεγάλα. ἔξω μεγάλα, εἴσω σμικρά. εἴσω μεγάλα. ἔξω σμικρά. τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον. διπλῆ εἴσω ἐπανάκλησις οἷον ἐπιπνέουσι. θερμόν, ψυχρόν.

[9] Ἰητρεῖον ξυνεχέων χασμέων μακρόπνους. ἐν τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις, βραχύπνους.

[10] Κατ' ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνη. καὶ ξυντάσιες ὑποχονδρίων. καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες. καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιες, καὶ ὦτα κατ' ἴξιν. τούτων τὰ πλεῖστα ταῦτα καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσι. πότερον ἆρα πάντα, ἢ τὰ μὲν κάτωθεν ἄνω κατ' ἴξιν, οἷα τὰ παρὰ γνάθους, ἢ παρ' ὀφθαλμὸν καὶ οὖς. τὰ δὲ ἄνωθεν κάτω οὐ κατ' ἴξιν. καίτοι καὶ τὰ συναγχικὰ ἐρυθήματα καὶ πλευρῶν ἀλγήματα κατ' ἴξιν. ἢ καὶ τὰ κατὰ ἧπαρ ἄνωθεν διαδιδόντα, οἷα τὰ ἐς ὄρχιας καὶ κιρσούς. σκεπτέα ταῦτα, ὅπη καὶ ὅθεν, καὶ διότι.

[11] Φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρόν. ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, ἢ βὴξ ξηρὴ μὴ θηριώδης, ἐς ἄρθρα σκῆψιν προσδέχεσθαι D δεῖ κατ' ἴξιν. τῶν ἐντασίων τῶν κατὰ κοιλίην ὡς ἐπιτοπουλύ. ἔχουσι δὲ οὗτοι οἱ πλεῖστοι, καὶ ὀξέρυθρα. καὶ τῇ φύσει τοῦ λευκοχροωτέρου τρόπου. καὶ οὐχ αἱμορραγέουσι ῥῖνες, ἢ σμικρὰ αἱμορραγέουσι. καὶ ἢν μὲν ῥυέντων ἐγκαταλίπηται, ἕτοιμον. δίψα ἐγκαταληφθεῖσα καὶ στόματος ἐπιξήρασιη καὶ ἀηδίη, καὶ ἀποσιτίη τοῦτον τὸν τρόπον. πυρετοὶ δὲ οὐκ ὀξέες οἱ τοιοίδε ὑποστρο- E φώδεες δέ.

[12] Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν, ὑποστροφώδεα. ὃ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες, ἢν μὴ ἐς ἄρθρα τελευτήσῃ, ἢ αἱμορραγίη γένηται, ἢ δεξιοῦ ὑποχονδρίου ἔντασις. ἢν μὴ ἐξοδεύῃ οὖρα. αὕτη γὰρ ἡ ἐγκατάληψις ἀμφοτέρων αἱ ὑποστροφαὶ τουτέων εἰκότως. ἀπόστασιν οὖν ποιέεσθαι αὐτὴν, μὴ γινομένας. τὰς δὲ ἐκ- F κλίνειν γινομένας. τὰς δὲ ἀποδέχεσθαι ἢν ἴωσιν, οἵας δεῖ, καὶ ᾗ δεῖ. ὁκόσαι δὲ μὴ σφόδρα, ξυνδρᾶν. τὰς δὲ ἀποτρέπειν, ἢν πάντη ἀξύμφοροι ὦσι. μάλιστα δὲ τὰς μελλούσας. εἰ δὲ μὴ, ἀρχομένας ἄρτι.

[13] Αἱ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι δύσκριτοι.

[14] Οἱ διαλείποντες μίαν, τῇ ἑτέρῃ ἐπιρριγέουσιν ἅ- G μα κρίσει, ἐκ τῶν πέντε, εἰς τὰ ἑπτά.

[15] Ὅσοι τριταιοφυέες, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. ἡ δὲ ἐπιοῦσα, εὐφορωτέρη ὡς ἐπιτοπουλύ.

[16] Βῆχες ξηραὶ, βραχὺ ἐρεθίζουσαι ἀπὸ πυρετοῦ περικαέος, οὐ κατὰ λόγον διψώδεες. οὐδὲ γλῶσσαι κατεφρυγμέναι. οὐ τῷ θηριώδει ἀλλὰ τῷ πνεύματι, δῆλον H δέ. ὅταν γὰρ διαλέγωνται ἢ χασμῶσι, τότε βήσσουσιν, ὅταν δὲ μὴ, οὔ. τοῦτο ἐν τοῖσι κοπιώδεσι μάλιστα πυρετοῖσι γίνεται.

[17] Μηδὲν εἰκῆ, μηδὲν ὑπερορᾶν.

[18] Ἐκ προσαγωγῆς τἀναντία, ἃ προσάγειν καὶ διαναπαύειν.

[19] Τῷ ὄπισθεν κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ, ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα, ὠφέλησεν.

8 Spiratio parua frequens, magna rara, parua rara, frequens magna, foras magna procedens, intrò parua, intrò magna, foras parua. Hæc quidem protensa, illa verò vrgens. Duplicata intrò reuocatio qualis superspirantibus. Calida item & frigida.

9 Assiduarum oscitationum longa spiratio medela est. At eorum qui non bibunt, aut vix quidem, breuis spiratio.

10 In directum laterum dolor, præcordiorum distentiones, lienis tumores, & ex naribus eruptiones fieri debent. In auribus item directio, & magna ex parte talia in oculis spectanda sunt. Videndum sanè vtrum omnia, an ea quidem ab infernis sursum in rectum ferantur, qualia quæ iuxta maxillas, aut oculum, aut aurem fiunt, an verò quæ à superioribus deorsum, non in directum tendant? Quamuis anginæ tumores rubicundi, & laterum dolores secundum directionem fiunt. An quæ ex superioribus partibus infra iecur distribuuntur, qualia quæ in testes & varices decumbunt. Hæc in considerationem adhibenda sunt, quemnam ad locum ferantur, & ex quo, & quamobrem.

11 Temporum venæ non consistentes, neq; splendidus color, si spiratio intus deficit, aut tussis sicca, non maligna adfuerit, in articulos decubitum fore denunciant, idq; vt plurimùm secundum distentionum rectitudinem quæ in ventre fiunt. Horum verò plærisque qui natura candidioris sunt habitus, etiam facies impensè rubet, neque sanguis ex naribus, aut paucus, profluit. Et quidem si quid ex his quæ effluunt intus relinquitur, ad abscessum morbus est accommodatus. Eodem modo si sitis remanet, orisq; siccitas & insuauitas, ac cibi fastidium. Tales sunt autem febres non acutæ, sed quæ reuersiones faciunt.

12 Quæ post iudicationem relinquuntur, recidiuas facere solét. Primùm igitur lienis tumor accidit, nisi in articulos desinant, vel sanguis ex naribus profluat, aut præcordiorum dextrorũ contentio, nisi vrinæ exeant & viam quodammodo sibi faciant. Ipsa enim vtrorumq; interceptio, horum iure quodá recidiuas faciet. In his igitur abscessus procurare conuenit, si non fiant, qui verò iam fiunt declinare, eos autem qui quales, & quà oportet prodierunt, recipere. Qui verò non admodum prodeũt, coadiuuandi sunt, quidam etiam qui prorsus sunt incommodi, auertendi, maximè si futuri sunt, alioqui cùm recés cœperint.

13 Sanguinis è naribus eruptiones quæ quarto die fiunt, difficilem faciunt iudicationem.

14 Febres quæ die vno intermittunt, & subinde rigore corripiuntur, iudicationem à quinto ad septimum circuitum deducunt.

15 In his quæ ad tertianarum naturam propiùs accedunt, nox accessionem præcedens molesta est, quæ verò subsequitur plærumque leuior existit.

16 Tusses siccæ parum irritantes per febrem ardentem, pro ratione siticulosæ non sunt, neque linguas exiccant, siquidem non à malignitate sed à vento accidant, quod & inde manifestum fit. Cùm enim loquuntur, vel ore sunt adaperto, tum tussiunt, alioqui verò minimè. Hoc autem in febribus ex labore obortis maximè fieri adsolet.

17 Nil temerè assentiendum, neque quicquam negligendum.

18 Contraria paulatim inducere oportet & interquiescere.

19 Capitis posteriore parte dolenti, secta in fronte vena recta profluit.

20 Præcordiorum succeſſiones ex quibus & quales fiant ſpectandæ ſunt, atque etiam aliæ, & in viſcerum inflammationibus quantum valeant, ſiue ex iecore in lienem, ſiue contra ferantur, & quæcunque ſunt eiuſmodi.

21 Reuellenda ea ſunt quæ quò non oportet vergunt, ſin autem quonam cõuenit, iis tum viam ſtruere decet, quamnam in partem ſingula tendunt.

22 Ad puſtulas latas, quæ ferè non pruriunt, (quales Simon per hyemem habuit, qui vbi ad ignem inungeretur, aut calida lauaretur, iuuabatur) vomitus non conducebant. At certè fomentis calidis adhibitis iuuari potuiſſe exiſtimo.

23 Quæ maturationem deſiderant, ea occludi conuenit, contraria verò exiccare & aperta eſſe.

24 In oculis fluxione tentatis, reuulſionem ad fauces facere conuenit, ſi modo conferre videatur. Atq; vbi eructatio conducit, & alia quæcunque id genus.

25 Meatus recludendi ſunt, vt nates, atque alij quibus opus eſt, & vt conuenit, & qualia, & quanam via, & quando, & quantum oportet, velut ſudores, aliaq; ſanè omnia.

26 Magnis in malis facies bona ſi fuerit, bono eſt. In paruis verò bonæ ſignificationi contraria denuncians, malum ſignificat.

27 Mulieri quæ apud magnum Theatrum poſt Heroum habitabat, morbos arquatus ſuperuenit. Qui apud Timenæ neptim decumbebat, colore atro ſuffuſus eſt.

28 In Perintho vrina genitali ſemini ſimilis eſt reddita, eaq; eorum quę circa abdomen erant affectuum iudicationem attulit. Taliaq; vrinæ liberabant, cùm neque flatu copioſo, neque glutinoſo ſtercore multo egreſſo emollirentur. Neque enim ſanè magna erant præcordia. Qui ſeptimo die braſſicam comedit, cùm adhuc difficulter ſpiraret, circa abdomen emolliebatur, rectè ſpirans effectus eſt, eiq; aluus eſt exagitata.

29 De ſanguinis hûmore aquoſo ita eſt exiſtimandum, quòd pauidos & peruigiles facit, ſiue malus, ſiue bonus fuerit.

30 Quibus lien deorſum propendet, iis pedes, genua & manus calent, nares & aures ſemper frigent. Videndum igitur num iccirco tenuis illis ſanguis ineſt, num verò & natura talem habent.

31 Suppurationibus vmbilicus terminus, quæ ſi in pus verti debeant, his alui perturbantur.

32 Lien non ſuperiore, verùm inferiore parte durus, rotundus, latus, craſſus, longus, tenuis. Minus autem his qui grauedine ex capite laborant.

33 Ad diligentem ægrorum procurationem Medico videndum eſt quænam de morbo interrogationes fieri debeant, quæ narrat æger qualia haberi debeant, vt accipiendi ſermones, quæ ad ægrum, quæ ad aſſidentes, & quæ ad ea quæ extra ſpectantur attinent.

34 Quoniam in calidiore ſolidioreque, dextra ſcilicet vteri parte, mares concipiuntur, ideoque nigri ſunt, & venæ extra prominent, longeque bilioſiores exiſtunt.

35 Mas concreuit coaluitque citiùs, vbi motus eſt conquieſcit, & tardiùs augeſcit longioreq; tempore.

36 Quòd ſolidior & bilioſior euadit, & ſanguine copioſiore ſit præ tus, in cauſa eſt locus hic animalis calidior.

[20] Αἱ διαδέξιες τῶν ὑποχονδρίων, ἐξ οἵων οἷα ἄλλοισι καὶ τῶν σπλάγχνων τῶν φλεγμονῶν, οἷα δύναται. εἴτ' ἐξ ἥπατος σπλῆνα καὶ τἀναντία καὶ ὅσα τοιαῦτα.

[21] Ἀντισπᾷν, ἢν μὴ ᾗ δεῖ ῥέπει. ἢν δ' ὅπη δεῖ, τουτέοισι δεῖ στομοῦν, οἷως ἕκαστα ῥέπει.

[22] Τὰ πλατέα ἐξανθήματα, οὐ πάνυ τι κνησμώδεα, οἷα Σίμων εἶχε χειμῶνος. ὃς ὅτε πρὸς πῦρ ἀλείψαιτο, ἢ θερμῷ λούσαιτο, ὠνίνατο. ἔμετοι οὐκ ὠφέλεον. οἴομαι εἴ τις ἐξεπυρία, ἀνίεναι ἄν.

[23] Ὅσα πεπαίνεσθαι δεῖ, κατακεκλεῖσθαι δεῖ, τἀναντία δὲ ξηραίνειν, καὶ ἀνεῷχθαι.

[24] Οἷον ὀμμάτων ῥοωδέων, ἢν ἄλλως φαίνηται ξυμφέρειν, ἀντισπᾷν ἐς φάρυγγα, καὶ ὅπη ἐρυγὴ λυσιτελέει, καὶ ἄλλα τοιαῦτα.

[25] Τὰς ἐφόδους ἀναστομοῦσθαι, οἷον ῥῖνας, καὶ τὰς ἄλλας, ὧν δεῖ, καὶ ὡς δεῖ. καὶ οἷα. καὶ ὅπη. καὶ ὅτε. καὶ ὅσον δεῖ, οἷον ἱδρῶτας καὶ τἄλλα δὴ πάντα.

[26] Ἐπὶ τοῖσι μεγάλοισι κακοῖσι πρόσωπον ἢν ᾖ χρηστὸν, σημεῖον χρηστόν. ἐπὶ δὲ τοῖσι σμικροῖσι τἀναντία σημαῖνον ἢν ᾖ, σημεῖον κακόν.

[27] Παρὰ τὸ μέγα οὐ ἡ γυνὴ ὄπισθεν τοῦ ἡρωΐου ἰκτερώδεος ἐπιγενομένου, περιέμενον αὐτέῃ. ὁ παρὰ Τιμοθέῳ ἀδελφιδῆ, οὗτος μελάγχροος.

[28] Ἐν Περίνθῳ τὸ γονοειδὲς τὸ τοιοῦτον ὅτι κρίσιμον. καὶ τῶν ἤτρων τὰ τοιαῦτα ὅτε αἱ οὐρήσιες ῥύονται. ὅτι οὔτε φύσης πολλῆς, οὔτε κόπρου πολλῆς, γλίσχρης δὲ διελθούσης, ἐλαπάσσετο. οὐ γὰρ δὴ μέγα ἦν τὸ ὑποχόνδριον. κράμβην ἑβδομαῖος ἔφαγεν, ἔτι δύσπνους ἐών, ἐπὶ δὲ ἦτρον ἐλαπάσσετο, εὔπνους ἐγένετο. ἡ κοιλίη αὐτῷ ἐξετίναξεν.

[29] Περὶ δὲ τοῦ αἵματος τοῦ ἰχωροειδέος, ὅτι ἐν τοῖσι πτυώδεσι τὸ τοιοῦτον καὶ τοῖσιν ἠγρυπνηκόσι, καὶ εἴτε φλαῦρον, εἴτε χρηστόν.

[30] Οἷσιν ὁ σπλὴν ἐστὶ καταρρόπος, πόδες καὶ γούνατα καὶ χεῖρες. θερμά. ῥὶς καὶ ὦτα, ἀεὶ ψυχρά. ἦρα διὰ τοῦτο λεπτὸν τὸ αἷμα; ἦρα καὶ φύσει τοιοῦτον οὗτοι ἔχουσιν.

[31] Ἐν τοῖσιν ἐμπυήμασιν ὀμφαλὸς ὅρος, οἷσι μέλλουσιν ἐμπυεῖν, αἱ κοιλίαι ἐκταράσσονται.

[32] Σπλὴν σκληρὸς, οὐ τὰ ἄνω. κάτω, στρογγύλος. πλατύς. παχύς. λεπτός. μακρός, ἧσσον τοῖς ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσιν.

[33] Ἡ περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομίη. καὶ ἐς τὴν νοῦσον ἐρώτησις. ἃ διηγεῖται, οἷα, ὡς ἀποδεκτέον τοὺς λόγους. τὰ πρὸς τὸν νοσέοντα. τὰ πρὸς τοὺς παρεόντας. καὶ τὰ ἔξωθεν.

[34] Ὅτι ἐν θερμοτέρῳ τὸ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι. καὶ μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἔξω αἱ φλέβες. καὶ χολωδέστεροι μᾶλλον.

[35] Ξυνεκρίθη συνέστη. ὀξύτερον κινηθὲν, ἐμπεδώθη. καὶ βραδύτερον αὔξεται, καὶ ἐπὶ πλείω χρόνον.

[36] Ὅτι ἐστερεώθη. καὶ χολωδέστερόν τε καὶ ἐναιμότερον ᾖ, τοῦτο θερμότερόν ἐστι τὸ χωρίον τῶν ζώων.

στυφνῶσαι] στυφνῶσαι coarctare, conſtringere, & comprimere ſignificat, vt στυφνὸν τὸ στενόν. Sic in Exegeſi explicat Galenus στυφνῶσαι στενῶσαι, τινὲς δὲ τὸ συναγαγεῖν τῶν ὑγρῶν τὰς διεξόδους καὶ ξηρᾶναι. Vbi certè hunc locum ſubindicare videtur Galenus. Idem quoque Com 2. in lib. de natura humana στυφνῶσαι στενῶσαι καὶ πυκνῶσαι (quod eſt conſtringere, conſpiſſare & denſare, explicare videtur, velut ἀραιῶσαι ἀραιῶσαι. his verbis, εἴρηται δὲ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ κατὰ τὸ συνεχὲς, καὶ περὶ τοῦ στεγνῶσαι, ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον τῷ ἀραιῶσαι, τοῦτο δ' αὖ πάλιν τῷ πυκνοῦσθαι

πυκνουμένῳ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ὥσπερ γε καὶ τὸ πεπυκνωμένον τῷ ἐσφιγμένῳ. hoc est, Consequenter quoque eo in libro de constrictione quæ rarefactioni contraria est. Hæc quoq; idem quod densum valet, non secus ac densatum idem quod conspissatum aut constrictum. Quibus verbis haud dubiè hunc locum subnotare & explicare videtur. Erotianus etiam στρυφνῶσαι exponit πυκνῶσαι ... τόπον τινὰ ἐν ... ὑγρασία ... Est autem ἀραιῶσαι mangonicæ artis ac Gymnasticæ professoribus dicatum vocabulum, cum densata corpora calfactionibus rarefaciunt & dilatant, aut ad frictiones præparant.

[2] χυμοὺς τοὺς μὲν ἐξάγειν] Hæc sententia paulò aliter adducitur & explicatur in fragmento Galeno attributo in libr. Hippocr. de humoribus, his verbis: ὥσπερ καὶ λέγεται τὰς νόσους συμβαίνειν τῇ τῶν χυμῶν ἀμετρίᾳ, καθὰ καὶ τὴν ὑγείαν ἐπανέρχεσθαι ἀφαιρέσει καὶ προσθέσει, καὶ προσέτι λεπτότητι, καὶ παχύτητι τῶν χυμῶν· καὶ ἁπλῶς τῇ εὐκρασίᾳ, καὶ συμμετρίᾳ αὐτῶν, ὡς ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν τῷ Ἱπποκράτει ἄριστα λέγεται. χυμοὺς τοὺς μὲν ἐξάγειν. τοὺς δὲ ἐμβάλλειν, λεπτύνειν, κεραννύναι. τὰ μὲν. τὰ δὲ μή. hoc est, quemadmodum etiam dicitur morbos pro humorum immoderatione contingere, non secus ac sanitatem restitui subtractione & additione, insuperque humorum tenuitate & crassitudine, & vt semel dicam ipsorum temperie ac commoderatione: quemadmodum optimè dictum est Hippocrati lib. 6. de morbis vulgaribus, humores partim quidem expellendos, partim verò inserendos, tenuandos, & temperandos, idque interdum quidem, interdum verò minimè.

[3] λεπτῦναι] πτύχας hîc exponit Galenus ὅλον τὸ σῶμα. Erotianus verò τὸ ἀγγεῖον περιέχον τὰς σάρκας καὶ τὰ νεῦρα. δέρμα δὲ τὸ κάλυμμα τοῦ τέχνου. hunc locum haud dubiè subnotans.

[4] λεπτῦναι] Vitiosa esse apparet exemplaria quædam Regia manuscripta quæ ... pro λεπτῦναι legunt. De his verò ac similibus curationum scopis agitur lib. 2. de natura humana & à Galeno amplissimè in Com.

[5] παρεχιτύειν] Locus hic ad succorum medicationem pertinens valde est lubricus & à nemine satis explicatus. Illud ὑπείξαντα ἀπιπτᾶν αὐτοῖς, mihi ex Galeni mente ad eos qui reuulsione vti volunt, dirigi debere videtur, vt humores in partem illapsos ac veluti affixos auulsione neutiquam fatigemus, sed quauis ratione emolliamus, digeramus, vacuemus, & ad vicina transferamus ex probatæ diuersionis legibus. Idque indicare videtur αἰπτιπίνοντα ὑπεῖξαι. quod est retinentia emollire, euincere, iisque aliquid concedere. Interpretes sanè omnes illud ὑπεῖξαντα ad humores reuulsioni accommodatos referunt, & reuulsionis præceptionem intelligunt, contra Galeni mentem, qui reuulsionem silentio prætermissam ab Hippoc. significat, etsi vtilia cognitu iis qui reuulsione probè vti volunt, indicari scribit, vt interdum vbi humores in partem illapsi sunt & condensantur, reuellentibus medicamentis locum demus & aliquid concedamus: sed id quod in partem impactum est quauis alia ratione deturbemus & vacuemus. Adeò vt illud ὑπεῖξαντα, ad eum qui deriuatione vtitur, potiùs quàm ad humores referri videatur, idque deriuationis absolutæ numeros adimplere. Quæ Galeni mens est lib. 4 Meth. medendi, vbi de reuulsione & deriuatione ex Hippocr. sententia agit his verbis, τούτου δ' αὐτὸ πάλιν ἡμᾶς τὸν διορισμὸν ἐν τῷ περὶ χυμῶν ἐδίδαξεν, ἀντισπᾶν μὲν κελεύων εἰς τἀναντία, παροχετεύειν δ' εἰς τὰ πλάγια, καὶ μὲν δὲ ὡς ἐπιρρεῖ μάλιστα ἀρτίως, τὸ ἀντισπαστέον. εἴρηται δὲ περὶ τούτων κἀν ἐκείνῳ τὸ βιβλίον. ... hoc est, litius verò rei discrimen in libro de humoribus nos edocuit, ad contraria quidem reuellere, ad latera verò deriuare iubens. Quinetiam vbi maximè influit, tunc reuellendum est. Qua de re eo in libro etiam dictum est. Quare etiam nunc si quidem vehemens fluxio irruat, ad contraria reuellemus, vtique si vlcus in superioribus partibus existat, per inferiora purgando, sin verò in inferioribus consistat, superiorem ventrem mouendo. Vbi autem iam substitit fluxio & in partem firmata est, deriuare præstat, cùm & propinquior sit transmutatio, & medicamenti purgantis tum impetus, tum attractio faciliùs è propinquo fiat. Item paulò post, ἀλλ' ἐπειδὴ ... hoc est, Ac si in vniuersum ab eo didicimus incipientes fluxiones reuellendas esse, in parte verò laborante iam infixas, vel ex ipsa laborante particula, vel ex maximè vicina vacuandas, promptum est nobis de sanguinis detractione ratiocinando colligere, quod circa initia quidem, è longinquo, postea verò, ex ipsis vlceratis locis sit administranda. Libro quoq; de curatione per sanguinis missionem. συνελόντι γε μὴν εἰπεῖν τὰς μὲν ἀρχομένας φλεγμονὰς ἀντισπαστικῶς χρὴ κενοῦν, τὰς δὲ κεχρονισμένας ἐξ αὐτῶν, ... hoc est, cæterùm (vt vno verbo dicam) inflammationes circa initia reuulsione vacuandæ sunt, vbi verò iam tractum temporis traxerunt, ex ipsis (si detur) laborantibus partibus, sin minus ex iis quæ maximè vicinæ sunt. Incipientibus namque quod influit auertendum, in inueteratis autem, quod in laborante parte constipatum est, id tantum vacuandum. Et paulò post, ... hoc est ... Incipientibus namque inflammationibus reuulsiones cum vacuatione magis debentur. Inueteratis autem quæ ex ipsis affectis partibus, aut illis propinquis vacuant. Idem quoque lib. 2. ad Glauconem, ... ὀνομάζει. ... Adhuc itur fluentibus humoribus reuulsio (sic enim vocat Hippocr.) occupatis verò iam fluxione partibus, deriuatio remedio est. Cæterùm vitiosa sunt exemplaria quæ ... pro αἰπτιπίνοντα legunt, magisque probanda quę ... habent, quò planior sit lectio. Quædam etiam ... pro ... scribunt.

[6] ἐργάζεσθαι ...] Illud valde est perplexum in eoque explicando plurimum torquetur Galenus, multis se modis versat pro actionis varietate. Potest sanè intelligi vt hortetur medicum Hippocr. vt in humorum effusione naturam imitetur, ac in simili se opere exerceat, & his quæ probè à natura vacuantur similiter operam suam collocet, hoc est humorem alteratum, concoctum, ac probè præparatum educat, ac fluxioni accommodatum effundat. Eaque notio simplex erit & minimè affectata, ac fortassis ea tolerabilior quam ex variis opinionum tormentis elicit Galenus, in qua neque satis sibi facere videtur. Atque haud planè scio num pro ... aut ἐργίζεσθαι, ὀργάζεσθαι legerit Galenus, cùm in Exegesi ὀργάζεσθαι ἀναμίξαι, συγκεράσαι, exponat, quam expositionem huic verbo ... hic adhibet. Quod sequitur exemplum etsi in omnibus exemplaribus manuscriptis retinetur, adulterinum & Hippocrat. doctrina explosum, ac à scriptore quodam interiectum existimat Galenus, qui fucatam ac fere popularem per similia curationem probauerat. Quam opinionem probare videtur author libri de Locis in homine. Sicque quodammodo ferri potest, vt in hac opera medicum exerceri iubeat Hippocrates, idque eum considerare velit, quod interdum necessariò occurrit, vt dolor dolore leuandus sit. Atque eò sanè propiùs de dolorem excitantibus remediis, vt cucurbitulis, hirudinibus, scarificationibus, vinculis, lacerationibus, causticis, vesicatoriis & amycticis præsidiis locus intelligendus videtur, cùm curationis & peculiaris humorum euacuationis modos adumbret Hippocrates. Quibus quidem etsi naturam lacessentibus, humor euocatur & effunditur, ac velut dolore maior sedatur. Quod sanè considerandum & factitandum iubet Hippocrates. Ideoque lectionem istam ex constantissimo codicum omnium tum manuscriptorum tum publicatorum consensu retinendam existimauimus. Etsi Caluus paulò aliter legisse videtur, ... παύειν. Qua lectione sanè medicus admoneri videtur, vt in dolore leuando aut leniendo accurationem adhibeat, quod est ... præceptis optimè consentiens. Eaque ratione tuenda mihi videtur ista lectio, ac in gyrum rationis & doctrinæ ducenda, quæ ... qui sua obscuritate magnas offundit tenebras. Quæ sequuntur de humorum reuulsione inaudienda sunt & de illabentis aut lati humoris in contrarium tractu. Potest autem ferri vulgata lectio & longè plurimis contestata codicibus, ὅτι ... , vt sensus sit humores sursum delatos capitis purgationem aut venæ sectionem detrahere ac deducere, si nihil procedat, hoc est si nulla sponte vacuatio fiat. Velut pus interdum, vel aqua, vel sanguis, per nares, os, aut aures effluens, morbum soluit ex aph. 10. lib. 6. Sed ὅτι ... propter interpretum consensum retinuimus. Hic autem κάθαρσις medicamenti purgantis euacuationem significat, quę capitis fluxionibus ἀντισπαστικὸν est remedium. Quo nomine scribit Galenus lib. 13. Meth. med. ... ἀντισπαστικὸν ἐστι βοήθημα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπὶ μὲν τοῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἅπασιν, ὑπήλατον φάρμακον. Ac certè vomitionibus vti pus ... dis affectis reuellens est præsidium. Eadem quoque ratione in omnibus capitis affectionibus medicamentum deorsum purgans. Cæterùm vitiosa sunt exemplaria quæ τὸ ἰόντα συνεχυμένα, pro τὸ ἰόντα, legunt.

7 αἱ ἀποστάσιες οἷον βουβῶνες] Sensus esse videtur abscessus veluti glandularum inflammationes, earum partium ex quibus progerminant, ac velut stolones dicuntur, significationem præbere, atque etiam aliarum, ac præcipuè viscerum, ex quibus orti maligni sunt. Sic namq; βουβῶνες, hoc est glandularum tumores, qui ex vlcere & propinquæ partis offensione, aut causa manifesta oriuntur, vt parum suspecti sunt, ita securam eorum originem ac vnde ducantur ostendunt. Qui verò sine manifesta causa exoriuntur, & viscerum impuram habitudinem aut inflammationem sequuntur, etsi originem satis testantur, humorum corruptelam indicant & valde suspecti sunt, quales in pestilenti statu febribus malignis superueniunt. Sic quoque in febribus exorti quæ non habeant causam manifestam, neque diariarum numero comprehendantur, malignitatem præ se ferunt aut morbi diuturnitatem. Ex quo scriptum est in Coacis Præsagiis, ἐν πυρετοῖσι βουβῶνες ἀλγηματα, νοῦσον χρονίην σημαίνει. Bubonum autem & glandularum inflammationem originem, atq; etiam quibus ex partibus ortum ducant, apertè indicat his verbis Galenus lib. 13. Meth. med. οὕτως οὖν καὶ δι' ἕλκος ἐν δακτύλῳ γινόμενον ἤτοι ποδὸς ἢ χειρὸς, οἱ κατὰ τὸν βουβῶνα καὶ τὰς μασχάλας ἀδένες ἐξαίρονταί τε καὶ φλεγμαίνουσι τὸ καταρρέοντας ἐπ' ἄκρον τὸ κῶλον αἱματος ἀπολαβόντες πρῶτοι. καὶ κατὰ τράχηλον δὲ καὶ παρ' ὦτα πολλάκις ἐξήρθησαν ἀδένες ἑλκῶν γενομένων ἤτοι κατὰ τὴν κεφαλὴν, ἢ τὸν τράχηλον, ἤ τι τῶν πλησίων μορίων. ὀνομάζουσι δὲ τοὺς οὕτως ἐξαρθέντας ἀδένας, βουβῶνας. hoc est, Sic igitur etiam ob vlcus in pedis aut manus digito excitatum, glandulæ quæ in inguinibus & aliis sunt, tum intumescunt, tum inflammatione tentantur, vbi primæ defluentem in extremos artus sanguinem exceperint. Quin & in collo, & ad aures sæpenumero glandulæ intumuerunt, exortis tum in capite, tum in collo, aut aliqua vicina parte vlceribus. Sic autem intumescentes glandulas bubones nominant. Et paulò post, ἐπειδὰν γὰρ ἐγγὺς ἀρτηρίας μεγάλης ἢ φλεβὸς ἕλκος γένηται, τάχιστα μὲν οἱ βουβῶνες αἴρονται. Vbi enim prope insignem arteriam aut venam vlcus ortum est, celerrimè bubones exurgunt. De reliquis verò qui citra causam manifestam fiunt, agitur aph. 55. lib. 4. & cap. 7. lib. 1. de differ. febr.

8 πνεύματα σμικρὰ] Quinque hîc complectitur difficultatis spirandi differentias Hippocrates, vt docet Gal. lib. 3. de diff. spirandi, easq; fusissimè explicat, vt huius totius loci enarratio inde peti debeat. Quam etiam adduximus lib. 2. Epid. vbi hæc sententia repetitur, prima tantùm difficilis spirationis capita complectens.

ἔξω μεγάλα] Integrè est hîc descripta difficilis spirationis differentia ex inspirationis & expirationis complexione comparata, quæ etiam diminuta repetitur lib. 2. Epid. & ex Galeno lib. 3. de diffic. spirandi cap. 3. explicata.

τὰ μὲν ἐκπνέον] Hæ duæ quoque alterius partis respirationis differentiæ, quæ in motionis substantia spectantur, à nobis ex Galeni mente explicantur lib. 2. Epid.

9 ἰητρεῖον βραχυχρονίων χασμέων] Et hanc sententiam ex Hippocr. mente abunde aperuimus lib. 2. Epid. vnde explicatio integra petenda est. Mendosa autem sunt ferè omnia exemplaria tum scripta tum publicata quæ βραχύπνοις pro βραχύπνοις habent. Quædam etiam μικρόπνοις lib. 2. Epid. Cuius etiam meminit Gal. in Com. Caluus certè ἀπνοίοις pro ἀπνοίοις legisse videtur, & cætera omnia mirè perturbasse.

10 κατ' ἶξιν] In naturæ motibus qui in morbis fiunt, rectitudinem aut directionem spectari iubet hac sententia Hippoc. quæ etiam repetitur lib. 2.* epid. paulò tamen aliter. Quod sequitur καὶ ὦτα κατ' ἶξιν, in abscessibus qui ad aures & oculos fiunt etiam directionem spectari iubet, vt satis patet ex Gal. Com. Variant autem exemplaria manu scripta. Quædam enim ὀδύνην habent, vt etiam publica, quædam verò ὀδύνη & εἰς ὀφθαλμοὺς pro ἐν ὀφθαλμοῖσι. * Sect. 5.

καὶ ἕως ἂν τὰ συνάγχικὰ ἐρυθήματα] Hæc in exemplaribus vetustissimis manu scriptis vt & publicatis desiderantur, etsi recentiora adscribunt. Neque etiam adduntur in membranis Italicis vt satis ex Caluo patet. Galenus tamen legit vt ex Comment. apparet, & vetus Interpres superiori membro coniunxit. Indicat autem tumores rubicundos in anginæ ad pulmones aut pectus transmutatione (de qua in Coacis Præs. & aph. 10. lib. 5 agitur) etiam secundùm directionem ferri. ἐρυθήματα autem de anginæ tumoribus flammeis & rubicundis sæpe effert Hipp. vt patet ex Coacis & aph. 49. lib. 7.

ἢ καὶ τὰ κάτω τοῦ ἥπατος] Exemplaria publicata & manu scripta plurima κατὰ legunt, sed κάτω legendū esse satis innuit Galenus. Significatur autem his verbis considerandū esse an in his quæ infra iecur abscedunt in directum naturæ motus semper spectari queat, veluti in his quæ in testes aut varices decumbunt, aut in ea quæ per vterum fit hæmorrhagia, aut etiam in alui perturbatione. Quod etsi non rarò contingit, eos tamen abscessus laudabiliores esse qui secundum directionem fiunt. De abscessu autem ad testes in diuturna tussi, scripsimus abunde lib. 2. † epid. & communionem genitalium partium cum thorace satis aperuimus.

† Sect. 1.

11 ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται] Hic difficilis respirationis species quæ magnam & crebram spirationem facit intelligitur, vt satis patet ex Galeno, qui πνεῦμα νῦν ἀκουσόμενον τὸ πλέον τοῦ κατὰ φύσιν explicat, & ἀναπνοὴν πλείονα, tum etiam quod pleuritidis, & peripneumoniæ & febrium peturentium exemplum proponit.* Densam verò & crebram spirationem exponit lib. 3. de diff. spir. hunc locū his verbis subindicans: τὸ γὰρ πνεῦμα μόνον ἁπλῶς οὕτω γράφων, ἐν τῇ τῶν νοσημάτων ἐδείχθη συνδρομῇ, ἀντὶ τῆς δυσπνοίας ἀφ' ἧς πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα. τὸ δ' αὖ τοῦτ' ἔτι πλέον πυκνούμενον, ἔθος αὐτῷ ἆσθμα καλεῖν ὥστε καὶ περὶ ἐν τῇ ἐπιδημιῶν ἕκτῃ ἐπειδὰν εἴπῃ, πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, τὴν μετὰ πυκνότητος ἀκουσόμεθα δύσπνοιαν hoc est: Sic enim simpliciter spiritum per se dum scribit, in casuum in morbis concursione demonstratum est, pro ea spirandi difficultate accipi, in qua densa fit spiratio. Eădem quoq; ipsam ampliùs densatam, anhelationē appellare illi est consuetū. Quare lib. 6. de Morbis vulgaribus cùm inquit, si spiratio intus deficit, eam spirationis difficilis speciē quæ cum densitate est, inaudiemus. Idem quoq; eodem libro, istud inæqualis respirationis speciem, quæ in expiratione spectatur indicare scribit, his verbis: ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ [illegible] πνεῦμα ἐγκαταλείπηται φησί. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ταὐτόν ἐστι τῷ κατὰ τὸ περὶ διαίτης: εἰρημένῳ, πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ. ὡς γὰρ εἰσπνέοντές τινες οὐχ ἅπαξ τοῦτο δρῶσιν, ἀλλ' ἡσυχίᾳ διακόπτουσι τὴν ἐνέργειαν ὁμοίως τοῖς κλαυθμυριζομένοις παιδίοις οὕτω καὶ ἐκπνέοντες. hoc est: In sexto verò, si spiratio intus deficiat, inquit. Nam & hoc idem est & hoc quod lib. de rat. vict. in morb. ac. dicitur, spiritus offendens in ea quæ sursum fit latione. Quemadmodū enim in spirando quidam non semel id efficiunt, sed cessandò ipsam actionem interrumpunt, perinde ac ciulantes pueri, ita & exspirando. Indicatur igitur spiratio intus conclusa, deficiens, derelicta ac intercepta, quæ conuulsionē ex aphorismis denunciat. Cæterùm illud χλόασμα οὐ λαμπρὸν coloris genuini & naturalis immutationē ac formæ significat, cuius dignitas colorum bonitate tuenda est. Ad huius autē sententiæ intelligentiā plurimū cōuenit historia Apemanti sororis filij lib. 4. epid. & quod ibidem scribitur, αἱ ἀποστάσιες ἤσαν ἀποστροφαὶ, φλέβες κρολάφων, καὶ συμπτώσιες, καὶ χροιαὶ μετάβολαί, περὶ τῆς κεφαλῆς. In huius porrò sententiæ extremo vetus Interpres aliquid de membrorum claudicatione addit, quod nusquam repetitur in codicibus tum manu scriptis tū publicatis.

καὶ ἀποστήματα τὸν τρόπον] Exemplaria quædam τοῦ λόγου habent, quæ secuti sunt Galeni interpretes vt & paulò post οἱ [illegible] pro οἱ πολλοί.

12 τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα] Hanc totam sententiam lib. 2. epid. abunde explanauimus.

αὕτη γὰρ ἡ ἐγκατάληψις] Videtur id ad vrinas referri, quæ vbi restiterint vtrorumq; viscerum impuritatem & morbi materiam à natura expurgatā intercipiunt, vnde meritò recidiuæ fiunt. Sic ἐγκατάληψις idem quod κατάληψις significabit, quomodo legitur lib. 2. epid. vt sit eorum quæ vacuantur interceptio, retentio, aut suppressio, eaq; fuit nostra lib. 2. epid. explicatio. Potest & hic ἐγκατάληψις ἀμφοτέρων ad vtraq; præcordia referri, & in vtrisq; interceptio dici, vt recidiuæ iure timeantur si humor à natura vacuandus restet aut intercipiatur, velut qui ad articulos confluit, aut per sanguinis ex naribus profluuium, aut per vrinas erumpit. ἐγκατάληψις etiam dici possunt eorum quæ vacuari debent remanentes quodammodo reliquiæ, quæ meritò recidiuas suspectas faciunt. Quo modo legisse videtur Caluus, cùm vtrorumq; intus remansionem dixit. Sunt qui ἐγκατάληψιν sumant de viscerum inter se communicatione, dùm alterius redundantiam alterum excipit, & suos sibi affectus mutuò communicant. Quod facit vetus interpres.

ἀποστασίη οὖν] Aliter legitur lib. 2. epid. ἀπόστασις οὖν ποιέεται αὐτὴν ἡγεύμενον Quam lectionem (vt non est improbanda) secutus videtur vetus interpres etsi ista, quæ multis exemplaribus manu scriptis, tum etiam publicatis est contestata, ferri potest, quam cum interpretibus omnibus secuti sumus.

13 αἱ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι] Lib. 2. epid. vbi sententia ista repetitur, de sanguinis per nares eruptionibus quæ quarto die contingerent, exposuimus, & eiusmodi hæmorrhagias ex Hipp. rescriptis suspectas fecimus. Alij hoc de profluuio sanguinis è naribus quarto die in febribus tertianis iudicatoriè erumpente intelligi volunt, & sequentibus iungunt, cùm tamen tertianæ vix soleant ex Hipp. & Gal. doctrina per hæmorrhagiam iudicari.

A 14 οἱ διαλείποντες μᾶλλον] Hanc quoque sententiam lib.2.epid.abunde exposuimus.

15 ἔξω τριταιοφυέες] Quænam sint febres τριταιοφυεῖς, quæ ad tertianarum naturam propiùs accedant, explicat Gal. Com.2. & 3. in lib.1.epid.& nos in nostris annotationibus satis aperuimus. Erotianus certè hunc locum subindicans ab Hippocr. τριταιοφυέας vocari scribit, τοὺς τριταίοις εὐφυΐας χάριν. Vult tamen eas febres subindicari quæ parui hemitritæi dicuntur, & cùm insultuum significationes habeant, nullam tamen intermissionis integritatem præ se ferunt. Alterum porrò huius sententiæ membrum multis in exemplaribus deficit.

16 βῆχες ξηραὶ] Huius sententiæ quæ repetitur aphor.54.lib.4. meminit Cornelius Celsus cap.7.lib.3. de febre ardente agens. Si quis autem in huiusmodi febre leuiter tussit, is neque vehementi tussi conflictatur, neque bibere aquam frigidam debet, sed eo modo curandus est quo in cæteris febribus præcipitur.

17 μηδὲν ὑπεροφᾶν] His verbis monet Hippoc. antiquorum scripta accuratissimè esse excutienda ac versanda, in iisque nihil esse B contemnendum, neque tamen quicquam temerè ac sine ratione affirmandum aut assentiendum, quod illud arrogantiæ, hoc temeritatis aut leuitatis habet plurimum, quæ à sapientia maximè dissidet. Sic Galenus μηδὲν εἰκῆ, μηδὲν προπετῶς μηδὲ ἀβασανίστως συγκατατίθεσθαι exponit. Potest & de ea quæ in curandi arte adhibenda est diligentia intelligi, vt nihil temerè fiat aut committatur, nihilque nisi bene subducta ratione, aut vsu comprobatum attentetur. Qua notione huius loci meminit Gal.lib. de Theriaca ad Pisonem, vbi κατὰ τὸν Ἱπποκράτην μηδὲν εἰκῆ ποιεῖν celebrat.

18 ἐκ περιαγωγῆς] Mutationem ad contraria sensim fieri debere præcipit Hipp. cùm subitas mutationes non ferat natura. Quod sæpè præcipit in tota sua doctrina, & præcipuè in victus ratione & consuetudine immutanda. Sic quoque Galen.lib.6.salub. in temperamento calido & sicco corrigendo sensim id fieri præcipit, his verbis: τὸ δὲ τῆς τροφῆς εἶδος, εἰ μὲν ὑπαλλάττειν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐθέλει τὴν κρᾶσιν τῶν οὕτως ἐχόντων, ἐναντίον ἔστω τῇ δυσκρασίᾳ. κατὰ βραχὺ δὲ γίνεται τοῦτο χωρὶς βλάβης, ἐπιστατοῦντος μὲν ἰατροῦ, σχολὴν δ' ἄγοντος αὐτοῦ τοῦ βοηθουμένου τοσαύτην, ὡς ἅπαντα ποιεῖν ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ. hoc est, Alimenti verò species, si quis in melius vertere horum sic se habentium temperamentum volet, intemperiei contraria esto. Id vero sensim citra noxam contingit, si medicus præsit, & qui curatur ita sit liber, vt omnia conuenienti tempore faciat. Celsus quoq; cap.3.lib.1. huiusmodi in contraria mutationes sensim assuefaciendas præcipit cùm scribit. Item neque ex nimio labore subitum otium, neq; ex nimio otio subitus labor sine graui noxa est. Ergo cum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit assuescere. Quod neq; solùm in ægrorum curatione, sed & in his qui ex morbo confirmantur, videndum etiam monet cap.24.lib.4. & verò in sanis accuratè etiam est æstimandum. Cæterùm exemplaria manu scripta ferè omnia ἀπὸ περιαγωγῆς legunt, eodem sanè sensu. Quæ etiam secutus videtur Caluus, etsi mirum in modum totum hunc locum valde per se illustrem obscurauit.

19 Placitum est 68.lib.5. hinc translatum, cuius etiam antea meminit Galenus in reuulsionis legibus, & lib. de Curat. per sang. missionem. Quædam exemplaria manu scripta ὀρθὴν legunt, cuius etiam lectionis meminit in Com.Gal.

20 αἱ διαδέξιες] διαδέξιες Hippocrati siue διαδοχαὶ Galeno dicuntur humorum migrationes & ex parte in aliam transitus ac exceptiones, & humorum μεταστάσει accommodantur, ac ad ἀποστάσεων criticarum genus referri possunt. Intelligi etiam possunt morborum quædam successiones & in alios transitus, vt satis ex Galeni Commentario patet, qui has omnes notiones includit. Illud autem καὶ τῶν ἀπὸ σπλάγχνων τῶν φλεγμονῶν sic accipi potest, vt ex viscerum inflammationibus successiones quædam fiant & quantum valeant, aut etiam ipsæ inflammationes quonam vertant, videndum sit. Cæterùm exemplaria tum publicata tum manu scripta vitiosa sunt quæ ἐξ οἵων οἷα ἄλλοισι legunt, cùm legendum sit ἐξ οἵων οἷα ἀλλοιοῦσι, cuius lectionis meminit Galenus eamque sequitur Cornarius. Quædam etiam manu exarata exemplaria εἴτ' ἐξ ἥπατος σπληνὶ legunt, quædam etiam σπλὴν cum Galeno, eadem tamen notione. Caluus hanc sententiam mirum in modum conturbauit & sequenti iunxit.

21 οἷως ἕκαστα ῥέπῃ] Hanc lectionem velut popularem magis magnaque ex parte melioribus exemplaribus contestatam, secuti sumus. Quidam codices οἷως ἕκαστα ῥέπῃ habent, quos secuti sunt quidam interpretes, quidam etiam ὅκως.

22 τὰ πλατέα ἐξανθήματα] Hæc sententia vniuersalem notionem habet aph.9.lib.5. Exemplaria verò manu scripta Regia duo pro ὠνίνατο, αἰνίσσεται legunt vitiosè, quam tamen lectionem secutus est Caluus & vetus Interpres. Eadem quoque exemplaria cum publicatis αἰνίναι αἱ, pro ὀνίνανται αἱ habent, eodem ferè sensu, vt pustulas illas calidis fomentis remisisse aut resolutas fuisse significet.

23 ὅτε πεπαίνεται] Hîc πεπαίνεται ἐκπυΐσκειν significat vt indicat Galenus, & maturationem pro suppuratione aut in pus conuersione sumi designat. Quædam etiam exemplaria ἐμπλαστικὰ habent quæ propiùs emplasticam pus mouentium medicamentorum vim, qua corporis meatus obstruunt & halituosos transpiratus concludunt, coloremque natiuum fouent, exprimunt. Vetus Interpres aliam longè secutus videtur lectionem, & pro αἰσθάνεσθαι νεῦρα legisse.

24 ἐξ ὀμμάτων] Exemplaria quædam manu exarata recondita ἐπὶ ὀμμάτων ῥοωδέων legunt. Vetus etiam Interpres καὶ ἔστιν ἡ πρῆξις λύσις πλέως legisse videtur contra omnium exemplarium & interpretum fidem. Caluus quoque istud de eructatione tacuit.

25 καὶ τὰς ἄνω] Sic legunt exemplaria omnia manu scripta cum meliore publicatorum parte, & ad reliquos corporis meatus referunt, per quos euacuationes molimur, vt & τὰ ἄνω, quod habent quædam exemplaria.

καὶ ὅπῃ] καὶ ᾗ δεῖ legunt exemplaria Regia manu scripta, vt quà & quanam parte, aut via euacuatio procedat, intelligatur. Cuius lectionis meminit etiam Galenus in Commentario. Quam dictionem omittit vetus interpres, vt & diminuta est quibusdam in codicibus hæc sententia, qui ὡς δεῖ, καὶ οἷα prætermittunt, vt satis ex Caluo patet, pessima sanè nobilissimæ artis præuaricatione.

26 ἐπὶ τοῖσι μεγάλοισι κακοῖσι] πρόσωπον χρηστὸν ὅμοιον τῷ κατὰ φύσιν explicat Galenus, vt sit facies quæ minimùm à naturali statu recedit. In non leuiter enim febricitantibus corpus permanere, nihilque imminui, vt vel plus æquo contabescere aut extenuari, malum, vt scribitur aph.28.lib.2. Bona igitur dicitur facies, non quæ perpetuo sibi constat & bene est habita, sed quæ minimùm ab ea quæ est secundum naturam distat, licet pro morbi ratione extenuetur. Quod his verbis indicat Galenus in Commentario quæ vitiosè nostris in codicibus & ab interpretibus leguntur. Sic enim legi debent: ἐὰν γὰρ μακρῶν ὄντων τῶν παθῶν, τὸ πρόσωπον ἐὰν ᾖ συμπεπτωκὸς ἀξίως τοῦ νοσήματος, χρηστὸν τὸ σημεῖον. ἐπὶ δὲ τοῖς μικροῖς ἐξ ὑπεναντίης κακόν τι σημαίνει. Exemplaria verò scripta & publicata vitiosa sunt quæ legunt ἐπὶ δὲ τοῖσι μικροῖσι τἀναντία σημαίνον ἦ δὲ, σημεῖον κακόν. Legendum enim τἀναντία σημαῖνον τῇ ἀσημίῃ vt ex Cal. patet, quam etiam lectionem vetus interpres secutus est.

27 περὶ τὸ αἷμα] Videntur hæc sanè duo esse posterioris superioris sententiæ membri exempla, quæ faciei immutationem, specie alioqui leuem & parui momenti, maximè tamen suspectam facerent, aut certè (quod magis arridet) duo morbi arquati genera subnotare videtur Hippocrates. Exemplaria quædam publicata παρέμενον αὐτὴν legunt, manifesto vt apparet vitio, cùm παρέμεινεν αὐτὴ ex codicibus manu scriptis legendum sit: vt sensus sit, eandem in morbo regio diu perseuerasse, quod sanè morbum suspectum magis reddit. Cuius lectionis etiam vestigia etsi corrupta apud Galenum restant. Nos tamen cum Galeno ista prætermittere maluimus. Codices scripti Regij pro ἀδελφιδῆ, ἀδελφιδὴν meliùs legunt.

28 ἐν Περίνθῳ] Peruulgata exemplaria cum manuscriptis hunc sensum habere videntur. In Perintho vrina geniture similis excreta est, eiusmodique iudicationem retulisse visa est. Taliaque abdominis affectus soluunt, quando vrinæ liberant. Hoc est, imi ventris & abdominis affectus per huiusmodi vrinarum effluuium liberantur, velut hypochondriorum murmur vrinæ copia soluitur aphorism.73.lib.4. Atque is variæ lectionis sensus eodem recidit, etsi Galeni mentem interpretatione nostra expressimus. Indicatur namque hac sententia imi ventris dolores aut tumores à pituita vitrea excitatos, per vrinas genituræ similes excretas iudicatos fuisse, non secus ac Prorrhet.1. dolores circa vmbilicum multos cum palpitatione à flatibus commotos, per deiectionem genituræ similem iudicatione solutos scribit. Qua de re fusissimè scripsimus annotationibus nostris in ægr.1.libr.1. epid. ex Hippocratis & Galeni mente, & huius etiam loci sensum expressimus, simulque quænam iudicatio fiat ex vrinis genitale semen referentibus, aut quænam earum natura pluribus verbis aperuimus. Quo etiam mihi spectare videtur quod scribitur lib. 2. epid. † in Scopo, dum lienis & præcordiorum tumorem imique ventris contentione per vrinas crassas & returbidas iudicatione absolutam scribit, vbi huiusmodi quoque iudicationum in Perintho meminit. Hunc autem locum mihi innuere Erotianus videtur, cùm γονοειδὲς

οὐδὲν τὸ ὅμοιον γίνεται τοῖσι σπέρμασι exponit, aut eum certè qui Prorrhetico primo legitur, cuius aliàs meminimus. Nam apud Erotianum manifestum esse vitium apparet. Quòd autem attinet ad exemplaria manu scripta ἱμαλάσσετο pro ἱλαπάσσετο legunt. Quam lectionem secutus est Asulanus & Caluus eodem sanè sensu. Eadem verò pro τὰ περὶ τὸ ἧπαρ, ἐπὶ τὸ ἧπαρ legunt, vt & codices Germanici. Nec verò facienda erat mentio veteris interpretis, qui τὰ τῶν ὑγρῶν, pro ἠπίων, & ῥύονται aliter accepit, vt nec Asulani codicis qui manifesto mendo ἰκτερῶν pro ἠπίων habet.

† *Sect.* 3.

29 περὶ δὲ τὸ αἷμα τοῦ] ἰχωροειδὲς αἷμα aquosus sanguinis humor & sanguis serosus intelligitur, ac humiditas illa tenuis quæ sanguinem humores omnes complexum diluit. αἱματώδη ὀῤῥὸν exponit Galenus, & saniosum sanguinem intelligere possumus, nisi sanies magis extra corpus spectaretur. In timore igitur perculsis ac perturbatis, iisque qui diutiùs peruigilarunt huiusmodi sanguis incoctus necdum concretus abundat, ob viscerum ac præcipuè hepatis frigiditatem, quæ huiusmodi dilutum sanguinem creat, aut certè pauidos & peruigilantes reddit, quæ est Galeni opinio, quam interpretatione nostra expressimus, quod animi affectus ex viscerum interiorum intemperie pendeant. Mirum est autem omnia exemplaria tum publicata, tum manu scripta πλυώδεα legere, cùm πλαδῶδεα legendum esse clamet Galenus. Quod vitium etiam ad exemplaria Italica permanasse Caluum non vidisse magis miror, etsi id ex veteri interprete sentire poterat.

30 ἤγε διὰ τοῦτο λεπτὸν τὸ αἷμα] Hæc lectio codicibus omnibus manuscriptis cum publicatis contestata, significat lienosis tenuem & aquosum redundare sanguinem, ideoq; sæpe per nares aut alia quauis corporis parte prorumpere. Quod innuit Celsus his verbis: Quibus lienes magni sunt, his sanguis aliqua parte prorumpit. &, Quibus sæpè ex naribus fluit sanguis, his aut lien tumet, &c. vt scribit etiam Prorrh. 2. vnde Celsum sumpsisse indicauimus, & hanc rem apertiùs tractauimus. Galeni verò lectio quam omnes secuti sunt interpretes, tenuitatem sanguinis causam esse vult cur genua & pedes caleant. Defœcatus namque sanguis in splenicis tenuior, acrior & calidior esse solet, siue id lienis vitio, siue à natura contingat.

31 ἐν τοῖσιν ἐμπυήμασιν] Huius sententiæ initium manuscripta quædam exemplaria præcedenti coniungunt. Cuius scriptionis meminit etiam Galenus, eamque secutus est Caluus, sed pro ἔρος, ὀῤῥὸς legit, vt in purulentis sanguinem tenuem & serosum inesse intelligat. Quod etsi reapse satis est apertum & artis operibus valde consentaneum, id tamen videtur ab Hippocratis & Galeni mente esse alienissimum.

32 ἧσσον τοῖς ἀπὸ κεφαλῆς] Hunc locum Auicennas lib. 3. fen. 5. cap. 11. innuit, cum destillationibus ex capite affectos, raro lienis tumore tentari scribit, quem etiam sequuntur ferè practici omnes. Destillationi namque aut grauedini obnoxij, pituitoso, tenui, aquoso & crudo plurimo sanguine, non crasso, fœculento & melancholico, vt lienosi, abundant. Quem sensum etsi fortè sequitur Caluus, aliam tamen spectasse lectionem videtur, contra omnium tum manu exaratorum, tum publicatorum quæ adhuc videre licuit exemplarium fidem.

33 ἡ περὶ τὸ νοσέοντα οἰκονομίη] Eleganter admodum οἰκονομίην vocat ægrorum procurationem ac gubernandorum ægrorum facultatem & peritiam, eorumque quæ Medicus habet ab arte velut seposita ac comparata subsidia accommodatum vsum ac diligentem apparatum, quibus accuratè vult instructum esse Medicum, vt eo velut instrumento aptè collocato & ad manum disposito, non secus ac sedulus quidam paterfamilias promptissimè vti possit. Cuius quidem facultatis summa quædam hìc tantum capita attingit Hippocrates, quò eam faciliùs in Medici notione reponeret, luculentissima tractatione lib. περὶ ἰητροῦ & περὶ εὐσχημοσύνης exaggerans. Multa quoque & amplissima ad hanc ægrorum procurationem sedulò & ex arte exercendam scribuntur à Galeno libello περὶ τοῦ προγινώσκειν. Cæterùm exemplaria duo Regia manu scripta διηγεῖται οἷα legunt, & hìc omnia sententiæ alterius principium constituunt, quod etiam in codicibus Italicis videtur, vt ex Caluo apparet. Quædam etiam exemplaria οἱ λόγοι περὶ τὸ νοσέοντα, περὶ τοὺς παρέοντας legunt, quæ secutus videtur Caluus, eoque sanè inclinare Galeni interpretatio videtur. Possunt verò & ista referri ad ea quæ aph. 1. lib 1. scribuntur.

34 ὅτι ἐν θερμοτέρῳ] Placitum est 48. lib. 5. quod hic adumbratur. Cuius opinionis causam adfert Galenus in aphorismis, longèque fusiùs lib. 2 de semine, & lib. 14. de vsu partium & lib. 6. de loc. affect. Eodem quoque sensu scripsit lib. 2. epid. † Hippocrates καὶ ὅτι ἐμπίπτει τοῖσι δεξιοῖσι τὰ ἄρσενα, vbi hunc locum in medium adduximus, eaque de re plurima diximus. Quòd ad scriptionem attinet, exemplaria omnia manu scripta, cum publicatis tum Germanicis tum Asulanis consentiunt, & ὅτι ἐν θερμοτέρῳ, τὸ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι legunt. Quæ lectio ad Italica exemplaria permanauit, vt satis ex Caluo apparet, qui codicibus scriptis temerè confisus, mirum in modum locum istum conturbauit. Nos verò cum interpretibus, Galeni liberalitatem amplexi sumus. Exemplaria quoq; manu scripta nulla καὶ χολωδέστεροι μᾶλλον apponunt, sed omnia μᾶλλον ξυνεχέες habent. Quam lectionem etiam agnoscit vetus Interpres.

† *Sect.* 6.

35 συνεκρίθη] ὀξύτερον κινέεται legunt omnia exemplaria tum publicata, tum manu scripta præter Galenum, vt ad celeriorem maris motionem referatur, ἐμωλύνετο autem impeditam ac hebescentem, aut quodammodo subsistentem & cessantem maris auctionem indicat.

36 ὅτι ἐστερεώθη] Exemplaria quædam manu scripta θερμὸν pro θερμότερον legunt, vt & Asulanum. Caluus verò hanc sententiam mirè perturbauit eiusque initium ad superiorem retulit. Quædam etiam exemplaria præcedentis sententiæ extremum huic coniungunt.

SECTIO TERTIA.

1 Cutis raritas alui densitatem efficit, cutis coarctatio, carnium auctionem, ventris torpor omnium conturbationem & vasorum impuritatem, cerebri consumptio, vnde & caluitium, instrumentorum attritionem.

2 Corporis euacuatio cursu fit, quiete, palæstra, multis obambulationibus velocibus. Quibus maza cocta vt plurimùm, panis autem modicus conuenit.

3 Extenuationis signum eadem diei hora obseruare oportet. Statim namque corporis moles contrahitur & concidit. De laboribus aliquid remittendum. alioqui defluet. Vno enim & eodem modo totũ corpus concidit. Tunc autem cùm iam collapsi fuerint, suillas assas offerre conuenit. Cùm verò reficiantur id indicat, quod rursus floridum corpus efficitur.

4 Exercitationis modum indicat sudor guttatim effluens, qui velut ex aquæ ductibus emanat, aut ex tumore compressio.

5 Mulierem quam primùm Cranône curaui, cui

ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

1 ἡ δέρματος ἀραιότης, ἡ κοιλίης πυκνότης. ἡ δέρματος ξυνόδεσις. ἡ σαρκῶν αὔξησις. ἡ κοιλίης νάρκωσις. ἡ τῶν ἄλλων ξύγχυσις. ἡ τῶν ἀγγείων ἀκαθαρσίη. ἡ ἐγκεφάλου ἀνάλωσις. διὸ καὶ φαλακρότης. ἡ τῶν ὀργάνων κατάτριψις.

2 ἡ καθαίρεσις. δρόμοισιν. ἡσυχίῃσιν. πάλῃσι. πολλοῖσι περιπάτοισι. ταχέσι. οἷσιν ἐφθὴ μάζα τὸ πλεῖστον. ἄρτος ὀλίγος.

3 καθαιρέσιος σημεῖον τὴν αὐτὴν ὥρην τῆς ἡμέρης φυλάσσειν. ἐξαπίνης γὰρ εἰρύεται. ἢ ὑφιέναι τῶν πόνων, ἢ ῥυέεται. ὁμοίως γὰρ ὅλον ξυμπίπτει. ὅταν δὲ δὴ ξυμπέσωσιν, προσάγειν ὕεια ὀπτά. ὅταν δὲ πληρῶνται, σημεῖον αὖθις, τὸ σῶμα ἀνθηρὸν γίνεται.

4 ἐν γυμνασίοισι σημεῖον, ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων σταγόσιν. ὃς ἐξέρχεται ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν. ἡ σύμπτωσις ἐξ ἐπάρσιος.

5 ἡ γυνὴ ἣν πρῶτον ἐθεράπευσα ἐν Κρανῶνι, πολλὴν

φύσα

ὁ φύσει μέγας. πυρετὸς, καυσώδης. ἐξέρυθρος. πνεῦμα
δεκάτῃ. ἱδρὼς τὰ πολλὰ ἄνω. ἀτὰρ δὲ καὶ κάτω τεσσαρες-
καιδεκάτῃ.

6 ἥσσον τοῖσιν ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσιν ἐπιπυρετήσα-
σιν, ὡς οἶμαι, ὑποστροφαί.

7 πύον δὲ ἐκπυέον, ἀνυπόστροφον. ἔστι γὰρ πεπασμὸς,
κρίσις ἅμα καὶ ἀπόστασίς ἐστιν.

8 οἷσιν ὅταν ἀφροδισιάζωσι, φυσᾶται ἡ γαστὴρ, ὡς Δα-
μαγόρᾳ. οἷσι δὲ ἐν τούτῳ ψόφος, ὡς Ἀρκεσιλάῳ.

9 τὸ φυσῶδες ξυναίτιον τοῖσι πτερυγώδεσι. εἰσὶ γὰρ εἴσω
... υσώδεες.

10 τὸ ψυχρὸν πάνυ, φλεβῶν ῥηκτικὸν καὶ βηχῶδες. οἷον
χιών. κρύσταλλος. συστρεπτικὸν δέ. οἷον τὰ φῦμα, καὶ αἱ γογ-
γρῶναι. συναίτιον καὶ αἱ σκληρότητες.

11 τὸ μετ᾽ οὔρησιν συνάγμα. παιδίοισι μᾶλλον. ἦρ' ὅτι
θερμότερα;

12 τὰ σχήματα τὰ ῥηΐζοντα μᾶλλον, οἷον ὁ τὰ κλήματα
τῇ χειρὶ πλέκων ἢ στρέφων, ὑπὸ ὀδυνέων κατακείμε-
νος, λαβόμενος πασσάλου ἄκρου ὑποπεπηγότος εἶχεν.
καὶ ἐρῄισεν.

13 ὃν ἐξ ὀρειτυπίης παρὰ τὴν γέφυραν εἶδον ἐγώ. ῥι-
πτεῦντα σκέλεα. κνήμην ἑτέρην ἥκιστα ἐλεπτύνετο. μη-
ροὺς δὲ κάρτα. οὖρα καὶ γονὴ οὐκ ἔχετο.

14 ὅσαι πτερυγώδεες φύσιες πλευρέων δι᾽ ἀδυναμίην
τῆς ἀφορμῆς, ἐπὶ τοῖσι καταῤῥόοισι τοῖσι κακοήθεσιν, ἢν ἔκ-
κρισις εἴη, κἢν μὴ εἴη, κακόν.

15 ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶν μὲν μᾶλλον ἀπ᾽ ὀσφύος,
καὶ διὰ νώτου. καὶ ὅτε ἐς κεφαλήν. ἀτὰρ καὶ ἀνδράσιν
ὄπισθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν. φρίσσομεν γὰρ τὰ ἔξωθεν
μᾶλλον ἢ τὰ ἔνδοθεν τοῦ σώματος, οἷον πήχεων. μηρῶν. ἀ-
τὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιότερον. δηλοῖ δὲ ἡ θρίξ. ἀφ᾽ ὧν δὲ
ἄλλων ῥιγέουσιν ἴσως ἑλκέων, ἄρχεται ἀπὸ τῶν ἀγ-
γείων.

16 κεφάλαιον ἐκ τῆς γενέσεως. καὶ ἀφορμῆς. καὶ πλεί-
στων λόγων, καὶ κατὰ σμικρὸν γινωσκομένων. συνάγοντα καὶ
καταμανθάνοντα, εἰ ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλοισι. καὶ εἰ μὴ ὅ-
μοια ἀλλήλοις εἰσίν. ὡς ἐκ τῶν ἀνομοιοτήτων, ὁμοιότης
γίνηται μία. οὕτως ἂν ἡ ὁδός. οὕτω καὶ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων
δοκιμασίη, καὶ τῶν μὴ, ἔλεγχος.

17 αἱμοῤῥαγίαι ἐκ ῥινῶν, ἢ τοῖσιν ὑποχλωρομέλασιν,
ἢ ἰσὶν ἐρυθροχόλοισιν, ἢ τοῖσιν ὑποχλώροισι βραχέα
... παχύνουσι ξηρῶς. τοῖσι δὲ ἑτέροισι παχυσμοῖς, ἧσσον.
ξηρῷ δὲ λευκῷ. οἷον κηκὶς, στυπτηρία.

18 ἐπὴν ἀφροδισιάζειν ἄρξωνται, ἢ τραγίζειν, αἱμοῤ-
ῥαγέουσιν.

19 ἐν τοῖσι δὲ προσόδοισιν ἔστιν οἳ ἀποψοφέουσιν. οἷον
Ἀρκεσίλαος. οἱ δὲ μέλλοντες ῥιγώσειν, ῥικνώδεες. οἱ δὲ
ἐπὴν προσέλθωσι, φυσῶνται κοιλίην, οἷον Δαμαγό-
ρας.

20 αἱ μεταβολαὶ φυλακτέαι. ὀλιγοσιτίη, ἄκοπον. ἄδι-
ψον πίνοντι.

lien natura magnus erat, febris ardens prehendit, prę-
rubra erat cum difficultate spirandi. Decimo die su-
dor vt plurimum ex superioribus partibus profluxit;
quinetiam & ex inferioribus decimo quarto die.

6 Ex capitis grauedine & raucedine laborátibus,
vbi febre corripiuntur, iis ferè morborum reuersio-
nes non fiunt.

7 Quod in pus vertitur, id morbi reuersionem non
facit. Ipsa namque maturatio, simul & iudicationis &
excretionis rationem habet.

8 Quibusdam cum venerem exercent venter infla-
tur, quod Damnagoræ accidit. Quibusdam verò tum
crepitus fit, vt Arcesilao.

9 In his qui alarum instar prominentes habent sca-
pulas, flatus simul causa est. Sunt enim flatulenti.

10 Valde frigidum, velut nix & glacies, venas rum-
pere & tusses excitare solet. Humorũ verò collectio-
nes facit, quales sunt oblongæ circa aures eminentię,
à Satyrorum similitudine Pherea dictæ, aut rotundæ,
arborum quarundam tuberculis similes, quæ Gon-
gronæ vocantur. Quinetiam & corporis durities si-
mul causa existit.

11 Post mictionem coitio, num ideo pueris potius
contingit quod sint calidiores?

12 Figuras quasdam corporũ magis alleuare, ex eo
perspicuũ, qui cũ sarmẽta manu flecteret aut intor-
queret, ac præ doloribus decumberet, arrepta summa
defixi paxilli parte inhæsit, & alleuamentum sensit.

13 Quem ex montano labore iuxta pontem vidi
crura hinc inde iactantem, huic altera tibia minimũ
extenuabatur, femora autem plurimum. Vrina verò
& genitale semen non retinebantur.

14 Quicunq; alata latera natura habere dicuntur,
quod à tergo scoptula opera alarũ instar emineât, idq;
ex causę imbecillitate accidit, ij in malignis destilla-
tionibus, siue excretio fiat, siue nõ fiat, malè habent.

15 Rigores quidem mulieribus à lumbis inchoant
magis, & per dorsũ deinceps ad caput feruntur. Quin
& viris posteriore magis quam anteriore corporis
parte. Horremus siquidem exterioribus magis quàm
interioribus corporis partibus, veluti cubitis, femori-
bus. Sed & cutis raritas id indicat, cuius indicium est
pilus. Si verò aliunde rigent, fortéq; ex vlceribus, ex
vasis rigor inchoat.

16 Curationis summa ex primo ortu, causa plurimis
ægri sermonibus, iisq; quæ sensim in cognitionem
veniunt, colligenda est, ac perdiscendum num inter
se sint similia, an dissimilia, vt ex dissimilitudinibus
vna similitudo fiat. Hæc vtiq; via est, hacq; ratione
quæ rectè se habent explorantur, quæ verò secus, de-
prehenduntur.

17 Sanguinis è naribus profluuium accidit, aut his
qui aliquantulum pallescentes nigricant, aut ex ru-
bro pallescunt, aut aliquantulum pallent. In quibus
vbi paulum concesseris, sicco aliquo medicamento
incrassare oportet. In aliis verò minùs incrassandum.
Sicco autem albo medicamento ad ea vti oportet,
quale est galla, aut alumen.

18 Vbi venerem exercere aut hircire incipiunt,
tum sanguinis profluuio tentantur.

19 In mulierum congressibus quidam crepitum e-
dunt, vt Arcesilaus. Sunt qui vbi congressuri sunt, cor-
pore horrent ac corrugantur. Quibusdam verò vbi
congressi fuerint, venter inflatur, vt Damnagoræ.

20 Mutationes cauere oportet, in eoq; obseruan-
da est cibi parcitas, & quod lassitudinem adimit, &
quod bibenti sitim arcet.

21 Quæuis extenuatio cutem laxat, deinde distenditur, refectio contrà. Cutis collabentis corrugatio, renutritæ extensio, horridum, læue, alterum alterius signum existit, itemq; subbiliosum, & subrubrũ. Eadem ratione mammæ demittuntur, graciles verò reuelluntur & distenduntur: etsi id non eam ob causam fieri quis existimauerit, sed quia corpus carne repleatur.

22 Iugula conspicua in quibusdam videntur & venæ apparentes.

23 Herodicus febricitantes tum multis obambulationibus, tum multa lucta & fomentis conficiebat, idq; malè. Febris enim fami, luctæ, obambulationibus, cursibus, frictioni, iis vtique omnibus est inimica. Laborem igitur labore curabat. Inde venarum rubor, liuor, pallor, aut laterum dolores molles contingebant.

24 Sitim prohibet, os claudere, tacere, auram cum potu frigidam introducere.

25 Videndæ sunt causæ ex quibus morbi cœperint, siue capitis dolor, siue auris, siue lateris prehenderit. Cuius rei dentes, & in quibusdam glandularum tumores significationem afferunt.

26 Quæ suboriuntur vlcera & tubercula, ac febres decernere nata sunt, si non affuerint, iudicationem ipsam tollunt. Quibus verò aliquid intus relinquitur, iis certissimæ & celerrimæ morborum reuersiones fiunt.

27 Rotunda sputa, qualia in Pleno visa sunt, delirium portendunt.

28 Qui sanguinem per ora venarũ quæ in ano sunt profundere solent, neq; morbo laterali, neq; pulmonis inflammatione, neq; vlcere excedente (phagedænam dicunt) neq; furunculis corripiuntur, neq; tuberculis quæ à cicerum similitudine terminthi dicũtur, ac fortassis ne lepra quidem, forteq; neq; aliis id genus. Intempestiuè tamen curati multi, breui huiusmodi morbis correpti sunt, eamq; ob causam perniciosè habuerunt. Quod & in reliquis abscessibus, velut fistulis contingit, qui aliorum medela sunt. Et in his quidem videndum est, quibus in morbis quæ facta sunt liberant, eosdem si ante fiant prohibere.

29 Loci alterius noxios humores loca quædam excipiunt, aut ob dolorem aut grauitatem, aut aliud quippiam, aut quòd cum aliis communitatem habeant, liberant.

30 Quòd aliò sanguis inclinet, ideò non ampliùs exit, sed iuxta humoris cognationem eiusmodi sputa creantur. Atque interdum horum quibusdam opportunè sanguinem detrahere conuenit, in aliis verò perin[de] atque his, id non æquè consentaneum.

31 In cruenta spuentibus, sanguinis detractionem prohibet anni tempus, lateris dolor, bilis.

21 πᾶς λεπτυσμὸς, χαλᾷ τὸ δέρμα, ἐπιτείνεται, ἀνάθρεψις τὠναντία χρωτὸς ῥίκνωσις ξυμπίπτοντος. ἔκτασις ἀναπεφυσημένου. τὸ ῥικνῶδες τὸ λεῖον ἑκατέρου σημεῖον. τὸ ὑπόχολον. τὸ ὑπέρυθρον. οὕτω τὸ καταστᾶσθαι μαζούς. ἰσχνοὺς δὲ ἀνασπᾶσθαι καὶ περιτείνεσθαι. καί τι οὐκ ἂν τις οἴοιτο διὰ τοῦτο, ἀλλὰ σαρκοῦσθαι τοῦ σώματος γινέσθαι.

22 κλεῖς περιφανέες. φλέβες διαφανέες.

23 Ἡρόδικος τοὺς πυρεταίνοντας ἔκτεινεν. περιόδοισι, πάλῃσι, πολλοῖσι. πυρίῃσι κακόν. τὸ πυρετῶδες πολέμιον πάλῃσι, περιόδοισι. δρόμοισιν, ἀνατρίψει. ἀδίοισι. πόνῳ πόνον. φλεβῶν ἔρευθος. πελίωσις. χλωρότης, πλευρέων ὀδύναι λαπαραί.

24 ἄδιψον. συνέχειν στόμα, σιγᾶν. ἄνεμον ἕλκειν τῷ ποτῷ ψυχρὸν εἰσάγειν.

25 τὰς ἀφορμὰς ὁκόθεν ἤρξαντο καμνεῖν, εἴτε κεφαλῆς ὀδύνῃ, εἴτε ὠτὸς, εἴτε πλευροῦ, σημεῖον οἱ ὀδόντες. καὶ ἐν οἷσι βουβῶνες.

26 τὰ γινόμενα ἕλκεα, καὶ φύματα κρίνοντα πυρετοῖσι τῶν μὴ παραγίνηται ἀκρισίη. οἷσιν ἐγκαταλείπεται, βεβαιότατοι καὶ τάχισται ὑποστροφαί.

27 τὰ στρογγυλόμενα πτύαλα παρακρουστικὰ οἷα Πλήνῳ.

28 οἱ αἱμορροΐδας ἔχοντες, οὔτε πλευρίτιδι, οὔτε περιπλευμονίῃ, οὔτε φαγεδαίνῃ, οὔτε δοθιῆσιν, οὔτε τερμίνθοισι ἁλίσκονται. ἴσως δὲ οὐδὲ λέπρῃσι. ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλῃσιν. ἰητρευθέντες γε μὴν ἀκαίρως συχνοὶ, τοῖσι τοιούτοισιν οὐ βραδέως ἑάλωσαν. καὶ ὀλέθρια οὕτω, καὶ ὅσαι ἄλλαι ὑποστάσιες. οἷον σύριγγες, ἢ ἕτεραι ἀποστάσιες, ἐφ' οἷσι γινόμενα ῥύεται, τούτων προγενόμενα κωλύει.

29 ἀλλ' οὐδὲ τόποι ὕποι οἱ δεξάμενοι, ἢ πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται. ἀλλ' οἷσιν αἱ κοινωνίαι.

30 διὰ τὴν ῥοπὴν οὐκ ἔτι αἷμα ἔρχεται. ἀλλὰ κατὰ τὴν ὁμοιότητα ξυγγενείας τοιαῦτ' ἀποπτύουσιν.

31 ἔστιν οἷσιν αἷμα ἀφίεσθαι ἐν καιρῷ ἐπὶ τούτοισιν. ἐν ἄλλοισι δὲ ὥσπερ ἐπὶ τούτοισι, τοῦτο οὐκ εἰκός.

32 κώλυσις ἐπὶ τοῖσιν αἱματώδεα πτύουσιν, ὥρη, πλευρῖτις, χολή.

¹ ἢ τῶν ἄλλων σύγχυσις] Sic habent omnia exemplaria manu scripta. Galenus vero τῶν ὅλων legit, quem secuti sunt omnes interpre[tes]. Idem quoque καταπέσειν legit, vt & omnia exemplaria manu scripta.

² ἢ καθαίρεσις] Exemplaria omnia manuscripta δερμοῖσιν, ἡσυχίῃσιν legunt. Galenus autem post πάλῃσι, ἡσυχίῃσιν legit. Quædam etiam exemplaria manu scripta οἴεσι pro οἴσι habent, quæ secuti sunt quidam interpretes, & de ouilla carne intellexerunt, quæ pauc[um] alimentum præbet. Cuius etiam lectionis vetus interpres meminit. καθαίρεσιν autem τὴν σαρκῶν λέπτυνσιν & μείωσιν explicat Galen[us], corporis emaciationem, imminutionem & extenuationem intelligimus. Sed vetus interpres κάθαρσιν perperam legisse videtur.

³ ἐξαπίνης γὰρ ἐρύει] ἐρύειν de corporis mole effertur quæ contrahitur, collabitur, imminuitur ac detumescit, in immodicæ tenuationis signis. Lapsum ex subleuatione dixit vetus interpres, in quo ἐρείπεται legisse videtur. Quam etiam lectionem agno[scit] Galenus, cuius loco ἐρρίπται vitiosè legit exemplar vnum Regium manu scriptum, & alia quoque ἐρρίπτεται mendosè habent.

ἢ ὑφιέναι τῶν πόνων] ἀφιέναι aut ὑφιέναι legit Galenus, vt abstinendum laboribus iisque supersedendum significet. Idemque ὑφιέναι agnoscit, quæ est omnium tum publicatorum tum manu scriptorum codicum scriptio, vt de laboribus aliquid remittendum aut [con]cedendum indicetur, eosque imminuere oporteat & relaxare, in immodicæ extenuationis cautione, alioqui corporis vires exoluentur aut dissipabuntur, quod per ῥύεσθαι effert Hippocrates. Est enim ὑφιέναι ὑποβάλλειν & ἐνδιδόναι. Mirumque subit hic quosdam ὑφίεμαι deducere velle, vt de subeundis laboribus intelligant, quæ sententia est veteris interpretis, sed ὑφιέναι legendum foret, quæ [le]ctio etiam laboribus cedendum, de iisque aliquid remittendum esse significaret. Pro ῥύεται quæ est scriptio omnium codicum, Galenus ῥυήσεται legit, quem secuti sumus cum interpretibus.

ὁμοίως γὰρ ὅλον ξυμπίπτει] Id de virium corporis collapsu & exolutione potiùs intelligendum videtur, quàm de totius habitus [mo]le & tumore In nimia namque plenitudine & vacuatione vno eodemque modo periculum imminet, similiterque vires exoluuntur.

ἔσται δὲ ἤδη ξυμπίπτειν] Sic legunt omnia exemplaria tum publicata tum manu scripta. Galenus verò ἔσται δὲ ἤδη, quem secuti sumus cum omnibus interpretibus.

⁴ ἐν γυνα-

[4] ἐν γυμνασίοισι σημεῖον] Hic sine videtur exercitationis modulum præscribere Hippocrates, vt tunc quiete opus sit, cùm sudor stillatim effluit, aut corporis tumor deprimitur & concidit, vt patet ex Galeno extremo lib.2. salub. Sicque ἀναπαύσιος ... dictio subaudienda erit. Ait ex Galeni mente συμπτώσεως aut καθαιρέσεως σημεῖον dicitur, vt extenuationis terminus præscribatur. Cæterùm exemplaria manuscripta cum publicatis legunt ἐν γυμνασίοισι σημεῖον, ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων σταγόσιν, ὡς ἕξηται ἀπὸ ... Quam lectionem etiam videtur agnoscere Galenus.

[5] πνεῦμα] Hanc difficilis spirationis speciem in qua incitata est & crebra spiratio, hoc loco significari scribit Galenus lib.3. περὶ δυσπν. vbi huius loci meminit his verbis: τί γὰρ πνεῦμα μόνον ἁπλῶς οὕτω γράφων, ἐν τοῖς περὶ ... Quem locum etiam paulo antea ... Quòd attinet ad scriptionem, exemplar vnum manuscriptum Regium hic τρωματι πῖνον initium facit. Omnia verò manuscripta exemplaria cum publicatis hoc modo legunt, ἡ γυνὴ ἣν ... ἐν κρανίῳ, πολλὴν εἰ ... Quæ ... omnia habent, vt & Italica exemplaria. Cuius quoque lectionis etiam meminit Galenus.

[6] ἀπὸ κεφαλῆς κατακλώμενον] Exemplar vnum Regium reconditum καὶ βραγχώδεσιν addit, quod in cæteris omnibus ... publicatis vitiosè subiicetur, vt satis ex Galeni Commentario patet.

[7] ἀπὸ γὰρ πεπασμοὺς] Hic πεπασμὸς dicitur eorum quæ præter naturam sunt putredine quædam permixta concoctio, ex qua ... & hypostasis fiunt, quæ aliàs πέψις dicitur Galeno lib.1. de diff. febrium, & lib.5. de facul. simplicium medicamentorum, ... in lib de rat. vict. in morb. ac. ἀπὸ γὰρ πεπασμοὺς legunt omnia exemplaria tum manuscripta tum publicata. Galenus verò ... quem secuti sumus.

† Cap. 8.

[8] ὡς Ἀρκεσιλάῳ] Exemplaria omnia manuscripta Regia Ἀρκεσιλάῳ τὸ φυσῶδες legunt, & principio alterius sententiæ adscribunt: quod & facit Aldinum. Quædam etiam Ἀρκεσιλάῳ ἡ ὄψει, deinde τὸ φυσῶδες, quædam etiam Ἀρκεσιλάῳ ἡ ὄψει τὸ φυσῶδες. quarum etiam scriptionum meminit Galenus.

[9] ἢ οἱ πτερυγώδεες] πτερυγώδεας in tabidorum specie ponit Hippocrates lib.3. epid. * vbi quinam dicantur πτερυγώδεες abundè scripsimus.

* In ... pest.

[10] τὸ ψυχρὸν πάνυ πλεῖον ῥηκτικόν] Qua ratione frigidum sanguinis vasa sua rigiditate ac duritie disrumpit, scribit Gal. lib.4. loc. affect. hunc quoque locum subindicans his verbis: ... hoc est. Sanguinis etiam abundantia, non secus ac in reliquis corporis partibus, vas in pulmone absque vlla externa manifesta causa rumpit, cùm videlicet aut ob frigiditatem propinquam, aut ob innatam intemperiem id ægre distendi contigerit. Sic Hippocrates frigidum venas rumpere solere dixit. Neque sanè ipsum per se ruptiones facit, sed quòd suo rigore vasorum tunicas duras & distentioni rebelles efficiens, ea ad ruptionem magis idonea reddit. Alexander quoque Aphrodisiensis lib.2. Quæst. natur. " huius loci meminit, his verbis: ... καὶ Ἱπποκράτης ἔλεγε τὸ ψυχρὸν φλεβῶν ῥηκτικόν.

" Quæst. 117.

ὅτι τὰ ...] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, tum manuscripta, tum publicata. Galenus omnesque interpretes ... legunt. In exeg. verò hic locus subindicatur & explicatur his verbis: ... Quibus verbis (etsi mendo non carent) ... quasi ... dictum vuit, vt tubercula oblonga quæ in ferarum coriis, qualia bubalis, vris, aut elephantis, visuntur, intelligas. Sed tunc sanè ... melius quasi ... dicerentur, quod est Æolibus proprium, qui ... dicunt, & Homerus Iliad. α. ... pro ..., hoc est .... tamen aliud quiddã apud Erotianum sonant cuius nulla fit apud Galenum mentio qui & ... scribit. ... al quoq; in exegesi ... pro gutturis tumore, βρογχοκήλην vocãt, sumit his verbis: ... hoc est, ... tumoré gutturis, (branchocelen dicunt) intelligo, à rotundis in arborum truncis enatis eminentiis, velut etiam Theophrastus in primo de plantis scribit, his verbis: Nonnulla verò a quibusdam vocatos gongros habent, aut aliquid proportione respondens, velut olea. Rectum quoq; ... fecisse videtur Galenus. At ... Hesychio ... significat.

[11] τὸ μετ' οὔρησιν συνεστὼς] σύστημα etsi hic σύστασιν καὶ πῆξιν eorum quæ post mictionem in vesica remanent significat, vt interpretatur Galenus, pro calculo tamen poni testantur quæ scribit Gal. in exeg. vocum Hippocr. hunc locum proculdubio subindicans. ... Sic enim mihi legendum videtur. Cæterum de calculi in pueris ortu plura & scitu dignissima scribuntur ab Hippocr. lib.4. περὶ νούσων & à Gal. com. ad aph. 26. lib. 3. & in fine lib. περὶ ... .

[12] τὰ χρώματα ...] μᾶλλον addunt omnes codices tum publicati, tum scripti, præter Galeni exemplaria quæ secuti sunt interpretes. ἄκρει etiam legunt omnia exemplaria manuscripta & publicata. Quoddam etiam ἄκρει legit, eadem certè notione.

[13] ἐν ἐξ ...] Exemplaria manuscripta Regia duo ... leg.

[14] ὅσοι πτερυγώδεες φύσιες πλευρέων] πτερυγώδεες φύσιες πλευρέων dicuntur Hippocrati, qui à natura alata latera habere dicuntur, & qui aliàs simpliciter πτερυγώδεες efferuntur, quique scoptula operta instar alarum exerta & eminentia habent, quod superiores costæ compressæ & latera angusta, alas quodammodo eminere faciant. Quod accidit ob vitalis facultatis impotentiam ex primo ortu, quam ... vocat Hippocr. causæ aut actionis imbecillitatem denotans, siue primam occasionem, quæ est caloris natiui debilitas. Huiusmodi autem naturæ, quod prompte ad tabem sint comparatæ, in malignis destillationibus facilè noxiam sentiunt, itaque habitus non procul abesse putatur à vitæ periculo, si accedit, labor & laterum magna contentio, vt de se scribit M. Tullius. * Is autem mihi esse videtur non absurdus huius sententiæ sensus, quam ex omnibus manuscriptis codicibus coniunctim legimus, Galenum etiam secuti. Caluus quòd non videret quomodo πτερυγώδεες πλευρέων φύσιες Hippocrati dicerentur, δι' ... πλευρέων iunxit, & ... omisit, quod tamen omnibus in exemplaribus legitur, & à Galeno diserte varia explicatione est exagitatum.

* In Bruto.

[15] ...] Ex placito 69. lib.5. sumenda huius loci explicatio, quod & indicauimus lib.2. epid. † vbi etiam vitiosè legitur & huius loci meminimus. Vetus Interpres pro ἀγγεῖον, ἀφρώδες aut aliud quid tale legisse videtur, contra omnium quæ adhuc videre licuit exemplarium fidem.

† Sect. 3.

[16] κεφάλαιον] Hæc sententia curationis summam comprehendit, qua obiter vult Hippocrates rectè medentem in dissserendi via ac diuidendi ratione probè exercitatum, vt maximè communes atque summas, tum verò infimas & particulares cuiusque rei differentias methodo quadam inueniat. Hanc enim ex Hippocrate & Platone optimam artis constituendæ viam passim celebrat Galenus, in eaque probè exercitatum esse Medicum iubet, & optima accurataque disserendi ac demonstrandi ratione imbutum esse oportere contendit, eaque via insistentem, tum maximè communia, tum propria inuenientem, cuiusque rei differentias constituere. Quod sanè artis præcipuum caput est, nec nisi discept... subtilitate assidua in logicis speculationibus detrito contingere haud temerè potest, qualem Medicum passim informat Galenus. ... igitur apparet Galenum intelligere, cuiusque rei in proprias & maximè singulares differentias sectionem, quæ ex vniuersali quodam genere communitatem quandam & societatem hauriunt, quo quidem comprehensæ quadantenus communicant, aliquamque inter se affectam habent similitudinem, quam Galenus κατά τι vocat in Commentario. Et sanè ex obscurissimis pessimeque corruptis Galeni verbis cuiuis apparet eum

post κατημαλθάνοντα, αὖθις ἀνομοιώτησι τούτοισι legisse, per eaque verba, quæ etiam bis repetit, vniuersalium ac communium in differentias sectionem intellexisse, in qua perdiscenda Medicum exerceri iubet: deinde etiam ad particulares cuiusq; differentias progredi, quæ est optima artis constituendæ via, eorumque quæ probè constituta sunt & inuenta regula & explicatio, quam methodū vocant. Exemplaria tamen scripta nullam omnino huiusce lectionis suspicionem habent, omniaq; quotquot videre licuit in eadem scriptione consentiunt, nisi quod Regium vnum pro κεφάλαιον κεφαλῇ habet, vitiosè vt satis apparet. Quam tamen lectionem sequitur Asulanus & Caluus. Galenus quoque αὕτη ἡ ὁδὸς legisse videtur, & πάντων λόγον καὶ σμικρὸν γινωσκομένων simul iunxisse. Quod etiam fecit Caluus, etsi Hippocratis & Galeni mentem parum assecutus est.

[17] αἱμοῤῥαγίαι ἐκ ῥινῶν] οἱ τοῖσιν ἐρυθροχόλοισιν hîc passim legunt exemplaria omnia manuscripta, eosque indicant qui sanguine bile flaua permixto abundant. Cum Galeno tamen ἐρυθροχλόοισιν legunt omnes interpretes, eosdem intelligentes. ἐρυθρόχροοισιν etiam agnoscit Galenus, eos qui rubro sunt colore & sanguine abundant, obaudiens. Quos tamen nusquam explicauit Caluus, cùm flauabiliosos dixit.

βραχέα ὑφέντα] Id indicat non statim omninò sanguinis profluuium sistendum in his præcipuè qui vitioso sanguine abundant, sed vbi paulatim fluxioni concesseris & condonaris, tunc siccum aliquod medicamentum incrassans adhibendum.

τοῖσι δὲ ἐπέεσι παχυντικοῖς, ἧσσον] Hæc sanè lectio in omnibus tum manuscriptis tum publicatis exemplaribus legitur, eamque secutus est Caluus. Cuius hic quidem sensus est, vt velit Hippocrates aliis quidem incrassantibus medicamentis, præterquam siccis, minimè esse vtendum, quod parum illa idonea videantur. Atque ista lectio optimè certè mihi quadrare videtur, & si secutus sum Galenum cum cæteris omnibus interpretibus. In sequentibus autem etsi Galenus λευκὰ in antiquis exemplaribus passim haberi clamet: quotquot tamen adhuc videre licuit exemplaria manuscripta λευκῷ habent. Caluus quoque λευκὰ legisse videtur.

[18] ἐπὴν ἀφροδισιάζειν ἄρξωνται] Sic legunt exemplaria omnia manuscripta. Galenus verò ἄρχωνται quem secuti sumus cum interpretibus. τραγίζειν autem hircire dicitur, quod de voce quæ in adolescentibus inæqualis redditur, & quodammodo immutatur aut raucescit dicitur. Alexander Aphrodisiensis in suis Quæst. βράγχει τραγίζει dicit.

[19] ἐν τοῖσι δὲ ἀφροδισίοισι] Exemplaria omnia manuscripta δὲ prætermittunt. Eadem quoque οἱ δὲ μέλλοντες ῥιγώσειν, ῥικνοῦνται, habent omnia, hoc sensu, vt qui in congressibus rigore tentari debeant iidem corrugentur. Sed vitiatam esse lectionem satis apparet ex Galeno, & οἱ δὲ μέλλοντες, ῥιγῶσι ῥικνοῦνται legendum esse, vt sit sensus, quosdam congressuros rigore corripi, & toto corpore corrugari. Quod tamen Galenus raro nec nisi insigni humorum vitio laborantibus contingere scribit, istamque lectionem Capitoni adscribit. Nos igitur Galenum cum interpretibus secuti sumus. Caluus ῥιγώσει & ῥιγοῦσι omninò prætermisit. Galenus etiam supra huius sententiæ meminit, eamque aliter legit.

[20] ὀλιγοποτίη] Hæc sanè in mutationum cautione obseruanda esse clamat Galenus, quod ad naturalem statum conseruandum, in his plurimum sit ponderis ac momenti. In omni namque mutatione quæ nos circumstat, siue ad temporum vicissitudines, siue victus rationem, siue vitæ instituta ac mores referatur, ad hæc tria animum intendere oportet. Quod effecit, vt cum manuscriptis exemplaribus ista simul coniungerem. Eadem quoque manuscripta exemplaria omnia, πινόντι legunt, non πεινῶντι, quod ex vetustis codicibus agnoscit Galenus. Quæ certè lectio mihi toleranda visa est, quòd ista ad victus rationem non temerè referantur, in eaque plurimum conducat circa potum obseruatione quid in eius immutatione delinquamus.

[21] τὰ ῥικνώδεα] Sic legunt exemplaria manuscripta omnia quotquot adhuc videre licuit. Sed Galenum secuti sumus, qui φρικώδεα legi mauult, etsi sua veteri lectioni constat sententia eiusque meminit Galenus. Quod sequitur ὑπὸ καταπιέζεσθαι μαζούς, valdè est obscurum à Galenoque multis implicatissimis verbis & corruptissimis agitatum. Id tamen eum sensum habere videtur, vt eadem ratione quoque in extenuatis mammæ deprimantur, deinde verò reuellantur sursumq; trahantur & distendantur, vt vetularum exemplo testatum facit Galenus. Quod tamen aliter fieri quiuis existimarit, nempe cùm istud non ob extenuationem, sed potiùs carnis plenitudinem & incrementum contingere videatur. Vitiosa sunt exemplaria manuscripta quæ σαρκωθέντες τοῦτο ἐπιγίνεσθαι legunt. Galenus ἀλλὰ σαρκωθέντος τοῦτο γίνεται legisse videtur, quod tamen longè alium habere sensum videtur. Id quoque ex vulgi opinione dictum esse satis apparet.

[22] κλεῖς ἀφανέες] Hæc sententia indicat quibusdam naturis venas extantes esse & iugula conspicua, in quibus venæ à sanguinis copia turgent & distenduntur, eiusque plenitudo indicatur, etsi id in gracilibus appareat. Quod mulieris exemplo comprobat Galenus. Ideóque hanc seiunximus, Galenum & exemplaria manuscripta imitati. Quidam gracilibus & extenuatis attribuunt superiorique sententiæ coniungunt, secuti publicatorum codicum fidem. Cæterùm mirum subit omnia exemplaria manuscripta, tum recondita, tum recentiora ἀλλ᾽ αἱ πλήρωσις ἀφανής, non κλεῖς ἀφανέες habere. Quæ Capitonis est lectio, quamque multis scriptis exemplaribus contestatam fuisse scribit Galenus. Quæ certè lectio ad Italica etiam exemplaria redundauit, vt apparet ex Caluo, eamq; agnouisse videtur vetus Interpres, etsi vitiosè priori sententiæ coniunxit. Atque ea scriptio huius sententiæ sensum manifestum facit, qua plenitudinis & sanguinis redundantiæ signa denotantur.

[23] Ἡρόδικος] Exemplaria duo manuscripta Πρόδικος habent, vt alia Ἡρόδικος, sicque variant exemplaria Italica. Vetus Interpres Herodicum legit. Herodici autem Gymnastæ & Medici, Gorgiæ fratris, meminit Plato in Gorgia, Phædro & lib. 3. de Repub. Exemplaria quoque manuscripta omnia περιόδοισι legunt. Galenus περιόδοισι δρόμοισι videtur legisse & vtrumque coniunxisse, quod etiam fit in huius sententiæ parte secundâ. περίοδος autem longas & lentas obambulationes quæ in multum tempus extendebantur, ac veluti ad eundem locum reditus ac circuitus significant, quem obambulandi morem Herodico tribuit initio Phædri Plato. κακῶς autem ad Herodici malam curationem mihi referri rectè posse videtur, & quod sequitur velut reddita ratione id confirmare. In quo etsi nulla exemplaria manuscripta λιμῷ legunt, nos tamen ex Galeno & veteri interprete adscripsimus. αὐτοῖσι autem mihi cum prioribus ritè atque ordine positum videtur in eoque secutus sum codices excusos. Exemplaria manuscripta πόνῳ πόνον αὐτοῖσι habent. Quæ sanè lectio indicat Herodicum labore laborem & per similia curationem perperam instituisse, quod hac sententia reprehenditur, aut αὐτοῖσι ad febricitantes refertur, vt sensus sit, laborem in his labore curandum instituens. Hancque etiam lectionem secutus videtur Galenus, etsi pro αὐτοῖσι τοῖσι legit, & sequentibus iungit. Non est porrò absimile quod ab Asclepiade scriptum traditur. In recenti vehementiq; febre, præcipueq; ardenti, gestatione vtendum esse. Sed id periculosè fieri scribit † Celsus, meliusq; quiete impetum eiusmodi sustineri. Et quod de eodem etiam scribit * Celsus. Febre ipsa præcipuè ad eius remedium Asclepiadem vti se professum. Conuellendas enim ægri vires putauit, luce, vigilia, siti ingenti: sic vt ne os quidem primis diebus elui sineret.

† *Lib. 2. cap. 15.* * *Cap. 4. lib. 2.*

φλέβες ἔρευθος] ὅτι φλέβες εὔρεον legunt omnia exemplaria manuscripta Regia, vnde satis apparet εὔρεον pro ἔρευθος mendosè irrepsisse. ὅτι autem huic sententiæ præpositum fuisse testantur exemplaria Italica, quæ secutus est Caluus & vetus Interpres, etsi illud ὅτι præcedentibus iungit. Indeque fortè traductum videtur, quod ὅτι in quibusdam exemplaribus præpositum agnoscit Galenus. Aptè autem admodum ista in vnam sententiam conspirant. Caluus etiam πλευρέων ὀδύναι λαπάρας legisse videtur. Quam quoque lectionem agnoscit Galenus. Sed λαπαραὶ legunt omnia exemplaria scripta.

[24] δίψος] Exemplaria manuscripta Regia ὅτι ἰσχὺν δίψον συνέχειν στόμα legunt, quam lectionem etiam codicibus Italicis testibus secutus videtur Caluus & vetus Interpres. Et hæc certè sententia vel præcedenti iungi potest, aut per se legi, vt sitis arcendæ consilium adhibeat Hippocrates: aut vt id vel tum maximè in febricitantibus animaduertendum esse præcipiat, Herodici curationem improbans, qui laborem labore curandum in febricitantibus suaderet, in quibus tum maximè conueniat sitim arcere. δίψος συνέχειν στόμα multa iungunt exemplaria, sed δίψον, συνέχειν στόμα legimus ex Galeno & melioribus codicibus. Caluus μὴ ἰσχύειν legit suis codicibus fretus, quam lectionem etiam ex Capitone agnoscit Galenus. Vetus quoque Interpres μὴ ψυχρὸν legisse videtur. Sed certè vitiosas eas lectiones esse apparet quæ negationem illam apponunt, cuius ne mentionem quidem vllam faciunt exemplaria manuscripta nostra: etsi quædam pro ἐπάγειν, ἐπιφέρειν habent, quàm velut vocis explanationem quandam esse apparet. Cæterùm silentium sitim restinguere, dolorem ac tristitiam compescere, scribit Plutarchus extremo libro de loquacitate.

[25] τὰς ἀφορμὰς] His verbis apertissimè innuit Hippocrates morborum causas ac primario affectum locum in remediis adhibendiscon-

dis considerandum, vt dentium exemplum & glandularum tumores satis indicant. Hancque sententiam lib. 2. epid. pluribus aperuimus, vbi paulò aliter repetitur. Cæterùm hoc loco monendum est exemplaria manuscripta omnia hunc locum longè aliter legere, his verbis: ὀκόσοι ἦσαν ἐξαπιναίως, ἐπὶ κεφαλῆς ἐδ' ὠτὸς, ἐπὶ πλευρῆς, ... οἱ ὀδόντες ... Quæ lectio etsi sensum non immutat, non tamen perinde celebrata est & popularis, ac vulgata tota Galeno approbata retinenda est. Quamuis quoque Caluus codicum manuscriptorum quadantenus vestigia secutus videatur.

[26] ἀκρασίῃ] Et hîc quoque ἀκεσίῃ legimus ex fidelissimis manuscriptis codicibus & Galeno, vt lib. 2. epid. vbi hæc sententia repetitur eadem prorsus notione.

[27] οἷα ἐν Π...] Exemplaria manuscripta quotquot videre licuit hæc verba non adscribunt. Quæ neque etiam legit Caluus nec vetus Interpres. Agnoscit tamen Galenus ex veteribus exemplaribus, etsi aliter scribuntur postea vbi hæc sententia repetitur.

" πλεῖλα quoque habent plurima, quædam etiam πλῦαλα.

Aph. 20. Sect. 6.

[28] οἱ αἱμοῤῥοΐδας] Exemplaria omnia manuscripta cum excusis consentiunt, & ... adscribunt ex fine lib. περὶ χυμῶν, ... sententia ista repetitur. Apparet tamen in veteribus exemplaribus Galeni etiam tempore desideratum fuisse.

ὑπὸ φαγεδαίνῃ] Hunc locum haud dubiè innuit Galenus in exegesi, his verbis, φαγέδαινα, ἕλκει ἀναβιβρωσκομένῳ.

ὑπὸ τερμίνθοισι] Exemplaria quædam manuscripta ... ὑπὸ τερμίνθοισι habent. Sunt autem τέρμινθοι nigra quædam tubercula in tibiis exorientia, à cicerum similitudine ac forma denominationem habentia, qualia in Aristæi vxoris fratre ... lib. 2. ... † Hippocr. his verbis: κάτωθεν ἐν κνήμῃ τερμίνθοι ἐγένοντο. De quibus illic copiosius scripsimus. Quod sequitur ... Galenus οὐδ' ἄλλοισι legit, vt ad cætera id genus tubercula aut cutis vitia referatur, quem libentius sequimur. Codices tamen ... rati ἄλλῃσι cum excusis legunt, vt reliquas lepræ species respiciat, aut certè reliquas cutis fœdæ affectiones, in quibus ... numerantur lib. περὶ παθῶν. Et certè ista omnia propriè magis vitiliginibus respondent, vt verior sit lectio ... vt legitur lib. περὶ χυμῶν, & legit vetus Interpres. Sed nos veterem scripturam indicare oportuit.

† *Sect. 2.*

ἰατρευθέντες γὰρ μᾶλλον ἀκαίρως συχνοί] Lib. περὶ χυμῶν συχνοῖσι ... legitur.

καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποστάσιες] Hic secutus sum lectionem lib. περὶ χυμῶν & Galenum, vt sit sensus, in reliquis abscessibus qui veluti quodam humorum effluuio ac deposita morbos liberant, quales sunt fistulæ, importuna curatio ac suppressio, velut hæmorrhoidibus adhiberi solet, perniciem adfert, eaque Galeni mens est. Istud quoque ad abscessus referri potest qui secessu quodam, velut emissario facto, corpus expurgant, & à supradictis morbis liberant, non secus ac hæmorrhoides. Quem in sensum accipi debet codicum manuscriptorum omnium & excusorum lectio. καὶ ὅσαι ἄλλαι ὑποστάσιες, οἷον συριγγες, ἃ ἑτέρων ἀποσκήψιες. Sic enim constantissimè legunt omnia exemplaria manuscripta quæ adhuc videre licuit. Eademque lectio est Italicorum codicum, vt apparet ex Caluo. Sed certè insolenter admodum ὑποστάσιες humorum consistentias, concretiones ac collectiones velut subsidentias significant cùm foras emitti debeant: qua significatione ὑποστάσιες ὑγρῶν dicuntur lib. de artic. aliasque ea significatione hæc dictio vsurpatur apud Hippocr. vt illic scribimus. Sed longè meliùs ἀποστάσιες legitur lib. περὶ χυμῶν.

ἐφ' οἷσι γινόμενα ῥύεται] Hæc certè lectio codicibus omnibus manuscriptis & publicatis contestata, facillimam habet intelligentiam, ac per se etiam potest intelligi de his, siue abscessibus, siue humorum effluuiis ac depositionibus, quæ vbi fiunt à morbis vindicant, eadem si præuertant, morbos prohibent. Quod eodem sensu repetitur lib. περὶ χυμῶν, sed viciata scriptione, vt satis apparet. Nos tamen Galenum secuti sumus, & τὰ γινόμενα καὶ προγινόμενα in genere ad ea quæ in morbis facta sunt eosque anteuertunt, solenni Hippocrati more retulimus, etsi γινόμενα ex manuscriptis exemplaribus magis probamus. Quædam verò exemplaria hic legunt σκῆψις δὲ ἐφ' οἷσι γινόμενα ῥύεται. Cuius etiam vestigia Galenus ipse agnoscere videtur, nisi quòd pro σκῆψις σκίψις legit. Ac fortè σκῆψις legi debet, isque videtur esse locus quem in exegesi indicat Galenus, cum σκῆψις ex hoc libro sexto adducit, & pro ἀπόσκημψις positum esse scribit.

[29] ἀλλ' ὑδὲ τόποι] Exemplaria omnia manuscripta cum publicatis consentiunt. Sed nos Galeni lectionem secuti sumus, quæ si probabilior est, aut hæc ex lib. περὶ χυμῶν amplectenda. οἱ ὑπὸ τοῖσι τόποι ὑποδεξάμενοι πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται.

[30] διὰ τὴν ῥοπὴν] Hic quoque secuti sumus Galenum, etsi scriptis codicibus & publicatis sua constare potest sententia. ... αἱ κοινωνίαι διὰ τὴν ῥοπὴν ἐκ τῆς αἱμα. ἔρχεται, vt quibusdam partibus communicatio quædam ob humoris inclinationem, ... & cognationem exoriatur, quæ etiam est lib. περὶ χυμῶν lectio, nisi quòd pro ἀλλ' οἷον, ἀλλοιοῖ legitur. Atque huius sententiæ meminit Gal. in Com. Quidam etiam cum veteri interprete ἀλλήλοισι pro ἀλλοιοῖ legunt.

ἔστιν οἷσι] Istud, quod ad sanguinem expuentes referatur, superioribus coniunxi, codices manuscriptos & publicatos secutus, etsi illi per se locus esse potest. ἀφιᾶς autem legitur in omnibus manuscriptis, tum publicatis codicibus, & lib. περὶ χυμῶν, pro quo Galenus ἀφαιρέεσθαι posuit, quem cum interpretibus secuti sumus.

[31] κάλλιον] Hic certè locus magna artis circumspectione indiget. Galenus pleuritides moderatas & mites, quæque sputa sanguinea primis diebus excernunt, sine sanguinis missione curari scribit, quod etiam in dies artis operibus est notatum, & in pueris sæpissimè mitissimæ pleuritides sanguinis detractionem non requirunt. Ac fortassis ex hoc loco Arabes in biliosa pleuritide sanguinis missione interdicunt, cùm sanguinem bilis esse frænum dicant. Lib. περὶ χυμῶν aliter legitur hæc sententia, cuius etiam lectionis meminit Galenus in Commentario. Quædam etiam exemplaria manuscripta ... vitiosè legunt, eaque lectio ferè cum ea consentit quam refert Galenus & explicat in Comm.

ΤΜΗΜΑ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

1 Τὰ παρ' οὖς, οἷσιν ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα μὴ ἐκπυήσῃ, τουτέων λαπασσομένων ὑποστροφὴ γίγνεται. κατὰ λόγον τῶν ὑποστρεφόντων, τῆς ὑποστροφῆς γινομένης, αὖτις αἴρεται καὶ παραμένει. ὥσπερ αἱ τῶν πυρετῶν ὑποστροφαὶ, ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ. ἐπὶ τούτοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι.

2 οὖρον παχὺ, λευκὸν. οἷον τὸ τοῦ Ἀρχιγένεος ἐπὶ τοῖσι κοπιώδεσι τεταρταίοισιν ἔστιν ὅτε ἔρχεται καὶ ῥύεται τῆς ἀποστάσιος. ἢν δὲ πρὸς τούτῳ αἱμοῤῥαγήσῃ ἀπὸ ῥινῶν ἱκανῶς, καὶ πάνυ.

3 ᾧ δὲ ἔντερον ἐπὶ δεξιὰ ἀρθριτικὸς ἐγένετο, ἡσυχαίτερος. ἐπεὶ δὲ τούτῳ ἰητεύθη, ἐπιπονώτερος.

4 ἡ ἀγασίου, κόρη μὲν ἐοῦσα, πυκνόπνευματος ἦν. γυνὴ δὲ γινομένη, ἐκ τόκου οὐ πάλαι ἐπίπονος ἐοῦσα,

SECTIO QVARTA.

1 Quibus iudicationis tempore exorta ad aures tubercula non suppurauerint, iis euanescentibus morbi reuersio contingit, factaque pro recidiuarum ratione morbi reuersione, rursus attolluntur & permanent, non secus ac febrium reuersiones, eodem circuitu. In his ad articulos aliquid abscedere posse sperandum est.

2 Vrina crassa, alba, qualis Archigenis puero aderat, interdum in febribus quæ sunt cum lassitudinis sensu, quarto die prodit, & ab abscessu vindicat. Quod si præter hæc sanguis è naribus abunde profluat, etiam prorsus liberat.

3 Qui articulari morbo detentus, intestini dolore dextra parte vexabatur, leuiùs habebat. Vbi verò hic curatus fuit, magis dolebat.

4 Agasij filia adhuc puella, crebra spiratione vexabatur, mulier verò effecta, nó ita pridem à partu, leui dolore correpta est. Cumque graue pondus sustulis-

ſet, protinus quidem in pectore aliquid concrepuiſſe viſum eſt. Poſtridie tum creber anhelitus (aſthma vocant) tenuit, tum coxendix dextra indoluit. Quumque hæc doleret, tum etiam creber anhelitus fatigabat, qui dolore deſinente ceſſabat. Sputum ſpumoſum reiecit, per initia verò floridum, quod vbi conſtiterat; vomitionem bilioſam & tenuem referebat. Dolores autem potiſſimum aderãt cùm manu laboraret. Huic allio, ſuilla, ouilla & bubula interdicere viſum fuit. Difficultate autem ſpirandi laborantibus, clamore atque præcipiti iracundia abſtinendum.

5 Cui in capite tumor ad aures depaſcendo proſerpebat, ei primùm alumen vſtum admotum profuit. Is alium abſceſſum habuit ea ratione fortaſſis quòd os abſcedere oportebat, quod ſexageſimo die ſupra aurem diſceſſionem fecit, cùm in ſummo vertice vulnus eſſet.

6 Homo craſſiora inteſtina ad inſtar canis habet, maiora tamen. Appendent autem ex medianis membranis, quæ meſocôla dicuntur. Hæ verò ex neruis à ſpina ſub ventre procedentibus.

7 In quibuſdam ægrotis eſt gratificandum, velut eſt, vt mundè tum potus tum cibus parentur, tum etiam quæcumque videt & attingit mollia ſint. In aliis quoque gratificari oportet quo non magnam noxam afferunt, aut quæ facilè ſarciri queat, velut frigida, vbi ea opus eſt. In his etiam Medicum ægroto ſe gratum præbere conuenit, qualia ſunt ingreſſus, ſermones, corporis habitus, veſtitus, tonſura, vngues & odores.

8 Aquam vbi decoxeris, partim quidem vt aërem recipiat efficies, partim verò vt vas plenum non ſit, & operculum habeat.

9 Quod multi ex immodico ſanguinis profluuio aqua inter cutem corripiuntur animaduertendum eſt.

10 Si qualia opus eſt purgentur, tum facilè tolerãt.

11 In Æno qui continenter leguminibus veſcebãtur, tum mares, tum fœminę, crurum impotentia conflictabantur, in eaq; perſeuerabant. Et verò qui eruo in cibum vtebantur, ex genuum dolore laborabant.

12 Vigilantem externis partibus calidiorem eſſe, internis autem frigidiorem, apparet. Dormienti verò vice verſa contingere.

13 Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, & quietem agere conuenit.

14 Somnus in loco frigido, ſtragulis corporis iniectis capiendus eſt.

15 Quæ ſtanti adeſt ſomnolentorum nictatio, ſomnum profundum facit.

16 Imbecilla victus ratio frigida, valida verò calida.

17 Aquarum quæ arte carent, partim quidem ab æthere excreta, cum tonitru, aut media æſtate demittitur, partim verò nimboſa, & mala eſt.

18 Tum aqua, tum vigilia, voraces homines efficiunt.

19 Percalidam naturam calido anni tempore, cubile in aëre frigido, craſſam efficit, in calido verò extenuat.

20 Valetudinem excolunt citra ſatietatem cibis veſci, & impigrum eſſe ad laborem.

21 Leuem inter vigilandum ſitim ſomnus ſedat, eam verò quæ ex ſomno orta eſt, vigilia interdum.

22 Qui plurimo calore abundant, ij magna ſunt voce prædiri. Plurimus etenim aër frigidus inſpiratur. Duorum verò magnorum magna quoque ſoboles exiſtit.

23 Qui calido ſunt ventriculo, frigidas habent carnes & graciles exiſtunt. In iis venæ prominentes apparent, & ad iram ſunt proniores.

24 Per exuperantes terræ ſiccitates, volucrum genus probè valet.

25 Videndum vter teſtis extra promineat (quod τέρας Græcis dicitur.) Quòd ſi dexter, mas; ſi verò ſiniſter, fœmina portenditur.

A ἐπιπολαίως ἦρεν ἄχθος μέγα. αὐτίκα μὲν ψοφῆσαί τι ἐδόκει κατὰ τὸ στῆθος. τῇ ὑστεραίῃ, ἆσθμα τε εἶχε καὶ ἤλγει ἰσχίον τὸ δεξιόν. ὁπότε τοῦτο πονέοι, ἐπόνει τότε, καὶ τὸ ἆσθμα εἶχε. παυσαμένου δὲ, ἐπαύσατο. ἔπτυσεν ἀφρώδεα· ἀρχομένη δὲ, ἀνθηρά. καταστάντι δὲ, ἐμέσματι χολώδει ἐῴκει λεπτῷ. οἱ πόνοι μάλιστα μὲν, ὁπότε πονοίη τῇ χειρί. τούτῳ εἴργεσθαι, σκορόδου. χοιρείου, οἰός. βοός. ἐν δὲ τοῖσι πνευμονῶσι, βοῆς, ὀξυθυμίης.

B 5 ᾧ ἐν τῇ κεφαλῇ ἐνέμετο. ἔπαρμα, πρῶτον ἡ στυπτηρίη ἡ κεκαυμένη ἐνήρμοσεν. εἶχεν ἄλλην ἀπόστασιν, ἴσως ὅτι ὀστέον ἔμελλεν ἀποστήσεσθαι. ἀπέστη ἑξηκοσταῖον, ὑπὲρ τοῦ ὠτὸς ἄνω πρὸς κορυφὴν τὸ τρῶμα ἦν.

6 τὰ κῶλα ἔχει οἷα κυνός, μείζω δέ. ἤρτηται ἐκ τῶν μεσοκόλων. ταῦτα δὲ ἐκ νεύρων ἀπὸ τῆς ῥάχιος ὑπὸ τὴν γαστέρα. C

7 αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες. οἷον τὸ καθαρείως δρᾶν, ἢ ποτά, ἢ βρωτά, ἢ ἃ ἂν ὁρᾷ, μαλακῶς ὅσα ψαύει. ἄλλαι. ἃ μὴ μεγάλα βλάπτει, ἢ μὴ εὐαναλήπτα. οἷον ψυχρὸν ὅκου τοῦτο δεῖ. ἀγαί. εἴσοδοι. λόγοι. σχῆμα. ἐσθής. τῷ νοσέοντι. κουρή. ὄνυχες. ὀδμαί.

8 ὕδωρ ἀφεψηθέν. τὸ μὲν ὡς δέχηται τὸν ἠέρα. τὸ δὲ μὴ ἔμπλεον εἶναι καὶ ἐπίθημα ἔχειν. D

9 ὅτι ἐξ αἱμορραγιῶν ἐξυδεροῦνται.

10 ἢν οἷα δεῖ καθαίρωνται, καὶ εὐφόρως φέρουσιν.

11 ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ξυνεχέως θήλεα, ἄρρενα σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο καὶ διετέλεον. ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες γονυαλγέες.

12 ἐμφανέως, ἐγρηγορὼς θερμότερος τὰ ἔξω. τὰ ἔσω δὲ ψυχρότερος. καθεύδων τἀναντία. E

13 ἐν θερμῇ φύσει ψύξις. ποτὸν ὕδωρ. ἐλινύειν.

14 ὕπνος ἐν ψύχει ἐπιβεβλημένῳ.

15 ὕπνος ἑδραῖος, ὀρθῷ νυσταγμός.

16 αἱ ἀσθενέες δίαιται, ψυχραί. αἱ δὲ ἰσχυραί, θερμαί.

17 ὑδάτων ἀτεχνέων, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀποκριθέν. βροντιαῖον. ὡραῖον. τὸ δὲ λαιλαπῶδες, κακόν. F

18 ὕδωρ βορόν. καὶ ἀγρυπνίη βορόν.

19 ἐν θερμῇ φύσει, καὶ θερμῇ ὥρῃ. κοίτη ἐν ψύχει παχύνει. ἐν δὲ θερμῷ, λεπτύνει.

20 ἄσκησις ὑγιής. ἀκορίη τροφῆς. ἀοκνίη πόνων.

21 ἐν τῷ ἐγρηγορέναι, δίψης ἐπιπολαίου. ὕπνος ἄκος. τοῦ δὲ ἐξ ὕπνου διέγερσις. G

22 οἷσι πλεῖστον τὸ θερμόν, μεγαλοφωνότατοι. καὶ γὰρ ψυχρὸς ἀὴρ πλεῖστος. δύο δὲ μεγάλων, μεγάλα καὶ τὰ ἔκγονα γίνεται.

23 οἱ θερμοκοίλιοι, ψυχρόσαρκοι καὶ λεπτοί. οὗτοι ἐπίφλεβοι. καὶ ὀξυθυμότεροι.

24 αὐχμοὶ ἐπὶ γῆς, οἰωνῶν γένος εὐθηνεῖ.

25 τεράστος ὁκότερος ἂν φανῇ ἔξω. ὄρχις δεξιός, ἄρσεν. εἰ δὲ εὐώνυμος, θῆλυ. H

A [26] ὀφθαλμοὶ ὡς αἱ ἰσχύωσιν, οὕτω καὶ γυῖον. καὶ χροιὴ ἐπὶ δ' χάλιον ἢ ἄμεινον ἐπιδιδοῖ. δίκαιον δ' ὡς ἂν ἔχῃ ἡ τροφὴ, οὕτω καὶ τὰ ἔξω ἐπιπαθεῖν.

[27] σημεῖα θανατώδη. ἀνὰ δέρμα, ῥῖνα, θερμὸς ἀτμός. προέπεσε δ' ῥὶς, ψυχρὸν πνεῦμα ἀφίησιν. τὰ ζωτικὰ ἐναντία.

[28] πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν.

26 Oculi vt valuerint, ita & totum corpus. Color quoque ad deterius aut melius confert. Æquum est autem prout se habuerit alimentum, ita etiam externas corporis partes affectas esse.

27 Inter lethalia signa numeratur calidus vapor per cutem emanans, si priùs nares spiritum frigidum emiserint. Vitalia verò contra se habent.

28 Cibos labores præcedere oportet.

B

ANNOTATIONES IN SECTIONEM QVARTAM.

[1] ὥσπερ αἱ τῶν πυρετῶν ὑποστροφαὶ] Innuit his verbis tumorum reuersionem interdum fieri cum febre, iisdemque circuitibus, pro reuersionum morborum ratione, hoc est ex iudicationis imperfectæ legibus, eosque dierum iudicatoriorum circuitu rursus intumescere, increscere & permanere, quibus recidiuæ fieri solent. Id enim indicare videntur alioqui difficillima Galeni verba in Commentario. Quod etiam enixè magis indicat lectio libelli περὶ κρισίων, & lib. περὶ χυμῶν vbi paulò aliter legitur hæc sententia. Exemplaria autem manu scripta omnia τύπου λαπασσομένου legunt, cuius lectionis quoque meminit Galenus, pro quo lib. περὶ χυμῶν τύπου ἀπαλλασσομένου legitur, & lib. περὶ κρισίων τύπων ἀπαλλασσομένων, quæ apertior est lectio, eamque innuere videtur Galenus in C fine sui Commentarij, etsi obscuris & deprauatis verbis, cùm pro τύπου τύπων permutare licere scribit.

[2] οὖρον παχὺ, λευκὸν] πολὺ additur aphorismo septuagesimo quarto, lib. quarti, qui istam sententiam planè explicat, eamque etiam ad superiorem referri posse indicat, vt & lib. περὶ κρίσιων ex parte illi coniungitur. Repetitur quoque ad calcem lib. περὶ χυμῶν, vbi τὸ τοῦ ἀρπηξίου legunt. Codices verò omnes manuscripti cum publicatis ἀμφιξίου habent, vetus Interpres ἀρπηξίου, & Galenus ἀργεξίου quem secuti sumus cum interpretibus. Exemplar vnum manuscriptum Regium pro ῥύεται, λύεται habet, vitiosè tamen, vt & alia omnia. περὶ πόνον autem lego, non περὶ τύπον vt habent omnia exemplaria publicata. Et vetus interpres περὶ τύπον legit. Alterum quoque manuscriptum πόνου tantum legit. cætera verò καὶ πόνου.

[3] ᾧ τὸ ἔντερον] Satis constat istud de coli intestini dolore intelligi, in morbo articulari obueniente eumque alleuante ex humoris transpositione quadam. Quod etiam apertiùs indicat libelli περὶ χυμῶν lectio: ᾧ τὸ ἔντερον ἐπὶ δεξιὰ ἀρθριτικὰ πάθη ἐγένετο, quam D secutus est vetus interpres. Hac autem sententia innuit Hippocrates eos qui articuli morbo conflictantur, sæpè intestini coli dolore & distensione vexari, vt & nephritide, quod sæpiùs in artis operibus experimur. Humoribus igitur ad intestina depositis, mirum non est aliquantulum articulorum dolores alleuari vt & iis curatis iterum articulorum dolores ingrauescere. Non secus ac in dies experimur, in iis qui articulari morbo sunt obnoxij ex magno humorum crassorum affluxu & redundantia, articulorum doloribus iam remittentibus, colicos dolores grauissimos suboriri, vbi præsertim intemperantius se gesserint, neque sibi medicamentorum purgantium ratione consuluerint. Intestinorum quoque difficultate intempestiuè suppressa, biliosum quidem in articulis, sanguineum verò in costis & visceribus abscessum erumpere, scribitur in Cois Præsagiis. ἐπὶ autem pro ἐστὶ vitiosè legunt exemplaria publicata.

[4] ἡ ἀγάσιος] Sic legunt omnia exemplaria tum manuscripta, tum publicata. Caluus etiam ἀγάσιος legisse videtur. Galenus vero ἡ ἀγήσιος quem secuti sumus, quædam etiam ἡ ἀγασις. Codex verò Regius vnus hîc sectionis quartæ initium constituit. Parum autem E refert an Agesios puella, an vero Agesij filia dicatur.

ἐκ τόκου οὐ πάλαι] Hanc lectionem secuti sumus Galeno & exemplaribus manuscriptis melioribus autoribus, & ἐπίπονος ἰοῦσα ἐπιπολαίως iunximus, vt leui dolore correptam fuisse, moderatumque thoracis laborem cum Galeno intelligeremus. Quædam exemplaria manuscripta ἐκ τόκου πάλαι ἐπίπονος ἰοῦσα habent. Quam lectionem codex Asulanus & Caluus testantur, sed idem ἐπιπολαίως reticet. Quædam quoque exemplaria pro οὐ πάλαι ἐπιπολαίως, οὐ πάνυ ἐπιπόλαιος habent. Vetus etiam interpres, οὐ πάνυ ἀλλ' ἐπιπολαίως legisse videtur. Quæ sanè lectionum varietas eodem ferè recidit, nihiloque magis historiæ sensum immutat. Hæc namque Agesij filia cùm longè antea difficilem & crebram spirationem ex crudo & inueterato in pulmonibus tuberculo habuisset, tandem asthmate ex eius ruptione laborauit. Eiusque meminit Galenus extremo lib. 3. περὶ δυσπν. his verbis: πνεῦμα τὴν πεπυκνωμένην δυσπνοίας ἀκουστέον, ἐφ' ἧς πυκνοῦται τὸ πνεῦμα, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς Ἀγησίου κόρης. ὅτι δὲ διαφέρει τὸ πυκνὸν πνεῦμα τοῦ ἄσθματος ἐδήλωσε σαφῶς. ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις ὧδε. ἡ Ἀγησίου κόρη μὲν ἐοῦσα, πυκνοπνεύματος ἦν. γυνὴ δὲ γενομένη, ἐκ τόκου οὐ πάλαι ἐπίπονος ἰοῦσα ἐπιπολαίως, ἦρεν ἄχθος μέγα, καὶ αὐτίκα ψοφῆσαι μὲν F ἔδοξεν κατὰ τὸ στῆθος. τῇ δ' ὑστεραίῃ ἆσθμα τι εἶχε, καὶ ἤλγει ἰσχίον τὸ δεξιόν. εἶτ' ἐφεξῆς ἔπτυσεν ἀφρώδεα, ὅκοτι. ἀρχομένη δ' ἦν αὐθηρά. καὶ δῆλος ἐστιν ἐξ ὅλης τῆς συνδρομῆς, ὡς φύματος ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις πάλαι καὶ δυσπέπτου ῥαγέντος, ἔπτυσε τοῦτο, καὶ ὡς διὰ τοῦτο τὸ φῦμα πυκνοπνεύματος ἦν. hoc est, πνεύματος nomine difficilis spirationis species inaudienda est, in qua spiritus densatur, non secus ac in Agesij filia puella. Quòd verò densa spiratio ab anhelatione differat manifestè indicauit. Habet autem hunc in modum dictio. Agesij filia adhuc puella, crebra spiratione vexabatur, mulier verò effecta, non ita pridem à partu leui dolore correpta est, magnum onus sustulit, statimque in pectore strepitum quidem edidisse visa est. Postridie tum anhelatio tenuit, tum coxendix dextra indoluit. Deinde consequenter inquit sputum spumosum reiecit, per initia verò floridum erat. Apparetque ex tota casuum concursione, tubercula in respirationis instrumentis inueterato & ægrè cocto rupto, eiusmodi sputa reddidisse, ob eaque tubercula crebram spirandi difficultatem ei obtigisse.

ἐπειτε τοῦτο πονέει, ἔπειτα τότε, καὶ τὸ ἆσθμα εἶχε] Sic legunt omnia exemplaria scripta, hoc sensu, vt cùm coxendicis dolor vexaret, tunc G etiam thoracis dolor & anhelatio fatigaret. Reliqua illud ἐπειτα τότε non legunt. Quam Galeni lectionem etiam cum omnibus interpretibus secuti sumus. Hîc verò quæ dicuntur αὐθηρὰ πτύσματα, Gal. in exeg. τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὕφαιμα exponit, hunc locum procul omni dubio subindicans.

οἱ πόνοι μάλιστα μὲν] Id satis indicat circa thoracis initia & prima intercostalia spatia affectum insedisse, quod inde ad manus neruorum origines pertendant, vt rectè scribit Galenus. Non secus ac Pythioni lib. 5. epidem. tremores manuum adfuisse scribit, quod ad superiores thoracis partes illabente humore, manus, quæ inde motionis officia mutuantur, ad actiones essent imbecillæ.

ἐν δὲ τοῖσι πνευμώδεσι] οἱ πνεύμονοι hîc dicuntur qui aliàs ab Hippocrate πνευματίαι καὶ πνευματώδεις dicuntur lib. de rat. vict. in morb. ac. & quos Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. densa & crebra spiratione laborare interpretatur, quosque spiritusos aut anhelosos dicimus. In his igitur clamore & acerba præcipitique iracundia interdicit, quòd ista spiritus partibus contentionem, calorem & vim quandã H inferant, eamq; spirandi difficultatem intendant. Scribit namque Galen. lib. 3. περὶ δυσπν. ἀλλ' ὅτι γε πυκνοτέρας ἐργάζεται πάντως ὁ ὀξυθυμία τὴν ἀναπνοὴν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Quò magis miror Cornarium & Iunium Paulum Crassum interpretes, ἐν δὲ τοῖσι ἐμπύοισι pro πνευμώδεσι legisse, cùm constans sit ista omnium codicum manuscriptorum lectio. Caluus quoque τοὺς πνευμώδεις malè pro purulentis sumit, istamque sententiam in consilium adhibendæ excandescentiæ & clamoris vertit, contra Hippocratis & Galeni mentem. Quædam etiam exemplaria pro ὀργίζεσθαι εἰ μὰ κράζειν legunt, quod fecit etiam Gal.

ὑπὸ τὸ οὖς αἷμα περὶ κορυφὴν] Sic legunt omnia exemplaria tum manuscripta, tum publicata, sed maluimus illud ὑπὸ τὸ οὖς, ad ossis discessionem supra autem factam referre, cùm vulnus in superiore verticis parte factum esset, vnde colligere licet magnum fuisse abscessum & tumorem qui ad aurem vsque protenderetur. Exemplaria quædam φρύγμα pro τρῶμα legunt, & εἶχε ἄλλην φροντίδα ἀπέπεσεν.

[6] τὰ κοῖλα] Hæc sententia reperitur libello περὶ ὀστέων φύσιος, etsi vitiosè: cuius lectionis sensum secuti sumus. Exemplaria quædam μείζον ἢ ἥπατι pro μικρῷ legunt. Alij quoque ἐπὶ τὴν γαστέρα habent. Sed meliora ὑπὸ legunt quæ secuti sumus. Hac namque sententia præcipuè appendiculi mesenterij (quod ἄρτημα vocat Galenus) situs & origo indicatur, quæ ad eam spinæ regionem pertingit, quæ inter septum transuersum & renes habetur, & ventriculo supponitur. Vetus Interpres ἐπὶ τὴν γαστέρα, & ἐκ πλευρῶν pro νεύρων legisse videtur, vitiosè tamen.

[7] αἱ δὲ τοῖσι κάμνουσι χάριτες] χάριτες hic χαρισμοὶ dicuntur Erotiano, & gratia intelligitur qua ægroto gratificamur, aut id in quo eius gratiam aucupamur, & ad persuadendum plurimum valemus vt nobis obsequatur. Eoque sensu τὴν τοῦ κάμνοντος εὐπείθειαν recipit, quam pluribus verbis commendat Galenus. Quod etiam his verbis indicat Erotianus, hunc haud dubiè locum denotans, ἔνιοι δὲ χάριτας εἶπον, τὰς πιθανότητας λέγοντες, ἐπειδὴ ἄχρι νῦν οἱ Ἀττικοὶ τὸ ἀπειθεῖν ἀχαριστεῖν λέγουσι.

ἄλλαι. ἃ μὴ μεγάλα βλάπτει] Exemplaria quædam manuscripta Regia reconditæ vetustatis, ἃ μὴ μεγάλα βλάπτει legunt. Quædam etiam μὴ ἀναλάμπτα habent, vt & Galenus legit, contrario planè sensu. Sed nos manuscriptorum vetustissimorum codicum lectionem secuti sumus, quæ magis popularis est, & codicibus Italicis etiam contestatá, vt satis ex Caluo patet. Cæterùm cùm in exhibenda ægro frigida non minima insit cautio, inde quoque non parua Medico ineunda est gratia. Hinc quoque Asclepiades torrenti ac meditata quotidie oratione blandiens, mentes hominum artificio mirabili trahebat, nouisque illecebris in hominum animos irrepens, veterem omnem Medicinam abdicauit, seque cognominari frigida danda præferebat, vt scribit † Plinius, & balineas auidissima hominum cupidine instituendo, & alia multa dictu grata atque iucunda, magna autoritate nec minore fama, vniuersum propè humanum genus in se conuertit, non alio modo quàm si cœlo emissus esset.

† *Cap.3.lib.26.*

ἄλλαι. νοῦσοι] Hîc tantum summa capita attinguntur eorum quæ plenius medici officium instruunt apud Hipp. libr. περὶ ἰητροῦ & περὶ εὐσχημοσύνης, ex quibus multa ad hunc locum adaptari conuenienter possunt.

[8] ὕδωρ ἀφεψηθέν.] Aquam decoqui præcipit Hippocrates, quæ faciliùs refrigeretur, eiusque refrigerandæ hîc duplex initur ratio. Hinc quoque Neronis decocta famam & celebritatem obtinuit. Qua de re scribit † Plinius. Neronis Principis inuentum est, decoquere aquam, vitroque demissam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitiis niuis. Omnem vtique decoctam vtiliorem esse conuenit, item calefactam magis refrigerari, subtilissimo inuento. Huc quoque pertinet quod scribit Alexander Aphrodisiensis quæst. natur. lib. 1. * διὰ τί τὸ θερμαινόμενον ὕδωρ καὶ εἰς φρέαρ χαλώμενον, ψυχρότατον ὕδωρ ποιεῖται; ὅτι τὸ ἐν τῷ φρέατι ψυχρὸν ἀντιμαχόμενον τῷ θερμῷ ὕδατι, καὶ τῷ πλήθει τῆς ψυχρότητος ἐπικρατοῦν αὐτοῦ, διώκει τὸ θερμὸν ἀθρόως, καὶ μετὰ πολλῆς ψυχρότητος διέρχεται διὰ τοῦ θερμαίνοντος ὕδατος, καὶ οὕτως ἄγαν αὐτὸ ψύχει. hoc est, Cur aqua feruida in puteum demissa aqua frigidissima redditur? Quoniam putei frigus aduersus aquam calidam pugnans, & frigoris copia ipsam superans, calorem confertim expellit, & cum multo frigore per calentem aquam permeat, sicque eam admodum refrigerat. Hanc autem rationem decoctæ per niuem refrigerandæ commemorat Galenus lib. 7. meth. med. & δήκοκτα vocat, vbi tamen vitiosè δίκοκτα omnia scribunt exemplaria. δήκοκτα namque Athenæus lib. 3. vocat. Estque δήκοκτα dictio ex Latio deducta, cuius etiam meminit Martialis in Apophoretis,

Spoletana bibis, vel Marsica condita cellis,
Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ?

† *Cap.3 lib.31.* * *Quæst.51.*

Hunc autem locum subindicat Erotianus, vbi ἐπίθημα ἔχειν αὐτὸ τὸ πῶμα ἔχειν poni apud Hippocratem scribit. ἰδίως γὰρ οἱ Ἀττικοὶ ἐπίθημα τὸ πῶμα καλοῦσι.

[9] ὅτι δὲ αἱμορράγιον] ἐξυδατοῦται legunt omnia exemplaria tum manuscripta tum publicata. Quædam etiam ὑστερεῖται. Hîc autem ῥητίον, aut σκεπτέον, aut aliudquid tale subaudire oportet, quemadmodum lib. 2. † epid. legitur, ῥητέον ὅτι αἵματος ῥυέντος ἐκχλοιοῦται, quod & huic sententiæ valde est consentaneum, ibique istius mentionem fecimus, quam hîc Caluus omittit.

† *Sect.2.*

[10] ὑπὸ νόσου δεῖ ἀναιρεῖν] Hæc sententia meliùs scribitur in aphorismis, præcipuè aphor. 2. & 25. lib. 1. & 3. lib. 4. Quod effecit vt ipsam per se distinxerimus, contra codicum manuscriptorum & publicatorum fidem.

[11] ἐν λιμῷ] Hanc sententiam lib. 2. * epid. fusissimè enarrauimus, vbi iisdem verbis repetitur, eamq; ob causam hîc Galeni explanationem desiderat. Vetus porrò Interpres ἐν λιμῷ addidisse videtur, quomodo etiam legit Gal. Com. ad aph. 16. lib. 2. & 16. lib. 3.

* *Sect.4.*

[12] ἐμφανέως ἐγρηγορὰς] Hac sententia innuere videtur Hippocrates somnum & vigilias pro caloris natiui momento & inclinatione fieri, vt scribit Gal. Comm. ad aph. 1. lib. 2. vbi istius etiam loci meminit. Quod etiam facere videtur lib. 3. de caus. pulsuum, his verbis εἰ μὲν δὴ τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἐπὶ τὸ πέπτειν τὰς τροφὰς, καὶ τὰς κρατούσας κινήσεις, ὡς Ἱπποκράτης ὑπελάμβανε, αἱ μὲν ἔξω τὴν ἐγρήγορσιν, αἱ δὲ ἔσω τὸν ὕπνον ἐργάζονται. ῥᾳδίως ἂν ἡμῖν φυσιολογεῖν τὰ κατὰ τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις τῶν σφυγμῶν ἀλλοιώσεις. hoc est: Atqui si caloris natiui munus est cibos coquere, & quæ in eum imperium obtinent motiones (vt censet Hippocrates) quæ quidem foras tendunt, vigilias, quæ verò intro, somnum faciunt: facile nobis fuerit de tota mutationis pulsuum quæ per somnos contingit, natura ratiocinari. Rursusque Ἱπποκράτης δὲ καὶ τὸ θερμὸν ἔσω συνιέναι ἐν τοῖς ὕπνοις φησί. Atque certè ex ea caloris per somnum ad interiora velut ad centrum concursione, morbos acutos, eosq; præcipuè qui ex interna visceris alicuius inflammatione pendent, noctu ingrauescere atque exasperari contingit.

[13] ἐνθέρμῳ φύσει] Sic habent omnia exemplaria manuscripta, & hanc scriptionem probat Galen. in Com. etsi pluribus in locis ἐν θερμῇ φύσει eidem legitur, vbi multis locis hanc sententiam celebrat. Hîc autem ὕδωρ vinum aquosum aut aquam ipsam significat, vt testatur in Com. Gal. etsi vinum aquosum calidis naturis salubriore præcepto consulit Hippocrates lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης, his verbis: ἐκείνοις δὲ δεῖ λαμβάνειν, τουτέστι τῶν τε σιτίων, καὶ τῶν παλαιωτέρων ἀφαιρέειν, καὶ τὸν οἶνον πινόντων ὑδαρέα τε καὶ ὡς ὅτι ψυχρότατον. Quod etiam illic magis probat Gal. & lib. 8 meth. med. & extremo lib. 5. * salubrium, quibus omnibus locis istius sententiæ meminit, vt etiam cap. 2. lib. 8. meth. med. Eadem quoque ratione hîc ἡσυχίην non omnimodam quietem, sed moderatam motionem significat, vt per μὴ πολλὰ γυμνάζεσθαι exprimit in Com. Galenus, & amplius his verbis testatur lib. 5. salub. ἀλλ᾽ ὅταν ἡσυχίην τῆς θερμῆς φύσεσιν ὁ Ἱπποκράτης συμβουλεύῃ τῶν σφοδρῶν κινήσεων ἀπέχεσθαι κωλύει. Etsi sanè sumere aliter videtur lib. 5. salub. his verbis: ἐπί γε τῶν ἀκμαζόντων σωμάτων (λείπονται τινὲς φύσεις, ἡσυχίας δεόμεναι, περὶ ὧν εἴρηταί τι καὶ Ἱπποκράτει. Hunc enim locum liquidò subindicare videtur.

* *Cap.3.*

[14] ὕπνος ἐν ψύχει] Galenus hanc sententiam superiori coniungit. Nos verò codicum omnium fidem secuti distinximus, vt ea ratione variæ scriptionis cuique liberum sensum relinqueremus, quem amplissimè Galenus explicat. Caluus vt locum istum totum mirè perturbauit, sic huius sententiæ initium superiori coniunxisse videtur, illud autem ἐπιβεβλημένῳ sequenti, quod etiam insolenter admodum de morbo laborante capit, ac fortè κατακειμένῳ legisse videtur. Cuius etiam lectionis meminit Galenus. Nos certè vetustatis integritatem incorruptam retinuimus.

[15] ὕπνος ὑγρῶν] Hic quoque reconditarum membranarum fidem cum Galeni mente coniunxi, vt hic sensus sit, somnolentorum & dormientium nictationem, quæ præ nimia dormiendi cupiditate stanti quoque adest, profundum somnum adferre. Erotianus tamen ὑγρὸν ὕπνον hîc ἀπὸ τῆς καθύδρας dici innuit.

[16] αἱ ἀσθενέες δίαιται] Aliter postea Sect. 5. τὰ ἀσθενέστερα σιτία dicuntur, quæ paucum alimentum præbent, & breuem vitam efficiunt. Hos cibos infirmos & imbecillimos vocat † Celsus. Sic ergo validissimi cibi tum hi qui plurimum alimentum præbent, quòd calorem natiuum augeant, tum etiam qui valentem quandam qualitatem habent, calidi sunt, velut postea Sect. 5. ἰσχυρὰ ποτὰ ἢ βρωτὰ dicuntur.

† *Cap.8.lib.2.*

[17] ὑδάτων ἀπεχέων] Horum verborum hic mihi sensus esse videtur, vt aquarum cœlestium & quæ ab æthere impluunt, partim quidem hæc Ioue tonante, aut medio æstatis tempore, demittitur, vnde tempestiua, velut conueniente tempore emissa, dicitur, & laudabiles habet probitatis notas. Partim verò cum procella aut nimbis deiicitur, & improbanda est. ὡραῖον igitur ὕδωρ intelligitur, quæ

ti, quæ medio æstatis tempore, in quo caniculæ sydus exoriri contingit, & à Græcis proprie ὀπώρα dicitur, demittitur, quam Paulus Æginetæ lib. 1. [1] θερινὸν velut æstiuam vocat. Hunc enim locum his verbis subindicare videtur, ἀνυπό δὲ τῇ ὁμοβρίων ὕδατων τὸ θερινὸν τὸ λαμπρὸν ἄμεινον ἐστι καὶ τὸ βροντῶδες. Eoq; etiam pertinent hæc Galeni verba in Com. ... ἐστι τὸ ... Eamq; aquam æstiuam aut horæam dici par est, quemadmodum mel horæum vocat [2] Plinius æstiuum, a tempestiuitate præcocia, quod ipso Sirio explendescente, post solstitium diebus triginta ferè paretur. Huc etiam pertinet quod Plutarchus quæst. natur. quæst. 3. ex aquis pluuiis eas rigandis & nutriendis plantis accómodatas censet, cum quæ tonitru & fulmine decidunt, quas ἀστραπαῖα κεραυνία vocant. Aquæ autem cœlestes & pluuiæ indubitatas habent apud Medicos probitatis notas, reclamante tamen [3] Plinio & Varro lib. 8. Quod etiam indicat Hipp. lib. de aëre loc. & aq. τὰ δὲ ὀμβρια κουφότατα καὶ γλυκύτατα ἐστι καὶ λεπτότατα, καὶ λαμπρότατα. ... ὁ ἥλιος ἀνάγει, καὶ ἀναρπάζει τοῦ ὕδατος τό τε λεπτότατον καὶ κουφότατον. Quę verba in suum vsum transtulit Paulus. De aquis porrò glacialibus & niuosis plura scribuntur ab Hippoc. lib. de aëre loc. & aq. & [4] Gellio, & [5] Macrobio lib. 7. Saturnalium, ex Aristotelis sententia. Exemplaria porrò omnia manu scripta Regia θερινῶν pro βροντῶν legunt. Quædam etiam ὁ θερινῶν habent.

[1] *Cap. 50.* [2] *Cap. 14. lib. 11.* [3] *Cap. 3. lib. 31.* [4] *Lib. 9. cap. 5.* [5] *Cap. 12.*

19 ἐνδίσιων ...] ἐ θερινῶν legunt omnia exemplaria tum publicata tum manu scripta. Caluus hanc sententiam mutilam reddit, neque enim ταχινῶν legisse videtur.

20 ἀσκησις ὑγιείης] Duo præcipua valetudinis tuendæ capita attingit hac celeberrima sententia [1] Hippocr. cum sit (vt idem loquitur) ... ἄρτι ἡ ὑγιείη & quod scribit [2] Plutarchus, ... Ciborum verò & laborum modum in victus ratione tam magnum habere momentum vult Hippocrates libris περὶ διαίτης, vt in horum inter se commoderatione & temperatione totius sanitatis status consistere videatur. Quod indicat his verbis, [3] εἰ μὲν γὰρ ἦν εὑρετὸν ἐπὶ τούτοισι πρὸς ἑκάστην φύσιν σιτίου μέτρον, καὶ πόνων ἀριθμὸς σύμμετρος, μὴ ἔχων ὑπερβολὴν, μήτε ἐπὶ τὸ πλέον, μήτε ἐπὶ τὸ ἔλασσον, εὕρητο ἂν ὑγείη τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἀκριβῶς. hoc est, Si enim inuenta fuerit præter hæc cuiusq; naturæ conueniens ciborum mensura & laborum numerus, ita neq; supra, neq; infra modum excedat, inueniri exactè poterit in hominibus sanitas. Tam verò paria inter se habent in sanitatis ratione officia ciborum & laborum moderatio, vt eorum inuicem apta commoderatione, & conueniente ac apposita inter se relatione totius valetudinis fines circumscribat [4] Hippocrates. Ideoque videndum monet πότερον τὰ σιτία κρατεῖ τοὺς πόνους, ἢ οἱ πόνοι τὰ σιτία, ἢ μετρίως ἔχει πρὸς ἄλληλα. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ κρατεῖσθαι ὁκοτερονοῦν νοῦσοι ἐγγίνονται. ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσάζειν πρὸς ἄλληλα ὑγιείη πάρεστιν. hoc est, num cibus labores superet, aut labores cibos, an verò moderatè inter se habeant. Vtrumcunq; enim superetur, inde morbi oriuntur. Ex eo verò quod æquabili sunt inter se moderatione, sanitas adest. Neque verò satis est in valetudinis præceptis ciborum delectum facere, vt idem quoq; scribit lib. 1. περὶ διαίτης, διότι οὐ δύναται ἐσθίων ὥνθρωπος ὑγιαίνειν, ἢν μὴ καὶ πονέῃ. ὑπεναντίας μὲν γὰρ ἀλλήλοισιν ἔχει τὰς δυνάμιας σῖτα καὶ πόνοι. ξυμφέρεται δὲ πρὸς ἀλλήλοισι πρὸς ὑγείην. πόνοι μὲν γὰρ πεφύκασιν ἀναλῶσαι τὰ ὑπάρχοντα, σῖτα δὲ καὶ ποτὰ ἐκπληρῶσαι τὰ κενωθέντα. hoc est, quoniam qui comedit nisi etiam labore se exerceat, sanus esse nequit. Cibi namque & labores contrarias inter se habent facultates, temperati tamen inter se, ad sanitatem conducunt. Labores enim quæ insunt consumere nati sunt. Cibi autem & potus quæ vacuata sunt explere. Atq; adeo pro mutua ciborum & laborum inter se affectione, quod conueniens eorum modus non satis aptè circumscribi possit, difficile esse exactam ac exquisitam victus rationem, idem scribit lib. 3. περὶ διαίτης, his verbis, ... εὑρεῖν τὸ ... ὥστε πρὸς τὸ πλῆθος τοῦ σίτου, τὴν συμμετρίην ποιεῖσθαι τῶν πόνων. Tanta verò est in tota vitæ ratione ciborum & laborum inter se affectio & societas, vt ciborum nulla ferè voluptas absq; laboribus percipiatur, & victus iucunditas in desiderio, non in satietate sit collocata. Quod pluribus verbis eleganter scribit M. Tullius Tusc. 1. Quod etiam Lacedæmoniorũ Phiditia satis indicant, in quibus labor in venatu & sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis, epularum erat optima condimenta. Hunc verò celeberrimũ locum subindicare videtur Plutarchus in valetudinis præceptis scribens, ὅθεν ἄριστα λέγεται, πρὸς τὴν ἀσιτίαν καὶ τὴν ἀσιτίαν καὶ ... σωτηριώτατον ὑγιείας εἶναι. [5] Celsus quoq; hunc etiam locum his verbis adumbrare videtur, Vbi ad cibum ventum est, nunquã vtilis est nimia satietas.

[1] *Lib. περὶ τόπ. τῶν κατ' ἄνθρ.* [2] *In Valetudinis præceptionibus.* [3] *Lib. 1. περὶ διαίτης.* [4] *Lib. 3. περὶ διαίτης.* [5] *Cap. 2. lib. 1.*

21 ἐν τοῖς ἐγρηγορέναι] ἐπιπολαίην δίψαν hic vocat sitim leuem & contemnendam, velut superficialem (quod eleganter dixit vetus interpres) neque ex aliquarum internarum partium affectione excitatam, quam valde paruam explicat Galenus. Alioqui intensæ siti quæ in somno exoritur, etiamsi mendosa sit, (vt vocat † Auicennas) non vigilia, sed somnus post aquæ potum conferret, vt scribitur 1.27. lib. 5. Mendosa verò sunt exemplaria quædam manu scripta quæ ἄκος pro ὕπνος legunt, vt & Aldinum. Caluus nullam huic sententiæ distinctionem adhibuit, neque ἐπιπολαίην legisse videtur. Manu quoque scripti codices cum publicatis consentiant, neque ... addunt, quod tamen ex Galeno legimus.

† *Cap. 8. lib. 1. fen. 3.*

22 ὁδὸς δὲ μεγάλαι] Sic ferè omnia exemplaria tum publicata, tum manu scripta. Quædam etiam ὀδοιποΐη δὲ μεγάλοιν habent, quam lectionem secutus videtur Galenus.

23 οἱ θερμότεροι] Huc pertinet quod scribitur ab Hippoc. lib. 2. Epid. sect. 1. ... αἱ φλέβες εὐρέαι, καὶ αἱ κοιλίαι, καὶ τὰ ὀστέα. εἰσὶ δὲ οἳ ... οἱ δὲ ... τὰ ἐναντία τούτων. Item quod scribit Galen. lib. 2. de temper. ὅσοι μὲν γὰρ εὐρυτέρας ἔχουσι τὰς φλέβας, θερμότεροι φύσει, ὅσοι δὲ στενάς, ψυχρότεροι. τῆς θερμῆς γὰρ ἔργον, διευρύνειν τε καὶ διαφυσῆσαι ταύτας. ὥστ' εὐλόγως εἰς ταὐτὸν, ὡς τὸ πολὺ, συντρέχει στενότης μὲν φλεβῶν ἕξει παχυτέρᾳ, λεπτότης δὲ ἕξεως εὐρύτητι φλεβῶν, hoc est, Siquidem qui latioribus sunt venis, natura calidiores existunt; qui angustis, frigidiores. Caloris namque opus est has dilatare & flatu distendere. Quare non sine ratione ferè in idem concurrunt, venarum quidem angustia cum habitu pinguiore & crassiore, habitus verò gracilis cum venarum latitudine. Vitiosa verò sunt exemplaria quædam manu scripta Regia, quæ ὀξυθυμώτεροι pro ὀξυθυμότεροι habent. Etsi enim hæc dictio de caloris intensione & acrimonia ac mordacitate sumi possit, meliùs tamen ὀξυθυμότεροι dicuntur, quod iræ sint præcipitis, & in iracundiam proni.

24 ἀδωνεῖ] Vitiosa ista lectio in omnibus exemplaribus tum manu scriptis, tum publicatis obtinuit, cùm ἀδηνεῖ legendum sit, quod exuberat, probè valet, viget aut abundat significat, & ὑγιαίνει exponit Galenus. Sic ἀδηνεῖν & ἀκμάζειν ferè vsurpat Aristot. in ... animalium historia. Innuit igitur Hippocrates volucrum genus temperie siccum esse, & ad victus rationem desiccantem plurimum conferre, cum per aëris squalores optimè vigeat & exuberet, maximeque simılia similibus suæ temperiei causis delectantur & gaudeant.

25 τράγος] Hic τράγος Hippocrati magis ad testiculum intumescentem & extra prominentem referri videtur, vt pluribus verbis in nostra Hippocratis OEconomia scribimus. Quod quia accidit vbi vox in grauiorem & asperiorem mutatur, hic affectus Græcis τράγος dicitur. Vnde τραγίζειν aut τραγᾷν deducitur, quod de vocis in asperiorem mutatione dicitur, & circa annum decimum quartum accidit vt scribit †† Arist. lib. 7. histor. animal & lib. 5. de gener. animal. cap. 7. Quod certè in hircis, vnde affectus nomen sumpsit, valde est perspicuum, in quibus cùm venerem primùm appetunt, testes vel maximè attolluntur & intumescunt. τράγος igitur ... τραγᾷν hic significare videtur, quemadmodum explicat Galen. lib. 2. de semine. Maximè verò lib. 14. de Vsu partium disertis verbis huius loci sensum aperit Galen. ... Ἱπποκράτης ἔλεγε, τράγος ... ὄρχις δεξιὸς, ἄρσεν, ἀριστερὸς, θῆλυ ... ἐξαίροντα τὰ γεννητικὰ μόρια, καὶ μεταβάλλῃ πως ἐπὶ τὸ τραχύτερον τε καὶ βαρύτερον ἡ φωνή, τοῦτο γὰρ τὸ τραγᾷν ἐστι, ... Ἱπποκράτης κελεύει ... τῶν μορίων ἐστὶν ἰσχυρότερον. τὰ γὰρ ... καὶ ... τὴν αὔξησιν, ... ἰσχυρότερα. hoc est, Eodem certè pertinent & quæ ab Hippocrate dicta sunt. Videndum vter testis extra promineat (qui affectus τράγος dicitur) si dexter, mas; si verò sinister, fœmina portenditur. Cùm enim primum partes genitales intumescunt, voxque quodammodo in asperiorem & grauiorem mutatur (id enim est Græcis τραγᾷν, nobis verò hircire) tunc obseruare iubet Hippocrates, ... partium sit robustior. Quæ enim priùs intumescunt & incremento abundant, eæ vtique robustiores existunt. Quibus in verbis Galeni lectionem aliquantulum variare cuiuis est conspicuum. Cæterùm huius sententiæ sensus placito 48. libr. 5. maximè nititur, qua de re scribit ††† Aristot. lib. 4. de generat. animal.

†† *Cap. 1.* ††† *Cap. 1.*

[26] ὀφθαλμοὶ ὡς αἱ ἰσχύωσιν] Apparet Galenum ὡς αἱ ἴσχωσιν legisse, quæ lectio etiam in quibusdam manu scriptis exemplaribus reperitur, & Gal. ὡ. αἱ ἰσχύος τι ἴσχωσιν subintelligendum monet, & eam quoque lectionem agnoscit vetus interpres. Quod sequitur vna coniunximus codicum multitudinem secuti, etsi per se intelligi potest, & ad corporis externi totiusque superficiei colorem referri, aut etiam oculorum colorem respicere, cuius æstimatione totius corporis habitudinem metitur. Illud itaque ἐπιδιδοῖ conferre aut tribuere aliquid ad deteriorem aut meliorem de totius corporis habitudine æstimationem intelligo, etsi μεταβάλλειν explicat Galenus, vt ad deteriùs aut meliùs vergere velit. Et certè ea Galeni lectio esse videtur, καὶ χροιῇ ἐπὶ τὸ κάκιον ἢ βέλτιον ἐπιδιδοῖ vt id ad oculos referas. Etsi nostra lectio ad vtrumque accommodari potest, & exemplaria omnia tum manu scripta, tum publica ἐπιδιδοῖ habent, & ἄμεινον pro βέλτιον. Et hoc totum sanè apud veterem interpretem desideratur, vt à priore sententia distinctum fuisse appareat. Hîc autem Galenus γυῖον τὸ σῶμα ὅλον exponit. Quò magis mirum est Erotianum in eo Bacchium reprehendere quod apud omnes est tritissimum. γυῖον enim corpus significare aut membrum corporis, de pedibus aut manibus dici apud Homerum valde est vsitatum. At de musculis aut de musculosa membrorum carne, aut de torosa corporis habitudine apud Hippocratem accipi vult, quem in sensum etiam ex Homero adducit. γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρά. γυῖα enim Hesychio μέλη χεῖρές τε καὶ πόδες καὶ λοιπὰ dicuntur.

[27] σημεῖα θανατώδεα] Hîc quoque lectionem Galeni secutus sum refragantibus plurimum codicibus manu scriptis. σημεῖα θανατώδη enim in his omnibus desiderantur, neque ἀνὰ δέρμα sed ἀνὰ ῥῖνας legunt. Cui quoque lectioni videtur quadantenus fauere Commentariis Galenus, licet obscurissimis & corruptissimis verbis, vt cuiuis abundè patet, nisi si ἀνὰ ῥῖνα scriptum fuisse coniicias. Caluus codicum manu scriptorum lectionem est secutus.

[28] πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν] Celeberrima est ista & Hippocrate dignissima sententia, multisque locis à Galeno celebrata, præcipuè verò initio libr. 2. salub. & libr. 5. & com. ad aph. 16. lib. 2. Sed maximè eius sensum aperit pluribus verbis Galenus ad extremum lib. 5. salub. vbi laborem hîc dici conuenientem & moderatam cuiusque corpori exercitationem contendit, etsi antea libr. 2. Com. aph. 16. libr. 2. per laborem vehementem motum, quam exercitationem vocant, intelligat. Sed Galenus illis salubrium libris hanc sententiam inter aphorismos numerat, neque hîc à Galeno in Comm. legitur, etsi rectè hîc loco posita videatur, & omnibus scriptis codicibus egregiè contestata. Vt sanè appareat hîc Galeni Commentarium esse fœdissimè mutilatum, quod planè indicant extrema illa verba, πρὸς ὑγίειαν, quæ illic nullo modo quadrant, sed ad contextum referri debent, vt legatur, πρὸς ὑγίειαν, πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν, quomodo legunt exemplaria quædam manu scripta, quæ etiam secutus est Caluus & vetus interpres. Cuius etiam lectionis ferè suspicionem iniiciunt Galeni verba initio libelli περὶ τῆς διὰ μικρᾶς σφαίρας γυμνασίου, quibus hunc locum procul omni dubio subindicat. ἡλίκον ἀγαθὸν ἐστὶν εἰς ὑγίειαν ὦ Ἐπίγενες γυμνάσια, καὶ ὡς χρὴ πρὸ τῶν σιτίων ἡγεῖσθαι αὐτά. & libr. 1. περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας. ὥσπερ γὰρ ἀγαθὸν μέγιστόν ἐστιν εἰς ὑγείαν τὸ πρὸ τῶν σιτίων γυμνάσιον. οὕτω βλαβερώτατον ἅπασα κίνησις ἐπὶ σιτίοις, hoc est, quemadmodum enim exercitatio quæ cibos præcedit summum est ad sanitatem bonum, ita omnis motio à cibis valde est noxia. Celsus quoque hunc locum innuit de exercitatione agens libr. 1. cap. 2. his verbis. Prima autem eius curatio exercitatio est, quæ semper antecedere cibum debet. Erotianus etiam hunc locum indicat, cùm πόνος dictionem explicat, & tria significare contendit hoc velut exemplo proposito, πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν.

Sectio quinta.

1 Morbis naturæ medentur.

2 Natura ipsa sibi per se, non ex cōsilio motiones ad actiones obeundas inuenit, partim quidem, vt nictare, partim verò etiam quibus lingua subseruit, & quæcunque alia id genus. A nullo quidem edocta natura, citraq; disciplinam, ea quæ conueniunt efficit.

3 Lachrymæ, narium humor, sternutationes, aurium sordes, oris saliuatio, sputi eductio, spiritus ingressus, exitus, oscitatio, tussis, singultus, non eodem prorsus modo fiunt.

4 Consideranda quoque sunt, vrinæ secessus, & flatus, huiusque alterius excretio, alimenti & transpirationis actio: & mulieribus, quæ iis insunt, quæque in toto corpore accidunt, sudores, pruritus, pandiculationes, & quæcunque id genus.

5 Humanus animus ad mortem vsque perpetuò producitur. Quòd si vna cum morbo incensus fuerit, tum etiam ipse corpus depascitur.

6 Morbi vna nobiscum educati, in senectute, & maturatione, & solutione, & rarefactione desinunt.

7 Medicatio est obluctantem esse neque consentientem affectui. Sic frigidum & auxilio est, & quæ à calido sunt, tollit.

8 Præceps atque acerba iracundia cor & pulmonem in sese, & ad caput calorem & humorem attrahit. Animi autem tranquillitas cor relaxat.

9 Labor articulis & carnibus confert, visceribus verò cibus & somnus.

10 Cura ac meditatio hominibus pro animi exercitatione est.

11 Ad vulnera sanguinis concurrit, succurrendum igitur vt vacuum expleatur.

12 In auris dolore, lana digito circumuoluta, vnguen calidum instilla, deinde interiori manus volæ lana imposita, auri supponito, vt aliquid ipsi exire videatur, deinceps in ignem immittito. In quo tibi æger ipse fallendus est.

ΤΜΗΜΑ ΠΕΜΠΤΟΝ.

[1] Νούσων φύσιες ἰητροί.

[2] Ἀνευρίσκει ἡ φύσις αὐτὴ ἑωυτῇ τὰς ἐφόδους, οὐκ ἐκ διανοίης. τὰ μὲν οἷον τὸ σκαρδαμύσσειν. τὰ δὲ καὶ ἡ γλῶσσα ὑπουργέει. καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα, καὶ οὐ μαθοῦσα τὰ δέοντα ποιέει.

[3] Δάκρυα. ῥινῶν ὑγρότης. πταρμοί. ὤτων ῥύπος. στόματος σιάλου ἀναγωγή. πνεύματος εἴσοδος. ἔξοδος χάσμη. βήξ. λύγξ. οὐ τοῦ αὐτέου πάντα τρόπου.

[4] Οὔρου ἄφοδος καὶ φύσης καὶ ταύτης τῆς ἑτέρης. τροφῆς καὶ πνοιῆς. καὶ τῇσι θηλέῃσιν, αἱ ... καὶ ... τὸ ἄλλο σῶμα. ἱδρῶτες. κνησμοί. σκορδινιασμοί. καὶ ὅσα τοιαῦτα.

[5] Ἀνθρώπου ψυχὴ ἀεὶ φύεται μέχρι θανάτου. ἢν δὲ ἐκπυρωθῇ ἅμα τῇ νούσῳ, καὶ ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα φέρβει.

[6] νοῦσοι ξυντροφοι ἐν γήρᾳ. καὶ διὰ πεπασμὸν ... ποιοῦσι. καὶ διὰ λύσιν. καὶ δι' ἀραίωσιν.

[7] Ἴησις ἀντίνοον μὴ ὁμονοέειν τῷ πάθει. τὸ ψυχρὸν καὶ ἐπικουρέει καὶ κτείνει ὁκόσα ἐκ θερμοῦ.

[8] Ὀξυθυμίη ἀνασπᾷ καρδίην καὶ πνεύμονα εἴσω ταῦτα. καὶ ἐς κεφαλὴν τὰ θερμὰ, καὶ τὸ ὑγρόν. ἡ δὲ εὐθυμίη ἀφίει καρδίην.

[9] Πόνος τοῖσιν ἄρθροισι καὶ σαρκί. σῖτος δ', ὕπνος σπλάγχνοισι.

[10] Ψυχῆς περίπατος φροντὶς ἀνθρώποισιν.

[11] Ἐν τοῖσι τρώμασι τὸ αἷμα ξυντρέχει. βοηθητέον ὡς τὸ κενὸν πληρωθῆναι.

[12] ὠτὸς ὀδύνῃ, εἴριον περὶ τὸν δάκτυλον ἑλίξας, ἐγχεῖν ἄλειφα θερμόν. ἔπειτα ἐπιθεὶς εἴσω ἐν τῷ θέναρι τὸ εἴριον, τῷ οὔατι ὑποθεῖναι, ὡς δοκέῃ τί οἱ ἐξιέναι. ἔπειτα ἐπὶ πῦρ ἐπιβάλλειν. ἀπάτη.

[13] Γλῶσσα

13 Γλῶσσα οὖρον σημαίνει. χλωραὶ γλῶσσαι, χολώδεες. τὸ δὲ χολῶδες, ἀπὸ πίονος. ἐρυθραὶ δὲ, ἀφ' αἵματος. ἔλαιναι δὲ, ἀπὸ μελαίνης χολῆς. αὖαι δὲ, ἀπὸ ἐκκαύσιος λιγνυώδεος, καὶ μήτρης μορίου. λευκαὶ δὲ, ἀπὸ φλέγματος.

14 Οὖρον ὁμόχροον βρώματι καὶ πόματι, καὶ ὡς ἔσωθεν [illegible] ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ξυντηξις.

15 Γλῶσσα ὁμόχροος τῇσι προστάσεσι, διὰ ταύτης γινώσκομεν τοὺς χυμούς.

16 Ἢν ἁλμυραὶ σάρκες γευομένῳ, περιττώσιος σημεῖον.

17 Ἢν τῶν μαζῶν αἱ θηλαὶ, καὶ τὸ ἐρυθρὸν χλωρὸν ᾖ, νοσῶδες τὸ ἄγγος.

18 Ἀνθρώποις ὁ ἐν τοῖσιν ὠσὶ ῥύπος, ὁ μὲν γλυκὺς, θανάσιμος. ὁ δὲ πικρὸς, οὔ.

19 Γῆν μεταμείβειν σύμφορον ἐπὶ τοῖσι μακροῖσι νουσήμασιν.

20 Τὰ ἀσθενέστερα σιτία ὀλιγοχρονίαν βιοτὴν ἔχει.

21 Κεδμάτων τὰς ἐν τοῖσιν ὠσὶν ὄπισθεν φλέβας σχάζειν.

22 Λαγνείη τῇ ἀπὸ φλέγματος νούσῳ, ὠφέλιμον.

23 Θερμοκοιλίοισιν ἰσχυρὰ πολλὰ ἢ βρωτὰ, ταραχώδεα.

24 Μελαίνης χολῆ, ὡς ὅμοιον αἱμορροΐσι.

25 Τὰς ἐπαυξέας νόσους, μίξις.

26 Ψύξις τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύνει. μίξις τὰ κατὰ τὴν ὑστέρα σκληρύνει.

27 Ἐλλέβορον πίνοντα θᾶσσον καθαίρειν ἢν θέλῃς, λούειν ἢ σιτεῖν.

28 Τὸ αἷμα ἐν ὕπνῳ εἴσω μᾶλλον φεύγει.

29 Ῥῖγος ἀπὸ τῆς ἄνω κοιλίης. πῦρ δὲ ἀπὸ τῆς κάτω μᾶλλον.

30 Ἐπισπασμὸς, ἢν πνεύμων ξηρὸς, ἢ ὑγρὸν καῦμα. Ἐκκενωθέντα ξηραίνει καὶ ὕπνος πουλύς.

31 Ψυχρότατον βρῶμα φακοί. κέγχροι. κολοκύνται.

32 Ἕλκεα ἐκφύουσιν ἢν ἀκάθαρτος ἐὼν πονήσῃ.

33 Γυνὴ, αἴξ, ἐλατήριον ἢ σικύον ἄγριον βεβρωκυῖαι, παιδίοισι κάθαρσις.

34 Ἐνθέρμῳ βρωθὲν, ἔσωθεν ψῦξις, ἔξωθεν πόνος. ἡλίῳ. πυρί. ἐσθῆτι ἐν ὥρῃ θερινῇ. τῷ δὲ ἐναντίῳ, ὡς ἐναντίως.

35 Βρώματα τὰ μὲν ταχέως κρατεῖται. τὰ δὲ ἐναντίως.

13 Lingua humorum serum quale sit indicat. Pallidæ quidem linguæ ex bilis redundantia fiunt (biliosum autem à pingui) Rubicundæ verò à sanguine, nigræ ab atra bile, valde resiccatæ ex succensa fuligine & vtero, albæ autem ex pituita.

14 Vrina cibi & potus colorem refert, estque veluti humoris in corpore colliquatio.

15 Lingua humorum præstantiam colore refert, ideoque per hanc ad humorum dignotionem peruenimus.

16 Carnes gustanti salsæ, superuacaneam quandam copiam indicant.

17 Si mammarum papillæ & rubra circa eas circumferentia pallida fuerit, morbosum esse vteri conceptaculum significatur.

18 Aurium sordes hominibus dulcis quidem lethalis, amara verò minimè.

19 In longis morbis solum vertere conducit.

20 Imbecilles cibi breuem vitam præstant.

21 In diuturnis circa articulos præcipueq; coxendicem defluxionibus (quæ κέδματα Græcis dicuntur) venas in auribus posteriores pertundere oportet.

22 Veneris vsus morbis à pituita confert.

23 Valentes cibi aut potus eos qui calido sunt ventriculo perturbant.

24 In profluuio quod fit per ora venarum in ano sanguinem fundere solita (Græci hæmorrhoida dicunt) velut quidam atræ bili affine effluit.

25 Morbos qui temporis successu augentur & deteriores fiunt, coitus lædit.

26 Refrigeratio quæ in ventre continentur indurat. Coitus quæ ventre continentur indurat.

27 Veratrum epotum si celeriùs purgare voles, lauare aut cibum sumere oportet.

28 Per somnum sanguis ad interiora magis se recipit.

29 Ex superioribus ventris partibus rigor, febris verò ex inferioribus ferè ortum ducit.

30 Aëris per inspirationem attractio fit vbi pulmo siccus fuerit, aut æstum conceperit. Immodicè euacuatum etiam somnus multus exiccat.

31 In frigidis cibis annumerantur lentes, milium, cucurbitæ.

32 Vlcera erumpunt vbi quis non purgatus exercitatione vtatur.

33 Si mulier aut capra cucumeris agrestis succum (elaterium dicunt) aut cucumim syluestrem deuorarint, etiam pueri purgantur.

34 Impensè calido corpori cibo interna refrigeratio comparatur, sole, igne, vestitu, æstiuo tempore, externa noxa. Contrario verò sic contraria conueniunt.

35 Ex cibis hi quidem celeriter superantur, illi verò contra.

[1] νούσων φύσιες ἰητροί] Hæc sententia Hippocratis maiestate dignissima, indicat præcipuam esse naturæ vim in morbis profligan[dis,] propulsandis & curandis, cuiusque beneficio & concoctiones procurari, & excretiones criticas solicitari, illique omnia quæ sunt [ad] salutem, accepta referri oportere, cuius sanè gratia omnia molitur. Quod certè egregiè explicat* Galenus lib. 3. de Crisibus, vbi [hu]nc etiam locum adducit, vt & lib. ad Thrasybulum, his verbis. ἀλλὰ καὶ ὡς τὰς νόσους αὐτὴ κρίνει, καὶ ὡς εἰσὶν αἱ φύσεις τῶν νούσων ἰατροί, παρὰ τοῖς ἀρχαίοις αὐτάρκως εἰρημένα, τί ἂν ἔτι δέοιτο ἐγὼ διέρχεσθαι, hoc est, Quinetiam quod ipsa morbos iudicat, quodq; naturæ morborum [si]nt medicatrices, quæ antiquis abundè dicta sunt, quid me nunc recensere opus est: φύσεις autem vocat Hippocrates, τὰς δυνάμεις καθ' ἃς διοικεῖται τὸ ζῶον intelligens, vt etiam explicat Galen. lib. de Cris. Etsi φύσιν ab Hippocrate vocari τὸ δημιουργικὸν ἡμῶν αἴτιον, vt [o]mnibus mos est, scribit Galenus lib. 9. de Placitis Hippocr. & Platonis, vbi huius etiam loci meminit. Nec est ab hac sententia [a]lienum quod scribit † Aretæus ἐπὶ τῷ αὐτομάτῳ προθεσμίῃ τῆς φύσιος αὐτὰ γίγνεται πάντα. hoc est, præfinito à natura tempore sponte [re]media omnia fiunt. Et quod scribit M. Tullius Tusc. 3. ad corporum sanationem multum ipsa corpora & naturam valere. Hunc [qu]oque locum adumbrat Corn. Celsus †† scribens. In nullo quidem morbo minùs natura sibi vendicare, quam ars potest, vt pote [qu]m repugnante natura, nihil medicina proficiat. Om[ni]a alias videtur ab Hippocrat. ἐν τόμῳ exp[r]essum. [illegible] φύσιος γὰρ ἀντιπρησσούσης κενεὰ πάντα. hoc est, In [pri]mis quidem natura opus est, qua repugnante irrita sunt omnia. Sic autem

* Cap.8. † Cap.4. lib.1. de Cur. morb. diut. †† Cap.1. lib.3.

Cornelij Celsi locum prudenter emendare quidam mihi videntur, cùm priore loco fortuna legatur, quæ lectio etiam ferri potest. Exemplaria autem manu scripta quotquot adhuc videre licuit, nullam hîc faciunt sectionis quintæ distinctionem, vt nec Italica, quod ex Caluo patere potest.

[2] αἰδεῖται ἡ φύσις] ὁρμαὶ appetitiones naturales dicuntur quibus ad agendum impellimur, quæ solo naturæ impetu, non voluntate aut consilio, in animantibus ducuntur. Innuit igitur Hippocrates impetus illos quibus ad obeundas functiones, aut ad mouendum, aut aliquid appetendum impellimur, à natura nobis esse insitos, qua duce, citra vllam disciplinam & absque vllo doctore munia illa obimus. Vt rectè alias ab eodem [1] Hippoc. scriptum sit, φύσιες πάντων ἀδίδακτοι Quod etiam hunc in sensum accommodat [2] Gal. lib. 1. de vsu part. & longè pluribus verbis lib. 6. loc. affect. [3] explicat, de hœdo matris vtero exciso educto verba faciens, quod exemplum hic etiam postea repetit.

[1] *Lib. περὶ τροφῆς.* [2] *Cap. 3.* [3] *Cap. 6.*

τὰ δὲ καὶ ἡ γλῶσσα] Id de linguæ motione in edenda voce intelligendum, ac ad eius actionem obeundam subseruientibus instrumentis. Cùm namque dissectionum periti plurimum inter se dissentiant, de musculorum ad vocem facientium tum numero tum actione: id certè mirum subit, infantes absque vllo magistro, voces ipsas imitari. Quod & in reliquis animalibus quæ vocem edere possunt etiam cernitur, vt copiosiùs scribit * Gal. lib. 6. de loc. affect. & lib. de fœtuum formatione. Hîc verò exemplaria manu scripta quædam, τὰ δὲ καὶ ἡ γλῶσσα δὲ ὑπουργεῖ habent. Quam lectionem etiam agnoscere videtur Gal. in Com.

* *Cap. 6.*

ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα] Gal. lib. 9. de Placitis Hipp. & Pl. huius loci meminit, sed εὐπαίδευτος legit, quemadmodum & vetus interpres, vt sensus sit, per se bene naturam edoctam, & citra vllam disciplinam aut doctorem munia sua obire, sed ἀπαίδευτος in omnibus exemplaribus manu scriptis legitur. Neque verò est ab hoc loco alienum quod scribit M. Tullius lib. 2. de finibus. Feratur natura non est illa quidem deprauata mala disciplina, sed natura sua. Et quod scribit Galenus libr. quo probat animatum esse quod vtero continetur, his verbis. εἰ δέ τις ἡμᾶς ἀπαιτοίη φύσεως λογισμούς, ἴσως πάντα πράττουσαν αὐτὴν αὐτοδιδάκτως τε καὶ αὐτομαθῶς. οὐδὲ γὰρ ὅπως ἐν φυτοῖς σκώληκες γίνονται, ἢ ἀφ' ἵππων καὶ βοῶν οἱ σφῆκες, καὶ μέλιτται, ῥᾴδιον ἡμῖν λέγειν. ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως ἁπλῶς γίνεται. οὐδὲ γὰρ τοὺς ὄρνεις πέτεσθαι διδάσκει τις, οὐδὲ τὸ νοεῖν ἡμᾶς, ἢ ἀκούειν, ἢ βλέπειν. ἀλλ' ὅμως καὶ τοὺς ὄρνιθας ὁρῶμεν πετομένους, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς χωρὶς μαθήσεως νοεῖν τε καὶ βλέπειν. ἀπόρρητος γάρ τις καὶ κεκρυμμένη, καὶ πολὺ τῆς ἡμετέρας διανοίας βυθιωτέρα, ἡ περὶ τὴν φύσιν αὐτουργία. hoc est, Quod si quis à nobis naturæ rationes postulet, is sciat eam per se edoctam & ex sese addiscentem omnia agere. Neq; enim à nobis facilè dicatur qua ratione in plantis vermes, aut ex equis & bobus vespæ ac apes gignantur. Verùm à natura id simpliciter fit. Nam neq; quispiam aues volare docet, neq; nos aut intelligere, aut audire, aut videre. Sed tamen & aues volare, & nos absq; disciplina tum intelligere, tum cernere videmus. Ipsum enim naturæ opificium tum verbis explicari nequit, tum reconditum est, & longè nostra cognitione abstrusius. Quod idē etiam lib. de fœtu formatione, in summum opificis nostri artificium reiicit. Idem quoq; lib. 1. de fac. nat. hunc locum his verbis adumbrat. Ἱπποκράτης μὲν ὧν ἴσμεν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων πρῶτος ἁπάντων, ὡς ἂν καὶ πρῶτος ἐπιγνοὺς τὰ τῆς φύσεως ἔργα, θαυμάζει τε καὶ διὰ παντὸς ὑμνεῖ ταύτην, δικαίαν ὀνομάζων, καὶ μόνην ἐξαρκεῖν εἰς ἅπαντα τοῖς ζώοις φησίν, αὐτὴν ἐξ αὐτῆς ἀδιδάκτως πράττουσαν ἅπαντα τὰ δέοντα. Quod est, Hippocrates igitur omnium quos nouimus, tum medicorum, tum philosophorum princeps, vt qui primus naturæ opera nouit, hanc miratur & semper celebrat, iustam nominans solamque animalibus ad omnia satis esse dicit, ipsamque per se edoctam, omnia quæ opus sunt agere.

[3] στόματος σιάλου ἀναγωγή] στόματος σίαλος videtur legendum, postea que ἀναγωγή, sicq; videtur legisse Galenus, contra tamen omnium exemplarium fidem. Sic ἀναγωγὴ pro sputorum reiectatione sumitur, vt sæpè aliàs & in Coacis præsagiis ἀναγωγὴ φλέγματος dicitur pituitæ per os & tussim eductio. Etsi Galenus πτυέλου ἀναγωγὴν legendum suadet. στόματος σίαλον autem oris saliuationem pro saliuæ reiectione diximus * Plinium secuti, qui purpuras dixit mutuo attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuare, quod κηρίζειν dixit † Aristot. explicans, etsi idem fauificare aut cerificare extulit, cap. 38. vt satis ex Aristotele patet, vbi tamen fœtificare in omnibus nostris codicibus mendosè legitur.

* *Cap. 36. lib. 9.* † *Cap. 15. lib. 5. hist. anim.*

[4] οὔρου ἄφοδος] Sic legunt omnia quotquot videre licuit exemplaria. Galenus tamen οὔρου ἀφόδου legisse videtur, vt ἔκκρισις subaudiatur, quem secutus sum, vt stercoris & cibi reliquiarum excretio intelligatur. Quam etiam lectionem ponit vetus interpres. Caluus φύσις vitiosè legit, vt & in quibusdam manu scriptis exemplaribus habetur. Quod sequitur καὶ ὅσα τοιαῦτα, codices Regij manu scripti καὶ subticent, & sequentibus iungunt.

[5] ἀνθρώπου ψυχή] Hæc sententia per sanè difficilis & obscura videtur, ob controuersam & multis locis à Galeno agitatam summorum philosophorum opinione animi naturam, nec dum tamen planè explicatam, sed ingenua ignorationis confessione adumbratam. Quod præcipuè lib. de animi moribus & de fœtuum format. & lib. de fac. natur. substantia, vt hîc quoque, palàm profitetur. Etsi aliàs non obscuram de ea sententiam profert, vereque diuinam eius originem facit, vt maximè videre licet in lib. quo probat animatum esse quod vtero continetur. A qua certè opinione non mihi omnino videtur abhorrere Hippocrates lib. περὶ σαρκῶν (quem alij περὶ ἀρχῶν vocant) vbi exagitatis communibus omnium opinionibus, sublimem ac planè cœlestem, neq; medicorum septis conclusam hominis atq; animi originem facit, illiusq; essentiam, quam caloris nomine donat, esse immortalem, cùm θερμὸν ἀθάνατον ponit. Sed certè reuocata ad Medicorum calculum sententia, cum Hippocrati & Galeno animi natura nil aliud esse videatur, quam calor insitus & à principio innatus ex se perpetuò mobilis, animabili & spirituosa natura indiguit ad motionis perennitatē fouendā temperandam, cuius attractione, temperatione, ac veluti refrigeratione quadam, vitalitatis fontes rigantur & conseruantur. Hi ἀναπνοὴ ex Hippocrate. †† Galeno τῆς ἐμφύτου θερμασίας θρέψις καὶ ἐμψυξις ponitur, quod caloris innati efficientia, in qua vita consistit, respiratione aut refrigerio, veluti flabello quodam hoc est aëre per inspirationē & transpirationem immisso, ad sui conseruationē opus habeat. Eaque notione ipsius caloris innati perpetuam auctionem aut conseruationem ex inspirati aëris moderatione, ad mortem vsque fieri necesse est. Quod certè his verbis sensit Hippocrates lib. περὶ φύσ. παιδίου. πᾶν τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ τρέφεται τῷ μετρίῳ. Longè vero apertiùs ostendit Galen. lib. περὶ ῥίγους καὶ τρόμου, vbi animi naturam ex Hippoc. mente profert, & magnam huic loco lucem affert, his verbis, προσκόπτει δ' ὁ λόγος ἐπὶ ταῖς Ἱπποκράτους ἀρχαῖς, οὐκ ὄγκους καὶ πόρους ἡμῶν στοιχεῖα τιθεμένων ἡμῶν τοῦ σώματος, οὐδὲ κινήσεως ἢ παρατρίψεως, ἤ τινος ἄλλης αἰτίας ἔκγονον τὸ θερμὸν ἀποφαινόντων, ἀλλὰ τὸ μὲν ὅλον σῶμα σύμπνουν τε καὶ σύρρουν ἡγουμένων. τὸ θερμὸν δ' οὐκ ἐπίκτητον οὐδ' ὕστερον τῆς ζώου τῆς γενέσεως, ἀλλ' αὐτὸ πρῶτόν τε καὶ ἀρχαῖον, καὶ ἔμφυτον. καὶ ἥγε φύσις καὶ ἡ ψυχὴ οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτ' ἐστίν. ὥστ' οὐσίαν αὐτοκίνητόν τε καὶ ἀεικίνητον αὐτὸ νοῶν, οὐκ ἂν ἁμάρτοις. ἕκαστον δὲ τούτων ἰδίᾳ βεβαιοῦν ἑτέρωθι [illegible] λόγου τὸ συνεχὲς ἑρμηνευτέον. ἅτε γὰρ ἀεικίνητον ὂν τὸ ἔμφυτον θερμὸν, οὔτ' εἴσω μόνον, οὔτ' ἔξω κινεῖται. διαδέχεται δ' ἀεὶ τὴν ἑτέραν αὐτοῦ κίνησιν ἡ ἑτέρα. ταχὺ γὰρ ἂν ἡ μὲν εἴσω μόνη κατέπαυσεν εἰς ἀκινησίαν. ἡ δὲ ἐκτὸς ἐσκέδασε τε καὶ ταύτῃ διέφθειρεν αὐτό. μέτρια δὲ σβεννύμενον, καὶ μέτρια ἀναπτόμενον, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγεν, ἀεικίνητον οὕτω μένει. ἀνάπτεται μὲν οὖν τῇ κάτω συνόδῳ, τῆς τροφῆς ὀρεγόμενον. αἰρόμενον δὲ καὶ πάντῃ σκιδνάμενον, σβέννυται. ἀλλὰ τὴν μὲν ὁποτέραν ἔξω φοράν, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι ἐξάπλωσιν ἀπὸ τῆς ἰδίας ἀρχῆς διότι φύσει θερμόν ἐστιν, κινεῖται. τὴν δ' εἴσω τε καὶ κάτω. τουτέστιν ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ὁδόν, ὅτι ψυχροῦ τι μετέχει. μικτὸν γὰρ ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ γέγονε· κατὰ μὲν τὸν πρῶτον λόγον τοῦ θερμοῦ τοῦτ' ἐστὶ αὐτοκίνητον αὐτοῦ, καὶ τοῦτο μάλιστα δεῖ πρὸς τὰς ἐνεργείας. μεγάλην δ' ὅμως αὐτῷ χρείαν καὶ τὸ ψυχρὸν παρέχει. πέφυκε γὰρ τὸ μὲν θερμὸν εἰς ὕψος αἴρεσθαι καὶ συμπεριάγειν αὐτῷ τὴν τροφὴν. εἰ δὲ μὴ τὸ ψυχρὸν ἐμποδὼν ἐγένετο, καὶ ἐπὶ μήκιστον προῆκε. γίνεται δ' ἐμποδὼν τὸ ψυχρὸν τῇ τοιαύτῃ τοῦ θερμοῦ κινήσει, ὡς μὴ ἀπόλλοιτο ἐκτεινόμενον. [illegible] ὑπὸ κουφότητος καὶ τῆς πρὸς τὸ ἄνω ὁρμῆς ἀποσπᾶν τῶν σωμάτων αὐτό. ἀλλὰ τὸ ψυχρὸν ἐπέχει τε καὶ κωλύει, καὶ τῆς ἄγαν ταύτης κινήσεως ἀφαιρεῖ σφοδρόν. hoc est, Prouehetur autem sermo ad Hippocratis principia, cum nos neque corpusculorum moles & meatus corporis nostri elementa statuamus, neque motionis aut affrictus cuiusdam, neque alterius alicuius causæ sobolem calorem ipsum esse dicimus. Verùm corpus totum conspirabile & confluxile censeamus. Calidum autem non ascititium, neque animantis ortu posterius, sed ipsum primum, & ab initio genitum, & nobis innatum, & certè naturam ipsam ac animum nil aliud quàm ipsum censeo. Adeo vt si eius naturam per se & semper mobilem animo concipias, nihil aberraueris. Quorum singula seorsum sunt diligenter explorata, & quanquam de his aliunde discere liceat, in præsens tamen, quantum sermonis connexio postulat, disceptatione peruestigandum. Cùm namque calidum innatum in perpetuo sit motu, neque intrò solum, neque extra moueatur, alteram ipsius motionem altera semper excipit. Celeriter enim quæ intrò fit sola cessaret & motu priuaretur. Quæ verò extra fit, ipsum hac ti-

tione dissiparet ac corrumperet. Cùm vero moderatè extinguatur & moderatè incendatur (vt inquit Heraclitus) hoc modo in perpetuo motu permanet. Accenditur igitur deorsum nutans & alimentum appetens. Vbi autem sursum attollitur & vndiquaq; dissipatur, extinguitur. Cæterùm eum qui sursum & extra fertur motionis impetum, ac (vt ita dicam) à proprio principio explicationem quandam, quod natura calidum sit, sibi comparauit. Eum verò qui intrò & deorsum fertur, hoc est ad proprium principium, quod frigiditatis cuiusdam particeps sit. Frigido namque & calido temperatum est. Ac ex prima quidem ipsius caloris ratione ipsum per se mouetur, eoque plurimum ad obeundas actiones indiget. Neque tamen ei paruam vtilitatem frigus exhibet. Calidum namque in altum tolli, simulque secum alimentum abducere natum est, ac nisi frigidum impedimento fuerit, etiam quàm longissimè procedere. Eiusmodi autem caloris motioni impedimento est frigiditas, ne, dum extenditur, pereat. Periculum enim est ne p: leuitate & impetu sursum facto, ipsum à corporibus discessionem paret. At frigiditas retinet & prohibet, & nimiam huius motionis vehementiam aufert. Ex quibus & calidi ipsius perennitatem, ad eamque tutandam frigidi temperationem, ac veluti auctionem intelligas. Quod etiam clariùs libro de vsu respirationis ex duplici flammæ motu exposuit. Eam autem esse oportere ad vitæ vsum calidi à frigido temperationem, id satis indicat respirationis vtriusq; necessitas, quodque alioqui indesinenter motum calidum dissiparetur, aut concepto incendio conflagraret, omniaq; depasceretur. Id autem significat quod scribitur, ἢν δὲ ἐκπυρωθῇ ἅμα τῇ νούσῳ ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα φθείρεται. Quod certè vel inde pendet quod Hippocrates animantis sanitatem in calidi & frigidi cum reliquis primis naturis moderata temperatione posuerit, vt scribit Galen. lib. 8. de plac. Hippoc. & Plat. & lib. de rigore & tremore. Vnde etiam Galenus animi essentiam in primorum quatuor corporum temperatione consistere scribit, libro de animi moribus, quod ad earum immoderationem nostri corporis interitus consequatur. Atque id ipsum eleganter scribit libro de vsu respirationis Gal. præcipueq; in calidi immoderatione cerni scribit. Quod totum huic loco valde quadrat. ††εἰ γὰρ δή εἰ καὶ τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἀγνοοῦμεν, ἀλλ' ἐκ διαιρέσεως γ' ἔνεστιν λογίσασθαι λήμματα τῶν ἀποδείξεων τοῖς ἐναργῶς γινωσκομένοις χρησαμένους, ὧν καὶ τοῦτ' ἐστί. τὸ περιεχόμενον ἐν ταῖς κατὰ τὸν ἐγκέφαλον κοιλίαις πνεῦμα δυοῖν θάτερον ἀναγκαῖον εἶναι, ἤτοι τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς, ἢ τὸ πρῶτον αὐτῆς ὄργανον. ἀλλ' εἰ μὲν πρῶτον ὁ ἐγκέφαλος ἐν ἑαυτῷ τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἔχει, ἀναγκαῖον ἐστὶ καὶ ταύτην ἔμφυτον εἶναι θερμασίαν, ἢ τὸ πνεῦμα, ἢ τὸ σύμπαν αὐτῆς τῆς κατασκευῆς εἶδος, ἢ παρ' αὐτὴν εἴ τις δύναμις ἀσώματος. ἀλλ' ἀναγκαῖον ἑνί γε πρώτῳ, εἰς τὰς κινήσεις ὀργάνῳ ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἔχειν, αὐτὴν μὲν ἀπαθῆ παντελῶς ὑπάρχουσαν. ἐν δὲ τοῖς θανάτοις τῶν πρώτων αὐτῆς ὀργάνων φθαρέντων λυομένην. ὥστε ἐξ ἀνάγκης ἤτοι τῆς κατασκευῆς τοῦ ἐγκεφάλου βλαπτομένης, ἢ ὁμοῦ τοῦ κατ' αὐτὸν πνεύματος, ἢ τῆς θερμασίας μόνης, ὁ θάνατος ἐστὶ τοῖς ζώοις. ἀλλ' οὔτε τὴν κατασκευὴν ἐν τάχει βλαβῆναι δυνατὸν ἑτέρως, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν τῆς θερμασίας ἀμετρίαν, ὡς ἐδείξαμεν, οὔτ' αὐτὴν πολὺ μᾶλλον θερμασίαν, ἀλλ' οὐδὲ τὸ λοιπὸν ἔτι καὶ τρίτον, ἔχει τὸ πνεῦμα δύναται φθορᾶς αἰτίαν ἑτέρας φθορᾶς ἐξαιφνιδίου, παρὰ τὰς ἔμπροσθεν εἰρημένας, τήν τε τῆς οὐσίας ὅλης αὐτῶν κένωσιν, καὶ τὴν τῆς θερμασίας ἀμετρίαν. hoc est, Etsi verò animi natura non est nobis cognita, nihilominus tamen ex diuisione licet ratiocinari, ex his quæ euidenter sunt cognita demonstrationum sumptionibus in vsum assumptis. Ex quibus hoc est, spiritum in cerebri ventriculis contentum, ex duobus alterum ex necessitate esse, aut animi ipsius essentiam, aut primum eius instrumentum. Sed si primum cerebrum in se animi essentiam continet, & eam calorem esse innatum, necesse est, aut spiritum, aut totam constitutionis ipsius speciem, aut si quæ sit præter eam facultas incorporea. Sed hoc primum necessarium, vno aliquo instrumento ex his quæ dicta sunt, ad motiones vti, cùm ipsa prorsus impatibilis existat, eaque mortis tempore affectis primis ipsis instrumentis soluatur. Quare aut læsa cerebri constitutione, aut simul spiritu qui in eo est, aut calido solo, mortem animantibus contingere necesse est. Sed neque constitutio celeriter aliter quàm per caloris immoderationem (vt ostendimus) offendi potest, ac neque ipsa multò magis caliditas, ac neque quod reliquum est adhuc tertium, spiritus, alterius repentinæ corruptionis causam externam habere potest, præter eas quæ ante dictæ sunt, videlicet totius substantiæ vacuationem, & caloris immoderationem. Quod autem animus motionem accipiat & spiritu nutriatur, scribitur à Galeno lib. quod animatum sit quod vtero continetur. τοῦ γοῦν ζώου διοικουμένου ὑπὸ ψυχῆς καὶ φύσεως, καὶ τροφῆς, καὶ πνεύματος. τρέφεται μὲν γὰρ ψυχὴ πνεύματι, τροφαῖς δὲ ὑγραῖς καὶ ξηραῖς ἡ φύσις. εὑρεθήσεται δὲ καὶ τὸ ἐν τῇ μήτρᾳ πάσαις ταῖς οἰκονομίαις χρώμενον, καὶ ταῖς περὶ τὴν τῆς ψυχῆς κίνησιν, καὶ ταῖς πρὸς τὴν τῆς φύσεως αὔξησιν. hoc est, Cùm igitur animal ab animo & natura regatur, & alimento, & spiritu (animus quippe spiritu, natura verò humidis & siccis alimentis nutritur) deprehendetur certè quod in vtero est his omnibus administrationibus vti, tum his quæ ad animi motionem, tum etiam iis quæ ad naturæ incrementum spectant. Exemplaria porrò manu scripta Regia præcedentis sententiæ extremum hîc coniungunt, & longè aliam lectionem faciunt, ὁ βιαῦται ἐν ἀνθρώπου ψυχὴ φύεται μέχρι θανάτου, vt ista ad naturales actiones referantur, quæ in homine semper ad mortem vsque repullulant. φύεται verò Galenus in Exegesi ἐμβρύεται, καταναλίσκει exponit, hunc locum haud dubiè subnotans, vt vitiosa sint exemplaria quæ φέρεται legunt, & ἅμα pro ἅμα. †† *Lib. de vsu respirat.*

[6] νοῦσοι ξυντροφοι] Vt non de omnibus morbis intelligenda est hæc sententia, ita de iis accipi potest qui in iuuentute affligunt, & in senectute desinunt. Quod videtur per ξυντρόφους νόσους innuere, quasi vna nobiscum educatos, aut familiares & assuetos intelligi. Sunt enim morbi quidam iuuenibus familiares, qui ætatis commutatione & beneficio in senectute desinunt, velut cephaleæ, hemicraniæ, & epilepsiæ. Sic etiam scribit Hippocrates in Progn. iuuenes ex aurium inflammationibus senioribus potiùs interire & ex plurimis aliis suppurationibus, ob febrium & delirij vehementiam, senes verò minùs morbis acutis & febribus tentari, aph. 14. lib. 1. Quæ solutio ætatis mutatione contingit, non secus ac tempestatum commutatione morbi propulsantur, scripsitque Hippocrates æstiuos morbos hyeme solui, velut eos qui hyeme contracti sunt, æstate. Cæterùm exemplaria quædam manu scripta hîc sectionis quintæ indicaturam adscribunt.

[7] ἰητὸς ἀντίοι] Hæc sententia ex media Hippocratis œconomia ducta est, siue ad Medicum, siue ad ægrum ipsum referatur, quemadmodum scribitur lib. 1. Epid. ὑπεναντιοῦσθαι τῷ νοσήματι τὸν νοσεῦντα μετὰ τοῦ ἰητροῦ χρή. Qui locus hîc valde propriè quadrat, istúmque mirè explicat. Hucque referri debet quod scribitur ab Hippocrate lib. de nat. humana. τὸ δὲ ξύμπαν γνῶναι δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐναντίον ἵστασθαι τοῖσι καθεστεῶσι καὶ νοσήμασι καὶ εἴδεσι, καὶ ὥρῃσι, καὶ ἡλικίῃσι, καὶ τὰ συντείνοντα λύειν, καὶ τὰ λελυμένα συντείνειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ κάμνον ἀναπαύοιτο, ὅ τι ἴησις τοῦτό μοι δοκέει εἶναι. hoc est, In totum verò Medicus nosse debet tum instantibus morbis, tum naturis, tum temporibus, & ætatibus se opponere, & quæ distendunt soluere, & soluta intendere. Hac enim vel maximè ratione quod affligit quietem accipit, & ea mihi videtur esse curatio. Rursusque τὴν δὲ ἴησιν χρὴ ποιέεσθαι τουτέων ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νόσου. οὕτω γὰρ ἂν λύοιτο τὸ τὴν νοῦσον παρέχον ἐν τῷ σώματι. quod est, Horum igitur curatio procuranda est, se causæ morbi opponendo. Hac namque ratione quod corpori morbum exhibet solutionem accipiet. Et quod lib. περὶ φυσῶν scribitur, εἰ γάρ τις εἰδείη τὴν αἰτίην τοῦ νοσήματος, οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρειν τῷ σώματι ἐκ τῶν ἐναντίων ἱστάμενος τῷ νοσήματι. hoc est, Si quis enim morbi causam nouerit, is facile poterit quæ corpori conducunt præsidia adhibere, contraria morbo opponens. Sic enim mihi locus ille legendus videtur contra omnium exemplarium fidem. Hic verò præcipuè Galeni sensum eumque plausibiliorem ex codicibus publicatis secuti sumus contra omnium exemplarium manuscriptorum fidem, quæ tamen secutus videtur Caluus, iisque etiam consentit vetus Interpres.

ὀξυθυμίη] Galenus huius lectionis sensum probat, ἐν ὀξυθυμίῃ ἡ καρδίη καὶ ὁ πνεύμων ἀνασπᾶ καὶ εἰς ἑωυτὰ καὶ εἰς κεφαλὴν τό τε θερμὸν καὶ ὑγρόν, vt significet in iracundia internum esse quendam caloris & humorum motum, & ad cor pulmonemque ferri. Vnde & iram circumscribunt philosophi ζέσιν εἶναι φάσκοντες τοῦ κατὰ τὴν καρδίαν θερμοῦ, vt scribit Galenus lib. 6 de plac. Hippoc. & Plat. Quod etsi certè verum est & hac dictione apertè declaratur, ista tamen locutione, ὀξυθυμίη ἀνασπᾶ καρδίην καὶ πνεύμονα εἰς ἑωυτά, quæ omnibus in codicibus adeò constans est, primus ille ad iracundiam impetus indicari videtur, quo caloris est humeris ad interiora concursio fit, primaque illa motio ac vindictæ appetitio, qua cor in se contrahi quodammodo videtur, deinde verò efferuescente calore diffundi & vndique dilatari, vnde & sanguinis & caloris & spiritus toto corpore fit dispersio. In animi autem tranquillitate & gaudio secus fieri cernitur, in quibus cor adeò relaxatur ac diffunditur, vt plærosque gaudio exanimatos esse historiis testatum sit, ideoque ab Aureliano sæpius διάχυσις & animi laxatio dicatur. Hinc verò mihi valde propriè Hippocrates θυμοειδοῦς facultatis, vel ex hoc loco, cor originem esse indicare videtur, quod & aliàs probat Galenus lib. 6. de placitis Hippocr. & Plat. Exemplaria manu scripta ὅλως ἐκ θερμοῦ ταῦτα ὀξυθυμίη ἀνασπᾶ legunt, manifesto certè vitio. Quam lectionem etiam ex codicibus Italicis secutus est Caluus. θερμὸν verò cùm dicit, calorem & spiritum significare videtur, vt τὸ ὑγρὸν sanguinem humores omnes complexum. Galenus verò ἐξίησι legit, eo sensu, vt in gaudio ista, hoc est calor, spiritus & sanguis cordis penetralia relinquant & deserant. Cætera tamen exemplaria ἐξίει habent.

[9] πόνῳ τοῖσιν ἀφθόνοισι] Codex vnus Regius manu ſcriptus τῷ πόνῳ legit manifeſto vitio. Galenus ἄρξῃ habet, quem ſecuti ſun omnes Interpretes, cùm cætera omnia exemplaria σαρκὶ habeant.

[10] ψυχῆς περίπατος] Hæc ſententia innuit mentis agitationem, commentationem ac meditationem, animi quandam eſſe exerc tationem, in qua animus velut exſpacians, mentis aciem acuit, excolitur & exercetur. Is enim corporis emeritis ſtipendiis tanqua vinculis exutus, cogitatione ad ſe ipſe reuocatur, ſecumque, (vt dicitur) viuit, eoque magis ſi doctrinæ aut ſtudij pabulum aliquo acceſſerit. Ideoq; quibus in morbis mens velut obſtupeſcit & ſomno grauatur, ea intenta animi cogitatione ſolicitanda eſt, & vel ad officium reuocanda.

[11] ἐν τοῖσι τρώμασι] Id de nimio ſanguinis in vulneribus profluuio dici videtur, cui occurrendum per medicamenta idonea concepta linamenta, aut penicillos conſulit, quod ſit ſanguis veluti vitæ theſaurus. Exemplaria manu ſcripta pro πληρωθῶσαι quęda πληρώσειν habent, alia πληρώσεις, nonnulla etiam recentiora πληρώσεις, Galenus πληρωθῶσαι.

[12] λῶ οὐ ὀργήν] Hæc ſententia commodam inflammationis aurium curationem docet, quoniam interdum ad dementiam pr cipitat. Quod autem in extremo additur ἀπῶτι, varium & explicatum apud Galenum ſenſum habet. Quidam enim ad ægrorum dec ptionem referri volunt, dum lanam humore imbutam tanquam inutilem in ignem immitti à medico exiſtimant, cùm tamen id e periundi odoris gratia fiat. Quem in ſenſum quodammodo videtur inclinare Galenus. Quidam etiam de ſtupefacientibus medic mentis, quæ neceſſarium interdum in huiuſmodi aurium inflammationibus vſum habent accipiunt. Mea tamen ſententia hæc dict ſuppoſititia, neque Hippocratis ingenuitatem reſipere videtur, quod & Galeno viſum eſt, nec in exemplaribus Italicis (vt ex Cal patet) locum habet. Aut certè eam Caluus Galeni iudicio fretus reiecit, quod magis auguror, cùm ea noſtris in omnibus manu ſc ptis codicibus conſtantiſſimè retineatur. Minutum verò eſt, exemplaria quædam ὑποθεῖς pro ἐπιθεῖς, & ἐπιθεῖναι pro ὑποθεῖναι habe ἄλειφα verò Galenus in Exegeſi ἔλαιον ἢ στέαρ exponit. Qua notione etſi pluribus in locis ſumitur apud Hippocratem, hunc tamen p cipuè locum mihi in Exegeſi ſubindicare videtur, vt & in Commentario ἔλαιον ἢ πιμελὴν πιτυΐνην exponit.

[13] αὖαι δὲ] Hoc loco ſanè poſt linguæ nigredinem eiuſdem magnam reſiccationem ex ſuccenſa fuligine ponens, indicare vi tur eiuſmodi linguam ex magno febrium ardentium incendio fieri, nempe nigram valdeque reſiccatam. Quem in ſenſum hunc cum vſurpare videtur Galen. lib. 8. de placitis Hippocr. & Plat. his verbis, ἀφορμαὶ μὲν γὰρ αὐτὸς ἔδωκε τῆς τούτων εὑρέσεως ὥσπερ ὅταν ἐκ τῶν γλώττης χρωμάτων διαγινώσκῃ τὰς ἐν τῷ σώματι διαθέσεις, μελαίνας λέγων αὐτὰς ἀπὸ ἐγκαύσεως λιγνυώδους γίγνεσθαι. καθάπερ γὰρ ἐκτὸς ἡ λιγνὺς τά τε περὶ λύχνους καὶ τὰς δᾶδας, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν λιπαρῶν γίγνεσθαι πέφυκεν, οὕτω καὶ κατὰ τὰ σώματα τῶν ζώων πολλάκις ὑπεροπτωμένων τῶν χυμῶν μάλιστα τῶν λιπαρῶν, γίγνεταί τι παραπλήσιον λιγνύϊ. hoc eſt, Horum quippe inueniendorum occaſiones ipſe præbuit, non ſecus ac c ex linguæ coloribus corporis affectiones dignoſcendas edocet, nigras eas ex fuliginoſa aduſtione fieri dicens. Quemadmodur nim in rebus externis, fuligo circa lucernas, faces, aliaque multum pinguia gigni conſueuit, ita in animantium corporibus, ſæpe mero exaſſatis humoribus præcipueque pinguibus, quid fuligini affine gignitur. Sic enim mihi locus ille & legendus & intellig dus videtur, contra omnium codicum & interpretum fidem. Idem quoque in Commentario innuere per hæc verba videtur G nus, τὰς δὲ αὔας ὅπερ ἐστὶ ξηρὰς ἱκανῶς, ἐκ πυρετοῦ διακαοῦς, ὃς οἷόν περ κατακαίων τὸ αἷμα, λιγνύϊ μᾶλλον ἤπερ ἀτμῷ παραπλήσιον ἀναθυμίασιν ἐργ ται. διὸ καὶ μέλαιναι πολλάκις αἱ τοιαῦται φαίνονται γλῶτται. hoc eſt, αὔας autem dicit, quod eſt abunde reſiccatas ex febre vrente, quæ ad ſtar ignis ſanguinem adurens, fuligini potius quam vapori ſimilem exhalationem efficit, ideoque etiam nigræ plærumque eiuſn linguæ apparent. Vt ſunt autem huiuſmodi reſiccatæ linguæ veluti gradus quidam, ita & quæ ex febrium ardentium fuliginoſo cendio reſiccationem cum nigredine coniunctam habent non parum ſuſpectæ ſunt. Qua de re ampliùs ſcriptum eſt in Cois I ſagiis, vbi χλωρᾶς καὶ μελαίνης γλώσσης meminit.

[14] οὔρησιν ὁμόχροον] βρώματι legunt omnia exemplaria publicata, ſcripta verò σώματι, quæ etiam ſecutus eſt Caluus & vetus in pres. Per βρῶμα autem hic omnis potulentus cibus inaudiendus venit, vt ſunt ῥοφήματα & ſorbitiunculæ, vt per potum omne hu dum ſua natura corpus alere aptum ex aph. 11. lib. 2. Quod ſequitur variè legitur. Publicata exemplaria cum manu ſcriptis con tiunt, & καὶ ὡς ἐπίπαν εἰ ὂν, ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ ξυντήξις legunt, vt ſit vrina velut humoris in corpore contenti colliquatio. Quædam ὡς εἰ ἐὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ ξυντήξις habent, vt vrina talis eſſe conſueuerit, qualis eſt humidi colliquatio. Quæ ſanè eundem ſenſum habent. na namq; ſemper earum partium quæ in corpore colliqueſcunt, colorem præ ſe fert, eumque in ſenſum explicat Galenus. Vetus interpres aliam ſecutus lectionem videtur, ac pro ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ ξυντήξις ποτοῦ ὑγροῦ ξυντήξις legiſſe, vt ſit vrina veluti humidi intus tione accepti colliquamentum, deductio, expreſſio, ac διάκρισις renum beneficio accepta. Quam opinionem ex Hippocrate tu Galenus aduerſus Eraſiſtratum, Aſclepiadem & Lycum lib. 1. & 2. de fac. nat.

[15] τῇσι περιστάσεσι] περίστασις hîc humoris excellentiam, principatum aut dominium ſignificat, præſtantiam dixi, abundan qua cæteris præſtat intelligens. περιΐστασθαι namque præeſſe, antecellere ac præſtare ſignificat. Galenus hac dictione quoq; humo linguam attingentium exundantiam intelligere videtur, ſiue ventriculo refundantur, ſiue in ea concreti ſint, ſiue eam leuiter circ circa alluant. Indeque ex eo qui cæteris præſtat, humoris in toto corpore redundantiam æſtimari vult Hippocrates. Interpretes dam extenſiones & diſtenſiones dicunt, humorum copiam intelligentes. Ex quo περιτάσεις legiſſe videntur. Caluus περιπτώσει aut tè eam dictionem ad propinata & externa quæ linguæ prætenduntur eamque inficiunt retulit, cùm tamen ad eos qui in cor continentur ſuccos ſpectare debeat, vt ſcribit Galenus. Exemplaria manu ſcripta ὁμόχροος habent & ταύτῃ, in quo cum publi conſentiunt, idque ad linguam meliùs referri videtur, quàm ad περιστάσεσι, quod faciunt quæ ταύτῃσι legunt exemplaria, etſi Gal eam lectionem ſecutus videtur.

[16] περιουσίης σημεῖον]Hîc περιουσίη de ſuperuacanea alicuius humoris redundantia dicitur, cuius ſapore lingua imbuta eſt. Ex plaria Regia manu ſcripta reconditiſſima σημεῖον non legunt, quod tamen habent cætera non peræque vetuſta. Quædam etiam ſententiam ſuperiori coniungunt, quod etiam fecit vetus Interpres.

[17] λῶ τῶν μαζῶν] Hac ſententia tanta mammarum cum vtero conſenſio indicatur, vt ex earum indicatura de toto vteri ha iudicium ferri poſſit, non ſecus ac ex lingua, redundantem in toto corpore humorem æſtimari voluit Hippocrates.

[18] αἱ ῥύπος] Aurium ſordes cur ſecundum naturam amaræ ſint, ſcribit * Ariſt. in Quæſt. natur. †Raſius ob vapores billioſo ſua leuitate in cerebrum feruntur, & ad aures præcipitant, amarorem creari ſcribit. Dicitur autem ὁ ἐν τοῖς ὠσὶ ῥύπος κυψελὶς au ψέλη †† Rufo Epheſio, cerumina aut marmorata veteres Latini appellabant. Apollonius autem in lib. de mirabilibus hiſtoriis r Ariſt. in Quæſtionibus phyſicis explicuiſſe cur mortuis dulces aurium ſordes euadant.

* *Sect. 32. queſt. 4.* † *In introductione Medic.* †† *Lib. de partib. hom.*

[19] γῆν μεταμείβειν σύμφορον] Sic legunt quotquot adhuc licuit videre exemplaria tum publicata, tum manu ſcripta. Vetu amen interpres γῆν σύντροφον legiſſe videtur cùm terram connutrientem vertit. Quam lectioné fortè ſecutus videtur Iunius Cr ius cùm ſolum patrium vertere dixit. Quædam etiam exemplaria γῆν μὲν ἀμείβειν habent. Locum autem morbum fouentem & qu ta tibus cum eodem conſentientem intelligunt. Huc autem reſpexiſſe videtur Plinius lib. 28. cap. 4. cùm ſcribit. Equitatio ſtomac & coxis vtiliſſima, phthiſi nauigatio, longis morbis locorum mutatio. Neque verò alienum eſt quod ſcribit M. Tullius * de amor ol lendo. Adducendus eſt etiam nonnunquam ad alia ſtudia, ſolicitudines, curas, negotia, loci denique mutatione, tanquam ægro nó conualeſcentes, ſæpe curandus eſt. Erotianus autem hunc locum haud dubiè ſubnotat, cùm γῆν μεταμείβειν, περιδινεῖσθαι explicat. ἀμείβειν γὰρ τὸ ἀλλάσσειν καὶ μεταπρέπεσθαι, ſolum vertere ac mutare dicitur. * *Tuſc. 4.*

[20] τὰ ἀσθενέστερα σιτία] Hîc imbecilles cibi qui parum nutriũt dicuntur, non ſecus ac infirmos cibos & imbecilliſſimam ma am vocat † Celſus, in qua minimum eſt alimenti, vt olus. Sic ἀσθενεστάτη πτισάνη dicitur lib. de rat. vict. in morb. acut. quæ parum orpori alimentum exhibet. Contra verò valentiſſimus cibus Celſo dicitur, in quo multum eſt alimenti, quemadmodum non Hippocrates ἰσχυροτέραν δίαιταν quæ paulò plus nutrit vocat, eamque humidæ & fugaci opponit lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, & ῥοφήμ ἰσχυρότερα valentiores ſorbitiunculæ, & quæ paulò pleniùs nutriunt dicuntur lib. περὶ παθῶν. Aliter autem ἀσθενέες καὶ ἰσχυραὶ δίαιται im præſunt antea. * Hîc verò pro σιτία quædam σώματα legunt, quod agnoſcit etiam vetus Interpres.

† [illegible] * *Aph. 16. ſect. 4.*

21 χειλέ-

[21] κεδμάτων] κεδμάτων dictio ex penitissimo Hippocraticæ œconomiæ penu desumpta est, diuturnasque in omnes articulos præcipueque coxendicem defluxiones significat. Quod præter ea quæ in Commentario scripta sunt, testatur in Exegesi Galenus. κέδματα τὰς ἐκ ῥεύματος χρονίοις διαθέσεις, ἤτοι περὶ τὰ ἄρθρα σύμπαντα, ἢ ἐξαιρέτως περὶ τὰ κατ' ἰσχίον. Est & in Hippocratis scholio quodam manuscripto. κέδματα ἡ χρονία περὶ τὰ ἄρθρα νοσώδης διάθεσις, τινὲς δὲ καὶ τὴν περὶ τὰ γεννητικὰ μόρια. Quod certè ex Hesychio sumptum videtur, apud quem legitur κέδματα αἱ χρονιώτεραι διαθέσεις. νόσοι περὶ τὰ ἄρθρα. οἱ δὲ περὶ τὰ γεννητικὰ μόρια. Ἱπποκράτης. Erotiano quoque κέδματα λέγονται αἱ χρόνιαι περὶ τὰ ἄρθρα διαθέσεις. Et Varinus, κέδματα τὰ χρόνια ἀρθρήματα λέγει ὁ Ἱπποκράτης. γράφει δὲ καὶ ὁ [illegible]. χρόνια δὲ ἀλγήματα τὰ κέδματα τυγχάνει. Quæ sanè occasionem Caluo dederunt vt κέδματα destillationes longas nudè admodum expresserit. Vtitur ea dictione Hippocr. lib. 1. de morb. & lib. 7. Epid. præcipueq; lib. de aëre loc. & aq. vbi in κεδμάτων quoque curatione venas secundum aures secare iubet. Et lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, eorum ortum ex defluxionibus indicat.

[22] λαγνείη] In hunc sensum scribitur ab Hippocrate lib. 1. περὶ διαίτης. λαγνείῃ ὑδάτων ἐφόδων προσιόντων, πλείονα, ἐν δὲ τῇσι τοῦ πυρὸς ἐπιφορῇσι, μείονα hoc est, Venere vtendum esse in aquæ accessionibus copiosiore, in ignis autem impressionibus, pauciore. Hunc verò locum subindicat † Aëtius lib. 3. his verbis, Ἱπποκράτης δέ ἐστι λέγων, τοῖς ἀπὸ φλέγματος νοσήμασι τὴν κράτιστα τὰ ἀφροδίσια ἔφη. Quæ verba etiam ex Rufo in suum vsum transtulit †† Oribasius lib. 6. Collect. ††† Paulus quoque lib. 1. eundem locum contraxit, his verbis, καὶ τοῖς ἀπὸ φλέγματος νοσήμασι μίσγεσθαι, κράτιστόν ἐστι. id est, & morbis pituitosis coitus optimus. Quæ iisdem verbis expressit Oribasius Synopseos lib. 1. cap. 6. Cur verò veneris vsus morbis ex pituita commodet, indicat Arist. in [a] Quæst. natur.

† *Cap.* 8. †† *Cap.* 38. ††† *Cap.* 35. [a] *Quæst.* 51. *Sect.* 1. *& quæst.* 17. *Sect.* 4.

[23] θερμοκοιλίῃσιν] Sic legunt reconditissimæ membranæ manuscriptæ cum publicatis. Duo verò codices paulò recentiores Regij, κοιλίῃς habent.

[24] μελαίνης χολῆς] Sensus est, profluuium sanguinis per ora venarum quæ in ano sunt, atræ bilis quiddam simile profundere, ideoq; atra bile vexatis bono esse, vt scribitur placito 11. & 21. lib. 6. Græci autem profluuium huiusmodi hæmorrhoida vocant, eoq; nomine symptoma illud vocauerunt, vt scribit Gal. lib. περὶ μελαίνης χολῆς. Quòd autem huiusmodi sanguinis profluuium atra bile vexatos leuet, quia atræ bili affine quiddam effundatur, satis indicat Galenus com. ad aph. 25. lib. 4. hunc locum tacitè subindicans, his verbis, ἐγχωρεῖ δὲ καὶ οὕτως ἀκοῦσαι τὰ μέλανα, καθάπερ αὐτὸς ἐπὶ τῶν αἱμορροΐδων ἐν ἐπιδημίαις ἔλεγεν, ὡς ἰωμένων τὰ μελαγχολικὰ πάθη. τῆς γὰρ ἤτοι μελαγχολίας ἤδη γεγενημένης, ἴαμα μέγιστόν ἐστιν αἱμορροΐς, μελλούσης ἔσεσθαι κώλυμα. hoc est, Nigra autem eo sensu accipere licet, quo ipse in Morbis vulgaribus de hæmorrhoidibus dixit, eas melancholicis affectibus esse præsidio. Re vera enim melancholiæ iam factæ maximum est remedium sanguinis per ora venarum quæ in ano sunt profluuium, quòd hæmorrhois dicitur, & futuræ quidem impedimento. Ex quibus Galeni verbis, sanguinem atrum & crassum qui in huiusmodi profluuiis effunditur, atræ bili affinem esse intelligitur, velut scribitur Rufo Ephesio (lib. 1. de partib. hom.) τὸ μέλαν αἷμα μέλαιναν καλεῖσθαι. Porrò quod ad scriptionem attinet, exemplaria quædam αἱμορρόος habent, alia αἱμορροΐδες, eodem sanè sensu. Nos sanè publicatam & pluribus codicibus contestatam lectionem retinuimus, eamq; magis plausibilem, quam secutus etiam videtur Caluus, etsi istam sententiam superiori coniunxit.

[25] τὰς ἐπαυξίας νόσους] Etsi ambiguè scripta est hæc sententia, sic mihi tamẽ ex Galeni mente accipienda videtur, cùm alios omnes interpretes reprehendat, qui ista de veneris vtilitate explicabant. Quò magis mirandum est quosdam eam in sententiam delapsos, vt iis morbis veneris vsum consulerent. Quibus certè vel apertissimis verbis refragari Galenus videtur in Com. Neq; verò comitiales ex venere, sed ex ætatis mutatione vtilitatem accipiunt, cùm coitus velut parua quædam sit epilepsia, vt ex Democriti sententia scribit Gal. Huc accedit vetustissimorum manuscriptorum codicum lectio, qui ψύχει addunt, vt inde refrigerationem atque adeò læsionem adesse velint. Quos secuti sunt Caluus & vetus interpres. Et certè exemplaria Regia omnia hanc sententiã sic legunt, τὰς ἐπαυξίας νόσους μίξις ψύχει, ὥσπερ καὶ μίξις τὰ κατὰ κοιλίην σκληρυνεῖ. Præter quàm quòd vnum recentius ψύχει pro ψύχει habet. Quæ sanè lectiones omnes ex ista Galeni explicatione deductæ mihi videntur, quæ sic legi debet, ἐπὶ γὰρ τὴν ὠφέλειαν ποτὲ τὸ ψύχειν μίξις ἐργάζεται. [a] Aëtius verò ista ad veneris vtilitatem retulisse videtur atque istam sententiam subindicasse his verbis, καὶ τινας ἐπιληπτικοὺς ἔπαυσε τὸ μίγνυσθαι, καὶ βαρυνομένους τὴν κεφαλὴν καὶ ἀλγοῦντας τῇ μεταβολῇ τῆς ἡλικίας. Quæ etiã sumuntur ex Oribasio libro Collect 6. cap. 38. [a] *Cap.* 8. *lib.* 3.

[26] ψύξις] Exemplaria manuscripta hanc sententiam cum superiore includunt, vt ostendimus, atque eam quæ postea sequitur sententio prætereunt, μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρυνεῖ. Quod etiam ad Italicos codices peruenit. Eam namque omisit Caluus & vetus interpres.

[27] ἐλλέβορον πόντα] Exemplaria manuscripta, δασέον λοῦειν ἢ φαγεῖν habent. Quam etiam lectionem secutus videtur Caluus & vetus interpres. Recentiores etiam quædam membranæ sic legunt, ἐλλέβορος πτούμενος δασέον καθαίρει, ἢν θέλῃς λούειν ἢ φαγεῖν. Quæ lectio ex priore deducta videtur. Quædam etiam post λούειν distinguunt, & ἢ φαγεῖν τὸ αἷμα manifesto vitio habent.

[30] ἐπισπασμὸς] Hic ἐπισπασμὸς aëris per inspirationem attractionem significare videtur, quod Galenus per εἰσπνοὴν explicat. At inspirationis nomine & expiratio intelligenda est, vt tota respiratio comprehendatur, quæ sanè resiccato & æstuante pulmone augetur & increbrescit, vt non malè etiam vox ad celerem & crebram spirationem referri possit. Eam autem vel hìc præcipuè per inspirationem designat, quòd in incendiis internis aëris frigidi attractione maior vtilitas sentiatur, ideoque magis necessaria videatur. Quòd ad scriptionem attinet, exemplaria multum variant. Galenus hanc lectionem retinet, ἐπισπασμὸς, πνεύμων, ξηρὸν καῦμα. Reliqua publicata exemplaria ἐπισπασμὸς. ἢν πνεύμων ξηρὸς, ἢ ὑγρὸν καῦμα ὑπέειον. Quæ lectio valde est deprauata, etsi codicibus manuscriptis ferè attestata. Sic enim habent membranæ omnes reconditæ, ἐπισπασμὸς, ἢν πνεύμων ξηρὸς ἢ, ἢ ὑγρὸν καῦμα ὑπέρριον. Quam etiam lectionem aliqua ex parte secutus est vetus interpres. Ex quibus omnibus ne genuini sensus quicquam eliciat, vt nec ex Calui interpretatione, qui eam lectionem secutus videtur. Et certè ξηρὸν καῦμα legendum esse apparet ex Galeni lectione, aut simpliciter καῦμα, vt sensus sit. Per inspirationem frigidi aëris attractionem fieri vbi pulmo resiccatus fuerit, aut ardorem senserit, aut inflammatione laborarit, quod nostra interpretatione assecuti sumus. In eo verò quod sequitur Galeni sensus seruandus est, cùm reliqua exemplaria tum publicata, tum manuscripta vitiosa sint. ὑπέειος autem supra modum extenuatus & vacuatus dicitur [a] Galeno κεκενωμένος & ὑπερκεκαθαρμένος, vt & ὑπεείνησις ὑπερκάθαρσις. Qua dictione vtitur Hippocr. lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. ὑπεείνης & ἀσθενεῖς iungit Galenus in libro de sang. missione aduersus Erasistratum. ὑπέειον etiam ὑπερκεκαθαρμένον καὶ τὸ σφόδρα λεπτὸν explicat Varinus. Hanc verò dictionem velut verè Hippocraticam sic explicat Galenus in Exegesi, ὑπέειος ὁ ὑπερκεκαθαρμένος ἄνθρωπος, & αὐτὴ ὑπεείνησις. οὕτως γοῦν ἐξηγήσαντό τινες, καὶ τὸ ὑπέειος ἰσχναίνει. Quibus verbis haud dubiè hunc locum subindicat, etsi alia lectione & sensu vtitur, vt significet immodicam vacuationem extenuare. Quæ lectio sanè vt est valde plausibilis, nullis tamen exemplaribus est contestata, nisi quod exemplaria manuscripta pro ξηραίνει ἰσχναίνει quoque habent. Quam lectionem secutus est Caluus & vetus interpres. & καὶ ὕπνος πυλλὺ legunt. Vitiosa verò sunt quæ ὑπέρριον aut ὑπέειον legunt, quæ tamen secutus est Caluus.

[a] *In Exeg.*

[32] ἕλκεα ἐκφύσεων] Hìc πόνος omnem vehementem motum, quam exercitationem nominant, significat, vt & aph. 16. lib. 2. ideoque τὰ γυμνάσια explicat Galenus. Similis autem est sententia apud Theophr. lib. de sudoribus, istumque locum subindicat Gal. Com. ad aphor. 20. lib. 3. Idem quoque extremo lib. 5. salubrium calidis & humidis naturis cùm se ab otio ad exercitationes transferunt, id quidem ante vacuationes fieri dissuadet, quòd alioqui morbis plurimis ex plenitudine tentarentur. Quod etiam scribit Com. ad aph. 20. lib. 3. Caluus certè longè aliam notionem neque Hippocratis mentem assecutus est.

[33] γυναῖκι, αἰξὶ] Exemplaria omnia manuscripta cum publicatis καὶ παιδίοις κάθαρσις legunt, vt hac lectione tum mulierem & capram, tum etiam pueros lactentes purgari indicetur Galenus puerorum purgationem tantum ponit. Elaterium autem non tantum cucumeris agrestis succum, sed & omne medicamentum aluum deorsum purgans significat, vt scribit Galen. in Exeg. Quod fortè Gazam mouit vt apud Theophrastum agitatorium verterit. Caluus sanè hìc nullo merito fœtus abiectionem sumit, quòd fortassis elaterium grauidis abortum faciat, vt scribit Plinius cap. 2. lib. 20.

[34] ἐνθέρμῳ ἀρθῶσιν] ἐνθῶσιν pro ἐνδῶσιν legunt omnia exemplaria manuscripta cum publicatis. Vetus interpres ἡλίῳ θυμοὶ αἰσθητοὶ legisse videtur. Caluus autem mirum in modum sententiam istam perturbauit.

[35] τὰ δ' ἐναντίως] Sic legunt exemplaria omnia tum scripta, tum publicata, eamque lectionem ex Capitone agnoscit Galenus, qui ἀφραδέως tamen legit, eamque sequuntur omnes interpretes.

SECTIO SEXTA.

1 Carnes & ex ventre & extrinsecus attrahunt. Indicat autem sensus ipse corpus totum tam foras quam intrò spirabile esse.

2 Venula sanguinis multitudine calidior effecta, æstuosum quiddam producit, confestimq; excernit.

3 Et quibus quidem pingue abundat, bilis flaua gignitur, quibus verò sanguis, atra.

4 Mentis, memoriæ, odoris, aliorumque & famis, ac instrumentorum medico cura esse debet.

5 In labore, cibo, potu, somno, rebus venereis, modus adhibendus est.

6 Qui frigidior est, frigido anni tempore ac regio- (ne calidior erit.

7 In doloribus leniendis proximum vetrem purgare, sanguinis verò ventrem secare oportet. Alleuamentum quoq; afferunt vstio, sectio, calefactio, perfrigeratio, sternutamenta, plantarum succi, prout ipsorum facultas conuenit, & varia cyceonis mixtura, cinnum Latini vocant. Malignorum remedia sunt, lac, allium, vinum feruefactum, sal, acetum.

8 Quidam ex via delassatus, imbecillitate & grauitate correptus, expuit. Tussis enim ex capitis vertice aderat, febris acuta, ad manum aliquantulum mordens erat. Secundo verò die capitis grauitas erat, lingua exusta est, nares vnguibus sculptę sanguinem non profuderunt. Lien parte læua tum magnus tum durus dolore tentabatur.

9 Qui quartana vexantur non vllo magno aliquo morbo corripiuntur. Quòd si antea corripiantur, quartana succedente liberantur.

10 Pro quibus, quinam morbi succedant, conside- (randum.

11 Bilis fit, velut de auibus dixi, quę & biliosę sunt. Calor acrimoniam indicat.

12 Perturbationes ac morborum transitus videndi sunt, nempe cum delirantibus laterum dolores cessent, quibusdam etiam febres, quibusdam verò minimè, sed vnà cum sudoribus, nonnullis quoque cum perturbatione. Est vbi quibusdam cutis resiccata circumtensa & fuliginosa euadit.

13 Torpores quinam & ex quibusnam fiant videndum, & quales sint, ei cui coxa doluit.

14 Inflammationes quæ circa aures fiunt, & ipsarum quoque aurium inflammationes, plærumq; tertio die occidunt.

15 Quibus cutis arida & dura obtenditur, ij sine sudore, quibus verò etiá laxa, ij cum sudore moriuntur.

16 In morbis vagis & facile mutabilibus, mutationes iuuant. Sed mutationes ad loca conuenientia fieri oportet, priùs quàm vitium aliquod contrahatur, quale quid Cherioni accidit.

17 Considerandæ veniunt irritantes fluxiones, ex quibus in vocé stridulá ex fauciú asperitate desinant.

18 Quibus quidem quod sanum est relinquitur, causa per inferiora subducta, aut purgare, aut deligare, aut eiicere, aut secare, aut vrere oportet. Quibus verò nihil tale fit, nil moliri opus est.

19 Quibus sanguis multus ex naribus profluit, si quidem immoderatæ decolorationes adsunt, iis parú conferunt. Qui verò prærubro sunt colore non eodem modo afficiuntur. Et quibus caput facilè tolerat, prodest, quibus verò secus, minimè.

20 Quibus nares natura humidiores, & semen genitale humidius ac copiosius, ij minùs salubriter degunt. Plurimi autem quibus ex morbo istud accidit, contra se habent.

21 Sputa rotunda delirium portendunt, qualia visa sunt ei qui in Plinthio decumbebat, cui postquam sanguis è nare sinistra profluxit, die quinto absolutus est.

ΤΜΗΜΑ ΕΚΤΟΝ.

1 Σάρκες ὁλκοὶ καὶ ἐκ κοιλίης καὶ ἔξωθεν. δηλοῖ ἡ αἴσθησις ὡς ἔκπνοον καὶ ἔσπνοον ὅλον τὸ σῶμα.

2 Ενθερμότερον φλέβιον, αἵματος πλήθει, ἀνάγει τὸ καυσῶδες. καὶ εὐθὺς ἀποκρίνει.

3 Καὶ οἷσι τὸ μὲν πῖον, χολὴ ξανθή. τοῖσι δὲ αἷμα, μέλαινα.

4 Γνώμης, μνήμης, ὀδμῆς, τῶν ἄλλων, καὶ πείνης. ὀργάνων ἄσκησις.

5 Πόνοι. σιτία, ποτά. ὕπνος. ἀφροδίσια μέτρια.

6 Ο ἐνψυχρότερος ἐν ψυχρῇ ὥρῃ καὶ χώρῃ, ἐνθερμότερος ἔσται.

7 Οδυνέων τὴν ἐγγύτατα κοιλίην καθαίρειν. αἵματος δὲ κοιλίην διαιρεῖν. καῦσις. τομή. θάλψις. ψύξις. πταρμοί. φυτῶν χυμοί, ἐφ᾽ ὧν τὴν δύναμιν ἔχουσι, καὶ κυκεών. κακούργων. γάλα. σκόροδον. οἶνος ἀπεζεσμένος. ὄξος. ἅλες.

8 Ἄνθρωπος ἐκ κόπων, ἐξ ὁδοῦ. ἀδυναμίῃ βάρεος ἀνέπτυεν. ἔβησσε γὰρ ἐκ κορυφῆς. πυρετὸς ὀξὺς ὑποδάκνων πρὸς χεῖρα. δευτεραίῳ δὲ καρηβαρίη. γλῶσσα ἐπεκαύθη. ῥὶς ὀνυχογραφηθεῖσα. οὐχ ἡμορράγησεν. ἀριστερὸς σπλὴν μέγας καὶ σκληρὸς. ὠδυνᾶτο.

9 Οἱ ὑπὸ τεταρταίῳ ἁλισκόμενοι. ὑπὸ τινος μεγάλης νούσου οὐχ ἁλίσκονται. ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, ἐπιγένηται δὲ τεταρταῖος, παύονται.

10 Αἱ θ᾽ οἵων αἱ νοῦσοι.

11 Η χολή. οἷον εἶπον περὶ τῶν ὀρνίθων, ὅτι χολώδεες, ἡ θερμότης δριμύτητος σημεῖον.

12 Οἱ ὄχλοι. αἱ δίοδοι. ὅτι τοῖσι παρακρούουσι, λήγουσιν ὀδύναι πλευρέων. ἔστι δὲ οἷσι πυρετοί. ἔστι δὲ οἷσιν οὔ. ἀλλὰ ξὺν ἱδρῶσιν. ἔστι δὲ οἷσι σὺν ὄχλῳ. ἔστι δὲ οἷσι καρφαλέον καὶ περιτεταμένον τὸ δέρμα. καὶ ἀσβολώδες.

13 Αἱ ναρκώσιες οἷαι ἐξ οἵων. καὶ οἷαι ᾧ τὸ ἰσχίον.

14 Δὶ οὐάτων. ἐξ οὐάτων τὰ πολλὰ θνήσκει τεταρταῖα.

15 Οἷσι μὲν δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρὰ ἄνευ ἱδρῶτος. οἷσι δὲ καὶ χαλαρὰ ξὺν ἱδρῶτι θνήσκουσιν.

16 ἐν τοῖσι παλιμβόλοισιν αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσι τούτοισι μεταβάλλειν πρὶν κακοῦσθαι ἐς τὰ πρέποντα, οἷα χειρώνι.

17 τὰ ἐρεθιζόμενα, ἐξ οἵων τὰ κερχνώδεα ὅρον.

18 οἷσι μὲν ὑγιὲς καταλείπεται, κάτω ὑφιεμένης τῆς προφάσιος, ἢ καθαίρων, ἢ ἀποδέων, ἢ ἐκβάλλων, ἢ ἀποτάμνων, ἢ ἀποκαίων ἔστω. οἷσι δὲ μὴ, οὔ.

19 οἷσιν αἷμα ῥεῖ πολὺ ἐκ ῥινῶν, οἷσι μὲν ἄχροιαι ἄκρητοι, τούτοισιν ὀλίγα ἀρήγουσιν. οἷσι δὲ ἐξέρυθροι χρῶτες, οὐχ ὁμοίως. καὶ οἷσι κεφαλαὶ εὔφοροι, ἀρήγει. οἷσι δὲ μὴ, οὔ.

20 οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη καὶ πλείων. ὑγιαίνουσιν οὗτοι νοσηλότερον. τοῖσι πλείστοισι δὲ οἷσιν ὑπὸ νόσου, τἀναντία.

21 τὰ στρογγυλούμενα πτύαλα, παρακρουστικά. οἷον τῷ ἐν Πλινθίῳ, τούτῳ ἡμορράγησεν ἐξ ἀριστεροῦ, καὶ ἐλύθη πεμπταίῳ.

22 οὐ-

[22] οὖρον πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον, ῥύεται τὰς παρακρούσιας, οἷον καὶ τὸ τοῦ Δεξίππου μετὰ μάδησιν.

[23] οὐ πρόσω ἐνιαυτοῦ τεταρταῖος.

[24] ὦτα τοῦ θέρεος ῥήξιες πεμπταίοισιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ μακρότερα τὰ περὶ τὰ οὖλα καὶ αἱ κατὰ ῥῖνας ἐμπυήσιες.

[25] οἷσιν ἐπὶ ὀδόντων ὀδύνῃς ἀπὸ ὀφρύος λεπτὰ ἔρχεται. βύσασιν ἀπὸ πεπέρεος εὖ ἐνεργασθέντος, παχύτερα τῇ ὑστεραίῃ ἔρχεται, ἢν καὶ τὰ ἄλλα μὴ κεκρατήσῃ. Ἡγησίππῳ γὰρ ὑπνωτικὸν ἐλθὸν, οὐκ ἐκράτησεν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ προσεκαλέσατο βιαιότερον.

[26] τὴν ἀπὸ κεφαλῆς ὀστέων φύσιν, ἔπειτα νεύρων, καὶ φλεβῶν, καὶ σαρκῶν, καὶ τῶν ἄλλων χυμῶν, καὶ τῆς ἄνω καὶ τῆς κάτω κοιλίης, καὶ γνώμης, καὶ ἠθέων, καὶ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν γινομένων. ὥσπερ ἢν τὸ ἐπὶ προτέρῃ τοῦ ἔτεος, οἷον ἐξανθήματα καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅμοιον ὥσπερ καθ' ἡμέρην πρότερον λαμβανομένοισιν, ἢ ὀψιαίτερον.

[27] ὡσαύτως τὸ ἐπίχολον, καὶ ἔναιμον σῶμα μελαγχολικὸν, μὴ ἔχον ἀπορρύσιας.

[28] Λυκίνῳ τὰ ὕστατα σπλὴν μέγας ὀδυνώδης, ἐν τῇ τετάρτῃ ἢ τῇ πέμπτῃ.

22 Vrina multum habens sedimentũ delitia tollit, qualis etiam Dexippi fuit post capillorum defluuiũ.

23 Non ante annum quartana desinit.

24 Æstate in aurium inflãmationibus quinto die eruptiones fiunt, est vbi etiam longiùs perdurant. Sic & quæ circa gingiuas & nares suppurationes contingunt.

25 Quibus ex dentium dolore tenuia à superciliorum parte procedunt, iis à pipere probè infixo crassiora postridie prodeunt, si præsertim alia non euicerint. Hinc namque medicamentum soporiferum Hegesippo non obtinuit, quin potiùs etiam vehementiùs accersiuit.

26 Ex capite ossium natura æstimanda est, tum etiam neruorum, venarum, carnium, reliquorumque humorum, ac superiorum & inferiorum ventriculorum, mentisque & morum. Ex his etiam quæ per annum fiunt, videndum quod quadam anni parte tum etiam maturiùs contingunt, veluti pustulæ, & quæ sunt eiusmodi, haud aliter quàm in iis quæ quotidie citiùs aut tardiùs corripiuntur.

27 Itidem considerandum corpus biliosum & sanguine præditum atram bilem plurimam gignere, nisi effluuia habeat.

28 Lycino tandem lien intumuit cum dolore die quarto aut quinto.

[1] ὡς ἔκπνοον καὶ εἴσπνοον] Locus est apud Galenum celebratissimus præcipuè verò lib. περὶ χρείας σφυγμῶν, vbi hanc sententiam apertissimè explicat scribitque καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ πρὸς Ἱπποκράτους λεγόμενον, ὡς ἔκπνουν καὶ εἴσπνουν ἐστὶν ὅλον τὸ σῶμα. Lib. verò περὶ χρείας ἀναπνοῆς ἔκπνουν μὲν δὴ καὶ εἴσπνουν ἐστὶν ὅλον τὸ σῶμα, κατὰ τὸν Ἱπποκράτους λόγον. Ex quibus sanè publicatorum codicum Germanicorum lectio probatur, quam etiam tuetur Galen. in Com. cùm cæteri omnes manuscripti vitiosi sint, qui ἕως ἔμπνοον καὶ εὔπνοον, aut ἔμπνοον καὶ εὔπνοον legunt. Quos sanè secutus Caluus mirum in modum nobilissimam istam sententiam perturbauit. Atque adeò sanè ad istius sententiæ intelligentiam referri debet quod aliàs scriptum est ab Hippocr. lib. περὶ τροφῆς. ξύρροια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα πάντα. Qui locus etiam apud Galenum valde tritus. cùm scribit ἔκπνουν ἐστὶ καὶ εἴσπνουν ἑαυτῷ πᾶν τὸ σῶμα. præcipuè verò li. 1. & 3. de nat. facult. libro de vsu pulsuum, lib. de rigore & lib. 2. de differ. feb.

[2] ἀΐσσει τὸ καυσῶδες] τὸ καυσῶδες exustum quiddam & æstuosum intelligit, fuliginosum excrementum subindicans, quod Gal. τὸ λιγνυῶδες περίττωμα κατὰ τὸ αἷμα vocat. Lib. verò περὶ χρείας ἀναπνοῆς, οἷον λιγνὺν τοῦ αἵματος, καὶ τὸ καπνῶδες τοῦ αἵματος συγκαύσεως dicit, incensæ materiæ fumidum & fuliginosum excrementum, quod sua tenuitate facile subleuatur & secernitur, ideoque ἀΐσσει posuit. Duplicem porrò ignis motionem, cuius meminit in Com. Galen. & quæ plurimum ad huius sententiæ intelligentiam conducit, clarissimè explicat Galen. lib. περὶ χρείας ἀναπνοῆς, & lib. περὶ ῥίγους, & nos etiam antea in medium adduximus. Caluus contra Galeni mentem de febre ardente sumpsit.

[3] καὶ οἷον τὸ μὲν πῖον] πῖον hîc non solum pingue, sed & quod dulce est in sanguine ac iucundum significat (vt scribit Gal.) ex quo bilis flaua ortum ducit, quod etiam antea significat * Hippocr. τὸ δὲ χολῶδες ἀπὸ πίονος. Et lib. 4. de morbis. θερμαινομένου τοῦ αἵματος ἐξαλμυρεῖ μάλιστα διὰ τοῦτο τὸ ὑδρωπειδέος, ὅ, τι ἐστὶ τῷ πυρὶ πολεμιώτατον. καταλείπεται δὲ τὸ λιπαρὸν καὶ κοῦφον, ὅ, τι ἐστὶ χολῶδες, καὶ τῷ πυρὶ τροφὴ μάλιστά ἐστι. hoc est, Incalescente sanguine præcipuè per hunc exhalat humor aquosus, qui febri infestissimus est. Relinquitur autem quod pingue est ac leue, quod biliosum est, & præcipuum ignis alimentum. Sic etiam docet Galenus lib. 2. de differ. feb. & lib. 2. de nat. fac. quod est in sanguine tenuius ac dulcius, eique velut aëreum excrementum inest, aut tanquam eius flos, in bilem verti. Auicennas quoq; lib. 1. fen. 1. doctr. 4. cap. 2. quod in alimento tenue, calidum, dulce & pingue est, id materiam bilis constituit. Quod etiam scribit Galenus Com. 3 in lib. de rat. vict. in morb. ac. Exemplaria verò manuscripta omnia χολὴν ξανθὴν & μέλαιναν legunt, vt ista superiori sententiæ iungantur, & fuliginosorum recrementorum materiam indicent. * *Aph. 14. sect. 5.*

[4] γνώμης] Hæc sententia animalis & sensibilis facultatis cognitionem medico exercendam, eiusque maximam curam habendam indicat, quod ex ea appetitionum motus partiumque corporis & instrumentorum actiones pendeant. Instrumentorum etiam integritas, actionum & sensationum firmitatem testatur. Quem in sensum quoque illud ὀργάνων ἄσκησις sumi posse videtur. Caluus ῥώμην aut δύναμιν addidisse ex manuscriptis exemplaribus videtur, & τῶν ἄλλων ὀργάνων ἄσκησις legisse. Galeni exemplaria sententiam istam vt & sequentem reticent.

[5] πόνοι, σιτία] Sententia ista magnitudine ingenij Hippocratis & œconomia planè dignissima, & Galeni monimentis celeberrima, quam initio lib. 2. salubrium copiosissimè explicat, eamq; ex hoc loco in medium adducit, vt sanè mirum subeat Galeni codices eam hic alto silentio obruere. Huius quoque meminit Galenus initio lib. de alimentis. * Paulus quoque lib. 1. hanc sententiam his verbis subindicare videtur, ἐν δ' αὖ πόνων καὶ μετριότης καὶ σιτίων. ὥσπερ δὲ οἱ μέτριοι πόνοι ἀμείβονται, οὕτω καὶ οἱ αὐτῷ τῶν ἀφροδισίων. προτρέπουσι τε γὰρ εἰς τὸ ἔργον, καί τινα ῥᾳστώνην τοῦ ἐθισμοῦ παρέχουσι. hoc est. Laborum autem & ciborum sit quidam modus. Quemadmodum enim moderati labores, ita & rerum venerearum modus conuenit. Nam & ad opus impellit, & facilem quodammodo consuetudinem facit. Vetus interpres λαγνεία post πόνοι legisse videtur, contra omnium quæ videre licuit exemplarium fidem. * *Cap. 35.*

[6] ὁ ἐμψυχρότερος] Exemplaria manuscripta omnia καὶ χαῦνα omittunt, etsi hoc legisse Caluum apparet.

[7] καὶ κυκεὼν] κυκεὼν hic sumitur pro mixta potione & confusa ex variis alimentis cum vino, quæ alimentum & potum continet, vt satis patet ex Galeno. Mixturam enim ex vino & alimento concinnatam hic significat, in qua varia alimenta temperabantur. Modo namque mel, modo polenta, caseus & oleum admiscebantur, omnia tamen cum vino apparabantur, vt hoc nomine etiam sorbitiones omnes contineantur quæ vinum habent. Erotianus apud Hippocratem κυκεῶνα πόμα μετ' ἀλφίτων πεποιημένον dici contendit & κυκᾶν τὸ ταράττειν. Quæ sanè acceptio apud Galenum præcipua esse videtur, & promptissimum est dolorum remedium ac leuamentum. Cyceonis variam mixturam indicat etiam Homerus Iliad. λ. & Odyss. κ. vbi hanc variam potionem Vlyssis sociis Circen miscuisse scribit, & κέρκας κυκεὼν Circes poculum dicitur, cuius etiam meminit Plutarchus orat. prima περὶ Ὁμηρικῆς. Huius quoque variam & confusam mixturam describit Athenæus lib. 11. Dipnosoph. Dicitur etiam κυκεὼν (vt scribit Homeri Scholiastes) τὸ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος, καὶ ἀλφίτων, καὶ ὕδατος ἀναμεμιγμένον πόμα. Hesychius quoque κυκεῶνα ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος, καὶ ὕδατος, καὶ ἀλφίτων ἀναμεμιγμένον πόμα esse scribit. Hippocrates verò lib. 2. περὶ διαίτης, κυκεῶνα ex aqua, aut melle, aut vino temperari significare videtur. Et Galenus lib. 1. de aliment. fac. in ptisanæ præparatione, variam Cyceonis mixturam his verbis subindicat, ἐνίοι δὲ καὶ μέλι καὶ κύμινον ἅμα τούτοις ἐμβάλλ-

λοιπν, κυκεῶνά τινα ἄλλον, ἢ πισάνλω παρασκευάζοντες. Hanc confusam potionis mixturam Latini cinnum dicunt, vt allegat Nonius Marcellus ex M. Tullio lib. de Oratore, vnde etiam concinnare dicitur. Habet & Belgium suos Cyceonas, sorbitiunculas vino, butyro, aut caseo & zytho temperatas, ad depellendam crapulam remedia. Quod ad scriptionem attinet, exemplaria manuscripta mendosè φυσῶν χυμοὶ legunt, quæ secutus est Caluus, huncque totum mirum in modum à Galeni mente detorsit. Galenus etiam παρα alio ordine in Commentario locasse videtur.

[8] ἄνθρωπος] Exemplaria manuscripta omnia καὶ βάρος habent. Quædam etiam πυρετὸς ὀξὺς χεῖρα ὀξέα, ὑπολύκιον legunt. Caluus etiam ῥὶς ὀνυχογραφηθεῖσα οὐχ ἡμορράγησεν ἀεισερὴ legisse videtur, quam etiam lectionem agnoscit Galenus. Hunc porrò locum subindicare videtur Erotianus, sed mendosè (vt opinor) cùm scribit, ῥινονυχογραφηθεῖσα, ῥῖνα ὑπ' ὄνυχος ξυσθεῖσα. γράφαι γὰρ λέγεται τὸ ξύσαι. Videtur namque scribendum ῥὶς ὀνυχογραφηθεῖσα, ῥὶς ὑπ' ὄνυχος ξεσθεῖσα, vt naris vnguibus scalpta & rasa significetur. Alioqui certè ista mulieri attribuisse videbitur Erotianus, contra omnium codicum fidem.

[9] οἱ ὑπὸ πτωρταὶς ἀλισκόμενοι] Codices manuscripti Regij duo hîc Sectionis sextæ initium faciunt. Omnia verò exemplaria manu exarata cum publicatis ὑπὸ τινος μεγάλης νόσου legunt, non ὑπὸ τῆς μεγάλης νόσου. Qua certè phrasi non solus comitialis morbus, sed plures alij morbi magni esse dicuntur, eumque sensum secutus est Caluus.

[10] αἱ δ' οἷον] Morborum mutationes ac successiones considerandas hæc sententia monet, eaque phrasis Hippocrati est vsitata in morborum vicissitudinibus explicandis, † vt aliàs amplioribus verbis docuimus.

† *Annot. in lib. 1. Epid. sect. 3.*

[11] ἡ χολὴ] Hæc sententia bilis prouentum & ortum indicare videtur, nempe quod bilis calida & sicca in ipsis squaloribus & tempore anni impensè calido & sicco gignatur, velut de auibus antea dictum est. †† Aues autem biliosæ sunt, quòd calidæ & siccæ, neque admodum potu delectentur, & per siccitates glisant. Quod sequitur bilem flauam acrem esse testatur, quòd vehementer sit calida & sicca. Caluus superiorem sententiam cum ista coniunxit, neque auium meminit.

†† *Aph. 24. Sect. 4.*

[12] ὄχλοι] Perturbationes & vehementes naturæ motus videndos significat, qui morborum quandoque solutionem faciunt, vt scribit Galenus Com. in aph. 5. lib. 7. Sic in morborum μεταστάσει delirium nonnunquam lateris dolorem finit, qui quandoque etiam cum alui perturbatione, nonnunquam verò cum sudoribus soluitur. In quibus verò cutis reficcata est & arida, nulla expectanda est sudorum effusio, ex placito 71. lib. 5. Quòd ad scriptionem attinet, vetus interpres huius sententię initium superiori coniungit quod etiam faciunt quidam.

[13] Alexandrinus aliud legisse videtur, & pro ἐξ οἵων, ἐξ ἄλλων aut ὤτων legisse. Sed est recepta ista omnium codicum lectio, qua innuere videtur stuporum causas & successiones inuestigandas esse, velut in eo cui coxa torpescebat ex ischiade, cui fortassis ex refrigeratione id accidit, anteaque præcessit lumborum ac crurum stupor quidam ac refrigeratio, velut Prorrh. 2. in vehementis ischiadis signis scribitur.

[14] δι' ὤτων] Aurium inflammationes doloresque interdum ad dementiam mortemque præcipitant, vt scribit " Celsus, ideoque protinus succurrendum est & leniendum malum. Qua ratione ad eas lac adhibet " " Hippocr. lib. 2. Epid.

" *Cap. 7. lib. 6.* " " *Sect. 5.*

[15] οἷσι μὲν ἱδρώματα] Placitum est 71. lib. 5.

[16] ἐν τοῖσι παλιμβόλοισι] παλίμβολον νόσημα inter dictiones obscuras reponendum, & morbum inconstantem, fluxum & vagum significare potest, & qui facilè transmutatur & alio auertitur ac retrahitur. Quod in his qui à fluxione pendent, ne in principem aliquam partem incumbant, faciendum est, ante quàm labes aliqua insignis contrahatur. Potest & intelligi παλίμβολον νόσημα morbus qui sæpè repetat & reuersiones faciat, aut etiam refractarius & pertinax, & qui non facilè medicamentis aut victus rationi cedat. παλίμβολος enim Phauorino inter cætera quoque ἐναντιόβολον, ἐναντιογνώμονα indicat. In his autem morbis veluti longis, ac temporis successu liberationem accipientibus, mutationes conferunt, si ad loca conuenientia & opportuna fiant.

[17] τὰ ῥοφεῖζόμενα] Hoc sensu intelligi potest vt defluxiones videndæ veniant, quæ stridulam vocem & faucium exasperationes faciunt eoque terminant. Alij præcedentis sententiæ extremum ac veluti exemplum faciunt, & οἷον sequentibus iungunt. Nos tamen vulgatam valdeque popularem ac omnibus codicibus contestatam lectionem secuti sumus. Quidam autem hîc κερχνώδεα πάθη intelligunt, & hunc sensum faciunt, si creperæ stridulæve faucium asperitates superueniant, finiri morbum. οἷον autem τὸν παραπεσμὸν exponit Erotianus. Sunt autem τὰ κερχνώδεα, quæ stridulam vocem ex inæquali faucium asperitate & reficcatione faciunt. κέρχνον γὰρ ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ τὸ ξηρόν, vt scribit Erotianus. Et κερχνώδη dicuntur τὰ τραχείας ἐπαναστάσεις ἔχοντα (vt idem scribit) Galenus in Exegesi κέρχνον τὴν τοῦ φάρυγγος τραχύτητα, καὶ τὸν ἐν τῷ πνεύμονι ψόφον interpretatur. Quidam etiam κέρχνος idem quod κίγχρον significare contendunt apud Ionas, vnde etiam κεγχρώδεα hîc legunt, vt ex veteri interprete apparet.

[18] οἷσι μὲν ὑγιὲς] Hoc ad chirurgiam spectare videtur & indicare quonam progrediendum sit in iis quæ corrupta sunt aut putrida resecandis aut eiiciendis, & quanam ratione id attentari debeat. Exemplaria porrò manuscripta omnia pro ὑφημμένης ὑφηρημένης legunt, quædam etiam ὑφειμένης. Caluus ἔξω pro ἔσω legisse etiam videtur.

[19] οἷσιν αἷμα ῥεῖ] Hoc valde est perplexum & obscurum, sed hoc sensu accipi potest. Iis qui multum & crebrum ex naribus sanguinem profundunt, vehementes & magnæ cutis decolorationes ob sanguinis penuriam, humorum impuritatem, & bilis luteæ permixtionem sæpe adsunt, à quibus nihil iuuantur, propter humorum vacuatam corruptionem, multum verò læduntur ob acrimoniam quæ venarum vasa reserat, & largiorem sanguinem profundit. Qui verò sanguine abundant non eodem modo afficiuntur, tum quòd non ita lædantur ob sanguinis copiam, tum etiam quòd vires iis non adeò deiiciuntur. Eoque modo ἄκρητοι ἀχροίαι decolorationes intensæ, immoderatæ ac vehementes intelligentur, quemadmodum ἄκρητον καῦμα immoderatus æstus dicitur. Et sanè huiusmodi sinceræ cutis defœdationes, ex multa bilis luteæ permixtione, iis ferè adsunt quos χλωροὺς Græci vocant. Cæterùm in sanguinis ex naribus profluuiis, videndum num caput leuiter ferat ac bene habeat. Quidam namque ex his plurimum iuuantur ex aph. 10. lib. 6. Alij contra plurimum læduntur. Sunt qui ἄκρητοι de vino mero intelligant, (quod facit vetus interpres) quod certè ex nimio sanguinis profluuio deiectos ac decoloratos maximè reficit modicè & per interualla adhibitum, prærubros autem & sanguine præditos non æquè iuuat, quod profluuium ipsum augeat. Atque in harum virium ex vino refectione, num caput bene habeat aut leuiter ferat maximopere videndum est. Sunt enim quibus caput statim vino tentetur indeque plurimum lædantur, ac maius sanguinis profluuium excitetur, in quibus vino temperandum. Reliqui contrà habent. Caluus alium sanè sensum secutus est & ἀκρήτους non puros purgatosve vertit, contra Hippocr. & Galeni mentem, ac dictionis ipsius vsitatam notionem.

[20] οἷσι ὀῖνες ὑγρότεται] Nos hîc popularem & omnibus codicibus contestatam lectionem secuti sumus, etsi melior ex aph. 2. lib. 6. haurienda sit. Caluus tamen & vetus interpres longè aliam secuti sunt lectionem. Exemplaria omnia manu exarata ὑγρότεραι vt in aphorismis legunt & ιονηρότεραι.

[21] τὰ στρογγυλώμενα] Antea quadam ex parte expressa est ista sententia. * Vetus interpres aliquid de calore adiectum legisse videtur, quæ est sputorum rotundorum causa. Exemplaria manuscripta, vt antea quoque πλάτεα omnia habent.

* *Aph. 27. Sect. 3.*

[22] μὴ μάθῃσιν] Sic legunt omnia exemplaria quotquot adhuc videre licuit, quamuis μάθωσιν legi oportere multi contendant. Cæterùm Cornarius & Caluus ista sequenti sententiæ iungunt ex Asulano codice, contra reliquorum omnium fidem.

[23] ὁ πρὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ] Hoc ad quartanæ longitudinem ac diuturnitatem spectat, quæ vix ante annum definit aut concoquitur. Atque huius diuturnitatis causam ad atræ bilis naturam refert Hippocr. lib. περὶ φυσ. ἀνθρώ. μέλαινα γὰρ χολὴ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων χυμῶν, γλισχρότατον, καὶ τὰς ἕδρας χρονιωτάτας ποιεῖται). † Alexander quoque in Quæst. Natur. istud atræ bilis siccitati attribuit. τὸ δὲ ξηρὸν δυσαλλοίωτον καὶ δυσμετάβλητον.

† *Quæst 82.*

[24] ὦτα τοῦ θέρεος] Nos hîc valde popularem lectionem secuti sumus, & per ῥῆξιν suppurationis ruptionem intelligimus quod facit passim Hippocr. & Galenus aph. 15. lib. 5. ὦτα verò pro aurium inflammationibus ponit vt paulò antea ὤτα Sic quidam per τοῦ θέρεος æstum, feruores ac phlegmonas intelligunt, vt etiam per τὰ τοῦ θέρεος alij morbos æstiuos. Caluus ὦ τὰ τοῦ θέρεος legisse videtur ex codici-

A odicibus manuſcriptis & Aſulano, & morbos æſtiuos intellexiſſe, quod etiam fecit vetus interpres. Sic pro ῥήξιες ῥύσιες legiſſe uoque videtur, quæ dictio paſſim ſanguinis è naribus profluuium indicat. Quidam per ῥήξιας iudicatorias eruptiones aut profuſiones intelligunt, ſiue per ſudores, ſiue per hæmorrhagias, ſiue per alui effluuia, ſiue per vrinas, ſiue per abſceſſus ruptiones fiunt, elut ἐκκρίσιες. Exemplaria omnia manuſcripta pro μακρότερα, μακροτέρως legunt. Quidam etiam quod ſequitur diſtinguunt, & gingiarum ac narium ſuppurationes ſeptimo die fieri volunt, quod facit Alexandrinus. Nos ea ſimul iunximus & peruulgatam lectionem ſecuti ſumus.

[25] οἷσιν ὑπὸ ὀδόντων ὀδύνης] In dentium cruciatibus non temerè ſtupefacientibus medicamentis ac refrigerantibus vtendum, nec ne magna cautione monet, quod ea impactos humores & condenſatos cohibeant, indeque vehementiores dolores moueant. Quòd ad ſcriptionem attinet, exemplaria omnia tum manuſcripta, tum publicata ἐνερεισθέντος legunt, nouè quidem, pro humi dexo & in terram impoſito, ab ἐνερείδομαι aut ἐρείδω, quaſi probè infixo. Sed certè ἐνερεισθέντος rectè legi poſſe videtur ab ἐρείδομαι, vt probè infixum, impactum, & inhærens piper intelligatur. Quanquam etiam quidam ἐναρμοσθέντος legiſſe videntur, vt probè appoſitum aut B ccommodatum piper ſubindicetur, quod ἐναρμ., ἐνηρμοσμένος, inſertus & adaptatus dicatur. Quam etiam lectionem videtur aſſecutus vetus interpres. Cornarius ἐντεθέντος legiſſe videtur. Caluus verò ἐνθέντος. Illud verò λῶ ᾗ τὰ ἄλλα μὴ κρατήσει de ſtupefacienbus medicamentis accipiendum videtur, ſi dolorem non ſuperarint, ſedarint & compoſuerint. Quod Hegeſippi exemplum ſatis omprobat, cui inditum medicamentum ſtupefaciens, tantum abeſt vt dolorem ſedarit, vt etiam vehementiorem acceſſiuerit. Hîc erò exemplaria quædam pro ἐπιδόν, ἐπιδὼν legunt. Quam lectionem ſequitur Cornarius. Sed ἐπιδὼν etiam tolerari poteſt vt ocaſionem malè impoſiti medicamenti, indeque nihil contuliſſe Hegeſippo indicet. Sunt qui ὑπὸ μυκτῆρος pro ὀφρύος legunt, & Heeſippi exemplum ex li. 4. Epid. repetunt. Sed iſta conſtans eſt omnium codicum ſcriptio.

[26] τὴν ἀπὸ κεφαλῆς] Ex capitis conformatione reliquarum corporis partium naturam, tum etiam propriam quandam temperiem ceffectionem æſtimat Hippocr. quod etiam copioſiùs facit lib. 2. Epid. †† Quod ſequitur de anniuerſariis morbis intelligi debet, C ui quandoque ſtatis temporibus, quandoque etiam maturiùs occupant. Idque videndum eſſe medico præſcribit, non ſecus ac in s qui quotidie febribus corripiuntur, in quibus acceſſiones ferè citiùs aut ſeriùs inuadunt. Sic enim λαμβανόμενοι qui febribus corripiuntur dicuntur, vt λαβὴ primum febrium inſultum, & λῆψις acceſſionem ipſam indicat. Ideoque poteſt iſtud meritò à ſuperiore ententia ſeparari. Sed nos codicum vulgatam ſcriptionem & conſenſum ſequimur. †† *Sect.* 1.

[27] ὡσαύτως τὸ ἐπίχολον] De bilis atræ generatione iſtud intelligi debet, quæ fit ex craſſiore ſanguinis parte & bile ſuperaſſata. ἐξερύσιες autem dicuntur velut ἐξερρύσιες aut ἐξερρεύσιες, effluuia, effluxus & effuſiones quaſi euacuationes, ſiue difflationem aut perſpirationem intelligas, aut euaporationem quæ per inſenſilem tranſpirationem fit, eoque ſenſu referri poterit ad id quod antea dictum ſt ſent. 3. huius ſect. Poſſunt & ſimpliciter euacuationes & effluxus intelligi, quales fiunt per hæmorrhoidas, aut ſanguinis profluia, aut etiam detractiones. Sic enim antiquus interpres extractiones vertit, quaſi ἐξερύσιας legerit ab ἐξερύω τὸ ἐξέλκω. Caluus autem tius vocis notionem non eſt aſſecutus, cùm ad valetudinem & vires retulit. Illud autem ὡσαύτως quidam ad ſuperiorem ſententiam eferunt. Poteſt etiam & σκεπτέον reſpicere, quo ſenſu cepimus. Eadem verò ferè ſententia ſcribitur lib. 2. Epid. ††† τὸ αἷμα καὶ τὸ πίχολον ἐξυφεζμένα. ἴσως δ᾽ ἐς μέλαιναν τὰ πίσι πλευτᾷ. ††† *Sect.* 5.

[28] λυκίνῳ] Exemplum eſt Lycini Grammatici lib. 4. Epid. cum lienis duritia, cui ſanguis paululum profluxit, quo & iſtud referri oteſt. Atque adeò valde eſt arbitrarium quenam illud ἐν τῇ πετάρτῃ ἐν τῇ πέμπτῃ reſpiciat, an defectam illam & imperfectam ſanuinis è naribus iudicationem, an verò dolorem. Exemplar manu ſcriptum Regium peruetuſtum μίας habet, cætera omnia μιλάς etinent, quod certè mirum ſubit, etſi iure iſtud interpretibus omnibus ſuſpectum fuit. Quædam etiam exemplaria pro πολλῷ menloſè πολλὼ habent, vt ne meminiſſe quidem præſtiterit.

ΤΜΗΜΑ ΕΒΔΟΜΟΝ.

[1] Βῆχες ἤρξαντο, περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινάς. ἢ πεμπτῃ καὶ δεκάτῃ, ἢ εἰκοστῇ ἡμέρῃ, ἐκ μεταβολῆς πνευμάτων νοτίων καὶ βορείων. καὶ χιονωδέων. ἐκ τούτων τὰ μὲν, βραχύτερα. τὰ δὲ, μακρότερα ἐγίνετο. καὶ περιπλευμονικὰ πυκνὰ μετὰ ταῦτα. περὶ δ᾽ ἰσημερίης αὖθις ὑπέστρεφε τοῖσι πλείοσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τεσσαρακοσταίοις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. τοῖσι μὲν, βραχέα πάνυ καὶ εὔκριτα ἐγίνετο. τοῖσι δὲ, φάρυγγες ἐφλεγμήναν. τοῖσι δὲ, κυνάγχαι. τοῖσι δὲ, παραπληγικά. τοῖσι δὲ, νυκτάλωπες, μᾶλλον δὲ παιδίοισι. περιπλευμονικὰ δὲ, πάνυ βραχέα ἐγίνετο. φάρυγγες δὲ βήξασι τὸ ὕστερον. ἢ πάνυ βραχὺ ἀντὶ τοῦ βηχὸς ἐγίνοντο. φάρυγγες δὲ, βραχέαι. μᾶλλον δὲ, νυκτάλωπες. κυνάγχαι δὲ καὶ τὰ παραπληγικὰ, ἢ σκληρὰ καὶ ξηρὰ, ἢ σμικρὰ, καὶ ὀλιγάκις ἀνάγουσαι πέπονα. ἔστι δ᾽ οἷσι καὶ κάρτα. οἱ μὲν ἐν τῇ φωνῇσι πλέον ταλαιπωρήσαντες, ἢ ῥιγώσαντες, εἰς κυνάγχας μᾶλλον ἐτελεύτων. οἱ δὲ τῇ χειρὶ πονήσαντες, ἐς χεῖρας μόνον παραπληγικοί. οἱ δ᾽ ἱππεύσαντες πλείω ὁδοιπορήσαντες, ἢ ἄλλο τι τοῖσι σκέλεσι ταλαιπωρήσαντες, τουτέοισι δὲ ἐς ἰσφῦν ἢ σκέλεα ἀκρασίαι παραπληγικαί. καὶ ἐς μηροὺς καὶ κνήμας, κόπος καὶ πόνος. σκληρόταται δὲ καὶ βιαιόταται, αἱ ἐς τὰ παραπληγικὰ ἐλθοῦσαι. πάντα δὲ ταῦτα ἐπὶ τῇσιν ὑποστροφῇσιν ἐγένετο. ἐν ἀρχῇσι δὲ οὐ μάλα. πολλοῖσι δὲ τούτων, ἀνῆκαν μὲν αἱ βῆχες ἐν τῷ μέσῳ. ἐξέλιπον δὲ τελέως οὐ. ἀλλὰ συνῆσαν τῇ ὑποστροφῇ. οἷσι φωναὶ ἀπερρήγνυντο ἐς τὸ βηχῶδες, τούτων οἱ πλεῖστοι οὐδὲ ἐπυρέταινον. οἱ δὲ ἔνιοι, βραχέα. ἀτὰρ οὐδὲ περιπλευμονικὰ ἐγίνετο

SECTIO SEPTIMA.

1 Circa brumam decimo quinto aut vigeſimo die, ex crebra auſtralium ac borealium ventorum, niuoſorumq; temporum mutatione tuſſes ceperunt, quæ quidem partim breuiores, partim verò longiores extiterunt. Poſtea quoque crebræ pulmonum inflammationes contigerunt. Rurſus ante ęquinoctium pleriſque reuerſiones fiebant, quadrageſimo vt plurimum ab initio die. Et nonnullis quidem breues admodum ac indicatu faciles extiterunt, quibuſdá vero faucium inflammationes aderát, aliis anginæ, quibuſdam etiam partium ſyderationes, aliis quoq; præcipuè verò pueris, nocturnæ cœcitudines (quas Nyctalopas vocant) eueniebát. Pulmonis autem inflammationes breues admodum fuerunt. Faucium quoq; inflammationes tandem tuſſientibus, aut omninò parum pro tuſſi fiebant, eæque breues erant, præcipuè verò nocturnæ cœcitudines. Anginæ autem & partium ſyderationes, aut duræ & ſiccæ erant, aut paruæ & rarò matura educentes. Nonnullis verò multum etiam educebatur. Qui igitur plus voce laborabant aut rigore corripiebantur, iis tuſſes in anginas potiſſimum deſinebant. Qui verò manu laborabant, manuum tantum reſolutiones habuerunt. Qui autem equitarunt, aut plurimum viæ confecerũt, aut alioqui cruribus laborarunt, iis lumborum aut crurum impotentiæ ex reſolutione obortæ ſunt, & femorum ac tibiarum laſſitud[o] & dolor. Duriſſimæ autem & vehementiſſimę tuſſes erant quæ ad partium ſyderationes deducebant. Iſta quidem omnia in reuerſionibus fiebant, per initia verò non admodum. Atque horum plæriſque tuſſes in medio remiſerunt, penitus autem non reliquerunt, ſed cum reuerſione adfuerunt. Quibus vox tuſſi abrumpebatur, eorum plurimi non febricitarunt, quidam verò breui interuallo. Sed neque pulmonis inflammationes, neque partium ſyderatio-

nes, horum cuiquam contingebant, neq; aliud quicquam de se significationem edidit, verùm in voce sola iudicio decernebatur. Nocturnæ autem cæcitudines ac nyctalopicæ affectiones firmæ & stabiles erant, velut quæ aliis ex causis ortum habebant eæq; pueris maximè fiebant. Oculorum verò nigra aliquãtulum varia erant, eorum quidem qui pupillas paruas habebant. Atque in totum niger vt plurimùm oculus erat. Magnos verò potiùs quàm paruos oculos habebant, & plurimi capillis passis & nigris erant.

2 Cæterùm mulieres non æque ac viri tussi conflictabantur, sed paucæ etiam febricitarunt, earumq; valde paucæ ad pulmonis inflammationem deuenerunt, eæque grandes natu, & omnes euadebant. Cuius rei causam esse existimabam quod non perinde atq; viri in publicum prodirent, & quod nequaquam pariter ac viri morbis tentantur. Anginæ autem liberis quidem duabus obortæ sunt, eæque mitissimæ, seruis verò exuberabant, & quibus vehementissimæ contingebãt, eæ etiam celerrimè peribant. Viris quoque pluribus obtigerunt, atque hi partim quidem euaserunt, partim verò perierunt. In summa, iis quidẽ qui deglutire solum non poterant, mites admodum ac toleratu faciles erant. Qui verò præter hæc etiam obscuriùs loquebantur, iis tum molestiores, tum diuturniores fuerunt. Aliquantum etiam malæ erãt, quibus venæ circa tempora & ceruicem in tumorem attollebantur. Pessimæ verò quibus etiam vna spiratio sublimis erat. hi nanque etiam incalescebant. Ac veluti scriptum est, ita affectuũ commercia se habebant. Qui quidem primùm descripti sunt, etiam sine posterioribus contingebant. Qui verò posteriùs, non sine prioribus. Celerrimè interibant vbi cum febre subinde rigore correpti essent. His neq; per medicamenta quæ humores suis sedibus submouent, compressis, vllum effatu dignum auxilium allatum est, neq; alui perturbatio, neq; venæ sectio iuuit, quæ ipse tentaui. Incidi etiam venam sub lingua, & quosdam ex superioribus partibus purgaui. Atque hæc quidem etiam omninò æstate contigerunt, veluti quoque quæ proruperunt plurima. Ac primùm quidem per squalores, lippitudines cum dolore populariter grassatæ sunt.

3 Sanguinem è venis profluentem sistunt, animi deliquium, figura aliorsum tendens, venæ interceptio, linamentum contortum, appositio, deligatio.

4 Glandularum tumores maxima ex parte suboriebantur, quod iecoraria vena affecta esset. Quòd si ab arteria malè affecta fierent, malum signum erat, quale quid Posidoniæ contigit.

5 Qui sanguinis profluuio vitam cum morte commutabant, tenuem circa frontem sudorem non habuerunt, sed similia iis quibus moles corporis concidit passi sunt. Quin & anhelatores & qui cum sudoribus peribant, malè habuerunt.

6 Considerandum est ventres quosdam perturbationem facilè ferre, quale quid in Posidonia visum est. Quin etiam videnda fuerunt quænam interaneorum animalia inducerent. In extenuatione circuntensio ante obitum facta est, & vmbilicus prominens ipsi est exulceratus, & gingiuarum dentibus instantium exulcerationes affuerunt.

7 Videndum quoq; est multa de vnoquoque rectè præcipi posse, partim quidem eadẽ facultate, partim verò minimè, qualia sunt eiusmodi, diffundi, dissolui, educi, & indurari, ac maturari. Considerãdum etiam vbi opus est timidos à lecto protrudere, & mutatione excitare, torpentes, ad ea quæ cunctanter agunt.

τούτων οὐδενί, οὐδὲ παραπληγικά, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲ ἐσημαίνετο, ἀλλ' ἐν τῇ φωνῇ μόνῃ ἐκρίνετο. τὰ δὲ νυκταλωπικά, ἱδρύετο, ὡς καὶ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων γινόμενα. ἐγίνετο δὲ νυκταλωπικά, τοῖσι παιδίοισι μάλιστα. ὀμμάτων δὲ τὰ μέλανα ὑποποίκιλα, ὅσα τὰς μὲν κόρας σμικρὰς ἔχει. τὸ δὲ ξύμπαν, μέλαν ὡς ἐπιτοπολύ. μεγαλόφθαλμοι δὲ μᾶλλον. καὶ οὐ σμικρόφθαλμοι. καὶ ἰθύτριχες οἱ πλεῖστοι, καὶ μελανότριχες.

2 Γυναῖκες δὲ οὐχ ὁμοίως ἐπόνησαν ὑπὸ τῆς βηχός, ἀλλ' ὀλίγαι τε ἐπυρέτηναν. καὶ τούτων πάνυ ὀλίγαι ἐς τὸ περιπλευμονικὸν ἦλθον, καὶ αὗται πρεσβύτεραι καὶ πᾶσαι περιεγένοντο. ἠτιώμην καὶ τοῦτο, καὶ τὸ μὴ ἐξιέναι ὁμοίως ἀνδράσι, καὶ ὅτι οὐδαμῶς ὁμοίως ἀνδράσιν ἁλίσκονται. κυνάγχαι δὲ ἐγίνοντο μὲν καὶ ἐλευθέρῃσι διοσῆσι. καὶ αὗται τοῦ εὐηθεστάτου τρόπου. περισσότεραι δὲ δούλῃσι. ὅσῃσί τε ἐγίνοντο βιαιόταται, καὶ ταχύται ἀπώλλυντο. ἀνδράσι δὲ πολλοῖσιν ἐγίνοντο. καὶ οἱ μὲν διέφυγον. οἱ δὲ, ἀπώλλυντο. τὸ δὲ ξύμπαν, οἱ μὲν δυνάμενοι καταπίνειν μοῦνον, πάνυ εὐήθη καὶ εὔφορα. οἱ δὲ καὶ διαλεγόμενοι πρὸς τούτοισιν ἀσαφέως, καὶ ὀχλωδέστερα καὶ χρονιώτερα. οἷσι δὲ καὶ φλέβες αἱ περὶ κρόταφον καὶ αὐχένα ἐπαίροντο, ὑπόπονηρα. οἷσι δὲ καὶ πνεῦμα ξυνεμετεωρίζετο, κάκιστα. οὗτοι γὰρ καὶ ἐπεχλιαίνοντο. ὡς γὰρ γέγραπται, οὕτως αἱ ξυγκληρίαι τῶν παθημάτων ἦσαν. τὰ μὲν πρῶτα γεγραμμένα, καὶ ἄνευ τῶν ὑστέρων γεγραμμένων, ἐγίνετο. τὰ δὲ ὕστερον, οὐκ ἄνευ τῶν προτέρων. τάχιστα ἔθνησκον, ὅτ' ἐπερριγώσειαν πυρετώδει ῥίγει. τούτοις οὐδὲ ἀνασπάσει πιεζομένοις, οὐδὲν ἄξιον λόγου ὠφέλει. οὔτε γαστρὸς ταραχή, οὔτε φλεβοτομίη. ὅσα ἐπειράθην. ἔταμον δὲ καὶ ὑπὸ γλῶσσαν. οὓς δὲ καὶ ἄνω ἐφαρμάκευσα. ταῦτα μὲν οὖν καὶ διὰ παντὸς ἐν τῷ θέρει. ὡς δὲ καὶ τὰ ἐπιρρηγνύμενα πάμπολλα. πρῶτον μὲν ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσιν, ὀφθαλμίαι ἐπεδήμησαν ὀδυνώδεες.

3 αἵματος φλεβῶν στάσιες. λειποθυμίη, σχῆμα, ἄλλῃ ἀπόληψις. μοτώματος ξυστροφή. πρόσθεσις. ἐπίδεσις.

4 ἐβουβωνοῦντο τὰ πλεῖστα, διότι ἡπατῖτις. ἢν δὲ καὶ ἀπ' ἀρτηρίης κακωθείσης κακὸν σημεῖον, οἷον Ποσειδωνίῃ.

5 οἱ αἱμορραγέοντες τελευτῶντες, οὐκ ἐφίδρωσο μέτωπον, ἀλλ' οἷα ξυμπεπτωκότες. καὶ οἱ πνευματίαι, καὶ οἱ ὑπὸ ἱδρώτων ὀλλύμενοι, πονηροί.

6 τῶν γαστέρων αἱ εὐφορίαι ταραχὴν φέρουσιν ὡς Ποσειδωνίῃ. καὶ τὰ θηρία οἷα ἐνεποίει ἐν τῷ λεπτυσμῷ ἡ περίτασις πρὸ τῆς τελευτῆς. καὶ ὁ ὀμφαλὸς προσμακρο εἱλκώθη αὐτῇ. καὶ οὔλων ἐφελκώσιες τῶν ἐπιόντων ἐπὶ ὀδόντα.

7 ὅτι πολλὰ περὶ ἑκάστου ἐστὶν ὀρθῶς ἐντείλασθαι. τὰ μέν, ταὐτὸ δυνάμενα. τὰ δὲ οὔ. οἷον ἐστὶ τὰ τοιάδε διαχυθῆναι, ἐπιλυθῆναι, καὶ ἐξαχθῆναι. καὶ σκληρυνθῆναι καὶ πεπανθῆναι. καὶ ὅπου κλίνειν διώσασθαι. τοὺς ἀτολμέοντας δέον μεταβολῇ ἀνεγείρειν καταναρκωμένους, ὑστεραίοισιν.

8 ὑδατώδεας ταχέως τάμνειν. φθίνοντας, καίειν αὐτίκα. πρίειν κεφαλήν. τὰ τοιαῦτα τῶν ὑδατουμένων μὴ ψαύειν τῶν ἔξω, μηδὲ τῶν ἔσω. ὅμοιον γὰρ τοῖσι πολλοῖσι γενέασι.

8 Aqua intercutem laborantes citò incidere oportet, tabescentes confestim vrere, caput secare. At ista in aqua intercute suffusis animaduertenda sunt; ne cuius venter aut interiora ferro contingantur. Perinde enim ac in multis genibus accidit.

9 τὰ περὶ καρδίην Ξενάρχῳ. καὶ θερμὸν ἅλις ἐμπνεῖν. καὶ τὸ ἕλκος αἰτίῃ τοῦ κενώσιος θάλπειν ἀρχῆθεν.

9 In affectibus circa os ventriculi (perinde ac Xenarcho cōtigit) sufficienter calidū inspirare cōuenit, & euacuationis loco vlcus ab initio calidis fouere.

10 φωνὴ οἵη γίνεται ὀργιζομένοισιν, εἰ τοιαύτη ἡ μὴ ὀργιζομένῳ φύσει ᾖ. καὶ ὄμματα οἷα, εἰ ἡ φύσις ταραχώδεα οἷα ὀργίζονται, ὧν μὴ τοιοῦτοι, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον τῶν νούσων, οἷον τὸ φθινῶδες ποιέει, τὸ εἶδος. εἰ τοιοῦτος φύσει ὑπάρχῃ, ἐς τοιοῦτον νόσημα προέρχεσθαι. καὶ τ' ἄλλα οὕτως.

10 Considerandum qualis vox est iratis, num talis non irato à natura fuerit. Atq; oculi quales à natura fuerint, num turbulenti, quales habent cùm irascuntur, qui tales non sunt, cæteraque id genus pro morborum ratione velut si quis tabificam formam inducit, num talis à natura æger fuerit, vt in hunc morbum incurrat, cæteraque huiusmodi.

11 αἱ βῆχες κοπιώδεες καὶ ἅπτονται τῶν σιναρῶν, ἀτὰρ καὶ μάλιστα ἄρθρων. ἀτὰρ καὶ ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι, βῆχες ξηραὶ γίνονται. αἱ ξηραὶ βῆχες, ἄρθρα στηρίζουσι (σὺν πυρετῷ, ἢν ἐγκαταλίπων).

11 Tusses quæ lassitudinis sensum inducunt, etiam partes læsas, sed & præcipuè articulos contingunt. Quinetiam in febribus cum lassitudinis sensu tusses siccæ fiunt, quæ si intus relinquantur, vnà cum febre in articulos firmantur.

12 τὰ πνεύματα τοῖσι φθινώδεσι τὰ ἄσημα, κακόν. καὶ τῇσι ἀτόκοισι. καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσιος.

12 Tabescentibus ac non parientibus spiratio obscura mala, & quæcunque alia eius est generis ex eadem constitutione proueniens.

13 τοῖσι φθίνουσι, τὸ φθινόπωρον κακόν. κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔαρ, ὅταν τὰ τῆς συκῆς φύλλα κορώνης ποσὶν ἴκελα ᾖ.

13 Autumnus tabidis malus. Ver quoque etiam malum, cùm ficus folia cornicis pedibus similia fuerint.

14 ἐν Περίνθῳ ἦρος ἐφθίνοντο πλεῖστοι. ξυναίτιον βὴξ χειμερινὴ ἐπιδημήσασα, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα χρόνια, καὶ γὰρ τοῖσιν ἐνδοιαστοῖσιν ἐβεβαίωσαν. ἔστι δ' οἷσι τῶν χρονίων οὐκ ἐγένοντο, οἷον τοῖσι τὰς νεφριτικὰς ὀδύνας ἔχουσιν. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν. οἷον ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, πρὸς ὃν ὁ Κυνίσκος ἤγαγέ με.

14 In Perintho vere plurimi tabe laborarunt. Cuius rei simul in causa fuit tussis per hyemem populariter grassata, ac in quibusdam morbi qui diutius traxerūt. In his enim qui ambiguè se habebant, tabem confirmarunt. Interdum quoque in quibusdam diuturnis morbis tabes non fiebant, velut in his qui renum doloribus conflictabantur. Quin & quibusdam aliis idem contigit. In quorum numero ille extitit, ad quem me Cyniscus deduxit.

15 τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι καὶ στήθει. καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τὰς ὥρας εἰ μέγα διαφέρουσι καταμαθητέον. ὅταν βελτίους ἴσχωσιν, αὖθις κακίους ἴσχουσιν οὐχ ἁμαρτάνοντες.

15 In doloribus laterum, pectoris, aliarumque partium, tempora num multum inter se differant, animaduertendum, quando nimirum meliùs, aut rursus peiùs habeant, nihil in hoc delinquentes.

[1] ἐς τούτων τὰ μὲν βραχύτερα] Exemplaria omnia manu scripta βραδύτερα habent, neq; amplius lectionum distinctiones adhibent.

περὶ ἰσημερίας αὖθις ὑπέστρεψε τοὺς πλείους] πλείστους habent codices manu scripti. Istud autem ad pulmonis vitia retulit Caluus quæ plerisque reuerterunt eosque sustulerunt contra tamen omnium codicum fidem. Potest etiam ad tusses referri, quæ circa æquinoctium reuersiones fecerunt, breuesque ac iudicatu faciles extiterunt.

τοῖσι δὲ νυκτάλωπες] Hic νυκτάλωπες vitij & affectionis oculorum nomen est, qua noctu nihil cernunt, nocturnam cæcitudinem dicunt, cùm præcipuo significato νυκτάλωπες dicantur eo affectu & nocturna cæcitudine laborantes. Etsi contra Prorrh. 2. νυκτάλωπες dicuntur, qui noctu meliùs, interdiu verò deteriùs cernunt. Qua de re illic plura à nobis scripta sunt.

φάρυγγες δὲ ὀνῆξαν] Significat paruas adfuisse faucium inflammationes, easque breues, siue cum tussi, siue sine ea adfuerint, eamque lectionem retinent omnes codices tum scripti, tum publicati. Caluus vero & vetus interpres, νυκτάλωπες δὲ οὐ διῆξαν legisse videntur.

ἢ πάνυ βραχὺ αὐτὴ ἡ βηχὸς ἰσχύοντο] Exemplaria Regia manuscripta recentiora ἢ πάνυ βραχεῖα αὐτὴ ἡ βηχὸς ἰσχύοντο habent, quam lectionem secutus videtur interpres vetus. Reliqua verò cum publicatis consentiunt.

οἱ μὲν πρὸ τοῦ φωνῆσαι] Partes corporis quæ plurimum ante morbum laborauerunt, eæ noxios humores ac morbum promptius receperunt. Quod etiam lib. περὶ χυμῶν testatum reliquit Hippocrates, qui locus huc propriè pertinet. ἀτὰρ καὶ ἤν τι πεπονηκὸς ᾖ, πρὶν νοσέειν, ἐς τοῦτο ἀποστηρίζεται. οἷον καὶ τοῖσιν ἐν Περίνθῳ βηχώδεσι καὶ κυναγχικοῖσι. Quod ex aph. 33. lib. 4. desumptum videtur.

οἱ δὲ τῇ χειρὶ πονήσαντες] Lib. etiam quarto epid. tusses ferè eiusmodi describuntur, ex quibus manuum resolutiones, ac crurum & lumborum impotentiæ quædam, ac ad motionem imbecillitates creabantur.

ἀλλ' ἐν τῇ φωνῇ μόνη ἐκρίνετο] Quibus vox tussi elidebatur, ij neque pulmonum inflammationibus, neque partium resolutionibus tentabantur neque alius quispiam morbus de se significationem vllam edidit, sed sola vocis iactura morbus deprehendebatur & decernebatur, quòd fluxione ipsa vocis organa appetita essent, neque ea ad thoracem aut pulmones, aut subiectas alias partes redundaret.

τὰ δὲ νυκταλωπικὰ ἱδρύετο] Confirmatas fuisse nyctalopicas affectiones & stabiles habuisse sedes signi[ficat], neque ideò facilè cessasse, quòd proprias oculorum affectiones sequerentur, nempe natiuam humorum crassitudinem, quæ boreali & hyberna tempestate plurimum est aucta, condensata, introque repressa.

[2] τὰ δὲ ξύναγχαι, οἱ μὲν δυνάμενοι] Hîc quatuor anginæ genera videntur describi ex symptomatum congerie quæ in ea vrgent, de quibus ferè agitur lib. 2. * epidem. Codices autem omnes publicati hic οἱ μὲν δυνάμενοι καταπίνειν legunt. Exemplaria verò manuscripta omnia οὐ δυνάμενοι habent, quæ secutus est Caluus & vetus Interpres, omnes etiam denique transtulerunt interpretes. Celeberrima namque est anginæ affectio difficilis deuoratio & deglutitio, eiusque meminit lib. 2. καταπίνειν οὐκ ἐδύναντο, ἢ πάνυ χαλεπῶς, ἀλλ' ἐς τὰς ῥῖνας ἐχώρει ἢν πάνυ ἐβιάζοντο. * Sect. 2.

οἱ δὲ καὶ διελέγοντο] Alterum anginæ genus molestum & diuturnum, quibus fluxio vocem præpediebat, & ad linguam aut etiam interiores laryngis musculos decumbebat, indeque in asperam arteriam deriuabat, vnde vox obscura erat ac difficilis. Sic quoque βραγχώδεες dicuntur lib. 2. epid. & τραυλὰ ἐσημαίνοντο scribitur, in quibus longo temporis interuallo angina huiusmodi protrahebatur. Ibidem quoque scribitur, ἀλλὰ τούτοισιν [illegible] γλῶσσα [illegible] ἀλλὰ [illegible] ἐμφανέες. Obscuram etiam ac difficilem vocem indicat quod scribitur, καὶ διὰ τῆς ῥινὸς διελέγοντο. Quædam vero exemplaria ἀσαφέως pro ἀσαφέας habent, vt & Asulanum.

εἰσὶ δὲ καὶ φλέβες:] Tertium videtur esse anginæ genus de quo lib.2.epid.hunc in modum scribitur, ἔστι δ' οἷσι φλέβες αἱ ἐν κεφαλῇ σφύζουσι, καὶ ἐν κεφαλῇ ἦσαν, καὶ ἐν αὐχένι ἐπαρμέναι.

οἷσι δὲ καὶ πνεῦμα ξυνεμετεωρίζετο] Vltimum & pessimum videtur describi anginæ genus, quod sic explicat Galenus lib.3. περὶ δυσπν. ἐν δ' αὖ τοῖς κατωτέρω τοῦ βιβλίου, κατὰ μὲν τὴν κατάστασιν, ἧς ἀπήρξατο τὸν δε τὸν τρόπον. βῆχες ἤρξαντο περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινάς. οἷσι δὲ πνεῦμα συνεμετεωρίζετο, φησί. καὶ ὅτι μετέωρον ἐστὶ πνεῦμα, τὸ μικρὸν καὶ πυκνὸν, δεδηλώκαμεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. ἀμέλει καὶ συνάγχας γενέσθαι κατ' ἐκείνην τὴν κατάστασιν ἔφη. μοχθηρῶς γοῦν οἱ τὸ μετέωρον ἀντὶ τοῦ μεγάλου νομίζοντες εἰρῆσθαι, διότι αὐτὸ μετεωρίζει τὸν θώρακα διαίρειν ἐπὶ πλεῖστον, hoc est, Infra verò eodem libro circa eam constitutionem cuius hoc est initium. Circa brumam tusses cœperunt, quibusdam verò vna sublimis spiratio erat, inquit. Et sanè quod sublimis spiratio parua est & crebra supra exposuimus. Denique anginas circa illam constitutionem contigisse, dixit. Perperam ergo sentiunt qui sublimem pro magna dici existimant, quod ea thoracem in altum sustollat, ipsum plurimum distendens. Qui certè locus cùm vitiosè legatur in Galeni codicibus, mihi sic legendus videtur. μετέωρον verò πνεῦμα pluribus verbis exposuimus nostris in lib.2.epid.Comm. Hunc autem locum aliter legit Caluus, & membrum istud cum superiore coniungit, contra omnium codicum fidem.

οὗτοι γὰρ καὶ ἐπιχλιαίνοντο] ἐπιχλιαίνεσθαι de febris suspicione sæpe effert Hippocr. Significat igitur hanc anginam grauissimam fuisse, ad quam etiam febris accederet, propter spiritalium partium angustiam & conceptum cauo corporis incendium. Eos quoq; periculosè admodum habuisse quibus febris accessisset, scribit lib.2.epid. fereque omnes interiisse.

αἱ ξυγκλήσιαι] τῶν παθημάτων ξυγκλήσιαι affectionum inter se consortia, commercia, ac coniunctiones dicuntur, quibus inter se consociantur. Alij euentum & sortem accipiunt, vt affectus ita contigisse, aut veluti hac sorte ductos, & hunc habuisse sortitum intelligant, vt primi sine posterioribus, contrà verò posteriores sine prioribus non consisterent. Qua ratione contingentias ξυγκλησίας dixit vetus interpres.

ὅτ' ἐπερριγώσιαι] Illud ἐπερριγώσιαι nouum subinde rigoris motum in febribus subortum, non vnum semel rigoris insultum indicat. Ideoque cùm magnam humorum inæqualitatem significet, ac violentam concussionem nil mirum est in summa virium imbecillitate mortem contigisse ex aph.46.lib.4.

τούτοις οὐδ' ἀνάστασις πιεζομένοις] Sic vocat eos quibus per medicamenta reprimentia humoris fluxio repressa est, & veluti sedibus expulsa. Interpretes pressos dicunt, & vetus interpres depressos. In angina autem medicamenta reprimentia gargarismis adhibentur ad cohibendum humorum impetum, & veluti suis locis submouendum ac sedibus expellendum. Quam veluti ab affectis locis dimotionem aut demigrationem ἀνάστασιν vocare mihi potiùs videtur, quàm si compressos intelligas quibus digitorum compressione materia extruditur & elicitur.

ἐσα ἐπιπράθεν] Sic legunt omnia exemplaria quæ adhuc videre licuit. Interpretes omnes ὑπ' οὐρανοῦ ἐπιπράθεν legisse videntur. Sed & aliud quiddam hîc legisse videtur vetus Interpres de causa superiore & cœlesti, cuius ne vestigium quidem vllum vsquam apparet. Indicat autem malignas admodum & perniciosas anginas fuisse, quæ nullis remediis cederent, quorum omnium facultatem & vsum describit lib.4.de rat.vict.in morb.ac.& lib.3.de morbis.

οἷς δὲ καὶ ἀνω φαρμακείη] Hæc de gargarismatum vsu potiùs mihi subaudienda videntur, quæ pituitam eliciunt & educunt, quàm de vomitione. Quorum materiam describit lib.2.de Morb.

τὰ ἐπιρρηγνύμενα] Hæc indicant materiæ eruptionem in angina plærumque lethalem, quòd materia acrior effecta, quæ discuti nô potuit, cutim corrodendo, & asperam arteriam exulcerat, aut in pus conuersa abscessum inuehit, vnde suffocationis metus impendet. Etsi lib.2.de Morb. suppurationem in angina probat.

[5] αἱματοφλεβῶν στάσις] Sanguinis profluuium sistendi consilium & rationem paucis comprehendit hac sententia Hippocrates, non secus ac lib.2. * epid. sanguinis profundendi viam aperuit. His autem ferè remediis tota supprimendi sanguinis ratio continetur, adstringentibus, refrigerationibus, animi defectionibus, emplastris, deligationibus, funiculis, vinculis, auersionibus, prehensionibus, præcisionibus, igne & escharoticis. Quæ ferè sigillatim explicat Galenus lib.5.meth.med.& Paulus lib.4.cap.53. & Aëtius lib. 14.cap.51. Quòd verò ad scriptionem attinet, etsi planè constans est omnibus in membranis ista lectio: nemini tamen est dubium quin hoc loco αἱματοφλοιβοιστάσις scripserint antiqui Hippocratis Interpretes, eoque nomine intumescentis ac exundantis sanguinis suppressiones significari voluerint, vt scribit Galenus in Exeg. his verbis: αἱματοφλοιβοιστάσις. οὕτως μὲν οἱ περὶ τὸν Διοσκουρίδην γράφουσι, τὰς ἐπισχέσεις τοῦ ὑπερβλύζοντος αἵματος ἡγούμενοι δηλοῦσθαι, οἱ πλείους μέν τοι γράφουσιν αἱματοφλεβοιστάσις, καὶ δηλοῦσθαι νομίζουσιν, ἐκ τοῦ ὀνόματος τὰς πλήρεις αἵματος κεκυρτωμένας φλέβας. Siue igitur αἱματοφλοιβοιστάσιες, siue αἱματοφλεβοιστάσις vnica dictione scribatur, sanguinifluas venas, easque exundante sanguine tumescentes hac ratione comprimendas indicat, eoque haud dubiè illa Galeni explicatio refertur. Et sanè si coniecturæ locus est, pro αἱματοφλοιβοιστάσιες, αἱματοφλυζουστάσιες, aut αἱματοφλυζοιστάσιες legendum esse existimem, propter eum locum quem in Exeg. ex lib.2.epid. adducit Galenus. Vbi φλυζούσῃσι αἱμοῤῥαγίῃσι legimus (etsi φλεζούσῃσι tolerari potest, quæ est vulgata lectio) quæ dictio plenas ac refertas venas significat. Sed tunc αἱματοφλεοστάσιες legi posset, quod φλέω γέμω significat. At fortè etiam αἱματοφλεβαζοστάσις aut αἱματοφλαδοστάσις scribi potest (quæ dictio tam variæ scripturæ occasionem dedit) à verbo φλεβάζω aut φλαδίω, quod scaturio significat. * Sect. 3.

σχῆμα] σχῆμα appositum vulneratæ partis situm, & sursum ac in contrarium fluxionis tendentem positus figuram intelligit. Qua de re agit Galenus lib.5.Meth.med.cap.3.& 4. Eam igitur positus figuram omnino ei contrariam esse oportet, quam in sanguinis fluxionibus adhibendam consulit lib.2.epid. Ideoque σχῆμα ἄλλη legunt omnes interpretes contra omnium codicum fidem, vt alio repentem ac in diuersum tendentem figuram intelligant. Quod etiam per irrepentem figuram intellexit vetus interpres.

ἀπόληψις] ἀπόληψις hîc sanguinem profundentis vasis interceptionem ac prehensionem significat, cum iniecto vnco aut hamo vas prehenditur, attollitur, ac modicè intorquetur, laqueo aut vinculo intercipitur, eoque modo sanguinis impetus intercluditur. Aliquando etiam volsella prehensum duobus locis deligatur, atque medium interciditur, vt extrema inter se coëant, nihilominus tamen ora præcluduntur. Hanc vero ἀπόληψιν quæ fit vinculo iniecto, veluti venæ apprehensionem, disertis verbis exponit Galen. lib.5.meth.med. his verbis: καὶ μὲν τοι κἂν ἐν βάθει συχνῷ βέβληκὸς ᾖ τὸ αἱμοῤῥαγοῦν ἀγγεῖον, ἀκριβέστερον αὐ καταμαθεῖν τήν τε θέσιν αὐτοῦ καὶ τὸ μέγεθος. καὶ πότερα φλὲψ, ἢ ἀρτηρία ἐστί. μετὰ δὲ τοῦ διαπείρας ἀγκίστρῳ ἀνατεινέτω τε καὶ περιστρεφέτω μετρίως. μὴ ἐπισχεθέντος δ' ἐν τῷδε τοῦ αἵματος, εἰ μὲν φλὲψ εἴη πειράσθω χωρὶς βρόχου στέλλειν τὸ αἷμα διὰ τῶν ἰσχαίμων τινὶ φαρμάκων. ἄριστα δ' αὐτῶν ἐστὶ τὰ ἐμπλαστικὰ, συντιθέμενα διά τε τῆς φρυκτῆς ῥητίνης καὶ ἀλεύρου πυρίνου χνοῦ, καὶ γύψου, καὶ τῶν τοιούτων. εἰ δὲ ἀρτηρία ἐστὶ, δυοῖν θάτερον, ἢ βρόχον περιθεὶς, ἢ ὅλον διακόψας τὸ ἀγγεῖον, ἐφέξεις τὸ αἷμα, βρόχον δ' ἀναγκαζόμεθά ποτε καὶ ταῖς μεγάλαις περιτιθέναι φλεψὶν, ὥσπερ γε καὶ διατέμνειν ποτ' αὐτὰς ὅλας ἐγκαρσίας δηλονότι. κατασταίη δ' ἄν τις εἰς ἀνάγκην τήνδε, κατὰ τὰς ἐκ πολλοῦ βάθους ὀρθίας ἀναφερομένας. καὶ μάλιστα διὰ στενοχωρίας τινὸς ἢ μερῶν κυρίων. ἀνασπᾶται γὰρ οὕτως ἑκάτερον τὸ μέρος ἑκατέρωθεν. καὶ κρύπτεται καὶ σκέπεται πρὸς τῶν ἐπικειμένων σωμάτων ἡ τρῶσις. ἀσφαλέστερον δ' ἄμφω ποιεῖν, βρόχον μὲν τῇ ῥίζῃ περιτιθέναι τοῦ ἀγγείου, τέμνειν δὲ τοὐντεῦθεν. hoc est, Atqui etiamsi vas sanguinem profundens altè sit demersum, exactiùs tum ipsius positum, tum etiam magnitudinē intelligat, & num vena sit an arteria. Deinde verò traiecto vnco sursum attollat & moderatè intorqueat. At si ne tunc quidē sanguis sistitur, si vena quidem fuerit, tentet citra vinculum sanguinem sistere, aliquo ex iis medicamentis quæ sanguinis sistendi facultatem habent, apposito. Ex his optima sunt quæ vim emplasticam habent, & ex frixa resina & farinæ triticeæ tenuissimo polline, & gypso, aliisque id genus sunt composita. Quòd si sit arteria, duorum alterum cōtinget, nempe aut vinculo circumiecto, aut toto vase præciso sanguinem cohibebis. At vinculum interdum magnis quoque venis circumponere cogimur, quemadmodum & eas totas interdum præcidere, transuersas scilicet. Ad hanc autem necessitatem quis deueniet, in his quæ ex magna altitudine sursum rectæ attolluntur, præcipueque per angustas quasdam & principes partes. Hoc enim modo vtraque pars vtrinque retrahitur vulnusque à superimpositis corporibus celatur & tegitur. Vtrumque autem securiùs præstatur, tum vinculum vasis radici circumponendo, tum quod deinceps est præcidendo. Et rursus, ἐκ γάρ τοι τοῦ γένους τῆς στεγνώσεως ἐστί πως, καὶ ὁ βρόχος ὁ περιτιθέμενος αὐτοῖς τοῖς αἱμοῤῥαγοῦσιν ἀγγείοις. hoc est, Vinculum namque ipsis sanguinem profundentibus vasis circumiectum, ex ipso obturantium genere quodammodo censetur. Et μύει μὲν οὖν συμφυόμενον τε καὶ ψυχόμενον, ἐπιδέσει τε συναγόμενον, καὶ βρόχῳ διαλαμβανόμενον. hoc est, Conniuet igitur tum astrictum tum refrigeratum, tum deligatione adductum, & vinculo exceptum. De vinculo etiam maioribus venis aut arteriis iniiciendo,

eadem

Galeni verba Paulus repetit lib.4. † & Aëtius libro decimoquarto, cap.51. Atq; ea vasis prehensio per laqueum fit funiculis ex molli licio vel serico, vt arctissimè perstringant, nec facilè dissoluantur aut putreant. In quem vsum alij setas, alij testudinum fides vsurpant. Et hæc ἀπόληψις non multum differt ab ea κατάληψις quam celebrat Hippocrates in libello περὶ ἰητρεῖ, cùm vinculis ad sectionem adstringi venas iubet. Longè verò alia est ab ἐπιδέσει, cùm fiat in vulnere intraque vulnus. At ista supra vulnus adhibita, vulnerati membri labra dissidentia committit, & quæ sunt superimposita continet. Est verò alia τῶν φλεβῶν ἀπόληψις Hippocrati, quæ fit supra modum copia oppletis venis, adeò vt perspiratu careant & suffocationis, ac caloris natiui extinctionis metus sit, ἀφωνίας, sensusque & motus priuationes afferat, vt scribitur libro quarto, de ratione vict. in morb. ac. Quæ sanè quòd in medici potestate sita non sit, in supprimendi sanguinis auxiliis reponi non debet, longeque ab hoc instituto aliena esse videtur. Ideoque fortassis ἄλλη ἀπόληψις eo sensu vsurpari potest, vt longè alia hîc interceptio venarum adhibenda sit, quàm quæ multis locis ab Hippocrate vsurpatur. Quæ sanè est omnium exemplarium, tum reconditorum, tum etiam editītiorum certissima scriptio, etsi Alexandrinus pro ἄλλη, ἀλλὰ legisse videtur. Caluus sanè eandem lectionem ex codicibus Italicis secutus est, etsi eam ἀπόληψιν non est assecutus, nec quid per tractationem modúmve alium morborum intelligat video. † *Cap. 53.*

μοτώματος ξυστροφὴ] Linamenta contorta intelligit quæ fiunt è materia contorta & implexa, μοτοῦ στριπτοῦ vocant. Ac ferè omni linamentorum genere in hæmorrhagia veteres vsos constat.

ἐπίθεσις] Hac dictione intelliguntur quæcumq; ad hæmorrhagiam sistendam apponuntur, siue ad labra vlceris adducenda siue oscula obstruenda, qualia sunt medicamenta quæ emplastica dicuntur, & lenta crassaque substantia meatus claudunt, ac refrigerantia & adstringentia, quæ sanguinis ruentis impetum cohibent, tum etiam escharotica. Quin & ea quæ foris imponuntur hac dictione comprehendi possunt, siue splenia, platysmata, ac diplomata, aut tomenta medicamentis insuccata, aut liquoribus imbibita adhibeantur. Digiti quoque ipsi, aut sanguinis grumus, lintea complicata aut spongiæ ex aqua frigida aut posca expressæ, & quæcumque alia ad supprimendam hæmorrhagiam superdamus & comminiscimur.

ἐπίδεσις] Deligatura conueniens intelligitur tum quæ suo complexu dissidentia labra committat, & quæ sunt apposita contineat, tum etiam quæ suis fasciarum orbibus ad eam partem vnde sanguis fluit, aut vasis radicem ducta, sursum versus magis magisq; adstringatur, & proruentem sanguinem cohibeat, de qua sic scribit Galen. lib.5. meth. med. τούτου δ' ἐστὶ τοῦ γένους ἡ ἐπίδεσις, καίτοι γ' οὐ κύκλον τὸ ἀγγεῖον περιλαμβάνουσα, καθάπερ ὁ βρόχος, ἀλλὰ τῷ συνάγειν τί πως ἐκ μέρους τὰ διεστῶτα χείλη τοῦ τετρωμένου μορίου, καὶ προστέλλειν τὰ ἐπικείμενα, τῶν στεγνωτικῶν ἐστὶ βοηθημάτων. hoc est, Huius verò generis est & deligatio, quanquam vas ipsum circulo non amplectitur, secuti vinculum, sed cum vulneratæ particulæ disparata labra ex parte quodammodo adducat, & quæ superimposita sunt comprimat, inter claudentia remedia recensetur. Rursusque de medicamento sanguinem sistente vulneri adhibendo. καταδεῖσθω δ' ἔξωθεν ἐξ ὀθόνης ἐν λεπτοῦ ἱματίου. ταῖς μὲν πρώταις ἐπιβολαῖς τέτταρσι ἢ πέντε. καθ' αὐτὸ αἱμορραγοῦντος ἀγγείου ποιουμένων ἡμῶν. ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν ῥίζαν αὐτοῦ νεμομένων, ἐς ἂν ἐγχωρεῖ μεταξὺ ἐπὶ τὴν ῥίζαν νέμεσθαι σχεδὸν δ' ἐπὶ πάντων ἐγχωρεῖ πλὴν μηνίγγων. hoc est, Ex tenui autem linteo primis iniectis fasciis forinsecus alligandum, quatuor aut quinque primis circuitibus ipsi sanguinem profundenti vasi iniectis, inde verò ad vasis radicem perductis, quibus scilicet in partibus versus radicem ducere licet, quod ferè in omnibus, præterquam cerebri membranis datur. Et rursus de venarum iugularium profluuio, κάτωθεν ὥσπερ ἐπιδεῖν ἄνωθεν κάτω, μὴ καθάπερ ἐν τοῖς κώλοις κάτωθεν. ἄνω. πρὸς γὰρ τὰς ῥίζας τῶν ἀγγείων ἀφικνεῖσθαι χρὴ τὴν ἐπίδεσιν, ἀναστέλλουσαν τὸ ἐπιρρέον. hoc est, Deinde hoc modo deligabis ex superioribus ad inferiora ducens, non vt in artubus, ex inferioribus ad superiora ascendendo. Ad vasorum namque radicem deligationem ducere conuenit, vt quod influit reprimat. Caluus ἐπίθεσιν & ἐπίδεσιν legisse videtur.

[4] ἐξουδωνοῦντο] Bubones hoc est glandularum tumores, fiunt ab euidente causa, velut vlceribus quæ iuxta magnam venam aut arteriam oriuntur (vt scribit * Galenus) velut in pede, manu, & digitis. Fiunt etiam ab ictu, casu, dolore & similibus. Fiunt interdū à delitescente intus causa, vt viscerum inflammationibus, humorum plenitudine vel malignitate, sæpè etiam ex venenata & pestilente materia. Atque hi bubones valde suspecti sunt. Quidam ista referunt ad malè suppressum sanguinis profluuium, & intempestiuè adhibita sanguinem restringentia medicamenta, quod inde iecoraria vena ac magna arteria malè affectæ sint, & bubones excitati. Possunt certè ista ad vlcera, possunt quoque ad insigne sanguinis ac humorum vitium referri, vnde huiusmodi glandularum tumores exorti sunt. Exemplaria quædam manu scripta cum Asulano, ὧν δὲ legunt, quæ ferè secuti sunt interpretes. Nos codicum pluralitatem secuti nihil immutauimus. Vetus etiam interpres ἐγκονηθεῖσιν pro ἐγκωνηθεῖσι legisse videtur.

* *Lib. 13. Meth. med.*

[5] οἱ αἱμορραγοῦντες] Eos qui sanguinis profluuio sublati sunt, partim quidem cum sudore, partim verò sine sudore, & cum difficultate spirandi periisse significat. Dicuntur autem ξυμπεπτωκότες quibus vasa præ multa vacuatione atque inanitione in sese considunt, & qui consumpto atque exhausto omni humore resiccati sunt & exucci. πνευματίαι verò anhelatores dicuntur & pituitosi, quibusq; multus ac frequens spiritus inest, & qui πνευματώδεις dicuntur. Sic enim eos ex lib. de rat. vict. in morb. ac. exponit Galenus lib. περὶ δυσπν. quales ex diutina tussi & inueterata in thoracem fluxione multos fuisse hac tempestate constat. Etsi ea quoq; dictione ἐμπνευματωμένους, & qui flatibus distentum ventrem aut hypochondria habent, significari contendit Galenus. Quidam codices manu scripti pro πνευματίαι τραυματίαι habent, ac significant eos qui sanguinis profluuio laborarunt, sine sudore veluti resiccatos ac vulneratos periisse, omnimoda humiditate per vacuationem profusa. Quæ lectio etiam est Asulani codicis. At plæraque magnæ vetustatis exemplaria, πνευματίαι legunt, quæ secuti sunt ferè omnes interpretes, ac etiam Alexandrinus ipse. Quin & Galenus extremo lib.3. περὶ δυσπν. hunc locum subindicans & explicans, eam quoq; lectionem retinuisse videtur, cùm scribit: ὀλίγον δὲ προελθών, πνευματίας ὀνομάζει τινάς, καὶ εἴρηται καὶ περὶ τούτων πρόσθεν, ὡς ἤτοι τοὺς ἐμπεπνευματωμένους, ἢ τοὺς ἀσθματώδεις οὕτως καλεῖ. hoc est, Paulum verò progressus, πνευματίας quosdam nominat, & de hoc etiam antea dictum est, quod aut flatibus distentos, aut anhelosos sic vocat. Cæterùm hîc quoque codices quidam Regij manu scripti τραύματος ἕ indicaturam adscribunt.

[6] τῶν γαστέρων] εὐφορίας hîc γαστέρων ventris corpulentiam ac crassitudinem quidam intelligunt, vt bene habitos ventres perturbationem facilè tolerare significetur. Mollis nanque & corporatus venter ad infernas purgationes bene habet, easque leuiùs fert ex aphorismo 35. libr.2. Sunt qui εὐφορίας ad purgationis spontaneæ & à natura bene institutæ tolerantiam referunt. Sanè hac sententia considerandum esse iubet quibusdam naturis velut bene habitis, ventris perturbationes in alui purgationibus leuiores & tolerabiliores esse, in iisque videndum num lumbrici aut interaneorum animalia demittantur. Nam per θηρία Galenus in Exegesi, intestinorum animalia & lumbricos disertis verbis exprimit, etsi quidam hac dictione vlcera maligna accipi velint. Quænam igitur effecerint symptomata considerandum monet, qualia sunt oris ventriculi morsus, syncope stomachica, conuulsiones, epilepsiæ, dentium stridores, aliaque permulta vt alui tormina & systrophæ, morsus, nausea & fastidium, de quibus fortassis ista præcipuè intelliguntur.

ἐν τῷ λιπόντι] Sunt qui ista distinguunt & vniuersaliter de aqua inter cutem tentatis intelligant. Rectè autem ad Posidonium referri videntur, in qua tanta fuit vitiosorum humorum ad ventrem delatorum copia, vt etiam corpus extenuarit, ventrem extenderit, & vmbilicum exulcerarit. Quinetiam pessima vlcera & gingiuarum putrefactiones adfuerunt, adeò vt dentes etiam adorirentur. ἑλκώδη autem pro ἑλκώδη habent reconditissimæ membranæ Regiæ manu scriptæ & Asulanum exemplar, quædam verò ἐλκυσθῆ, vt prominens vmbilicus ipsi valde protensus fuisse indicetur ac humorum noxiorum copia distentus plurimum prosiluisse. Quam etiam lectionem ex codicibus Italicis secutus videtur Caluus. Cæterùm vetus Interpres pro ἐπιόντων ἀπιόντων legisse videtur.

[7] ὅτι πολλά] Hæc sanè monere videntur considerandum esse quando in vno morbo plura eiusdem facultatis aut etiam contrariæ præcipi possint, pro diuersis temporibus & indicationum varietate. Est enim vbi dissoluentibus, diffundentibus & educentibus vtendum sit, interdum verò contrahentibus, indurantibus & maturantibus, quæ contrarias habent facultates. Qui sanè sensus longè apertior esse videtur, quàm si ista inter se opponamus, & ad veteris interpretis intelligentiam propiùs accedere, qui per humiditatem diffundere, & per frigiditatem condensare dixit. Sunt qui ἐπιλαθεῖν pro ἐπιλυθῆναι legant, & de humoribus intro delabentibus accipiant, vt τῷ ἀρχὴ θέσθαι opponatur. Quod sequitur variè distinguitur. Exemplaria omnia Regia manu scripta μετα-

βολῆς habent,& διὸν μεταβολῆς iungunt omnes interpretes. Sed μεταβολῆς stare potest, vt habent publicata omnia quæ fecenti fumus, etsi etiam μεταβολῆς retineri potest.

8 ὑδατώδεας] Monet hac sententia Hippocrates, in his morbis qui chirurgiam expostulant, integris adhuc viribus ac firmis visceribus manum esse admouendam. ὑδατώδεας verò ὑδρωπικοὺς explicat Galenus in Exegesi. Sic enim ex melioribus exemplaribus legendum existimo. Ac videtur eos intelligere qui aqua inter cutem laborant, maximè quem sarciten quidam, Hippocrates ὑποσαρκίδιον nominat. Cui præcipuè abdominis compunctio & sectio per paracentesin conuenit, vt testatur Cælius Aurelianus. Etsi Cornelius Celsus, Paulus & Albucasis,& reliqui, hydropi quo in vterum multa aqua contrahitur, & Ascites dicitur, attribuunt.[a] Hos igitur qui aqua subter cutem laborant, citò, hoc est statim initio morbi & robustis viribus incidere oportet, si venæ sectionem intelligas, quæ huic vni hydropis generi etiam inter initia conuenit, vt scribit [1] Galenus, & Paulus cap. 48. lib. 3. & Alexander Trallianus cap. 1. lib. 8. Hippocrates quoque in hoc hydrope qui ὑποσαρκίδιος [2] dicitur, sanguinem ex cubito mittendum præcipit, ἢν ἡ ἡλικίη ἀκμάζῃ καὶ ῥώμη ᾖ, καὶ ἢν ἡ ὥρη ἐαρινὴ ἐοῦσα τύχῃ. At si compunctionem & sectionem per paracentesin intelligas, illa citò fieri debet, priusquã materia computreat, interna viscera grauius affecta sint, vires concidant,& morbus totius corporis habitum immutarit, aut in cachexiam conuersus sit. Istud verò etiam indicat Hippocrates, qui lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν & sectionem & vstionem adhibet, optimè priùs lacte renutrito ægro & confirmato, idque morbi initio, & si febris non adsit. Idem quoque lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον in hydrope & sectionem & vstionem probat, vt & aphor. 21. lib. 6. & in puero aqua subter cutem laborante, gladiolo crebras & paruas incisiones facit, & aquam educit. Celsus [3] etiam sectionem contra Erasistratum approbans, quàm tempestiuè fieri debeat, indicat his verbis. Ac ne illud quidem in controuersiam venit, quin non omnes in hoc morbo sic curari possint, sed iuuenes robusti, qui vel ex toto carent febre, vel certè satis liberales intermissiones habent. Nam quorum stomachus corruptus est, quive ex atra bile huc deciderunt, quique malum corporis habitum habent, idonei huic curationi non sunt. Quantum verò attinet ad aqua intercute suffusorũ sectionem, in ea administranda imum ventrem & interanea attingi vetat, ne scilicet intestina aut reliquæ partes necessariæ vulnerentur. Sic lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν in hydrope ex lienis vitio orto magnam cautionem adhibendam esse monet, ne sectio aut vstio altiùs aut vlteriùs adigatur. Lib. quoque περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, tenuissimas ac leuissimas crustas circa vmbilicum inurendas monet, vnamque in vmbilicum, vt aqua emitti possit. Et lib. περὶ παθῶν in hydropicis circa vmbilicum, aut retro ad ilia, sectionem fieri præcipit. At lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν crustas octo inuri iubet,& si in ventrem aqua erumpat, qua parte fluctuat, ferramentis vstionem fieri probat, & sensim humorem educi. Celsus certè hanc sectionem ex veterum opinione his verbis prosequitur. Quidam sub vmbilico ferè quatuor interpositis digitis à sinistra parte. Quidam ipso vmbilico perforato, facere consueuerunt. Quidam cute primum adusta, deinde interiore abdomine inciso, quia quod per ignem diuisum est, minùs celeriter coit. Ferramentum autem demittatur, magna cura habita, ne qua vena incidatur. Paulus [4] tribus interpositis digitis sub vmbilico sectionem facit: alij ad latera vmbilici & laterum inanitates compunctionem faciunt. Recentiores securiore inuento viam pyroticis parant, deinde scalpello aculeato ad medium obliquorum musculorum epigastrij viam faciunt, declinatis hypochondriis & visceribus, magna etiam adhibita cautione ne interanea aut intestina punctionem sentiant. Atque ea est veterum scriptis consentiens ad aquam hydropicorum educendam sectio. Reliqua certè ex Cælio Aureliano cap. vltimo lib. 3. tardarum passionum & Celso cap. 15. lib. 7. & Paulo cap. 10. lib. 6. Aëtio cap. 30. lib. 11. & Albucasi cap. 33. lib. 1. petenda sunt.

[1] *Com. in lib. 4. de rat. vict. in morb. ac.* [2] *Lib. de rat. vict. in morb. ac.* [3] *Cap. 21. lib. 3.* [4] *Cap. 50. lib. 6.*

ὅμοιον γὰρ τοῖσι] Istud valde est perplexum & obscurum. Significare autem videtur non temerè incidendos esse aqua intercute suffusos,& maximè cauendum ne interiora attingantur, aut altior sectio fiat, ne sæuissimi cruciatus aut intensissimi dolores consequantur, quale quid in multis genibus intumescentibus aut flatuoso tumore distentis temerè incidendis contingit. Adacto enim audaciùs & altiùs scalpello, ligamenta aut neruosæ partes compunctæ, conuulsiones, graues consensus & indignationes adferunt (vt loquitur Aurelianus.) Quidam his Hippocratis verbis neruosas musculorum epigastrij desinentias geniculis multis inter se distinctas & similes intelligunt, ideoque in sectione euitari volunt, quod his compunctis grauissimi dolores, inflammationes, aut conuulsiones oriantur, quale quid genibus sectis contingit, quæ ligamentis multis & tendinibus constant,& plurimis ac neruosis musculorum finibus cinguntur. De tabescentium autem & purulentorum inustione ac sectione plura habes apud Hippocratem lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, & lib. 2. & 3. de Morb. & lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον,& Celsum cap. 22. lib. 3. & Paulum cap. 44. lib. 6. & Aëtium cap. 57. lib. 8. In capitis verò vulneribus quomodo serra & sectione vtendum sit fusissimè indicatur lib. de cap. vulneribus.

9 τὰ περὶ καρδίην] Videtur hæc sententia de affectibus qui circa os ventriculi accidunt intelligi, ac præcipuè de vlcere, in quibus vacuationem dissuadet ob exquisitum & insignem partis sensum,& animi ac virium exolutionem, syncopen, cæteraque plurima symptomata quæ ore ventriculi non leuiter affecto accidunt. Cæterùm vitiosa sunt omnia exemplaria quæ ἀπνεῖν scribunt. Constat enim εἰσπνεῖν scribendum esse ex veteri interprete qui flatum attrahere dixit. Cornarius certè ἐκπνεῖν legit. Et in oris ventriculi ardore aut inflammatione, calidum expirare iuuat. ἁλὲς autem pro ἅλις quod ἀρκούντως significat & abunde, ferè omnes sumunt. Sed ἁλὲς condensum, confertum & coaceruatum significare potest, quæ dictio Hippocrati frequens est, vt alibi scribimus. Caluus clausulam istam in totum omisit.

10 φωνὴ] In morbis considerandum monet num quid naturæ ægri respondeat. Quæ namque secundum naturam sunt, ad sanitatem propiùs accedunt. Quicquid autem à natura recedit, quo longiùs ab ea discessit, eò maiorem habet prauitatem, vt multis Hippocratis rescriptis passim testatum habetur. Quod sequitur, ὅτι τὸ φθινῶδες ποιέει τὸ εἶδος, hunc habere sensum videtur, vt in morbis videndum moneat Hippocrates, num talis sit qui toto genere tabitudinem inducat, & num æger ipse ad eam habitudinem natura sit comparatus. Tunc enim ferè fit vt ea naturæ aptitudine in tabem celeriùs incurrat, ac longè deteriùs habeat. Hæc enim ista mihi referre videntur, ἐς τοιοῦτον νόσημα παρίσταται, etsi aliter sumunt interpretes. Atque eò respicere videtur istumque sensum propè aperire quod de tabidis scriptum est ab Hippocrate libr. 1. epidem. † sicque legit Galenus, καὶ μάλιστα ἔθνησκον ὅσοισιν ἐρρίπτει ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες. Quòd ad literam attinet apparet ex Caluo & veteri interprete in veteribus exemplaribus aliquid huic sententiæ præpositum fuisse quod indicaturæ vicem subiret, velut σημεῖον ὀργῆς, aut μανίης καὶ τοιούτων. Cuius rei tamen ne vllum quidem nostris in codicibus vestigium apparet. Quædam etiam exemplaria, τῶν νούσων ὅτι τὸ φθινῶδες ποιέει τὸ εἶδος legunt. Quæ lectio rectè etiam ferri potest.

† *Stat. 1.*

11 αἱ βῆχες κοπιώδεες] Hac sententia indicatur in febribus lassitudinis sensum inducentibus tusses siccas fieri, indéque in articulos abscessum decumbere. Quod certè manifestum est in iis febribus quæ ex vehementibus motionibus contingunt, in quibus ob externos labores tusses siccæ contingunt (vt scribit * Hipp.) & abscessus ad articulos decumbunt, ex Placito 31. & 74. lib. 4. κοπιώδεες verò pro κοπιώδεις (vt aliàs sæpè) habent omnia exemplaria manu scripta. σπαρὸν quoque πόνον ἔχον καὶ βλάβην explicat Erotianus.

* *Aph. 16. Sect. 2. lib. 6. epid.*

12 τὰ πνεύματα] τὸ ἄσημα πνεύματα spiratio obscura & exigua dicitur, & quæ non apparet aut intercepta videtur & ad spiritus defectionẽ accedit, quam ἀπνοίαν dicunt. In syncope, animi deliquiis, moribundis,& vuluæ strangulatu laborantibus hoc genus respirationis apparet,& omnimodam caloris natiui extinctionẽ aut refrigerationẽ indicat. Eumq; in sensum hunc locum explicat Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. τὸ δ' ἐν τοῖς ἐφεξῆς λεγόμενον, ἄσημον πνεῦμα σμικρόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτ' ἀφανὲς, ὅτι καὶ τὰς καλουμένας ἀπνοίας καὶ τὰς ὑστερικὰς πνῖξι συνεδρεύει. τοιοῦτον δέ τι δηλοῦν ἔοικε καὶ αὐτὴ ἡ λέξεως ἐχούσης ὧδε. καὶ τὰ πνεύματα τοῖσι φθινώδεσι τὰ ἄσημα κακά. καὶ τῇσιν ἀτόκοισι, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἀπὸ τῆς καταστάσιος. αἱ γὰρ δὴ ἄτοκοι γυναῖκες, αὗται δ' εἰσὶ σχεδὸν αἱ μὴ καθαιρόμεναι καλῶς ἁλίσκονται μάλιστα ταῖς ἀπνοίαις, ὥσπερ ἁμέλει καὶ ὅσαι χηρεύουσιν ἐπὶ πλεῖστον, ὥσθ' ὅσα μὴ δηλοῖ σαφῶς πνεύματα, μηδ' ἐστιν ἡμῖν καταφανῆ, τοῦτ' ἄσημα κέκληκεν. hoc est, Quæ verò deinceps dicitur spiratio obscura, parua est, ideoq; minimè apparens, qualis & spiritus defectiones, quæ ἄπνοιαι dicuntur, & vteri strangulatus sequitur. Atque huiusmodi quiddã ex ipsa dictione, quæ sic habet, indicare vult. Tabescentibus ac non parientibus spiratio obscura, mala, & quæcumq; alia eius est generis, ex eadẽ constitutione proueniens. Nõ parientes autẽ mulieres (eæ autẽ ferè sunt quæ non probè repurgantur) maximè spirationis defectionibus corripiuntur, non secus profectò quàm quæ diutiùs viro orbatæ sunt. Quare spirationem, quæ neq; apertè apparet, neq; nobis manifesta est, eam obscuram vocat. Quod sequitur καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, alias omnes eiusdẽ generis respi-

ris respirationes obscuras & exiguas respicere videtur, quæ ex simili causarum concursione, hoc est calidi natiui refrigeratione, proueniunt.

[13] τῆς φθίνουσι] Aphorismus est 10. lib. 3. Sic & ad autumnum tabescentes ferè interire scribit Hippocrates lib. 1. & 3. epid. & Prorrh. 2. Vnde & φθινώδες φθινόπωρον & θνειώδες dicitur lib. 2. & 6. epid. Autumnus namque sua inæqualitate & cacochymia (vt scribit Galenus) mala plurima accersit tum verò præcipuè tabescentibus ac extenuatis est noxius, quod eo tempore acris humoris magnus sit prouentus, qui è corde in pulmones subit, aut è capite in thoracem destillat, & tabis causam facit. Quod autem de vere dicitur, ex Hesiodo sumptum videtur, qui veris initium adhuc intemperatum & inæquale describit, Plutarchus etiam in lib. de defectu oraculorum, pestilentem æstatem Medicos prædicere scribit ex vernis fici foliis cornicis pedem referentibus. Quod sanè eam veris ineuntis partem propter inæqualitatem, vt hic quoque suspectam facit.

[14] ἐν Περίνθῳ] Indicat vere ipso tabem plurimos afflixisse in Perintho. Cuius rei quoque simul causa fuerunt tusses per hyemem grassatæ, & diutiùs trahentes morbi, qui in quibusdam dubiam tabem confirmarunt. Afflicta namq; diutino morbo corpora, tabe facilè resoluuntur. Etsi quibusdam renum longis doloribus diuexatis id non contigit, vt nec ei ad quem deductus est à Cynisco Hippocrates.

[15] ὠδύνων] Ista aptè ad morbi tempora referri videntur, quæ ad dolorum genera accommodantur aphorism. 5. lib. 6. iisdem penè verbis, Caluus sanè longè alium sensum secutus est. Et extremam sententiæ partem aliter sumunt interpretes, ad ægros ipsos respicientes.

ΤΜΗΜΑ ΟΓΔΟΟΝ.

1 ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν, αἱ ἀποσιτίαι, κακόν. καὶ ὅκως τε καὶ ἢν ἐπιπυρεταίνωσιν.

2 τὰ περιμάδαρα ἕλκεα κακοήθεα.

3 ὀσφύος ἀλγέοντι, ἀναδρομαὶ ἐς τὸ πλευρόν. καὶ ἐκφύματα ἃ σῆψ καλέεται.

4 τὰ νεφριτικὰ οὐκ εἶδον ὑγιασθέντα ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτεα.

5 τὰ ἐν τοῖσιν ὕπνοισι παροξυνόμενα. καὶ οἷσιν ἄκρεα περιψύχεται. καὶ ἡ γνώμη ταράσσεται καὶ τἄλλα ὅσα περὶ ὕπνον τοιαῦτα, καὶ οἷσι τἀναντία.

6 ὅσῃσι μὴ πρόσθεν εἴσω τοῦ πεπαγμένου χρόνου ἑκάστῃσι τὰ ἐκτιθέμενα ἀπόγονα τῶν.

7 τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίνεται.

8 οἱ πόνοι ἐν περιόδοισιν, ὅ,τι ἐν ἑπτὰ κινέεται, ἐν τριπλασίῃ τελέονται. καὶ ὅ,τι ἐν ἐννέα κινέεται, ἐν τριπλασίῃ τελέονται.

9 καὶ οἱ μετὰ γυναικεῖα τὰ δεξιά. τὰ δὲ ἀριστερὰ χάσκων. ὑγρότης διὰ τῶν ἀπιόντων διαίτης ξηρῆς.

10 οὗ ἂν τὸ θᾶσσον διακριθῇ, κινηθὲν αὖθις αὔξεται βραδύτερον.

11 ἐπὶ πλείονα δὲ χρόνον οἱ πόνοι, τρίτῳ, πέμπτῳ, ἑβδόμῳ. ἐνάτῳ μηνί. δευτέρῳ. τετάρτῳ. ἕκτῳ.

12 τὰ ἐκ σμικροῦ πινακιδίου σκεπτέα.

13 δίαιτα γίνεται πλησμονῇ. κενώσει. βρωμάτων. πομάτων. μεταβολαὶ τούτων οἷα ἐξ οἵων ὡς ἔχει.

14 ὀδμαὶ τέρπουσαι. λυποῦσαι. πιμπλῶσαι. πειθόμεναι. μεταβολαὶ ἐξ οἵων οἷως ἔχουσι.

15 τὰ ἐσπίπτοντα. εἰσιόντα. ἢ ἐξιόντα πνεύματα, ἢ καὶ σώματα.

16 ἀκοαὶ κρείσσονες. αἱ δὲ λυποῦσαι.

17 καὶ γλώσσης ἐξ οἵων οἷα προσκαλέεται.

18 πνεῦμα τοσαύτη θερμότης. ψυχρότης. παχύτης. λεπτότης ξηρότης. ὑγρότης. πεπληρωμένον. μεῖον πνεῦμα δὲ πλεῖον. ἀφ' ὧν αἱ μεταβολαί, οἷαι ἐξ οἵων ὡς ἔχουσι.

19 τὰ ἴσχοντα. ἢ ὁρμῶντα. ἢ ἐνεχόμενα σώματα.

20 λόγοις. σιγῇ. εἰπεῖν ἃ βούλεται. λόγοις οἷσι λέγει, ἢ μέγα, ἢ πολλοὶ ἀτρεκέες, ἢ πλαστοί.

Sectio octaua.

1 In diuturnis intestinorum difficultatibus, ciborum fastidia mala, idque maximè si febris accesserit.

2 Vlcera vndiquaque glabra, maligna.

3 Lumborum doloris ad latus recursatio, & tubercula putrida quæ σῆψ dicuntur, malo sunt.

4 Renum vitia supra quinquagesimum annum sanata non vidi.

5 Animaduertenda sunt quæ per somnos ingrauescunt, & quibus extrema perfrigescũt, mensq; perturbatur, cæteraque id genus quæ per somnos eueniunt, & quibus contra accidit.

6 Quibus certè nihil intra statutum pariendi tempus accidit, iis singulis vitales partus existunt.

7 Quæ gestationis tempore apparent, in quos menses incidant, videndum.

8 Labores certis temporum circuitibus fiunt, & quicquid septuaginta diebus mouetur, ter iisdem in sese ductis perficitur, & quicquid nonaginta diebus mouetur, ter iisdem in sese ductis perficitur.

9 Animaduertendum etiam quod post menstruas purgationes, vteri tum dextra, tum sinistra dehiscũt, quodq; humiditas, quæ per ea quæ prodeunt satis indicatur, siccissimam victus rationem desiderat.

10 Quodq; qui celeriùs efformatur fœtus ac mouetur, rursus tardiùs incrementum accipit.

11 Labores vt plurimùm vterum gerentibus, tertio, quinto, septimo & nono mense contingunt. Item secundo, quarto & sexto.

12 Quæ ex parua tabella desumpta consideranda sunt.

13 Victus ratio ciborum ac potuum repletione ac vacuatione constat, eorumque mutationes, dum ex aliis in alia fiunt, prout se habeant, consideranda.

14 Odores partim oblectantes, partim offendentes, quidam etiam implentes & obsequentes, eorumque mutationes ex quibus contingant, & qualiter se habeant animaduertendum.

15 Eos qui irruunt, intrant, aut egrediuntur spiritus, aut etiam corpora contemplari oportet.

16 Eorum quæ sub auditionem cadunt, quædam meliora esse, quædam verò offendere, videndum.

17 In lingua quoque ex quibus quænam allicantur, videnda sunt.

18 In aëre considerandum quanta insit caliditas, frigiditas, crassitudo, tenuitas, siccitas, humiditas, an plenior, an vero minor & copiosior. In quibus quænam mutationes, & ex quibus fiunt, quomodoq; se habeant animaduertere oportet.

19 Quę continent corpora, aut intus continentur aut in nobis cum impetu mouentur, contemplanda sunt.

20 Sermonis quoque & silentij habenda est ratio, & dicere oportet quæ velit æger, videndumq; quibus vtatur sermonibus, sintne magni, an multi, an veri, aut ficti.

21 Quæ è corpore prodeunt nosse oportet vnde initium ceperunt, aut vbi cessarunt, quamq; sunt diuulsa. Colores quoq; ex quibus aut caliditatem, aut salsuginem, aut dulcedinem, vel tenuitatem, vel crassitudinem inspicere conuenit, num verò æqualiter aut inæqualiter in corpore, quóve tempore eueniant. In quibus omnibus quales mutationes & ex qualibus existunt, considerandum.

22 Contemplandum num eructationem inchoauerit natura, nec obtinuerit.

23 Lachrymæ considerandæ, num volenti, aut inuito, vel multæ, vel paucæ, aut calidæ, aut frigidæ emanent. In quibus etiam crassitudinem & gustum inspicere oportet.

24 Sputum videndum num ex ore æger exscreet, num verò tussi aut vomitione reiiciat.

25 Solis æstus, frigus, humectatio, siccitas, consideranda sunt. Mutatio quoq; per quæ, ex quibus, & ad quænam se habeat.

26 Labores etiam, otia, somnos, vigilias, in considerationem adhibere oportet.

27 Quinetiam quæ in somno fiunt, & insomnia videnda sunt, deinde cubilia quoq; in quibus decumbunt, & ex quibus transferuntur.

28 Mentis quoq; intelligentia videnda est, vt per seipsa constat, citra instrumenta & res externas, an tristitia, aut gaudio, an metu, aut confidentia, an spe aut animi abiectione tentetur. Velut Hippothoi puella quæ mente per se constabat & eorum quæ in morbo contingebant optimè gnata erat.

29 Ætatem quidem ab ætate distinguere oportet, & num priùs aut posteriùs quàm conuenit, quid cótingat. Velut si quid hyeme resolutione tentatum sit, & ætate senili, aut puerili, & æstate, aut priùs, aut posteriùs quàm conueniat. Dentium eruptiones, capillorum exortus, seminis eiectio maior aut minor, pilorum incrementum, crassitudo, robur, imminutio.

30 Quod cognatum est, & quod per sese constat, & quò maior aut minor inest cognatio, contemplari oportet.

31 Anni quoq; tempestas consideranda est quæ maturior aut serior contingit, & quæ assiduis imbribus madens, aut impensè sicca extitit, frigida aut calida, ventis carens, aut quibus ventis perflata. Videndum quoq; num ista temporis initio, aut medio, aut fine, aut assiduè, aut iam præterito, aut adhuc præsente contingant.

32 Morbi etiam horam & tempus contemplari oportet, & quæ in morbis accidunt, circuitus, ex hisq; quinam maiores, & quinam longiores, & incrementa. Totius quoque morbi incrementum, aut remissio, aut vigor, & quod magis quodq; minùs confecerit, & quando, & quanam ratione, & quanam hora & ætate in considerationem adhibenda sunt.

33 Populariter grassantium morborum inspicienda natura est, ac si quis eorum sine vomitu initium sumpserit, veluti an post epotum medicamentum aluus quibusdam sistatur, an parum purgetur.

34 Fortè etiam considerandi sunt exactè albescentes si febricitent, quorum etiam labra inspicere oportet, quale quoque febris genus & tempora.

35 Corpus quoq; & actio in considerationem adhibeatur, tũ visio, auditio, tactio, nasus, lingua & ratiocinatio.

36 Tumores in superioribus palpebris relictos considerare oportet. Aliis namque circum gracilescentibus morborum reuersiones denunciantur. Videndæ quoque sunt palpebræ quæ in extremitate aliquantulum rubescunt & indurantur, atque inter eas maximè glutinosæ, extumescentes, quæque in his continentur, quale quid Pharsalo Polymedæ contigit.

37 Tumores prorumpentes, aut liuores, in lippitudinibus, aut vlceribus considerandi sunt. Quinetiam quæ ex tuberculis aut suppurationibus deferuntur inspicere oportet.

21 τὰ ἀπιόντα εἰδέναι ὅθεν ἤρξατο, ἢ ὅπη ἐπαύσατο, ἢ ὅσον διεσπάσατο. χρώματά τε οἷσιν, ἢ θερμότητα, ἢ ἁλμυρότητα, ἢ γλυκύτητα, ἢ λεπτότητα, ἢ παχύτητα. ὁμαλῶς ἢ ἀνωμάλως. τὸ σῶμα. τὸν χρόνον. αἱ μεταβολαὶ οἷαι ἐξ οἵων ἔρχονται.

22 ἤρξατο ἔρυξιν, οὐκ ἐκράτησε.

23 δάκρυα, ἑκόντι. ἀέκοντι. πολλά. ὀλίγα. θερμά. ψυχρά. πάχος. γεῦσις.

24 πτύαλον αὐτόθι ἀναχρεμπτόμενον, ἢ ἀναβήσσοντα. ἔμετος.

25 ἡλίου θάλπος. ψῦχος. τέγξις. ξηρότης. μεταβολὴ διὰ οἷα, ἐξ οἵων, ἐς οἷα ἔχει.

26 πόνοι. ἀργίαι. ὕπνοι. ἀγρυπνίαι.

27 τὰ ἐν ὕπνῳ ἐνύπνια. κοῖται. καὶ ἐφ' οἷσι, καὶ ὑφ' οἵων.

28 καὶ τῆς γνώμης ξύνοια, αὐτὴ καθ' ἑαυτήν, χωρὶς τῶν ὀργάνων καὶ τῶν πρηγμάτων. ἄχθεται. καὶ ἥδεται. καὶ φοβέεται. καὶ θαρσέει. καὶ ἐλπίζει, καὶ ἀδοξέει. οἷον ἡ Ἱπποθόου ἡ κούρη. τῆς γνώμης αὐτῆς καθ' ἑωυτήν, ἐπίσημος ἐοῦσα τῶν ἐν τῇ νούσῳ ἐπιγινομένων.

29 ἡλικίην μὲν ἡλικίης. καὶ ἢ πρότερον ἢ ὕστερον τοῦ δέοντος. οἷον εἰ παρελύθη ἐν χειμῶνι, καὶ γέροντι τὴν ἡλικίην, ἢ νηπίῳ. καὶ θερείης ἢ πρότερον ἢ ὕστερον τοῦ δέοντος, ὀδόντων ἐκβολαί. τριχῶν φύσιες γόνος τὸ μᾶλλον καὶ ἧσσον. τριχῶν αὔξησις. παχυσμός. κρατυσμός. μινύθησις.

30 τὸ ξυγγενές. καὶ τὸ καθ' ἑαυτό. ὅσῳ μᾶλλον καὶ ἧσσον.

31 τοῦ ἔτεος ἡ ὥρη, ἐν ᾗ τε καὶ προφίτερον ἢ ὀψίτερον. ἡ ὥρη ἐν ᾗ ἐγένετο ἔπομβρος ἢ αὐχμηρή. ψυχρὴ ἢ θερμή. νήνεμος ἢ ἐπήνεμος. καὶ οἵων ἀνέμων. τῆς ὥρης ἐν ἀρχῇ ἢ μέσῃ, ἢ ἐσχάτῃ. ἢ διὰ παντός. παροιχομένης ἢ παρεούσης.

32 ὥρη τῆς νόσου. ὁ χρόνος. τὰ ἐπιγινόμενα. αἱ περίοδοι, καὶ τῶν περιόδων αἱ μείζονες. καὶ αἱ διὰ πλείονος. αἱ ἐπιδόσιες. καὶ ἡ τῆς ὅλης νόσου ἐπίδοσις. ἡ χάλασις. ἡ ἀκμή. καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧσσον ἀποτελέουσα, καὶ ὅτε. καὶ ὁποίως. καὶ ἐν οἵῃ ὥρῃ, καὶ ἡλικίῃ.

33 τῶν ἐπιδημουσέων νόσων οἱ τρόποι, καὶ εἴ τις τῶν ἀρχομένων ἄρξαιτο ἀνέμετος. οἷον ἢ πιόντες τι, κατισχόντες, ἢ βραχὺ καθαιρόμενοι.

34 πυρετώδεες ἴσως οἱ ἔκλευκοι. ὧν καὶ χείλεα. οἷος ὁ τρόπος. οἱ χρόνοι.

35 τὸ σῶμα. ἔργον. ἐς τὴν σκέψιν. ἀκοή. ὄψις. ἀκοή. ῥίς. ἁφή. γλῶσσα. λογισμός.

36 καταμανθάνειν τὰ ἐν τοῖσι βλεφάροισι τοῖς ἄνω καταλειπόμενα οἰδήματα. τῶν ἄλλων περισχναινομένων ὑποστροφαί. ἐν δ' ἄκρῳ ὑπέρυθρα σκληρά. καὶ πάνυ τούτοισι γλίσχρα. καὶ ἀνιστάμενα. καὶ ἐνεχόμενα ἐν τούτοισιν, οἱ Φαρσάλῳ Πολυμήδᾳ.

37 τὰ καταρρηγνύμενα οἰδήματα, ἢ πελιώματα, ἢ ἐπ' ὀφθαλμίαις ἢ ἑλκέσιν. ἀλλὰ γὰρ τὰ ἐκ τῶν φυμάτων καὶ ἐμπυημάτων καταφερόμενα.

38 ὑστέρων σημεῖον ἀμφιδίμητον στρόφοι περὶ τὸν ὀμφαλόν. καὶ ὀδύναι ἔστιν ὅτε ἀπὸ πράσων. ἀτὰρ καὶ ἀπὸ σκορόδων τούτοισιν ὕστερον.

39 ἐρυσίπελας τοῖς ἐστὶν οἷσιν ἀπὸ τραχήλου. καὶ περὶ τὸ ἐν προσώπῳ ἔκρινεν. τὰ μέλανα καὶ οἷσι τραχήλοισι κακά. καὶ εἰ φλυκταίναι κακά. καὶ οἷσι ταρακτικά.

40 ὁ μελαγχολικὸς ὁ Ἀδάμαντος ἀπὸ πεπλίων πλεόνων ἤμεσε ποτὲ μέλανα, ἄλλοτε ἀπὸ κρομμύων.

41 οἱ πυρετοὶ, ἐν οἷσιν ἑλκοῦνται χείλεα ἴσως διαλιπόντες. καὶ τεταίοισι ψύξιες. οἱ δὲ περιχαέες αὐτίκα πρὸς τὴν χεῖρα λυόμενοι ἀεί.

42 ὅτι ἔνεστιν ἐν τοῖσιν ἄρθροισι σκεπτέον. ἦρα οὐκ ἐμπυοῦνται.

43 ἔθος δὲ ἐξ οἵων ὑγιαινόμενοι. διαίτῃσι, σκέπῃσι. πόνοισι. ὕπνοισι. ἀφροδισίοισι. γνώμῃ.

44 ὅπως τὰς νόσους. ἀπὸ τίνων τίνα σχήματα. ἐφ' οὓς τόπους ἐτράποντο. ἤρχοντο. παρῆσαν. ἐπαύσαντο.

45 ἐν οἷσιν ἀκρατὴς φοβερός.

46 τὰ ἐναντία ἐν τῇ νούσῳ διαιτήματα.

47 τὸ εὔφορον. τὸ δύσφορον.

48 αἱ δίαιται ὅσον γνωσταί. μὴ ἐξειδῆσαι. συμφοραὶ γὰρ πολλαί.

49 ἀγαθοῖσι δὲ ἰητροῖσιν, αἱ ὁμοιότητες πλάνας καὶ ἀπορίας. ἀλλὰ τὰ ἐναντία ἡ πρόφασις εἶναι. ὅτι χαλεπόν ἐστιν ἐκλογίσασθαι εἰδότα τὰς ὁδούς. ὅτι εἰ φοξός. εἰ σιμός. εἰ ὑπόξηρος, εἰ χολώδης δυσήμετος. χολώδης μέλας. νέος, εἰκῇ βεβιωκώς. ἅμα τούτων πρὸς ἄλληλα ξυνομολογήσασθαι χαλεπόν.

50 ᾧ τὸ συρίγγιον ἐπαλιρρήγνυτο, βηχία ἐκώλυε διαμένειν.

51 ᾧ ὁ λοβὸς τοῦ ἥπατος ἐπεστράφη διέσεισα. ἐξαίφνης ὁ πόνος ἐπαύσατο.

52 Σάτυρος ἐν Θάσῳ, παρωνύμιον ἐκαλεῖτο γρυπαλώπηξ, περὶ ἔτεα ἐὼν πέντε καὶ εἴκοσιν, ἐξωνείρωσσε πλεονάκις. προῄει δ' αὐτῷ, καὶ δι' ἡμέρης πλεονάκις. γενόμενος δὲ περὶ ἔτεα τριάκοντα, φθινώδης ἐγένετο, καὶ ἀπέθανεν.

53 ἐν δὲ Ἀβδήροις ὁ παλαιστροφύλαξ, ὁ καὶ Σθενέος λεγόμενος, παλαίσας πλείω πρὸς ἰσχυρότερον. καὶ πεσὼν ἐπὶ κεφαλήν, ἀπελθών. ἔπιε ψυχρὸν ὕδωρ πουλύ. μετὰ δὲ τὰ ἐκείνης τῆς νυκτὸς, ἀγρυπνίη. δυσφορίη. ἄκρεα ψυχρά. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, εἰσῆλθεν εἰς οἶκον. καὶ τῇ κοιλίῃ βαλάνου προστεθείσης, οὐχ ὑπῆλθεν. οὔρησε δὲ σμικρόν. πρότερον οὐδὲν οὐρήσας. ἐς νύκτα ἐλούσατο. οὐδὲν ἧσσον ἀγρυπνίη καὶ δυσφορίη. παρέκρουσεν. ἐόντι δὲ τεταρταίῳ, καταψύξις ἀκρέων. ἐκθερμανθεὶς ἵδρωσε. πιὼν δὲ μελίκρητον ἀπέθανε τεταρταῖος.

54 οἱ μελαγχολικοὶ, καὶ ἐπιληπτικοὶ εἰώθασι γίνεσθαι ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. καὶ οἱ ἐπιληπτικοί, μελαγχολικοί. τούτων δὲ ἑκάτερον μᾶλλον γίνεται, ἐφ' ὁπότερα ἂν ῥέψῃ τὸ ἀρρώστημα. ἢν μὲν ἐς τὸ σῶμα, ἐπίληπτοι. εἰ δὲ ἐπὶ τὴν διάνοιαν, μελαγχολικοί.

55 ἐν Ἀβδήροις Φαέτουσα ἡ Πυθέου γυνή, ἡ κύουσα ἐπίτοκος ἐοῦσα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον. τοῦ δὲ ἀνδρὸς αὐτῆς φυγαδευομένου, τὰ γυναικεῖα ἀπελήφθη χρόνον πουλύν. μετὰ δὲ ἐς ἄρθρα πόνοι καὶ ἐρυθήματα. τούτων δὲ ξυμβάντων, τό τε σῶμα

38 Vteros affectos indicabunt tormina circa vmbilicum & dolores, qui interdum à porro, quinetiam & ab allio his postea contingebant.

39 Nonnullis etiam erysipelas à ceruice ortũ duxit, eodemq; ferè tempore in facie iudicabatur. Nigra quoq; quibus in collo erant, mala, tum etiam si pustulæ erumpebant, aut quibus aluus perturbabatur.

40 Atra bile vexatus Adamantus, multo sumpto peplio interdum nigra vomitione reiecit, quod aliquando etiam à cepis contigit.

41 Febres in quibus labra exulcerantur, ferè intermittunt, & tertianis perfrigerationes adsunt. Deurentes vero statim ad manus contactum semper solutæ apparent.

42 In articulis quale quid insit considerandum, num etiam suppurationem faciant.

43 In valetudinis autem ratione consuetudo spectanda est, in victu, tegumentis, laboribus, somnis, rebus venereis & animi affectibus.

44 Considerare morbos oportet, qualiter, ex quibus, quasnam formas habeant, ad quos locos conuersi sunt, quo tempore cœperunt, affuerunt, cessarunt.

45 Videndum in quibusnam in continenti metum iniicere oporteat.

46 In morbo contraria victus ratio adhibenda.

47 Videndum etiam quod facilè & quod ægrè aut cum molestia fertur.

48 Victus ratio quoad eius fieri potest dignoscenda est. Hanc enim non penitùs perspectam habere calamitatis plena res est.

49 Optimis verò medicis similitudines imponunt & difficultates pariunt. Contraria verò causa efficit, quæ qualis sit consideranda venit. Et sanè difficile est curandi viam ratiocinatione assequi, veluti num acuminato sit capite, si resimis naribus, si aduncis, si biliosus & ægrè vomat, si bile atra præditus, si iuuenis, si negligenter & temerè vixerit, de iisq; simul inter se conuenire est difficile.

50 Quendam cui parua fistula rursus rumpebatur, tussiculæ quiescere non sinebant.

51 Quendam cui iecoris fibra in sinus contracta fuit concussi, & continuò dolor cessauit.

52 Satyrus in Thaso cognomento Grypalopex, cùm viginti quinque annorum esset, sæpiùs inter dormiẽdum seminis profluuium expertus est, eiq; semẽ inter diu frequenter promanabat. Cùm autem trigesimum annum ferè attigisset, tabe correptus mortuus est.

53 Abderis palæstræ custos quidam Stheneus nomine, cum valentiore multum luctatus, & in caput lapsus, digressus, frigidam copiosè hausit. Post hæc verò nocte illa insomnia, corporis incontinentia & iactatio, ac extremorum frigiditas contigit. Postridie domum ingressus, glande aluo apposita, nihil demisit, paucam autem vrinam reddidit, cùm antea nullam reddidisset. Sub noctem lotus, nihilominus insania & corporis incontinentia vexatus, delirauit. Tertio verò die extremorum perfrictio adfuit, excalfactus sudauit. Epota autem mulsa tertio die mortuus est.

54 Atra bile vexati morbo quoq; comitiali corripi magna ex parte consueuere, & morbo comitiali laborantes atra bile diuexari. At horum vtrunq; magis accidit, prout ad alterutram partem morbus inclinarit. Etenim si in corpus, morbo comitiali laborant, si verò in mentem, atra bile vexantur.

55 Abderis Phaëtusa Pythei coniunx antea per iuuentam fœcunda erat, viro autem eius exultante diu menses defecerunt, ex quo postea dolores & rubores ad articulos exorti sunt. Quæ vbi contigerunt, tum cor-

pus virile, tum in vniuersum hirsutum est redditum, barbaq; est enata, & vox aspera reddita. Sed cum omnia quæ ad menses deducendos facerent tentassemus, non profluxerunt, verum haud ita multo post vita functa est.

56 Idem quoq; in Thaso Namysiæ Gorgippi cõiugi contigit. Omnibus autem medicis cum quibus etiã collocutus sum, vnica spes adesse visa est, ad muliebrẽ naturam reduci posse, si menses secundum naturam procederent. Verùm etsi omnia moliremur, huic prodire nequiuerunt, sed paulò post mortua est.

ἀνδρώθη, καὶ ἐδασυώθη πάντα. καὶ πώγωνα ἔφυσε. καὶ φωνὴ τρηχεῖη ἐγένετο. καὶ πάντα πραγματευσαμένων ἡμέων ὅσα ἦν πρὸς δὲ τὰ γυναικεῖα καταστῆσαι, οὐκ ἦλθεν, ἀλλ᾽ ἀπέθανεν, οὐ πολλὸν μετέπειτα χρόνον βιώσασα.

56 Ξυνέβη δὲ καὶ Ναμυσιῇ τῇ Γοργίππου γυναικὶ ἐν Θάσῳ, τὸ αὐτό. ἐδόκει δὲ πᾶσι τοῖσιν ἰητροῖσιν οἷσι κἀγὼ ἐνέτυχον, μία ἐλπὶς εἶναι, ὡς γυναικωθῆναι, εἰ τὰ κατὰ φύσιν ἔλθοι. ἀλλὰ καὶ ταύτῃ οὐκ ἠδυνήθη πάντα ποιεόντων ἐπελθεῖν. ἀλλ᾽ ἐτελεύτησεν οὐ βραδέως.

[1] ἐν τῇσι μακρῇσι] Placitum est 3. lib. 6. iisdem ferè verbis expressum. Nos autem codicum pluralitatem secuti, octauæ sectionis hîc initium fecimus, etsi aliter sentiunt omnes interpretes.

[2] τὰ περιμάδαρα] Aph. est 4. lib. 6. vbi tamen περιμάδησαν & in quibusdam περιμάδαρα legitur, sed vitiosè, περιμάδαρα enim ex hoc loco legendum. μαδαρὸς enim glabrum, depilem & læuem significat. & Hesychio μαδαρὸς, ψιλός dicitur. Huc accedit quod Erot. hunc locum subindicans περιμάδαρα ἕλκεα bis legit & explicat ἄτυφα καὶ ἄτριχα, καὶ ἀνώμαλα ἕλκεα (si modò vera est lectio) ἄτροφα enim alij legũt.

[3] ὀσφύος ἀλγέοντι] Cùm amplissima sint ad lumbos vasa, magna eò materiæ copia per morbos confluit, quæ si ad pectus aut thoracem recurset, suppurationem minatur, vt scribitur in Prognost. Sic crebræ quoque è lumbis ad caput, stomachum & pectus ἀναδρομαὶ aut recursationes meritò damnantur in Cois Præsagiis. Hîc autem σὴψ putredinem indicat, vnde tubercula putrida rectè dici videntur, quæ tabem, suppurationem, tandemque summum ex putredine exitium indicant. Quemadmodum lib. 3. epid. " in putredinis sobole annumerat Hipp. scribens: καὶ ἄλλα ἃ σὴψ καλέεται, ἐκθύματα μεγάλα. Sic enim quidam codices legunt. Aut σὴψ, σῆψιας καὶ σηπεδόνας indicat, quarum in aphorismis meminit. Ideoque Erotiano hîc σὴψ, σηπεδὼν explicatur. Hos nanque locos planè mihi subindicare videtur. Vetus quoque interpres rectè putredinem vertit. " *St. pest.*

[4] τὰ νεφριτικὰ] Aliter aph. 6. lib. 6.

[5] τὰ ἐν τοῖσιν ὕπνοισι] Somnus requietem corporibus & medicinam quandam laboris affert, vt scribit " M. Tullius. Vbi igitur à somno ingrauescunt & peiora redduntur symptomata, quæ alioqui remitti debuerant, certa pernicies indicatur, ex aph. 1. lib. 2. Quod sane animaduertendum hæc sententia indicat. ἐν ᾧ γὰρ ἥκιστον ὠφελιμώτατόν ἐστιν (scribit " " Gal.) ἐὰν πρὸς τῷ μηδὲν ὠφελεῖν ἔτι καὶ βλάπτῃ, θάνατον εἰκότως δηλώσει. Solent autem ex somnis, vbi læsio contingit, febres, dolores, aut fluxiones ingrauescere, & deliria augeri, & ex calidi natiui imbecillitate ac extinctione, extremorum perfrictiones accidere, vt etiam scribit Gal. Ita quoque quæ contra accidunt ex somno commoda animaduertenda sunt, vt aph. 2. lib. 2. βλάβαι δ᾽ ἐξ ὕπνων εἰσὶν αἱ τῆς ὠφελείας ἐναντίαι, vt illic scribit Galenus.
" *Lib. 5. de finib. bon. & mal.* " " *Com. ad Aph. 1. lib. 2.*

[6] ὅτῳ μὲν] Hanc sententiam lib. 2. epid. † abunde aperuimus, vt iisdem penè verbis repetitur. † *Sect. 3.*

[7] τὰ ἐπιφαινόμενα] Repetitur quoque hæc sententia lib. 2. epid. * τὰ ἐπιφαινόμενα verò quæ toto gestationis tempore in vterum gerentibus apparent & superueniunt intelligi possunt, peculiariter verò menstruæ purgationes, vt lib. 4. epid. Quæ quibus mensibus eueniant, diligenter certè sunt animaduertendæ. * *Sect. 3.*

[8] οἱ πόνοι ἐν περιόδοισιν] Hanc etiam sententiam lib. 2. epid. aperuimus vnde & οἱ πόνοι legi debet, etsi exemplaria manu scripta quædam cum publicatis τόκοι legunt. Quæ lectio quoq; ad Italica exemplaria redundauit. Hic quoque ἑπτὰ pro ἑβδομήκοντα, vt & ἐννέα pro ἐνενήκοντα ponitur, ex quibus septem dierum decadas, aut etiam nouem dierum decadas intelligere oportet, quòd ferè in dierum decadas & motionis & partionis tempus incidat. Etsi hebdomadum decadas multo frequentiùs accommodat Hippoc. lib. περὶ σαρκῶν. ἑβδομήκοντα verò legitur lib. 2. epid. Ex quo etiam quidam alteram sententiæ partem, quæ nouimestres fœtus respicit explodunt, quod neque quibusdam in membranis legatur. Sed certè ea dierum ratio optimè ad motionis & editionis tempus ex Hipp. mente accommodatur, vt nec temerè à veteri interprete adscribitur. Sic quoq; non obscurè Macrobium reconditissimæ scientiæ virum legisse apparet lib. 1. † in Somnium Scip. cùm numeri senarij & septenarij dignitatem ex partionis perfectione æstimat. † *Cap. 6.*

[9] καὶ ὅτι μετὰ γυναικεῖα] Huius quoq; sententiæ explicationem habes amplissimam lib. 2. epid. Certum est autem hunc locum à Gal. indicari in exegesi cùm scribit, χασκὸν, περὶ τούτου ὁ Διοσκουρίδης ἀναγινώσκει. καί φησιν οὕτως εἰρῆσθαι τὰ μήτρας διὰ τὸ αἰτιώμενον. χάσκων tamen legunt omnia exemplaria manu scripta, à χασκάω pro χάσκων, aut χασκὸν participiũ erit quemadmodũ sumpsisse videtur Dioscor. apud Gal. & quicquid hiat aut dehiscit intelligitur, quo nomine vterus notatur, tuncq; ὅ, τι leg. videtur, aut certè τὸ σῶμα subaudiendum.

[10] ἐν τῷ θᾶσσον] Id quoque legitur lib. 2. epid. licet paulò aliter, ibique à nobis explicatur.

[11] ἐπὶ πλείονα δὲ χρόνον] Labores hîc dicuntur quicquid toto gestationis tempore contingit in fœtus conformatione, perfectione, motu, emissione, aut abortione. Solent verò abortiones ferè ante septimum in omnes menses cadere. In parium mensium ratione quædam exemplaria secundi & quarti tantum meminerunt. Quod propiùs ad ea quæ scribuntur lib. 2. epid. accedit, vbi etiam ista sententia aliter repetitur. Alia quoque præter sextum, octauum & decimum addunt, quod in eum mensem partionis tempus, ex Hippocratis & Philosophorum omnium decretis, exeat. Vetus etiam interpres octauum addit. Quædam etiam membranæ ἐπὶ πλείονα χρόνον extremæ sententiæ coniungunt, quos secutus est Cornarius.

[12] τὰ ἐκ τοῦ σμικροῦ πινακιδίου] Hac inscriptione notatos fuisse libros epid. à Thessalo Hippoc. filio descriptos. scribit Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. quod velut ex pugillaribus ac diariis patris monimenta simul coëgerit ac digesserit. Apparet igitur hoc esse programma quoddam ac velut indicaturam eorum quæ ex breuibus aduersariis desumpta sunt. Idem quoq; Gal. Com. 2. in lib. 3. epid. multa ad calcem huius libri adiecta esse scribit. Hîc verò plurimi octauæ sectionis initium statuunt. Et certè apparet quæ ex his pugillaribus desumpta sunt, præcipua quædam rerum esse capita medico diligenter animaduertendarum in tota victus ratione, ac velut scopos quibus intentum esse medicum oporteat in toto opere medico tum ad sanitatem tuendam, tum ad morbum profligandum.

[13] Victus ratio vt plurimùm in morbis curandis potest, ita summa eius ratio in potu & cibo præcipuè habenda est, eorumq; mutationes ex quibus & in qualia fiunt quomodoq; se habeant, diligenter considerandæ sunt. Hîc autem pro πλησμονὴν & κένωσιν omnes cibi ac potus quæ fiunt intra modum exuperantias intelligit, non eas quæ supra modum fiunt, vti aph. 4. & 22. lib. 6.

[14] ὀδμαὶ] Odorum non est minima ratio in victus ratione, ideoque etiam plurimus vsus in re medica, quem hîc innuere videtur eorumq; mutationes maximè esse animaduertendas. πειθόμεναι verò dici videntur odores qui in vsum corporis facilè cedunt, quasi obsequentes & parentes, quibus spiritus reficiuntur ac vires recreantur. Ideoque vetus interpres proficientes dixit, eoque refertur quod scriptum est lib. περὶ τροφῆς: ὁκόσοι ταχείης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴημα εἰς ἀνάληψιν δυνάμιος κράτιστον. ὁκόσοι δὲ ἔτι ταχυτέρης, δι᾽ ὀσφρήσιος. Reliqui interpretes ad dolorum mitigationem retulerunt, & placantes dixerunt.

[15] τὰ ἐσπιπτόντα] Externi aëris corpus nostrum ambientis vim ac mutationem in ratione victus maximè contemplari medicum oportet, tum in sanitate tuenda, tum etiam in morbis profligandis. Cuius etiam maximè necessarius vsus in respiratione (quæ in spiratione & expiratione constat) considerandus Sic & eorum quæ corpora nostra subeunt, aut ex his expelluntur, vires ac mutationes maximè animaduertere oportet, velut cibi, potus cæterorumque id genus quæ admouentur & excrementorum. Atque horum omnium mutationes sedulò animaduertendas diligenter præcipit lib. περὶ χυμῶν Hippocrates. Vetus interpres ἐξιόντα non legit, in quo continentis nos aëris tantum rationem habere, aut certè expirationis nihil meminisse videtur.

[16] ἀκοαὶ] Sub auditionem veniunt sermones, narrationes, voces, rumores, cæteraque id genus quæ ægrum plurimum afficiunt, quorum etiam maxima ratio habenda.

[17] καὶ γλώσσης] In victus quoque ratione tum ægrorum tum sanorum, gustus maximum habet momentum, cuius mutationes diligenter sunt medico animaduertendæ vt ex his tam humorum morbos committentium, quàm affectuum ipsorum naturam cogni-

tam

A tam habeat. Appetentiæ quoque magna est habenda ratio in qua excitanda nos ægro plurimum persæpe vendicare oportet. Quo sanè mihi illud [Greek] præcipuè respicere videtur, etsi de inhærentibus linguæ succis dici potest.

[18] πνεῦμα] πνεῦμα hic spiritum & aerem externum, vt alias sæpe, apud Hipp. significat, cuius secundum qualitates immutatio in tota victus ratione plurimum potest, tum in ægris, tum etiam in sanis. Exemplaria manu script. Regia duo [Greek] ψυχρότερα, παχύτερα, λεπτότερα, ξηρότερα, ὑγρότερα. Quam lectionem etiam secutus videtur vetus interpres, & pro [Greek] legisse. Reliqua cum publicatis consentiunt.

[19] τὰ ἴσχοντα] Multum est celebris & Gal. decantata ista sententia, qua triplicem corporis nostri substantiam complectitur Hipp. Sic enim eam explicat Gal. lib. 1. de diff. feb. & lib. de rigore & author Isagoges. Vt autem eam ex qua corpus nostrum constituitur naturam probè medico cognitam esse vult Hipp. ita certe in eius triplicis substantiæ cuiusque proba & temperata commoderatione & ordine sitam esse sanitatem indicat. Ideoque vniuscuiusque immoderationē aut vitium, quamque immutationem faciat considerandum esse hæc sententia monet. Quod etiam his verbis elegantissimè complectitur Aretæus: [Greek], hoc est, Vbi enim natura valet, & bene temperata est, omnia quidem superat, omnibus etiam sui significationem præbet, & per humorem, spiritum, & solida, horumque conuenientem ordinem & probam commoderationē, hominis vitam moderatur. Eodem quoque sensu in nobis tria
B partium genera contineri scribit Alex. quæst. 14. lib. 2. ὑγρά, στερεά, καὶ πνεύματα. Hic autem animaduertendum est in his omnibus locis quæ ex Gal. adduximus, alio quodam ordine recenseri quàm in omnibus exemplaribus habeantur, sed τὰ ἐνορμῶντα, vt mediā habent naturam, ita & medio ordine constitui. Quod certè non temerè, sed naturæ instituto ordine fieri, omnis est ex Gal. satis probatum lib. 1. de diff. feb. Id quod etiam rectè viderunt omnes quotquot sunt interpretes, præter Caluum, qui ista eo ordine a Gal. descripto legerunt. Quod neque etiā veterem interpretem fefellit. ἐνορμῶντα verò aptiùs dicuntur, quæ quandoque ἴσχοντα, vt ea quæ in nobis cōtinentur, & quæ nostram essentiam constituunt faciliùs indicent, quæ sunt (vt loquitur Isagoges author) [Greek] Ἱπποκράτης χυμοὺς τέσσαρας. ἐνορμῶντα etiā dicuntur, quæ hic [Greek], vt ea aptissima appel-
C latione, & rei naturam omninò exprimente, spirituum in nobis motus & impetus, eorumque vis ac naturæ tenuitas explicetur, qua celerrimè quaquauersum feruntur, in omniaque quantumuis crassa & densa repente se insinuant. Quam rei notationē aptissimè his verbis videtur explicare Gal. lib. de rigore: ἐνορμῶντα δὲ τὰ πνεύματα. [Greek]. Etianè non ineptè quidam hanc ipsam appellationem ad spiritus vim, vehementiam & incursionem, potius quam ad substantiæ tenuitatem referunt. Quam autem ista omnia inter se relationem habeant, & vnde eiusmodi appellationem sint sortita, etsi apertissimè Gal. innuit, fusissimè tamen & doctissimè à Syluio præceptore Com. in lib. de diff. febr. est explicatum. Monendum hic quoque videtur omnia exemplaria manu scripta cum publicatis consentire. [20] λόγοις] Id referri potest ad eam quam apud ægrum aucupatur gratiam Medicus, vt ei gratificetur in omnibusque se accommodet. Rectè tamen mihi accommodari videtur ad ægri peculiarem naturam, in qua quænam sit ex morbo commutatio facta, videndum consulit Hipp. Quod certe facilè ex ægri sermonibus, aut silentio,
D & voce indicatur, indeque de morbo præsagium instituitur. Quo pertinet quod ab Hipp. in Prorrh. scriptum est, [Greek] κακόν. Quam etiam ex voce immutationē considerandam esse * prius quoque monuit. Illud verò [Greek], si ad ægrum referas, hanc habebit notionem, vt ex illius sermonibus de mentis & rationis constantia iudicium facias si non aliena aut delira, sed quæ ad rem faciant, loquatur. Deinde vt ægri naturam ante morbum cognitam habeas, an multis, magnis, an veris aut simulatis sermonibus vteretur. Ex quibus omnibus quænam immutatio facta sit, vti de morbo faciliùs æstimes, considerandum. Vetus interpres paruos & paucos sermones etiam addidit, qui magnis & multis opponuntur. Cuius lectionis vestigia nusquam apparent. μέγα verò habent omnia exemplaria manu scripta quæ adhuc videre licuit, etsi quidam μεγάλα legunt. * Aph. 10. Sect. 7.

[21] τὰ ἀπιόντα] Hæc sententia rectè sudoribus accommodatur, quorum magnam considerationem habendam esse, tum eorum quoque mutationes diligenter esse inspiciendas medico monet. Illud verò [Greek], de diuulsis ac disparatis sudoribus, quique
E temporis continuitatem non seruant, mihi accipi posse videtur. Alij quantum à sudoribus dissipatum aut distractum sit intelligunt, vt quantum sudores dissiparint videndum sit, huncque locum [Greek] legunt, quemadmodum & Caluus, & vetus interpres. Istam tamen lectionem ex omnibus codicibus retinuimus. Istud quoque [Greek], sudorum colores diligenter inspiciendos indicare videtur, ex quibus quoque tum primarum, tum etiam secundarum qualitatum differentias facilè eliceas, etsi paulò aliter sumpserunt interpretes.

[22] ἤρξατο ἐρυγῇ] ἐρυγὴ idem quod ἐρυγμὸς aut ἔρευξις Hippocrati significat, sed hic pro quauis excrementorum expulsione & reiectione sumi videtur siue quòd ex vno eructationis velut euacuationis genere reliquas intelligat, siue quòd ἔρευξις Hippocrati, non modo quancunque flatuosi spiritus, vndecunque prodeat, vacuationem significat, sed etiam quamuis humorum excretionem, vt scribit Gal. Com. 2. in hunc lib. his verbis: [Greek]. Qua certè non absimili translatione scribitur in Prorrhetico, [Greek], abscessum ad aures eructare, hoc est reiicere, producere & effundere. Sic quoque & ἐρυγὴν in exegesi Galenus [Greek]
F explicat, vt & [Greek], etsi prior expositio quibusdam tantum in codicibus legitur. Videndum igitur monet num natura aliquam excrementorum expulsionem molita sit in quo certè si deficit, iuuanda est. Aut certe eructationem aliquando moliendam esse significat, quæ præcipuè vtilis est vbi flatus in ventre continentur, neque infra exitum habent, quod hoc modo stomachus imbecillior, non secus ac exercitatione corpus corroboretur. Quod etiam his verbis antea monuisse * Hippocratem voluit, [Greek]. In hac ergo flatus cæterorumque excrementorum reiectione aut expulsione, si natura molitionem aggressa fuerit, quam nec obtinere possit, omni ope iuuanda est. Caluus non ἐρυγὴν sed [Greek], aut aliud quid tale legisse videtur.

* Aph. 24. Sect. 2.

[23] χολῆς] Sic legunt exemplaria omnia publicata & Regium vnum manu scriptum reconditioris vetustatis. Reliqua χύσις habent, quomodo sumpserunt omnes interpretes cum Caluo. Potest certe χύσις ferri vt crassitudini opponatur, & liquationem, fu-
G sionem, tenuitatemque indicet, quam etiam quidam per se adscribunt. χολῆς verò gustum & saporem in lachrymis contemplandum indicat. Quam lectionem vt magis receptam & popularem secuti sumus. Potest quoque, & χύσις ad ea quæ sequuntur traduci, quomodo cum veteri interprete plærique fecerunt.

[24] πτύαλον] In sputo videndum diligenter num ex ore eductum sit. Id enim significare videtur [Greek], quod quidam velut [Greek], sponte & per se sumpserunt. Ex ore autem & faucibus excreatu eductum & ex capite defluens intelligitur, vt ex thorace & pulmonibus, tussi reiectum, ex stomacho, nausea & vomitione redundans. Quod vel præcipuè in sanguineo sputo est animaduertendum. In sputo verò diligenter etiam gustus aut sapor considerandus, vt humoris redundantis qualitatem faciliùs æstimes. Quod efficit vt rectè hic ex superiore sententia quidam gustum adhibeant.

[25] καὶ ἐπὶ θάλπος] Hic locus rectè ad temporum vicissitudines & mutationes refertur, de quibus amplissimè agitur lib. περὶ χυμῶν &
H lib. aph. 3. Hunc quoque quodammodo respicere videtur quod ex Hippocr. adducit Gal. com. ad aph. 11. lib. 3. his verbis: [Greek]. hoc est, Dixerat autem non simpliciter præsentes constitutiones considerandas, verùm etiam ex quibus in qualia permutationes fiant spectandum. Cuius etiam meminit extremo lib. 2. de temp. Nisi hunc ipsum locum, aut veriùs lib. περὶ χυμῶν designari existimes.

[26] πόνοι] Horum omnium medico magnam esse habendam rationem in victus ratione, tum ad sanitatem tuendam, tum ad morbos profligandos, eorumque mutationes diligenter animaduertendas, satis cuique est manifestum.

[27] κοῖται] Hic κοίτη non solum cubile & fulcrum, sed & velamina, lintea, & stragula significat, vt supra (aph. 18. sect. 4.) & mansionem & habitationem ipsam.

[28] καὶ τῆς γνώμης ξυμβάντα] Animi affectus rectè considerandos monet hæc sententia, & quomodo ab his animus afficiatur, quod inde magna morborum occasio ducatur, & ex iis ipsis tum corporis temperies, tum humorum qualitas facilè æstimetur. Mentis au-

tem intelligentiam vt per sese ipsa constet & valeat contemplari vult, quod plerunque à caussis internis & externis plurimum return betur ac moueatur, illas quidem per ὄργανα, has verò per φρίγματα intelligens. Sunt nanque hîc φρήγματα, αἱ ἐπιστάσιες & caussæ euidentes & externæ quæ animum huc illuc vel momento impellunt, etsi perturbationes, rerum molestiæ aut difficultates & negocia, aut rerum gerendarum actiones, intelligi possunt. A

[29] ὅσῃ εἰ παρελύθη] Vt ætatem ab ætate diligenter discernere oportet, ita & tempus, & cuinam ætati aut tempori morbus congruat, aut quantum dissentiat, maximè animaduertendum est, ex aphor. 34. lib. 2. Quo certè respicere hoc resolutionis exemplum videtur. Quidam verò de morborum solutione accipiunt, & ad temporum discrimen accommodant. Istam autem particulam integram omisit vetus interpres. Caluus παρελήφθη non παρελύθη legisse videtur.

ὀδόντων ἐκβολαὶ] Sunt hæ ætatum affectiones ac veluti propriæ quædam notæ, ex quibus & ætatum gradus, & verò partium ex quibus pendent naturam aut temperiem æstimare oportet. ὀδόντων ἐκβολαὶ τὴν ὀδοντοφυΐαν puerorum significant & pueritiam ex aph. 25. lib. 3. in qua fiunt dentium eruptiones, depunctiones non absurdè dixit vetus interpres. τριχῶν φύσις ad eandem etiam ætatem referri possunt, etsi quidam ad pilorum in pudendis exortum respiciunt, indeque pubertatem denotant. Quò etiam respicit seminis maior aut minor, aut celerior, aut tardior emissio. παχυσμὸς, κρατυσμὸς florentis & consistentis ætatis robur ac firmitudinem indicant, vt μινύθησις ætatis inclinationem & vitium imminutionem. B

[30] τὸ ξυγγενὲς] Istud obscuritatem habet propter lectionis varietatem. Potest de morbo accipi, qui per consensionem ortus est, suæque originis fomentum habet. Potest & partium inter se conuenientiam aut affectionem respicere, quoque maior inest aut minor, eò certè maiorem requirere diligentiam. Neque enim alioqui curatio rectè procedit, nisi affectuum aut partium inter se consensio expendatur. Sunt etiam qui τὸ ξυγγενὲς ad congenitos & eos qui ex parentum quadam successione ducuntur affectus, referendum existiment. Nos certè lectionis pluralitatem & probabilitatem cum magna interpretum turba secuti sumus. Est alia publicatorum codicum lectio, manu scriptis exemplaribus etiam attestata, quæ aliud sonare videtur. Illud enim ἔσω μᾶλλον καὶ ἧσσον τῶ ἔτεος, de morbo accipiendum qui annua quadam tempestate magis aut minus infestat. Quod sequitur anni tempestatem in qua serius aut maturius occupat, respiciet. C

[31] τῶ ἔτεος ἡ ὥρη] Hæc aptissimè ad anni tempestates referuntur, quarum mutationes & vicissitudines magnos in morbis prouentus faciunt, ideoque hîc diligentissimè expendendas monet, vt & lib. περὶ χυμῶν & in aphorismis. Illud verò ἡ διὰ παντὸς per se lego cum publicatis codicibus, vt ad totam anni tempestatem eiusque continuitatem & assiduitatem referatur, quod plurimum ad morborum præsagitionem facit, ex aphor. 7. lib. 3. Licet exemplaria manu scripta διὰ παντὸς παρεγχυθεὶς legant, de penitus transacta tempestate, quæ secutus est Caluus.

[32] ὥρη τῆς νόσου] τὰ ἐπιγιγνόμενα non simpliciter τὰ συμπτώματα intelliguntur, sed quæ morbis necessariò eorumque increscentium ratione succedunt & accidunt, morbosque necessariò comitantur. Ἐπιγίνεσθαι enim vt scribit † Gal. τοῖς πάθεσιν ἕτερα πάθη τε καὶ συμπτώματα τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς ἔθος ἦν λέγειν, ὅσα κατὰ τὸν αὐτοῦ πάθους λόγον αὐξανομένου συμβαίνειν πέφυκε. hoc est, Affectibus alios affectus & symptomata superuenire veteres medici dicere consueuerunt, quæ ipsius morbi augescentis ratione accidere solent. D

† *Com. ad Aph. 35. lib. 6.*

καὶ ἡ τῆς ἄλλης νόσου ἐπίδοσις] Istud de particulari morbi incremento intelligendum venit, quod reliqua etiam morbi tempora annumeret etsi quidam ad succedentis alterius morbi tempora referant. Prius autem augmentum, ad circuituum aut accessionum inter se collationem & incrementa referendum.

καὶ τὸ μᾶλλον] Istud certè ad id quod ex morbo restat considerandum aptissimè referri videtur, vt an ex toto, an verò ex parte deficerit, aut solutio perfecta sit an imperfecta, deinde etiam ipsius crisis tempus, qualitas & hora, ætas quoque in quam inciderit, in consilium adhibeatur. ἀποπαύουσα verò rectè τὴν νόσον respicit, aut τὴν ἀκμὴν, quod in statu crises morborum magna ex parte fiant, vt scribit ″ Gal. Deinde actionis vis ista, naturæ molitionem & conatum ad morbi expulsionem refert, alioqui quod magis aut minùs restat dici poterat. Quidam τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧσσον ad vigorem referunt, & ἀποπαύουσα per se sumunt, ac de cessante ac desinente morbo explicant, & ad sequentia accommodant. Quod fecit Caluus. ″ *Com. ad Aph. 19. lib. 1.* E

[33] ὅσῃ ἡ πόσιος τί] Hoc potius medicamenti purgationem respicit quàm ægrorum sitim. Quemadmodum enim in morborum populariter grassantium natura considerandum monet, an cum vomitione incœperint: ita quoque ad infernas purgationes videndum quinam appositè habeant, veluti qui molli aut bene habita & fluida sunt aluo, non adstricta, sicca & contenta, ex aph. 39. lib. 2. κατεχόντες igitur eos quibus aluus detinetur aut sistitur, non qui potu abstinent, aut eum continent, significare videtur, quibus βραχὺ καθαιρομένους opponit.

[34] εἰ ἔκλευκοι] ἐκλεύκοις exactè candicantes frigidioribus ac humidioribus naturis semper attribuit Hippoc. quos, si febricitent, quòd pessimo genere febrium sæpè tententur, veluti admodum repugnāte natura, diligenter animaduertere oportere monet. Hi verò propter frigidiorem temperiem, difficilem habent perspirationem ac minùs difflantur. Qua occasione non rarò febribus iisque pessimis conflictantur. Non secus ac lib. 1. ″ epid. febribus ardentibus ac phrenitide λευκοχρῶτας plurimos periisse scribit. Sic quoq; ὑπολεύκους subalbidos in frigidioribus naturis tabeque conflictatis accenset * lib. 3. epid. Quod sequitur de labris eorum considerandis, etsi ad incendij magnitudinem referri potest, quod sæpè febribus intensioribus labra exulcerentur, haud scio tamen an hac affectione lienosos suspectari velit, quibus sæpissimè labra rimis & fissuris dehiscunt, vt annotauimus in Prorrh. 2. Sic nanque ″″ lib. 2. epid. ἐκλεύκοις frigidioribus naturis attribuit, & τῶν ἐκλεύκων τῆς ὑποσπληνώδεων σωματικίας, καὶ τὸ δέρμα καταῤῥήγνυσθαι καὶ τὰ χείλεα, commemorat. Quibus sanè verbis eos quibus lienes magni sunt haud dubiè indicat, non secus ac ″″″ lib. 3. epid. per τὸ ὑπόλευκον, τὸ φακῶδες. Sic enim ex melioribus membranis legendum duximus. Possunt etiam labiorum vlcera & fissuræ magnam interiorum viscerum impuritatem & intemperiem præ se ferre. ″ *Sect. 3.* * *Inst. pest.* ″″ *Sect. 1.* ″″″ *Inst. pest.* F

[35] ἔργον] ἔργον omnem partium corporis actionem & functionem indicat, etsi maximè ad præcipuas animi facultates sentiendiq; efficientiam accommodatur. Caluus hic aliud quid de dolore ex codicibus Italicis addidisse videtur, quod neutiquam extat in nostris.

[36] τὰ ἐν τοῖσι βλεφάροισι] Hic affectus κοιλίδια dicitur, vt scripsimus nostris in Prorrh. 2. annotat. κοῖλον nanque superioris palpebræ cauitas Rufo dicitur. Huiusmodi verò tumores insignem humorum ac viscerum impuritatem, vitiosum corporis habitum, ac cruditatem plurimam significant, vt videre est in aqua suffusis & lienosis, in quibus non temerè huiusmodi tumores suspectat Hippocrates Prorrhetico 2. Nil igitur mirum videri debet si hoc loco ex huiusmodi tumoribus morborum reuersiones arguit, præsertim cæteris partibus circumcirca gracilescentibus & extenuatis. Illud enim vitiosas morbi reliquias satis indicat, ex aph. 8. & 32. lib. 2. Quod sequitur ad palpebras etiam mihi referendum videtur potiùs quàm ad tumores, vt palpebras quæ in extremitate rubent aut indurantur videndas etiam moneat, quòd hæ quoque ad morborum denunciendas recidiuas faciant, præcipuè verò vbi crassam aliquam aut duram aut glutinosam materiam contineant, quæ illas attollat. Cuius quoque naturam considerare oportet, vt de totius corporis humoribus æstimationem facias. Huc enim aptissimè referri videntur καὶ ἐνεχόμενα ἐν τούτοισι, καταμανθάνειν autem huic sententiæ coniunxi ex melioribus codicibus manu scriptis, cùm plurimi superioribus annectant, & καταμανθάνει legant. G

[37] τὰ καταῤῥηγνύμενα] οἰδήματα καταῤῥηγνύμενα tumores sunt qui rumpuntur & effunduntur, ex quibus aliquid effluit, quos certè diligenter animaduertendos medico monet, vt & ea quæ ex ipsis effunduntur, hoc est pus ipsum, ex cuius natura magna sumuntur ad curationem indicia. Hoc etiam ad lippitudines refertur, quò etiam superior sententia respicere videtur. H

[38] ἐπὶ σημεῖον] Indicare videtur tormina circa vmbilicum & dolores in quibusdam vteros malè affectos suspectos reddidisse, etsi interdum ista ex porri aut allij esu contingerent. Hic enim mihi videtur huius loci esse sensus, contra omnium quos adhuc videre licuit codicum fidem. ἀμφιμήτριον igitur legendum existimo ex Galeni Exegesi, vbi scribitur, ἀμφιμήτριον σημεῖον, οὕτως ὠνόμακεν ἐν τῷ β τῶν ἐπιδημιῶν τὸ δηλωτικὸν τῶν περὶ τὰς μήτρας διαθέσεων. Neque enim dubium quin pro β. ς. legendum sit, atque hic locus subindicetur, cùm nusquam aptiùs quàm huic loco conueniat. Hesychius quoq; istud ex Hippocrate agnoscit his verbis: ἀμφιμήτριον, τὸ σημαντικὸν τῶν περὶ τὰς μήτρας παθῶν. Ἱπποκράτης. Quod etiam postea vsurpauit Varinus. In quo σημεῖον omissum esse videtur. Exemplaria manu scripta cum publicatis consentiunt, & ἀμφίδμητον legunt, quod certè vitiosum esse facilè agnoscitur, & leui lapsu ex ἀμφιμήτριον depra-

prauatum. Quid enim σημεῖον ἀματίδμητον significet, ne vel per somnium quidem quis assequi possit, etsi circum domitam vel circumcisum vertit Caluus. Pro quo reliqui interpretes ἀμφὶ ἄμητιν legisse videntur, quod circa messem interpretantur, & ex veteri interprete, aut ex quibusdam codicibus scriptis sumpserunt. Cuius tamen lectionis nullum nostris in codicibus vestigium extat. Quod sequitur τοῦ νότου ὕστερον potest etiam sequentibus adscribi, vt & huc quoque quadrare.

39 ἐρυσίπελας] Illud δὲ περὶ τοῦ temporis seriem indicare mihi videtur, eodemque tempore significare, aut tandem & deinceps, & pro μετὰ τοῦ sumi. Insolens verò ista phrasis, καὶ οἷσι τράχηλοι, id mihi indicare videtur, vt quibus in ceruice nigra exorirentur, aut etiam quibus ceruix nigra fieret, damnum denunciet: vt sit, καὶ οἷσι τράχηλοι μέλανες ἦσαν. Quod certè propter illius nouitatem indicare placuit tum etiam quod istam lectionem fidelissimè omnia retineant exemplaria.

41 οἱ πυρετοὶ] Exemplaria quædam manuscripta Regia hîc sectionis octauæ initium faciunt. Videtur autem hac sententia innuere tertianas febres crebras habere perfrictiones & rigores, in hisque ferè labra exulcerari, quod etiam quotidiana experientia notum est. Atque hoc veluti idiotis familiare discrimen proponitur. At febres deûrentes & ardentes confertim & breui iudicantur, quod etiam ad manus contactum apparet, vbi calor manu iniecta remitti cognoscitur, cuius acrimonia & vehementia sola manu interdum percipitur.

42 τῶν ἰγνύων] Articulorum tumores non temerè incidendos, nec nisi pure collecto, monere hæc sententia videtur. Potest fortè etiam ad abscessus febrium iudicatorios, qui in articulis colliguntur & suppurationem mouent, referri, de quibus antea egit Hipp. aph. 26. sect. 3. & aph. 1. sect. 4. vt & aph. 31. & 44. & 45. lib. 4. & 65. & 66. lib. 7.

43 ἰδέσθαι] Hîc alterum causarum salubrium genus, quæ corpus nostrum necessariò immutant, complecti videtur. Quæ quoniam corporis statum tuentur, magnamque habent in valetudinis ratione considerationem, conseruatrices vocat † Galenus, eoque spectat τὰ ἐξ οἵων ὑγιαίνομεν, pro quo quidam codices τὰ ἐξ ὧν legunt. † *In arte parua.*

44 ὅπως τὰς νόσους] Hoc ad morborum mutationem aut successionem spectare videtur, vt videamus vnde, quomodo, & in quasnam formas morbus transitum faciat, aut quænam corporis loca occupet, deinde etiam ipsius morbi tempora spectemus. Quidam ista ad ægrorum per morbos tolerantiam aut εὐφορίαν referunt, & σχήματα ad iacentium decubitus accommodant.

45 ἐν οἷσιν] Indicat videndum esse in quibusnam à medico perterrefaciendus sit æger incontinens & qui sibi temperare non potest. Nempe quòd denunciato periculo à quibusdam cibis sit nonnunquam abducendus & retrahendus. φοβερὸς igitur passiuè sumitur & idem quod δειλὸς aut ἔμφοβος, timidum, pauidum, trepidum, aut à medico perterrefactum significat.

47 τὸ εὔφορον] Potest id de victus ratione intelligi, in qua quod ægri naturæ est accommodatum aut consentaneum magnopere nosse conuenit. Potest quoque & ad morbi tolerantiam & ægri vires referri, vt inde idonea victus ratio institui possit.

48 καὶ δίαιταν] Ad victus rationem tam diligenter attendendum monet, vt eam exactè cognitam habeas. (Hoc nempe ἐστιν γνῶναι significare videtur.) Hanc enim nisi penitus perspectam habueris aut exactè animaduerteris, ægrum prorsus pessundabis, eique magnam afferes calamitatem.

49 αἱ ὁμοιότητες] Similium & dissimilium cognitio, vt in omni artis cognitione & veri inuestigatione, sic in medicinæ facultate plurimum est necessaria, tum ad διάγνωσιν, tum ad σημείωσιν, vt & morborum naturam, notationem ac significationem probè facta inter se similium aut dissimilium comparatione sumamus. Tum verò ad alia artis opera quæ in præcognitionem aut curationem cadunt, similium cognitio multum habet momenti, vt morborum, causarum, & symptomatum inter se comparatione, ipsius rei natura, tum etiam quid consequens, quid repugnans sit, inuestigetur. Demum verò ad diuisionem & compositionem (quæ sunt in artium cognitione præcipua opera) ex similium inter se affectione deueniamus. Quam ob rem similium cognitionem ad medici facultatem tam diligenter suadet Hippocrates ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, & ad cuiusque rei naturam inuestigandam plurimùm facere scribit Plato, vt fusissimis verbis testatur Galenus lib. 9. de placitis Hippocr. & Platonis. Et quoniam in morborum curatione, vt & in totius artis cognitione, artificiosæ coniecturæ quibus multum innitimur, persæpe fallunt, ad causæ inuestigationem deueniendum hac sententia monet Hippocrates, vt eius natura egregiè perspecta, & ex communium aut vniuersalium cognitione & similitudine per diuisionem aut resolutionem ad particularia deducta, probè curationem instituamus. Quod certè in omni artis cognitione, non tantum curandi facultate, maximum habet momentum. Istum porrò locum mihi subindicare videtur Galenus Com. ad aph. 2. lib. 4. his verbis, ἀλλ' ἐπεὶ πάντες οἱ στοχαστικοὶ κατὰ τὰς πράξεις εἰσὶν ὅτι δὲ διαμαρτάνουσιν. αἱ γὰρ ὁμοιότητες, ὡς αὐτὸς εἶπεν, οὐ μόνον τοῖς ἐπιτυχοῦσιν, ἀλλὰ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς ἰατροῖς φέρουσιν ἀπάτην, ἕτερον ἡμᾶς γνώρισμα τοῖς ἀγαθαῖς κενώσεσιν ἐζευγμένον ἐδίδαξε τὴν εὐφορίαν, hoc est, Sed quoniam artificiosæ omnes coniecturæ circa actiones interdum fallunt, similitudines enim (vt ipse ait) non solum quibuslibet, verùm etiam optimis medicis imponunt, alterum nobis indicium dedit, bonis euacuationibus iunctum, facilem scilicet tolerantiam. Et initio lib. 9. de placitis Hippocr. & Plat. καθόλου μὲν οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἀπεφήνατο, περὶ ὧν πλάνας δὲ διαπορείας καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἰατροῖς παρέχει. hoc est, In genere igitur Hippocrates de his quæ errores & hæsitationes optimis medicis exhibent, pronunciauit. Quod verò ad scriptionem attinet, exemplaria manu scripta secutus sum quæ cum publicatis consentiunt. Etsi video interpretes εἴδη ὅτι χαλεπὸν legisse, quam lectionem ex codicibus scriptis aut veteri interprete desumpsisse videntur.

ὅτι χαλεπὸν εἶναι] Id certè curandi viam ac rationem respicit, ad eiusque difficultatem hac admonitione medici animum erigit, dum cuiusque corporis formam, figuram, temperiem, naturam, ætatem, consuetudinem, ac victus rationem in animi notione reponendam existimat, ex quibus veluti scopis ad morborum cognitionem & causarum inuestigationem deueniendum sit, ex eorumque inter se collatione aut comparatione, vna veluti conspirans curatio animi cogitatione ac ratiocinatione conficienda sit. Quod certè non nisi probè exercitato medico & curandi scopos ac viam ratione colligenti, accurataque mentis reputatione complectenti, accidere potest.

εἰ ὑπόξηρος] ὑπόξηρος interpretibus subsiccum significat. Mihi sanè hic ὑπόξηρος qui adunco est naso dici videtur, eoque haud dubiè referri quod à Galeno in Exegesi scribitur. ὑπόξηρος, γρυπὸς τὴν ῥῖνα, διὰ τὸ ἐπιπιέζεσθαι τὰ περὶ αὐτὴν ὑγρὰ ὑψώματος. Quod & Varinus annotat, etsi quidam ὑπόξυρος scribunt.

χολώδης μέγας] Sic legunt omnia exemplaria manu scripta, quod ad ægri naturam & temperiem referri videtur, eumq; qui atra bile præditus significare. Neque quicquam de facili vomitione additur in codicibus, quod quidam ex veteri interprete assumunt. Quod autem in fine χαλεπὸν legitur, Caluus οὐ χαλεπὸν legisse videtur, contra omnium reconditarum membranarum fidem.

50 ὁ τὸ συρίγγιον] Id de fistuloso pectoris vlcere ferè iam obducto intelligi videtur, quod tussicula disrumpebatur. Tussicula igitur thoracis concussione fistulam disrumpebat, tum totius corporis agitatione quietem impediebat.

51 ὧ ὁ λοβὸς] Cuidam ex casu aut valentiore quodam impetu hepatis fibra replicata fuerat, & in rugas ac sinus contracta, quæ corporis concussione & agitatione postea extensa ac in pristinum habitum restituta, confestim sanata est.

52 Σάτυρος] Ex nimio seminis profluuio in tabem non temerè incidit Satyrus, vnde mortuus est, vt nil mirum sit Plutarchum ex antiquorum opinione, τὴν ἀπείρωτος ἐσίας σωτήριον in præceptis salutaribus annumerasse, & secundum Epicurum μηδέποτε μὲν ἀφελεῖν ἀφροδισίων χρῆσιν, ἀγαπητὸν δὲ εἰ μὴ βλάψειε, vt scribit * Galenus.

* *Com. 1. in lib. 3. Epid.*

53 ἐν δὲ ἀδδήροις] Ex copioso frigidæ haustu refrigeratis internis visceribus & quodammodo congelatis, credibile est mortem accersitam. Quod & quibusdam impensè calefactis accidisse nobiles medici scriptis tradiderunt, & nos adolescenti pilæ ludo plus æquo incalescenti, liberaliter epota frigida intra paucas horas mortem de repente contigisse Lutetiæ vidimus. Ex refrigeratione autem interiore extincto propè calido natiuo, facultates naturales sunt sopitæ ac congelatæ, adeò vt neq; aluí recrementa, neq; vrinam redderet, & magna extremorum perfrictio sit consecuta. Celsus † quoque ex labore calefactis & sudantibus frigidam potionem damno esse scribit, his verbis, Illud quoque nosse oportet, quod ex labore sudanti frigida potio perniciosissima est, atque etiam (cùm sudor se remisit) itinere fatigatis. Item, Quod ita præcipio, vt tamen fatear, ne ex hac quidem causa sudanti adhuc frigidam bibendam esse. Hic autem palæstrites aut palæstræ custos dicitur, qui palæstræ curam haberet, Plauto gymnasij præfectus.

† *Cap. 3. lib. 1.*

54 οἱ μελαγχολικοὶ] Hunc locum fusissimè explicat Galenus lib. 5. de loc. affect. cap. 6.

55 ἐν Ἀβδήροισι] Hæ sanè duæ historiæ testantur magnam suppressæ diutius menstruæ purgationis curandi difficultatem, adeo vt verè scripserit Hippocrates lib. περὶ γυναικείης φύσιος menstrua sex mensibus retenta esse insanabilia. Ex mensium igitur suppressione corpus quodammodo hirsutum, pilosum, asperum & virile est redditum. Adeò vt secundum historicos & poëtarum fabulas multi etiam sexum mutarint, vt refert Plinius lib. 7. cap. 4. Quæ etiam recenset Aulus Gellius lib. 9. cap. 4 & Ausonius Epigr. 72. Quinetiam mulieres aliquot prius fœcundæ, post viduæ, suppressisque diutius ob id mensibus, virili corpore, nempe penitus hirsutæ & barbatæ, ac voce aspera euaserunt, vt est locupletissimis autoribus scriptis traditum. Hunc autem locum ex quodam interprete adducit Galenus Com. 1. in lib. 3. Epid. his verbis, καὶ πάλιν ἐν τῷ ἕκτῳ ἱστορεῖ, ἀνδρὸς ἀποδήμου φυγαδεύοντος, ἀρρενωθῆναι τὰ μόρια τὴν γυναῖκα, ἀναληφθέντων τῶν ἐπιμηνίων εἰς τὸ σῶμα φῦσαι πώγωνα. καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ ἀνδρωθῆναι τὴν γυναῖκα. hoc est, Iterum in sexto narrat viro peregrè profecto, feriatam illa parte mulierem, collectis ad os mensibus barbam produxisse. Quod quid aliud est quam fœminam in virum mutatam? Qua ex lectione satis apparet φυγαδεύοντος rectè ab interpretibus pro φυλάσσοντος esse repositum, nisi quis φυλάττοντος ad mulieris custodiam referat, quæ domi septa castè admodum est conseruata. Quem in sensum dixit Ausonius, *& grauior cautis custodia vana maritis.* Quam certè lectionem retinent omnes manu scripti codices. At verò huic Galeni expositioni non est absimile exemplum quod narrat Antimærologij autor, sibi visum Auscis in Vasconia virum plus quam sexagenarium, canum, fortem & hirsutum, qui ad annum decimum quintum antea puella fuerit, tandem tamen ex casu ruptis tenuibus ligamentis, pudenda erupisse, sexumque mutasse, cùm ei nunquam antea menses profluxissent. Quod etiam ad Vitricum Gallicum cuidam contigisse, scriptis est & testimonio palàm consignatum. Idem quoque apud Conybricam nobile Lusitaniæ oppidum sibi visum testatur †† Amatus Lusitanus.

†† *Cur. 39. C. 2.*

56 οὐ γυναικωθῆναι] Sic legunt omnia exemplaria tum publicata, tum manu scripta quæ adhuc videre licuit. Sed ὡς γυναικωθῆναι haud dubiè legendum videtur, vt ad muliebrem naturam reduci, emolliri & effœminari significet, cui antea τὸ ἀνδρωθῆναι & corpus hirsutum reddi opposuit. Quod certè etsi ad muliebria referri videtur quæ muliebrem naturam stato tempore menstruo perpurgant, eique propriè quodammodo insunt (velut γυναικωμένα dicta sunt σήμαντρα quædam ἃ γυνὴ ἥψατο, teste Hesychio) corporis tamen naturam mollem, fluxilem & solutam respiciunt, qualis in mulieribus inest. Caluus & Cornarius οἷα τὰ γυναικεῖα κατὰ φύσιν ἐλθοι legisse videntur. Κρείττου quidam pro χρηΐζοντου legunt, & vetus interpres χρείττου, qui & in fine quædam etiam addit, quòd non omninò mulieres omnes non curantur.

HIPPOCRATIS COI, MEDICORVM LONGE PRINCIPIS, DE MORBIS VVLGARIBVS, LIBER SEPTIMVS.

Nunc recens interpretatione Latina & Annotationibus illustratus,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico, autore.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Ζ.

HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS LIBER SEPTIMVS.

1 POST caniculam febres vigebant, in quibus ægri sudoribus diffluebant, nec penitùs à sudore perfrigescebant, sed rursus incalescebant, fereq; longæ erant & difficilem habebant iudicationem, neq; admodum sitim adferebant. Paucis verò septimo & nono die desinebant, quibusdam etiam vndecimo, decimoquarto, & decimoseptimo. 2 Polycratem febris & sudor qualis descriptus est inuasit. Ex medicamento purgatio per aluum multa, & febris adeò leuis erat, vt obscurè præter quàm in temporibus consisteret. Sub vesperam parui sudores circa caput, ceruicem, pectus, deinde statim etiã per totum ventrem exorti sunt, rursusq; incaluit. Ad duodecimum verò & decimum quartum diem febris intendebatur, & paucæ erant alui eiectiones. Post purgationem sorbitionibus vsus, sub decimum quintum diem ventris dolores ad lienem & lateris sinistri inanitatem prehenderunt, qui postquam calida admota minùs quàm frigida conferrent, molli per clysterem infuso cessauerunt. 3 Idem verò etiam Cleocydi ex doloribus & febre eodem modo laboranti contulit.

1 ΜΕΤΑ κύνα οἱ πυρετοὶ ἐγίνοντο ἱδρώδεες· καὶ οὐ περιεψύχοντο παντάπασι μετὰ τὸν ἱδρῶτα. πάλιν δὲ ἐπεθερμαίνοντο. καὶ μακροὶ ἐπιεικῶς, καὶ δύσκριτοι. καὶ οὐ πάνυ διψώδεες. ὀλίγοισιν ἐν ἑπτὰ καὶ ἐννέα ἐπαύοντο. ἄλλοις ια, καὶ ιβ, καὶ ιδ, καὶ ιζ. 2 Πολυκράτει πυρετὸς, καὶ τὰ τοῦ ἱδρῶτος οἷα γέγραπται. ἀπὸ φαρμάκου κάθαρσις κάτω σφόδρα, καὶ ἐγίνετο κατὰ τοῦ πυρετοῦ οὕτως ἤπια, ὡς ἄδηλα καταστῆσαι, πλὴν ἐν κροτάφοισι. καὶ τὰ ἱδρώτια πρὸς δείλην, περὶ κεφαλὴν, τράχηλον, στήθεα. εἶτ' αὖθις καὶ ἐς ὅλην κοιλίην. καὶ πάλιν ἐπεθερμαίνετο. περὶ δὲ τὰς ιβ, καὶ τὰς ιδ, ἐπέτεινεν ὁ πυρετός. καὶ ὑποχωρήσιες βραχέαι, ῥυφήμασι δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐχρήσατο. περὶ δὲ τὰς ιε ἀλγήματα γαστρὸς κατὰ σπλῆνα, καὶ κενεῶνα ἀριστερόν. θερμῶν πρόσθεσις ἧσσον, ἢ ψυχρῶν ξυνέφερεν. κλύσματι μαλθακῷ χρησαμένῳ, ἔληξεν ἡ ὀδύνη. 3 Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Κλεοκύδει ξυνήνεγκε πρὸς ὀδύνην ὁμοίως ἔχουσαν καὶ πυρετόν.

περὶ δὲ ις΄ ἠπιώτεραι αἱ θέρμαι ἐδόκεον εἶναι. καὶ ὑποχωρήσιες ἀκρήτου χολῆς. καὶ ἡ διάνοια θρασυτέρη. πνεῦμα δὲ μέτριον. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἅλες ἑλκύσας, πάλιν ἀθρόον ἐξέπνει, ὥσπερ ὑπ' ἀψυχίης, ἢ ὡς αἱ διαπνίξιες προσοδευθεὶς ἐν σκιῇ καθεζόμενος ὅστις ἀναπνεύσειε. τῇ δὲ ὀγδόῃ ιζ΄, ἑσπέρης καθεζόμενος ἐς δίφρον ἠψύχησε. καὶ ἄφωνος πουλὺν χρόνον. καὶ ἀναίσθητος ἔκειτο. μελικρήτου μόγις κατεδέξατο. ξυντείνων τὰς ἐν τῷ τραχήλῳ ἶνας, ὡς κατεξηρασμένης τῆς φάρυγγος, καὶ τῆς πάσης ἀδυναμίης περιεούσης. μόγις γοῦν ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο, καὶ αἱ θέρμαι ἠπιώτεραι. μετὰ τοῦτο ἐπαύσατο δευτέρῃ καὶ εἰκοστῇ.

Πυθοδώρῳ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, πυρετὸς ξυνεχής. ὀγδοαίῳ ἱδρὼς ἐγένετο. καὶ πάλιν ἐπεθερμάνθη. ι΄, πάλιν ἱδρώς. ιβ΄, ἐρόφησε χυλόν. καὶ μέχρι ιδ΄ ἄδηλος ἦν. ἐν κεφαλαίοισι δὲ ἦν. ἄδιψος δέ. καὶ αὐτὸς ἑωυτῷ ὑγιὴς ἐδόκεεν εἶναι. ἱδρῶτες ἐγίνοντο ἑκάστης ἡμέρης. ἐν δὲ τῇ ιε΄, ζωμίον νεοσσοῦ ῥυφῶν, ἤμεσε χολήν. καὶ κοιλίη κάτω ἐξεταράχθη. καὶ ὁ πυρετὸς παρωξύνθη, πάλιν ἔληξε. καὶ ἱδρῶτες ἐγίνοντο πολλοί. καὶ τὸ σῶμα πᾶν περιεψυγμένον, πλὴν κροτάφων. σφυγμὸς οὐκ ἔλιπεν. ἐδόκει δὲ κοπάσαι ὀλίγον χρόνον, ὡς δόξαι ἐπιθερμαίνεσθαι. κδ΄, ἤδη ἀπογευόμενος σιτίων συχνὰς ἡμέρας, καὶ ἀριστήσαντι, πολὺς ἦν ὁ πυρετός. καὶ περὶ τὴν ἑσπέρην, παράληρησις προσῆν ἅμα τῷ ὕπνῳ. εἴχετο γοῦν ἤδη, ξυνεχὴς καὶ ἰσχυρός. ὁτὲ μὲν, μίαν. ὁτὲ δὲ, δύο νύκτας ἄγρυπνος. τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα χρόνον, κατακορὴς ὕπνος, ἐγείρειν ἔργον. καὶ παράληρησις ἐν τῷ ὕπνῳ. καὶ εἴποτε ἐξ ὕπνου ἐγερθείη, μόγις αὐτὸς ἑωυτοῦ. ἄδιψος. καὶ τὸ πνεῦμα μέτριον. τοιοῦτον δὲ ἐνίοτε, οἷον Πολυκράτει. γλῶσσα οὐκ ἄχρως. μετὰ δὲ ἑβδόμην τῆς ὑποστροφῆς, χυλοὶ προσεφέροντο. μετὰ δὲ ιδ΄, σιτίον περὶ τὰς πρώτας ζ΄, ἐρύγματα καὶ ἀπημέσματα. ἔστιν ὅτε μετὰ ποτοῦ ὑπόχολον ἄνευ ἄσης, ἕως κάτω ἐλύθη ἡ κοιλίη. ἱδρῶτες δὲ οὐ ὑπέστρεψεν ἐξέλιπον. εἰ μή τις ὅσον ὡς σημεῖον περὶ μέτωπον. γλῶσσα ἐκ τοῦ ὕπνου εἰ μὴ διακλύσαιτο ὑποτραυλὸς ὑπὸ ξηρότητος, καὶ ῥήγματα περὶ αὐτὴν ἑλκέων, καὶ ἐν χείλει τῷ κάτω, καὶ παρ' ὀδόντας. μικραὶ ὑποχωρήσιες. περὶ ιε΄ ὡς ὑπέστρεψε, πυκνότεραι καὶ γλισχρώδεες. ὃ ἀπὸ τῶν σιδίων ἔπαυσεν αὐτάς. οὖρα οἷα τὰ πολυχρόνια. ὑπὸ δὲ τὸν τελευταῖον χρόνον ἄλγημα στήθεος καταπίνοντι τὸ ποτόν. καὶ ἡ χεὶρ ἐπὶ τῷ ἦθει. κύμινον καὶ ᾠὸν ῥυφαίνοντι κατέστη. ἡ γλῶσσα δὲ τὸ χαυνῶδες ξυνήνεγκε. ν΄, ἀπὸ τῆς α΄, περὶ ἀρκτοῦρον, ἱδρώτια κατ' ὀσφὺν, καὶ στήθεα βραχέα. καὶ τὸ σῶμα περιεψύχετο πλὴν κροτάφων, ὀλίγον χρόνον πάνυ. περὶ τὴν νι΄, ἐχάλασε, καὶ β΄, οὐκ ἔλαβεν.

Ὁ Ἐρατολάου, περὶ φθινοπωρινὴν ἰσημερίην, δυσεντερικὸς ἐγένετο. καὶ πυρετὸς εἶχε. τὰ ὑποχωρήματα ἦν χολώδεα, λεπτὰ, πολλὰ, καὶ φαιμα μετρίως. ἡ δὲ ὀδύνη τῆς γαστρὸς σφοδρή. ὀῤῥοποτήσαντι δὲ καὶ γάλα κεκλυσμένον ποτίσαντι ἐν γάλακτι πεπυρωμένῳ, μετριώτερα ἐγένετο τὰ ἀλγήματα καὶ ὕφαιμα. τὰ δὲ χολώδεα περιηκολούθει. καὶ ἀναστάσιες πυκναὶ, καὶ ἀπονώτεραι. τὸ δὲ πυρέτιον ἐδόκει ἀῤῥωστέοντι, καὶ τοῖσι πολλοῖσιν

Circa autem decimumsextũ calores remissiores visi sunt, & alui deiectiones syncerain bilem demittere, mensq; ferocior. Spiratio autem moderata, interdum verò vbi abunde attraxisset, rursum confertum expirabat, tanquam animo deficiens, aut velut qui per æstum iter confecit in vmbra desidens respirare solet. Sub decimum septimũ igitur diem ad vesperã in sella residens, in animi deliquium incidit, diuque sine voce ac sensu iacuit, & paucam aquam mulsam vix sumpsit velut reficcatis faucibus colli fibras distendens, & prorsus viribus exolutis, vix tandem ad se rediit, & calores remissiores erant. Demum secundo & vigesimo die morbus desiit. 4 Circa idem ferè tempus Pythodorum febris assidua prehendit, octauo sudor exortus, rursusque incaluit. Decimo iterum sudor, duodecimo sorbitiunculam ex hordeo sumpsit. Ad decimum quartum vsque diem febris obscura fuit, in temporibus tamen aderat, sine siti erat, & sanus sibi esse videbatur. Quotidie sudores effluebant. Decimo quinto verò die post sorbitionem ex pulli iure, bilem vomitione reiecit, & aluus deorsum est commota, febris exasperata, rursus desiit, sudores multi diffluebant, totumque corpus præter tempora perfrigeratum sentiebatur, pulsus non deficiebat. Videbatur autem modico tempore quieuisse, ita vt sibi incalescere videretur. Vigesimo quarto die, vbi iam per multos dies cibos gustasset & pransus esset, febris erat multa, & sub vesperũ vna cum somno delirium. Iam igitur febris detinebat assidua & vehemens, interdũ quidem vnam, interdum verò duas noctes peruigil erat. Omni verò deinceps tempore tam abunde somnus suppetebat, vt ægrè excitaretur, in somno delirium aderat, & si quãdo ex somno excitaretur, vix sibi constabat, non sitiebat, spiratio moderata, atque interdum qualis Polycrati, lingua colore tincta erat. Post septimum verò recidiuæ diem ptisanæ succus exhibebatur, post decimum quartum cibus, primis septem diebus eructabat ac reuomebat interdum cũ potu biliosum quiddam citra nauseam, donec aluus deorsum soluta est. Ex quo recidiuam passus est, sudores defecerunt, nisi si quis adeò paucus circa frontem erupit, vix vt vllam de se significationem ederet. Lingua ex somno nisi collueretur præ siccitate aliquantulum balbutiebat, in eaque vlcera rumpebantur, & in labro inferiore ac gingiuis, deiectiones paucæ erant, ad decimum quintum à recidiua diem crebriores & glutinosæ. quæ ex malicorij decocto sedatæ sunt, vrinæ quales quæ morbi diuturnitatem præ se ferunt. Ad extremum dum potum deglutiret, pectoris dolor aderat, id quod manus pectori admota indicabat, qui cuminum ex ouo sorbenti sedatus est, lingua verò laxitatem pertulit. Quinquagesimo die à primo, circa Arcturũ, sudores pauci circa lumbos & pectus exorti sunt, & corpus totũ præter tempora, exiguo admodum tempore perfrigescebat. Primo & quinquagesimo remisit, neq; de integro prehendit. 5 Ad Æquinoctium autumnale Eratolai puer intestinorum difficultate cum febre correptus est. Alui recrementa biliosa erant, tenuia, multa & aliquantulum ac modicè cruenta, ventris verò dolor vehemens. Epoto autem sero & lacte candentibus calculis immissis incenso, dolores moderatiores euadebant, & deiectiones subcruentæ, verum biliosæ comitabantur, crebræ erant ad desidendum exurrectiones, minore tamen cum dolore. Post primos autem sex dies febricula, neque ægroto, neque multis

toto morbi tempore prorsus adesse videbatur, adeò obscura erat. In temporibus tamen pulsatio aderat, & lingua præ siccitate aliquantulum balbutiebat, sitisque moderata erat & insomnia. Sorbitiones verò iam sumebat & vinum. Cùm iam ferè decimum quartum diem attigisset, tumores ad aurem vtramque sigillatim oborti, duri & crudi omnes sensim euanuerunt, moderatos verò dolores afferebant. Nō desinentibus autem deiectionibus, sed biliosis vsque perseuerantibus, herbam pollinis in modum sorbenti, mitiores ad aliquod tempus biliosæ deiectiones, & dolores euaserunt, sed liquida multa crebrò demittebat, cibos admodum aduersabatur, neque nisi modis omnibus coactus assumebat. Quod ad calorem, linguam & sitim attinet, qualia dicta sunt perseuerabant, neq; sudores vlli apparebant. Ea autem erat obliuio, vt vbi de eo quod paulò antè intellexisset, interrogasset, aliquo post interuallo iterum interrogaret, ac velut non priùs dictum repeteret. Neque si desideret recordabatur, nisi à quoquam admonitus, eiusque affectionis sibi ipse conscius erat, neque ignorabat. Spiratio qualis per sanitatem. Supra trigesimū verò ad quadragesimum diem vsque, & ventris dolor multum increscebat, & supinus decumbebat, neque se tantillum conuertere poterat. Quòd autem dolor grauis esset, aliis qui cibum in os inderent, egebat. Alui recrementum multum erat, disparatum & tenue, coloris vinosi erant quæcunque assumebat, interdumque aliquantulum cruenta, corporis vigor ad extremam colliquationem & imbecillitatem conuersus est neque alio subleuante surgere ampliùs poterat. Quòd si quis medium vmbilicum attigisset, & manum ad cartilaginem illam in pectoris cauo sub qua os ventriculi delitescit, deduxisset, tanta illic palpitatio inerat, quanta neque ex cursu, neque ex timore circa cor suscitari queat. Epoto per duos dies lacte asinino cocto ad nouem heminas Atticas, biliosa purgatio vehemens extitit, doloresque cessarunt, & ciborum appetentia oborta est. Postea autem lactis bubuli quatuor circiter heminas Atticas simul ebibit, in dies singulos duos cyathos, primum aquæ sextam partem, viniquc nigri & austeri modicum immiscens, semel verò cibum sumebat, sub vesperam panis subcineritij chœnicis dimidium, & pisciculum saxatilem tenuem, aut capri carnis & ouillæ frustulum. Lactis potus erat ad quadraginta dies, post primos decem dies absque aqua, ex vini verò nigri modica portione. Post septuagesimum iam à primo diem, à balneo sub noctem sudor paruus obortus est. Modico potu vtebatur, eoque post cibum, aut austeriore.

ὅλως μὴ ἔχειν διὰ παντὸς τοῦ χρόνου μετὰ τὰς πρώτας ἓξ ἡμέρας. οὕτως ἄδηλος ἦν. κατὰ κροτάφους δὲ σφυγμὸς ἦν. καὶ γλῶσσα ὑπὸ ξηρότητος ὑποτραυλὸς, καὶ διψώδης μετρίως, καὶ ἄγρυπνος, ῥυφήμασι δὲ ἤδη ἐχρῆτο, καὶ οἴνοισι. περὶ ιδ, ἐόντος ἡμέρας, ἤδη ἐγένετο τὰ παρ' οὖς ἐν μέρει καὶ παρ' ἑκάτερον, σκληρὰ καὶ ἄπεπτα. πάντα ἐμφλυώθη. ὀδυνώδεα δὲ μετρίως. οὐκ ἀποληγόντων δὲ τῶν ὑποχωρημάτων, καταχόλων τε διὰ παντὸς ἐόντων, τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ βοτάνην ῥυφέοντι, μετριώτερα τὰ χολώδεα καὶ τὰ ἀλγήματα ἐγένοντο, μέχρι τινὸς χρόνου. ὑγρὰ δὲ πολλὰ πολλάκις. καὶ ἀπόσιτος σφόδρα. καὶ μετὰ πάσης ἀνάγκης προσδεχόμενος. τὰ δὲ τῆς θέρμης, καὶ γλώσσης, καὶ δίψης, τοιαῦτα παρηκολούθει, οἷα εἴρηται. καὶ ἱδρῶτες οὐδέν. λήθη δέ τις τοιαύτη. ἐρωτήσας ὅτι πύθοιτο σμικρόν. καὶ διαλιπὼν, πάλιν ἠρώτα. καὶ ἔλεγεν αὖθις, ὡς οὐκ εἴη εἰρηκώς, καθεζόμενός τε ἐπελανθάνετο, εἰ μή τις ὑπομιμνήσκοι αὐτόν. καὶ αὐτὸς ἑωυτῷ ξυνῄδει τὸ πάθος. οὐδ' ἠγνόει. πνεῦμα ὁποῖον ὑγιαίνοντι. ὑπὸ δὲ τὰς λ, μέχρι τῆς μ, ἥ τε ὀδύνη πουλὺ ἐπεδίδου τῆς γαστρός. ὕπτιός τε κατέκειτο. καὶ ἐπιστρέφεσθαι οὐδ' ἐπὶ ποσὸν ἠδύνατο. ὃ δὲ ἐστὶ τὸ ἄλγημα δεινόν. ψωμίζειν ἄλλων δεῖ. ἡ δὲ ὑποχώρησις πολλὴ, καὶ διακεκριμένη λεπτή. καὶ χρώματα οἰνωπὰ ὅσαπερ προσδέχοιτο. καὶ ὕφαιμα ἐστὶν ὅτε. καὶ ὁ τόνος τοῦ σώματος. ἔκτηξις ἐσχάτη. καὶ ἀδυναμίη. οὐδ' ἀνίστασθαι ἄλλου ἐπαίροντος ἔτι δυνατὸς ἦν. μέσον δὲ ὀμφαλοῦ καὶ χόνδρου κατὰ ταύτην τὴν καταγωγὴν ἀπτομένῳ τῇ χειρὶ, τοιοῦτος παλμὸς ἦν, οἷος οὐδὲ ὑπὸ δρόμου, οὔτε ὑπὸ δείματος περὶ καρδίην γενηθείη. πίνοντι ἄπεφθον, ὡς ἐννέα ἀττικὰς κοτύλας ὄνειον ἐπὶ δύο ἡμέρας, χολώδης ἐγένετο σφόδρα ἡ κάθαρσις, καὶ ἔληξαν αἱ ὀδύναι, καὶ σιτίων ἐπιθυμίη ἐγένετο. μετὰ δὲ τοῦτο, βοείου γάλακτος ὡς τέσσαρας κοτύλας ἀττικὰς ὁμοῦ ἔπινεν, κατὰ δύο κυάθους, δι' ἡμέρης. πρὸ τῶν ὕδατος τὸ ἕκτον μίσγων, καὶ μέλανος οἴνου. καὶ αὐστηροῦ μικρόν. ἐμονοσίτει δέ. ἑσπέρην ἄρτος ὡς ἡμιχοίνικος ἐγκρυφίης καὶ ἰχθύδιον πετραῖον ἁπλοῦν ἢ κρεάδιον αἰγὸς, ἢ προβάτου, ἡ δὲ πόσις τοῦ γάλακτος ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἄνευ ὕδατος. μετὰ τὰς πρώτας δέκα ἡμέρας. οἴνου δὲ, ὡς μικρὸν μέλανος μέρος. ἱδρώτιον δὲ ἐγένετο μετὰ τὰς ἑβδομήκοντα ἤδη ἀπὸ τῆς πρώτης μετὰ λουτρὸν ἐς νύκτα. ὀλιγοποσίῃ δὲ ἐχρῆτο. καὶ μετὰ τὸ σιτίον τῷ ποτῷ, ἢ αὐστηροτέρῳ τοῦ ἀλωσίμου.

[1] μετὰ κυνα] Hæc historia lib. 5. est repetita ordine 72. etsi paulò aliter.

καὶ μακρὸν ἐπιεικῶς] Lib. 5. legitur καὶ μακρὸν καὶ ἐπιεικέως ἀκεῖτοι.

ἄλλοις ια] Duodecimum diem in iudicij ratione ex manu scriptis codicibus expunximus, qui tamen in publicatis adscribitur. Deinde neque huius meminit Caluus, etsi ex codicibus Italicis secundum & vigesimum annumerat non sine vitio, quod nec huius ratio in iudicationis serie habeatur, neque vllum extet in membranis huius scripturæ vestigium. Ac fortè inde vitium obrepsit, quod vigesimus dies lib. 5. adscribatur.

[2] καὶ ἐγένετο] Lib. etiam 5. Epid. vbi historia ista repetitur ordine 73. ἐγένετο ad superiora refertur, & κάθαρσις κάτω σφόδρα ἐγένετο scribitur. Quæ lectio hîc retinenda est, aut καὶ ἐγένετο τὰ τοῦ πυρετοῦ legendum. Exemplaria verò manu scripta omnia ἢ pro καὶ legunt: vt & Asulanus codex, in reliquis tamen vitium præ se ferunt. Cæterùm vulgaris est ista locutio & plebeia (velut etiam paulò post) quæ febrem tam leuem fuisse significat, vix vt consistere nisi in temporibus sentiretur. Sic enim vulgus ex dolore capitis qui febrem sequitur, febrem in capite consistere dicit. Deinde etiam ex hoc loco restituenda venit lib. 5. Epid. historia illa quæ diminuta esse vel hinc manifestò apparet.

ῥυφήμασι] ῥυφήμασι καὶ ῥοφήμασι habent omnia exemplaria, quæ lectio etiam obtinet sæpè postea. ξυνέφερεν verò legendum apparet, aut προσδέχεται apponendum, vt antea lib. 5.

[3] ἔστι δ' ὅτε καὶ ἦγες ἑλκύσαι] Hæc circumlocutio spirationem magnam & raram delirium præ se ferentem indicare videtur, quod & mens audacior, & tanta faucium reficcatio, vix vt aquam mulsam deglutire posset, facilè arguunt. Deinde magna ista expiratio & vehemens, exæstuantem thoracem & calidi natiui imbecillitatem indicat. vnde μέγα πνεῦμα editur, quod delirij comes est Hippocrati magnaq; spiritus efflatio efficitur, qualis ἐκφυσῶντες dicuntur in Cois Præsagiis. Quam etiam respirationem postea quoq; in Theodori vxore describit, & πνεῦμα πουλὺ vocat, quæ etiam delirio conflictata est.

[illegible]] Sic legunt omnia exemplaria, tum manu scripta, tum publicata. Caluus vero [illegible] legisse videtur.

ἰσὶ δ' ἐ κόπῳ] Sic habent exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit. Videturque illud ad calorem febrilem referri, qui pau co tempore cessasse videtur, deinde rediisse, adeò vt augescentis caloris sensum æger ipse perciperet. Antea namque cùm febris esset lenta, leuis percipiebatur, quæ postea ex recidiua grauior effecta est. Caluus κοπώδει, & ad laborem referre, aliterque legisse videtur, vt ex labore vix incalesceret. Codices manu scripti Regij ὡς δόξαι habent.

ἤδη ἀποχολούμενο σιτίων] Sic legunt publicata exemplaria & meliores etiam membranæ manu exaratæ. Quædam etiam [illegible] habent, eamque lectionem secutus videtur Caluus, qua auersum à cibis animum intellexit.

καταφορὴς ὕπνος] καταφορὴς ὕπνος somnus abunde suppetens intelligitur, vt peruigilio opponatur aut somnus altus & intensus, quemadmodum καταφορὴς δίψα, εἰς ἄκρον ἐπιτεταμένη dicitur Galeno in Exegesi.

σιτίον περὶ τὰς πρώτας ζ'] Sic legunt exemplaria publicata & quædam manu scripta. Quædam etiam [illegible] vt solidiore cibo ad decimum quartum diem Pythodorum vsum indicet, qui ptisanæ cremori & sorbitionibus opponatur. Deinde primis septem diebus aluo adstricta, ructatione & vomitione conflictatum fuisse idque citra nauseam & sine molestia, vt τῷ ἀσώδει [illegible] opponat in quo ægri admodum anxiè & implacidè habent, biliosis & mordacibus succis os ventriculi irritantibus, vt scribit Gal. Comm. 1. in Prorrh. Quam etiam lectionem probauit Cornarius.

γλῶσσα ἐξ ὕπνου] Lib. 5. Epid. γλῶσσα ξηρή, ἣ εἰ μὴ διαλύζοιτο διαλέγεσθαι οὐχ οἷός τε ἦν dixit quod hîc ὑποτραυλον, vt quæ præ siccitate aliquantulum balbutiret, neque loqui posset.

οὖρα οἷα τὰ πολυχρόνια] Phrasis insolens nec Hippocrati vsitata, qua vrinæ quæ morbi diuturnitatem præ se ferunt indicari videntur, quales sunt tenues & dilutæ, & quæ temporis interuallo coctionem admittunt.

ἡ γλῶσσα δὲ τὸ ὑστάτης] Hæc phrasis alioqui etiam insolens indicat linguam diu solutam, laxam & lentam, hoc est balbutientem permansisse, Cornarius verò τῆς γλώσσης aut τῇ γλώσσῃ legisse videtur.

ἐν γάλακτι πεπυρωμένῳ] γάλα πεπυρωμένον dicitur lac candefactis calculis marinis & ignitis immissis incensum & excoctum, quod ad internas omnes exulcerationes, præcipueque ad vlcerosas ventris fluxiones à Dioscoride [1] probatur, & Galeno lib. 3. de alimen. fac. At certè biliosis deiectionibus, aut etiam cum febre coniunctis, lactis vsus suspectus est [2] Galeno, quanquam in torminibus & febre carentibus exhibetur lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. Exemplar Regium vnum non ad [illegible] reconditum pro [illegible] legit diminutè fortassis. At ἐρροπλήξμην fortè non incommodè, vt serum expauisse aut exhausisse, quod aluum subducere, cum intelligas. Sic enim lac exhibetur excoctum quod serum omne consumpserit. Quam in rem etiam ignitl lapilli aut etiam ferrei orbiculi immittuntur, vt serum exugatur, eoque modo aluum non modo non subducit, verùm etiam sistit, iisque exhibetur quibus aluus acrium excrementorum demorsu infestatur, vt scribit Galenus lib. 3. de alimen. fac. & lib. 9. simplic. Huiusmodi lac Dioscorides τὸ γάλα διαπυρωθὲν κόχλαξιν ἑψηθέν, & τοῖς κόχλαξιν ἑψηθὲν, vt hic πεπυρωμένον vocat. Galenus verò κοχλάκων διαπύρων ἐμβληθέντων [illegible] ὡς ἐκδαπανῆσαι τὸ ἐρρὸν ἅπαντα dixit. Lac huiusmodi præcoctum aut diacochlacon vocat Cælius [3] Aurelianus, cum vitiosè dialeon scribatur, cuius parandi modum etiam tradit. Aut certè lac πεπυρωμένον simpliciter lac præcoctum aut excoctum intelligitur, quod Hippocrates lib. περὶ παθῶν γάλα ἑφθὸν vocat. Aurelianus verò lac egelatum huiusmodi exhibendum γαλακτώδες dici scribit, ad dimidiam aut tertiam partem decoctum, cuius confectionem ἀπεργον vocat, eamque in intestinorum difficultatibus magis probat. Aliud namque est quod πυετίδιον dicitur [4] Galeno, & πυετία à veteribus Comicis dicitur. Hic porrò Cornarius ἐν κόχλαξι πεπυρωμένοις reponit, cùm in omnibus exemplaribus tum manu scriptis, tum publicatis ἐν γάλακτι legatur, quod etiam ferri potest. Sunt autem Coclacæ Festo lapides ex flumine rotundi ad coclearum similitudinem.

[1] *Lib. 2. cap. 75.* [2] *Com. ad aph. 64. lib. 5.* [3] *Lib. 4. cap. 3.* [4] *Lib. 3. de alim.*

μετὰ τὰς πρώτας ἐξ ἡμέρας] Sic legunt publicata omnia exemplaria. At reconditæ membranæ manu exaratæ omnes μετὰ τὰς πρώτας [illegible] ἐξ ἡμέρας habent. Quam lectionem etiam agnoscit Caluus.

τὴν ἐν τῷ ὕδρῳ βοτάνην ῥυφέοντι] Hunc locum subindicat in Exegesi Galenus, vitiosè tamen, & τὴν λινόζωστιν interpretatur, ἐπειδὴ ἐν [illegible] ἑψηθὲν, ῥοφήσαντι δὲ λινόζωστιν. Sic enim postea legitur historia 7. in Cydis puero. Sed certè cùm mercurialis ad ciendam aluum olerum modo mandatur & exhibeatur, non videtur in difficultate intestinorum exhibita fuisse, sed fortè aliquid eorum quæ vim deficandi aut adstringendi habent, velut allij Gallici radicem (Græci symphytum vocant) in huiusmodi morbo exhibet Aurelianus.

ψωμίζειν ἄλλων δεῖ] Noua certè est phrasis & insolês, vbi ψωμίζειν pro ψωμίζεσθαι sumi videtur, vt sensus sit ψωμίζεσθαι ὑπ' ἄλλων, quòd tam grauis dolor esset, vt externo præsidio ad sumendos cibos egeret, & ab aliis cibus in os indendus & ingerendus esset. Sic enim ψωμίζω de cibis frustulatim concisis ac in os ingestis dicitur, & de nutricibus pueros inescantibus ac velut mansum in os inserentibus effert Hippocrates lib. 4. περὶ νούσων, & Galenus lib. 6. κατὰ τόπ. & ψωμίζεσθαι de pueris cibum capientibus, vt ψωμίσματα de eorum cibis. Caluus certè alium sensum elicit, vt alio victus genere curandus esset. Quam etiam notionem exemplaria omnia Regia manu scripta amplecti videntur, etsi longè alia scriptione. Legunt enim τὸ δὲ μὴ τὸ [illegible].

καὶ χρώματα οἰνωπὰ] Significat alui recrementa colorem vinosum retulisse interdumque subcruenta fuisse, quod per ea quæ assumuntur extulit, quoniam eorum pars multò maxima in aluum secedat, & ciborum sint reliquiæ. Deiectiones autem rubras ac veluti ex rubro nigricantes intelligit, qualis est vinosus color in vuis maturescentibus & ex rubro nigrescentibus, aut in fructibus etiam qui sua maturitate nigrescunt. Vinosus enim color ex rubro ad nigredinem via quædam est, vt scribit Arist. lib. περὶ χρωμάτων. οἰνώδεις quoque γυναῖκας vocat Hippocrates initio lib. περὶ γυναικείης φύσιος, quæ sunt inter candicantes & nigras mediæ, & permixto quodam rubore ad nigricantes magis accedunt. οἰνωπὸν verò etiam pro colorum permixtione aut temperatione quandoq; fuluum, quandoque etiam ceruleum vocant, velut Gaza apud † Theophrastum, & Homerus οἴνοπα πόντον, & οἴνοπε βοῦς dicit. Quidam etiam οἰνωπὸν nigricans intelligunt, qualia hîc recrementa accipi possunt, velut deiectiones nigræ, aut sanguis denigratus per intestina delapsus, aph. 21. lib. 4. † *Lib. 3. cap. 16. & 17. & lib. 9. cap. 3.*

καὶ ὁ πυρὸς τοῦ πόματος] Sic legunt omnia exemplaria tum publicata, tum manu scripta, quam etiam lectionem (ni fallor) satis expressisse videor, vt mirum sit Cornarium πόνος pro πυρὸς legisse.

μέζον δὲ οὐρανοῦ] Mirum certè est omnia exemplaria tum publicata, tum scripta, [illegible] hîc legere, quam certè dictionem nusquam apud Hippocr. me legere memini & sanè vitiatam suspicari licet, pro qua χόνδρω Cornarius ex facili lapsu reposuisse videtur, & pectoris os intellexisse, quod στέρνον dicitur. Quam certè lectionem non ingratiis amplectimur, & χόνδρον cartilaginem illam quæ est ad imum pectoris, & sub qua os ventriculi delitescit, intelligimus. Qui locus totus στέρνον etiam vocari videtur, & à Galeno cartilago [illegible] χόνδρος dici in Isagoge his verbis, τὸ δὲ μεταξὺ τῶν πλευρῶν, στῆθος, ἐν τὸ μεσαίτατον αὐτῶν, στέρνον, ὃ ἔχει τὸν χόνδρον ἐν ἐσχάτῳ τὰ [illegible]. Possunt χόνδρων nomine ipsa ὑποχόνδρια denotari, sub quibus viscera ipsa & præcordia continentur, aut verò abdomê ipsum & ἐπιγάστριον, qua notione ventrem ipsum posuit Caluus. At verò χόνδρος propius quodammodo ventriculi os ipsum respicit & significat, in quo palpitationem quandam, aut verò pulsum inesse denotat. Quod quantum periculum minetur, satis est ex Prognostico attestatû, siue palpitatio siue pulsus, aut in ventriculo, aut in visceribus, & præcordiis sentiatur. Θόρυβον nanque aut παραφροσύνην denunciari scribit Hippocrates. Illud autem κατὰ πᾶσαν τὴν ἐπιγαστρίην manus ductum per præcordia ac totum abdomen indicat, vt hac manus attrectatione, viscera ipsa aut præcordia inflammatione, aut palpitatione, spiritu crasso & flatuoso conclusio, laborasse intelligas, indeque magnam perturbationem aut delirium denunciari, etsi ἐπιγαστρίη sedem etiam significare potest.

πιόντι ἄπεφθον] Sic legunt omnia exemplaria tum publicata, tum manu exarata. Interpretes autem [illegible] legerunt, quod lac asininum tenuissimum & sero abundans, ac coaguli minimum habeat (vt scribit Galenus 5. & 6. salubr. & lib. 5. & 7. Meth. med. & lib. de aliment. facult. & lib. 9. simplicium) & intestinorum facultati parum conueniat, nisi coctione serum deposuerit. Excocto enim, & deposito tenuissimo liquore (quem Græci ὀρρὸν appellant) & vapore concepto, contrictiuum fieri necesse est, vt loquitur Aurelianus. At fortè crudum lac asininum ad corporis siccitatem & colliquationem emendandam exhibetur, vt corpus reficiat, nutriat & humectet, qualiter in ventriculi siccitate exhibetur à Gal. lib. 7. Meth. medendi & 6. S[illegible]. Qua certè ratione crudum & magna copia exhibetur. Sic namque tenuissimum est, & minimè coagulatur, & quoquouersus in corpus ocyssimè digeritur. Coctum verò

nocentissimum esse videtur, quod coctione crassescat, & quod maximè est tenue aut subtile euanescat. Atque eam in rem etiam lac bubulum crudum bis die exhibere videtur, quod crassius sit magisque nutriat.

ὠμὸν πίνειν] Ista sanè constans est omnibus exemplaribus lectio, quam etiam retinuimus. Lac autem bubulum offerre videtur, quòd magis nutriat corpusque reficiat, cui etiam sextam aquæ partem immiscere videtur, tum quia sua natura crassius, tum verò quia decoquendo nidore siue fumo, aut vstione, eius lactis natura facile vitiatur. Quo nomine crudum lac quidam exhibent & ὠμὸν legunt. Alij quoque in dysenteria ea ratione lacti tertiam aquæ partem admiscentes, decoctum exhibent, vt testatur Aurelianus. Vinum verò nigrum & austerum adhibetur morbi nomine scilicet, plurimum constringens quale in Italia laudatur Prænestinum vel Surrentinum ab Aureliano.

ἄρτος ἐγκρυφίας] Panem subcineritium in acrium deiectionum tormento velut exiccans edulium probat Hipp. lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. Eum tamen Aurelianus in intestinorum difficultate respuit, atque ita curatum dicit, vt neque ab hominibus rectè valentibus posse digeri facile videatur.

ὀλιγοποσίη δὲ ἐχρῆτο] Parcissimam potionem & siccam cibationem Aurelianus in dysenteria imperat, præcipuè vbi solo lacte potantur. Est enim ratione carens, vt scribit Aurelianus, lac decoctione constrictum, supermisso liquore in aquam vertere. Caluus quod sequitur sic legisse videtur, καὶ μετὰ τὸ σιτίον τῷ ποτῷ πλείονι ἢ ἀναλωσιμωτέρῳ. Illud verò τὸ ἀλωσίμου quomodo huic loco congruat, non satis liquet, etsi Caluus pro voluptate vertit, quod ἁλώσιμος expugnabilem & qui facilè adduci aut falli potest significat. Videtur sanè singularitatem quandam referre, & propriè magis sequentia respicere. Cornarius certè illud expunxit, cùm tamen illius vestigia omnibus in exemplaribus remaneant.

6 Ctesiphonti dolore cum laboribus totum ventrem occupanti, crebraq; exurrectione & deiectione aliquantulum cruenta, cum pedum tumore, farina lacte subacta magis quàm serum caprinum contulit. Eadem quoque Adriano ferè iam per viginti quinque dies contulerunt. At Cænææ filio lac asininum coctum. 7 circa brumam Cydis filium rigor prehendit & febris, aurisq; dextræ & capitis dolor. Hic autem auris dolor statim à puero comitabatur cum destillatione, fistula & graui odore. Cúmq; ita se haberet ferè doloris expers erat, sed tunc dolor grauis aderat, & capitis dolor vrgebat. Secundo aut tertio die bilis vomitione reiecta est, desidenti subbiliosa deiectio extitit, glutinosa velut oui subpallidũ. Quarto & quinto sub noctem aliquantulum delirabat, & auris capitisq; dolor vehemens erat & febris. Sexto ex mercuriali aluus deiecit, & calor & dolor cessasse visus est. Septimo velut sanus, verùm circa tempora pulsatio non deseruit, neq; vllus sudor erupit. Octauo sorbitiũculam ex hordeo sumpsit, sub vesperum verò betæ succum & noctu somnum cepit, ac magnopere doloris expers fuit. Nono sub Solis occasum læto erat animo, ac sub noctẽ capitis & auris dolor grauiter vrgebat. Per hoc tempus autem cùm valde laboraret, statim ab initio aurem pure manare contigit. Nocte verò tota noni diei, posteraq; die ac noctis magnam partem, neminem agnoscebat, perpetuoq; ingemiscebat. Die autem ad sese redierat, & dolores cessarát, calorq; leuior erat. Vbi verò sorbitionem ex mercuriali sumpsisset, vndecimo die aluo reiecta sunt pituitosa, mucosa, graueolentia. Duodecimo & decimo tertio moderatè habuit. Decimo quarto die ducto initio à matutino tempore ad meridiem vsque, toto corpore sudor effluxit, ac somno soporeq; multo grauatus, non nisi ægrè excitabatur. Sub vesperum verò experrectus, & corpus quidem moderatè perfrixit, at in temporibus pulsus perdurauit. Decimo quinto & decimo sexto sorbitionibus ex hordeo vsus est. Decimo septimo verò sub noctem rursus eorundem dolor rediit, ac delirium, & pus effluebat. Decimo octauo decimo nono & vigesimo, furiosè habebat, vociferás sese attollere conabatur, sed caput continere nõ poterat, & manibus exporrectis semper aliquid frustra captabat. Primo & vigesimo sudor modicus circa latus dextrũ, pectus, & caput & vigesimo secũdo plurimus circa faciem extitit. Per hoc tempus autẽ, siquidem plurimum voce contenderet quæ volebat perfectè efferebat. Sine conatu verò, semiperfecta loquebatur, & os solutũ, ac maxillæ & labra semper in motu erant, tanquã qui loqui cuperet, oculorũ creber motus & intuitus, oculiq; dextri color qualis dictus est, aliquantulũ cruentus palpebra superior intumue-

6 Κτησιφῶντι δὲ τῷ ἐν τῷ ἀλφίτῳ μᾶλλον τοῦ αἰγείου ὀῤῥοῦ ξυνήνεγκεν, ὀδύνης ἐούσης περὶ ὅλην τὴν κοιλίην, καὶ πόνων. καὶ ἀναστάσιος πολλῆς καὶ ὑφαίμου. καὶ ἐπάρματος περὶ τοὺς πόδας σχεδὸν ἤδη περὶ πέντε καὶ εἴκοσιν ἡμέρας, ἐόντα καὶ Ἀδριανῷ ταῦτα. τῷ δὲ Καινέως τὸ ὄνειον ἑφθόν. 7 τῷ Κύδιος περὶ χειμερινὰς ἡλίου τροπὰς ῥῖγος καὶ πυρετὸς καὶ ὠτὸς δεξιοῦ ἄλγημα. καὶ κεφαλῆς ὀδύνη. τὸ δὲ τοῦ ὠτὸς ἄλγημα εὐθὺς ἐκ μικροῦ παιδίου παρηκολούθει ῥευματῶδες. καὶ συριγγῶδες. καὶ ἐνοσμον. ἔχον δὲ οὕτω τὰ πολλὰ ἀνώδυνον ἦν. τότε δὲ ἡ ὀδύνη ἦν δεινή. καὶ ἡ κεφαλαλγίη δευτεραίῳ ἢ τριταίῳ ἐόντι, χολῆς ἔμετος, ἀνακαθιζομένῳ ἐῤῥύη ὑπόχολον γλίσχρον, ὡς ᾠοῦ ὕπωχρον. τετάρτη καὶ πέμπτη, ἐς νύκτα ὑποπαρελήρει. καὶ ἡ ὀδύνη τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ ὠτὸς δεινή. καὶ ὁ πυρετός. ἕκτη ὑποχώρησις ἀπὸ λινοζώστιος. καὶ ἡ θέρμη λῆξαι ἐδόκει καὶ ἡ ὀδύνη. τῇ ἑβδόμῃ ὡς ὑγιής. κροτάφων δὲ σφυγμὸς οὐκ ἔλιπεν. ἱδρὼς οὐδεὶς ἐῤῥύη, οὐδέν, χυλοῦ ἐρρόφησεν. ἐς δὲ τὴν ἑσπέρην, σεύτλου. καὶ τὴν νύκτα ὕπνος. καὶ σφόδρα ἀνώδυνος. καὶ τὴν ἐνάτην ἦν δὲ περὶ ἐς ἡλίου δυσμάς. ἐς δὲ νύκτα τῆς κεφαλῆς δεινὴ ὀδύνη καὶ τοῦ ὠτός. ξυνέβαινε δὲ καὶ πυοῤῥοεῖν τὸ οὖς περὶ τὸν χρόνον, ὁπότε μάλιστα πονοίη εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς. ὅλην δὲ τὴν νύκτα τὴν ἐνάτην καὶ ἐπιοῦσαν ἡμέρην, καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖον. οὐκ ἐπεγίνωσκεν οὐδένα. στένων δὲ διετέλει. ἡμέρην δὲ ἐν ἑωυτοῦ ἐγένετο. καὶ αἱ ὀδύναι ἔληξαν, καὶ τὰ τῆς θέρμης μετριώτερα, ῥυφήσαντι δὲ λινοζώστιν, τῇ ἑνδεκάτῃ ὑπεχώρησε φλεγματώδεα, μυξώδεα. κακώδεα. δωδεκάτη, καὶ τρισκαιδεκάτη, μετρίως. τεσσαρεσκαιδεκάτη, ἀρξάμενος ἀφ' ἑωθινοῦ, μέχρις ἐς μέσον ἡμέρης, ἵδρου ὅλον τὸ σῶμα. μετὰ ὕπνου καὶ κώματος πολλοῦ, ἐγεῖραι ἔργον ἦν. πρὸς ἑσπέρην δὲ διηγέρθη, καὶ τὸ μὲν σῶμα μετρίως κατεψύχθη. ἐν κροτάφοισι δὲ σφυγμοὶ διετέλει. πεντεκαιδεκάτη, καὶ ἑκκαιδεκάτη χυλοῖσιν ἐχρήσατο, ἐν δὲ τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ, ἧκε πάλιν ἐς νύκτα ὀδύνη αὐτῶν. καὶ παραλήρησις. καὶ ἐπυοῤῥόει. ιη, καὶ ιθ. καὶ εἰκοστῇ μανικῶς. ἦν δὲ κεκραγὼς ἐπαιρόμενος τε φερόμενος. οὐ δυνάμενος δὲ κρατεῖν τὴν κεφαλῆς, τῇσι χερσὶν ἐπορεγόμενος. καὶ ἀεὶ διαχενῆς θηρεύων, πρώτη καὶ εἰκοστῇ καὶ ἱδρώτιον περὶ πλευρὴν δεξιὸν, καὶ στῆθεα, καὶ κεφαλήν. κβ, ἱδρώτιον περὶ τὸ πρόσωπον πλεῖστον ἦν. τῇ δὲ φωνῇ κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον, εἰ μὲν σφόδρα ἀπεβιάσατο, εἶπεν ἃ ἐβούλετο τελέως. εἰ δὲ οὔ, πονηρῶς ἡμιτελέα. καὶ τὸ στόμα λελυμένον. καὶ αἱ γένυες, καὶ χείλεα ἀεὶ ἐν κινήσει, ὥστε θέλοντος λέγειν. καὶ τῶν ὀφθαλμῶν πυκνὴ κίνησις, καὶ ἔμβλεψις. καὶ χρῶμα ἐπ' ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ. οἷον εἴρηται τὸ ὕφαιμον. καὶ βλέφαρον τὸ ἐπάνω ἐπῴδη-

A δὲ ἔτι. καὶ κατὰ γνάθον ἔρευθος ἐπὶ τελευτῆς. καὶ φλέβες πᾶσαι αἱ ἐν τῷ προσώπῳ, φανεραὶ οὕτω ξυνεσταλμέναι. καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐκ ἔτι ξυμμύουσα ἦν, ἀλλ' ἀτενὲς ἐνορῶν καὶ ἐπαίρων τὰ βλέφαρα ἐς τὸ ἄνω μέρος, ὡς ἐπὴν ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὄμμα. καὶ ὁπότε πίνοι καταϊόντος ἐς τὰ στήθεα καὶ τὴν κοιλίην, ψόφος οἷος καὶ Χαρτάδῃ. πνεῦμα δὲ ἐπιεικῶς διὰ παντὸς μέτριον. γλῶσσα οἵη ἐστὶ τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν, ὠχρόλευκος ἀπ' ἀρχῆς. καὶ διὰ παντὸς κεφαλαλγίη. B τράχηλος διὰ παντὸς ἀκίνητος ξυμπεριάγων τῇ κεφαλῇ ἐδόκει. καὶ τὸ κατὰ ῥάχιν ἐκ τραχήλου, ἰθὺ καὶ ἄκαμπτον. καὶ κλίσιες ὁποῖαι εἴρηνται. καὶ οὐκ ἀεὶ ὕπτιος. τὸ δὲ πῦον ἔδει ὀρρῶδες λευκόν. πολυέργως ἀποσπογγίσαι. ὀδμὴ ὑπερβεβλημένη κατὰ τὸν τελευταῖον χρόνον. ποδῶν ἄψιος οὐ πάνυ καταισθανόμενος. [8] τῇ Ἁρπαλίδεω ἀδελφῇ περὶ τέταρτον μῆνα ἢ πέμπτον κυούσῃ, οἰδήματα περὶ τοὺς πόδας ὑ- C δατώδεα ἐγένετο. καὶ τὰ κύκλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπῳδεῖ. καὶ ἅπαν τὸ χρῶμα μετέωρον, οἷον τῇσι φλεγματώδεσι. βὴξ ξηρή. ὀρθοπνοίη δὲ καὶ ἆσθμα τοιοῦτον. καὶ πνιγμοὶ ἔστιν ὅτε ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ὥστε καθημένη διετέλει κατὰ κλίνην. κατακεῖσθαι δὲ οὐχ οἵη τε ἦν. ἀλλ' εἴ τις ὕπνου δόξα γίνοιτο, καθημένη ἦν. ἄπυρος δὲ ἐπιεικῶς. καὶ τὸ κύημα ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἀκίνητον ἦν, ὡς διεφθαρμένον, καὶ μετέπιπτε. παρηκολού- D θησε δὲ τὸ ἆσθμα, σχεδὸν δύο μῆνας. κυάμοισι δὲ χρωμένη μελιχροῖσι, καὶ μετὰ μέλιτος ἐλείξε, καὶ τοῦ αἰθιοπικοῦ κυμίνου πινοῦσα ἐν οἴνῳ, ἐρᾳστώνησε. μετὰ τοῦτο δὲ ἀνῆγε βήσσουσα πολλὰ πέπονα, φλεγματώδεα, λευκά. καὶ τὸ πνεῦμα ἔληξεν. ἔτεκε δὲ γόνου θῆλυ. [9] τῇ Πολυκράτεος θέρεος περὶ τὸ ἄστρον πυρετὸς. πνεῦμα τὸ ἑωθινὸν ἧσσον. ἀπὸ μέσου ἡμέρης μᾶλλον τὸ πνεῦμα, πυκνότερον μικρῷ. βὴξ καὶ ἀπόχρεμψις εὐθὺς E ἀπ' ἀρχῆς, ὁμοίη πυώδεσιν. ἔσω περὶ ἀρτηρίην καὶ φάρυγγα, ὑπεσύριζε τρηχαλέον. πρόσωπον εὔχροον. ἐπὶ γνάθοισιν ἐρύθημα, οὐ κατακορὲς, ἀλλ' ἐπιεικῶς ἀνθηρόν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ ἡ φωνὴ βραγχώδης. καὶ τοῦ σώματος ξυντήξις. καὶ περὶ ὀσφῦν ἐκρήγματα. καὶ ἡ κοιλίη κατὰ τὸν τελευταῖον χρόνον ὑγροτέρη. ἑβδομηκοστῇ, ὁ πυρετὸς ἔξωθεν σφόδρα ἔψυχεν. ἐν δὲ τοῖσι κροτάφοισιν, ἡσυχίη. τὸ F δὲ πνεῦμα πυκνότερον ἐγένετο. μετὰ δὲ τὴν παῦσιν ταύτην, τὸ πνεῦμα πυκνότερον οὕτως, ὥστε καθημένη διετέλεσεν, ὥστε ἀπέθανεν. ἐν δὲ τῇ ἀρτηρίῃ, ψόφος πουλὺς ἐνῆν. καὶ ἱδρῶτες πονηροί. καὶ ἐμβλέψιες ἐμφρονώδεες σφόδρα, μέχρι τοῦ ἐσχάτου χρόνου. ἡμέραι δὲ ἐπεγένοντο αὐτῇ καταψυχθείσῃ, πλείους ἢ πέντε. μετὰ δὲ τὰς πρώτας διετέλει πυώδεα ἀποχρεμπτομένη. [10] τῇ ἄνω τῶν πυλέων οἰκεούσῃ, ἤδη οὔσῃ G πρεσβυτέρῃ, πυρέτιον ἐγένετο. καὶ ἤδη ἀπολήγοντος τοῦ τραχήλου ἄλγημα μέχρις ἐς ῥάχιν καὶ ὀσφῦν. καὶ οὐ πάνυ ἐγκρατὴς τούτων. γένυες δὲ ξυνηγμέναι, καὶ ἐοῦσαι ὀδόντες πλέον ἢ μήλην προσφέρειν. ἥ τε φωνὴ ψελλὴ διὰ τὸ παραλελυμένον, καὶ ἀκίνητον καὶ ἀσθενὲς εἶναι τὸ σῶμα. ἔμφρων δέ. χλιάσμασι καὶ μελικρήτῳ χλιερῷ ἐχάλασε τριταίη σχεδόν. καὶ μετὰ τοῦτο χυλοῖσι καὶ ζωμοῖσιν ὑγιὴς ἐγένετο. ξυ- H νέβη δὲ τελευτῶντος τοῦ μετοπωρινοῦ καιροῦ. [11] Ὁ παρὰ Ἁρπαλίδῃ ἀλείπτης, ἀκρατέστερος σκελέων καὶ χειρῶν, περὶ φθινόπωρον γενόμενος, ἔπιεν ἐκ τοῦ φάρμακον ἄνω καὶ κάτω. ἐκ δὲ τῆς καθάρσιος πυρετός. καὶ ἐς τὴν ἀρτηρίην κατέρρυη τοιοῦτον. ἐπισχεῖν διαλεγόμενον. καὶ ἀσθμαίνειν ἐν τῷ διαλέγεσθαι. ὁμοίως κυνάγχῃ ἢ βραγχώδει. πνιγμοί.

rat,& circa genæ extremum rubor erat,venæ omnes faciei adeò contractæ erant,vt cóſpicuæ eſſent, neq; ampliùs oculis nictabat,verũ intente intuebatur,palpebraſq; ad ſuperiorem partem extollebat, quaſi aliquid in oculũ incidiſſet. Cũ biberet,in pectus & ventriculũ deſcendentis potus ſtrepitus percipiebatur, quale quid Chartadi adfuit. Spiratio ferè ſemper moderata fuit,lingua qualis pulmonũ inflãmatione laborãtibus,ab initio ex pallido albicans,& perſeuerãs capitis dolor. Ceruix perpetuo immota,non niſi cum capite circumagebatur,& pars quæ ex ceruice ad ſpinã deſcendit,recta & inflexibilis erat,decubitus qualis dictus eſt,neq; ſemper ſupinus erat. Pus verò iã ſeroſum,albũ effluebat,nec niſi magno negotio ſpógia detergebatur,odoreq; modum excedebat. Ad extremum pedũ contactum non percipiebat. 8 Harpalidæ ſorori quatuor aut quinq; menſium vterum geſtanti, pedum tumores aquoſi exorti ſunt,& oculi in orbem intumeſcebãt,totumq; corpus veluti pituita alba ſuffuſis,in tumorem ſubleuabatur. Tuſſis ſicca, erectæ ceruicis ſpiratio eiuſmodiq; anhelatio,interdumq; à ſpiritu ſuffocabatur,adeò vt perpetuò ſedere in lecto cogeretur,neq; decũbere poſſet,ſed ſi qua ſomni incideret opinio,eũ deſidendo caperet. Ferè ſine febre erat, fœtuſq; ex longo interuallo non mouebatur ac veluti ad corruptioné tendebat. Creber auté anhelitus ferè ad duos menſes perſeuerauit. Fabis verò melle conditis,& mellis linctu vſa,Æthiopicoq; cumino ex vino epoto,meliùs habuit. Deinde etiã multa matura,pituitoſa & alba tuſſi reiecit,ſpirandi difficultas deſiit,& prolem edidit fœmellam. 9 Polycratis coniugé per æſtaté circa caniculã febris prehendit, difficultas ſpirandi mane minor aderat,poſt meridié verò maior,& paulò crebrior,ſtatim ab initio tuſſis & exſcreatio qualis purulentis. Intus ad arteriã & fauces ſtridula quædã inerat aſperitas, facies bene colorata, malarũ rubor nó in plenũ ſed leuiter floruléntus. Procedente verò tempore vox rauca extitit, & corporis colliquatio,& circa lumbos eruptiones,ad extremũque aluus liquidior. Septuageſimo die febris prehendit cum vehemẽti frigore externo,ac in temporibus quies erat. Spiratio autem increſcebat. Poſt hanc verò quietem ſpiratio crebrior extitit, adeò vt quo ad vixerit ſedens permãſerit. In arteria ſtrepitus multus inerat,ſudores maligni,intuitus valde compoſitus ad extremum vſque. Ipſa diebus pluribus quàm quinq; perfrigerata eſt. Poſt primos autem dies fœculentum aſſiduè exſcreauit. 10 Mulierem ſupra portas habitantem iam prouecta ætate febricula prehendit,qua iam deſinente, ceruicis dolor ad ſpinam & lumbos protendebatur, neque admodum his partibus valebat. Maxillæ verò & dentes in ſeſe adeò cohærebant,ſpecillum vt non immitteretur, vox etiam balbutiebat,quod corpus reſolutũ,immobile ac imbecillum eſſet,mentis tamen compos erat. Excalefacientium auté & aquæ mulſæ tepidæ vſu, tertio ferè die remiſit,poſteaq; ſorbitionib[9] & iuſculis cóualuit. Id quod ſub autumni finem contigit. 11 Vnctor apud Harpalidem circa autumnum cruribus & manibus imbecillior factus, medicamentum ſurſum ac deorſum purgans temerè ebibit, ex quo febris inuaſit, & ad arteriam tale quiddam defluxit,vt loquentem impediret,& inter loquendum crebriorem anhelitum redderet, non ſecus ac angina cum raucedine laboranti. Cùm deglutiret præfocabatur, cæteraque pa-

ticbatur quæ qui angina laborant, tumor tamen non aderat. Febris verò increſcebat & tuſſis, multamque ac liquidam pituitam excreabat Progreſſu autē temporis dolor circa pectus & mammā ſiniſtram obortus eſt, cumq; exurgeret aut commoueretur, crebra anhelatio multum vexabat, ſudor ex fronte & capite manabat & faucium affectio detinebat remiſſius tamen dolore ad pectus ſecedente. Per exordia igitur fabis melle conditis vtebatur, vbi verò febres detinebāt potiùs aceto mulſo calido & mellis delinctu copioſo. Quatuordecim autem diebus elapſis omnia ceſſarunt & manibus ac cruribus non multo poſt valuit.

12 Chartadæ febris ardens adfuit, bilis per vomitionem multa reiectio & per aluum egeſtio in ſomnia & ad lienem tumor rotundus. Ipſo die mane ad deſidendum ſurrexit, ſtrepitu circa ventrem abſque dolore oborto. Cùm verò ventrem exoneraret, ſanguinis recentis pluſquam congij menſura per aluum ſubiit, & pauca interpoſita mora etiā tertiò ſanguinis grumi concreti. Oris autem ventriculi anxietas erat, & ferè toto corpore paruus ſudor & febricula. Primū etiā mentis compos eſſe videbatur, procedente verò die anxietas & corporis inquies iactatio maior & ſpiratio paulò crebrior erat, confidentiùs & perhumaniùs quàm occaſio ferret homines alloquebatur & excipiebat & quædā animi deliquia accedere videbantur. Quibuſdā autē ſorbitiones ex hordeo & aquā in qua farina craſſior macerata erat offerentibus, nō deſiit, verùm difficultas ſpirādi ſub veſperam admodum magna erat & corporis iactatio vehemens ac in dextrum & ſiniſtrum ſeſe diſiiciens, nullo tempore quieſcebat, pedes frigidi tempora & caput magis incaleſcebant inſtante iam morte multiſque ſudoribus paruis diffluebant. Cùm biberet circa pectus & ventriculum demiſſi potus ſtrepitus percipiebatur, quod ſanè mirum in modum pernicioſum erat. Vbi verò ſibi aliquid infra demitti velle dixiſſet, defixis oculis non longa interpoſita mora vitam finiuit. 13 Hermoptolemi vxorē hyemis tempore febris & capitis dolores prehenderūt, cumq; bibiſſet tanquam difficulter deglutiens exurrexit, & cor valere dixit, lingua ab initio liuida fuit. Morbi autē occaſio ex horrore poſt balneum nata viſa eſt, nocte & die inſomnis erat. Poſt primos dies interrogata ſe iam nō ſolum capite, ſed etiam toto corpore laborare dixit. Sitis interdū quidem ſummè intenſa, interdum etiam moderata erat. Quinto, ſexto, & ad nonum vſq; diem ferè delirium, ruſuſq; ſecum ſemiperfecta loquebatur cum ſopore. Interdum etiam manum ad parietis tectorium extēdebat, & puluinū quendam frigidum qui capiti ſuberat etiam pectori admouebat, interdum etiam veſtem ſtragulam reiiciebat, & in oculo dextro ſubcruentū quiddam & lachryma inerat. Vrina verò erat quæ in pueris ſemper mala cenſetur. Circa initia quidem per aluum aliquantulum fulua demittebat, poſtea verò aquoſa multum, atq; eiuſmodi coloris. Vndecimo die mediocriter calere videbatur, ac interdū ſitis expers in tantum erat, vt niſi quis daret nō peteret. Poſt primum tempus de die ſomnus moderatè contingebat, noctu verò peruigil erat & ad noctem magis laborabat. Nono aluus emota eſt aquoſa deiiciens, eodemq; etiam modo vndecimo. Sequentibus verò diebus, ferè crebra ad deſidendū exurrectio erat, eademq; deiectio. Primis autem diebus excandeſcebat

καταπίνουσι, καὶ ἄλλα κυνάγχικά. οἴδημα δὲ οὐκ ἦν. ὁ πυρετὸς ἐπέτεινε καὶ ἡ βὴξ. καὶ ἀπόχρεμψις ὑγροῦ καὶ πολλοῦ φλέγματος. περιιόντος δὲ, καὶ ὀδύνη κατὰ στῆθος καὶ μαζὸν ἀριστερόν. ὁπότε δὲ ἐξαναστάη ἢ μετακινηθείη ἆσθμα πολὺ καὶ ἱδρὼς ἀπὸ μετώπου καὶ κεφαλῆς. καὶ τὰ περὶ τὴν φάρυγγα κατεῖχε. μαλακώτερον δὲ ἐς τὸ στῆθος τῆς ὀδύνης ἀπελθούσης. ἀπ' ἀρχῆς μὲν οὖν κυάμοισι μελιχρέσιν ἐχρῆτο. ἐπεὶ δὲ ὁ πυρετὸς ἐπεῖχεν, μᾶλλον ὀξυμέλιτι θερμῷ, καὶ μελίκτῳ ἐκλείξει πολλῇ. παρελθουσέων τεσσάρων καὶ δέκα ἡμερέων, ἅπαντα ἔληξε. καὶ τὰ περὶ χεῖρας καὶ σκέλεα οὐ πολὺ ὕστερον ἐγκρατὴς ἐγένετο. Χαρτάδῃ, πυρετὸς καῦσος. ἔμετος χολῆς πουλύς. καὶ κάτω ὑποχώρησις. ἄγρυπνος. καὶ κατὰ σπλῆνα ἔπαρμα στρογγύλον ἐν αὐτῇ πρωῒ ἐξανέστη. ψόφου περὶ τὴν κοιλίην, ἄνευ ὀδύνης γενομένου. ὡς ἀφοδεύων δὲ ἦν, ὑπῆλθεν αἵματος πλέον ἢ χοεὺς προσφάτου. καὶ μικρὸν ἐπισχόντι καὶ τρίτον, πεπηγότες θρόμβοι. ἄση δὲ περὶ τὴν καρδίαν, καὶ ἱδρώτιον σχεδὸν καθ' ὅλον τὸ σῶμα. καὶ τὸ πυρέτιον. κατὰ ψυχὴν ἐδόκει καὶ ἔμφρων τὰ πρῶτα. προϊούσης καὶ τῆς ἡμέρης, ἥτε ἄση πλείω καὶ ἀλυσμός. καὶ πνεῦμα σμικρῷ πυκνότερον. καὶ θρασύτερον, καὶ φιλοφρονέστερον τῆς χώρας προσηγόρευε, καὶ ἐδέχετο. καί τινες λειποψυχίαι ἐδόκεον ἐπιγίνεσθαι. προσφερόντων δέ τινων χυλοὺς καὶ τὸ ἀπὸ κριμνῶν ὕδωρ, οὐκ ἔληγε. ἀλλὰ τὸ πνεῦμα πρὸς τὴν ἑσπέρην, ὑπέρπολυ ἦν. καὶ ῥιπτασμὸς πολὺς, καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ, μεταρρίπτων ἑωυτὸν, οὐδὲ ἀχαρῆ χρόνον ἀτρεμίζειν δυνατὸς ἦν. πόδες ψυχροί. ἐν κροτάφοισι καὶ κεφαλῆς θέρμη μᾶλλον, ὑπὸ γοῦν τῆς τελευτῆς. καὶ ἱδρώτια πολλά. καὶ πίνοντι τὰ ὑπὸ ψόφου περί τε στῆθεα, καὶ κοιλίην, καταπίνοντος τοῦ πόματος. ὅπερ δὲ κάκιστον. φάμενος δὲ θέλειν τι ἑωυτοῦ ὑπελθεῖν, καὶ ἀτενίσας τοῖς ὄμμασιν, οὐ πολὺ ἐπισχὼν, ἐτελεύτησεν. Τῇ Ἑρμοπτολέμου χειμῶνος ὥρῃ, πυρετός. καὶ κεφαλῆς ἀλγήματα. καὶ ὁπότε πίοι, ὡς χαλεπῶς καταπίνουσα, ἐξανέστη. καὶ τὴν καρδίην ὑγιαίνειν ἔφη. γλῶσσα πελιδνὴ ἀπ' ἀρχῆς, ἡ δὲ πρόφασις ἐδόκει ἐκ φρίκης μετὰ λουτρὸν γενέσθαι. ἄγρυπνος καὶ νύκτα, καὶ ἡμέρην. μετὰ τὰς πρώτας ἡμέρας ἐρωτωμένη, οὐκ ἔτι μόνον κεφαλὴν, ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸ σῶμα πονέειν ἔφη. δίψα. ὅτε μὲν κατακορής. ὅτε δὲ μετρίη. πέμπτη καὶ ἕκτη, καὶ μέχρι τῆς ἐνάτης, σχεδὸν παραλήρησις, καὶ αὖθις πρὸς ἑωυτὴν ἐλάλει μετὰ κώματος, ἡμιτελέα. καὶ τὴν χεῖρα ἔστιν ὅτε ἐπορέγετο πρὸς τὸ κονίαμα. καὶ προσκεφάλαιόν τι ψυχρὸν ἐνεὸν τῇ κεφαλῇ. καὶ τοῖσι στήθεσι προσεῖχε. καὶ τὸ ἱμάτιον ἔστιν ὅτε ἀπερρίπτει. καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῦ τοῦ δεξιοῦ τὸ ὕφαιμον ἦν, καὶ δάκρυον ἦν. οὖρον δὲ ὃ τοῖσι παισὶ πονηρόν ἐστιν ἀεί. ὑπεχώρει δὲ ἀπ' ἀρχῆς μὲν ὑπόκιρρα. ὕστερον δὲ ὑδατώδεα σφόδρα. καὶ τοιουτόχροα. ια, ἐδόκει μετριώτερον θερμὴ εἶναι καὶ ἄδιψος ἔστιν ὅτε ἐγένετο, οὕτως ὡς εἰ μή τις διδοίη, οὐκ ᾔτει. ὕπνοι μετὰ τὸν πρῶτον χρόνον ἐγίνοντο ἐπιεικῶς ἡμέρης. ἐς δὲ νύκτα, ἄγρυπνος. καὶ ἐπόνει μᾶλλον ἐς νύκτα. ἐνάτη ἡ γαστὴρ ἐξεταράχθη, ὑδατώδεα διαχωρήσασα. ὡσαύτως δὲ καὶ ἑνδεκάτη. τὰς δὲ ἐπιδόσιας, ἐπιεικῶς. πολλὴ ἡ ἐξανάστασις. καὶ τοιαύτη. ἦσαν δὲ ἐν τῇσι πρώτῃσιν ἡμέρῃσιν, ἀκρηχολίαι καὶ κλαυθμοὶ, οἷοι παιδαρίου. καὶ βοή. καὶ δείματα. καὶ περιβλέψιες ὁπότε δὴ ἐκ τοῦ κώματος ἐγείρειαν. τῇ δὲ

& eiulabat, inſtar puelli clamabat & terrebatur, & vbi ex ſopore excitaretur, circumſpiciebat. Decimo quarto

πα-

τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἔργον κατέχειν αὐτὴν, ἀναπηδῶσαν, καὶ βοῶσαν, ἐξαίφνης καὶ σκοτεινῶς ὥσπερ ἂν ἐκ τῆς πληγῆς, καὶ δεινῆς ὀδύνης. καὶ φόβου. ὥς καταλαβών τις αὐτὴν, κατέχοι χρόνον ὀλίγον, εἶτα πάλιν ἡσυχίην τε εἶχεν. καὶ κωματισμένη, ὑπνώσσα διετέλει οὐχ ὁρῶσα ὅλως. ἔστι δ' ὅτε, οὐδὲ ἀκούουσα. μετέβαλλε δὲ ἐς ἀμφότερα θόρυβόν τε καὶ ἡσυχίην πυκνά, σχεδὸν ὅλην τὴν ἡμέρην ταύτην. ἐς νύκτα δὲ τὴν ἐπομένην, ὑπῆλθέ τι καὶ ὕφαιμον οἷον μυξῶδες. καὶ πάλιν οἷον ἰλυῶδες. μετὰ δὲ πρασοειδέα σφόδρα καὶ μέλανα. τῇ δὲ ιε' ὀξεῖς ῥιπτασμοί, καὶ οἱ φόβοι. καὶ ἡ βοὴ ἐγένετο ἠπίως. παρηκολούθει δὲ ὁ ἀγριασμός. καὶ ὁ θυμός. καὶ κλαίειν εἰ μὴ ταχέως ὅ, τι βούλοιτο ὀρεχθείη. καὶ ἐπεγίνωσκεν μὲν πάντας. καὶ πάντα ἤδη μετὰ τὰς πρώτας εὐθὺς ἡμέρας. καὶ τὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ κατέστη. ἡ δὲ μανίη παρὰ καιρόν. καὶ ἡ βοή. καὶ ἡ μεταβολὴ ἡ εἰρημένη παρηκολούθησεν ἐς τὸ κῶμα. ἤκουεν ἀνωμάλως. τὰ μὲν σφόδρα καὶ εἰ σμικρόν τι λέγοι. ἐπ' ἐνίων δὲ μεῖζον ἐδόκει διαλέγεσθαι. πόδες ἀεὶ ὁμαλῶς τῷ ἄλλῳ σώματι θερμοὶ ἐς τὰς τελευταίας ἡμέρας. τῇ δὲ ις' ἧσσον. ιζ' μετριωτέρη τῶν ἄλλων ἡμερῶν, ἔχουσα ἐς νύκτα ὡς φρίκης αὐτῇ γινομένης, ξυνάγουσα ἐπυρέτηνε μᾶλλον. καὶ ἡ δίψα πολλὴ ἦν. τὰ δ' ἄλλα ὅμοια παρηκολούθει. τρόμοι δὲ περὶ τὰς χεῖρας ἐγίνοντο. καὶ κεφαλὴν ὑπέσειεν. καὶ αἱ ἐμβλέψιες τῶν ὀφθαλμῶν πονηραί. καὶ ἡ δίψα ἰσχυρή. πιοῦσα, πάλιν ἤτει καὶ ἥρπαζε. καὶ λάβρως ἔπιεν. ἀποσπάσαι δὲ οὐκ ἠδύναντο, γλῶσσα ξηρή, ἐρυθρὴ σφόδρα. καὶ τὸ στόμα ὅλον καὶ χείλεα καθηλκωμένα καὶ ξηρά. καὶ τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας ἐπὶ τὸ στόμα φέρουσα ἐμασσᾶτο τρομώδης ἐοῦσα. καὶ εἴ τι προσενέγκε τις μασήσασθαι, ἢ ῥυφῆσαι, λάβρως καὶ μανικῶς κατέπινεν καὶ ἐρρόφανεν. καὶ τὰ περὶ τὴν ὄψιν πονηρά. ἡμέρῃσι δὲ τρισὶν ἢ τέταρσι πρὸ τῆς τελευτῆς. φρίκη τε αὐτῇ ἔστιν ὅτε ἐνέπιπτον, ὥστε ξυνάγειν τὸ σῶμα. καὶ ξυγκαλύπτεσθαί τε καὶ πνευστιᾶν. τέτανοί τε τὰ σκέλεα, καὶ ψύξις ποδῶν. ἡ δίψα δὲ ὁμοίη. καὶ τὰ περὶ τὴν διάνοιαν ὅμοια. καὶ ἐξαναστάσιες, ἢ διὰ κενῆς, ἢ σμικρὰ καὶ λεπτὰ. μετά τινος βηχίου τινός. τῇ δὲ τελευταίῃ τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ, τὸ ὄμμα μέγα τὸ πρωΐ ἦν. καὶ περίβλεψις βραχεῖη. καὶ ἡσυχίην εἶχεν, ἔστιν ὅτε καὶ ἄνευ τοῦ ξυγκεκαλύφθαι τε καὶ κωματίζειν. πρὸς δὲ τὴν ἑσπέρην τοῦ δεξιοῦ ὄμματος κίνησις οἷον ὁρεούσης, ἢ τινος βουλήσιος, ἐκ τοῦ ἔξω κανθοῦ πρὸς ῥῖνα. ἐπεγίνωσκέ τε καὶ πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ἀπεκρίνετο. φωνὴ μετὰ πολλὰ ὑπότραυλος, καὶ ὑπὸ τῆς βοῆς ἀπερρωγυῖα καὶ βραγχώδης.

autem die eam de repente exilientem acriterq; vociferantē, velut plaga aliqua accepta, aut ex graui dolore & metu, cōtinere difficile erat, adeò vt quis eā apprehensam pauco tempore detineret. Deinde rursus quietem agebat, & sopore oppressa perpetuò dormiebat, nihil in totum videns, interdū verò neq; audiēs, per totumq; diem istum, tum ad tumultū, tum ad perturbationē, crebrò commutabatur. Nocte autē sequēte subcruentum quiddam per aluum subiit, veluti mucosum, rursusq; tanquam limosum, postea verò porracea admodum & nigra. Decimo quinto die vehementes corporis iactationes & metus & clamor remissus erat. Consequebatur autem efferatio & excandescentia, & eiulatus, nisi ipsi citò quod vellet exhibitum esset. Statim quidem à primis diebus omnes & omnia cognoscebat, & quod in oculo erat conquieuit, furor verò præter temporis occasionem & vociferatio, prædictaq; mutatio ad soporem consequebatur. Inæqualis erat auditio, partim quidē vehemens etiam si quid summissè diceretur, in quibusdam verò altiùs loqui videbatur. Pedes semper æqualiter cum reliquo corpore calidi ad extremos vsq; dies, verum decimo sexto die minùs. Decimoseptimo cùm moderatiùs quàm cęteris diebus haberet, sub noctem velut horrore suborto se contrahens, magis febricitabat, plurimumq; sitiebat, & reliqua similia consequebantur. Manuum tremores fiebant, & caput succutiebat, oculorum intuitus prauus & sitis vehemēs, vbi bibisset, rursus exposcebat & arripiebat, & abunde bibebat, neq; auellere poterát. Lingua sicca valdeq; rubra erat, totumq; os ac labra exulcerata & sicca, manum vtráq; tremulam ori admouebat cùm manducaret, & si quid mā ducandum aut sorbendum porrigeretur, auidè ac furiosè deglutiebat & sorbebat, oculorum obtutus prauus erat. Ante mortem autem tribus aut quatuor diebus tantus interdū horror incidebat, vt corpus cōtraheret & contegeret anhelansq; respiraret, crurum distentiones & pedum frigus aderat. Sitis verò & mentis affectiones eædem perseuerabát, & ad desidendū exurrectiones, aut inanes erant, aut pauca & tenuia cū modico quodá conatu demittebantur. Ad extremum tertio & vigesimo die oculus mane magnus erat, breuisq; circumspectio, & quietem agebat interdū absq; integumentis & sopore. sub vesperum autem, oculus dexter tanquam cerneret aut quid vellet, ab externo angulo ad nasum mouebatur, cognoscebatq; & ad interrogata respondebat. Vox post multa aliquantulum balbutiens, ac præ clamore fracta & rauca.

[6] τὰ ἐν τῷ ἀλείσῳ] τὰ ἐν τῷ ἀλεύσῳ reponendum, quod farinam lacte subactam & pulticulam significat, quæ in acrioribus intestinorum deiectionibus variam habet materiam in pollinem redactam. Lac autem caprinum tenuitate & crassitie medium quendam locum habet, vt scribit Gal. lib. 5. Meth. med.

ἐπάρματι] ἐπόσματι legunt exemplaria Regia quædam manu exarata, eodem sanè sensu. In eo verò quod sequitur codicum pluralitatem secutus sum.

[7] ἔχει δὲ ὑπο) Sic omnia legunt exemplaria, meliùs tamen ἔχων & αὐώδυνος.

κρατέοι δὲ σφυγμοῖς ἐκ εἰ λίπει] Cornarius πνεῦμα pro σφυγμοὺς legisse videtur, conspirantibus tamen ad hanc lectionem codicibus omnibus tum manu scriptis tum publicatis.

τεσσαρεσκαιδεκάτῃ] Caluus quod decimo septimo diei attribuitur, decimo quinto adiunxit, manifesto certè mendo diem decimum sextum & decimum septimum prætteriens.

καὶ ἀεί τι διαχειρίζεσθαι] διαχειρίζεσθαι χεῖρας ἀποκαρφολογούσας καὶ κροκιδιζούσας manus vocat in Progn. quas huc & illuc ægri circunferunt tanquam aliquid arrepturi, aut bestiolas circum oculos oberrantes venaturi, aut floccos & festucas stragulis & parietibus inhærentes euulsuri quæ sunt imaginationis læsæ ac phreniticorum grauissima symptomata. Caluus ἀεί τι κρατεῖ legisse videtur.

εἰ δ' οὐ προχείρως] Istud προχείρως non expressit Caluus. Significat autem ea quæ sunt obuiam & prompta, nec sine conatu eum potuisse perfectè aut explicatè proloqui.

ὥστε θέλοντος λέγειν] Sic exemplaria habent publicata, manu verò exarata omnia ὥς τι θέλοντος λέγειν legunt, quam lectionem secutus est Caluus.

καὶ ὁπότε πίοι] Id ex vulgi opinione ductum magnam habet ad perniciem significandam authoritatem. Indicat namq; extremam instrumentorum relicccationem & humidi consumptionem, facultatisq; attractricis extinctionem. At potus descendentis strepitum damnat Hippocrates in Cois Præsagiis his verbis, οἱ ἐν ἔξει πότοι ψοφοῦντες, καὶ ...

βρογχθίζοντες πινόμενα ἐπιχώδεσι, ὁκόσοι ξηρὸν ἐν φάρυγι ἔχουσι, ὀλέθριοι ἐν ὀξέσι καὶ περιψυχομένοισι. hoc est, Quibus inter potandum frequenter quidam ... Præ siccitate murmur quoddam sentiunt, aut qui ob spiritum tussiculosum ægrè deglutiunt, in grauibus malis ... perni-ciosè habere iudicandi sunt. Idem quoque lethale signum postea in Theodori vxore celebrat. In quibus exemplis plebeias voces refert, vulgarem sermonis morem secutus, cùm potum ἐς τὰ στήθεα demissum dixit. Gulam nanque per τὰ στήθεα intelligit. Neque enim pulmones potum peruadere existimauit Hippocrates, cùm aliter sentiat lib.4. de Morb. & initio lib. περὶ καρδίης, quam tamen opinionem Platoni attribuunt, vt scribit Galenus lib.8. de Placit. Hippocr. & Platonis. Apparet autem tumultuariam esse istam operam, temeréque ex pugillaribus aut diariis consarcinatam, quod ex Chartade (cuius postea fit mentio) idem denotauerit.

γλῶσσα ὠχρόλευκος] Linguam pulmonum inflammatione laborantibus ex pallido aut luteo albicantem facit lib.3. de Morbis, & lib. περὶ κρισίμων. & lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. deinde flauescentem, & temporis progressu nigrescentem. In Cois verò Præsagiis λευκὴν καὶ τρηχεῖαν. Cœlo autem calidiore & calidioribus naturis sanguis tenuis & flauus, qualis in pulmonibus concipitur, facilè in bilem vertitur. Nostro verò cœlo frigidiore & humidioribus nostris naturis, ex huiusmodi sanguine pulmoniæ & pleuritides ferè excitatæ, linguam rubricantem aut etiam exalbescentem ostendunt.

[8] καὶ τὰ κύκλα τῶν ὀφθαλμῶν] τὰ κύκλα oculorum orbes indicant & cauitates. Cornarius τὰ κοῖλα legisse videtur, quæ oculorum cauitates significant, quæ in malo corporis habitu & insigni viscerum impuritate, & aqua suffusis aut lienosis intumescere solent, vnde κοιλιδιᾶν dicitur Rufo, vt antea scripsimus. Exemplaria Regia manu scripta quædam τὰ κύκλα habent. Reconditiora verò τὰ κύκλῳ, vt & recentiora κατὰ κύκλῳ.

καὶ τι κύημα ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἀκίνητον ἦν] ἦν desiderant exemplaria antiqua manu scripta Regia. Quod sequitur ὡς διεφθαρμένον καὶ μετέπιπτε ad fœtus corruptionem referri potest, vt qui abortione euolueretur, alioqui ὡς διεφθαρμένον superiora respicit, & fœtus propè mortui aut corrupti immobilitatem, qui etiam dilabebatur & penè euoluebatur.

[9] κερχναλέον] Hunc locum subindicat in Exegesi Galenus & explicat his verbis, κερχναλέον, κέρχνον ποιητικόν. οὕτως δὲ ὅτε τραχύτης ὀνομάζεται τοῦ φάρυγγος, καὶ ὁ ἐν τῷ πνεύμονι ψόφος. Illud autem ὑπεσύρεζε κερχναλέον faucium aspredinem sibilum quendam aut stridorem edentem significat. Cæterùm exemplaria manu scripta Regia quædam καρχάλεον habent, alia κερχάλεον quemadmodum & Asulanus codex.

καὶ περὶ ὀσφὺν ἐκρήγματα] ὀγκήματα videtur legisse Caluus non ἐκρήγματα, quæ eruptiones circa lumbos, aut pustulas quasdam ex nimio corporis contabescentis decubitu significare videntur.

σφόδρα ἐξέψυχεν] περιέψυχεν legunt exemplaria recondita Regia manu exarata, quo totius corporis vehementem in rigore perfrictionem ex febris insultu indicent.

[11] ἔπιεν ἐκεῖ φάρμακον] Non dubium est quin ἐκεῖ legerint Interpretes, quod sanè meliùs conuenit, cùm ἐκεῖ locum indicet. Etsi Hesychio ἐκεῖ μακρὰν καὶ πόρρω significat.

ὁμοίως κυνάγχη βραγχώδει] Ista omisisse videtur Caluus. Exemplaria autem omnia Regia manu exarata βραγμώδει habent pro βραγχώδει, quod fortè strepitum aut sonitum edentem angina laborantem significat, vt βραγχώδει raucedine laborantem, pro quo βραγχώδει habet Asulanus codex.

[12] ἐν αὐτῇ περὶ ἐξανίστη] Sic legunt omnia quæ adhuc videre licuit exemplaria, quam ideo lectionem secuti sumus. Cornarius ἐν τρίτῃ legisse videtur.

καὶ ψυχὴν ἐδόκει καὶ ἔμφρων] Sic omnia quæ videre licuit exemplaria, quæ etiam secuti sumus. Cornarius κατεψύχειν ἐδόκει legisse videtur.

τὸ ἀπὸ κρίμνων ὕδωρ] Solemne est Hippocrati his verbis aquam in qua farina crassior macerata fuerit significare; eaque crebrò vsurpatur lib.1. de Morb. Libro verò tertio inter potiones refrigerantes quæ in febribus ardentibus exhibentur, præcipue describitur his verbis, τοῦτο δὲ κρίμνων κειθίων ἁδρῶν ἡμιχοίνικα ὕδατος χόα ἐπιχέας, ὁκόταν δὲ ἤδη ἀνοιδέῃ τὰ κρίμνα, τρίβειν τῇσι χερσὶν, ἕως ἂν λευκὸν τὸ ὕδωρ γένηται καὶ ἀδιάντου δραχμίδα ἐμβαλὼν, ἀπαιθριάσας δίδου. hoc est, Hoc verò plenioris hordei farinæ crassiori chœnici dimidiæ aquæ congium affundito, cumque iam crassioris farinæ partes intumuerint, manibus terito, dum aqua alba euadat, & adianti pugillo iniecto, sub dio per noctem expositum exhibeto.

[13] δίψα ὅτε μὲν κατακορής] κατακορῆ δίψαν Galenus vehementem explicat, quæ ex biliosо & syncero humore gignitur, aut summè intensam. ὀνομάζει δὲ καὶ δίψαν που κατακορῆ, τὴν ἤτοι διὰ τοιοῦτον χυμὸν γεγονυῖαν σφοδρὰν, ἢ ἐς ἄκρον ἐπιτεταμένην.

μετὰ κώματος] Istud omisisse videtur Caluus, in quo tamen retinendo conspirant exemplaria omnia tum publicata tum manu scripta.

καὶ περικεφάλαιόν τι ψυχρὸν] Sic habent exemplaria omnia tum scripta, tum publicata præter peruetustum Regium, quod προσκεφάλαιόν τι legit. Quam etiam lectionem Caluo imposuisse satis apparet, qui quod puluino inerat frigidum intellexit. Sed certè προσκεφάλαιόν τι legendum esse manifestum est, quod puluinum aut ceruical significat.

οὖρον δὲ ὅ τοῖσι παισὶ πονηρὸν ἐστὶν αἰεὶ] Vrinas tenues & dilutas intelligere videtur, quæ in pueris omninò damnantur, & in phreniticis apparent ex placito 72. lib.4. Secundum naturam autem in pueris vrinæ sunt crassæ & subsidentiæ plenæ ob facultatis alteratricis robur, vt scribit Galenus com. ad aph.26. lib.3. & com. in aph.11. lib.6. Epid. sect.3. Pleniùs verò lib.1. περὶ κρίσεων. διὰ τοῦτο καὶ τοῖς παιδίοις σχεδὸν ἅπασι, καὶ τῶν τελείων τοῖς ἀργῶς διαιτωμένοις, ἢ ἄλλως ἐμπιπλαμένοις ἱκανὴν ὑπόστασιν ἔχει τὰ οὖρα. πλεῖον γὰρ ἐν τούτοις ἅπασι τὸ ἀπέπτερον τε καὶ ὠμὸν· τοῖς μὲν διὰ τὴν ἀργίαν, τοῖς δὲ, διὰ τὴν πλησμονήν. τοῖς παιδίοις δὲ, καὶ διὰ τὴν πλησμονὴν, ἀδδηφάγοι γὰρ μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ διότι μία τῆς γαστρὸς ἐνέργεια δυοῖν ἑτέραις ἐνεργείαις ἱκανῶς ἐξαρκεῖν ἀδύνατος. αὔξησις τὸ ἅμα καὶ θρέψει. πρὶν οὖν ἀκριβῶς ἐν αὐτῇ πεφθῆναι τὴν τροφὴν, ἕλκει τὸ σῶμα, κἀντεῦθεν πλεῖστον τὸν ὠμὸν ἀθροίζει χυμόν. hoc est, Quam ob causam pueris prope omnibus, & perfecta ætate vitam desidem agentibus, aut quouis modo expletis, vrinæ sufficiens habent alimentum. In his enim omnibus maior non confecti & crudi copia inest, his quidem ob desidem vitam, illis verò ob ingurgitationem. Pueris autem tum ob ingurgitationem (siquidem voraciores existunt) tum etiam quòd vna ventriculi actio, cæteris duabus actionibus, auctioni simul & nutritioni satis esse nequit. Priùs ergo quam in eo coctum sit alimentum, id corpus ad se rapit, indeque plurimum humoris crudi coaceruat. Atque huiusmodi vrinarum crassitudo in pueris, calculi in vesica caussæ rationem obtinet, vt scribit † Gal. Vrina igitur tenuis & diluta cùm in pueris maximè sit contra naturam perniciosissima est. Quod etiam in Prognost. testatur his verbis Hippocrates, ἔστι δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι μὲν γυναιξὶ τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα. τοῖσι δὲ παιδίοισι, τὰ ὑδατώδεα. Cuius rei rationem adfert Galenus lib.1. de Crisibus his verbis, τοῖς μὲν γὰρ παιδίοις σωτηριώτερα τὰ παχύτερα. τοῖς δ' αὖ τελείοις, τὰ πυῤῥότερα. τὸ δ' ἐναντίον ἀεὶ τοῖς οἰκείοις ὀλέθριον.

† *Com.3. in lib.6. Epid. & com. ad aph.26. lib.3.*

ἐς δὲ νύκτα ἄγρυπνος] ἄϋπνος habet codex vnus Regius manu scriptus.

ἀσώτως δὲ καὶ ἑνδεκάτῃ] δεκάτῃ pro ἑνδεκάτῃ legisse videtur Caluus.

ὁπότε δὲ ἐκ τοῦ κώματος ἐγείρατο] ἐγείρετο habet scripta omnia exẽplaria manu scripta Regia, quam etiã lectionem secutus est Caluus.

καὶ ἐξεγείρετο καὶ σιωπήνως] Sic meliora omnia exemplaria tum publicata tum manuscripta, quædam etiam recentiora σιωπήμως.

τὰ χείλεα καθηλκωμένα] Exemplar manu scriptum Regium & reconditum καθηλκωμένα habet, reliqua cum publicatis consentiunt. Caluus καὶ ξηρὰ omisisse videtur. Cæterùm labrorum & oris exulceratio febris vehementiam vel idiotis testatur, quod etiam in febribus tertianis crebro contingere ob bilis acrimoniam & succensionem in dies animaduertimus, & lib.6. Epid. ab † † Hippocrate est annotatum. Idq; præsagio plærunq; salutari & critico vulgus in febriũ inclinatione non temerè annotat. † † *Aph.40 sect.8.*

ἐμασᾶτο] Caluus pro ἐμασᾶτο (quæ est omnium exemplarium lectio) ἐχάρασσε aut aliud quid tale legisse videtur. Nam pro manducatione scarificationem posuit. Et certè manducatio huc parum quadrat. Potest & scalptura intelligi, qua ægra tremebundis manibus os exulceratum defricaret. Potest etiam alioqui de delirantium contrectatione, palpitatione, & tremebunda manuum iactatione conuulsionem indicante accipi. Est enim μάσασθαι Hesychio ἐφάψασθαι.

καὶ συχνὸν εἶχεν] δι' ἡμέρης addidisse videtur Caluus, & illud ξυγκεκλεῖσθαι de oculis clausis sumpsisse.

[14] Τῷ

14 Τῷ Ἀμφιφράδεος, θέρεος πλευροῦ ἀριστεροῦ ὀδύνη. καὶ βήξ. καὶ ὑποχωρήματα πολλὰ, ὑδατώδεα, καὶ ὑπόχολα. καὶ ὁ πυρετὸς ἐδόκει λῆξαι περὶ ἑβδόμην. ἡ βὴξ ἔνι. χρῶμα ὑπόλευκον καὶ ὕπωχρον. περὶ δὲ τὴν ιβ ὑπόχλωρον ἔπτυεν. τὸ πνεῦμα προϊόντος τοῦ νοσήματος αἰεὶ πυκνότερον. καὶ ἆσθμα, καὶ ὑποκερχναλέον περὶ στήθεα καὶ ἀρτηρίας. ῥυφήμασιν ἐχρῆτο. ἔμφρων ἅπαντα τὸν χρόνον. περὶ δὲ κη, ἐτελεύτησεν. ἱδρῶτες ἔστιν ὅτε ἐγίνοντο ἔξω. 15 Κάπηλος ὁ περιπνευμονικὸς, κοιλίη εὐθὺς ὑπήει. περὶ δ, ἱδρὼς πουλύς. ἐδόκει λῆξαι τὸ πυρέτιον. τὸ βηχίον οὐδὲν ὡς εἰπεῖν. ε καὶ ς καὶ ζ ἐπεῖχεν ὁ πυρετός. ἱδρὼς η. θ, ἀπεχρέμψατο ὠχρόν. δεκάτῃ ᾔει ἅλες οὐ πολλάκις. περὶ ια ἠπιώτερος. ἐν τῇ ιδ ὑγιής. 16 Ἑρμοπτολέμῳ μετὰ πληϊάδος δύσιν, πυρετὸς ἐπῆλθε. βὴξ οὐ πάνυ. γλῶσσα δὲ περιπλευμονική. ἐνάτῃ διΐδρωσεν. ὅλος κατεψύχθη, ὡς ἐδόκει. προσενεγκαμένῳ αὐτῷ χυλόν. περὶ μέσον ἡμέρης ἐθερμαίνετο. ια ἱδρὼς καὶ κοιλίη ἐξηραίνετο. κατάχολα ὑποχωρήματα. τὸ βηχίον ἐπεγίνετο. ιδ ὠχρὸν ἀπεχρέμψατο. καὶ ῥεγχώδης ἦν καὶ τῇ ιε. ἔμφρων δὲ πάντα τὸν χρόνον ἐὼν, ἐτελεύτησεν. 17 Ἕτερός τις ἐπὶ τοῦ ὑπερῴου ῥεγχώδης, γλῶσσα ξηρὴ περιπλευμονικὴ, ἔμφρων ἐτελεύτησεν. 18 Καὶ Ποσειδώνιος ἔτι τοῦ θέρεος ἐνισταμένου, κατὰ στῆθος καὶ ὑποχόνδρια καὶ πλευρὸν, ἐπόνει χρόνον πουλὺν, ἄνευ πυρετοῦ. πολλοῖσι δὲ ἔτεσιν ἔμπροσθεν, ἔμπυος ἐγένετο, τοῦ δὲ χειμῶνος φρίξαντι, ἐπέτεινεν ἡ ὀδύνη. καὶ τὸ πυρέτιον λεπτόν. καὶ ἀπόχρεμψις πυώδης. βὴξ κερχναλέη, περὶ φάρυγγα. καὶ ῥεγχώδης. ἔμφρων δὲ ἐὼν ἐτελεύτησεν. 19 Ὁ δὲ Βάλεως ἐκ τοῦ ὄρεος πάντα ἡμαρτηκώς. ιθ γλῶσσα πονηρὴ ὑπέρυθρος. καὶ κατὰ φωνὴν ἦν ἐν τῇ ῥεμβείῃ. ὀφθαλμοὶ κεχρωσμένοι. πλέοντες ὥσπερ τῶν νυσταζόντων. χρῶμα καὶ τοῦ ἄλλου σώματος οὐκ ἰκτερῶδες σφόδρα, ἀλλ' ὕπωχρον, πελιδνόν. φωνὴ πονηρή. ἀσαφὴς, γλῶσσα περιπλευμονική. οὐκ ἔμφρων. πνεῦμα πρὸς χεῖρα πονηρὸν, οὐ πυκνὸν, οὐδὲ μέγα. πόδες ψυχροί. λιθώδεις. περὶ ἐνάτην ἐτελεύτησε. 20 Κυναγχικὴ ἡ παρὰ Μέτρωνι, χεῖρα δεξιὴν, σκέλος ἤλγησε. πυρέτιον ἐπεῖχε. βηχίον. πνῖγμα. τρίτῃ ἐχάλασεν. ἑβδόμῃ σπασμώδης. ἄφωνος. ῥέγχος. ὀδόντων ξυνέρεισις. γνάθων ἔρευθος, οὗτος οὐ πολὺ διαζήσας, τῇ πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ ἐτελεύτησε. σημεῖον περὶ χεῖρα τὸ ὑποπέλιον. 21 Βίων ἐξ ὑδρωπικοῦ πολυχρονίου, ἀπόσιτος ἐγένετο πολλὰς ἡμέρας, καὶ στραγγουριώδης. ἐπὶ γούνατος ἀριστεροῦ, ἀπόστημα ἐγένετο. ἐξεπύησεν. ἐτελεύτησεν. 22 Κτησιφῶν ὑδρωπικὸς ἐκ καύσου πολλοῦ. καὶ πρότερον ὑδρωπικὸς καὶ σπληνώδης, σφόδρα συνεπληρώθη, καὶ ὄσχεον. καὶ σκέλεα, καὶ περιτόναια ἐπὶ τῇ τελευτῇ βὴξ καὶ πνιγμοὶ ἐγίνοντο ἐς νύκτα, μᾶλλον ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ὥσπερ τοῖς πλευμονώδεσι. πρὸ δὲ ἡμέρης τῆς τελευτῆς, τρισὶν ἢ τέτρασι, ῥῖγος. πυρετός. κατὰ μηρὸν δεξιὸν, ἔσω κατὰ φλέβα μέσην τὴν ἀπὸ τοῦ βουβῶνος, ὡς πυρὸς ἀγρίου σύστρεμμα ὑποπέλιον ἔχον ἔρευθος. ἐς νύκτα καρδίης ἄλγος. καὶ οὐ πολὺ ὕστερον ἀφωνίη. πνιγμὸς μετὰ ῥέγχεος. καὶ ἐτελεύτησεν. 23 Καὶ ἐν Ὀλύνθῳ

14 Amphiphradis puerum æstate lateris sinistri dolor & tussis prehendit. Multa aquosa & aliquantulum biliosa per aluum deiiciebantur, & circa septimum febris desiisse videbatur. Tussis aderat & color subalbidus & aliquãtulum pallidus. Ad duodecimum aliquantulum ex virore pallescens expuebat. Procedente morbo spiratio densior semper fuit & creber anhelitus, cum stridula quadam ad pectus & arteriã asperitate, sorbitionibus vtebatur, toto tempore mente constabat. Ad octauum & vigesimum diem extinctus est, sudoribus interdum foras erumpentibus.

15 Cauponi peripneumonia laboranti aluus statim subiit, ad quartum diem sudor multus obortus est, febricula cessasse videbatur, tussicula propę nulla erat. Quinto, sexto & septimo die febris detinebat, octauo sudor, nono pallidum excreauit. Decimo abunde aluus demittebat, non sæpè, ad vndecimum leuiùs habuit, decimo quarto conualuit. 16 Hermoptolemo post Vergiliarum occasum febris accessit, tussis non admodum infestabat, lingua verò qualis pulmonum inflammatione laborantibus, nono die exudauit, totus (vti visum est) perfrixit, oblata ei sorbitiuncula ex hordeo circa meridiem incalescebat, vndecimo sudor & aluus resiccata sunt, biliosa erant alui excrementa, tussicula suborta est. Decimo quarto pallidum excreauit, stertor aderat. Decimo quinto cum toto tempore mente constitisset, mortuus est. 17 Alter quidam in palato stertorem sentiens, lingua arida qualis pulmonum inflammatione laborãtibus, mentis compos mortuus est. 18 Posidonius etiam cum adhuc æstas impenderet, pectoris, præcordiorum, & lateris dolore citra febrem diu conflictatus est. Multis verò annis antea pus thoracis cauo collegerat. At per hyemem cum horrore correptus fuisset, dolor intendebatur & tenuis febricula, excreatio purulenta erat, & tussis cum stridula asperitate ad fauces & stertore, mentis autem compos mortuus est. 19 Balis filio cum mẽte penitus aberrasset, sexto lingua praua, & aliquãtulum rubra extitit, & voce vacillabat, oculi colorati, natantes quales nictantium, reliqui etiam corporis color non admodum auriginosus, verùm aliquantulum pallidus, liuidus, vox deprauata, obscura lingua qualis pulmonum inflammatione laborantibus, mens non sibi constans, respiratio quæ ad manum est praua, non crebra, neque magna, pedes frigidi, lapidei, circa nonum diem mortuus est. 20 Anginosæ apud Metronem manus dextra crusq; doluit, febricula detinebat, tussicula, suffocatio, tertio die relaxauit. Quarto conuulsione tentata, voce capta est, stertor, dentium connexio, malarum rubor aderat. Hæc non longè vitam protrahens, quinto aut sexto mortua est. Signum ad manum subliuidum apparuit.

21 Bion cùm multo tempore, aqua inter cutẽ laborasset, multis diebus cibum auersabatur, & vrinæ stillicidio vexabatur. Ad genu sinistrum oborto abscessu, & suppuratione facta mortuus est. 22 Ctesiphon post magnam febrem ardentem aqua inter cutem correptus est, & antea cùm hydrope & lienis tumore laborasset, valde oppletum est scrotum, crura & abdomen. Sub finem tussis & suffocationes ad noctem contingebant, ex pulmone magis, velut pulmonis vitio laborantibus. Tribus aut quatuor ante mortem diebus, rigor, febris corripuerunt, ad femur dextrum parte interna iuxta venam mediam quæ ab inguine fertur, collectio velut ex igne agresti oborta est, cum rubore aliquantulum liuido. Ad noctem oris ventriculi dolor, neque multo post vox defecit, suffocatio cum stertore, & mortuus est. 23 In Olyntho quoque

qui aqua inter cutem laborabat, de repente voce defectus, per diem & noctem mente captus mortuus eſt. 24 Podromi puer per æſtatem aliquantulum balbus, febre ardente correptus eſt, lingua ipſi ſubarida, obſcura, alui multa deiectio, ſuperſtes fuit.

25 Leophorbidæ poſt brumam febris acuta adfuit, præcordiorum & ventris dolor, deiectiones liquidæ, bilioſæ, multæ, interdiu ſopore detinebatur, lingua qualis pulmonum inflammatione laborantibus, tuſſis non aderat. Duodecimo nigra, pauca & porracea aluo deiecit. Decimo quarto febricula deſiiſſe videbatur, poſtea verò ſorbitionibus vtebatur. Decimo ſexto os admodum ſalſum cum ſiccitate extitit. Ineunte autem veſpere horror & febris. Primo & vigeſimo die ad meridiem rigor & ſudor corripuit, febricula deſiit, calor tamen ſuberat exiguus, & ſub noctem iterum ſudor, & vigeſimo ſecundo die ſudor adfuit calorq; remiſit. Prioribus autem diebus omnibus ſine ſudore fuit, & aluus humida extitit etiam in ea quæ poſtea adfuiſſe viſa eſt morbi reuerſione.

26 Theoclis affinem quæ ſupernè habitabat, ſub Vergilias febris acuta prehendit, ſexto deſiiſſe viſa eſt, lauit tanquam deſiiſſet, ſeptimo gena valde rubuit, vtra non memini. Sub veſperam febris multa contigit, & animi ac vocis defectio aderat, neque vero multo poſt ſudor, ac ceſſatio à morbo ſeptimo die. 27 Theodori coniugi febricitanti, magna ſanguinis è naribus profuſio hyeme contigit. Vbi verò febris ad ſecundum diem ceſſaſſet, non longè poſtea lateris dextri velut ex locis laborantibus grauitas adfuit, ac tum primùm & ſequentibus diebus grauis dolor ad pectus ſubortus eſt, fomentoque ad latus dextrum adhibito, quarto die dolores remiſerunt. Spiratio crebrior adfuit, eique vix reſpiranti arteria ſibilum quendam edebat, & cùm ſupina iaceret non niſi cum negotio conuertebatur. Sub noctem febris vehementior & breuis deſipientia extitit. Quinto die matutino tempore mitior eſſe videbatur, paruus ſudor è fronte primùm modicè diffuſus eſt, deinde longo tempore per totum corpus & pedes. Poſt hæc autem ipſi videbatur febris remiſiſſe. Arteriarum quippe corpus ad manus contactum frigidius ſentiebatur, temporum verò arteriæ etiam magis ſaliebant, ſpiratio crebrior erat, ſubindeq; delirabat, & cuncta deteriora euadebant. Lingua perpetuò admodum alba, neque tuſſis aderat, præterquam tertio & quinto die exiguo tēpore, ſitis nulla, verùm ſputatio aderat. Ad quintum diem præcordia dextra plurimum intumeſcebant, poſtea verò molliora reddebantur, tertio glande ſubdita ſtercus paucum deiecit, quinto rurſus liquidum, parum, venter autem mollis fuit, vrinæ acerbæ, ſuccum ſpecie referentes, oculi tāquam delaſſatæ, non niſi cum negotio ſuſpiciebat, & oculos circunferebat. Quinto ſub noctem grauiùs habebat & delirium ſequebatur. Sexto rurſus, qua hora plenum eſſe forum ſolet, ſudor multus detinebat, à fronte ortum ſumens in totum corpus diffundebatur, multo tempore compoſitè ſua negotia tractabat. Circa meridiem verò plurimum delirabat, & perfrictio ſimilis perſeuerabat, grauiora autem circa corpus extiterūt omnia. Sub veſperum tibia ipſius ex cubili delapſa eſt, & puero tum præter rationem interminata eſt, tum rurſus ſiluit & ad quietem ſe conuertit. Circa primum ſomnum autem ſitis multa & inſania aderat, reſidebat, & iis qui aderant conuitia ingerebat rurſuſque cōticuit & quieuit, & viſa eſt ad reliquam noctem ſopore preſſa fuiſſe, oculos tamen non

ὑδρωπικὸς, ἐξαίφνης ἄφωνος. ἔκφρων νύκτα καὶ ἡμέραν, ἐτελεύτησεν. [24] Ὁ δὲ Προδρόμου, θέρεος ὑπότραυλος. καυσώδης, ἡ γλῶσσα ὑπόξηρος. ἀσαφής. κάτω πολλὴ ἄφοδος περιεγένετο. [25] Λεωφορβείδῃ πυρετὸς ὀξὺς μετὰ χειμερινὰς τροπὰς, ὑποχονδρίων καὶ κατὰ κοιλίην ἄλγημα. ὑποχωρήματα ὑγρὰ, χολώδεα, πολλά. καὶ μεθ' ἡμέρην κωματώδης. γλῶσσα περιπλευμονική, βὴξ οὐκ ἐνῆν. ιβ, μέλανα σμικρὰ, καὶ πρασοειδέα ὑπεχώρησε. ιδ, λῆξαι πυρέτιον ἐδόκει. μετὰ δὲ ῥοφήμασιν ἐχρήσατο. ις, στόμα σφόδρα ἁλμυρὸν ξηρὸν ἐγένετο. ἀκρέσπερον δὲ φρίκη, πυρετὸς, μιῇ καὶ εἰκοστῇ, περὶ μέσον ἡμέρης, ῥῖγος καὶ ἱδρώς. τὸ πυρέτιον ἔληξε. θέρμη δὲ ὑπῆν λεπτή. ἐς νύκτα πάλιν ἱδρώς. καὶ κβ ἐς νύκτα ἱδρώς. καὶ ἡ θέρμη ἐχάλασεν. τῇσι δὲ ἔμπροσθεν πάσῃσιν, ἀνίδρωτος ἦν. ἡ δὲ κοιλίη ὑγράνθη, καὶ ἐν τῇ ὑστέρῃ δοκούσῃ ὑποστροφῇ. [26] Ἡ ἄνω οἰκοῦσα ἡ τῷ Θεοκλῇ προσήκουσα, ὑπὸ πλειάδα πυρετὸς ὀξύς. ς ἐδόκει λῆξαι. ἐλούσατο ὡς πεπαυμένη. ἑβδόμῃ πρωῒ, γνάθος σφόδρα ἐρυθρή. ὁποτέρη οὐ μέμνημαι. ἐν τῇ ἑσπέρῃ ὁ πυρετὸς ἦλθε πουλύς. καὶ λιποψυχίη, καὶ ἀφωνίη ἦν. οὐ πολὺ δὲ ὕστερον ἱδρώς. καὶ παῦσις ἑβδομαίῃ. [27] Καὶ ἡ Θεοδώρου σφόδρα ἐν πυρετῷ αἱμορραγίης γενομένης χειμῶνος. λήξαντος δὲ τοῦ πυρετοῦ περὶ θ, οὐ πολὺ ὕστερον, πλευροῦ δεξιοῦ ὡς ἀπὸ ὑστερέων βάρος. καὶ πρῶτον δὲ ἐγεγόνει, καὶ τὰς ἐχομένας ἡ ὀδύνη κατὰ στῆθος δεινή. καὶ πλευρὸν δεξιὸν πυριωμένῃ, ἐχάλασεν, τεταρταίῃ τὰ ἀλγήματα. τὸ πνεῦμα πυκνότερον. ἡ ἀρτηρίη μόλις ἀναπνεούσῃ, ὑπεσύριζε. καὶ ὑπτίῃ ἐπιστρέφεσθαι χαλεπῶς. ἐς νύκτα ὀξύτερος ὁ πυρετὸς, καὶ λῆρος βραχὺς ἐγένετο. πέμπτῃ πρωῒ, ἐδόκει ἠπιώτερος εἶναι. ἱδρώτιον ἀπὸ μετώπου κατεχύθη ὀλίγον πρῶτον. ἔπειτα πουλὺν χρόνον, ἐς ὅλον τὸ σῶμα καὶ πόδας. μετὰ δὲ ταῦτα ἐδόκει αὐτῇ κεχαλακέναι τὸ πῦρ. ἦν δὲ πρὸς χεῖρα ψυχρότερον τὸ σῶμα ταῖς ἀρτηρίαις. αἱ δὲ ἐν κροτάφοισι καὶ μᾶλλον ἐπήδων. καὶ πνεῦμα πυκνότερον. καὶ ἐπελήρει ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. καὶ πάντα ἐπὶ τὸ χεῖρον. γλῶσσα διὰ τέλεος λευκὴ λίην. οὔτε βὴξ οὐκ ἐνῆν, ὅτι μὴ τριταίῃ καὶ πεμπταίῃ ὀλίγον χρόνον. δίψα οὐκ ἐνῆν. πλυσμὸς δὲ ἦν. ὑποχόνδριον δεξιὸν σφόδρα ἐπῆρτο περὶ τὴν ε. μετὰ δὲ μαλθακώτερον. ὑποχώρησις τριταίῃ ἀπὸ βαλάνου κόπρου ὀλίγης. πεμπταίῃ πάλιν, ὑγρὸν ὀλίγον. κοιλίη δὲ λαπαρή. οὖρα στρυφνά. σποδοειδέα. ὄμματα ὡς κοπιώσης. χαλεπῶς ἀνέβλεπε καὶ περιέφερε. πεμπταίῃ ἐς νύκτα χαλεπῶς, καὶ λῆρος εἵπετο. ς πάλιν τὴν αὐτὴν ὥρην περὶ πληθοῦσαν ἀγορὴν, ἱδρὼς πουλὺς κατείχετο. ἀπὸ μετώπου ἤρξατο εἰς ὅλον τὸ σῶμα, πουλὺν χρόνον ἐμφρόνως διετίθετο τὰ ἑαυτῆς πρὸς μέσον δὲ ἡμέρης, σφόδρα ἐλήρει. καὶ τὰ τῆς καταψύξιος ὅμοια. βαρύτερα δὲ τὰ κατὰ τὸν χρῶτα πάντα. πρὸς δὲ τὴν ἑσπέρην ἡ κνήμη αὐτῆς ἐκ τῆς κοιλίης κατερρύη. καὶ τῷ παιδὶ παραλόγως ἠπείλησέ τε καὶ πάλιν ἐσιώπησε, καὶ ἐς ἡσυχίην μετέβαινε. περὶ δὲ τὸν πρῶτον ὕπνον, δίψα πολλὴ καὶ μανίη. καὶ ἀνεκάθιζε καὶ τοῖσι παροῦσιν ἐλοιδορεῖτο. καὶ πάλιν ἀπεσιώπησεν καὶ ἐν ἡσυχίῃ ἦν. καὶ ἐδόκει τὴν ἐπίλοιπον νύκτα κεκωματίσθαι. τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς οὐ ξυνῆ-

ἐξ ὤτων. ἐπεὶ δὴ ἡμέρην ὑπεκρίνετο τὰ πλεῖστα νεύμασιν
ἀτρεμίζουσα τὸ σῶμα. καὶ κατανοοῦσα ἐπιεικῶς. πάλιν δὲ
ἱδρὼς τὴν αὐτὴν ὥρην. ὁμοίως οἱ ὀφθαλμοὶ κατηφέες,
ἐς τὸ κάτω βλέφαρον, μᾶλλον ἐγκείμενοι. ἀτενίζοντες κε-
καρωμένοι. τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὠχρὰ καὶ νεκρώδεα.
καὶ τὸ πᾶν χρῶμα ὠχρὸν καὶ μέλαν ἐόν, τῇ χειρὶ τὰ πολλὰ
πρὸς τοῖχον, ἢ πρὸς ἱμάτιον. οἱ ψόφοι δὲ πινούσῃ μεγά-
λοι ἐγένοντο. ἀπέπτυζε καὶ ἄνω ἐς τὴν ῥῖνα ἀφωρεῖ, καὶ ἐκρο-
κιδολόγει. καὶ ξυνεκάλυπτε τὸ πρόσωπον. μετὰ δὲ τὸν ἱδρῶτα,
χεῖρες ὥσπερ κρυστάλλιναι. ὁ ἱδρὼς παρηκολούθει ψυχρός.
σῶμα πρὸς χεῖρα ψυχρόν. ἀνεπήδα. ἀνεκεκράγει. ἐμαί-
νετο. πνεῦμα πουλύ, τρομώδεες αἱ χεῖρες ἐγένοντο. ὑπὸ δὲ
τὸν θάνατον ἐλθούσῃ, σπασμώδεες. ἑβδομαίη ἐτελεύτησεν.
ἐνούρησε τῇ ἕκτῃ ἐν νυκτὶ ὀλίγον. τὸ οὔρημα τὸ κάρφος
εἷλκετο, γλίσχρον, γονοειδές. ἄγρυπνος ἁπάσας. μετὰ τὴν ς
οὖρον ὕφαιμον. [28] τοῦ Ἀντιφάνους χειμῶνος, ἄλγημα πλευ-
ροῦ δεξιοῦ, βήξ. πυρετός. ἤσθιεν. ἐπορεύετο ὑποπυρεταί-
νων, ἐδόκεε ῥηγματώδης εἶναι. ἐνάτῃ ἀφίετο ὁ πυρετός, οὐκ
ἔλιπεν. ἡ βὴξ πολλὴ καὶ παχεῖα. ἀφρώδεα. τὸ πλευρὸν
ἐπόνει. περὶ τὴν ιδ´ καὶ πάλιν τὴν κ´ ἐδόκεον ἀπολήγειν οἱ πυ-
ρετοί. καὶ πάλιν ἐπελάμβανον. ἦν δὲ λεπτὴ καὶ θερμή, βραχύ
τι ἐξέλιπεν. ἡ δὲ βὴξ ὁτὲ μὲν ἐξέλιπε. ὁτὲ δὲ κατακορὴς ἦν
μετὰ πνίγματος πολλοῦ. τότε δὲ ἐχάλα. καὶ ἀπόχρεμψις
μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας πολλή, μετὰ πνιγμώδεος βηχός. καὶ
πυώδεα ζέοντα ὑπὲρ τοῦ ἀγγείου, καὶ ἀφρέοντα. καὶ ἐν τῇ
φάρυγγι τὰ πολλὰ κερχαλέα ὑπεσύριζεν. ἆσθμα ἀεὶ κα-
τεῖχε, καὶ πνεῦμα πυκνότερον. ὀλιγάκις εὔπνοος. ὑπὲρ δὲ
τὰς μ´ ἐγγὺς οἶμαι τὴν ἑξήκοντα, ὀφθαλμὸς ἀριστερὸς ἐτυφλώ-
θη μετὰ οἰδήματος ἄνευ ὀδύνης. οὐ πολὺ δὴ ὕστερον καὶ ὁ
δεξιός. καὶ σφόδρα αἱ κόραι λευκαί, καὶ ξηραὶ ἐγένοντο. καὶ ἐτε-
λεύτησε μετὰ τὴν τύφλωσιν οὐ πολύ, ὑπὲρ ζ´ ἡμέρας, μετὰ
ῥέγχου καὶ πολλῆς ληρήσιος. [29] ὅμοια δὲ καὶ ἐξ ὁμοίων τὴν ὥρην τὴν
αὐτὴν ξυνέβη Θεσσαλίωνι τὰ ζέοντα. καὶ ἀφρέοντα. καὶ
πυώδεα. καὶ βῆχες. καὶ οἱ κερχμοί. [30] ἡ Πολεμάρχου
χειμῶνος κυναγχική, οἴδημα ὑπὸ τὸν βρόγχον, πουλὺς πυ-
ρετός. φλέβα ἐτμήθη. ἔληξεν ὁ πνιγμὸς ἐκ τῆς φάρυγγος.
πυρετὸς παρείπετο. περὶ πεμπταίην, γούνατος ἄλγημα καὶ
οἴδημα ἀριστεροῦ καὶ κατὰ τὴν καρδίην ἔφη δοκεῖν τι ξυνάγε-
σθαι ἑωυτῇ, καὶ ἀνέπνει οἷον ἐκ τοῦ βεβαπτίσθαι ἀναπνεύσῃ. καὶ ἐκ
στήθεος ὑπεψόφει, ὡς αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι. τοιοῦτόν τι
ξυνέβαινε. περὶ τὴν η´ ἢ θ´, ἐς νύκτα κοιλίη κατερράγη. ὑ-
γρά, πολλά, ἀλέα, καὶ κάκοδμα, ἀφωνίη ἔσχεν, ἐτελεύτη-
σεν. [31] Ἀρίστιππος ἐς τὴν κοιλίην τοξευθείς, ἄνω βίῃ χα-
λεπῶς. ἄλγος κοιλίης δεινόν. ἐμπίπρατο ταχέως, κάτω δὲ
οὐδὲν διεχώρεεν. ἀσώδης ἦν. ἤμεε χολώδεα κατακορέα. ὁ-
πότε δὴ ἀπεμέσειεν, ἐδόκει ῥάων εἶναι. μετ᾽ ὀλίγον δὲ τὰ ἀλ-
γήματα πάλιν δεινά. καὶ ἡ κοιλίη ὁμοίως ἐμπιπρᾶτο ὡς ἐν
εἰλεοῖς. θέρμαι καὶ δίψαι. ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἐτελεύτησεν.
[32] ὁ δὲ Νεόπολις πληγεὶς ὁμοίως, τοῦ δὲ ἔπαχε. κλυσθέντι
δριμείῃ κοιλίη κατερράγη. χρῶμα κατεχύθη λεπτόν.
χλωρόν. μέλαν ἐόν. ὄμματα αὐχμηρά. καρώδεα ἐνδεδι-
νημένα ἀτενίζοντα. [33] ᾧ δὲ καθ᾽ ἧπαρ ἐγγὺς πληγέντι ἀκον-
τίῳ, εὐθὺς τὸ χρῶμα κατεχύθη νεκρῶδες. τὰ ὄμματα τὰ κοῖ-

clausit. Per diem verò plurimum nutibus respondebat, corpore quiescens, & moderatè intelligens. Eadem rursus hora sudor, similiter oculi demissi, ad inferiorem palpebram magis incumbentes, intenti, rigidi, eorumq; alba pallida & mortuis similia, & tota cutis pallida & nigra, manum plærumq; ad parietem aut vestem stragulam admouebat, cùm biberet sonitus ingentes edebantur, respuebat, & sursum in nares regerebat, floccosq; vellebat, & vultum tegebat. A sudore autem manus velut conglaciatæ, sudor frigidus consecutus est, corpus ad manus tactum frigidum, exiliebat, vociferabatur, insaniebat, spiratio multa, manus tremulæ existebant, sub mortem autem conuulsione tentatæ. Septimo die mortua est. Sexto noctu paucā vrinam reddidit, glutinosam, semini genitali similem, & quæ festuca trahebatur, omnibus diebus insomnia vexata fuit. Post sextum diem vrina aliquantulum cruenta visa est. 28 Antiphanis filium per hyemem lateris dextri dolor, tussis, febris corripuit, edebat, deambulabat aliquātulum febricitans: ruptis laborare videbatur, nono die remisit febris, non reliquit, tussis plurimum vexauit & crassa spumosaq; reiecit, lateris dolor detinebat. Ad decimum quartum rursusq; vigesimum diem febris cessare videbatur, & rursus corripiebat. Calor autē tenuis erat, & per breue aliquod temporis spacium relinquebat. Tussis verò interdum quidem relinquebat, interdum etiam intendebatur cum multa suffocatione. Tum verò relaxabat, & post hos dies excreatio multa cum suffocāte tussi aderat, & purulenta supra vas feruentia & spumantia educebantur, & in faucibus stridula multa asperitas sibilum quendā edebat, creber anhelitus semper detinebat & densior spiratio, raroque facilè spirabat. Supra quadragesimum autem diem, prope sexagesimum (vt opinor) oculus sinister cum tumore, sine dolore occœcatus est, neq; verò longè postea etiam dexter, pupillæq; vehementer cādidæ & siccæ existebant, neq; multo post hanc excœcationem mortuus est, non vltra septem dies, cum stertore & multa desipientia. 29 Eodem quoq; tempore Thessalioni similia similibus ex causis contigerunt, feruentia, spumantia, purulenta educebantur, tusses aderāt & faucium stridulæ exasperationes. 30 Polemarchi vxorem hyeme angina vexauit, guttur intumuit cum multa febre, vena secta est, faucium suffocatio cessauit, febris perseuerauit. Ad quintum diem læuū genu dolor & tumor occupauit, sibiq; videri quiddam ad cordis regionem coaceruari dixit, & respirabat qualiter in aquam demersi respirare solent, ac strepitus quidam ex pectore edebatur, idemq; contingebat quod mulieribus fatidicis, quæ Pythone afflatæ, quod ventre oracula fundunt, Engastrimythi, hoc est ventriloquæ dicuntur. Ad octauum aut nonum diem sub noctem aluus affatim prorupit, liquida, multa, conferta & graueolentia demisit, vocis defectio tenuit, mortua est. 31 Aristippus superiorem in ventrem magna vi & grauiter sagitta percussus, vehementi ventris dolore detentus est, celeriter intēdebatur, deorsum nihil demittebat, incontinenti corporis iactatione torquebatur, biliosa abunde colorata vomitione reiiciebat. Vbi verò vomuisset meliùs habere videbatur, paruo interiecto tēporis interuallo rursus dolores vehementes corripuerunt, venterq; velut in intestini tenuioris morbis incendebatur, calor & sitis aderat, ac intra septem dies vitam cum morte commutauit. 32 Neopolis verò ex ilili vulnere eodem modo affectus fuit, ex acri autem per clysterem infuso aluus affatim prorupit, colore tenui, pallido, nigricante suffusus est, oculi squalidi erant, rigidi, intus reuoluti, intenti. 33 Iaculo in iecur cominus percusso, illico cadauerosus color affusus est, oculi concaui, corporis incontinens iactatio & implacidi-

tas aderat. Mortuus est antequam concio dimitteretur eodem quo percussus est die. 34 Qui à Macedone lapide in caput ictus est, supra tempus sinistrum non magis quàm cutis scarificatione quadam dissectus, ex vulnere vertigine affectus est & cecidit, tertio die vocis defectio & corporis incontinens iactatio erat, febris non admodum vehemens, temporum pulsatio velut ex tenui calore, nihil audiebat, neque mentis compos erat, neq; quiescebat. Mador circa frontem, tum sub naso ad mentum vsq; erumpebat, quinto die mortuus est. 35 Æniates quidam in Delo retro in latus sinistrum iaculo percussus, vlcus quidem sine dolore habuit. Tertio verò die ventris dolor paruus aderat, nil ex aluo secedebat, verùm sub noctem ex infuso per clysterem stercus prodiit, & dolor intermisit, sedes extra in scrotum prolapsa est. Quarto die in pubem & totum ventrem dolor vehementer irruebat, neq; quiescere poterat, biliosa affatim syncera vomitione reiecit, oculi ex viridi pallescentes & quales animo deficientibus. Post quintum diem mortuus est, præter quàm quòd calor quidam tenuis ipsi inerat. 36 Audello in dorsum vulnere accepto spiritus multus cum strepitu ex vulnere prodibat, & sanguis multus prorupit. Deligato vero medicamento quod cruentis vulneribus imponitur, sanitati est restitutus. 37 Contigit autem etiam miserrimo Philiæ puero ex ossis denudatione in fronte, nono die febris, deinde os liuorem contraxit. mortuus est. 38 Phaniæ quoque & Euergi liberis, liuore occupatis ossibus, febreq; detentis, cutis ab osse discessit, & pus intus depascebatur. His terebro perforatis, ex ipso osse tenuis sanies, serosa, aliquantulum pallida, graueolens & lethalis emergebat. His quoq; accedebat vomitus, & ad extremum conuulsiones, & quandoq; stridulam vocem edebant, interdum etiam impotentes erant. Quòd si vulnus dextram partem occuparet, sinistra laborabat; si verò sinistra dextra. 39 Theodori puerum nono die insolatu vtentem, decimo die febris inuasit ex ossis denudatione nullius penè momenti. In febre autem os est denigratum, cutis discessionem fecit, admodum stridulam vocem edidit. Secundo & vigesimo die venter intumuit, præsertim verò ad præcordia, tertio & vigesimo vitam cum morte commutauit.

λα. ἀλυσμός. δυσφορίη, ἀπέθανε πρὶν ἀγορὴν λυθῆναι, ἐν ᾗπερ ἡμέρῃ ἐπλήγη. [34] ὁ τὴν κεφαλὴν ἀπὸ Μακεδόνος λίθῳ πληγεὶς. ὑπὲρ κροτάφου ἀριστεροῦ ὅσιον ἀμυχὴν διεκόπη. ἐσκοτώθη πληγεὶς, καὶ ἔπεσε. τριταῖος ἄφωνος ἦν. ἀλυσμός. πυρετὸς οὐ πάνυ σφοδρός. σφυγμὸς ἐν κροτάφοισιν, ὡς λεπτῆς θέρμης. ἤκουεν οὐδέν. οὐδὲ ἐφρόνεεν. οὐδ' ἠτρέμιζεν. νοτὶς περὶ μέτωπον καὶ ὑπὸ ῥῖνα, ἄχρις ἀνθερεῶνος, πεμπταῖος ἐτελεύτησεν. [35] ὁ Αἰνιήτης ἐν Δήλῳ ἀκοντίῳ πληγεὶς ἐς τοὔπισθεν τοῦ πλευροῦ κατὰ τὸ ἀριστερὸν μέρος, τὸ μὲν ἕλκος, ἄπονον. τριταίῳ δὲ γαστρὸς ὀδύνη σμικρή. οὐχ ὑπεχώρει. κλυσθέντι δὲ ἐς νύκτα. κόπρος ἦν. καὶ ὁ πόνος διέλιπεν. ἕδρη ἔξω ἐς τοὺς ὄρχιας, τεταρταίῳ καὶ ἐς ἥβην. καὶ κοιλίην ὅλην δεινῶς ὁ πόνος κατηπείγων. ἀτρεμέειν οὐκ ἠδύνατο. χολώδεα ἔμεσεν κατακορέα. χλωώδεες ὀφθαλμοί. καὶ οἷοι τῶν λιποθυμεόντων μετὰ ε ἐτελεύτησεν. πλὴν θέρμη λεπτή τις ἐνῆν αὐτῷ. [36] Αὐδέλλῳ πληγέντι ἐς τὸν νῶτον, πνεῦμα πολὺ κατὰ τὸ τρῶμα μετὰ ψόφου ἐχώρει, καὶ ἡμορράγει. τῷ ἐναίμῳ δὲ καταδεθεὶς, ὑγιὴς ἐγένετο. [37] συνέβη δὲ καὶ τῷ δυστυχεστάτῳ Φιλίας παιδίῳ, ψιλώματος ἐν τῷ μετώπῳ γενομένου, ἐναταίῳ πυρετός. εἶτα ἐπελιάνθη τὸ ὀστέον. ἐτελεύτησεν. [38] καὶ τῷ Φανίου καὶ τῷ Εὐέργου. πελιαινομένων δὲ τῶν ὀστέων καὶ πυρεταινόντων, ἀφίστατο τὸ δέρμα ἀπὸ τοῦ ὀστέου. καὶ πύοι ὑπενέμετο. τούτοισι τρυπωμένοισιν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀστέου ἀνήρχετο ἰχὼρ λεπτός. ὀρρώδης ὕπωχρος. κάκοδμος. θανάσιμος. ξυμβαίνει δὲ τοῖσι τοιούτοισι, καὶ ἐμέτους ἐπιγίνεσθαι καὶ τὰ σπασμώδεα ἐπὶ τελευτῇ, καὶ ἐνίοις κλαγγώδεας εἶναι. καὶ ἐνίοις ἀκρατέας. καὶ ἢν ἐν τοῖσι δεξιοῖσι τὸ τρῶμα ᾖ τὰ ἀριστερά. ἢν δ' ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι, τὰ δεξιά. [39] ὁ Θεοδώρου ἐναταίῳ ἡλιωθέντι, πυρετὸς ἐπῆει δεκαταίῳ ἐκ ψιλώματος, οὐδενὸς ἄξιος εἰπεῖν κατὰ τὸ ὀστέον, ἐν δὲ τῷ πυρετῷ, ἐμελάνθη, ἀπέστη τὸ δέρμα. ἐπὶ πολὺ κλαγγώδης δευτέρῃ καὶ εἰκοστῇ ἡ γαστὴρ ἐπήρθη. μάλιστα δὲ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια. κγ ἐτελεύτησεν.

[14] περὶ δὲ τὰ ιβ] Sic legunt omnia quæ adhuc videre licuit exemplaria. Caluus tamen ια legisse videtur, cùm circiter vndecimum dixerit, iudicatorij diei dignitate alioqui fortasse permotus.

ἐξηράνετο] Sic legunt quæ adhuc videre licuit exemplaria tum manuscripta tum publicata. Cornarius tamen & Caluus ἐρρήγνυτο aut ἐξήεχετο, aut ἐξῄει legerunt.

καὶ ῥεγχώδης ἦν] λυγγώδης aut λυγμώδης legisse videtur Caluus vt, & ἄφρων, pro ἔμφρων:

[17] ἐπὶ τοῦ ὑστέρου ῥεγχώδης] Caluus hîc quoque λυγγώδης legisse videtur, contra tamen omnium quos videre mihi adhuc licuit codicum fidem.

[18] ἔτι τοῦ θέρεος ἐνισταμένου] ἐπὶ pro ἔτι habent exemplaria quædam Regia manu exarata.

καὶ ῥεγχώδης] λυγγώδης etiam videtur legisse Caluus, & pro ἔμφρων δὲ ἦν, quæ est constans omnium codicum lectio, ἔμφρων δὲ ... scripsit.

[19] ἐκ τοῦ ὄρεος] Caluus ὀρέος aut οὐρέος legisse videtur, cùm eum mulo delapsum explicat, & Erotianus per dictionem οὐρεύς, hanc videtur lectionem agnoscere.

ιθ', γλῶσσα πονηρή] Sic legunt publicata exemplaria cum quibusdam manu scriptis, manifesto, vt apparet vitio. Membranæ reconditæ & vetustiores ς, sexti diei notam apponunt. Quam etiam lectionem apposuit Cornarius.

καὶ μετὰ φωνήν] Mira est phrasis & insolens qua significat illi vocem læsam fuisse, linguamque inter loquendum vacillasse. Est autem ῥέμβη, πλάνη. Sic enim Gal. in exegesi ῥέμβην πλάνην καὶ τινὰ ἅμα περὶ τὸ ῥέμβεσθαι. Pro quo ῥέμβη πλάνη τινὶ καὶ ἄλη meliores codices legunt. Ex quo hîc etiam ῥέμβη pro ῥεμβίη legendum esse planè coniicias, etsi codices omnes in ea scriptione consentiunt.

πλέοντες ὥσπερ τῶν νυσταζόντων] Oculi nutantes dicuntur qui parum apparent fereque clauduntur, velut qui cursum nauigio conficiunt, & celeriter transmittunt, aut semper tremuli & moti velut qui nauigio præteruehuntur: quales in dormiturientibus & præ somnolentia nictantibus visuntur, ideoque semper mouentes dixit Galenus.

πνεῦμα πρὸς χεῖρα] Hæc phrasis respirationem ipsam indicare videtur quæ quòd vulgaris est & omnibus nota, facilè conspicua & in promptu ad manum esse dicitur, idemque significare videtur quod πνεῦμα πρόχειρον Hippocrati in Prorrhetico, Galenus τὸ φαινόμενον explicat, ἐπειδὴ φαίνεται προχείρως, ὅπερ ἐστὶν ἑτοίμως τε καὶ ῥᾳδίως τοῖς θεωμένοις. εἰωθότων ἡμῶν αὐτῶν ἀντιδιαιρεῖν τοῖς ἀποκρυπτομένοις καὶ μὴ φαινομένοις τὸ πρόχειρον. Neque tamen inde spiratio sublimis aut elata, aut τὸ πνεῦμα μετέωρον (quod ferè semper apud Hippocratem) hic intelligenda est, sed respiratio ipsa simplex & vulgaris, quæ hac populari voce designatur, etsi Caluus venarum pulsationi istud accommodat. Significatur autem læsum fuisse ex casu neruorum principium, vnde respirationem ipsam deprauatam & sensationem violatam fuisse constat, stuporemque pedum consecutum, quos ideo lapideos aut saxeos vocat.

[20] κυνάγχική] Exemplum est anginosæ mulieris quod lib. 5. epid. adscriptum est. Vnde satis apparet vitiosa esse exemplaria manu scripta quæ κυνάγχη superiori ægro adscriptum habent, quæ tamen secutus videtur Caluus.

A ἐσχίον] Sic habent omnia quæ videre adhuc licuit exemplaria, quæ ideò secuti sumus. Cornarius ἐσχατῶς legisse videtur & ad πυρέτου retulisse, quod πυρετὸς ἐπεῖχε ἐσχατῶς legatur lib. 5. epid.

ἱδρῶμα παραχρῆμα] παραμύθης legitur lib. 5. epid. Manifesto autem vitio hîc etiam vt illic quoque ἱδρῶμα pro πυρέτου ponitur, quod ζ pro σ adscriptum sit, quod tamen est ab interpretibus prætermissum.

ὀδόντων ξυνέρεισις] Dentium collisionem aut inter se connexionem & consertionem significat, pro quo συντρισμὸς lib. 5. epid. ponitur.

ὅτι οὐ πολὺ διεξῆλθε] Hæc lectio Caluo plurimum suffragatur, in eaq; retinenda planè consentiunt exemplaria tum manu scripta tum publicata. Eam tamen suspectam facit quod nihil tale lib. 5. epid. legitur. Et certè manifestum esse vitium apparet. Nam αὐτὸ & διεξήλθε legendum, aut ista expungenda sunt, & lectio lib. 5. epid. retinenda, quod fecisse Caluum apparet.

22 ἐσχίον] Pro ἰσχίον, ἰσχίον videtur legisse Caluus & vtranque lectionem coniunxisse.

βῆχα τὸ πλῆθος ἔχει] In hydrope tussis spem tollit, vt loquitur Celsus ex placito 35. lib. 6. & 47. lib. 7.

B συστρέμματα] συστρέμματα sunt Hippocrati tubercula cruda & dura veluti concretiones quædam & duritiæ, collectiones vocat Cælius Aurelianus lib. 2. acut. συστροφὰς Gal. in Exegesi φύματα καὶ σκληρίας exponit.

23 καὶ ἐν ὀλιγῷ] Repetitur hoc quoque exemplum extremo lib. 5. epid.

24 ὅτι δὲ ἀφρώδης] Minutum est quod ἀφρώδης habent fere omnia exemplaria publicata, quædam vero manu exarata ξηρώδης quæ secuti sumus cum Interpretibus. ἀφωνὴς autem γλῶσσα dici videtur, quod vox obloquentis ægri vix obaudiatur, defectis tam viribus & ex naturæ imbecillitate potiùs quàm siccitate.

25 λειποθυμίης] Sic omnia legunt exemplaria, Caluus vero λειποψυχίης.

ἀκρίβεσιν δὲ] ἀκρίβεσιν ἄκρας ἰσότητας, τουτέστι πυρετὸς καὶ αἰχμῶδης explicat Gal. ἐν γλώσσαις hunc locum subindicans.

27 λήξαντος δὲ τοῦ πυρετοῦ περὶ ζ'] Sic omnes codices legunt corruptè tamen, vt apparet. Quæ enim die septimo conuulsione periit, ad nonum diem peruenire non potuit. Et certè ζ pro θ positum facili lapsu apparet.

C οὖρα στρυφνά, ὀπώδεα] Vrinarum attributiones istæ minimè Hippocratis authoritatem redolent. Neque enim temerè in tota Hippocratis OEconomia eiusmodi vrinarum affectiones reperias. στρυφνὸν namque quod est acerbi saporis gustum mouentis nomen, ab austero sola intentione distans, τοῦ στύφοντος genere comprehenditur, vt scribit [1] Galenus, & in fructibus immaturis ortus sui principio, vt pyris syluestribus & cornis, sentitur. Quod linguæ admotum cùm eam exiccet, contrahat, vehementerque exasperet, vt scribit [2] Plato, indignè satis qualitas ista linguam & gustum attingens, vrinis hîc accommodatur. Videnturque ista vrinarum attributa inter obscuras dictiones reponenda, & toto suo genere suspectam habere nominis autoritatem. Sed cùm acerbum immaturitatem præ se ferat, & in crudi humoris copia consistat, fortassis non absurdè quodammodo acerbæ vrinæ dicantur, quæ plurimam crudi humoris materiam contineant. Quo etiam referri τὰ ὀπώδεα possunt, vt quæ plurimum serosi humoris & succi habeant. Hanc enim lectioné retinent recondita omnia exemplaria tum manu scripta tum publicata, quod etiam indicat Caluus. ὀπὸς autem cùm χυμοῦ genere censeatur, à [3] Platone quoque plantarum succis annumeratur, quod etiam indicat Galenus lib. 1. [4] de simpl. med. Etsi satis constat ὀπὸν veteribus κατ' ἐξοχὴν laserpitij succum (lauer Latini dicunt) intelligi, vt scribit Galenus in exegesi ὀπὸς quoq; de fici aut caprifici lacteo succo qui coaguli modo lac densat & concretum dissoluit, dicitur [5] Dioscoridi lib. 1. & Varroni libr. 2. [6] de re rustica. Quo fortè nomine τὰ ὀπώδεα οὖρα lacteæ & albicantes vrinæ dici possunt, quod plurimam pituitam & magnam crudi humoris copiam præ se ferrent. Sic nanque ὀπὸς ἐρινεοῦ ficus dicitur [7] Theophrasto, quam [8] Plinius succum lacteum vertit, & ficus Ægyptia πλείστον τὸ ὀπῶδες Theophrasto historiæ plantarum lib. 4. [9] Plinio multo lacte abundare dicitur lib. 13. cap. 7. Videtur autem ægra ista ex multa frigidi & crudi succi copia oppressione conflictata fuisse, tandemque conuulsione sublata. Ex quo etiam γονοειδῆ vrinæ adscribuntur. Cornarius pro ὀπώδεα, σποδώδεα vt etiam habetur posteà, legit, quod vrinas cinericium colorem aut ex cinere albicantem referentes significat, quales sunt quæ crudæ & dilutæ dicantur, quod aptius tamen magisque propriè deiectionibus attribuitur.

[1] *Lib. 1. simpl. Cap. 37.* [2] *In Timæo.* [3] *In Timæo.* [4] *Cap. 38.* [5] *Cap. 184. & 185.* [6] *Cap. 11.* [7] *Hist. plant. Lib. 1. cap. 19.* [8] *Lib. 10. Cap. 28.* [9] *Cap. 2.*

E ἱδρὼς πουλὺς ἐπεῖχε] Sic legunt omnia exemplaria. Interpretes tamen ἐπείχετο legisse videntur.

ὁ κύκλος αὐτῆς ἐκ τῆς κοιλίης καὶ πέρδου] Sic habent omnia exemplaria vitiosè tamen, pro τῆς κλίνης aut τῆς κοίτης, vt satis apparet. Quam lectionem etiam secuti sunt Interpretes.

καὶ τὸ πᾶν χρῶμα ἀχρόν] Caluus νεκρώδης τὸ πᾶν σῶμα καὶ ψιλὸν legisse videtur, etsi eam retinuimus lectionem quæ omnibus exemplaribus contestata est.

καὶ αὖθις εἰς τὴν ῥῖνα ἀφρὸς] Non est dubium quin illud ἀφρὸν vitiosum sit, etsi in eo retinendo sibi admodum constent exemplaria omnia tum publicata tum manu scripta. Caluus ἀφροῦ legisse videtur & disiunxisse, atque ad toruum aspectum retulisse, simul etiam ἀποπίπτει καὶ αὖθις εἰς τὴν ῥῖνα coniunxisse. Cornarius ἀφρὸς aut ἀπορρὸς pro ἀφρὸς posuisse, Nos certè ἰσχὺς aut ὀξύρροος aut ἐκροὴ legi posse existimamus.

καὶ ὀκρυοειδέα] κερχνώδεα est quod aliàs Hippocrati κερχνώδεα & κεγχρώδεα τὰ ἐκ τῆς ἰκανῶν ἀποπλήξ dicitur. Pro ὀκρυοειδέα autem τραχυνθεὶς videtur legisse Caluus contra exemplarium omnium quæ adhuc vidimus fidem.

παραμύθης] Sic legunt publicata omnia exemplaria. Manu verò scripta omnia παραμύθης ad ægram relatum habent. Quæ lectio Italicorum est codicum vt satis ex Caluo apparet.

καὶ οἱ κερχμοὶ] κερχμοὶ hîc faucium stridulas exasperationes & raucos ac creperos sonitus qui in tussi fiunt oppletis ac coarctatis spiritus instrumentis sonant, à verbo κέρχομαι. κέρχνος certè τράχυσμα seu τραχύτητα καὶ αὐχμαλίας τραχείας significat, & * Galeno τὴν τραχύτητα τῆς φάρυγγος καὶ τῆς ἐν τῷ πνεύμονι ψόφον, κέρχνος quoq; vt satis patet ex Galeno lib. 5. de sympt. caus. dicitur leuis quædam ad tussiendum propensio, cum nausea similitudinem habens. Fitq; sæpè κέρχνος ex parua faucium aspredine, sæpè verò ex tenui aliquo exiguóque prorsus humore, siue is ex capite defluat, siue in asperis arteriis collectus sit. κέρχνος etiam Erotiano siccus dicitur, & κέρχνον Atticis ξηρὸν significare scribit, & τὸ κέρχνον Galeno τοῦ κερχνώδους aut τοῦ κερχναλέου ἀνάλογον denotat, idemq; quod asperum, vt sanè idem κερ-

G χμὸς quod κέρχνος propè significare videatur, etsi tritum magis κέρχνος. οἱ κερχμοὶ verò idem quod οἱ κερχνασμοὶ quam vocem agnoscit Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις. Atq; haud scio an οἱ κέρχνοι aut οἱ κερχνασμοὶ reponendum sit, quod οἱ κερχμοὶ haud temerè aliàs in tota Hippocratis OEconomia reperiantur, etsi sanè in ea retinenda dictione perpetuam seruant constantiam exemplaria omnia tum manu scripta tum publicata. Caluus pro κερχμοὶ, λυγμοὶ legisse videtur. * *In Exegesi.*

30 ἐπιλεγομένη Scribitur hæc eadem historia lib. 5. epid. paulò melioribus verbis.

ἴκελα πολλὰ, ἄλεα] ἀλέα aut ἀλεὰ videtur legisse Caluus quod calida dixerit, vnde & ἀλεαίνει θερμαίνει explicat Galenus in Exegesi. Sed ἤλεα legunt omnia ferè meliora exemplaria ab ἠλὴς & ἤλιος. Quæ dictio admodum frequens est Hippocrati.

31 Αἰσχύτης] Scribitur hoc exemplum lib. 5. epid.

32 ὁ δὲ νεώπολις] Νεάπολις legitur lib. 5. epid. vbi repetitur hoc exemplum.

ὄμματα ἀχλυρά, κεραώδεα] Illud ἀχλυρὰ omisit Caluus & κεραώδεα soporatos oculos dicit pro quo καρώδεα legitur lib. 5. epidem.

H κεραώδεα verò ὄμματα rectiùs dicuntur oculi rigentes aut stupore rigidi & defixi, quales catocho aut catalepsi laborantibus, vti paulò antea etiam κεκαρωμένοι ὀφθαλμοί.

33 τοῦ δὲ καθ' ἧπαρ ἴσχος ἀπελύθη] Repetitur hoc exemplum lib. 5. epid.

34 ὁ τὴν κεφαλὴν] Lib. 5. epid. etiam repetitur hoc exemplum non iisdem tamen verbis. Hic enim quædam adduntur. Illud autem ἕλκος ἀμυχῶδες δοκέειν vulnus non altè penetrasse, nilque ampliùs quàm summæ cutis incisuram aut scarificationem, distinctionem illam fuisse indicat. Adeò vt etsi leue aut contemnendum vulnus fuisse videatur, lethale tamen extiterit, adeoque nullum quamuis exiguum capitis vulnus negligendum sit. Mirum autem est dextrum tempus pro sinistro à Cornario adscriptum, cùm omnia exemplaria tum scripta tum publicata ἀριστερὸν legant.

τοῖς περὶ μέτωπον] τοῖς περὶ μέτωπον ex lib. 5. epid. legimus, etsi in ea lectione retinenda quæ vitiosa esse apparet, mirum in modum

inter se consentiunt exemplaria tum manu scripta tum publicata. Eadem quoque est Italicorum codicum constantia vt satis ex Caluo patet. A

35 ὁ ῥυΐτης] Meliùs scribitur lib. 5. epid. ὁ ἀλφιτίτης, vbi hoc etiam exemplum repetitur.

ὁ πόσ@ κατωγίζων] Non est dubium quin hunc locum indicet Erotianus atque explicet his verbis. πόνος κατωγίζων αὐτῷ σφοδρῶς ἐμπίπτων. εἴρηται καὶ ἀπὸ τοῦ κατωγίζεσθαι, ὅ ἐστι βιαίως καὶ ἀφνιδίως ἀΐσσειν ἐμπίπτοντος. Est autem elegans translatio qua vsus est Hippoc. etiam lib. de Morbis vt antea scripsimus. Aliter tamen sed vitiosè legitur lib. 5. epid.

χολώδεες ὀφθαλμοὶ] Sic ferè plæraque legunt exemplaria, meliora tamen χλοώδεες habent, vt legerunt interpretes. Videntur autem hîc intelligi οἷοι τῶν λιποθυμεόντων quales in moribundis aut animo linquentibus visuntur, cùm oculi in caput contorquentur & reuelluntur, pupillaque sub gena superiore conditur, quod in Coacis Prænotionibus dixit κρύπτεσθαι τὸ μέλαν ὑπὸ τὸ ἄνω βλέφαρον. Id autem conuulsis sursum oculum mouentibus musculis fieri videtur.

36 αὐλίλῳ] τῷ Βίλῳ legitur extremo lib. 5. epid. vbi quoque μετὰ ψόφου meliùs quam μετὰ φόβου legitur, etsi, illam lectionem retinent exemplaria omnia, vt patet ex Caluo. B 37 συνέβη δὲ] Aliter quoque lib. 5. epid.

38 καὶ τῷ φαρίου] Aliter etiam lib. 5. epid. Illud autem καὶ πύον ὑπενέμετο (sic enim omnia exemplaria manu scripta legunt) pus intus latere & serpere & subtus cutem depasci significat, quod ὑποφαίνεται dixit lib. 5. epid. quam hîc quoq; lectionē secutus videtur Caluus.

καὶ ἦν ἐν τοῖσι δεξιοῖσι] Ista ad conuulsionem referri videntur, quemadmodum libello de vulneribus capitis scribit Hippocrates, in deploratis capitis vulneribus neruorum distentionem excitari in ea parte corporis quæ è regione est vulneris, vt læsa parte capitis sinistra, conuulsionem dextram corporis partem occupare, & contra, dextra capitis parte ægrotante, conuulsionem in sinistra corporis parte fieri. Cuius rei causa sanè vt est inuestigando difficilis, ita præsentis non est instituti. Ista porrò ψιλώματα vt in capitis osse fieri videntur, ita certè periculum intentant, & ad vltima ventum esse indicant, vt & ossis ac puris color, graueolentia vomitus & conuulsio testantur. Deinde etiam cerebrum ac neruorum principium iam noxiam contraxisse satis testatur, quod scribit eos interdum vocem stridulam edidisse, interdum verò ad motum impotentes fuisse. His enim verbis & mentis læsionem, & neruorum resolutionem suspectam facit non secus ac in libello de capitis vulneribus in lethali capitis vulnere, pustulas in lingua, mentis inconstantiam & παραπληγίαν adscribit Hippocrates. C

39 πυρετὸς ἰσχὺς] Illud οὐδενὸς ἄξιος εἶναι ad febrem referri videtur quæ foret nullius prope momenti, sed meliùs ad ossis denudationem leuem effatuque minimè dignam referri potest, vt ἐκ ψιλώματος οὐδενὸς ἄξιου εἶναι legatur. Caluus ista disparauit & ἐκ ψιλώματος pro ψιλώματος legisse videtur & οὐδενὸς ἄξιου retinuit.

40 Quibus ossa fracta fuerint, eos septimo die febris inuadit, tempore verò calidiore etiã citiùs. Quòd si magis confracta fuerint, etiam illico. 41 Exarmodi etiam puerulus, similiter quoque dolorem ad femur sensit, non ea parte qua vulnus erat, & stridulam vocem edidit, & ceruicis dolor adfuit. 42 Posidocreon quoque tertio die conuulsione correptus est, calor non relinquebat, decimo octauo mortuus est. 43 Isagoræ filius posteriore capitis parte vulneratus, colliso osse & denigrato quinto die superstes extitit. Os autem discessionem non fecerat. 44 Magnæ nauis præfecto anchora manus dextræ indicem & os collisit, ex quo inflammatio, syderatio & febris successit, aliquantulum purgato quinto die calores & dolores modicè remiserunt, ex digito aliquid decidit. Post septimum diem sanies moderatè exibat, deinde se non posse omnia lingua explicare dixit. Prædictione denunciatum est periculum, si posteriorũ partium distentio (opisthotonum dicunt) corriperet, & ad id cõtulerunt maxillæ cohærentes, deinde ad collum affixæ. Tertio die totius corporis in posteriora conuulsione cum sudore tentabatur. Sexto à prædictione die mortuus est. 45 Telephanes ex Harpali liberta filius, plagam deorsum in pedis pollice accepit, ex qua inflammatio & vehemens dolor consecutus est. Quo remisso in agrũ profectus ex lumbis doluit, lauit, sub noctem maxillæ cohærebant, & posteriorum partiũ distentio (opisthotonos dicitur) aderat. Sputum spumans ægrè dentes pertrãsibat, tertio die mortuus est. 46 Zeno Damonis filius circa tibiam aut malleolum iuxta neruum iam purum accepto vlcere & à medicamento eroso, distentione in posteriore (quam opisthotonum dicunt) mortuus est. 47 Menonē sub Arcturi exortũ & antea ex febre æstiua & alui profluuio imbecillũ, ex via delassatum etiã lateris sinistri dolor & tussis detinuit, quæ quidem etiam priùs ex destillatione aderat, tunc verò valdè intensa erat. Peruigil erat, & febrē statim ab initio implacidè ferebat, residens tertio die expuebat pallidũ, arteria sibilũ quendam cum stertore edebat. Sub quintũ diem ferè densa spiratio aderat, pedes, tibię, extrema plærũq; frigida & extra stragula erant. Ab exordio quod per aluũ secedebat biliosum existebat, neq; valde paucũ, neq; multum. Septimo, octauo & nono leniùs ferre vide-

40 Οἷσι δὲ αἱ ὀστέα καταγῇ, τούτοισιν ἑβδομαίοισιν ἐπιγίνεται πυρετός. ἦν δὲ θερμοτέρη ἡ ὥρη, καὶ θᾶσσον, ἦν δὲ μᾶλλον κλασθῇ, καὶ παραχρῆμα. 41 Καὶ ὁ Ἐξαρμόδου παιδίσκος, D παραπλησίως καὶ ἄλγημα ἐς μηρὸν οὐ κατ' ἴξιν τοῦ τρώματος. καὶ ἐγεγώνει κλαγγώδης. καὶ τραχήλου ὀδύνη. 42 καὶ ὁ Ποσειδοκρέων, τρίτῃ σπασμός. θέρμη οὐκ ἔλιπεν. ὀκτωκαιδεκαταῖος ἐτελεύτησεν. 43 ὁ τοῦ Ἰσαγόρα, ὄπισθεν ἐπλήγη τῆς κεφαλῆς, φλασθέντος τοῦ ὀστέου καὶ μελανθέντος, πεμπταῖος περιεγένετο. ὀστέον δὲ οὐκ ἀπέστη. 44 τῷ ἐκ τοῦ μεγάλου πλοίου δεσπότῃ, ἡ ἄγκυρα τὸν λιχανὸν δάκτυλον καὶ τὸ ὀστέον συνέφλασε τῆς δεξιῆς χειρός. φλεγμασίη E ἐπεγένετο. καὶ σφάκελος. καὶ πυρετός. ὑποκαθαρθεὶς πεμπτῃ, μετρίως αἱ θέρμαι ἀνῆκαν καὶ αἱ ὀδύναι. τοῦ δακτύλου τι ἀπέπεσεν. μετὰ δὲ τὴν ζ ἰχὼρ ἐπιεικῶς. μετὰ δὲ τοῦτο τὴν γλῶσσαν οὐ πάντα ἔφη δύνασθαι ἑρμηνεύειν. τὸ προρρησίς. ὀπισθότονος ἐπέξει. ξυνέφερον αἱ γνάθοι ξυνερειδόμεναι. ἔπειτα ἐς τράχηλον, τριταῖος ὅλος ἐσπᾶτο ἐς τοὐπίσω ξὺν ἱδρῶτι. ἑκταῖος ἀπὸ τῆς προρρήσιος ἀπέθανεν. F 45 ὁ δὲ ἐκ τοῦ Ἁρπάλου ἀπελευθέρης Τελεφάνης, τύμμα κάτωθεν μεγάλου δακτύλου ἔλαβεν. ἐπεφλέγμηνε. καὶ σφόδρα ἐπώδυνος ἦν. καὶ ἐπεὶ ἀνῆκεν, ᾤχετο εἰς ἀγρόν. ὀσφὺν ἤλγησεν. ἐλούσατο. αἱ γνάθοι ξυνήγοντο ἐς νύκτα. καὶ ὀπισθότονος ἐγένετο. τὸ σίαλον ἀφρῶδες, μόλις ἔξω διὰ τῶν ὀδόντων διῄει, τριταῖος ἀπέθανεν. 46 Ζήνων ὁ τοῦ Δάμωνος, περὶ κνήμην ἢ σφυρόν, ἕλκος κατὰ νεῦρον ἤδη καθαρόν. τούτῳ διαθέντι ὑπὸ φαρμάκου, ξυνέβη G ὀπισθοτόνῳ ἀποθανεῖν. 47 Μένωνι ὑπ' ἀρκτοῦρον καὶ πρότερον, ἐκ πυρετοῦ θερινοῦ καὶ διαρροίης ἀσθενεῖ διαπεπτωκότι. ἐκ πορείης κοπιάσαντι καὶ πλευροῦ ὀδύνη ἀριστερῆς. καὶ βὴξ ἔχουσα μὲν ἐκ κατάρρου καὶ πρότερον, τότε δὲ ἦν κατακορής. καὶ ἄγρυπνος καὶ δυσφόρως φέρων τὸν πυ- H ρετὸν εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἀνακαθίζων τριταῖος ἐπτύσεν ὠχρόν. ἀρτηρίη ὑπεσύριζε ῥεγχώδης. περὶ τε πνεῦμα ἐπιεικῶς πυκνόν. πόδες, αἱ κνῆμαι, ἄκρεα τὰ πλεῖστα ψυχρά, καὶ ἔξω τῶν ἱματίων. ὑποχώρησις ἀπ' ἀρχῆς ἐπεγένετο χολώδης, οὔτε λίην ὀλίγη, οὔτε πολλή. ζ καὶ η, καὶ θ ῥᾷον ἐδόκει

φέρειν

A φέρεν. καὶ τινὲς ὕπνοι ἐγίνοντο. καὶ ἀποχρεμπτόμενα ἀπεπτότερα. δεκάτῃ καὶ μέχρι ιγ΄ σφόδρα λευκὰ καὶ καθαρά. καὶ ὑποχόνδριον λαπαρώτερον ἐγένετο. τὸ δὲ ἀριστερὸν ξυντεταμένον καὶ εὐπνούστερον. πρὸς δὲ βάλανον ὑπῆλθε μετρίως. ιγ΄ πάλιν ἔπτυσεν ὠχρόν. ιδ΄ δὲ μᾶλλον. ιε΄ πρασοειδές. κοιλίη δὲ κακώδεα. χολώδεα. ὑγρά, συχνὰ ὑπῆλθεν. ἀριστερὸν ὑποχόνδριον ἐπῆρτο. ις΄ δὲ καὶ σφόδρα ἐπῳδήσεν. καὶ τὸ
B πνεῦμα ἤδη ῥεγχῶδες. ἱδρὼς περὶ μέτωπον καὶ αὐχένα. ὀλιγάκις ἐπὶ τὸ στῆθος. ἄκρεα καὶ μέτωπον ἐπιεικῶς διετέλει ψυχρά. πηδηθμὸς δὲ φλεβῶν, περὶ κροτάφοις κατεῖχεν. ὕπνοι κωματώδεες καὶ ἡμέρην καὶ νύκτα τοὺς τελευταίους χρόνους. οὖρον ἀπ᾽ ἀρχῆς ὠμόν, σποδοειδές. περὶ ι΄ καὶ μέχρι ιγ΄ λεπτὰ καὶ οὐκ ἄχροα. ἀπὸ δὲ τῆς ιγ΄ οἷά περ ἀπ᾽ ἀρχῆς. [48] Τῷ
C Κλεόχῳ πλευροῦ ἄλγημα καὶ πυρετός. ἀνῆκεν ὁ πυρετός. ἵδρωσε τὸ σῶμα ὅλον. ἐν τῷ οὔρῳ πολλὰ τὰ ἐκφερόμενα ἦν. ἐθορυβήθη μετὰ ταῦτα. [49] Πληϊάδων περὶ δύσιν τὴν Ὀλυμπιάδεω, ὀκτάμηνον ἔχουσαν ἐκ πτώματος, πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. γλῶσσα καυσώδης. ξηρή. τρηχείη. ὠχρή. ὀφθαλμοὶ ὠχροί. καὶ τὸ σῶμα νεκρῶδες. διέφθειρε πεμπταίη. ῥηϊδίως ἀπήλ-
D λαξε. καὶ ὕπνος ὡς ἐδόκεε καυματώδης. δείλης διεγερθέντων οὐκ ᾐσθάνετο. πταρμικῷ ὑπήκουσε. πόμα κατεδέξατο καὶ χυλοῦ. ὑπέβηξε καταπίνουσα τὸ πόμα. ἡ φωνὴ οὐκ ἐλύετο. οὐδὲ αὐτή τι ἀνέφερε. τὰ ὄμματα κατηφέα. πνεῦμα μετέωρον κατὰ ῥῖνα σπώμενον. χρῶμα πονηρόν. ἱδρὼς περὶ τοὺς πόδας καὶ σκέλεα περὶ θάνατον ἐούσῃ. ἐτελεύτησεν. [50] Τῇ Νι-
E κολάου γυναικὶ, ἐκ καύσου τὰ παρ᾽ οὖς ἐγένετο ἐπ᾽ ἀμφότερα. ὀλίγον ὕστερον τὸ ἕτερον ἤδη δοκέοντος χαλᾶν τοῦ πυρετοῦ ὡς οἴδημα περὶ ιδ΄ μεγάλα ἀσήμως κατέστη. ὑπέστρεψε. χρῶμα νεκρῶδες. γλῶσσα τρηχείη, δασείη σφόδρα, ὑπόλευκος, διψώδης. ὑποχώρησις κάτω, πολλή, ὑγρή, κακώδης παρὰ πάντα τὸν χρόνον. πρὸ τῆς τελευτῆς, ἐφθάρη τὸ σῶμα τῷ πλήθει. ἐτελεύτησε πε-
F ρὶ τὰς κ΄, [51] Ἀνδρέαν πρὸ πληϊάδος, φρίκη. πυρετός. ἔμετος. ἀπ᾽ ἀρχῆς ἡμιτριταῖος ἐφαίνετο. τριταῖος δ᾽ οὖν ἐών. πάλιν ἀγοράζων, ἔφριξε. πυρετὸς ὀξύς. ἔμετος χολῆς ἀκρήτου. παράληρησις ἐς νύκτα. ῥᾴων πάλιν πέμπτη χαλεπῶς. ἕκτη, ἀπὸ λινοζώστιος εὖ ὑπῆλθε. ζ΄ χαλεπώτερον. καὶ τὰς ἐφεξῆς συνεχέστερος ἤδη καὶ ἄϊδρωτος ἀπ᾽ ἀρχῆς καὶ διψώδης. μάλιστα δὲ στόμα ὑπε-
G ξηραίνετο, καὶ πόμα οὐδὲν ἡδέως προσεδέχετο. ἀηδίης πολλῆς ἐούσης περὶ τὸ στόμα. γλῶσσα ξηρή. ἄκροπις. τρηχύτης ἐπῆν ἢ ὠχρόλευκος. ἄγρυπνος. ἀσώδης. ἐκλελυμένος. κεκλασμένος. γλῶσσα ὑπὸ ξηρότητος ἐνίοτε ὑπότραυλος, ἕως διαβρέξαι. χυλὸν μάλιστα προσεδέχετο. ἐναταίῳ ἢ δεκαταίῳ παρ᾽ οὖς ἀριστερὸν καὶ περὶ τὸ ἕτερον ἐπάρματα μικρὰ ἀσήμως ἐφάνη. οὖρα διὰ παντὸς οὐκ
H ἄχροα. ἄνευ δὲ ὑποστάσιος. τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ ἱδρώτιον περὶ τὰ ἄνω οὐ πολὺ μετριώτερον. ἡ θέρμη περὶ τὰς ιζ΄ ἐμαλακώθη. κοιλίη μετὰ τὰς ι΄ ξηρή, οὐκ ἄνευ βαλανείων ὑποχωρέουσα. περὶ δὲ τὰς κε΄ ἐξανθήματα δι᾽ ὀλίγου κνησμώδεα θερμά, ὥσπερ πυρίκαυ-

batur,& somni quidam aderant crudiora erant quæ excreabantur,decimo & ad decimum tertium vsque alba admodum & pura. Præcordia molliora existebant, sinistra autem contenta, faciliusque spirabat. Glande subdita aluus moderatè demisit,decimo tertio rursus pallidum spuit,decimo quarto verò magis, decimo quinto quod coloris erat porracei. Aluus verò maleolentia,biliosa,liquida,crebrò demisit, præcordia sinistra attollebantur,decimo sexto verò etiã valde intumuerant,& spiratio iam cum stertore erat, sudor circa frontem & ceruicẽ, rarò pectus occupabat,frons & extrema ferè frigida perseuerabãt, venæ temporum saliebant,somni cum sopore diem & noctem postremo tempore detinebant, vrina ab initio cruda,cinerem colore referens. Ad decimum & decimum tertium vsq; tenues & non decolores. A decimo tertio autem quales ab initio. 48 Cleochum lateris dolor & febris corripuit, remisit febris, toto corpore sudor dimanauit, per vrinam multa efferebantur,quæ postea returbida facta est. 49 Ad Vergiliarum occasum Olympiadæ vxorem octo mensibus vtero gerentem,ex casu febris acuta corripuit,lingua æstuans, sicca, aspera, pallida, oculi pallidi, corpus mortuo simile,abortu quinto die sine labore est liberata,& somnus(vt videbatur)cum sopore adfuit, sub vesperum cùm excitaretur non sentiebat, sternutamentum cienti medicamento cessit, potionem recepit & succi ptissanæ nonnihil, potionem degluties aliquantum tussiuit,vox soluta nõ erat,neq; ipsa quicquam conualescebat,oculi demissi erant,spiratio sublimis, quæ naribus trahebatur,color prauus, sudor pedes & crura,cùm morti esset proxima, occupabat, mortua est. 50 Nicolai vxori ex febre ardente ad vtranq; aurẽ tubercula suborta sunt,paulò post alterũ, cùm iã febris remittere videretur, velut tumor laxus decimo quarto die valde citra vllam significationem conquieuit,morbi reuersio facta est, color cadauerosus erat,lingua aspera,densa admodum, subalbicans, siticulosa. Alui egestio copiosa,liquida,omni tempore maleolens. Ante obitum corpus egestionis copia consumptum est,ad vigesimum diem mortua est. 51 Ante Vergiliarum occasum Andrean horror, febris, vomitus corripuit,ab initio semitertiana apparebat. Tertio verò die cum rursus in foro negotiaretur,horrore correptus est,cum febre acuta, bilem synceram vomitione reiecit,delirauit, sub noctem meliusculè habuit. Quinto rursus grauiter habuit,sexto ex mercuriali aluus probè deiecit.Septimo grauiùs habebat, cæterisq; deinceps diebus iam magis continenter febris detinebat, & ab initio sine sudore erat,sitiq; torquebatur.Præcipuè verò os resiccabatur, nullumque potum non auersabatur, cùm os admodum ingratum esset,lingua resiccata,inarticulata erat,asperitas existebat cum pallore albicans, peruigilio, anxietate torquebatur,exolutus, fractus,lingua interdum præ siccitate nõnihil balbutiens,donec eam perfunderet sorbitiunculam ex hordeo præcipuè sumebat. Nono aut decimo ad sinistram aurem atq; alteram, parua tubercula sine vlla iudicationis significatione apparuerunt.Vrinæ per totum morbum non decolores, verùm sine sedimento fuerunt. Decimo quarto circa superiores partes sudor nõ admodum moderatus obortus est. Ad decimum septimum calor conquieuit.Post decimum aluus sicca, nihilque nisi subditis glandibus deiiciens. Ad vigesimũ quintum pustulæ pruriginosæ,calidæ,velut ambusta cute,sensim

exortæ ſunt. Dolor autem axillas & latera occupabat, in crura citra vllam ſignificationem tráſiit & defiit. Balneum proderat & illitus cum aceto. Menſe verò ſecundo ferè aut tertio, dolor ad renes, qui quádoq; tenuerat, conſtitit. 52 Ariſtocratem ſub brumá laſſitudo, horror & calor inuaſit. Poſtea verò tertio die lateris & lumborum dolor cœpit, & tumor ab axilla initium ſumens totú latus occupabat, ad ipſam coſtam durus, cum rubore qui ab axilla initium ducebat, & liuore, non ſecus quàm ſi ab igne calefactus & vſtulatus fuiſſet, anxiè & moleſtè habebat admodum ſiticuloſus erat, lingua ſubalbicans. Vrinæ non prodibant, crura aliquantulum frigida, aluus ex mercurialis ſucco pauca deiiciebat, liquida, ſubalbicantia, ſpumoſa. Sub noctem reſpiratio ſublimis extitit, paruus ſudor circa frontem erupit, partes inferiores frigidæ, anxietate vexabatur, ceruix intumeſcebat, tuſſis non aderat, mentis compos mortuus eſt. 53 Oneſianactem ad autumnum lippitudo, poſtea verò febris quartana detinuit. Per quartanæ exordia à cibis alieno admodum erat animo, progreſſu verò temporis ad cibum alacriter habebat. Quinetiam Polychari in febre quartana eadem circa cibos contigerunt. Mneſianacti quoque etiam contigit alui deiectio ante febrem, poſteaque multo tempore comitabatur, multis albis, mucoſis prodeuntibus. Quandoque etiam paucum ſanguinem citra laborem & dolorem demittebat, ventris autem ſtrepitus aderant. Poſt febrem tuberculum durum ad ſedem abſceſſum fecit, diu incoctum perſeuerauit, ad inteſtinum ruptum eſt, & foris fiſtuloſum euadebat. Cùm autem in foro deambularet, ei ante oculos fulgores obuerſabantur, neque planè ſolem intueri poterat. Vbi verò paulum ſeceſſiſſet, extra ſe fuit, & ceruicis conuulſione tentatus eſt. Poſtquam autem domum relatus eſt, ægrè viſum recepit, vixque ad ſeſe rediit. Primùm verò circunſtantes oculis colluſtrabat, corpus adeò perfrixit, vt vix vtriculis & nouis ſubinde adhibitis fomentis recaleſceret. Poſtea quàm autem ſui compos fuit & ſurrexit, prodire noluit, ſed timere dicebat. Quod ſi quis de grauibus morbis verba faceret, præ timore ſe ſubducebat. Interdum ſibi ad præcordia calorem occurrere dicebat, & oculis obuerſantes fulgores comitari. Alui deiectio multa fuit, & ſæpè & ſimilis hyeme contigit. Venæ ſectio facta eſt, veratrum exhibitum, lactis vaccini potione vſus eſt, ac primum aſinini, quod contulit, & alui egeſtiones ſedauit. Aquæ potio ab initio fuit, deambulationeſque & capitis purgationes. 54 Anecheti filio iſta contigerunt. Per hyemem in balneo ad ignem cùm inungeretur calefactus eſt, & confeſtim in comitialibus ſimiles conuulſiones incidit. Vbi verò ſatis multæ conuulſiones fuiſſent, circumſpexit, nó erat apud ſe. Vbi autem ad ſe rediit, poſtridie mane iterum conuulſionibus correptus eſt ſpuma non admodum apparuit. Tertio die linguam inarticulatam habuit, & quarto loqui velle lingua præ ſe ferebat. Quinto loqui non poterat, verùm in nominú principiis hærebat, eodemq; die lingua admodú hæſitabat, & cóuulſione vexabatur, ac extra ſe erat. Vbi verò iſta remitterent, lingua ægrè ad priſtinú ſtatum redibat. Sexto die cùm omnibus abſtinuiſſet, & ſorbitione & potu, nil etiam ampliùs ſumpſit.. 55 Cleocho poſt laſſitudines & exercitationes, cum per aliquot dies melle vſus eſſet, tumor ad genu dextrú ſubortus eſt, ma-

σα. ὀδύνη δὲ ἦν περὶ τὰς μασχάλας, καὶ τὰ πλευρὰ ἐς σκέλεα διῆλθεν ἀσήμως, καὶ ἔληξε. λουτρὸν ὠφέλει καὶ χρίσμα τὸ ἐν τῷ ὄξει. μηνὶ δὲ δευτέρῳ ἴσως ἢ τρίτῳ, ἐς νεφροὺς ἡ ὀδύνη, καὶ πρότερον ποτε γινομένη, κατέστη.

[52] Ἀριστοκράτει περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς, κόπος καὶ φρίκη καὶ θέρμη. μετὰ δὲ ἤρξατο τριταίῳ, πλευροῦ ὀδύνη, καὶ ὀσφύος. καὶ οἴδημα ἐκ τῆς μασχάλης ἀρξάμενον παρ' ὅλον τὸ δεξιὸν πλευρὸν σκληρὸν κατὰ ταύτην τὴν πλευρὴν ἐκ μασχάλης ἀρξάμενον ἐρυθρὸν, πελιδνὸν ὡς ὑπὸ πυρὸς θαλφθὲν καὶ ἐκκεκαυμένον. ἀσώδης. δυσφόρως ἔχων. σφόδρα διψώδης γλῶσσα ὑπόλευκος. οὖρα οὐκ ἐχώρεε. σκέλεα ὑπόψυχρα. ὑποχώρησις ἀπὸ λινοζώστιος ὀλίγη. ὑγρά. ὑπόλευκα. ἀφρώδεα. ἐς νύκτα πνεῦμα ἐμετεωρίζετο. ἱδρώτιον περὶ μέτωπον. κάτω ψυχρά. ἀσώδης. τράχηλος ἐνεφυσᾶτο. βὴξ οὐκ ἐνῆν. ἐτελεύτησεν ἔμφρων. [53] Ὀνησιάνακτι περὶ φθινόπωρον, ὀφθαλμίη, μετὰ δὲ τεταρταῖος πυρετός. ἀρχομένου τοῦ τεταρταίου, σφόδρα ἀπόσιτος. προϊόντος δὲ ἡδέως πρὸς σιτίον. καὶ Πολυχάρει δὲ ἐν τεταρταίῳ ὅμοια τὰ περὶ τὴν πίτισιν. συνέβη δὲ καὶ τῷ Μνησιάνακτι ὑποχώρησις ἔμπροσθεν τοῦ πυρετοῦ. καὶ μετὰ τὸν πουλὺν χρόνον. παρηκολούθει πολλῶν, λευκῶν, μυξοποιῶν. καὶ ἔστιν ὅτε σμικρὸν αἷμα ἄτερ πόνων καὶ ὀδύνης. ψόφοι δὲ ἐν γαστρί. μετὰ τὸν πυρετὸν, ἀπέστη παρὰ τὴν ἕδρην φῦμα σκληρὸν πουλὺν χρόνον παρηκολούθει ἄπεπτον. ἐρράγη ἐς τὸ ἔντερον. καὶ ἔξω συριγγῶδες ἐγένετο. περιπατοῦντι δ' αὐτῷ ἐν τῇ ἀγορᾷ, μαρμαρυγαὶ ὡρῶντο περὶ τῶν ὀφθαλμῶν. καὶ τὸν ἥλιον οὐ πάνυ καθεώρα. ἀποχωρήσας δὲ σμικρὸν ἐξ ἑωυτοῦ ἦν καὶ τράχηλον σπασμώδης. ἐπεὶ δὲ ἐκομίσθη ἐς οἶκον μόγις ἀνέβλεψε. καὶ αὐτὸς ἑωυτοῦ μόγις ἐγένετο. τὸ πρῶτον δὲ περιέβλεπε τοὺς περιεστῶτας. καὶ τὸ σῶμα κατεψύχθη. μόγις δὲ ἀνεθερμάνθη ἀσκίοισι καὶ πυρίῃ ὑπὸ τῇ χαυνῇ, ἐπεὶ δὲ ὥστε ἐντὸς ἦν, καὶ ἐξανίστατο, οὐκ ἐξιέναι ἤθελεν, ἀλλὰ δεδιέναι ἔλεγεν. εἰ δέ τις περὶ νουσημάτων χαλεπῶν διελέγετο, ὑπεξήρχετο φόβῳ. ἔστιν ὅτε προσπίπτειν αὐτῷ πρὸς τὰ ὑποχόνδρια θερμασίην ἔφη, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν μαρμαρυγὰς παρακολουθεῖν. καὶ ἡ ὑποχώρησις πολλή. καὶ πολλάκις καὶ ὁμοίη χειμῶνος ξυνέβη. φλεβοτομίη γέγονε. ἐλλέβορος. γαλακτοποσίαι βοείου. πρότερον δὲ ὀνείου ξυνήνεγκε, καὶ τὰς ὑποχωρήσιας ἔπαυσεν. ὑδροποσίη ἀπ' ἀρχῆς, περίπατοί τε καὶ κεφαλῆς καθάρσιες [54] Τῷ Ἀνεχέτου ταῦτα. χειμῶνος ἐν βαλανείῳ πρὸς πυρὶ χριόμενος ἐθερμάνθη. καὶ παραχρῆμα περιέπεσεν ἐν ἐπιληπτικοῖς σπασμοῖς. ἐπειδὴ δὲ ἱκανοὶ σπασμοὶ περιέβλεπεν, οὐ παρὰ ἑωυτῷ ἦν. ἐπεὶ δὲ ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο πάλιν τῇ ὑστεραίῃ πρωῒ ἐλήφθη σπασμώδης· ἀφρὸς δὲ οὐ πάνυ. καὶ τρίτη ἄκεσπις. καὶ τετάρτη ἐπεσήμαινε τῇ γλώττῃ, πεμπταῖος οὐχ οἷός τε ἦν λέγειν. ἀλλ' ἴσχετο ἐν τῇσιν ἀρχῇσι τῶν ὀνομάτων, καὶ τῇ ε γλῶσσα σφοδρά, καὶ ὁ σπασμὸς ἐξεγένετο. καὶ ἐκτὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο. ὅτε δὲ ἀνίει ταῦτα, ἡ γλῶσσα μόγις ἀπεκατέστατο εἰς τωὐτό. ἑκταῖος ἀποσχόμενος πάντων, καὶ ῥοφήματος καὶ ποτοῦ, καὶ οὐκ ἔτι οὐδενὸς ἐλάμβανεν. [55] Κλεόχῳ ἐκ κόπων καὶ γυμνασίων, μέλιτι τὰς ἡμέρας διαχρωμένῳ, οἴδημα ἐς γόνυ δεξιόν. μᾶλλον δὲ ἐς τὸ κάτω περὶ τὸν τένοντας

ἀνοντας τοὺς ὑπὸ τὰ γουνάτα. περιεπάτει ὑποχωλαίνων. καὶ ἡ γαστροκνημίη οἴδει, καὶ σκληρὴ ἦν, καὶ ἐς τὸν πόδα, καὶ ἐς τὸν σφυρὸν τὸν δεξιόν, καὶ ἐς τὰ οὖλα περὶ τοὺς ὀδόντας, μεγάλαι ὡς ῥάγες, πελιδνά, μεμελανωμένα, ἀνώδυνα, ὁπότε μὴ ἐσθίη. καὶ τὰ σκέλεα εἰ μὴ ἐξανασταίη. ἦλθε γὰρ ἐς τὸ ἀριστερὸν τὸ οἴδημα. ἧσσον δὲ καὶ ὑπολιαίνετο. ἐν τοῖσιν οἰδήμασι τοῖσι περὶ γουνάτα καὶ πόδας ὥσπερ ὑπόπυα. τέλος δὲ οὐχ οἷός τε ἦν ἵστασθαι, οὐδὲ ἐπὶ τὰς πτέρνας ἐπιβαίνειν, ἀλλὰ κλινοπετὴς ἦν, θέρμαι δῆλαι. ἐνίοτε, ἀπόσιτος. οὐ πάνυ διψώδης. οὐδὲ ἐπὶ θᾶκον ἀνίστατο. ἀπορώδης. καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ὀλιγοψυχίη εἶχεν. ἐλλέβορον προσήχθησαν κεφαλῆς καθάρσιες. πρὸς δὲ στόμα μανναδες ξὺν τοῖσιν ἄλλοισι μισγομένοισι ξυνήνεγκεν. πρὸς τὰ ἐν τῷ στόματι ἕλκεα, ῥόφημα φακῆς ἐπιτήδειον. περὶ δὲ ἑξηκοστὴν κατέστη τὰ οἰδήματα πρὸς τοῦ δευτέρου ἐλλεβόρου. μοῦνον ὀδύνη ἐς τὰ γουνάτα κατακειμένῳ ἦλθον. ὑγρὸν δὲ καὶ χολή, ἀπέστη ἐς γουνάτα, καὶ πλείους ἡμέρας πρὸ τοῦ ἐλλεβόρου. [56] Πεισιστράτῳ ὤμου ἄλγημα, καὶ βάρος πολὺ χρόνιον περιπατοῦντι. καὶ τ' ἄλλα ὑγιαίνοντι. χειμῶνος δὲ ἐπέπεσε πολλὴ ὀδύνη πλευροῦ. καὶ θέρμη, καὶ βήξ. ἀπόχρεμψίς τε αἵματος ἀφρώδεος. τοῦτο καὶ ῥεγχώδες ἐν τῇ φάρυγγι. εὔφορος δὲ καὶ παρ' ἑωυτοῦ. καὶ ἡ θέρμη ἐχάλασεν. ἅμα δὲ καὶ ἡ ἀπόχρεμψις, καὶ ... κέρχνος. καὶ περὶ τετάρτην ἢ πέμπτην ἡμέρην ὑγιής. [57] τῇ Σιμοῦ ἐν τόκῳ σεισθείσῃ, ἄλγημα περὶ στῆθος καὶ πλευρόν. βήξ. πυρετοί. ἀποχρέμψιες πυώδεες. φθίσις. καὶ κατέστη. ἐς ἓξ μῆνας τοὺς πυρετούς. καὶ διάρροιαι ἀεί. ἐπὶ τέλει, παῦσις πυρετῶν· κοιλίη ἔστη μετὰ τὴν παῦσιν ἡμέρας μεθ' ἑπτὰ ἐτελεύτησεν.

magis verò ad infernam partem, circa tendines qui sub genu sunt, tendebat, obambulabat aliquantulum claudicans, suræ tumor cum duritie aderat, & ad pedem ac malleolum dextrum pertingebat. Ad gingiuas circa dentes tubercula magna velut vuæ acini liuida, nigra, sine dolore erant, vbi cibum non caperet. Quin etiam crura nisi exurgeret doloris expertia erant. Tumor enim in sinistram partem venit, minùs verò etiam liuescebat. In tumoribus ad genua & pedes quædam veluti suppurationes inerant. Tandem autem stare non poterat, nec calcibus incedere, sed lecto decumbebat. Calores erant manifesti, interdum cibum auersabatur, non admodum siticulosus, neque ad sedile exurgebat, anxietate vexabatur, interdumque paruo animi deliquio tenebatur veratrum ad capitis purgationes est exhibitum. Ad os medicamentum ex thuris polline cæteris quibusdam admixtis contulit. Ad oris vlcera lenticulæ sorbitio accommodata erat. Circa sexagesimum verò diem tumores ad exhibitum iterum veratrum subsederunt, tantum dolores ad genua decumbentem vexarunt. Humor autem & bilis abscessum ad genua fecit, pluribus etiam ante sumptum veratrum diebus.

56 Pisistratum deambulantem & cætera sanum, humeri dolor & grauitas longo tempore detinuit. Per hyemem verò incidit multus lateris dolor, & calor, & tussis, sanguinẽ spumosum exscreabat, qui & stertorem in faucibus excitabat, leuiter autem ferebat, & mentis compos erat calorque relaxauit, vnaque & exscreatio stridulaq; faucium asperitas, & ad quartum aut quintum diem conualuit. 57 Simi coniugi in partu concussæ pectoris & lateris dolor obortus est, tussis, febris tenuis, exscreationes purulentæ aderant, tabes, quæ etiam constitit. Febris quoque sex mensibus detinuit, & alui profluuia semper. Ad extremum febris cessatio, ex qua aluus substitit, post septimum diem mortua est.

40 εἴπη δ' αὖ ὀστέα κατάγῃ] Libro de capitis vulneribus in ossis capitis fractura, febrem ante decimum quartum diem hyeme superuenire scribit, æstate verò post septimum. Sic quoque in periculosis vulneribus & deploratis, æstate ante septimum diem, hyeme verò ante decimum quartum mortem contingere.

42 καὶ ὁ Πουσπδοκρέων] Sic habent omnia publicata exemplaria. Scripta verò omnia Ποσιδοκρέων legunt, vt & omnes Interpretes. Sunt autem ista omnia ossium capitis ex vulnere denudatorum periculosa exempla.

44 παῖς ἐκ τοῦ μεγάλου] Repetitur hoc exemplum lib. 5. epid.

τὸν λιχανὸν δάκτυλον] Cornarius medium digitum dixit, cùm indicem significet, quod etiam secutus est lib. 5. epid.

ἐκταῖος ἀπὸ τοῦ περιρρήσιος] ἐκταῖος omisit Cornarius contra omnium codicum fidem.

45 ὁ δὲ ἐκ τοῦ ἀρπάλου] Paulò aliter repetitur libro quinto epidem. vbi etiam στέμμα non τύμμα legitur. τύμμα autem πληγὴ Hesychio exponitur.

46 Ζώων] Sic habent omnia publicata exemplaria, manu autem scripta omnia Ρήνων, quam etiam lectionem secutus est Caluus. Cornarius Τρύνων ex lib. 5. epid. legit, vbi hæc historia etiam repetitur.

47 Μείνωνι ὑπ' ἀχθόφορον] Sic legunt omnia exemplaria tum publicata tum manu scripta. Caluus verò Δείνωνι legisse videtur.

τότε δὲ ἦν κατακορής] Istud ad tussim rectè referri videtur, vt βὴξ κατακορὴς dicatur summè intensa ac vehemens plurimumque vexans, vt antea δίψα κατακορής, & ὕπνος κατακορής.

περὶ τὴν ι] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius autem περὶ τὴν δ.

πηδήσιες δὲ φλεβῶν] Hic quoque vt etiam antea sæpè, febrem arteriarum quæ circa tempora sunt pulsu metitur. Dicitur autem venarum saltus, vt venarum percussum pro arteriarum pulsu sæpè effert Plinius.

οὖρον σποδῶδες] Noua est i[illegible] & insolens vrinæ attributio, quales aliæ multæ hoc libro. Indicatur autem vrina cinerem colore referens. & ex cinereo colore al[illegible]icans, qualis est cruda & diluta. Caluus per cineres excolatam vrinam intellexit, & lixiuio similem dixit, dictionis vim, neque scriptoris mentem vllo modo assequutus.

48 ἰθορυβώδης] Istud ad vrinam returbidam retuli cum interpretibus, etsi insolenter admodum, ita videatur vsurpatum. Malim autem illud ad mentis ægri perturbationem referri, quòd in eam rem θορυβώδης apud Hipp. ferè soleat vsurpari.

49 Πληθώδης περὶ δύσιν] Quædam exemplaria manu scripta istud omittunt, quod etiam ex codicibus Italicis fecit Caluus. γλίσχρα verò καυσώδης dicitur aut qualis in febre ardente, vel calore exæstuans.

οὐδ' αὐτὴ τι ἀνέφερε] Hæc est ambigua lectio & significat nullo modo conualescebat, aut recreabatur, aut ad sese redibat. Quædam exemplaria φωνῆ legunt quæ significant vocem nullo modo reuocatam sed omninò interceptam fuisse. Potest & ἀνέφερε de off[illegible]nſante ac subsistente respiratione intelligi, quomodo ἀναφέρειν explicat Gal. in Exegesi. Quidam etiam istud capiunt de oculis quos sursum attollere nequiret.

50 μεγάλα ἐσπίμως κατέστη] Istud significat valde citra rationem aut solutionis vllam significationem alterum ad aurem tuberculum conquieuisse & subsedisse. Quod est in tota iudiciorum ratione diligenter animaduertendum admodumque suspectum, vt satis hoc in toto anno 1574. cuiuis manifestum fuit, in quo febres ardentes per æstatem grassatæ, plurimis ad aures tuberculis excitatis, iudicationis irritæ specimen exhibuerunt, sensim & citra vllam significationem disparentibus huiusmodi tumoribus, morbique reuersione facta, plurimi alui prod[illegible] sublati sunt. Ad hanc autem ægri historiam accommodari appositissimè posse

videtur Coacarum præſagium his verbis adſcriptum, τὰ παρ' οὖς μάλιστα ἐκ τῶν ὀξέων ἐν τοῖσι καυσώδεσι γίνεται, κἢν μὴ κρίσιν ποιήσῃ καὶ ἐκπυΐνεται, ἢ ἐκ ῥινῶν αἷμα ῥυῇ ἢ οὖρα ὑπόστασιν παχείαν λάβῃ, ἀπόλλυνται, τὰ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων περιαποκαθίσταται. hoc eſt, Ex præcipitibus malis in febribus ardentibus maximè, tubercula ad aures oriuntur, ac niſi indicatione ſoluantur & matureſcant, aut ſanguis ex naribus profluxerit, aut craſſum ſedimentum vrina acceperit, ægros interimunt. Huiuſmodi vero tumores plerunque reſident & conquieſcunt.

ἐφθάρη τὸ σῶμα] Significat corporis vires alui profluuio fractas & afflictas fuiſſe, eoque corpus contabuiſſe, concidiſſe, ac veluti corruptum eius habitum fuiſſe. φθίνειν namque (quod & φθείρεσθαι ſignificat) συντήκεσθαι, ἰσχναίνεσθαι, μειοῦσθαι indicare ſcribit Galenus in Exegeſi. Ex qua etiam ſignificatione φθινάδας deducitur. Sic quoque apud Thucydidem ἐφθαρμένη πόλις ciuitas fracta & cuius vires affectæ ſunt dicitur. Non abſimili quoque locutione διεφθορὴ προσώπου dicitur in Coac. Præſag. de facie exitiali & cadauerosa, quæ adeò extenuata eſt aut concidit, vt omninò corrupta videatur, & à ſeipſa bene habita ita immutata cernitur, vt forma naturalis collapſa & extincta ſentiatur.

51 τριταῖος δ' οὖν ἐών] Cornarius iſtud ad tertianæ febris circuitum refert, quod ferè tertio quoque die grauiùs habuerit, ideoque δ' ῥᾴων πάλιν legit. Sed nos exemplarium manu ſcriptorum fidem & codicum pluralitatem ſequimur, in quibus nullum huius lectionis apparet veſtigium.

γλῶσσα ξηρὴ, ἄκροτις] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, tum edita, tum manu exarata. Ἄκροτις autem dictio eſt inter obſcuras Hippocratis voces repoſita, pro qua in Exegeſi ἀκρατὶς & ἀκρατὶς legitur, quidam etiam ἀκρωτὶς legunt, alij ἀκρατὶς. Sic enim in Exegeſi Galenus ſcribit, vbi hunc locum ſubindicat. ἀκρατὶς γλῶσσα, οὕτως εἴρηται ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἡ οἷον ἀκρατὴς ἑαυτῆς μὴ διατυποῦσα, τουτέστιν ἡ ἀδιάρθρωτος ὑπὸ δυσκινησίας. Qua dictione lingua quæ vocem articulatam efformare non poteſt & ad motionem eſt impotens indicatur, non ſecus ac ἀκρατὴς γλῶσσα dicitur Hippocrati aphoriſ. 40. lib. 7. Ideoque quædam exemplaria ἀκρατὴς in Exegeſi legunt, quemadmodum feciſſe Varinum conſtat, cùm ex Hippocrate ἀκρατῆ γλῶσσαν ſcribit & explicat ἀκρατὴς γλῶσσα ὑπὸ δυσκινησίας. Cæteræ namque voces ex ἀκρατὴς ſcriptorum vitio deflexæ videri poſſunt. Hic autem ἄκροτις γλῶσσα dicitur quæ præ reſiccatione vocem articulatam efformare non poteſt. Paulò verò poſtea ἄκροτις de ægro dicitur qui linguam ad vocem informandam mouere, neque clarè aut diſtinctè loqui poterat.

ἀσήμως ἱδρώθη] ἀσήμως ἱδρώθη legiſſe videtur Caluus. Nos tamen receptam in omnibus codicibus lectionem retinuimus.

ἱδρῶσιν περὶ τὰ ἄνω] Significat copioſo oborto ſudore in ſuperioribus partibus ex parte morbum iudicatum fuiſſe. Quod etiam quædam exemplaria manu ſcripta propius ſignificant, quæ ſcribunt τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ, ἱδρῶσιν περὶ τὰ ἄνω οὐ πολὺ μετριώτερον, vt decimoquarto excitatum ſudorem intelligas, quo morbus iudicatus fuerit, etſi ſuperioribus partibus paulò immoderatior fuerit, hoc eſt copioſior. Aliter tamen ſumpſerunt interpretes.

ἐξανθήματα δι' ὀλίγων] δι' ὅλου legerunt omnes interpretes. Quæ certè lectio plauſibilior eſt. Nos tamen codicum fidem ſecuti nihil immutauimus. Sunt autem huiuſmodi ἐξανθήματα ὥσπερ πυρίκαυστα, qualia φλυζάκια in Cois Præſagis dicuntur, quæ ſententia huic ægro optimè quadrare videtur. Eadem quoque lib. 5. antea εἶτα τὰ τῶν κωνώπων δήγματα dicuntur. Atque iſta φλυκταινῶν ex puſtularum genere recenſentur.

ἐς νεφροὺς ἡ ὀδύνη κατέστη] Illud κατέστη dolorem ad renes incubuiſſe, ibique morbum conſtitiſſe aut firmatum eſſe ſignificat, velut infida neque abſoluta iudicatione depoſitum.

52 περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινάς] Sic legunt meliora exemplaria, etſi quædam περὶ ἡλίου τροπῶν χειμερινῶν habent.

σκληρὸν καὶ παῦλαν τὴν παλαιάν] Hanc lectionem conſentientibus omnibus exemplaribus ſecuti ſumus, etſi quodammodo redundare videntur. Interpretes σκληρὸν ἐρυθρὸν tantùm legerunt, vitium ſubeſſe indicantes, cuius certè non leuem ſuſpicionem iniicit aſteriſcus Aſulano codici præpoſitus.

53 Ονησιδάκτη] Exemplaria manu ſcripta omnia Μνησιδάκτη habent, quæ lectio etiam ad Italicos codices peruenit, vt ſatis ex Caluo patet.

καὶ πυρίη ὑπὸ τῇ κεφαλῇ] Illud ὑπὸ τῇ κεφαλῇ ſanè difficilem habet explicationem & lubricam. Si modò vera eſt lectio quam ex omnibus codicibus retinuimus, ὑπὸ τῇ κεφαλῇ idem quod ἐκ κεφαλῆς mihi ſignificare videtur, vt ſubinde renouata, aut denuo & de integro adhibita fomenta indicet. Caluus ὑπὸ τῇ κλίνῃ, ὑπὸ τῇ στρωμνῇ legiſſe videtur. Cornarius illud totum, quod negotium faceſſeret, aut parum integrum videretur, ſuſtulit.

54 καὶ περιέτεινεν] ἐν deeſt in omnibus exemplaribus manu ſcriptis, quod etiam reddidit Caluus. Inſolens autem phraſis eſt περιέτεινεν ἐν ἐπιληπτικοῖς σπασμοῖς, pro περιέπεσεν ἐπιληπτικοῖς σπασμοῖς, aut certè ἐν ἐπιληπτικοῖς σπασμοῖς abſolutè ſumi videtur, quomodo etiam ſumpſit Caluus.

καὶ τρίτῃ ἄκροτις] ἄκροτις legunt membranæ reconditiſſimæ Regiæ manu ſcriptæ, cæteræ ἄκροτις. Significat autem ægrum neque vocem efformare, neque linguam ad diſtinctè proferendam vocem mouere potuiſſe, ſed inarticulatam diuque præpeditam fuiſſe.

καὶ τῇ ε' γλῶσσα σφόδρα] Hac phraſi indicatur linguam quinto die plurimum magiſque quàm antea hæſitaſſe præpeditamque fuiſſe. Iſtam nanque lectionem conſentientibus omnibus exemplaribus ſecuti ſumus. Cornarius aliam lectionem affinxit, & τῇ γλώσσῃ legiſſe videtur.

καὶ οὐκ ἔτι οὐδενὸς ἐλάμβανεν] Hanc quoque lectionem conſpirantibus omnibus exemplaribus retinui, qua ægrum nullum amplius cibum ſumpſiſſe ſignificat. Cornarius ἐλαμβάνετο legiſſe videtur. Sed certè ἀποχόμενος malim, etſi ἀποχομένῳ paſſim legitur, facili alioqui lapſu.

καὶ ἡ γαστροκνημίη ὠδεῖ] ὠδεῖ in Exegeſi οἰδαίνει exponit Galenus indicatque ι ſubſcribendum eſſe aut ad latus adſcribendum, quod antiquis erat ſolenne, quod τὸ οἰδεῖν habeat. Quibus verbis hic locus fortè ſubindicari videtur.

55 ἦσσον δὲ καὶ ἀπολιαίνετο] Iſtud ἀπολιαίνετο valde mihi ſuſpectum eſt, etſi in eo retinendo conſentiunt omnia exemplaria tum ſcripta tum publicata. Interpretes ἐπαλιοῦτο legiſſe videntur, quos facilè ſecutus ſum, etſi aliud quiddam lubentiùs amplecterer, vt ἐσκληρύνετο. Poteſt fortè & ἀπολεαίνετο retineri, vt ſignificet tumorem ad ſiniſtram partem tranſiiſſe, minorem verò ac veluti etiam complanatum fuiſſe. Sed ſunt iſta tantum coniecturæ ludicra dum meliorum codicum ope diminuti deficimur.

περὶ τὸ στόμα μαννώδης] μαννώδες medicamentum ex thuris polline, aut manna thuris ſignificat, adſtringens, deſiccans, concoquens & digerens, quod ad oris & gingiuarum tubercula non temerè contulit. Manna enim ex thuris granis & micis concuſſu eliſis conſtat, cum thus circumagitur & vehitur, thure & eius cortice conſtans, atque eo tanto magis adſtringens. Caluus aliam lectionem ſecutus eſt, neque authoris ſenſum eruit.

57 τῇ Σιμοῦ] Aliter ſcribitur & repetitur hoc exemplum extremo lib. 5. epid.

58 Euxeni quoq; vxor ex fœtu laborare viſa eſt, calores numquam reliquerunt, magis ſub veſperam increſcebant, ſudores toto corpore oboriebantur. Vbi febris augeretur, pedum frigus, interdum verò & tibiarum & genuũ exiſtebat, tuſſicula ſicca pauco tempore detinebat, vbi febris ingraueſcere inciperet, deinde ceſſabat, multo autem tempore toto corpore rigor excitatus eſt, perpetuò ſine ſiti fuit. Medicamẽto & ſero epoto magis læſa eſt. Per exordia prorſ⁹ dolo-

58 Ἡ Εὐξένου ἐκ πυετίσιος ἐδόκει. θέρμαι οὐκ ἔλιπον οὐδένα χρόνον. μᾶλλον πρὸς ἑσπέρην ἐπετείνοντο ἱδρῶτες ἐγίνοντο ἐς ὅλον τὸ σῶμα. αὐξομένου ἐπιτείνειν τοῦ πυρετοῦ ψύξεις τῶν ποδῶν, ὅτε δὲ καὶ κνημέων καὶ γουνάτων ἐγίνοντο. βηχίον ξηρὸν ὀλίγον χρόνον ἀρχομένου τοῦ πυρετοῦ παροξύνεσθαι, εἶτα ἔληγε. διὰ δὲ χρόνου πολλοῦ καὶ ὅλου τοῦ σώματος ῥῖγος ἐγένετο. ἄδιψος διὰ παντός. φάρμακον πιοῦσα καὶ ὀρρὸν, ἐβλάβη μᾶλλον, ἀπ' ἀρχῆς πάντων αἰῶ-

δίνως

δύσπνοος καὶ εὔπνοος. μεσοῦντος δὲ τοῦ χρόνου, πλευροῦ δεξιοῦ ἐγένετο ἄλγημα. καὶ ἡ βὴξ ἐκινήθη. καὶ ἆσθμα καὶ ἀποχρέμψιες σμικραὶ, λευκαὶ καὶ ὑπόλεπτοι. καὶ ἡ φρίκη, οὐκ ἔτι ἐκ ποδῶν. ἀλλὰ ἀπὸ τραχήλου καὶ νώτου. καὶ κοιλίη ὑγροτέρη. ἐχάλασεν ὁ πυρετὸς μετὰ πολλοῦ ἱδρῶτος καὶ κατεψύχθη. ἆσθμα δὲ ἦν ποικίλον, ἐτελεύτησε μετὰ τὴν ἄφεσιν ἑβδόμη ἔμφρων. [59] ἡ Πολεμάρχου, θέρεος ἤρξατο πυρεταίνειν, ἀφῆκε δὲ αὐτὴν ἑκταίην. μετὰ δὲ ὑπεφέρετο, ἐς νύκτα θέρμαι. πάλιν δὲ διαλιπὼν, ἔλαβεν ὁ πυρετός. καὶ οὐκ ἀνῆκε σχεδὸν τριῶν μηνῶν. βὴξ πολλή. ἀπόχρεμψις φλέγματος. ἐπεὶ δὲ τὰς εἴκοσιν ἐγένετο, πνεῦμα αἰεὶ πυκνόν. ἐν τοῖς στήθεσι ψόφοι. ἱδρώδης τὰ πολλά. περὶ ἠῶ ἠπιώτερος ὁ πυρετός. καὶ φρῖκαι ἔστιν ὅτε ἐλάμβανον, ὕπνοι ἐγίνοντο. καὶ κοιλίη ἔστιν ὅτε καθυγραίνετο, καὶ πάλιν ξηραίνετο. ἐγεύετο ἐπιεικῶς. μεσοῦντος δὲ χρόνου, ἐς γούνατα καὶ κνήμας ἄλγημα. καὶ ξυγκάμπτειν καὶ ἐκτείνειν ἄλλου ἐδεῖτο. διετέλει τὰ τῶν σκελέων μέχρι τελευτῆς. ὑπόγυον δέ. καὶ ἐπῳδήσαν οἱ πόδες μέχρι κνημέων. καὶ ἐφαπτομένων ἤλγει. καὶ οἱ ἱδρῶτες ἔληξαν, καὶ τὰ ῥίγεα. ὁ δὲ πυρετὸς αἰεὶ ἐπέτεινεν. πρὸ δὲ τῆς τελευτῆς κοιλίη κατερράγη. ἔμφρων διετέλει. πρὸ τριῶν ἡμερῶν τῆς τελευτῆς, ῥεγχώδης ἐν φάρυγγι, καὶ πάλιν ἐπανήρχετο. ἐτελεύτησεν. [60] Ἡγησιπόλιος παιδίον σχεδὸν τέσσαρας μῆνας ἄλγημα περὶ ὀμφαλὸν βρωτικὸν εἶχεν. προϊόντος δὲ ἐπέτεινεν ἡ ὀδύνη. ἔκοπτε τὴν γαστέρα. ἔτιλλετο. θέρμαι ἐπελάμβανον. ἐτήκετο. ὀστέα ἐλήφθη. τὼ πόδε ἐπῴδει. ὄρχιες. γαστρὸς τὰ περὶ ὀμφαλὸν πεφυσημένον ἀραιὸν, οἷσι μέλλουσι κοιλίαι ἐκταράσσεσθαι, ἀπόσιτος ἐγένετο. γάλα μοῦνον προσεδέχετο ὑπόγυον. καὶ ἡ κοιλίη καθυγράνθη. καὶ ὕφαιμος ἰχὼρ ὑπῄει, κάκοδμος. κοιλίη ἐμπίπρατο. ἐτελεύτησεν ἐμέσας μικρὸν, βραχὺ, φλεγματῶδες. ὥστε δόξαι εἶναι γονήν. [61] τῆς Πλατείης τελευτήσαντι δὴ, ῥαφὴ τῆς κεφαλῆς σφόδρα ἐκοιλάνθη. ἀρρωστῶν δ᾽ αἰεὶ τῇ χειρὶ κατεῖχε κατὰ τοῦ βρέγματος. μάλιστα δ᾽ ὑπόγυον. οὐκ ἤλγει δὲ τὴν κεφαλήν. καὶ ἐν μηρῷ ἀριστερῷ ὑπὸ βουβῶνα τὰ κάτω, πελιδνὸν ἴσως τῇ προτεραίῃ. ὄρχιες κατισχνάνθησαν. ὅμοια δὲ καὶ τῷ Ἡγητορίδεω παιδίῳ, ἀπέθανε, πλὴν ὅτι ἔμετοι προσεγένοντο ὑπὸ τὴν τελευτὴν πλείονες. [62] ἡ Ἱππίου ἀδελφὴ χειμῶνος φρενιτική. ἀμβροτάνουσα, τῇσι χερσὶ πραγματευομένη, ἀμύσσουσα ἑωυτήν. πέμπτῃ, ἕκτῃ ἐς νύκτα ἄφωνος. κωματώδης, ἐμφυσῶσα ἐς γνάθους καὶ χείλεα ὡς οἱ καθεύδοντες. ἐτελεύτησεν ἑβδομαίη. [63] Ἄσανδρος φρίξας πλευροῦ ὀδύνη, ἄλγος ἐς γούνατα καὶ μηρόν. φαγὼν παρεφρόνει. ἐτελεύτησε ταχέως. [64] τῷ Κλεοτίμου σκυτεῖ κοιλίης ὑγρανθείσης πουλὺν χρόνον, καὶ θέρμης γινομένης, καθ᾽ ἧπαρ ἔπαρμα φυματῶδες ἐς ὑπογάστριον κατέβη. καὶ κοιλίη ὑγραίνετο. καὶ ἕτερον αὐτῷ καθ᾽ ἧπαρ ἄνω πρὸς ὑποχόνδριον φῦμα ἐτελεύτησεν. οἷσι κεφαλῆς ὀδύνη δεινὴ ξὺν θέρμῃ. οἷσι μὲν ἐς τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς καὶ κατὰ ῥῖνας τι ὑγρὸν ἀποχωρέει λεπτὸν. ἢ πέπον. ἢ ἐς ὦτα. ἢ ἐς φάρυγγα ἐκ κεφαλῆς ἀσφαλέστερον. οἷσι δὲ ξηρὰ ταῦτα. ὁ δὲ σφάκελος δεινός,

ris expers erat & facilè spirabat. Medio autem tempore dextri lateris dolor obortus est, & tussis commota, creber anhelitus erat & excreationes paruæ, albicantes & aliquantulum tenues, neque amplius horror ex pedibus, sed ceruice & dorso ortum ducebat, & aluus liquidior erat, febris cum sudore copioso relaxauit, & perfrigerata est. Varia autem erat crebra spiratio, septimo post remissionem die mortua est mentis compos. 59 Polemarchi vxor æstate febricitare cœpit, eam autem dimisit sexto die, postea verò morbum trahebat, ad noctem calores tenuerunt. Rursus vbi intermisisset, prehendit febris, neque tribus prope mensibus dimisit, tussis multa aderat, pituitæ excreatio. Vbi verò ad vigesimum diem peruenisset, spiratio perpetuò crebra erat, in pectore strepitus, plærunque sudoribus diffluebat, mane febris remissior. Interdum etiam horrores prehendebant, somnus aderat, & interdum aluus humecta erat, rursusque siccabatur. ad gustum moderatè habebat. Medio verò interposito tempore, ad genua & tibias dolor erat, & si flectere aut extendere cuperet, alterius indigebat opera. Crurum dolores perseuerarunt ad finem vsque, qui iam prope instabat, & pedes intumuerunt ad tibias vsque, ad contactum dolebat, sudoresque & rigores cessarunt, febris autem semper increuit. Ante obitum autem aluus effusa est, mentis compos perseuerabat. Tribus ante obitum diebus stertor in faucibus audiebatur, rursusque repetebat, mortua est. 60 Hegesipolis filiolum quatuor prope menses circa vmbilicum dolor erodens detinuit, processu verò temporis intendebatur dolor. Ventrem cædebat, vellicabat, calores prehendebant, contabescebat, ossa restabant, pedes intumescebant. Testes, ventris partes ad vmbilicum inflatæ erant, perinde ac quibus aluus conturbari velle videtur, cibum auersabatur. Lac recens solum assumebat, & aluus effusa est, aliquantumque cruenta sanies & graueolens subiit, venter intendebatur, vbi exiguum & paucum pituitæ vomitione reiecisset, ita vt genitale semen esse videretur, mortuus est. 61 Plateæ puero sub ipsum sanè exitum capitis sutura valde excauata est. Cùm autem ægrotaret, manu perpetuò sinciput contingebat, præcipuè verò vbi mors instaret, neque tamen caput dolebat, & in femore sinistro sub inguine in partibus inferioribus liuidum quid fortasse pridie quàm moreretur visum est, testes extenuati sunt. Eadem quoque Hegetoridæ filio contigerunt. eodemque modo mortuus est, nisi quod sub obitum vomitiones plures adfuerunt. 62 Hippiæ soror per hyemem phrenitide detenta hallucinata est, manibus laborabat, se ipsa lancinabat. Quinto & sexto die sub noctem vox defecit, sopore correpta est, buccas & labia velut dormientes inflabat, septimo die mortua est. 63 Asandrum ex horrore lateris dolor corripuit, qui ad genua & femur peruenit, vbi comedisset delirabat, breuique mortuus est. 64 Cleotimo sutori cum aluus multo tempore fusa & calor exortus fuisset, circa iecoris regionem tumor tuberculo similis enatus ad imum ventrem descendit, & aluus fluida erat, eique alterum tuberculum iuxta iecur, supra ad præcordia obortum exitum attulit. Quidam capitis dolore graui cum calore tenebantur. Quibusdam quidem ad dimidiam capitis partem & iuxta nares humor quidam tenuis aut maturus, aut ad aures, aut ad fauces ex capite tutiùs secedit, quibusdam verò sicca ista adsunt. At syderatio grauis

periculo non vacat. Quòd si vomitio biliosa aut cum anxietate adfuerit, aut oculorum ſtupor, vocis defectio, aut rarus ſermo, aut deliratio quædam, mortem & cõuulſionem metuere oportet. At qui ex deſtillatione dimidia capitis parte dolentes, & humore per nares ſecedente, inſuper moderatè febricitarũt, quinto aut ſexto die perfrigerantur. 65 Echecratem cæcũ capitis vehemens dolor vexabat, poſteriore præcipuè parte quà ceruix capiti connectitur, & ad verticem progrediebatur, progreſſu verò temporis & ad aurem ſiniſtram, & dimidia pars capitis dolore tentabatur, mucoſa ſemper prodibant, ferè ambuſta, & calor tenuis comitabatur, ciborum faſtidium aderat, per diẽ meliùs habebat, ſub noctem verò dolore vexabatur. Poſtea quàm autem pus per aurem erupit, cuncta ceſſarunt, erupit verò ad hyemem. Animaduertendum ſanè eſt num in omnibus internis puris collectionibus, & oculorum vitiis, ad noctem dolores contingãt. 66 Tuſſes hyeme fiunt, maximè verò auſtrino cœli ſtatu, craſſa & copioſa ſcreantibus febres ſuccedunt, ferèq; quinto die ceſſant. Tuſſes autem ſub quadrageſimum, quale quid Hegeſipoli contigit. Quibus calores multi interdum ceſſant, iis non toto corpore ſed vel circa ceruicem, aut ſub alis, aut ex capite tenui dimanante ſudore, deſinunt. 67 Charitem per hyemem ex tuſſicula populariter graſſante febris acuta corripuit, veſtem ſtragulam abiiciebat, ſopor cum labore aderat. Vrinæ rubræ exiſtebant, erui loturæ ſimiles, ſedimentũ ſtatim ab initio copioſum, album, poſtea verò etiam aliquantum rubrum. Septimo die glande ſuppoſita exigua prodierunt, ſopor minimè moleſtus detinuit, mador circa frontem adfuit, ſomnus ad noctem & calor leuior. Octauo ſorbitionem ex hordeo ſumpſit, ſopor ad vndecimum perſeuerauit. Eo verò die præcipuè calor deſiit. Vbi autem tuſſis aderat, excreatio ſemper multa perſeuerabat, facilis, primùm glutinoſa, alba craſſa, deinde vbi concocta fuit, purulentis ſimilis. Vrinæ ab vndecimo die puriores, ſedimentum aſperum decimo tertio dolor dextram partem occupauit vſque ad lateris inanitatem, ad imum ventrem tendens, vrina detinebatur, cui decoctum adianti, quod Calliphyllum nominatur, potui exhibitum profuit. Decimo quinto rurſus doluit, decimo ſexto ſub noctem magis præcordiorum dolor ad ventrem initium ducebat, quem mercurialis iuſculum ſubduxit. Calor intra vigeſimum diſparuit, & excreationes craſſæ comitabantur, ad quadrageſimum meliùs habuit. 68 Ventres in morbis medicamento purgante ſubducere cõuenit, quinto die vbi cõcocta fuerint, inferiores quidem vbi materiam conſiſtentem cognoueris (cuius rei ſignum eſt, ſi neq; anxietate, neque capitis grauitate ægri diuexati fuerint) cumq; calores mitiſſimi fuerint, & vbi poſt acceſſiones deſierint. Superiores verò, in ipſis acceſſionibus. Tũc namque etiam ipſi in ſublime eleuantur, vbi ægri anxietatem & ſuperiorum partium grauitatem ſentiant. Iccirco verò in principiis purgandum non eſt, quod in huiuſmodi temporibus per ſeſe purgentur, aut cunctatio periculoſa. 69 In cubiti gibbero ex caſu vulnerato cubitus ſyderatione tẽtatus pus colligit, quo matureſcẽte ſanies viſcoſa & glutinoſa exprimitur & citò ſiſtitur, velut etiam Cleogeniſco & Demarcho Aglaotelis filio contigit. Eodem verò modo neq; ex iiſdem pus vllum admodum effluit, quale quid Æſchyli filio accidit. At vbi ſuppuratio fit, horror plæriſq; & febres ſuccedũt. 70 Alcmani ex renum doloribus cõualeſcenti, detracto etiam deorſum ſanguine, ſupra ad iecur morbus ſe conuertit, & ad cor dolor ingens

ἐπικίνδυνα. ἢν δὲ προσῇ ἀσώδης ἢ χολώδης ἔμετος, ἢ κατάπληξις ὀμμάτων, ἢ ἀφωνία καὶ σπάνιον τι φθέγγεται, ἢ λῆρος τις, θανάσιμα καὶ σπασμώδεα. ὁπόσοι δὲ αὖ ἐκ καταῤῥόου τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς πονέοντες, καὶ κατὰ ῥῖνας ὑγρὸν ὑποχωρέοντες ἐπιπυρετήσωσιν ἐπιεικῶς ἐν τῇ πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ περιψύχονται. [65] Ἐχεκράτῃ τῷ τυφλῷ, κεφαλῆς ὀδύνη δεινὴ μᾶλλον, ἐς τοὔπισθεν, καὶ τραχήλου, ὅπου ἡ πρόσφυσις. καὶ ἐς κορυφὴν ἐχώρει. προϊόντος δὲ καὶ ἐς οὖς ἀριστερόν. καὶ τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς ἐπώδυνον. μυξώδεα αἰεὶ ἐχώρει ἐπιεικῶς ξυγκεκαυμένα. καὶ θέρμη παρηκολούθει, λεπτή. καὶ ἀποσιτος. τὴν ἡμέρην ῥᾴων. ἐς νύκτα δὲ ὠδυνᾶτο. ἐπεὶ δὲ τὸ κατὰ τὸ οὖς ἐῤῥάγη πύον, ἔληξε πάντα. ἐῤῥάγη δὲ περὶ χειμῶνα. ἠρώτα ἐν πᾶσι τοῖς ἐμπυήμασι. καὶ τοῖσι περὶ ὀφθαλμὸν ἐς νύκτα οἱ πόνοι. [66] Εἰσὶ βῆχες χειμῶνος μάλιστα δὲ νοτίοισι, παχέα καὶ πολλὰ χρεμπτομένοισι πυρετοὶ ἐπιγίνονται. ἐπιεικῶς δὲ πεμπταῖοι παύονται. αἱ βῆχες δὲ περὶ μ΄ οἷα Ἡγησιπόλει. οἷσι θέρμαι πολλαὶ ἔστιν ὅτε παυομένων, οὐχ ὅλον τὸ σῶμα, ἀλλ' ἢ περὶ αὐχένα, καὶ ὑπὸ μασχάλας, ἢ κεφαλὴν ἀφιδρώοντες, παύονται. [67] Χάρητι χειμῶνος ἐκ βηχίου ἐπιδημίου προσγενόμενος πυρετὸς ἔλαβεν ὀξύς. τὰ ἱμάτια ἀπέβαλλεν. κῶμα μετὰ πόνου. οὖρα ἦν ἐρυθρά, οἷον ὀρόβων πλύμα. ὑπόστασις εὐθὺς ἀπὸ ἀρχῆς πολλή, λευκή. ὕστερον δὲ καὶ ὑπέρυθρος. ἑβδόμῃ ἀπὸ βαλάνου σμικρὰ ὑπῆλθε. τὸ κῶμα κατεῖχεν, ἄλυπον. νοτὶς ἐπὶ μετώπῳ. ὕπνος ἐς νύκτα. καὶ θέρμη ἠπιωτέρη, ὀγδόῃ, χυλὸν προσεδέξατο. κωματώδης διετέλει μέχρις ἐνδεκάτης. ταύτῃ δὲ καὶ ἡ θέρμη μάλιστα ἔληξεν. ἐπεὶ δὲ ἡ βήξ, ἀπόχρεμψις διετέλει αἰεὶ πολλή. ῥηϊδίως. πρῶτον γλίσχρη. λευκή. παχεῖα. ἐπεὶ δὲ ξυνεπεπαίνετο, ὁμοίη πυώδεσιν. οὖρα ἀπὸ ἑνδεκάτης καθαρώτερα. ὑπόστασις τρηχεῖη. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἄλγημα ἐπὶ δεξιὰ μέχρι κενεῶνος ἐς ὑπογάστριον. οὖρον εἶχε. πόμα τὸ ἀπὸ τοῦ καλλιφύλλου ξυνήνεγκε πεντεκαιδεκάτῃ. πάλιν δ' ἄλγημα ις΄. ἐς νύκτα μᾶλλον τὸ ἄλγημα ὑποχονδρίου ἦρχετο ἐς κοιλίην. λινοζώστιος ὕδωρ ὑπήγαγεν. ἡ θέρμη ἐντὸς τῶν κ΄ ἐμαλθώθη, καὶ ἀποχρέμψιες παρηκολούθουν παχεῖαι. ῥηϊδίως ἐς μ΄. [68] Ὑποκαθαίρειν τὰς κοιλίας ἐν τοῖσι νοσήμασιν ἐπὴν πέπονα ᾖ, πεμπταῖα. τὰς μὲν κάτω, ἐπὴν ἱδρυμένα ἴδῃς, σημεῖον ἢν μὴ ἀσώδεες μὴ δὲ καρηβαρικοὶ ἔωσι. καὶ ὅτε αἱ θέρμαι πρηΰνονται. καὶ ὅταν λήγωσι μετὰ τοὺς παροξυσμούς. τὰς δὲ ἄνω, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖς. τότε γὰρ καὶ αὗται μετεωρίζονται. ἐπὴν ἀσώδεες καὶ βαρέες τὰ ἄνω ἔωσιν, διότι τοῦτο δὲ μὴ ἐν ἀρχῇσι καθαίρειν, ὅτι ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἐν τοῖσι χρονίοισι τούτοισιν, ἢ χρόνια ἐπικίνδυνα. [69] Ἐπὶ ὠλεκράνου ἐκ τρώματος τρωθέντος, πῆχυς ἐπισφακελίσας πυοῦται. πεπαινομένου δὲ γλίσχρος ἰχὼρ καὶ κολλώδης ἐκθλίβεται. ταχὺ προσίσταται, ὡς καὶ Κλεογενίσκῳ, καὶ Δημάρχῳ τῷ Ἀγλαοτέλεος. ὁμοίως δὲ καὶ πάνυ ἐκ τῶν αὐτῶν πύον οὐδέν. οἷα τῷ Αἰσχύλου παιδὶ ξυνέβη. πυουμένου δὲ τοῖσι πλείστοισι φρῖκαι καὶ πυρετοὶ ἐπιγίνονται. [70] Ἀλκμᾶνι ἐκ νεφριτικῶν ἀνακομιζομένῳ, κάτω καὶ αἵματος ἀφαιρεθέντος, ἄνω καθ' ἧπαρ ἐς ἔαφη. καὶ περὶ τὰς καρδίην ἀλ-

ος δεινόν. καὶ τὸ πνεῦμα ὑπὸ τοῦ πόνου κατεῖχεν. καὶ ἡ κοιλίη χαλεπῶς ὑπεχώρεε σμικρὰ αἰγοσπυραθώδεα. ἄσῃ οὐκ ἐνῆν. ῥῖγος δ' ἔστιν ὅτε καὶ πυρετὸς ὑπελάμβανε. καὶ ἱδρώς. καὶ ἔμετος. καὶ ἐν τῷ ἀλγήματι οὐ ξυνέφερεν ὑποκλύσαι θαλάσσῃ, ξυνήνεγκεν ἀπὸ πιτύρων. ἠσίτησεν ἡμέρας ἑπτά. μελίκρητον ἀκρητέστερον ἔπιεν. μετὰ δὲ χυλὸν φακοῦ. ὅτε δὲ λεπτὸν τὸ ἔτνος, ἐπέπιεν ὕδωρ. μετὰ δὲ σκυλακίου ἑφθοῦ. μάζης, μικρὸν ὅτι μάλιστα πάλαι ξυγκειμένης. προϊόντος δὲ ἢ βόεια τραχήλια, ἢ κωλήνας ὑὸς ἀραιῶν ἑφθῶν. τῇ προτεραίῃ. ὑδροποσίη. ἡσυχίη. σκέπη. πρὸς δὲ νεφριτικὸν ἐκ τῆς σικύης κλυσμός. 71 τῷ Παρμενίσκου παιδὶ, κώφωσις ξυνήνεγκε μὴ κλύζειν. διακαθαίρειν δὲ ἐρίῳ. μοῦνον δὲ ἐγχέειν ἔλαιον, ἢ νέτωπον. περιπατεῖν. ἐγείρεσθαι πρωΐ. οἶνον πίνειν λευκόν. λαχάνων ἀπέχεσθαι ἄρτῳ τρέφεσθαι, ἰχθύσι πετραίοις. 72 τῇ Ἀσπασίου, ὀδόντος δεινὸν ἄλγημα, καὶ γνάθου. καστόριον καὶ πέπερι διακλυζομένῃ, καὶ κατεχούσῃ ἐν τῷ στόματι, ἄνηκε. καὶ στραγγουρικὸν αὐτῇ ἄνηκε. προσθερμαίνειν δὲ ἀλεύρῳ δὲ ξὺν τῷ ῥοδίνῳ. τὰς ἀφ' ὑστερέων κεφαλαλγίας καστόριον παύει. τὰ πολλὰ ἐστὶ τῶν ὑστερικῶν, αἱ φῦσαι σημεῖον. οἱ ἐρευγμοί. καὶ οἱ περὶ γαστέρα ψόφοι. καὶ ἐπάρματα ὀσφύος καὶ περὶ νεφροὺς ἀλγήματα, καὶ ἰσχία. καὶ ἐκγεγλευκισμένος μέλας. ἢ ἀρωμάτων τρίτον μέρος, ἀλεύρου δύο, ἐν οἴνῳ εὐώδει ἑψῆσαι λευκῷ, ἐπ' ὀθόνιον ἐπιχέοντα, παλείψαντα τῷ ὀθονίῳ καταπλάσσειν, ᾗ ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἀλγήματα ὑστερικά.

aderat, præq; dolore spiritus retinebatur, & aluus non nisi cum molestia exigua demittebat caprinis stercoribus similia, incontinens corporis iactatio nulla erat ac interdum rigor & febris corripiebat, sudor ad vomitio, neque in dolore aqua marina aluum subluere conferebat, sed furfurum decoctum contulit, diebus septem cibum auersatus, mulsa meraciore in potu vsus est, deinde verò lentis iusculo, interdumq; tenui freso, aquam superbibit, postea; catuli cocti & mazæ quàm diutissimè confectæ exiguum sumpsit; procedente verò tempore aut ceruices bubulas, aut suillos petiolos coctos. Pridie aquæ potione, quiete, tegumento vsus, ad renum dolorem cucumeris syluestris infusum per clysterem est exhibitum. 71 Parmenisci filio surditate vexato contulit autem non eluere, verum lana perpurgare, oleumq; solum aut Netopum infundere, deambulare, mane surgere, vinum album bibere, oleribus abstinere, pane & pisci-bus saxatilibus in cibo vti. 72 Aspasij vxori dentis & maxillæ dolorem ingentem castorium & piper ore collutum & contentum sedauit, ipsiq; vrinæ stillicidium remisit. Prodest & calidus farinæ cum rosaceo subactæ fotus. Castorium capitis ab vtero dolores sedat. Vteri affectus magna ex parte à flatibus originem ducunt, indicio sunt eructationes, ventris strepitus, & lumborum tumores, ac renum coxendicumq; dolores. Ad quæ confert vinum quod mustum esse desiit, aut aromatum tertiam partem, farinæ duas in vino albo odorato decoquere, & linteolum imbutum cataplasmatis modo illitum apponere, qua ventris parte vteri dolores affligunt.

[58] ἢ ἡ Εὐξίνου ἐκ πνεύμονος ἰδίειν] Phrasis est insolens ἐκ πνεύμονος ἰδίειν pro laborare visa est, aut eodem modo affligi, hoc est lateris dolore, febre & excreatione. Cornarius ὡς ἰδόκει legisse videtur.

[59] μετὰ δὲ ὑπεφέρετο] ὑποφέρεσθαι de iis dici qui morbum diutiùs trahunt & tolerant, non satis firmis viribus, sed veluti labascentes c titubantes obambulant, morboque reluctantur, tandem fatigatis viribus decumbunt, diximus nostris in libr. 3. epid. annotat. Et hic quoque de febre dicitur quæ etsi ægram sæpiùs dimisit, diutiùs tamen traxit, tandemque ægram prostrauit.

ὑπόγυον δέ] Phrasis est obscura, & ὑπόγυον sumi videtur pro ὑπόγυος ἦν, aut ὑπογύως, vt & paulò post. ὑπογύως tamen malim, vt prope instantem finem indicet. Caluus ὑπὸ γυῖων aut γυίων legisse videtur, vt & paulò post vbi eadem phrasis repetitur.

καὶ πάλιν ὑπεπύρεχε] ἢ πνεῦμα ὑπανέρχεται legit Cornarius. Nos vnam omnium exemplarium lectionem secuti sumus. Caluus istud misit.

[60] ὀστέα ἐλήφθη] ἐλείφθη meliùs legisse videtur Cornarius. Est enim vulgaris & plebeia loquendi formula, qua extenuatos admodum indicant, cùm ossa superesse & restare significant, ἐλήφθη tamen constantissimè scribunt omnes codices, eamque lectionem secutus est Caluus, quæ ossa intercepta esse demonstrat, hoc est extenuatione corporis denudata, manifesta, ac veluti deprehensa. Sic enim λαμβάνεσθαι sumi potest.

γαστρὸς τὰ περὶ ὀμφαλόν] Mihi sanè locus iste suspectus est, & conspirantibus ad eundem errorem omnibus codicibus valde lubrius. Imprimis namque πεφυσημένα legendum apparet, deinde non video quonam ἀραιὸν spectare possit. Pro quo (si coniecturæ locus dandus est vbi melioribus codicibus destituti, velut auxilio diminuti deficimur) οἷον οἷσι μέλλουσι κοιλίαι ἐκταράσσεσθαι lubenter reposuerim. Eamque coniecturam ex facili vtriusque lectionis lapsu cuiuis haud dubiè probandam existimo. Significat enim ventrem ad vmbilicum flatibus distentum fuisse, non secus ac iis quibus conturbari velle videtur. In iis enim flatuum copia intestinorum inuolucris conuoluta obmurmurat, eaque distendit, vt in his videre est qui ex ventris torminibus in hydropem siccum delabuntur. Cornarius ἄρα οὐ οἷσι μέλλουσι legisse videtur. Caluus aliam quoque lectionem secutus est.

ὥστι ξέσαι τὰς γνάθους] Sic legunt meliora exemplaria. Quædam etiam ὥστι δόξαι. Istud autem satis indicat dolorem ex pituita vitrea, aut potiùs albuminea, colico similem contractum fuisse diuque perseuerasse.

[61] βαφὴ τῆς κεφαλῆς] Istud quoque in moribundis infantibus ex more vulgus obseruat, vt instante morte suturæ capitis ad sinciput relaxentur, osque capitis veluti subsidat.

ἢ ἐν μηρῷ ἀριστερῷ] Hic mihi horum verborum sensus esse videtur, vt in femore sinistro sub inguine liuidum pridie quam moreretur comparuerit. Poteit & illud ἴσως τῇ προτεραίῃ sequentibus coniungi, quod planè Cornarius omisit. Caluus verò non est assecutus.

[63] Ἀσωδέες] Sic habent omnia penè exemplaria. Interpretes tamen ἰσωδέες cum paucioribus legerunt.

[64] τῷ Κλεοτίμου σκύτει] τῷ Κλεοτίμῳ legunt meliora exemplaria manu scripta, quæ cum interpretibus secuti sumus.

οἷον κεφαλῆς ἰδίειν] Videtur esse quædam doloris capitis prædictio ex aph. 10. lib. 6. deprompta.

ἢ χυλὸν ἐμέτου] Sic ferè omnia legunt exemplaria, pauca quædam χλωδέες, quæ cum interpretibus secutus sum.

ἐπιβιοῦν δ' εἰ] Repetitur istud ex lib. 5. Epid. vnde meliùs ὑποπυρέτων & περιψύχειν legatur.

[65] ὥρη γε ἐν τῇ] Hoc lib. 5. Epid. repetitur & à nobis explicatur.

[66] εἰσὶ βῆχες χειμερινὸς] Aliter quoque scribitur lib. 5. Epid. ita vt grassatas tusses sub quadam temporis conditione describat. Hic verò tusses ferè ad hyemem fieri, & austrino cœli statu præcipuè innuat. Interpretes εἶναι βῆχες legerunt cum quibusdam codicibus, quod particularem quandam obseruationem indicat, & cum sequentibus magis conuenit. Nos exemplarium pluralitatem secuti nihil immutauimus.

[67] πόμα τι ἀπὸ τοῦ καλλιφύλλου] καλλιφύλλου legunt quæ adhuc videre licuit exemplaria omnia, tum manu exarata, tum publicata. καλλίφυτον autem legi debere ex Galeni Exegesi satis patet, aut certè ibi καλλίφυλλον reponi. Scribit nanque Galenus καλλίφυτον ἢ τὸ καλλίτριχον ἢ ἀδίαντον ὀνομάζεται. Vt sit Calliphytum aut Calliphyllum adianti genus quod Callitrichum aut Trichomanes dicitur, quod certè ad vrinæ distillationes vnicè facit, vt scribit Theophrastus. † Dioscorides quoque lib. 4. Trichomani eadem quæ adiantho adscribit, quod certè ad vrinæ difficultatem facere scribit.

† *Lib. 7. de hist. plantarum.*

[68] ὑποκαθαίρειν] Istud lib. 5. repetitur vnde germana lectio & explicatio desumenda est.

διὰ τοῦτο δὲ] Istud valde suspectum est, tum quod lib. 5. nihil huiusmodi legatur, tum quod Aldinus codex asterisco apposito locum infamet. Ex his autem istud elici potest, in morborum initiis non admodum nec nisi summa adhibita cautione medicamento pur gandum, quod tunc humores veluti exagitati & naturæ impetu propulsi, sua sponte persæpe expurgentur, vt in vomitibus aut alu profluuiis per initia quandoque contingit. Alioqui certè cunctatio periculo non caret, & diuturnitas perniciem adfert ex aph. 10 lib. 4. & 24. lib. 1. Postrema verò ista verba Cornarius non legit.

[69] ἐπ' ἀλεκράνου] Aliter scribitur & repetitur lib. 5. Epid.

[70] ἐπίπινε ὕδωρ] Exemplaria manu scripta ἐπίπινε legunt, quæ secutus est Asulanus codex & Caluus.

μετὰ δὲ σκυλακίου ἑφθοῦ] Catuli carnes in victus ratione præcipi in tota Hippocratis πραγματείᾳ non mirabitur, qui libris περὶ παθῶν passim caninas carnes & catuli imperari legerit.

ἢ κωλῆνας ὑὸς] Suillos petiolos diximus cum Celso extremos pedes intelligentes. Sic enim lib. 2. cap. 18. agni hœdíve petiolos ex tremos pedes vocat. κωλῆνας ἀκροκώλια Hesychius explicat, quidam pernam aut petasonem vocant.

[71] τῷ Παρμενίσκου παιδὶ] Ista lib. 5. Epid. repetuntur, sed hîc quædam sunt addita, in quibus λέχων pro λαχάνων mendosè in codi cibus scriptum apparet.

[72] τῇ Λαπασίου] Repetitur idem exemplum lib. 5. Epid. longè tamen aliter. ὀδοντοθερμαίνει autem non legit Cornarius, aliumqu sensum elicit, constantibus tamen hac in lectione omnibus exemplaribus, tum manuscriptis, tum publicatis. Nil mirum autem quo dolores dentium castorio & pipere vino concoctis sanet, cùm ad dentium dolores ferè adhibeatur materia incidens, digerens, cale faciens, quia prope à crassis humoribus & flatibus ij excitentur, vt patet ex lib. 5. κατὰ πῶ.

καὶ ἐγκεγλευκισμένος μέλας] Sic legunt meliora exemplaria manu scripta quæ secuti sumus. Dicitur autem ἐγκεγλευκισμένος Galen in Exegesi ὁ ὑπόγειος πεπαυμένος τοῦ γλεύκος εἶναι, vinum quod in cella subterranea reconditum mustum esse desiit, iamque deferbu aut ita processit, vt sit vinum factum, vt loquitur †† Varro. Neque verò dubium est quin locus iste in Exegesi subnotetur etsi pr ἐγκεγλευκισμένος quidam ἐγλευκισμένος legunt. Sed mendosam esse lectionem satis indicat explicatio quam apponunt. ὁ ὑπόγειος πε παυμένος τὸ λευκὸς εἶναι. Vinum autem diu repositum & conditum, tenuandi, discutiendi & calefaciendi vires acquirit. Cætera exem plaria ἐκλελευγυσμένος vitiosè habent. Interpretes autem istud non assecuti sunt. Cornarius in totum præteriit. Caluus verò veratrum nigrum cum farina decoctum vertit, vt ἀληλεσμένος μέλας legisse videatur, aut aliam lectionem affinxisse, quòd μέλας Hippocrati ve ratrum nigrum simpliciter significet, lib. de rat. vict. in morb. ac.

†† *Lib. 1. de re rust. cap. 65.*

73 Callimedontis filio ad tuberculum in ceruice enatum durum, magnum, immaturum & dolorem excitans, contulit vena secta in brachio, aut lini semẽ torrefactum vino albo & oleo maceratum cataplasmate impositum & deligatum, neque calidum, neque nimis coctum, aut fœnigræci farina, aut hordei, aut tritici in mulsa decocta. 74 Melisandro cum magno gingiuæ dolore corriperetur, & valde intumesceret, vena in brachio secta est. Alumine Ægyptio per initia adhibito reprimere conuenit. 75 Eutychidi cholera morbus in cruribus neruorum distentionem attulit cum inferna alui deiectione. Bilem abunde saturatam, multam, valde rubentẽ ad tres dies & noctes vomitione reiecit. Postquam bibit, & totius corporis imbecillitate & incõtinenti iactatione vexatus est. Nihil continere poterat, ne mali quidem punici succum. Vrinæ suppressio & eius qui ad inferiora est pertransitus adfuit. Vomitione fæx mollis prodiit & deorsum erupit. 76 Aqua inter cutem laborantem sese laboribus exercere conuenit, sudare, panem edere, potu non multo vti, caput calida multa, imò potiùs tepida lauare. Vino albo, neq; multo somno vti prodest. 77 Calligenem quinq; & viginti annos natum destillatio malè afflixit, tussis multa, quod defluebat ægrè educebatur, nihil infra sustinebat, quatuor annis perdurauit. Per initia calores tenues aderant, veratrũ non profuit, sed modicus cibus, & corpus macerare, pane in cibo & vino nigro in potu vti, obsonia quæ vellet assumere, abstinere acribus, salsis, pinguibus, laseris succo, oleribus crudis, multum deambulare. Lactis potus non contulit, verum sesamum purum, crudum acetabuli mensura ex vino leni bibere. 78 Timochariti per hyemem destillatio præcipuè in nares defluxit. Vbi venere vsus fuisset, cuncta resiccata sunt, lassitudo, calor & capitis grauitas successit, sudor ex capite multus, qui etiam ex toto corpore defluxit. Erat autem etiam per sanitatem sudoribus obnoxius. Tertio die conualuit. 79 Cleomenis puer per hyemẽ ciborum fastidio sine febre confici cœpit, cibosq; ac pituitam vomitione reiiciebat, duobusque mensibus inappetentia perseuerauit. 80 Coco ex phrenitide gibbus in spina exortus est. neque vllum medicamen-

καὶ ξυνέτεινε] Pro τένοντας vitiosè ὀδόντας leg. lib. 5. Epid. τένοντας autem ceruicis neruos maiores vertimus Cælium † Aurelianum imitati lib. 3. acut. morb. In emprosthotono enim & opisthotono, neruorum maiorum, quos tenontas appellant, leuem tensionem & duritiem fieri scribit. Et peculiariter τένοντες de ceruicis duobus neruis maioribus dicuntur, quibus capiti colligatur, & sine quorum opera vertebræ collum sustinere nequeunt. Sic apud Isagoges authorem τοῦ τραχήλου τὰ μὲν ὄπισθεν, ἰδίως τένοντες ὀνομάζονται. Et Rufus Ephesius τένοντας nominari scribit, τὰ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου. Et rursus, τὰς παχείας ἐκ τοῦ ἰνίου ἐκφύσεις. Quod etiam Homero est familiare, apud quem τένοντε de duobus illis ceruicis neruis dicuntur, vt fusiùs in nostra Œconomia scribimus. In hoc autem ægro epilepticas conuulsiones valde suspectas facit quod scribitur, ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τὰ πολλὰ τοῦ δεξιοῦ, ὥσπερ ἀστραπὴν ἐκλάμπειν ἐδόκει, fulgores enim qui comitialium oculis obuersantur subindicare videtur (scintillarum micas & circulos igneos Aurelianus vocat) quos per ἐκλάμψιας etiam antea lib. 6. Epid. expressit.

† *Cap. 6.*

97 τῷ Παρμενίσκῳ] Repetitur etiam lib. 5. Epid. Asulanus codex τῷ Ἀρμενίσκῳ vitiosè habet, vt & ἵμερος, καὶ ἀπαλλαγὴ βίου, pro καὶ ἵμερος τῆς ἀπαλλαγῆς βίου, pro quo καὶ ἀπαλλαγῆς βίου ἐπεθύμει scribitur lib. 5. Epid. Quod sequitur autem ἐν Ὀλύνθῳ, codices huic historiæ attexunt. Caluus verò aliam historiam contexuit.

τὸν σάμιον ἀρπάσας] σάμιος hìc vrnam aut vrnulam aquariam, aut aqualem (vt scribit Varro) aut vrceum aquarium indicat. Hesychio etiam σάμιος, ὑδρεία, κάλπη, κάλαθος exponitur. Et σάμιος apud Aristophanem in Pluto & Ranis, vt & σάμιον amphoram vinariam & vas fictile vinarium significat, vt & inter vasa vinaria Polluci annumeratur cap. 2. lib. 6. Hesychius quoque σάμιον, κεράμιον, ἀγγεῖον exponit. Sic enim malim quam κεραμεῖον, ἀγγεῖον, vt passim scribitur, quemadmodum & perperam σαμιεῖον pro σάμιον. σαμία etiam scribit Varinus quosdam indoctè inter matulas recensere, sed apud antiquos vasis vinariis attribui, etsi ἀμὶς Hesychio σάμιον exponitur. Hìc ergo σάμιος vrnam indicat. vt & σάμιον vrnulam, quæ Nonio vas aquarium significat, aut aqualem, citante Nonio ex Varrone, vrnulas, aquales. Potest & trulleum dici aut futis, cùm sit trulleum vas aquarium quo manus perluebantur, & futis Varroni dicatur vas quo in triclinium allatam aquam infundebant.

98 ὁ δὲ Κονδύλος Repetitur etiam lib 5. Epid. & meliore scriptura. Aut enim ἐκ κεφαλῆς ὀδύνης ἀρξαμένης legendum, aut ἐν κεφαλῇ ὀδύνης ἀρξαμένης.

καὶ ζωὴ] Hoc deest in reconditissimis membranis Regiis, adscribunt tamen reliqua exemplaria ex lib. 5. Epid.

περὶ ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα] Sic legunt exemplaria omnia, secutus tamen sum lectionem lib. 5. Epid.

τὰς δὲ ἐπὶ πλείστας] Hanc lectionem etiam secutus sum exemplaribus omnibus fretus. Melior tamen est lectio lib. 5. Epid. τὰς δὲ ἐπὶ πλείστας ἡμέρας. aluus τὰς δὲ ἐπὶ πλείστας legisse videtur.

99 καὶ ὁ τοῦ Τιμοχάριος] Repetitur etiam lib. 5. Epid.

100 τῷ Νικολάου] Diminutè repetitur hæc historia lib. 5. Epid.

περὶ μέσας νύκτας] Istud totum omissum est apud Cornarium, librarij, vt opinor, culpa.

ὑπομύσαρα] ὑπομύσαρα, δυσώδη, ἄξια τοῦ μυσάττεσθαι, fœtida, graueolentia, detestanda, abominanda, exponit Galenus in Exegesi, hunc locum procul omni dubio subindicans. Hesychius μυσαρὰν, ῥυπαρὰν, ἀκάθαρτον, sordidam, impuram exponit, & μυσαὶ, μυσαρὰ μικρὰ μεμιασμένα. μυσάττεσθαι est δυσχεραίνειν Varino, vnde μυσαττόμενος Hesychio, βδελυττόμενος, ἀποστρεφόμενος, detestandus, abominandus. ὅθεν τὸ μύσος, μίασμα. Hanc autem lectionem veram esse satis testantur exemplaria tum manuscripta, tum publicata, quæ in ea retinenda mirum in modum consentiunt, vt idem hìc ὑπομύσαρα significent, quod antea κάκοδμα, quæ mercurialis iusculo educi scripsit, ex quo etiam loco Caluus ὑπομυξώδεα fortè legit. Cornarius verò ὑπομύσαρα non legit, sed pro eo οὖρα δὲ σποδοειδέα, quod locus iste de vrinis intelligi videatur. Etsi verò non malè ista vrinis attribuuntur, quòd antea σποδοειδέα οὖρα hic author sæpè protulerit, tantum tamen codicum consensum aut fidem frangere, mihi religio est vbi præcipuè alioqui rectè lectio ferri potest. Possunt autem intelligi σπογγοειδέα recrementa, quæ spongiis sunt similia & spongiosa, fungosa, flatulenta ac veluti innatantia, σομφὰ καὶ χαῦνα. Quæ excrementorum attributio, etsi alioqui non est vsitata huic medicinæ parenti, ferendum tamen est in hoc tumultuario opere, tot exemplaribus contestatam lectionem, ad aliquam rationi congruam notionem accommodari posse. Quòd si σποδοειδέα οὖρα ex Cornarij exemplaribus retineas, ea sanè vt sunt meliore fortuna quàm nostra omnia, ita expeditiorem ac faciliorem habebunt explicationem, vt vrinæ cinericij coloris & mercurialis succum referentes obaudiantur, sine sedimento, & cum pauco enæoremate, quales sunt crudæ & dilutæ. Nam ista sanè sequentia vrinis rectè attribui debere, testatur Caluus ex codicibus Italicis, etsi de vrinis altum sit nostris in codicibus silentium. Non est autem prætermittendum membranas quasdam Regias non ita tamen vetustæ authoritatis, κοπρώδεα pro ἐυκοπρώδεα hìc scribere.

ἐπαναπνεῖν] Etsi stare potest hæc lectio & sensus constare, existimem tamen εὖ ἀναπνεῖν rectè legi posse, quod & fecisse Caluum apparet. Vt sit sensus, faciliorem respirationem ex vomitione videri contigisse, interdum tamen geminatam & duplicem spirationem adfuisse. ἐπαναπνεῖν igitur de frequenti & subinde repetita respiratione dicitur. At de duplicato & geminato spiritu aliàs ex germana Hippocratis literatura & doctrina scripsimus.

οἷον θερμοῦ θερόσφιον] θερόσφιον hìc vocat concretionem quandam linguæ adnatam & adhærescentem, ex humoribus, febris incendio reficcatis, tuberculosam & lupino similem, quæ incendij febrilis vehementiam indicauit, ἐπιφλύκταινα vocat in Cois præsagiis.

ἄγρυπνος, ἴκφρων] ἔμφρων legi ex codicibus manu ſcriptis, cum interpretibus.

A ἐν τῷ βλέπειν] Illud ἐν τῷ βλέπειν popularem & valdè plebeiam loquendi formulam, Hippocrati valde familiarem, imitatur, hoc eſt, conſpiciebatur, videbatur (vt dixit Caluus) dum cerneretur apparebat. Neque enim niſi ad propriam oculi actionem referri videtur, quod tamen fecit Cornarius, eum qui intueretur reſpiciens.

[101] ὥστε ἀπεμιμεῖν οὐχ οἷός τε] Exemplaria omnia manu ſcripta, οὐχ οἷός τε ἦν legunt, quæ ſecutus eſt Aſulanus.

Ἐς τὸ φλέγμα κατεῖχεν] Hîc φλέγμα inflammationem & igneum præter naturam calorem ſignificat, vt alias ſæpè apud Hippocr. & in Progn. vbi Galenus φλέγμα ἐπὶ τῆς παρὰ φύσιν θερμασίας φλογώδους εἰρῆσθαι ſcribit. Idem quoq; in Exegeſi, φλέγμα οὐ μόνον τὸν χυμὸν τοῦτον, τὸν λευκὸν καὶ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν φλόγωσιν δηλοῖ. Vnde etiam τὰ φλεγμαίνοντα Hippocrati, aut φλεγματώδεα dicuntur, quæ incendium aut flammeum calorem concipiunt.

αἱ βῆχες αἱ ἔχον] Sic ſanè legunt exemplaria omnia quæ ſecuti ſumus, etſi malim κατεῖχον, quomodo legiſſe videtur Cornarius. Neque enim vero eſt ſimile, tam oppleto thorace & pulmonibus, vt crebrior adeſſet reſpiratio, tuſſim abfuiſſe.

B ἀπεκαθάρθη δ'] Hanc lectionem retinent exemplaria omnia tum ſcripta, tum publicata, quæ haud dubiè vitioſa eſt, pro qua ἀπεκαθάρθη malim ad ὑγιὴς referatur, hoc ſenſu, cum ſanitati reſtitutum, per quinque & triginta alios dies per ſputa pus repurgaſſe ἀπεκαθαίρετο videtur legiſſe Cornarius. Caluus verò ἀπεκαθάρθη. Iſti verò à ruptione dies intelligi debent, in quibus ſuppurati repurgantur, alioqui ægri ad tabem tranſeunt, vt ſcribitur aph. 15. lib. 5. Exemplaria verò manu ſcripta Regia omnia πεντεκοστὴν pro πεντεκοστῇ, legunt, & καὶ deſiderant.

[103] τῇ Διοπείθεος] Repetitur hoc exemplum li. 5. Epid. Pro κεφαλαλγίη autem καρδιαλγίη quædam exemplaria ſcripta habent, quam lectionem ex lib. 5. Epid. ſequi maluimus, etſi quæ publicatis teſtata eſt codicibus ferri poteſt, vt capitis aut oris ventriculi dolor reliquis etiam diebus tenuerit.

[104] ὅτι δ' ἐν τῷ οἷ ἦν] Quidam manu ſcripti codices ἐν τῷ ἴοι legunt.

C τῇ ἐκ Δορίσκου] Doriſcus vrbs eſt Thraciæ Stephano, vnde Doriſcius dicitur. Exemplaria verò manu ſcripta Regia non ita recondita, Δορμίσκου legunt, fortaſſe pro Δορμίσκου vnde & Δορμίσκιος.

ἢ πεντήκοντα ἢ ὕστερον μ' ἡμερέων] Significat ad quadrageſimum prope diem abortu abſolutam fuiſſe, ad eumque ferè diem perduraſſe.

καθίσαντο δ' ἐς τωὐτὸ] Poteſt iſtud de doloribus intelligi qui à genu dextro exorti, illuc aut etiam ad inguina, & imum ventrem conſiderent aut conſiſterent. Poteſt & καθίσαντο ἐς τωὐτὸ, in priſtinum ſtatum reuertebantur, aut integritati reſtituebantur, ſignificare, vt aliàs ſæpe.

[106] διαχωρήματα μέτρια, ὑγρά] Pro ὑγρά, λευκά legit Caluus contra omnium exemplarium fidem. Idem quoque huius hiſtoriæ extremum longè aliter legit.

[107] τῇ Ἐπιχάρμου] Repetitur hæc hiſtoria lib. 5. Epid.

[108] τῇ Πολεμάρχου ἐν ἀρθριτικοῖς] Repetitur etiam paulò aliter hoc exemplum lib. 5. Epid. Subindicat autem præcipuam morbi articularis & coxarij cauſam fuiſſe, reſtitantem menſium abundantiam ex aph. 29. lib. 6.

D [109] τῇ Αἰκινίου ἀδελφῇ] Κλινίου legunt interpretes cum multis codicibus.

αἱματωδέων τῶν ἐμεσμάτων ἐρεῦγοι] Sic omnia legunt exemplaria tum manu ſcripta, tum publicata. Suſpecta tamen mihi eſt lectio & ἐρευγμοὶ legendum videtur aut ἐρυγμοὶ, vt cruentatum vomitionum eructationes, reiectiones & effuſiones ſignificet. ἐρευγμὸς enim idem quod ἐρεύξις; & ἐρυγὴ indicat, neque ſolius flatus ex ventriculo emiſſio aut eructatio hac dictione ſignificatur, ſed quæuis etiam aliorum humorum & excrementorum reiectio & effuſio vt ſcribit Galenus Com. 2. in lib. 6. Epid. Alioqui ſanè etiam ἐρυγὴ per translationem τὴν ἀφθονίαν abundantiam & copiam ſignificat, metaphora à ſtomacho ducta, qui multis repletus cibis eos eructat & effundit. Indicatur igitur magnas fuiſſe hac in ægra cruentarum vomitionum refuſiones & eructationes. At ἐρεγμὸς aliud quiddam ſanè Hippocrati ſignificat, idemq; quod ἔρεγμα aut ἔρειγμα & fabam freſam aut leguminum genus freſum fractumq; denotat, vt alibi ſcribimus.

E καὶ ξυνεσταλμένον ἴσχειν] Ξυνεσταλμένον πνῖγμα dicitur ſuffocatio coarctata, hoc eſt coarctationis aut contractionis ſenſum inducens, & ſuffocatio os ventriculi coarctans, comprimens, ac veluti conſtringens, vnde & vomitiones ſequebantur, quod fit humorum copia & qualitate grauato ac compreſſo ſtomacho, barbari ſtricturam ſtomachi vocant. Caluus ξυνεσφραγμένον legiſſe videtur.

οἶνος γαλακτώδης] Vinum egelidum & lactei teporis intelligi videtur, quod ὕδωρ γαλακτῶδες medicis aqua egelida & tepida dicatur. Quidam vinum lacte mixtum intelligunt, quod οἰνόγαλα dicitur.

[110] τῇ Παυσανίου κούρῃ] Fungi cùm frigidi ſint & humidi craſſos humores flatuſq; plurimos gignunt, indeq; alimentum pituitoſum & frigidum prauiq; admodum ſucci oritur, præcipuè verò ſi non bellè elixi edantur. Strangulationes namque & animi deliquia, ſudores frigidos, & difficilem reſpirationem afferunt, ore ventriculi anguſtia pondereq; preſſo, malignaque eorum qualitate vexato. Ideoque iis quæ humores craſſos incidunt, calidiſq; & ſiccis medicamentis expugnantur, cuius generis eſt oxymel ipſum per ſe, aut cum origano & hyſſopo incoctum, aut ferueſactio ſatureiæ, aut origani iuſculum, itidemque mulſa quæ hîc exhibetur, quæ etiam vomitionem ciet. Quamobrem etiam non malè vulgus fungis caliga aromata admiſcet, aut ſatureiam, aut thymum, aut origanum. Quidam etiam vinum optimum & generoſiſſimum iis qui fungos eſitarint exhibent, piperataq; & aromata alia admiſcent, nonnulli etiam allium edendum offerunt, vt fungorum limus & lentor, madentiſq; terræ, ex quo oriuntur, aceſcens ſuccus (vnde ζύμωμα κακὸν χθονός. † Nicander vocat) faciliùs diſſipetur & euincatur. Malo autem exemplo hîc balneum offertur, quod nec ſanè in huiuſmodi eſu tutum eſt.

F

† *In Alex. phar.*

[111] Ἐπιχάρμω] Aliter paulò repetitur hæc hiſtoria libr. 5. Epid.

[112] τῷ Εὐφρονος] Hæc hiſtoria ex lib. 5. Epid. huc reponenda.

[113] μετὰ ζέσυρον] Diminutè quoq; iſtud repetitur lib. 5. Epid.

ἐπωίσθη] Mihi haud dubiè mendoſa ſcriptio videtur, etſi omnibus exemplaribus tum manu ſcriptis, tum publicatis eſt conteſtata. Cornarius ἐπνιύσθη legiſſe videtur, quæ ſanè lectio placet. Caluus ἐπωδύνθη. Sed certè mihi rectè ἐπώχθη pro ἐπωίχθη legi poſſe videtur, vt αἰώχθαι & αἰωίχθαι poëtis dicitur. Eaque ſcriptura indicabitur tubercula illa ad aures oborta ſoli puero adaperta fuiſſe.

G

περὶ ἀμφότερα] Illud περὶ ἀμφότερα ſuperioribus iunxi, codices manu exaratos ſecutus, etſi recentior Regius παρ' ἀμφοτέρων legit, vetuſtior autem παρ' ἀμφότερα. Eandemq; ſcriptionem ſecutus videtur Caluus.

οἱ ὀρνιθίαι] Ornithiæ venti dicuntur quaſi auiarij, verno tempore inualeſcentes, Aquilonij toto genere vt ſcribit Ariſtoteles libello de mundo. Vnde hîc frigidi cenſentur, ſic dicti ab auium aduentu aut hirundinis viſo, vt ſcribit Plinius, †† qui fauoniis annumerat, interdumque Eteſiis. Iidem interdum Chelidoniæ dicuntur. Ariſtophanis ſcholiaſtes Acharn. ornithiam ventum dici ſcribit, ὃς ὑπὲρ τὴν γῆν τὰ ἔρια σοβεῖ, ὑπὸ τοῦ ψύχους πνεῖ. Interpretes exemplaria quædam ſecuti, ὀρθίαι legunt, & rectos ventos vocant.

†† *Cap. 47. lib. 2.*

H ἐπιδήμησαν βῆχες] Sic lego cum Galeno contra omnium exemplarium fidem. Hunc autem locum profert Galen. Comm. 3 in lib. 6. Epid. etſi πολλαὶ non addit. Significatur autem multis oblonga tubercula ad aures enata fuiſſe, quales ſunt oblongæ Satyris adnatæ aurium eminentiæ, quas φῆρα vocant, à Satyrorum ſimilitudine, quos φῆρας Iones vocant. de quibus ſcriptum eſt libro 6. Epid. φῆρεα igitur dicuntur, τὰ τὴν ἰδέαν ἔχοντα θηρῶν (vt ſcribit Galenus) οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τοὺς Ἴωνας Σατύρους, ... ἐξοχὰς ἔχοντας παρὰ τοῖς ὠσί. Huius quoq; loci explicationem confirmat in Exegeſi Galenus his verbis, φῆρεα αἱ παρὰ τὰ ὦτα ἀδενώδεις ἐξοχαὶ, οἵας καὶ οἱ σάτυροι ἔχουσιν. ἔνιοι δὲ καὶ φῆρας καὶ θῆρας καλοῦσι ... Etſi aliter legitur publicatis in omnibus codicibus. Innuit enim his verbis φῆρες pro θῆρες quibuſdam dictum, vt quandoque Attici φλᾶν pro θλᾶν dicunt.

& φλαῦρα pro θλᾶται. Quanquam id Æolibus est proprium, vt melius αἰολικῶς quàm ἀττικῶς legatur. Etsi non malè quidam φέρεα ἀττικῶς εἰρημένον in his extremis verbis reponunt.

114 Timonactis infanti ferè bimestri, pustulæ in cruribus, coxis, lumbis & imo ventre, tumoresq; admodum rubicundi extiterunt. Quibus conquiescentibus conuulsiones & comitiales exoriebantur, multis diebus sine febre fuit, & mortuus est. 115 Polemarchi puerum, qui antea quidē pus intrò collegerat & exscreauerat, tandem tamen calores corripuerūt, aqua inter cutem vexabatur, lienis tumore & crebro anhelitu. Si quando ad locum accessu difficilem contenderet, imbecillus erat & siticulosus, ac interdū cibū ferè auersabatur, itemq; tussicula sicca multo tempore detinebat, ac nisi sanè soluta esset aluus inferior, implebatur, & creber anhelitus suffocatioq; magis vexabat. Tandem verò destillatio & exscreatio superuenit & tussis. Exscreatio autem crassa, pallida, purulenta, febrisq; vehemens erat, quæ desiisse visa est, & tussis esse mitior, puraq; exscreatio. Rursus febris acuta repetiit, spiratio crebra, mortuus est. Antea tamē pedes riguerunt, posteaq; toto corpore perfrixit. Spiratio magis intercepta fuit, vrina suppressa est, extrema perfrixerunt, mentis compos mortuus est, tertio verò à recidiua die. 116 Thyni puero in febre ardente vehementer inedia confecto, copiosa alui deiectio cum bile tamē aderat, & animi deliquio, multoq; sudore, toto corpore admodum perfrixit, dieq; integro & nocte vox defecerat. Infusum ptissanæ cremorem continuit, mentis compos erat, facilè spirabat. 117 Epicharmi puero ex deambulatione & potu cruditas cōtigit. Postridie autem mane suborta anxietate, epota aqua cum aceto & sale pituitam vomitione reiecit, posteaq; rigor prehendit, in febre lauit, pectus dolebat. Tertio die sub ipsum crepusculum sopor exiguo tēpore detinebat, delirabat & febre acuta vexabatur, morbum grauatè ferebat. Quarto peruigil mortuus est. 118 Aristoni pedis digito vlcerato cum febre vocis obscuritas aderat, gangræna ad genu vsq; peruenit, periit. Vlcus autē erat nigrum, subaridum & graueolens. 119 Qui cancrum in faucibus habebat, vstione per nos conualuit. 120 Abderis Polyphantus capitis dolore in vehementi febre vexabatur. Vrinæ tenues, copiosæ, sedimenta crassa & returbata. Cùm verò capitis dolor minimè conquiesceret, sternutamenta sunt naribus admota decimo die. Post hæc autem dolor vehemens ceruicem inuasit, vrina rubra prodiit, returbida, qualis veterini generis. Velut phrenitide captus, mente motus est, obiit cum vehementibus conuulsionibus. 121 Ad eundem quoq; modum Eualcidę famula, cùm ei, multo tempore vrinæ densæ prodirent, & capitis dolores adessent, phrenitide correpta, & vehementibus conuulsionibus similiter vexata, mortua est. Ferè enim vrinæ spissæ & conturbatæ capitis doloris, conuulsionis, & mortis indubitatum signum præ se ferūt. 122 Halicarnasseus quidam qui ad Xantippi domum diuertebat, per hyemem auris & capitis dolore non mediocri tenebatur. Erat autem annorū prope quinquaginta. Vena iuxta Mnesimachum pertusa est. Caput vacuatum ac perfrigeratū noxiam sensit. Neq; enim pus reddidit. Phreniticus euasit, mortu⁹ est. Huic quoq; vrinæ spissę erāt. 123 In Cardia Metrodori puero ex dentiū dolore maxillæ syderatio, & vehemēter supercrescens in gingiuis caro, ac moderata suppuratio contigit, tū molares, tum maxilla ipsa deciderūt.

114 Τῷ Τιμώνακτος παιδίῳ ὡς διμηνιαίῳ ἐξανθήματα ἐν σκέλεσιν. καὶ ἐν ἰσχίοισι, καὶ ὀσφύϊ, ὑπογαστρίῳ, καὶ οἰδήματα σφόδρα ἐνθρέφθη. καταστάντων δὲ τούτων, σπασμοὶ καὶ ἐπιληπτικὰ ἐγένοντο, ἄνευ πυρετοῦ ἡμέρας πολλὰς, καὶ ἐτελεύτησεν. 115 τῷ τοῦ Πολεμάρχου, ξυνέβη μὲν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἐμπυωθῆναι τι καὶ ἀποχρέμψασθαι. ὕστερον δὲ θέρμαι αὐτῷ ἦσαν. καὶ ὑδρωπιώδης ἦν, καὶ ἐπίσπληνος, καὶ ἀσθματώδης. πρὸς αἶπος εἴ ποτε ἴοι, ἀδύνατος, καὶ διψώδης. καὶ ἀπόσιτος ἐπιεικῶς ἐστιν ὅτε. καὶ βηχία ξηρὰ ἐπὶ πουλὺν χρόνον οὕτως ἐγίνετο. ὑπεφέρετο καὶ εἰ μή τι ἔλυτο ἡ κοιλίη κάτω πλήρης ἐγίνετο. καὶ ἆσθμα καὶ πνῖγμα ἐγένετο μᾶλλον. τέλος δὲ κατάρροος. καὶ ἀπόχρεμψις ἐπικατῆλθε, καὶ βήξ. ἡ δὲ ἀπόχρεμψις παχεῖα καὶ ὠχρά. πύα δὲ καὶ πυρετὸς σφοδρός. καὶ ἐδόκει λῆξαι. καὶ ἡ βὴξ πρηϋτέρη. καὶ ἡ ἀπόχρεμψις καθαρή. ὑπέστρεψε πάλιν ὀξὺς πυρετός. πνεῦμα πυκνόν. ἐτελεύτησε, πλὴν προσερρίγωσε πόδας, καὶ κατεψύχθη μετὰ τοῦτο. πνεῦμα μᾶλλον ἐγκατελήφθη. ἡ οὔρησις ἔστη. τὰ ἄκρεα κατεψύχθη. ἔμφρων ἐτελεύτησε. τριταῖος δὲ ἀπὸ τῆς ὑποστροφῆς. 116 τῷ τοῦ Θυώνου σφόδρα ἐν πυρετῷ καυσώδει ἐλιμοκτονήθη. ὑποχώρησις συχνή. μετὰ χολῆς δὲ ἐγένετο, καὶ μετὰ ἀψυχίης, καὶ ἱδρῶτος πολλοῦ. κατεψύχθη σφόδρα. καὶ ἄφωνος ἦν ἡμέρην ὅλην καὶ νύκτα. ἐγχεόμενος χυλὸν πτισάνης, κατείχετο. ἐφρόνει. εὔπνοος ἦν. 117 τῷ Ἐπιχάρμου ξυνέβη ἐκ περιόδου, καὶ ποτοῦ ἀπεψίη. τῇ ὑστεραίῃ δὲ περὶ ἄσης γινομένης, πιὼν ὕδωρ. ὄξος. ἅλας. ἐξήμεσε φλέγμα. μετὰ δὲ ῥῖγος ἔλαβεν. ἐλούσατο πυρεταίνων, καὶ στῆθος ἤλγει. τῇ τρίτῃ εὐθὺς περὶ, κῶμα. ὀλίγον χρόνον ἐπεῖχε, καὶ ἐπελήρει. καὶ πυρετὸς ὀξύς. βαρέως ἔφερε τὴν νόσον. τῇ τετάρτῃ ἄγρυπνος. ἀπέθανεν. 118 Ἀρίστωνι, δακτύλου τοῦ ποδὸς ἡλκωμένου, ξὺν πυρετῷ, ἀσάφεια. ὁ δὲ γαγγραινῶδες, ἀνέδραμεν ἄχρι πρὸς γόνυ. ἀπώλετο. ἦν δὲ μέλαν ὑπόξηρον. δυσῶδες. 119 ὁ δὲ καρκίνωμα δ' ἐν τῇ φάρυγγι καυθεὶς, ὑγιὴς ἐγένετο ὑφ' ἡμέων. 120 Πολύφαντος ἐν Ἀβδήροισι κεφαλὴν ὠδυνᾶτο, ἐν πυρετῷ σφοδρῷ. οὖρα λεπτὰ πολλά. ὑποστάσιες δασεῖαι καὶ ἀνατεταραγμέναι. οὐ παυομένου δὲ τοῦ ἀλγήματος τῆς κεφαλῆς, πταρμικὰ προσετέθη ἐόντι δεκαταίῳ. μετὰ δὲ ἐς τράχηλον ὀδύνη ἰσχυρή. οὖρον ἦλθεν ἐρυθρόν. ἀνατεταραγμένον, οἷον δὲ τοῦ ὑποζυγίου. παρέκρουσε τρόπον φρενιτικόν. ἀπέθανεν ἐν σπασμοῖσιν ἰσχυροῖσιν. 121 παραπλησίως δὲ καὶ ἡ τοῦ Εὐαλκίδου οἰκέτις. ἔνθα οἱ πολὺν χρόνον τὰ δασέα ἐχώρει οὖρα. καὶ κεφαλαλγίαι ἐνῆσαν. φρενιτικὴ γενομένη. ἀπέθανεν. ὡσαύτως σπασμοῖσιν ἰσχυροῖσι. σχεδὸν γὰρ τὰ δασέα οὖρα καὶ ἀνατεταραγμένα σημεῖον ἀκριβὲς κεφαλαλγίης. καὶ σπασμοῦ. καὶ θανάτου. 122 ὁ δὲ Ἁλικαρνασσεὺς ὁ ἐν τῇ Ξανθίππου οἰκίῃ καταλύων οὓς ἐν χειμῶνι ὠδυνᾶτο. καὶ κεφαλὴν οὐ μετρίως. ἦν δὲ περὶ ἔτεα πεντήκοντα. φλέβα ἐτμήθη. κατὰ Μνησίμαχον, ἐβλάβη ἡ κεφαλὴ, κενωθεῖσα. καὶ ψυχθεῖσα. οὐ γὰρ ἐξεπύησεν. φρενιτικὸς ἐγένετο. ἀπέθανε. οὖρα καὶ τούτῳ δασέα. 123 ἐν Καρδίῃ τῷ Μητροδώρου παιδὶ ἐξ ὀδόντων ὀδύνη. σφακελισμὸς σιηγόνος, καὶ οὔλων ὑπερσάρκωσις δεινή. μετρίως ἐξεπύησεν. ἐξέπεσον οἵ τε γόμφοι καὶ ἡ σιαγών.

124 Αἰα-

124 Ἀναξήνωρ ἐν Ἀβδήροισιν. ἦν μὲν σπληνώδης, καὶ κακόχροος. ξυνέβη δὲ αὐτῷ οἰδήματος γενομένου περὶ μηρὸν τὸν ἀριστερὸν, ἐξαπίνης τοῦτο ἀφανισθῆναι. οὐ πολλῇσι δὲ ὕστερον ἡμέρῃσιν ἐγεννήθη αὐτῷ κατὰ τὸν σπλῆνα, οἷα ἐπινυκτὶς ἐξ ἀρχῆς, ἔτι δὲ οἴδημα καὶ ἐρύθημα σκληρόν. μετὰ δὲ ἡμέρην τετάρτην πυρετὸς ἐγένετο καυσώδης, καὶ ἐπελιδνώθη πάντα κύκλῳ καὶ σαπρὰ ἐδόκει. ἀπέθανεν. ὑπεκαθάρθη δὲ πρότερον καὶ κατενόει. 125 Κλόνιγος ἐν Ἀβδήροισιν, ἦν μὲν νεφριτικός. οὔρει δὲ αἷμα κατὰ σμικρὸν κατὰ πουλὺ χαλεπῶς. ἠνώχλει δὲ καὶ κοιλίη δυσεντερική. τούτῳ πρωῒ μὲν ἐδίδοτο γάλα αἴγειον. καὶ ὕδατος πέμπτη μερὶς ἀναζευγμένον τὸ πᾶν κοτύλαι τρεῖς. ἑσπέρην δὲ ἄρτος μὲν ἔξοπτος. ὄψα δὲ, σεῦτλα. ἢ σίκυος. οἶνος μέλας λεπτός. ἐδίδοτο δὲ καὶ σίκυον πέπονα. οὕτω δὲ διαιτωμένῳ καὶ ἡ κοιλίη ξυνέστη. καὶ τὰ οὖρα καθαρὰ ἐφοίτα. ἐγαλακτοπότησε δὲ, ἕως τὰ οὖρα ἀπεκατέστη. 126 γυναικὶ ἐν Ἀβδήροισι, καρκίνωμα ἐγένετο περὶ τὸ στῆθος. ἦν δὲ τοιοῦτον. διὰ τῆς θηλῆς ἰχὼρ ὕφαιμος ἔρρει. ἐπιληφθείσης δὲ τῆς ῥύσιος, ἀπέθανεν. 127 τῷ Δεινίου παιδίῳ ἐν Ἀβδήροισι μετρίως ὀμφαλὸν τρωθέντι, συρίγγιον κατελείφθη. καί ποτε καὶ ἕλμινς δὲ ἑωυτοῦ διῆλθεν ἁδρά. καὶ ἔφη ὅτε πυρέξειε χολώδεα, ὅτι καὶ αὐτὰ ταύτῃ διῄει. προσεπεπλώκει τούτῳ τὸ ἔντερον πρὸς τῷ συριγγίῳ, καὶ διαβέβρωτο ὡς τὸ συρίγγιον, καὶ ἐπανερρήγνυτο, καὶ βηχία διεκώλυε διαμένειν. 128 τῷ παιδίῳ τῷ Πύθωνος ἐν Πέλλῃ πυρετὸς αὐτίκα ἤρξατο πουλύς. καὶ καταφορὴ πολλὴ μετὰ ἀφωνίης. ὕπνοι ἐγένοντο. καὶ κοιλίη σκληρὴ, παρὰ πάντα τὸν χρόνον. προστιθεμένου δὲ τοῦ ἐκ τῆς χολῆς, πολλὰ διεχώρει. καὶ αὐτίκα ἐνεδίδου. ταχὺ δὲ πάλιν ἡ κοιλίη ἐπήρετο. καὶ ὁ πυρετὸς παρωξύνετο. καὶ ἡ καταφορὴ διὰ τῶν αὐτῶν. τῆς δὴ αὐτῆς ἀγωγῆς ἐούσης, ἐδόθη τι τῶν σὺν κνίκῳ. καὶ σικύου. καὶ μηκωνίου. καὶ χολώδεα κατέρρηξε. καὶ αὐτίκα τὸ κῶμα ἐπέπαυτο. καὶ ὁ πυρετὸς ἐπρηΰνετο. καὶ τὰ ἄλλα ἐκουφίσθη. καὶ ἐκρίθη τεσσαρεσκαιδεκαταῖος. 129 Εὔδημος σπλῆνα ἐπόνει ἰσχυρῶς. προσετάχθη ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ἐσθίειν πολλά. πίνειν οἶνον ὀλίγον λεπτόν. περιπατεῖν συχνά. οὐ μετέβαλλεν. ἐφλεβοτομήθη. σιτία καὶ ποτὰ πεφεισμένως. περίπατοι ἐκ προσαγωγῆς. οἶνος μέλας λεπτὸς ὑγιάνθη. 130 Φιλιστίδι τῇ Ἡρακλείδου γυναικὶ, ἤρξατο πυρετὸς ὀξύς. ἔρευθος προσώπου, ἐξ οὐδεμιῆς προφάσιος. ὀλίγον δὴ ὕστερον τῆς ἡμέρης ἐρρίγωσεν. οὐκ ἀναθερμανθείσης, σπασμὸς ἐγένετο, ἐν τοῖσι δακτύλοισι τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν. σμικρὸν δὲ μετὰ ταῦτα ἐπεθερμάνθη. οὔρησε συστροφώδεα. νεφελώδεα. διεσπασμένα. νύκτα ἐκοιμήθη. δευτέρῃ ἐπερρίγωσεν. ἡμέρῃ σμικρῷ μᾶλλον ἐθερμάνθη. καὶ τὸ ἔρευθος ἧσσον. καὶ οἱ σπασμοὶ ἐπεγένοντο μετριώτεροι. οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν. νύκτα ἐκοιμήθη. σμικρὰ διαγρυπνήσασα, μηδεμιῆς δυσφορίης ἐνεούσης. τριταίη οὔρησεν εὐχροώτερα, σμικρὰ ὑφεστηκότα. τὴν δὴ αὐτὴν ὥρην ἐπερρίγωσεν. πυρετὸς ὀξύς. ἱδρὼς ἐς νύκτα δι' ὅλου. ὀψὲ δὲ τῆς ἡμέρης τὸ χρῶμα ἀνετράπη εἰς τὸν ἰκτερώδεα τρόπον. νύκτα ὕπνωσε δι' ὅλου. τεταρταίῃ αἷμα ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ ἐρρύει καλῶς. καὶ γυναικεῖα σμικρὰ ἐπεφαίνετο ἐν τάξει. πάλιν δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην, τὸ πυρέτιον

124 Abderæ Anaxenor lienosus quidē erat & vitiato colore. Contigit autem vt obortus ad femur sinistrum tumor de repente euanesceret. Neq; multis post diebus, ad lienis regionem exorta ei est per initia veluti pustula noctibus inquietans Epinyctis dicta, insuperque tumor cum rubore & duritie. Post diem autem quartum febris ardens suborta est, & in ambitu omnia liuorem contraxerunt, & computruisse visa sunt. Mortuus est, cùm tamen antea aliquantulum purgatus & mentis compos fuisset. 125 Abderæ Clonigus cùm renum quidem doloribus vexaretur, sanguinem paulatim meiebat plærumq; cum molestia, & aluus intestinorum difficultate laborabat. Huic manè quidem lac caprillum cum quinta aquæ parte est exhibitum, ita vt tota mixtura heminarum trium esset. Ad vesperum autem, cum pane quidem exassato, pro obsonio beta aut cucumis, vinum nigrum tenue. Exhibebatur etiam cucumeralis pepo. Hac autem victus ratione, & aluus substitit, & puræ vrinæ prodibant. In lactis autem potu perseuerauit, tantisper dum vrinæ restitutæ sunt. 126 Abderæ mulieri cuidam circa pectus carcinoma exortum est. Erat autem huiusmodi, per papillam sanies subcruenta effluebat. Intercepta verò fluxione mortua est. 127 Abderæ Dinij puero ad vmbilicum mediocriter pertuso, fistula parua relicta est, interdumq; lumbricus crassus per se peruasit, cumq; febricitaret (vt aiebat) biliosa, quod & ipsa hac prodibant. Huic intestinum in fistulam prolapsum est, ac velut fistula corrodebatur, rursusq; disrumpebatur, tussiculæq; intus permanere non sinebant. 128 In Pela Pythonis filius confestim multum febricitare cœpit, cum magna in somnum propensione, cum vocis defectione somni fiebant, aluusq; toto tempore dura erat. Glande verò ex felle supposita, multa deiiciebat, statimq; remittebat. Celeriter autem aluus rursus intumescebat, febris ingrauescebat, eademq; in somnum propensio perseuerabat. Eodem autem rei statu, exhibitum est aliquid medicamenti ex his quæ carthamum & cucumerem agrestem, & meconium recipiunt, biliosa eruperunt, confertimque sopor cessauit, febris mitescebat, cunctaque alleuata sunt, & decimoquarto die iudicio est absolutus. 129 Eudemo lienis dolore vehementer conflictato, à medicis est imperatum vt multa comederet, vinum paucum tenue biberet, frequenter deambularet, ex qua victus ratione nihil immutabat. Vena secta est, cibos & potum parcè sumpsit, deambulationes sensim auctæ sunt, vinum nigrum, tenue est exhibitum, conualuit. 130 Philistidem Heraclidæ coniugem febris acuta inuasit, faciei rubor nulla ex euidente causa. Paulò verò post procedente die, rigore correpta, cùm non recalesceret, conuulsio in manuum digitis & pedum oborta est, paulumque postea incaluit. Vrinas reddidit compacta quædam innatantia, nebulosa, diuulsa habentes, per noctem dormiuit. Secundo die insuper riguit, per diem paulò magis incaluit, & rubor minor erat, & conuulsiones moderatiores succedebant, vrinæ eædem, noctem dormiuit, parum peruigil fuit cùm nulla ægrè tolerabili molestia. Tertio die vrinas coloratas magis reddidit, parum subsidentes, sub idem tempus subinde rigor prehendit, febris acuta, sudor per noctem toto corpore dimanauit. Sub vesperum autem diei color in regij morbi modū versus est, noctu dormiuit, & sudor toto corpore effluxit. Quarto die sanguis ex nare sinistra probè effluxit, & menstrua pauca suo ordine comparuerunt. Rursus autem eodem tempore febricula ingrauescebat, vrinæ pauc[illegible]

densata quædam innatantia habentes. Aluus verò, cùm natura dura esset, multò tamen magis substitit, nihilq; nisi subdita glãde demittebat, noctu dormiuit. Quinto die tum febricula mitior visa est, tum sub vesperũ sudor toto corpore effusus est, & menstrua profluxerunt, noctuq; dormiuit. Sexto die vrinam confertam, multam, densata quædam innatantia, & paucam subsidentiam concolorem habẽtem reddidit. Circa meridiem autem paulum insuper riguit, aliquantum incaluit, sudor toto corpore dimanauit, noctu dormiuit. Septimo die parum recaluit, facilè tulit, toto corpore sudauit, vrinæ probè coloratæ erãt, cuncta iudicatione sunt absoluta. 131 In oppugnatione circa Datum Tychon catapulta in pectus vulnus accepit, paruoq; post interuallo, risus cum perturbatione ei aderat. Videbatur autem medicus cùm lignum eximeret, ferrum circa septum transuersum reliquisse. Cumq; sub vesperam ei dolor commotus esset, infusum per clysterem & medicamentum aluum deiiciens exhibuit. Primam noctem implacidè transegit. Sub diluculum verò & medico & reliquis meliùs habere visus est, placidus quippe erat. Prædictum est accedẽte conuulsione celeriter periturum. Postera nocte implacidus, peruigil, in ventrem plærumq; decumbens, tertio die mane conuulsione tentabatur, sub meridiem mortuus est. 132 Eunuchus ex venatu & discursatione in aquam inter cutem delabitur. Qui ad Elealcis fontem habitabat, ad sex annos hippurin habuit & inguinum tumorem, varicem & diuturnas defluxiones in coxẽdicem aut articulos. 133 Quidam ad lateris inanitatem tabefactus, septimo die mortuus est. In his qui pus priùs crudum expuunt, salsa cum melle exhibenda sunt. 134 Impudens scortatio difficultati intestinorum medetur. 135 Leonidæ filiæ natura ad impetum incitata sese auertit, atq; vbi auersa est, sanguinem ex naribus effudit, quo effuso permutata est, quod non vidit medicus, puella mortua est. 136 Philotimi filius vbi ad pubertatem peruenit, ad me venit. In quo vbi caluariæ os arte medica destitutum inuenissem, occulta animi sensa ad curationem non satis constare videbam.

παρωξύνθη. οὖρα ὑπόφαιά τε καὶ σμικρά. κοιλίη δὲ, φύσει μὲν σκληρή. πολὺ δὲ μᾶλλον ξυνεστήκει. καὶ οὐδὲν διῄει, εἰ μὴ βάλανον προσθοῖτο. νύκτα ὕπνωσε. πέμπτῃ ἅμα τε, τὸ πυρέτιον πρηΰτερον. καὶ πρὸς τὴν ἑσπέρην δι᾽ ὅλου ἵδρου. καὶ γυναικείων χώρησις. καὶ νύκτα ὕπνωσεν. ἕκτῃ, οὔρησεν ἀθρόον πουλὺ ὑπόφαιδές. σμικρὴν ὑπόστασιν ἔχον ὁμόχροον. περὶ δὲ μέσον ἡμέρης, σμικρὰ ἐρρίγωσεν. ὑπεθερμάνθη. ἵδρωσε δι᾽ ὅλου. οὖρα εὔχροα. ἐκρίθη πάντα. [131] Τύχων ἐν τῇ πολιορκίῃ τῇ περὶ Δάτον ἐπλήγη καταπέλτῃ ἐς τὸ στῆθος, καὶ μετ᾽ ὀλίγον γέλως ἦν περὶ αὐτὸν θορυβώδης, ἐδόκει δέ μοι ὁ ἰητρὸς ἐξαίρων τὸ ξύλον, ἐγκαταλιπεῖν τὸν σίδηρον, κατὰ τὸ διάφραγμα. ἀλγέοντος δὲ αὐτοῦ περὶ τὴν ἑσπέρην, ἔκλυσέ τε καὶ ἐφαρμάκευσε. κατὰ νύκτα διήγαγε τὴν πρώτην δυσφόρως. ἅμα δὲ τῇ ἡμέρῃ, ἐδόκει καὶ τῷ ἰητρῷ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι βέλτιον ἔχειν. ἦν γὰρ ἡσυχέος. προῤῥησις ὅτι σπασμοῦ γενομένου οὐ βραδέως ἀπολεῖται. ἐς τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα δύσφορος, ἄγρυπνος. ἐπὶ γαστέρα τὰ πολλὰ κείμενος. τρίτῃ πρωῒ ἐσπάτο. περὶ μέσον ἡμέρης ἐτελεύτησεν. [132] εὐνοῦχος ἐκ κυνηγεσίης καὶ διαδρομῆς, ὑδραγωγὸς ἐγένετο, ὁ παρὰ τὴν Ἐλεάλκεος κρήνην. ὁ περὶ τὰ ἓξ ἔτεα ἱππουρεῖν τε καὶ βουβῶνα, καὶ ἴξιν καὶ κέδματα. [133] ὁ τὸν κενεῶνα φθινήσας, ἑβδομαῖος ἀπέθανεν. προεπτυόντων ἄπεπτον, ἁλμυρὰ μετὰ μέλιτος. [134] πορνείη ἀχρέωμος δυσεντερίης ἄκος. [135] τῇ Λεωνίδεω θυγατρὶ, ἡ φύσις ὁρμήσασα ἀπεστράφη. ἀποστραφεῖσα, ἐμυκτήρισεν. μυκτηρίσασα διηλλάγη. ὁ ἰητρὸς οὐ ξυνῆκεν. ἡ παῖς ἀπέθανεν. [136] ὁ Φιλοτίμου παῖς ἔφηβος, ἦλθεν εἰς ἐμὲ, εὑρὼν κρανίον ὀστέον ἔρημον ἰητρικῆς ἐς ἴχνια τὰ κρύφιμα οὐκ ὁρῶν ἐστῶτα.

114 περὶ Τιμένακτος] Sic legunt ferè exemplaria omnia præter recentiora quædam Regia, quæ Τιμαίακτος habent. ἐστυφέθη quoque habent omnia, vt & Italica etiam, sed ἐστερεώθη malim, vt legisse videtur Cornarius.

115 περὶ αἶπος εἴ τι πτείοι] Sic legunt omnia exemplaria, quanquam ἴοι malim αὐτὴ τοῦ πορεύοιτο, vt legisse videntur interpretes. αἶπος autem Hesychio ὑψηλὸν τόπον, ἢ ὑλώδη, ἢ ἐσχατον significat, locum arduum, excelsum, & accessu difficilem. Quibusdam verò montis verticem & cacumen.

καὶ πυρετὸς σφοδρός] καὶ βὴξ addunt exemplaria quædam Regia manu scripta recentiora. Quæ certè non improbatur lectio, & his quæ sequuntur magis respondet, καὶ ἡ βὴξ πρηῦτέρη.

τὴν προσεῤῥίγωσε πάλιν] Vitiata est lectio pro προσεῤῥίγωσε. Manu scripta exemplaria Regia duo προσεῤῥίγωσε habent, eaque lectio ad Italica exemplaria peruenit.

115 περὶ τοῦ Θωὸς] ὁ τοῦ Θωὸς legendum videtur, contra tamen omnium exemplarium fidem. λιμοκτονίαν autem esse eam quæ fame contrahitur macerationem, omnimodamque abstinentiam, aut eam quæ solo potu vt mulsa, aut ptisanæ cremore instituitur victus rationem, præter ea quæ scribit Gal. Com. in lib. de rat. vict. in morb. ac. id etiam præsenti historia contestatum est.

118 ἀσάφεια] Istud de voce obscura, balbutiente, nec satis expedita dicitur, vt antea sæpè γλῶσσα ἀσαφὴς, etsi Caluus ad febrem latentem retulit. Sed in gangræna febris latens esse non potest. Quod etiam ex his [a] Celsi verbis, vbi de gangræna loquitur, satis patet, quæ huic loco apprime quadrant. Inter hæc deinde febris acuta oritur ingensq; sitis, quibusdam etiam delirium accedit, alij quamuis mentis suæ compotes sunt, balbutiendo tamen vix sensus suos ore explicant. Aduertendum hîc tamen est interpretes καρκινώδεις pro γαγγραινώδεις legisse, contra omnium codicum fidem.

[a] *Cap. 26. lib. 5.*

ἦν δὲ μέλαν] Sic de gangræna Celsus. Caro in vlcere vel nigra, vel liuida est, sed sicca & arida, proximaq; cutis plærumque subnigris pustulis impletur, deinde ei proxima vel pallida vel liuida, fereq; rugosa sine sensu est.

120 οὖρον ἦλθεν ἐρυθρὸν] Hîc ἐρυθρὸν non legit Caluus, vt nec paulò antè δασεῖ.

121 ἔνθα οἱ πολλοὶ χρόνοι] Caluus ἐν θάσῳ πολλῷ χρόνῳ legit contra omnium quos adhuc videre licuit codicum fidem.

δασέα οὖρα καὶ ἀναπεπταμένα] Hîc vulgi more ἀναπεπταμένα οὖρα vocat quæ ἀνεστραμμένα Galenus in exegesi ex Hippocrate agnoscit, & ἀναπεπραγμένα exponit. Commutatas enim vrinas, conturbatas & returbidas significant, & quæ παχέα οὖρα καὶ μὴ καθιστάμενα explicat Galenus Comm. 1. in lib. 3. epid. ἀνεστραμμένα autem οὖρα Galenus ex aph. 70. lib. 4. agnoscere videtur apud Hipp. Sic enim illic primo loco legendum esse aliàs scripsimus nisi quis hîc ἀνεστραμμένα scribere malit quàm ἀναπεπταμένα, pro quibus interpretes ἀναπεπραγμένα legere videntur. Suntq; ἀνεστραμμένα οὖρα, quæ συνεστραμμένα in Cois Præsagiis vocat Hippocrates, & ἀναπεπταμένα hîc dicuntur. Huiusmodi autem vrinæ crassæ, returbidæ, neque sedimentum deponentes, dolores capitis, conuulsiones, & mortem ferè præsagiunt, vt ex placito 70. lib. 4. patet, & historiis epid. Sileno præcipuè & Philini vxore.

123 ἐν καρδίῃ] Ista superiori historiæ malè adiungunt quædam exemplaria manu scripta & Aldina, vt & lib. 5. epid. vbi etiam repetitur. Est autem Καρδία Stephano πόλις τῆς ἐν Θράκῃ χεῤῥονήσου. Vitiosa quoque sunt exemplaria quæ παιδὶ pro παιδὶ aut παιδίῳ habent, quomodo legunt exemplaria duo manu scripta Regia. Vitiosè etiam in quibusdam ὀρέων pro ἐλάων scribitur, etsi ἔλων sæpiùs apud Hipp. reperitur. ἔλων autem [illegible], [illegible] Paulo lib 6. vniuersaliore notione, carnis excrescentia iuxta dentem aliquem in gingiuis exoriens. Etsi idem lib. 3. hoc nomen paulò pressiùs contraxit.

125 ἐδίδοτο δὲ καὶ σικύον πέπονα] Sic legunt exemplaria omnia publicata manifesto vitio. Meliùs autem manu scripti codices Regij legunt

gunt σίκυος πέπων, qui & σικυοπέπων * Galeno & σίκυος ἰσδίως dicitur, & frequentius πέπων. Abstergit autem & vrinas mouet. Priore autem loco Caluus σικύαν legisse videtur pro σίκυος, cùm cucurbitam verterit.

* *Lib.2.de alim. Lib.8.simpl.*

[126] γυναικὶ ἐν ἀβδήροισι] Scribitur hoc exemplum lib.5. epid. paulum immutatis verbis.

[127] τῷ δεινίου παιδίῳ] τετρῶσθαι legunt exemplaria omnia publicata quæ secuti sumus cùm pertusum & perforatum vmbilicum diximus. Exemplaria verò manu scripta Regia quædam τρωθῆναι legunt, quæ sauciatum ac vulneratum vmbilicum significant, quomodo sumpsisse videntur Interpretes. Reliqua etiam manu scripta, nempe reconditiora, τμηθῆναι, vt ad vmbilicum sectum indicent. Neque verò hîc mirum videri debet lumbricum per vmbilicum prodiisse, cùm & quibusdam per inguina, nonnullis etiam per vmbilicum, via excedendo facta prorupisse scriptis testatum sit.

καὶ ἴφη ὅτι πυρέξει] Secutus sum hac interpretatione omnium exemplarium fidem. Cornarius pro ἴφη, ἤμει legisse videtur, vt vomitione biliosa reiecisse cùm febricitaret intelligas. Caluus aliter longè hunc locum accipere videtur, in eum tamen sensum vt hanc communem lectionem amplexatus sit.

[128] τῇ δ' αὐτῆς ἀγωγῆς ἰούσης] Hîc ἀγωγὴ totius morbi statum, ordinem, ductum ac rationem significat, hoc est cùm hæc eadem via & ratione procederent. Potest & totius morbi curationem, & agendi rationem ac viam indicare, quo modo sumpsisse videtur Caluus.

καὶ μηκωνίῳ] μηκώνιον hîc peplus intelligitur, quo vtebantur antiqui ad bilem & pituitam deturbandam, vt scribit Rufus Ephesius in fragmento libelli de med.purg. & Dioscorides lib.4. cap.168. Quod & hoc loco facit Hippocrates, & lib.4. de rat. vict. in morb. ac. & ad hydropicorum aquas exhauriendas exhibet. Meconium autem vocat, vt hîc, quod etiam nomen retinui, etsi idem sit quod πέπλος, vt scribit Gal. in exeg. quodque πέπλον etiam alias nominatim ad flatus educendos in lienis vitio & hydropis suspicione adhibet lib.2. epid. † in Scopo.

† *Sect.3.*

τὸ σῶμα ἐπίπαυτο] κοῦμα legendum esse satis apparet, quod & fecerunt omnes interpretes, etsi in exemplaribus manu scriptis omnibus magna est in hoc mendo retinendo consensio.

[129] ἐσθίειν πολλὰ] οὐ πολλὰ legisse videtur Caluus, quod magis placet, vt id ex medicorum præscripto fieret. Illud autem οὐ μετέβαλλεν, nihil in ea victus ratione immutatum fuisse significat, aut à medicorum imperatis discessum. Potest & illud indicare, nihil illa victus ratione fuisse profectum, vt ideò immutanda fuerit. Sicq; ad πολλὰ referetur quæ est exemplarium omnium lectio.

[130] οὔρησε τεφριώδεα] τεφριώδεα exponit Gal. in exeg. τὸ ἔχον ἐμφερόμενά τινα πεπηγότα, παρὰ τὸ τρέφεσθαι, ὃ ἐστι πήγνυσθαι, quo significatur vrina compacta & densata quædam in ea innatantia habens, velut enæoremata quædam conferta & globosa, ac veluti sublimamenta quædam grumosa, ex multa materiæ crudæ, crassæ & flatulentæ copia. quæ magnum intro conceptum incendium indicat, ex cuius succensione agitata sursumq; subuecta, plurimas mentis arci tenebras offundit, vnde deliria & conuulsiones in huiusmodi maligna humorum complexione facilè portenduntur, vt videre est in multis epid. historiis, præcipuè verò ægr.1. & 8. lib.1. & ægr.3. & 4. lib.3. & ægr.11. lib.3. post st. pest. Repetitur etiam dictio ista inter obscuras Hippocratis voces meritò reponenda, in Cois Præsagiis, partimq; vrinæ, partim etiam deiectionibus attribuitur, vbi eam fusioribus verbis excussimus, hac ægra etiam in medium adducta. Erotianus verò τεφριώδη οὖρα, σποδώδη exponit. τεφρία γὰρ ἡ σποδὸς λέγεται. Vt videatur vrinas intelligere quæ cinerei sunt coloris, ac veluti dilutæ & albicantes, quales σποδοειδέα οὖρα antea hoc libro diximus. At certè Erotianus locum Prorrh.156. aut Coacorum Præsagiorum subindicare videtur, cum τεφριώδεων explicat, eamq; lectionem pro στροφώδεων posuisse. Sunt enim στροφώδεα οὖρα * Galeno ex Dioscoride & Capitone eadem quæ hîc τεφριώδεα, τὰ ἔχοντα τινὰ ἐν αὐτοῖς ἐμφερόμενα πεπηγότα, παρὰ τὸ διαστρέφεσθαι, ὅ ἐστι πήγνυσθαι γεγονότος τοῦ ὀνόματος. ἴσμεν γὰρ ὅτι καὶ ὁ ποιητὴς εἶπε τυρόν, τὸ, ἐκ περιστρέφεται κυκλωδῶς, δηλοῦν τὸ περιπήγνυται. Vbi certè διαστρέφεσθαι & περιστρέφεσθαι pro διατρέφεσθαι & διατρέφεσθαι ponuntur, cùm sit τρέφεσθαι πήγνυσθαι vt exponit etiam Eustathius, & τρέφειν πηγνύναι, & τρέφεσθαι ὁμοίως, hoc est πήγνυσθαι, & περιτρέφεσθαι περιπήγνυσθαι ex Homero exponat Hesychius, Erotianus tamen à τρίβειν & τρίβεσθαι deduci mauult, cùm τετριμμένα πεπηγότα exponit, & τρίψαι Atticis τὸ πῆξαι dici scribit, si modò vera est lectio. Hanc verò dictionem non agnouit Caluus, qui pro τεφριώδεα, ἰώδεα vrinis attribuisse & legisse videtur.

* *Comm.3. in Prorrh.*

ὀψὲ δὲ τῆς ἡμέρης] Id ad vesperum sequentis diei retulit Caluus, & videtur ὀψιαίτης legisse, vt color regij morbi quarto die obueniens, indicationem magis præ se ferat, cùm nulla tamen huius lectionis vestigia reliquis in codicibus extent.

[131] τυχὼν ἐν τῇ πολιορκίῃ] Scribitur hoc exemplum lib.5. epid.

κατὰ νύκτα ὀλίγαγε] Sic legunt omnia exemplaria tum publicata tum manu scripta. Melior tamen est lectio lib.5. epid. ἐφαρμάκευσε κάτω. νύκτα ὀλίγας γε πρώτην, quam secuti sumus.

καὶ ἥσυχος] Sic quoq; legunt exemplaria omnia. At ἄσυχος aut εὐσυχαῖος malim, aut εὔυχος. Neq; ista li.5. epid. leguntur.

[132] ὑδεραγωγὸς γίνεται] ὑδραγωγὸς hîc pro hydropico & in aquam inter cutem delapso sumi videtur. Incertumq; est an ista ad sequentia referri possint, quòd eunuchus iste ad Elealcis fontem diuertens, crebrò inde aquam ex venatione reuersus hauriret, vnde tandem aquam intercutem contraxerit. Sic enim coniungi ista possunt. ἵππευσις autem quid sit nondum mihi satis compertum est, & videtur hoc totum huius libri extremum miserrimè fœdatum esse, cui tamen nulla manus ab exemplaribus vllis queat adferri. Ita enim constanter in hanc corruptelam conspirant, vt plena ferè desperationis sint omnia. Existimo autem hîc ἵππευσιν sumi pro defluxione diuturna, quæ in pudenda ex longa equitatione & discursatione contracta sit, aut diuturno earum partium attritu & imbecillitate, vt sæpè fit in his qui ex longo in equo ac veluti cursoria equitatione, & inguinum, & pudendorum perpetua agitatione, harum partium tumores, aut etiam attritus, aut alios huius generis affectus patiuntur. Hincque fortè nomen est, quòd ἵππος pudendum tam muliebre quàm virile Hesychius exponat. Alioqui ἵππευσις, ἱππείας περὶ κεκοσμημένην significat, setis equinis comantem, aut de galea dicitur quæ apicem seu cristam caudam equinam referentem habet. Est & huius nominis herba satis vulgaris, mulieribus nostratibus ad vasorum munditiem quæsita, equisetum aut equiseti n vocat Plinius. Ex continua igitur in venatu & equo discursatione, harum est partium imbecillitas exorta, & in eas fluxio redundauit, vnde & inguinum tumores, varices, coxendicum ac articulorum dolores & defluxiones, tum κέδματα ipsa, quæ etiam Hippocrati Hesychio teste, diuturnum genitalium partium affectum ex defluxione ortum significant, vt aliàs quoque diximus. Quæ etiam præter cætera incommoda Scythis quoque accidere, ex perpetua in equo sessione, scribit Hippocrates lib. de aëre loc. & aquis, his verbis: καὶ ἡ τοιαύτη νοῦσος ἀπὸ τοιαύτης προφάσιος τοῖς Σκύθαις γίνεται, οἵην εἴρηκα. ἔχει δὲ καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ὁμοίως. ὅκου γὰρ ἱππάζονται μάλιστα καὶ πυκνότατα, ἐκεῖ πλεῖστοι ὑπὸ κεδμάτων, καὶ ἰσχιάδων, καὶ ποδαγριῶν ἁλίσκονται, καὶ λαγνεύειν κάκιστοί εἰσι. ταῦτα δὲ τοῖσι δὲ Σκύθῃσι πρόσεστι, καὶ ἀνανδρότατοί εἰσιν ἀνθρώπων διὰ ταύτας τὰς προφάσιας, καὶ ὅτι ἀναξυρίδας ἔχουσιν αἰεί, καὶ εἰσὶν ἐπὶ τῶν ἵππων τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου. hoc est, Hicque morbus ex huiusmodi causa quam dixi Scythis oritur. Quod & reliquis hominibus eodem modo contingit. Vbi enim maximè & creberrimè in equis desident, ibi plurimi diuturnis articulorum doloribus (κέδματα vocant) & coxendicum, ac pedum corripiuntur, & ad venerem impotentes efficiuntur. Ista autem Scythis adsunt, eiusmodique ob causas ad venerem exercendam omnium maximè inepti sunt, tum quòd semper Anaxyridas (bracarum id genus est) habent, tum quòd plurimo tempore in equis degunt. Cæterùm vt in dictione obscura nec dum satis explicata vocem Græcam retinui, tum etiam vt cuiuis coniecturæ faciendæ & ad suppetias in tam difficili loco & deplorato malo ferendas, locus esset. Cornarius ἱππεύειν, ἱππασίαν aut ἱππείας sumpsit, & equitationem vertit. Caluus vt non malè vocem Græcam retinuit, ita non video quomodo inde se explicarit, cùm cutem corruptam dixit, nisi si attritus & intertrigines illas ex assidua equitatione subindicare voluit.

καὶ ἰξίη] Mihi profectò suspectus locus videtur, & pro ἰξίη, ἰξίας legendum puto aut ἰξίας, vt varices significentur, quod & fecit Cornarius. ἰξίαι enim κιρσοὶ dicuntur Galeno in exegesi, & ἰξία * Polluci dicitur etiam κιρσὸς, ἀπὸ τῆς ἐν ταῖς ποσὶ τῆς ποιᾶς ὁμοίας συστροφῆς, καὶ ἰξὸς. Dicitur & Hesychio ἰξίας κιρσοὶ, & κιρσὸς παθὸς τὸ περὶ τὸ σῶμα ἐμπ πτις ἰξίας καλοῦσι. Vt autè κιρσὸς est venæ dilatatio, quæ à sanguine fit interdum crassiore & melancholico plærumq; in tibiis & femoribus, ita fit nonnunquam ex venæ imbecillitate, natura sanguinem grauiorem propellente ad partes inferiores, vt in inguinibus & scroto & circa testiculos, vt testatur Paulus libr.6. & κιρσὸς

ἁπλῶς nominari ſcribit. Quod certè huc ſpectandum venit, & ex continua in equo agitatione accidere potuit, vt huiuſmodi varices circa teſticulos & partes genitales excitati fuerint. Caluus hîc pro ἰξίαι ἀΐνα legiſſe videtur, quod etiam faciunt membranæ quædam manu ſcriptæ Regiæ. Sic enim loca humida vertiſſe videtur, pro perennibus & ſemper fluentibus. Sed vitium ſu eſſe & alio loco poſitum eſſe certum eſt.

* Cap.25. lib.4. " Cap.64. & 82.

[133] ὁ τὴν κατεῶτα φθινάδας] Hanc lectionem tuentur exemplaria omnia publicata. Sed membranæ Regiæ reconditiores ἀϊῶτα habent. Quædam etiam ἀΐνα. Huc enim magis quadrare iſta videntur, quàm ſuperiore loco pro ἰξίαι poni. Et certè ἀΐνα ab illa priore lectione quæ ἀϊῶτα habet manifeſtè deriuatum videtur. Et alioqui ex ἀϊῶτα κατεῶτα facili lapſu tranſcriptum eſſe ſatis patet. αἰὼν autem ὁ νωτιαῖος μυελός. Erotiano exponitur, qui & locum iſtum haud ſcio an ſubindicare videatur, etſi libri περὶ βελῶν ἢ τραυμάτων indicaturam adferat, cùm hæc verba profert, τὴν ἀϊῶτα νοσέουσάς τις, ἑβδομαῖος ἀπέθανε. Cuius etiam loci meminit Heſychius in dictione αἰὼν his verbis: τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων τὸν νωτιαῖον μυελὸν ἀπέδωκαν, ὡς Ἱπποκράτης. τὴν ἀϊῶτα τὶς νοσήσας ἑβδομαῖος ἀπέθανε. Celebris eſt autem apud Hippocratem lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, ἡ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ φθίσις, & φθίσις νωτιὰς tabes dorſalis lib.2. de morb. quæ ſeptimo die ægrum è medio tollit.

πρεσβυτιοῦν τὸν ἄπεπλον] Mihi valde ſuſpecta eſt hæc ſcriptura & πεπτυόντων legendum exiſtimo, vt eos qui primis diebus pus crudum colligunt aut expuunt ſignificet, quibus ſalſa cum melle exhibenda conſulit ad ſputum detergendum & concoquendum. Sic lib.2. de Morb. in tabe ex pulmonis affectu ſalſa pinguibus & dulcibus permixta concedit. Atque etiam iſta ad tabidos referri videntur, eosq; propiùs reſpicere.

[134] πορνείη ἀχρώμας] Inueterata alui profluuia per venerem reſiccari ſcribit " Aëtius ex Rufo, his verbis, τὰς διαῤῥοίας χρονίους ἐστὶν ὅτε ξηραίνει τὰ ἀφροδίσια. Quod repetit * Paulus hoc modo, τὴν κεχρονισμένην διάῤῥοιαν τὰ ἀφροδίσια ἐπιξηραίνουσι. Scriptis quoque eſt conteſtatum quendam dyſenteria laborantem, ex concubitu cum muliere ſanatum. Adeò ridiculum eſt quod de Achromo meretrice hîc ſomniat Caluus.

" Cap.8. lib.3. * Lib.1. cap.35.

[135] τῇ λεοντίδῃ] Videtur hoc exemplum intelligi poſſe de natura ad menſium profluuium impetum conuertente, quæ deinde aliò curſum auertit, & per nares ſanguinem effudit. Sic enim μυκτηρίζειν hîc ſanguinis per nares curſum indicare videtur, cùm tamen χλευάζειν, καταγελᾶν, & ἐξουθενοῦν quod eſt irridere, ſubſannare, nihili facere, exponant. Aliter tamen ſumpſerunt interpretes. Illud autem ὁ ἰητρὸς οὐ ξυνεῖδεν, οἱ ἰητροὶ οὐ ξυνεῖδον legunt exemplaria quædam cum Aldino.

[136] ὁ φιλοτίμου παῖς] Mirè deprauatum eſt hoc exemplum vt ſatis ex aſteriſco appoſito patet, cui neque ab vllis exemplaribus medicina fieri poteſt. Ita enim in vitium conſpirarunt, vt planè conclamatus locus videatur, nec niſi meliorum codicum fide reſtitui poſſe. ἦλθεν εἰς ἐμὲ habent exemplaria ſcripta Regia. In cæteris non eſt quod inde ad ſanitatem erui poſſit. Credibile eſt caluariæ os fractum fuiſſe, vt nullam curationem receperit, tantamq; læſionem fuiſſe, vt mens ipſa ac cerebri ſenſationes noxiam acceperint, & ratiocinatio non ſatis conſtiterit. ἔρημον autem ἰητρικῆς ὄσιον medica arte & curatione deſtitutum eleganter dicitur, hoc eſt deploratum, & cui nulla adferri medela poteſt, vt & ἔρημοι θεραπείας apud Plutarchum dicuntur, & ἔρημος βοηθείας ab eodem, & ἔρημος τοῦ βοηθοῦντος ab Iſocrate dici eſt annotatum, vt dicuntur à Medicis deſerti. Quod ſequitur εἰς ἰηχῖνα ſine dubio ſuſpectum eſt. Et ridiculum ſanè videtur quod de Ichina comminiſci videtur Cornarius. Ac videndum num hîc εἰς ἰηχὴν legi poſſit, vt ſenſus ſit, ad vocem ipſam mentem aut ratiocinationem ipſam non ſatis conſtitiſſe. ἰαχὴ enim & ἰηχὴ vocem aut clamorem ſignificat, qua etiam dictione vſum Hippocratem eſt annotatum. Qua notione indicabitur ex clamore & vociferatione mentem non ſatis conſtantem fuiſſe. Sed iſta eſt tantùm coniectura, in qua planè non video quòd mihi ſatisfacere poſſit, præter germanam & legitimam reconditiſſimorum exemplarium ſcriptionem, quam adhuc penè deſperaui. Idem verò in κρύφημα accidere exiſtimo, idque poſitum eſſe pro κρύφια aut κρυφαῖα. Atque haud ſcio an κρύφια legi poſſit, ex quo in κρύφημα facilis lapſus eſſe queat, quòd κρυφίνοιαν Heſychius ὕπουλον exponat, cumq; qui animi ſui ſenſa aut cogitata celat, ſignificet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ.

HIPPOCRATIS

APHORISMI.

SECTIO PRIMA.

1 Vita breuis, ars longa, occaſio præceps, experientia fallax, iudicium difficile. Neque verò ſatis eſt ad ea quæ facto opus ſunt præſtò eſſe, ſed & ægrum, & eos qui præſentes ſunt, & res externas, ad id probè comparatas eſſe oportet.

2 In alui perturbationibus & vomitionibus quæ ſponte eueniunt, ſi qualia oportet, purgentur, conducit, & facilè tolerant, ſin minùs, contra euenit. Itidem & vaſorum euacuatio, ſi qualis debet, fiat, conducit & facilè tolerant, ſin minùs, contrà fit. Adhibenda igitur conſideratio, & loci, & tempeſtatis anni, & ætatis, & morborum in quibus hæc fieri debent, necne.

3 Bene habita athletarum valetudo ad ſummũ progreſſa, vbi ad plenitudinis extremum peruenerit, lubrica eſt, cùm non poſſit eodem ſtatu permanere, neque quieſcere. Quandoquidẽ verò non quieſcit, neq; iam poteſt in melius progredi, reliquũ eſt vt in deterius labatur. His igitur de cauſis pleniorem illum corporis habitum haud cunctanter ſoluere expedit,

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

1 Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. Δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιεῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι, τοῖσιν αὐτομάτως γιγνομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν. ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἷα δεῖ γίγνεσθαι γίγνοιτο, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως ἔχουσιν. ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ, καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν, αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν. οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ, οὐδὲ ἀτρεμέειν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀτρεμέουσιν, οὐκ ἔτι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι. λείπεται οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον. τούτων οὖν εἵνεκεν τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πα-

A ἵνα πάλιν ἀρχὴν λάβῃ τὸ σῶμα. μὴ δὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν. σφαλερὸν γὰρ, ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ κενώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι, σφαλεραί. καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέψιες, αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι, σφαλεραί.

Οἱ τὴν τῆς πόλιος ἐπιστολὴν ἀναδόντες μοι πρέσβεις, καὶ τὴν ἀπέδοσαν. ἥσθην τε κάρτα, καὶ ξενίην ὑποσχεομένου σέο, καὶ τὴν ἑτέρην δίαιταν. ἐλευσόμεθα δ᾽ ἂν αἰσίᾳ τύχῃ. καὶ ἀφιξόμεθα ὡς ὑπολαμβάνομεν, χρηστοτέρῃσιν ἐλπίσιν ὡς ἐν τῇ γραφῇ παραδεδήλωται. οὐ μανίην, ἀλλὰ ψυχῆς τινὰ ῥώσιν ὑπερβάλλουσαν διαφαίνοντες τοῦ ἀνδρὸς, μήτε παίδων, μήτε γυναικὸς, μήτε ξυγγενέων, μήτε οὐσίης, μήτε τινὸς ὅλως ἐν φροντίδι ἐόντος. ἡμέρην δὲ καὶ εὐφρόνην πρὸς ἑωυτῷ καθεστεῶτος, καὶ ἰδιάζοντος. τὰ μὲν πολλὰ ἐν ἄντροισι καὶ ἐρημίῃσιν, ἢ ὑποσκιάσεσι δενδρέων. ἢ ἐν μαλθακῇσι ποίῃσιν, ἢ παρὰ συχνοῖσιν ὑδάτων ῥείθροις. συμβαίνει μὲν οὖν τὰ πολλὰ τοῖς μελαγχολικοῖς τὰ τοιαῦτα. σιγηροί τε γάρ εἰσί ποτε εἰσὶ, καὶ μονήρεες, καὶ φιλέρημοι τυγχάνουσι. ἀπανθρωπέονταί τε ξύμφυλον ὄψιν, ἀλλοτρίην νομίζοντες, οὐκ ἀπεοικὸς δὲ καὶ τοῖσι περὶ παιδείην ἐσπουδακόσι, τὰς ἄλλας φροντίδας ὑπὸ μιῆς τῆς ἐν σοφίῃ διαθέσεως σεσοβῆσθαι. ὥσπερ γὰρ δμῶες τε καὶ δμωΐδες ἐν τῇσιν οἰκίῃσι θορυβέοντες καὶ στασιάζοντες, ὁκόταν ἐξαπιναίως αὖθις ἡ δέσποινα ἐπιστῇ ἠλοηθέντες ἀφησυχάζουσι. παραπλησίως καὶ αἱ λοιπαὶ κατὰ ψυχὴν ἐπιθυμίαι ἀνθρώποις κακῶν ὑπηρέτιδες. ἐπὴν δὲ σοφίης ὄψις ἑωυτέην ἐπιστήσῃ, ὡς δοῦλα τὰ λοιπὰ πάθεα ἐκκεχώρηκεν. ποθέουσιν ἄντρα, καὶ ἡσυχίην οὐ πάντες οἱ μανέντες, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πρηγμάτων ὑπερφρονήσαντες, ἀταραξίης ἐπιθυμίῃ. ὁκόταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ τῶν ἔξω φροντίδων κοπτόμενος, ἀναπαύσασθαι θελήσῃ τὸ σῶμα, τότε ταχέως εἰς ἡσυχίην μετήλλαξε. εἶτα ἀναστὰς ὄρθιος, ἐν ἑωυτῷ περιεσκόπει κύκλῳ, χωρίον ἀληθείης. ἐν ᾧ οὐ πατὴρ, οὐ μήτηρ. οὐ γυνὴ. οὐ τέκνα. οὐ κασίγνητος. οὐ συγγενέες. οὐ δμῶες. οὐ τύχη. οὐχ ὅλως οὐδὲν τὸν θόρυβον ἐμποιησάντων, πάντα δ᾽ ἀποκεκλεισμένα τὰ ταρασσόντα, ἔστηκεν ὑπὸ φόβου. οὐδὲ πλησιάσαι τολμέοντα, ὑπ᾽ εὐλαβείης τῶν αὐτόθι ἐνοικεόντων. οἰκέουσι δὲ τὸ χωρίον ἐκεῖνο, καὶ τέχναι, καὶ ἀρεταὶ πάντοῖαι, καὶ θεοὶ, καὶ δαίμονες, καὶ βουλαὶ καὶ γνῶμαι

Hippocrates Philopœmeni S.

Legati qui cum vrbis vestræ epistola, etiam tuam mihi reddiderunt, quodq́; tuum hospitium, & reliqua vitæ commoda promitteres, valde lætatus sum. Auspicatò autem veniemus, & vt cõiicimus, meliore spe accedemus, cùm velut ex literis accepimus, nõ insaniam, sed eximium quoddã animi robur vir hic demõstret, qui neq; liberorum, neq; vxoris, neq; cognatorum, neq; rei familiaris, neq; cuiusquã omninò curam habeat, sed dies & noctes solus priuatam vitam degat, in antris plærunq; & solitudinibus, aut in arborum vmbraculis, aut in mollibus herbis, aut iuxta crebra aquarũ fluenta. Hæc igitur plærunq; melancholicis accidunt. Quandoq; enim taciturni sunt, solitarij, desertorum amantes, familiarium conspectum, tanquam alienum, fugiunt. Neq; etiam absurdum est in his qui ad disciplinas studiosè contendunt, omnes alias curas ab vno sapientiæ affectu excuti. Non aliter enim ac ministri & ministræ in domibus tumultuantes ac concertantes, si quando de repente eis hera adfuerit, attoniti conquiescũt, similiter etiam reliquę animi cupiditates malorum hominibus sunt administræ, at vbi sapientia in conspectũ se dederit, tanquam mancipia reliqui affectus discedũt. Non omnes amẽtes speluncas & quietem expetunt, verumetiã qui res humanas negligunt, ob tranquillitatis desiderium. Cùm enim mens curis externis fracta, corpus recreare voluerit, tunc citò in quietem tradit, deinde erecta & stans circum sese veritatis locum circumspicit, in quo non pater, non mater, non vxor, non liberi, non frater, non cognati, non ministri, non fortuna, neque prorsus quicquam tumultum excitat, sed perturbantia omnia reiecta præ timore subsistunt, neq; appropinquare audent, pro eorum reuerẽtia qui illic inhabitant. Illum autem locum inhabitant artes, virtutum omne genus, dij, dæmones, consilia, & sententię,

In illaque regione magnus polus stellis plurimum se mouentibus tanquam corona cinctus est, in quam fortassis Democritus ob sapientiam commigrauit. Deinde cùm eos qui in vrbe sunt non videat, vt qui procul à domo agat, ob solitudinis amorem insanire creditur. Cùm verò Abderitæ Democritum non intelligant, de argento periculum facere student. Tu verò amice Philopœmen hospitium nobis præparato. Neque enim perturbatæ vrbi molestus esse volo, cùm te (vt nosti) veterem & proprium hospitem habeam. Vale.

Hippocrates Dionysio S.

Avt me Halicarnassi expecta, aut me (ô amice) anteuerte. Necessario enim mihi Democriti gratia in Abderam abeundum, ad quem ægrotantem vrbs me accersiuit. At mirabilis Dionysij quædam est morum hominum naturæ conuenientia & cõsensio, qui velut vnus animus, vnà cum ciue suo ægrotat, vt proinde mihi curatione indigere videatur. Equidem nõ ipsum morbum esse puto, sed nimis exuperantem doctrinam, quæ re vera modum superare non potest, sed ita vulgo existimatur, cùm neque modum exuperans virtus vnquã fit noxia. Quod verò exuperat, propter eorum qui iudicãt inscitiam, morbi opinionem præbet. Quisq; autem ex his quæ non habet, quod in alio abundat, modum excedere opinatur. Ita sanè timidus fortitudinem, & auarus animi magnitudinem modum excedere sentit, omnisque defectus virtutis moderationem excessum esse putat. Illum igitur vbi viderimus cum ea quæ nobis inde suppetet prænotione, eiusque sermonem audiuerimus, meliùs cognoscemus. Tu verò, Dionysi, accedere festina. Volo enim te quoad rediero, in patria nostra commorari, vt rerum nostrarum imprimisq; vrbis nostræ curam habeas, quandoquidem nescio quo casu salubris annus est, & pristinam naturam retinet. quare neque multi morbi molesti erunt, verumtamen adesto. Domum meam valde peropportunam inhabitabis, cùm mea vxor propter meam profectionem apud parentes maneat, illius tamen vitam obserua, quò pudicè degat, & ne ob viri absentiam alios viros vsurpet. Modesta ab initio fuit, & probos habuit parentes, patrem autem mirum in modum virilem, & vehementer malos odio prosequentem; ac egregiè senem. Semper tamen eo qui modestè coërceat mulier opus habet. Natura enim insitam intemperantiam habet, quæ nisi quotidie resecetur, velut arbores superuacuis frondibus & inutili fruticatione luxuriat. At ego amicum parentibus diligentiorem in muliere custodienda existimo. Neque enim hic, velut illi, beneuolentiæ affectu cum ea coniunctus est, quo plærunque admonitioni tenebras offendunt. In omni autem re quod sine affectu prudentius est, quòd nimirum beneuolentia frangi non possit.

Hippocrates Damageto S.

Cvm apud te Rhodi essem Damagete, nauem illam vidi cui Solis inscriptio inerat, quæ mihi perpulchra, puppi probe & idonea carina instructa, multaq; transtra habere visa est. Tu verò eam commendabas, quòd ad nauigandum velox esset, tuta, ad regendum bene fabricata, facilemque nauigationis cursum haberet. Eam ad nos mittito, sed si fieri possit, non remis, sed alarum remigio instructam.

καὶ ὁ μέγας πόλος ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ τῶν πολυκινήτων ἀστέρων κατέστεπται. εἰς ὃ τάχα καὶ Δημόκριτος ὑπὸ σοφίης μετῴκισται. ἔτι δ' οὐκ ἐπιορέων τῶν ἐν τῇ πόλει ἅτε τηλοῦ ἐκδεδημηκὼς, δοξάζεται μανίης νοῦσον διὰ τὸ φιλέρημον. σπουδάζουσι δὲ Ἀβδηρῖται, [26] ἀργυρείου ἐξελεγχθῆναι, ὅτι οὐ ξυνίασι Δημόκριτον. ἀλλὰ σύ γε ἡμῖν κατάρτυε τὴν ξενίην ὦ ἑταῖρε Φιλοποίμην. οὐ γὰρ ἐθέλω τεταραγμένῃ τῇ πόλει παρέχειν ὄχλησιν ἐκ παλαιοῦ ἴδιον ἔχων ξένον σε ὡς οἶσθα. [27] ἔρρωσο.

Ἱπποκράτης Διονυσίῳ χαίρειν.

Ἢ περίμεινόν με ἐν Ἁλικαρνασσῷ, ἢ φθάσον αὐτὸς ἐλθεῖν ὦ ἑταῖρε. κατὰ πᾶσαν γὰρ ἀνάγκην ἀπιτέον εἰς Ἄβδηρά μοι Δημοκρίτου χάριν. ἐφ' ὃν νοσέοντα, μετεπέμψατό με ἡ πόλις. ἀλλ' ἔκτοπός τις ἡ συμπαθείη τῶν ἀνθρώπων Διονύσιε, ὡς μιῇ ψυχῇ ξυννοσέει τῷ πολίτῃ. ὥστε μοι δοκέουσι καὶ αὐτοὶ θεραπείης δέεσθαι. ἐγὼ δὲ οἴομαι [28] οὐδὲ νόσον αὐτὴν εἶναι, ἀλλ' ἀμετρίην παιδείης, οὐκ οὖσαν γε τῷ ὄντι ἀμετρίην, ἀλλὰ νομιζομένην τοῖσιν ἰδιώτῃσιν. ἐπεὶ οὐδέ ποτε βλαβερὸν, τὸ ἀρετῆς ἄμετρον. δόξα δὲ νούσου γίνεται τὸ ὑπερβάλλον διὰ τὴν τῶν κρινόντων ἀπαιδευσίην. δοκιμάζει δὲ ἕκαστος, ἐξ ὧν αὐτὸς οὐκ ἔχει, τὸ ἐν ἄλλῳ πλεονάζον περιουσίην. ὥς που καὶ ὁ δειλὸς, ἀμετρίην τὴν ἀνδρείην ὑπείληφε. καὶ ὁ φιλάργυρος τὴν μεγαλοψυχίην. καὶ πᾶσα ἔλλειψις ὑπερβολὴν εἶναι δοκέει τὸ ἀρετῆς ξύμμετρον. ἐκεῖνον μὲν οὖν αὐτὸν εἰδόντες μετὰ τῆς ἐνθένδε προεγνώσιος, καὶ ἀκούσαντες τῶν λόγων αὐτοῦ, ἄμεινον εἰσόμεθα. σὺ δὲ ἐπείγου ὦ Διονύσιε αὐτὸς παραγενέσθαι. βούλομαι γὰρ ἐνδιατρίψαι σε τῇ πατρίδι μου, μέχρις ἂν ἐπανέλθω. ὅκως τῶν τε ἡμετέρων φροντίσῃς, καὶ πρὸ πάντων ἡμέων τῆς πόλιος. ἐπεὶ οὐκ οἶδ' ὅκως ἐκ συντυχίης ὑγιεινὸν τὸ ἔτος ἐστὶ, καὶ τὴν ἀρχαίην φύσιν ἔχει. ὥστε οὐδὲ πολλαὶ παρενοχλήσουσι νοῦσοι, πλὴν ὅμως, πάρεσθι. οἰκήσεις δὲ τὴν ἐμὴν οἰκίην ὑπερευκαιρέουσαν, ἅτε καὶ τῆς γυναικὸς μενούσης πρὸς τοὺς γονέας, διὰ τὴν ἐμὴν ἐκδημίην. ἐπισκόπει δὲ ὅμως καὶ τὰ ἐκείνης, ὅκως διάγῃ σωφρόνως, καὶ μὴ τῇ ἀνδρὸς ἀπουσίῃ ἄλλους ἄνδρας νομίσῃ. κόσμιον μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἦν, καὶ γονέας ἀστείους εἶχεν. τὸν δὲ πατέρα ἐκτόπως ἀνδρικόν τε καὶ μάλα μισοπόνηρον ὑπερφυῶς γερόντιον. ἀλλ' ὅμως ἀεὶ χρηΐζει γυνὴ τοῦ σωφρονίζοντος. ἔχει γὰρ φύσει τὸ ἀκόλαστον ἐν ἑωυτῇ. ὅπερ εἰ μὴ καθ' ἡμέρην ἐπικόπτοιτο, [29] ὡς τὰ δένδρα καθυλομανέει. ἐγὼ δὲ φίλον οἴομαι ἀκριβέστερον γονέων, εἰς φυλακὴν γυναικός. οὐ γὰρ ὡς ἐκείνοις καὶ τουτέῳ ξυνοικέει πάθος εὐνοίης, δι' οὗ πολλάκις ἐπισκιάζονται τὴν νουθεσίην. φρονιμώτερον δὲ ἐν παντὶ τὸ ἀπαθέστερον, ἅτε μὴ ἐπικλώμενον ἐπ' εὐνοίης. ἔρρωσο.

Ἱπποκράτης Δαμαγήτῳ χαίρειν.

Οἶδα παρὰ σοὶ γενόμενος ἐν Ῥόδῳ Δαμάγητε τὴν ναῦν ἐκείνην, ἧς ἥλιος ἐπιγραφὴ ἦν αὐτῇ, πάγκαλόν τινα καὶ εὔπρυμνον, ἱκανῶς τε τετροπισμένην. καὶ διάβασιν εἶχε πολλήν. ἐπῄνεες δὲ καὶ τὸ ναυτικὸν αὐτῆς, ὡς ὀξὺ, καὶ ἀσφαλὲς, καὶ εὔτεχνον ὑπουργῆσαι. καὶ τοῦ πλοῦ τὴν εὐδρομίην. ταύτην ἔκπεμψον ἡμῖν. ἀλλ' εἰ οἷόν τε, μὴ κώπαις, ἀλλὰ πτεροῖς ἐρετμώσας αὐτήν.

[36] ἐπειγ

ἐπείγει γὰρ τὸ πρῆγμα καὶ φιλότης, μάλα εἰς Ἄβδηρα διαπλεῦσαι πάνυ ταχέως. βούλομαι γὰρ νοσεούσης ἰήσασθαι πόλιν, διὰ νοσέοντα ἕνα Δημόκριτον. ἀκούεις ποτ' ἀνδρὸς τὸ κλέος, τοῦτον ἡ πατρὶς ἤδη παρανοίῃ μάλιστα κεκακῶσθαι. ἐγὼ δὲ βούλομαι μᾶλλον δὲ εὔχομαι, μὴ ὄντως αὐτὸν παρακόπτειν, ἀλλ' ἐκείνοισι δόξαι εἶναι. γελᾷ φασὶν ἀεὶ καὶ οὐ παύεται γελῶν ἐπὶ παντὶ πρήγματι. καὶ σημεῖον αὐτοῖσι μανίης τοῦτο δοκέει. ὅθεν λέγε τοῖσιν ἐν Ῥόδῳ φίλοισι μετριάζειν ἀεί, καὶ μὴ πολλὰ γελᾷν μηδὲ πολλὰ σκυθρωπάζειν. ἀλλὰ τουτέων ἀμφοῖν τὸ μέτριον κτήσασθαι. ἵνα τοῖς μὲν χαριέστατος εἶναι δόξειας, τοῖς δὲ φροντιστὴς, περὶ ἀρετῆς μεριμνείζων. ἔνι μέντοι τι Δαμάγητε κακὸν, περὶ ἕκαστον αὐτοῦ γελῶντος. εἰ γὰρ ἡ ἀμετρίη φλαύρη, τὸ διὰ παντὸς φλαυρότερον. καὶ εἴποιμ' ἂν αὐτῷ Δημόκριτε, καὶ νοσέοντος, καὶ κτεινομένου, καὶ τεθνεῶτος, καὶ πολιορκουμένου, καὶ παντὸς ἐμπίπτοντος κακοῦ. ἕκαστον τῶν πρησσομένων, ὕλη σοι γέλωτος ὑπόκειται. οὐ θεομαχεῖς δὲ εἰ δύο ἐόντων ἐν κόσμῳ, χαρᾶς καὶ λύπης, σὺ θάτερον αὐτῶν ἐκβέβληκας. μακάριος τ' ἂν ἦς, ἀλλ' ἀδύνατον, εἰ μήτε μήτηρ σοι νενόσηκεν, μήτε πατὴρ, μήτε τελευταῖον τέκνα, ἢ γυνὴ ἢ φίλος, ἀλλὰ διὰ τὸν σὸν γέλωτα ἵνα διασώζεται εὐτυχέεις πάντα. ἀλλὰ νοσεόντων γελᾷς, ἀποθνησκόντων χαίρεις. ἐπὶ πᾶν πύθοιο κακὸν, εὐφραίνῃ ὡς πονηρότατος εἶ ὦ Δημόκριτε. καὶ πόρρω γε σοφίης. οὐ νομίζεις αὐτὰ μηδὲ κακὰ εἶναι. μελαγχολᾷς οὖν Δημόκριτε, κινδυνεύων καὶ αὐτὸς Ἀβδηρίτης εἶναι, φρονιμωτέρη δὲ ἡ πόλις. ἀλλὰ περὶ μὲν δὴ τουτέων, ἀκριβέστερον ἐκεῖ λεξόμεθα, Δαμάγητε. ἡ δὲ ναῦς καὶ τὸν χρόνον ὃν ἐπιστέλλω σοι χρονίζει. ἔρρωσο.

Res enim & amicitia vrget;vt quam citissime in Abderam traiiciam. Ægrotantem enim vrbẽ propter vnum Democritum morbo affectum curare volo. Si quando de huius viri fama accepisti, hunc patria dementiæ insimulat. At ego volo,imò vero exopto,illũ re vera nõ delirare,sed eos ita opinari. Ridet semper, inquiunt,neq; in quouis negotio ridere cessat, hocq; illis insaniæ signum videtur.Quare nostros qui Rhodi sunt amicos moneto,vt semper modũ teneant,neque multum rideant,neque multum tetrici sint, sed inter hæc modũ teneant, vti his quidẽ gratissimus esse videaris, illis verò commendationi deditus, de virtute anxiè cogitans. Inest certe Damagete vitij aliquid, quod ad singula rideat.Si enim immoderantia vitiosa est,quæ perpetua vitiosior.Eum autẽ sic alloquar,Democrite,si quis ęgrotet,si quis interficitur,moritur,& obsidetur,& si quid mali incidit, & quicquid fit, materiam tibi risus præbet.An non bellum Dijs indicere videris,si cùm duo sint in mundo, gaudiũ & tristitia, alterum à te reieceris?Beatus certe mihi videaris,verum id fieri nequit, si neq; mater tibi ægrotet, neque pater,neq; tandem liberi,aut vxor, aut amicus, sed vt propter tuũ risum conseruētur , omnia certè tibi prospere cedunt.Sed quod cùm ægrotant rides,cùm moriuntur gaudes, si quod malum audieris , exhilararis, maxime improbus es Democrite,longeq; à sapientia aberras,si hæc vitia non existimas.Atra igitur bile vexaris Democrite , & periclitaris ne ipse Abderitanus habearis, prudentior autem sit ciuitas. Verum de his quidẽ Damagete illic exactius differemus. Nauis autẽ etiam hoc tempore quo ad te scribo moratur. Vale.

Ἱπποκράτης Φιλοποίμενι χαίρειν.

Hippocrates Philopœmeni S.

Συννοίας καὶ πεφροντικῶς, ὑπὲρ Δημοκρίτεω, αὐτὴν ἐκείνην τὴν νυκτὶ καταδαρθὼν, πρὸς ὄρθρον ἐρχομένην τὴν ἕω, ὄναρ ἐφαντάσθην. ἐξ οὗ νομίζω κάρτα μηδὲν ἐπισφαλὲς γενήσεσθαι, ἐκπάγλως γὰρ διηγέρθην. ἐδόκεον γὰρ αὐτὸν τὸν Ἀσκληπιὸν ὁρῆν φαίνεσθαι αὐτοῦ πλησίον. ἤδη δὲ πρὸς ταῖς τῶν Ἀβδηριτῶν πύλαις ἐτυγχάνομεν. ὁ δὲ Ἀσκληπιὸς οὐχ ὡς εἰώθεσαν αὐτοῦ αἱ εἰκόνες, μειλιχόντε καὶ πρᾶον ἰδέσθαι κατεφαίνετο. ἀλλὰ διεγηγερμένος τῇ σχέσει, καὶ εἰδέσθαι φοβερώτερος. εἵποντο δὲ αὐτῷ δράκοντες, χρῆμά τι ἑρπετῶν ὑπερφυές. ἐπειγόμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ μακρῷ τῷ ἐπισύρματι, καὶ τι φρικῶδες ὡς ἐν ἐρημίῃσι καὶ νάπῃσι κοίλῃσιν ὑποσυρίζοντες. οἱ δὲ κατόπιν ἑταῖροι κίστας φαρμάκων εὖ μάλα περιεσφηνωμένας ἔχοντες, ἕποντο. ἔπειτα ὤρεξέ μοι τὴν χεῖρα ὁ θεός. κἀγὼ λαβόμενος ἀσμένως, ἐλιπάρεον ξυνέρχεσθαι, καὶ μὴ καθυστερεῖν μου τῆς θεραπείης, ὁ δὲ, οὐδέν τι, ἔφη, ἐν τῷ παρεόντι ἐμοῦ χρήζεις, ἀλλά σε αὐτὴ τανῦν ξεναγήσει θεὸς, κοινὴ ἀθανάτων τε καὶ θνητῶν. ἐγὼ δὲ ἐπιστραφεὶς, ὁρέω γυναῖκα, καλήν τε, καὶ μεγάλην, ἀφελέως πεπλοκισμένην, λαμπροείμονα. διέλαμπον δὲ αὐτῆς ἐκ τῶν ὀμμάτων κύκλοι, καθαρὸν τι φῶς, οἷα ἀστέρων μαρμαρυγαὶ δοκέειν. καὶ ὁ μὲν δαίμων ἐχωρίσθη. κείνη δὲ ἡ γυνὴ πιέσασά με τοῦ καρποῦ μαλθακῇ τινι εὐτονίῃ, διὰ τοῦ ἄστεος ἦγε φιλοφρονουμένη. ὡς δὲ πλησίον τῆς οἰκίης ἦλθεν, ἵνα τὴν ξενίην ἐδόκεον εὐτρεπίσθαι, ἀπῄει ὡς φάσμα οἷ εἶπεν δέ. αὔριόν σε παρὰ Δημοκρίτεω καταλήψομαι.

CVm cogitabundus & solicitus de Democriti salute essem, illaque ipsa nocte dormirem, sub auroræ initium somnium mihi visum est, ex quo nihil admodum periculosi euentutum existimo. Mirandum enim in modum excitatus sum.Ipsum enim Æsculapium coram præsentem mihi videre videbar, cùm iam ad Abderitanas portas peruenissemus. At Æsculapius non ea lenitate ac facilitate, qua illius imagines conspici solent, videbatur, sed habitus erat commoto similis, & aspectus magis horrendus. Sequebantur autem eum dracones inter reptilia eximij, longoque tractu festinantes, horrendum quiddam velut in solitudinibus & cauis vallibus subsibilantes. Pone ibant comites medicamentorum cistas probè obturatas habentes. Deinde mihi manum Deus porrexit, qua lubenter arrepta, rogabam mecum vti veniret, neque me in curatione desereret. Ille verò, nihil inquit mea opera in præsentia indiges, verum hæc communis tum immortalium, tum mortalium Dea, te nunc hospitem deducet. At ego conuersus, mulierem tum pulchram, tum magnam aspicio, simplici capillorum ornatu, splendido cultu cuius oculorum orbes claro lumine pellucebant, vti stellarum fulgores viderentur. Et Deus quidem discessit, mulier verò illa oppressa manu me leui quodam passu per vrbem perhumaniter complexa deduxit. Vbi verò ad domum venimus, vbi mihi hospitium paratum putabam, velut spectrum discessit, dicere visa, cras te apud Democritum offendam.

Quã iam discedente, quæso optima (inquam) quænam es, & quod tibi nomen est. Veritas inquit. Quam verò accedentem vides, Opinio est(inquit) cõfestimque altera quædam mihi visa est, neq; mala hæc quidem, ferociore tamen & fastuoso aspectu, & apud Abderitanos habitat. Experrectus igitur mihi ipsi somnium explicaui, quod ex quo ipse Deus medendi author discessisset, tanquam nullam curandi habeat materiam. Democritus medico non indigeat, sed veritas ipsa, quòd sanus sit, apud Democritum manet, opinio verò quòd ægrotet, re vera apud Abderitanos habitat. Hæc vera esse, vt sunt, credo Philopœmen, neque somnia reiicio, præsertim quæ ordinem conseruant. Medicina autem & Diuinatio, magnam inter se cognationem habent, quandoquidem duarum artium pater est vnus Apollo progenitor noster, qui & præsentes & futuros morbos prædicebat, & ægrotantes & ægrotaturos curabat. Vale.

Hippocrates Crateuæ S.

Scio te (ô amice) præstantissimum esse herbarium, teq; propter studium & maiorum gloriam, nihil facultate Crateuæ proauo tuo cedere. Nunc igitur, si vnquam aliàs, quantas & qualescunq; poteris herbas lege, cùm necessitas vrgeat, easq; ad nos transmitte, ad virum curandum, Abderitam quidem, verum Democritum toti ciuitati æquiparandum. Eum enim ægrotare aiunt, & insania detentum purgatione valde indigere. Ac vt ne medicamentis quidem (vt spero) vtamur, sed tamen vndiquaq; instructum esse oportet. Rem autem herbariam apud te semper miratus sum, vt & rerum vniuersarum naturam & ordinem, sanctissimumq; terræ solum, ex qua animãtia, plantæ, alimenta, medicamenta, fortuna, diuitiæq; ipsę promanant. Neq; enim alioqui pecuniæ cupiditas haberet vbi consisteret, neque me nunc Abderitæ decem talentis illectassent, & pro Medico mercede conductum deprehendissent. Quòd si Crateua amaram pecuniæ cupiditatis radicem excindere possis, vt ne vllæ eius reliquiæ restent, hoc probè teneto, quòd vnà cum hominum corporibus etiam malè affectos animos purgaremus. Sed hæc quidem in votis habenda. Tu verò nobis, quod præsens est, montanas & ex summis collibus herbas legito. Nam ob soli densitatem, & aëris tenuitatem, aquosioribus sunt solidiores & vehementiores. Quod enim attrahũt magis est animatum. Tenta tamen vt etiã ex his quæ circa stagna aut paludes nascũtur flores colligas, & eas quæ apud nos fluuiales, aut fontanæ, aut ex aquis salientibus scatentes vocantur quas sanè imbecillas & remissas, ac dulcis succi esse mihi persuadeo. Succi autem omnes & fluidi liquores, in vitreis vasis adferantur, ac rursus folia, flores & radices, in fictilibus nouis probè obturatis, vt ne ventis difflata vim medicam tãquam animo deficientes deferant, verùm hæc ad nos confestim mitte. Anni enim tempestas commoda est, & dictæ insaniæ necessitas vrget. Cùm enim ab omni arte aliena sit procrastinatio, tum verò maximè in Medicina, in qua dilatio vitæ periculum adfert. Temporum autem opportunitates curationum sunt animi, earumq; obseruatio finis. Democritum sanè quidem etiam citra medelam conualiturum spero. Si verò aliquod naturæ, aut occasionis, aut alterius alicuius causæ erratum contingat (multa nanque nos mortales latent,

ἤδη δὲ αὐτῆς μεταστρεφομένης, δέομαι ἔγωγε, ἀρίστη τίς εἶ, καὶ τίνα σε καλέομεν, ἡ δὲ, ἀλήθεια, ἔφη. [37] αὕτη δὲ ἣν προσπελάσαν ὁρῇς, καὶ ἐξαίφνης ἑτέρη τις κατεφαίνετό μοι, [38] οὐ κακὴ μὲν οὐδ' αὐτὴ, θρασυτέρη δὲ ἰδέσθαι, καὶ σεσοβημένη, δόξα ἔφη καλέεται. κατοικέει δὲ παρὰ τοῖσιν Ἀβδηρίταισιν. ἐγὼ μὲν οὖν ἀναστὰς, ὑπεκρινάμην ἐμαυτῷ τὸ ὄναρ, ὅτι οὐ δέοιτο ἰητροῦ Δημόκριτος. ὅπου γε αὐτὸς ὁ θεραπείων θεὸς ἀπέστη, ὡς οὐκ ἔχων ὕλην θεραπείης. ἀλλὰ ἡ μὲν ἀλήθεια, τοῦ ὑγιαίνειν παρὰ Δημοκρίτῳ μένει. ἡ δὲ τοῦ νοσέειν αὐτὸν δόξα, παρὰ Ἀβδηρίταις ὄντως κατῴκηκε. ταῦτα πιστεύω ἀληθέα εἶναι Φιλοποίμην, καὶ ἔστιν. καὶ οὐκ ἀπογινώσκω τὰ ὀνείρατα. μάλιστα δὲ ὁκόταν καὶ τάξιν διαφυλάττῃ. ἰητρικὴ δὲ καὶ μαντικὴ καὶ πάνυ ξυγγενέες εἰσίν. ἐπεὶ καὶ τῶν δύο τεχνέων πατὴρ εἷς Ἀπόλλων, ὁ καὶ πρόγονος ἡμέων, ἐούσας καὶ ἐσομένας νούσους προαγορεύων, καὶ νοσέοντας, καὶ νοσήσαντας ἰώμενος. ἔρρωσο.

Ἱπποκράτης Κρατεύᾳ χαίρειν.

Ἐπίσταμαί σε ῥιζοτόμον ἄριστον ὦ ἑταῖρε, καὶ διὰ τὴν ἄσκησιν, καὶ διὰ προγόνων κλέος. ὡς μηδὲν ἀποδεῖν σε δυνάμει τοῦ προπάτορος Κρατεύα. νῦν οὖν εἰ καί ποτε ἄλλοτε, βοτανολόγησον, ὁκόσα τε καὶ ὁκοῖα δύνασαι. ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει, καὶ διάπεμψαί μοι ταῦτα, ἐπ' ἄνδρα, ὅλῃ πόλει ἰσοστάσιον Ἀβδηρίτην μὲν, ἀλλὰ Δημόκριτον. νοσέειν γάρ φασιν αὐτόν. καὶ καθάρσιος μάλα χρηΐζειν, ἐντὸς μανίης ἐόντα. μὴ χρησαίμεθα μὲν οὖν τοῖς φαρμάκοις ὥσπερ καὶ πέπεισμαι, ἀλλ' ὅμως εὐτρεπείας χρὴ πανταχόθεν. τὸ δὲ χρῆμα τῶν βοτανέων, παρά σοι πολλάκις ἐθαύμασα. ὡς καὶ τὴν τῶν ὅλων γε φύσιν τε καὶ διάταξιν. καὶ τὸ ἱερώτατον γῆς ἵδρυμα, ἐξ ἧς ζῶα, καὶ φυτὰ, καὶ τροφαὶ, καὶ φάρμακα, καὶ τύχη, καὶ ὁ πλοῦτος αὐτὸς ἀναφύεται. οὐδὲ γὰρ ἂν εἶχεν οἷ ἐπιβῇ. ἡ φιλαργυρίη. οὐ δ' ἂν Ἀβδηρῖταί με νῦν δέκα ταλάντοις ἐδελέαζον, ἀντὶ ἰητροῦ μισθωτὸν ἐλέγχοντες. [39] εἰ δ' ἐδύνασο Κρατεύα τῆς φιλαργυρίης τὴν πικρὰν ῥίζαν ἐκκόψαι, ὡς μηδὲν λείψανον αὐτῆς ἀφεῖναι, εὖ ἴσθι ὡς ἐκαθηράμεθ' ἂν τῶν ἀνθρώπων, μετὰ τῶν σωμάτων καὶ τὰς ψυχὰς νοσεούσας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐχαί. σὺ δ' ἡμῖν τὸ παρεὸν, μάλιστα τὰς ὀρεινὰς καὶ ὑψηλόφους βοτάνας ῥιζοτόμει. στερεώτεραι γὰρ τῶν ὑδρηλοτέρων εἰσίν. καὶ δριμύτεραι μᾶλλον, διὰ τὴν τῆς γῆς πυκνότητα καὶ τὴν λεπτότητα τοῦ ἠέρος. ὅτι γὰρ ἕλκουσιν ἐμψυχότερόν ἐστι. πειρήθητι δ' ὅμως καὶ τὰς παρὰ λίμναις ἑλείους πεφυκυίας ἀνθολογῆσαι. καὶ τὰς ποταμίους, ἢ κρηνίδας, ἢ πιδακίτιδας παρ' ἡμῖν καλεομένας, ἃς δὴ ἀσθενέας καὶ ἀτόνους, καὶ γλυκυχύλους εἶναι πέπεισμαι. πάντα δὲ ὁκόσα χυλοί τε καὶ ὀποὶ ῥέοντες ἐν ὑαλίνοισιν ἀγγείοισιν φερέσθωσαν. ὁκόσα δ' αὖ φύλλα ἢ ἄνθεα, ἢ ῥίζαι ἐν κώθωσι καινοῖσι [40] προσεσφηνωμένοις. [41] ὅκως μὴ διαυγαζόμενα τῇσι πνοῇσι ἐκλείπῃ τὸν τόνον τῆς φαρμακείης, ὥσπερ λειποψυχήσαντα, ἀλλ' εὐθὺς ἡμῖν ταῦτα πέμψον. καὶ γὰρ ἡ ὥρη τοῦ ἔτεος ἁρμόδιος. καὶ ἡ ἀνάγκη τῆς λεγομένης μανίης ἐπείγει. τέχνης μὲν γὰρ πάσης ἀλλότριον, ἀναβολὴ ἰητρικῆς δὲ καὶ πάνυ, ἐν ᾗ ψυχῆς κίνδυνος ἡ ὑπέρθεσις. ψυχαὶ δὲ τῶν θεραπειῶν οἱ καιροί. ὧν ἡ παραφυλακὴ τὸ τέλος. ἔλπομαι μὲν οὖν, ὑγιέα εἶναι τὸν Δημόκριτον καὶ δίχα ἰήσιος. εἰ δ' ἄρα τι σφάλμα φύσεως, ἢ καιροῦ, ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίης, γένοιτο. πολλὰ γὰρ ἡμέας θνητοὺς ἐόντας λάθοι.

ἅτε μὴ πάγχυ δι' ἀτρεκίης εὐτονέοντας, ἐπὶ τὸ ἄδηλον χώσαι χρέος δύναμιν ἢ θεραπεύσθαι. οὐ γὰρ ἀρκέεται ὁ κινδυνεύων, οἷς δυνάμεθα, ἀλλ' ἐπιθυμεῖ καὶ ἃ μὴ δυνάμεθα. καὶ σχεδὸν πρὸς δύο στρατευόμεθα τέλεα, [43] τὸ μὲν ἀνθρώπου, τὸ δὲ τέχνης, ὧν τὸ μὲν ἄδηλον, τὸ δὲ τῇ ἐπιστήμῃ ὥρισται. δεῖ δὲ ἐν ἀμφοτέροισιν τουτέοισι καὶ τύχης. [44] τὸ γὰρ ἀτέκμαρτον ἐν ταῖς καθάρσεσι δι' εὐλαβείης ἰόντων, καὶ γὰρ καὶ στομάχου κάκωσιν ὑφορώμεθα. καὶ ξυμμετρίην φαρμακείης πρὸς ἀγνοουμένην φύσιν στοχαζόμεθα. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ καὶ μία φύσις ἁπάντων. ἑτέρην δὴ αἰεὶ καὶ πρὸς ἑωυτὴν ὁρίζουσα οἰκειεῖ. [45] ἐνίοτε δὲ τὸ πᾶν ἀπώλεσε. καὶ ταῖς βοτάναις πολλὰ τῶν ἑρπετῶν [46] ἐνιοβόλησε, καὶ περιχανόντα [47] τῇ ἐντὸς αὔρῃ, κάκωσιν ἀντ' ἀρήξιος αὐτοῖς προσέπνευσεν., καὶ τούτου ἄγνοια ἔσται, εἰ μήτις ἄρα κηλὶς ἢ σπίλος, ἢ ὀδμὴ θηριώδης καὶ ἀτερπής, τοῦ γινομένου, ξύμβολον φανείη. εἶθ' ἡ τέχνη ἔξω τὸ ξύμπτωμα τῆς τύχης, τοῦ κατορθώσιος ἀφήμαρτε. βεβαιότεραι δὴ αὖ ἀεὶ αἱ δι' ἐλλεβόρων καθάρσιες εἰσὶ αἷς καὶ Μελάμπους ἐπὶ τῶν Προίτου θυγατέρων, καὶ Ἀντικυρεὺς ἐφ' Ἡρακλέους, ἱστορέονται κεχρῆσθαι. μὴ χρησαίμεθα δὲ ἡμεῖς ἐπὶ Δημοκρίτου μηδενὶ τούτων. ἀλλὰ γένοιτο ἐκείνῳ τῶν δραστικωτάτων, καὶ ἐντελικωτάτων φαρμάκων [48] σοφίη τέλος. ἔρρωσο.

cùm non admodum veritate præstemus, ad id quod obscurum est facultatem omnem congregatam esse opus est. Neque enim ei qui in periculo constitutus est, satis sunt quæ possumus, verum etiam quæ non possumus expetit, fereque ad duos fines bellum inferimus, vnum quidem hominis, alterum verò artis. Horum alter quidem obscurus est, alter verò arte circumscriptus est, & in his ambobus fortuna opus est. Nulla enim coniectura eorum quæ ad purgationem cum cautione feruntur. Nam & stomachum male affectum suspectamus, & medicationis conuenientem modum ex ignota natura coniicimus. Neque enim eadem & vna est omnium natura, alterum autem semper etiam sibi circumscribés assimilat, interdum verò totum perdit. Quin etiam reptilia multa herbas suo veneno inficiunt, & suo circum hiatu cum interiore aura, malignitatem pro auxilio ipsis inspirant. Idque ignorabitur, nisi certè macula quædam, aut inquinamentum, aut ferinus & iniucundus odor, eius rei quæ accidit notam dederit. Deinde ars ipsa propter fortunæ lapsum à via recta aberrat. Certiores autem sunt per veratrum purgationes, quibus etiam Melampus ad Prœti filias, & Anticyreus in Hercule vsi fuisse traduntur. Ac optandum nobis vt nullum ex his in Democrito vsurpemus. sed sapientia efficacissimum & præstantissimum medicamentum illi contingat, & finem imponat. Vale.

Ἱπποκράτης Δαμαγήτῳ χαίρειν.

ΤΟῦτ' ἐκεῖνο Δαμάγητε ὅπερ εἰκάζομεν, οὐ παρέκοπτε Δημόκριτος, ἀλλὰ πάντα ὑπερεφρόνεε, καὶ ἡμέας ἐσωφρόνιζε, καὶ δι' ἡμέων πάντας ἀνθρώπους. ἐξέπεμψα δέ σοι φιλότης, ὡς ἀληθέως τὴν ἀσκληπιάδα νῆα. [49] ἣ προσέθηκε μετὰ τοῦ ἡλίου ἐπίσημον καὶ ὑγείην. ἐπεὶ κατὰ δαίμονα τὸν πλοῦν [50] ἱστιοδρόμηκε. καὶ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρῃ κατέπλευσεν εἰς Ἄβδηρα, ἧπερ αὐτέοις ἐπεστάλκειν ἀφίξεσθαι. πάντας οὖν ἀολέας περὶ τὴν πυλῶν εὕρομεν, ὡς εἰκὸς ἡμέας περιμένοντας οὐκ ἄνδρας μόνους, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, ἔτι δὲ καὶ πρεσβύτας καὶ παιδία, νὴ θεοὺς κατηφέα καὶ τὰ νήπια. οὗτοι μέν τοι ὧδε εἶχον, ὡς ἐπὶ μαινομένῳ τῷ Δημοκρίτῳ. ὁ δὲ μετ' ἀκριβείης τότε ὑπερεφιλοσόφεεν. ἐπεὶ δέ με εἶδον ἔδοξαν που σμικρὸν ἐφ' ἑωυτῶν γεγονέναι, καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ἐποιοῦντο. ὁ δὲ Φιλοποίμην, ἄγειν ἐπὶ τὴν ξενίην με ὥρμητο. κἀκείνοις ξυνεδόκεε τοῦτο. ἐγὼ δὲ ὦ ἄνδρες, ἔφην, Ἀβδηρῖται, οὐδὲν ἔστι μοι προὔργου, ἢ Δημόκριτον θεήσασθαι. οἱ δ' ἐπαίνουν ἀκούσαντες, καὶ ἥσθησαν, ἦγόν τε με ξυντόμως διὰ τῆς ἀγορῆς, οἱ μὲν ἑπόμενοι, οἱ δὲ προθέοντες, ἕτεροι δὲ ἑτέρωθεν ἐπεξελέγοντες, βοήθει, θεράπευσον. κἀγὼ παρῄνεον θαρρεῖν, ὡς τάχα μὲν οὐδενὸς ἐόντος κακοῦ, πίσυνος ἐτησίαις ὥραις. εἰ δ' ἄρα καί τινος βραχέος, εὐδιορθώτου. καὶ ἅμα ταῦτα λέγων, ᾔειν, οὐδὲ γὰρ πόρρω ἦν ἡ οἰκίη, μᾶλλον δὲ οὐδ' ἡ πόλις ὅλη. παρῄειμεν οὖν. πλησίον γὰρ τοῦ τείχεος ἐτύγχανεν. καὶ ἀνάγουσι μετρίως ἡσυχῇ. ἔπειτα κατόπιν τοῦ πύργου, βουνὸς ἦν τις ὑψηλός, μακρῇσι καὶ δασείῃσιν αἰγείροισιν ἐπίσκιος. ἔνθεν τε ἐθεωρέετο τὰ τοῦ Δημοκρίτου καταγώγια. καὶ αὐτὸς ὁ Δημόκριτος καθῆστο ὑπό τινι ἀμφιλαφεῖ καὶ χθαμαλωτάτῃ πλατανίστῳ, ἐν ἐξωμίδι παχείῃ, [51] μοῦνος αὐχμηρὸς ἐπὶ λιθίνῳ θώκῳ, ὠχριηκὼς πάνυ καὶ λιπόσαρκος. κουρεῶν τὰ γένεια. παρ' αὐτὸν δ' ἐπὶ δεξιῆς, λεπτόρρυτον ὕδωρ κατὰ πρηνέος τοῦ λόφου θέον ἠρεμέως [52] ἐκελάρυζεν.

Hippocrates Damageto S.

HOc ipsum coniiciebamus Damagete, non delirat Democritus, sed in omnibus sapit, nosque & per nos omnes homines sapientiores reddit. Remisi autem ad te, amice reuera Æsculapij nauem, cui cum Solis signo etiam sanitaté apponito, cùm reuera prospero numine vela fecerit, eoq; die Abderam nauigarit, quo me peruenturum scripserá. Omnes igitur pro portis congregatos offendimus, nos, vt est verisimile, expectantes, non viros solum, verùm etiam mulieres, atq; etiam senes & pueros, per Deos tristes, itemq; infantes. Hi sanè sic affecti erant, quòd Democritus insaniret, at ille tunc exacta quadam diligentia philosophiæ incumbebat. Vbi auté me viderűt, paulum ad se rediisse & bene sperare visi sunt. Philopœmen verò me ad hospitiű ducere properabat, quod & communiter illis placebat. At ego (viri Abderitæ) inquam, nihil mihi prius faciédum existimo, quàm vt Democritum videá. Quo audito collaudarűt & lætati sunt, meq; continuo per forum deduxerunt, alij quidem sequentes, alij præcurrentes, aliaque ex parte alij clamantes vt seruarem, adiuuarem, medelam adhiberé. At ego bono animo esse iubebam, quod Etesiarum tempestate fretus, nullum quidem malum, aut certè breui & facilè corrigi posse sperarem. Simulque hæc dicens pergebam, neq; enim procul domus erat, imò neq; tota ciuitas. Adiuimus igitur, cùm iuxta mœnia esset, illucq; me placidè deducunt. Deinde post turrim collis erat altus, longis & densis populis nigris opacus. vnde Democriti domicilium conspiciebatur. Ipseq; Democrit⁹ sub vmbrosa & humillima Plátano, sedebat, in breui & substricta tunica crassa citra humeros desinente (exomide dicta) solus, squalidus, in lapidea sella, pallidus admodum & maciléntus, barba promissa. Iuxta eum ad dextram tenuis aquula per decliuem tumulum decurrens placidè resonabat.

Erat autem delubrum quoddam super tumulum illum, Nymphis quidem, quantum conijcere licet, dedicatum, sponte enatis vitibus circumdatum. Hic verò compositè admodū librum super genua habebat, & alij quidam vtraq; ex parte ei adiacebant, crebra autem animaliū cadauera, per totum dissecta, accumulata erant. Hic autem interdum contento studio scriptioni incumbēbat, interdum multum subsistens, & apud se anxiè cogitās quiescebat. Deinde nō multò post his peractis, exurgēs deambulabat, & animalium viscera attētè inspiciebat, hisq; depositis reuersus rursus desidebat. At verò Abderitæ mihi tristes, nec procul à lachrymantibus oculis assistētes, Vides certè (inquiūt) Hippocrates Democriti vitam, quàm insaniat, neq; quid velit, aut quid faciat nouit. Et ex his aliquis cū adhuc eius insaniam mihi magis demōstrare vellet, altos eiulatus ad instar mulieris liberorū mortem lamentantis edidit, deinde rursus ingemuit, viatoris personam gerens, qui quod ferebat perdidit. Quibus auditis Democritus partim risit, partim subsannauit, nihilq; amplius scribebat, caput verò crebro concutiebat. At ego, vos quidem (inquam) viri Abderitæ hic manete, vbi autem ipse propius accessero, & viri verba audiero, corpusque videro, affectus veritatem cognoscam, hisque dictis placide descendi. Erat autem præceps locus ille & pronus, vix igitur gressum retinens permeaui. Vbi verò propius accessi, fortè in eum incidi cùm sanè quid diuino furore actus & cōcitatus scriberet. Ibi igitur constiti, tempus opportunum dum ipse cessaret expectans. At ille nō multo post, deposito impetu & stilo scriptorio, me accedentem aspexit, & Salue, inquit hospes. Et ego, tu quoq; plurimum (inquam) Democrite hominum sapientissime. Ille verò pudore suffusus (opinor) quòd menomine non compellasset. Te verò (inquit) quonam nomine vocauero? Tui enim nominis ignoratio, occasio fuit cur te hospitem appellarem. Hippocrates (inquam) Medicus vocor. At ille, Asclepiadarum (inquit) nobilitas, tuæque in arte Medica sapientiæ gloria crebris admodum hominum sermonibus ad nos peruenit. Quodnam verò te negocium (ô amice) huc adduxit? Quin potiùs omissis omnibus consideto. Cernis enim quàm non sit iniucunda hæc foliis instrata sedes, viridis ad hæc & mollis, & ad insidendū blandior inuidia obnoxiis fortunæ sellis. Cùm verò consedissem, rursus inquit, priuatum igitur an publicum animo agitans negotium huc venisti? eloquere apertè. Ad id enim te pro viribus adiuuabimus. Ego verò, ista sanè vera causa est, huc tui gratia venio, vt te virum sapientem conueniam. Occasionem autem patria dedit, cuius legationem obeo. At ille, Hospitio igitur primùm nostro vtere. Ego verò pertentato per omnia viro, etsi eum minimè delirare iam mihi constaret, Philopœmenem, inquam, nosti, ciuem vestrum? Ille verò, maximè, inquit, Damonis filium dicis, cuius ædes sunt iuxta fontem Hermaida? Illum ipsum (inquam) cuius antiquus sum & peculiaris hospes, Tu verò Democrite, potiore me hospitio excipito, imprimisque quidnam scribas eloquere. Ille verò paulùm moratus, de insania, inquit. Tum ego, Iuppiter Rex, inquam, peropportunè sanè contra ciuitatem scribis. At ille, quam ciuitatem Hippocrates? Nihil inquam ô Democrite, sed nescio quo modo mihi excidit. Sed quid de insania scribis? Quidnam verò, inquit, aliud, quàm quid sit, & quomodo hominibus innascatur, & quanam ratione alleuetur.

ἦν δέ τι τέμενος ὑπὲρ ἐκεῖνον τὸν λόφον, ὡς ἐν [illegible] καλῶς εἰκάζοντι, νυμφέων ἱδρυμένον, αὐτοφυέσι ἐπηρεφὲς ἀμπέλοισι. ὁ δὲ εἶχεν ἐν εὐκοσμίῃ πολλῇ ἐπὶ τῶν γουνάτων βιβλίον. καὶ ἕτερα δέ τινα, ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν αὐτέῳ παρεβέβλητο.[54] σεσώρευτο δὲ καὶ ζῶα συχνά, ἀνατετμημένα δι' ὅλων. ὁ δὲ ὁτὲ μὲν ξυντόνως ἔγραφεν ἐγκείμενος, ὁτὲ δὲ ἠρέμει πάμπολύ τι ἐπέχων, καὶ ἐν ἑωυτῷ μερμηρίζων. εἶτα μετ' οὐ πολὺ τουτέων ἐρδομένων, ἐξαναστὰς περιεπάτει. καὶ τὰ σπλάγχνα τῶν ζώων ἐπεσκόπει. καὶ καταθεὶς αὐτὰ μετελθών, πάλιν ἐκαθέζετο. οἱ δὲ Ἀβδηρῖται περιεστῶτες μεγάλως κατηφέες, καὶ οὐ πόρρω τῶν ὄψεις δακρυόντων ἔχοντες, φασίν, ὁρῇς μέντοι τὸν Δημοκρίτου βίον ὦ Ἱππόκρατες, ὡς μέμηνεν, καὶ οὔτε ὅ, τι θέλει οἶδεν, οὔτε ὅ, τι ἔρδει, καί τις αὐτέων ἔτι μᾶλλον ἐνδείξασθαι βουλόμενος τὴν μανίην αὐτοῦ, ὀξὺ ἀνεκώκυσεν, εἴκελον γυναικὶ ἐπὶ θανάτῳ τέκνου ὀδυρομένῃ. εἶτ' ἀνῴμωξεν πάλιν ὑποκρινόμενος[55] ὁδίτην ἀπολέσαντα ὅ τι ὧν διεκόμιζεν. καὶ ὁ Δημόκριτος ὑπακούων, τὰ μὲν ἐμειδία, τὰ δὲ ἐξεγέλα. καὶ οὐκ ἔτι οὐδὲν ἔγραφεν. τὴν δὲ κεφαλὴν θαμινὰ ἐπέσεισεν. ἐγὼ δέ, ὑμεῖς μέν, ἔφην, ὦ Ἀβδηρῖται,[56] αὐτόθι μίμνετε. ἐγγυτέρω δὲ αὐτοῦ καὶ λόγων καὶ σώματος τοῦ ἀνδρὸς γενηθείς, ἰδών τε καὶ ἀκούσας, εἴσομαι τοῦ πάθεος τὴν ἀλήθειαν. καὶ ταῦτ' εἰπών, κατέβαινον ἡσυχῇ. ἦν δὲ ὀξὺ καὶ ἐπίφορον ἐκεῖνο τὸ χωρίον. μόλις δ' οὖν διαστηριζόμενος διῆλθον. ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον,[57] ἔτυχεν, ὅτε ἐπῆλθον αὐτέῳ, ὅ, τι δή ποτε γράφων ἐνθουσιωδῶς, καὶ μεθ' ὁρμῆς. εἱστήκειν οὖν αὐτόθι περιμένων αὐτοῦ τὸν καιρὸν τῆς ἀναπαύσιος. ὁ δὲ μετὰ μικρὸν τῆς φορῆς λήξας τοῦ γραφίου, ἀνέβλεψέ τε εἰς ἐμὲ προσιόντα, καὶ φησί. χαῖρε ξένε. κἀγώ. πολλά γε καὶ σὺ Δημόκριτε ἀνδρῶν σοφώτατε. ὁ δὲ αἰδεσθεὶς οἶμαι, ὅτι οὐκ ὀνομαστὶ προσεῖπέ με, σὺ δὲ ἔφη τί καλεόμενος. ἄγνοια γὰρ τοῦ σοῦ ὀνόματος, ἦν πρόφασις τῆς τοῦ ξένου προσηγορίας. Ἱπποκράτης, ἔφην, ἔμοιγε τοὔνομα, ὁ ἰητρός, ὁ δὲ εἶπεν, ἡ τῶν Ἀσκληπιαδῶν εὐγένεια, πολύ τε σοῦ τὸ κλέος τῆς ἐν ἰητρικῇ σοφίης πεφοίτηκεν, καὶ ἐς ἡμέας ἀφῖκται. τί δὲ χρέος ἑταῖρε δεῦρο σε ἤγαγε; μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων, κάθησο. ὁρῇς δὲ ὡς ἔστιν οὗτος οὐκ ἀηδὴς φύλλων θῶκος, ἔτι χλωρὸς καὶ μαλθακὸς ἐγκαθίσαι προσηνέστερος τῶν τῆς τύχης ἐπιφθόνων θώκων, καθίσαντος δέ μου, πάλιν φησίν. ἴδιον οὖν, ἢ ἐπιδήμιον[58] πρῆγμα διζήμενος δεῦρο ἀφῖξαι. φράζεο σαφῶς. καὶ γὰρ ἡμεῖς ὅ, τι δυναίμεθα, συνεργοίημεν ἄν. κἀγώ, τὸ μὲν κατ' ἀλήθειαν ἔφην αἴτιον, δεῦρο σέο χάριν ἥκω, ξυντυχεῖν σοφῷ ἀνδρί. ἔχει δὲ πρόφασιν ἡ πατρίς, ἧς πρεσβείην τελῶ. ὁ δὲ ξενίῃ τοίνυν φησὶ τὰ πρῶτα κέχρησο ἡμετέρῃ. πειρώμενος δὲ κἀγὼ κατὰ πάντα τοῦ ἀνδρός, καίπερ ἤδη μοι καταδήλου μὴ παρακόπτοντος ἐόντος, Φιλοποίμενα οἶσθα ἔφην πολίτην ἐόντα ὑμέτερον; ὁ δέ, καὶ μάλα, εἶπεν, τὸν Δάμωνος λέγεις υἱόν. τὸν οἰκοῦντα παρὰ τὴν Ἑρμαΐδα κρήνην. τοῦτον εἶπον.[59] οὗ καὶ τυγχάνω ἐκ πατέρων ἴδιος ξένος. ἀλλὰ σὺ Δημόκριτε, τῇ κρείσσονί με ξενίῃ δέχευ. καὶ πρῶτόν γε τί τοῦτο τυγχάνεις γράφων φράζε; ὁ δὲ ἐπισχὼν ὀλίγον, περὶ μανίης ἔφη. κἀγώ, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, φημί. εὐκαίρως γε ἀντιγράφεις πρὸς τὴν πόλιν. ὁ δὲ ποίην φησὶ πόλιν Ἱππόκρατες. ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἔφην ὦ Δημόκριτε. ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως προσέπεσεν. ἀλλὰ τί περὶ μανίης γράφεις; τί γὰρ εἶπεν ἄλλο, πλὴν εἴ τίς τε εἴη, ὅκως ἀνθρώποισιν ἐγγίνεται,[60] καὶ τίνα τρόπον ἀπολωφέοιτο.

τά τε

τὰ γὰρ ζῶα ταῦτα ὁκόσα ἐφορᾷς, κεινέων μὲν τί γε ἀνατέμνω οὐκ εἵνεκα, οὐ μισέων θεοῦ ἔργα, χολῆς δὲ διζήμενος φύσιν καὶ θέσιν. οἶσθα γὰρ ἀνθρώποισι παρακοπῆς, ὡς αἰτίη ἐπὶ τὸ πολὺ αὕτη πλεονάζουσα, ἐπὶ πᾶσι μὲν φύσει ἐνυπάρχει, ἀλλὰ παρ᾽ οἷς μὲν ἔλασσον, παρ᾽ οἷς δὲ ἐπὶ πλεῖον. ἡ δ᾽ ἀμετρίη αὐτέης, νοῦσοι τυγχάνουσιν, ὡς ὕλης, ὅτε μὲν ἀγαθῆς, ὅτε δὲ φαύλης ὑποκειμένης. κἀγὼ, νὴ Δία φημὶ, ὦ Δημόκριτε, ἀληθέως γε καὶ φρονίμως λέγεις. ὅθεν εὐδαίμονά σε κρίνω, τοσαύτης ἀπολαύοντα ἡσυχίης. ἡμῖν δὲ μετέχειν ταύτης οὐκ ἐπιτέτραπται. ἐρομένου δὲ διὰ τί, ὦ Ἱππόκρατες, οὐκ ἐπιτέτραπται, ὅτι ἔφην, ἢ ἀγροὶ, οἰκίη, ἢ τέκνα, ἢ δάνεια, ἢ νοῦσοι, ἢ θάνατοι, ἢ δμῶες, ἢ γάμοι, ἢ τοιαῦτά τινα τὴν εὐκαιρίην ἡμέων ὑποτέμνεται. ἐν ταύτῃ δὴ ὁ ἀνὴρ εἰς τὸ εἰωθὸς πάθος κατηνέχθη καὶ μάλα[61] ἀθρόον τι ἀνεκάγχασε.[62] καὶ ἐπετώθασε. καὶ τὸ λοιπὸν ἡσυχίην ἦγε. κἀγὼ, τί μέν τοι Δημόκριτε, ἔφην, γελᾷς; πότερα τὰ ἀγαθὰ ὧν εἶπον, ἢ τὰ κακά; ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον ἐγέλα. καὶ πόρρωθεν ὁρῶντες τῶν Ἀβδηριτέων, οἱ μὲν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἔτυπτον, οἱ δὲ τὰ μέτωπα, οἱ δὲ τὰς τρίχας ἔτιλλον. καὶ γὰρ ὡς ὕστερον ἔφησαν, πλεονάζοντι παρὰ τὸ εἰωθὸς τῷ γέλωτι ἐκέχρητο. ὑποτυχὼν δ᾽ ἐγὼ, ἀλλὰ μὴν ἔφην σοφῶν ἄριστε Δημόκριτε, ποθέω γὰρ αἰτίην τοῦ περὶ σὲ πάθεος καταλαβέσθαι, τίνος ἄξιος ἐφάνην ἐγὼ γέλωτος, ἢ τὰ λεχθέντα, ὅκως μαθὼν παύσωμαι τῆς αἰτίης, ἢ σὺ ἐλεγχθεὶς, διακρούσῃ τοὺς ἀκαίρους γέλωτας. ὁ δὲ, ἡράκλεις, ἔφη. εἰ γὰρ δυνήσῃ με ἐλέγξαι, θεραπείην θεραπεύσεις, οἵην οὐδένα οὐδέποτε ὦ Ἱππόκρατες. καὶ πῶς οὐκ ἐλεγχθείης ἔφην ὦ ἄριστε; ἢ οὐκ οἴῃ ἄτοπος εἶναι γελῶν ἀνθρώπου θάνατον; ἢ νοῦσον; ἢ παρακοπὴν, ἢ μανίην; ἢ μελαγχολίην; ἢ σφαγήν; ἢ ἄλλο τι χεῖρον; ἢ τοὔμπαλιν γάμους, ἢ πανηγύριας, ἢ τεκνογονίην, ἢ μυστήρια, ἢ ἀρχὰς, ἢ καὶ τιμὰς, ἢ ἄλλο τι ὅλως ἀγαθόν; καὶ γὰρ ἃ δέον οἰκτείρειν, γελᾷς. καὶ ἐφ᾽ οἷς ἥδεσθαι χρὴ, καταγελᾷς τουτέων. ὥστε μήτε ἀγαθὸν, μήτε κακὸν παρὰ σοὶ διακεκρίσθαι. ὁ δὲ, ταῦτα μὲν ἔφη εὖ λέγεις ὦ Ἱππόκρατες. ἀλλ᾽ οὐκ οἶσθά πω τοῦ ἡμετέρου γέλωτος αἰτίην. μαθὼν δ᾽ εὖ οἶδ᾽ ὅτι κρέσσονα τῆς πρεσβείης ἀντιφορτισάμενος ἀποίσεις θεραπείην τὸν ἐμὸν γέλωτα τῇ πατρίδι, καὶ ἑωυτέῳ, καὶ τοὺς ἄλλους δυνήσῃ σωφρονίζειν. αὖθις δ᾽ ἂν ἴσως κἀμὲ διδάξεις ἰατρικὴν ἀμοιβηδόν. γνοὺς ὅσῃ σπουδῇ περὶ ἀσπούδαστα φιλοτιμούμενοι περαίνουσι τὰ μηδενὸς ἄξια πάντες ἄνθρωποι τὸν βίον ἀναλίσκουσι, γελώτων ἄξια διεξιόντες. ἐγὼ δὲ φημί. λέγε πρὸς θεῶν, μήποτε γὰρ διαλανθάνει ἅπας ὁ κόσμος νοσέων. καὶ οὐκ ἔχει ὅκου διαπέμψηται πρεσβείην πρὸς θεραπείην. τί γὰρ ἂν εἴη ἔξω αὐτέου; ὁ δ᾽ ὑπολαβὼν, πολλαί γε φησὶν ἀπειρίαι κόσμων εἰσὶν Ἱππόκρατες,[63] καὶ μηδαμῶς ἑταῖρε κατασμικρολόγει πλουσίην τὴν φύσιν εἶναι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔφην Δημόκριτε, διδάξεις ἐν ἰδίῳ καιρῷ. δέδοικα γὰρ μήπως καὶ τὴν ἀπειρίην διεξιὼν, γελᾶν ἄρξῃ. ἴσθι δὲ νῦν[64] περὶ τοῦ σοῦ γέλωτος τῷ βίῳ λόγον δώσων. ὁ δὲ μάλα τρανὸν ἀπιδών με, δύο φησὶ τοῦ ἐμοῦ γέλωτος αἰτίας δοκέεις, ἀγαθὰ καὶ φαῦλα. ἐγὼ δὲ[65] ἕνα γελῶ τὸν ἄνθρωπον. ἀνοίης μὲν γέμοντα. κενεὸν δὲ πρηγμάτων ὀρθῶν πάσαις ἐπιβουλαῖς νηπιάζοντα. καὶ μηδεμιῆς εἵνεκεν ὠφελείας ἀλγέοντα τοὺς ἀνηνύτους μόχθους. πείρατα γῆς καὶ ἀορίστους μυχοὺς ἀμετρίῃσιν ἐπιθυμίῃσιν ὁδεύοντα.

Hæc enim, inquit, quæ vides animantia [illegible] rei gratia reiicco, minime Dei opera odio prosequens, sed bilis naturam & sedem inquirens [illegible] quòd hæc vbi redundarit, [illegible] insaniæ causa est. In omni quidem natura inest, sed in aliis quidem minùs, in aliis verò copiosius. Huius autem immoderantia morbi existunt, velut materia, partim quidem bona, partim verò mala subiecta. Tũ ego, per Iouem, inquam, o Democrite, [illegible] ter ais. Perinde te beatum iudico, qui tanta quiete foueris, cuius participes esse nobis non liceat. At eo interrogante, cur Hippocrates non liceat? Quod, inquam, aut agri, aut res familiaris, aut liberi, aut æs alienum, aut morbi, aut mortes, aut serui, aut nuptiæ, aut eiusmodi quædam huius opportunitatem nobis rescindant. Tum sanè vir ille in solitam affectionem delapsus, & abunde in risum effusus est, & vehementiùs irrisit, ac de cætero quieuit. At egó, quid sanè Democrite (inquam) rides? num de bonis aut malis quæ dixi? Ille verò adhuc magis ridebat. Quod procul videntes Abderitæ, partim quidem capita, partim verò frontem cædebant, quidam etiam capillos euellebant. Nam quemadmodum postea narrarunt, copiosiore quàm solitus esset risu vsus fuerat. Tum ego. At verò sapientum optime Democrite (huius enim tui affectus causam deprehendere cupio) quoniam tibi risu dignus visus sum, aut ea quæ dicta sunt, vt hoc cognito, causa desistam, vel tu reprehensus, importunos hos risus summoueas. Tum ille, si (me hercule) inquit, redarguere me poteris, curationem Hippocrates, qualem nullus vnquam feceris. Et quomodo (inquam) optime, reprehensione dignus non videaris, aut te absurdum non esse putas, si hominum mortem rides, aut morbum, aut dementiam, aut insaniam, aut melancholiam, aut cædem, aut quid peius? Aut contra, nuptias, aut conuentuum celebritates, aut liberorum natales, aut mysteria, aut magistratus, aut honores, aut aliud quid prorsus bonum? Quæ enim commiseratione digna sunt rides, & de quibus lætari oporteat, ea etiam derides adeo vti apud te neque boni, neque mali vllum sit discrimen. At ille, rectè quidem dicis Hippocrates, verùm risus nostri causam nondum nosti, quã cùm didiceris, certus sum quòd meum risum meliorem curationem pro tua legatione patriæ tibiq; ipsi vicissim reportabis, qua etiam alios prudentiores reddere poteris. Pro quibus fortasse me etiam Medicinã mutuo docueris, vbi cognoueris quanto studio omnes homines ad ea quæ negligenda sunt & nullius pretij facienda contendunt, & in his quæ risu digna sunt consectandis vitam consumunt. Tum ego, dic per Deos inquam, nunquid omnis mundus se ęgrotare ignorat, neque habet vnde sui curationem legatione accersat? Quid enim extra eum esse potest? Quo audito, multæ (inquit) sunt Hippocrates mundorum infinitates, noliq; (amice) naturam diuitem vt paruã existimare. Sed hæc Democrite (inquam) suo tẽpore docebis. Vereor enim ne si quando infinitatem percensueris, ridere incipias. Nunc verò de tuo risu in vita reddendam esse tibi rationem puta. At ille admodum perspicuè in me intuens, Duas, inquit, mei risus causas existimas, bona & mala. At ego vnum hominẽ rideo, amentia quidem refertum, rectè factis vacuũ, in omnibus consiliis pueriliter agentem, nullius vtilitatis gratia immensos labores tolerantem, terræ fines & infinitos recessus argenti & auri comparandi

gratia immoderatis cupiditatibus peragrantem, & nunquam ab his comparandis cessantem, semper verò ad copiam tumultuantem, nę si ea destituatur, pudore suffundatur, quòd felix non dicatur. Quod in terræ hiatus inquirens, eorum manibus effodiat, qui partim quidem à terra inani intereunt, partim verò diutius hac necessitate detenti, in supplicio tanquam in patria permanent, aurum & argentum perquirentes, pulueris vestigia & ramenta peruestigantes, arenam aliam aliunde excitantes, & terræ venas excindentes, ad opulentiam semper terram matrem tanquam hostilem in glebas proscindunt, quam eandem etiam cum admiratione calcant. Quantum verò rideri debet quod terram latentem cum labore amát, apertam contumelia afficiunt. Canes emunt, quidam etiam equos, quidam verò multa circumscripta regione eam sibi adscribunt, & cùm multis dominari velint, sibiipsis imperare nequeunt. Vxores ducere cupiunt, quas paulò post repudiant, amant, deinde odio prosequuntur, cum cupiditate liberos suscipiunt, deinde eos adultos abdicant. Quodnam hoc inane studium & rationis expers, nihilque ab insania discrepans? Bellum intestinum gerunt, quietem optabilem non ducunt, regibus vicissim insidias tendunt, homines necant, defossa terra argentum inuestigant, argento reperto terram emere cupiunt, terra empta fructum diuendunt, fructibus distributis rursus argentum capiunt. Quibus mutationibus & quantis vitiis obnoxij? Cùm opes non habeant, eas expetunt, si habent, abscondunt, dissipant. Eorum res aduersas derideo, eorum infortunia intento risu excipio. Veritatis enim instituta violant, contentionis studio hostiles inter se rixas habent. Cum fratribus verò, parentibus, & ciuibus mutuas cædes exercent, idque pro iis possessionibus quarum nemo post mortem dominus esse potest. Iniustam vitam consectantes, amicorũ & patriæ inopiam despiciunt, indigna & inanimata diuitiarum loco habent, pro vniuersis facultatibus statuam mercantur, quòd simulachrum loqui videatur, eos verò qui verè loquuntur odio habent. Res non faciles amore prosequuntur, in continente habitantes, maritima expetunt, rursusq; insulas tenentes, continenté affectant. cunctaque in suam cupiditatem peruertunt. Et in bello quidem fortitudinem laudare videntur, at in dies à libidinum indulgentia & auaritia vincuntur, & affectibus omnibus tenentur. Thersitis autem vitam omnes referunt. Qua verò in re risum meum Hippocrates reprehendisti? Neque enim quisquam suam, sed alter alterius amentiam deridet hi quidem ebrios, cùm ipsi sibi sobrij videantur, alij amantes, cùm ipsi grauiore morbo laborent, hi verò nauigantes, alij agriculturæ deditos. Neque enim artibus, neque operibus inter se consentiunt. Tum ego, hæc quidem, inquam vera sunt Democrite, neque alia quæpiam oratio ad conuincendam mortalium miseriam cõmodior esse possit. Verùm ipsæ actiones hanc necessitatem veluti decreto quodam imponunt, ad rei domesticæ dispensationẽ, nauium fabricationem, & reliquam reipublicę administrationem, in qua versari hominem oportet. Neque enim ad inertiam eum natura procreauit. Ex his rursus latè sparsa ambitio, multorum rectè sentientem animum aberrare coegit, qui ad omnia velut sine lapsu summo studio contendunt, non tamen obscuritaté prævidere possunt. Quis enim (ô Democrite) vxorem ducens diuortium aut mortem cogitat?

[66] ἀργύρεον κτίζοντα, καὶ χρυσόν. καὶ μὴ παυόμενον τῆς κτήσεως ταύτης. ἀεὶ δὲ θορυβεύμενον περὶ τὸ πλέον κῶς αὐτὸς ἐλάσσων μὴ γένηται), καὶ οὐδὲ αἰσχύνεται μὴ λεγόμενος εὐδαίμων. ὅτι χάσματα τῆς γῆς ὀρύσσει διζήμενος ἐργασίν, ὧν οἱ μὲν ὑπὸ συμφῆς [67] ἐπιπιπτούσης τῆς γῆς ἰθαρῆς, οἱ δὲ πολυχρονίως ταύτην ἔχοντες τὴν ἀνάγκην ὡς ἐν πατρίδι τῇ κολάσει διαμένουσιν, ἀργύρεον καὶ χρύσεον μαστεύοντες, ἴχνη κόνεως καὶ ψήγματα ἐρευνῶντες. ἄμμον ἄλλην ἀλλαχόθεν [68] ἐγείροντες, καὶ τῆς γῆς φλέβας ἐκτέμνοντες. ἐς περιουσίην ἀεὶ βωλοποιέοντες ἐκ γῆς μητρὸς πολεμίην γῆν, καὶ τὴν αὐτὴν ἐοῦσαν, καὶ θαυμάζοντες πατέουσιν. ὅσος γέλως ἐπὶ μόχθου, καὶ κρυφίης γῆς ἐρῶσι, φανερὴν ὑβρίζοντες. κύνας ὠνεῦνται, οἱ δ' ἵππους. οἱ δὲ χώρην πολλὴν περιορίζοντες, ἰδίην ἐπιγράφουσιν. καὶ πολλῆς ἐθέλοντες δεσπόζειν, οὐδὲ αὐτέων δύνανται. γαμεῖν σπεύδουσιν, ἃς μετ' ὀλίγον ἐκβάλλουσιν. ἐρῶσιν, εἶτα μισέουσι. μετ' ἐπιθυμίης γεννῶσιν. εἶτ' ἐκβάλλουσι τελείους. τί ἡ κενὴ σπουδή, καὶ ἀλόγιστος, μηδὲν μανίης διαφέρουσα, πολεμοῦσιν ἔμφυλον, ἠρεμίην οὐχ αἱρετίζοντες. [69] ἀνεδρεύουσι βασιλέας. ἀνδροφονοῦσι. γῆν ὀρύσσοντες, ἀργύρεον ζητοῦσιν. ἀργύρεον εὑρόντες, γῆν ἐθέλουσι πρίασθαι. ὠνησάμενοι γῆν, καρποὺς πιπράσκουσι. [70] καρποὺς ἀποδόμενοι, πάλιν ἀργύρεον λαμβάνουσιν, ἐν ὅσαις μεταβολαῖς εἰσὶν, ἐν ὅσῃ κακίῃ; οὐσίην μὴ ἔχοντες, [71] οὐσίην ποθέουσιν, ἔχοντες, κρύπτουσιν. ἀφανίζουσιν. καταγελῶ, ἐφ' οἷς κακοπραγέουσιν. ἐπιτείνω τὸν γέλωτα, ἐφ' οἷς δυστυχέουσι. θεσμοὺς γὰρ ἀληθείας παραβεβήκασι. φιλονεικέοντες ἔχθρην πρὸς ἀλλήλους δῆειν ἔχουσι, μετὰ δὲ ἀδελφῶν καὶ τοκήων, καὶ πολιτῶν, καὶ ταῦτα ὑπὲρ τοιούτων κτημάτων ὧν οὐδεὶς θανὼν δεσπότης ἐστὶν, ἀλληλοκτονέουσιν. ἀθεσμόβια φρονοῦντες φίλων καὶ πατρίδων ἀπορίην ὑπερορῶσι. πλουτίζουσι τὰ ἀνάξια καὶ τὰ ἄψυχα. ὅλης τῆς οὐσίης ἀνδριάντα ὠνέονται, ὅτι δοκέει λαλεῖν τὸ ἄγαλμα. τοὺς δὲ ἀληθέως λαλέοντας, μισέουσι. τῶν γὰρ μὴ ῥηιδίων ἐφίενται. καὶ γὰρ ἤπειρον οἰκεῦντες, θάλασσαν ποθέουσι. καὶ πάλιν ἐν νήσοις ἐόντες, [72] ἠπείρου γλίχονται. καὶ πάντα διαστρέφουσιν ἐς ἰδίην ἐπιθυμίην. καὶ δοκέουσι μὲν ἐν πολέμῳ ἀνδρείην ἐπαινεῖσθαι, νικῶνται δὲ καθ' ἡμέρην, ὑπὸ τῆς ἀσελγείης. ὑπὸ φιλαργυρίης. ὑπὸ τῶν παθέων πάντων νοσέουσι. [73] Θερσῖται δ' εἰσὶ τοῦ βίου πάντες. τί δὲ τὸν ἐμὸν Ἱππόκρατες ἐμέμψω γέλωτα; οὐ γὰρ αὐτὸς τῆς ἰδίης ἀνοίης, ἀλλὰ ἄλλος ἄλλου καταγελήσεται. οἱ μὲν τῶν μεθυόντων, ὅταν αὐτοὶ δοκέουσι νήφειν. οἱ δὲ τῶν ἐρώντων, χαλεπωτέρην νόσον νοσεῦντες αὐτοί. οἱ δὲ τῶν πλεόντων. ἄλλοι δὲ τῶν περὶ γεωργίην ἀσχοληθέντων. οὐ συμφωνέουσι γὰρ οὔτε ταῖς τέχναις, οὔτε τοῖς ἔργοις. ἐγὼ δὲ ταῦτα μὲν ἔφην χρῆναι Δημόκριτε. οὐδ' ἄλλος τις ἂν εἴη λόγος ἁρμοδιώτερος ἐξαγγέλλων ταλαιπωρίην θνητῶν. ἀλλ' αἱ πρήξιες νομοθετοῦσι τὴν ἀναγκαίην, οἰκονομίης τε εἵνεκα, καὶ ναυπηγίης, καὶ τῆς ἑτέρης πολιτείης, ἐν ᾗ χρεὼν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. οὐ γὰρ εἰς ἀργίην αὐτὸν ἡ φύσις ἐγέννα. ἐκ τουτέων δὲ πάλιν φιλοδοξίη χυθεῖσα, ἔσφηλε πολλῶν ὀρθογνώμονα ψυχήν. σπουδαζόντων μὲν ἅπαντα, [74] ὡς ἐπὶ ἀδιαπλωσίῃ, μὴ καὶ εὐνοεύντων δὲ τὴν ἀδηλότητα προορῆσθαι. εἴπου γάρ τις ὦ Δημόκριτε γαμέων, ἢ χωρισμὸν, ἢ θάνατον προσεδόκησεν, τίς δ'

πῃ δ' ὁμοίως παιδοτροφέων ἀπώλλυται. ἀλλ' οὐδ' ἐν γεωργίῃ, καὶ πλοίῳ καὶ βασιληΐῃ καὶ ἡγεμονίῃ. τὰ πάντ' ὅσ' ὑπάρχει κατὰ τὸν αἰῶνα. οὐδεὶς γὰρ προὔλαβεν πταῖσαι. ἀλλ' ἀγαθοῖσιν ἕκαστος τουτέων ἐλπίσι φέρβεται. τῶν δὲ χερείονων οὐδὲ μέμνηται. μή ποτ' οὖν ὁ σὸς γέλως τουτέοις ἀνάρμοστος, ὁ δὲ Δημόκριτος, μάλα ἔφη νωθὴς τὸν νόον ὑπάρχεις καὶ μακρὰν γε τῆς ἐμῆς γνώμης ἀπόδημος Ἱππόκρατες, ἀταραξίης καὶ ταραχῆς μέτρα μὴ ἐπισκεπτέων, δι' ἄγνοιαν. ταῦτα γὰρ αὐτὰ, διανοίῃ φρενήρει διοικέοντες, αὐτοί τε ῥηϊδίως ἀπήλλασσον, καὶ τὸν ἐμὸν ἐλώφεον γέλωτα. [75] νῦν δ' ὡς ἐπ' ἀρηρόσι τοῖς ἐν τῷ βίῳ φρενοβλαβέες τετύφλωνται ἀσυλλογίστῳ διανοίῃ τῆς ἀτάκτου φορῆς δεδίδακται. νουθεσίη γὰρ αὐτάρκης ὑπῆρχεν ἡ τῶν ξυμπάντων μεταβολή, ὀξείῃσι στροφῇσιν ἐμπίπτουσα, αἰφνίδιον τροχηλασίην παντοίην ἐννοέουσα. οἱ δ' ὡς ἔτι ἀρηρυίῃ, καὶ βεβαίῃ ἐκλελησμένοι παθέων κατὰ τὸ ξυνεχὲς ἐμπιπτόντων, [76] ἄλλοτε ἄλλος ποθέοντες τὰ λυπέοντα, διζήμενοι τὰ μὴ ξυμφέροντα, ἐγκαλινδέονται πολλῇσι ξυμφορῇσι. [77] εἰ δέ τις ἐμερμήριζεν κατὰ δύναμιν ἰδίην, τὰ ξύμπαντα ἔρδειν, ἀδιάπτωτον ἐφρούρεε ζωήν, ἑωυτὸν ἐξεπιστάμενος. καὶ ξύγκρισιν ἰδίην σαφῶς κατανοήσας, καὶ μὴ τῆς ἐπιθυμίης τὴν σπουδὴν, ἄπειρον ἐκτείνων. τὴν δὲ πλουσίην φύσιν, καὶ πάντων τιθηνὸν, [78] δι' αὐταρκείης ὁδοιπορέων. καθάπερ δὲ τῶν παθέων εὐεξίη κίνδυνος πρόδηλος, οὕτω δὲ μέγεθος τῶν εὐτυχημάτων σφαλερόν ἐστιν. ἀρίσημοι δ' ἐν τῇσι κακοδαιμονίῃσι ξυνθεωρεῦνται. [79] ἄλλοι δὲ τὰ τῶν παλαιῶν μὴ ἱστορέοντες ὑπὸ τῆς ἰδίης κακοπραγίης ἀπώλλοντο. τὰ δῆλα καθάπερ ἄδηλα μὴ προθεωρεῦντες. ὑπόδειγμα τὸν μακρὸν βίον ἔχοντες, γινομένων καὶ μὴ γινομένων. ἐξ ὧν καὶ τὸ ἐσόμενον ἐχρῆν κατανοῆσαι. ταῦθ' ὁ ἐμὸς γέλως ἄφρονες ἄνθρωποι. πονηρίης δίκας ἐκτίοντες. φιλαργυρίης. ἀπληστίης. ἔχθρης. ἐνεδρείης. ἐπιβουλίης. βασκανίης. ἀργαλέον ἐξειπεῖν πολυμηχάνους κακῶν. ἀπειρίη γάρ τις ἐστὶ κἂν τουτέοις δολοπλοκίην. ἀνθομιλεῦντες, σκολιόφρονες, ἀρετῆς δὲ παρ' αὐτέοις τρόπος ἐστὶ, τὸ χέρειον. φιλοψευδίην γὰρ ἀσκέουσι. φιληδονίην κοσμέουσι. νόμοις ἀπειθεῦντες. [80] ὁ δὲ αὐτέων κατα[illegible]ίνει τὴν ἀπροαιρεσίην. μήτε ὁρήσεως, μήτε ἀκοῆς μετέχοντας, μούνη δ' αἴσθησις ἀνθρώπου ἀτρεκείῃ διανοίῃ τηλαυγὴς, τό τε ὂν, καὶ τὸ ἐσόμενον προορεομένη δυσαρεστεῦνται πᾶσι, καὶ πάλιν τοῖς αὐτέοις ἐμπελάζονται. ἀρνησάμενοι πλόον, πλέουσι. γεωργίην ἀπωσάμενοι, αὖθις γεωργέουσιν. ἐκβαλόντες γαμετὴν, ἑτέρην εἰσάγονται, γεννήσαντες, ἔθαψαν. θάψαντες, ἐγέννησαν. πάλιν τρέφουσι. γῆρας ηὔξαντο ἐς αὐτὸ δ' ἀφικόμενοι στενάζουσιν. ἐν οὐδεμιῇ καταστάσει βέβαιον ἔχοντες τὴν γνώμην. ἡγεμόνες καὶ βασιλέες μακαρίζουσι τὸν ἰδιώτην. ὁ δὲ ἰδιώτης, ὀρέγεται βασιληΐης. ὁ πολιτευόμενος, τὸν χειροτεχνέοντα, ὡς ἀκίνδυνον. ὁ δὲ χειροτέχνης ἐκεῖνον, ὡς εὐτονέοντα κατὰ πάντων. τὴν γὰρ ὀρθὴν κέλευθον τῆς ἀρετῆς [οὐ] θεωρέουσι καθαρὴν, καὶ λείην, καὶ ἀπρόσπταιστον, εἰς ἣν οὐδεὶς τετόλμηκεν ἐμβαίνειν. φέρονται δὲ ἐπὶ τὴν ἀνάντη καὶ σκολιὴν τρηχυβατέοντες καταφερόμενοι. καὶ προσκόπτοντες. οἱ δὲ πλεῖστοι ἐκπίπτοντες. ἀσθμαίνοντες ὡς διωκόμενοι. ἐρίζοντες. ὑστερέοντες, προηγεύμενοι.

aut liberos educans, interitum? Sed neq; in agricultura & nauigatione, regno, imperio, & omnibus quæ sunt in vita. Nemo enim se aberraturum animo ante percepit, sed quisque horum bona spe pascitur; deteriora verò ne meminit quidem. Num igitur tuus hic risus his minimè conuenit? Tum Democritus, Tardo, inquit, es admodum ingenio, proculque à mea sententia peregrinaris Hippocrates, neq; tranquillitatis & perturbationis modum propter ignorantiam prospicis. Qui enim hæc ipsa prudenti cogitatione disponunt, ij & facilè liberantur, & meum risum subleuant. Nunc verò velut in rebus vitæ conuenientibus mente capti cæcutiunt, neq; mente ratiocinationis experte, inordinatū impetum facilè addiscunt. Satis enim fuerit hæc admonitio, rerum omnium commutatio, quæ subitis conuersionibus incidens, repentinam & omnimodam rerum velut rotarum agitationem in mentis notione reponit. Illi verò tanquam hæc adaptata sit & firma, affectionum continenter incidentium obliti, aliter alius quæ tristitiam adferūt expetentes, quæ sunt incōmoda inquirentes, in multis calamitatibus assiduè versantur. Quòd si quis omnia quæ facit pro viribus mente versaret vitam ab omni casu immunem seruaret, se ipse probe noscēs, & suam ipsius concretionem apertè intelligens, cupiditatis studium in infinitum non extenderet, sed naturam diuitem & omnium alumnam, per ea quę abunde suppetūt sequeretur. Quemadmodum autem optimus corporis habitus affectionum periculū denunciat, sic magnus rerum successus lubricus est. Rebus autem in aduersis insignes conspiciuntur. Alij verò antiquorū res minimè oculis subiicientes, prauis suis actionibus pereunt, manifesta velut obscura non prouidentes, cùm tamen longam vitam exemplum habeant eorum quæ fiunt & non fiunt, ex quibus quod futurum est cognoscere oportebat. Hæc est mei risus materia, homines imprudentes, improbitatis suę pœnas dantes auaritiæ, inexplebilis cupiditatis, inimicitiarum, insidiarū, subdolorum consiliorū, inuidentię. Difficile est multorum malorū machinatricē solertiam verbis exprimere, cùm eorū sit infinitas quædā, & in his cum dolosis cōmentis praua mente inter se conuersentur. Apud eos autē virtutis modus habetur, quod est deterius. Mendacia enim amant, & in his se exercent, voluptatis studiū extollūt, legibus minimè parentes. Hic autē meus risus quę ab his nullo proposito consilio fiunt cōdemnat, cum neq; visionis, neq; auditionis participes sint. At solus hominis sensus recta intelligentia eminus splendescens, quod præsens & futurū est præuidet. Omnia detestantur, ac rursus ad eadē se adiungunt, nauigationē auersantes, nauigant, agricultura propulsata, rursus agrum colunt, abdicata vxore, aliā inducunt, susceptos liberos sepeliunt, & his sepultis alios procreant, & rursus educant, senectutē exoptant, cumq; eò peruenerint, gemunt, nulloq; in statu firma mente persistunt. Principes ac reges priuatum beatū prædicant, priuatus regiū imperium affectat. Qui rempublicam regit, artificē tanquam periculi expertem laudat, artifex verò illū velut in omnia potentiam exercentem. Rectam enim virtutis viam puram, minimeq; asperam, ac inoffensam non cernunt, per quam nullus incedere sustinet. Per inaccessam autem & tortuosam feruntur, & per aspera delati incedunt & offendunt, plærique etiam decidunt, velut si quis persequatur anhelantes; partim sequentes, partim præcedentes contendunt:

Et eorum quosdam impudentia fretos nefandi alieni cubilis corrumpendi amores succendunt, quosdam etiam inordinatus auaritiæ morbus tabefacit, alij mutuas insidias struunt. Alij verò ambitionis studio in aëra subuecti, sceleris grauitate in exitij profundũ præcipites deferuntur, diruunt, deinde ædificant, beneficium conferendo gratiam demerentur, deinde pœnitentia ducti, amicitiæ iura violant, maleque afficiendo ad inimicitias deueniunt, & cognationis iura bello appetunt, horumq; omnium auaritia causa est. Quanam in re ab infantibus ludibundis discrepant? quos, cum mens iudicio careat, quicquid sese forte obtulit, delectat. Quòd ad cupiditates attinet, non multum à brutis animantibus differũt, nisi quod feræ in eo quod satis est se continent. Quinam enim leo aurum defossum in terram abdidit? Quinam taurus alienum vsurpandi cupiditate, ad prœlium impetu quodam delatus est? Quæ pardalis inexplebilem auiditatem admisit? Sitit quidem aper, sed quantum aquæ appetit. Lupus verò dilaniato quod sese obtulit necessario alimento, quiescit. At si dies iungantur noctibus, hominem non capit comessandi satietas. Et anniuersariorum temporum ordo, brutis quidé animantibus coitus finem adfert, hic verò insano libidinis stimulo continenter agitatur. Quomodo Hippocrates, eiulantem ob amorem quòd suo cõmodo priuetur, nõ derideam? præcipueq; si quis nullo habito periculorum delectu per præcipitia & alta maria feratur, intenso risu non excipiam? Nõ ridebo eum qui nauem multis mercibus onustã demersit, deinde mare incusantem quòd eam plenam submerserit? Equidem hęc minimè ridicula duco, verùm in eos aliquid molesti excogitare cuperem. Sed neq; pro his medicinam esse oportuit, neq; aliqué qui Pæonia medicamenta conficeret. Cuius rei te admonere debeat tuus ille progenitor Æsculapius, qui pro seruatis hominibus, gratam beneficij recordationem fulminis ictus reportauit. Non vides me quoq; huius vitij participé esse, dum in insaniæ causam inquirens, animantia macto ac reseco, quam in hominibus perscrutari oportuit? Nonne vides mundum ipsum inhumanitate redundare, & infinitas aduersus hominé affectiones cumulare? Totus homo ab ipso ortu morbus est. Dum educatur inutilis, auxilium supplex implorat; dum increscit, improbus & demens est, institutione puerili indigens; in ætatis vigore constitutus, audax; ætate marcescens, miserabilis, suos labores per imprudentiam excolens. Talis enim ex materno cruore sanie permixto prodiit. Proptereaq; hi quidem indignabundi & immodica ira referti in calamitatibus & pugnis, alij in adulteriis & stupris perpetuò versantur, alij in ebrietatibus, alij in rerum alienarum cupiditatibus, alij in suis perdendis. Quòd si possemus nullo intus relicto velamento omnium habitationes detegere, deinde ita quæ intus aguntur inspicere, hos quidem edere videremus, illos verò vomere, alio indignis verberibus torquere, alios venena miscere, alios insidias struere, alios rationibus studere, hos gaudere, illos plorare, hos amicorum accusationem meditari illos verò nimia ambitione desipere. Et certè quædam sunt in animis altiùs reconditæ actiones. Et in his partim quidé iuuenes, partim verò senes, petentes, denegantes, pauperes, rebus affluentes, fame oppressi. Hi luxu grauati, sordidi, vincti, illi verò deliciis gestiétes, multos alétes. Alij iugulantes, alij sepelientes, ea quæ habent pro nihilo habétes,

καὶ οἱ μὲν αὐτέων, ἔρωτες ἀλλάθεσμοι ὑποπεπωρήκασι [81] ἀλλοτρίης εὐνῆς φθορῇ, ἀναιδείης πισύνοις. οἷς δὲ τήκει φιλαργυρίης νόσος, ἀόριστος. οἱ δ' ἀλλήλοις ἀντεπιβουλεύονται. οἱ δ' ὑπὸ φιλοδοξίης εἰς ἠέρα ἀνενεχθέντες, βάρει κακίης, εἰς βυθὸν ἀπωλείας καταφέρονται. καθαιρέουσιν. εἶτα ἐποικοδομοῦσι. χαρίζονται. εἶτα μετανοοῦσιν, καὶ ἀφαιρέονται τὰ φιλίης δίκαια. κακοπραγμονοῦντες εἰς ἔχθρην τὰ ξυγγενίης πολεμοποιεῦντες. ἐν τουτέων πάντων αἰτίη φιλαργυρίη. τί νηπίων ἀθυρόντων διαφέρουσι; περὶ οἷς ἀκρίτως μὲν ἡ γνώμη, ὃ δὲ προσπεσὸν τερπνόν. ἐν δὲ τοῖς θυμοῖς, τί περισσὸν ζώοις ἀλόγοις παραλελοίπασιν; πλὴν οὐκ ἐν αὐταρκείῃ μένουσιν οἱ θῆρες. τίς γὰρ λέων ἐς γῆν κατέκρυψε χρυσόν; τίς ταῦρος πλεονεξίην ἐκορύξατο; τίς πάρδαλις ἀπληστίην κεχώρηκε; διψῇ μὲν ἄγριος σῦς, ὅσον ὕδατος ὀρεχθῇ. λύκος δὲ διασπάσας τὸ προσπεσὸν τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, ἀναπέπαυται. ἡμέρῃσι δὲ καὶ νυξὶ ξυναπλουμένῃσιν, οὐκ ἔχει θοίνης κόρον ἄνθρωπος. καὶ χρόνων μὲν ἐνιαυσίων τάξις ὀχείης, ἀλόγων πέρμα ἐστίν. ὁ δὲ τὸ διηνεκὲς, οἶστρον μανίην ἔχει τῆς ἀσελγείης. Ἱπποκράτες μὴ γελάσω τὸν κλαίοντα δι' ἔρωτα [82] οὐ ξυμφερόντως ἀποκεκλεῖσθαι, μάλιστα δ' ἢν ῥιψοκινδύνως ἢ καὶ φέρηται κατὰ κρημνῶν, ἢ βυθῶν πελάγεος ἐπίτεινον οὐ γέλωτα; μὴ γελάσω τὴν νῆα πολλοῖσι φορτίοισι βαπτίσαντα, εἶτα μεμφόμενον τῇ θαλάσσῃ ὅτι κατεβύθισεν αὐτὴν πλήρη; ἐγὼ μὲν οὐδαμῶς δοκέω γελᾶν, ὀδύρεσθαι δὲ καὶ αὐτέων ἤθελον τί λυπηρόν. ἀλλ' οὐδὲ ἰητρικὴν ὑπὲρ τουτέων ἔχειν ἔδει [83], μήτε τεχνώμενον Παιήονα φάρμακα. ὁ σὸς προπάτωρ Ἀσκληπιὸς νουθετείτω σε, ὃς ἔθεο σώζων ἀνθρώποις, κεραυνοῖς ἠχαρίστηται. οὐχ ὁρῇς ὅτι κἀγὼ τῆς κακίης μοῖρα εἰμί, μανίης διζήμενος αἰτίην, ζῶα κατακτείνω καὶ ἀνατέμνω, ἐξ ἀνθρώπου τὴν αἰτίην ἐρευνῆσαι. οὐχ ὁρῇς ὅτι καὶ ὁ κόσμος [84] μισανθρωπίης πεπλήρωται; ἄπειρα καὶ αὐτέου πάθεα ξυνήθροισεν. ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσός ἐστιν. τρεφόμενος ἄχρηστος ἱκέτης βοηθείης. αὐξανόμενος, ἀτάσθαλος, ἄφρων, ἐνδεὴς παιδαγωγίης. θρασὺς, ἀκμάζων. παρακμάζων, οἰκτρός. [85] τοὺς ἰδίους πόνους ἀλογίῃ γεωργήσας. [86] ἐκ μητρώων γὰρ λύθρων, ἐξέθορε τοιοῦτος. διὰ τοῦτο οἱ μὲν θυμικοὶ καὶ ὀργῆς ἀμέτρου γέμοντες, ἐν ξυμφορῇσι καὶ μάχῃσι. οἱ δ' ἐν φθορῇσι, καὶ μοιχείῃσι διὰ παντός. οἱ δ' ἐν μέθῃσιν. οἱ δ' ἐν ἐπιθυμίῃσι τῶν ἀλλοτρίων. οἱ δ' ἐν ἀπωλείῃσι τῶν σφετέρων. ὄφελον δυνάμεις ὑπῆρχε τὰς ἁπάντων οἰκήσεις ἀνακαλύψαντα μηδὲν ἀφεῖναι τῶν ἐντὸς παρακάλυμμα. εἶθ' οὕτως ὁρᾷν τὰ πρησσόμενα ἔνδον. [87] εἴδωμεν ἂν οὓς μὲν ἐσθίοντας, οὓς δὲ ἐμέοντας. ἑτέρους δ' αἰκίῃσι στρεβλέοντας. τοὺς [88] φάρμακα κυκῶντας. τοὺς δὲ ξυννοέοντας ἐπιβουλήν. τοὺς δὲ ψηφίζοντας. ἄλλους χαίροντας. τοὺς δὲ κλαίοντας. τοὺς δὲ ἐπὶ κατηγορίην φίλων ξυγγράφοντας, τοὺς δὲ διὰ φιλοδοξίην ἐκφρενέας. καί γε τινὲς βαθύτεραι πρήξιες, τῶν κατὰ ψυχὴν κευθομένων. καὶ τουτέων ὁκόσοι μὲν νέοι, ὁκόσοι δὲ πρεσβῦται, αἰτέοντες, ἀρνεόμενοι, πενόμενοι, πλουτοσιάζοντες, λιμῷ θλιβόμενοι. οἱ δὲ ἀσωτίῃ βεβαρημένοι. ῥυπῶντες. δέσμιοι. οἱ δὲ τρυφῇσι γαυριῶντες. τρέφοντες, ἄλλοι σφάζοντες. ἄλλοι θάπτοντες. ὑπερορέοντες ἃ ἔχουσι [89]

πρὸς τὰς ἐλπιζομένας κτήσιας ὡρμημένοι. οἱ μὲν ἀναιδέες, οἱ δὲ φειδωλοὶ, οἱ δὲ ἄπληστοι, οἱ μὲν φονεύοντες. οἱ δὲ τυπτόμενοι. οἱ δὲ ὑπερηφανεύοντες.[90] οἱ δὲ ἐπῃωρημένοι κενοδοξίῃ.[91] καὶ οἱ μὲν ἵπποισι παρεστῶτες, οἱ δὲ ἀνδράσιν, οἱ δὲ κυσὶν, οἱ δὲ λίθοις, ἢ ξύλοις, οἱ δὲ χαλκῷ, οἱ δὲ γραφῇσι. καὶ οἱ μὲν πρεσβείαις, οἱ δὲ στρατηγίαις, οἱ δὲ ἱερωσύνῃσιν.[92] οἱ δὲ στεφανοφορέοντες. οἱ δὲ ἔνοπλοι. οἱ δὴ ἀποκτεινόμενοι. φέρονται δὲ τουτέων ἕκαστοι, οἱ μὲν ἐπὶ ναυμαχίην, οἱ δὲ ἐπὶ στρατείην, οἱ δὲ ἐπ' ἀγροικίην. ἕτεροι δὲ ἐπὶ φορτίδας νῆας. οἱ δὲ εἰς ἀγορήν. ἕτεροι δὴ ἐπ' ἐκκλησίην, οἱ δὲ ἐπὶ θέην. οἱ δὲ ἐς φυγὴν ἄλλοι δὲ ἄλλῃ. καὶ οἱ μὲν ἐς φιληδονίην, καὶ ἡδυπαθείην, καὶ ἀκρασίην. οἱ δὲ εἰς ἀργίην καὶ ῥαθυμίην. τὰς ἀναξίους οὖν[93] καὶ δυστήνους ψυχὰς ὁρῶντες καὶ τοσαύτας, πῶς μὴ χλευάσωμεν τὸν τοιόνδε ἀκρασίην ἔχοντα βίον αὐτέων; μάρτα γὰρ ἐλπομαι μηδὲ τὴν σὴν ἰητρικὴν αἰδεῖσθαι αὐτέοισιν. δυσάρεστοι γὰρ ὑπ' ἀκρασίης ἅπασι. καὶ μανίην τὴν σοφίην νομίζουσιν.[94] ἤπου γὰρ ὑπονοέω ὡς σαφῶς λωβᾶσθαί σου τὰ πολλὰ τῆς ἐπιστήμης, ἢ διὰ φθόνον, ἢ δι' ἀχαριστίην. οἵτε γὰρ νοσέοντες ἅμα τῷ σώζεσθαι, τὴν αἰτίην θεοῖς ἢ τύχῃ προσνέμουσι. πολλοὶ δὲ τῇ ἰδίᾳ φύσει προσάψαντες,[95] ἐχθαίρουσι τὸν εὐεργετήσαντα, μικροῦ δεῖν προσαγανακτέοντες, εἰ νομίζονται χρειοφειλέται. οἵτε πολλοὶ τὸ ἀτεχνὲς ἐφ' ἑωυτέοις ἔχοντες. αἴδριες ἐόντες,[96] καταψηφίζονται τὸ κρέσσον. ἐν ἀναισθήτοις γάρ εἰσιν αἱ ψῆφοι, οὔτε δὴ οἱ πάσχοντες συνομολογεῖν ἐθέλουσιν, οὔτε οἱ ὁμοτεχνεῦντες μαρτυρεῖν. φθόνος γὰρ ἐνίσταται.[97] οὐκ ἀπειρος σὺ τῶν τοιουτέων λεσχημάτων. σαφέως δὲ εἰδὼς ταῦτ' ἐν ἀξιοπαθείῃσι σὲ πολλάκις γενηθέντα, καὶ οὐδὲ αἰτίην ἢ βασκανίην φιλοτιμήσαντα. ἀτρεκίης γὰρ οὐδεμία οὔτε γνῶσις οὔτε μαρτυρίη. ἐπεμειδία δὲ λέγων ταῦτα. καί μοι Δαμάγητε, θεοειδὴς τις κατεφαίνετο, καὶ τὴν προτέρην αὐτοῦ μορφὴν ἐκλελησμένος. καὶ φημὶ ὦ Δημόκριτε μεγαλόδοξε, μεγάλας γε τῶν σῶν ξενίων δωρεὰς εἰς Κῶ ἀποίσομαι. πολλοῦ γάρ με τῆς σοφίης θαυμασμοῦ πεπλήρωκας. ἀπονοστέω γάρ σου κήρυξ ἀληθείης ἀνθρωπίνης φύσιν ἐξιχνεύσαντος. καὶ νοήσαντος. θεραπείην δὲ λαβὼν τῆς ἐμῆς διανοίης, παρὰ σεῦ ἀπαλλάσσομαι τῆς ὥρης τοῦτο ἀπαιτούσης, καὶ τῆς τοῦ σώματος ἐπιμελείης. αὔριον δὲ καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς, ἐν τωυτῷ γενησόμεθα. ἀνίσταμην ταῦτ' εἰπών. καὶ ὃς ἦν ἕτοιμος ἀκολουθεῖν. προσελθόντι δέ τινι οὐκ οἶδ' ὁκόθεν, ἀπεδίδου τὰ βιβλία. κἀγὼ ξυντονώτερον ἤπειξα ἐς πρὸς τοὺς ὄντας Ἀβδηρίτας ἐπὶ τῇ σκοπιῇ ἀναμένοντάς με, ἄνδρες ἔφην, τῆς πρὸς ἐμὲ πρεσβείης, χάρις ὑμῖν πολλή. Δημόκριτον γὰρ εἶδον, ἄνδρα σοφώτατον, σωφρονίζειν ἀνθρώπους μοῦνον δυνατώτατον. ταῦτ' ἔχω σοι περὶ Δημοκρίτου Δαμάγητε φράζειν, γηθοσυνέως πάνυ. ἔρρωσο.

Δημόκριτος Ἱπποκράτει εὖ πράττειν.

Ἐπῆλθες ἡμῖν ὡς μεμηνότι ὦ Ἱππόκρατες, ἐλλέβορον δώσων, πεισθεὶς ἀνοήτοις ἀνδράσι, παρ' οἷς ὁ πόνος τῆς ἀρετῆς, μανίη κρίνεται. ἐτύγχανον δὲ τότε,[98] περὶ κόσμου διαθέσεως, καὶ πολογραφίης. ἔτι δὲ ἀστρων οὐρανίων ξυγγράφοντες[99] γνώσας δὲ τὴν ἐπὶ τούτοις φύσιν, ὡς εὐαρμόστως πάντα εἴη ἐπιδεδημιουργημένα, καὶ ὡς τηλοῦ μανίης καὶ παραφροσύνης καθέστηκεν, ἐμοῖο μὲν φύσιν ἐπῄνεσας.

speratas possessiones captantes, alij quidem impudentes, alij parci, alij inexplebiles, alij quidem interficientes, alij verberibus afflicti, alij superbè se iactantes, alij inani gloria attoniti. Et hi quidem equis addicti sunt, alij hominibus, alij nauibus, alij lapidibus, aut lignis, alij statuis ex ære, alij picturis. Et alij quidem legationibus, alij rei militaris administrationibus, alij rebus sacris. Alij coronas gestant, alij armati sunt, alij interficiuntur. Et horum singuli partim quidem in pugna nauali versantur, partim in militari officio, partim verò in agricultura. Alij verò in nauibus oneratiis, alij in foro, alij in concionibus, alij in theatro, alij in fuga, alij verò aliis quibusdam rebus. Et alij quidē ad voluptatis studium, mollitiem & intemperantiam feruntur, alij ad otium ac desidiam. Cùm igitur tot indignas & miseras animas videamus, quomodo eorum vitam eiusmodi intemperantiæ deditam ludibrio non habeamus? Valde quoque metuo ne artem tuam Medicam ipsi non probent. Propter intemperantiam enim implacidè se habent ad omnia, & sapientiam insaniam existimant. Et certè suspicor plæraque in arte tua, aut per inuidiam, aut per ingratitudinem, palàm contumelia affici. Ægrotantes enim simul ac seruati sunt, causam Diis vel fortunæ attribuunt. Plærique verò hoc suæ naturæ assignantes, bene merentem odio prosequuntur, parumque abest quin indignentur, si eis operam debeant. Multi etiam artis imperitiam præferentes, cùm sint ignorantes, quod melius est damnant. Calculorum enim suffragia stupidis attribuuntur, neque ægrotantes simul approbare volunt, neque eiusdem artis socij testimonio confirmare, cùm inuidia obstet. Neque tu huiusmodi contumelias non expertus es, cùm probè sciam hęc quę in memorabilibus affectionibus fiunt, te per causam aut inuidiam nunquam lubenter conuitiis insectatum. Veritatis enim nulla est cognitio, neq; testimonij confirmatio. Quæ cùm diceret subridebat, mihiq; Damagete diuina quadam specie, prioremq; formam oblitus esse videbatur. Tum ego, Democrite præstantissime, magna hospitalitatis tuæ munera mecum in Co reportabo, cùm multa me sapientiæ tuæ admonitione compleueris. Præco enim tuarum laudum reuertor, quod naturæ humanæ veritatem inuestigasti & mente complexus es. Accepta autem à te mentis curatione discedo, cùm id tempus postulet, vt corpori consulatur. Cras verò ac deinceps, ad eundem locum reuertemur. Quæ cùm dixissem surrexi, ille verò me comitari paratus erat. Cumque quidam, haud scio vnde, accederet, libros tradidit. Et ego ad Abderitas qui me speculantes expectabant concitatiore gressu redij. Viri, inquam, Abderitæ, pro vestra ad me legatione magnas habeo gratias. Democritum enim virum sapientissimum vidi, qui solus homines ad sanam mentem reducere potest. Hæc habui Damagete quæ de Democrito tibi læto admodum animo narrarem. Vale.

Democritus Hippocrati S.

AD nos venisti Hippocrates, vt tanquam insanis veratrum exhiberes, à stultis hominibus persuasus, quibus virtutis labor insania reputatur. Tum autem fortè de orbis ornatu, polorū, ac insuper de astrorum cœlestiū descriptione scribebamus. Cùm autem horum naturam cognouisses, quàm valde aptè essent fabricata, & quàm procul ab insania ac dementia essent posita, naturam quidem meā laudasti, illos verò

amentes, immites, & insanos iudicasti. Quæ enim permutata per inane feruntur, & simulachris nos decipiunt, quæ sanè mundus esse conspiciuntur, & vicissitudine quadam sibi succedentia fabricata sunt, ea mens nostra dum naturæ veritatem indagatur, in lucem produxit. Harum rerum testes sunt libri à me conscripti. Minimè igitur Hippocrates cum huiusmodi viris, quorum mens in summo fluctuat & inconstans est, te cōgredi aut conseruari oportet. Nam si ab his persuasus, mihi tanquam insano veratrū propinasses, prudentia in insaniam euasisset, artemque tuam velut dementiæ causam increpauissent. Veratrum enim sanis exhibitum, menti tenebras offundit, insanis verò multum prodesse consueuit. Existimo enim quòd si non me scribentem, sed recumbentem, aut fortè deambulantem offendisses & mecum cogitantem, modò quidem ea quæ animo agitarem implacidè ferentem, modò etiam ridentem, & me conuenientibus familiaribus mentem non adhibentem, sed stupendum in modum mente & contemplatione in rem aliquam incumbentem, ex his sanè quæ vidisses, Democritum insaniæ imaginem præ se ferre oculis tuis iudicasses. Medicum igitur non solùm ex aspectu, sed ex re ipsa affectus iudicare decet, & modulos vt plurimùm, & num morbus incipiat, aut in medio sit, aut in fine, discernere, & considerata temporis & ætatis differentia, ac vniuersa totius corporis natura, affectus curare. Ex his enim omnibus facilè morbum deprehendas. Tuum autem de insania scriptum ad te remisi. Vale.

De insania tractatio.

INsanienti ob humiditatem cerebri, in quo animi sunt officia, cùm humidius quam pro natura fuerit, moueri necesse est, velut dixi in libello de Morbo Sacro. Quod cum mouetur, neque visionem, neque auditionem quiescere, verùm aliàs varia tum videre, tum audire, linguamque ea quæ sigillatim viderit & audierit differere. Eo autem tempore homo sapit, quo cerebrum quiescit. Cerebri verò corruptio ex pituita & bile oritur. Vtrunque hoc modo dignosces. Qui enim ex pituita insaniunt, quieti sunt, neque clamosi, neque tumultuantes. Qui verò ex bile, hi verberant, malefici sunt, neque quiescunt. Et si quidem continenter insaniant, eæ causæ sunt. Terrores verò & metus ex transmutatione fiunt, calefacto cerebro à bile, in ipsum per venas sanguine plenas irruente. Vbi verò bilis rursus in venas & corpus discessit, quiescit. Tristatur verò & æstuat, & plus quàm commodum sit obliuiscitur, dum cerebrum à pituita refrigeratur, & præter naturam concrescit. Cùm verò de repente cerebrum à bile calefactum fuerit, sanguine in commemoratis venis ebulliente, horrenda vident insomnia, ac velut euigilato facies incenditur, oculi rubent, mensque aliquid mali agitat. Idque etiam in somno contingit. Vbi verò sanguis rursus in venas sparsus fuerit, quiescit. Libro quinto de Morbis vulgaribus quendam recensui in quo vocis defectio cōtingebat, ignoratio, crebra deliria, & morbi reuersiones. Lingua dura erat, ac nisi collueret, loqui non poterat, & plærunque valde amara. Venæ sectio solutionem attulit, aquæ potio, aqua mulsa, & veratri potiones. Hic cum nō diu superuixisset, mortuus est.

ἄφρονας δὲ καὶ ἀπηνέας καὶ μεμηνότας κείνους ἔκρινας. ὁκόσα γὰρ ἰνδαλμοῖς διαλλάττοντα ἀνὰ τὸν ἠέρα πλάζει ἡμέας, ἃ δὴ κόσμος ξυνορᾶται,[100] καὶ ἀμείβοντα τέτευχε, τάδε νόος ἐμὸς φύσιν ἐρευνήσας ἀτρεκέως, εἰς φάος ἤγαγεν. μάρτυρες δὲ τουτέων, βίβλοι ὑπ' ἐμεῖο γραφεῖσαι. χρὴ οὖν καὶ σὲ ὦ Ἱππόκρατες,[101] μὴ τοιούτοισι ἀνδράσιν ξυνέρχεσθαι, καὶ ξυνομιλέειν,[102] ὧν νόος ἀκρόπλοος, καὶ ἀβέβαιος καθέστηκεν. εἰ γάρ τοι πεισθεὶς ὡς μεμηνότα με ἐπότισας ἐν ἐλλεβόρῳ, ἡ[103] πινυτὴ μανίη ἂν ἐγεγένητο. καὶ σεο τέχνην κατεμέμψαντο, ὥσπερ αἰτίην παρακοπῆς γεγενημένην. ἐλλέβορος γὰρ ὑγιαίνουσι μὲν δοθεὶς, ἐπισκοτεῖ διάνοιαν. μεμηνόσι δὲ κάρτα ὠφελεῖν εἴωθεν. ἐπεὶ δὴ γὰρ εἰ μὴ κατειλήφεις με γράφοντα, ἀνακείμενον δὲ, ἢ σχεδὸν περιπατέοντα, καὶ προσομιλέοντα ἐμαυτῷ, ὁτὲ μὲν δυσχεραίνοντα, ὁτὲ δὲ μειδιῶντα ἐπὶ τοῖς ἐννοουμένοις ὑπ' ἐμεῖο. καὶ τοῖς προσομιλέουσι τῶν γνωρίμων,[104] οὐ προσέχοντα. ἐφιστάντα δὲ τὴν διάνοιαν καὶ σκεπτόμενον ἐκπάγλως, ᾤηθεις ἂν Δημόκριτον, κατά γε ὄψιος κρίσιν ἐκ τῶν ὁρεομένων, μανίης εἰκόνι ἐοικέναι. χρὴ οὖν τὸν ἰητρὸν, μὴ μόνον ὄψει τὰ πάθη κρίνειν, ἀλλὰ καὶ πρήγματι.[105] τούς τε ῥυθμοὺς ἀνακρίνειν ὡς ἐπιτοπλεῖστον. καὶ πότερον ἄρχοιτο τὸ πάθος, ἢ μεσάζοι ἢ λήγοι. καὶ διαφορὴν, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, περιτηρεῦντα ἰητρεύειν τὸ πάθος. οὐλομελίην τε τοῦ σκήνεος. ἐκ γὰρ τουτέων ἁπάντων, εὐχερῶς τὴν νοῦσον εὑρήσεις. ἀπέσταλκα δέ σοι τὸν περὶ μανίης λόγον. ἔρρωσο.

Ο περὶ μανίης λόγος.

MΑινομένῳ[106] δὲ ὡς ἔφην, ἐν τῷ περὶ ἱερῆς νούσου, ὑπὸ ὑγρότητος τοῦ ἐγκεφάλου, ἐν ᾧ ἐστὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα. ὅταν ὑγρότερος τῆς φύσιος ᾖ, ἀνάγκη κινέεσθαι. κινουμένου δὲ μήτε τὴν ὄψιν ἀτρεμίζειν, μήτε τὴν ἀκοήν.[107] ἀλλὰ ἄλλοτε ἀλλοῖα ὁρᾶν τε. καὶ ἀκούειν. τήν τε γλῶσσαν τοιαῦτα διαλέγεσθαι, οἷα ἂν βλέπῃ τε καὶ ἀκούῃ ἑκάστοτε. ὅσον δὲ ἂν ἀτρεμίσῃ ὁ ἐγκέφαλος, τοσοῦτον καὶ φρονεῖ χρόνον ὁ ἄνθρωπος. γίνεται δὲ ἡ διαφθορὰ τοῦ ἐγκεφάλου, ὑπὸ φλέγματος, καὶ χολῆς. γνώσῃ δὲ ἑκάτερα, ὧδε. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ φλέγματος μαινόμενοι, ἥσυχοί τε εἰσὶ, καὶ οὐ βοητοὶ, οὐδὲ θορυβώδεες. οἱ δὲ ὑπὸ χολῆς,[108] πλῆκται, καὶ κακοῦργοι, καὶ οὐκ ἠρεμαῖοι. ἢν μὲν ξυνεχῶς μαίνωνται, αὗται αἱ προφάσιες εἰσίν. ἢν δὲ δείματα, καὶ φόβοι, ὑπὸ μεταστάσιος γίνονται τοῦ ἐγκεφάλου θερμαινομένου ὑπὸ χολῆς ὁρμησάσης ἐπ' αὐτὸν κατὰ φλέβας, τὰς αἱματίτιδας. ὅταν δὲ ἀπέλθῃ ἡ χολὴ πάλιν ἐς τὰς φλέβας, καὶ τὸ σῶμα πέπαυται. ἀνιῆται δὲ καὶ ἀσῆται, καὶ ἐπιλήθεται παρὰ καιρὸν, ψυχομένου τοῦ ἐγκεφάλου ὑπὸ φλέγματος, καὶ ξυνισταμένου παρὰ τὸ ἔθος. ὅταν δὲ ἐξαπίνης ὁ ἐγκέφαλος διαθερμαίνηται ὑπὸ χολῆς κατὰ τὰς φλέβας τὰς εἰρημένας ἐπιζέσαντος τοῦ αἵματος ἐνύπνια ὁρέουσι φοβερά. καὶ ὡς ἐγρηγορότος τὸ πρόσωπον φλογιᾷ. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρυθραίνονται. καὶ ἡ γνώμη ἐπινοεῖ τι κακὸν ἐργάζεσθαι τοῦτο καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ πάσχει. ὅταν δὲ καὶ αἷμα σκεδασθῇ πάλιν ἐς τὰς φλέβας, πέπαυται.[109] ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἱστορήσας, ὡς ἐγένετο ἀφωνίη. ἄγνοια. παραληρήσεις συχναὶ καὶ ὑποστροφαί. ἡ δὲ γλῶσσα σκληρή. καὶ εἰ μὴ διακλύσαιτο, λαλεῖν οὐχ οἷόν τε ἦν,[110] καὶ σφόδρα πικρὴ τὰ πολλά. φλεβοτομίη ἔλυσεν, ὑδροποσίη, μελίκρητον. ἐλλεβόρων πόσιες. οὗτος ὀλίγον ἐπιζήσας χρόνον, ἐτελεύτησεν.

[111] ἄλλος

[112] ἄλλος ἦν ὅς ὅτε εἰς ποτὸν ὁρμῷη φόβος τῆς αὐλητρίδος ἐλάμβανεν, εἰ ἀκούσειεν αὐλούσης. ἡμέρης δ᾽ ἀκούων οὐδὲν ἔπασχε.

Erat & alius, quem, cùm ad conuiuium procederet, si tibicinam tibia canentem audiret, timor inuadebat, interdiu verò si audiret, nihil patiebatur.

Ἱπποκράτης Δημοκρίτῳ εὖ πράττειν.

Ἡ τεχνῆς τέχνης ὦ Δημόκριτε, κατορθώματα μὲν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐ πάμπαν πάσιν ἐπαινοῦσι. θεοῖς δὲ πολλάκις, προσάπτουσιν. ἣν δ᾽ ἡ φύσις ἀντιπράξασα ἀπολέσῃ τὸν θεραπευόμενον, ἰητροὺς καταμέμφονται, παρέντες τὸ θεῖον. καὶ ἔγωγε δοκέω πλείονα μεμψιμοιρίην, ἢ τιμὴν κεκληρῶσθαι τῆς τέχνης. ἐγὼ μὲν γὰρ ἰητρικῆς ἐς τέλος οὐκ ἀφίγμαι, καί περ ἤδη γηραλέος καθεστώς. οὐδὲ γὰρ ὁ ταύτης εὑρετὴς Ἀσκληπιός· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν πολλοῖς διεφώνησε. καθάπερ ἡμῖν αἱ τῶν ξυγγραφέων βίβλοι παραδεδώκασιν. ἡ μὲν οὖν ὑπὸ σέο ἐπισταλεῖσα ἡμῖν ἐπιστολή, κατεμέμφετο περὶ τῆς φαρμακείης τοῦ ἐλλεβόρου. εἰσήχθην μὲν οὖν ὦ Δημόκριτε ὡς μεμηνότα ἐλλεβορίσων. οὐ καταμαντευσάμενος ὅστις ποτ᾽ εἴης. ὡς δὴ ἐντυχὼν ἔγνων, οὐ μὰ Δία παραφροσύνης ἔργον, ἀλλὰ σχεδὸν ἀποδοχῆς πάσης, καρτα σέο φύσιν ἐπῄνεσα. ἄριστον τε φύσεως ἑρμηνευτὴν, καὶ κόσμου ἔκρινα. τοὺς δ᾽ ἐπαγαγόντας με, ἐμεμψάμην ὡς μεμηνότας. φαρμακείης γὰρ αὐτοὶ ἔχρηζον. ἐπεὶ δ᾽ οὖν συντυχίη ἡμέας εἰς τὸ αὐτὸ συνήγαγεν, ὀρθῶς ποιήσεις ἐπιστέλλων ἡμῖν πυκνότερον, καὶ μεταδιδοὺς τῶν ὑπὸ σέο γραφομένων ξυνταγμάτων. ἀπέσταλκα δέ σοι καὶ αὐτὸς τὸ περὶ τοῦ ἐλλεβορισμοῦ λόγον. ἔρρωσο.

Hippocrates Democrito S.

In arte Medica quæ rectè fiunt, plerunque quidem hominum vulgus non admodum laudat, sæpè verò Diis attribuit. At si in aliquo repugnans natura eum qui curatur interemerit, numen prætermittens, Medicos incusat. Et ego sanè plus reprehensionis quàm honoris ex arte mihi consecutus videor. Neque enim quantumuis iam senex, ad artis Medicæ summam perueni, neque etiam ipsius inuentor Æsculapius, sed & ipse à sese in multis dissensit, velut eorum qui scripserunt libri nobis tradiderunt. Tua sanè quidem ad nos missa epistola, per veratrum medicationem reprehendebat. Accitus igitur sum Democrite, velut insanientem veratro purgaturus, cùm coniicere non possem, qualis tandem esses. Postquam verò tecum versatus, non per Iouem desipientiæ opus, sed omni prope fauore prosequendum cognoui, magnopere ingenium tuum laudaui, teque præstantissimum naturæ & mundi interpretem iudicaui, eos verò qui me acciuerunt tanquam insanos accusaui, cùm ipsi medicatione indigerent. Quandoquidem igitur casu contigit vt nos vna conueniremus, rectè feceris si ad nos crebriores literas dederis, & à te conscripta commentaria ad nos transmiseris. Misi autem etiam ad te de veratri vsu libellum. Vale.

Ἱπποκράτης Δημοκρίτῳ περὶ ἐλλεβορισμοῦ.

Τοῖς [113] μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι πρὸ τῆς πόσιος προϋγραίνειν τὰ σώματα, πλέονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσει. ἐπὴν δὲ πίῃ ἐλλέβορον πρὸς τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων ἄγειν μὴ πρὸς ὕπνους. δηλοῖ δὲ ἡ ναυτιλίη. ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει. ἐπὴν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν ἐλλέβορον κινεῖν τὰ σώματα. ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖς σάρκας ὑγιέας ἔχουσι. [114] ὅσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι μὴ διψῶσι, καθαιρόμενοι οὐ παύονται, πρὶν ἢ διψήσωσι. [115] σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου, θανάσιμον. ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος κακόν. [116] ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοις τοῖς αὐτομάτοις γινομένοισιν, ἣν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσιν. εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον. ὡς δ᾽ ἔφην ἐν τῷ προγνωστικῷ, [117] κάθαρσις εὐθετεῖ ἡ ἄνω ἐφ᾽ ἀπυρέτῳ. ἀσιτίη ἢ καρδιωγμὸς, ἢ σκοτοδινὸς, ἢ στόμα ἐπιπικραινόμενον καθόλου τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδύναις. [118] ἡ δὲ κάτω, ὅπου χωρὶς πυρετοῦ στρόφος, ὀσφύος ὀδύνη. γουνάτων βάρος. καταμήνια δυσεκχώρητα. ὀδύναι ἐν τοῖς ὑπὸ τὸ διάφραγμα. φυλάσσεσθαι δ᾽ ἐν τῇ φαρμακοποσίῃσι [119] τοὺς ἀστείους τὰ σώματα. μάλιστα δὲ τοὺς μέλανας, καὶ ὑγροσάρκους, καὶ τοὺς ὑποξήρους δὲ, καὶ ψελλοὺς, καὶ τραυλούς. [120] ὁκόσοι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου, ὡς ἔφην, ἐν τῷ περὶ πτισάνης εὐθέως ἐπιχειρέουσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν ξυντεταμένου, καὶ φλεγμαίνοντος [121] οὐδὲν ὠφελέουσι. οὐδὲ γὰρ διαδίδωσιν ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος. τὰ δ᾽ ἀντέχοντα τῷ νοσήματι καὶ ὑγιέα ξυντήκουσι. ἀσθενέος δ᾽ τοῦ σώματος γενομένου, τὸ νόσημα ἐπικρατεῖ, καὶ ἀνιήτως ἔχουσι. [122] ἐλλεβορίζειν δὲ χρὴ οἷς ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα. μὴ διδόναι δ᾽ ἐπὶ ἐμπύοις.

Hippocrates de Veratri Purgatione.

Qui non facilè per superiora purgantur, iis corpora copiosiore cibo & quiete ante potionem humectanda sunt. Post veratri potionem, corpora magis ad motionem quàm ad somnos adducenda. Quod verò motio corpora turbet, id indicat nauigatio. Cum voles vt veratrum magis ducat, corpora moueto. veratrum carnes sanas habentibus periculum creat. Qui in medicamentorum potionibus non sitiunt, purgari non desinunt, priùs quàm sitiant. Ex veratro orta conuulsio lethalis. Immodicæ purgationi succedens conuulsio aut singultus, malo est. In alui perturbationibus & vomitionibus sponte obortis, si qualia purgari conuenit, purgentur, tum conducit, tum facilè ferunt, alioqui contra accidit. At velut in Prænotionibus dictum est, per superiora purgatio accommoda est, ei qui sine febre cibi fastidio, aut ventriculi morsu, aut tenebricosa vertigine torquetur, aut cui os amarum est, & in summa omnibus supra septum transuersum doloribus. Per inferiora verò, vbi citra febrem tormina detinent, lumborum dolor, genuum grauitas, menses ægrè prodeunt, & dolores sunt in partibus septo transuerso inferioribus. In medicamentorum autem potionibus, vitandi sunt qui corpore probè valent, præcipuè verò nigri & humida carne præditi, subsicci, balbi & blæsi. At qui per morbi initia inflammationes confestim per medicamenti potionem soluere nituntur, ij de distento quidem ac inflammato nihil auferunt, velut à me dictum est in libro de Ptisana. Crudus enim affectus nihil cedit, quæ verò morbo resistunt & sana sunt, tabesciunt, imbecillo autem reddito corpore morbus superior euadit, & curari nequeunt. Veratrum autem exhibendum quibus de capite fluxio fertur, at suppuratis minimè dandum.

Medicamento minimè purgandi decolores, raucedinosi, lienosi, sanguine defecti, suspiriosi, & sicca tussi vexati, siticulosi, flatulenti, quiq; præcordia distenta habent, & latera, & dorsum, qui stupore affecti hebetius cernunt, quibus aures sonant, quiq; vrinam minimè continent, neq; qui morbo regio laborant, & aluo sunt debili, quibus sanguis erumpit, aut qui tubercula habent. Quòd si medicamento purgandum videatur, veratro per superiora securè purgato, at per inferiora minimè. His autem præstat victus rationem præscribere. Neq; verò, quemadmodum in Prædictis dixi, medicamento purgandi sunt, qui nigra vomitione refundunt, cibos auersantur, delirant, quiq; dolore vexati parum dormiunt, qui aspectum ferocem obliquè deflexum habent; subtumidi sunt, tenebricosa vertigine vexantur, decolores, neque qui in febre æstuant & confracti sunt. Sesamoides verò (velut dixi libro de Ptisana) per superiora purgat, potum ad drachmam dimidiam, & in aceto mulso tritum. Admiscetur etiam veratris tertia potionis parte, & minùs strangulat. Diuturnas etiam quartanas purgat, & longa febre lipyria laborantes, & eos quibus neque sitis neque excretio adest, neque tamen ante tres hebdomadas. Interdum etiam morbo laterali & voluulo laborantes. Quinetiam purgandum est, si vteri purgatione opus habeant, velut dixi libro de Morbis mulierum.

[123] μὴ φαρμακεύειν τοὺς ἀχρόους. τοὺς βραγχώδεας. τοὺς σπληνώδεας. τοὺς ἀφαίμους. τοὺς πνευματώδεας, καὶ ξηρὰ βήσσοντας. διψώδεας. φυσώδεας. ἐντεταμένους ὑποχόνδρια, καὶ πλευρὰς, καὶ μετάφρενα, τοὺς ἀποναρκουμένους, καὶ ἀμαυρὰ βλέποντας, καὶ οἷς ἦχοι τῶν ὤτων, [124] καὶ τοὺς οὐρήθρας ἀκρατεῖς. μηδὲ τοὺς ἰκτερώδεας, [125] ἢ κοιλίης ἀσθενέας. [126] ἢ αἱμορρώδεας. [127] ἢ ἐν φύμασιν. ἢν δὲ φαρμακεῦσαι δοκεῖ, ἐλλεβόρῳ ἀσφαλῆς ἄνω κάθαιρε. κάτω δὲ μή. κράτιστον δὲ τούτοις. [128] διαιτῆν. [129] ὡς δὲ ἔφην ἐν τῷ προρρητικῷ. μὴ φαρμακεύειν μηδὲ τοὺς ἐπανεμοῦντας μέλανα, ἀποσίτους, καὶ παραφόρους, [130] καθεύδειν μικρὰ ὀδυνώδεας. [131] ὄμμα θρασὺ κεκλιμένον ἔχοντας. ἀποιδοῦντας. σκοτώδεας. ἀχρόους, [132] μηδὲ τοὺς ἐν πυρετῷ καυματώδεας, κατακεκλασμένους. [133] ὡς δὲ ἔφην περὶ πτισάνης σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει. ἡ πόσις ἥμισυ δραχμῆς ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένῳ. ξυμμίσγεται δὲ καὶ τοῖς ἐλλεβόροις τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος, καὶ ἧσσον πνίγει. καθαίρει δὲ καὶ τοὺς ἐν χρονίοις τεταρταίοις, καὶ τοὺς ἐν λιπυριώδει πυρετῷ χρονίους. καὶ ὧν οὐκ ἔστι δίψος, μηδὲ ἀπόκρισις. τούτους δὲ μὴ πρότερον τῶν τριῶν ἑβδομάδων. ποτὲ δὲ καὶ πλευριτικοὺς, καὶ εἰλεώδεις. ὡς δὲ ἔφην ἐν τῷ περὶ γυναικείων, καθαίρειν καὶ ἢν αἱ μῆτραι καθάρσεως δέονται.

Hippocrates ad Thessalum filium.

GEometriæ & Arithmetices cognitioni studium adhibeto mi fili. Neque enim solum vitam tuá gloriosam & ad multa in rebus humanis vtilem, verùmetiam mentem acutiorem & longè splendidiorem ad fructum eorum omnium, quæ in arte Medica vsui sunt, consequendum reddet. Quanquam quidem Geometriæ cognitio, cùm multas & varias formas habeat, & omnia cum demonstratione ad exitum perducat, tum ad ossium positus, & articulos suis sedibus emotos, tum etiam ad reliquam membrorum compositionem vtilis futura est. Nam ad horum affectuum variam cognitionem faciliùs perueniet, tum etiam articulorum repositione, tum ossium contritorum resectione, & perforatione, & coaptatione, & substractione, reliquaq; curatione ductus, qui locum & os quale sit ex eo emotum cognouerit. Numerorum verò series, tum ad ambitus, tum ad eas mutationes quæ præter rationem in febribus fiunt, & ad iudicandos ægros, & ad morborum securitatem satis futura est. Præclarum enim est, id tibi in re Medica subministrari, quod intensionis ac remissionis partiú, quæ ex parte inæquales sunt, facilem tibi absque errore notitiam præbeat. Quapropter ad huius experientiæ facultatem valde contendito. Vale.

Ἱπποκράτης πρὸς τὸν υἱὸν Θεσσαλόν.

ΙΣτορίης δὲ μελέτω σοι ὦ παῖ, γεωμετρικῆς. καὶ ἀριθμήσιος. οὐ γὰρ μόνον σέο καὶ τὸν βίον εὐκλέα καὶ ἐπὶ πολλὰ χρήσιμον ἐς ἀνθρωπίνην μοίρην ἐπιτελέσει. ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ὀξυτέρην τε καὶ τηλαυγεστέρην κατὰ τὸ ἐν ἰητρικῇ ὀνῆσθαι πᾶν ὅλη, χρήζει. καὶ τοι ἡ μὲν τῆς γεωμετρίης ἱστορίη ἐοῦσα πολύσχημός τε, καὶ πολυειδής. καὶ πάνυ μετ᾽ ἀποδείξεως περαινομένη ἔσται χρησίμη πρός τε τὰς τῶν ὀστέων θέσεις καὶ ἐξαρθρήσεις. καὶ τὴν λοιπὴν τῶν μελέων τάξιν. εἰς τὴν γὰρ τούτων πολυτροπίην εὐεπιγνωστότερον. ἐμβολῇ τε ἄρθρων [134] καὶ τῇ τῶν ὀστέων τῶν συντριβομένων ἀναπρίσει τε, καὶ ἐκτρυπήσει, καὶ συνθέσει. καὶ ἐξαιρέσει. καὶ τῇ λοιπῇ θεραπείῃ χρήσαιτο, εἰδὼς ὁκοῖόν τε χωρίον ἐστὶ καὶ τὸ ἐκ τούτου ἐξορθούμενον ὀστέον. ἡ δὲ τῆς ἀριθμήσιος τάξις, πρός τε τὰς περιόδους, καὶ ἀλόγους τῶν πυρετῶν μεταστάσιας, καὶ τὰς κρίσιας τῶν νοσεόντων. καὶ τὸ ἐν νούσοις ἀσφαλείης [135] ἀρκέουσα ἔσται, μάλα γὰρ σεμνὸν ὑπηρεσίαν ἔχειν ἐν ἰητρικῇ τοιήνδε ἥτις σοι τὰ μέρεα τῆς ἐπιτάσιος, καὶ τῆς ἀνέσιος ὅταν ἄνισα ὄντα τὴν μοῖραν εὔγνωστα παρέχεται, χωρὶς ἀμπλακίης διὸ δὴ κάρτα ἐς δύναμιν ἀφικνέο τῆς τοιῆσδε ἐμπειρίης. ἔρρωσο.

Democritus Hippocrati, De Natura humana.

OMnes artem Medicam nosse conuenit, ô Hippocrates, cùm præclara simul res sit & ad vitam cōducibilis, tum verò vel maximè eruditionis & eloquentiæ peritis. Sapientiæ enim cognitionem Medicinæ sororem & familiarem esse duco. Sapientia siquidem animi perturbationes exhaurit. At Medicina corporum morbos pellit. Mens autem increscit cùm adest sanitas, cuius curam habere eos qui rectè sentiūt præclarū est. Vbi verò corporis habitus dolet,

Δημόκριτος Ἱπποκράτει περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

ΧΡὴ [136] πάντας ἀνθρώπους ἰητρικὴν τέχνην ἐπίστασθαι ὦ Ἱππόκρατες. καλὸν γὰρ ἅμα καὶ ξυμφέρον ἐς τὸν βίον. τουτέων δὲ μάλιστα, τοὺς παιδείας καὶ λόγων ἴδριας γεγενημένους. ἱστορίην σοφίης γὰρ δοκέω ἰητρικῆς ἀδελφὴν καὶ ξυνοίκην. σοφίη μὲν γὰρ ψυχὴν ἀναρρύεται παθῶν. ἰητρικὴ δὲ, νόσους σωμάτων ἀφαιρέεται. αὔξεται δὲ νόος, παρεούσης ὑγείης. ἣν καλὸν προνοέειν τοὺς ἐσθλὰ φρονέοντας. ἕξεως δὲ σωματικῆς ἀλγεούσης,

οὐδὲ προθυμίην ἄγει νόος, ἐς μελέτην ἀρετῆς. νοῦσος γὰρ παρεοῦσα, δεινῶς ψυχὴν ἀμαυροῖ, φρόνησιν ἐς συμπάθειαν ἄγουσα. φύσεως δὲ ἀνθρωπίνης ὑπογραφὴ, θεωρίην ἔχει τοιήνδε. ὁ μὲν ἐγκέφαλος, φρουρέει τὴν ἄκρην τοῦ σώματος. ἀσφαλείῃ ἐμπεπιστευμένος. ὑμέσι νευρώδεσι συνεισκατοικέων. ὑπὲρ ὃν, ὀστέων διπλῶν φύσιες ἀναγκαίαι ἀρηρυῖαι, δεσπότην φύλακα διανοίης, καλύπτουσιν ἐγκέφαλον. τριχῶν εὐκοσμίη, χρῶτα κοσμῶσαι. τὸ δὲ τῶν ὀμμάτων ὁρητικὸν, ἐν πολυχίτωσι φωλεῦον ὑγροῖς, ἐνστασίαις ὑπὸ μετώπων, [137] κολασίῃ συνίδρυται. θεωρίης δὲ αἴτιον. ἀκριβὴς δὲ κόρη, [138] φύλακα ταρσὸν εὐκαιρίης ὑπομένει. διπλοῖ δὲ ῥώθωνες, ὀσφρήσιος ἐπιγνώμονες, διορίζουσιν ὀφθαλμῶν γειτνίην. μαλακὴ δὲ χειλέων ἁφὴ στόματι περιπτυσσομένη, ῥημάτων αἴσθησιν, ἀκριβῆ τε διάρθρωσιν παρέχει κυβερνωμένη. γένειον δὲ, ἀκροτελὲς καὶ χελωνείοις γόμφοις συναρμοσμένον. ἐνδοχεῖα δὲ μύθων ὦτα, δημιουργὸς ἀνέῳξεν. [139] οἷς ἐπὰν ὁ θυμὸς, οὐκ ἀσφαλὴς διήκονος ἀλογιστίης γίνεται. λαλιῆς μήτηρ γλῶσσα, ψυχῆς ἄγγελος, πυλωροῦσα τὴν γεῦσιν, [140] ὀχυροῖς ὀδόντων θριγκοῖσι πεφρούρηται. βρόγχος δὲ καὶ φάρυγξ, ἡρμοσμένοι ἀλλήλοις, γειτνιῶσιν. ὁ μὲν γὰρ [141] ἐς κέλευθον πνεύματος. ὁ δὲ, εἰς βυθὸν κοιλίης, τροφὴν προπέμπει. λάβρως ὠθεύμενος. κωνοειδὴς δὲ, καρδίη βασιλὶς, ὀργῆς ἰθυντὸς, πρὸς πᾶσαν ἐπιβουλὴν [142] ἐνδέδυκε θώρακα. ταμιεῖα δὲ πνευμάτων σήραγγες ἠέρι διαδυόμεναι, φωνῆς αἴτιον πνεῦμα τίκτουσι. τὸ δὲ χορηγὸν αἵματος, καὶ μεταβάλλον εἰς τροφὴν, σὺν λοβοῖς πολλάκις κοίλη [143] περίπλοος ἐστὶ, ἧπαρ ἐπιθυμίης αἴτιον. [144] χλωρὴ δὲ χολὴ περὶ ἧπαρ μένουσα καὶ διαφθορὴ σώματος ἀνθρωπηΐου ὑπερβλύσασα γίνεται. βλαβερῶς δὲ σώματος ἀνθρωπίνου καὶ ἀνωφελὴς ἔνοικος, [145] σπλὴν ἀπέναντι εὕδει πρῆγμα μηδὲν αἰτούμενος. μέση δὲ τούτων, χορηγὸς πανδέκτειρα κοιλίη. κατευνάζεται δὲ διοικεῦσα τὴν πέψιν. [146] ἔντερα δὲ κοιλίης συνθέσεως δημιουργίῃ συνειλούμενα, εἰλεῖται περὶ κοιλίην ἔντερα. λήψεως καὶ ἀποκρίσεως αἴτια. δίδυμοι δὲ νεφροί. [147] ἰσχίοισιν ἐνιδρυμένοι, καὶ ἠμφιεσμένοι δημῷ, οὔρων ἐκκρίσεως οὐκ ἀλλότριοι πεφύκασι. κύριος δὲ ἁπάσης κοιλίης, ὁ καλεύμενος ἐπίπλοος, γαστέρα πᾶσαν ἐμπεριείληφε, μόνου σπληνὸς ἄτερ. ἑξῆς νευρώδης κύστις ἰσχίων στόμα ἐνιδρυσμένη συμπεπλεγμένων ἀγγείων, οὔρων ἐκκρίσεως αἰτίη γίνεται. ἡ δὲ γειτνιῶσα ταύτῃ μήτηρ βρεφέων, ἡ δεινὸν ἄλγος τῶν ἐν γυναικὶ μόχθων μυρίων παραιτίη, [148] μήτηρ πεφώλευκεν. ἡ πυλωρὸς μυχοῖς ἰσχίων βρύσασα σὰρξ, σφίγγεται νευρέοισιν. ἐκ δὲ πλήθους ἐκχέουσα γαστρὸς φύσιος, [149] ἐκ τόκου προνοίης. ἐκ δὲ σώματος κρεμαστοὶ ἐκτὸς, οἰκίην νέμονται ἔκγονοι κτίσαι ὀρχεῖς, πουλυχίτωνες ἐόντες. εὔνοος ἥβη ἀπὸ φλεβέων τε καὶ νεύρων πλέγμα, οὔρων ἔκχυσιν ποιεύμενον, συνουσίας ὑπουργὸν φύσιος ὑποδεδημιούργηται. ὄρεξιν ἥβης πυκάζεμενον. σκέλη δὲ καὶ βραχίονες, καὶ τὰ προσηρτημένα τούτοις ἄκρα, διηκονίης πᾶσαν ἀρχὴν συνηθροισμένα ἔχοντα, νεύρων τε ἀσφαλῆ λειτουργίην τελέουσιν. ἡ δὲ ἀσώματος ἐν μυχοῖς φύσις, ἐξετεύξε πολυτίμορφα σπλάγχνων γένη. ἃ δὴ θάνατος ἐπισταθεὶς, ὠκέως ἔπαυσε λειτουργίης.

mens ad virtutis exercitationem nullam adhibet diligentiam. Præsens enim morbus animum vehementer hebetat, & intelligentiam in affectus cognationem secum adducit. Humanæ verò naturæ descriptio hanc habet speculationem. Cerebrum quidem in summa corporis parte præsidio locatum est, ad securitatem sibi concreditam, intra membranas neruosas collocatum, supra quod duplicia ossa ad necessitatem adaptata, dominum mentis custodem cerebrum cooperiunt. Pilorum concinna ratio cutem exornat. Oculorum verò cernendi vis intra multas tunicas insistentibus humoribus velut in cauo delitescens, sub fronte ad moderationem collocata, cernendi causa est. Pupilla sincera palpebræ extremam oram (ταρσὸν dicunt) ad opportunitatis custodiam sustinet. Nares duplices odoratus arbitræ, oculorum viciniam dirimunt. Labra verò os molli suo contactu circumplexa, verborum sensum & exactam articulationem regunt & efficiunt. Mentum autem in extremitatem desinit, & testudinis in modum conuexum, dentium clauis coaptatur. At aures opifex ad sermones excipiendos aperuit, in quas cùm sermo subit, certus temeritatis minister euadit. Lingua loquentiæ mater, animi nuncia, gustus custodiæ præfecta, tutis dentium sepimentis munita est. Guttur ac gula iuxta sese coaptata viciniam habent. Illud enim in spiritus viam, hæc verò in ventriculi profundum liberaliter propellendo alimentum demittit. Cor regium locum obtinens, coni formam habens, aduersus omnes insultus thoracem induit. Crebræ autem spiritus cauernæ, aëri peruiæ, spiritum vocis causam pariunt. At hepar quod sanguinem suggerit, & in alimentum transmutat, cum fibris plærunq; vena caua alluitur, cupiditatisq; causa est. Bilis pallida in hepate manens, vbi in corpore humano redundat, ipsum corrumpit, eiusq; noxius & inutilis est incola. Splen ex aduerso iacet, nullum negotium exhibens. Horum medius ventriculus omnia suscipiens, chorum ducit & recumbit, coctionem moderás. Intestina verò quæ ventris compositione continentur, constituta vti cum eo agitentur, per ventrem conuoluuntur, eorum quæ assumuntur & excernuntur causæ. At gemini renes coxis insidentes, & adipe circúdati, ab vrinarum excretione non alieni, natura sunt comparati. Omentum vocatum toti ventri dominatur, eumq; solo liene excepto complectitur. Vesica deinceps neruosa, coxæ ore per complicata vasa, insidens, vrinarum excretionis causa existit. Huic vicina infantium mater, grauis calamitas, sexcentarum ærumnarum mulieri author vterus delitescit. Cuius osculo caro præficitur, quæ ex imis coxarum recessibus erumpés, neruis adstringitur, ex plenitudine naturæ ventris effundens, ex partus prouidentia. Extra corpus pensiles, domum incolunt, ad generationem conditi testes, multiplices tunicas habentes. Pubes autem ex venis & neruis ad beneuolentiam contexta, vrinarum effusionem facit, ad veneris ministerium à natura condita, pubertatis appetentiam coarctat. Crura & brachia hisq; annexa extrema, totum officij principium coaceruatum habent, totamq; neruorum administrationem perficiunt. Incorporea autem in imis recessibus natura, viscerum omne genus fabricauit, quibus sanè mors insistens, ea celeriter administratione soluit.

Hippocratis salubre Consilium ad Regem Demetrium.

HIppocrates Cous Regi Demetrio, S. Nos cùm antea, ô Rex, operam dederimus vt naturæ humanæ partes in summa consideraremus, eas ad te conscriptas velut iussisti misimus. Nunc verò ea quibus summo studio prudentes incumbere debent, partim quidem à maioribus excepta, partim verò etiam nunc per nos inuenta ad te scripsimus. Quæ si priorum morborum signis contingentibus assecutus fueris, iisq; sępiùs vsus fueris, nullum per omne vitæ tempus morbum experieris. Duo autem sunt ægrotationum genera, quæ vniuersa animantia affligunt, vnum quidem genere, alterum verò affectu inter se dissimilia. At alimentorum cupiditates ex repugnantibus deprehendes, dum quæ vacuantur eorum quæ plena sunt, & quæ implent vacuorum indicationem faciũt. Morbos autem omnes ex subcontrariis conflatos deprehendes, & morbos ex morbis oriundos. Conuulsionibus succedens febris morbum compescit. Capitis magnos dolores, sanguis per aures aut nares copiosè prorumpens. Conuulsiones melancholicis omnibus succedentes, melancholias sedant. Et in summa quidem humanorum morborum radix caput est, ex eoq; maximæ ægrotationes adueniunt. Cum enim toti corpori incumbat, eorum omnium quæ ingeruntur reliquias & tenues humores non secus ac cucurbitulam attrahere contingit. Intendere autem animum oportet, vt ipsi in has partes præparatus peculiariter viuas, & adhibita diligentia tam bene constituto ordine omnia apud te fiant, vt nullum ingruentis morbi incrementum accipiat, & neque rerum venerearum, neque diuersorum eduliorum intemperantia, neque somnis maximè noxiis minimè exercitato corpore vtaris, sed signa quæ in corpore fiunt secutus, cuiusque corporis occasionem conserues, vt eo qui ingruit morbo euitato, earum medelarum vsu quas præscribo, sine vllo morbo vitium transigas.

Ἱπποκράτους ὑγιεινὸν πρὸς Δημήτριον βασιλέα.

ΙΠποκράτης Κῷος βασιλεῖ Δημητρίῳ χαίρειν. ἡμεῖς καὶ πρότερον σπουδάζοντες ὦ βασιλεῦ περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐν κεφαλαίῳ θεωρῆσαι τὰ μέρη, ταῦτα συγγράψαντες καθάπερ ἠξίωσας, ἀπεστείλαμεν. νῦν δὲ περὶ ὧν δεῖ μάλιστα σπουδάζειν τοὺς ἔμφρονας, ἡμεῖς τὰ μὲν, καὶ παρὰ τῶν πρότερον παρειληφότες, τὰ δὲ, καὶ νῦν αὐτοὶ προσεξευρίσκοντες, γεγράφαμέν σοι. οἷς σὺ τῶν προτέρων ἀρρωστημάτων σημείοις γινομένοις ἐπακολουθῶν, καὶ χρώμενος πλειστάκις, ἄνουσος ἂν εἴης τὸν ἅπαντα χρόνον. ἔστι δὲ, δύο γένη ἀρρωστιῶν ἁπάντων ζώων. ἡ μὲν, κατὰ γένος. ἡ δὲ, κατὰ πάθος, ἀνόμοιαι. τὰς δ' ἐπιθυμίας τὰς κατὰ τὴν τροφὴν, ἐκ τῶν ὑπεναντίων ὄψει, [150] ξηραινομένων τῶν κενουμένων. τὰ δὲ πλήρη πληρούντων δὲ κενά. τὰς δὲ νούσους ἁπάσας, ἐξ ὑπεναντίων ὄψει καθεστηκυίας καὶ νούσους ὑπὸ νούσων γινομένας. [151] ὑπὸ σπασμῶν πυρετὸς ἐπιγινόμενος, ἵστησι τὸ νόσημα. [152] κεφαλῆς πολλῆς δὲ περιωδυνίας αἷμα κατὰ τὰ ὦτα ῥαγὲν, ἢ κατὰ τὰς ῥῖνας. [153] σπασμοὶ πᾶσι τοῖς μελαγχολικοῖς ἐπιγιγνόμενοι, παύουσι τὰς μελαγχολίας. καὶ καθόλου μέν ἐστι καὶ ῥίζα τῶν ἀνθρωπίνων νοσημάτων, ἡ κεφαλὴ, καὶ τὰ ἀρρωστήματα τὰ μέγιστα, ἐκ ταύτης παραγίνεται. [154] ἐπικειμένην γὰρ αὐτὴν τῷ σώματι, ὥσπερ σικύαν τῶν εἰσφερομένων ἁπάντων συμβαίνει αὐτὴν ἕλκειν περιττώματα. καὶ τοὺς λεπτομερεῖς χυμούς. δεῖ δὲ προσέχειν τὸν νοῦν, ἰδίως τὴν αὐτὸν παρασκευάσαντα εἰς ταῦτα τὰ μέρη. ὅπως μηδεμίαν αὔξησιν λαμβάνοντα, τὰ προσπίπτοντα τῶν ἀρρωστημάτων, διά τε τῆς ἐπιμελείας καὶ τῆς εὐταξίης τῆς παρά σοι γινομένης. καὶ μήτε ταῖς τῶν ἀφροδισίων ἀκρασίαις, μήτε ταῖς τῶν διαφόρων ἐδεσμάτων, [155] μήτε τοῖς ὕπνοις τοῖς ὑπερκολαστικοῖς ἀγυμνάστου ὄντος τοῦ σώματος χρώμενος, ἀλλ' ἐπακολουθοῦντα τοῖς σημείοις τοῖς γινομένοις ἐν τῷ σώματι, διατηρεῖν τὸν καιρὸν ἑκάστου σώματος. ὅπως ἂν φυλαξάμενος τὸ ἀρρώστημα τὸ μέλλον ἐπιφέρεσθαι, ταῖς θεραπείαις, αἷς ἂν ἐγὼ γράφω, χρώμενος, διατελῇς ἄνοσος ἐών.

Atheniensium Senatus consultum.

SEnatus Populusque Atheniensium sic censuit. Quandoquidem Hippocrates Cous Medicus ab Æsculapio oriundus, summam beneuolentiam in seruandis Græcis ostendit, cùm peste à Barbaris in Gręciam peruadente, demissis per loca suis discipulis medelas indicauit, quibus qui vterentur instantem pestem securè effugere possent quoq; modo Medicina Græcis tradita, eos laborantes tuto seruaret. Quin & exactè à se scripta de re Medica in publicum emisit, cùm multos esse cuperet Medicos, qui seruare possent. Persarum etiã Rege ipsum ad honores suos optimatibus æquales, & munera quæ ipse Hippocrates optaret accersente, Barbari pollicitationes, quòd hostis & cõmunis Græcorum inimicus esset, contempsit. Vt igitur cõstet populum Atheniensem, Græcis semper vtiliter cõsuluisse, vtq; dignã pro meritis Hippocrati gratiã referat, decreuit populus, vt in magnis mysteriis nõ sec⁹ ac Hercules Iouis fili⁹ publicè initiaretur,

Δόγμα ἀθηναίων.

ΕΔοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν ἀθηναίων. ἐπειδὴ Ἱπποκράτης Κῷος ἰατρὸς ὑπάρχων καὶ γεγονὼς ἀπὸ ἀσκληπιοῦ, μεγάλην εὔνοιαν μετὰ σωτηρίας ἐνδέδεικται τοῖς ἕλλησι. ὅτε καὶ λοιμοῦ ἰόντος ἀπὸ τῆς βαρβάρων ἐπὶ τὴν ἑλλάδα, κατὰ τόπους ἀποστείλας τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς παρήγγειλε τίσι χρὴ θεραπείαις χρωμένους ἀσφαλῶς διαφεύξασθαι τὸν ἐπιόντα λοιμόν. ὅπως τε ἰατρικὴ δοθεῖσα τοῖς ἕλλησιν ἀσφαλῶς σώζει τοὺς κάμνοντας αὐτῶν. ἐξέδωκε δὲ καὶ συγγράψας ἀκριβῶς τὰ περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης, πολλοὺς βουλόμενος τοὺς σώζοντας ὑπάρχειν ἰατρούς. τοῦ τε περσῶν βασιλέως μεταπεμπομένου αὐτὸν ἐπὶ τιμαῖς ταῖς κατ' αὐτὸν ἴσαις καὶ δωρεαῖς ἐφ' οἷς ἂν αὐτὸς Ἱπποκράτης αἱρῆται, ὑπερεῖδε τὰς ὑποσχέσεις τοῦ βαρβάρου, ὅτι πολέμιος, καὶ κοινὸς ἐχθρὸς ὑπῆρχε τοῖς ἕλλησι. ὅπως οὖν ὁ δῆμος ἀθηναίων φαίνηται προαιρούμενος τὰ χρήσιμα διὰ παντὸς ὑπὲρ τῶν ἑλλήνων, καὶ ἵνα χάριν ἀποδῷ πρέπουσαν Ἱπποκράτει ὑπὲρ τῶν εὐεργετημάτων, δεδόχθαι τῷ δήμῳ μυῆσαι αὐτὸν τὰ μυστήρια τὰ μεγάλα δημοσίᾳ καθάπερ ἡρακλέα τὸν διὸς

καὶ στε-

στεφανῶσαι αὐτὸν στεφάνῳ χρυσῷ ἀπὸ χρυσῶν χιλίων. ἀνακηρύξαι τε τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. καὶ ἐξεῖναι πᶎσι κώων παισὶν ἐφηβεύειν ἐν ἀθήναις[156] καθάπερ παισὶν ἀθηναίων. ἐπειδήπερ ἡ πατρὶς αὐτῶν ἄνδρα τοιοῦτον ἐγέννησεν. εἶναι δὲ Ἱπποκράτει καὶ πολιτείαν, καὶ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ διὰ βίου.

[157] Ἐπιβώμιος.

Ω Πολλοὶ καὶ πολλῶν πολίων οἰκήται. ἐν ἀξίῃ μεγάλῃ γεγονότες, κοινὸν οὔνομα Θεσσαλοί, πᾶσιν ἀνθρώποισι πικρὴ ἀνάγκη τὰ μεμοιραμένα φέρειν.[158] καρτερὴ γὰρ βιάζεσθαι ἃ βούληται.[159] ἡ καὶ νῦν ἐγὼ εἴκων ξὺν ἐμῇ γενεᾷ θαλλοὺς στέψας, ἐπ' ἀθηναίης βωμοῦ ἱκέτης ἵδρυμαι, ὃς εἰ ὧν χρὴ λέγειν τοῖς ἀγνοεῦσιν. Ἱπποκράτης ὦ ἄνδρες εἶναι τοῖς ἐμοίοις[160] οὐ διὰ στεμμῆς καὶ καλῆς αἰτίης, ἐμέ ἐωυτὸν καὶ παῖδας, ὑμῖν ξυνίστημι. γινώσκεσθε ὦ πλῆθος. καὶ γὰρ δὴ ὦ ἄνδρες οἰκεῖοι ἐν οἷς ὡς εἰπεῖν ἀληθὲς πολλοῖσιν ὑμέων καὶ πολίων ὑμετέρων γινωσκόμεθα ὡς τύπῳ εἰπεῖν. οὔνομα δὲ ἰδέης καὶ προσωτέρω κεχώρηκε.[161] δοκέει δὲ τοῦτο ἐκ τέχνης ἐμῆς ὑγιείης τε καὶ ζωῆς, αἴτιον ἀνθρώποισι. οὐ μόνον τοῖσι τὴν ὑμετέρην οἰκέουσιν, ἀλλὰ καὶ πολλοῖσιν Ἑλλήνων, ἐγγὺς ὑμέων γινώσκομαι. ἤδη δὲ δι' ὃ ἐγὼ ὑπέμεινα τὸ τηλικοῦτον πρῆγμα, ἔργῳ πρῆξαι ἐρέω. ἀθηναῖοι, ὦ ἄνδρες Θεσσαλοί, κακῶς ἔξουσι χρεώμενοι μὴ τὴν πόλιν ἡμετέρην Κῶ.[162] ἐν δούλης μέρει διαιτῆσθαι, τὰ ἐλεύθερα διὰ προγόνων κτήσιος, ἰδίην τινὰ ποιεύμενοι. οὔτε ξυγγένειαν αἰδεσθέντες, ἥ ἐστιν αὐτέοις ἀπὸ ἀπόλλωνός τε, καὶ Ἡρακλέους, ἥτις ἐς αἰνιόν τε καὶ σουνίον, τῶν κείνων παῖδας ἱκνέεται.[163] οὐδ' Ἡρακλέους εὐεργεσιῶν εἵνεκεν πρεῖσσος νόον βαλόμενοι, ἃς ὁ κοινὸς ὑμῖν τε, καὶ ἡμῖν ὀρθῶς ποιέων θεός, ἐς κείνους κατέθετο. ὑμεῖς τε ἀλλὰ πρὸς Διὸς ἱκεσίου καὶ θεῶν ὁμογνίων ἐξέλθετε. ἀμύνατε. ἐλευθερώσατε τῆς ἰδίης φιλοτιμίης μηδὲν ἐλλείποντες.

[164] Πρεσβευτικὸς θεσσαλοῦ Ἱπποκράτεος υἱοῦ.

Προσήκειν ἡγέομαι ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τὸν καταστάντα εἰς ὑμέας, καὶ μὴ γινωσκόμενον πάμπαν τῷ πλήθει, πρῶτον δηλῶσαι μὲν, ὅς τίς, καὶ ὅθεν ἐστί. μετὰ δὲ τοῦτο τῶν λοιπῶν λόγων ἅπτεσθαι. ἐμοὶ μὲν πατὴρ, Ἱπποκράτης. ὃν ὑμεῖς γινώσκετε ἐν ἰητρικῇ ἡλίκην δύναμιν ἔχει. ὄνομα δὲ Θεσσαλός. γινώσκομαι δὲ κἀγώ, οὐκ ἐν ὑστάτοις ὑμέων, οὐδ' ὀλίγοις. πατρὶς δέ μοι, Κῶς. ἣν ὅπως ὑμῖν οἰκείη ἐστὶν ἐξ ἀρχαίων, ἕτεροι. ἐροῦσιν, οἵτινες ἱστορίην ἐξηγήσασθαι δυνατώτεροι ἦλθον δὲ πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς. τεσσαρας ἔχων εὐεργεσίας εἰπεῖν πρὸς ἡμῶν εἰς ὑμᾶς γεγενημένας. τὴν μὲν τινα παλαιὰν ἐπὶ τῶν προγόνων, κοινὴν ἐς ἅπαντας τοὺς ἀμφικτύονας, ὧν ὑμέες οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα. τὴν δὲ ἑτέρην ἐπὶ μείζω ταύτης,[165] καὶ διικνευμένην ἐς ἑλλήνων τοὺς πλείους. καὶ αὗται μὲν φανέονται τῆς πόλιος, καὶ τῶν προγόνων τῶν ἐμῶν ἐοῦσαι. ἡ δὲ τρίτη, τοῦ πατρὸς ἰδίη. καὶ τηλικαύτη, ὅσην εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ὑμῖν τε καὶ πολλοῖς Ἑλλήνων κατέθετο. ἡ δὲ ὑστάτη τῶν τεσσάρων, κοινὴ τοῦ πατρὸς καὶ ἐμή. καὶ οὐκ εἰς ἔτι πλείονας, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς διικνεομένη. ἡ πρὸς μὲν τὰς προτέρας εὐεργεσίας, μικρὴ ἂν φανείη. πρὸς δὲ ἑτέρων χάριτας μετρεομένη, μεγάλη, αἱ μὲν δὴ εὐεργεσίαι τοιαῦται, οὕτως ἔχουσιν ὡς ἐφ' ἓν εἰπεῖν, ὡς συνελόντι εἰπεῖν. δεῖ δὲ μὴ μοῦνον φάναι,

& corona aurea mille aureorum coronaretur, coronam ipsam Quinquatribus magnis in gymnico certamine præcone proclamante. Et omnibus Coorum liberis liceat, non secus ac Atheniensium, Athenis pubertatem agere, quod eorum patria eiusmodi virum procrearit. Hipp. verò vt ciuitatis iure & victu in Prytaneo toto vitæ tempore donetur.

Hippocratis Oratio ad aram.

VOs alloquor ô multi & multarum vrbium incolæ, summaque dignitate constituti, communi nomine Thessali. Mortales omnes duræ fati necessitati sunt obnoxij, quæ quod velit per vim extorquere potest. Qua n etiam ob causa n nunc cum prole mea fronde coronatus ad Mineruæ aram supplicanti similis sedeam, quis sim his qui me non norunt enarrare oportet. Hippocrates Medicus Cous, ô viri, graui & honesta de causa meipsum & liberos vestræ multitudini cognoscendos trado. Vos etiam mihi sane familiares estis, inter quos (re vera) plurimos, & in vestris vrbibus, vt paucis expediam, noti sumus. Nomen verò meum vlterius quàm forma processit. Id autem causæ ex arte mea, quæ sanitatem & vitam tuetur, fuisse videtur, quod non solum hominibus qui vestram regionem incolunt, verumetiam multis Græcis vobis finitimis notus sum. Cur autem tantum negotium peragendum susceperim, iam referam. Atheniensibus malè vertat (viri Thessali) qui Metropolim nostram Co in seruitutem redigentes, libertatem à maioribus acceptam, priuato sibi iure vendicant, neque cognationem reuereri, quæ illis est cum Apolline & Hercule, & ad Ænium & Sunium eorum liberos peruenit, neque illis in mentem venit Herculis beneficiorum, quæ vobis & nobis communis ille Deus & bene volens, in illos contulit. At vos per Iouem supplicum curam gerentem, & per penates Deos foras prodite, & vestræ dignitatis memorem in libertatem asserite.

Thessali Hippocratis filij Oratio.

COnsentaneum esse arbitror, viri Athenienses, vt is qui apud vos dicturus venit, cùm multitudini notus nō sit, primùm quidem quinam & vnde sit demonstret, deinde verò reliquam orationē persequatur. Pater certè mihi est Hippocrates, quem quantam habeat in arte Medica facultatē, optimè nostis, nomen verò Thessalus, qui & inter vos non in postremis, nec in paucis sum cognitus. Patria mea Cos est, quæ qua ratione vobis ab antiquo coniuncta sit, ceteri dicent qui in enarranda historia plus valent. Huc autem veni à patre missus, quatuor in vos à nobis collata beneficia commemoraturus. Vnum quidem vetus quoddam, maiorum nostrorum memoria, in omnes Amphyctiones cōmune, quorum vos non minima pars estis. Alterum verò hoc aliquanto maius, quod etiam ad plurimos Græcos permanauit. Et hæc quidem ab vrbe nostra & maioribus nostris profecta deprehendentur. At tertium patris est proprium, & tantum quantum nemo vnquam hominum, tum apud vos, tum apud multos Græcos posuit. Quartum & vltimum mihi cum patre commune est, quod nec iam in multos, sed in vos ipsos redundauit. Quod quāquam cum prioribus beneficiis comparatum, paruum videri queat, ad aliorum tamen beneficia collatum, magnum est. Atque hæc quidem beneficia, vt paucis comprehendam, quemadmodum dixi, ita se habent. Vera autem esse non solum dicere,

sed etiam demonstrare conuenit. Orationis igitur nostræ exordium ab officiis nostris sumam, ac primû antiquissima referam, in quibus longiora fortasse & fabulosiora narrare videbor. Quiuis autem vetus dici desiderat. Olim enim Crisæa gens fuit, & circa Pythicum templum habitabat, terram autem quę nunc Apollini dicata est, incolebat. Crisæus verò campus vocatur, quem Locri accolunt, & in quo sunt Melæna. Cirphius autem mons, cui Phocenses adiacent. Crisæi verò cùm numerosi essent, potentes & diuites, his bonis insolentiùs abutentes, multa grauia & iniusta perpetrarunt, in Deum etiam impiè se gerentes, Delphos subiugantes, vicinos diripientes, colonos deprædantes, vxores, & liberos adducentes, & in eorum corpora flagitium committentes. Ex quibus ira commoti Amphictyones, immisso in eorum agros exercitu, iisque prælio superatis, regionem deuastarunt, & vrbes expugnarunt. Vbi qui multa & nefaria perpetrarunt, in miserabiles calamitates inciderunt, neque minores pœnas quàm aliis inflixerant, persoluerunt. Ex quibus fœlicissimi fuerunt, qui hostium manibus perierunt. Deinde qui bello capti sunt, quique ad aliam regionem ad vrbes transmissi sunt. Neque enim sua mala ob oculos habuerunt. At qui captiui illic remanserunt, infœlicissimi fuerunt, qui suam regionem incolentes, cum vxoribus & liberis agros & vrbes igne conflagrantes aspexerunt. His autem adhuc peiùs degebant, qui intra mœnia perdurabant, cùm commemorata mala partim quidem videbant, partim verò sciscitando resciscebant, veris maiora audientes, (sic enim contingere solet) & sanè suæ saluti diffidebant. Erat autem illis vrbs prope hunc locum maxima, vbi nunc equestre certamen celebratur, in quam mœnibus extructis aliarum vrbium exules receperunt, inutilibus verò eiectis necessaria comportarunt, & de sustinendo bello cogitabant, sperantes neque hostili manu, neque longa temporis obsidione vrbem capi posse. Amphictyones verò tum reliqua destruxerunt, tum præsidio vrbi imposito, & ad obsidionem comparato, reliquum exercitum per vrbes dimiserunt. Successu verò temporis, cùm pestis castra inuasisset, militibus ægrotantibus, quibusdam etiam morientibus, aliis quoque propter morbum præsidium deserentibus, Amphictyones turbati sunt, & varia inter se cõsultabant. Sic autem in rebus communibus quodammodo fieri solet. Demum verò morbum indignè ferentes, & bellum desperantes, rem Deo commiserunt, & quid agendum foret interrogauerunt. At ille bellum gerere iussit, & victoriam pollicitus, si Cô peterent, ceruique filium cum auro in subsidium adducerent, idque festinabundi, priùs quàm Crisæi in adyto tripodem diriperent, alioqui vrbem capi nõ posse. Quibus auditis Cô profecti oraculum renunciauerunt. Hærentibus autem Cois & vaticinium ignorãtibus, surrexit ex Asclepiadarum genere quidam ex maioribus nostris Medicus inter Græcos eius temporis procul omni dubio præstantissimus, ei nomen erat Nebrus, qui dixit oraculum præcipere vt ad se venirent. Siquidem Deus vobis consuluit, vt Co profecti,

ἀλλὰ καὶ ἀποδεῖξαι ὡς εἰσὶν ἀληθέες. ἄρξομαι οὖν τοῦ λόγου. [166] τὴν ἀρχὴν τῶν ὑπουργιῶν ποιήσομαι. τὰ δὲ ἀρχαιότατα πρῶτα λέξω, [167] ἐν οἷς τάχ' ἄν με καταλάβοιτε μακρότερα καὶ [168] μυθωδέστερα εἰπεῖν, ποθεῖ δὲ πᾶς ἀρχαῖος λέγεσθαι. ἦν γὰρ ὁ χρόνος ὅτ' ἦν Κρισαῖον ἔθνος. ᾤκεον μὲν περὶ τὸ Πυθικὸν ἱερόν. γῆν δ' εἶχον ἥ γε νῦν τῷ Ἀπόλλωνι καθιέρωται. καλέεται δὲ τὸ μὲν Κρισαῖον πεδίον ᾧ Λοκροὶ παροικέουσι, [169] καὶ ᾧ Μέλαινα προσέστι. τὸ δὲ Κίρφιον ὄρος, ᾧ Φωκέες παράκεινται. οὗτοι δὲ οἱ Κρισαῖοι γενόμενοι τότε πολλοὶ καὶ ἰσχυροὶ καὶ πλούσιοι, τούτοις τοῖς ἀγαθοῖς ἐπὶ κακῷ ἐχρήσαντο. ἐξυβρίσαντες γὰρ, πολλὰ δεινὰ καὶ παράνομα πράγματα εἰργάσαντο, εἰς τὸν θεὸν ἀσεβοῦντες. Δελφοὺς καταδουλούμενοι. προσοίκους ληϊζόμενοι, [170] γεωργοὺς συλέοντες. γυναῖκας δὲ καὶ παῖδας ἄγειν ἐόντες. καὶ εἰς τὰ σώματα ἐξυβρίζοντες ἀνθ' ὧν Ἀμφικτύονες, ὀργισθέντες καὶ στράτευμα ἐς τὴν γῆν ἐμβαλόντες αὐτέων, [171] καὶ μάχῃ νικήσαντες, τὴν χώρην ἐδῄουν, καὶ τὰς πόλιας ἐπόρθουν. ἔνθα πολλὰ καὶ ἀνόσια πεινήσαντες, σχετλίως ἀπηντήσαν, καὶ οὐ μείω, ὧν ἔπρηξαν τίνοντες. μακάριστοι δ' ἦσαν αὐτέων οἱ ἐν χερσὶ τελευτήσαντες, δεύτεροι δὲ οἱ δορυάλωτοι γενόμενοι, οἵ τε ἐς ἑτέρην χώρην καὶ πόλιας ἐπεραιώθησαν. τὰ γὰρ σφέτερα κακὰ, οὐκ εἶχον ἐν ὀφθαλμοῖς. οἱ δὲ αὐτοῦ μείναντες τῶν αἰχμαλώτων, ἀτυχέστατοι ἦσαν, [172] ὅσοι οἰκίζοντο ἐν χώρῃ τῇ ἑωυτῶν, ξὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἀγρούς τε καὶ ἄστεα πυρὶ παραδιδόμενα ἐθεώρεον. ἔτι δὲ τουτέων κάκιον διῆγον οἱ ἐν τοῖς τείχεσι διαρκέοντες, ὁκότε τῶν εἰρημένων κακῶν, ἃ μὲν ἔβλεπον ἃ δ' ἐπυνθάνοντο, πλέον ἀκούοντες τῶν ἀληθέων. οὕτω γὰρ που ἔθος γίνεσθαι. καὶ δὴ κακὰς ἐλπίδας σωτηρίης εἶχον. ἦν δὲ σφι πόλις ἐγγὺς τούτου τοῦ τόπου μεγίστη, ὅκου νῦν ὁ ἱππικὸς ἀγὼν τίθεται. ἧς τὰ τείχη ἐπεσκευάζοντο, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἄλλων πολέων διαφεύγοντας ἐδέχοντο. τὰ δὲ ἀχρεῖα ἐξέβαλον, καὶ τὰ ἀναγκαῖα ἐσεκομίζοντο καὶ διενοοῦντο ὑπομένειν, ἐλπίσαντες μήτε ἐφ' ὧν μάχῃ τὴν πόλιν αἱρεθῆναι, μήτε κατὰ μῆκος χρόνου. οἱ δ' Ἀμφικτύονες τὰ ἄλλα τε καθεῖλον, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πόλει φρούριον ποιησάμενοι. καὶ ἐς πολιορκίην σκευάσαντες τὸ ἄλλο στράτευμα, κατὰ πόλιας ἀφῆκαν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, [173] καὶ λιμοῦ ἐς τὸ στρατόπεδον ἐμπεσόντος, καὶ τῶν στρατιωτῶν νοσεόντων. τινῶν δὲ καὶ ἀποθνησκόντων. τῶν δὲ καὶ ἐκλιπόντων τὸ φρούριον διὰ τὴν νοῦσον, οἱ Ἀμφικτύονες ἐταράσσοντο. καὶ ἄλλοι ἄλλα ἐβουλεύοντο. φιλεῖ δὲ τὰ κοινὰ οὕτω πως γίνεσθαι, τέλος δὲ ἀγανακτέοντες τῷ πάθει, [174] καὶ ἀπογνωσιμαχήσαντες, τῷ θεῷ ἐπέτρεψαν καὶ ἤροντο ὅ,τι χρὴ ποιεῖν. ὁ δ' ἐκέλευσε πολεμεῖν, καὶ ὑπισχνεῖτο κρατήσειν, ἢν ἐς Κῶ ἐλθόντες ἐλάφου παῖδα, [175] ἐς ἐπικουρίην ἀγάγωνται. ξὺν χρυσῷ σπεύσαντες, ὡς μὴ πρότερον οἱ Κρισαῖοι ἐν τῷ ἀδύτῳ τὸν τρίποδα συλήσωσιν. εἰ δὲ μή, τὴν πόλιν οὐχ ἁλώσεσθαι. οἱ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες καὶ ἐλθόντες ἐς Κῶ, τὰ μαντευθέντα ἀπήγγειλαν. ἀπορεόντων δὲ τῶν Κῴων, καὶ ἀγνοεόντων τὸ ἀπομάντευμα, ἀνέστη ἀνήρ, γένος μὲν Ἀσκληπιάδης. πρόγονος δὲ ἡμέτερος. ἰητρὸς δὲ Ἑλλήνων κράτιστος ὁμολογούμενος, τῶν τότε. ὄνομα οἱ ἦν Νεβρός, ὅς τις ὀνομάζειν ἔφη τὸ θέσφατον ἥκειν πρὸς ἑωυτόν. εἶπε γὰρ ὁ θεὸς οὕτως παραινέσειν ὑμῖν, ἐλθόντας ἐς Κῶ,

ἐλάφου

ἐλάφου παῖδα. ἐς ἐπικουρίην ἀγαγεῖν. καὶ μὴν γὰρ οὕτω. τὰ δ' ἐλάφων ἔκγονα, νεβροὶ καλέονται. νεβρὸς δέ μοι οὔνομα. ἐπικουρίη δ' ἂν δήπου τίς πρεπωδεστέρη γένοιτο στρατοπέδῳ νοσέοντι, ἢ ἰητρός, καὶ μὴν τό γε εἰκὸς ἐγὼ μὲν οὐ δοκέω, ὅτι τοὺς τοσοῦτον Ἑλλήνων ὄλβῳ ὑπερέχοντας ἐς Κῶ προσελθόντας ἔταξεν ὁ θεός, νόμισμα χρυσοῦν αἰτεῖν. ἀλλὰ τοῦτο τὸ θέσφατον, ἐς τὴν ἐμὴν οἰκίην ἔρχεται. χρυσὸς γάρ μοι κεκλέαται ἀρρένων παίδων ὁ νεώτατος. [176] ἔστι δὲ πάντη καὶ ἰδέῃ, καὶ ἐς ψυχὴν, ἀρετῇ, ὡς πρὸς πατρὸς λέγειν, διαφέρων πάντων τῶν πολιτῶν. ἐγὼ μὲν οὖν εἰ μὴ ὑμῖν ἄλλο δοκέει αὐτός τε εἶμι, καὶ τὸν παῖδα ἄξω, [177] πεντηκόντορον πληρώσας τοῖς ἐμοῖς τελέσμασιν, ὑπηρεσίας τε ἰητρικὰς καὶ πολεμικάς, ἵνα εἰς ἀμφότερα βοηθῶμεν. ὁ μὲν εἶπε, τοῖς δ' ἔδοξεν. [178] τὸ δ' ἀπεστάλησαν. συναπέβησε δὲ ὁ νεβρὸς τότε, καὶ καλυδώνιον ἄνδρα, παρ' ἑωυτῷ τρεφόμενον. ὑπὲρ οὗ τὸ αὐτίκα ὁ λόγος δηλώσει, ὅταν ἡ χρῆσις ἔλθῃ. ὅτε δ' οὖν ἀφίκοντο οὗτοι οἱ ἄνδρες οὗ τὸ στρατόπεδον ἐπετελεῖτο, ὁ θεὸς ἔχαιρεν, οἵ τε γὰρ θάνατοι τῶν στρατιωτῶν ἔληξαν. καὶ θείῃ τύχῃ ἵππος τοῦ Εὐρυλόχου, ὃς ἡγεῖτο τοῦ πολέμου, θεσσαλὸς ἐών, καὶ ἄνωθεν ἐξ Ἡρακλειδῶν, χρούσαντος τὸν σωλῆνα τῇ ὁπλῇ δι' οὗ τὸ ὕδωρ ἤγετο ἐς τὸ τεῖχος, [179] ὅκοτε διακονίεσθαι ἤθελεν, νεβρὸς φαρμάκοισιν ἐμίηνε τὸ ὕδωρ. ἔνθεν αἱ κοιλίαι τῶν κρισαίων ἐφθάρησαν. καὶ μεγάλα δὴ τοῦτο ξυνεβάλετο, πρὸς τὸ ἁλῶναι τὴν πόλιν, καὶ ἐντεῦθεν αἱ γνῶμαι ἐπήρθησαν τῶν πολιορκεόντων, ὡς τοῦ θεοῦ ἐπικουρέοντος ἤδη σαφῶς. προσβολὰς δὲ ποιευμένων, καὶ ἆθλα προτεθέντων τοῖς πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος, [180] ἀναβῆναι οὖσιν, ὁ ἀγὼν ἦν ὁ καρτερώτατος. καὶ ἡ πόλις ᾕρητο. ἀνέβη γὰρ πρῶτος ἐπὶ τὸ τεῖχος χρυσός, καὶ κατέλαβε τὸν πύργον. ξυνείπετο δ' αὐτῷ ἐκ ποδὸς ξυναγωνιζόμενος ἀνὴρ ὁ καλυδώνιος, περὶ οὗ προέλεξα. ὁ μὲν χρυσὸς δὲ παραπληγεὶς, ἔπεσε, κατ' ἄκρα ἐκ τοῦ πύργου, ὑπὸ μερμοδέω, τοῦ λύκου δὲ ἀδελφεοῦ, [181] ὃς ἀπέθανεν λευσθεὶς, ὅτε ἦλθεν εἰς τὸ ἄδυτον τὸν τρίποδα συλήσων. τὴν δ' οὖν πόλιν οὕτως εἷλον. ἥ, τε τοῦ νεβροῦ ἐπικουρίη, σὺν χρυσῷ ὀρθῶς ἀπελώτησεν, καὶ κατὰ τὰ ἰατρικὰ καὶ κατὰ τὰ πολεμικά. ὅ, τι θεὸς ἀληθεύσε. καὶ ἃ ὑπέσχετο ἐποίησεν, ἐφ' οἷς τὸ ἀμφικτύονες, τῷ μὲν Ἀπόλλωνι νηὸν ἀνέθεσαν, τὸν νῦν ἐόντα ἐν Δελφοῖς. ἀγῶνα τε γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν πρότερον οὔ τι ἐόντες, νῦν ἵστασι. [182] τήν τε τῶν κρισαίων χώρην ἅπασαν καθιερώσαντο, δόντι ἃ ἔδωκε διδόντες, καθ' ὅ, τι ἔχρησε. τόν τε τοῦ νεβροῦ παῖδα χρυσὸν ἔθαψαν ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ. [183] καὶ ξυνέταξαν δημοσίῃ Δελφοῖς ἐναγίζειν. ἀσκληπιάδαις δὲ τοῖς ἐν Κῷ ἐδόθη νεβροῦ χάριν, προμαντεία πρὸς μαντείην. καθάπερ τοῖσιν ἱερομνήμοσι. καλυδωνίοις δὲ ἀπ' ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἐκείνης τῆς ὑπουργίης, καὶ νῦν ἐν Δελφοῖς προμαντείη, καὶ διαιτίη δέδοται. ἀλλ' ἐπάνειμι ἐπὶ τὰ ἡμέτερα. ὅτι γὰρ ἀληθέα λέγω τοῦ πατρὸς, καὶ ἐμεῦ ἐπελθόντων ἀμφικτύονες ἀνενεώσαντο ταῦτα, καὶ ἀπέδωσαν. καὶ ἐν στήλῃ ἀναγράψαντες ἐν Δελφοῖς ἀνέθεσαν, καὶ τούτου μὲν μοι τοῦ λόγου τέλος ἐν ταῦτα καταφανῶς δείκνυσιν τὰς ἡμετέρας προγόνοις ὑμέων εὐεργεσίας. τοῦτον δὲ καθέμενος, ἄλλον αἱρήσομαι περὶ τῶν αὐτῶν, οὐ τὸν αὐτόν. ὅτε γὰρ βασιλεὺς ὁ μέγας ξὺν πέρσαισι, καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς μὴ διδόντας ὕδωρ,

Cerui filium in subsidium adduceretis. Hæc equidem est Cos, ceruorum fœtus Nebri appellantur, Nebrus autem mihi nomen est. Quodnam verò subsidium male habenti exercitui potius fuerit quàm Medicus? Et certè, rectè consentaneum non existimo, vt eos qui in tantum Græcos diuitiis superant, Deus Co venire iusserit, vti aureos nummos peterent. Verùm oraculum istud in familiam meam venit. Chrysus enim mihi vocatur filiorum meorum natu minimus. Hic autem omnino & specie, & animi virtute (si patri dicere licet) omnibus ciuibus præcellit. Ego igitur, nisi quid aliud vobis videatur, naui actuaria quinquaginta remorum, meis sumptibus auxiliis medicis & bellicis instructa, & ipse veniam, & filium meum deducam, vt vtroque modo vobis auxilium feramus. Quæ cùm dixisset, his qui missi fuerant placuerunt. Hic verò Nebrus Calydonium apud se educatum, cuius statim, cùm res tulerit, mentio fiet, secum nauem conscendere iussit. Cùm igitur ad locum castrorum hi peruenissent, Deus lætatus est. Nam & militum mortes cessarunt, cumque diuina quadam fortuna equus Eurylochi, qui belli dux & Thessalus erat, & originem ex Heraclide altiùs repetebat, in puluere volutatus, canalem ex quo aqua in vrbem deducebatur, vngula percussisset, Nebrus eam venenis infecit, ex quo Crisæorum ventres in exitiū adducti sunt, idque multum certè ad capiendam vrbem contulit. Indeque velut Deo apertè auxilium ferente, obsidentium animi sublati sunt. Cùm autem impetum in muros facerent, & his qui in mœnia conscendissent præmia proponerent, validissimum certamen fuit, vrbsque capta est. Chrysus enim primus in murum conscendit, & turrim occupauit. Eum autem è vestigio sequebatur simul dimicans vir ille Calydonius, de quo ante dixi. Chrysus quidem ex summa turri decidit, hasta percussus à Mermode Lyci fratre, qui cum tripodem direpturus in adytum venisset, lapidibus obrutus periit. Sic igitur vrbem ceperunt, Nebrique auxilium cum Chryso, tum in Medicis, tum in bellicis rebus bene respondit, Deusque verax fuit, & quæ promiserat præstitit. Quibus de causis Amphictyones Apollini templū quod nunc Delphis est dicarunt, certamenque Gymnicum & equestre, quod nunquam antea, nunc constituerunt, totamque Crisæorum regionem consecrarunt, ea quæ dederat ob editum oraculum reddentes, Chrysumque Nebri filium in circo equestri sepelierunt, & statuerunt vt ei Delphi publicè parentarent. Asclepiadis verò in Co in Nebri gratiam vaticinandi prudentia concessa est, quemadmodum iis qui sacrorum rituum memoriæ præfecti sunt. Calydoniis autem ob illius viri & officij meritum, etiam nūc apud Delphos primæ vaticinandi partes & victus publicus conceduntur. Verùm ad nostra redeo, quodque vera refero inde patet, quod cùm pater & ego accessissemus, Amphyctiones hæc renouarunt & confirmarunt, Delphisque columnæ inscripta legenda proposuerunt. Atque huius quidem orationis exitus liquidò ostendit maiores nostros de vobis esse bene meritos. Ea verò dimissa, aliam de iisdem, non tamen eandem assumam. Cùm enim Magnus ille Rex cum Persis & barbaris in Græcos qui eum aqua

& terra arcerent, exercitum duceret, patria nostra maluit cum toto populo perire, vt ne in vos & eos qui vobiscum sentirent arma sumeret & expeditionem naualem mitteret, sed excelso animo renuit, honestum quid & maioribus suis dignum sentiens, qui terra editi & Heraclidæ dicuntur. Ipsis igitur placuit, vt quatuor quæ erant in insula omnibus relictis vrbibus, in montes confugerent, & salutem viribus omnibus retinerent. Ex quo sanè quid non mali obtigit, regione deuastata, liberis corporibus in seruitutem abductis, & hostili iure interfectis, vrbeque & cæteris præsidiis ac templis in cinerem redactis. Quinetiam Artemisiæ Lygdamis filiæ pro patrum victoria, permissum erat omnia quæ reliqua erant asportare. At enim à Diis (vt res docuit) derelicti non sumus. Sed immanibus exortis tempestatibus naues omnes in periculum adductæ sunt, pleræque etiam perierunt, & in eius exercitum crebra fulmina deciderunt, insula nostra rarò fulmine appetita. Feruntur etiam Heroum spectra mulieri esse visa, quibus omnibus perterrita, atrocibus cœptis post acerbam confessionem destitit, quæ quod dictu acerba sint, etiam à me dimittantur. Hoc verò loco maioribus etiam meis quæ sint illis valde propria, neque falsa reddam, Coos nunquam aduersus vos, neque Lacedæmonios, neque alios Græcos sponte arma sumpsisse, quamuis multi qui simul insulas & Asiam incolunt, bello cum Barbaris nulla vi coacti, coniuncti essent. Tunc enim vrbi præerant Cadmus & Hippolochus, qui re vera ex nostris sunt maioribus. Nam Cadmus qui Senatum etiam regebat, ex matris meæ maioribus est. Hippolochus verò ex Asclepiadum familia, à Nebro qui Crisæos simul euertit, quartus est. Nos autem Asclepiadæ ex virili stirpe sumus. Proinde præclarum hoc maiorum nostrorum facinus amplecti vos decet. Nunc autem ad Cadmum redeo. Hic certè ornamenti Græciæ adeo studiosus fuit, vt cùm regio Artemisiæ obsidione soluta esset, vt relicta isthic vxore & familia, cum iis qui eadem sentiebant, in Siciliam profectus sit, vti Gelonem eiusque fratres ab amicitia cum Barbaris contra Græcos cõtrahenda diuerteret, multaque alia præclara facinora perpetrauit, quæ verbis exaggerare tempestiuum nõ est. Ac certè quidem hæc & eiusmodi sunt publica nostrorum in vos & reliquos Græcos officia, vt me dicendi facultas deficiat. Iam verò eò deuenio vt Hippocratis patris mei beneficiũ vobis in mentem reducã, quod cùm recenseo, verum me dicere sic cõperietis. Cùm pestis ex Barbarorum regione, quæ supra Illyrios & Pæonas sita est, decurreret, eumque malum ad hanc regionem peruenisset, istarum nationum Reges, pro rei Medicæ fama, quæ re vera vires suas quocumque extenderat, ad patrem meum in Thessaliam mittunt, qui illic sanè, vt priùs, etiam nũc domum habet, ipsum vt auxilium ferret accersentes. Neque aurum solum & argentum, reliquásque opes se missuros receperunt, verùm etiamsi succurreret, quæcunque vellet reportaturum. Ille verò percontatus quænam apud eos peculiares agitationes contingerent, & æstus, ventos, & aëris perturbationes, reliquáque quæ corporum habitus ex præsenti statu agitare queũt. Quæ certè omnia edoctus,

καὶ γῆν ἑλλήνων, ἡ πατρὶς ἡ ἡμετέρη εἵλετο μᾶλλον πανδημεὶ ἀπολέσθαι, ὡς μὴ καθ' ὑμέων τε, καὶ τῶν ταῦτα ὑμῖν γινωσκόντων ὅπλα πολέμια λάβοι,[184] καὶ ἐν νηυσὶ στρατείην ἀποστείλῃ, ἀλλ' ἀνένευσε καλὸν ἢ καὶ ἄξιον πατέρων μεγαλοφρονευμένη, οἳ λέγονται γηγενέες τε εἶναι, καὶ ἡρακλεῖδαι. ἔδοξεν οὖν σφιν τεσσάρων ἐόντων πολίων ἐν τῇ νήσῳ, πάντα ἐκλείπειν καὶ ἐς τὰ ὄρεα καταφυγοῦσιν ἀντέχεσθαι σωτηρίης. ὅθεν δὴ τί κακὸν οὐκ ἀπήντησε, χώρης ληϊζομένης, καὶ σωμάτων ἐλευθέρων ἀνδραποδιζομένων καὶ κτεινομένων ἐχθρῶν νόμῳ, τῆς δὲ πόλιος, καὶ τῶν ἄλλων ἐρυμάτων, καὶ ἱερῶν[185] καταιθαλουμένων. ἔτι δὲ καὶ τῇ θυγατρὶ τοῦ Λυγδάμιος Αρτεμισίῃ κατὰ πατέρων νίκης δοθέντων[186] ἐκσαγηνεῦσαι πάντα ὅσα λοιπὰ ἦν. ἀλλὰ γὰρ ὡς ἔοικε θεοῖς οὐκ ἠμελήθημεν. χειμώνων δὲ γινομένων ἐξαισίων, αἵ τε νῆες τῆς Αρτεμισίης ἐκινδύνευσαν ἅπασαι ἀπολέσθαι. πολλαὶ δὲ ἀπώλλοντο. ἔς τε τὸ στράτευμα αὐτέης πολλοὶ κεραυνοὶ ἐνέπεσον, σπανίου ἢ τῆς νήσου κεραυνουμένης. λέγεται δὲ καὶ φάσματα ἡρώων τῇ γυναικὶ ὀφθῆναι. ἃ δὴ πάντα φοβηθεῖσα,[187] ἀπέστη ἔργων ἀνεικέστων, ὁμολογίαν πικρὴν ποιησαμένη. καὶ λίην πικρὴν λέγεσθαι. ὥστε ἀφείσθω. ἀποδώσω δὲ καὶ ἐνταῦθα προγόνοις τοῖς ἐμοῖς κυριώτατα οὐ ψευδέα, τοὺς μήτ' ἐφ' ὑμέας, μήτ' ἐπὶ Λακεδαιμονίους[188] ἑτέρους ἄλλους ἑλλήνων, κώους ἑκούσια ὅπλα λαβεῖν. καίπερ πολλῶν τῶν ὁμοῦ νήσους τε καὶ ἀσίην οἰκεόντων συναψαμένων τοῖς βαρβάροις τοῦ πολέμου οὐ βίῃ. οἱ γὰρ προεστῶτες τότε τῆς πόλεως ἦσαν, κάδμος τε, καὶ ἱππόλοχος. ἐπ' ἀληθείας δὲ κεῖται προγόνοις ἐμοῖς εἶναι, τόν τε κάδμον, καὶ τὸν ἱππόλοχον. ὁ μὲν γὰρ κάδμος, ὃς καὶ τὴν βουλὴν αὐτὴν ἤρτυσεν, ἐστι τῆς ἐμῆς μητρός. ὁ δὴ ἱππόλοχος ἐξ ἀσκληπιαδέων τέταρτος ἀπὸ νέβρου τοῦ κρισαίους συγκαθελόντος. ἡμεῖς δὴ ἀσκληπιάδαι κατ' ἄνδρας ἐσμέν. ὥστε καὶ τοῦτο τὸ καλὸν τῶν ἡμετέρων προγόνων προσελέσθαι. ἐπάνειμι δὴ ἐπὶ τὸν κάδμον. οὗτος γὰρ δὴ ὁ ἀνὴρ οὕτως ἐσπούδασε τὰ τῶν ἑλλήνων καλά, ὥστε ὁκότε ἔληξεν ἡ χώρη πολιορκεομένη ὑπὸ ἀρτεμισίης, αὐτοῦ καταλιπὼν τὴν γυναῖκα καὶ γενεήν, ᾤχετο ξὺν τοῖς τὰ αὐτὰ αἱρεομένοις ἐπὶ σικελίης, ὅπως γέλωνα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς κωλύσει φιλίην ξυνθέσθαι κατὰ ἑλλήνων πρὸς τοὺς βαρβάρους. διεπρήξατο δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ καλὰ ἔργα, ἃ μηκύνειν οὐ προσήκει ἐν. αἱ μὲν δὴ δημόσιαι καὶ ἡμέων προγόνων ὑπουργίαι ἐς ὑμέας καὶ ἐπὶ ἄλλους ἕλληνας, αὗται καὶ τοιαῦται. καὶ γὰρ ἐκλείπει ἡ δύναμις τοῦ λόγου. ἔρχομαι δὴ ἤδη οὖν εἰδόσιν, εὐεργεσίην Ιπποκράτους πατρὸς ἐμέο[189] προσέχεσθαι. λέγων δὴ ἂν ἀληθεύοιμι οὕτως. ὁκότε λοιμοῦ ῥέοντος διὰ τῆς βαρβάρου, ἣ ὑπέρκειται ἰλλυριῶν,[190] καὶ παιόνων. ὁκότε δὲ ἐπὶ ταύτην τὴν χώρην ἧκεν τὸ κακόν, οἱ τούτων τῶν ἐθνέων βασιλῆες, κατὰ δόξαν ἰητρικήν, ἣ ἀληθὴς ἐοῦσα, πάντοθεν ἴσχυεν ἔρχεσθαι, καὶ κατὰ πατρὸς τοῦ ἐμέο, πέμπουσιν ἐπὶ θεσσαλίης. ἐκεῖ γὰρ δὴ ὁ ἐμὸς πατὴρ καὶ πρότερον καὶ νῦν οἴκησιν εἶχε, καλέοντες αὐτὸν ἐς ἐπικουρίην χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ ἄλλων κτεάνων.[191] οὐ μόνον ἔφασαν πέμψειν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ ἀποίσεσθαι ὁκόσα αὐτὸς ἐθέλοι ἐπαμυνάντα. ὁ δὲ ἐρωτήσας πυνθανόμενος ὁκοῖαί τινες ἐν μέρει κινήσιες γίνονται.[192] καὶ τά τε καύματα καὶ ἀνέμους, καὶ ἀχλύας, καὶ τὰ ἄλλα ἃ πέφυκε τὰς ἕξιας κινεῖν παρὰ τὸ καθεστηκός.[193] ὁκότε δὴ πάντων μαθήσιας ἀνείλετο,[194] τὸν

[194] τοῦτον μὲν χωρέειν ἐκέλευσεν ὀπίσω, ἀποφηνάμενος [195] μὴ οἷός τε εἶναι ἐς χώρην τὴν ἐκείνων ἰέναι. ὅκως δὲ εἶχε τάχεος, [196] αὐτέας μὲν θεσσαλοῖς ἤρξατο παραγγέλλειν, ὁκοίοισι χρὴ τρόποις κακοῦ τοῦ προσιόντος εὐλαβείην ποιέεσθαι. καὶ ξυγγράψων θεραπείην ἐξέθηκε παρὰ τὰς πόλιας. ἐμὲ δὲ ἐπὶ μακεδονίης ἐξαπέστειλε. βασιλεῦσι γὰρ ἡρακλειδέων, οἳ ἐκεῖ κατέχουσι, πατρικὴ ξείνη ὑπῆρχεν ἡμῖν. κἀγὼ μὲν ᾔειν ἵνα με ὁ πατὴρ ἐκέλευσεν, ἀπὸ θεσσαλίας, ἀρήξων τοῖς ἐκεῖ. συνετέτακτο δέ μοι ξυμβαλεῖν ἐς πόλιν τὴν ὑμετέρην. ἀδελφεὸν δὲ τὸν ἐμὸν δράκοντα ἐκ παγασέων ὁρμηθέντα, πλοῦν ποιέεσθαι ἐφ᾽ ἑλλησπόντου ἐκέλευσε, παραπλησίην δοὺς ὑποθήκην, ἣν αὐτὸς ἐσήμαινεν. οὐ γὰρ πάντες οἱ τόποι τὰ αὐτὰ φέρουσι βοηθήματα. διὰ τὸ μὴ πάντα τὰ περιέχοντα ἐκ τοῦ ἀέρος, ὅμοια εἶναι. πολύβιον δὲ τὸν τὴν θυγατέρα ἔχοντα, ἐμὴν δὲ ἀδελφεὴν, καὶ ἄλλους τῶν μαθητέων, διέπεμψεν ἐς ἑτέρας ἑτέρων καὶ πρὸς ἀγορὰς καὶ ὁδοὺς [197] προβουσομένους. ὅπως ἐν πλείστοισιν ἐπαρκέσαι. ὡς δὲ δὴ τὰ κατὰ θεσσαλίην ἤνυσατο, ἐπορεύετο τοῖς ἐχομένοισιν ἔθνεσι βοηθέων. ἐπὶ πύλας δὲ ἐλθὼν, δωριεῦσι [198] καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ φωκέων ἐπήρκεσε. καὶ ὁκότε δὴ ἐς δελφοὺς ἀφίκετο, ὑπὲρ ἑλλήνων ἱκεσίην ἐποιήσατο τῷ θεῷ. καὶ θύσας ᾤχετο τὴν ἐπὶ βοιωτῶν τοῖς δ᾽ ἐκεῖ [199] ἐπαμύνας ἀναλόγως, ἐν τῇ ὑμετέρῃ ἧκε. καὶ ἱκανὰ ἃ νῦν ἐγὼ ἐπαγορεύω τὰ ὑμῖν σωτήρια ἐκ θυμοῦ πάντως εἶπε. δοκέω δ᾽ ὑμέων οὐκ ἀγνοέειν, πολλοὺς γινώσκειν. οὐ γὰρ πάλαι. ἀλλ᾽ ἔτος ἐστὶ τοῦτο ἔνατον, ἐξ οὗ διελήλυθα, καὶ ἐπὶ πελοπόννησον ἐσταλμένον. καὶ τοῖς ἐκείνην οἰκέουσι βοηθήσων. πάντοθεν δ᾽ ἡμῖν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀξίη τιμὴ ἀπήντα, ὥστε μὴ μεταμελέεσθαι ὅτι οὐκ ἠλλαξάμεθα χρηματισμοῦ τοῦ ἐξ ἰλλυριῶν, καὶ παιόνων. παρὰ δὲ τὰς ἄλλας πόλιας τὰ παρ᾽ ὑμέων δοθέντα μεγάλα ἦν. ἥτε γὰρ πολιτείη ἡ ὑμετέρη ὑπερῆγε τὰς ἑτέρων. αἱ γὰρ ἀθῆναι ὑψηλότεροί τι τῶν ἄλλων πολέων ἐς δόξαν. καὶ ὁ ἐν τῷ ὑμετέρῳ θεάτρῳ χρύσεος στέφανος ἐπιτεθεὶς, ζῆλον πρὸς τὸ ἄκρον ἦγεν. ἀλλὰ καὶ τόδε τὸ καλὸν ὑπερβάλλεσθε. μυήσαντες τὰ δήμητρος καὶ κόρης μυστήρια καὶ ὄργια, καὶ τὸν πατέρα καὶ ἐμὲ δημοσίᾳ. [200] τρεῖς μὲν αὗταί μοι αἰτίαι ἐξέλκειν τε τοὺς λόγους, καὶ χρονίην παρέχεσθαι, πόλιός τε καὶ προγόνων, καὶ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ χάριτας ξὺν πολλοῖς ἑλλήνων. τετάρτην δ᾽ ἀναλήψομαι λέγειν ὑπουργίην, ἣν ὡς ὑπεθέμην εἰς ὑμᾶς ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς κατεθέμεθα. ὅτε γὰρ ἀλκιβιάδην ἐξέπεμπεν ἐπὶ σικελίης, πολλῇ μὲν δυνάμει, οὐχ οὕτω δὲ πολλῇ ὡς θαυμαστῇ, [201] εἰ γὰρ ὡς ἔργα λόγου, ἐν ἐκκλησίῃ ὑπὲρ ἰητροῦ προσπεσόντος ὃν δέοι ἀκολουθεῖν τῷ στρατεύματι, παρελθὼν ὁ πατὴρ ὑπέσχετο ἐμὲ ἐπὶ τὰ ὑμέτερα σώματα δώσειν, τοῖς ἰδίοις δαπανήμασι κατεσκευασμένον, καὶ ἄτερ μισθῶν ἄχρις ἕως ἂν ὁ στόλος ἀποδημῇ. ἐν ἐλάσσονι τιθέμενος τὸ λυσιτελὲς ἀξιοχρέως ἐὼν, τῆς ὑμῶν χρείης ἐπιμελής. ἐγὼ γὰρ οὐχ ὅπως ἂν ὑπάρχοντα κατεδαπάνων. ὃ ἐσχάτεον ὑμῖν ὑπουργέων. ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοισι μεγάλοισιν ἔργοισιν ἐτετάγμην. καὶ τοῦτο ἐλάχιστον τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι. προείλετο γὰρ μᾶλλον ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ τῷ υἱῷ καὶ ἐν γῇ ὀθνείᾳ σαλεύειν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ κατὰ κινδύνους πολεμικούς. καὶ κατὰ ἀρρωστίας.

eos redire iussit, responso dato se non posse ad illorum regionem proficisci. Quàm citissimè autem potuit, ipsos quidem Thessalos admonere constituit; quibusnam modis ab ingruente malo sibi cauerent, & conscriptam medelam, per vrbes proposuit. Me autem in Macedoniam misit. Cum Regibus enim Heraclidarum, qui illic regnum obtinent, nobis paterni officij familiaritas intercedit. Et ego quidem ex Thessalia quò me pater ire iussit discessi auxilium illis laturus. Mihi verò constitutum erat, vt ad vestrã vrbem accederem. Draconem autem fratrem meum ex Pagasis profectum, Hellespontum nauigare iussit, consimili præceptione instructum quam ipse dederat. Neque enim loca omnia eadem ferunt auxilia, quòd ex aëre ambiente similia non sint omnia. At Polybium cui filiá suam sororem meam locauerat, & reliquos discipulos, ad diuersas vrbes misit, vt ad fora & compita profecti quamplurimis subuenirent. Rebus auté in Thessalia confectis, ad vicinas nationes, vt illis auxilio esset, se conferebat. In Pylas verò profectus, Doriensibus & reliquis simul Phocensibus auxilium suppeditauit. Cumque Delphos peruenisset, pro Græcis Deo supplicauit, & sacrificio peracto, ad Bœotos se contulit, iisque simili modo suppetias ferens, ad vos profectus, plurima quæ ad salutem satis essent, quæque ego nunc adiicio penitus ex animo dixit. Quæ auté dico vera esse, multos ex vobis nosse arbitror. Neque enim ita pridem id contigit, sed nonus hic annus agitur, ex quo in Peloponnesum missus profectus sum, iis qui eam incolunt auxilium allaturus. Nobis autem vndique & verbis, & re, dignus honor obueniebat, adeò vt minimè nos pœniteat, , cum Illyriorum aut Pæonum lucro non commutasse At quæ à vobis sunt concessa, ad reliquas vrbes collata, magna sunt. Vestra enim respublica reliquis præstat. Athenæ enim ad gloriam nescio quid reliquis vrbibus sublimius habent. Quinetiam corona illa aurea in theatro vestro imposita, ad summum gloriæ culmen ipsum perduxit. Sed & bonum illud cumulastis, dum patrem meque publice Cereris & Proserpinæ mysteriis ac sacris initiastis. Atque hæc quidem tria sunt tum vrbis, tum maiorum nostrorum, & patris mei in vos cum multis Græcis beneficia, quæ quantum licuit verbis velut fune euoluto extensa, vobis obtendere tentaui. Quartum verò beneficium oratione mea repetam, quod velut proposui, in vos ego paterq; meus collocauimus. Cum enim Alcibiadem vrbs in Siciliam cum multis copiis mitteret, neq; tamen tam multis quàm admirandis, siquidem facta spectentur, cumque in concione sermo de Medico incidisset, quem exercitũ sequi oporteret, in medium progressus pater meus, me quoad classis abesset, suis sumptibus instructum, citra vllam mercedem, ad curanda vestra corpora daturum recepit, parui suam vtilitatem existimans, quòd certò sciret id vobis vsui fore. Ego enim non tantum dum vobis inseruio facultates meas insumpsi, verùm etiam aliis magnis operibus præfectus eram. Idque eorum quæ dicturus sum est minimum. Maluit enim pater in me filio & in terra aliena fluctuare, & maritima ac bellica, morborumque pericula experiri;

quæ iis qui errabundam vitam degunt magis incumbere ſolent, quam iis qui certam vitæ rationem ſequuntur. Nouerat enim gratiam gratia remetiri, & non veluti re aliqua empta, & ex manu in manum ſemel tradita, diſcedere. Et hęc quidem præſtitit. Ego autem cùm illius ſim filius, vt vobis auxilium ferrem nihil diligentiæ neque artis prætermiſi, meque ſi quando occaſio tuliſſet vobiſcum periculis obieci, neque ad hæc ambo præſtanda aut morbus, aut labor, aut maris & hoſtilis manus metus deterruit. Cuius rei teſtimonium non ab aliis quibuſdam, ſed à vobis ipſis petendum eſt. Quare ſi quis contradicere velit, confeſtim ſurgat, ſed me mentiri non exiſtimo. Hæc autem per triennium præſtiti, corona verò aurea donatus, & longè honorificentiùs acceptus, domum ad nuptias redij, vt & artis & generis noſtri ſucceſſores relinquerem. Et hæc quidem à ciuitate, maioribus noſtris, & patre, à meque, in vos profecta ſunt. Dictum etiam eſt quibus commodis affecti à vobis fuerimus. Multos autem ex vobis mirari arbitror, quorſum hæc à me recenſeantur. Vt igitur & vos ſciatis, & quæ cupio mihi eueniant, dicendi tempus eſt. Pater meus & ego (viri Athenienſes) à vobis petimus, (hac enim oratione amici & liberi à vobis amicis & liberis impetrare debemus) ne contra patriam noſtram arma hoſtilia feratis. Quod ſi deceat, quemadmodum ſanè eos decet, qui ſuæ ſalutis cauſa in medium prodierunt, etiam rogamus, ne nos, quos talibus ac tantis honoribus antea dignos cenſuiſtis, ſeruorum loco habeatis. Ad hęc etiam (ſic enim dicere conueniet) ſupplicamus, ne res noſtras vobis belli iure ſubditas poſſideatis, ſi nobis longè inferioribus ſuperiores fueritis, ſed iſtud conſideretis, quòd alia aliter fortuna citò præcipitat, & quandoque magni paruorum opem implorarunt, potentioreſque per debiles ſalutem conſecuti ſunt. Manifeſtum verò arbitror, vt ne clariùs quidem mihi demonſtrandum ſit, quòd in rebus bellicis ab vno homine, nec ciuitas ſolùm, verumetiam multæ nationes iam aliquando vtilitatem conſequi viſæ fuerint, & vbi ars valet, ne nos deſpiciatis. Neque enim deſpiciendi ſumus, velut huius rei teſtimonium penes vos eſt. At principio quidem, Dij illi à quibus nos oriundos gloriamur, Æſculapius & Hercules, ad hominum vtilitatem nati ſunt eoſq; ob virtutem qua cùm iſthic agerent erant præditi, deorum loco omnes habent. Vrbs autẽ mea, & ego qui apud vos dico, velut hominum ſermones continent, ab eiuſmodi originem repetimus. Ex quo ſanè etiam pro Græcis vtroſq; hac in parte, & in præclariſſimo quoq; facinore ſtetiſſe planum erit. Neque enim res Troianæ fabulis ſed factis continentur, in quibus Cos non vna de multis, ſed maxima in auxilio ferendo fuit. Sic verò etiam Æſculapij filij, non arte ſolùm, verumetiam armis Græcis auxiliũ ſuppeditarunt. Machaon certè animam in Troade reliquit, velut de his ſcribentes tradunt, cùm ex equo Priami vrbem intraret. Ne nos ſanè vel ex eo quòd contribules ſumus, vel ex eo quòd inter auxiliares Græcis auxiliũ tulimus, iniquè opprimatis. Non producam longiùs, neq; Criſæorum res, neq; Perſarum repetam, quandoquidẽ ea audiuiſtis, magiſq; ſunt in manibus, quá nuper cõmemorata. Quin etiá ſic in animo reponite, impium eſſe de ſe bene meritos contumelia afficere.

αἳ τοῖς ἐν πλανώδεσι βίοις εἰθισμέναι εἰσὶ μᾶλλον προσκαθίζειν, ἢ τοῖς ἐν τεταγμένῃ ζωῇ. ἠπίστατο γὰρ χάριτα χάριτι μετρέεσθαι. [202] καὶ μὴ οἷόν περ τοῖς ὠνευμένοις, ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρας συναλλάξας ἅπαξ ἀπιέναι. ὁ μὲν δὴ τοιούτων ὑπῆρξεν. ἐγὼ δὲ ἅτε παῖς ἐὼν ἐκείνου, οὐδὲν ἐλλείπων φιλοτιμίης καὶ τέχνης βοηθέων, καὶ κινδυνεύων σὺν ὑμῖν ὁκότε που καιρὸς εἴη. καὶ ἐς τοῦτό με ἀμφότερα οὔτε νοῦσος, οὔτε κακοπαθείη, οὔτε φόβος ἐν θαλάσσῃ καὶ ὁ ἐν χερσὶ πολεμίων εἴργει. μαρτυρίη δὲ οὐκ ἐν ἄλλοις τισὶν, ἐν δ' ὑμῖν αὐτοῖς κεῖται. ὥστε εἴ τῳ ἀντιλεκτέον, ἀναστήτω μηδὲν ὀκνήσας. ἀλλ' οὐ δοκέω ψεύδεσθαι. ταῦτα δὲ πρήξας ἐπὶ τρία ἔτεα, στεφανωθείς τε χρυσέῳ στεφάνῳ. καὶ ἔτι κάλλιον εὐφημευμένος, ἐς τὴν ἰδίην ἀπῆλθον ἐπὶ γάμον. ὡς διαδόχους καταστήσαιμι καὶ τέχνης καὶ γενεῆς ἡμετέρης. ἃ μὲν δὴ παρὰ πόλιος προγόνων, πατρός τε καὶ ἐμέο ὑμῖν ὑπάρχει, ταῦτ' ἐστίν. εἴρηται δὲ καὶ ὧν ἡμεῖς παρ' ὑμέων ἐπαυρόμεθα. δοκέω δὲ πολλοὺς ὑμέων θαυμάζειν, ὅτεων χάριν ταῦτα ἀναμεμέτρηνται. ὡς οὖν καὶ ὑμέες εἰδῆτε, καὶ ἐμοὶ γένηται ἃ ἐγὼ ἐπιθυμέω, καιρὸς λέγειν. ὁ πατὴρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ ἐγὼ, αἰτεόμεθα ὑμέας. οὕτω γὰρ εἰπεῖν ἐλευθέρους καὶ φίλους παρὰ φίλων τυχεῖν ἐλευθέρων, ἐκ πατρίδος τῆς ἡμετέρης ὅπλα πολέμια μὴ ἄρασθαι. εἰ δὲ δεῖ ὥσπερ ἴσως δεῖ, τοὺς ὑπὲρ τῆς αὐτῶν προεληλυθότας, καὶ δεόμεθα μὴ ἡμέας ἐόντας ἀξιωμάτων μεγάλων καὶ τοιουτέων προϋπάρξαντας, ἐν δούλων μοίρῃ τιθήσεσθαι. ἔτι δὲ, καὶ γὰρ οὕτως ἁρμόσει λέγειν, ἱκετεύομεν [203] μὴ ποιήσεσθαι τὰ ἡμέτερα, ὑμῖν αὐτοῖς δορυέκτητα. πολὺ μειόνων [204] ἢν ἐπάνω γένησθαι, [205] ἀλλ' ὑπεριδέσθαι καὶ τοῦτο ὅτι ἑτέρως ἕτερα ἡ τύχη ταχύνει. καὶ ποτὲ μικρῶν μεγάλοι προσεδεήθησαν. καὶ οἱ καρτεροὶ δι' ἀσθενέας σωτηρίης ἔτυχον. δοκέω δὲ σύνδηλον ὡς μὴ ἐνδηλότερον εἴπω ὅτι ἐφ' ἑνὶ ἀνδρὶ, οὐ πόλις, ἀλλὰ πολλὰ ἔθνεα ἤδη ποτὲ ὤφθη ὠφεληθέντα, ἐν πολεμικοῖς, καὶ ἔνθα τέχνη ἰσχύει, μηδὲ ἡμέας ἀποβάλησθε. καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπόβλητοί ἐσμεν, ὡς ἐν ὑμῖν μαρτυρίη κεῖται. ἀλλ' ἀρχὴν μὲν οἱ θεοὶ, ἔνθεν γένος εὐχόμεθ' εἶναι, Ἀσκληπιὸς, καὶ Ἡρακλῆς, ἐπ' ὠφελείῃ ἀνθρώπων ἐγένοντο. καὶ τούτους δι' ἀρετῆς τῆς ἐνταῦθα ἐν θεῶν χώρῃ ἔχουσι πάντες. πόλις δὲ ἐμὴ καὶ ἐγὼ ὁ λέγων, ἐς τοιούτους ἀνερχόμεθα, ὡς ἀνθρώπων λόγοι κατέχουσιν. ὅθεν δὴ καὶ ὑπὲρ Ἑλλήνων φανεύμεθα ἀμφότεροι ταύτῃ προστησάμενοι καὶ ἐπὶ παντὶ καλλίστῳ. οὐ γὰρ μῦθος τὰ Τρωϊκὰ ἀλλ' ἔργα. [206] ἐν οἷς ἡ Κῶς σὺν τοῖς ἑωυτοῖσιν νήσοισιν οὐ πολλοστή. μεγίστη δ' ἐς συμμαχίην ἐστίν. οὕτως δὲ καὶ Ἀσκληπιοῦ παῖδες, οὐ τέχνῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅπλοις ἐπήρκεσαν Ἕλλησι. Μαχάων γέ τοι [207] ψυχὴν κατέθετο ἐν τῇ Τρῳάδι. ὅτε ὡς οἱ ταῦτα γράφοντες λέγουσιν, ἐξ ἵππου ἐς πόλιν τὴν Πριάμου εἰσῆλθε. μὴ δὴ μήτε καθότι ἔμφυλοι, μήτε καθότι ἐξ ἐπικουρησάντων ἐπικουρήσαντες γεγόναμεν Ἕλλησιν, ἀδικήσητε ἡμέας. [208] οὐ μηκυνέω δὲ, οὐδὲ τὰ Κρισαῖα αὖθις, οὔτε τὰ Περσικὰ λέγων. ὁκότε καὶ ἀκηκόατε καὶ ἐν χερσὶν μᾶλλον τῶν ἀρτίως εἰρημένων ἐστίν. ἐν θυμῷ δὲ λάβετε καὶ οὕτως εὐεργέτας μὴ ὅσιον ἀδικεῖν.

ἡμέας ἢ εὐεργέτας ὡς τὰ ἔργα φησί. τίνες φανέεσθε εἶπατέρων γεγονότες, οἵων ὁ μυθολόγοι εἶπον, τὸ ἀδικεῖν αἰτίη τοῦ χρηστοὶ εἶναι. αἱρέεσθε; οὐ γὰρ ἐθέλω πικρότερον λέγειν. κεῖνοι γὰρ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ἡρακλείδαις μὲν ἔτινον χάριτας. ἑτέροις δὲ πολλοῖς εὐεργετηθέντες ἐπήρκεσαν. ὑπολείποι δ' ἄν με ἡ ἡμέρη μακρὰ λέγοντα, εἰ διεξίοιμι ὁκόσοις ὁκόσα ἀπήντηκεν ἀγαθὰ οὐδὲν ἐν χρείῃ ὑμῖν γεγενημένοις. περιβλέψατε δὲ ἑωυτούς. καὶ μηδὲ ἐμοῦ εἰπόντος, γνῶτε ὁκοῖα πρήσσετε. χαλεπὸν ἐξουσίη, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι. οὐ γὰρ ἐπίσταται τὰ ἑωυτῆς μέτρῳ ταμιεύεσθαι. ἀλλὰ δὴ τινας καὶ πόλιας καὶ ἔθνεα ἐλυμήνατο. ἐς ἑτέρους δὲ οἷον ἐς κάτοπτρον βλέψαντες, ἴδετε αὐτοὶ ἃ ποιέετε. καὶ ἐγὼ ἀληθέα λέγω. καὶ νέος δὲ νόμος, ὃς τὸν εὐτυχῇ πεποιθὼς, μὴ καὶ ἐς τὰ δυσπετέα βλέπειν, οὐχ ὑμέτερον. πολλὰ γὰρ ὁ ὧδε δαίμονος πεπείρησθε. οὐδὲν ὑμέας ἀδικέομεν. εἰ δὲ καὶ ἀδικέομεν, μὴ ὅπλοις, ἀλλὰ λόγῳ κριθῶμεν. παραιτέομαι δὲ ὑμέας καὶ τοῦτο, μὴ ποιῆσαι χάριν ἑτέροις ὀφλῆσαι, ἐπικουρήσασιν ἡμῖν. ἐπικουρήσουσι γὰρ ἢν ὀρθῶς ποιέωσιν. οἵ τε ἐντὸς θεσσαλίης. ἄργεος. λακεδαίμονος. μακεδονίης βασιλῆες. εἴκου ἕτεροι ἡρακλεῖδαι. ἢ ἡρακλειδέων συγγενέες οἰκέουσι. κρέσσον ἄτερ βίης τὰ δίκαια ποιέειν, ἢ βιασθέντας. οὐκ εἶπον δὴ ἐπαναστᾶσιν. τοῦτο δὲ φανερὸν ποιέω, ὅτι πολλοῖσι μελόμεθα, ἢ μελησόμεθα. εἰ μὴ πάντοθεν οἴχεται τὸ χρηστοὺς ἀνθρώποις ἔτι εἶναι. ἐγὼ μὲν οὖν, μικρὴ γάρ μοι δύναμις λόγου, ἅτε πρὸς ἑτέρων ἐπιμελείας ἠρτημένῳ, ἐνταῦθα καταπαύσω. ἀξιῶ δὲ πρὸς ξένους ἡμετέρους, καὶ τοὺς ἡμῖν συμβούλους ἐθισμένους εἶναι, καὶ θεῶν καὶ ἡρώων ἕνεκα καὶ χαρίτων, ἃ ἀνθρώποις παρ' ἀνθρώπων γίνονται, ἔχθρας μὲν εἴργειν τὰς ἐς ἡμέας. εἰς δὲ φίλα μεταστρέπεσθαι. εἰ γὰρ μὴ ἐν τῇ ὑμετέρῃ πόλει τουτέων ἐπιτευξόμεθα, οὐκ οἶδ' ὅκου ἐλθόντες, ἂν ἱμείρομεν, ἐγκυρήσομεν.

Nos autem de vobis bene meritos cùm facta testentur, quales vos esse constabit, si ex maioribus orti, quales fabularum scriptores ferunt, iniuria lacessere quàm benefici esse malueritis? Neque enim quicquam atrocius dicere volo. Illi enim (viri Athenienses) Heraclidis quidem gratias retulerunt, aliis autem multis à quibus beneficia acceperant, auxilio subuenerunt. Dies me sanè deficiat, si longa enarratione enumerem quanta bona iis obuenerint, qui nulla in re de vobis sunt bene meriti. In vosmetipsos intueamini, meq; vel tacente, cognoscite qualia perpetretis. Mala res est potentia, (viri Athenienses) neque enim nouit quæ sua sunt intra modum in aliud tempus asseruare, verùm & vrbibus quibusdam & gentibus exitio fuit. In alios autem tanquam in speculum intuentes, videte quæ ipsi facitis, & me vera dicere intelligite. Et noua lex est, quæ eum qui sibi rerum prosperum successum persuadet, vetat etiam ad difficilia respicere. Non hoc est vestrum. Plærunque enim sic etiam fortunam estis experti. Nulla vos læsimus iniuria, quòd si læsimus, non armis, sed verbis iudicium experiamur. Istud etiam à vobis peto, ne efficiatis vt aliis qui nobis auxilium ferent hoc beneficium debeamus. Auxilium enim ferent, si quidem rectè faciant, qui intra Thessaliam, Argo Lacedæmona, Macedoniam sunt Reges, & sicubi alij Heraclidæ, aut Heraclidis cognatione coniuncti. Præstat citra vim, quàm vi coactos iura exercere. Nihil dico de his qui nos ad defectionem solicitant, verùm hoc vobis aperio, nos multis curæ esse, aut certè fore, nisi hominum beneuolentia de medio omnino sublata est. Ego igitur cùm mihi sit exilis dicendi facultas & me ad aliarum rerum studium adiunxerim, hic finem dicendi faciam. Peto autem à vobis per hospites nostros, & eos qui nobis consulere consueuerunt, Deorum & Heroum gratia, & beneficiorum quæ homines inter se conferunt, vt depositis inimicitiis quas aduersus nos geritis, vos ad amicitiam conuertatis. Quæ si in hac ciuitate vestra nobis non successerint, haud scio vndenam quæ cupimus consequamur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΓΕΝΟΣ ΚΑΙ
ΒΙΟΣ ΚΑΤΑ ΣΩΡΑΝΟΝ.

HIPPOCRATIS GENVS ET VITA,
EX SORANO.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ γένει μὲν ἦν Κῷος, υἱὸς Ἡρακλείδου καὶ Φαιναρέτης, εἰς Ἡρακλέα καὶ Ἀσκληπιὸν τὸ γένος ἀναφέρων. ἀφ' οὗ μὲν εἰκοστός. ἀφ' οὗ δὲ ἐννεακαιδέκατος. μνημονεύει δὲ τῆς γενεαλογίας αὐτοῦ Ἐρατοσθένης, καὶ Φερεκύδης, καὶ Ἀπολλόδωρος, καὶ Ἄρειος ὁ Ταρσεύς. μαθητὴς δὲ γέγονεν Ἡρακλείδου τοῦ ἰδίου πατρὸς. εἶτα Ἡροδίκου κατὰ δέ τινας καὶ Γοργίου τοῦ λεοντίνου ῥήτορος. φιλοσόφου δὲ Δημοκρίτου Ἀβδηρίτου. κατὰ δὲ τὸν πελοποννησιακοὺς ἤκμασε χρόνους. γεννηθεὶς, ὥς φησιν Ἰστόμαχος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς Ἱπποκράτους αἱρέσεως, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀλυμπιάδος. ὡς δὲ Σωρανὸς ὁ Κῷος ἐρευνήσας τὰ ἐν Κῷ γραμματοφυλάκια, προστίθησι, μοναρχοῦντος Ἀβριάδα. μηνὸς ἀγριανοῦ ἑπτὰ καὶ εἰκοστῇ, παρὸ καὶ ἐναγίζειν ἐν αὐτῇ μέχρι νῦν Ἱπποκράτει φησὶ τοὺς κῴους. συνασκηθεὶς δὲ ἐν τῇ ἰατρικῇ καὶ τοῖς ἐγκυκλίοις μαθήμασι τῶν γονέων αὐτοῦ

HIPPOCRATES genere quidem Cous fuit, Heraclidæ & Phænaretes filius, ab Hercule & Æsculapio ortum ducens, ab vno quidem vigesimus, ab altero verò decimusnonus. Eius autem generis seriem commemorant Eratosthenes & Pherecydes, & Apollodorus, & Arius Tarsensis. Heraclidæ verò parentis sui discipulus extitit, deinde Herodici, & ex quorundam opinione etiam Gorgiæ Leontini oratoris, & Democriti philosophi Abderitani. Peloponnesiacis tēporibus viguit, natus vt tradit Istomachus in primo de Hippocratis secta, primo octogesimæ Olympiadis anno, vt verò Soranus Cous literatū monimēta in Co perscrutatus addit, regnāte Abriada, mēsis Agriani sexto & vigesimo die, quo etiā in hūc vsq; diē Coos Hippocrati parentare ait. Arte autē Medica & vulgaribus disciplinis excultus, vita functis parētibus

patria exceſſit, quod tabularium in Cnido incendiſſet, vt eum quidem contumelioſè criminatur Andreas, in ſuo de Artis Medicæ origine libro. Alij verò id eo propoſito feciſſe dicunt, vt quæ in pluribus locis conficiebantur ſpectaret, & in ea varietate ſe magis exerceret. Vt verò Soranus Cous narrat, per ſomnum admonitus vt Theſſaliam incoleret. Per totam autem Græciam Medicinam faciens admirationi fuit, adeò vt ad Perdicam Macedonum Regem, qui tabe laborare exiſtimabatur, publicè vocatus cum Euryphonte, qui eum ætate excedebat peruenerit, & animi morbum eſſe indicarit. Cùm enim poſt Alexandri patris mortem, Philam eius pellicem amore deperiret, ad eamq; re delata, poſtquam ex eius conſpectu illum prorſus immutari animaduertit, propulſato quidem morbo, Regem ſanitati reſtituit. Ab Abderitanis etiam vocatus eſt, vt eò ſe conferret, & Democritum quidem inſania laborantem curaret, totam verò vrbem peſte liberaret. Quinetiam cùm in Illyrios, Pæonas & Barbarorum regionem peſtis ingrueret, earum gentium regibus rogantibus vti ſeſe ad illos conferret, à legatis edoctus quinam illic venti vt plurimùm perflarent, illos re infecta dimiſit. Cùm verò recta coniectura iudicaſſet morbum in Atticam perventurum, id quod futurum erat præuidens, tum vrbium, tum diſcipulorum curam ſuſcepit, in tantumq; Græcos dilexit, vt cùm eius nominis gloria ad Perſas fama perueniſſet, eaq; de cauſa Artaxerxes per Hiſtanidem Helleſponti præfectum cum magnis muneribus ab eo peteret, vti ad ſeſe veniret, id ob grauitatem, pecuniæ contemptum, & propinquorum amorem recuſarit, velut per epiſtolam ad eum ſcriptam oſtenditur. Patriam etiam à bello quod ei inferre parabant Athenienſes liberauit, Theſſalis in auxilium vocatis, ideoq; ſplendidos honores apud Coos conſecutus eſt. Quinetiam à Theſſalis, Argiuis & Athenienſibus honorificè acceptus eſt, qui eum ab Hercule ſecundum publice ſacris Eleuſiniis initiarunt, ciuitate donarunt, victumq; ei publicum in Prytaneo eiuſq; poſteris dederunt. Candidè & liberaliter ſtudioſos artem docuit, debito addito iureiurádo. Obiit apud Lariſſæos, quo tempore Democritus mortuus eſſe fertur, vt quidam tradunt, ætatis anno nonageſimo, vt alij verò, octuageſimo quinto, alij centeſimo quarto, quidam etiam centeſimo nono. Inter Gyrtonem & Lariſſam ſepultus eſt. Et in hunc vſque diem monumentum oſtenditur, in quo multo tempore examen fuit quod mel conficiebat, quo nutrices infantes ſuperficiariis oris vlceribus (aphthas dicunt) laborantes apud tumulum illinebant & facilè liberabant. In multis autem eius imaginibus capite velato pingitur, cum pileo vt quidam dicunt, velut Vlyſſes, quod eſt nobilitatis inſigne, alij verò, cum pallio, & ex his alij quidem id fieri propter decorum volunt, quod caluus eſſet, alij verò propter capitis imbecillitatem, alij autem expreſſa ſanè ſignificatione, quod principis animæ ſedem probè munitam eſſe oporteat, alij peregrinationis amorem indicare iſtud dicunt, alij ſcriptorum obſcuritatem, alij verò, vt demonſtretur etiam ſanitatis tempore quæ nocent vitari oportere. Quidam verò, quòd ne manuum adminiſtratio impediretur, comprehenſam circumfluentem veſtimenti laciniam in caput reiiciebat.

τελευτησάντων, μετέστη τῆς ἰδίας πατρίδος. ὡς μὲν κακοήθως Ἀνδρέας φησὶν ἐν τῷ περὶ τῆς ἰατρικῆς γενεαλογίας, διὰ τὸ ἐμπρῆσαι τὸ ἐν Κνίδῳ γραμματοφυλάκιον. ἄλλοι δέ φασιν ὅτι προθέσει τοῦ τὰ κατὰ τόπους ἀποτελούμενα θεάσασθαι,[5] καὶ συγγυμνασθῆναι ποικιλώτερον. ὡς δὲ Σωρανὸς ὁ Κῷος ἱστορεῖ, ὄνειρος αὐτῷ προέστη κελεύων τὴν Θεσσαλῶν γῆν κατοικεῖν. τὴν δὲ σύμπασαν Ἑλλάδα θεραπεύων ἐθαυμάσθη. ὥστε καὶ ὑπὸ Περδίκκα τοῦ Μακεδόνων βασιλέως φθισικοῦ νομισθέντος παρακληθέντα δημοσίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν μετ᾽ Εὐρυφῶντος, ὃς καθ᾽ ἡλικίαν πρεσβύτερος ἦν αὐτοῦ. καὶ σημειώσασθαι ψυχῆς εἶναι τὸ πάθος. ἤρα γὰρ μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς Ἀλεξάνδρου θάνατον Φίλας τῆς παλλακίδος αὐτοῦ, πρὸς ἣν δηλώσαντα τὸ γεγονός.[6] ἐπεὶ παρεφύλαξεν ταύτης βλεπομένης παντελῶς ἐκεῖνον τρέπεσθαι, λῦσαι μὲν τὴν νόσον, ἀνακτήσασθαι δὲ τὸν βασιλέα. παρεκλήθη δὲ ὑπὸ τῶν Ἀβδηριτῶν, πρὸς αὐτοὺς ἀπελθεῖν, καὶ Δημόκριτον μὲν ὡς ἐν μανίᾳ θεραπεῦσαι, ῥύσασθαι δὲ λοιμοῦ τὴν πόλιν ὅλην. ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν Ἰλλυριῶν.[7] καὶ παιόνων βαρβάρων γῆν λοιμοῦ κατασκήψαντος, καὶ δεομένων τῶν ἐκεῖ βασιλέων πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν, παρὰ τῶν πρέσβεων, ἵνα ἦν ἐκεῖ τὰ πολλὰ τῶν πνευμάτων μαθών, ἐκείνους μὲν ἀπράκτους ἀπέπεμψε. συλλογισάμενος δὲ τὴν νόσον ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἥξειν, προειπὼν τὸ γενησόμενον, καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν μαθητῶν ἐπεμελήθη. τοσοῦτον δὲ φιλέλλην ὑπῆρξεν, ὥστε τῆς δόξης αὐτοῦ μέχρι Περσῶν.[8] διαπύστου γενομένης, καὶ διὰ τοῦτο.[9] καὶ τοῦ Ἀρταξέρξου διὰ Ἱστάνιδος τοῦ Ἑλλησποντίων ὑπάρχου ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς δεομένου πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν διὰ τὸ σεμνὸν καὶ ἀφιλάργυρον καὶ φιλοίκειον ἀρνήσασθαι. ὡς καὶ τοῦτο διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῆς.[10] δηλοῦται.[11] ἐρρύσατο δὲ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα πολεμεῖσθαι μέλλουσαν ὑπὸ Ἀθηναίων, Θεσσαλῶν δεηθεὶς ἐπιβοηθῆσαι. διὸ καὶ λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν παρὰ Κῴοις ἀλλὰ καὶ Θεσσαλοῖς καὶ Ἀργείοις καὶ Ἀθηναίοις, οἵτινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ᾽ Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν, καὶ πολίτην ἔγραψαν καὶ τὴν ἐν πρυτανείῳ σίτησιν ἔδοσαν εἰς ἐκγόνους. ἀφθόνως δὲ τοὺς ἐπιτηδείους ἐδίδασκε τὴν τέχνην μετὰ τοῦ προσήκοντος ὅρκου.[12] ἐτελεύτα δὲ παρὰ Λαρισσαίοις, ὅτε καὶ Δημόκριτος φέρεται τελευτῆσαι. καὶ τῶν μὲν ἐνενήκοντα ἐτῶν. τῶν δὲ πε΄ φασίν. ἄλλοι ρδ΄. τινὲς ρθ΄. [13] τέθαπται δὲ μεταξὺ Γυρτῶνος καὶ Λαρίσσης. καὶ δείκνυται ἄχρι δεῦρο τὸ μνῆμα ἐν ᾧ μέχρι πολλοῦ.[14] σμῆνος ἦν ἐργαζόμενον μέλι. ἀφ᾽ οὗ τὰ ἀφθῶντα παιδάρια χρίουσαι παρὰ τῷ τάφῳ ῥᾳδίως ἀπήλλαττον αἱ τίτθαι. ἐν δὲ ταῖς πλείσταις εἰκόσιν ἐσκεπασμένος τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ γράφεται. ὡς μέν τινες λέγουσι, ἐν πίλῳ, παράσημον εὐγενείας, καθάπερ Ὀδυσσεύς. ἄλλοι δὲ τῷ ἱματίῳ. καὶ τούτων τῶν μέν.[15] δι᾽ εὐπρέπειαν, ἐπεὶ φαλακρὸς ἦν. τῶν δὲ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς κεφαλῆς.[16] τῶν δὲ δὴ ἔμφασιν τοῦ δεῖν τὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ χωρίον φρουρεῖν. τῶν δὲ τοῦ φιλαποδήμου τεκμήριον. τῶν δὲ τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἀσαφείας. τῶν δὲ πρὸς παράστασιν τοῦ δεῖν.[17] κἂν τῷ ὑγιαίνειν φυλάττεσθαι τὰ βλάπτοντα.[18] τινὲς δὲ ὅτι χειρίζων πρὸς τὸ τῶν χειρῶν ἀπαραπόδιστον, συμπεριλαμβάνων τὸ τοῦ ἱματίου περικεχυμένον ἐπετίθει τῇ κεφαλῇ.

πρὸ

περὶ δὲ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, πολλὴ γέγονε διαφωνία, ἄλλων ἄλλα δοξασάντων. ὅθεν οὐκ εὐμαρὲς δὲ περὶ αὐτῶν ἀποφαίνεσθαι, διὰ δὲ πολλὰς αἰτίας.[19] ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει. πρῶτον τὴν ἐπωνυμίαν. δεύτερον δὲ δύνασθαι τὸν χαρακτῆρα τῆς φράσεως.[20] τηρῆσαι. τρίτον διὰ δὲ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, ποτὲ μὲν ῥωμαλεώτερον, ἄλλοτε ἀσθενέστερον διὰ τὴν ἡλικίαν.[21] συγγράφειν.[22] καὶ ἄλλας δὲ μετὰ τούτων αἰτίας ἔστιν εἰπεῖν. ἀφιλάργυρος δὲ,[23] καὶ τρόποις σεμνὸς, καὶ φιλέλλην ὑπῆρχεν, ὅτι καὶ τὰς ὁμοεθνεῖς ἐθεράπευσε συμπάσῃ σπουδῇ, ὡς καὶ λοιμοῦ ὅλας ῥύσασθαι πόλεις καθὰ προείρηται. ὅθεν καὶ λαμπροτέρων ἔτυχε τιμῶν. οὐ παρὰ κώοις μόνον,[24] ἀλλὰ καὶ ἀργείοις καὶ ἀθηναίοις. παῖδας δὲ κατέλιπε θανὼν δύο. θεσσαλὸν καὶ δράκοντα. καὶ μαθητὰς παμπληθεῖς. ἐπιφανεστάτους δὲ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας.[25] λέγεται καταλιπεῖν.

De ipsius autem scriptis magna est dissensio, cùm alij alia sentiant. Vnde cùm variæ causæ iudicio tenebras offundant, de his non est facile, certum quid statuere. Primùm quidem agnominatio. Secundùm dicendi stilum seruare posse. Tertiùm quòd vnus & idem quandoque robustiùs, alias remissiùs per ætatem scribat, aliasque præter hæc causas recensere liceat. Pecunias neglexit, morum grauitate excelluit, Græcos maximè dilexit, quare etiam gentiles suos omni studio coluit, adeò vt totas ciuitates (quemadmodum dictum est) pestilentia liberauerit. Ex quo & præclaros honores, non apud Coos tantum, sed & Argiuos & Athenienses adeptus est. Mortuos duos reliquit filios, Thessalum & Draconem, at discipulorum magnum numerum. Clarissimos autem suos filios reliquisse dicitur.

IN HIPPOCRATIS COI EPISTOLAS, BREVES NOTÆ.

μεν. ἐς τὸ δίωχω. Euftat. vel συνδιδοῖ vt lin 22. vel συνδιδοῖ deductum à συν, & διΐδω. ω. i. difpicio, difpiciendo cognofco. 26. πώρον. hoc patet ex præcedente λύπρον. P.509.20. βλαισότεροι. 44. ἀλιθωκότα. 49. ἐρρυπωμένοισι. v.P.251.15. P.510.5. κινδυνώδεστα, vt alibi paffim. vel ἐπικινδυνώτατα. 18. κατηρτυμένον. Hinc & ex lin.30. & 31. & Pag.511.40.42 patet quomodo & alibi hoc participium καταγείς, εῖσα, ἐν. fit fcribendum. 27. κεκατηγμένον. à κεκαταγνύω. ῶ. ήσω quod extat lin.32.35. ἐξιθυνόντες vt hac ipfa lin. vel eft infinit. aor.1. med.48. ὑπνος. vel ὑπνώσσοντες, ἔχουσι μικρὸς ὕπνος. P. 511.2. 511.20. & 23 v.OEc. H. in ὕπνος. Pag.511.12. ἀλιθωκέναι. 16. συμμεμετρημένος. i. emenfus. quod patet ex fequentibus accufatiuis, τὰ μήκεα, καὶ ὕψεα, καὶ εὖρεα. (fic enim fcribendum, non εὐρέα, vt ante) qui ab illo participio reguntur. lin.23. ὄρος ἐπιτυχὸς. 26. εὖρος, καὶ βάθος. 25. κλιμακτῆρες ἴσαι. fub. ὁ ἄριστος. vel ἐπίσαι. 513.42. φύλλα ἐπίσω συχνά. 39. καὶ ὡς, ἢ ὡς ὁ. vt lin.37. vel ἢ ὁ. ie ὅπη. καὶ ὧν. vel ὡς οἴων. 40. μινυθέσιν. 42. καταγνῶσι, vt fit datiuus pluralis P.512.5 ἐπιτείνω. & σκεπτόμενον. 6. παραδιδῶνται, pro παραδιδόντα, Ionicè, vel παραδόντα. vt fit participiũ aor.1. paff. à παραδίδω, ῶ. 8. νύξις, à νύσσω ξω. pungo. & μήκεος. p.513.22. ξυμφορωτέρη. 38. ἕλκος τὸ ἐπιπολῆς, ὁ, τι αἰ. 42. ὅ, τι δ' αἰ μὴ δύνηται φρύγνυσθαι. P.515.13. φρύξαι. à φρύγω. ξω. frigo, torreo. alterum à φρύσσω, ξω deducitur, quod ad rem præfentem non facit, Supra 514.43. ὡς μὴ φρυγῇ dicit. infra hac ipfa p.515.20. καρτὴν φρύξαι. 45. ἐπιπλᾶς. ab ἐπιπλάσσω. vt fit aor.1. act. p.516.49. χαλκοῖσι P.517.12. χαρίεντες αἵματος. 30. ἰχωρροεῖν. vt 540.15. vbi vitiosè legitur ἰχωρροέουσι, pro ἰχωρρόουσι. vel ἰχωροῦσιν, vt eft in OEc. H. in μαλθῶσαι. Sed & ibi ἰχωρρόουσι videtur fcribendum, vt αἱμορροοῦσι. 519.14.22. Pag.520.35. συζύγας. vt συζῆγας. συζεύξας. συζυγέντας. Nam ἀλγεινίας χάσει τὸ ν fequente duplici tollitur. 40. ἐνδιδοῖ ὑπὸ τοῦ νεῦ. P.521.32. καὶ ἀποσιτῶν. i. πόρρωθεν. eminus. è longinquo. Apollon. Argon. lib.1. P.2.v.39. „ Ἀμφω συμφορέοντας ἀποπροθεν εἰς ἓν ἰόντες. Et eodem lib. Pag.61.v. 1244. „ Ἄγχιος, ὅς ῥά τι γῆρυς ἀποπροθεν ἵκετο μᾶλλον. Et lib.3. Pag. 163.11.1110. „ Μνήσομαι, εἴλωσι δὴ ἥμιν ἀποπροθεν ἀκῆς ἔσσα. Pag. 522 43. ἠλωκε. Pag.526.10. τοῦ vel τοῦ τὴν ἀθρόον. P.527.18. αὐτὴ pro αὐτῇ. 27. ἐν τῷ παρόντι χρῇζεις. i. In præfentia indiges. vel ἐν τῷ παρόντι ἐχρῄζεις, i. fuperiore tempore indigebas. P.528.27. αὔρα. pro ἀθέειτο. vel αὔρη. i. auræ, odori infito, qui ex odoriferis herbis vt aura fpirans exit. Pollux lib.4. cap.19. P.143. lin. penult. inter comicas perfonas αὔραν recenfet. Αὔρα (inquit) ἀφίκουρος, θεραπαινίδιον ἀναφηφισκόν. & 144. ἡ δὲ αὔρα ἀφίκουρος. θεραπαινίδιον, ὅτι ἀφικαιρόμενον, χιτῶνι μόνῳ ὑπεζωσμένῳ λευκῷ χρώμενον. Sed ad rem præfentem hæc nullo modo facere videntur. Hic enim agitur de herbis quæ ferpentum venenis, ac afflatu inficiuntur, hominibufq; fumptæ nocent. Serpentes autem Hipp. ad illas herbas potiffimum accurrere dicit, quæ funt odoratiffimæ, & ex quarum intimis partibus odoris aura fpirat, qualem Vergil. τῶν γεωργικῶν quarto ex ambrofia manaffe defcribit,

„ *Hæc ait, & liquidum ambrofiæ depromit odorem,*
„ *Quo totum nati corpus perfudit: at illi*
„ *Dulcis compofitis fpirauit crinibus aura.*

Ead. P.528 28 αὐταῖς. δηλοῦται ταῖς βοτάναις. P.529.41. ἀπολωφέοιτο. ab ἀπολωφέω, pro ἀπολωφᾶσθαι, ἄσθαι. pro quibus λωφᾶν, & ἀπολωφᾶν magis vfitata. p.530.26. κτάται à κτάω, ῶ. quæro, acquiro, poffideo, fequitur enim, μὴ παυόμενον τῆς κτήσιος ταύτης. 42. ἐχθρὴ, vt fit adiectiuum. p.531.13. ἀγαθόν. vel eft atticifmus. P.532 28. βεβαρυμμένοι, à βαρύνω. vel βεβαρυμένοι, à βαρέω. ῶ. ήσω 47. φιλοτιμάζοντα. P.533.18. ὑπ' ἐμεῦ. pro ὑπ' ἐμοῦ ab ἐγώ, ἐμοῦ, ἐμεῦ, ἐμεῖο, Ionicè, ac poëticè. i mei. fic etiam lin.24 fcribendum. nam ἐμεῖο fit ab ἐμός, ἐμοῦ, & Ion ἐμεῦ. meus, a, um. quod eft adiectiuum. Infra pag.539.26.29. ἐμεῖο dicitur, ab ἐγώ. & 540.8. ἐμέο, pro ἐμοῦ, 21. κατημίμβεται fub. ὁ πιστὸ 534 10. κατημύμβεται. fi κατημιμβάνεται retineas, fub. οἱ ἄνθρωποι. P.534.27. σκοτεινός, pro ὁ σκοτεινὸς, fiue σκοτεινὸν. v. OEc. H. in σκότος. 34 ἀθροίος. 41. διΐσταται. P.535.35. ἐνδύεται. Induit 36. διαδύομαι à διαδύω, tranfeo permeo, penetro. paffiuum διαδύομαι. Quare σήραγγες εἰσι διαδύσιμοι, per quas aër tranfit, ac permeat. Si codex fanus, hoc idem valebit ac διαδυόμεναι, ab actiuo διαδύω, ῶ. vnde τὸ διαδύω. vel διαδεδυκυρόμεναι. 42. ἐνδρυμμένοι. 44. ἐνδρυμένη. quod vfitatius. 536.49. P.536.4. πατεόμεθα P.537.7. διατίθενται. fub. οἱ Ἀθηναῖοι. 10. φρένες. vt hæc ita accipiatur φρένες ἀνδρὸς νόον βαλλόμενοι, pro ἀγαθὰς ἐμβάλλοντες. i. mitis, lenifq; viri mentem inducentes, ac virorum bonorum officium facientes, qui beneficiorum acceptorum funt memores, & fe gratos præftant iis, à quibus hæc acceperunt, vel faltem eorum pofteris gratiam referre conantur. 43. ἀκίζοντο. fic lin.31. dixit εἰκασι, pro εἴκασι, ab εἰκέω, ῶ, vel augmentum neglectum. p.538. 23. καὶ ὄγκος καλυδώνιος ἀνδρα vel καὶ καλυδώνιος ἀνὴρ παρ' αὐτῷ τρεφόμενος, fi hæc iungas cum præcedentibus συναπέβαινε &c. P 539.1. ἐν νεύσι, vel ἐν νεύσι. i. nutu. Hoc autẽ ἐν νεύσι, vel ἐν νεύσι fumetur

pro ἐπινεῦσε, innuens, annuens, cuius contrarium ſtatim ſequitur, ἀνένευσε, renuit. Sed fortaſſe melius, ἐν νηυσὶ, i. in nauibus exercitum mitteret. στρατιὴν verò (ſi codex ſanus) figuratè pro στρατιὰ accipies, vel στρατιὰν ſcribendum. Sed hic error paſſim occurrit, vt στρατιὴ pro στρατιὰ, & contra legas. Noſtram coniecturam confirmant ea, quæ ſequuntur lin.8. αἵ τε νῆες τῆς Ἀρτεμισίης ἐπιπλώουσαι ἅπασαι ἀπολέσθαι. & lin.9. ἀπώλοντο videtur legendum. vt ſit aor.2. medij, vel erit imperfectum ab ἀπόλλομαι, quod parum vſitatum. 5. ἐρυμάτων. munimentorum, propugnaculorum. 11. αἰνηκέστων. αἰνηκεστον κακόν. inſanabile, vel grauiſſimum malum vel ἀεικάστων. ἀείκαστον κακὸν, malum quod tantum eſt, vt ne coniecturis quidem eius magnitudinem aſſequi valeamus. p.540.47. μηκυνέω. Subaudietur autem τὸν λόγον. i. non producam orationem. oratione prolixiore non vtar. quomodo? ὅτι λέγων τὰ Κρισαῖα, &c. i. neq; commemorans iterum res Criſæas, &c. v.541.4. ἐπιλείποι δ' ἄν με μακρὰ λέγοντα ſi μιανέω retineas, ſignificat, polluam, fœdabo, à μιαίνω, μιανῶ, & Ion. μιανέω. ſed ad rem præſentem facere non videtur. p.514.22. ὑπὸ τεῦ. pro ὑπὸ τίνος. à quonam. vel ὑπό τευ. pro ὑπό τινος. ab aliquo. Sed hic aliquid deſiderari videtur. 42. ῥυσμοῦσθαι, vel ῥυθμοῦσθαι, vt lin.30.43. πεπειρωμένων. quod ex ſequenti φυτευομένων colligi poteſt. vel πεπειραμένων. vt ſit participium præt. perf. paſſ. vel τὸ πειρᾶσθαι hic pro πειρᾶσθαι ſumetur, quod nouum. ſi πειρωμένων legas, deducetur à πειράομαι, ῶμαι. quid autem ſit πεῖρα, πεῖραι, πειρᾶν, πειρᾶσθαι, πείρειν, & πειροῦν, docet Euſtath. v. & OEc. Hip. 542.6. ἰσον ὤν. pro ἐνίων πραγμάτων. 12. ἀποκεκαθεστηκυῖαν. vel eſt Ioniſmus. Et ἔρρωσθε. p.543.12. Δαιταλέων. v. Ariſtoph. locum. 21. ὑγιῶς. p.544. c.1. l.39. τριχῖτιν. pag.545. c.1. l.45. πεφρυγμένων ἄλφιτα καλεῖται. ταύτης τῶν ἀλ. deinde, θραῦμα, οὕτως ὀνομάζεται. c.2. l.13. ἐπανιέναι v. OEc. H. in ἀμαλῶς. & ὀφθαλμοῖσιν οὐχ ἀμαλῶς ὁρᾷ. p.546. c.1. l.16. ἀναυξές. 43. ἀμβλίξατο. vel ἀμβρύξατο. v.p.548. in βρῦγμα. cap.2. l.16. τῶν αἰθάλων. vel αἰθίων. γρ. αἰθάλων. pag.547. c.2. l.17. πληροῦται. ſic in aliis cod. Et, περισχόρως, καὶ ἐπαχθῶς. 22. εἰς τὴν ἱερουργίαν. Sic enim ſcribitur. p.548. cap.1. l.16. Βόλβιον. ἴον ἐστὶ τὸ αὐτό. Ιπποκράτης. cap.2. in voce Δαιτίδες, ſic legendum videtur, Δαιτίδες μικραὶ λαμπάδες καιόμεναί τε δεταὶ καλοῦνται. Athenæus τῶν δειπνοσοφιστῶν vlt. lib. p.3.6. Ὅμηρος δὲ (inquit) τὰς λαμπάδας, δετὰς ὀνομάζει. Homerique verſum affert, qui extat Iliad. λ. 861.

„ Καιόμεναί τε δεταὶ, ταίς τε τρεῖς ἰσσύμενος πρ.

Euſtath. Δεταὶ, δεσμοὶ δᾴδων, ἃς ὁ λίνων ποιεῖται. Ab hoc verò δεταὶ deducetur diminutiuum δετίδες, quod idem valet ac μικραὶ λαμπάδες. Hinc patet τὰς δετὰς, & τὰς δετίδας dictas non παρὰ τὸ δαίειν, accendere, vrere, diuidere: ſed παρὰ τὸ δέειν, δεῖν τὸ δεσμεύειν, ligare, vincire. Hanc lectionem ipſe literarum ordo videtur flagitare, ſi codex ſanus, Δαιτίδες à verbo δαίω, vro deducentur. & legendum erit ſaltem μεγάλαι λαμπάδες. deinde, καιόμεναί τε δεταὶ καλοῦνται. ſic autem vox formabitur, δαίω, δαίσω, præt. perf. paſſ. δέδαισμαι, σαι, σται. vel δέδαιμαι. σαι, ται, hinc δαὶς, τὸς. τῷ à datiuo δαιτὶ fiet δαιτὶς, ίδος. quod nō μεγάλην: ſed potius μικρὰν λαμπάδα ſignificat. Si δετίδες legas, & cætera ſubiicias, vt antè dictum, lectio melior, ac veriſimilior erit. Ead. c. pro Διίφρος, legendū potius δίφρος. l.49. Διαστομωτρίδα. μήλην τὴν διαστέλλουσαν. vt in aliis cod. vel τὴν διαστομωτρίδα, non ſubſtantiuè, ſed adiectiuè ſumetur vt p.555. in μήλην διαστομωτρίδα, vbi pro τὴν διαστέλλουσαν, vt hic habemus, τὸ διάστολον. & in H.St. cod. τὸ διαστολεία, non ſine mendi ſuſpicione legitur. p.549. c.1. in δίοπτος legendum videtur, διέπειν τὰ ἐν αὐτῇ, δηλονότι νεὼς. vel νηὸς. vel Δίοπτος. νεὼς ἐπιμελητὴς, παρὰ τὸ διοπτεύειν, ἢ δίοπος παρὰ τὸ διέπειν τὰ ἐν αὐτῇ. v. OEc. H. in δίοπτος. Et Euſta. in δίοπος. c.2. pro ἐκμίσγεται leg. ἐκμιαίνεται. ἀποκρίνει τὸ σπέρμα. Sic in H.St. cod. v. Oec. H. in ἐκμιαίνεσθαι. 43. pro ἔμιαι, leg. ἐμεσίαι Oec. Hip. in ἐμίαι. p.550. c.1. l.3. ὀνθλα. vt in H.St. cod. 10. in H.St. cod. leg. ἐξορμᾶται καὶ, 19. ἐξινεῖ. ἐκκενοῖ. infra, ἰνίει κενοῖ. Poſt vocem, ἐπιμυλίδας, &c. ſubiiciendum, ἐπιπαλωίων. ἐπιπάστων. Perperā hæc erant antè collocata v. OEc. H. in voce ἐπιπαλωίων. p.551. c.1. l.2. διαπέπλεκε. vt ſit tertia perf. m. à διαπλέκω Implico, inuoluo in H.St. cod. l. διαπέπλωκε: ſed (niſi fallor) vitiosè 3. ἡρμόσθαι in H.St. cod. leg. ab ἁρμόζω. apto, adapto, concinno. ἐρμᾶσθαι, ab ἐρμάω, ῶ. fulcio, firmo, ſtabilio. vel ab ἐρμάζω. quod idem valet. at ἡρμῶσθαι, ab ἑρμόω, ῶ, ώσω, pro quo & ἑρματίζω. σω. Θαλερὸν πνεῦμα. Hæc priùs erant confuſa & corrupta, ſed nunc emendata, & in ordinē redacta. 48. γρ. ἱμερωθεῖσαι. ἀντὶ τοῦ τῆς ἐπιθυμίας τυχοῦσαι, ἀνδρὶ μιγεῖσαι. i. Mulieres voti compotes factæ quid hoc? ἀνδρὶ μιγεῖσαι. Quod autem hîc dicitur ἱμεροῦν, id Hom. paſſim dicit κραίνειν ἐέλδωρ. p.552. c.1. in voce καταβλημα, legendū videtur συνέχειν, vel σφίγγειν. vt in OEc. H. in κατάβλημα. In voce κατακορέα, in fine, legitur in aliis cod. ἐπιτεταμένην, ὥσπερ καὶ ἐκλύειν, κατακορεῖν. & κατακούρην. &, καὶ τὸ κείρειν ἐπιτείνειν. Imò verò ἀπὸ τοῦ κείρειν deducuntur hæc κατὰ κουρὴν, vel κατακούρην. 41. καταμαστευόμενος. de hoc, & illo καταμώσας. v. OEc. Hipp. Nihil tamen mutandum. Nam à μάω. μῶ. τὸ ζητῶ fit μώω. μώσω. ἔμωσα μώσας, vnde καταμώσας, ἤγουν καταζητήσας. vt autem à ζάω, ζῶ, fit ζώω, ſic à μάω, μῶ, fit μώω. Hinc μαῖα. obſtetrix. hinc etiam μοῦσα. Muſa, ſcientia quæ quærendo. i. dum quæritur, ab homine diſcendi cupido comparatur. Dores μῶσα dicunt, quod meliùs ipſum ἔτυμον indicat. c.2. l.6. κατοπτεύει. p.553. c.1. l.1. κνήσματα. ξ. l.2. Κνῆστρῳ. τῇ τυροκνήστει. ἔστι δὲ μαχαιρίδιόν τι, ᾧ ξύεται ὁ τυρός. κνῆστρον, ὅπερ καὶ κνίσαρον. Poſt κόγχον, legitur τὴν κόγχην τὴν χημήν. c.2. l.6. leg. γυναικεῖα. quod melius. p.554. c.2. poſt μελαίνει, legendum videtur παρασπωμένως. deinde, μελαινῶν. 41. σποδόν. p.555. c.1. l.13. γρ. μεσόκλειον, ὡς εἰ καὶ μεσοπίεσον ἔλεγεν. c.2. l.20. ξηρῷ σηπεδόνι. p.556. c.2. Περκναί. μελαινόμεναι. p.557. c.2. l.2. γρ. πυείνας. ſed fortaſſe πυριώσας, à recto πυριεύς. Et Ῥινὸς ἀφροσί. p.559 c.1. συνδιαίνεται, vel συνδιαίνεται. Illud à σὺν, & δύο. hoc à σὺν, & δοιὸς, geminus, duplex. l.45. συνηρμένα, à συνάρω, τὸ συναρμόζω. perf. paſſ. συνῆρμαι. vel Atticè per ἀναδιπλασιασμὸν, συναρηρμένα. vel à συναρέω, ῶ. perf. συνήρημαι, vnde part. communiter συνηρημένα, & Atticè συναρημένα. c.2.7. σφάκελος, vt ſupra. Τέρθρον. Hinc videtur deductum vocabulum gallicum, *vn tertre*, quod editum ac excelſum locum ſignificat. pag.560. c.1. l.8. ἰλλεκίβραν. 14. τὸ ἀναλαβεῖν. c.2. l.10. ὑστέρα vel ὑστέρα. vt in H·St. cod. p.561. c.2. l.3. φύσιγξ. v. pag.517.36.37.44. Et, χαραδριῶς. quia ſequitur, ἀπὸ τῆς χαράδρας. Et, χλοηροῖσι. ſic in H.St. cod. vel χλωροῖσι: ſed infra vox erit locanda. p.562. c.2. l.7. ὥρου. ἐνιαυτοῦ. Euſtath. Ὧρος, ὁ Ἀπόλλων αἰγυπτιστί. καὶ ὧρος, ὁ ἥλιος, καὶ ὁ ἐνιαυτός, ὅθεν ἐννέωρος, ὁ ἐνναετής. ſupra p.541. 31. διὰ παντὸς ὥρου, pro διὰ παντὸς ἐνιαυτοῦ.

PETRVS

PETRVS LAPHILEVS ANVTIO FOESIO MEDIOMATRICO MEDICO, ET AMICO SINGVLARI S.

CVM extraneis & nobis ignotis hominibus nulla studiorum, humanitatis, & beneuolentiæ societas esse potest. Ego vero te, vir præstantissime de facie quidem minimè notum, sed eruditionis nomine mihi notissimum amo, amplector & saluto, faustaque & fælicia omnia tibi deprecor, vt diu multumque superstes aliquid quotidie ad Rempublicam literariam afferre possis. Salutant & celebriores nostri ordinis medici, qui vel ex vna Hippocratis Oeconomia te, tuumque diuinum ingenium, industriam & singularem tuam doctrinam agnoscunt. Sed ne quis fucatam & vmbratilem meam salutationem esse putet, esse breues quasdam notas in aliquot Hippocratis libros ex vetustis exemplaribus Mediceis, & ex nostris aduersariis depromptas, meæ salutationis comites, ad te mitto, quæ ad illustrandam Hippocratis editionem, quam tu magnifice adornas, aliquid etiam nitoris inducere poterunt. Si quid in his lectione dignissimum videbitur, id totum publicæ vtilitati nuncupetur. Multa, sat scio, parum expolita apparebunt. Nam in scribendo sæpè caligarunt oculi, obliteratis nimirum vetustate literis Mediceis, & senilem oculorum aciem fugientibus. Sed quod minus animaduersum, distinctum, & elaboratum a me fuerit, lubens ego iudicio tuo polito, & æquissimæ censuræ permittam. Iohanni Martino medico, ingenio doctrinaque excellenti, & qui ad hanc editionem symbolam munifice contulit, notas in librum Hippocratis περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων excutiendas dedimus, quid in ea re præstiterit, ex nostra chartula intelliges. Is vbi commentarium de vulneribus capitis in lucem ediderit, explorata omnes ea habebunt, quæ in libello Hippocratis cimmeriis penè tenebris adhuc inuoluta videntur. Ne quid autem te lateat, vir optime, vnde Hippocrates Aldinus, & alter Frobenianus, diuersis lectionibus, correctionibus, & annotationibus illustrati prodierint, quos me autore Auberius typographus Lutetiæ tuo nomine recepit, paucis accipe. Ante annos sexaginta Iohannes Ruellius, vir præstanti ingenio, & ex eruditione perfecta clarissimus, in conuertendis authoribus Græcis nemini secundus, codicem Aldinum recens typis excusum intentus oculis statim perlegit: & quod in eo vel exemplarium vitio, vel operarum incuria distortum, aut turpiter deprauatum videbatur stylo compunxit, correxit, & literulis Græcis primus adnotauit. Non ita multo post Regij quatuor medici, omni doctrina, & linguarum cognitione ornatissimi, Iohannes Capellanus, Henrici Secundi Galliarum Regis archiater, cui studiorum amœnitate, etiam inter aulicos proceres, nihil vnquam in vita iucundius esse potuit: Iacobus Gopilus medicinæ interpres Regius, qui Græca & luculenta Alexandri Tralliani editione sui nominis memoriam posteritati commendauit: Honoratus Castellanus, cuius hortatu idem Rex Henricus Monspessulanos medicinæ professores quatuor annuo quadringentorum librarum honorario dotauit: & Magdalenus, qui vnus vitæ spatium ampliauit, & nunc Regi principibusque viris placet, & medicinam facit: Hi inquam percelebres medici quatuor adhibitis aliquot venerandæ senectutis exemplaribus ex Regia bibliotheca & Medicea Parisiensi, eundem Aldinum & Ruellianum Hippocratem à capite ad calcem diligentissimè perlustrarunt, & scribente Gopilo marginibus notas adiecerunt. liber hic locupletissimus nescio quomodo per viginti aut triginta annos alicubi sepultus latuit. Quem tandem aliquando ex latebris erutum Albertus Feureus, collega noster Hippocraticæ doctrinæ studiosissimus, Ruellii nepos, ab imperito quodam bibliopola, qui parui pretij librum deputabat, minimo redemit, & publicæ vtilitatis nomine tibi libenter obtulit. In emendando & illustrando altero Hippocrate Frobeniano Ludouicus Seruinus in senatu Parisiensi Regius patronus, sermonis vtriusque linguæ doctissimus, quique animi causa, cum à patrociniis & officiis forensibus otium superest, Græcos medicorum libros studiosè euoluit: & Iohannes Obsopæus, literis Græcis non vulgariter eruditus, qui medicinæ scientiam tenet, & publice nunc Heidelbergæ profitetur, consimilem operam nauarunt. Nam ex Græco exemplari Cordei, Marci Musuri Cretensis manu scripto, cuius olim verus possessor Ruellius fuerat, & ex multorum locorum collatione, suis etiam adhibitis minimè fallacibus coniecturis, auctorem plerisque locis adulteratum, qua fieri potuit industria & diligentia pristino nitori & integritati restituerunt. Hunc etiam recognitum codicem & emendatum ingenuè Seruinus, vt Reipublicæ commodis seruiret, in tuum dominium abire voluit. His duobus exemplaribus innumeris mendis & fœdis erroribus perpurgatis si meæ lucubrationes, & succisiuæ operæ accesserint, & inde emolumentum aliquod medicinæ candidati acceperint, animus meus cumulatè explebitur, quod labor meus non omnino inutilis fuerit. Superest vt elegantioribus & Regiis characteribus in charta minimè bibula castigatissimus liber excudatur, ea scilicet forma qua Henricus Stephanus Platonem edidit, & quam omnes auide expetunt. Quod Auberius tua adiutus opera se facturum sanctissime recepit. Cui vt alterum animum ad explendum præclarum, hoc promissum magis confirmarem, præter notas, etiam fragmenta quædam Græca commentariorum Palladij in librum Hippocratis περὶ ἀγμῶν dedi, quæ ad celerem operis si ita probares, ad maiorem illius commendationem adducerentur. Extant & in bibliotheca mea eiusdem Pallady scholia Græca in librum sextum ἐπιδημιῶν Hippocratis, dempta sectione secunda, quæ ab eo recuperari poterit, qui hæc in Latinum sermonem conuertit. Si horum quoque editionem aliquam vtilitatem medicinæ studiosis allaturam esse putas, & lucrum aliquod honestum ex ea typographo accessurum, exemplar meum bibliopolæ Parisiensi Duuallio committam, qui per fidelem tabellarium illud deferendum curabit. Atque etiam alia quæcumque afferre potero auxilia & adiumenta ad antiquissimi scriptoris autoritatem, & amplitudinem in integrum restituendam, ea ex animo, & grata erga literatos omnes voluntate adhibebo. Vale. & Laphileum tibi amicum antipelargica beneuolentia prosequere.

LECTORI.

CÆteris Editionibus, defuerunt libri, De Purgatoriis Remediis, & de Hominis Structura: quos tanquam genuinos Hippocratis fœtus, huic Editioni accedere ἀπροσδιόνυσον non censuimus: & librum quidem De Purgatoriis Remediis, Græcè & Latinè ex Ioannis Heurnij versione, & cum eiusdem commentario edidimus. At librum De Hominis Structura, quòd Græci exemplaris paucorum hodie manibus triti copia nobis non fuerit, Latinè tantùm ex Nicolai Petreij Corcyræj versione exhibemus: vtrumque autem ad calcem, ne fraus fieret Indicibus, adiecimus. Vale.

HIPPO-

HIPPOCRATIS COI,
DE PVRGATORIIS REMEDIIS LIBELLVS,
IOANNIS HEVRNII
PARAPHRASTICA VERSIONE, ET breuibus ad obſcuriora loca Notis ſiue Commentariolis illuſtratus.

ARGVMENTVM.

EXISTIMO hunc librum De elleboro olim inſcriptum fuiſſe, ac totum interiiſſe, excepto hoc eius initio. Nec hoc mirum videri debet, cum tot calamitatibus hactenus attrita fuerint Hippocratica ſcripta. Posteaquam enim conflagraſſet bibliotheca Alexandrina, & quæ ex Hippocraticis ſcriptis reſtibilia erant, collegiſſent Artemidorus Capito & cognatus eius Dioſcorides Alexandrini, Adriani Imperatoris temporibus, plurimum ipſi intulere damni deprauando. Accedunt hinc Barbara tempora, cùm labente Romano Imperio, tota litteratura ad Arabas in Marocho tranſlata fuit ab Almanſore eorum Rege, extincto Græcæ ac Latinæ linguæ nitore. Hæ tenebræ perennarunt vſque ad Gratiani, Decretalium auctoris tempora, cùm Salernitana ſchola Hippocratis Aphoriſmos ex Arabica in Latinam fœdè tranſlatos agnoſcere cœpit. Quare minimè mirum ſi quædam interciderint, quædam mutila ac lacera ad nos deuenerint. Nec enim dubito, quin Veteres ſapientiſſimi viri exactiſſimè De præparatione ellebori ſcripſerint. Scribit Dioſcorides libro quarto Præparationem humani corporis & ellebori, ac victus rationem ad vſum ellebori, diligenter olim deſcriptã fuiſſe à Philonide Siculo Ennenſi. Et hanc rationem eſſe puto, cur veteres elleboro, elaterio, reliquiſque ſtrenuiſſimis remediis perpetuò ferè vterentur, quòd tutiſſimas eorum præparationes compertas haberent, vt innuit Galenus in libris De articulis. Hinc noſtra ſæpè eluditur curatio, quòd, dum mitiora ſæpè ſectamur, occaſio curandi effluat, malùmque curabile incurabile euadat. Attamen in vſu validorum pharmacorum nullus temeritati locus eſſe debet. Cautè ergo tranſigendum, & certis legibus ea in vſum vertenda: quas hic ſummus medendi præceptor ponit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΦΑΡΜΑΚΩΝ.

HIPPOCRATIS
DE PVRGATORIIS
REMEDIIS.

I. PHARMACORVM purgantium actiones, non vsque vulgò existimatur, [1] ita se habent.

II. Ab eodem enim [2] pharmaco quidam nunc purgantur, modò [3] non purgantur: quandoque verò [4] alia excludit, quàm quæ efferre solebat: interdum [5] nimiùm purgat: nonnunquam [6] qualia oportet facit.

I. ΤΑ᾽ [1] περὶ φαρμάκων πρήγματα οὐχ οἷα νομίζεται, ἔστι.

II. Τῷ γὰρ αὐτῷ [2] φαρμάκῳ καθαίρονται καὶ οὐ [3] καθαίρονται. ἔσθ᾽ ὅτε δὲ [4] ἄλλα καθαίρει, ἢ οἷα εἴωθε καθαίρειν, ἐσθ᾽ ὅτε δὲ [5] ὑπερκαθαίρει· ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ [6] τὰ δέοντα ἐποίησεν.

J. HEVRNII COMMENTARIVS.

1. Vulgus enim putabat, susque deque quemcumque hominem excludi, non à peculiari remedio peculiariter sibi dicatum succum. Nam κατασυμβεβηκὸς id vsu interdum venit, quasi dicat, non satis est vt laxet se aluus, sed morbi causa excludenda dicato sibi remedio, quod propria dote illum elidit succum. Quare veteres ignorasse videntur, ante Hippocratem, similitudine substantiæ allici purgandos succos à pharmacis. Hæc sententia postea à Galeno firmata fuit libro De simplicibus & ab Auerrhoide libro 3. Collectaneorum 25. vt animaduertimus in pharmacia mochlica, & pharmaco vectiario, cuiusmodi est elleborismus, quo vitiosus humor, tanquam à machina vectis, attrahitur in ventriculum: excluditur vomendo, priusquam ipsum pharmacum ad intestinorum anfractus peruenerit. Quod enim aliena à sua dote interdum excludantur à dato pharmaco, id fit non à simile trahente vi. Sed quia oppressa, resoluta, aut stimulata vasorum vis acrimoniâ remedij illa demittit. Veteres pedes suos decocto ellebori lauantes se purgabant: vi purgatoria instar lucis sese fundente per corpus: ita & integræ redduntur pilulæ à purgatione, vera itaque purgatio fit similitudine, quâ trahitur humor similis ad simile pharmacum, vt ad magnetem ferrum, &, vt ait Auicenna libro De viribus cordis, vt electrum festucas trahit. Vt enim cuncta terræ nascentia congenerem succum in nutricatum attrahunt vt attractrice qua à summo Deo Optim. Maxim. prædita sunt, ita & aliæ res, cognatione quadam, in rem similem abripiuntur. Est enim in natura triplex causa attractionis, fuga vacui, caloris vis, & concordia formarum. Succi morbifici purgatio peragitur à pharmaci specifica vi: Hæc vis imbuit ventriculum sua facultate trahendi, facitque vt ventriculus attrahat, nunquamque desistat, quoad pharmaci vis resoluta fuerit, & à natiuo calido deuicta.

2. Q. d. igitur magna cautione pharmacia erit ineunda: nam idem pharmacum vt commodè propinatur, vel non, ita commoda & incommoda pariet. Itaque non satis est effundi aluum, sed talia qualia decet, efferri debent. Igitur eodem remedio non bene transfigetur, vi & copia: nam his purgatorium erit, aliis minimè, & in quibus mouet, id faciet commodè vel incommodè, vt dextrè vel non bene, in vsum vertitur.

3. Si detur non conueniens succo: vel in indomito humore, vel febrili in incendio, vel corpore non primùm meabili reddito, nec liberatis obstructis, aut cruda si sit materia vel si nulla cacochymia adsit, vt in ictero febre defuncto, & in exanthematis puerorum lædit pharmacia.

4. Vt si phlegmaphygum detur, vbi cholagogum oportuit. Vel si corpus circumfluat peculiari succo, vt pituita, huic si cholagogum propinetur, quàm minimum bilis abducet.

5. Si non satis pressâ copiâ vel videtur. Hoc sanè terribile est: inde nonnunquam conuulsio: at Σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου, inquit Hippocrates, θανάσιμον. Hippocrati ἐξ vacuitatem denotat eius rei quæ in quæstionem venit. Quasi dicat, si ille spasmus non sit ex acrimonia ellebori, aut succi attracti, sed ex hypercatharsi: cùm enim conuulsio fit, cùm iam elleborum excidit è corpore.

6. Hanc exclusionem sequitur euphoria: cùm enim excrementa excluduntur quæ in vitio sunt qualitate.

HIPPO-

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. Ὥστε οὐχ οἷόν τε [1] πεπιθότα τοῖσι φαρμάκοισι εἰκῆ διδόναι.

IV. Ὑπολαμβάνειν γὰρ χρὴ καὶ [2] τὰ σιτία τὰ τρέφοντα ἡμᾶς, φάρμακα εἶναι, ἧσσον δὲ ἐκείνων.

V. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι [3] τούτων ὀρθῶς μὲν ἀπτόμενοι, ὑγιαίνουσι· μὴ ὀρθῶς δὲ, κάμνουσιν.

III. Quare non decet, vt quis [1] pharmacis confisus, temerè ea exhibeat.

IV. Quin & [2] cibos, quorum nutricatu fruimur, pharmaca esse putandum est: non æquè tamen ac antedicta.

V. Homines enim [3] qui commodè horum vsum ineunt, salubriter degunt: qui verò súsque deque, ægritudinibus implicantur.

J. HEVRNII COMMENTARIVS.

1. Sine vlla medendi tecmarsi: nam materia præparanda, meatus aperiendi, methodus seruanda in omni occasione reuulsionum & euacuationum. Nam & vina non data apto tempore, nocent. Pharmaca, dicebat Herophilus, nihil sunt, & Pharmaca manus Dei sunt: vt nim. in vsum flectuntur dextrè vel sinistrè. Plurimi hodie falluntur, existimantes in remediis ipsis sanitatem habitare. Verùm pharmaca sunt Medicæ artis instrumenta. At instrumenta nullius artificis opus per se absoluunt, nisi doctè in vsum flectantur. Nec enim si mihi affabrè facta instrumenta pictorum dentur, pictor ero. Non enim αὐτομάτως illa feruntur in opus, vt Vulcani in officina. Nec etiam vllum remedij genus est, quod habet eandem vim in singulis, imò ne morbus quidem vllus est omnibus idem.

2. Id est, vt pharmaca incommodè exhibita turbant corpus, nec purgant sua peculiari trahendi dote, idem agunt & cibi, quamuis id modestiùs. Nam virtus retentrix vasorum copiâ fatigata succos dimittit, vel acrimonia irritata excretrix eos excernit. Q. d. itaque aluum soluere non est purgare.

3. Quasi dicat, ita etiam qui sine cautione ac tecmarsi pharmacis vtuntur, malè cedit eorum vsus, vt enim cibus, si ex genij nutu offeratur, finem suum, id est, robur corpori adfert: sin irato genio offeratur, turbat, à nutricatu excidens: Ita pharmacum cùm non eâ ideâ propinatur quæ commodè sua trahendi vi elidat sibi peculiares succos turbat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. Ὑπερβαλλόντως [1] δὲ, καθαίρονται μὲν ὥσπερ ἀπὸ τῶν εἰλικρινέων φαρμάκων, ἧσσον δὲ καὶ βραδύτερον τῶν εἰλικρινέων φαρμάκων.

VII. Δῆλον οὖν ὅτι ἐστὶ καὶ [2] ταῦτα φάρμακα.

VIII. Ὅμως δὲ ταῦτα [3] βραδύτερα καὶ ξυνήθη ἐόντα ἡμῖν, ἑκάστην ἡμέραν ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα, εἰκῆ καὶ ἀμελῶς διδόμενα, εἰκῆ ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ νοσοποιέει πως.

IX. Καὶ τὰ εἰλικρινέα, καὶ τὰ ὀξέα, ἐάν [4] ἀπαθῶς καὶ ἀπερισκέπτως διδῷς, οὐ μέλλει διαπρήξεσθαί τι σύμφορον.

VI. Qui verò pastum [1] liberiori manu ineunt, hi purgantur quidem veluti à meris pharmacis: verùm parciùs & cunctantiùs.

VII. Quare elucet & [2] alimenta esse pharmaca purgantia.

VIII. Verùm hæc [3] tardiora sunt nobisque familiaria, vtpote quæ cottidie corpus ingrediuntur: si tamen temerè exhibeantur, homines turbant, ac morbos accersunt.

IX. Quare, [vt breuiter transigam] qui [4] sine delectu & temerè cibos dederit, acidos acrésve impermixtos nihil commodi adferet.

J. HEVRNII COMMENTARIVS.

1. Seipsum iam explicat: bifariam dici nim. purgationem: vnam, quæ à peculiari dote pharmaci quæ vera est purgatio: alteram, quæ fit ab oppressa vel irritata natura, quæ & bona & mala effundit, quò seà mole & onere vindicet.

2. Nim. si copiosiùs ingerantur, vel in occasione dandi erretur, hinc stimulantur intestina, ventriculus, venæ, putredine contaminatis rebus ingestis, vel onere bellum naturæ mouentibus. q. d. aliud quid requiritur ad fœlicem succi morbiferi exhaustionem, nim. vt is solùm abducatur vi peculiaris pharmaci. Sed illud ipsum pharmacum si non dextrè in vsum vertatur, non pandet suam illam dotem tractoriam peculiarem: sed turbabit, vt hic cibus sua acrimonia.

3. Quasi dicat, quid igitur pharmaca insueta agent, quæ eâ potentiâ micant, si temerè inducantur? Refert summus Medendi præceptor, in libris de morbis acutis, mira grauiaque symptomata quæ incurrere solebant homines sanos qui se temerè fraudant suo genio. Vt si quis bis de die pastum inire solet, si iam ter vel quater cibum ceperit. Ita si quis picrocholos aut megalosplachnos vtatur melicrato.

4. Imò magno damno id fiet: itaque & maximo incommodo esse poterit & pharmacia temerè præscripta, non edomitâ materiâ morbificâ, nec ἄρμ corpore.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

X. Χρὴ οὖν πρῶτον διδόναι τοῖσι μὲν [1] χολώδεσιν, ὅ, τι χολὴν καθαίρει· τοῖσι δὲ φλεγματώδεσιν, ὅ, τι φλέγμα· τοῖσι δὲ ὑδρωπιώδεσιν, ὅ, τι ὕδωρ· τοῖσι δὲ μελαγχολώδεσιν, ὅ, τι μέλαιναν χολήν.

XI. Ἢν δὲ τούτων ἔξω καθαίρῃς, τὰ μὲν [2] δέοντα οὐ καθαιρεῖς· τὰ δὲ μὴ δέοντα κενώσεις· ὥστε ἐς ἀμφότερα ἁμαρτάνειν.

X. Itaque ante omnia [1] biliosis oportet propinare cholagogum pharmacum: pituitosis phlegmagogum; hydropicis hydragogum; melancholicis melanogogum.

XI. Si verò alia quàm hæc purgaueris, [2] quæ quidem excludi debent non purgabis, quæ verò minimè conuenit euacuabis. Quare bis peccabis.

XII. [3] Præscripturus itaque pharmacum quod vel sursum vel deorsum purgat, primùm rogandum, num aliâs pharmacum purgans hauserit.

XIII. Et num [4] aluus ex purgatoriis deorsum facilè se soluat, ac citò obediat: vel num dura.

XIV. Quod si facilem esse aluum lubricamque dixerit, [5] mollioribus paucioribusq; pharmacis opus erit.

XII. [3] Ὁτὰν οὖν μέλλεις τινὶ φάρμακον διδόναι, ἐάν τε κάτω, ἐάν τε ἄνω, ἐπερωτᾶν αὐτὸν χρὴ, εἰ δή τι ἔπιε φάρμακον.

XIII. Καὶ πότερον ἡ [4] κοιλίη ἐν τοῖσι κατωτερικοῖσι φαρμάκοισι ὀξεία καὶ ὑπακούει ταχέως, ἢ σκληρή.

XIV. Καὶ ἐὰν φῇ ὀξεῖαν καὶ εὔλυτον εἶναι, [5] μαλθακωτέρων τε καὶ ἐλασσόνων τῶν φαρμάκων δεῖται.

J. HEVRNII COMMENTARIVS.

1. Id est, Pharmaca pro natura cuiusque præscribenda sunt, quasi dicat, in cibo demonstrauimus nocua etiam optima esse, adeò vt naturæ facer cibus affligat, si temerè eius vsus ineatur: vt clarum sit quantis damnis augeant eos ægros qui pharmaca, quæ longè ab alimentorum bonitate abeunt, sine tecmarsi propinant: se satisfecisse putantes si aluus feratur: quod etiam cibi faciunt temerè ingesti. Sed diceret quis quomodo igitur, & ob quas vires pharmaca erunt in vsum euocanda? Respondet, vt ita dentur vt suis peculiaribus trahendi potentijs agant loco, hoc est vbi oportet: id est, vt quæ bilem trahunt, biliosis in succis affligentibus exhibeantur, &c.

2. Id est, si non sua purgandi vi ducant succum qui in vitio est; sed bonum & naturæ non molestum, vt si in pituitoso morbo cholaphygon detur pharmacum, quæ non decet educes, nam eius vi rigorem suum ponit pituita; & quæ pituita elidi deberet, retinebitur.

3. Cautio purgatoria, in metu hypercatharseos: vt peculiaris natura elucescat, vt ea ratione copiam pharmaci captes. Nullis enim notis idiosyncrasia dignosci potest. Galenus existimabat se Æsculapij medendi fœlicitatem assequi potuisse, si idiosyncrasiæ argumenta certa deprehendere potuisset. Vt hanc noscas, rogandi sunt ægri, vt pharmaca ferre soliti sint, &c.

4. Nam adeò tenera sunt quædam corpora, vt primo pharmacorum odore trepident, & se in fluxum soluant. Alia tam ægrè soluuntur, vt vix vllis remediis aluus respondeat. Noui puellam, quæ vix semel tribus mensibus ad hoc naturæ munus inuitatur.

5. Metu hypercatharseos. Hi non facilè elleboro aut scammoneatis remediis tententur: suffecerit enim manna, cassia, syrupus vel mel rosatum solutiuum, sena, epithymum, polypodium, Rhabarbarum, & talia.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XV. Sin aluus dura solutuque contumax fuerit, [1] potentiora pharmaca postulat.

XVI. Eadem cautio in [2] sursum purgantibus est obseruanda.

XVII. At [3] si nunquam pharmacorum sursum ducentium, aut aluum subducentium vsum se iniisse affirmet, tum demum exquirendum, num [4] dum sanus esset, officij memor fuerit aluus pro conditione rerum assumptarum, & num [5] à rebus quæ in vomitum faciles sunt, ventriculus facilè se in vomitum laxaret; & an à pleniore cibo se [6] in fluxum effundere aluus soleat.

XV. Ἢν δὲ σκληρὴ εἴη, [1] ἰσχυροτέρων δεῖται.

XVI. Ὁ αὐτὸς δὲ τρόπος [2] καὶ πρὸς τὰ ἀνωτερικά.

XVII. Ἢν δὲ [3] μηδέποτε φῇ μήτε ἄνω, μήτε κάτω κεκαθάρθαι, ἢ πεπωκέναι φάρμακον, ἐγνωκέναι χρὴ, εἰ πρὸς τὰ ἐσιόντα [4] ὑγιαίνοντι εὔλυτος ἡ κοιλίη πρὸς τὰ κάτω, ἢ [5] εὐήμετος πρὸς τὰ ἄνω, καὶ εἰ πρὸς πλησμονήν τινα γινόμενος, ἢ [6] διάῤῥοια ἐπεγίνετο αὐτῷ.

J. HEVRNII COMMENTARIVS.

1. Alioqui in alimentum, aut succum morbificum se transferet: vel operam ludet combinatione in corpore, eiusque duricie conniuentibus meatibus vasorum.

2. Vt tenerè habeantur tenella corpora quare nullum remedij genus idem omnibus.

3. Nam quædam idiosyncrasiæ ad cuncta nauseant pharmaca.

4. Nam his exolutionem adfert omnium virium; grauius pharmacum per morbos: nam ne sani quidem ferrent.

5. Id est, si fractiore fuerint vi ventriculi prædití: nam alioqui εὐημέας ἄνω φαρμακεύειν inquit Hippocrates 4. Aphorismorum, hoc est, qui quidem non sunt nauseabundi à cibis flaccidis & variis: sed qui facilè vomunt, idque facilè ferunt si irritauerint vomitum. Est enim duplex vomitus: particularis & vniuersalis. Particularis hyeme etiam admittitur, quo soli ventriculo imbelli eximitur pituita: ex his valida non debentur remedia: de hoc hîc loquitur: alter generalis, quo totum euacuatur corpus, elleboro albo: is tantùm æstate admittitur ab Hippocrate: & is non est præscribendus vbi languet ventriculus: sed tamen opus est vt ij qui vsum eius inibunt, vomant ex facili.

6. Id enim languidi resolutique stomachi significationem adfert.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVIII. Cuncta hæc interrogare oportet, quò tutò ei consulere possis: [1] fœda est enim calamitas, à pharmaco purgatorio hominem interiisse.

XVIII. Ταῦτα πάντα ἀνέρεσθαι χρὴ, ὡς ἂν δυνήθῃς ὀρθῶς βουλεύεσθαι. [1] αἴσχρα γὰρ ξυμφορὰ, φάρμακον δόντα ἀνθρώπῳ, ἀποκτεῖναι.

XIX. Ὀκοῖ-

XIX. Οκοῖσι μὲν οὖν ¹ ὑπὸ πυρετῶν ἰσχυρῶν λαμβάνονται, οὐ χρὴ τούτοισι φάρμακα διδόναι καθαρτήρια, ἐς ἂν μεθῇ ὁ πυρετός.

XX. Εἰ δὲ μὴ, μὴ ³ ἐντὸς τεσσάρων καὶ δέκα ἡμερῶν.

XIX. Qui ¹ validis febribus impliciti iacent, his non ante febris remissionem pharmaca dare oportet.

XX. Sin minùs, cunctandum, saltem, ³ ne citra decimum quartum diem.

J. HEVRNII COMMENTARIVS.

1. Q. d. idem medicamen & seruat, & occidit homines: vt vel temerè vel bona tecmarsi in vsum ducitur.

2. Ineunte itaque morbo interdum licet, si inflammatorius non sit affectus, nam per phlegmonem crudam nihil à causa morbifica abduci potest, sed sana liquantur malè. Sed tamen ἐκκλίσειαν promouere licet biliosam, mannâ, cassiâ & syrupo rosato, 1. Aphor. 24.

3. Id est, si astantium importunitate in pharmaca cogaris: saltem aliqua coctionis signa appareant, & omnis metus intercipiendæ crisis absit: crises autem intra quatuordecim dies præcipites euenire maximè solent. Scripsit Hippocrates, rarò initio purgandum esse: nam rarò orgasmo concita fertur materia morbifica.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXI. Θερμαὶ γὰρ αὐτέων ¹ σάρκες ἐοῦσαι αὐτέων, καὶ αἱ κοιλίαι, ἀναλαμβάνουσι τὸ φάρμακον καὶ ἀποκαθαίρεται οὐδέν.

XXII. Καὶ ὅτε ² πυρετὸς γίνεται πλείων, καὶ τὸ χρῶμα ἐκτρέπεται, καὶ ἰκτερώδεις γίνονται.

XXIII. Κινηθείσης ³ γὰρ τῆς χολῆς, καὶ μὴ καθαρθείσης, οὔτε ῥοφέειν θέλει, οὔτε πίνειν, ἀλλὰ πάντα βδελλύσσεται, καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἀπόλλυται.

XXIV. Ην δὲ ⁴ κατάσχει τὸ φάρμακον, τὸ μὲν πρὸ μέσου ἡμέρης, οὐδὲν καθαίρεται, ἐκ μέσου δὲ ἡμέρης καθαιρόμενος, ὑπερέῤῥινος γίνεται, καὶ ἀπόλλυται.

XXI. Carnes ¹ enim ipsorum & ventres cùm incendio flagrent, pharmaca retrahunt, nihilque purgantur.

XXII. Tunc ² magis incandescit febris, coloremque auriginosum ducunt.

XXIII. Agitatâ ³ perturbataque bile, & non eductâ, neque sorbere potest, neque bibere, sed auersatur omnia, & plerumque moritur.

XXIV. Cœterùm si ⁴ pharmacum superârit, ante meridiem nulla fiet purgatio: à meridie verò ex hypercatharsi perit.

J. HEVRNII COMMENTARIVS.

1. Q. d. igitur ante diem decimum quartum non purga, nam tamdiu valida vi se vibrat flamma febrilis: & pharmaca in se abducit. Nam etiamsi alioqui commodum pharmacum propinetur, non habebit naturam adiutricem: non enim satis est ad moliendam purgationem vt pharmacum trahat, sed etiam oportet vt partes à se expellant irritatæ vi pharmaci, at calidiores à febre partes non expellunt succos, sed potiùs in se rapiunt. Ita enim comparatum est in natura, vt inter ea quæ sese mutuò trahunt, illa quæ calidiora sunt, trahant; quæ verò minus calent, trahantur.

2. Nam in paroxismis etiam quiescendum. Non igitur purgatio est perturbatio. Turbat autem crudos succos pharmacum, nec purgat, vnde maior calor: & cùm in bilem pharmacum vnà abeat, quod trahitur, à calidis partibus, icteri imaginem facit vt induat corpus.

3. Nihil natura ægriùs ferre potest quàm duos contrarios motus, eodem qui mouentur tempore. Pharmacum ad centrum trahit hos, at calfactæ partes ad peripheriam, vnde confusio nascitur succorum, calidique natiui extinctio. Hinc maiora incendia sumit febris, & œconomiam aluinam labefactat.

4. Id est, si naturam soluerit. Hoc est, si resoluta retentrice facultate eaque extincta effluant humores.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXV. Ην ταύτην τὴν ἡμέρην περιγίνεται, καὶ ¹ ἅμα τῇ καθάρσει μεθῇ ὁ πυρετὸς ὑγιὴς γίνεται.

XXVI. Ὁκοῦν οὐ χρὴ ² τοῖς ἰσχυροῖς τῶν πυρετῶν φάρμακα καθαρτήρια προσφέρειν.

XXVII. Αλλὰ ἵν᾽ ἵνα δέῃ, ³ ὑποκλύζειν χρὴ, ὁποσάκις ἂν βούλει· ἀκινδυνότερον γάρ.

XXVIII. Κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ ἐν τῇ θερινῇ ὥρᾳ, ⁴ ἀπὸ κυνὸς ἀνατολῆς, ἡμέρας πεντήκοντα, φυλάσσεσθαι χρὴ μὴ διδόναι φάρμακον. ἀλλὰ ⁵ κλυσμοῖσι χρέεσθαι· ὁ γὰρ αὐτὸς κίνδυνος.

XXV. Quod si hunc diem superauerit, vnaque ¹ cum purgatione mitescat febris, conualescit.

XXVI. Quare per ² validas febres de pharmacis purgantibus vereri oportet.

XXVII. Sed tamen, ³ vbi res alui subductionem postulat enematum vsus, quotiescumque visum fuerit, tutò initur magis.

XXVIII. Eadem hac ratione, æstate ⁴ à canis ortu, quinquaginta dierum spacio pharmacis cauendum: sed ⁵ clysmis potiùs indulgendum, vbi opus est: alioqui idem discrimen imminebit.

J. HEVRNII COMMENTARIVS.

1. Nam vnâ abripitur causa febrilis, vbi vires tam validæ, vt hanc agitationem & iniquam etiam vnà purgationem ferant.

2. Nondum coctionis signis apparentibus: vt tensis hypochondriis, flammea vrina ac tenui, contumaci in obstructione, aut viscerum in phlegmone. In essentialibus etiam febribus, dum æstus adhuc plena sunt omnia; ne rapidi potentiâ pharmaci conflagrantia viscera phlegmonem concipiant, partesque sanæ colliquescant.

3. Ex malacticis & leniter subducentibus; ita enim subducitur fuliginibus, ex intestinis, focus: & squalor aluinus madescit, & consequio succorum ἄπνους redditur æger, bonis suis rebus: nam à mole aluina premi solebat diaphragma.

4. A decimo die ante ortum Syrij. Nam rapidi potentia Solis viscera incendio conflagrantia, facilè à catharctico febrem concipiunt. Deinde quòd vis naturæ effœta, neque catharctico, neque humori vacuando par esse possit, vnde cholera sicca. Cum calore ambientis humor foras fertur, & catharctico reuocatus naturæ negotium facescit, quæ contrarios motus perferre nequit, accedit & opora, vnde ex mala victus ratione facilè soluuntur.

5. Vt paulatim ἀραιὸν fiat corpus, & vt fœditas aluina deponatur, vnde vberrimæ causæ morbificæ pullulare solent.

Alia quædam accessere, quæ ad librum περὶ τέχνης pertinent, inde, qui velit, ea petat; de calumniatoribus medicorum enim agit, nihil verò de pharmacis purgantibus.

HIPPO-

HIPPOCRATIS COI

Liber

DE HOMINIS STRVCTVRA,

ad Perdiccam Macedonum Regem,

NICOLAO PETREIO CORCYRÆO INTERPRETE.

Opus antea non editum.

ARGVMENTVM IN LIBRVM ſequentem.

In hoc libello, breui quidem, ſed grauiſſimo, præter ea, quæ de homine agit, totius anni temporum, tuendæ valetudinis, egregia præcepta perſcribit.

I. *Mundus ex quibus elementis, ex iiſdem etiam conſtat homo. Humores quatuor, eorúmque naturæ.*
II *Arteriæ, ac venæ quibus differant Iecur. Riſus vnde. Humores quatuor quid efficiant in homine.*
III. *Cerebri effectus, Reminiſcentia, Obliuio, Phreneſis, Lethargus, Paralyſis, Cerebrum purgantia.*
IV. *Capitis paſsiones ex ſtomacho, Capitis ſuturæ tres. Capillorum color iuxta varietatem humorum, vocis tonus à ſpiritu.*
V. *Iecur tripliciter digerit. Excrementorum ratio.*
VI. *Senſus in homine quinque. Homo ex quatuordecim quibuſdam conſiſtit. Fæminarum lac, & menſtrua.*
VII. *Spinæ vertebrarum numerus, coſtarum item, ac dentium. Stomachi amplitudo. Inteſtinorum longitudo. Digitorum nomina.*
VIII. *Anni tempora quatuor, eorúmque natura. Quæ vitæ hominis ratio ſingulis anni temporibus.*
IX. *Venæ ſectio quantopere conferat ſanitati.*
X. *Medicinalis ſphæra.*
XI. *Pituita, ſanguis, ac bilis quibus anni temporibus augeantur: & quæ vitæ ratio tunc ſeruanda.*
XII. *Annus in dies 365. colligitur.*

I. MVNDVS quatuor ex elementis conſiſtit, igne, aëre, terra, & aqua, calido videlicet, humido, frigido, & ſicco. Iiſdem ex elementis quatuor totidemque humoribus & homo conſiſtit: ſanguine ſcilicet, pituita, flaua, & atra bili. Et ſanguis quidem aëri, pituita aquæ, flaua autem bilis igni, atra verò terræ ſimilatur. Sanguis enim guſtu dulcis eſt: pituita, ſalſa: flaua bilis, amara: atra verò acetoſa, & flaueſcens. Sanguinis autem locus, & ſpiritus in corde eſt: à dextris quidem eius ſanguis, à ſiniſtris verò, ſpiritus conſiſtit. Flauæ bilis in iecinore, atræ in liene: pituitæ quidem in cerebro locus. Sanguis autem calidus, & humidus, pituita frigida, & humida: flaua bilis, calida, & ſicca: atra verò ſicca, & frigida.

II. Arteriæ quidem à corde purum ſanguinem, & ſpiritum recipiunt. Venæ autem, & ipſæ à corde ſanguinem ſumunt: per quas corpori diſtribuitur. Sed iecur cordi ſanguinem non præter veri fidem affatim ſuppeditat. Nam ignis abſque materia permanere neutiquam poteſt. Quo fit vt nonnulli hominum ſemper quaſi rideant, quidam verò triſtentur: huius rei ex elementis cauſam eſſe dicimus. Qui enim puri ſanguinis non expertes ſunt, hi vſquequaque rident, & aſpectu, ac corpore floridi, necnon perſpicui coloris exiſtunt. Qui verò flauæ bilis participes ſunt, deſides, puſillanimes, pauidi, imbecilleſque eſſe ſolent. Pituitoſi verò inertes, & frigidi ſunt.

III. Reminiſci autem, & eſſe prudentia præditum, ex cerebro, inter calidum, frigidumque admodum temperato prouenit. Obliuio verò, ex cerebri frigiditate procedit. Paſſio autem, quæ phreneſis nuncupatur, ex perurentibus febribus fit. Vaporibus enim, ex viſceribus per deorſum ad cerebrum emiſſis, eius humidum areſcit, & homo mente captus efficitur: & cerebrum oleo quocunque frigidæ qualitatis per aures, vomituſque humectare oportet. Lethargus verò & ipſe cerebri paſſio eſt: cùm enim cerebrum frigidis humoribus repletum fuerit, hinc paſſio, quæ Lethargus appellatur, hominem occupat: & calefacientibus cerebro opitulari expedit. Paralyſis verò fit à frigido, crudoque humore, qui à cerebro demiſſus in oculum, ſiue in aliquam labiorum partem, ſeu in totam dimidiámve faciem deſcendit. Per nares cerebrum purgantia adhibere oportet: & extrinſecus iſobrium contuſum (herba eſt quæ & Maros, & Origanus dicitur) ignis ſuffitu, ſeu cauteriis per aures applices.

IV. Quæcunque autem paſſiones in capite fiunt, ex ſtomacho oriuntur, exempli cauſſa: vomicæ, ſtrumæ, dentium dolores, tonſillæ, angina, ſuffocationes, anhelitus difficultas, & reliqua. Caput autem ſuturas habet tres: inuenitur & ſolidum abſque ſuturis caput, & hoc quidem humidum eſt. Criſpos verò capillos habere, calidioris capitis ſignum eſt. At recti crines, ex ſuperuacuo, qui in capite eſt, humore fiunt. Flauedo capillorum, ex flaua bile: caluities verò ex caliditate prouenit. Articulatæ vocis ſpecies tres habentur: grauis, acuta, & media: hæc à ſpiritu procedunt.

V. Iecur autem, ipſum alimentum triplici digeſtione in ſuccum redigit. Ex prima digeſtione cor alimenti qualitatem, ſaporem videlicet, ſuſcipit, & puri ſanguinis procreatio fit. Secundam digeſtionem iecur deſumit, & corporis partibus alimentum largitur: vnde flauæ bilis conſtitutio fit: lien verò ex ſanguinis fece alitur: vnde & melancholicum humorem conſtitui certum eſt. Cerebrum autem à ſtomacho humectatur, & pituitæ exuberantiam peragit. Tertia digeſtione alimentum ſupernè in ſtomacho in ſuccum vertitur: & tunc reſeratur ianitor qui ventriculus nuncupatur,

quoniam transitus tantùm facultatem subministrat. Inde alimentum in inferiorem ventrem demittitur. Aliàs verò à pituita ciborum acerbitatis gratia, oblectamentum sentit. Humidum autem excrementum, per renes, ac seiunctos ipsius excrementi meatus in vesicam, id est, in phuscam descendit: in vesicam enim aqua ingreditur.

VI. Sensus in homine quinque habentur, visus, olfactus, auditus, gustus, & tactus. Nam visus ex æthere: olfactus ex aëre; auditus ex igne; gustus ex humido; tactus verò ex terra fit. Homo autem ex quatuordecim quibusdam consistit: neruis, venis, arteriis, sanguine, spiritu, carne, adipe, cartilagine, vnguibus, ossibus, medullis, capillis, membranis, humoribus. Horum autem excretiones, maribus quidem sicco & humido excremento, vomitibus, oculis, naribus, sputis, sudoribus, venereis, incertis meatibus, capillis& vnguibus fiunt. Fœminis verò ad hæc duo adduntur, purgationes, lactis videlicet, & menstruorum. Lac autem & eodem modo genitale semen hominis ex sanguine gignuntur, & hoc certum est: si enim homo genitali plus nimio vtetur, sanguinem pro semine emittet. Similiter autem & fœminæ, si plus nimio lactare cogentur, sanguis elicitur.

VII. Spina autem hominis habet vertebras XXIV. costas totidem. Dentes cum maxillaribus duo supra XXX. sunt anteriores autem diuidentes qui & secantes appellantur. Stomachus palmos habet quinque, Intestina cubitos tresdecim. Nomina digitorum, Pollex, Index, Medius, Annularis, Auricularis. Vngues frigidi siccique temperamenti sunt.

VIII. Anni verò tempora quatuor habentur, ver, æstas, autumnus, & hyems. Ver, calidum & humidum est; ideò sanguinis in corpore incrementum fit. Æstas calida & sicca: ideò flauam auget bilem. Autumnus siccus & frigidus: ideò atram bilem, & saniem auget: sanies quidem sanguinea & aquosa est. Hyems verò pituitam in corpore adauget. Nam quatuor hominis elementa, id est, humores, ad tempora quatuor diuiduntur. Ideò solarem conuersionem speculari, & affecti temperamentum, & adhæc curationibus vti opus est.

IX. Si enim verno tempore iuuenis aduersa premetur valetudine, sanguinis exuberantiæ causa patitur, quem per venæ sectionem emittere opus est: & si pleuresi vnius diei spatio, vel duorum seu trium laborauerit, venæ sectione affecto opitulandum, priusquam ipsum opprimat passio, & affecti vires deficiant. Homini verò venæ sectio perutilis est: & tempus quidem quo ipsa vtendum, à Februario incipit: & rursus à Septembri principium sumendo, ad septimam eiusdem perdurat. Æstate aliquo ægrotante, ad passionis purgamina adhibenda.

X. Si considerantes (ô Rex) & aliorum curam agentes, quid ad vitæ rationem corporibus præstet, & quod congruè alimenta suggerat, ac debito apponat ordini, non satis pro diligentia nostra, & qui humana aggrediuntur corpora, morbos deprehenderimus, nunc accuratiùs perspicientes, summatimque describentes, medicinalem sphæram ad te mittimus, per quam ægritudines, quæ humana corpora occupare solent, pernoscere, & ad præsentem horam, ac decurrentis anni tempora, huiusmodi calamitatibus opitulari queas. Si autem hæc accuratiùs egeris, diu citra omnem aduersam valetudinem per omne tempus vita frueris. Et si hæc, quæ potissimum optimæ valetudini tuæ vim præbeant, quæque hominem generi conducant, peregeris, ita omnibus te incolumem vitam deprehendes elegisse. Et quamuis ardua admodum sphæræ ratio habeatur, eam tamen perscriptam tibi præbemus.

XI. A Vergiliarum occasu ad hyemale solstitium, IL. hoc est, à XII. Nouembris, ad Decembris finem sunt. Hi quidem dies pituitam augent; balneis autem ieiunus, sudores excitando, detergendoque, & venereis ac laboribus vteris. Ab hyemali solstitio ad vernale æquinoctium, dies LXXXIIII. à prima videlicet Ianuarij ad quintum supra XX. Martij. Hi dies humiditatum, & sanguinis exuberantiam peragunt. Deambulationibus, & siccis quæ ad victum pertinent, deliciisque, ac venereis, beneque alentibus vtendum. A vernali æquinoctio, ad Vergiliarum ortum, dies IL. à XXV. Martij ad XIII. Maij, hi dies sanguinem augent: Redolenti vino, & venereis, ac laboribus vteris. A Vergiliarum autem exortu ad æstiuum solstitium dies XLII. à tertiadecima Maij, ad XXIIII. Iunij; hi enim dies flauæ bilis augendæ facultatem obtinent, dulcibus & aquosis vtendum, ducendæ alui cura agenda, & à venereis, ac laboribus abstinendum est. Ab æstiuo verò solstitio, ad æquinoctium autumnale, dies XCIII. ab XXIIII. Iunij, ad XXV. Septembris; hi dies atram bilem augent: frigidis & aquosis, redolenti vino, ac salitis opus est: à venereis verò abstinendum censemus. Ab autumnali æquinoctio, ad Vergiliarum occasum, dies IIL. à XXV. Septembris ad XII. Nouembris; hi enim dies saniem augent: acetosis, acerbisque, & venereis ac laboribus vti expediet. Si ad hæc obseruanda curam, ô Rex, impenderis, citra omnem tristitiam, doloremq; in reliquum vita frueris.

XII. Hac se diuisione sic habente, annus in dies quinque ac sexaginta supra trecentos colligitur.

INDEX IN HIPPOCRATIS OPERA OMNIA QVADRVPLEX, QVORVM HIC

PRIMVS PARTES TOTIVS CORPORIS CONTINET.

PRIMVS NVMERVS SECTIONEM: ALTER PAGINAM: TERTIVS aut litera maior lineas: litera minor a, prius. B, posterius latus: N. notas siue commentarios denotat.

A

ACETABVLA appellata quæ 4.ſ. 410.55
Acetabula oxēdicum 3.ſ.273.15
Adenes 3.ſ.278.36
Alæ glandulas & pilos habent 3.ſ.271.20
Alarum tumores 3.ſ.272.2
Aluus nunc perturbatur, nunc ſiſtitur, nunc pro rationē deiicit 5.ſ.530.14
Aluus quomodo celerrime ſiſtenda 4.ſ.362.21. quomodo ſoluenda ib.25
Aortæ 3.ſ 269.48
Appendices ad vlnam 4.ſ 410.37
Appendices duæ ſcapulæ ib.30
Appendices tibiæ 4.ſ.411.14
Arteria 3.ſ.274.12
Arteria exulceratur & quo in morbo 4 ſ.398.5
exhiberi possit non video. Quod ego cum mecum longa animi cogitatione reputarem, ad Hipp. ipsum me totum contuli, & aliquot libris tum versis, tum explicatis, denique Oeconomiam istam in eorum gratiam qui ad Hippocratis adyta contendunt congessi, quæ & vocum obscurarum ab vsu publico remotarum explicationem continet, & dictionum Hippocraticarum veluti quendam elenchum & indicem, tum etiam earum quæ ab Erotiano & Galeno adscriptæ sunt, non tantùm interpretationem, verumetiam indicaturam, quibus & ad locum, ex quo eruuntur, velut stationem quandam assignauimus. Quod in scriptionis genus eò lubentius incubuimus, quòd fuit Hipp (vt scribit Erotianus) ἀνὴρ ὁμηρικὸς τὴν φράσιν, & τὴν ὀνοματοποιίαν εὔχερής, tum etiam quod dictionibus obsoletis & ab vsu communi remotis non crebrò vtitur, quasdam etiam, neque paucas appositissimè fingit & innouat, nonnullas quoque ab vsitata & propria significatione in peculiarem vsum transfert & traducit. Vnde & τῶν γλωττῶν denominatio defluxit, veluti obsoletarum vocum ac dictionum significatio, (linguæ secretioris interpretationem, & voces minùs vsitatas exponit Fabius lib.1.cap.2. & 13.) quarum explicationem proprio quodam iure sibi apud eum vendicauit Galenus. Etsi idem sæpissimè ciuilium ac popularium dictionum vsum non refugit, vt multoties scriptis testatur Galenus. Quòd si tam multorum quot Erotianus enumerat, ac præcipuè Dioscoridis Alexandrini aut Iunioris scripta ad nostram ætatem peruenissent, næ superuacanea fortassis aut inanis fuisset nostra opera, aut maximo huiusce operis tædio leuati fuissemus. Nunc verò cùm Erotiani aut Galeni Lexicum Hippocraticum tam variè & ambiguè descriptas dictiones contineat, vt ad diuinandum magis quàm ad cognoscendum collectæ esse videantur, non parui, neque inutilis (vt opinor) est laboris, non solùm earum vnamquamque ad stationem reuocare, & velut loco suo ponere, verumetiam germanam cuique explicationem & vsum ad Hippocratis sensum accommodare. Et quoniam hoc scriptionis genus noua in dies accessione lucem & elucubrationem accipere debet, spero me nostris hominibus ad Hippocratis mysteria euoluenda facem quodammodo prætulisse, & veluti tabellam quandam ad immortalem nominis gloriam conscribendam proposuisse. Est enim hæc materia eius generis, quæ florentissima ingenia & omnibus naturæ dotibus cumulata in dies exercere possit. Hæc vberrima est gloriæ seges, hic est amplissimus laudis campus, in quo nobilissimi hodie Medicinæ dictatores (quos ætas nostra habet plurimos) non sine summo honoris fructu versari queant: Et in quo etiam iuuentus ipsa, quæ viam ad summum Medicinæ parentem affectat, excurrere possit, indeque non solùm ad ludendum, sed etiam ad pugnandum, hoc est, cùm ad cognoscendum, tum ad agendum arma sumere. In eo multa insunt, sat scio, necdum eruderata aut complanata, sed quæ posteriorum sæculorum diligentia subigi & subinde perpurgari quotidie possint. Quò certè maior, meo iudicio, semper habebitur iis gratia, qui ad Remp. Medicam constituendam & Hipp. è tenebris eruendum omni ope contendent, aut ad superandas huiusmodi difficultates omnem ingenij aciem conferent. Ego profectò, quantum in me est, præstantes omni laude viros, & diuina prope ac immortalitate digna nostrorum hominum ingenia ad hanc laureolam reportandam inuito, & in id incumbant hortor, vti quam habent à natura facultatem amplissimis ingenij dotibus cumulatam, eam totam in isto Medicinæ parente euoluendo, explicando & publicando consumant, exhauriant. Inde enim euenturum spero, vt non solùm vberrimum ingenij fructum percipiant, sed & humanæ salutis constitutæ & Reip. Medicæ stabilitæ laudem ferant amplissimam, quæ & ad omnium sæculorum memoriam cum posteritatis æternitate redundabit. Me bonam vitæ nostræ partem in hac palæstra detriuisse, & in hoc vno studio quasi tabernaculum vitæ meæ collocasse, adeò nunquam pigebit, vt quantulancunque eius vsuram, quæ adhuc restat, magis gloriosè collocare posse non existimem. Ex eodem ergo oleo & opera habes hanc nostram Oeconomiam (Lector candide) quam tibi iam multis nominibus repromissam, nunc demùm lubens repræsento, & vt æquo animo in solutum accipias postulo. Hoc vnum tibi persuado, me summis exanclatis laboribus pene totum studiorum nostrorum curriculum ad eam contulisse, in eaque contexenda quasi in aliquo peropportuno diuersorio, aut vt veriùs dicam, extremo ætatis nostræ portu & velut actu, non ingratiis conquieuisse. Restat vt & nominis rationem & ad eam cognoscendam instituti nostri viam tibi aperiam. Oeconomiæ certe nomen per abusionem est positum, quòd nomine Latino careat (vt testatur Fab.Quintil.Cap.3.li.5.) à cura rerum domesticarũ, pro vocum ipsarum dispensatione, administratione hoc est vsu & explicatione. Ac veluti in cura rei familiaris & rebus domesticis, non satis est tũ ciborum, qui ad victum pertinent, tum etiam vestium, vasorum, instrumentorũ & supellectilis, quæ ad ornatum confert, rationem habere, sed eorum omnium vsus, dispensatio, distributio, & proba collocatio ad vitæ necessitudinem valde est accommodata: Sic in hoc summo Medicinæ parente parui esse momenti existimo, selectas plurimas & explicatas habere voces obscuriores,

nisi

nisi & vsum & ordinem ac dispositionem & verò genuinam explicationem adhibueris. Quod certe in hac nostra Oeconomia non tam perficiundi spe, quàm experiundi voluntate, nos præstitisse confido. Adde quòd τὴν περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομίην ab Hippocrate Lib 6. Epid sect. 2. aph. 33. grauiter decantatam, hac nostra tractatione non leuiter (vt reor) exprimimus. In Hippocratis verò scriptis recensendis codices Græcos Frobenianos secutus sum, iis præcipuè quæ Galeni opera carent. At in Galeni Commentariis & eius libris, ad codices Græcos Basilienses qui ex Bebelij officina prodierunt sub annum 1538. numeros & paginas nostras accommodauimus. Reliqua certe plana sunt & fide digna notata. Idque te nescire nolui, vt faciliore opera ad eius cognitionem & vsum peruenias, ne velut in tenebris palpantium more in hoc opere tibi sit incedendum. Istam autem tam longam nominum nostrorum repræsentationem ac solutionem, vt pro tuo candore æquanimiter accipias te vehementer etiam atque etiam rogo. Ex Mediomatricibus ipsis 18. Cal. Nouembris 1587.

LECTORI CANDIDO,

Stephanus Clericus D. M.

S.

ANVTIVS Fœsius Mediomatrix, Parisiensis Academiæ alumnus, olim inter legendum Hippocratem, antequam eum Latina versione donasset, in memoriæ, vt ipse ait, subsidium, multas obscuriores, & ab vsu communi abhorrentes Hippocratis voces, in Aduersaria sua, alphabeti ordine digestas: retulerat idque cùm aliis etiam vsui esse posse, propria didicisset experientia: quo semper erga τοὺς φιλιατροῦντας affectu fuit, publici iuris facere voluit: ne tamen simplex illa vocum obseruatio, vel interpretatione Latina adiecta, ieiunior videretur, maioris molis opus, quàm ipse ab initio instituerat, aggredi necesse habuit; & non solùm Erotiani Lexicon, & Galeni γλώσσας sed & Herodotum, Pollucem, Sudam, aliosque, suppetiatum proclamauit: quo factum est, vt dum eorum ope Hippocratis salebras complanat, ipse vicissim eos emendauerit, explicauerit, illustrauerit: & adductis plerisque locis parallelis, velut Concordantias & Commentaria in ipsum Medicinæ parentem adornauerit. Cúmque vetus sit prouerbium, paupertatem certissimam esse, cùm alicuius indigeas, vti eo non posse, quia ignoretur vbi abditum delitescat quod desideratur, velut frugi rei familiaris dispensator, hunc Oeconomiæ ordinem cæteris omnibus prætulit: in quo notissima elementorum serie, quæuis voces expositione indigentes, quærentibus facilè occurrunt. Verùm cùm in Hippocratis scriptis recensendis, codices Græcos Frobenianos & in Galeni Commentariis editionem Basileensem Bebelij, quæ prodiit sub annum 1538. secutus esset, labentibus annis, editio illa Frobeniana passim desiderari, ac proinde Oeconomia paucis admodum, & ferè Grȩcè doctis vtilis esse cœpit: quod cùm pridem animaduertissem causȩ fuit cur ad Græco-Latinam Fœsiani Hippocratis editionem, quæ ex Aubriorum officina anno 1621. prodiit, numeros & paginas aptauerim, ac vna eademque, vt aiunt fidelia duos parietes dealbauerim, quandoquidem nouissima Samuelis Chouët de literis optimè meriti editio, κατὰ πάντα priori illi respondet: nunc enim demum, paucis exceptis, Fœsij Oeconomia prodesse occipiet, etiamsi in Galeni scriptis, & Commentariis citandis, nihil planè immutauerim, nisi quod recentis Hippocratis editionis paginas, in quibus occurrunt voces à Galeno expositæ, quod priori editioni defuit, quàm fieri potuit diligentissimè annotaui. Cæterum cùm hoc opus non affectum modo, sed jam perfectũ haberem, literis me monuit Clarissimus iuxta & Doctissimus Carolus Drelincourt Parisiensis, Medicinæ Doctor, se eadem de re mecum cogitasse, atque adeo manum operi admouisse, simulque specimen laboris sui ad me transmisit, ex quo non pœnitenda accessione eum Fœsij Oeconomiam exornasse deprehendi, sed vrgente typographo, iamque currente prælo, huic editioni inserere non quitus sum: secundam editionem fortè, imò cum auctorio, quæ est eius viri doctrina locupletabit, interim bene vale & hanc nostram opellam boni consule. Ex Musæo nostro XI. Kalendas Maiias anno Christi Dionysiano CIƆ. IƆCLXII.

OE CO-

OECONOMIA HIPPOCRATIS,

Alphabeti ſerie diſtincta.

TO A.

Α Γαθὸν apud Hippocratem, ἀσφαλὲς, βέβαιον, ἀληθὲς, καὶ διηνεκὲς exponit Gal. Com. 2. in lib. de fract. (pag. 548. 21. Hipp. 760. C.) certum, ſtabile, verum, perpetuum. vt ἀγαθὸν μαρτύριον, idoneum ſignum. μαρτύριον enim σημεῖον illìc ſignificat, vt ſcribit Gal. Idem quoque Com. 2. in lib. de artic. ἀγαθὸν antiquis dici conſueuiſſe ſcribit, de eo quod in ſuo quodque genere primum eſt, (pag. 607. 15. Hipp. 802. E.) vt ἀγαθοὶ πυροὶ; optimum triticum; quodque compactum & denſum eſt. ἀγαθὸν, ἄμεινον, melius ſignificare ſcribit Gal. com. ad aph. 25. lib. 4. ἀγαθῶς quoque pro καλῶς poni, ſicq; antiquis vſurpari plærunq; ſcribitur Com. 2. in lib. de fract. (pag. 545. 51.) ἐπιδεῖν ἀγαθῶς, αὐτὶ τοῦ καλῶς, probè deligare, & deligationem quæ κατηγματικὴ dicitur, adhibere, quòd fractis conueniat. Erotianus apud Hipp. ἀγαθῶς, συμφερόντως ſignificare contendit. ἀγαθὰ etiam dicuntur commoda, emolumenta, M. Tullio res ſecundæ. Sic enim hanc Stoicorum definitionem, φθόνος, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, vertit Tuſcul. 5. Inuidentia eſt ægritudo ſuſcepta, propter alterius res ſecundas.

Ἀγάλλεται apud Hipp. Erotianus γαυριᾷ exponit, hoc eſt, geſtit præ nimio gaudio, exultat, gloriatur, ſe venditat, μέγα φρονεῖ, ex lib. 2. de art. (p. 606. 2. Hipp. 802. B.) ἀγάλλεται δὲ ὁ ἰητρὸς, gloriatur certe medicus. At Bacchium reprehendit Erotianus quòd ἀγάλλεται, τέρπεται, oblectatur expoſuerit, verſum Homericum ex Il. π. (91.) adducens. Heſychius ἀγάλλεται, τέρπεται, γαυριᾷ, exponit.

Ἄγγλιθες, ſic ſcribitur Galeno in Exegeſi vocum Hipp. & allij capitis partes ſignificare vult. Vide Ἄγλιθες.

Ἄγγος vas & conceptaculum ſignificat; & pro vtero ſumitur Hipp. lib. 6. Epid. aph. 17. ſect. 5. etſi id quidem inſolenter & præter conſuetam Hipp. phraſim, vt illic ſcribit Galenus. νοσῶδες τὸ ἄγγος morboſum vteri conceptaculum.

Ἀγγεῖον Galeno ſæpe vſurpatur pro vena & ſanguinis conceptaculo. Vnde ἀγγειολογία.

Ἀγκάλη, ancale & ancala, dicitur Cælio Aureliano cap. 1. lib. 5. Tardarum paſſionum, quem poplitem dicimus, forte pro ἀγκύλη, de qua mox.

Ἀγκύλη eſt articulorum contractio, vbi præ tumoris duritie, aut craſſioribus infarctis humoribus contrahuntur, cùm extendentibus membrum muſculis tendo non obſequitur. Id in poplite, cubito & digitis contingit. Gal. Com. 3. in lib. de artic. Ἀγκύλας recenti cicatrice contractos articulos vertit Celſus lib. 5. cap. 18. ἀγκυλώσεις & ἀγκύλας vocat Paulus *cap. 55. lib. 4.* articulorum adſtrictiones, aut detentos & contractos articulos, περὶ τῶν ἄρθρων κατοχαὶ διὰ σφήνωσιν ἢ νευρικήν τινα τάσιν γινόμεναι, ex humoribus infarctis & neruea quadam tenſione. Dicitur & αἰσχύλη authori Definit. Medic. (p. 401.) πάθος περὶ τὸν τράχηλον ἢ τὰ ἄρθρα τινόντων, δι' ἣν ἐμποδίζεται ἡ ἐνέργεια, affectus ceruicis & articulorum, tendines occupans, & functionem impediens. Iſagoges authori περὶ ἰγνύαν παθήματα καὶ αἰσχύλη ponuntur. (pag. 387.) Ea dictione vtitur Hipp. lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος. (pag. 427. 21.) vbi ἀγκύλη καὶ τὰ ἄρθρα ἐσκληρυσμένα, articuli indurati & contracti ſimul iunguntur, iiſque calidæ fotu remedium adhibet. Ἀγκύλῃ contrarium vitium eſſe ſcribit Gal. ὀρθόκωλον; vbi articulus perpetuò tenditur neque inflecti poteſt, Com. 3. in lib. de art. (pag. 634. 14.) quod tamen melius ὀρθόκωλον σχῆμα ſcribitur. Ibidem quoque (pag. 636. 22.) τὰ ἀγκυλούμενα καὶ ὀρθόκωλα inter ſe ex aduerſo oppoſita eſſe ſcribit. Ἀγκύλη quibuſdam amentum exponitur; quòd ἀγκύλη lorum iaculo adalligatum ſignificet. Seruio enim amentum dicitur lorum quo media haſta religatur: & Feſto amenta ſunt, quibus vt mitti poſſint, iacula vinciuntur, vnde & amentatæ haſtæ. ἀγκύλη etiam iaculi genus ſignificat. Sed ἀγκύλη magis curuationem indicat, vt ἀγκύλον, curuum, aduncum aut tortuoſum, σκολιὸν exponit Heſychius ἐπιμαστίς, σφίγγει ἀγκύλα τόξ' ἀφόωντα dixit Homer. Il. ζ. (v. 322.) curuos & aduncos arcus attrectantem, vt aduncos arcus dixit Ouidius. Qua ratione appendices geminas ex ſimplici aut duplici loro, ſpiris coriaceis vtrinque ex latere annexas, velut aures quaſdam aut anſas, in quas virgæ corneæ coniectæ, tibiæ fractæ extenſionem faciant, ἀγκύλας vocat Hipp. lib. 3. de fract. (pag. 566. 44. Hipp. 771. G.) quòd anſarum inſtar aut aurium quæ ſunt in vaſis, incuruæ ſint ac inflexæ. Sic enim Galeni locus in Commentario mihi accipiendus & emendandus videtur, qui noſtris in exemplaribus admodum deprauatus legitur. Hinc etiam ἀγκυλιδωτὸν exponitur Gal. in Exegeſi vocum Hipp. ἀγκύλην ἔχον, anſulatum; anſulam aut annulum incuruum quo prehendatur, habens: additurque εἴρηται ἐπὶ κυρτώματος. Quod tamen (vt ingenuè fatear) nondum mihi liquet, neque me apud Hipp. legere memini. Eſt & ἀγκύλη Heſychio ἡ καμπὴ τοῦ ἀγκῶνος, cubiti inflexio, aut cubiti flexus. ἀγκύλην etiam ſuffraginem aut poplitis flexum ſignificare annotant Varinus & Budæus, τὸ ὄπισθεν τοῦ γόνατος, ex quo fortaſſis ancale Aureliano deducitur. Ἀγκύλωσις autem dicitur Iſagoges authori oculi vitium, ὅταν προσφύηται τὰ βλέφαρα ἢ τῷ λευκῷ, ἢ τῷ μέλανι ἐξ ἑλκώσεως, vbi ex vlceratione cohæreſcunt palpebræ cum oculi albo vel nigro. (p. 386.) ἀγκυλοβλέφαρον dicitur Celſo cap. 7. lib. 7. ἀγκύλωσις & τοῦ βλεφάρου πρόσφυσις: Aëtio Tetrab. 2. lib. 3. cap. 64. Ἀγκυλόγλωσσοι verò quid ſit, & quinam dicantur ἀγκυλόγλωσσοι, habes ex Paulo lib. 6. cap. 29. & Aëtio Tetra. 2. lib. 4. cap. 36.

Ἀγκυρομήλη Galeno in Exeg. & Erotiano exponitur ἀγκιστροειδής, hamus aut vncus, ſpecium ſiue ſpecillum hamatum quo medici vulnera & vlcera pertentant, dicit Gorrh.

Ἀγκὼν dicitur Hipp. cubiti gibbus & eminentia, aut cubiti flexura, eſtq; cubiti os acutiſſimum, quod etiam ὠλέκρανον, hoc eſt vlnæ verticem & cubitum vocant. Gal. com. 2. in lib. de fract. (p. 555. 56. Hipp. 764. F.) ἀγκὼν eſt Hippocr. os illud cubiti cui innitimur. lib. de fract. (p. 530. 39. Hipp. 752. C.) Quem locum adducit Gal. Com. 2. in lib. de fract. Idem lib. 2. de vſu part. cap. 14. ſcribit ἀγκῶνα Hipp. voca-

re quod Athenienses ὠλίκρανον nominant. In Exegesi quoque κύστιν τὸ ὠλίκρανον, ὅπερ καὶ ἀγκὼν exponitur. ἀγκὼν pro eo articulo qui est in cubiti gibbo aut cubiti flexu sumitur Hipp. lib de fract. (pag.555.43. Hipp.764.F.) cùm scribit, αἰσομοίως γὰρ ὁ ἀγκὼν τε καὶ ἡ ἰγνύη κάμπτεται, neque enim similiter articulus ad cubiti gibbum, & poples flectuntur. Ibi enim ἀγκὼν dearticulationem quæ est in cubiti gibbo significat, vt exponit Galen. quod etiam altero exemplo ex Hipp. adducto confirmat.

Ἀγλαΐζειν, ornare, decorare, honestare, illustrare, splendidum facere significat. πρόσωπον ἀγλαΐζει lib.2. περὶ γυναικείων (pag.H.666.45.) faciem ornat, emundat & decoram reddit. ἀγλαΐζεται καλλωπίζεται apud Hippocr. exponit Erotianus, & ἀγλαὸν τὸ καλόν. Sed fortè ἀγλαΐζει & καλλωπίζει legendum ex loco adscripto.

Ἄγλιθες alliorum capita seu nuclei dicuntur, Galeno in Exegesi τὰ μόρια τῶ σκορόδω τῆς κεφαλῆς, alliorum capitis partes, quæ segmenta dicuntur, & Dioscoridi ῥάγες lib. 2. cap.182. Theophr. γέλγεις, quibusdam etiam σκελλίδες. Plin. nucleos vocat, Colum. spicas. Sed ἄγλιθες scribitur in Exeg. vt & Hesych. ἐξ ὧν κεφαλὴ συνίσηκε τῶ σκορόδων, grana ex quibus alliorum caput compactum est. (Etsi vitiosè ἀγγλιθὲς apud Hesych. scribitur.) Sed ἄγλιθες scribitur apud Gal. in dictione φαΐλιδες & μώλυζα. Ea dictio vsurpatur Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag.652.12.) περιτρίψαι σκορόδω ἄγλιθας ὧν τέσσαρας, quatuor allij nucleos aut segmenta ante terito. Ex quo ἄγλιθας aut ἄγγλιθας apud Gal. legendum existimo. Vtitur etiam Aristoph Acharn. vbi Scholiastes ἄγλιθας τὰς κεφαλὰς τῶ σκορόδων exponit, vt & in Vespis, vbi certè producitur, & αἴλιθας scribitur vt & prius αἴλιθας, etsi vtrunque (vt opinor) vitiosè. Ἀγλίθια dicuntur Hesych. σκόροδα, aliis ἀγλίδια, vt & ὄγλιθες & ἄγλιθες.

Ἄγνοια ignoratio dicitur, & mentis occupationem significat, stupiditati & dementiæ proximam, aut memoriæ vitium, cùm quis ex morbo ita mente læsus est, vt hebescens sensuum acies ferè obstupescat, adeò vt familiares non agnoscat. Quod multis contigisse in memorabili illa peste Atheniensium Thucyd. scripto prodidit. Affectus τῇ μωρώσει proximus vt scribit Gal. com. 2. in Prorrh. (pag. 198.6.) Sic ἄγνοιαι explicat Gal. μὴ γνωρίζειν τοὺς συνήθεις, familiares non agnoscere Com.2. in Prorrh. (pag.190.43. H.72.B.) fereque ab Hipp. cum oblitione iungitur, ib. & in Coac. (128.G.) Eadem ratione ἀγνοια ἄγνοσία Hesychio dicitur.

Ἄγνος λευκὴ vitex alba vsurpatur Hippocrati lib. 1. περὶ γυναικείων (pag.H.626.13.) τῷ ἐκβολίῳ. Erot. ἄγνος, λύγος exponit apud Hippocr. citato Nicandri testimonio Theriac. (vers 71.) Est autem ἄγνος aut vitex, tum flore albo, tum purpureo. Castitatem inuiolatam seruat & Veneri aduersatur, vnde ἄγονος dicitur.

Ἄγονοι dicuntur mulieres quæ aut nunquam pepererunt, conceptus tamen habilitatem habent, aut quibus intercepta fœcunditas facilè restituitur. Lib.2. Epid. (p 1040. E.) τὰς ἀγόνους πυριῆν καὶ φαρμακεύειν, fomentum & medicamentum restibilem fœcunditatem affert. At ἄγονοι ἡμέραι, dies pares Hipp. intelliguntur, in iudicationis ratione, vt & γόνιμοι impares, lib.2. Epid.sect 6.

Ἀγορὰν ἐργάζεσθαι, forum frequentare, in concione versari, aut conuentus facere & concionem aduocare, velut ἀγορὰν ποιῆσαι. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag.22.35.) καὶ ἀγορὴν ἐργαζόμενοι ὅτοι, μετὰ βαναυσίης ἀπατῶντες, hi conuentu facto, ambitiosa & quæstuosa sua professione decipientes. De Sophistis dicitur qui fora frequentabant, & sua ambitione ac fastuosa professione in circolis vagabantur, per vrbes auditorum celebritatem aucupantes. Zuingg. ἀγορὴν ἐργαζόμενοι acroases facerent dixit, de discipulorum frequentia capiens, quòd Sophistæ in locis publicis acroases facerent, & discipulorum caterua stipati per fora vagarentur.

Ἀγορανόμος idem quod ἀγορανόμος. Agoranomum dixit Plautus Capt. & Curc. & annonæ præfectum, fori curatorem & censorem, aut prætorem vrbanum significat, & eum magistratum qui rerum venalium curam gerit, vt scribit Aristot. Polit. lib. 4. cap.4. Ædilem vertunt interpretes, sed ædilitas magis circa res vrbanas versari videtur & ἀστυνομίας complecti, vt idem scribit Polit. lib.6. cap. 8. Vsurpatur hæc dictio Hipp. lib. 4. Epid. (pag.H. 1129.C.) ἡ παρὰ τηκομαίῳ ἀγορανόμου θυγάτηρ, apud Tecomæum præfecti annonæ filia. Verùm ἀγρειτνόμου forte pro ἀγορανόμου passim legitur.

Ἀγρηθῶσιν legitur apud Hippocr. lib.2. περὶ γυναικείων (pag. 658. 38.) ἢν ἀγρηθῶσιν αἱ μῆτραι, si efferati aut irritati vteri fuerint, veluti à Themate ἀγρέομαι. Verùm illic Erot. ἀγριωθῶσιν legisse videtur, ab ἀγρίζομαι, quod explicat ἄγρας χρήζωσιν, τουτέστιν συλλήψιος ἀπὸ τῆς ἐμμηνίου καθάρσεως, hoc est, prædam expetant, aut ad conceptum ferantur à purgatione menstrua. Ductum autem esse verbum scribit, ἀπὸ τῶν ἀγρευομένων ζώων, ab animalibus, quæ ad prædam expetuntur. Hesych. certe apud Hippocr. ἀγρηθῶσιν legisse videtur, cùm ἀγρηθῶσιν, συνειληθῶσιν exponit, hoc est, conuoluti fuerint. Idem quoque ἀγρηθῆναι συνέπεσθαι explicat, quod est sequi. Quæ etiam significatio Hippocr. loco congruere potest, vt vteri ad conceptum sequantur & ferantur. Sed apud Hippocr. & Hesych. ἀγρηθῶσιν legendum videtur, quemadmodum exemplaria quædam apud Erotianum etiam habere contendunt. Quod diligenter annotauit Henr. Steph. literarum Græcarum decus & columen. At certè (vt ingenuè dicam quod sentio) Hipp. locus ille mihi non minimùm suspectus videtur, & pro ἀγρηθῶσιν πρησθῶσιν ex lib. περὶ γυναικ. φύσ. (578. 36.) legendum arbitror, vbi eadem repetuntur (etsi illic vitiosè πρισθῶσι pro πρησθῶσιν scribitur) vt sit πρησθῶσιν αἱ μῆτραι, αὐτὶ τῶ φυσηθῶσιν, hoc est inflati fuerint. Sunt enim omnia quæ illic scribuntur, flatuum vtero conceptorum certissima indicia. πρῆσμα autem Galeno ἐμφύσημα inflatio exponitur in Exegesi, & πρῆσις ἡ ἐμφύσησις, & πρηστικώτατον τὸ ἐμφυσητικώτατον. Hesych. quoque πρῆσαι φυσῆσαι inflare exponit, & πεπρησμένους τοὺς ἐμφυσημένους, & πρῆσιν ἐμφύσησιν. Corrupti autem Hipp. loci suspicionem auget etiam Erot. qui ὀγκηθῶσι eadem qua ἀγριωθῶσι significatione positum annotat. Quibus verbis aut ὀγκηθῶσι pro ἀγριωθῶσιν quibusdam suppositum fuisse innuit, aut certè alio loco eo significatu Hippocr. vsurpatum. quod nec dum mihi planè compertum est.

Ἀγροικοπυρρώνειοι dicuntur agrestes Pyrrhonij philosophi, ex hæsitantium genere (quos ἀπορητικοὺς vocant) ex Scepticorum numero, qui ne suos quidem affectus agnoscere fatentur. Gal. lib.4. de diff. puls. (pag.43.37.) ἀγροικοπυρώνιοι iidem vitiosè dicuntur Gal. περὶ τῶ σφυγμῶν σκεψ. [p.455.44.]

Ἄγροφον, ὀρεινὸν, montanum exponit Gal. apud Hipp. in Exegesi.

Ἀγρυπνίαι apud Hipp. dicuntur Celso cap.1. lib.2. nocturnæ vigiliæ, ex aph.24.& 31.lib.3. H.1248.

Ἄγυια ἀδύνατα exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. imbecilla, inualida, debilia. Locus est lib.1. περὶ γυναικ. [pag.H.600. 51.] κάρτα γὰρ τὰ πολλὰ σμικρὰ ἐόντα, ἐστιν ἄγυια [τὰ παιδία] ferè enim plærunque contingit, vt dum parui existunt, debiles sint [fœtus.]

Ἄγχιστα, ἐγγύτατα significat proxime, propinquissimè. αὐτὶ τῶ μάλιστα apud Hipp. poni testatur Erot. maximè. Sumitur & pro frequenter ac continuè, quia qui proximi inter se fiunt, condensantur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. [pag. 78. 47. Hipp. 393. 40.] ἄγχιστα δὲ χρηστὸν αὐτῷ τοιῷδε ἐόντι [μελικράτῳ] frequenter autem huiusmodi [mulsa] cocta vtendum. Vbi interpretes Proximè vertunt. Sic lib. de art. [pag.606. 21. Hipp.802.19.] ἄγχιστα δὲ ἡ ἐπίδεσις μοι δοκέει ἀντιπιέσειν. proximè autem mihi videtur deligatio contra facere, hoc est morbo resistere & maximè iuuare. ἐν ἐγγυτάτῳ δέξειν ἂν ὠφελεῖν exponit Gal. Sic enim apud eum leg. existimo cùm εὐθυτάτῳ corruptissimè scribatur. Eadem quoque phrasis est ibidem lib. de art. [p.645.29. Hipp. 828. H.] ἄγχιστα δὲ εἴπερ τι τοιοῦτον, proximè autem si quid aliud facere, hoc est maximè iuuare. (Quæ certe locutio Celso familiaris videtur, vt illud ἄγχιστα exprimat.) Sic lib.de art. [p.596.40. Hipp.791. G.] ἄγχιστα δ᾽ ἄν τις δοκέῃ πιέζῃ, quam proximè autem res confieri possit. Et rursus ibidem [pag.597.8. H.791. H.] ἄγχιστα μὲν ἡ κλεὶς περὶ τὸ τῶ ὤμου ἄρθρον πλαδᾷ ἐστι. Sed iugulum quidem proximè ad humeri articulum fluitat. Vbi ἄγχιστα ἐγγυτάτω exponit Gal. & ambiguum esse scribit an ad locum, an verò ad rei naturam referendum sit. Hinc ἀγχιστεύειν propinquum esse & iure cogna-

cognationis aliquid capessere, aut circa rem aliquam versari. ἐν παραγγελίαις (pag.18.25. 27.43.) ἀλλὰ μᾶλλον οἱ ἀγχιστεύοντες ἀγοραίης ἐργασίης, πρήσσουσι τοῦτο ἀμαρίως. Sed hoc magis expeditè faciunt, qui circa negotia forensia & quæstus versantur, qui forensem quæstum sectantur, & ei propinqui sunt, etsi aliter distinguitur vulgatis in codicibus. Quæ certè phrasis animaduertenda est.

Ἀγχόμενος apud Hipp. πνιγόμενος qui strangulatur aut suffocatur exponit Gal. in Exeg.

Ἀγωγὴ, ordinem, viam, rationem & ductum, totum rei statum & tenorem, vitæ rationem ac institutum significat. Lib.7. Epidem. (pag.H.1239.E.) τῆς δ' αὐτῆς ἀγωγῆς ἐούσης. hoc autem rei statu, hoc est cùm ea ratione & via procederent. Significat etiam totum morbi decursum totamque curationem, quomodo sumpsisse videtur Caluus. Apud Gal. lib.2. ad Glauc. (pag.213.27.) pro agendi & curandi ratione sumitur. ἐν ἐπὶ δ' οὖν τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς, μηκέτι ἐχούσης τι μικτὸν τῆς δυνάμεως. hac scilicet curandi ratione nullam amplius mixtam facultatem quasi scopum, habente. ἀγωγὴν apud Hipp. τὴν κατάστασιν τοῦ περιέχοντος, ambientis nos aëris statum ac constitutionem denotare scribit Gal. Comm. 1. in lib. 1. Epidemior. (pag. 350.58. Hipp.938. D. γενομένης δὲ τῆς ἀγωγῆς ὅλης ἐπὶ τὰ νότια, existente toto statu austrino. Sic lib.2. Epidemior. (pag.1022.H.) ἔτος ὅπως, καὶ ὅπως, καὶ οἵων ἀγωγῶν, anni tempus quodnam sit, & qualiter circumscriptum sit, dicitur, pro eo qui nos fouet aëris statu.

Ἀγώνισμα contentionem, contentionum præmium & fructum significat apud Hippocr. Prorrh.2. (pag H.84 A.) ὅστις τῶν τοιούτων ἐπιθυμέει ἀγωνισμάτων, qui quis huiusmodi contentionum præmium reportare desiderat, aut quisquis huiusmodi contentiones appetit, in talibus studiis palmam ferre expetat; dixit Corn. Agitur autem de prædictionibus quæ Medico dignæ sint, eique gloriam comparare possint, ideoque ἀγώνισμα hic ingenij specimen aut ostentationem popularem indicare potest. Eumque locum mihi subindicare videtur Hesych. cum ἀγωνισμάτων, ὀχλικῶν ἐπιδείξεων exponit. Sic ἀγωνιστικὸν Erotianus ὀχλικὸν exponit, quod est populare, aut turbæ popularis gloriam captat (καὶ γὰρ ὁ ἀγὼν ἐπὶ τῶν ὀχλικῶν) vt idem scribit. Quo loco mihi videtur locum lib. de art. innuere (pag 653.44. H 832. G) ἀγαθὰ μὲν οὖν καὶ δίκαια, καὶ κατὰ φύσιν ἐμβαλλόμενα, καὶ ὅλως τι καὶ ἀγωνιστικὸν ἔχοντα, hæc quidem proba & iusta, ac secundum naturam reposita est, saneque ad gloriam ferè est comparata. Hic enim ἀγωνιστικόν τι ἔχει, ad ambitionem, ad laudem & gloriam esse comparatum significat, & ambitiosæ concertationis nescio quid habere aut ostentationis. Gloriosum quiddam habere dici potest, velut gloriosè dixit M. Tullius Oratorio 2. (Exorsus es enim non gloriosè magis, vt tu putas, à veritate, quàm à nescio qua dignitate) Eamque esse Hipp. mentem satis indicat Gal. qui eum in sensum alterum Hipp. ex eodem lib. locum (pag 614. 20. Hipp.808.B.) accommodat, vt ἀγωνιστικόν τι ἔχειν idem fere ei significare videatur, quod prius dixerat Hipp. ἐκχαυνοῦν τι τὸν πολλὸν ὄχλον, auræ popularis gloriolam captare, & vulgi auram affectare. Hanc enim in partem ὄχλος & ὀχλικὸν mihi potiùs sumendum videtur, quàm vt negotij aut molestiæ plenum significet. Non absimili ratione τὰ προρρήματα λαμπρὰ καὶ ἀγωνιστικὰ efferantur Hipp. lib de art. (pag.637.54. Hipp. 825. A.) prædictiones splendidæ, speciosæ & gloriosæ, hoc est palmares & egregiæ, arduæ, præmio & certamine dignæ. Non secus ac palmarem sententiam dixit Cic. lib.de nat. deo. & palmarem statuam Philip.6. Ἀγωνιστικὸν βοήθημα dicitur Gal. lib. de temp. totius morbi (pag.388.24.) remedium vehemens, efficax, egregium, quodque vehementiam habet. ἐπὶ δὲ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς τελευτῆς τι ἀγωνιστικὸν, in principio & fine quod est efficax. Innuit Gal. initio morborum & circa finem, efficacia remedia, quæque vehementiam habeant, exhibenda, vt in statu mitigandi facultatem sortita, ex aphor. 30. lib. 2. Eadem quoque ratione ἀγωνιστικῶς efficaciter, vehementer & contentiosè aut intensè significat. Gal.lib. περὶ μαρασμοῦ (pag.378.21.) ὕδατι δὲ ψυχρῷ κατὰ μὲν τὴν ἀκμὴν τοῦ νοσήματος χρηστέον ἀγωνιστικῶς, circa morbi vigorem frigida vtendum contentiosè, hoc est audacter & liberaliter. Sic enim idem explicat. οὕτω δὲ εἰώθαμεν λέγειν, ὅταν ἀθρόως δὲ καὶ ψυχρότατον δῶμεν. Sic enim dici solet vbi cumulatim ac frigidissimum damus. Quæ in vsum suum transtulit Paulus lib.2. cap.30. in febrium curatione ex erysipelatis circa viscera affectione. ὕδατι δὲ ψυχρῷ κατὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ νοσήματος χρηστέον ἀγωνιστικῶς, τουτέστι ψυχροτάτῳ. aqua verò frigida circa morbi vigorem vtendum cum contentione, hoc est frigidissima. Vbi nescio an ἀγωνιστικῶς melius legatur. Disertis verò verbis Gal. locum exprimit Aëtius tetrab. 2. lib. 1. cap. 89. ψυχρῷ δὲ κατὰ μὲν τὴν ἀκμὴν τοῦ νοσήματος χρηστέον ἀγωνιστικῶς. οὕτως δὲ εἰώθαμεν ὀνομάζειν, ὅταν ἅπαξ καὶ ψυχρότατον καὶ πολὺ δῶμεν. frigida autem in morbi vigore contentiosè vtendum. Sic autem dicere consueuimus cum semel & frigidissimam & copiosam exhibemus. Quæ verba etiam Trallianus extremo lib.12. repetit. Quibus in locis ἀγωνιστικῶς magnam virium contentionem indicat, & gnauiter, strenuè, intrepidè, alacriter significat, videturque ab athletico habitu traductum, in quo post magnam exercitationem aqua affatim & quam frigidissima intrepidè bibitur. Sic lib 8. κατὰ τόπ. (pag. 276 17.) πρός τινα τῶν προειρημένων διαθέσεων ἀγωνιστικῶς ἵστασθαι dicitur, gnauiter & strenuè contra aliquam ex prædictis affectionibus instare. Ibidem (vers. 28.) πρὸς μίαν διάθεσιν ἀγωνιστικῶς συγκεῖσθαι, de medicamento quod ad aliquam affectionem gnauiter facit, & aduersus eam contentiosè est compositum.

¶ Ἀδάξασθαι exponitur Galeno in Exeg apud Hippocr. κνησθῆναι καὶ ὀδαξᾶν cum pruritu morderi, & ἀδαξᾶσθαι idem est quod ὀδαξᾶσθαι, morderi, lancinari, pungi, prurire. Qua dictione hunc in modum vtitur Hipp Lib.2. περὶ γυναικ. (pag. 663. 20.) καὶ αὖθις κάκιον ἴσχει καὶ ἀδαξέεται, rursusque peius habet & mordetur. Et (p.666.8) αὗται δὲ δάκνονται τὰς μήτρας γυναῖκες, καὶ ὀδύνη, καὶ ἀδαξᾶται, cùm mulieri mordentur vteri, dolet & lancinatur. Cum verò ἀδάξομαι idem quod ὀδάξομαι indicet, extremum tamen crebriùs Hipp. vsurpatur. Lib.2. περὶ γυναικείων. (pag. 660.18.) προστίθεσθαι δὲ ἅσσα μὴ ὀδάξεται, quæ non mordent, apponito. & lib.1. (598.48.) καὶ ἢν σκληρὰ ἔωσι, ἄριστον τὰ δριμέα τι προστίθεσθαι. ὀδάξονται γὰρ τὰ λεπτὰ, καὶ πυρώδη ἐόντα τὸν σκληρὸν ἀπάγει, (Sic enim apud Erot. in dictione σκληρόν leg. videtur, cùm passim vitiosa admodum sit scriptio.) Quòd si ad instar calli indurueriint, præstat acria admouere. Mordent enim quæ tenuia sunt & feruida, & callum liquant. Sed certè mendosus esse locus videtur, & ἀδάξονται γὰρ τὰ λεπτὰ leg. suspicor. vbi passim ἀδάξονται scribitur (etsi post has nostras lucubrationes fœlicissima Cordæi lectione vti liceat, vt scribatur ἀδάξονται γὰρ τὰ γλυκέα.) Sic lib. περὶ διαίτης (pag.272.41.) καὶ ὀδάξονται τι ἀλογον καὶ ξυνήθεος ἐν, mordentur enim si quid præter rationem & consuetudinem fiat. & (pag.272.51.) ὀδάξονται μυκτῆρες nares arroduntur. Quibus tamen in locis ὀδαξᾶσθαι significationem acti iam habere potest. Ἀδαξᾶσθαι autem etiam quibusdam ab ἀδαξάομαι, vt & ὀδαξᾶσθαι dici videtur, qui leg. lib.1. περὶ γυναικ. (pag.633.26.) ἢν ἕλκεα φύηται καὶ ἀδαξᾶται (cum passim ὀδαξᾶται legatur) si vlcera fiant ac morsum excitent, pro quo ξυσμὸν παρεῖ ponitur lib. περὶ γυναικείης φύσιος (pag 582.2.) Qui certe locus mihi à Gal. in Exeg. expressius subindicari videtur, vt pro ἀδαξᾶσθαι ἀδαξᾶται legatur. & ὀδάξονται κνησμώδεις. Neque enim alias huius dictionis vsum temere apud Hipp. reperias. Dicitur etiam ἀδαξῆσαι, vt & ὀδαξῆσαι, & ὀδαξησμὸν ex Hippocr. agnoscere videtur Erot. vt in dict. ὀχεθεῖν scripsimus. Ἀδαξῆσαι verò κνῆσαι Hesych. & Sudas exponunt, etsi θῦσαι, vitiosè scribitur apud Hesych. Sic ἀδάξω, κνήθομαι, ἐπιθυμῶ, cupio, appeto, prurio, significat.

Ἀδελφεὰ παθήματα dicuntur consimiles & germanæ affectiones quæque inter se cognationem habent, Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.605.15.) ἀδελφεὰ τῷ προτέρῳ παθήματα, priori consimiles affectiones. Ἀδελφίζεσθαι Hippoc. οἰκειοῦσθαι significat, & de iis dicitur quæ inter se maximam cognationem & similitudinem habent. Sic ἀδελφίζεται φαίνεται apud Hippoc. exponit Gal in Exeg. quod legitur lib. περὶ ἀγμῶν (p.568.42.H.772.G.) πολλαχῇ δὲ ἀδελφίζεται τὰ ἕτερα τοῖσιν ἑτέροισιν, multis autem modis quædam inter se affinia sunt & maximè similia.

Vbi ἠδελφίσαι, ὡμοίωται καὶ κοινωνεῖ, καὶ συγγένειαν ἔχει exponit Gal. similitudinem, cognationem aut communionem & familiaritatem inter se habent, eamque dictionem Hipp. vsurpari solitam scribit, de his rebus quæ magnam inter se affinitatem & coniunctionem habent. Quæ nanque germana sunt, magnam inter se habent cognationem. Hanc etiam dictionem vsurpat Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (p.598.48.) κατὰ δέ τι ἠδέλφισαι, quadam autem ex parte cognationem aut familiaritatem habet, hoc est, ad attrahendam genituram accommodatum redditur. Loquitur autem de vteri osculo, quod humidius effectum, semen non attrahit. Iubet verò vt subditis acribus medicamentis, humiditas illa detergatur. Sic enim commorsum aut compunctum vteri osculum, firmius ad comprehendendum semen efficitur, & quandam cum eo cognationem aut familiaritatem habet, cum eoque quadam ex parte accommodatur & affinitatem contrahit. Hic enim mihi videtur illius esse loci sensus, etsi totus ille locus non leuiter mihi suspectus est. Sed tamen post hanc nostram commentationem auspicatò admodum Cordæi solertia diligentissimè perpurgatus. Ibidem quoque (pag.599.46.) καὶ ἢν ἐπικρατέῃ τῇ δὲ ἠδέλφισαι, quòd si præualuerit, cum eo familiaritatem & cognationem habet, hoc est, ei conciliatur, aptatur, accommodatur. Agitur enim de viri semine quod ad conceptum muliebri semini commiscetur, & velut fraternè vtero conciliatur, tuncque illi cum eo benè conuenit. Ex eodem sensu sunt ἠδελφισμένα τὰ ὁμοιούμενα καὶ συγγενῆ, vt scribetur in diction. ἠδελφισμένος. Ἀδελφίξιες verò dicuntur Hipp. partium inter se coniunctiones, similitudines & communitates lib de art. (pag.635.56.H. 8.3.G.) πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατὰ τὸ σῶμα τοιαύτας ἀδελφίξιας ἔχει multa quoque alia in corpore huiusmodi cognationes habent. Vbi Galen. ἀδελφίξιας Hipp. vocare scribit τὰς κοινωνίας καὶ οἷον συγγενείας τῶν μορίων, partium inter se communitates & cognationes, ὥσπερ καὶ ἀδελφότητας, velut germanitates. Quem haud dubiè locum mihi subindicare videtur Hesych. ἀδελφίξιαι κοινωνίας exponens, etsi ἀδελφίξιας vitiosè apud eum scriptum puto. Ἀδελφά, ὅμοια, εἰκότα, ἁρμόζοντα, πρέποντα, συγγενῆ, significare annotat Varinus. Eóque sensu βαρέα ἀδελφὰ τῶν ἐκτιμηλίων τινῶν scribuntur lib. 2. Epid. (pag. 1031. C.) grauitates laboribus qui ab octimestribus fœtibus accidunt, similes aut affines. Et rursus (ibidem τὰ ἐπιμήνια ἀδελφὰ τῶν ἐκτιμηλίων γινόμενα, menstruæ purgationes octimestribus non absimiles.

Ἀδημονες dicuntur Hipp. lib. 1. Epid. (pag.371.22.H 954 D.) qui impotenter animo anguntur, aut grauiter mœsti sunt, præ dolore animi concidunt & exanimantur, pené que deficiunt, supra modum ægrescunt, adeóque vt quemuis casum impotenter ferant. ἀγρυπνοι, ἀδημονες, vigiles, impotentes animi. Interpretes fastidiosos & difficulter ferentes dicunt. Quam dictionem ex vetustis exemplaribus & Gal. adscripsimus, qui ἀδημονίαν anxietatem animi aut angorem apponit. Sic lib. περὶ παρθενίων (pag.563.5) ἀλύων & ἀδημονέων ὁ θυμὸς simul iunguntur, anxius animus & mœrens aut fluctuans. Ἀδήμων annotatur dici Eustath. ὁ ἐκ λύπης ὡς οἷα καὶ τινος κόρου ἀδημονῶν, qui præ dolore & quasi nimia doloris satietate fatiscit, aut concidit. Ἀδημονεῖν etiam & ἀδημονεῖν exponitur Hesych. ἀγωνιᾶν καὶ λυπούμενος, qui mœrore angitur & dolore afficitur.

Ἀδόλως Gal. apud Hipp. in Exeg. ἀφελιστέως, negligenter & sine consilio aut cura exponitur. Quo sensu ἀδόλως Hesych. χωρὶς βουλῆς significat, quòd τὸ δόλως βούλευμα, & τὰ δόλια βουλεύματα sint eidem. ἀδόλως idem ἀδόλως, ἁπλῶς sine dolo, simpliciter, exponit, vt & ἀδόκητος ἀπροσδόκητον improuisum, & ἄδολον ἄκακος, malitiæ expers aut simplex.

Ἀδιαρροίη exponitur Erot. apud Hipp. ἡ τῶν διαρρεόντων παντελὴς ἐποχή, eorum quæ excernuntur omnimoda retentio ac inhibitio.

Ἀδιάχυτοι dicuntur lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 22.46.) minimè diffluentes aut diffusi, quique vestitu & cultu sunt frugali, miniméque dissoluto. ἀπερίεργοι iunguntur, minimè curiosis, aut cultu nimis superfluo & curioso gaudentibus. Zuinggerus ἀδιαχύτους eos accipit, qui sua neque factis, neque dictis vltra quàm decet extollunt, vt & ἀπεριέργους eos qui in aliorum factis aut dictis censendis minimè sunt curiosi.

Ἄδιψον significat quod sitim minimè infert eamque cohibet, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.43.11. Hipp. 385. 5.) τὸ τῆς πτισάνης γλίσχρασμα ἄδιψον dicit Hipp. quod in ptisana glutinosum est sitim minimè inferre eamque sedare. Idem de oxymelite dicitur lib. eodem (pag.79.57. H.394.3.) ἀνάγωγον δὲ πτυέλου ἐστὶ καὶ ἄδιψον, sputum educit & sitim sedat. Sic Plin. quibusdam glycyrrhizam ἄδιψον dictam fuisse scribit, & aqua inter cutem laborantibus exhibitam. Ἄδιψα etiam dicuntur medicamenta quæ sitim abigunt & arcent, qualia describuntur ex Asclep. Gal. lib. 8. κατὰ τόπ. Alioqui ἄδιψον dicitur quod sine siti est. Vt quod ex Hipp. adfert Plutarch. in libro de vtilitate capienda ab amico, τὸ ἄδιψον ἀσινὲς ..., sine siti esse, innoxium.

Ἁδρὸς Hipp. dicitur bene habitus, pinguis, fœliciter nutritus, adultus, lib. περὶ γονῆς (pag.232.42.) καὶ τῷ παιδὶ χωρίς ἐπὴν ἁδρὸς ᾖ, & puero quidem cùm plenè adoleuerit, semen profluit. hoc est cùm habitior fuerit, aut plenior, aut maior. Hesych. ἁδρότερον, μεῖζον, ἀτρεφέστερον exponit. ἁδρέστερως aphor. 9. lib. 4. pleniùs significat, quod Gal. σφοδρῶς vehementer explicat. τοὺς μελαγχολικοὺς ἁδρεστέρως τὰς κάτω, melancholicos pleniùs per inferiora purgandos, hoc est vehementiùs, quòd melancholicus humor sua natura piger, tenax & terreus, vehementiora medicamenta requirat & validioribus educatur. Quod scribit Gal. lib. 14. method. med. τοῖς ἁδρεστέρως verò οἱ ... opponi videntur, qui cum cautione & subtimidè quid agunt.

Ἀδύνατοι dicuntur impotentes, debilitati, viribus fracti, ad obeundas actiones imbecilli, in Prorrhet. (p.182.15. H. 70.D.) & Coac. (pag.146.G.) In Prorrh. quoque. (183. 17.H.70.E.) αἱ παρὰ λόγον κενεαγγικοὶ ἀδυναμίαι, quæ præter vacuationem fiunt impotentiæ dicuntur, vbi Gal. ἀδυνάτους ἀρρώστους κατὰ τὰς ἐνεργείας ad munia obeunda imbelles exponit. In Coacis (pag H.124.G.) οἱ παραλόγως κενεαγγικῶς μὴ ἰοῦσιν, ἀδύνατοι, qui temere ac præter rationem nullo existente vasorum inanitione impotentes fiunt.

¶ Ἀεικὲς annotat Erot. significare apud Hipp. αἰσχρόν, καταγέλαστον, fœdum, ridiculum. Hesych. quoque ἀεικὲς, ἀπρεπὲς, εὐκαταφρόνητον, ἀπεικὸς significat, indecens, indignum, despiciendum, minimè conueniens. & ἀεικῶς, ἀπρεπῶς, χαλεπῶς, indecenter, indignè, Varinus addit ἀσυνήθως. Cui quoque ἀεικὴς, αἰσχρὸς, ἀπρεπὴς, ὁ μὴ ἔοικεν exponitur, fœdus, indecorus, indecens. Locus est quem indicat Erot. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.68.26. Hipp.391.18.) ἀεικὲς δὲ καὶ ὅτε κενεαγγίην ἀσθενέοντα μὴ γνῶναι. Indecorum autem est ac probro vertitur si quis eum qui ex vasorum inanitione malè habet non cognoscat.

Ἀείρειν, προσφέρειν significare apud Hippocr. annotat Erot. quod est præbere, adferre, aut offerre. Quod legitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 646. 29.) πρὸς δὲ τὰς ῥῖνας ἀείρειν, μὴ δὲ τὸ φάρμακον πίνειν νῆστιν, ad nares autem nihil admouero, neque medicamentum ieiunæ propinato. Quanquam legendum videtur, πρὸς δὲ τὰς ῥῖνας ἀείρειν, μηδὲ τὸ φάρμακον πίνειν νήστει, ἀλλὰ τὸ κάστορα, vt castorium naribus admouendum ieiunæque propinandum consulat. Hesych. quoque ἀείρειν προσφέρειν exponit, & ἄειρε, φέρε προσφέρε apud Hom. Il. ζ. (vers 264.) μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα πότνια μῆτερ. Communi autem notione ἀείρειν αἴρειν quod est attollere significat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. [pag. 638. 14.] καὶ σικύαις ἀείρειν & cucurbitulis attollere. Ἀείρεται etiam apud Hippoc. attollitur, euehitur, effertur, erigitur significat. Lib. de nat. hum. [pag 14. 31. H. 227. 31.] τοῦ θέρεος ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι, æstate bilis in corpore attollitur, eminet, αὔξεται dixit Gal. hoc est augetur, efflorescit, efferuescit, tum mole tum facultate eminens, & ebulliens, ac ad superiora repens vomitu reiicitur, ac veluti μετεωρίζεται. Erot. certe pro ἀείρεται, αἴρεται leg. videtur, quod ἐπαίρεται exponit, eleuatur, erigitur, inflatur aut attollitur. Varin. quoque ἀείρεται pro αἴρεται positum annotat, & ὑψοῦται explicat. Ἀείρομαι Hesych. τὸ ἄνω αἴρομαι significat, & ἀειρόμενος ἐπαιρόμενος. Sic Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. [p.605.24.] ἀειρόμενοι σφυγμοὶ pulsus sublati dicuntur.

Α'ἴκοισιν, ἢ θέλοιται exponit apud Hipp. Erot. Atque haud scio an locum subindicet lib. 1. Epid. (p.306.7.) ἀκόντα δάκρυα παραρρεῖ inuoluntariæ lachrymæ effluunt, vbi Gal. ἀέκουσι pro ἀκόντα legit com. 1. in lib. 6. Epid. (p.453.6.) Tum verò apud Erot. ἢ θελομένοις leg. erit.

Α'έτωμα dicitur Hipp. tecti fastigium aut culmen domus ac testudinatum lib. de art. (pag. 615.10. Hipp. 808. F. ἀνέλκειν τὴν κλίμακα καὶ πρὸς πύργον τινὰ ὑψηλὸν, ἢ πρὸς αἴτωμα οἴκου, scala ad turrim aliquam altam, aut domus fastigium attrahenda. Vbi Galen. αἴτωμα dici scribit οἴκου τὸ ὑψηλότατον μέρος, supremam domus partem, & τὰς εἰς ὕψος ἀνατάσεις τῶν ὀροφῶν τριγωνοειδεῖς, in altum sublata triangulari forma domorum culmina. Tectum enim altum medio culmine à posteriore in anteriorem partem porrigitur, hinc & inde supra laterales parietes humiliter demissum, vt geminarum alarum speciem præ se ferat. Idem in Exeg. αἴτωμα, τὸ εἰς ὕψος ἀνατεταμένον τῆς ὀροφῆς ὡς τὸ τρίγωνον, exponit, id quod supra tectum triangulari forma eleuatum est, aut in sublime erectum. Erotianus verò αἴτωμα, τὴν στέγην τοῦ δώματος, domus fastigium & culmen. Dicitur etiam ἀετὸς, τῶν οἰκοδομημάτων τὸ κατὰ τὸν ὄροφον, ὃ τινες αἴτωμα καλοῦσι, vt annotat Varin. Idémque ex Suda scribit ἀετώματα dici τὰ τῶν ἱερῶν στεγάσματα, ἃ πτέρυγάς τε καὶ ἀετοὺς καλοῦσιν, hoc est, sacrarum ædium tecta, ἀετώματα & ἀετοὺς, hoc est, aquilata & aquilas dici & alas. Ex quo scriptum est apud Aristoph. ἐν ὄρνισι, τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰετὸν, vestras domos ad fastigium tegemus. Vbi schol. positum scribit ἀπὸ τοῦ σχήματος πρὸς ἀετώματα, ὥστε τὰ ἐν τοῖς ναοῖς ἀετώματα. τὰς γὰρ τῶν ἱερῶν στέγας πτερὰ καὶ ἀετοὺς καλοῦσιν. Sacrorum enim tectorum culmina seu pinnacula, aquilata, alæ & aquilæ dicebantur. Hesych. ἀετὸν dici scribit κυμάτιον τὸ ἐν τοῖς γείσοις, cymatium aut prominentiam suggrundarum & imbricum, forte quia ea aquilæ volantis formam præ se ferat. Eademque prominentia in tecti culmine ad arcendum imbrem, ἀετώματα Polluci dicuntur, veluti imbricamenta, vt & τὸ ὑπὲρ τοῦ ὀρόφου, τέγος, quod supra culmen est, teges, cap. 8. lib. 1. Annotatur etiam ex Eustath. μέρος τι τῶν ναῶν dici αἴτωμα & ἀετὸν, ὥστε τὸ ἐοικέναι πτέρυξιν ἀετοῦ, nempe templorum pinnacula & fastigia, quòd aquilæ alarum sint similia. Ex quibus satis constat apud Gal. comm. 3. in lib. de art. manifestum adesse vitium. Vbi enim huius nominis notationem exprimit, quòd tectum ex vtraque parte demissum sit, ad alarum expansarum instar, sic leg. censeo, ὅπως γὰρ ἐοίκασιν ἐκτεταμένοις οἱ παλαιοὶ καλεῖν τοῦτο τῆς οἰκίας τὸ μέρος, ἀετὸν δὲ καὶ εἶδε, videntur enim veteres ex hac similitudine istam domus partem sic vocasse, & ἀετὸν quoque. Vt significet Gal. tecti culmina & pinnacula πτέρυγας dicta & ἀετοὺς antiquis, quod etiam docet Sudas & Aristoph. Sch. Apud quem ibidem quoque ex Diocle Carystio τὸ αἴτωμα εἶναι ἀετὸν explicari legendum mihi videtur, cùm locus omnibus in exemplaribus fœdissimè corruptus legatur.

¶ Α'ηθεα πτύελα sunt sputa insolentia, inassueta in prorrh. (pag. 210.7. Hipp. 78. A.) quæ Gal. τὰ ἀσινέστερα exponit, facilia, minimè periculosa, leuia, minimè maligna, vt mihi εὐήθεα legisse videatur, qualia in Coac. εὐήθεα πτύελα melius dicuntur (pag. 173. B.) vbi eadem repetuntur.

Α'ὴρ aër dicitur Hippocr. spiritus corpus nostrum ambiens eique circumfusus, omnium quæ corpori accidunt author & dominus, cuius in ea quæ natura constant & corpora nostra conseruandi & corrumpendi vis est omnium maxima. lib. περὶ φυσῶν (pag. 296. 25.) Α'ὴρ Erot. quatuor modis dici scribitur. Primùm aër communi nomine dictus, qui nos ambit & cernitur & ab omnibus inspiratur. Deinde caligo aut nebula, ὁμίχλην vocat, adducto in testimonium versu Hom. ex ὀδυσσ. ι. (vers. 144.) Tertiò qui in nobis est spiritus, & aër quem efflamus. Quartò graueolens per sedem expiratio & halitus.

Α'ήθετο legitur apud Hipp. lib. 5. Epid. (pag. 1147. A.) quod significat commota aut concitata fuit. Ac deductum videtur ab ἄημι inusitato, aut ἄω & ἀέρρω poëtico. Sic ἄητο apud Apollon. φέρεται, κινεῖται, & ἄετο, ἐφέρετο, ὥρμητο exponit Varin. Potest & ab ἀασάμην deduci, ἀάσθη pro ἀάσθη, ab ἀάω aut ἄω, vt ἀάσθη sit, ἐβλάβη, ἐλυπήθη, & à medicamento molestiam aut noxiam illatam significet. Apud Hom. Il. Θ. v. 237. ἀάσας ἐβλαψας significat, τὸ δ' ἀπὸ ἄασας.

¶ Α'θέλγεσθαι apud Hippocr. sugi, mulgeri, suctu detrahi, aut veluti sugendo trahi significat. Quæ dictio scribitur lib. περὶ χυμῶν (pag. 47. 22.) ὅθεν ἀθέλγεται. Agitur de his quæ ad sedem abscedunt, aut in inferiore aluo consistunt, quæ in considerationem medico adhibenda esse innuit, videndumque vnde exoluantur aut percolentur, aut emulgeantur & suctu detrahantur, hoc est subsidant aut discutiantur. Quem locum subindicans Gal. in Exeg. ἀθέλγεται exponit παρεῖται, διαλύεται, remittitur, resoluitur aut exoluitur. Vt & interpres Corn. Erot. apud Hipp. ἀθέλγεται ex Bacchij sententia θηλάζεται ἢ ἐκπιέζεται exponit, hoc est exugatur aut detrahatur, additque Epiclem ἐκπιέζεται καὶ ἐκθλίβεται exponere, hoc est exprimatur, elidatur, extundatur. Ex quibus satis apparet Erot. apud Hipp. lib. περὶ χυμῶν ὅθεν ἀθέλγεται legisse, quæ lectio cum explicationibus quas ex Bacchio & Epicle adfert optimè huic loco quadrat. Etsi Gal. in Exeg. in dictione θεῖον, hunc Hipp. locum adducens, ὅθεν ἀνθαίνεται legisse videtur, hoc est, vnde curentur, aut medelam accipiant. Quæ etiam explicatio ex consequenti accommodata quodammodo videtur. Hesych. ἀθέλγειν, ἀμέλγειν exponit, quod est sugere, suctu vel mulctu detrahere, quod Erot. expositioni congruit. Idem ἀθέλγεται, θηλάζεται, ἢ θλίβεται exponit, pro quo ἀθέλγεται, θηλάζεται, ἢ θλίβεται (aut potius ἐκθλίβεται) scribendum videtur, vt hic Hipp. locus subindicetur, eique Bacchij & Epiclis explicatio accommodetur. Idem ἀθελβεῖν ἕλκειν ex Nicandro significare scribit, sed ἀθέλγειν ex Erot. scribendum apparet, ex quo huiusmodi explicationes sumpsisse videri debet. Est & apud Hesych. ἀθελβεται διηθεῖται, hoc est, percolatur, pro quo fortassis etiam ἀθέλγεται scribendum videtur, præsertim cùm Varin. ἀθέλγεται, διηθεῖται, διαλύεται παρὰ τῷ Ἱπποκράτει esse scribat. Quibus verbis Gal. explicationem adscribens, διηθεῖται pro παρεῖται in Exeg. vocum Hipp. legendum esse monet. Quam lectionem quoque in earundem vocum expositione Cornarius interpres adhibuisse videtur. Eadem ratione ἐξαθέλγεσθαι dicitur, quod est emulgeri, exugi, Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pag. 685. 40. Hipp. 744. D.) ὡς τὸ μὲν ὑγρὸν ἐξαθέλγηται, vt quod subest emulgeatur aut exugatur, hoc est effundatur & exprimatur. Cui certe loco Erot. explicatio apprime conuenit. Sic lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 280. 17. Hipp.) ἐξαθελγόμεναι φλέβες dicuntur, venæ emulctæ & exuctæ. Erot. tamen ἐξαμελγόμεναι legisse videtur, cùm ἐκθηλαζόμεναι exponit, nisi si apud Erot. ἐξαθελγόμεναι leg. potius videatur.

Α'θελξις legitur apud Hipp. lib. de art. (pag. 605. 33. Hipp. 800. D.) ibíque quibusdam pro attractione sumi annotatur. Verùm illic ἄλθεξις meliora exemplaria legunt, sicque legimus vt in dictione ἄλθεξις scribimus.

Α'θὴρ quod in hordeo est aculeatum, longum & cuspidatum significat, partem spicæ acutam quæ arista dicitur, & ex translatione teli cuspidem acuieatam, aut iaculi extremum, quod Græci πώγωνα, barbam, aut γλωχῖνα spiculum, aut sulcum vocant, vnde tela γλωχινωτὰ & τριγλώχινα sulcata & spiculata, aut trisulca, hoc est tribus spiculis munita dicuntur Paulo cap. 88. lib. 6 Galli in sagitta (*barbolen es*) rectè vocant, Celsus spicula cap. 4. lib. 7. Gal. ἀθὴρ exponitur apud Hippocr. τι, τι τῆς κριθῆς ὀξὺ, ὡς ἐν τῷ λυπηρῷ περὶ νούσων τῷ μικροτέρῳ, ἢ τοῦ ἐν τῇ ἀκίδι πώγων ὁ τι ἄκρον, ὡς ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. tum quod in hordeo est acutum, vt lib. 2. de morb. minore, tum etiam quod in summa sagittæ cuspide πώγων, barba, dicitur, vt libro 5. de morb. vulgaribus. Quibus verbis haud dubiè priore loco lib. 3. de morb. vulgò inscriptus intelligitur (pag. 496. 54.) vbi mendosissime omnibus in exemplaribus ἄμα τ' αἰθέρι pro τῶν ἀθέρα scribitur. Hordeum enim Achilleum magnum & plenum sublatis spicis subindicatur. Quem certe locum mihi quoque subnotare videtur Erot. cum ἀθέρας, τὰ ἄκρα τῆς κριθῆς λεπτότατα explicat tenuissima quæ sunt in summo hordeo. Vt videatur ille, τὰς ἀθέρας apud Hipp. legisse, aut (quod magis suspicor) ἀθέρα apud Erot. legendum sit, quod etiam faciunt quidam. Posteriore

verò loco historia 49. lib. 5. Epid. subindicatur (pag. 1153 H.) vbi scribitur, ἐδυ δὲ ἡ ἀκὶς ἱκανῶς. ἡ δὲ ἀθὴρ προσυπερεῖχε, cuspis verò abunde demersa fuit, spiculum autem extremum vlterius extabat. Quo etiam loco vitiosissimè ἀίθὴρ omnibus in exemplaribus legitur, vt illic submonuimus. Ἀθὴρ quoque dicitur Hesych. ex translatione ἐπιδορατὶς cuspidis mucro & aculeus, ex Æsch.

Ἀθλιπτῶς εἰσβολὴ incomprehensa inuasio febrilis dicitur Galen. lib. 3. de præsag. ex puls. (pag. 145. 17.) de his febribus quæ statim initio accessionum pulsum in magnitudinem & celeritatem mutant, nec fit paruus aut tardus, quòd eam inæqualitatem quæ initiis febrium ferè sentitur, non percipiant, velut neque frigus, neque rigorem, neque stomachi vellicationem, neque compressionem quæ fit initiis accessionum, sanguine à tota externa superficie recedente, & ad viscera confluente, vnde & pulsus inæquales tunc fiunt, & parui, & tardi, & languidi.

Ἀθρέειν considerare, perpendere, dispicere, obseruare significat Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 595. 29) ὅλον τὸ σῶμα ἀθρέειν, totum quoque corpus considerato.

Ἀθρόον confertum, coaceruatum, densum, in se collectum ac simul omne significat. Galen. Com. ad aph. 35. lib. 7. ἀθρόον dici scribit τὸ ἐσφιγμένον ἑαυτῷ τε συνεχόμενον, quod in sese coactum est & continuum, τῷ διεσπασμένῳ, distracto & disperso contrarium, idemque & temporis aut loci breuitatem significare posse, magis tamen temporis breuitatem denotare, & ἀθρόως, τάχιστα, καὶ ἐν κατὰ βραχύ, confertim dici quod citò ac celerrimè exit, & exiguum habet temporis spatium. Sic aph. 18. lib. 2. ἀθρόως τρέφειν confertim aut vniuersim nutrire dicuntur quæ exiguo tempore totum ex sese præbent corpori alimentum, ibique Gal. τῷ ἀθρόως, τὸ κατὰ βραχὺ, sensim, opponit. ἀθρόοι ἱδρῶτες, sudores qui vniuersim & effusè aut affatim procedunt, & ἀθρόαι αἵματος ἀφαιρέσιες, sanguinis detractiones quæ cumulatè fiunt & coaceruatim, Coac. (p. 174. E.) ἀθρόα κόπρανα stercora affatim prodeuntia, libro 3. Epidem. ægr. 4. Hipp. 1100. B. post st. pest. ἀθρόον κατὰ μικρὸν διεχώρησε, alui recrementum exiguo tempore cumulatum, effusum, Coac. (pag 218. D.) In vrinarum verò ratione ægr. 2. libro 1. Epidem. οὔρησεν ἀθρόον ὑπόπαχυ κείμενον, minxit affatim subcrassum in matella depositum, vbi quid spissum, cumulatum, aceruatim congestum, repente & vniuersim effusum significat. Et ægr. 4. οὐρεῖ δὲ μετὰ σπασμὸν ἀθρόον πουλὺ post conuulsionem autem vrinam confestim multam reddidit.

Ἄθυμος significat eum qui animo est abiecto & desperato, quique animum despondet, libro 3. Epidem. ægr. 2 post st. pest. Ita ἀθυμίη animi desponsio & abiectio dicitur ac desperatio in Coac. (pag. 118. E.) ἀθυμίαι etiam animi demissiones, remissiones, consternationes, ægritudines ac tristitias, desperationes significant. lib. 5. epidem. (p. 1160. B.) Ibi nanque ἀπαλλαγῆς βίου ἐπιθυμίη coniungitur, cùm quis vita defungi cupit, vt lib. 7. epidem. (pag. 1233. H.) ἀθυμίαι μετὰ σιγῆς abiectiones animi cum silentio, In Coac. (p. 194. G.)

Ἀθώρηκτος exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. ὁ μὴ μεθύων qui non est ebrius. Legitur autem lib. περὶ ἀφόρων (pag. 679. 7.) in conceptus legibus, ὁ δὲ ἀνὴρ ἀθώρηκτος, vir autem minimè sit ebrius, quod iisdem verbis repetitur lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 263. 2.)

¶ Αἰάζειν, θρηνεῖν, apud Hipp. exponit Erot. quod est lamentari, lugere. Quem forte secutus Hesych. αἰάζει, θρηνεῖ, explicat. Eidem αἰάζω, αἰαβοάζω, στενάζω, exclamo, gemo significat, & αἰαζομένη, θρηνοῦσα.

Αἴγειρος κρητικὴ populus nigra Cretica. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 625. 37.) ad fœtum expellendum, αἰγείρου κρητικῆς κόκκους ἐννέα populi nigræ Creticæ grana nouem trita in vino propinat.

Αἰγὶς Hipp. reponitur inter affectus oculi in Coac. (p. 153. B.) & albescentem humorem concretum, aut concretionem albicantem significat, quæ ex caliginoso velut aëre, ac crassiore quodam excremento enata, pupillæ inhærescit, aciei caliginem offundit, eamque obscurat, caloris natiui ac spiritus extinctionem, humorumque oculi perturbationem, & naturalis oculum regentis facultatis imbecillitatem portendens. Prorrhet. autem 2. (p. 102. G.) αἰγίδες inter pupillæ vitia ex oculorum vlceribus recensentur, ac inter ἀχλύας & ποικίλας annumerantur, ibique pro subalbicantibus cicatriculis sumi videntur. Cuius certè vocis explicatio ex Gal. in Exeg. vocum Hipp. depromi debet. Sic enim scribit, αἰγλὶν ἡ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπόλευκος οὐλὴ, καθάπερ ἐν τῷ μείζονι προρρητικῷ, καὶ οἱ λευκανθίζοντες ἐπίπαγοι, ὡς ἐν κωακαῖς προγνώσεσιν. hoc est, αἰγλὶν dicitur in oculis subalbicans cicatrix, velut in maiore Prorrh. & exalbescentes concretiones, velut in Coac. præn. Item περίλαμψις, ἡ ἐν τῷ μέλανι τῷ ὀφθαλμῷ ἐπιλάμπουσα οὐλὴ, διὰ τὸ ἠσυχῇ παχυτέρα εἶναι τῆς αἰγίδος, hoc est, περίλαμψις, cicatrix in oculi nigro resplendens, eo quòd ægide paulò sit crassior. Quibus ex locis huius dictionis significatio vt constat, ita certe manifestissimum mendum in Exeg. in dict. αἰγλὶν esse apparet, cùm nusquam in Prorrh. aut Coa. extet, ac locus ille Prorrh. ex quo περίλαμψις designatur, palam αἰγίδα profiteatur, illicque de cicatricibus ex oculorum vlceribus agatur, vbi etiam vitiosè περίλαμψις scribitur, vt illic scripsimus. Adde quòd nomenclaturæ ratio ex alphabetico elementorum ordine vitium aperit, cum ι post α in ordine sit, ac dispositio secundi elementi post α rationem iam sit prætereuecta, ideoque quidam post ἄγγλιδες in Exeg. reposuerunt. Quod vitium subolfaciens Gorrh. in suis Defin. αἰγλίν non γλίν posuit. Sed non video vbi in Prorrh. aut Coac. huic dictioni locus sit. Ideoque in Exegesi pro αἰγλὶν αἰγὶς suo ordine non dubia fide reponi debet. Αἰγίδες Vatino dicuntur ἀπὸ τῆς ταῖς συστροφαῖς τῶν ἀνέμων ποιῶν κινουμένας, quemadmodum etiam καταιγίδες, quòd suo impetu ventorum turbines faciant. Et τὸ δ' αἰγὶς, ἀπὸ τοῦ αἴσσω, τὸ ὁρμῶ, καὶ αἰγὶς ἡ καταιγὶς, καὶ ἡ ὀξεῖα πνοή, καὶ αἱ ἀποστίλψεις τῶν ὀφθαλμῶν. Ad quam nominis notationem mihi respexisse videntur qui αἰγίδα in Coac. oculorum turbinem ac vertiginem intelligunt, impendente veluti humorum perturbatione ac procella. Caluus illic non inscitè guttam paruam ex rei similitudine dixit, quòd acrius excrementum velut impetu quodam in pupillam irruens, crassissimam concretionem albicantem, aut quasi guttam quandam infigat. Non absimili admodum ratione αἰγίδες in Prorrh. 2. dictæ sunt, subalbicantes cicatrices ex acrioris in oculos pituitæ impetu & affluxu contractæ. Caluus stillas lucidas fulgentes interpretatur, Hesych. & Varin. secutus, qui αἰγίδας ἀποστίλψεις τῶν ὀφθαλμῶν esse dicunt, oculorum coruscationes.

Αἰγύπτιον ἔλαιον scribitur in Exegesi dici apud Hipp. ὅπερ αὐτοὶ καλοῦσι κίκινον. οἱ μὲν γὰρ παλαιοὶ τὸ τῆς κίκι, καὶ κίκινον, quod veteres cicinum vocant. Verùm apud Hipp. αἰγύπτιον sæpe solum legitur, & de oleo aut vnguento Ægyptio sumitur, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 645. 45.) vbi Ægyptium, oleum, significat, vt & λευκὸν simpliciter, & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 574. 39.) vbi τὸ αἰγύπτιον, τὸ αἰγύπτιον μύρον intelligi videtur, etsi vulgata omnia exemplaria ὄξος λευκὸν τὸ αἰγύπτιον iungunt. Sed ὄξος λευκὸν, & τὸ αἰγύπτιον distingui debent, vt τὸ αἰγύπτιον oleum aut vnguentum intelligatur, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 628. 28.) & lib 2. (p. 674. 18.) vbi eadem in re τὸ μύρον αἰγύπτιον ponitur, & τὸ ἔλαιον λευκόν. Αἰγύπτιον ἔλαιον vsurpatur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 565. 33.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 657. 9.) Αἰγύπτιον autem μύρον ibidem scribit Gal. dici τὸ διὰ τῆς αἰγυπτίας ἀκάνθης τοῦ ἄνθους, ὅπερ καὶ μετώπιον ὀνόμασται, vnguentum ex flore spinæ Ægyptiæ, quod & Metopium dictum est. At αἰγύπτιον ἔλαιον λευκὸν, τὸ ἀπὸ τῶν κρίνων σκευαζόμενον, ὅπερ καὶ κρίνινόν τε καὶ σούσινον ἐλαιονώνομασται. h. e. Ægyptium oleum albū dici, quod ex liliis paratur, atq; idem Liliaceum & Susinum oleum nominatum esse. Eo vtitur Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 605. 41.) & lib. 2. (p. 653. 55.) & (p. 657. 9. & λευκὸν simpliciter dicitur lib. 2. (pag. 645. 45.) Αἰγύπτιον μύρον λευκὸν dici scribit Gal. apud Hippoc. ὅπερ καὶ μενδήσιον ὀνόμασται, σκευαζόμενον διά τε κρίνων καὶ ἀρωμάτων, διὰ τοῦτο καὶ μύρον, οὐκ ἔλαιον, προσαγορεύεται. τὸ δ' αὐτὸ καὶ κρινόμυρον καὶ σούσινον μύρον ὀνόμασται. hoc est, Ægyptium, vnguentum album, quod & Mendesium dictum est, ex liliis & aromatibus præparatum, ideoque vnguentum, non oleum, appellatur. Item & liliaceum & Susinum vnguentum nuncupatum est. Eo sæpe vtitur Hipp. in tota γυναικείων πραγματείᾳ, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573. 13.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 628. 29.) & lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 265. 46. vbi ἰνδῆς dicitur. Idem μύρον λευκὸν simpliciter nuncupatur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 597. 39.) Est & αἰγύπτιον μύρον apud Gal. lib. 2. κατὰ τόπ. (p. 182. 50.) quod & Mendesium nominatur à regione in qua paratur, & ab authore Megaleum, Laxato-

Laxatorium & dolores sedans. Eo vtitur Apollon. apud Gal.lib.3. κτ͂ τόπ.(pag.195.29.(ad aures purulentas. Erot. quoque μύρον αἰγύπτιον quibusdam Mendesium dici scribit, quibusdam etiam μελοσέδινον. de quo egit Dioscor. cap.77.lib.1. Idem ἔλαιον αἰγύπτιον vocari Hipp. lib.2. περὶ γυναικ.contra tamen quàm Galeno videatur. Etsi namque μύρον pro oleo sumi notius est quàm vt hoc loco scribi debeat, & aliàs dicetur, certum tamen Hipp. locis à nobis paulò antè indicatis ἔλαιον αἰγύπτιον λευκὸν semper addidisse. Quanquam ἔλαιον αἰγύπτιον λευκὸν lib.2. περὶ γυναικ. (pag. 657.9.) quo in vteri suffitu vtitur, ἀντὶ τοῦ μύρου αἰγυπτίου sumi videtur, cuius suffitum eadem in re vsurpat lib. περὶ γυναικ. φύσ.(p.565.33.)

Αἰγύπτιον λίνον Ægyptium linum aut filum significat, quo spongiam inuoluit Hipp. quo firmior sit & durior in Polypi curatione lib.2.de morb.(p.471.46.)

Αἰγύπτιον σκύτος ἢ δέρμα, aluta Ægyptia aut corium Ægyptium, molle & validum ad parandas spiras lib. de fract. (p.566.39.H.771.F.)

Αἰγύπτιον συντηρεῖν, Vide συντηρεῖν.

Αἴδρεις dicuntur Hipp.ignari,imperiti.In Epist.(p.1285.24.) αἴδρεις ἐόντες ignari & imperiti existentes. Contrà verò (1288.49.) ἴδρεις λόγων γεγενημένοι, qui eloquentiæ cognitionem habent.

Αἰεὶ significare apud Hipp. τὸ ἕως donec; vt & apud antiquos, scribitur in Exeg.

Αἴειν, audire,percipere, intelligere significat Hipp.lib. 3. de morb.(p.483. 37.) ὅπως μὲν τὴν πρώτην οὐκ ἀΐει,hic primùm quidem non audit.Hesych. ἀΐειν exponit,ἀκούειν καὶ ἐπίστασθαι, & αἴοντες, αἰσθανόμενοι.

Αἰθάλη exponitur in Exeg apud Hipp. ὅπερ ἡ λιγνύς,vt sit eadem quæ fuligo. αἰθαλός tamen legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p.534.23.) ἢ αἴθαλον ἀπὸ τοῦ ἰπνοῦ,τρίψασα ὁμοῦ πάντα, & furni fuliginem,omnia simul trita.Est autem αἰθάλη & λιγνύς, fuligo, materiæ flammeæ adustum excrementum, quod in sublime fertur, non fumus (qui est materiæ succensæ excrementum) velut id quod infra decidit & remanet τέφρα & σποδιά dicitur, cinis & fauilla, Gal.lib.3.de Præsag. ex puls. (p.147.5.) αἰθάλη exponitur Hesych. σποδὸς τὸ ἐκ καμίνου μέλαν, & τέφρα, σποδός, cinis, fauilla, & quod camino adhærescit nigrum. αἴθαλος verò ὁ τοῦ πυρὸς ἀποφορά, quod ab igne exhalat, velut fumus aut fuligo. αἴθαλος tamen legitur apud Hipp.& Gal.

Αἰθιοπικὴ ῥίζα radix Æthiopica, pro lasere aut silphio sumitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.584 47.) vbi φύλλον αἰθιοπικῆς ῥίζης, laseris semen intelligitur. Vide φύλλον. Αἰθιοπικὸν apud Hipp. absolutè positum pro cumino sumi scribitur Galeno in Exeg.

Αἰθόλικες dicuntur Erot. αἱ περὶ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος γινόμεναι φλύκταιναι, εἴτε ὑπὸ πυρὸς, ἢ ἄλλης αἰτίας, ἀπὸ τοῦ αἴθειν ὠνομασμέναι, in summa corporis cute exortæ pustulæ, siue ab igne, siue al a ex causa, à verbo αἴθειν dictæ, quod vrere aut incendere significat. Additque aliis dici αἰθόλικας τὰ στρογγυλώματα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος, rotunda in summa corporis cute excitata tubercula. ταῦτα δὲ ὑπὸ θερμῶν μὲν γίνεσθαι, ὑπὸ ψυχρῶν δὲ ἀποκρίνεσθαι, hæc à calida excitari, à frigida verò reprimi. Idem etiam quibusdam αἰθόλικας dici scribit τὰς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἀναζέσεις, αἳ δι' ὅλου εἰσὶν στρογγύλαι, summæ cutis ebullitiones, aut in summa cute excitatas à feruore bullas,quæ ferè in totum rotundæ existunt. Quibus sanè verbis mihi procul omni dubio Hipp. locum lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.426.54.) innuere videtur, vbi legitur, μάλιστα δὲ καὶ ἐρυθρὰ στρογγύλα ἰκελα, θόλικας λέγουσι, καὶ ἐν λουτροῖσι τοῖσι θερμολουτέουσι αἰθαλ..... Quæ significant, rubras quasdam in cute ac veluti rotundas pustulas, θόλικας dictas, quales in calidis lauacris excitatæ oboriuntur, à frigida iuuari. Sed profectò mendosus omninò locus est, vt & ferè integer libellus, ac nemini dubium esse debet, quin οἷα στρογγύλα ἐόντα, αἰθόλικας λέγουσι, legendum sit. Huc namque referri videtur quòd reprehendit Glauciam Erot. quòd scriberet αἰθόλικας εἶναι τὰ ἐν ταῖς θερμολουσίαις ἐπανιστάμενα ἐρυθήματα. Nam pro ἐρυθήματα οἰδήματα dicendum fuisse suspicor. Gal. verò in Exeg. αἰθόλικας legisse videtur, exponitque τὰς ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος συνισταμένους κύκλους, ὁμοίως τοῖς ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ὑπὸ τοῦ αἴθειν ὠνομασμένους, in summa cute circulos quosdam rubentes iis similes qui ab igne excitantur, ἀπὸ τοῦ αἴθειν,ab vrendo dictos. Indeque αἰθολικώδεα τὰ πύπτις ...... dici,etsi αἰθόλικας quidam & αἰθαλικώδεα apud Gal. ἀντὶ τοῦ αἰθόλικας legunt. αἰθόλικας autem magna scriptorum pars habet, & αἰθόλικες dicuntur Etymol. & in Lexico veteri & Varino, αἱ περὶ τὴν ἐπιφάνειαν φλυκτίδες, in summa cute extantes pustulæ. Hesyc. αἴθυγες φλυκταίνας exponit,pro quo αἰθόλικες reponendum videtur, vt Hipp. locum exprimere videatur & Erot. imitari,etsi apud Erot. non satis est explicata huius dictionis notio, & locus admodum obscurus aut planè corruptus esse videtur. Eoque certe magis mirandum subit, Var. ex Hesych. αἴθυγας,ac non potius αἰθόλικας,apposuisse. Cornarius apud Hipp.cum cæteris θόλικας legit vt satis apparet ex eius interpretatione, & eo loco quem lib.1. de peste citatum emendat. αἰθόλικας porro vt dictionem Hipp. agnoscit Erot.in Proœmio.

Αἷμα,sanguis dicitur Hipp.interdum totus humor qui in vasis continetur, in quo tum pituita,tum bilis, tum serum comprehenditur. Atque is tum bonus, tum malus dici potest, & corporis colorem pro modo in melius aut deterius immutat. ὥσπερ dicitur Hipp.aph.26.lib.6. Epid.sect.4. At sanguis propria significatione is est qui secundum exuperantiam sanguis dicitur,& nequaquam malus dici potest.Gal. com.4.in lib.6.Epid.(p.505.25.& Com. in sent.1.lib.2.de humoribus.Interdum etiam αἷμα dicitur Hipp. sanguineus humor qui primus in partus laboribus effluit, & fœtum præcedit,quòd sanguinem colore referat. Est enim sanguineus humor & sanies,scilicet vrina & sudor pueri,sanguine ex ruptis membranarum venis mixto, qui primus effluit. ὕδρωπα αἱματώδεα vocat Hipp.Lib. περὶ φύσ.παιδίου (pag. 239. 8.) ἐν τοῖσιν τόκοισι τὸ αἷμα ταράσσεται τῇ γυναικὶ ἢ θερμαίνεται παιδίου ὑπὸ τῆς κινήσιος τοῦ παιδίου βιαίως ἐούσης. ταράσσειν δὲ πρῶτον μὲν ἔρχεται ἔξω, μετὰ δὲ τὸ παιδίον ἰχὼρ παχὺς αἱματώδης. In partus laboribus mulieri sanguis agitatur & à vehementi pueri motu incalescit. Agitatus autem primus quidem foras prodit, deinde verò post fœtum sanies crassa & cruenta. Αἵματα verò in plurali numero sanguinis effusi copiam indicant apud Hipp.velut in Coac (p.157.F.) τὰ ἀπ' οὔλων αἵματα, sanguis è gingiuis profluens, & (p.222.G.) τὰ ἀπ' οὔλων αἵματα ὑποφαίνοντα, vbi multus sanguis è gingiuis defluens subindicatur. Hæc enim dicuntur de sanguinis fluxu, vbi multus sanguis & continenter fluit, aut paucus & per interualla,aut paucus & continuus. Sic lib. 2.de morb. (p.467.23.) ὑπερπιμπλῶνται αἱ φλέβια τὰ αἵματα τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον dicuntur venæ sanguinis copiam circa cerebrum supereuomentes.

Αἱμάλωψ dicitur Hipp.sanguis ater,crassus,fœculentus & niger, quo chorion in fœtus formatione suffusum est, & quem fœtus in medium vteri & chorij spatium velut inutilem rejicit, eius tenuiore & puriore portione in alimentum attracta. ἰχῶρα παχὺν αἱματώδη, & ὕδρωπα vocare videtur Hipp.lib. περὶ φύσ.παιδίου (pag.239.10. Ibidem (p.236. 45.) καὶ ἀμφὶ τὸν ὑμένα ἔξωθεν αἱμάλωπες, eadémque membrana foris tabo aspersa erat, hoc est circum membranam cruor aspersus erat, & cruenta instar sugillatorum inerant vestigia. Quem locum Galen. lib. aduersus Lycum (pag. 335. 43.) exponens, sanguinis grume similem carnem, mollem & effigie carentem dixit,his verbis,ἀδιάπλαστος σὰρξ μαλακὴ ἐοικυῖα θρόμβῳ αἵματος ὑποδέχεται τὴν πρώτην τοῦ κυήματος ἰδέαν, ἐν αὐτῇ τινὰ ἔχουσα, καθάπερ Ἱπποκράτης εἴρηκεν, οἷον αἱμάλωπας, ἐκ τοῦ σπέρματος οὐσίας, τῆς ἐν αὐτῷ λευκότητος ἐπιχεούσης. Informis enim quædam caro & mollis, sanguinis grumo affinis, primam fœtus formam quandam in se suscipit, cruenta instar sugillatorum habens (αἱμάλωπας Hippocrates nominat) ex ipsa seminis substantia, cùm ei candor adsit. αἱμάλωψ autem dicitur aut αἱματώψ, quòd liuescat sanguis ille & ater sit velut in sugillatis, illique qui contuso oculo affunditur similis, ideoque tabum rectè dicitur. Est enim αἱμάλωψ oculi affectus, cùm ex ictu aut plaga sanguinis in eo fit affusio. Et αἱμάλωπες sunt cruentati oculi & cruenta in eis suffusio apud Gal.lib.4 κτ͂ τόπ.ex Archig. (p. 220. 41.) Sic Erot. αἱμάλωψ dicitur σύγχυσις ἐρυθρὰ ὡς ἐπίπαν ἐκ πληγῆς περὶ τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα γινομένη, cruenta quædam circunscriptio, aut suffusus quidam cruor, vt plurimùm ex plaga circum corneam oculi tunicam contingens, sugillatum dicitur. αἱμάλωψ quoque ex sugillationum est genere & cruenti aspectus suffusionem significat, non solùm in oculis,verumetiam quacunque corporis parte, quali maximè à plaga aut ictu succedit. Qua notione scribitur à Gal. in Exeg. αἰθολικώδεα dici, hoc est circulis rubicundis qui in summa cute ab igne excitantur similia, quæ multi

αἱμάλωπα vocant, cruenti aspectus aut suffusus sanguis dicitur. Est vbi αἱμάλωψ sanguinem totum confusum significat, vt lib. περὶ φύσ. παιδ. (pag. 240. 11.) κοῖλα δὲ ἐόντα ἕλκει ἐς ἑωυτὰ ἀπὸ τῆς σαρκὸς τοῦ αἱμάλωπος τὸ πιότατον, & cauitatem adepta (ossa) ad sese trahunt è carne quod in sanguine est pinguissimum. Medullam autem intelligit ossium nutrimentum ex pinguissima sanguinis parte. Vbi αἱμάλωψ sanguinis massam eúmque in sese confusum haud dubiè denotat, & sanguinis concrementum, quod αἱμαλωπὶς dicitur apud Diosc. cap. 95. lib. 2. etsi αἱμαλὼψ legendum potius existimem, hoc fere expresso loco. Cùm enim περὶ μυελῶν agatur, scribit medullam æstatis exitu colligendam cùm appetit autumnus, ἐν γὰρ τοῖς ἄλλοις καιροῖς αἱμαλὼψ καὶ οἱονεὶ σὰρξ ἐύθρυπτος ἐν τοῖς ὀστέοις εὑρίσκεται, quippe cùm aliis anni temporibus sanguis concretus ac veluti caro friabilis in ossibus reperiatur. αἱμάλωπος πτύσις οὐ θρυγώδης, sanguinis concreti sputio non feculenta dicitur in leui sanguinis reiectatione. Coac (p. 207. C.) Erot. etiam αἱμαλώδης idem quod αἱματώδης indicare scribit.

Αἱματηρὰ δυσεντερεῖν. Vide Δυσεντερεῖν.

Αἱματῖτις κονδύλωσις. Vide Κονδύλωσις. At αἱματίτιδες φλέβες dicuntur venæ sanguinem deferentes aut sanguinariæ, vt ab arteriis distinguantur quæ spiritus conuehunt & φλέβες simpliciter dicuntur. Lib. de morbo sacro (p. 309. 14.) ὁκόταν ὁρμήσῃ ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὰς φλέβας τὰς αἱματίτιδας ἐκ τοῦ σώματος, vbi ad cerebrum ex corpore per venas sanguinarias dictas impetu delata fuerit (bilis.)

Αἱματοφλεβοστάσιες dicuntur sanguinis suo impetu exundantis ac intumescentis suppressiones. Quidam etiam eo nomine plenas ac tumescentes sanguine venas intelligunt, vt scribit Gal. in Exeg. his verbis: αἱματοφλεβοστάσιες, ὥσπερ μὲν οἱ περὶ τὸν Διοσκουρίδην γράφουσι, τὰς ἐπισχέσεις τοῦ ὑπερπιδυῶντος αἵματος ἡγούμενοι δηλοῦσθαι. ἐπὶ δὲ ἀρχῆς φησιν, ἐν τῇσι φλυζούσῃσι αἱμορραγίῃσι σχῆμα ἄριστον. οἱ πλεῖστοι μὲν τοι γράφουσιν αἱματοφλεβοστάσιες, καὶ δηλοῦσθαι νομίζουσιν ἐκ τοῦ ὀνόματος τὰς πλήρεις αἵματος κεκυρτωμένας φλέβας. hoc est, αἱματοφλοιβοστάσιες, sic quidem scribit Dioscorides, & intumescentis sanguinis suppressiones indicari existimat, quòd aliàs scriptum sit, In scaturientibus sanguinis eruptionibus figura inuenienda est. Plærique tamen αἱματοφλεβοστάσιες scribunt, eóque nomine plenas ac sanguine tumescentes & incuruatas venas indicari existimant. Qua explicatione locus lib. 6. Epid. sect. 7. aph. 3. indicatur, vbi αἵματος φλεβῶν στάσις, scribitur omnibus in exemplaribus, eaque sententia supprimendæ hæmorrhagiæ ratio breuibus comprehenditur. Ac si coniecturæ locus est, pro αἱματοφλοιβοστάσιες, αἱματοφλυζοστάσιες aut αἱματοφλοιζοστάσιες legendum censuerim, propter eum locum quem in Exegesi ex lib. 2. Epid. sect. 3. adfert Gal. vbi φλυζούσῃσι αἱμορραγίῃσι legendum scripsimus, etsi φλεξεούσῃσι vulgata lectio tolerari potest, quæ dictio plenas ac refertas venas significat. At tunc αἱματοφλοιοστάσιες legi posset quòd φλοίω γέμω significet turgeo & plenus sum. Ac forte etiam αἱματοφλιβαζοστάσιες aut αἱματοφλευοστάσιες scribi potest, à verbo φλιβάζω aut φλεύω, quod scaturio significat. Quæ dictio tam variæ scripturæ occasionem dedit.

Αἱμημέκειν legitur apud Hipp. lib. 5. Epid. (1153 B.) Sed dictionem corruptam esse apparet, & pro ἡμημέκειν positam per Atticam reduplicationem, ab ἐμέω. pro ἠμέκειν. Potest videri etiam composita dictio αἱμεμέω. Nam pro αἱμημέκειν, quæ est Aldini codicis & manuscriptorum exemplarium lectio, codex Germanicus αἷμα ἤμεσεν legit, hoc est sanguinem vomitione reiecit. Quod certe vitiatæ scripturæ suspicionem non leuem iniicit.

Αἱμοκέρχνα Gal. in Exeg. apud Hippocr. dici scribit ἐπὶ αἵματος ἐκχύσει κέρχνον ἐμποιοῦντα. τοῦτο δὲ ἐστὶ ψόφος τις ὑπότραχυς ἐρεθίζοντα καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, hoc est, in sanguinis effusione κέρχνον, id est stridulum quendam faucium sonum, qualis est stertentium, mouentia. Est autem is morsus quidam subasper asperam arteriam irritans. Erot. autem αἱμοκέρχνα legit & explicat τὰ μετὰ τοῦ δίαιμα εἶναι καὶ κατάξηρα. κέρχνον γὰρ ἔλεγον οἱ ἀττικοὶ τὸ ξηρὸν, quæ præterquam quòd sanguine perfusa, etiam sicca sunt. κέρχνον enim Atticis siccum dicitur. Αἱμοκέρχνα etiam agnoscit Hesych. & ἠχοῦντα exponit sonum facientia, aut resonantia. Varin. αἱμόκερχνα αἱμοστάγματα exponit, sanguinis stillas, additque κέρχνειν γὰρ λέγεται ἐπὶ αἵματος ἐκχύσει παρὰ τῷ Ἱπποκράτει, hoc est κέρχνειν poni apud Hippocr. de sanguinis missione aut effusione. Quod certe vt ingenuè fatear nondum mihi compertum est.

Αἱμορραγία simpliciter sanguinis profluuium significat apud Hipp. quacunque ex parte effundatur, præsertim tamen copiosum & liberale. In Coac. (p. 142. D.) αἱμορραγήσαντες ἰσχυρῶς dicuntur quibus sanguis largiùs effluit, de quibus αἱμορραγέειν effert Hippocr. aph. 27. lib. 4. ibíque αἱμορραγίαν simpliciter dicit Gal. cùm sanguis largo impetu erumpit ac effunditur. Lib. 6. Epid. aph. 9. sect. 9. ὅτι ἐξ αἱμορραγιῶν ἐξυδρωποῦνται, quòd multi ex immodico sanguinis profluuio aqua inter cutem corripiuntur, est animaduertendum. Vbi αἱμορραγίαι copiosum quauis ex parte sanguinis profluuium significant. Sic αἱμορραγία, αἵματος λάβρος ἔκχυσις copiosa sanguinis effusio dicitur auth. Definit. Medic. (p. 402. 43.) Et Gal. in Exeg. dictionem ἀπὸ τοῦ ῥαγῆναι deductam scribit quod ἀθρόως ὁρμᾶν cum impetu aut confertim ferri significat. αἱμορραγίαν Celsus apud Hippocr. ex prorrh. 2. (p. Hipp. 111. C.) sanguinem aliqua parte prorumpere vertit cap. 7. lib. 2. Αἱμορραγίας etiam nomine sæpissimè apud Hipp. sanguinis è naribus profluuium indicatur. Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 352. 6.) αἱμορραγίαν ὁ Ἱπποκράτης καλεῖ αἰεὶ τοῦ προσθεῖναι τὸ μέρος ἐξ οὗ κινεῖται τὸ αἷμα, τὰς ἐκ τῶν μυκτήρων ἀποπληρώσεις. hoc est Hæmorrhagiam aut sanguinis eruptionem vocat Hipp. non addito partis vnde euacuetur nomine, eam quæ ex naribus fit. Sic. αἱμορραγία in Prorrh. (p. 212. Hippocr. 78. & 213. Hipp. 79. multis in locis) sanguinis eruptionem significat, præcipue tamen eam quæ per nares fit. Vbi etiam scribit Gal. τὸ αἱμορραγέειν ἐμφαίνεται πολλάκις οὐχ ἅπαξ αἷμα ῥυῆναι ἐκ τῆς ῥινὸς ἀξιοῦν ἀκούειν. hoc est, αἱμορραγέειν & sanguinem profundere apparet sæpius ac non semel de sanguinis ex naribus fluxu debere intelligi. Lib. 6. Epid. sect. 3. aph. 18. αἱμορραγέουσι simpliciter dicitur de his qui sanguinem ex naribus profundunt. Vbi scribit Gal. μεμνῆσθαι δ' ὑμᾶς οἴομαι τὰς μὲν ἐξ ἄλλων μορίων γινομένας αἱμορραγίας μετὰ τῆς τοῦ τόπου προσηγορίας λεγομένας ἀεὶ, τὰς δ' ἐκ τῆς ῥινὸς ἐνίοτε καὶ χωρὶς τοῦ μέρους. Vos autem memoria tenere arbitror, sanguinis profluuia quæ aliis ex partibus contingunt, cum loci appellatione semper efferri, quæ verò ex naribus fiunt, interdum citra partis mentionem. Quæ sæpius αἱμορραγία, ἡ ἐκ τῆς ῥινὸς αἵματος ῥύσις dicitur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 67. 30. Hipp. 391. 8.) Αἱμορραγίαι τεταρταῖαι quæ quarto die contingunt, multis rescriptis damnantur Hipp. Lib. 2. Epid. (pag. 1027. E.) αἱ τεταρταῖαι αἱμορραγίαι δύσκριτοι. Sanguinis è naribus eruptiones quæ quarto die contingunt, difficilem habent iudicationem. Et lib. περὶ κρισίων (p. 35. 25.) αἱμορραγίαι τεταρταῖαι οὐ λύουσι. sang. eruptiones quarto die contingentes nullam faciunt solutionem. αἱμορραγίαι τεταρταῖαι κωματώδεις, sang. eruptiones quarto die contingentes soporem inducunt, Prorrh. (p. 211. 32. Hipp. 78. F.) & Coac. (pag. 205. C.) ἡ ἀπὸ τῆς τετράδος αἵματος ῥύσις γίνεται, χρόνια σημαίνει, Sanguis ex naribus quarto die erumpens, morbi longitudinem prædicit. Αἱμορραγίας autem signa & indicia describuntur in Prorrhetic. (pag. 215. 53.)

Αἱμορροΐς sanguinis profluuium ex venis quæ sunt in ano interdum significat, interdum verò venam in ano sanguine crasso & melancholico distentam, eumque vi naturæ effundentem, vt scribit Gal. lib. de atra bile (p. 359. 45.) Sic αἱμορροΐδες dicuntur constanti ætati familiares aphorism. 30. lib. 3. hoc est sanguinis per ora venarum quæ in ano sunt, profluuium, quod fit ex atra bile, quando ad venas quæ in sede sunt abundantius decumbit. Αἱμορροΐδας Celsus ora venarum tanquam ex capitulis quibusdam surgentia, quæ sæpe sanguinem fundunt, interpretatur, cap. 18. lib. 6. interdum ora venarum fundentia sanguinem, vt cap. 20. lib. 5. & cap. 30. lib. 7. & ora venarum sanguinem fundere solita cap. 7. lib. 2. ex aph. 12. lib 6. & cap. 8. lib. 2. per ora venarum subitam sanguinis profusionem ex aph. 21. lib. 6. semper venas quæ in ano sunt intelligens. Etsi αἱμορροΐδες nonnunquam sanguinem quacunque parte profluentem apud Hipp. significant, Prorrh. 2. (pag. 109. C.) ἢ αἱμορροΐδας ἴσχουσιν, aut per ora venarum sanguinem fundere sunt soliti. Quem locum Celsus exprimens, sanguinem aliqua parte prorumpentem dixit, cap. 8. lib. 2. Et Coac. (p. 188. D.) αἱμορροΐδα τούτοισιν ἐλπὶς ἐπιφανῆναι, sanguinis profluuium per ora venarum sanguinem fundere solita, apparere posse spes est. Quibus in locis tam sanguis per nares quàm per sedem profluens intelligi potest. fit autem αἱμορροῒς non vna quidem ex causa, verùm interdum natura ipsa melancholi-

cholicum expurgante humorem; interdum etiam & copiam excernente, quemadmodum sanguinem per nares effundentibus contingit, nonnunquam etiam vena sanguinis in ipsam decumbentis impetu reclusa, idque sine consilio moliente naturâ: ideóque efficitur vt effusus sanguis interdum niger non sit. Quinetiam naturâ atri sanguinis euacuandi causa venam aperiente, nonnunquam accidit euacuato malo bonum subsequi, nisi prius vas occludatur, sed diutius apertum remaneat. Gal. Com. 5. in lib.6.Epid. (p.515.36.)

Αἱμόῤῥους φλέβας vocat Hip. venas magnas & insignes, quæ sectæ sanguinis profluuium magna copia effundunt. Quod exiguis venis non contingit, quibus sectis sanguis parua copia effunditur, celeriterq; concrescit. Gal. Com. 2. in lib. de fract. (p.546.54.H.759.H.) αἱμοῤῥόων πελιώσιες venarum sanguinem fundentium liuores, quas φλέβας αἱμοῤῥοΐας vocat lib. de art. (p.661.21.H. 540.G.) Sic lib. περὶ αἱμοῤῥοΐδ. (p.893.G.) κοίλας φλέβας καὶ αἱμόῤῥους simul iungit, venas cauas & sanguinem effundentes intelligens, quæque non facili negotio comprimantur. Lib. περὶ παθῶν (p. 524. 12. 16.) αἱμόῤῥοος φλὲψ vena insignis & magna dicitur. Lib. verò 1. de morb. (p. 447. 10. & p. 450. 2.) φλέβα αἱμόῤῥοον magnam aliquam venam sanguinem fundentem aut arteriam intelligit. At lib. περὶ ἑστίων φύσ. (p. 275. 10.) αἱμόῤῥους φλὲψ dicitur vena & crassa & sanguiflua, de vena caua, vt & ibid. (p. 277. 37.) ἐπωμιαίη αἱμόῤῥους humeralis sanguiflua aut insignis nuncupatur, quòd sanguinem copiosè effundat si rumpatur aut conuellatur.

Αἱμωδία est dentium stupor aut torpor ex acidis acerbisve cibis; aliquando etiam ex visione aut auditione procedens, cùm videlicet ea à quibus animus ac corpus pariter abhorret videmus aut audimus, velut cùm ictus aut ruinas, aut præcipitia contuemur, ac limarum aut ferrarum attritus exaudimus. Quod testatur Hip. lib. περὶ χυμῶν (p. 49. 30.) μύλας μὲν τριφθέντας περὶ ἑωυτὰς ὀδόντες ἡμωδήκασι, molarum quidem in se affrictu, dentes stupescunt. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 534. 31.) ex pituitæ acidæ vomitione dentes obtupescere scribit. καὶ ἐμέει λάπην ὀξεῖαν, καὶ τὸ ἔμεσμα ἢν ἐκχέῃς χαμαὶ, ζέει τὴν γῆν ὥσπερ ὄξος ἐπιχέοντι, καὶ τοὺς ὀδόντας αἱμωδιᾷ, & vomit pituitam acidam, sique quod vomitione est redditum in terram effundas, eam veluti acetum infusum radit, & dentes stupescunt. Quæ phrasis repetitur lib. 2. περὶ νούσων (p.480. 49.) καὶ ἐμέει λάπην, καὶ ὀξὺ ἐξ ἴσης, καὶ τοὺς ὀδόντας αἱμωδιᾷ. & lib. eodem, (p. 486. 54.) καὶ τοὺς ὀδόντας αἱμωδιᾷ, καὶ τὸ ἔμεσμα τὴν γῆν αἴρει. Hoc est, vomit pituitam ac velut acetum, & dentes obtupescunt. Item, & dentes obstupescunt, & quod vomitione est effusum terram attollit. Ibidem quoque (p.467. 4.) καὶ τοὺς ὀδόντας ναρκᾷ, καὶ αἱμωδίην ἔχει, dentes torpescunt & stupore detinentur. Sic lib. 2. Pror. (p. 108. E.) αἱμωδία, dentium stupor ac torpor in vteri fluxionibus ex frigidioris aut acerbioris humoris sensu adscribitur. αἱμωδιᾶν Hesych. τὸ τοὺς ὀδόντας ναρκᾶν ἀπὸ ὁράσεως ἢ ἀκούσματος, dentes torpore affici ex aliqua re vel visa vel audita. Sunt qui αἱμωδιᾶν simpliciter τοὺς ὀδόντας ὀδυνᾶσθαι ex Suda exponunt, & αἱμωδίαν omnem dentium dolorem intelligunt.

Αἰνιάτης exponitur Gal. in Exeg. ὁ ἀπὸ Αἴνου τῆς ἐν Θρᾴκῃ πόλεως. τὸν δὲ αὐτὸν καὶ αἰνιοτικὸν ἔστιν ὅτε καλεῖ, qui est ex Æno Thraciæ ciuitate. Eundem verò interdum Aenioticum vocat, vbi quidam vitiosè αἰ ιοτικὸν legunt. Subindicari autem videtur locus lib. 5. Epid. (p.1135.E.) vbi scribitur nostris in exēplaribus, ὁ Ἐνιήτης ἐν Δήλῳ ἀκοντίῳ πληγεὶς ὄπισθεν τὸ ἀριστερὸν κατὰ τὸ ἀριστερὸν μέρος. In Delo Aeniates quidam retro in latus sinistrum iaculo percussus. Qui locus repetitur lib. 7. Epid. vbi vitiosè γενιήτης scribitur (p.1218 B.)

Αἰνῶς grauiter, valde, admodum significat, & poëticum est ac apud Hom. frequens. Vsurpatur etiam Hip. 4 Epid. (p.1122. G.) αἰνῶς ὁ ὀφθαλμὸς ὀδυνώμενος graui dolore affectus oculus, aut ἰλλαίνεται αἰνῶς, admodum distortus est. αἰνῶς, δεινῶς καὶ χαλεπῶς, καὶ λίαν ἢ μάλιστα, Hesych. exponitur.

Αἰολᾶσθαι τὸ ἀλλάξεσθαι καὶ πλανᾶσθαι exponit apud Hip. Gal. in Exeg. errare, vagari, vacillare. Ex lib. 2. περὶ γυναικ. (p.664. 7.) καὶ αἰολᾶται τῇ γνώμῃ, & mente vagatur aut vacillat. Erot. tamen αἰολᾶ legisse videtur quod πλανᾶται exponit. Sudas αἰόλλει non solùm ποικίλλει & στρέφει, verumetiam ταράττει explicat, vt & Hesych. qui & κινεῖ addit, hoc est, variat, vertit, errat, mouet. Idem αἰολίζειν, ποικίλλειν, & αἰόλα, ποικίλα, ταχέα.

Αἰόνησις exponitur Erot. apud Hip. καταίτλησις perfusio, aditque Bacch. πρόσκλυσιν dicere, hoc est inundationem, prolutionem aut fotum. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 424. 7.) αὐτὸ τὸ δέρμα ἑλκοῦται, θερμῷ αἰονήσει. cutis ipsa in superficie exulceratur calidæ perfusione aut fotu. Ac nescio an eum locum subindicare videatur Erot.

Αἶπος locum arduum, difficilem, excelsum, altum significat. Lib. 7. Epid. (p. 1238. B.) πρὸς αἶπος εἴ ποτε ἴοι, si quãdo ad locum accessu difficilem aut arduum contenderet, de empyico loquens Lib. 2. de morb. (p. 479. 16.) καὶ ὅταν ὁδοιπορήσῃ ἢ δράμῃ, ἄλλως τε καὶ πρὸς αἶπος, ἆσθμά μιν καὶ ἀσθενείη λαμβάνει, cúmque præcipuè per locum arduum iter fecerit aut cucurrerit, anhelosus & imbecillis euadit. Ibidem (v. 42.) ἐξ ἠοῦς δὲ πρὸς αἶπος ὁδοιπορέειν νῆστιν, mane verò ieiunus ad arduum locum iter faciat. Ibidem (p. 485. 49.) ὁδοιπορέων δὲ ἀσθενέει, μάλιστα δὲ ἢν πρὸς αἶπος ἴῃ, iter faciens imbecilla est, præsertim verò vbi ad arduum aut accliuem locum contendit. Et lib. περὶ παθῶν (p. 556. 54.) καὶ ἢν πρὸς αἶπος βαδίζῃ, si ad accliuem locum iter faciat. Vbi tamen πρὸ ἵπος vitiosè scribitur. Quibus in locis, omnibus in exemplaribus πρὸς ἶπος vitiosè legitur. Idem autem πρὸς αἶπος significat, quod scribitur (pag 481. 52.) ἢν δὲ πρὸς ὄρθιον χωρίον ἴῃ, vbi ad accliuem locum contenderit, id enim illorum verborum esse explicatio quædam. αἶπος Hesych. exponitur ὑψηλὸς τόπος, ἢ ὑλώδης, κάματος. locus arduus, altus, syluis consitus, labor. Sunt qui cacumen & verticem montis exponant. αἰπὺ Ὄλυμπον sæpe effert Hom. & αἰπὺν ὄλεθρον grauem mortem χαλεπόν, (Il. ζ. v. 57) & Στυγὸς ὕδατος αἰπὰ ῥέεθρα, Strygis alta fluenta, ὑψηλὰ ἐξ ὧν χαλεπά.

Αἴρεται ἐπαίρεται exponit Erot. quod est eleuatur; attollitur. Verùm αἰωρέεται leg. apud Erot. existimo, cuius exemplum antea in αἰώρη adscripsimus. Nam etsi istius dictionis multa sunt exempla apud Hip. tam vulgatam tamen significationem ab eo tam temere adscriptam minimè reor.

Αἰσθανόμενοι dicuntur qui sensuum beneficio fruuntur; bene sentiunt, ac eas actiones, quæ κατὰ προαίρεσιν fiunt, integris sensibus obeunt, mente constant & ratione valent; ac bene intelligunt. In prorrh. (p. 179. 34. H. 69. G.) τούτοις ἀφώνους μὲν, αἰσθανομένους δὲ συμβαίνει γίνεσθαι, hos quidem vox deficere solet, absque sensuum tamen læsione. Vbi scribit id additum Gal. quòd quibusdam cum ἀφωνίᾳ sensationis ac motionis oblæsio contingat affecto cerebro. In Coac. (p. 149. F.) τούτοις ἀφώνους αἰσθανομένους συμβαίνει πνίγεσθαι, hi voce defecti absque sensuum tamen læsione præfocari solent. Vbi tamen ex prorrh. lectionem restituimus. τὰ αἰσθητὰ dicuntur Gal. Com. 1. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον (p. 664. 45.) propriè quidem, quæ nulla alia facultate indigent vt discernantur, sed sub sensum cadunt eóque solo comprehenduntur. Impropriè autem sensilia dicuntur, quæ pluribus sensibus, ac memoria simul ac ratione (συνθέτῳ καὶ κεφαλαιώδει λόγῳ vocat) comprehenduntur.

Ἀΐσσειν est irruere, impetu ferri, prorumpere, poëtis frequentissimum, quod & vsurpatur Hip. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 605. 21.) ὀδύναι ἀΐσσουσι περὶ τὰς ἰξύας, dolores ad lumbos irrumpunt, ingruunt. Est & ἀΐσσεσθαι, prosilire, exilire, cum impetu ferri, irrumpere, percelli. Lib. 1. περὶ γυναικ. [p. 606. 51.] γνώμη ἀΐσσεται, mens percellitur, exilit, erumpit cum impetu. Vbi tamen exemplaria quædam vitiosè αἴξεται legunt. Erot. ἀΐσσειν ὁρμᾶν exponit, vt & Hesych. ἀΐσσουσιν, ὁρμῶσιν, irruunt, impetu feruntur. & ἀΐσσω, ὁρμῶ. Inde quoque deducta sunt ἐπαΐσσειν, ὑπαΐσσειν & διαΐσσειν, de quib. suo loco.

Αἰσχρομυθεῖν turpia & obscœna loqui significat apud Hip. estq; valde delirantium indicium. Lib. 4. Epid. [p. 1125. D.] αἰσχρομυθεῖν ἰσχυρῶς ἢ τοιοῦτος ἐών, valde obscœna loquebatur ab iis natura abhorrens. Et lib. 3. Epid. ægr. 11. post st. pest. παρέλεγεν, αἰσχρομύθει. delirabat, obscœna loquebatur. Eamque dictionem ex lib. Epid. agnoscit Gal. Com. 1. in Prorrh. [p. 178. 37.] & explicat his verbis. ἐὰν οὖν ταῦτα σεμνῶς λέγοντες, ὀλίγον ὕστερον αἰσχρῶν καὶ ἀσελγῶν πραγμάτων μνημονεύσωσιν, ὅπερ ἐν ταῖς ἐπιδημίαις αἰσχρομυθεῖν ἐκάλεσεν, ἡ μετάπτωσις οὐκ ἐκ φαύλων εἰς ἐπιεικῆ, ἀλλὰ ἐκ μοχθηρῶν εἰς μοχθηρὰ γίνεται. hoc est, Hæc igitur castè & honestè proferentes, si paulò post obscœnas res & impias commemorarint, quod in Epidemiis αἰσχρομυθεῖν vocat, ea transmutatio non ex vitiosis ad moderata, sed ex prauis ad praua fieri existimatur. Αἰσχροποιεῖν τὰς τέχνας eadem ratione dicitur Hip. initio lib. περὶ τέχνης, artes turpiter dehonestando incessere, artes vituperare.

Αἰτίη ἰσχυρὴ dicitur Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac [p. 93. 56.

H.397.3.) causa fortis interna, eamq; προφάσει iungit, quæ est causa euidens externa ἢν ὑγιαίνοντι τινὶ ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος, ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς, si sano absque euidenti causa externa, aut forti alia causa istud contigerit. Vbi Gal. αἰτίαν ἰσχυρὰν exponit, οἷα τοῖς ἐκπληττομένοις διὰ φόβον, ἢ λύπην μεγίστην γίνεται, qualia vel timore, vel maximo animi mœrore perculsis contingunt. Αἴτιον verò quid dici debeat, satis apertè indicat Hipp. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.16.8.) δεῖ δὲ δήπου ταῦτα αἴτια ἑκάστου ἡγεῖσθαι, ὧν παρεόντων μὲν, τοιόνδε τρόπον ἀνάγκη γίνεσθαι, μεταβαλλόντων δὲ ἐς ἄλλην κρῆσιν, παύεσθαι. Ea verò cuiusque rei causa existimanda sunt, quæ cùm adsunt, rem huiusmodi esse cogunt: iis verò in aliud temperamentum immutatis, eam desinere necesse est.

Αἰὼν ὁ βίος exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. vita, ætas aut æuum. Est autem id omne spatium quo hominis vitam & durationem metimur, vitam humanam à primo ortu ad interitum vsq; circumscribens. Frequens est dictio Hipp. extremo lib. περὶ σαρκῶν, (quod tamen libelli περὶ αἰῶνος principium quidam faciunt) (p.253.55.) ὁ αἰὼν τοῦ ἀνθρώπου ἑπταήμερος, hominis vita septem dierum numero circumscribitur, & (254.18.) δῆλον δὲ ὅτι ἑπταήμερος ὁ αἰὼν, constat autem quòd septem dierum numero hominis vita circumscribitur. Lib.2 de fract. (p.546.19. H 759. F.) καὶ τοι ἢν σφακελίσῃ τὸν αἰῶνα πάντα ἰηθῆναι ἂν ἀπορῆσαι τὸ νόσημα. Quòd si syderatum fuerit, morbus toto æuo perdurare potest. Vbi scribit Gal. σαφηνέστερον νῦν εἴρηκεν τὸν ὅλον βίον τοῦ ἀνθρώπου. Manifestam nunc dici totam hominis vitam. αἰὼν exponitur Hesych. ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, & ὁ τῆς ζωῆς χρόνος hominum vita, & vitæ tempus. Αἰὼν autem exponitur Erot. ὁ νωτιαῖος μυελὸς spinalis medulla, adductis duobus Hipp. locis. Quorum alter lib 7 Epid. legitur (p.1240.D.) ὁ τὸν αἰῶνα φθινώδης ἑβδομαῖος ἀπέθανεν, quidam spinalis medullæ tabe vexatus septimo die obiit. Etsi apud Erot. ex lib. περὶ βελῶν καὶ τραυμάτων indicatura apponitur, nisi ista ad alterum Hipp. exemplum referri debeant Atque etiam istam huius dictionis significationem agnoscit Hesych. eodem expresso loco. τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων τὸν νωτιαῖον μυελὸν ἀποδιδόασιν ὡς Ἱπποκράτης, τὸν αἰῶνα τις νοσήσας ἑβδομαῖος ἀπέθανεν. τινὲς δὲ καὶ ὅλον τὸν μυελὸν ὁ χρόνου νοεῖται καὶ ὁ ἐν παντὶ τῷ σώματι μυελός. Quibus verbis significatur à quibusdam recentioribus hac dictione spinalem medullam indicatam, vt & tractu temporis omnem corporis medullam fuisse expressam. Est etiam αἰὼν Varino ὁ νωτιαῖος μυελός.

Αἰώρα, gestatio, exercitationis genus dicitur Medicis multiplex vt describitur Aëtio cap.6. lib 3. tetrab. 1. Sunt etiam αἰῶραι pensiles quædam gestationes ab Atheniensibus introductæ, qui molles sib. suspendere sessiones & gestationes bacchanalibus solebant, quas æoras appellabant. Oscilla appellari velut suspendicula censet Galliæ nostræ lumen Turnebus cùm illud Maronis explicat, Oscilla ex alta suspenduut mollia quercu, cap.23. lib.20. Aduers. ἀπαιωρεῖσθαι & αἰωρεῖσθαι dicitur attolli, dependere, suspendi, lib. de fract. (p.551.56. H.762.2.H.) ὅκως ἥκιστα ἀπαιωρηθήσεται ὁ πούς, vt pes quàm minimum dependeat, de pede collocando agitur. Celsus excitari dixit de parte quæ reliquo corpore sublimior collocatur, cap.27. lib.7. Ἀπαιωρέεται apud Hipp. Erot. ἀποκρέμαται exponit, & videtur locum lib. de fract. subindicare (pag 559 5. H.766. D.) Vbi tamen legitur, ἢν μὲν γὰρ ἀπαιώρηται ὁ πούς. Etenim si pes excitetur, aut dependeat. Aut eum qui legitur eodem lib. (p.538.52. H.758.H.) ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν ἡ χεὶρ ἀπαιωρέηται, hinc & inde manus dependeat. Vbi ἀπαιωρέεται videtur leg. Erot. Αἰωρέειν etiam suspendere & attollere significat, vt lib.1. περὶ γυναικ. (p.617.35.) καὶ αἰωρέειν ἐπὶ κλίνης φερομένην, & in lecto gestatam suspendere aut attollere.

¶ Ἀκαθαρσίη vitiosorum humorum illuuiem significat, & purgationis defectum. Lib.3. de morb. (p.488.12.) ἀκαθαρσίην σημαίνει, vitiosorum humorum purgationem non factam indicat. Et rursus (p.488.23.) ὁκόταν ὁ ἐγκέφαλος πλησθῇ πολλῆς ἀκαθαρσίης, cùm cerebrum multa vitiosorum humorum illuuie oppletum fuerit. lib. de fract. (p.568.15. H.772.G.) τῶν τραυμάτων ἀκαθαρσίην, dicit vulnerum sordes & impuritatem. καὶ ὅσα ἐς φλεγμονὴν καὶ ἀκαθαρσίην ὁρμᾷ & quæ ad inflammationem ac impuritatem feruntur.

Ἄκαιρον dicitur quod est inopportunum, intempestiuum, & matura tempestiuitate priuatum, vt ἀκαίρως ὑφιστάμενον dicitur lib.1. Epid. quam ὠμὸν καὶ ἄπεπτον explicat Gal. intempestiuum sedimentum, crudum & incoctum, quod in vrinis crassis, aut nullo modo subsidentibus, aut parum subsidentibus inest. Com.1. in lib. 1. Epid. (p.355.23 H 940. G.) ἀκαιρότεραι διαχωρήματα Lib.3. Epid. ægr.8. importuniores & intempestiuiores deiectiones, quæ nullum modum seruant, suntque immodicæ, & ἄκαιρα διαχωρήματα ægr.11 eiusdem libri. Lib. quoque 1. Epid. (p.357.40 H.942.G.) οὐ λίην δ' ἀκαίρως τὰ περὶ ψύξιας γίνεσθαι dicuntur frigora quæ non valde intempestiuè, aut præter temporis constitutionem, aut vrbis consuetudinem obuenirent. ἀκαίρως enim idem quod οὐ κατὰ καιρὸν significat, cùm χειμῶνες οὐ κατὰ καιρὸν dixit Hipp. μεγάλους πρὸ τοῦ δέοντος magna & præmatura frigora exponit Gal. Com.2. in lib 1. Epid. (pag.357. 23. H.942.F.) Ibidem quoque διψώδεες οὐ λίην ἀκαίρως non admodum intempestiuè siticulosi in febribus dicuntur, ex succorum redundantium qualitate, (p.364.6. H.946.F.) Quæ phrasis etiam repetitur lib.3. Epid. in st. pest. (pag. 427.52. H. 1086.C.) Lib.6. Epid. aph.28. sect.3 ἀκαίρως ἰητρευθέντες αἱμορροΐδας quibus intempestiuè curatæ sunt hæmorrhoides dicuntur, hoc est (vt scribit Gal.) quibus neque sanguinis detractione, neque medicamentorum vacuatione aut exercitatione consultum est, aut quibus ne vna quidem, relicta, sed omnes in vniuersum sublatæ aut constrictæ. Ἀκαίρους πόνους exponit Gal. Com.4 in lib. de rat. vict in morb. ac. (p.115.7. H.405.49.) οὓς ἡ παροῦσα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον διάθεσις τοῦ σώματος, οὐ δύναται φέρειν, labores intempestiuos, quos eo tempore præsens corporis status ferre nequit. Lib.3. Epid. in st. pest. (p.428.54. H.1089.E.) ἱδρῶτες ἄκαιροι, πολλοὶ ψυχροὶ διὰ τέλεος, sudores intempestiui, multi, continenter frigidi.

Ἀκαλήφη exponitur Gal. in Exeg. ὅπερ ἐστὶ κνίδη, quæ & vrtica, etsi quidam ἀκαλύφη scribunt.

Ἀκάματος exponitur Erot. apud Hipp. ἀκοπίαστος hoc est lassitudinis & defatigationis expers, lassitudinem non sentiens. Sed mendum ex ea interpretatione subesse satis apparet, & pro ἀκάματος ἀκάματος esse legendum, vt subindicetur locus lib. de fract. (p.530.52. H. 732.E.) ἄπονος μὲν ὁδοιπορέοντι, ἄπονος δὲ κατακειμένῳ καὶ ἀκάματος. ita vt ne deambulanti quidem dolorem vllum, aut decumbenti laborem ac defatigationem adferat. De manu mitella suspensa agitur.

Ἀκατάστατοι πυρετοὶ febres inconstantes dicuntur Hipp. quæ nil firmi & certi, neque in periodis, neque in vrinis, neque in febrium forma retinent, verùm in iis plurimùm variant. Gal. Com.4 in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.101. 21. H. 399.48.) ἀκαταστάτους πυρετοὺς εἴρηκεν ἐφ' ὧν μηδὲν ἐστὶ καθεστηκός, ὅπερ σημαίνει τὸ βέβαιον. ἔστι δὲ βέβαια τὰ ἐν ταῖς περιόδοις φαινόμενα, καὶ τοῖς οὔροις, ἔτι δὲ καὶ ταῖς ἀπηκριβωμέναις ἰδέαις τῶν πυρετῶν. αἱ μὲν οὖν περίοδοι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ φαίνονται ταῖς πρώταις ἡμέραις· τὰ δὲ ἐπιγίνεται ἄλλοτε ἄλλα, καὶ πολλάκις τρὶς καὶ τετράκις ὑπὲρ, διὰ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς συμβαίνει, καὶ ἀνόμοια φαίνεται τὰ οὖρα πρὸς ἄλληλα. τὴν τοίνυν ἰδέαν τοῦ τοιούτου πυρετοῦ ἀκατάστατον εἶναί φησιν, ὅπερ, ταυτὸ ἐστὶ σημαίνειν, τὸ μὴ διαφυλάττειν τὴν ἰδέαν μίαν ἀκριβῶς. Hoc est, inconstantes febres dixit in quibus nihil constans est, quod firmum aut certum significat. Sunt autem firma & certa, quæ in circuitibus & vrinis, quinetiam quæ in exactis febrium speciebus apparent. At periodi circa initia primis diebus non apparent. Alia verò aliàs superueniunt, ac sæpe noctu & interdiu ter quaterque meiere contingit, dissimilésque inter se vrinæ apparent. Huiusmodi igitur febris formam inconstantem esse ait, quod perinde significat, ac si non exactè formam vnam seruare diceret. Non absimili ratione φρίκη ἀκατάστατος dicitur in Coac. (p.214, G.) horror inconstans, qui præstitutam sibi formam & legitimam non seruat, sed ab ea aberrat & typum mutat, vt si à tertianæ circuitu in quartanam transitus fiat. Lib.3 Epid. in st. pest. (p.428.20. H.1089.B.) inter febrium genera ἀκατάστατοι πυρετοὶ numerantur. At ἀκατάστατα οὖρα dicuntur vrinæ inconstantes, instabiles, turbulentæ & confusæ, non subsidentes aut subsistentes, quales sunt perturbatæ, quæ magnam humorum & spiritu m conturbationem plurimamque crudi succi cum flatibus à calore præter naturam agitationem indicant. In Prorrhet. (p 179.33. H 69.G.) & Coac. (p.149 F.) τὰ οὖρα ἀκατάστατα, διαιωρεύμενα, vrinas significant turbulentas & cum sublimamentis confusis, in quibus quod per vrinam fertur crassum est, omninò perturbatum & confusum, nec vllam firmam aut stabilem sedem seruat, sed plurimùm à calore & flatibus agitatum, totam vrinam conturbat. Quod his verbis

exponit

exponit Gal.Com.1.in Prorrh. (p.179.48.) τὸ δὲ ἀκατάστατον αὐτοῦ μετὰ τοῦ φαίνεσθαί τινα παχύτερα τῆς ὅλης οὐσίας τῶν οὔρων ἐναιωρούμενα, ταραχὴν ἐνδείκνυται κατὰ τὰς φλέβας ὑπάρχειν, ἅμα θερμασίᾳ τινὶ παρὰ φύσιν, ἐκ οὐκ ὀλίγου πνεύματος ἠθροισμένου ταύτῃ. Vrinæ verò instabilitas cum eo vt crassiora quædam per totam vrinæ substãtiam in sublime ferri videãtur, in venis perturbationem vnà cum calore præter naturam inesse indicant, congesto non pauco flatuoso spiritu. Rursusq; paulò post, τῶν δὲ ἀκαταστάτων οὔρων ἐν τοῖς ἐναιωρήμασι, πρῶτον μὲν ἐν ταῖς φλεψὶν ἀπέπτων χυμῶν ταραχὴν ἐνδεικνυμένων, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ τῇ τῆς παραφροσύνης γενέσει συντελούντων. Vrinarum quidem in sublimamentis instabilitate, primũ certe crudorũ in venis humorũ agitationem indicante, ex consecutione verò & ad delipientiæ ortum conferente. Ergo τὰ ἀκατάστατα οὖρα ἐναιωρούμενα accipi videntur, quæ aliàs in Epid.Hipp. μὴ καθιστάμενα vocat, & ὃ ἐναιώρημα μετέωρον οὐχ ἵδρυτο sæpe scribitur. At ἀκατάστατοι καιροὶ dicuntur illegitima tempora & inconstantia, immoderata, neq; præstitutã à natura temperiem aut statum retinentia, vt & ἀκατάστατοι νόσοι, instabiles morbi, inquieti, illegitimi. Aph.8 lib.3.& li.2.Epid.(p.997.E.) & ἀκατάστατοι ὧραι li. περὶ χυμῶν (p.50 40.)

Ἀκέεσθαι sanare, mederi significat apud Hip vt lib.de fract. (p. 534.13.H.753 D.) τὰ δὲ ὑπόξηρα ἀκέεσθαι, extremæ verò partes in angustum tenuatæ curandæ. Ἄκεσις, curatio, medela, ἐν παραγγελίαις, (p.25.41.) ἄκεσις χρόνῳ, medela tempore contingit. Et (p.27.16.) ἀκέσιες ἀναμάρτητοι, medelæ inculpatæ. Quem locum subindicans Erot. ἀκέσιας τὰς ἰάσεις exponit medelas, καὶ ἀκεστὰ τὰ ἰάσιμα, sanabilia, medicabilia. Gal.etiã in Exeg. ἀκεστὰ, τὰ ἰατὰ, καὶ γὰρ ἄκη τὰ ἰάματα, curabilia, & ἄκη medicamenta & remedia. Qua dictione sæpe vtitur Hipp. lib.de art.vt (p.637.52 & 56.H. 825. A.) & ἄκος dicitur ὕπνος δίψης ἐπιπλαίης leuis sitis somnus remedium. Vbi ἄκος ἴαμα explicat Gal.lib.6.Epid. sect. 4.Aph.21. Lib quoque περὶ παθῶν (p. 527.47.) λιμοῦ καὶ δίψης ἄκος, famis & sitis remediũ. Ἀκέσιν, ἰάμασιν apud Hipp.exponit Erot.ac procul omni dubio locum ἐν παραγγελίαις denotat (p 28. 47.) μικρὴ αἰτίη ἀκέσιν λύσεω, parua causa remediis exoluit, etsi passim ἄκεσιν legitur, quod induxit quosdã vt locum istum aliter ac Erot. sumerent, nempe paruam causam curationem impedire aut soluere. Ἀκέσιν etiam vsurpat Hipp.lib. de rat.vict.in morb.ac.(p.38.32.)H.383.39) ἀλλ᾽ ἔτι καὶ ὀλίγοισι τὸν ἀριθμὸν τούτων ἀκέσιν ἐχρέοντο, sed quod paucis numero remediis vsi sunt. Atq; ibi Gal. ἀκέσιν ἰάμασιν exponit, medelis. Est ἀκέεσθαι & ἀκεῖσθαι id quod θεραπεύεσθαι, mederi, sanare. Vt apud Hom. Il.χ.v.2. ἀκέοντό τε δίψαν, sitim sanabant, hoc est sedabãt aut restinguebãt. Vbi Schol. annotat ἀκεῖσθαι κυρίως dici τὸ ἄχος ἰᾶσθαι καὶ τὸ ὅπως δήποτε θεραπεύειν, ὅθεν φρύγες ἀκεστὴν τὸν ἰατρὸν, καὶ αἰθιόπες ἀκεστορά φασι. Ἀκεῖσθαι ἰᾶσθαι exponit Hesych. & ἀκέοντο, ἐθεραπεύοντο, ἰῶντο, vt & ἀκέσασθαι θεραπεῦσαι, ἰάσασθαι, & ἀκέσματα, ἰάματα. Idẽ cùm ἀκέσι θεραπεύσι explicat, mihi conceptis verbis locũ Hip.lib. de Loc.in homine subindicare videtur (p 412.33.) καὶ ἀκέσιν αὐτοῦ (διατρήσιες) σφίσιν ἑωυταῖς, ipsaq; (foramina) sibi ipsis medentur. Dicitur & ἀκεσοὶς medicatrix & quæ medetur. Hip.lib. περὶ φυσῶν (p.295. 48.) πᾶσι γὰρ πυρετοῖσιν αὕτη κοινὴ ἐναργὴς ἀκεσοίς, his enim omnibus medicina manifestam affert medelam, aut manifestò medetur. Et ἀκεστρὶς per syncopen lib. περὶ σαρκῶν (p. 254. 50.) medicatrix aut quæ parturientibus præest, obstetrix, εἰ δέ τις βούλεται ἐς τοῦτο ἐλέγξαι, ῥήϊδιον πρὸς τὰς ἀκεστρίδας οὗ παρέασι τῇσι τικτούσῃς ἐλθὼν πυθέσθω. Quod facilè quis deprehẽdat, si medicatrices quæ parientibus præsunt, hoc est obstetrices, cõsulat & interroget. Ἀκεστρίας Atticos τὰς ῥαφίδας vocare annotat Erot.(si modò integra est lectio) παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι ἐς ὑγιὲς τὰ ἱμάτια, hoc est, acus quòd vestimenta sanent, hoc est integritati restituant & sarciant.

Ἀκήρατος, ἀδιάφθορος exponitur Gal.in Exeg. incorruptus. integer, syncerus, purus. Quibus verbis locus lib. περὶ παθῶν (p.528. 53.) exprimitur, vbi ἰκμὰς ἀκήρατος humor incorruptus, syncerus ac purus accipitur, ex fortioribus cibariis corporis accedẽs. Ἀκήρατος idem quod ἀκήρασιος aut ἀκήριος significat, hoc est fato non obnoxius & immortalis. Et ἀκηρασία Hesych. ἀφθαρσία corruptionis expers natura exponitur. Citatur ex Arist. ἀκήρατον στοιχεῖον καὶ θεῖον elementum corruptionis expers & diuinum. ἀκήρατα apud Plat.in Timæo M.Tullius lib.de vniuersitate incorrupta vertit. ἀκήρατα δ᾽ ἐκεῖνα κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως, nisi quòd non ita incorrupta, vt ea quæ semper iisdem.

Ἀκηρίδες dicuntur Gal.Com.3. εἰς τὸ κατ᾽ ἰητρεῖον (p 692.17.) eæ compositiones quæ cera carent, etsi ἀγκηρίδες vitiosè habẽt exẽplaria publicata. Alij etiã ἐγκηρίδας legũt. Est ἄκηρος Galeni compositio & emplastrũ fistulas fungens, & callosas exiccãs & contrahẽs, extremo li.4. κατὰ γένη. Eã describit Paulus c.17.li.7.verùm ἀκήρατον, forte pro ἄκηρον, vocat.

Ἀκηδίη legitur apud Hipp.lib.de Loc.in homine (p.424.18.) vbi de pessis agitur, ἔπειτα προσθὲς καὶ θερμαίνειν ἐν ἀκηδίῃ ἄλλῳ τινὶ ἕως ἂν καταθάκῃ, deinde apponito & panniculo intecto, aut alia re quapiam cõsimili calfacito donec colliquescat. Vbi etiam ἀκηδίῃ legunt meliora exemplaria. Sed sanè mihi suspectus admodũ locus est, & pro ἀκηδίῃ, ἐν ῥάκει δήσας ἢ ἄλλῳ τινὶ legendum videtur, vt sit, & panniculo illigata, aut alia quadã re cõsimili, calefacito & apponito. In tota enim γυναικείων θεραπείᾳ, ἐν ῥάκει ἐνειλέων illigata medicamenta ad vteros apponũtur, & hic ἀκηδίας vox nil habet cõmercij. Est enim ἀκηδία Hesych. αἰσχύνη, ὄβρις, ἀμέλεια & ἀλυπία, significatq; securitatẽ, neglectũ, mœroris vacuitatẽ, & contra grauem mœrorem, aut mœroris abundantiam πολυκηδίας. Nisi quis hoc loco pro vili aut neglecto panniculo positum existimet, insolente admodum phrasi.

Ἀκηδίη etiam legitur lib. περὶ διαίτης (pag. 272. 39. ἄμφω δὲ ἐν ἀκηδίῃ κατατρύχει τὴν φύσιν, amboq; magna molestia naturam frangunt & eneruant. Vbi ἀκηδίη magnum tædium ac molestiam significat, aut iugem noxiam & offensionem.

Ἀκιδνὸς infirmus, imbecillis, debilis dicitur, dictio Hom. familiaris & Hip.vt li.1. περὶ γυναικ. (p. 596. 54.) ἐπειδὰν ἀκιδναὶ αἱ μῆτραι ἔωσι ἀτροφίῃ ὑπὸ πάθεος γίνονται, cùm debiles vteri ab aliquo affectu macilẽti fiũt. Vbi tamẽ ἀτροφοι quędã exẽplaria leg. vitiosè tamẽ vt apparet. Idem lib. περὶ φυσ. παιδίου [p. 246. 13. ῥαγέντος δὲ ἤδη ἑνός, ἐς οἱ ἄλλοι ἀκιδνότεροι δύναμιν ἔχουσι. Iã verò rupta vna mẽbrana, reliquæ fiũt imbecilliores. ἐν παραγγελίαις quoq; (p.27.42.) ἀκιδνὸς γὰρ ἂν φανείη, imbecillis enim videbitur, & impotens, hoc est, animi impotentiã prodet. Ἀκιδνὸν, ἀσθενές, ἀτελὴς exponit Hesych. debile & vile. Idẽ ἀκιδνότερον, ἀσθενέστερον, ταλαιπωρότερον, ἀθλιώτερον, infirmius, ærumnosius, miserius.

Ἄκικυς infirmum, imbecillum ac debilem significat, eumq; cui κῖκυς non inest, quam exponit Hesych. ἰσχὺν περὶ τὴν κίνησιν robur ad motionem. Eidem ἄκικυς exponitur ἀσθενὴς, ἀδύνατος, κατὰ στέρησιν ἤτοι τῆς κινήσεως ἢ τῆς κίκυος, ἥτις περὶ τὴν κίνησιν λέγεται ἰσχύουσα, qui motione, aut viribus ad motionem priuatur. Sudæ etiam ἄκικυς dicitur, ὁ μὴ ὀξὺς, καὶ ἐστερημένος δυνάμεως vitium alacritate priuatus. Vtitur hac dictione Hip. lib 4.de morb. (p.504.5.) εἰ δὲ μὴ κινηθείη (ἡ ἰκμὰς) ἄκικυς τε ἦν sin minus, & euacuatus (humor) debilis esset. Sed ἄκηκυς vitiosè legunt exemplaria quædam tum manu scripta tum Asulanum. ἄκικυς ἀσθενὴς, ἀνίσχυρος, Vatin.etiam exponitur.

Ἀκὶς apud Hippocr. οὕτως ὀνομάζεται τὸ σίδηρον τοῦ βέλους, sic appellatur sagittæ ferrum aut cuspis, Gal.in Exeg. Ea dictione vtitur Hipp.5.Epid.(p 1153.E.) οὐ γὰρ ἀκὶς ἐξῄρέθη, neque enim sagittæ ferrum eductum fuit, aut spiculum. Et (F.) τὴν δὲ ἀκίδα ἐδοκοῦντες ἡμεῖς Inuenta autem cuspide. Et rursus ὑπονοεῖτο δὲ ἐς τὸ μέσον τῶν νεύρων κεκρύφθαι κατὰ τὴν ἀκίδα. In ea autem eramus suspicione cuspidem inter medios neruos latuisse. Ibid.quoque (H.) ἐδύ δὲ ἡ ἀκὶς ἱκανῶς. cuspis verò abunde subiit, altè descendit, aut demersa fuit. Ἀκὶς Hesyc.exponitur inter alia significata, ἡ βέλος σιδηροῦν, ἢ τὸ σιδήρειον τοῦ βέλους. aut sagitta acuta, aut sagittæ acies & ferrũ. Eidem ἀκίδες τὰ σιδήρεια τοῦ βέλους dicuntur, sagittæ aciei. Verùm ἄκις vitiosè pro ἀκὶς apud Hesych. legitur. ἀκίδα τρίγωνον vocat lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 554. 44.) acum triangularem qua puncturam in genu facit cucurbitula affixa.

Ἀκμὴ dicitur Hippocr. quod in quaque re summum est & incrementum aut valentissimum. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 13.38.) ἑκάστου δὲ πάντων τῶν ἐόντων ἰσχυρότατον ἡ ἀκμὴ, fortissimum id ipsum quod in re quaque viget ac summũ est. Id vigor dicitur, vt inter dulcia dulcissimum, inter amara valde amarũ, & quod inter ea quæ sui sunt generis principatũ obtinet. Gal.Lib.de tempor.morb.(p.379.57.) ἀκμὴν ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων τὸ ἔσχατον τοῦ μεγέθους εἶναι νοοῦμεν. ἀκμὴ & vigor in singulis rebus intelligitur esse summa & extrema magnitudo. Ibidem quoque (p.381.50.) ὥσπερ γὰρ ἐς τὴν ἐπὶ τὸ μέγιστον μεγέθους στάσιν ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν ἡμῶν τῶν ἀπτομένων, αὐτὸ τὸ τῶν καμνόντων, ἀκμὴν αὐτὴν χρὴ καὶ τὴν ἡλικιῶν ἀκμὴ, τὸ πλειστότατον ἐστὶ, καὶ φαίνεται καὶ, τοῦτο τῷ ὀνόματι, καθάπερ καὶ τοὺς διαγνώσει ὁ Ἱπποκράτης χρώμενος. Nõ secus ac in maxima magnitudine statũ, quoad nobis aut ægris ipsis tangentibus percipi potest, vigorem appelles licet, sic certe & ætatum vigor extremũ

est ac supremum. Videturque Hippocrates hac dictione vt & verbo διαλιπεῖν (quod intermittere significat) vsus. Quibus verbis indicatur Hippocrati ἀκμὴν dici in morbis vigorem & statum, tempus quo morbus ad maximam magnitudinem accedit, summamque habet vehementiam, idque ex translatione ex ætatis vigore, quasi morbus iam adultus dicatur in quo plenus est morbi impetus, vt παρακμὴ, morbus consenescens & inclinans. Sic Com. ad aph. 7. lib. 1. ἀκμὴ δέ ἐστιν ἄλλο οὐδὲ dicitur, ἢ τὸ μέγιστον τοῦ νοσήματος ὡς ἐν συμπτώμασι, nil aliud quàm morbi summum inter symptomata. Eaque dictione vt aliàs sæpe vtitur Hipp. aph. 9. & 10. lib. 1. & 30. lib. 2. vt & ἀκμάζειν morbus dicitur aph. 8. lib. 1. & 29. lib. 2. qui summè intenditur ac viget, αὐθεῖν vocat Hipp. lib. 2. Epid. (p. 998. B.) quod est in flore esse, non secus ac ætatis flos, vigor, ac iuuentutis robur, ἀκμὴ dicitur apud Græcos. Est & ἀκμὴ τῶν γυμνασίων summa exercitationis intensio ac vigor, vt ἀγῶνος ἀκμὴ certaminis intensio, Gal. lib. 2. salub. (p. 244. 11.) οὐ μὴν αὐτίκα γε ἀπολύειν λουσάμενον, ἀλλὰ τῆς ἀκμῆς τῶν γυμνασίων ἐπισχεῖν, καὶ σχολαίως καλύσαι. Nec tamen protinus ad lotionem ducendus est, sed summam exercitationis contensionem (Græci ἀκμὴν vocant) remittere sistereque iubebitur. Ex eadem etiam translatione ἡ νόσος μαλακωτέρη τῶν ἐσχάτων morbus extremis mollior dicitur aph. 7. lib. 1. qui ex summa morbi intensione remittit. Ἀκμὴ τάδε exponitur Erot. apud Hipp. ἡ τῶν τὸ μέγεθος δηλούντων σημείων παρουσία, cùm signa morbi magnitudinem indicantia adsunt. Ἀκμαὶ etiam dici τοὺς ἰόνθους & varos, quòd κατὰ χρόνον τῆς ἀκμῆς, florentis ætatis tempore, in facie exoriantur, scribit Cassius probl. 33. pro quo ἄκναι apud Aëtium tetrab. 2. li. 4. cap. 13. Gorrh. & Interpres leg. suspecta sanè scriptura. Ἄκναι autem dici adscribit Gorrh. quòd non pruriant neque ægrum ad sese scabendum stimulent.

Ἀκόλαστον τὸ τρόπον, intemperanter admodum, incontinenter, lasciuè, libidinosè, petulanter, proteruè, immoderanter, immodestè, perditè significat. Lib. 4. Epid. (p. 1123. D.) παρεκρούσατο ὀγδόῃ οἶμαι ἤδη τρόπον τὸ ἀκόλαστον, delirauit octauo, ni fallor, die admodum intemperanter, lasciuè. De adolescente qui inter delirandum valde obscœna loquebatur. Pro quo ἀκολαστότατον legisse videtur Erot. & ἀναιδέστατον exponit, hoc est, impudentissimè, quia huic αἰσχρομυθεῖν ἰσχυρῶς adscripserit Hipp. quod est fœdissima & obscœna admodum loqui.

Ἀκόνη pila aut mortarium quibusdam dicitur ex Polluce. Ἀκόνην τὴν θυείαν exponit Gal. in Exeg. pilam aut mortarium, apud Hipp. ex his quæ adiuncta sunt lib. περὶ διαίτης ὀξέων, additque Theophr. lib. 8. de nat. stirpium eodem modo vsurpare. Locus est apud Hipp. in extremo lib. de rat. vict. in morb. ac. [p. 117. 19. H. 407. 20.] ἐπ' ἀκόνης τρίβων, in pila aut mortario terens. Lib. verò περὶ ὄψιος [689. 9.] ἀκόνη cotem significat. ἄνθος χαλκοῦ βώλιον πρὸς ἀκόνην τρίψας, floris æris glebulam ad cotem terito.

Ἄκοπον dicitur Hipp. aph. 48. lib. 2. id quod fatigationem, aut lassitudinem, aut dolorem tollit. ἡ διαναπαύσις εὐθὺς ἀκοπον, quies statim lassitudinem tollit. Vbi scribit Gal. siue membra iam doleant ex multitudine motionum, siue adeo sint fatigata, vt vix iam aliquid agere possint, quietem lassitudinem tollere. Ex quibus constat ἄκοπα dicta fuisse veteribus quæ dolores aut lassitudines ex laboribus tollerent. Quod etiam fusius scribit Gal. lib. 7. de comp. med. κατὰ γένη cap. 9. κόπους dici Græcis affectus ex multo vehementique motu toti corpori vel eius partibus quæ laborarunt, obuenientes, lassitudines dicunt. Quas quæ leuant medicamenta aut tollunt, ἄκοπα vocari. Postea verò in vsu fuisse medicis, etsi non ad lassitudines tantùm ab ipsis essent composita, sed vel ad dolorem diuturnum in alto corpore latentem, vel motum difficilem, vel partis duritiem, vel tensionem, vel tumorem scirrhosum, appellare similiter acopa id genus omnia, modò humidam consistentiam acopis similem habeant, quæ liquidis ceratis quibus in luxatis & fractis vtimur, est affinis. Adeò vt acoporum appellatio quondam sanè medicamentorum facultatem, postea verò consistentiam significarit, eorumque postea nominatæ differentiæ, non medicamentorum vires, sed consistentiæ formam indicent. Horum multæ describuntur species eodem lib. 7. compos. med. κατὰ γένη. Lib. etiam 4. salub. τὸ τῆς ἐλάτης, ex abiete, & τὸ διὰ τῆς αἰγείρου τῶν ἀνθῶν, ex populi nigræ floribus, acopa describuntur, quæ vim concoquendi & in halitum digerendi habeant. Eadem quoque acopa διαφορητικὰ esse scribit Gal. lib. 6. salub. Acoporum appellationem Latini retinent, vt Celsus cap. 24. lib. 5. & Scrib. Lar. comp. 156. & 161. Plin. lassitudines soluentia aut leuantia dicit.

Ἀκορίη σιτίων insatiabilis edendi auiditas, ciborum desiderium insolebile, cùm quis cibis citra satietatem vescitur. lib. 6. Epid sect. 4. aph. 20.

Ἄκος Gal. in Exeg. apud Hipp. πεπληρωμένη exponit. Sonat autem inuita, & pro repleta sumitur. At vereor vt parum integra sit lectio, neq; hoc sensu (vt ingenuè fatear) apud Hipp. me legere memini, nisi quòd lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 600. 53.) legitur, οἷσι οὐ χρὴ ἀκουσίας... τὰς γυναῖκας, ὅτι διαφθείρουσιν ἄκουσαι. Quare minus mirum videri debet mulieribus, si quæ prægnantes sunt & grauidæ fœtus suos corrumpant. Vt ἀκούσας & πεπληρωμένας apud Gal. leg. videatur, quo grauidatæ prægnantes & impletæ significantur, vt etiam exposuit Cord.

Ἀκούσια δάκρυα vide δάκρυα ἀκούσια.

Ἀκραλέα idem Gal. in Exeg. ἄκρα exponit, extrema, summa. Pro quo quidam ἀκραλέα scribunt. Sed ἀκραλέα scribit Varin. Quidam etiam ἀκρελέα pro ἀκρεάλεα sumendum existimant, vt sint excarnia, carnis expertia.

Ἀκρασίη aut ἀκρατίη intemperantiã & incontinentiam Hipp. significat & incontinentem aut intemperantem vitam. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 109. 6. H. 403. 26.) ἢ δι' ἀκρασίην, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὰν αἰτίην ἐμπυοῦ γίγνονται, vel ob incontinentiam, aut aliam validam quandam ob caussam suppurati fiunt. Vbi ἀκρασίην explicat Gal. quæ incontinentes aut intemperantes facit ex multa redundantia, cruditate, crapula, Venere, vigiliis, atque aliis id genus. Sic lib. περὶ χυμῶν (p. 49. 22.) ψυχῆς ἀκρασίη ποτῶν καὶ βρωμάτων, animi intemperantia circa cibum ac potum, somnum ac vigilias dicitur.

Ἀκρασίαι etiam in plurali eadem significatione sumuntur apud Hipp. & victus intemperantiam ac luxuriem denotant, lib. 4. Epid. (p. 1133. 1.) Et lib. 2. Epid. (p. 1031. C.) καὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ αἱ ἀκρασίαι, καὶ τὰ ἐμφυσήματα ἐπιδιδοῦσιν αὐξησιν. Quin & victus intemperantia & flatus incrementum capiti addunt. Nisi quis illic ἀκρασίαι immoderationes accipiat. In Coac. etiam (p. 128. A.) αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀκρασίαι, in febribus victus intemperantia, vbi ἀκρασίαι quædam legi exemplaria, & nos ex manuscriptis membranis ἀκρασίαι legimus. Ἀκρασίη quoque & ἀκρατίη impotentiam denotat ac debilitatem, incontinentiam aut δυσκινησίας & quandam ad motum difficultatem, ex facultatis motricis imbecillitate, ideoque e cum stupore iungitur in Coac. (p. 144. E.) καὶ ναρκώδη τινὰ καὶ ἀκρασίην παρέχει, corporem ac impotentiam ad motum adfert. Sic lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν [p. 550. 47.] ἀκρασίην ἔχει τὸ σῶμα πολλὴν, corpus impotentia multa tenetur. & rursus [p. 553. 10.] ἀκρασίη τῶν σκελέων καὶ τῶν χειρῶν, crurum ac manuum impotentia. Qua notione etiam ἀκρασίη & ἀκρατίη ponitur Hipp. ἀντὶ τῆς ἀκρατείας, in Coac. [p. 176. D.] ὑποχονδρίου ἄλγημα μετ' ἀκρασίης καὶ ναρκώδεος γινόμενον, præcordiorum dolor cum impotentia ac torpore obueniens, & lib. 4. Epid. [p. 1123. A.] ἀκρασίη, impotentia, incontinentia, membrorum imbecillitas. Lib. quoque 6. Epid. sect. 7. aph. 1. ἀκρασίαι παραλυτικαὶ partium imbecillitates & impotentiæ ex resolutione obortæ. & lib. 2. περὶ νούσων [p. 463. 51.] ἀκρασίη τοῦ σώματος corporis ad motionem impotentia ac debilitas. lib. 1. περὶ γυναικ. [pag. 641. 20.] ἀκρασίη γουνάτων genuum impotentia. Qua in re ἀκρατὴς itidem dicitur in Coac. [p. 145. E.] καὶ ὅλως δὲ τις ἀκρατὴς τρομώδης, totius corporis impotentia quædam tremula & ad motum imbecillitas, [pro quo in Prorrh. ἀκράτεια τρομώδης scribitur] Et li. 4. Epid. [p. 1123. A.] ἀκρατίη τραχήλου καὶ τῶν ἄλλων ceruicis ac reliquorum membrorum imbecillitas & impotentia. etsi publicata exemplaria passim vitiosa sunt & κρατία legunt.

Ἀκράτεια impotentiam quandam & motionis inefficacitatem significat. In Prorrh. [p. 215. 51. H. 80. H.] ἀκράτεια τοῦ σώματος τρομώδης, totius corporis impotentia cum tremore, plenitudinis indicium, vbi adest magna humorum copia, & ab ea corpus totum ita grauatur, vt ad quæuis obeunda munia sit impotens, nec nisi tremulum aliquid aggrediatur. Ἀκράτεια νεύρων, neruorum incontinentia & imbecillitas, eorum substantia à calore dissoluta, aph. 16. lib. 5. & lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος [p. 425. 19.] Sic ἐκ τραύματος ἀκρατίες τοῦ σώματος dicuntur in Coac. (p. 193. F.) quæ corporis impotentia ad mouendum laborant, & quibus ex

vulnere neruorum genus affectum, motionum inefficacem actionem facit. Et lib. de art. (pag. 488. 21. 816. B.) σκελέων τι καὶ χειρῶν ἀκρατέες, quibus crurum ac manuum sunt inefficaces motiones. ἀκρατέες σκελέων lib. 6. Epid. aph. 11. sect. 4. qui crurum impotentia conflictabantur, Prorrh. 2. (pag. 419. 19. Hipp. 100. H.) ἀκρατὴς τῶν σκελέων, cui crura ad motionem sunt impotentia & inutilia. ἀκρατὴς χεὶρ, manus impotens, imbellis, inutilis, quæ moueri nequit, exoluta, in morbi comitialis depulsione, Prorrh. 2. (pag. 94. D.) χεὶρ λεπτὴ καὶ ἀκρατὴς, manus extenuatur & impotens redditur. Extenuationem enim & exolutionem significat membrorum, quæ sæpe accidit ex morbi comitialis depositis aliquam in partem reliquiis. ἀκρατὴς τὰ ἐπὶ δεξιὰ, dextra corporis parte ad motionem impotens, lib. 4. Epid. (pag. 1122. G.) Et lib. 2. de morb.) pag. 463. 27.) ἀκρατὴς ἑωυτοῦ, sui impotens, & qui moueri nequit. Ibidem (vers. 32.) παραπληκτος γίνεται καὶ ἀκρατὴς, resoluto corpore & ad motionem impotens. Quæ offensio cerebrum attingit, & neruorum qui ab eo in partes deducuntur originem. Nam vt scribit Gal. lib. 2. de sympt. caus. (pag. 223. 2.) εἰ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἡ βλάβη συμπίπτοι, πάντων παραχρῆμα τῶν μορίων ἀκρατέες καὶ ἀναίσθητοι γίνονται, noxia affecto cerebro, confestim corporis partes mouendi potentia & sensu priuantur. ἀκρατέα τινὰ τῶν μορίων τοῦ σώματος, quædam corporis partes ad motionem impotentes dicuntur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 606. 20.) & lib. περὶ ἱερῆς νόσου (pag. 306. 41.) ἀκρατέα ἐκεῖνα καθ' ἃ τι αἷμα διεφθαρῇ, ad motionem impotentes partes iuxta quas sanguis corruptus fuerit. Eodem lib. (pag. 304. 32.) ἀκρατὲς μέρος pars quæ moueri nequit dicitur, & (pag. 305. 42.) αἱ δὲ χεῖρες ἀκρατέες γίνονται καὶ σπῶνται, manus verò ad motionem impotentes redduntur ac conuelluntur, hoc est, moueri nequeunt, aere ac spiritu per membra non permeante, sed à pituita excluso. Ἀκρατὴς γλῶσσα, lingua incontinens, infirma debilis, ita vt articulatam vocem formare nequeat dicitur Hipp. aph. 40. lib. 7. Gal. ἀκρατέα μὲν ὀνομάζει γλῶσσαν, ἤτοι τὴν ἀσθενῆ ὡς μὴ διαρθροῦν ἀκριβῶς τὴν φωνὴν ἢ τὴν ἀκίνητόν τε καὶ παραλελυμένην παντάπασιν. Incontinentem quidem linguam vocat, quæ ita inconstans est & infirma, vt articulatam exactè vocem efficere nequeat, aut immobilem & omninò resolutam. ἀκρατὴς γλῶσσα explicatur Varino apud Hipp. ἀδιάρθρωτος ὑπὸ ἀσθενείας, quæ moueri nequit, aut articulatam vocem efformare. Qua etiam notione φωνῆς ἀκρατέες dicuntur lib. 1. de morbis (pag. 447. 24.) qui vocem efformare nequeunt, aut efferre, quasi vocis impotentes. Vbi tamen Cornarius γλώσσης ἀκρατέες leg. videtur. Quæ omnia satis indicant ἀκρατείας & ἀκρατέα, de motricis facultatis impotentia dici Hipp. At lib. 6. Epid. aph. 44. sect. 8. ἀκρατὴς æger incontinens & intemperans dicitur, quique sibi temperare aut modum adhibere non potest. ἐν τίσιν ἀκρατὴς φοβερός. Videndum in quibusnam incontinenti metum incutere oporteat. In Coac. 137. C.) χολώδεες κοιλίαι καὶ ἀκρατέες in lethargicis dicuntur alui impotentes & exolutæ, & quæ biliosa aut liquida effundunt. Atque eadem ratione ἀκρατὴς dicitur qui stomachi vitio laborat, & cibos continere nequit, præcipuéque vbi cum nausea coniungitur, vt lib. 5. Epid. (pag. 1159. F.) καὶ ἀκρατὴς ἦν καὶ ἀσώδης & incontinens ac nauseabundus erat. (Quod repetitur lib. 7. Epid. (pag. 1228. E.) In eámque notionem accipi testatur quod sequitur, οὐδὲν δὲ κατέχειν ἐδύνατο, οὔτε ἐκ τῶν ποτῶν οὔτε ἐκ τῶν σιτίων, neque verò quicquam cibi aut potus continere poterat.

Ἄκρητον, semper tamen ἄκρητον Hipp. dicitur in superuacaneorum genere aut humorum euacuatione, quod est syncerum, impermixtum, & nullum alium permixtum humorem habens. Quod perpetuis decretis ab Hipp. in secretionis genere damnatur. In sputorum quidem ratione τὸ ἄκρητον his verbis damnat Hipp. in Progn. (pag 144. 11. Hipp. 41. 20.) τὸ τε γὰρ ξανθὸν ἄκρητον ἐὸν, κινδυνῶδες, sputum namque flauum impermixtum, periculum subesse testatur. Et paulò pòst (vers. 50. 22.) εἰ δὲ εἴη οὕτως ἄκρητον ὥστε καὶ μέλαν φαίνεσθαι, δεινότερόν ἐστι τοῦτο ἐκείνου, quòd si adeò syncerum est vt nigrum videatur, id omni alio deterius est. Eadem ratione flauum vehementer esse sputo permixtum vult ibidem Hipp. (pag. 143. 53. Hipp. 41. 13.) ξυμμεμιγμένον τι φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ. εἰ γὰρ πολλῷ ὕστερον μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης ἀναπτύοιτο ξανθὸν ἐὸν, ἢ πυῤῥὸν, ἢ πολλὴν βῆχα παρέχον, καὶ μὴ ἰσχυρῶς ξυμμεμιγμένον, κάκιον γίνεται. Sputo autem flauum vehementer permixtum esse oportet. Etenim si multò post circa doloris initium quod expuitur, aut flauum, aut rufum, & cum multa tussi, neque admodum commixtum fuerit, peius habetur. Vt enim ἄκρητον condemnaret, ξυμμεμιγμένον ἰσχυρῶς sputum esse voluit. Sic enim iungendum esse scribit Gal. com. in Progn. & lib. 1. de Crisi cap. 5. Eademque in Coac repetuntur (pag. 179. C.) In vomitionis autem genere quod est sincerum his verbis infamat Hipp. in Prog. (p. 142. 41. Hipp 41. 4.) ἔμετος ὠφελιμώτατος ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος ὡς μάλιστα, perquam vtilis est vomitus qui pituitam & bilem quàm maximè permixtam habet. His enim verbis ἄκρητον damnat cum permixtos inter se humores non sinceros apparere vult, & τῷ ἀκρήτῳ τὸ ξυμμεμιγμένον opponit, vt scribit Gal. τὸ γὰρ μὴ συμμεμιγμένον, ἄκρατόν ἐστι, Scilicet id sincerum dicitur quod minimè est permixtum (vt idem scribit com. 2. in Progn.) (pag. 144. 13. Hipp. 41. 20.) Rursusque ibidem οἱ γὰρ ἀκρητέστεροι, κακίονές εἰσι. Sinceriores enim vomitus deteriores habentur. Quæ facilè iisdem verbis repetuntur in Coac.) pag. 208. A.) In Prorrhet. (pag. 190. 10. Hipp. 72. A.) ἔμετοι ἄκρητοι, ἀσώδεα, πονηρὰ, vomitiones sinceræ & cum angore perniciem iudicant. Et in Coac. (pag. 208. A. Hipp.) οἱ ἄκρητοι ἔμετοι κακόν. vomitus sinceri, malò sunt. Item libro 2. Epid. (pag. 1010. F.) αἱ ἐς ἀκρητέστερα τὰ ἐμετὰ, σῆψιν σημαίνουσι. In vomitibus extremis quæ sinceriora reiecta sunt, putredinem indicant. At deiectiones sinceræ passim Hipp. damnantur, & ἄκρητα διαχωρήματα vocantur in Prorrh. Coac. & Epid. & ἀκρήτως ὑποχωρεῖν aph. 6. & 23. lib. 7. vbi scribit Gal. ἀκρήτους δὲ ὑποχωρήσεις εἴρηκε τὰς ἀμίκτους ὑδατώδει ὑγρότητος, αὐτὸ τὸ κενούμενον χυμὸν μόνον διαχωροῦντος, εἴτε πικρόχολος, εἴτε μελαγχολικὸς, εἴτε πρασοειδὴς, εἴτε ὁ ἰώδης λεγόμενος ὑπάρχει χολῆς. ἐνδείκνυνται γὰρ αἱ τοιαῦται διαχωρήσεις, ἐκπεφρύχθαι τὴν κατὰ φύσιν ὑγρότητα πᾶσαν ὑπὸ τῆς πυρετώδους θερμασίας. hoc est, Sinceras verò deiectiones dixit nulla aquea humiditate permixtas, quando solus humor qui vacuatur, siue is sit biliosus, siue melancholicus, siue porraceus, siue bilis æruginosa dicta, per aluum deiicitur. Eiusmodi namque deiectiones natiuam omnem humiditatem à calore febrili rarefactam esse indicant. Quod iisdem prorsus verbis repetitur Com. ad sent. 19. lib. 1. περὶ χυμῶν. Et rursus (com. ad aph. 2. lib. 7.) ἀκρήτους ὑποχωρήσεις εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης τὰς ἀμίκτους ὑγρότητος ὑδατώδους, αὐτὸν μόνον ἔχούσας εἰλικρινῆ τὸν ὑποχωρούμενον χυμὸν, εἴτε τὸν τε ξανθῆς χολῆς, εἴτε τὸν τῆς μελαίνης. Sinceras deiectiones appellare consueuit Hippocrates nulla aquea humiditate permixtas, quæ solum purum habent eum humorem qui infra deiicitur, siue is sit bilis flaua, siue atra. ἀκρήτους διαχωρήματα καλεῖ (scribit Gal.) τὰ μόνον ἕνα τὸν ὑποχωροῦντα ἔχοντα χυμὸν ἄμικτον ἑτέρως. Sinceras deiectiones vocari, quæ vnum duntaxat cæteris impermixtū humorem excernūt. Com. 2. in Prorrh. (pag. 156. 16. H. 71. C.) Item quoque ἀκρήτου διαχωρήσεις ex Progn. exponens, scribit, οὐ μὲν ἀκρήτους, οὓς τινὰς ἀμίκτους τῶν ἄλλων χυμῶν τινι αἰσθητῶς ὁρῶμεν, ἀλλὰ τινὰ ἔχει αὐτοῖς μιγνύμενον τῶν χολωδῶν, vt illud ἄκρητον ad eas deiectiones referatur, quæ nullo alio humore permixtæ sunt, propterea quod eæ biliosorum qualitatem non habent. Rursusque (ibidem) ὑποχωρήσεις οὐ μόνον ἀκρήτους, φησὶ καὶ χολώδεις διαχωρήσεις ἀπὸ τῶν ἀκρήτων, ὅπερ ἐστὶν ἄμικτον, ἀλλ' ἄκρας κατὰ μίαν ποιότητα. Addita ergo negatione Hipp. biliosis deiectiones de sinceris, hoc est, impermixtis, ac vel et vna qualitate summa intensis, dicit. Ideoque μηδὲ χολώδεας διαχωρήσιας μηδὲ ἀκρήτους illic iungit Hipp. etsi ἀκρήτους aquosas deiectiones quibusdam accipi velit Gal. cùm scribit, ἀκρήτους δὲ τὰς ὑδατώδεις καὶ ἀμίκτους. ἐρρέθη γὰρ ἐν ἀφορισμοῖς τὸ ἄκρητον ἐπὶ τῆς ἀμίκτου λέγεται ποιότητος, sinceras verò aqueas & impermixtas. Supra namque dictum est, τὸ ἄκρητον, hoc est, sincerū de impermixta qualitate dici. Atque Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 355. 10. H. 940. G.) idem scribit ἀκρήτους ἐκκρίσεις εἴωθεν ὀνομάζειν τὰς ἀκριβῶς χολώδεις, ὅταν δὲ μεθ' ὑγρότητος ὑδατώδους μιχθῇ καὶ ἐκκενῶται τις τοιοῦτος χυμὸς, οὐκέτι ἄκρητον ὀνομάζει. Excretiones sinceras exactè biliosas vocare consueuit. Quod si cum aquea humiditate permixtus huiusmodi humor vacuetur, eum non amplius sincerum appellat. Idem Com. 2. in lib. 3. Epid. (pag. 416. 35. Hipp. 1079. D.) φησὶ δὲ καὶ τὰς κοιλίας ὑποταραχθείσας λεπτοῖς καὶ ἀκρήτοις οὐδὲν ἐνταῦθα προσθεὶς ἐν τῷ περὶ τὰς χροιὰς αὐτῶν. ἐγχωρεῖ γὰρ ἄκρητα, ὠχρὰ καὶ ξανθὰ, καὶ πυῤῥὰ, καὶ ἰώδη, καὶ μέλανα διαχωρεῖσθαι, γινώσκοντος ἀκριβῶς καλεῖν αὐτὸν, ὅτι τὴν οἰκείαν χροιὰν ἄμικτον ἔχει πρὸς

ἑτερον χυμόν. ὡς δ' αὖ τις εἰκάσειε, χολώδη διεχώρησεν ἄκρατα, τουτέστιν ἤτοι ξανθὰ κατὰ τὴν χρόαν ἢ πυῤῥά. τὰ γὰρ ἰώδη καὶ μέλανα μετὰ τοῦ προσθεῖναι τὴν χρόαν ἔθος ἐστὶ καὶ τούτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς. hoc eſt, Aluum autem tenuibus & ſinceris conturbatam fuiſſe dicit, nihil hîc de eorum colore adiiciens. Poſſunt enim ſincera, pallida & flaua, aut fulua & rubra, aut æruginoſa & nigra per aluum deiici, cùm ſciamus eum ἄκρατα, hoc eſt, ſincera vocare, quæcunque natiuum colorem nullo alio humore permixtum habent. Vt quis verò coniicere poſſit, bilioſa ſincera deiecit, hoc eſt colore flaua vel fulua. Æruginoſa namque & nigra non niſi addito colore proferre, tum huic, tum cæteris medicis eſt familiare. Ac ea ratione χολὴν ἄκρατον ſe noctu eieciſſe, hoc eſt, bilem flauam, atque ita leuatum eſſe vt ei Deus aliquis medicinam feciſſe videatur, ſcribit M. Tull. ad Terent. epiſt. lib. 14. Hinc quoque ἀκρητοχόλους τοὺς ἄκρατον ἀθροίζοντας χολὴν, qui flauam bilem coaceruant, exponit in Exeg. Gal. Idem ἄκρητον τὸ ἄκρατον dici apud Hipp. ſcribit, οὕτως γὰρ ὀνομάζεται πᾶν τὸ ἀμιγὲς ἑτέρου, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν διασωζόμενον εἰλικρινῆ. ſic enim vocatur quicquid nullo alio permixtum eſt, ſuamque naturam ſinceram conſeruat. Quod pluribus verbis aperit Com. 2. in Progn. (pag. 142. 43.) ἄκρατον id dici ſcribens quod eſt impermixtum, aut nihil aut parum permixti habens. καὶ διὰ ταύτης τῆς λέξεως ἐδήλωσεν ὁποῖον τι καλεῖ τὸ ἄκρατον. ἀντιθεὶς αὐτῷ τὸ μεμιγμένον. δηλωτικὸν δ' οὐχ ἥκιστα καὶ αὐτὸ τοὔνομά ἐστι τοῦ πρὸς αὐτοῦ σημαινομένου. καὶ γὰρ οἶνον ἄκρατον εἶναι λέγομεν, ᾧ μὴ μέμικται τὸ ὕδωρ, ἢ παντάπασιν ὀλίγον μέμικται. καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἄκρατόν ἐστί τε καὶ λέλεκται πρὸς τῶν ἑλλήνων, ὅταν αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον ἀμιγὲς ἑτέρας οὐσίας ὑπάρχῃ. hoc eſt, Hac etiam dictione indicauit quid ἄκρατον quod eſt ſincerum vocaret, illi τὸ μεμιγμένον, hoc eſt, permixtum ex aduerſo opponens. Maximè autem & nomen ipſum quid ab eo ſignificetur, indicat. Vinum enim ἄκρατον dicimus, cui nulla aut perquam exigua aqua admixta eſt, & quiduis aliud ἄκρατον, (hoc eſt ſincerum) & eſt & dicitur a Græcis, cùm ipſum per ſe ſolum, alienáque materia permixtum non eſt. Ἄκρητον verò vbi de ſanguinis ſtillatione ex naribus aut fluxu effertur apud Hipp. ſanguinem nigrum & craſſum ſignificat, nec leuem perniciem ſuſpectat, vt ægr. 1. lib. 1. Epid. πέμπτῃ περὶ μέσον ἡμέρας, μικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν ἄκρητον, quinto die circa meridiem, parum idque ſincerum è naribus ſtillauit. Et ægr. 3. lib. 3. Epid. δευτέρῃ ἐξ ἀριστεροῦ ὀλίγον ἄκρητον ἐῤῥύη αἷμα. poſtridie ex nare ſiniſtra paucus & ſincerus ſanguis effluxit. Quod ſatis aperit his verbis Gal. com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 384. 19.) ὅταν μὲν οὖν ἤτοι διαχώρησιν, ἢ ἔμετον ἄκρητον εἴποι, τὸ ἄμικτον λέγει, διαχωρήσεως ἢ ἐμουμένης ἤτοι τῆς ξανθῆς ἀμίκτου χολῆς, ἢ τῆς μελαίνης, ἢ τῆς ἰώδους. περὶ δὲ τῆς στάξεως ἐὰν ἀκούσωμεν ἄμικτον αἷμα, τὸ ἐρυθρόν. αὕτη γὰρ ἴδιος αὐτοῦ χροιά. ψεῦδός τι νοήσομεν. οὐδέποτε γὰρ ἐρυθροῦ στάξις ἀπὸ ῥινῶν ὀλεθρίῳ νοσήματι πέφηνεν, ἀλλ' ἀεὶ μέλανος. εἰκὸς οὖν ἐστιν αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ μέλαν ἄκρητον εἰπεῖν, βουληθέντος αὐτοῦ τὸ πάνυ τοιοῦτον. hoc eſt, Cùm ergo aut deiectionem aut vomitionem ἄκρητον, id eſt, ſinceram dicit, impermixtam intelligit, excreta per aluum aut vomitione reddita, aut flaua bile impermixta, aut nigra, aut æruginoſa. De ſtilla verò ſi impermixtum ſanguinem rubrum inaudierimus, is enim peculiaris eſt ei color, falſum quid cogitatione comprehendemus. Neque enim vnquam rubri ſanguinis è naribus ſtilla, ſed ſemper atri, in pernicioſo morbo apparuit. Veri ergo eſt ſimile hunc ipſum nigrum ἄκρητον, hoc eſt, ſincerũ dicere, eumq; qui valde talis ſit velle intelligere. Et Com. 1. in lib. 3. Epid. (pag. 405. 12. H. 1066. D.) τὸ δ' ἄκρατον ὅταν μὲν ἐπὶ ξανθῆς ἢ μελαίνης χολῆς, ἢ ἰώδους λέγηται, πρόδηλον ἔχει τὸ σημαινόμενον, ὡς πολλάκις ἤδη λέλεκται. τὴν γὰρ οἰκείαν χροιὰν καὶ σύστασιν, ὅτε ἕκαστος τῶν χυμῶν εἰλικρινῆ διαφυλάττῃ, τηνικαῦτα κενοῦσθαι λέγομεν ἄκρατον αὐτόν. ἐπὶ δὲ τοῦ αἵματος, ἴσως ἐξ ὑπεναντίου χρὴ νοεῖν ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι τὸ ἄκρατον, ἐν ἴσῳ τὸ κακόκρατον. ἄδηλον δ' ὅτι τὸ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν αἵματος χρῶμα, τὸ ἐρυθρόν ἐστι. τὸ δ' ἄχροουν οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ἤτοι μελάντερον, ἢ πυῤῥότερον ἐπισήμως. καὶ τὸ πολὺ δὲ μᾶλλον εἰθίσμεθα λέγειν ἄκρατον αἷμα τὸ μέλαν, ὅπερ ἰδίως καὶ παχὺ κατὰ τὴν σύστασιν ἐστίν. hoc eſt, ἄκρατον verò quod eſt ſincerum, vbi de flaua, aut atra bile, aut æruginoſa dicatur, manifeſtã, vt iam ſæpius dictum eſt, habet ſignificationem. Propriam namque vbi humor quiſque tum formam tum colorem purum ſeruauerit, tum ἄκρατον, hoc eſt, ſincerum ipſum vacuari dicimus. At fortè contrà de ſanguine τὸ ἄκρατον ab ipſo dici eſt intelligendum, ac ſi κακόκρατον, hoc eſt, perperam mixtum dicat. Conſtat autem colorem ſanguinis ſecundum naturam ſe habentis, rubrum eſſe. Decolorem verò non eiuſmodi, cæterùm vel nigriorem, vel inſigniter fuluum. Ac frequentius quidem ἄκρατον ſanguinem nigrum dicere ſolemus, qui ſimul & natura craſſus exiſtit. Ἄκρητον etiam Hippocr. vt & aliis ſcriptoribus merum, hoc eſt, vinum merum & meracum ſignificat, vt lib. 4. Epid. (p. 1123. D.) περιφάσιος οἶμαι τοῦ πιεῖν ἄκρητον συχνόν, ea de cauſa (arbitror) quòd merum multum potaſſet. & lib. 5. Epid. (p. 1160. C.) νεανίσκος δέ τις πολὺν ἄκρητον πεπωκὼς, adoleſcens poſt multum meri potum. Ac vt ἄκρητον ſimpliciter dicitur, ita & merum, pro vino mero & nulla aqua permixto. Pl. lib. 23. c. 1. merum quidem remedio eſt contra cicutas, & lib. 6. c. 21. merum Libero patri ſacrum. Vinum merum dicit Plaut. Amph. Act. 2. ſc. 1. Eam ego, vt matre fuerat natum, vini eduxi meri. Et, vt ego illic vini cirneam ebiberim meri. Nonius quoque merum ſolum & ſincerum exponit, & ex Varr. adducit, vino corpus corrumpis mero. Idem etiam ex Oratorio 2. M. Tullij quod de Iſocrate dicitur hunc in ſenſum citat, Cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano meri principes exierunt, vbi tamen innumeri paſſim legitur. Ac neque de vino tantùm ἄκρατον dicitur, ſed vt ſcribit Athen. lib. 2. (pag. 22. 16.) καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἔταττον οἱ παλαιοὶ τὸ ἄκρατον, etiam de aqua ἄκρατον dixerunt, vt quod apud Sophronem citat, ὕδωρ ἄκρατον εἰς τὴν κύλικα, pro aqua pura in poculo. Dicitur verò & ἀκρητὴς οἶνος Hipp. vt & ἄκρητος ſimpliciter, & ἀκρητότης οἴνου lib. de rat. vict. in morb. ac (pag. 77. 57. Hipp. 393. 25.) μέγα μὲν διαφέρει καὶ οἴνου καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν. ὅμως τοίνυν εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον οἴνου ἀκρήτου πίνῃ τις, ἢ ὁκόσον μέλι ἐκλείχοι. At vini ac mellis meracitas, ſi vtriuſque robur conſideres, magnum habent diſcrimen. Nam ſi vini meri duplam portionem, ad mellis linctum quis biberit. Ἄκρατος etiam immoderatum, vehemens, ſummum & abſolutum ſignificat, vt ἄκρατος ὀργὴ immoderata ira dicitur, & διάῤῥοια ἄκρατος vehemens alui profluuium apud Thucyd. & ἄκρατον καῦμα, immoderatus æſtus in Epigramm. Sic Prorrh. 2. (pag. 107. F.) κακὰ παντῃ ἀκρητότερα, dicuntur mala omninò immoderata & vehementer ſæuientia, hoc eſt, ſumma & abſoluta. Et καταμήνια ἐλάσσω τε καὶ ἀκρήτως γίνεται, menſtrua & pauca & immoderata effluunt, hoc eſt, vehementer, (ibid. 107. C. Item ἄχροιαι ἄκρητοι vehementes aut immoderatæ decolorationes dicuntur aphor. 19. lib. 6. Epid. ſect. 6. etſi illîc ἀκρήτους de vino mero quibuſdam accipi ſcripſimus. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 13. 47.) ἄκρητον βρῶμα effertur intemperatus cibus & nimium grauis, de victu ferino cum brutis communi, quo priſcis ſæculis homines vtebantur. Ibidem etiam (14. 5.) ἄκρητον καὶ ἰσχυρὸν ſimul iungit Hipp. de cibo intemperato & forti, quique à natura euinci nequeat. Et de huiuſmodi cibo χυμὸν ἄκρητόν τι καὶ διαφέροντα ſuccum intemperatum & eximium, hoc eſt, diſſidentem dicit (ibidem 13. 51.) Item cibus ex quo auctio & alimonia corpori accedit, οὐδὲν ἔχειν ἄκρητον οὐδὲ ἰσχυρὸν, nihil intemperatum aut forte habere dicitur (ibid. 14. 5.) Ex eadem certe tranſlatione pendet quod in quibuſdam exemplaribus ſcribitur in Exeg. ἀκρητόχολον οὕτως ὀνομάζει ὥσπερ καὶ ἀκρόχολον. ἀκρητόχολον ſic vocat eum qui ſummè excandeſcit aut in vehementem iram erumpit, aut cui promptè bilis concitatur. Hinc etiam ἀκρηχολίαι idem quod ἀκρητοχολίαι, aut ἀκροχολίαι, aut ἀκραχολίαι, hoc eſt, indignationes, excandeſcentia, feruens ira & extrema. Qua dictione vtitur Hipp. lib. 7. Epid. (pag. 1212. H.) ἀκρηχολίαι καὶ κλαυθμοὶ, excandeſcentia & eiulatus. Ἀκροχολία exponitur Heſych. ἡ πρόχειρος ὀργὴ, prompta & facilis ira, ſed ſummam & vehementem iram ſonat, & ἀκραχολεία vitioſè ſcribitur.

Ἄκρεα dicuntur Hipp. ſummæ ac extremæ corporis partes, quas ἀκρωτήρια ſæpe vocat. In Prorrh. (184. 1. Hipp. 70. F.) ἄκρεα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, celeres ſummitatum corporis ad vtraq; extrema permutationes. Vbi ſcribit Gal. ἄκρεα δηλονότι πόδες καὶ χεῖρες εἰσὶν, καὶ ὦτα καὶ ῥὶς, ἃ δὴ κἂν ταῖς μετὰ καταψύξεως εἰσβολαῖς τῶν παροξυσμῶν ἁπάντων πρῶτα ψύχεται. Extrema nempe corporis pedes ſunt & manus, ac aures & naſus, quæ videlicet in his qui cum perfrictione fiunt acceſſionum inſultibus, prima perfrigerantur. Item lib. 1. Epid. (p. 363. 25. H. 945. E.) ψύξις πολλὴ τουτέοισι τῶν ἀκρέων his magna extremorum perfrictio. & ibidem (p. 371. 24. H. 954. E.) ἄκρεα ὑπόψυχρα extrema aliquantulum frigida. (ibidem) ἄκρεα οὐκέτι ἀναθερμαινόμενα, extrema non amplius recaleſcebãt. Eadémque dictione vtitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσ. (p. 425. 42. 45. 51. 54.) & rurſus (p. 113. 2. 4. 14. 426. 15.) Lib. περὶ χυμῶν (p. 48. 19.) Atque aliàs ſæpe. Ac neque de corpore humano tantùm ἄκρεα dicuntur, ſed & κωλῆνας ὑὸς ἀκρέων ἑφθῶν percoctos extremos ſuillos petiolos dicit lib. 7. Epid. (p. 1227. B.) vbi ἄκρεα dicuntur quæ ἀκροκώλια Athen. trunculi Latinis.

Ἀκρίαστερον explicat Gal. in Exeg. apud Hipp. ἄκρας ἑσπέρας, τουτέστι πρώτης καὶ ἀρχομένης, ad ſummam veſperam, hoc eſt

hoc est sub serum diei & ineunte vespero, aut summa vespera & incipiente. Est autem aduerbiale, eoque vtitur Hipp. lib. 7. Epid. (pag. 1216. B.) ἀκρέσπερον δὲ φρίκη, πυρετὸς, ineunte verò vespero, horror, febris. ἀκρέσπερος Nican. Schol. dicitur κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς νυκτὸς, quasi περὶ ἄκρας ἑσπέρας, ineunte nocte, sub summum vesperum.

Ἄκρη ῥὶς dicitur summus nasus & extremus, aph. 3. lib. 6. Epid. sect. 1. ὅσοισιν ὀστέον ἀπὸ ὑπερῴης ἀπῆλθε, τουτέοισιν μέση ἵζει ἡ ῥὶς. οἷσιν δὲ ὅθεν οἱ ὀδόντες, ἄκρη σιμοῦται. Quibus ex palato os discessit, iis medius desidit nasus, quibusdam verò, qua ex parte dentes procedunt, summus nasus simus efficitur. Et lib. 4. Epid. (pag. 1125. G.) ὀστέον ὧν μὲν ἐκ τῆς ὑπερῴης ἀπέρχεται, μέση ἵζει ἡ ῥίς. ὧν δὲ οἱ ἄνω ὀδόντες οἱ ἐμπροσθίοι, πλατεῖα ἄκρη. Quibus quidem os à palato discedit, iis medius desidit nasus. At quibus superiores primores dentes, iis summus nasus latus est. Ruf. Ephes. ἐν τῷ περὶ ὀνομ. μορ. τὸ ἄκρον τῆς ῥινὸς, σφαίριον, extremum nasum globulum vocari scribit. Idem Iul. Poll. & vnica dictione ἀκρορρίνιον. Atque haud scio an non hos Hipp. locos subindicet Erotian. cùm ἄκρην ἄκρως ἔχουσαν in extremo sitam exponit, si modo ἄκρη & ἄκρως ἔχουσα apud Erot. legatur. Aut certè locus indicatur lib. de art. (pag. 631. 5. Hipp. 821. D.) καὶ ἄκρην τὴν χεῖρα ὀλίγῳ ἐλάσσω, & summam manum paulò exiliorem.

Ἀκριβὴς dicitur quod purum est ac sincerum aut legitimum, vt ἀκριβὴς ἀὴρ lib. de morbo sacro pag. 309. 51.) aër exactè sincerus & purus, nullo alio ammixto humore. ὥστε μηκέτι εἶναι ἀκριβὴς, adeò vt non amplius exactè sincerus sit. ἀκριβὴς τριταῖος dicitur Gal. lib. 1. ad Glauc.) pag. 101. 7.) ὡς ἂν εἴποι γνήσιος, exquisita tertiana, ac quasi dicas legitima, & οὐκ ἀκριβὴς, οἷον νόθος τις, non exquisita quasi spuria ac notha aut illegitima. Et lib. 14. method. medic. (pag. 185. 29.) ἀκριβὲς ἐρυσίπελας purum ac exquisitum erysipelas, quod est iustum ac legitimum ex bilioso humore conflatum, cui οὐκ ἀκριβὲς ἀλλ' ἤδη πως φλεγμονῶδες opponitur, illegitimum & iam quodammodo phlegmonodes. ἀκριβὲς autem quid significet, pulchrè his verbis aperit Gal. lib. 4 de simplic. medic. fac. (pag. 54. 4.) ἀκριβῶς ὅταν εἴπω τι, ποῖον, ἢ ποιόν τι πάσχειν, εἰλικρινὲς καὶ ἄμικτον αὐτὸ καὶ χωρὶς ὁτουοῦν ἑτέρας εἶναι φημί. Exactè autem cùm tale aut tale quid esse dicimus, sincerum & quoad eius fieri possit, nulla alia qualitate permixtum intelligimus.

Ἄκρις summitas montis, cacumen ac vertex aut fastigium dicitur. Vnde per translationem ἡ ὑπερέχουσα ἄκρις τοῦ ὀστέου, extans ossis summitas, fastigium & extremitas dicitur Hipp. lib. de artic. (pag. 595. 35. H. 790. H.) vbi tamen ἄκρις vitiosè omnibus in codicibus legitur. Atque haud scio num ὄκρις illic legi possit aut debeat, numque ita legisse videatur Gal. ac locum istum subnotasse in Exeg. vbi ὄκρις ἐξοχὴ προμήκης exponitur, eminentia oblonga. Neque enim vspiam apud Hipp. legitur, vt meliore loco reponi videatur. Etsi ὄκρις pro ἄκρις scribendum, vt & Varin. ὄκρις ἐξοχὴ μήκυνσ παρὰ τῷ Ἱπποκράτῃ exponitur. Ac nemini dubium videri debet quin hunc quoque locum subindicatum velit. Erot. si modo ὄκρις pro ἄκρις legatur, cùm scribit, ὄκρις τραχύτης, ἀλλ' οὐχ ὡς φησι Βακχεῖος, γωνία. quibus verbis ὄκρις exponitur asperitas quædam, non vt voluit Bacchius, angulus. Quæ explicatio huic ex lib. de artic. subnotato loco mirè quadrat vt asperam quandam eminentem ossis summitatem, non ossis angulum subindicet. Quod etiam Erot. vitium appositissimè detexit Henr. Stephan. in veterum scriptis censendis veterator acerrimus. Ἄκρις autem & ὄκρις petra dicitur & montium aut rupium cacumen & eminentia. ἄκριες Hesych. exponuntur τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν, summa montium fastigia & extrema. ἄκριας idem ἄκρας, ἀκρωρείας montis iuga & cacumina explicat ex Homero ὀδυσσ. ι. v. 400. & aliis permultis locis.

Ἀκρισία iudicationis cessationem aut carentiam ac defectum significat, eiusdemque priuationem aut prauitatem, iudicij temeritatem, cùm nulla omninò, aut difficilis & molesta fit iudicatio, quod accidit in magna crudorum & malignorum humorum copia. Quæ dictio Hipp. admodum familiaris est vt lib. 1. Epid. (p. 304. 4. H. 946. F.) πολλὴ δὲ τισιν τῶν φθινόντων ἀκρισίη, cumq; varia & multa esset iudicationis cessatio. Et ibid. (pag. 366. 12. H. 948. F.) ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἢ ἀκρισίας ἢ πόνους. cruda verò & incocta, quæque in malos abscessus vertunt, solutionem morborum malam aut prope nullam, aut dolorem. Vbi ἀκρασίας & ἀκρασίαν vitiosè legunt exemplaria. Lib. 2. Epid. (pag. 999. E.) τὰ δ' ἔχοντα τὰ σκευαζόμενα ἢν ἄμφω κενωθῇ, ὑποστροφαὶ, ἢν δὲ μὴ, ἀκρισίαι. quæ præmaturam iudicationem, dum cruda sunt, occupant, morborum recidiuas conciunt, & solutionem omninò malam aut prope nullam portendunt. Sic enim explicat Galen. com. 2. in lib. 1. Epid. his verbis (pag. 366. 19.) τὸ δὲ τῆς ἀκρισίας ὄνομα μέμνημαι δὲ ἀπ' ἐμοῦ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ δηλοῦν, ὡς ἤτοι μηδ' ὅλως γινομένης κρίσεως, ἢ μοχθηρᾶς γινομένης. κατ' ἄμφω τε ταῦτα τὰ σημαινόμενα τῆς ἀπεψίας τῶν νοσημάτων, ἀκολουθοῦσιν αἱ ἀκρισίαι, ἀκρισίας autem nomen mihi venit in mentem duobus ab illo modis accipi, vt aut omninò nulla, aut praua iudicatio futura sit. Ac iuxta vtranque significationem ἀκρισίαι morborum cruditates sequuntur. Lib. quoque 3. Epid. in st. pest. (pag. 42. 84. H. 1086. D.) τοῖσι δὲ πλείστοισι συνέπεσε, καὶ ταραχὴν, καὶ πόνους, καὶ χρόνους, καὶ ἀκρισίας. Plurimis verò colliquationem, perturbationemque, & dolores, & temporis diuturnitatem, & iudicationis cessationé portendebant. Est vbi quoque cum ἀκρισία τὸ δύσκριτον coniungitur, vt ibid. (pag. 410 51. H. 1083. B.) ἀκρισίαι πολλαὶ, τὰ δὲ δύσκριτα, morborum solutiones prorsus nullæ, partimque difficiles. Et (pag. 426. 39. H. 1089. G.) δύσκριτα μὲν πάντα ταῦτα ἐγίνετο, καὶ ἀκρισίαι, καὶ χρόνια, omnibus difficiles erant iudicationes, aut nullæ, aut diuturnæ. Ἀκρισία etiam prauam iudicationem significat in Coac. (pag. 158. C.) οἷσι φωνὴ ἅμα πυρετῷ ἐκλείπει μετὰ ἀκρισίας, τρομώδεες θνήσκουσι. quos vox cum febre absque vlla iudicatione deficit, ij tremore correpti intereunt. Quod aliis verbis in Prorrh. reperitur (pag. 197. 33. H. 74. D.) Vbi Galenus ἀκρισίας τὰς κακὰς κρίσεις prauam iudicationem exponit, additque κακὰς κρίσεις ὀνομάζειν λέγεσθαι, ὅσαι γινόμεναι μετὰ φυσικῶν κινήσεων ἢ ἀποστάσεων, οὐ μόνον οὐδὲν ὠφέλησαν τοὺς κάμνοντας, ἀλλὰ καὶ χεῖρον ἔχειν ἢ πρόσθεν ἐποίησαν, illas prauas dici iudicationes, quæ cum naturalibus vacuationibus aut abscessibus factæ, tantùm non laborantes iuuerunt, verumetiam deterius quàm prius habere coëgerunt. μετὰ ἀκρισίας igitur idem quod ἀκρίτως aut ἀκρίτως, hoc est, citra solutionem aut iudicationem significat. In Coac. quoque (pag. 128. A.) αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀκρισίαι in febribus iudicationis priuationes, aut prauæ etiam iudicationes, diuturnitatem indicant, etsi plæraque exemplaria ἀκρασίαι legunt. Ἀκρίτως autem παραλόγως, ἀτάκτως significat, temere, præter rationem & citra solutionem aut excretionem criticam. Lib. 1. Epid. (pag. 356. 41. H. 941. C.) ἀλλὰ πλαναμένως τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλιπον. verùm errabundè & citra vllam iudicationem cessarunt. & (p. 363 49. H. 945 F.) ibid.) καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τουτέων διετέλεε γινόμενα. & citra iudicationem horum plurima permanebant. ἀκρίτως περιψύχοντες qui præter rationem perfrigerantur, dicuntur in Prorrh. (pag. 103. 45. H. 75. H.) & Coac. (p. 147. C.) & περιψυχόμενοι ἀκρίτως in Coac. (p. 123. A.) & ἀκρίτως τὰ τρομώδεα παύονται, tremores citra iudicationem desinunt. (p. 138. C. ibid.)

Ἄκριτον πάγος gelu concretum, exponitur Gal. in Exeg. τὸ ἀδιάκριτον, velut indefinitum ac indiscretum, & scribitur dici Hipp. lib. περὶ ἑβδομάδων, περὶ τοῦ μετὰ τὸν κόσμον ἐστὶ ἀπείρου, ἢ ἀδιαπλάστου κενοῦ, de eo quod extra mundum est infinito vel inani, quod cogitatione efformari nequit. ἄκριτον, πολὺ, καὶ ἀδιάστατον, καὶ ἀδιαχώριστον explicat Hesych. immensum, indistinctum & quod separari nequit. ἄκριτος αἰτία τῆς διακρίσεως ponitur Varin.

Ἀκρόασις auditionem aut audientiam significat, & ἀκρόασιν ποιεῖσθαι est narrationem aliquam instruere & coram audientibus recitare, aut de re aliqua disceptare. ἐν παραγγελίαις (p. 28. 14.) ἢν δὲ καὶ εἵνεκα ὁμίλου θέλῃς ἀκρόασιν ποιήσασθαι, si verò adstantium tibi velis audientiam comparare, hoc est coram vulgo disceptare & de morbo coram idiotis & plebecula disserere. πολλὰ λέγειν μὴ ποιεῖν ἰδιώτῃσι dicit lib. περὶ ἀρχαίης. (pag. 24. 7.) ἀκρόασις dicitur etiam Hipp. in Iureiurando, explicata præceptionum in re Medica narratio auditorib. maximè idonea & conueniens, cui παραγγελίην præceptionū breuem comprehensionem opponit. Adeò vt totam rei Medicæ doctrinam ἀκρόασιν & παραγγελίην complectatur, hoc est, præceptionibus & auditione comprehendat. Atque vt ἀκροαματικοὺς λόγους vocauit Aristot. reconditos de Peripatetica disciplina conscriptos à se libros quibus (vt ait Gell. cap. 4. lib. 20.) remotior subtiliorq; philosophia agitabatur, quæque ad naturæ contemplationes disceptationesve dialecticas pertinebant: Sic Medicæ artis doctrinam scriptis explicatam per ἀκρόασιν sumere videtur Hipp.

Ἀκρόδρυα significant omnes arboreos fructus, præcipuè verò qui in ambitu putamen habent lignosum eoque concluduntur, vt iuglandes, auellanæ, castaneæ, malum punicum, quod genus nucum appellatione Latinis & ὀπώρα Græcis (vt scribit Athen. lib. 2.) comprehenditur. Hipp. lib. περὶ τροφ. [illegible] (pag. 136. 3.) [illegible]

ἀκρόδρυα θερμαινόμενα πνεύματ' ἴσχει. Quinetiam legumina, frumentum, fructusque arborei vbi incalescunt spiritum concipiunt. Corn. arboreos fructus nucum generis dixit. Interdum verò ἀκρόδρυα de omni fructu dicuntur, & de iis quæ ὀπώρας nomine continentur, & Latinis poma appellantur, vt lib. περὶ χυμῶν (pag. 51. 10.) vbi æstate aut autumno, & insolatione poma ac fructus arboreos omnes in victus ratione proponit.

Ἀκροκώλια dicuntur trunculi & membrorum extremitates, aut edulia ex trunculis extremorum parata, qualia sunt pedes, aures, rostra. Vtitur Hipp. lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 371.33.) ἀκροκωλίοισι ἑφθοῖσι, trunculis percoctis, vbi tamen ἀκροκωλίοισι malè legitur. Et ibi.(p.373.27.) eadem dictione vtitur, & (374. 32.) ἀκροκώλια ἐμπρόσθια, extremitates anteriores dicuntur. Item lib. 2. περὶ γυναικ. (p.663.1.2.) ἢ ἀκροκωλίοισιν ἑφθοῖσι τακεροῖσι, aut trunculis percoctis mollibus. Ακροκώλιον verò Hipp. dictionem vt nimis notam & expositione minimè egentem agnoscit Erot. in Procem.

Ἄκρον per translationem dicitur quod est summum & perfectum aut optimum, vt ἄκρον ἴρινον, vnguentum irinum optimum, exquisitè & optimè paratum ac sumptuosè. Est enim quoddam sumptuosius paratum, vt videre licet apud Diosc. cap.67.lib.1.Hip.lib.2.περὶ γυναικ.(pag.651.9.) ἢ ἴρινον ἄκρον, aut irinum summum, hoc est, optimum & perfectum aut excellentissimum. ἄκρον Erot. ἄκρως ἔχουσαν, exponit apud Hipp. in summo aut extremo sitam. ἄκρον σημαίνει δύο Varin. τὸ ἄριστον καὶ κάλλιστον, optimum & excellentissimum, aut præstantissimum.

Ἀκρόπαθης στόμαχος, vteri stomachus aut osculum summa sui parte malè affectum dicitur Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος) p.263. 49.) ἢ ὅταν ὁ στόμαχος ξηρὸς ἢ ἀκρόπαθης, aut cùm vteri os siccum aut summa sui parte affectum fuerit. At verò ἀκρόπαθοι καρκίνοι dicuntur qui corporis summa & extrema occupant, quibus ὑποβρύχιοι, hoc est, profundi, quique in corporis penetralibus demersi sunt opponuntur. Id nanq; vitij, vt scribit Cels. (cap.28.lib.5.) fit maximè in superioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum. κρυπτοὶ verò sunt qui vlcerationem non habent. Prorrh. 2. (p.95.F.) οἱ δὲ καρκῖνοι οἱ κρυπτοὶ καὶ οἱ ἀκρόπαθοι γίνονται καὶ ξυναποθνήσκουσι. At cancri latentes quique summa corporis infestant fiunt, & ad mortem comitantur. Vbi τοὺς ἀκροπαθεῖς καρκίνους vocat cancros extrema corporis occupantes & cōspicuos (τοὺς ἐπιπολῆς vocat Gal. com. ad aph. 38. lib. 6.) quibus κρυπτοὺς & ὑποβρυχίους opponit latentes & demersos in corporis penetralibus, hoc est, qui sine vlceratione in corporis profundo sæuiunt.

Ἀκρέπης γλῶσσα Gal. in Exeg. apud Hipp. οὕτως εἴρηται ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἡ ὅτι ἄκρα ἑαυτῆς μὴ διατυποῦσα, τουτέστιν ἡ ἀδιάρθρωτος ὑπὸ δυσκινησίας, hoc est, ἄκροπις lingua sic dicitur li.7. Epid. quæ sua ipsius extrema efformare nequit, hoc est, propter motus difficultatē inarticulata. Sed in quibusdam exemplaribus ἀκροατὴς legitur, quædam etiam ἀκρατὴς habent, vt alia ἄκρωπις, & quædam ἀκρατὶς, quomodo etiam legisse videtur Varin. apud quem ex Hipp. ἀκρατὴς γλῶσσα ὑπὸ δυσκινησίας scribitur, & ἀδιάρθρωτος explicatur. Sic enim ἀκρατὴς γλῶσσα ex aph. 40. lib. 7. inarticulata, & quæ vocem efformare nequit, aut ad motionem est impotens, dicitur. Et ferè videntur huiusmodi lectionum varietates ex vocis huius affinitate defluxisse, quòd ex ἀκρατὴς promptum sit in ἀκρατὶς aut ἄκροπις, aut ἄκρωπις, ac ἀκροατὴς, etiam scriptionis errore delabi. Et sanè suspectam lectionem faciunt exemplaria, cùm ἀκροατὴς non satis seruata ordinis alphabetici serie habeant. Locus autem Hip. habetur lib. 7.Epid. (pag.1221.G.) γλῶσσα ξηρὴ, ἄκροπις, lingua resiccata, inarticulata. Et rursus (pag. 1222. G.) καὶ τρίτη ἄκροπις. & tertio die vocem efformare non potuit, hoc est, linguam inarticulatam habuit. Vbi ἄκροπις etsi ad linguæ motionem refertur, ægro tamen attribuitur, & pro eo qui clarè aut distinctè loqui non poterat, sumitur, vt & lib. eodem (pag. 1231. E.) μετὰ ταῦτα ἄκροπις, ἀνεθερμαίνετο μίαν ἢ δύο ἡμέρας, post hæc linguam inarticulatam habuit, aut vocem efformare non potuit, diem vnum aut duos recalescebat.

Ἀκρόπλοα significant quæ in summo extant ac velut in superficie innatant. Sic enim Gal. in Exeg. τὰ ἐπιπολαίως ὅσ' ἐπ' ἄκρου ἐμπλέοντα, in superficie ac velut in summo innatantia, explicat. additque οὕτως δὲ καὶ οἱ ἀκρόπλοοι. Erot quoque ἀκρόπλοα exponit τὰ ἐξ ἐπιπολῆς ἐμπλέοντα in superficie innatantia. Et Var. τὰ ἐπιπολῆς εἴτ' ἄκρου ἐμπλέοντα ex Gal. Legitur autem apud Hipp. lib. 1. de morb. (pag. 451. 38.) τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ταῦτα, καὶ τὰ ἐν τῷ πλευρῷ φλέβια πάσχει, ὅσα ἐστὶν ἀκρόπλοα εἶναι. Eodem verò modo & venis in latere, quæ intus in superficie extant, accidit.

Ἀκροποσθίη dicitur Hipp. præputium aut summa & extrema præputij pars glandem integens ex aph. 19. lib. 6. & Coac. (pag.199.B.) νεῦρον διακοπὲν ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὐ συμφύεται. Præcisus neruus, aut genæ tenue quiddā, aut præputium, non coalescit. Quæ imitatus est Arist. lib. 2. de part. animal. cap. 13. ex Hipp. ἀκροποσθία & ἀκροπόσθιον exponitur Poll. lib. 2. τὸ πόσθης προῦχον prominens præputij pars, vt Rufo Ephes. lib. περὶ αἰδοίων. μορίων, τὸ ἔσχατον τῆς πόσθης præputij extremum. πόσθη autem cutem quæ glandem integit significat. Polluci τὸ ἐπ' οὐρήθρᾳ δέρμα, cutem quæ vrinarium meatum integit. Rufo verò cutis glandem tegens πόσθη dicitur, vt & Isag. authori τὸ σκέπον τὸ ἄκρον, quod extremitatem pudendi contegit. Hesych. ἀκροπόσθια τὰ ἄκρα τῶν αἰδοίων pudendi extremitatem exponit. Ακροποσθίη lib. 4. de Morb. (p. 513.26.) in signis calculi pro extrema præputij parte vsurpatur Hipp. Significat autem pudendi attritum aut frictionem quam καυλοῦ τρῖψιν dicit lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 539. 41.) pudendi affrictum in reddenda vrina.

Ἀκροσαπὲς τὸ ἐπιπολῆς μεταβεβλημένον exponitur Gal. in Exeg. hoc est in summo ac superficie immutatum. Sed meliùs ἐπὶ βραχὺ pro ἐπιπολῆς quædam exemplaria habent, vt & apud Var. legitur, significatque quod parum aut leuiter immutatum est ac in superficie putredinem contraxit. Legitur autem apud Hip. lib. περὶ τροφῆς (p.382.41.) σιτίον νέοισιν ἀκροσαπὲς. γέρουσι δὲ ἐς τέλος μεταβεβλημένον. ἀκμάζουσιν ἀμετάβλητον. Quibus verbis innuit iuuenibus cibum leuiter coctum ac putrefactum conuenire, vt senibus perfectè immutatum, ætate autem vigentibus minimè immutatum, hoc est, recentissimum ac minimum putrefactum. ἀκροσαπὲς inquinamentum & rudimentum coctionis dicunt.

Ἀκροχειρίη micatio per summas manus dicitur, aut summarum manuum distentio, cum summis manibus inter se colluctātur pancratiastæ, & sese raptant circa reliqui corporis congressum. Lib. 2. περὶ διαίτης (p.364.15.) ἀκροχειρίη ἰσχναίνει καὶ τὰς σάρκας ἄνω ἕλκει. Lucta per summas manus extenuat & carnes sursum trahit. Vbi quædam exēplaria ἀκροχειρίη legūt. ἀκροχείρησις etiam dicitur li. 3. περὶ διαίτης (p.374.3.) & ἀκροχειρισμὸς, etsi lib. eodem (pag. 372. 38.) aliquid discriminis ponere videtur dū scribit, ἀκροχειρισμοῖσι, ἀκροχειρίη, πλὴν κωρυκομαχίη ξυμφορώτερον. Lucta per summas manus vtitor, præterquam quòd Corycomachia commodior est. Etsi aliter legisse videtur Cornarius.

Ἀκροχλίαρον dicitur summè tepidum, perquam tepidum & exactè tepidum Li. de rat. vict. in morb. ac. (p.79.44.H. 394.1.) διδόναι δὲ, ἢν δίδως, ἀκροχλίαρον cùm autē exhibere voles, perquā tepidum dabis. Vbi Gal. ἀκροχλίαρον ὅπερ ἐστὶν ἄκρως χλιαρὸν explicat, quod est summè tepidum, additque ἄκρως δὲ ἐστι χλιαρὸν, ὅπερ ἂν ᾖ μέσον ἀκριβῶς τοῦ τε ψυχροῦ καὶ τοῦ θερμοῦ. Sūmè autē tepidum dicitur, quod calidi frigidiq; exactè est medium. Et rursus lib. eodem (p.100.58.) H.399.43.) ad præcordiorū inflammationē lini semen ἀκροχλίαρον ἑφθὸν ὕδατι καὶ ἐλαίῳ, summè tepidum ex aqua & oleo coctum adhibet. Hipp. ἀκροχλίερον etiam dicitur idem quod ἀκροχλίαρον li. 2. περὶ γυναικ. (p.670.19.21.) ἀκροχλίαρον verò lib. περὶ γυν. φύσ. (p.373.6.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p.668.25.) ἀκροχλίαρον quidam in summo ac leuiter tepidū velut in superficie explicāt. ἀκροχλιαίνειν πυελίῳ etiam dicitur tepidè fouere li. 2. περὶ γυν. (p.671.52.)

Ἀκροχορδόνες verrucæ dicuntur quas Græci ἀκροχορδόνας vocant. In tuberculorum genere reponuntur ab Hipp. aph. 26. lib. 3. & Gal. lib. de tumoribus præter nat. & lib. 14. Meth. med. Celsus cap. 1. lib. 2. verrucarum quædam genera dolentia (ἀκροχορδόνας Græci appellant) vertit ex Hipp. aph. 26. lib. 3. Sunt autem vitiosi succi multi ad exteriora & cutim repentis soboles. Acrochordona interdum retinet Cels. eumque vt & alia diuersa verrucarum genera describit cap. 28. lib. 5. ἀκροχορδόνες ὄνομα πάθους Hesych. dicuntur, & inter cutis vitia reponuntur in Isag. Authori Definit. Med. (pag 401.8.) ἀκροχορδών ἐστιν ἔκφυσις περιφερὴς, καὶ στενὴν ἔχουσα βάσιν. Acrochordon verrucæ species est exortum habens orbicularem & basim angustam.

Ἀκρόψιλον exponitur Gal. in Exeg. τὸ ἐπὶ τὰ ἄκρα ψιλὸν, τουτέστι γυμνὸν, in summo nudum, etsi quædam exemplaria ἐπὶ τὸ ἄκρον habent, vt & Varin. Legitur autem hæc dictio lib. 4. Epid. (pag. 1133. E.) καὶ τὸ αἰδοῖον ἀκρόψιλον ἐγένετο, pudendumque extrema parte denudatum erat.

Ἀκρώμιον summus humerus dicitur & lati scapularum ossis summitas. Est autem os cartilaginosum quod clauiculam cum lato scapularum osse connectit, vt scri-

Ἀλύκη Hipp. anxietudinem aut animi anxietatem significat, aut molestam corporis iactationem & incontinentiam. Item animi angorem & ἄλυσιν aut ἄλυξιν, & ἀλυσμὸν, ῥιπτασμὸν, δυσφορίαν, summam corporis disiectionem & inquietudinem, qua ægri animo anxij nullo loco consistere possunt, verùm præsentem statum cõtinenter immutant. Ἀλύκη exponitur Erot. apud Hipp. ἀπορία μετὰ χάσμης animi anxietas aut consilij inopia cum oscitatione. Ac nemini dubium est, quin aph. 56. lib. 7. subindicet Erot. Quæ dictio etiam vsurpatur lib. 2. Epid. (p. 1056.D.) Sed pro ἀλύκη ἀλυγὴ scribitur quibusdam in Exeg. aliis etiam ἀλυγή. Est & quibus ἄλυξις melius scribi videatur. ἀλυκὴν exponit Hesych. ἄσην, χάσμησιν, animi molestiam aut fastidium cum oscitatione. Eidem ἀλυχὰ Doricè dicitur ἀδημονία, ἀηδία, impotentia animi, mœror & tristitia. Verùm ἀκηδία vitiosè legitur apud Hesych. Gal. certe Comm. ad aph. 56. lib. 7. ἀλύκην eandem esse quam ἄσην aut ἄλην Græci dicunt, scribit. Est autem ἄλυς mentis error aut oberratio, cum quis consilij inops incerta mente vagatur & inquietus oberrat. ἄλυς Hesych. dicitur ἀπορία, πλάνος, βλάβη. Significat etiam δυσαρεστίαν sui tædium ac veluti displicentiam. ἀλύκη autem & ἄλυς à verbo ἀλύειν deducuntur, quod est languere præ consilij inopia, angi animo, aut mœrore & angore affici aut concidere. Cuius verbi significationem his verbis Gal. (comm. eodem) ἀλύειν μὲν οὖν λέγουσιν ἐκείνης τῶν ὑγιαινόντων, ὅσοιπερ ἀεὶ τοῖς παροῦσι δυσχεραίνοντες, ἄλλοτε εἰς ἄλλα μεταβαίνουσι πράγματά τε καὶ πράξεις. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τῶν νοσούντων ἐκείνους ἀλύειν φασὶν, ὅσοι μὴ φέροντες τὴν κατάκλισιν, ὑπαλλάττουσι τὰ σχήματα διὰ τὸ δυσφορεῖν ἀεὶ τὸ παρὸν αὐτῷ. τοῦτο δὲ γίγνεσθαι ἐκείνοις μάλιστα συμβαίνει, οἷσπερ ἂν ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρὸς, ὅπερ ἐνίοτε καταχρώμενοι στόμαχον ὀνομάζουσι, περιέχηταί τις ἰδιότης ὑγρότητος μοχθηρᾶς οὔτι πολλῆς, οὔτ᾽ ἐμπλεούσης τῷ κύτει τῆς γαστρὸς, ἀναπεπομένης δὲ εἰς τοὺς χιτῶνας αὐτῆς. quod est: ἀλύειν igitur de quibusdam sanis dicitur, qui semper res præsentes fastidiunt, subinde noua negotia agitantes & actiones commutantes. Quo etiam modo ægris quibusdam attribuitur, qui accubitum non ferentes, habitum mutant, quòd sint ad præsentem statum morosi & anxij. Hoc verò illis præcipuè euenire nouimus, quibus in ore ventriculi (quod interdum nomine abutentes stomachum nominant) certa quædam humoris vitiosi qualitas continetur, quæ neque multa est, neque in ventriculi capacitate innatat, sed ipsius tunicis impacta est. Erot. Bacch. reprehendit quòd ἀλύειν ἀδημονεῖν, πλανᾶσθαι, ἄχθεσθαι explicarit. Neque enim si quis indignatur, aut vagatur, aut animo languet, prorsus ἀλύειν dicitur. ἀλύοντες certe cum dolent, indignantur & ægrè ferunt. Sed qui oberrant aut vagantur, non statim ἀλύουσι. Bacch. autem Heroph. imposuisse scribit, qui ἀλύειν & πλανᾶσθαι synonyma esse dixerit. At certe verbi ἀλύειν & πλανᾶσθαι maximè vicinam esse significationem, & ἀλύων καὶ πλανώμενος à Plutar. inter se copulari, testatur Budæus ac cæteri Lexic. Iidem quoque ex Plutar. lib. de audient. poëmat. ἀλύειν ἀντὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι hoc est morderi, angi aut anxium esse poni scribunt, interdum etiam ἀντὶ τοῦ γαυριᾶν, & χαίρειν superbire & gaudio efferri, duobus ex Hom. locis in testimonium adductis. Quibus ex verbis satis patet ἀλύκην aut ἄλυν, & ἄσην, ac ἀδημονίαν eandem prope inter se significationem habere, ac sæpe ab Hipp. inter se copulari. Sic lib. περὶ παρθενίων (p. 563.6.) ἀλύων καὶ ἀδημονέων ὁ θυμὸς simul iunguntur, anxius animus & mœrore & concidens aut fluctuans. Eadem ratione ἀλύων & ἀπόδης simul ponuntur ægr. 11. lib. 1. Epid. & ægr. 7. lib. 3. Epid. post. st. pest. hoc est, stomachi fastidio laborans & magna corporis implaciditate. ἀλύουσα exponitur Erot. ἀπορῶν, ῥιπταζομένη, anxia, anxietudine aut inquietudine vexata apud Hom. Il. ε. (v. 352.) de vulnerata Venere, ὡς ἔφαθ᾽. ἡ δ᾽ ἀλύουσα ἀπεβήσατο. ἀδημονοῦσα exponit schol. Quem locum de animi anxietudine etiam sumit Plutar. ἀλύουσα dicitur Etymol. τῶν λύσιν μὴ εὑρίσκουσα τῶν κακῶν, morborum solutionem non inueniens, neque rationem vllam qua se malis explicet aut liberet.

Ἀλυσμὸς quoque ab ἀλύω deducta dictio Hipp. frequens, ἀλυσμὸς τινα καὶ ἀπορίαν, ὃ δὴ καὶ ῥιπτασμὸν καλοῦσι, Gal. significat in Exeg. anxietatem, consilij inopiam, aut incontinentem corporis iactationem. Erot. ἀπορίαν, ἀμηχανίαν, inquietudinem, mentis inopiam. Qua expositione vterque prognostici locum subindicat (p. 126.55. Hipp 37.46.) ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει. corporis enim iactationem indicat. Vbi Gal. eius dictionis notationem his verbis aperit. τοῦτο δ᾽ αὐτὸ τοὔνομα δηλοῖ τὸ δυσφορεῖν ἅπαντι σχήματι, καὶ μεταβάλλειν ἄλλοτε εἰς ἄλλο. hoc autem nomen indicat ægrum nullo habitu consistere posse, sed subinde in alium atque alium se mutare. ἀλυσμὸς ἀνιδρὼς corporis inquietudo sine sudore dicitur in Prorrhet. (p. 189. 54. Hipp. 72. A) Vtitur etiam ea dictione Hipp. vt annotat Erot. lib 4. Epid. (p. 1138.C.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 594. 8. 595.48.) Item lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 643.44.) ἀλυσμοί τε καὶ περιψύξιες, inquietudines & perfrictiones. In Coac. etiam (p. 197.B.) vbi Progn. locus repetitur iisdem pene verbis. Mirum autem subit quomodo apud Erot. hæc dictio ex Aphorismis in medium proferatur, cùm illic altum sit silentium. At certe testimonium illud ad verbum ἀλύειν vel ἀλύκην referri debet, quam per ἀλυσμὸν explicant.

Ἀλυκὸν ἁλμυρὸν falsum exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. Verum ἁλικὸν legitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 109.55. Hipp. 404.12.) γίνεται δὲ καὶ στόμα ἁλικὸν καὶ πικρὸν, fit autem os salsum & amarum. In multis etiam per υ scriptum reperitur. Et Hesych. ἀλυκὸν, ἁλμυρὸν, χλιαρὸν, ψυχρὸν exponit. additque quibusdam etiam θερμὸν significare. Varin. quoque δριμὺ addit.

Ἀλυώδης τόπος, locus amœnus & placens dicitur ἐν περὶ ἐγκυήσιος (p. 28.50.) ab ἀλύειν quod γαυριᾶν καὶ χαίρειν hoc est gaudio efferri significat teste Plutarcho, vt antea ostendimus. Cornar. ἀλιώδης legit & maritimum vertit. Caluus ἀλιώδης pro ἡλιώδης legit, apricum intelligens.

Ἄλφιτα hordei tosti seu fricti farinam significant Hipp. & de hordeacea farina dicuntur, quæ ex hordeo decorticato & torrefacto parabatur, vt patet lib. 2. περὶ διαίτης (355.22.) ἄλφιτα exponuntur ab antiquo critico κριθαὶ πεφρυγμέναι. Sunt qui dicant ἄλφιτον farinam hordeaceam propriè indicare, vt ἄλευρον triticeam. Verùm Gal. in Exeg. ἄλφιτα apud Hipp. quamuis farinam denotare, ac de omnibus leguminibus molitis, neque solùm de hordeo dici testatur, his verbis. ἄλφιτα τοίνυν παντὸς ἀλεσθέντος καρποῦ τὸ σύμμετρον τῷ μεγέθει θραῦσμα ὀνομάζεται. τὰ μὲν γὰρ μείζω, κρίμνα, τὰ δὲ ἐλάττω, ἄλευρα. hoc est, ἄλφιτα igitur cuiusuis grani moliti mediocris magnitudinis fragmenta vocantur. Maiora quippe κρίμνα, hoc est crassiores farinæ, minora verò, ἄλευρα, hoc est, tenuiores farinæ dicuntur. Idem etiam adscribit ἄλφιτα non solùm de hordeo dici Hipp. sed & lib. 1. περὶ γυναικ. ἄλφιτα πύρινα polentam triticeam vocari (p. 607.53.) vt & (p. 629. 7.) καὶ ἄλφιτα πύρινα ἐπιπάσσειν, ac polenta triticea inspersa, quod lib. περὶ γυναικείης φύσ. (p. 580.32.) ἄλφιτα πυρῶν πεφωγμένα ἐπιβάλλων, triticea polenta torrefacta adiecta, scribitur. Lib. quoque περὶ γυναικ. 2. (p. 639.39.) καὶ πύρινα ἄλφιτα καταλέσας, triticeam polentam commolitam intelligit. Lib. etiam περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 545.9.) φακῶν καὶ ὀρόβων πεφρυγμένων ἄλφιτα erui & lentium torrefactarum polenta dicitur. Quem locum ex lib. 2. de morb. maiore adducit Gal. in Exeg. Ἄλφιτον farina est hordeacea aqua alióve humore macerata, polenta Latinis dicitur. Lib. 5. Epid. (p. 1142.E.) καὶ πιὼν ἄλφιτον, & epota polenta. Ibidem quoque (1144.D.) ἄλφιτα λεπτὰ, tenuem farinam & polentam indicant, quòd aqua conspersa esset. ἄλφιτα ἐπιλεπτὰ ἐφ᾽ ὕδατι polentam sumpsit. λεπτὰ autem addit, vt exactè molitam & tenuissimas farinæ partes exprimeret, aut etiam maximè dilutam polentam denotaret. ἄλφιτα molam ex Theoc. vertit Virgil. eclog. 8. Sparge molam & fragiles incende bitumine lauros. Apud Theocr. verò Idyll. 2.

Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται, ἀλλ᾽ ἐπίπασσε

Θέστυλι δειλαία. hoc est, farinæ tibi primùm igne liquescunt, sed sparge Thestyli misera. ἄλφιτον & ἄλητον sæpe coniungit Hipp. vt lib περὶ γυναικείης φύσ. (p. 568.8.) καὶ ἄλφιτον ἴσον καὶ ἄλητον ἐπιβαλὼν, pari farina & polenta iniecta.

Ἄλφιτα autem ἄναλτα dicuntur Hipp. polenta insulsa aut sine sale, quam propinat in morbis muliebribus, vt lib. περὶ γυναικείης φύσ. (p. 578.1.) τῶν δ᾽ ἀλφίτων ἑώλων ἀνάλτων νῆστις διδοῦ πίνειν, polentam autem antiquam insulsam ieiunæ ex vino propina. Lib. vero. 2. περὶ γυναικ. (p. 647.14.) eadem in re, καὶ τῶν ἀνάλτων ἀλφίτων μοῖραν, & insulsæ polentæ portionem. Eodem etiam lib. (p. 638.6.) ἄλφιτα σησάμινα λεπτὰ

βεβρεγμένα ἐν ὕδατι, ἃ καὶ ἐκλείχειν ἄναλτα, polentæ recentes tenues aqua madefactæ, quæ etiam inſulſæ delingendæ. Sic autem forte dicta polenta videtur inſuauis, aut non admodum ſumptuoſè apparata, ἄναλτα ἄρτυτα, ἀηδῆ, ἀσύγκοπα, ex tranſlatione eduliorum inſulſorum & negligenter conditorum, quòd alia eſſet polenta ex arte magis apparata aut condita mixtis dulciariis quibuſdam, vt ſapa, melle, muſto, vino dulci, aliiſque id genus nonnullis, vt videre eſt apud Gal. lib. 1. de alimentis. Licet Erot. ἄναλτον ἄλφιτον, τὸ μικρὸν καὶ ἀναυξὲς exponat apud Hipp. tenuem, non augeſcentem polentam, forte minimum nutrientem intelligens, & ſi aliam nominis notationem quidam exprimant. Ἄλφιτον autem ἀγχαίνια videbis in Παγχαίνια.

Ἀλφοὶ vitiligines ſignificant: ſuntque vitiliginis ſpecies, & generis nomen retinent. Vitiligo nanque in λεύκην, μέλανα & ἀλφὸν diſtribuitur, de quibus Celſ. lib. 5. cap. 28. ἀλφοὺς inter morbos vernos annumerat Hipp. aph. 20 lib. 3. Gal. quoque Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 490. 9.) ἀλφοὺς vitioſi ſucci ſobolem eſſe ſcribit. ἐπειδὴ καὶ ἀλφοὶ κακοχυμίας τινὸς εἰσὶν ἔκγονοι περὶ τῷ δέρματι συνιστάμενοι. quandoquidem & vitiligines ex vitioſo ſucco ortæ in cute conſiſtunt. ἀλφοὺς inter corporis fœditates potiùs quàm morbos recenſetur Hipp. & ex pituitoſo humore fieri ſcribitur lib. περὶ παθῶν (p. 525. 14.) videturque cætera vitiliginis genera comprehendere. Celſus vitiliginem ſcribit quamuis per ſe nullum periculum adferat, tamen fœdam eſſe, & ex malo corporis habitu fieri. ἀλφὸν vocari vbi color albus eſt, ferè ſubaſper & non continuus, vt quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. Interdum etiam latius, & cum quibuſdam intermiſſionibus ſerpere.

Ἀλώπεκες dicuntur Hipp. lib. περὶ παθῶν (p. 525. 14.) quæ Celſo areæ, cæteris ſcriptoribus ἀλωπεκία, vitioſi ſucci ſoboles, à quo facilè capilli corrumpuntur. Vitium in pilis capitis, & capillorum denudatio. Ac primùm capilli extenuantur, deinde etiam decidunt ob redundantis ſucci malignitatem, tandemque locus affectus diſcolor apparet. Inde verò nomen ſortitum apparet, quòd vulpes eo vitio frequenter tentetur. Gal. lib. περὶ τῶν ἀπείστων [p. 474. 7.) Paulus lib. 3. cap. 1. Aëtius tetrab. 2. lib. 2. cap. 55. Eſt autem ἀλωπεκία authori definit. Medic. (p. 399. 54.) μεταβολὴ τοῦ χρώματος ἐπὶ λευκότερον, δι' ἣν χωρίζονται αἱ τρίχες ῥιζόθεν ἀποπίπτουσι, coloris in albidiorem mutatio, quæ vbi inueterauit, pili radicitus decidunt. Vide Celſ. lib. 6. cap. 4. & Gal. lib. 1. compoſ. med. κατὰ τόπ.

§ Ἀμαλδύνεσθαι corrumpi, perdi, deſtrui, deleri, aboleri, marceſcere & languere ſignificat. Gal. in Exeg. familiare eſſe Hipp. ſcribit, & ſignificare velut ἀφανίζεσθαι καὶ ἀμαυροῦσθαι, deleri, obſcurari, ex lib. 2. περὶ γυναικείων (p. 669. 54.) ὄμματα ἀμαλδύνεται oculi obſcurantur & hebeſcunt. Quem locum etiam allegat Erot. eadem explicatione adhibita: ἀμαλδῦναι verò Heſych. non ſolùm ἀφανίσαι exponitur, ſed & μαραίνειν tabefacere, vt & ἀμαλδυνόμενοι, ἀφανιζόμενοι & μαραινόμενοι, vt ſit etiam ἀμαλδύνεσθαι μαραίνεσθαι, tabefieri, marceſcere, languere. Vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 593. 1.) καὶ τὰ ἔμβρυα αὐτέων λεπτὰ καὶ ἀμαλδυνόμενα &c, earum fœtus tenues ſunt & languidi, aut tabeſcunt & marceſcunt. Et (p. 593. 43.) ὁ γόνος ἀμαλδύνεται ἀμφοῖν & amborum ſemen corrumpitur, euaneſcit, marceſcit. Sic lib. περὶ γονῆς (p. 232. 19.) de eunuchis, ὅτι σφέων ἡ δίοδος ἀμαλδύνεται τῆς γονῆς, quòd illis genituræ tranſitus deletur, aboletur, obliteratur. Lib. verò περὶ φύσ. παιδίου (p. 238. 26.) ἀμαλδύνειν conficere, conſumere ſignificat, καὶ τὰ ἔντερα ἐμφυσώμενα κατὰ τὸ ἄνωθεν ἐπιλαμβάνει πνεῦμα διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ πνεῦμα καὶ ἀμαλδύνει, & diſtenta inteſtina ſuperne per vmbilicum ſpiritum aſſumunt & conficiunt, hoc eſt abſumunt, tabefaciunt, conſumunt, delent & obſcurant, quòd ἀμαλδύνειν, ἀμαλύνειν καὶ μαραίνειν ſignificet, cùm illius nullum amplius appareat indicium.

Ἀμαλῶς apud Hipp. Gal. idem quod ἁπαλῶς ſignificare vult, hoc eſt molliter, idemque valere quod μετρίως, moderatè, citato in teſtimonium loco ex lib. περὶ τῶν ἐμπύων, τοῦτο δὲ ἀμαλῶς ἐπαινέουσι. Qui locus certe legitur libr. 1. de Morb. (p. 449. 53.) Hunc enim librum περὶ ἐμπύων indicatura inſigniri, quòd illic ferè de purulentis agatur, certum eſt. Verùm vitioſa eſt apud Galenum lectio, & τοῦτο δὲ ὁμαλῶς ἐπαινέουσι legendum, hoc eſt, hoc autem molliter laudant, quod eſt moderatè aut frigidè. Quamuis vulgata lectio rectè ferri poſſit, τοῦτο δὲ οὐχ ὁμαλῶς ἐπαινέουσι, id autem non perinde laudant. Illic enim de iis agitur quæ ex neceſſitate morbis ſuperueniunt, quorum culpa in medicum confertur, qui ſi quid exhibuerit quod ſtatim non profuerit, culpatur. At ſi profuerit, non peræquè laudatur, aut ex Gal ſententia, molliter ac frigidè laudatur. ἀμαλῶς quoque idem Gal. τὸ ῥᾳδίως ſignificare ſcribit, quod eſt facile, adducto ex li. 1. de morb. maiore teſtimonio, καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐχ ἀμαλῶς ὅρα, nec oculis facile videbat. Quæ verba leguntur lib. 2. de morb. (p. 463. 49.) Sed in vulgatis exemplaribus, καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐχ ὁμαλῶς ὁρᾷ legitur, & oculis non peræquè videt, vt facilè quis exiſtimet illic ἀμαλῶς eſſe legendum. Adfert etiam in teſtimonium Gal. ex lib. 2. de Morb. maiore, καὶ τὰ σιτία οὐχ ἀμαλῶς προσίεται, neque cibos facilè admittit. quod tamen legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 549. 17.) verùm exemplaria omnia τὰ σιτία οὐχ ὁμοίως προσίεται vitioſè, vt ſatis patet, legunt. ἀμάλλως verò Heſych. μετρίως, εὐκόλως, ἀσθενῶς, moderatè, facilè, imbecillè exponit. Quæ ſignificationes loco à Gal. adducto ex lib. περὶ ἐμπύων ferè quadrare poſſunt. Sed videtur ἀμάλλως vitioſè pro ἀμαλῶς poſitum apud Heſych.

Ἀμαμηλίδες dicuntur Gal. in Exeg. vocum Hipp. eſſe meſpili ſpecies quædam quæ Dioſcor. ἐπιμηλὶς & σητάνιον vocatur cap. 181. lib. 1. plurimumque in Italia naſcitur. Idem verò ἐπιμηλίδων nomine quibuſdam μῆλα σμικρὰ ἄγρια capi ſcribit, ἅπερ καὶ ἀμαμηλίδες ὀνομάζονται. Heſych. quoque ἀμάμηλος dicitur εἶδος γλυκέος μήλου, ἢ μεσπίλου, etſi vitioſè ἀχάμηλος pro ἀμάμηλος aut ἀμάμηλις legitur. Eſt enim ἀμάμηλις Pauſan. apud Euſtath. ficus aut meſpili genus ἅμα μήλῳ ἀνθοῦν, quòd cum malo floreat. Idem quoque pyri quoddam genus eſſe teſtatur. Quidam ἀμαμηλίδας pyri genus in Ionia eſſe credunt dulce & guſtu ſuaue & ἀπύρηνον, hoc eſt nucleis aut lapidoſa duritie carens. Apud Athen. lib. 14. ἀμαμαλίδες non videntur eſſe ἀπίων genus, ſed fructus quidam dulcis & ſuauis lapidoſa duritie carens. Sed ἀμαμαλλίδες vitioſè pro ἀμαμηλίδες aut ἀμαμαλίδες legitur apud Athen. Vſurpat hanc dictionem Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 608. 27.) ad lac prouocandum cum ſeſamo & hordeo trimeſtri in mortarium coniectis & tritis, ſuccoque per linteum expreſſo, admixto melle & amamelidibus, ex vino nigro propinato. παραμίξας δὲ καὶ μέλι, ἢ ἀμαμηλίδας. Vbi certe Amamelides fructus cuiuſdam dulcis & ſuauis ſaporem retinere videntur, cùm ad lac augendum, vt cætera omnia dulcia & modicè calida ac humida (lib. 5. de med. ſimpl. fac. cap. 21.) referantur, potius quàm ad meſpilorum aut malorum ſylueſtrium genus, quæ acerba ſunt & adſtringentia ingratique ſaporis. Aduertendum tamen eſt apud Hipp. paſſim & Gal. ἀμαμηλίδας tenui ſpiritu ſcribi, quod alij ἁμαμηλίδας ſcribunt, vt notationis ratio teſtatur.

Ἁμαρτάνειν aberrare, errare, labi & decidere ſignificat, apud Hipp. lib. 7. Epid. (p. 1215. E.) ἐκ τοῦ ὄρεος πάντη ἡμαρτηκώς, cùm monte prorſus aberraſſet, hoc eſt decidiſſet, & lapſus eſſet. Sic Heſych. ἥμαρτεν, ἀπέτυχεν, ἐψεύσθη exponit, aberrauit, falſus eſt. ἁμαρτάνειν etiam de mente captis dicitur, qui hallucinantur & aberrant, vt lib. 7. Epid. (p. 1225. F.) ἡ Ἱππίου ἀδελφεὴ φρενιτικὴ ἁμαρτάνουσα Hippiæ ſoror phrenitide laborans & mente aberrans. Heſych. quoque ἁμαρτεῖν ἀγνοῆσαι exponitur. Ἁμαρτάδες τὰ ἁμαρτήματα ſignificant, errores, delicta. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 64. 51. H. 390. 28.) αἱ δὲ κατ' ἀρχὰς ἁμαρτάδες, qui in principiis committuntur errores. Et rurſus (p. 68. 26. H. 391. 20.) φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτάς, aliquod nempe periculum affert hic error. Et (verſ. 21.) καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρας, longè verò magis ridendus hic error alio. Lib. etiam 4. Epid. (p. 1127. D.) ἁμαρτάδες βρωμάτων dicuntur errata & delicta in ciborum ratione. ἁμαρτωλίην Erot. apud Hipp. τὴν τῶν ἁμαρτημάτων εἴδησιν, erroris cognitionem exponit, ex lib. 2. Epid. (p. 1006. B.) Hunc enim locum mihi innuere videtur. Vbi ἁμαρτωλίην noxiam diximus, vitium & prauitatem intelligentes, cui τὸ χρηστὸν opponitur.

Ἀμαύρωσις ὀμμάτων, eſt oculorum obſcuratio & hebetatio, aut langueſcens oculorum acies, eorumque obtuſus ſenſus, nullo manifeſto apparente in oculis affectu. Dicitur ἀμαύρωσις Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 185. 3. H. 71. A.) ἀμυδρὰ τῶν ὀργάνων αἴσθησις ἄνευ χωρὶς τῆς κατὰ τὴν ἀχλὺν φαντασίας, hebeſcens & languida inſtrumentorum ſenſatio abſque vlla turbationis viſione. Vbi ἀμαυρώσεως καὶ τῆς ἀχλυώδους ὄψεως, hoc eſt obtuſæ & caliginoſæ viſionis, id conſtituit diſcriminis, ἀμυδρῶς γὰρ ἀμφοτέρων ὁρώντων, προσέρχεται τοῖς μὲν κάμνουσιν αὐτοῖς αἴσθησις ἀχλύος τινὸς ἐν ταῖς ἀχλυώδεσιν ὄψεσι. τοῖς δ' ἔξωθεν ὁρῶσιν, τῶν ὀφθαλμῶν ὁ μὲν ἀμαυρούμενος οὐδεμίαν ἔχων φαίνεται σύστασιν ἐκτὸς παρὰ φύσιν, ἀπόλωλε δ' ἐξ αὐτοῦ τὸ λαμπρὸν, καὶ στίλβον, ὃ τοῖς ὀξέως ὁρῶσιν ὀφθαλμοῖς ὑπάρχει, καί εἰσιν οἱ ἀμαυρούμενοι παραπλήσιοι τοῖς τῶν νεκρῶν. καὶ πολλοῖς τῶν ἀποθνησκόντων ἔτι ζῶσι,

οἱ ὀφθαλμοὶ τοῖσι φαίνονται, καθάπερ καὶ τοῖς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ· ἀχλυώδεις δ' οὐ πᾶσιν, ἀλλ' οἷς μόνοις τεθολῶσθαι φαίνεται τι κατὰ τὴν κόρην ὑγρὸν, ὃ λαμπρόν τε καὶ λευκὸν ἦν ἐθ' ὑγίαινον. Quod est, Nam cùm in vtrisque obtusus sit aspectus, in caliginosa tamen visione ægris ipsis veluti cuiusdam caliginis sensatio accedit, exterius verò cernentibus nullam humidi præter naturam consistentiam hebescens oculus habere videtur. at in eo periit lucidus oculorum fulgor qui in acutè cernentibus inest, suntque hebescentes oculi mortuorum similes: ac permultis morientibus & adhuc viuis eiusmodi oculi apparent, velut etiam in extrema senectute. At non omnibus caliginosi videntur, verùm iis solis quibus humor qui circa pupillam est, & sanitatis tempore tum splendidus tum albus erat, conturbatus cernitur. Est etiam ἀμαύρωσις Isagog. authori ὅταν παντελὴς παρεμποδισμὸς ᾖ τοῦ ὁρᾶν χωρὶς φανερᾶς αἰτίας, totius visionis impedimentum absque vlla manifesta causa. Sic Paulo lib. 3. cap. 22. ἀμαύρωσίς ἐστιν ὁ παντελὴς ὡς ἐπὶ πολὺ τοῦ ὁρᾶν παρεμποδισμὸς, χωρὶς φανεροῦ πάθους περὶ τὸν ὀφθαλμόν. Oculi obtusio aut obscuratio est plerunque perfectum cernendi impedimentum, citra vllam manifestam oculi affectionem. In Prorrh. (p. 206. 38. H. 76. H.) ὀμμάτων ἀμαύρωσις, oculorum hebetatio aut obscuratio. Et Coac. (154. G. & 155. A.) (p. 195. C.) ἀμαύρωσιν ἴσχει oculorum aciem retundit. Item ὄμμα ἀμαυρούμενον oculorum acies hebescens, obtusa, languida, euanescens, obscura, in Prorrh. (p. 184. 56. H. 71. A.) & aph. 15. sect. 1. lib. 6. Epid. καὶ τὸ ἀμαυρὸν κακὸν, oculorum quoque hebetatio ac retusio malum denunciat. Vbi scribit Gal. ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι τὸ ἀμαυροῦσθαι τὰς ὄψεις, ἀῤῥωστίαν καὶ νέκρωσιν σημαίνει τῆς ὀπτικῆς δυνάμεως, hebescens oculorum acies in morbis acutis, facultatis visoriæ debilitatem ac extinctionem denotat. ἀμαυρὸν & ἀμυδρὸν de eodem dici scribit Gal. lib. 3. de differ. pulf. (p. 35. 19.) vsitatius tamen Græcis esse ἀμυδρὸν, quod est hebes, obscurum & languidum. Dicitur & ἀμαυρὰ βλέπειν pro ἀμαυρῶς aut ἀμυδρῶς obscurè & obtusè cernere lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 652. 55.)

Ἄμβη dicitur Hipp. superciliosa in summa spatha lignea eminentia & capitulum rotundum aut leuiter cauum extremo superimpositum, quod simile est labro ac crepidini, quam ἄμβωνα aut ἄμβην dicunt. Lib. de art. (p. 584. 27. H. 783. B.) ἄμβην δὲ ἐχέτω μικρὸν ὑπερέχουσαν τῷ ὑστάτῳ τοῦ περιφερέος ἐν τῷ μέρει, hoc est, superciliosam autem habeat eminentiam in summa rotunditatis parte paulum extantem. Vbi Gal. totam illam machinam ligneam, quam illic describit Hippocrates, eaque ad humeri elapsi repositionem vtitur, ἄμβην vocari scribit, quòd in eius extremitate summa supercilium quoddam ad crepidinum similitudinem promineat, labro simile quod in extrema ollarum ora apparet, ad interiorem cauitatem conuersum. ἄμβη enim labrum & crepidinem significat & altiorem aut superciliosam eminentiam. ὀφρυώδη ἐπανάστασιν exponit Gal. in Exeg. Sic in clypeis ἄμβη dicitur superciliosa illa veluti eminentia quæ est in ora & extremo ambitu. Eaque significatione ἄμβη sumitur apud Gal. Comm. 2. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 676. 11. H. 742. F.) cùm scribit σκέπαρνον βραχεῖαν ἐπιστροφὴν ἔχει ὀφρυώδη καθάπερ ἡ ἄμβη, hoc est, asciam fabrilem modicè incuruum & prominens habere supercilium ac labrosum velut labrum. Ibidem quoque (v. 19.) σκέπαρνον & ἄμβη ex translatione εἶδος τῆς περιβολῆς τῶν ὀθονίων, inuolutionis fasciarum genus facit. Ἄμβην quoque & ἄμβωνα dici Atticis masculino genere huiusmodi superciliosam eminentiam, cuiusmodi est in vasorum & ollarum labris aut in clypeorum extrema ora & ambitu scribit Gal. Comm. 1. in lib. de art. Quam etiam significationem adfert Erot. qui post multiplicem huius dictionis notationem ex multorum opinione adscriptam, tandem ἄμβην τὴν ὀφρυώδη ἐπανάστασιν Hippoc. significare contendit, locum hunc libri de artic. subindicans. Apud eundem quoque Thersis ἄμβωνά φησι χεῖλος τῶν σκεύους, καὶ τῆς ἀσπίδος τὸ περὶ αὐτὴν τὴν ἴτυν, hoc est, ἄμβωνα dicit esse vasis labrum aut clypei quod est in extrema ora. Hesych. etiam ἄμβη exponitur ἡ τῆς ἴτυος ὀφρὺς τῶν κυκλῶν ἀσπίδων superciliosa illa eminentia quæ est in extremo ambitu cauorum clypeorum. Erot. scribit Rhodios ἄμβωνας vocare τὰς ὀφρυώδεις τῶν ὀρῶν ἀναβάσεις, superciliosos montium ascensus, vt & ἄμβη καὶ ἄμβων ἡ τῆς πέτρας ὀφρὺς exponitur petræ eminens supercilium. Et οἱ ἄμβωνες τῶν κοτυλῶν dicuntur Gal. lib. 2. de Caus. morb. (p. 210. 12.) in coxarum cauitatibus extremæ partes eminentes labro similes, quæ confractæ naturalem figuram deprauare consueuerunt. Quin & ἄμβην Gal. totum illud instrumentum chirurgicum in summo capitulum rotundum habens, quo ad caput humeri elapsum reponendum vtitur Hipp. lib. de artic. significare ex multorum sententia scribit Com. in eundem lib. 1. Quam etiam μηχανικὴν ἄμβην vocat Com. 4. in eundem lib. (p. 655. 45.) & (p. 658. 5.) Paulus quoque cap. 114. lib. 6. huiusmodi lignum quod ab Hipp. describitur & vsurpatur ἄμβην vocari scribit. Celsus verò cap. 15. lib. 8. machinam istam chirurgicam spatham aut spathulam ligneam vocare videtur, & Hipp. ἄμβην capitulum rotundum & leuiter cauum. Est etiam ἄμβη superciliosa eminentia ad latus cauitatis articuli apparens labro aut crepidini similis, aut capitulum rotundum ac leuiter cauum. lib. de artic. (p. 660. 21. H. 839. B.) ἑκατέρωθεν δὲ τῆς χώρης ὑπερέχει, ὥσπερ ἄμβη ἐστίν. Ex vtraque verò parte in quam excesserunt, supercilium quoddam in extrema ora labro aut crepidini simile eminet. Quem locum mihi expressisse in Exeg. videtur Gal.

Ἀμβῆξαι μετὰ βηχὸς αἷμα πτύειν, tussi expuit, reiecit, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. sed positum pro ἀνέβηξαι apparet. Quædam exemplaria etiam ἀμβρῆξαι scribunt, quod βρῦγμα agnoscat Gal. apud Hipp.

Ἀμβλυωγμὸς dicitur oculorum hebetudo & caligatio, aut retusa oculorum acies, in Progn. (p. 162. 46. H. 46. 17.) αὐτὴ μετὰ τοῦ ὀρφνῶδές τι περὶ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι, ἀμβλυωγμὸς γίνεται. & pro eo quod tenebricosum quiddam ob oculos obuersabatur, oculorum acies hebescit. Vbi Gal. ἀμβλυωγμὸν ἀμβλυωπίαν exponit, quæ est visus hebetudo & obtusio. In Prorrh. (p. 176. 41. H. 68. G.) ἐν πυρετῷ καυσώδει ἦχων περιεσχημένων μετὰ ἀμβλυωγμοῦ. In febre ardente si tinnitus aurium cum visus hebetudine succedat. Vbi Gal. ἀμβλυωγμὸν γίνεσθαι scribit παχέος τινὸς ὑγροῦ ἢ πνεύματος ἐμπίπτοντος τοῖς ὀφθαλμοῖς, halituoso & crasso humore, aut flatibus in oculos incidentibus. Ἀμβλυωσμὸς etiam dicitur Hipp. in Coac. [H. 136. A.] vbi reperiuntur quæ scripta sunt in Prorrh. & [p. 149. C.] ἦχοι μετὰ ἀμβλυωσμοῦ, sonitus cum visus hebetudine. Item Prorrh. 2. [p. 108. E.] ἐρέσθαι δὲ καὶ περὶ αἱμωδίας, καὶ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ ἤχων. Sciscitari quoque oportet num dentium stuporem sentiant, aut visus hebetudinem, aut aurium sonitum. Eodem quoque lib. [p. 113. E.] ἀλλ' ἐπανέρεσθαι περὶ τοῦ αἵματος, εἰ νέῳ ἐόντι ἔῤῥει, καὶ περὶ τοῦ ἀμβλυωσμοῦ. Percontari igitur oportet num sanguis in iuuentute fluxerit, aut oculorum caligatio contigerit. Atque hos mihi quidem locos subindicare videtur Gal. in Exeg. cum ex maiore Prorrh. ἀμβλυωσμὸν ἀμβλυωπίαν exponit. Dicitur etiam ἀμβλυώσσειν vt Prorrh. 2. [p. 108. H.] σκότοι δὲ αὐτῶν ἀμβλυώσσουσι, quibus autem oculorum caligo adest. Sic enim Cels. ex hoc loco ἀμβλυώσσειν oculorum caligine vexari vertit cap. 8. lib. 2. Ibidem quoque [p. 113. E.] ὁκόταν δὲ παλαιὸν ἤδη ᾖ τὸ νόσημα, ἀμβλυώσσουσιν οἱ ἄνθρωποι ὑπ' αὐτοῦ. At vbi iam morbus inueterauerit, oculorum caligine homines vexat. Lib. quoque de loc. in hom. [413. 46.] οὐδ' ἀμβλυώσσειν ποιέει, neque oculorum caliginem facit. Et [p. 412. 26.] καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι γίνεται ἀμβλυώσσειν, & oculorum caligo accedit. Sic lib. 2. περὶ γυναικ. [p. 641. 12.] ὀφθαλμοὶ ἀμβλυώσσοντες dicuntur oculi hebescentes & caligantes. Et [p. 645. 33.] ἀμβλυώσσουσι γὰρ, ἢ ἀμφὶ τὴν φάρυγγα ὄχλοι, oculorum enim caligine tentabuntur aut circa fauces molestia aderit. Est & ἀμβλυώττειν eiusdem significationis, seu Atticum magis, in Progn. [p. 132. 7. H. 38. 47.] ἀλλ' ἐπανερωτᾶν χρὴ, εἰ τὴν κεφαλὴν ἀλγέουσιν, ἢ ἀμβλυώττουσιν, vtique si interrogatis aut capitis dolor, aut oculorum caligo adfuerit. Sic enim ex hoc loco vertit Cels. Cap. 7. l. 2. Etsi quædam exemplaria ἀμβλυωπέουσιν illic legunt eodem significatu. Et initio lib. 2. περὶ νούσων [pag. 461. 44.] ἀμβλυώττουσι δὲ ὅταν ἐς τὰ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι φλέβια ἐσέλθῃ φλέγμα. Hebescit autem oculorum acies cum ad venas in oculis pituita peruenerit. ἀμβλυωσμὸς etiam Gal. ἔκτρωσις exponitur in Exegesi, abortio παρὰ τὸ ἀμβλώσκειν, sed tunc ἀμβλωσμὸς legi procul omni dubio debet pro ἀμβλυωσμός. vt & ἀμβλώσσω pro ἀμβλυώσσω ponitur, & ἄμβλωμα aut ἄμβλωσις τῶν ὀφθαλμῶν ἀντὶ τοῦ ἀμβλυωσμοῦ. Sed & apud Gal. ἀμβλίσκειν malè pro ἀμβλώσκειν mihi legi videtur, aut ἀμβλύσκειν, quod Hesych. ἐκτιτρώσκειν ex Sophoc. Androm. exponit.

Ἀμβλυωπία etiam dicitur hebes & obtusa oculorum acies absque vlla manifesta causa. Sic enim definitur Paulo lib. 3. cap. 22. ἀμβλυωπία ἀμαυρότης τοῦ ὁρᾶν ὑπό τινος ἀδήλου αἰτίας γινομένη, visus obscuritas ab occulta quadam causa oborta. Actuarius verò lib. 2. περὶ διαγνωσ. παθ. ἀμβλυωπίαν describit ἀμαυρότητα περὶ τὸ ὁρᾶν, οὐχ ὑπ' ἀδήλου δὲ αὐτὴν αἰτίας γινομένην, οὐ μὴν ὄψει καταλαμβανομένην, visus obscuritatem, non ab occulta causa obortam, sed oculis non deprehensam.

ἀμβλυω-

ἀμβλυωπίαι senibus familiares aph.31.lib 3. Quibus ἀμβλυωπίαι fiunt διὰ τὴν αἰσθητικῆς δυνάμιος ἀμαύρωσιν, hebescente & imminuta facultate sensibili, vt scribit Gal. in Com. ἀμβλυωπίησι exponit Gal. apud Hipp. τὰ ἀμβλύτερον ὁρώμενα, τουτέστιν ἀμυδρότερον, hoc est obtusius aut obscurius cernentia, cæcutientia. Sic enim exponunt multi. Quæ tamen explicatio huic loco lib. de morbo sacro (p.308.26.) parum congruere videtur. τὸν δὲ ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα πολὺ ἀμβλυωπότερα ποιέουσι τῆς φύσιος. Solem verò ac Lunam & sydera multò obscuriora quàm pro natura reddit (Auster) hoc est heberiora & quæ obscuriora cernantur. Vt mihi apud Gal. in Exeg. τὰ ἀμβλύτερα & ἀμυδρότερα leg. videatur. Hesych. ἀμβλυωπεῖν τυφλώττειν exponit.

Ἀμβλώσκω & ἐξαμβλόω significat abortum facere aut abortiuum parere, fœtum abortione perdere. explicatur τὸ φθείρειν βρέφος ἐν γαστρί fœtum in vtero perdere, quod per ἀποφθείρειν aut διαφθείρειν sæpe exprimit Hipp. Dicitur de muliere ἀμβλώσκω, ὡς ἀποβάλλειν ἐκ τῆς μήτρας τὸ ἔμβρυον, velut quæ fœtum vtero eiiciat, vt scribit Eustath. Vsurpatur autem Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (p.600.40.) ἐρρωδίην χρὴ τὸ ἔμβρυον ἀμβλῶσαι ῥαγέντων τῶν ὑμένων, metus est ne ruptis membranis fœtum abortione eiiciat aut perdat. ἀμβλίσκεσθαι autem & ἐξαμβλίσκεσθαι dicitur de fœtu ipso qui abortu educitur. Ibidem (v.37.) καὶ αὗται δὲ μῆτραι φύσει ἔχουσιν ὥστε ἐξαμβλίσκειν. Quin & ipsi vteri ita sunt à natura comparati vt abortum faciant. ἐξαμβλωθῆναι quoque de fœtu abortione reiecto dicitur lib.1. περὶ γυναικ. (p.611.48.) ἢν δὲ περὶ τοῦτο ὡς ἐπιπολὺ διαφθείρεται καὶ ἐξαμβλοῦται [τὸ ἔμβρυον] quin ad hæc vt plurimùm fœtus corrumpitur & abortione reiicitur. ἀμβλῶσαι scribit Gal. initio Com. 1. in lib. 6. Epid. dici Atticis quam ἀποφθορὰν vocare consueuit Hipp. & ἀμβλώσκειν dici κατὰ τὸ ἁπλοῦν τῶν ἐμβρύων ἐκπτώσεως, ὅπως ἂν δὲ γίγνηται, de imperfecta cuiusque modi sit fœtus eiectione. ἀμβλωτικὰ verò dici medicamenta quæ id efficiunt.

Ἀμέθυστα φάρμακα dicuntur quæ ebrietatem arcent aut eam discutiunt, quorum meminit Gal. lib. 2. Comp. Pharm. κατὰ τόπ. ex Archigene (p.183.19.)

Ἀμείβειν pertransire, præterire, prætervehi, excedere & vltra ferri significat. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p.671.14. H.741.F.) εἰς μὲν τὸ ἔμπροσθεν γούνατα μὴ ἀμείβειν, in anteriorem quidem partem genua nó pertranseant. ἀμείβειν Erot. ἀλλάττειν καὶ μεταστρέφειν exponit, quod est solum vertere ac mutare. Sic lib. 6 Epid. sect. 5. aph. 19. τῶν μακρῶν ἀμείβειν σύμφορον, ἐπὶ δὲ τῶν μακρῶν νοσημάτων, in longis morbis solum vertere conducit, vbi exemplaria quædam manuscripta τῶν μὲν ἀμείβειν legunt. ἀμείβων ἀλλάττων, & ἀμείβοντα ἀλλάττοντα exponit Hesych.

Ἀμενηνὸν ἀσθενὲς exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. debile, viribus defectum, imbecillum. Vtitur ea dictione Prorrhet. 2. (p.109 B.) ἰσχνὸν τε ἰδεῖν καὶ ἀμενηνὸν, gracilibus & viribus exhaustis. Et lib.1. περὶ γυναικ. (p.592.36.) καὶ λεπτὴ καὶ ἀμενηνή, tenuis & debilis. Familiaris Hom. dictio vt testatur Lucian. in Necyom. & frequenter ἀμενηνὰ κάρηνα dicuntur ὀδυσσ. κ. & λ. viribus exhausta capita & euanida. Galenus lib. 4. de dignot. puls. (p.80.39.) ex Agathino de pulsu languido. ἀμενηνὸς γὰρ καὶ ἐκλύτως προσπίπτει τῇ ἀφῇ. inualide & exolutè tactui occurrit. ἀμενηνὸν autem debile, exhaustum viribus & euanidum significat κατὰ στέρησιν τοῦ μένους, ἤγουν δυνάμεως quòd roboris aut virium sit expers. μένος καὶ ἰσχὺν exponit Hom. Schol.

Ἀμέρσαι apud Hipp. exponit Gal. ἀφαιρεῖν καὶ λαμβάνειν auferens & sumens. Vbi tamen ἀμείρων quædam exemplaria habent, alia quoque ἀμέρων. Sunt qui ἀμαρέων aut ἀμερδεῖν legant. Verùm ἀμέρσαι pro ἀμείρων ferri posse censet Henr. Steph. in veterum scriptis censendis censor acerrimus, ab ἀμείρω quod priuo, detraho, aut partem aufero, & idem quod ἀμέρδω significat. Idemq; Nican. versum 686. Theriac. adducit, vbi ἀμέρσων Schol. κλέψει exponit. At Hesych. ἀμέρσαι, ἀφελεῖν ἐκβαλεῖν, στερῆσαι, & ἀμέρσαι, ἀποστερῆσαι, συλῆσαι, detrahere, priuare, spoliare exponit. vt & ἀμερθεὶς, στερηθεὶς, & ἀμερθῇ στερηθῇ, & ἀμέρδεις, στερεῖς, & ἀμείρεται, στερίσκεται, ἀφαιρούμενος, ἀπαμείρεται idem ἀφαιρεῖται explicat.

Ἀμῇ apud Hippocratem exponit Gal. κατά τινα τρόπον, ἐκ τινὸς μέρους, μετρίως, quodammodo, quadantenus, aliqua ex parte, modicè. Verùm ἀμῇ & ἀμῇ quædam habent exemplaria, sed ἀμῇ malim, vt sit idem quod ἀμῶς & ἀμοῦ.

Ἀμ' ἡμέρῃ sub diluculum significat, sub diei exortum, diluculo. ἅμ' ἡμέρᾳ idem esse quod Alcæus ἅμ' ἠοῖ dicit summo diluculo & sub auroræ exortum significat Hesych. Vtitur Hipp. lib. 5. Epid. (p.1161. H.) ἅμ' ἡμέρῃ δὲ ἱδρὼς καὶ τοῦ ἰητροῦ καὶ ὥστε ἄλλοισι βίαιον ἔχει. Sub diluculum verò & medico atque aliis melius habere videbatur. Quod lib. 7. Epid. (pag. 1240. C.) ἅμα τῇ ἡμέρῃ dicitur, vbi eadem repetuntur.

Ἀμίσσει, ἀναπάξαι, ἀμύξαι, exponit Gal. in Exeg. hoc est exprimens, lancinans, vellicans, si modo vera est lectio, quæ sanè plurimùm mihi suspecta videtur, quòd multa exemplaria ista desiderent.

Ἀμιναῖαι σταφυλαὶ vide σταφυλαὶ ἀμιναῖαι.

Ἅμμα nodus aut nexus dicitur qui fasciarum cruribus implexis aut nexis efficitur. Qua dictione vtitur sæpe Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p.677.53.743.C.678.41. ibid. 679.14 & 40. ibid.) Vbi Gal. ἅμμα vocari scribit τὸ ἐκ τῶν ἐπιδέσμων γινόμενον ἀλλήλοις ἐπιπλεκομένων καὶ διαπλεκομένων, ὅ τῶν δύο περάτων, ὅ θατέρου σχισθέντος μόνον, ἢ τρίτου γε ἐπ' αὐτοῖς τοῦ εἰλουμένου καταλήμματος ἔξωθεν ἐπιβαλλομένου, quod fit fasciis inter se connexis & complicatis, vel cùm duo extrema, vel cùm alterum tantùm scinditur, vel cùm tertium extrinsecus iniicitur, quod Græci κατάλημμα, velut comprehensamentum, vocant. Idem ἅμμα vocat τὸ ἐξ ἐπιπλοκῆς πλεκτάνης ἐκ τῶν σκελῶν τοῦ ἐπιδέσμου γινόμενον, hoc est nexum qui ex habenis aut fasciarum cruribus implexis efficitur (p 679.43.)

Ἀμοὶ explicatur Gal. in Exeg. apud Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον ex Dioscoridis mente, ac idem est quod moderata. Sed vitiata est Gal. lectio, & pro ἀμοιὴ τῇ πιέξει παραλλάξαι, ἀμοιῇ τῇ πιέξει παραλλάξαντα legendum, vt sit locus integer qui legitur eodem lib. (p.700.16. Hipp. 748.G.) ἀλλοίῃ τῇ ἐπιδέσει παραλλάξαντα ἐκκλίνει ἐς τὴν αὔξησιν καὶ ἀνάστασιν τῶν σαρκῶν ποιέεται, hoc est, diuerso vinculo permutatæ, [contabefactæ partes] ad incrementum tendant, carniumque restaurationem faciant. Agitur enim de partium extenuatarum ac emaciatarum reparatione. Eamque lectionem ex Gal. illic retinuimus, cuius etiam meminit in Exeg. cùm publicata exemplaria & scripta quoque longè aliter legant. At verò ex Dioscor. lectione ἀμοιῇ τῇ πιέξει παραλλάξαντα, moderata compressione permutatæ partes indicantur. ἀμοὶ nanque μετρίᾳ Gal. exponit ex Dioscor vt eam vinculi moderatam compressionem significet, quæ eatenus parti adhibeatur, vt comprimat quidem, at citra dolorem qui inflammationem moueat. Quam vinculi moderationem abunde ex ipsius Gal. verbis expressimus nostris in eum lib. Annotat. istamque lectionem adduximus & restituimus. Quò magis miror V. ir. n. pudendo errore adscripsisse, ἀμοιῇ, ὁ τῇ πίεσι παραλλάξ, ἐκκλίνει ἐς τὴν αὔξησιν παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Quæ ex hac Galeni lectione prauissimè esse detorta cuiuis est perspicuum. ἀμοιὸς, κακὸς Siculis dicitur teste Hesych.

Ἀμόλυντον Cælius Aurelianus vertit, quod attrectatorum manibus nihil de se inquinamenti dimittit, cap. 37. lib. 2. morb. acut.

Ἀμόργη amurca dicitur & olei fæx, hoc est oliuæ expressæ sidens recrementum. Ἀμόργην scribit Gal. Com. ad aph. 45. lib. 7. Græcos vocare τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἐλαίου, olei fæcem. Hipp. incoctam hepatis putrilaginem ἀμόργην ex similitudine vocat. Erot. ἀμόργην scribit esse ὡς ὅταν τὴν ὑποστάθμην τοῦ ἐλαίου, olei retrimentum aut sidens crassamentum, ἔστι δὲ εἰρῆσθαι ὀρρόν, hoc est ad sanguinis serum transferri. Quibus verbis serosam illam hepatis putredinem & incoctam aph. 45 lib. 7. subindicat. Lib. verò de vlceribus (p.876.C D.) ἀμόργη ἐλαίου amurcam & olei fæcem indicat.

Ἀμπέλιον viticula dicitur. τὸ ἀμπέλιον χλωρὸν, vitem viridem, aut vitis folia, aut etiam vitis pampinum vi idem exponunt apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φυσ. (p.586.26.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p.624.15)

Ἄμπωτις significat æstus maritimi reciprocationem, aut aquæ marinæ littora destituentis absorptum & recessum post exundationem, quasi mare eam aquam recedentem resorbere ac rebibere videatur. ἄμπωτις enim velut ἀνάπωσις dicitur, ἄμπωτις autem & πλημμυρὶς inter se opponuntur Aristot. libello de Mundo & authori libri περὶ φιλοσόφου ἱστορίας, qui falsò Gal. attribuitur: vt sit πλημμυρὶς aut πλημμύρα æstus maritimi accessus & inundatio, ἄμπωτις autem æstus recessus aut reciprocatio ex Plinio lib. 2. M. Tullius lib. 2. de natura deorum, æstus maritimos multum accedentes & recedentes dixit, & æstus maritimi accessus & recessus, lib. 3. Et lib. 2. de Diuin. marinorum æstuum & accessus & recessus, lunæ motu gubernari. Vtriusque verò tum πλημμυρίδος, tum ἀμπώτιδος elegantem velut Euripi fluentis ac refluentis, descriptionem habet Virg. lib. 11.

Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus,
Nunc ruit ad terras, scopulósque superiacit vndam
Spumeus, extremamq; sinu perfundit arenam
Nunc rapidus retro, atque æstu reuoluta resorbens
Saxa fugit, littusq; vado labente relinquit.

Ἄμπωτις verò dicitur Hipp. ex translatione humorum recessus & ad internas partes reuocatio, & ἡ εἰς βάθος μετάστασις τῶν ὑγρῶν, aut (vt exponit Gal.Com. ad aph.2. lib.1.) εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος ὑποχώρησις καὶ ὑπονόστησις, humorum intrò ad corporis penetralia recessus ac receptus. Hipp. locus est libello περὶ χυμῶν statim initio. τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν, ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστι τῶν χυμῶν, ὥσπερ ἀνθέων, quod significat cutis colorem similem humoribus efflorescere, nisi ad interna recesserint, aut nisi humorum ad interiora quædam reuocatio fiat. Quod tamen aliter sonat apud interpretes. Quem sanè locum innuit & exponit Gal.com.ad aph.2.lib.1.his verbis. τεκμαίρεσθαι δὲ δεῖ τὸν πλεονάζοντα χυμὸν τῇ χροιᾷ, πλὴν εἴ τινες ὑποχωρήσειεν εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος. τὸ γὰρ χρῶμα τῶν χυμῶν ἐοικὸς ἀνθέων, ὁκόσων μὴ ἄμπωτίς ἐστιν. Ex colore autem quinam redundet humor coniicere licet, nisi quidam in corporis profunda se receperint. Color enim similis humoribus efflorescit, cùm ad interiora non recesserint. Etsi locus mihi carere vitio non videtur. Nam ὥσπερ ἀνθέων pro ἐοικὸς mihi legendum videtur. Gal. quoque lib.4. salub. (p.258.4.) ex cutis colore humoris exundantis dignotionem professus, hunc etiam Hipp. locum adumbrat & explicat, his verbis. τὸ γὰρ χρῶμα τῶν χυμῶν ἐστιν, οὐ τῶν στερεῶν τοῦ ζώου μορίων, ὅταν γε μὴ ὑποχωρήσωσιν εἰς βάθος οἱ χυμοί. Color enim ex humoribus non ex solidis animalis partibus, prouenit, vtique cùm in profundum non recesserint. Vbi τὴν ἄμπωτιν ὑποχώρησιν εἰς βάθος τῶν χυμῶν esse testatur Ibidem quoque (v.9.) ἄμπωτιν, ad Hipp. locum alludens, humorum intro recessum aut refluxum sumit, cùm scribit, ὀργισθέντων οὖν ποτ' ἰσχυρῶς, ἢ δυσωπηθέντων, ἢ τῶν ἐκ τῆς αἰδοῦς διὰ ἄμπωτιν τὴν τῶν χυμῶν ἀναφερομένων, μὴ προσέχειν τὸν νοῦν τῇ χροιᾷ. (Sic enim mihi legendum videtur contra omnium vulgatorum exemplarium fidem.) Ergo in vehementer commotis aut iratis, aut in his qui per pudorem, velut humorum ad interiora recessum foras reuocant, attendere ad calorem non oportet. Lib.quoque περὶ φλεβοτομίας (p.20.1.) Galenus eodem modo hunc Hippocratis locum accipit, etsi locus in editiriis exempl. vitiosus est. Author etiam fragmenti in Hipp. librum de humor. iam pridem in lucem editi, & Galeno non satis aptè attributi, ἄμπωτιν, τῶν χυμῶν ταραχὴν exponere videtur, cùm colores diuersos secundum extimam cutim in nobis efflorescere scribit, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τῶν ἐν τῇ κράσει δυναστευόντων χυμῶν, his verbis. καὶ μὲν δὴ καὶ ἐν προοιμίῳ τοῦ περὶ χυμῶν, τὸ χρῶμα φησὶ, τῶν χυμῶν, ὅπου οὐκ ἔστι ταραχὴ αὐτῶν, ὥσπερ τῶν ἀνθῶν κατ' ἐπικράτειαν τῶν χυμῶν ἔωθεν ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν ἡλικιῶν ὑπαλλάττεσθαι τοῖς ἀνθρώποις. quod est, Quinetiam in præfatione libri de Humoribus, Color, inquit, humorum vbi nulla horum turbatio accesserit, per summam cutem efflorescens, pro humorum excellentia, in hominibus per vicissitudinariam ætatum successionem variare assolet. Neque verò hoc loco prætereundum duxi quod scribitur in quibusdam manuscriptis exemplaribus lib. περὶ χυμῶν ex Scholio quodam, quod huius vocis explicationem valde expressam habet. Id autem est huiusmodi. ἄμπωτις κυρίως λέγεται ἡ τῆς θαλάσσης ὑποχώρησις, διὰ ἀνάποσίς τις οὖσα. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων τὴν ἐκ τῆς ἐπιφανείας εἰς τὸ βάθος ὑποχώρησιν, ἄμπωτιν ὠνόμασεν, hoc est, ἄμπωτις propriè dicitur maris recessus, velut resorbitio quædam. Per vsurpationem autem ἄμπωτιν vocauit in nostris corporibus ex superficie in interiora recessum.

Ἀμυγδάλια dicit Hipp. quæ alij ἀμύγδαλα, amygdalas nuces, lib.2.de Morb. (p.484.10.) ἀλλ' ἀμυγδάλια τρίβων, verùm amygdalas tritas.

Ἀμυδρὸς obscurus dicitur, vt lib. περὶ ἐνυπνίων (p.377.53.) μέλαν καὶ ἀμυδρὸν ἄστρον, nigrum & obscurum astrum, hoc est vix apparens, quod postea (378.8.) ἀφανὲς dicitur. (etsi μηδ' ἀφανὲς pro καὶ ἀφανὲς scriptum vitiosè videtur, & sic legisse videntur interpretes) cui καθαρὸν καὶ λαμπρὸν purum & splendidum opponitur. ἀμυδρὸν igitur ἄστρον sydus obscurum, aut quod vix cernatur, & cuius lumen hebescat dicitur, vt ἀμβλυωπότερα ἄστρα antea ex lib. περὶ ἱρῆς νόσου adscripsimus. ἀμυδρὸς σκοτεινὸς dicitur Hesych. & ἀμυδρότερα ἀμαυρότερα & ἀσθενέστερα. Sic ἀμυδρῶς obscurè & exiliter significat, & Sudæ exponitur σκοτεινῶς, ἀσαφῶς, λεπτῶς.

Ἀμύλιον Hipp. dicitur quod cæteris ἄμυλον, lib.2. περὶ γυναικ. (p.669.26.) ἢ ἀμύλιον ἐν ὀθονίῳ προστίθεσθαι πρὸς τὸ στόμαχον, aut amylum ad vteri os apponat. ἀμύλιον tamen exemplaria manu scripta Regia legunt, quædam etiam ἀμύλιον. Dicitur autem ἄμυλον quòd molam non sit expertum ac sine mola fiat vt testatur Dioscor. fit verò ex omni tritico ac siligine, sed optimum trimestri, vt scribit Plin.cap. 7.lib.18. qui eius parandi rationem adscribit, & Dioscor. lib.2.cap.123.

Ἄμυον σκέλος crus emusculatum significat, hoc est sine musculis, minimè torosum, quod musculorum delineationes descriptas non habet sensui apparentes, non quòd musculi aliqui desiderentur aut pereant, sed quòd musculorum delineamenta nulla visui sint conspicua, quæ in torosis ac robustis cernuntur. Quemadmodum enim ἄφλεβον σῶμα dicitur corpus quod venas conspicuas non habet, non quod iis caret, sic ἄμυον, quod musculorum delineationes conspicuas non habet. Lib. de art. (p.629.3. H.819.H.) ἄσαρκόν τε ἅπαν τὸ σκέλος καὶ ἄμυον, καὶ ἐκτεθηλυσμένον, καὶ λεπτότερον γίνεται. Crusq; totum carnis expers, emusculatum, effœminatum & tenuius redditur.

Ἀμυστὶ exponitur Gal.apud Hipp. ἀθρόως, confertim, ἄνευ τοῦ μύσαι τοῖς χείλεσι citra labiorum compressum, hoc est hiante & aperto ore.

Ἀμυχὴ laceratio, scarificatio, incisura; exulceratio summæ cutis leuis & superficiaria dicitur, ἡ μὴ εἰς βάθος πληγὴ Varin. vulnus non profundum; Hesych. ἐπιπόλαιον ἕλκος, vlcus in superficie existens. Gal. lib.2. ad Glauc. (pag.216) ἀμυχὰς λεπτὰς καὶ ἐπιπολαίας summæ cutis leues incisuras per scarificatum intelligit, & βαθείας καὶ μακρὰς altas & longas quæ penitius infliguntur, quemadmodum intermedias quasdam διὰ μέσου τῶν ἀμφοτέρων, καὶ τὰς μεταξὺ τῶν εἰρημένων, οὐ μήκει τε καὶ βάθει, neque altas neque longas. Lib.7. Epid. (p.1218.3) ὑπὲρ κροτάφου ἀριστεροῦ ὅσον ἀμυχὴν διακόπη, supra tempus sinistrum quantum summæ cutis incisura dissecta facta est. Significat autem leue & superficiatum tantùm vulnus fuisse, neque altè penetrasse. Lib. quoque περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.550.17.) καὶ ἀμυχὰς ἐν τῇσι κνήμῃσι λαμβάνει lacerationes in tibiis habet, hoc est velut vlcuscula lacerata. τὰ ἀμυχώδεα ἐξανθήματα dicuntur Coac. (pag.18 A.) pustularum eruptiones cum leuibus per summa incisuris & lacerationibus.

Ἀμφημερινὸς πυρετὸς quotidiana febris dicitur, quæ quotidie accessionem habet à pituita putrescente nouas quotidie inuasiones cum refrigeratione faciente, cæteris καθημερινὸς dicitur. Etsi Gal. cap 8.lib.2. de differ. feb. ἀμφημερινὸν dici vult quod quotidie fit non καθημερινόν. τὸ γὰρ καθημερινὸν ὄνομα τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἔστιν εὑρεῖν παρά τινι τῶν Ἑλλήνων γεγραμμένον. ἀμφημερινὸν δὲ πᾶν πρᾶγμα τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὡσαύτως γιγνόμενον ὀνομάζουσιν. καθημερινὸν enim vocabulum planè nusquam apud quenquam Græcorum scriptum reperias ἀμφημερινὸν verò vocant opus omne quod singulis diebus eodem modo fit. Lib.1. Epid. (p.361.53. H.944.G.) ἀμφημερινοὶ δὲ καὶ νυκτερινοὶ πυρετοὶ πολὺν χρόνον παρέμενον. Quotidianæ verò & nocturnæ febres diu perseuerarunt. Cuius rei rationem reddens Gal. scribit. ἡ γὰρ ὑγρὰ τε καὶ ψυχρὰ κατάστασις, ὥσπερ ὁ χειμών, φλεγματώδη γεννᾷ χυμόν, ἐφ' ᾧ τοὺς ἀμφημερινοὺς ἐδείξαμεν γίνεσθαι πυρετούς. Humida nanque & frigida constitutio velut hyems, pituitosum succum gignit ex quo quotidianas febres oriri ostendimus. Ἀμφημερινοὺς quoque πυρετοὺς intelligit Hipp. lib.1. Epid. (p.378.16 H 961.G.) per febres continuas cùm scribit: πυρετοὶ οἱ μὲν συνεχέες, οἱ δὲ ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσιν· νύκτα ἔχουσιν, ἡμέρα διαλείπουσιν. febres hæ quidem continuæ, quædam interdiu prehendunt, noctu intermittunt, noctu prehendunt, interdiu intermittunt. In quorum verborum explicatione sic scribit Galenus. ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει, πυρετῶν διαφορὰς γράφων ὁ Ἱπποκράτης, ἐνίους μὲν αὐτῶν φησιν εἶναι συνεχεῖς. εἰσὶ γὰρ ὄντως πολλοὶ συνεχεῖς κατ' ἀμφότερα τὰ σημαινόμενα τοῦ συνεχοῦς. ἐνίους δ' ἤτοι τὴν νύκτα διαλείπειν, ἢ τὴν ἡμέραν, ὧν τοὺς μὲν εἰς ἀπυρεξίαν μὴ λήγοντας, ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἰατρῶν μεθημερινοὺς καθημερινοὺς ὀνομάζουσι, τοὺς δὲ λήγοντας ἀμφημερινούς. τὴν δὲ τοιαύτην λεπτολογίαν τῶν ὀνομάτων οὐκ ἦν ὅτε παρὰ τοῖς παλαιοτέροις. In præsenti dictione febrium differentias scribens Hipp. quasdam dicit continuas. Sunt nempe re vera multæ continuæ in vtroque continui significato. Quasdam autem aut nocte intermittere, aut interdiu, ex quibus eas quidem quæ ad integritatem non desinunt recentiores medici μεθημερινοὺς aut καθημερινούς, hoc est diurnas, vocant, eas verò quæ desinunt ἀμφημερινούς, quod est quotidianas. Quam subtilem & minutam nominum disputationem antiqui negligebant. Ἀμφημερινοὺς etiam πυρετοὺς per νυκτερινοὺς aut ἡμερινοὺς lib.1.Epid.intelligit Hipp.

Hipp. vt & lib.5. Epid. per νυκτερινὰς vt scribit Gal. Co m.3. in lib.3. Epid. [p.428.23. H.1089.B.] δηλοῖ γὰρ ὕτως αὐτῶν διαφορὰς, καθ' ὅσον αἱ μὲν ἐν ἡμέρᾳ παροξύνονται, αἱ δ' ἐν νυκτί, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς προσηγορίας ἐντεῦθεν ἐποιήσαντο διαφόρους· ὁ Ἱπποκράτης τῶν τότε πλεοναζουσῶν ἐμνημόνευσε, νυκτερινῶν οὐσῶν. Cùm enim duplex earum sit differentia, quatenus aliæ quidem interdiu, aliæ noctu accessiones habent, eamque ob causam diuersas inde sunt nactæ appellationes: earum quæ tunc redundarunt, nempe nocturnarum, mentionem fecit Hipp.

Ἀμφιβάλλειν circumagere, circumducere, circumagitare, & circumuagando ducere significat. Dicitur de repositione articuli luxati, cùm in orbem ducendo aut circumuoluendo articulus reponitur. Quæ repositio κατὰ περίσφαλσιν & κατὰ περικύκλωσιν fieri dicitur Com. 1. in lib. de art. [pag.582.27. Hipp.780.H.] αὕτη ἡ ἐμβολὴ καὶ ἡ πρόσθεν εἰρημένη, οὐ κατὰ φύσιν ἐοῦσα, ὅμως ἀμφιβάλλουσαι τὸ ἄρθρον, ἀναγκάζουσιν ἐμπίπτειν. Hic reponendi modus cum superiore, etsi non sunt secundum naturam, articulum tamen circumducendo, in suam sedem compellunt. Quem locum haud dubiè subindicans Erot. ἀμφιβάλλουσαι, περιφάλλουσαι exponit, hoc est circumoberrantes, aut circumoberrando ducentes, nisi si, ἀμφισφάλλουσαι pro ἀμφισφάλλουσαι ab Erot. scriptum esse existimamus, vt indicauimus nostris in lib. de artic. Annotat.

Ἀμφιβράγχια tonsillæ dicuntur Hipp. & partes iis vicinæ lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν [p.561.49] ἢ ὑπὸ τῶν ἀμφιβραγχίων ἐμπύων γινομένων, aut locis circa tonsillas suppuratis. Quem locum subnotat Gal. in Exeg. ἀμφιβραγχίων τῶν περὶ τὰ παρίσθμια ἑλκωθέντων χωρίων exponens, hoc est, partibus tonsillis vicinis sic vocatis. Locus Hipp. repetitur etiam lib. περὶ κρισίμων [p.57.44] vbi tamen αἰνβραγχίων pro ἀμφιβραγχίων vitiosè legitur.

Ἀμφιδέξιος exponitur Galeno in Exeg. ὁ ἐξ ἀμφοτέρων δεξιὸς, τουτέστιν ὁ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὡς δεξιᾷ χρώμενος hoc est, velut vtraque ex parte dextra, & ambabus manibus tanquam dextra vtens. De muliere autem dicitur ex aph.43. lib.7 qui locus subindicatur & exponitur, vt & eodem Com. Gal. ἀμφιδέξιον σίδηρον Euripidem dixisse scribit τὸ ἑκατέρωθεν τέμνοντα vtrinque incidens. Asteropæum verò Hom. dictum περιδέξιον eadem ratione τὸ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὁμοίως χρώμενον, ὡς εἰ καὶ ἀμφοτεροδέξιον εἰρήκει. ambabus manibus similiter vtentem, velut vtrinque dextrum, Iliad. φ. [v.163.] subindicans. Neque absimili ratione ἀμφαρίστερον Aristoph. dictum ἄνθρωπον ἀμφοτέρωθεν ἀριστερὸν, ambilæuum, hominem vtrinque sinistrum, velut ἀμφιδεξίῳ contrarium. ἀμφιδέξιον etiam quibusdam significare scribit τὸ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς μήτρας γινομένην ἢ κυουμένην dextra vteri parte genitam aut conceptam. Quas certe omnes expositiones exprimit Erot. addens Bacch. ἀμφιδέξιον ἀμφοτεροδέξιον exponere, vt & ἀμφήκης dicitur ὁ ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένος de gladio ancipiti & vtrinque exacuto, citato Eurip. in Hippol. qui ἀμφιδέξιον σίδηρον, τὸ ἑκατέρωθεν τέμνοντα, vtrinque secans, dicit. Idem apud Hipp. ἀμφιδέξιον, οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀμφήκους, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἰσχύοντος κατ' ἀμφότερα τὰ μέρη, non de ancipiti aut vtrinque acuta, sed de ea quæ commodè vtraque parte vtatur intelligi scribit, adducto Hom. testimonio qui περιδέξιον Asteropæum facit, τὸν μὴ καθ' ἓν μόνον μέρος εὔχρηστον, non vna tantùm parte commodè vtentem, sed qui vtraque manu commodè velut dextra vteretur. περιδέξιον nanque ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ δεξιῶς χρώμενον, ambabus manibus dextrè aut commodè vtentem exponunt, velut & Gal. antea. Mulier igitur Hipp. ex Erot. sententia, ἀμφιδέξιος, οὐ γίνεται, ὅτι γυνὴ κατ' ἀμφότερα τὰ μέρη τοῦ σώματος οὐκ ἔστιν εὔχρηστος, quod mulier vtraque parte corporis commodè vti non possit, nimirum ob virium imbecillitatem, quæ actiones inefficaces & incommodas reddit. Quod viris ob neruorum & musculorum robur contra contingit vt commodè ambarum manuum vsione fungantur. Id enim hæc Erot. verba sonant, οὐ γὰρ εὔχρηστος ἐν τῷ ἐνεργεῖν ἐπὶ καθάπερ πολλοὶ τῶν ἀνδρῶν (sic enim leg. censeo cum Henr. Steph.) neque enim, quemadmodum plærique homines, actiones commodè obire potest. Quam etiam notionem amplecti videtur Gal. in Com. citato eam in rem Hipponactis testimonio, quod & facit Erot. Iul. quoque Poll. lib.2. cap.51. ἀμφιδέξιον ταῖς δυσὶ χερσὶν ἐνεργοῦντα δεξιῶς, dextrè ambabus manibus actiones obeuntem, exponit, & περιδέξιον subiungit, hanc expositionem tacitè amplectés, & περιδέξιον Hom. dici innuens ἀμφιδέξιον, aut huic dictioni illam explicationem adiungens. Glauciam quoque scribit Erot. existimasse ἀμφιδέξιον intelligi Hipp. quòd dextra vteri parte mulier non gigneretur. Verùm eam opinionem refellit, cuius etiam meminit in Aph. & Exeg. Gal. Postremo adscribit etiam Gal. quosdam ἀμφιδέξιον de Hermaphroditis intellexisse. Quam opinionem vt ridiculam explodit. Ἀμφιδέξιον scribit Hesych. de equa dici quæ vtraque vteri parte marem aut fœminam concipit. Ac vt dextra fausti & læti augurij prærogatiuam habent, ita ἀμφιδέξιος dicitur qui valde fausti est auspicij, & ἀμφαρίστερος qui admodum infausti.

Ἀμφίδιον dicitur Hipp. vt exponit Gal. in Exeg. τὸ στόμιον τῆς μήτρας τὸ ἐν κύκλῳ ἄκρον, ὅπερ καὶ σικύας χείλεσιν ἔοικε. summa vteri osculi extremitas rotunda, labris cucurbitulæ similis. Hoc autem nomen scribit ex translatione sumptum ἀπὸ τῶν γυναικείων ψελλίων, ἃ καὶ αὐτὰ ἀμφίδια καλοῦσι, ab armillis muliebribus, quæ ἀμφίδια dicuntur, ἀπὸ τοῦ περιλαμβάνειν ἐν κύκλῳ καὶ οἷον ἀμφιδεῖν, quòd in orbem brachia circundent aut circumligent. Idem λίγνα apud Hipp. exponens τὰ ἄκρα τοῦ στομίου τῆς ὑστέρας, extremam vteri osculi oram, ex translatione dici adscribens à vestimentorum oris & fimbriis, istam vteri osculi extremam oram aliàs Hipp. etiam ἀμφίδια vocari dicit. In Exeg. quoque vbi ἴγχιον exponit τὴν περὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἑλικοειδῆ ἐπανάστασιν, flexuosam circa vteri osculum extuberantiam, hoc vteri osculum ἀμφίδιον & λίγνα Hipp. dici testatur. Quibus certe locis Hipp. Locus lib 1. περὶ γυναικ. subnotatur [p.610.42.] ἢν εἰ δάκνοι τὸ ῥόον καὶ ἑλκοῖ τὰ ἀμφίδια, quòd si id quod effluit summam vteri osculi circumferentiam mordeat & vlceret. Ruf. Ephes. lib. περὶ τῶν ἀνθρωπ. μορίων [p.30.] ἀμφίδιον dici Hippocrati scribit τραχήλου τὸ στόμα καὶ πρῶτον πόρον, vteri colli osculum & primum meatum. Sic autem ἀμφίδιον dici ex translatione ἀπὸ τῶν κυκλοτερῶν σιδηρείων τῶν πρὸς τοῖς ἀρότροις, à rotundi ferri similitudine quo præfiguntur aratra. Erot. etiam ἀμφίδιον vocat & apud Hipp. exponit τὸ περιξ τοῦ τῆς μήτρας τραχήλου colli vteri ambitum. Quòd verò ἀμφίδια τὰ ψέλλια hoc est armillas muliebres dici testatur Gal. ἀμφιδέαι Hesych. dicuntur τὰ ψέλλια, κρίκοι, δακτύλιοι, armillæ aut anuli & orbiculi quibus vel brachia vel manus circumdantur & obligantur. ἀμφιδέαι aliis vocantur. Vtraque autem nomenclatura ab obligando & in orbem comprehendendo ducitur. ἀμφίδια Varin. τὰ ψέλλια, βραχιόνια exponit.

Ἀμφιομφάλιον τὸ σημεῖον exponitur Gal. in Exe. τὸ δηλωτικὸν τῶν περὶ τὰς μήτρας διαθέσεων, signum vteri affectiones indicans, allegato testimonio ex lib.2. Epid manifesto vitio. Neque enim tale quiddam illic legitur. Verùm pro ἐν τῷ β' τῶν ἐπιδημιῶν, ἐν τῷ ϛ', legendum censemus, vt scripsimus nostris in lib.6. Epid. Annot hoc adscripto loco. Ac mihi his verbis locus lib.6. Epid. sect.8 aph.38. subindicari videtur, qui tamen vitiosè admodum in publicatis & reconditis exemplaribus legitur. Nam pro ὅτι σημεῖον ἀμφίδηλον, ἀμφιομφάλιον ex hoc loco reponendum & legendum existimo, vt tormina & circa vmbilicum labores vterum malè affectum significent ac indicent, proindéque ἀμφιομφάλιον σημεῖον dicantur. Atque eam mihi lectionem apud Hipp. agnoscere videtur Hesych. cùm scribit, ἀμφιομφάλιον, τὸ σημαντικὸν τῶν περὶ τὴν μήτραν παθῶν, Ἱπποκράτης. Quod etiam post eum vsurpauit Varin.

Ἀμπίπνοια circuncirca vrgens spiratio dici videtur, & magnam spirandi difficultatem indicare & quæ vndique vrgeat, lib.4. Epid. [p.1156.F]

Ἀμφίπολος famulus dicitur, ministra, ancilla quæ dominam circunstat, lib.5. Epid. (p 1149 C.) ἀμφίπολος ἐν Λαρίσσῃ Δυσηρίδος νέη ἐοῦσα, Larissæ Dyseridis ancilla iuuencula, Homer. sæpe vsurpatum.

Ἀμφίσφαλσις idem quod περίσφαλσις, oberratio, circumductio, circũactio, circumuagatio Lib. de art. (p.654.47. H.833.D.) πολλοῖσι δὲ συγκάμψασι τὸ σκέλος κατὰ τὸ ἄρθρον, ἐνέπεσεν ἤδη ἀμφίσφαλσιν ποιησάμενον. multis etiam crus quà commissura est inflectentibus, id facta circumactione iam in suam sedem reuertit. In Mochl. etiam (p.850 E.) ἀλλ' ἢ εἰς τοὔπισω περιαιρέουσι ὡς ἀμφισφαλῆ, aut si retroducendo ita vt circumoberret compellas. Antea quoque Erot. diximus ἀμφισφάλλουσαι pro ἀμφιβάλλουσαι apud Hipp. sumpsisse.

Ἀμφώδοντα exponit Erot. apud Hipp. τὰ ἄνωθεν καὶ κάτωθεν ὀδόντας ἔχοντα, quæ supra & infra dentes habent, nimirum locum lib. de art (p.587.28. H.785 B.) subindicans. τὰ τε οὖν μώνυχα τῶν ζώων, ἅ τε ἀμφώδοντα ἐόντα. Rursus animalia solidam vngulam habentia, vt quæ vtrinq; dentata sint. Et Gal. in Com. τὰ τοὺς δύο τῶν ὀδόντων ἔχοντα στοίχους ἀμφώδοντα vocari scribit, quæ vtrosque dentium ordines habent, velut ambidentia, vt equi, asini, & muli. Quibus etiam τὰ ἕνα στίχον ἔχοντα quæ vnum dentium ordinem habent, opponit. Vtraque

verò scriptura locum habet. Nam & ἀμφόδον & ἀμφώδων ζῶον dicitur de animali quod vtrinque dentatum est, velut ambidens aut bidens. Quomodo Bidentem dictam ouem Festus testatur, quæ superioribus & inferioribus esset dentibus, etsi melius Nonius bidentem velut biennem dictam existimat. ἀμφώδων Hesych. annotat nomen esse, ἐπὶ θηρίου καὶ κάτω ὀδόντας ἐχόντων μεικάς, & de his dici quæ supra & infra dentes habent particulatim distinctos, hoc est, minime inuicem ac in sese permutatos, velut homines & equi. Verùm apud Hesych. ἰόντων vitiosè pro ἐχόντων legitur. Ἀμφώδοντα ζῶα dicuntur Varin. οἷον ἄνθρωπος, ἵππος, ὄνος, καὶ ὅσα ἐναλλαγμένους τοὺς ὀδόντας ἔχει.

Ἀμῶς apud Hipp. in Exeg. κατά τινα τρόπον, ἔκ τινος μέρους, μετρίως, quodammodo, quadam ex parte, modicè, exponit Gal. vt idem sit quod supra ἀμῆ & ἀμοῖ.

Ἀνὰ apud Hipp. æqualem distributionem significat & in medicamentorum compositione singulorum æquales partes. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 622. 31.) in pesso ad conceptiones procurandum. ἀνὰ ὀβολὸν ἑκάστου, æqualiter singulorum obolum.

¶ Ἀναβλέπειν suspicere, visum recipere significat. Lib. 7. Epid. (p. 1222. E.) μόγις ἀνέβλεψε ægrè visum recepit.

Ἀναβλύειν ebullire, efferuescere significat. Lib. de Morb. sacr. (p. 305. 47.) ἀφρέει καὶ ἀναβλύζει ὥσπερ ἀποθνήσκων, velut moriens spumescit ac ebullit. ἀναβλύζει Hesych. exponit ἀναζεῖ, ἀναβρύει efferuescit, ebullit, sursum erumpit. hunc forte locum subindicans, & ἀναβλύων, ἀναβρύων ebulliens, sursum erumpens ac scaturiens. Lib. quoque 1. περὶ γυναικ. (p. 624. 5.) ὅταν ἀναβλύῃ, vbi ebullierit. Dicitur & ἀναβλύζειν, scaturire, sursum erumpere.

Ἀναβεγχισμὸς dicitur pilorum in palpebris oculum infestantium per chirurgiam ablatio aut illaqueatio. Gal. com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 117. 42.) ἐφεξῆς δὲ τριχῶν ἐν τοῖς βλεφάροις χειρουργίαν ἔγραψεν, ἣν ὀνομάζουσιν ἀναβεγχισμόν. Postea pilorum in palpebris per manus curationem scribit, quam ἀναβεγχισμὸν vocant. Hoc autem pilare malum Hipp. τρίχωσις dicitur, eiusque præsidium per chirurgiam edocet extremo lib. de rat. vict. in morb. ac. cæteris τριχίασις. Est enim τριχίασις τῶν ἐν βλεφάροις τριχῶν γένεσις παρὰ φύσιν, pilorum in palpebris ortus præter naturam, authori Definit. Med. (p. 400. 21.) Hæc vero per chirurgiam curatio ἀναβεγχισμὸς dicitur Paulo lib. 6. cap. 13. velut illaqueatio aut infibulatio, cuius etiam rationem illic aperit. Eamq; significare videtur Medici author (p. 388. 31.) cùm scribit, ἐπὶ δὲ τῶν μὴ κεχαλασμένων ἀναβεγχίζοντες τὰς τρίχας διὰ βελόνης. In palpebris verò non relaxatis, pilos per acus filum veluti laqueo apprehendentes.

Ἀναγαργάλικτα dicuntur med. quibus os colluitur, gargarismi. Lib. περὶ παθῶν (p. 517. 11.) παραχρῆμα μὲν τοῖσιν ἀναγαργαλίκτοισι χρῆσθαι, confestim quidem gargarismis vtendum. Ἀνακογχυλισμοὶ dicuntur Gal.

Ἀναγαργάρισον etiam gargarismus dicitur, hoc est medicamentum quo os colluitur in angina lib. 2. de Morb. (p. 469. 53.) ἀναγαργάρισον δὲ αὐτῷ ποιέειν, gargarismus autem ei paretur. Ἀναγαργαρίζειν etiam dicitur gargarizare & oris collutione vti. Ibidem (p. 470. 10.) ἀναγαργαριζέτω δὲ χλιαροῖσι καὶ λουτρίτω, tepidis autem os colluat ac ne lauet. rursusque (eadem p. 469. 55.) ἀναγαργαριζέτω, gargarizet. & (p. 470. 19.) ἀναγαργαρίζειν δὲ διδόναι μελίκρητον ὑδαρές, aqua autem mulsa aquosa os colluat: atque aliàs sæpe eodem lib.

Ἀνάγειν educere, reiicere, ac emittere significat, & de sputi aut sanguinis sursum eductione dicitur. Sic libro 6. Epid. section. 5. aphoris. 3. ἀναγωγὴ simpliciter ponitur, quam πτυέλου ἀναγωγὴν sputi eductionem aut reiectionem exponit Gal. Libro 1. Epidem. (pag. 352. 51. H. 939 D.) βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι, tussiunt & nihil educunt, hoc est, expuunt. Ibidem [p. 355. 24. H. 940. G.] de tabidis, μόγις ἀνάγοντες, ægrè sputum reiicientes, In Coac. etiam [p. H. 175. G.] ἀναγωγὴ φλεγματώδης dicitur vbi pituitosa sursum per os reiiciuntur & tussi expuuntur aut excreantur in angina. Ib. quoque [p. 176. G.] τὰ ἐκ κυνάγχης πτύαλα γλίσχρα βιαίως ἀναγόμενα. Sputa ex angina viscida sursum vi educta dicuntur. At aph. 13. lib. 5. ἀναγωγὴ simpliciter de sanguinis ex pulmone sursum per os reiectione dicitur, quæ sæpe αἵματος ἀναγωγὴ dicitur, vt & Erasist. liber περὶ αἵματος ἀναγωγῆς sæpe à Gal. citatus Com. 3. in lib. de art. testatur. Et Gal. eodem Com. [p. 624. 21.] ἀνάγειν simpliciter pro sanguinis sursum per os ex thorace eductione vsurpat, his verbis: μέμνηται καὶ τούτου τοῦ λόγου διὰ τοὺς οἰομένους ἐν ταῖς πλευρίτισιν ἐξ ἀνάγκης ἀνάγειν, meminit huius orationis illorum gratia qui existimant morbo laterali laborantes ex necessitate sanguinem sursum per os educere. Imprimis verò grauis autor Aret. ἀναγωγὴν dici de sanguinis ex thorace sursum eductione his verbis diserte indicat, Cap. 2. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ. ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἢν βραχὺ ᾖ τὸ αἷμα καὶ παῦρον, καὶ ἀθρόον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἢ ἀπὸ τοῦ στόματος ἴῃ, οὐ κατὰ ἀναγωγὴν καλέεται, ἀλλ' ἢ τὸ αὐτό, ἢ πτύσις, ἢ αἱμορραγία. ἣν δὲ νέρθεν ἀνίῃ ἀπὸ θώρηκος καὶ τῶν τῇδε σπλάγχνων, πνεύμονος, τραχείης ἀρτηρίης, τῶν παρὰ τὴν ῥάχιν, ἢ ἀπὸ τουτέων φορή, οὐ πτύσις ἀλλ' ἀναγωγὴ καλέεται, τῆς ἄνω ἔξοδος τὸ οὔνομα ἔχουσα. Multò verò minus cùm paucus sanguis & guttatim, aut etiamsi confertus è capite aut ore fertur, tunc ἀναγωγή, hoc est, eductio vocatur, verùm aut id ipsum, vel sputatio, vel hæmorrhagia. Quòd si ab inferioribus sursum ascendat, ex thorace, aut ibi conceptis visceribus, pulmone, aspera arteria, locisque spinæ finitimis, qui inde fertur sanguis, non sputatio, sed ἀναγωγή, hoc est, sursum eductio dicitur, viæ per quam sursum ducitur nomen obtinens. Ἀνάγειν etiam dicitur Hipp. de his febribus quæ producebantur & ad hyemem ægros deduxerunt. Lib. 1. Epid. [p. 356. 44. H. 941. D.] πολλοὶ δὲ αὐτέων ἀνήγαγον, ὥστε ὑπὸ χειμῶνα νοσεῖν. Earum verò nonnullæ ægros ita produxerunt, vt sub hyemem affligerentur. Ibidem etiam sect. 2. [p. 360. 10. H. 943. F.] σιτίων ἀπέπτων ἀναγωγαί, ciborum crudorum reiectationes, eductiones & refusiones dicuntur, etsi quædam exemplaria ἀναγωγαὶ leg. Gal. tamen ἀναγωγαὶ leg. apparet.

Ἀνάγκη necessitas dicitur, vis, & pro violenta extensione sumitur lib. de fract. [p. 550. 10. H. 761. C.] ἔστι δὲ καὶ τὸ ἄνω τοῦ σώματος ἀνάγκη προσλαβεῖν. Sed & superiori corporis parti vis adhiberi potest. Sic enim valentes ac vehementes distentiones ἀνάγκας vocare Hipp. scribit illic Gal. vt earum violentiam indicet. Quem etiam locum subnotans Erot. ἀνάγκην pro vi sumi scribit ex Bacch. Rursus eodem quoque lib. [p. 551. 10. H. 761. F.] ἄριστον δὲ ὅστις ἐν πόλει μεγάλῃ ἰητρεύει, κεκτῆσθαι ἐσκευασμένον ξύλον, ἐν ᾧ πᾶσαι ἀνάγκαι ἔνεισι, πάντων μὲν κατηγμάτων, πάντων τε ἄρθρων ἐμβολῆς ἐκ κατατάσιος καὶ μοχλεύσιος. Præstat autem eum qui in magna vrbe medicinam factitat, lignum habere præparatum, in quo vis omnis contineatur, quæ tam in fractis quàm luxatis omnibus restituendis, tum per extensionem, tum per vectis molitionem adhibetur. Lib. verò de art. hoc significatu crebrò eam dictionem vsurpat, vt [p. 621. 44. H. 814. A.] αὗται αἱ ἀνάγκαι εὐτημέρουσί εἰσιν, καὶ ἐς τὸ ἰσχυρότατον, καὶ ἐς τὸ ἥσσον. Hæc autem vis tum ad vehementiam, tum ad mediocritatem est accommodata. Et rursus [v. 46. H. ibid.] ἐς τοιαύτας ἀνάγκας ἀγαγεῖν, eam vim adhibere. Et (v. 49. H. ibid.) οὐδὲ ἄλλην ἀνάγκην οὐδεμίην προσθεῖς, sic nulla etiam alia vi adhibita. Rursusq; [v. 55. ibid. B.] ἔχουσι ἰδέην ἐκ τουτέων ἀνάγκας καλλίους, οὐδὲ δικαιοτέρας. Equidem nullam aliam viam qua per vim impulsio fiat, neque meliorem, neque æquiorem inuenio. Eadem notione ἀναγκάζειν aut καταναγκάζειν dicitur pellere, cogere, adurgere, compellere, de ossibus quæ cùm suo loco mota sunt, in suam sedem restituuntur ac compelluntur. Lib. de fract. [p. 543. 30. H. 758. F.] ἀναγκάζειν μὲν χρὴ ἐς τὴν ἑωυτοῦ χώρην ἕκαστον, in suam quodq; sedem compellendum. Vbi ἀναγκάζειν aut καταναγκάζειν Gal. exponit ἐν τῇ οἰκείᾳ χώρᾳ τὸ κινηθὲν ὀστοῦν θεῖναι, os quod motum fuerit in propriam sedem reponere. Quod verbum etiam crebrò vsurpatur lib. de art. vt (p. 621. H. 814.) Ἀναγκαῖα verò dicuntur necessaria, quæ æternitatem à natura nacta sunt vt ita fiant, & ordinem ex necessitate habent, quibus opponuntur quæ opinione nituntur & opinabilia dicuntur, τὰ δοξαστὰ καὶ ἔνδοξα. In Coac. (p. 131. C.) αἱ περὶ ἀναγκαῖα παραφροσύναι κάκισται, desipientiæ quæ circa necessaria fiunt pessimæ dicuntur, quòd à bile fiant, quæ promptè incensa μανιάδεις & furibundas mentis emotiones facit. Quibus ferè opponuntur αἱ μετὰ γέλωτος παραφροσύναι, ex aph. 53. lib. 6. quæ leues sunt & ioculares desipientiæ, quòd ex benigna succorum efferuescentia fiant, velut sunt ægrorum ac ebriosorum vanæ species, aut ij mentis errores qui sunt eorum quæ in opinione tantùm versantur, & nullam necessitatis connexionem habent. ἀναγκαῖα etiam intelligi possunt τὰ σπουδαῖα res graues ac seriæ, aut actiones ad vitam necessariæ & quæ eam tuentur ac conseruant, quarum certe neglectio valde suspecta est.

Ἀναγνῶναι Gal. apud Hipp. μεταπεῖσαι, μεταδιδάξαι exponit in Exeg. à sententia dimouere, in diuersam sententiam adducere, & dedocere, aut aliam à priore sententiam docere. Quam eandem expositionem habet etiam Erot. Quibus verbis mihi sanè vterque locum lib. de artic. (pag. 579. 14. H. 789. D.) subnotare videtur, καὶ οὐκ ἐνδυναμένου αὐτοῦς

αὐτοὺς ἀναγνῶσαι, εἰ μὴ μόλις, ὅτι τάδε ἔχει οὕτως, remque ita se habere vix illis persuadere potui. Vbi tamen ἀναγνῶσαι legunt omnia exemplaria. At certe non immeritò cui mirum videatur, quòd ἀναγνῶσαι omnibus ferè primæ notę Grammaticis cùm Ionicum esse & Herodoto frequens pro πεῖσαι aut ἀναπεῖσαι positum scribatur, in hac tamen Erot. & Gal. expositione diuersum omninò sensum habeat, cùm etiam apud Hippocratem ἀναγνῶσαι ἀναπεῖσαι, hoc est, persuadere omnes interpretes & rectè quidem vertant. Nam & Hesych. ἀναγνῶσαι ἀναπεῖσαι exponit, & Eustath. ἀναγνώσεις apud Herodot. ἀναπείσεις, & Sudas ἀναγνῶσαι ἀναπεῖσαι, & ἀνάγνωσις ἀνάπεισις, & ἀναγνωσθέμενος ἀναπεισθέμενος. Et in Lex. Herodot. ἀνέγνωσαν ἀνέπεισαν, ἐδίδαξαν exponitur. Verùm si quis rem ipsam penitus prospiciat, mirari desinet, cùm videat hoc in loco lib. de artic. ἀναγνῶσαι rectè persuadere significare. Erot. autem & Gal. ex rei consecutione ipsam diuersam expositionem adscripsisse, Hipp. menti valde assentientem. Hipp. namq; humeri caput in priorem partem nó excidere contendens, contra Medicorum opinionem qui ex eo fallebantur, quòd in iis quorum carnes circa humeri articulum tabes confecit, brachij caput in anteriorem partem prominens luxatum esse videatur. Eam quidem ob rem huiusmodi articulum excidisse negat, ideoq; se vulgo male audiuisse & ignarum habitum scribit, remque ita se habere vix vnquam illis persuadere potuisse, hoc est, à persuasa opinione abstrahere aut dimouere potuisse, aut à priori opinione ad aliam rectam traducere eamq; docere. Qui sanè sensus mihi aptissimè cum re ipsa & cum Erot. & Gal. expositione congruere videtur. Ἀνάγνωσις ξυνεχὴς ἐν παραγγελίαις (p.28.24.) crebram ægrorum inspectionem ac visitationem significat, seu recognitionem. Sic crebrum ad ægrum ingressum & diligentem inquisitionem præcipit lib. περὶ εὐσχημοσ. (p.24.49.) Corn. ἀνάγνωσιν ξυνεχέα frequentem lectionem dixit. Caluus ἄγνωσιν leg. videtur, nullo sensu. Quamquam illic etiam ἀνάγνωσις ἀνάπεισις dici potest & persuasio, quam qui iuuenili temeritate & nimium sibi tribuens negligit, in causa est παμμέγεθες ἀτυχίης circa ægrum, hoc est, vt æger in omne genus calamitatis incidat.

Ἀναγραφαὶ sunt medicamentorum descriptiones & præscriptiones quædam, quas sibi comparatas medicum habere vult lib. περὶ εὐσχημοσ. (p.24.30.) πόματα τέμνειν δυνάμενα ἐξ ἀναγραφῆς ἐσκευασμένα πρὸς τὰ γένεα, potiones incidendi vi præditæ, ex descriptione præparatæ, cuique generi accommodatæ. Rursus ibidem (v.10.24.) δυνάμιες ἁπλαῖ καὶ ἀναγεγραμμέναι dicuntur, hoc est, medicamentorum simplices facultates & descriptiones memoria tenendæ.

Ἀναδιδόναι redundare, distribui, progredi aut pertingere significat in Prorrh. (p.209.1. H.77.E.) τὰ ἐξ ὀσφύος εἰς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, quæ ex lumbis in ceruicem & caput redundant, vbi τὰ ἀλγήματα intelliguntur. Lib.4. Epid. (p.1133.C.) ἀναδοθῆναι dicuntur ἀλγήματα cùm medicamentis discutientibus appositis digeruntur, dissipantur, aut discutiuntur. ἀλγήματα ξυνέβη ταχέως ἀναδοθῆναι καὶ παύσασθαι, dolores celeriter discuti & desinere contigit.

Ἀναδρομὴ dicitur Hipp. doloris recursatio aut recursus, cùm ex inferioribus ad superiora recurrit, aut eò tendit. In Prorrh. (p.191.18. H.73.E.) ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς, ὀφθαλμοῦ ἴλλωσις, κακόν, ex dolorum in lumbis recursatione oculi distortio aut peruersio mala est. In Coac. (p.168.C.) ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ πόνου, doloris lumborum recursatio. In Prorrh. quoque (p.194.36. H.73.G.) ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομαὶ ἐς καρδίην, lumborum dolores ad os ventriculi recursantes. Quod repetitur in Coac. (p.168.C.) ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν, lumborum dolor in caput recursans, in Prorrh. (p.213.48. H.79.E.) quod dicitur in Coac. (pag.168.C.) ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλήν.

Ἀναθερμαίνεσθαι sæpe ponitur apud Hipp. pro ad calorem reuocari, recalescere, vt de partibus extremis frigidis quæ ad calorem non reuocantur, in Philisco lib.1. Epid. ἄκρεα πάντοθεν ψυχρὰ, καὶ οὐκ ἔτι ἀναθερμαινόμενα, extrema vndiquaque frigda, quæ nec etiam ad calorem amplius reuocari poterant. In Sileno, ἄκρεα οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο, corporis summa non amplius ad calorem reuocari poterant. Et ἄκρεα σμικρὰ ἀνεθερμαίνετο, extrema paulisper ad calorem reducebantur. Rursusq; in Dromeadæ vxore, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμαίνετο, & ταχὺ δὲ διεθερμαίνετο, quæ de calore ad cutim reuocato intelliguntur. Lib.1. Epid. sect.2. (p.363.25. H.945. E. ἄκρεα μόλις ἀναθερμαινόμενα extrema vix recalescentia. Et ægr.12. lib.3. Epid. ἄκρεα οὐκ ἀνεθερμαίνοντο. In Prorrh. (p.190.46. H.72. C.) αἱ ἐκ ῥίγεος καταψύξιες μὴ ἀναθερμαινόμεναι, ex rigore perfrictiones quæ ad calorem non reuocantur. Sic Gal. lib. de rigore, tremore, palp. (p.370.56) Hipp. sententiam adfert, αἱ ἐκ ῥίγεος ἀφωνίαι μὴ ἀναθερμαινόμεναι, κακόν, ex rigore vocis defectiones non recalescentes, malo sunt. Vbi ἀφωνίαι μὴ ἀναθερμαινόμεναι dicuntur, vbi post rigorem frigus perseuerat & vocis defectiones manent, neq; ægris vox redit, quod solet in naturæ motu calefactis ægris & ad sese redeuntibus. Ἀναθερμαίνεσθαι etiam dicitur de febre quæ post quietem repetit in Progn. (p.149.32. H.42.54.) ἐπιλαμβάνεται δὲ οἷσιν ἂν ὁ πυρετὸς μὴ ἀφῇ, ἢ δοκέων αὐτοὺς ἀφιέναι, αὖθις φαίνηται ἀναθερμαινόμενος. Intereunt autem quibus febris non quieuit, aut quamuis quieuerit, tamen repetit. Sic enim Celsus hunc locum mihi vertere videtur cap.8. lib.2. In Prorrh. quoque ἀναθερμαινόμενοι eos significant quibus febris iterum accenditur aut repetit, ἀναπυρέξαντας exponit Gal. οἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεες ἀναθερμαινόμενοι, ex perfrictione sudores ad calorem reuocati (p.190.48. H.72.D.) & οἱ ἐξ ἱδρώτων ἄγρυπνοι, ἀναθερμαινόμενοι, ex sudoribus peruigiles ad calorem reuocati (p.191.14 H 72.E.) In Coac. (p.122.E.) ὑφιδρῶντες ἀναθερμαινόμενοι, cum tenui sudore recalescentes. Ibidem (p.170.E.) τὰ ἀναθερμανθέντα ὀξέως, celeriter ad calorem reuocati, de febris succensione dicitur. Quod verò Hipp. ἀναθερμαίνεσθαι τὰ ἄκρεα, Aret. ἀνακαλέσασθαι τὴν ἄκρων τὴν θέρμην dicit, cap.3. lib. 2. de cur. morb. ac extrema ad calorem reuocare.

Ἀνάθλασις exponitur Erot. apud Hipp. ἔκθλιψις, elisio, expressio.

Ἀναιδὲς pro ἀναιδῶς aut ἀναιδέως, impudenter, liberè, effusè, aut liberaliter, largiter & aceruatim sumitur, aut pro ἀνέδην quod ἐκκεχυμένως exponit Hesych. Sudas verò ἀνειμένως καὶ μέχρι κόρου ad satietatem vsque, hoc est, laxatis habenis & liberaliter. Lib. περὶ καρδίης (p.268. 37.) ὕδωρ ἀναιδὲς ἐσρέον, aqua affatim irruens aut incidens in asperam arteriam, ideoque tussim ac multam molestiam exhibens. Sic enim leg. censeo, cùm ἐσρέον passim legatur. ἐσρέον autem cum impetu irruens & insiliens dicitur. ἐσρέον etiam legi potest, hoc est incidens. Sic nanque legere malim, quàm quod quidam ἔσρεον ὄχλον. in vrina molestiam vertunt.

Ἀναίνονται Erot apud Hipp. ἀπαρνοῦνται exponit, denegant, renuunt, respuunt. ἀναίνομαι, ἀρνοῦμαι exponit Hesych. inficior, denego. frequens Hom. verbum vt Il. σ. (ver. 500.) ὁ δ' ἀναίνετο μηδὲν ἑλέσθαι, ille negabat quicquam accepisse. Locus est autem apud Hipp. lib.2. περὶ γυναικ. (pag.648.25.) ἀναίνονται λαβεῖν, sumere renuunt ac respuunt, de copiosiore cibo dicitur.

Ἀναΐσσειν prosilire, resilire, sursum cum impetu ferri aut irruere significat. In Progn. [p.152.9. H 43.40.] εἰ δὲ ἀναΐσσοντος τοῦ νοσήματος εἰς πρὸς τὰς φρένας, quòd si resiliente aut remeante ad præcordia morbo. Quod exponit Gal. ἀνελθόντος τοῦ νοσήματος ἐπὶ τὸν θώρακα, hoc est, recurrente ad thoracem morbo. Quem etiam locum subnotans Erot. ἀναΐσσοντος ἀνορμῶντος exponit. hoc est, cum impetu sursum irruente, assiliente. ἀΐσσειν enim ὁρμᾶν dici adscribit, quod est, irruere, ingruere, impetu ferri & erumpere. Aut certe pro ἀναΐσσοντος ἀναΐσσοντας apud Erot. legendum, vt locum libri de Morb. sacr. [p.301.30.] denotet, cui certè appositè magis hæc expositio conuenit. τοὺς δὲ καὶ ἀναΐσσοντάς τε καὶ φεύγοντας ἔξω, hoc est, alios verò cum impetu irruentes & exilientes, alios foras fugientes. Lib. περὶ τῆς ἱερῆς νούσου [pag.558.34.] ἀναΐσσει ἀπὸ τοῦ ὕπνου à somno exilit, erumpit. Ibidem [vers.36.] ἀπὸ ἐνυπνίων ἀΐσσει ab insomniis exilit. Et Erot. ἀναΐσσει ἀνορμᾶ exponit apud Hipp. In Coac. [p.167. B.] ἀναΐσσουσαι ὀδύναι ἐς ὑποχόνδρια, irrumpentes ad præcordia dolores aut assurgentes. Lib. περὶ παρθενίων [p.562.41.] de sanguine ad cor præ copia resiliente & sursum cum impetu delato, ἀναΐσσει ὑπὸ πλήθεος ἐς τὴν καρδίαν. Ibidem [v.54.] φρίκη ξὺν πυρετῷ ἀναΐσσει. horror cum febre ingruit, consurgit. Sed forte ad febris & horroris causam respicit, cùm copiosior sanguis ad superiores partes, cor nempe & hepar, repressus fuerit, easq; multitudine & onere oppresserit, neq; effluxum habuerit. Et lib.2. περὶ γυναικ. [p.663.25.] καὶ βοᾷ καὶ ἀναΐσσει, & vociferatur & exilit. ἀναΐσσοντες πρὸς χεῖρας dicuntur in Coac. [p.125.D.] ægri qui ad manus contactum resiliunt, vbi ægri, cum in pulsum manus mittitur quodammodo resiliunt, aut manus contactum refugere videntur, aut interdum exilire & assurgere (tressaillir vulgus dicit) quod est tremoris initium & conuulsionis rudimentum, indéque licet interdum conuulsionem, nonnunquam etiam delirium aut phrenitidem suspectare. Ἀναΐσσειν etiá de insanientibus dicitur vbi exiliunt aut exurgunt, quod vehementem mentis emotionem & irrequietos insanientium motus indicat, & ἐξίστασθαι aut ἐξανίστασθαι sępe effert Hipp. li.3. Epid. ægr.11. post st. pest.

ἀνέϊσσε, κατέχειν οὐκ ἠδύνατο, exiliit, neque continere se poterat.

Ἀνακαθαίρεσθαι per superiora repurgari significat, & de sputi euacuatione dicitur aph. 8. lib. 5. ὁκόσοι πλευριτικοὶ γενόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, qui morbo laterali laborant neque diebus quatuordecim repurgantur. Vbi Gal. ἀνακάθαρσιν per sputa euacuationem his verbis indicare scribit. τὴν διὰ τῶν πτυσμάτων κένωσιν τῶν τὴν πλευρῖτιν ἐργαζομένων χυμῶν, ἀνακάθαρσιν καὶ κάθαρσιν εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης, ὥσπερ γε καὶ τὸ πτύειν τούτους καθαίρεσθαι, κατά τε τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, καὶ τὸ προγνωστικόν. Per sputa vacuationem humorum morbum lateralem efficientium, per superiora repurgationem & purgationem consueuit vocare Hipp. sicuti & expuere eos purgari tum in lib. de rat. vict. in mor. ac. tum in Prog. dicit. Lib. de rat. vict. in mor. ac. (pag. 47. 26. H. 385. 40.) αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι αὐτίκα παύονται αὐτόματοι, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. αἵ τε γὰρ καθάρσιες πολλὸν τελεώτεραί εἰσιν. Nam & morbo laterali laborantium dolores statim sponte desinunt, vbi quid effatu dignum tum expuere tum expurgare cœperint. Nempe purgationes multis perfectiores existunt. Et (p. 46. 52. H. 385. 31.) καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίγνηται, & quò maior fuerit purgatio, hoc est, eorum quæ sunt in thorace per sputa eductio. In Progn. quoque (p. 146. 10. H. 41. 37.) τῆς πλείονος καθάρσιος dicit thoracis per sputa repurgationes. Aph. 15. lib. 5. ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν. si per superiora purgantur intra quadraginta dies.

Ἀνακαθίζειν significat Hipp. rectum aut erectum sedere. residere dicit Celsus ex Progn. (p. 127. 30. H. 37. 51.) ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι τὸν νοσέοντα τῆς νόσου ἀκμαζούσης, πονηρὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι. grauis morbi periculum est, vbi residere vult æger in ipso morbi acuti impetu. (Sic enim vertit Celsus cap. 4. lib. 2.) Quod etiam repetitur in Coac. (pag. 197. B.) ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι κακὸν ἐν τοῖσιν ὀξέσι. Lib. quoque 7. Epid. (p. 1220. H.) καὶ ἀνακαθίζων τριταῖος ἔπτυσεν ὠχρόν, & residens tertio die expuebat pallidum. At verò ἀνακαθίζεσθαι desidere ventris exonerandi gratia dici videtur lib. 7. Epid. (p. 1210. D.) ἀνακαθιζομένῳ ἐχώρει ὑπόχολον γλίσχρον, desidenti deiectio prodiit subbiliosa, glutinosa.

Ἀνακαλευμένῳ ἀναμιμνησκομένῳ, reminiscenti, ad memoriam reuocato ægro exponit Gal Com. 3. in lib. 1. Epid. Locus est in Philisco. τούτῳ τὸ πνεῦμα διὰ τέλεος ὥσπερ ἀνακαλευμένῳ, ἀραιὸν, μέγα. Spiratio huic perpetuò velut ad memoriam reuocato, rara & magna fuit. Interruptam enim & intercisam respirationem significat, cùm in medio spirationis cursu viribus defecta aut sui muneris oblita natura, somnianti similis ad officium reuocatur, & recordatione quadam excitata interruptum spiritum resarcit. ἀνακαλευμένῳ etiam potest ad spiritum reuocatum & ingeminatum referri, & offendentem ac interpellatam respirationem indicare. Qua notione sumpsisse videtur Gal. lib. 3. περὶ δυσπ. vt scripsimus nostris in lib. 1. Epid. Annotat. Eoque sensu hunc locum vertimus. huic perpetuò quasi intro reuocanti & ingeminanti, spiratio rara & magna fuit.

Ἀνάκαρ exponit Gal. apud Hipp. εἰς τὸ ἄνω μέρος, in superiorem partem, in accliue. additque dici vt ἐπίκαρ εἰς τὸ κάτω, ἐξ ὀρέων in inferiorem partem, in decliue, ex montibus, hoc est, præcipitium. Sic enim ἐπὶ κάρ, εἰς κεφαλὴν exponit Hesych. in præceps, ad illud Homer. hemistich. respiciens Il. π. (v. 392.) ἐξ ὀρέων ἐπὶ κάρ. Quò forte respexisse videtur Gal. cùm ἐξ ὀρέων addidit, nisi εἰς τὸ κάταντες & decliue indicare voluit.

Ἀνακικίουσιν, ἀναπηδῶσιν exponit Gal. apud Hipp. quod est resiliunt, subsiliunt, aut sursum feruntur. Nam & Hesych. ἀνακικίει ἀναφέρεται exponit, & Sudas ἀνακηκιει aut ἀνακηκίει, ἀναπηδᾷ quod Homero frequens, vt forte apud Gal. ἀνακηκίουσιν legi debeat.

Ἀνακινήματα sunt commotiones corporis quæ inter exercitationes reponuntur, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 364. 4.)

Ἀνάκιστον ἀνίατον exponit Erot. apud Hipp. incurabile. Sed ἀνάκεστον forte legendum, vt recte reponit Henr. Steph.

Ἀνάκλασις τοῦ ἄρθρου articuli reflexio dicitur, cùm recuruatur ac retorquetur in exteriorem partem, vt de nimia manus extensione scribit Hipp. lib. de fract. (p. 529. 30. H. 751. C.) ἡ ἀνάκλασις τοῦ ἄρθρου κέκλασται ἐν τούτῳ τῷ σχήματι, in ea figura fit articuli recuruata reflexio. Sic ἀνακλᾶν est reflectere, retorquere, recuruare, refringere, lib. de fract. (p. 550. 1. H. 760. H.) τὸ ξύλον ἀνακλᾶν, lignum reflectere. Et rursus ibidem (v. 48. H. 761. F. H.) καὶ ἀνακλᾶν τὰ ξύλα, lignis reflexis. Lib. quoque de art. (p. 659. 44. H. 838. A.) κἄπειτα οὕτω τὰ ὑπερα ἀνακλῶντα χρὴ τὴν κατάτασιν ποιέειν, deinde reflexis pistillis hunc in modum extensionem moliri oportet. hoc est, refractis, retrò adductis ad extensionem faciendam. Eadem ratione ἀνακλᾶσθαι dicitur reflecti, refringi, retorqueri, in exteriorem partem recuruari, de membro fracto, cùm nimis sublatum retorquetur. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 693. 12. H. 745. H.) ὡς μήτε ἀνακλᾶται μήτε ἐκτρέπηται, vt neque reflectantur, neque euertantur. At verò in Coac. (pag. 126. D.) ἀνακεκλασμένοι dicuntur qui reflexis sunt palpebris, reuulsis, refractis & retortis inter dormiendum, ex musculorum palpebras mouentium conuulsione, & magna siccitate, inflammatione, aut extremo virium langore. Sic ὀμμάτων κατάκλασις oculi perfractio dicitur in Prorrh. (p. 194. 43. H. 73. H.) quam in Progn. & aph. 49. lib. 4. διαστροφὴν vocat. Possunt etiam simpliciter intelligi ἀνακεκλασμένοι, qui fractis sunt viribus & exolutis, delassati, perfracti, quod extremè languentes vires indicat, vt ad τῶν ἄρθρων κατακλάσιας referatur.

Ἀνακλίσιες ægrotorum decubitus dicuntur Hipp. lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 25. 9.) τὰ περὶ ἀνακλίσεων, quæ circa ægri decubitum contingunt, quæ obseruare medicum vult. Ἀνακλισμὸς autem recubitorium significat & sellæ partem eam in quam dorso recumbimus, velut accubitum. Lib. de artic. (p. 585. 29. H. 783. G.) κἄπειτα τὸν βραχίονα ξὺν τῷ ξύλῳ ὑπερβαλλέειν ὑπὲρ τοῦ ἀνακλισμοῦ, deinde brachium cum ligno super eam partem in quam dorso recumbunt, transmitti debet. Quem locum subindicans Erot. ἀνακλισμοῦ, ἀνακλιντηρίου exponit. Sic enim leg. non ἀνακλιτηρίου vt passim legitur. Nam & ἀνακλιντήριον & ἀνάκλιντρον dicitur, quod Gal. Com. 1. in lib. de artic. ἐπίκλιντρον vocat, ἀνακλισμόν exponens. Lib. περὶ ἐπικυήσ. (pag. 261. 24.) ἀνάκλιτος δίφρος dicitur, idem quod ἀνακλισμός, significans & sellam in quam recumbimus, etsi ἀνάκλιντος vitiosè legunt exemplaria omnia. κλισμοὺς vocat Homer. Il. θ. (v. 436.) & Il. ι. (v. 200.) sellas recubitorias, καθέδρας ἀνακλίσεις ἐχούσας. Vide Ἕδος postea.

Ἀνακογχίζειν apud Hipp. idem quod ἀνακωχεύειν significat, quod est κατέχειν, ἀνέχειν aut κρατύνειν, continere, cohibere, sustinere, aut fulcire & firmare. In Mochlico (p. 845. F.) ἔπειτα ἀνακογχίζειν τοῖσι δακτύλοισι ἐσμασσόμενον καὶ περιστρέφοντα, deinde digitis explorando immissis continere, & in alteram partem conuertere. Nisi pro ἀνακογχίζειν ἀνακωχεύειν retineri debeat. Quod etiam significant exemplaria quædam manu scripta quæ hîc, αὐτίκα ἀναπλάσαντες, ἔπειτα ἀνακογχύζας (pro ἀνακωχεύσας) legunt, vt nostris in Mochl. Annot. scripsimus.

Ἀνακομίζειν reficere ac restaurare ægrum significat Hipp. ac velut ex morbo recreare. Lib. 2. de Morb. [p. 466. 41.] ἔπειτα σιτίοισιν ἀνακομίζειν αὐτὸν ὡς ὑποχωρητικωτάτοισιν, deinde eum cibis quàm maximè aluum subducentibus reficito. Ibidem [v 52.] ἔπειτα ἀνακομίσας σιτίοισιν, postea cibis reficito. Rursusque [pag. 468. 41.] ἀνακομίσας αὐτὸν σιτίοισιν, vbi ipsum cibis refeceris. Sic ἀνακομίζεσθαι refici, recreari significat, & de ægris dicitur qui cibo reficiuntur & paulò pleniore nutriuntur. Lib. de fract. [p. 538. 27. H 556. G.] ἔπειτα μέντοι ἐκ προσαγωγῆς ἀνακομίζεσθαι, deinde tamen sensim reficiendi. Vbi ἀνακομίζεσθαι διαιτᾶσθαι cibo recreari exponit Gal. Inde quoque ἀνακομιδὴ recreatio ex morbo, virium reparatio ac refectio, dum ægri ex morbo releuantur. In Coac. [pag. 154. D.] αἱ παρ' ὀφθαλμὸν ἐπαναστάσιες ἐν τῇσι ἀνακομιδῇσι, erumpentes circa oculos eminentiæ dum ægri ex morbo releuantur. Et [pag 171. D.] περὶ ἀνακομιδὴν, dum ægri vires recolligunt & reficiuntur. Lib. περὶ παθῶν [pag. 526. 13.] ὁκόσα δὲ ἐς ἰσχὺν ἢ ἀνακομιδὴν, παχύτερα. Quæcunque verò (sorbitiones) ad virium recreationem, crassiores. Ibidem [v. 45.] ὅταν δὲ ἀνακομίσαι ἐκ νόσου ἐθέλῃς. Cùm verò ex morbo vires reficere voles. Et rursus [pag. 529. 13.] ὅταν ἀνακομίσαι τινὰ βούλῃ, vbi aliquem reficere voles. Ibidem [pag. 529. 55.] κομίζειν idem quod ἀνακομίζειν dicitur reficere, cui λεπτύνειν opponitur, vt & κομιδὴ pro ἀνακομιδὴ [p. 528. 35.] ἐς ἰσχὺν καὶ κομιδὴν ξυμφορώτερος, ad robur & refectionem commodior.

Ἀνακουφίσματα corporis alleuationes & subleuationes dicuntur, & inter corporis exercitationes reponuntur lib. 2. περὶ διαίτης. [p. 364. 4.]

Ἀνάκτησις est virium restauratio & reparatio, idemque quod ἀνάληψις virium refectio. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς [p. 10. 2.] ἔτι γοῦν καὶ νῦν οἱ τῶν γυμνασίων τε καὶ ἀνακτησίων ἐπιμελεύμενοι. Quinetiam qui nunc quoque gymnasticæ & viribus reparandis præsunt. hoc est, gymnasticæ exercitationis tum sanorum tum conualescentium curam gerentes. Vbi γυμνάσια & ἀνακτήσιες simul iunguntur.

Ἀνακυχᾶν

Ἀνακυκᾶν ammiſcere, permiſcere & confundere ſignificat. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 661. 18.) ἢ ἔλαιον ἀνακυκᾶν ἐν τουτέοισι, & oleum his ammiſcere. Et (pag. 663. 49.) μέλι σὺν πίσσῃ δαιδὶ ἀνακυκᾶν, mel cum tædis agitatum permiſcere. Et (pag. 673. 53.) ἐλαίῳ ἀνακυκᾶν, oleo ſubigito. Eſt autem ſimplex κυκᾶν quod turbare ſignificat, & ταράττειν exponitur apud Hom. vt κυκηθῆναι ταραχθῆναι, & de perturbatis equis dicitur Il. υ. (v. 489.) κυκήθησαν δὲ οἱ ἵπποι, perturbati ſunt autem equi.

Ἀνακυκλοῦντες ἐν πόλεσι, in vrbibus circulos facientes dicuntur Sophiſt. lib. περὶ εὐσχ. (pag. 22. 38.) qui per vrbes circuncurſitantes in circulis circulatorum more verſabantur, auram popularem & ambitionem aucupantes, & diſcipulorum frequentiam oſtentui habentes.

Ἀνακύπτειν ſurſum tendere & emergere ſignificat, reflecti & regeri. Eſt etiam ἀνακύπτειν ſublato paulùm capite & reſupinato collo os attollere, quod faciunt qui ſtrangulantes aliquid deglutire conantur, velut in angina cùm potus in nares reſilit aut reflectitur. Lib. 5. Epid. (pag. 1153. G.) de potu aut de eo humido quod ore ſumebatur, πάλιν ἀνέκυπτεν ἐς τὰς ῥῖνας, in nares regerebatur. Vbi quædam exemplaria ἀνέκοπτεν etiam legunt, retrudebatur.

Ἀνακυρίωσις grauitatem, autoritatem ſignificat Hipp. lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 24. 42.) vbi Medicum in ingreſſu ad ægrum meminiſſe iubet τῆς ἀνακυριώσιος, authoritatis. Quidam actiuè ſumi poſſe contendunt, vt ſit autoritatis conciliatio. Quidam etiam ἀνακρίσιος pro ἀνακυριώσιος legunt, vt Medicum meminiſſe velint interrogationis & ægrorum percontationis, vt exploret ex eorum ſermonib. morbi cauſam & ortum.

Ἀνακῶς φυλακτικῶς exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. quod eſt cautè, cum magna cura & obſeruatione. Heſych. ἐπιμελῶς, πεφροντισμένως, ſedulò, diligenter. Sudas quoque ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς. Legitur autem apud Hipp. lib. περὶ σαρκῶν, extremo, quod lib. περὶ αἰῶνος attribuunt quidam (pag. 254. 45.) ἢν δέ τις ἀνακῶς θεραπεύῃ. Si quis verò diligentem curam adhibeat. Videtur eſſe Ionica dictio & exponitur ex Lexic. Herod. ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς, ſignificatque φροντιστικῶς, prudenter. Erot. autem ἀνακῶς, ἐπιμελῶς καὶ περιφυλαγμένως, quod eſt diligenter & cautè apud Hipp. exponit, additque dictionem eſſe Doricam.

Ἀνακωχέειν, ſuſtinere, ſuſtentare, fulcire, inhibere, retinere, remorari, aut moræ eſſe ſignificat apud Hipp. lib. de artic. (p. 588. 24. H. 785. H.) & de lana inuoluta dicitur, quæ in alam demittitur atque ita ſinum explet, ἵνα ἀντέρειγμα μὲν τῷ ἐπιδέσμῳ ᾖ, ἀνακωχέῃ δὲ τὸ ἄρθρον, vt contrà vinculum quidem fulciat, articulum verò inhibeat, hoc eſt retineat ac remoretur. Sic enim hunc locum exponit Erot. ποιῆσαι ἀνέχηται καὶ ἀνακρατῆται. Qui etiam hunc locum aliter quàm habeant exemplaria legit ἵνα ᾖ ἔρεισμα ἐν τῷ ἐπιδέσμῳ ἀνακωχὴ ἐς τὸ ἄρθρον. hoc eſt, vt vinculo fulcimento, articulo verò moræ ſit. Quam etiam lectionem adhibuiſſe Gal. ſatis conſtat ex Exeg. vbi ἀνακωχὴ, ἀνοχὴ, ἀνάβασταξις exponitur, ſuſtentatio, ſublatio, aut retentio ac inhibitio. Hoc eſt vt lana inuoluta & in alam demiſſa, articulum ſubleuet, ſuſtentet ac retineat. Sic enim huic loco appoſitè quadrare hæc explicatio videtur, vt noſtris in lib. de artic. Annot. ſcripſimus. Eandem verò dictionem iterum vſurpat Hipp. lib. de art. (p. 608. 12. H. 803. D.) προσβάλλοντα χρὴ ἐς τὸ χωρίον, ἢ τοὺς δακτύλους, ἢ τὸν ἕνα δάκτυλον, ᾗ ἐξέχει ἀνακωχέειν. admotos ad locum, aut vnum, aut plures digitos, qua parte eminebat, continere oportet, hoc eſt, admotis digitis inhibere, ſuſtinere, fulcire aut repellere. Illic enim ἀνακωχέειν, κατέχειν, κρατύνειν, contrà anniti, obniti, fulcire ac repellere ſignificare videtur. Ἀνακωχὴ autem generali ſignificatione ceſſationem & laxamentum à bello, velut inducias indicat; Interdum tamen retardationem ac moram aut dilationem, vt apud Thucyd. lib. 8. τριβὰς ἔσεσθαι καὶ ἀνακωχὰς τῶν ἑλληνικῶν, quò Græcorum res remoraretur ac retardaret. Et dicitur ἀνακωχὴ, ἀνοχὴ, velut συνοκωχὴ pro συνοχὴ, vt apud Hipp. exponit Erot. etſi apud eum vitiosè συνοχωκὰς pro συνοκωχὴ legitur. Ἀνακωχεύειν etiã & ἀνακωχίζειν dicitur nauem in alto retinere & inhibere, ſubductiſque velis propter tempeſtatem in anchoris ſtare. ἀνακωχεῖν Heſych. etiam ἀναχωρεῖν exponitur, & ἀνακωχεύοντες ἀναχωρήσαντες, ἢ μετεώρους κατέχοντες τὰς ναῦς. Et ἀνακωχὴ ἀναχώρησις διὰ τῶν νεῶν, ἢ ἀνάπαυσις, cum nauis demiſſis velis in tutam ſtationem ſubducitur. Erot. tamen pro ἀναχωρεῖν ἄνω χωρεῖν dicit, cùm de iis nauibus quæ in alto retinentur, ſic ſcribit. τὰς γὰρ τοι ναῦς ὅταν ἐπὶ μετεώρου σαλεύωνται, ἀνακωχεῦσθαι λέγομεν, ὅπερ ἐστὶν ἄνω χωρεῖν. Id Heſychius μετεώρους τὰς ναῦς κατέχειν dicit. Ad eamque tranſlationem mihi reſpexiſſe videtur Hipp. cùm ſcribit lib. περὶ καρδίης (p. 270. 6.) ὅκως δὲ μὴ ἀνακωχῇ τὸ σιτίον τὰ ἐνεόντα ἐν τῇ ἀρτηρίῃ ἐν ζάλῃ ἐὸν, ἀποκλείει τὴν ἐπ' αὐτὴν κέλευθον. Ne verò quæ in arteria inſunt, cibum in fluctuatione conſtitutum remorentur, viam quæ ad ipſam tendit occluſit, hoc eſt, ne cibum inhibeant, retardent aut retineant, eiuſque curſum remorentur, aut ei in mora ſint. Cæterùm videtur ἀνακώχησις apud Erot. legi pro ἀνακωχὴ, vt ſatis apparet.

Ἀναλαμβάνειν vires reſumere, ſe ex morbo reficere ac recolligere ſignificat, & quaſi reſtaurari ac renutriri. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 642. 21.) ὑπὸ τῆς διαίτης καὶ τῆς φαρμακοποσίης λεπτυνθεῖσα, ἢν μὴ δύνηται ἀναλαμβάνειν, ex victus ratione & medicamentorum potione attenuata, ſi ſe reficere nequeat aut renutriri. In Coac. (p. 133. E.) οἱ ἐκ μακρῆς ἀναλαμβάνοντες, qui ex longa valetudine ſe recolligunt, conualeſcunt, aut vires reſumunt, ἐκ τῶν νόσων ἀνιστάμενοι dicuntur aph. 32. lib. 4. Sic ἀναλήψιες ægrorum refectiones ſignificant; cum ex morbo recreantur & conualeſcunt, aph. 27. lib. 4. ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται, iis cùm reficiuntur alui humectantur. Ἀνάληψις autem in vinculorum ratione membri deligati exceptio, retentio ac ſuſpenſio dicitur, vbi læſum membrum & deligatum in mitella collocatur, vt brachium. Tunc enim vinculum aliquod ſuperiniicitur, & membrum ſuſpenditur (ne faſcia ad partes decliuiores delabatur, néve ad gibbas aut incuruatas ſurſum recurrat. Gal. Com. 2. in lib. κατ' ἰητρεῖον. (pag. 681. 5.) Eſtque ἀνάληψις velut membri aſſumptio ac apprehenſio, cùm membrum deligatum ita aſſumimus, aut ad nos adducimus vt contineatur, non elabatur. Et ἀναλαμβάνειν retinere ac colligere etiam ſignificat. Poteſt & reſumere dici, cùm tota veluti deligatio reſumitur & altero veluti vinculo continetur, colligitur aut apprehenditur. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 680. 58. H. 743. F.) περιβάλλειν δὲ καταλήψιος μὲν τῆς περὶ ταῦτα ἕνεκα, ἀναλήψιος δὲ τοῦ σύμπαντος ἐπιδέσμου ἐν τοῖσιν ἀτρεμέουσι καὶ λαπαρωτέροισι τοῦ σώματος οἷον τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω τοῦ γούνατος. Inſuper quoque circumdare vinculum quoddam oportet, ad ea quidem comprehendenda quæ circum articulos ſunt, tum verò ad retinendam totam deligationem in iis corporis partibus quæ quieſcunt & demiſſiores ſunt, velut ſupra & infra genu. Ibidem (pag. 681. 56. H. ibid. H.) εὐαναλήπτως ἔχειν aptè retineri poſſe ſignificat, & ῥάμμασι τὰς ἀναλήψιας ποιεῖσθαι, filis retineri. Lib. de fract. (p. 530. 51. H. 752. E.) ἀναλαμβανομένη ἡ χεὶρ, manus quæ ſuſpenſa retinetur, hoc eſt, mitella excipitur. Et rurſus (p. 538. 51. H. 756. H.) ὁ δὲ ἐπιδεδεμένος ἐν ταινίῃ τινὶ τὴν χεῖρα ἔχει ἀναλελαμμένην, deligatus mitella manum exceptam & ſuſpenſam habeat. Iterum (p. 552. 48. H. 762. F.) ἀναλαμβάνηται ἡ χεὶρ, manus excipitur, ſuſpenſa retinetur, ſuſpenditur. Ἀνάληψις autem θέσεως genere comprehenditur, vt ſcribit Gal. com. 2. in lib. κατ' ἰητρεῖον, & manus deligatæ depoſitionem ſignificat, cùm in læta mitella collocatur, quæ totum cubitum excipit. Sic enim Gal. ibid.) p. 686. 53. H. 744. F.) ἀνάληψιν μὲν ἐπὶ χειρὸς ὀνομάζει, τὴν μετὰ τὴν ἐπίδεσιν ὑπόθεσιν αὐτῆς, ἐν πλατεῖᾳ ταινίᾳ περιλαμβανούσῃ πάντα τὸν πῆχυν. Et ἀνάληψις ac θέσις ſæpe iunguntur, vt ibidem (v. 19. ibid.) & ἀναλελάφθαι & κεῖσθαι (v. 59. ibid.) Quem certè mihi locum ſubindicare videtur Erot. cum ἀναλελάφθαι ἀνειλῆφθαι exponit, niſi quòd ἀναλελάφθαι ſcriptum eſt, vt & apud Heſych. Eáque ratione lib. de art. (p. 643. 39. H. 828. B.) ἀναλήψιας ποιεῖσθαι de membrorum depoſitione ac exceptione dicitur, vt & χωλωμάτων ἀνάληψις, claudicationum depoſitio, exceptio, cùm deprauatum membrum deligatione ad ſtatum naturalem & rectum reducitur, in eoque retinetur & collocatur. Ἀναλήμματα etiam dicuntur lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 699. 34. H. 748. D.) eadem notione qua ἀναλήψιες, ſuſpenſiones & appenſiones quæ membrum fractum continent & ſubleuant.

Ἀναλδὴς, ἄτροφος, ἀναυξὴς, incrementum non accipiens, non creſcens, exponit Gal. apud Hipp. à verbo ἄλδω quod augeo ſignificat. Sic ἀναλδέας ἀναυξεῖς exponit Erot. non augeſcentes, non creſcentes, quod de fructibus dicitur. Lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 290. 7.) οἵ τε καρποὶ γενόμενοι αὐτόθι πάντες ἀναλδέες εἰσὶ, fructuſque omnes illic naſcentes nullum incrementum accipiunt. Eum enim locum ab Erot. ſubindicari minimè eſt dubium. Vbi tamen ἀναλθέες paſſim legitur, à quibuſdam etiam ἀναλχέες. Eſt autem ἀναλθὴς inſanibile, ἀνυγίαστον, inſalubre. Qua ratione inſalubres fructus illic vertit Cornar. Etſi ἀναλθὲς quod eſt idem quod ἀναλδὲς, Heſych. ἀναυξὲς, ἄτροφον, ἀνυγίαστον exponit. Quidã etiã ἀναλθὴς pro ἀναλδὴς ſumi poſſe contendunt, quòd ἀλθαίνει αὔξει exponat Heſych. vt & θεραπεύειν & ὑγιαίνειν. Quædam etiã exẽplaria ἀναλθὴς pro ἀναλδὴς apud Gal. legunt. Verùm ἀναλθὴς ſuum poſtea accipiet lo-

cum & explicationem. At ἀναλδὲς quoniam alio loco positum reperiatur apud Hipp. nondum mihi liquet. Quare aut mihi suspecta videtur Gal. lectio, & pro ἀναλδὲς ἀναλθὲς & ἄτροφοι, ἀναυξεῖς legendum, aut certe ea de re ampliandum.

Ἀναλθὲς incurabile, insanabile, immedicabile significat, vt lib. de art. (p. 647. 33. H. 829. E.) ἑλκύδριον ἐγκαταλειφθῆναι κίνδυνος ἀναλθὲς, periculum est ne insanabile vlcusculum aliquod relinquatur. Hesych. ἀναλθὲς, ἀνίατον, ἀθεράπευτον, & ἀναίσθητον exponit. At qui ἀναλδὲς in Exeg. pro ἀναλθὲς legunt, reliquam significationem quæ adscribitur, huic loco minimè quadrare posse satis intelligunt.

Ἀναλίσκειν consumere, insumere significat & cõcoquere, de cibis dicitur qui assumuntur. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 12. 6.) ἢν τὰ αὐτὰ σιτία ἃ μεμαθήκει ἅπαξ ἀναλίσκειν, si cibos quos semel sumere consueuerant. Et rursus (v. 12.) ἀναλίσκειν δ' οὐ δυνατὸς ὁ ἀριστιζόμενος, ἃ προσηνέγκατο, nec cibos quos in cœna assumpsit concoquere potest, qui prandio assueuit. Eadem fere ratione mensas consumere dixit Maro. At ἀνάλωσις ἐγκεφάλου cerebri consumptio & imminutio dicitur lib. 6. Epid. sect. 3. aph. 1. μείωσιν exponit Gal. cum cerebrum siccius redditum ad ossa sincipitis subsidit & in se contrahitur, minoremque locum occupat, & à sincipite abscedit, vt in caluitio contingit.

Ἄναλκις scribit Erot. quosdam τὸ ἄνανδρον καὶ ἀδύνατον apud Hipp. exponere, quod est imbelle & imbecillum, melius tamen τὸ ἀβοήθητον inaudire, quod est sine auxilio. ἀλκὴ enim apud Hipp. ἡ βοήθεια dicitur auxilium. Hesych. quoque ἀναλκις ἀδύνατον, ἀσθενὴς, & ἀναλκὴς, ἄνανδρος, ἀσθενὴς exponitur. Locus Hipp. est lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 290. 38.) διὰ ταύτας ἐμοὶ δοκεῖ τὰς προφάσιας, ἄναλκες εἶναι τὸ γένος τὸ Ἀσιηνόν. Quas ob causas Asiaticorum genus vniuersum ope omni destitutum esse mihi videtur, hoc est, auxiliaribus & militaribus copiis, aut bellica gloria. Sic enim ex Erot. sententia sumi videtur, Interpretes tamen omnes imbelle genus Asiaticorum non malè dixerunt, hoc est, instrenuum & ignauum.

Ἄναλλις annotatur ab Erot. esse βοτάνης ὄνομα herbæ nomen apud Hipp.

Ἀνάλμυρα Gal. apud Hipp. ἄναλοι ἢ οὐχ ἁλμυρά, insulsa aut non salsi exponit, additque Dioscor. coniunctim sic legere, plerosque verò disparatè.

Ἀναλογισμὸς est ratio rei obscuræ cognitionem ab euidenti adferens, Dogmaticorum propria, vt ἐπιλογισμὸς Empiricorum. Quæ quòd fiat ex comparatione & perceptione causarum iuuantium per similitudines, ἀναλογισμός ἐστι σύγκρισις καὶ κατάληψις αἰτίων ὠφελούντων ὁμοιότητι. Gal. lib. de optima secta (p. 20. 16.) Est etiam ἀναλογισμὸς ratiocinatio Dogmaticorum propria, quæ fit per transitum ad simile, eaque vtuntur velut Empirici τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει. Ibidem (p. 23. 55.) & lib. de Sectis ad eos qui introducuntur (pag. 12. 16.) Lib. de Subfiguratione Empirica ἀναλογισμὸς dicitur ratio Dogmatica rerum occultarum, vt ἐπιλογισμὸς rerum est euidentium ratio Empirica.

Ἄναλτον exponit Gal. apud Hipp. τὸ, τὸ χωρὶς ἁλῶν καὶ οὐχ ἁλμυρὸν, sine sale & non salsum. Eaque dictio crebrò vsurpatur Hipp. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 595. 46.) τὸ πτύαλον ἄναλτον dicitur sputum insulsum. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 578. 1.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 647. 14.) ἄλφιτα ἄναλτα, polenta insulsa. Sic κυκεὼν ἄναλτος cyceon insulsus lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 596. 23.) & lib. 2. (pag. 661. 14.) Lib. 2. de Morb. (pag. 480. 23.) διδόναι δὲ ῥοφάνειν ἔτνος ἄναλτον, pulmentarium ex leguminibus fresis confectum sine sale sorbendum dato. Rursus ibid. 24. σιτίοισι διαχρῆσθαι ὡς μαλθακωτάτοισιν ἀνάλτοισι. cibis vtatur mollissimis, insulsis. Et ibid. (481. 20.) σιτίοισι δὲ χρῆσθω ἀνάλτοισι, cibis verò insulsis vtatur. At ἄναλτον ἄλφιτον aliter Erot. apud Hipp. sumit, τὸ μικρὸν καὶ ἀναυξὲς exponens, (vt antea scripsimus) quod etiã fecit Hesych. Sudas quoq; τὸ ἄναλτον τὸ ἀπλήρωτον ἢ ἀκόρεστον inexplebile aut insatiabile apud Homer. significare contendit. Quod etiam annotat Varin.

Ἀναμὶξ, permixtim, mixtim & promiscuè significat. Hesych. ἀναμεμιγμένως exponit. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 672. 6.) ὡς ἄριστα ταῦτα ἀναμὶξ ποιέειν, quàm optimè hæc permiscenda.

Ἀνάμνησις τῆς κενώσεως dicebatur vacuationis recordatio Empiricis familiaris, vacuationem indicans, vt in syndrome plethorica symptomatum omnium plethoram indicantium concursus, phlebotomiam & vacuationem suadens. Gal. lib. de plenit. (pag. 349. 15.)

Ἀνανδριεῖς dicuntur effœminati, euirati, qui apud Scythas εὐνουχίαι fiunt & castrati, ideóque ad generationem inepti redduntur, neque virorum munia obire queunt. Lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 293. 7.) Vbi pro ἀνανδριεῖς, ἐνάρεες ex Herod. in Thalia legi vult Mercurialis lib. 3. Variar. lect. cap. 7. quòd Scytharum Vates Androgynos faciat Herod. & ἐνάρεας dici scribat. Etsi ἐνάρεας apud Ionas esse bellatores quidam adscribunt.

Ἄνανδροι γυναῖκες dicuntur Hipp. mulieres innuptæ, quæ virum non habent neque eum expertæ sunt, lib. 1. περὶ γυναικ. (592. 8.) τοῦτο δὲ τὸ νόσημα γίνεται μᾶλλον τῇσιν ἀνάνδροισιν, hic vero morbus iis quæ virum non sunt expertæ potius contingit. ἄνανδρος autem exponitur Hesych. ἀσθενὴς, imbecillus.

Ἀναξυρὶς fœminale significat aut femorale seu subligaculum. Braccam denotare Eustath. scribit, & quod Romani βρακίον dicunt, ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι, mutato σ in ξ. Hesych. quoque ἀναξυρίδας φημιναλία, βρακία βαρβαρικὰ exponit. Idem etiam ἔνδυμα ποδῶν, & ὑποδήματα βαθέα ἢ βασιλικὰ explicat, vt & Lexic. Herod. quales ferè sunt alti socci & ocreæ, quæ non solum pedem sed etiam crura & femora tegunt. Ideoque Pollux ἀναξυρίδας & σκελέας idem esse ait. Idem quoque capitis ornamentum Persicum esse scribit, lib. 7. cap. 13. & ἀναξυρίδα κυρβασίαν, καὶ κίδαριν, καὶ πῖλον dici. Sumuntur verò ἀναξυρίδες apud Hipp. lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 293. 8.) pro braccarum genere aut subligaculo quo Scythæ vterentur. Athen. lib. 3. ex lib. 1. historiarum Herodoti ἀναξυρίδας σκυτίνας ponit, quæ pro soleis coriaceis sumi videntur.

Ἀνάπαλιν è contrario, ex aduersa parte, è diuerso significat, cui τὸ κατ' ἴξιν & τὸ κατ' εὐθὺ τοῦ πεπονθότος μορίου, quod fit secundum rectitudinem, aut directò ad locum affectum opponitur, vt scribit Gal. Com. in aph. 21. lib. 1. & Com. 1. in Progn. (pag. 132. 13.) & Com. 3. in Prorrh. (pag. 211. 17. H. 78. C.) Quibus in locis hæmorragias damnari scribit Gal. & malo esse quæ ἀνάπαλιν fiant, hoc est, ex aduersa parte, velut si liene intumescente & malè affecto sanguis ex dextra parte profluat, quod in Prorrh. dicitur ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιῆς ῥῖνες, & repetitur in Coac. (pag. 170. C.) Ἀναπαλινδρομέουσα recurrere significat & de fascia dicitur quæ circumuoluta ad eum locum recurrit, in quem prior fascia desinebat. Lib. de fract. (pag. 533. 27. H. 733. C.) ὡς ἂν αὐτέῳ ἱκανὸν γίνηται τὸ ὀθόνιον ἀναπαλινδρομῆσαι κεῖθι, ἵναπερ τὸ ἕτερον ἐτελεύτησεν. vt tibi fascia eò recurrere posse videatur, vbi altera desiit. Ἀνάπαλιν exponit Hesych. ἐκ τοῦ ἐναντίου, πάλιν.

Ἀναπαύεσθαι quiescere, otiari, cessare significat. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 68. 48. H. 591. 50.) καὶ γὰρ ἢν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται πολὺ παρὰ τὸ ἔθος. Etenim si totum corpus multum præter consuetudinem quieuerit. Rursus ibid. (pag. 109. 44. H. 403. 52. 53.) ἢν δὲ διψῇ, ὑδαρέα οἶνον λευκὸν ἢ γλυκὺν ἐπιπίνοντα ἀναπαύεσθαι. ἢν δὲ μὴ ἐγκοιμηθῇ, πλείω ἀναπαύεσθαι. Quòd si sitiant, epoto vino aquoso albo aut dulci quiescant; Si verò non dormierint, amplius quiescant. Sic aph. 48. lib. 2. τὸ διαναπαύειν quiescere & otiari significat, & κινήσει τοῦ σώματος opponit. Ἀνάπαυσις quoque aph. 13. l. 4. otium aut quietem & ab exercitatione vacationem significat, ἡσυχίαν καὶ ἀγυμνασίαν expon. Gal. & exercitationi opponit. Lib. quoque περὶ φύσ. ἀνθρώπ. (pag. 17. 32. H. 228. 23.) ἀνάπαυσις ταλαιπωρίην medetur & opponitur, otium labori & fatigationi. Lib. περὶ ἰητροῦ (p. 20. 24.) ἀνάπαυσις laxamentum dolorum & requietem significat. οἱ δὲ διαλιπόντων, ἀνάπαυσιν ἔχει τινὰ τούτων τοῖς θεραπευομένοις, qui verò intermittit, horum (dolorum) aliquod laxamentum iis qui curantur exhibet.

Ἀναπεπταμένοι dicuntur Gal. lib. de Tremore palp. & rig. (pag. 367. 17.) expansi, laxati, languidi aut expressi, & quibus laxata cutis est & vires exolutæ.

Ἀναπίνεσθαι resorberi, absorberi, exugi significat Hipp. & de pure dicitur quod medicamentis deficcantibus absumitur & exugitur. Lib. de art. (pag. 609. 34. H. 805. H.) πολλὰ γὰρ καὶ τῶν δοκεόντων ἐκπυεῖσθαι ἀναπίνεταί ποτε, κὴν μηδὲ πυκαστέλλησι, Multa enim ex his quæ suppurare videntur, quandoque etiam nullo adhibito cataplasmate absorbentur, hoc est, absumuntur, discutiuntur, aut digeruntur. ἐκδαπανᾶται καὶ διαφορεῖται exponit Gal. Rursus ibid. (pag. 626. 1. H. 817. H.) ἕως ἂν ξηρανθῇ μὲν καὶ ἀναποθῇ πουλὺ τὸ ἐκχύμωμα τὸ ἐν τῇ θλάσει γενόμενον, quoad quæ in contuso facta est humoris effusio, exiccata & absorpta fuerit, hoc est, absumpta & discussa.

Ἀνάπλασις dicitur Hipp. conformatio, membri fracti restitutio & restauratio, compositio, reparatio, ita vt fracturæ extrema sese mutuò contingant, & partes è directo statuantur, vt scribit Gal. Com. 1. in lib. de fract. & idem quod διάπλασις. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 694. 16. H. 746. A.) πάρεξις δὲ καὶ διάτασις, καὶ ἀνάπλασις, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ φύσιν Exhibitio autem, distentio, conformatio, cæteraq; secundum naturam accommodata esse debent. Vbi ἀνάπλασις διάπλασις Gal. exponitur. Atque hic mihi locus subindicari in Exeg. videtur, si modo integra sit lectio, & ἀνα-

& ἀνάπλασις & ἀνάπλασις legatur, non ἀναπλάξιος & ἀναπλάξιος vt habent omnia exemplaria, quædam etiam ἀναπλάξιος & ἀναπλάξιος. Est & εἰάπλασις τῶν σαρκῶν carnium efformatio, restauratio, reparatio, cùm partes extenuatæ & alimento destitutæ carne implentur, quod fit per renutritionem. Lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 700.17. H. 728. G.) τὴν αὔξησιν καὶ εἰάπλασιν τῶν σαρκῶν incrementum & carnium restaurationem coniungit Hipp. 748. G.

Ἀνάπλευσις ὀστέου ossis fluctuatio dicitur Hipp. & exundatio, cùm os pure imbutum innatat aut fluitat, velutique restagnante humore ac exundante facilè corrumpitur, vnde etiam syderatur & decidit. Est enim ἀναπλεῖν aut ἀναπλεῖν innatare & fluitare aut exundare, ἐπιπλεῖν. In Coac. (pag. 157. E.) τὰ περὶ γνάθους ἀλγήματα σφόδρα, κίνδυνον ὀστέου ἀνάπλευσιν ἐλθεῖν. In vehementibus circa maxillas doloribus, periculum est vt os fluctuet, educatur aut decidat. Maxilla enim pure promptè imbuta, innatat ac fluitat, vnde corrumpitur ac decidit. Hanc igitur humoris redundantiam ac veluti restagnationem ἀνάπλευσιν velut ossis fluctuationem vocat. Cornar. ossis eductionem ex rei consecutione dixit. Lib. etiam 4. Epid. (1124. G.) eadem locutio vsurpatur. τῷ παιδίῳ τῷ φαγεδαινωθέντι, οἱ κάτω ὀδόντες, καὶ τῶν ἄνω, καὶ τῶν ἔμπροσθεν οἱ ἐμπρόσθιοι ἀνέπλευσαν. Puero vlcere exedente (phagedænas vocant) affecto, inferiores dentes, & ex superioribus ac inferioribus primores exundabant, hoc est, erosi & corrupti deciderunt Vbi quidam ἀνέπεσον pro ἀνέπλευσαν legunt. Sic ἀναπλεῖν de ossis squamula ab osse resoluenda & emerlura dixit Paulus cap. 107. lib. 6. ἕως ἂν ἡ λεπὶς ἀναπλεύσῃ μέλλει, in quibus verò testa emer ura est. Ἀνάπλοον Erot. apud Hipp. τὸ κοῦφον καὶ ἔχον εὐρυχωρίαν τινὰ exponit, leue & quod capacitatem quandam habet, velut in summo fluitans, quod in abundantia contingit, velut rebus omnibus circumfluere & abundare Verrem dicit Tullius lib. 5.

Ἀναπλᾶσαι ὀστέα dicuntur Hipp. ossa quæ explicantur & educuntur, dum dehiscunt & expanduntur, aut recedunt & velut syderata decidunt. Lib. de fract. (pag. 563. 56. H. 769. C.) τὰ δ' ἐπίδοξα ἢ ἀναπλᾶσαι, quæ educi posse spes est, aut opinio est & expectatio vt educantur & recedant. Vbi tamen ἀναπλεῦσαι pro ἀναπλᾶσαι sumi potest, vt apud Herodot. Et si illic ἀναπλᾶσαι quidam de vinciendi ratione quæ simplicibus fracturis accommodatur intelligunt, velut de iis quibus simplici modo ossa fracta sunt, ibid. (pag. 559. 31. H. 766. F.) ἀναπλᾶσαι τοὺς τρόπους dicit Hipp. hoc est, eos simpliciter curare licet, & ea curandi ratione, quam κατάγματος ἁπλοῦ vocant, aut deligatione quæ simplici fracturæ debetur, vt ἀναπλᾶσαι quod est explicare & expandere per translationem sumatur, velut si quis duplicata aut conuoluta explicet.

Ἀναπνεῦσαι respirare significat, spiritum ducere & trahere, & dicitur de ægris spirantibus, interdum etiam de doloris induciis, vt à metu & morbo respirare ac recreari. Prorrh. 2. (p. 97. A.) πολλὰ δὲ τῶν τρωμάτων, ἐν χωρίῳ τινὶ εἶναι εὐηθέεσι, καὶ οὐδὲν τι δεινὰ φαινόμενα, ὅτως ἐς ὀδύνην ἡ πληγὴ, ὥστε μὴ δύνασθαι ἀναπνεῦσαι. Non pauca autem vulnera quæ in contemnendis locis ac nulla re formidabilia esse videntur, in iis tanto dolore plaga cruciat, vt ægri respirare nequeat. Vbi ἀναπνεῦσαι tam de spiratione quam de doloris cessatione intelligi potest. Ideoque etiam quædam exemplaria illic ἀναπαῦσαι pro ἀναπνεῦσαι habent. Sic Aret. ἀνάπνευσις τοῦ κακοῦ mali respiratio & & solamen dicitur, Cap. 1. lib. 2. de cur. ac. morb. & Hom. Il. λ. (ver. 800.) ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο, parua autem à bello respiratio, & ἀναπνεύσωσι δ' ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν τειρόμενοι, respirent autem bellicosi Achiui, consumpti. Ἀνάπνευσις etiam idem quod ἀναπνοὴ & respirationem significat quæ aëris inspiratu & expiratu constat. Sic enim Gal. Com. in lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 10. 23.) ἀναπνοὴν esse dicit, τὴν διὰ τοῦ σώματος ἔξω τε καὶ εἴσω φορὰν τοῦ πνεύματος, cum spiritus intrò & foras per os fertur. At lib. 2. de morb. (pag. 488. 40.) ἀνάπνευσις spiraculum aut emissarium ad transpirationem factum significare videtur. καὶ ποιεῖν ἀνάπνευσιν τομῇ, & sectione facta transpirationem efficito.

Ἀνατρῆσαι Gal. apud Hipp. ἀνατρῆσαι διατρῆσαι exponit, pertercbrare, perforare, perfodere, ab ἀνατετραίνω per syncopen, pro ἀνατετραίνω. Hesych. etiam ἀνατρῆσαι ἀναφυσῆσαι inflare exponit ab ἀνατρῆσαι.

Ἀναπτύειν expuere significat, pus spuitione reiicere & expurgare. In Coac. (p. 179. B.) οἱ ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γινόμενοι, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀναπτύουσιν ἀπὸ τῆς ῥήξιος. Qui ex morbo laterali suppurati fiunt, in quadraginta diebus à ruptione pus expuunt. Est igitur ἀναπτύειν idem quod ἀποπτύειν. ἀναχρέμπτεσθαι dicitur aph. 15. lib. 5. In Progn.) pag. 143. 17. H. 41. 15.) & Coac. (pag. 179. B.) ταχέως τι ἀναπτύειν καὶ εὐπετέως dicitur, tum citò, tum promptè exscreari, spuitione reiici.

Ἀναπτύσσεσθαι expandi, explicari, extendi significat. Lib περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 558. 15.) τὸ ἧπαρ οἰδέει καὶ ἀναπτύσσεται πρὸς τὰς φρένας ἀπὸ τοῦ οἰδήματος iecur intumescit, tumorque ad septum transuersum expanditur, hoc est, extenditur. Ibidem rursus (v. 27.) καὶ ὁκόταν τὸ ἧπαρ μᾶλλον ἀναπτυχθῇ πρὸς τὰς φρένας, cumque iecur ad septum transuersum magis expassum fuerit. Pro quo ἀναπτυχθῇ legitur lib. περὶ κρισίμων (pag. 573. & 16.) vbi ista repetuntur.

Ἄναρθροι dicuntur homines crassi, carnosi, articulis non apparentibus, quique non distinctis sunt articulis, hoc est, informes præ crassitie. Lib de aëre, loc. & aq. (pag. 293. 22.) ἐπιπολὺ δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι σαρκώδεις εἰσὶ καὶ ἄναρθροι. Illic homines carnosi sunt, articulis non distincti. Quibus paulò pòst ἰσχνοὺς καὶ διηρθρωμένους, graciles & articulis probè distinctos opponit. Ibidem (pag. 292. 18.) τὰ ἄρθρα καὶ ὑγρὰ καὶ ἄτονα, & iuncturæ eorum humectæ & eneruatæ. Vbi ἄναρθρα aut etiam ἀνάρθρου quidam legunt ad τὰ εἴδεα referentes. Hanc autem locutionem eodem libro explicat (pag. 290. 12.) τά τε γὰρ μεγέθεα μεγάλοι, τὰ πάχεα δ' ὑπερπαχέες, ἄρθρον τε κατάδηλον οὐδὲν, οὐδὲ φλέψ. Sunt enim ingentis magnitudinis crassitieque valde excedunt, neque iuncturæ eorum vllæ, neque venæ comparent.

Ἀναρίστησις prandij detractio dicitur lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 379. 17.) ἀλλὰ χρὴ ποιεῖν ἐμέτοις, καὶ ἀναριστήσει, καὶ πόνοισι ξηροῖσι διαιτήμασι χρῆσθαι. Verùm vomitibus & prandij abstinentia, & laboribus & sicco victu vtendum. Ibidem (pag. 376. 55.) περιπάτους ἀναρίστους vocat deambulationes citra prandium.

Ἀναῤῥήγνυσθαι disrumpi, diffringi, dissecari, refringi, rursus rumpi dicitur. Lib. de fract. (pag. 546. 25. H. 759. G.) πολλάκις ἀναῤῥηγνύμενα in calcis syderatione dicuntur, quæ sæpe disrumpuntur aut crebrò recrudescunt. Paulo etiam ἀναῤῥηγνύμενα ἕλκη sunt vlcera cicatrice præposterè obducta, quæ rursus inflammatione facta rumpuntur & recrudescunt. Velut ruptam pustulam dicit Tibullus Eleg. 3. lib. 3. Læderet & teneras pustula rupta manus. In Coac. (p. 187. B.) ἀναῤῥήγνυσθαι οὐλὰ dicitur de cicatrice quæ refricatur, rescinditur aut rumpitur. ὅσοις δ' ἂν ἀσθενὴς ἐνδόθεν ἡ οὐλὴ γένηται, ῥηιδίως ἀναῤῥήγνυται. Quibus autem interni vulneris cicatrix debilis euasit, promptè rescinditur. Lib. 1. de morb. (p. 455. 40.) ἀνελκοῦται dicit eadem in re, hoc est, reulceratur, aut vlcus refricatur & refringitur. Ibid. etiam (pag. 456. 13.) vena intus sauciata vbi coaluerit & sana esse videatur, ἀναῤῥήγνυται ἑτέρῳ χρόνῳ, alio tempore refringitur, aut aliàs iterum rumpitur.

Ἀναῤῥινέον, τὸ διὰ τῶν ῥινῶν παλινδρομοῦν, per nares rediens, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. Idemque annotat quosdam diuisim legere ἀνὰ ῥῖνα, vt sit idem quod ἀνὰ τὸ δέρμα per cutem. Quidam etiam ἀναῤῥινέον idem quod ἀπὸῤῥινέον significare scribunt.

Ἀναῤῥοπίη, Vide Καταῤῥοπίη.

Ἀναρτᾶσθαι rependere significat, resarcire, adæquare, addere quod deest ἀντισηκοῦν. Lib de rat. vict. in morb. ac. (59. 25. H. 388. 35.) ἀναρτᾶσθαι τὴν μεταβολὴν dicitur mutationem rependere, hoc est, veluti quadam altera mutatione mutationi ipsi auxilium ferre, aut vicissitudine quadam eam retaliare & iuuare. χρὴ οὖν τούτοισιν ἀναρτᾶσθαι τὴν μεταβολήν. Iis igitur conuenit mutationem rependere, hoc est, veluti noua quadam mutatione resarcire. His enim qui prandere non consueuerant, si pransi fuerint, velut altera mutatione consulit, adiecto somno pomeridiano, qui nouæ mutationis noxiam & ventriculi laborem aut grauitatem quiete rependat aut resarciat. Ἀναρτᾶσθαι προσθεῖναι τὸ ἐλλεῖπον dicitur, quòd deficit addere.

Ἀνάσπασις contractio dicitur, videturque hoc nomine ventriculi contractio intelligi, cum sese colligit & contrahit vt cibum amplectatur & concoquat. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 12. 24.) αἱ δὲ βραδυτεραι κοιλίαι πολλὰ τι βραδύτεραι τι ἀναρτῶσι, καὶ πλείονος δέονται ἀνασπάσιός τε καὶ ἡσυχίης, Eiusmodi verò ventres tardissimè concoquunt, & maiore contractione ac quiete indigent. Sed ἀναπαύσιος legi malim, vt legunt omnes interpretes & Asulanus, vt sit, maiore cessatione & quiete indigent, hoc est, in otio & quiete sunt diutius continendi, vt facilius concoquant. ἀνάπαυσις enim τῇ κινήσει opponitur, vt quieti otium quod antea scripsimus.

Ἀνασπογγίζειν spongia detergere significat. Lib. de Vlc. (pag. 872. H.) ἀνασπογγίζειν δὲ τὰ ἕλκεα πολλάκις σπόγγῳ, sæpius vero vlcus spongia abstergere, emundare. ἀνασπογγίζειν εἰρίῳ frequenter dicitur Hipp. quod est lana excipere, aut medicamentum aliquod lana velut spongia excipere & extergere,

aut lanam medicamento imbuere, quod ἐν ἐρίῳ μαλακῷ σπογγίζειν dicit Gal. lib. 3 de Compos. med. κατὰ τόπ. (p. 187. 50.) lana molli excipere. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 570. 20.) ὕστερον ὕδατι ψιμμύθιον τρίβων ἐρίῳ ἀναςπογγίζων, demum cerussam aqua subactam lana exceptam subdito. Sed lib. 1. περὶ γυναικ. (p 619. 27.) vbi eadem repetuntur, legitur, ἢ ἀψίνθιον ἐν ὕδατι τρίβειν, ἐρίῳ δὲ ἀναπο͂λγίσας. aut absinthium aqua subactum lana exceptum subdito. Libro etiam περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 571. 47.) σκαμμωνίαν τρίψας ἐν γάλακτι γυναικείῳ ἐν ἐρίῳ ἀναςπογγίσας προσθεῖναι. scammonium in lacte muliebri tritum lana exceptum pesso adhibe. Et) pag. 574. 22.) ῥόδῳ τῷ λευκῷ ῥοδίνῳ μύρῳ ἀναφυρήσας ἐρίῳ ἀναπολγίσας προστιθέναι, oui candidum rosaceo vnguento subactum ac lana exceptum in pesso apponito. Rursus (pag. 580. 43.) στυπτηρίαν λείαν τρίψας, διεὶς μύρῳ ἐρίῳ ἀναπολγίζων προςίθει. alumen tritum vnguento dilutum lana exceptum in pesso apponito. Ibidem (581. 2.) λίβανωτὸν καὶ γλήχωνα λεῖον ποιήσας, ἀναλύσας μέλιτι, ἐρίῳ ἀναπολγίζων, προςίθει. thus & pulegium tritum, melle subactum & lana exceptum in pesso apponito. Et (pag. 582. 35.) ἡ γυνὴ προςιθέσθω, ἐρίῳ ἀναπολγίζουσα mulier lana excepta pesso subdat. Pro quo eadem in re lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 610. 8.) legitur, προςίθει τῷ ἐρίῳ ἀναλαμβάνων, lana excepta pesso subdito. Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (pag. 598. 54.) ἐρίῳ ἀναπολγίζων προςίθει, lana exceptum (alumen) pesso subdito. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 665. 36) ἀναπολγίζεις ἄχνῃ ἀπὸ ὀθονίων λεπτῶν, ramento ex tenuibus linteis deraso excipito, pro ἀναπολγίσας dicitur.

Ἀνάσυτος ἀὴρ, aër sursum prorumpens, prosiliens, impulsus dicitur apud Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 645. 9.) καὶ ἀνάσυτος ἴῃ ὁ ἀὴρ βιώμενος, & sursum impulsus aër violenter feratur, hoc est, vi & ægrè prorumpat, exiliat aut impellatur, cùm vteri ad cor progressi liberam respirationem impediunt & suffocationem afferunt. Sic enim legisse Erot. apparet, apud quem ἀνάσυτος ὁρμητὸς exponitur. Quædam tamen exemplaria manu scripta ἀνασπὸς habent, alia etiam ἀνάσυρτος. Verùm vitiosa sunt omnia. Cornar. aërem impeditum violenter attrahi dixit, & de inspiratione aëris intelligit, quod etiam de expiratione sumi potest, vt ægrè aër sursum feratur, impellatur & exiliat. Impellendi enim maior quàm attrahendi actio in eo verbo inest. Potest tamen simpliciter impulsus aër dici, quomodo exponit Erotianus, vt de aëre subeunte & attracto accipias, qui tamen propter præfocationem vi & ægrè subeat. Deductum autem à σύομαι quodammodo videtur vt & alia, vt λαιψηρόσυτος, impetu ruens & concitatus, & παλίσυτος, ad retrogradum gressum incitatus, & αὐτόσυτος, ὄμβρος, imber per se excitatus. Vnde etiam ἐσσύμενος participium est Homero frequens, hoc est, incitatus & tendens cum impetu aut ardore quodam. Sic ἔσυτο Hesych. ὥρμησεν exponitur.

Ἀνάστασις exurrectionem & desurrectionem significat Hipp. cùm æger ad egerendum surgit. In Coac. (pag. 219. C.) κοιλίη ταραχώδης σμικρῇσι πυκνῇσιν ἀναστάσεσι, aluus perturbata cum frequenti desidendi labore. Ibidem (ibid. G.) αἱ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες, ῥιγώδεες, frequentes desidendi labores rigorem adferunt. Et (ibidem ibid.) αἱ πυκναὶ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες, crebræ & quæ ex paruis interuallis fiunt exurrectiones. Quod etiam repetitur in Prorrh. (p 215. 19. H. 80. D.) vbi ἐπαναστάσιες quędam exemplaria legunt. In Progn. verò (pag. 138. 1. H 40. 3.) ξυνεχὴς ἐξανάστασις dicitur continua ad desidendum exurrectio. Lib. 3. Epid. ægr. 3. ἐδυσφόρει περὶ τὰς ἀναστάσεις, cùm desurgeret molestè habebat. Ἀνάστασις etiam significat Hipp. humorum emigrationem, submotionem & è suis sedibus expulsionem, cùm per medicamenta reprimentia ab affectis locis depelluntur & aliò transmigrant. Est enim ἀνάστασις demigratio, translatio aut castrorum motio, cùm veluti exercitus suis sedibus expulsus aliò demigrat. Sic τοὺς ἀναστάσει πιεζομένους vocat Hipp. lib. 6. Epid. sect. 7. aph. 2. eos quibus per medicamenta reprimentia humoris fluentis impetus repressus est, quasi per medicamenta, quæ humores suis sedibus submouent, compressos. Velut in anginæ inflammatione gargarismis ad humoris ruentis impetum cohibendum alióque transmouendum vtimur. Ἀνιστάμενοι ἐκ τῶν νόσων qui ex morbo recreantur aut reficiuntur, quique conualescunt, sese recolligunt ac vires resumunt, dicuntur Hipp. aph. 32. lib. 4 ἀνακομιζόμενοι καὶ ἀναλαμβανόμενοι exponit Gal.

Ἀναστεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου carnem ab osse retrahere, contrahere & reprimere significat, hoc est, diducere, erigere & suttollere, cùm in sectione cutis capitis ipsa ab osse reprimitur, erigitur & diducitur vt ossis vitium pateat. Lib. de vulner. cap. (p. 9-7. A.) τάμνοντα δὲ χρὴ ἀναστεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, ἢ πρὸς τῇ μήνιγγι καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκεν. Cùm autem inciditur, carnem quæ ossi & membranæ adhæret, ab osse diducere oportet.

Ἀναστόμωσις dicitur osculi venæ vel arteriæ laxatio & apertio per quam sanguis effunditur, & inter fluoris sanguinis differentias reponitur Galeno lib. 5. Meth. med. & Aureliano lib. 2. Tard. Passionum cap. 10. ac Osculatio dicitur, vt & ἀναστομωτικὰ medicamenta quæ vim aperiendi habent, Osculantia. Ἀναστομωτήριον Hipp. idem quod ἀναστομωτικὸν, quod aperit lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 587. 22.) ὑστέρας ἀναστομωτήριον τι αὐτὸ καὶ καθαρτικόν, vteros aperiens idemque purgans, aperiendi vim habens. Ἀναστόμωτος etiam contraria significatione dicitur qui magis arctus & angustus, quique ægrius patet. Vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 588. 32.) sterilibus & iis quæ parere non solent, τοῖς μητρέων ἀναστομωτέρων ἐούσῃ, τὰ ἐπιμήνια ἐπιπονωτέρως χωρέει, arctioribus vteris & ægrius apertis menses laboriosè prodeunt. Ἀναστομόω namque arcto, coangusto significat & in fauces comprimo. Vt apud Aristot. libello de Mundo ὠκεανὸς ἀναστομούμενος Oceanus in fauces se comprimens vertitur à Budæo.

Ἀνατείνεσθαι erigi, attolli significat, sed apud Hipp. contentis esse viribus, firmis, integris & erectis denotat, aut contenta natura & totis viribus se ad morbum propulsandum erigente, ac velut contra obtinente, aut robur exerente & comparante. Prorrh. 2. (pag. 89. D.) χρὴ δὲ τὸν ὑπὸ τοῦ ὕδρωπος ἐχόμενον καὶ μέλλοντα περιέσεσθαι, εὐσπλαγχνόν τε εἶναι, καὶ ἀνατείνεσθαι, Qui aqua inter cutem detentus est & seruari volet, eum robustis visceribus & contentis viribus esse oportet. Sic enim illic ἀνατείνεσθαι per se legimus ex melioribus exemplaribus, non vt quædam, ἀνατείνεσθαι καὶ φύσει, etsi illud quoque de natura contenta & contra morbum se erigente & assurgente dici potest. ἀνατείνεσθαι igitur contentis esse viribus, firmis, & integris, aut contra obniti & se erigere significat, quod totum Celsus per firma viscera complexus est, vt nostris in eum lib Annotat. scribimus.

Ἀνατρέπειν subuertere, euertere, disturbare, opprimere, prosternere, & pessum dare significat; Lib de art. (p. 650. 10. H. 831. F.) ὅσα ἂν μὴ αὐτίκα λειποθυμίη ἀνατρέψῃ, quæcunque non protinus animi defectio euerterit, aut oppresserit, hoc est, nisi statim animi defectio occuparit, aut curationem disturbarit & subuerterit. Ἀνατροπὴ autem dicitur stomachi subuersio aut dissolutio cùm in vomitiones effunditur. Galen lib. 8. κατὰ τόπ. (pag. 274. 13.) στομάχου ἀνατροπὰς vocari scribit τάς τε ἀνορεξίας καὶ τὰς ναυτιώδεις διαθέσεις, ἐφ' αἷς ἐνίοτε καὶ συμβαίνουσιν ἔμετοι. inappetentias, tum nauseabundas affectiones in quibus vomitiones quidem interdum contingunt.

Ἀνατρέφεσθαι ἐκ νόσου ex morbo conualescere, de ægro dicitur qui præscripta victus ratione vtitur eáque nutritur & confirmatur, & ex morbo assurgit. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 13. 26.) ἐκ διαιτημάτων τῶν ὁ βίος καὶ ὑγιαίνοντι καὶ ἐκ νόσου ἀνατρεφομένῳ καὶ κάμνοντι. ex hisque omnis viuendi ratio tum sano, tum ex morbo conualescenti, tum ægroto constet.

Ἀνάτριψις etsi propriè defrictionem aut refrictionem significat, & vnam tantùm frictionis differentiam, quæ à partibus inferioribus sursum versus ducitur, vt notatio indicare videtur: τρίψεως tamen nomine sumitur & totum frictionum genus denotat apud Hipp. lib. de art. (pag 588. 48. H. 783. H.) πολλῶν δὲ ἔμπειρον δεῖ εἶναι τὸν ἰατρὸν, ἀτὰρ δὴ καὶ ἀνατρίψιος. Ac multorum quidem peritum esse oportet medicum, ac certè etiam frictionis. Ibidem (ver. 49. ibid.) καὶ γὰρ ἂν δήσειεν ἄρθρον ἀνάτριψις χαλαρώτερον τοῦ καιροῦ ἐόν. frictio enim articulum laxiorem vincire consueuit. Et, ἀλλὰ διειρῆσθαι ἡμῖν περὶ ἀνατρίψιος ἐν ἄλλῳ λόγῳ. Sed de frictione alio in libro à nobis disceptabitur. Ac ibi Gal. ἀνάτριψιν antiquis ἀντὶ τρίψεως sumi scribit, & ἀνατρίβειν totum frictionum genus, non vnam tantùm ab inferiori sursum frictionem comprehendere. Vtitur etiam hac dictione Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pag. 697. 20. H. 746. G.) ἀνάτριψις δύναται λῦσαι, frictio soluendi vim habet. Vbi quoque Gal. ἀνάτριψιν ἀντὶ τρίψεως poni & absolutè omnem frictionem significare testatur, & ἀνατρίψεως nomen antiquis crebrò vsurpari, τρίψεως autem rarum esse. Idem quoque lib. 2. Salub (pag. 233. 55.) τρίψεως nomen recentioribus esse vsitatius scribit, vt ἀνατρίψεως veteribus.

Ἄναυδος exponitur Gal. apud Hipp. διαλέγεσθαι ἀδύνατος qui loqui aut sermone vti non potest, & ἄφωνος ὁ φωνὴν μὴ δυνάμενος, qui vocem emittere nequit. Quibus verbis apertissimè inter se ἄναυδον & ἄφωνον distingui indicat, quòd ἄναυδος eum significat qui fari aut loqui nequeat, cuique articulatæ vocis organa sunt aut læsa aut præpedita. ἄφωνος verò qui voce defectus

defectus est,& cui vocis instrumenta læsa sunt,velut larynx, eumque mouentes musculi, atque inserti nerui, & qui recurrentes dicuntur. Ex eoque effectum est vt ἄναυδον perpetuò mutum,& ἄφωνον voce defectum apud Hipp. verterimus. Quod certè discrimen in hoc Medicinæ parente eo magis animaduertendam, quòd ab omnibus interpretibus ferè neglectum est, à Gal. tamen diligenter est annotatum. Is enim in Exeg. locum lib.3.Epid.ægr.3.post st.pest.explicans & innuens ἄναυδον & ἄφωνον consequenter ibi poni scribit, & ἄναυδον de muto & loqui non potente dici, adducto Homeri testimonio Il.τ.) ver.407.) de Xantho Achillis equo dominum alloquente, αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη, hoc est, sermonem autem indidit Dea albis vlnis Iuno. Vbi αὐδήεντα, φωνῇ ἐνάρθρῳ χρώμενον, articulata voce vtentem recte explicat Schol. vt & αὐδὴν φωνὴν ἀνθρωπίνην dici scribit Eustath. vocem humanam & sermonem. Idem verò Gal. multò apertius harum vocum discrimen his verbis exponit Com.3.in lib.3. Epid. (pag.435.28.H.1098.B.) καταλείπεται τοίνυν ἔτι τοῦτο ἡμῖν ἐξηγήσασθαι διὰ τί προσέθηκεν ἄναυδος, ἐπήνεγκεν ἄφωνος. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο λόγος τοιόσδε· τὴν αὐδὴν ὅτι μὲν τὸ τῆς ἀκοῆς ἴδιον αἰσθητὸν οἱ παλαιοὶ φαίνονται καλοῦντες, οὐ ἐκεῖνο τὸ εἶδος αὐτοῦ μόνον, ὅσον ἐκπίπτει κατὰ προαίρεσιν τοῦ ζώου διὰ τοῦ στόματος, ἐν ᾧ περιέχεται καὶ τὸ κλαίειν, καὶ τὸ συρίττειν, οἰμώζειν τε καὶ βήττειν, καὶ ὅσα τἄλλα τοιαῦτα, μόνην δὲ τὴν ἀνθρώπου φωνὴν καθ' ἣν διαλεγόμεθα πρὸς ἀλλήλους αὐδὴν ὀνομάζουσιν. οὕτω γοῦν καὶ ὁ ποιητὴς εἰσάγει ποιήσας Ἀχιλλέα, τινὰ αὐτοῦ φησὶ τῶν ἵππων τοῖς ἰδίοις ἵπποις διαλεγόμενον τὸν Ἀχιλλέα. τινὰ αὐτῶν ἀμείψασθαι λόγοις χρησάμενον ἀνθρωπίνῃ διαλέκτῳ. αὐδήεντα, γάρ φησιν, ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη. οὐχ ὡς ἄφωνον ὄντα πρότερον, οὐδ' ὡς οὐκ ἔχοντα τὴν κοινὴν τῶν ἵππων φωνὴν, ἀλλ' ὡς οὐκ ὀνομαζομένην αὐδὴν ἐκείνην. οὕτως οὖν καὶ θεὸν αὐδήεσσαν εἴρηκε τὴν ἀνθρωπίνῃ διαλέκτῳ χρωμένην. ὅτι καὶ αὐτὴν ἀνθρωποειδῆ φασιν εἶναι, μὴ πάντων τῶν θεῶν τοιούτων ὑπαρχόντων. ἐναργῶς γοῦν ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων ἀποκεχώρηκε πάμπολυ τῶν ἀνθρώπων ἰδέας. καὶ ὁ Ἱπποκράτης οὖν ἄναυδον μὲν εἶπεν ἐπὶ τῶ μὴ δυναμένῳ διαλέγεσθαι. τὴν δ' ἄφωνον ἐπὶ τοῦ μηδ' οἰμῶξαι, μηδὲ βοῆσαι δυναμένου. δῆλον δὲ ἐστὶ τὸ τοιοῦτον μοχθηρότερον εἶναι, τῆς ὡς ἂν εἴποι τις, ἀναυδίας. οἷς οὖν ἡ γλῶττα μόνη παραλέλυται, φωνὴν μὲν μέγιστον ἐνίοτε δύνανται, διαλέγεσθαι δ' οὐ δύνανται. εἰ δὲ μηδὲ ἐκφωνεῖν οἷοί τε εἶεν, ἐσχάτης νεκρώσεως ἐστὶ τὸ τοιοῦτον γνώρισμα, τῶν οὕτως ἐχόντων, μήτ' οἰμωζόντων, μήτε στεναζόντων, μηθ' ὅλως φθέγγεσθαι δυναμένων. hoc est, Relinquitur igitur nobis hîc exponendum cur vbi ἄναυδος apposuerit, statim ἄφωνος subdiderit. Quod hac ratione factum est. τὴν αὐδὴν (hoc est, sermonem) neque id quodcunque auditione propriè percipitur, antiqui vocare videntur, neque hanc ipsam solam speciem quæ ex animantis consilio per os emittitur, in qua & flere,& sibilare, lugereque & tussire, & id genus alia continentur: verùm solam humanam vocem qua inter nos colloquimur, αὐδὴν nominant. Sic igitur & poëta vbi cum suis equis colloquentem Achillem inducit, tunc eorum alterum humano sermone respondisse dicit. Scribit enim, αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη, hoc est:

Indidit huic autem sermonem candida Iuno.

Non quòd antea voce careret, aut communem equorum vocem non haberet, sed quòd non illam quæ αὐδὴ dicitur. Hunc etiam in modum Deam αὐδήεσσαν dixit, humano sermone vtentem, quòd & ipsam humana esse forma dicant, cùm non omnes dij huiusmodi sint formæ. Sol namque planè & luna reliquaque sidera ab humana forma plurimùm recesserunt. Hippocrates igitur ἄναυδον quidem dixit, eum, qui loqui non potest, ἄφωνον verò, qui neque lugere neque clamare potest. Id autem deterius esse manifestum est, quàm (vt quis dixerit) ἀναυδίαν, hoc est loquendi impotentiam. Quibus igitur lingua sola resoluta est, maximam interdum vocem edere possunt, at loqui tamen nequeunt. Quòd si ne vocem quidem emittere queant, id extremæ extinctionis facultatis est indicium, vbi his ita se habentibus, neque lugere, neque gemere, neque sonum omninò edere possunt. At verò Erot. apud Hipp. ἄναυδον ἄφωνον exponit, & αὐδὴν φωνὴν, citato Homer. versu à Gal. in testimonium adducto. Quæ expositio largius sumpta Grammaticorum more videtur, non philosophorum subtilius & pressius quauis de re disserētium. Hesych. etiam eodem modo ἄναυδον ἄφωνον,& αὐδὴν φωνὴν, καὶ φθόγγον explicat: Et Gal. φωνὴν antiquis etiam dici αὐδὴν, quòd τῆς φωνῆς genere vt & λόγος contineatur, scribit Com.2. in Prorrh (pag.197.2.H.74.C.) Eademque ratione etiam Homerus de Xantho voce humana vso dixit, ὡς ἄρα φωνήσαντος Ἐρινύες ἔσχεθον αὐδὴν, hoc est, hoc modo locuto Erinnyes sermonem cohibuerunt (Il. τ. v.418.) Atque ex hoc antiquorum more Gal. ἀναυδίας ἀμα ἀφωνίη exponit Com.2. in Prorr. (pag. 196.45.H.ibid.) Sed philosophorum disciplina rei cuiusque naturam propius rimatur, & αὐδὴν διάλεκτον aut λόγον esse dicit, hoc est sermonem aut loquelam. Quantum verò inter se differant φωνὴ & διάλεκτος, apertissimè docet Gal. lib 4.loc.affect.cap. Quod certè vocum discrimen vt est imprimis in ipso Hipp. obseruandum, ita in ipsarum dictionum explicatione facilius innotescet. Ἄναυδος igitur mutum & eum qui loqui non potest significat Hipp. qua dictione in ea notione crebrò vtitur, vt lib.3.Epid.ægr.3.post st.pest.& libr.5.Epid.(p.1154.) ἄναυδος ἦν muta erat, de virgine quæ in sinciput lata manu percussa vertigine & conuulsionibus tentata tandem periit. Loqui autem non potuisse indicat, quod scribitur, καὶ γλῶσσα κατείχετο, & lingua impediebatur. Sic ἀναυδίη loquendi & sermonis impotentiam significat in Coac.(pag.122.D.) ἐν πυρετῷ ἀναυδίαι, κακόν. In febre loqui non posse, malum est. Et (pag. 174.8.) ἐν σπασμοῖσιν ἀναυδίη ἐπὶ πολὺ, κακόν, Loquendi impotentia in conuulsionibus diu perseuerans, malo est. In Prorrh. quoque (p.196.38.H.74.C.) αἱ ἐν πυρετοῖσι πρὸς ὑποχόνδριον ὀδύναι ἄναυδοι εἰ ἱδρῶτι λυόμεναι, κακοήθεες. Præcordiorum dolores in febribus cum loquendi impotentia, si sudore non soluantur, maligni sunt. Pro quo ἀναύδως in Coac. legitur (pag.166.H.) hoc est ægro loqui non potente. ἀναύδως autem ἀλόγως hoc est temerè ac præter rationem quosdam interpretes apud Hipp. sumere scribit Gal.Com.2. in Prorrh. quòd λόγος τῆς φωνῆς genere comprehendatur. Quòd autem ad Erot. explicationem attinet, cùm non possit l.3.Epid. conuenire, certum est eam ex antiquorum opinione lib.4.Epid. accommodari posse, ex placito 58.l.7. vt ἄφωνος ex cerebri noxia velut attonitum ac syderatum significet. Et Sabinus apud Galen.Comm.3.in lib.3.Epid. ex antiquorum doctrina ἄναυδον, τὸν μὴ οὐδ' ὅλως ἔχοντα φωνὴν ὁμοίαν, hoc est, nullam omninò vocem habentem, exponit, & ἄφωνον, ἀπόπληκτον.

Ἀναφέρειν scribit Gal in Exeg. significare apud Hipp. τὸ ὑπολύζειν ἀναπνέοντα, inter respirandum subinde singultire, vt lib.1. de morb.minore. καὶ ἀναφέρειν ὥσπερ τὰ παιδία τὰ πεπαυμένα κλαίοντα, τότε καὶ εἰς τὰς ῥῖνας ἀνέλκοντα τὸ πνεῦμα, τοῦτο ταὐτόν ἐστι τῷ πνεύματι προσπίπτειν ἐν τῇ ἔξω φορᾷ, ἐμπαλιν τῇ διπλῇ εἴσω ἐπαναχλήσει. hoc est, est etiam ἀναφέρειν velut cùm pueri flere desinentes spiritum in nares retrahunt, atque hoc idem est quod spiritus offensans in ea latione quæ extra fertur, contra quam fit in ea quæ geminata est intrò reuocatione. Quib. verbis libros de morbis qui apud Hipp. circumferuntur valdè suspectos habeo, quos etiam præter confusam eorum appellationem ac indicaturam, valdè esse corruptos multis aliis nominib. in animum mihi induxi. Nam neque quisnam sit liber primus de Morb.minor. satis mihi compertum est, neque ἀναφέρειν in tota eorum lib. περὶ νούσων tractatione ea notione reperitur, etsi frequens est dictionis huius vsus lib. 4. verùm perferre, pati ac sufferre significat, vt (pag.504.39.) ἀναφέρειν τὴν πληθώρην plenitudinem ferre dicitur, μᾶλλον πολλῷ δύναιτ' ἂν τὴν πληθώρην ἀναφέρειν τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ὑποχωρέοντος ὀλίγον, longè facilius plenitudinem corpus perferet, homine parum aluum exonerante. Rursus (pag. 506.11.) ἀναφέρειν τὴν θέρμην ἡ κοιλίη καὶ τὸ σῶμα δύναται ἐν τῇ κρίσει, aluus & corpus calorem in iudicatione perferre potest. Et (ibidem v.19.) καὶ μὴ δυνάμενον ἀναφέρειν τὴν θέρμην τὸ σῶμα, & cùm non possit calorem corpus perferre. Et (pag. 507.55.) καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ὀδυνᾶται, τοῦτο γινόμενον ὑπὸ ἰσχύος ἀναφέρει, μέχρι ὃ ἀρχή τις ἐπιγένηται reliquum corpus dolet, & quod fit præ robore perfert, donec principium aliquod accedat. Sic lib.1.de Morb.(pag.454.21.) οὐδ' οὕτω μάλα ἀναφέρουσιν, neque hoc modo valdè sustinent, aut reualescunt. Et lib. 4. (pag.505.25.) καὶ τὸ σῶμα δι' οὕτως ἀναφέρειν δύναται. & sic corpus perferre potest, aut ad se redire & se reficere. Nam & ἀναφέρειν apud Hipp. se recolligere, vires resumere, se reficere, ex morbo se recreare etiam significat, & qui morbum perferunt, tandem vires recolligunt. Libr.2. περὶ γυναικ.(pag. 643.38.) αἱ δὲ γεραίτεραι οὐ δύνανται ἀναφέρειν, ἀλλ' ἀπόλλυνται ὑπὸ ἀσθενείης. At seniores se recolligere non possunt, sed præ virium infirmitate pereunt. Et lib.7.Epid.(p.1221.D.) οὐδ' αὐτὴ τι ἀνέφερε, neque ipsa quicquam alleuabatur aut conualescebat. Haud absimili significatione ἀναφέρειν in vitam referri, resurgere, & ad se redire dicitur aph. 43. lib. 2. quod Cels. ad vitam redire dixit cap.8.lib.2. οὐκ ἀναφέρουσιν οἷσι ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα, ij spumante ore sibi restitui non possunt. Quod Gal. in Com. ἀποφέρειν dicit, nisi pro ἀπελεύσεσθαι ἀνενεγκεῖν legendum sit. Lib.4. de Morb. ἀναφέρεσθαι pro ἀναφέρειν ponitur, & significat refici, recreari. ἐπειδὰν δὲ ἀλθεῖσθαι, μᾶλλον

ἀναφέρεται, vbi verò debilis factus fuerit, vix reficitur aut recreatur.(pag.5. 2.21.) Ἀναφέρειν πνεῦμα est spiritum trahere & spiritum ducere ac recipere. De his dicitur qui spiratione intercepta ad eam redeunt, eam recipiunt ac resumunt, veluti qui viribus defecti eas recipiunt, recreantur & sese reficiunt. Sic Corn. Nep. in Agesilao. Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedæmonij se nunquam refecerunt. Prorrh. 2. (pag. 97. A.) ἄλλοι δὲ ὑπὸ τῆς ὀδύνης τοῦ τρώματος, οὐδὲν δή τι δεινὸν ἐόντος, τὸ μὲν πνεῦμα ἀνήνεγκαν, παρεφρόνησαν δὲ καὶ πυρετῆναντες ἀπέθανον. Quidam verò præ vulneris dolore quod nullo modo terreat, spiritum quidem traxerunt, delirio autem ac febre perierunt. Potest & hîc ἀναφέρειν de interrupta spiratione etiam intelligi, vt subsingultientem spiritum & offensantem spirationem indicet, velut in Exeg. explicatur. Prior tamen notio magis ad rei quæstionem accommodata mihi videtur, vt illic scribimus. Etsi πνεῦμα ἀναφέρειν hîc dici potest de magna spiratione & elata quæ magnam copiam spiritus efflat, & vehemens internum incendium aut æstum denotat, nec leue periculum, vt postea scribimus. Ἀναφορὰ Hipp. gratiam quæ refertur ac debetur indicat, aut meritum quod alicui acceptum refertur. Lib. περὶ τέχνης (pag. 3.47.) ὥστε τῆς μὲν ἐς τὴν τύχην ἀναφορῆς ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ, τῆς μὴν τοι ἐς τὴν τέχνην, οὐκ ἀπηλλαγμένοι. adeò vt à referenda fortunæ gratia liberi sint, ab ea verò quæ arti debetur, minimè se vindicare possint. Hoc est, nullo fortunæ, sed magno artis beneficio & merito deuincti sunt, cui acceptam sanitatem referre debeant. Est & ἀναφορὰ αἵματος sanguinis sursum sublati per os reiectio, vnde Medicis ἀναφορικοὶ οἱ αἱμοπτυικοὶ dicuntur qui sanguinem ex pectore per os reiiciunt.

Ἀναφορύξαι aut ἀναφορύσσειν subigere in modum faræ aut commiscere significat apud Hipp. vt Lib. 1. περὶ γυναικ. (p.606.3.) εἰρίῳ ἀναφορύξαι τοῦτο, id lana excipito. Ibidem (pag. 610. 17.) ἀναφορύξαι ὄξει καὶ ἐλαίῳ, aceto & oleo subigere. Et lib. 2. (pag. 672.48.) μέλιτι ποσὸν αἰγυπτίου ἐλαίου εἰρίῳ μαλθακῷ ἀναφορύξαι, ad mel adiecto pauco oleo Ægyptio, molli lana excipito.

Ἄναφρα dicuntur quæ spumæ sunt expertia ac sine spuma. Lib. περὶ χυμῶν (pag. 47.43.) τὰ διαχωρέοντα ἄναφρα, quæ aluo deiiciuntur sine spuma.

Ἀναφυρᾶν subigere aut commiscere dicitur, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 659.34.) ἐλάφου στέαρ τήξασα καὶ ἐς εἴριον μαλθακὸν ἀναφυρήσασα, προστιθέσθω, adipem ceruinum liquatum cum molli vellere subactum in pesso apponito, aut molli vellere exceptum. Sed forte illic ἀναφορύξασα legendum. Ibid. (p. 660.9. & 17.) ἀναφυρῆν ammiscere significat. καὶ ἔλαιον ῥόδινον τούτοισιν ἀναφυρῆν, & rosaceum his ammiscere. Et ἐλάφου μυελὸν καὶ στέαρ χηνὸς τήξας ῥοδίνῳ ἢ ἰρίνῳ ἐλαίῳ ἀναφυρῆν, cerui medullam & anserinum adipem liquatum rosaceo aut irino ammixto, aut rosaceo & irino excepta & subacta.

Ἀναφώνησις dicitur Medicis vehemens exclamatio & vocis exercitatio, quam Gal. Aët. & Aurel. multis morbis adhibent. Cuius vsum docet Plutarch. in præceptis salubribus. De qua etiam multa ex Antyllo Orib. lib. 6. Collect. Medicorum. Apud M. Tullium Lib. 16. Epist. (epist. 18.) vbi legitur, Tibi διαφόρησιν gaudeo profuisse, codices scripti quidam ἀναφώνησιν legunt, quam etiam ad quartanam nonnulli commendant. Verùm illic διαφόρησιν probo cum multis aliis doctis viris.

Ἀναχαίνεται ἀναξαίνεται, refricatur, rescinditur, aut rursus discerpitur, laceratur, exponit Gal. apud Hipp. Verum quædam exemplaria pro ἀναχαίνεται ἀναχλιαίνεται & ἀναξαίνεται legunt. Videtur autem efferri de iterum hiante aut aperto vlcere, quod ἀναχαλᾶσθαι dicit Hipp. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 616.38.) ῥηϊδίως γὰρ ἀναχαλᾶται, facilè enim resoluuntur aut laxantur. De vlceribus nimium humidis dicitur quæ non leuiter cicatricem ducunt, sed semper fluida putredini sunt obnoxia, serpunt ac vicinas partes exedunt, expanduntur & relaxantur, cum eorum curatio sit desiccatio quæ ea cicatrice claudat & obducat. Ac forte pro ἀναχαλᾶται ἀναχαίνεται videtur legisse Gal. & ex hoc loco non leui coniectura reponi potest.

Ἀναχλιαίνεται ἀναξηραίνεται reficcatur exponit Gal. apud Hipp. pro quo quædam exemplaria ἀναχλιαίνεται & ἀναχλίεται legunt, & ἀναξαίνεται pro ἀναξηραίνεται. Est autem ἀναχελύσσεσθαι aut ἀναχλύζεσθαι expectorare, exscreare, eructare, & tussiendo aut screando ex pectore educere, vt videbis in χέλυς. Erot. ἀναχλιαίνεται ἀναπνεῖ exponit apud Hipp. sed non parum suspecta videtur lectio.

Ἀνάχρεμψις exscreationem significat aut per screatum sputi eductionem. In Coac. (pag. 157. G.) ἀντὶ τῶν καθάρσεων, ponitur & sputorum repurgationem indicat. πυκναὶ ἀναχρέμψιες ἐν πυρετῷ sputorum excreationes in febre, quæ aph. 47. lib. 4. & 71. lib. 7. simpliciter ἀποχρέμψιες dicuntur, & Gal. αἱ διὰ στόματος ἐκκρίσεις, quæ per os fiunt excretiones. ἀνάχρεμψις πυκνὴ frequens & irrita exscreatio ac sputorum eductio in phreniticis, in Prorrh. (pag. 172. 50. H. 67. F.) & Coac. (pag 157.G.) & ἀνάχρεμψις βιαία fortis exscreatio, in Prorrh. (pag.205.1 76.B) & Coac. (pag. 109.E.) ἀνάχρεμψις ἀνάβηξις exponitur Hesych. per tussim expuitio aut sputi eductio, sed ἀνάχρεψις & ἀνάβυξις vitiosè scribuntur, & deterius à Varin eadem scriptione reperiuntur. Propriè autem ἀνάχρεμψις dicitur vbi pituita crassa & viscida extremæ arteriæ & faucibus inhærescens screatu excluditur.

Ἀναψύχειν perfrigerare & nudare significat apud Hipp. lib. de fract. (pag. 563.11. H. 768. H.) τούτους οὐδὲν δεῖ ἀναψύχειν παντάπασιν, hos in totum refrigerare non oportet. Vbi Gal. ἀναψύχειν ἐπὶ τοῦ γυμνοῦσθαι dici scribit, ὅπερ σημαίνει τὴν κατεαγμένην κλῶσιν ἐπιδεσιν ἀφιλόντας, ὡς ἕλκος μὲν θεραπεύειν. Perfrigerari idem esse quod nudari, hoc est detracto vinculo fracturis idoneo, in vlceris curationem incumbere. Quem locum subindicans Erot. ἀναψύχειν γυμνοῦν, hoc est nudare exponit. Rursus lib. de fract. (pag. 560 44. H. 767. B.) ἕλκος ἀναψύχεσθαι vlcus perfrigerari dicitur, hoc est nudum relinqui. Et (pag. 561.36. H. 767. F.) ἀνάψυξις τοῦ ἕλκεος vlceris perfrigeratio, hoc est nudata pars vlcerata nec deligatione adstricta, sed hinc inde vinculo compressa. Homerus Il. ε. (v. 795.) Tydidem inducit ἕλκος ἀναψύχοντα, vlcus curantem aut ad curationem nudantem & abstergentem. Hesych. tamen ἀναψύχοντα exponit, vt & Schol. θεραπεύοντα, hoc est vlcus perfrigerantem, recreantem aut reficientem, quòd qui perfrigerantur, à calore recreantur ac reficiuntur.

Ἀνδάνει significat apud Hipp. cordi est, perplacet. Lib. de rat. vict. in morb. ac.) pag. 39.10. H. 383. 55.) ἐμοὶ δὲ ἀνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον. mihi verò placet in omni arte animo esse contento. Quem locum subindicans Erot. ἀνδάνει ἀρέσκει exponit vt & Hesych. qui ἀνδάνον ἀρεστὸν, εὐάρεστον quod placet & cordi est explicat, & ἀνδάνοντα ἀρέσκοντα. Est autem verbum poëticum & Ionicum Homero frequens.

Ἀνδράφαξις aut ἀνδράφαξ dicitur Hipp. quæ ἀτράφαξις, atriplex. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag 597. 43.) ἀνδράφαξιος ἀγρίης καρπὸν, atriplicis agrestis semen cum melle delingendum exhibet. Idem lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 667. 56.) ἀνδραφάξιος ἀγρίης καρπὸν, ad vteri dolores demulcendos infundit. ἀνδράφαξις Theoph. lib. 1 hist. plant. cap. 13. pro ἀνδράφαξις seu ἀτράφαξις vitiosè scribitur, & eidem sæpius ἀτράφαξις nominatur. ἀνδράφαξ βοτάνης ὄνομα dicitur Erot. apud Hipp. Sed in veteris exemplaris margine adscriptum fuisse ἀνδράφαξ annotat Henr. Steph. Ex quo certè hos Hipp. locos subnotari coniicere cuiuis est facile. Dicitur & ἀνδράφαξις lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 359 43)

Ἀνδρεῖος οἶνος exponitur Erot. apud Hipp. ἢ ὁ εὔτονος, ἢ ὁ ἀπὸ Ἄνδρου τῆς νήσου vinum generosum aut robustum quasi virile dicas, aut ex Andro insula, velut Lesbium, ex Lesbo.

Ἀνδρογένεια exponit Gal. apud Hipp. τὴν κατ' ἄνδρας διαδοχὴν τοῦ γένους, generis successionem per viros, aut virilis sexus propagationem addíque eam quæ per mulieris fit generis successionem nullum tale nomen inuenire.

Ἀνδροῦσθαι & ἀνδρωθῆναι significat apud Hipp. viro coniungi, cum viro concumbere, τὸ ἀνδρὶ ξυνοικῆσαι dicit Hipp. lib. περὶ παρθενίων (pag 563. 18.) ἢν δὲ μὴ ἐν τούτῳ ἅμα τῇ ἥβῃ, ἢ ὀλίγον ὕστερον ἁλώσεται, ἤπερ μὴ ἀνδρωθῶσι. τῶν δὲ ἀνδρωθεισῶν γυναικῶν, αἱ στεῖραι μᾶλλον ταῦτα πάσχουσιν. Quod nisi contingat, vnà cum pubertate aut paulò post his corripiuntur, nisi cum viro copulentur. Ex his verò mulieribus quæ viro iunctæ sunt, sterilibus ista potiùs accidunt. Vbi ἀνδρωθεῖσαι γυναῖκες quæ nupserunt & viro iunctæ sunt dicuntur. ἀνδρωθεῖσα exponitur Hesychio ἀνδρὶ συνοικήσασα, quæ cum viro congressa est, & cui vir virginitatem eripuit, & ἀνδρωθῆναι συγγενέσθαι ἀνδρωθῆναι aliòqui in virum euadere, virilem ætatem attingere, ac robusta & virili ætate esse indicat, lib. de art. (pag. 638. 21. H. 825. E.) οἱ οὖν τοιοῦτοι ὁκόταν ἀνδρωθῶσι. Hi igitur vbi robusta & virili ætate fuerint, annos viriles attigerint. ἀνδρωθῆναι etiam vir effici & in virum mutari dicitur aph. 54 lib. 6. Epid. sect. 8. vt & γυναικωθῆναι muliebrem naturam induere & effœminari. τότε σῶμα ἀνδροῦται, tum corpus virile euasit.

Ἀνανδρωθῆναι verò euiratum fieri significat & virilitate priuari. Lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 294. 4. (καὶ μηδὲν προσέχειν εἰ

ἀνδρωθῆναι ἢ ἀνανδρωθῆναι, neque prius sibi quicquam faciendum putent, quàm vt virilitate priuentur, aut euirentur. Sic ἀνανδρωθῆναι effœminatum esse dicitur, neque virum se præbere. Παρανδροῦσθαι autem virilitatem prope attingere significat, & παρανδρούμενοι ὧραι τοῦ γάμου nubiles anni, instans nubendi tempus & viriles annos prope attingens dicuntur lib. παρθενίων (p 562.35.) αἱ δὲ παρθένοι ὁκόσῃσιν ὥρη γάμου παρανδρούμεναι, at virgines quibus prope instat nubendi tempus, ad nubiles & viriles annos prope accedunt, hoc est quæ prope sunt maturæ viro, & virilitatem aut maturam viro ætatem ingrediuntur.

Ἀνειλεῖσθαι euolui, sursum volui significat apud Hipp. & condi. De flatibus dicitur qui sursum euoluuntur, non foras emittuntur, quod peius est quàm foras prodire aut exire. In Progn. (pag. 139.29.40.22.) κρέσσον δὲ καὶ σὺν ψόφῳ διελθεῖν, ἢ αὐτοῦ ἀνειλεῖσθαι. Præstat verò non sine flatu erumpere, quàm isthic reuolui aut condi, hoc est quam intus conuolui & recondi. Quod etiam repetitur in Coac. (pag. 196. G.) Hinc ἀνειλήματα & ἀνειλήσεις dicuntur inuolutiones aut inuolucra, velut torminum inuolutiones. ἀνειλήματα exponit. Gal. apud Hipp. in Exeg. τοὺς στρόφους tormina, παρὰ τὸ ἀνειλεῖσθαι quod est συστρέφεσθαι, quod est conuolui aut contorqueri. Locum lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 18.17.) subnotans. ὅτε δὲ φῦσαι τι καὶ ἀνειλήματα ἐνεργάζονται ἐν τῷ σώματι. Quæcunque autem flatum & reuolutiones in corpore efficiunt, hoc est, torsiones aut conuolutiones quæ à flatibus in cauis aut amplis partibus fiunt, velut ventre ac thorace. Sic ἀνειλήσεις dicuntur lib. 3. Epid. in st. pest. (p. 427.10 H. 1086. A.) ἦν ἐν πυρετοῖς μετὰ πόνων στρόφοι, καὶ ἀνειλήσεις κακοήθεες. turr. in febribus tormina cum dolore aderant, itemque conuolutiones malignæ. hoc est, intestinorum contorsiones quædam volulis non absimiles, humorum malignitate in aluum decumbente, sursumque per intestina se conuoluente & complicante. Sic etiam ἀνειληθῆναι ἄνω εἰληθῆναι sursum inuoluti aut complicati exponuntur Hesych. Vnde ἀνειλήματα non ἀνελήματα legendum esse, quod facit Varin. apud Gal. satis apparet.

Ἀνειλιχθῶσι εἰς τὸ ἄνω εἰλιχθεῖσι συστραφῶσιν, exponit Gal. apud Hipp. sursum se conuoluerint, aut verterint & contorserint. περὶ φυσῶν, hoc est, de flatibus efferri potest, qui sursum conuoluti & contorti fuerint. Varin. tamen εἰς τὸ ἄνω εἰλιχθῶσι, συστραφῶσι legit.

Ἀνειρυσθῶσιν Gal. apud Hipp. explicat ἀνασπασθῶσιν reuulsi fuerint, pro ἀνειρυσθῶσιν ab ἀνειρύομαι sursum trahor, reuellor. Atque si hic coniectura valet, quando alioqui Hipp. locus planè mihi nondum constat, existimo locum lib. 2. περὶ γυναικ. subindicari (pag. 655.45.) ἐς ἂν αἱ ὑστέραι ἀνελκυσθῶσι donec vteri sursum tracti fuerint. Vbi ἀνελκυσθῶσι passim vitiosè legitur, quod ἀνασπασθῶσι eadem in re dicit Hipp. lib. περὶ ἀφόρων (pag 687.24.) vt & hic exponit Gal. vt pro ἀνελκυσθῶσι ἀνειρυσθῶσι leg. videatur. Existimoque huc etiam ἀνειλιχθῶσι referri posse, sicque leg. Galenum & ad vteros retulisse, cum alioqui sæpe soleat varias lectiones adscribere.

Ἀνείσας exponit Gal. apud Hipp. ἐν ὕψει ἀνωτάτω κρεμάσας, in loco altissimo suspendens, additque componi ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ εἷσαι.

Ἀνεκάς sursum significat, ἄνω exponit Sudas. Schol. Aristoph. ἀνεκάς positum scribit initio Vesp. ἀντὶ τοῦ ἄνω καὶ εἰς ὕψος, παρὰ τὸ ἑκάς. Erot. ἀνεκάς ἀντὶ τοῦ ἀνωτάτω positum esse scribit, & compositum ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ ἑκάς. Quam dictionem crebrò vsurpat Hipp. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 588. 44.) αἰεὶ ὑποχωρέει ἐς τὸ ἀνεκὰς ἀπὸ ὕδατος ἐν ἀγγείῳ εὐρυστόμῳ ἐόντος, semper decedit ab aqua sursum in vase ampli oris existente. Et lib. 2. (pag. 655. 45.) καὶ τὴν κλίνην ἀνεκὰς χρὴ ποιέειν τὰ ἀπὸ ποδῶν, ita & lectum altiorem à pedibus facere oportet, quod dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 564. 33.) eadem in re καὶ τὴν κλίνην πρὸς ποδῶν ὑψηλοτέρην κεῖσθαι. & lib. περὶ ἀφόρων (pag. 687.24.) lectum à pedibus altiorem sternere. Rursus ibidem (pag. 657. 36.) χρὴ γὰρ ἀνασπᾶσαι ἀνεκάς. sursum enim reuellere oportet.

Ἄνεμος dicitur Hippocrati lib. de flatibus (pag 296 27.) ἀέρος ῥεῦμα καὶ χεῦμα, aër fluens & fusus. Sic Aristot. libello de Mundo, à sicca exhalatione cùm ita protensa est à frigore vt fluat, ἄνεμος oritur, οὐδὲν γάρ ἐστιν οὗτος πλὴν ἀὴρ πολὺς ῥέων καὶ ἀθρόος, ὅστις ἅμα καὶ πνεῦμα λέγεται. Hic enim nil aliud est quàm aër multus fluens & coacervatus, qui simul quoque πνεῦμα, hoc est, flatus dicitur. Idem quoque τὰ ἐν ἀέρι πνέοντα πνεύματα ἀνέμους dici scribit; hoc est flatus qui in aëre flant ventos vocari. Et M. Tullius lib. 2. de nat. Deor. aërem effluentem huc & illuc ventos efficere dicit. Sic Hipp. ἄνεμος ἀπορρεῖ significat & flatum lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 664.51.665.24.) ἢν ἄνεμος ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνῇ, si flatus in vteris insit; quod ibidem aliàs dicit (pag. 670. 37.) ἢν ἀνεμωθῶσιν αἱ ὑστέραι, si inflati fuerint vteri, & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 581.47.) ἢν ἀνεμωθέωσιν αἱ μῆτραι, καὶ ἢν ἄνεμος ἐγγίνηται τῷ νειαίρῳ καὶ πόνος, si vteri inflati fuerint, & si flatus in ventre inferiore oriatur & dolor. etsi vulgata exemplaria ἀνεμώσιν vitiosè legunt, & pro ἐγγίνηται τῷ νειαίρῳ, ἐγγίνηται ἐν τῇ μήτρῃ legendum videtur ex lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 674. 51.) vbi ista repetuntur. Gal. quoque apud Hipp. in Exeg. ἀνεμοῦται ἐμπνευματοῦται, inflatur, exponit. Ἀνεμώδεις apud Hipp. lib. 2. Epid. (pag. 1040. E.) in venarum ex flatulenti sanguinis ἀναρρήξει & concitatione sanguinis impetu, subuentaneos flatus diximus, cum venæ sanguinis plenitudine distentæ facilè rumpuntur. cui affectioni phlebotomiam adhibet Hipp. Ventositatem flatuosam dixit Cornar.

Ἀνεπίκριτον dicitur quod neque sensu neque intellectu diiudicari aut discerni potest. ἀνεπίκριτος διαφωνία dicitur Empiricis sermonis concertatio de rebus obscuris, & dissensio, de qua statui aut decerni non potest, cuius ἀκαταληψία causa est, iisque familiaris est dictio. Gal. lib. de sectis ad eos qui introducuntur (pag. 12. 16.)

Ἀνέρικτος siue ἀνέρεικτος, aut ἀνέρειπτος dicitur qui fresus fractusque non est, mola nimirum aut pistillo. Lib. περὶ παθῶν (pag 528.36.) ἀνέρικτος ἄρτος τῷ καθαρῷ τῶν ἀλεύρων opponitur, nempe panis ex furfuribus paratus & non tenui farina, ei qui ex pura farina & incerniculo seu cribro parata, aut à furfuribus secreta paratur. ἀνέρικτος enim aut ἀνέρεικτος est ὁ μὴ ἐρεικτὸς siue ἀκρησμένος, non cribratus, non perpurgatus incerniculo, aut secretus, qui cribrari nequit, qui fresus fractusque mola aut pistrino non est. Apud Gal. in Exeg. ἀνειλίκτων ἀδιατρίπτων inconcussorum exponitur, non cribro excussorum, non fractorum. Sed ἀνερείκτων legendum videtur. Idem ἀνερείκτῳ, μὴ διῃρημένῳ εἰς λεπτὰ ἀλλ' ἐξ ἄκρων κρίμνων συγκειμένῳ exponit, hoc est, non diuiso in tenues partes, sed ex furfuribus ipsis aut crassioribus farinæ partibus, & negligentius molitæ ac fractæ parato. Verùm ἐξ ἀδρῶν κρίμνων pro ἄκρων legendum suspicor, quòd sint κρίμνα ἀδρὰ Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. ex Gal. τὰ μέγιστα τῶν ἀλφίτων, crassiores farinæ partes & quæ negligentius sunt molitæ. Sunt qui in Exeg. ἀνειλίκτῳ retineant, cùm tamen ἀνερείκτῳ melius legatur, vt & ἀνερείκτων.

Ἄνεσις remissionis tempus dicitur in ægris cibo exhibendo idoneum. Gal. lib. de Temp. totius morbi (pag. 388. 31.) λέγω δὲ ἄνεσιν αὐτῆς, τὸ δεύτερον μέρος τῆς ὅλης περιόδου, διαιρεθείσης εἰς δύο τὰ πάντα παροξυσμόν τε καὶ ἄνεσιν. Remissionem in præsentia voco secundam partem totius circuitus in vniuersum in duo diuisi, accessionem & remissionem. Vide Aët. Tetrab. 2. lib. 1. cap. 9. & 10.

Ἀνεστραμμένα διαπεπαραγμένα exponit Gal. apud Hipp. additque dici de vrinis, hoc est, commutatæ & perturbatæ. Quibus verbis ostenditur eadem esse ἀνεστραμμένα οὖρα quæ διαπεπαραγμένα, hoc est commutatas vrinas returbidas aut perturbatas esse, & quæ sedimentum non deponunt, sed crassæ perpetuò manent. τὰ παχέα, καὶ μὴ καθιστάμενα, καὶ θολερά, καὶ διαπεπαραγμένα οὖρα dicuntur Hipp. vt scribit Gal. Com. 1. in lib. 3. Epid. (p. 400.45.) Hac autem Gal. expositione subindicari aph. 70. lib. 4. & illic ἀνεστραμμένα οὖρα legi debere satis patet ex Gal. Commentario. Vbi variam istam lectionem quosdam adscribere testatur. Sed vulgati codices διαπεπαραγμένα primo loco pro ἀνεστραμμένα aut διαπεστραμμένα mendosè admodum scribunt, vt patet ex veteri interprete qui illic obuersas vrinas vertit. Et lib. 7. Epid. (pag. 1238. F.) expresso fere eodem aphorismo, λιπαρὰ οὖρα καὶ διαπεστραμμένα σημεῖον ἀκριβὲς κεφαλαλγίης, καὶ σπασμοῦ, καὶ θανάτου. Vrinæ spissæ & conturbatæ, capitis doloris, conuulsionis & mortis indubitatum indicium præ se ferunt. ἀνεστραμμένα igitur aut διαπεστραμμένα οὖρα more vulgi commutatæ vrinæ dicuntur pro perturbatis ac returbidis & quæ crassiores sedimentum non deponunt. Et Gal. διαπεπαραγμένα etiam in aph. vt & in Exeg. exponit. (Etsi ἀνεστραμμένα priore loco in aphorismis dicuntur quæ crassis & grumosis opponuntur, hoc est, tenues) In Coac. etiam Prænot. συνεστραμμένα οὖρα dicuntur vrinæ crassæ & returbidæ, tenuibusque in pueris opponuntur (p. 212. F.) Eiusmodi autem vrinas graues & varios casus adferre, vt deliria, capitis dolores, conuulsiones, ex multis historiis Epid. satis est manifestum, & nos aliàs sæpius scripsimus.

Ἀνεύρυσμα dicitur arteriæ dilatatio quæ fit orta in arteria ex

vulnere facto, quod nec maturè obductum, conglutinatum, aut carne contectum fuit, vt scribit Gal. lib. de tumor. præter nat. (pag. 356.27.) Est & ἀνεύρυσμα authori definit. Med. (pag. 400.43.) φλεβὸς ἀγγείου ἀνευρυσμὸς, ἢ πνευματικῆς ὕλης ἀναφορὰ ὑπὸ τῆς σαρκὸς κατ' ἐξαπλήρωσιν ἀναδιδομένης, hoc est, venosi vasis dilatatio, aut spirituosæ materiæ per subsultum distributæ, sub carnem dispersio. Vide Paulum Aeg. cap. 37. lib. 6.

Ἀνίσχειν concedere, remittere, quiescere ac desinere significat apud Hipp. vt lib. 5. Epid. (pag. 1147. E.) καὶ αἱμορρ ἴδες ἀνῖσχον & hæmorrhoides remittebant. Vbi etiam ἀνῖσχον prominebant, eminebant, ac sese extollebant significare potest, quod & ἀνῆλον, quæ est lectio manuscriptorum codicum vt & Asulani.

Ἄνεως exponitur Galeno apud Hipp. ἄφωνος & τὴν νοῦν ἐκπεπληγμένος, voce destitutus & mente perculsus aut attonitus. ἀνῶ dicuntur Hesych. ἄφωνοι καὶ ἐκπλήξει ἥσυχοι, voce defecti, qui attoniti stupescunt ac quiescunt. ἄνεως autem Atticè pro ἄνεος ponitur.

Ἀνήκεστον ἀθεράπευτον, ἀνυπομόνητον, incurabile, intolerabile exponit Erot. apud Hipp. Qua dictione vtitur lib. de art. (p. 637. 50. & 53. H. 825 A.) τί γὰρ δὴ ἔτι δεῖ περὶ τῶν ἤδη ἀνηκέστων γεγονότων ἔτι προσξυνιέναι; Quid enim de iis quæ iam incurabilia euaserunt ampliorem cognitionem desideramus? Rursus, δεῖ μὲν γὰρ τὰ ἀκεστὰ μηχανᾶσθαι ὅκως μὴ ἀνήκεστα ἔσται, ξυνιέντα ὅπη ἂν μάλιστα κωλυτέα εἰς τὸ ἀνήκεστον ἐλθεῖν. Omni siquidem ope anniti oportet, ne quæ curabilia sunt incurabilia euadant, intelligentem qua ratione maximè ne ad incurabile deueniant prohiberi possint. Rursusque (ibidem v. 56.) ὅπη τι εἰς τὸ ἀνήκεστον. siue eo res tendat vt curationem recipiat, siue curationis spem adimat. Vbi etiam ἀνήκεστον de grauissimo & intolerabili malo, ex Erot. dici potest. Lib. quoque de rat. vict. in morb. ac. (pag. 64. 51. H. 390. 28.) ἀνήκεστοι ἁμαρτάδες, inexpiabiles errores & incurabiles, qui curari non possunt. Ἀνήκεστον ἀνίατον exponit Hesych. vt & ἀνηκέστων, ἀνιάτων, ἀνυπομονήτων his forte Hipp. locis subindicatis.

Ἀνηλεῶς citra affectum significat, timidè, ignauè. Lib. περὶ παθῶν (pag. 526. 18.) ὁκόσοι τὸν οἶνον πίνουσιν ἀνηλεῶς, quicunque vinum citra affectum bibunt, hoc est timidè & ignauè. ἀνηλεῶς ἀνοίκτως, ἀσπλάγχνως citra affectum, inhumaniter exponitur Hesych.

Ἀνιλύπος exponitur Galeno apud Hippocr. ἄλυπος καὶ ἀβλαβὴς qui sine mœrore est aut tristitia, innocuus, illæsus. Itidem ἀνάνιος exponitur Hesych. ἀβλαβὴς, ἄλυπος, ὑπερήφανος, innoxius, mœrore carens, superbus. Sudæ vero ἄνευ ἀνίας καὶ λύπης. Idem videtur esse quod δυσλύπος.

Ἀνθεῖν significat Hipp. efflorescere, vigere, crescere, augeri, adolescere. Lib. de Morbo sacro (pag. 304. 39.) καθαίρεται γὰρ καὶ ἀνθεῖ, ὥσπερ τ' ἄλλα μέρεα πρὶν γενέσθαι, καὶ ὁ ἐγκέφαλος. Purgatur enim & adolescit etiam cerebrum, velut aliæ partes, priùs quàm in lucem edantur. Eleganter verò ad morbos transfertur qui consistendi vigorem habent. Tunc enim maximè vigent & florent cum in statu sunt, aut consistunt ἐν τῇ ἀκμῇ, quòd circa statum omnia vigeant, vt scribitur aph. 30 lib. 2. Lib. 2. Epid. (pag 998.31) περὶ τὰς ἀρχὰς σκεπτέον τῶν νούσων εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ. ad dignoscenda morborum principia, videndum num confestim consistendi vigorem habeant. Ἀνθεῖν ἀκμάζειν apud Hipp. exponit Erot. vigere, quòd ἐν τῇ ἀκμῇ præcipuè vis morbi elucescat. Vtrunque autem ea notione coniungit Hipp. lib. 1. Epid. (p. 381. 40. H. 963. H.) αὐτίκα γὰρ ξυνεχὴς ἐὼν τοῖσιν ἀρχομένοισιν ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει μάλιστα. Scilicet nanque continua quibusdam vbi incipit floret & viget maximè. Quem locum explicans Gal. lib. 1. περὶ κρίσεων cap 7. ἀνθεῖν καὶ ἀκμάζειν τὴν ἰδίαν ἀκμὴν ἐσχηκέναι aut ἀπολαύειν dicit, (proprium morbi vigorem adeptam esse & assumpsisse) quod ibidem Hipp. eodem tropi genere ἅλις ἐκλάμπειν, abunde emicare & elucere effert. ἀνθεῖν quoque ad humores translatum, eos qui in corporibus nostris, pro ætatum aut tempestatum vicissitudinaria successione dominantur & vigent, quique sua efficientia quasi efflorescant & elucescant, suique generis morbos exerant significat. Lib. περὶ χυμῶν (p. 49. 16.) τοὺς μὲν οὖν χυμοὺς εἰδέναι ἐν ᾗσιν ὥρῃσιν ἀνθέουσι, καὶ οἷα ἐν ἑκάστῃ νοσήματα ποιέουσι. Humores igitur quibus temporibus efflorescant nosse oportet, & quales in singulis morbos efficiant. Quod certe planè explicat Gal. attributum fragmentum in lib. de Humoribus, his verbis. τοῦτο δὲ καὶ Ἱπποκράτης σημαίνειν ἔοικεν, ἄλλους κατ' ἄλλην ὥρην ἀνθεῖν τε καὶ δυναστεύειν τοῖς σώμασι χυμούς, καὶ τὰ χρώματα διάφορα εἶναι λέγων τοῖς ἀνθρώποις, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τῶν ἐν τῇ κράσει δυναστευόντων χυμῶν, καὶ τὰ νοσήματα κατὰ τὴν τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ φύσιν συμβαίνειν γίνεσθαι. Istud verò etiam Hippocrates significare videtur, alios pro aliis tempo ibus humores nostris in corpo ibus tum vigere tum dominari dicens, coloresque hominibus diuersos inesse pro humorum intemperie prævalentium dominio, & morbos quoque ipsos pro humoris cuiusque redundantia naturâ contingere. Quibus verbis quod scribitur in tio lib. περὶ χυμῶν exprimit. τὸ μὲν χρῶμα τῶν χυμῶν, ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστι τῶν χυμῶν, ὥσπερ ἀνθέων. Humorum quidem color, nisi ii intrò se receperint, per summam cutim efflorescens, pro humorum excellentia euariat (Sic enim ab eodem authore paulò post explicatur.) Vbi ἄνθεα de humoribus in summa cute efflorescentibus, & pro cuiusque redundantia colorem in eam effundentibus & temperie præpollentibus sumuntur. Ἄνθεα verò Gal. in Exeg. apud Hipp. non solùm eos flores qui in corollas recipiuntur, verum etiam alios omnes significare scribit, ac interdum etiam eo nomine semina vocari, citato in testimonium lib 2. περὶ γυναικ. Verùm locum vitiatum suspicor, esseque μνημονικὸν ἁμάρτημα. Neque enim illic ἄνθεα leguntur pro seminibus, sed lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 530. 34.) in Cyceonis floridi compositione. ταῦτα ἄνθεα τρίψας λεῖα διλύσαι πιεῖν τῷ κυκεῶνι. Postea flores leuissimè triti diluantur hoc temperato, hoc est semina, vt ocymum, lentes, coriandrum. Idem Gal. annotat ἄνθεα in Coac. Prænot. ἐρυθήματα significare & rubores, vbi in suppuratis πρόσωπα ἀνθεῖν dicuntur (pag 185 G.) flores in facie pro ruboribus. Ac vt vtrumque significatum complecteremur, ruboribus velut efflorescere faciem, aut floridum faciei colorem dicimus.

Ἄνθος quoque simpliciter apud Hipp. crebrò ἄνθος χαλκοῦ æris florem significat, vt lib. 2. de Morb. (pag. 472. 3.) καὶ τὸ λοιπὸν ἀναξύσαι τὸ ἄνθος ἐν μέλιτι & χρίειν τὴν μοτὸν προστιθέναι ἐς τὴν ῥῖνα, quod est reliquum, æris flore in melle cocto, linamentum illitum in nares indito. Et rursus (vers. 13.) μοτοὺς λιναίους χρίων τῷ μέλιτι, ἐπιπάσσειν σὺν τῷ ἄνθει. Penicillos lineos melle illitos cum æris flore indito. Rursusque (vers. 34.) ἢν δὲ σαπῇ, καθαίρειν τῷ ἄνθει σὺν τῷ μέλιτι, vbi computruerit, æris flore cum melle repurgato. Et (vers. 31.) ἐγχρίειν τὸ ἄνθος τὸ ἐν τῷ μέλιτι, æris florem cum melle illinito.

Ἀνθηρὸν autem Hipp. significat floridum, prærubrum & & sanguineum. Ei ἀνθηρὰ πτύσματα, τὰ ἐρυθρὰ & ὕφαιμα dici scribit Gal. Hipp. lib. 6. Epid. sputa rubra & cruenta, aph. 4. sect. 4. lib. 6. Epid. expresso (vt illic scripsimus) Quod etiam annotat in pleuriticis & peripneumonicis lib. de rat. vict. in morb. ac (pag. 106. 34. 401. 62.) πτύαλα ἀφρώδεα καὶ ἀνθηρὰ, sputa spumosa & florida hoc est rubra & sanguinea, qualia rupto intro tuberculo in pulmonibus excernuntur. Lib. 2. Epid. (pag. 1012. D.) ἔπτυεν ὑπανθηρόν, expuebat aliquantulum floridum, hoc est subcruentum. Et ibid. (pag. 1023. G.) πτύαλα πολλὰ κατ' ἀρχὰς πτύειν ἀνθηρά, spuma multa ad expuitionis initia florida. Aret. quoque in peripneumonicis πτύαλον διαίμον ἀνθηρὸν ὀρόδρα, sputum cruentum florido colore admodum perfusum, hoc est valde rubrum, adscribit. Ἀνθηροὶ etiam dicuntur Hipp. in Prorrh. (p. 195. 56 H. 74. B.) & Coac. (pag. 144 C.) floridi, prærubri & rubore valde perfusi, quos idem ἐξερύθρους vocat, (vt scribit Gal.) capite humorum calidiorum copia repleto. Sic ἀνθηρὸν σῶμα dicitur libr. 6. Epid. aph. 3. sect. 3. corpus floridum hoc est rubore perfusum, aucto calore & sanguine & ad corporis habitum reuocato, quod est succulentæ ac probæ refectionis indicium. ἀνθηρὸν ἐρύθημα florulentus rubor, de malarum rubore non intenso, verùm moderato & velut leuiter efflorescente, effertur Hipp. lib. 7. Epid. (pag. 1211. E.) Ἀνθηρὰ etiam dicitur Medicis medicamentum aridum stomaticum, oris vlceribus, dentium aut oculorum fluxionibus accommodum, sic dictum quod colorem floridum habeat à metallicis, chalcitide, sandaracha, cinnabari, vt videre est ex lib. 5. comp. pharm. κατὰ γέν. & lib. 4. κατὰ τόπ. Vbi ἐπίχριστος ἀνθηρὰ ad oculorum fluxiones ex Asclepiade duplex describitur. ἀνθηρὰς etiam compositiones Græcis dictas scribit Celsus c. 11. lib. 6. quibus ad oris & gingiuarum vlcera vtitur. c. 13. Vide Gorrhæum & Cornarij Com. in lib. 4. κατὰ τόπ.

Ἀνθίνην οἶνον exponit Gal. apud Hipp. ὅτι τὸν εὐωδιζόμενον ὀνομαζόμενον ἢ τὸν ἐκ τῶν ἀνθέων ἠδυσμένον. ὥσπερ & κυκεῶνα ἀνθίνον ὠνόμασεν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νούσων τῷ μείζονι. hoc est vinum εὐωδιζόμενον dictum, florulentum, aut ex floribus conditum, quemadmodum Cyceonem floridum vocat lib. 2. de morb. maiore. Sed pro εὐωδιζόμενον ἀνθοσμίαν legunt meliora exemplaria, & ἀνίθων pro ἀνθέων. Dicitur autem

ἀνθοσμίας

ἀνθοσμίας οἶνος vinum odoratum, aut odoris fragrantissimi, aut florum odorem habens, ex ἄνθος & ὀσμὴ, vel ἀπὸ τόπου ἀνθοσμίου, vt scribit Sudas, vel à certo vuæ genere. Erot. verò exponitur ὁ εὐώδης καὶ ἡδὺς vinum bene odoratum & dulce, quemadmodum & Schol. Aristoph. ἐν βατράχοις. Hesych. verò εὔοσμος καὶ ἄνθος ἔχων, hoc est fragrantissimum & flores habens. Nam vinum huiusmodi facticium fuisse ex Athenæo libr. 1 & Suda manifestum est. Eo vtitur Hipp. lib. περὶ ἀφόρων (p. 689. 40.) ὁ δὲ οἶνος ἔστω ἀνθοσμίας ὡς εὐωδέστατος. Ad suffitum mulieri parandum vinum odoris fragrantissimi, & siccissimum & vetustissimum requirit. Et rursus ibidem (pag. 685. 16.) ἢ ἔκμαγμα ἔστω μαζίδος οἴνῳ ἀνθοσμίῃ διέντα; & croci recrementum massæ manualis magnitudine, vino fragrantissimo diluito. ἀνθοσμίου autem οἴνου vt optimi & fragrantissimi meminit Plutarchus libr. 4. sympos. probl. 1. τὸν δὲ ἀνθοσμίαν ἀποπεμψάμενοι ποτιμὸν καὶ ἠπιώδη. hoc autem fragrantissimo & miti vino reiecto. Cui τὸν ἀγροικότερον hoc est agrestius opponit. Et rursus probl. 1. li. 2. ἀνθοσμίαν vinum generosissimum & fragrantissimum intelligit, cui acetum opponit. Quod tamen non vidit interpres & aliter accepit. Ἀνθινὸς οἶνος exponitur Hesych. ἀνθοσμίας ἀπὸ βοτανῶν ex herbis conditus.

Ἀνθινὸν ἔλαιον exponitur etiam Gal. in Exeg. apud Hipp. oleum liliaceum, quod & lirinum dicitur, atque idem etiam susinum appellatur. Cuius crebra est mentio lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 630.) Idem Gal. ἄνθινον μύρον dicit idem esse quod Susinum vnguentum & liliaceum, differre autem ab oleo liliaceo varia aromatum mistura. Quòd verò κυκεῶνα ἄνθινον vocari scribit lib. 2. de Morb. maiore, id legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 538. 27.) vbi κυκεῶνα ἀνθινὸν leg. vulgata exemplaria & Cyceonis floridi descriptio apponitur, aut bene odorati & ex anetho conditi, vt non malè augurer mendosam esse lectionem apud Gal. in dictione ἄνθινα, & pro δευτέρῳ τῶν γυναικείων reponendum esse, δευτέρῳ τῶν νούσων τῶν μειζόνων. Sic enim liber περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν inscribitur Gal. in Exeg.

Ἀνθερεὼν mentum significat & partem faciei in qua barba enascitur. ἀνθερεὼν dicitur Hesych. ὁ ὑπὸ τὸ γένειον τόπος ἀφ' οὗ μέρους ὁ πώγων ἄρχεται locus sub mento ex quo barba pullulare incipit. Pollu. lib. 2. vocatur ἀνθερεὼν τὸ ὑπὸ γένυν (?) διὰ τὸ τὰς τρίχας ἀνθεῖν. Sudæ verò ἀνθερεὼν etiam linguæ & gutturis initium dicitur, vt & Cæl. Aurel. lib. 3. Acut. cap. 3. & 4. gutturis exordium. Idem cap. 3. libr. 1. Tard. pass. vtranque gutturis partem, quam Græci ἀνθερεῶνα vocant, Latinis rumam dici scribit. ἀνθερεὼν pro mento sumi videtur Hipp. lib. 5. Epid. (p. 115. F.) ἱδρὼς περὶ μέτωπόν τε καὶ ὑπὸ ῥῖνα καὶ ἄχρις ἀνθερεῶνος. mador circa frontem, sub naso, ad mentum vsq; Et lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 280. 1. ὑπὲρ ἀνθερεῶνα supra mentum.

Ἀνθέρικος Asphodeli caulis & scapus dicitur veteribus vt scribit Plin. lib. 21. cap. 17. Theoph. & ferè Græci princepsque Pythag. caulem eius cubitalem & sæpè duûm cubitorum, foliis porri syluestris, anthericon vocauere, radicem verò, id est bulbos, asphodelon. Nostri illud albucum vocant, & asphodelum hastulam regiam. Dioscoridi ἀνθέρικος asphodeli flos dicitur libr. 2. c. 199. Hesych. verò ἀνθέρικος exponit τὸν ἀσφοδέλου καρπὸν & βοτάνης εἶδος. Eustath. verò & Varin. ἀσφοδέλου καρπὸν ἢ καυλὸν, vt & Theoc. Schol. Idyl. 1. ἀνθερίκους scribit Sudas Theoc. & Herod. vocari Asphodeli caules, quos & tenaciores ait esse quàm vt frangi queant. Sic etiam ἀνθέριξ sumitur Theocr. Schol. & Theoph. & Idæo vt idem scribit. Apollod. autē Doriensis eo nomine solum caulem dici voluit. ἀνθέριξ quoque quidam aristarum culmina & fastigia, aut culmos exponunt. Ἀνθέρικος Hipp. pro albuci caule & scapo cubitali aut amplo sumi videtur Coac. (pag. 198. A.) cùm ossa capitis fracta sint nec ne explorat asphodeli caule aut ferulaceo dentibus imposito & mandere iusso τὰ δ' ἀπορεύμενα πότερον ἔρρωγεν ἢ οὐκ ἔρρωγεν διαγνώσεσθαι διδόντα ἐς ἑκατέρην τὴν σιαγόνα ἀνθέρικον, ἢ νάρθηκα. At ossa de quibus fissa sint necne ambigitur, sic discernas, si albucum aut ferulam in vtranque maxillam manducandam exhibueris. Plutarch. in symposio septem sapientum ἀνθέρικον pro asphodelo sumere videtur, cùm illud Hesiod. ἐν ἔργοις (v. 41.) exponit, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Ἄνθραξ dicitur auth. Definit. Medic. (pag. 399. 59.) ἐσχαρώδες ἕλκωσις μετὰ νομῆς καὶ ῥεύματος, ὅτε καὶ βουβῶνι ἢ πυρετῷ. Carbūculus est vlcus crustosum quod depascitur, cum fluxione coniunctum, interdum verò cum glandularum inflammatione & febre. fit autem carbunculus à melancholico sanguine efferuescente, & inflammationis modo cutem deūrente, interdúmque crustam habet, & pustulæ vlcus præcedunt ambustis similes, febrem etiam acutissimam adfert cum vitæ periculo interdum coniunctam. Cuius color in ambitu non vt reliquis inflammationibus ruber est, verùm niger & splendescens picis aut bituminis instar, quod est exquisitæ atræ bilis indicium. Vlceris etiam crusta nigra est aut cineritij coloris. Galen. libr. de Tumor. præter nat. (pag. 355. 35.) & Paulus libro quarto, cap. 25. Dicitur etiam ἄνθραξ Gal. Com. ad aph. 45. libr. 6. ἕλκος ἐσχαρῶδες ἅμα πολλῇ τῇ τῶν πέριξ σωμάτων φλογώσει, vlcus crustosum, cum multa ambientium corporum incensione. Ortum autem ducit ex sanguine melancholico putrescente adeoque per inflammationem ardente, vt cutem deurat, Galen. initio lib. 2. de præsag. ex puls. Et Com. 3. in libro tertio Epid. (pag. 426. 35. H. 1085. H.) ὁ ἄνθραξ ἐκ θερμῆς μὲν τι πυρώδους, παχείας δὲ κατὰ τὴν σύστασιν ὕλης ἔχει τὴν γένεσιν. Carbunculus ex calido quidem feruore, materia verò consistentia crassa, originem habet. Dicitur quandoque etiam ἀνθράκωσις, etsi hoc nomine peculiariter carbunculus oculo contingens vocatur. Est enim ἀνθράκωσις Medic. autori (pag. 387. 27.) ἕλκος ἐσχαρῶδες μετὰ νομῆς καὶ ῥεύματος, καὶ βουβῶνος, ἐνίοτε καὶ πυρετοῦ γινόμενον, περὶ τὸ ἄλλο πᾶν σῶμα. ἔστι δὲ ὅτε περὶ ὀφθαλμούς, hoc est vlcus crustosum depascens cum fluxione coniunctum & glandularum inflammatione, interdumque cum febre, interdum in toto corpore, interdum etiam in oculis contingens. Et Paulo lib. 3. cap. 22. ἀνθράκωσις ἢ αὐτὸ ἐκλεῖσθαι ἕλκος ἐστὶν ἐσχαρῶδες, περὶ δὲ τὰ βλέφαρα, καθάπερ κἀν τοῖς ἄλλοις τοῦ σώματος μέρεσι συνιστάμενον. Carbunculus etiam ipse malignum vlcus est crustam habens, interdum quidem oculi bulbo, interdum verò palpebræ, velut etiam in reliquis corporis partibus contingens. ἄνθρακες θερινοὶ carbunculi æstiui dicuntur Hippocrati statim initio libr. 2. Epid. & lib. 3. in st. pest. (p. 426. 52. H. 1085. H.) ἄνθρακες πολλοὶ κατὰ θέρος, carbunculi æstate multi.

Ἀνθρακιὰ Hipp. carbones accensos aut prunas, & carbonum accensorum ac prunarum congeriem significat lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 581. 35.) ὑποθεὶς ἀνθρακιὴν, subiectis prunis. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 621. 54.) ἐπιβάλλειν ἐπὶ ἀνθρακιὴν, prunis iniice. Verùm alij ἀνθρακιὴν legunt, velut apud Homer. ἀνθρακιὴν στορέσας, instratis prunis, & Dioscor. l. br. 5. ἀνθρακιᾷ ἐμβάλλειν, carbones iniicere, immittere, etsi quidam ἀνθρακιὰ legunt. ἀνθρακώδεα ἐπιμήνια, dicuntur quoque Hipp. menses carbunculosi, hoc est carbonibus similes & nigri aut adusti, libro primo, περὶ γυναικ. (pag. H. 595. 39.

Ἀνίδρως πυρετὸς καὶ ἄκριτος, febris quæ sine sudore & iudicatione ex cruditate in longum tempus protrahitur, propter exagitatam à medicamentis purgantibus naturam; Libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 99. 45. 399. 23.)

Ἀνίδρωτι sine sudore significat, & exponitur Gal. μὴ ἐν ἱδρῶτι, ἢ ἄνευ τοῦ ἱδρῶσαι. Com. 3. in Prorrh. (pag. 210. 14.) Hesychio verò ἄνευ ἱδρῶτος. In Prorrh. (pag. 189. 54. H. 72. A.) ῥίγεα ἐν κρισίμοισι ἀλυσμῷ ἀνιδρωτὶ φαῦλα. Perfrictiones in diebus iudicatoriis cum anxietudine si sine sudore fiant. Vb. ἀνιδρωτὶ χωρὶς ἱδρῶτος exponit Gal. in Coac. (p. 166. H. & 167. B.) ἀνιδρωτὶ λυόμεναι ὀδύναι, absque sudore soluti dolores, vbi ἀνιδρωτὶ in vulgatis exemplaribus legitur. Ἀνιδρώσιες etiam dicuntur sudores nulli & sudoris priuationes, lib. 7. Ep. (pag. 1236. B.)

Ἀνίθυνον exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. εἰς τὸ ἄνω ἀπίθυνον, sursum direxerunt. Verùm ἀνίθυνον vitiosè legunt exemplaria quædam.

Ἀνιοῦνται legitur apud Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 279. 39.) ἀνιοῦνται ἐς τὸν βουβῶνα, in inguen transit, tendit, dicunt interpretes. Sed mendum subesse videtur, & pro ἀνιοῦνται ἀνίεται aut ἀνιοῦσα legendum, ab ἀνίημι, vt sit ἀνίεται sursum tendit aut ascendit, idem quod ἄνεισι. Sic ibid. p. 279. 53.) ἀρχόμενα ἀνιέναι sursum tendere incipiens aut ascendere in eadem significatione. Et (280. 6.) ἐς τὸ ἧπαρ ἀνιοῦσα ad hepar tendens.

Ἀνοδίη iter inuium significat Hipp. ἐν παραγγελίαις (pag. 20. 12.) οὗτοι δὲ ἀνοδίην χνεύζουσι, Si verò iter inuium ingrediuntur. Huic εὐοδὸς τέχνη, ars facilis & peruia, opponitur lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 23. 28.)

Ἄνοδμον πῦον pus inodorum, laudabile tamen, non quod omninò sit odoris expers, sed quàm minimè fœtidum. In Coac. (pag. 151. C.) ὡς ἥκιστα δυσῶδες dicitur in Progn. (pag. 133. 43. H. 39. 15.) ἄνοδμον autem idem quod ἄοσμον. vt πτύελα παχέα καὶ ἄοσμα dicuntur sputa crassa inodora. In Coac. (pag. 145. H.

Ἀνόμοια dicuntur Hipp. cap. 6. lib. 6. Epid. sect. 2. dissimilia, hoc est humores præter naturam qui in membris generantur, & ab eorum natura sunt alieni quos sursum sublatos soluere, si verò deorsum repant, sursum reuellere consulit Hipp. τὰ ἀνόμοια, ἢν ῥέπῃ ἄνω ἀφ' ὅτου κάτω λύειν. dissimilia si sur-

sum sublata tendunt, per inferiora soluere conuenit. vbi Gal. τὰ ἀνόμοια dici scribit, τὰ τοῖς τόποις ἐκ οἰκεῖα, dissimilia quæ à locorum natura sunt aliena.

Ἀνορεξία est ciborum fastidium & inappetentia. Paulo lib. 3. cap. 37. ἀνορεξία σιτίων ἐστὶ ἀποστροφὴ, ἤτοι δυσκρασίας ὑπερχούσης κατὰ τὸν στόμαχον, ἢ χυμῶν περιουσίας. Ciborum fastidium, cùm stomachus intemperie affectus aut humorum redundantia cibos refugit. Hinc ἀνόρεκτοι dicuntur ἄσιτοι appetentia carentes & qui cibos non ingerunt. Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (pag. 355. 41.) τοὺς ἀνορέκτους καὶ ἀσίτους ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες, τοὺς μὴ προσιεμένους μήτε σιτία, τοὺς δ' ἀποστραμμένους προσφέρεσθαι, καλοῦσιν ἀποσίτους. ἀνόρεκτοι & ἄσιτοι Græcis vocantur qui cibos non ingerunt, ἀπόσιτοι verò, qui oblatos auersantur. Ἀνόρεκτος exponitur Varino ὁ μὴ ὀρεγόμενός τινος. ὁ πρὸς τὰ προσφερόμενα βρώματα ἀηδῶς διακείμενος. qui nihil appetit, aut qui oblatos cibos fastidit.

Ἀνταποδόσιες περιόδων πρὸς ἀλλήλας, succedentes inuicem circuituum reciprocationes, vicissitudines, successiua incrementa, aut circuituum inter se proportionis obseruationes dicuntur aph. 12. lib. 1. ἀνταποδιδόναι quoque reciprocare aut refluere significat, vt libr. 4. de Morb. (p. 502. 1.) ἀνταποδώσειν ὀπίσω ῥέον τὸ ὕδωρ εἰς τὸ χαλκεῖον. viciſſim contra refluat aqua in vas æneum.

Ἀντιάνθεον scribit Erot. dici apud Hipp. τὸ βλάβης ὑπονοούμενον αἴτιον ἔσεσθαι ἀνθρώπων, suspectum noxiæ authorem.

Ἄντιον idem scribit veteribus dici τὸ σώφρονα modestum, temperantem. Verùm mendum subesse apparet & Erot. codices hoc loco valdè mihi suspecti sunt. Neque enim hanc dictionem apud Hipp. vsquam reperias. Et si coniectura in re valdè dubia vti licet, existimo locum lib. de Morbo ab Erot. subindicari, qui tamen nostris in codicibus longè aliter legitur (p. 303. 18.) καθαρμοῖσί τε χρέονται καὶ ἐπαοιδῇσι, καὶ ἀνοσιώτατόν γε καὶ ἀθεώτατον ποιοῦσιν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, τὸ θεῖον. Expiationibusque ac incantationibus vtuntur, ac meo quidem iudicio sceleratissimum & maximè impium numen faciunt. Sed pro ἀθεώτατον ἀντιάνθεον legisse Erot. existimo, eo sensu, vt deum scelestissimum faciant, ac velut hominem noxiæ authorem, non tanquam deum existiment. ἀντιάνθεον enim deo contrarium significet, hoc est hominem sceleribus inquinatum, ideoque noxiæ causam. ἄντιον verò pro ἀντίον positum esse Sophoc. locus ab Erot. adductus testatur. Et quod ab eodem scribitur ἀντίας θεοῦ, mihi dictionis ἀντιάνθεον explicatio quædam esse videtur, vt eum indicari velit qui deo opponitur eique aduersatur. & ἀντίας pro ἀντία positum sit. Sic igitur qui morbos ad deos referunt, numen sceleratissimum faciunt, & deo contrarium, hoc est tanquam noxiæ & sceleris authorem hominem existimant, de deoque velut homine sceleribus inquinato iudicant. Atque ea mihi videtur esse Erotiani lectio, quam sic retineri & suo loco reponi posse existimo, vt tamen vulgatam lectionem neque reiiciendam neque nostræ coniecturæ postponendam putem.

Ἀντήρεισις renitentiam significat, renixum, obluctationem, obnixam firmitatem, renisum. Lib. de art. (pag. 624. 20. H. 817. A.) ἀμφιθλασθείσης τῆς σαρκὸς ὑπὸ ἀντηρείσιος, carne (costarum) contusa ex renixu, aut firmiter obnitendo. Renixum dicit Celsus de fistulis cap. 28. lib. quinto, peruentumque esse ad eam ex renixu patet. (sic enim ex melioribus cod lego.) Ibidem. Si magis id renititur, ad os ventum est.

Ἀντεχόμεναι γαστέρες dicuntur Hipp. reluctantes alui, resistentes & renitentes, quæque medicamentis non cedunt. Libr. 4. Epid. (p. 1121. C.) γαστέρες ἀντεχόμεναι καὶ ἐν τῇσι φαρμακείῃσιν οὐχ ὑπακούουσαι, alui quæ medicamentis resistunt neque iis mouentur. Ib. quoque (pag. 1125. F.) ἐξέλιπε γαστὴρ ἀντεχομένη, aluus reniti cessauit.

Ἀντιάδες sunt tonsillæ Latinis dictæ, hoc est glandulæ duæ supra laryngem sitæ, quæ sibi ex aduerso in oris termino vtrinque respondent. Item earum morbus & inflammatio, aut earundem ex fluxione tumor, eodem antiadum nomine donatur. Hipp. libr 2. de Morb. (p. 464. 28) ἀντιάδες δὲ καὶ ὑπογλωσσίδες, καὶ οὖλα, καὶ γλῶσσα, καὶ ὅσα τοιαῦτα ταύτῃ πεφυκότα, ταῦτα πάντα γίνεται ἀπὸ τοῦ φλέγματος. Tonsillæ verò & hypoglossides, & gingiuarum tumores, & linguæ vitia, & quæcunque huiusmodi hoc loco adnascuntur, hæc omnia ex pituita affluere solent. Ib. (pag. 471. 13.) ἢν ἀντιάδες φύωνται σιαλώδεες ὑπὸ τὴν γνάθον ἔνθεν καὶ ἔνθεν, καὶ ψαυόμενον σκληρὸν ἔξωθεν. Tonsillæ vbi oriuntur, sub maxillis ab vtraque parte tumor fit, & ad contactum foris indurescit. Gal. libr. 6. de Sympt. caus. (p. 247. 8.) εἰ δὲ εἰς τὴν γαργαρεῶνα κατασκήψοι τὸ ῥεῦμα, ἤτοι τὴν καλουμένην ἐν αὐτῷ σταφυλὴν ἐγέννησεν, ἢ ἄλλως εἰς ὄγκον ἤγειρεν αὐτόν. εἰ δὲ εἰς τοὺς ἰσθμοειδεῖς ἀντικειμένους ἀλλήλοις ἀδένας ἐν τῷ πέρατι τοῦ στόματος, ἀντιάδας. Quòd si in gargarconem fluxio procumbat, aut vuam dictam in eo gignit, aut aliàs eum in tumorem attollit. At si in glandulas quæ in extremo ore vtrinque sibi ex aduerso sitæ sunt, antiadas aut tonsillas. Paulus quoque lib. 6. cap. 30. καθάπερ οἱ ἀποσκιρρωθέντες ἀδένες, χοιράδες προσαγορεύονται, οὕτως καὶ τὰ παρίσθμια φλεγμήναντα καὶ ὑπεραυξηθέντα, καὶ οἷον ἀποξηρανθέντα, δυσχρηστίαν τε παρέχοντα τῇ τε καταπόσει καὶ τῷ πνεύματι, ἐξ ἐναντίας ἀλλήλων τεταγμένα, ἀντιάδες ἐκλήθησαν. Quemadmodum glandulæ induratæ strumæ vocantur, sic etiam tonsillæ inflammatione tentatæ, aut supra modum intumescentes & veluti resiccatæ, cibo & spiritui molestiam exhibentes, è regione inuicem sibi oppositæ, antiades vocantur. Gal. lib. de Tumor. præter nat. (p. 357. 30.) τὰς ἀντιάδας dicit esse φλεγμονὰς τῶν ἐν ἀρχῇ τῆς φάρυγγος ἀντικειμένων ἀλλήλοις ἀδένων, inflammationes glandularum quæ ad faucium initia sibi inuicem opponuntur.

Ἀντιδίδοσθαι de signis effertur apud Hipp. quæ in febre abscessuum notas faciunt, ac velut ex æquabilitate quadã febri ex aduerso respondēt & opponuntur, quasi pro febre rependãtur eamq; compensent: Qualia sunt in febre salutari morbi diuturnitas & protractio, materiæ qualitas, tarditas, cruditas & ad abscessum propensio ac momentũ, vrinarũ tenuitas, eorumq; quę hæmorrhagiã aut aliam excretionem significant priuatio, cæteraq; id genus in Progn. & Coac. Prænot. expressæ abscessuum notæ. Ea nanq; veluti ad febris rependionem à natura exhiberi videntur, tandemq; eam soluere. In Coac. (p. 139. H.) ὁκόσα πυρετῷ ἀντιδίδοται, ἢν μὴ ἀποστηματώδεα σημεῖα, κακοήθεα. Quæcunq; febri ex aduerso respōdent, eamq; veluti rependũt, nisi abscessum faciant, malignitatem denunciant. Possunt & ea quæ febres oppugnant aut soluũt ἀντιδίδοσθαι dici, velut ἀντίδοτα dicuntur med. quæ grauibus corporis casibus succurrunt, & contra lethalia pharmaca aut venenatos morsus exhibentur.

Ἀντικνήμιον dicitur Gal. Com. 2. in li. de fract. (p. 549. 10.) τὸ μέσον καὶ ἄσαρκον ἐν κνήμῃ κατὰ μῆκος ἐκτεταμένον ἄνωθεν κάτω, ἐπὶ τῶν ἰσχνῶν φαινόμενον, καὶ τῆς κνήμης μέρος ἐστὶ, media & carne vacua tibiæ pars à summo deorsum in longitudinẽ protēsa, in gracilibus conspicua. Prima tibia aut anterior tibia vocatur, quòd crassiori & insigniori tibię parti opponatur. Gallis greue. Lib. de fract. (p. 555. 12. H. 764. D.) τῶν δὲ ὀστέων τὸ μὲν ἔσω τοῦ ἀντικνημίου καλεομένου, ὀχλωδέστερον ἐν τῇ ἰητρείῃ ἐστίν. Ex ossibus verò quod ex anteriore tibiæ parte (quæ ἀντικνήμιον dicitur, intrò vergit, molestiorem curationem facit. Ibidem (v. 16. & 21. ibid. E. F.) τὸ ἔσωθεν τοῦ ἀντικνημίου anterioris tibiæ pars interior, & κατὰ τὴν τοῦ ἀντικνημίου ἶξιν, è directo anterioris tibiæ.

Ἀντικόντωσις dicitur cōti renixus, aut qui cōto fit, cùm cōto innitimur, eoq; aut scipione gradũ fulcimus, cùm videlicet loco cruris baculo corpus fulcitur. Lib. de art. (p. 628. 7. H. 819. D.) δέονται γὰρ ἀντικοντώσιος ταύτῃ, hac enim parte conti renixu indigent, h. e. baculo inniti & fulciri. Rursusq; ibid. (p. 637. 34 H. 824. F.) ἀντικοντώσιος οὐδὲν δέονται, conto cui innitatur nihil indigent Quæ subnotans Gal. in Exeg. ἀντικοντώσιος, τῆς διὰ τοῦ κόντου ἀντηρείσεως, ὅπερ καὶ σκίμπωνα καλεῖ, exponit, h. e. renixus qui conto fit, quod etiã scipio vocatur aut corporis fulcrũ in incessu, cùm tamē potiùs σκίμπωνα aut σκίπων scribēdum videatur. Quod verò ἀντικοντώσιος δεῖσθαι dicitur Hipp. idem paulò pòst (p. 629. 44. H 820. B.) sic explicat, ὑπὸ τὴν μασχάλην τὴν κατὰ τὸ ὑγιὲς σκέλος σκίπωνα ὑποφέρειν, scipione axillæ è regione sani cruris supposito, corpus fulcire. E (p. 637. 35. H. 824. F.) ὑπὸ τὴν μασχάλην τὴν κατὰ τὸ σιναρὸν σκέλος ὑποτιθέμενοι σκίπωνα ἀντερείδειν, axillæ quæ est è regione cruris læsi scipione supposito corpus fulcire. In Mochlico verò, qui est de ossium per molitionē impellendorũ ratione (p. 852. E.) ἀντικοντοῦν dicitur conto inniti, quod scribitur lib. de art. τῷ ξύλῳ ἀντερείδεσθαι, κατὰ δὲ τὸ ὑγιὲς, πλάγιον ξύλον τῷ σώματι ἀντικοντοῦσι ad cruris quoq; sani latus baculo corpus fulciũt. Etsi πλάγιοι lego ex lib. de art. Erot. verò hoc loco expresso ἀντικονταίνουσι pro ἀντικοντοῦσι legit, & exponit πρὸς τὸ ἐναντίον βιάζονται, contra obnituntur aut obsistunt, hoc est baculo renituntur & fulciuntur.

Ἀντίληψις in deligandi ratione dicitur apprehēsio, & vinculorum in partem contrariam aut sanam inuolutio aut appēsio, ac veluti occupatio quædã, ne in superiorem partē aut inferiorem elabantur, sed firmius contineantur: vt in humeri deligatione, ea quæ per alteram alam fit vinculi circumductio, aut inguine laborante, ea quæ fit ad alterum ilium. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 681. 20. H. 743. G.) ὁκόσοισι μὲν ἄνω ἡ φυγὴ, κάτωθεν ἡ ἀντίληψις· οἷσι δὲ κάτω, τοὐναντίον. quibus quidem vincu-

vinculorum inuolutio sursum elabitur, deorsum apprehensio fiat, quibus verò deorsum, contrà. vbi etiam scribit Galen. ἐπ᾽ ἐνίων δὲ μορίων ἡ διὰ τῶν ἀντικειμένων ἀντίληψις ἀσφαλεστέρα, καθάπερ ἐπ᾽ ὤμου καὶ βουβῶνος. In quibusdam verò partibus ad oppositas vinculorum iniecta apprehensio vtilior est, velut in humero & inguine. Huiusmodi ἀντίληψιν appensionem quæ per oppositas partes fit, vocant interpretes. Ἀντιλαμβάνεσθαι prehendere, apprehendere dicitur, sustinere ac sustollere, veluti ducta metaphora ab iis qui manu porrecta prehendunt, seu velut collapsos retinent, aut prostratos quasi manu subleuant. Interdum etiam ἀντιλαμβάνεσθαι succurrere, opem ferre & opitulari significat.

Ἀντιποιεῖν contra facere significat, resistere, occurrere malo, hoc est, benefacere, iuuare. Lib. de art. (p.606.21.H.802.20.) ἄγχιστα δὲ ἡ ἐπίδεσις μοι δοκέει ἀντιποιεῖν, proximè autem mihi videtur deligatio contra facere, hoc est morbo resistere, quod est maximè iuuare. Ac fortè ἀντιποιεῖν illic noxam beneficio rependere significare potest, cùm paulò ante de deligatione dixerit, eam in naso omnia facere contra quàm conueniret, eamque potiùs lædere quàm iuuare: nunc verò deligationem prope esse vt iuuet.

Ἀντίρρινα Gal. apud Hipp. herbam quandam exponit, quam & βουκράνιον & λυχνὶς ἀγρία vocari scribit. Dicitur etiam quibusdam ἀνάρρινον, vt antea scripsimus. Nomen habet à vituli narium similitudine, quam semen præ se fert. Syluestris anagallis dicitur, quod anagallidi foliis & caule similis sit.

Ἀντιρροπὴ ἢ ἀντιρρόπη in contrarium momentum propensio dicitur, inclinatio, repensio, aut in contrariam partem pondus & inclinatio. lib. de art. (p.608.43.H 803.G.) τὴν ἀντιρροπὴν ποιέεσθαι τὸ ῥινός, narium in contrarium momentum propensionem facere, vt nares in contrariam partem momento ferantur aut propendeant, quod facit habena quæ extremis naribus agglutinatur. Rursus ibid. (v.46. ibid H.) τῆς ἀντιρροπίης εἵνεκα, in contrariam partem propensionis gratia. Et (v.53.H. 804.A.) τῶν δὲ ἱμάντων τῇ κολλήσει καὶ τῇ ἀντιρροπίῃ παντάπασιν οὐδὲν κωλύει χρῆσθαι. habenarum autem glutinatione & in contrarium momentum propensione, quo minus vtamur, nihil prorsus prohibet.

Ἀντισηκῶσαι adæquare significat, ex æquo & quasi ad æquilibrium rependere, aut paria facere. Eleganter eo verbo vtitur Hipp. & figuratè pro reficere & cibum deperditum reponere ac repedere lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.60.51.H. 389. 10.) dum iis qui semel tantùm sumpto cibo malè habent, qua ratione sine noxa cibus rependatur consulit. τὴν μὲν οὖν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγίην ταύτην, ξυμφέρει ταύτην τὴν ἡμέρην ἀντισηκῶσαι. Exinanitum igitur præter consuetudinem eodem die reficere conuenit, hoc est detractum cibum reponere. Gal. lib. περὶ τρόμου καὶ παλμοῦ (p.365.30.) κατέρρει γὰρ ἂν ῥᾳδίως ἐπὶ πόδας ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων εἰς τὸ κάταντες ῥέπον εἰ μὴ τῇ κινήσει τὴν ῥοπὴν ταύτην ἀντισήκωσεν. facile namq; ad pedes deflueret, ab altioribus locis in decliue repens, nisi sanè motu inclinationem hanc rependeret, exæquaret, aut cõpensaret, hoc est nisi motus & in decliue inclinatio pares fierent. Etsi Galeni locum mendosum suspicor, &, εἰ μὴ τῇ κινήσει τὴν ῥοπὴν ταύτην ἀντισηκώσῃ leg existimo aut ἀντισηκώσειε. Ἀντισηκοῦσθαι etiam ex æquo librari & librando adæquari significat, aut ad æquilibrium propendere & inclinari. lib. de art. (p.584.7.H.782. G.) ὅτι ἀσφαλέστερον ἂν τὸ σῶμα, τὸ μὲν τῇ, τὸ δὲ τῇ ἀντισηκωθεὶν μετεωρισθέν, propterea quòd suspensum corpus, in hanc vel in illam partem securius ex æquo libretur, aut ad æquilibrium propendeat. Est & ἀντισήκωσις ἡ ἀντιστάθμησις æqualis repẽsio.

Ἀντίσπασις reuulsio dicitur, humoris fluentis in contrariam partem retractio & auersio. Huius species sunt quatuor pro positionum differentiis. Nam aut fit reuulsio ab inferiori parte ad superiorem, aut à dextra ad sinistram, aut ab anteriore ad posteriorem, aut ab interiore ad externam. Etsi Galen. lib 5. Meth. med. cap.3. & com. ad aph. 68. lib.5. tres tantùm enumeret. At verò libr. de Reuulsione vt has omnes species enumerat, ita ἀντισπάσεως nomine παροχέτευσιν & deriuationem sumit. fit igitur reuulsio fluentibus adhuc humoribus, in longissimè quidem distantem & maximè contrariam partem. Quod certè Hipp. esse iuuentum restatur Galen. lib.5. Meth. cap. 3. & lib.4. cap.6. vbi locum lib. περὶ χυμῶν (pag.47.16.) innuere videtur, ex quo reuulsionis leges eruuntur. ἀντισπάσιος quoque meminit Hipp. aph. 5. & & 21. sect 2. lib.6. Epid. De eaque plura ex Gal. mente adduximus nostris in lib.6 Epid annotat.

Ἀντιστήριγμα quod contra firmat & obnititur dicitur, fulcrum, aut quod obfirmet & fulciat. Lib. de art. (p.598.53.H.799. A.) ἣν δὲ μὴ κατακέηται, τὸ κάτω, ἀντιστήριγμά τι δεῖ ὑποτεθῆναι χρή, ὡς ἂν ὁ ὦμος ἀνωτάτω εἴη. Quòd si decumbere non recuset, firmamentum aliquod cui obnitatur adhibere oportet, vt humerus maximè sublimis maneat. Sic ἀντιστηρίζεσθαι obniti & obfirmari significat. lib. de art. (p.673.21.H.824.G.) ἢν γὰρ τολμήσῃ καὶ ἐπ᾽ ὀλίγον τῷ ποδὶ ἐποχεῖσθαι μηδενὶ ἄλλῳ ἀντιστηριζόμενος, ἐς τὸ ὄπισθεν ἂν πέσοι. Si namque vel paululum conetur hoc pede ferri, nulli alteri innixus rei, is vtique in posteriorem partem decidet. Et ibid. rursus (pag. 658. 23. & H.825. E.) p.657.49.836.B.)

Ἀνυδρεῖν cœlum siccum & squalidum significat Hipp. nos sudum diximus lib.2. Epid. (pag 994.D.) indicantes ab imbribus cessationem. ἐν καύμασιν ἀνύδροις, magnis & squalidis æstibus. Quod repetitur Galen. Com. 3. in Progn. Rursus ibid m (pag. 1019. H.) τὸ ἔαρ καὶ τὸ θέρος πάνυ ἄνυδρον, ver & æstas valdè sicca. ἄνυδρεῖν lib.1. Epid. (p.350.51.H.958 D.) ab imbribus cessationem significant, αὐχμηρὸν exponit Gal. Et aph.14. li. 3. βόρειον καὶ ἄνυδρον τὸ φθινόπωρον autumnus aquilonius & siccus dicitur, ὅτι δ᾽ οὐδὲν διαφέρει (scribit Galen.) ξηρὸν ἢ αὐχμηρόν, ἢ ἄνυδρον εἰπεῖν, πρόδηλον παντί. quòd verò nihil differt, siue siccum, siue squalidum, siue sine pluuiis dixerimus, cuius est manifestum.

Ἀνυπέρβλητος φύσις natura quæ superari aut euinci non potest. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.111.22.H.404.41.) ἀνυπέρβλητος γὰρ ἡ φύσις τῶν βοείων κρεῶν. bubularum enim carnium natura insuperabilis, & quæ ægre concoqui aut euinci possit. Vbi Gal. ἀνυπέρβλητον φύσιν exponit, ἣν οὐκ ἄν τις ὑπερβάλλοιτο, quam quis superare nequeat, & τὸ δυσκατέργαστον τῆς φύσεως καὶ ἰσχυρὸν denotari scribit, naturam validam & quæ ægrè confici queat.

τὰ Ἀνυπεύθυνα τῆς τέχνης dicuntur quæ in arte Medica rationi reddendi minimè sunt obnoxia, quæque sub rationis gyrum aut censuram non veniunt, sed libera sunt & nulli rationi subiecta. Sunt autem ea quæ sub sensum cadunt, & immunia sunt rationis reddendæ. Possunt etiam intelligi quæ in arte impunè fiunt & sine reprehensione, aut crimine vacant, ideoque minimè sunt examinanda. ἐν παραγγελίαις (pag. 27. 15.) καταμελήσαντες τὰ τῆς τέχνης ἀνυπεύθυνα, quæ in arte nulli rationi reddendæ sunt obnoxia negligentes. De malis Medicis agitur, qui quæ in arte nulli rationi reddendæ sunt obnoxia, sed libera & omni censura aut examinatione soluta, negligunt. Cornar. artis synceritatem dixit. Caluus artis munia quibus Medicus excellit & ὁμότεχνος dicitur. Atque idem ἀνεύθυνος & ἀνυπεύθυνος.

Ἀνυστοὶ πρὸς λόγους ad sermones expediti dicuntur & verbis prompti, hoc est sermone & oratione efficaces, tum persuadendo, tum ratiocinando, ideóque optimè differendi arte instructi, quales Medicos esse vult lib. περὶ εὐσχημοσύνης. (p.22.53.

Ἀνωδὸν Erot. exponit apud Hipp. βαθμὸν, καὶ τὸν οὐδὸν, ianuæ limen & gradum vel saxum in ianuæ limine, qua in ædes ingressus patet. Idem quoque φλιὰν vocari scribit. Verùm si vera est Erot. lectio, is mihi locum lib. de art. (pag.659.36. H.837.H.) subnotare videtur, vbi τῆς κλίνης τοὺς πόδας ἐρηρεῖσθαι πρὸς τὸν οὐδὸν, lecti pedes ad ianuæ limen obfirmari, iubet Hipp. Et rursus ibid. (v.44 H.838.A.) τὸ μὲν πρὸς τὸν οὐδὸν ἐρείδεται, τὸ δὲ παρὰ τὸ ξύλον τὸ παραβεβλημένον. pistillorum alterum ad ianuæ limen, alterum ad appositum lignum obfirmatur. Sic vt ἀνωδὸν pro τὸν οὐδὸν legisse videatur Erot. Est enim οὐδὸς Sudæ βατὴρ, φλιὰ καὶ βαθμὸς, & τὸ κάτω τῆς θύρας, in ima ianuæ parte saxum aut lignum quâ in ædes gressus patet. Hesych. οὐδὸς βατὴρ ὁ πρὸ τῆς θύρας & ὠδὸς etiam dicitur.

Ἀνώδυνα medicamenta dicuntur dolorem sedantia & delinientia. Eaque duorum sunt generum & quædam propriè talia dicuntur, & re vera dolores deliniunt, quæ calore sunt temperata nostroque calori maximè conuenientia, vt quæ primo ordine calefaciant & tenuium sint partium. Alia impropriè ἀνώδυνα dicuntur, quæ refrigerando & stuporem inducendo doloris sensum tollunt, & narcotica vocantur. Cælius Aurel. cap. 4. libro secundo, Tard pass. & libro tertio, indoloria vocari Latinis posse scribit. Eadem etiam colica dicuntur Galen. cap. 4. lib. 9. & libro octauo, Compos. pharm. gen. Quænam verò sint & dicantur ἀνώδυνα med. scribit Galen. cap. 11. libro quinto, de med. simpl. fac.

Ἄνωθεν & ἄνω superiorem partem significat. Aph. 25. lib. 4. τὰ ἄνω superiorem & eam quæ per os fit sanguinis vacuationem significat, omissa ea quæ per nares fit, vt scribit Gal. Aph. vero 32. lib. 7. ἄνωθεν loci & temporis aduerbium, ἐξ ἀρχῆς τοῦ νοσήματος ab initio morbi significare, & τὸ χεῖρον ἐπικινδύνως

τίπῳ, scribit Gal. quam etiam notionem in ἄνω Hesych. agnoscit. τὸ ἄνω ventris partem superiorem indicat aph. 8.lib.4 & Coac. (pag.202.G.) περὶ τὸ ἄνω πόνοι συντόνοι.ad superiorem ventris partem dolores intensi. Sic τὸ ἀνωτέρω ventris partem superiorem significat libr. 4. Epid. (pag. 1131. G.) καὶ ἐπεχώρει ἀνωτέρω, de aluo dicitur quæ superiore parte concessit, hoc est vacuatione refusa est. Subdit namque,ὅτι ἄνω ἤμει ἐμετον κακόν.vbi ἄνω de superiore ventris parte per vomitionem vacuata dicitur.

Α'ωργισμένον τὸ ἀιαμαλαχθὲν exponit Gal. in Exeg. apud Hipp.quòd τὸ μαλάξαι ὀργάσαι dicatur, emollire aut subigendo emollire, aut quòd ὀργάζειν idem quod σπαργᾶν aut ὀργᾶν significet, dicaturque de his quæ quodam impetu ad aliquid feruntur aut incitantur & turgent.Sic enim apud Gal. pro σπαργῶσι & ὀργῶσι, σπαργᾶν & ὀργᾶν legendum existimo; videturque Gal. αἰωργασμένον non αἰωργισμένον legisse. Quòd verò Gal. testem citat librum secundum de morbis maiorem,librum περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν intelligit, quem sæpius in Exeg. eo nomine adducit. Videturque locus esse qui sic passim legitur (pag. 543. 51.) ἵνα γοῦν ὀργισμένον τὸ σῶμα ᾖ πρὸς τὴν φαρμακοποσίην, vt corpus emollitum sit ad medicamenti potionem, aut præparatum. Nam pro ἵνα γοῦν ὠργισμένον, ἵνα αἰωργασμένον aut αἰωργισμένον legendum videtur. ὀργᾶν verò Hesych. dici scribit τὸ θεῖ τι παρασκευάζεσθαι καὶ ὁρμᾶν.Idémque ὀργάσαι, ἐπιμάσαι, φυρᾶσαι, βρέξαι, αἰαδεῦσαι exponit,præparare,subigere, madefacere, macerare, irrigare. Et ὀργάσας μαλάξας, & ὀργάσαι πηλὸν, ἐπιμάξαι καὶ ἐπιμαι παρασχεῖν, lutum aqua maceratum emollire, subigere & præparare. Sic etiam Poll. lib. 7. ὀργάζειν μαλάττειν exponit, & dici πηλὸν ὀργάζειν scribit. Eiusdemque significationis est ὀργάζομαι & ὀργάομαι. Et ὤργα Hesych. exponit ηὐτρέπιζε & ἐν ἐπιμελείᾳ ἦν,incitabat, præparabat, ad præparationem accommodabat, & ὠργησμένον παρεσκευασμένον, ἕτοιμον. Sic quoque ὀργίζω idem quod ὀργάζω significat, vnde & ὀργίζεσθαι apud Hipp.Erot. exponit τὸ ὁρμὴν ἔχειν πρός τι, ἢ εἰς παράστασιν ἀγαγεῖν τὸ ὑγρὸν, καὶ πρὸς ἔκκρισιν ἐπιτηδειάζειν,sicut ὀργᾶν de turgescentibus & ad excretionem comparatis humoribus dicitur. ὀργίζας etiam μαλάξας exponitur apud Herodotum. Erit igitur apud Hipp. τὸ αἰωργασμένον σῶμα, aut αἰωργισμένον, & αἰωργημένον, corpus præparatum & emollitum, aut ad medicamentorum potionem præparatum. Quod etiam ὠργισμένον dici potest, vt passim legitur. Præparatur autem corpus ad medicamentum, si præhumectetur vt pharmacis obediat, quod προϋγραίνειν dicit Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. (pag.547.9.

Α'νάχυρος χώρη, regio non munita, non tuta, non defensa syluis & arboribus.Lib.de aëre loc.& aq.(pag.295.26.)ὅκου δ᾽ ἐστὶν ἡ χώρη ψιλή τε καὶ ἀνάχυρος καὶ τετρηχυῖα. Vbi autem regio nuda est, non munita & aspera. Cornar. tamen natura munitam dixit,quod esset accessu difficilis.

Α'ξιόλογον ἀπόστημα, abscessus effatu dignus dicitur in Coac. (pag. 140. E.) & qui morbi magnitudini ac dignitati respondet, vt neque quàm par sit minor, neque pro viribus maior oriatur.Lib.etiam 1.Epid.sect.2.& lib.2.Epid.sect.1. damnat eos abscessus Hipp. si ἀναξίως τῆς περιβολῆς ἢ ἐκκρίσεως τῶν νοσημάτων fiant, hoc est, si indignè morborum excretioni aut depulsioni respondeant, vt scripsimus nostris in lib. 2. Epid.annotat.

Α'ξύγγιον est τὸ στέαρ ὕειον παλαιὸν adeps suillus inueteratus vulgò sic dictus,vt scribit Gal.lib.7. Comp.pharm.gener.(pag. 408. 42.) Axungia dicitur Latinis quòd rotarum axibus inungendis sit accommodata. Receptum tamen Græcis nomen, neque suillo adipi solùm attributum, sed & τράγειον ἀξύγγιον adeps hircinus dicitur Gal.lib.3.περὶ τῶν εὐπορίστων (p. 455.14)

Α'ογκότατον τὸ σῶμα corpus minimè tumens, quàm minimam molem habens dicitur Hipp. in his quæ adiecta sunt lib. περὶ φύσ.ἀνθρώπ.(p.18.26.H.229.3.)In morborum populariter grassantium curatione, consulit, τὸ δὲ σῶμα ὁρῆν ὅκως ἔσται ἀογκότατον καὶ ἀσθενέστατον, videndum vt corpus minimè tumeat & sit attenuatissimum. Qua cautione victus rationem imminuit,& humorum molem exiccat repletionemque vitandam suadet, quæ sunt in morbis populariter grassantibus efficacissima præsidia, tum vt putredo arceatur, tum vt corpus ipsum aëris offensæ minus obnoxium reddatur.Quidam ἀογκότατον σῶμα corpus quàm solidissimum exponunt, vt externæ aëris iniuriæ minus sit expositum, non fluxa mole & humidiore,sed solidiore, compactiore & densiore, vt sit robustius,valentius,& siccius, atque ideò externis iniuriis minus tentetur.

Α'ορτὴ dicitur arteria magna quæ ex sinistro cordis ventriculo exoritur, & spiritum vitalem in totum animantis corpus defert,caloremque natiuum per diastolem & systolem temperat.Gal.lib.16.vs.part & Arist.lib.3.de part.animal. Α'ορταὶ autem apud Hipp.libr.de loc.in homine (p.415.14.)intelligi videntur arteriæ asperæ cartilagines prope circulares βρόγχια dictæ,quæ in pulmonē feruntur ipsumq; totū contexūt, & in frequentes ramos dispergantur. φθίσις δὲ γίνεται, ἐπὴν ἐς τὰ αὐτὰ, ὡς περ τῷ ἐμπύῳ ὁ ῥόος ἔλθῃ διὰ τοῦ βρόγχου καὶ τῶν ἀορτέων αἳ ξυνέχουσι τὸν πλεύμονα καὶ τὸν βρόγχον. Tabes autē fit cùm ad eundē locū,velut in suppurato,fluxus cōcedit, per guttur & aortas dictas,quæ pulmonē & guttur coniungūt.Et rursus ibid.(v. 19.)ἐν τῇσιν ἀορτῇσιν καὶ ἐνισχόμενον τὸ ῥεῦμα,ὥστε στενὰς διαγενέσθαι ἐχούσας τὰς ἀορτὰς, στενοχωρίην τῷ πνεύματι παρέχει, καὶ τοῦτο ποιεῖ πνεῦμα ἔχειν.ὡς τι γὰρ ἀναλισκόμενον ἀεὶ ἐπιθυμεῖν ἀναπνεῖν. In aortis autē detentum quod influit, cùm aortæ angusta foramina habeant,angustiā spiritui exhibet,idq; difficilem respirationem facit quæ velut deficiens semper respirare cogit.Vbi tamen ἀορτῆρσιν pro ἀορτῇσιν legunt etiam exemplaria quædam manu scripta vt & Asulanū,vitiosè tamē vt apparet.Rursusq; ibid. (414. 33.) ἐπὴν ἐς τὸν πλεύμονα ῥεύσῃ ἐκ τῆς κεφαλῆς διὰ τοῦ βρόγχου καὶ τῶν ἀορτέων,cùm in pulmonem ex capite per guttur & aortas dictas fluxio irruperit.Sic enim cum Cornar.lego, cùm exemplaria publicata ἀρτηρίων pro ἀορτέων habeant.Etsi communem istam lectionem agnoscere videtur Erot. ex Bacch.cùm scribit, ἀορτέων Βακχεῖος μὲν ἐν τῷ τρίτῳ φησὶν ἀρτηριῶν κοινῶς. Sic enim apud Erot. leg. contendo, cùm passim ἀρτιῶν mendosè legatur,& hunc totum locum libri de loc.in homine ab Erot.subindicari non leui coniectura auguror,vt significet ἀορταὶ à Bacch pro arteriis ex communi & existimatione & lectione sumptas apud Hipp. Epiclem autem & Lycum Neap. ἀορτὰς vocasse τὰ ἐν τῷ πλεύμονι καὶ τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίῃ βρόγχια, eas quæ sunt in pulmone & aspera arteria circulares cartilagines, βρόγχια dicta. At verò Erot. in eam opinionem delabitur, vt ἀορταὶ pro arteriis dictas Hipp. existimet ex Bacch. etiam opinione, dictásque velut ἀερτῆρας τινὰς ὕλας, κατὰ ἰδιωτικὴν συνήθειαν ἐναλλαγήν. Α'ορταὶ igitur, siue arteriæ asperæ in pulmones dispersæ,ex Erot. & Bacch. opinione intelligantur, siue earum βρόγχια ex Epiclis & Lyci autoritate, hunc certe Erot. locum ad Hipp.librum de Loc.in homine rite & ordine referendum res ipsa prædicat. Adde quòd in veteribus Lexicis ex Polluce annotatur,τὸν βρόγχον in tenues apophyses disparari, quas Græci σύριγγας,καὶ βρόγχια,καὶ ἀορτὰς appellāt. Α'ορτὰς apud Hipp.Corn. appēdentes pulmonis partes vertit,motus opinor Gal Exeg. & Hipp. loco qui legitur in Coac. (p.181.H.) ἣν μὲν ἐν ἑτέρᾳ φλεγμαίνωσιν αἱ ἀορταὶ, ὥς τι προσπεπτωκέναι πρὸς τὸ πλευρόν. Si quidē igitur suspensæ vtrinq; pulmonis partes, aortæ dictæ, tāta inflāmatione tentētur,vt ad latus adhærescant.Illic enim ἀορταὶ dici videntur suspensæ vtrinq; pulmonis partes & separatæ fibræ,quæ vbi inflāmatione vexantur,in latus aut costam incumbunt. ἄορτρα dicta lib. 2. de Morb.(p.480.10.) ἄορτρα τοῦ πνεύμονος παθόντα,&ἐπὴν ἄορτρα παθῇ τοῦ πνεύμονος. Vbi tamen fœdissimè corrupta sunt omnia exemplaria, quæ ἄρθρα pro ἄορτρα legunt.Istum enim locum à Gal. explicari in Exeg. haud dubia fides est, cùm scribit, ἄορτρον, τὸ ἀπηρτημένον τοῦ πνεύμονος μέρος ἑκατέρωθεν,ὡς ἐν τῷ περὶ νούσων τῷ μείζονι. ἔτι δὲ καὶ ἀορτεῖν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐνίοτε καλοῦσιν, ὡς Διοσκουρίδης οἴεται. ἄορτρον dicitur suspensa vtrinq; pulmonis pars,vt lib.de Morb. maiore.Eandem etiam interdum ἀορτεῖν vocat, vt existimat Dioscor. Quibus verbis hic locus lib. 2. de Morbis passim inscripti exprimitur, quem Librum primum de Morb. maiorem Gal. inscribi multis certissimis argumentis confirmatum habeo. Vt facilè mihi in animum inducam, hunc totum etiam locum in nostris codicibus vitiosè esse scriptum,atque vbi legitur,ἐπὴν ἄρθρα παθῇ. Gal. legisse ἐπὴν ἄορτρον παθῇ τοῦ πλεύμονος.Nam & illic alterius partis quæ à pulmone dependet inflammatione tentatæ curatio instituitur,& ἄορτρα τοῦ πλεύμονος παθόντα,vtriusque partis indicaturam præ se ferunt. Α'ορτρον autem, aut ἀορτεὶ, aut ἀορτεὺς, ἀπὸ τοῦ ἀορτεῖσθαι, velut dependens quoddam lorum dictum videtur, vt & ἀρτὴρ & ἀορτὴρ aut ἀορτεὺς, qui φορεὺς τοῦ ξίφους exponitur Hesych. vt & ἀορτῆρες οἱ διαφορεῖς τοῦ ξίφους, ἢ οἱ κρίκοι τῆς θήκης. Quòd verò scribit Gal. ἀορτεῖν dici etiam quandoque Hipp. ex Dioscor. opinione, nescio an locum Coac. intelligat, & num potius ἀορτεὴν aut ἀορτὴν legendum sit, vt & ἀορτεαὶ aut ἀορταὶ dicantur in Coac. dependentes vtrinque pulmonis fibræ. Nam & hæc omnia valde suspecta sunt & arbitraria, præsertim etiam cum

cùm adſcribat Gal. ὁ πᾶν δὲ βοὸς ἐστι.

Ἄπαγμα abductio dicitur & oſſis eſt fractura prope articulum per totam oſſis craſſitudinem facta, ita vt fracti oſſis partes plurimum à ſe inuicem abducantur & diſtent. Nomen ab Hipp. deductum & recentioribus vſurpatum, vt ſcribit Gal. Com.3. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p.699.49.) his verbis. τὰ δὲ ἀποκλάσματα καλεῖται μὲν ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἀπάγματα. μέμνηται δὲ αὐτῶν ἐπὶ τέλει ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν, καὶ ἐπὶ τοῖς περὶ ἀγκῶνος τῶν ἰνῶν, καὶ τὸ ἀπαγμα γέγραφεν αὐτῆς. ὅθεν ἑρμηνεύοντες οἱ μετ' αὐτὸν, ἀπάγματα προσηγόρευσαν, ὅσα πλησίον τῆς διαρθρώσεως γίγνεται κατάγματα δι' ὅλου τοῦ πάχους τῶν ὀστῶν, ὡς ἀπ' ἀλλήλων διεστάναι τὰ μεγάλα. καὶ καλοῦσιν οἱ νεώτεροι αὐτὰ κατάγματα καυληδὸν γεγονότα. ἀποκλάσματα verò quæ ſunt abruptiones, recentioribus ἀπάγματα, hoc eſt abductiones, vocantur. De quibus meminit extremo lib. de fract. & in neruorum venarumque fibris circa cubiti gibbum τὸ ἄπαγμα fieri ipſe adſcripſit. Ex quo adducti poſteri ἀπάγματα vocauerunt fracturas eas quæ prope articulum per totam oſſium craſſitudinem fiunt, ita vt à ſe plurimùm diſparentur. Atque hæ à recentioribus καυληδὸν, hoc eſt caulis in morem factæ fracturæ vocantur. Hipp. autem locus quem profert Gal. is legitur lib. de fract. (p.576.52. H.778. F.) vitioſè tamen admodum noſtris in exemplaribus. Sic verò lego. ὅταν δὲ ἀπαγῇ πάντῃ ἡ ὑπεροχὴ ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος, πλανᾶσθαι τὸ ἄρθρον γίνεται, ἢ εἰ παντάπασι ἀποκαυλισθῇ. Cùm verò qua parte brachij caput ſupereminet diſceſſerit, magis vagatur articulus, quàm ſi penitus tranſuerſus frangatur. Idem etiam Gal. lib.6. Meth. med. (p.101.27.) ἄπαγμα Medicorum nomen plebi inuſitatum eſſe ſcribit & communi κατάγματος nomine comprehendi. his verbis. ἄπαγμα δὲ τῶν ἰατρῶν ἴδιον ὄνομα ἐστι, τοῖς πολλοῖς οὐ συνηθες ὄνθις. εἴωθασι δὲ οὕτω προσαγορεύειν, ὅταν ἀποκαυλισθῇ τι πέρας ὀστοῦ καθ' ὃ διαρθροῦται μάλιστα. Ἄπαγμα verò Medicorum appellatio eſt propria, vulgo inuſitata. Conſueuerunt autem ita appellare, quando oſſis extremum, qua parte præcipuè cum alio committitur, penitus tranſuerſum fractum eſt. Dicitur ἄπαγμα autori Definit. Med. (p.399.44) ἐστι διακοπὴ ἐπιπολῆς ἢ καὶ βαθεῖα, κατ' ἀπεκέ- μηνα μέρη τοῦ τραύματος, hoc eſt, extimæ oſſis cutis diuiſio, aut etiam internatum partium, quæ in vulnere inter ſe ſunt oppoſitæ.

Ἀπαγνίζω idem quod ἁγνίζω ſignificat, expio, luſtro purifico. Lib. de Morbo ſacro (p.303 39.) ἀλλ' εἴ τι καὶ προτερον ἔχωμεν μύσος, τοῦτο ἀπαγνισώμεθα, ſed ſi quod prius etiam ſcelus habemus, illud expiamus.

Ἀπαγορεύεσθαι, vetari, interdici, auerſari, renuere, vt ἀπαγορεύεσθαι τὰ σιτία cibos recuſare & auerſari. Lib.7. Epid. (1207.D.) καὶ ὅδε ἀπαγορευομένῳ σιτίων συχνὰς ἡμέρας, vigeſimo quarto cùm iam per multos dies cibos recuſaſſet. Sic enim membranæ quæ iam manu ſcriptæ Regiæ legunt, quibus etiam conſentiunt Italicæ. ἀπαγορευομένῳ autem paſſim legitur, vt poſtea ſcribemus. Sic ἀπαγορεύω, ἀποστέφεται, ἀρνεῖται exponit Varinus.

Ἀπαγχόμενοι qui ſtrangulantur, ſuſpendio ſuffocantur, aph. 43. lib.2. τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων, ex ſtrangulatis & diſſolutis.

Ἀπαιωρεῖσθαι, Vide in Αἰώρα.

Ἀπαλλάττειν Hippocrati vacuare, emollire, liberare ſignificat, diciturque cùm tumor emollitur aut ſubſidet ac vacuatur. In Prorrh. (p.219.11. H.82 D.) βηχία μὲν πυκνὰ πτυελισμοῦ ὄντα τὰ παρ' οὖς ἀπαλλάσσει. Tuſſicula cum crebra oris ſaliuatione & ſputatione, ab abſceſſu circa aures liberat, hoc eſt, abſceſſus emollit & vacuat. In Coac. enim (p.151.A.) λαπάσσει dicit. Et Gal. Com.3. in Prorrh. (p.219.15.) ἀπαλλάσσειν vacuare aut emollire exponit, his verbis quæ vitioſiſſimè corrupta ſunt in omnibus exemplaribus. Sic enim paſſim leguntur. καθισαμένων δ' ὄντος, εὔλογον μὲν ἑτέρας φαίνεσθαι τοῖς παρωτίσι. τὸ γὰρ ἀπαλλάσσειν κυρίως κενοῦν σημαίνει. τῷ κενοῦσθαι δ' ἕπεται τὸ, τὸ συστέλλεσθαι, καὶ τὸ μαλακώτερον γίνεσθαι. Sed εὔλογον κενοῦσθαι φαίνεσθαι leg. exiſtimo, hoc ſenſu: His ita conſidentibus exinanitas apparere parotidas eſt conſentaneum. ἀπαλλάσσειν nanque propriè vacuare ſignificat. Ad vacuationem autem tum contrahi, tum molliùs fieri conſequitur. Hanc autem germanam eſſe lectionem conſtat ex altero Gal. loco Com.4. in lib.6. Epid. (pag.491.44. H. 1179.G.) vbi τὸ λαπάσσεσθαι explicat his verbis. πολλάκις δ' ἤδη μεμαθήκατε τὸ ἔθος αὐτοῦ, τὴν κατὰ τὸ λαπάσσεσθαι φωνὴν, ἐπὶ πάντα τὰ ὁπωσοῦν συστελλόμενα φέροντος, ἐπειδὴ κενώτερα γίνεται. Sæpius autem iam didiciſtis illi conſuetum eſſe vocem λαπάσσεσθαι ad ea omnia quæ vtcunque contrahuntur referre, vbi magis vacua euadunt. De eadem enim re vtrobique τὸ κενώτερον effertur. Atque hic mihi facilior ſenſus videtur & longè explicatior, quàm ſi vulgatam lectionem quæ nullius eſt momenti retineas, aut aliam affingas, quod feciſſe interpretem conſtat, cùm ἐκ εὔλογον legit Lib.4 Epid. (p.1138.H.) de tumoribus ad aures vacuatione emollitis, καὶ ἀπαλλάσσετο ἑβδόμῃ, & liberabantur ſeptimo die aut emolliebantur. Eſt etiam ἀπαλλάττειν Hipp. neutra ſignificatione, euadere, liberari, degere, vita fungi aut vitam producere. Aph.32. lib.2. βέλτιον ἀπαλλάσσουσι, hoc eſt, melius degunt, in melius euadunt, meliore ſunt ſtatu aut conditione, aut morbo facilius liberantur. Sic aph.53. lib. eiuſdem, νέοι μὲν ἐόντες βέλτιον ἀπαλλάσσουσι, in iuuentute melius degunt, iuuentam melius agunt, iuuentute melius defunguntur, vt &, ἐς δὲ τὸ γῆρας, χεῖρον ἀπαλλάσσουσι, ſenectute verò peius defunguntur, in ſenectute peius agunt aut habent, in melius & deterius commutantur dixit Interpres. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.11.54.) εἰσὶ δέ τινες οἳ ἐκ ἂν ῥηιδίως τὰς ἐκ τοῦ ξυμφέροντος πλάνας, ῥηιδίως ἀπαλλάσσουσι. Sunt porrò quidam, qui ſi quid præter quàm conueniat fecerint, facilè degere nequeunt, non leuiter ferunt. Rurſus ib. (p.17.14.) de his qui caſeo ſumpto grauius habent. εἰσὶ δὲ οἳ χαλεπῶς ἀπαλλάσσουσι, quidam etiam cum grauiore moleſtia degunt, hoc eſt, ægrè concoquunt, eoque ſumpto non niſi ægrè liberantur. De fœtus abſolutione aut productione ἀπαλλάττειν etiam dicitur lib.7. Epid. (p.1221.D) ῥηιδίως ἀπήλλαξε, ſine labore eſt liberata, aut defuncta. Sic de his quæ ex vtero prodeunt & educuntur ἀπαλλάσσεσθαι effertur lib 1. περὶ γυναικ. (p.617.7.) ὁκόσα δὲ τρωσμῶν γινομένων μὴ ἀπαλλάσσεσθαι δύναται, quicunque ex abortione fœtus liberari nequeunt, hoc eſt, in lucem emitti, exire aut produci. Ibidem (v.34.) καὶ ἢν μὲν ἀπαλλάσσωνται, & ſi quidem liberentur, hoc eſt, in lucem exeant. Et rurſus (p.10 36.) ἢν ὀρθῶς τι καὶ κατὰ φύσιν ἀπαλλάσσωνται, ſi rectè & ſecundum naturam prodeant. Aph.45. lib.2. cum loci victuſque, tum maximè ætatis mutationes τῶν ἐπιληπτικῶν ἀπαλλαγὴν ποιέουσι, morbo comitiali laborantes iuuenes liberant, λύσιν τῆς ἐπιληψίας exponit Gal. & ἐπὶ τὸ βέλτιον ἄγουσι, morbum comitialem ſoluunt, & in melius conuertunt. Eſt & ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου ἐπιθυμία, defungi vita cupiditas, & excedendi è vita, lib.5. Epid. (p.1160.B.) quod lib.7. Epid. (p.1234.1.) ἵμερος τῆς ἀπαλλαγῆς βίου, decedendi deſiderium dicitur, vt & ἀπαλλάττεσθαι βίου, & ἀπαλλάττειν τοῦ ζῆν, ex Platonis Axiocho annotatur. Ἀπαλλάττεσθαι etiam pro ἀπαλλάττειν ponitur apud Hipp. & educere, eximere, ſummouere, amouere & liberare ſignificat. De ſagittæ cuſpide quæ ex vulnere exempta eſt. lib.5. Epid. (p.1153.F) τὴν δὲ ἀκίδα εὑρήκοντες ἡμεῖς, ἀπαλλαττόμεθα ἑκτῳ ἔτει ἐξ ὅτου ἐτρώθη. Inuentum autem ſpiculum ſexto demum anno, ex quo vulneratus fuerat, eduximus.

Ἀπαλύνει, emollire ſignificat, tenerum & delicatum facere, extenuare, tenue & molle reddere. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.424.41.) σαρκοῖ, ἀπαλύνει, carne implere, attenuare. Et rurſus (p.426.37.) μυρμηκίας ἀπαλύνει, verrucas formicarias attenuat, de aceto. Lib. de art. (p.625.27. 817.E.) ἀπαλύνει τὸ σῶμα, eſt corpus molle & turgidum reddere ac tenerum, emollire, & implere. (ἀπαλύνει in Mochlico dicitur (p.861.H. Lib. de art. ibid. H.817. E.) ἀπαλυσμὸς eſt plenior & curatior habitus, vbi pleniore victu vſus æger, obeſior fit & plenior. Lib.6. Epid. ſect.1. aph.5. ἀπαλύνει de corporum emollitione ac præparatione ad humorum expurgationem aut penetrationem dicitur, μαλακύνει exponit Gal. Eſt & ἀπαλυνομένη γλῶσσα, in Coac. (p.156 E) lingua mollis & tenera, quæ humectatione lenis eſt aut emolleſcit, & ſiccæ, aridæ aut aſperæ opponitur.

Ἀπαναίνεσθαι, recuſare, renuere, reſpuere, reiicere, auerſari ſignificat. Lib.2. περὶ γυναικ (p.665.26) καὶ τὸν ἄνδρα ἀπαναίνεται, & virum renuit aut auerſatur. Pleniorem autem ſignificationem habet quàm αἰδεῖσθαι, quod quidam de recuſatione circa concubitum aut nuptias dici volunt, & detrectare concubitum aut nuptias denotare contendunt. Erot. apud Hipp. ἀναίνονται ἀπαρνοῦνται exponit, vt antea ſcripſimus, expreſſo etiam loco. Ἀπαναίνομαι ἀρνοῦμαι quoque exponitur, & ἀπαναίνου ἀποστρέφου, & ἀπαναινόμενοι ἀπαρνούμενοι apud Heſych. Eſt autem dictio Hom. frequens.

Ἀπανθρωπίαι ſignificant Hipp. hominum auerſiones, ab hominibus ſolitudo, vacuitas, vbi hominum conſortia auerſamur. In Coac. (p.194.G.) αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι, καὶ ἀπανθρωπίαι ἐκστατικοὺς αὐτοὺς καθιστᾶσι. animi abiectiones cum ſilentio, & ab hominibus ſolitudines ferè eos conficiunt. ἀπάνθρωπος σκληρὸς, ἀνελεήμων, durus, immiſericors exponitur

Hesych. ex Sophoc. vnde ἀπανθρωπία inhumanitas, crudelitas dicitur, cùm quis inhumaniter se gerit, Sudæ ἡ κακία ὅταν τις μὴ κατ' ἄνθρωπον ποιεῖ. Hinc etiam ἀπανθρωπεῖσθαι aut ἀπανθρωπίζεσθαι hominum consortia auersari & fugere dicitur, quod est melanchol corum aut μισανθρώπων. Hipp. in Epist. ad Philop. (p.1275.38.) de melancholicis. σιγηροί τε γὰρ ἐνίοτέ εἰσι, καὶ μονήρεις, καὶ φιλέρημοι τυγχάνουσιν. ἀπανθρωπεῦνταί τε ξύμφυλον ὄψιν, ἀλλοτρίην νομίζοντες. Sunt enim interdum taciturni, solitariam vitam ac solitudinem amantes, necessariorum conspectum, tanquam alienum, auersantur. Vbi tamen ἀπανθρωπίονται quidam legunt.

Ἀπάντησις est obuiam itio Hipp. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p.23.35.) Caluus occursum dixit. Zuingg. reprehensionem, & seueritatem intelligit in censendis ac reprehendendis aliorum moribus, quod ἀπαντᾶν αὐτὶ τῦ ἐναντιοῦσθαι Aristoph. sumitur, vt annotat Sudas.

Ἀπαντώματα sunt etiam quæ occurrunt, lib. eodem (p.24.44.) vbi Hipp. Medicum in ingressu ad ægrum, meminisse vult τῶν ἀπλεξίων καὶ τὰ ἀπαντώματα, vt iis quæ occurrunt sua responsione contradicat, & occurrentium errores reprimat. Sed codices Germanici rectius ἀπαντώμενα legunt. ἀπαντώματα autem codices manu scripti habent & Asulanus.

Ἀπαντικρὺ, significat palam, manifestè, propalam, euidenter, apertè Lib. de art. (p.613.34. H.807 E.) τοῦτοισιν ἀπαντικρὺ μὲν ἡ νόσος ἡ τότε παρεοῦσα, κρέσσω ποιέει ἡ κύφωσις, iis ex aperto morbi qui tunc adest solationem gibbus adfert. Vbi Galen. ἀπαντικρὺ, ἐκ τοῦ φανεροῦ καὶ ὡς εἴπῃ αἰσθητοῦ exponit, ex aperto ac ita fere vt sensu percipiatur, idémque significare quod ἄντικρυς antiquis scribit.

Ἀπαρασκευασίη dicitur cùm quæ necessaria sunt ad balneum, sunt imparata, neque rite suppetunt, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.83.31. H.395.8.) ἔστι δ' ὅτε ἧσσον χρηστέον διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων, interdumque eo minus vtendum, quòd ad id sint homines imparati. Neque enim Hipp. ætate comparatus erat, quantus postea, ad balnea apparatus, vt scribit Gal.

Ἀπαράχυτος οἶνος dicitur vinum cui aqua marina ammixta non est. Gal. lib.12. Meth med. (p.166.50.) λαμβάνειν δ' ἀπαραχύτους, ὅτω δ' ὀνομάζουσιν, οἷς οὐ μέμικται θάλασσα. Sumere autem oportet ea quibus non est admixta marina aqua, atque ideo ἀπαραχύτους οἴνους vocant Erant autem huiusmodi vina generosa, atque ignob libus aut imbecillis vinis marina immiscebatur, indeq; τεθαλασσωμένος οἶνος dicebatur, vt & ἀπαράχυτος idem quod ἀθάλασσος Meminit ἀπαραχύτου οἴνου Gal. de paratu faci ibus ad Solon. (p.439.29 & 445 43.) Hesych. ἀπαράχυτος οἶνος exponitur ᾧ οὐ προστίθεται θάλασσα cui marina aqua non apponitur.

Ἀπαρηγόρητον dicitur quod nullius est solatij aut vsus, nullam habet consolationem, nihil commonet aut hortatur. Lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p.23.26.) καί τοι γε τοιαύτη ἡ πρόῤῥησις ἀπαρηγόρητον ἐν συνέσει ὁμογνώμοισι, quanquam ista prædictio, iis qui cognatam habent naturam, ad intelligentiam nullius est solatij, hoc est, nullius est vsus, nihil commonet, dixit Cornar.

Ἀπάρθρωσις abarticulationem significat, idem tamen quod διάρθρωσις dearticulatio denotat, & ἀπαρθροῦσθαι idem quod διαρθροῦσθαι dearticulari, coarticulari, articuli modo committi, & articulatione coniungi. Hipp. lib. de art. (p.600.50. H.797.C.) ἡ δὲ κάτω γνάθος ἀπήρθρωται ἀπὸ τῆς ἄνω γνάθου, καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. inferior autem maxilla à superiore gena & capite articulatione abducitur ac dimouetur, abarticulatur, aut articulatione cum illa coniungitur. Idem enim quod διήρθρωται significat. Vbi scribit Gal. ἐν δὲ τῇ προκειμένῃ ῥήσει τὴν ἀπήρθρωσιν ἐπιδείκνυται ταὐτὸ μὲν σημαίνειν τῇ διαρθρώσει, ὥσπερ γε καὶ τὸ ἀπαρθροῦσθαι. In proposita autem oratione τὴν ἀπάρθρωσιν (hoc est abarticulationem) idem quod διάρθρωσιν (articulationem) significare ostendit, quemadmodum & τὸ ἀπαρθροῦσθαι. Sic enim mihi Gal. locus iste legendus videtur, qui in codicibus nostris fœdissimè est deprauatus.

Ἀπαρτὴς suspensus, diremptus, dissociatus, abstractus, separatus, pensilis, connexus, ab ἀπαρτέω Ionico pro ἀπαρτάω. Lib. de art. (p.608.39. H.803.G.) ὥστε ὀρθὴν καὶ ἀπαρτέα τὴν ῥῖνα εἶναι. vt directæ & suspensæ nares esse videantur. Hac enim voce narium distortarum directio & in diuersa extensio, quæ fit per agg utinamenta, includitur, vt scribit Gal. ἀπαρτέα κρεμάσαι καὶ πλείονα exponit Varin.

Ἀπαρτὶ & ἀπαρτίως integrè, exactè, exquisitè, omninò, in totum, plenè significant. Vtitur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.65.29. H 390.46.) καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπαρτὶ, & vt plurimum exquisitè. vbi scribit Gal. τὸ ἀπαρτὶ καὶ παρὰ τοῖς ἀττικοῖς σύγγραφεῦσιν ἐπὶ τοῦ ἀπηρτισμένως εἴρηται, καὶ παρὰ αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει. ἀπαρτὶ apud scriptores Atticos & Hipp. pro ἀπηρτισμένως (quod absolutè aut exquisitè significat) dicitur. Gal. autem in Exeg. vocum Hipp. hoc in loco ἀπαρτίως legit, & ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς exponit, locumq; paulò aliter quàm nostris in exemplaribus legit, & Dioscor. per ἀπαρτίως πᾶν τὸ ἐναντίον quicquid est contrarium aut ex aduerso fit, intelligere scribit. Idem etiam Gal. Com. ad aphor. 20. lib. 1. ἀπαρτὶ ex lib. περὶ χυμῶν Hipp. agnoscit, & antiquis ἀπηρτισμένως καὶ ὁλοκλήρως, καὶ ἀνελλιπῶς, exactè, integrè, iustè ac plenè significare scribit, idémque quod ἀπαρτίως. Erot. etiam apud Hipp. ἀπαρτὶ ἀντὶ τοῦ ἀπηρτισμένως καὶ παντελῶς καὶ ὁλοκλήρως positum agnoscit. Sudas quoque ἀπαρτὶ pro ἀπηρτισμένως, vt & Varin. apud Herodot. poni scribit, apud quem etiam aduerbium est temporis significationem habens, quemadmodum & Galen. in ἀρτίως aut ἀπαρτίως; τὸ πρὸ ὀλίγου notionem agnoscit Comm in aphor. 20. lib: 1. quod est, nuper, nunc, recens, aut paulò ante. Hesych. etiam ἀπαρτὶ (si modo integra est lectio ac non potius ἀπαρτὶ aut ἀπαρτίως legendum sit) pro ἀπηρτισμένως, ἀκριβῶς, ex Æschyli Athamante profert. ἀπαρτὶ etiam & ἀπαρτίως temerè, & inconsultè significare potest, quo modo quidam in Hipp. loco lib. de rat. victus in morb. acut. sumunt, præsertim si eo modo legatur quo scribitur apud Gal. in Exeg. Est & ἀπάρτησις τῶν νεύρων Hipp. neruorum compages, annexio, connexio, coagmentatio, coaptatio, coniunctio. Lib. de artic. (p.586.39 H.784.F.) καὶ γὰρ ἡ ὑγρότης τοῖσιν ἀνθρώποισιν γίνεται ἡ ἐν τοῖσιν ἄρθροις, διὰ τὴν νεύρων τὴν ἀπάρτησιν. Nam & humiditas in articulis hominibus contingit, ob neruorum compagem.

Ἀπαρύειν, exhaurire, educere, detrahere. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.536.19.) καὶ ἐπειδὰν ἀπαρύσῃς, & vbi eduxeris, & (v. 20.) ἀπαρύσαι κατ' ὀλίγον τοῦ πύου, paulatim pus extrahito, educito. & (v.21.) δὶς τῆς ἡμέρης ἀπαρύειν bis per diem educito.

Ἀπατεῶνες impostores dicuntur Hipp. lib. de art. (p.614.30. H.808.C.) διὰ τοῦτο ὅτι πρὸς ἀπατεώνων μᾶλλον εἰ τοιοῦτοι τρόποι, eò quòd hæc curandi ratio impostores magis deceat, eaque impostores potius vtantur. Ἀπατεὼν ψεύστης exponit Varin. vanus, qui fallit aut decipit.

Ἀπαυδάω, lassatus sum, viribus defectus sum, aut voce & viribus deficio significat, aut loquendi impotentia ob nimiam virium defatigationem laboro, confectus sum ac enectus, & de extrema virium imbecillitate dicitur, quæ per ἀφωνίαν indicatur. ἀπαυδῆσαι Erot. apud Hipp. διὰ ἄφωνον γενέσθαι, velut voce defectum esse explicat. Idem προαπαυδησάντων ex Prorrh (p.175.25. H.67.G.) προεξαφωνησάντων exponit. προαφωνησάντων tamen aut προαποφωνησάντων apud Erot. leg existimo, vt sint προαπαυδήσαντες qui προαφωνήσαντες, iam longè antea viribus defecti & defatigati, & quibus præ extrema virium imbecillitate iam voces defecerunt: Et αἱ προαπαυδησάντων παραφροσύναι, desipientiæ quæ vocibus iam antea defectis succedunt, δηλοῦσι τὸ κεκακωμένον τῆς δυνάμεως, (vt idem scribit) extrema virium imbecillitas indicatur. Sic enim τὰς προαπαυδησάντων παραφροσύνας, αὐτὶ τοῦ ἐπ' ἀσθενεῖ δυνάμει γινομένας φρενίτιδας, sumi scribit. In Prorrh. tamen αἱ τῶν προεξαδυνατησάντων παραφροσύναι legitur, eamque lectionem agnoscit Gal. qui προεξαδυνατήσαντας τοὺς προκεκμηκότας τὴν δύναμιν explicat, eos qui iam antea viribus sunt fracti ac delassati. Veterem tamen Erot. lectionem exemplaria manu scripta amplectuntur, vt scripsimus nostris in Prorrh. 1. Annotat. Ac videtur vulgata ista lectio veterem illam quodammodo explicare, vt sint προαπαυδήσαντες οἱ προεξαδυνατήσαντες, viribus longè ante fracti aut confecti, quemadmodum ὑπὸ λιμοῦ ἀπηυδηκὼς fame enectus aut confectus dicitur, & ἀπαυδήσας, viribus fessus ac defatigatus. Sic aph.9. lib.1. videndum iubet Hipp. πότερον ὁ νοσέων ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει, καὶ ἀμβλυνεῖται, an ne prius deficiat æger, neque cum tali victu satis esse possit, an verò prius morbus deficiat & obtundatur. Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (p.620.33.) αἱ ἀπαυδηκυῖαι viribus defectæ dicuntur, Interpretes desperatas vertunt. ταῖς ἀπαυδησάσαις ἄριστον. viribus fractis optimum. Agitur de medicamento quod optimè viribus defectis aut desperatis subuenit. In omnibus tamen exemplaribus ταῖς ἀπαυδήσαις vitiosè legitur. Lib. quoque περὶ ἀδένων (p.273.19.) καὶ οὔτε ἀπηύδηκε καὶ θνήσκει, ac neque voce deficit, & moritur. Agit enim de tabescentibus, qui sensim colliquescunt

aut

aut marcescunt, tandemque morbum diutius trahentes, integris viribus ac ratione sensuque constantes moriuntur. Vbi tamen Corn. οὕτως ἀπλώδεως legisse videtur. Dicitur & ἀπαυδᾷν Hipp. eadem notione, deficere aut animum desperare, ἐν ϖροῤῥητικοῖς (17.51.) αὐτοὶ μὲν καὶ νοσέοντες διὰ τὴν ὑγιείην διάγειν ἀπαυδέοντες. ægri nanque ob tristem affectionem desperantes aut deficientes. Ἀπαυδάω ἀπαγορεύω exponitur Hesych. & Sudæ vt & ἀπολέγομαι, prohibeo, interdico. Qua notione sumi videtur apud Hipp. lib.2. Epid. (p.998.C.) καὶ ἄλλας ἐπιδόσιας ἀπαυδῶσης τῆς νόσου, morbo ipso alia incrementa denegante, hoc est, morbo ipso propter solutionis celeritatem augmentum non habente. Aut augmento ipso morbi deficiente & morbo ante augmentum iudicatione soluto, ne insolens nimis phrasis videatur.

Ἀπαυείσκεσθαι significat expendi, consumi, exhauriri apud Hipp. lib.4. de Morb. (p.513.56.) χωρεῖ τὸ ποτὸν ἐς τὴν κοιλίην, ἀπὸ δὲ τῆς κοιλίης ἐς τὸ ἄλλο σῶμα ἀπαυείσκεται. potus in ventrem concedit, è ventre autem in reliquum corpus expenditur, exhauritur. Corpus totum ab eo haurit, dixit Caluus, vt ἀπαρύεται legisse videatur, aut τὸ ἄλλο σῶμα ἐπαυρίσκεται, quæ phrasis eodem lib. crebra est (vt p.502.5. & 13.) ἀπαυείσκεται ἀπολλύεται apud Hipp. exponit Erot. hoc certe subindicato loco, verùm vitiosa esse apparet exemplaria, & ἀπόλλυται aut ἀπολύεται legendum existimo, vt sit, in reliquum corpus deperditur, aut exoluitur, dissoluitur, deducitur aut proficiscitur & discedit. Videtur autem ἀπαυείσκεσθαι ab ἀπαυράω deductum, vt ἐπαυρίσκω ab ἐπαυρέω.

Ἀπελίξασθαι, ἐπιπέξασθαι exponit Erot. apud Hipp. Sic Prorrhetic.2. ἀποδεικνύειν sumitur (pag.420.47.H.105.C.) καὶ γαστέρας ἀποζυμοῦσι τὸ καὶ ῥυπαρὰς ἀποδεικνύουσι. & ventrem fermentatum & sordidum efficiunt. Videtur autem Erot. lectio corrupta, & ἀπόδειξαι & ἐπίδειξαι leg. vt locus Prognost. subindicetur (pag.130.30.H.38.18.) ἀγαθοὶ δὲ ἱδρῶτες διὰ παντὸς τοῦ σώματος γινόμενοι, ἀπόδειξαν τὸν ἄνθρωπον εὐπετέστερον φέροντα τὸ νόσημα. Boni verò qui ex toto corpore prodeunt, faciuntque vt æger morbum facilius ferat.

τὰ Ἀπειθούμενα dicuntur Hippoc. ea in quibus æger Medici præceptis minimè se obedientem præstat aut morigerum, hoc est, ægri inobedientia & contumacia, qua se Medici verbis facilem aut dicto audientem non exhibet. Prorrh.2. (p.85.E.) χρὴ δὲ ϖρῶτον μὲν τὸν ἄνθρωπον ἐν ᾧ μέλλει τις γνώσεσθαι τὰ ἀπειθούμενα. Imprimis quidem oportet eum in quo quis errata quæ propter inobedientiam fiunt nosse volet, hoc est, si quis horum cognitionem habere volet quæ committit æger Medicis non auscultando, aut eius monitis non parendo: vt sint τὰ ἀπειθούμενα per inobedientiam admissa. Verum publicata exemplaria ἀπειθούμενα vitiosè legunt, pro ἀπειθούμενα. ἀπειθοῦντες enim ægri illic dicuntur qui Medicorum monitis non parent, & διὰ τὴν ἀπειθείην γινόμενα κακὰ, quæ ob ægrotum contumaciam aut inobedientiam mala contingunt. (Sic enim illic legendum scripsimus nostris in eum lib. Annotat. cùm ἀπειθείην habeant omnia exemplaria.)

Ἄπειροι inexperti, ἀήθεις dicuntur Hipp. inassueti, lib. de rat. vict. in morb.ac. (p.111.18. H.404.27.) τοῖσι δὲ ἀπείροισιν οὐ διέρχεται τῇ κοιλίῃ, inexpertis autem aluo non descendit, Gal. verò exponit τοῖς ἀπείροις, τουτέστι τοῖς ἀήθεσι ξηρὰν ἐργάζεται χολέραν, laserpitij succus & caulis inexpertis, hoc est, inassuetis, siccam gignit choleram.

Ἀπεμπόλησις est nundinatio & venditio. ἀπεμπολῆ, πωλήσει, exponit Hesych. & ἀπεμπολήσας, πωλήσας, πράσας, & ἀπεμπολῆσαι, τὸ ἐπὶ κέρδος ἀποδόσθαι τι. Lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p.23.37.) ἀναγκαίων καθαρσίων ἀπεμπόλησις quibusdam sumitur, vt sit nundinatio ac venditio medicamentorum ad purgandum necessariorum, cuius cognitionem Medico necessariam esse velit. Interpretes tamen aliter ἀπεμπόλησιν sumunt. Cornar. alienitatem à mercimoniis dixit. Zuingg. fugam mercimoniorum, vt turpem lucri quæstum, aut lucri cupiditatem Medico deuitandam indicet Hipp. & ægrotorum nundinationem. Caluus certe ἀπεμπόλησιν pro reiectione & auersatione cepit, & ἀκαθαρσίων aut ἀκαθαρσίας ἀπεμπόλησιν legit, cùm non puræ & castæ rei auersationem dixit. Cuius interpretationis ansam dedisse videtur Hesych. qui ἀπεμπόλησιν ἀπαλλαγὴν exponit. Qua notione ἀπεμπόλησις & ἀπεμπολᾶν absolutionem, liberationem, defunctionem, aut defungendi actum significare poterit, vt sit ἀναγκαίων καθαρσίων ἀπεμπόλησις, necessariarum in vita purgationium absolutio aut liberatio, cuius rei cognitionem Medico necessariam censet Hipp. vt videat Medicus quomodo circa ægros in necessariis purgationibus se gerat, iisque defungatur, aut in his administrandis fidelem nauet operam. Malim tamen cum Caluo ἀκαθαρσίων aut ἀκαθαρσίας legere, cùm præsertim huius lectionis vestigia in manu scriptis exemplaribus extent, quæ καθαρσίας habent.

Ἀπερεύγεσθαι eructare, reiicere, aut eructando emittere & eiicere significat libro 2. de Morb. (p.482.48.) καὶ ἀπερεύγεται τὸ πόμα θερμὸν, & potum calidum reiicit, auersatur dixit Cornar. quòd in ἐρυγῇ copia quædam intelligatur, metaphora à stomacho cibis oppleto ducta, vbi eos auersatur & reiicit. ἀπηρεύγεται tamen passim legitur in omnibus exemplaribus.

Ἀπέῤῥηγε dicitur Hipp. de voce abrupta & amissa in angina, affecto larynge. Libro de rat.vict. in morb.ac. (pag 97.5. H.398.4.) καὶ ἡ φωνὴ ἀπέῤῥηγε, & vox abrupta est, quod exponit Galenus παντάπασιν ἀπόλλυται omninò perit.

Ἀπέρχθη Gal. in Exeg. apud Hipp. ἀπεκλείσθη exponit, exclusus est.

Ἀπηνὴς immite, iniucundum, insuaue significat καὶ τὸ κατὰ τὴν λῆψιν ἀηδίαν τινὰ ποιοῦν, quodque cùm sumitur molestiam quandam exhibet (vt exponit Galen. Com.1. in lib de rat. vict. in morb.ac.) (p.44.9.) cui προσηνὲς blandum & mite opponitur. ἀπηνὲς σκληρὸν, ὠμὸν exponitur Hesych.

Ἀπιέναι exire, discedere, abire significat, & de iis quæ ex corpore prodeunt dicitur, qualia sunt excrementa. Lib.1. περὶ γυναικ. (p.597.3.) de virili semine quod in vteris non continetur. ὁκόταν ἀπίῃ οἱ, ἄπεισι δὲ δευτεραίη ἢ καὶ τριταίη, καὶ ἔτι ϖροτέρω, cùm ipsi genitura exierit, exit autem altero aut tertio die, aut etiam ante. Ibidem etiam ἀπέρχεσθαι dicitur, vt & paulò antea οἴχεσθαι. Sic eodem lib. (p.598.42.) τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀπιόντα, quæ ab homine prodeunt, de virili genitura dicuntur. Lib. quoque 6. Epid. sect.8. aph.21. τὰ ἀπιόντα sudores ex corpore prodeuntes intelliguntur, quorum magnam esse Medico ineundam rationem docet. τὰ τῶν ἀπιόντων deiectiones, alui secessus & egestiones significant, lib. 4. Epid. (pag.1136.H.) eaque phrasi aluus fluxa ac soluta fuisse, & ad iudicationis solutionem optimè comparata indicatur. Lib.1. Epid. (p.365.28. H.948.E.) πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων dicit exeuntium aut superfluorum in corpore concoctiones.

Ἀπίλλειν συγκλείειν exponit Gal. apud Hipp. conclusus est. ἴλλειν enim τὸ συγκλείειν quod est concludere significat. Dicitur & εἴλειν, & εἴλλειν, & εἰλεῖν in angustum cogere. εἰλεῦσι, συγκλείουσι, συνέχουσι, concludunt, continent explicat Hesych. ἴλλειν etiam συνέχειν exponitur Varin. Sic quoque ἀπείλλειν, aut ἀπίλλειν, & ἀπίλλειν etiam dicitur, quod tamen ἀποκλείειν Hesych. exponitur.

Ἁπλᾶ dicuntur Hipp. lintea simplicia, explicata & expassa, quibus articuli, vbi extenduntur, obuoluendi sunt, & contractis ac collectis opponuntur. Lib. κατ᾽ ἰητρεῖον (p.680. 49.H.783.F.) ἢν δὲ ἐκτείνηται, ἁπλᾶ τε καὶ πλατέα, οἷον ἡ μύλη, quòd si extendantur, simplicibus & latis linteis obuoluendi sunt, (articuli) vt patella. ἁπλοῦν etiam quod simplex est significat & minimè affectatum, sed purum quomodo & simplex homo Latinis dicitur, & simpliciter agere ac viuere. Cicero Acad.4. cum homine simplici simpliciter agere, nec magnopere contendere. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 13.1.) ἁπλοῦν γὰρ ὅτι τούτων τι. aliquid siquidem eorum dicere simplicitas est. Sic quidem Gorr. Quæ phrasis vulgaris est, cùm aliquid sine ratione dictum arguimus. Sic prudens simplicitas dicitur Martiali Latinè. Interpretes tamen alij aliter sumunt, videlicet, si quid horum quoduis simplex esse putant, vt de calido, frigido, sicco & humido intelligatur. Constat autem Hipp. popularibus & vulgò vsitatis tum dictionibus, tum locutionibus abunde vsum.

Ἀπνευστὶ aduerbium sine respiratione significat, sine interspiratione, hoc est, vnico spiritu, ductu aut haustu. Idem quod ἀμυστὶ, & ἀθρόως exponit Gal. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.537. 53.) καὶ κύλικα ἀπνευστὶ ταύτην πιεῖν, & hanc (mulsam) vno spiritu bibere iubeto. Raptim & sine interspiratione bibere dicit Pol. ἐπισπάσας πιεῖν dicitur lib. eodem (p.546.23.)

Ἄπνους εἶναι respiratio spiritu priuata, & quæ veluti periit. Heraclidi dicitur in perfrigeratis respiratio adeò parua, rara & tarda, vt periisse videatur. Gal.lib.1. de diffic. spir. (pag. 169.30.) Qualis ἄπνοια in vteri strangulatu, apoplexia & lethargo dicitur, quòd instrumentorum respirationi destinatorum resolutionem spirandi priuatio consequatur.

Ἀποβαίνειν pro ἔξω βαίνειν, quod est extra ferri & incedere sumitur, hoc est, pede in exteriorem partem conuerso incedere. Vide ἐκβαίνειν. Est & ἀποβαίνειν contingere, euenire. Vnde ἀποβεβηκὸς στόμα dicitur Hipp. vulnus quod succes-

sum & speratum exitum est habiturum Prorrh. 2. (p.96.G.) ἐγχειρέειν χρὴ τῷ τρώματι ὡς ἀπὸ συμφώρου κτ λόγον ἢ ἰητρικῆς τι, καὶ τῶν ἐπιγινομένων. ad vulnus aggredi oportet, quod ex arte medica & eorum quæ consequuntur ratione adhibita, speratum exitum est habiturum.

Ἀποβράσσεσθαι est eiici, euomi, expui, per æstum eiici & expui, velut de maris spuma ἀπόβρασμα dicitur. Effertur de seminis per coitum eiaculatione & emissione, lib. περὶ φύσ. παιδίου (p.248.33.) καὶ οὐκ ἐς ἅπαξ χωρέει ἡ γονὴ, ἀλλὰ καὶ ἐς δὶς καὶ τρὶς ἀποβράσσεται, neque semel ac simul genitura procedit, sed & bis terque eiaculatur, hoc est, emittitur & ebullit, secunda tertiaque eiaculatione effunditur, dixit Gorr. Gal. in Exeg. ἀπέβρασσε pro ἀπέβησσε, hoc est, extussiuit, aut tussi eiecit, ex lib. 5. Epid. Dioscor. legisse scribit. Verùm admodum mihi suspecta est lectio. Neque enim lib. 5. Epid. ἀπέβρασσε aut ἀπέβησσε legitur, & μνημονικὸν est ἁμάρτημα aut Typogr. existimoque ἀπέβρασσε forte Dioscor. pro ἀπέβησσε legisse, quòd βρύγμα & βρύειν pro βῆγμα & βήσσειν Hipp. dictum annotet Gal.

Ἀπογαλακτισμὸς ablactatio, cum fœtus à lacte depellitur. Depulsos matribus hœdos, dixit Virgil. Hipp. lib. περὶ ὀδοντοφυΐας (p.267.39.) τὰ παριθέοντα ἐν τῷ θηλάζειν, ῥᾷον φέρει ἀπογαλακτισμὸν, qui (pueri) interim dum lac sugunt, cibum capiunt, facilius à mamma depelluntur, aut ablactationem ferunt.

Ἀπογεύεσθαι σιτίων cibos degustare dicitur lib.7. Epid. (p.1207. D) ἤδη ἀπογευομένῳ σιτίων συχνὰς ἡμέρας, cùm iam per multos dies cibum degustasset. Vbi tamen ἀπαγορευομένῳ quædam exemplaria habere antea scripsimus.

Ἀπογίνεσθαι, decedere, abesse significat & τῷ προσγίνεσθαι aut ἐπιγίνεσθαι opponitur. Interdum pro decernere sumitur, & de humorum decubitu effertur, qui velut iudicatione dissoluitur aut dissipatur, ac idem est quod παύεσθαι, λύεσθαι aut διαφορεῖσθαι. Lib.4. Epid. (p.1120.C.) γέρων πάνυ σφόδρα ἀπεγένετο. Seni mirum in modum decreuit indicans id quod decubuerat miro quodam modo decessisse, ac veluti quadam iudicatione solutum fuisse. Lib. de Morbo sacro (pag. 302.33.) ἀπογίνεσθαι ποιεῖν αἱ θρώποισιν καὶ προσαπτέειν morbi dicuntur, qui ab hominibus tolluntur aut immittuntur, victus ratione, medicamentis, aut aliis artibus. Lib. περὶ ἐπταμήνου (p.358.15.) τὰ γινόμενα καὶ ἀπογινόμενα καὶ quæ nascuntur & intereunt dicuntur. Nam ἀπογίνεσθαι mori, decedere ac interire significat, & ἀπογενόμενοι ἀποθανόντες exponuntur Hesych. Sic lib.4. Epid. (p.1133.F.) ἀπογενομένῳ τι εὐθέως, statim vbi decessisset, hoc est, mortuus esset. Rursusque ibidem (p.1139.B.) ἀπογενόμενος qui decessit. Lib. quoque 1. περὶ γυναικ. (p.600.49.) ἀπογίνεται οὕτως τὸ παιδίον, sic quoque fœtus aut puerulus decedit, perit, aut corrumpitur. Nam & τῷ γίγνεσθαι, ἀπόλλυσθαι καὶ φθείρεσθαι vt & ἀπογίνεσθαι opponitur. Platoni in Timæo γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον dicitur Cicerone interprete, quod gignitur & interit. Apud Plutarchum in Consol. ἢ γενόμενον ἀπογενέσθαι, aut ortum interiisse. Quæ etiam locutio Thucydidi frequens est, vt lib.2. τὰ ὀστᾶ τῶν ἀπογενομένων mortuorum ossa dicuntur. Significat & ἀπογίνεσθαι deuenire, vt lib.4. Epid. (p.1122 E.) καὶ ἀπογενόμενος δυωδεκαταῖος. cum ad duodecimum diem deuenisset. Rursusque ib. (ib.G.) τράχηλος σκληρὸς ἀπεγένετο, ceruix ad duritiem deuenit.

Ἀπόγονα Gal. apud Hipp. τὰ γόνιμα exponit, hoc est, vitalia & fœcunda, additque quosdam ἄγονα sumere, minime vitalia. Quibus certè verbis locus lib.2. Epid. (p 1030.H.) & lib.6. Epid. aph.6. sect.8. exprimitur. τὰ τικτόμενα ἀπόγονα γίνεται. eæ vitales partus edunt. ἀπόγονα enim idem quod γονὰ Hippocrati, aut γόνιμα Galeno denotant, vt nostris in lib. 2. Epid. Comment. scripsimus.

Ἀπεζευγνύναι apud Hipp. idem quod ἀποζευγνύναι significare videtur, hoc est, abiungere, disiungere, diminuere. Lib. de Loc. in homine (p.411 12.) ἢν δ' ῥέπῃ ἐς τὸ ὑγιὲς, τὸ πάμπαν μὴ ἀφαιρεῖν τι τῶν προσφερομένων, μὴ δ' ἀποζευγνύναι, μηδὲ προστιθέναι ἄλλο τι. Quòd si ad sanitatem vergat, nihil prorsus eorum quæ admouentur auferre oportet, neque diminuere, neque aliud quicquam apponere. Vbi ἀποζευγνύναι & προστιθέναι opponi inter se videntur. Cornar. tamen ἐπιζευγνύναι aut ἐπιζευγνύναι legisse videtur.

Ἀπόζυμος γαστὴρ venter fermentatus dicitur, hoc est, in tumorem sublatus, aut scabie & pustulis exasperatus, corrugatus & scaber, in læuitate intestinorum ex humorum aut nimia succorum corruptela, atrophiam & cacochymiam, deinde etiam tabem & aquam intercutem aduehente. In Prorrh.2. (p 105.C.) ἅμα δὲ καὶ τὰς γαστέρας ἀποζύμους τε καὶ ῥυπαρὰς ἀποδεικνύουσι, καὶ ῥυπώδεας. simulque ventrem quasi fermentatum, sordidum ac rugosum efficiunt. Sic enim fermentatum ventrem ex Celso illic dicimus, simulque suspectam etiam lectionem adscribimus nostris in eum lib. Annotationibus.

Ἀπόθεσις Hipp. est membri fracti aut deligati depositio, situs & collocatio, dum eo habitu quo collocatur, continetur, idem quod θέσις, & sæpe ἀνάληψις coniungitur, cùm quod in manu ἀνάληψις, idem sit in crure ἀπόθεσις. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p.697.44. H.747.G.) ἡ ἀνάληψις, ἡ ἀπόθεσις, ἡ ἐπίδεσις, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ ἢ διαφυλάσσειν. Obseruandum autem est, vt apprehensio, depositio, deligatio, eodem sint statu. Sic enim legendum illic scribimus nostris in eum lib. Annotat. cùm tamen exemplaria omnia ἡ ἄφεσις pro ἀπόθεσις, legant.

Ἀποκαθαίρεσθαι aut ἀποκαθαίρειν de pure quod per sputa ex thorace repurgatur, quod ἀνακαθαίρεσθαι dicitur aphor. 8. & 15. lib.5. Lib.7. Epid. (p.1234 G.) ἀπεκαθάρθη δὲ περὶ πέντε καὶ τριάκοντα ἡμέρας ἄλλας, καὶ ὑγιής. Per alios autem quinque & triginta dies repurgatus est, & conualuit. Sed non minimum suspecta est nobis lectio, vt scripsimus nostris in eum lib. Ann.

Ἀποκαθάρσιες χολῆς dicuntur Thucyd. lib. 2. bilis excretiones ac repurgationes, hoc est, biliosi secessus ac vomitiones, quibus bilis effundebatur ac repurgabatur, in peste illa Athenis memorabili. καὶ ἀποκαθάρσιες χολῆς πᾶσαι, ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν, ἐπῄεσαν, & bilis excretiones omnes Medicis vocatæ, sequebantur.

Ἀποκαθίστασθαι subsistere, subsidere, residere, conquiescere significat Hipp. & de tumoribus euanescentibus aut subsidentibus ac conquiescentibus effertur. Aph 49 lib.6. τὰ ποδαγρικὰ νοσήματα ἀποφλεγμήναντα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀποκαθίσταται. podagrici morbi intra quadraginta dies sedata inflammatione conquiescunt aut finiunt. Dolorem & inflammationem se remittere dixit Celsus cap. 24. lib.4. Lib. verò περὶ κρισίων)p.54.2.) ἀφλέγμαντα καθίσταται dicitur. In Coac. (p.151.E.) de tumoribus ad aures qui in moribundis duobus ferè antea diebus euanescunt ac subsidunt, ἀποκαθίστασθαι effertur. τὰ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων ἀποκαθίσταται, plerunque verò huiusmodi tumores prius subsidunt aut conquiescunt. Quam in notionem καθίστασθαι frequens est Hipp. Est & ἀποκαθίστασθαι ad pristinum statum redire & restitui. lib.7. Epid. (p.1222.H.) ἡ γλῶσσα μόγις ἀπεκατέστη εἰς τωὐτὸ, lingua ægrè ad pristinum statum redibat. Rursus ib. (p.1239.C.) ἕως τὰ οὖρα ἀπεκατέστη, quoad vrinæ restitutæ sunt, quæ antea supprimebantur & ægrè prodibant. Eadem notione ἀποκατάστασις dicitur Aretæo cap.10. lib.1. τῶν ὀξ. παθῶν in integrum restauratio & restitutio, & redintegratio in pristinum statum.

Ἀποκαρπόω fructum edo, emitto, pullulo aut germino significat, sed pro distribuo sumitur libro περὶ ὀστέων φύσ. (p.179 34.) ἀποκεκάρπωκε δὲ καὶ ἐς τὰς ἰγνύας πολυπλεκέας φλέβας. In poplites verò multas implicatas venas velut surculos emisit distribuit. Quem locum subindicans Erot. ἀποκεκαρπωκεν ἀποβεβλάστηκεν, ἀπογεγέννηκεν, hoc est, velut stolones emisit produxit. Gal. in Exeg. ἀποκεκαρπωκὸς, ἀποβεβλαστηκὸς exponit quod germinauit. Sed certè locus non minimùm suspectu est, & ἀποκεκάρπωκε & ἀποβεβλάστηκε legendum apparet, v cum Hipp. loco & Erot. quadret.

Ἀποκαρφολογεῖν, Vide in Καρφολογεῖν postea.

Ἀποκαρτερέοντες dicuntur Hipp. qui seipsos fame conficiunt, & qui inedia absumuntur & sibi vitam finiunt. Lib. de rat. vict in morb. ac. (pag.77.11. H.393.19.) εἰρήσθω δὲ ἕνεκα τῶν ἀποκαρτερεόντων, istud autem propter eos qui se inedia conficiunt, dictum fuerit. ἀποκαρτερεῖν à vita per inediam discedere vertit M.Tullius Tuscul. 1. cùm scribit. Eius autem quem dixi Hegesiæ liber est ἀποκαρτερῶν, quòd à vita quidam per inediam discedens, reuocatur ab amicis, quibus respondens vitæ humanæ enumerat incommoda.

Ἀποκαυλίζεσθαι est transuersum frangi, & caulis instar defringi, sic vt nulla pars inter se cohæreat, sed altera ab altera recedat. Lib. de rat. (p.603.29. H.799.A.) de maxilla fract ἢν μὲν μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασιν, si quidem non omnin transuersa fracta fuerit. Et (p.595.28. H.790.F.) de iugul ἢν μὲν ἀτρεκέως ἀποκαυλισθῇ, si quidem omninò transuersu fractum fuerit. Rursus (p.604.8. H 799.D.) τὸ ἀποκεκαυλισμένον ἢ γνάθου, maxilla quà transuersa fracta est. Eiusque fracturæ species transuersim facta, καυληδὸν, instar caulis, dicitur, cum ex toto fragmentum à fragmento recedit, neque ossa inter se cohærent, vt loquitur Celsus, cùm eam fracturæ speciem in maxilla ex Hipp. exponit. (Sic enim illic Hipp. expressisse videtur, ἢν μὲν μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασιν, ἀλλὰ συνέχηται τὸ ὀστέον.) Idem etiam hanc fracturæ speci tra-

transuersam vocat, cum scribit: Omne os modo rectum, vt lignum, in longitudinem finditur, modo frangitur transuersum, interdum obliquum. Hanc verò fracturam Paulus cap.89 lib.6. καυληδὸν factam, etiam ῥαφανηδὸν & σικυηδὸν esse scribit, ad similitudinem qua raphani & cucumeres franguntur. Erot. autem illud Hipp. ἀποκαυλισθῇ, καυληδὸν κλασθῇ exponit, hoc est, caulis in morem fractum fuerit. Quod etiam legitur lib. de fract. (p.776.54. H.778.F.) ὅταν δὲ ἀπαγῇ πάντῃ ἢ ἀρθρώσιος ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος, πλανωδέστερον τὸ ἄρθρον γίνεται, ἢ εἰ παντάπασιν ἀποκαυλισθῇ. (Sic enim legendum esse submonuimus nostris in eum locum Annotat. cùm vitiosa sint omnia exemplaria.) Cùm verò qua parte brachij caput supereminet discesserit, magis vagatur articulus, quàm si penitus transuersus fractus sit.

Ἀποκαλίστερον, ἀφροντιστότερον, hoc est negligentius, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. atque idem est quod ἀκηδέστερον. Sic Hesych. ἀποκαλιστότερος, ἀφροντιστότερος exponit. Sic enim legendum, cùm ἀφροντιστότερος vitiosè legatur.

Ἀποκηρύγματα dicuntur Hipp. denunciationes quæ ægris fiunt in morbis, & quæ ægris indicantur aut reuelantur. Prorrh. 2. (p.110.F.) περὶ τῶν ἀποκηρυγμάτων τούτων, ante istorum indicationem, denunciationem.

Ἀποκινεῖν amouere, remouere significat. Lib.2. de Morb. (p.485. 41.) ἐπὴν δὲ τὸ ἄλγημα ἀποκινήσῃ, vbi verò dolorem emouerit, pro vbi dolore vacuus fuerit. Quæ tamen phrasis non parum suspectum locum facit. ἀποκινεῖν ἀπέρχεσθαι, ἀποστείχειν, exponit Sudas recedere, abire, aufugere.

Ἀποκλάσματα dicuntur ossium abruptiones prope articulum, per totam ossis crassitudinem factæ, ita vt fracti ossis partes plurimùm à se inuicem distent, velut accidit in ijs fracturis quas καυληδὸν factas Græci dicunt. Vocantur à recentioribus Medicis post Hipp. ἀπάγματα vt scribit Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (p 699.49. H.748.D.) Vide ἄπαγμα.

Ἀποκλείεσθαι τοῦ σίτου, est cibo arceri, excludi, hoc est, cibum auersari & fastidire, eoque abstinere. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p 532.20.) ἢν δὲ τοῦ σίτου ἀποκλεισθῇ. Si verò cibo arceatur, hoc est, cibum auersetur. Lib.3. περὶ διαίτης (p 373.43.) τῶν σίτων ἀποκλείονται, cibis excluduntur, hoc est, cibos fastidiunt. Lib. quoque 7. τῶν ἐπιδ. (1135.D.) ἀποκλείσιες σιτίων, ciborum exclusiones dicuntur, cùm cibi prohibentur & intercluduntur, hoc est, ἀσιτίαι & ciborum fastidia. Eadem notione dicitur lib.3. περὶ διαίτης (p.373.43.) οἱ δέ τινες ἀποκλείονται τῶν συμφερόντων, qui conuenientibus rebus excluduntur, hoc est, conuenientia deijciunt & excludunt. Sic apud Arist. Oecon.2. ἀποκλείειν τὴν ἀγωγὴν τοῦ σίτου, commeatum intercludere dicitur.

Ἀποκναίειν præcipuè quidem τὸ ἀποξύειν, abradere significare scribit Gal. Sed & τὸ καταφθείρειν καὶ τὸ κατισχναίνειν, corrumpere & extenuare. Est & ἀποκναίειν vexare, molestia afficere & enecare. ἀποκναισθέντες λυπηθέντες exponuntur Hesych. & ἀποκναίσεις αἰκισμοί. Item ἀπόκναισις ἡ μετὰ βραχὺ ἀπαλλαττομένη λύπη.

Ἀποκοπὴ abscissio dicitur, vt ὀστέων ἀποκοπὴ ossis abscissio, aph. 28. lib.7. idem quod διακοπὴ aph.19. lib.6. cùm ossis pars abscinditur & detrahitur. ἐξ ἀποκοπῆς νόσος λυθεῖσα veteribus Medicis dicebatur morbus subitò ac ex abrupto velut ex abscissione solutus, hoc est, in ipso statu, aut statim post statum, ita vt nullam declinationem habere videatur. Gal. lib. de Temporibus totius morbi (pag 385.17.)

Ἀπόκρισις Hippocrati ἔκκρισιν significat, excretionem, excrementum & quicquid è corpore deducitur ac velut redundans excernitur. Lib. περὶ ἐνυπνίων (p.376.28.) πλησμονῆς γὰρ τινος ἐγγινομένης, ἀπόκρισις ἐγένετό τις, ἣ τις ἐτάραξε τὴν ψυχήν. Vbi enim intus orta est repletio quædam, excrementum quoddam oboritur, quod animum conturbat. Sic nanque ἀπόκρισις secretionem & materiam aliquam morbum committentem & fouentem indicat. Rursus ib. (v.52.) ἀπόκρισιν ἐν τῷ σώματι ὑγρὰν καὶ φλεγματώδεα σημαίνει, ἐς τὴν ἔσω περιφορήν, dicit redundantiam ac excretionem quandam humidam & piruitosam ad internam circunferentiam decurrisse: materiam quandam pituitosam intelligens, quæ facultati animali negotium facesseret. Etsi τὴν ἔξω περιφορὴν legere malim, vt legit Cornar. Ibid. (377.24.) χολῆς ἀπόκρισις dicitur bilis redundantia, & materia biliosa ad excretionem parata: vt rursus ib. (pag.377.51.) τὰ ἀποκεκριμένα vocantur quæ excernuntur: Et iterum (p.378.41.) ἀποκρίσιες excretiones & quæ è corpore deducuntur, quæ ταῖς συναγωγαῖς videntur opponi. Et (p 379.54.) σιτίων ἀσυνήθων πλησμονὴ καὶ ἀπόκρισις, ciborum insuetorum repletio & secretio. Nam & sæpe eodem lib. ἀπόκρισις ciborum secretionem & alimenti distributionem significat. Aliàs verò humoris ex plenitudine redundantis qui morbum committit secretio dicitur, & excrementum quantitate vel qualitate peccans, aut in toto corporis habitu redundans, (pag.372. 14 & 24.) & rursus (p.369.54. & 370.4.) Est & ἀπόκρισις νοσερὴ Hipp. morbosa excretio, exhalatio, morbosa quædam qualitas aëri impressa, ex qua morbi in omnes letaliter grassantur; in his quæ adiecta sunt ad Lib. de Natura humana, [p.18.23. H.229.2.] Cum enim duas morborum populariter grassantium causas faciat, victus rationem & spiritum quem inspiramus, de eo infert, καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι νοσερήν τινα ἀπόκρισιν ἔχει αὐτόν. cumque (spiritum aut aërem) morbosam quandam excretionem habere manifestum est, hoc est, morbosam quandam exhalationem, quasi morborum seminarium, ex qua minimè primis qualitatibus infesta, sed potius totius substantiæ proprietate infensa, morbi excitantur. Sic enim Gal. illic ἀπόκρισιν, ἀναθυμίασιν ἰδιότητι μᾶλλον ὅλης τῆς οὐσίας, οὐχ ἁπλῶς ποιότητι λυμαινομένην explicat. Vt sit exhalatio illa quæ ab aëre excernitur, & in corpora nostra immittitur, aut inspiratione attrahitur, quam idem Hipp. postea ῥεῦμα, hoc est aëris influxum vocat, μιάσματα, aëris inquinamenta dicuntur lib. περὶ φυσῶν, [pag.297.28.] Dicitur etiam ἀποκρίνεσθαι decumbere, κατακλίνεσθαι & ἀποχωρεῖσθαι, & de morbo effertur qui in alium transit, firmatur, secedit ac conuertitur. Thucyd. lib 2. εἰ δέ τις καὶ προέκαμνέ τι, ἐς τοῦτο πάντα ἀπεκρίθη. Quòd si quis aliquo antè dolore conflictaretur, omnia in hunc morbum concesserunt. In hunc morbum omninò conuertebatur, vertit Valla. Significat autem illa conditione pestilenti paucos alios morbos grassatos esse, sed omnes in pestilentiam depositos, in eamque secessisse, excretos & expurgatos fuisse. Quod in constitutione pestilenti crebrò contingit, vt sola illa lues homines depopuletur, fereque nullis aliis morbis conflictentur ægri. Quod his verbis etiam postea idem explicat. καὶ ἄλλο παρελύπει κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον οὐδὲν τῶν εἰωθότων· ὃ δὲ καὶ γένοιτο, ἐς τοῦτο ἐτελεύτα. Nec tum temporis alius vllus morbus ex his qui consueti sunt; infestabat: qui verò exoriebatur, in hunc desinebat. Sic enim locus verti potest qui est ab interprete mirum in modum conturbatus. ἀπεκρίθη igitur κατέσκηψε significat, decubuit, vt interpretatur Budæus, aut ἐχωρίσθη, secessit, vt Schol. & ad morborum depositum aut decubitum, cùm in alios transeunt, referri debet. ἀποκεκριμένος eximium, selectum, separatum significat, vt ἀποκεκριμένα διακεχωρισμένα. & ἀποκεκριμένοι χωρισθέντες exponit Hesych. Ex quo ἀποκεκριμέναι ὀδύναι, dolores eximij, selecti, dicuntur apud Hipp. in his quæ adiecta sunt ad Lib. de Nat. hum. (p.28.2. H.231.5.) εἴδεα δὲ αὐτέων εἰσὶ τέσσαρα, χωρὶς τῶν ἐν τῇσιν ἀποκεκριμένῃσιν. Harum (febrium) genera sunt quatuor, præter eas quæ dolores eximios comitantur. febres enim symptomaticas intelligit. Vbi tamen Cornar. ἀποκεκρυμμένῃσιν legit, & occultos dolores vertit. Verùm ἀποκεκριμένῃσιν legendum ex Gal. apparet, qui hunc locum subnotans in Exeg. ἀποκεκριμένῃσι κεχωρισμένῃσι κεχωρισμέναις exponit.

Ἀπόκρισις etiam dicitur Hipp. secretio & separatio, cùm humores in corpore synceri sunt & separati, per seque & intemperati sua qualitate lædunt, cui κρᾶσις & mixtio opponitur. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p 13.44.) ὅταν δέ τι τουτέων ἀποκριθῇ καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ γένηται. Vbi verò quid eorum secretum fuerit, & per se extiterit. Atque ibidem τὰ κεκρημένα καὶ μεμιγμένα opponit. ἀποκεκριμένα etiam paulò pòst vocat (v.50.) vt & lib. de nat. humana. Ac rursus ib. (pag.14. 38.) ὅταν δὲ ἀποκριθῇ χωρὶς ἑκάτερον, τότε λυπεῖ. seiunctum autem ab altero, tunc lædit. τὸ ἀποκριθὲν tam semen viri quàm mulieris quod ad generationem secernitur, sæpius dicitur Hipp. lib.1. περὶ διαίτης [p.348.349.]

Ἀποκορυφούμενα τὰ ἐς ὀξὺ διαπυήματα dicuntur in Progn. [p.153.15. H.39.9.] suppurationes in acutum tendentes & fastigiatæ, vt & τὰ ἐς ἔξω ἀποκορυφούμενα, quæ in mucronem aut conum attolluntur & fastigiantur. Nam & vtriusque dictionis eadem est notio, vt illic scribit Gal.

Ἀπολαμβάνειν intercipere & intercludere significat apud Hipp. vt ἀπολαμβάνειν τῶν σιτίων, cibos intercludere, à cibis cohibere, pro inappetentia & iis qui ciborum fastidio laborant, & qui excluduntur ciborum exhibitione. Prorrhet.2. [pag. 104.D.] ὅσοι τῶν σιτίων ἀπολαμβάνονται, quæcunque cibos cohibent. Sic ἀπολαμβάνεσθαι cohiberi, supprimi, ac retineri dicitur. In Coac. [p.145.E.] αἱ δὲ κύστιες ἐν τουτέῳ ἀπολαμβάνονται, huic vesica supprimitur. Et κύστις ἀποληφθεῖσα, vesica intercepta, quæ vrinam retinet & supprimit, in Prorrh. [p.209.37. H.77.G.] & Coac. [p.215 F.] Hinc ἀπολελαμμένη κοιλίη frequenter vsurpatur Hipp. in Prorrh. [pag.195.55.]

H.74 B.& p.207.27.77 B] pro aluo adstricta, intercepta, interclusa, ἐπεχομένην & ἐπεχομένην κοιλίην cohibitam aluū, exponit Gal. In Coac. ἀπειλημμένη κοιλίη [p.143.C.] dicitur,& ἀπειλημμένοι κοιλίην [p.142.E.] & κοιλίην ἀπολελαμμένοι [p. 147.A] aut ἀπολελαμμένοι simpliciter, vt [p.142.E.] Sic lib. 2.Epid. [p.1013.F.] κοιλίη ἀπολελαμμένη πλὴν πρὸς ἀνάγκην, aluus intercepta nil nisi coacta reddebat. Et ibidem [pag. 1028.C.] ἀπελήφθη κοιλίη, aluus restitit. In Prorrh. quoque [p.183 27. H.70.E.] ἀπολελαμμέναι κοιλίαι dicuntur, alui interceptæ, arctè conclusæ, & quæ nil nisi coactæ reddunt, ἐπεχόμεναι exponuntur Gal. Com.2. in Prorrh. [p.196.8. H. 74.B.] At ἀπολελαμμένοι σίτων dicuntur ex Prorrh.[p.197.53. H.74.E.] quibus sunt intercepti aut interclusi cibi, eosque ex fastidio auersantur, aut quibus interceptæ sunt ciborum reliquiæ & aluus adstricta. Sic enim eam dictionem illic explicat Galen. ὥσπερ καὶ σίτων ἀπολελαμμένοι, ἂν ἐφεξῆς ἑρμηνεύοντες, ἔνιοι μὲν τοὺς ἀνορέκτους φασὶν εἰρῆσθαι νῦν, ὡς ἂν καὶ ἀποκεκλεισμένους εἰρηκὼς τῆς τῶν σιτίων προσφορᾶς, ἔνιοι δὲ τοὺς ἐπεχημένους τὴν γαστέρα. καὶ γὰρ κἀν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ἐπὶ τῆς διαχωρουμένων εἰρῆσθαί φασι τὴν φωνὴν ταύτην. Non secus ac τοὺς σίτων ἀπολελαμμένους, hoc est, cibis interclusos, nonnulli quidem cibos auersantes dici aiunt, perinde ac si ciborum admotione exclusos dixisset, quidam verò eos qui aluo sunt adstricta. Nam & in lib.de rat. vict. in morb. ac. hanc vocem de iis quæ per aluum secedunt, dictam esse ait. Quem certè locum mihi exprimere videtur Erot. cùm ἀπολελαμμένοι exponit, scribitque Bacch. dici πλήρεις ὄντας, Epicli verò τροφῆς γέμοντας, ἢ κατηρρημένοι, ἢ ἀπειλημμένοι, quibus verbis qui repleti sunt, aut cibo redundantes indicantur, aut ij quibus cibus deducitur, aut detrahitur, aufertur, intercluditur. Quæ notio cum Gal. explicatione optimè conuenit. vt ἀνόρεκτοι & ciborum fastidio laborantes intelligantur. Hunc autem locum Erot. subindicari existimo, etsi ἀπολελαμμένοι simpliciter scribitur non σίτων ἀπολελαμμένοι, quemadmodum in Prorrh. lego, cùm passim in omnibus exemplaribus σίτων ἀπολελαμμένων legatur. Aut certe locum Coac. (147. H.) expressit hac explicatione Erot. vbi ἀπολελαμμένοι simpliciter scribitur, & Prorrh. sententia repetitur, eademque in notione ἄποσιτοι & ἀπολελαμμένοι adscribitur, quod vtranque explicationem includit. Quòd verò ἀπολελαμμέναι κοιλίαι idem Erot. Hipp. dici existimat ἐν ἴσῳ τῷ ἀπειλημμέναι καὶ ἐστεγνωμέναι, hoc est, interceptæ & adstrictæ, nimirum locum Prorrhetici (183.27. 70.E) denotat, mendumq; subesse suspicor cùm lib.I. περὶ γυναικείων testem citat. Neque enim libris περὶ γυναικείων ἀπολελαμμέναι κοιλίαι adscribuntur, & memoriæ lapsum esse existimo. Idem quoque ex lib. περὶ ἄρθρων de vertebra τὸ ἀπολελαμμένον dici scribit, quod ἀπειλημμένον καὶ ἐσφηνωμένον explicat, hoc est, interceptum, interclusum, constipatum, impactum. Quibus verbis mihi locus lib. περὶ ἄρθρων (p.619.54. H.811.G.) haud dubiè subnotari videtur, vbi Hipp. verba ad νωτιαῖον potiùs, hoc est, spinalem medullam, quàm ad σπόνδυλον referri videntur. Sic enim scribitur, πιεχθεὶς δ᾽ ἂν καὶ ἀπολελαμμένος, πολλῶν ἂν καὶ μεγάλων καὶ ἐπικαιρίων ἀποναρκώσιν ποιήσειεν. Compressa autem & interclusa (spinalis medulla) multis magnis præcipuisque partibus torporem induceret. Nam & ea medullæ spinalis compressio intelligitur, qua ab elapsa suo loco vertebra, ac veluti incuneata & impacta, intercipitur & intercluditur. Emota enim vertebra, vbi suo loco exiliit, dorsi medullam comprimit & intercipit. Vt mendum mihi subesse apud Erot. videatur, ac pro τοῦ σπονδύλου, τοῦ νωτιαίου, legendum existimem, aut ἀπὸ τοῦ σπονδύλου, quemadmodum nostris in lib. περὶ ἄρθρων Annotationibus submonuimus. Quòd autem Hesych. ἀπολελαμμέναι, κοιναὶ παρὰ τῷ Ἱπποκράτει adscribit, locum certè mendosum esse satis apparet, & pro κοιναὶ, κοιλίαι legendum existimo, vt loci Prorrh. submonitio quædam sit, aut σκληραὶ, vt explicatio.

Ἀπόληψις crebrò vsurpatur Hipp. & interceptionem, retentionem, aut cohibitionem significat. Sic ἀπόληψις οὔρων, vrinæ suppressio ac retentio dicitur, cùm non satis effatu digna, vel cùm nullo modo effunditur, lib. de rat. vict. in morb.ac. (p.91.10. H.396.28.) In Prorrh. quoque (p.186. 21. H.71.D.) ἀπολήψιες οὔρων, vrinæ suppressiones aut retentiones, ἐπισχέσιες exponit Gal. vt & (p.193.4. H.73.A) οὔρων ἀπόληψιν, ἐπίσχεσιν, & Com.3.in Prorrh. (p.209.40. H. 77 G.) ἀπόληψιν οὔρων καὶ διαχωρημάτων, ἐπίσχεσιν, & rursus (p. 208 10. H.77.C.) In Coacis etiam ἀπόληψις οὔρων dicitur (p.148.F.) vt & ἀπόληψις κοιλίης (p.217.C.) Sunt & ἀπολήψιες φλεβῶν venarum interceptiones & occlusiones, aut opple-tiones, quæ à copia fiunt, cùm supra modum venæ opplentur, ita vt ex inctionis caloris natiui aut suffocationis periculum immineat. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.93.55. H.397.2.) τὸ δὲ ἄφωνον ἐξαίφνης γενέσθαι φλεβῶν ἀπόληψις. τουτέων. Vt autem quis derepente voce deficiat, venarum interceptiones efficiunt. Quam dictionem sic explicat Gal. ἀπολήψεις φλεβῶν ὀνομάζει τὰς πληρώσεις τῶν φλεβῶν ὑπὸ πλήθους γινομένας. ὅταν οὖν αὗται ὑπερπληρωθῶσι βαρυνθῆναί τε τὴν δύναμιν ἀνάγκη καὶ εἰς κίνδυνον ἀφικέσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν τοῦ ἀποσβεσθῆναι, πνιγμῷ τε ἐοικότι παθεῖν ὑπὸ τοῦ πλήθους. Venarum expletiones quæ à copia fiunt ἀπολήψεις φλεβῶν vocat. Hæc igitur cùm supra modum oppletæ fuerint, tum virtutem grauari est necesse, tum in extinctionis periculum calorem natiuum adduci, & à copia affectu aliquo suffocationi affini affici. Sunt & ἀπολήψιες πνευμάτων spirituum in venis interceptiones, cùm sanguine, tum copia, tum qualitate infesto oppletæ venæ, spiritibus naturalem aut liberum transitum non permittunt, ita vt pulsus & respiratio deficiant, & ἀσφυξίας & ἀπνοίας periculum immineat. Lib. de rat. victus in morb. ac. (p.92.56. & 57. H.396 41.43.) & (p.94.28. H.397.9.) vbi scribit Galen. πνευμάτων ἀπολήψεις ἀπὸ τὰς φλέβας εἰκὸς εἶναι ἐπὶ τῆς ἀσφυξίας λέγεσθαι. φλέβας γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰς ἀρτηρίας. ἀπολήψεις οὖν πνευμάτων τὰς δὴ κατακλίσεις τε καὶ ἡσυχίας δύναται λέγειν. πνευμάτων ἀπολήψεις, hoc est, spirituum in venis interceptiones de pulsus carentia dici (ἀσφυξίαν vocant) vero est simile. Arterias enim antiqui venas appellabant. Spirituum igitur interceptiones velut inclinationes & quietes dici possunt. Vbi κατακλίσεις inclinationes aut depressiones spirituum dicuntur cùm impetum & actionem remittunt, ideoque quiescunt neque amplius permeant, quod per ἡσυχίας significatur, etsi κατακλείσεις velut spirituum occlusiones dici possunt. Contingunt autem huiusmodi πνευμάτων ἀπολήψεις in catalepsi, apoplexia, & epilepsia, cùm refrigerato cerebro & congelato sanguine, perfrictiones fiunt sopitis spiritibus, qui naturales exitus capessere nequeunt, præclusis à congelato sanguine viis, vt satis ex Hipp. verbis colligitur. Rursus eodem libro (p.108. 18.H.402.43.) in melancholicis διὰ φλεβῶν πνευμάτων ἀπολήψεις celebrantur, cùm crasso & melancholico sanguine oppletæ venæ inflantur, adeoque sanguinis copia & crassitudine effarciuntur, vt spiritus permeare nequeant. Has sic exponit Galenus. πνευμάτων δὲ ἀπόληψιν εἰ μὲν τὴν κατὰ τὰς ἀρτηρίας λέγει (καὶ γὰρ καὶ ταύτας φλέβας ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ) τί ἄλλο, ἢ ἀσφυξία γένοιτ᾽ ἂν τὸ πάθος; εἰ δὲ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα, πάλιν ἐνταῦθα τὴν καλουμένην ἄπνοιαν αἰτιάσθω. Spirituum verò interceptionem si eam intelligit quæ per arterias fit, (nam & has venas veteres appellant) quænam alia affectio quàm ἀσφυξία, hoc est, pulsus priuatio continget? Quòd si spirituum qui in pulmone sunt interceptionem intelligit, rursus hic ἄπνοιαν dictam, hoc est, respirationis priuationem obscurè innuit. Has verò φλεβῶν ἀπολήψεις Hipp. familiares, quæ ἀφωνίας, motus ac sensus priuationes faciant, Gal. etiam lib. περὶ εὐεξίας sic exponit. ἀπολήψεις φλεβῶν τὰς ὑπερπληρώσεις εἶπεν, ἐπειδὰν ἀπορῶσιν εἰς ἀνάψυξιν διαπνοῆς. Venarum interceptiones eas quæ supra modum sunt plenitudines dixit, cùm videlicet perspiratione ad refrigerationem indigent. Quod etiam in arteriis contingere idem scribit libro de Morb. caus. (p.207.50.) his verbis. ἐπειδὰν ἀποληφθῶσιν αἱ κατὰ τὸ ζῶον ἀρτηρίαι, τοῦτ᾽ ἔστιν οὕτω πληρωθῶσιν αἵματος, ὡς μηδεμίαν ἔτι κενὴν ἀπολείπεσθαι χώραν ἐν αὐταῖς, εἰς ἣν ἐν τῷ διαστέλλεσθαι τὸν ἔξωθεν ἀέρα ἐπισπᾶν δυνήσονται· καταπνίγεται μὲν ἐν τάχει καὶ σβέννυται τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ἀκίνητοι δὲ καὶ ἀναίσθητοι διὰ ταχέων οἱ οὕτω παθόντες ὅλῳ τῷ σώματι γίγνονται. Quod est, Vbi in animante interceptæ sunt arteriæ, hoc est, ita sanguine oppletæ sunt, vt nullum in eis spatium vacuum relinquatur, in quod inter dilatandum aerem externum attrahere queant, tunc certè innatus calor præfocatur & extinguitur, & qui sic afficiuntur, subitò toto corpore motu & sensu priuantur. Est & longè alia ἀπόληψις φλεβῶν, venarum interceptio aut prehensio, cùm profluentes sanguine venæ vinculo aut laqueo intercipiuntur, præstringuntur, eoque modo sanguinis ruentis impetus intercluditur, coërcetur & cohibetur. Quod etiam in arteriis aut etiam maioribus venis sanguinem profundentibus interdum fieri necesse est, vt ex Galeni mente aperuimus nostris in lib.6. Epid. Annotat. sect. 7.aph.3. Nam & illic φλεβῶν ἀπόληψιν in sistendæ hæmorrhagiæ remediis reponit Hipp. Eadem verò notione ἀπόληψις τοῦ νοσήματος dicitur Hipp. profluentis morbi interceptio, coërtio ac cohibitio, cùm morbi qui ex humorum influxu excitatur, velut currentis impetus retardatur ac retinetur. Lib.2.Epid. (p.1053.D.) ἀπόληψις τοῦ νοσήματος profluentis

alui

alui interceptio dicitur. Ἀπόληψις etiam vt & ἀνάληψις pro ἀπόληψις & ἀνάληψις scribitur Hipp. vt lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.427.15) ἀπολήψιες κάτωθεν inferioris alui suppressiones dicuntur, & excretiones per infernas partes suppressæ.

Ἀπολαύειν τῶν σιτίων τελέως est perfectè cibum assumptum consumere, & ex cibo iniecto fructum aliquem planè percipere, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.12.20.) & rursus (v.26.) καὶ οὐκ εἶχε τῆς τροφῆς ἀπολαύειν, & nullum ex cibo sumpto fructum percipiebat, hoc est, nullam amplius habebat nutritionem, eoque carebat quo refici debebat.

Ἀπόληξις ætas desinens, decedens & decrepita dicitur ἐν παραγγελίαις (p.28.40.) vbi ἀκμὴν ἡλικίης ætatis vigorem ei opponit Hipp.

Ἀπολιθοῦσθαι liuescere significat & pro πελιοῦσθαι ponitur lib.7. Epid.(p.1223.A) ἧσσον δὲ ἀπελιοῦτο, minus verò liuescebat, vbi interpretes ἀπελιοῦτο legisse videntur.

Ἀπολίπτοντα, διεστῶτα, distantem exponit Erot. apud Hipp. haud dubiè locum lib. de art. subindicans (p.604.12. 799.E.) vbi de habena agitur ex aluta Carraginensi ad malæ fractæ partes agglutinanda, ἀπολείποντα (ἱμάντα) ἀπὸ τοῦ τρώματος, ὅσον περ ὁ ἕτερος ἀπέλιπεν, quæ etiam ipsa (habena) tantum à vulnere, quantum altera absit, hoc est tantùm distet à fractura, quantum altera.

Ἀπολύεσθαι exolui, liberari significat & de fœtu sæpiùs Hipp. dicitur qui in lucem editur ac emittitur. Lib 5 Epid. [pag. 144.E] καὶ ἀπελύθη τὸ παιδίον ἐνάτῳ μηνὶ ζῶον θῆλυ, & emissa est in lucem nono mense puella viua. Rursus ibidem [p. 185.E.] ἀπολυσις παιδὸς pueri in lucem emissio Sic ἀπολύεσθαι de fœtus absolutione ac emissione sæpe effertur, vt lib. περὶ ἐπικυήσιος [p.260.11.] ἡ μήτρη τοῦ χορίου ἀπολυθείσης, vtero vitali fœtu liberato, hoc est, fœtu excusso & in lucem edito. Rursusque ib. [p.261.49.] κίνδυνος τὸ παιδίον τεθνεὸς ἀπολυθῆναι, periculum vt puer mortuus excludatur, in lucem emittatur. Et [262.39.] ἐκτὸς ἀπολυθῇ, cùm partu liberata fuerit. Lib. quoque 2. Epid. [p.1013.E.] τεκοῦσα καὶ ἀπολυθεῖσα τελέως, vbi peperisset atque omninò absoluta esset, hoc est, partu liberata. Sic etiam Gal. lib. περὶ τῆς μήτρας ἀνατομῆς [p. 212.14.] ἀπολυομένου δὲ τῆς μήτρας τοῦ ἐμβρύου, vbi fœtus vtero excluditur, editur. Est & ἀπόλυσις ὑστέρων secundarum demissio, absolutio, excussio, abiectio Prorrh.2. (p.104.F.) Sic ἀπόλυσις νόσου, morbi liberatio solutio, absolutio. In Coac. (p. 878.C.) χαλεπωτέρη ἡ ἀπόλυσις γίνεται, difficilior liberatio contingit. Et (D.) θάσσους ποιεῖ τὰς ἀπολύσιας, celeriores solutiones facit. Lib. quoque περὶ φύσιος ἀνθρώπου (p.18.52. H. 229.19.) ἀπολύσιες νοσημάτων sunt morborum solutiones & discussiones. χαλεπαὶ αἱ ἀπολύσιες γίνονται, difficiles absolutiones habent, difficilè discutiuntur. Quibus τὰ εὐλυτώτερα opponuntur, quæ facilè soluuntur & discutiuntur. Ἀπολύεσθαι etiam soluere & exoluere significat, & de fasciarum aut spleniorum deligatione, cùm exoluuntur, crebrò dicitur. lib. de fract. vt (p.535.52.) & (p.536.8. H.755.A.D.) & lib.2. de Morb. (p.467.43.) καὶ μὴ λύειν ἄχρις ἑπτὰ ἡμερέων, ἢν μὴ ὀδύνη ἔχῃ· ἢν δὲ ἔχῃ, ἀπολύειν, ad dies septem, nisi dolor vexet, ne soluito, si verò dolor adsit, soluito. Ἀπολύσιας Erot. apud Hipp. exponit ἢ τὰς τῶν ἄρθρων ἀπολύσεις, ἢ τὰς ἐπιδέσμων ἀνέσεις, aut articulorum absolutiones, aut vinculorum remissiones ac relationes. Lib. de fract. (pag.544.27. H.759. A.) ἐν δὲ ἑκάστῃ τῇ ἀπολυσίῃ, in singulis resolutionibus, & (p.563.45.H 769 B.) ἀπολύσας τὰ ὀθόνια, resolutis linteis.

Ἀπομάγματα significant Hipp. extersoria, detersoria vel abstersoria, hoc est, instrumenta sordibus & excrementis detergendis idonea, qualia in oculis lintea, in vulneribus spongiæ. Lib. περὶ ἰητροῦ (p.19.47.) τοῖς δὲ ἀπομάγμασι καθαροῖς καὶ μαλθακοῖς χρῆσθαι abstersoriis puris mollibusque vtendum.

Ἀπομαθεῖν dicitur Hipp. eius rei quæ discitur aut sub doctrinam venit obliuio. Lib. de fract. (p.561.40. H. 767.G.) ἐπίκαιρον τὸ ἀπομαθεῖν, valde opportunum hoc dediscere, magni momenti esse hanc rem dediscere, operæpretium futurum vt ista dediscerent.

Ἀπόμελι est mellis decoctum aut fauorum decoctum aceto mixtorum. Vide Ὀξυγλυκύ.

Ἀπονενοημένως, ἀνεπιστρεπτὶ exponit Gal. apud Hipp. hoc est securè, negligenter, nulla habita ratione aut cura, ita vt flecti aut conuerti nequeat. ἀνεπιστρεπτὶ enim μὴ ἐπιστρέφων exponit Hesych. cùm quis rem adeo auersatur ac despicit, vt ne conuersa quidem facie eam intueri velit. Ἀπονενοημένως autem amenter, profligatè ac deploratè significat, aut nulla suæ salutis cura habita. Eam vsurpat dictionem Hipp. ægr. 2. lib.3. Epid. post st. pest. in extremo ciborum fastidio, cùm scribit, σιτίων δὲ τὰ γεύματα ἀπονενοημένως εἶχε, à cibis auerso erat animo. Quibus verbis maximum ciborum odium & auersatio, desperataq; aut profligata inappetentia indicatur, quorum nulla omninò cura aut ratio habeatur. Hac enim phrasi, (quamuis ἐκεχόλει) ἀποβολὴν τῆς ὀρέξιος, καὶ τὸ σιτίων γεύματα μισεῖν, summam inappetentiam extremumque in cibos odiū, indicari scribit Gal. Quæ sunt desperatæ facultatis naturalis indicia certissima, vt nostris in eum locū Annotat. scripsimus, eumque á Gal. in Exeg. subindicari commonuimus.

Ἀπονευρώσιες dicuntur proneruationes, suntq; extremi musculorum fines qui ab Hipp. τόνοι chordæ aut tendines dicuntur. Sunt autem duorum generum, vt scribit Gal. Com. 2. in lib. de art. (p.600.15) Quædam nanque quòd carnosiores sint, σαρκώδεις ἀπονευρώσεις dicuntur. Quædam verò quòd neruosiores, νευρώδεις. & νευρώδεις τόνοι Hippocrati vocantur lib. de art. (p.600.10. H.797.B.)

Ἀπονιτρῶσαι est vlcus nitro aspergere & perfricare. Lib. de Vlcer. (p.879.F.) πρότερον δὲ ἀπονιτρῶσαι ὀπτῷ καὶ ἀποσπογγίσαι. Prius tamen nitrum vstum inspergendum & spongia detergendum.

Ἀποξὺ dicuntur Hipp. mucronata, in mucronem fastigiata, in acutum tenuata & in extremitate acuta. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 679.55.H.743.D.) ἢν γὰρ μὴ γένηται, ὅτι ἐς τὸ κατάντη καὶ ἀποξὺ φεύγει πᾶς ἐπίδεσμος. Probè tamen istud attendere conuenit, deligationem omnem ad loca decliuia & in acutum tenuata tendere. Ἀποξέα & ἀπόξηρα dici Hipp. partes corporis acuminatas & quæ in extremitate tenuantur aut in acutum tendūt, scribit Gal. Com 3 εἰς τὸ κατ' ἰητ (p.690.12.) etsi idem Com. 2. in eum lib. (p.679. & 680.) ἀποξὺ legit, eademq; κυρτά, incurua, exponit, (p.681.7.) Quidam ἀποξὺ apud Hipp. legunt & ὑπόξηρα pro ἀπόξηρα, subarida, subsiccanea, & quæ præ siccitate contrahuntur & in acutum tendunt. Gal. etiam in Exeg. ὑπόξηρα, ὑπόκοιλα, ἐπτενόπερα explicat, quòd quæ præ ariditate contrahuntur, excauari, deprimi ac subsidere soleant. Erot. quoque ὑπόξηρα apud Hipp. exponit ἐκ πλάτους εἰς μύουρον ἠγμένα, quæ ex latitudine in acutum tendunt. Idem quoque ἀπόξεα τὰ ἀπόξηρα καὶ ἀποκεκομμένα exponit, hoc est derasa, recisa & abscissa, additque vt planiorem faciat explicationem, λέγει τὰ ἐκ πλάτους εἰς στενὸν ἠγμένα, vt intelligantur quæ exacuta sunt & ex latitudine in angustum tenuantur. Verùm apud Erot. ἀπόξεα καὶ ἀπόξηρα τὰ ἀποκεκομμένα legendum suspicor, vt τὰ ἀποκεκομμένα illas dictiones explicet, quas ex lib. κατ' ἰητρεῖον in medium afferre & interpretari mihi videtur. Vt apud Hipp. ἀπόξεα non ἀποξὺ legerit Erot. nisi ἀποξὺ pro ἀπόξεα apud eundem quis reposuerit. Sunt verò qui ἀπόξυρα & ὑπόξυρα velut abrasa & subrasa apud Hipp. dici velint, hoc est, acuminata, contracta & depressa. velut ὑποξύρους, ἐπτενοτέρας & συνεσταλμένας γαστέρας, hoc est, ventres depressos, contractos, extenuatos, velut subrasos, ex maiore Prorrh. exponit Gal. in Exeg. vbi tamen ὑποξυρομένας passim legitur. Ἀποξέα autem φύματα dicuntur Hipp. aphor. 12. lib.6. Epid. sect. 1. acuminata tubercula, in acutum tendentia & in sublime fastigiata, in Prognost. ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα vocantur. Quò ne respicere quidem Erot. explicationem, ac melius lib. κατ' ἰητρεῖον accommodari, existimo.

Ἀποπάλλειν Gal. apud Hipp. ἀπόπαλσιν exponit, expulsionem, extrusionem, excubrationem, emotionem, & τὸ ἀποπάλλειν hinc ductum esse scribit & actionem significare, idemque quod ἀποπάλλειν, depellere, excutere, extrudere, ex libro 1. περὶ γυναικείων. Qui locus si mendo non caret, & si modo vera est inscriptio, locum lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 617.7.) subindicat, qui sic passim legitur, eumque supra adscripsimus. ὁκόσαι δὲ τρωμάτων γενομένων μὴ ἀπαλλάσσεσθαι δύνανται, quicunque fœtus ex abortione liberari nequeunt. Vt pro ἀπαλλάσσεσθαι ἀποπαλλάσσεσθαι legisse videatur Gal. Quæ sanè lectio sic constare potest, vt perpessionem indicet. Verùm cùm idem scribat ibi actionem significare, & idem quod ἀποπάλλειν, ἀποπαλλάσσειν aut ἀποπαλλάσσειν legisse forte videatur, aut certè ἀποπαλλάσσεσθαι voce media vsurpasse, & ὁκόσαι pro ὁκόσα legisse, vt id ad mulieres referatur, quod alioqui fœtus respicit in vulgatis codicibus, qui etiam ferendam habent scriptionem. Eoque sensu constabit Gal. lectio, Quæcunque mulieres ex abortione fœtus depellere nequeunt, extrudere, excutere. Vt in Exeg. τὸ ἀποπαλλάσσεσθαι aut ἀποπαλλάσσεσθαι pro ἀποπαλλάσσειν reponendum mihi videatur, & hic subnotatus locus à Gal. indicetur. Neque enim habeo in tota γυναικείων πραγματείᾳ quo meliore loco istud poni queat. Quòd verò idem

Gal. τὸ ἀποπαλλήσεται perpessionem indicans ex lib. de Natura Humana adfert: Is mihi procul omni dubio locum eum subindicare videtur, qui legitur (p.18.53. H.229.21.) hoc modo in vulgatis codicibus. ὑπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος ἀπαλλάσσεται ῥηϊδίως τὰ ἐπιρρέοντα. Quæ enim influunt facilè vi liberantur aut vindicantur: vt pro ἀπαλλάσσεται ἀποπαλλήσεται, rectè legisse videatur Gal. hoc est, depellentur, extrudentur aut propulsabuntur & repellentur. Etsi in eius loci explicatione plurimùm se torquet Gal. variamque interpretum lectionem huius loci apponit. Quidam enim ἀποκλήσεται (arcebuntur, excludentur) legunt, quidam etiam ἀποκλείζεται, alij quoque ἀποπλήσεται. Sunt qui ἀποπτυγήσεται legunt, vt & Dioscor. ἀποπτυγήσεται, pro ἀποκρύψεται. Tandem quoque post multam animi fluctuationem eò delabitur Gal. vt ἀναλώσεται legat, hoc est, absumentur, expendentur, quod exponit ἀναλωθήσεται πεπτόμενά τε καὶ διαφορούμενα, concoquendo & digerendo consumentur. Dicitur autem ἀποπάλλω & ἀποπαλαίω & ἀποπαλίω quod est euibro, eiaculor, extrudo, excutio, emoueo, excido. vt ἐκπαλίω & ἐκπαλαίω, eluctor, eluxor, & de articulis sua compage emotis effertur Hipp. vt postea scribemus. Sic etiam ἀποπαλλέω videtur legisse Gal. vt & Hesych. ἀποπαλῶσι quod ἀποπαλαιῶσι & ἀποκρύψεται exponit, si modo lectio vera est. ἀποπαλαίσει tamen malim. Erot. autem apud Hipp. ἀποπαλήσει βιαίως καὶ σφοδρᾷ κινήσει exponit, (sic enim apud eum lego) quòd nomen potiùs est quàm verbum, vt locus lib. de fract. (pag.576.12. H.777.E.) subnotetur, & ἀποπαλήσει pro ἐκπαλήσει legerit Erot. Sic autem legitur, ταύτῃ δὲ τῇ ἐκπαλήσει μέγα τι τὸ ὑπερβαινόμενον τὸ ὑπὲρ τὸ παχύτερον τῶν ὀστέων, καὶ τῶν νεύρων συχνὴ κατάτασις. In hac autem articuli emotione, magnum quoddam supra os crassius fertur, & multa neruorum contentio. Et certè non dubia coniectura est, hunc locum ab Erot. exprimi, cùm certum sit hanc dictionem inter cæteras ex lib. de fract. adscribi, & nusquam aptiore loco collocari posse. Nam & eius expositio huic loco vel inprimis conuenit, cùm ἀποπάλησιν, σάλευσιν καὶ σφοδρὰν κίνησιν accipit, vt eluctatio illa & articuli emotio vehementem agitationem ac commotionem denotet. Magna enim vi ac vehemēti concussione opus est vt brachium in anteriorem partem excidat. ἀλλά τι αὖ ἐξαπίνης ἐκπάλησις ἐκ ἐκβάλλοι; vt illic scribit Hipp. Quid non repentina vis ac vehemens emotio eiiciat? aut quid non subita eluctatio eiiceret? Vt mihi hoc loco etiam videatur Gal. in Exeg. ἀποπάλησις legisse. Sic ergo in Exeg. reponendum iudico, ἀποπάλησις, ἀποπαλεις, vt significet Gal. ἀποπάλησιν dictam Hipp ἀποπαλσιν aut ἀποπάλλησιν pro eluctatione, vehementi extrusione & depulsione, hoc nimirum expresso loco, vnde & ἀποπαλλᾶσαι aut ἀποπαλλώζεσθαι deductum videatur. Atque mihi videtur germana Exegeseως scriptio, & quæ nusquam melius quadrare possit, vt veram Medicinæ parentis & ex antiquitate ipsa expressam puramque dictionem haurias.

Ἀποπαρθενεύεσθαι est virginitatem deponere, virginitate priuari, deuirginari. Lib. de aëre, loc. & aq. (pag.291.10.) οὐκ ἀποπαρθενεύονται δὲ μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι. neque virginitate priuantur, prius quàm tres hostes interfecerint.

Ἀπόπατοι ἀφοδεύσεις exponuntur Erot. apud Hipp. & secessus significant ad exonerandam aluum & deiectiones ipsas: crebraque est dictio apud Hipp. vt Prorrh.2. (p.86.B.) & lib. de art. [p.622.31. H.815.F.] atque aliàs sæpe. Sic Sudas ἀπόπατον ἄφοδον exponit.

Ἀποπηδᾶν exilire significat & de articulis dicitur qui eluxantur & sedibus excedunt, ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῆς φύσεως, lib. de art. (p.641.41. H.827.E.) ὅμως δὲ καὶ ταῦτα, ὅτι μὲν πλεῖον ἀποπηδᾷ ἀπὸ τῆς φύσιος. Hi quoque tamen interdum quidem magis naturali statu exiliunt. Rursus (p.620.41. H.812.H.) ἀποπεπηδηκὼς ἀπὸ τῶν ἄλλων ὁ σφόνδυλος dicitur, vertebra quæ ab aliis recessit, elapsa est & exiliit, vt in gibbo, ἐξαλλόμενος, (p.619.53. H.811.G.)

Ἀποπιέσματα sunt expressiones humorum quæ fiunt ex deligationibus in vulnere aut fracturis. Lib. de fract. (p.567.36. H.772.A.) τὰ γὰρ ἀποπιέσματα, εἴπῃ καὶ ἀποπιέζοιτο, τὰ μὲν αὖ ἐς τὸ πόδα ἀπάγοιτο. Nam & expressiones, si quid exprimatur, partim quidem ad pedem abducentur.

Ἀποπλανᾶν deerrare facere significat & errabundè ac procul abducere. Lib. περὶ ὀστέων φυσ. (p.279.54.) de vena dicitur quæ multum & longè vagatur, aut multas errabundas venas producit. ἐπὶ τὸ ἦτρον πολλὰς ἀποπλανήσας φλέβας, ad pubem multas errabundas venas produxit, hoc est, vago quodam modo deduxit, aut deerrare fecit.

Ἀποπληξίη (quæ est vehemens & repentina totius corporis resolutio & stupor) interdum in toto corpore est, & corporis syderatio, neruorum resolutio Celso dicitur, ex aph.31. & 16.lib.3.cap.1. lib.2. & cap.8. lib. eiusdem ex aph 42. lib.2. & Prorrh 2. (p.111.G.) ἀποπληξίη τοῦ σώματος dicitur aph.56. lib.6. & Coac. (p.197.G.) Sæpe ἀποπληξίη simpliciter Hipp. vt & ἀπόπληκτοι (vt aph.57.lib.6. & aph.16.lib.3) qui Celso attoniti, quorum corpus & mens stupet, dicuntur cap.26. lib.3. Sæpe verò etiam Hipp. ἀποπληξίη & ἀπόπληκτον de corporis parte resoluta & syderata effertur. ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος partem corporis stupidam & resolutam significat aph. 40.lib.7. τὸ παραλελυμένον exponit Gal. ἀπόπληξις τῶν μελῶν τινός membri alicuius syderatio ac stupor in graui capitis vulnere Prorrh.2. (p.99.B.) membrum aliquod esse resolutum dixit Celsus cap.4.lib.2. Idem ἀπόπληκτοι ex Prorrh. 2. (p.111.G.) qui quacunque parte corporis membrum resolutum habent, vertit cap.8. lib.2. & eos quibus facta neruorum resolutio est, ex eodem Prorrh. (93.11.) Sic γλώσσης ἀποπληξίη linguæ syderatio ac stupor. In Coac. [p.174. B.] atque ibidem ἀποπληξίην ὁ βραχίονος καὶ τῶν ἐπὶ δεξιά. Et ἀποπληκτικοὶ τὰ δεξιά, ἢ τὰ ἀριστερά, quibus dextra aut sinistra corporis pars resoluitur aut syderatur, ibidem [pag. 193.G. H.194.A.B.] Vbi ἀποπληξίη & ἀποπληκτικοὶ παραπληγίην & παραπληκτικοὺς denotant. τὰ ἀποπληκτικὰ λελυμένα in Prorrh. [p.194.18. H.73.F.] & Coac. [p.194 B.] syderationes exolutæ ac moderatæ dicuntur, & quæ partem aliquam corporis infestant. Quod innuit Gal. cùm scribit, ἀποπληξίας ἔνιοι ἐπὶ τὰς ἰδίας παραπληγίας λεγομένας μεταφέρουσιν, ἐφ' αἷς εἰς ἀκινησίας καὶ ἀναισθησίας μορίων τινῶν καταπίπτει τὸ νόσημα. Apoplexias nonnulli ad propriè dictas παραπληγίας transferunt, in quibus morbus ad partium quarundam immobilitatem aut sensus priuationem vertitur. Hanc igitur geminam huius vocis apud Hipp. acceptionem operæ pretium est ex Aret. imprimis graui & vetusto authore animaduertere. Scribit enim Cap.7 lib.1. περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων χρονίων παθῶν. ἀλλ' ἀποπληξίη μὲν, ὅλου τοῦ σκήνεος, καὶ τῆς αἰσθήσιός τε καὶ γνώμης καὶ κινήσιός ἐστι παράλυσις (τοιγαροῦν ἀποπληξίην λῦσαι ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον) hoc est, Verùm apoplexia, totius quidem corporis, & sensus, & motionis, & mētis resolutio est. [ac proinde apoplexiam validam quidem, nullo modo, leuem verò non facilè tollere queas.] Deinde paulò pòst, ἣν δὲ ἀπόπληκτον ὁ Ἱπποκράτης εἴπῃ σκέλος τὸ κατ' ἴξιν ὡς νεκρώδες, τὸ ἄχρηον καὶ τὸ ἀναλγὲς ἀλλ' ἐθέλει φράσαι. ὃ γὰρ ἐπὶ τοῦ ξύμπαντι ἀποπληξίην ἐστὶ ἰσχυρὴ, τόδε ἐν τῷ σκέλεϊ παραπληγίην φράζει. Cùm verò dicit Hipp. crus quod è directo est ἀπόπληκτον, hoc est syderatum velut emortuum, inutile & incurabile significare vult. Quod enim in toto corpore vehemens est apoplexia, id in crure paraplegiam vocat. Hoc etiam discrimen author Definit Medic. his verbis agnoscit [p.397.37.] διαφέρει δὲ ἀποπληξία παραπληξίας, ὡς μέρος ὅλου, οἱ μὲν γὰρ ἀποπληκτικοὶ, πάντως καὶ παραπληκτικοί, οἱ δὲ παραπληκτικοὶ, οὐ πάντως καὶ ἀποπληκτικοί. καὶ ὅτι οἱ μὲν ὑγιαίνοντες τὴν διάνοιαν, παρειμένοι εἰσὶ τοῦ σώματος μέρος ἢ μέρη, οἱ δὲ ἀποπληκτικοί, καὶ ταῦτα, καὶ τὴν διάνοιαν, καὶ τὸ ὅλον. Differt apoplexia à paraplexia, vt pars à toto. Qui enim apoplectici, prorsus sunt paraplectici: at qui paraplectici, non prorsus etiam apoplectici. Quodque paraplectici sana quidem sunt mente, & vnam aut plures corporis partes resolutas habent: Apoplectici verò & has, & mentem, & totum corpus resolutum habent. Cæl. quoque Aurel. cap.5.lib.3. acut. testatur veteribus, Hipp. Diocl. Praxag. atque aliis, apoplexiam paralysin dictam, & apoplectos, toto corpore paralysi vitiatos, paraplectos verò particulis. Vtranque Cornel. Celsus neruorum resolutionem vocat [cap.27. lib.3.] eamque interdum tota corpora, interdum partes infestare scribit. Veteres autores illud ἀποπληξίαν, hoc paralysin nominasse. Suo verò tempore vtrunque paralysin appellatum. Cuius cùm duplex genus sit, (vt scribit Gal. Com.2. in Prorrh. ex Erasist. περὶ παραλύσεως) αἱ μὲν γὰρ συνάγουσι καὶ συντείνουσιν, αἱ δὲ ἐκλύουσί τε καὶ χαλῶσι τὰς διαρθρώσεις, nil mirum est paraplexiæ genus quod in neruosorum corporum exolutione & relaxatione consistit, per τὰ ἐξαίρετα ἀποπληκτικὰ λελυμένα, in Prorrh. ab Hipp. intelligi. (p.194 18. H.73.F.

Ἀπόλυσιν Erot. apud Hipp. τὴν τῶν ἐπιδέσμων ἄνεσιν, vinculorum remissionem & relaxationem exponit.

Ἀποπτύζειν respuere, spuendo reiicere & eructare significat. Lib.7. Epid. (p.1217.B.) ἀποπτύζει καὶ ἄνω ἐς τὴν ῥῖνα ἀφώρει, respuebat & sursum in nares regerebat.

Ἀπορρίγησιν Erot. apud Hipp. ἀηδῶς ἔχειν exponit, quod est asperum, durum aut insuaue ac molestum. Verùm ἀπορρίγησιν existimo

existimo Erot. legisse libr. de fract. (p.553.44. H.763.E.) pro ἀπηγέστερον, quod illic ἀπηνέστερον & ἀηδέστερον exponit Gal. crudele, immite & iniucundum. ἀπηγὴς autem iracundum sonat.

Α'πορέγειν præbere, porrigere, protendere significat, & de manu effertur ab Hipp. initio lib. de fract. (p.527.10. H.750.D.) quæ ab ægro medico ad curationem exhibetur. αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεόμενος τὴν χεῖρα ἀπορέγει οὕτως. Qui enim deligatur hoc modo manum porrigit. Vbi Gal. variè accipi τὸ ἀπορέγειν ab interpretibus scribit. Quidam nanque simpliciter pro ὀρέγειν, quod est præbere, exhibere, accipiunt, & ipse παρέχειν exponit. Nonnulli etiam ἀπορέγειν pro deporrigere sumunt, hoc est auertere & prohibendo in contrarium abducere. In Exeg. verò ἀπορέγει προτείνει explicat, hoc est protendit, porrigit. Erot. autem ἀποτείνει, extendit, hoc nimirum expresso loco.

Α'πορίη anxietas, æstuatio in ægris dicitur, animi consternatio, desperatio, vt lib.5. Epid. [p.1153.B.] καὶ ἀπορίη ξὺν ὀδύνῃ, animi consternatio cum dolore, de magna anxietate à medicamento purgante. Sic Aret. cap.5. lib.2. de caus. & sign. ac. morb. in cholera morbo ἀπορίην ponit, cùm æstuant ægri & magna anxietudine premuntur, variè ac inordinatè iactantur, in angustiis hæsitant, animo sunt perturbato & anxio ac sæpè deficiunt. ἄπορος ἀδύνατος, ἀγωνιᾷ exponit Hesych. animi est impotens, anxietate perturbatur ac deficit. Α'πορον autem νόσημα dicitur Hipp. morbus ambiguus, & qui dubiam vitæ spem facit, Lib. περὶ ἱερῆς νόσου (p.310.27.) ἄπορον νόσημα καὶ ἀμήχανον, morbus ambiguus, remedij ac auxilij expers Lib.4. de Morb. (p.507.21.) ἄπορον πῦρ febris in qua dubia vitæ signa sese produnt, de vita ambigitur, hoc est periculi plena. τὸ δὲ πῦρ οὕτως γινόμενον οὐκ ἄπορον, οὐδὲ ἰσχυρὸν ἐστιν. Sic autem orta febris, neque periculosa, neq; vehemens existit. Διαπορήματα lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.65.42. H 391.1.) ἀπορίας exponit Gal. anxietatem, nimirum ob nimiam inediam deficientibus viribus, aut intempestiuam victus rationem oppressis, exortam

Α'πορρίψιες τῶν ἱματίων vestium reiectiones dicuntur in ægris æstuantibus aut delirio oppressis. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.65.44. H.391.4.) καὶ τῶν ἱματίων ἀπορρίψιες ἀπὸ τοῦ στήθεος, & vestium à pectore reiectiones.

Α'ποσβεὶς, ἀποσβεσθεὶς exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg hoc est Extinctus.

Α'ποσημαίνειν de pure significationem & indicium de se exhibente dicitur aph.41. lib.6. Ideoque illic Philoth. ἀποσημαίνειν ἀποκορυφοῦσθαι, hoc est, eminentiam quandam præ se ferre interpretatur.

Α'ποσιγήσιες reticentiæ dicuntur. Hac autem dictione responsiones sumi videntur apud Hipp. lib. περὶ σχημάτων. (p.22.50.) πρὸς τὰς ἀποσιγήσιας ἐνθυμηματικοί. in responsionibus arguti, in respondendo acuti (dixit Zuingg.) hoc est in respondendo prudentes, cogitabundi, vt animi sensum & conceptum argutè exponant. Cornar. ad tacendum obfirmato animo dixit. Caluus contrà tacentes, iracundos & vehementes. Malim tamen in respondendo acres, argutos, vt ei respondeat quod scribitur, πρὸς τὰς σιωπὰς σιγηλοί, aduersus eos qui instiunt taciturni, ad obiectiones taciturni, h. e. patientes & modesti deinde sequitur πρὸς τὰς ἀποσιγήσιας ἐνθυμηματικοί.

Α'ποσιτοι sunt Hipp. qui cibos fastidiunt & auersantur. Gal. Com.1. in lib.1. Epid. (p.355.42. H.940.H.) ἀποσίτους dici scribit τοὺς ἀποστρεφομένους προσφερόμενα σιτία, qui cibos appositos respuunt. Hipp. lib.1. Epid. (p.356.6. H.941.B.) ἀποσίτους eos opponit qui facilem cibi exhibendi copiam faciunt, eumque nec illubenter sumunt, οὐδὲ ἀπόσιτοι, ἀλλὰ καὶ διδόναι πάνυ εὐδέχετο, neque cibum non auersabantur modò, verùm etiam illius exhibendi facilem faciebant copiam. Α'ποσιτίαι ciborũ fastidia dicuntur aph.3. lib.6. & aph.1. lib 6. Epid. sect.8. & aph.17. lib.4. vbi Gal. ἀνορεξίας ἀποσιτίας exponit, vt & ἀνορέκτους τοὺς ἀποσίτους. Com ad aph.3. lib.6. hoc est inappetentes. & Com.3. in lib.1. Epid. (p.388.29. H.982.B.) & Com.1. in lib.3. Epid. (p.403.19 H.1063.B.) & Com 3. (p.410.31. H.1083 B.) Α'ποσιτικὰ Gal. in Exeg. ἀποσιτίας καὶ ἀνορεξίας ποιητικὰ exponit apud Hipp. quæ cibi fastidium & inappetentiam inducunt.

Α'ποσκήμματα dicuntur humorum decubitus & illapsus cum impetu, ex loco in alium quendam locum, qui naturæ viribus quandoque criticè fiunt, vt scribit Gal. lib. περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων (pag.462.7.) Idem etiam lib 2. ad Glauconem [p.215.36.] ἀποσκήμματα humorum decubitus ex influxu fieri, & relicta vna parte ad alteram transire scribit, sicque vocari τὰς διαθέσεις ἐκεῖνας, ὅταν χυμοί τινες ἐνοχλοῦντες πρότερον ἑτέρῳ μορίῳ, καταλιπόντες ἐκεῖνο, εἰς ἕτερον μεταστῶσιν, eas affectiones, cùm humores loco quem prius infestabant relicto, ad alterum transeunt. ἀποσκήμματα quoque dicuntur Gal. Com. 2. in Progn. (pag.137.54.) corporis excrementa quæ in aluum deponuntur, totumque corpus aut etiam partem quandam, veluti humoribus in eam decumbentibus, exonerant. Α'ποσκήψιες dicuntur Hipp. quæ ἀποσκήμματα humorum decubitus, interdum etiam morborum transmutationes & transitus, vt aph.56. lib.6. ἐπικίνδυνοι ἐς ταῦτα αἱ ἀποσκήψιες, procliues & periculosi in hæc transitus. Qua phrasi, aliòqui obscura, innuit Hipp. morborum melancholicorum procliuem esse transitum in apoplexiam, conuulsionem, vel furorem, vel cæcitatem.

Α'ποσκήψιες Gal. in Exeg. ἀποσχάσιες scarificationes exponit apud Hipp. ex lib.1. de Morb. maiore. Sed locus mihi admodum suspectus est. Neque enim dictio ista legitur lib.2. de Morb. quem passim in Exeg. lib. primum de Morb. maiorem vocat, existimoque pro ἀποσκήψιες; ἀποσκίμψαι aut ἀποτύψαι legi debere, & pro ἀποσχάσιες ἀποσχάσαι. Vt subindicetur locus lib.2. de morb. (pag.471.21.) vbi scribitur ἀποτύψαι μαχαιρίῳ, & (pag.981.19.) τὰς φλέβας ἀποτύψαι. Vt mihi videatur priore loco Galenus ἀποσκίμψαι legisse, & ἀποσχάσαι exposuisse. Sic enim σκίμψαι, τύψαι ἀποσχάσαι in Exeg. exponitur, & διελεῖν, vt & σκίμφθη διῃρέθη & Hesych. σκίμψαι ἀξῆξαι. forte quoque in Exeg. pro ἀποσκήψιες ἀποσχάσαι legi potest, & ἀποσχάσαι exponi à Gal. Nam & hanc dictionem vsurpat Hipp. lib.2. de Morb. (p.472.40.) τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ ἀποσχάσαι, venas quæ sub lingua sunt scarificato; pertundito. Atque hunc Exegeseως locum qui mihi procul omni dubio fœdè viciatus videtur; magis suspectum facit Var. qui pro ἀποσκήψιες, ἀποσκήψις legit. Aut certè, quod mihi magis arridet, locum eiusdem lib. (pag.469.42.) expressisse videtur Gal. vbi legitur nostris in cod. καὶ ἐπὴν ἀποσφίγξῃς τὴν σικύην, ἐὰν προσκέηται ὡς πλεῖστον χρόνον. Sed ἐπὴν ἀποσκίμψῃς legisse mihi videtur Gal. & pro ἀποσχάσῃς sumpsisse; hoc est, & vbi scarificaueris, cucurbitulam quàm multo tempore adhærere sinito. Nam & antea cucurbitulas ceruicis initio & iuxta vtranque aurem præraso capite apponi iusserat. Eaque lectio optimè Gal. mihi constare videtur; si ἀποσκίμψῃς, ἀποσχάσῃς, in Exeg. legatur. Α'ποσκήψιες autem aut ἀποσκήψιες. (quomodo mihi leg. videtur Gal.) humorum effluuia ac depositiones significant; quæ velut in abscessuum ratione corpus per emissaria quædam exonerant, eaque ratione à morbis vindicant, vt sunt fistulæ, (quæ & ἀποστάσιες dicuntur lib. περὶ χυμῶν) lib.6. Epid. sect.3. aph. 28. ἢ ἕτεραι ἀποσκήψιες aut alij humorum decubitus aut depositiones. Vbi tamen lectionem libri περὶ χυμῶν secuti sumus, tandemque lectionis Exegeseως & manu scriptorum codicum mentionem iniecimus. Prorrhetico etiam 2 ἀποσκήψιος meminit Hippocr. (pag.91.C.) ὅσοι δ' ἂν ἔμπυοι γίνονται, νέοι ἐόντες, ἐξ ἀποσκήψιος, ἢ σύριγγος. Iuuenes qui in pectore pus colligunt ex humorum decubitu, aut fistula, vomicam dixit Celsus.

Α'ποσκληρῦναι, quod est indurat, obdurat, ἀποσκελετεύειν, reficcat, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg.

Α'ποσμιλαίνειν exponit Gal. com.2. in lib. de art. (pag.604.39. H. 799.F.) εἰς ὀξὺ περιάγεσθαι, exacui, in acutum fingi & duci. Quã dictionem illic vsurpat Hipp. in maxilla inferiore fracta. ὡς ἔτι μάλιστα μὴ ἀποσμιλαίνηται ἡ γνάθος, ea cautione adhibita, ne maxilla in acutum distorqueatur. Sed illic ἀπομυλλαίνῃ legendum videtur, quemadmodum legit Eror. Est enim ἀπομυλλαίνειν, intorquere, incuruare, quòd μυλλὸν Hesych. κυλλὸν, καμπύλον, σκολιὸν στρεβλὸν significet, curuum, incuruum, tortuosum, distortum, & Eustath. quoque μυλλὸν τὸν διεστραμμένον τὴν ὄψιν, eum qui distortis est oculis indicet. Erot. autem ἀπομυλλαίνειν esse scribit, ὅταν διαστροφὴ καὶ τῆς σιαγόνος τὴν γένυν κατὰ παρέσεως σχῇ, μάλιστα δ' ἐκ πληγῆς; cùm maxilla distorquetur cum relaxatione quadam ac veluti distrahitur, idque præcipuè accepta plaga. Gal. quoque in Exeg. ἀπομυλλῆναι, προβαλὼν τὰ χείλη συνηγμένως exponit, hoc est, labra adducta protendens, & προμυλλαίνει προπετεύεται, προέχει εἰς τοὔμπροσθεν, hoc est, procidit, & in anteriorem partem prominet, & προμυλλῆναι, προτείνας ἔξω τὰ χείλη, qui labra protendit, aut cui labra prominent. Et Sudas μυλλαίνειν esse scribit, τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα συνάγειν, labra in sese adducere & comprimere. Quæ certe faciunt vt apud Gal. ἀπομυλλαίνειν pro ἀποσμιλαίνειν legendum existimem. Quæ enim protenduntur aut prominent, in acutum ducuntur & finguntur. Ergo apud Hipp. vtraq; significatio conuenire potest, vt sit ὡς μὴ ἀπομυλλαίνηται ἡ γνάθος (aut vt legit Erot. ἀπομυλλαίνῃ)

vt ne maxilla incuruetur, intorqueatur, in acutum ducatur aut distorqueatur. Vult enim vtrasque habenas quæ maxillæ iniiciuntur, circa verticem sese quàm maximè contingere ac connecti, ne maxilla circa fracturam ac mentum præcipuè distorqueatur. Quòd si ἀπομυλλαίνῃ de simul adductis & protensis labris intelligas, sensus erit, vt quam maximè maxillæ fractæ ossa inter se protensis labris adducantur, contrahantur & comprimantur, tuncq; ὡς ὅτι μάλιστα ἀπομυλλαίνῃ legendum erit sine negatione, quod faciunt codices Germanici. Verùm prior lectio magis arridet. Etymol. etiam ἀπομυλλαίνων, διαφαυλίζων, ἐξευτελίζων σαρκάζοντες exponit, quod est distortis aut in acutum protensis labris irridebant, aut irridentes parui faciebant. Quæ notio huic quoque loco quadrare potest, vt nostris in libr. de art. Annotat. scribimus.

Ἀποσπαρθάζουσιν ἀσπαίρουσιν ἢ σφύζουσιν exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. ex lib. 2. de Morb. hoc est, palpitant, saliunt, mouentur, vibrant, pulsant. Locus est apud Hipp. lib. 2. de Morb. (p.464.25.) vbi de vua agitur & columellæ inflammatione, διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἢν μὴ ὀργῶντα τάμῃς περισχήματα ἀποσπαρθάζουσιν. Quare nisi intumescentem aut turgentem seces, confestim sese vibrando spiritum ac animam efflant ægri. Sic enim mihi locus intelligendus videtur, vt præ suffocatione sese vibrent ac agitent ægri, in eoque motu salientes & palpitantes animam agitent. Aliôqui non video quanam ratione Gal. explicatio probè quadrare possit. Alij ἀποσπαρθάζουσιν inflammantur aut ardent exponunt. Verùm de columella iam inflammatione tentata agitur. Caluus animam agunt dixit. Hesych. ἀποσπαράσσουσι pro ἀποσπαρθάζουσι legisse videtur, cùm eandem Galeni explicationem adhibeat, etsi Varin. vtranque lectionem agnoscit. Et certè ἀποσπαράσσουσι Hipp. loco quadrare potest, si intelligamus ægros, nisi columella secetur, suffocatione coactos, eam immissis subinde digitis lacerando diuellere.

Ἀποσπάσματα auulsa significant, eoque nomine dicuntur vnitatis solutiones in partibus organicis Gal. lib. de constit. art. (pag.36.34.) Initio verò lib.4. meth. med. ἀπόσπασμα vocat continui solutionem in ligamentis, vt ῥῆγμα & θλάσμα in vasis & musculis, ex violento motu aut ictu excitatam. Idem Com.3. in lib. κατ' ἰητρ. (p.699.48. H.748.D) ἀποσπάσματα Hipp. dici scribit auulsiones in ossibus, cùm quæ ipsa colligant, diuulsa plurimum à se mutuò secesserint (vt de summo humero disserit Hipp.) vbi ἀποσπάσματα vertimus, cùm diuulsis iis quæ ossa colligant, quæ priùs mutuò se contingebant, plurimùm secedunt.

Ἀπόσταξις sanguinis è naribus stillationem Hipp. significat, & pro στάξει, hoc est sanguinis stilla, ponitur, fereque in iudicationis ratione subsistens vt fatiscentis naturæ est indicium, ita non leue periculum denunciat, vt scribit Galen. Com.4. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (p.105.20. H.401. 29.) & Com.2. in lib.1. Epid. (p.372.4. H.79.H.) & Com. 3. in Prorrh. (p.214.10.) Sic ἀπόσταξις μικρὰ ἀπὸ ῥινῶν, pauca sanguinis è naribus stillatio, non leue periculum denuncians, in Prorrh. (p.214.6. H.ibid.) & Coac. (p.171. C.) ἀποστάζειν μικρὰ, quod ἐκ ῥινῶν ἀποστάζειν ibidem dicitur (pag.151.G.) Libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag.105.6. H.401.29.) αἵματος ἀπόσταξις ἐξαπίνης, συντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην κατὰ φλέβας δηλοῖ, sanguinis stillatio repentina contentionem multamque in venis inflammationem denunciat. In Coac. (pag.184.F.) αἱ λίην ἐξέρυθροι ἀποστάξιες, valde rubicundæ sanguinis stillæ in pulmonis morbis perniciem indicant. Est vbi ἀπόσταξις quancunque sanguinis è naribus fluxionem denotat, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.102.36. H.400.29.) προσδέχου τῷ τοιῷδε ἀπόσταξιν αἵματος διὰ ῥινῶν ἐσομένην, huic sperandum est sanguinem è naribus profluxurum. In Coac. Prænot. (p.204.A.) αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἀποστάξιες τῷ προσώπῳ ἔρευθος ἀποστρέπουσι, sanguis è naribus profluens faciei ruborem auertit. Interdum quoque ἀπόσταξις apud Hipp. simpliciter destillationem ac defluxionem significat. Lib.5. Epid. (p.1159.G.) φωνὴ περιπλευμονικὴ ἀπόσταξις, vox qualis pulmonia laborantibus, destillatio. Sic ἀποστάζειν quod destillare significat, de eo dicitur quod per liquefactam glandem subditam per aluum effluxit ac veluti destillauit. lib.7. Epid. (p.1231.C.) χρῶμα κοπρῶδες ἔσον ἀπέσταξεν, quicquid inde defluxit colorem stercoris habuit. Et paulò pòst (D.) δωδεκαταίῳ πρὸς βάλανον ὅμοια ἀπέσταξε, duodecimo die per glandem subditam similia destillabat.

Ἀπόστασις idem quod ἀπόστημα, abscessus Latinis dicitur, tumor omnis qui naturæ robore digeri non potuit, sed tandem in suppurationem vertitur. Aph.31. lib.4. ἐς ἄρθρα καὶ περὶ τὰς γνάθους αἱ ἀποστάσιες γίνονται ad articulos & malas abscessus fiunt, vel in maxillis, vel in articulis aliquid abscedit, dixit Celsus cap.7. lib.2. Et aph.32. eiusdem lib. ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίνονται illic abscessus oriuntur. Aph.74. eiusdem lib. ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς τὰ ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ καὶ παχὺ καὶ λευκὸν γινόμενον. Eos quibus spes est abscessum ad articulos fore, vrina multa, crassa & alba ab abscessu vindicat. Ἀπόστασιν ex Prorrh.2. sæpè Celsus vomicam vertit, quemadmodum Iasonis Pherei vomicam gladio aperi i dixit M.Tullius lib.3. de Nat. deorum. Sic Prorrh.2. (p.91.E.) ἀποστροφαὶ δὲ τῆς αἱμορρῆξιος μάλιστα γίνονται τούτοισιν, εἰ μὴ ἀποστάσιες ἐπιφύωνται. ἄρισται δὲ τῶν ἀποστασίων αἱ αἱματωδέσταται Celsus cap.8. lib.2. Sed iisdem ferè, nisi redit sanguis, vomica erumpit, quæ quo cruentior, eo melior est. Et quod scribitur Prorrh 2. (p.91.C.) ὅσοι δ' αἷμα ἐμοῦσι ... ἀπόστασιες ... Celsus sic vertit eodem cap. Solent etiam in adolescentibus ex eo morbo vomicæ fistulæq; oriri, quæ non facilè sanescunt, nisi si multa signa bonæ valetudinis secuta sunt. Rursus ex Prorrh.2. (p.109.B.C.) ἢν δὲ καὶ ἐς τὸν τράχηλόν τι καὶ ἐς τὸ νῶτον ἡ ὀδύνη κατεβαίνῃ τὴν κεφαλὴν ἀπολιποῦσα, καὶ αὖθις πάλιν παλινδρομῇ ἐς τὴν κεφαλὴν, καὶ ἔτι χαλεπώτερον γίνεται ... ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὸν τράχηλόν τι καὶ τὸ νῶτον ... προσδέχεσθαι ἀποστασίων ἐσεσθαι, ἢ πύον βῆξαντα, ἢ αἱμορροΐδας ἴσχοντα, ἢ ἐξανθήματα ἐν τῷ σώματι. λεπτύνεται δὲ καὶ πιτυρώδης ἡ κεφαλή. Sic vertit Celsus eodem cap. Si sine causa longus dolor capitis est, & in ceruices ac scapulas transit, rursusq; in caput reuertitur, aut à capite ad ceruices scapulasq; peruenit, perniciosus est, nisi vomicam aliquam excitauit, sic vt pus extussiretur, aut nisi sanguis ex aliqua parte prorupit, aut nisi in capite multa porrigo (sic enim lego) totove corpore pustulæ ortæ sunt. Quibus ex locis manifestum est ἀποστάσεις ex Hipp. Celso vomicas verti, quæ ἐκπυήματα etiam Prorrh.2. (p.91.E.) & Progn.2. ἐκπυήσεις dicuntur. Celsus sub finem cap.7. lib.2. vomicas etiam vertit. Ἀποστήματα autem (quæ ἀπὸ τοῦ ἀφίστασθαι, quod est abscedere, dicuntur) ὀνομάζουσι τὰς διαθέσεις ἐκείνας, ἐν αἷς ἀπ' ἀλλήλων ἀφίσταται τὰ πρότερον ἀλλήλων ψαύοντα σώματα, eas vocant affectiones, in quibus à seipsis, quæ prius se mutuò contingebant, abscedunt, vt scribit Gal. lib. 2. de cur. rat. ad Glauc (p.215.31.) Eaq; duum sunt generum. Mutantur enim ferè in abscessum inflammationes quędã & erysipelatosi phlegmonosiq; tumores non pauci. Interdum quoq; nulla prægressa inflammatione aut huiusmodi affectu, humor aliquis, vel vaporosus spiritus sua copia in ea parte quæ affecta est, genitus, siue aliunde ingruens, in parte aliqua colligitur. Qui temporis spatio putrescens & acrimoniam colligens, spatiumq; sibi moliens, circumposita corpora dirimit, aut copia distendens duabus tunicis aut certis membranis concluditur, tandemque naturæ vi atque artis subsidio erumpit. Atq; pro varia eius specie, proprietates etiam non paucas, nec humorum modò, verumetiam solidorum quorundam corporum exprimit, vt scribit Gal. lib.2. de Cur. rat. ad Glauc. & lib.14. Meth. med. cap.12. & lib. de Tumoribus præter nat. Ἀπόστημα dicitur etiam cùm humor in medio carnosarum partium consistit & putrescit, cum sanguinis affluxu, & vnitatis solutionem facit, neque pars affecta os aut exitum habet. Tum enim si quâ via pateat ad humoris contenti excretionem, non amplius hic affectus ἀπόστημα abscessus, sed κόλπος, hoc est sinus nominatur. Et quæ eo se habent modo ἀφεστάναι dicuntur Galeno Com.2. in lib. κατ' ἰητρ. (p.686.5.) τὰ ἀφεστεῶτα, quæ abscesserunt, disparata Hipp. significant, quæque vbi corpus præter naturam affectum est, vnitatem aut contactum amplius non seruant, vt exponit Gal. ibidem (p.684. 43. H.744.E.) Eoque nomine etiam Hipp. tum fracturas, tum vulnera ipsa, & continui in carne solutionem comprehendit. (Ibidem p.685.41. Gal.) Ἀπόστασιν quoq; & ἀπόστημα de fracturis dici Hipp. & τὰ ἀφεστεῶτα σώματα quæ fracta sunt, quòd ab inuicem discedant, scribit idem Gal. Com. 3. in eundem lib. (p.689.47.) Ipse verò in soluta cõtinuitate reponit. Ἀποστήματα corporis abscessus vocat Celsus cap.1. li. 1. Vomicas & apostemata Cæl. Aurel cap.14. li.2. Acut. vt & Plinius cap.5. lib.30 Ac neque ista carnosis partibus tantùm attribuuntur, sed & de ossibus enuntiantur, & ἀπόστασις ὀστέου effertur aph.79. lib.7. & ὀστέον ἀφίστασθαι aph.45. lib.6. & ἀποστῆναι ὀστέα, & ἀποστατικὰ γενέσθαι, ossa abscedere & abscessũ factura, lib. de fract. (p.561.17. H.767.E.) & li.5. Epid. (p.1153.A.) ἀπέστη ὀστέα, ossa ex syderatione abscessũ fecerũt.

Est &

Est & ἀπόστασις ὀστέου ossis discessio aut discessus, cùm fragmentum aliquod ab osse recedit, lib. de fract. (pag. 563. 54. 769.C. & 564. 16. & 38. H. 770.E. & ἀφεστηκὸς ὀστέον os disparatum ex luxatione, vbi diu non repositum manet, lib. 5. Epid. (p. 1145. H) ἢ ὀστέον ἀφεστηκὸς χρόνιον, & os diu disparatum. Et ἀφίσταται τὸ δέρμα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, cutis ab osse discessit, recessit, lib. 5. Epid. (p. 1162. B.) ἀπέστη οὖρα, vrinæ defecerunt, hoc est suppressæ sunt ac restiterunt lib. 3. Epid. ægr. 14 post st. pest. Sunt & ἀποστάσιες Hipp. κενώσιες κατ' ἔκροου hoc est humorum per effluuia quædam emissiones & vacuationes, vt scribit Gal. Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 364. 18. H. 946. G.) Sic ἀποστάσιες ἐς στραγγουρίας lib. 1. Epid. (p. 365. 1. H. 947. H.) humorum per vrinæ difficultatem secessus dicuntur & excretiones, cùm per renes & vesicam totius corporis superflua copia repurgatur, & in transitu humorum acrimonia laborantibus locis stranguria excitatur. περίρροιαι στραγγουριώδεις καὶ νεφριτικαί, circumflui humorum effluxus per vrinæ difficultatem & renes effusi ibidem vocantur (p. 358. 54. H. 943. E.) Suntq; ex earum genere solutionum quæ per effluxum fiunt vt illic scribit Gal. (p. 360. 3. & p. 365. 13.) Ex eodem etiā sunt genere ἀποστάσιες ἐς αἱμορραγίας cùm morbus in sanguinis profluuium deponitur ac per id soluitur lib. 1. Epid. (p. 370. 18. H. 953. A. Sunt autem apud Hipp. duo ἀποστάσεων celeberrima genera. Vnum quod ἀπόστασις κατ' ἔκρουν ἢ κατ' ἔκκρισιν, ἢ κατ' ἔκχυσιν dicitur, cùm morbus excretione quadam, aut per effluxum veluti per quædam emissaria soluitur. Alterum cùm materia suo pondere in partem aliquam decumbit in eamq; deponitur aut firmatur ἀπόστασις κατ' ἀπόθεσιν nominatur. Quod scribit Gal. Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 490. 14. H. 1176. D.) πολλάκις ἀποστάσεις εὑρομένας αὐτὸν οὐκ ἐπὶ μόνων τῶν κατ' ἀπόθεσιν, ἀλλὰ κἀπὶ τῶν ἐκκρίσεων ὀνομάζοντα. Sæpius ipsum inuenimus, non de his solùm quæ in partem aliquam deponuntur, verumetiam de his quæ excernuntur, abscessus nominare. Et Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 360. 3.) κατ' αὐτὴν τὴν Ἱπποκράτους βουλόμενον οὐ μόνον κατ' ἀπόθεσιν ἀλλὰ καὶ κατ' ἔκρουν ἀπόστασιν γίνεσθαι. Iuxta Hipp. abscessum fieri volentem non solùm per depositionem, verumetiam quoque per effluxum & emissionem. Vtrunque verò ἀποστάσεως genus mire exprimit Hipp. lib. 2. Epid. sect. 1. vbi & τὴν κατ' ἔκρουν ἀπόστασιν disertis verbis nominat & nos nostris in eum lib. commentariis fusissimis verbis aperuimus. Est & Hipp. ἀπόστασις morbi vnius in alterum transitus & secessus quidam. Velut ἀποστάσιες ἐς τεταρταίους, ex febribus in quartanas secessus & transpositiones, lib. 1. Epid. (p. 361. 45. H. 944. G.) Vbi Gal. ἀπόστασιν μετάστασιν his verbis exponit. μέμνησο δὲ πάλιν ἐνταῦθα τῆς περὶ τοὔνομα χρήσεως, τῆς Ἱπποκράτους εἰπόντος, ἀποστάσεις ἐς τεταρταίους γεγονέναι. φαίνεται γὰρ μόνον κατ' ἔκρουν ἀποστάσεις ποιεῖ ὀνομάζων, ἀλλὰ καὶ τὴν μετάστασιν ἐξ ἑτέρου νοσήματος εἰς ἕτερον. Tu verò fac memineris vt hic nomen vsurpetur ab Hipp. cùm dicit, abscessus in quartanas factos esse. Videtur enim non solùm abscessus quosdam per effluxum nominare, verumetiam per vnius morbi in alterū transitum. Sic διαδοχαὶ νοσημάτων καὶ ἀποστάσιες ἐπὶ τὸ ὀλέθριον καὶ κρίσιμον, morborum vicissitudines & successiones, ac abscessus in perniciem & iudicationem simul iunguntur, eodem lib. (p. 375. 51. H. 959. B.) Et lib 3. Epid. in st. pest. (p. 421. 29 H. 1083. D.) ἀποστάσιες ἐς ἐμπυήματα, abscessus ad suppurationes. Interdum verò ἀποστάσιες & μεταστάσιες coniungit Hipp. vt lib. de rat. vict. in morb ac. (p. 105. 44. H. 401. 57.) Quarum discrimen his verbis exprimit Gal. in Com. ἐὰν γὰρ αἷμα πολὺ κατ' ὁντιναοῦν τρόπον ἐκκενωθῇ, σωτηρίας ἔχει ἐλπίδα, καὶ δι' ἀποστάσιος αὐτοὺς καὶ μεταστάσιος φησι σώζεσθαι, τὴν μὲν ἀπόστασιν αὐτόθεν διὰ τῆς ἰδίας προσηγορίας δηλώσας, τὴν δὲ μετάστασιν διὰ τοῦ φάναι, πόνος ἐν ὑποχονδρίῳ, ἢ ἐς ὄρχιν, ἢ σκέλεα. διαφέρει δ' ἀλλήλων, τῷ, τὴν μὲν ἀπόστασιν αὐτὴν τὴν κρίσιν ἐπιφέρειν καὶ ἀπαλλάττειν ἁπάντων τῶν ὀχληρῶν τὸν κάμνοντα· τὴν δὲ μετάστασιν ἑτέρων ἔχειν ἀρχὴν παροξυσμῶν τε καὶ πόνων, ὡς δεῖσθαι πάλιν ἄλλου χρόνου πρὸς τὴν πέψιν τὸν τόπον τοῦ σώματος, εἰς ὃν ἡ μετάστασις ἐγένετο τῶν λυπούντων χυμῶν. Etenim si copiosus sanguis quouis modo excretus fuerit, salutis eos spem habere, & per abscessus & transpositum eos seruari dicit; abscessum quidem palam propria appellatione denotans: transpositum autem cùm ait, præcordiorum dolores, vel in testes, vel in crura. Est verò eorum id discrimen, quòd abscessus quidem iudicationem facit, ægrumque omni molestia liberat, transpositio autem aliarum accessionum & dolorum principium habet, adeò vt alio rursum tempore ad concoctionem corporis locus indigeat, ad quem infestantium humorum facta est transpositio. Ex quibus colligitur ea inter se differre vniuersali & singulari notione. Cùm sint enim vtræq; humorum in partem aliquam illapsus & decubitus, generalius quiddam tamen ἀπόστασις continet, quæ vitiosos humores foras eicius & velut ex toto vacuat, solutionemq; facit: μετάστασις autem peculiarem partis cuiusdam depositum significat, in quā illapsi humores iudicatione vacuari nequeunt, sed concoctione indigent. Ac videtur ἀπόστασις generale quoddam esse nomen ad ἀποστάσιας κατ' ἔκρουν, (quas hîc ἀποστάσιας vocat) & ἀποστάσιας κατ' ἀπόθεσιν, quas hîc μεταστάσιας dici perspicuum est, suntq; impetuosi humorum ex loco in alium locum illapsus, quæ ἀποσκήμματα vocantur. Non absimili verò notione ἀπόστασιν ποιεῖσθαι ἰσὸς dicitur Hipp. morbus discessionem facere, qui in partem aliquam secedit aut transponitur, eamq; vitalitate priuat ac mutilat. Vt lib. περὶ ἑπταμήνου (p. 256. 32.) ὥστε καὶ ἀπόστασιν ποιήσασθαι νόσον, ὡς καὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἰσχυραῖς νόσοις ποιεῖται. adeò vt abscessum morbus fecerit, non secus ac viris grauissimi morbi facere solent. Intelligit enim partis mutilationem aut priuationem in fœtu octimestri, cùm eorum quidam cæci aut claudi, alij aliter malè habentes nascantur. Rursus ib. (v. 35.) ὅσα δ' αὖ τῶν ἐμβρύων ἐν ἄλλῳ χρόνῳ ἰσχυρῶς νοσέῃ, ἀπόλλυται πρότερον, ἢ αὐτῷ ἀπόστασιν γενέσθαι. At fœtus alio quouis tempore grauiter ægrotantes, prius pereunt quàm eiuscemodi abscessum experiantur.

Ἀποστηρίζειν, firmare, fulcire significat. De malo autem dicitur quod in partem aliquam decumbit & firmatur Prorrh. 2. (p. 99. 8.) χωλὸν δὲ γενέσθαι τὸ ἄρθρον ἐς ὃ ἀποστηρίζει ἀναγκαῖον ἐστιν, ἢν ἄρα καὶ περιγίνηται ὁ ἄνθρωπος. at claudum fieri articulum in quem malum firmatum est necessariò contingit, si modo æger superstes futurus est. Intelligitur de membri alicuius stupore, qui in grauibus capitis vulneribus obuenit cum febre & delirio. Quòd si æger superstes euadit, claudus tamen articulus in quem malum decubuit futurus est. Etsi alij ad vulnus inflictum referunt, mihi tamen ἀπόληξιν & decubitum illum propius respicere videtur. Ἀποστηρίγματα aut στηρίγματα fulcra & stabilimenta dicuntur quæcunq; sine deligatione affectæ parti ad eam stabiliendam apponuntur à dextris aut sinistris, aut supra, aut infra, qualiacunque ea fuerint, siue superdentur, siue substernātur, veluti caput puluinis aut ceruicalibus, lanisq; etiam & pannis mollibus firmatur. Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 704. 25. H. 749. D.) Quod autē discrimen ἀποστηρίγματα & ἐρείσματα inter se habeant postea in ἐρείσματα scribimus. Ἀποστηρίγματα etiam dicuntur Hipp. lib. de flatib. (p. 198. 41.) confirmati alteq; in intestinis innixi & adhærentes morbi. Hæc enim voluulis, intestinorum conuolutionibus & torminibus adiunguntur, quæ omnia à flatibus originem ducunt. ὅσα δὲ ἄλλα ἀρρωστήματα ὁκόσα μετὰ εἰλεοὶ, ἢ στρόφοι, ἢ εἰλήματα, ἢ στρόφοι, ἢ ἕτερα ἀποστηρίγματα. Ex aliis autem ægritudinibus quicunq; voluuli existunt, aut intestinorum conuolutiones, aut tormina, aut alij confirmati ac penitus inhærentes morbi. Etsi certe mihi non parum suspecta est illa lectio, quæ tamen omnium exemplariorum consensu confirmatur Nam & Cornar. ἐμφράγματα legisse videtur, & oppilationes vertit. Alij vertigines intelligunt. Ego verò ἀναρρήγματα legendum existimo, aut pro ἕτερα ἀποστηρίγματα, τὰ ἕτερα ἀναρρήγματα legendum contendo, quòd de his venarum in pectore ruptionibus postea agatur, quas à flatibus fieri docet. Zuingg. per ἀποστηρίγματα infixiones & materiam quandam præter naturam parti inhærentem, vel qualitate, vel quantitate affligentem intelligit, & dolores intestinis infixos aut adhærentes.

Ἀποστρακὸς ἐστὶν dicitur Hipp. lib. de vuln. cap. (p. 910 A.) os ita resiccatum vt in testam mutatum sit, & in testulam abeat, quæ ab alio osse facilè dimittitur, osse exangui & sicco reddito medicamentis aridis & cephalicis. τὸ γὰρ τάχιστα ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποστρακὸς, ἐν τούτῳ μάλιστα ἀφίσταται ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ ἐναίμου τε καὶ ζῶντος αὐτοῦ Quod enim citissimè reficcatum est & in testulam abi, ideo ab alio osse vitam & sanguinem habente potissimùm dimittitur. At valde tamen mihi placet ἀποστρακὲς pro ἀφεστηκὸς hîc Ionicè legi.

Ἀποστροφὴ conuersionem & in latus commutationem ac inclinationem significare videtur lib. 4. Epid. (p. 1128 H.) ὡς ἀπὸ ἀποστροφῆς, velut ex conuersione. Significatur enim dextra parte dolor fuisse, qualis ex violenta conuersione, aut in latus inclinatione contingit. Vbi tamen ὑποστροφῆς legisse videntur interpretes.

Ἀποσυριγγοῦσθαι est in fistulam excauari ac velut fistulari. Erot. apud Hipp. ἀποσυριγγοῦται, ἀποφυσᾶται καθάπερ αἱ πεφυσημέναι σύριγγες, hoc est, perflatæ sunt aut flatu impletæ velut inflatæ fistulæ, de auribus intelligens. Quibus verbis locum lib. de loc in homine exprimere videtur (p. 413. 1.) ὅκοταν δ' ἐς τὰ ὦτα ῥέῃ, τὸ πρῶτον ὀδύνην παρέχει· ἐπὴν δὲ χωρέῃ πόνον δὲ

περιέχῃ, ἔς' αἱ ἀποσυριγγωθῇ. Cùm verò in aures fluxio incubuerit, dolorem prius exhibet. violenter nanque procedit. dolorem autem exhibet, quoad fistula excauata fuerit aut in fistulam abierit, hoc est, aures fistulam contraxerint, aut diuturno vsu fluxio velut occalluerit, aut assuetudinem fecerit, tandemque suppurarit. Scribitur nanque postea, ἐπὴν δὲ μάθῃ ῥεῖν, οὐκ ἔτι πόνον ποιεῖ. Vbi autem fluere consueuerit, non amplius infestat. Et paulò post (p.413.13.) de eadem in aures fluxione, ἢν δὲ ἐσσυριγγωμένον ᾖ, καὶ πεπυωμένος ῥέῃ ἰχὼρ πουλύς. Vbi verò iam fistula contracta fuerit, & multa purulenta sanies effluxerit. Vbi certè Erot. ἀποσυριγγωθῇ legisse mihi videtur, ac de auribus accepisse, quæ velut inflatæ fistulæ flatu impletæ sunt, hoc est, in fistulam versæ. Aliòqui fluxio intelligetur in flatum conuersa, quæ nusquam infestare desinet, nisi flatus discussus ac velut per fistulam deductus. Idem etiam ἀποσυριγγώσας apud Hipp. ὡς ἀποφυσήσας, velut inflans exponit. Quod de vena dicitur lib. περὶ ὀστέων φύσιος (p.280.3.) ἡ δὲ ἀφιγμένη παρὰ τὸ παχὺ τοῦ ἥπατος, καὶ ἀποσυριγγώσας τὴν χολήν. Alia verò ad hepatis crassitudinem procedens, vbi fel inflauit, in fistulam coëgit, hoc est, velut per fistulam deduxit.

Α'πὸ συρμαϊσμοῦ quod exponit Erot. ex Hipp. Vide postea in Συρμαΐα.

Α'ποσύρματα desquamata dicuntur & abrasa, aut summæ cutis abrasiones. ' Est solutæ continuitatis in superficie species, abrasa scilicet cute. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.428 9.) τὰ ἀποσύρματα καὶ τὰ ἐπικαύματα ἐπιπολῆς, desquamata & ambusta in superficie. & ib. (v.24.) & (p 427.41)

Α'ποσφαγὴ mactatio, iugulatio dicitur vbi iugulum secatur. Sed apud Hipp. ἀποσφαγαὶ dici videntur vbi laqueo aut vinculo iugulum intercipitur, quod fit in laqueo suffocatis. Sic ergo apud eum legitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.18.24.) ὅσα δὲ σαρκώδεά τε καὶ μαλθακά, ἐν τούτοισι νάρκαι τε καὶ πληρώματα, οἷα ἐν τῇσιν ἀποσφαγῇσι γίνεται. Quæ verò partes carnosæ sunt & molles, in iis stupores & repletiones, quales iugulatis, fiunt. Vbi οἱ ἀποσφαγέντες mihi dici videntur quibus iugulum laqueo intercipitur. In iis enim quibus collum vinculo intercipitur, vt laqueo suffocatis, sanguinis & spiritus interceptiones fiunt, quales etiam in venarum ἀπολήψεσι contingunt, vnde & stupores & repletiones oriuntur, sanguine & spiritu intercluso, vase distento & spiritum animalem comprimente. Est autem σφαγὴ iugulum & τὸ κοῖλον οὗ λήγουσιν αἱ κλεῖδες, Polluci. Innuere autem videtur Hipp. partes carnosas & molles coactis intus flatibus distendi & repleri, deinde etiam ex nimia tumefactione interceptis spiritibus stupores excitari, quales laqueo interceptis aut suffocatis contingunt. Quam interpretationem rectè subolfecisse videtur doctiss. Zuingg. Idem etiam ἀποσχάσεσι legi posse existimat. Mercurialis ἀποσφαγῇσιν apud Hippoc. legendum putat, & ἀποσφαγὰς intelligi vult, (quemadmodum etiam accepit Caluus) glandulas quæ sunt circa iugulum, & continuis fluxionibus stupores huiusmodi ac repletiones & distentiones pati solent. Sed & ἀποσφαγὴ mihi iuguli interceptio quæ vinculo aut laqueo fit, intelligi posse videtur, vt & ἀποσφαγῇσιν apud Hipp. legatur. Gorrh. ἀποσφαγῇσιν Contusis vertit.

Α'πόσφαγμα exponitur Gal. apud Hipp. τὸ τρυγῶδες παρήθημα fæculenta colatura aut excolamentum, quod & ὑπόσφαγμα etiam dicitur. Quam etiam explicationem adhibet Hesych. & Varin. quoque, sed περίθημα vitiosè pro παρήθημα adscribi videtur. Intelligi autem potest sanguis qui supposito vase pecudi iugulatæ defluit & excipitur, & in cibum varia conditura formatur, vt scribit Plin. lib. 28. cap.14. & Athen. lib.7.

Α'πόσφιγξις est constrictio Hipp. vbi fasciæ partem deligatam compriment & constringunt. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p.686.17. H.744.F.) & lib. de art. (p.650 12. H.831.F.) & lib. de fract. (p.545.49. H.759.F.)

Α'πόσχασις idem quod ἀποσχασμὸς, scarificationem significat & leuem summæ cutis incisuram. Est vbi ἀπόσχασις venæ sectionem denotat, vt lib.5 Epid. (p.57.C.) ἀπόσχασις βραχίονος, vena in brachio secta. Vbi tamen vitiosè ἀπόστασις legitur, & ἀπόσχασις legendum ex lib.7. Epid. (p.1228.D) Etsi intelligi potest scarificatio ipsa & cutis dissectio quæ fit crebris incisuris, quòd ea veteres ad reuulsionem, deriuationem, & partis vacuationem crebrius quàm venæ sectione vterentur, vt patet ex Apollon. (apud Oribasium cap. 9. lib.7. Collect.) & lib.3. Meth. med. Galeni. Α'ποσχᾶν etiam & ἀποσχάσαι dicitur Hipp. quod est pertundere, secare, scarificare, & de vena pertundenda ponitur lib.2. de Morb. (p.472.40.) σχάζειν δὲ τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ ἀποσχάν, primùm venas sub lingua pertundito. Et lib. 1. de Morb. (p.459.48.) τούτῳ ξυμφέρει τὴν φλέβα ἀποσχάσαι τὴν ἐν τῇ χειρί, τὴν σπληνῖτιν καλεομένην, ἢ τὴν ἡπατῖτιν, huic confert venam manus pertundere lienarem aut iecorariam dictam. Agitur de venæ sectione in pleuritide. Α'ποσχάσαι Hesych. etiam φλεβοτομῆσαι exponit, Varin. etiam σχάζουσι.

Α'ποτανύσας, ἐκτείνας, protendens, porrigens exponitur Erot. apud Hipp. ex lib. de fract. (p.540.38. H.757.D.) ἢν μὲν γάρ τις ἀποτανύσας τὴν χεῖρα ἐν τούτῳ τῷ σχήματι διατείνῃ, si quis porrectam manum eo habitu distendat. Verùm apud Erot. vitiosè ἀποταννύσας pro ἀποτανύσας legitur. Crebrò autem legitur apud Hipp. ἐκτανύειν pro ἐκτείνειν, vt lib. de fract. (p.576. 34. H.778.C.) & p.577.19. H.779.B.) & κατατανύειν (.p.576. 49. H.778.D.) pro κατατείνειν. Quod etiã Homero frequẽs est.

Α'πὸ ταὐτομάτου sponte significat Hipp. interdum ἐξαίφνης derepente ac copiosè, interdum etiam χωρὶς αἰτίας τῆς ἔξω, hoc est sine causa externa. Gal. ad aph.78. lib.4.

Α'ποτελματίζειν aut ἀποτελματίζεσθαι è luto & cœno eruere dicitur, sordes & fœces repurgare. Inuenitur & ἀποτελματίω. Lib. περὶ ἀρχαίης. (p.23.2.) ἀποτελματιζόμενοι ἐς ἀλήθειαν πρὸς τὸ ἀποδεικνύμενον, hoc est, veritatem ad id quod demonstratur repurgantes, certas demonstrationes ad veritatis lucem accommodantes, aut veritatem ex luto & tenebris certa demonstratione eruentes. veritatem certa demonstratione ab ignorantiæ tenebris vindicantes. Innuit autem Hipp. optimos & veros Medicos omnem operam adhibere debere, vt certis demonstrationibus veritatem in lucem eruant, & ab ignorantiæ tenebris contra sophistas & personatos Medicos vindicent, singulari Philosophiæ & bonarum disciplinarum cognitione. Zuingg. animorum purgationem certa demonstratione prouenientem, veritatis studio libenter admittentes, rectè dixit. Cornarius ad veritatem ac demonstrationem audentes & confisos. Vbi ἀποτελματιζομένους extra lubricum aut cœnum positos sumpsisse videtur aliter quàm Caluus, qui lubricos dixit. Possunt etiam dici ἀποτελματιζόμενοι ἐς ἀλήθειαν, qui veritatem puram & defœcatam, certis demonstrationibus ex arte petitis à sordibus repurgatam, non empiricis aut sophisticis commentis & vanitatibus inquinatam sequuntur, eamque amplectuntur tanquam repurgatam.

Α'ποτιμᾶν æstimare significat & pretio pendere, vt lib. de art. (p.608.2. H.803 C.) οἱ ἄνθρωποι αἴσχεϊ μὲν τῷ πολλῷ ἀποτιμῶσι. Homines deformitatem magno pretio redimunt, deformes fieri magno pretio pendunt aut magni æstimant, h. e. deformitatem magno quidem pretio redimendam putant.

Α'ποτικος abortiuum significat, ἀποτικὸς Hesych. ἀποβλητικὸς ἀμβλωμάτων exponit, fœtuum aut fructuum progermina, aut exorientia & enascentia quædam germina. Lib. de art. (p.623. 30. H.816.F.) ἀπότικοι νοσημάτων χρονίως τικτόντων dicuntur, eleganter quæ diu urnos morbos pariunt & efficiunt, quasi quæ morborum diuturna progermina procreent, aut diuturnos morborum abortiuos. Quem locum haud dubiè mihi videtur subindicare Erot. cùm scribit apud Hipp. ἀπὸ τικ νοσημάτων, ἀπὸ φυήσεως, φησί. Verùm vitium subesse apparet, & legendum, ἀπότικοι νοσημάτων, ἀποφυήσεις φησί. Vt significet dictos Hipp. velut morborum abortiuos, quasi procreata germina (Sic enim abortiuos dicit Pl. lib.14. cap.18. fœtus subaudiens) Ac fortè eundem Hipp. locum subodoratus videtur Hesych. si modo ἀποφυήσεις νοσημάτων legatur.

Α'ποτρέπεσθαι auerti & reuocari significat aut intrò conuerti. De suppuratione dicitur, quæ vbi imminere videtur, retro conuertitur & inhibetur. Lib.4 Epid. (p.1131.C.) ὕστερον περὶ τὴν τρίτην ἔδοξεν ἀποπυΐσκειν, ἔπειτα ἀπετράπετο. Huic circa tertium diem suppuratio fore videbatur, deinde retro conuersa est.

Α'ποτρόπαια dicuntur sacrificia quæ malorum auertendorum causa, & auerruncandæ Deorum iræ fiunt, item amuleta, quę appensa venena & incantamenta amoliuntur & arcent. περίαπτα vocantur. Hinc ἀποτρόπαιοι D'j auerruncatores & Veioues, ἀλεξίκακοι dicti, malorum depulsores & amolitores, qualis Iupiter, Hercules, Apollo, Terra, Heroës inter Deos & homines medij, qui humanitatis vinculis exoluti in Deorum numerum recepti sunt Hipp. Lib. περὶ ἐνυπνίων (p.378. 30.) περὶ δὲ τῶν ἐναντίοισι, τοῖσιν ἀποτροπαίοισι, καὶ γῇ, καὶ ἥρωσιν ἀποτρόπαια γενέσθαι τὰ χαλεπὰ πάντα. In contrariis verò, Diis auerruncatoribus, vt Terræ & Heroibus, vt grauia omnia auertant & auerruncent. Sed ἀποτροπαίοισι legi malim, vt sint ἀποτρόπαιοι qui etiã τρόπαιοι dicuntur Plutarc. in Symp. qui sunt malorum depulsores aut profligatores, & quibus re tristi & ominosa oblata sacrificabant, vt diras arcerent ac depellerét.

Sic

Sic enim scribit Plutarh. ἐ περὶ χεῖν πράγματα τοῖς προπύλοις, ὡς τινος δεινοῦ καὶ μεγάλου συμβάντος. & Diis malorum depulsoribus negotium facessere, velut re quadam graui & magna oblata.

Α'ποφεύγειν aut ἀποφυγεῖν effugere, euadere, liberari. De muliere dicitur quæ à fœtu aut abortu liberatur, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.600.30) ἢν δὲ ἀποφύγῃ, vbi verò euaserit aut liberata fuerit. Rursus ibidem (v. 55.) καὶ ἀποφυγεῖν αὐτῇ ἐν τῷ τόκῳ, & vt eo liberentur in partu, vbi ἀποφυγεῖν αὐτὸ aut αὐτοῦ legere malim. Lib. eodem (pag.602.42.) καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον ἀποφυγεῖν ἡ γυνὴ τὸ παιδίον μὴ οἵηται ᾖ. per multumque tempus mulier partu liberari nequeat, hoc est, partum edere nequeat, aut diutius in enitendo laboret. ἀποφυγεῖν etiam de secundarum descensu & liberatione dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 581.12. & pag.582.40.) & lib.1. περὶ γυναικ. (pag.608.50.) ἢν τὰ ὕστερα μὴ δύνηται ἀποφυγεῖν, si secundæ liberari nequeant. hoc est, descendere & repurgari. ἡ ἀπόφευξις τοῦ ἐμβρύου, fœtus absolutio, liberatio, euolutio dicitur Prorrh.2.(p. 104.F.)

Α'ποφθείρειν idem quod διαφθείρειν Hippocrati significat quod est fœtum perdere, & de abortione dicitur, vt libr. 1. Epid. (pag.370. 29. H. 933. C.) ὅσαι δὲ συνεκύρησεν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι νοσῆσαι πᾶσαι ἀπέφθειραν, ἃς καὶ ἐγὼ οἶδα. In quas verò prægnantes morbus fere incidit, hæ omnes (quòd sciam) abortione periclitatæ sunt. Vbi ἀποφθείρειν, διαφθείρειν τὰ ἔμβρυα fœtus corrumpere & perdere Gal. exponit. Lib. etiam 2. Epid. (pag.999.F.) ὅσαι ἀποφθερέουσιν, οἱ τιτθοὶ προισχναίνονται. Velut si in abortiones facturis mammæ emacruerint, quod aph. 53. lib.5. διαφθείρειν τὰ ἔμβρυα dicitur, & aph.37. & 38.lib.5. ἐκτιτρώσκειν. aph. verò 34. lib. eiusdem ἐκτρῶσαι. Celsus cap. 8. lib.2. partum elidere & partum perdere extulit.

Α'ποφθορὰ etiam apud Hipp. initio lib.6. Epid. φθορὰ & ἄμβλωσις exponitur Gal. abortus, abortio, aut abortiuus fœtus. Sic ἀποφθορὴ νηπίου infantuli fœtus abortio dicitur apud Hipp. ægr. 10. & 11. lib. 3. Epid. Hinc quoque ἀπόφθαρμα medicamentum abortum faciens & fœtum excutiens aut perdens dicitur Lib.5. Epid.(pag.1155 B.) τῷ κατὰ τὸ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίης ἀπόφθαρμα πιόντι, ξυνέβη πόνος. Cuidam circa vigesimum ætatis annum post epotum medicamentum abortum faciens, dolor contigit. Et lib.7. Epid. (p.1229.B.) ἀπόφθαρμα τριακοσταῖον medicamentum abortum faciens trigesimo conceptus die exhibitum, aut circa trigesimum ætatis annum. Abortiua huiusmodi medicamenta dixisse videtur Plin. lib. 28 cap 7 his verbis. Quæ Lais & Elephantis inter se contraria prodidere de abortiuis.

Α'ποφράσσεσθαι καταμήνια menses obturari, impediri, obsepiri, dicuntur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.231.39.588.34.)

Α'ποφυάς appendix & adnatum, aut quod adnascitur, ramus ac surculus. ἀποφυάδες τῆς φλεβὸς, venæ ramos ac surculos, propagines aut germinationes dicit Hippocr. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 277. 21.) παραφυάδας ibidem vocat (pag. 279. 55.) idem quod ἀπόφυσις. Est autem ἀπόφυσις ossis portio extuberans, instar tuberculi prominens. ἀποφύσιες etiam dicuntur Hipp. excrescentiæ carneæ tantùm in massa carnea & fœtu apparentes, quasique processus ac exortus membrorum, & protuberantiæ, non certæ aut exactæ distinctiones, quales in fœtibus masculis contingere dicit Hipp. lib. περὶ ἐπταμήνου. (pag.257.49.) τὰ δὲ θήλεα ἐς τοῦτον τὸν χρόνον σάρκες φαίνονται ἀποφύσιας μοῦνον ἔχουσαι. fœminæ verò hoc tempore carnes apparent, protuberantias solùm habentes. Quibus manifestò apparentes membrorum distinctiones in masculis opponit. Caluus non ineleganter hîc ἀποφύσιας carnium torulos appellat. ἀποφύσιας, ἐξοχὰς exponit Hesych.

Α'ποχρέμπτεσθαι exscreare, sputum screatu reiicere. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.79.34 H. 393.54.) ἀποχρέμπτεσθαι τὰ ἐνεχόμενα quæ intus continentur exscreare. Hinc ἀποχρέμψιες exscreationes, expuitiones dicunt aph. 47. lib.4. & aph 71. lib. 7. Philotheus καθάρσεις διὰ φάρυγγος καὶ τραχείας ἀρτηρίας, purgationes quæ per fauces & asperam arteriam fiunt exponit. πτυάλου ἀναχρέμψιες vocantur in Coac. (pag. 157. G.) Idem quoque sonat ἀπόχρεμμα quod ἀπόχρεμψις quod screatu eiectum est, vt lib. de loc. in homine (pag.415.44.) ἀποχρέμματος ἔτι ἐν τῷ πλεύμονι ἐόντος, sputo adhuc in pulmone hærente. Quem locum mihi etiam Hesych. subindicare videtur cùm ἀποχρέμματος ἀποπτύσματος exponit.

Α'ποψοφεῖν perstrepere, flatum emittere, crepitum ventris edere, pedere significat, vt aph. 19. lib 6. Epid. sect. 3. ἐν τοῖσι δὲ ἀφροδισίοισιν εἶπεν, οἱ ἀποψοφέουσιν, ὡς Ἀρκεσίλαος. In mulierum congressibus quidam crepitum ventris edunt, vt Arcesilaus. Vbi τὸ ἀποψοφεῖν, ἐπὶ τοῦ φύσας προΐεσθαι de ventris flatu emisso, dici scribit Gal.

Α'πτεσθαι, tentari, lædi, vexari, percelli significat Hipp. & ἅπτεσθαι τῶν φρενῶν de mentis offensa aut læsione ac desipientia dicitur, vt scribit Gal. Comm. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.82.47.394.51.H.) ἅπτεσθαι τῶν φρενῶν λέγεται τηνικαῦτα, ὅταν ὁ κάμνων πυρέσσων παραφρονῇ. καὶ νῦν οὖν φρενῶν ἅψιν ἔφη τὴν παραφροσύνην, ἅπτεσθαι τῶν φρενῶν, hoc est, mens tentari tunc dicitur cùm æger febre vexatus desipuerit. Et nunc quoque φρενῶν ἅψιν, hoc est, mentis læsionem desipientiam vocat. frequens autem est huius verbi vsus Hipp. eoque frequentius vtitur quàm τῷ ἅψεως nomine, vt ibidem scribit Gal. Sic ibidem Hipp. οὕτω γὰρ ἂν ἧσσον τι ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος ἅπτοιτο τῆς κεφαλῆς καὶ γνώμης. hoc enim modo vini robur caput mentemque minus feriet. Rursus eodem lib. (pag.71.39.H.392. 22.) de vino dulci, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος, & minus mentem tentat. Et ἅψις φρενῶν mentis læsio, desipientia, vacillatio, ibidem (pag.82.43. H. 394. 48.) ὑποπτεύσαντι μέν τοι ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν, ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν, ἢ φρενῶν ἅψιν. In huiusmodi verò morbis cùm vehementem capitis grauitatem, vel mentis læsionem fore suspicatus fueris. Et lib.1. περὶ γυναικ. (p. 614. 5.) καὶ φρενῶν εἴη ἅψις. & mentis læsio affuerit, vbi aquæ potum consulit Hipp. Α'πτεσθαι etiam annecti, adhærescere & agglutinari significat, vt lib. περὶ γυναικείης φύσ.) pag.565. 10.) ἢν αἱ μῆτραι ἅψωνται, vteri si adhæserint, de vteris in coxendicem procumbentibus & conuersis. Non absimili notione dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac.) p.103.55.H.401. 1.) ἢν δ᾽ ἅψηται τῶν ποδῶν ἀλγήματα, si dolores pedes attigerint, vexarint. In Prog. (pag.152.1.H.43.34.) αἱ ξὺν πυρετῷ ὀδύναι γινόμεναι περὶ τὴν ὀσφὺν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται. Lumborum & inferiorum partium dolores qui cum febre affligunt, si septum transuersum attigerint. Vbi scribit Gal. τὸ τῶν φρενῶν ἅπτεσθαι, τινὲς μὲν ἐπὶ τοῦ παραφρονεῖν ἤκουσαν, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπεν αἱ δὲ ξὺν πυρετῷ ὀδύναι γινόμεναι περὶ τὴν ὀσφὺν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἐὰν ἐπαναβᾶσαι παραφροσύνην ἐργάζωνται, χαλεπαί. τινὲς δ᾽ ἄμεινον τούτων τὸ μέρος τοῦ σώματος φρένας εἰρῆσθαι φασιν, ὃ δὴ καὶ διάφραγμα προσαγορεύεται. Nonnulli τὸ φρενῶν ἅπτεσθαι de delirio intellexerunt, non secus ac si dixisset; Lumborum & inferiorum partium dolores qui cum febre affligunt, si sursum ascendentes delirium inferant, molestiam exhibent. At his melius alij, φρένας partem corporis quod septum transuersum dicitur, esse volunt. Qui locus etiam repetitur in Coac. (pag 132.E.)

Α'πτίστων Erot. apud Hipp. ἀλεπίστων, non decorticatorum exponit, locum nimirum lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 13. 18.) subindicans, vbi inter panis genera ἄρτος ἀπτίστων πυρῶν ἢ ἐπτισμένων panis ex tritico non decorticato aut decorticato dicitur. πτίσσειν γὰρ λέγεται (vt scribit Erot.) τὸ λεπίζειν καὶ κόπτειν, hoc est, corticem tundendo detrahere & repurgare. Eundemque locum haud dubiè exprimit Gal. in Exeg. cùm ἀπτίστων, ὁλοσχερῶν, εἰς ὁλοσχερῆ ἄλευρα διῃρημένων, ἐλλιπῶς κεκομμένων, μὴ ἀποσεσυρασμένων τὸ πιτυρῶδες exponit, hoc est, integrorum, in farinas integras diuisorum, negligenter & imperfectè contusorum, ex quibus furfures detracti non sunt aut secerniculo repurgati. Atque eundem Hipp. locum procul omni dubio subnotat Hesych. cùm ἀπτίστων ἀκόπων, hoc est, μὴ κεκομμένων non contusorum, aut minimè vitiatorum & integrorum exponit, vt περὶ πυρῶν intelligatur. Dicuntur enim ἄκοπα frumenta aut semina, τὰ μὴ κεκομμένα, καὶ ἀκίπως ἔχοντα τὰ ἀπαθῆ, integra, minimè vitiata aut corruptioni obnoxia, Theophr. lib.4. de caus. plant. cap. vltimo.

Α'πτυστοι πλευρίτιδες, pleuritides in quibus nihil expuitur. In Coac. (p.177.D.) αἱ ξηραὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυστοι χαλεπώταται. Morbi laterales sicci & nihil expuentes sunt molestissimi. Qui locus adumbratur lib. 5. de Morb. (p.493.40.) εἰσὶ δὲ καὶ ξηραὶ πλευρίτιδες ἄπτυστοι. χαλεπαὶ δὲ αὗται. Sunt autem siccæ pleuritides in quibus nihil expuitur molestissimæ. Ac fere ξηραὶ πλευρίτιδες καὶ ἄπτυστοι coniunguntur Hipp. quòd earum caussam in siccitate idem reponat Lib. 1. de Morb. (p.459.40.) γίνεται δὲ καὶ ἄπτυστος περιπλευμονίη καὶ πλευρίτις, ἀμφω ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ, ὑπὸ ξηρασίης. fit autem pulmonia & pleuritis in qua nihil expuitur, vtraque quidem ex eadem causa, nimirum siccitate. fiunt quoque ab humoribus crassis & lentis pulmonis asperis cartilaginibus (quas βρόγχια dicunt) firmiter adhærentibus, vt scribit Gal. Com.1. in lib.1. Epid. (p.352.55.) ἕτεραι δὲ βῆχες γίνονται ξηραὶ, διὰ δυσκρασίαν τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἐφ᾽ ὧν οὐδ᾽ αὐτῶν ἐστί τι ἀναπτυσθῆναι δεόμενον, ἀλλαι δ᾽ αὖ γίνονται μὲν ὑγρῶν περιεχομένων αὐτοῖς ἐκκενωθῆναι δεομένων, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκκρίνεται ταῦτα διὰ διττὴν αἰτίαν, ἢ τῷ γλίσχρα τ᾽ εἶναι καὶ παχέα, καὶ δυσαπολύτως ἐμπεπλάσθαι τοῖς κατὰ τὸν πνεύμονα βρόγχοις, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀπτύστων ὀνομαζομένων γίνεται πλευριτίδων. Aliæ verò tusses siccæ oriuntur ex intem-

perie reſpirationi deſtinatorum inſtrumentorum, in quibus neque eſt quod expuitione indigeat. Aliæ rurſus oriuntur ex contentis quidem in iſſis humoribus vacuationem poſtulantibus. At hi duabus de cauſis non excernuntur, vel quòd lenti ſint & craſſi, adeoque pulmonis cartilaginibus aſperis (quas βρόγχους Græci appellant) adhæreſcant, vt ægrè diſſolui queant, quòd fit in iis lateris morbis in quibus nihil expuitur, vnde ἄπτυστοι dicuntur.

Ἀπυρομήλη exponit Gal. apud Hipp. τῇ πυρήνα μὴ ἐχούσῃ, τουτέστι τῇ μηλωτρίδι, hoc eſt, ſpecillo nucleum non habente quod μηλωτρὶς dicitur aut μηλωτὶς, id eſt, auricularium ſpecillum. Eſt autem ἀπυρομήλη pro ἀπυρηνομήλη aut ἀπύρηνος μήλη.

¶ Ἀράβη exponitur Erot. apud Hipp. ἡ βλάβη, noxa aut damnum.

Ἄραδος ſignificat Hipp. eam perturbationem quæ fit in ventriculo ex diuerſæ facultatis cibis dum concoquuntur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 44. 44. H. 385. 4.) καὶ οὔτε στύψιν ἔχει, οὔτε ἄραδον κακόν. de priſſana, neque adſtrictionem, neque malam perturbationem habet. Vbi Gal. τὸ μηδὲ ἄραδον ἔχειν, μηδεμίαν ἐν τῷ πέττεσθαι ταραχὴν ἐμποιεῖν, exponit, hoc eſt, nullam in coquendo perturbationem afferre. Rurſus ibid. (pag. 111. 1. H. 404. 34.) φακὸς δὲ στύφει καὶ ἄραδον ἐμποιέει. Lens adſtringit & turbationem infert. Vbi Gal. ἄραδον ſignificare ſcribit ταραχήν τινα καὶ οἷον μάχην ἐν τῇ γαστρὶ γινομένην ἐκ τῶν διαφόρων ταῖς δυνάμεσι σιτίων, hoc eſt, perturbationem quandam ac veluti pugnam in ventriculo ex diuerſis facultate cibariis ortam. Sic lib. 4 de Morb. (pag. 514. 5.) ἄραδον vocat Hippocrates turbulentum motum ac agitationem ex medicamento purgante inductam. Ἄραδος etiam perturbationem & agitationem internam, quæ in quauis parte ſentitur ſignificat apud Hipp. vt libr. de capitis vuln. (pag. 908. F.) de oſſe quod incenſum eſt & inflammationem concepit, φλογμὸν καὶ ἄραδον ἐμποιέει, ardorem & perturbationem, facit. Sic enim Erot. apud Hipp. ἄραδον ταραχώδη κίνησιν καὶ σάλον exponit turbulentam quandam motionem ac tumultum. Quibus ſanè verbis maximè locum Hipp. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 14. 20) ſubindicare mihi videtur, vbi ſcribitur, ἄλλο δὲ θερμὸν ἄραδον ἔχον. Intelligitur enim calidum magnam turbationem in corpore efficiens, aut turbulentam quandam motionem ac tumultum in corpore excitans, ex Erot. explicatione. Calidum conturbatorium dixit Gorrh. cum pulſatione coniunctum Zuingg. tenue Cornar. Ἄραδος exponitur Heſych. ἡ ἀπὸ τῶν γυμνασίων τῆς καρδίας κίνησις, ex vehementi exercitatione cordis pulſatio. Quam etiam notionem ſecutus videtur Nicandri Scholiaſtes in Theriacis, ἄραδον κακὴν καρδίας κίνησιν exponens. ἄραδος γὰρ λέγεται (vt ſcribit) κίνησις σώματος μετὰ γυμνασίας καὶ ἀλγηδόνος, corporis motus cum exercitatione & dolore. Ab ἀραδέω, quod eſt commoueo aut conturbo deductum videtur, aut ἀράσσω, quod de his dicitur, quæ dum colliduntur, ſtrepitum edunt. ἀράδηται, κεκίνηται, συγκέχυται, commotum, confuſum eſt, exponit Heſych. & ἀράδει, θορυβήσει, ταράξει Idem ἀράδυς. βλαβεραί, λεπταί.

Ἀραιὸν rarum ſignificat & τῷ πυκνῷ crebro, denſo & frequenti opponitur, differentiamque ex quantitate temporis ſumptam denotat, vt ἀραιὸν πνεῦμα ſpiritus rarus lib. 1. Epid. ægr. 1. 2. & 11. qui longo tempore trahitur, & denſo ac crebro opponitur, τὸ διὰ πολλοῦ, καὶ τὸ ἐκ διὰ πολλοῦ χρόνου exponit Galenus Com. 1. in Progn. (pag. 129. 22.) & Com. 3. in lib. 1. Epid. (pag. 384. 34. H. 966. F.) & lib. περὶ δυσπν. (vt ſcripſimus noſtris in lib. 1. Epid. Annot.) Erot. τὸ ἐκ διαστήματος καὶ μὴ ἐπιταχυνόμενον explicat ſpirationem quæ ex interuallis trahitur neque vrget, quam mente captis & delirantibus adſcribit Hipp. Neque verò longè abſimili notione ἀραιὰ ἀλγήματα dolores rari, leues, non continui ſed intermittentes, aut ex interuallis repetentes dicuntur in Prorrh. (pag. 177. 20. H. 69 B.) τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὴν ἀλγήματα, παραφροσύνην σημαίνει. Leues lateris dolores delirium ſignificant. Quem mihi locum procul omni dubio exprimere videtur Erot. cùm ἀραιὸν ἄλγημα, τὸ ἐκ διαστήματος, καὶ μὴ ἐπιταχυνόμενον exponit, dolorem intermittentem, non vrgentem. Nam per ἐνθάδε, ſubobſcurè Prorrh. librum denotat Erot. cùm ſcribit. ἀλλ' ἐνθάδε μὲν καὶ ἐν ἀ Ἐπιδημιῶν ἀραιὸν λέγει τὸ ἐκ διαστήματος καὶ μὴ ἐπιταχυνόμενον καὶ ἐνθάδε μὲν ἄλγημα σημαίνει, ἐκεῖ δὲ πνεῦμα. Idem quoque Erot. ἀραιὰ illic Bacchium λεπτὰ ἀλγήματα accipere ſcribit, tenues dolores, quoſdam etiam πυκνὰ καὶ στενά, crebros & anguſtos, adductis in teſtimonium Hom. verbis, --ἀραιὴ δ' εἴσοδός ἐστι, tenuis & anguſtus eſt ingreſſus & quod de Lupis præda ſatiatis ſcribitur Il. π. (v. 161.) λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ, linguis tenuibus lambentes nigram aquam. λεπταῖς enim illîc exponunt tenues, hoc eſt, raras & ſpongioſas linguas, Euſtath. tamen στεναῖς.

Ἀραιὰ σώματα ἢ μέρεα partes corporis raræ, laxæ & molles dicuntur Hipp. quæ corpus aliquod heterogeneum ſubiens facilè recipiunt, vt humores. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 17. 46. & 18. 9.) σπογγοειδέα τε καὶ ἀραιά, partes corporis ſpógioſæ & laxæ, velut pulmo, lien & mammæ, quibus τὸ πυκνὸν opponit. (ibidem v. ib. 16.) Erot. quoque apud Hipp. ex lib. 1. περὶ γυναικείων. (pag. 588. 45.) & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς σώματα ἀραιὰ καὶ ἔναιμα, corpora rara & ſanguinea, adfert. Niſi ſi σώματα pro σχήματα legiſſe videtur Erot. certe ἔναιμα pro ἔναιμα vitioſè ſcribitur, niſi ſi μανὰ potiùs legi debet, vt ſubindicetur locus lib. eiuſdem (pag. 17. 46.) Et certe eodem lib. (pag. 18. 29.) μαλθακὸν καὶ ἀραιόν, ἁπαλόν τι καὶ τεθηλὸς καὶ ἔναιμον de hepate dicitur, molle, rarum, tenerum & floridum, ſucculentum ac ſanguineum.

Ἀραιὰ ὀστέα oſſa rara & laxa dicuntur lib. de art. (pag. 604. 44. H. 799 G.) quæ plurimis in ſuperficie meatibus ac cauernulis referta ſunt. τὰ διεστῶτα ἀλλήλων, inter ſe diſſita & diſtincta, exponit Erot. hoc eſt, non compacta aut denſa. Sic enim τὸ ἀραιὸν καὶ πυκνὸν propria ſignificatione in ſeſe opponitur, vt diſertis verbis exprimit Gal. lib. 2. περὶ ὑγιεινῶν (pag. 238. 2.) τὸ μὲν οὖν κυρίως ἀραιόν ἐστι τὸ μεγάλοις διαλαμβανόμενον πόροις, ὥσπερ γε καὶ πυκνόν, τὸ μικροῖς· τὸ δ' ἐκ μεταφορᾶς, ἢ καταχρήσεως, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλοις ὀνομάζειν, καὶ κατὰ τοῦ κεχυμένου τε καὶ πεπιλημένου λέγεται. κατὰ τοῦτο γοῦν ἐστιν ὅτε τὸν μὲν ἀέρα καὶ τὸ πῦρ, ἀραιά· τὸ δ' ὕδωρ καὶ τὴν γῆν, πυκνὰ λέγομεν, ἐπ' αὐτὰ τὰ στοιχεῖα τὰς εἰρημένας προσηγορίας ἐπιφέροντες, ἡνωμένα τε καὶ ὁμοιομερῆ τὴν φύσιν ὑπάρχοντα, καὶ μηδένα διαλαμβανόμενα πόρον. Propriè igitur rarum eſt quod magnos meatus obtinet, quemadmodum denſum quod paruos. Ex tranſlatione verò ſiue abuſione, aut quocunque modo appellare velis, de laxo & coacto dicitur. Hac ergo ratione interdum quidem aërem & ignem rara eſſe corpora dicimus, aquam autem & terram denſa, tranſlatis ad ipſa elementa appellationibus, quæ tamen vnita ſunt & natura ſimilaribus partibus conſtant, nec vllos meatus obtinent.

Ἀρακώδεα σπέρματα ὀσπρίων, hoc eſt, triticea ſemina aut legumina ἀράκων ſpecie, exponit Gal. apud Hipp. ὄσπριον δέ ἐστιν ὁ ἄρακος leguminis ſpecies de quo agitur lib. 1. de alim. fac cap. 17. & 27.

Ἀραχνιοῦν eſt araneæ telas imitari, & multis tenuibus ſtaminibus veluti aranearum telis intexere. Gal. in Exeg. ἠραχνίωκεν apud Hipp. λεπτοῖς ἅμα καὶ πολλοῖς φλεβίοις, ὥσπερ ἀράχνης ὑφάσματα, διαπέπλοχε, exponit, hoc eſt, tenuibus ſimul & multis venulis, velut araneæ telas implicauit aut intertexuit. Quibus verbis locum lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 280. 9.) exponere & ſubindicare mihi videtur. ἐντεῦθεν δὲ κατέδυετο ἐς τὸ εἴσω, καὶ ἠραχνίωκε τοῦ σπληνὸς ἐναίμοισι φλεβίοισι. Inde internam lienis partem ſubiit, & tanquam aranearum telas venulis ſanguine plenis implicauit aut intertexuit. aut, Inde internam partem ſubiit, & ſanguinolentis lienis venulis velut araneæ telas attexuit. Ἀραχνιῶδές τι ἐὸν ἐν τοῖσιν ἐν παρισθμίοισιν, οὐκ ἀγαθόν, araneoſum quiddam in tonſillarum vlceribus malum denotans, hoc eſt, ſordes quædam aranearum telis ſimilis, Lib. περὶ ὀδοντοφυΐης (pag. 262. 32.)

Ἀραχνιώδεες οὖρον vrina araneorum telis ſimilia quædam habens, quæ ſupra innatantem habet pinguedinem, colliquationem indicans, In Coac. (pag. 213. G.) Celſus cap. 8. lib. 2. vrinam quædam araneis ſimilia ſubſidentia oſtendentem dixit.

Ἀρβύλαι exponuntur Gal. in Exeg. ὑποδήματα τὰ βαθέα calcei alti & profundi. Nimirum ex lib. de art. (pag. 644. 2. H. 828. D.) ἀβύλαι ἐπιτηδειότεραι αἱ πηλοπάτιδες καλεόμεναι. accommodatiſſimi erunt calcei Arbylæ dictæ πηλοπάτιδες, quòd iis lutum calcetur. Vbi Gal. ἀβύλας eſſe ſcribit κοῖλον ὑπόδημα καὶ περιεσφιγμένον ἀκριβῶς ὅλῳ τῷ ποδί, μέχρι τῶν σφυρῶν. calceamenti genus concauum, quod arctè pedem totum ad malleolos vſque conſtringit. Quales eſſe videntur Latinis perones aut ſocci. Vnde quòd iis per lutum ingrediantur vt arctè conſtrictis, ἀρβύλαι πηλοπάτιδες aut πηλοβάτιδες, dicuntur, Arbylæ lutigradæ aut luticalcæ, quòd iis aptiſſimè lutum calcari queat. Ἀρβύλαι Erot. vt & Heſych ὑποδήματος εἶδος, calcei genus exponuntur. Theoc. Scholiaſt. Idyll. 7. ἀρβύλην εἶδος ὑποδήματος ἀπὸ τοῦ ἁρμόζεσθαι eſſe ſcribit. Pollux. cap. 22. lib. 7. ἀρβύλην ὑπόδημα εὐτελὲς τὴν ἐργασίαν, non operoſum admodum calceamentum eſſe ſcribit, quod alij περιεργῶς εἰργασμένον dicunt, curioſius compoſitum, fortè quòd toti pedi aptiſſimè quadret, eumque curioſius conſtringat. Idem quoque ex Æſchylo in Phœniſſis πήλωσιν ἔχουσιν εὐθέτοις ἐν ἀρβύλαις, adducit. Eurip. Schol. in Oreſte, ἀρβύλην ὑποδήματος εἶδος κοῖλον καὶ βαθέος eſſe ſcribit. Quam notionem ſecutus quidem videtur Gal. Eum Eurip. locum adducens Nicandri

Schol.

Schol.in Ther. ἀρβήλαις legit, quod alij ἀρβύλαις habent. Sunt & ἀρβυλίδες Theocr. Idyll.7. idem quod ἀρβύλαι.

Ἄργεμον aut ἄργεμος & ἄργεμα dicitur vlcusculum in iridis oculi circulo nascens, Latinis albugo nominatur. Author Defin. Medicarum. ἄργεμόν ἐστιν ἕλκωσις κατὰ μὲν τὸ μέλαν λευκὴ φαινομένη, κατὰ δὲ τὸ λευκὸν ὑπέρυθρος. Argemon est vlceratio in oculi quidem nigro alba apparens, in candido verò subrubra. Isagoges seu Medici author. ἄργεμόν ἐστιν ὅταν κατὰ τὸν τῆς ἴρεως κύκλον καὶ τὸ λευκόν, ὁτὲ δὲ τὸ μέλαν, ἕλκος γίνεται στρογγύλον καὶ ὑπόλευκον. Argemon in iridis circulo, vel albo, interdum etiam nigro, vlcus rotundum & subalbidum oritur. Paul.Ægin.lib.3.cap. 22. ἄργεμον (ἕλκος) τὸ ἐπὶ τοῦ τῆς ἴρεως κύκλου γινόμενον, ἐπιλαμβάνον τι καὶ τῶν πέριξ, ὥστε κατὰ μὲν τὸ ἔξω τῆς ἴρεως ἐνερευθὲς φαίνεσθαι, κατὰ δὲ τὸ ἔνδον, λευκόν. Argemon vlcus in iridis circulo obortum, ambientia comprehendens, vt etiam circa exteriorem iridis partem rubicundum, circa internam verò candidum appareat. Erot. apud Hipp. ἄργεμον exponit πάθος τι περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λευκωματῶδες, ὃ δὴ ἐκ τῆς παρεπομένης λευκότητος ὀνομάσθη. Oculi affectum ex albore quodam contractum, indeque nomen deductum. Vnde & Latinis Albugo dicitur. Ac videtur Erot. explicatio ad Hipp. lib. de Loc. in homine referri, cùm inter ea accenseatur quæ ab eodem ex eo libro explicantur, atque eum locum proprio quodam modo respicere qui de oculi ruptione ex fluxione agit, (pag. 414. 23.) & in omnibus exemplaribus Lacuna insignitus ac asterisco subnotatus vitium subolet. Sic autem legitur. ὅταν δ' ἂρ ἐπιγίγνεται δακρύειν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρήγει, nullo certe sensu. At nisi me coniectura fallit, legendum existimo, ὅταν δ' ἄργεμον ᾖ, δακρύειν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρήγει, hoc sensu: Cùm verò albugo fuerit, lachrymæ oculo conducunt, quòd excitatæ lachrymæ tenuem adhuc & recentem ex oculi ruptione contingentem albuginem subluere possint. Quòd nisi me Erot. authoritas ad eam lectionem impelleret, non illubenter legerem, ὅταν δ' ἂρ ἐπάργεμος ᾖ, quòd ἐπάργεμος dicatur qui albugine laborat, aut ipse etiam oculi affectus. Scribit namque Pollux lib.2. ἄργεμον τὸ λεύκωμα, ὁ δὲ τοῦτ' ἔχων ἄνθρωπος ἐπάργεμος. Hesych. quoque ἐπάργεμος ὄψεις ὀφθαλμοὺς explicatur, & ἐπάργεμα ὄμματα, τυφλώσσοντα ὑπὸ λευκωμάτων, καὶ πάντα δὲ τὰ τυφλὰ καὶ ἀφανῆ, oculi ab albuginibus prorsus excæcati. Cornar. certe & Caluus, & qui postea secuti sunt interpretes, vt lacunam explerent, ὅταν δ' ἂρ ἐπιγίγνεται, legunt, vt de oculo humore pleno & turgente intelligatur, verùm nullo sensu, vt satis apparet. Ἀργέματα autem dicuntur Hesych. τὰ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν λευκώματα: & ἄργεμον, τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λευκωμάτων, apud eundem exponitur. Var. quoque ἄργεμον exponit, τὸ κατὰ πάθος γινόμενον λεύκωμα ἐν τῷ ὀφθαλμῷ, παρὰ τὸ ἀργὸν ὃ σημαίνει τὸ λευκόν. Est in Nothis adscriptis post lib. περὶ ἀφόρων medicamentum πρὸς ἄργεμον. apud Hipp. 636.18.

Ἀργὸς inelaboratum significat & non præparatum, vt ἀργὸς ἄργυρος dicitur argentum infectum, non elaboratum, ἀνέργαστος. ἀργὸς autem quasi ἄεργος. Sic ἀργοὶ πυροὶ apud Hipp. triticum inelaboratum, hoc est, crudum, nec molitum aut præparatum, quale ex area tollitur. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.12.51.) ὥς γε δὴ πυροὺς ἀνελόμενος ἐκ τῆς ἅλω ἀνέλη, ὠμοὺς καὶ ἀργούς. Edat autem ille triticum crudum & illaboratum, quale ex area sustulit. ἀργὰ ἀγύμναστα ἢ λευκὰ apud Hipp. exponit Erot. vt & ἀργὸς otiosus, cessans & feriatus dicitur, Hesych. βραδύς, μωλύς, (sic enim potius lego quàm μωλός) tardus, hebes exponitur, Varin. νωθρός δυσκίνητος, ἢ ἀνενέργητος. Ἀργήεστερον autem quod Gal. exponitur ἀπλωίστερον ἢ ἀηδέστερον, διὰ τὸ μηδὲν εἴκειν, hoc est, iniucundum aut insuaue, quòd nihil cedat, Com. 2. in lib. de fract. (pag. 554. 22. 763. E.) haud dubiè vitiosè pro ἀστεργέστερον legitur, vt postea scribimus, pro quo etiam antea ἀποργέστερον ex Erot. posuimus. Ἀργὴς autem apud Hipp. serpentis nomen esse videtur Lib.5. Epid. (pag.H.1160.C.) τούτῳ ὄφις ἐς τὸ στόμα παρεισέδυ ὁ ἀργής, cuius in os serpens Arges dictus subiit. Quem nimirum locum subindicans Gal. in Exeg. scribit, ἀργής, ὄφις τις οὕτως ὀνομαζόμενος. Arges serpens quidam sic dictus. Quod etiam à Varin. repetitur. Pro quo quidam ἀργᾶς scribunt. Est & ἀργὴς Draconis epithetum Hesych. vt in eo quod adducitur ab eo, ἀργὴν ἔπεφνεν ὄφιν, vnde & Ἀργειφόντης apud poëtas Mercurius Pausan. dicitur ὀφιοκτόνος, quòd ἀργὴν quidam appellant τὸν ὄφιν, vt refert Eustath. Pro quo ἀργᾶς aut ἄργας Doricè dicitur, ἀργᾶς etiam Hesych. ὄφις exponitur. Harpocrat. quoque annotat Dores ἀργᾶν vocasse τὸν ὄφιν. Timarch. tamen Rhodium scribere ἀργᾶν esse γένος τῶν ὄφεων, serpentum genus quoddam. Hesych. etiam addit Demosth. conuitiose ab Æschine appellatum esse ἀργᾶν. Cuius rei meminit Plutarch. in Demosth. sed ἄργαν scribit. Eoque nomine sic appellatum vero est simile ob dictionis vehementiam, aut morum feritatem & amarulentiam. ἀργᾶς enim δεινότατος exponitur Var. ex Suda, & δεινώδης τὸν τρόπον. ἀργᾶν γὰρ τὸν ὄφιν ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι. Qua ratione & ἀργὴς quibusdam adiectiuè sumitur apud Hipp.

Ἀργύρου ἄνθος argenti spuma seu flos dicitur, quo vtitur Hip. ad vteri vlcera cum vino & aqua subluenda lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.574.53.)

Ἀρδαλῶσαι inquinare, fœdare, conspurcare, intingere significat, τὸ ῥυπῶσαι exponitur Gal. in Exeg. vt & Erot. μολῦναι καὶ ῥυπῶσαι fœdare, sorde inquinare. Ἄρδα Gal. ῥύπος τις ἢ ἀκαθαρσία dicitur, sordes & impuritas. Erot. verò ἄρδαλος ῥύπος ἢ μολυσμὸς, sordes & inquinamentum. Idemque adscribit ἄρδαλον ἄνθρωπον dici τὸν μὴ καθαρῶς ζῶντα immundè viuentem. Apud Hesych. ἀρδαλοῦ μολυσμὸν significat, & ἄρδαλος μόλυσμα. ἀρδαλώμενος verò ταρασσόμενος. Idem quoque ἀρδάλους εἰκαίους exponit, vulgares, communes, aut viles. Varin. etiam ἀρδαλῶσαι μολῦναι. Videtur autem esse popularis quædam dictio, vt ἄρδαλος conspurcatum, coinquinatum & fœtidum significat, velut populares nostri de ouo putri ac putido hanc vocem efferunt. Vsurpatur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 582.12.) & lib.1. περὶ γυναικ. (pag.599.6.) ὀθόνιον ἀρδαλῶσας, de linteo imbuto & intincto resina & æris flore melle dilutis quasi ea mixtura inquinato & conspurcato.

Ἄρδω adaquo significat, aquatum duco, irrigo. Hesych. ἀρδεύει ποτίζει explicat, vt & ἄρδοι, ἀρδεύοι ποτίζοι. Vtitur hac dictione sæpius Hipp. lib. de Loc. in homine, vt (pag.408.8.) ἡ κοιλίη ἄρδει τῇ ὑγρότητι τὸ σῶμα τῇ ἀπὸ τῶν σιτίων τῶν ἐσφερομένων. Ventriculus humiditate ciborum ingestorum corpus irrigat. Et rursus (pag. 409. 9.) de venis temporalibus, μόναι γὰρ αὗται οὐκ ἄρδουσι τῶν φλεβῶν, ἀλλ' ἀποσπῶνται ἐξ αὐτῶν τὸ αἷμα. Ex venis enim hæ solæ sanguine non rigantur, sed auersus est ab ipsis sanguis, hoc est, sanguine non madent, neque sanguinem habent. Rursus (pag. 411. 32.) ἔπειτα ὥστε πολλὰ λίην νεμομένη, καὶ οὐκ ἀρδομένη ἐκ τῶν σαρκῶν, ἀεὶ ξηραίνεται, Deinde vt multa & valde sparsa, aut ex carne irrigata, semper resiccatur. Et (pag.412.30.) τὴν δ' ὄπισθεν ἄρδει σάρκα, posteriorem carnem irrigat. Lib. quoque περὶ σαρκῶν) pag.252.12.) ἀρδόμενα γὰρ ὑπὸ τῆς τροφῆς αὔξεται ἕκαστα. Irrigata enim ab alimento singula augmentum capiunt. Et lib.2. περὶ διαίτης (pag. 361. 12.20.) ἀρδόμενα χωρία loci irrigui. Lib. etiam περὶ καρδίης p.269.22. de duobus cordis ventriculis. καὶ οἱ ποταμοὶ ἐν τῷδε ἀνὰ τὸ σῶμα πῖον ἄρδεται τὸ σκῆνος. & flumina hîc sunt quibus totum corpus irrigatur.

Ἀρετὴ σώματος, corporis virtus ac robur, inuicta animi constantia & firmitas, qua quidam grauissimas offensas perferunt. Prorrhet.2. (p.94.D.) ἢν μὴ παντάπασιν ἓν τῶν καλλίστων τι σημείων ἐπιγένηται, ἢ σώματος ἀρετὴ ὑπόκειται. nisi aut prorsus optimum aliquod signum superueniat, aut corporis virtus subsit, hoc est, indefessum naturæ ac virium corporis robur.

Ἀρθρῖτις articulorum dolor cum tumore, ex humorum fluxione excitatus dicitur, aut morbus articularis, interdum quidem omnibus articulis communis, interdum verò quorundam membrorum articulos solos occupans. Est enim (vt scribit Aret. cap.12. lib.2. de signis τῶν χρον. παθ.) ξυνὸς μὲν ἁπάντων τῶν ἄρθρων πόνος ἡ ἀρθρῖτις. ἀλλὰ ποδῶν μὲν ποδάγρην καλέομεν, ἰσχίων δὲ ἰσχιάδα, χειρῶν δὲ χειράγρην. Arthritis aut articulorum morbus, communis omnium articulorum dolor est, verùm pedum dolorem, podagram: vt coxendicum, ischiada: & manuum, chiragram vocamus. Quod etiam scribit Gal. lib. 10. Comp. med. κατὰ τόπους (pag.307.28.) ἐκ τοῦ γένους τῆς ἀρθρίτιδος ἥ τε ἰσχιάς ἐστι καὶ ποδάγρα. ὅπερ γὰρ ἐν ἅπασι τοῖς ἄρθροις ἡ ἀρθρῖτίς ἐστι, τοῦτ' ἐφ' ἑνὸς μὲν τοῦ κατ' ἰσχίον, ἰσχιάδα καλοῦσιν, ἐπὶ ποδὸς δὲ ποδάγραν. Ex genere articularis morbi est tum ischias, tum podagra. Quod enim in omnibus est articulis articularis morbus, hoc in vno iuxta coxendicem articulo ischiada, hoc est, coxarium morbum, in pede verò podagram vocant. Hipp. lib. περὶ παθῶν (pag. 524. 20.) ἀρθρῖτις νοῦσος ὅταν ἴσχῃ, λαμβάνει πῦρ καὶ ὀδύνη τὰ ἄρθρα τοῦ σώματος, λαμβάνει δὲ καὶ ὀξεῖα. καὶ ἐς ἄλλο τε ἄλλο τῶν ἄρθρων ἐξυπίπτει τε καὶ μαλακώτεραι καὶ κατασυρίζουσιν αἱ ὀδύναι. Articularis morbus cùm corripuerit, calor & dolor corporis articulos inuadit. Corripit autem etiam acutus, & in alium atque alium articulum, tum remissiores, tum etiam intensiores dolores incumbunt. Est & authori Definit. Med. (pag.398.52.) ἀρθρῖτις φλεγμονὴ συνισταμένη περὶ τοῖς ἄρθροις ἔμμονος, πόνον ἰσχυρὸν ἐπιφέρουσα πασχόντων νεύρων, stabilis in articulis consistens inflammatio, neruis affectis vehementem dolorem afferens. Ἀρθρῖτις interdum per ἄρθρων πόνους significatur Hipp. vt aph.31. lib.3. interdum quoque impropriè omnem articulorum dolorem denotat, aut difficilem quendam motum cum dolore coniunctum. aph. 16.

lib. 3. Vbi scribit Gal. τίνας οὖν εἴρηκεν ἀρθρίτιδας ἐν τοῖς αὐχμοῖς γίνεσθαι ζητητέον. εἰ γὰρ ἀμέτροι γινηθεῖεν δαπανῆσαι ἐκ τῶν ἄρθρων τὴν ὑγρότητα, δυσκινησίαν μέν τινα κατὰ ξηρότητα ποιήσουσιν, ἴσως δ' αὖ ποτε καὶ ἄλγημα. τὴν μέν τοι καλουμένην ἀρθρῖτιν οὐκ ἂν ἐργάσαιντο. πλὴν εἰ πᾶν ἄρθρων ἄλγημα καλεῖν τι ποιοῖτο τις ἐθέλοι. Quasnam igitur arthritidas per squalores fieri dixerit, inuestigandum. Si enim tanti fuerint vt articulorum humiditatem consumpserint, difficilem quandam sanè præ siccitate motionem, & verò etiam dolorem forte interdum effecerint, at arthritim appellatam affectionem haudquaquam commiserint, nisi quis omnem articulorum dolorem hoc nomine donare velit. Ἄρθρων πόνοι & εἰς ἄρθρα πόνοι dicuntur articulorum dolores & labores ex humorum crassiorum, frigidorum & crudorum in articulos decubitu in febrib. longis, aph. 44. & 45. lib. 4. & Coac. (pag. 134. A.) ἀποστήματα ἢ ἀποσκήμματα vocantur lib. de rat. vict. in mor. ac. (pag. 100. 23. H. 390. 29.) & aph. 1. sect. 4. lib. 6. Epid. vt & aph. 74. lib. 4. Ἀρθριτικὸς eum significat qui articulariis dolorib. conflictatur, aph. 3. lib. 6. Epid. sect. 4. etsi Gal. illic scribit ischiadicum, hoc est coxendicis morbo laborantem ex Græcorum consuetudine arthriticum quibusdam dici. Sic enim ex partis cuiusdam affectæ nomine ἀρθρῖτις ipsa sæpe intelligitur vt per τὰ ποδαγρικὰ νοσήματα aph. 49. & 55 lib. 6. Ἀρθρικὸν exponit Gal. in Ex. apud Hip. ὁ τοῖς ἄρθροις ἁρμόζων, ac νόμος mihi subintelligere videtur, vt legem articularem subaudias, iuxta quam luxatorum articulor. deligatio fieri debeat, & locus lib. de art. (p. 598. 54. H. 794. G.) subnotetur, ὅπως δὲ ὀθονίοισι κατὰ τὸν νόμον τὸν ἀρθρικόν. Curatio verò per lintea lege articulari fieri debet. Vbi tamen passim ἀρθριτικὸν legitur. Sic quidam apud M. Tullium arthricum cocum dictum volunt lib. 9. Epist. ad Pætum, (cùm tamen ferè omnia exemplaria arthriticum legant) articulari morbo laborantem aut podagra, quem ex pedibus laborare ibidem dicit.

Ἄρθρον est naturalis ossium syntaxis, Gal. lib. de ossibus, aut ὀστῶν κατὰ φύσιν κινουμένων συμβολή, ossium quæ motum à natura sortita sunt compages & coniunctio, authori Definit. Medic. (p. 403. 7.) & ἡ τῶν ὀστῶν σύνθεσις πρὸς τὸ κινεῖσθαι, ossium compositio ad motum comparata, authori Isag. (pag. 378. 48.) At sæpe ἄρθρον Hipp. vocat alterius ex cohærentibus ossibus extremum, quod in propinqui ossis cauitatem & sinum inseritur. Gal. lib. de Ossibus Ἱπποκράτης θάτερον τῶν συνηρθρωμένων ὀστῶν τὸ πέρας ἄρθρον ὀνομάζει πολλάκις. οὐ μὴν ὃ τι περ ἂν τύχῃ, ἀλλὰ τὸ περιφερὲς τε καὶ τῇ κοιλότητι τοῦ πλησιάζοντος ἐμβεβηκός. Hipp. alterius cohærentium ossium extremum sæpe articulum vocat, non tamen quodlibet, sed quod est rotundum & in propinqui ossis cauitatem inseritur. Et Com. 2. in lib. de fract. (pag. 551. 28. H. 761. G.) ἐκ τῶν τοιούτων αὐτοῦ λέξεων ὁρμώμενοί τινες, ἄρθρον καλεῖν αὐτὸν φάσκουσι, τὰ πέρατα τῶν διηρθρωμένων πρὸς τὰς κοιλότητας ὀστῶν, ὥστε τὸ μὲν σύμπαν διάρθρωσιν καλεῖσθαι, καθ' ὃ συντέτηται πρὸς ἀλλήλοις τὰ πέρατα τῶν κινουμένων ὀστῶν ἐν ταῖς ἐκτάσεσί τε καὶ κάμψεσιν. αὐτῶν δὲ τῶν ὀστῶν, ἑκατέρου τοῦ μὲν ἐμβαίνοντος τὸ πέρας ἄρθρον, τοῦ δ' ὑποδεχομένου τὴν κοιλότητα, κοτύλην ἢ γλήνην ὀνομάζειν αὐτήν. His huiusmodi dictionibus inducti quidam articulum eum vocare dicunt ossium extrema quæ in cauitates dearticulantur, ita vt id totum quidem quod connexis inter se ossium finibus in extensionibus aut inflexionibus mouetur, διάρθρωσις aut dearticulatio vocetur. Ipsorum verò ossium alterius extremum quod inseritur, articulum, eius autem quod excipit cauitatem, κοτύλην, hoc est, acetabulum, aut γλήνην pupillam, ab eo vocari asserant. Rursusque Com. 3. in lib. de fract. (pag. 573. 1. H. 775. H.) εἰκότως οὖν ὁ Ἱπποκράτης τῶν διαρθρωμένων ἀλλήλων ὀστῶν ἄρθρον ὀνομάζων, οὐ τὸ δεχόμενον τὴν πλησιάζουσαν ἐξοχὴν, ἀλλὰ τὸ στηριζόμενον ἐν τῇ κοιλότητι. Iure igitur Hippocrates articulationem ossium inter se iunctorum articulum vocans, non id quod eminentiam excipit, sed quod in alterius cauitatem firmatur. Et Com. 1. in lib. de art. (pag. 578. 42. H. 780. B.) ὅτι τῶν διαρθρωμένων ὀστῶν ἀλλήλοις ἄρθρον ὀνομάζειν εἴωθεν, οὐ τὴν ὑποδεχομένην κοιλότητα τοῦ πλησιάζοντος ὀστοῦ πέρας, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πέρας, εἴρηται μὲν κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ἤδη λόγον. Ex ossibus inter se per articulationem coniunctis, eum articulum appellare consueuisse, non eam cauitatem quæ propinqui ossis extremitatem in se excipit, verùm extremitatem ipsam, superiore libro à nobis iam quidem dictum est. Erot. quoque apud Hipp. hanc geminam τοῦ ἄρθρου notionem agnoscit & explicat, cùm scribit. ἰδίως τὰς συμβολὰς τῶν ὀστῶν ἄρθρα καλεῖ. δι' ὧν φησιν· αἱ δὲ χεῖρες ἄρθρα ἔχουσι πολλά. ὅσα γὰρ ὀστέοισι ξυμβάλλουσι, πάντα ἄρθρα ποιέουσι. ποτὲ δὲ ἑκάτερον μέρος ὀστέου, τὸ μέλλον συμβάλλεσθαι ὅταν λέγῃ. ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν ἄρθρα δύο εἰσὶν αἱ κοτύλαι καλεόμεναι, hoc est, Propriè ossium inter se commissiones ἄρθρα vocat, in his quæ scribit. Manus autem multos habent articulos. Quæ enim ossibus inter se committuntur, ea omnia articulos efficiunt. Interdùm verò alteram ossis partem quæ committi debet, vt cùm dicit. In coxendicibus verò duo sunt articuli, κοτύλαι hoc est, acetabula dicta. Quæ certè loca ex Lib. de Loc. in homine sumpta sunt. (p. 409. 3. 410. 54) Lib. περὶ τέχνης (pag 6. 36.) ἄρθρα dicuntur ἐν οἷσιν αἱ συμβολαὶ τῶν κινευμένων ὀστέων ἐγκυκλέονται, in quibus ossium quæ mouentur compagines ac commissuræ vertuntur. Lib. quoque de Loc. in homine (pag. 410. 48.) ὅσα γὰρ ὀστέα πρὸς ἑωυτὰ συμβάλλουσι πάντα ἄρθρα ποιέουσι. Quæcunque enim ossa inter se committuntur, omnia articulum efficiunt. Quod etiam aliter legisse Erot. paulò antè adscripsimus. At verò pro ossis extremo quod in alterius sinum inseritur ἄρθρον sæpe ponitur Hipp. Lib. de fract. (pag. 551. 23. 761. G.) ῥηΐδιον ἤδη τὸ ἄρθρον ἐμβαλεῖν, articulus promptè reponitur. Rursus ibidem (p. 572. 53. H. 775. H.) τὸ τοῦ μηροῦ ἄρθρον, femoris articulum vocat, femoris extremitatem quæ tibiæ cauitatibus inseritur. Sic initio lib. de art. (pag. 578. 40. H. 780. B.) ὤμου ἄρθρον humeri articulus dicitur, humeri caput quod in extremitatem ceruicis lati scapularum ossis inseritur. Ἄρθρα τῶν σπονδύλων vocat etiam Hip. articulos in vertebris, quibus per eos processus qui sunt ad latera inter se committuntur. τὰ ἄρθρα τὰ ἐνηλλαγμένα dicuntur lib. de art. (pag. 619. 52. H. 811. F.) articuli inter se alternantes. Sic enim explicat Gal. cùm scribit. τῶν σπονδύλων ἄρθρα φησὶν ἃ πρὸς ἀλλήλους συμβάλλεται κατὰ τὰς πλαγίας ἀποφύσεις. (Sic enim legendus mihi locus videtur, aut τὰ πρὸς ἀλλήλους συμβαλλόμενα, contra omnium codicum fidem) Rursus ibid. (pag. 620. 11. H. 811. A.) σφόνδυλοι πλείους ὑπερβαίνεις τὰ ἄρθρα, vertebræ prolapsæ dicuntur, quæ prorsus articulos transilierunt. Ἄρθρον etiam κατ' ἐξοχὴν coxendix vocatur Hipp. lib. περὶ ἀρχαίης inscripto (pag. 254. 14.) ἢ σπασμὸς ἔχει καὶ τὸ ἄρθρον καὶ τὸ σῶμα πᾶν. Et conuulsio occupat tum articulum, tum totum corpus. Agitur enim de conceptus signis, cùm vterus concluso semine irrigatus, & vaporoso spiritu repletus, distenditur, & coxam ipsam totumque femur ob viciniam, adeoque totum etiam corpus conuellit. Cornar. & Caluus non satis accommodatè ad Hipp. mentem articulos dixerunt.

Ἀῤῥιγέως citra frigus Hipp. significat, & ei ἀδαλπέως citra calorem opponitur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 59. 25. H. 388. 41.) τοῦ μὲν χειμῶνος ἀῤῥιγέως, τοῦ δὲ θέρεος ἀδαλπέως, hyeme quidem citra frigus, at æstate citra calorem.

Ἀριθμοὶ τῶν νοσημάτων significant Hippocrati morborum in indiuiduis differentias, quæ numero diuersum morbum efficiunt, quibus morbos distinguebant & numerabant Cnidij Medici. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 59. 5. H. 383. 50.) ἔνιοι δὲ τοὺς ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νοσημάτων σάφα ἐθέλοντες φράζειν, οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. Quidam verò morborum singulorum numeros apertè declarare studentes, non rectè scripserunt. Quem certè locum disertè mihi exprimere videtur Erot. cùm scribit ἀριθμοὺς, τὰ ὀνόματα οὕτω καλεῖ. Morborum namque nomina quibus secundum differentias distinguuntur & numerantur, indicantur. Ideoque subdit Hipp. μὴ γὰρ οὐ τὸ δὲ νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τωὐτὸ ὄνομα ἔχῃ, neque putet eundem morbum esse, nisi idem nomen habeat.

Ἀρκύμων exponitur Gal. in Exeg. ἡ ταχέως ἐγκύμων γινομένη, quæ citò prægnans fit & facilè concipit, quæ fœcunda est, Erot. autem πολυκύμων. Vsurpat autem eam dictionem Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 262. 33.) γυνὴ ἥτις ἀρκύμων ἐοῦσα, πίπτει κυΐσκομένη. Quæ facilè concipiebat, si prægnans esse desierit. Rursus ibid. (pag. 262. 34.) ἥτις δὲ κυΐσκεται ἀρκύμων ὀλίγως καὶ ἀρκύμων ἐστὶ, καὶ ὑγιαίνει. Quæ verò crebrò prægnans futura est, facile concipit, & sana est. Quod etiam repetitur lib. περὶ ἀφόρων (pag. 679. 4.) ἥτις δὲ κυΐσκεται πολλὰ, καὶ ἀρκύμων ἐστὶ καὶ ὑγιαίνει. Quæ verò frequenter prægnans & fœcunda est, ac valet. εὐαρκύμονες γυναῖκες dicuntur lib. de aëre, loc. & ac. (p. 283. 9.) mulieres fœcundæ & quæ vterum ferunt. αἵ τε γυναῖκες αὐτόθι εὐαρκύμονές εἰσι σφόδρα, καὶ τίκτουσι ῥᾳδίως. Illic fœminæ valde fœcundæ euadunt, facileque pariunt. Ἀρκύμων Hesych. εὐσύλληπτος exponitur, quæ facilè ac promptè concipit. Sic enim apud eum legi debere ex Varin. constat.

Ἀρὶς, ἰδος, instrumentum fabrile aut scobinam fabri (vt dicit Pl. cap. 37. lib. 7.) significat. Iul. Poll. lib. 7. cap. 26. ἀρίδα inter fabrilia instrumenta reponit. Significat etiam ὄργανον τεκτονικὸν Sudæ. Gal. in Exeg. ὄργανον significare scribit, quomodo accipitur lib. de art. (p. 594. 13. H. 789. G.) καὶ γὰρ αἱ ἀρίδες ἑλκύσαιεν. Nam & scobinam trahere queant. Ἀρὶς exponitur Gal. in Exeg. οὐ μόνον τὸ ὄργανον, ἀλλὰ καὶ βοτάνη τις οὕτως ὀνομαζομένη, non solùm instrumentum fabrile, sed & herba huius nomi-

nominis, quam & ἀείζωον vocant. Ἄειε quoque βοτάνης εἶδος exponitur Hesych. Aliis ἄειε paruum atilarum esse dicitur, & de ea scribit Pl. lib. 24. cap. 16.

Ἀειστᾶν prandere significat, & τῷ μονοσιτεῖν opponitur, vni scilicet cibationi, hoc est cœnæ lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 11. 50. 12.) Dicitur etiam ἀριστίζεσθαι ibidem & ἀάριστος qui non prandet (i idem)

Ἀειστολοχίη dicitur Hipp. quæ ἀριστολοχία herba lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 572. 45.

Ἀρκέει apud Hippocr. βοηθεῖ, cōfert, auxiliatur, exponit Erot. Ac videtur locus l b. de art. (pag. 606. 31. H. 802. 25.) subnotari. ἀρκέει δὲ ἐπὶ μὲν τὸ σπλήνιον κηρωτὸν ἐπιτείνειν τὰ κεκριμένα. Satisque est splenium inceratum supra contusum extendere. Ac rursus (ibidem (pag. 625. 35. H. 817. F.) ἀρκέει εἴκοσιν ἡμέρῃσιν ὡς μὲν ἐπὶ τὸ πολύ. ferè dierum viginti curatio satis est. iterúmque (pag. 656. 10. H. 854. A.) ἔπειτα ἀρκέει μὲν ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ ξύλου. Tum satis quidem est, si in dimidia ligni parte. Et (ibid. v. 25. H. 834. C.) ἐνίοτε γὰρ ἀρκέει αὐτὸ τὸ ξύλον τοῦτο. Interdum enim ipsum lignum satis abunde est. Sic l. 1. περὶ νούσων (pag. 448. 10.) τούτοισι δὲ οὐκ ἀρκέουσι γινόμεναι ὠφελέειν. his non prosunt auxilia. Apud Sophocl. in Aiace ἀρκεῖτέ μοι pro βοηθεῖτε, hoc est, opem fer, auxiliate, sumitur. Et apud Hom. Il. ζ. (v. 16.) ἀλλά οἱ οὔ τις τῶν γε τότ' ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον, ἐξήλασεν, exponit Schol. Verùm illic propulsauit, melius sonat. Ἀρκεῖ βοηθεῖ etiam exponitur Hesych.

Ἀρκτικὸν exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. ὁ ἀπὸ τῆς ἄρκτου πνέων, qui flat à Septentrione. Quòd verò adscribit, ἔνιοι δὲ ἄρκτιον αὐτὸν γράφουσιν, nonnulli ferè ἄρκτιον scribunt, apparet ἀρκτικὸν aut ἀρκτῷος pro ἄρκτιος scribendum. Nam & ἀρκτικὸς pro ἀρκτῷος dici vult Eustath. Videtur autem ventus ἀπαρκτίας dictus intelligi, (vt scribitur libello de Mundo) ὁ ἀπὸ τοῦ πόλου κατὰ τὸ μεσημβρινὸν πνέων, à Septentrione in Meridiem spirans.

Ἀρκτοῦρος exponitur Erot. apud Hipp. ἐν τοῖς Ἀρκτοφύλακος ϛεφανούμενον, qui Arctophylax & Vrsæ custos dicitur. ὦροι γὰρ οἱ φύλακες καλοῦνται. ἔστι δὲ οὗτος λαμπρὸς ἀστὴρ ἐν τῇ ζώνῃ τοῦ βοώτου κείμενος. Nam & custodes ὦροι vocantur. Est autem lucidum astrum in Bootæ zona situm. Alij ἀπὸ τῆς οὐρᾶς καὶ ἄρκτου, ab Vrsæ cauda Ἀρκτοῦρον dictum volunt, quòd sit stella in vrsæ maioris cauda posita. De quo Aratus, ὑπὸ ζώνῃ δ' ἐξ ἄλλων ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ. quod sic vertit M. Tullius. Huic autem subter præcordia fixa videtur. Stella micans radiis, Arcturus nomine claro. Eam autem dictionem sæpe vsurpat Hip. lib. 1. Epid. vt (pag. 357. 44. H. 942. H.) ταχὺ δὲ περὶ ἀρκτοῦρον ἐν βορείοισι πολλὰ πάνυ ὕδατα. statimque ad Arcturum perflantibus aquilonibus aquæ admodum multæ. Et rursus (pag. 368. 26. H. 950. F.) ἐν θέρει πρὸ ἀρκτούρου ὀλίγον, καὶ ἐπ' ἀρκτούρῳ. Paulò ante Arcturum sub ipsoque Arcturo.

Τὰ Ἄρμενα significant Hippocrati quæ sunt ad Chirurgi vsum accommodata instrumenta, aliaque ad opus chirurgicum conuenientia & necessaria, & quæ ex domestico apparatu ad curationem sunt vtilia & accommoda, ab ἄρω dicta. Lib. κατ' ἰητρεῖον) pag. 667. 14. H. 741. B.) τὰ ἄρμενα, quæ ad agendum sunt accommodata. Vbi Galen. τὰ ἄρμενα non solùm ad Chirurgi vsum accommodata instrumenta, velut scalpros, terebellas, hamos, rasoria, laminas, membranæ custodes μηνιγγοφύλακας, cæteraque id genus, intelligi vult, verumetiam τὰ κατὰ τὴν οἰκείαν σκευὴν πρὸς τὴν θεραπείαν χρήσιμα, quæ ex domestico apparatu ad curationem sunt vtilia & commoda, καὶ ὅσα τἄλλα τοῖς θεραπευομένοις ἐπιτήδεια, cæteraque quæ sunt iis qui curantur necessaria & accommodata. Sic lib de rat. vict. in Morb. ac. (pag. 83. 33. H. 395. 9.) τὰ ἄρμενα quæ ad parandum balneum sunt necessaria. ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα, καὶ οἱ θεραπεύοντες ὡς δεῖ. In paucis enim domibus quæ sunt ad agendum necessaria & accommodata præparata reperiuntur, neque ministri quales decet. Illic enim τὰ ἄρμενα, alueos, labra, pelues, rotas, cæteraque id genus his qui balneum curant accommoda, exponit Gal. Com. 1. in lib. κατ' ἰητρεῖον (pag 667. 50.) τὸ ἄρμενον accommodatum aut conueniens in vnaquaque arte instrumentum dicitur, lib. de fract. (pag. 528. 13. H. 751. B.) ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄρμενον ὃ ἂν ἔχῃ ἕκαστος καὶ πρὸς τὸ ἔργον ὃ ἂν ἐπιτελέσαι θέλῃ σχηματίζονται αἱ χεῖρες. Quin & ad conueniens instrumentum quod habet quisque, & ad opus quod perficere intendit, manuum figuræ accommodantur. Rursus eodem lib. (pag. 569. 35. H. 773. C.) ὅσα οἱ ἄνθρωποι ἄρμενα μεμηχάνηνται. machinationes ab hominibus excogitatæ & accommodatæ, quæ machinamenta homines ad vsum chirurgicum comminiscuntur. In quibus aselli, axes aut succulæ, earúmque circunductio, μοχλεία & σφήνωσις, per vectes molitio & discuneatio comprehenduntur. In Mochlico (pag. 864. G.) τὰ ἄρμενα significant ea quæ sunt ad chirurgi vsum accommodata, velut sunt fasciæ & lintea ad extensiones & deligationes faciendas conuenientia. τὰ ἄρμενα exponit Hesych. τὰ πρός τι ἀποκείμενα πράγματα ἐπιτήδεια, ad aliquod opus agendum accommodata.

Ἁρμοὶ, τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ ῥαφὰς, suturæ quæ est in capite, apud Hipp. exponit Gal in Exeg. Erot. verò ἁρμὴ πᾶσα σύνοδος τραυμάτων dicitur omnis vulnerum coalitus aut coitus (τραυμάτων forte leg.) παρὰ τὸ ἡρμόσθαι. Ἁρμὴ Hesych. exponitur σύνοδος, σώματος ἁρμογή. coitus seu commissura, aut corporis compages. Idem videtur quod ἁρμὸς & ab ἄρω deductum. Apud Hipp. autem ἁρμὴς non inuenio. Ac nescio an ἁρμὰς pro ἁρμονίας legerit Gal. apud Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 277. 26.) & τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ ῥαφὰς legendum sit.

Ἁρμοῖ apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. παραχρῆμα, idemque adscribit, δωρίδα εἶναι λέξιν, Doricam esse dictionem. Et pro ἁρμοῖ quidam ἁρμοῖ scribunt. Pro quibus certè ἀρμοῖ scriptum apud Hip. existimo lib. περὶ καρδίης (pag. 270. 19.) ξυνέρχεται δὲ ἐς τὴν καρδίην οὐχ ἁρμοῖ. clauditur autem in cor, non tamen confestim, dixit Cornar. Caluus, non penitus. Erot. apud Hip. ἀρμοῖ, ἠσυχῇ, μικρῶς, sensim, paulùm, ex Pherecrate exponit. Quæ expositio huic loco aptè quadrare potest. Pro ἀρμοῖ etiam quidam ἀρμοῖ scribunt, voluntque vocem esse Syracusanam aut Doricam, quæ significat νεωστί, ἀρτίως, nuper, recens; tuncque spiritu tenui scribi vult Theocriti Schol. Idyll. 4. Vbi verò aspiratur, ἡρμοσμένως ἢ ἁρμοδίως, conuenienter aut congruenter denotare. Eustath. contrà magis vsu receptum scribit vt cum spiritu aspero legatur pro νεωστί. Hesych. ἀρμοῖ exponit ἀρτίως, ἠσυχῇ, ἐξαίφνης, προσφάτως, nuper, sensim, repente, recens. Varin. etiam ταχέως, citò, celeriter. Quæ etiam dictio vsurpatur Hippocrati li. 1. περὶ γυναικ. (pag. 591. 47.) ἢ ἀρμοῖ καμμύσαντος (τοῦ στόματος τῶν μητρέων) aut recenter occluso vteri osculo. Et rursus ibidem (pag. 605. 18.) ἢν ἀρμοῖ ἀλλιδαίνηται, si citò aut commodè curetur. Vbi tamen aspiratur, vt & lib. περὶ ἀφόρων 675. 18.) οὐδ' ἢν ἁρμοῖ μᾶλλον ἢ δεῖ, neque si plus quàm deceat repente aut recenter conclusum sit. Et (ead. p. v. 24.) ἢ ἁρμοῖ μεμύκῃ, aut recens conclusum sit, aut paulùm.

Ἁρμόζεσθαι aptè compingi, componi, aptari, fulciri, firmari significat apud Hipp. Lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 677. 42. H. 743. 4.) de linteis, ἀλλ' ἡρμόσθαι χρὴ, sed vt eorum firma quidem sit compages, hoc est, aptè componantur & compingantur Vbi Gal. ἡρμόσθαι ἀσφαλῶς ἐρηρεῖσθαι exponit, firmiter insidere & applicari. Rursus eodem lib. (pag. 697. 34. H. 747. 4.) ἡρμόσθαι δὲ μὴ πιέζεσθαι, fascias quidem firmari non comprimi. Vbi ἡρμόσθαι, τὸ ἐρηρεῖσθαι καὶ ἐπιπεφύχθαι exponit Gal. fulciri & stabiliri Et Com. 1. in lib. de fract. (pag. 534. 51.) τὸ δὲ ἡρμόσθαι, τὸ ἐπιπεφύχθαι δηλοῖ. ἡρμόσθαι autem quod est applicari, velut stabiliri aut firmari significat.

Ἁρμόδια autem pro ἁρμοδίως, quod est conuenienter, aptè, positum videtur apud Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 599. 13.) οὐ γὰρ ἁρμόδια δῆλον γίνεται. Non enim aptè manifestum fit. Vbi in omnib. quidem exemplaribus tenui spiritu scribitur. Quod certe non parum suspectum locum facit, vt & interpretes qui aliud quiddam legisse videntur. Aut certè ista per parenthesim lecta (οὐ γὰρ ἁρμόδια) hoc sensu capienda sunt. neque enim aliter congruum est, aut conuenit. Vt sit hic sensus. De vteri læuitate iudicium sumi, si mulier vteros attingat cùm vacui sint, neque enim aliter congruum esse.

Ἁρμονίη compages & coagmentatio dicitur aut apta commissura. Species est συναρθρώσεως qua inter se ossa componuntur & coniunguntur, vt in capite. Scribit enim Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 704. 55. H. 749. D.) ἁρμονίας dici propriè capitis ossa sese inuicem contingentia ἡ μὲν οὖν τῶν ἁρμονιῶν διάστασις ἐπὶ κεφαλῆς ἐν ταῖς λεγομέναις ῥαφαῖς γίγνεται. κυρίως μὲν ἁρμονιῶν ὀνομαζομένων καθ' ἃ ψαύει τὰ τῆς κεφαλῆς ἀλλήλων ὀστᾶ, κατὰ μεταφορὰς δὲ ῥαφῶν. ἥρμοσται γὰρ ἀκριβῶς ἀλλήλοις τὰ κατὰ τὸ κρανίον ὀστᾶ, ὥστε διὰ τοῦτο καθ' ἁρμονίαν ἡ σύνθεσις αὐτῶν εἰκότως ἂν λέγοιτο γεγονέναι, καθ' ὁμοιότητα δὲ τὴν πρὸς τὰ ῥαπτόμενα ῥάκη, Iuncturarum verò distantia capitis in iis quæ futuræ dicuntur contingit, quæ propriè quidem ἁρμονίαι, hoc est, compages appellantur, quà capitis ossa mutuo contactu inter se coniunguntur, suturæ autem ex translatione. Caluariæ enim ossa exactè adeò inter se coaptantur, vt ideo eorum inter se coniunctio καθ' ἁρμονίαν, hoc est, ex compage, meritò fieri dicatur, ex similitudine verò pannorum qui inter se consuuntur. Sic Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. ἁρμονίας capitis suturas ac commissuras vocat (pag. 277. 26.) τῇ γὰρ ἐξικνέεται κατὰ τὰς ἁρμονίας ἐμβρίζουσι πολλὰ καὶ λεπτὰ φλέβια. In cerebrum enim

ad futuras multæ tenues venæ radicibus inseruntur.

Ἀρνακὶς pellis agnina cum lana & villis dicitur. Ἀρνακίδες exponuntur Hesych. ἀρνακίδες, agnorum coria & pelles cum lana, & Aristoph. Schol. in Nub. Ἀρνακὶς Varin. τὸ μετὰ τῶν ἐρίων τοῦ ἀρνὸς δέρμα. ῥηνικὰς ἀρνακίδας exponit Gal. in Exeg. vocum Hipp. Eam verò dictionem vsurpat Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 266. 36.) χρὴ ταύτῃ γε ἀρνακίδας περιστηθῆναι δερμάς πρὸς γαστέρα, huic pelles agninas cum villis ad ventrem adhibeto.

Ἀῤῥοίη fluxionem suppressam significat, ac propriè de mensium suppressione dicitur Hipp. Sic enim ἀῤῥοίας ἐποχῆς ἐμμήνων exponitur Gal. in Exeg. hoc est, mensium suppressionis. Ac mihi dubium nō est quin his verbis Lib. de Loc. in homine subindicet, vbi scribitur (pag 424 21.) καὶ ἢν ὑγρῶν ἐοῦσαι ἐμπλεαι ἔωσι αἱ μῆτραι τὸ στόμα οἰδήσωσι, καὶ ἀῤῥοίην προσέχωσι. Sed si humore plenis vteris osculum intumescat, & mensium suppressio contingat. Et rursus (v. 24.) καὶ πυριῆσθαι ὡς γέγραπται ἐπὶ ποιέειν, ὥσπερ κατὰ τὴν προσθεν ἀῤῥοίην, (sic enim lego) & fomentis (vt dictum est) sic adhibitis vt in priore mensium suppressione. Et paulò pòst (v. 20.) ῥόον χρὴ ποιέειν ὥσπερ ἐπὶ τῆς προτέρης ἀῤῥοίης, fluxionem concitare oportet, velut in priore mensium suppressione. Innuit enim fomentis adhibitis & appositis vtero medicamentis calidis, fluxionem procurandam, velut in paulò superiore affectione, hoc est, vteri auersione sursumque progressione, ac inde suppressa menstrua purgatione, faciendum præceperat. Eoque referri videtur quòd ἀῤῥοίη, ἀῤῥωστία exponitur Erot. apud Hipp. Hæc enim duo postrema loca procul omni dubio ab eo subnotari videntur, vt ἡ προσθεν aut προτέρη ἀῤῥοίη, superior paulò commemorata affectio ac morbus intelligatur. Ideoque apud Erot. & Gal. ἀῤῥοίης aut ἀῤῥοίην, & ἀῤῥωστίας aut ἀῤῥωστίην, coniectura indubitata legendum contendo. Exemplaria tamen Hipp. omnia ἀῤῥοίην & ἀῤῥοίης vitiosè habent.

Ἀρτηρίη dicitur Hipp. simpliciter quæ ab ore in pulmones descendit & arteria aspera vocatur, quòd partibus duris & asperis nempe cartilaginosis magna ex parte constet. Lib. 7. Epid (pag. 1210. D.) ἡ ἀρτηρίη μόλις ἀναπνεύσῃ ὑποσυρίζει, eique vix respiranti arteria sibilum quendam edebat. Rursus eodem lib. (pag. 1220. H.) ἀρτηρίη ὑποσυρίζει ῥέγχουσα, arteria sibilum quendam cum stertore edebat. Eandem quoque arteriam asperam ἀρτηρίας multitudinis numero vocat, ea forte ratione quòd per totos pulmones multis ramulis diducatur. Lib. 7. Epid. (pag. 1215. B.) καὶ ἆσθμα, καὶ ὑποκερχαλέον περὶ στήθεα καὶ ἀρτηρίας. & creber anhelitus cum stridula quadam ad pectus & arteriam asperitate.

Ἀρτίζωα dicuntur quæ breuis sunt vitæ, ὀλιγοχρόνια exponit Gal. in Exeg. apud Hip. & Hesych. quoque, hunc nimirum Hip. locum subindicans lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 261. 55.) ταῦτα τὰ παιδία ἀρτίζωα, eiusmodi fœtus breuis sunt vitæ.

Ἄρτιος integer, incolumis, perfectus dicitur, omnibus numeris absolutus, non læsus Hesych. ἄρτια exponit συνηρμοσμένα, ὑγιῆ, ἀπηρτισμένα & τέλεια. Idem etiam ἄρτιον, ὑγιές, ὁλόκληρον. Apud Hom. ἄρτια Scholiastes ἡρμοσμένα exponit consentanea, quæ optimè quadrent, vt φρεσὶν ἄρτια sint consentanea, & mentis bene compositi motus. Est & ἀρτίως integrè, perfectè, ἁρμοδίως, hoc est, cohærenter & aptè exponit Hesych. ἀρτίως etiam idem significat quod ἀπαρτίως, ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς. Qua dictione vtitur Hip aph. 10. lib. 2 & lib. περὶ χυμῶν (p. 48. 34.) eamque explicat Gal. in Com. aph. & lib. de humoribus.

Ἄρτιοι οἱ σπόνδυλοι ἀλλήλοις dicuntur spinæ vertebræ interiore parte inter se æquales, lib. de art. (pag. 6. 6. 21. H. 809. G.) & Mochl. (pag. 505. 39 H 842. B.) hoc est inter se aptè cohærentes & quadrantes, planæ & rectæ, quòd singulæ parte interiore processum nullum habeant, & mutua sint inter se coaptatione adæquatæ, apteque inter se cohærentes. Gal. ἀρτίως ἀπηρτισμένους, & κατὰ πᾶν ἀλλήλοις ἐφαρμόττοντας, & ἀπηρτισμένως ὁμιλοῦντας illic exponit, hoc est, perfectè & omnibus partibus inter se adæquatas, aptissimè inter se cohærentes & conuenientes, hoc est, æquabiles, vt diximus, quòd ea parte complanatæ sint, nullamque habeant prominentiam. Sic enim æquabile & temperatum orationis genus dicitur M. Tullio) lib. 1. de off.) cui rugosum & asperum opponitur.

Ἄρτιαι ἡμέραι in iudicationis ratione dicuntur dies pares Hipp. quib. περισσὰς impares opponit, vt & ἄρτιος ἀριθμὸς & περισσὸς vocatur numerus par & impar. Lib. 1. Epid. (p. 38. 18. H. 964. B.) τὰ δὲ παροξυνόμενα ἐν ἀρτίῃσι, κρίνεται ἐν ἀρτίῃσιν· ὧν δὲ οἱ παροξυσμοὶ ἐν περισσῇσι, κρίνονται ἐν περισσῇσιν. Quæ diebus paribus accessiones habent, ea diebus paribus decernunt. Quæ verò diebus imparibus inuadunt, ea imparibus iudicantur. Rursus ibid. H. 23. H. 965. E.) ἔστι δ' ἡ πρώτη κρίσιμος τῶν περιόδων ἐν ταῖς ἀρτίῃσι κρινόντων, δ'. Circuituum autem qui diebus paribus iudicant, primus decernit quartus. Adscribitur etiam in aph. lib. 4. τὰ ἐν ἀρτίῃσι κρινόμενα, δύσκριτα καὶ φιλυπόστροφα. Quæ diebus paribus decernunt, difficile habent iudicium & repetere solent.

Ἀρτίστομα apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. πανταχόθεν ὁμαλά vndiquaque plana & æqualia. Locum nimirum lib. περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, subindicans (p. 903. A.) τῶν δὲ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον, ταῖς τε φανερῇσι ῥωγμαῖς καὶ ταῖς ἀφανέσι καὶ φλᾶται καὶ ἔσφλα ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ τὸ ὀστέον τὰ στρογγύλα τε καὶ περιφερέα, καὶ ἀρτίστομα. Ex telis sanè maximè os perrumpunt, tum rimis conspicuis, tum obscuris collidunt, ac intrò à naturali statu recedens desidere faciunt, quæ rotunda sunt, orbiculata, omni ex parte plana, hoc est, vndique æqualia, quæ neque aspera sunt, nullâque parte eminent aut excedunt, qualia sunt acuta. Alioqui ἀρτίστομος dicitur is qui linguæ alicuius verba integra, non truncata aut mutilata perfectè profert.

Ἀρτιπόπυρος χροιὴ color subpallidus & subluteus dicitur Hipp. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 550. 34.) in lienis morbo.

Ἀρτιφυὴς nuper natum significat. ἀρτιφυὴς verò ἀριθμὸς καὶ τέλειος numerus integer & perfectus dicitur Hipp. l. b. περὶ ἑπταμήνου (pag. 257. 36.) ex parib. diebus decimusquartus, vigesimus octauus, & quadragesimus secundus. Dicitur autem esse integer & perfectus numerus, ac perfectæ suisque partibus constantis harmoniæ terminus, quòd in his numerus septenarius bis, quater & sexies repetatur, proportionémque faciat duplam & sesquialteram.

Ἄρτος panis aut pastillus dicitur Hipp. massa quædam ex qualibet materia calida linteo inclusa ad vterorum fomentum effìcta & apposita. Lib. περὶ γυναικείης φύσ. (pag. 576. 36.) ex furfuribus triticeis aqua subactis, oleo ammixto, ἄρτος ἡμιέκτεος, hoc est, semiassus aut pastillus, duas chœnices pendens conficitur ac velut panis subigitur, linteo excipitur & ad fotum vterorum adhibetur. Rursus ibid. (v. 42.) ἄρτους ἐξόπτους καὶ ἡμιόπτους pastillos exassatos aut semiassos ad fotus siccos adhiberi præcipit. Hi autem ex aliqua materia confecti ac velut subacti, in linteum coniiciuntur, & sic accommodati fotus siccos efficiunt, velut sal, milium, arena, aut quodlibet eorum calefactum & in linteum coniectum fomenta calida accommodat apud Celsum cap. 7. lib. 2. Et rursus eodem lib. [pag. 585. 42.] ex cupressi & cedri ramentis, admixtis hordei furfuribus, vuæ passæ cremore subactis, pastillus aut panis efformatur, qui exassatus calidus & in linteum coniectus ad fotum adhibetur. Ibidem etiam violæ albæ semen aut radices in aqua decoctæ, & ex furfuribus triticeis aqua subactæ, ἄρτοι efformant, qui calidus in linteum coniectus, ad fotum admouetur. Sunt autem panis apud Hipp. celebrata genera plurima.

Ἄρτος ἄζυμος, panis qui fermento caret, nutrit quidem magis, secedit autem minus, lib. 2. περὶ διαίτης. [pag. 356. 10.]

Ἄρτος αὐτόπυρίτης ἢ αὐτόπυρος, quòd fiat ex farina à furfure non separata, aut furfure à pura farina non separato, sic dictus, quia ei nihil furfurum decedat, sed totum ipsum triticum, nulla sui parte adempta in panificium cedat. συγκομιστὸς veteribus Galeno dictus, & inter similagineum & furfuraceum medius lib. 1. de alim. fac. Siccat & facilè secedit. αὐτοπυρίτης ἄρτος dictus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν [pag. 542. 55.]

Ἄρτος διπυρίτης, aut δίπυρος, panis bis coctus, qui ignem bis expertus est, & secundò assatus aut recoctus. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν [pag. 546. 13.] in aqua intercute exhibetur. ἄρτῳ μὲν χρήσθω πυρίνῳ ὀπτῷ, ἢ τῶν σκληρῶν διπυρίτῃ. Pane quidem vtatur triticeo assato, aut ex duro tritico bis cocto & secundò ignem experto. δίεφθος etiam dicitur & potenter siccat, quodque in aqua intercute exhibeatur pro biscocto sumitur. Quidam etiam panem Nauticum esse existimant, eúmque παξαμάς Romanis vocari scribit Sudas. Delicatum panis genus est Athen. lib. 3. δίπυροι ἄρτοι Hesych. dicuntur οἱ ἐκ δευτέρου ὀπτώμενοι, secundò assati.

Ἄρτος ἐγκρυφίης panis subcineritius dictus vel abdititius quod sub cineribus tectus assetur, omnium quòd ad assandi rationem attinet, Gal. deterrimus, siccissimus est minimúmque nutrit. Lib. 2. περὶ διαίτης [pag. 356. 15.] & lib. 3. [pag. 373. 2.] & lib. 2. περὶ γυναικ. [pag. 644. 3.] ἐγκρυφίας, ἄρτου εἶδος exponitur Hesych. ὁ ἐν σποδῷ γενόμενος πρὸ μὴ εἶναι κλίβανον, panis sub cineribus cocti genus in clibani penuria. Ἄρτον ἐγκρυφίαν Erot. his verbis apud Hipp. exponit. παρ' Ἀττικοῖς οὕτως ὀνομάζεται ὁ συμπεπλασμένος ἔκ τε φοινίκων λιπαρῶν καὶ ἀλεύρου καὶ ὕδατος. εἰκὸς δὲ λέγειν τὸν ἐν θερμοσποδιᾷ ἐγκρυβέντα ὀπτηθῆναι, ὃν πόρρω

πάλαθον, hoc eſt, Sic Atticis appellatur panis ex pinguibus palmulis, farina & aqua confectus, nec non in calidos cineres ad aſſandum abditus, quem πάρθον vocant. Quibus verbis mihi locum lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 644. 31.) exprimere videtur Erot. vbi ſcribitur, καὶ ἄρτον μικρὸν ἐγκρυφίαν, & paruum panem ſubcineritium, vt & lib. 1. (pag. 603. 21.) καὶ ἄρτον ἐγκρυφίαν τρώγειν, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα γέγραπται, & panem ſubcineritium edendum dato, & quæcunque reliqua ſcripta ſunt. Athen. etiam lib. 3. ἐγκρυφίαν ἄρτον Atticis dici teſtatur, cui ſimilis eſt qui ἀπανθρακίς dicitur διὰ τὸ ἐπ' ἀνθράκων γίνεσθαι. ἐγκρυφίας ſacrorum Bibl. interpretes Tortulas exponunt, Numer. cap. 11. alij placentas. Etſi poſtrema iſta Erot. verba ſuſpecta habet Hiero. Mercur. ſæculi noſtri & literarum decus, Lect. var. lib. 2. cap. 5.

Ἄρτος ἐξοπτος dicitur Hippocr. panis exaſſatus, qui plurimùm ſiccat eoque vtitur in dyſenteria lib. 7. Epid. (p. 1230. B.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 559. 47. & pag. 542. 44.) vbi ἄρτος ἐξοπτος ἕωλος dicitur panis exaſſatus non recens, ſed vetus. Lib. item περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 13. 19.) ἄρτος ἐξοπτος ἢ ὠμὸς inter ſe opponuntur, panis valde aſſatus & crudus.

Ἄρτος ἐσχαρίτης panis in foco aut craticula aſſatus, vnde focalis aut focarius quibuſdam aut craticularis dicitur, Galeno deterrimus, vt qui aſſando admodum inæqualiter ſe habeat, partibus externis ſupra modum exaſſatis, internis verò crudis. Athen. lib. 3. facilè ſecedit, ſed ſtomachum lædit. Lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 356. 15.) οἱ ἐσχαρῖται ἄρτοι minus nutriunt quàm furnacei, verùm magis ſiccant quòd ab igne magis exurantur.

Ἄρτος ζυμίτης panis fermentatus, qui parum fermenti accepit, leuis eſt, facilè ſecedit, parum nutrit, facilè concoquitur Hippocr. lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 356. 4.) κοῦφος etiam dicitur Athen.

Ἄρτος ἰπνίτης panis furnaceus, aut in furno coctus, maximè nutrit, quia minimùm exuritur Hipp. lib. 2. περὶ διαίτης (p. 356. 15.) Hic Gal. apud Athen. lib. 3. δύσπεπτος coctu difficilis dicitur. At eidem lib. 1. de fac. alim. ἄρτος ἰπνίτης clibaniti & teſtaceo proximus dicitur quòd ad aſſandi modum attinet, quia verò in profundo non ſimiliter aſſatur, eo inferior iudicatur.

Ἄρτος καθαρὸς, panis ex pura farina, magis nutrit, minus ſecedit, cui συγκομιστὸς & αὐτόπυρος, & cui nihil ademptum eſt, opponitur. Lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 356. 3.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 62. 32. H. 389. 41.) & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 13 12.) Huic ῥυπαρὸς & ἀχυρώδης panis ſordidus, qui ex impura farina cum paleis conficitur, opponi poteſt, atque etiam is qui πιτυρώδης aut πιτυρίτης dicitur, quoniam (vt ſcribit Gal. lib. 2. de Cur. ad Glauc. (p. 216. 16.) in puro quidem farina, non qualis natura exiſtit, ſed furfure repurgata in panificium aſſumitur. In furfuraceo contrà puriſſima farina eximitur.

Ἄρτος κλιβανίτης, qui panis teſtuaceus quibuſdam dicitur, quòd in teſtu calido coquatur, ſicciſſimus eſt, minus nutrit, lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 356. 15.) & lib. 3. (pag. 373. 1.) Is panis Galeno optimus eſſe cenſetur, quòd ad aſſandi modum ac præparationem attinet, lib. 1. de alim. facult. Diphilo verò apud Athen. lib. 3. omnes bonitatis dotes præ ſe fert ac reliquis præſtat. Nam & ſtomacho gratus eſt, probum ſuccum gignit, facilè concoquitur, promptè diſtribuitur, neque ventrem ſiſtit aut flatu diſtendit.

Ἄρτος ὀβελίαιος aut ὀβελίας panis veru toſtus & aſſatus quaſi verutarius, modicè nutrit, ſiccat & minus exuritur Hipp. lib. 2. περὶ διαίτης, (pag. 316. 11.) & ὀβελίας dicitur Athen. lib. 3. ὀβελίας ἄρτος vocatur, ἤτοι ὅτι ὀβολοῦ πιπράσκεται, ὡς ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ἢ ὅτι ἐν ὀβελίσκοις ὀπτᾶται, aut qui obolo emitur, vt in Alexandria, aut qui in veru aſſatur.

Ἄρτος ἐκ πυρῶν panis ex tritico maximè nutrit, minùs ſecedit, lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 356. .) & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 13. 17.) præcipuè verò ſi ex probatiſſimo tritico & ſolidiſſimo, quódque minimùm habeat furfuris (εὐγενῆ generoſum vocat Gal. lib. 2. ad Glauc.) paretur.

Ἄρτος ἐκ πυρῶν ἀπτίστων ἢ ἐπτισμένων, panis ex tritico decorticato aut non decorticato hoc eſt, repurgato aut non repurgato, Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 13. 10.) Ac videtur ἐκ πυρῶν ἀπτίστων idē eſſe qui πιτυρώδης ac furfuraceus dicitur, & ex quo furfures detracti non ſunt aut ſecerniculo repurgati. Eſt & πύεινος ἄρτος ὀπτὸς, ἐκ τῶν σκληρῶν πυρῶν, panis triticeus aſſatus & ex tritico duro, in hydrope exhibitus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 546. 13.)

Ἄρτος πυρῶν σητανίων τῷ χυλῷ τῶν πιτύρων ἐζυμωμένος, panis ex ſetanio tritico furfurum ſucco fermentatus, lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 374. 26.) qui facilè per aluum ſecedit.

Ἄρτος σεμιδαλίτης, panis ſimilagineus qui ex ſimilagine conſtat, potenter nutrit, minus tamen quàm qui ex alica aut ſiligine fit, neque valde per aluum ſecedit, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 356. 17.) Is Gal. poſt ſiligineum plurimùm alimenti præſtat, & ſecundum bonitatis locum obtinet, vt & Celſo & Paulo. Philiſtion apud Athen. ſimilagineos panes plus ad robur corporis conducere vult, quàm qui ex alica conficiuntur.

Ἄρτος συγκομιστὸς panis confuſaneus quiique ex tota farina collata nec excuſſa, aut ex omnibus farinæ partibus citra vllam detractionem conſtat, ſiccat & facilè ſecedit, lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 356. 2.) & lib. 3. (pag. 373. 1.) Huic καθαρὸς opponitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 62. 32. H. 319. 41.) & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 13. 18.) συγκομιστοὶ ἄρτοι exponuntur Gal. in Exeg. apud Hip. ῥυπαροὶ, διὰ τὸ πάντα ἅμα τὰ ἄλευρα συγκομίζεσθαι καὶ μὴ διακρίνεσθαι. ſordidi, eo quòd omnes farinæ collatæ ſint, non ſecretæ aut excuſſæ. Quibus verbis mihi locum lib. de rat. vict. in morb ac. exprimere videtur. Vbi idem συγκομιστὸν ἄρτον μὴ καθαρὸν dici his verbis ſcribit. ἔστι δὲ τὸν μὴ καθαρὸν ὀνομάζει συγκομιστὸν ἐνδηλόν ἐστι κἀκ τῆς πρὸς τὸν καθαρὸν ἀντιθέσεως. οἱ γὰρ νῦν ἄνθρωποι τὸν τοιοῦτον ἄρτον αὐτόπυρον ὀνομάζουσι, οὐ διακρινομένων τῶν πιτυρώδους ἀλεύρου κατ' αὐτὸν, συναναφυρομένων δὲ τῷ καθαρῷ. Quòd verò συγκομιστὸν panem, hoc eſt, confuſaneum, non purum vocet, conſtat ex ea quæ eſt ad purum oppoſitione. Hunc huius tempeſtatis homines panem αὐτόπυρον, hoc eſt, ex toto tritico vocant, non ſecreta nempe furfuracea in eo farina, ſed vnà cum pura macerata & ſubacta. ἄρτον συγκομιστὸν Gal lib. 2. Cur. ad Glauc. (pag. 216. 15.) τοῦ τε ἀκριβῶς καθαροῦ καὶ τοῦ πιτυρίτου καλουμένου, inter ſimilagineum & furfuraceum medium facit, vt & lib. 1. de fac. alim. (p. 707. 39.) Diphil. apud Athen. ἄρτοι συγκομιστοὶ dicuntur, οἱ ἐξ ἀσήστων ἀλεύρων γινόμενοι, qui ex farina non excuſſa aut cribrata conficiuntur, & multum alimentum exhibere.

Ἄρτος ἐκ χόνδρου ἢ χονδρίτης panis ex alica confectus plurimùm nutrit, minus ſecedit, lib. 2 περὶ διαίτης (pag. 356. 18.) Gal. quoque lib. 1. de alim. fac. iſtum locum ſubnotans, panes ex alica τροφιμωτάτους μὲν εἶναι, διαχωρεῖν δὲ ἧττον ſcribit, hoc eſt, plurimùm quidem exhibere alimenti, minus tamen ſubſidere. Panis etiam aliæ quoque ſunt apud Hipp. differentiæ, vt τῷ χυλῷ πεφυρμένος, qui ex tritici ſucco ſubactus eſt ac maceratus, abunde nutriens, leuis, & aluo ſecedens, lib. 2. περὶ διαίτης (pag 356. 8.) ἄρτος πολλῷ ὕδατι πεφυρημένος, ἢ ἀφύρητος, panis multa aqua ſubactus, aut non ſubactus, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 13. 19.) Ἄρτοι οἱ μέγιστοι, panes magni magis nutriunt, cùm minus exurantur & exiccentur, parui contra, lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 356. 11.) ἄρτοι θερμοὶ, panes calidi corpus quidem exiccant magis. ψυχροὶ, frigidi, exiccant minus, parum nutriunt & quadantenus emaciant, lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 356. 34.)

Ἄρτος ἕωλος panis non recens, ſiccat quidem, minus nutrit, & pituitam attrahit lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 542. 44.) panem heſternum vocat Celſus cap. 3. lib. 1.

Ἄρυθμος aut ἄρρυθμος pulſus dicitur non qui rhythmo omni aut modulo careat, ſed qui viciatum natiuum rhythmum habeat. Gal. lib. 1. de diff. pulſ. (p. 11. 31.)

Ἀρυστὴρ vas eſt aliquod cauum ad hauriendum aptum, velut cotyla, cyathus aut calix. Hauſtrum ab hauriendo vt notationem etiam velut in Græco nomine retineant non ineleganter quidam vertunt: Etſi hauſtra propriè Nonio ſunt rotarum cadi quibus aqua hauritur. οἶνον ἀρυστὴρ exponitur Heſych. κοτύλη, ex quo ἀρυστῆρα apud Hipp. heminam vertit Gorh. lib. περὶ γονῆς (pag 234. 45.) ὥσπερ εἴ τις σίκυον ἤδη ἀπηνθηκότα, ἐόντα δὲ νεαρὸν, καὶ περιθείη τὸν σικυὸν κάτω θεὶν ἐς ἀρυστῆρα, ἔσται ἴσος τοῦ ἀρυστῆρος τοῦ κοίλου καὶ ὅμοιος. Quemadmodum ſi quis cucumerem iam deflorefcentem in vas aliquod anguſtum impoſuerit, æqualis ac ſimilis ipſius anguſti vaſis cauitati euadet. Heminam illic quidam dicunt, Zuing. hauſtam non male vertit, nos cum Cornar. vas anguſtum dicimus, quòd illi poſtea ἄγγος μέγα, vas amplum opponat. ἀρυσθῶν Erot. ἀντληθῶν exponit.

Ἀρχαίη φύσις priſtina ſedes, priſtinus ſtatus & naturalis dicitur ante morbum. lib. de art. (p. 594 43. H. 790. D.) ὅπου ἂν ἀπῇ τῆς ἀρχαίης φύσιος, vbi à naturali ſede auulſum fuerit. ἀρχαίη φύσις etiam ſignificat naturam quæ ante morbum fuit, & quod ineſt à natura. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 598. 34.) ἢν μή τι ἐν τῇ ἀρχαίῃ φύσει τουτέων ᾖ. niſi quid horum à natura inſit, hoc eſt, niſi vteri naturâ humidi ſint aut ſicci. Sic lib. περὶ ἀφόρων (pag. 686. 20) ἀρχαίη φύσις, priſtinam naturam & ſtatum naturalem qui fuit ante morbum ſignificat. καὶ τὸ στόμαχον καθίσταται ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν. Vteri oſculum ad priſtinam naturam reducere. τὴν φύσιν τὴν ὑγιεινὴν dicit Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 589. 18.) Lib de fract. (pag. 576. 44. H. 778. E.) ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν ἱδρυνθῆναι, in priſtinam naturam reduci. Et lib. de art. (pag. 607. 43. H. 802. 51.) ἀνάγειν ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν, in ſedem priſtinam reſtituere. Rurſus ibidem (p. 654. 29 H. 833. C) ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν ὀλισθαίνειν, in priſtinā ſedē relabi. Et [p. 657. 29. H. 834. H.] ἅμα δὲ ἡ μὲν κλίσις

ἀπωθέοι τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ εἰς τὴν ἀρχαίην φύσιν. ſimul que molitio per vectem femoris caput in priſtinam ſedem retrudet. ἀρχαίη φύσις exponitur Erot. apud Hipp. ἡ πρὸ τοῦ νοσεῖν, καὶ κατὰ φύσιν οὖσα, quæ ante morbum fuit & ineſt à natura, ex lib.2. Epid. (p.1006.B.) illum enim locum aptè mihi exprimere videtur.

Ἀρχὴ quod principium dicitur multiplicem habet notionem apud Medicos vt ſcribit Gal.Com.1.in Progn. (pag.124.14.) τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα δηλοῖ μὲν καὶ τὴν πρώτην εἰσβολὴν τοῦ νοσήματος, οὐδὲν οὔπω πλάτος ἔχουσαν· δηλοῖ δὲ καὶ τὴν εἰς τινα χρόνον ἐκτεταμένην, οὐ πολὺν τοῦτον· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις τὸν πρῶτον καιρὸν τοῦ νοσήματος, ἐφ' ᾧ τε δεύτερον ἀριθμοῦσι, τὸν τῆς ἀναβάσεως, καὶ τρίτον τὸν τῆς ἀκμῆς, καὶ τέταρτον τὸν τῆς παρακμῆς. τῆς ἀρχῆς, hoc eſt, principij nomen ſignificat quidem primum morbi inſultum nullam adhuc latitudinem obtinentem. Significat etiam eum qui ad aliquod tempus, non tamen multum, extenditur. Quinetiam præter hæc primum morbi tempus denotat, cui ſecundum annumerant, aſcēſum, deinde tertium, vigorem, ac demum quartum, declinationem. Idem Com.1.in Prorrh.(p.168.24.) τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα, δηλοῖ μὲν τε τὴν πρώτην εἰσβολὴν τοῦ νοσήματος, δηλοῖ δὲ καὶ τὴν ἐν πλάτει νοουμένην ἄχρι τῆς τρίτης ἢ τετάρτης ἡμέρας. δηλοῖ δὲ καὶ πρῶτον καιρὸν τοῦ νοσήματος, ὅταν εἰς τέσσαρα μὲν διελόντες αὐτὸν εἴπωμεν ἐξ ἀρχῆς τε καὶ ἀναβάσεως, ἀκμῆς τε καὶ παρακμῆς συγκεῖσθαι. Ἀρχῆς, hoc eſt, principij nomen primum quidem morbi inſultum indicat, & eum qui latitudine ad tertium aut quartum diem comprehenditur. Significat quoque primum morbi tempus, cùm eum in quatuor diuidentes tempora, ex principio, incremento, ſtatu & declinatione conſtare dicimus. Rurſus Com.ad Aph.12.lib.1. νοσήματος δὲ ἀρχὴν, ὡς ἐδιδάξαμεν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ὑπομνήμασι, τήν τε πρώτην εἰσβολὴν τὴν ἀπλατῆ προσαγορεύομεν, καὶ τὴν ὡς μέρος ὅλου τοῦ νοσήματος, ὅταν εἰς ἀρχὴν, ἀνάβασίν τε καὶ ἀκμὴν, καὶ παρακμὴν τέμνεται, καὶ τὴν ἄχρι τῆς τρίτης ἡμέρας ἐκτεινομένην. Morbi autem principium appellamus (velut libris de Criſibus oſtendimus) tum primum eius inſultum ſine latitudine, tum eum qui velut totius morbi pars ſtatuitur, cùm in principium, incrementum, ſtatum & declinationem diuiditur, tum etiam qui ad tertium extenditur diem. Quam ſanè τῆς ἀρχῆς notionem diſertiſſimis verbis explicat lib. 1. περὶ κρίσεων cap. 6. 7. & 8. vbi & eius dictionis plurima adferuntur apud Hipp. teſtimonia. Idem etiam Gal.lib. de Temp.morb.(p.381.52.) non ſolùm Hippocr. verumetiam quibuſuis Medicis principium dici ſcribit circuitus partem quæ primo die deprehenditur, cùm ex naturali ſtatu & integritate ad præternaturalem ſtatum tranſitus fit, ſimiliterque die tertio aut quinto pro circuituum proportione recurrit. Rurſus initio lib.de Temp. totius morbi (pag.385.38.) ἀρχὴν non ſolùm Hipp. ſed etiam veteribus Medicis intelligi ſcribit morbì principium quod latitudinem habet, & in quo præſidia conferri poſſunt, ſiue liceat ſanguinem detrahere, ſiue clyſtere, aut (ſi res poſtulet) purgatione vti, non autem primum morbi inſultum notione tantùm comprehenſum. Et lib. 1. de diff. feb.(pag.327.45.) ἀρχὴν in febre hectica, vt in cæteris morbis, non horarum aut dierum numero definiri aut circumſcribi, ſed ipſa depoſitionis qualitate, ſcribit. Qua notione ἀρχὴ ſumitur M. Tullio lib. 10. epiſt.ad Att.epiſt. 11. δυσνοίᾳ tua mihi valde moleſta. medere amabo, dum eſt ἀρχή. Ἀρχαὶ etiam intelligi poſſunt principia partium corporis humani communia quidem & quæ materiæ & formæ rationem obtinent, calidum & humidum. Quam rationem ineunt qui Hipp. lib. περὶ σαρκῶν, περὶ ἀρχῶν ex vetuſtiſſimis membranis inſcribi debere rectiſſimè contendunt. Ἀρχέγονον θερμὸν, hoc eſt, calidum primogenium, quod τὸ ἔμφυτον & innatum dicitur, agnoſcit Gal. ex Hip. libello aduerſus Lycum (pag. 335. 36.) & τὸ σῶμα ἀρχέγονον exponit, τὸ ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχον τοῖς γεννωμένοις, τουτέστιν ἐξ οὗ τὴν πρώτην ἔσχηκε γένεσιν. quod ab initio in iis quæ generantur ineſt, hoc eſt, id ex quo primam ſortiuntur originem. Id autem eſt menſtruus ſanguis & ſemen, ex quibus principiis prima in nobis ſubſtantia conſtituitur.

Ἀρχὸς anus, podex & ſedes dicitur & pro recto inteſtino ſumitur quaſi primarium ſit inteſtinum aut princeps. Gal. lib. περὶ μήτρας ἀνατομῆς ἀρχὸν dici Hipp. totum rectum inteſtinum teſtatur, his verbis (pag.210. 54.) ἀρχὸν μὲν οὖν λέγων τὸ ὅλον ἀπευθυσμένον, ἀρχὸν, hoc eſt, princeps vocans rectum inteſtinum. Sic aph. 58. lib. 5. & lib. de fiſtulis (pag. 887. A. & 888. C.) ἀρχὸς φλεγμαίνων rectum inteſtinum inflammatione tentatum dicitur. Et lib. de art.(p.618.48.H.810.C.) ἀρχοῦ τὸ χαλαρὸν recti inteſtini laxitas, ſeu laxa pars quæ ſacro oſſi adhæret intelligitur, quæ muſculum adſtrictorium σφιγκτῆρα dictum non habet. ἀρχοῦ τὸ ἐγκεκλιμένον, recti inteſtini quod inclinatum eſt dicitur in Mochl. (pag. 842. A.) hoc eſt, ea pars quæ laxa eſt & ad latitudinem inclinat, neque muſculis cõſtringitur ſed dilatatur. Sic enim id explicat Gal. libello περὶ μήτρας ἀνατομῆς, vt ſcripſimus noſtris in lib. de Art. annot. Et Gal. illic τὸ χαλαρὸν ἀρχοῦ vocari ſcribit τὸ μετὰ σφιγκτῆρα καὶ γὰρ καὶ ἐπίκειται τῷ ἱερῷ ὀστῷ τοῦτο, καὶ ὄντως ἐστὶ χαλαρὸν, οὐκ ἔχον τοὺς σφίγγοντας μῦς τὸ πέρας τοῦ ἀπευθυσμένου. eam partem recti inteſtini quæ eſt ſupra muſculũ adſtrictorium. Nam & ſacro oſſi adiacet, & re vera laxa eſt, nec habet muſculos qui recti inteſtini extremum conſtringunt. Ἀρχὸς quoque anus dicitur & podex, recti inteſtini extremitas, vt lib. de fiſtulis (p.888. C. D.) ἀρχὸς ἐκπίπτων anus procidens dicitur. Et lib.5. Epid.(p.1147.F.) de hæmorrhoïdibus, ἔξω ἦσαν τοῦ ἀρχοῦ, extra anum erant, ex ano eminebant.

Ἀρώματα dicuntur odoramenta, fructus ſaporis & odoris grati, calefaciendi vi præditi. ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη odoramentorum ſuffitus ad multa vtilis, niſi capitis faceret grauitatem, aph.28. lib.5. Ἀρώματα ſæpe ad ſuffitus vterorum adhibet Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (vt p. 576.1. & ib.42.) Eſt & fotus per catulum aromatibus refertum ad conceptus tentamenta lib. περὶ ἀφόρων (pag.682.40.)

¶ Ἆσαι dicuntur Hipp. ſtomachi faſtidia interdum & nauſeæ, vbi confluentibus in ventriculum humoribus, eius oſculum moleſta eorum qualitate afficitur, mordetur ac eroditur, velútque ad excretionem impellitur. Sic ἆσαι inter vomitionis ſigna reponuntur in Coac.(p.138.D.) Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.16.17.) effuſa in ventriculum flaua bile ἆσαι, hoc eſt, ſtomachi faſtidia & anxietates fiunt. Et aph.61.lib.5. malè affecto ore ventriculi vterum gerentibus ἆσαι, hoc eſt, ciborum faſtidia contingunt. Lib. quoque primo Epid. ſect.2. confluentibus ad ſeceſſionem per totum corpus humoribus, vbi in primis venis circa vẽtriculum ac hypochondria ſedem firmarint, ibiq; efferueſcẽtes exagitati fuerint, ἆσαι exoriũtur, vt in plurimis ac melioribus manu ſcriptis codicibus legitur, vt ſcripſimus noſtris in eũ lib. Annot. etſi Gal. eas prætermiſit. Lib.7. Epid.1212.C. ἄση περὶ τὴν καρδίαν, oris ventriculi faſtidium aut anxietas. Hinc ἀσώδεες eſt ſtomachi faſtidio nauſeantes & ex ciborum faſtidio nauſeabundi dicuntur, quibus balneo interdicit, lib. de rat. vict. in morb.ac. (pag.85.41.H.395.44.) Et lib.2. περὶ γυναικ. (pag 664.25.) ἀσώδεα ἐπιμήνια menſes ſtomachi faſtidium inducentes ſignificant, etſi illic ſuſpectam habeo lectionem, & ψαμμώδεα cum interpretibus potius leg. cenſeo. Ἀσᾶσθαι (quod & ἀσσᾶσθαι & ἀσεῖσθαι interdum ſcribitur) & ἀλύειν de ſtomachi affectione, hoc eſt, faſtidio & nauſea dici ſcribit Gal.lib.2. de loc. affect.(pag. 267. 22.) Ἀσᾶσθαι quoque quod eſt faſtidio angi ac laborare, ventriculo cibo diſtento & grauato, licet exiguo ingeſto, attribuitur, interdum verò ita oppreſſo vt mordeatur & erodatur. Gal. lib. περὶ πλήθους (pag.342.57.) At verò cùm efferueſcentibus circa ventriculum bilioſis, acribus ac putridis humoribus, & in primis venis circa hypochondria exæſtuantibus, ſtomachus vellicetur, magna corporis & incontinens iactatio & implaciditas excitatur, adeò vt ægri præſentem ſtatum faſtidiant, ſtare loco neſciant, æſtuent & quemuis habitum immutent. Indeque exiſtit vt ἄση anxietatem, inquietam corporis iactationem ac moleſtam implaciditatem, δυσφορίαν, ἀλυσμὸν ac ῥιπτασμὸν ſignificet Hipp. creberrimè, & ἀσώδεις ægri dicantur qui corpore anguntur & inquietè iactantur, idque præcipuè ſi citra nauſeam contingat. Quod ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh. his verbis: διττῶς γὰρ γινομένων ἀσωδῶν τῶν καμνόντων, ἕνα μὲν τρόπον, ὅταν ἡ δύναμις ὑπὸ τοῦ σώματος βαρύνηται, καὶ μηδὲν φέρει σχῆμα ῥᾳδίως· ἕτερον δὲ ὅταν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὑπὸ μοχθηρῶν δάκνηται χυμῶν· οἱ πρότεροι μὲν ὀλεθρίως διάκεινται, ναυτιώδεις δ' εἰσὶν οἱ δεύτεροι. Duobus enim modis cùm ἀσώδεις ægri fiant, hoc eſt, anxietate premantur, vno quidem modo cùm virtus ita à corpore opprimitur vt nullam decubitus figuram ferre poſſit, altero, cùm ventriculi oſculum à prauis mordetur humoribus, ſuperiores certe perniciosè habent, poſteriores verò nauſea conflictantur. Ἄσην Gal. exponit Com.2. in lib. de rat. vict. in morb.ac. (pag.59 20.) τὸν ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος ἀσωμένου, διὰ τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς τοῦ διαιτηθέντος οὕτως, καὶ δυσφοροῦντος ἐν τῇ κατακλίσει καὶ μεταβάλλοντος ἑαυτόν. hoc eſt, corporis iactationem anxiè ſe habentis ob cibi multitudinem ita ingeſti, & implacidè in lecto iacentis ſeſeque permutantis. Idem Com.4. in eundem lib.(pag. 100.H.399.33.) τοὺς μὴ ἀνέχεσθαι κεκλιμένους ἐν τῷ αὐτῷ, hoc eſt, decubitum non ferre, τῶν ἀσώντων τε καὶ δυσφορούντων, anxiè & implacidè iactatorum eſſe notam ſcribit. Sic etiam ἄσην & ἀλύειν ſæpe iungit Hippocr. & ἀσώδης & ἀλύκη ſimul iunguntur ægr.11.lib.1. Epid. & ægr.7.lib.3. Epid. poſt ſt.peſt. Ἀσώδεες ægri dicuntur lib.1. Epid. (pag.371.23.H.954.D.) in febribus continuis æſtuatione & incontinenti corporis iactatione conflictati, velut in febribus ardentibus li.3. Epid. in ſtatu peſt. (p.424.9.H.1085.D.) Eadem notione ἀσώδεις πυρετοὶ dicũtur

febres

febres implacidæ & graues, in quibus anxiè se habent ægri & variè iactantur, lib. 3. Epid. in st. pest.) pag. 428. 20. H. 1089. B.) & Coac. (pag. 122. C.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 100. 31. H. 399. 32.) Vbi Galenus ἀσώδεις πυρετοὺς exponit ἐν οἷς οἱ κάμνοντες ἀσῶνται καὶ ἀνιῶς ἔχουσι, in quibus ægri anguntur & molestè habent. Ἀσώδης ἔμετος vomitus anxiosus & in quo anxiè habent ægri, implacidè iactantur & æstuant cum nausea, in Prorrh. (pag. 176. 28. H. 68. F.) γίνεται δὲ ὁ μετὰ ἀσώδης ἔμετος (vt scribit Gal.) ἐπὶ τῷ χολώδει καὶ δακνώδει χυμῷ. Vomitio anxiosa fit ex bilioso & mordaci humore. ἀσώδεα ἐμέσματα, vomitiones cum angore aut anxietate, ibidem etiam vocantur. (pag. 190. 10. H. 72. B.) Quibus οἱ ἀσώδεες ἀνεμέτως opponuntur qui citra vomitionem corporis incontinenti iactatione conflictantur, & ab his qui nauseabundi sunt, distinguuntur. In Prorrh. [pag. 193. 14. H. 73. B.] & Coac. [pag. 207. G.] Qui etiam ἀσώδεες ἀνέμετοι eadem notione dicuntur, in Prorrh. [pag. 194. 48. H. 73. H.] & Coac. [pag. 169. E.] Ἀσώδεις ἀγρυπνίαι, peruigiliæ cum angore & anxietate, in quibus ægri anxiè & implacidè iactantur, in Prorrh. [pag. 216. 47. H. 81. E.] Ἀσώδεες ὀσφυαλγέες, qui anxietate premuntur cum lumborum dolore, In Coac. [pag. 169. E.] & pag. 209. A.] & Prorrh. [194. 47. H. 73. H.] Ἀσώδες καῦμα, æstus irrequietus & implacidus, in Prorrh. [p. 183. 41. H. 70. F. Ἀσᾶται Gal. in Exeg. apud Hipp. τί, τὸ πυρέσσει, hoc est, ardet, exponit ex lib. 1. περὶ γυναικείων. Verùm mendum subesse & suspectam esse indicaturam apparet. Neque enim illic legitur, & μνησωνικὸν ἁμάρτημα esse suspicor. Legitur autem Lib. περὶ ἱερῆς νόσου (pag. 309. 17.) ἀνιᾶται δὲ καὶ ἀσᾶται παρὰ καιρόν. Intempestiuè autem angitur & anxietate premitur, aut implacidè agitatur. Vbi tamen parum conuenire Galeni explicatio (τοῦ πυρέσσειν) videtur, nisi æstuare dicas, quod tam ad corporis quàm animi inquietudinem refertur, aut ad corporis plenitudine distenti anxietatem, aut nisi πληροῦται, quod facit Varin. apud Gal. legas. Idem quoque ἀσᾶται τὸ σπλάγχνον καὶ ἰσχυρῶς δυσπιδῆται exponit ex lib. 2. de Morb. maiore, hoc est, fastidio & molestia afficitur, grauiter & ægrè fert. Quibus verbis locus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 551. 16.) exprimitur; qui sic passim legitur. καὶ ἐκόταν τις αὐτῷ προσδιαλέγηται ἢ ἐρωτήσῃ, ἀσᾶν τε καὶ λυπεῖται, καὶ οὐκ ἀνέχεται ἀκροώμενος, & si quis eum alloquatur aut interroget, ægre fert & tristatur, neque audire sustinet, ægrescit & excandescit dixit Caluus. Locus tamen vitiosus apparet, & pro ἀσᾶν τε, ἀσᾶ τε leg. Asulanus. Verùm ἀσᾶται aut ἀσᾶται, aut etiam ἀσσᾶται legendum est. Et apud Gal. in Exeg. ἀσσᾶται legendum esse series alphabetica indicat, etsi sæpius simplici, σ. scribatur. Ἄση dicitur Aurel. Cap. 27. 32. & 14. lib. 2. morb. ac. vt & cæteris interpretibus, anxietas, inquieta corporis iactatio, & iacendi negata ac displicens omnis positio. Angor etiam dici potest, ex quo anxius, vt scribit M. Tull. Tusc. 4. etsi idem anxietatem magis ad animum refert. Ἀσᾶσθαι quid sit optimè exprimit Aret. imprimis grauis & vetustus author, Cap. 9. lib. 1. περὶ σημείων ὀξ. παθ. his verbis. ἀσῶνται γὰρ ἢν πίεσι παρισθμίων ἐνθλίψωσι, ἢ ἐς τὰς ῥῖνας ἀναπέσῃ. καὶ ἢν μὲν κατακέωνται ἀναχθίζουσι, ἀνακλίνεσθαι οὐκ ἀνεχόμενοι. ἢν δὲ ἀναχθῶσι, ὑπὸ ἀσσέας αὖθις ἀνακλίνονται. Anxietate enim vexantur cùm tonsillæ comprimuntur, aut si potus in nares recurrat: Ac si decumbant, decubitum non ferentes, recti assident, quòd si sedeant, æstuantes, rursus decumbere coguntur. Vbi tamen interpres ἄχθονται pro ἀσῶνται legisse videtur.

Ἀπέπτως citra concoctionem significat apud Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 48. 42. H. 386. 6.) καὶ τοῦ πτυέλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ περιγλισχραινομένου ἀπέπτως, sputóque non prodeunte, verùm citra concoctionem extremè glutinoso. Vbi Galenus scribit τὸ ἀπέπτως idem significare quod ἀπέπλως.

Ἀσαφεῖς ægri dicuntur Hipp. qui obscurè loquuntur, nec clarè disserunt, quod interdum instrumentorum vocis vitio & ex neruosi generis noxia contingit, interdum etiam ex mentis læsione in Prorrh. & Coac. (pag. 146. G.) Quod indicat Gal. Com. 2. in Prorrh. (pag. 182. 25. H. 70. C.) his verbis. ἐὰν μὲν γὰρ ἀσαφεῖς ἀκούωμεν εἰρῆσθαι τοὺς διαλεγομένους ἀσαφῶς, ἤτοι διὰ τὴν τῶν διαλεκτικῶν ὀργάνων βλάβην, ἣν ἐκ τῆς τῶν νεύρων κακώσεως ἔσχεν, ἢ διὰ τὴν τῆς διανοίας αὐτῶν. Etenim si ἀσαφεῖς, hoc est, obscuros dictos inaudiamus eos qui obscurè loquuntur, vel propter sermonem explanantium instrumentorum noxiam, quam ex neruorum vitio contraxerunt, vel propter mentis læsionem. Eadem notione ἀσαφὴς γλῶσσα, lingua obscura, non explanata aut expedita, sed balbutiens & hæsitans dicitur lib. 7 Epid. (pag. 1215. E. 1216. B.) Eodem quoque lib. (pag. 1238. F.) ἀσάφεια, hoc est, obscuritas, de vocis obscuritate & lingua balbutiente intelligitur. Alia verò ratione ἀσαφέες φρενίτιδες sumuntur in Prorrh. (pag. 180. 15. H. 70. A.) desipientiæ obscuræ, in quibus ægri vix desipere percipiuntur, nec facilè ab assidentibus aut etiam Medicis delirare agnoscuntur, sed veluti quiescentes & sopore detenti iacent, interdum oculis clausis in somnum propensi, interdum etiam apertis oculis vestigantium in morem manus huc & illuc sensim inicientes, quasi aliquid contrectantes aut palpantes. Vnde quòd quiescentium speciem habeant, nec vt cæteri phrenitici incontinenter agitentur aut turbulentè moueantur, obscuræ huiusmodi phrenitides dicuntur, & quibus initio coma iunctum est, admodumque periculosæ existimandæ sunt. Eas sic explicat Gal. Com. 2. in Prorrh. (pag. 180. 29.) τοὺς δὲ αὐτοὺς τούτους φρενιτικοὺς κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ὠνόμασεν ἀσαφεῖς, ὡς εἰ καὶ δυσγνώστους εἶπε τοῖς πολλοῖς οὐ μόνον τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰατρῶν. οἴονται γὰρ ἐκείνους μόνους εἶναι φρενιτικούς, ὅσοι κεκράγασιν, ἢ ἀναπηδῶσιν, ἵπποκράτους τοὺς βεβλαμμένους τὰς φρένας οὕτως ὀνομάζοντος, κἂν διὰ παντὸς ἐν καταφορᾷ τινι τύχωσιν ὄντες. συνεισβάλλει μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς παραφροσύνη κώματι. δέδεικται γὰρ ἐν τῷ περὶ τοῦ κώματος ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ τοῦτον ἀναφέρων ἀμφοτέρας τὰς προσηγορίας, τήν τε τῆς καταφορᾶς, καὶ τὴν τοῦ κώματος. ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς ἡσυχίας ἀσαφές, αἱ τοιαῦται φρενίτιδες οὐκ ἔχουσιν· τὸ δ' ὡς εἴρηται νῦν ἀσαφὲς εἶδος φρενίτιδος ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ γίνεται. Huiusmodi autem phreniticos præcedente dictione ἀσαφεῖς, hoc est, obscuros, appellauit, perinde ac si cognitu difficiles multis, neque ex vulgo solùm, verùm quoque etiam Medicis, dixisset. Eos enim solos phreniticos existimant, qui exclamant, aut exiliunt, cùm tamen Hip. eos qui mente sunt læsa ita nominet, etsi perpetua in somnum propensione detineantur. Initio igitur simul cum sopore profundo desipientia prehendit. Libro namque περὶ κώματος demonstratum est Hip. vtramque appellationem, tum καταφορᾶς, tum κώματος, ad idem referre. Atqui phrenitides huiusmodi obscuram quietem non habent, verùm (vt nunc dictum est) obscura phrenitidis species successu temporis oritur.

Ἀσήμως citra vllam iudicationis significationem, citra rationem, significat Hip. ἀκρίτως, ἀλόγως aut παραλόγως, & in iudicationis ratione iis quæ temerè aut præter rationem contingunt, attribuitur, velut lib. 2. Epid. (pag. 1024. A.) ὅσα ἀσήμως ἀφανίζεται, δύσκριτα. Quæcunque absque iudicationis significatione disparent, malè decernunt, & Prorrh. (pag. 186. 29. H. 71. D.) τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, θάνατον σημαίνει. Quæ perniciem minantur, ea si absque vlla iudicationis significatione alleuant, mortem denunciant. Et, τὰ ἀσήμως ῥαστωνήσαντα φιλυπόστροφα. Quæ citra iudicationis significationem alleuant, morborum reuersiones faciunt, quod ex Hipp. sæpe effert Gal. vt initio lib. περὶ κρισίμων ἡμερῶν. Eaque sunt capita in tota iudiciorum disciplina decantatissima. In angina ἀσήμως ἀφανιζόμενα ἐν γλώσσαις οἰδήματα, ὀλέθρια, linguæ tumores citra vllam significationem disparentes, perniciem denunciant, Coac. (pag. 176. B. C. D.) ἀσήμως ἐς κεφαλὴν ἀλγήματα, &, ἀσήμως ἐς σκέλη ἀλγήματα, absque vlla significatione redundantes ad caput dolores, aut ad crura delati. Ibidem rursus (E.) ἀσήμως ἰσχναινόντες anginosi dicuntur, παραλόγως, ἢ ἄνευ προφάσεως ἰσχνοὶ ὄντες τῶν περὶ φάρυγγα, quibus absque vlla significatione fauces gracilescunt aut detumescunt. ἀσήμως κατιὸν οἴδημα, tumor citra vllam significationis notam conquiescit, hoc est, præter rationem, lib. 7. Epid (pag. 1221. G.) ἀσήμως ἐξάνθ ἐπάρματα, tubercula citra vllam significationem apparuerunt, ἀσήμως, χωρὶς σημείων ἤτοι ἐκκρίσεως ἢ πέψεως, absque vlla excretionis aut coctionis significatione, exponit Gal. Com. 2. in Prorrh. (pag. 186. 31. H. 71. D.) Erot. autem ἀσήμως ῥαστωνήσαντα explicantur, τὰ χωρὶς φανερᾶς ἐπικουρίας εἰς τὸ βέλτιον ἀποκλίναντα, quæ citra vllam euidentem opem in melius vertunt. Quibus verbis Prorrh. locum antea expressum subindicat.

Ἄσημα πνεύματα spirationem exiguam & obscuram ac velut interceptam, nullamque fere sui significationem edentem significant, lib 6. Epid. sect. 7. aph. 12. ἀφανὲς πνεῦμα exponit Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. vt nostris in lib. 6. Epid. Annotat. indicauimus, ἄσημα κατὰ πλευρὸν ἀλγήματα, leues lateris dolores dicuntur, aut qui de se nullam, aut ne effatu quidem dignam significationem præ se ferunt, quales sunt exigui dolores interdum à flatibus excitati. In Coac. (pag. 190. B.) Aut certe ἄσημα, ἀσήμως ἢ ἀλόγως, καὶ ἄνευ προφάσεως ἀφανισθέντα, hoc est, præter rationem, aut temere, & absque causa euanescentes dolores sumi possunt, vt illic scripsimus.

Ἄσηπτα imputria dicuntur, sed τὰ ἄσηπτα, incocta exponit Gal. Com. ad aph. 1. lib. 6. apud Hipp. ex lib. περὶ παθῶν (pag. 522. 48.) addítque vsitatum fuisse antiquis ἄσηπτα καλεῖν, ἃ πρὸ ἡμῶν ἄπεπτα λέγομεν, imputria vocare, quæ incocta dicimus. Sic

lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 373.20.) ἄπεπτον διαχώρημα, deiectionem crudam neque putrefactam significat, vt σεπτικὸς διαχώρημα, deiectionem concoctam ac putrefactam, ibidem (vers. 41.) Gal. etiam lib. 1. de Loc. aff. (pag. 253. 58.) Erasist. scribit, τὰ γίγαρτα, καὶ τὰ σήσαμα, καὶ πάντα τὰ διαχωρούμενα παντάπασιν ἄπεπτα τε καὶ ἀμετάβλητα dixisse, hoc est, tum acinos, tum sesama, reliquaque omnia quæ excernuntur omninò imputria & immutata, id est, ἄπεπτα, incocta.

Α'σηρὸν molestum, infestum, noxium, molestiam ac fastidium afferens dicitur Hipp. vt lib. de fract. (pag. 558. 39. H. 736. B.) ἀσηρὸν γὰρ εἴη πρὸς τὴν ἰγνύην περιεσφιγμένον. Quin & popliti adhibitus molestiam exhibet. De canali loquitur. Ibidem (p. 571. 15. H. 774. F.) de osse carni infesto & noxio, ἢν τε ἀσηρὸν ᾖ, quòd si infestum sit. ἀσηρὸν φόρημα, molestum onus, molesta gestatio, lib. de artic. (pag. 606. 3. H. 802. B.) Quibus in locis Erotianus ἀσηρὸν exponit, ἄσης ποιητικόν, quod fastidium aut molestiam exhibet. ἀσηρὴ ἡ ἐπίδεσις, molesta est hæc vinciendi ratio, lib. de art. (pag. 596. 26. H. 791. F.) ἀσηραὶ ἐκπυήσιες, molestas suppurationes etiam dicit ibidem (p. 609. 10. H. 805. G.)

Α'σθενὴς καὶ ἀσθενέων imbecillis, infirmus & qui ægrotat dicitur Hipp. ἀσθενὴς verò qui facilè à causis euidentibus in morbum labitur, vel natura, vel morbo, tuncque ἀσθενέων etiam dicitur. Qui etsi inter se conueniunt in imbecillitatis genere, differunt tamen, quòd ἀσθενέων ἀσθενέστερος est, cùm vehementius ab iisdem causis lædatur. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 12. 34.) ἐγγυτάτω τοῦ ἀσθενέοντος ἐστὶν ὁ ἀσθενής, imbecillis proximè ad ægrotantem accedit. ἔστι δὲ ἀσθενέστερος ὁ ἀσθενέων, sed debilior est qui iam ægrotat. αἱ ἀσθενέες δίαιται καὶ ἰσχυραὶ dicuntur lib. 6. Epid. aph. 16. sect. 4. de imbecilla victus ratione & valida, hoc est, quæ leuia habet vitæ instituta, vt leues corporis motiones & imbecillos cibos, quique nullam præ se ferunt insignem qualitatem, ideóque imbecillum animal reddit vt valida contra quæ validos. Sic enim δίαιτας ἀσθενεῖς, ἤτοι τὰς δι' ἀσθενῶν ἐπιτηδευμάτων, ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων, ἢ τὰς ἀσθενὲς ἐργαζομένας τὸ ζῶον, εἰρηκεν, (vt scribit Gal.) Imbecillam victus rationem dixit, aut quæ fit per imbecillia vitæ genera, tum cibos, tum potiones, tum quæ imbecillum animal reddit. Imbecilla quoque victus ratio intelligi potest, quæ per cibos pauci alimenti instituitur, vt contra valida, quæ per cibos plurimi alimenti. Quemadmodū aph. 20. sect. 5. lib. 6. Epid. τὰ ἀσθενέστερα σιτία dicuntur cibi qui parum nutriunt & paucum exhibent corpori alimentum, vt illic explicat Gal. Cels. imbecillissimam materiam & infirmos cibos dicit, cap. 18. lib. 2. vt contra valentissimum cibum in quo plurimùm inest alimenti. Eadem quoque notione ἀσθενεστάτη πτισάνη debilissima & infirmissima ptissana sumitur Hip. lib. de rat. vict. in Morb. ac. quæ paucum præstet alimentum. (pag. 48. 1. H. 385. 49.) Sic enim eius imbecillitatem exponit Gal. τὴν ἀσθένειαν αὐτῆς, ἤτοι διότι βραχεῖαν τροφὴν τῷ σώματι δίδωσιν ἀκουστέον ἐστίν, ἢ ὅτι ποιότητα μηδεμίαν ἔχει σφοδρὰν, ὡς ἤτοι τῶν νεύρων, ἢ τῆς γνώμης ἅπτεσθαι, καθάπερ ὄξος τε καὶ ὁ οἶνος. Eius imbecillitas inaudienda venit, vel quòd breuem corpori alimoniam præbeat, vel quòd nullam vehementem habeat qualitatem, qua vel neruos, vel mentem feriat, vt acetum & vinum.

Α'σθμα Hipp. frequentem & difficilem respirationem significat, vehementer auctam, velut ex cursu aut celeri exercitatione contingit, idque sine febre. Gal. Com. ad aph. 26. lib. 3. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἆσθμα (καλοῦσι δ' οὕτως οἱ ἄλλοι ες τὴν πυκνὴν ἀναπνοὴν, οἷα συμβαίνει τοῖς δραμοῦσιν. ἢ ὁπωσοῦν ἑτέρως εἰς σφοδρὰν κίνησιν ἀχθεῖσιν) ἐπὶ μὲν τούτων γίνεται, δι' αὐτὸ τὸ γυμνάσιον, ἀναπνοῆς πολλῆς τοῦ ζώου χρῄζοντος. ἐπὶ δὲ τῶν ἄνευ γυμνασίου, διὰ τὴν στενοχωρίαν τῶν ἐν τῷ πνεύμονι κοιλιῶν. ἡ στενοχωρία δ' αὕτη, πληρουμένου τοῦ σπλάγχνου τῶν ἄνωθεν ῥευμάτων γίνεται. τὰ δὲ ῥεύματα ταῦτα πλείω μέν ἐστι τοῖς νεογνοῖς παιδίοις. Quinetiam ἆσθμα, hoc est, anhelatio (sic autem Græci crebram respirationem, qualis currentibus, aut quouis alio modo ad vehementem motionem adductis contingit, vocant) in his quidem fit, quòd ob ipsam exercitationem multa inspiratione animali opus sit: Citra verò exercitationem, ob earum quæ in pulmone sunt cauitatum coarctationem. Ipsa autem angustia fit ex superne ingruentibus fluxionibus implero visc ere. Quæ quidem plurimæ recens natis puerulis contingunt. Rursus Com. ad aph. 46. lib. 6. Hipp. scribit ἆσθμα vocare difficilem respirationem in qua crebrum anhelitum fieri contingit, his verbis. πολλῶν οὐσῶν δυσπνοιῶν, ἆσθμα προσαγορεύειν Ἱπποκράτης εἴωθεν ἐκείνην μάλιστα, ἐν ᾗ συμβαίνει πυκνὸν ἔσεσθαι τὴν ἀναπνοήν. καλοῦσι γοῦν οὕτω καὶ νῦν οἱ ἄνθρωποι τὸ ἀσθμαίνειν ἐν δρόμοις τε καὶ γυμνασίοις συντόνοις γιγνόμενον. οἱ δὲ μεθ' Ἱπποκράτην καὶ πάθος τι χρόνιον, ἔνιοι μὲν ἁπλῶς ἆσθμα προσαγορεύουσιν, ἔνιοι δὲ καὶ ὀρθόπνοιαν, ὅταν ἄνευ πυρετοῦ διὰ παντὸς ὦσι δυσπνοοῦντες οἱ κάμνοντες. Cùm multæ sint spirationes difficiles, eam solam Hippocrates ἆσθμα appellare consueuit, in qua crebriorem & densiorem respirationem fieri contingit. Siquidem & huius tempestatis homines τὸ ἀσθμαίνειν, hoc est, anhelationem vocant quæ fit in cursibus & vehementioribus exercitationibus. At qui Hippocratem ætate secuti sunt, affectum etiam aliquem diuturnum, nonnulli ἆσθμα simpliciter, nonnulli quoque ὀρθόπνοιαν, hoc est, rectam respirationem appellant, cùm sine febre ægri continenter ita difficilem habent respirationem. Rursus Com. 4 in lib. 6 Epid. (pag. 492. 30. H 1180. A.) ἆσθμα vocari Hippocrati scribit crebram & densam spirationem vehementer auctam. ὅτι δ' αὖ ἱκανῶς αὐξηθῇ τὸ τοιοῦτον τῆς δυσπνοίας εἶδος, ἆσθμα καὶ ὀρθόπνοια τὸ πάθος ὀνομάζεται χωρὶς πυρετοῦ γιγνόμενον, ἤτοι παχέων καὶ γλίσχρων χυμῶν καταλαμβανόντων τὰς ὁδοὺς τοῦ πνεύματος, ἢ τινος ἀπέπτου φύματος ἐν τῷ πνεύμονι συστάντος. Quibuscunque autem valde increbuerit hæc difficilis spirationis species, (crebra & densa) asthma & orthopnœa affectus ille nominatur, vbi citra febrem constiterit, crassis scilicet lentisque humoribus spiritus vias occupantibus, aut crudo aliquo tuberculo in pulmonibus consistente. Rursus (ibidem v. 37.) τῇ δ' ὑστεραίᾳ διαδοθέντος ἕως τῆς τραχείας ἀρτηρίας τοῦ περιεχομένου κατὰ τὸ φῦμα χυμοῦ, τήν τε τοῦ πνεύματος πυκνότητα ἐπιδοθῆναι συνέβη, καὶ μηκέτ' ἁπλῶς εἶναι πυκνόπνοιαν, ἀλλ' ἤδη τὸ καλούμενον ἆσθμα. Postridie autem ad asperam vsque arteriam distributo humore in tuberculo contento, crebram spirationem increuisse contigit, neque amplius crebram spirationem simpliciter dictam fuisse, sed iam quod asthma vocatur. Paulus quoque asthmaticos his verbis describit cap. 29. lib. 3. τοὺς ἄνευ τοῦ πυρέττειν ἀναπνέοντας πυκνὸν, ὥσπερ οἱ δραμόντες ὠκέως, ἀπὸ τοῦ συμπτώματος ὀνομάζουσιν ἀσθματικούς. αὐτοὺς δὲ τούτους, ἀπὸ τοῦ τὸ σχῆμα τοῦ θώρακος ἄτρεπτον ὀρθὸν φυλάττειν, φόβῳ τοῦ πνιγῆναι, ὀρθοπνοϊκοὺς καλοῦσιν. γίνεται δὲ τὸ πάθος παχέων τε καὶ γλίσχρων χυμῶν ἐμφραχθέντων τοῖς βρόγχοις τοῦ πνεύμονος. ἡ δὲ δύσπνοια κοινὴ ἐστὶ σύμπτωμα καὶ τούτοις καὶ ἑτέροις πλείοσιν ἑπακολουθοῦσα πάθεσιν. Qui absque febre veluti à citato cursu crebrum trahunt spiritum, eos ab accidente asthmaticos, hoc est, anhelantes aut suspiriosos vocant. Iidem quoque, quòd strangulari metuentes, totum thoracis habitum rectum conseruant, orthopnoici, hoc est, rectè spirantes dicuntur. Hic autem affectus oritur, vbi cartilaginosæ pulmonum arteriæ βρόγχια dictæ, crassis & glutinosis humoribus infarctæ fuerint. Difficultas verò spirandi tum hos, tum alios etiam complures affectus, communiter consequitur. Quæ sanè ex his Gal. verbis lib. 7. de Compos. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 271. 46.) in vsum suum transtulit Paulus. τοὺς ἄνευ τοῦ πυρέττειν ἀναπνέοντας πυκνὸν, ὁποῖον οἱ δραμόντες ὠκέως. ἀπὸ τοῦ συμπτώματος ὀνομάζειν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰατροῖς ἀσθματικούς· τοὺς δ' αὐτοὺς τούτους ἀφ' ἑτέρου συμπτώματος, ὀρθοπνοϊκοὺς καλοῦσιν, ἐπειδὴ διὰ παντὸς ἀναγκάζονται τὸ τοῦ θώρακος σχῆμα τῶν ὀρθὸν ἔχειν, φόβῳ τοῦ πνιγῆναι, καὶ πλεῖστα στρωμνὴν ἐν τοῖς ἄνω μέρεσιν, οἷς ὁ θώραξ ἐπικλίνεται, παρασκευάζουσιν ἑαυτοῖς ὀρθοτέραν, ὅπως μὴ πνιγῶσι κοιμώμενοι. τὸ γὰρ εἰσπνεόμενον αὐτοῖς ἔλαττόν ἐστιν ἢ κατὰ τὴν χρείαν τῆς ἀναπνοῆς, καίτοι διαστελλομένου τοῦ θώρακος ἐπὶ πλεῖστον. ᾧ καὶ δῆλον ἐστὶν αὐτοῖς στενοχωρίαν τινὰ γίνεσθαι παρὰ φύσιν, ἣν ἐναργῶς καὶ οἱ πάσχοντες αὐτοὶ αἰσθάνονται. Qui absque febre non secus ac excitato cursu, crebrum ducunt spiritum, eos ab accidente Medici asthmaticos, hoc est, anhelosos, vocare consueuerunt. Eosdem quoque ipsos ex alio superueniente accidente orthopnoicos, hoc est, erecta ceruice spirantes appellant: siquidem strangulationis metu integrum thoracem erectum perpetuò tenere coguntur. Quinetiam stratum superiorib. partibus, ad quas thorax reclinatur, erectius sibi sternunt, ne dormientes strangulentur. Quod enim ipsis inspiratur, quàm pro vsu respirationis minus est quamuis thorax plurimum dilatetur. Ex quo manifestum est illis intra thoracem quandam præter naturam angustiā fieri, quam etiam non obscuro sensu ęgri ipsi percipiūt. Aret. quoque vetustus author & grauis, ἆσθμα dici vult crebrā respirandi difficultatem eamque contentam, Cap. 11. lib. 1. περὶ αἰτίων καὶ σημείων χρονίων παθ. εἰ ἀπὸ δρόμου καὶ γυμνασίων καὶ παντὸς ἔργου δυσπνοέει ἢ στεινοπνοέῃ, ἆσθμα καλέεται· καὶ ἡ νοῦσος δὲ ὀρθόπνοια καὶ ἥδε κικλήσκεται ἆσθμα· ἐν γὰρ τῇσι παροξυσμοῖσι ἀσθμαίνουσι καὶ οἵδε· ὀρθόπνοιαν δὲ ἐκάλεον οὕνεκεν ὀρθίῳ σχήματι μοῦνον ἀναπνέουσι εὐφόρως. πνὶξ γὰρ ἐν κατακλίσει. Cùm ex cursu & exercitationib. aut quouis opere difficilis est spiratio, asthma vocatur. Orthopnœa quoq; morbus etiam asthma appellatur. Nam & accessionib. etiā ipsi anhelosi sunt. Orthopnœam autem ideo nominat quòd erecto tantùm habitu facilè respirent. Recumbentes namq; strangulantur. Author etiam Definit. Med. (p. 398. 17) ἆσθμα esse scribit, πάθος ἐπιφέρον ἰσχυρὰν περὶ τὴν ἀναπνοὴν καὶ δύσπνοιαν ἐπίπονον, μετὰ τοῦ καὶ ὀρθοὺς ἀνακαθίζειν καὶ ἐξανίστασθαι. affectionem quæ circa respirationem violentam contentionem ac spirādi difficultatē afferat, nonnullosque erectos sedere & consurgere cogat. Gal.

verò

verò lib.3 περὶ διαιτ.[pag. 198. 26] ἆσθμα Hipp.ex consuetudine dici scribit τὸ ἔθη πλεῖον πυκνούμενον πνεῦμα, hoc est,abunde densatum & crebrum spiritum. Celsus de difficultate spirandi scribens cap.4.lib.4.eius genera his verbis aptissimè discernit. Est etiam circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet,prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit. Sed hæc dum modica est, neque ex toto strangulat, δύσπνοια appellatur. Cùm vehementior est, vt spirare æger sine sono & anhelatione non possit, ἆσθμα. Cùm accessit id quoque, vt nisi recta ceruice spiritus trahatur, ὀρθόπνοια. Ex quibus, id quod primum est, potest diutius trahi. Duo insequentia acuta esse consueuerunt. His communia sunt,quòd propter angustias, per quas spiritus euadit,sibilum elidit, dolor in pectore præcordiisque est, interdum etiam in scapulis, isque modò decedit, modò reuertitur, ad hæc tussicula accedit. Ἆσθμα creber anhelitus aut anhelatio dicitur apud Hipp.vt aph.46.lib.6. & aph.4.sect.4.lib 6. Epid.interdum etiam ἀσθματα,vt aph.26.& 30.lib.3.& lib.περὶ γυναικ. φύσ.(pag.582.15.) Ἀσθματώδης τι, suspiriosam quandam affectionem significat,anhelationem,magnam spirandi difficultatem,in Prorrh.(pag.192.15.H.72.H.) & ἀσθματώδης dicitur crebro anhelitu vexatus, anhelosus, suspiriosus, lib.7. Epid. (pag.1238.B.) ἆσθμα namque anhelationem & suspirium vocat Aurelianus cap. 1.lib. 3. tard. pass. & Cap.17. lib.2.acut. morb.

Ἀσινέως innoxiè & sine noxa significat Lib.1.Epid.) pag.552.15. H.938.E.) ἐσβέσθη πᾶσι ἀσινέως omnib.innoxiè extincti sunt & sedati aurium tumores.Lib.2.Epid.(pag.512.25.) ἀσινέες ῥῆξιες rupta innocua aut indolentia dicuntur.

Ἄσιτοι dicuntur qui cibos non ingerunt & ab iis abstinent,vt scribit Gal.Com.1.in lib.1.Epid. (p.355.41.H.94) τοὺς ἀνορέκτους καὶ ἀσίτους ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες, τοὺς μὲν ἀπεστραμμένους σιτία. ἀνορέκτους & ἀσίτους, hoc est, non appetentes & à cibo abstinentes Græci eos qui cibos non assumunt, vocant. Sic aph. 32. lib. 2. ἀσιτώδεις dicuntur, qui aph. 8. eiusdem lib. τροφὴν μὴ λαμβάνοντες. qui cibum non assumunt, vt & ἀσιτίη τῇ ἐυσιτίῃ opponitur, quod τροφὴν λαμβάνειν dicitur eodem aph. Quod ex vsitata Græcorum loquendi consuetudine contingit, vt scribit Gal.com. ad aph.8.lib.2. λέγειν γὰρ ἡμῖν ἔθος ἐστὶ μὴ λαμβάνειν μὲν τροφὴν τοὺς ἀνορέκτους, λαμβάνειν δὲ τοὺς ὀρεγομένους τε καὶ τρεφομένους ἄχρι κόρου. Dicere enim consueuimus eos cibum non assumere,qui eum non appetunt,assumere autem eos qui appetunt eoque ad satietatem vsque nutriuntur. Hincque existit vt ἄσιτοι,iidem qui ἀπόσιτοι dicantur & qui ciborum fastidio laborant eumque auersantur.ἀσιτιώδεις Gal. ἀποσίτους & ἀνορέκτους, hoc est, cibum auersantes & respuentes exponit aph.32.lib 2. Idem ἀσιτίαν ἀνορεξίαν explicat, hoc est ciborum fastidium Com. ad aph. 17. lib. 4. & ἀντὶ τῆς ἀποσιτίας ponit, aut ἀσιτίην non ἀποσιτίην apud Hipp. legit. Ἀσιτίη quoque idem quod ἀποσιτίη significat, hoc est, inappetentia, appetentiæ deiectio & cibi fastidium apud Hipp.lib.5. Epid. (pag.1155.A.) δύο μῆνας ἀσιτίη παρέμεινε, duobus mensibus inappetentia consecuta est. hoc est, duobus mensibus inappetentia perseuerauit. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 599. 16.) καὶ ἀσιτίη ἐμπίπτει τῷ χρόνῳ τούτῳ & eo tempore cibi fastidium incidit. Lib quoque 3. Epid.ægr. 2. post st. pest. ἄσιτοι dixit quam antea ἀπόσιτοι,in qua summa inappetentia & extremum ciborum odium inerat. Ἀσιτίαι etiam pro ciborum reiectione sumuntur in Coac. (pag.127.A.) quando ægri cibos auersantur ac respuunt, vbi Interpretes non satis aptè inedias vertunt.

Ἀσκαρδαμύκτως dicuntur qui inconniuentibus oculis, fixis & immotis intuentur,lib.2.Epid. (p.1050.D.) σκαρδαμύσσειν enim nictare & conniuere significat.

Ἀσκαρίδες tenues sunt ac teretes Lumbrici Ascarides dicti, in inferiore recto intestino geniti, pueris familiares, aph. 26. lib. 3. Vbi scribit Gal. ἀσκαρίδες δὲ αὐτῶν εἰσιν λεπταί τινες ἕλμινθες ἐν τῷ κάτω μάλιστα τῷ παχέος ἐντέρου μέρει γινόμεναι, καὶ φαίνονται γε πλεῖστα ζῷα ἔθη τῶν ἀπεπτούντων ἀποζῶν ... Ascarides igitur tenues sunt quidam lumbrici in parte maximè inferiore crassi intestini geniti, qui plærunque manifestè apparent in veterini generis animalibus male cibum concoquentibus. Gal. in Exeg. ἀσκαρίδες exponuntur ἕλμινθες ἰσχναὶ καὶ μικραὶ ἐν τῷ ἀπευθυσμένῳ ἐντέρῳ γινόμεναι, tenues & minuti lumbrici in recto intestino orti. Erot. quoque dicuntur ἀσκαρίδες λεπτὰ ἑλμίνθια, ὡς ἔθισται ἐν τοῖς τῶν ἀδηφάγων παιδίων διαχωρήμασιν εὑρισκόμενα, tenues lumbrici, qui ferè in excrementis puerorum voracium visuntur. Paulo etiam lib.4. cap. 58. αἱ ἀσκαρίδες ὡς εἰσιν ἑλμίνθια σκώληξιν ἐοικότα ..., συνιστάμεναι περὶ τὰ ἔσχατα τοῦ ἀπευθυσμένου ... Ascarides sunt ex lumbricorum genere vermibus affines, qui in extremo recto intestino & circa musculi adstrictorij initia consistunt, & vehementem horum locorum pruritum excitant. Ἀσκαρίδες exponuntur Hesych. σκωλήκων εἶδος vermium genus, & Erot. scribit probatissimos quosque scriptores tradere eos esse ex eorum vermium genere qui in putridis aquis inueniuntur. Ascaridas Hermolaus tipulam vertit, Ruellius tineas, nos ascarides retinuimus, vt lib. 2. Epid. (pag. 996. B.) αἱ ἀσκαρίδες λεπταί, lumbrici tenues, ascarides dicti, vespere maximè infesti sunt, vt & lib.6.Epid.aph.14.sect.1. Hipp. lib. de fist.(pag.884.A.) in ani fistula purgandos ascaridas præcipit qui illic sæpe propter variam corruptionem gignantur. ἀσκαρίδες in iis qui suppressa aluo sanguinem ex naribus fundunt,in Prorrh.(pag.213. 34.H.79.D.) & Coac. (pag.172.F.) ἀσκαρίδες in pudendo muliebri,aut recto intestino lib.2. περὶ γυναικ. (pag.669.39.) Ἀσκαρίζειν,idem quod σκαρίζειν,& significat salire,saltare,palpitare, moueri.Etymol.ἀσκαρίζειν κινεῖσθαι exponit.Et Erot. scribit ἀσκαρίζειν ἀντὶ τοῦ σκαρίζειν ponit apud Hip. ὡς ἀσπαίρει καὶ σπαίρει, ἀστάχυς καὶ στάχυς. Quam dictionem crebrò vsurpat Hipp. lib. περὶ φύσ. παιδίου,vt (pag. 246. 55.) quem locum mihi subindicare videtur Erot. eumque profert Gal.Com. ad aph.37.lib.5. ἀσκαρίζει καὶ τοὺς ὑμένας ῥήγνυσι, sese agitat & membranas abrumpit. Et (247. 7.) εἰ δὲ τὸ ἐν τῇ μήτρῃ ὀλίγα μεθιείσας, αὐτοῦ δὲ τοῖς παιδίοις τοῦ χρόνου τούτου ... τὴν τροφὴν ... ἀσκαρίζειν, καὶ ... ἐξελθεῖν ἐπείγεσθαι.Quæ verò paucos menses emittunt,hæ etiam sub extremum tempus pueris vbi iam auctiores facti sunt parcius alimentum subministrant,& in causa sunt vt agitati pueri ante decimum mensem prodire cogantur.Vbi tamen ἐπείγεσθαι non legit Asulanus neque Gorth. adscribunt tamen exemplaria manuscripta & Italica, vt ex Caluo patet. Rursus (ibid.v.55) ζητοῦν οὖν πλείω τροφὴν τῆς παρεούσης τὸ ἔμβρυον, ἀσκαρίζον ῥήγνυσι τοὺς ὑμένας. fœtus igitur copiosius quàm quod præsens est alimentum quærens, sese iactando membranas abrumpit. Et (pag. 246. 12.) ξυμβαίνει ποτὲ τοῦ παιδίου κινουμένου,καὶ ἀσκαρίζοντος χερσί τε καὶ ποσί,ῥαγῆναί τινα τῶν ὑμένων τῶν ἔνδον. Tunc puero se mouente, & manus ac pedes agitante, aliquam ex internis membranis rumpi contingit. Hinc etiam ἀσκαρίδες nomen sumpsisse videntur, quòd in recto intestino ad eius extrema perpetuò agitentur eamque partem titillando vehementem pruritum excitent, ... (vt scribit Paulus) & (vt Actuar. lib.1. Meth. med.cap.21.) ἀεὶ δι' ἐρεθίζουσαι καὶ γαργαλίζουσαι τὸν κάμνοντα, ægrum semper irritent ac titillent.

Ἀσκητέον Erot. apud Hipp. exponit ἀθλητέον, hoc est,certandum aut luctandum. τοὺς γὰρ ἀθλητάς, ἀσκητὰς οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν, Athletas enim Attici ἀσκητάς,hoc est,exercitatores vocant.

Ἀσκὸς σκύτινος scorteus vtriculus, aut vter coriaceus dicitur, qui materia aliqua,vtpote aqua calida aut oleo implebatur ad affectam partem fouendam & calefaciendam, eumque crebrò vsurpat Hipp.lib. 2. de Morb. & fronti adhibet ad capitis dolorem tollendum (pag.464.52.) ἀποξυρήσαντα χρὴ αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, περιδῆσαι περὶ τὸ μέτωπον τὸν ἀσκὸν τὸν σκύτινον, ὕδατος ἐμπλήσαντα, ὡς ἂν ἀνέχηται θερμότατον, deraso capite vtrem coriaceum circa frontem deligare oportet, aqua refertum quàm ferre possit calidissima. Rursus (pag. 465 8.) τῷ ἀσκῷ μηκέτι χρῆσθαι,vtre ne amplius vtatur. Et (pag.466.10.) τῷ ἀσκῷ χρῆσθαι τῷ αὐτῷ τρόπῳ,ὥσπερ ἔθη τῆς ἀρτηρίης,vtre vtatur non secus ac in superiore morbo, ἀσκῷ etiam & vtre flatu distento & supposito ad spinæ directionem vtitur Hipp. lib. de art. (p. 622. 11. H. 814. C. D.) & ad articuli luxati repositionem (ibidem pag 658 43.H.836 H.) Ἀσκοὺς Gal. exponit in Exeg. apud Hipp. κεράμους, οὓς δὲ ἐμπλάστους καὶ φακοὺς ὀνομάζουσιν, tegulas aut figlinas ollas, quas lateres & lenticulas vocant, hoc est, vasa lenticulata, quibus ad adhibendum fotum vtebantur, vt & vasis testaceis, vtriculis & sacculis ad concludendam materiam,vt lib.2.περὶ γυναικ.(pag.585.42.) & pag.668.21 22.)Meminit etiam fomentorum quæ per vtriculos adhibebantur Hipp.lib.7.Epid.(pag.1222.E.) & lib. de rat.vict. in morb. ac. (pag.108.35.H.403.13.) in tetano.

Ἆσσον prope,iuxta,propius,significat. ἆσσον explicat Hesych. πλησίον,ἐγγύς,eaq; in significatione frequenter Homer. vsurpatur, vt Il.χ.v.4. ἀλλ' ἴσαν ἆσσον Ἀχαιοί, τείχεα ἆσσον ἴσαν, sed Græci propè accedebant ad muros.Hip.lib.περὶ ἀφόρων (p.680.3.)ἡ γυνὴ ἴτω ἆσσον τοῦ ἀνδρός,mulier ad virum accedat.Et li.2.de Morb.(p.466.9.) σπόγγους ἐν ὕδατι θερμῷ βρέχων ἆσσον προσθήσω πρὸς τὴν κεφαλὴν, spongias calida imbutas capiti propius admoueto. Vbi tamen ἆσσον cito Cornar.vertit,vt faciunt Homeri interpr.

Ἀστεῖον significat Hipp. quod probandum est & laudabile,

probum & quod ex animi sententia cedit. Lib. de alim. [pag. 382. 39.] γάλα ἀλλότριον, ἀστεῖον dicitur, lac alienum probum aut commodum, cui τὸ βλαβερὸν, hoc est, noxium opponitur. Rursus ibidem (vers. 53.) τὸ ἀστεῖον & φλαῦρον inter se opponit, vt probum & vitiosum. Rursus Coac. (pag. 153. A.) in oculi damnandis affectionibus, οὐκ ἀστεῖον ponitur, hoc est, non probandum ac laudabile, sed damnandum & vitiosum, quod etiam φλαῦρον & πονηρὸν dicitur. In Hip. Epist. ad Democ. περὶ ἐλλεβορισμοῦ (pag. 1297. 45.) ἀστεῖοι τὰ σώματα dicuntur, qui corporis sanitate fruuntur & corpore valent, ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα aph. 36. lib. 2. In Epist. etiam ad Dionys. (pag. 1276. 37.) ἀστείους τοὺς γονέας vxoris suæ parentes honestos & probatis moribus vocat. Ἀστεῖον, dicitur vrbanum, elegans & venustum, pro laudabili & probo ponitur apud Hipp. & τῷ ἀγρείῳ, ferino & maligno ferè opponitur. Varinus ἀστεῖον significare scribit τὸ χαρίεν καὶ τὸ δεξιὸν, καὶ θαύματος ἄξιον, θαυμάσιον, σπουδαῖον καὶ αἰδήμον, quod est venustum, elegans, scitum, lepidum, honestum, festiuum & vrbanum.

Ἀστεργὴς inhumanum, inclemens, inamabile, immite, sæuum & asperum dicitur. Pro duro sumitur & eo quod compactum est & densum, mollique & laxo opponitur lib. περὶ ἀδένων (pag. 273. 38.) τὸ δὲ ἄρσεν οὐκ ἄν τι προσδέξαιτο, πυκνὸν τι ἐὸν καὶ ἀστεργές. Mas verò (humorem) non suscipit, cùm densus sit & humorem non desideret, nec eo delectetur, hoc est, cum eius corpus sit densum & compactum, non rarum aut laxum, vt fœminæ. Verùm certe ἄστεγον pro ἀστεργὲς legendum suspicor, vt sit humorem non tegens aut continens, à verbo στέγω, vt ἄστεγον στόμα, os loquax nec arcana celans aut retinens significat Eaque lectio huic loco aptius quadrare videtur, quod paulò pòst scribatur, corpus labore firmatum locum non habere vbi redundantem humiditatem recipiat, quæ iugi & continenti exercitatione absumatur. Alij etiam ἀστεγὲς legere malunt, vt sit paucas στέγας ἢ οἴκους, hoc est, pauca domicilia, id est, poros habens, ideoque compactum sit & cohærens. Quam lectionem, etsi longius petita videri possit, secutus est Cornar. Ἀστεργέστερον ἀτελιώτερον καὶ ἀηδέστερον, immite & insuaue aut iniucundum exponit Gal. Com. 2. in lib. de fract. (p. 554. 22. H. 763. E.) Vbi tamen ἀργέστερον vitiosè scribitur, vt antea diximus, & ἀποργέστερον pro ἀστεργέστερον legisse videtur Erot.

Ἀστέρες θαλάσσιοι stellæ marinæ dicuntur, aquatilium marinorum genus, quod cum brassica & vino odorato, ad vterum præcordia petentem propinat Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 670. 14.) & ad hystericos dolores lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573. 2.) Ἄστρον autem Caniculę sydus significat Hipp. Lib. 7 Epid. (pag. 1211. D.) περὶ τὸ ἄστρον circa Caniculam. Sic Alcæo apud Athen. lib. 1. τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται, Canicula exoritur. Quod tamen vitiosè legitur.

Ἀστραβὲς quod minimè intorquetur, peruertitur significat, quod non inflectitur, inclinatur aut incuruatur. Lib. de art. (pag. 602. 26. H. 798. G.) αἱ γένυες ἀστραβέες, maxillæ indistortæ dicuntur, cùm mentum minimè torquetur, mentum minimè inclinatur dixit Celsus. Quod etiam repetitur in Mochlico (pag. 847. B.) etsi parum integrè, vt illic indicauimus. Rursus quoque lib. de art. (ibidem,) τὸ δὲ ἀστραβὲς μάλιστ' ἂν γνοίης τοῖσιν ὀρθοῖσι τῶν ὀδόντων, τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω κατ' ἴξιν. At minimè intorqueri potissimum ex dentium finibus deprehendes, cùm inferiores superioribus ex aduerso respondent.

Ἀστράγαλος talus dicitur, officulum in pede intra infimos tibiæ & suræ processus comprehensum. Lib. 5. Epid. (pag. 1133. H.) ἀλλὰ τεταρταίῳ τὸ ἕλκος αὐτῷ, ἐμελαίνετο πᾶς ὁ τόπος, ἄχρι τοῦ ἀστραγάλου κυλλούμενος. Quarto tamen die locus vniuersus nigricabat ad talum vsque, qui astragalus dicitur. De astragalo vide Gal. in fine lib. de ossibus, ἀστράγαλον Hesych. exponit τὸν σφόνδυλον καὶ τὸ ὑποκάτω τοῦ σκέλους, vertebram, & partem inferiorem cruri subiectam.

Ἀσύμπτωτον id significat, quod non contrahitur, non concidit, neque compressum est, velut συμπίπτειν de eo dicitur quod tumefactum aut plenum in sese subsidit ac contrahitur. Lib. περὶ χυμῶν (pag. 47. 47.) ἀσύμπτωτον capitur pro eo quod præ ariditate non est contractum aut compressum. Gal. lib. 1. ad Glauc. (pag. 200. 56.) ἀσύμπτωτος ἡ τοῦ ἕξις τοῦ σώματος dicitur, vbi corporis habitus non concidit, quod idem prius dixerat, οὐδ' ὁ τοῦ σώματος ὄγκος συμπίπτων, neque corporis moles concidit. Sic σύμπτωσις corporis collapsionem aut concidentiam significat lib. περὶ χυμῶν (pag. 48. 11.) vt & aph. 3. lib. 1. ξυμπτώσιες κενώσιες dicuntur, hoc est, compressiones vbi vasa vacuata in sese considunt.

Ἀσύμφορος φλεγμονή, minimè periculosa inflammatio. lib. 1. περὶ διαίτης (p. 352. 38.) καὶ ἀπὸ βραχείης φλεγμονῆς καὶ ἀσυμφόρου μαίνονται. Nam à leui & minimè periculosa inflammatione insaniunt.

Ἀσύμφυτον Hipp. significat quicquid natura disiunctum est & non continuum, quodque est inconcretum, lib. περὶ τέχνης (pag. 6. 21.) Vbi intelligi videtur quicquid partibus similaribus inter se connexis, non vnitis constat, vt quod carne & cute contegitur. Ex similaribus enim partibus inter se connexis, dissimilares consurgunt, quas ideo hîc ἀσυμφύτους vocare videtur, quòd συμβολὴν inter se, non σύμφυσιν, habeant, quam tamen habent similares, cùm per omnia sint similis substantiæ & inter se ὁμοφυεῖς.

Ἀσφυξία est pulsus priuatio & defectio, cùm nulla arteria vsquam moueri videatur, nec eius motus nostro tactui se offerat. Quæ re vera quidem nunquam animali viuo accidit, ad nostrum tamen tactum frequenter reperitur, vt scribit Gal. lib. 1. de Præcogn. ex puls. (p. 121. 14.) Eadem duobus fit modis, vel quia prorsus aboletur arteriarum pulsus, quod summam perniciem denunciat, vel quia pulsant quidem, sed ita remissè & languidè, vt sensum effugiant. Gal. lib. 2. de Præsag. ex puls. (p. 136. 20.) Ἀσφυξίαν Aurel. pulsus paruitatem & & amputationem vertit, cap. 3. lib. 4. Tard. pass. Ἄσφυκτοι dicuntur Gal. pulsu priuati & in quibus motus arteriarum cordis non sentitur Lib. 4. de diff. puls. (pag. 45. 58. & 10.)

Ἀσχημονέστερον σκέλος crus deformius, lib. de art. (pag. 637. 43. H. 824. H.)

¶ Ἀτάκτως fieri dicuntur quæ sine ordine & incompositè ac vago quodam modo contingunt. Ideoque sæpe ἀτάκτως & πεπλανημένως coniungit Hipp. Lib. 1. Epid. (p. 362. 25. H. 945. D.) ῥίγεα δὲ πᾶσιν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνοντο. In his omnibus rigores incompositè & errabundè contingebant. Rursus (ibidem p. 363. 49. H. 945. F.) χρόνια δὲ ταῦτα καὶ δυσχερέα, καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τούτων διετέλει γινόμενα. Diuturna itaque & difficilia hæc erant, valdeque incompositè & errabundè, atque citra iudicationem horum plurima permanebant. Lib. 3. Epid. ægr. 9. post st. pest. πυρετὸς δῆλον ὅτι ὁμοίως παρεξιών ὁμοίως, τὰ πλεῖστα ἀτάκτως, febris accessio subinde varia & plærunque inordinata, de febre quæ inordinatas & vagas habebat accessiones, nullumque typum aut ordinem obseruaret.

Ἀτενὴς, fixum, immotum, rigidum, intentum dicitur. vt ἀτενὲς ὄμμα, fixus & immobilis oculus, rigidus aspectus. θρασὺ exponit Gal. Com. 3. in Prorrh. (p. 210. 51. H. 78. C.) ferocem & trucem aspectum, quiq; phrenitidem portendit. ἀτενέες ἐκλάμπουσιν ὀφθαλμοί, fixi & immoti oculi splendescunt, intentè relucent, quod est delirantium indicium. In Prorrh. (p. 210. 41. H. 78. C.) & Coac. (pag. 173. C.) ἀτενίζοντα ὄμματα, oculi defixi, intenti, contente intuentes, lib. 5. Epid. (p. 1161. D.) & lib. 7. Epid. (pag 1217. H.)

Ἀτέραμνα τὰ δυσκατέργαστα καὶ σκληρὰ exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. nimirum locum lib. de aëre loc. & aq. subnotans (pag. 282. 35.) διὰ τὸ ὕδατα εἶναι σκληρά τε καὶ ἀτέραμνα καὶ ψυχρά. quod aquæ duræ sint, concoctu difficiles & frigidæ. Sunt enim ἀτέραμνα ὕδατα aquæ indomitæ, quæ ægrè conficiuntur & concoquuntur, qualia semina quæ emolliri aut domari concoctione nequeunt, ideoque concoctioni resistunt. Quod scribit Gal. Com. 4. in lib. 6. Epid. (pag. 496. 48.) καὶ κεκλήκασί γε τὰ τοιαῦτα μοχθηρὰ τῶν ἀρχαίων τινὲς ἀτέραμνά τε καὶ ἀτεράμονα, παρεικάζοντες αὐτοῖς ὀσπρίοις ὅσα δυσχερῶς ἕψεται, & ita prauas (aquas) veterum nonnulli, tum indomitas, tum concoctu difficiles vocarunt, ad instar leguminum quæ non facilè coquuntur. Idem etiam eodem Com. (pag. 501. 8.) aquam pluuiam meliorem esse scribit τῶν λαιλαπωδῶν, ὀλιγοπρεπῶν τε καὶ ἀμεταβλήτων ὄντων, ὁποῖα κατά τινας πηγὰς ὕδατα γίνεται τὰ καλούμενα πρὸς τῶν ἀρχαίων ἀτεραμνώδη, procellosis, quæ neque confici, neque commutari queunt, quales ex quibusdam fontibus aquæ exoriuntur quæ à veterib. ἀτεραμνώδη, hoc est, indomitæ vocantur. Rursus eod. lib. (pag. 454. 38.) ὅκόσα δὲ ἐστὶν ἁλυκὰ καὶ ἀτέραμνα. Quæcunque autem salsæ sunt & indomitæ. Ἀτέραμνοι κοιλίαι ventres duri, indomiti, hoc est, sicci, non lubrici aut emolliti dicuntur, lib. de aëre; loc. & aq. (pag. 282. 14.) quibus ὑγρότεροι, hoc est. fluidiores opponuntur. τοὺς τε πλείους τὰς κοιλίας ἀτεράμνους ἔχειν καὶ σκληρὰς τὰς κάτω. & plures ventres inferiores indomitos & duros habere, hoc est, qui non facilè mutentur in lubricos & molles, sed qui sicci & contenti maneant. Ἀτεράμνοις δυσμεταβλήτοις, hoc est, concoctu difficilibus aut ægrè mutabilibus apud Hipp. exponit Erot. nimirum locum lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 280. 51.) exprimens, ἀπὸ ἀλυκοῖσι καὶ ἀτεράμνοισιν, sine salsis & coctu difficilibus. Ἀτεραμνίη etiam cruditatem & in coquendo peruicaciam significat. Lib. de aëre, loc. & aq. [p. 282. 40.] τὸ γὰρ γάλα ἀποσβέννυται ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος καὶ ἀτεραμνίης. Lac enim propter aquarum duritiam

duritiam & cruditatem extinguitur. Cùm verò ad animum transfertur, naturam indomitam, ingenium refractarium, mores asperos, intractabiles, asperos & qui flecti nequeant aut emolliri significat. ἐν παραγγελίαις (p.26.49.) ὅτι γὰρ, ὅ σεὺς δίος, φιλοφιλαίμως ἰητρὸς, ἰητρὸς ἐὼν πίστει ὁ ἀτράμων, Qui enim bonus est medicus, is mediusfidius fide magis quàm duritate in medendo vtetur, hoc est, in curando magis fidem & officium sequetur, vt ægrum seruet, quàm vt ingratum & inofficiosum ægrum, etsi indignum cui opem commodet, derelinquat aut duriter tractet. Ἀτράμων enim idem quod ἀτράμωτος denotat, & ab his quæ concoqui nisi ægrè nequeunt transfertur ad implacabilem animi duritiem, innumanitatem, morum asperitatem, rigiditatem, ferreum & præfractum animum. Ἀτράμων Hesych. exponit τὸ μὴ ἐνδιδὸν, σκληρὸν, quod non cedit aut flectitur, durum & quod τῷ ἁπαλῷ, hoc est, molli est contrarium. Eidem ἀτράμων est σκληρὸς, ἀκαμπὴς, ἀνικατάπειστος, ἀπαραίτητος, durus, flecti nescius, inexorabilis, qui nullis fatigatur precibus, inhumanus.

Ἀτεχνία dicitur quod est artis expers & nullam habet artem. Lib. περὶ τέχνης (p.4.22.) ὅτι γὰρ ἔγω γέ φημι ἀτεχνίην εἶναι, ἐν ᾗ μήτε ὀρθὸν ἔνι μηδὲν, μήτε οὐκ ὀρθόν. Istud enim artis expers esse dico, in quo neque recti, neque praui quicquam inest.

Ἀτηρὸς noxius, lædens Hipp. dicitur. Lib. de aere loc. & aq. (pag. 295.5.) εἰ μὲν δὲ ποταμοὶ μὴ εἶεν, τὰ δὲ ὕδατα λιμναῖά τε καὶ στάσιμα πίνοιεν καὶ ἑλώδεα, ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα τῇ γαστρὶ ἀτηρὰ εἶναι καὶ σπληνώδεα. Quòd si flumina desint, aquasque fontanas stagnantes & olentes bibant, eas ventri & lieni noxias esse necesse est. Vbi tamen ἄτηα quidam pro ἀτηρὰ legunt. ἀτηρὸν βλαβερὸν, noxium, damnosum exponitur Hesych. & præter eam significationem ἀκόλαστον, ὑβριστικὸν, χαλεπὸν, κακὸν, Varino, quod est flagitiosum, contumeliosum, molestum, vitiosum. Ἀτηρὴς etiam exponitur Hesych. ἀπαραίτητος, indomitus qui precibus fatigari nequit aut labore frangi & domari, sed ἀτειρὴς melius scribatur, vt sit, ὁ μὴ τειρόμενος qui non domatur aut subigitur.

Ἄτοκοι steriles significant: eæque mulieres dicuntur, non quæ ad conceptum parum idoneæ videntur, sed quæ viduæ sunt & viri congressu ac venereis abstinent: Gal. Com. in sent. 18. lib. 6. Epid. sect. 7. Idemque in fine lib. 3. de diff. spir. in eiusdem sententiæ explicatione ἀτόκους eas esse scribit quæ non probè repurgantur.

Ἄτρακτον exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. ὁ μόνον τὸ ὡς τὸ ἐριουργὸν χρήσιμον, ἀλλὰ καὶ ξύλον τοῦ βέλους, non solùm fusum ad lanificium aptum, verumetiam sagittæ lignum. Sic autem dicitur ad colus aut fusi similitudinem, quòd vt colus oblongum sit, teres & torno factum, & per translationem ad iaculum & sagittam accommodatur Hesych. namque ἄτρακτος βέλος μεταφορικῶς dicitur. ἀτράκτου autem meminit Hipp. lib 5. Epid. (p. 1149.E.) cùm in ancilla quadam ex vteri osculo expressum quendam calculum, ὅσον σπόνδυλον ἀτράκτου τρηχὺν asperum, fusi verticillum propemodum magnitudine æquantem, scribit, ex quo postea sanitati restituta fuit. At locus Exegeseωs locum libri περὶ ὄψιος subindicat (p.688.46.) ξύνειν εἰρίῳ μιλησίῳ, ἁλεῖ, καθαρῷ, περὶ ἄτρακτον εἰλημένῳ. lana Milesia, crispa, pura, circa fusum inuoluta, radito.

Ἀτρεκέως non vna significatione sumitur apud Hipp. sed interdum certò, exploratè, fideliter, diligenter, curiosè & exactè significat, plenè, nimirum, re vera, interdum etiam penitus, prorsus, in totum. Erot. etiam scribit hanc dictionem non vno modo apud Hipp. sumi, sed plærunque ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς quod est exactè, rarò verò ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς, certò, re vera. Ab Hipp. etiam interpretibus variè exponi, & Bacchio significare ἀληθῶς, αὐτάρκως, ἀκριβῶς. Philino verò ἀκριβῶς duntaxat. Epicli, σαφῶς, εἰλικρινῶς, apertè, integrè, perfectè. In Progn. (p.154.34. H.44.10.) οὐ δύναται δὲ ὅλῃσιν ἡμέρῃσιν οὐδὲν τούτων ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως, nihil quicquam eorum integris exactè diebus numerari potest. Vbi ἀτρεκέως ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς poni testatur Erot. (etsi apud eum vitiosè ἄλλῃσιν pro ὅλῃσιν scribitur.) Quod etiam exponit Gal. οὐ δύναται πλήρεσιν ἡμέραις ἀριθμεῖσθαι ταῦτα, hæc plenis ac integris diebus numerari nequeunt. Et repetitur hic locus lib. περὶ κρισίμων (p.52.48.) Prorrh. 2. (p.85. B.) καὶ ἀτρεκέως διαιτώμενος qui certa & diligenti victus ratione vtitur. Rursusque ibidem (p.97.C.) ἀτρεκέστατα δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον τὰς φυλακὰς ἀπὸ τῶν δεινοτάτων ποιέεσθαι. Diligentissimè autem ac diutissimè aduersus ea quæ maximè terrent, se munire æquum est. Lib. de fract. (p.537.23. H.756.E.) ἀτρεκὲς δὲ οὐδὲν, nihil perpetuum esse, statum, firmum, ratum aut certum significat. In Mochl. (p.868.E.) δίαιτα ἀτρεκὴς victus ratio exquisita, & rursus ibidem (p.861.H.) δίαιτα τὰ πρῶτα ἀτρεκέως, de victus ratione tenui & exquisita, in qua primis diebus victus est subtrahendus. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p.599.21.) οἱ ἰητροὶ ἀπ ἀτρεκέως ταῦτα. si de his exquisitè inquirat. Rursusque (p 606. 28.) χρὴ δὲ τὴν μὲν μὴ ἀτρεκέως ποιέεσθαι ἰλκέων τῶν ἐν τῇσι μήτρῃσιν. vteri vlcera exactam curationem postulant. Et (p.613. 27.) οἱ ἰητροὶ οὐκ ἀτρεκέως πυνθανόμενοι τὴν πρόφασιν τῆς νούσου. Medici non exactè morbi causam perscrutantes. Et (v 31.) χρὴ αὐτίκα ἐρωτᾶν ἀτρεκέως τὸ αἴτιον, statim causam exactè inquirere oportet. Erot. tamen ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς ἀτρεκέως positum testatur lib. 1. περὶ γυναικ. hæc nimirum postrema duo loca subnotans. Lib. 4. de Morb (p.505.1.) ἀτρεκέστερον ἀντὶ τοῦ ἀκριβέστερον, exactius, ponitur. ἀλλὰ περὶ τούτου ἀτρεκέστερον ὀλίγῳ ὕστερον διασημανέω. verùm de hoc paulò pòst exactius disseram. Et (pag. 507. 14.) νῦν δὲ ἐθέλω ἀτρεκέστερον εἰπεῖν, nunc verò exactius referre volo. Lib. quoque de art. (p.595.28. H.790.F.) ἀτρεκέως, ἀκριβῶς, δι' ὅλως, ὁλοκλήρως, exquisitè, ex toto, penitus, exponit Gal. κλεὶς δὲ κατεαγεῖσα, ἢν μὲν ἀτρεκέως ἀποκαυλισθῇ. Iugulum quidem si ex toto transuersum fractum est, hoc est, planè & exquisitè, & in morem fracturæ caulatim factæ. Quem locum etiam in medium adducens Erot. ἀτρεκέως ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς sumi scribit, eumque his verbis exponit. νῦν γὰρ τὴν ῥαφανηδὸν διαφορὰν, καὶ τὴν καυληδὸν τῇ σχιδακηδὸν ἀντιτάξας, τὸ ἀτρεκὲς ἐπὶ τοῦ διὰ πάχεος καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διῃρημένου ὀστέου τέθεικεν. quod est. Nunc enim eam fracturæ differentiam quæ raphanatim ac velut caulatim facta dicitur, ei quæ assulatim facta est opponens, τὸ ἀτρεκὲς de osse celeriter & exactè diuiso posuit. Etsi διὰ πάχεος apud Erot. legere malim, quod fracturæ species καυληδὸν facta, per transuersam ossis figuram & per crassitudinem contingat, quod δι' ὅλως, ὡς μηδὲ μηδὲν συνέχεσθαι, hoc est, ex toto, ita vt nulla parte adhæreseat, dixit, Gal. Com. 1. in lib. de art. Sic quoque ἀτρεκὴς quod est exactum & completum dicitur, vt Lib. περὶ σαρκῶν vulgò inscripto (p.254.26.) λόγος δὲ ἀριθμὸς ἀτρεκὴς, iusta ratio & plenus exactè numerus hebdomadarum in fœtu septimestri. τὸ παιδίον ἑπτάμηνον γόνον γινόμενον, λόγῳ γεγένηται καὶ ζῇ, καὶ λόγον ἔχει τοιοῦτον καὶ ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. Puer septimo mense editus, pro ratione nascitur & viuit iustamque rationem & exactum septimanarum numerum habet. Sic enim vitalis partus septimestris Hipp. dicitur, quòd tres hebdomadum decadas perfectas & exactè plenas aut integras compleat, hoc est dies 210. Idem de fœtu nouem mensium (ibidem v.29.) καὶ ἔχει τὸν ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας, & numerum exactum ad septimanas habet. Quatuor enim hebdomadas complet. Rursusque (ib p.254.53) ἔστι δὲ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ ἀτρεκέως ἑβδομάδες ἑξήκοντα καὶ τριηκόσιαι. Iusta autem ratione & numero exactè trecentæ & sexaginta septimanæ continentur. Anni enim septem triginta quinque hebdomadum decadas complent, hebdomadas autem trecentas & sexaginta. Sic enim locus ille legi posse mihi cum Cornar. videtur. At verò lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.11.37.) τὸ ἀτρεκὲς quod est rectum, certum & exactum significat, χαλεπὸν δὲ τοιαύτης ἀκριβείης ἐούσης περὶ τὴν τέχνην, τυγχάνειν αἰεὶ τοῦ ἀτρεκεστάτου. Cùm igitur in arte tam exacta certitudo insit, difficile est semper certissimum assequi. Quem locum subindicans Erot. τὸ ἀτρεκέστατον à vero distingui vult, idemque καὶ τοιαύτης ἀκριβείης ἐούσης legit, contra omnium codicum fidem, quæ tamen lectio mihi amplectenda videtur. Rursus (ib. v.41.) ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ ἀτρεκεστάτου, ἐμοῦ δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης. Sed multò magis, quòd propè liceat ex magnis ignorantiæ tenebris ratiocinando simul ad id quod certissimum peruenire. Erot. etiam ἀτρεκέως ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς positum lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον testatur, nimirum id subindicans quod legitur (p.409.20.) καὶ τἄλλα οὐδὲν ἀτρεκέως κατ' ἀληθείην δύναται ὁρᾶν. nihilque de cætero exactè re vera videre potest. Vbi planè à vero tamen distingui satis apparet. Ἀτρεκείη etiam apud Hipp. asseuerationem significat, veritatem, quod pro comperto asseueratur aut certò asseritur. Prorrh. 2. (p.84.G.) ἀμφὶ δὲ τῶν γυμναζομένων καὶ ταλαιπωρεόντων, τὰς μὲν ἀτρεκείας τὰς λεγομένας, ὡς λέγουσιν οἱ λέγοντες, οὔτε δοκέω εἶναι, οὔτ' εἴ τις δοκέει κωλύω δοκέειν. Quòd autem attinet ad eos qui exercitationibus & laboribus fatigantur, quæ quidem pro certo asseuerantur, vt asserunt qui ea narrant, nec esse puto, neque si quis existimet, prohibeo. Ἀτρεκείη ἀντὶ τοῦ ἀτρεκέως lib περὶ φύσ. παιδίου [p.245.47.] ἐπὶ οὐκ ἔστιν ἀτρεκείην κρῖναι neque certò iudicare queas. Ἀτρεκέως, ἀληθῶς, ἀκριβῶς exponit Hesych. & ἀτρεκὲς ἀληθὲς, vt ἀτρεκὲς, ἀληθὲς, ἀκριβές.

Ἀτρεμέως apud Hipp. ponitur pro ἀτρέμας, quod placidè, quietè, remissè significat. Lib. 5. Epid. [p.1155.F.] οὐκ ἀτρεμέως, neque quiescebat. hoc est, οὐκ ἀτρέμας εἶχε, quod explicat lib. 7. Epid. οὐδ' ἠτρέμιζεν. Ἀτρέμας autem ἡσύχως, ἡσυχῇ exponit Hesych. vt & ἀτρεμίη, ἡσυχίη, & ἀτρεμίζειν ἡσυχάζειν, & ἀτρεμίζεσθαι ἡσυχάζεσθαι. τὰ ἀτρεμέοντα dicuntur Hipp. partes corporis quæ quiescunt, eæque intelliguntur quæ extra dearticulationem sunt in

vtrisque ossibus quæ inter se ad articulum committuntur, vt in genu, pars circa femur, vel circa tibiam. Sic enim explicat Gal.Com.2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον (p.681.11.H.743.F.) ἀτρεμίοντα ὑρεμοῦντα, hoc est, quieta exponit Erotianus apud Hipp. nimirum locum lib. de fract. (p.559.12. H.766.E.) subindicans. καὶ τὰ μὴ ἀτρεμέοντα ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι, quæ neque in eadem figuratione quieta permanent. Ἀτρεμίειν autem frequens est Hipp. & quiescere aut conquiescere, significat, ἡσυχίαν ἄγειν.

Ἀττικὸν videtur esse emplastri nomen quod est vlceribus glutinandis efficax, apud Hipp. quale est Attalum Celsi lib.5.cap. 19. Eoque vtitur ad tibiæ vlcera Hipp.lib.4.Epid. (p.1138.D.) ὃς ἐν τῇ κνήμῃ ἕλκος ἔχει, καὶ τῷ ἀττικῷ ἐχρήσατο. Qui vlcus in tibia habuit, & Attico vsus est. Ἀττικὸν ἀγγεῖον, ἀττικὴν χύτραν, καὶ μήν ποτε τὸν καλούμενον ἐχῖνον, interpretatur Gal. in Exeg. vas Atticum, Atticam ollam, & aliquando Echinum vocatum.

¶ Αὐαίνειν est arefacere, siccare, & αὐανθῆναι arefieri, exiccari, & tabefieri, vt αὔανσις in stirpibus idem quod γῆρας in animalibus, senio proportione respondens, vt scribit Gal.lib.1.salub. (p.221.11.) Lib.1. περὶ γυναικ. (p.593.8.) αὐανθῶσι αἱ μῆτραι ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίης, exiccati vteri præ labore & exercitatione. Rursus (p.595.34.) vteros humidos αὐαίνειν, hoc est, exiccare præcipit. Et (p.598.27.) ὑστέρας ὑγρὰς & αὐαινομένας, hoc est, vteros humidos & resiccatos inter se opponit, vt & (ib.ver.33.) τὴν ὑγρηδόνα ἔχουσαν, & τὴν αὐαινομένην. Αὐαίνεται ξηραίνεται, φθείρεται, exponitur Hesych. & αὐαινομένοις, ξηραινομένοις, φθειρομένοις, itidem αὐανθεὶς ξηρανθείς. Αὔανσις ἢ αὐαντὴ τις ξηραντικὴ νόσος exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. nimirum ex lib 2. de Morb. (p.484.24.) vbi νόσος ἡ λεγομένη αὐαντὴ describitur, morbus quidam desiccans. Αὐασμὸν, ξηρασμὸν, hoc est, siccitatem, exponit Erot. apud Hipp. locum lib. περὶ χυμῶν (p.47.46.) subnotans, additque αὖον τὸ ξηρὸν dici, adducto Homeri testimonio. Αὖαι γλῶτται valde resiccatæ linguæ & aridæ dicuntur aph.13.lib.6. Epid. sect.5. ἀπὸ ἐγκαύσιος λιγνυώδεος, ex incendio fuliginoso. Vbi Gal. αὔας, ἱκανῶς ξηρὰς, abunde resiccatas exponit.

Αὐθάδης apud Hipp. arrogantem & superbum significat, quique præ se cæteros omnes despicit, & adeò peruicaciter aut arroganter se gerit, vt cæteros colloquio aut consuetudine familiari minimè dignetur. Lib. περὶ ἰητροῦ (p.19.20.) σχήματι δὲ ἀπὸ μὲν προσώπου, σύννουν μὴ πικρῶς· αὐθάδης γὰρ δοκέει εἶναι καὶ μισάνθρωπος. Quòd ad gestum attinet, vultu sit cogitabundo & subtristi, citra amarulentiam tamen ne superbus aut inhumanus videatur. Vbi αὐθάδης dici videtur qui arroganter & superbè ac contumeliosè cæteros despicit. Cornar. contumacem vertit, Gorrh. superciliosum, Caluus improbum & audacem, Zuingg. appositissimè superbum. αὐθάδεις καὶ ἰδιογνώμονας simul iungit Hipp. lib. de aëre, loc. & aq. (p.295.12.) hoc est, sibi nimis placentes & superbos, cum pertinacibus & in concepta opinione permanentibus.

Αὖθις pro imposterum aut posthac sumitur lib.5 Epid. (p.1150. H.) ὁ δὲ πυρετὸς αὖθις οὐκ ἠφίει, febris verò posthac non dimittebat.

Αὐλὸς fistulam significat, sed pro vterorum foramine & sinu pudoris sumitur apud Hipp. lib.2. περὶ γυναικ. (p.645.44.) πρὸς μὲν τὰς ὑστέρας, προσθεῖναι εἴριον πρὸς τὸν αὐλὸν, ὡς ἔτι μάλιστα. Ad vterorum quidem foramen lanam, quoad fieri maxime licet, apponere oportet. Ibidem etiam (v.51.) ἔσαυλις, interior trames & fistula, aut interior sinus vterum petens dicitur. ὅταν δὲ κλεισθῇ τὸ στόμα, καὶ ἡ ἔσαυλις. Cum verò vteri osculum conclusum fuerit, & interior trames aut fistularis via. Sic enim cum Cornar. lego. Lib. verò de art. (p.622.12. H.814.C.) αὐλὸς ἐκ χαλκέως follem fabrilem aut ex officina fabri significat. κἄπειτα αὐλὸν ἐκ χαλκέως ἐς τὸν ἀσκὸν τὸν ὑποκείμενον ἐνιέντα φυσᾷν, ac deinde vtrem suppositum immisso folle fabrili inflabam. Rursusque (p.638.53 H.837.B.) ἔπειτα ἐς ἕνα τῶν πολλῶν, τὸν λελυμένον ἐνθέντα αὐλὸν ἐκ χαλκέως συσᾷν. Deinde imposito folle fabrili in partem ex multis solutam, flatus in vtrem immittitur ac distendi cogitur.

Αὐλίσκος etiam fistulam significat quæ in vesicam immittitur, catetherem vocant. Lib.1. de Morb. (p.448.40.) μηδ' ἐς κύστιν αὐλίσκον καθιέντα, δυνατὸν καθιέναι, & fistulam in vesicam immissam demittere non posse.

Ἀλέξω augeri dicitur cum talis generatur substantia qualis est deperdita. Gal.Com.ad aph.19.lib.6. αὐξέσθαι μὲν γὰρ λέγει τὸ γενέσθαι τινα ἑτέραν οὐσίαν τοιαύτην οἷα τοῦ διακόψαντος ἦν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν κοίλων ἑλκῶν ὁρᾶται σὰρξ βλαστάνουσα. Αὐξέσθαι, hoc est, augeri quidem intelligit talem aliquam generari substantiam, qualis est partis diuisæ, sicuti in cauis vlceribus caro succrescere cernitur. Αὔξη idem quod αὔξησις, incrementum significat & nutritionem. Lib.1. περὶ γυναικ. (p.602.55.) ἡ αὔξησις γίνεται, & incrementum ipsi accedit. Hesych. etiam αὔξην αὔξησιν exponit. Est autem αὔξησις & auctio partium corporis in tres dimensiones distentio, nimirum cùm nutritione in latum, longum & profundum augentur. Philoth. αὔξησιν τοῦ λείποντος ἀναπλήρωσιν esse dicit, eius quod deficit supplementum.

Αὐτίκα apud Hipp. statim, confestim significat, & de tempore latitudinem habente, velut ἀρχὴ intelligitur. πλάτος enim ἔχει τοσοῦτον, ὅσον περ καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα, καὶ παραχρῆμα δηλοῖ, tantam habet latitudinem quantam principij nomen, & confestim indicat, vt scribit Gal.lib. περὶ κρίσεων cap.7. multis Hipp. exemplis in medium adductis. Sic aph.7.10. & 12. lib.1. αὐτίκα de primis tribus aut quatuor morbi diebus dicitur. Vbi etiam scribit Gal. αὐτίκα δὴ ἀκουστέον περὶ τὴν πρώτην τετράδα, ἢ μικρὸν ταύτης ὕστερον. statim autem de primo quaternario obaudiendum venit, aut paulo vlteriore tempore. Idem αὐτίκα οὐ μετὰ πολὺ τῆς πρώτης εἰσβολῆς, hoc est, non ita multò pòst primum morbi insultum significare scribit Com. ad aph.10. lib.1. Sic lib. 2.Epid. (p.998.B.) πρὸς τὰς ἀρχὰς σκεπτέον τῆς νόσου, εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ. ad dignoscenda morborum principia, considerandum an confestim consistendi vigorem habeant. Lib. etiam 1. Epid.sect.3. 965. H. αὐτίκα γὰρ ξυνεχὴς ἐὼν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει. Scilicet namque continua quibusdam vbi incipit floret & viget maximè. Vbi αὐτίκα τὸ ἄμειλον significare, hoc est, sine mora, quàm primum, promptè, celeriter, citò, ex Gal. indicauimus. Lib. etiam de rat. vict. in morb.ac. (pag.48.21.H. 385.53.) ὁκόσοισί τι γὰρ σίτου αὐτίκα ἐγκατακλείεσθαι. Quibus enim cibi recrementum statim interclusum est. Vbi αὐτίκα immutato poni ordine scribit Gal. eumque sensum habere, αὐτίκα γοῦν οἷς σῖτος ἐγκατακλείεσθαι, hoc est, Iam primum enim quibus cibi recrementum interclusum est. vt αὐτίκα, iamprimum, primùm, verbi gratia, aut verbi causa significet. Erot. apud Hipp. αὐτίκα Bacchio ἤδη, iam, denotare scribit, vt & Epicli ἀθρόως, celeriter, confestim. Interdum verò αὐτὶ τοῦ μετὰ ταῦτα eam dictionem sumi.

Αὐτίτην οἶνον exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. τὸν αὐτοετίτην, τὸν ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους, vinum anni præsentis quo bibitur, vinum hornum, quasi dicas αὐτοετῆ: Sicut & προσέτας eidem ὁ πρυσινὸς οἶνος dicitur, ὁ τοῦ πρυσινοῦ τις ὤν, vinum anni superioris & proximè præteriti. Quibus Gal. verbis liber 3. de Morb. subindicari videtur (p.492.5.) vbi scribitur, καὶ οἶνον αὐτίτην πινέτω ἐγχώριον, & vinum hornum vernaculum bibat. Verùm αὐγίτην pro αὐτίτην habent omnia exemplaria tum manuscripta, tum publicata. Interpretes vinum splendidum & clarum dixerunt. ἴσχωρον etiam pro ἐγχώριον vitiosè ibidem legitur, vt vinum patrium & vernaculum intelligatur. Αὐτίτης οἶνος Polluci exponitur ὁ ἐπιχώριος vinum vernaculum & patrium, vt & Sudæ αὐθιγενής dicitur, & quibusdam ὁ ἀμιγὴς καὶ ὁ χωρὶς παραχύματος, hoc est, meracum & nulla aqua perfusum ac mixtum, aut χωρὶς ἐπιμίξεως. Pro quo ἀπαράχυτον ponit Erot. cùm οἶνον αὐτίτην τὸν ἀπαράχυτον exponit, merum & cui nihil affusum est aut admixtum. (Verùm apud Erot. δειρὶν αὐτίτην fœdissimo vitio legitur, vt satis apparet.) Cui fortè opponitur ὁ ὑπόχυτος οἶνος Timachidæ Rhodio παραπλήσιος τῷ γλυκεῖ, & γλυκεῖς οἶνος ὁ τι ἐπιμιξ ἔχων, apud Athen. lib.1. Polyzelus apud Erot. αὐτίτας vocat, & apud Athenæum αὐτίτην οἶνον ἐν Ῥόδῳ, pro quo αὐτίτην mendosè apud Athen. habent omnia exemplaria. Dicitur & αὐτίτης οἶνος, ὁ δυνατώτερος καὶ ὁ ἐπίτηνος Varin. At fortè apud Hipp. αὐτίτης οἶνος vinum merum & syncerum intelligitur lib.3. de Morb. in voluulo, quemadmodum lib.2. Epid. sect.6. ἄκρητον πολλὸν eodem in morbo exhibet. Quod certè conuellit Cæl. Aurel.lib.3.Acut.cap.6. vbi hunc etiam locum lib.3. de Morb. subnotat, vinum tamen simpliciter dicit. Merum autem in voluulo auxilij vicem subire potest ex placito 44. lib.6. & Celso lib.2. cap.8. & Aret. cap.5. lib.2. de Cur. morb. ac. vt & cætera calefacientia, & febris ex Hipp. quæ tamen lib.3. de Morb. & Gal. damnatur, com. ad aph 44. lib.6.

Αὐτόδρομον αὐτοκίνητον, hoc est, quod ex se mouetur explicat Gal. apud Hipp. ex lib. περὶ ἑβδομάδων.

Αὐτομάτως fieri dicuntur apud Hipp. quæ sponte magisque naturæ vi quàm morbi, aut medici opera contingunt, vt aph.2. lib.1. de spontinis vacuationibus per aluum aut vomitum. Lib. περὶ χυμῶν (p.47.13.) τὰ αὐτόματα ἄνω καὶ κάτω. quæ sua sponte, hoc est, natura sursum aut deorsum feruntur, spectanda monet num prosint, aut noceant. αὐτόματα ἰόντα quæ sponte & per se prodeunt, quæcunque citra medici operam excernuntur, aph.2. lib.4. Vbi scribit Gal. αὐτόματα κινεῖσθαι λέγεται ἐκ τοῦ σώματος. ὅσα χωρὶς τοῦ πρᾶξαί τι τὸν ἰατρὸν ἐκκρίνεται, ποτὲ μὲν τῆς φύσεως τὰ λυπέοντα ἐκκαθαιρούσης αὐτά, ποτὲ δὲ δι' ἐρεθισμόν,

τὸ τι

τὸ τὰ μὴ στήκεσθαι πρὸς τῶν ἀγγείων. Sponte è corpore vacuari dicimus, quæcunque citra omnem Medici opem excernuntur, idque interdum natura corpus nostrum gubernante ea expurgante, interdum etiam ex irritamento aliquo, aut quia à vasis contineri nequeant. Idem Com. ad aph. 14. lib. 6. spontaneas vacuationes vocat, τὰς μὲν γινομένας οὐ χωρὶς αἰτίας, ἀλλὰ χωρὶς τῆς ἐξ ἡμῶν αἰτίας, non quæ sine causa quidem, sed quæ citra nostram operam fiunt. Sic aph. 15. & 17. lib. 6. ἀπὸ ταὐτομάτου fieri dicuntur, ἄνευ φανερᾶς αἰτίας, τουτέστι μεθοδικῆς αἰτίας ἀπὸ τοῦ ἰατροῦ γινομένης, ἀλλὰ προνοίᾳ φύσεως. quæ citra manifestam causam, hoc est, Medici opem contingunt, sed naturæ prouidentia, vt in his quæ rectè à natura geruntur, αὐτόματα ῥίγεα spontanei rigores sunt, authore Gal. com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 387. 44.) τὰ χωρὶς τῆς ἔξωθεν αἰτίας, qui sine causa externa fiunt, τὰ νοσηρὰ ῥίγη dicuntur Gal. lib. περὶ ῥίγους (p. 368. 54.) ἀπὸ ταὐτομάτου etiam ἐξαίφνης, repente, aut ἄνευ φανερᾶς αἰτίας significat, aph. 78. lib. 4. At lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 15. 17.) ἀπὸ ταὐτομάτου dicitur quod sponte & sine alterius ope fit. Αὐτόματον quod in casum cadit sponteque accidit, lib. περὶ τέχνης (pag. 4. 36.) quodque nihil prorsus esse deprehenditur, neque vllam omninò habere essentiam, sed tantùm nomen esse inane. At lib. περὶ φυσῶν (pag. 299. 26.) αὐτόματον de spiritu dicitur, qui sponte & primariò, aut sine vllo medio per inspirationem in venas subit. αὐτόματοι χυλοὶ lib. περὶ τροφῆς (pag. 381. 15.) spontanei succi qui ad nutritionem sponte humana & certo consilio aut instituto vt agerent sunt adhibiti, & quibus adhibendis ars & humanum consilium subseruit. Ita αὐτομάτως quod sponte fit & certo consilio, vt ἑκουσίως, velut ἑκούσια ἑλκώματα dicuntur lib. περὶ ἑλκῶν χρήσιος (p. 427. 39.) vlcerationes spontaneæ, quæ ab externa causa fiunt καθαιρόμενοι αὐτόματοι qui sponte naturæ repurgantur, quibus ὑπὸ φαρμάκου, à medicamento repurgati, opponuntur, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 16. 19.) ὑπὸ αὐτοματισμοῦ, sponte, per sese, lib. de rat. vict. in Morb. ac. (p. 116. 24. H. 406. 24.)

Αὐτὸς ἑωυτοῦ γίνεσθαι dicitur Hippocrati pro ad sese redire, & sui ac mentis compos fieri. Lib. 7. Epid. (1222. E.) καὶ αὐτὸς ἑωυτοῦ μόγις ἐγίνετο, & ægrè ad sese redibat. Neque absimili locutione ἐξ ἑωυτοῦ εἶναι, extra se esse significat, vt ἐν τῷ ἑωυτοῦ εἶναι, sui compos esse. (ib. 1222. E.)

Αὔτως μάταιως, Gal. in Exeg. explicat apud Hipp. quod est frustrà, temere. Hesych. quoque αὔτως μάτην exponit.

Αὐχμοὶ squalores & exuperantes siccitates significant, impropriè tamen nec valde vsitata locutione pro iusto sicciore temporis conditione vsurpatur Hipp. Lib. 1. Epid. in hyeme, (p. 350. 34. H. 938. C.) Quod indicat Gal. his verbis. τὴν ξηροτέραν τοῦ προσήκοντος κατάστασιν, αὐχμὸν ὀνομάζει οὐ πάνυ τι συνήθως. εἰώθαμεν γὰρ οὐ τὴν ἁπλῶς ξηροτέραν, ἀλλὰ τὴν ἄκρως ξηρὰν ὀνομάζειν οὕτως. Plus æquo siccam temporis conditionem αὐχμὸν, hoc est, squalorem non admodum vsitato nomine appellat. Hoc enim nomine non simpliciter sicciorem, verùm extremè siccam appellare consueuimus. Philoth. quoque αὐχμὸν Hipp. dici scribit τὴν ξηρότητα τὴν πέρα τοῦ μετρίου eam siccitatem quæ modum excedat. Eadem notione rursus lib. 1. Epid. st. 3. hyemi αὐχμοὶ πολλοὶ attribuuntur, & aph. 7. & 15. lib. 3. αὐχμοὶ iusto sicciora tempora denotant, & ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς iusto siccior hyems dicitur aph. 11. lib. 3. & θέρος αὐχμηρὸν aph. 13. αὐχμοὶ πολλοὶ μετὰ ζέφυρον ἐγίνοντο, squalores multi post Fauonium contingebant, lib. 5. Epid. (p. 1161 G.) vbi tamen fœdissimo errore λυγμοὶ legitur. αὐχμώδης χρὼς corporis cutis squallida & plus æquo resiccata Coac. (p. 220. C.)

¶ Ἀφαιρέσιες τῶν αἱμάτων sanguinis detractiones pro sponte factis hæmorrhagiis ponuntur. In Coac. (p. 174. E.) καὶ αἱ τῶν αἱμάτων ἀφαιρέσιες αἱ ἀθρόαι βλάπτουσιν, confertæ sanguinis detractiones lædunt. Ἀφαίρεσις etiam lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 23. 39.) rapinas significat, subtractionem dixit Caluus.

Ἀφανίζεσθαι de his quæ disparent & euanescunt dicitur, quod dum temere in morborum solutionibus & iudicationis disciplina accidit, damno est, tuncque ἐξαίφνης, παραλόγως, ἀκρίτως, ἀσήμως, ἀλόγως, ἄνευ προφάσιος, μὴ κατὰ λόγον, χωρὶς σημείων ἢ ἀποστάσιος additur, vt lib. 2. Epid. (p. 1024. A.) ὁκόσα ἀσήμως ἀφανίζεται, δύσκριτα, quæcunque absque iudicationis significatione disparent, malè decernunt. Et rursus (p. 1034. C.) κακοηθέστερα τὰ ἐξαίφνης ἀφανιζόμενα, longè maligniora sunt, quæ derepente euanescunt. Lib. 1. Epid. (p. 352 15. H. 939. D.) ἐπάρματα παρὰ τὰ ὦτα πᾶσιν ἀσήμως ἠφανίσθη, tubercula ad aures omnibus sine vlla significatione disparuerunt. Rursus (p. 364. 35. H. 946. H.) ἐξανθήματα ταχὺ πάλιν ἀφανιζόμενα, pustulæ citò rursum disparentes. Et st. 3. (p. 370. 13. H. 953. A.) παρὰ δὲ τὰ ὦτα ἐπαναστάντα ἠφανίσθη, ad aures enati tumores disparuerunt. &, τούτων δ' ἀφανισθέντων, quibus euanescētibus. Lib. 3. Epid. st. pest. (p. 422. 21. H. 1083. G.) ὅσα μὲν ἀπέστη τοιουτότροπα ἀσήμως ἀφανιζόμενα. quæcunque abscederent sine vlla solutionis significatione euanescentia. In Progn. (p. 159. 13. H. 45. 17.) ἢν δὲ μήτε ἐν τῇσι κρισίμοισιν ἀφανίζηται τὸ ἐρυσίπελας, quod si neque diebus iudicatoriis erysipelas disparuerit: Et rursus [p. 151. 19. H. 43. 27.] ἢν δὲ ἀφανίζωνται καὶ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες. Si verò abscessus dispareant & intrò redeant. In Prorrh. [p. 181. 42. H. 70. B.] ἀφανισθέντος τοῦ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος, euanescente & disparente femoris dolore. Rursusq; [p. 201. 4. H 75. B.] ἀφανισθὲν ἀλόγως πλευροῦ ἄλγημα, lateris dolor temere & præter rationem euanescens. Atque certe huius dictionis vim aperit Gal. Com. 2. in Progn. [p. 151. 21. H 43. 27.] his verbis: τὸ ἀφανισθῆναι τινὰ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων τινὲς, οὐ ταὐτὸν σημαίνει τῷ παύσασθαι φασίν. γινικώτερον μὲν γάρ τι δηλοῖ τὸ παύσασθαι. τὸ δὲ ἀφανισθῆναι τὸ διὰ ταχέως παύσασθαι καὶ οἷον ἐξαίφνης ἐστὶ δηλωτικόν. ἐνίοτε μὲν οὖν γίνεται τοῦτο διὰ λεπτότητα χυμοῦ καὶ ἀραιότητα μορίου, καὶ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος θερμότητα, καὶ τὴν ἰσχὺν τοῦ προσαχθέντος φαρμάκου, καὶ τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως τὴν ῥώμην. ἐὰν γὰρ ἅμα πάντα συνέλθῃ τὰ εἰρημένα, διαφορηθήσεται ταχέως ὁ παρὰ φύσιν ὄγκος. ὡς τὰ πολλὰ δὲ τὸ ἀφανίζεσθαι τὰ τοιαῦτα, εἴωθε συμβαίνειν μεταρρεόντων τῶν ἐργαζομένων αὐτὰ χυμῶν, ἤτοι γε εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ὅθεν ὥρμησαν, ὅπερ ἰδίως ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει παλινδρομεῖν, ἢ καί τινας ἄλλους ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος ὄντας. τὸ ἀφανισθῆναι, quod est disparere aliquem tumorem præter naturam, non idem denotat quod παύσασθαι, quod est cessare. παύσασθαι namque vniuersalius quiddam indicat. ἀφανισθῆναι verò citò ac velut derepente cessare significat. Interdum igitur id accidit ex humoris tenuitate & partis raritate, & ambientis nos aëris caliditate, atque admoti medicamenti vehementia, ac virium ægri robore. Si enim prædicta omnia in vnum conueniant, tumor præter naturam citò resoluetur. Vt plurimùm autem eiusmodi humores ἀφανίζεσθαι, hoc est, disparere contingit, refluentibus ad eundem locum ex quo impetum fecerunt humoribus qui eos committunt, (quod propriè Hippocrates παλινδρομεῖν, quod est intrò recurrere, vocat) aut ad alium quendam in profundo corporis locum. Idem quoque Com. 3. in Prorrh. [p. 219. 35.] τὸ δ' ἐξαίφνης ἀφανισθῆναι τὰς ὀδυνηρὰς διαθέσεις, ἄνευ τοῦ κατ' ἄλλο τι μέρος τῶν φανερῶν ἀποστάσιν γίνεσθαι, πρὸς τὰ σπλάγχνα δηλοῖ τὴν μετάστασιν τῶν λυπούντων γεγονέναι. Affectiones autem cum dolore disparere absque vllo in partem aliquam manifestam abscessu, infestantium humorum ad viscera ipsa transpositionem quandam fieri indicat. Ἀφανίζειν τὴν αἱμοῤῥοΐδα, est hæmorrhoida aut venam sanguinem fundentem delere, eximere, dissipare aut consumere. Lib. περὶ αἱμοῤῥοΐδων [pag. 894. G.] ταὐτὰ ποιέειν μέχρις ἂν πάσας ἀφανίσῃς. eadem facienda dum omnes deleueris, dissipaueris. Et rursus [D.] μέχρις ἂν ἀφανίσῃς, donec deleantur.

Ἀφασσόμενα Gal. apud Hipp. in Exeg. ψηλαφώμενα exponit, hoc est, contrectata, confricata, aut quæ contrectantur. Legitur autem lib. 2. de Morb. [p. 471. 21.] ἐπὴν δὲ τοι δοκέωσι τὰ φύματα μαλακὰ εἶναι, ἔσωθεν ἀφασσώμενα, ὑποτύψαι μαχαιρίῳ. Vbi verò tubercula mollia esse videbuntur, intus contrectata, hoc est, digitis confricata, scalpello pertundito. Rursus [p. 473. 36.] ἔξωθεν ἀφασσομένῳ δ' ἐστὶ βληχρὸς πυρετὸς, febris ad externum contactum debilis est. Verùm in priore exemplo ἀφασσώμενα omnibus in exemplaribus legitur pro ἀφασσόμενα velut ab ἀφασσάω. Est & ἀφάω & ἀφάσσω, contrecto, palpo, tango, ψηλαφῶ. Lib. περὶ γυναικ. φυσ. [p. 565. 30.] καὶ ἢν ἀφάσσῃ τῷ δακτύλῳ τὸ στόμα, & si digito os vteri contrectet Sic enim illic legendum censeo. Rursus [p. 566. 44.] ἢν δὲ ἀφάσσῃς, si contigerit, contrectarit. Ἀφάσσειν ψηλαφᾶν, παρὰ τὴν ἀφὴν exponit Hesych. Ἀφαὶ Gal. in Exeg. τὰ ἅμματα; vincula exponit apud Hipp. παρὰ τὸ ἅψαι. Idem etiam ἀφησαμένη ψηλαφήσασα, hoc est, quæ contrectauit, exponit. Verùm ἀφασαμένη meliores habent codices.

Ἀφειδεῖν nihil parcere significat, hoc est, non remissè agere, neque molliter, sed audacter, nihil veriti, nihil remittendo, sed sedulò & diligenter. Lib. de art. [p. 607. 43. H. 802. 51.] καὶ ἔξωθεν ἀφειδέστατα χρὴ ἀνάγειν εἰς τὴν ἀρχαίην φύσιν, & exteriore parte, non remissè agendo, in suam sedem compellendæ. Iubet enim nares primum interiore parte conformare, & exteriore non remissè neque molliter, sed audacter in suam sedem compellere & dirigere. Cui postea βλακεύειν & ἀπαλωτέρως ἅπτεσθαι opponit. Igitur & diligentiam requirit, & mollitiem in tractandis naribus fugit.

Ἄφεσις remissionem indicat, morbi solutionem & liberationem. In Coac. (p. 210. A.) οὖρον ἐν πυρετῷ λευκὴν ἔχον καὶ λείην ὑπόστασιν ἱδρυμένην, ταχεῖαν ἄφεσιν σημαίνει. In febre vrina album & læue depositum habens sedimentum, celerem remissionem denunciat. ἀφέσιες τῶν τοξευμάτων sagittarum emissiones, lib.

de fract. (p.529.33. H.751.D.) Est vbi ἄφεσις membrorum exolutionem, relaxationem ac veluti languorem indicat, vt lib.3. Epid. st. pest. (p.425.1. H.1085.E.) λῆψις καὶ ἄφεσις in febribus ardentibus simul iunguntur. Vbi G.l. ἄφεσιν τὴν οἷον ἔκλυσίν τε καὶ πάρεσιν ἁπάντων τῶν μορίων τοῦ σώματος, exponit, ὅταν ὅμοιοι τοῖς παραλελυμένοις ἐρριμμένοι φαίνονται, velut exolutionem, tum etiam omnium corporis partium resolutionem, cùm resolutis similes proiectæ & iacentes videntur. Qua notione etiam sumi hæc dictio potest in Coac. (p.202.G.) aut etiam morbi remissionem indicare, vt illic scripsimus.

Α᾿φηλικέστερος, qui florentem ætatem exegit, senior, prouectioris æta is. Lib.7. Epid. (p.1235 F.) τῇ λικινίῳ ἀδελφῇ τῇ ἀφηλικεστέρῃ. Licinij sororem, quæ iam florentes annos exegerat.

Α῎φθαι dicuntur Hipp. superficiaria oris vlcera, maligna & serpentia, ignea quadam caliditate prædita, quæ nuper natos pueros & adhuc tenellos exercent, aph.24. lib.3. Vbi scribit Gal ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν νεογνῶν ἄφθας φησὶν γίγνεσθαι. καλοῦσι δὲ οὕτως τὰς ἐπιπολῆς καὶ ὥσπερ κατὰ τὸ στόμα διὰ μαλακότητα μάλιστα τῶν ὀργάνων γιγνομένας, μὴ φερόντων μήτε τὴν ἁφὴν, μήτε τὴν ποιότητα τοῦ γάλακτος, ἔχοντος ἐκ φύσεως ῥυπτικὸν ἐν αὐτῷ. ῥυπτικὸν δ᾽ ἐστὶ τοῦτο τὴν φύσιν, ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν ἐν μαλακοῖς σώμασιν ἐργάζεσθαί τινας ἐπιπολῆς ἑλκώσεις. In puerulis recens in lucem editis aphthas fieri dicit. Sic autem vocant vlcerationes oris superficiarias, præ mollitie maximè instrumentorum exortas, quæ neque contactum, neque lactis qualitatem ferre possunt, quod non parum seri in se continet. Est autem id naturâ absterg ndi facultate præditum, adeo vt nil mirum sit, si in mollioribus corporibus quasdam in superficie exulcerationes efficiat. Idé lib.6. Comp.pharm. κατὰ τόπ. (p.252.15.) τὰς ἐπιπολῆς ἑλκώσεις ἐν τῷ στόματι γιγνομένας ὀνομάζουσιν ἄφθας, ἐχούσας τι καὶ θερμότητος πυρώδους. γίγνονται δὲ τοῦτο μάλιστα τοῖς βρέφεσιν, ὅταν ἤτοι μοχθηρὸν εἴη τὸ γάλα τῆς τιτθῆς, ἢ μὴ καλῶς αὐτὸ πάνυ πέττῃ τὸ παιδίον. Aphthas vocant in oris superficie obortas exulcerationes igneæ caliditatis quiddam obtinentes. Oriuntur autem vt plurimùm infantibus, cùm vel vitiosum fuerit lac nutricis, aut non probè ipsum concoxerit infans. Rursus Com.3. in lib.3. Epid. (p.420.19. H.1083.B.) αἱ μὲν οὖν ἄφθαι κατὰ τὸ σῶμα γίνονται συνεχῶς τοῖς παιδίοις, ἑλκώσεις ἐπιπολῆς οὖσαι, διότι τε μαλακώτατα τὰ μόρια πάντ᾽ ἐστὶν αὐτῶν, καὶ οἷον βρυώδη, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸ σῶμα παντάπασιν ἀήθες ὁμιλίας ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων. ὅταν οὖν τὸ γάλα τῆς τίτθης ἔχῃ τινὰ δριμύτητα, τὰς ἄφθας ἐργάζεται, παυομένας ῥᾳδίως, ἐὰν μετρίως στύφῃ τις τὸ στόμα τοῦ βρέφους. ὅταν δέ τις ἐπιρρυῇ μοχθηρὸς χυμὸς, ἀεὶ κακοήθεις ἄφθαι συνίστανται. Aphthæ igitur assiduè oriuntur circa puerorum ora, quæ exulceratio in summo existunt, tum quia omnia eorum membra sunt mollissima ac algæ more fragilia, tum etiam insuper os est prorsus insuetum cibis & potibus. Vbi ergo nutricis lac acrimonia quadam præditum fuerit, aphthas gignit quæ facilè placantur si infantis os modicè adstringas Si verò prauus aliquis humor affluxerit, malignæ semper aphthæ conflantu. In D finit.Med. (p 400.45.) ἄφθα ἐστὶν ἕλκωσις ἐπιπολαιος ἐν σώματι γιγνομένη. ἐπιπολάζει δὲ αὕτη ἡ ἕλκωσις μάλιστα παιδίοις. Aphtha est vlceratio in oris superficie exorta. Præcipuè verò exulceratio ista in pueris manifesta cernitur Aphthæ serpentia oris vlcera vocantur Celso, cap.1 lib.2 ex aph.24.lib.3. ἀφθώδεα στόματα serpentia oris vlcera lib.3. Epid.in st.pest & Coac. (p.202.C. & 206.E.) Quod etsi propriè de oris vlcere feruido sumi potest, ad oris vteri aphthas etiam non malè transfertur, quod στόμα Hipp. sæpe dicitur lib. περὶ γυναικείων, ἀφθᾶν τὰ αἰδοῖα pudenda mulieris feruido vlcere ac superficiario laborare scribitur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.583.10. & 581.31.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p.603.41.) ἢν παιδίσκη ἀφθᾷ τὰ αἰδοῖα. Si prægnantis pudenda vlcere feruido & superficiario laborent. Quod etiam repetitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.584.43.) vtrobique tamen vitiosè legitur. Rursus lib.1. περὶ γυναικ. (p.633. 36. & lib 2. (p 674.44.) Sic ἀφθώδεα ῥεύματα fluxiones quæ serpentia oris vlcera faciunt in prægnantibus, quod de vteri osculo accipiendum videtur in Coac. (p.204 G.) Sunt & reliquarum etiam partium aphthæ, vt lib.2. de Morb. (p.478. 25.) fistulam pulmonis aphtha, hoc est, vlcere feruido, laborantem celebrat Hipp. Et αἰδοῖα ἀφθώδεις curat Galen. lib. 9. Comp. pharm. κατὰ τόπ. & Paulus lib.3. cap.54 Erot. ἄφθαι λέγεται ἐξανθημάτων εἶδος περὶ τὰ τῶν παιδίων στόματα μάλιστα γινομένων, aphtha dicitur pustularum genus, quæ præcipuè circa puerorum vlcera oriuntur. Paulus lib.1. cap. 10. γίγνεται δ᾽ ἐν τῷ παιδίῳ καὶ ἕλκος τὸ καλούμενον ἄφθα, τὸ μὲν ὑπόλευκον, τὸ δὲ ὑπέρυθρον, τὸ δ᾽ ὡς μέλαν οἷον ἐσχάρα. κάκιστον δὲ τὸ μέλαν καὶ θανατωδέστατον. Oritur etiam in puero vlcus quod aphtha vocatur, nunc subalbidum, nunc subrubrum, rursusque ad instar crustæ nigrescens. Pessimum autem & maximè lethale quod nigrum est. Aret. quoque vetustus imprimis autor sic aphthas describit lib.1.de caus. & sign.morb. ac cap.9. λοιμώδεα, ὀξέα, πλατέα, κοῖλα, λιπαρά, ἐπὶ πάγῳ λευκῷ, ἢ πελιδνῷ, ἢ μέλανι συνεχόμενα· ἄφθας οὔνομα τοῖσι ἕλκεσι Aphthæ nuncupantur id genus vlcera, quæ pestifera sunt, lata, caua, pinguia, concreto humore quodam albo, aut liuido, aut nigro sordentia. Α῎φθα exponitur Hesych. ἡ ἐν τῷ στόματι ἕλκωσις καὶ ἐθέα.

Α᾿φιέναι τὰ νοσήματα morbos tollere, summouere, liberare, dimittere. Prorrh.2. (p.111.A.) ὁ φθινόπωρος αἰτιώτερος τοῖσι τὰ νοσήματα ἀφιέναι, autumnus minus accommodatus ad hos morbos tollendos aut liberandos.

Α᾿φίστασθαι abscedere, discedere, abscessum facere aut discessionem significat, vt lib.5.Epid. (p.1162.B.) ἀφίσταται τὸ δέρμα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, cutis ab oss. discessit. ἀφίστασθαι ἐς τὰ ἄρθρα, abscessus ad articulos fieri, aph.64. lib.4. ἀφίστασθαι αἱ φλέβες venam sanguinem fundentem eximi, deridere aut decedere, lib. περὶ αἱμορροΐδων (p 894 C.) ἡ δὲ αἱμορρ. τ. ..... τοῖσι φαρμάκοισι ἀποσήπεται, ὥσπερ σκῦτος κατακεκαυμένον. Sub his medicamentis vena sanguinem fundens, velut corium vstulatum decidet, eximetur Reliqua vide in Α᾿πόστασις.

Α᾿φλέγμαντον πῦον pus sine pituita. à pituita liberum, inter laudabiles puris notas ponitur, Prorrh 2. (pag 91.A.) & Coac. (p.183.C.) φλέγματος ἀπηλλαγμένον dicitur in Progn. (pag.149. 29. H 42.51.) Celsus sine pituita vertit, cap.8. lib.2. quod reliqui interpretes ab inflammatione alienum non satis accommodatè mihi vertisse videntur.

Α᾿φοδος cibi recrementum significat Hipp. & ciborum reliquias, aut superfluorum alimenti excretionem. Gal Com.5. in lib. 6.Epid. (p.509.16. H 1184.E.) ἄφοδον τὴν ἀπόκρισιν τῶν περιττῶν τῆς τροφῆς καὶ ἀποπάτημα exponit reliquiarum alimenti excretionem & stercus, vt & Com.2 in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.59.52. H.388.52) ἡ ἄφοδος συνίσταται, τὸ ἀποπάτημα explicat Gal. stercus exuritur. Eadem notione ἀφοδεύειν ventrem exonerare significat lib.7.Epid. (p.1212.C.) ὡς ἀφοδεύων δὲ ἦν, cùm verò ventrem exoneraret. Et lib.de fistulis (p.888.D.) ὅταν δὲ δέῃ ἀφοδεύειν, ἐπὶ σανίσιν ὡς στενοτάτοισιν ἀφοδευέτω. Vbi verò deiiciendæ alui cupiditas fuerit, super angustissimos asseres aluum deiiciat. Α᾿φοδος est Hesychio ἀποχώρησις ἐπὶ τὸ ἀφοδεῦσαι secessio ad exonerandam aluum. Est & οὔρου ἄφοδος vrinæ excretio & vacuatio Hipp. aph.4. sect.5. lib.6. Epid. κένωσιν & ἔκκρισιν ibidem exponit Gal.

Α᾿φόρητοι οἱ πυρετοὶ, febres intolerabiles, vehementes, non ferendæ. Lib. περὶ κρισίμων (p 53 23.) ἡ ἀφόρητος φιλαργυρίη, intolerabilis auaritia, in Epist. (p.1274 53.) Qua notione ἀφόρους ἡ νοῦσος velut ἀφόρητος sumi possit lib.1. περὶ γυναικ. (p.606.25.) vt sit molestus & toleratu grauis, cui εὔφορος opponitur, vt etiam rectè vidisse videtur Cordæus contra reliquorum omnium interpretum mentem.

Α᾿φορμὴ occasio dicitur & causa externa aut manifesta ex qua aliquid fit, πρόφασις exponitur Gal.Com.3. in lib.3. Epid. (pag. 421.19. H.1083.C.) quæ est (vt idem scribit Com.3. in lib.1. Epid. pag.385.43.) causa manifesta & euidens, κυρίως μὲν γὰρ ἄν τις φαίη πρόφασιν, τὰ φανερὰ τῶν αἰτίων, προφάσεις maxime propriè quis manifestas causas dixerit. Α᾿φορμὴν omnem cuiusq; rei materiam vnde actionis initium sumit, significare scribit Gal. Com.3. in lib 6. Epid (p.481 56. H.1174.B.) his verbis: ἀφορμὴν λέγειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ παλαιοὶ, πᾶσαν ὕλην πράγματος ἀφ᾽ ἧς ὁρμὴ γίνεται πρὸς τὰς ἐφεξῆς ἐνεργείας, εἴτε ἀργύριον, εἴτε τις ἄλλη κτῆσις, εἴτε δύναμις εἴη τις, εἴτε χωρίον, εἴτε πίστις, εἴτε πρᾶξις, εἴτε αἴτιον, εἴθ᾽ ὅπως ἁπλῶς ἄλλο. Α᾿φορμὴν vocare solet Hippocrates omnesq; ferè antiqui, omnem rei materiam ex qua motus initium ducitur ad eas quæ consequuntur actiones, siue sit pecunia, siue aliqua alia possessio, siue facultas quædam, siue locus, siue fides, siue actio, siue causa, siue (vt vno verbo complectar) aliud quiduis. Quidam etiam Hipp. ἀφορμὰς dici existimarunt, locos prius aff ctos, ex quibus alij affectionis originem & initium ducerent, sed hæc notio cùm particularis sit, sub illa vniuersali facilè comprehenditur. Vocat ergo ἀφορμὴν Hipp. vndecunque morbus initium traxerit aut occasionem sumpserit, translatione quadam, cùm ἀφορμὴ omnibus ferè autoribus ad hominum actiones & earum motum referatur. Sic ἀφορμὴ dicitur aph.14.lib. 6. Epid.sect.3. occasio omnis aut causa ob quam naturæ huiusmodi alatæ fiunt, hoc est, scapulas alarum instar exertas habent, siue facultatis vitalis imbecillitatem intelligas, siue primam originem, quæ est calidi natiui debilitas. Α᾿φορμὴ etiam causam morbi & vnde quis laborare cœpit significat, aph.16.sect 13.lib.6. Epid.& aph.23. qui etiam repetitur lib. 2. Epid. (p.1009.F.) Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν [p.560.9] ἰσχιὰς δὲ ἀπὸ τῶνδε τῶν ἀφορμῶν γίνεται μάλιστα τοῖσι πολλοῖσιν. Ischias ex

his

his maximè caussis fit plærisque. Ἀφορμὰς ἔχειν exortum habere & progressum significat lib. de art. [p.624.35.H.817.B.] ἐκφύονται exponit Gal. de neruis qui exoriuntur. Sic lib. περὶ εὐχυμίας. [p.23.29.] τὰς ἀφορμὰς δὲ λόγος ποιέεται, manifestos progressus facit. Ἀφορμὴν etiam Hesych. τὴν πρόφασιν ἢ αἰτίαν exponit.

Ἀφραίνει, ἀφραίνει, ἀσυνετεῖ, hoc est desipit, imprudenter & inconsultè se gerit, imprudens est, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Hesych. quoque ἀφραίνει ἀσυνετεῖ, explicat.

Ἀφραίνοντος Erot. apud Hipp. ἀφρονοῦντος, hoc est, desipientis, mentis minimè compotis, exponit. ἀφραίνειν Hesych. παραφρονοῦντι, ἀσυνετοῦντι, desipienti, imprudenti, inconsultè & inconsideratè se gerenti, vt & ἀφραίνεις μωραίνεις, παραφρονεῖς, stultus es, desipis.

Ἀφρίζειν spumare, spumam reddere significat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p.645.2.) ἢ ἀφρίζῃ ὅταν ῥαίνῃ, & spumat cùm leui is habuerit. Rursus (p 658.32.) ἀφρίζει τι καὶ ἀσᾶται, spumatque & anxietate conflictatur. ἀφρεῖν verò dicitur lib. 4. de Morb. (p.508.45.) hoc est, spumescere, de lacte, ἀφρεῖ καὶ ἐξαφρίζεται, spumescit & secernitur. Et lib. 2. de Morb. (p.463.36.) καὶ ἀφρίει, & spumat. & lib. περὶ ἱερῆς νούσου (p.305.47.) ἀφρίει καὶ ἀναβλύει, spumescit & ebullit. Sic ἀφρέοντα, ἀφρίζοντα, πομφολυγοῦντα, spumantia, bullas excitantia exponit Galen. in Exeg. Et Hesych. ἀφρεῖν, ἀφρίζειν, ἱδροῦν explicat. Qua certe in lectionis var. etate cùm ἀφρεῖν & ἀφρίζειν dicat Hipp. ἀφράζει pro ἀφρίζει lib. 2. περὶ γυναικ. Gal. legisse non malè quis coniecerit, præsertim cùm ἀσᾶται coniungatur, nec infrequens sit hystericum hoc desipientiæ symptoma.

Ἀφροντιστεῖν negligere significat, ἐν παραγγελίαις (p.27.19.) ἀφροντιστέοντες περὶ αὐτέων λαμβάνειν, ex his fructum percipere negligentes, ex his quæstum facere nil curantes. Rursus (p.28.22.) ἀτυχίη ἀφροντιστεῦσα εὐσχημοσύνης, calamitas quæ decorum negligit.

Ἀφρώδης spumeus & spumosus. ἀφρῶδες αἷμα πτύοντες, in hepatis inflammatione spumosum sanguinem spuentes. In Coac. (p.189.G.) ἀφρῶδες ἐπανθίσμα ἐν τοῖσι χολώδεσι διαχωρήμασιν, in biliosis deiectionibus spumosa efflorescentia, flos veluti spumosus sursum erumpens, spuma supereminens & emicans in meracis alui recrementis, ὁ ἐπιπολάζων ἀφρὸς exponitur Gal. & τὸ αὐτὸς αὐτὸν ἐπικείμενον. Vtitur eadem dictione Hipp. Coac. (p.217.H.) ἀφρώδεα διαχωρήματα ἐν τῇσι διαρροίῃσι spumosa excrementa in alui profluuiis, aph.30.lib.7.

Ἀφρώδης χροιὰ colorem exalbidum & apuam piscem colore referentem significat, & apuæ modo albidum. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p.638.20.) de colore pallido & exalbido dicitur ex magno sanguinis profluuio. Quem locum denotans & exponens Erot. τὸ χρῶμα ἀφρῶδες, λευκοπίλινον explicat, ἀπὸ τῆς ἀφύης τοῦ ἰχθυδίου ὠνομασμένον. Sic Gal. in Exeg. τὸ ἀφρῶδες, τὸ ἀφύης χρώματι ἐοικὸς vocari scribit, quod apuam colore refert, eundem locum subindicans. Quod etiam rursus legitur (p.641.12.) τὸ χρῶμα ἀφρῶδες ἢ φλυκταινῶδες, color apuæ similis & exalbidus, ac pustulosus. Vbi etiam χροιὰ ad corpus referunt quidam. Ἀφύη etiam Gal. in Exeg. ἀπολευκαίνεται καὶ ὥσπερ ἀφύης τὸ χρῶμα ἴσχει exponit, hoc est, exalbescit, dealbatur, ac velut apuæ colorem habet, nimirum locum lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.553.47.) subindicans, καὶ τὸ πρόσωπον ἀφύει, & facies exalbescit, aut apuæ colorem refert. Quam etiam Gal. explicationem habet Hesych. eodem (ni fallor) indicaturæ nomine. De Apua verò pisce à Nicomede Bithyniæ rege in deliciis habito elegantem habes locum apud Athen. lib. 1.

Ἀφωνία vocis priuationem & defectionem significat ex voci destinatorum organorum læsione, interdum etiam vbi cum mentis læsione & cerebri affectibus iungitur, earum quæ ex arbitrio fiunt functionum exolutionem cum motus & sensus priuatione denotat apud Hipp. per exuperantiam quandam, quòd vox voluntariarum actionum sit præcipua, ex cuius noxia reliquarum quoque functionum cessatio contingat, idque interdum cum sensus & motus abolitione, interdum verò solo sensu remanente, vt scribit Gal. multis in locis, præcipuè verò Com. ad aph. 51. lib. 6. his verbis: ἀφώνους εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν, οὐχ οἷς ἡ φωνὴ μόνη βέβλαπται, κατ' ἐξοχὴν δή τινα τῇ ταύτης βλάβῃ συμπάσας ἡμᾶς ἐνδείκνυται τὰς κατὰ προαίρεσιν ἐνεργείας. ἐνίοτε μὲν οὖν ἐκείνων βεβλαμμένων ἡ ἀπόλυσις ἡ αἴσθησις. αὐτὸς γοῦν ἔφη τοὺς ἀφώνους αἰσθανομένους συμβαίνει γίνεσθαι. πολλάκις δὲ ἄμφω πίπτουσιν, ὅπερ ἀποπληξίαν ὀνομάζουσι. ἀφώνους, hoc est, voce defectos, appellare solet Hipp. non eos quibus vox sola oblæsa est, verùm per exuperantiam quandam, sub eius noxa voluntarias omnes actiones nobis comprehendendas indicat. Atque iis interdum oblæsis sensus non perit. Ipse „ siquidem dicebat, Hos quidem vox deficere solet, absque sen„ suum tamen læsione. Sæpe autem vtrunque accidit, qui affe„ ctus apoplexia nominatur. Quibus sanè verbis locum ex Prorrh.32. subindicat (p 179 34. H.69) qui etiam in Coac. Prænot. [p.149.F.] mendosè tamen scribitur. Idem Com. ad aph.58.lib.7. ἔθος ἐστὶ τῷ Ἱπποκράτει πολλάκις ἀφ' ἑνὸς συμπτώματος τοῦ ἐναργεστάτου τὴν ἀφωνίαν, ὀνομάζειν ὅτε καὶ δηλοῦν οἷς οὐδὲ κινεῖν ἄλλων τι ἀπὸ τῆς κατὰ προαίρεσιν ὑπαρχούσης κινήσεων, ἢ μηδ' ὅλως αἰσθάνονται. κεῖνται δὲ ἐοικότες τοῖς ἀποπληκτικοῖς ἀναισθητοί τε ἅμα καὶ ἀκίνητοι. Consueuit Hippocrates plærunq; ex vno maximè manifesto symptomate τῆς ἀφωνίας, (h.e. vocis defectionis) ita nominare & significare eos qui nullam retinent voluntariam motionem, vel omninò sensu priuantur, nec aliter atque attoniti sine vllo sensu & motu omninò prostrati iacent. Rursusque Com. ad aph.5. lib.5. σημειωτικὸν δ' ἐστὶ μάλιστα τὸ ἔθος τοῦ Ἱπποκράτους ἀφώνους ὀνομάζοντος τοὺς ἐπιληπτικοὺς καρουμένους, δηλαδὴ κινεῖσθαι λέγοντος, ὅτε οὐ πᾶσαν τοῦ σώματος αἴσθησιν ἀπολέσαντα τὸ καὶ ἀκίνητα. ταύτην οὖν τὴν διάθεσιν ἀφ' ἑνὸς τῶν συμπτωμάτων ὀνομάζειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, καὶ γίνεται δηλονότι τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων παθούσης. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄλλως ὅλως οὐδέν τι σπασθῆναι τὸ σῶμα περὶ τῆς ξύμπαν παθῶν, εἰ μὴ πρώτως, ἢ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρου σημαντικοῦ μορίου. Hoc autem loco maximè obseruanda est Hipp. consuetudo, qui ἀφώνους, hoc est, voce defectos nominat, eos qui quouis modo caro (quem soporem vocant) detenti sunt. Verùm propriè carus dicitur totius corporis repentina sensus motusque priuatio. Hanc igitur affectionem vnius symptomatis nomine donare consueuit Hippocrates, quæ fit vtique læso neruorum principio. Neque enim aliter omninò totius corporis conuulsio contingere potest, quin hoc prius lædatur, vel primario, vel per consensum altera prius affecta particula. Idem Com. 1. in Prorrh. (p.180.1.) φαίνεται δὲ τῶν ἀφώνων ἐν ὀξέσι νοσήμασι γιγνομένων, ἔνιοι μὲν οὖν αἰσθανόμενοι, διὰ τὸ τῆς ἀρχῆς πάθος, ἀμφοτέρων αὐτοῖς τῶν συμπτωμάτων ἑπομένων· ἔνιοι δὲ μόνον ἄφωνοι γιγνόμενοι, καὶ τούτων οἱ μὲν ἅμα τῇ καὶ τὰς ἄλλας κινήσεις, ὅσαι κατὰ προαίρεσιν γίγνονται, βεβλάφθαι πάσας, οἱ δὲ τὴν φωνὴν μόνην. ἐὰν οὖν ἅμα τῇ φωνῇ καὶ τῶν ἄλλων ἐνεργειῶν ἡ βλάβη γένηται, τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων ἐστί τι πάθος. ἐὰν δὲ μόνης τῆς φωνῆς, μόνων τῶν φωνητικῶν ὀργάνων. Ex iis qui in morbis acutis ἄφωνοι, hoc est, voce defecti fiunt, quidam sensu priuantur, ob principij læsionem vtroque eos consequente symptomate, in quibusdam verò sola vox deficit. Atque eorum quidem nonnullis alias simul omnes motiones quæ ex arbitrio fiunt, lædi contingit, aliis verò vocem solam. Si igitur vnà cum voce & reliquarum actionum oblæsio fiat, principij neruorum affectio est: Si verò solius vocis, solorum voci destinatorum instrumentorum Hipp. lib. de rat. vict in morb. ac. (p 93.54 Hipp.397. 1.) scribit, τὰ δὲ ἄφωνον ἐξαίφνης γενέσθαι φλεβῶν ἀπολήψιες ποιέουσιν, venarum interceptiones subitam vocis defectionem faciunt. Vbi Galen. δι' ἑνὸς συμπτώματος κοινῇ τὴν ἀταξίαν, ἐπιληψίαν καὶ ἀποπληξίαν καὶ καρδιακὴν συλλογὴν denotari vult, idem que scribit, ὅτι δὲ τῶν νοσημάτων ἡ ἀφωνία γίνεσθαι δύναται, ἢ αὐτῶν μόνων ἐνίοτε τῶν φωνητικῶν ὀργάνων βεβλαμμένων, ἢ καὶ τῆς αἰσθητικῆς, δύναται δ' αὖ καὶ δι' ἔκλυσίν τινα σφοδροτέραν, ὡς κάκωσιν τῆς δυνάμεως. ἀπὸ τῶν ζωτικῶν ἀσθενῶν διελεῖ' ὁ λόγος τὴν ἐν τῷ λόγῳ προκειμένην, διὰ τοῦτο προσέθηκεν, ἣν ὑγιαίνοντι συμβαίνῃ. In ægris autem ἀφωνία, hoc est, vocis priuatio, fit interdum solis voci destinatis instrumentis læsis, aut iis etiam quæ respirationi inseruiunt. Quæ etiam ob recentem quandam exolutionem & prauam virtutis affectionem contingere potest. Vt autem ab huiusmodi vocis defectionibus eam quæ in præsenti est oratione apposita distinguat, ideo addidit, ἣν ὑγιαίνοντι συμβαίνῃ, hoc est, si id sano contingat. Atque eiusmodi sunt ἀφωνίαι quæ ad cerebri offensam ex mentis & rationis deprauatione consequuntur, extremamque facultatum extinctionem & caloris natiui refrigerationem, ac earum quæ ad motum sunt functionum cessationem indicant, cùm vocis instrumenta adeò sunt resoluta, vt ne fletum quidem, aut gemitum, aut vllum sonum ægri edere possint, ægr. 1. lib. 1. Epid. & ægr 2. & 3. lib. 5. Epid. post st. pest. Quod effecit vt apud Hipp. ἄφωνοι voce defectum ac priuatum potiùs quàm mutum dixerimus, (quod tamen reliqui omnes faciunt interpretes) cum φωνὴν mutis attribuat Hippocr. lib. περὶ σαρκῶν vulgo inscripto (p.153.41.) & Arist. lib 4. hist. animal. Ex eodem verò sunt censu ἀφωνίαι in phreniticis, ex nimia resiccatione & humorum malignitate, in Prorrh. (p.176.39. H.69. C.) & αἱ μετὰ λυγμοῦ ἀφωνίαι, & αἱ μετ' ἐκλύσεως ἀφωνίαι, vocis defectiones cum singultu, & vocis priuationes cum virium exolutione, in Prorrhet. (p 177.26.& 33 H 69.B C.) & Coac. (p.158.D) ἀφωνίαι κατόχως, vocis defectiones in alto stupore (catochum vocant) detentis, in Prorrh. (p.200.31.H 75.A.) & Coac. (p.158.D.) αἱ μετὰ χάρου ἀφωνίαι σπασμώδεις, vocis de-

fectiones cum alto sopore conuulsionem minantur, in Prorrhet. (p.210.29.H.78.B.) αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι, vocis defectiones in febre, in Coac. (p.158.D.) & Prorrhet. 54. αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, vocis ex dolore priuationes (ibidem ver. 12.) & Prorrhet. 55. αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι, vocis ex capitis dolore defectiones (ibidem ver. 15.) αἱ μετ' ἀφωνίης ἐκστάσιες, vehementes insaniæ cum vocis defectione (ibidem ver. 27.) αἱ ξὺν ῥίγει ἐπιρριγοῦσιν ἀφωνίαι, vocis defectiones rigore subinde correptis, (ibidem ver. 18.) αἱ πυκναὶ ὑποκαρώδεες ἀφωνίαι, crebræ & cum sopore quodam consistentes vocis defectiones, (ibidem ver. 24.) ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα ὅσον ξὺν πνιγομένοισι ἐξέχειν, in vocis defectione respiratio velut iis qui suffocantur conspicuè elata, [ibidem ver. 14.] ἀφωνίη τρομώδης vocis defectio cum tremore spiritus animalis consumptionem indicans, [ibidem pag. 221. D] ἄφωνοι ex cerebri concussione, aphor. 58. lib. 7. & Coac. [p. 197. F.] & lib. 1. de Morb. [p. 447. 42.] ἄφωνος attonitum & apoplexia laborantem denotans. lib. 5. Epid. [p. 1153. 1.] vbi & stertor & oculorum distortio coniungitur. ἄφωνος etiam ἀπόπληκτος exponitur Sabino apud Galen. Comm. 3. in lib. 3. Epid. (p. 435. 43. H. 1098. A.) ἀφωνίαν vocis silentium vocat Cæl. Aurel. lib. 2. acut. capit. 12. & ἀφώνους, voce captos, cap. 10 libri eiusdem.

¶ Ἄχη, λῦπαι, dolores exponit Erot. apud Hipp.

Ἄχος etiam λύπη, dolor, mœror exponitur Hesych. & ἄχεος νεφέλη, περιφραστικῶς λύπη, doloris nubes pro dolore aut mœrore. Idem ἀχεύων λυπούμενος, mœstus, dolens, & ἀχέων συγεῖ, μέμφεται, odio prosequitur, indignatur.

Ἀχιλλητὶς κριθή hordeum Achilleum, hoc est, magnum, plenum & optimum. Dicitur & ἀχίλλειος κριθή, aut ἀχιλλεῖς & ἀχιλλειαί, licet apud Theophrast. histor. plant. lib. 8. cap. 10. ἀχιλληΐς, & lib. de Caus. plant. 3. cap. 26. & 27. ἀχιλλαΐς perperam pro ἀχιλληΐς legatur. Est autem Theophr. hordei genus cui spica folio perquam proxima est, amplum & crassum. Ἀχιλληΐδας κριθὰς Gal. in Exeg. exponit τὰς ἀγαθὰς καὶ μεγάλας, ἀπό τινος Ἀχιλλέως ὀνομασμένας, ὥς φασι, γεωργοῦ βαβωνίου, hordeum plenum & magnum, ab Achille quodam sic nominatum, qui agricola Babionij fuisse dicitur. Quibus verbis haud dubiè locus lib. 3. de Morb. (p. 496. 53.) subnotatur. κριθὰς ἀχιλληΐδας κοτύλην ἀφαύας. hordei Achillei, hoc est, pleni & magni heminam siccato. Et rursus ibid. [497. 41.] καὶ κριθέων ἀχιλληΐδων ἴσον, & hordei Achillei, pleni & magni tantundem. Ex quibus constat ἀχιλληΐδας apud Gal. & Erot. legendum, apud quem ἀχιλληΐδες scribitur esse κριθῶν εἶδος, ὧν μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Σοφοκλῆς.

Ἀχλὺς caligo dicitur, aër caliginosus, returbidus, medium habens crassamentum inter nubem & nebulam, vnde ἀχλυώδης ὄμμα tenebricosus oculus, tenebris obductus & caligans in Prorrh. (p. 184. 56. H. 71. A.) & Coac. [p. 154. G.] & τὰ ἀχλυώδεα τῶν ὀφθαλμῶν caligantes oculi [ibid 155. A.] quando circa pupillam turbatio quædam aut caligo innascitur, aut oculi quodam crassamento veluti nubecula obducti, retusam & hebescentem habent aciem, ex caloris natiui aut spiritus extinctione, aut humorum oculos regentium perturbatione. Ideoque τῇ καθαρότητι opponitur, in Coac. [p. 152. G.] ἀχλὺν δὲ ὀνομάζουσι (scribit Gal. Comm. 2. in Prorrh.) (p. 185. 1. H. 71. A.) θόλωσιν ἀέρος, ἐν τῷ μεταξὺ νέφους τε καὶ ὁμίχλης ἔχουσαν τὸ πάχος, ὡς ὁμίχλης μὲν μᾶλλον πεπαχῦσθαι, νέφους δὲ ἧττον. ἀχλὺν autem nominant aëris turbationem, medium inter nubem & nebulam habentem crassamentum, adeò vt nebula plus concreuerit, minus autem quàm nubes. Erot. verò ἀχλυώδεες ex Prorrh. exponenti, ἀχλὺς dicitur ποιότης ἀμαυρώσεως καὶ σκοτασμοῦ τῶν ὀφθαλμῶν, oculorum caligo quædam & obtenebratio. Vbi & testimonium profert ex Il. ε. (v. 127.) de Pallade caliginem ab oculis Diomedis remouente, ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν. Caliginem verò tibi ab oculis abstuli, quæ prius inerat. Hesych. autem ἀχλὺν σκοτίαν καὶ ἀορασίαν exponit. Ἀχλυώδεες νότοι, austri caliginem & tenebras visui offundentes ac obducentes, dicuntur Hipp aph. 5. lib. 3. Ἀχλυώδεες verò ægri caligantes & quorum oculis tenebræ & caligines obducuntur, in Coac. (p. 122. E.) & Prorrh. (p. 193. 1. H. 73. A.) Etsi ἀχλυώδεας quidam eos intelligunt in quibus magna corporis perturbatio ex humorum inæqualium agitatione inest, aut quibus faciei & totius corporis nitor obscuratur. Verùm Galenus Com. 2. in Prorrh. (p. 185. 10. H. 71. A.) hoc symptoma oculis caligine affectis attribuit, & ἀχλυώδεας ὀφθαλμοὺς esse scribit, οἷς μόνοις τεθολῶσθαι φαίνεται τὸ κατὰ τὴν κόρην ὑγρὸν, ὃ λαμπρόν τε καὶ λευκὸν ἦν ὅτ' ὑγίαινον. his solis, quibus humor qui circa pupillam est, & sanitatis tempore tum splendidus tum albus erat, conturbatus cernitur. Ἀχλὺς in vteris, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 663. 34.) ἀχλὺς ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνῇ, caligo in vteris inest, hoc est, crassus quidam aër & spiritus. procellam dixit Caluus, vt αἰγίς, quod est idem quod καταιγίς, legisse videatur. Est etiam ἀχλὺς oculi vitium ex leui & superficiaria exulceratione enatum, nigrum pupillæ occupans. Autori Medici sic definitur. (p. 386. 52.) ἀχλύς ἐστι περὶ ὅλον τὸ μέλαν ἀπὸ ἑλκώσεως ἐπιπολαίας ὕλη λεπτοτάτη ἀεὶ ἀχλυώδει παραπλησία. ἀχλὺς aut caligo est leuis cicatricula aëri caliginoso similis, ex superficiario vlcere enata, totum oculi nigrum occupans. Aëtio verò cap. 25. lib. 3. tetrab. 2. ἀχλύς ἐπιπολαίως ἐστὶν ἕλκωσις ἐπὶ τῷ μέλανος γιγνομένη, παραπλησία ἀχλυώδει ἀέρι τῷ χρώματι κυανῷ, πολὺ τι πάνυ ἐπέχουσα τοῦ μέλανος. ὅταν δὲ ἐπὶ τῆς κόρης γένηται, οὐ ῥᾳδίως ὁρῶσι. ἀχλὺς, hoc est, caligo, est superficiaria exulceratio in oculi nigro enata, aëri caliginoso assimilis, colore ceruleo, nigri magnam partem occupans. Cùm autem in pupilla extiterit, ægri non facilè vident. Qua notione ἀχλύες in pupillæ vitiis reponuntur Prorrh. 2. (pag. 102 G) & pro cicatricibus ex vlceribus enatis capiuntur.

Ἄχνη tenuem sordem in oculis resiccatam & concretam velut lanuginem quandam, aut aquarum asperginem significat, vt lib. 6 Epid. aph. 16 sect. 1. κακὸν δὲ καὶ ἐπεξηραμένη ὅση ἄχνη. Malum quoque quod in oculis inarescit tenuissimæ lanugini, aut aquarum aspergini ac spumæ simile, quæ ἄχνη dicitur. Vnde ἀχνῶδες ὄμμα, & τὰ πτηνῆς ἀχνώδεις in Coac. (p. 154. G.) (sic enim exemplaria quædam legere illic scribimus) cùm in oculis præ ariditate & summa imbecillitate tenuis quædam sordes velut lanugo concrescit. Idq; contingit (vt scr. bit Gal. Com. 1. in lib. 6. Epid.) in morbis acutis ex intensa siccitate & virium imbecillitate, cùm paruæ sordes oculis excidunt, ac deinde resiccantur. Ἄχνη exponitur Varin. τὸ λεπτότατον τοῦ ὕδατος, aut τὸ λεπτότατον τοῦ κύματος, ὅπερ ἀφρός, & Hesych. ὁ ἐπιπολάζων ἀφρὸς τῷ κύματι τῆς θαλάσσης, tenuis aquarum aut maris aspergo, velut spuma. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 531. 23.) καὶ ὁ φάρυγξ ἔστιν ὅτε ποιεῖ ἄχνης πίμπλαται. est vbi etiam fauces spuma quadam implentur. ἄχνην enim vocat sputi aut saliuæ spumam veluti lanuginem quandam.

Ἄχνη etiam lintei ramentum aut derasam lanuginem significat, ex qua penicilli vulnerarij aut concerpta linamenta fierent. In Mochlico (p 845. F.) ἄχνην ὀθονίου ἐναποδέοντα ἐν τῷ καρχηδονίῳ, derasam lintei lanuginem Carthaginiensis corij cortice conuolutam. Tenue nanque lintei alicuius ramentum, ex quo penicilli contorquentur, corio Carthaginiensi conuolutum ac consutum intelligitur quod in nares ad eas dirigendas indatur. Qui locus etiam Erot. subnotatur, vbi ἄχνη ὀθονίου, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ξύσμα exponitur, ἐξ οὗ γίνεται μοτὸς ὁ καλούμενος ξυστός. (sic enim apud Erot. leg. scripsimus nostris in eum lib. annotat.) hoc est, quod à nobis ξύσμα, id est, linamentum derasis linteolis concinnatum, ex quibus penicilli fiunt, qui ξυστοὶ inde dicuntur, hoc est, rasiles, aut ex rasili linteorum lanugine contorti. Ac nescio an apud Erot. ἄχνην pro ἄχνη legendum sit. Hesych. quoque τὸ λίνου ἄχνην (sic enim legendum) ex Hipp. adfert, & τὸ λεπτὸν ξύσμα, tenue ramentum exponit. At libr. de art. (p. 607. 39. H 802. 44.) ἄχνην τινὰ ἀφ' ἠπιαλῶν ad nares fractas excitandas ac dirigendas adhibet, lintei detriti derasam lanuginem intelligens, aut concerpta ex sudariolo linamenta, ex quibus penicilli fierent. Ex ea etiam lanugine intorta eodem modo pessi formabantur ad subdititia medicamenta, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 599. 1.) καὶ ἄχνην ἀναδεύσας, προσθεῖς, derasam lanuginem [felle bubulo oleo feruefacto] imbutam, subdito, hoc est, lintei ramentum contortum & in pessum conuolutum velut linamentum. teneram lanam dixit Cornelius, linamentum Caluus. Sæpe verò ex lana, interdum etiam ex linteo raso pessi finguntur Hipp. Sic ὀθόνιον ἀναδεύσας προσθεῖναι dicit lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 582. 12.) & lib 1. περὶ γυναικ. (p. 599. 6) & lib. περὶ ἀφόρων (p. 681. 32.) ἐς ὀθόνιον ἀποδήσας προσθεῖναι, de medicamento in linteo subdito, & προσθεῖναι ἐν ῥάκει [ibidem 682. 7] Rursus lib. 2. περὶ γυναικ. [p. 665. 36.] ἀποσπογγίσας ἄχνῃ ἀπὸ ὀθονίων λεπτῶν, ramento ex tenuibus linteis deraso exceptum.

Ἀχρεῖον ἄχρηστον significat, quod non est vsui, aut est inutile ad aliquid agendum, vt membra corporis cùm præ imbecillitate ad vsus idonea non sunt, aut ad motum, & ad eas vtilitates quæ desiderantur sunt inepta. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν [p. 533. 11.] in Typho morbo post summam corporis imbecillitatem ex grauitate, & manuum ac crurum impotentiam, additur, ἀχρεῖα γὰρ μάλιστα γίνεταί οἱ. Neque enim ipsi membra sunt ad eas vtilitates quæ desiderantur idonea, hoc est, sunt ei inutilia & ad vsus inepta. Sic enim author lib. ad Herennium equum idoneum & aptum ad eas vtilitates quæ desiderantur dicit, hoc est, ad vsus aptum. Vtilitas nanque vsum & χρείαν illic significat.

Ἀχρεῖ-

Ἀχροοι dicuntur decolores, pallidi & sanguine defecti lib.4. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 114.48. H.405.50.) Vbi Gal. ἀχρόυς propriè dici τοὺς λειφαίμους, hoc est, sanguine defectos scribit, eosque qui corpus aliter quàm secundum naturam affectum habent, κακοχρόυς malè coloratos appellari. Sic ἀχροίαι ἄκριτοι immoderatæ & vehementes cutis decolorationes dicuntur ex nimio per nares sanguinis profluuio, aph.19. sect.6.lib.6.Epid.

Ἀχρείμως πορνείη impudens & inuerecunda scortatio dicitur lib. 7. Epid. (pag.1240. D.) πορνείη ἀχρείμως δυσεντερίης ἄκος. Impudens scortatio intestinorum difficultati medetur. ἄχρωμον ἀναιδὲς exponit Sudas & Varin. impudens, inuerecundum, αἰσχρὸν fœdum, turpe.

Ἄχυρα paleas aut festucas significant Hippocrati. In Progn. (p. 128.32. H.38.6.) ægroti manus ἀπὸ τοῦ τοίχου ἄχυρα ἀποτίλλουσα dicit, de pariete stipulas aut festucas carpentes, in phreniticis. Celsus cap.6. lib.2. si manibus quis vel in adiuncto pariete, si qua minuta eminent, carpit, vertit. Vbi tamen si quæ minutiæ eminent, legunt meliores codices manu scripti. κριθῶν ἄχυρα νοτερὰ, hordei paleæ aut stipulæ humidæ adhibentur ad vteri suffitus Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 575.23.) & rursus, ibidem (ver.28.) κριθῶν ἄχυρα συμμίξας, hordei paleis ammixtis. Et rursus (pag.576.20. 28.38.) κριθῶν ἄχυρα & ἀχύροις vtero fomentis admouet. Et (pag.581.25.) ἄχυρα τῶν κριθῶν βρέξας, hordei paleas maceratas vocat. Et (pag.582.39.) κριθὰς πτίσας λείας ξὺν τοῖς ἀχύροις προσβάλλε, hordeum decorticatum tritum cum stipulis admoue. Rursus lib.2. περὶ γυναικ. (pag.668.8.13.) ἄχυρα κριθῶν, & (pag. ib. 35.& 45.48.) κριθὰς τρίψας λεῖα ξὺν τοῖσι ἀχύροισι, vbi ἀχύροισι lego cum Cornario. ἀχύρου τὸ ἔξω, exterius putamen in cucumeris semine dicitur, lib.2. περὶ διαίτης (p.356.54.)

Ἀχυρώδεα κατὰ θώρηκα lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag.427.26.) si modò vera est lectio, dici videntur tumores circa thoracem erumpentes, scabritiem furfuraceam in superficie habentes, velut acerosa & festuceis similia. Verùm ἀχυρώδεα legit Corn. & capitis vlcera manantia vertit. χοιραδώδεα verò Asulanus legit, vt satis appareat locum esse corruptum. Ἀχυρώδης autem ἄρτος dicitur panis acerosus, qui plurimas habet paleas admixtas, vel solis paleis constat. τὸ ἀχυρωδέστατον τοῦ ἀλεύρου, quod in farina est acerosum aut furfuraceum (apud Arist.in Quæst. Natural.

Ἀχὼρ vlcus est paruum in capitis cute originem habens plurimaque & minima foramina ex quibus tenuis quædam & glutinosa sanies effluit. In genere tumorum præter naturam reponitur. Gal.lib.de Tumor. præter nat. (p.356.57.) ἔστι δὲ καὶ ὁ ἀχὼρ ἕλκος μικρὸν ἐν τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς· γένεσις δὲ αὐτῷ φλέγματος ἁλμυροῦ καὶ νιτρώδους ἔκγονον ἰχῶρα ἐπιφέρειν· ὥσπερ γὰρ οὐδ' αὐτῷ τις ἰχὼρ οὔθ' ὑδατώδης ἁπλῶς, οὔτ' ἤδη παχὺς ὥσπερ τὸ μέλι, καθάπερ ἐν τοῖς κηρίοις ὀνομαζομένοις. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα σὺν ὄγκῳ τινὶ καὶ κατατρήσεσι γίγνεται, μελιτώδους ἐκρέοντος ὑγροῦ. μικρὸς δὲ τούτων ὁ ὄγκος, ἀλλ' οὐχ εἰς τοσοῦτον ὡς τῶν ἀχώρων. Est etiam ἀχὼρ vlcus paruum in capitis cute. Ipsum autem ex pituita salsa & nitrosa originem ducere coniicias. Ex eo igitur sanies quædam effluit, neque simpliciter aquosa, neque etiam crassa vt mel, velut in iis quæ κηρία, hoc est, faui, nominantur, quæ cum tumore quodam & foraminibus fiunt, melleo effluente humore. Paruus etiam horum tumor est, verùm non tam paruus quàm in Achoribus. Idem lib.1. de Comp. phar. κατὰ τόπ. (pag.166.4.) ἔστι τῶν ἐν τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς γιγνομένων παθῶν ἓν ὁ καλούμενος ἀχὼρ, ἐκ μὲν τοῦ γένους τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ὑπάρχων, ἰδίας δὲ ἐξαιρέτου προσηγορίας τυχὼν, τῇ ἐπὶ τῶν συμπτωμάτων ἰδιότητι. λεπτοῖς γὰρ πάνυ τρήμασι κατατιτρᾶται, τοσαῦτα λεπτὸν ἔχουσιν ὑγρότητος ἀτρέμα γλίσχρον. παραπλήσιον δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν ἰδέαν ἐστὶν πάθος τοῦ δέρματος ὃ καλοῦσι κηρίον, ἐπειδὴ τὰς κατατρήσεις ἔχει μείζονας, ὑγρότητι τινι παραπλησίως ὑμηττίῳ μέλιτι περιεχούσας. ἡ γένεσις δ' αὐτοῖς ἐξ ὑγρότητος ἐστιν μικτῆς, τὸ μέν τι λεπτὸν ἐχούσης δακνώδη, τὸ δέ τι παχὺ ἐχούσης χυμόν, ὁ μὲν οὖν λεπτὸς, ἅτε δακνώδης ὤν, τὰ μὲν πρῶτα κνήσθαι αὐτοὺς ἀναγκάζει, τῷ χρόνῳ δ' ἐπὶ ταῖς κνήσεσιν, ὅτ' ὄγκος αὐξάνεται, τὰ τε τρήματα κατ' αὐτὸν συνίσταται. ἀχὼρ inter affectiones cutis capitis numeratur, ex genere tumorum præter naturam existens, propriam autem & singularem appellationem sortita ob accessionum quæ ad eam consequuntur proprietatem. Tenuibus enim valde foraminibus perfoditur, quæ tenuem in se humorem modicè viscosum continent. Cui etiam alia cutis affectio quæ Græcè κηρίον, hoc est, fauus nominatur specie prope similis est, cùm maiora habeat foramina quæ humorem melli hymettio non absimilem contineant. Origo ipsis ex humore mixto, qui partim tenuem ac mordacem, partim verò crassum in se succum habet. Tenuis igitur humor cùm mordax sit, primùm eos ad scalpendum cogit, tum successu temporis ad scalpturam tumor augetur, & in eo foramina fiunt. Rursus lib. περὶ εὐπορίστων (p.473.45.) ἀχὼρ συνίσταται περὶ τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ συμπτώματος. λεπτὰς γὰρ ἔχει κατατρήσεις δι' ὧν ἀπορρέει ἰχὼρ γλίσχρος. ὅμοιον δ' αὐτῷ πάθος ἐστὶ, καὶ τὸ καλούμενον κηρίον, τὰς κατατρήσεις μείζονας ἔχον, ὑγρὸν ἰχῶδες μελιτῶδες. ἔστι δ' ἑκατέρων ἡ γένεσις ἐξ ὑγρότητος περιττωματικῆς, συμβαίνει δ' αὐτοῖς τὸ πρῶτον κνησμός, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ εἰς ὄγκον ἐπαίρεσθαι. Ἀχὼρ in capitis cute ortum habet, ab ipso accidente denominationem habens. Tenuibus enim foraminibus, ex quibus glutinosa sanies effluit, constat. Huic vitio affine est quod Græci κηρίον dicunt, nos fauum, in quo maiora insunt foramina melleum humorem continentia. Est autem vtriqúe origo ex humore superfluo. Primùm autem pruritus accedit, deinde in tumorem attolluntur. Quæ etiam in suum vsum transtulit Paulus lib.3. cap.3. & Aetius tetrab. 2.lib.2. cap. 68. ἀχὼρ ἐξανθήματος εἶδος Erot. esse dicitur, καθ' ὃ συμβαίνει κολλώδης ὑγρασία, καὶ ὥσπερ πιτυρώδεις λεπίδας ἀποφέρεσθαι. μάλιστα δὲ περὶ τὴν κεφαλὴν εἴωθε γίνεσθαι. Pustularum genus ex quibus glutinosa quædam humiditas effluit, ac veluti squamæ quædam furfuraceæ efferuntur. Solent autem maximè in capite fieri. Achoras autem in capite præcipuè contingere, ac plerunque furfuribus præcedentibus fieri, ac ferme etiam scabie, ex Critone scribit Gal. libr.1. de compos.med. κατὰ τόπ. Achores autem Celso vlcera capitis manantia dicuntur, & Plin. vlcera capitis emanantia. Sic dicta quòd minimum locum occupent, & angustiis spatiis tenuem humorem concludant, ἀπὸ τῆς χώρας & α priuatiua particula.

¶ Ἄψις φρενῶν, παραφροσύνη, desipientia, delirium, exponitur Gal. Com 3.in lib. de rat. vict. in morb ac. (p.82.47. H.394.51.) Vide quæ scripsimus in Ἀπληθείῃ.

Ἀψόρροος ἐς τοὐπίσω ῥέων, refluens, aut retrorsum fluens exponitur Gal. in Exeg. sed ἀψόρροον scribitur Erot. cum eadem interpretatione, quemadmodum Homero Il.ς. (v. 399.) ἀψορρόου ὠκεανοῖο, reflui Oceani aut reciproci, quod exponens Hesych. ἀνάπαλιν ῥέοντος, & ταχυρρόου, scribit, retro fluentes aut refluas habentis vndas, aut celeriter fluentis.

Ἀψυχεῖ λειποθυμεῖ, hoc est, animo linquitur & deficit, & ἀποψυχίη ἡ λειποψυχία, hoc est, animi deliquium exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. Quibus verbis mihi locum lib.2. de Morb. (p.463.15.) subindicare videtur. ἀψυχέει δὲ ὅταν προσίστηται πρὸς τὴν καρδίην φλέγμα ἢ χολή. animo autem deficit cùm bilis aut pituita ad cor constiterit. Quem etiam locum mihi subnotare videtur Erot. apud Hipp. cùm ἀψυχέειν λειποθυμεῖν explicat, vt mihi ἀψυχέει & λειποθυμεῖ apud Erot. legi debere facilè persuadeam. Lib. etiam 2. de Morb. (p.463.9) ἀψυχίη καὶ ἱδρὼς, animi deliquium & sudor. Rursus lib. de rat. vict. in morb.ac. (pag.102.30. H.400.25.) ἢ ἀψυχίη ἐνῇ, animi deliquium adfuerit, & (v.46. H.vers.35.) καὶ ἀψυχίαι ἐνέωσι, & animi defectiones adsint. Itemq; (p.103.8. ib.44.) καὶ ἀψυχίη γίνηται, & animi deliquium fiat. Quibus in locis λειποθυμίας & λειποθυμίας explicat Gal. Rursus in Prorrh. (p.206.38. H.76.H) ἅμα ἀψυχίῃ, cum animi deliquio. Vbi Gal. ἀψυχίαν λειποψυχίαν explicat, idemq; adscribit Dioscor. apud Hipp. pro ἅμα ἀψυχίῃ ἅμα ἀψυχῇ legisse. In Coac. (p.155.A.) ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα ἀψυχίῃ, oculorum hebetatio cum animi deliquio, ex Prorrhet. Libr. etiam 1. περὶ γυναικ. (p.614.1.) ἢν δὲ ἀψυχίας ἔχωσι, si animi defectiones tenuerint.

OECONOMIÆ HIPPOCRAT.

TO B.

Βάθμὶς, fedes, bafis, fundamentum dicitur, receffus & finus, idemque quod βαθμὸς. Hippoc. verò offis finum & cauitatem fignificat in quam os inferitur, vt lib. de fract. (p.528.56.H.751.C) cubiti cauitas σιγμοειδὴς in quam brachij pars ima cardinis modo immittitur, βαθμὶς dicitur. τὸ γὸ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς ἐν τῇ τοῦ πήχεος βαθμίδι, ἐν ᾗ τοῦτο τὸ σχῆμα ἐρείδει. Hoc enim habitu brachij pars cardinem referens, in vlnæ fede innixa, hoc eft, in ea vlnæ cauitate σίγμα referente infita. βαθμίδας etiam dici finus quofdam & cauitates in brachij offe vtrinque fingulas, in quas cubiti proceffus & cornices ingrediuntur, cùm tota manus flectitur aut extenditur, fcribit Gal. de quibus agitur cap.15. lib.3. de vfu part. Idem quoque Gal. annotat cæteros omnes finus, in quos offium proceffus immittuntur, βαθμίδας appellari. βαθμίδας etiam κοιλότητας exponit Gal. apud Hipp. lib. de fract. (pag.573.7.H.776.A.) vbi fcribitur: τὸ δ' τοῦ βραχίονος ἄρθρον μέγα τε καὶ βαθμίδας πλείονας ἔχον. At brachij articulus, cum magnus eft, tum plures habet cauitates. Vbi genu cum cubiti articulo conferens Hipp. tibiæ finus in quos femoris tubercula inferuntur exprimere videtur Hipp. difertis verò verbis βαθμίδας appellat Gal. βαθμὶς vocatur Polluci lib. 2. ἡ συμβολὴ τοῦ πήχεως πρὸς τὸν βραχίονα, vlnæ cum brachio commiffio.

Βάθρον fundamentum, fedem ac fubfellium fignificat lib. de flatib. (pag. 296. 47.) vbi aër lunæ fedes ac fundamentum dicitur. καὶ τῇ μήνῃ ἐπὶ τούτῳ τὸ βάθρον, & lunæ in eo fedes eft ac fundamentum. βάθρον etiam illic exemplaria manu fcripta quædam legunt, & βάθρον folum & τὸ πέδον fignificat & fcamnum ac fubfellium. Ex quo Hipp. βάθρον machina quædam organica Rufo & Oribaf. nuncupatur, quam defcribit Gorth. ex Oribaf. lib. de Machin. Eft autem luxatis omnibus reftituendis admodum idoneum inftrumentum.

Βαιὸς paucus & modicus dicitur, vt ἐν νόμῳ (pag.2.10.) ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοὶ, ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοὶ medici nomine quidem multi, opere verò pauci. Erot. βαιὸν apud Hipp. τὸ ὀλίγον exponit, nifi fi βαιοὶ & ὀλίγοι apud eum legendum fit. βαιὸν etiam ὀλίγον & μικρὸν Hefych. exponitur.

Βάκχαρις fiue βάκχαρις, baccar feu bacchar, aut baccaris, vel bacchatis dicitur, herba odorata & coronaria, cuius radix odore cinnamomum refert, in eumque vfum olim vnguentis expetita fuit, vt fcribit Diofcor. cap 51. lib.3. Plinius lib.21. cap.6. baccar radice odorata effe fcribit, & quibufdam nardum rufticam appellatam, vnguentaque ex ea radice fieri folita apud antiquos Ariftoph. prifcæ comœdiæ poëtam teftem effe, eamque falsò barbaricam appellari, & cinnamomo odore effe proximam. Hefych. βάκχαρις vnguenti cuiufdam genus eft ab herbæ cognomine fic dictum, & quibufdam vnguentum myrteum, aliis vnguentum Lydium. Idem fcribit radice ficcata in diapafmata tranfire. βάκχαρις Gal. in Exeg. λύδιόν τι μύρον, vnguentum quoddam Lydium fignificat. Et Erot. herbæ aut vnguenti genus eft, cuius mentionem feciffe Ariftoph. teftatur. βάκχαριν Hipp. cum oleo albo ad vteros procumbentes & adhærefcentes fupponit lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.565.19.) & oleum aut vnguentum βακχάρεον feu βακχάρειον vocat lib.2. περὶ γυναικείων (pag.645.45.) & cum μυρσίνῳ oleo fimul iungit aut vnguento, vt & cum oleo Ægyptio albo lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.569.49.)

Βάλανος glandem fignificat Hipp. ad aluum mouendam. balanum & collyrium vertit Aurel. cap. 8. 16. & 17. lib. 3. ac. ex Hipp. lib. de rat.vict. in morb. ac. (p.108.39. H.403.15.) & lib.3. de Morb. (p.491.48.) Idem etiam balanifmos & peffulos vocat lib.4. Tard. Paff. cap.7. Sic Hipp. fæpe lib.1. περὶ γυναικ. βάλανον pro peffo fupponit, eoque ad vterum repurgandum vtitur, vt (pag.629.31.36.46.) βάλανον περὶ πτερὸν ποιέειν, glandem circum pennam efformare aut fingere fignificat, & (pag.630.41.) βάλανον περὶ πτερὸν ὄρνιθος ποιέειν, glandem circa volucris pennam efformare, & (631.12.) καὶ ποιήσαι βάλανον περὶ πτερὸν, glandem circum pennam efformato, quam in vellere & peffo naturalibus admoueri iubet. βαλανίδες quoque paruæ glandes dicuntur lib.2. περὶ γυναικ. (p.658.51.) quibus vtitur in vtero indurato in çallum. καὶ ἀπὸ μέλιτος μέλιτι βαλανίδας & ex melle glandulam efformare. βάλανος etiam glandem & arboris glandiferæ fructum, aut quercum fignificat apud Hippoc. lib. περὶ παθῶν (pag.525.44.) βαλάνου φύλλα, quercus folia in cataplafmate ad inflammationem tentata vulnera adhibet. Sic βάλανος arborem glandiferam indicat Theophrafto lib.4. de hift. plant. cap.12.

Βαλβὶς κοιλότης προμήκης, cauitas oblonga exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. Quibus verbis mihi quod in Mochl. fcribitur fubindicari videtur, (pag. 842. F.) τὸ δὲ πρὸς ἀγκῶνα αὐτοῦ, πλατὺ, καὶ κονδυλῶδες, καὶ βαλβιδῶδες, καὶ στερεόν. Quod verò eft ad cubiti gibbum, latum, tuberculofum, oblongas cauitates habens & folidum. Vbi nos βαλβιδώδης cauitates oblongas habens ex Galeni mente fignificare fcripfimus, eamque cauitatem intelligi quæ eft in brachij inferiore fine leuis & rotunda, inter duos condylos, medio paruo condylo leuata, & trochleæ fimilis, ad quam vlna articulatur, & fuis aduncis proceffibus aut cornibus mouetur. βαλβὶς etiam ἀφετηρία dicitur Hefychio & ἡ ἄφεσις τῶν ἵππων, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς εἰσόδου καὶ ἐξόδου, locus vnde curfores in equeftri certamine emittuntur, carceres dicunt Latini. Polluci verò cap.30. lib.3. etiam καμπτῆρα, τέλος καὶ τέρμα fignificat, hoc eft, locum ad quem equi flectuntur, metam & terminum. Ariftoph. fchol. τὸ ἐν ἀρχῇ τοῦ δρόμου κείμενον ἐγκαρσίως ξύλον etiam denotare vult, quod repagulum dicitur, & ablatum comparatis ad certamen curforibus currendi copiam facit, vnde & ἀφετηρία nominatur. Ex quo βαλβιδώδης apud Hipp. reliquis interpretibus dicitur brachij caput inferius, quod ad cubiti gibberum vergit, quia fit repagulo aut metæ fimile. In brachij enim fine inferiore, ad elatiorem rotulæ regionem, finus vtrinque exculpti funt, βαθμίδες propriè dicti, in quos vlnæ proceffus, κορῶναι nominati, immittuntur, illicque veluti ad metam flectuntur, fiftuntur, & tanquam repagulo conftringuntur. βαλβὶς quoque Hefych. βαθμὸς καὶ ἔρεισμα dicitur, & ἀπὸ τοῦ ἐσβάλλεσθαι Eufttath. vt & ἀπὸ τοῦ βαίνειν Varin deducitur. βαλβῖδες etiam dicuntur Eufttath. αἱ ἐν ὀρίοις καὶ ἄλλοις τοιούτοις ἐκκοπαὶ καὶ ἐξοχαὶ, δι' ὧν κατιόντες εἰς αὐτά, incifuræ aut intercifiones, ac offenfiones quædam, per quas eò defcendimus. Vnde βαλβιδώδης παρ' Ἱπποκράτει Hefych. fignificare fcribit τὸ ἔχον ἑκατέρωθεν ἐπαναστάσεις, vtrinque protuberationes habens. Sic enim apud eum (pro βαλβῖδος) legendum & iftum Mochlici locum manifeftò fubindicari fcripfimus.

Βαλοῖος exponitur Gal. in Exeg. ὁ ἀπὸ βαλοίας πόλεως Μακεδονικῆς, qui eft ex Valœa vrbe Macedoniæ, vbi & βαλαῖος quædam habent exemplaria. Ac mihi videtur fubnotari locus lib.7. Epid. (p.1215 E.) vbi paffim fcribitur, ὁ δὲ βάλεως ἐκ τοῦ ὄρεος πάντα ἡμαρτηκώς. Balis filius cùm mõte penitus aberraffet. βαλοῖος enim fcribendum aut βαλεῖος apparet. βάλοιον etiam Macedoniæ vrbem annotat Steph. indeq; βαλαιεὺς deducitur. Eidem quoque βάλις Aphricæ vrbs ponitur prope Cyrenem.

Βάλσαμον balfamum, Gal. lib.1. Comp. Med. κατὰ τόπ. (p.180.12.) apud Archig. pro balfami fucco capit, (quem opobalfamum vocant) quod tenuium partium & difcufforiæ fubftantiæ exiftit, non tamen manifeftè calentis. Ibidem tamen pro balfami & plantæ femine fumi poffe teftatur.

Βαναυσία eft opificium quæftuarium, ars illiberalis & quæftuofa, fordida & turpis profeffio. Apud Hipp. βαναυσίη fumitur pro ambitiofa & quæftuofa ac fordida profeffione, qua Sophiftæ adolefcentulos alliciebant, aut pro apparatu verborum fplendido, fucis ac verborum lenociniis, quibus iuuentutem aucupabantur, cùm nihil folidæ fubeffet eruditionis, eoque modo iuuenes decipiebant. Lib. περὶ εὐσχημοσ. p.22. 37.) μετὰ βαναυσίης ἀπατέοντες, garrulitate fua imponentes, dixit Zuingg. ambitiofa & fordida fua profeffione decipientes, ruditate & infcitia fua imponentes, Cornar. vertit, quòd βαναυσίας ἰδιώτας ἢ ὀχλογίας exponat Hefych. Ibidem (v.35.23.38.)

ἀκολασί-

ἀκολασίη καὶ βαναυσίη simul coniunguntur, intemperantia & inscitia. lucrum dixit Caluus, & turpem quæstum intelligit; garrulitatem Zuingg.

Βάπτεσθαι ad intinctus vti significat Hipp. lib. 2. de Morb. (pag. 478.1.) Ζωμὸν δὲ μὴ ῥοφεέτω, μηδὲ βάπτεσθαι, iusculum ne sorbeat, neque ad intinctus vtatur.

Βάρεα σπληνὸς lienis grauitates dicuntur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 93.1. H. 396.45.) splenis tumores ac inflammationes grauitatis sensum aut grauem dolorem inferentes. Sic βαρὺ interdum vehemens & acutum significat. vt ὀδύνη βαρεῖα vehementem & acutum dolorem denotat aph. 5. sect. 1. lib. 6. Epid. aut grauitatis sensum afferentem, nimirum in parte renum carnosa inflammatione suborta. cùm cæteris affectis partibus vehemens dolor & acutus excitetur. Et Gal. ὀδύνην βαρεῖαν, ἤτοι τὴν ὡς βαρέος τινὸς ἐγκειμένου κατὰ τὸ χωρίον αἴσθησιν φέρουσαν, ἢ τὴν χαλεπὴν exponit, hoc est, dolorem grauem, vel qui velut ponderis cuiusdam incumbentis loco sensum inferat, vel qui vehementer affligat. βαρέως φέρειν τὴν νοῦσον, grauatè morbum ferre, lib. 7. Epid. (p. 1238. E.)

Βαρυήκοοι νότοι, auditum hebetantes Austri, aph. 5. lib. 3. & βαρυηκοΐαι, auditus obtusus, grauis & difficilis, aph. 17. & 31. lib. 3.

Βασανίζειν, explorare, probare, examinare, aut inquirendo torquere significat. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 425.1.) μὴ πρόσω οἰδαίνειν βασανίζειν, ne vltra exploremus, aut explorando torqueamus, vel diiudicando torqueamus. Innuit autem moderatè calido aut frigido vtendum, idq; intra modum vtilitatis aut noxiæ, ne si vltra progrediamur vtilitatem explorando, noxam inducamus, aut torqueamus.

Βάσις ποδὸς pedis gressus dicitur, ingressus & pedis basis, lib. de art. (p. 637.22. H. 824. D.) ἡ γὰρ ῥοπὴ πολλῷ ἂν εἴη τῶν ἰσχίων ἐπὶ πολὺ ἐς τοὐπίσω ὑπερεχόντων ὑπὲρ τῆς ποδὸς τῆς βάσιος. cùm coxendices multò maiore momento quàm pedis gressus in posteriorem partem propendeant. Rursus (v. 33. H. ibid. E.) διὰ τοῦτο ὅτι ἡ βάσις τοῦ ποδὸς κατὰ τὴν ἀρχαίην ἰθυωρίην ἐστίν. propterea quòd pedis gressus pristinam directionem seruat.

Βάτος piscis nomen qui & βατὶς dicitur, raiam esse volunt. Eius meminit Plinius lib. 32. cap. 7. Bati piscis fel auribus vtilissimum scribens. Sed βάτον & βατίδα pisces differre inter se ex Aristot. vult Hesych. βάτου γλῶσσα, bati aut raiæ lingua vsurpatur Hipp. lib. περὶ γυναικείης φύσ. (pag. 582.36.) in pesso ad mensium redundantiam. Lib. etiam 2. περὶ γυναικ. (pag 640. 47.) ad fluorem muliebrem βάτον piscem adhibet. βατίδες, ἰχθύων ὄνομα Erot. apud Hipp. Hesych. verò βατίδες εἶδος ἰχθύος πλατύ.

¶ Βδέλλα hirudinem significat aut sanguisugam, quam in causis faucium cruentarum reponere videtur Hipp. Prorrh. 2. (pag. 101. B.) ὧν δὲ ἐμπίπλαται αἵματος ἡ φάρυγξ, πολλάκις τῆς ἡμέρης τε καὶ τῆς νυκτὸς ἑκάστης, οὔτε κεφαλῆς προαλγήσαντι, οὔτε βηχὸς ἐχούσης, οὔτε ἐμέοντι, οὔτε πυρετῷ λαμβανόντος, οὔτε ὀδύνης ἐχούσης, οὔτε τοῦ στήθεος, οὔτε τοῦ μεταφρένου, τούτου κατιδεῖν ἐς τὰς ῥῖνας καὶ τὴν φάρυγγα ἢν ἕλκος τι ἔχων φαίνηται, ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ, ἢ βδέλλα. Quibus fauces sanguine frequenter & noctu & interdiu replentur, dum neque capitis dolor prægressus fuerit, neque tussis, neque vomitus, neque febris prehenderit, neque pectoris aut dorsi dolor tenuerit, in his nares inspiciendæ, num quod vlcus eo in loco, aut hirudo compareat. Quem mihi locum videtur exponere Gal. in Exeg. sed tamen vitiosè passim scribitur. Sic enim mihi legendus videtur. βδέλλαν, ἐν τῷ μείζονι προρρητικῷ καὶ δευτέρῳ περί τινων ἐπιγραφομένῳ, τὴν κιρσώδη φλέβα φησὶν οὕτως ὠνομάσθαι Διοσκουρίδης· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ κυρίως εἰρῆσθαι τοὔνομα κατ' αὐτὸ τὸ ζῶον. καὶ γὰρ παρέτυχόν ποτε τοῦτο κατὰ τὸ βιβλίον ἐκεῖνο λεγομένου, καὶ ἀπορουμένων γε πολλῶν ἐπὶ τῶν γινομένων, προεῖπον ἐγὼ μόνος, ἐκ τῶν γραμμάτων ὁρμηθεὶς, τἀληθές. Quod est, βδέλλαν, in Prorrhetico maiore & secundo quibusdam inscripto, venam varicosam dicunt sic nominari à Dioscoride. Mihi verò propriè hoc nomen de animali dici videtur. Etenim incidi aliquando in id quod illo in libro dicitur, multisq; ea de re ambigentibus, ego solus, ipsa scriptione adductus, verum prædixi. Quomodo autem hirudo cruentarum faucium causa esse possit, ex Gal. ostendimus nostris in Prorrh. 2. Annotat. βδελλάζονται Erot. apud Hipp. ἀμέλγονται exponit, exugatur, mulgeatur, dictumq; annotat παρὰ τὰς βδέλλας.

Βδελύσσεσθαι aut βδελύττεσθαι est execrari, abominari, odio habere, fastidire, fastidio habere, præcipueque de ciborum odio & auersatione dicitur Hipp. & nausea. Lib. 2. de Morb. (pag. 473.12.) καὶ ὑπὸ ὀλίγων τινῶν σιτίων ἐμπίπλαται. καὶ βδελύττεται. & à paucis quibusdam cibis impletur, eosque abominatur aut fastidit. Caluus, & nauseat, dixit, præcipuè cùm sequatur, καὶ ἐμέσιας μιν λαμβάνουσιν, & vomitionibus tentatur. Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (p. 606.49.) καὶ βδελύξεται πάντα, omninò abominabitur, omnia execrabitur, odio habebit ac fastidiet. Rursusque (607.33.) καὶ βδελύξεται, & fastidio afficietur. Quæ phrasis popularis esse videtur, cùm de eo qui omnia execratur & fastidit, aut ingenti ciborum fastidio premitur, omnia velut tetrum odorem spirantia auersari dicunt. Est enim βδελυγμία teter & execrandus fœtor. βδελυγμίαν etiam testatur Pollux apud Xenoph. pro nausea sumi, & τὴν βδελυγμίαν, τὴν ἐπὶ τοῦ κόρου δυσχέρειαν significare; molestiam ex satietate & anxietatem. βδελυγμίαι ναυσίαι exponuntur Hesych. & βδελύττεται, μισεῖ, ὑφορᾶται. odio habet, detestatur aut reformidat. βδελύττεσθαι etiam formidare aut exhorrescere significat, dicique de summa formidine videtur. Erot. apud Hipp. βδελύξειν συγήσειν exponit. Verùm βδελύξει pro βδελύξεται legisse videtur lib. περὶ γυναικ. & sic apud eum, & συγήσει scribendum, vt sit detestabitur, odio habebit. Eadem quoque notione βδελυεῖν execratio, abominatio, de ciborum fastidio & odio dicitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 546.46.) τὰ σιτία οὐ προσίεται, ἀλλὰ δοκέει αὐτὰ ὄζειν σικύου ἀγρίου ὑπὸ τοῦ βδελυεῖν. cibaria non admittit, sed videntur cucumeris agrestis odorem præ se ferre præ odio aut fastidio. βδελυροὶ Hesych. exponuntur μισητοὶ, κακοὶ, ἐξουδενημένοι, execrabiles, inuisi, abiecti & nihili, & βδελυκτὸς βδελυρός. βδελυγμίη execrandum & abominabilem ac tetrum fœtorem qui ex fistulis erumpit significat, grauemque odorem qui ex sanici corruptela & magna putrilagine (qua assiduè manant fistulæ) euomitur & expirat. Lib. de fistulis (p. 883 D.) καὶ κόπρος ῥεῖ δι' ἰσχύος καὶ φῦσα. καὶ βδελυγμίη πολλή. indeq; stercus & flatus, teterque fœtor copiosè effluit. βδελυγμίαις δυσωδίαις exponit Hesych. Potest etiam βδελυγμίη grauem fœtorem qui ex alui recrementis expirat significare, quòd βδελύσσεσθαι κενοῦσθαι τὴν κοιλίην, de alui vacuatione exponat Hesych.

¶ Βέβηλος profanus, qui sacris non est initiatus. ἐν νόμῳ (p. 2. 37.) βέβηλοι dicuntur qui sacris artis mysteriis non sunt initiati, & τοῖς ἱεροῖς opponuntur. βέβηλον, τὸ μὴ ἱερόν, καὶ ἄδυτον exponit Hesych. cui etiam βέβηλος, ἀνίερος, ἀμύητος dicitur.

¶ Βῆγμα apud Hipp. non solùm tussim, sed & sputum quod tussi reiicitur significat. Lib. 2. de Morb. (p. 475.40.) καὶ ἢν μὲν ἐν ταύτῃσι παύσηται τοῦ βήγματος, ἐκφεύγει, & siquidem his diebus sputum cum tussi sedatum fuerit, euadit. Agitur enim illic de sputo quod tussi educitur, & an dulce sit explorari iubet, ac primis diebus crassum & putum, deinde subdulce & purulentum expectorari scribit. Eadem ratione βήσσειν & ἐκβήσσειν non tantùm tussire sed & per tussim sputum reiicere indicat (ibidem v. 51.) καὶ βήσσει ὅταν οὕτως ἔχῃ, & tussi sputum reiicit cùm sic habuerit. Rursus (ibid. v. 37.) καὶ ἢν μὲν ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρῃ ξηρανθῇ ὁ πλεύμων καὶ ἐκβήξῃ, ὑγιάζεται, & siquidem decimoquarto die pulmo resiccatus fuerit, ac tussi sputum reiecerit, sanus euadit, hoc est, si pulmo exhaustus fuerit & per tussim sputo leuatus. Sic (ibid. pag. 477.19.) τοῦτο τὸ σίαλον παχὺ, ὑπόχλωρον, γλυκὺ βήσσεται. Huius sputum, quod tussiendo reiicitur crassum est, aliquantum ex virore pallescens & dulce. Rursus (ver. 26.) καὶ βήσσει τοὺς ὄρθρους, καὶ μεσονυκτίου μάλιστα. βήσσει δὲ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον. & tussiendo sputum reiicit mane & circa mediam noctem præcipuè. Quin & aliàs quoque sputum reiicit. Gal. verò in Exeg. apud Hipp. βρῆγμα τὸ μετὰ βηχὸς ἀναπτυόμενον, id quod tussi expuitur exponit, & βρήσσειν τὸ μετὰ βηχὸς ἀναπτύειν, tussi expuere, ex lib. 1. de Morb. maiore. scribitque quosdam absque ρ scribere. Quibus verbis eum prius subnotatum locum subindicare apparet, & pro βήγματος, βρήγματος aut βρῆγμα legisse. In altero etiam exemplo βρήσσει pro βήσσει legisse, & apud Gal. in Exeg. βρήσσει & μετὰ βηχὸς ἀναπτύει legendum. Neque enim βρῆγμα aut βῆγμα aliàs illic reperias. Hesych. quoque βρῆγμα ἀπόπτυσμα ἀπὸ τοῦ θώρακος, quod è thorace expuitur ex Hipp. exponit, & βρήσσει, βήσσει. At verò toto lib. 1. de Morb. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, in quibus ex professo de purulentis agitur, πτύειν, πτύσαι & ἀναπτύειν dicitur, vt lib. 1. de Morb. (pag. 454.25.) προϊόντος δὲ χρόνου ἢν μὲν ἀποπτύσῃ πᾶν, καὶ ἡ κοιλίη ἐν ᾗ τὸ πύος ἐνῆ, συμπέσῃ τε καὶ ἀναξηρανθῇ, ὑγιὴς γίνεται. At progressu temporis, si totum quidem expuerit, & venter in quo pus continetur subsederit ac resiccatus fuerit, sanus euadit. Vbi ἀναπτύσῃ dicitur quod ἐκβήξῃ lib. 2. de Morb. Quod etiam scribitur à Gal. Com. in aph. 16. lib. 7.

Βὴξ ξηρὴ tussis sicca & arida dicitur in qua nihil expuitur, Lib. 6. Epid. sect. 3. aph. 11. Vbi scribit Gal. ἡ μὲν οὖν ξηρὰ βὴξ λέγεσθαι συνήθως, ἐφ' ἧς οὐδὲν ἀναπτύεται. Tussis igitur sicca dici consueuit, in qua nihil expuitur. βῆχες ξηραὶ ἐφ' ὧν οὐδὲν ἀναπτύεται tusses siccę in quibus nihil expuitur, aph. 54. li. 4 Quę fiunt ob intemperiem partium respirationi destinatarum, aut ob faucium

& gutturis aſperitatem, aut ob aliquem tenuem & paucum humorem deſtillantem, aut quòd is ita lentus ſit & craſſus, aut tam vehementer pulmonis bronchiis infarctus, vt ægrè diſſolui queat, vt ſcribit Gal. Com.1. in lib.1. Epid. (p.352. 53. H.939.D.) & com.ad aph.54. lib.4. βῆχες ξηραὶ ſunt Hipp. lib.1. Epid. in quibus ægri βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι, tuſſiunt nihilque educunt. βηχίον ξηρὸν pro βηχίον ξηρὸν tuſſicula ſicca, lib. 7. Epid. (pag.1224.H.) βῆχες κοπώδεες, tuſſes laſſitudinis ſenſum inducentes & laborioſæ, quæ fiunt ex vehementibus laboribus & motionibus, ſiccæ ſunt & in articulos firmantur, art.11.lib.6.Epid. ſect.7. βὴξ καρχαλέη περὶ φάρυγγα καὶ ῥεγχώδης, tuſſis cum ſtridula aſperitate circa fauces & ſtertore lib.7. Epid. (p.1215.D.E.) βὴξ πνιγμώδης, tuſſis ſuffocans, ſtrangulabunda, μετὰ πνίγματος, quæ eſt cum ſtrangulatu. (ibid. pag. 1217.D.) Βηχία Erot. apud Hipp. exponitur βοτάνης εἶδος ὃ βηχίαν καὶ βήχιον καλοῦμεν herbæ ſpecies quam ſuo tempore Beciam aut becion vocatam teſtatur, niſi forte, βήχιον ſcribendum eſt, quæ tuſſilago nobis dicitur.

Βηκίοις προβατίοις apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. hoc eſt, ouibus. βηκείοις etiam legunt permulta exemplaria.

Βησσιακῇ, τῇ ἀπὸ βησσῶν ἐν Θράκῃ, ei quæ eſt ex Beſſis Thraciæ vrbe exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. Ac niſi me coniectura fallit, auguror hunc locum ſubnotari qui legitur lib.7. Epid. (p.1236.H.) τῇ γραίῃ βηχικῇ περὶ ἐνάτην, vetulæ tuſſiculoſæ ſub nonum diem. Vbi βησσιακῇ pro βηχικῇ legiſſe Gal. exiſtimo.

¶ Βιαίως, ἀπὸ τοῦ σφοδρῶς, hoc eſt, violenter & cum vi, pro vehementer ſumi apud Hipp. teſtatur Gal. Com.2. in Prorrh. (p. 192.30. H.72.H.) Idem μόγις καὶ μετὰ βίας ſignificare ſcribit, hoc eſt, ægrè ac vix, vt τὰ οὐρέυμενα βιαίως, τὰ μόγις καὶ μετὰ βίας οὐρεῖν indicet & vrinas quæ vi & ægrè excernuntur.

Βιωτή, vita, ciborum moram in corpore ſignificat, affectatè tamen vt ſcribit Gal. aph 20. lib.6.Epid. ſect 5. τὰ ἀσθενέστερα σιτία ὀλιγοχρονίαν βιωτὴν ἔχει. Imbecilles cibi breuem vitam præſtant, hoc eſt, ipſis veſcentes breuis vitæ efficiunt, aut celeriter è corpore euacuantur.

¶ Βλαβεραὶ exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. ὑγραί, μυξώδεες, humidæ, mucoſæ.

Βλαισοὶ vari dicuntur quibus crura in interiorem partem inclinant, vt κυλλοὶ vari, quibus exteriorem in partem. Gal.Com. 3.in lib. κατ' ἰητρεῖον (p.700.1.) καλεῖται τὰ μὲν ἔσω ῥέποντα βλαισά, τὰ δὲ ἔξω ῥοικὰ καὶ κυλλά. Quæ interiorem in partem vergunt, βλαισά, hoc eſt, valga vocantur, quæ verò in exteriorem, ῥοικὰ & κυλλά, hoc eſt, vara. Sic enim apud Gal. legendum, cùm vitioſè priore loco ἔξω pro ἔσω ſcribatur, & contrà, poſteriore ἔσω pro ἔξω. Lib. de art. (p.630.22.) βλαισοὶ valgi dicuntur, quibus pedis articulus ad malleolum interiorem in partem luxatur, & pes extremus extra vergit, iique minus ſtare poſſunt. His κυλλοὶ opponuntur, vari dicti.

Βλακεύειν eſt ſegniter & ſupinè, ignauè, remiſsè, negligenter ſe in re aliqua gerere, remiſſo animo ac diſſoluto, torpeſcere, ſtupido & hebeti eſſe ingenio. Lib. de fract. (p.555.8. H.764. C.) οὐδὲ βλακεύειν ἐν τῇ κατατάσει, neque ſupinè intentio adhiberi debet, aut negligenter & ignauè. Quem locum ſubnotans Gal. in Exeg. βλακεύειν ὀλιγωρεῖν exponit, negligere, contemnere, vilipendere. Erot. quoque præter quàm quod ὀλιγωρεῖν explicat, addit etiam ſignificare τὸ μετὰ νωθρείας καὶ ὀλιγωρίας τι πράττειν, ſtupidè aliquid & remiſſo animo ac negligenter agere. Idem etiam βλακεύειν eſſe ſcribit, τὸ ἐπὶ πλεῖστον διατρίβειν, quod eſt, circa quid plurimùm immorari. Idque dici à piſce quodam qui βλάξ aut βλακός, aut etiam βλέννα appellatur, ὡς ἐν τῷ συνουσιάζειν δυσαπολύτως ἔχει, qui tam firmiter in complexu adhæret, vt auelli nequeat. Sic qui aliquid ignauè ac ſupinè agunt, circa id plurimùm immorantur. Hinc βλὰξ & βλακικός, ſtupidus, ſtolidus, hebes, ignauus, iners, torpeſcens, ſocors, piger ac ſupinus dicitur, νωθρὸν καὶ ὀλίγωρον exponit Erot. Inde etiam καταβλακεύειν deductum apparet, quod eſt ignauè & negligenter agere, lib. de art. (p.607.48. H.802.54.) ἀλλὰ καταβλακεύουσι οἱ ἰατροί, verùm ſupinè agunt medici, ſupinè ſe gerunt, hoc eſt, ignauè nimis & remiſsè naſum fractum percurât. Rurſus (p.629.39. H.820.A.) οἱ μὲν πλεῖστοι καταβλακεύουσι τὴν διόρθωσιν τοῦ σώματος, plærique certe corporis directionem negligunt aut contemnunt. Et (ibid. v.41. H.ibid.) καταβλακεύουσι δὲ ἔνιοι τὴν ἐς τὸ ὀρθὸν ὁδοιπορίην, nonnulli etiam rectam deambulationem negligunt, hoc eſt, in recta deambulatione negligenter & ſupinè ſe gerunt. Vbi Gal. καταβλακεύουσιν ὀρθώσεως, τουτέστιν ἀμελοῦσι καὶ καταρραθυμοῦσιν explicat, directionem negligunt, hoc eſt, non curant, & per ſocordiam aut deſidiam contemnunt. Idem etiam Gal. καταβλακεύουσιν καταλιγωροῦσι, hoc eſt, negligunt in Exeg. exponit. Hinc etiam καταβεβλακευμένως apud Ariſtoph. in Pluto, βραδέως, τρυφερῶς exponitur, cunctanter, tardè, negligenter, ſupinè, delicatè, cui συντεταγμένως opponitur, quod eſt τεταγμένως, compoſitò, accuratè ac velut inſtructa acie. Idem etiam βλακικῶς pro eodem ponit in Auibus, quod à βλακὸς deducitur, vt innuit Erot. eum forte locum ſubindicans. βλακεύει exponit Heſych. διατρίβει, ληρεῖ, μωραίνει, νωθρῶς τι ποιεῖ, ῥαθυμεῖ, μαλακίζεται. Idem βλακεύειν, μωραίνειν, & à βλακὸς piſce deductum ſcribit.

Βλαστήματα progermina dicuntur, propagines, ſtolones, ſurculi. Pro papularum eruptionibus ſumi videntur lib.4. Epid. (p. 1136 D.) & exanthematis, fortaſſis etiam inguinum tumores denotant, qui viſcerum impuritatem & redundantem ſuperfluitatem arguunt, vnde βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν βλαστήματα ἐχόντων, dicuntur lib. 6. Epid. ſect. 2. aph.7. glandularum tumores, partium quidem ex quibus velut propagines deducuntur, ſignificationem præbent. Significat enim his verbis glandularum tumores aliqua ex parte originem ſumere, ac veluti ſtolones ac ſurculos deduci. Innuitur autem humorum corruptela ac redundantia, quæ ex viſceribus in glandulas procumbit, earumque inflammationem facit, velut ſuperuacanea ac noxia quædam quæ è viſceribus progerminant, & in glandulas redundant, tuncque febres malignas & valde ſuſpectas excitant. Βλάστημα quoque quod propriè pullulationem aut germen indicat, eruptionem puſtuloſam, aut puſtulam ſignificat lib. περὶ χυμῶν (pag. 47. 23.) βλαστάνειν eſt pullulare, ſtolones producere, & de carnis in vlceribus productione dicitur, lib. de vlceribus (pag 873. A.) ex Gal. lib. 4 Meth.med. (pag. 79. 19.) ἕλκεα ὅσα μὴ καλῶς καθαρθέντα καὶ ἐς τὸ δέον ἀεί, σάρκα ἄρχεται βλαστάνειν. Quæ vlcera, neque probè, neque vt conuenit prius aſſiduè repurgata, carnem producere incipiunt. Rurſus (ibidem v.7.) βλαστάνειν νέας σάρκας recentem carnem in vlcere producere dicitur.

Βλέννα dicitur Hipp. craſſior pituita & mucus ex cerebro per nares effluens, quæ iam coctionis initæ ſigna edit in fluxionibus è cerebro, aliis μύξα & κορύζα, Gal. lib. de Temp. totius morbi (pag.386.18.) & lib.2. de Semine. (pag.246.8.) & lib.8. de vſu part. cap 6. Idem ſcribit lib.2. de fac. nat. (pag. 106.21.) Prodicum lib. de nat. hominis, quod omnes φλέγμα, βλένναν appellare aut βλένας, βλέννα etiam ſcribitur lib.2. de Morb. (pag.464.40.) καὶ ἢν μὲν ῥαγῇ κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὰ ὦτα ὕδωρ καὶ βλέννα, ἀπαλλάττεται τῆς νόσου. & ſi quidem per nares aut aures aqua aut mucus erumpat, morbo liberatur. Quod etiam repetitur lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.340.5.) & βλέννα legitur. Rurſus lib.1. de Morb. (p.465.6.) ἢν δὲ οἱ ῥαγῇ κατὰ τὰς ῥῖνας τὰ βλεννώδεα, vbi autem ei è naribus mucoſa eruperint, pro βλεννώδεα. Lib.4. Epid. (p.1120.B.) βλεννώδεα quæ μυξώδεα, mucoſa excrementa, vbi Exemplaria quædam manuſcripta βλεννώδεα legunt. βλεννώδεες γυναῖκες mulieres mucoſæ & pituitoſæ libr. inſcripto περὶ ἀρθρῶν (pag.254. 16.) βλένναι ἐν τῇ ῥινὶ γινόμεναι, mucoſæ pituitæ in naribus ortæ capitis dolores alleuant, Prorrhet. 2. (pag. 109.A.) Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (pag 597.5.) de ſemine viri quod vtero non retentum exit velut mucus, ἐξέρχεται δὲ παχέα τε καὶ ξυνεστῶτα ὥσπερ βλέννα. craſſa & compacta velut mucus exeunt. Rurſus ibidem (pag.611.5.) καὶ δύο ἡμέρας καὶ τρεῖς βλένναι ἴασι ἐκ τῶν ὑστερέων, duobus & tribus diebus mucoſi humores ex vtero eunt. Pro quo lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.568 47.) μύξαι ἔρχονται, muci prodeunt, ſcribitur. βλέννα etiam πέννα dicitur. ἡ μύξα exponitur Gal. in Exeg. & βλεννηραὶ μυξώδεις, quod etiam indicat Heſych. qui βλεννὸν νωθῆ, μωρὸν explicat, nempe ignauum & ſtolidum, quaſi mucoſum ex nimia cerebri humiditate. Blennos etiam Plautus ſtupidos & bardos eſſe indicat (vt ſcribit Feſtus) Bacchid. (Act.5. ſc.1. ver.2.) ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, buccones, blenni, Βλέννα autem Erot. piſcis nomen eſt qui βλὰξ aut βλακὸς eidem dicitur, vt antea ſcripſimus.

Βλέφαρα palpebræ, Latinis genæ dicuntur, partes membranoſæ oculos ambientes & claudentes, quæ ſunt tegumenta oculorum M. Tullio lib.2. de nat. deorum. καμπύλον βλέφαρον in Progn. (pag.125.50. H.37.29.) cùm palpebra peruertitur. βλέφαρα περιτεινόμενα, palpebræ circuntenſæ, aphor.16. lib.6. Epid. ſect.1. βλεφάρων μὴ συμβαλλομένων ὑπὸ τι ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ, ſi non commiſſis palpebris oculorum album appareat, in Progno. (p.125.32. H.37.26.) & aph.52. lib.6. βλέφαρα μὴ συμβάλλειν ἐν τῷ καθεύδειν, palpebras per ſomnum non committere, in Coac. (p.153.C.) ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν τὸ βλέφαρον διαστραφῇ, in febre non intermittente ſi palpebra peruertatur, aph.49. lib.4. & aph.75 lib.7.

Βλεφαρίδες ſunt cilia & pili in extremis palpebrarum oris inſerti, quibus aciei obtutus dirigitur. palpebrarum extrema dicuntur

tur & pro palpebris sumuntur in Coac. (p.153.B) βλεφαρίδων καμπυλότης, cilia retorta, pro eo quod in Progn. καμπύλον βλέφαρον dicitur. βλεφαρίδες αἱ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τρίχες exponuntur Hesych. Celso pili palpebrarum, & Plinio etiam palpebræ dicuntur. Βλεφαρικὰ collyria palpebraria vocat Aurel. cap.2. lib.3. Tard.Pass.

Βληστρισμὸς Hipp. incontinentem corporis iactationem & inquietudinem significat, qua corpus perpetuò exagitatur aut incontinenter disiicitur, ῥιπτασμὸν dicunt. Qua dictione vtitur Hipp. ægr.2. lib.1. Epid. & ægr.8. & 12. lib.3. & ægr.3. lib.3. Epid. post st. pest. & ægr.16.

Βληστρίζειν ἑωυτὸν æger dicitur qui se iactat & omnem situm commutat, ac stare loco nescit, quod ῥιπτάζειν ἑωυτὸν alias effert Hipp. Lib.3. de Morb. (pag.489.40.) ἀλλ' ὥσπερ ἀπορέων βληστρίζει ἑωυτὸν, sed tanquam animi anxius confligitur, aut seipsum iactat. Quod postea lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 535.21.) repetitur & explicatur his verbis. ἀλλ' αὐτὸς ἑωυτὸν ῥιπτεῖ ἀλύων. Aretæus βληστρίζεσθαι de ægri inordinato ac inæquali motu dicit cùm iactatur & voluitur in Phrenitidis curat. cap.1. cur.ac. κλίνης μῆκος δὲ πλάτος σύμμετρον, ὡς μήτε βληστρίζεσθαι ἐν τῇ πλατείῃ, μήτε ἀπὸ τῆς στενῆς ἐκπίπτειν. Cubilis longitudo & latitudo moderata sit, quò neque in ampliori iactari aut volutari possit, neque ex angusto decidere. Rursus, ἢν γὰρ πάννυχοι μὲν ἐγρήγορωσι, μηδὲ δὲ ἡμέρης εὕδωσι, ἀτενέες δὲ τὰ ξύμπαν ἔωσι, ὀφθαλμοὶ δὲ ὁκοῖόν τι κέρας ἐστήκωσι, βληστρίζονται δὲ καὶ ἐξανιστῶνται. Quòd si tota nocte quidem peruigiles sint, neque interdiu dormiant, oculi verò omninò intenti ac veluti cornu rigescant, iactentur autem & è lecto exiliant.

Βλητοὶ antiquis dicti sunt qui ex lateris inflammatione repente stertore aut difficultate spirandi suffocati, liuores ad latus habent tanquam ex plaga percussi, ideoque icti aut syderati, velut sydere tacti vocantur. Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.49.16. H.386.14.) μάλα δὲ τοὺς τοιούτους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τόδε μάλιστα, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὅτι ἀποθανόντων αὐτέων ἡ πλευρὴ πελιὴ εὑρίσκεται ἴκελόν τι πληγῇ. Hos autem potissimùm antiqui ictos existimauerunt, cùm ob id præcipuè, tum verò vel maximè, quòd ipsis mortuis latus liuidum tanquam ex plaga deprehendatur. In pleuriticis nanque sanguine phlegmones in cutem diffuso & refrigerato, liuor fit, totumque latus in quo inflammatio delitescebat, post mortem liuescit, eamque ob causam repentina morte stertore difficultateque respirandi suffocatos, quasi sidere tactos vocabant. Quod etiam contingere peripneumonicis scribit Hipp. Coac. (pag.182.A.) ἢν μὲν οὖν σφόδρα φλεγμαίνωσιν αἱ ἀορταί. ὥστε προσκαθῆσθαι πρὸς τὸ πλευρὸν, παραλύονται τὸ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ σώματος, καὶ πελίωματα περὶ τὴν πλευρὴν ἔξω γίνεται. τούτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητούς. Si igitur suspensæ vtrinque pulmonis partes tanta inflammatione tenentur, vt ad latus adhærescant, illa corporis parte resolutionem sentiunt, & ad costam liuores foris oriuntur, quos aut veteres ictos, aut sidere tactos vocabant. Lib.1. περὶ γυναικ. (p.617.19.) ἐκβόλιον describitur, ὃ τὸ παιδίον βλητὸν γενόμενον ἐκβάλλει, medicamentum fœtum enectum aut mortuum eiiciens. βλητὸς ὁ ἀποπληκτος exponitur Hesych. & ὁ ὑπὸ τῶν ὀξέων νοσημάτων αἰφνιδίως τελευτῶν, qui ex morbo acuto repente moritur. Varin. βλητὸς quinam dicatur, veluti syderatus & apoplexia aut corporis stupore laborans. describitur Hipp. lib.2. de Morb. (pag.463. 48. & pag.469.19.) Βλῆτος herba linguæ similis Hipp lib.2. περὶ γυναικ. (pag.669.20.) Sic βλῆτον dicitur Theoph. lib. hist. plant.7. cap.1. & βλῆτον Dioscoridi cap.143 lib 2. pro βλίτον.

Βληχρὸς πυρετὸς, febris lenis, parua, debilis dicitur, lib.5. Epid. (p.1153 C.) & (p.1162.E.) πυρετὸς εἶχε βληχρὸς, febris lenis & parua detinebat. πυρετοὶ dicitur lib.7. Epid. (p.1215.F.) πυρετοὶ διὰ παντὸς βληχροὶ, febres perpetuò debiles, leues, & ad manus contactum pusillæ, in quibus calor debilis videtur, quæque semper deurentibus opponuntur, aph.17 lib.6. Epid. sect 1. βληχρὸς πυρετὸς πρὸς χεῖρα, febris ad manus contactum debilis, lib.1. περὶ γυναικείων (p.605 8.) βληχρότερη ἡ νοῦσος, morbus debilior & leuior, (ibidem) βληχροὶ σφυγμοὶ, pulsus debiles, languidi, quibus ὀξέες, hoc est, citati opponuntur (ibid. v.23.) πυρετοὶ μακροὶ καὶ βληχροὶ, febres longæ & paruæ, aph. 64. lib.5. de febribus lentis & hecticis laborantibus dicuntur, quòd in his febres remissæ appareant, adeò vt nequaquam se febricitare existiment, vt scribit Gal. lib. de inæq. intemperie, cap.7. πυρετὸς βληχρὸς febris parua & debilis in his qui βλητοὶ dicuntur, hoc est, sydere tacti, quales sunt apoplectici & corporis stupore laborantes, lib.2. de Morb. (pag.463. 51. & p.469.21.) Βληχρὸς exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. ὄσπριον τι ὃ καὶ βλήχιον γράφεται, leguminis genus quoddam quod etiam βλήχιον scribitur. βληχρὴν verò pro βλήχιν quidam etiam scribunt.

Βλιχώδης Erot. apud Hipp Epiclem exponere scribit, τὸ λελιπασμένον μετὰ γλοιώδους ὑγρασίας ἀναθάρπου, hoc est viscosa quadam humiditate pinguescens, vnguinosum, aut lento & vnctuoso humore sordidum ac turgescens. Euphorion. verò τὸ ἐκπεπιεσμένον δὲ κατεξηρασμένον, expressum & resiccatum Bacch. etiam & Lysimach. πληρώδης per π scribere, τὸ ἐξηπλωμένον quod est explicatum, expansum, indicare volentes, quasi plenum ac sine rugis. Addit etiam Erot. pro βλιχώδης quosdam apud Hipp. γλισχρώδης scribere, quod est, glutinosum & viscosum, & cum Epiclis expositione aptè conuenit. βλιχώδης Sudas ex Hipp. τὸ λελιπασμένον καὶ καθαρὸν, decorticatum & purum exponit, quod & facit Hesych. apud quem tamen βλιχώδης & βλιχώδες, vitiosè pro βλιχώδης; aut βλιχώδης legitur. Quod etiam apud Varin. vitiosè scribitur. At locus apud Hipp. ab Erot. expressus is mihi videtur qui legitur lib. de cap. vuln. (pag 911.E.) τὸ ἕλκος ἄχροον γίνεται, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἰχὼρ ῥέει σμικρὸς, καὶ τὸ φλεγμαῖνον ἐκτεθνήκει ἐξ αὐτοῦ καὶ γλισχρώδες γίνεται. Vlcus coloris expers euadit, ex eoque sanies parua effluit, quodque in eo inflammationem sentit emoritur & glutinosum euadit. Vbi βλιχώδες ἕλκος Erot. legisse videtur, cùm tamen exemplaria omnia tum scripta tum publicata constantissimè γλισχρώδες habeant. Vt mihi ex hoc loco Sudæ & Hesych. explicatio non parum suspecta sit, ac pro λελιπασμένον καὶ καθαρὸν, λελιπασμένον, μὴ καθαρὸν leg. censeam.

¶ Βοαίφθαλμον Gal. apud Hipp. in Exeg. τὸ βέφθαλμον exponit, quod & χρυσάνθεμον etiam nominari dicit.

Βόθριον paruam foueam aut fossulam significat. dicitur autem in oculorum cornea cauum esse vlcus, angustum ac purum. Quod autem bathrio latius est, sed minus altum, κοίλωμα, Ægin. lib.3. cap.22. & Actuar. lib.2. περὶ διαγνώσ. παθ. cap.7. Author verò Definit. Medic. βόθριον vlcus cauum aut purum in oculi nigro consistere scribit, vt & Medici author περὶ τὴν ἶριν, circa oculi circulum. Cui βόθριον definitur ἕλκος κοῖλον, καθαρὸν, στενὸν, κεντήμασι στρογγύλοις ὅμοιον, βαθύτερον ἑλκυδρίου, vlcus cauum purum, angustum, puncturæ rotundæ simile, vlcusculo altius. Βοθρίων meminit Hipp. lib. περὶ ὄψιος (pag 427 22.) καὶ τοῖσι βοθρίοισι, vbi fossulis, oculorum vlceribus calidæ lotionem leniendo, detergendo, aperiendo, prodesse scribit. (Sic enim legendum pro διὰ νήψιος.) Ac nemini quidem dubium est quin hunc Hippoc. locum sibi vindicet Erot. cùm scribit, βοθρίας, τοῖς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κοίλοις ἕλκεσι νῦν λέγει. Verùm manifestum esse vitium apparet. Legendum enim βοθρίοις, τοῖς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κοίλοις ἕλκεσι νῦν λέγει. vt hac dictione (βοθρίοις,) fossulas, hoc est, caua oculorum vlcera Hipp. exprimere velit.

Βόλβιον paruus bulbus aut bulbulus dicitur, & qualis sit ab ipso Hipp. satis exponitur lib.2. περὶ γυναικείων, teste Gal. in Exeg. quo loco quosdam perperam narcissum sumpsisse scribit, quòd sit radice bulbosa. Quibus sanè verbis locus mihi exprimi videtur (pag.665.53.) vbi bulbulus cum allio & nitro in pesso apponitur ad vteros semen non retinentes his verbis. τοῦτο σὺν μέλιτι καὶ οἴνῳ προσθεῖναι, ἢ βόλβιον· ἐν πυροῖς δὲ θυρρείται, αἰγυπτίοισι δὲ μάλιστα, δριμὺ, ὅμοιον κυμίνῳ αἰθιοπικῷ. Hanc [conyzam] cum melle & vino in pesso apponito, aut βόλβιον (hoc est bulbulum) quod in tritico præcipueque Ægyptio cernitur, acre, cumino Æthiopico simile. βόλβιον alias etiam sæpe ad vteros, pesso admouet Hippocrates, vt lib. περὶ ἀφόρων (pag.265.55.] ad vterum repurgandum, & lib.2. περὶ γυναικ. (pag.669.3.) cum myrrha & melle tritum suppositurium medicamentum optimum ad fluorem rubrum esse testatur. Lib. etiam περὶ γυναικ. φύσ. (p.586.45.) βόλβιον in vino albo tritum, lana inuolutum, in subditio medicamento apponitur, ad vterum conceptui repurgandum. Eodem lib. (p.584.30.) βόλβιον ἐκ τοῦ πυροῦ, bulbulus ex tritico sumptus, tritus & vino maceratus, in lana recenter enixæ adhibetur. Verùm illic βόλβιτον vitiosè pro βόλβιον habent omnia exemplaria. Nam & lib.1. περὶ γυναικ. (p.625.15.) vbi idem repetitur, βόλβιον τὸ ἐκ πυρῶν, tritū & vino maceratum pesso admouet.

Βολβὸν βοτάνης ὄνομα esse apud Hipp. scribit Erot. Pro quo fortassis βόλβιον legi debet, etsi lib.7. Epid. (p.1255 G.) βολβοῦ χυλὸς, bulbi succus ponitur.

Βόλβιτον stercus bubulum aut fimum bubulum significat, quod etiam βόλιτον dicitur, vt scribit Gal. in Exeg. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.563.48.) in vteri hydrope πυριῆν ἐν τῷ βολβίτῳ τῷ ὑστέρας fimo bubulo vteros fouere præcipit Hippocr. Lib. verò 1. περὶ γυναικ. (pag. 611.28.) πυριῆσθαι ἐν

τοῦ βολίτου τοῦ ὑςέρας dicit. βόλβιτον verò sæpe in tota muliebrium tractatione ad vteri suffitus adhibet Hipp. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. [p.575.41.] & lib.1. περὶ γυναικ. [p.632.18.] & lib. 2. [p.668.55.] Dioscor. lib.2.cap. 98. scribit bouis masculi βόλβιτον, hoc est, fimum bubulum procidentes vuluas reprimere. Dicitur & ὁ βόλβιτος & ὁ βόλιτος Atticè vt & τὸ βόλιτον. Hesych.etiam βόλιωθον. Festus imbulbitare esse scribit puerili stercore inquinare, ex fimo dictum quod Græci βόλβιτον appellant.

Βολβίτια exponit Gal.in Exeg. apud Hipp. τὰ ὑπὸ τῶν πολλῶν βομβύλια προσαγορευόμενα. γένος δ' ἐστὶ τοῦτο μικρῶν πολυπόδων. quæ à multis βομβύλια vocantur. genus est autem paruorum polyporum. βολβοτίνη dicitur Athen.polypodis species,lib.7.& Arist. hist.animal.lib.4 cap.1. βολίταινα, quam & ὄζολιν dici ob grauiorem odorem scribit. Ideoque βολβίταινα fortassis scribendum,& apud Athen. βολβιτίνη, παρὰ τοῦ βολβίτου à stercoris bubuli grauissimo odore. At verò apud Hipp. βολβίδια forte pro βολβίτια scribitur lib.2. περὶ γυναικ. [p.649.35.] ἢν δὲ ἄρτον βούληται καὶ βολβίδια καὶ σηπίδια τῶν σμικρῶν. Si verò panem volet & βολβίτια, ac sæpiolas paruas. βολβίδια parui polyporum generis dixit Corn. Caluus autem pro βολβίοις sumpsit & bulbulos non malè vertit, cùm σηπίδια addat, & flatulentos cibos illic expetat Hipp. Aut idem certe βόλβια legit.Rursus quoque eodem lib. (p.651.50.) ad vteros inflammatos βολβιδίοισι καὶ πολυποδίοισιν ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ in cibo vtitur, hoc est, bolbidiis & paruis polypis in vino & oleo; vbi rursus Caluus βολβίοις leg. videtur, & bulbulos sumpsisse. Quem certe locum Erot. expressum existimo,si modò βολβίδια pro βολιτὰ legatur, quæ exponit τὰ μικρὰ βόλβια, paruos bulbos. Nam & manifestum esse vitium apparet, cùm βολιτὰ idem quod βόλβιτα significent, quæ sunt Hesych. ἀφόδευμα βοός.

Βόμβος, bombus, aut sonus dicitur, nomen ex imitatione fictum. Bombus autem est murmur resonans, susurrus, ac strepitus, ex flatibus qui in amplitudinem effunduntur & euoluuntur ex locorum angustiis, qualis in apibus aut vespis resonat. Quod si flatus illi in locorum angustias irrumpant, ac veluti per rimas effluant, fit sonitus, & stridor, aut sibilus. In Coac. (p.144.B.) βόμβος ἐν ὀξέσι, καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, θανάσιμον. In præcipitibus morbis murmure resonantes ac tinnientes aures, mortem prænunciant.

Βομβύλιον exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. ἔκπωμά τι στενὸν ἔχον τὸ στόμα, ἢ πῶμα, παρὰ τὸ βομβεῖν ὀνομασμένον, poculum angusti oris, aut operculum, à resonando dictum. aut à sono quem edit. βομβύλον Sudæ exponitur σκεῦος στρογγυλοειδὲς, idem fortè quod βομβύλιος aut βομβυλιός. Polluci βομβυλιὸς est etiam poculum angusti oris, παρὰ τὸ βομβεῖν ἐν τῇ πόσει, quemadmodum Hesych. βομβυλιὸς exponitur ποτηρίου γένος κατὰ μικρὸν πότον στάζοντος, ὅθεν δὴ τὸ ἦχον ὑπὸ κυκλοῦσθαι. poculi genus sensim potum stillantis. Ex sono autem quem edit sic appellatum. Est & βομβύλη λήκυθος Hesych. & βομβυλίδες πομφόλυγες. Eam autem vsurpat dictionem Hipp. lib.3. de Morb. (pag. 494.55.) καὶ οἶνον γλυκὺν καὶ ὑδαρέα πιπίσκειν, μὴ ψυχρὸν, ὀλίγον ἐκ βομβυλίου διὰ ῥυσώμου, vinum dulce bibendum & aquosum, ex lati oris vasculo. Vbi tamen interpretes στενοσόμου aut ἐκ ἰυρυσόμου legisse videntur. Quem sanè locum mihi videtur subindicare Erot. cùm βομβυλίου exponit, esseque scribit βυκίου εἶδος στενοσόμου, vasculi oris angusti genus.(βυκίου tamen malim.) Quo etiam alludere videtur Gal.Com.2. in lib.6. Epid. (pag. 467.41.) cùm scribit, Σαβῖνος δὲ ἐκ βομβυλίου στενοσόμου πίνοντα, κελεύει κινεῖν ἐρυγάς. Sabinus ex angusti oris vasculo bibentem ructus mouere iubet. βομβυλίων etiam meminit Paulus lib.3. cap.9. cùm per angusti oris vascula & guttatim aliquid instillari præcipit. Est & βομβύλιον Erot. εἶδος μελίσσης, apis genus. σημαίνει δὲ καὶ τὸν αὐλητὴν, παρὰ τὸ ἐπὶ αὐλοῖς βομβεῖν. Significat & tibicinem, quod tibiis aut fistulis inflatis sonitum edat.

Βοὸς θαλασσίου, hoc est, bouis marini, legitur apud Gal. in Exeg. ex Hipp. σελαχώδης ἐστὶν ὁ ἰχθὺς οὗτος, inter cartilagineos pisces reponitur, quos Plinius planos vocat, inter quos etiam bouis meminit cap.24.lib 9. vt & Arist.lib.5. hist.animal.cap. 5. & lib.6. cap.12. Cartilaginei autem generis pisces σελάχη ab Arist. dictos Plinius testatur. eos idem planos vocat.

Βορβορυγμὸς murmur significat à flatibus excitatum cum mediocri humiditate. Gal. Com. ad aph.73. lib.4. καλεῖται δὲ βορβορυγμὸς ὁ ψόφος τοῦ πνεύματος, ὅταν μὴ μέγας ᾖ, μηδὲ πολύς, σὺν ὑγρότητι δέ τινι μετρίᾳ κινούμενος ἐπὶ τὰ κάτω. Vocatur βορβορυγμὸς spiritus sonus, cùm neque magnus,neque multus, cum modica quadam humiditate ad inferiora descendit. Idem lib.3. de sympt.caus.cap.7. βορβορυγμὸν bombi speciem facit ex humiditate in intestinis contenta humidam deiectionem prænunciante. Sic præcordiorum tumores λύει βορβορυγμὸς ἐγγινόμενος ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, soluit murmur circa præcordia exortum, flatibus præcipuè per sedem cum stercore & vrina demissis. ὁ γὰρ τοιοῦτος ψόφος (vt illic scribit Gal.) οὐ μόνον πνεύματος ἐστὶ σημεῖον, ἀλλ' ὑγροῦ συμμιγοῦς, καὶ σώματι στερροῦ. Eiusmodi enim strepitus, non solius spiritus indicium est, sed humore & corpore solidiore permixti. βορβορυγμὸς γινόμενος ἐν ὑποχονδρίῳ, murmur circa præcordia exortum, Coac. (p.164.E.) βορβορίζειν & διαβορβορύζειν κοιλίη dicitur cùm aluus murmur edit & ad excretionem irritatur, lib.de rat. vict.in morb.ac. (p.104. 32.& 33. H.401.15.16.) διαβορβορύζουσα κοιλίη κενεὰς ἐξαναστάσιας, aluus ad inanes & irritas exurrectiones murmurans,in Prorrh. (p.205.48. H.76.D.) διαβορβορύζοντα ὑποχόνδρια μετέωρα, præcordia sublata & à flatibus suspensa, aph.73. lib.4 quod etiam annotauit Budæus.Dicitur & βορβορύζειν, διαβορβορύζειν & ὑποβορβορύζειν. Vt κοιλίη ὑποβορβορύζουσα φύσῃσι, aluus flatibus perstrepens, Aret. cap.6. lib.2. περὶ αἰτίων καὶ σημείων ὀξέων παθῶν. οἱ ἐν ποτοῖσι ὑποβορβορύζοντες, quibus inter potandum murmur quoddam exauditur. Coac. (p.126.A.) Est autem murmur illud ac strepitus ei similis qui exauditur cùm cœnum exagitatum pedibus conculcatur aut commouetur; vnde nomen etiam defluxit.

Βορβορώδης cœnosum,cœnum referens, lutulentum, fœculentum dicitur. βορβορώδης πύον, pus cœnosum & lutum referens, in Progn. (p.152.9. H.45.39.) & aph.44.lib.7.& Coac. (p.184. C.) βορβορώδεις ὀδμαὶ, odores cœnosi lib. περὶ χυμῶν (p.50.10.) βορβορώδεα οὖρα vrinæ cœnosæ aut lutulentæ Gal.Com. ad aph. 69. lib.4.

Βορὸς vorax, edax dicitur, vnde ὕδωρ βορὸν, aqua vorax, quòd voraces & edaces efficiat,appetentiamque ciborum excitet aph. 18. lib.6. Epid. sect.4. Vbi scribit Galenus. καλοῦσι γὰρ καὶ νῦν ἔτι συνήθως οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν ἅπαντες Ἕλληνες ἀνθρώπους βορούς, τοὺς πολλὰ δυναμένους ἐσθίειν. Vocant enim & nunc etiam in nostra Asia Græci omnes vsitato vocabulo homines βορούς, eos qui multa comedere possunt. Βορὴ Ionicè pro βορὰ, cibum significat. lib.1. περὶ γυναικ. (p.599.13.) βορὴ ἀνεπιτήδειος, cibus inutilis, minimè accommodatus. Est autem βορὰ Hesych.βρῶσις, σῖτος, τροφή. cibus,esca,alimentum.

Βοτράχου pro βατράχου positum apud Hipp. scribit Gal. in Exeg. & apertè quosdam βατράχου legere addit. Sic etiam βόρταχος Hesych. βάτραχος exponitur.

Βότρυς ὁ ἡλίῳ, vua insolata,passa dicitur lib.7. Epid. (p.1229.F.) βότρυς etiam herbæ nomen quam Botryn quoq;Pl.vocat cap.8. lib.27.& alio nomine Artemisia nuncupatur, & Cappadocibus Ambrosia.Vide Dioscor.cap.130.lib.3.& Pl.lib.27.cap.4.

Βυβάλιος, σίκυος ἄγριος exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. cucumis agrestis vel anguinus. βυβάλιον verò Hesych. exponitur ἄγριος σίκυος παρὰ τῷ Ἱπποκράτει, & γυναικὸς μόριον pudendum muliebre.

Βουβὼν Hipp. quandoque inguen significat & locum vbi femur & coxendix coeunt, quandoque verò glandulas in inguinibus vtrobique sitas, earumque tumorem aut inflammationem. Nonnunquam etiam propter tam insignes inguinum glandulas, reliquarum quoque glandularum in collo & axillis tumor aut inflammatio βουβὼν dicitur. βουβὼν inguen denotat ægr.3.lib.1. Epid. ἤλγησεν κατὰ βουβῶνα, ad inguen doluit, vbi inguinis tumorem etiam indicat. Sic lib.3. Epid. in st.pest. (p.426.10.H.1085 H.) φύματα ἔξωθεν, ἔσωθεν τὰ περὶ βουβῶνας,tubercula extra,intus circum inguina.Lib.etiam π II. de Morb. (p.481.29.) in pleuritide dorsali, καὶ πονεῖ μάλιστα τὸ μετάφρενον, καὶ τοὺς βουβῶνας, ac præcipuè dolor est ad dorsum & inguina. In Coac. (p.220.E.) τὰ ἑρπυστικὰ καθύπερθεν βουβῶνος πρὸς κενεῶνα καὶ ἐφήβαιον γινόμενα. Serpentia vlcera, supra inguina, ad laterum inanitatem & pubem exorta.Lib.quoque 5.Epid.(pag. 1143.F.G.) Εὐπόλεμος ἐν Οἰνιάδῃσιν ὀδύνη ἐπὶ ἰσχίον τὸ δεξιὸν, καὶ τὸν βουβῶνα,καὶ τὴν πλησίον συμβολὴν πρὸς τὸ ἰσχίον,ἀπὸ τοῦ βουβῶνος. In Oeniadis Eupolemus coxendicis dextræ dolore conflictabatur & inguinis, ac propinquæ coxendicis iuncturæ, quæ inguini & coxendicis anteriori parti respondet. Rursus ib. (G.) ἀλλ' ἔμπυον ἔσχε τό τε ἰσχίον,καὶ περὶ κοχώνην, καὶ τὸ ἀμφὶ τὸν βουβῶνα. Verùm tum coxendicem, tum illius iuncturam ad sedem (quæ κοχώνη dicitur) tum etiam inguinis loca suppuratio occupabat. Eodem etiam lib. (p.1155.E.) οἱ βουβῶνες ἐφυματοῦντο, in inguinibus tubercula exoriebantur. Quin & Aret. in primis vetustus author βουβῶνας pro inguinibus sumpsit cap.2. lib.1. cur.ac morb. ξυγχρίειν δὲ καὶ τὰς χεῖρας ἀπὸ τῶν ὤμων, καὶ τὰ πόδε ἀπὸ τῶν βουβώνων. necnon & manus ad humeros vsque, & pedes ad inguina inungendi sunt. Ex eaque significatione βουβωνοκήλη dicitur tumor qui fit in inguine rupta aut laxata peritonæo tunica. Gal. libr. de tumor. præter nat. (pag. 357. 19.) βουβὼν quoque glandularum in inguine inflammationem & in-

& inguinis tumorem persæpe indicat, vt & inguen Latinis, quemadmodum apud Lucilium eo versu, Inguen ne existat, papulæ, tama, ne boa noxit. Sic lib. 4. Epid. [pag. 1136. D.] βραχεῖς βουβῶνες paruos inguinum tumores significant. Sunt & βουβῶνες in vniuersum glandularum inflammationes cuiuscuis generis, siue in collo, siue in axillis, aut inguine, aut secundum aures contingant. οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ, febres ex bubonibus aut glandularum inflammationibus, aph. 55. lib. 4. & lib. 4. Epid. [pag. 1139. G.] & lib. 2. Epid. (pag. 1025. B.) In Coac (pag. 127. H.) ἐν πυρετοῖσι βουβὼν ἀλγημα νούσου χρονίην σημαίνει. In febribus ex glandularum inflammatione dolor diuturnum morbum fore prænunciat. Sic lib. 2. Epid. (pag. 1025. B.) οἱ ἐπὶ πυρετοῖσι βουβῶνες κακίονες, glandularum tumores qui in febribus accidunt, deteriores sunt. βουβῶνες, hoc est, glandularum tumores ab euidente causa interdum fiunt, velut vlceribus quæ prope magnam venam vel arteriam exoriuntur, aph. 4. sect. 7. libr. 6. Epid. Interdum etiam ex delitescente intus causa, vt viscerum inflammatione, humorum plenitudine vel malignitate, aph. 7. libr. 6. Epid. sect. 2. αἱ ἀποστάσιες, οἷα βουβῶνες, σημεῖον μετὰ τὰ βλαστήματα ἐχόντων. Abscessus veluti glandularum tumores, eorum quidem locorum vnde propagines ducunt, significationem præbent. Libr. quoque 4. de Morb. (pag. 506. 53.) βουβῶνες, hoc est, glandularum tumores ex vlceribus oriuntur. Gal. libr. 13. Meth. med. (pag. 174. 17.) ὀνομάζουσι δὲ τοὺς ἐξαρθέντας ἀδένας, βουβῶνας. Glandulas verò quæ ex phlegmone intumuerunt bubones vocant. Idem lib. 1. de diff. feb. (pag. 324. 22.) βουβὼν ἐκ τοῦ γένους ἐστὶ τῶν φλεγμονῶν. Bubo ex genere est inflammationum. Est & βουβὼν Polluci lib. 2. τὸ περὶ βουβῶνας οἴδημα μετὰ φλεγμονῆς, glandularum tumor cum inflammatione.

Βούκερας, ἡ τῆλις, fœnum græcum exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. additque idem Mnetheum in medicamentorum appellationibus existimare anagallidem eo nomine appellari. Dicitur & βούκερως ex βουκέρατος contractum Theoph. Plin. libr. 24. cap. 19. telin vocari scribit, aliis carphos, aliis buceras, aliis ægoceras, quoniam corniculis semen est simile, nobis siliciam. Columella verò siliquam vocat, quod vt siliqua arbor siliquetur. βούκερας Hesych. τὸ σπέρμα τῆς τήλεως significat, fœnigræci semen. (sic enim leg. censeo) aut vt Varin. τὸ σπερμάτιον ἡ τῆλις. Vsurpatur Hipp. libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 617. 39.) καὶ βούκερας, ἢ πτισάνης πυρίνης μᾶλλον χυλὸς, aut fœnumgræcum, aut potius ptisanæ triticeæ succus.

Βούλιμος ingens ac vehemens fames dicitur, ab immodica oris ventriculi refrigeratione contracta. Galeno Comm. ad aph. 21. libr. 2. βούλιμος ἐστὶ καταπτώσις δυνάμεως ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ψύξεως, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ πείνης, οὐκ ἔτι δ᾽ ἔχων αὐτὴν συνοῦσαν. Labefactatio facultatis à frigore externo quæ à fame quidem inchoauit, eam verò non habet amplius adiunctam. βουλιμώδεις τε καὶ ἀπόδεις διαθέσεις, affectiones magnam famem aut anxietatem excitantes, quæ morbum ori ventriculi inferunt. Gal. libr. 8. Comp. phar. κατὰ τόπ. (pag. 274. 14.) βουλιμιῶντες etiam dicuntur qui magna fame, quæ Græcis βουλιμία dicitur, premuntur, eidem in Isag. pulsuum (pag. 7. 10.) In Definit. Med. (pag. 398. 9.) βούλιμός ἐστι διάθεσις καθ᾽ ἣν ἐπιζήτησις ἐκ μικρῶν διαλειμμάτων γίνεται τροφῆς. ἐκλύονται δὲ καὶ καταπίπτουσι, καὶ ἄχροοι καὶ καταψύχονται τὰ ἄκρα, θλίβονταί τε τὸν στόμαχον, καὶ σφυγμὸς ἐπ᾽ αὐτῶν ἀμυδρὸς γίνεται βούλιμος, affectus est in quo per exigua interualla cibus requiritur. Exoluuntur autem & concidunt eo affecti, decolores sunt, & extremis refrigerantur, stomacho premuntur, pulsusque habent languidos. Bulimum grandem famem Græci dicunt, vt scribit Festus. Gellius libr. 16 cap. 3. βούλιμον ex Erasistrato, vim quandam famis non tolerabilem vertit. βούλιμος, μέγας λιμὸς, ingens fames exponitur Hesychio.

Βούπρηστις exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. τὸ, τε ζῶον τὸ τῇ κανθαρίδι παραπλήσιον, ἔτι δὲ καὶ τι λάχανον ἄγριον, οὗ μέμνηται Διοσκουρίδης ἔν τε τῷ πρώτῳ τῶν ὑγιεινῶν, καὶ ἐν τῷ περὶ λαχάνων. tum animal cantharidi affine, tum olus quoddam syluestre, cuius meminit Diosc. & in primo Salubrium, & lib. de oleribus. Buprestin sæpe adhibet Hipp. in pesso ad vteros inflandos & acri medicamento repurgandos, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 620. 30. & 51.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573. 14.) medicamentúmque ex bupresti apparat. Buprestin animal esse scarabeo longipedi simillimum, scribit Pl. lib. 30. cap. 4. quod fallat inter herbas boues maximè, deuoratumque ita inflat vt rumpat. Idem quoque in laudibus ciborum buprestin Græcos reposuisse testatur, cap. 22. lib. 22. Buprestis oleris meminit etiam Theophrast. histor. plant. lib. 3. cap. 8.

Βώθειν legitur apud Hipp. ἐν παραγγελίαις (pag. 28. 29.) αἰτέεσθαι δ᾽ αὖ θαρσαλέως βώθειν. Vbi certe virium subesse apparet, & βοηθεῖν legunt omnes interpretes. Verùm confidenter auxilium peterem, eos auxilium ferre iuberem. Agitur enim de Medicis qui methodo medendi destituti; verborum phaleris popularem auram captant, cum quibus de curandi methodo conferre nolit Hippocr. sed ab ipsis potiùs opem & auxilium peti vult hoc est vt quod verbis confidenter prædicant, re ipsa præstent. βωλῶ legendum putat Hieron. Mercur. vt scribit Zuingg.

¶ **Βράγχος** est humoris in fauces influxio, quam raucitatem vocat Cæl. Aurel. cap. 7. lib. 2. Tard. passionum. Hinc βραγχώδεις φωναὶ, voces raucæ dicuntur, lib. 1. Epid. (pag. 952. 51. H. 8. 9. D.) irrigatis nimirum vocis instrumentis ab ea quæ deorsum ferebatur humiditate. τοὺς βραγχαλέους, hoc est, raucedinosos vocat lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 114. 49. H. 405. 50.) qui ex humoris frigidi in laryngem influxione laborant. βραγχώδεστατα autem ὕδατα sunt lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 293. 45.) aquæ quæ maximè raucos faciunt & raucitatem excitant, vt sunt glaciatæ & niuosæ, ac frigidissimæ. βραγχώδης κυνάγχικος angina cum raucitate laborans, lib. 7. Epid. (pag. 1211. H.) Vbi tamen exemplaria manu scripta Regia βραγμώδης legunt, hoc est, strepitum & sonum edens, quod dicitur de anginoso, cui veluti strangulabundo sonitus in gutture editur. βραχεῖν Hesych. ἠχῆσαι, ψοφῆσαι exponit, hoc est, sonum vel strepitum edere. βραγχώδεες anginosi, lib. 2. Epid (pag. 1017. C.) vbi tamen βραχυμορφεῖς habent exemplaria manu scripta.

Βραχίων brachium dicitur Hipp. os illud quod inter cubiti & humeri articulum situm est, interdum verò tota ea pars, non os tantùm. Gal. initio Com. 2. in lib. de fract. (pag. 540. 16. H. 757. D.) & lib. de art. (pag. 580. 6. H. 780. D.) Brachium humerus Celso dicitur.

Βραχύπνοος breuispirus, qui paruum & rarum trahit spiritum, hoc est, ex longis interuallis, ex calidi natiui extinctione: eademque est βραχύπνοια quæ frigida spiratio, quam describit in Progn. & Coac. Hippocr. vt exponit Gal. lib. 3. de diff. spir. cap. 8. Sic igitur βραχύπνοος dicitur, ægr. 3. lib. 3. Epid. post st. pest. & ægr. 15. qui parum & ex longis interuallis spirabat, cuique paruus & rarus inerat spiritus, vt scribit Gal. cap. 11. lib. 2. de diff. spir. & Com. 3. in lib. 3. Epid. (pag. 435. 15. H. 1098. A.) idque ex totius corporis perfrictione & caloris natiui extinctione. At verò lib. 2. Epid. (pag. 1025. C.) & lib. 6. Epid. sect. 2. aph. 9. βραχύπνους, breuis spiratio intelligitur, & ea quæ fit per modica interualla, hoc est, crebra & parua, vt opponatur μακρόπνῳ, quemadmodum explicat Gal. lib. 3. de diff. spir. cap. 11. καθάπερ γε καὶ ὡς τὸ δι᾽ ὀλίγου, τουτέστι τὸ πυκνὸν, καὶ προσέτι τὸ μικρὸν ἐκ τοῦ βραχύπνους. quemadmodum & per breuem spirationem, spiritus qui per modica fit interualla, hoc est, creber & insuper paruus, significatur. In eadémque significatione βραχύπνοιαν sumi testatur Gal. cap. 11. lib. 2. de diff. spir. atque etiam vtramque βραχύπνοιαν Pythioni adfuisse scribit.

Βραχυπόται phrenitici dicuntur in Prorrh. (pag. 176. 17. H. 68. D.) qui parum & rarò bibunt, iidemque βραχυπόται Gal. Com. 3. in lib. 3. Epid. (pag. 435. 14.) εἰσὶ δὲ βραχὺ καὶ διὰ πολλοῦ πίνουσι, qui parum & ex longo interuallo bibunt. Lib. autem 1. περὶ διαιτ. (pag 172. 28.) βραχυπότας Hippocrati vocari scribit, ἐσθίει πολλῷ μὲν ἀραιότερον, ὀλίγῳ δὲ πλεῖον πίνουσι. qui rarius quidem, copiosius tamen bibunt. Etsi varia est eius nominis scriptura. Nam vt scribit Galen. Com. in Prorrh. ἔνιοι βραχυπόται γράφαντες, ἀξιοῦσιν ἀκούειν τοὺς ὑποπτευομένους τὰ βραχύτατα, καὶ τούτῳ μαρτυρεῖν φασὶ, τὸ ψόφῳ καταπλήσσομενοι, τουτέστι ταραττόμενοι, διὰ τὸ καὶ βραχύτατα ὑποπτεύειν, τουτέστιν ὑποπτεύειν. Nonnulli βραχυπόται scribentes intelligi volunt citissimè suspicantes, aut in minimis suspiciosos. Eique lectioni fidem facere dicunt, τὸ ψόφῳ καταπλησσόμενοι, hoc est, strepitu perculsi, quòd citissimè vel in rebus minimis suspiciosi sint, hoc est, suspicentur. Verùm apud Gal. codices omnes βραχυπόται pro βραχυπόται vitiosissimè scribunt, etsi malim βραχυπόπτοι pro βραχυπόπτοι legi, vt facilè suspicaces intelligas & qui in re vel minima suspiciosi sunt, quales sunt phrenitici. Quos ideo βραχυπότας Aurel. meritò dici scribit, quòd fastidio possessi, non solùm cibum, verumetiam potum refugiunt, vel quòd imaginatione læsa accipiendum potum non existiment, vel suspicione ob delirationem affecti, admixta putent venena liquori, vt scribimus nostris in Prorrh. Annot. At verò in Coac. (pag. 130 H.) οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται ψόφου καταπλήγμενοι dicuntur, qui nullo negotio & facillimè vel minimo strepitu irritantur ac percelluntur.

Βρέγμα capitis pars est media & anterior supra frontem sita, & à lateribus ad tempora vsque protensa. Aurel. cap. 4. lib. 1. Tard. pass. medium testæ vocat. βρέγμα Hesych. τὸ μέσον τῆς κεφαλῆς exponitur. βρεχμὸς & βρέγμα, idem quod βρέγμα, sinciput & anterior capitis pars. Homer. Il. ε. (ver. 585.) αὐτὰρ ὅ γ᾽ ἐκπεσε δίφρου κύμβαχος ἐν κονίῃσιν ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους. benefabricato excidit curru, in caput, in pulueres, in sinciput & humeros. Vbi Eustat. βρέγμα dici scribit, quòd ea pars in infantibus sit non solùm

tenera, sed & valde humida, vt videri possit βεβρέχθαι, hoc est, madefacta esse. Hipp. lib. de Cap. vuln. (pag. 896. H.) συμπάσης τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον λεπτότατόν ἐστι καὶ ἀσθενέστατον τὸ κατὰ βρέγμα. Totius capitis os id tenuissimum & maximè imbecillum, quod ad sinciput est. Rursusque (ibid. v. 897. A.B.) ὁ γὰρ ἐγκέφαλος τάχιστά τε καὶ μάλιστα κατὰ τὸ βρέγμα αἰσθάνεται τῶν κακῶν τῶν γινομένων ἔν τε τῇ σαρκὶ καὶ τῷ ὀστέῳ. Cerebrum namque ad sinciput celerrimè & maximè sentit offensas quæ in carne & osse fiunt. καὶ ὁ πλεῖστος ἐγκέφαλος ὑπὸ τῷ βρέγματι κεῖται, & cerebrum magna ex parte sub sincipite situm est.

Βρῖθος pondus, grauitas dicitur. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 591. 16.) καὶ βρῖθος ἐν τῇ γαστρὶ ἐγγίνεται, & grauitas in ventre inest. Rursus ibid. (pag. 609. 15.) καὶ βρῖθος γίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι, & pondus fit in vtero. Et (pag. 613. 3.) καὶ βρῖθος ἐνεῖν, & pondus inerit. In Epist. (pag. 1284. 5.) βρίθει κακίης, per malitiæ grauitatem. Hinc βρίθω pondere grauo, ingrauesco, propendeo, deorsum vergo, incumbo, inclino, ingruo, impressionem facio, cum impetu grauo aut prorumpo. Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 592. 9.) ὅπη αὖ βρίσῃ τὸ αἷμα τὸ ἀποκεκριμένον, qua parte sanguis excretus incubuerit, impressionem fecerit, cum impetu grauarit, aut propenderit. Lib. etiam περὶ φυσῶν (pag. 299. 30.) ᾗ ἂν ὡς τὰ μάλιστα βρίσῃ, quæ maximè impressionem fecerit, proruperit, aut procubuerit. Etsi pro βρίσῃ βαρυνθῇ leg. Asul. Rursusque (pag. 300. 35.) ἐπειδὰν οὖν ἐς τὰς παχείας καὶ πολυαίμους τῶν φλεβῶν πολὺς ἀὴρ βρίσῃ, βρίσας δὲ μένῃ. Cùm igitur in crassiores & sanguine refertas venas aër prorupit, progressusque diutius maneat. Quibus ex locis βρίσῃ βαρυνῇ exponit Erot.

Βρόγχια sunt asperæ arteriæ cartilaginosa corpora, in circulum ferè tendentia, per totos pulmones prope diuisa. Gal. lib. 4. de loc. aff. (pag. 293. 48.) βρόγχια δὲ καλοῦσιν οἱ ἀνατομικοὶ τοὺς χόνδρους τοὺς τραχείας ἀρτηρίας, σιγμοειδεῖς ὑπάρχοντας τῷ σχήματι. βρόγχια vocant Anatomes, hoc est, artis dissecandi corpora periti, asperæ arteriæ cartilagines literam C referentes. Dicuntur etiam βρόγχια Hipp. cartilaginosa quædam corpora per quæ odorem cum aëre attrahere cerebrum scribit lib. περὶ σαρκῶν vulgo inscripto (pag. 252. 51.) ὀσφραίνεται δὲ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρὸς ἐὼν αὐτὸς, τῶν ξηρῶν ἕλκων τὴν ὀδμὴν ξὺν τῷ ἠέρι διὰ τῶν βρογχίων ξηρῶν ἐόντων. Olfacit autem cerebrum humidum ipsum existens, aridorum odorem vnà cum aëre per corpuscula cartilaginosa sicca existentia attrahens. Gurgulionem vertit Caluus. Verùm ipse Hipp. paulò post, χόνδριον μαλακὸν ὅκωσπερ σπόγγος, cartilaginem mollem veluti spongiam, vocat. Lib. verò de Loc. in homine (pag. 408. 42.) σόμφον δὲ σπογγιά dicitur. fungosum quid instar spongiæ. Siue igitur mammillares aut papillares processus ab anterioribus cerebri ventriculis erumpentes, & prope ossium ethmoeideon initium desinentes intelligantur, siue ipsa ethmoeidea ossa, quod magis est vero simile, propter ea quòd spongiæ sunt simillima, certum est hæc non esse præcipua odorandi instrumenta, sed tantùm odoratui deseruientia.

Βρογχίη apud Hipp. cartilaginosa arteria dicitur lib. περὶ ἀνατομῆς (pag. 916. A.) ἀπὸ δὲ καρδίης ἐς ἧπαρ, βρογχίη πολλὴ κατήκει. καὶ μετὰ βρογχίης φλὲψ μεγάλη καλευμένη. Ex corde ad hepar cartilaginosa multa arteria peruenit, & cum cartilaginosa arteria vena magna nuncupata. Quem mihi locum certe subindicasse videtur Gal. in Exeg. cùm βρογχίης τῆς χονδρώδους ἀρτηρίας exponit. Vbi tamen βρογχίης leg. existimem. Βρόγχος autem asperam arteriam significat eam quæ ex larynge in pulmonem descendit, quòd plurimis cartilaginosis corporibus constet, quæ βρόγχια dicuntur, vt scribit Gal. initio lib. 7. Comp. phar. κατὰ τόπ. Idem verò Com. 3. in lib. de art. βρόγχον dici scribit, vel totam asperam arteriam, vel fauces duntaxat, (pag. 612. 43.) vbi tamen vitiosissimè deprauata sunt omnia nostra exemplaria. βρόγχος Hipp. guttur indicat, vnde ἐξεχέβρογχοι quibus guttur prominet lib. de art. (pag. 612. 31. H. 807. A.) τοὺς ἐξέχοντα εἰς τὸ ἔξω τὸν βρόγχον ἔχοντας, exponit Gal. (Sic enim illic legendum existimo cùm fœdissimè deprauata sint omnia exemplaria.) Lib. 5. Epid. (pag. 1156. F.) οἴδημα ὑπὸ τὸν βρόγχον, guttur intumuit. Lib. quoque de rat. vict. in morb. ac. (pag. 79. 15. H. 393. 48.) καὶ ὥσπερ εἰ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, ac veluti guttur dilataret, hoc est, veluti expansis alis explicaret. βρόγχος etiam & βρόχθος gulam significat, vnde καταβρογχίζω & καταβροχθίζω deglutio. In Coac. (pag. 221. A.) ποτὸν χαλεπῶς καταβρογχίζοντι, ægrè potum deglutienti. Rursus ibid. (pag. 126. B.) οἱ χαλεπῶς καταβροχθίζοντες, ægrè & cum molestia deglutientes aut deuorantes. βρόχθος quoque vt gulam, ita & poculi genus aut lagenulam significat. βρόχθος est Var. τὸ ὀλίγον πῶμα καὶ ἡ φάρυγξ δι' ἧς καταπίνομεν. Hipp. verò lib. 2. de Morb. (pag. 485. 30.) paruæ mensuræ genus quoddam. πολλάκις δὲ καὶ χολὴν αἱμέει ὀλίγην ὅσον βρόχθον. sæpe etiam bilem vomitione reiicit, quantum poculi parui mensura capit. Rursus ibidem (pag. 487. 22.) καὶ ἐμέει πᾶσαν ὥρην δὲ σιαλον ὀλίγον. καὶ δύο βρόχθους. & velut stillam modicam vomit, duorum paruorum poculorum mensura.

Βρυγμὸς exponitur Gal. in Exeg. ὁ ἀπὸ τῶν ὀδόντων συγκρουομένων ψόφος, dentium inter se collisorum strepitus. Erot. verò βρυγμὸς est ἰδίωμα ποιὸν ψόφου, proprius quidam sonus, velut dentium fremitus & collisorum sonitus, vt Hesych. βρυγμὸς τρισμὸς ὀδόντων exponitur, ἢ ἀκόνησις μύλων. βρυγμὸς pro dentium stridore sumitur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φυσ. (pag. 577. A) καὶ πυρετὸς αὐτὴν καὶ βρυγμὸς λαμβάνει. & febris eam & dentium fremitus occupat. Et rursus (ibid. v. 53.) καὶ πυρετὸς αὐτὴν λαμβάνει καὶ βρυγμός. Lib. etiam. 1. περὶ γυναικ. (pag. 912. 1.) καὶ πυρετὸς μέγας αὐτὴν καὶ βρυγμὸς λαμβάνει, eamque magna febris & dentium stridor prehendit. Et (p. 614. 35.) καὶ πῦρ ἔχει καὶ βρυγμὸς αὐτήν, & eam febris cum dentium stridore tenet. Rursusque lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 639. 3.) καὶ πῦρ λαμβάνει μετὰ ψύχου, καὶ βρυγμὸς, & febris cum perfrictione ac stridore dentium occupat. Rursusque (pag. 664. 30.) ἢν τις αὐτὴν ψαύσῃ, πυρετὸς τε καὶ βρυγμὸς ἴσχει. Si quis eam attrectarit, febris & dentium fremitus tenet. Lib. etiam 2. de Morb. (pag. 475. 11.) πυρετὸς ἴσχει καὶ βρυγμὸς, febris occupat & dentium fremitus. Rursus (pag. 477. 20.) καὶ βρυγμὸς καὶ ὀδύνη ἐς τὸ στῆθος καὶ ἐς τὸ μετάφρενον, & dentium stridor & dolor ad pectus & dorsum.

Βρύκειν quoque & βρύχειν, aut βρύξαι, est dentibus inter se collisis sonitum ac fremitum edere. Hesych. βρύκειν, τρίζειν τοὺς ὀδόντας exponit, & βρύκειν, συνερείδειν τοὺς ὀδόντας μετὰ ψόφου, dentes connectens cum strepitu. Erot. verò βρύξαι τοὺς ὀδόντας, ὥστε βιαίως συνερεῖσαι, ὡς ἦχόν τινα γίνεσθαι, τῶν κάτω πρὸς τοὺς ἄνω κρουόντων. hoc est, dentes violenter connectere, adeo vt inferioribus cum superioribus collisis sonus quidam fiat. Est & βρύχειν Gal. in Exeg. τὸ οὕτως ψοφεῖν, quod intelligitur de strepitu qui collisis inter se dentibus editur. Hesyc. quoque βρύχειν, τοῖς ὀδοῦσι πιέζοντα ψόφον ἀποτελεῖν, ὡς ἐν ῥίγει συμβαίνει. compressis inter se dentibus sonitum edere, velut in rigore contingit. Quam dictionem sæpe vsurpat Hipp. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 589. 44.) καὶ βρύξει τοὺς ὀδόντας, & dentibus fremet. Et rursus (pag. 593. 29.) ἡ δὲ καὶ τοὺς ὀδόντας βρύχει. hæc autem etiam dentibus fremit. Alioqui βρύχειν etiam per se de dentibus effertur, vt lib. eodem, (pag. 604. 20.) καὶ οἱ ὀδόντες βρύχουσι, & dentes fremitum edunt aut strident. Et libro 2. περὶ γυναικ. (pag. 643. 42.) καὶ βρύχει, & dentibus fremit. Vbi βρύχειν per se & simpliciter dentibus attribuitur ac neutraliter sumitur.

Βρυχᾶσθαι verò est rugire & dentibus frendere ac fremere, & leonibus propriè attribuitur, etsi de aliis feris etiam dicitur. Lib. de Morbo sacro [p. 303. 7.] κἢν μὲν γὰρ αἶγα μιμῶνται, κἢν βρύχωνται. Si enim capram imitentur, aut dentibus frendant. Verùm mihi vitium subesse videtur, & βληχῶνται legendum, vt sit, balatum edant, quòd βληχᾶσθαι sit ouium. Alioqui sanè βρυχῶνται legendum esset. Exemplaria autem manu exarata & Aldinum βρύχωνται leg. pro βληχῶνται, facili lapsu. Est & βρυχανᾶσθαι Nicand. eiulare vt Schol. exponit. Hesych. quoque βρυχανώμενοι, φωνοῦντες ἢ χασμώμενοι explicantur, vocem edentes, aut oscitantes.

Βρύον muscus est arborum corticibus adnascens, & cani arborum villi [vt loquitur Pl. cap. 23. lib. 12.] quales maximè in quercu videmus. βρύον ad vteri suffitus adhibet Hipp. lib. περὶ γυναικ. φυσ. [pag. 575. 31.] & βρύα etiam [pag. ead. v. 52.] & lib. 2. περὶ γυναικ. [pag. 671. 20.] Est & βρύον θαλάσσιον alga siue muscus marinus quem ad vteros inflammatione laborantes in cataplasmate adhibet Hipp. περὶ γυναικ. [pag. 610. 14.] & βρύον θαλάσσιον ὃ ἐπὶ τοὺς ἰχθύας ἐπιβάλλουσι, muscum marinum quem super pisces coniiciunt, vocat. Lib. verò περὶ γυναικ. φυσ. [p. 570. 3.] eadem in re βρύα θαλάσσια cataplasmate admouet. βρυώδης καὶ μαλακόν, de vinculo vlceribus circundando molli & algæ ritu cedente, iungit Gal. lib. 3. Method. med. [pag. 64. 50.] cui οὕτως σκληρὸν ὡς θλίβειν, adeo durum vt premat, opponitur.

Βρύχιος profundus, submersus dicitur, idem quod ὑποβρύχιος. Lib. περὶ ὀστέων φυσ. [pag. 279. 20.] αὐτὴ δὲ διὰ τῆς ἐπιγουνίδος ἐς τὸ εἴσω διὰ τοῦ κνήμης τοῦ μυὸς, βρυχίη τέταται. Ipsa autem per genu molam ad interiora per tibiæ musculum submersa, extensa est, hoc est, profunda & demersa. Erot. βρύχιον apud Hipp. exponit εἰσωβύθιον καὶ κατὰ βάθος κείμενον, profundum, & in profundo situm. Hesych. βρύχιον ὑποβρύχιον, βυθιζόμενον exponitur, demersum & in altum demissum.

Βρώματα cibos & edulia significant, & quæ eduntur, ac nutriunt, τὰ ἐσθιόμενα, ἢ ἐδεστά, ἢ τροφαί, ἢ σιτία exponit Gal. lib. 1. de alim. fac. [pag. 304. 46.] Idem Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. acut. (pag. 110. 10. H. 404. 21.) βρώματα ἐδέσματα exponit, vbi scribit Hipp. βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει. cibi verò de se maximè notas præbent. Sic lib. 2. Epidem. (pag. 1013. D.) τὰ βρώματα καὶ τὰ πόματα τήρεε δεῖ, εἰ ἐπὶ τὸ ἴσον μένει. Cibi & potus num æquale

æquales moras faciant, vt iudices, experientia est opus. Quem locum tamen paulò aliter scribit Gal. initio lib. 1. de alim. fac. Lib. 6. Epid. section. 5. aph. 35. βρώματα τὰ μὲν ταχέως κρατεῖται, τὰ δ' ἐναντίως. Ex cibis hi quidem celeriter superantur, illi vero contrà. Et aphorism. 31. ψυχρότατον βρῶμα, φακοί. In frigidis cibis numerantur lentes. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 9. 33.) ἰσχυρὰ βρώματα, sunt valentes cibi, graues & robusti, quique vt concoquantur viribus indigent, nec nisi ægrè à natura euincuntur. Rursus ibid. (pag. 14. 5.) ἰσχυρὸν βρῶμα dicitur cibus robur & nutrimentum conferens, valentes ac robustos faciens. Eadem quoque notione ex consecutione quadam βρώματα πλήρωσιν, hoc est, plenitudinem indicant, vt & συμπτώσιας φλεβῶν, inanitionem. lib. 2. Epid. [pag. 999. F.] βρῶμα etiam quod exesum est, & dentis erosionem significat. Lib. 4. Epid. (pag. 1131. E.) κατὰ βρῶμα, iuxta dentis erosionem. Sic Gal. lib. τῶν εὐπορίστων (pag. 479. 1.) καταπλάσσετε τὸ βρῶμα, dentis erosioni ex cataplasmate imponito.

Βύζην, ἀθρόως ἢ πυκνῶς exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. aceruatim, cumulatè, densè ac frequenter, Erot. etiam ἀθρόως. Qua dictione vtitur Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 591. 28) χωρέοντα βύζην abunde & confertim prodeuntia, de mensibus vno impetu cumulatè prodeuntibus. Rursus lib. περὶ φύσ. παιδ. (pag. 237. 17.) αἷμα βύζην ἀπιὸν κατὰ μῆνα ἕκαστον, sanguis singulis mensibus confertim excerni solitus. Vbi tamen exemplaria quædam Regia manu scripta ῥύδην & ῥύσδην leg. hoc est, affluenter & copiosè. βύζην etiam ἱκανῶς, ἀθρόως, δαψιλῶς, πυκνῶς exponitur Hesych. abundè, cumulatè, liberaliter, frequenter, vt & Sudæ πυκνῶς & πεπυκνωμένως. Ex βύζω autem aut βύω, quod est confertim impleo & condenso, βύζην deducitur, confertim & densè, more τῶν βυζομένων siue τῶν βεβυσμένων, eorum quæ conferta sunt & condensata, aut probè contexta. εἷμα καθαρὸν καὶ βεβυσμένον, vestis pura & contexta, hoc est probè contexta & condensata, aut plenè & confertim intexta. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 588. 41.) Cui opponit τὰ εἴρια ἀραιὰ τε καὶ μαλθακά. lanas raras & molles. Rursus ibidem εἷμα πλατὺ ἐὸν καὶ βεβυσμένον, dicitur vestis plena & densè contexta, aut contextu densata & conferta. Ex βύω etiam aut βυῶ quod est obturo, obstruo, oppleo, infarcio, constipo, dicuntur βύσματα ἀπὸ ἐλαιηρῶν κεραμίων, obturamenta de doliis oleariis, quæ cum sordibus ex officina fullonum permiscentur ad suffitum parandum in sanguinis profluuio, lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 640. 12.) Quidam amurcam esse existimant, quæ vtiliter ad sedis, genitalium, & vuluæ exulcerationes infunditur, ex Dioscor. cap. 135. lib. 1. τὰ βύσματα autem dicuntur, quæ veluti intrusa opplent ac obstruunt, & vasa olearia claudunt, obsepiunt ac obturant. Sic lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 260. 46. & 47.) ἐσβύσας τὸν δάκτυλον, & ἐσβύσας τὸ στόμα, digitum immittito & in os intrudito.

Βυθὸς profundum, altum dicitur, imus gurges ἐν βυθῷ ἀτεχνίης ἐόντες, Medici qui in profundo ignorantiæ artis versantur, imis ignorantiæ tenebris demersi sunt, ἐν παραγγελίαις (pag. 27. 10.) ἐς βυθὸν ὀπωλείας καταφέρονται, in altum perniciei præcipites deferuntur In Epist. (pag. 1284. 5.) Rursus ibidem (pag. 1284. 22.) καὶ φέρηται κατὰ κρημνῶν, ἢ βυθῶν πελάγους, si per præcipitia aut pelagi profunditates feratur. Et rursus (p. 1289. 23.) βρόγχος εἰς βυθὸν κοιλίης τροφὴν ἐκπέμπει, gula in ventris profundum alimentum demittit.

OECONOMIÆ
HIPPOCRAT.
TO Γ.

Γάγγλιον ganglium dicitur, & est neruì nodosa & retinens contractio, nullo præter naturam colore, ferè doloris expers. Authori Definit. Med. (pag. 400. 45.) γάγγλιον ἐστὶ νεύρου παρὰ φύσιν συστροφὴ συμπεπηγμένη, nerui collectio præter naturam, quæ in corpus concreuit. Sæpe in manibus & pedibus concrescit (vt scribit Actuar.) in talo, manus iunctura cum brachio & articulamentis, Paulus cap. 3. lib. 6. Celsus in capite oriri ganglia scribit, tuberculaque vocat, cap. 6. lib. 7. Gal. Com. 2. in lib. de art. (pag. 610. 17.) ganglia circa cartilagines & neruos ex eorum alimento concrescere scribit, & ex glutinoso ac mucoso humore oriri. τὰ γαγγλιώδεα apud Hippocr lib. de art. (pag. 610. 10.) H. 806. A.) nos Celsum secuti, ea tubercula quæ ganglia nominant, vertimus, eas neruorum concretiones ac collectiones intelligentes.

Γάγγραινα Medicis vocatur partis alicuius, ob inflammationis qua conflictatur magnitudinem, mortificatio, non ea quidem planè confirmata & completa, sed quæ etiamnum fiat. Cum enim pars omninò emortua est, σφάκελος hoc est, syderatio nominatur, quæ est gangrænæ terminus. Gangræna verò ad sphacelum via. Autori Definit. Medic. (pag. 401. 37.) γάγγραινά ἐστι μεταβολὴ τοῦ χρωτὸς τοῦ κατὰ φύσιν ἑκάστου ἐπὶ τὸ ἀλλότριον, καὶ νέκρωσις μεθ' ἑλκώσεως, καὶ δίχα ἑλκώσεως. γίνεται γάγγραινα ἤτοι πληθώρας προηγησαμένης, ἢ νεκρώσεως γιγνομένης, ἢ φλεγμονῆς ἐκ χειρουργίας. Gangræna est coloris à naturali cuiusque statu in alienum mutatio, & mortificatio cum vlcere, aut sine vlcere. fit autem gangræna aut prægressa omnium humorum plenitudine, aut exorta mortificatione, aut inflammatione per chirurgiam. Galenus lib. de Tumor. præter naturam (pag. 355. 47.) ἕπεται δὲ ταῖς μεγάλαις φλεγμοναῖς ἡ καλουμένη γάγγραινα, νέκρωσίς τις οὖσα τοῦ πάσχοντος μορίου, καὶ ἐὰν μὴ διὰ ταχέων τις αὐτὴν ἰάσηται, νεκροῦται ῥᾳδίως τὸ παθὸν ὑπομένειν, ἐπιλαμβάνει τε τὰ συνεχῆ, καὶ ἀποκτείνει τὸν ἄνθρωπον· ἐπειδὰν γὰρ ἰσχυρῶς σφηνωθῇ κατὰ τὰς μεγίστας φλεγμονὰς τά τε στόματα τῶν ἀγγείων, εἴ τε πόροι πάντες οἱ κατὰ τὸ δέρμα τὸ κατὰ φύσιν ἀποστερούμενοι διαπνοῆς, τὰ οὕτω κάμνοντα σώματα νεκροῦται ῥᾳδίως. καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἀποσβέννυται τὸ τῆς χρόας ἀνθηρόν, ὃ σὺν ταῖς φλεγμοναῖς, ἔπειθ' ἡ ὀδύνη καὶ ὁ σφυγμὸς οἴχεται οὐ παυσαμένης δήπου τῆς διαθέσεως, ἀλλὰ τῆς αἰσθήσεως νενεκρωμένης. Magnarum inflammationum comes est nuncupata gangræna, quæ & affectæ partis mortificatio existit, ac nisi quis ei breui medelam afferat, quæ sic affecta pars est facilè emoritur, & occupat quæ sunt continua hominemque interficit. Vbi enim per maximas inflammationes vasorum ora potenter obstructa fuerint, & cutis foramina naturali perspiratu priuata, quæ sic affecta sunt corpora, emoriuntur facilè. Ac primùm quidem floridus ipsorum color, qui cum inflammationibus erat, extinguitur, deinde dolor & pulsus pereunt, non quiescente nimirum affectione, verùm sensatione ipsa emortua. Idem Com. 4. in lib. de art. [pag 645. 20. H. 828. H.) gangrænam affectum medium inter magnam inflammationem & sphacelum facit, his verbis: μεταξὺ γὰρ πώς τοῦ σφακέλου καὶ τῆς μεγάλης φλεγμονῆς ἐστιν ἡ γάγγραινα, τοιοῦτον γένος τῆς τηλικαύτης φλεγμονῆς, ὅσον μετριώτερον τοῦ σφακέλου. φθορὰ γὰρ ἐστὶν ἐστι τῆς ὅλης οὐσίας τοῦ σφακελίζοντος μέλους. ὥστε οὐδ' ἂν ἰάσαιτό τις αὐτὸν ἤδη συνεστῶτα, ἀλλ' ἔτ' ἀρχόμενον, ᾗπερ οὐδὲ σφάκελός ἐστιν ἔτι πως, ἀλλὰ γάγγραινα μεγάλη πλησίον ἥκουσα σφακέλου. καταχρώμεθα δ' οὖν ἐνίοτε τοῖς τῶν παρακειμένων παθῶν ὀνόμασι, ἐπὶ τῶν ἀφικνουμένων μὲν πρὸς αὐτά, μηδέπω δὲ ἐχόντων τὴν ἐκείνων ἰδέαν τε καὶ φύσιν. οὕτως οὖν καὶ τὴν μεγίστην φλεγμονήν, ὅταν μήτε τὴν εὔχροιαν διασώζῃ τὴν ἑαυτῆς, μήτε τὴν ὀδύνην, ἐνίοτε τὴν γάγγραιναν ὀνομάζομεν, μὴ οὔπω μὲν οὔπω ἀκριβῶς γάγγραιναν, εἰ δ' ἀμεληθείη, μικρὸν ὕστερον ἐσομένην. Inter enim sphacelum istum, hoc est, syderationem, & magnam inflammationem gangræna est media, eo tanta inflammatione deterior, quo syderatione moderatior, existens. Hæc namque totius substantiæ syderati membri corruptio est, ita vt ne iam consistentem, verùm adhuc inter initia quis eam curare queat, quando videlicet syderatio re vera non est, sed gangræna magna, prope ad syderationem accedens. Verùm vicinarum affectionum nominibus in his interdum abutimur, quæ ad ipsas quidem deueniunt, illarum tamen formam & naturam nondum obtinent. Sic igitur, & maximam inflammationem, vbi neque colorem suum seruarit, neque dolorem, gangrænam quandoque appellamus, cùm exactè quidem gangræna non sit, sed si negligitur, paulò pòst in eam sit euasura. Rursus Com. ad aphor. 50. lib. 7. εἰ γὰρ δὴ φθορὰ τῆς οὐσίας ἐστὶν ὅλης ἑκάστου τοῦ σφακελίζοντος μορίου ὁ σφάκελος, οὐκ ἐνδέχεται θεραπευθῆναι τὴν οὕτω πάσχουσαν. μὴ τοίνυν ἐνίοτε οὕτω καταχρώμεθα φάρμακα τοιοῦτα, ἃ κατὰ τὴν ἀρχομένην μὲν ἐμπίπτειν τῇ διαθέσει, μηδέπω δ' ἀκριβῶς ἔχοντα αὐτὴν συμπεπληρωμένην. παύεται γὰρ τινα καὶ τὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μορίου ἐν ταῖς γαγγραίναις συμβαίνει, τὰ μὲν πάθους αὐτοῦ, τὰ δὲ μεγέθους τῆς φλεγμονῆς,

ἀναισθησίαν τε καὶ ἀλαπαδνὸν, ἢ πάντως γε νεκρώδη τινὰ χροιὰν ἐπιφέροντος τῷ πάσχοντι μορίῳ. γαγγραινοῦσθαι δὲ λέγομεν καὶ τὸ ἀρχόμενον ἔτι τῇ διαθέσει. ὥσπερ οὖν γάγγραιναν ἤδη μὲν συμπεπληρωμένην, ὡς νενεκρῶσθαι, τὸ μέλλον, ἀδύνατον ἰᾶσθαι, γινομένην δ' ἔτι δυνατὸν, οὕτω καὶ σφάκελον. καίτοι γε καὶ τὴν ἐν τοῖς σαρκώδεσι μορίοις νέκρωσιν ἐπὶ μεγάλαις φλεγμοναῖς, ἣν ἰδίως ὀνομάζουσι γάγγραιναν οἱ ἰατροὶ, καὶ ταύτην οἱ ἄλλως ἐκάλεσαν σφάκελον. Si namq; syderatio est totius substantiæ corruptio partis cuiusq; syderatione tẽtatæ, ita affectum sanari non contingit. Nisi fortè interdũ nomine abutentes, eos qui in hanc dispositionem per initia incidunt, neque ipsam omninò completã obtinent, significent. Talia enim nõnulla in carnosis etiã partibus per gangrænas accidunt, cùm affectus ipse ob inflãmationis magnitudinem, stupiditatẽ quandam & nigritiem, aut prorsus mortiferum quendam colorem parti laboranti affert. Eum tamen gangræna tentari dicimus, qui in hunc affectum per initia incidit. Quemadmodum igitur adeò iam completam gangrænam vt pars sit intermortua, sanare non licet, dum verò adhuc fit, licet, sic etiam syderationem. Quanquam etiam carnosarum partium internecionem, quæ inflammationis magnitudinem sequitur, quamque propriè Medici gangrænam nominant, etiam syderationem Græci vocant. Idem quoque Lib. de Tumor. præter natur. (pag. 356. 37.) ἡ δὲ γάγγραινα, νέκρωσις καὶ αὐτὴ τῶν στερεῶν σωμάτων, ἀλλ' οὐτ' ὀστοῖς ἐπιγίνεται, καὶ ταῖς μεγίσταις ἕπεται φλεγμοναῖς, εἶδος μέν τι τῶν σφακέλων ὑπάρχουσα, προσηγορίαν δὲ ἰδίαν ἐξαίρετον ἐπὶ τῇ κοινῇ κεκτημένη. Gangræna autem ipsa quoque mortificatio est solidorum corporum, verùm nec ossibus accidit, magnarumque inflammationum comes est, syderationum forma quædam existit, propriam verò appellationem supra communem sortitur. γάγγραινα gangræna Celso dicitur, cap. 26. lib. 5. & cap. 33. lib. 7. interdum etiam cancer, vt & γαγγραινοῦσθαι cancerari, & cancro occupari. Hipp. lib. de art. (pag. 645. 14. H. 818. H.) ἀτὰρ καὶ γαγγραινοῦσθαι ἱκνέεται κνήμην καὶ τὸν πόδα. Sed & tibiam & pedem cancro aut gangræna occupari contingit. γαγγραινώσιες φλεβῶν, venarum gangrænæ & cancerationes, lib. de fractur. (pag 546. 49. H. 559. H.) & Mochl. (pag. 509. 32.) cùm venæ gangræna tentantur aut ex nimia inflammatione emoriuntur. Sic enim explicat Galenus, γαγγραινώσιες δὲ φλεβῶν εἶπεν τὰς δι' ὑπερβολὴν τῆς φλεγμονῆς αὐτῶν ἀκολουθούσας νεκρώσεις. Gangrænas venarum dicit interneciones quæ nimias inflammationes consequuntur. τὸ γαγγραινῶδες gangrænam indicat Hipp. lib. 7. Epid. (pag. 1238. F.) vbi vlcus gangræna tentatum describitur, nigrum, subaridum, graueolens.

Γάλα πεπυρωμένον, lac calculis marinis aut silicibus candefactis incensum & excoctum dicitur, quodque serum deposuerit aut consumpserit, vt aluum sistat in torminibus & acrium excrementorum demorsu, aut interaneorum exulcerationibus, aut vlcerosis ventris fluxionibus. Eo namque modo paratum conferre scribit Dioscor. capit. 75. lib. 2. & Galen. lib. 3. de alim. fac. Eo etiam in dysenteria vtitur Hipp. lib. 7. Epid (pag. 1207. H.) ὀρροποτέουσι δὲ καὶ γαλακτοποτέουσιν ἐν γάλακτι πεπυρωμένῳ. Epoto autem sero & lacte candentibus calculis immissis incenso. Etsi ὀρροπηξέουσι melius legi debere illic scripsimus. Dioscor. huiusmodi γάλα πεπυρωμένον, τὸ διαπύροις κόχλαξιν ἐξικμασθὲν, & τοῖς κόχλαξιν ἑψηθὲν dicit, hoc est, candentibus calculis exiccatum aut exuccum, & cum calculis marinis decoctum. Lac Diacochleon dicitur Cæl. Aurel. capit. 3. libro quarto Tard. Passion. quibusdam Diacachlecum vel diacochladon, vitiosè tamen (vt existimo) cùm Diacoclacon dici debeat. Coclacæ enim Festo sunt lapides ex flumine rotundi ad coclearum similitudinem. Γάλα πεπυρωμένον etiam simpliciter sumi potest lac coctum aut præcoctum, vt dimidia aut tertia pars remaneat. Γάλα ἑφθὸν dicitur Hipp. eoque ventrem eluit in Dysenteria lib. περὶ παθῶν (pag. 522. 35.) Huiusmodi lac excoctum quòd egelatum exhibendum sit, γαλακτῶδες, hoc est, lactei teporis, appellari vult Aurel. (ibidem) eiusq; confectionem ἀπειρόγον & longè simpliciorem esse scribit, & dysentericis propinat. Sic γαλακτῶδες ὕδωρ aqua lactosa, aut egelida, ac tepida instar lactis ex vberibus prodeuntis, dicitur Aëtio cap. 170. lib. 3. Tetrab. 1. & frigidæ opponitur. Et γαλακτώδης οἶνος Hipp. lib. 7. Epid. (pag. 1235. G.) vinum egelidum aut lactei teporis, aut cui lac ammixtum sit, velut οἰνόγαλα. γαλακτώδεα διαχωρήματα deiectiones lacti similes dicuntur etiam Hipp. ægr. 13. lib. 3. Epid. post st pest. Γάλα κεκρημένον καὶ ἄκρητον. lac ammixta aqua dilutum & meracum, in vteri profluuio albo propinatum, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 568. 19.) Erot. apud Hipp. Γάλα καὶ λίπα πίσγειν, lac & pingue infundere, positum scribit ἀντὶ τοῦ λιπαρῶς ἐμβρέχειν, pro pingui aliquo macerare aut inspergere. Sed forte Γάλα καὶ λίπα pro Γάλακτι λιπαροῦ sumi videtur, vt ἔλαιον λίπα ἀντὶ τοῦ ἐλαίου λιπαροῦ ponitur Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 657. 23.) ἐλαίῳ χλίων λίπα τὰς χεῖρας, oleo pingui manibus illitis.

Γαλιάγκωνες dicuntur Hipp. qui ob capitis humeri in alam prolapsionem, brachium iusto breuius & gracilius habent, mustelæque cubito præditi sunt, quos ideo mustelancos quidam vocant, alij simpliciter ancos. Id verò his contingit (vt scribit Hipp. lib. de art.) quibus dum sunt in vtero ob nimiam humiditatem humeri luxantur, vel iis quibus post ortum adhuc tenera ætate, circa brachij caput altæ & in imo demersæ suppurationes contingunt. Quod etiam significatur lib. 6. Epid. aph. 15. sect. 1. his verbis: τὰ δὲ ἐν ὤμοισιν ἐκπυοῦντα πᾶσι τηλικούτοισι γαλιάγκωνας ποιέει. Vbi de tumoribus agitur qui in humeris suppurationes gignunt, & tantula ætate iusto breuiora & tenuiora brachia efficiunt, quos γαλιάγκωνας Græci, quasi mustelæ cubito præditos vocant. Horum verò sæpius meminit Hipp. lib. de art. vt (pag. 593. 46. H. 789. E.) ἢ οἱ ἐκπεπτωκότες δὲ ἐκ γενεῆς γαλιάγκωνες διὰ δισσὰς ξυμφορὰς τοιοῦτοι γίνονται. Idem verò experiuntur qui à primo ortu mustelæ cubito præditi, Græcis γαλιάγκωνες dicuntur, & duplici ex noxia tales euadunt. Rursus (pag. 631. 3. H. 821. D.) ὁκόσοισι γὰρ τοῦ βραχίονος ἐκπεσόντος γαλιάγκωνες ἐγένετο ἐκ γενεῆς, ἢ καὶ ἐν αὐξήσει πρὶν τελειωθῆναι, οὗτοι τὸ μὲν ὀστέον τοῦ βραχίονος βραχὺ ἴσχουσι, τὸν δὲ πῆχυν καὶ ἄκρην τὴν χεῖρα ὀλίγῳ ἐνδεεστέρην τοῦ ὑγιέος. Quicunque enim vbi prolapsum est brachium ab ortu, aut dum augentur priùs quàm adulti fuerint, galiancones, hoc est mustelæ cubito præditi sunt, ij quidem brachij os breuius habent, cubitum autem & summam manum sanis paulò exiliorem. Quem locum etiam Paulus his verbis explicat (cap. 114. lib. 6.) ὅταν δὲ ἢ κυομένοις, ἢ μετὰ τὸν τόκον ἔτι αὐξανομένοις ἐξαρθρήσῃ τὸ μέλλον καὶ μηκέτι ἐντεθῇ, αἱ μὲν τοῦ ὤμου αἱ σάρκες οὐδὲν τι τοῦ κατὰ φύσιν ἀπολείπονται. οὐδὲ γὰρ κωλύεται ἡ χεὶρ ὁποῖον ἔργον ποιεῖν. τὸ δὲ ὀστοῦν τοῦ βραχίονος βραχύτερον μένει μὴ αὐξανόμενον, ἃ λέγονται οἱ τοιοῦτοι γαλιάγκωνες. Cùm autem aut in vtero existentibus, aut editis in lucem adhuc increscentibus, pars luxata fuerit, necdum reposita, in humero quidem carnes nihil à naturali statu deficiunt. Neque enim manus opus quodcunque perficere impeditur. Os tamen brachij breuius manet, nullum incrementum accipiens, appellantúrque huiusmodi γαλιάγκωνες, quasi mustelæ cubito præditi. Gal. Com. 3. in lib. de art. (pag. 631. 28.) γαλιάγκωνας vocari scribit. τοὺς βραχὺν ἔχοντας τὸν βραχίονα διὰ τὴν εἰς μασχάλην ἔμπτωσιν, quibus brachium est iusto breuius, ob brachij in alam prolapsum. At Com. 1. (pag. 593. 53.) eos ex necessitate minora habere brachia scribit, siue à mustelæ similitudine, siue aliunde ita dicti sint. Quam etiam notionem in Exeg. vocum Hipp. exprimit, etsi locus mihi valde corruptus videtur. Sic enim legendum censeo. γαλιάγκωνες οἱ σμικρὸν μὲν καὶ ἀτροφον ἔχοντες τὸν βραχίονα, τὰ δὲ κατὰ τὸν ἀγκῶνα ὀγκωδέστερα, ὥσπερ καὶ αἱ γαλαῖ. οἱ δὲ φάσκοντες χωλὸν τὸ κολὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο συγκεῖσθαι τοὔνομα, τάχα ἂν δόξειαν ὀρθῶς λέγειν. οὐ γὰρ γαλιάγκωνας, ἀλλὰ χωλοβραχίονας ἐχρῆν αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι. Hoc sensu γαλιάγκωνες, hoc est, mustelæ cubito præditi dicuntur, qui exiguum & tabescens ac macilentum habent brachium, partes autem circa cubiti flexum tumidiores. Qui verò dicunt χωλὸν mutilum & decurtatum vocari, indéque deductum esse nomen, fortassis non rectè rem expendunt. Neque enim γαλιάγκωνας, sed χωλοβραχίονας eos vocari oporteret. Quid enim κολὸν, quod habent omnia exemplaria, aut vt alia χωλὸν, significet, mihi non est exploratum. Pro quo χωλὸν reponendum existimo, quod mutilum ac decurtatum quasi μύουρον indicat. Neque enim χωλὸν claudum aut claudicantem tantùm significat, sed etiam mancum & mutilum, vt χωλοὺς dicunt Attici τοὺς χεῖρα πεπηρωμένους, & Eupolis χωλὸν de manu effert, vt scribunt Pollux & Varinus. κυλλὸν etiam pro χωλὸν legi posse aliquando visum est, quod etiam mancum aut decurtatum signat, etsi aliam quoque præcipuam habet notionem Gal. Com. 3. in lib. de art. Interdum verò sumitur pro eo quod γυῖον dicitur Hipp. lib. de art. & γυιοῦσθαι, quod membri alicuius imminutionem & breuitatem indicat. Vt certè hîc satis aperte innui videtur iis brachium breuius esse & minus. χωλὸς autem ὁ ἀπόκοπος dicitur & decurtatus. Præcisos Latini dicunt, vt apud Martialem, præcidi Næuole gaudes. Vnde & Galli sacerdotes matris Ideæ, qui sese cruentabant ad Phrygios modos, & vt scribit Ouid. Cædunt iactatis vilia membra comis. Cornarius τῶν γλωσσῶν interpres. pro κολὸν κόνδυλον, aut κορωνὸν, aut κύβωλον, aut κύβιτον legisse videtur, cubiti gibbum vertens. Hæc enim omnia de cubiti gibbo Polluci dicuntur lib. 2. Sed neque sanè quid inde genuini sensus elicias satis apparet. γαλιαγκὼν Hesyc. & Var. dicitur, ὁ τὸν βραχίονα ἐλάττω ἔχων, qui iusto breuiore est brachio. Quam vocem etiam Hipp. tribuit Pollux. γαλεαγκῶνας, quos hîc γαλιαγκῶνας, vocat Arist. in Physiogn.

Γαμψὸς inflexum, incuruum significat, καμπύλον, ἐπικαμπὲς,

ποικίλον, incuruum, inflexum, varium, γαμψὸν exponitur Hesyc. γαμψὰς, καμπὰς ἔχοντας τινάς, flexus habentes quosdam exponit apud Hipp. Gal. in Exeg.

Γαργαρεὼν gurgulio Latinis dicitur, particula quædam carnosa, fungosa & oblonga, in summo ore dependens, & si quis aperto ore toto linguam deprimat, apparens, superiore quidem parte latior, inferiore verò in pyramidem acuta, Gal. lib. 6. compos. med. κατὰ τόπ. (pag. 247. 40.) Eadem autem particula morbo affecta σταφυλὴ, vua, aut κίων & κιονὶς, columella, aut ἱμάς, lorum, & ἱμάντιον Hesych. dicitur. Quanquam videtur hæc particula Gal. γαργαρεὼν & κίων hoc est gurgulio & columna veteribus Medicis esse dicta. Verùm γαργαρεὼν propria huius partis est appellatio, reliqua sunt ipsius malè affectæ nomina, vt satis apparet ex Aret. cap. 8. lib. 1. περὶ αἰτίων ϰ σημείων ὀξέων παθῶν, & lib. 1. θεραπευτικ. ὀξέων νούσων, & Paulo libr. 6. cap. 31. & Aët. tetrab. 2. lib 4 cap. 43. Erot. quoque apud Hipp. hanc dictionem exponens istud palam testatur cùm scribit: γαργαρεὼν, τὸ κύριον ὄνομα τὸ ὑπὸ τὴν ὑπερῴαν νῦν λέγει. ἡ γὰρ σταφυλὴ, καὶ ἡ κιονὶς, καὶ ἡ ἱμάς, πάθη εἰσὶ τοῦ γαργαρεῶνος· γαργαρεὼν δὲ ὠνομάσθη παρὰ τὸν γινόμενον γαργαλισμὸν τῇ τριχείᾳ ἐξ αὐτῆς ψιλείᾳ. Quod est, γαργαρεὼν nomen propriè quod sub ipso palato est significans Nam & vua, & columella, & lorum aut corrigia, ipsius gurgulionis sunt affectiones. γαργαρεὼν autem dictus esse videtur à titillatione quam asperæ arteriæ adfert. Rufo quoque κίων καὶ γαργαρεὼν ἡ ἐκ τῆς ὑπερῴας πρόσφυσις dicitur, quidam ex palato processus, qui & Aristot. σταφυλοφόρος hoc est vuifer dicitur, quòd ea parte inflammata vuæ quiddam simile pendere videatur. At illis sanè verbis mihi videtur Erot. lib. 2. de Morb. exprimere (pag. 471. 5.) vbi scribit Hippocr. ἐμπίπλαται ἄκρος ὁ γαργαρεὼν ὕδατος. summus gurgulio aqua impletur, aut quod eodem lib. scribitur (pag. 464. 21.) φλεβώδης ἔστιν ὁ γαργαρεὼν παχύς. gurgulio venosus est ac crassus. At verò libr. περὶ παθῶν (pag. 517. 10.) Hipp. eum affectum gurgulionis qui σταφυλὴ & vua nominatur, γαργαρεῶνα quibusdam dici scribit, his verbis, ἣν δὲ σταφυλὴ καταπεκρεμασθῇ καὶ πνίγῃ, ἔνιοι καὶ τοῦτο καλέουσι γαργαρεῶνα. Si verò vua propendeat & suffocet, quem affectum quidam gurgulionem vocant. Eadem notione Hesych. γαργαρεὼν κιονὶς, ἢ καὶ σταφυλὶς exponitur, & Var. scribitur, γαργαρεὼν ὡς Ἱπποκράτης, ἡ λεγομένη σταφυλὴ, ὡς δὲ Σώρανος, τὸ ἄκρον τοῦ λάρυγγος. Gurgulionis autem inflammatione tentati curatio & præcisio describitur in Progn. (pag. 159. 30. H. 45. 24.) γαργαρεὼν verò videtur à sono qui gargarizatu editur nomen finxisse, aut à gargarismis qui in eius affectibus vsurpantur. Est & γαργαρίζειν gargarizare & os colluere, & γαργαρισμὸς gargarizatus ac oris collutio, atque titillatio quædam in ore colluendo, ἡδυπάθειά τις exponitur Hesych. atque idem quod γάργαλος & γαργαλισμὸς, quæ titillationem significant, vt γαργαλισμὸς κίνησις σώματος dicitur Hesych. corporis pruritus & motus quidam, & γαργαλίζει ἐρεθίζει. Erot. quoque γαργαλισμὸς exponens apud Hipp. γάργαλον & γαργάλην ἐρεθισμὸν dici scribit, hoc est pruritum quendam, ἀπὸ τῶν πατησμάτων γυναικῶν εἰλημμένης τῆς λέξεως, à mulieribus libidine prurientibus deducta dictione. Etsi γαργαλισμὸς non γαργαλισμὲ, videtur apud Erot. legi debere, vt locus apud Hipp. lib. περὶ τροφῆς subindicetur (pag. 385. 52.) vbi γαργαλισμὸς scribitur & corporis titillationem indicat, etsi impropriè pro palpitatione quæ musculoso generi contingit, sumi scribit Gal.

Γάρον liquamen ex piscibus sale conditis aut maceratis paratum, præsertimque ex scombro pisce. vt testatur Mart. in Xen. & Horat. Saty. 8. lib. 2. Serm. garo de succis piscis Iberi. Huius varia sunt genera. γάρον σπάνιον, Hispanum garum celebrat Archig. apud Gal. libr. 3. comp. med. κατὰ τόπ. (pag. 191. 12.) Verùm illic σπάνιον γάρος scribitur. γάρον enim & γάρος dicitur tam masc. quàm neutr. vt apud Constant. Cæsar. αἱμάτιον γάρον. Gari etiam nigri meminit apud Gal. Asclep. lib. 3. comp. pharmac. κατὰ τόπ. (pag. 193. 43.) in auricularibus compositionibus. Dicitur autem garum nigrum: ac idem esse videtur quod fæcosum dicitur Martiali, quòd veluti fæx esset piscium, aut αἱμάτιον sanguineum, quòd piscium cruor ad eius confectionem adhiberetur. Cuius confectionem vnam scribit Constant. Cæsar libr. 20. de agricultura Id quoque Paulus cap. 59. lib. 3. γάρον πρωτεῖον primarium siue præcipuum ac excellens appellat. Idemque est quod Hispanum, vel Carthaginense, vel Sociorum appellatur Plin. cap. 17. libr. 9. & Mart. lib. 13. vbi tamen pro garo sociorum, alij garum scombrorum scribunt. Auson. etiam epist. 7. garum sociorum liquorem Latinè dici scribit. Legitur autem apud Gal. μέλαν γάρον ῥωμαῖοι λεγόμενον ὀξύπορον, quod significat nigrum Garum Romanis oxyporum dici, hoc est in oxypora medicamenta & condimenta venire, aut garo oxypora medicamenta dilui, ideoque oxyporum dici. Sic Colum. libr. 12. cap. 57. moreti oxypori aut oxygari compositionem docet. Etsi apud Gal. non ὀξύπορον (pro quo etiam ὀξύπορον vitiosè scribitur) sed σιλφόρον legendum existimat Cornar.

Γαστὴρ totum ventrem inferiorem sæpè significat Hipp. & epigastrium, eamque corporis regionem quæ septo transuerso, hypochondriis & pube circumscribitur. Lib. 4. Epid. (pag. 1120. E.) γαστὴρ simpliciter ac per se positum, aluum inferiorem bene habere, bene respondere, ac excrementa demittere significat. γαστὴρ etiam ventriculum denotat aph. 6. lib. 6. Epid. sect. 4.

Γαστροκνημίη, sura Latinis dicitur, tibiæ posterior pars carnosa velut ventre prominens, ac pulpa quædam tibiæ ventricosa, ob musculorum eam partem occupantium crassitiem. Lib. de artic. (pag. 643. 30 H. 828. A.) περιβάλλειν αὖθις τὴν γαστροκνημίης, supra posteriorem tibiæ partem carnosam circumducatur. Et lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 681. 20. H. 243. G.) ὁμολογέει δὲ αὐτῶν μὲν ἡ περὶ τὴν ἑτέραν μασχάλην περιβολή, βουβῶνος δὲ ἡ περὶ τὴν ἕτερον κενεῶνα, καὶ κνήμης, ἡ ὑπὲρ γαστροκνημίης. In humero quidem fasciarum inuolutio quæ ad alteram axillam iniicitur, conuenit, in inguine verò ea quæ fit per alteram lateris mollitudinem, & in tibia, quæ supra posteriorem tibiæ partem carnosam. γαστροκνημία est Ruf. Ephes. ὁ μέγας μῦς ὁ ὄπισθεν τῆς κνήμης, ἀφ' οὗ τὸ πλατὺ νεῦρον τὸ πρὸς τῇ πτέρνῃ ὁ τένων πέφυκε, magnus musculus ad posteriorem tibiæ partem situs, ex quo latus neruus in tendinem desinens ad calcem inseritur. Polluci verò γαστροκνήμη vocatur τὸ τῆς κνήμης ὄπισθεν εἰς μυῶ ἐπηρμένον, posterior tibiæ pars in musculum prominens, sura Latinis dicitur.

Γαυσὸς gibbus, obtortus, incuruus, obstipus dicitur. Gal. Com. 2. in lib. de fract. (pag. 556. 57. H. 765 C.) γαυσὸν κυρτὸν significare scribit, neque vocem Græcis esse vsitatam, dubiumque esse num γαυσὸς aut γαῦσος scribendum sit. Eidem γαυσὸς κυρτὸς εἰς τὸ ἔξω, exteriore parte incuruus aut gibbus exponitur in Exeg. nimirum locum lib. de fract. subindicando, vbi scribit Hipp. pag. 556. 51. ibid.) προσξυνιέναι δὲ χρὴ ὅτι πᾶς, ὅτι μηρὸς γαυσὸς ἔστιν εἰς τὸ ἔξω μέρος, ἢ εἰς τὸ ἔσω, καὶ ἐς τὸ ἔμπροσθεν μᾶλλον, ἢ ἐς τοὔπισθεν. Insuper & illud animaduertendum femur in exteriorem partem magis quam interiorem, magis item in anteriorem quàm posteriorem obtortum esse. Vbi Gal. μηρὸν εἶναί τι τὰ ἔξω κυρτότερον, ὥσπερ καὶ κατ' ἐναντία μέρη κοιλότερον, hoc est femur exteriore parte magis gibbum, quemadmodum & contraria parte magis cauum, exponit. Lib. etiam de art. (pag. 659. 5. H. 837. D.) οἱ τε αὖ μηροὶ γαυσοὶ πεφύκασιν. Ad hæc femora etiam ipsa curua natura sunt comparata. Rursusque (pag. 661. 2. H. 840. A.) ἣν δὲ ἐς τὸ ἔξω, γαυσότεροι, χωλοὶ δὲ ἧσσον. Quibus autem exteriorem in partem genu excidit, ij vari magis, claudi verò minus efficiuntur. γαυσότεροι enim vari dicuntur, quibus exteriorem in partem tibia inclinat & extuberat. Iisque βλαισοτέρους hoc est valgos opponit Hipp. quibus tibia interiorem in partem magis inclinat aut intorquetur. γαυσὸν, σκαμβὸν, στρεβλὸν exponit Hesyc. curuum, tortuosum aut intortum, χωλὸν & διεστραμμένον addit Varin. claudum & peruersum.

Γένειον mentum dicitur, pars genæ inferioris in acumen tendens. Sic enim Rufo dicitur, τὸ ὀξὺ τῆς κάτω γνάθου, γένειον καὶ ἀνθερεὼν, inferioris maxillæ acies, γένειον & ἀνθερεὼν, mentum. In Epist. Hip. (pag. 1289. 16.) γένειον ἀκροτελὲς ἐστὶ χελώνειον, γόμφοις συνηρμοσμένον, mentum in extremitatem desinens, testudini simile dentium clauis coaptatum.

¶ Γένεσις ortum significat & naturam ex prima conformatione apud Hipp aph. 16. lib. 6. Epid. sect. 3. τὴν ἐκ πρώτης γενέσεως φύσιν τοῦ νοσοῦντος, hoc est ægri naturam à primo ortu, illic explicat Gal. κεφάλαιον ἐκ τῆς γενέσεως καὶ ἀφορμῆς. Curationis summa ex primo ortu, causa.

Γένυς maxillam significat tam superiorem quam inferiorem Hipp. & γνάθον, scribitque Gal. comm. 2. in lib. de art. (pag. 601. 33. H. 798. F.) γνάθον & γένυν ab eo confundi. γένυς tamen aliquando sumitur pro inferiore maxillæ parte qua nudum os sine carne extat, & vbi mentum est, vt lib. de art. (pag. 602. 26. ibid.) cùm scribitur, καὶ γὰρ προπετέστεραι αἱ γένυες τούτοισιν, his enim mentum magis prominet. Sic enim illic scribit Gal. λέξει δὲ καὶ τὰ κάτω πέρατα καθ' ἃ γυμνόν καὶ ἄσαρκον γίγνεται τὸ ὀστοῦν στομάζειν γένυας. Extremos autem fines quibus nudum os & sine carne extat, γένυας hoc est maxillas appellare videtur.

Γεραίτεροι natu maiores & seniores significant; verùm Hipp. non simpliciter ætate prouecti & senes dicuntur, sed ætate florentibus collati, qui medij sunt inter senes & ætate florentes. ὑπογηράσκοντας & τοὺς μεσοπολίους semicanos vocat Gal. In Progn. (pag. 151. 39. H. 43. 31.) τῶν δ' ἐμπύων τῶν ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν γινομένων, οἱ γεραίτεροι μᾶλλον ἀπόλλυνται. Ex suppurationibus quas pulmonum morbi concitarunt, ferè seniores moriuntur. Ibidem etiam γεραίτεροι dicuntur ad eos qui trigesimum annum agunt

collati,& qui ijs natu sunt maiores aut eos ætate excedunt. Sic enim Gal.scribit com.3. in Progn.pag.160.36.H.45.48.) νυνὶ δ' οὐ τοὺς γέροντας ἁπλῶς εἶπεν, ἀλλὰ τοῖσι τριάκοντα ἔτεσι παραβάλλων, γεραιτέρους ὠνόμασεν τοὺς τούτων πρεσβυτέρους. Nunc verò non simpliciter senes dixit,sed ex collatione ad eos qui trigesimum annum agunt, seniores vocauit eos qui ætate sunt his prouectiores.In Progn.(pag.160.34.H.ibid.) τοῖσι δὲ γεραιτέροισιν ἧσσον γίνονται,πολυχρονιωτέρου ἐόντος τοῦ πυρετοῦ.In senioribus verò minus accidunt, cùm febris longiore temporis interuallo perseueret.Et rursus (pag.161.7.H. ibid. 53.) ὥσπερ δὲ τοῖσι νεωτέροισι τῶν τριήκοντα ἐτέων αἱ ἀποστάσιες γίνονται, οὕτως οἱ τεταρταῖοι μᾶλλον τοῖσι τριήκοντα ἐτέων,& γεραιτέροισι.Atque vt abscessus oriuntur in his qui triginta annis minores sunt, ita & quartanæ potius annum agentibus trigesimum,aut etiam senioribus contingunt. Et (pag.157.48.H.44.45.) μᾶλλον δὲ χρὴ προσδέχεσθαι τοῦ αἵματος τὴν ῥῆξιν τοῖσι νεωτέροισι πέντε & τριήκοντα ἐτέων. τοῖσι δὲ γεραιτέροισι,τὴν ἐμπύησιν. Maximè verò sanguinis eruptio expectanda est in iuuenibus qui quintum & trigesimum annum nondum superarunt,in senioribus verò suppuratio. γέροντες autem dicuntur,qui ætate sunt decrepita vt patet ex Gal.com. ad aphorism. 31.lib.3.qui & πρεσβῦται Hipp.eodem aphor. Licet etiam γέροντες aphorism.13.lib.1.pro iis sumantur,qui primam non extremam senectutem agunt,quique post ætatem consistentem, sequuntur ac aliàs πρεσβῦται vocantur.

Γεύματα apud Hipp.quæ gustantur dicuntur,cibi & edulia.Lib.1. Epid. (pag.355. 40.H. 940.H.) ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων διετέλεον, perpetuò cibos omnes auersabantur & respuebant. Lib. 2.Epid.(pag.1020. E.) κοιλίην μὲν οὖν οὐκ ἐνεδέχετο οὐδὲ τοῖσι γεύμασιν ἱστάναι. Aluum igitur non licebat,nec per ea quidem quæ gustabantur,sistere,hoc est per cibos. Lib. etiam 3. Epid. ægr. 2.γεύεσθαι οὐκ ἐδύνατο, gustare, hoc est,cibum capere non valebat.Et ægr.6.γεύματα οὐ προσεδέχετο,cibos nullos admittebat,de his qui extremo ciborum fastidio laborabant,neque cibos vllos gustare poterant; velut προσάρματα de iis quæ assumuntur efferuntur aph. 15.lib.1. Hesych.etiam γεῦμα, γεῦσις, ἔδεσμα exponitur,gustus,edulium.

¶ Γῆ κεραμική terra figularis aut figulina dicitur libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.535.27.) in refrigerandi corporis ratione: κεραμικὴν γῆν ψυχρὴν καταπλάσσειν,terram figularem frigidam cataplasmate imponito. Eadem γῆ κεραμῖτις dicitur libro primo de Morb. (pag.453.25.) in puris dignoscendi notis. τὴν καταπλάσσης τῇ κεραμίτιδι,si terram figularem imposueris.Vbi tamen γῇ κεραμίτιδι legendum censeo.Hunc enim locum à Gal. subindicari existimo in Exeg. cùm γῇ κεραμίτιδι τῇ ἀργίλῳ argilla exponit, nisi si ἀργίλλῳ legendum sit. Rursus initio libr.3.(pag. 488. 7.) inter refrigerantia γῆν κεραμῖτιν reponit.

Γῆ σμηκτὶς idem quod γῆ σμηκτικὴ terræ genus quoddam detergendi facultate constans. Gal.in Exeg.apud Hipp. γῇ σμηκτίδι τῇ κιμωλίᾳ exponit, Creta Cimolia aut alba creta, quòd Cimoliæ vis detergendi insit. Idem quoque σμηκτίδα γῆν, τὴν κιμωλίαν explicat,vt & Erot. nimirum vterque lib. 2. περὶ γυναικ. exprimens (pag. 667. 1.) Vbi tamen τὴν σμηκτρίδα γῆν habent exemplaria omnia,vt & libello de fistulis (pag.884.E.) γῇ σμηκτρίδι σμηκτρίδι τὸν ἀρχὸν,podice creta Cimolia illito. Quem locum in Exeg.expressit Gal.σμηκτίδι legens.Terræ autem genus quoddam detergendi vi præditum significatur. Creta autem Cimolia eluendi ac detergendi vim habet, ac præterea desiccandi,vt sapo.κιμωλίαν autem Cretam Iulius Pollux lib.7.cap. 11. Cephisodoro σμηκρίδα vitiosè pro σμηκτρίδα dici scribit. Γῆν μέλαιναν τὴν Σαμίην, terram nigram Samiam ad vteros repurgandos potu exhibet Hipp.libr. περὶ γυναικ.φύσ.(pag.572.23.)

Γῇ χαλκίτιδι Gal. in Exeg. nil amplius indicare apud Hipp. quàm chalcitidem scribit. Qua certe indicatura locus lib.de fistulis mihi exprimi videtur (pag. 888. F.) vbi scribitur, συμμίξας τῇ χαλκίτιδι ἴσον, pari ad chalcitidem portione ammixta. Verùm γῇ χαλκίτιδι ex Gal.legi debere manifestum esse nostris in illum libellum Annot.scribimus.

Γῆ ἐρετρὶς aut ἐρετρίας, terra eretria aut rubrica qua pectus illinit Hipp. ad pus explorandum quonam loco delitescat, lib.3. de Morb.(pag.496.18.23.

Γῆ ψιλὴ terra nuda dicitur Hipp.lib. de aëre loc.& aq. (pag.280. 51.) cui γῆ δασεῖα opponitur, terra densa, hoc est arboribus consita.

Γῆ ἐν κοίλῳ καὶ πνιγηρῇ,terra concaua & æstuosa,cui μετέωρος καὶ ψυχρὴ opponitur,alta aut in sublimi sita & frigida.Ibidem (v.52.Γῆν ἀμείβειν Erot. apud Hipp. πορεύεσθαι exponit, hoc est solum mutare ac vertere pro abire ac proficisci, ex aph. 19. lib. 6. Epid. sect. 5. ἀμείβειν γὰρ τὸ ἀλλάσσειν καὶ μεταπορεύεσθαι. ἀμείβειν enim permutare,alternare,& proficisci significat.

Γῆρας senectus sumitur Hipp. pro ea ætate quæ decrepita est & vltima,quales γέροντες dicuntur Græcis, vt scribit Gal.com. ad aph. 31. lib. 3. & πρεσβῦται Hipp. eodem aph. In Coac. (pag. 201.C.) ταῦτα μέχρι γήρως ἀπέχεται νοσήματα. Atque hi morbi ad senectutem vsque abstinent.γῆρας ἐκ νόσου,senium ex morbo Philippo dictum,marcoris species,libr.1.de præsag.ex pulsibus (pag.124.30.)

Γήχυτον Gal.apud Hipp.in Exeg.exponit τὸ ἔξωθεν μέρος τῆς γῆς,τὸ μαλακὸν καὶ ἥκιστα λιθῶδες, externam terræ partem mollem ac minimè lapidosam. Hesych. quoque γήχυτον τὸ ἁπαλὸν τῆς γῆς exponitur.

¶ Γιγγλυμὸς cardinem significat qui cum porta vertitur, aut potius,ferramenta illa duo pectinatim inuicem se subeuntia,clauo transfixa, quorum alterum ostio, alterum parieti inseritur, in quibus ostium ipsum seu cardinibus vertitur. γιγγλυμὸς Hesych. est ὁ στρεφόμενος γόμφος ἐπὶ τῆς θύρας, cardo qui in porta vertitur.Vnde dicitur γιγγλυμὸς tertia διαρθρώσεως species, qua ossa sese inuicem subeuntia, velut per cardinem committuntur, quo modo vertebræ inter se coniunguntur & vlna cum brachio. Quam commissuræ partem Hipp.libr. de fract.(pag. 528.55. 751. C.) τοῦ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς, hoc est cardinamentum aut quod cardinem refert, vocat. Quod sic exponit Galenus τὸ γιγγλυμοειδὲς τοῦ βραχίονος ὀνομάζει τὸ κάτω πέρας ὃ διαρθροῦται πρὸς τὸν πῆχυν, ἐπειδὴ καὶ οἱ γιγγλυμοὶ τὰ μέν τινα κοῖλα, τὰ δὲ ἐξέχοντα κεκτημένοι, τοῖς μὲν κοίλοις ὑποδέχονται τὰς ἐξοχὰς τῶν πλησιαζόντων, τοῖς δὲ ὑπερέχουσιν,εἰς τὰς ἐκείνων ἐμβαίνουσι κοιλότητας.Brachij autem partem cardinem referentem vocat, inferiorem quæ cum cubito committitur, quòd cardines cùm cauitates quasdam, quasdam etiam prominentias habeant, suis cauitatibus eorum quæ inseruntur prominentias excipiunt, iis verò quæ prominent, illorum cauitates subeunt. Sic lib. de artic. (pag. 617. 18. H. 810. A.) ἐν ἀρθροισι γιγγλυμωμένοι πρὸς ἀλλήλους οἱ σπόνδυλοι,vertebræ cardinis in modum inter se committuntur. Quod his verbis exponit Galenus, γιγγλυμοῦσθαι δὲ εἶπε τοὺς σπονδύλους πρὸς ἀλλήλους, ἐπειδὴ τέτταρας ἀποφύσεις ἔχοντες εἰς διάρθρωσιν· ταῖς δύο μὲν γὰρ ὑποδέχονται τὰς ἐξοχὰς τοῦ πλησιάζοντος σπονδύλου, ταῖς δύο δὲ ἐπιβαίνουσι κατὰ θάτερα. παραπλήσια δὲ πως ἐπὶ καὶ ἡ τῶν γιγγλυμῶν κατασκευή. Cardinis autem in modum vertebras inter se committi dixit, quòd cùm quatuor habeant processus quibus committantur, duobus quidem proximæ vertebræ prominentias excipiunt, duobus verò alteram subeunt. Eadem verò fere est cardinum structura,Atque illud γιγγλυμῶνται in Exeg.his verbis exponit Gal.ἀντεμβαίνουσιν εἰς ἀλλήλους, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς θύραις οἱ γιγγλυμοί. hoc est se inuicem subeunt, aut inter sese inseruntur velut ianuarum cardines. Quis enim non videt hac expositione locum libri de art.disertè declarari? & pro γιγγλύματα γιγγλυμῶνται apertè in Exeg. scribendum esse? quod etiam ordinis alphabetici series clamat. Significat autem Hipp. spinæ verticula cardinis in modum inter se inseri,ac per ginglymum iungi, quòd structuram habeant ginglymo similem. Neque enim verum esse ginglymum constat, quòd non sit in eodem mutua duorum ossium insertio, sed per apophyses sursum ascendentes & deorsum spectantes spondyli inter se per diarthrosim articulantur, vt scribit Gal. libro de ossibus.

¶ Γλαμυροὶ ὀφθαλμοὶ glamiosi aut gramiosi oculi dicuntur, aut pituita laborantes. Gramia enim est oculorum vitium lippientium, aquosorum & lachrymosorum, Festo, aut oculorum pituita Nonio,quæ etiam glama dicitur,& γλάμη pro λήμη.Vnde γλημώδεις ὀφθαλμοὶ καὶ ὑγροὶ, oculi lippi ac humidi, sordibus ac pituita laborantes. Sic enim γλαμυροὶ ὀφθαλμοὶ exponuntur Gal.in Exeg.ex Hipp.lib.2.περὶ γυναικ.(pag.641.11.γλαμυροὶ οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἀμβλυώσσοντες,gramiosi oculi,aut lachrymabundi,& hebetes.Rursus eodem lib. (p.642.50.) καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑγροὶ, γλαμυροὶ oculi humidi & gramiosi redduntur,aut lachrymabundi. A γλαμᾷν autē quod λημᾷν exponit Hesych.Γλάμων & Γλαμώδης & Γλαμυρὸς deducitur. Γλάμων est λημῶν Hesych. & Aristoph. Schol. ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστοὺς ἀκαθαρσίας, ὁ λημῶν, sordibus oppletos habens oculos & lippus. In Concion. Sudæ quoque ὁ λημῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ δακρύοντας αὐτοὺς ἔχων, lippis oculis & humidis aut lachrymabundis. Γλαμυρὸν etiam exponitur Hesych. ἔνυδρον & ὑπόδακρυ.

Γλαυκώσιες & Γλαυκώματα glaucedines dicuntur senibus familiares aphorism.31.libr.3. quæ oriuntur ob nimiam instrumentorum siccitatem, vt ibidem scribit Gal. Est & Γλαύκωσις propriè Aet. Tetrab.2.lib. 3.cap.50. mutatio crystallini humoris ad colorem cæsium, siccitasque ac concretio. Altera autem glaucedinis species minùs propria, quæ præcedente fit suffusione, humore iuxta pupillam vehementissimè congelato ac reficcato. Et hæc species veteribus maximè vsurpata, insanabilis est. A qua opinione non videtur abhorrere Gal. comm. ad aph. 31. lib.3.

lib. 3. cùm eam suffusionis speciem referre scribit. Γλαύκωσις est Isagog. authori (pag. 387 10.) τῶν κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ εἰς λευκὸν καὶ ὑδατῶδη χροιὰν μεταβολὴ, δι' ἣν τὸ βλέπειν κωλύεται, humoris crystallini in album & aqueum colorem permutatio, per quam visus impeditur. Definit. Medicarum authori (pag. 400. 6.) Γλαύκωσίς ἐστι τῶν κατὰ φύσιν ὑγρῶν εἰς τὸ γλαυκὸν χρῶμα μεταβολὴ, naturalium humorum in cæsium colorem permutatio. Gal. verò lib. 10. vs. part. (pag. 477. 2.) γλαύκωσις oculorum vitium, ξηρότης μὲν ἐστι καὶ πῆξις ἀμετρος τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ, crystallini humoris siccitas & concretio. Sic γλαυκούμεναι κόραι pupillæ cæsiæ & quæ glaucum colorem adeptæ sunt dicuntur Prorrhet. 2. (pag. 102. G.) & in vitiis oculorum ex internis iniuriis annumerantur, cùm crystallini humoris fit in glaucum ac cæsium permutatio, condensato ac concreto, aut humorum affluxu obtenebrato. γλαύκωσιν enim intelligere videtur. Lib. quoque 4. Epid. (pag. 1135. C.) ἐγλαυκώθη ἡ ὄψις, oculorum acies cæsia reddebatur, vbi glaucedine offensos oculos significare videtur. Γλαυκὸς qui cæsiis est oculis dicitur lib. 2. Epid. sect. 6. (pag. 1050. E.) De glaucomate autem agitur apud Paulum lib. 3. cap. 22.

Γλήνη oculi cauitatem ipsam ac pupillam significat. Ex translatione autem ossis cauitas est & sinus leuiter depressus, ac obscurus, ac leuiter sinuosa cauitas & obscurè desidens, in quam os inseritur, vt κοτύλη dicitur quæ profundior est & magis depressa, acetabulique formam refert, vt scribit Gal. initio libelli de ossibus Gal. quoque Comment. 2. in lib. de fract. (pag. 551. 32.) ossis cauitatem in quam alterum os in articulatione inseritur, γλήνην aut κοτύλην dici scribit. Hipp. libr. de art. (pag. 660. 5. H. 838. D.) φημὶ δὲ ἔγωγε δεῖ εἰδέναι, ὅτι πάντων τῶν ὀστέων αἱ ξυμβολαὶ εἰσιν, ὡς ἐπιπολὺ ἡ κεφαλὴ καὶ ἡ κοτύλη. ἐφ' ὧν δ' ἂν ᾖ καὶ ἡ χώρα κοτυλοειδὴς καὶ ἐπιμήκης, ἐνίαι δὲ τῶν χωρίων γληνοειδέες εἰσίν. Imprimis igitur nosse conuenit ossium omnium iuncturas vt plurimùm ex capite & acetabulo constare, ac in quibusdam cauum acetabuli formam referre & oblongum esse, in nonnullis verò sinus esse leuiter depressos. Sic enim τὰς χώρας γληνοειδέας interpretamur, quas alij sedes pupillares vocant.

Γλήχων pulegium dicitur & τὸ γλῆχος Hipp. nuncupatur lib. 3. de Morb. (pag. 497. 33.) καὶ γλήχως δραχμίδας δύο ἑψῶν, pulegij pugillos duos coquito. Et rursus (pag. ibid. v. 46.) γλήχως δραχμίδας τρεῖς, pulegij pugillos tres.

Γλίσχρον lentum, viscosum ac glutinosum significat. Lib. 4. Epid. (pag. 1135. H.) γλισχροὶ πυρετοὶ, febres lentæ, tenues. Hinc γλισχραίνειν viscosum reddere significat, & προσγλισχραίνειν, magis glutinosum reddere, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 79. 9. 393. 52.) ἀλλὰ προσεγλίσχρηνέ τι καὶ ἔβλαψεν, sed glutinosius effecit (sputum) & noxiam attulit. Est & γλίσχρασμα lentor ac viscositas, γλισχρότητα exponit Galen. libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 43. 10. 385. 3.) τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτῆς λεῖον. Nam & ipsius (ptissanæ) viscositas læuis.

Γλισχρόχολα etiam dicuntur Hipp. quæ glutinosa & biliosa ex aluo demittuntur, lib. 4. Epid. (pag. 1131. G.) κάτω γὰρ διῆκε πολλὰ γλισχρόχολα, multa namque glutinosa & biliosa aluus demisit. Rursus ibidem διαχώρησις, γλισχρόχολος, alui egestio glutinosa & biliosa vocatur. γλισχρόχροα tamen Erot. non γλισχρόχολα legisse videtur, quæ etiam exponit τὰ μετὰ πυρὸς κολλώδους ἐπαφῆς διατετηρημένα τὴν χροιὰν ἐπὶ τὸ χολωδέστερον, quæ cum tenacitate quadam aut glutinoso contactu biliosum colorem seruant. γλισχρώδης etiam idem quod γλίσχρος & quod viscosum est significat, vt libr. de cap. vuln. (pag. 911. E.) vbi tamen βλιχώδες ἕλκος legit Erot. vt scripsimus in βλιχώδης.

Γλοιώδης strigmentosus, strigmenti modo crassus, glutinosus, ac viscidus. Lib. 7. Epid. (pag. 1207. F.) ὑποχωρήσιες γλοιώδεες, deiectiones glutinosæ, viscosæ & lentæ. Vbi tamen γλιώδεες habent exemplaria omnia. Est autem γλοιὸς sordes quæ in balneis & palæstra ab hominum cute deradebatur, multi quondam in medicina vsus. Calfacit enim modicè, emollit, digerit & discutit. ῥύπος etiam Græcis dicitur, de quo agit Galen. lib. 8. simpl. & Paulus lib. 7. Strigmenta Latini vocant, eademque trium sunt generum, balneorum, palæstræ, & parietum ac statuarum gymnasiorum. Balneorum, ex sudore, oleo & sordibus in balneo defricatis constabat. Palæstræ, ex iisdem rebus componebatur, accedente insuper puluere, qui partim ab olei illitu luctaturis inspergebatur ac affricabatur, partim à luctantibus in arena mutuò molestè & insidiosè iniectus itemque ex lucta excitatus, corporibus inhærebat. Prior quidem puluis πάτος & Atticis κονίσαλος vocabatur, authore Galen. lib. 2. Salub. Tertium verò strigmentorum genus, est parietum atque statuarum in gymnasiis, quæ sordes ex oleo magna sui parte constant, & ex materia cui inhærent aliquid virium assumunt, velut ex ærugine in statuis æreis. His enim itemque parietibus oleum quo se oblinebant palæstritæ, inter illinendum inspergebatur. Archig. apud Gal. lib. 1. κατὰ τόπ. (p. 199. 39.) ad discutiendas parotidas, ἄσβεστον μετὰ γλοιοῦ, calcem viuam cum strigmentis adhibet. Ibidem quoque nitrum & rubricæ sinopidis tertiam partem cum vnguento cyprino, γλοιώδες ποιῶν, ad strigmentorum crassitudinem redacta imponit. Gal. in Exeg. γλοιάζειν exponit apud Hipp. τὸ ἐπιμύοντας περιστρέφειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, hoc est, conniuentes oculos versare, aut nictando circumuertere. Ex eademque analogia γλοιωδῶς, ὡς οἱ νυσταγμικῶς, hoc est, quasi nictantium aut conniuentium modo, aut conniuenter, dici vult, velut segniter, oscitanter aut dormitanter. Est enim γλοιὸς Hesych. νωθρὸς, ἀδρανὴς, ῥυπαρὸς, segnis, inualidus, sordidus. Idem γλοιάζειν exponit τὸ καταφερόμενον εἰς ὕπνον ἐπιμύειν τοῖς ὄμμασιν, ἢ καταμωκᾶν, ἢ διεγγελᾶν. quod est somno oppressum oculis nictare, ac demissis oculis irridere aut illudere.

Γλουτὸς, natis, clunis, in summa femoris parte caro musculosa prominens, quæ sedentibus puluini vicem præbet. Lib. de fract. (p. 550. 20. H. 761. D.) ὁ δέ τις πλάγιον παρακαθήμενος ἀποστείλῃ τὸν γλουτὸν, ὡς μὴ περιέλκηται τὸ σῶμα. aliquis à latere assidens natem repellat, ne corpus circunducatur.

Γλυκὺ dulce, saporis genus est suaue & iucundum, moderatoque suo calore naturæ cognatum & familiare. Hipp. lib. de Nat. hum. (pag. 224. 36.) per γλυκὺ sanguinem intelligit, vt per πικρὸν bilem flauam. Et Gal. in Comm. γλυκὺ τὸ αἷμα exponit. Eaque appellatio optimè sanguini conuenit, quòd vt dulce cùm in medio omnium qualitatum consistat, solum corpori nutriendo aptum sit, ita & sanguine nutritio perficiatur. Atque ex eadem notione in plantis, quod sanguini respondet, γλυκὺ etiam Hipp. appellatur, ib. (pag. 226. 54.) γλυκὺς etiam simpliciter positum apud Hipp. vinum dulce subindicat, vt libr. 2. περὶ γυναικ. (p. 673. 30.) καὶ γλυκὺν πινέτω, & vinum dulce bibat. Γλυκύμης βοτάνης τῆς γλυκυρρίζης καλουμένης, hoc est, herbæ glycyrrhizæ aut radicis dulcis vocatæ, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp.

Γλυκυσίδη, pæonia dicitur, cuius radice ad muliebria mala vtitur sæpè Hipp. in tota de mulierum morb. tractatione, vt lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 265. 54.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 660. 40.) Eandem ad muliebria incommoda commendat Dioscorid. cap. 157. lib. 3. & Hesych. γλυκυσίδην exponit φυτὸν ποιεῖν στυπτικόν πρὸς ἀπὸ μιᾶς τι τῶν γυναικῶν.

Γλύφειν, scalpere aut sculpere, Phreniticorum est symptoma ægri 15. lib. 3. Epid. post. st. pest. ἐψηλάφα, ἔτιλλεν, ἔγλυφεν, manibus palpabat, euellebat, scalpebat. Quæ sunt febricitantium deliramenta & phreniticorum attributiones ex imaginatione læsa, cùm manibus palpantium more quid inuestigant, pilos euellunt & scalpunt, floccos legunt, & festucas colligunt.

Γλωσσόκομον aut γλωσσοκομεῖον, aut γλωττίδιον est arcula aut theca tibiarum linguis reponendis idonea Hesych. & Poll. Gal. Comm. 2. in lib. de fract. γλωσσόκομον Atheniensibus dici scribit capsulam scrinij instar, in qua tabulæ aut reconditiores literæ, aut etiam res pretiosiores recondebantur, & quam multi iter facientes circumferebant. Ab eius autem similitudine γλωσσόκομον dicitur machina quædam chirurgica caua & oblonga, arculæ instar, femoribus & cruribus fractis reponendis accommodata. γλωσσόκομον aut γλωσσοκόμιον ὀργανικὸν describit Gal. Comment. 2. in lib. de fract. & cap. 5. lib. 6. Meth. med. γλωσσόκομον capsulam quidam, alij loculum vocant.

Γλῶττα ἢ γλῶσσα lingua dicitur, gustus & sermonis præcipuum instrumentum. γλῶσσα interdum sumitur apud Hipp. pro linguæ tumore aut malo ex fluxione enato, vt οὖλα pro gingiuarum tumore, lib. 2. de Morb. (p. 464. 28.) γλῶσσα ἄκρη, lingua summa, aut summum linguæ cacumen intelligitur. Coac. (p. 156. B.) τὰ δ' αὐτὰ σημαίνει καὶ τὰ ἄκρην τὴν γλῶσσαν γινόμενα. Eadem quoque significatio est his in summo linguæ cacumine apparentibus.

Γλῶσσα ἁπαλυνομένη lingua mollis & tenera, quæ siccæ, asperæ & densatæ opponitur, eaque intelligitur quæ humectatione lenis est & emollescit, velut accidit cùm os saliuatione tenui plenum est, & promptè adfuturus vomitus prænunciatur. In phreniticis igitur vbi per totum morbum lingua arida & aspera fuit, si speretur vomitus, lingua humiditate imbuta emollescit,

& ἀπαλωσμένη παρὰ λόγον, præter naturam mollis reddita dicitur, Coac.(pag.156.E.)

Γλῶσσα ἀσαφὴς, lingua obscura, hoc est, balbutiens, ac vacillans, non clara, non expeditè loquens. lib. 7. Epid. (pag. 1215. E. & 1216. A.) Sic dicta quia vix audiretur cùm obloqueretur æger, ex naturæ imbecillitate magis quàm ex siccitate. Libr. etiam 1. περὶ γυναικ. (pag. 590. 6.) ἀσαφὴς γλῶσσα dicitur lingua non clara, nec expedita. ἐν παραγγελίαις quoque (pag. 28. 40.) γλώσσης ἀσαφίη linguæ obscuritas scribitur, & quibus ex causis fiat.

Γλῶσσα ἀηδὴς lingua nauseabunda impropriè dicitur, quæ nauseam sentit ex stomachi fastidio, vbi os ventriculi nimia redundantia grauatum, fastidij plenitudinem percipit, mordetur, & restagnantem humorum copiam in os vomitione regurgitat, eaque qualitate linguam perfundit. Quod est ab æstuantibus & nauseabundis ægris translatum. In Coac. (pag.156.E.)

Γλῶσσαι αὖαι ὑπὸ ἐπικαύσιος λιγνυώδεος, linguæ valdè reficcatæ ex succensa fuligine, velut in febribus ardentibus contingit, sanguine succenso & exassatis humoribus, aph. 13. sect. 5. lib. 6. Epid.

Γλῶσσα οὐκ ἄχρως, lingua non decolor, sed quæ colore tincta est, vt in febribus, vbi ferè circa initia lingua exalbescit, aut postea biliosо colore tingitur. Libr.7.Epid.(pag.1207.E.)

Γλῶσσαι δασεῖαι καὶ κατάξηροι, lingua ex reficcatione densa & aspera, in phreniticis. Prorrh. 1.(pag.169.56.H.67.D.)

Γλώσσης τὸ δικροῦν, linguæ bisulca aut bifida pars, ac velut bifurculum linguam in duos quasi sinus diuidens. In Coac.(pag.156. A.) & libro περὶ κρισίμων (pag.56.48.)

Γλῶσσα κατείχετο, lingua detinebatur, impediebatur, hærebat, neque expediri poterat. lib.5.Epid.(pag.1154.H.) Indicatur autem instrumentorum voci destinatorum impedimentum, ex nimio humorum affluxu.

Γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι, lingua torrefacta, exiccata, arida ex tussi. Libr.6.Epid.section.2.aphorism.16.

Γλῶσσα καυσώδης, lingua æstuans, æstuosa, ardens & qualis in febre ardente. Libr.7.Epid.(pag.1221.C.)

Γλῶσσα λευκὴ ἔχουσα ἐκ δεξιοῦ οἷον θερμοῦ προσπεφυκός, lingua alba dextra parte habens concretionem adnatam lupino similem, in febre ardente perniciem denotans. libr.7.Epid.(pag.1234.E.)

Γλῶσσα λιγνυώδης lingua fuliginosa exponitur Erot. apud Hipp. μέλαινα ἢ τεφρώδης., & Gal. in Exeg. μελαίνεται, quòd fuligo nigra sit. Ea vtitur dictione Hipp. ægr. 12. lib. 3. Epid. post st. pest.

Γλῶσσαι ξυγκεκαυμέναι, linguæ exustæ, lib. 4. Epid. (pag. 1121.C.)

Γλῶσσα περιπλευμονική, lingua qualis pulmonum inflammatione laborantibus, libr.7.Epid.(pag. 1215. C.) & (pag.ibid.D.E.) 1216.A.)

Γλῶσσα πεφρικυῖα, lingua horrida ex reficcatione, humiditatis inopia densata ac contracta, quam δασεῖαν in Prorrh.& Coac. vocat. In Coac. (pag.155.E.)

Γλῶσσα ῥηγνυμένη, lingua dehiscens, & quæ ex reficcatione propter magnam incendij exhalationem finditur. Primum enim inhorrescit & reficcatur, deinde exasperatur, postea rimis dehiscit, deinde liuescit ac nigricat. Qui sunt in febribus ardentibus symptomatum gradus, quos exprimit Gal. Com. 1. in Prorrh.

Γλῶσσαι τρομώδεες, lingua tremula instabilem mentem & è sede constantiæ deturbatam significans. Prorrh. 1. (pag.177.4. H. 68.H.) & Coac. (pag. 156. H.) Γλῶσσαι etiam τρομώδεες nonnullis erupturæ alui & humescentis significationem præbentes. In Coac.(pag.156.D.) & pag.221.E.)

Γλῶσσα ὑπότραυλος ὑπὸ ξηρότητος, lingua præ siccitate aliquantulum balbutiens, & quæ fari non potest. Lib.7. Epid.(p.1207. F.) Lib. verò 5.Epid. (pag.1159.F.) διαλέγεσθαι οὐχ οἷος τε ἦν, sermocinari non poterat, dixit.

Γλῶσσα ὑπόχλωρος, lingua ex pallido aut luteo albicans, aut cum albedine flauescens, qualis pulmonum inflammatione laborantibus. Lib.7.Epid.(pag.1211.B.)

[Γνάθος], maxilla, mala, bucca, pars ea dicitur anatomicis, quæ sub mala aut gena est. Gena autem aut mala, pars ea dicitur, quæ leuiter rotunda in facie prominet. Gal. Comment. 2. in lib. de art. (pag. 599. 28. H.797. A.) vbi etiam scribit γνάθον τὴν κάτω γένυν dici inferiorem malam, vt & libr. de Ossibus vsurpat τὴν ἄνω γένυν & τὴν κάτω γένυν, pro maxilla superiore & inferiore. Eaque notione vsurpatur Hom. Ὀδύσσ. σ. (vers. 38.) χαμαὶ δ' ἐκ πάντας ὀδόντας γναθμῶν ἐξελάσαιμι, humi dentes omnes è malis excuterem. Vbi tamen Gal. γνάθων legit. Verùm γναθμὸς etiam Hom. dicitur eadem significatione. Γνάθον etiam sumit Hipp. non pro maxilla tota, sed ea maxillæ parte qua latescit & articulatur. lib. de art. (pag. 602. 25. 798. F.) ἢν δ' ἀμφότεραι αἱ γνάθοι ἐξαρθρήσωσι, quòd si maxilla vtraque parte luxetur. Γνάθοι pro maxillis & ossibus quibus dentes infiguntur, libr.5.Epid. (pag.1146.A.) Γνάθοι ἐπάγησαν, maxillæ riguerunt, compactæ sunt, cohæserunt & defixæ sunt, ex conuulsione. Et rursus (pag.1149.A.B.) Et (pag.1159.C.) γνάθοι συνερειδόμεναι, maxillæ cohærentes & conserta, & ad collum affixæ in opisthotono. Γνάθου σφακελισμὸς, maxillæ syderatio. ibidem (pag.1162.D.) & aphorism.31.libr.4. περὶ τὰς γνάθους ἀποστάσιες circa maxillas abscessus. At verò pro malis ac genis sumuntur libr.5. Epid. (pag.1157.B.) γνάθοι ἐπήρθησαν, malæ in tumorem sublatæ sunt.

Γνήσιον quod est legitimum ac verum significat, quodque legitimam ac minimè spuriam originem habet. Quamobrem ἱδρῶτες γνήσιοι, sudores legitimi impropriè dicuntur libr.de rat. vict.in morb.ac.(pag.89.51.H.396.23.) quòd (vt scribit Gal.) τὸ γνήσιον soleat Hipp. ac cæteri medici, de morborum genere & forma efferre, cùm morbi præstitutam sibi formam & ideam non excedunt, sed eam exactè seruant, vt ἀκριβέστατοι πυρετοὶ dicuntur lib. de rat. vict. in morb. ac. & ἀκριβέσταται νοῦσοι, libr.2. Epid. & aphorism.8 libr.3.

Γνώμη mens dicitur apud Hipp. quam communiter διάνοιαν, νοῦν, καὶ φρένα, λόγον, & λόγον ἐνδιάθετον nominant, cogitationem, mentem, intellectum & rationem interiorem. Gal. Comment. 1. in lib. κατ' ἰητρεῖον (pag.664.38.H.740 D.) Quod ex multorum veterum authoritate etiam confirmat ibidem (pag. 665.35.) γνώμην à sensibus ex aduerso distinguit Hippocrat. ἐν τῷ κατ' ἰητρ.(pag.664.36.) γνώμη διάνοιαν, mentem siue rationem, intelligentiam, aut ratiocinationem significat aphorism. 6. lib. 2. aut potiùs sensum communem cui doloris sensus communicatur. Γνώμης νάρκωσις, mentis torpor, stupor, hebetudo aphorism. 16. lib.5. Γνώμης ἀπονίαν exponit Gal. mentis imbecillitatem ex dissoluta cerebri substantia. Γνώμη ταράσσεται, mens perturbatur aphoris.5.lib.6.Epid.sect.8. Γνώμης ἁπτόμενοι πυρετοὶ, febres mentem tentantes, cum mentis alienatione & delirio, Lib.de fract. (pag. 546.35.H.759.H.) Γνώμη quoque animum aut spiritum indicat. Lib.de fract.(pag.552.56.H.762.H.) ἀνάγκη κατὰ κλᾶται τὴν γνώμην, necessitate hominum spiritus frangitur, aut hominis animum necessitas subigit & in seruitutem redigit, hoc est ad seruilem animi demissionem homines necessitate adiguntur. γνώμη pro animi affectibus & mentis perturbationibus, quæ inter causas salubres sanitatis conseruatrices annumerantur. Medici in numero rerum non naturalium reponunt, aph. 45. libr.6. Epid. sect. 8. γνώμη etiam sententiam significat, vnde γνωμολογίη sententiarum elocutio, cùm quis sententias & oracula loquitur, aut sententiosè. doctrinam vertit Cornar. Caluus prudentiam. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag. 23. 36.

Γνώριμα παιδία, vulgares fœtus & vulgo cogniti dicuntur, hoc est populares, quique communi aut maximè vsitato ac familiari partionis tempore contingunt, hoc est, nonimestres. lib. περὶ ἑπταμήνου (pag.256 53.) ὅτι ἰσχυρότατά ἐστι καὶ πλεῖστον ἀπέχει τοῦ γνωρίμου τῇ χρόνῳ ἐν ᾧ ἐγκονέονται τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ νοσημάτος περὶ τὸν μῆνα ὄγδοον. quòd validissimi sunt, plurimumque à vulgarium puerorum tempore absunt, in quo ægrotantes quadraginta diebus malè habent, circa octauum mensem. Agit enim de decimestri fœtu, qui longè superat communes fœtus, hoc est nonimestris & vulgaris fœtus tempus.

¶ Γογγρῶναι tumores sunt neruosorum corporum cum duritie rotundiores, à rotundis in arborum truncis tuberculis aut eminentiis (quas γόγγρους vocant) nominatæ. Quam dictionem vsurpat Hipp. libr.6.Epid.aph.10.sect.3. vbi scribit Gal. γογγρώνας δὲ τὰς περιφερεστέρας ἐξοχὰς μετὰ σκληρότητος, εἴπερ εἰσὶν αἱ γινόμεναι ποτὶ τῶν δένδρων ἐπιφύσεις, ἃς καλοῦσι γόγγρους. ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ φυτῶν ἱστοριῶν λέξιν οὕτως. ἔνια δὲ ἔχει τὰς καλουμένας ὑπό τινων γόγγρους, ἢ τι ἀνάλογον, οἷον ἐλαία. λέγουσι δ' ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ Θετταλίᾳ, ἀκηκοέναι τινῶν γογγρώνας ὀνομαζόντων τὰς τοιαύτας σκληρότητας, ὅταν ἐν τῷ τραχήλῳ συστῶσιν. Quod est, γογγρώνας verò rotundiores cum duritie eminentias, quales in quibusdam arboribus gignuntur adnascentiæ, quas γόγγρους vocant, vt & Theophrastus lib. 1. de plantis his verbis scripsit: Quædam verò habent à quibusdam vocatos γόγγρους, aut quod proportione respondeat, vt olea. Dicunt autem nonnulli & nunc quoque in Thessalia se audire quibusdam vocari γογγρώνας huiusmodi durities, cùm circa collum constiterint. Quemadmodum etiam Gal. in Exeg. γόγγρωνα ad gutturis tantùm tumores aut ramices contraxit, scribens: γόγγρωνα βρογχοκήλην, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς πρέμνοις τῶν δένδρων ἐπιγινομένων στρογγύλων ἐξοχῶν, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ φυ-

περὶ φυτῶν οὕτω λέγων· ἔνια δὲ ἴσχει τοὺς καλουμένους ὑπό τινων γόγγρους, ἢ τὸ ἀνάλογον, οἷον ἡ ἐλαία. γόγγρωνα gutturis ramicem, quem bronchocelen dicunt, à rotundis in arborum truncis enatis eminentiis, velut etiam Theophrastus in primo de plantis his verbis scribit. Quædam verò à quibusdam vocatos gongros habent, aut aliquid proportione respondens, velut olea. Etsi locus ille Gal. mihi non minimùm suspectus est. Nam γογγρῶναι & βρογχοκήλη legendum suspicor, vt legitur lib.6.Epid. Hunc etenim locum subindicari satis apertum est γογγρώνη etiam Hesych. exponitur ἀπόστημα ἐν φάρυγγι. At γόγχων rectum videtur fecisse Gal. si modò vera est recepta Exeg. lectio.

Γογγύλιον exponitur Gal. in Exeg. στρογγύλον rotundum, & γογγυλίδια, τὰ σμικρὰ σφαιρία, ὥσπερ καταπότια, pilulæ paruæ, velut catapotia. Quod etiam testatur Erot. qui γογγυλίδια apud Hipp. exponit τὰ μικρὰ καταπότια, paruas pilulas, additque sic dici ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ σχῆμα ὁμοιότητος, à figuræ similitudine, hoc est à raporum rotunditate aut globulari forma. Etsi quædam exemplaria apud Gal. γογγύλια pro γογγυλίδια habent. Est autem γογγυλὶς rapum, vt apud Hipp. libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.554. 14.) καὶ γογγυλίδας ἑψθοὺς ποιέων, ῥοφανέτω τοῦ χυλοῦ, & raporum probè percoctorum succum sorbeat. Exponitur & γογγυλὶς στρογγύλη quibusdam in codicibus apud Gal. Hesych. certè γογγύλον non solùm στρογγύλον rotundum, sed & σκληρὸν durum exponit.

Γονὴ genitura & semen dicitur, interdum verò vterus & partes genitales, vt libr. de art. (pag. 618. 48. H. 810. C.) Sic enim illic γοναὶ explicat Gal. τὰ γεννητικὰ μόρια, partes naturales, in fœminis vterum, in viris vasa seminaria. Et libr. de vteri dissect. (pag. 210. 57.) eundem locum subindicans. γονὴν δὲ λέγει ἤτοι τὰ γεννητικὰ μόρια, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν μήτραν. γονὴν autem dicit, aut genitalia membra, aut ipsum etiam vterum. Eademque notione γονὴ repetitur in Mochl. (pag. 842. A.) Sic libr. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 426. 15.) γονὴ partes genitales significat. Erot. quoque apud Hipp. γονὴ ὅτι μὲν τὸ σπέρμα δηλοῖ, ὅτι δὲ τὴν μήτραν, interdum quidem semen, interdum etiam vterum significat, additque multis in locis apud Hipp. reperiri. Et Pollux lib. 2. τὴν μήτραν γονὴν ab Hipp. vocari scribit, vt & Ruf. Ephes. ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων. Hesych. etiam γονὴν, γένεσιν, μήτραν, καὶ τὸ σπέρμα exponit. γοναὶ lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 261. 54.) partes naturales & genitales significant. γυναικὶ δυστοκεούσῃ, ἢν τὸ παιδίον ἐν τῇσι γονῇσιν ἴσχηται καὶ μὴ εὐπετέως ἐξέλθῃ. Si muliere ægrè pariente fœtus in genitalibus locis hæreat, neque facilè exeat. Locellos dixit Caluus, cùm γονὴ etiam vterum significet. Lib. quoque 2. Epid. (pag. 999. F.) ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων ὑπόμνημα κοινωνίης στηθέων, μαζῶν, γονῆς, φωνῆς. Testis intumescens ex tussi, nos consensionis quæ est genituræ & voci cum pectore & mammis commonefacit. Vbi tamen submonuimus γονὴν vterum indicare posse, eamque communionem quæ est vtero cum mammis subnotari. Quo etiam pertinent quæ scribuntur libr. περὶ χυμῶν (pag. 49. 44.) μαζοὶ, γονὴ, ὑστέρη.

Γόνιμος ἡμέρη aut γονίμη, dies impar & criticus sæpe dicitur Hipp. lib. 2. Epid. sect. 5. (pag. 1046. B.) ἢν πυρετοῦ ἴσχοντος τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχνὰ ᾖ ἐν ἡμέρῃ γονίμῳ. Si febris apprehenderit, & facies die impari subsidat. Rursusque (ibid. C.) ἢν μὴ ἐν τῇ γονίμῃ ἀφῇ ὁ πυρετὸς ὑποστροφάζειν ἀνάγκη. febris, nisi impari die remiserit, recidiuam timere necesse est. Et rursus section. 6. (pag. 1050. E.) σπασμῶν φωνὴ ἐν γονίμῳ λύεται. Conuulsis vox si impari die soluitur. Et (ibid F) λύεται δὲ ἐν γονίμῃ. solutio autem die impari contingit. Itemque (1053. D.) ἀπόληψις δὲ τοῦ νοσήματος οὐκ ἂν γένοιτο, εἰ μὴ ἐν γονίμῃ ἡμέρῃ. Morbus verò ipse non nisi die impari intercipi poterit. (ibid.) τὰ θνήσκει ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ. Quæ pereunt, in diem imparem incidant necesse est. (& ibid. E.) θνήσκειν ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ, mors in diem imparem ex necessitate incidit. Eademque notione γόνιμος μὴν καὶ γόνιμον ἔτος, mensis & annus impar dicitur ac criticus, (ibid. D.E.) vt & ἄγονος ἡμέρη, dies par (ibid. D.E.) ἄγονος μὴν & ἄγονον ἔτος, mensis par & annus par (ibid. D.E.) Quæ τῷ γονίμῳ ex oppositione respondent. Quem certè Hipp. locum exprimit & explicat Erot. cùm scribit. γονίμην ἡμέρα, αὐτὶ τοῦ περιττὴν, ἐπειδὴ αἱ περιτταὶ ἡμέραι ὡς ἐπίπαν κρίσιμοι τυγχάνουσι, καὶ γεννητικαί τινος ὠφελίμου, ὅθεν καὶ γόνιμον μῆνα τὸν περιττὸν καλοῦσι. γονίμη ἡμέρα, hoc est, fœcundus aut vitalis dies, pro impari ponitur, quoniam dies impares ferè critici existunt & aliquid commodi gignunt. Vnde & fœcundum mensem aut vitalem, imparem vocant. γονίμη exponitur Hesych. ἡμέρα ἡ περιττὴ καὶ μὴ ἄρτιος, dies impar. Quibus sanè verbis haud dubiè Hipp. locum lib. 2. Epid. à nobis expressum subindicat & explanat. Γόνιμος eidem etiam dicitur γνήσιος υἱὸς, ὁ μὴ ἐκ θέσεως, germanus aut genuinus fœtus, non adoptiuus, quasi genitiuus. Sic enim genitiuum pro natiuo aut genuino dixit Ouid. libr. tert. Metamorph. de Tiresia vate, forma prior rediit, genitiuaque venit imago. Γόνιμον παιδίον, vitalem fœtum & puerum significat Hipp. libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 260. 27.) ὁκόταν οὐ γόνιμον γένηται τὸ παιδίον. cùm fœtus minimè vitalis futurus nascitur. (Sic enim leg. interpretes.) Rursus (v. 29.) ὁκόταν γονίμου γινομένου τοῦ παιδίου χεὶρ ὑπερίσχῃ. cùm vitali fœtu nascente manus prominet. Et (pag. 261. 16.) ἢ πρότερον οὐ γόνιμα, aut non vitales prius peperit. βιώσιμον τὸ παιδίον ibidem dicitur (p. 261. 49.) καὶ οὐ βιώσιμα (p. 362. 16.) Libr. 1 περὶ διαίτης (pag. 347. 40.) γόνιμα τέκνα ἢ παιδία, vitales fœtus ac maturi dicuntur, quique maturum partionis tempus adepti sunt. ὡσαύτως καὶ γόνιμα γίνεται. eodem modo vitales oriuntur. & (pag. 349. 11.) γόνιμα τὰ ἀέξηται ἐς φάος, vitales in lucem prodeunt, aut ad partum maturi. γόνιμαι ἡλικίαι ætates fœcundæ dicuntur (ibidem pag. 347. 25.) ὁκόσα δὲ τῶν σωμάτων ἀκμάζοντά ἐστι, καὶ ἐν τῇσιν ἡλικίῃσι τῇσι γονίμῃσι, δύναται τρέφειν καὶ αὔξειν. At corpora vigorem adepta & ætate fœcunda, ea nutrire & augere possunt.

Γόνος idem quod γονὴ, & genituram significat Hipp. toto libro περὶ γονῆς, vbi crebræ sunt hæ dictiones, & αἱ τοῦ σπέρματος sumuntur. Etsi quidam ex Aristot. lib. 1. de gener. animal. cap. 18. γονὴν & σπέρμα distinguunt, vt genitura sit causa & principium generationis à perfectis animalibus prouenientis. Semen verò ab animalibus imperfectis & plantis. Deinde quòd ἡ γονὴ principium tantùm alterum generationis obtinet, & aliquid est imperfectum. At σπέρμα perfectum quid est, ex duobus rerum naturalium principiis constitutum. Autor quoque Definit. Medic. γόνον & σπέρμα eo differre scribit, quòd σπέρμα sit quod in seminariis vasis continetur, quibusdam verò quod iam excretum est. γόνος verò semen nondum concoctum. Etsi idem quoque ex Asclep. opinione σπέρμα in iis qui nondum generare possunt inesse dicit. Sed certè constat inanes has esse vocum differentias apud Medicos, tum quòd σπέρμα & γονὴ idem significent Medicis, vt videre est apud eundem Definit. Med. autorem, ex Plat. Diocle, Praxag. Democr. tum quòd etiam ab Hipp. σπέρμα & γονὴ pro eodem sæpe vsurpantur libr. περὶ γονῆς, vt cùm scribit (pag. 233. 57.) καὶ ἔστι καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ τὸ θῆλυ σπέρμα καὶ τὸ ἄρσεν, καὶ ἐν τῇ γυναικὶ ὁμοίως. Inest quoque vt in viro ita & in muliere semen virile atque muliebre. Et (ibid. v. 40.) ἀνάγκη οὖν ὑπὸ ἰσχυροτέρου σπέρματος γίνεσθαι. Ipsum quoque (marem) à valentiore semine gigni necesse est. Rursusque (v. 41.) ἢν μὲν ἀπ' ἀμφοτέρων τὸ σπέρμα ἰσχυρότερον ἔλθῃ, ἄρσεν γίνεται τὸ τικτόμενον. Si ab vtroque parente valentissimum semen prodierit, masculus erit partus. Et (vers. 43.) ἢν γὰρ πολλῷ πλεῖον τὸ ἀσθενὲς σπέρμα τοῦ ἰσχυροτέρου, κρατεῖται τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μιχθὲν τῷ ἀσθενεῖ, ἐς θῆλυ περιωθεῖται. Si namque semen imbecillum maiore multò copia quàm valentius fuerit, quod valens est superatur, & imbecillo mixtum, ad fœminam formandam confertur. Sic (pag. 234. 25.) ἀλλ' ἀμφοτέροισιν ἀνάγκη τις ἐστιν ἐοικέναι τινί. εἴπερ ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων τὸ σπέρμα χωρέει ἐς τὸ τέκνον. Certè vtrique aliqua in re similem esse necesse est, si quidem ab vtrisque semen ad eius conformationem confertur. Apud Gal. verò σπέρμα & γονὴν idem significare satis testatur librorum περὶ σπέρματος indicatura, eadem quæ περὶ γονῆς Hipp. Γόνος etiam Hipp. pro pudendo virili sumitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 426. 15.) & γόνος ὁ γυμνὸς, virilis membri glans dicitur. Zuingg. γόνον γυμνὸν intelligit totum pudendum virile, quòd extra corpus propendeat.

Γονοειδὲς quod est genituræ simile, album, crassum ac viscidum significat, & sæpe ab Hipp. deiectionibus aut vrinis attribuitur quæ pituitam multam crassam, vitream aut albumineam, magnamque frigidæ & crudæ materiæ copiam indicant. In prorrh. (pag. 197. 53. H. 74. E.) τὸ γονοειδὲς ἐπελθὸν, genituræ quid simile prodiens, quod de vrina aut deiectionibus intelligitur. ἔκκρισιν γονοειδῆ, genituræ similem excretionem exponit Galen. τὸ γονοειδὲς διελθὸν dicitur in Coac. (pag. 148. A.) Lib. 6. Epid. sect. 2. aphor. 28. τὸ γονοειδὲς οὖρον ἢ διαχώρημα, vrina aut deiectio genitali semini similis critica dicitur, & quæ sua excretione abdominis dolores aut tumores liberat, qui fiunt ex pituita vitrea, & absque inflammatione contingunt. οὖρον γονοειδὲς, vrina semini genitali similis, hoc est glutinosa, crassa & viscida, lentam multam pituitam vitream aut albumineam deponens, & compactam quandam & crassam materiam vacuans, quæ etiam festucis adhærescebat, in muliere conuulsione mortua, lib. 7. Epid. (pag. 1217. C.) οὖρον χαλαζῶδες γονοειδὲς, διαχω-

μένον, vrina grandinosa genitali semini simile quid effundens. In Coac. (pag. 212. F.) εὐρήσεις γονοειδὲς, vrinæ genitale semen referentes, opisthotonum soluunt. In Coac. (pag. 175. A.) Lib. 2. Epid. (pag. 1028. D.) in vrinæ subsidentia τὸ ὑφ. γονοειδὲς, velut genitali semini quid simile. Sunt & ἐναιωρήματα γονοειδέα Hippocrati sublimamenta genituræ similia in vrina ægr. 1. lib. 1. Epid. & ægr. 3. & 4. lib. 3. Epid. Quæ magnas præ se ferunt perniciei indicationes, & deliria aut conuulsiones denunciant, vt nostris in lib. Epid. Annotat. ostendimus. τὸ ἐφιστάμενον γονοειδὲς, quod in vrina insidet genitali semini simile. In Prorrh. (pag. 213. 56. H. 79. G. & in Coac. (pag. 171. B.) Erot. apud Hipp. γονοειδὲς τὸ ὅμοιον γόνῳ, τουτέστι σπέρματι exponit, hoc est genituræ aut semini simile. Quibus verbis locum Prorrhet. paulò antea à nobis adductum adumbrare videtur, vt indubitata fide vitium apud eundem subesse sit manifestum, cùm librum de locis in homine testem citat. Est namque fœdissimus memoriæ lapsus, librariorum vitio attribuendus, cùm ne vlla quidem huius dictionis vel minima ibi fiat mentio. Verùm quòd idem πονοειδὲς pro γονοειδὲς quibusdam codicibus scriptum testetur, & explicet τὸ πνεῦμα τὸ μετὰ πόνου καὶ τινος συντονίας ἀναπνεόμενον, hoc est spiritum cum dolore & quadam contentione respiratione attractum (etsi ἐκπνεόμενον malim) ea explicatio propiùs quodam modo locum Prorrhetici referre mihi videtur. Idem etiam γονοειδὲς οὖρον τὸ λευκὸν καὶ παχὺ, vrinam albam & crassam exponit. γονοειδὲς quoque Hesych. γόνῳ εἰκὸς significat, quod genituram refert. γονώδεα deiectiones quæ genituræ similes per aluum demittuntur, significant, in Coac. (pag. 190. G.) Quò etiam referri videtur quod scribitur in Prorrh. (pag. 181. 14. H 70. A.) περὶ κρίσιν τοῖσιν πνεῦμα ἁλὲς γόνῳ εἴκελον διέρχεται. his sub iudicationem creber flatus genitali semini similis prodit. Deiectiones namque criticas quæ multam pituitam vitream genitale semen tum colore tum consistentia referentem, indicatione per aluum deponunt, intelligi contendit Gal. Quod propius respiciunt exemplaria ferè omnia, quæ πνεῦμα ἁλὲς ξὺν πόνῳ διέρχεται legunt, hoc est, creber flatus cum singulari contensione peruadit. Quod etiam in Coac. (pag. 167. C.) aliter legitur. φλέγμα ἁλὲς συχνὸν σὺν πόνῳ διέρχεται, pituita crebra & multa cum dolore prodit. Id tamen eandem habet explicationem & ad eandem notionem refertur.

Γονὺ genu dicitur, nec solùm dearticulatio illa quæ est ossis femoris cum tibia, sed totus ille dearticulationis locus, vt probat Galen. comm. 2. in libr. de fract. (pag. 556. 5.) Γόνυ autem lib. 7. Epid. (pag. 1211. D.) Γόνον, hoc est, fœtum aut prolem significare videtur, ἔτικε δὲ γόνον θῆλυ. prolem verò fœmellam edidit, peperit.

Γουναλγέες ὀροβοφαγέοντες, qui eruo vescebantur genuum dolore conflictati, lib. 6. Epid. sect. 4. aph. 11.

¶ Γραῦς dicitur crustula rugosa aut pellicula quæ lacti cocto aut iusculis refrigescentibus concreuit. τὸ συναγόμενον καὶ ἐπιπηγνύμενον ἐπ' αὐτῷ ὅταν γάλα ἕψηται, exponit Hesych. concretum illud quod lacti cocto supernatat. Gal. comm. 2. in progn. (pag. 142. 11.) οἷόν τι τοῖς λιπαροῖς ζωμοῖς ψυχομένοις ἐφίσταται τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν γραῦς. quale pinguioribus iusculis refrigescentibus superinsidet, & à multis γραῦς vocatur. γρηῦς aut γρηὺς & γραῦς dicitur Nicandri Schol. in Alexiph. ὁ ἐπιπλάζων τῷ γάλακτι πηγὸς ἀφρὸς, spuma quæ lacti concreto supernatat, & τὸ ἐπιπλάζον τῷ γάλακτι, ὃ οἱ σικελοὶ σύφαρα καλοῦσιν, quod lacti supernatat, & Siculis σύφαρα vocatur. Item γραῦς, ὁ ἐπὶ τοῦ γάλακτος γινόμενος πάγος, ἐπειδὲ ῥυτιδοῦται ὥσπερ ταῖς γραυσὶ τὸ σῶμα συμβαίνει ῥυτιδοῦσθαι. quod in summo lacte concreuit, quod in morem cutis vetularum corrugatur. γρηῦν aut γρηὺν vocare mihi videtur Hip. lib. περὶ ἀφόρων (pag. 684. 50.) vbi tamen fœdissimo lapsu ὑγρὴν exemplaria habent omnia. Sic enim lego, γάλακτος αἰγέου δύο κοτύλας ἀφεψεῖν· εἶτα ψυχθέντος τὴν γρηῦν ἀφελεῖν. lactis caprini heminas duas decoquito, eo deinde refrigerato, quod in summo concreuit & corrugatum est detrahito.

Γειφόμενα Gal. in Exeg. apud Hipp. ἐπανειλούμενα exponit. Quod doloribus attributum eos qui reuoluuntur indicat. Addit autem ipse παρὰ τὸν γρῖφον, τὸ ἁλιευτικὸν δίκτυον, hoc est, à rete piscatorio dici aut sagena, quòd retis in morem implicati sint & inuoluti. Locus enim Prorrh. haud dubiè his verbis adumbratur) pag. 202. 40. H. 75. D.) vbi τὰ ἀλγήματα πρὸς ὑποχόνδρειον γειφόμενα dicuntur, dolores circum præcordia inuoluti. Et Gal. γριφόμενα, ὀνειλούμενα hoc est inuolutos, implicatos, aut circum præcordia irretitos explicare videtur, ac sese reuoluentes. Alij verò ἀναγόμενα καὶ συναγόμενα καὶ ὑπὸ συσπώμενα πρὸς ὑποχόνδρειον ἀλγήματα intelligunt, dolores qui ad præcordia ducuntur, contrahuntur, aut quasi conuelluntur, quique præcordia petunt aut attingunt, sed sensim quidem & quibusdam interuallis, aut inuolucris etiam & obscuris quibusdam ductibus, ac sinuosis circumflexibus, & implicatis conuolutionibus, in griphorum morem, ad præcordia procedunt & tendunt. Hoc enim mihi innuere videtur Galen. in Prorrhet. cùm παρὰ τὸν γρῖφον dictionem deductam esse vult, γρῖπος autem per π, non φ, rete piscatorium & sagenam significare. Ideoque quosdam hanc retis piscatorij translationem sequutos, γριπόμενα non γριφόμενα legisse. Alij etiam γρῖφον τὸ ἁλιευτικὸν δίκτυον esse dicunt, quam notionem sequitur Gal. in Exeg. & Scholion quoddam vetus manuscriptum, in membranis Regiis Prorrh. adscriptum, quod quia hanc dictionem disertè explicat his verbis nostris eum in librum Annotat. adscripsimus. Βακχεῖος ἐν β' φησὶν συνεγγίζοντα, καὶ συνάπτοντα, οὐ νοεῖς. ἐγὼ γὰρ οὐ ψιλῶς συνάπτοντα, ἀλλὰ μετὰ σκολιότητός τινος. γρῖφον γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸ αἰνιγματῶδες καὶ σκολιὸν λέγουσι, καὶ γρῖφον τὸ ἁλιευτικὸν δίκτυον, ὅθεν τὸ μετὰ τινὸς πολλῆς σκολιώσεως, εἰκὸς οὖν καὶ τὸν Ἱπποκράτην τὸ σύμπαθὲς τῶν νεύρων, καὶ ὑπὸ συνειλούμενον σπασμώδες εἰπεῖν. Bacchius Expositionum libr. 2. γριφόμενα συνεγγίζοντα καὶ συνάπτοντα, hoc est appropinquantes & contingentes dicit, non intelligens. Neque enim nudè contingentes dicuntur, sed cum flexuositate quadam. γρῖφον enim antiqui quod obscurum est & inuolutum ac tortuosum dicunt, & rete piscatorium, ex implicata flexuositate. Vero est igitur simile Hippocratem neruorum consensionem & cum conuulsione veluti quandam contractionem dicere. Quas equidem expositiones vt & locum istum mihi exprimere videtur Hesych. cùm γριπόμενα (γριπόμενα potiùs) συνελκόμενα καὶ σπασμώδως συμπαθοῦντα, εἰ δὲ ἐγγίζοντα, exponit, vt dolores intelligat qui ad præcordia contrahuntur & cum conuulsione quadam consentiunt, quidam etiam appropinquantes & vicinos. Idem etiam γριφόμενα ἐπανειλούμενα & γλαφόμενα exponit, sursum reuolutos ac insculptos, hoc est præcordia lancinantes ac pungentes & in iis conuolutos. Quò etiam spectare videtur Gal. expositio, quum γριφόμενα ἀλγήματα τοῖς δακνομένοις τι καὶ ξεγραφομένοις γινόμενα, hoc est qui demorsis & perrosis fiunt, dici scribit, idque ex translatione ad ὑμένας γριφομένους, membranas inuolutas, quæ digitis diducuntur, discernuntur aut discriminantur, ac vnguibus vellicantur & laniantur.

Γρυποῦσθαι incuruari, aduncum & inflexum reddi significat, diciturque Hipp. de vnguibus, quando in purulentis & tabescentibus consumpta & colliquata carnosa parte quæ eos firmabat, ipsi quodammodo incuruantur & contrahuntur, quod est purulentorum indicium. Progn. (pag. 148. 28. H. 42. 32.) καὶ οἱ μὲν ὄνυχες τῶν χειρῶν γρυποῦνται, & manuum vngues incuruantur, adunci fiunt. In Coac. (pag. 183. A.) de purulentis, γρυποῦνται δὲ ὄνυχες, vnguibus incuruantur. Γρύπωσις quæ est incuruatio aut inflexio, vnguium aduncatio dicitur Aurel. cap. 32. libr. 2. Acut. γρυποῦσθαι Hesych. significat ξυγκάμπτεσθαι, vt & γρύπτειν & γρυπαίνειν, quod est inflecti aut incuruari.

Γρυπαλώπηξ cognomen Satyri cuiusdam apud Hipp. qui ex nimio per somnum seminis profluuio in tabem incidit. lib. 6. Epid. sect. 8. aph. 52. Dioscor. verò voluit esse epithetum quoddam apud Hipp. & ad nomen adiunctum, vt scribit Gal. in Exeg. in dictione ςρυμάργον. Eo autem significari videbatur is qui lumbis erat incuruis aut dorso inflexo. Ἀλώπεκες enim dicuntur musculi dorsi inferiores ad lumbos siti.

¶ Γυμνάσιον exercitatio dicitur & definitur Gal. in genere initio lib. 2. salub. motus esse vehementior, qui respirationem in maiorem, celeriorem & crebriorem immutet. Aliòqui in quibus motibus nulla fit anhelitus mutatio, hos nondum exercitationes vocamus. Sic exercitationum modulum præscribit Hipp. sudorem guttatim velut ex aquæ ductibus stillantem, lib. 6. Epid. sect. 5. aph. 4. ἐν γυμνασίοισι σημεῖον ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων σταγόσιν, ὡς ἐξ ὀχετῶν. At verò aph. 5. lib. 6. Epid. sect. 1. τὰ γυμνάσια Hipp. significare scribit Gal. non vehementem exercitationem, qualis est equitatio, in armis dimicatio, lucta aut fossio, verùm eam omnem motionem, quæ pro ætatis, corporis, & habitus ratione suscipitur. νόησαι δέ σε χρὴ νῦν αὐτὸν λέγειν οὐ πάντως τὰ μεγάλα γυμνάσια, οἷον ἱππάζεσθαι, ἢ ὁπλομαχεῖν, ἢ τὸ παλαίειν, ἢ παγκρατιάζειν, ἢ σκάπτειν, ἢ τι τοιοῦτον πράττειν ἕτερον, ἀλλ' ἅπασαν ἁπλῶς κίνησιν, ἥτις ἂν ἱκανὴ διαπονῆσαι τὸ σῶμα κατὰ ἀναλογίαν τῆς θ' ἡλικίας, καὶ τῆς ἕξεως, καὶ τῆς ῥώμης τοῦ νοσοῦντος. Animaduertere verò te oportet ipsum in præsentia omninò vehementes exercitationes non dicere, quales sunt equitationes, in armis dimicationes, aut lucta aut pancratio certare, aut humum fodere, aut id genus aliud facere, sed omnem absolutè motionem, quæ pro ætatis, habitus, & virium calculo renum laborantis ratione, corpus exercere possit.

Γυναικεῖα

Γυναικεῖα menstrua & muliebria significant Hipp. aut purgationes menstruas ac menses, vt aph. 6. sect. 1. lib. 6. Epid. vbi Gal. γυναικεῖα, τὴν ἔμμηνον κάθαρσιν dici scribit, hoc est menstruam purgationem. Idem Com. 3 in Prorrh. (pag. 214. 22. & 33. H. 80. A.) γυναικεῖα, καταμήνια, muliebria, menstrua, exponit, vt & καταμήνια dicuntur Hipp. aph. 32. 33. 36. 39. 50. 57. libr. 5. & καθάρσιες, purgationes, aph. 60. & 61. Lib. etiam 6. Epid. aph. 55. & 56. sect. 8. τὰ γυναικεῖα ἀπελήφθη χρόνον πολλὸν, menses longo tempore defecerunt, & τὰ γυναικεῖα καταστᾶσαι, menstrua deducere aut deturbare, vt & τὰ γυναικεῖα κατὰ φύσιν ἔρχεσθαι secundum naturam procedere. Interdum verò γυναικεῖα partus purgationem indicant, vt scribit Gal. com. ad aph. 28. lib. 5. γυναικείων εἴρηκε τῶν ἐκκενουμένων δηλονότι διὰ μήτρας ταῖς γυναιξὶ, κατά τε τὰς ἐμμηνίους καθάρσεις, καὶ μετὰ τοὺς τόκους. Muliebria dixit ea quæ mulieribus per vterum vacuantur, in menstruis purgationibus & à partu. In Coac. (pag. 202. A.) ἐν γυναικείοισι τὰ πρὸ τῶν τόκων ἰόντα ὑδατώδεα, κακόν. In muliebribus purgamentis, quæ ante partus aquosa prodeunt, malum denunciant. Vbi γυναικεῖα partus purgamenta apertè significant, cùm de prægnantibus agat, vt & ibid. G. & 203. F. tam pro menstruis quàm pro partus purgamentis sumi possunt. At verò (pag. 206. F.) disertè partus purgamenta denotant. ἀτὰρ καὶ πλῆθος γυναικείων προσημαίνουσιν. Verumetiam purgamentorum muliebrium abundantiam denunciant. Quam quoque notionem γυναικείων indicatura & verò tota tractatio frequenter amplectitur. Γυναικεῖα κατέβη πρῶτον, menses aut menstruæ purgationes primùm descenderunt, ægr. 7. & 12. lib. 3. post st. pest. Γυναικείων πόνοι locorum muliebrium dolores significant ægr. 4. lib. 1. Epid. Γυναικωθῆναι est ad muliebrem naturam reduci & redire, hoc est, effœminari, aph. 56. lib. 6. Epid. sect. 8. cui videtur ἀνδρωθῆναι ex aduerso respondere aph. 55. in virum euadere, aut virile corpus assumere.

Γυῖον totum corpus significat Hipp. & τὸ σῶμα ὅλον exponit Gal. apud eundem com. in aph. 26. sect. 4. lib. 6. Epid. Sicque sumi videtur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 536. 48.) τὸ τε γυῖον λεπτύνεται πλὴν τῶν σκελέων, totum corpus extenuatur exceptis cruribus. Rursus ibidem (pag. 550. 17.) ἡ δὲ χροιὴ τοῦ γυίου μολιβδώδης, corporis totius color plumbeus. Et 551. 2. τό, τε γυῖον ξυμπίπτει ταχέως, totumque corpus celeriter concidit. Etsi illic sine ι scribitur γύου & γύον vt aliàs frequenter apud veteres. γυῖα membra dicuntur maiora, τὰ κῶλα, manus & pedes, τὰ μέλη, χεῖρές τε καὶ πόδες, καὶ τὰ λοιπὰ, exponuntur Hesych. At Erot. apud Hipp. Bacch. sugillat γυῖον, τὸ σῶμα ἢ μέλος explicantem, quòd propriè de musculis dicatur, hoc est de torosa aut pulposa corporis aut membrorum carne. Eaque notione γυῖον εὖ ἔχειν, de pleniore & carnosiore membri habitudine dicitur, vt libr. de art. (pag. 586. 48. H. 784. G.) τοῖσι μὲν γὰρ εὖ ἔχουσι τὸ γυῖον καὶ σεσαρκωμένοισιν ἐκπίπτει τε ἧσσον, ἐμπίπτει τε χαλεπώτερον. Iis enim qui bene sunt habitis membris & carnosis, & articulus minus elabitur, & ægriùs reconditur. Istumque Hipp. locum disertè sua explicatione expressisse Erot. arbitror, vt nostris in eum libr. Annot. indicauimus. γυῖα Homero membra significant, apud quem creberrima est phrasis λῦσε δὲ γυῖα, membra soluit de eo qui interfecit, vt Il. η. (v. 12.) de Hectore Eioneum interficiente, & (v. 6.) καμάτῳ δ' ὑπὸ γυῖα λέλυνται, sub labore autem membra soluta sunt. Et (v. 16.) λῦντο δὲ γυῖα, soluta sunt membra, de mortuo Iphinoo. Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 550. 3.) τὰ δὲ γυῖα λεπτύνεται, membra autem extenuantur.

Γυιοῦν est vires frangere & eneruare, aut debilitare Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 80. 28. H. 394. 11.) de oxymelite, ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ καὶ ἐκψύχει τὰ ἄκρα. Præterea & præcipuè vires frangit & extrema refrigerat. Καταγυιοῦν etiam extremè debilitare significat & ad summam imbecillitatem agere, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 77. 10. H. 393. 17.) κατέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας. Damnata verò est ab hominib. mulsa, quòd ea epota ad extremam imbecillitatem deducat. καταγυιοῖ εἰς ἔσχατον ἀχρηστίας ἢ ἀσθενείας ἄγει, exponit Gal. in Exeg. ad extremam inutilitatem aut imbecillitatem deducit, illum locum exprimens. καταγυιοῦν dicuntur quæ vires euertunt, vt sanguinis eruptio, deiectio multa, sudor immodicus, & per accidens cibi abstinentia, vt scribit Gal. in Comment. Γυιῶσαι etiam vires frangere, debilitare ac eneruare indicat, vt lib. περὶ χυμῶν (pag. 48. 40.) ἕως δὲ δεῖ γυιῶσαι ἢ λειποθυμῆσαι, ἕως ἂν τοῦτο ποιήσῃς. Vbi verò virium debilitatem aut animi defectionem inducere oportet, quandiu hoc feceris. Quibus verbis monet Hipp. videndum medico quandiu ad animi defectionem vsque ducere expediat, quod dixit aph. 23. lib. 1. καὶ ἕως δεῖ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν. In vulgatis tamen exemplaribus, γνῶναι pro γυιῶσαι vitiosè scribitur, vt & λειποθυμῆσαι. γυιῶσαι verò in membranis manu scriptis Regiis ex Scholio quodam exponitur βλάψαι, κακῶσαι. Quam explicationem illic videtur secutus Caluus. Est & γυιοῦσθαι propriè membris esse fractis, debilitari, & viribus esse exolutis, vt lib. 4. Epid. (pag. 1135. H.) κἂν μὴ παρὰ λόγον γυιῶται etsi non præter rationem vires frangantur. Sic γεγυιωμένοι qui viribus sunt fractis & exolutis dicuntur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 85. 40. H. 395. 43.) οὔτε τοὺς γεγυιωμένους χρὴ λούειν, neque eos qui viribus sunt exolutis lauare oportet. Vbi Gal. τοὺς γεγυιωμένους τοὺς καταλελυμένους τὴν δύναμιν, eos quibus vires languent & exolutæ sunt exponit. Γυιόω quoque claudum reddo & eneruo indicat, vt Il. θ. (v. 402.) γυιώσω μέν σφωϊν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους, hoc est, χωλώσω, & claudos reddam sub curribus veloces equos & (v. 416.) γυιώσειν μὲν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους. Vnde ἀπογυιόω, eneruo & debilito. Il. ζ. (v. 265.) μή μ' ἀπογυιώσῃς, ne me debilites. Hinc γυιὸς claudum & membris mutilatum significat, & ἀμφιγυήεις Ἥφαιστος. Il. α. in fine dicitur, quòd vtroque crure γυιὸς sit, hoc est claudus. Et γυιοῦσθαι decurtari, breuius reddi membrum significat, vt de femore, pede & tibia effertur lib. de art. (pag. 628. 50. H. 819. G.) quæ luxato femore, in iis qui nondum ad perfectum incrementum deuenerunt, decurtantur & breuiora fiunt. ὅσοισι μὲν οὖν μήπω τελειουμένοισιν ἐς αὔξησιν, ἐκπεσὸν μὴ ἐμπέσῃ, γυιοῦται ὁ μηρὸς, καὶ ἡ κνήμη, καὶ ὁ πούς. At cùm iis qui nondum ad integrum incrementum peruenere, elapsus articulus non est reuersus, decurtatur eis femur, tibia & pes. Vbi γυιοῦται, ἔλαττον γίγνεται ὅλον τὸ σκέλος, totum crus minus & breuius efficitur, exponit Gal. Et idem Hipp. βραχύτερον δὲ λεπτότερον γίνεται, dicit, hoc est breuius & tenuius euadit, vt omnium partium quæ in crure sunt diminutionem ostendat. Nam τὸ γυιοῦσθαι τὸ σκέλος de omnibus cruris partibus diminutis dicitur, vt illic scribit Gal. Rursus eodem lib. (pag. 630. 20. H. 820. E.) γυιοῦνται γὰρ μᾶλλον, οἷσιν ἂν ἐς τὸ ἔξω ἐξαρθρήσῃ. Decurtantur enim magis quibus exteriorē in partem luxatio contingit.

Γωνίωσις non malè dicitur Archigeni, flexus quidam in pulsu decurtato, quem in alto repræsentat, non autem circuli figuram. fit huiusmodi pulsus ob imbecillitatem facultatis, quæ attollere onus nequeat, vt rectè scribit Gorrh. ex Gal. libr. 2. de Præsag. ex puls. (pag. 137. 24.)

OECONOMIÆ HIPPOCRAT.

TO Δ.

ΔΑΐδες Gal. exponuntur in Exeg. apud Hipp. μεγάλαι λαμπάδες, magnæ faces. Sed & per abuſionem dici annotantur alliorum capita, quòd ex multis ſpicis componantur, inſtar lampadum & facularum quæ ex ſtuppa & papyro colligatæ ſunt & compactæ, παρὰ τὸ συνδεδέσθαι. At Erot. apud Hipp. δᾶιδα legit & τὴν λαμπάδα exponit παρὰ τὸ δεσμεύεσθαι. Vt mihi verior eſſe ſcriptura videatur, quæ δαΐδα μικρὰν λαμπάδα apud Gal. in Exeg. legit, cùm δαϊτὶς diminutiuum ſit, & ad Erot. lectionem propius accedat. Δαΐδες λαμπάδες, λύχνοι, exponuntur Heſych. faces ardentes, παρὰ τὸ δαίειν, quod eſt incendere. Δεταὶ quoque λαμπάδες, καὶ αἱ πέδαι, καὶ τὰ δράγματα, faces, pedicæ, & manipuli. Suntque δεταὶ δεσμοὶ δάδων τουτέστι λαμπάδων, faces in faſciculum colligatæ, παρὰ τὸ συνδεῖν. Vnde & δετὶς originem ſumpſit.

Δαΐς δαϊδὸς & per contractionem δὰς δαδὸς, tædam etiam ſignificat Hipp. & tædariam materiam. Libr. 1. περὶ γυναικείων (pag. 625.32.) in fœtus eiectione δᾶδα ποτάτην cum vino dulci coctam propinat Hipp. Rurſus ibidem (pag. 591. 14.) in menſium retentione Crethmon ἐν οἴνῳ τῷ ἀπὸ δαιδὸς, in vino tædaceo & in quo tæda cocta ſit, propinat. Et iterum (pag. 606. 12.) in purgamentorum partus retentione τὸ ἀπὸ τῆς δαιδὸς, potionem quæ ex tæda conficitur ieiunæ quoad purgatio procedat continenter exhibet. Sic lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 652.20.) τὸ ξὺν τῷ δαϊδίῳ φάρμακον, medicamentum quod ex tædula paratur, lotæ & ieiunæ offert. Lib. quoque περὶ ἀφόρων (p. 678.9.) δαΐδα ποτάτην, hoc eſt, tædam pinguiſſimam in tenuia fruſta conciſam & vino albo quàm ſuauiſſimo incoctam propinat. Rurſusque ibid. (pag. 681.35.) tædæ ramenta vino albo macerata potu exhibet. Et (pag. 683.53.) eandem aqua maceratam cyathi menſura propinat, vt trium cyathorum menſura vino albo incoctam & tenuiſſimè contuſam (pag. 684.36.) Sunt & δαΐδια Hipp. tædulæ oblongæ, teretes & læuigatæ, in peſſulorum formam effictæ, quæ in vterum immittuntur, vt eius occluſum oſculum aperiatur. Quem in vſum etiam fiſtulas plumbeas adhibet Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 597.17.) ἀναστομῶσαι τοῖσι δαϊδίοισι καὶ τοῖσιν μολιβδίοισι, tædulis & plumbeis fiſtulis aperito. Et rurſus (v.27.) ἐξορθοῦν τοῖσι δαϊδίοισι καὶ τῷ μολιβδίῳ, tædulis & fiſtula plumbea dirigito. Item lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 647. 52.) ἐξιθύνειν τοῖσι δαϊδίοισί τε καὶ τῷ μολίβδῳ, tædulis & fiſtula plumbea vteri oſculum dirigere. Rurſusque (pag. 651. 13.) τοῖσι δαϊδίοισι καὶ τοῖσι μολιβδίοισι χρέο, tædulis & fiſtulis plumbeis vtitor. Et (v.28.) μετὰ δὲ τοῦτο τοῖσι δαϊδίοισι καὶ μολιβδίοισι χρῆσθαι, poſt hæc tædulis & fiſtulis vtitor.

Δάκρυα lachrymæ dicuntur, humores ex oculis diſtillantes, quarum generatio interdum morboſarum affectionum modum ſequitur, vt in oculis phlegmone laborantibus: interdum verò à natura redundantem excernente humorem procurantur, aut eum qui deficit in glanduloſis oculorum corporibus generante. Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. (508.31.H.1084.E.) Δάκρυα ἀκούσια lachrymæ inuoluntariæ dicuntur, & quæ inuitis effluunt, ex magno vaporum & humorum in cerebrum impetu, in febribus acutis aut ardentibus, vnde hæmorrhagiam etiam prædicunt, vt ſcribitur lib. 1. Epid. (pag. 373.35.) H. 956. E.) οἶσιν ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσι μᾶλλον καυσώδεσιν, ἀκούσια δάκρυα παραρρεῖ, τούτοισιν ἀπὸ ῥινῶν αἱμορραγίην προσδέχεσθαι. Quibus inuitis per febres atque adeo ardentes, lachrymæ effluunt, in iis ſanguinis ex naribus profluuium expectandum eſt. Et quæ illic ἀκούσια δάκρυα, lib. 4. Epid. (pag. 1138. D.) ἀκουσίως παραρρέοντα, inuitis effluentes dicuntur, & in Progn. (pag. 124.24. H. 37. 16.) ἀπροαιρέτως δακρύοντες ὀφθαλμοὶ, oculi inuiti aut nolentes illachrymantes. Quibus opponuntur κατὰ προαίρεσιν δακρύοντες, ſponte illachrymantes, aph. 52. lib. 4. Lib. 6. Epid. ſect. 1. aph. 16. δάκρυον ἐν τοῖσι ὀξέσι τῶν φλαύρως ἐχόντων, ἑκόντων μὲν χρηστὸν, ἀκόντων δὲ παραρρέον, κακόν. In morbis præcipitibus vbi malè habent ægri, vltrò quidem profluens lachryma, bono eſt; inuitis verò malum denunciat. Eiuſdem quoque lib. ſect. 8. aph. 25. δάκρυα ἑκόντι ἀέκοντι, lachrymas conſiderari iubet, num volenti aut inuito effluant. Et Galenus libr. 1. de Cur. rat. ad Glauc. inter hæmorrhagiæ ſigna reponit oculos εἰ δακρύουσιν ἄκοντες, ſi inuitis illachryment.

Δακρυῶδες ἕλκος, vlcus lachrymoſum dicitur, ex quo fluit tenuis & incocta ſanies ob inflammationem, lib. de fract. (pag. 561. 17. H. 767. E.) Sic enim dici vult Gal. per tranſlationem, cùm tenuis & incocta ſanies effluit, non ſecus ac in oculis inflammatione tentatis lachryma. Eundem verò locum exprimens Erot. δακρυῶδες ἕλκος, τὸ δίυγρον καὶ ἰχωρορροοῦν, hoc eſt, humidum & ſanie diffluens, explicat.

Δακτύλιος exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. κύκλος, τροχίσκος, orbiculus, paſtillus, citato in teſtimonium libro περὶ ἀφόρων. Verùm aut falſa eſt indicatura, aut id quod ſcribitur eodem lib. (pag. 682. 55.) adumbratur ὥστε δακτύλῳ ἐκμάξαι, vbi Gal. δακτύλιον ἐκμάξαι legiſſe videtur, hoc eſt, vt orbiculum aut paſtillum fingas aut efformes. Etſi in dictione ἐκμάξαι, δακτύλῳ ἐκμάξαι legit, verùm ὡς τὸν κυκλίσκον ἀναπλάσαι exponit, vt forte δακτύλιον etiam illîc legendum ſit. Etſi δακτύλῳ ἐκμάξαι rectè ferri poſſit, vt indicentur medicamenta arida melle inſtillato ita terenda, vt digito glandem efformare poſſis. Verùm δακτύλιον malim, quomodo legitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 587.24.) καὶ μὴ ὑγρὸν πάνυ ποίει, ἀλλ᾽ ὡς ἐκμάσσεσθαι δακτύλιον, nec valde liquidum facito, ſed ita vt paſtillum efformare queas. Sic enim leg. cenſeo, cùm paſſim δάκτυλον legatur, & δακτύλῳ leg. videantur interpretes. Sic ergo in Exeg. δακτύλιον, κύκλον & τροχίσκον legendum videbitur, vt his locis reſpondeat.

Δάκτυλοι etiam dicuntur palmæ fructus, qui & φοινικοβάλανοι & φοίνικες Græcis vocantur, vt ſcribit Gal. lib. 2. de aliment. fac. (pag. 327.) Ideoque non temere δακτύλους apud Hipp. reperias, ſed φοίνικας perſæpe, ἀντὶ τῶν φοινίκων βαλάνων, pro palmæ fructu. Quodque legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 606. 10.) τοῖσι δακτύλοισι καὶ ὄψοισι θαλασσίοισι μᾶλλον ἢ κρέασι χρήσθω (dactylis & marinis obſoniis potiùs quàm carnibus vtatur) ad marinos cibos magis quàm ad palmæ fructus referendum videtur, cùm ſiccantem victus rationem reſpiciat. Sunt enim è concharum genere dactyli, ab humanorum vnguium ſimilitudine appellati & cibis appoſiti, Plinio cap. 61. lib. 9. Iidem vngues dicuntur, Græcis onyches, cap. 33. lib. 9. & Solenes Athenæo & Pl. & Donaces lib. 32. Verùm cùm multi ſint ſucci, malique & viſcoſi, vt tradit Athen. ac durioris carnis, videtur mihi Hipp. locus ſuſpectus, tum quòd interpretes pro δακτύλοισι ἄλλοισι legant.

Δασὺ dicitur quod denſum eſt, ſpiſſum, confertum & aſperum. δασεῖαι γλῶτται καὶ κατάξηροι in Prorrhet. (pag. 169.157. H. 67. D.) & Coac. (pag. 157. A.) dicuntur, linguæ ex reſiccatione denſatæ, contractæ & exaſperatæ, quales in phreniticis ex immodica ſiccitate cernuntur, ſaliuatione omni & humore cognato à calido abſumpto. Gal. τραχείας quàm δασείας dici mauult. Additque quoſdam δασείας γλώττας vocare, τὰς ποιητικὰς τῆς δασείας φωνῆς, quæ denſam aut aſperam vocem faciant, hoc eſt raucedinoſam. Poteſt & δασεῖα γλῶττα intelligi, quæ πεφρικυῖα in Coac. (pag. 155. E.) dicitur, & quæ etiam in febris ardentis incendio πέφρικε, σκληρύνεται, καὶ τρηχύνεται, καὶ παχύνεται, vt ſcribitur lib. 3. de Morb. (pag. 489.9.11.) hoc eſt, ex reſiccatione inhorreſcit ac contrahitur, denſatur & exaſperatur. Etſi Gal. δασεῖαν γλῶτταν de mediocri exaſperatione & reſiccatione dici contendit.

Δασέα οὖρα & δεδασυμμένα, ſunt vrinæ denſæ, ſpiſſæ, confertæ ac conſitæ, quæque exaſperatam aut denſam habent ſuperficiem, ex Prorrh. (p. 200 28. H. 75. A.) & Coac. (pag. 146. H.) Hæc verò dictio inter obſcuras & ab authore ex induſtria affectatas annumeratur à Gal. & quæ nullam exactam explicationem nactæ ſint, quales ſunt plurimæ in Prorrh. atque aliis minimè germanis Hipp. libris. Eam autem variè ex Interpretum mente ſic explicat Gal. τινὲς ἀνώμαλον ἔχειν, φασὶ, τὴν ἐπιφάνειαν, τὰ δασέα τῶν οὔρων, ἐξοχαῖς βραχείαις τε καὶ λευκαῖς, οἷον τὴν

χοιζὶ πεπαχυσμένα. καὶ πινὶς μὲ αὐτῇ ἀφρόδη φασὶν ἔῃ τὰ τοιαῦτα τῶν οὔρων, ἀφρὸν λεπτὸν ἐπιπολῆς ἀνωμάλως διεσπαρμένον ἔχοντα. τινὲς δὲ, παχέα μὲ αὐτὰ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἔχοντα σκληρότητα, πάνυ λεπτὴν ὡς ψάμμον. Nonnulli densas vrinas esse aiunt, inæqualem obtinentes superficiem, & extuberantibus quibusdam eminentiis, tum paruis, tum albis, veluti capillis exasperatas. Eorum etiam nonnulli eiusmodi vrinas spumosas esse dicunt, tenuem spumam in superficie inæqualiter dispersam habentes. Quidam verò crassas eas quidem, quandam in superficie duritiem arenæ instar valde tenuem obtinentes. In Coac. (p. 214.D.) δασυνόμενον οὖρον ponitur, vrina quæ densa euadit & spissa aut crassa, quæq; valde tenui ex aduerso respondet, ac inter returbatas accensetur. Ideoq; succorum concoctionem naturam aggredi testatur, ac futurum sudorem denunciat. Sic lib.7. Epid. (p.1238.G.) πάνυ δασέα οὖρα ἢ ἀνεσραμμένα, vrinæ valde densæ ac commutatæ simul iunguntur, & vehementem capitis dolorem ac conuulsionem portendunt. Ἀνατεταραγμένα tamen leg. interpretes, cùm ἀνατεταραγμένα habeant omnia exemplaria, & ἀνεσραμμένα leg. sit, vt ibi admonuimus. In Coac. quoque (p.216.A.) οὖρον δάσος ἔχον διεσπασμένον, vrina densitatem habens diuulsam, morbi reuersionem ac recidiuam minatur.

Δασεῖα ἀναπνοὴ respiratio densa dicitur Galeno Com.3. in lib. de art. (p.625.5.) quæ cum sono trahitur vbi respirationis conceptacula, loci angustia, aut nimia humoris redundantia, aut etiam vtroque casu comprimuntur, velut in iis contingit qui pulmonis tuberculis duris, diuturnis & incoctis laborant, quos καρχάδους ἀπὸ τοῦ κάρχειν, dici vult Gal. etsi καγχάδεις & κάγχειν vitiosè omnibus in exemplaribus legitur.

Δασεῖς capillati dicuntur & quibus capillitium aut pilus adest, aph.34 lib.6.& φαλακροῖς, caluis aut glabris opponuntur, vt & δασύνεσθαι, quod est pilosum & hirsutum fieri, τῷ λείῳ & φαλακρῷ, caluo & glabro, Aristot. cap.11. lib.3. de hist.animal. & δασὺ τὸ γένειον & αἱ σιαγόνες δασεῖαι, mentum pilosum & hirsutæ malæ dicuntur.

Δασέα βλέφαρα, palpebras densas exponit Gal. τὰ τραχύτητα ἔχοντα τινὰ μετρίως, asperitatem quandam mediocrem habentes, Comment.1.in Prorrh. (p.170.24.)

Δαῦκος ἐρυθρὸς rubia dicitur interpreti apud Hipp. lib. de rat.vict. in morb. ac. (p.117.12.H.407.12.) Erot. scribit δαῦκον existimare quosdam esse τὴν δάφνην, laurum, sed falsò, cum sit herbæ species.

¶ Δειδίξομαι aut δειδίσσομαι & δεδίσκομαι, metuo, timeo. Qua dictione vtitur Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (p.600.35.) ἢ δεδίσκηται, aut metuat, timeat. Hesych. δεδίσκεται φοβεῖται exponit, pro quo tamen malè φοβεῖ scribitur, cùm δειδίξεσθαι φοβεῖσθαι explicet, vt & δεδίσσεσθαι εὐλαβεῖσθαι, φοβεῖσθαι, φεύγειν.

Δειλοὶ timidi dicuntur & ignaui, δειλὸς apud Hipp. dici exponit Gal. ὡς πᾶν ἔργον μισεῖν, ὥστε καὶ φοβεῖσθαι τῶν ἔργων ἅψασθαι, velut omne opus perosos & aggredi veritos, ob imbecillitatem. Com.1.in lib.de rat.vict.in morb.ac. (p.59.2.)

Δείματα, terrores, metus aut terriculamenta quæ virginibus ex spectris quibusdam incutiuntur. Lib περὶ παρθενίων (p.562.28.) δεῖμα φόβος, φόβητρον exponit Hesych. Erot. quoque δεῖμα φόβον exponit, additq; vocem esse Atticam, indeq; δειμαλέος, φοβερὸς, apud Hipp. exponit.

Δείνωσις exaggeratio & amplificatio dicitur, idemque quod δεινολογία. Ac propriè oratio quæ rebus indignis aut inuidiosis vim addit, (vt ait Fabius) eiusque præcipua vis ast in exaggeranda indignitate. Hinc δείνωσις amplificationem, distentionem, in maius auctionem significat Hipp. lib. de rat. vict.in morb.ac. (p.65.43.H.391.5.) ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι. supercilia amplificata & distenta, velut exaggerata & in maius aucta, hoc est, conuulsione contracta, aut resoluta, bile sursum collecta. Δεινὸς ἰδεῖν πυρετὸς febris aspectu horrenda, grauis aut terribilis dicitur aph.17.sect.1.lib.6.Epid. vt δεινὰ, χαλεπὰ, ἐκπληκτικά, φοβερά exponit Hesych. Quòd verò apud Erot. δεινὸν αὐτίκα scribitur, id vitiosum esse scripsimus, in dictione αὐτίκας οἶνος.

Δεῖπνον cœnam significat vt scribit Plutarch. symp.8. verùm pro omni cibo sumitur, vt Prorrhet.2 (p.91.A.) πυρετὸν δὲ μὴ λαμβάνειν, ὥστε τῶν δείπνων μὴ κωλύειν, μηδὲ δίψαν. Quod est Celso interprete cap.8. lib.2. Longè optimum est febrem non esse, secundum est, tantulam esse, vt neque cibum impediat, neque crebram sitim faciat. Hic tamen etiam cœnam significare potest, quæ suppuratis ferè esse grauis solet. Δεῖπνον quoque Homero τροφὴν & omnem cibum denotat, vt equorum gramen & fœnum Il. β.(v.383.) εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσιν, bene aliquis equos veloces pascat.

Δειρὴ ceruicem & collum significat Hipp. vt lib.1. περὶ γυναικ. (p.606.19.) καὶ τὴν ἀμφὶ τὴν δειρὴν τόπον, & locum circa collum. Et δειρὴν τράχηλον, αὐχένα exponit Hesych. hoc ferè expresso loco. Rursus lib.2. περὶ γυναικ. (p.662.44.) καὶ λεπτύνεται τὰς κλεῖδας, καὶ τὴν δειρὴν, & extenuatur ad clauiculas & collum.

Δελφὺς vterus est Hipp. Sic enim Rufus Ephes. ἐν τῷ περὶ ὀνομάτων μορίων scribit Hipp. ὑστέραν καὶ μήτραν δελφὺν dici. Libr. περὶ ἀφόρων (p.680.13.) καὶ τὸ φῦμα τὸ ἐν τῇ δελφὺϊ κατασβέσαι, & tuberculum vteri sedare. Vbi tamen δελφῇ pro δελφὺϊ vitiosè scribitur. δελφὺς nanque τὴν μήτραν exponit Erot. illum sine dubio locum exprimens. δελφὺς autem dicitur ἡ μήτρα ἡ ἀδελφὰ ποιοῦσα τὰ τικτόμενα, quòd germanos procreet fœtus. ἀδελφοὶ enim dicuntur germani fratres & vterini.

Δεξιοῦσθαι est homines comiter excipere ac veluti manu prehensos deducere. Lib.7. Epid. (p.1212.D.) φιλοφρονέστερον τῆς καιροῦ προσηγόρευε καὶ ἐδεξιοῦτο. maiore cum comitate quàm occasio ferret homines alloquebatur & excipiebat.

Δέρας idem quod δέρμα significat, corium aut alutam, lib. de art. (p.604.9.H.799.D.) ἐμβρέσειν γὰρ κόλλῃ προσκολλῆσαι τὴν δέραν ἀκρον πρὸς τὸ ἀποκεκαυλισμένον τῆς γνάθου. Promptius enim extrema corij pars ad maxillam quà transuersa fracta est, glutino agglutinatur. At δέρας τράχηλος Hesych. & δέρμα Varin. exponitur, δέρρις verò δέρμα etiam Hesych.

Δέρτρον pro omento, quod epiploon dicitur, aut abdomine & peritonæo sumi videtur apud Hipp. lib.5. Epid. (p.1149.E. & F.) ἀνατμηθὲν τὸ δέρμα ὀπὴ ἐφάνη ἐς τὸ δέρτρον ἐπὶ θάτερα ἀμφίχνοος. Secta cute in omento foramen vtrinque penetrans apparuit. Et, καὶ ἐν τῷ σώματι ἡ σηπεδὼν ξηρὴ τοῦ δέρτρου πολλή, & quæ in corpore inerat multa omenti putredo sicca. Sic antiquis omnibus δέρτρον aut epiploon aut abdomen significat. Hesych. exponitur δέρμα, ὑμὴν, λαπάρα, ἦτρον, ὑπογάστριον, additque, ἄμεινον δὲ τὸ περιτόναιον ἀκοῦσαι, ἢ ὑμένα ἐπίπλουν. Cuius opinionem secutus Caluus, omentum & aqualiculum pro peritonæo posuit. Nos tamen illic omentū accepimus, tum quod facilè computrescat, & vtrinque perforatum fuisse dixerit Hipp. tum quòd hanc in notionem ab antiquis vt plurimùm vox hæc vsurpata fuerit. Etsi etiam peritonæo accommodari posse non diffitemur, quod toti inferiori ventri circuntenditur velut tympanum, quod etiam δέρτρον dicitur. Hom. Schol. ὀδυσσ. λ. δέρτρον significare scribit, ἤτοι τὴν ὑπὸ τὴν σάρκα πιμελὴν, ἢ τὸν ὑποκείμενον τῷ ἥπατι ὑμένα, aut suppositam carni pinguedinem, aut subtensam hepati membranam. Quosdam etiam τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἦτρον sumere scribit, & aliàs τὴν δοράν, hoc est, cutem significare. Aristar. δέρτρον τὸ δέρμα καὶ πάντα τὸν χιτῶνα τὸν περὶ τὸ ἧπαρ sumpsit. Sed Varin. apud Hom. τὸ ῥάμφος significare mauult, & duriorem illam rostri partem, qua aues cibum capiunt. Idem quoque Hipp. δέρτρον τοῦ ἐντέρου τὸ λεπτὸν, tenue intestinum, ex Pselli opinione, significare vult. Cuius opinionem apud Hippoc. secutus videtur Cornar.

Δεσμὸς in articulis vinculum dicitur, cùm articulus flecti aut intendi nequit post luxationes, quod contingit vbi ex inflammatione aliquæ affectionum in tendonibus & ligamentis reliquiæ supersunt, & articulus difficilem habet motionem, ita vt vinctus esse videatur. Ligamenta enim duritiem quandam contrahunt, neque ad musculos articulum mouentes sequi possunt, sed contrà nituntur. Lib. de fract. (574.44. H.776. C.) φλεγμονὴ δὲ οὐ μεγάλη προσγίνεται, οὐδὲ δεσμὸς τοῦ ἄρθρου. Neque verò magna inflammatio, neq; articuli vinculum contingit.

Δεψῆσαι μαλάξαι emollire exponit Gal. Com.2. in lib. de art. (p. 601.25.H.797.E.) ex Homero ὀδυσσ. μ (v.48) κηρὸν δεψήσας μελιηδέα, ceram mellitam subigens, aut emolliens, de Vlysse sociorum aures cera obturante ad Sirenum cantus. Est autem δεψῆσαι subigere, emollire coriariorum more, qui coria subigunt & macerant. Vnde εὐδεψητότατα δέρματα coria optimè emollita aut subacta coriariorum more dicuntur, lib de art. (p.601.19.H.797.E.) ὥσπερ καὶ τὰ δέρματα τὰ εὐδεψητότατα πλείστην ἐπίδοσιν ἔχει. non secus ac pelles optimè subactæ plurimam extensionem admittunt. Vbi Gal. εὐδεψητότατα τὰ μάλιστα μεμαλαγμένα exponit. δεψήσας, μαλάξας exponit Hesych. ad Homer. locum respiciens, Suidas ἁπαλύνας.

¶ Δηγμὸς morsum significat, & oris ventriculi ab humorum acrimonia & malignitate morsum indicat Coac. (p.221.E.) καὶ τρομώδεα σὺν δηγμῷ μετὰ κεφαλαλγίης τὰ μέλανα διαχωρήματα. Tremulæ etiam affectiones cum morsu ac capitis dolore, nigras deiectiones prædicunt.

Δῆθεν, δήπουθεν apud Hipp. exponit Erot. profectò, nimirum, vtique, videlicet.

Δηκοκτὰ decocta dicitur aqua quæ semel cocta aut calefacta, nunc refrigerata exhibebatur suauiter pellendæ sitis causa; cuius meminit Gal. lib.7. meth. med. (p.108.16.) ἐπιπίνειν ψυχροῦ καὶ ἐν

τινὰς μὲν ἡμέρᾳ μιᾷ, μᾶλλον δ' ὥρᾳ, ψυχρῷ πόσει θεραπευθέντας· ὧν ἐνίοις μὲν οὐ μόνον τὸ πρόσφατον ἐδωκα πηγαῖον, ἀλλὰ καὶ τὸ διὰ χιόνος ἐψυγμένον, ὡς ἐν Ῥώμῃ σκευάζειν ἔθος ἔχουσι, προθερμαίνοντες τὴν κατασκευὴν, ἣν αὐτοὶ προσαγορεύουσι δηκοκταν. Vidisti igitur & tu quosdam vno die, vel potius hora, frigida potione curatos, quibus partim quidem non aquam modo fontanam recentem exhibui, verumetiam per niuem refrigeratam, quemadmodum Romæ parare solent, prius eam calefacientes, quam ipsi decoctam vocant. δηκοκτα verò non δίκοκτα legendum, quemadmodum omnia legunt exemplaria. Sic enim vsurpatur Athen. lib.3. ἐπὶ τούτοις λεχθέντων ὁ κυνουλκος πιεῖν ἤτησε δηκοκτα. Eius verò vsum Romæ fuisse scribit Pl. libr.31. cap.3. Neronis principis (inquit) inuentum est decoquere aquam, vitroq; demissam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitiis niuis. Omnem vtique decoctam vtiliorem esse conuenit, item calefactam magis refrigerari subtilissimo inuento. Mart. quoque in Apophor. eius sic meminit:

Spoletina bibis vel Marsis condita cellis,
Quò tibi decoctæ nobile frigus aquæ?

Huius quoque decoctæ refrigerandæ rationem docet Gal. Com.in aph.8. sect.4.lib.6.Epid.

Δήλησις, λώβωσις, κακουργία, φθορὰ exponitur Hesych. maleficium, nocumentum, noxia, detrimentum. Hipp. in Iureiurando. ἐπὶ δηλήσει δὲ καὶ ἀδικίῃ εἴρξειν, ab omni noxia & iniuria facessam, hoc est, eam victus rationem vitabo quæ nocere aut læder epossit.

Δηλητήρια medicamenta dicuntur mortifera & perniciosa, quæ nullo vnquam tempore neque ægrotos neque valentes iuuant. Gal.Comment.6.in libr.6.Epid.(p.525.17.)

Δημιοῦσθαι est publicari, proscribi, bonorum publicatione & proscriptione multari. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag.22.33.) ἀλλ' εἴγε μὴ πρὸς αὐτὴν, δημιεύεται. Sed nisi ars innocenter exerceatur, proscribitur. Sic rectè Zuingg. vt sit sensus: Nisi artem innocenter exerceant, bonorum publicatione & proscriptione multantur. Agit enim in Sophistas, qui arti morum improbitatem & vitæ turpitudinem coniungebant, ac illectos iuuenes corrumpebant. Exemplaria tamen omnia δημευταὶ leguntur, & raptores dicuntur Corn. Caluo populares, vulgares & viles. Vbi exemplaria Regia manu scripta quædam δεσμῶται habent, hoc est, vincti sunt & captiui, in vinculis & carcere habentur, & idem sonat quod δεσμεῦται.

Δημὸς pinguedinem, adipem significat. In Epist. (p.1289.38.) οἱ νεφροὶ ἠμφιεσμένοι δημῷ, renes pinguedine intecti, cincti. δημὸς τὸ λίπος exponitur Hesych. eaque dictione vtitur Homer. crebrò & ἀργέτα δημὸν dicit, λευκὴν πιμελὴν, λευκὸν λίπος, albam pinguedinem, candidum adipem.

Δῆσαι est ligare, adstringere, quod πυκνῶσαι, quod est, densare & durare apud Hippocratem exponit Galen. Comment.3. in libr. κατ' ἰητρεῖον (p.697.22 H.746.G.) cui λῦσαι opponit Hipp. quod est soluere, ἀραιῶσαι, μαλακύναι, rarefacere, emollire exponit Gal. Idem tamen lib.2.Salub.(p.235.4.) istum Hipp. locum explicans, δῆσαι, σκληρύνειν, συνάγειν, σφίγγειν, δεῖν, πυκνοῦν, καὶ δυσθρυπτὴν τὴν σάρκα ποιεῖν, exponit, hoc est, durare, cogere, constringere, ligare, densare, aut tactu duram carnem reddere.

¶ Διαβεβῶτα σφυρὰ dicuntur Hipp. malleoli diducti, diuaricati, disparati, ac velut digredientes. Libr. de arr. (pag.614.57. H. 808.E.) κἄπειτα προσδῆσαι μὲν τοὺς πόδας παρὰ τὰ σφυρὰ πρὸς τὴν κλίμακα μὴ διαβεβῶτα. deinde ad scalam pedes quidem iuxta malleolos non diuaricati deligandi.

Διαβιβάσκειν pro διαβιβάζειν ponitur, quod est, traiicere, transcendere, traducere & transmittere. Libr. de fract. (p.533.23. H. 753.C.) ἐπὶ μεῖζον διαβιβάσκων, longiore transmisso interuallo, aut longiore transcurso spatio. Erot. διβάσκον, διβιβάζον exponit apud Hipp. tanquam à διαβάσκω.

Διάγειν quod est traiicere, traducere, percurrere, de ægris dicitur qui morborum tempora percurrunt & transigunt, aut ad morbos refertur, qui tempus suæ καταστάσεως exigunt & transmittunt. Lib.1. Epid. (p.354.16.H.939.F.) ἀπέθανον δ' ὀξύτερον ἢ ὡς εἴθισται διάγειν τὰ τοιαῦτα. Celerius verò interierunt quàm huiusmodi morbi percurri soleant. διάγειν alioqui vitam traducere & degere significat, Ib. (p.355.31. H.ib.E.) τὰ δ' ἄλλα κίοσα κατ' ἰητρεῖον, αἰτίως διῆγον. De reliquo autem quod ad ea attinet quæ ad Chirurgiam spectant, in his sine morbo degebant, aut vitam traducebant, hoc est, inculpatè habebant.

Διαγίνεσθαι, superesse, durare, vitam producere, & in vita permanere, euadere, superuiuere & vitam tolerare. Libr.1. Epid. (p.354.12.H 939.F.) καὶ τῶν κατακλιθέντων, οὐκ οἶδ' εἴ τις δὲ μίτειον χρόνον διεγένετο. Atque haud scio si quis ex decumbentibus etiam modico tempore superfuit, in vita permansit, aut vitam produxit. Lib.1. de Morb. (p.459 36.) ἢν δὲ πρὸς τὰς ἡμέρας διαγίνωνται τὰς δύο καὶ εἴκοσι. Si verò ad vigesimum secundum diem supersint, hoc est, perueniant.

Διάγνωσις est præsentium per signa cognitio. Gal. Comment. 1. in Progn. (p.121.12.) ἀλλὰ τήν γε τῶν ἐνεστώτων γνῶσιν, ἰδίᾳ προσηγορίᾳ καλεῖν εἰθίσμεθα διάγνωσιν. Verùm præsentium cognitionem proprio & suo nomine consueuimus nominare διάγνωσιν.

Διαδιδῶμι idem quod ἐνδιδῶμι, cedo, remitto, remissius ago. De morbo effertur Hipp. cùm de vehementia remittit, medicamentis aut naturæ cedit & obsequitur, Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p.93.41. H.396.53.) οὐ γὰρ διαδιδοῖ, ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος. Neque enim cedit aut remittit quæ adhuc cruda est affectio.

Διαδέξεις sunt humorum susceptiones, exceptiones, successiones & humorum ex parte in aliam partem migrationes ac transitus, eorumque μεταστάσει accommodantur. Referuntur etiam ad τῶν ἀποστάσεων criticarum genus, & ad morborum in alios morbos transitus, vt satis patet ex Gal. comment. in aph.20. sect.1. lib.6. Epid. vbi αἱ διαδέξεις τῶν ὑποχονδρίων, præcordiorum successiones, διαδοχαὶ dicuntur Gal. Sic διάδεξις dicitur Aret. morbi in alterum transitus & successio. cap.2. lib. de Cur. morb. ac. ἢν δὲ μὴ ἐκ διαδέξιος νόσου, ἀλλ' ἑωυτῆς ἄρξηται ὁ λήθαργος. Quod si non ex alterius morbi successione, verùm ex se veternus initium ducat. Rursus ibidem, ἢν μὲν ἐξ ἑτέρης νούσου, ὁκοῖον τι φρενίτιδος διαδέξηται ὁ λήθη, si quidem alteri morbo, nempe phrenitidi, veternus succedat.

Διάθεσις affectio, est qualitas quæ facilè tollitur ac soluitur. διάθεσις νοσώδης dicitur Gal. Comment.5. in lib.6. Epid. (p.508. 35.) non solùm iam nata affectio, sed etiam cùm conflari cœperit. ὀνομάζω δὲ νοσώδεις διαθέσεις, οὐ μόνον ὅταν ἤδη νοσῶσιν, ἀλλὰ κἀπειδὰν ἄρχηταί τις αὐτῶν συνίστασθαι. Morbosas autem affectiones voco, non solùm cùm aliqui iam ægrotant, sed etiam cùm ex ipsis quædam exoriri incipit. Est etiam διάθεσις idem quod ἕξις Gal. lib. ad Thrasyb. (p.290.12.) διαφέρει δὲ μηδὲν ἔν γε τῷ παρόντι, διάθεσιν ὀνομάζειν ἢ ἕξιν. Nihil refert autem in præsentia affectionem aut habitudinem appellare.

Διαθέσμους διαφύσεις exponit Erot. apud Hipp. hoc est, intersti-tia, interualla, discrimina.

Διαθρύπτειν comminuere, conterere significat & de pane dicitur qui in micas frangitur aut dissoluitur, lib.3. περὶ διαίτης (pag. 371.31.) διαθρύπτοντα δὲ ἐς οἶνον μέλανα, ἢ ζωμὸν ὑείων κρεῶν, pane in vinum nigrum aut suillæ carnis iusculum contrito, aut in micas facto & dissoluto.

Διάθροος Gal. ex, onitur in Exeg. διαφανὴς, pellucens, transparens, ex libro secundo de Morb. maiore, (Sic enim apud Galen. legendum esse (aut διαυγρος) series alphabetica postulat, cùm διάδρος passim legatur) Videtur autem locus libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν subnotari (p.546.43.) vbi scribitur, ἡ δὲ γαστὴρ διάδροος καὶ μεγάλη ὥσπερ λαμπτὴρ. Venter verò humore tumidus & pellucens velut laterna, hoc est, perhumescens ac distentus, nimioque humore pellucens; qualis est aqua intercute laborantibus. Quæ lectio etsi rectè probari potest, vt διάδροος, διάχυτος aut διάδρους καὶ νοτερὸς, hoc est, perhumectus, dilutus aut limpidus dicatur: apparet tamen Gal. διαυγρος legisse, aut διάδροος. διαυγρον Hesych. διαφανὴς, καθαρὸν, διάχυτον exponit, pellucidum, purum, perhumectum, & διαυγρον, διαυγρον, διαφανὴς, perspicuum, transparens. διάδρος autem eidem exponitur διαυγὴς ἢ λαμπρὰ καθέδρα, sedes perspicua & lucida.

Διαιρῆσαι Erot. apud Hipp. pro διελθεῖν positum scribit quod est percurrere aut pertransire.

Διαΐσσειν est peruadere, perrumpere, cum impetu ferri, discurrere, pertransire. Coac. (p.136.C.) καὶ διὰ τῶν ὤτων ἦχος διαΐσσειν, & sonitus aures percurrere. Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (p.603. 50.) καὶ φρῖκαι διὰ τοῦ σώματος διαΐσσουσι, & horrores per corpus cum impetu feruntur, discurrunt, perrumpunt. Et lib.1. (p.648.28.) εἰς τὰς σφαγὰς ὀδύναι διαΐσσουσι, per iugula dolores discurrunt, transiliunt. Lib.1. de Morb. (p.457.24.) ὀδύναι διαΐσσουσιν ἄλλοτε ἄλλῃ τοῦ σώματος. dolores aliàs ad aliam corporis partem discurrunt. Hinc διαΐσσων πόνος, dolor penetrans dicitur, qui à parte primariò affecta celeriter ad vicinas partes cum impetu transit & percurrit. Sic enim apud Archig. explicat Gal.lib.2. de loc. affect. (p.263.24.) ὁ δὲ διαΐσσων πόνος ἐστὶν, ὅταν ὥσπερ ἀπὸ ῥίζης ἀρχόμενος τοῦ πρωτοπαθοῦντος μορίου, φέρηται ταχέως εἰς τὰ παρακείμενα. Peruadens autem dolor est, qui à parte primariò affecta, veluti à radice incipiens, celeriter in partes adiacentes transfertur.

Δίαιτα vitæ ratio & institutum, victus quoq; ratio & genus quod omnem viuendi modum quem quis sequitur in rerum omnium vsu complectitur. Neque enim διαίτης nomine cibi & potiones tantùm intelliguntur, sed & quæ circa corpus in vitæ

vsu

vsu procurantur. Gal. Comment. 3. in lib. 3. Epid. (p. 420. 3.) λέγω δὲ δίαιταν οὐ τὴν ἐν τοῖς ἐδεσμάτεσι τε καὶ πόμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν τοῖς ἄλλοις, ἤδη ἀργίαις, γυμνασίοις, λουτροῖς, ἀφροδισίοις, ὕπνοις, ἀγρυπνίαις, ἅπασί τε τοῖς ὁπωσοῦν γινομένοις κατὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα. Victus rationem appello, non eam modò quæ cibo & potu constat, verumetiam quæ omnibus aliis, vt otio, exercitatione, balneo, venere, somno, vigiliis, atque iis omnibus quæ quouis modo fiunt in corporibus humanis. Sic δίαιται in valetudinis ratione considerationem habent. aph. 43. lib. 6. Epid. sect. 8. & in causarum salubrium genere quæ corpus nostrum conseruant accensentur. Et aph. 48. δίαιτας, hoc est, victus rationem, quo ad eius fieri poterit dignoscendam proponit. διαιτήματα quoque non solùm victus rationem quæ in esculentis & poculentis consistit significant, verumetiam vitæ sortem & conditionem complectuntur. vt in his quæ adiecta sunt lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπ. (p. 18. 42 H. 228. 30.) αἱ δὲ νοῦσοι γίνονται, αἱ μὲν ἀπὸ διαιτημάτων, morbi partim ex viuēdi ratione oriuntur. Et lib. 6. Epid. sect. 8. aph. 46. τὰ ἐναντία ἐν τῇ νούσῳ διαιτήματα. In morbo contraria victus ratio adhibenda. Δίαιται ἀσθενὴς καὶ ἰσχυρὴ, victus ratio imbecillis & valida, aph. 16. sect. 4. lib. 6. Epid. Imbecilla autem victus ratio dicitur, quæ imbecillum animal reddit, vt quæ fit per motiones corporis leues, & cibos qui nullam aliquam præ se ferunt insignem qualitatem. Valida verò contra. Dicitur etiam imbecillis victus, qui paucum alimentum præbet, vt validus contra, qui multum. Sic lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 48. 1. H. 385. 49.) ἀσθενεστάτην πτισάνην, imbecillissimam ptissanam vocat (vt explicat Gal.) quæ paucum corpori præstet alimentum, vel quæ nullam vehementem habeat qualitatem. Sic Celsus capit. 18. lib. 2. valentissimum cibum vocat in quo plurimum alimenti inest, imbecillissimum verò in quo paucum, vbi eosdem cibos infirmos vocat. Lib. etiam 6. Epid. sect. 5. aph. 20. τὰ ἀσθενέστερα σιτία, imbecilles cibi dicuntur, qui paucum præbent alimentum, vt illic explicat Gal. Δίαιτα ξυνεσταλμένη, victus ratio contracta, pressa & tenuis, τῇ συγκεχυμένῃ (p. 28. 35.) cui ξυγχωρίην indulgentiam & concessionem opponit. Διαιτᾶν Hipp. pro διαιτᾶν interdum effert. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 602. 39.) ἤν γε μή τις ἐν τάχει ἐπιτηδειοτέρως διαιτήσῃ, nisi quis breui commodiorem victus rationem instituat. διαιτᾶσθαι etiam pro διαιτᾶσθαι dicitur, & διαιτᾶν victus ratione adhibita curare significat. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 603. 51.) διαιτᾶν λουτροῖσι, balneis curato. Rursus ibidem (p. 605. 17.) διαιτωμένη δὲ ἡ γυνὴ περιγίνεται. Quòd si ratione victus curetur mulier, superstes erit. Lib. etiam περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 545. 14.) τὴν δὲ ἄλλην δίαιταν κελεύειν διαιτᾶσθαι. reliquam victus rationem seruare iubeto.

Διακενῆς aut διὰ κενῆς frustra significat, & διὰ κενῆς ἐξαναστάσιες dicuntur lib. 7. Epid. (p. 1213. F.) irritæ exurrectiones, quibus nihil aut parum admodum ægri egerunt. Rursus ibidem (pag. 1230. F.) τὰ ὄμματα διὰ κενῆς ὡς εἴ τι βλέπων ξυνίστρεφε. oculos frustra, non secus ac si quid intueretur, conuertebat. διακενῆς θηρεύων, qui frustra aliquid venatur & captat, de phrenitico dicitur, qui manibus porrectis, frustra semper aliquid captabat. Lib. 7. Epid. (p. 1210. G.) τῇσι χερσὶν ἐκτεταμένῃσι καὶ ἀεί τι διακενῆς θηρεύων, & manibus porrectis semper aliquid frustra venabatur, captabat.

Διακιγκλίζειν, leniter agitare, commouere, dimouere, Lib. de art. (p. 660. 11. H. 838. E.) δεῖ δὲ ἀεὶ τὰ τε τὰ ἄρθρα ἐόντα ὑπαλύνειν καὶ ἐκκινεῖν, προμαλάξαι καὶ διακιγκλίζειν. Omnes item recondendi articuli, ante emolliri & dimoueri debent. διακιγκλίσαι, διασεῖσαι Hesych. exponit.

Διακινεῖσθαι de exiguo ac leui motu & agitatione dicitur Hipp. vt scribit Gal. Comment. 4. in libr. de art. (p. 654. 45.) Eamq; dictionem vsurpat Hipp. lib. de art. (p. 601. 18. H. 797 E.) ὅσοισι διὰ τὴν ἐν τῇ χρήσει ἀεὶ συνεχέως διακινεῖται quicunque in vsu crebrò dimouentur. Sic διακινήματα τῶν ὀστέων dicuntur Hipp. lib. de fract. (p. 572. 45. H. 775. H.) paruæ ossium elapsiones ac veluti emotiones, vt ὀλισθήματα integræ ossium prolapsiones & luxationes. διακινήματα dicuntur Celso cùm ossa paulatim excesserunt, vt ὀλισθήματα, quæ toto loco mota sunt, capit. 14. libr. 8.

Διακναίω, corrumpo, vitio, fœdo, perfrico, lancino, mordeo, corrodo. idem quod καταφθείρω, κατατρίβω, διαφθείρω. διακναίειν apud Hipp. quod & διακναίειν dicitur, κατακναίειν exponit Gal. in Exeg. videturque locum lib. 1. de Morb. (p. 451. 2.) subnotare, vbi scribitur, καὶ ἀσιτίῃ διακναίει. & inedia vexat, lancinat, corrodit, mordet. Sic διακναίομαι διαφθείρομαι significat, corrumpor, vitior. Libr. 2. περὶ γυναικ. (p. 643. 50.) ἡ δὲ νοῦσος γίνεται μάλιστα, ἢν ἐν αὐτῇσί τι διακναισθῇ. Hic autem morbus oritur præcipuè, vbi quid in ipsis corruptum fuerit, vitiatum, corrosum. Rursus ibidem (p. 644. 49.) ἡ δὲ νοῦσος λάζεται ἢν διακναισθῇ τι τῆς ἐμβρύου, ἢ ἐκτρώσῃ ἢ τέκῃ. Hic verò morbus corripit, vbi aliquid ex fœtu corruptum fuerit, aut in abortione, aut in partu. διακναισθῇ Erot. apud Hipp. διαφθαρῇ exponit. Hesych. διακναιόμενον, διατριβόμενον, φθειρόμενον, & διακναῖσαι, διαφθεῖραι.

Διακομίζειν idem quod ἀνακομίζειν significat, reficere, restaurare. Libr. 2. de Morb. (p. 479. 28.) σιτίοισι διακομίζειν αὐτὸν μαλθακοῖσιν, ἐξ ὀλίγου ἀρχόμενος. cibis mollibus ipsum reficito, sensim ducto initio.

Διακοπὴ discissionem, præcisionem, & profundam dissectionem significat Hipp. diciturque non de quouis vulnere, sed magno & profundo. Aph. 18. lib. 6. κύστιν διακοπέντι, vesica discissa, cùm vesica profundius incisa fuerit. vbi διακοπὴ eam quæ ad profundum vsque fit diuisionem indicat. Sic enim hanc vocem explicat Gal. οὐ μὴν ὅτι γε τὸ ὅλον ὡμολόγηται πᾶσα τρῶσις ἀφυκτον ἔχειν τὸν θάνατον. ἀλλ' ἡ μεγάλη τε καὶ μέχρι βάθους, ὅπερ εἰκὸς ἐπὶ σημαίνεσθαι πρὸς τὸ διακοπέντι φωνῆς, ἵνα ἐπὶ τὸ κύριως χιτῶν ὅλος διακοπῇ μέχρι τῆς ἐντὸς εὐρυχωρίας, ἐφ' ἑκάστου τε τῶν ἄλλων. Neque tamen in aliis confessum est omne vulnus ineuitabilem afferre mortem, sed magnum & profundum, quod significari vero est simile per hanc vocem [discissa] vt tota vesicæ tunica vsque ad internam capacitatem discissa, atque aliorum vnumquodque intelligatur. Rursus idem, τὰς μεγάλας τρώσεις ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν διακοπάς magna vulnera Hippocrates præcisiones nominare solet. Aph. 19. lib. 6. ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον vbi discissum os fuerit. Vbi Gal. τὸ διακεκομμένα scribit εἰς τὸ πέρας ἥκοντα δηλοῦσι τὴν διαίρεσιν, hoc est, dissecta diuisionem habere ad extremum vsque peruenientem. Eaque ratione discissa ab iis quæ diuisa sunt differre. ἐγκεφάλου διακοπὴ, cerebri præcisio dicitur aph. 50. lib. 6. cùm vulnus in cerebrum impactum est. Et Gal. τρῶσιν exponit, Philoth. verò διὰ βάθους τομὴν, sectionem ad profunda penetrantem. Hipp. quidem lib. 1. de Morb. (p. 447. 43.) eandem sententiam referens, pro διακοπῇ, τρωθῇ scripsit. In Coac. (p. 199. B.) ἢν ἔντερον διακοπῇ, si intestinum dissectum fuerit, & νεῦρον διακοπὲν præcisus neruus (p. ib. B.) ὀστέου διακοπὴ aph. 24. lib. 7. ossis capitis & cranij præcisionem indicat, eamque non leuem aut simplicem, sed ad interiorem vsque capacitatem peruenientem, quam vacuus excipit locus cerebrum comprehendens, ita vt ad membranas cerebrum contegentes affectio pertingat. Eaque ratione ἕδρα διακοπὴ ossis capitis præsectio aut præcisio, ad ἕδρην refertur libr. de capit. vuln. (p. 900. C.) Gal. autem extremo lib. 2. de caus. Morb. (pag. 211. 32.) διακοπὴν vocari scribit solutam in osse capitis continuitatem ab acuto aliquo irruente & abscindente, eandemque ἐγκοπὴν & ἕδραν dici. διακόμματα discissa sunt Hipp. Prorrhet 2. (p 100 G.) eadem quæ διακοπαὶ dissectiones aut præcisiones. τὰ ἐν τοῖσιν ἀγκῶσι διακόμματα Quæ in cubitis discissa sunt. Discissa autem dici possunt, quæ magnas habent dissectiones. discussa vocat Celsus, vt cap. 26. lib. 5. 25. lib. 7 & 4. lib. 8.

Διακρίνειν, decernere, diiudicare, disceptare, decidere. In Coac. (p. 135. A.) οἱ καυσώδεες διακρίνουσιν ἐν ἡμέρῃσι τεσσαρεσκαίδεκα. febres ardentes diebus quatuordecim decernunt. Significat & διακρίνειν secernere, separare, discriminare, deficere aut dissolui. Lib. 2. de Morb. (p. 486 31.) ἡ δὲ νοῦσος μάλιστα διακρίνει οὐδένα, hic fere morbus à nullo discedit, à nullo separatur, hoc est, neminem deserit, sed omnis generis ætatem affligit, aut nullius ætatis ac sexus rationem habet, nihilque discernit. Caluus in nullo decernere dixit. Sic διακρίσιες ἐν νούσοισι dicuntur, quæ in morbis fiunt secretiones, separationes, & iudicationes, hoc est, humorum in morbis vacuationes tum criticæ, tum symptomaticæ. Libr. περὶ γονῆς (p. 232. 49.) ἐξ ὧν αἵ τε νοῦσοι γίνονται, καὶ αἱ ἐν νούσοισι διακρίσιες. à quibus [quatuor humoribus] tum morbi fiunt, tum diiudicantur.

Διαλαμβάνειν est interstitium facere, tempus interponere. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 617. 34.) εἰ δὲ μὴ, διαλαβόντα σείειν, sin minus, tempore intermisso, concussionem facere, hoc est, interstitio facto, aut intermissione facta. Sic διαλήψιες sunt Hipp. vinculorum interceptiones & intercapedines, cùm relictis aliquot spatiis inanibus intermittunt & cutem intercipiunt. Lib. de art. (p. 605. 56. H. 802. 5.) ἐπεὶ πλεῖστας μὲν σκεπάρνου ἴχνια, διαβρώσιας δὲ καὶ διαλήψιας, quippe quæ plurimas ascias interruptionesque & interceptiones habeat, hoc est, intercapedines.

Διαλέγεσθαι sermocinari, loqui, disserere, dicitur de voce articulata & sermocinatione, vt ægr. 2. lib. 3. Epid. post st. pest. καὶ πάλιν κατενόει καὶ διελέγετο, rursusque ad intelligentiam rediit & sermocinata est. Cui ἄφωνος opponit Hipp. vt & lib. 3. Epid. st. pest. (p. 425. 8. H. 1085. E.) καὶ πάλιν κατενόουν καὶ διελέγοντο, rursusque ad intelligentiam redibant & loquebantur. Paulò tamen ante ἄφωνοι, λύσιν, & ἀφωνίαν posuerat, membrorum exolutionem & vocis defectionem. Eadem quoque notione τῷ

διαλέγεσθαι ἀναύδῳ opponit Gal. in Exeg. cùm ἀναύδῳ exponit διαλέγεσθαι ἀδυνατεῖν, eum qui sermocinari nequit. Hipp. etiam libr. περὶ σαρκῶν vulgò inscripto, vbi vocis & loquelæ rationem explicat, τὸ διαλέγεσθαι de voce articulata & sermone dici manifestò indicat, cùm scribit (p.253.32.) διαλέγεται δὲ διὰ τὸ πνεῦμα ὅλκον εἴσω πᾶν τὸ σῶμα. Sermonis verò facultas ex eo quòd totum corpus spiritum intrò trahit. Rursus (v.38.) ἢν δὲ μὴ ἡ γλῶσσα ἀρθροῖ προσβάλλουσα ἑκάστοτε, οὐκ ἂν σαφέως διαλέγοιτο. Nisi verò lingua vndiquaque occurrens articularet, non posset homo distinctè differere. Et (vers.40.42.) τεκμήριον δὲ ὅτι τουτέῳ, οἱ κωφοὶ οἱ ἐκ γενεῆς, οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι. ἀλλὰ τὰ μονόφωνα μοῦνον φωνέουσιν· οὐδ' εἴ τις τὸ πνεῦμα ἐκπνεύσας πειρῷτο διαλέγεσθαι. Cuius rei indicium præbent muti à primo ortu, qui differere nequeunt, sed vna tantùm voce sonant, neque si quis spiritum efflando sermocinari conetur. Διαλεγόμενοι ἀσαφέως dicuntur aph.2. libr.6. Epid. sect. 7. qui obscurè loquebantur, quibus fluxio ad gutturis internos musculos ferebatur, quod est præcipuum vocis instrumentum, indeque alterum anginæ genus indicatur. διαλεγόμενοι λαθραίως τελευτῶντες, qui inter loquendum moriuntur, quique cùm in discrimine minimè versari videantur, de repente, neque percepta eorum morte, extremum diem finiunt. In Coac. (p.170.E.) & Prorrhet. (p.212.7. H.78.G.) Quod est populariter loquendi formula, cùm eos inter loquendum mori dicimus. Quam his verbis explicat Galen. Comment. 3. in Prorrhet. τὸ δὲ διαλεγομένους λαθραίως τελευτᾶν, ἔοικεν τι δηλοῦν φασι, μηδὲν ἔχειν δοκοῦντες οἱ τοιοῦτοι κακόν, ἀλλ' ὡς ἐν ἀκινδύνῳ καθεστῶτες, καὶ διαλεγόμενοι τοῖς παροῦσιν, ἐξαίφνης τελευτῶσιν. Illud autem, inter loquendum de repente mori, tale quid indicare dicunt; cùm ij nihil mali habere videantur, sed velut in nullo discrimine essent constituti, cum præsentibus locuti, de repente intereunt. γλῶσσα ἐκπεπαραγμένη διαλέγεται, lingua conturbata loquitur, Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.105.1. H 401.25.)

Διαλείπειν, quod est intermittere, de febribus quæ ad integritatem desinunt dicitur, vt scribit Gal. comment. ad aph. 43. lib.4. his verbis: ὅτι τὸ διαλείπειν ὁ Ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν εἰς ἀπυρεξίαν παυομένων παροξυσμῶν λέγει δῆλον ἐποίησεν ἐν τῷδε τῷ ἀφορισμῷ, τοὺς ὁπωσοῦν διαλείποντας τῶν διὰ τρίτης παροξυνομένων ἀκινδύνους ἀποφαινόμενος. Quòd verbum διαλείπειν de accessionibus in integritatem desinentibus efferat Hipp. apertè indicat hoc aphorismo, cùm febres tertio quoque die accessionem habentes, quoquo modo intermittant, periculo vacare asserit. Sic lib. de Temp. morb. scribit Gal. (pag.381.39.) τὸ διαλιπεῖν οὐκ ἔστιν ἐπ' ἄλλου δέξασθαι μέρους τῆς περιόδου, τὴν ἀπυρεξίαν παρελθόντα. Hoc intermittere, de alia circuitus parte capi non potest, si integritatem præterieris. Deinde οὐκ ἄλλό τι τὸ διαλιπεῖν Ἱπποκράτης ὠνόμασεν, ἢ τὸ λήγειν εἰς ἀπυρεξίαν. Non aliud Hipp. διαλιπεῖν appellat, quàm ad integritatem desinere, aphorismum 43. sect. 4. explicans. Rursusque paulò pòst, ὡς εὐλόγως ἄν τις ἑπόμενος τῇ παλαιᾷ συνηθείᾳ διάλειμμα καλέσειεν ἐν ταῖς τῶν τριταίων περιόδοις, τὸν καιρὸν τῆς ἀπυρεξίας. Quocirca meritò quis pro veteri more in tertianis circuitibus intermissionem vocauerit integritatis tempus. Idem quoque (ibidem. p.380.46.) Hipp. appellare διάλειμμα asserit, τὸ κατὰ τὴν ἀπυρεξίαν, interuallum quo ægri ad integritatem deueniunt. Rursus (ib. p.381.50.) διάλειμμα γὰρ καλοῦσιν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἰατρῶν, τὸ μετὰ τὴν ἀκμὴν ἅπαν, ὅπως ἂν ἔχῃ φύσεως, εἴτ' οὖν εἰς ἀπυρεξίαν παυόμενον, εἴτε καὶ μή. διάλειμμα namque vocant non pauci Medici omne post vigorem tempus, cuiuscunque sit naturæ, siue ad integritatem desinat, siue non. At verò Comment. 3. in lib. 1. Epid. (p.378.22. H.961. G.) διαλείπειν dici scribit tum de febribus intermittentibus quæ ad integritatem desinunt, tum etiam de continuarum remissione, quæ particularibus accessionibus mutationem & remissionem, non etiam integritatem habent, his verbis: οὕτω δὲ καὶ διαλείποντας ἐνίοτε μὲν ἐκείνους μόνους ὀνομάζουσι, τοὺς εἰς ἀπυρεξίαν παυομένους, ἐνίοτε δὲ τοὺς μὴ παυομένους εἰς ἀπυρεξίαν, ἀξιολόγους δὲ μεταβολὰς ποιουμένους τῶν κατὰ μέρος παροξυσμῶν, εἰς ἀρχήν τε καὶ ἀνάβασιν, ἀκμήν τε καὶ παρακμήν. ἔνιοι δὲ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, τοὺς μηδεμίαν ἀξιόλογον ἔχοντας μεταβολὴν, οὐ συνεχεῖς, ἀλλὰ συνόχους ὀνομάζουσι. συνεχεῖς δὲ μόνους ἐκείνους, ὅσοι μὴτ' εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι, καὶ διαλιμπάνοντας τοῖς κατὰ μέρος παροξυσμοῖς, τούτους οἱ παλαιοὶ ποτὲ μὲν συνεχεῖς ὀνομάζουσι, ποτὲ δὲ διαλείποντας. εἰσὶ γὰρ οὗτοι ἐν τῷ μέσῳ τῶν συνεχῶν, καὶ τῶν εἰς ἀπυρεξίαν παυομένων. ἑκάστοτε οὖν ὅταν μὲν τοῖς συνόχοις παραβάλλωνται, διαλείποντες καλοῦνται, ὅταν δὲ τοῖς εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι, συνεχεῖς. Eodem modo & intermittentes interdum quidem eas solas appellant, quæ ad febris carentiã deueniunt, interdum verò eas quæ non ad integritatem desinunt, verùm insignes faciunt mutationes singularum accessionum, in initium, augmentum, vigorem & remissionem. Quidam verò ex recentioribus Medicis, eas quæ nullam effatu dignam mutationem habent, non συνεχεῖς, sed συνόχους nominant. συνεχεῖς autem solas illas quæ neque ad integritatem veniunt, & singulis intermittunt accessionibus. Eas veteres interdum quidem continuas, interdum intermittentes nominant, cùm sint certe inter continuas & eas quæ ad integritatem veniunt mediæ. Recte igitur vbi cum synochis conferuntur, intermittentes vocantur, vbi verò cum his quæ ad integritatem desinunt, continuæ. Deinde rursus (ibidem v.33.) τὸ γὰρ διαλείπειν διχῶς νοουμένου τε καὶ λεγομένου, καθότι προείρηται, τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἢ νύκτα παροξυνομένους, διαλείποντας ἐροῦμεν, ἐάν τ' εἰς ἀπυρεξίαν, ἐάν τ' εἰς καλουμένην ἔνδοσιν ἥκωσιν. Nam cùm intermittere tum duobus modis intelligatur, tum dicatur, vt supra diximus, febres quæ singulis diebus aut noctibus accessiones habent, intermittentes dicemus, siue ad integritatem, siue ad vocatam remissionem perueniant. διαλείποντες πυρετοὶ ob suppurationem febres intermittentes dicuntur in Coac. (pag.133.H.) cùm tamen sint hecticæ & perpetuò affligant, quòd leues sint & obscuræ, inæquales, & crebras habeant repetitiones ac mutationes. Nam noctu quàm interdiu vehementiores deprehenduntur, & à cibo præcipuè intendi videntur. Διαλείπειν in fracturarum ratione etiam intermittere significat & intermedium spatium intactum relinquere. Libr. de fract. (p.560.44. H.767 B.) κατὰ δὲ τὸ ἕλκος αὐτὸ διαλείπουσιν, qua vlcus est intermittunt, hoc est, vlcus nudum relinquunt. Rursus (p.561.3. H ibid D.) ἐν μέσῳ δὲ διαλειφθῇ, intermedio quodam spatio relicto. Et, μάλιστα κατὰ τὴν διάλειψιν οἰδίσκοιτ' ἂν. præcipuè iuxta illud intermedium spatium intumescat. Vbi tamen διάληψιν non malè etiam habent omnia exemplaria. In pulsuum quoque ratione διαλείπειν intermittere significat, vbi haudquaquam mouetur arteria sed deficit, siue id in vno pulsu, siue in aceruo contingat. Vnde διαλείπων σφυγμὸς pulsus intermittens. Galen. lib. 2. de Præsag. ex puls. (p.129.51.)

Διαλύειν dissoluere, exoluere, quod corporibus attributum, diffundere, dissoluere, & languida reddere significat, & constitutioni austrinæ tribuitur aph.17 lib 3. quæ nimia humiditate qua neruos implet, eos languidos & ad motiones ineptos reddit. αἱ δὲ νότιοι διαλύουσι τὰ σώματα καὶ ὑγραίνουσι, austrinæ (constitutiones) corpora dissoluunt & humectant. Vbi τῷ διαλύειν συνιστάναι videtur opponere Hipp. quod est cogere. Eadem quoque notione νότοι διαλυτικοὶ dicuntur aph.5 lib.3. austri languorem inducentes, hoc est, languidos & exolutos homines efficientes. διαλελυμένος æger exolutus, dissolutus, languidus, motrice facultate languida & resoluta, aph.18 sect. 1. lib.6. Epid. cui σύντασιν τοῦ σώματος, corporis contentionem ac firmitatem opponere videtur. διάλυσις membrorum exolutionem significat lib.4. Epid (p.1136.H.) cui etiam πάρεσις iungitur. διαλύεσθαι τὸ σῶμα, exponit Gal Com.4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.109.19. H 403.29.) ἔκλυτον ἱκανῶς γίνεσθαι χωρὶς προφάσεως, hoc est, abunde exolutum effici absque causa manifesta.

Διαμένειν, durare, perdurare, perseuerare, permanere, de his morbis dicitur qui in pueris pubertatis tempore non finiunt, sed perseuerant, nec in fœminis ad menstruorum eruptionem soluuntur, sed postea permanent & diu tenent ac consenescunt, χρονίζειν αὐτοῖν dicit aph.28. libr.3. ὅσα δ' ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι. Qui verò in pueris permanserint. διαμένειν etiam quiescere aut in eodem statu manere significat, diciturque de fistuloso pectoris vlcere, quod cicatrice obductum tussicula refricabatur, aph.50. sect.8. lib.6. Epid. βηχία οὐκ εἴα διαμένειν, tussiculæ quiescere non sinebant. Aph.27. & 28. lib.2. διαμένειν perdurare & permanere significat.

Διαμπερὲς, in totum, prorsus, ab imo ad summum vsque, διαμπερὲς exponit Erot. apud Hipp. Hesych. δι' ὅλου, τελείως, διαμπάξ. Libr. de fract. (p.558.54. H.756.D.) ἢν οὖν διαμπερὲς ᾖ, ποιητέος ὁ σωλὴν. Canalis ergo ab imo ad summum vsque adhibendus, hoc est, qui totum crus excipiat & prorsus contineat. Ibi quoque Gal. σωλῆνα διαμπερῆ, τουτέστι δι' ὅλου τοῦ σκέλους explicat, canalem qui totum crus contineat ac comprehendat, vt & τὸ σκέλος ὅλον ἐν κύκλῳ περιλαμβανόμενον, ibidem Comment.2. in lib. de fract. (p.554.38.) Lib. etiam 2. de Morb. (p.483.28.) ὀδύνας ἴσχουσι τὸ στῆθος καὶ τὸ μετάφρενον διαμπερὲς, pectus & dorsum dolores perpetuò aut vtrinque occupant. διαμπερέως dicitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.535.46.) καὶ κεντεῖται ὑπὸ τῆς ὀδύνης διαμπερέως, & à dolore vsque stimulatur, διαμπερὴς ὀδύνη, dolor penitus transfigens, pertransiens & penetrans. Lib.2. περὶ γυναικ. (p.645.22.) καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὸν τράχηλον ὀδύνη διαμπερὴς, dolor caput & collum penitus transfigens & penetrans. Hæc autem dictio Homer. valde est familiaris, Il. π. (v.171.) κλήρῳ πεπαλάχθαι διαμπερὲς, sortem per vniuersos mouere, & Il. π. (v.618.) ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε διαμπερὲς,

τηρίς, hasta mea compescuisset in perpetuum.

Διαμυδᾶν nimio humore marcescere & corrumpi. Lib. de vulner. cap. (p.912. G.) ἀλλὰ τελευταῖον ζᾶπ ἢ διαμυδήσει. sed demum putrescit & nimio humore marcescit.

Διαναγκασμὸς, coactionem & per vim membri alicuius restitutionem significat. Eo autem nomine organum dicitur Hipp. quo vi adhibita spinæ peruersæ restitutio fit, & instrumentum coactorium & describitur lib. de art. (p.620.51. H.812.H.) βάθρον ἢ ξύλον vocat Paulus. χρὴ δὲ τὴν κατασκευὴν τοῦ διαναγκασμοῦ τοιῶδε κατασκευάσασθαι. Optime autem ad vim adhibendam huiusmodi apparatus instruetur. διαναγκασμὸν huiusmodi quidam διαναγκαζόμενον vocant, vt & apud Hipp. pro διαναγκασμοῦ, διαναγκαζομένου quidam legunt.

Διανακαθίζειν sedentem collocare, Lib. 2. περὶ γυναικ. (p.670.8.) ἄριστον δὲ ἐρυγγάνειν, καὶ διανακαθίζειν. Optimum verò est ructum mouere & sedentem collocare. Alij idem quod ἀνακαθίζειν sumunt, vt sit recumbere, quiescere.

Διαναπαύειν, interquiescere, conquiescere aut desinere ac cessare, aph.18. lib.6. Epid. sect.2. & aph.48. lib.2. διαναπαύεσθαι est recreari & refici, diciturque de parte corporis labore & lassitudine afflicta, vbi recreatur ac reficitur, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.35.41.H.339.23.) οὕτως γὰρ ἂν ὁ ταλαιπωρέων τοῦ κοπιῶντι τοῦ σώματος διαθερμαίνοιτο καὶ συνιστῖτο καὶ διαναπαύοιτο μάλιστα. Nam ita laborans fatigata corporis parte calefieri ac componi, maximeque recreari poterit.

Διάνοια intelligentiam, intellectum, consilium, voluntatem significat, προαίρεσιν explicat Galen. comment. ad aph.2. sect 5. lib.6. Epid. & ἐκ διανοίας agere dicuntur animalia, velut ἐκ προαιρέσεως, in his quæ voluntate & consilio aguntur, διάνοια etiam mens, animus dicitur. cerebri temperiem ex quatuor qualitatibus ortam exponit Galen. cap.6. lib.3 de loc. aff. ex aph.54. sect.8. lib.6. Epid. τὸ ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν de mentis constantia dicitur aph.33 lib.2. vbi διάνοια τὸ λογισμὸν siue τὸ λογιστικὸν, hoc est, ratiocinandi facultatem indicat, vt mente constare dicantur, qui & imaginandi & ratiocinandi potestate valent. διάνοια θρασυτέρη, mens audacior, ferocior, lib.7. Epid. (p.1207.A.) & ἡ διάνοια ἀποναρκοῦται, mens torpescit, obstupescit, Coac. (p.195.F.) διανοήματα sunt ægrotorum cogitata, imaginationes, cogitationes, quæ ad futurorum præsensionem in considerationem adhibet Hipp. lib.1. Epid. sect.3.

Διανοσέειν est morbum trahere, diutius affligi & languere. In Prorrhet. (p.202.4. H.75.C.) μακρότερον διανοσῆσαι, vbi diutius morbū traxerit. Rursus ib. (p.209.3. H.77.E.) ποικίλως διανοσέουσι, variè morbum trahunt, aut variè affliguntur. Illud enim illic διανοσέειν significare videtur, cùm afflictionis varietatem his verbis indicet Gal. εἶδον οὖν ἅπαξ κἀγὼ παραπλησίως τινὰ διατεθέντα, καὶ μεταπτώσεις ἔχοντα ποικίλως ἀλλήλας διαδεχομένων τῶν συμπτωμάτων. Nempe & semel simili modo affectum quendam vidi, & variè sese excipientium casuum permutationem habentem. Iterum in Prorrhet. (p.210.42. H.78.C.) διανοσέουσι τε μακροτέρως, & diutius morbum trahunt. Vbi Galen. διανοσεῖν μακροτέρως, χρονίως νοσῆσαι exponit, eique ὀξέως opponit, videnturque διανοσέοντες μακροτέρως iidem esse qui in Coac. μακροτέρως νοσήσαντες dicuntur (p.127.A.)

Διαντιαῖος aduersarius, perpetuus, ex aduerso penetrans. Lib. de art. (p.616.43. H.809.H.) ἄλλοι δέ τινες τόνοι νευρώδεες διαντιαῖοι. Quidam etiam alij nerui neruosi à summo ad imum in longitudinem protensi. Vbi διανταίους exponit Galen. τοὺς ἄνωθεν κάτω διήκοντας ἐπὶ πολὺ μακρούς, à summo ad imum magna longitudine pertingentes. Verùm διαίτους legit Galen. cum διανταίους apud Hipp. scribatur. Rursus eodem lib. (p.621.3 H. 813.B.) ἱμάντα ἐκ δύο διανταίων ξυμβεβλημένον vocat, habenam duobus loris perpetuis inter se aduersariis constantem.

Διαντλίζεσθαι est laborare tanquam in sentina hauriendo, & plurimùm angi circa rem aliquam perficiendam. ἐν παραγγελίαις (p.27.29.) διαντλίζονται περὶ μισθαρίων, de mercede plurimùm laborant, circa præmia difficiles se præbent, in mercede medico numeranda difficultatem faciunt, dicit Zuingg. affirmant de mercede, Cornar. vt aliter legisse videatur. Caluus, absumuntur & exhauriuntur dixit, aliterque distinxit, vt & faciunt exemplaria omnia.

Διὰ παντὸς, semper, perpetuò, δι' ὅλης τῆς νόσου exponit Gal. Comment.3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.81.12. H.394.17.) hoc est, per totum morbum.

Διαπεπλισμένα σκέλεα, crura diducta, diuulsa, distracta & disiecta, longoque interuallo à se inuicem distantia, aut diuaricata dicuntur in Progn. (p.127.19. H.37.48.) καὶ τὰ σκέλεα ὕπτιον κείμενον ξυγκεκαμμένα ἔχειν ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλισμένα. At vbi supinus iacet crutibus vehementer contortis & complicatis, aut vehementer reductis longeque à se inuicem disparatis ac diuulsis. Galenus enim τὰ διαπεπλισμένα τὰ διεστῶτα μέχρι πλεῖστον, longè dispersa, longoque interuallo inter se distantia exponit. Idem quoque ad extremum Comm.1. lib.6. Epid. eundem locum subnotans, τὰ διαπεπλισμένα, τὰ διεστῶτα μέχρι πλείονος, plurimùm diuulsa significare scribit. At verò in Exeg. γλωσσῶν Hipp. διαπεπληγμένα, τὰ ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν πλήχαδα διεστῶτα, quæ plurimùm circa intermediam crurum partem (quæ πληχὰς dicitur) sunt disparata, exponit, vt eum Progn. locum hac indicatura mihi innuere voluerit, & pro διαπεπλεγμένα διαπεπληγμένα legisse, hoc est, crura plurimum diuaricata & diducta. Quod etiam conieciendum relinquit Gal. Com. in Progn. cùm eam vocem vtroque modo scribi vult, per γ. & per χ. Nam & διαπεπληγμένα & διαπεπληχμένα scribi posse innuit, (vt & πληγὰς ac πληχὰς scribitur, & μέχρι πλείστου διεστῶτα exponit. Etsi διαπεπλεγμένα & διαπεπλιχμένα legi posse Gal. significare voluisse sumi possit, vt faciant Interpretes. Nam & διαπεπλίχθαι Hesych. διανοίχθαι τὰ σκέλη καὶ ἀποστῆναι exponit. Verùm melius forte διαπεπλίχθαι apud eum scribatur, vt & διαπεπλισμένον aut διαπεπλιχμένον, vt & πλιχὰς & πλίσσεσθαι. διαπεπλίχθαι nanque Eustath. esse scribit πεπτακέναι τοὺς πόδας. διαπεπληχὸς στόμα τῶν μητρέων, vterorum os diductum, expansum ac disparatum dicitur lib.2. περὶ γυναικ. (p.662.7.) pro διαπεπλιχὸς, quod est melius, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.579.4.) ἀνακεχηνὸς, hians & apertum, & Prorrhet.2. (p.107.D.) ἐκπεπλισμένον, forte pro ἐκπεπλισμένον, aut ἐκπεπλιχμένον, expansum, diductum & minimè corrugatum. Sic διαπεπληχὸς, διεστὼς, κεχηνὼς, distans, hians Hesych. dicitur, & διαπέπληχε, διέστηκε, pro διαπεπλιχὼς & διαπέπλιχε, vt & πλήγματα pro πλίσματα, βήματα exponit, gradus, gressus. Gal. Com. 2. in libr. de fract. (p.557.36. H.765.D.) διαπεπλῆσθαι & ἐκπεπλῆσθαι ἀπὸ τῆς πληχάδος Hipp. dici scribit. Sed vitiosa esse exemplaria videntur & διαπεπλῆχθαι & ἐκπεπλῆχθαι aut melius διαπεπλίχθαι & ἐκπεπλίχθαι legi arbitror vt & πλιχάδα. Significat autem διαπεπλίχθαι & ἐκπεπλίχθαι diuaricatis ac diductis esse cruribus. διαπεπλισμένα σκέλεα etiam dicuntur Coac. (p.197.A.)

Διαπερωθεὶς βορβορυγμὸς, murmur transmissum, transiens, aut transgressum. Coac. (p.164.E.)

Διαπήδησις fit cùm sanguis quidem tenuatus aut serosus, per vasorum tunicam rarefactam transcolatus, siue sudoris modo transmissus effluit, aut vbi per vasorum laxitatem subsilit & resudat. fit etiam interdum gracilium vasorum ore adaperto. Gal. lib.5. Meth. med. cap.2. Diapedesis in his videtur qui paucum sanguinem expuunt, vbi ex gingiuis fine vlla vulneratione sanguis effluit, aut vbi in curationibus fracturarum sæpe fasciolarum ligamenta maculis sanguinolentis aspersa reperiuntur. Expressionem siue sudationem vocat Aurel. Cap. 10. lib.2. Tard. Pass. Prioris modi meminit Gal. Comm. 3. in Progn. (p.145.35.) ἀλλὰ καὶ τὸ κατά τινας τῶν περιπνευμονιῶν ἀναφαινόμενον αἷμα παντελῶς ὀλίγον, ὅμοιον γίνεται τῇ κατὰ διαπήδησιν ὀνομαζομένῃ φορᾷ τοῦ ἰατρῶν αἵματος πτύσει. γίνεται γὰρ καὶ τοῦτο τι σύμπτωμα, κατασκήψαντος μὲν αἵματος εἰς τὸ στόμα λεπτοῦ τὴν σύστασιν, ἀραιῶν δὲ τῶν οὔλων ὑπαρχόντων ὡς μὴ στέγειν αὐτό. καὶ μὴν τοι κατὰ τὴν φάρυγγα δι' αἰτίαν τὴν αὐτὴν γίνεταί ποτε τοῦ αἵματος τοιαύτη ἔκκρισις ὀρρώδους. Sed qui in quibusdam peripneumoniis apparet sanguis prorsus exiguus, sanguinis expuitioni, quæ per diapedesin à Medicis nominatam fieri dicitur, similis existit. Id enim contingit irruente in os sanguine consistentia tenui, & gingiuis raris vt eum continere nequeant. Quinetiam in faucibus quandoque ob eandem causam fit eiusmodi serosi sanguinis excretio. Diapedesin autem quidam sub osculatione, quam ἀναστόμωσιν vocant, quidam etiam sub eruptione comprehendunt.

Διαπλάττειν conformare & componere, hoc est, partem suum in locum restituere. Galen. Comment.2. in libr. de art. (p.608.33.) οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄλλο τι διαπλάττειν ἐστὶν ὁποιουοῦν μέρος, ἔξω τοῦ τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τῶν μερῶν αὐτοῦ διδόναι χώραν. Nil enim aliud est conformare quamlibet partem, nisi propriam vnicuique parti sedem restituere. Ἀναπλάττεσθαι dicitur Hipp. idem quod διαπλάττεσθαι. Lib. de art. (p.607.44. H.802.53.) κάρτα γὰρ οἱ ῥῖνες κατεαγεῖσα ἀναπλάσσεται, μάλιστα μὲν αὐθημερὸν. Nam & tibi maximè nasus fractus restituitur, præcipueque eodem die. Et paulò ante ἔσωθεν ἀναπλάσσεσθαι καὶ ἔξωθεν, interiore & exteriore parte conformare. Hinc διάπλασις vna ex actionibus chirurgicis quatuor, est fracti membri compositio & conformatio, cum fracturæ extrema sese mutuò contingunt, & ita per distentionem componuntur, vt omnes fracti ossis partes manibus fingentis ac conformantis in contrarium compellantur. Manibus enim ambabus vtrinque comprehendendum est membrum fractum, ossque quod in anteriorem partem recessit, in posteriorem; quod in posteriorem, in anteriorem pro-

pellendum: quodque in dextram abiit, in sinistram; quodque in sinistram, in dextram traducendum. Quod quidem in magnis & insignibus fracturis contingit. In paruis enim, vtraque fracti ossis pars suum situm seruat. Vbi partes igitur fracti membri in directum statuuntur, conformatio, Græcè διάπλασις, vocari consueuit. Gal. Comment. 1. in libr. de fract. (p. 526.10.)

Διαπλώειν pro διαπλέειν legitur apud Hipp. per epenthesin Ionicam, lib. de aëre, loc. & aq. (p.290.2.) ἀλλὰ μονοξύλοις διαπλώουσιν ἄνω καὶ κάτω sed nauigiis ex ligno vno fabricatis sursum ac deorsum traiiciunt, nauigant. fortassis autem μονοξύλοις διαπλώουσιν legi possit, vt sit, nauigiis aut lintribus ex ligno vno fabricatis.

Διαπλίσσεσθαι siue διαπλίσσεσθαι significat Diuaricari: sicut videlicet πληχὰς siue πλιχὰς nominatur interstitium quod est inter vtrumque femur, quod Latine interfeminium reddi potest. Inde διαπεπλισμένα siue διαπεπλιγμένα dicuntur quæ ad imitationem τῆς πληχάδος magna intercapedine disiuncta sunt. Innuit autem Eustath. apud Homer. πλίσσεσθαι pro πλήσσεσθαι Æolice dici, quod est Pulsare terram pedibus: vnde πλὶξ, πλιχὸς, πλιχὰς, & similia, de quibus Henr. Steph. Thes. ling. Græc.

Διαπλοκὴ implicatio dicitur, & sumitur pro succorum qui ad alimentum idonei futuri sunt miscella ac permixtione, lib. περὶ τροφῆς (p.381.11.)

Διαπνοὴ perspiratio, perflatus, cùm per totum corpus aër attrahitur & expiratur. Galen. Comment. in libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.30.23.) ὀνομάζω δὲ ἀναπνοὴν μὲν, τὴν διὰ τοῦ στόματος ἔξω τε καὶ εἴσω φορὰν τοῦ πνεύματος. διαπνοὴν δὲ, τὴν δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος ὁμοίως γιγνομένην. Respirationem voco cùm spiritus per os intrò & extra fertur, perspirationem verò cùm idem per totum corpus contingit. Dicitur autem ἄδηλος διαπνοὴ, occulta perspiratio, quòd hi motus obscuri sint, & natiui caloris beneficio per occulta cutis perspiracula tententur, cuius meminit Gal. Comment. ad aph.28. lib.2.

Διαποίκιλον μέλαν διαχώρημα, alui excrementum variegatum, nigris maculis distinctum, Coac. (p.219.B.)

Διαπορήματα anxietates dicuntur, æstuationes, inquietæ corporis iactationes, Lib de rat. vict. in morb. ac. (p.65.43. H.391.1.) ἀπορίας exponit Gal.

Διαπρήσσεσθαι peragere, conficere, obire, exequi, perficere, Lib. περὶ ἐνυπνίων (p.375.50.) τὰς τοῦ σώματος πρήξιας ἀπάσας ἡ ψυχὴ διαπρήσσεται, omnes corporis actiones anima obit. Ib. (ib v. 54.) ταῦτα πάντα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ ὕπνῳ διαπρήσσεται, ea omnia in somno anima obit, peragit. lib.1. περὶ διαίτης [p.351. 30.] εἰ τι ἐνδεέστερον οἱ πόνοι διαπρήσσονται, si quid defectuosius labores obierint, transegerint. Vbi tamen codices quidam διαπρήσσωνται cum manu scriptis legunt. Rursus lib. 2. (p.355 23.) ὁκόσα δὲ δεῖ ψύχειν καὶ ξηραίνειν ἄλφιτα διαπρήσσεται, polentæ, quæ refrigerare & siccare oportet, conficiunt. Ibidem (v.44.) μᾶζα διαπρήσσεται, maza conficit. Item (p.361.49.) ταῦτα ἡ κοιλίη διαπρήσσεται, ea venter conficit. Atque alioqui his libris crebrò vsurpatur hæc dictio. διαπρήσσεσθαι τὰ ἑωυτοῦ, sua negotia obire, suas res agitare, conficere, Lib. de fistulis (p.885.C.) Διαπρήσσεσθαι etiam rem conficere & peragere significat, & de venereo actu dicitur Prorrhet.2. (p.86.C.) εἰ δὲ πλειστάκις διαπρήξαιτο, at si sæpius venerem exercuerit, rem peregerit. Sic πρῆξιν venereum actum vocat Aret. cap.4. lib.1. Cur. morb. diut. καὶ γὰρ τι πρῆξιν τῆς νούσου φέρει τὰ σύμβολα. Nam & veneris effectus morbi similitudinem adfert, aut quandam societatem aut necessitudinem cum morbo adducit.

Διαπτερώσεις dicuntur Erot. apud Hipp. διακαθάρσεις ὤτων, aurium repurgationes, quòd purgandis auribus interdum pennas adhibeamus, vt tibicines repurgandis tibiis. Alioqui διαπτερώσεις sunt alarum explicationes & expansiones ac διαπτύξεις. Nam & διαπτύξαι, διαπτερῶσαι exponit Hesych. quod est expandere & alas explicare. Videtur autem Erot. ad locum Hipp. lib de rat. vict. in Morb. ac. respicere (p.79.15. H.393.48.) καὶ ὥσπερ εἰ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, ac veluti si guttur dilataret, expanderet, ac explicaret. Agitur de valde acri oxymelite, quod secando, incidendo, & detergendo glutinosum & crassum sputum educit, guttur dilatat & expurgat.

Διάπυον quod est purulentum aut suppuratum & pus colligit. διάπυον ἧπαρ, iecur purulentum, aph.45 lib.7. διαπύησις suppuratio, puris collectio. In Progn. (p.131.53. H.38.44.) τὸ οἴδημα μὴ καθιστάμενον ἐς διαπύησιν τρέπεται, tumor non remissus in suppurationem vertitur. ἔμπυον ἔσεσθαι, hoc est, purulentum fore, postea dicit. διαπυήματα etiam idem quod διαπυήσεις aut ἐκπυήσεις, suppurationes, in Progn. (p.133 13. H.39. 6.) διαπυῆσαι καὶ ἐκραγῆναι φῦμα, suppuratum ac ruptum tuberculum, aph.82. lib.4.

Διάρθρωσις, articulatio, dearticulatio, ossium inter se compages & articulorum modo commissio. Gal. Com.2. in lib. de art. (p.600.52. H 797.C.) διάρθρωσιν esse dicit τὴν φυσικὴν ὀστῶν σύνταξιν, ἐναργῆ τὴν κίνησιν ἐχόντων, naturalem ossium coniunctionem, quæ euidentem motum habent. διάρθρωσις etiam artuum conformationem, directionem & iuncturam indicat, & τὸ κατ᾽ ἰητρεῖον (p.697.1.H.746.G.) διαρθρώσιος παράδειγμα, artuum conformationis exemplum. Vbi tamen διορθώσιος legunt omnia fere exemplaria, quæ est artuum in naturalem situm restitutio & directio, & prolapsi articuli in suam sedem restauratio. Gal. tamen διαρθρώσιος legisse videtur. Διαρθρῶσαι etiam dirigere, restituere, conformare significat, & de naribus fractis componendis effertur lib. de art. (p.607.44. H.802.50.) τὸ μὲν οὖν πρῶτον καὶ ἔσωθεν ἀναπλάσσεσθαι καὶ ἔξωθεν ἀφειδήσαντα, χρὴ ἀνάγειν ἐς τὴν ἀρχαίαν φύσιν καὶ διαρθρῶσαι. Imprimis igitur interiore parte nares conformandæ, & exteriore parte non remissè agendo in suam sedem compellendæ & dirigendæ. Licet exemplaria quædam manu scripta διορθῶσαι legunt, vt illic scripsimus. Verùm διαρθρῶσαι pro διορθῶσαι ponitur, vt & paulò post διαρθρωθῆναι, (p.608.1. H.803.B.) ἐγὼ μὲν οὐδεμίαν πω ῥῖνα εἶδον, ἥτις οὕτω κατεαγῖα, οὐχ οἵη τε διαρθρωθῆναι αὐτίκα πρὶν πωρωθῆναι συναναγκαζομένη ἐς φύσιν, εἴ τις ὀρθῶς ἐθέλοι ἰητρεύειν. Equidem nullas vnquam nares vidi, quæ sic fractæ, si statim prius quàm callo obducantur compellerentur, restitui non potuerint; si modò quis rectam curandi rationem insistat.

Διαρκέοντες Erot. apud Hipp. βοηθοῦντες exponit, auxilium ferentes ac suppeditantes. Sic Hesych. διαρκέσαι βοηθῆσαι.

Διαρραγαὶ ὀστέων κατὰ κρόταφον, ossium ad tempora diruptiones. Coac. (p.148.D.)

Διαρρίπτειν diuergere & vtranque in partem inclinari significat, & de his dicitur Hipp. qui femore exteriorem in partem luxato crus breuius habent, ideoque cùm huic aut alteri innituntur, in vtranque partem inclinant & propendent. Vbi enim à recto habitu & qui sine inclinatione est, in affectam partem inclinant, aut rursus ab inclinatione corpus erigunt & attollunt, duas figurationes alternatim immutant. Est igitur διαρρίπτειν transmutare corpus à recto & sublimi habitu in affectam partem inclinando, & rursus ab humili & flexo in erectum & sublimem attollere ac diuergere, sicque in vtranque partem propendere. Lib. de art. (p.633.20. H 822.H.) διαρρίπτουσι δὲ ἐν τῇσιν ὁδοιπορίῃσιν, ἀναγκαζόμενοι διὰ τὴν βραχύτητα τοῦ σκέλεος. Inter ambulandum tamen, ob cruris breuitatem, vtranque in partem inclinari coguntur. Idemque est διαρρίπτειν quod Galenus, quo ibidem vtitur Hipp. significatque agitari & diuergere, aut corpus inclinare vtranque in partem, de hisque dicitur quibus vtroque crure articulus extra excidit. In Mochlico verò (p.853.D.) διαρρίπτειν scribitur, si modò vera est lectio. Sed nos διαρρίπτειν legendum submonemus nostris in eum lib. Annotat.

Διαρρωγαὶ sunt vinculorum interruptiones, rimæ, hiatus, vbi vincula inania quædam spatia intermedia relinquunt, interrumpuntur & dehiscunt. Lib. de art. (p.605.56. H.802.5.) ἐπιδέσιων γὰρ ἐστὶν αὕτη ἡ ποικιλωτάτη, καὶ πλείστας μὲν σκεπάρνους ἴσχουσα, διαρρωγὰς δὲ διαλείψιας ποικιλωτάτας τοῦ χρωτὸς ῥομβοειδέας. Hoc enim vinculum inter cætera maximè est varium, plurimisq; locis asciam refert, ac relictis aliquot spatiis inanibus, cutem variè admodum in rhombi formam intercipit. Vbi Gal. διαρρωγὰς vocari scribit τὰ μεταξὺ διαστήματα τῶν ἐπιδέσμων, intermedia spatia & interualla vinculorum. At Erot. διαρρωγὰς legit, & explicat τὰς τῶν ἐπιδέσμων διαπνοὰς καὶ τὰ μεταξὺ τούτων διαστήματα, vinculorum velut quasdam interspirationes & intermissa spatia. Quòd autem περὶ τὴν ῥῖνα dici vult, ἥτις ἐστὶν εἶδος ἀναπνοῆς, hoc certe mihi vitium subolere videtur; etsi ῥύγχην quidam legunt nihilo meliore notione. Neque verò meliore loco est quod Hesych. διαρρωγὰς τὰ μεταξὺ τῶν ἐπιδέσεων διαστήματα exponit. Διαρρωγαὶ autem à διαρρήγνυμι quod dehisco & interrumpo significat, & à διέρρωγα διαρρωγαὶ & διαρρωγαί.

Διαρριπτεῖν dissicere, variè iactare, διαρριπτεῖν πυκνὰ τὰς ὄψιας, crebrò oculos dissicere, Coac. (p.153.B.) ἐναιωρουμένους ὀφθαλμοὺς vocat in Prog. (p.124 29. H.37.20.) sublimes oculos, ἀστηρίκτους καὶ κινουμένους διὰ παντὸς, instabiles ac perpetuò mobiles exponit Gal. ἐνδινευμένους in Prorrh. (p.185.14.) versatiles, quales sunt in ea affectione quæ Græcis ἴλλωσις dicitur. Eaque prætenduntur phreniridis ac delirij indicia, aut etiam conuulsionis rudimenta. Διερρίφθαι τὰ σκέλεα, crura dispersa esse & disiecta. Coac. (p.197.B.) Sic Progn. (p.126.55. H.37 45.) τὰ σκέλεα ἀνωμάλως διερριμμένα, crura inæqualiter disiecta dicuntur.

Διάρροια dicitur authori Definit. Medicarum (p.398 24.) ῥευματισμὸς

πιμὴ πλείων κοιλίας ῥύσις φλεγμονῆς καὶ ἑλκώσεως πολυχρόνιος, copiosior & diuturna alui fluxio, sine inflammatione & vlceratione. Aretæo verò cap. 7. libr. 2. de sign. diuturn. morb. est ὑγρῆς τροφῆς ἀπέπτου ἡ διάρροια, liquidi alimenti incocti defluxio, διάρροιαν Celsus alui longam resolutionem vertit cap. 7. lib. 2. ex aph. 77. lib. 7. quod breuis alui profusio non statim tormina creet, nisi ea syncera sit & diuturna, ex aph. 23. libr. 7. Cæl. Aur. defluxionem vocat cap. 22. lib. 3. acut. διάρροια est alui profluuium quo liquida effunduntur, siue sit pituita, siue bilis syncera aut mixta. Ac primùm quæ aluo continentur liquida defluunt, deinde humores qui in intestinis latitant. Gal. διάρροιαν vocat quod dixit Hipp. ἢ τὰ τῆς κοιλίης ἐξυγρασμένα ἢ ἰσχυρῶς, aut aluus admodum effusa ac resoluta fuerit, in Progn. (pag. 122. 28. H. 37. 4.) διάρροιαι χρόνιαι ætate declinantibus diuturna alui profluuia, aph. 30. lib. 3.

Διάστασις, diffidentia, distantia, disparatio, diductio, recessus ac secretio, dicitur, vbi ossa inter se diducuntur ac disparantur in luxatis, li. de fract. (p. 576. 48. H. 778. E.) ἀλλ' ἀνάγκη ὄγκον ἔχειν τὴν διάστασιν, verùm sic diductis ossibus eam partem turgidiorem esse necesse est. Lib. quoque de art. (p. 598. 58. H. 795. A.) διαστάσιος δὲ ὀστέων σημεῖον κατὰ τὴν φλέβα τὴν κατὰ βραχίονα σχιζομένην διαψαύοντι. At diductorum ossium iudicium ad contactum venæ quæ in brachio finditur, patet. Διάστασις authori definit. Med. (pag. 403. 12.) ἐστὶ τῶν κατὰ ῥαφὴν ἢ κατὰ σύμφυσιν συγκειμένων ὀστῶν χωρισμὸς ἢ διάστασις ἀπ' ἀλλήλων. Diductio est ossium quæ per suturam & coalitum mutuò iuncta sunt separatio aut diductio. Ac διάστασις idem quod διάστημα significat, interuallum aut interstitium dici potest. Est autem διάστημα Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 699. 44. H. 748. D.) vbi ossa quæ mutuò se contingunt, aut naturaliter citra iuncturam cohærent, aliquo inter se interuallo dissident, disparantur, ac diducuntur, vt in brachio cubitus & radius, ad gibbum & ad manum, in crure tibia & sura, quæ & genu & calci committuntur. In Exeg. verò apud Hipp. διάστημα exponit τὴν ὥσπερ ἐρίοις ἐοικυῖαν αὐτῶν τῶν σωμάτων σύνθεσιν. ipsorum corporum compositionem velut lanis similem. Διαστήματα quoque, quæ sunt interualla, poni videntur pro eo temporis spatio quo medicus ab ægro discedit, dum eum reuisit, & pro medici absentia, lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 25. 26.) ὅκως τί ἐν διαστήμασι μηδέν λανθάνῃ σε, vt in interuallis nihil te lateat, ne interea dum absens es quicquam te lateat. Ideò namque discipulum aliquem ex his qui plurimum in arte progressi sunt ægro adhiberi vult. διαστήματα etiam interualla sumi possunt quibus morbus mutationem accipit. Διαστάσιες χειρῶν sunt manuum porrectiones & distensiones, qualiter in conuulsionibus contingit, dum principio neruorum læso motionum functio vitiatur, vt in catalepsi, epilepsia & apoplexia. Quibus in morbis dum nerui contrahuntur & rigent, manuum ac crurum distensiones & disiectiones fiunt, idque oppleto & grauato functionum animalium principio. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 94. 26. H. 397. 8.) Quidam manuum disiectiones sumunt, quando manus & crura plurimum distant inter se, vt χεῖρες δὲ τὰ σκέλεα ἐκπεπταμένα dicuntur in Progn. (pag. 126. 31. H. 37. 40.) quod fit extincta aut impedita motrice facultate. φλεβῶν διαστάσιες dicuntur venarum distensiones ac amplitudines Aretæo cap. 2. lib. 2. de caus. & sign. morb. ac. Eidem quoque διάστασις κενὴ dicitur inanis ventriculi distentio, dum frustra vomere conatur, cap. 7. lib. eiusdem. Διάστασις etiam ἀντὶ τῆς διαστολῆς ponitur in pulsus definitione Zenoni Herophilio. vt scribit Gal. lib. 4. de diff. puls. (pag. 47. 49.) Quod & fecit Chrysermus (ibidem p. 48. 33.) & Apollonius (pag. 51. 44.)

Διαστολὴ dilatatio, arteriæ motus in longum, latum & profundum, διαστολὴ καὶ συστολὴ, dilatatio & contractio est tunicæ arteriarum in circulum eleuatio & concidentia, quam pulsum quidam nominant. Gal. lib. 4. de diff. puls. (pag. 48. 35.) διαστολὴ etiam dicitur ἀρσις καὶ οἷον ἐπανάστασις καρδίας, καὶ ἀρτηριῶν, καὶ ἐγκεφάλου, καὶ μηνίγγων, κατὰ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος, αἰσθητὴ περὶ τὴν ἐπαφὴν τῆς ἁφῆς, eleuatio ac velut excitatio cordis, arteriarum, cerebri, eiusque membranarum, in longum, latum & altum, in sensum tactus cadens, authori definit. Medic. (pag. 396. 19.) Διαστολαὶ quoque dicuntur Empiricis sermones in quibus proprium quid à communi separant & distinguunt, Gal. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 43. 30.) καλεῖν δὲ εἰώθασι διαστολὰς μᾶλλον ἢ διορισμοὺς, τοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τὸ ἴδιον ἀποκρίνοντάς τι καὶ χωρίζοντας λόγους. Diastolas autem potius quam diorismos appellare consueuerunt sermones eos qui quod proprium est à communi discernunt ac separant.

Διαστομωτρὶς Gal. in Exeg. vocum Hipp. μήλην τὴν διαστέλλουσαν, specillum diducens ac dilatans exponit, propriè specillum quo os clausum diducitur atque aperitur. διαστομόω enim idem quod ἀναστομόω, διαστέλλω, os diduco & patefacio.

Διαστρέφεσθαι est peruerti & distorqueri, diciturque de corporis partibus quæ rectas actiones non obeunt, sed potius ex rectis distortæ & flexuosæ fiunt, tensis atque ad sua principia contractis iis neruis qui ad eas pertingunt. aph. 49. lib. 4. ἢν χεῖλος, ἢ ῥὶς βλέφαρον, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ. si labrum aut palpebra, aut supercilium, aut oculus, aut nasus peruertatur. De oculis sæpe effertur Hipp. vt ὀφθαλμοὺς διαστρέφεσθαι, oculos distorqueri aut peruerti, ex musculorum oculos mouentium conuulsione, in Progn. (pag. 124. 25. H. 37. 17.) & Coac. (p. 153. A.) ὀμμάτων διαστροφὴ, oculorum peruersio, in Prorrh. (pag. 196. 30. H. 74. C.) & Coac. 154. D.) & Prorrh. 2. (pag 94. C.) οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν, oculi distorti sunt. διαστρέφεσθαι χεῖλος, ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥῖνα, labrum aut oculum, aut nasum peruerti. Coac. (pag. 127. G.) Sic ῥάχιος διαστροφὴ spinę obliquitas, distortio & peruersitas, ibidem (pag. 158. E.) Διαστρέφεσθαι de osse, neruo aut musculo dicitur, cuius initium interiore parte membri est, finis vero aut extra aut infra, sicque membrum aut pars contorquetur aut peruertitur. Gal. Com. 1. in li. de fract. (p. 530. 53. H. 752. C.) Hippocrates vero in supina manus figura os quod est ad cubiti gibbum, neruos etiam qui ex carpo & digitis interiore parte os brachij tendunt, distorqueri scribit. Eadem notione τὰ διεστραμμένα membra corporis distorta, idem quod διαστροφαὶ ac peruersiones sonant, ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pag. 689. 9. H. 744. H.) Quæ fiunt cum vel à sua sede elabitur aliquid in exteriorem corporis partem, vel introrsum in spatium aliquod laxius protruditur, vt in naribus, si in exteriorem partem aut os, aut pinnula recedit, in exteriorem partem distorquetur, si in internum foramen secedit, introrsum distortio fit, vt scribit Gal. Com. 3. in eundem lib. Διαστρέμματα etiam dicuntur eadem quæ διαστροφαὶ, suntque luxationis species qua articulus ipse leuiter deprauatur, suaque sede commouetur. fiunt quoque circa vnum os, ac præcipuè circa tibiam in pueris, quo casu deligatione vtimur, vtrinque ad dirigendum obiicientes lignum ex tilia, vel ex tali aliqua materia firmum molléque, asserculos tenues inde parantes. Ab iis quæ στρέμματα dicuntur differunt, quatenus διαστρέμματα articulum quodammodo attingunt peruertunt & commouent. At στρέμματα articulo illæso neruosas etiam partes intorquent. Gal. ibid. (pag. 699. 52. H. 748. D.) Prorrh. 2. διαστρέμματα in pueris sunt membrorum obliquationes, cùm deprauantur aut distorquentur in epilepsiæ depulsione, ἢ ἐν τῇσι πλευρῇσι, διαστρέμματα, aut latera distorquentur (p. 94. C.)

Διαστφαγὰ hiatus dicitur in muro interrupto & locis aliquib. dirutis, aut hiatus inter duas rupes interiectus, quo inter se sunt auulsæ. Sumitur pro quouis interstitio & interuallo aut separatione. Dicuntur διασφάγες Hesych. αἱ διεστῶσαι πέτραι τῶν ὀρῶν. Sic & διασφὰξ ἡ διάτμησις ὄρους Sudæ hiatus inter duas rupes auulsas interiectus. διασφαγαὶ disparationes dicuntur Hipp. in venarum diductione lib. de loc. in homine (pag. 409. 37.) καὶ τὰς διασφαγὰς ἐν τῇσι μηροῖσι ποιέεται, & disparationes in cruribus facit, aut interstitia & diuaricationes. Eadem notione διασφάξιες φλεβῶν, venarum interstitia & intercapedines dicuntur, velut interscissiones, distantiæ ac diuortia, quæ in corpore venoso & gracili facilè apparent, in obeso ac molli ægerrimè. lib. 2. Epid. (pag. 1006. C.) αἱ διασφάξιες παῖσι κοιναὶ τῶν φλεβῶν. Videndæ etiam quænam sint venarum inter se distantiæ & intercapedines.

Διασφύξιες φλεβῶν, venarum, aut arteriarum pulsationes, dicuntur Hipp. lib. de alimento (pag. 383. 4.) quæ per reciprocum diastoles, & systoles motum pulsum constituunt ad aërem expellendum & recipiendum.

Διαχὶς τῆς φλεβὸς, venę discissio, diductio, diuisio. li. de fract. (p. 576. 42. H. 778 D.) κατὰ τὴν διαχίσιν τῆς φλεβὸς, qua vena scinditur.

Διαχόντα ὀστέα, ossa penetrantia, procedentia, perrumpentia. lib. de art. (pag. 623. 40. H. 816. G.) μὴ διαχόντα τὰ ὀστέα εἰς τὸ εἴσω μέρος. ita vt ossa ad interiorem partem minimè perrumpant. De costarum fractarum ossibus dicitur, quæ ad internam thoracis cauitatem non pertingunt aut permeant. Sic lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 279. 51.) διαχοῦσα penetrans, perrumpens, de vena dicitur. ἡ μία μὲν διὰ τῶν κορυφῶν καὶ τοῦ δέρματος διαχοῦσα ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ ἀνήκει. & vna quidem per vertices ac cutem peruadens ex vmbilico effertur, aut per vertices aut cutem procedens, penetrans aut cutem & vertices traiiciens. Sic διαχὼν, διελθὼν, procedens dicitur.

Διάτασις in fracturis est membri distentio, cùm membrum ab inferiore parte intenditur, & à superiore continetur. lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 694. 20. H. 746. A.) Quibus autem in membris διάτασις fieri debeat scribitur ibidem (pag 696. 34. H. 746. F.)

Διάτασις πνεύμονος ea pars qua pulmo peruadit ac extenditur, di-

citur Coac. (p.181.H.) & infimam thoracis partem ac diaphragma denotat, ideoq; discriminationem vertit Cornar.

Διὰ ταχέων aut διὰ ταχέως, celeriter, ex breuibus interuallis. In Coac. (pag. 147. C.) διὰ ταχέων ἀφιεῦμενοι, qui celeriter perurun- tur. διὰ ταχέως ἀφιεῦμενοι dicuntur Prorrh. (p.203. 46. H. 75. H.) lib. 1. Epid. ægr. 4. διὰ ταχέων δὲ πάλιν παρέκρουσεν, sed confestim rursus desipuit.

Διὰ τέλεος, διὰ παντὸς, ἀεὶ, perpetuò, semper significare scribit Gal. Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.69.43. H.391.51.) & Com. 4. in eundem lib. (p.98.35. H 398.52.) τὸ διὰ τέλεος, τὸ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου ταύτην σημαίνει. διὰ τέλεος idem quod per totum morbum significat. Idem libro 2. περὶ διαιτ. (pag.182) διὰ τέλεος, διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, καὶ μέχρι τέλους διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος γινομένου. ἢ τὸ ξυνεχῶς, καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς, exponit, hoc est, per totum tempus, ad finem vsque totius morbi, continenter, & deinceps. Com. quoque 3. in lib. 1. Epid. (p.389.30. H.884.F) διὰ τέλεος, δι' ὅλου τοῦ νοσήματος, hoc est per totum morbum significare scribit. Hipp. certe familiaris est dictio, vt libro 1. Epid. ægr. 1. τούτῳ πνεῦμα διὰ τέλεος, ὥσπερ ἀνακαλευμένῳ, ἀραιὸν, μέγα. Spiratio huic perpetuò, quasi intro reuocanti & ingeminanti, rara & magna fuit. Et ægr. 2. ἐξ ἀρχῆς τούτῳ καὶ διὰ τέλεος πνεῦμα μέγα, ἀραιόν. Huic per exordia ad extremum vsque spiratio magna & rara fuit. Et ægr. 8. δίψα διὰ τέλεος οὐ λίην. sitis perpetuò, non magna tamen. Rursus lib. 3. Epid. ægr. 2. τούτῳ κώφωσις διὰ τέλεος παρέμενεν. huic perpetuò surditas permansit. Et ægr. 3. καὶ περὶ ὀμφαλὸν παλμὸς διὰ τέλεος. & continens ad vmbilicum palpitatio occupauit. Item ægr. 6. καὶ διὰ τέλεος ἔρευθος εἶχε. & perpetuò rubor tenuit. Et ægr. 9. ἄκρεα ψυχρὰ διὰ τέλεος, extrema perpetuò frigida. Ægr. quoque 11. κοιλίη πολλοῖσιν ἀκρήτοισι διὰ τέλεος. aluus per totum morbum multa syncera deiecit. Et ægr. 12. ταύτῃ διὰ τέλεος κοιλίη ὑγρή. huic per totum morbum aluus lubrica. Rursus ægr. 1. post st. pest. οὖρα διὰ τέλεος κακά. vrinæ per totum morbum malæ. Item ægr. 2. ταύτῃ τὰ τῶν οὔρων διὰ τέλεος ἦν μέλανα. Vrinæ huic perpetuò nigræ. Æg. 10. οἱ δὲ παροξυσμοὶ καὶ οἱ πόνοι τούτῳ διὰ τέλεος ἐν ἀρτίῃσιν ἦσαν μᾶλλον. Accessiones verò & dolores hunc perpetuò diebus prope paribus inuaserunt. Ægr. 13. τούτῳ διὰ τέλεος, ἐξ οὗ καὶ ἐγὼ οἶδα, κοιλίη ταραχώδης. Ex quo eum vidi, huic perpetuò aluus turbulenta fuit. Ægr. 15. ἡ διὰ τέλεος αἰεὶ σιγῶσα. & perpetuò semper taciturna fuit. Item ἦν ταύτῃ διὰ τέλεος, πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα. Huic perpetuò ad finem vsque spiratio rara & magna aderat. Διατελέειν verò est vitam tolerare & degere, aut perdurare & ad extremum vsque spiritum vitam trahere. Lib. 1. de Morb. (pag.460. 36.) οὐ δυνάμενοι τὰς ἡμέρας διατελέειν, ἄχρις οὗ τὸ σίαλον πεπανθῇ ἐν τῷ πλεύμονι. cùm nequeant ad dies perdurare in quibus sputum in pulmonibus concoquatur. Rursus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag 533.11.) καὶ γὰρ οἱ πολλοὶ πλευμορρωγέες ἐόντες, διατελέουσιν ἕως ἂν ἀποθάνωσι. Multi nanque rupto pulmone vitam trahunt ad extremum vsque spiritum.

Διατρέπεσθαι commoueri, perturbari, perterreri, auertere, respuere, ad inopiam consilij redigi, pudore iniecto deterreri. Lib. 5. Epid. (p.1159.H.) οὐδὲν διετρέπετο, nihil commouebatur. Quod repetitur lib. 7. Epid. (p.1233.F.)

Διατρέχειν peruenire, transcurrere. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 553.21.) πολλοὶ δὲ διατρέχουσι καὶ ἐς τὰς εἰκοσιτέσσαρας. multi verò etiam ad vigesimum quartum diem perueniunt. Quod ib. (v. 54.) dicitur, διαφέρουσι ἕως τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἡμερέων, durant ad vigesimumquartum diem.

Διατρίβειν, tempus terere, immorari, cunctari, tardare, in re aliqua peragenda. lib. de cap. vuln. (p.911.G.) μὴ διατρίβειν, non est cunctandum, non differendum, aut tempus protrahendum ac terendum. διατρίβειν enim significat χρονοτριβεῖν, παρατείνειν, ἀναβάλλεσθαι, tempus extrahere, differre, immorari. διατρίβειν, ἐγχρονίζειν exponit Erot. hunc sane Hipp. locum innuens, quod est procrastinare, differendo tempus extrahere & terere, prorogare. Sunt & διατριβαὶ congressus, conuersationes. Lib. περὶ ἰητρῶ (pag.22.3.) ἐν τῇσι κατὰ πόλιν διατριβῇσι, in vrbanis congressibus, hoc est in vrbibus.

Διὰ τῶν αὐτῶν, phrasis est Hipp. familiaris, præcipue in Epidem. vbi eadem in ægris perseuerant, aut iisdem affliguntur casibus ac symptomatis, vt ægr. 2. libro primo. τετάρτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. quarto eadem affligebant omnia. Rursus ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Nono eadem perseuerarunt omnia. Et ægr. 5. ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. nono cùm eadem perseuerarent. Rursus ægr. 3. libro 3. ἐννεακαιδεκάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. decimonono eadem perseuerarunt. Et ægr. 5. ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Sexto eadem perseuerauere. Ægr. quoque 11. & 12. ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Et ægr. 1. post st. pest. θ' διὰ τῶν αὐτῶν, nono eadem perseuerauerunt. Et ægr. 7. ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ τὰς ὑπολοίπους. nono ac proximis diebus eadem perseuerarunt. Ægr. 9. οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν, vrinæ eædem. Quod ægr. 2. eiusdem lib. οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν dixit, & τὰ κάτω κοιλίης διὰ τῶν αὐτῶν, alui deiectiones eædem perseuerarunt. Item ægr. 11. δευτέρῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Postridie eadem perseuerarunt. Rursus libro 7. Epid. (pag. 1239. E.) ἦν καταφορὴ διὰ τῶν αὐτῶν, eadem in somnum propensio perseuerabat. Iterumque ibidem (ib. G.) οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν. vrinæ eædem perseuerabant. In Coac. [pag. 134. G. & 209. E.] αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὑποστροφαὶ, crebræ iisdem perseuerantibus casibus morborum reuersiones. In Prorrh. [pag. 209. 3. H. 77. E.] διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες dicuntur, vbi eadem perseuerant. In Coac. verò in eadem re διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων scribitur, hoc est, iisdem prodeuntibus & perseuerantibus, & de alui affectione effertur.

Δίαυλοι dicuntur cursus recti reuertentes aut reciproci, ac recurrentes. Cùm enim cursu ad metam peruenissent, flectentes eò rursus recurrebant, vnde cursum inierant. Sic δίαυλος curriculum duplex dicitur, & διαυλοδρομεῖν qui diaulon currit, hoc est, qui cursum circensem peragit, aut duorum stadiorum circuitionem facit. Dicitur & διαυλοδρομεῖν, cùm ad calcem perueneris, rursus ad carceres cursu redire. διαύλους inter exercitationes reponit Hipp. libro primo. περὶ διαίτης (pag.352.12.) & libro 2. (pag.363.51.) vbi cursus reuertentes rectos exponit Corn. Caluus verò circenses. Quibus ἀπέρους ἵππους opponere videtur Hipp. cursus equestres indefinitos, quique nullam habent metam propositam ad quam flectant. Sic lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 368 24.) διαύλοισι ὀλίγοισι cursibus rectis reuertentibus modicis æstate vti præcipit. Rursus (pag. 372. 37.) οἱ δίαυλοι καὶ τροχοὶ γυμνοὶ dicuntur, recti cursus reuertentes & circulares, qui exutis vestibus obeuntur, quibus τοὺς ἐν ἱματίῳ δρόμους καμπτοὺς opponit, cursus flexos in vestitu.

Διαφανὴς pellucidum, perspicuum, transparens. διαφανέα οὖρα, vrinæ pellucidæ ac perspicuæ, quæ aqueæ sunt & dilutæ, extremamque tenuitatem ac cruditatem denotant, præsertim si cum albedine coniunctæ sint, vt aph. 72. lib. 4. in phreniticis οὖρα διαφανέα, λευκὰ, vrinæ pellucidæ, albæ, summam perniciem præ se ferunt. Sic Coac. (pag 211. E.) λευκὸν δὲ καὶ καταχεόμενον, διαφανὲς οὖρον πονηρόν. Alba verò effusa & perspicua vrina mala est. lib. 1. Epid. ægr. 2. διαφανέα οὖρα, λεπτὰ, pellucidæ vrinæ ac tenues, bis ponuntur, quæ extremam tenuitatem indicant, & quæ tum consistentia, tum colore morbi cruditatem significant, vt nostris in eum lib. Annot. scripsimus. διαφανέα ὦτα aures pellucidæ, ex siccitate tabefactæ & excarnes ac contractæ, ideoque pellucentes, inter lethales faciei notas annumerantur, Coac. (pag. 149. A.) ὦτα ψυχρὰ καὶ διαφανέα καὶ συνεσταλμένα, ὀλέθριον. Aures frigidæ, pellucidæ, contractæque perniciem minantur. διαφανέες φλέβες, venæ perspicuæ, manifestæ, apparentes, vt quæ sanguine plenæ sunt & turgidæ, aph. 22. sect. 3. lib. 6. Epid. φλέβας ἐκκειμένας τὰς ἐκ μεστὰς αἵματος, venas eminentes aut extantes ac sanguine turgidas, explicat Gal.

Διαφανὲς etiam candens & ignitum ac pellucidum significat, vt διαφανέα σιδήρια dicuntur ferramenta candentia & ignita, aut translucida. Lib. de artic. (p.590.48. H.788. A.) χρὴ δὲ διαφανέσι καίειν, ὡς ὅτι τάχιστα πρηανθῇ κατὰ δύναμιν. Candentibus [ferramentis] quoque adurendum, quò quàm celerrimè fieri potest penetrent. Quem locum subindicans Erot. διαφανέσι διαπύροις, hoc est, ignitis aut candentibus, exponit. Gal. etiam διαφανῆ, ἰσχυρῶς διάπυρα, abunde ignita Hipp. vocari scribit lib. etiam περὶ αἱμορροΐδων (pag.891. H.) διαφανέα τὰ σιδήρια candentia ferramenta dicuntur quibus hæmorrhoidas inuri iubet. ποιέειν δὲ καὶ διαφανέα τὰ σιδήρια, καὶ καίειν ἕως ἂν ἀποξηρανθῇς. tum admotis candentibus ferramentis, dum reficcentur, vruntur. Quem mihi certe locum exprimere Erot. videtur cùm τὰ διαφανέα σιδήρια, τὰ διάπυρα καυτήρια, hoc est ignita cauteria exponit. Rursus eodem lib. (pagina 894. B.) διαφανὲς τὸ σιδήριον, candens ferramentum dicitur, per calamum perforatum immissum, quo vstio perficitur, καυτῆρα vocat Hipp. Quam dictionem exponens Galen. in Exeg. æneam esse fistulam dicit in fundo perforatam, per quam καυτηρίδιον διαφανὲς hoc est paruum candens ferramentum demissum vstionem facit. At libello περὶ ὄψιος (pagina 688. 22.) διαφανέα simpliciter dicuntur, quæ ferramenta candentia intelliguntur, cùm μὴ διαφανέσι, hoc est, non admodum candentibus ferramentis palpebrarum vstionem fieri præcipit. Sic etiam lib. περὶ ἀφόρων (pag.680.41.) διαφανὴς candens & ignitum significat, cùm λίθον μέλανα διαφανῆ, hoc est, lapidem nigrum candentem & ignitum, velut pyriten, in vinum inicit, ad suffitum mulieri in vterum immittendum. Et libro 2. de Morb. (pagina 476. 26.) ἵππου ὅπλας διαφανέας, hoc

hoc est, furni testas candefactas, in vinum & lac caprinum ac succum sic immittit, ad suffitum ore captandum. Hesych. etiam διαφανὴς λαμπρὸν, διὰ πυρὸς exponit.

Διαφέρειν durare, perdurare significat, aut perferre & sufferre. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 557.49.) ἡ δὲ νοῦσος διαφέρει μάλιστα ἐννέα ἔτεα. morbus autem nouem annos maximè durat. Ibidem de ægro dicitur, διαφέρει φθινόμενος, contabescens durat, perfert, aut degit. Rursus ib. (pag. 553.54.) πολλοὶ δὲ διαφέρουσι καὶ ἕως τῆς εἰκοστῆς τετάρτης τῶν ἡμερέων. multi verò etiam ad vigesimum quartum diem durant, degunt, hoc est morbum perferunt. Eademque notione διαφέρεσθαι dicitur Hipp. hoc est, durare, degere, æuum agere aut agitare, Lib. de artic. (pag. 634.6. H. 823. C.) ὑγιηρῶς ὑγιηροὶ τἄλλα διαφέρονται. in reliquis satis salubriter degunt, agunt aut æuum agitant, vt ex Herodoto διαφέρειν τὸν αἰῶνα, æuum traducere & agitare annotatur. Sic lib. περὶ παθῶν (pag. 522.2.) ὅταν τις ἐκ νόσου μακρῆς ἀκάθαρτος διαφέρηται πλείω χρόνον. vbi quis ex longo morbo non purgatus diu vitam traduxerit, aut diu agitatus & iactatus fuerit, diu permanserit. Lib. etiam 2. de Morb. (pag 473.51.) ὑποστρέφει γὰρ ἡ νοῦσος, ἢν ἀκάθαρτος διαφέρηται. Recidiuam enim facit morbus, si quis impurgatus permanserit. Sic διενεγκεῖν morbum sufferre ac tolerare significat, idem quod ὑπομένειν, perferre Lib. 5. Epid (pag. 1146. B.) ἐδόκει δ' ἂν διενεγκεῖν χρόνον πλείονα εἰ μὴ κατὰ τὸ φαρμάκου τὴν ἰσχύν. Atque diutius morbum sufferre poterat, ni medicamenti vis obstitisset. hoc est, nisi vi medicamenti periisset. Διενεγκεῖν etiam fœtum perferre, & ad maturitatem ferre significat, quod perferri dicit Plinius lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 600.54.) φυλακῆς γὰρ καὶ ἐπιστήμης πολλῆς δεῖ, ἐς τὸ διενεγκεῖν καὶ ἐκθρέψαι τὸ παιδίον. Custodia, nanque & scientia multa opus habent vt fœtum perferant & enutriant. διενεγκεῖν dicitur paulò ante (pag. 599. 11.) Rursus libro 2. (pag. 664.41.) ἢν δὲ διενέγκῃ τὸ ἔμβρυον, si fœtum perferat, ad partus tempus gestarit. Διαφέρειν etiam penetrare significat, & de hastæ cuspide dicitur lib. 5. Epid. (pag. 1148. F.) καὶ τὸ ἄκρον διήνεγκε κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, cuius cuspis infra vmbilicum penetrabat, eminebat. Est & διαφέρειν in diuersas partes ferre, distrahere, dissipare, aut quasi in varias partes mittere, διαπέμπειν. Lib. 4. de Morb. (pag 500.17.) ἢν δὲ τὸ σῶμα τῇ κύστει καὶ τῇ κοιλίῃ διαφέρῃ. Quod si corpus [pituitam] ad vesicam & aluum transmittat, deleget, aut ferat. Sic membra insepulta different lupi, dixit Horat. pro in varias ferent & dissipabunt. & Virg. Aquilonem differre nubila, hoc est dissipare & disiicere. Potest & hic διαφέρειν sumi pro φέρειν simpliciter, & ibid. καὶ ἔξω διαφέρῃ, atque ista foras ferant, perferant. Διαφέρειν pro συμφέρειν ponitur a h. 22. lib. 5. de calida. πολλὸν δὲ διαφέρει ὀστέων κατήγμασι plurimùm autem confert ossium fracturis. Quod etiam repetitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 427.40.

Διαφεύγειν euadere, effugere, liberari. ὁκόσοι κυνάγχῃ διαφεύγουσι, quicunque ab angina liberantur. aph 10 lib. 5. &. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσι, si verò hos (dies) euaserint, ibidem, & aph. 6. libro 5. quod ἐκφεύγειν & ὑπεκφεύγειν dicitur libro 2. de Morb. (pag. 470.26. & 30.) In Coac. (pag 175. G.) οἱ δὲ διαφυγόντες ἑπτὰ ἐμπυοι γίνονται, qui verò septem dies superarunt, suppurati euadunt.

Διαφθορὴ dicitur Hipp. fœtus corruptio aut corruptela, abortiuus fœtus & eiectus. libro 1. περὶ γυναικ. (pag. 591. 23.) καὶ δοκέει ὥσπερ σάρκα εἶναι τὰ ἀπιόντα, οἷα ἐκ διαφθορῆς, καὶ μέλανα. eaque quæ foras prodeunt carnem esse reputat & nigra, velut ex abortione. Vbi tamen ἀρχεία legi malim ex membranis Regiis manu scriptis, vt frustula carnea erumpere intelligantur. In Coac. (pag. 202. D.) ἐν μακρῇσιν ἐκ διαφθορῆς. in diuturnis morbis ex fœtus corruptione aut abortione. Rursus (ibid. E.) τὰ ἐκ τόκου καὶ διαφθορῆς πολλὰ ὀξέως ὁρμώμενα. Quæ ex partu & abortione celeriter multa cum impetu feruntur. διαφθορὰ, φθορὰ sæpe dicitur & ἀποφθορὰ initio lib. 6. Epid. quam διαφθορὰν & ἄμβλωσιν exponit Galen. Sic διαφθείρειν & διαφθείρεσθαι abortum facere dicitur Hipp. vt φθείρειν & φθείρεσθαι sæpe libris περὶ γυναικ. præcipueque lib. primo (pag 619.) Ib. quoque (pag. 599. 11.) ἀλλὰ σφέων τὰ παιδία διαφθείρονται. sed suos fœtus perdunt aut corrumpunt. Rursus ibid. (pag. 619.25.) καὶ τῇσι διαφθειρούσῃσι τὰ ἔμβρυα κατὰ λόγον ἡ κάθαρσις γίνεται τούτων τῶν ἡμερέων. & in his quæ fœtus corruperunt, pro horum dierum ratione purgatio procedit. ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, quæ fœtus corrupturæ sunt, aph. 53. libro 5. Item libro 7. Epid. (pag. 1221 D.) διέφθειρε πεμπταίη, quinto die abortum fecit. Et rursus (pag. 1229. A.) ἐν τῇσι τρίτῃσι δηλοῖ εἰ διαφθείρει. ferè intra triduum apparet num abortum facturæ sint.

Διαφλύξιες exponuntur Gal. in Exeg. apud Hipp. ὑπερβλύσιες effusiones, ebullitiones, & διαφλυχθεῖσα, διαχυθεῖσα, ὑγρανθεῖσα, perfusa humectata, & διαφλυχθὲν ὑγρανθὲν humectatum, humore madens & ebulliens. Sic etiam διαφλύοντα ὑγραίνοντα humectantia, humore madentia.

Διαφοινίσσεσθαι est rubefieri & puniceo colore infici: In Coac. (pag. 192 B.) ἐξ ἱδρώτων πολλῶν λεπτῶν ὥσπερ ἐκ μαστίγων διαφοινίσσονται, hi post multos ac tenues sudores, velut acceptis ex flagris vibicibus, rubefiunt, rubescunt. Rursus (p. 195. H) ὅσοι κοιλίας καὶ βουβῶνας διαφοινίσσονται οἷα πληγῆσιν ἐπώδυνα, iis velut ex acceptis plagis cum dolore, venter & inguina rubescunt. Huiusmodi autem rubores succorum acrimoniam & feruorem præ se ferunt, & malignarum pustularum genere censentur.

Διαφόρησις est humorum qui in aliqua corporis parte continentur, per insensiles cutis meatus euaporatio & digestio. διαφόρησις ἄδηλος ideo Medicis dicitur, quam disiectionem occultam vertit Aurel. cap. 32 lib. 2. acut. morb. Idem diaphoreticum dicit, latenter disiici per sudorem, quod est resolui ac dissolui (ibidem) Et cap. 33. disiectionem siue diaphoresin diuturnis partibus fieri totius corporis.

Διάφορον quod ad rem pertinet aut interest, vt lib. de articul. (p. 597.39. H. 792. E.) κατακεῖσθαι μέντοι τὸν ἄνθρωπον μέγα τι διάφορόν ἐστι, decumbere tamen hominem valde ad rem pertinet, multum interest, magni est momenti.

Διάφραγμα septum transuersum dicitur, liberæ respirationis instrumentum, musculus ille qui thoracem & spiritus organa à ventre toto discriminat aut discernit. Qua ratione thoracis & ventris discrimen sæpe vocatur Cœl. Aurel. vt capit. 4. lib. primo. Tard. pass. & cap. 11. & discretorium, cap. 12. Præcordia quòd cordi prætendantur, Plinius vocat, antiqui φρένας, vt Hipp. Lib. de flatibus (p. 299. 24.) φράγμα ὁ τῶν φρενῶν dicitur septum ac velut sepimentum quoddam. Cuius naturam sic describit lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 18. 36.) διάτασις μὲν γὰρ φρενῶν πλατεῖα καὶ ἀντιτεταμένη, φύσις δὲ νευρωδεστέρη καὶ ἰσχυροτέρη: διὸ ἧσσον ἐπίπονά ἐστι. In latum enim protenditur septum transuersum, & renitens est, eiusque natura neruosior & validior, minusque eam ob causam dolori opportuna. Dicitur & Hipp. τὸ κατὰ γαργαρεῶνα διάφραγμα, quod ad gurgulionem est interseptum, angustus ille faucium locus, gulæ & ori intermedius, & gurgulionem discriminans, lib. 2. Epid (pag. 1017. C.) Est etiam διάφραγμα in naribus, velut narium interseptum, os illud quod nasi foramina duo velut murus quidam distinguit ac discernit. Gal. Comment. 1. in lib. 6. Epid. (p 446. 32.) κίονα διάφραγμα τῆς ῥινὸς vocat. Rufus quoque ἐν τῷ περὶ ἀνθρωπ. μορίων, τὸ μεταξὺ τῶν τρημάτων χονδρῶδες, ῥινὸς διάφραγμα vocat. Pollux libro secundo, τὸ δὲ τρυπήματα διαιρῶν ὥσπερ τεῖχίον, κίων καὶ διάφραγμα, καὶ στυλίς. ἔνιοι δὲ, τὸ μὲν ἐκτὸς διατειχίζον, διάφραγμα ῥινὸς, τὸ δὲ ὑπ' αὐτῷ σφαῖρον ὑποχονδρῶδες, ὃς ἐπὶ τὸ χεῖλος φέρει, κίονα. Quæ est etiam Rufi opinio cùm scribit, τὸ δὲ περὶ τὸ διαφράγματος τῆς ῥινὸς ὑποκαθὲν ἐπὶ τὸ χεῖλος καθῆκον, κίων. Authori etiam Medici κίων dicitur τὸ πλεύμονα ὑπὸ σπονδύλου.

Διαφραδέως, σαφῶς, liquidò, apertè significat apud Hipp. lib. de loc. in homine (pag. 408. 39.) ὅ, τι δ' ἂν διὰ τῆς μήνιγγος ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἐσέλθῃ, ταύτῃ διαφραδέως ἀκούεται ταῦτα. Quicquid autem in cerebrum per membranam peruenerit, id apertè hac parte auditur. Sic διαφραδὴς σαφὴς exponit Erot. apud Hipp. & Hesych. φραδὴς, φραστικὸς, φανερὸς, disertè & apertè. Ac certè, nisi me coniectura fallit, hunc locum mihi Erot. exprimere videtur, ac pro διαφραδέως διαφραδὴς legisse. Quæ etiam lectio quadrare potest.

Διαφρέες, ἀφρίζων, hoc est spumans exponitur Galeno in Exeg.

Διαφυλάσσειν custodire, conseruare: sed pro obseruare poni videtur lib. κατ' ἰητρεῖον (pag 697. 44. H. 747. G.) ἡ ἀνάληψις, ἡ ἀπόθεσις, ἡ ἐπίδεσις, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ διαφυλάσσειν. obseruandum autem est, vt apprehensio, depositio, & deligatio eodem sint statu.

Διάφυσις interstitium, interuallum, discrimen, res intercurrens & discriminans, septum, septum medium. διάφυσιν vocat Hipp. lib. de fract. (pag 549 25. H. 760. F.) vt illic exponit Galen. eminentiam quandam neruosam & cartilaginosam in media ossis tibiæ cum femore commissura protuberantem, quæ grandem illum sinum subit, & colluctantia ac prominentia femoris inferiora capita ac tubercula, quæ in tibiæ sinus inseruntur, discriminat & distinguit. Hoc verò discrimen in recentibus cadauer ous tantùm apparet, cùm in mortuis marcescat, adeò vt falsum Hipp. quidam existiment. De quo agit etiam Gal. lib. de ossibus. At in Mochl. cum scribitur (p. 842. C.) πλευραὶ δὲ κατὰ τὰς διαφύσιας τῶν σπονδύλων νεύροισι προσπεφύκασι, Costæ verò ad vertebrarum interstitia neruo connectuntur. διαφύσιας interstitia & interualla intelliguntur, rimæ, cauitates superficiariæ, ac sinus vertebrarum corporibus

incisi ad apophyseon transuersarum radices, in quos costarum capitula rotunda suis tuberculis inseruntur. Eoque nomine duplices illi sinus, in quibus duplicem dearticulationem costæ faciunt, dicuntur. Quorum vnus est ad radices transuersorum processuum verticulorum, alter verò ad eorum finem internum. Ipsi quoque transuersi processus aut apophyses διαφύσιες dici possunt, velut inter vertebras enatæ aut pullulantes, cum quibus duplici diarthrosi costæ iunguntur. At rursus ibid. (p.842.D.) τὸ στῆθος διαφύσιας ἔχον πλαγίας, pectus obliqua interstitia habens qua parte costæ annectuntur, dicitur. Eoque nomine discrimina quædam aut interualla intelliguntur, hoc est cartilagines ipsæ ad latera ossium sterni, quibus per synarthrosin cum costis iunguntur, aut sinus ipsi cartilagine incrustati, ad ossium pectoris latera & commissuram insculpti, in quos costæ parte cartilaginosa inseruntur. Rursus (p.ibid.F.) ἐκ τῆς διαφύσιος τῆς τοῦ πήχεος ὀστέων, ex medio cubiti ossium interstitio neruus torpidus enasci dicitur. Sic lib. περὶ τέχνης (p.6. 30.) διαφύσιες interualla significant & segmenta, aut spatiorum intercapedines, quibus plurimæ & magnæ corporis cauitates resectæ sunt & veluti discriminantur: Poros etiam & meatus verterunt, quòd vasorum ferè vsum præstent, eaque contineant quæ partim possidentem lædant, partim etiam eidem prosint. τούτων οὐδέν ἐστι, ὅ τι οὐ καὶ αὐτὸ κενὸν ἐστὶ πολλῶν διαφύσιων μεστόν. Horum nullum est quod non etiam ipsum vacuum sit, segmentis multis plenum ac veluti discriminatum. Est etiam διάφυσις Hipp. pediculus & interstitium ex quo fructus arboris inhæret aut dependet, & maturus secernitur ac decidit. Lib. περὶ ὀκταμήνου (p.259.29.) ὥσπερ δὲ τοῖς ἐκ τῆς γῆς φυομένοις οἱ καρποὶ ἁδρυνόμενοι ἀποκρίνονται ἐκ τῆς ἀποτελέσει κατὰ τὴν διάφυσιν. Quemadmodum autem in his quæ è terra nascuntur fructus pleni & maturi secernuntur ac decidunt qua parte inhærescebant.

Διαχαλᾶν laxari, elaxari, resolui, dissolui ac aperiri significat. Estque solutio continui in suturis, cùm vnguis vnguem relinquit, aut cuneus angulum, aut dens dentem, quod in fracturis capitis sæpe accidit. Lib. de vuln. cap. (pag.903.G.) ἐπειδὴ γὰρ ταύτῃ ῥήγνυσθαι τὸ ὀστέον, καὶ διαχαλᾶν διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσιος τοῦ ὀστέου ταύτῃ καὶ ἀραιότητα, καὶ διὰ τι τῆς ῥαφῆς ἑτοίμως ἔχοντος ῥήγνυσθαι καὶ διαχαλᾶν. Promptè enim os hac parte, ob eam quam à natura habet imbecillitatem & raritatem, rumpitur & elaxatur, aut quia sutura promptè rumpi ac elaxari solet. Sic διαχάλασις suturæ dissolutio aut elaxatio dicitur (ib.H.) ἢ δὲ ῥῆξις ἡ κατὰ τὴν ῥαφὴν γινομένη καὶ διαχάλασις ἐστὶν τῆς ῥαφῆς, καὶ φράσασθαι οὐ ῥηιδίως ἐστὶν, ὅτι ὑπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος γενομένης ἐν τῇ ῥαφῇ, ἐπειδὰν ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ. At fractura ad suturam existens suturæ etiam laxatio est, quam, vbi rupta fuerit & elaxata, asserere non est facile, neque si id à teli vestigio in sutura existente contingat.

Διαχειρίζεσθαι idem quod διαχειρίζειν, tractare, manibus versare, regere, administrare. Lib.2. περὶ γυναικ. (p.638.42.) δεῖ δὲ τὸν ὀρθῶς ταῦτα διαχειριζόμενον. oportet autem eum qui rectè hæc tractare volet. διαχειρισμοὶ φαρμάκων, medicamentorum præparationes dicuntur, administrationes ac dispensationes, quæ manuum tractationes exigunt lib.2. Epid. (p.1022.G.)

Διαχεῖσθαι, diffundi, dissipari, discuti, resolui. De tuberculo dicitur lib.4. Epid. (p.1137 B.) οὐκ ἤθελε διαχεῖσθαι, dissipari aut discuti non solet. Dioscor. de Onobrych. cap.170.lib.3. διαχεῖν φύματα, tubercula discutere dicit.

Διὰ χρόνου, vox est ambigua apud Hipp. Interdum enim interpositum temporis interuallum ac spatium significat, vt in Progn. μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, magnam respirationem & quæ ex longis interuallis fiat denotat, quæque in ipsa respirationis actione magnam cessationem ac notabilem quietem interponat, & quæ ex longo temporis spatio opus ipsum obeat, quod διὰ μακροῦ lib.3 περὶ δυσπν. exponit Gal. Atque idem significat διὰ χρόνου, quod διὰ πολλοῦ χρόνου, ex multis interuallis, aut longo interposito interuallo ac tempore, vt scribit Gal. lib.2. περὶ δυσπν. (p.180.46.) Quam in notionem etiam vtitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.68.51.H.391.35.) ἢν διὰ χρόνου ἐξαπίνης ἐς τὸ πονέειν ἔλθῃ, si longo post interuallo subitò ad laborem se conuertant. Significat enim διὰ χρόνου idem quod πλείονα χρόνον διαλιπόντας, paulò ante dicit Hipp. hoc est, post longi temporis quietem. Διὰ χρόνου etiam interdum longi & multi temporis successionem denotat, idemque quod ἐπὶ χρόνον πολλὸν, quod per multum tempus diuque obtinet, vt cùm scribitur lib.3 Epid. ægr.15. & 16 post st. pest. πνεῦμα ἀραιὸν μέγα, διὰ χρόνου. magnam & raram spirationem multo & longo tempore diuq; obtinuisse indicat. Quam quidem explicationé longè diffusius ex Galeni authoritate probauimus nostris in eũ lib. Annot. simulq; huius etiam phrasis varietaté adscripsimus.

Διαχώρησις & διαχώρημα Hipp. quicquid è corpore prodit aut quacunq; ex parte excernitur, significat; magis tamen propriè, idq; frequentissimè, alui excretioni attribuitur quæ per aluum subit, vt scribit Gal. Comment. ad aph.18.lib.2.his verbis. τινὲς μέν τοι τὴν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἔφασαν κένωσιν εἰρῆσθαι διαχώρησιν, ἵνα ταὐτὸ ᾖ τῷ νῦν διδασκομένῳ, τῷ λελεγμένῳ κατὰ τὸ περὶ τροφῆς βιβλίον, ἔνθα φησὶν, ἡ δυσαλλοίωτος, δυσεξανάλωτος, ἡ εὐπρόσθετος, ἐξανάλωτος, ὅπερ ἀληθέστατον μέν ἐστιν. οὐ μὴν οἰκείως ἀκούεσθαί τι δοκεῖ τῇ τῆς διαχωρήσεως προσηγορίᾳ. λέγεται γὰρ αὐτὸ μᾶλλον, ἐπὶ τῆς κατὰ γαστέρα μόνον. δυνατὸν γε μὴν καὶ ἐπὶ τὴν καθ' ὅλον ἀκούειν αὐτὴν τὸ σῶμα. διαφέρει γὰρ, ἢ ὑποχώρησιν, ἢ διαχώρησιν εἰπεῖν. ἡ μὲν οὖν ὑποχώρησις ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν γαστέρα μόνον λέγεται. κοινὸν δ' ἀμφοῖν τὸ τῆς διαχωρήσεως ὑπάρχειν ἐγχωρεῖ ὄνομα. Nonnulli tamen eam quæ ex toto corpore fit euacuationem, διαχώρησιν, hoc est excretionem Hippocrati appellari dixere, vt idem nunc doceatur quod libro de alimento, cùm scribitur, Cibus alteratu difficilis, ægrè absumitur, qui facilè apponitur, facilè absumitur. Quod certè est verissimum, non videtur tamen propriè διαχωρήσεως appellatione intelligi posse. Ea siquidem ferè quæ per ventrem fit intelligitur: potest tamen & quæ ex toto fit corpore accipi. Differt enim aut ὑποχώρησιν, aut διαχώρησιν dicere. ὑποχώρησις siquidem de iis solis quæ per aluum subeunt dicitur. διαχωρήσεως verò nomen vtrisque commune esse contingit. Rursus Com. ad aph.69. lib. septimi, τὰ διὰ τῆς γαστρὸς ὑπιόντα λέγειν εἴωθεν αὐτὸς ὑποχωρήματά τε καὶ διαχωρήματα. Quæ per aluum subeunt consueuit Hipp. ὑποχωρήματα & διαχωρήματα hoc est subductiones & deiectiones appellare. Quanquam & de vrinarum excretione eadem dicuntur, vt etiam ibidem testatur Galen. vt & aph.68. lib.7. τὰ διὰ τῆς κύστιος διαχωρέοντα ὁρᾶν δεῖ, εἰ οἷα ἐστὶν ὑγιαινόντων ὑποχωρέεται. Quæ per vesicam excernuntur inspicere oportet, num talia sint qualia sanis excernuntur. Et aph.81. lib 7. ὁκοῖα καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κύστιν, καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὴν κοιλίην ὑποχωρέει. Qualia sint quæ per vesicam & aluum excernuntur. Sic διαχώρησις οὔρων de vrinarum eductione & excretione dicitur, in Coac. (p.180.B.) etsi illic vetustam & meliorem diuersamque lectionem adscripsimus. Rursus ibid. (p.167.H.) τὰ θρομβώδεα αἵματα διαχωρέειν, de sanguinis grumosi per aluum aut vrinas excretione effertur.

Διαχώρημα καθαρὸν, deiectio pura aut syncera, neque colore præter naturam tincta, sed inculpata, qualis est in sanis, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.102.2.H.400.16.) ἰδεῖν δὲ διαχώρησιν, μή τι μέλαν ἰσχυρῶς διεχώρησεν χρῶμα, ἢ καθαρὸν, ὁκοῖα ὑγιαίνοντος ἂν εἴη διαχωρήματα. Inspicienda quoque deiectio, num vehementer nigra colore fuerit, vel pura, qualia sanis per aluum secedunt. Potest & hic καθαρὸν sumi deiectio syncera & meraca, qualia ἄκρητα διαχωρήματα crebrò dicuntur Hipp. & in Sileno lib.1. Epid. διαχωρήματα ἄκρητα, χολώδεα, κατακορέα. Διαχώρησις μελάνων καὶ αἵματος, nigrorum per aluum refusio & sanguinis egestio, in Prorrh. (pa.212.26. H. 78.G.) Et αἱματώδης διαχώρησις, cruenta alui egestio, in Coac. (pag. 217.B.) & διαχώρημα ἐξέρυθρον ἐν πυρετῷ παρακοπὴν σημαίνει, prærubra deiectio in febre delirium denunciat (ibidem 218.H.) Διαχωρητικώτερος ὁ γλυκὺς οἶνος τοῦ ἑτέρου κατ' ἔντερον dicitur vinum dulce Hipp. quod magis quàm alterum, vt pote vinosum, per aluum & intestina subeat, aut deiectoria quadam vi magis polleat, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 71. v.40. H.392.23.)

Διαχωρέειν peruadere, pertransire dicitur, vt libro quarto de Morb. (pag.504. 21.) τὰ βρώματα τὸ σῶμα διαχωρέει, cibi corpus peruadunt, hoc est, corpus cibos egerit, transmittit, emittit. διαχωρέειν etiam pro ἀναχωρέειν positum videtur lib. de fist. (p.889.F.) & de recto intestino prolapso dici vbi retrocedit & intus redit, aut retruditur. Etsi etiam ad alui deiectionem referri posse adscripsimus.

Διὰ χωρίου, ἀπὸ διαστήματος, hoc est, ex interuallo, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp.

Διδακτὴ κατασκευὴ, exquisitus ornatus, excogitatus apparatus, hoc est ad ambitionem compositus, Lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag. 22.41.)

Δίδυμα exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. ῥίζα τῆς βοτάνης ἥτις καὶ ὄρχις ὀνομάζεται, radix eius herbæ quæ orchis appellatur quod gemina sit radice, bulbosa, duplici, & testiculis simili, vnde etiam δίδυμος dicitur Hesych. qui διδυμὶς ῥίζαι βοτάνης εἶδος exponit, additque eo nomine Orchin appellari.

Διέβασκον, διεβίβαζον hoc est traiiciebant, transmittebant exponit Erot. apud Hipp. vt βάσκω pro βαίνω poeticè vsurpatur.

Διεβλήθησαν Gal. in Exeg. apud Hipp. ἐξηπατήθησαν hoc est decepti sunt, exponit. Erot. autem, παρελογίσθησαν, hoc est, falsis rationibus circumuenti sunt ac illusi. Eiusque vocis testimonium ex Eurip. Hippol. adducit. Sic & διεβάλλοντο, ἐξηπατῶντο, & διεβλήθη

διελάσαι, διεκπαίσαι, exponit Hesych. & διέλαιν, διήλασεν, Varin.

Διεκβάλλειν, vide Ἐκβάλλειν.

Διελινύειν est quiescere, à labore cessare, otiari. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.68.49. H.391.31.) ἢν δὲ καὶ πλείονα χρόνον διελινύσας, ἐξαπίνης ἐς τοὺς πόνους ἔλθῃ, quod si quis diutius otiatus, de repente ad labores se conuerterit.

Διενεγκεῖν idem quod διαφέρειν, vide Διαφέρειν.

Διέξοδος est ciborum per aluum descensus, transitus ac deductio. Lib. de fract. (p.538.18. H.756.F.) Hipp. iusculis & obsoniis liquidis vtendum censet, ὁκόσα τῇ διεξόδῳ μετρίως τὰ παρέχοντα, quæ ventrem modicè deducant & quodammodo moueant. In Progn. quoque (p.137.33. H.39.55.) διέξοδος excrementorum transitum significat. Τοιαῦτα γὰρ ἰόντα τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνει ἄν. Talia nanque si deiiciantur, inferiorem ventrem bene valere testantur.

Διερριμμένα vide paulò ante διερρίπτειν.

Διέρσαι, traiicere, transmittere significat lib. de art. (p.656.57. H.834.F.) ὕπαντα διέρσαι τὰ σκέλος ... τῶν θυρῶν. deinde integro crure inter postes transmisso. Rursus ibid. (p.655.25. H.833.H.) ἢν δὲ μετεωρίζηται ἐκκρεμάμενος, διέρσας τὴν χεῖρα, ἐπισυνάψας τῇ ἑτέρῃ χειρί. Quòd si qui trahitur sublimis pendeat, traiecta manu & ad alteram coniuncta.

Δίεσις, transmissio & diuisio. Item perfusio ac madefactio. Est & δίεσις vox Musicorum propria, & principium musices ac elementum significat, vt est punctum Arithmeticis, cùm sonus primùm sensu percipi potest. Quam in notionem vtitur Gal. lib.2. de Diff. pulsuum (p.28.49.) καὶ γὰρ καὶ περὶ τῆς φωνῆς ὑπεροχὴ ὁ τῶν μουσικῶν οὐκ ἄχρι τόνου καὶ ἡμιτονίου μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρι διέσεως ἐξικνεῖται. Etenim & vocis excessus Musicus non ad tonum & semitonium duntaxat, sed ad elementum ipsum vsque & minimum sonum satis assequitur. Apud Hesych. δίεσις, παρὰ τοῖς μουσικοῖς ἐλάχιστον μέρος τι τόνου. Sudas autem δίεσιν esse dicit, τὴν παρὰ μουσικῆς ᾠδῆς εἴσοδον.

Διεσπασμένως sparsim, dispersim, contractim significat, eaq; voce vti solet Hipp. cùm intermissum nec continentem, sed dispersum ac dissolutum ventorum perspiratū proponit. lib.1. Epid. (p.350.51. H.938.D.) ἐτησίαι ὀλίγοι, σμικροὶ, διεσπασμένως ἔπνευσαν. Etesiæ parum, tenuiter, disiunctim segregatimq; spirauere. Lib. item 2. (p.1019.H.) καὶ ἐτησίαι οὐ κάρτα ἐπνευσαν. καὶ οἱ πνεύσαντες, διεσπασμένως. Etesiæ non multùm spirarunt, idq; dispersim & contractim. Et lib.3. in st. pest. θέρος αἴθριον, θερμὸν, πνίγεα μεγάλα, ἐτησίαι σμικροὶ διεσπασμένως ἔπνευσαν. Aestas serena, calida, æstus præfocantes magni, Etesiæ pauci disiunctim spirauere. Huic verò voci διεσπασμένως ξυνεχέως καὶ οὐκ ἐκ διαλειμμάτων opponit Hipp. lib.1. Epid. (p.357.44. H.942.H.) ἐτησίαι ξυνεχέως ἐπέπνευσαν. Etesiæ continenter spirauere. Rursus [p 368. 32. H.950.H.] καύματα μεγάλα, καὶ οὐκ ἐκ διαλειμμάτων, ἀλλὰ ξυνεχέα καὶ βίαια. Æstus magni, qui non per interualla aut sensim fierent, sed tum perpetui, tum vehementes.

Διεστηκὸς ὀστέον, os disiunctum, disparatum, de caluariæ osse dicitur in cerebri inflammatione, cùm à membranis quibus colligatur, præcipuè qua parte suturæ sunt, separatum est, istaq; continui solutione maxima mortis periculū imminet. In Coac. (p. 148.C.) οἷσι δὲ αἰατρευθεῖσι τῶν ἐπιτιῶν διεστηκὸς ἐφάνη τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται. Ex quorum numero hi pereunt, quibus per sectionem os disiunctum visum fuerit. Διεστηκότα οὖρα, vrinæ diuulsæ & inæquales, & quæ substantiæ inæqualitatem præ se ferunt, partibus aliis coctæ, aliis incoctæ, inæquales exponit Galen. Aph. 33. lib.7. τὰ διεστηκότα χρόνια, quæ diutius moram trahunt & perseuerant, aut diutius perseuerans perturbatio. Coac. (p.159. E.) ἐν ἐπιτείοισι διεστηκότα χρόνια ὀλέθριον. quibus diutius perseuerat alui solutio cum vocis tremore, pernicies intenditur. Sic διεστηκὼς μικρὸν χρόνον, aliquantulum tēporis immoratus dicitur.

Διέχειν perrumpere, penetrare, transfigere. Lib.5. Epid. (p.1148. H.) notè dicitur, ἓξ μῆνας αὐτὸν διέσχεν, quod est ad verbum, sex menses ipsum penetrauit, sex menses transfegit. Videtur autem significare, vehementibus capitis purgationibus & bis epoto medicamento purgante, ægrum sex menses transegisse & totos consumptos fuisse, eoque præsidio bene hoc toto tempore habuisse. Potest & ad medicamenti vehementis vim referri, quæ sex mensibus ægrum exercuerit. Διέχει nanque διέλκει exponit Hesych. Est & διέχειν Varino διαλείπειν, διίστασθαι, tuncque ad morbum referetur, qui sex mensibus intermiserit, ac veluti ægrum dimiserit.

Διηθεῖν exponit Galen. διασεῖσαι, concutere, excutere, ex lib.2. περὶ γυναικ. additque idem sumi pro διηθῆσαι καὶ τὸ διελεῖν, quod est percolare & diuidere. Verùm toto lib.2. περὶ γυναικ. διηθῆσαι non legitur, sed διατῆσαι à διαττάω quod significat cribrare, incernere, vt (p.666.19.) καὶ ἐν θυίῃ λιθίνῃ τρίψον μάρμαρον, ἢ λίθον λευκὴν, καὶ διάττησον. & in pila lapidea marmor aut lapidem album terito ac incernito. Vt mihi videatur Galen. διηθῆσαι à διαττῆσαι aut etiam διασῆσαι, & vtrunque legisse. Sed tunc apud Gal. legendum erit, διηθῆσαι ἢ διασῆσαι, &c.

Δίιδρος, νοτερὰ καὶ διιδροῦσα exponitur Galen. hoc est, humida & exudans. Ac nisi me fallit coniectura, suspicor Gal. locum lib. περὶ τῆς ἐντὸς παθῶν (p.546.43.) hac indicatura subindicare. vbi tamen legitur, ἡ δὲ γαστὴρ διιδρώς, venter verò perhumescens, & διίδρως legisse. Etsi etiam antea διαυγέος illic Gal. legisse subindicauimus.

Διιπετὲς γόνος, genitura fluens, aut cursu defluens, continua serie & cursu effluens, quæ non retinetur in locis, sed statim effluit. Lib.2. περὶ γυναικ. (p.599.51.) ἢν δὲ γόνος ἀπορρέῃ διιπετής, si genitura rapido cursu aut continuè defluat. Est autem διιπετὴς epithetum torrentium Homero frequens, quòd rapide fluant, & ab Ioue hoc est imbre repleantur, indeque omnibus fluminibus attribuitur, quoniam imbribus omnia complentur. Sic de Scamandro Il. φ. (v.268.) μέγα κῦμα διιπετέος ποταμοῖο dicitur, magnus fluctus rapidè fluentis fluuij. Erot. autem διιπετὴς γόνος, διαυγὴς καὶ καθαρὸς exponitur, genitura pellucida, clara & pura, hoc est nullam alterationem subiens, sed mox vt emissa est reddita. Hesych. quoque διιπετέος de Nilo dictum, διαυγέος, διαφανέος, ἢ διὰ πάντων ποταμῶν exponit, hoc est limpidi aut expansi. Sed animaduertendum est, Erot. διιπετὴς dici & διιπετής, cùm apud Hipp. διιπετὴς omnia exemplaria habeant. Dicitur etiam διιπετὴς ποταμὸς, διαφανὴς, μέγας, ἢ ταχυτερὸς, limpidus, magnus, & rapidè fluens. καὶ διιπετὲς πεδίον, νοτερὸν καὶ δροσῶδες, humidus ac roscidus campus, aut διηνεκὲς, continuus & longus, quomodo & διιπετὴς γόνος ἀπορρέων, continuè ac iugiter defluens dici potest. Quam quam non malè quibusdam διιπετὴς γόνος dici videtur à supernis partibus, nempe à cerebro suprema mentis arce tanquam à cœlo aut Ioue decidua genitura. Dicitur etiam διιπετὲς διαυγὲς, διιπετὴς ἀὴρ Euripidi, & διιπετὴς γυνὴ Varino.

Διισχυρεῖν vide in ἰσχυρεῖν & ἰσχύρησις.

Δίκαιον variam ac multiplicem habet acceptionem apud Hipp. vt indicat Erotianus. Interdum nanque εὔλογον, quod est rationi consentiens ac consentaneum significat. Interdum etiam ὅμοιον æquale & simile. vt lib. de art. (589.34. H.787.B) δίκαιον σῶμα corpus iustum aut membrum dicitur, quod vtraque parte, tum dextra, tum sinistra prorsus æquale est. Sic enim Gal. illic δίκαιον ἀκριβῶς ἴσον ὑπάρχον ἐκ δεξιῶν γε καὶ ἀριστερῶν exponit. Rursus lib. de fract. (p.567.35. H.772.A.) κατάτασιν δικαίην καὶ ὁμαλὴν extensionem iustam & æquabilem vocat. Vbi δικαίην ἴσην explicat Galen. additque δίκαιον in comparatione de duobus dici, ἴσον verò & ὁμαλὸν, quod est æquale & æquabile, de vna re quæ æquabilitatem seruat. Iterùm ibid. (p.573. 8. H.776.A.) δικαίην φύσιν μᾶλλον ἔχει τὸ ἄρθρον dicitur de genu articulo, qui vnus iustam habet naturam, hoc est æquabilitatem, vt explicat Gal. δικαιότατα μοχλεύει iustissimam molitionem facit lib. de artic. (p.584.55. H.783.E.) de reponendi humeri per machinam ratione, hoc est optimè conuenientem & vtilem aut æquabilem. Illic enim δίκαιον εἶναι τὸ ἴσον καὶ συμφέροντος sumi contendit Erot. etsi longè aliter locum illum legit, vt nostris in eum lib. Annot. adscripsimus. Ibid. quoque δικαιότατα αἱ αἰωρήσιες, iustissimæ in vtranque partem librationes, hoc est, maximè æquabiles. At rursus (p.585.9. H.ib.F.) δικαίην μόχλευσιν iusta molitio, hoc est valens & robusta dicitur. τί γὰρ ἂν δικαίην μόχλευσιν οὐχὶ κινήσειε. Nam quid non moueat iusta molitio? Illic enim δικαίην ἰσχυρὰν accipi vult Erot. Quanquam vitium subesse apud Erot. existimo cùm scribitur ἐπὶ τὸ ἰσχύειν φησίν. Nam ἐπὶ τὸ ὦμον legendum esse res ipsa clamat. Illic enim de reponendi humeri ratione agitur. Δικαιοτάτη φύσις dicitur quod maximè secundum naturam rectum est, quod est naturæ maximè conueniens & accommodatum, Lib. de fract. (p.526.53. H.750.B.) οἰκειοτάτην exponit Galen. Quod enim cuique est accommodatissimum, id maximè secundum naturam est & optimè se habet. Erot. illic τὸ δίκαιον συμφέρον conueniens & vtile exponit, & δικαιοτάτην φύσιν ὥσπερ τὸν δίκαιον νόμον, tanquam legem aut præceptum quoddam maximè conueniens & naturæ accommodatum: Aut certe (quod magis reor) his verbis [ὥσπερ νόμος δίκαιος.] alter locus eiusdem lib. (p.538.27. H.756.G.) indicatur, vbi legitur: ὥσπερ ὁ λόγος ὥσπερ νόμος κεῖται δίκαιος περὶ κατηγμάτων ἰήσιος. Atque hic sermo velut quædam lex æqua de fracturarum curatione institutus est. vt mihi videatur apud Erot. legi debere, καὶ ὥσπερ νόμος δίκαιος, vt δίκαιον νόμον velut δικαιοτάτην φύσιν accipi velit, hoc est legem iustam & æquam, & ad fracturarum curationem maximè accommodatam ac conuenientem. Rursus ibid. (p.527.9. H.750.D.) δικαίην φύσις

Hipp. dicitur natura iusta, optima, æquissima, hoc est, quæ ab ipsis primordiis & per totum vitæ cursum, quod vnicuique membro maximè conuenit & est accommodatum, inuenerit. δικαίη χείρεξις iusta curatio aut tractatio, lib. de fract. (p. 538.32. H.756.G.) quæ laboranti quod conuenit tribuit, nihilque transgreditur, exponitur Galeno. τὰ δίκαια σχήματα, iustæ figuræ, hoc est quantum fieri potest æquales, quod est pro cuiusque rei dignitate & conuenientia, lib. de art. (pag. 591.43. H.788.E.) Sic enim illic exponit Galen. Etsi idem Com.2. in lib. de fract. (p.541.5. H.814.B.) δίκαιον σχῆμα exponit, iustum partium habitum, qui proprium cuiusque particulæ situm seruat. δικαιότεραι ἀνάγκαι coactiones aut necessitates æquiores, hoc est aptiores aut magis accommodatæ & conducibiles, lib. de art (p.621.55.) Etsi eædem fortiores accipi possunt. δίκαιος ἰητρὸς περὶ πᾶσαν ὁμιλίην, æquus medicus ad omnem conuersationem, qui se æquum omnibus præbet, & operam suam omnibus ex æquo accommodat. Lib. περὶ ἰητροῦ (p. 19.22.) Vnde subdit, χρὴ γὰρ πολλὰ ἐπικουρίην δικαιοσύνην, quòd sua æquitate multis auxilium ferre possit, & iustitia in omni vita multum habeat virium. δικαίως διαιτώμενος, qui proba victus ratione vtitur, recta & iusta, hoc est absolutè proba, In Prorrh.2. (p.85.F.)

Δίκλειδα θύραν, biforem ianuã, bifidam & bipartitam exponit Gal. Com.1. in li. de art. (p.585.35. H.783.G) apud Hipp. huiusmodi fores intelligens quæ transuersum tignum medium habent, supra quod ianua vna aperiatur, & infra altera. Dicitur autem δικλεὶς θύρα quasi duplex, quod binas in se valuas aut ianuas contineat. Quem etiam locum procul omni dubio in Exeg. exprimens, scribit, δίκλειδος διμερῆ, ὡς δύνασθαι τὸ κάτω μέρος κλεισμένης τὸ ὑπερκείμενον ἀνοῖξαι. Verùm illic vitium subesse apparet, & διμερῆς leg. vt δικλεῖδος θύρης exponatur, hoc est biforis ianuæ, bipartitæ, ita vt possit quis inferiore parte clausa superiorem aperire. Apud Erot. quoq; hic locus non minus vitiosè subnotatur, cùm δικλεῖδες pro δίκλειδος scribitur. Eique (δικλεῖδες ἰδίως λέγονται θύραι αἱ δίχα τετμημέναι, ὡς δύνασθαι μέρους τινὸς κεκλεισμένου, τὸ λοιπὸν ἀνοίγεσθαι, bifores ianuæ propriè dicuntur in duas partes sectæ, vt vna parte clausa reliqua aperiri possit. Cæterum δικλίδες πύλαι dicuntur Homero Il. μ. (v. 455.) portæ bifores, valuæ bifores, quæ duabus seris clauduntur, vel quæ duplicem ianuam habent, vnde ὑψηλαὶ hoc est altæ dicuntur. Eustath. exponuntur αἱ δὶς κλειόμεναι ὑπὸ δύο ὀχέων. Eædem & Schol. αἱ δίθυροι dicuntur. Eustath. etiam δίθυρος, δικλίδας esse vult διχόθεν κλειομένας & διθύρους. Sic autem dicuntur quòd duabus seris claudantur, & vna claue aperiantur (vt vult Eustath. quasi δύο ἀγόμεναι ὑπὸ μίαν κλεῖδα.) aut quòd binis clauibus claudantur, habentibus foribus singulis propriam clauem. Varinus etiam δικλίδας dici vult διχόθεν κλειομένας & διθύρους, additque velut δίζυγες ἵπποι biiuges equi dicuntur qui idem iugum subeunt, ita & δικλίδες πύλαι quæ vna & eadem claue clauduntur, cùm duplicem habeant seram, velut bifores. Hesych. verò δικλίδες αἱ θύραι exponuntur, & δικλίδος δίθυρες, si modo vera est lectio, ac non potius δικλίδες δίθυροι, & δικλίδος διθύρου legendum sit, vt posterioribus his verbis hic Hipp. locus ab Hesych. exprimi videatur, quemadmodum nostris in eum Hipp. locum Annotat. submonuimus.

Δίκρανα Erot. apud Hipp. exponit τὰ διῃρημένα εἰς δύο, καὶ ὅσα δίχηλα, ἢ δικόρυφα, bifida & quæ in duo diuiduntur, & quæ duas veluti chelas habent, aut duos vertices. Idemq; annotat adscribi eam dictionem lib. de Loc. in homine. Verùm apud Hipp. δίκραια non δίκρανα legimus, Libr.6. Epid. sect.1. aph.12. τὰ μὴ δίκραια φύματα, tubercula minimè bifurca, bifida, bisulca ac bicipitia. Quem locum mihi certe respexisse videtur Erot. & δίκρανα pro δίκραια legisse, vt & exemplaria quædam manu scripta δικραιέα habere adscripsimus nostris in eum locum Annotat. etsi meliora Erot. exemplaria δίκραια habent. At verò lib. de Loc. in homine δίκραιος dicitur διφυὴς, bifidus, bicornis, biceps, bifurcus, (p.411.5.) ὁ δὲ μηρὸς ἄνωθεν μὲν ἡ ἐς τὴν κοτύλην ἐμβάλλει, δίκραιός ἐστι τοιῷδε δικραιότητι. femur autem supernè vbi in acetabulo committitur, bifidum est huiusmodi bifiditate. Rursus ibid. (v.6.) ἐπὶ μὲν τῷ ἐντὸς κεκλιμένῳ τῷ δικραίῳ ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ἐπιπέφυκεν στρογγύλον καὶ λεῖον. In ea quidem bicipitij parte quæ intro inclinata est, in summitate rotundum & leue. Et rursus. τὸ δ' ἕτερον τὸ ἔλασσον τῶν δικραίων, τὸ ἐκτὸς μᾶλλον ἔξω ἐξέχει. Altera verò pars minor quæ in bifurculo protuberat, magis foras prominet. Et iterũ ibid. (v.11.) περὶ δὲ τὸ γόνυ τὸ ὀστέον τοῦ μηροῦ ἐστὶ μὲν δὴ ἐπὶ δίκραιον. τῷ δὲ δικραίῳ τουτῳ τὸ ὀστέον ἡ κνήμη καλεομένη ὥσπερ γιγγλυμῷ ἐνήρμοσται. Ad genu autem os femoris bifidũ est. Bicipitio autem huic os tibia appellata, velut in cardine adaptatur. Sic lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p.279.42.) vbi legitur, καὶ διαρκέην ἐμφύεται ἔνδεσμον, δικραίην lego, vt sit, vbi bifidam produxit referram sanguine. Caluus verò δίχα κρεῖα vitiosè legisse videtur. Erot. quoq; δίκραιοι apud Hipp. ... exponit. ... verò Gal. apud Hipp. in Exeg. τὸ ὀξὺ δίκρανον, ὥσπερ καὶ δικέφαλον ὀνομάζουσι. velut biceps, quod etiam bifidum nominant exponit. Quod verò additur, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ δίκραιον δηλοῖ, mihi vitiosum censetur, & pro δίκραον δίκραιον leg. apparet, vt δίκραιον etiam δίκρανον aut δίκροον dici censeat, eamque dictionem, quæ Hipp. frequens est, exponat. τὸ δικρόου γλώσσης, linguæ bifurculum, bifidum & bisulcum dicitur in Coac. (p.156.A.) & lib. περὶ κεφαλῆς (p.56.48.) & si vitiosa illic est lectio, eamque nostris in Coac. Annotat. restituimus. Quæ certe loca mihi videntur à Gal. in Exeg. subindicari, etsi δικροῦν vtrobique scribitur. Nam & δίκροον & δικροῦν διφυὲς dicitur. δίκρανον verò tanquam δικάρανον biceps dici videtur.

Δῖνος vertigo dicitur, affectus cùm caput circumagi videtur, Cùm verò etiam tenebræ oculis obuersantur, σκοτόδινος aut σκοτοδίνος vocatur. Galen. Comment.4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.99.2. H.599.11.) ὅταν ἡ κεφαλὴ περιφέρεσθαι φαντάζηται, δῖνος ὀνομάζεται τὸ πάθος, ὅταν δὲ σκοτώδης ἡ ὄψις ἅμα τοῦδε φαίνεται, σκοτόδινος καλεῖται, καὶ γίνεται διὰ κίνησιν ἄτακτον φυσώδους πνεύματος, ἢ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἔχοντος τὴν ἕδραν, ἢ κάτωθεν ἀναφερομένου. Cùm caput circumagi videtur, hic affectus δῖνος, hoc est vertigo, nominatur, cùm verò vna etiam tenebricosa visio visa fuerit, σκοτόδινος, hoc est tenebricosa vertigo appellatur. fit autem ob inordinatam spiritus motionem, qui vel in capite sedem habet, vel ex inferioribus partibus sursum fertur. Δῖνος Erot. σκότωσις, ὡς φέρεσθαι δοκεῖν τὰ ὁρώμενα, explicatur, obtenebratio, adeò vt quæ videntur circumagantur. Quibus verbis Erot. locum lib. de cap. vulner. mihi exprimere videtur (pag.908.A.) ἔπειτα τὸν ἄνθρωπον ὅτι δῖνος τε ἔλαβεν, ἢ σκότος, καὶ σκαρώθη, ἢ κατέπιπτεν. deinde quod æger vertigine correptus fuerit, aut caligo oculis offusa, aut alto sopore detentus conciderit. Est & δῖνος Erot. saltationis genus, sic fortassè dictum quod in gyrum agatur.

Διόγκωσις tumefactio, ampliatio dicitur. Est autem Methodicorum vocabulum quo corporis distentionem significant, vel à coaceruatis excrementis factam, vel à diffusis humoribus ac veluti inundantibus. Gal. de optima secta (p.28.35.) διόγκωσις est χύσις καὶ διάτασις τῶν σωμάτων, corporum fusio & distentio.

Δίοδος, transitus, via, pertransitus. δίοδος μελαινῶν, nigrorum deiectiones, per aluum pertransitus. In Prorrh. (p.211.31. H.78.E.) σχέσις τῆς κάτω διόδου, suppressio transitus qui ad inferiora tendit, hoc est stercoris lib.5. Epid. (p.1159.F.) & lib.7. (p.1228. E.) διόδευσις τοῦ πνεύματος, spiritus transitus, lib. de flatibus (p. 298.43.) πάντων γὰρ τῶν τοιούτων αἰτίη τοῦ πνεύματος ἡ διόδευσις. Omnium enim horum causa est spiritus transitus. Est & διέξοδος πνεύματος καὶ αἵματος, spiritus & sanguinis pertransitus, toto eo libello satis frequens. lib.2. Epid. (p.1027.D.) ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔντασις, ἣν μὴ διεξοδεύσῃ οὖρα, præcordiorum dextrorum contensio, nisi si vrinæ pertransierint, & viam sibi quodammodo fecerint.

Δι' ὀλίγου, non longo interuallo, ex breuibus interuallis, idem quod crebrò. Gal. lib.1. de Caus. puls. (p.86.24.) πυκνὸν δ' ἐστι τὸ μὲν δι' ὀλίγου τῷ πυκνῷ, Ex breuibus interuallis idem quod crebrum, & τὸ διὰ μακροῦ, τῷ ἀραιῷ. ex longo interuallo idem quod rarum.

Δι' ὅλου toto corpore & per totum corpus significat, eaque phrasi crebrò vtitur Hipp. in Epid. cùm sudorem toto corpore effluxisse indicat, per omnia membra diffusum dixit Celsus. Vt ægr.2.4. & 11. lib.1. Rursusq; ægr.3. & 5 lib.3. & ægr. 1.4. 8. 10.11 & 12. lib.3. post st. pest.

Διολισθαίνειν, elabi, dilabi, effugere, effluere è manibus, De rebus lubricis dicitur quæ ad contactum sub digitis elabuntur & effluunt, vt mucosa & tenacia, ideoque medicis puris speciem exhibent quòd digitis cedant, iisque imponuntur. Lib. de artic. (p.610.1. H 806.A.) ἃπερ γλισχρὰ ἐόντα ὑποδιγλιφόμενα, διολισθαίνει ταχέως ὑπὸ τῶν δακτύλων καὶ ἔνθα καὶ ἔνθα. vt quæ lenta sint vbi contrectantur, sub digitis celeriter in hanc vel illam partem elabuntur, hoc est digitis effluunt.

Διόπτης exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. νεὼς ἐπιμελητὴς, παρὰ τὸ διοπτεύειν ἢ διέπειν τὰ ἐν αὐτῇ. (Sic enim lego non ἐν αὐτῷ vt omnia habent exemplaria) nauis curator, quòd quæ in ea sunt, inspiciat & curet. Verum διόπτης non διόπτος aut διώπτης (vt habent etiam quædam exemplaria) legendum. Nam & Erot. apud Hipp. διόπτῃ τῷ τῆς νεὼς ἐπιμελητῇ παρὰ τὸ διοπτεύειν, explicat, hoc est nauis curatori, ab inspiciendo ac prouidendo. Innuitq; Atticam esse lectionem ab Aristoph. Æsch. & Eurip. vsurpatam. Verùm apud Erot. διόπτῃ legendum & διοπτεύειν forte vt & apud Gal. Nam & Hesych. διόπτης exponitur ἐπίσκοπος, ἄρχων, ναύαρχος, ἐπιστάτης, διόπτης. nauis præfectus & gubernator, & διοπτεύειν ἐπιμελεῖσθαι

διοικεῖσθαι ναῦς, nauem curare, vt & διοπλεύειν, καὶ ἐπιπομπεῖν, prouidere, inspicere, speculari. At verò nemini est dubium quin Gal. & Erot. hic Hipp. locus subnotetur lib. 5. Epid. (pag. 1159.B.) qui etiam repetitur lib. 7. (pag. 1220. E.) τοῦ ἐκ τοῦ μεγάλου πλοίου διόπου ἡ ἄγκυρα λιχανὸν δάκτυλον, καὶ τὸ κάτω ὀστέον ξυνέθλασε δεξιῆς χειρός. Magnæ nauis præfecto anchora manus dextræ indicem & os infernum collisit. Vbi tamen διώπου mendosè legunt omnia exemplaria, vt illic subnotauimus, eumque locum subindicari adscripsimus. Ex quibus certe longè falli eos existimandum est, qui διόπου templi curatorem apud Hippocr. faciunt. Est autem διέπειν regere, administrare, gubernare, & διόπος nauis rector, dispensator & curator.

Διόπτρα exponitur Gal. in Exeg. (in dict. κατόπτρῳ) ὁ γυναικεῖος διαστολεύς instrumentum ad sinum muliebrem dilatandum idoneum, speculum matricis Chirurgis dicitur. Διόπτριον Paulo vocatur ex Leonide Cap. 78. lib. 6. instrumentum quo sedes dilatatur, & ἑδροδιαστολεύς, quo etiam ad sinum muliebrem dilatandum vti possumus.

Διόρθωσις est membri fracti correctio aut directio, cùm ea quæ aliquo modo excedunt, in naturalem & moderatum statum restituuntur. Lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 690. 15. H 745. A.) διόρθωσις idem quod κράτησις καὶ ἀνάπλασις, cùm splenia ad fracturas adhibemus, vt eas dirigamus, contineamus, & ita ad firmitatem complemus. Quod fit in iis membris quæ ὑπόξηρα aut ὑπόξηρα dicuntur, & in extremitate tenuantur: vt cubitus iuxta manum & tibia iuxta pedem. Illic enim splenia crassitudine & latitudine talia adhibentur, vt illam inanitatem expleant, & deligationem crassitudine æquent. Διόρθωσις etiam est articuli repositio, directio, & luxati restitutio lib. de art. (pag. 660. 55. H. 839. H.) ἀπὸ ἐκ κατατάσιος μετρίης, ἡ διόρθωσις ἅπασι κοινή. At quæ moderata intensione fit restitutio, omnibus communis est. διορθοῦσθαι ossa dirigi dicit Celsus capit. 10. libr. 8. Erot. διορθοῦν ἐξετυποῦν, exponit apud Hipp. quod est efformare, effingere, quo verbo sæpe vtitur Hipp. lib. de artic. in nasi fracti restitutione (pag. 608. 10. & 14. H. 805. D. E.) ἐσματτευόμενον ἐς τοὺς μυκτῆρας καὶ τὰ ἔσω ῥέψαντα διορθοῦν ἀεὶ ὡς, ἔστ' ἂν κατορθωθῇ. & digitis immissis nares contrectando, quæ in interiorem partem vergunt impigrè dirigenda, quoad restituantur. Rursus, ἀτὰρ καὶ ἐς τὸν μυκτῆρα τὸν μικρὸν δάκτυλον ἐπωθέοντα ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, διορθοῦν χρὴ τὰ ἐγκλιθέντα. Quin & impulso in nares paruo digito, subinde quæ inclinata sunt dirigere conuenit. Sic enim legimus contra omnium exemplarium fidem, vt nostris eum in locum Annotat. probamus.

Διοῤῥώσιος exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. τῆς εἰς τὸ ὀῤῥῶδες καὶ ὑδατῶδες μεταβολῆς, conuersionis in serosam & aqueam substantiam. Scribitur etiam διοῤῥώσιος vt & ὀρὸς & ὀῤῥὸς serum dicitur. Vnde διοῤῥοῦσθαι & διοροῦσθαι serescere, in serum abire, quod διυγραίνειν & διυγρεῖσθαι dicitur Hipp. quod est saniosum aut serosum fieri, sero dilui ac veluti permingi. lib. περὶ ἀφόρων (pag. 676. 11.) ἀλλὰ διυγρὴν τὴν γονὴν τὸ αἷμα τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ σώματος νοσερὸν ἐόν. Verùm sanguis morbosus à corpore prodiens genituram serosam reddit & saniosam & quæ facilè diffluit. Rursus (ibid.) διυγρανθεῖσα δὲ ἡ γονὴ ἐξέρχεται ἔξω τοῦ χρόνου ἢ ὀλίγου, ἢ πολλοῦ ξὺν ἰχῶρι. Serosa verò effecta genitura tempore modico aut multo simul cum sanie foras progreditur. Hoc est saniescens genitura & sero nimio à sanguine morboso diluta, citius effluit, inutilis & irrita redditur. οὐ γὰρ πήγνυται ὑπὸ τοῦ αἵματος νοσεροῦ ἐόντος. Neque enim cogitur à sanguine morboso aut concrescit. Sic etiam διυγρανθεῖσα ἡ γονὴ saniescens aut saniosa genitura dici potest quæ nimio sero diffluit: hoc est irrita & inutilis, velut διυγρεῖσθαι de ouis irritis dicitur, quæ vrina & hyponemia Plinio vocantur. Lib. quoque eodem (pag. 680. 6.) ἀνάγκη πάγχυ ὑγρὴν τὴν γυναῖκα τὴν γονὴν necesse est mulierem penitus genituram serosam reddere, sero diluere. Lib. verò 1. de Morb. (pag. 460. 45.) ὁκόταν οὖν χολὴ κινηθεῖσα ἐς τὰς φλέβας καὶ ἐς τὸ αἷμα ἐσέλθῃ διαλύουσα καὶ διυγραίνει τὸ αἷμα ἐκ τῆς εἰωθυίης συστάσιος τε καὶ κινήσιος. Vbi igitur commota bilis in venas & sanguinem ingressum fecerit, ex solita compage & motione sanguinem dimouet & sero diluit. Rursus (ib. v. 49.) ὑπό τε τοῦ πλήθεος τοῦ πυρετοῦ, καὶ τοῦ αἵματος τῆς διυγρασίης τε καὶ κινήσιος γινομένης οὐ τῆς εἰωθυίης. præ febris copia, & sanguinis dilutione & motione non consueta contingente, hoc est, vbi sanguis nimio sero præter consuetudinem diluitur. Quem sanè locum sua Exegesi mihi videtur expressisse Gal. & pro διυγρασίης, διοῤῥώσιος, hoc est in serosam & aquosam substantiam mutatione, legisse, vt & priore loco διοῤῥοῖ pro διυγραίνει legendum censeo. Est & διυγραίνεσθαι per vrinam reddi & vrinam ciere, vt de vinis dulcibus scribitur Hipp. lib. περὶ διαίτης (pag. 528. 9.) μάλιστα διυγραίνεται καὶ τρέφουσι. potissimumque vrinas mouent & nutriunt, aut per vrinas redduntur. Item de melle, ibid. (pag. 529. 55.) καὶ γὰρ διυγραίνεται καὶ διαχωρεῖται μᾶλλον τοῦ μετρίου. Nam & per vrinam & per aluum plus iusto expurgatur. Hinc etiam διυρητικὰ medicamenta dicuntur quæ sunt vrinæ mouendæ idonea. Cælius vrinalia vocat Tard. pass. lib. 1. cap. 4. Rursus Prorrh. 2. (pag. 105. C.) καὶ τὸ ποτὸν ὡς ἐς τὴν κύστιν τρέπεται, ὥστε διουρεῖσθαι. neque potum ad vesicam vertunt, vt per vrinam reddatur.

Διαχεῖν ἐς τὰ θρύμματα in fragmenta resolui, libro 1. περὶ γυναικ. (pag. 621. 25.) οὖρον λαβὼν παλαιὸν καὶ σιδήρου σκωρίην τήκειν διαχεῖ ἐς τὰ θρύμματα, vrinam veterem sumito & ferri recrementum tantum vt in fragmenta resolui possit.

Διπλόη dicitur ossis caluariæ duplicata lamina & interior eius pars rara & laxa, cauernosa & mollissima, qua ossa inter se connectuntur. Meditullium vocatur & secunda lamina recentioribus. lib. de cap. vulnere (pag. 876 D.) ἡ δὲ διπλόη κοιλότατον καὶ μαλθακώτατον, καὶ μάλιστα σηραγγῶδες ἐστί. Est autem diploë, aut duplicata lamina maximè caua & mollissima plurimumque peruia. Rursus eodem lib. (pag. 910. D.) ὑπορέεται δὲ ἐκ τῆς διπλόης τοῦ ὀστέου καὶ ἐκ τοῦ ὑγιέος, ἢν τὸ ἄνωθεν ὀστέον τὸ ὀστέον μοῦνον σφακελίσῃ. Succrescit autem ex ossis med tullio, vbi ossa inter se connectuntur, & ab eo quod sanum est, si superior tantùm ossis pars vitium senserit. διπλόην Celsus, interiorem partem qua ossa inter se connectuntur, vocat. Alij medium caluariæ discrimen. Cuius meminit Gal. lib. 6. Meth. med. cap. 5. ὁ ἐγκέφαλος τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ διπλόος, cerebrum homini duplex, lib. de Morbo sacro (pag. 304. 7.) διπλόην ἀναπνεῖν, geminata subinde respiratione respirare, lib 7. Epid. (pag. 1234. E.)

Δίπνοα τρήματα, bispira foramina dicuntur Gal. in Exeg. περὶ εἰς τὰ κενὰ συντετρημένα, καὶ οἷον κατὰ δύο στόματα ἀναπνέοντα, in his quæ ad vacuum pertusa sunt ac perforata, quasi per duo oscula respirent. At apud Hesych. non τρήματα, sed δίπνοια τραύματα, ἐς κενὰ τραύματα explicantur, quasi bispira vulnera, quæ ad vacuum penetrant & transadiguntur. Quamuis apud eum & Var. ἐς κενὰ vitiosè legatur, & δίπνοια fortasse pro δίπνοα.

Διπύρηνον specillum biceps duo capita habens velut nucleos auersa sui parte summaque sui cuspide, quæ aliquando perforata erat vt linum velut acus traheret. Eoque in traiiciendo lino per fistulam, aut in eius fundo pertentãdo vtitur Paulus lib. 6. c. 77. & 78. Vbi tamen vitiosè διαπύρηνον scribitur: quodque Paulo διπύρηνον dicitur Hipp. lib. De fistulis (pag. 885. B) μήλην κασσιτερίνην ἐπ' ἄκρῳ τετρημένην, specillum stanneum in summo perforatum vocat. Scribitur tam singulari numero quàm plurali, & interdum cum addito διπύρηνος μήλη. Vtitur Gal. lib. 2. De semine (pag. 238. 41.) μυείοις οὖν ἤδη ζώοις ἐπιδεῖξα τὰ καλούμενα διπύρηνα διεμβαλλόμενα διὰ τῶν σπερματικῶν ἀγγείων ἔξωθεν, εἴσω διὰ τῶν κεραιῶν ἐπὶ μήτραις αἰγῶν. Sexcentis igitur specilla duo capita habentia, quæ διπύρηνα vocant, ab exteriore parte in seminaria vasa iniecta, in interiorem traiici in caprarum vuluis iam manifestò ostendi. Idem lib. 9. de Anatom. adminiſtr. (pag. 194. 6.) ὅπως οὖν τοῦτ' ἀκριβῶς ἴδῃς, ἔστω σοί τι παρεσκευασμένον σῶμα λεπτὸν καὶ πρόμηκες, οἷα τὰ διπύρηνα καλούμενα. Quò igitur exactè id perspicias, corpus tibi sit præparatum tenue & oblongum, qualia specilla quæ διπύρηνα appellantur. Rursus libro 3. Compos. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 201. 56) ad polypum medicamentum ex punicis malis μήλῃ τῇ διπυρήνῳ admouet. Sic enim legendum, cùm passim μήλῃ ἢ πυρήνῳ legatur.

Δίπυρος aut διπυρίτης ἄρτος, panis bis coctus, qui ignem bis expertus est, & secundò assatus, aut recoctus. Quidam esse panem nauticum existimant. Sudas hunc panem Romanis παξαμᾶν vocari scribit. Delicatum panis genus est Athenæo libro 3. δίπυροι ἄρτοι Hesych. dicuntur, οἱ ἐκ δευτέρου ὀπτώμενοι, secundò assati. Vtitur Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 546. 13.) in aqua intercute. ἄρτῳ δὲ χρήσθω πυρίνῳ ἑφθῷ, ἢ τῶν σκληρῶν πυρῶν διπυρίτῃ. Pane quidem vtatur triticeo assato, aut ex duro tritico bis cocto & secundò ignem experto.

Διστολόγησιν quod duobus modis aut dupliciter effertur, & duplicem ac variam habet scripturam dicitur Gal. Com. 1. lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 662. 2.) Vbi tamen mendum subest. sic enim legendum videtur. οὐκ εἰς πάντα δὲ Βακχεῖος καὶ Ἀσκληπιάδης, καὶ τούτων δὲ διστολόγησιν, non in omnes autem Bacchius & Asclepiades, sed in eos qui variam habent scriptionem.

Δίυγρος, humidus, perhumectus, perhumescens, li. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 537. 15.) δίυγρος χροιὴ. color dilutus, limpidus, in phthisi. Rursus ibid. (pag. 545. 10.) δίυγρον χρὴ τὸν ἄνθρωπον ποιέειν, humectum hominem facere oportet, fomenta humida intelligens. Et (pag. 555. 44.) δίυγρος dicitur qui perhumectus est, limpidus, in Typho quinto, vt & alias eodem lib.

Δίυδρος idem quod δίυγρος, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 546. 43.) ἡ δὲ γαστὴρ δίυδρος καὶ μεγάλη ὥσπερ λαμπτὴρ, venter vero nimio humore tumidus ac pellucens velut laterna. Vbi tamen Gal. an-

tea διΰδρος aut διάυδρος legisse suspicati sumus. Alij etiam διΰδρος ex Galen. legerunt, vt & Varin. Verùm etiam διΰδρος legi potest, vt habent omnia exemplaria, vt dilutus ac limpidus intelligatur, nimio humore perhumescens, distentus ac pellucens, de ventre aqua intercute impleto ac intumescente.

Δίφρος sella dicitur, vnde δίφρος χοινόπονος sellam ex iunco aut sparto nexam & contextam significat Hippocrati lib. περὶ ἀφόρων (pag. 682. 28.) εἶτα διὰ χοινοτενῦς δίφρου τῶν τετραγώνων διάγειν τὸν αὐλὸν, deinde per sellam ex iuncco fune nexam, quadiangularem fistulam transmittito. Vbi Cornar. χοινοτενοῦς δίφρου legisse videtur, quòd sellam erectam verterit. Est enim χοινοτενὴς funis in modum extensus & porrectus, & χοινοτενὲς ὀρθὸν, μακρὸν exponit Hesych. Ea autem sella perforata vtitur Hipp. vt fistula transmittatur & fomentum recipiatur in vterum muliebrem.

Δίψα sitis, & διψώδης quod sitim excitat. διψώδης γλυκὺς οἶνος πικροχόλοισι, vinum dulce biliosis sitim mouet, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 71. 41. H. 392. 25.) quòd calidum sit & crassum, vt scribit Gal. Com. Rursus (pag. 73. 33. H. 392. 30.) καὶ οἷσι μὲν διψώδης ἐστὶ πινόμενος, & quibus potum sitim excitat. Eadem notione διψῶδες μελίκρατον dicitur Hipp. ibid. (pag. 75. 4. H. ib. 53.) δίψα ἐπιπόλαιος, sitis leuis & parua, aut contemnenda, aph. 21. libr. 6. Epid. sect. 4. πάνυ σμικρὰν exponit Gal. hoc est valde exiguam, & quæ neque ex toto corpore, neque ex magno aliquo interno affectu orta sit, sed ex oris siccitate & caliditate, velut superficialem aut leuem, quòd nullam partium internarum insignem dispositionem consequatur.

Δίωλος ἄρτος panis recens exponitur Caluo apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 544. 8.) Sed illic ἴωλον legit Cornar. etsi exemplaria omnia δίωλον habent, quod videtur ἑώλῳ opponi, & αὐτὶ τοῦ προσφάτου καὶ νεαροῦ sumi. Panem enim calidum & recentem αὐτοπυρίτην ad ventrem exiccandum in aqua intercute consulit.

Διώρυξ fossam & canalem significat, Hesych. τάφρος exponitur. Apud Strab. διώρυξ κρυπτὴ pro cuniculo & aquarum meatu cœco seu aquæ ductu sumitur, vt scribit Budæus. διώρυγες apud Hipp. lib. de aëre loc. & aq. (pag. 290. 3.) sunt fossæ & aquæ ductus aut canales; quibus qui Phasin incolunt nauigiis monoxylis huc & illuc permeant.

¶ Δνοφερὸν caliginosum, tenebrosum, atrum, caligo dicitur, & de aëris caligine & obscuritate vsurpatur. Sic lib. de mor. sacro (pag. 308. 10.) de ventis à mari flantibus, ἐκκρίνει γὰρ ἐξ ἁπάντων τὴν νοτίδα καὶ τὸ δνοφερόν. ex omnibus enim humiditatem ac caliginem excernunt & expurgant. Rursus ibid. 22. καὶ ἐκ τῶν λαμπρῶν δνοφερώδεα γίνεται. & ex lucidis obscura & tenebrosa redduntur, aut caliginosa. δνοφερὸν Hes. exponit σκοτεινὸν, μέλαν, tenebrosum, atrum.

¶ Δοθιὴν furunculus, tumor est ἀποστηματώδης, hoc est abscessum præ se ferens, ex phlegmonum genere, & tuberculo similis, qui ex crassis humoribus in carnosis plærumque partibus concipitur, mitis quidem vbi in sola cute consistit, malignus verò vbi subter actis radicibus in superficiem erumpit. Gal. lib. de Tumor. præter nat. (pag. 357. 5.) & Paulus lib. 4. cap. 23. Lib. quoque 5. Compos. phar. κατὰ τόπ. (pag. 225. 21.) δοθιῆνες ex similibus humoribus ac vari gignuntur, & duorum sunt generum. Quidam enim varosi, duri & incoctiles. Aliqui verò inflammati, & quos etiam febres aliquando comitantur, & tumor in magnitudinem excrescens, & in pus transmutantur, vt plurimumque inflammationis curam subeunt. Lib. περὶ παθῶν (pag. 526. 17.) δοθιῆνες ab Hipp. in tumorum præter naturam censu reponuntur. Lib. 6. Epid. aph. 28. sect. 3 οἱ αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες οὔτε δοθιῆσιν, οὔτε τερμίνθοισιν ἁλίσκονται. Qui sanguinem per ora venarum quæ in ano sunt profundere solent, neque furunculis corripiuntur, neque tuberculis quæ à cicerum similitudine terminthi dicuntur. Qui locus etiam repetitur lib. περὶ χυμῶν (pag. 51. 39.)

Δοκὸς, οῦ, ὁ, trabs seu trabes & tignum, δοκὶς, ίδος, trabecula seu parua trabes. Quam dictionem vsurpat Hip. lib. de fract. (pag. 550. 46. & 47. H. 761. E. F.) δοκίδα ὑποτείνας ὑπὸ τὴν κλίνην μετρίην, subtensa lecto mediocri trabecula. &, ἔπειτα πρὸς τῆς δοκίδος ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὴν κεφαλὴν στηρίζων, deinde ad trabeculæ capita hinc & inde lignis obsirmatis. Vbi Gal. δοκίδα ὑποτεινόμενον κατὰ τὸ μῆκος τῇ κλίνῃ ξύλον, εἰ καὶ μικρὰν εἶπε δοκὸν, exponit, per longitudinem lecto substratum tignum, ac si paruam trabem dixisset.

Δόρπηστος aut δορπηστὸς cœnam aut cœnæ tempus significat apud Hipp. lib. 5. Epid. (pag. 1149. A.) καὶ εἶχε τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέρην, καὶ μέχρι δορπηστοῦ, & noctu ac interdiu ad cœnæ tempus vsque tenebat. Scribitur & δορπιστὸς Hesych. & ὥρα τοῦ δείπνου, cœnæ tempus exponitur. Athen. verò libr. 1. δορπιστὸν quosdam ἄριστον vocare scribit. Quem certè Hipp. locum mihi exprimere videtur Erot. cùm δόρπους legit, & τοῦ τῆς ἑσπέρας καιροῦ exponit, παρὰ τὸ δόρυ παύειν. Quam notationem τῷ δόρπῳ tribuit Eustath. Nisi si apud Erot. (quod certè auguror) δορπηστοῦ scribendum sit, & τοῦ ἑσπέρας καιροῦ, vt pressius hunc Hipp. locum respiciat & vespertinum tempus intelligat. Nam & δόρπον & δόρπος frequentius scribitur, & Gal. in Exeg. apud Hipp. δόρπου τοῦ δείπνου exponit, vt pro δορπηστοῦ δόρπου mihi legisse videatur, & eundem Hipp. locum respicere. δόρπον Homero cœnam quæ velocere sumebatur significat, Iliad. η (v. 370.) νῦν μὲν δόρπον ἕλεσθε κατὰ στρατὸν ὡς τοπάρος περ, nunc cœnam sumite apud exercitum, vt prius. & (v. 380.) δόρπον ἔπειθ' εἵλοντο κατὰ στρατὸν, & (v. 476.) κατὰ δόρπον ἕλοντο, cœnam sumpserunt. δόρπον δεῖπνον exponit Hesych. cœnam. Nam quod nos ἄριστον dicimus, veteres δεῖπνον vocabant, vt scribit Erot. μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν.

Δοχμὸς & δόχμιος, obliquus, incuruus. δόχμια πλάγια, λοξὰ exponit Hesych. & δοχμὸν πλάγιον, vt & Erot. δόχμιον. Vnde δοχμόω incuruo & obliquo. Hipp. libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 655. 20.) ἢν παραλοξαίνονται αἱ μῆτραι καὶ δοχμοὶ ἔωσι. Si transuersi & obliquati fuerint vteri. Quem procul omni dubio locum mihi expressisse videtur Erot. si δόχμιοι & πλάγιοι apud eum legatur.

¶ Δραγμὶς, ίδος, pugillus. quantum tribus digitis comprehenditur, dicitur apud Hipp. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 623. 7.) λιβανωτοῦ δὲ δραγμίδας τρεῖς, thuris pugillos tres. Et libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 551. 42.) ἑψήσας μαράθρου ῥίζας λεπτὰς, πλῆθος ὅσον τρισὶ δακτύλοισι περιλαβεῖν τὴν δραγμίδα ἐμβάλλειν καὶ ἕψειν ἐν δύο χοεῦσιν ὕδατος. fœniculi radices tenues coctas quanta copia tribus digitis comprehendi potest, in duos aquæ congios immittito ac coquito. Quibus in verbis τῆς δραγμίδος expositio quædam contineri videtur, vt & lib. 2. de Morb. (pag. 481. 8.) καὶ ὀριγάνου δραγμίδα ὅσην τρισὶ δακτύλοισι περιλαβεῖν, origani pugillum, quantum digitis comprehenditur. Scribitur etiam interdum δραχμὶς per χ, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 570. 55.) τῆς ἀγχούσης τὰ φύλλα δύο δραχμίδας, foliorum anchusæ pugillos duos. Rursus ibidem (pag. 584. 15.) σταφίδος ἀγρίης ὅσον δύο δραχμίδας, herbæ peduncularíæ (σταφίδα ἀγρίαν vocant) pugillos duos. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 561. 22.) ἁλὸς δραχμίδα τρίψας, salis triti pugillum, quod antea dixerat (pag. 557. 23.) καὶ ἁλῶν δραξάμενος τῇ μιῇ χειρὶ, salis quantum vna manu apprehenderis, aut salis pugillum.

Δρακόντιον exponitur Erot. apud Hipp. βοτάνης εἶδος, herbæ genus quod Dracontion aut dracunculus vocatur. Addit idem eodem nomine vocari ari caulem, propter eam quam habet cum angue similitudinem. Est autem Dracontion herba (vt inquit Plin.) magnæ cum aro litis, folio constans hederaceo, magno, candidis notis insigni, caule bicubitali, recto, versicolore, maculis resperso purpureis, ita vt anguem referat, vnde & nomen habet, de qua Dioscor. cap. 196. lib. 2. Hipp. libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 532. 33.) Dracontion in melle derasum delingendum, eiusque radices in vino derasas, ad rupta thoracis & tussim exhibet. Lib. quoque περὶ ἀφόρων (pag. 683. 31.) in pessis dracontion derasum adhibet.

Δρατὰ, ἐσπαραγμένα exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. dilaniata, dilacerata, diuulsa. Pro quo quædam exemplaria δρεπτὰ scribunt.

Δρόμοι ὀξέες καὶ καμπτοὶ, cursus veloces & curui, lib. 1. περὶ διαίτης (pag 351. 14 352. 11.)

¶ Δύναμις facultas & potentia dicitur à qua actio procedit. Ideoque Gal. lib. de plenitudine (pag. 342. 17. & p. 343. 55.) δύναμιν, δραστικὴν αἰτίαν ἢ οὐσίαν, causam aut substantiam aliquid efficientem vocat, nihilque differre scribit, an ποιητικὴν, an δραστικὴν dicas, siue οὐσίαν, siue αἰτίαν. Idem τὴν δυνάμεως οὐσίαν nil aliud esse scribit quàm temperamenti qualitatem, quæ in commodo singularum partium temperamento est posita, libr. 1. de præsag. ex puls. (pag. 124. 3. & lib. 2. (pag. 134. 11.) Δυνάμεις autem dicuntur Hipp. humorum exuperantes qualitates & vires lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 17. 38.) λέγω δὴ τί τοῦτο, δύναμιν μὲν εἶναι, τῶν χυμῶν εἰδέναι τὰς ἀκρότητάς τε καὶ ἰσχύς. Ac facultatem quidem appello, humorum excellentes qualitates viresque. Rursus ibid. (pag. 16. 15.) ἐπεὶ τοίνυν τἄλλα ὅσα κακοπαθεῖ ἄνθρωπος, πάντα ἀπὸ δυναμίων γίνεται. Amplius porrò quæcunque mala homini accidunt, eorum causa à facultatibus pendet, hoc est, facultatum & qualitatum potentiis, quod est cùm humores synceri sunt & impermixti, & excellenti aliqua qualitate exuperant. Δυνάμεις etiam medicamentorum confectiones & compositiones dicuntur sæpè Gal. vt lib. 1. comp. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 159. 43.) ἀμετάπτωτος ἡ δύναμις de compositioni facultate certa & constante ponitur, cuiusque non irritum sit effectum. δυνάμεις ὀξυδερκεῖς compositiones aciem exacuentes, lib. 4. κατὰ τόπ. (pag. 203. 58) ἐκλεικταὶ δυνάμεις, delingibiles confectiones, lib. 7. (pag. 257. 46.) Et lib. 3. ἀπυρεῖ δυνάμει

Andromachi quatuor & viginti (pag. 191. 30.) & Asclepid. (pag.193.) Sic quoque δύναμις compositionem significat cuius sit aliqua æstimatio & probata facultas, vt lib. 3. κατὰ τόπ. (pag.189.12.) τὰς ἐπαινουμένας μεγάλως ὑπὸ τῶν ἐνδόξων ἰατρῶν ἀτικὰς δυνάμεις, vocat, magnificè laudatas à celeberrimis Medicis auriculares compositiones. Idem lib. aduersus Lycum (pag. 336. 19.) τὴν τετραφάρμακον ὀνομαζομένην δύναμιν, dicit vulgatam tetrapharmaci compositionem. Et Plutarch. in symposio τῆς ἀλίμου δυνάμεως, hoc est compositionis famem arcentis, qua vtebatur Epimenides, meminit.

Δυναστεύειν principatum obtinere, dominari, dicitur de Austro aut Aquilone inualescente & increbrescente, aphoris. 5. lib. 3. ὁκόταν ἐπὶ δυναστεύῃ. Cùm igitur hic inualuerit, hoc est longo tempore perdurauerit, aut diutius, vehementius & magna anni parte perflauerit.

Δυσαλθὴς curatu difficilis, qui ægrè sanescit. lib. de art. (pag. 613. 12. H. 807. D.) ἀποστάσιες δυσαλθέες, abscessus curatu difficiles.

Δυσάνιος aut δυσλόφος (quæ vetustorum est codicum lectio apud Hippoc. & vtrunque legisse Gal. in Exeg. apparet) anxium & morosum significat, asperum, molestum, difficilem ac tristem, & eum qui ferè semper angitur, neque est animo securo aut alacri, sed vultu tetrico & austero. Dicitur etiam qui doloris est impatiens, & grauiter stomachatur, ac implacidè mœrorem fert. δυσάνιος dicitur Gal. in Exeg. ex Critia ὅστις ἐπὶ τοῖς σμικροῖς ἀνιᾶται, καὶ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μᾶλλον ἢ ἄλλοι ἄνθρωποι, ἢ πλείω χρόνον, qui vilibus de rebus mœrorem concipit, aut cui res magnæ maiorem aut diuturniorem quàm cæteris mortalibus tristitiam afferunt. Quam certè ex Critia expositionem repetit. Gal. Com. in ægr. 11. lib. 3. Epid. post st. pest. & voci δυσάνιος tribuit, vt pro δυσάριος in Exeg. δυσάνιος legendum existimem. Nam & hunc Hipp. locum procul omni dubio subindicari ista expositione est manifestum, & δυσάνιος aut δυσλόφος Gal. legisse apparet. Quin & Erot. apud Hipp. δυσλόφος legit, etsi gignendi casu posuisse videtur, cùm δυσθύμως καὶ δυσκόλως τὰς αἰτίας φερούσης, exponit. Si modo vera est Erot. lectio, ac non potius φέρουσα legendum, vt dicatur de muliere quæ ægrè ac difficulter mœrorem fert. Sic enim γυνὴ δυσάνιος dicitur Hipp. ægr. 11. lib. 3. Epid. post st. pest. quæ ex longo mœrore diu tristis & anxia permanserit, neque ad animi æquitatem aut securitatem reuocari potuerit, vt nostris in eu n locum Annotat. adscripsimus, δυσάνιον Hesych. exponit τὸν δυσχερείᾳ χρώμενον, δυσάρεστον, implacidum, morosum. Eidem δυσλόφοι, ἀπειθεῖς, δυσάγωγοι, ἐπὶ πολὺ σκυθρωποὶ, ἐπὶ μικροῖς μεγάλα ὀργιζόμενοι, δυσυπότακτοι, exponuntur, qui duci aut flecti nequeunt, multum tetrici, qui paruis de reb. valde stomachantur, intractabiles. δυσλόφος exponitur Gal. in Exeg. ὁ μὴ εὐκόλως αἰνούμενος, quæ expositio videtur superioribus significationibus contraria, nisi μὴ εὐκόλως, μὴ ἠπίως, ἀλλὰ δυσφόρως καὶ ἐπαχθῶς significet, vt indicetur qui non moderatè mœrorem fert, sed qui implacide & grauiter angitur. Quam etiam ob causam ibi μὴ redundare rectè existimauit Henr. Steph. δυσλόφος etiam dicitur Gal. ὁ δυσχαλίνωτος, ἢ ὁ δυσκολώτατος, qui frænari aut habenis retineri non potest, aut morosissimus. Quæ posterior expositio ἀπὸ τῆς λοφιᾶς, quod frœnum aut lorum significat, ex translatione deducitur.

Δυσεπουλωσίαι difficiles vlcerum curationes & sanationes, velut in corporibus mollibus & humidis, aut aqua inter cutem laborantibus. Lib. 2. Epid. (pag. 1008. H.) αἱ δυσεπουλωσίαι τῶν ἐκλεύκων ὑποφακωδέων. In subalbidis lenticoloribus vlcera perægrè ad cicatricem veniunt. Quibus lienosorum & hydropicorum vlcera, quæ certè cicatricem vix recipiunt, aut omninò non sanescunt, intelleximus, vt ex Hipp. & Celso illic probauimus. Sic δυσελκὴς Hipp. dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 69. 8. H. 391. 40.) is in quo vlcera ægrè sanescunt, cui εὐελκὴς opponitur. μήτε ἄγαν δυσελκὴς ὤν, μήτε ἄγαν εὐελκής. fueritque is cui neque admodum ægrè, neque admodum facilè vlcera sanescunt. Et lib. 2. de morb. (pag. 479. 35.) καὶ δυσελκέες γίνονται, & vlcera his ægrè sanescunt.

Δυσεμέειν aut δυσεμεῖν est ægrè & difficulter vomere. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 578. 42.) καὶ σιτίων τι καὶ δυσεμεῖ μᾶλλον, ἢ πρὶν φαγεῖν, & gemit, & ægrius vomit quam priusquam ederet. Vbi tamen corrupta est lectio & δυσεμεῖ vitiosè legitur. Sed δυσθυμεῖ leg. videtur pro ἀθυμεῖν, quod habetur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 658. 34.) vbi eadem repetuntur, hoc est, animo magis angitur, aut animum magis despondet. δυσθυμεῖ etiam aut δυσλυπεῖ videtur leg. Cornar. cùm vertit magis ægrè tristatur.

Δυσεντερίη intestinorum difficultas cum exulceratione dicitur, & tormina Latinis, vt ex aph. 43. & 48. lib. 6. vertit Celsus cap. 8. lib. 2. δυσεντερίη propriè vocatur Galen. lib. 6. de loc. aff. (pag. 98. 19.) ἕλκωσις ἐντέρων, intestinorum exulceratio, in qua per initia biliosi humoris mordacis exeretio fit. post quam intestinorum ramenta, deinde sanguis modicus excernitur. Quam etiam solam ac propriè dysenteriam quibusdam nominari scribit, lib. 5. de sympt. caus. (pag. 244. 39.) Eadem etiam intestinorum exulceratio dicitur Gal. Comm. ad aph. 3. lib. 6. in qua per initia ab humoribus acribus eorum superficies extima abraditur, deinde temporis tractu profundiora & putria fiunt vlcera. Authori definit. Med. (pag. 398. 26.) δυσεντερία ἐστὶν ἕλκωσις ἐντέρων μετὰ φλεγμονῆς καὶ ἀποκρίσεως αἱματωδῶν ἢ τρυγωδῶν, ἢ καὶ πολυειδῶν, μετὰ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀλγεῖν τὴν κοιλίαν καὶ τὰ ἔντερα. Difficultas intestinorum, eorum est exulceratio cum inflammatione, & cruentarum, aut fæcum similium, aut etiam strigmentosarum sordium excretione, morsum & alui dolorem ac intestinorum afferens. Sic δυσεντερεῖν dicitur Aret (lib. 2. περὶ σημείων. χρον. παθ. cap. 9.) ἕλκεα δὲ [τῶν λεπτῶν καὶ παχέων ἐντέρων] τῶν ἑλκέων αἱ ἰδέαι. hoc est, tum tenuium, tum crassiorum intestinorum vlcerum species. Hipp. lib. περὶ παθῶν (pag. 522. 30.) δυσεντερίη ὅταν ἔχῃ, ὀδύνη ἴσχει κατὰ πᾶσαν τὴν κοιλίην, καὶ στρόφος, καὶ διαχωρέει χολήν τι καὶ φλέγμα, καὶ αἷμα ξυγκεκαυμένον. Difficultas intestinorum vbi occupat, dolor adest toto ventre & tormina, bilem ac pituitam, & sanguinem adustum deiicit. Rursus ibid. (v. 40.) ἡ δὲ νοῦσος γίνεται ἐπειδὰν χολὴ καὶ φλέγμα κατασκήψῃ ἐς τὰς φλέβας καὶ τὴν κοιλίην. νοσέει δὲ τὸ αἷμα καὶ διαχωρέει ἐφθαρμένον. νοσέει δὲ καὶ τὸ ἔντερον, καὶ ξύεται καὶ ἑλκοῦται. γίνεται δὲ αὕτη ἡ νοῦσος, καὶ μακρὴ καὶ πολύπονος καὶ θανατώδης, καὶ ἣν μὲν ἔτι τοῦ σώματος ἰσχύοντος θεραπεύηται, ἐλπὶς διαφυγεῖν ἣν δὲ ἤδη ἐκτετηκότος, καὶ τῆς κοιλίης παντάπασιν ἡλκωμένης, ζωῆς οὐδεμίη ἐλπίς. Oritur autem morbus vbi bilis & pituita in venas & aluum decubuerint. Sanguis quidem ægrotat & corruptus secedit. Ægrotat etiam intestinum & raditur ac exulceratur. fit autem hic morbus & longus, & laboriosus ac lethalis. Et si quidem adhuc robusto corpore curatio adhibeatur, vt euadant spes est: sin verò colliquato & ventre omninò exulcerato nulla vitæ spes superest. Idem lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 371. 11.) ὁκόταν δὲ θερμαινομένου τοῦ σώματος κάθαρσις δριμεία γένηται, τό, τι ἔντερον ξύεται καὶ ἑλκοῦται, καὶ διαχωρέεται αἱματώδεα, τοῦτο δὲ δυσεντερίη καλέεται, νοῦσος χαλεπὴ καὶ ἐπικίνδυνος. Vbi calefacto corpore purgatio acris extiterit, & intestinum raditur ac exulceratur, sanguinolenta deiiciuntur, dysenteria, hoc est difficultas intestinorum appellatur, morbus grauis & periculosus Dysenteriæ etiam quænam sint salutares aut perniciosæ describuntur Hipp. Prædictorum lib. 2. (pag. 104. C. D.) Quem locum aptissimè expressit Celsus cap. 8. libr. 2. & in vsum suum transtulit, vt nostris in Prorrhet. 2. Annotat. admonuimus. De dysenteria verò scribit his verbis Celsus cap. 15. libr. 4. Proxima his inter intestinorum mala tormina esse consueuerunt, δυσεντερία Græcè vocatur. Intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat, isque modò cum stercore aliquo semper liquido, modò cum quibusdam quasi mucosis excernitur, interdum simul quædam carnosa descendunt: frequens deiiciendi cupiditas, dolorque in ano est. Cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur. Atque eo quoque tormentum intenditur. Idque post tempus aliquod leuatur, exiguaque requies est, somnus interpellatur, febricula oritur, longoque tempore id malum cùm inueterauerit, aut tollit hominem, aut etiam si finitur excruciat. Interdum quoque δυσεντερίης nomen ab Hipp. sumitur pro cruenta per aluum deiectione absque intestinorum exulceratione, aut sanguinea ex intestinis proluuie, vt aph. 65. libr. 5. Illîc enim δυσεντερίας αἱματηρὰν sumendam præcipit Gal. ἡ γε ἐστὶν αἵματος κένωσις δι' ἐντέρων χωρὶς ἑλκώσεως, quæ est sanguinis euacuatio per intestina absque exulceratione. Quam etiam δυσεντερίην ἐρυθρὴν disertis verbis vocat Hipp. lib. 2. Epid. (pag. 1034. B.) vbi & aphorismus ille repetitur. Et lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου (pag. 25. 26. H. 250. 10.) in quibus intermissa est exercitatio ὑποχωρήματα αἱματώδεα ὥσπερ ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι, cruentas deiectiones velut in intestinorum difficultatibus fieri scribit, vbi Gal. αἱματώδεις ἐκκρίσεις διὰ γαστρὸς cruentas per aluum excretiones exponit. Idem etiam lib. 3. Epid. st. pest. (pag. 429. 37. H. 1090. G.) in melancholicis & subsanguineis δυσεντεριώδεα πάθη adscribit. cruentas dysenterias exponit Gal. & duplex dysenteriæ genus esse scribit. Vnum ex vlceratione exesorum intestinorum. Alterum verò multo sanguine per venas quæ ad intestina perueniunt vacuato. Rursus lib. de art. (pag 651. 43. H. 832. E. F.) περὶ δὲ χειμῶνα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους ἀεὶ χρόνον ὑπὸ δυσεντερίης πιέζεσθαι. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῖς μελαινομένοισι ταῖσι πλείστοισι ἐπιγίνεται δυσεντερίη, καὶ ἐπὶ τῇσιν αἱμορραγίῃσιν ἐξ ἑλκέων. In his autem sperandum est vt procedente tempore cruentis deiectionibus corripiantur. Nam & plærisque, in his quæ denigrantur, & in sanguinis ab vlcere profusionibus, cruenta deiectio superuenit. Vbi scribit Gal. τὴν τῆς δυσεντερίας προσηγορίαν ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης οὐ κατὰ τὰς τῶν ἐντέρων ἑλκώσεις ἐπιφέρειν, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ κατὰ τὰς αἱματώδεις ἐκκρίσεις διὰ τῶν ἐντέρων

γινομένης· ὥστε καὶ ὅταν ἀῤῥωστία τοῦ ἥπατος αἱματώδη διαχωρῆται, καὶ τότε ὀνομάζεσθαι δυσεντερίαν τὸ πάθος, ὅπερ καὶ φαίνεται γιγνόμενόν τε καὶ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, καὶ πολλοὺς ἴστε τῶν οὕτω πεπονθότων ἀπολλυμένους ἀγνοίᾳ τῶν θεραπευόντων. δυσεντερίας vocabulum non pro intestinorũ exulcerationevt plærique Medici solent, verùm pro cruenta per intestina excretione sumere Hippocrates videtur, vt etiam vbi ex iecoris imbecillitate cruenta deiiciuntur, tunc affectio ipsa dysenteriæ nomine donetur. Id quod & fieri, & dici quoque à Medicis videtur. Ac multos nostis ita affectos curantium inscitia periisse. Huiusmodi verò δυσεντερίαν αἱματώδη ibid. vocat Gal. & τὴν διαχώρησιν τοῦ αἵματος, sanguinis deiectionem exponit. Quam ex plenitudinis copia & sanguinis redundantia toto corpore glisc&etilde;tis interdum fieri scribit, vt in mutilatis & quibus aliquod membrum excisum est, aut intermissa exercitatio, interdum etiam ex iecoris imbecillitate. Eadem quoque dysenteria hepatica vocatur Galeno libr. 6. de loc. aff. (pag. 308. 30.) vt & ἡπατικαὶ ἐκκρίσεις & αἱματώδεις, hepaticæ excretiones & sanguinolentæ, quarum tria genera statuuntur eidem Gal. lib. 5. de symp. caus. (pag. 244. 30.) Eius etiam dysenteriæ quæ plærunque morbos plurimos salutariter ac iudicatoriè soluit, meminisse videtur Hipp. Prorrh. 2. (pag. 106. B.) δυσεντερίην etiam pro quouis alui profluuio capere videtur Hipp. libro secundo Epid. (pag. 1056. E.) vt illîc ostendimus.

Δυσέξοδον quod difficilem habet exitum aut minatur, lib. 4. Epid. (pag. 1133. B.) τοῖσι δὲ πολλοῖσι δυσέξοδον τοῦτο. Idque plærisque difficilem exitum minabatur. Tumores enim laxos intelligit, qui aqua intercute laborantibus femora attingunt, quod est pene deplorati morbi indicium.

Δυσθάνατον quod miserabilem & laboriosam aut cum dolore mortem infert. In Prorrh. (pag. 188. 17. H 71. F.) αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι δυσθάνατοι, vocis ex dolore defectiones miserabilem mortem afferunt. vbi Gal. τὸ δυσθάνατοι, σημαίνει μὲν ποτε καὶ τὸ βραδυθάνατοι. σημαίνει δὲ καὶ τὸ σὺν ὀδύνῃ θνήσκειν. Illud δυσθάνατοι, interdum eos qui tardam mortem oppetunt denotat, interdum verò & cum dolore mori significat. De his dicitur qui cum doloribus ægrè animam eluctantur, aut diutius spiritum trahunt, & qui tandem cum summo cruciatu vitam cum morte commutant, vt in Coac. (pag. 158. D.) vbi eadem sententia Prorrh. repetitur.

Δυσθενέειν, virib. deficere, infirmis & inualidis esse viribus. lib. 2. de Morb. (pag. 480. 31.) ἀλλὰ δυσθενέει, debilitatur dixit Caluus, Corn. ægrè afficitur & virib. deficit. Rursus ibid. (pag. 482. 11.) ἀλλὰ δυσθενεῖ, sed infirmis est viribus. Iterum (pag. 484. 49.) δυσθενεῖ καὶ φλυηρέει, affectis est virib. & nugatur. Huic opponitur τὸ εὐσθενεῖν apud Arist. & Theop. quod est benè habitum esse & firmis viribus.

Δυσθεσίην Erot. apud Hipp. exponit δυσαρέστησιν ἢ δυσαποκατάστασιν, displicentiam, morositatem, difficilem placationem.

Δυσθυμίη, animi mœror, mœstitia, animi desponsio, abiectio, aut ægritudo, & δυσθυμεῖν animo consternari & deficere. Sic lib. 1. Epid. st. 3. (pag. 371. 25. H. 954. E.) δυσθυμίαι animi mœrorem & ægritudinem significant, qua confecti animum despondebant, & μετὰ φόβων coniunguntur, vt & aph. 23. lib. 6. & ægr. 11. lib. 3. Epid. & ægr. 11. lib. 3. Epid. post st. pest.

Δυσκοιτεῖν apud Hipp. est molestè iacere & cubare, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 60. 9. H. 388. 55.) καὶ δυσκοιτέουσι πολὺ μᾶλλον, ἢ εἰ καὶ προηριστήκεισαν, ac longè molestius iacent quam si pransi fuerint. Vbi Gal. δυσκοιτεῖν exponit μοχθηρῶς ἔχοντας αὐτοὺς ἐν τῇ κοίτῃ διατελεῖν, molestè & implacidè lecto decumbere.

Δύσκολον Hipp. dicitur quod molestiam exhibet, & difficulter habet, & de morbo graui & molesto, non tamen periculoso aut lethali sæpe effertur. Gal. Com. 3. in Prorr. (pag. 214. 10. H. 79. H.) τὸ γὰρ (ἔχει τι δύσκολον) ἐπὶ τῶν μικρῶν εἰώθασι λέγειν οἱ ἄνθρωποι. Illud (molestiam quandam exhibet) de his quæ parui sunt momenti efferri solet. Ibid. (pag. 209. 48. H. 77. G.) τὰ δύσκολα, ἐν ἴσῳ τῷ ἀκίνδυνα, dici scribit. Sic αἱ λευκαὶ διαχωρήσεις δύσκολοι, molestæ egestiones albæ & difficiles. Prorr. (p. 208. 19. H. ibid. D.) & rursus ibid. (pag. 209. 38. ibid. G.) τὰ ναρκωδῶς ἐν τούτοισιν ἐκλυόμενα δύσκολα, οὐ μὴν ὀλέθρια. Quæ in his cum torporis sensu exoluuntur, molestiam exhibent, non tamen perniciem afferunt. In Coac. etiam (pag 119. C.) δύσκολον dicitur de morbo aliôqui non periculoso ac lethali, qui difficillimè soluitur aut iudicatur. Rursus ibidem (v. 47. ibid. D) δύσκολοι sunt qui difficulter & grauiter habent, & qui graui morbo implicantur. Et δύσκολοι πυρετοὶ, febres molestiam exhibentes, grauiter affligentes, & quæ non facilè soluuntur aut curantur, ibidem (pag. 122. H.) Sic δύσκολοι ἀῤῥωστίαι, graues & molestæ ægritudines, & quæ non facilè soluuntur, ibid. (pag. 168. D.) δύσκολα tamen τὰ σημεῖα pro signis grauibus, perniciosis & exitialibus ponuntur Coac. (pag. 143. F.) quæ ibidem φαῦλα vocat, & in Progn. (pag. 157. 31. H. 44. 35.) θανατώδεα. Rursus Coac. (pag 163. F.) δύσκολα σημεῖα ponuntur pro grauibus & exitialibus, quæ πονηρὰ in Prog. (pag. 158. 22. H. 45. A.) dicuntur. οὔρησις δυσκολαίνουσα, mictio molestiam exhibens & difficilis, in Prorrh. (pag. 205. 51. H. 76. D.) eam quæ fit cum dolore, aut quæ cohibetur & supprimitur, aut quæ cum stranguria & vehementi mordacitate educitur, sumunt interpretes, vt scribit Gal.

Δύσκριτον apud Hipp. dicitur quod ægrè iudicatur ac soluitur, & difficilis est iudicationis aut malæ. δύσκριτοι νοῦσοι, κακόκριτοι exponuntur Gal. aph. 8. lib. 3. morbi qui malè iudicantur, in quibus iudicia cum periculosis casib. eueniunt, vel qui statim prorsus perniciosi sunt, vel omninò reuersionem faciunt. ῥίγεα δύσκριτα, rigores quos difficile iudicium sequitur, dicuntur aph. 29. lib. 4. & Coac. (pag. 119. F.) δύσκριτα exponit Gal. ἤτοι κακὴν ἐπιφέροντα κρίσιν, ὥστε καὶ κακόκριτα ἐλέλεκτο, ἢ οὐ βεβαίαν, ἀλλ' ὥστε ῥᾳδίως ὑποτροπιάζειν, ἢ εἰς μακρὸν ἐμπίπτοντα χρόνον, ὥστε καὶ δύσλυτα ἐλέλεκτο. hoc est, vel malam afferentes iudicationem (ac si malè iudicantes dicti sint) vel certè infirmam, ita vt facilè morbi reuersionem faciant, vel in longum tempus protrahantur, quasi solutu difficiles dicti sint. Idem Com. ad aph. 30. lib. 4. δύσκριτον solutu difficile & δύσλυτον exponit, his verbis: οὐ μὴν οὐδὲ τὸ δύσκριτον οἷόν τ' ἐστὶν ἐπινοῆσαι κατ' ἄλλο τι σημαινόμενον εἰρῆσθαι, παρὰ τὸ δύσλυτον. Neque verò illud δύσκριτον alia significatione intelligi dicere possumus, quam quod δύσλυτον, hoc est solutu difficile. δύσκριτα etiam ἄκριτα ποιοῦντα τὰ νοσήματα, quæ morbos expertes iudicationis faciunt, exponit Galen. Com. 3. in Prorrh. (pag. 211. 42.) in ea Hipp. sententia lib. 2. Epid. τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

Δύσκωφοι aurium grauitate laborantes, graui surditate tentati, Coac. (pag. 149. E.)

Δυσοργίη difficilis ira dicitur & quæ ægrè placatur, pro vehementi ira aut iracundia sumitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 12. 11. libr. περὶ χυμῶν (pag. 49. 28.) δυσοργησίαι.

Δυσουρίη est vrinæ difficultas Hipp. aph. 5. & 31. lib. 3. & 36. lib. 6. & 48. lib. 7. Eam autem vrinæ excernendæ difficultatem significat quæ aut cum dolore fit, aut ægrè educitur, vesica velut feriante, quæ cum dolore fit, aut inflammationem, aut abscessum, aut vlcerationem, aut inæqualem intemperaturam, aut spiritum flatuosum, crassum & glutinosum causam habet. Quæ autem ægrè excernitur vrina, in facultatis imbecillitatem, ac tumorem contra naturam causam rejicit. Gal. Com. ad aph. 48. lib. 7.

Δύσπνοον apud Hipp. τὴν δύσπνοιαν, difficultatem spirandi sæpè indicat, vt in Coac. (pag 119. F.) τὰ φρικώδεα καὶ τὰ δύσπνοα ἐν τοῖσι πόνοισι, σημεῖα φθινώδεα. Vbi horror in malis subinde incidit cum difficultate spirandi, tabes denunciatur. Sic μακρόπνοοι μακρόπνοιαν, & βραχύπνοοι βραχύπνοιαν, exponit Gal. libr. 3. de δύσπν. (pag. 195. 40.) ex lib 2. & 6. Epid. Est autem δύσπνοια Galeno statim initio lib. 1. περὶ δύσπν. (pag. 166. 24.) respirationis læsio ac difficultas. ὅτι μὲν ἡ δύσπνοια βλάβη τίς τῆς ἀναπνοῆς ἐστιν, ὥσπερ ἡ δυσαισθησία τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἡ δυσκινησία τῆς κινήσεως, ἱκανὸν ἐνδείξασθαι τοὔνομα. Quòd quidem δύσπνοια, hoc est respirandi difficultas, sit quædam respirationis læsio, veluti sentiendi difficultas ipsius sensus, & mouendi difficultas ipsius motus, nomen ipsum satis indicat. δυσπνοϊκοὶ dicuntur autho[r] Definit. Med. (pag. 398. 16.) ἐφ' ὧν οἱονεὶ στενοχωρούμενον ἐκπνεῖ τὸ πνεῦμα, in quibus spiritus velut in angustias redactus, trahitur. Galen. verò ad extremum lib. 7. de compos. pharm. κατὰ τόπους (pag. 272. 33.) δυσπνοϊκοὺς vocari scribit, ὅσοις ἐμπέπλησται βρογχία τοῦ πνεύμονος ὑγρῶν παχέων τε καὶ γλίσχρων, ἐφ' ὧν, ὡς ἔφην, τοῦ τέμνεσθαι καὶ λεπτύνεσθαι τὸ πάχος τε καὶ τὴν γλισχρότητα τῶν χυμῶν ὑγρότητός τι δεῖ προσεῖναι τοῖς φαρμάκοις καὶ τῇ διαίτῃ. quibus pulmonis cartilagines pulmonis bronchia dicta crassis & glutinosis humoribus offarcta sunt, in quibus, vt dixi, præterquam quòd humorum crassitudinem & viscositatem secamus & tenuamus, in medicamentorum & victus ratione vim quandam humectandi adesse oportet.

Δύσφορον graue, molestum, & quod ægrè toleratur dicitur Hipp. ἡ νὺξ δύσφορος, nox grauis & molesta, & in qua turbantur ægri ac somnus interrumpitur, aph. 13. lib. 2. μῆκος τοῦ σώματος [...] γήρουσι δύσφορον, proceritas corporis senectuti grauis, molesta, ægrè tolerabilis, vt legit Galen. aphorism. 54. libr. 2. Vbi sen[...] incuruitatem ὅτι μόγις δύνανται βαστάζειν, quòd sit grauitati oneri, δύσφορον dici Hipp. scribit Gal. δύσχρηστον tamen legunt omnia exemplaria. δύσφοροι φρῖκαι, horrores graues & molesti, difficiles, ægrè tolerabiles. In Prorrh. (pag. 193. 4. H. 73. B. [...] Coac. (p. 119. A.) Rursus (ibid. C.) τὰ ἐκ νώτου ῥίγεα δυσφορώτερα, qui ex dorso proficiscuntur rigores, aliquantulum mo[lestiores]

ac di-

ac difficiles. δυσφορεῖν Hesych. χαλεπῶς exponit, graue, molestum. & δυσφορεῖν βαρυνέσθαι, grauatè ferre. δυσφορίη Hipp. frequens, est ægrè tolerabilis molestia & labor. Sic in Prorrh. (pag. 194. 52. H. 74. A.) & Coac. (pag. 162. C.) φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνὴ, μετὰ δυσφορίης, fauces dolentes absque tumore cum labore & molestia, diximus, vt illud Progn. (pag. 158. 29. H. 45. 6.) redderemus, ἐπεὶ τι πόνον περιέχουσι. δυσφορίη etiam frequenter corporis incontinentem iactationem ac impliciditatem significat, præ cetera vbi cum ἄση & ἀλυσμῷ coniungitur. Sic ægr. 5. lib. 3. Epid. post st. pest. ἀσώδης, ὑποδυσφόρει. corporis æstuatione & stomachi fastidio laborabat, & quadam corporis incontinentia iactabatur. Rursus (ibid.) ... δυσφόρει. Sub solis autem occasum magna corporis inquiete vexabatur, vt inquietem nocturnam pro inquietudine dixit Plinius cap. 22. lib. 14. Et lib. 5. Epid. (pag. 1156. F.) ἀλυσμὸς, δυσφορίη, corporis incontinens iactatio & implaciditas. Lib. 7. Epid. (pag. 1139. H.) σμικρὰ δι᾽ ἐγρηγόρσιος, ... δυσφορίης ... parum peruigil fuit cum nulla ægrè tolerabili molestia, hoc est cum nulla inquietudine. δυσφορεῖν περὶ τὰς ἀναστάσιας, est dum desurgitur malè habere, vt ægr. 3. lib. 3. Epid. ἐδυσφόρει περὶ τὰς ἀναστάσιας, dum desurgeret malè habebat. S... δυσφορώτερον, implacidior esse, ægr. 5. lib. 3. Epid. post st. p. st. αἱ δυσφορίαι μετὰ περιψύξιος, corporis iactatio & incontinentia cum perfrictione. Coac. (pag. 118. D.)

Δυσπνοίη πνιγώδης, spirandi labor & difficultas, in apoplecticis dicitur, cum magna spirandi molestia laborant, & magna cum violentia spiritum trahunt. Coac. (pag. 194. A.) Nam cùm apoplexiæ magnitudo ex noxæ quam spirationi infert vehementia discernatur, (vt scribit Galen. lib. 3. de loc. aff. cap. 10.) sanè pessima omnium spiratio censenda est, quæ & intermittitur, & magna cum violentia trahitur. Quæ fortem & vehementem apoplexiam facit: ita maxima & acutissima existimari debet, vbi ita cohibetur spiratio, vt ægri ad sensum nullo modo spirare videantur.

Δυσχερῶς, grauiter, molestè, intolerabiliter, implacidè. δυσχερῶς φέρειν grauiter & difficulter ferre. cui εὐφόρως opponit Hipp. aph. 25. lib. 1. & aph. 3. lib. 4.

Δυσώδης, graueolens & fœdus. δυσώδης κοιλίη aluus fœtida & graueolens, pro tenuioris intestini morbo graueolente, quem εἰλεὸν δυσώδη in Prorrh. vocat (pag. 217. 1. H. 81. F.) in Coac. (pag. 166. A.) ἐπὶ ὑποχονδρίοισι χρονίοισι, ἐκ κοιλίης δυσώδεος, τὰ ἐς ὦτα ἐπάρματα, κτείνει. In præcordiis ex longo interuallo afflictis & graueolente aluo, subnatum ad aures tuberculum, mortem affert. ... etiam eos quibus sunt graueolentes deiectiones significant (ibidem pag. 150. D.) ἐπὶ πλείστοισι δυσώδεσι, in plurimis graueolentibus deiectionibus. Sed ἐπὶ ... δυσώδεσι ex Prorrh. legendum esse illic admonuimus. δυσωδίαι πτυσμάτων sputorum graueolentiæ dicuntur. (ibid. 184. A.)

OECONOMIÆ HIPPOCRAT.

TO E.

Ἐκθλιβέσθαι, ἐμαλάχθη exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. emollitum est, nimirum locum libr. 5. Epid. (pag. 1142. D.) subindicans. τὸ ἐξελιμάσθη ἰσχυρῶς, τῇσι χερσὶ σὺν ἐλαίῳ. Id cum manibus oleo inunctis validè est expressum & emollitum. Significat autem quiddam durum in ventre infra vmbilicum enatum, manibus oleo inunctis attrectatum, remollitum fuisse ac veluti expressum, hoc est dissipatum & discussum. Hanc etiam Gal. expositionem secutus est Hesych. apud quem βλιμάζειν τοὺς μαστοὺς ὑποθλίβειν, mammas leniter premere aut attrectare significat. Est & eidem βλιμάζειν ... ψηλαφᾶν, ... & τὰ τοῖς ὄρνισιν ἐκ τῶν στηθῶν πιέζειν, hoc est pectus manibus attrectare aut premere, quod faciunt qui aues ex pectoris amplitudine æstimant. Sed cùm βλιμάζειν ... dicant Iones, vt annotatur ex Corintho, vt luti θλίβειν, quod est manib. premere, ἐξελιμάσθη melius forte legatur apud Hipp. vt etiam adscripsimus, quo tumor expressus & dissolutus significetur. Est & βλιμάζειν τὸ ψηλαφᾶν, palpare & manibus pertractare, & apud Aristoph. in auibus, τὸ τῷ ὑπογαστρίῳ ἢ τὰ στήθη ἐπιθεῖναι, ... quod est mammas ac pectus, aut imum ventrem manibus pertractare aut palpare, quod faciunt aues empturi, cùm earum pretium ex pectoris amplitudine experiuntur. βλιμάζειν etiam Varinus exponit τὸ ... ψηλαφᾶν τὰ στήθη, ἢ τοὺς μαστοὺς ἢ ... τῶν γυναικῶν, mammas aut pectus manib. attrectare, aut mulierum pudenda attingere. Vnde & χειροβλιμάσθαι dicitur mammas leniter manibus premere & contrectare. Quod effecit vt ἐξελιμάσθη apud Hipp. proprio quodam significato accipi posse indicauerimus, cùm tumorem in ventre infra vmbilicum manibus oleo perunctis attrectatum significat.

Ἐγγαστρίμυθοι dicuntur Gal. in Exeg. vocum Hipp. οἱ συγκεκλεισμένου τοῦ στόματος φθεγγόμενοι, διὰ τὸ δοκεῖν ἐκ τῆς γαστρὸς φθέγγεσθαι, hoc est, qui concluso ore loquuntur, quod ventre vocem edere videantur. Quibus sanè verbis locum lib. 5. Epid. (pag. 1156. G.) subindicat, qui etiam repetitur lib. 7. Epid. (pag. 1117. F.) ἐκ τοῦ στήθεος ὑπεψόφει, ὥσπερ αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι. ... & ex pectore strepitus quidam edebatur, nec secus contingebat ac mulieribus fatidicis, quæ Pythone afflatæ, quod ventre oracula fundunt. Engastrimythi, hoc est ventriloquæ dicuntur. Significat autem Hip. in muliere anginosa, strepitum quendam aut sonum ex pectore & thorace editum fuisse, ex plurimo spiritu crasso & viscido sputo permixto, qualis exaudiri solet in mulierib. fatidicis aut obsessis, quæ Pythonis afflatu tenui voce & sono ex ventre edito oracula fundunt, ideoque ἐγγαστρίμυθοι, hoc est, ventriloquæ dicuntur. Apparet tamen Gal. genus mutasse apud Hipp. & αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι legisse, cùm tamen ad eam quam scripsimus lectionem omnia congruant exemplaria, tum manu scripta, tum etiam edititia. eademque est lib. 7 Epid. scriptio. Quod efficit vt apud Gal. αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι leg. existimem. Eamque opinionem confirmant plurima exemplaria quæ apud Gal. legunt, ἐγγαστρίμυθοι, οἱ ... τοῦ στόματος φθεγγόμενοι, ... ἐκ γαστρὸς φθέγγεσθαι. Quam lectionem Varin. etiam ex Gal. secutus videtur. Sunt autem ἐγγαστρίμυθοι mulieres vaticinantes ac diuinatrices, quæ dæmonem, ex quo responsa ferunt, ventre conceperunt, quasi ventriloquæ. Qualis fuit Pythia illa Delphica, quæ tripodi diductis cruribus insidens, ventre fatidicum spiritum hauriebat, quo mente incitata & furens oracula edebat, (vt scribit M. Tullius lib. 2. de Diuinat.) Aut mulier illa Pythone afflata, quæ Samuelem, in Saülis gratiam, iam fato functum excitauit, Reg. 1. cap. 28. Sic enim ἐγγαστρίμυθος γυνὴ dicitur, & μαντεύεσθαι ἐν ἐγγαστριμύθῳ Pythonis afflatu vaticinari & diuinare significat. Crebraque est huiusmodi dictio in sacris literis, qua diuinaculi & vaticinia captantes significantur, vt Leu. 19. 20. & Deut. 18. Esaiæ 19 Paralipom. 2. 23. Qua voce qui Pythonas habent, aut qui Pythone afflati sunt, redduntur Latinis, etsi 4. Reg. 21. & 22. τοὺς θέλητας Pythonas etiam vocant. Sic ventriloquam fuisse puellam illam, quæ Act. Apost. 16. Pythonis spiritum habebat cuius afflatu vaticinabatur, scribit August. cap. 23. lib. 2. de doct. Christiana. Tertull. quoque imprimus grauis author, mulieres fuisse scribit, quæ genitalibus voces fatidicas ederent. Et sibi visam huiusmodi mulierem testatur Cæl. Rhod. cap. 10 lib. 8. Adri. quoque Turneb. publicè professus est sibi visum quendam nebulonem qui immotis labris ventre, cùm vellet, vocem quandam & sonum redderet, huiusmodique præstigiis quæsticulum faceret vberrimum. Hoc certe diuinationis genus εὐρυκλέους μαντεία dicitur Aristoph. in Vespis, ab Euryclе quodam, qui Athenis huiusmodi diuinationem exercuit, & planè ἐγγαστρίμυθος fuit. Ex quo postea ἐγγαστρίμυθοι ἐγγαστρῖται & εὐρυκλεῖδαι dicti sunt. Cuius etiam in Sophista meminit Plato. ἐγγαστρίμυθοι etiam ἐγγαστριμάντεις, & στερνομάντεις dicti sunt, quòd ex ventre, pectore, & imis corporis penetralibus oracula funderent, vt scribit Pollux libr. 2. Engastrimythi nomen retinet Hier. in Catalogo virorum illustrium. ἐγγαστρίμυθοι etiam ἐγγαστρίμαντεις & στερνόμαντεις dici scribit Hesych.

Ἐγγύαν, ἐπείσειν exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. hoc est offirmet, supra fulciat, apprimat. Verùm suspecta mihi est ista lectio, & ἐγκύλιν aut ἐγκύλλειν, & ἐπερείσειν scribendum existimo, vt

subindicetur locus libr. de fract. (pag.567.26.H.771.H.) ἐπιμελεόμενος ὅκως τὰ ἄκρα τῶν ῥάβδων μὴ ἐς τὸ χρῶμα ἀλλ' ἐς τὰ ἄκρα τῶν σφαιρίων ἐγκέλσῃ, ea adhibita diligentia vt summi virgarum fines, non ad corpus, sed in extremas orbium eminentias incumbant, aut insistant, appellant, insideant. Vbi Gal. τὸ ἐγκέλσῃ τὸ ἐπερείσῃ velut, innitantur aut fulciantur, hoc est infigantur, offirmentur, impingantur. Sic enim illic apud Gal. leg. existimo. Etsi interpretes τὸ μὲν ἐγκέλσαι, τὸ δὲ ἐπερείσαι ἄλλον, legant, vt ἐγκέλσαι sit quasi, appellere, infigi, firmari, inniti, insistere, inhærere, incumbere, insidere, ἐνστηρίζεσθαι dicit Gal. firmari, illidi. In Mochl. verò (pag. 868. D.) eadem in re scribit Hipp. ὡς τὰ ἄκρα ἐς τὰς σφαίρας ἐνστηριζόμενα διαναγκάζῃ. Ita vt extremi fustium fines spiris innixi vim adhibeant. Hoc autem Exegeseωs caput multa apud Gal. desiderant exemplaria, vt eo quoque nomine mihi vitium subolere videatur.

Ἐγγενὲς συγγεγενημένον, οἰκεῖον, congenitum, proprium ac familiare exponit Gal. in Exeg. apud Hip. eandemque expositionem sequitur Var.

Ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα dicuntur de his quæ ex corpore continenter & assiduè prodeunt. In Prorrh. (pag. 189. 38. H. 72. A.) de his quæ vomitione refunduntur. καὶ ἔμετοι μὲν ποικιλίας κακὸν ἄλλως τε καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντων. Vomitus quoque varij malo sunt, præsertimque si continenter & assiduè prodeant. Vbi Gal. ἐγγὺς ἀλλήλων, συνεχῶς, καὶ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον exponit, hoc est continenter, & non longo post se interuallo. In Coac. verò (pag. 216.F.) deiectionibus & vomitui attribuitur.

Ἐγγώνιος dicitur Hipp. angularis, & is habitus qui est ad rectos angulos, vt ἐγγώνιος πῆχυς, vbi cubitus cum brachio ad rectum angulum flectitur, libr. κατ' ἰητρεῖον (pag. 694. 28. H. 746. B.) ὁ δὲ τὸ ἐγγὺς τοῦ ἐγγωνίου πήχεος πρὸς βραχίονα, veluti vbi cubitus cum brachio ad angularem prope figuram accedit. Quem locum mihi disertè expressisse videtur Erot. cùm ἐγγωνίῳ πήχει apud Hipp. exponit (si modò vitiosa non est lectio, ac non potius ἐγγωνίου πήχεος legendum, quod aliàs ἐγγώνιον πῆχυν apud Hipp. non temerè reperias) his verbis, ἐγγώνιος πῆχυς λέγεται, ὅταν καμφθεὶς, γωνιωθῇ κατὰ τὸν ἀγκῶνα. Cubitus angularis dicitur vbi in flexu ad cubiti gibbum angulum rectum effecerit. Verùm apud Erot. ἐγγώνιος pro ἐγγώνιος aut εὐγώνιος scribitur, vt & Gal. Com. 3. in libr. κατ' ἰητρ. (pag. 695. 1.) τὸ ἐγγώνια aut εὐγώνια dici scribit, τὴν ὀρθὴν ἔχοντα γωνίαν, quæ angulos rectos faciunt. Ἐγγώνιοι χεῖρες, manus angulares dicuntur, quæ ita figurantur vt rectum angulum in cubiti flexu faciant. lib. κατ' ἰητρ. (pag. 671. 19. H. 741. G.) ἢ ὡς τὸ στῆθος ἐπὶ γούνασιν ἔχειν ἄκρας χεῖρας ἐγγωνίας πρὸς βραχίονα, vt pectore ad genua incumbente, summæ manus ad brachia rectum angulum faciant. Vbi scribit Gal. Hipp. vocare τὰς χεῖρας ἐγγωνίους, ὅταν ὀρθὴν γωνίαν πῆχυς ἐργάζηται πρὸς τὸν βραχίονα, hoc est manus angulares, cum cubitus ad brachium rectum angulum facit. In Mochlico etiam (pag. 863. F.) ἀγκῶνα ἐγγώνιον πρὸς βραχίονα ἔχοντα, dicit, cubiti gibbū eo habitu vt ad brachium rectum angulum efficiat. Vt & ibid. (pag. 850. H.) σχῆμα ἐγγώνιον, figuram angularem, vbi cubitus cum brachio rectum angulum efficit. Sic enim vbi cubiti gibbus exciderit, κατάστασις μὲν ἐν σχήματι ἐγγωνίῳ, τῷ πήχει κοινῷ, πρὸς βραχίονα, in habitu quidem angulari cubiti ad brachium communi reponitur. Qui certè habitus lib. de art. (p. 599. 4. H. 795. B.) σχῆμα κοινὸν τῷ πήχει πρὸς βραχίονα, cubiti ad brachium communis, simpliciter dicitur. Quem quidem Mochl. locum mihi quodammodo exprimere videtur Gal. cùm apud Hipp. passim σχῆμα ἐγγώνιον explicat: etsi lib. κατ' ἰητρ. eo loco quem paulò ante adduximus, pro ἐγγὺς ἐγγωνίου πήχεος, ἐγγὺς τοῦ ἐγγωνίου σχήματος πήχεος legisse videtur. Atque ibidem scribit Gal. καὶ καλεῖσθαι φασὶν ἐγγώνιον σχῆμα τὸ κατ' ὀρθὴν γωνίαν, τουτέστιν ἵνα τὸ τοῦ πήχεος ὀστοῦν πρὸς τὸ τοῦ βραχίονος ὀρθὴν ἐργάζηται γωνίαν. Angularem figuram appellari dicunt, eam quæ est ad rectum angulum, hoc est, vbi cubiti os cum brachij osse rectum efficit angulum. Rursus (ibid.) τὸ ἐγγώνιον τὸ κατ' ὀρθὴν συγκείμενον σχῆμα vocat, angularem figuram eam quæ recto angulo constat, ὅπερ γίνεσθαι πέφυκεν, ὅταν ὀρθὴν γωνίαν ὁ πῆχυς ἐργάζηται πρὸς βραχίονα. Quæ fieri solet vbi cubitus cum brachio rectum efficit angulum. Idem com. 1. in lib. de fract. (p. 529. 22.) ἐγγώνιον σχῆμα τῆς χειρὸς, angularem manus figuram exponit, ὅταν οὕτως ἔχῃ σχήματος ἡ χεὶρ, ὡς ὀρθὴν γωνίαν ἐργάζεσθαι τὸ τοῦ βραχίονος ὀστοῦν πρὸς τὸ τοῦ πήχεος. vbi eo habitu figurata manus fuerit, vt brachij os ad cubitum rectum angulum efficiat. Ibid. iterum quoque ἐγγώνιον σχῆμα τῆς ὅλης χειρὸς vocari ab Hipp. scribit, τὴν ἐπ' ὀρθὴν γωνίαν θέσιν τοῦ βραχίονος πρὸς τὸν πῆχυν, angularem totius manus figuram, eum habitum brachij cum cubito, qui est ad rectum angulum. Idem etiam lib. de Motu musculorum 2. (pag. 561. 27.) ἐγγώνιον σχῆμα vocat, vbi cubitus cum brachio rectum angulum efficit, his verbis: ὀρθὴ γὰρ ἐκείνη τοῦ σχήματος ἐστὶν ὁ πῆχυς ὀρθὴν ἐργαζόμενος γωνίαν πρὸς βραχίονα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸ καλοῦσιν ἐγγώνιον. Huius autem figuræ terminus est, vbi cubitus cum brachio rectum angulum efficit, eamque iccirco angularem vocant.

Ἐγέρσεις & ἐπεγέρσεις dicuntur ægrorum per somnum exurrectiones, expergefactiones, & excitationes. αἱ ταραχώδεις θρασύτητι ἐγέρσεις, turbulentæ cum confidentia expergefactiones, damnantur Hipp. in Coac. (pag. 129. C.) & Prorrh. (pag. 206. 33. H. 76. G.) αἱ ταραχώδεις θρασύτηται ἐπεγέρσεις, turbulentæ ac valdè confidentes expergefactiones.

Ἐγκάμψει Gal. apud Hipp. exponit ἐπικάμψει, inflectet, confringet, & ἐγκεκαμμένοι, οἱ ἐπικεκαμμένοι καὶ γρυποὶ, inflexi, confracti, adunci, incuruati, ac de vnguibus efferri adscribit.

Ἐγκανθὶς dicitur Medicis carnis in magno oculi angulo excrescentia. Gal. lib. de tumor. præter nat. (pag. 157. 34.) ἐγκανθὶς dicitur παρὰ φύσιν μέν τις ὄγκος ἐν τοῖς μεγάλοις γινόμενος κανθοῖς, tumor præter naturam qui fit in magnis oculi angulis. Authori definit. Med. (pag. 400. 25.) ἐγκανθὶς ἐστὶν ὑπεροχὴ σαρκὸς ἐν τῷ μεγάλῳ κανθῷ, carnis in magno oculi angulo excessus. Gal. lib. de diff. morb. (pag. 204. 8.) ἐγκανθίδας ἐν ταῖς τῶν κανθῶν ἀμετρίαις reponit, & ὀνομάζεται μὲν ἡ ἐπὶ πλεῖον αὔξησις, ἐγκανθὶς, ἡ μείωσις δὲ, ῥοιάς. Vocatur quidem immoderatum oculi angulorum augmentum ἐγκανθὶς, diminutio autem ῥοιάς. Sunt enim inter se opposita hæc duo oculorum vitia, vt scribit Paulus cap. 22. lib. 3. & oculorum pterygiis plærumque succedere solent. fit enim interdum in angulo, parum vngue exciso, vel aliter tuberculum, quod palpebras parum diduci patitur, ἐγκανθὶς Græcè nominatur. Celsus cap. 7. lib. 7. ἐγκανθίδες autem ἢ ἐπικανθίδες propriè Polluci dicuntur lib. 2. αἱ τῶν κανθῶν ῥίζαι, canthorum, hoc est oculorum angulorum radices. Indeque etiam morbo nomen est inditum. lib. 4. κατὰ τόπ. (pag. 209. 17.) medicamenta πρὸς ἐγκανθίδας, hoc est ad carnem circa nasi angulum excrescentem, describuntur. ἐγκανθὶς Hesych. est σὰρξ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐξηθεῖσα.

Ἔγκαρπος aut ἔγκαρπος fruticosus aut fructuosus, & in se fructum habens. lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 360. 11.) τὰ ἔγκαρπα de pomis dicuntur quæ in se semen habent, aut seminibus referta sunt. Ἔγκαρπα sunt Hesych. οἱ κεκουρευμένοι πυροὶ, detonsa frumenta, & segetes triticeæ sectæ ac messæ. Sed ἔγκαρπα apud Hes. legitur.

Ἐγκὰς, ἐν βάθει, altè, in profundo, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Atque haud scio an ἐγκὰς legerit Gal. apud Hipp. lib. de vuln. cap. (pag. 899. C.) vbi ἰχὰς legitur. Nam & huic loco optimè quadrare potest, vt ῥωγμαὶ dicantur ἐγκὰς οὖσαι καὶ ἐρρωγυῖαι ἐστὶν, quæ fisso osse altè descendunt, quæ oculis deprehendi nequeunt. Neque aliàs apud Hipp. reperio. Sed hæc mea sit tantùm coniectura, cùm & vulgata lectio mihi non parum arrideat, eamque nostra interpretatione probauerim.

Ἐγκατεδαμασθὲν χρῶμα, corpus perdomitum, afflictum dicitur Hipp. lib. 7. Epid. (pag. 1229. E.) τὸ χρῶμα δὲ ὑπὸ κωνώπων ἐγκατεδαμασθέν, corpore velut à culicibus compuncto, commorso & afflicto. Sic enim legendum esse nostris in eum lib. Annot. admonuimus contra exemplarium omnium fidem, vt corpus significet culicum puncturis perdomitum, profligatum & afflictum. Ab ἐγκαταδαμάζω deductum quod perdomo, affligo, edomo indicat, vt δαμασθεὶς πληγαῖς verberibus domitus & afflictus dicitur.

Ἐγκατεκλείσθη, inclusum fuit, intus conclusum aut interclusum fuit, significat apud Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 48. 21. H. 385. 53.) ὁκόσοισί τι τῶν σιτίων αὐτίκα ἐγκατεκλείσθη. Quib. igitur cibi recrementum iam primùm interclusum est. σιτίων enim ἐγκατακεκλεισμένων illic exponit Gal. ἐκ πολλοῦ χρόνου μὴ διακεχωρηκότων, cibi recrementum interclusum, quod ex longo interuallo non deiecerit aluus.

Ἐγκαταλείπεσθαι aut ἐγκαταλιμπάνεσθαι relinqui, intus relinqui aut concludi significat, & crebra est Hipp. dictio de his quæ in deficientium genere reponuntur, neque perfectè, sed ex parte aliqua vacuantur, ex quib. aliquid intus remanet quod morbi reuersiones facit. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν ὑποστροφὰς ποιεῖν εἴωθεν. Quæ post iudicationem per morbos relinquuntur, morborum reuersiones adducere consueuerunt, aph. 12. lib. 2. Et τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα. Quæ relinquuntur post iudicationem recidiuas facere consueuere lib. 2. Epid. (pag. 1027. D.) quod etiam repetitur aph. 12. sect. 2. libr. 6. Epid. & lib. 4. Epid. (pag. 1132. H.) Rursus lib. 2. Epid. (pag. 1009. G.) οἷσιν ἐγκαταλείπεται βεβαιότεραι ὑποστροφαὶ καὶ τάχισται. Quod etiam repetitur aph. 26. sect. 3. lib. 6. Epid. Quibus aliquid intus relinquitur, certissimæ & celerrimæ morborum reuersiones fiunt, de vlcerib. & tuberculis subsistentibus, quæ vbi erumpunt febres decernere nata sunt.

τὰ ἐν

τὰ δὲ περὶ βλεφάρων τῆς ἄνω ἐγκαταλειπόμενα οἰδήματα, τῶν ἄλλων διεγχωρουμένων, ὑποστροφαί. Tumores in superioribus palpebris relictos considerare conuenit, aliis namque circum gracilescentibus morborum reuersiones denunciantur. Huiusmodi enim palpebrarum tumores, magnam corporis cacochymiam, viscerum impuritatem ac humorum corruptelam indicant, vt nostris in eum locum Annot. adscripsimus. Aret. etiam grauis author Hipp. locum exprimens, hanc dictionem vsurpat cap. 10. lib. 2 Cur. acut. ἢ γὰρ ὑποστροφαὶ γίνονται τῶν ἐγκαταλειπομένων, ἢ ἐς ἐμπύησιν τρέπεται. Aut enim quæ relinquuntur recidiuas faciunt, aut ad suppurationem tendunt. τὰ ἐγκαταλειπόμενα καύματα ἐν ὑποχονδρίῳ εἶεν, relicti in præcordiis æstus & conclusi ardores in Prorrh. (pag. 173. 12. H. 67. G.) cum febre in qua totius corporis habitus perfrigeratur, morbi reliquias & imperfectam quandam absolutionem indicant. Videtur enim febris quo ad externum habitum remisisse, ideoque perfrigerata dicitur, vbi corporis extrema frigent. Verùm intus conclusi ardores & relicti, viscerum penetralibus conceptam febrem significant, etsi extra remisisse, non desiisse videatur. Sic δίψα ἐγκαταλειφθεῖσα sitis intus relicta, & post iudicationem imperfectam remanens, dicitur, aph. 11. lib. 6. epid. sect. 2. Et rursus, ἢν δέ [illegible] ἐγκαταλείπηται, ὑποστ. Et quidem si quid ex his quæ effluunt intus relinquitur, ad abscessum morbus est accommodatus. Vbi certè scribit Gal. τὰ δὲ ἐγκαταλείπεται, τὰ μὴ παλίνει ἀλλ' ἐκ μέρους κενούμενα δηλοῦσι. hoc est, hac dictione [intus relinquuntur] ea quæ non in totum, sed ex parte vacuantur, indicante. Et rursus (ibidem) ῥεύσης γὰρ ἐκείνης μὲν οὐ τοσαύτης, ὅσον χρή, αἱ κρίσεις γίνονται τῶν νόσων ἐν αἷς ἐγκαταλείπεσθαί τι λέγεται. Profluente enim, non tamen quantum par est, languide, defectæ morborum iudicationes fiunt, in quibus aliquid intus relinqui dici conuenit. Item quoque, ὅταν τοῦ πυρετοῦ παυσαμένου μένῃ τινὰ τῶν συμπτωμάτων, ἐγκαταλείπεσθαί τι λέγεται τῆς νόσου λείψανον. Quando cessante febre quædam symptomata remanent, aliquid reliquiarum morbi intus relinqui dicitur. Ac rursus, διττῶς γὰρ λέγομεν τὸ ἐγκαταλείπεσθαι, ἑν μὲν ἵνα δὲ περί τι [illegible] χυμῶν, ἕτερον δὲ ἐπὶ τῆς νοσώδους διαθέσεως. Bifariam intus relinqui inaudiendum est. Vno quidem modo humorem morbum committentem, altero verò morbosam affectionem. Idem com. ad aph. 12. lib. 2. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα τὰ λείψανα τῶν μοχθηρῶν χυμῶν καλεῖ Ἱπποκράτης, ἅπερ ἀνάγκη σηπόμενα τῷ χρόνῳ πυρετοὺς ἀνάπτειν. Quæ relinquuntur prauorum humorum reliquias vocat Hipp. quas necesse est putrescentes successu temporis febres iterum accendere. Cæterùm ἐγκαταλείπεσθαι etiam Hipp. intus deficere, relinqui ac deseri significat. vt lib. de frac. (p. 566. 33. H. 771. F.) ἧσσον δὲ ἐγκαταλείπεται ἐν τῇ κινήσει τοῦ ἄλλου σώματος, minus deseretur in reliqui corporis motione, hoc est ad reliqui corporis motionem etiam citiùs mouebitur. Solenne quoque est illud Hipp. ex aph. 11 lib. 6. Epid. sect. 2. ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται si spiratio intus deficit, à Gal. libris περὶ δυσπνοίας toties explicatum quo spiratio intus conclusa, deficiens ac interrupta indicatur.

Ἐγκατάληψις interceptio dicitur ac intus retentio, vacuandorum humorum suppressio, quæ recidiuas facit, aphor. 12. sect. 2. lib. 6. Epid. αὐτὴ γὰρ αἱ ἐγκατάληψις ἀμφοτέρων αἱ ὑποστροφαί. Ipsa enim vtrorumque interceptio iure quodam recidiuas facit. Lib. 2 Epid. (pag. 1017. D.) κατάληψις dicitur, & videtur vrinæ suppressionem aut retentionem idemque quod ἐπίσχεσις significare, velut ἐπίληψις οὔρων sæpè effert Hipp. Sunt qui ἐγκατάληψιν libr. 6. Epid. legant, & eorum quæ vacuari debeant superstites ac remanentes quasdam reliquias intelligant, quæ meritò suspectas recidiuas faciunt.

Ἔγκαυσις, æstus, ardor, incensio. Dicitur Gal. lib. 1. de diff. feb. (p. 322. 15.) in febrium causis, caloris in corpus actio, siue à sole, siue ab igne, siue à re aliqua calorem excitante, vt potè medicamento, calore præter naturam corpus incendatur.

Ἐγκισσώσεται apud Hipp. est ἐλίσσεται δίκην κισσοῦ, instar hederæ implicatur, hoc est inuoluta inseritur. Neque dubium est quin hunc Hipp. locum subindicet Hesych. cùm ἐγκισσοῦται exponit ἐμφύεται, πλέκεται, hoc est, inseritur, inuoluitur, intexitur.

Ἐγκλυδαστικὸν dicitur Hipp. quod intus fluctuat & æstuat, aut intus fluctus pariens, Libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 81. 55. H. 394. 41.) de aqua, ἐγκλυδαστικόν τι καὶ ἐπιπολαστικόν, quæ intus fluctuat & superinnatat, κλύδωνας ἐργαζόμενον fluctus parientem aut efficientem exponit Gal. Sic ἐγκλυδάζεσθαι intus fluctuare significat lib. 1. de Morb. (pag. 451. 50.) ἐγκλυδάζεται τὸ πύον ἐς τὰ πλευρὰ ἐσπίπτον, pus intus fluctuat ad latera illabens.

Ἐγκόπτειν, impedimento esse, præpedire, obstare, interpellare. ἐν παραγγελίαις (pag. 28. 35.) iubet Medicum, λέγοντα δὲ προσέχειν, ποιέουσι δὲ ἐγκόπτειν, dicentibus quidem mentem adhibere, & quæ in opere fiunt obseruare. facientibus incumbere dixit Cornar. Potest & dici facientibus impedimento esse, obstare, & peruersè quid agentibus succensere, eorum quæ in opere errores reprehendere, quomodo sumpsit Zuingg.

Ἐγκρατὴς valens, validus, potens, cui ἀκρατὴς opponitur, debilis, inualidus, imbecillis lib. 7. Epid. (pag. 1211. G.) οὐ πάνυ ἐγκρατὴς τούτων, neque admodum his partibus valebat, aut his partibus moderari poterat, ceruicem, lumbos, & spinam intelligit Rursus ibid. (1212. B.) ἐπὶ τῶν δὲ χειρῶν καὶ σκελέων οὐ πολὺ ὕστερον ἐγκρατὴς ἐγένετο, & cruribus ac manibus non multò post validus extitit.

Ἐγκυλίδιον εἰρίου, lana inuoluta ac conuoluta dicitur Hipp. & in cylindrum voluta ad pessum faciendum, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 623. 3.) melius tamen ἐγκυλίνδιον aut ἐγκυλίνδητον legatur, ab ἐγκυλίω aut ἐγκυλινδέω & ἐγκυλίνδω. quod est voluo & in orbem voluo. Sic paulò pòst (ibid. v. 9.) ἐς εἴριον πινόεν ἐγκυλίων, lana succida inuoluens.

Ἐγκύρω aut ἐγκυρέω, incido, incurro. idem quod ἐντυγχάνω, Ionibus familiare verbum, Hipp. lib. περὶ φυσῶν. (pag. 18. 25.) ὅταν ἐγκύρσῃ ἐς παλαιὸν τι καὶ ἐν πεπονημένον, cùm verò [flatus] inciderit in lassum ac renitens corpus. Item lib. de art. (pag. 591. 2 H. 788. C.) ἔστ' ἂν τῷ ὑπαλείφῳ ἐγκύρσῃ donec specillo occurrat, in specillum incidat. Ἐγκυρέσαι Erot. apud Hipp. (si modò vera est lectio,) exponit ἐπουλωθῆναι, κατουλωθῆναι, cicatrice obducatur, ad cicatricem perueniat, velut ab ἐγκυρέω. Verùm maximè deprauatam esse scripturam apparet, existimoque ἐγκυρέσαι aut ἐγκύρσαι, ἐντυχεῖν leg. vt sit illius vocis expositio, non autem ἐπουλωθῆναι.

Ἐγκωμιάζεται exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. ὁ ἐντέγχεες, πεπαυμένος τοῦ λευκοῦ εἶναι. Quæ certè lectio omninò vitiosa est, etsi Varin. ex Gal. apponitur. Nam ἐγκεκλεισμένος legendum esse, & πεπαυμένος τοῦ γλεύκους εἶναι satis patet, vt de vino dictum; in cella subterranea reconditum significet, & quod mustum esse desiit, iamque deferbuit, ac adeò processit vt vinum factum sit, neque amplius mustum dicitur, sed vini facultatem habet. Atque adeò his verbis locus lib. 7. Epid. (pag. 1127. D.) aptè mihi exprimi videtur, vbi ἐγκλεισμένος μέλας, hoc est, vinum nigrum quod mustum esse desiit, cum aromatibus, ad vteri affectus à flatibus ortos in medicamento apponitur, quod huiusmodi vinum reconditum ac diu repositum, tenuandi, discutiendi ac calefaciendi vires acquisierit, mustum verò, crudum, flatulentum ac vaporibus crudis refertum sit. Quidam ἐγκεκλεισμένος exponunt ὁ ἐντέγχεες, ὁ πεπαυμένος τοῦ γλεύκους εἶναι. Qua interpretatione μέλανα μελάντερον aptè exponitur, & vinum nondum defæcatum & adhuc mustum reconditum significatur. Sed cùm aptè admodum ista lib. 7. Epid. quadrent, non est cur aliam lectionem ambitiosè nimis conquiramus. Nec enim ἐγκλεισμένος, vt habent multa exemplaria vitiosè, nec ἐγλευκισμένος, quod tamen appositè admodum quidam in tam deprauata lectione reposuerunt, tam benè huic loco mihi conuenire videntur. Istamque lectionem nostris in eum lib. Annot. iamdudum probauimus.

Ἐγξῦσαι est intus radere aut aliquid derasum infundere aut subigere. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 555. 40.) ἐς μελικρήτου κοτύλας πέντε θαψίας ἐγξῦσαι, in aquæ mulsæ hemina thapsiam herbam derasam aut tritam subigere (vt per clysterem infundatur, aut ex infuso detur) h. e. thapsiam derasam aqua mulsa subactam infuso subdere. Vbi tamen pro ἐγξῦσαι exemplaria quædam manu scripta ἐγξαῦσαι habent, interpres ἐκξῦσαι legisse videtur.

Ἐγρήγορσις exponitur Gal. apud Hipp. ἡ ἐγρήγορσις, vigilantia, vigiliæ.

Ἐγχαλινοῦται exponit Gal. apud Hipp. χαλινοῖς ὥσπερ περιέχεται, h. e. velut frenis cinctus est & circundatus. Sed mendum esse apparet, etsi iisdem verbis adscribitur Varin. Nam ἐγχαλινοῦται leg. foret, cùm sit ἐγχαλινοῦσθαι infrenari, frenari, veluti iniectis frenis cingi aut retineri. Verùm apud Gal. ἐγχαλινοῦνται leg. apparet ex lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 280. 17.) ἐγχαλινοῦνται περὶ τὰ ὦτα αὐτῆς [καρδίης] circa cordis auriculas velut frena iniciuntur, aut infrenantur, circa eius auriculas frenantur, dixit Corn. compescuntur, Caluus h. e. velut frenis iniectis cordis auriculas cingunt aut circundant, vbi de venis sermo est. Ergo vt ἐγχαλινοῦνται apud Gal. ita & περιέχονται leg. censeo, vt huic loco, quem procul omni dubio conceptis verbis exprimi putamus, verissimè quadret. Vbi Corn. ἐς τὰ καρδίης ἐγχαλινοῦται legisse videtur, cùm tamen longè alia sit lectio.

Ἐγχεῖν aut ἐγχέειν & ἐγχεῖν simpliciter effert Hipp. pro infundere & infuso vti, & de medicamento quod infunditur ad pus expectorandum & diluendum vsurpatur

lib.2. de morb. (pag. 475. 54.) ἐγχεῖν καὶ πυριᾷν. ἢν μὲν παχὺ ᾖ τὸ πύον, πυριᾷν· ἢν δὲ λεπτὸν, ἐγχεῖν, infundito ac foueto: si quidem pus crassum fuerit, foueto: si verò tenue, infundito. Rursus (ibid. 476.11.) ad pus expuendum medicamentum ex aristradice, salis grano, & modico melle, cum aqua & oleo tepidum infundere iubet, ἐγχέαι χλιαρόν. Et (ibid. 17.) ad pus expurgandum acribus cibis vtendum præcipit, & cyclamini succum cum laseris succo dilutum, lacte caprino & asinino ammixto, tepidum infundere. τοῦτο χλιαρὸν ἐγχεῖν. Et rursus (v.20.) nisi pus erumpat, raphani corticem & æris florem oleo dilutum tepidum infundit. τοῦτο ἐγχεῖν χλιαρόν. Iterum (ibid. v.28.) medicamentum ex vrticæ semine, thure, origano, ex vino albo, melle & modico oleo, per tertium diem infusum adhibet. ἐγχεῖν αὐτῷ κνίδης σπέρμα, λιβανωτὸν, ὀρίγανον ἐν οἴνῳ λευκῷ, καὶ μέλιτι, καὶ ἐλαίῳ ὀλίγῳ· ἐγχεῖν δὲ διὰ τρίτης ἡμέρης. Et (pag. 477.5.) ἐγχεῖν οἶνον καὶ ἔλαιον χλιαίνων αὐλίσκῳ, per fistulam in thoracem vinum & oleum tepida infundere iubet, ne pulmo repente exarescat. Rursus (pag. 479.38.) καὶ ἐγχέειν ἐς τὸν πλεύμονα, veratrum cum lenticulæ decocto in pulmonem infundito. Sic ἔγχυτα dicuntur Hipp. l.2. de morb. (pag. 476.33.) & ἐγχύματα (ibid. pag. 477.7.) medicamenta quæ in thoracem ad pus eliciendum infunduntur aut ex infuso adhibentur.

Ἐγχειρεῖν est manus aggressio & manus promptitudo Hipp. Lib. de art. (pag. 606.1. H. 802.7.) οἱ τὴν ἀνόητον ἐγχειρείην ἐπιτηδεύοντες, qui temerariam & stolidam manus aggressionem studiose consectantur, aut imprudentem manus promptitudinem profitentur & ostentant.

Ἐγχρίμπτειν, ἐγχρίπτειν, idem quod simplex χρίμπτειν significat, appellere, applicare, admouere, appropinquare, implicare, impingere, allidere, infricare, prope accedere facere: & dicitur Hipp. de iis quorum alterum alteri inhæret, vt de ossibus quæ inter se in fracturis implicantur, illiduntur & inhærent cùm reconduntur, hoc est mutuo se attactu offendunt aut infricant. Quod fit cùm in conformatione ossium fractorum partes sursum aut deorsum abducendo & extendendo, in suum locum compellimus. lib. de art. (pag. 605.12. H. 800.B.) ῥᾷον γὰρ οὕτως εἰς τὴν φύσιν ἥξει, ἢ εἰ ἐγχρίπτων τις ἐς ἄλληλα τὰ ὀστέα, παραναγκάζειν πειρᾷτο. facilius enim sic ad naturalem situm deuenient, quàm si quis impacta & illisa inuicem ossa compellere conetur. Quem quidem locum innuit & explicat Gal. initio Com. 1. in lib. de fract. (pag. 526.20.) de partium fractarum extensione & conformatione agens his verbis: διὰ τοῦτο οὖν ἀπάγοντες ἀλλήλων, τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω μέρη τοῦ κατάγματος, ἐπὶ τὴν διάπλασιν ἀφικνούμεθα, δεδιότες ἐν τῷ προσάγειν ἀλλήλοις τὰ παρηλλαχότα, περιθραυσθῆναί τινας ἐξοχὰς αὐτῶν· ἔστι δὲ τοῦτο πάντως, ἐὰν ἐγχρίπτοιτο ἀλλήλοις. οὕτως γὰρ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ὠνόμασε τὰ μέρη τῶν διαπλαττομένων ὀστῶν, ὅταν εἰς τὴν οἰκείαν ἄγηται χώραν. Idcirco igitur fracturæ partes à se inuicem, partim sursum, partim deorsum abducentes, ad conformationem deuenimus, metuentes ne dum partes quarum altera alteri superimminet adducimus, aliquæ earum eminentiæ perfringantur. Quod sanè fit vbi fracturæ partes inter se impinguntur & illiduntur. Sic enim ἐγχρίπτεσθαι (quod est impingi & illidi) vocat Hipp. vbi partes ossium quæ conformantur, in suum locum deducuntur, ac se mutuò allidunt. Idem quoque sonat ἐγχρίπτομαι quod ἐγχρίπτω, quo frequenter vtitur Hom. vt Il. ε. (v. 662.) de hasta Tlepolemi quæ Sarpedonis coxæ infixa est & adhæsit, αἰχμὴ δὲ διέσσυτο μαιμώωσα ὀστέῳ ἐγχριμφθεῖσα, cuspis autem impetu lata concitata est, ossi illisa, hoc est, inhærens & infixa, ἐμπαγεῖσα, ἐμπλακεῖσα. Idē Il. η. (v.272.) ἀσπίδι ἐγχριμφθεὶς, scuto innixus, illisus. Vbi Schol. προσπλακεὶς τῇ ἰτέᾳ exponit, etsi ἐπερεισθεὶς melius dicatur. Et Il. ν. de Hectore Græcos persequente, Στῆ ῥα μάλ' ἐγχριμφθεὶς, propemodum accedens. Et Il. ψ. (vers. 334.) τῷ σὺ μάλ' ἐγχρίμψας, huic te maximè applicans, admouens. Vtitur etiam Herodot. lib.4. de Amazonibus. Ἐγχρίπτων Hesych. προσπλάζων, h. e. applicans, admouens, exponit, locum Hipp. lib. 2. de art. paulò supra adductum fortè subindicans. Eidem ἐγχρίμψαι est πλησιάσαι, ψαῦσαι, ἐγγίσαι, adducere, contingere, propinquare. Et ἐγχρίπτεται, ἐγγίζει, & ἐγχριφθεὶς, ἐμπλακεὶς, ἐγγὺς γενόμενος, ex Homero, & ἐγχριφθέντα, ἐμπλακέντα. Est etiam ἐγχρίπτεσθαι rei alicui inniti, occurrere, impingi & offendere, aut in rem aliquam incurrere. Qui enim rei alicui innituntur eaque se fulciunt, ad eam propius accedunt. Sic ἐγχρίπτεται ἐμπίπτει exponit Hesych. & ἐγχριμφθῆναι ἐπερεισθῆναι, vt χρίμπτεσθαι ἐρείδειν, πελάζεσθαι. Cui etiam τὸ ἐκβαλεῖν καὶ ἐκπίπτειν significationem tribuit. Ἐγχρίψαι apud Herodotum ἐμπεσεῖν & προσπελάσαι exponitur. Et ex Corintho τὸ ἐγχρίπτει, ἐμπηδᾷ, quomodo & Erot. apud Hipp. ἐγχρίμπτειν, ἐμπηδᾶν, irruere, insilire, exponit. Qua notione sumitur quod scribitur Hippocrat. lib. de art. (pag. 640.28. H. 826.C.) τῇ πτέρνῃ προσεγχρίπτουσι calcem impingunt aut allidunt, hoc est, calce innituntur aut offendunt, calce terram attingunt, aut terræ calcem admouent. Vbi Gal. τὸ ἐγχρίπτειν ab Hipp. dici scribit ἐπὶ τῶν ἐρειδόντων εἰς ἄλληλα, de iis quæ inuicem inhærent, in sese innituntur ac firmantur, aut inuicem implicantur. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 654.23.) ἢν μὲν ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ κτένα, καὶ κύστιν ἐγχρίμψῃ. Si quidem vterus ad inguina, pectinem & vesicam innixus fuerit, impegerit, incurrerit, irruerit. l. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 280.12.) αἱ δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ σπληνὸς πρὸς τὴν ῥάχιν ἐγχρίπτουσαι. Quæ verò ex lienis capite ad spinam accedunt, aut feruntur. Quò maximè respicere mihi videtur Erot. explicatio, ἐγχρίμπτουσι, πλάζουσι, si ἐγχρίμπτουσαι & πλάζουσαι apud eum legatur.

Ἐγχύμωσις dicitur Hipp. succorum aut humorum in partem refusio, & naturalis quædam effusio, qua sanguis & spiritus vnà cum calore in corporis habitum reuocantur. lib. 2. Epid. (pag. 1037. F.) ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν, καὶ χρώματος ἀναλήψιος εἵνεκα καὶ ἐγχυμώσιος. Adhibenda diligentia est vt præceps acerbaque iracundia inducatur, tum coloris reparandi, tum succorum in corpus effundendorum gratia. Sic enim in perfrigeratis, decoloratis & emaciatis iracundiam excitandam consulit Hipp. vt vnà cum calore & spiritu sanguis & humorum succulentia naturæ propulsu venas subeat, indeque in totum corpus gliscat aut dispergatur, vt color viuidus parti accedat, & calor reuocetur, tum etiam natiua partis temperies & habitudo reparetur, succosa humorum benignitate in ea viuiscente & nutricationem lætificante. Cuius quidem affusionem & adhæsum ἐγχύμωσιν, quòd naturæ viribus in partem inducatur, vocat Hipp. vt nostris in eum locum Annot. cuius probauimus, etsi ἐκχύμωσιν ferè legunt omnia Gal. exemplaria quæ ad huius loci explanationem in medium adduximus.

Ἐδιχραιώθη, εἰς δύο διῃρέθη exponit Erot. apud Hipp. de eo quod in duas partes secatur aut diuiditur, pro quo apud Hes. vitiosè ἐδιχραιώθη leg. & ἴσως ἡμισεώθη exponitur, in partes æquales sectum est.

Ἐδιχώθη in duas partes scinditur, diuiditur. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 276. 43.) παρὰ τὰς ἐσχάτας δύο πλευρὰς ἐδιχώθη iuxta extremas duas costas in duas partes secatur. Quod dixit lib. 2. Epid. ἐδιαιρέθη, scinditur, diuiditur (pag. 1035. A. vbi hic locus repetitur.

Ἕδος θεσσαλικὸν sella Thessalica dicitur Hippocrati, libr. de art. (pag. 585.26. H. 783. G.) quòd ea antiquitus in Thessalia vterentur, quæ à tergo in rectum attollebatur, vt eam in partem dorsum reclinari posset, vt ibi scribit Gal. ἕδος autem Gal. θρόνον exponit, Erot. etiam δίφρον & θρόνον. Idem quoque ἕδος θεσσαλικὸν, δίφρον θεσσαλικόν. Addens etiam, πᾶς γὰρ δίφρος ἀνακλισμὸν ἔχων, θεσσαλικὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς λέγεται. ἀνακλισμὸν autem illic vocat Hipp. eam sellæ partem in quam dorso recumbimus. ἀνακλιντήριον exponit Erot. Gal. verò ἐπίκλιντρον. Quidam etiam ἀνάκλιντρον, accubitum, aut recubitorium, in quod dorso recumbimus, aut resupinamur. Accubitas aut accubus apud Lampridium (in Heliogabalo) & accubita dici volunt, cùm scribit. Nec cubuit in accubitis facilè, nisi his quæ pilum leporinum haberent, &: Multis vilioribus amicis folles pro accubitis sternebat, eosque reflabat pendentibus illis. Pollux lib. 10. cap. 7. ἐπίκλιντρον dici scribit lecticæ partem quæ & κλιντήριον, hoc est, eam partem in quam recumbitur. Phryn. quoque scribit Atticos ἀνάκλιντρον non dicere, sed ἐπίκλιντρον. Ἕδος igitur θεσσαλικὸν apud Hip. sumi videtur pro sella recubitoria & discubitoria, velut & κλισμὸς apud Hom. Il. θ. (vers. 426.) Ibi enim Eustath. genus esse θρόνου vult, quod posteri ἀνάκλιντρον vocauerunt. Pollux lib 10. cap. 11. sellarum Thessalicarum meminit, quæ quatuor pedes haberent & ægrè veherentur. Est & ἀνάκλιτος θρόνος apud Plutarchum in Romulo, sella accubitoria. θεσσαλικὸς θρόνος etiam dicitur Athen. lib. 1. & ex Critia adducitur, θεσσαλικὸς δὲ θρόνος γυίων τρυφερωτάτη ἕδρα, Thessalicusque thronus membris mollissima sedes.

Ἕδρη aut ἕδρα apud Hipp. interdum sedem, anum & podicem significat, vt libr. 5. Epid. (pag. 1155. G.) ἕδρη ἐπὶ τοὺς ὄρχιας, sedes ad testes eminebat aut propendebat, & de ani prolapsu aut eminentia sumitur. Quod dicitur lib. 7. Epid. (pag. 1218. B.) ἕδρη ἔξω ἐς τὰς ὄρχιας, sedes extra ad scrotum prolapsa est, procubuit. Sic Cæl. Aurel. lib. 4. Tard. Pass. cap. 3. quam Græci ἕδραν vocant, sessionem dicit, anum & podicem intelligens. Ἕδρη etiam sedem & basim significat, vt in finibus & abscessibus subiectam abscedenti corpori partem. Lib. κατ' ἰητρ. (pag. 685. 39. H. 744. D.) ἀφεστῶτα μὲν ὥστε τὰ μετέωρα τῆς ἕδρης ψαύειν μὲν, πιέζειν δὲ μή. In his certè quæ abscesserunt, ita vt sublimia sedem quidem contingant, neque tamen comprimant,

Vbi scribit Gal. ἕδρην vocare Hipp. τὸ ὑποβεβλημένον τῷ ἀφισταμένῳ σώματι, quod abscedenti corpori subiectum est. In Mochlico quoque ἕδρη sedem propriam & naturalem significat (pag. 863.G.) κατατείνειν κελεύει τὰ ὑπερέχοντα ἐς ἕδρην, eminentia in suum locum reponere. Quem locum significans Erot. ἕδρην, τὸν οἰκεῖον τόπον, proprium locum exponit. Hinc quoque ἑδραίως deductum videtur Erot. & sessionem quandam includere apud Hipp. ideóque Bacch. reprehendit qui ἐπιμόνως, & Epiclem qui ἐγκαθίσματι χρονίῳ καὶ ἐπιμόνῳ exposuerit. Etsi certè Erot. exemplaria hoc loco vitium mihi subolere videntur. ἑδραῖος enim non ἑδραίως legendum videtur, vt ἑδραῖος ὕπνος apud Hipp. ex aphor. 15. lib. 6. Epid. sect. 4. eo loco exponatur ab Erot. somnus qui sedendo sumitur, aut sedentium somnus. Sic enim Gal. ex Interpretum sententia dici scribit: τὸν γὰρ τῶν καθημένων ὕπνον ἑδραῖον ὠνομάσθαί φασιν ἀπὸ τῆς ἕδρας. Sedentium enim somnum ἑδραῖον, hoc est qui sedendo caperetur, ἀπὸ τῆς ἕδρας vocari aiunt. Eamque veterum Interpretum mentem sequi videtur Erot. qui ὕπνον ἑδραῖον, somnum qui sessim aut sedendo caperetur intelligi voluerunt, & qui reclinatis & sedentibus prohiberetur. Ideoque Bacch. meritò reprehendit qui ἐπίμονον, hoc est, constantem & diuturnum, & Epiclem, qui ἐν καθίσματι χρονίῳ καὶ ἐπιμόνῳ (sic enim potius lego) hoc est somnum qui in perpetuo ac constanti sedili caperetur sumpserit. Itaque vt ἑδραῖος apud Erot. ita & ἐπίμονος legendum censeo. At Gal. ἑδραῖον ὕπνον βαθὺν, hoc est profundum somnum, & ἑδραίως κοιμηθῆναι, βαθέως, profundè dormire exponit, quem cum vetustatum membranarum fide nostra interpretatione secuti sumus. Ἕδρη etiam dicitur Hippoc. lib. de cap. vuln. ossis fracturæ species, ita vt teli vestigium remaneat osse discisso, & quâ insederit appareat. Sic enim scribitur (pag. 903. B. C. & 904. A.) διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη ταὐτὸν ἐστι. Præcisio enim & teli vestigium ad idem referuntur. Quod etiam repetitur (pag. 901. A.) & ab Erot. in testimonium adducitur. Gal. etiam libr. de causis Morb. (pag. 211. 32.) ἕδρας vocari scribit in capite vulnus à telo acuto aut incidente illatum, ita vt in os impactum sit, & ἐγκοπὴν καὶ διακοπὴν dici. Et lib. de cap. vuln. ἕδρη crebrò vsurpatur pro teli sede & vestigio, cum quâ telum impressum est in osse vestigium remanet, & τοῦ βέλεος ἕδρη dicitur, præcipuè verò (pag. 900. A.) vbi scribitur: ἕδρη καὶ καλέεται ὅταν μένον τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει, τὸ βέλος σημεῖον ἐς τὸ ὀστέον, δῆλον ποιήσῃ ὅπη ἐνεσήριξεν. Teli sedes vocatur cùm os suo in statu permanens, manifestum fecerit quâ telum insederit. Gal. com. 2. in lib. de fract. (pag. 543. 8.) ἕδρας dici scribit Hipp. vulnus quod ita inflictum est, vt non solùm carnem aut cutem, sed etiam os ipsum confregerit, in idque telum impressum fuerit. Quod non nisi à duro aut graui, aut incidente telo fieri potest.

¶ Ἐέργεται Gal. apud Hipp. ἐναπολαμβάνονται exponit intus comprehenduntur, concluduntur, intercipiuntur.

¶ Ἐθάδες dicuntur Hipp. qui alicuius rei consuetudinem habent aut familiaritatem, & qui assueti sunt aut assuefacti. Libr. de Morbo sacro (pag. 307. 46.) ὁκόσοι δὲ ἤδη ἐθάδες εἰσὶ τῇ νούσῳ, quicunque iam morbo assueti sunt, & quibus morbus in consuetudinem venit. Ibidem (v. 24.) de his quibus à puero vnà morbus coaluit, ἔθος πεποίηκεν [ἡ νοῦσος] ἐν τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων τοῦτο πάσχειν, ex consuetudine effecit morbus vt in ventorum mutationibus id patiatur, libr. περὶ κρισίων (pag. 55. 36.) τὸ μέγα νόσημα ἐν ἔθει γινόμενον dicitur de morbo comitiali iam vsu confirmato & inueterato. Cui τὸ ἐν πάθει γινόμενον opponit Hip. lib. 2. Epid. (pag. 1046. B.) iisque verbis comitialis morbi vehementiam & præcipitis periculi intentionem intelligit. Lib. item 2. περὶ γυναικ. (pag. 645. 32.) ἐθάδες ἀπὸ νεότητος αἱ νοῦσοι καὶ συγγενέες, morbi à iuuentute consueti & quadam cognatione familiares facti dicuntur. lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (pag. 597. 2.) ἐθάδες γίνεσθαι de vteris efferetur qui assuescunt genituræ ferendæ, & semini retinendo assuefacti sunt. οὐ δύνανται φέρειν τὴν γονὴν πρὶν ἢ ἐθάδες γένωνται καὶ ἰσχύσωσι, genituram ferre nequeunt nisi assuescant & conualescant. Ἐθάδας, ἐθίμους, συνήθεις exponit Hesych. aut priusquam ad consuetum aut pristinum statum redeant.

Ἐθανατώθη, ἐνεκρώθη exponit Erot. apud Hipp. de eo quod est extinctum emortuum & ad internecionem deductum, nimirum locum lib. de fract. (pag. 562. 23. H. 768. G.) exprimens, ὅσα τι σαρκία ἐν τῷ τρώματι ἐμελαίνθη καὶ ἐθανατώθη, & quæ caruncula in vulnere denigratæ & emortuæ fuerint.

Ἐθέλειν, velle, pro posse aut solere sumitur apud Hipp. lib. de art. (pag. 639. 10. H. 825. H.) ἄκρος δὲ ὁ πούς ἐστιν ὅτι προκύπτειν ἐθέλει ἐς τὸ ἔμπροσθεν. Summus verò pes minus aliquantò inanteriorem partem propendere solet, h. e. potest. Vbi Gal. ἐθέλει non δύνασθαι significare scribit, vt apud Hom. οὐδ' ἔθελε προρέειν, neque profluere vult, h. e. potest. Quod de aqua dicitur Il. φ. Sic lib. 4. Epid. (pag. 1157. B.) οὐκ ἐθέλει διαχεῖσθαι, non solet diffundi, hoc est, non potest dissipari, de tumore duro efferetur.

Ἔθος ἐπίκτητος φύσις, consuetudo altera & acquisititia natura dicitur Medicis, Gal. com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 695. 51. H. 746. A. B.) & lib. 2. de motu musc. (pag. 565. 26.)

Ἔθρασσεν Gal. apud Hipp. ἤνυσσεν, ἐκίνει, exponit, pungebat, stimulabat. Pro quo ἐθραύσεν in quibusdam cod. vitiosè legitur.

¶ Εἰλχθὴς dicitur quod aspectu est deformi & odioso, inuisam & odiosam habet faciem. Εἰλχθὲς ὠὸν vitiosum ouum & corruptum dicitur Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 640. 12.) Sumitur etiam εἰλχθὴς pro graueolenti & abominando, eoque quod est tetri odoris, cui εὐώδης opponitur. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 645. 28.) ἐπὴν δὲ κάτω ἑλκυσθῶσιν, ὑποθυμιῆν τὰ εἰλχθέα, ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας τὰ εὐώδεα. Cùm verò vteri deorsum tracti fuerint, quæ tetri sunt odoris aut abominanda, suffitu adhibeto, naribus autem odorata. εἰλχθὴς Hesych. αἰδὴς, αἰσχρὸν τῷ εἴδει, ἤτοι ἄμορφον, exponit.

Εἶδος latiùs patet apud Hipp. & variam habet notionem. Interdum enim formam, speciem & cuiusque naturam, quæ ex quatuor qualitatum temperatione constat, interdum etiam genus & differentiam significat. τὰ εἴδη explicat Gal. apud Hipp. com. 2. in lib. de nat. hum. (p. 18. 28. H. 228. 26.) τὰς τοῦ σώματος φύσεις, corporis naturas, formas, quæ ex quatuor primarum qualitatum temperie consistunt. In his quæ adiecta sunt ad lib. de nat. hum. τὸ δὲ ξύμπαν, γινώσκειν δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐναντίον ἵστασθαι τοῖσι καθεστηκόσι, καὶ εἴδεσι, καὶ ὥρῃσι, καὶ ἡλικίῃσι. In summa medicum totum consilium aduertere oportet, vt se instantibus opponat, & morbis, & formis, & anni temporibus, & ætatibus. Rursus ib. (p. 19. 15. H. ib. v. 51.) καὶ σκεψάμενον τοῦ ἀνθρώπου τήν τε ἡλικίην καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν ὥρην τοῦ ἔτεος, καὶ τῆς νούσου τὸν τρόπον, τὴν θεραπείην ποιέεσθαι, habitaque cuiusque ratione, tum ætatis, tum formæ, tum anni temporis, tum generis morbi ad curationem aggredi. Iterum (ibidem) ὥσπερ μοι καὶ πάλαι εἴρηται, πρὸς ἑκάστας τῶν ἡλικιῶν, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν εἰδέων, καὶ τῶν νούσων, ἔν τε τῇ φαρμακείῃ προστίθεσθαι καὶ ἐν τοῖσι διαιτήμασιν. vt, quemadmodum iam dudum dictum est, ad singulas ætates, & anni tempora, & formas, & morbos, tum medicamentorum, tum victus rationem accommodet. Eademq; notione εἴδεα posuit lib. 2. Epid. (p. 1021. H.) pro cuiusque substantia & forma quæ ex primis & simplicibus naturis constat, & temperies dicitur. In medicamentorum assumendorum indicatione spectari vult ἡλικίας, εἴδεα, δίαιταν, ὁποίη ὥρη ἔτεος, καὶ πῶς, καὶ ὁκοίως ἄγομένη, καὶ τὰ τοιαῦτα, ætatem cuiusque & formam, victus rationem, anni quoq; tempus quodnam sit & qualiter circumscribatur, aliaq; id genus. Lib. etiā περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 31. 4. H. 337. 35.) τὰ εἴδη, αἱ τοῦ σώματος ἕξεις καὶ ἰδέαι exponuntur Gal. corporis habitus & formæ. Ibidem rursus (p. 36. 15. H. 339.) τὰ ἀραιότερα τῶν εἰδέων καὶ δασύτερα, rariores corporis habitus & hirsutiores dicuntur. τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων, hominum naturam, formæ species, ac cuiusque natiuam temperiem vocat Hipp. Prorrh. 2. (p. 93. A.) πρῶτον μὲν χρὴ τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων ἐξετάζεσθαι. Imprimis quidem hominum naturas animaduertere debet, innatam cuiusque naturam & natiuam ex quatuor qualitatibus temperiem intelligens, aut etiam eam quæ temporis successu comparatur corporis habitudinem, χροίην vocat Gal. Nam corporum habitus in vulnerum curatione, & molle, laxum, humidum, siccum, durum, densum, aut compactum, in considerationem adhiberi debet, vt scribit Gal. lib. 3. Meth. Med. cap. 3. & 4. Rursus (ib. B.) εἴδεα μὲν γὰρ ἀγαθά ἐστι τὰ τοιάδε. Hæ quidem corporum naturæ probandæ sunt. Et (ib.) τὰ δὲ εἴδεα ὅσα τοῖσι προγεγραμμένοισι τἀναντία πέφυκε, εἶναι χρὴ χείρω ἐόντα. Quæ verò naturæ suprascriptis aduersantur, eas deteriores esse nosse conuenit. lib. etiam 1. Epid. (pag. 372. 21. H. 955. E.) καὶ γυναῖκες πλεῖσται ἐκ τούτου τοῦ εἴδεος ἀπέθνησκον, plurimæque huiusce generis mulieres peribant, hoc est, quæ naturæ essent subfrigidæ & difficulter transpirantis. Et lib. 3. Epid. st. pest. ἑκάστου δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων εἰδέων ἐκάμνον μὲν πολλοὶ, ἔκαμνον καὶ θνήσκοντες πολλοί. Ex enumeratorum autem generum vnoquoque laborabant multi, & moriebantur plurimi. Rursus ibidem (p. 429. 34. H. 1090. G.) εἶδος τῶν φθινάδων, tabidorum naturam & speciem intelligit, τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος καὶ τὴν ἰδίαν ἑκάστου κρᾶσιν exponit Gal. corporis formam & propriam cuiusque temperiem. συγγενὲς εἶδος, congenita forma dicitur lib. περὶ χυμῶν (p. 47. 14.) quam communem omnium naturam & cuiusq; propriam ex naturali temperie ortam exponit

Gal. εἴδεα τῆς φύσιος βλαστήματα, οὐ νομοθετήματα, dicuntur Hipp. lib. περὶ τέχνης (pag. 3. 20.) Species rerum non lege naturæ sancitæ, sed veluti quædam naturæ germina, quod inde suum ortum mutuentur. Εἶδος etiam Hipp. rei speciem quandam & formam indicat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 645. 16.) ὄξος σὺν τοῖς εἴδεσιν, ἢ οἶνον. acetum aut vinum ad res huiusmodi aut species ammixtum significat. Vbi per τὰ εἴδη, aut iuniperi semen, aut saluiam, aut porri semen & peplum, eiusmodique medicamenta intelligit. Sic annotatur ex Aphrodis. ἐπιρραίνουσα ὄξος σὺν ἑτέρῳ τινὶ εἴδει, acetum cum re alia quadam affundens. Et Pollux lib. 6. cap. 10. testatur ὄξος antiquis εἶδος vocatum fuisse. Quod tamen non rectè cepisse videtur Interpres, qui acetum gari speciem aliquam esse voluit. εἶδος etiam Hesych. χρῶμα, σῶμα, καὶ χρῶμα exponit, huius nempe dictionis variam notionem indicans. Εἴδη, τὰς διαφορὰς, differentias & genera exponit Gal. apud Hipp. Com. 2. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 677. 4. H. 742. H.) Et rursus Com. 1. (pag. 668. 50. H. 741. C.) τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν καὶ διαφορὰς, καὶ εἴδη, καὶ τρόπους ὀνομάζειν τὰ κατὰ τὴν τομὴν τῶν γενικωτέρων πραγμάτων ἀποπίπτοντα. Quæ ex generalium rerum diuisione euadunt, veteres differentias, species & modos vocare solent. Sic τὰ εἴδεα τῶν πυρετῶν, febrium diuersa genera & species intelligit Hipp. lib. 3. Epid. st. pest. (pag 428. 19.)

Εἰκῆ, temerè, negligenter & sine consilio. εἰκῆ βεβιωκὼς qui temerè aut negligenter, aut etiam intemperanter vitam duxerit, aph. 49. lib. 6. Epid. sect. 8. Sic lib. 1. Epid. (pag. 372. 20. H. 955. D.) οἱ εἰκῆ καὶ ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον βεβιωκότες dicuntur, qui temerè ac sine consilio intemperantem vitam degunt, aut segniter & desidiosè effœminatorum more traducunt. Etsi pro εἰκῆ ἢ συχῆ legit illic Gal. μηδὲν εἰκῆ, μηδὲν ὑπεροραν, nihil temerè assentiendum, neque quicquam negligendum præcipit Hipp. aph. 17. sect. 2. lib. 6. Epid. quod Gal. προπετῶς καὶ ἀπερισκέπτως, temerè, inconsultè, inconsideratè, exponit. Εἰκῆ etiam Hesych. ἀκαίρως, ὡς ἔτυχεν, μάτην exponit, intempestiuè, casu & fortuitò, temerè, frustra.

Εἰλεὸς est tenuioris intestini morbus Celso cap. 1. lib. 2. ex aphor. 22. lib. 3. Atque ab affecta parte denominationem sumere videtur hic morbus, quòd eo εἰλεὸς intestinum (quod & tenue dicitur) præcipuè torqueatur. Etsi Aret. imprimis grauis author aliam huius denominationis causam esse vult, cùm scribit cap. 6. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ. ἐγγίνεται δὲ καὶ πνεῦμα ψυχρὸν, ἀργὸν, οὔτε κάτω περῆσαι ῥηΐδιον, οὔτε ἄνω ἀνελθεῖν. μίμνει δὲ ἐπιπολὺ ἐλισσόμενον, ἐν ὀλίγῃσι τῶν ἄνω ἑλίξεσι. τοὔνεκα καὶ τὸ πάθος ἐπίκλησιν ἔχει εἰλεόν. In his [intestinis] flatus frigidus & lentus gignitur, qui nec infrà facilè peruadit, neque per superiora recurrit. Diu autem in superiorum intestinorum tenuibus anfractibus ac voluminibus conuolutus immoratur. Vnde & hic affectus ilei nomen habet. Sic & à symptomate εἰλεὸν appellationem sumere scribit Gal. initio lib. 2. Meth. med. Et Actuarius lib. 1. περὶ διαγνωσ. παθ. cap. 45. τὸ μὲν πάθος εἰλεὸς ὀνόμασται, διὰ τὸ τὰς τῶν ἐντέρων ἕλικας εἰλεῖσθαι. Affectus ileos vocatur, quod intestinorum inuolucra conuoluantur & in arctum cogantur. Qua quoque notione Latinis voluulus & conuoluulus dicitur. fiunt autem εἰλεοὶ vt scribit Gal. Com. ad aph. 22. lib. 3. cum propter humorum ad interiora motum, tum propter refrigerationem, τῆς κάτω διεξόδου τῶν τῆς τροφῆς περιττωμάτων ἐπισχέσεις οὔσης, ἐπὶ φλεγμοναῖς τὰ πολλὰ μέρους τινὸς ἐντέρων, cùm alimenti recrementa retinentur, quod magna ex parte accidit propter intestinorum partis alicuius inflammationem. Existit morbus iste in tenuibus intestinis, non in crassis, vt scribit Gal. com. ad aph. 44. lib. 6. Etsi crassioribus ac plenioribus intestinis adscripsit antiquitas, vt patet ex muliere Ileosa ægr. 9. libr. 3. Epid. in qua dolores ad hypochondria & in inferiore ventre adscribit Hipp. vt & toto ventre & hypochondriis ilei dolores circumscribit lib. 3. περὶ νούσων (pag. 491. 33.) & περὶ παθῶν (pag. 521. 41.) Sic Diocles Carystius apud Celsum plenioris intestini morbum εἰλεὸν vocauit, etsi postea mutata nominis significatione, ad tenuius intestinum transiit. Et Gal. com. 2. in lib. 3. Epid. (pag. 415. 11.) ileum qui in tenuioribus consistit intestinis periculosiorem & deteriorem quam qui in crassis, facit, quod in consensionem morbi, tum hepar, tum lienem adducat. Est autem εἰλεὸς authori Defin. Med. (pag. 397. 53.) φλεγμονὴ ἐντέρων, ὥστε μήτε φύσας, μήτε διαχωρήματα διεξιέναι, στρόφους δὲ ἰσχυροὺς παρακολουθεῖν καὶ ἀλγήματα ὑπερβεβληκότα, intestinorum inflammatio, vt neque flatus, neque excrementa pertranseant, & ingentia tormina & dolores superueniant. Tantaque est obstructio vt nihil prorsus per aluum subeat, ne si quidem quis acerrimo per clysterem infuso vtatur. Vnde plærunque stercoris vomitus succedit, morbo in exitium tendente, vt scribit Gal. lib. de loc. aff. 6. (pag. 309. 16.) & com. ad aph. 44. lib. 6. & 10. lib. 7. Εἰλεοὶ δυσώδεες, graueolentes tenuioris intestini morbi Hippocrati in Prorrh. (pag. 117. 1. H. 81. F.) & Coac. (pag. 150. F.) & 166. A.) Est & εἰλεὸς ἰκτεριώδης & ὁ ἐκ τῆς αἱματίτιδος lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, si modò locus mendo non caret, qui mihi admodum suspectus est. (p. 556. 55. & 11. 12.) & εἰλεὸς morbus describitur lib. 3. de morb. & lib. περὶ παθῶν, εἰλεὸς ἐκ στραγγουρίης, aph. 44. lib. 6. εἰλεοὶ τὰ χρόνια πάθη, diuturni affectus dicuntur Hipp. lib. περὶ διαίτ. (pag. 273. 7.) vbi εἰλεοὶ pro colicis affectib. sumi videntur. Aliôqui εἰλεὸς cùm ex inflammatione pendeat tenuioris intestini, inter præcipites morbos reponendus. Est enim acuta atque celeris passio, vt scribit Aurel. cui & acutum tormentum dicitur cap. 17. lib. 3. acut. Sic Hipp. libr. περὶ παθῶν εἰλεὸν νόσημα ὀξὺ καὶ ἐπικίνδυνον, præcipitem & periculi plenum morbum vocat. Nam & grauissimos mouet dolores, & (vt scribit Paulus cap. 44. lib. 3.) ἔχει τὸ σύμπτωμα τοῦ κινδύνου βαρύτερον, & casus habet periculo grauiores, ex aph. 10. lib. 7. & historia mulieris ileosæ lib. 3. Epid.

Εἰλήματα sunt apud Hipp. conuolutiones intestinorum & inuolucra. Inter morbos à flatibus recensentur lib. de flatib. (pag. 298. 40.) ἢ εἰλήματα, ἢ στρόφοι, aut conuolutiones intestinorum, aut tormina, quibus εἰλεοὺς, voluulos adiungit. Intelliguntur autem intestinorum dolores partibus ventris inferioribus, aut superioribus, aut etiam ad latera conuoluti. Cornar. agitationes intestinorum dixit. Quædam autem exemplaria manu scripta ἐπιλήματα legunt.

Εἵλησις est solis calor & æstus, idem quod εἵλη vel ἕλη, & exponitur Hesych. ἡ τοῦ ἡλίου αὐγὴ ἢ θέρμανσις, solis splendor aut calor. Εἱλήσεις, τὰς ἐξ ἡλίου θερμότητας, solares æstus, exponit Gal. apud Plat. lib. 5. de leg. lib. quòd animi mores corp. temp. seq. (pag. 349. 53.)

Εἱλιθερὴς, aut εἱληθερὴς, & ἑλαθερὴς, in sole calefactum aut velut à sole calidum significat. Pro quo Gal. in Exeg. apud Hip. ἑλιθερὴς (etsi quædam exemplaria εἱλιθειὲς leg.) scribit, & τὸ ὡς ὑπὸ ἡλίου θερμὸν, velut à sole calidum, insolatum, exponit. Et ἑλιθερέσθω (quidam etiam εἱλιθερείσθω scribunt) ἡλιούσθω, apricetur, insoletur. Quam dictionem vsurpat Hipp. lib. 2. de morb. (pag. 471. 18.) καὶ ἀναγαργαρίζειν τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων εἱλιθερὲς, & foliorum hortensium odoratorum decoctum velut à sole calefactum (aut insolatum) gargarizandum dato. Vbi εἱλιθερὲς vitiosè pro εἱλιθερὲς legitur, eumque locum haud dubiè à Gal. subnotari existimo. Aut certè τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων εἱλιθερὲς leg. videtur, contra tamen omnium exemplarium fidem. Rursus ibid. (pag. 485. 22.) ἀλλὰ καὶ ἐπὴν λούηται, εἱληθερείτω. Sed & vbi lauerit, ad solem calefiat, h. e. insoletur, apricetur. Et (pag. 486. 10.) καὶ θερμῷ ὡς ἥκιστα λουέσθω, ἀλλὰ καὶ εἱληθερείσθω, & quàm minimum calida lauet, sed ad solem calefiat & apricetur. Quem locum à Gal. in Exeg. subnotari existimo, verùm eum εἱληθερείσθω passiua voce legisse, vt etiam vsurpat Athen. Est autem εἱληθερεῖν & εἱληθερεῖσθαι, ἡλιάζεσθαι insolari, ad solem calefieri, apricari. Et Hesyc. εἱληθερεῖν exponitur ἐν ἡλίῳ θερμαίνεσθαι, ἄλλως γάρ φασι τὴν τοῦ ἡλίου αὐγήν. & εἱληθερούμενος ἡλιαζόμενος, & εἱληθερήσαντες, ἐν ἡλίῳ θαλφθέντες, vt & εἱληθερούμενος, ἐν ἡλίῳ θερμαινόμενος.

Εἰλικρινὴς, merus, impermixtus, purus, syncerus. εἰλικρινὴς ὑπόστασις mera, ac pura, & vera, aut manifesta subsidentia dicitur in vrina, nullo alieno humore permixta, qui subsidentiæ speciem referat, vt certior securitas indicetur. In Coac. (pag. 215. C.) τὸ δὲ ἐρυθρὸν σφόδρα καὶ εὐανθὲς, ὑπόστασιν χλωρὴν ἔχον λείην εἰλικρινέα. At quæ admodum rubra [vrina] & benè floruIenta, sedimentum pallidum, læue ac putum habet, h. e. quod re vera sedimentum est & nullo alieno humore fucatum aut permixtum. Sic εἰλικρινέως purè, syncerè, verè, integrè significat, & οἱ κρινόμενοι εἰλικρινέως dicuntur lib. 4. Epid. (pag. 1121.) qui non integrè aut perfectè sunt iudicati, ideóque morborum reuersionibus obnoxij. Quod τὸ ἀρτίως in aphorismis dicitur, & exponitur τὸ ἀπηρτισμένως, οὐχ ὁλοκλήρως, ἐλλιπῶς, non absolutè, non perfectè, diminutè, non consummatè.

Εἶργε Erot. apud Hipp. ἐκώλυεν, prohibebat, arcebat, inhibebat, exponit.

Εἰρίνεοι dicuntur Hipp. (si modò vera est lectio) lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 611. 14. tegumenta lanea quæ cruribus circundantur ad arcendum frigus. καὶ εἰρινέοις ἀμφὶ τὰ σκέλεα εἱλίσσειν, tegumenta cruribus circundato, dixit Cornar. Caluus fascia lanea crura munire, ita vt hîc εἰρινέοις δεσμοῖς legisse videatur. fortasse εἰρινέαι κνημῖδες subintelligi possint, vt sint tibialia lanea ad arcendum tibiarum frigus. Aut certè εἰρινέαις legisse videntur, ab ἔριον aut εἶρος quod lanam significat, vnde tegumenta aut fascias laneas subaudiunt. Verùm mihi non parum

parum suspecta est hæc lectio, ac vereor ne ῥῖνας legendum sit, isque locus à Gal. exprimatur in Exeg. cùm ῥῖνας ἀρνακίδας, hoc est pelles agninas exponit. Quæ certè commodum ad prohibendum frigus cruribus circundabuntur, velut braccæ femora muniunt. Quemadmodum lib. περὶ ἀφορίων (pag. 166. 36.) in suffitu mulieri adhibendo, ἀρνακίδας πεπιληθέισας ἐρίοισι, hoc est, pelles agninas cum villis & lana ventri admouere iubet ad arcendum frigus & fumum ne expiret continendum. Sunt autem ῥῆνες, ἄρνες πρόβατα Hesych. agni, oues, & ῥήνεσσι ἀρνακίδες. Hinc πολύῤῥηνες ἄνδρες Homero dicuntur Il. ι. (vers. 154.) homines multorum agnorum hoc est multi pecoris & diuites, πολυθρέμματοι πλούσιοι.

Εἴρια ῥυπαρὰ ἐνεστηγμένα dicuntur Hipp. lib. de fract. (p. 557. 49 H. 765. E.) lanæ succidæ benè carptæ quibus oleo & vino irrigatis tumores deligari iubet. Lanæ autem succidæ aut sordidæ, quæ εἴρια aut ἔρια ῥυπαρὰ & οἰσυπηρὰ καὶ οἰσυπηρὰ λέγεται dicuntur, mitigandi & digerendi vim habent, præcipuè vbi benè carptæ sunt ac carminatæ. Alioqui non benè sub actæ & carptæ, duriores sunt, & suo contactu partem laborantem lædunt ac inflammationem irritant, vt illic scribit Gal. His opponuntur ἔρια πεπλυμένα, lanæ lotæ, quas limpidas vocat Aurel. Rursus ibidem (pag. 565. 54. H. 770. H.) supra vlcus hyeme εἴρια πολλὰ ῥυπαρὰ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, lanas sordidas multas vino & oleo madidas imponit. Vbi scribit Gal. ἔρια ῥυπαρὰ ob œsypum habere aliquid caloris cum moderato frigore. Et lib. de art. (pag 646 41. H. 829. B.) in luxationibus cum vlcere, ἔρια ῥυπαρὰ ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἐπιῤῥαίνοντα, lanas sordidas oleo & vino perfusas hyeme imponere iubet. Vbi Gal. ἔρια ῥυπαρὰ τουτέστιν οἰσυπηρὰ exponit, hoc est succidas, sic dictas ob œsypum & succum sordium quo imbutæ sunt. Eæ autem lanæ mixtæ sunt & contrariæ inter se facultatis, adstringentis videlicet & lenientis, ac tepidè calefacientis. εἴρια οἰσυπηρὰ καὶ ἐπεξασμένα dicuntur lib. de vlceribus (pag. 881. H.) lanæ succidæ benè carptæ. Ε'ρίον τὸ ῥυπαρώτατον vocatur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 66. 21.) lana sordidissima & maximè succida, quæ & πινῶδες εἴριον & εἴριον ῥυπαρὸν (ibid. vers. 41.) & εἴριον τὸ ἐκ ὑψηλοῦ, lana sordida mollissima. Est enim ἀνιῶν ῥύπος, ἀνεψηλὸν tamen illic legi malim, vt libr. περὶ ἀφόρων (pag. 679. 25.) εἴριον μιλήσιον μαλθακὸν, ὡς ἐπεψηλότατον, lana Milesia mollis ac benè lanata, quamuis ἀψηλόν Hesych. ἀσθενὲς καὶ μαλακὸν exponat, sed ἐπεψηλὸν malim. Libr. 2. de Morb. εἴρια πινόεντα lanæ sordidæ dicuntur (pag. 465. 53.) ἔπειτα εἴρια πινόεντα οἴνῳ βρέξας ἐπιδῆσαι, postea lanas succidas aut sordidas vino imbutas deligato. Et rursus ibidem (pag 467. 43.) εἴριον πινῶν ἐπιθεὶς ἐπιδεῖν, lanam sordidam superimpositam deligato. Dicitur autem εἴριον Hipp. & ἔριον, vt & Homero εἶρος & ἔρος.

Εἶρος (vt scribit Erot.) quibusdam apud Hipp. exponitur scirrhosi ac duri tumoris lienis circunscriptio, aliis totius corporis mala affectio. Verùm vtranque expositionem damnat Erot. quòd ὁ εἶρος febris speciem Hipp. indicet. Neque tamen vsquam apud Hipp. εἶρος reperitur, vt eo nomine hic Erot. locus valde suspectus sit.

Εἰρύεσθαι trahi & contrahi significat Hipp. & idem quod ἕλκεσθαι. In Prorrh. (pag. 184. 35. H. 71. A.) ὑποχόνδρια τετάσθαι εἴσω εἰρύαται quod repetitur in Coac.) pag. 124. E.) iis præcordia intrò trahuntur & tendunt, ἕλκεται exponit Gal. εἰρύαται autem tertia est persona pluralis Ionica præteriti perfecti passiui pro εἴρυνται, qua sæpe vtitur Hip. vt lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 657. 41.) καὶ τὰ σκέλεα εἰρύαται, & crura contrahuntur. Rursus ibidem (pag. 663. 24.) καὶ σιτία οὐ πάντως εἰρύαται οὐδὲ στόμαχος ἔτι κοιλίη, neque stomachus omninò cibum attrahit, neque venter, aut continet. εἰρύεσθαι enim pro ἐρύεσθαι aut ῥύεσθαι ponitur, quod est φυλάττειν, conseruare, retinere. Apparet tamen illic vitiatam lectionem, & εἰρύαται pro εἰρύεται legi. Et rursus ibidem (pag. 647. 4.) καὶ εἰρύεται, de muliere quæ contrahitur aut conuellitur, καὶ σπᾶται dixit lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 577. 46) eadem in re. Item ægr. 1. lib. 3. Epid. ἑβδόμῃ στόμα εἰρύσθη, septimo os distortum est, aut perperam distractum, quod κατεσπάσθη exponit Gal. Et lib. 4. Epid. (pag. 1134. B.) ἣ τὴν γνάθον εἰρύσθη, quæ malam distractam, h. e. distortam habuit. εἰρύεσθαι de corporis mole dicitur quæ contrahitur, trahitur, & subsidit, minuitur, detumescit ac concidit, aph. 3 lib. 6. Epid. sect. 3. ἐξαπίνης γὰρ εἰρύεται, statim enim corporis moles trahitur, contrahitur, h. e. collabitur, concidit. Sic enim Gal. explicat: ὡς γὰρ ἐξαπίνης εἰρύεται, τουτέστι συμπίπτει μὲν τὸ ὄγκον τοῦ σώματος, καθίσταται δὲ καὶ ἀῤῥωστεῖ τὴν δύναμιν. εἰ κἀκεῖνος μὲν γὰρ ἕλκεσθαι σημαίνει τὸ εἰρύεσθαι, δύναται δ' ἂν ἐκεῖνο κατὰ ταῦτα μεταφέρεσθαι ἐπὶ τῶν τοῦ πράγματος φύσει ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος ἐστί. numquid de repente contrahitur, quod quidem corporis molem concidere significat, facultatem autem etiam debilitari. Procul dubio namque verbum εἰρύεσθαι trahi significat. Potest autem & inde ad hæc transferri, propter rerum de quibus agitur naturam. Rursus ibidem; αὐτὴ δὲ τὸ εἰρύεσθαι κατά τι τοῦ τοῦ σώματος συμπίπτειν, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐν τῷ δυνάμει καταπτώσεως εἰρηκέναι φασί. Hoc autem verbum εἰρύεσθαι, tum de corporis concidentia, tum de virium collapsu dictum esse aiunt. Qua notione etiam scribitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 648. 19.) ξυνειρύεται πάντα, omnia contrahuntur, de vteri mole quæ contrahitur & concidit. Erot. quoque apud Hipp. εἰρύεται ἕλκεται exponit.

Εἷσαι Erot. apud Hipp. ἀντὶ τοῦ καθίσαι positum annotat, ponatur, collocetur, sedere faciat aut iubeat.

Εἰσβολὴ insultus & aggressio dicitur, significatque accessionis tempus exactè primum & simplex, veluti primam aggressionem. Eadem ἐπισημασία dicitur veluti prima accessionis significatio Gal. lib. de temp. morb. (pag 382. 40.) ἐκεῖνο δὲ εἰσβολὴν καλοῦμεν, τὸ ἀκριβῶς ἴδιον πρῶτον χρόνον ἁπλῶς. ὃ δὲ αὐτὸν τὸ πρῶτον ἐπισημασίαν ὀνομάζουσιν. Vocamus autem accessionis insultum exactè primum sine latitudine tempus, quod & ἐπισημασίαν (hoc est primam significationem) appellare consueuerunt.

¶ Ε'καθεν eminus, è longinquo significat, ab ἑκὰς adductum. Libr. περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων (pag. 561. 33.) ἢ ἀλήλιπτα λίπαϊ, πρὸς τὸ πῦρ ἐκαθεν θάλπειν, & pingui inunctum ad ignem eminus calefacere, hoc est procul, non ita prope. Ε'καθεν, μακρόθεν πόῤῥωθεν exponit Hesych.

Ε'κάστω longissimè & maximè procul pro ἑκαστάτω positum videtur in lib. de art. (pag 583 26. H. 795. H.) ὅταν γὰρ οὖν ἑκαστω ἢ χωρίου ᾗ ὁ ἄλλος ἀποστῇ. Ita enim humeri caput à loco in quem prolapsum fuerat quàm longissimè recesserit. Sic enim legunt omnia exemplaria tum publicata tum manu exarata, pro ἑκαστάτω, quemadmodum etiam apud Herodotum annotatur, τῶν ἑκαστάτω οἰκημένων, quàm longissimè à se habitantes, hoc est, πορρωτάτω, si modò vera est lectio, & non ἑκαστάτω potius legendum, vt apud eundem, ἑκαστάτω τῆς Λιβύης. Sic & apud Hipp. ἑκαστάτω legitur lib. περὶ ἀνατομῆς (pag 916. B.) κύστις δὲ νευρώδης ὅλη, καὶ μεγάλη ἑκαστάτω κύστις μίτης ἢ τὴν πέψιν. Vesica verò neruosa tota est magnaque interna eius capacitas, longissimeque se extendere nata est. Ε'κάστω tamen ex Procop. agnoscit Varin. ἀντὶ τοῦ πορρωτάτω. Ε'καστάτω, πορρωτάτω, μακρότατα exponit Hesych. Ista verò ab ἑκὰς deducta sunt, quod procul aut longè significat. Quam dictionem etiam vsurpat Hipp. lib. de vulner. cap. (pag. 899. C.) ῥωγμαὶ ἑκὰς ἰοῦσαι καὶ ἐξηρμέναι εἰσί, rimæ quæ etiam fisso osse longè progrediuntur & tendunt, hoc est, longè excurrunt. Vbi tamen ἑκὰς suspicati sumus legisse Gal. antea. Indeque ἑκαστέρω longius, vlterius, apud Herod. pro quo ἑκατέρω vitiosè legitur.

Ε'κβάλλειν eiicere, abortu reiicere, est partum abiicere aut expellere. Id enim est Latinis eiicere. Vlp. si mulier pugno, vel equi ictu à te percussa eiecerit. Libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 611. 44) διαφθείρει τὸ ἐκβάλλει, fœtum perdit ac eiicit. Et lib. 4. Epid. (pag. 1131. A) ἐξέβαλε θῆλυ, fœmellam eiicit. Vnde ἐκβόλιον dicitur medicamentum fœtum eiiciens, cuius crebrò meminit Hipp. in muliebrium tractatione, maximè verò l. 1. περὶ γυναικ. p 624. 625 & 626. &c.) Sic ἐκβόλιον ἐμβρύου ἀρχομένου, l. b. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 584. 12.) quod lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 624. 55.) ἐκβάλλον ὕστερα, secundas eiiciens dicitur, & iisdem verbis repetitur. Rursus ibid. (pag. 627. 19. & 21.) ἐκβάλλον, ὃ τὸ παιδίον ἤδη τεθνηκὸς ἐκβάλλει, medicamentum quod puerum enectum eiicit, &, ἄλλο ποτὸν ἐκβόλιον, ὃ τὸ παιδίον ἐκβάλλει πελιδνόν, aliud potu sumptum eiectorium, quod puerum liuidum eiicit. Et rursus ibidem (vers. 36) ἐγχυτον ἐκβόλιον ἢν λάθῃ τὸ παιδίον τεθνεὸς ἐκβάλλειν, infusum ad fœtum, vt si mortuus fuerit puer eiiciatur. Et (vers 29.) ἐκβόλιον ἀκίνητον φθεῖραι καὶ ἐκβαλεῖν. Ad fœtum immotum corrumpendum & eiiciendum. Α'κβόλιον etiam dicitur medicamentum fœtum eiiciens lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 624. 9) Est & ἐκβάλλειν ex sede sua aut articulatione dimouere & eiicere, vt ἐμβάλλειν recondere & reponere. lib. de art. (pag. 649 28. H. 830. E.) ἃ γὰρ ἐν δέκα ἡμέρῃσιν ἐμβληθῇ τῶν καταληφθέντων, ὅταν δ' ἄρα ἐμβεβλημένῳ σπασμὸς ἐπιφαίνηται ἐκβάλλειν τὸ ἄρθρον δεῖ ταχύ. Quicquid enim intra decem dies reconditum fuerit, contineri solet. Quòd si recondito articulo conuulsio accedat, is protinus expellendus est.

Ε'κβράσσειν est cum impetu eiicere, ac velut ebulliendo ac effervescendo expellere, emittere, excellere. Vnde ἐκβράσματα θαλάσσης, maris reiectamenta, & quæ æstuando reiiciuntur. Sunt & ἐκβράσματα papulæ ardentes ac feruidæ, ab ἐκβράζω quod est ebullire facio, quæ & ἐξανθήματα dicuntur. ἐκβράσσειν

ἐκβάλλει, ἐκβράσσει, exponit Gal. apud Hip. in Exeg. eiicit, expellit, ebullit, & in quibusdam exemplaribus, ἐκβράσσει, ἐκβλύει. Legitur autem apud Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 639. 17.) ἄλλοτε δὲ καὶ ῥόον ἐρυθρὸν ἐκβράσσει, quandoque etiam fluxum rubrum eiicit, emittit, h. e. velut ebulliendo aut æstuando reiicit. Quem locum mihi subindicare sua expositione videtur Gal. & ἐκβράσσει legisse. Dicitur & ἐκβράσσεται actiua significatione lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 531. 21.) καὶ φάρυγξ θρόμβους αἵματος ἐκβράσσεται κατ' ὀλίγον καὶ θαμινά. & fauces sanguinis grumos paulatim ac subinde reiiciunt, h. e. subinde erumpentes sanguinis grumos expuunt & expellunt. At verò significatione passiua sumitur libr. περὶ ἀδένων (pag. 271. 11.) συλλεγόμεναι [αἱ τρίχες] τό τε περιεσσὸν καὶ ἐκβρασσόμενον ἐπὶ τὰς ἐσχατιάς, colligentes id quod in extremitates redundat & expellitur, h. e. quod erumpit, effunditur & efferuescit. ἐκβρασθείη Hesych. exponitur ἐκβληθείη, ἀπορριφείη.

Ἐκβυρσώματα dicuntur recentioribus τὰ ἐξέχοντα ἄρθρα, articuli cute extantes, aut ossa in articulis foras eminentia, veluti extra corium (h. e. cutem) eminentiæ & eiectiones. Gal. Com. 4. in lib. de art. (pag. 650. 1.) ἐκβυρσούμενα eidem dicuntur ibidem (pag. 651. 19.) & ἐκβύρσωσις authori Medici (pag. 387. 56.

Ἐκγλευκισμένος, vide Ἐγλευκισμένος antea.

Ἐκδέξιν, διαδοχὴν Galen. exponit in Exeg. apud Hipp. successionem.

Ἐκθέωσιν, ἐκτρέχωσιν, excurrant apud Hipp. exponit Erot. Locum opinor lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 653. 29.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 565. 42.) subnotans, vbi tamen in omnibus exemplarib. εὐανθέωσι legitur, vt postea scribimus in εὐανθεῖν.

Ἐκθήλυνσις effœminatio & mollities, h. e. imbecillitas dicitur, & ἐκθήλυνσις σαρκῶν, carnium effœminatio & laxitas, aph. 16. lib. 5. ἀτονίαν exponit Gal. infirmitatem, & ex translatione sumptum esse adscribit, quod ferè fœmina sit mare infirmior & imbecillior. Calidi autem immoderato vsu carnes laxiores & molliores redduntur, quales sunt mulierum, h. e. minus compactæ & solidæ. Eademque phrasis repetitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 425. 18.) Eadem etiam notione ἐκθηλύνσιες τῶν σκελέων crurum effœminationes dicuntur, aph. 11. lib. 6. Epid. sect. 1. Significant autem imbecillitates solas quidem, aut eas quæ cum emaciatione & extenuatione fiunt. Sic enim exponit Gal. in Com. οὐκ ἔτι γνῶναι σαφῶς πότερα τὰς ἀσθενείας μόνας ἐκθηλύνσεις εἴρηκεν, ἢ τὰς σὺν ἀτροφίᾳ τῶν σκελῶν ὅλων γινομένας. Non planè cognoscitur, vtrum solas imbecillitates effœminationes dixerit, an eas quæ cum alimenti inopia in omnibus cruribus fiunt. Est & ἐκθήλυνσις ἐπιδέσμου, vinculi effœminatio & mollities, h. e. relaxatio & laxitas, lib. κατ' ἰητρ. (p. 690. 44. H. 745. C.) Gal. ἀτονίαν, deligationis imbecillitatem & infirmitatem intelligit, quam remissam fieri ex linteorum multitudine necesse est. Quidam etiam ad membri fracti imbecillitatem & mollitiem referunt, quod ex superimpositorum linteorum multitudine imbelle & molle redditur. Ἐκτεθηλυσμένον σκέλος, crus effœminatum & molle dicitur lib. de art. (p. 629. 3. H. 819. H.) ὑγρὸν, μαλακὸν καὶ μὴ σφίγγον καὶ σκληρὸν exponit Gal. humidum, molle, non adstrictum, sed laxum. Sic ἐκτεθηλυσμένον sputum aut pus dicitur Hipp. lib. 1. de morb. (p. 461. 11.) hoc est effœminatum, fractum, emollitum & eliquatum, τὸ δὲ πελιδνὸν ἀπὸ τοῦ αἵματος γίνεται, ἢν ὀλίγον συμμιγῇ ἐς πουλὺ σίαλον, καὶ μὴ παραυτίκα πτύηται, ἀλλὰ ἐμμένει ἡμισαπὲς ἐὸν καὶ ἐκτεθηλυσμένον ἐν τῷ σώματι. Liuidum autem fit à sanguine, si pauci sanguinis ad multam saliuam commixtio fiat, neque confestim spuatur, sed aliquantisper intus remaneat semiputridum & in corpore effœminatum, h. e. fractum & saliuæ commixtum, emollitum ac subactum, aut eliquatum & extenuatum. Est enim ἐκθήλυσις & ἐκθήλυνσις Erot. apud Hipp. ἔκτηξις καὶ ἰσχνότης & ἰσχνασία, eliquatio, colliquatio, & extenuatio. Nam & vtrunque Erot. scribitur, & si integra est apud eum scriptio, non video quonam loco apud Hipp. accommodari debeat. Est & ἐκθήλυνσις ἐκμάλαξις apud Nicandr. interprete etiam Erot. Ἐκτεθηλυσμένον ἐκτηκτικὸς exponitur Hesych. & ἐκτεθηλυσμένοι, μαλακισθέντες, κακοπαθοῦντες, ἢ ὡς θήλειαι γενόμενοι, effœminati, molles & fracti velut fœminæ. Sed vitiosè ἐκτεθηλισμένον & ἐκτεθηλισμένος legitur.

Ἔκθλιψις elisionem & expressionem denotat. ἔκθλιψις ἔξω σφόδρα ὀμμάτων, oculorum vehemens foras expressio, in Coac. (pag. 153. B.) de oculis exertis & tumidis dicitur, quos ἐξέχοντας in Progn. vocat, iisque κοιλότητα opponit. Sunt igitur eminentes & exerti oculi, qui foras protuberant, ac veluti exprimuntur aut extringuntur, quod vaporum sublatorum impetum & spiritus ac feruentioris materiæ contensionem denotat. Est & λαμπηδόνες ἐκθλίψιες ibidem fulgoris elisio, & de iisdem intumescentibus oculis dicitur, cùm splendores ex oculis emicant, & huc & illuc fulgores eiaculantur, velut in oculis emissitiis contingit, estque quasi luminis quædã eiaculatio ac foras emissio, quod oculi igneum quiddam plurimum habeant. Etsi quædam exemplaria pro ἐκθλίψιες ἐκλάμψιες legunt. Quæ etsi de oculis resplendentibus sæpè effertur, non tam tamen hoc in loco vim habet quàm ἔκθλιψις.

Ἐκθλίμματα etiam vocat Hipp. (vt scribit Gal. Com. 2. in lib. de fract. (pag. 555. 38.) τὰς ἐκ τῶν θλιβόντων ἐπιπολῆς ἑλκώσεις τοῦ δέρματος, elisa aut elisiones, in summa cute exulcerationes, quæ compressione aut collisione fiunt.

Ἐκθύματα sunt papulæ & in summam cutem erumpentes pustulæ à feruido & tenuiore humore ortum ducentes, nomen ab eo quod in cutem cum impetu ferantur, sortitæ, idéoque pituitæ eruptiones Plinio dicuntur, alio nomine ἐξανθήματα. ἐκθύματα namque Hesych. ἐξανθήματα exponit. Eam vocem vsurpat Hip. lib. 2. Epid. (pag. 1013. E.) & lib. 3. ft. pest. Vbi eorum originem & denominationem his verbis exponit Gal. πρόδηλον μὲν ὅτι παρὰ τὸ ἐκθύειν, ὅπερ ἐστὶν ἐξορμᾶν, ἡ προσηγορία τοῖς ἐκθύμασι γέγονε, ἐπὶ τῶν αὐτομάτως ἐξανθούντων κατὰ τὸ δέρμα· φύσις δ' αὐτοῖς ἐκ τῶν περιττῶν δηλονότι χυμῶν, ἀλλὰ καὶ τῇ ποιότητι προσηκόντως ἕπεται, τῶν μὲν χυμῶν λεπτῶν ἑλκώσεις ἐργαζομένων μᾶλλον, ἢ ὄγκους· τῶν δὲ παχέων εἰς ὄγκον ἐξαιρόντων τὸ δέρμα. Apparet certè nomen τοῖς ἐκθύμασι (hoc est erumpentibus pustulis) ab ἐκθύειν quod est ἐξορμᾶν, (hoc est cum impetu erumpere) esse inditum in his quæ sponte in cute efflorescunt. Origo autem iis est ex superfluis humoribus, quæ & non iniuria qualitatem subsequitur, cùm tenues quidem humores exulcerationes potius quam tumores excitent. Crassi verò cutem in tumorem attollant. Eadem notione ἔκθυσις ἑλκέων, hoc est vlcerum eruptio, pullulatio dicitur Coac. (pag. 145. H.) & ἐκθύσιες ἑλκυδρίων, vlcusculorum eruptio, aph. 15. lib. 6. Epid. sect. 1. Vbi etiam scribit Gal. ἔκθυσιν dici παρὰ τὸ ἐκθύειν, ὅπερ ἐστὶν ἐξορμᾶν, quod est cum impetu erumpere, & ἔκθυσιν dici quasi ἐξόρμησιν, quòd cum impetu feratur. Erot. etiam apud Hipp. ἐκθύῃ, ἐξορμᾷ. hoc est cum impetu prorumpat, exponit, etsi adhuc non video quonam hoc Erot. exemplum referatur, nisi si ἐκθύει legendum sit, vt subnotetur locus lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 427. 1.) οἷα ἄλλη καὶ ἄλλη ἐκθύει ὑπόπλατα quales (rubicundi tumores) alia atque alia parte latiusculi erumpunt. Rursusque ibidem (p. 427. 9.) ἔτι οὐδαμῶς ἐκθύει, nequaquam amplius erumpunt. Hesych. quoque ἐκθύωσιν, ἐκπηδῶσιν, ἐκζέωσιν, excidant, efferueant, exponit. Eidem ἐκθυόμενος est ταχὺς, qui citò cum impetu prorumpit & velox.

Ἐκκαθαίρεσθαι expurgari, expui significat Hippocrati, & de his quę ex thorace reiiciuntur effertur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 47. 26. H. 385. 40.) αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν πλευρίτισιν αὐτόματοι παύονται αὐτίκα, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. Nam dolores in morbo laterali affectis statim sponte desinunt, vbi aliquid effatu dignum expui & expurgari cœperit. Vnde ἐκκαθαρτικὰ medicamenta dicuntur quæ totius corporis poros extergent & expurgant.

Ἔκκλισις, declinatio, ossis à sua sede emotio & excessus, lib. de art. (pag. 642. 21. H. 827. F.) ἢν μὴ πάνυ ἡ ἔκκλισις ᾖ, nisi admodum magna emotio extiterit. Sic ἐκκλίνεσθαι ἔξω, erumpere & luxari. Ibidem (pag. 658. 42. H. 837. A.) τὰ ἔξω ἐγκεκλιμένα, quæ extra erumpunt & luxantur.

Ἐκκολύψας, ἀποπτίσας, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. hoc est, detracto cortice aut putamine, aut vbi corticem exemeris. Pro quo ἐκλέψας legisse videtur Erot. apud Hipp. atque idem ἀπολεπίσας exponit, sed vitiosè ἐκλάψας habent exemplaria omnia. Ἐκλέψας autem legitur apud Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 630. 38. 631. 25. & 42.) κόκκους ἐκλέψας, grana cnidia decorticata, aut detracto cortice. Et rursus ibid. (pag. 672. 13.) ἐκλέψας κόκκους τριάκοντα, grana cnidia decorticata triginta. Et libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573. 52.) κόκκους ἐκλέψας ὡς τριάκοντα, grana cnidia decorticata ferè triginta. Vbi tamen ἐκλέξας vitiosè legitur. At fortè ἐκκολάψας pro ἐκλέψας legisse videtur Erot. & Gal. pro ἐκκολύψας. Est enim ἐκκολάπτειν exculpere, excudere, tundendo eximere, & ἐκλέπειν significat, quod est corticem aut putamen detrahere, translatione ab auib. sumptâ quæ rostro pertusis ouis pullos excludunt aut excudunt.

Ἐκκοπεὺς scalper excisorius dicitur, quo vtebantur antiqui in ossium sectionibus, ac præcipuè capitis. Galen. lib. 6. Meth. medi tres scalprorum species ponit. Sunt enim ἐκκοπεῖς κοῖλοι, caui excisorij scalpri, quos κυκλίσκους vocat, Paulus lib. 6. cap. 90. κυκλισκωτοὺς ἐκκοπεῖς. Alij φακωτοὶ ἐκκοπεῖς, lenticulares scalpri. Sunt & στενοὶ ἐκκοπεῖς, angusti scalpri, quos ξυστῆρας vocat Gal. quibus ad rimas se vsum profitetur. Sunt etiam μηλωτοὶ ἐκκοπεῖς, scalpri specilli formam habentes quos

planos

planos scalpros vocat Celsus, (cap.8.lib.4.) quibus in excidendis eminentibus ossibus vtebantur, quemadmodum & ἀπύρηνοι ἐκκοπεῖς. Paulo etiam dicuntur oppositi scalpri excisorij ad ossa excidenda, pro quibus tamen εὐθεῖς ἐκκοπεῖς quidam malunt. Est & ἐκκοπὴ Paulo (cap.90.lib.6.) διαίρεσις τ̃ κρανίου μετ' ἀνακλασμοῦ τ̃ πεπονθότος. Excisio, caluariæ diuisio cum ossis affecti refractione.

Ε'κκοπρίζειν est stercora reddere & alui fœces deponere. lib.1. Epid.ægr.4.post st.pest. ἀπὸ δ̀ κοιλίης ἐξεκόπρισεν ἀθρόα, ex aluo stercora affatim reddidit.

Ε'κλακτίζειν, calces iactare, calcitrare, calcibus cædere, percutere, impetere, aut calces in sublime iactare, & calcibus auras verberare. Coac. (p.132.G.) in pueris τὸ ἐκλακτίζειν, quod est calces iactare, inter conuulsionis signa adscribitur. Qua voce materiæ agitatio ac feruor denotari videtur, cùm incontinentia corporis iactantur ac velut ῥιπτάζονται, eaque humorum commotione neruorum principium facilius tentatur. Neque verò infœliciter etiam de pueris in summo eiulatu calcitrantibus, & cum summa corporis contentione calcibus impetentibus sumetur, quò promptiùs conuulsio significetur, vt nostris in eam sententiam Annot. scribimus. Est & ἐκλακτίσαι excalcitrare, & calce emotum articulum repellere & impellere, lib de art. (p.660.52.& 54. H.859.H.) vt fit in genu posteriorem in partem luxato. ἐμβάλλεται δ̀ ἐκ τοῦ ξυγκάμπτεσθαι ἢ ἐκλακτίσαι ὀξέως. Hoc autem reponit subita conflexio aut excalcitratio.

Ε'κλάμπειν emicare, elucere significat, & eleganti translatione de his dicitur quæ vires suas exerunt & inualescunt, vt lib.1. Epid. (p.381.44. H.963.H.) de febre quæ circa iudicium in ipsoque iudicio non remitteretur, sed magis intenderetur atque inualesceret. ἦν δ̀ οἷσιν ἀρχόμενος μαλακοὶ καὶ ὑπόβρυχιοι, ἐπεκαδιδοῖ δ̀ καὶ παροξυνόμενοι καθ' ἡμέρην ἑκάστην· περὶ δ̀ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσει ἄλις ἐξέλαμψεν. Nonnullis verò leniter ac latenter incipit, increscit autem in dies exacerbaturque, sed sub iudicium in ipsoque iudicio valde emicat. Eademque notione dicitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.15.9.) ὀξύτατος ὁ πυρετὸς ἐκλάμπει, acutissima febris instar flammæ emicat, elucet In delirantium & phreniticorum signis ἐκλάμπουσιν ἀτενέως ὀφθαλμοί, oculi immoti & fixi splendescunt & relucent, in Prorrh. (p.210.41. H.78.E.) quod est ira concitorum & excandescentium indicium. Quod etiam repetitur Coac. (p.173.C.) vbi tamen vitiosè ἐκλαμπτοῦσιν ἀτενέες ὀφθαλμοὶ pro ἐκλάμπουσιν scribitur. Est & λαμπηδόνος ἔκλαμψις, fulgoris emicatio, & de splendoribus ex oculis emicantibus & fulgores eiaculantibus effertur, Coac. (p.153.B.) vt paulò ante scripsimus. Ε'κλάμψιες dicuntur fulgores, splendores, effulgescentiæ, emicationes, & ἐκλάμψιες παίδων, puerorum splendores in pubertate, aph.4. sect.1. lib.6. Epid. & calidi emicationes, sumpta à flamma metaphora, quæ euicta materia emicat & resplendet, aliòqui in humida materia occultatur. Sic Gal. in Com. ἐκλάμψιες ab interpretibus sumi scribit. Zeuxis autem ἐκλάμψιες aliter sumit, per emphasim quandam translatione vsus, in pueris qui ad pubertatem carnosiores, pleniores & adultiores, atque tum forma, tum colore gratiores fiunt, viribus ingenioque præstantiores. In summa verò ἐκλάμψιες ad morbum comitialem referuntur, & de eo intelliguntur, qui in pueris cum pubertate & ætate mutationem accipit, ex aph. 45.lib.2. & 7. lib.5. fortè etiam ἐκλάμψιες ad eos fulgores referri possunt, qui in epilepticis oculis circunferuntur. scintillarum micas & circulos igneos vocat Cæl. Aurel.cap.4. lib.1. Tard.Pass. Sic lib.7.Epid. (p.1233.G.) in Phœnice comitiales & epilepticas conuulsiones subindicans, ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ τὰ πολλὰ ὥσπερ ἀστραπὴν ἐκλάμπειν ἐδόκει, scribit, ex oculo dextro plærunque velut fulgor coruscare videbatur. Quod etiam paulò aliter repetitur lib.5.Epid. (p.1160.A.)

Ε'κλαπήσεται semel oppositum apud Hipp. testatur Erot. ἀντὶ τοῦ ἐκγλυφήσεται, ἐκξυσθήσεται, exsculpetur, cradetur, eiusque vocis interpretationem sibi vindicat.

Ε'κλεαίνεσθαι est læuigari, exteri, tenuari, leniri, explanari, de cicatricibus quæ exteruntur aut delentur dicitur Prorrh.2. (p.102.G.) αἰγίδες ἐκλεαίνονταί τε καὶ ἀφανίζονται, subalbicantes cicatrices ægides dictæ, exteruntur, expoliuntur, & euanescunt.

Ε'κλειπόντες οἱ τῷ σαλεῦσαι dicuntur Hipp. qui leuiter moti animo deficiunt. Prorrh. (p.192.1. H.72.G.) eosque significari scribit Gal. εἰ καὶ ἠρέμα κινοῖντο λειποψυχοῦσι ἰσχυρῶς, qui si vel paulùm moueantur valde animo linquuntur. Quibus verbis eos qui viribus sunt admodum fractis & imbecillis comprehendit Hipp.

Ε'κλευκοι dicuntur Hipp. exalbidi, exactè candicantes, exalbescentes, qui pituita plurima redundant & pituitoso sunt habitu. Quo nomine frigidiores & humidiores natura sugillantur, & qui subalbida sunt cute, & minimè difflabitur, aut in otio viuentes frigidis succis replentur. In Coac. (p.219.B.) & aph.34.sect.8. lib.6. Epid. Sic lib.2. Epid. (p.1008.H.) ἔκλευκοι ὑποφακώδεες, subalbidi lenticolores lienosi dicuntur, in hydropem parati, quos ὑπολεύκους lib.3. Epid. st. pest. aut λευκοφλεγματίας lib.1. Epid sect. 3. vocat Hipp. & phrenitide febribusque ardentibus periisse scribit. Ε'κλευκα διαχωρήματα, exactè candicantes egestiones in hepatis affectibus, in Prorr. (pag. 187.19.H.71.E.) & Coac. (p.219.B.) ἔκλευκον διαχώρημα ἐν πυρετῷ οὐκ εὐκρινές. Exactè candicans alui recrementum in febre, nullam bonam iudicationem denunciat. Obstructionum namque index est, & bilis diuersionem significat, & morbum regium minatur.

Ε'κλείψιες vide Ε'κπολύψιες paulò antè.

Ε'κλούεσθαι Gal. apud Hipp. positum pro περικλύζεσθαι hoc est proluatur, libr. περὶ ἀφόρων & in his quæ adiecta sunt ad lib. de cap. vuln. scribit. Verùm vereor vt suspecta sit Gal. lectio. Nam lib. περὶ ἀφόρων ἐκλούεσθαι non legitur, sed λουέσθω (p.686.11.& 19.) & (p.687.28.) & ἐκλύεσθαι (p.686.15.) ἐκλύεσθαι igitur legisse Gal. existimo pro ἐκλούεσθαι, & pro περικλύζεσθαι sumpsisse, quod est proluere aut irrigare & perfundere, aut pro λουέσθω ἐκλουέσθω Gal. leg. coniiciendum. His verò huius libri locis λουέσθω & ἐκλούεσθαι de perfusione & fotu, non de balneo dicitur, vt & aliàs sæpè λοῦσθαι apud Hipp. vt etiam exponit Gal. Apparet autem Gal. tempore alia quædam adiecta fuisse ad lib. περὶ κεφαλῆς τρωμάτων præter hæc quæ in codicibus nostris adscribuntur, & meritò in lib. de aere, loc. & aq. reiiciuntur. quorum etiam meminit Gal. initio, com.4. in lib. de rat. vict. in mor.ac. Neque verò in his quæ in codicibus nostris extant huiusmodi dictiones ἐκλουέσθω & σφάκελος reperiuntur.

Ε'κλύεσθαι exolui significat & de virium prostratione dicitur, vbi corpus ad liberas actiones & sensationes est impotens & exolutum, velut in magna lassitudine contingit & quibusdam febribus ardentibus in quibus corporis sensus inest ex animalium spirituum resolutione, & in his ægros βαρυνομένους ἐκλύεσθαι, grauatos exolui, scribitur Coac. (p.143.C.) Sic ἐκλύεσθαι de virium exolutione effertur in corporis partibus aut toto, vbi ad actiones liberas & motum ignauum est & pigrum, in Prorrh. (p.209.39. H.77. G.) & Coac. (p.215.F.) τὰ ναρκώδεα ἐκλυόμενα, quæ cum torporis sensu exoluuntur, exponit Gal. de partibus corporis, quæ post stuporem ad motiones tardæ sunt & velut exolutæ ex Interpretum quorundam sententia. Sic enim scribit Com.3. in Prorrh. (pag.209.44.H.77.G.) τινὲς δὲ ἐπὶ μορίων τ̃ σώματος ἀκούουσιν φάναι ἐκλύεσθαι, τινὲς δὲ ἐφ' ὅλου τοῦ σώματος, ἵνα φαίνωνται αὐτῷ πρὸς τὴν αἴσθησιν ναρκώδη, πρὸς δ̀ τὴν προαιρετικὴν κίνησιν, ἐκλυτοι γεγονέναι. Quidam verò ἐκλύεσθαι de corporis partibus dictum obaudiunt, quidam etiam de toto corpore, vt ipsum ad sensationem torpescens, ad eam verò quæ ex arbitrio fit motionem, exolutum fuisse dicamus. Idem quoque addit quosdam ἐκλυόμενα ἀντὶ τοῦ ἐκκεινόμενα sumpsisse, & de his intellexisse quæ liberum non habent exitum, sed tardè, ac impeditè, & velut exolutè excernuntur, vt de vrina quæ antea suppressa, postea ignauè, sensim, ac velut trepidè emittitur. Eadem etiam notione αἱ ναρκώδεες ἐκλύσιες, exolutiones cum torpore dicuntur Coac. (pag.206.E.) & pro membrorum ad motiones impotentia, aut pro animi defectionibus sumi possunt. Sic ἐκλύεσθαι exolui & debilitari significat aph.36.lib.2. & οἱ ἐκλυόμενοι dicuntur qui animo deficiunt & viribus sunt exolutis, aph.41.lib.2. Et ἐκλύεσθαι hepaticum est symptôma, vt scribit Gal. Com.3. in Prorrh. (pag.216.38.H.81.C.) quod in deiectionibus limosis, nigris aut liuidis ex hepatis imbecillitate, crebræ contingant animi & virium exolutiones. Ε'κλυσις, virium deiectio & animi defectio, aph.8.l.7. αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, vocis defectiones cum virium exolutione, in Prorrh. (pag.177.32 H.69.C.) & Coac. [pag.158.B.D.159.B.] ἐκλύσις ex veratri potione ibid. (pag.441.45.209 B.) Est & ἔκλυσις κοιλίης, aluus exoluta, effusa, & copiosum alui profluuium, ibidem (pag.221.C.)

Ε'κμαγμα apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. τὸ τι συνεσταλμένον φύραμα καὶ τὸ κρόκου μάγμα, hoc est massam subactam & coactam, aut croci recrementum, ex lib. περὶ ἀφόρων (pag.685.15.) καὶ ἔκμαγμα ἔστω μεγέθει, & croci recrementum massæ manualis magnitudine.

Ε'κμαίνειν vehementer insanire significat, & de vehementi mentis emotione ac desipientia effertur Hipp. vt ægr.4 lib.3. Epid. & ægr.13. lib. eiusd. post st. pest. ἐξεμάνη, vehementer insaniuit. Sic Gal. in Prorrh. (pag.174.13. H. 68. A.) ἐκμαίνειν vehementer desipere exponit, & μεγάλης παρακοπῆς δηλωτικὸν ῥῆμα esse scribit.

Idem quoque ἐκμαίνεσθαι ὀξέως, quod est vehementi insania detineri, μανιωδῶς παραπαίειν, ὅπερ ταυτὸν τῷ σφοδρῶς cum furore aut insania desipere, quod est vehementer, in Prorrh. exponit (pag.176.39.H.73.A.) Et rursus ibid. (p.192.54.) ἐκμαίνεσθαι de vehementi mentis emotione dicitur. κάκιστοι δὲ οἷς ἐκμαίνεσθαι ἐλπίς. In iis verò pessimum, in quibus vehementem mentis emotionem metuimus.

Ἐκμάττειν vel ἐκμάσσειν est efformare, fingere, digitis cogere & tractare, ἐκμάξαι Gal. ἀναπλάσαι exponit in Exeg. ex lib. περὶ ἀφόρων [pag. 682. 55.) ὥστε δακτύλῳ ἐκμάξαι, τουτέστιν ὡς τὸ κυκλίσκον ἀναπλάσαι. Sed nos antea δακτύλιον Gal. legisse indicauimus, eo sensu, vt trochiscum aut pastillum efformare aut fingere possis, ex quo glandula conficiatur. Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 587. 24.) ἀλλ' ὡς ἐκμάσσεσθαι δακτύλιον, ita vt pastillus effingi possit. (Sic enim legimus, cùm passim omnib. in exemplaribus δάκτυλον habeatur.) De cantharidibus aceto albo affuso tritis dicitur, ità vt non valdè liquidum medicamentum reddatur, sed ex eo pastillus efformetur, ex quo glandula cum ficu alba pingui fingi possit & cogi. Sic ἀπομάγματα δακτυλίων apud Theoph. lib.6. de caus. plant. cap. vlt. ab annulis expressa simulachra, quidam vertunt, quorum, dum effinguntur, mediocris consistentiæ materiam esse oporteat. Nam ἔκμαγμα expressum alicuius simulachrum dicitur, quasi τύπος, ἢ μίμημα, ἢ ἐκτύπωμα, (sed potius ἐκμαγεῖον, eo significato) & ἀπόμαγμα tanquam ἐκσφράγισμα. Etsi ἀπομάγματα δακτυλίων apud Theoph. pastillorum strigmenta etiam vertunt nonnulli, Gaza abstergmenta digitorum, vt δακτύλων pro δακτυλίων leg. videatur. Ἐκμάξαι etiam ἀλλοιῶσαι significare scribit Gal. apud Hipp. & ἐκθλίψαι, alterare & exprimere, ex lib.1. de morb. maiore, & de spongia, mercuriali & sambuci foliis dici. Qui sanè locus exprimi videtur l.2. de morb. (pag. 466. 28.) καὶ σπόγγους ἐν ὕδατι θερμῷ βρέχων ἐκμάσσων, & spongias aqua calida maceratas & expressas. Verùm neque illic de mercuriali aut sambuci foliis vllus est sermo, vt videatur esse μνημονικὸν ἁμάρτημα Gal. & aliôqui locus ille Exegeseos valdè suspectus. Neque tamen toto eo libro 2. de morb. quem passim Gal. librum primum de morbis maiorem vocat, aliàs eam dictionem vsurpatam reperias. μάσσειν etiam Gal. in Exeg. non solùm ἀναδεύειν ἢ φυρᾶν, quod est pinsere, subigere aut in massam cogere, sed & ἐκθλίβειν exprimere exponit. Ἐκμάσσειν quoque apud Hipp. abstergere significat, vt lib. περὶ παθῶν (pag.526.33.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.554.12.) ἀλείφειν τὴν κοίτην καὶ ἐκμάσσειν, in lecto illine & absterge. Quam in significationem etiam ἐκμάσσειν vsurpatur Androm. apud Gal. lib.6. comp. phar. κατὰ τόπ. (pag. 252.41.) & dicitur de medicamento quod per digitum eo imbutum locis apprimitur & illinitur. ἐκμασσέτω τῷ δακτύλῳ τοὺς τόπους, digito locos abstergito, h.e. per digitum locis apprimito. Iubet enim digitum medicamento ad aphthas illitum ori apprimere, aut os eo medicamento ceu digito abstergere. Et rursus ibid. (v.43.) καὶ ἀναλαμβάνων τὸ ξηρὸν περίαπτε ἐπιπολὺ ἐκμάσσων τὰ παρίσθμια καὶ τὴν ὑπερῴαν σὺν τῇ σταφυλῇ, siccoque excepto tonsillas itemque palatum & vuam contingito & abstergito. Inde etiam ἐκμαγεῖον id quo abstergimus significat & mantile. & ἐκμαγεῖα λιτά, sunt mantilia tenuia, delicata, lauta & splendida, h.e. mollia, ad fotum excipiendum, tenues mappas vertit Cornar. apud Gal. ex Archigene lib.3. κατὰ τόπ. (pag.190.56.) ad fotus aurium.

Ἐκματεῦσαι ἀναζητεῖν exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc est, inquirere, inuestigare.

Ἐκμαίνεσθαι pollui & contaminari significat, & veneris ludibriis aut seminis effluuio inquinari, quod ὀνειρώττειν dicitur, cùm inter somniandum veneris ac libidinis imagines se offerunt. Aristoph. interpres ἐν βατράχοις ἐκμαίνεσθαι significare scribit τὸ ἀποσπερματίζειν ὡς οἱ ὀνειρώττοντες, quod est inter somniandum semen effundere. Gal. etiam in Exeg. apud Hipp. ἐκμιαίνεται exponit ἀποκρίνει τὸ σπέρμα, h.e. inquinatur, semen excernit. Quibus verbis locum lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag.265.14.) mihi subindicare videtur. Quod etiam subolfecit & indicauit Hieron. Mercur. vir nostræ ætatis in Hipp. scriptis examinandis detritissimus, libr.2. variarum lect. cap.11. Sic autem Hipp. locum leg. censeo: ὅταν βούληται ἄρσεν φυτεύειν, τῶν ἐπιμηνίων ἀπολήγόντων ἢ ἐκλελοιπότων μίγνυσθαι, καὶ ὠθέειν ὡς μάλιστα, ἕως ἂν ἐκμιαίνηται. Cùm marem procreare voluerit, mensibus desinentibus aut cessantibus vxorem adeat, & quàm penitissimè intrudat, dum semen excernat. Verùm exemplaria omnia tum vulgata tum scripta, ἐκμαίνηται legunt, quæ secutus Corn. [desæuiat] velut per translationem quandam dixit, Caluus [esuriat] vt mihi etiam aliud quiddam legisse videatur. Ex eóque loco apparet apud Gal. in Exeg. ἐκμιαίνηται & ἀποκρίνῃ τὸ σπέρμα, reponendum esse, vt ea explicatio suo loco benè posita & Hipp. locum concepris verbis exprimere videatur. Pro quo tamen apud Gal. ἐκμίνται quidam exemplarium vitio legunt.

Ἐκνεφίας ὄμβρος exponitur Gal. apud Hipp. ὁ μεθ' ἡλίου γινόμενος, imber cum sole factus, aut è nube protumpens velut ἐκνεφίας ventus dicitur nube rupta protumpens & procellam gignens. Eidem etiam ἐκνεφίας πυρετὸς dicitur, ὁ ὑγρὸς ἅμα καὶ πυρώδης, ὥσπερ καὶ ὁ ἥλιος ἐκνεφίας, febris humida simul & ignea, velut etiam sol ἐκνεφίας dicitur qui creber è nube protumpit, qui & ἐκνέφελος etiam vocatur. Ἐκνεφίας ὄμβρος exponitur Hesych. βροχὴ ἀπὸ νεφῶν imber ex nubibus erumpens.

Ἐκνηστεύειν plus esse videtur quàm νηστεύειν, & significare videtur diutius ieiunum permanere. Eamque dictionem vsurpat Hipp. lib.2. de Morb. (pag.481.15.) καὶ τὴν ἡμέρην ταύτην πιὼν ἄλφιτον καὶ ὕδωρ ἐκνηστευέτω, eum diem epota polenta & aqua ieiunus transigat, aut eo die ieiunus permaneat.

Ἔκνυζεν Gal. apud Hipp. in Exeg. exponit ἐψόφει, strepebat, additque ὠνοματοπεποιῆσθαι ἀπὸ τοῦ ψόφου, factitiam esse vocem ex strepitus sono. κνύζω autem idem sonat quod ξύω, rado aut scalpo. ἔκνιζεν autem apud Gal. legit Varin. & ἐψόφησε exponit. Verùm ἔκνυζεν legitur apud Gal. vt & κνύμα quod ἠρεμαῖον ψόφον, leuem quendam sonum indicat.

Ἐκνύπη exponitur Gal. in Exeg. ἐξηπλωμένη, expassa, explicata, explanata.

Ἐκπάγλως idem quod ἐκπληκτικῶς, θαυμαστῶς, terribilem aut stupendum in modum, & Homero frequens est. Significare etiam potest ἰσχυρῶς, vehementer, valdè, mirum in modum ac supra modum. Sic αἰδώοντ' ἐκπάγλως Ὀδύσ. ι. Et apud Hipp. libr. 1. περὶ γυναικ. (pag.591.8.) τὰς ἰξύας ἐκπάγλως πονέει, lumbis stupendum in modum dolet, aut vehementer. Rursus lib. 2. περὶ γυναικ. (pag.663.19.) ἐκπάγλως τι αἰσθάνεται, stupendum in modum afficitur. in Epist. [pag.1277.33. ἐκπάγλως γὰρ διηγέρθην, stupendum in modum expergefactus sum. Sic ἐκπαγλεόμενοι valde admirantes, vel ad stuporem vsque, apud Herodot. Calliope.

Ἐκπαλέω siue ἐκπαλαίω, eluctor, euibro, excido, vi quadam emoueor & eluctor. De luxatis articulis effertur qui vi quadam sua compage emouentur, vt de cubito scribit Hipp. lib. de fract. (pag.576.11.H.777.E.) vbi ἐξαπίνης ἐκπάλησις, h.e. subita vis & eluctatio cubitum in anteriorem partem emouet. Et ibid. (v.14.H.ibid.) ἐξεπάλησεν & ἐκπαλήσαντι effert Hipp. de iis quibus sua compage emotus est articulus & excidit. Eadem notione ἐκπαλὲς eluxatum significat, & quod loco suo motum est, sua compage prolapsum, extrusum & emotum. Hipp. lib. de art. (pag. 631.22. H. 821. G.) ὅταν δὲ ἰσχίον ἐκπαλὲς γένηται ἐς τὸ εἴσω μέρος. At vbi coxendicis articulus sua compage ad interiorem partem emotus fuerit, aut emotus sua compage interiorem in partem procubuerit, aut exciderit. Hesych. ἐκπαλὲς ἔξαρθρον exponit. Hipp. dictionem explicans, quod de articulo sua compage emoto dicitur, παρὰ τὸ ἐκπάλλεσθαι quod est ἐκκινεῖσθαι, emoueri, eluxari, suo loco extrudi & compage expelli. Vnde etiam ἐκπάλη forte deductum videtur, quod Hesych. ἐχωρίσθη, ἀπέστη, ἐξέπεσεν exponit, loco motum est, secessit, abscessit & excidit. Idem etiam ἐκπαλήσαντες, ἐκπεσόντες explicat. Et Erot. ἐκπαλήσαντος pro ἐκπάλη γινομένου sumptum esse scribit apud Hipp. si modò vera est scriptio ac non potius ἐκπαλήσαντες & γινόμενοι legendum, vt ea dictio apud Hip. innotescat. Nam neque ἐκπαλήσαντος apud Hip. reperio, sed ἐκπαλήσαντι lib. de art. (pag.576.14 & 22.H 777.E.) Idem etiam ἀποπαλήσει, παλεύσει, καὶ σφοδρᾷ κινήσει exponit, expulsione, concussione, vehementi motione. Sic enim apud eum legendum esse antea scripsimus, vt nomen potiùs quàm verbum vsurpetur. Ἐκπαλαίειν Var. significare scribit ἔξω τοῦ νόμου παλαίειν, quod est præter gymnasticas ac luctæ leges agere. Ac forte ἐκπαλαίειν dici potest quod in lucta suo loco est emotum, vt ideò ad articulos prolapsos referri possit. Quam in notionem vsurpauit Gal. com.3. in lib. de art. (pag.631.30.) ὅταν ἐκπαλαίσωσι τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, hoc est cùm iis coxæ articulus luxatus fuerit. Et rursus (ibidem) οἷς ἐξεπάλαισεν ἔσω τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, quib. interiorem in partem coxendicis articulus luxatus est. Rursus ibid. (pag. 634.56.) πρὶν ἐκπαλαῖσαι τὸ ἄρθρον, priùs quàm excideret articulus & elaberetur. Et (pag.635.6.) ὥστε οἱ οὕτως ἐκπαλαίοντες. Quare quibus hunc in modum articulus luxatur. Hac ratione ἐκπαλαίειν articulum luxatum esse significat suaque compage emotum, veluti ex lucta traductum, vnde & ἐκπαλὲς deduci posse videtur. Ἐκπαλέειν dixit Hipp. lib. de art. (pag.632.51. H. 822. G.) ἢ καὶ ὑπὸ νόσου ἐξαρθρήσῃ τὸ ἄρθρον, καὶ ἐκπαλήσῃ, aut etiam ex morbo luxatus fuerit hic articulus & sua compage emotus.

Ἐκπατίη exponitur Erot. apud Hipp. ἐκτρόπως καὶ ὁδοῦ ἀγνοοῦντες, hoc est deflexè aut declinanter, velut qui è via decedunt aut euagantur. Addit idem quosdam ἐκπάγλως apud Hipp. pro ἐκπατίη scripsisse. Verùm ista Erot. explicatio locis à nobis antea

adductis

adductis in ἐκπέταλον minimùm conuenit, vt mihi Erot. locus valde suspectus sit, etsi in eo restituendo quidam sedulam nauarunt operam. Ἔκτοπον verò τὸ ἔξω τόπου exponitur Hesych. hoc est deuium & quod à via declinat aut deflectit.

Ἐκπεπταμένον ἕλκος, vlcus euersum, protuberans ac velut expressum dicitur, & in quod materia ab inflammatione ipsa exprimitur ac veluti cogitur, ideoque labra protuberantia habet & euersa.lib. de fract. (pag.561.17.H.767.E.) ἀναγκαίως δὲ ἔχει ἄχροον μὲν καὶ ἐκπεπταμένον τὸ ἕλκος εἶναι. Necessariò igitur vlcus decolor & labris expansis euadet. Sic enim ἐκπεπταμένον τοῖς χείλεσι, hoc est euersis labris exponit illic Gal. Quod effecit vt ἐκπεπλευμένον etiam illic vt & postea legendum censuerimus, etsi Gal.ibi & lib.9. de placitis Hipp. & Plat. ἐκπεπταμένον legat, reliqui verò codices ἐκπεπληγμένον habent.

Ἐκπεπλίχθαι καὶ διαπεπλίχθαι est diuaricari, diduci, disparari, & diductis esse cruribus, vnde τὸ διαπεπλιγμένα, disparata, distracta & disiecta, & ἐκπεπλιγμένον metaphoricè quod deductum est & expansum, disparatum dicitur. Nam πλίχας Græcis & πλικτὰ gressum & crurum digressionem ac diductionem significat, quod etiam πλίγμα & πλὶξ dicitur, & βῆμα exponitur. πλίγμα etiam apud Hip. significare scribit Var. quod πλιχὰς Galeno dicitur libr. de fract. & quod inter vtrunque crus spatium est designat, quod πλιχάδα etiam dici scribit. Hinc ἐκπεπλιγμένον ἕλκος, vlcus expansum, diductum, diuaricatum, ac digrediens dicitur, quod est diductis labris & euersis, ex translatione quidem ἀπὸ τῶν πολὺ διεστώτων σκελῶν, à plurimum diuaricatis cruribus, lib.de fract. (pag.570.15.H.773.H.) & pag.561.17.H.767.E.) vbi tamen ἐκπεπταμένον legisse Gal. & ἐκπεπληγμένον omnia exemplaria antea adscripsimus. Quem etiam locum in Exeg. subindicans Gal. ἐκπεπλιγμένον ἐκπεπταμένον, h.e. euersum exponit, & euersis labris ac diductis. Sic enim esse legendum, non vt in quibusdam exemplaribus ἐκπεπλησμένον, vel hinc constat quod in dictione στομοῖ in Exeg. de vlcere scribit, τὸ ἐκπεπταμένον καὶ διεστηκὸς ἐπὶ πλεῖστον τοῖς χείλεσιν, ὅπερ καὶ ἐκπεπλιγμένον ὀνομάζεται, h.e. euersum & multum labris diductum, quod diuaricatum dicitur. His enim verbis locum lib. de fract. (pag.570.17.H.773.H.) exprimit haud dubiè Galenus. Sic τὸ στόμα μήτρας ἐκπεπλιγμένον, os vteri diductum significat Hip. aut disparatum & expansum, aut euersum, quod διαπεπλιγὸς dicitur lib.2. περὶ γυναικ. (pag. 662. 7. (& ἀνεωγμένος eodem sensu, hoc est hians & apertum lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.579.40.) Prorrh.2. (pag. 106. F.) de vtero scribitur, μήτ' ἐκπεπλίχθαι, neque sit ore diducto aut hiante, & rursus ibid. 107.D. ἢ γὰρ συνεσταλμένον ἐστὶν ἢ ἐκπεπλιγμένον, aut enim contractus est vterus aut euersus, hoc est euerso aut diducto ore. Qua notione etiam Erot. ἐκπεπληγμένον apud Hipp. ἐξηπλωμένον, velut explicatum ac expansum exponit, etsi ἐκπεπλιγμένον legisse potius videtur.

Ἐκπλίσσεσθαι est etiam Hipp hiare, diductis & euersis aut expansis esse oris & labris, aut multum distantibus, lib.de art. (pag.593.5.H.789.C.) de ambustis scribitur, ἧσσον δ' ἂν ἐκπλίσσοιτο, h. e. minus oras & labra diducant, quod est minus hient, aut diductis sint labris. Sic enim Gal. ἐκπλίσσεσθαι, ἐπὶ πλεῖον διίστασθαι τοῖς χείλεσιν ἕλκος ibidem exponit, vlcus plurimùm diductis esse labris. πλίσσεσθαι Græcis διαβαίνειν significat, vt apud Homerum Od. ζ. (v. 318. ἐυπλίσσοντο πόδεσσιν legit Gal. com. 2. in lib.de fract. (pag. 557. 36.) quod vbique ἐπλίσσοντο legitur. Nam πλίσσεσθαι Ionicum magis esse testatur Varin. & βημαίζειν denotare. Vnde & διαπεπλιγμένον, τὸ διαβεβηκὸς, & διαπεπλίχθαι, τὸ διαπεπλέχθαι τοὺς πόδας. Vnde ἐκπεπλίχθαι & διαπεπλίχθαι & ἐκπεπλιγμένον, & ἐκπεπλίχθαι & διαπεπλίχθαι & ἐκπεπταμένον dicitur.

Ἐκπεπλάνηται legitur apud Hippocr. ab ἐκπλανάω quod est explicor, aut me ipsum explico. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag.279.49.) δύο δὲ ἐκπεπλάνηται φλέβες, duæ verò venæ explicantur, aut se explicant.

Ἐκπεπταμένα dicuntur expansa Hipp. explicata, extensa, aperta & hiantia ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag.684.40.H.744.C.) & (pag.687.47.H. 744. G.) ἢ ἐκπεπταμένα συστέλλῃ, vel quæ expansa sunt contrahantur, coarctentur. Vbi Gal. τὰ ἐκπεπταμένα vocari scribit, τὰ πλεῖστον διεστῶτα ἀπ' ἀλλήλων ἔχοντα, quæ longissimo inter se distant interuallo. Idem rursus com. 2. in eundem lib. (pag.687.53.H. ibid.) τὰ ἐκπεπταμένα de vulneribus dici scribit, quæ præter quàm quod amplius quam par sit distant, vtrisque labris expansa sunt & aperta. Id quod ex vehementi inflammatione interdum contingit. Cùm namque caro in multam altitudinem diuisa, & musculus per transuersum sectus fuerit, deinde conglutinatio aut consolidatio impedita, verùm inflammatio magna consequatur, ex qua cutis distenta labrum vtrinque sibi proximum attraxerit, vtraque parte os vulneris ἐκπεπταμένον, h.e. expansum, redditur. Quod in oris labiis & palpebris, & in cute quæ glandem tegit (præputium dicitur) cùm inflammatione tentantur conspicitur. Idem quoque eodem com. (pag.688. 26.) τὰ ἐκπεπταμένα esse scribit, quæ plurimum inter se separatas oras habeant in contrarias partes, ita vt altera in dextram, altera in sinistram conuertatur, eaque πῶς συνεσταλμένας ex aduerso respondere. Erot. ἐκπεπταμένα apud Hipp. hos nimirum locos subindicans, ἐξηπλωμένα καὶ ἐξαπλωμένα exponit, h. e. explicata & expansa. Sic enim apud eum ἐξηπλωμένα aut ἀπηπλωμένα pro ἐξαπλωμένα, quod passim legitur, reponendum videtur, aut ἐκπεπλιγμένα, cùm idem ipse ἐκπεπλιγμένον ἐξηπλωμένον exponat. Lib. περὶ ἀγμῶν ἰητρ. (pag.17.42.48.18.5.) σχήματα ἐκπεπταμένα dicuntur, membrorum figuræ expassæ.

Ἐκπίεσμα dicitur authori Definit. Med. (pag. 399.40.) ἐστὶ πολυμερὴς διαίρεσις, μετὰ τοῦ τὰ μέρη τῶν ὀστῶν εἰς τὸ βάθος ὑποκεχωρηκέναι, καὶ θλίβειν τὴν μήνιγγα. Ἐκπίεσμα velut expressio est ossis in multas partes confractio, in qua intrusæ ossis partes altè descendunt, & cerebri membranam premunt. Paulo verò lib. 6.cap.90. ἐκπίεσμα inter caluariæ fracturas reponitur, & ἐστὶ πολυμερὴς τοῦ ὀστοῦ διαίρεσις, μετὰ τοῦ τὰ κατεαγότα ὀστάρια ὑποκεχωρηκέναι κάτω πρὸς τὴν μήνιγγα, est caluariæ diuisio in multas partes, in qua ossis fracti partes altè ad cerebri membranam descenderint. Est & ἐκπιεσμὸς oculo familiare vitium, quod conferta crassaque fluxio excitat, illumque sua sede emouet, adeò vt exertus in posterum appareat, de quo Aëtius & Actuarius.

Ἐκπικρούμενον στόμα os amarescens, in iis quibus bilis flaua in ventriculum effusa supernatat, per superiora purgandorum indicium, aph.17.lib.4.& in epist. περὶ ἐνεδρευμοῦ (pag.1286.41.) στόμα πικρὸν ἔχειν dicit Hipp. lib. περὶ παθῶν (pag. 519.45) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.601.3.) στόμα ἐκπικράζεσθαι, os examarescere, amaruleutum fieri. Hoc autem bilis flauæ in stomacho redundantis signum esse scribit Gal. lib. de plenitud. (pag. 352. 16.)

Ἐκπλαγῆναι est pauere, perterrefieri, terrore percelli, vel attonitum esse & ad stuporem vsque metuere. In Prog. de pueris febricitantibus (pag. 163.9.H.46.26.) ἢ ἀγρυπνέωσί τε ἢ ἐκπλαγέωσι, & vigilent aut expauescant. Vbi Gal. ἐκπλαγῆναι σφοδρῶς φοβηθῆναι, vehementer metuere exponit. ἐκπλαγεὶς exponitur Hesych. θαυμάσας, & Sudæ ἐμπλαγεὶς, ἐκπλήξεως ἔμπλεως, ad stuporem attonitus, stupore perculsus, aut consternatus.

Ἔκπληξις stupor & obstupescentia dicitur Hip. aph. 14. lib. 7. cùm ægri apertis oculis quieti manent attonitis similes, neque aliquid agunt aut dicunt, vt illic scribit Gal. Est etiam ἔκπληξις autori defin. Med. (pag.403.21.) διανοίας ἔκστασις διά τινα περιχαρῆ αἰφνίδιον ἐξ αἰτίαν, mentis excessus ex aliqua repentina perturbatione proueniens.

Ἐκπληρώματα complementa aut supplementa dicuntur Hipp. in Mochlico (pag.850.F.) quæ in alæ sinum immittuntur vt eum compleant, dum calce brachij caput prolapsum ad repositionem retruditur, velut sunt pilæ paruæ duræ coriaceæ, aut aliud quid rotundum accommodatum & congruens, vt scribitur lib.de art.

Ἐκποιέει pro licet aut suppetit, impersonaliter sumptum videtur apud Hipp. (Prorrh.1. (p. 84. H.) ἄλλως δ' ἐκποιέει τῷ βουλομένῳ πιστεύειν, alioqui certè suppetit ei qui volet vt credat.

Ἐκπτερυοῦσθαι est alatum fieri, & quasi alis additis in altum subuehi aut alitem fieri. Translatitiè dicitur Hipp. lib.1. περὶ διαίτης (pag. 347.17.) de animæ partibus, quæ in iuuenili corpore attenuatæ & veluti agiliores redditæ, quasi alatæ aut aptatis alis euolantes, in corporis alimentum citò consumuntur & transeunt: ἐκπτερυώμενα καὶ λεπτυνόμενα [μέρη] καταναλίσκεται ἐς τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος, expassæ & attenuatæ partes illæ animæ, in corporis augmentum consumuntur, dixit Cornar. vt sit, velut alis additis in altum subuectæ aut sublatæ, ac veluti disparentes, idemque ἐκπτερυώμενα velut ἐκπεπταμένα exponit. Zuingg. illud ἐκπτερυώμενα, de anima velut expansis alis incubante, & attenuatas alimenti partes in corporis alimentum absumente, elegantissimè accipit, quòd ἐκπτερυοῦσθαι aut πτερυοῦσθαι de auibus dicatur, quæ sese alarum concussu erigunt & vires recolligunt vt alacriores inde volatum capessant, & sese alarum remigio in altum subuehant.

Ἐκπτώματα ἢ ἐκπτώσεις dicuntur Hipp. articulorum è sede sua prolapsiones, & vbi suis sedib. excesserũt absq; fractione, velut excidẽtiæ, elapsiones & luxationes, initio lib. de fract. vbi scribit Gal. (pag.525.7.H.750.A.) τὰς ἐκπτώσεις μόνας καὶ ἐκπτώματα καλεῖ τὰς τῶν ὀστῶν ἐκ τῆς ἰδίας χώρας μεταστάσεις, αὐτὸ τε κατεαγῆναι γινόμενας, ἀλλὰ πάντως τοῖς ὀνόμασι ταῖς τε ἐξαρθρήσεσι καὶ τὰ ἐξαρθρήματα ὀνομάζων. Neque ἐκπτώσεις & ἐκπτώματα vocat ossium è propria sede solos excessus absque fractione, verùm & his nominibus ἐξαρθρήσεις & ἐξαρθρήματα, hoc est exarticulationes & exar-

ticulata comprehendit. Vtitur & ea dictione Hippocr. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag.699.30.H.748.D.) vbi scribit Gal. καλοῦσιν οὖν ἐν τῷ συγκειμένῳ ῥήσει ὁ Ἱπποκράτης ἐκπτώματα τὰ ἐπὶ τῆς ἐξηρθρηκότων. vocat igitur Hip. in hac oratione ἐκπτώματα, vbi articuli suis sedibus excesserunt & emoti sunt. Eadem etiam notione scribitur lib. 1. περὶ νούσων (pag.448.39.) καὶ τὰ ἐκπτώματα μὴ γινώσκειν, luxata non agnoscere. Et rursus (pag.450.14.) ἢ, ἤν τι τοῦ σώματος ἐκπέσῃ ἐκ τῆς φύσιος, & si quæ pars corporis suo loco excesserit. His enim nominibus luxationes & articulorum prolapsiones comprehendit. At verò lib.3.Epid.in st.pest. ἐκπτώσεις bis vocantur partium decidentiæ, prolapsus & ex casu mutilationes, quando partes summæ corporis ob nimiam putredinem decidunt, quod etiam in magna illa Atheniensium pestilentia accidisse commemorauit Thucyd. ἐκπτώματα aliis dicuntur & Gal. qui & ἄρθρων ἐκπτώματα legit lib. de temp. quò propriam dictionis notionem magis indicaret, vt scripsimus nostris in eum locum Annot. Sunt & ὑστέρων ἐκπτώσεις secundarum excussiones aut deturbationes aph.49.lib.5.

Ἐκπυΐσκεσθαι est in pus verti & suppurari, vomicas excitare dicit Celsus ex Hipp Progn. (cap.7 lib.2.) vt & ἐκπύημα vomicam, quod est humoris spatio aliquo conclusi suppuratio & in pus conuersio. In Progn. (pag.146 11.H.41.40.) εἰδέναι δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐκ τούτων τῶν χωρίων μὴ παύεται, μήτε πρὸς τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας, μήτε πρὸς τὴν τῆς κοιλίης ἐκκόπρωσιν, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ δίαιταν, εἰδέναι δεῖ ἐκπυϊσκόμενα. Dolores qui in his sedibus affligunt, neque per sputorum expurgationē, neque alui subductione, neque sanguinis detractione, neque medicamento victus ratione sedantur, eos scire licet vomicas excitaturos. τὰ κατὰ τὴν ἕδρην οἰδήματα ἐκπυΐσκεται, quæ ad sedem cum dolore suppurantur. In Coac. (pag.220.E.) tubercula dicuntur in pus conuersa. Ἐκπυηθῆναι αἷμα τοῦ φθαρῆναι, h.e. suppurari pro corrumpi positum apud Hip. scribit Gal. ad aph.20.lib. 6. Illic enim pro sanguinis corruptione sumitur, qui cùm extra propria vasa effusus fuerit, statim corrumpitur aut in pus vertitur, vel liuescit, aut nigrescit, vel in grumos vertitur.

Ἐκπυρεῖσθαι, incendi, ignescere, concalescere, aph. 63. lib. 5. ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ ἐκπυρεῖται, vel ob frigiditatem non incenditur, concalescit, excalescit.

Ἐκρήγματα sunt abscissa & abrupta, h.e. segmenta & frusta. Gal. in Exeg. apud Hip. ἔκρηγμα ἀπόσχισμα ῥάκους, h. e. detriti ac laceri panni fragmentum aut frustum exponit. Pro quo ἐκρήγμασιν, ἀποσχίσμασι ῥακῶν legunt exemplaria ferè omnia. Quibus verbis subnotatur locus lib. de art. (pag.659.28.H.837.G.) vbi ἐρρήγμασι legunt exemplaria omnia tum publicata tum scripta. ἢ ἐρρήγμασι τριχῶν ἐρινεῶν περιελιττόμενα, aut panniculorum laneorum segmentis inuoluenda. Ἐκρήγματα etiam eruptiones & pustulas significare videntur Hipp. lib.7. Epid. (pag.1211. E.) ἐκρήγματα περὶ ὀσφῦν, eruptiones circa lumbos, pustulas quasdam circa lumbos exortas ex nimio colliquescentis aut tabescentis corporis decubitu denotare videntur.

Ἐκ ῥινῶν in eundem simpliciter effert Hipp. vbi sanguinem ex naribus per hæmorrhagiam effluxurum significat. In Prorrh. (pag. 211.24. H.78.E.) ἐκ ῥινῶν μικροῖς ἱδρῶσι περιψυχόμενα. Vbi sanguis ex naribus erumpit cum tenuibus sudoribus & corporis totius perfrictione. Illic enim ἐκ ῥινῶν, pro ἐκ ῥινῶν αἱμορραγοῦντι, h.e. ex naribus erumpente sanguine, positum esse testatur Gal. In Coac. etiam (pag.159.C.) ὀλέθριαι δὲ τῶν φωνῶν αἱ ἐκ ῥινῶν, quibus verbis perniciosissimæ esse vocis defectiones significantur, in quibus sanguis ex naribus per hæmorrhagiam effluit.

Ἐκροὴ effluxum aut effluuium significat, & cursum per quem humor repurgandus elabitur aut effluit. Sic ἐκροαὶ diximus apud Hipp. lib.2. Epid. (pag.1004.H.) emissaria, effluuia aut spiracula, & ductus quosdam denotare, per quos, velut quasdam destinatas à natura vias, humores effluunt, & morbos eluunt. Eosdem ductus ibidem Hipp. (1002.B.) ex translatione ἐκτροπὰς vocat, h.e. diuerticula, diuortia ac velut subterfugia, per quæ humores sese insinuent & subeant. Ἐκροίην ἔκρυσιν exponit Hesych. h.e. effluuium aut effluxum. Ἔκρυ Erot. apud Hip. τὸ πονηρὸν, ἢ τὴν ἔκκρισιν exponit, excretionem, fortè verò ἔκρυσιν, melius legatur, & aliòqui valdè mihi suspecta est Erot. lectio. Legitur autem libello περὶ παρθενίων (pag. 562.41.) οὐκ ἔχον τὸ αἷμα ἔκροον, sanguis effluxum non habens.

Ἐκρύσιες dicuntur Hipp. effluxus seminis potiùs quàm abortus primis diebus facti, & quibus nulla adhuc fœtus conformatio facta est. lib. περὶ σαρκῶν (pag.257.19.) τρωσμοί τε γὰρ γίνονται καὶ οἱ πλεῖστοι ταύτας τὰς ἡμέρας. ὀνομάζεται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐκρύσιες ἀλλ' οὐ τρωσμοί. Plurimi namque his diebus abortus fiunt, tales tamen effluxiones potiùs quam abortus nominantur. Sic Arist. lib. hist. anim 7.c.3. ἐκρύσεις καλοῦνται τὰ καὶ μέχρι ἑπτὰ ἡμερῶν διαφθοραί. ἐκτρωσμοὶ δὲ αἱ μέχρι τῶν τεσσαράκοντα. Effluxiones dicuntur quæ intra septimum diem corruptiones contingunt, abortiones autem quæ intra quadragesimum.

Ἔκστασις Hipp. vehementem mentis emotionem ac delirium significat, vt & ἐκστῆναι de mentis potestate exire, aut vehementer mente emoueri aut delirare, & vehementer insanientibus ac phreniticis attribuitur in Prorrh. (pag.181.16.H.70 C) & Coac. (pag 222.B.) sic & ἐξίστασθαι sæpe. Sic ἐκστάσιες σιγῶσαι, insaniæ silentes, aut vehementes mentis emotiones taciturnæ dicuntur & quæ cum silentio fiunt, ac valdè sunt perniciosæ, in Coac. (pag. 126.G.) Et rursus (pag.195.D.) αἱ σιγῶσαι ἐκστάσιες οὐχ ἡσυχάζουσαι, vehementes mentis emotiones taciturnæ non quietæ, insaniam portendunt. ἐξίστασθαι σιγῇ, cum silentio mente emoueri in Prorrh. (pag. 187.50. H.71.E.) & ἔκστασις μετὰ σιγῆς exitium indicans Gal.ib. (pag.188.2.) Ἔκστασιν Gal. μανίας σφοδρᾶς exponit, h.e. vehementem insaniam aut mentis excessum qui fit magno naturæ conatu & perturbatione, ex vehementi causarum insaniam efficientium motione, iudicationem futuram moliente. κίνησιν καὶ ταραχὴν μέλλουσαν κρίνεσθαι, motum & perturbationem iudicationem facturam, illic interpretatur Philoth. Eadem notione dicuntur αἱ κάτω τετραμμέναι ἐκστάσιες, vehementes naturæ emotiones ad inferna prorumpentes, Prorrh.2. (pag.93.B) h.e. naturæ perturbationes aut commutationes, quæ quadam veluti excretione morbum comitialem alleuant, & causarum transmutatione solutione quadam per aluum deponunt. Quod per ea quæ per deiectiones excernuntur intellexisse videtur Celsus, vt nostris eum in locum Annot. submonuimus. ἔκστασις verò interdum cum addito ponitur Hip. & ἔκστασις μελαγχολικὴ dicitur furiosa mentis emotio ac vehemens insania qualis est atra bile percitis, & plerunque in furorem erumpit. Vnde Plauto scribitur Amphit. atra bile percita 'st, Nulla res tam delirantes homines concinnat citò. ἔκστασιν μελαγχολικὴν τὴν σφοδρὰν καὶ θηριώδη, vehementem ac ferinam mentis abalienationem exponit Gal. apud Hipp. Com. 1. in Prorrh (pag 175.25.H.68.C.) Sic οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς & ἐξίστασθαι μελαγχολικῶς dicitur de his qui vehementer mente sunt abalienati in Prorrh. (pag.175.14 H.ibid. (& 176. 41 & H.ib.G.) & Coac. (pag.136.A.) οἱ ἐκστάντες ὀξέως, qui vehementer & acutè mente emoti sunt. in Prorrh. (pag 175.33. H.68.D.) ἐκστάσιες μελαγχολικαὶ 2. Prorrh. (pag.93.B.) dicuntur vehementes mentis emotiones & excessus, cùm in furorem aut melancholiam morbus comitialis conuertitur. Aut eo nomine intelliguntur vehementes naturæ emotiones & perturbationes, cùm humorem cerebri ventriculos obstruentem, in cerebri substantiam & mentem propellit, aut in propria quadam excretione transmouet, vt illic adscripsimus.

Ἐκσυριγγοῦνται Gal. in Exeg. apud Hip. ἀναστομοῦνται exponit, hoc est, aperiuntur, velut fistulæ longos habent ductus aut cauitates, in fistulas transeunt, aut fistulas contrahunt. Qua sanè expositione mihi locus Coac. (pag. 180.D.) adumbrari videtur, vbi de abscessibus in pulmonum inflammatione agitur. ὅσοισι δὲ ἐκ περιπνευμονίας ἀποστάσιες παρ' ὦτα ἢ ἐς τὰ κάτω γίνονται, καὶ ἐκπυοῦσι τε καὶ ἐκσυριγγοῦνται. Quibus autem ex pulmonis inflammatione abscessus ad aures aut inferiores partes fiunt, tum in pus conuertuntur, tum in fistulas cauantur. In Progn. autem (pag. 149.45.H.43.7.) συριγγοῦται simpliciter eadem in re dicitur, per translationem quandam à Musicorum fistulis quæ longos habent sinus aut ductus, vt scribit Gal.

Ἐκτανύειν sæpe ponitur apud Hipp pro ἐκτείνειν quod est extendere, vt lib. de fract. (pag 576.34.H.778.C.) οἷσι τοιοῦτόν τι ἐκτανύειν οὐ δύνανται, quibus id accidit brachium extendere nequeunt. Rursus ibidem. βιάζεσθαι χρὴ ἐκτανύοντα τὸν ἀγκῶνα, vi cubitum extendere oportet. Ac rursus (v.41. H. ibid. D.) οὐ τὸ ἐκτανύειν ὁμοίως δύνανται, neque similiter extendere queunt. Et (p.577. 19. H.779.B.) κοινότατον δὲ πρὸς τὴν ἔπειτα διάτασιν, καὶ τὸ ἐκτανύειν ἰθὺ ἔστι, καὶ ξυγκάμπτειν. maximè verò communis habitus ad eam quæ postea sequitur distentionem, & ad singula extendenda & flectenda.

Ἔκτασις extensio, est cutis affectus cùm in longitudinem & latitudinem augetur, cui ῥίκνωσις, hoc est, corrugatio opponitur, aph. 21. sect.3. lib.6. Epid. ἐκτάσει σύγκαμψις opponitur lib. κατ' ἰητρ. (pag.694.28.H.746.B.)

Ἐκτεταράρωται legitur apud Hippocr. lib. περὶ ἱερῶν φυσ. (pag. 61.15. 277. 27.) quod est in partes quatuor distribuuntur, quod quadrifluuiantur dixit Caluus, fortè verò quadrifiniuntur eum scripsisse existimo. Sed valde mihi suspectus est ille locus Hippocr. & mendi suspicionem auget asteriscus Aldino codici præfixus, & pro ἐκτεταράρωται, ἐκπετάννυνται repono, quod est ἐκτείνεται ἢ ἐκπετάννυται, extenduntur aut dilatantur. Vt sic locus integer legatur apud Hipp. καὶ περὶ τὴν ὅλην κεφαλὴν ἐκπετάννυνται

μέχρι

μέχρι τῶ μετώπε ϰὴ ϑ͂ κροτάφων. & circum totum caput ad frontem vsque & tempora dilatantur [τὰ φλέϐια venulæ.] Quo in loco Cornar. ἐκτείνεται, extenduntur legisse videtur, Erot. verò πιτάρνυται. Hunc enim procul omni dubio locum subindicare videtur, cùm πιτάρνυται, πλατύνεται & ἐκτείνεται exponit. Et Gal. in Exeg. πιτάρνυται forte pro πετάννυται legit, & πλατύνονται explicat, in latum extensæ sunt, πέτασος γὰρ πᾶν τὸ πλατυνόμενον. Quicquid enim dilatatum est πέτασος dicitur. Est igitur πεταννύειν πλατύνεσθαι dilatari, τείνεσθαι extendi, aut ἐκπεταννύειν, ἐκπλατύνεσθαι & ἐκτείνεσθαι.

Ἐκτεύς mensura est Attica octo chœnices aut sex capiens, & sexta pars medimni, ideoque medimni sextarius dicitur, vt ἡμίεκτον aut ἡμιεκτέον dimidiatus sextarius, quatuor chœnices capiens, τετράχοινον Aristoph. in Nub. Sudas mensuram esse vult chœnicem capientem. Erot. ἑκτέα mensuram facit octo chœnices aut sex capientem, ideoque ἡμιεκτέα, τὸ ἥμισυ τῶ ἑκτέως exponit. Apud Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 648.45.) fit mentio χυτρίων δύο δύο ἑκτέας χωρέοντα, ollæ duos sextarios capientis, aut duas sextulas ac sextantes, ad vterorum suffitum. ἑκτέας tamen aut ἐκτέως malim, etsi ἑκταίας passim legitur.

Ἐκτηκόμενον αἷμα eliquatus sanguis & expressus aut humoris affluentis acrimonia, aut medicamenti purgantis vi, Coac. (p. 221.G.) Ἐκτήξιες αἱ ἐς τὰ κάτω ῥέπουσαι, colliquationes infra tendentes, Prorrh. 2. (p. 92.D.) intelliguntur humorum per aluum secessus & profluuia quæ corpus exoluunt, vacuant, & exinaniunt, ac quodammodo eliquant: eumque locum exprimens Celsus, ex quocunque modo aluus, liquat, dixit cap. 8. lib. 2. Sic τήκειν apud Theonem Gymnasten λύειν aut κενοῦν soluere aut vacuare significare scribit Gal. lib. 2. Salu. (p. 235.23. & 25.)

Ἐκτινάσσειν est excutere, expellere, aph. 28. sect. 2. lib. 6. Epid. ϰαὶ λίην αὐτὸ ἐξετινάξεν, alius et elt commota, hoc est, aluus quod nocebat expulit, excussit, & est exagitata.

Ἐκτιτρώσκειν est abortum facere, abortire, aph. 12. lib. 3. & aph. 31. 34. 37. 38. 44. 45. 55. lib. 5. Sic ἔκτρωμα abortio aut abortus aph. 50. lib. 5. ἐκτρῶσαι dicitur aph. 27. lib. 7.

Ἔκτομον dicitur Hipp. veratrum nigrum lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 627.22.) ἐκτόμου τὰς ῥίζας, veratri nigri radices. Quem locum exprimens Gal. in Exeg. ἐκτόμου, ἑλλεϐόρου μέλανος, hoc est, veratri nigri exponit. Dioscor. lib. 4. cap. 151. ἑλλέϐορος μέλας, οἱ δὲ μελαμπόδιον, οἱ δὲ ἔκτομον, οἱ δὲ πολύῤῥιζον. Pro quo Plinius lib. 25. cap. 5. Nigrum alij entomon vocant, alij Polyrrhizon, vt ἔντομον aut ἔκτομον apud Dioscor. legendum sit Hesychio ἐκτόμιον ἑλλέϐορος exponit ϰὴ ἐκτέμνεται λιϐανωτός. Erot. quoque Hipp. locum subindicat cùm ἐκτόμου exponit, eoque nomine veratrum nigrum Diocli dici scribit.

Ἐκτὸς ἑωυτοῦ γενέσθαι, extra se esse dicitur, mente esse emota & abalienata. Lib. 5. Epid. (p. 1160.B.) ἐκτὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο, mente erat abalienata. Quod lib. 7. Epid. (p. 1234.B.) ἐκτὸς ἑωυτῆς dixit.

Ἐκτρέπεσθαι peruerti, inuerti aut euerti significat, & de membro fracto nimis depresso dicitur lib. κατ' ἰητρ. (p. 693.12. H. 745. H.) ὡς μήτε ἀπαλλάττηται μήτε ἐκτρέπηται, vt neque retorqueatur, neque inuertatur. Est & ἐκτροπὴ euersio, ad latus inclinatio aut conuersio, siue sit totius corporis, siue sit eius partis quæ manu tractatur. Lib. κατ' ἰητρ. (pag. 672.14. H. 741. H.) Vbi Gal. ἐκτροπὴν εἰς τὸ πλάγιον ἐκστροφὴν, in latus conuersionem exponit & legit, etsi exemplaria omnia ἐκτροπὴν legunt, quam etiam lectionem agnoscit Gal. & explicat, & quosdam ἐκστροφὴν etiam legere annotat. Idem etiam in Exeg. ἐκτροπὴν τὴν ἐς τὰ σπλάγχνα ὁδὸν παράλλαξιν exponit, eam quæ in viscera fit permutationem. Vbi tamen ἐκτροπὴν, & ἐς τὰ πλάγια παράλλαξιν, hoc est, in latera permutationem, legendum existimo, hoc nimirum subindicato loco.

Ἐκτρίμματα, attritus, intertrigines, dicuntur cutis exulcerationes, quæ excalefactis partibus circa os sacrum fiunt, femore fracto & longo tempore eodem habitu collocato. Lib. de fract. (p. 566.8. H. 770. H.) ἐκτρίμματα δυσίατα, attritus curatu difficiles. Gal. τὰς ὑπ' αὐτῆς τῆς θέσεως ἑλκώσεις, cutis exulcerationes exponit.

Ἐκτροπαὶ dicuntur Hipp. diuortia aut diuerticula, per quæ humores abscedunt & veluti cuniculis actis quosdam in sinus se recipiunt. Lib. 2. Epid. (p. 1002.B.) ἐκτροπαὶ ἢ διὰ φλεϐῶν, ἢ δι' ὀστέων, ἢ νεύρων, ἢ δέρματος, ἢ ἑτέρων ἐκτροπέων ἴασιν. Quæ abscedere nata sunt, ea per venas, ossa, neruos, cutim, aut alia huiuscemodi diuerticula abscedunt. Sunt diuortia ac velut subterfugia, & à populari via deflexiones, digressiones, commutationes, quæ in humorum transpositu fiunt. Easdem ἐκροὰς (ibidem 1004.H.) vocat, hoc est, humorum emissaria, spiracula aut effluuia, per quæ humores emittuntur & effluunt.

Ἐκτροπὴ τῶ βλεφάρε est palpebræ euersio Paulo lib. 3. cap. 22. oculi vitium quod alio nomine ἐκτρόπιον dicitur, inferioris palpebræ affectus, cùm parum sursum attollitur, sed pendet & hiat, neque potest cum superiore committi. Celsus cap. 7. lib. 7. Est autem ἐκτρόπιον Definit. Medicarum authori (p. 400. 31.) ἐπίφυσις σαρκὸς ἐν τῷ βλεφάρῳ, ὑπὸ βάρους ἐκτρέπει τὸ βλέφαρον. αἰτία δὲ ἐκτροπῆς βλεφάρου, ἢ σαρκὸς ἐπίφυσις, ἢ παράλυσις, ἢ οὐλῆς σύστασις. Suborta caro in palpebra, quæ sua grauitate palpebram foras euertit. Euersionis autem palpebræ causa est, aut adnascens caro, aut resolutio, aut cicatrix obducta. Paulo quoque lib. 6. cap. 12. ἐκτρόπιον in inferiore palpebra fieri scribitur, vt & λαγόφθαλμον in superiore. Verùm id intercedere discriminis, quòd ἐκτρόπιον non à natura prouenit, sed nonnunquam ex relaxatione, quam medicamenta inflammationem præcedente concitarunt, nonnunquam etiam ex sutura, aut inartificiosa vstione. Huic quoque contrarium affectum λαγόφθαλμον ponit Celsus cap. 7. lib. 7.

Ἐκτρέφειν ἔμβρυον fœtum ad maturitatem aut perfectionem gestare, sæpe fœtum perferre significat. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 569.17.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 599.25.) quod lib. περὶ ἀφόρων (p. 685.22.) ἐκτρέφειν ἐς τέλος, ad finem perferre dicitur, & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 599.11.) ἐξενεγκεῖν eadem in re, vt & διενεγκεῖν lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 569.26.) οὐ γὰρ δύναται ϰαὶ πρόσθεν διενεγκεῖν. Neque enim fœtum prius perferre potuit, quam vteri crassiores & robustiores redditi fuerint. Quod etiam scribitur aph. 44. lib. 5. Sic & διενεῖκαι Hipp. dici antea adscripsimus, & ex Luciano διαφέρειν pro perferre de muliere vterum gestante dictum attexuit, & ex Xenoph. οὐκ πολλὰ τὰ τροφαὶ διενεγκεῖν ϰαὶ τίκτειν. Ἐκτρεφόμενα etiam dicuntur Hipp. quæ per vrinam efferuntur & innatant, velut enæoremata quædam. Lib. 7. Epid. (p. 1221.C.) ἐν τῷ οὔρῳ πολλὰ τὰ ἐκφερόμενα ἦν, per vrinam multa efferebantur.

Ἐκφαίνειν ἐξέρυσε, exponit in Exegesi Gal. apud Hipp. hoc est, erumpunt, aut cum impetu feruntur, ac de vlceribus exorientibus aut prorumpentibus dictum videtur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 539.16.) ϰὴ ἕλκεα ἐκφλυκταινοῦται ἐκ τῆς ὀσφύος, vlcera è lumbis erumpunt, emergunt. Ac rursus ibidem (p. 209.18. 557.17.) ἐκ τῶν σκελέων ἕλκεα ἐκφλυκταινοῦται, ex cruribus vlcera erumpunt. Quibus ex locis ἐκφλυκταινοῦται aut ἐκφλυσάνει in Exeg. apud Gal. legendum existimo, & ἐξέρυσε ea significatione quam antea appofuimus. Neque enim his locis ea explicatio conuenire mihi videtur quam quidam apponunt, ἐκϐάλλει, ἐκχέει, & significatione actiua exponunt, expellit, effudit, cùm potiùs ista neutra significatione vt ἐξέρυσε & multitudinis numero accipi debeant. Apparet tamen Varin. hanc expositionem ita vitiosè ex Gal. transcripsisse, cùm ista dictionis [ἐκϐάλλει] explicatio censeri potiùs debeat, eamque antea appofuimus. ἐκφύει autem quod quædam exemplaria pro ἐκφλύει legunt, potest ad eam expositionem referri, & vlceribus attribui, quod est, exoriuntur, emergunt.

Ἐκχυλίζω idem quod ἐκθλίϐω significat Hipp. quod est exprimo Lib. de loc. in homine (p. 411.49.) ἐκπιδύεται, τὸ ἂν ἐκχυλίσῃ, ῥεῖ ὃ ἂν τύχῃ. Quicquid igitur inde expressum fuerit, id ipsum quocunque contigerit, fluit. Rursus ibidem (45.) αὗται [φλέϐες] φρίξαντος τοῦ σώματος ϰαὶ ἐς μικρὸν ἀναγκαζομένου, ϰὴ ἐκχυλιζούσης ἐκθλίϐουσι τὴν ἰκμάδα. Hæ [venæ] horrore correpta carne & in angustias coacta & adstricta, humiditatem exprimunt, hoc est, exprimente carne & excludente. Sic enim ἐκχυλιζούσης σὰρξ intelligitur caro adstricta & in se coacta, vt in fluxionibus fieri solet, vbi caro horroris sensu in sese constricta aut contracta, humiditatem è venis exprimit. Vbi tamen quidam ἐκθλιϐούσης pro ἐκχυλιζούσης legunt.

Ἐκφυσῶντες dicuntur Hipp. qui expirando vehementer efflant, quique ex incendio interno multam atræ fuliginis copiam expirant, magna & frequenti respiratione laborant, & πνευματίας aut πνευματώδεις dicuntur, vt explicat Gal. lib. περὶ δυσπν. ex viscerum internorum incendio aut inflammatione aliqua. In Coac. (p. 126.D.) vbi tamen etiam ἐμφυσῶντες pro ἐκφυσῶντες legunt exemplaria quædam manu scripta, vt illic adscripsimus. Est autem ἐκφύσησις violenta quædam respiratio, quæ obitur musculis intercostalibus & externis qui ad thoracem & scapulas ex dorso & collo descendunt, adiuncti qui abdomini inseruiunt, vt scribit Gal. lib. 1. de motu mu. (pag. 566.25.) & τῆς ἐκπνοῆς esse pars quædam videtur, lib. de vsu pulsuum (p. 158.10.) fit autem ἐκφύσησις vbi ex nimio calore fuliginosi vapores multi sublati sunt. ἐκπνοὴ verò vbi humorum temperies & moderatus calor corpus moderantur, sufficit. Et & ἐκφύσησις ψοφώδης, ἢ μετὰ ψόφου, violenta quædam & quæ cum sono fit expiratio, ab ea quæ sine strepitu fit, & ἄψοφος nominatur, sola copia & celeritate expirati aeris discrepans, Gal. lib. de vsu respir. (p. 160.45.) & lib. 4. de loc. af-

fect. (p.291.29.) Ἐκφυσήσεις etiam sunt efflationes & magnæ expirationes, quæ fiunt contentis omnibus thoracis musculis, ad ipsius contractionem & efflatum, Gal. lib. 1. de diffic. spir. (p.173. 2.)

Ἐκχαυνοῦν est inflare, tumidum reddere, & stulta persuasione aut inani de se opinione imbuere. Hipp. lib. de art. (pag.614. 20. H.808.B.) ἐκχαυνοῦν τὸν πολὺν ὄχλον medicos dicit, qui populum de se magnificè aliquid sentire cupiunt, & qui multitudinem falsa de se persuasione imbuunt, auram popularem aucupantur & affectant. Est enim χαυνοῦν inflare & tumidum reddere, & χαυνῶσαι φυσῆσαι exponit Hesych. Dicunturque ij ἐκχαυνοῦν τὸν ὄχλον, qui de se inani concepta opinione apud populum gloriantur aut superbiunt, & quid de se magnificè venditant. Ἐκχαυνοῦν etiam dici potest inani de se opinione populum imbuere & stolida persuasione decipere, eo sensu quo exponit Erot. ἐκχαυνοῦν ἐξαπατᾶν καὶ μετεωρίζειν, quod est, inani opinione inflare, decipere, turgidum & elatum reddere. Sic enim apud Erot. pro ἐκχαυνῶν ἐξαπατῶν, μετεωρίζων leg. censemus, vt locus iste ab eo exprimatur. Ideoque eos vertimus qui magnifica de se opinione populo fucum faciunt, aut inani quadam opinionē sese vulgo venditant, velut ventosam linguam dixit Virg. Æneid. 11. Sic Aristoph. in Neb. χαυνοῦσαν ἀναπειστηρίαν vocat aptam ad persuadendum facundiam & persuasoriam verborum lenocinium, quo quis iudices fallere possit aut mollioribus verbis delinire, ita vt iudicium effugiat, aut sua eloquentia aduersarij rationes eleuare, futiles, inanes & nullius ponderis reddere. Gal. Com. 4. in lib. de art. (p.653.53.) ἐκχαυνοῦν per κομψεύεσθαι exponit, quod est ostentationis gratia aliquid facere.

Ἐκχλοιοῦσθαι apud Hipp. est virêre aut ex virore pallescere, hoc est, colore ex viridi pallescente infici, qualis est herbarum arescentium pallescens color. Qui quidem color ex virore pallescens in auriginosis & viscerum obstructione cachexia laborantibus, hepaticis, aut sanguine defectis ex bilis luteæ aut croceæ refusione apparet. In Coac. (p.196. A.) de morbo regio laborantibus οὗτοι ἐκχλοιοῦνται, hi ex virore pallescunt. Rursus ib. (p.219.H.) de iisdem, ἆρα ἐπισχόντων οὗτοι ἐκχλοιοῦνται; Animaduertendum num ex istorum suppressione ij cum virore pallescant. Ac rursus ibidem (222.B.) πρὸς τὸ ἐκχλοιοῦσθαι, præter quàm quòd ex virore pallescunt. Quibus in locis χλοιοῦνται pro ἐκχλοιοῦνται legisse videtur in Exeg. Gal. quod ὠχροὶ καὶ χλωραίνονται exponit, ex viridi pallescunt, vt sit χλοιοῦσθαι aut ἐκχλοιοῦσθαι χλωραίνεσθαι, vt χλοῦς χλωρότης & χλοώδης χλωρὸν, quod est viridis ac pallescentis coloris & herbacei. Et vt χλόη & χλοίη Ionicè dicitur, ita & χλοοῦσθαι & χλοιοῦσθαι quod est χλωράζεσθαι aut λαχανίζεσθαι & de herbaceo colore ex virore pallescente dicitur qualis est hepaticorum aut cachexia ex malè affectis visceribus laborantium & auriginosorum color. Vnde χροιῇ χλοηβόρους, hoc est, herbaceo colore tinctos in iam purulento hepate ægros vocat Aret. cap.13. libr.1. περὶ σημ. καὶ αἰτ. χρον. παθ. Qualis etiam color in ictero laborantibus notatur, atque in eorum oculis subluteis prima suæ significationis edit argumenta, quos eo nomine rectè herbeos dixit Plautus Curcul. Qui hic est homo cum collatiuo ventre atque oculis herbeis? At ἐκχλοοιοῦνται pro ἐκχλοιοῦνται legitur lib.2. Epid. (p.1013.D.) ῥήτιον ὅτι αἵματος ῥυέντος ἐκχλοοιοῦνται. Dicendum etiam quòd in sanguinis profluuio ex pallido virescunt. Cùm autem ista malè affectis visceribus & insigni cachexia laborantibus attribuantur, in quibus crebra etiam contingit virium exolutio, vt & in iecoris obstructione ac duritie ἔκλυσις frequens videtur, inde existit, vt quod in Coac. ἐκχλοιοῦνται dicitur, in Prorrh. ἐκλύονται scribatur, (p.215.21. H.80. D. & p.216.12.H.81.A.C.) Et aliôqui ἐκλύεσθαι cùm hepaticum sit symptoma vt scribit Gal. Com.3. in Prorrh. (p. 216.38.) sæpe apud Hipp. pro ἐκχλοιοῦσθαι ex vocis affinitate aut ex rei consecutione ponitur, vt & τὸ ἐκχλοιοῦσθαι ex lib.2. Epid. per ἐκλύεσθαι se exposuisse fatetur Galen. Com.3. in Prorrh. (p.212.57. & p.216.38.) & verò ἐκλύονται pro ἐκχλοιοῦνται ibidem legit Com.4. in lib.6. Epid. (p.498. 14.) Sic quod in Prorrh. ἐκλύονται dicitur (p.216.24.) In Coac. (pag.211.A.) χλοώδεες γίνονται eadem in re scribitur, hoc est, ex virore pallescunt. Sic enim illîc legendum esse scribimus contra omnium nostrorum codicum fidem. Ἐκχλοιοῦν etiam in Coac. scribitur (p.166.B.) τοῖσιν ἀπὸ ὑποχονδρίων ἀλγήμασιν κοιλίη κατὰ μικρὸν ὑπόγλισχρα διαδιδοῦσα βραχέα κοπρώδεα ἐκχλοιοῖ. Ex præcordiorum doloribus aluus aliquantum viscida sensim transmittens stercoracea pauca virore pallescente inficit. Verùm etsi in Prorrh. (p.215.20.) vnde emendicata ista sententia videtur, ἐκλύονται ponitur, ἐκχλοιοῖ tamen pro ἐκχέει vitiosè scriptū esse existimamus, vt etiā illîc scribimus. Quòd autem apud Erot. ἐγχλοιούμεναι ex Hipp. scribitur, & ex Bacch. ἐν ὠχροῖς οὖσαι ἐπὶ κνησμοῦ annotatur, illud valde mihi suspectū est. Nā neq; apud Hipp. vsquam ἐγχλοιούμεναι lego, & ἐκχλοιοῦνται legendum videtur, & ἐνωχροὶ οὗτοι γίνονται, vt locus Coac. Prænot. ab Erot. expressus videatur & expositus. Deducta enim dictio videtur vt idem scribit ἀπὸ τῆς χλόης, ὅπερ ἐστὶ περιαγωγὴ φυτώδης, hoc est, plantarum virentium, aut foliorum & frondium circumactio. Et χλόη Hesych. βοτάνη, φύλλα, exponitur, herba, folia, & pro gramine viridi accipitur.

Ἐκχυμώματα καὶ ἐκχυμώσεις sugillata dicuntur aut sugillationes, sanguinis suffusiones, sanguine suffuso sugillationes & exuccationes, dum sanguis carne contusa, aut exiguis venis disruptis, sub cutem effunditur, & in grumos integra cute concrescit. Lib. κατ' ἰητρ. (pag.6?8.44. H. 748. A.) Vbi scribit Gal. ὅταν ἡ διαθλασθεῖσα σὰρξ εἰς τὴν ὑπὸ τῷ δέρματι χώραν αἷμα προχέῃ, τὸ τοιοῦτον πάθος ἐκχύμωμα καλεῖται, καὶ γίνεται δηλονότι τοῦτο μὴ διαιρουμένου τοῦ δέρματος. εὔδηλον δὲ ὅτι καὶ φλέβες μικραὶ συνδιαιροῦνται τῇ σαρκὶ κατὰ τὴν τῶν ἐκχυμωμάτων γένεσιν. Vbi caro contusa in locum sub cutem sanguinem profundit, huiusmodi affectus ἐκχύμωμα vocatur. Idque sine vlla cutis diuisione sanè contingit. Tenues tamen venas vnà cum carne diuidi vbi huiusmodi sugillata fiunt, perspicuum est. Lib. etiam de fract. in calce ἐκχυμώματα, hoc est, sugillata vocat Hippocr. (pag. 548. 11. & 19. H.760. A.B.C.) & τὰ ἐκχυμώματα τῶν φλεβῶν (p.547.36. H.760.A.) venarum sugillata aut exuccationes, vt & (pag.544.41. H.759. D.) φλέβια δ' ἐκχυμοῦνται, ἀμφιθλασθείσης τῆς σαρκὸς ἀμφὶ τὸ ὀστέον, venulæ circum os collisæ sanguinem effundunt. Vbi ἐκχυμοῦσθαι τὰς φλέβας, hoc est, venas exuccari, dicere Hipp. scribit Gal. pro ἐκχεῖσθαι τὸν ἐν ἑαυταῖς περιεχόμενον ἔξω χυμὸν, ὅπερ ἐστὶν τὸ αἷμα, effundi qui in eis continetur succum, hoc est, sanguinem. γίγνεται δὲ τοῦτο θλασθέντος αὐτοῦ τοῦ χιτῶνος. ὅσα γὰρ θλᾶται σώματα, τὴν συνεχῆ ἕνωσιν ἀπόλλυται κατὰ πολλὰ μέρη καὶ μικρὰ διασπώμενα, καθ' ἃ προχεῖται τὸ αἷμα. τοῦτο οὖν τὸ ἐκχυθὲν αἷμα, δέχονται μὲν αἱ περιεχόμεναι χώραι, τὴν φλέβα δεξάμεναι δὲ οὐ φυλάσσουσιν οἷον ἐδέξαντο. μελαίνεται μὲν γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ, καθάπερ εἰ καὶ ἐκτὸς ἐκχυθὲν ἐχρόνισε, καὶ γίνεται πάθος ὃ καλεῖται θρόμβωσις, ἐξ οὗ παθήματος ἐγγινομένου τῷ αἵματι, θρόμβος μὲν ἤδη τὸ αἷμα καλεῖται καὶ ἔστι μέλαν δὲ γίγνεται τῇ χρόᾳ, καὶ σήπεται σηπεδόνι μοχθηρᾷ. Id autem contingit tunica ipsa contusa. Quæ enim contunduntur corpora, ea naturalem vnionem amittunt multis ac tenuibus eorum partibus discerptis per quæ sanguis vndequaque effunditur. Hunc verò effusum sanguinem excipiunt loca quæ circum venam sunt, atque vbi receperunt, non qualem exceperunt, conseruant. Siquidem temporis successu nigrescit, perinde ac si foras effusus longo tempore perdurasset. fitque is affectus qui θρόμβωσις nominatur. Ex quo quidem iam sanguis ipse θρόμβος & est & nuncupatur, tū niger etiam colore fit, & inde prauā putredinē contrahit. Eadē quoque notionē inire persimili φλέβας ἐκχυμωθῆναι, venas exuccari ac sugillari dixit Hipp. lib. de art. (p661. 11.H.840.E.) Et quas φλεβῶν ἐκχυμώσεις, idē Hipp. φλεβῶν ναυσιώσιας eleganti tropo dixit lib. de fract. (pag.546. 49. H.759. H.) cùm venæ velut nauseabundæ sanguinem effundunt. Sic enim illic scribit Galenus. καὶ σχεδὸν ἃς ἔμπροσθεν ἐκχυμώσεις ἐκάλεσε, ταύτας νῦν ναυτιώσεις εἶπεν, ὅταν αἱ φλέβες ἀποπτύουσί τε καὶ οἷον ἐμοῦσιν ἐξ αὐτῶν αἷμα, βαρυνόμεναι διά τε τὴν σφῶν αὐτῶν ἀσθένειαν ἣν ἐκ τοῦ φλεγμαίνειν ἔχουσι, καὶ διὰ τὸ πλῆθός τε καὶ τὴν κακίαν αὐτοῦ τοῦ αἵματος. Ac ferè quas antea ἐκχυμώσεις, hoc est, exuccationes vocauit, eas nunc ναυσιώσεις, id est, nauseas dicit, cùm venæ sanguinem expuunt ac veluti vomitione refundunt, grauatæ tum ex propria imbecillitate quam ex inflammatione contraxerunt, tum etiam ex ipsius sanguinis copia & prauitate. Quam certè elegantem translationem Gal. in Exeg. prosequitur, cùm ναυσιώσιες exponuntur αἱ παρεκχύσεις τοῦ αἵματος, ἃς δὴ καὶ ἐκχυμώσεις ὀνομάζει. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ἐπὶ ταῖς ναυτίαις ἐμούντων αἷμα, τοὔνομα. hoc est, sanguinis iuxta effusiones, quas sanè etiam ἐκχυμώσεις, hoc est, effusiones appellat. Translatum autem nomen est ab his qui inter nauseandum sanguinem euomunt. Hanc verò vocis ἐκχυμώσεως generalem notionem qua succorum ex vasis effusiones Hipp. denotantur, exprimit Gal. Com. 2. in lib.6. Epid. (pag.458. 58.) his verbis. ἐκχυμώσεις εἴωθε τὰς ἐκ τῶν ἀγγείων ἐκχύσεις καὶ κενώσεις ὀνομάζειν. Consueuit Hipp. ἐκχυμώσεις nominare ex vasis effusiones & vacuationes. Eidem etiam in Exeg. ἐκχύμωσις χυμῶν ἔκχυσις, hoc est, succorum effusio exponitur ex lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag.424.39.) Hinc & συνεκχυμοῦν dicitur Hipp. aph. 6. sect. 2. lib. 6. Epid. quod est humores simul ex vasis effundere, & naturæ vacuationem adiuuare & promouere. συμπράττειν τοῖς ἐκκρινομένοις, his quæ excernuntur opem ferre, dicit Gal. Sic lib. περὶ χυμῶν (pag.47. 20.) μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα εἰς τὸ εἴσω ἀπολαμβάνειν, quibus verbis significat Hipp. humores ex vasis effusos non intrò intercipiendos

piendos, sed eorum exitum vnà cum naturæ impetu medico esse promouendum. Vbi in codicibus manuscriptis Regiis ex Scholio quodam adscribitur Epiclem τὰ ἐκκεχυμωμένα ἐκπεπυωμένα sumpsisse, & ἐκχυμωθῆναι τὸ ἐκπυωθῆναι, & τὴν ἔκχυσιν τῶν χυμῶν intellexisse, hoc est, humorum ex vasis refusionem, vbi extra propria conceptacula alienam qualitatem imbuunt, aut in pus vertuntur. Quam etiam explicationem imitari mihi videtur Helych. cùm ἐκχυμώματα τὰς πυώδεις συλλογὰς, hoc est, puris collectiones, exponit, & ἐκχυμωθῆναι ἐκπυῆσαι. Sic enim recte apud eum reposuisse mihi videtur Henric. Steph. Et Gal. Comment. in eum locum, ἐκχυμώματα & ἐκχυμώσεις & ἐκχυμώματα eas excretiones & euacuationes quæ ex vasculis fiunt exponit, quæ quidem fieri solent, cùm venæ quæ in cute sunt, contunduntur. Quorum curatio per discutientia & modicè siccantia medicamenta conficitur. Propria verò ἐκχυμώσεως notio eodem Scholio his verbis explicatur. ἐκχύμωσις κυρίως λέγεται ὅταν ὁ κατὰ μέρος χυμὸς ἐκτὸς τῶν ἰδίων ἀγγείων γένηται ἐρυθρός. συμβαίνει δὲ τοῦτο οὐκ ἐπὶ τῶν ἀφισταμένων σωμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀποθλωμένων, ὅτ' ἀγγείου ῥήξεως γενομένης. τὸ αἵματος αὐτὸς εἰς τὰ τῆς σαρκὸς πληρώματα ἐκχεῖται. Ecchymosis propriè dicitur quando humor ex proprio conceptaculo in partem aliquam effusus ruborem contraxerit. Quod minimè in abscessibus contingit, verùm in cōtusionibus, quando vase rupto sanguis in carnis laxitates regressus, liuorem conceperit. Eademque est Gal. opinio Com. in aph. 20. lib. 6. cùm scribit, ἐὰν ἐκχυθῇ ποτὲ τῆς οἰκείας κοιλότητος τὸ αἷμα, καὶ εἰς ἑτέραν κοιλότητα ὑπέρχηται ἀδύνατον, μένειν αἷμα τοῦτο παντάπασιν ἀμετάβλητον· ... ἐν ταῖς φλεγμοναῖς, καὶ ταῖς ἐκχυμώσεσιν ὀνομαζομέναις, φαίνεται γιγνόμενον, ἐπὶ μὲν τῶν φλεγμονῶν κατὰ μικρὰ διασπειρομένου τοῦ αἵματος εἰς τὰς λόγῳ θεωρητὰς ἐν τοῖς μυσὶ κοιλότητας· ἐπὶ δὲ τῶν ἐκχυμώσεων, εἰς τὰς περιεχομένας χώρας τοῖς ἀγγείοις ἐκχεομένου. Si quando sanguis ex propria cauitate in aliam quamuis cauitatem exciderit, hic vt sanguis permaneat fieri omninò nequit. Sic igitur in inflammationibus & his quas ἐκχυμώσεις vocant, fieri conspicitur, in inflamma ionibus quidem per exiguas partes, ad eas cauitates quæ sunt in musculis & quas sola ratione contemplamur, dispersō sanguine: In sugillatis verò, in ea spatia quæ vasa circunstant, effuso. Propriam quoque τῶν ἐκχυμωμάτων appellationem exponit Gal. initio lib. 5. κατὰ τόπ. his verbis: ἐκχυμώματα ὀνομάζουσιν Ἱπποκράτης τε καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, τὰ κατὰ τὸ δέρμα πάθη, ὅταν τῶν ἐν αὐτῷ λεπτῶν φλεβῶν θλασθεισῶν, αἷμα διὰ τῶν θλασμάτων ἐκχυθῇ, μὴ καθ' ἕνα τόπον ἀθρόως θρομβούμενον αὐτίκα τὸ οὕτως ἐκκριθὲν, ἀλλ' ἐπειδὰν, ὡς αὐτοὶ καλοῦσι, κατὰ διαπήδησιν ἡ ἔκχυσις γίνηται. συμβαίνει γοῦν ἐνίοτε, κἂν οὕτω συστῇ, πελιδνοῦσθαί τε καὶ μελαίνεσθαι τῷ χρόνῳ, μικρῶν δηλονότι θρομβίων γινομένων ἐκ τοῦ διασπαρέντος αἵματος εἰς πολλὰ μόρια τοῦ δέρματος. Ἐκχυμώματα, hoc est, sugillata appellat Hippocrates & alij multi Medici circa cutem affectionem, cùm tenuibus ipsius venis contusis, per contusa sanguis effunditur, neque statim ita excretus vno in loco affatim in grumos coit, verùm vbi, vt ipsi appellant, per διαπήδησιν, hoc est, subsultum, effusio facta est. Contingit sanè aliquando etiam vbi ita coierit temporis progressu liuescere ac nigrescere, exiguis nimirum grumis ex disperso in multas cutis partes sanguine subortis. Quæ si in oculis ex plaga aut ictu contingāt, ὑπώπια dicūtur ibidem ex sugillatorum genere, αἱμάλωπες & ὑποσφάγματα lib. 4. κατὰ τόπ. (p. 220. 41.) Idem quoque lib. de Tumor. præter nat. (p. 356. 24.) ἐκχυμώματα fieri scribit sanguine ex venis effuso, earum tunicis contusis, aut vasorum finibus reseratis. Et μελάσματα καὶ πελιδνὰ ἐκχυμωμάτων generi accenset, vnde & sugillata Latinis liuores, liuentia, & nigrores dicuntur.

Ἔκχυμα aut ἐκχύματα τὰ ἐκζέματα ex Bacch. apud Hippocr. Erot. exponit, & ἐκχύσεις τὰς ἐξανθήσεις. Verùm non parùm mihi suspecta est hæc lectio, neque quomodo mederi queam adhuc suppetit. Quid verò sit ἐγχύμωσις Hipp. supra est expositum.

Ἐκψύχουσι λειποθυμοῦσι exponit Hesych. hoc est, exanimatis, animo linquentibus ac deficientibus, alij refrigeratis exponunt, ab ἐκψύχω quod refrigeror significat & exanimor, apud Hippocr. lib. 1. de Morb. (pag. 447. 51.) ἴσως ἂν ἐκψύχουσι δεῖ τι ὠφελῆσαι, quibus aut animo deficientibus opitulari licet. Hunc enim locum haud dubiè mihi apud Hipp. subindicate & exponere Hesych. videtur, vt & aliàs sæpe. Etsi in vulgatis exemplaribus ἐκψυχεῖσι, pro ἐκψύχουσι velut ab ἐκψυχέω legitur, vt & ibidem (pag 453. 37.) καὶ ἐκψυχέῃσι πυκνὰ· ἐκψυχέῃσι δὲ διὰ τὴν αἵματος τὴν μετάστασιν. & crebrò animo linquuntur, quod accidit ob sanguinis transmutationem.

¶Ἔλαιον oleū significat, & interdū pinguedinē & adipē apud Hip. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 569. 55.) φωκῆς ἔλαιον, phocæ aut vituli marini pinguedinē denotat, & rursus ib. (p. 575. 23. 28. 51. 52.) li. 2. περὶ γυναικ. (p. 669. 41.) φωκῆς στέαρ dicitur. Rursus li. περὶ ἐπικυήσιος (p. 915. C.) καὶ ἐγχρίσας φωκῆς ἐλαίῳ, & phocæ adipe illinito. Sic ἔλαιον χηνὸς, anseris pinguedo vocatur sæpe Hip. li. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 574. 18. 39. 46.) & rursus (pag. 582. 25. 34. 583. 11.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 616. 8.) & (p. 620. 26. & lib. 2. (pag. 668. 30.) χήνειον ἔλαιον. Eadem notione ὑὸς ἔλαιον sæpe ponitur, vt libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 615. 20.) & Erot. ἔλαιον ὕειον τὸ ὕειον στέαρ, suillum adipem exponit.

Ἔλαιον λευκὸν oleum album apud Hipp. libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 565. 20.) quod μύρον αἰγύπτιον ἢ ῥόδινον dicitur ibidem (v. 33. 35. 52.) aliàs oleum Ægyptium album, aut rosaceū sæpe vocat Hipp. vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 653. 17. 42. & 55.) & rursus (p. 657. 9.) & (p. 605. 41.) Ἔλαιον λευκὸν oleum album commune ex Apollonio exponit Gal. lib. 1. Comp. pharm. κατὰ τόπ. (p. 168. 30.)

Ἔλαιον πλατιῶν oleum Platæensium & ex Platæis vrbe Bœotiæ aduectum ad aluum ex infuso eluendam, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 621. 46.) sed forte πλαταιῶν leg. cùm passim πλατιῶν legant exemplaria omnia.

Ἔλαιον ῥόδινον, τὸ μὴ ἠρωματισμένον exponit Galen. in Exeg. apud Hipp. oleum rosaceum quod aromatibus conditum non est vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 671. 55. 672. 4. 6.) & rursus ibidem (p. 650. 31.) & (pag. 668. 50.) & (pag. 673. 14.) & aliàs sæpe.

Ἐλαιοπινέα ἱμάτια dicuntur Hipp. vestes oleo infectæ, imbutæ & sordidæ, quibus τὰ καθαρὰ opponit, vestes puras, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 32. 20. H. 338. 15.)

Ἐλατήριον exponit Gal apud Hipp. in Exeg. οὐ μόνον τὸ ἀπὸ τοῦ ἀγρίου σικύου γιγνόμενον, ἀλλὰ δὲ πᾶν τὸ τὴν κάτω κοιλίαν καθαῖρον, non solùm quod ex cucumere agresti fit medicamentum, sed & quicquid aluum inferiorem expurgat. Quam etiam notionem idem Com. 5. in lib. 6. Epid. innuere videtur (p. 518. 31. H. 185. F.) cùm scribit, οὐκ ἐλατήριον μόνον, ὥσπερ οὐδὲ σικύου ἀγρίου χυλὸς, ὥσπερ οὐδὲ οὐδὲ σικύου μόνου οἱ προσηγορευμένοι, καθαρτικὸν ἔχειν τὸ γάλα τῶν θηλαζόντων παιδίων, ἀλλὰ κἂν ἄλλο τι κάτω ὑπάγον ὀνομαζόμενον φαρμάκων. Non elaterium solùm, quod est cucumeris agrestis succus, quemadmodum neq; si cucumerem solum puerorum lactantiū lac purgatorium habet, verùm etiam si aliud quoduis medicamentum subductorium appellatum assumpserint. Adeò vt ea Exeg. expositio proprio quodammodo aph. 35. sect. 5. lib. 6. Ep. conuenire videatur, etsi eandem dictionem crebrò aliàs vsurpat Hip. vt lib. 5. Epid. (p. 1143. G.) φάρμακον ἔπιεν ἐλατήριον, medicamento epoto deorsum aluum ducente. Et rursus ibidem (p. 1151. D.) ἐδόθη ἐλατήριον καταπίνειν, medicamentum deorsum purgans deuorādum est exhibitum. Quod & interdum ἀσθενὲς, interdum etiam ἰσχυρότερον vocat, vt rursus ibidem (p. 1147. A.) ταύτῃ ἐδόθη ἐλατήριον καταπότιον ἰσχυρότερον τῆς δυνάμεως, huic medicamentum deorsum purgans iusto vehementius deuorādum est exhibitū. Iterūq; (ibi. C.) ταύτῃ ἐδόθη ἀσθενὲς ἐλατήριον ἀσθενὲς πιεῖν ὑδαρὲς καὶ ὀλίγον. huic imbecille in potu est exhibitum medicamentum deorsum purgans, imbecillū, aquosum ac paucum. Rursusq; ibid. (p. 1151. D.) ellebori radicem, ἀσθενὲς ἐλατήριον, imbecillum medicamentum deorsum purgans vocat, vt & ἐλατήριον simpliciter medicamentum vehementer aluum purgans significat ibid. (p. 1151. E.) aut certe medicamentum ex cucumeris agrestis succo paratum, quod elaterium Plinius, Gaza apud Theop. agitatorium quod aluū vehementer exagitet aut cōmoueat, appellat. Eaq; ratione, quodq; ὑπερκάθαρσις inducat, ab Aetio inter venena accensetur. Cuius apparatū & cōficiendi rationem docet Dio c. c. 155. lib. 4. Qua notione sumi videtur ἐλατήριον Hippocr. lib. περὶ παικυήσιος (p. 263. 25.) καὶ τὸ ἐλατήριον ὧδε ποιέων σκευάζεται. sed & elateriū hoc modo præparatum apponito. Quod repetitur lib. περὶ ἀφόρων (p. 685. 41.) At verò lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag 260. 39.) ἐλατήριον medicamentum aliquod fœtus agitans & expellēs indicare videtur, cùm scribitur. καὶ ἢν μὲν ὑπὸ τοῦ πνεύματος ὑποχωρέῃ εἰ δὲ μὴ, διαχλείψας τὸ σῶμα τῆς μήτρης ἐλατηρίῳ ταχέως, ἐπὴν ὀδαγήσῃ, ... ἐμπινέσῃ. Et si quidē per fomentum processerit, bene habet: sin minus, os vteri e... hoc est medicamento aliquo agitatorio, crasso ac ... ... nito, quod partib dolores afferat. Agitur enim de ... ... tu, quem fotibus idoneis sollicitari vult. Eoq; nomine med... amentum aliquod fœtū agitans aut impellens subaudire malim, quàm elateriū ex cucumeris agrestis succo ... ... quod fœtum appositū enecat, vt testatur Diosc. & Aetio venenum censetur. Quod si medicamentū aluum expurgans intelligatur, potest etiā sua agitatione fœtum expellere. sed ... um eius generis medicamēta aliena sūt, & hic solius illius ratio habetur. Possūt autē insessionib. multa eiusmodi medicamēta fœtum agitātia exhiberi: Velut ... ... in muliebres defessus conuenienter adijci ad partus secūdasq; deiiciēdas scribit Diosc. Sic & anagyris folia difficulter parientib. adalligari idē testatur. Crassū.

verò medicamentum aliquod aqua dilui vult quo facilius illinatur, quam ad rem galbanum cum myrrha rectissimè conuenire potest. At lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 38. 34. H. 383. 41.) φάρμακα ἐλατήρια sumi videntur pro medicamentis aluum vtcunque subducentibus, quibus serum & lac accenset. Etsi Gal. in Com. per ἐλατήρια ambiguum relinquit num peculiarem succi cucumeris agrestis potionem intelligat. Quem locum proprio quodam modo mihi subindicare videtur Erot. cùm ἐλατήρια apud Hipp. κοινῶς τὰ τὴν κάτω κοιλίαν καθαίροντα φάρμακα exponit.

Ἐλαύνεσθαι duci, extendi significat, & de materia extendi parata aut opere ductili τὸ ἐληλαμένον dicitur, vt ἐληλαμένος σίδηρος, ferrum cudendo ductum & extensum. De venis dicitur Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 280. 14.) ἐντεῦθεν δὲ κάτω καὶ ἡ δεξιὴ καὶ ἡ ἀριστερὴ ὑπὸ τῷ πνεύμονι ἐλήλαται. Inde verò inferiorem in partem, tum dextra, tum sinistra sub pulmonem ducta est, hoc est, extenditur. Vbi tamen Corn. ἄνω pro κάτω legisse videtur.

Ἔλεγχοι mali Medici dicuntur Hipp. ἐν παραγγελίαις (p. 27. 11.) artis dedecora & probra, reprehendendi, miserabiles dixit Cornar.

Ἐλαιαάγρια exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. h. e. agrestia. Est & ἐλαίη ἀγρία νόσος Hesych. agrestis aut ferus morbus.

Ἐλευθέριον liberale, decens & decorum dicitur aph. 54. lib. 2. μεγέθει σώματος ἐννεάσαι μὲν ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀηδὲς ἐστιν. in traducenda iuuentute liberalis est & speciosa corporis magnitudo.

Ἐλέφας dicitur authori Definit. Med. (p. 399. 1.) πάθος παχὺ τὸ δέρμα καὶ ἀνώμαλον παρασκευάζον, καὶ πελιδνὸν τὸ χρῶμα, καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν. ἀναβιβρώσκεται δὲ χειρῶν καὶ ποδῶν τὰ ἄκρα καὶ ἰχῶρα ἀφίεισι πελιδνὸν καὶ δυσώδη. affectus qui crassam & inæqualem cutem facit, & in quo liuor tum cutem, tum alba oculorum occupat. Manus & pedum extremæ partes exeduntur, & saniem liuidã & graueolentem emittunt. Gal. quoque lib. de Tumor. præter nat. (p. 356. 51.) μελαγχολικὸν πάθος καὶ ὁ ἐλέφας ἐστὶ, τὴν μὲν πρώτην γένεσιν ἐξ αἵματος ἔχων μελαγχολικοῦ. τῷ χρόνῳ δὲ πλεῖον ἡ μέλαινα γίνεται τοῦ αἵματος, ὥστε δυσώδεις εἶναι καὶ ἀπεχθεῖς ἰδεῖν. ἐνίοις δὲ αὐτῶν καὶ ἕλκη συμπίπτει. τοῦτο τὸ πάθος ἀρχόμενον ὀνομάζουσι σατυριασμὸν, ἐπειδὴ τοῖς σατύροις ὅμοιοι γίγνονται τὸ πρόσωπον. ἔνιοι δὲ καὶ κατὰ τὰς κροτάφους ἐξοχὰς ὀστώδεις οὕτω καλοῦσι. γίγνονται δὲ καὶ κατ' ἄλλα μόρια τοιαῦται τῶν ὀστῶν ἐξοχαί, καὶ καλοῦσιν αὐτὰς ἐξοστώσεις ἔνιοι, καθάπερ καὶ τὰς κατὰ φύσιν ἐντάσεις τῶν αἰδοίων μὴ καθισταμένας, τινὲς ὀνομάζουσι σατυριασμὸν, τινὲς δὲ πριαπισμόν. Melancholicus etiam affectus est Elephas primum quidem ortum ex melancholico sanguine ducẽs, procedente verò tempore nigra bilis sanguinem exuperat, cùm graueolentes & visu odiosi euadunt. Horũ autem nonnullis vlcera cõtingunt. Hunc affectũ initio Satyriasmum nominant, quoniam Satyris vultu similes fiunt. Aliqui verò osseas temporum eminentias sic vocant. fiũt quoq; in aliis partibus eiusmodi ossium eminentiæ, easq; nonnulli ἐξοστώσεις nominant, nõ secus ac naturales pudendorũ cõtentiones non remittentes, quidam Satyriasmum, alij Priapismum vocant. Ἐλέφας dicitur Paulo ca. 1. li. 4. οἷος καρκῖνός τις ὑπάρχων ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, & Actuario καρκῖνος τῶν ὅλου σώματος, totius corporis cãcer. Elephantias Celso vocatur cap. 25. l. 3. & ἐλεφαντιάσις authori Isagog. (p. 384. 34.) qui & nominis notationem & morbi causam adscribit. Morbus vt atrocissimus & fœdissimus, ita maximè inuisus & incurabilis, totum corporis habitum in Elephãtis speciẽ trãsformans, ex quo & nomen ducit, vt elegãtissimè pluribus verbis prosequitur Aretæus ca. 13. li. 2. περὶ χρονίων παθῶν. Reliqua Gorr. appositissimè ex ipso Aret. & Act. adscripsit.

Ἐληχνευσμένη. Vide postea in Λεχνεύειν.

Ἐλθόντων simpliciter effert Hipp. de prodeuntibus aut progressis per aluum deiectionibus. In Coac. (p. 222. F.) οἷσι καῦμα γίνεται ἐφιδροῦσι δὲ ἐλθόντων, πυρετὸς παροξύνεται. Qui æstu conflictantũr & progressis deiectionibus tenuibus sudoribus diffluunt, iis febris ingrauescit. Sæpe verò deiectionum affectiones adscribit Hipp. vt in Pror. (p. 199. 20. H. 74. G.) ἐπάφρων διελθόντων, spumantibus prodeuntibus deiectionibus, & (p. 211. 34. H. 78. F.) μελάνων προσδιελθόντων, progressis nigris deiectionibus.

Ἕλικες βόες dicuntur apud Hom. boues flexiles, curui, aut nigri, aut intorta cornua habentes. ἕλικας nanque exponunt interpretes ἑλικοειδῆ τὰ κέρατα ἔχοντας, ὃ ἐστὶν ἐπικαμπῆ, hoc est, retorta cornua aut flexuosa habentes, aut τοὺς πόδας κατὰ τὴν πορείαν ἑλίσσοντας, à pedũ aut crurum flexu inter incedendum (vnde & εἰλίποδες appellãtur, aut μέλανας, nigros, vt ἕλικον ὕδωρ de Æsopo fluuio dicitur, & ἑλίκωπες ἀχαιοὶ passim apud Hom. quòd nigris oculis sint spectandi. Sæpe autem ἕλικας & εἰλίποδας iungit Homerus de bobus, vt Il. ι. (v. 462.) πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς. multas oues pingues & curuis pedibus nigros boues. & Il. φ. (p. v. 458.) Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες. Phœbe tu flexis pedib. nigros boues pauisti. Interdũ verò Homerus ἕλικας vocat, vt Il. ο. (vers. 633.) θῆκε μαχήσασθαι ἕλικος βοὸς ἀμφὶ φαγῆναι. Vbi ἕλικος εἰλίποδος significat, & τοὺς πόδας κατὰ τὴν πορείαν ἑλίσσοντας, qui inter eundum pedes curuat & inflectit, vt & Hipp. lib. de art. (pag. 587. 34. H. 785. C.) ἑλίκωπον ζῶον bouem vocat, quòd reliquis animalibus inter incedendum crura & pedes plus incuruet aut flectat, eiusque rei causam esse scribit, quòd femoris articulum laxum natura præ cæteris habeat. Ideoque femoris articulum bobus sæpe elabi. Et in eo versu Homer. quem testem citat Hipp. ὡς δ' ὅτ' ἀσπάσιον ἔαρ ἤλυθε βουσὶν ἕλιξιν. Sic vbi flexilib. veris gratissima bobus Tempestas fuerit, ἕλικας βοῦς εἰλίποδας interpretari videtur. Quos Seruius expressisse Virgil. vult cùm dixit, errabunda bouis vestigia.

Ἐλινύειν Gal. in Exeg. apud Hipp. ἡσυχάζειν exponit, hoc est, otiari, quiescere, feriari, cessare. Quæ dictio est Ionica & Hippocr. familiaris, vt aph. 5. sect. 1. lib. 6. Epid. ἐλινύειν οὐ ξυμφέρει, ἀλλὰ γυμνάσια. Huic quietem agere non conducit, sed exercitationes. Vbi Gal. ἐλινύειν ἡσυχίαν ἄγειν, quietem agere exponit. Rursus aph. 13. sect. 4. lib. 6. Epid. ἐν θέρμῃ φύσει ψῦξις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλινύειν. Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, quies conuenit. Ibique Gal. μὴ πολλὰ γυμνάζεσθαι, non multùm exerceri, exponit, vt & Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 518. 48.) ἀπέχεσθαι σφοδρῶν γυμνασίων, abstinere à vehementibus exercitationibus. Solas enim motiones ad actiones obeundas necessarias, iis sufficere scribit. Lib. quoque de rat. vict. in morb. ac. (p. 69. 48. & 51. H. 392. 4. 6.) δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισιν ἐλινύειν. Quinetiam iis corpore quiescere conuenit. Et δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν πλήθεος βρωμάτων. Conuenit autem etiam his ventriculum à ciborum multitudine cessare aut quiescere. Vbi Gal. ἐλινύειν ἡσυχάζειν τῷ παντὶ σώματι explicat, toto corpore quiescere, & οὐ πονεῖν, non laborare, ex Hipp. aph. 16. lib. 2. Idem etiam τὴν κοιλίην ἐλινύειν indicare scribit ὀλιγώτερα προσφέρεσθαι, pauciores cibos assumere. Lib. de fract. (pag. 538. 1. H. 756. F.) ἄτε ἤδη καὶ ἐλινύοντας, præsertim cùm ex toto quiescant. Illic enim Gal. ἐλινύειν Ionibus τελέως ἀργεῖν, ex toto otiari, esse scribit. Rursus ibidem (pag. 528. 12. H. 751. B.) aliam esse manus figuram ἐν τῷ ἐλινύειν, in quiete, scribit. Quem quidem quiescentis habitum ἐκ τοῦ ἐλινύοντος spectandum monet ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag. 694. 27. H. 746. A.) Vbi Gal. τὸ ἐλινύον, τὸ μηδὲν ὅλως ἐνεργοῦν, ἀλλ' ἡσυχάζον, exponit, quod nihil omninò operatur, sed quietem agit. Hesych. ἐλινύειν exponit σχολάζειν, λήγειν, ὀκνεῖν, ἀναπαύεσθαι, διατρίβειν. otiari, cessare, pigrum esse, quiescere, tempus consumere. Sudas verò, ἡσυχάζειν, ἀναπαύεσθαι, βραδύνειν, χρονίζειν, ἐνδιδόναι, διατρίβειν, quiescere, desinere, cunctari, tardare, remittere, tempus terere. Qui & ἐλιννύειν scribit, vt & plurima apud Hipp. exemplaria ἐλινύειν & ἐλιννύειν.

Ἐλιξιμέλιτος dicitur Hipp. mellis linctus ac deglutitio lib. 7. Epid. (pag. 1211. D. 1212. B.) κυάμοισι δὲ χρωμένη μελιχροῖσι, καὶ μετὰ μέλιτος ἐλίξει. fabis verò melle admixto & mellis linctu vsa. ἀπ' ἀρχῆς μὲν οὖν κυάμοισι μελιχροῖσιν ἐχρῆτο. ἐπεὶ δὲ οἱ πυρετοὶ ἐπεῖχον, μᾶλλον ὀξυμέλιτι θερμῷ καὶ μέλιτος ἐλίξει πολλῇ. Per exordia igitur fabis melle admixto vtebatur, vbi verò febres detinebant, magis aceto mulso calido, & mellis delinctu copioso. ἔλιξις autem à λιχμάομαι aut λιχμάω deduci videtur, quod est lambo & lingo, alioqui à λείχω, ἔλειξις vt ἔκλειξις & ἔκλειγμα dicendum foret. Ab ἑλίσσω autem aut ἑλίσσω, ἕλιξις fiet, quasi mel lingendo aut ligurriendo ore volueretur aut versaretur.

Ἕλκος dicitur Galen. libr. de const. artis (pag. 36. 52.) omnis quæcunque in parte ex erosione continuitatis solutio, præter eam quæ in osse fit, & τερηδὼν vocatur. Quæ nominis acceptio longè contractior est libris Meth. med. & libr. 1. de diff. morb. cùm ἕλκος dicitur ἡ συνεχείας λύσις κατὰ τὰ σαρκώδη πάντη, in carne vnitatis solutio. Qua notione τὰ ἕλκεα τῆς σαρκὸς ξυμφορὰ, carnis calamitates & vitia dicuntur lib. περὶ ἰητρ. (pag. 21. 36.) Atque ibidem τῶν ἑλκέων τέσσαρες πορεῖαι, vlcerum progressiones & motus quatuor describuntur, ex quibus vlcerum differentię constitui videntur. Lib. verò περὶ ἑλκῶν pleniore notione vlcerum omnium tam eorum quæ causa interna, quàm quę causa externa excitauit, & peculiari τρώματος nomine comprehenduntur, curatio instituitur. Quo nomine sæpe ἕλκος apud Hipp. ἀντὶ τρώματος ponitur, vt Prorrh. 2. (p. 96. G.) ἀλλ' ἢν ὅτι ἕλκος ἔχων παραφρονέῃ, εὐπετέως τὸ φέρῃ τὸ τρῶμα. At vbi is qui vlcere infestatur delirat, & vulnus facilè fert. Et rursus ibid. (98. G.) ἄριστον μὲν οὖν μήτε πυρετῆναι, τὸν τὸ ἕλκος ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ. Præstat igitur eum qui capitis vlcere laborat, neq; febricitare. Et, (ibi. H.) ξυμφέρει δὲ ἐν τῇσιν ὀδύνῃσιν καὶ τὰς φλεγμονὰς τὰς ἀπὸ τῶν ἑλκέων ἐπιγίνεσθαι. Confert quoque in doloribus etiam inflammationes quæ ex vlceribus fiunt, superuenire Rursus lib. 3. Ep. (p. 1150. F.) ἐν μέσῳ γὰρ εἶχε τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ βρέγματος τὸ ἕλκος. Vlcus enim

enim medium caput & syncipuτ occupat. Ac iterum (ib.G.) αἱ δὲ ῥαφαὶ ἐν τῷ ἕλκει ἦσαν. ad suturas verò vlcus erat. Sic & apud Homer. ἕλκος pro vulnere sæpe ponitur, vt Il. λ. (v.811.) κατὰ δ' ἕλκεος ἀργαλέοιο αἷμα μέλαν κελάρυζε. & (versu vlt.) τὸ δὲ ἕλκος ἐτέρσετο, vlcus desiccabatur, vbi ad curationem vlcus desiccari debere indicat. Lib. verò 4. de Morb. (p.508.13.) ἕλκος ἐν τῷ σώματι comprehenditur, & νόσημα vocatur, τὸ ἕλκος τῆς νόσου subaudiens. Quam quidem in genere ampliorem sumit, cùm scribit lib. de fract. (pag.568.25. H.772.G.) πάντα τὰ νοσήματα ἕλκεα εἶναι, morbos omnes vlcera esse.

Ἕλκεα ἐνιαύσια, annua vlcera & quæ per annum durant aph.45. lib.6.

Ἕλκεα περιμάδαρα exponit Erot. apud Hipp. ex aph.4. lib.6. & aph.2. sect.8. lib.6. Epid. τὰ ἀνώμαλα καὶ ἄτυφα inæqualia & simplicia (si modo vera est lectio) etsi idem αὔτυφα legit (hoc est, per se tumida aut elata, aut intensa) pro quo ἄτριχα quidam legunt. Sunt autem vlcera circunquaque glabra & depilia.

Ἕλκος ἐκπεπιεσμένον vlcus velut expressum & in quod materia ab inflammatione ipsa exprimitur ac veluti cogitur, ideoque labra habet protuberantia & euersa. Lib. de fract. (p.561.17.) Sic enim illic legit Gal. & lib.9. de Plac. Hipp. & Plat. reliqui codices ἐκπεπιεγμένον vitiosè. Sed nos ἐκπεπλεγμένον aut ἐκπεπλεγμένον legendum esse antea scripsimus, quòd ἐκπεπταμένοις τοῖς χείλεσι, euersis labris exponat Gal. in com.

Ἕλκος σφυγμῶδες καὶ πυρετῶδες, vlcus pulsans & febrile, hoc est, inflammatione tentatum. In vlcere enim inflammato pulsus & durities fit ex repletione. lib. de fract. (p.561.31. H.767.E.) & aph.21. lib.7. Ἕλκος etiam πυρῶδες dicitur, lib. de vlc. (pag. 870.C.) quod igneum feruorem ex inflammatione concepit. Quam etiam dictionem agnoscit Gal. lib. de fract. Com.3.

Ἕλκος μυκητῶδες exponit Erot. apud Hipp. ex quorundam sententia τὸ ἔνυγρον καὶ μυξῶδες, ἐπεὶ τοιοῦτοι οἱ μυκτῆρες. humidum & mucosum, quòd eiusmodi nares existant, hoc est, humore mucoso plenæ. Ex quibus sanè apparet Erot. μυκτηρῶδες aut μυξῶδες apud Hipp. legisse non μυκητῶδες. Neque tamen vspiam apud Hipp. μυκητῶδες aut μυκτηρῶδες aut μυξῶδες ἕλκος lego, vt mihi valde suspecta sit Erot. lectio, apud quem μυξῶδες pro μυξῶδες etiam scriptum existimo. At forte μυκῶδες ἕλκος scripserat Erot. vt vlcus è fungino genere (vt loquitur Plautus Trinumo) aut fungo simile intelligat, hoc est, perhumidum, aut humore mucoso madens & flaccescens. Tuncque οἱ μύκητες apud eum legendum erit pro οἱ μυκτῆρες, quod rectè vidit Henr. Steph Nam & μύκης μύκητες dicuntur Athen. & ἐμμυκᾶται de vlceribus coalescentibus & obductis sumitur apud Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (p.607.6.) εἰ δὲ ἰχὼρ ἀπίῃ ἡ καθάρσις, οὐκ ἂν ἐμμυκᾶται τὰ ἕλκεα. Quòd si purgatio prodeat, vlcera non coalescunt, non occluduntur. Quem locum subindicans & exponens Gal. in Exeg. ἐμμυκᾶται (scribit) Διοσκορίδης μὲν φησι, τὸ συνίμυσεν, οἱ πλεῖστοι δὲ τὸ, ἐπιφύσεις ἔχει πλαδαρὰς, ὥσπερ καὶ οἱ μύκητες. ἐμμυκᾶται Dioscorides quidem significare ait, conniuent, conclusa sunt, plærique verò, eminentias adnatas habent flaccidas & humoris plenas ad instar fungorum. Quam Dioscor. exposit. illic sequuntur interpretes & nos nostra interpretatione expressimus. ἐμμυκᾶται nanque idem significare videtur quod ibidem dicitur, καὶ μεμύκη ἄμφω τὰ χείλεα, quod de duobus pudendi muliebris labris exulceratis, deinde cicatrice coeuntibus conniuentibus & obductis, effertur. Quemadmodum ἐμμυκότα ἕλκη dicuntur Dioscor. obducta cicatrice vlcera & coalescentia. Potest tamen Gal. explicatio optimè huic loco conuenire, de adnatis eminentiis flaccidis & fungorum modo humore madentibus. Huiusmodi nanque pudendorum vlcera, tumidis & ex inflammatione coeuntibus ac contingentibus se labris, flaccida & mucosa carne, partus purgamentis permadente, ideoque fungosa nec fungis absimili, occeluduntur & coalescunt. Vt hinc τὸ μυκῶδες ἕλκος deduxisse videri possit Erot. quemadmodum μυκώδης à μύκης aut μύκων fluxisse vult Galenus, quod est instar fungi flaccesco, aut mucoso & fungoso humore permadeo. Lib.2 de Morb. (p. 478.31.) ex pulmonis vlcere feruido, ἐμφαίνεται σκληρὰ, οἷον μύκης ἀπὸ ἕλκεος, in saliua apparent dura quædam ab vlcere, velut fungus.

Ἑλκύδριον vlcusculum dicitur & vlcus paruum. Sunt & ἑλκύδρια pustulæ vlcerosæ ἑλκύδρια Græcis dictæ, de quibus agitur apud Gal. cap. 9. lib.1. κατὰ τόπ. Paulus lib.3. cap.3. scribit, ἐν τῇ κεφαλῇ ἑλκύδρια πυκνὰ καὶ ἐρυθρὰ παραπλήσια θηλαῖς, ἀφ' ὧν ἰχῶρες ἀποπίπτουσι. pustulæ vlcerosæ in capite densæ ac rubræ, ad paruarum papillarum similitudinem, à quibus sanies eliquatur. De quibus agere videtur Celsus lib.5. cap.28. cùm scribit. Nonnunquam maiores pustulæ oriuntur, liuidæ, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutato, subest que humor. Vbi hæ ruptæ sunt, infra quasi exulcerata caro apparet, ἑλκύδρια Græcè nominatur. Pro quibus ἑλκύδρια Græcè nominantur, rectè quidam legunt.

Ἑλκυστὴρ in instrumentum ferreum Hipp. fœtui extrahendo accommodatum, tractor & hauctorius dici potest, aut vncus quidam ferreus, qui fœtui infixus eum mortuum ex vtero extrahit. ἐμβρυουλκὸς Paulo dicitur cap.74. lib.6. & ὄνυξ, vnguis lib. περὶ ἐπικυήσιος (p.261.6.) & ἰχθύα lib. περὶ ἐγκατατομῆς (p.914.D.) vt etiam exponit Gal. in Exeg. vocum Hipp. in dictione ἰχθύῃ.

Ἑλκυστῆρι, τῷ ἐμβρυουλκῷ exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc est, instrumento ad fœtum extrahendum accommodato. Nimirum locum lib.1. περὶ γυναικ. subindicans (p.618.16.) qui fœdissimè nostris in codicibus deprauatus legitur. Sic autem lego. καὶ τὰ ὀστέα ἕλκειν ἑλκυστῆρι, ὃ τῷ ἑλκυστῆρι παρὰ τὴν κληῖδα καταθέντα, ὡς ἂν ἔχηται ἕλκειν, μὴ κατὰ πολὺ, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον ἐξανιέντα, καὶ αὖθις βιαζόμενον. & ossa per volsellam ossa extrahentem, aut vncum attractorium iuxta clauiculam demissum, prout se habent extrahito, non confertim, sed paulatim remisso impetu, ac rursus vi cogendo.

Ἑλκώματα dicuntur exulcerationes Hipp. lib 3. Epid. in st. pest. (p.426.8. H.1085.G.) & ἑλκώσεις στομάτων, oris exulcerationes ex bilioso humore os corrodente. aph.21. lib.3. Est & ἕλκωσις authori Definit. Med. (p.399.53.) ῥῆξις περὶ τὸν κερατοειδῆ, ἢ ἐκ πληγῆς, ἢ φλεγμονῆς βουβῶνος ἐπιγινομένη, tunicæ corneæ ruptio, quam vel ictus, vel inguis inflammatio attulit. Ibidem ἑλκώσεων τῶν περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαφοραί. Vlcerationum quæ circa oculos contingunt genera.

Ἑλλέβορος simpliciter apud Hipp. veratrum album significat, vt cum adiectione, veratrum nigrum, aph.1. lib.5. & aph.14. 15. & 16. lib.4. Gal. Com. ad aph.1. lib.5. τοῖς ἑλλέβορον εἰληφόσι, λευκὸν δηλονότι· τοῦτον γὰρ ἁπλῶς εἰώθασιν ὀνομάζειν ἑλλέβορον, οὐχ ὥσπερ τὸν μέλανα μετὰ προσθήκης. Iis qui veratrum sumpserunt, album nempe, (hunc enim simpliciter elleborum appellare consueuerunt, non velut nigrum ex adiectione.) Sic l. b de fract. (p.547.22. H.760.A.) ἑλλέβορον veratrum album exponit Gal. ad vomitum ciendum. ἑλλέβοροι quoque multitudinis numero veratrum album indicant apud Hipp. vt aph.13. lib.4. πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι, qui sumpto veratro non facilè per superiora purgantur. Sic lib.7. Epid. (p. 1222.F. & p.1223.B.) ἑλλέβοροι, veratrum ad bilem atram repurgandam exhibitum fuisse significant, quæ febrem quartanam & timores excitauerat. Aut certe vtrunque veratrum exhibitum fuisse indicatur, & præcipuè nigrum, vt in febre quartana & melancholicis casibus. In Epist. quoque (p 1288. 17.) ξυμμισγέσθω δὲ καὶ τοῖς ἐλλεβόροις τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος, καὶ ἧσσον πνίγει. Veratris autem tertia potionis pars admisceatur, & minus suffocat. Vbi vtriusque veratri sumptionem subintelligere videtur, cùm τοῦ πνιγμώδεος etiam mentionem illic faciat.

Ἐλλύχνιον ellychinum Hipp. significat & lucernarum funiculum quo extincto ad vteri suffocationem in suffitu vtitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.569.55.) inter ea quæ tetri sunt odoris, & lib. 2. περὶ γυναικ. (pag.670.44.) ἐλλύχνιον σβέσας, καὶ ὑποθεῖναι ὑπὸ τὰς ῥῖνας, ellychnium aut funiculum lucernarium accendito, & naribus appositum extinguito. Rursus (ib.51.) cedria aut cedrino oleo lucernæ admoto, eam extinctam naribus admouet ad suffitum.

Ἕλμινθες lumbrici dicuntur in genere, quorum ortum in pueris docet Gal. Com. ad aph.26. lib.3. Vbi ἑλμίνθας genus facit ad στρογγύλας, πλατείας & ἀσκαρίδας. ἕλμινθες στρογγύλαι lumbrici sunt rotundi, pueris familiares, in superioribus intestinis vt plurimùm ortum habentes, & ad ventriculum sæpe ascendentes, oreq; & naribus plærunq; reiecti. Lumbrici lati qui & ταινίαι dicuntur, quòd fasciarum instar longi sint, per tota intestina sæpe extenduntur, & incredibili longitudine interdum visuntur, rarius in pueris gignuntur. Ascarides autem teretes & tenues lumbrici, pueris etiam familiares, maxime in inferiore crassioris intestini parte ortum habent. ἕλμινθες στρογγύλαι dicuntur Hipp. in Progn. (p.138.39. H.40.10.) & Coac. (p.216.H.) & aph.26. lib.3. ἕλμινθες etiam στρογγύλαι & πλατεῖαι nominantur lib.4 de Morb. (p.511.19.31.) vbi lumbricorum rotundorum & latorum ortus & signa fusissimè ab Hipp. explicantur. De his quoq; agitur apud Paulũ lib.4. cap 57. & 58.

Ἔλυτρα dicuntur tegumenta, operimenta & rerum inuolucra, quibus res teguntur aut obuoluuntur, τὰ περιέχοντα καὶ σκεπάζοντά τινα, hoc est, quarundam rerum integumenta & inuolucra exponit Gal. Com.4. in lib. de art. (p.617.6. H.810. A) (sic enim illic leg. censeo) Vbi Hipp. ἔλυτρα vocat tunicas spinalẽ medullã inuoluentes, quas paulò ante Gal ὑμένας καὶ

...vocauit. Vnde ἐλυτρῶσθαι etiam dicitur Hipp. velut inuolui. Sed apud Hipp. & Gal. ἔλυτρα dicuntur & ἐλυτρῶσθαι, cum Gal. in Exeg. vocum Hipp. ἔλυτρα σκεπάσματα exponat, & Erot. ἐλυτροῖσιν legat, hunc locum exprimens, scribatque ἔλυτρα λέγεσθαι τὰ περιεκτικὰ τῶν σωμάτων, τῶν σκεπάσματα, quæ corpora continent ac tegunt. Hesych. ἔλυτρα κολεοὺς τὰ ἐνειλήματα, ἢ τὰ καλύμματα exponit, inuolucra & operimenta. Idem ἔλυτρον exponit θήκη, θήκην, λέπυρον, ἐνείλημα, κάλυμμα, σκέπασμα. Ἔλυτρα etiam ἔλυφρα dicuntur, & Hesych. ἐλύφροις καλύμμασι, σκεπάσμασι exponit. Dicuntur autē ab εἰλύω siue ἐλύω, inuoluo & implico. Sunt qui propriè ἔλυτρον dici scribant de rerum rotundarum inuolucris, vt nucum & ouorum, vt annotat Varin. Sic feminum folliculi Dioscorid. ἔλυτρα dicuntur lib. 2. cap. 111. & lib. 4. 167. tuniculas vertit Plin. Ἔλυτρον etiam dicitur Aristot. Hist. animal. lib. 4. in volatilibus crusta illa quæ pennis superuenit, easque velut vagina claudit. Hinc περιελυτροῦν dicitur insuper imposito inuolucro integere & munire, aut addito operimento quodam & integumento inuoluere. Quemadmodum apud Athen. lib. 1. Pithyllus vorax ille & voluptarius, τὴν γλῶσσαν περιελυτροῦν πρὸς τὰς ἀπολαύσεις dicitur, hoc est, linguam imposito inuolucro & integumento insuper munire & integere, quò magis voluptatibus frueretur, minusque ciborum feruore oblæderetur.

¶ Ἐμβάλλειν τὸν ὦμον est humerum coniicere, immittere, hoc est, protendere. Quod de sagittariis dicitur cùm brachium extendunt. Sic enim protenso brachio humeri caput in cauitatem ceruicis lati scapularum ossis immittitur & coniicitur, in quam cùm demissum est brachium non ingreditur, sed ei adiacet tantùm, eamque attingit. Lib. de fract. (pag. 527.58. H. 750. H.) ἐπὴν τὸν ὦμον ἐμβάλλωσιν, cùm humerum immittunt, coniiciunt, hoc est, protendunt, de sagittariis dictum. Est autem ἐμβολὴ, impetus, impressio, nauium infestarum in acie conflictus, irruptio, inuasio hostilis, à nauium iniectione deducta, aut incussione quam faciunt cùm in præliis signo dato infestis proris irruunt, aduersarios deprimere ac demergere conantes. Quando namque adeo vehementi impetu in hostes feruntur, præcipueque à latere, vt totas eorum naues defringant, dissoluant, aut demergant, tunc naues παρεσκευάσθαι ὡς εἰς ἐμβολὴν dicunt, quasi ad impressionem aut impetum faciendum præparatas esse. Quin & apud Comicos protentas ac porrectas corporis partes, ὡς εἰς ἐμβολὴν παρεσκευάσθαι, velut ad impetum faciendum paratas esse, dici scribit Gal. & ex Aristoph. adfert, Com. 3. in lib. de fract. (pag. 528.50.) ἐμβαλεῖν etiam dicitur Aristoph. Schol. propriè, infestis proris impetere. Eadem eleganti translatione dixit Hipp. σάρκας ξηρῷ φαρμάκῳ ἐμβάλλειν, hoc est, carnes sicco medicamento aggredi ac velut hostili manu inuadere, pro resiccare aut consumere, de magna putredine dictum lib. 5. Epid. (pag. 1149. F.) Est & ἐμβολὴ ossis articulatione elapsi aut luxati repositio, vt lib. de fract. (pag. 549.45. & H. 760. G. & pag. 551. 12. H. 761. G.) & ἐμβάλλειν reponere, restituere, recondere, ibidem (v. 24. H. ibid.) ῥηΐδιον ἤδη τὸ ἄρθρον ἐμβαλεῖν, articulum iam reponere est procliue. & (v. 26. H. ibid.) ἐπὴν δ᾽ ἐμβάλῃς. Vbi autem reposueris, & aliàs sæpe.

Ἐμβάτῃ apud Hipp. pro pelliceo indumento sumitur Cornar. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 561.39.) ἔπειτα κατακλίνας ἐμβάτῃ, ἀνὰ τὴν σάρκα ποιήσας τὰ, καὶ ἀμφιέσας ἱμάτια λευκὰ μαλθακὰ καθαρὰ, ἐκῶς ἂν ἐξιδρώσῃ σφόδρα. Postea super pelliceum indumentum reclinatum, ita vt pars carnem animalis contingens, sursum vergat, mollibus ac puris stragulis & vestimentis contegito, quò vehementer exudare possit: Caluus fasciam exponit. Exemplar. Reg. Mss. pro ἐμβάτῃ ἐν βάτῃ legunt. Ac fortè ἐμβάτη ἐμβασιν significat, & solium in quod lauaturi descendebant, super quod reclinatum ægrum, vestibus mollibus, albis ac puris contegi iubet, vt calidæ vapore concitatus sudor facilius promanare possit. estque ἐμβατὴ πύελος, labrum & peluis. Et illic ἐμβάτην ἀνὰ τὴν σάρκα ποιήσαντα, forte legi debet, aut κατακλίνας ἐμβάτῃ, ἀνὰ τὴν σάρκα ποιήσαντα, vt frigidæ toto corpore perfusionem præcipiat in tetano, cuius meminit lib. 3. de Morbis, & aph. 21. lib. 5. quamque exagitat Aurel. cap. 6. lib. 3. Acut. Ἐμβατευόμενον Erot. exponitur apud Hipp. ex Bacch. ἐμβάλλον, ἢ ἐμπίπτον, ἢ ζηλοῦν, quod irruit, incidit aut irrumpit. Idem tamen mauult τὸ ἐνερεῖδον significare, quod inhærer aut infixum est, scribitque Atticam esse dictionem, & per βτ scribendum esse & exprimendum. Verùm falsam esse scripturam apud Erot. existimo, & pro ζηλοῦν, ζητοῦν legendum, inuestigans, explorans, exquirens. Nam & Hesych. ἐμβατεῦσαι κατέχειν καὶ καρποῦσθαι χωρίον, ἢ ζητῆσαι exponit, in alicuius loci possessionem inuadere, aut adire, aut explorare & inquirere. Et ἐμβατεύειν, ζητῆσαι. Varinus item ἐμβατεύειν duo significare scribit, τὸ περιπατεῖν καὶ ἐξετάζειν, ingredi & exquirere, perpendere.

Ἐμβάφιον ὀξύβαφον exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. hoc est, acetabulum. Pollux verò lib. 6. cap. 12. inter medicamentorum & ciborum vasa ἐμβάφια, κυλάθια, λεκάνια, τρύβλια, καὶ ὀξύβαφα reponit. Ἐμβαφίαι Hesych. sunt λοπάδες βραδεῖαι ἀπὸ τοῦ βάπτειν ἐν βάθει. Idemque ἐμβάφιον ὀξύβαφον esse scribit παρὰ τῷ Ἱππώνακτι, quod haud scio aut Ἱπποκράτει scribendum sit, vt ex Gal. Lexico Hipp. sumpsisse videatur, quod aliàs sæpe facere solet. Quanquam idem etiam apud Varin. scribitur. Eo autem vtitur Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 621.17.) κεδρίης ἐμβάφιον, cedriæ acetabulum, & lib. 2. (pag. 668.55.) ἐν βολβίτῳ πλαστῷ ὡς ἐμβάφιον, aut in stercore bubulo ad acetabuli formam efformato. Quod lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 575.41.) τῶν ὀξύβαφον ἰκανηρὸν eadem in re scribit. Rursus (pag. 673.28.) καὶ ἐμβάφιον ἀφλικὸν δίδοται. Et (pag. 674. B.) μυρσίνης ἐμβάφιον, vbi tamen σμύρνης legi malim.

Ἐμβοθροῦσθαι est Hipp. foueam in se habere, incauari in foueam aut scrobem, lib. περὶ καρδίης (pag. 269.8.) de pericardio, ἐμβεβόθρωται τὸ εἶδος ἴκελον ἴλλῳ, in foueam excauatur adinstar pilæ, intus tanquam scrobicula aut fossicula excauatur, dixit Caluus, foueæ speciem præ se fert, Cornar.

Ἐμβριθὴς, grauis, ponderosus, ad animum etiam transfertur Hipp. in Epist. (pag. 1275.20.) πυνθάνομαι δ᾽ αὐτὸν ἐμβριθέα καὶ στερρὸν τὰ ἤθεα, de Democrito. Hunc autem moribus grauibus & solidis esse audio. Sic apud Plat. ex Epist. annotatur, ἤθος φύσει ἐμβριθὴς, mores natura graues. Ἐμβριθὴς Hesych. βαρὺ, στιβαρὸν, στερεὸν, exponitur, graue durum, solidum.

Ἐμβρυοθλάστης instrumentum est chirurgicum ad contundenda ossa in extrahendo fœtu accommodatum, quod etiam πίεστρον Hipp. dicitur. Idem etiam θλάσις, aut θλάστης potiùs, vocatur, vt scribit Gal. in Exeg. Nomen habet à fœtu contundendo aut confringendo.

Ἐμβρυουλκὸς vncus est ferreus ad extrahendum fœtum mortuum. Hipp. ἐλκυστὴρ dicitur. Vide ἐλκυστήρ.

Ἐμεῖν & ἐμέσαι quod vomere ac vomitione refundere significat, & symptoma est malè affecti oris ventriculi, interdum sumitur pro eo quod copia sursum per os reiicitur, siue ex thorace aut pulmonibus, siue ex gula aut ventriculo effluat. Vt lib. 1. de Morb. in sanguinis ex thorace reiectatione & venæ ruptione sæpius vsurpatur (pag. 456.39.) αἷμα ἐμέσαι sanguinem vomitione refundere, & (v. ibid. 16.17.) ἐμέοντες αἷμα, & αἷμα ἐμέουσι πρόσφατον, sanguinem vomentes, & sanguinem recentem vomitione reiiciunt. & (pag. 458. 41.) in suppuratis ex venæ ruptione aut distentione, καὶ πτύουσί τι ἀπὸ σφέων αἷμα, καὶ ἐνίοτε καὶ ἐμέουσι. & sanguinem tum per se spuunt, tum etiam interdum vomitione reiiciunt. Vbi ἐμέειν populari more de sanguinis sursum reiectatione dicitur. Sic Gal. ad aph. 13. lib. 5. αἷμα ἀφρῶδες ἐμέουσι pro ἀναπτύουσι in quibusdam exemplaribus scriptum agnoscit. Eoque modo legitur Coac. (pag. 187. F.) ὅσοι ἀφρῶδες αἷμα ἐμέουσι, πόνου μὴ ὄντος κάτω τοῦ διαφράγματος, ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ἐμέουσι. Qui spumantem sanguinem vomitione refundunt, partibus infra septum transuersum dolorem nequaquam sentientibus, iis è pulmone vomitio fit. Eademque notione ἐκόσοι αἷμα ἐμέουσιν dicitur aph. 37. lib. 7. Vbi etiam scribit Gal. eo verbo quæcunque ex aspera arteria & pulmonibus educuntur per tussim comprehendi, vt ἐμέειν pro ἀναβήσσειν aut ἀνάγεσθαι ponatur, quod exprimitur aph. 13. lib. 5. In Coac. quoque (pag. 186. D.) in conuulsis & thoracis ruptionibus ἔμετος αἵματος ponitur, & ex venæ ruptione circa thoracem πολύ τι ἐμέουσι, copiosus sanguis vomitione reiicitur, ibidem (ibid. G. 187.) ad eamque sanguinis reiectationem tabes consequitur, vt aph. 80. lib. 7.

Ἐμέσματα ἀσώδεα, vomitiones cum anxietate, in Prorrh. (pag. 190. 10. H 72. B.) idem quod ἔμετοι. ἔμετοι μετὰ ποικιλίας κακόν. Vomitiones variæ malo sunt, ibid. (p. 189.38. H. 72. A.) Ἐμετικοὶ vomiturientes & eos qui sæpe vomunt significant, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 85.41. H. 395.44.) Ἐμετοποιεῖσθαι τὴν ἄνω κοιλίην, dicitur Hipp. superiorem ventrem vomitu inducto purgare, aut superiore ventre vomitum ciere, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 552.54.) τὴν δ᾽ ἄνω κοιλίην ἐμετοποιεύμενος, κάθαρσιν παρεχέτω ὡς ἐν τοῖσι πρόσθεν. superiore ventre vomitu inducto, purgationem velut in superioribus procurato.

Ἐμίαι Gal. exponuntur in Exeg. apud Hipp. ἔμετοι, vomitus, additque Atticum esse nomen. Verùm ἐμεσίαι legitur passim apud Hipp. non ἐμίαι, vt lib. 2. de Morb. (p. 473.12.) καὶ ἐμεσίαι μὲν λαμβάνουσιν, & vomitionibus detinetur. Et rursus ibidem (p. 474. 26.) καὶ ἢν ἐμεσίαι μὲν ἔχωσιν, ἐμεσάτω, & si vomitiones ipsum vrgeat, vomat. Dicitur & ἔμεσις ibidem (p. 487.24.) καὶ μετὰ τὴν ἔμεσιν ἀλγέει τὸ σῶμα πᾶν. & post vomitū dolor totum corpus occupat.

Ἐμμελέα

Ἐμμήνια dicuntur Hipp. & ἔμμηνα menstruæ purgationes & menstrua, quæ & καταμήνια & ἐπιμήνια sæpe & γυναικεῖα. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 565. 42.) τὰ ἐμμήνια οὐ γίγνεται, & (pag. 566. 38.) τὰ ἐμμήνια οὐ γίνεται παντάπασιν, menstrua nullo modo fiunt. atque aliàs sæpe.

Ἔμμηνοι καθάρσιες etiam dicuntur mulierum purgationes menstruæ, quæ καθάρσιες simpliciter vocantur aph. 60. & 61. lib. 5.

Ἔμμοτα dicuntur Hipp. quæ curationem per concerpta linamenta requirunt, vt vlcera caua quæ medicamenta linamentis excepta in sinus recondunt. Lib. de art. (pag. 632. 53. H. 822. G.) ἐμπυήματα χρόνια καὶ ἔμμοτα γίνεται. suppurationes diuturnæ contingunt & curatione quæ fit per linamenta indigent. De vlcere dicitur lib. περὶ τῶν ἐν ἰητρ. παθῶν (pag. 540. 13.) κίνδυνος ἕλκος ἔμμοτον γενέσθαι, periculum est ne vlcus curationem per linamenta postulet. Ἔμμοτοι verò dicuntur qui linamentis indigent, & ea quæ per linamenta fit curatione, hoc est, qui vlcus cauum & exesum habent, quod curationem per linamenta desiderat, lib. de art. (pag. 623. 42. H. 816. G.) οὐδ' ἔμπυοι πολλοὶ γίνονται, οὐδ' ἔμμοτοι, neque multi purulenti extiterunt, aut ea quæ per linimenta fit curatione opus habuerunt. Rursusque (pag. 624. 36. H. 817. B.) πολλοὶ γοῦν ἐκ βηχέων, καὶ φυμάτων, καὶ ἔμπυοι ἐγένοντο, καὶ ἔμμοτοι. Vnde etiam multi ex tussi & tuberculis, & pure in thorace collecto, ea quæ per linamenta fit curatione indiguerunt. Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 565. 12.) vbi vterus in coxam obuertitur & adhærescit, de mulieribus effertur, πολλάκις δὲ καὶ ἐκπυΐσκονται ἔμμοτοι γενόμεναι, sæpe verò, vbi per linamenta fit curatio, & suppurantur. Quod lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 652. 48.) καὶ ἐκπυΐσκονται, καὶ ἔμμοτοι γίνονται, dicitur, & suppurantur, & ea quæ per linamenta fit curatione indigent. aph. 47. lib. 5. ὑστέρην ἔμμοτον γενέσθαι, dixit, hoc est, vterum ea quæ per linamenta fit curatione indigere. Sic enim illic Gal. τὴν δεομένην τῆς διὰ τῶν μοτῶν θεραπείας, vterum, quia per concerpta & medicamentis conuenientibus oblita linamenta curationem postulet, ἔμμοτον vocari scribit. Lib. item 5. Epid. (pag. 1149. E.) ἔμμοτος ὤν dicitur qui per linamenta concerpta curatur, aut penicillis ac linteolis concerptis per curationem vsus. Celsus de vlcere, ἔμμοτον γενέσθαι, sub linamentis sanescere dixit cap. 13. lib. 7.

Ἐμπαλασσόμενον ὀστέον, os desidens, & medium desidens (vt loquitur Celsus) significat, intro cedens, & depressum. idemque quod ἔσω πελασσόμενον, aut εἰσφλώμενον ἔσω, vt scribitur in libello de vuln. cap. Prorrh. 2. (pag. 98. E.) eam dictionem vsurpat Hipp. vbi vitiosè nostris in codicibus ἐμπιεζόμενον ὀστέον pro ἐμπελασσόμενον scribitur.

Ἔμπηρος idem quod πηρὸς Hipp. aut ἀνάπηρος, ac πεπηρωμένος, membris captus aut mutilatus, membris non absolutus. Lib. 1. de Morb. (pag. 446. 8.) εἰ ἔμπηρόν τι τοῦ σώματος γενέσθαι, εἰ μὴ ἔμπηρον, num pars aliqua corporis mutila reddatur, nec ne. hoc est, num morbi partem aliquam corporis obsideant, an non. Rursus ibidem (447. 23.) ἔμπηροι quinam sint his verbis exponit Hip. ἔμπηροι δὲ πολλάκις ἀπὸ τῶν δὲ γίνονται πολλοί. ἀπόπληκτοι μὲν χεῖρας καὶ πόδας, καὶ φωνῆς ἀκρατέες, ὑπὸ μελαίνης χολῆς· χωλοὶ δὲ ὑπὸ ἰσχιάδος· ἔμματα δὲ πηροῦνται καὶ ἀκοὴν ὑπὸ φλέγματος ἐπικαίζοντος. Multi autem aliqua corporis parte ab his mutilantur, manus ac pedes resoluuntur, lingua impotens redditur, & ab atra bile leues resolutiones fiunt. Claudi verò à coxario morbo. Oculis autem & auribus capti sunt, à pituita incumbente. Quem certè locum mihi disertè explicare videtur Erot. cùm ἔμπηρον exponit, scribitque πηρὸν Bacchium τὸν χωλὸν dicere, δυνατὸν δὲ ἀκούειν πάντα τὸν περὶ τὰς φυσικὰς ἐνεργείας ἐμποδιζόμενον, posse autem eum obaudiri, qui naturales actiones præpeditas habet. πηρὸς etiam exponitur Homeri Schol. Il. β. ὁ κατά τι μέρος τοῦ σώματος βεβλαμμένος, parte aliqua corporis captus. ἐμπηδᾶν εἰς τὰς τέχνας, in artes inuehi & petulanter irruere, aut calumniando inuadere. lib. περὶ τέχνης (pag. 3. 2.) ἐμπηδῶντες αὐτοῖσι νέοι, dicuntur adolescentes qui Sophistarum disciplinæ se committunt, lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 12. 34.)

Ἐμπλάσσεσθαι pro ἐμπλαδᾶσθαι, est intus formari & imprimi. de digito dicitur quod notam imprimit & efformat, ac velut in cera vestigium relinquit. Sic lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 641. 16.) in crurum tumoribus, qui si digito premantur, notam retinent, ἐμπλάσσεσθαι dicitur. καὶ ἣν πιέζῃς τῷ δακτύλῳ ἐμπλάσσεται ὥσπερ ἐν σταιτί. & si digito presseris, notæ imprimuntur, non secus ac in farina aqua subacta, aut fermenti massa. Rursus ibid. (pag. 641. 51.) κνῆμαι καὶ πόδες ἐμπλάσσεται βοθρεύεται. tibiis & pedibus fouearum notæ imprimuntur, efformantur. Iterum (pag. 643. 48.) eadem de re, καὶ ὁ χρὼς τῷ δακτύλῳ πιεζόμενος μαλθάσσεται καὶ ἐμπλάσσεται ὥσπερ ἐν σταιτί. Corpus si digito prematur mollescit & notæ velut in farinæ massa aqua subacta imprimuntur. ἕλκεα ἐς τὰς κνήμας ἐμπλάσσεσθαι dicuntur vlcera in tibiis infigi aut infereiri, lib. 2. de Morb (pag. 465. 29.) ἰλγγιῶν καὶ πίμπλαται τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰ σκέλεα οἰδίσκεται, ὥσπερ ἀπὸ ὕδρωπος, καὶ ἐν τῇσι κνήμῃσιν ἐμπλάσσεται. Vlceribus caput impletur, crura intumescunt velut ex aquæ potu, & tibiæ vlceribus offarciuntur, hoc est, vlceribus tibiæ implentur ac refertæ sunt. Interpretes tumorem in tibias infarciri dixerunt. malim tamen ad vlcera referre.

Ἐμπλὴν πλησίον, hoc est Propè, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Quo etiam aduerbio vtitur Hom.

Ἐμπνευμάτωσις fit authori Definit. Med. (pag 397. 47.) ὅταν πλῆθος πνεύματος ἀθροισθὲν περιέχηται ἐν στομάχῳ, διατείνῃ αὐτὸν καὶ τὴν κοιλίαν μετ' αὐτοῦ, ὡς καὶ ἐμποδίζεσθαι τὴν τῆς τροφῆς οἰκονομίαν, cùm magna spiritus collecta copia in stomacho continetur, ipsumque & vnà ventrem distendit, adeò vt etiam alimenti distributio impediatur. Est & ἡ μήτρας ἐμπνευμάτωσις, vteri inflatio, de qua agit Paulus lib. 3. cap. 70. προσβεβλῆσθαι ἡ μήτρα dicitur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 578. 36.) & ἀναμωσῆσαι (pag. 581. 47.) & (pag. 670. 37.) aut ἐξαναφῦσαι lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 603. 11.) φύσημα namque ἐμφύσημα exponitur Gal. apud Hipp. & φύσησις ἐμφύσησις.

Ἐμπολᾶν apud Hipp. pro dego aut versor sumitur lib. 4. de Morb. (pag. 507. 31.) ἢν δὲ τοῦ ἀποπάτου μὴ διαχωρέοντος κρατέῃ μία τῶν ἄλλων ἰκμάς, κρέσσον ἐμπολέει ὁ ἄνθρωπος. Quòd si stercore non prodeunte vnus ex aliis humoribus superet, melius deget homo, hoc est, melius habebit, & negotia obire poterit, aut negotiari, & huc illucque circunferri. ἐμπολᾷ πραγματεύεται, πραγματεύεται exponit Hesych. Est & ἐμπολᾶν εἰσπράττεσθαι.

Ἐμπορεύεσθαι ἐς ἰητρικὴν est arti Medicæ quæstus gratia insultare, & ex artis calumnia quæstum facere, aut artis reprehensione ad nundinationem abuti; artem nundinari & negotiari, quemadmodum animas negotiari medicos impentos dixit Pl. cap. 1. lib. 29. Hipp. lib. περὶ τέχνης (pag. 3. 4.) ὁ δὲ παρεὼν λόγος τοῖς ἐς ἰητρικὴν οὕτως ἐμπορευομένοις ἐναντιώσεται. Præsentis verò est instituti, iis qui hoc pacto artem medicam quæstus gratia insectantur, aduersari.

Ἐμπροσθότονος distentionis est species cùm ægri in anteriora rigescunt, vt ὀπισθότονος, cùm in posteriora. Aret. lib. 1 περὶ ὀξ. παθ. cap. 6. ἐμπροσθότονον vocari scribit, ἢν ἐς τὸ ἔμπροσθεν καμπύληται ὥνθρωπος ἐπὶ τοῖσι πρόσθεν νεύροισι. τόνος γὰρ νεύρων ἢ ἔντασις ὄνομα. Vbi in anteriora homo incuruatur, neruis anterioribus laborantibus. τόνος enim neruorum tensionem indicat, & neruis ac tensioni accommodatum est vocabulum.

Ἐμπροσθότονος dicitur authori Definit. Med. (pag. 397. 29.) ὅταν ἕλκηται ὁ τράχηλος καὶ εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακλασθῆναι μὴ δύνηται, cùm ceruix trahitur neque in posteriora reflecti potest.

Ἐμπροσθότονον Cæl. Aurel. pronum raptum vocat, vt & ὀπισθότονον, supinum, cap. 6. lib. 3. Acut. Celsus verò lib. 4 cap. 3. sic scribit: Neque tamen alius importunior acutiorque morbus est [ceruicis] quàm is qui quodam rigore neruorum, modò caput scapulis, modò mentum pectori annectit, modò rectam & immobilem ceruicem intendit. Priorem Græci ὀπισθότονον, insequentem ἐμπροσθότονον, vltimum τέτανον appellant, quamuis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus vtūtur. Ac aliò qui Hipp. ipse ἐμπροσθότονον sub tetano comprehendit lib. 3. de Morb. (p 491.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 561.) & lib. περὶ κρισίμων (pag. 57.) Lib. verò de rat. vict. in morb. ac. (pag. 108. 25. H. 402. 54.) eum disertis verbis expressisse videtur cùm scribit: ἑλκῦσι δὲ ἀπὸ τῶν τενόντων πρόσθεν ἐμπροσθεν ἀποτείνονται. cùm verò tendones vehementer anteriorem in partem contrahuntur.

Ἐμπύημα ὁ ἐμπύησις plerumque significat Hipp. omnem suppurationem, & quamuis in pus transmutationem ex inflammatione aliqua aut tuberculo, vt scribit Galenus Com. 1. in P. [illegible] (pag. 135. 18. H. 39. 6.) ἐν μὲν οὖν ὅλοις ἀφορισμοῖς τοῦτο πασιν πεπλησμένοις πρὸς ὄγκον τῶν παρὰ φύσιν, ἐμπυήματα τε καὶ διαπυήματα καὶ ἐν τῷ παρόντι συμπλήρωμα, ἀφ' οὗ καὶ γίνεται παῖδα πᾶσι εἰσαγωγὴν τὸν λόγον αὐτοῦ, καθ' ὃν περὶ τῶν ἐν ὑποχονδρίῳ οἰδημάτων ἐποιήσατο τὴν διδασκαλίαν. Quòd igitur vbi pus copiosum collectum fuerit, tumore quodam præter naturam concocto, huiusmodi symptoma ἐμπυήματα & διαπυήματα hoc est, suppurationes vocet, tibi perspicuum fiet, si eius omnem orationem euolueris, quæ de præcordiorum tumoribus tractationem instituit. Qua notione scribitur Hipp. lib. 3. Epid. st. pest. (pag. 421. 29. H. 1083. D.) πᾶσι μὲν οὖν ταῦτα ἐς ἐμπυήματα [illegible] ξυνίστατο. Horum igitur plurimis abscessus in suppurationes ve[illegible] (vers. 43 H. [illegible] E.) ὅσοι γὰρ ἐς ἐμπυήματα [illegible] τούτων ἐγένετο πτύαλα. Quibus namque talium concoctione res ad suppurationem deuenit. Sic aph. 8. lib. 5.

εἰς ἐμπύημα μεθίστασθαι dicitur, in suppurationem verti. Vbi scribit Gal. ἐμπύημα vocari τὴν εἰς πῦον μεταβολὴν ἅπασαν, ὥσπερ κἀν τῷ προγνωστικῷ πολλάκις, ἢ τὴν μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἔκχυσιν τοῦ πύου. omnem in pus transmutationem, quemadmodum in Prognostico saepe, aut eam quae fit inter thoracem & pulmonem puris effusionem. Idem Com. ad aph. 44. libri 7. ἐμπυήματα μὲν εἴωθεν ὀνομάζειν, οὐ τὰ κατὰ θώρακα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ καθ' ὁπουοῦν μέρος ἄλλο τοῦ σώματος εἰς πῦον ἀλλοιωθέντα φύματα, ἐμπυήματα, hoc est suppurationes nominare consueuit, non eas tantùm quae fiunt circum thoracem, verum etiam in alia quauis corporis parte in pus mutata tubercula. Ἐμπύημα etiam vniuersali notione pus intro collectum & in corporis cauo conceptum significat, siue intra thoracem, siue in visceribus infra septum transuersum colligatur. Vnde Cael. Aurel. ἐμπυήματα internas collectiones siue vomicas vocat, & ἐμπυϊκοὺς, vomicosos, cap. 17. lib. 2. acut. & cap. 8. lib. 5. Tard. Pass. Sic ἔμπυοι dicuntur Hipp. Cyrenius & Hecason in Omilo lib. 5 Epid. (pag. 1150. H. & 1151. A.) ex viscere intus suppurato, quibus vstio ad ventrem est adhibita. Aret. cap. 9. lib. 1. περὶ χρον. παθ. οἷσι ἐν τῇσι κοιλίῃσι τοῦ αἰσθητοῦ κατ' ἴξιν τοῦ θώρακος, ἢ τὰ κάτω ὑπὸ τὸ διάφραγμα πύου ἀποστάσιες γίγνονται, ἢν μὲν ἀνάγωσι, ἔμπυοι οὐδὲν καλέονται, ἢν δὲ τὸ πῦον διεξίῃ κάτω, ἀποσυρματίαι κικλήσκονται. Quibus in corporis cauitatibus è regione pectoris, aut inferius sub septo transuerso puris abscessus fiunt, si id per os reiiciunt, ἔμπυοι, hoc est suppurati vocantur. Quòd si per aluum pus eiiciatur, ἀποσυρματίαι dicuntur. Gal. quoque lib. de Tumor. praeter nat. (pagin. 355. 4.) ὡς τά γε ἐμπυΐσκοντα ἅπαντα, τινὲς μὲν ἐμπυήματα προσαγορεύουσιν, ἔνιοι δὲ διαπυήματα, καθάπερ καὶ αὐτὸ ἐκπυΐσκειν καὶ διαπυΐσκειν. ἔνιοι δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὅταν ἐν σπλάγχνῳ γένηται τὸ τοιοῦτον, ἐκεῖνο μόνον ἐμπύημα προσαγορεύουσι, καὶ τοὺς οὕτω πάσχοντας ἐμπύους. Vt suppurantia omnia, alij quidem ἐμπυήματα vocant, alij verò διαπυήματα (quemadmodum & idem ἐκπυΐσκειν καὶ διαπυΐσκειν) nonnulli verò non sic, verùm cùm in viscere tale aliquid contigit, id solum ἐμπύημα nominant, atque ita affectos ἐμπύους, hoc est suppuratos. At ἐμπύημα apud Medicos proprio significato pus inter thoracem & pulmonem collectum significat, & ἔμπυοι qui ita affecti sunt & suppurati dicuntur. Gal. (ibidem) ἄλλοι δ' αὖ τινὲς ἰατροὶ μόνους ἐκείνους ὀνομάζειν ἐμπύους ἠξιώκασιν, οἷς ἤθροισται πῦον ἐν τῇ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος χώρᾳ. Rursus alij quidam medici eos solos ἐμπύους nominari rectè putant, cùm inter thoracem & pulmonem pus est coaceruatum. Idem Com. 2. in Progn. (pag. 148. 30. H. 41. 26.) ὅσοι πῦον ἀθρόον ἔχουσιν ἔνδον τοῦ σώματος, εἴτ' οὖν ἔτι περιεχόμενον ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ περιέχεσθαι, εἴτε καὶ μετὰ τὸ ῥαγῆναι, δυνατὸν ἐστὶν ὀνομάζεσθαι τούτους ἐμπύους. ἀλλ' εἰώθασι παρὰ τοῖς ἰατροῖς μόνους ἢ μάλιστα τοὺς κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα τοῦτον ἔχοντας πάθος, ἐμπύους ὀνομάζεσθαι. Qui pus intra corpus coaceruatum habent, siue ante in particula inflammatione affecta contineatur, siue etiam post ruptionem, hos ἐμπύους hoc est suppuratos appellare licet. Verùm solent medici solos, aut eos potissimùm qui circa thoracem & pulmonem talem habent affectum, ἐμπύους nominare. Rursus Galen lib. 4 de caus. puls. (pag. 112. 23.) τοὺς ἐν τῇ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος εὐρυχωρίᾳ πλῆθός τι πύου περιεχόμενον ἔχοντας, ἔνιοι μὲν ἐμπύους, οἱ δὲ ἐμπυϊκοὺς ὀνομάζουσι. γίνονται δὲ οὗτοι διὰ μέγεθος τῆς ἐν ταῖς πλευραῖς φλεγμονῆς εἰς πῦον μεταβαλλούσης. ἔστι δ' ὅτε καὶ περιπνευμονίαις ἀκολουθοῦσι. ἤδη δὲ καὶ πάντας οἷς σπλάγχνον τι φλεγμῆναν ἐξεπύησεν ἐμπύους ὀνομάζουσι. Qui puris copiam in spatio inter thoracem & pulmonem collectam habent, hos quidem nonnulli ἐμπύους, alij ἐμπυϊκοὺς nominant. Tales autem euadunt cùm magna ad costas inflammatio in pus vertitur. Interdum etiam pulmonum inflammationes comitantur. Denique eos omnes quibus viscus aliquod ex inflammatione suppurauit, ἐμπύους hoc est suppuratos vocant. Idem quoque Com. ad aph. 27. lib. 6. ἐμπύους ὀνομάζειν μάλιστα εἰώθασι, τοὺς ἐν τῇ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος εὐρυχωρίᾳ τὸ πῦον ἔχοντας. ἐμπύους eos praecipuè vocare consueuit, qui pus habent in spatio inter thoracem & pulmonem. Et Com. in aph. 44. lib. 7. μόνους δὲ ἐμπύους προσαγορεύει τούτῳ παντὶ ἐξαιρέτως, οἷς μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἤθροισται τὸ πῦον. Solos verò prae caeteris fere ἐμπύους nominat, quibus pus inter thoracem & pulmonem est coaceruatum. Aret. etiam cap. 8. lib. περὶ χρον. παθ. ἢν δὲ καὶ θώρηξ ἢ πλευρὸν ἐμπυήσῃ, ἐπανάγηται δὲ διὰ τοῦ πνεύμονος, ἐμπύη τόδε πάθος κικλήσκεται. Quòd si thorax aut costa suppurauerit, pusque per pulmones educatur, Ἐμπύη hoc est suppuratio vocatur. Est & ἐμπυέειν Hipp. pus intro gignere & suppuratum aliquem reddere, vt lib. 1. de Morb. (pag. 453. 12.) τὸ αἷμα ἐκχυθὲν σήπεται καὶ ἐμπυέει, sanguis effusus putrescit & pus intus gignit. ibid. 14.) καὶ τοῦτο σήπεται καὶ ἐμπυέει, & ipse putrescit & pus intro gignit, aut suppuratum hominem reddit. Rursus ibidem (pagin. 459. 31.) ὁκόταν ἴδρως λάβῃ ἐπὶ χολὴ καὶ τὸ φλέγμα ἐς τὸν πνεύμονα σήπεται καὶ ἐμπυέει. Vbi tum bilis tum pituita sedem in pulmone occuparit, putrescit & suppuratum hominem reddit. Verùm interpretes ἐκπυέει legisse videntur, cùm suppurare & in pus verti dixerunt, vt & (pag. 454. 37.) αὐτίκα τὸ αἷμα ἐκχυθὲν ἐκ τῆς φλεβὸς σήπεταί τε καὶ ἐκπυέει, confestim sanguis vena effusus putrescit & in pus vertitur.

Ἐμπύους μοτοὺς Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc est suppuratoria linamenta, exponit, τοὺς στρεπτοὺς, ἢ τοὺς λημνίσκους. contorta & conuoluta linamenta aut in longitudinem implicita, quae vulneribus induntur ad repurgandam saniem. Quibus verbis Gal. locum lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 659. 21.) exprimit. μοτῷ ὠμολίνῳ καθιστεῖν, τοὺς ἐμπύους μοτοὺς τρεῖς, ex crudo lino intortum linamento immittito, & tria linamenta suppuratoria conficito. Penicillos suppuratorios dixit Cornar. Sic autem dicuntur concerpta linamenta & penicilli quibus in repurgando pure in suppuratis & vstionem passis vtimur, vt patet ex lib. 2. de Morb. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Intortum autem & conuolutum linamentum ex lino crudo (sic enim καθιστεῖν, τῷ στρεπτῷ μοτεύειν, in Exeg. exponit Gal. hunc locum subindicans) in vteri duritie adhibet Hipp. ob mollitiem ne vteri osculum exasperet. Quam ad rem oblonga linamenta & longitudine quinque digitorum ad contactum requirit, Gal. λημνίσκους dixit, Celsus cap. 28. lib. 7. ad foeminarum naturalia implicitum in longitudinem linamentum, λημνίσκον Graeci vocant, adhibet, σφαιρίσκωτὸν Paulus cap. 72. lib. 6.

Ἔμπυρος, qui febre detinetur, lib. 2. de morb. (pag. 473. 27.) ἢν δὲ ἔμπυρος ᾖ, καὶ μὴ ἀνῇ μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης. Si verò febre detinetur, neque noctu neque die remittat.

Ἐμυκώθη, vide ἕλκος μυκονοειδὲς antea.

Ἐμυλώθη, ἐπωρώθη, h. e. obduruit, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Erot. autem ἀντὶ τοῦ ἐπωλώθη positum esse scribit, h. e. occalluit, velut & apud Ionas positum ex Corintho annotatur. Eamque notationis rationem addit, quod μύλον medici vocent τὸν ἐν ὑστέρᾳ γινόμενον σκίρρον. Neque tamen huic dictioni locum apud Hipp. adhuc reperi, existimoque (nisi me coniectura fallit) pro ἐμυκώθη ex quibusdam exemplaribus ἐμυλώθη scriptum fuisse, eamque scripturam Gal. & Erot. explicasse. Nam & Erot. eam inter dictiones ex lib. περὶ γυναικ. reponit. Tunc verò ad vlcera referetur, οὐκ ἂν ἐμυλώθη τὰ ἕλκεα, vlcera non occallescent, indurescent, aut callum contrahent, ex libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 607. 6.)

Ἐμυλήθη, κατημαυρώθη, hoc est contabuit, emarcuit, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. Verùm suspectam lectionem facit series alphabetica & ἠμαλδύνθη scribendum existimo, quod ἀφανίζεσθαι significat & κατὰ βραχὺ ἀπομαραίνεσθαι, & de tumoribus qui sensim conquiescunt, disparent ac veluti contabescunt dicitur Hippocrati, vt docebimus postea in dictione Ἀμαλδύνεσθαι. Sic lib. 2. Epid. (pag. 1012. C.) de parotidibus, ταῦτα ἠμαλδύνθη legit Gal. comm. in lib. 6. Epid. (pag 473. 46. H. 1170. G.) cùm passim κατημαλδύνθη legatur, quod est, hi sensim disparuerunt aut contabuerunt. Legitur & libr. 7. Epid. (pag. 1221. H.) ὁ θερμὸς περὶ τὰς ιζ' ἠμαλδύνθη, ad decimumseptimum calor disparuit aut extinctus est. & rursus (pag. 1226. F.) ὁ θέρμη ἐντὸς τῶν κ' ἠμαλδύνθη, calor intra vigesimum diem conquieuit. & (pag. 1229. G.) ἐντὸς τῶν εἴκοσι ὁ θέρμη ἠμαλδύνθη. Quibus locis κατημαραίνεσθαι per translationem conuenit. Lib. etiam 6. Epid. sect. 2. aph. 56. κινηθὲν ἠμαλδύνθη scribitur, de maris auctione post motum hebescente & quodammodo subsistente. Cui ista quoque explicatio de cessante ac veluti contabescente incremento per translationem conuenire potest. Quem etiam tropum illic agnoscit Gal. Ἐμαλδύνθη autem ferè scribitur apud Hipp. vt & apud Hesych. & exponitur, ἐπαύσατο, ἠμβλύνθη, ἠμαλδύνθη tamen malim.

Ἔμυξεν ἐστέναξε, h. e. ingemuit exponit Erot. apud Hip. additque eam dictionem vsurpasse Menandrum in Aspide. Et annotatur ex Corintho Ionas dicere τὸ ἐστέναξεν, ἔμυξε. Ac videtur Erot. locus lib. 5. Epid. (pag. 1143. A.) subindicari. vbi legitur: ὁκότε δὲ νεωστὶ βεβρωκὼς εἴη αὐτὸν τοῦτον τὸν χρόνον ἥκιστα ἔμυζε. At cum cibum recenter deuorasset, tum minimè strepitum sentiebat, aut minimè ingemiscebat. Sed ἔμυζε legit Erot. vt & exemplaria quaedam Reg. Mss. & Aldus. Μύζειν autem cùm de sono dicatur qui clausis labris ex naribus editur, qualis est gementium, (mussare, mussitare, aut mutire quidam dicunt) hic de ventris murmure, strepitu aut rugitu dicitur, qui sumpto cibo percipiebatur, vt & aliàs saepè apud Hipp. vt postea scribimus in dictione μύζειν.

Ἐμφανέως, φανερῶς καὶ ἐπιδήλως exponit Gal. com. 4. in lib. 6. Epid. (p. 49

(p.498.32. H.1180.D.) euidenter, manifestè, dilucidè, ex aph.12.lib.6.Ep.sect.4.

Ἐμφερόμενα τοῖς οὔροις, quæ per vrinam feruntur & inuehuntur significant, aliàs παρυφιστάμενα vocantur, qualia sunt nebulæ, sublimamenta & sedimenta. Gal. lib.1. de differ.feb. (pag.325. 11.) Lib.7.Epid. (pag.1221.C.) ἐν τῷ οὔρῳ πολλὰ τὰ ἐμφερόμενα ἦν, per vrinam multa ferebantur ac veluti innatabant, quasi quædam encoremata. Vbi tamen ἐκφερόμενα multi leg. Ἐμφερὲς verò simile indicat Hipp. vt lib. de rat. vict. in morb.ac. (p. 74.2.H.392.48.) καὶ ὁκόσα τουτέοισιν ἐμφερέα, & quæcunque sunt his affinia, ἐμφερὲς ὅμοιον exponitur Hesych. & ἐμφερὴς ὅμοιος.

Ἐμφράγματα sunt obturamenta, sepimenta & impedimenta, cùm fœtus in pedes procedens viam sibi in partu obstruit, lib. περὶ ὀκταμήνου (258.39.) ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν ἐπὶ πόδας ὁρμήσῃ, τὰ ἐμφράγματα γίνονται, sed potiùs vbi in pedes prodierit, obturamenta & impedimenta contingunt. Ἔμφραξις autem obstructio dicitur, & σηπεδόνος species, partis organicæ morbus in meatuum deperditione consistens, de qua agit Gal. lib. 10. Meth.med.& lib.3. Salub.

Ἔμφρονες, mentis compotes, sibi redditi, ad se redeuntes, Coac. (p.137.C.) Lib. 7. Epid. (p.1211.F.) ἐμφερνάδης σφόδρα ἐμβλέψας, intuitus valde modestus, compositus, sedatus.

Ἐμφύσημα inflationem significat ex spiritus flatuosi copia in corporis cauitatibus collecta, interdum etiam tumorem Hipp. indicat. lib.3. Epid.ægr.13. post st. pest. ἐμφύσημα κακὸν mala inflatio aderat. ἐμφύσημα namque corporis tumorem ex partium quæ ad epigastrium pertinent inflatione, & diuturnis viscerum obstructionibus, ex quo totus venter intumescit & aquam inter cutem contrahit, in ictero laborante, denotare videtur. Ἐμφυσωμένη κοιλίη, aluus inflata dicitur & flatuum copia distenta, Coac. (p.143.B.) Sic lib.de rat.vict.in Morb.ac. (pag.406.3.) οἱ ἐμφυσήματα ἔχοντες, inflati, & qui ventrem flatibus distentum habent, lib. quoque 2.Epid. (pag.1031.B.) οἱ μαζοὶ ἐμφυσῶνται, mammæ inflantur & intumescunt. Et τὰ ἐμφυσήματα ποιέουσιν αὐξήσιας, inflationes incrementa addunt, ex mammarum succulentia & distentione, vt & partium auctione, maturitatem & incrementa diiudicans. Sunt & ἐμφυσήματα inflationes ex flatuoso spiritu collecto aliàs sub cute, aliàs sub membranis quæ ossibus circundantur, aut musculos viscerúmve aliquod vestiunt, & in cauitate sensibili continentur, atque hac nonnunquam maxima, vt scribit Gal.lib.14.Meth. med.

Ἐναγίζειν Erot. apud Hipp. τοῖς κατοιχομένοις ἢ τοῖς καταχθονίοις θύειν exponit, quod est mortuis parentare, manibus inferias facere, aut inferis sacrificare. Locus autem est in πρεσβευτικῷ Thessali (p.1295.45.) καὶ ξυνέταξαν δημοσίῃ Δελφοὺς ἐναγίζειν, & Delphicis imperarunt vt illi publicè parentarent, hoc est Chryso Nebri filio Delphi publicè exequias, & inferias decreuerunt. In vita quoque Hipp. per Soran. scripta legitur, παρ' ὃ καὶ ἐναγίζειν ἐν αὐτῷ μέχρι νῦν Ἱπποκράτει φησὶ τοὺς Κῴους. Ideoq; eo die ad hoc vsque tempus Coos Hipp. manibus parentare tradit. Ἐναγίζειν exponitur Hesych. τὸ χοὰς ἐπιφέρειν, ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις, inferias offerre aut mortuis parentare, & sacra facere.

Ἔναιμον φάρμακον, medicamentum quod cruentis vulneribus & adhuc sanguine manantibus adhibetur, ad ea glutinanda, dicitur Hipp. lib.de fract. (p.559.45. H.766.H.) ἢ πισσηρὴ ἐπιδέσει, ἢ ἐναίμῳ, aut cerato picato adhibito, aut eo quod cruentis vulneribus imponitur. Vbi scribit Gal. τὸ μὲν οὖν ἔναιμον φάρμακον εὔλογον ὃ λέγει. καὶ γὰρ νῦν ἔτι συνηθέστατόν ἐστι τοῖς ἰατροῖς ἐπ' ἐκείνων λεγόμενον τῶν φαρμάκων, ὅσα τοῖς τραύμασιν ἐπιτίθεσιν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἅμα τῷ γενέσθαι, μηδέπω ξηρὰν ἀκριβῶς ὄντων αὐτῶν, ἀλλ' αἱμασσομένων ἔτι, τουτέστι δροσοειδῶς ἐκπίπτοντος αἵματος, ἐκ τε τοῦ τετρωμένου δέρματος, ἢ καὶ τῆς σαρκός. Rectè igitur est adhibitum quod ab eo ἔναιμον medicamentum dicitur. Nam & nunc quoque vsitatissimum apud Medicos hoc nomen est, de iisque medicamentis dicitur, quæ vulneribus statim initio vbi illata sunt, imponuntur, necdum plenè sicca sunt, sed adhuc sanguine manant, hoc est, vbi roris modo ex cute aut etiam carne vulnerata sanguis effluit. Rursus lib. de art. (p. 647.22.H.819.C.) ἐπιτιθέναι δὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ τῶν ἐναίμων μετριώτερα. Accommodata his etiam sunt quædam medicamenta quæ cruentis vulneribus adhibentur. Vbi rursus scribit Gal. ἔναιμα καλεῖ φάρμακα κατὰ τοὺς τότε βιβλίοις, κατὰ τὸ περὶ ἑλκῶν, ὅσα προσφέρομεν τοῖς τραύμασι προσφέρεται. ἔναιμα appellat medicamenta, tum in his libris, tum libro de vlceribus, quæ confestim cruentis vulneribus imponuntur. Lib.etiam 5.Epid.(pag. 1162.A.) ἔναιμον sanguini fluenti accommodatum medicamentum apponitur. τῷ δὲ ἐναίμῳ καταδεθεὶς ἰάθη, medicamento verò quod cruentis vulneribus glutinandis iniicitur deligato, conualuit. Libr. quoque de vlceribus (pag.870.D.) πρὸς δὲ ἐλκέων, ὅπερ μὲν ἂν ὀξέϊ βέλει διατμηθῇ ἢ διακοπῇ, ἐνδέχεται ἔναιμον φάρμακον. Quod verò vlcus acuto telo incisum aut dissectum fuerit, medicamentum quod cruentis protinus imponitur, (ἔναιμον Græci vocant) admittit. Sic enim Celsus cap.19.lib.5. emplastra quæ cruentis protinus vulneribus iniiciuntur, ἔναιμα Græci vocant, multa describit. Ἔναιμον autem νεῦρον quid sit habes postea in Νεῦρον ἔναιμον. Ἔναιμον autem σῶμα corpus sanguineum dicitur aph.27.lib.6. Epid.sect.6.& lib.2.Epid.(pag. 1019. G.) Ἐναίμων etiam Hipp. idem quod ἐναίμους significat, sanguine plenus. lib. περὶ ὀστέων φύσιος (pag 280.14.) αἱ ἐναίμονες αὗται φλέβες, venæ sanguine refertæ.

Ἐναιώρημα significat Hipp. sublime quiddam in vrina innatans, & quod per mediam vrinam pendulum fertur. sublimamentum Medici vocant. ἐναιωρήματα etiam per νεφέλας ἐμφερομένας sæpe denotat Hipp.& suspensas nubeculas vertit Celsus, vt Progn. (pag. 41.8.H.40.41.) νεφέλαι δὲ ἐμφερόμεναι τοῖσιν οὔροισι, λευκαὶ μὲν ἀγαθαί, μέλαιναι δὲ φλαῦραι. Nebulæ in vrina suspensæ, albæ quidem bonæ, nigræ verò malæ. Et rursus (pag.141.14.H.40. 53.) σκοπεῖν δὲ χρὴ τῶν οὔρων ἐν οἷσιν αἱ νεφέλαι, ἢν τε ἄνω, ἢν τε κάτω ἔωσι, καὶ τὰ χρώματα ὁκοῖα ἔχουσι. καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας ξὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἴρηται, ἀγαθὰς εἶναι καὶ ἐπαινεῖν, τὰς δὲ ἄνω ξὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἴρηται, κακὰς εἶναι καὶ μέμφεσθαι τὰς τοιαύτας. Considerandæ in vrinis nubeculæ, num supremum locũ, an verò infimum teneant, & quosnam colores habeant. Quæ enim deorsum feruntur cum supradictis coloribus, bonæ sunt & commendandæ. At quæ sursum cum suprapositis coloribus attolluntur, malæ & vituperandæ existimandæ. Quibus certè verbis ἐναιωρήματα & sublimamenta quæ per vrinam suspensa feruntur, ab Hip. significantur. Quod etiam in com. indicat Gal. his verbis: περὶ τῶν ἐν τῇ ὑποστάσει διαφορῶν εἰπὼν, ἑξῆς ἐπὶ τὰς νεφέλας μετέβη, δηλώσας ὅτι τὸ ἐναιώρημα νεφέλην ὀνομάζει, τῇ προσθήκῃ τοῦ ἐμφερομένου ῥήματος. Vbi de sedimentorum discrimine disseruit, deinceps ad nubeculas transit, indicans quod ἐναιώρημα hoc est sublimamentum, nubeculam vocat, addita dictione τοῦ ἐμφερομένου. Rursus ibid. ὅτι τὰ πρὸς ἐμοῦ χρὴ τὰ περὶ κρίσεων ὑπομνήματα, πολλάκις ἐναιωρήματα λεγόμενα, καλεῖν αὐτὰς εἴωθε νεφέλας, εἰδέναι καὶ διὰ τῆς ῥήσεως ἐκ σαφοῦς. Quæ à me sæpenumero libris de Crisibus ἐναιωρήματα hoc est sublimamenta dicta sunt, ea solere Hipp. nubeculas appellare, hac quoque dictione non obscurè indicauit. Idem rursus ibidem quid sit ἐναιώρημα declarans, & quamnam cum nubeculis analogiam habeat his verbis scribit: ὀνομάζω δὲ ἐναιώρημα τὸ παχύτερον μὲν καὶ λευκότερον ἐν οὔρῳ, μήτ' ἐπιπολῆς αὐτοῦ, μήτ' ἐν τῷ πυθμένι τοῦ ἀγγείου, κατὰ δὲ τὴν μεταξὺ χώραν ἐναιρούμενον, ἤτοι μέσον ἀκριβῶς, ἢ κάτω μᾶλλον, ἢ ἄνω. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα σύνηθες μοι λέγειν ἐναιωρήματα. πρὸς Ἱπποκράτους γε μὴν καὶ ταῦτα νεφέλαι προσαγορεύονται, τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἔχουσαι περὶ τὸ οὖρον, ἣν αἱ ὄντως νεφέλαι πρὸς τὸν ἀέρα. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα τοῦ πέριξ ἑαυτῶν ὑγροῦ παχύτερα, κἀκεῖναι τοῦ ἀέρος. πολλάκις οὖν, ὡς ἔφην, ἐφίσταταί τι τοῖς οὔροις ἄνωθεν, ὅπερ ἐγὼ νεφέλην ἰδίως ὀνομάζειν εἴωθα. ἐναιώρημα autem, hoc est, sublimamentum appello id, quod in vrina crassius & candidius, neque in eius summo, neque in vasis fundo, sed in media regione suspensum, vel exquisitè medium, vel quod deorsum potiùs quàm sursum tendit. Hæc igitur solitus sum vocare ἐναιωρήματα, hoc est sublimamenta. Sed ab Hippocrate ea quoque nubeculæ appellantur, eadem cum vrina proportione, quàm certè nubes cùm aëre obtinent. Hæc etenim humore circumfuso crassiora sunt, vt & nubes aëre qui eas circunstat. Sæpenumero igitur (vt dixi) quod in vrinis sursum supernatat, eam ergo propriè nubeculam appellare soleo. Ex eadem etiam analogia, qua aëris attributiones vrinis accommodantur, pendet quod ἐναιώρημα ἐπινέφελον vocat Hippocr. ægr.1.3.& 5.lib.3.Epid. sublimamentum nubilosum, quod in media vrina suspensum innatat, nubeculas referens, quodque pro varia tum sedis, tum coloris affectione, modò certam, modò dubiam salutis spem præ se fert, vt scripsimus nostris in eum lib. Annotat. Atque ex iis locis apud Hipp. ἐναιώρημα ἐπινέφελον exponit Erot. τὸ ἐφιστάμενον τοῖς οὔροις καὶ τοῖς διαχωρήμασι καὶ οἷον ἐπικρεμάμενον, ποικίλῳ χρώματι κεχρωσμένον, [κεχρυσωμένον melius] quod in vrinis & deiectionibus superstat, ac veluti pendulum vario colore affectum est. Sic enim apud Erot. legendum existimo. Lib. 4. Epid. 1123.C. (ἐναιώρημα νεφέλης ὑπομέλανος ὀλίγον τι πάχος ἔχον dicitur, in media vrina quid suspensum nubeculæ aliquantulum nigræ crassitudinem referens.

Ἐναιωρήματα γονοειδέα, sublimamenta genitali semini similia dicuntur Hipp. hoc est, veluti grandinosa & grumosa, ex multa pituita vitrea & viscida, ac magna crudæ materiæ copia, ægr.1. lib.1.Epid. & ægr.4.lib.3.Epid. & ægr.3.lib.3. ἐναιωρήματα οἷα κρίμνα γονοειδέα, suspensa quædam in media vrina innatantia, hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis ferè simi-

lia genitaléque semen referentia. Sic ἐναιωρήματα γονοειδέα ex ægr. 4. lib.3. Epid. apud Hipp. agnoscit Gal. Comm.2. in Progn. (p.142.19.) & nos illius explicationem & affectionem abundè expressimus nostris in lib.1. Epid.Ann.

Ἐναιωρήματα στρογγύλα, διεσπαρμένα, οὐχ ἱδρυτο, in vrinis sublimia quædam innatantia, rotunda & dispersa inerant, neque residebant, ægr.11.lib.1. Epid. deliriumq; portenderunt, vt & ægr. 11. lib.3. Epid. post st. pest. ἐναιώρημα δὲ ὑπόπολυ στρογγύλον, οὐχ ἵδρυτο, in medio suspensum quiddam innatans rotundum admodum, neque subsidebat. Et ægr.3. & 8. lib.1. Epid. ἐναιωρήματα στρογγύλα, οὐχ ἱδρύετο.

Ἐναιώρημα μετέωρον, sublimamentum sublime, delirium denotans, ægr.3. & 9. & 12. lib.3. Epid. post st.pest. quod à flatibus sublatam materiam sursúmque ad tentandum cerebrum raptam indicat, ideoque κατὰ συμβεβηκὸς mentis emotionem significare scribit Gal. comm.3. in lib.3. Epid. (p.439.55. H.1110.) Eademque ratione ἐναιωρήματα διεσπασμένα, sublimamenta diuulsa, quæ magnam in corpore humorum perturbationem & à flatuum copia agitationem indicant, mentis emotionem præ se ferunt, vt ægr. 4. lib. 3. Epid. post st. pest. & ægr. 10. lib. 1. Epid. ἐναιωρήματα διεσπαρμένα dicuntur ægr. 1. lib.1. Epid. dispersa sublimamenta. Eadem etiam exprimuntur Hippocrati in Prorrh. (pag.179.33. H.69.G.) per τὰ οὖρα ἀκατάστατα ἐναιωρεύμενα διακρινόμενα, vt & Coac. (p.149.F.) οὖρα ἀκατάστατον ἐναιωρεύμενον διακρινόμενον, quæ vrinas perturbatas cum confusis sublimamentis significant. Sic enim Gal. in Prorrh. οὖρα ἀκατάστατα ἐν τοῖς ἐναιωρήμασι vocat, hoc est, vrinas sine sedimentis per quas sublimia quædam suspensa feruntur, easque primùm quidem & per se, crudorum humorum in venis perturbationem significare scribit, ex accidenti verò ad delirij generationem conferre. ἐναιωρεύμενα οὖρα etiam dicuntur Hipp. in Prorrh. (pag.170.26.H.67.E.) impropriè vrinæ quæ sublimamenta aut innatantes nubeculas habent, vt illic adscribit Gal. cùm id propriè de his quæ per vrinas vehuntur efferatur.

Ἐναιωρεύμενοι ὀφθαλμοὶ dicuntur oculi sublimes, instabiles, incontinenter moti, in Progn. (p.124.29. H.37.20.) ἀστήρικτοι, καὶ διαπαντὸς κινούμενοι, Gal. in com. Sic etiam dici posse videntur oculi in sublime contorti & suspensi, quales in moribundis & animo linquentibus cernuntur, cùm oculi iam in caput contorquentur, & pupilla sub gena superiore reconditur, quod fit in conuulsis sursum mouentibus musculis, naturaq; ad suum principium contracta. In Coac. (p.153.B.) κρύπτεσθαι τὸ μέλαν ὑπὸ τὸ ἄνω βλέφαρον dicitur, oculi nigrum à superiore gena contegi. His enim verbis τοὺς ἐναιωρευμένους ὀφθαλμοὺς Prognostici, illius Præsagij author exprimere mihi videtur. Quales etiam oculi in Æniate quodam subintelliguntur lib.7. Epid. (p.1218.C.) cùm scribitur: ὀφθαλμοὶ οἷοι τῶν λιποθυμεόντων, oculi quales animo deficientibus. Præsentissimam enim mortem his verbis indicauit.

Ἐνδάλιος idem & similis dicitur, eaque dictio frequens est Homero. Eam quoque vsurpat Hipp. lib. περὶ ἀνατομῆς (pag.910. B.) de renibus, τὴν χροιὴν δὲ ἐναλίγκιοι μήλοισιν, colore verò malis similes.

Ἐναντία contraria dicuntur quæ vtrinque à medio æqualiter distant. Sic enim Gal. com.5. in lib.6. Epid. (p.515.7.) ἀκριβῶς γὰρ ἀλλήλοις ἐστὶν ἐναντία τὰ τῷ συμμέτρῳ τε καὶ μέσῳ παρακεχωρῆσθαι τὸ ἴσον ἑκατέρωσε. Exquisitè nanque inter se sunt contraria, quæ vtrinque à medio & temperie æqualiter recedunt.

Ἐναργῆ ἐνύπνια insomnia manifesta & conspicua in Phreniticis in Prorrh. (p.172.28.H.67.F.) & Coac. (p.130.D.)

Ἐναρεκύμονες vide Ἀνεκύμων antea.

Ἐναυλὴ interior via aut trames dicitur, aut fistularis via, vel interior habitatio ac domicilium, & pro pudendorum sinu sumitur Hipp. lib.2. περὶ γυναικ. (p.645.51.) ὅταν δὲ κλεισθῇ τὸ στόμα, καὶ ἡ ἐναυλὴ, cùm vteri osculum ac interior via, aut interior habitatio, occlusa fuerit. Sic enim illic pro κλυσθῇ leg existimo. Ἐναυλιζόμενον, ἐμμένον, apud Hipp. exponit Erot. hoc est, quod immoratur & manet aut moram trahit, ex his quæ adiecta sunt ad lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου (pag.25.41. H.230.25.) καὶ χρόνον ἐναυλιζόμενον πουλὺν ἐν τῷ στήθει κατασήπεται, & longo tempore in pectore moram trahens, putrescit. Hunc enim haud dubiè locum ab Erot. exprimi mihi persuadeo. Ἐναυλίζεσθαι διατρίβειν exponit Hesych. quod est immorari, diuertere, manere aut stationem habere ac diuersari pro quo stabulari aut stabulare metaphoricè ponitur, vt apud Vergil.6. Æneid. Centauri in foribus stabulant.

Ἐνδεδινημένοι ὀφθαλμοὶ, sunt intrò conuoluti oculi, intus conuersi, obtorti, intus agitati, & qui intrò obtorquentur, aph.16. sect.1.lib.6. Epid. quos τοῖς πεπηγόσι, hoc est, fixis & concretis, opponit Gal. Com.2. in Prorrh. (pag.185.14.) Instabiles enim sunt neque quiescere possunt, non secus ac eorum oculi qui affectu (quem ἵππον vocant) tentantur. Indicant autem huiusmodi oculi delirium aut tremorem musculorum oculos mouentium, vt scribit Gal. Com.1. in lib.6. Epid. Ἐνδεδινημένους ὀφθαλμοὺς in Progn. ἐναιωρευμένους vocare videtur Hipp. ἀστηρίκτους καὶ διαπαντὸς κινουμένους, instabiles & continenter motos explicat Gal. ἐνδεδινημένοι ὀφθαλμοὶ Aret. in tetani Curatione (cap.6.lib.1. cur.ac.morb.) significari videntur intra prouoluti & in profundo conuoluti, velut μόλις περιδινεόμενοι qui ægrè circumuoluuntur, cap.6. περὶ ὀξ. παθ. Idem ὀφθαλμοὺς ἐνδεδινημένους, oculos inuersos, intus conuolutos, in Epilepsia ponit, cap.5.lib.1. περὶ ὀξ. παθ. ἐνδεδινημένα ὄμματα dicuntur Hipp. lib.5. Epid. (p.1162.C.) & lib.7. Epid. (pag.1217. H.) Quem locum disertè mihi videtur exprimere Erot. cùm ὄμματα ἐνδεδινημένα apud Hipp. explicat, & αὐτὸ τὸ διεγραμμένα, rectè sumi posse, pro inuersis scribit. Idemque Epiclem reprehendit qui ἐνδεδινημένον de tenebricosa vertigine & capitis dolore affecto ægro apud Hipp. dici voluerit, cùm ista non in vniuersum ad ægrum referantur, sed proprio quodam modo de oculis dicantur lib.6. Epid. Hanc autem dictionem παρὰ τὴν δίνησιν πεποιῆσθαι scribit, ὅπερ ἐστὶ κυκλοτερὴς περιστροφὴ, in orbem circumactio.

Ἔνδεσις τοῦ ποδὸς, pedis connexio & colligatio, & ea pedis pars intelligitur in quam tibiæ ossa desinunt, quæque ad talos ligamentis annectitur. Lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p.279.18.) περὶ τὴν ἔνδεσιν τοῦ ποδὸς, iuxta pedis illigationem & connexionem.

Ἔνδημα νοσήματα dicuntur morbi populares & publici, populo aut alicui regioni familiares. Ex genere sunt communiū morborū nō secus ac pestis, vt scribit Galen. initio Com.1. in lib.1. Epid. (p.346.11.) ἀλλὰ μηδὲ τοῦτο σε παρέλθῃ ἐν τοῖς συγγράμμασι ῥήσεσιν εἰρημένον ἐν ἄλλοις τί ποτε τῶν Ἱπποκράτης, ὅσα πλεονάζει διαπαντὸς ἔν τινι χώρᾳ, ἅπερ δὴ καὶ ἔνδημα προσαγορεύεται τῶν καιρῶν πολλοῖς ὄντα καὶ αὐτὰ, καθάπερ καὶ ὁ λοιμός. Neque verò te latere velim, dictum hoc tum in superiore oratione, tum in aliis quibusdam Hipp. libris, morbos eos qui perpetuò regionem aliquam occupant, qui & ἔνδημοι hoc est publici vocantur, ex illorum esse genere qui multis communes existunt, vt pestis quoque Authori Definit. Med. (pag.395.7.) ἔνδημα νοσήματα ἐστὶ τὰ ἔν τισι πλεονάζοντα τόποις, publici morbi sunt, qui in locis quibusdam abundare solent.

Ἐνδοιαστὸν anceps, dubium aut ambiguum significat. Prorr.2. (pag. 100.B.) εἰ δὲ ἐνδοιαστὸν εἴη ἀμφὶ τῶν νεύρων, ὅπως ἔχοι. Sin dubium est quomodo nerui affecti sint. In Coac. (pag.134.G.) & lib. περὶ κρισίμων (pag. H. 53.26.) ἐνδοιαστὸν dicitur, hoc est, quod rem in dubium vertit, quod aph.64.lib.4. ἢ ἀγαθὸν. Ἐνδοιαστὰ νοσήματα sunt morbi ancipites & dubij, aut quorum euentus est dubius, lib.1. de Morb. (pag 446.9.) ἢ ὅκου ἂν ἡ γίνηται ἐνδοιαστὰ, ἢ κακὰ ἀπ' αὐτέων ἀποβαίνει, ἢ ἀγαθὰ. & qui morbi vbi exorti sunt dubium habent exitum, bonum aut malum, aut vbi orti sunt, euenta habent dubia, aut mala, aut bona. Ibid. rursus (447. 16. ἐνδοιαστὰ δὲ τὰ τοιαῦτα ἀπολλύναί τε καὶ μή. Ancipites verò morbi eiusmodi, vt perdant, aut non. Sic ἐνδοιαστοὶ τένοι, nerui ambigentes dicuntur lib.1. Epid. (pag.1035.D.) Eadem etiam notione ἐνδοιαστῶς ἔχοντες dicuntur Hipp. qui ad morbum aliquem dubiè se habent, in eoque ambigunt, & in quibus etsi quodammodo suspecta est morbi natura, nullam tamen determinatam habet circumscriptionem, neque in his planè est confirmatus. Lib.1. Epid. sect.1. ἐπεὶ καὶ τοῖσιν ἐνδοιαστῶς ἔχουσι, πολλοῖσιν ἐβεβαίωσε τότε, siquidem & multis de tabe in dubium venientibus, ipsa tunc est confirmata. Sic enim dicuntur qui ex diutina tussi tabem trahunt longius, nec dum eam planè habent confirmatam. Quemadmodum & aph.14. sect.7. lib.6. Epid. de diuturnis & trahentibus morbis scribitur, καὶ γὰρ τοῖσιν ἐνδοιαστοῖσιν ἐβεβαίωσεν. In his enim qui ambiguè se habebant, tabem confirmarunt. τοῖς ἐνδοιαστῶς ἔχουσι eos opponere videtur Hipp. quos statim morbus perfectè occupauit absque protractionis suspicione lib.1. Epid. sect.1. ἐνδοιαστὸν Hesych. exponit ἀμφίβολον, ἀμφιβαλλόμενον.

Ἐνδοῦναι, remittere, cessare, aut concedere significat, & de morbis aut symptomatis dicitur Hipp. vt scribit Gal. Com. 3. in Progn. (p.152.42.H.43.48.) εἴωθε γὰρ ἐπὶ τῶν διαθέσεων καὶ τῶν συμπτωμάτων φέρειν τοὔνομα, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ μετ' αὐτὸν, ἐνδοῦναι τὴν φλεγμονὴν, καὶ τὸν ὄγκον, καὶ τὴν σκληρότητα, καὶ τὴν τάσιν, καὶ τὴν ὀδύνην λέγοντες. Solet enim Hipp. de affectionibus ac symptomatis dictionem [τὸ ἐνδοῦναι] efferre, quemadmodum etiam alij omnes ætate posteriores, cùm ἐνδοῦναι, hoc est remittere inflammationem, tumorem, duritiem, tensionem & dolorem dicunt. At cùm scripsit Hipp. in Progn. (ibid.v.39. H.ibid.) ἢν δὲ μήτε τὸ οὖρον μηδὲν ἐνδιδοίη,

Si verò neque concedat vrina, hic ἐνδίδωσι ex translatione cedere aut concedere, & vacuari significat vrinam neque supprimi, quod accidit in vesicæ inflammatione quæ lethalis est. Atque si contingat vrinam cedere & vacuari, in melius mutationem denotat & doloris remissionem. Sic enim eam lectionem ex Artemid. & Dioscor. exemplaribus tuetur Gal. etsi aliam minus obscuram scriptionem affert. Est & ἐνδόσις Gal. febrium continuarum remissio, quando suis particularibus accessionibus insignes habent ad remissionem aut declinationem mutationes, Com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 378.) Vbi ἐνδόσιν & ἀπυρεξίαν de febrium remissione ponit, & alterum de febribus continuis, alterum de intermittentibus dici scribit, vtrunque tamen sub verbo διαλείπειν contineri.

Ἐνίδρυ Hipp. significat insessionem, locationem, & de ferularum impositione dicitur, lib. de fract. (p. 555. 1. H. 764. B.) τὰς δὲ ναρθήκων τὰς ἐνίδρυας χρὴ φυλάττεσθαι, κατὰ τὸ τῶν σφυρῶν τὴν ἴξιν, ferularum verò insessiones ne è directo malleolorum fiant, obseruare oportet. Vbi Gal. ναρθήκων τὰς ἐνίδρυας, ἐπιθέσεις impositiones exponit, scribitque ἐνίδρυας velut ἵδρυας dixisse Hip. μετὰ τοῦ, ἐν, προσθέσεως, τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς λέξεως ἐναργέστερον ἐλπίσας ποιήσειν, cum præpositione, in, quò euidentiorem dictionis significationem faceret. Rursus eodem lib. (p. 562. 55. H. 768. F.) ἢν δὲ ἐν τῇ ἰητρείῃ ἕλκος γένηται, ἢ ὑπὸ ἐπιδέσιος μᾶλλον πιεχθέντος, ἢ ὑπὸ ναρθήκων ἐνίδρυος, ἢ ὑπὸ ἄλλης τινὸς προφάσιος. Quod si inter curandum vel ex nimia linteorum compressione, vel ex ferularum insessione, vel ex alia quapiam causa, vlcus extiterit. Ac rursus ibid. (p. 569. 39. H. 773. D.) ἢν δὲ ἄρα τὸ ὀστέον τὸ ἄνω παραλλάσσον, μὴ ἐπιτήδειον ἔχῃ ἐνίδρυσιν τῷ μοχλῷ, ἀλλὰ παραξὺ ᾖ, ἐγγλύψαι χρὴ τὸ ὀστέον ἐνίδρυσιν τῷ μοχλῷ ἀσφαλέα ποιοῦντα. Quòd si sanè pars ossis quæ super aliud effertur, minimè idoneam vecti sedem exhibet, sed acutum quid prominet, illud scalpro vtrinque limandum, quò firmius vectis insideat. Ἐνίδρυοι etiam dicuntur Hipp. qui equis firmissimè insident; lib. de aere, loc. & aq. (p. 292. 39.) Scribit nanq; Scythis fluida & laxa esse corpora, quòd in cunis fasciis non colligantur, quemadmodum Ægyptij, οὐδὲ νομίζουσι διὰ τὴν ἱππασίην ὅκως ἂν ἐνίδρυοι ἔωσιν, neque reputant inter equitandum quàm firmiter insideant. Etsi quidam illic εὔεδροι pro ἐνίδρυοι legendum existimant.

Ἐνεικέωσι, vide νεῖκος postea & νεικέω.

Ἐνεόντα dicuntur humores qui in corpore insunt & continentur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 13. 39.) quibus τὰ εἰσιόντα (ibidem 14. 1.) & τὰ ἐμπεσόντα, opponit, potum & cibum ingestum indicans. Ἐνεῖναι etiam propriè in profundo corporis inesse significat Hipp. in Progn. (p. 31. 4. H. 38. 55.) cùm scribit, ἢν δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνεῇ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ. Si verò pulsus in præcordiis insit. Vbi scribit Gal. [τὸ ἐνεῖναι] proprio quidem significato inaudiendum esse τὸ ἐν τῷ βάθει τῶν ὑποχονδρίων γινόμενον παλμὸν, ἢ σφυγμὸν, ἐκ τοῦ ἐνεῖναι φωνῆς ἐνδείξασθαι βουληθέντος αὐτοῦ, cùm velit per verbum [ἐνεῖναι] indicare pulsum vel palpitationem altè in procordiis inesse.

Ἐνεόν vanum, inefficax, inutile, inane significat apud Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 679. 14. H. 743. C.) τὸ δὲ ἅμμα μήτε ἐν τρίβῳ, μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ἐκεῖσε ὅκου ἐνεόν, ὡς μὴ ἐς τὸ ἐνεὸν κέηται. Neque verò nodum ea parte facere oportet quam terimus, neque qua agimus, neque qua parte inane est, ne in vanum collocetur. Vbi extremo loco ἐνεὸν Gal. significare scribit μάταιον, ὡς εἰ ἔλεγε ἀπρακτον ἔργον, vanum, ac si inutile & inefficax dixisset. Idem etiam ἀνωφελὲς καὶ ἄχρηστον nihil conducens & inutile dici scribit. Quòd igitur ἐνεοὺς Græci eos vocant qui à primo ortu surdi sunt, & indistinctè loquuntur, ad vitæque obeundas actiones prorsus sunt inutiles: ita ἐνεὸν Hipp. significat, τὸ μηδὲν ἀπολαῦον τῆς ἐπιδέσεως, quod nihil ad deligationem conducit, eamq; vanam & inefficacem reddit. Ibidem quoque κενεὸν pro ἐνεὸν ferri posse scribit, quod κενὸν, μάταιον, & ἄχρηστον inane, vanum & inutile significat. Κενεὸν quoque κενὸν χωρίον, locum inanem & vacuum, qualis est in flexura, sub ala, genu & inguinibus ibidem significare posse scribit. Ἐνεὸς etiam exponitur Hesych. κωφὸς, μωρὸς, ὃς οὔτε ἀκούει οὔτε λαλεῖ, surdus, stolidus, qui neque audit, neque loquitur. & ἐνεοί, ἄφωνοι, muti.

Ἐνεραρὸς πέπερι, piper probè infixum, impositum dicitur aph. 25. sect 6. lib. 6. Epid. quod significat humi defixum & in terram impositum aut immissum, ab ἐνεράζομαι aut ἔραζε nouè deductum. Sed nos illic pro ἐνεραρὸς ἐνηραρὸς, hoc est probè impactum & inhærens ac infixum, ab ἐναραρίσκω, aut εὐαρμοσθὲν, probè appositum aut accommodatum, legi posse scripsimus nostris eum in aph. Annot. quod ἐναρμὸς, ἐναρμοσμένος dicatur insertus & adaptatus.

Ἐνέρεισις compressionem, illisionem & innixum significat Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 690. 44. H. 745. C.) μηδὲ ναρθήκων ἐνέρεισις ᾖ, neque ferulis compressio adsit. Vbi Gal. ἐνέρεισιν, θλῖψιν, vim & compressionem exponit.

Ἐνερλεβωτόμηται Erot. apud Hipp. ex sententia Bacchij exponit διῆλθεν εἰς πλείους τόπους τὰς ἐν ἑαυτῷ φλέβας, hoc est venas ad multa loca distribuit ac veluti in partes secuit. Nimirum haud dubiè locum lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθ. subindicans (pag. 279. 55.) καὶ τὰς τε παραφυάδας ἐνεφλεβοτόμηται, & propagines in multas venas transmisit, hoc est ramulos in multiplices venas diuisit aut secuit.

Ἐνηλλαγμένα ἄρθρα, articuli inuicem cedentes & inter se alternati, hoc est alios vicissim recipientes, & in alios inserti. Sic vocantur vertebrarum articuli Hipp. lib. de art. (pag. 619. 51. H. 811. F.) qui inter se ad laterales processus committuntur, quarum altera vicissim alteram excipit, & in alteram conijcitur. Hanc enim dictionem his verbis explicat Gal. ἐνηλλαγμένας δὲ φησιν, ἐπειδὴ δύο μὲν ὑψηλοτέρας ἀποφύσεις ἔχει αὐτῶν ἑκάστη, αἷς διαρθροῦται πρὸς τὸν ὑπερκείμενον. ἄλλας δὲ ταπεινοτέρας αὖ πάλιν, αἷς πρὸς τὸν ὑποκείμενον διαρθροῦται. καὶ τὰς μὲν τὰς ἑτέρας αὐτῶν ὑποδέχεται τὰς ἐξοχὰς τῶν πλησιαζόντων, καὶ δὲ τὰς ἑτέρας ἐμβάλλει ἑτέραις. (Sic nanque apud Gal leg. existimo cùm locus aliòqui nostris in codicibus fœdissimè sit deprauatus.) Alternatos autem vertebrarum articulos dixit ideo quòd earum vnaquæque duos quidem sublimiores processus habet, quibus cum superiore coarticulatur, rursusque alios duos humiliores quibus cum subiecta committitur. Et his quidem in alteram conscendit, illis verò alterius proximæ eminentias excipit.

Ἔνθερμος φύσις præcalida natura dicitur Hipp. aph. 13. lib. 6. Epid. sect. 4. & aph. 19. πολύθερμος φύσις exponitur Gal. ex mente Dioscor. h. e. impensè calida natura com. 4. in lib. 6. Epid. (pag. 502. 10.) Sic autem dicitur ea natura, quæ multo calido acri, non natiuo, abundat, vt scribit Gal. com. 4 in lib. 6. Epid (pag. 499. 1. H. 1180. E.) τὰς ἐνθέρμους φύσεις ὀνομάζειν ἴδιον ἐστὶν αὐτῷ ταύτας καθ' ἃς ἡ τὸ σύμφυτον πλεονάζει θερμὸν, ἀλλὰ τὸ δριμὺ καὶ δακνῶδες, ὅπερ ἐπίκτητόν τε καὶ οὐ κατὰ φύσιν εἶναι νομίζει. Præcalidas naturas appellare consueuit Hip. eas in quibus non redundat calidum natiuum, sed id quod acre est & mordax, quod tum acquisititium esse, tum minimè secundum naturam existimat. Sic quoque aph. 34. sect. 5. lib. 6. Epid. ἔνθερμον præcalidum aut impensè calidum vocat, & Gal. πολύθερμον exponit, siue σῶμα, siue ἄνθρωπον, siue φύσιν, siue κρᾶσιν subaudias.

Ἔνθετα sunt medicamenta quæ naribus imponuntur ad compescendam hæmorrhagiam, τὰ ἐντιθέμενα dicuntur lib. 4. Epid. (pag. 1136. A.) etsi eadem de medicamentis quæ ad dolores dentium immittuntur sumi posse ex aph. 25. lib. 6. Ep. sect. 6. illic scripsimus. Ἐνθεῖναι χυμοὺς succos imponere, inserere, indere, ingerere aut generare significat Hipp. aph. 2. sect. 2. lib. 6. Epid. & de succis qui deficiunt capitur, quos per cibos ingenerare, ingerere conueuit, Galenus ἐμφῦσαι dixit.

Ἐνθλάζειν intus contundere ac collidere significat, & dicitur Hipp. de eo quod intrò desidere facit ac cedere, quodque veluti deprimit, & impressionem aut cauitatem relinquit. Velut lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (pag. 556. 22.) in ileo morbo, καὶ ἢν τῷ δακτύλῳ τοῦ σώματος ὑποπιέζῃς, ἐνθλάσεις, & si digito partem aliquam corporis comprimas intro collides, h. e. desidere facies, impressionem facies ac cauitatem. Subiungit enim καὶ σημαίνεται ὥσπερ ἐν σταιτί. & vestigium imprimitur ac nota relinquitur, non secus ac in farina aqua subacta. Quem certè locum mihi procul omni dubio exprimere videtur Gal in Exeg. cùm ἐνθλάσαι ἐνθλᾷ, intrò collidit, infringit, imprimit, vt pro ἐνθλάσεις, ἐνθλάσαι (ab ἐνθλάζω legisse videatur, & ad digitum referre qui impressionem facit. Sic ἐνθλᾶσθαι intro collidi significat Hip. (ibid. 23.) & de eo quod desidit aut intro cedit dicitur, velut de cute, quæ digitis compressa intrò cedit, & cauitatem facit. μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι ποσὶν ἐνθλᾶται, maximè verò in pedibus impressio fit & cauitas, h. e. in pedibus cutis media desidit, aut intrò cedit. (Sic enim ποσὶν pro πόνοισιν lego.) Eadem verò in re verbo ἐμπλάσσεσθαι vtitur Hipp. libris περὶ γυναικείων, vt suprà ostendimus. Ἔνθλασις etiam dicitur Gal. extremo lib. 2. de caus. mor. (pag. 211. 42) cùm quid intrò cedit ac impellitur ab ictu cauitatemque retinet, siue in osse, siue in carne contingat. Necesse enim est vt quod ab ictu colliditur in sese cedat ac impellatur, & cauitas relinquatur, aliòqui ἔνθλασις non fiet.

Ἐνθράσσει vide θράσσω postea.

Ἐνθυμηματικοὶ πρὸς τὰς ἀποκρίσιας, in respondendo arguti, acuti acres. lib. περὶ ἐνυπνίων. (pag. 22. 50.)

Ἐνιαύσιον νόσημα morbus annuus, qui anno post soluitur, aut annorum circuitu. Lib de nat. hum. (pag. 16. 11. H. 228. 16.) ὅτι δ' αὐτὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ τὰ νοσήματα, εἰδέναι χρὴ ἐνιαύσιον αὐτὸ ἐσόμενον. Quicunque verò morbus ista tempora superarit, eum

annuum fore scire oportet. Vbi Gal. ἐνιαύσιον νόσημα exponit, τὸ μὲν ἐνιαυτὸν τῆς ἀρχῆς ἑαυτοῦ γενέσεως λυόμενον, καὶ τὸ κατὰ περίοδον ἐνιαυτοῦ ἑπτὰ ὡς τὰ μῆνες, morbum qui anno post suam ipsius originem soluitur, aut septem annorum circuitu, vt qui septem mensium circuitu solutionem accipiunt. At verò ἐνιαύσια ἕλκεα dicuntur Hipp. aph. 45. lib. 6. vlcera annua quæ longo tempore sanie manant, neque cicatrice clauduntur.

Ε'νίσημι insisto, insto, vrgeo, inhæreo significat. Lib. 5. Epid. (pag. 1160. A.) ὀδύνη εἰς τὸν κρόταφον τὸν δεξιὸν ἐνεστήκει, dolor in tempore dextro insistebat, hoc est, infestabat & firmabatur, aut ad tēpus dextrum instabat & vrgebat. Ε'νστασις verò instantiam significat, dictio Erasist. familiaris & Asclep. qui Democr. sectator fuit, cùm morbos atomorum in vacuos meatus ingressu & obstructione oriri docuit, huiusmodi ingressum infixionémue ἐνστάσεως nomine significans. Quod ex Celso colligi potest, qui in Procemio scribit Asclep. contendisse fieri ægritudines, vbi manantia corpuscula per inuisibilia foramina subsistendo iter claudunt. Cæl. quoque Aurel. in Procemio lib. acut. pas. scribit Asclep. diffiniuisse Phrenitim esse corpusculorum stationem siue obstructionem in cerebri membranis. Huius ἐνστάσεως meminit Plutarch. in Præceptis salubribus & Gal. com. ad aph. 51. lib. 6. Eam verò declarat Cassius Medicus apertissimis verbis Probl. 76. qui Asclep. & rationalis sectæ Medicus fuisse existimatur, vt elegantissimè & appositissimè scripsit Hier. Mercur. variarum lect. lib 4. cap. 13.

Ε'ν μέρει, per vices alternis vicibus, vicissim, sigillatim, separatim. lib. 5. Epid. (pag. 1143. B.) φλεβοτομηθεὶς δὲ ἐν μέρει ἑκατέρην τὴν χεῖρα, secta verò per vices vtriusque manus vena.

Ε'νόδιος aut εἰνόδιος in via situs & positus dicitur, in via habitans, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ οἰκία ἔχων ἢ ναίων. Sunt & ἐνόδια quæ in via aut triuiis occurrunt. Ε'νόδιος quoque est Dianæ, aut Hecates & Proserpinæ epitheton, quòd in triuiis sit coli solita, vnde & Triuia Virgilio dicitur, indéque τριοδῖτις Theocrito, quòd in triuiis à matre abiecta, à pastoribus suscepta & enutrita fertur. Varro autem Dianam Triuiam dictam scribit, quòd in triuio ferè collocetur in Græciæ oppidis, vel quòd eadem luna esse dicatur, quæ in cœlo tribus viis mouetur, in altum, longum, & latum. Dicitur eadem etiam ἐνοδία, quasi Compitalis, & quæ compitis præest, Festo viarum Dea. Ο'δία quoque Hesych. ἡ κόρη θεῖς, Proserpina esse dicitur. Ε'νόδιος etiam eidem ἑρμῆς πομπεὺς, aut ἐν πόρῳ (vt scribit Varin.) exponitur, & est Mercurij epitheton ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, à viis & semitis quod in viis statueretur ad iter demonstrandum. Eam dictionem vsurpat Hipp. lib. de morbo sacro (pag. 303. 11.) ἢν δὲ καὶ τὸ κόπρον τι παρείη πολλάκις τοῖσι γίνεται ὑπὸ τῆς νόσου βιαζομένοισιν, Ε'νοδίης προσκεῖται ἡ προσωνυμίη. Quòd si quid stercoris compareat (quod sæpè quibusdam morbo pressis contingit) Hecates Enodiæ appellatio additur. Vbi quædam exemplaria manu scripta, vt & Aldinum, vitiosè ἐν ὁδίοις ἡ προσκεῖται legunt. fortè verò ἐνοδίης προσκεῖται ἡ προσωνυμίη, legi possit, quòd Diana & Proserpina ἐνοδία dicta sit.

Ε'νουρέω, pro simplici οὐρέω, quod est meio. Lib. 7. Epid. (pag. 1217. C.) ἐνούρησε τῇ ἕκτῃ ἐν νυκτὶ ὀλίγον, sexto die noctu paucam vrinam reddidit. Cornar. tamen ἐνούρησε, pro immeiere aut stratum permeiere sumpsit. Ε'νουρον ὄχλον pro molestia in vrina reddēda quidam sumunt apud Hipp. lib. περὶ καρδίης (pag. 268. 37.) sed nos ἔνουρον ὕδωρ illic legimus, vt antea scripsimus in dictione Α'ιμάλις.

Ε'νοχλεῖν est perturbare, molestia afficere, negotium facessere. In Coac. (pag. 149. C.) καὶ πρὸς αὐγὰς ἐνοχλεῖν & oculorum aciem aut splendorem perturbare. In Prorrh. (pag. 215. 24. H. 80. E.) τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα reposuimus, quæ oculorum splendorem conturbant, tenebricosas caligines & offusas oculis tenebras ex lib 1. Epid. in hæmorrhagiæ signis, accipientes. ἐνοχλεῖσθαι ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου, conuulsione aut distentione, detineri, affligi, conflictari, aph. 57. lib. 4.

Ε'νσκληρίω aut ἐνσκλέω ab ἐνσκελίω videtur positum apud Hipp. pro inaresco, aut aresco, aut arefactus induresco, Lib. 1. de morb. (pag. 459. 46.) καὶ ἐκόσον ἐν αὐτῷ ἔνι φλέγματος καὶ χολῆς, τοῦτο ὑπὸ τῆς θερμασίης ἐνέσκληκέ τε καὶ ὀδύνην παρέχει, & quicquid pituitæ aut bilis in eo inest, id à caliditate arefactum induruit, & dolorem affert.

Ε'ντασις Hipp. intensionem aut internam contensionem significat, quæ interdum eidem τάσις & ξύντασις dicitur, lib. de rat. vic. in morb. ac. (pag 91. 26. H. 396. 33.) ἢ τὸ ὀρχέως ἔντασις κριτικὴ, testis intensio indicationem indicans, in febre. Rursus (ibid. pag. 92. 56. H. 396. 41.) φρενῶν ἐντάσιες, septi transuersi contentio aut intensio, in phlebotomiæ scopis. Item ἤτρε ἐντάσιες ἑκατέρωθεν ἐς ἰθὺ, imi ventris vtrinque in directum intensio, ib 4. Epid. (pag. 1129. C.) Ε'ντασις autem ὑποχονδρίου vt & ξύντασις præcordiorum intensionem significat, & internorum viscerum phlegmonem, vt & ἔντασις ὑποχονδρίου ὑπολάπαρος submollis præcordiorum intensio dicitur, quæ sine tumore est & inflammatione externarum partium & musculorum epigastrij, vt ægr. 2. & 10. lib. 3. Epid. & ægr. 16. eiusdem libr. post st. pest. Sic enim Gal. com. 3. in lib. 3. Epid. (pag. 413. 19. H. 1077. A.) ἔντασιν ὑπολάπαρον, χωρὶς ὄγκου τάσιν, h. e. tensionem sine tumore exponit. Quam etiam repetit eodem com. (p. 441. 57. H. 1117. F.) vbi etiam addit huiusmodi vocem partium intra peritonæum contentarum affectionem subindicare, nullo tumore affectis externis, h. e. epigastrij musculis. Ε'ντασις etiam vehementiam, rigorem & austeritatem denotat Hipp. lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 25. 17.) ἅμα μὲν ἐπιπλήσσειν μετὰ πικρίης καὶ ἐντάσιος, simulque cum amarulentia & austeritate increpando. Vbi ἐνστάσεως etiam legunt exemplaria manu scripta. Contrariam instantiam dixit Cornar. Significat autem vehementer instando & cum seueritate. τὰ ἐντατικὰ dicuntur etiam medicamenta quæ ad excitandam venerem exhibentur, Incentiua vocat Aurel. & Satyrica, cap. 18. lib. 3. Acut.

Ε'ντέλλεσθαι idem quod ἐντέλλω, præcipere, mandare, mandatum dare. aph. 7. sect. 7. libr. 6. Epid. ὅτι πολλὰ περὶ ἑκάστου ἔστιν ὀρθῶς ἐντέλλεσθαι. Videndum quoque est quod multa de vnoquoque præcipere licet. Quem fortè locum subindicat Hesych. cùm ἐντέλλεσθαι προστάξαι exponit.

Ε'ντερον simpliciter effert Hipp. de dolore coli intestini, aut de eius tensione, aph. 3. sect. 4. lib. 6. Epid. ᾧ τὸ ἔντερον ἐπὶ δεξιά. qui intestini [coli] dolore dextra parte vexabatur. Vbi scribit Gal. τὸ ἔντερον quosdam de coli intestini dolore aut tensione sumere, quosdam etiam cæcum intestinum & eius in scrotum descensum intelligere. Nos autem ad coli dolorem ex lib. περὶ χυμῶν (pag. 52. 6.) referri debere indicauimus nostris eum in locum Annot. Ε'ντερα etiam Hipp. sacculum aut folliculum indicant, in quem medicamenta ad fotum immittuntur, forte quia vt vesica, ita & intestina ad eum vsum accommodari possunt. Lib. 3. de Morb. (pag. 488. 6.) ἢ ἐς κύστιν ἢ ἐς ἔντερα ἐγχέαντα τῶν ψυκτικῶν τι, refrigerantium aliquo in vesicam aut folliculum infuso.

Ε'ντὸς ἑωυτοῦ γίνεσθαι, intra se esse, sibi constare, compos esse mentis, phrasis Hipp. familiaris, qua mentis constantiam sensationemque restitutam indicat. Libr. 7. Epid. (pag. 1207. B.) μόγις γοῦν ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο, vix tandem ad se rediit. Rursusque (pag. 1210. F.) ἡμέρῃ δὲ ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο, die autem ad sese redierat.

Ε'ντροπίη idem quod ἐντροπή, pudefactio, verecundia, lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 22. 54.) ἀκμάζοντες δὲ δι' ἐντροπίην ἱδρῶτας πάντας βλέποντες. Vbi verò adoleuerint, pudore affecti, non sine sudore eos intueri sustinent, hoc est, præ pudore eorum conspectum sine sudore ferre non possunt, ob anteactæ vitæ flagitia & infamiam. Sic enim cum Zuingg. locum accipio. Interpretes tamen Cornar. & Caluus ἰδιώτας pro ἱδρῶτας legisse videntur. Rursus (ibid. p. 23. 34.) ἐντροπή, auersationem, hoc est turpitudinis fugam indicat, reuerentiam, dixit Corn. ideoque ἐρυθρίησιν iungit, erubescentiam, verecundiam. Ε'ντροπή Hesych. exponitur ἐπιστροφή, anteactæ vitæ commutatio, quomodo illîc ἐντροπίην sumpsisse videtur Zuingg. Hesych. quoque ἐκτρέπονται, αἰσχύνονται exponitur, & ἐντρέπεται, μεταστροφὴν λαμβάνει, & ἐπιστρέφεται.

Ε'νυδρίοντα, καθυγραίνοντα apud Hipp. exponit Erot. humectum, humescentem, madescentem.

Ε'νυπόσαπρον πτύαλον intus subputridum sputum in hepaticis. Coac. (pag. 89 D.)

Ε'νωμον crudum significat & cui aliquid adhuc cruditatis inest, σκληρὸν καὶ ἀντίτυπον, durum ac retinens exponit Gal. comm. ad aph. 67. lib. 5. quodque molli opponitur. Vbi τὰ ἔνωμα οἰδήματα, crudos tumores, hoc est, duros ac renitentes, minimè cedentes ac molles, vocat Hipp.

¶ Ε'ξαγγίζειν est euacuare, è vase exhaurire & transfundere. Lib. περὶ ἀρχ. ἰητρ. (pag. 18. 13.) καὶ ἐξαγγίζοιτ' αὖ καθ' ἑκάστην ἡμέρην, & singulis diebus euacuaretur. Verùm illîc exemplaria Regia manuscripta ἐξαγγίζοι & ἐξαλίζοι legunt. Est autem ἐξαλίσαι euoluere, seu voluendo aut volutando eiicere & emouere. Quæ significatio huic etiam loco conuenire poterit, vt ad ventriculum referatur, qui singulis diebus euolueret, emoueret aut euacuaret. Ac mihi videtur Gal. ἐξαλίζοιτο hoc loco legisse. Huc enim proculdubio referri debet quod in Exeg. apud Hipp. ἐξαλίζοιτο ἐκκενοῖτο explicatur, h. e. euacuaretur. Ad quam lectionem proximè accedunt exemplaria manu scripta quæ ἐξαλίζοι habent. ἐξαλίσαι autem Hesych. exponit κυλίσαι, ἐκκομίσαι, euoluere, emouere, exportare. ἐξαλίσαι autem ἐξάγειν, educere, exhaurire significare potest, vt συναλίσαι, συναγαγεῖν, συναθροῖ-

συναθροίζειν, congregare, coacervare.

Ἐξαείρεσθαι apud Hipp. attolli, eleuari, assurgere significat, vt lib. de fract. (pag.553.54.H.763.F.) καὶ τὸ οἴδημα ὅπως ἐξαείρεσθαι ἐς τὸ ἄκρα, tumorem extremis partibus hoc modo assurgere & attolli. Rursus (ibid. pag.557.48.H.765.E.) τὰ οἰδήματα ἐξαειρόμενα ὑπὸ τῆς πιέξιος, assurgentes ex compressione tumores. Vbi Gal. ἐξαειρόμενα ἐξαιρόμενα exponit.

Ἐξαιριᾶσθαι, perflari, ab aëre perspirari. lib. περὶ φύσ. παιδίου (p.244. 47.) ἐξαιριοῦται γὰρ ὑπὸ τοῦ αἵματος, καὶ τὸ πνεῦμα δι' αὐτοῦ διιέναι. Perflatur enim à vento, & spiritus per eum percolatur. Significat autem aquam ab aëre statim perflari & perspirari, ideoque confestim refrigerari spiritu cum aëre subeunte.

Ἐξαθέλγεσθαι, vide Ἀθέλγεσθαι antea.

Ἐξαιθριάζειν est aëri & sereno cœlo exponere, sub dio tenere & refrigerare. lib.2.Epid.(pag.1020.A.) ἐξ οἴων δὲ καὶ ἐξαιθριαζόμενον τὸ ἴσιλον. Quibus sanè simile erat quod aëri exponebatur. Vbi ἐξαιθριαζόμενον διαχώρημα dicitur deiectio aëri exposita, sub dio deposita & refrigerata. Innuit autem his verbis Hipp. aëri expositas deiectiones & refrigeratas, spumantes, tenues & acres adhuc extitisse.

Ἐξαίσιον immoderatum significat, mediocritatem exuperans, & quod decentem quandam portionem aut mediocritatem excedit, immensum & ingens, vt ἐξαίσιον κακὸν, ingens malum. lib. 7.Epid.(pag.1234.H.) ἐξαίσιον θερμὸν calorem immoderatum & ingentem significat. ἐξαίσια ὑπέρμετρα exponit Hesych. quæ modum excedunt.

Ἐξαίφνης, repente, nullo præcedente symptomate, aut sine causa manifesta, sæpe significat apud Hip. vt aph. 37. lib. 5. ἐξαίφνης ἄνευ φανερῆς αἰτίης exponit Philoth. aph.65.lib.5. ἐξαίφνης ἐξαπίνης exponit Hesych. quo etiam vtitur sæpè Hip. vt aph. 41. & 51.lib.2.

Ἐξαλείπτης exponitur Gal. in Exeg. κονιάτης, χρίστης, qui calce sine alio tectorio illinit, vnctor & qui oblinit. Verùm ἐξαλειπτής leg.puto.

Ἐξαλίζειν vide Ἐξαγγίζειν paulò ante.

Ἐξαλμα idem quod ἐξάλμα, saltus, exultus, vertebrarum è suo loco eruptio aut expulsio. Lib.de art.(pag 619.53 & 53.H.811. F.G.) vbi etiam ἐξαλλάξαντες σπονδύλους, loco desilieus vertebra, & ἐκπεσοῦσας dicitur, & ἀποπηδήσαντας (ibid. pag. 620. 42. H. 812.H.)

Ἐξαμβλίσκεσθαι & ἐξαμβλωθῆναι, vide Ἀμβλῶσαι.

Ἐξαμιλγόμενα pro Ἐξαθελγόμενα, vide Ἀθέλγεσθαι.

Ἐξανεμοῦσθαι est flatu distendi & turgescere, inflari, & euentari, vt dixit Gaza apud Arist. lib. 6. hist. animal. cap 18. Hipp. libr.1. περὶ γυναικ. (pag 601.11.) καὶ ἢν τεκούσης ὑστέρη ἐξανεμωθῇ Si eius quæ peperit vterus flatu distendatur aut turgescat. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 582.19.) ἢν τικτούσα ἐξανεμωθῇ, si puerpera flatu distendatur. Vbi eadem remedia repetuntur. ἐξανεμοῦσθαι exponit Hesych. ἐπαιρέσθαι, μετεωρίζεσθαι, quod est attolli & eleuari, à flatibus nimirum. Idem etiam ξηραίνεσθαι, quod de segetibus dicitur quæ iam maturæ perflatu nimio excutiuntur, exinaniuntur & euentilantur, Theophr. lib.8. hist. plant. cap.10.

Ἐξανθεῖν efflorescere significat, emergere, erumpere, & de humoribus dicitur qui ex alto corporis in cutem pullulant & pustulas excitant aut aspredines quasdam. In Coac. (pag. 208. E.) ἐξανθεῖ οἷα κωνώπων κεντήματα, velut pulicum puncturæ in cutem erumpunt. Eadem translatione ἐξανθεῦντα εἰς τὴν χροιὴν νοσήματα, morbi qui in cutis superficiem erumpunt, vocantur Hipp. lib. περὶ τέχνης (p.6 4.) & ἐν εὐδήλῳ κείμενα, h.e. apparentes & manifesti, vt qui internas corporis partes occupant, ἐν ἀφανέσι, obscuri & latentes. Hinc ἐξανθήματα dicuntur Hipp. pustulæ, aut papulæ, & leues in cutem eruptiones, siue in ea extuberent, siue eam non excedant sed tantùm exasperent. Ἐξανθήματα Celsus cap.8.lib.2. pustulas ex lib.2.Prorrh.(pag. 109.C.) vertit, ἢ ἐξανθήματα ἐν παντὶ σώματι, totóve corpore pustulæ ortæ sint. τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα, pustulæ latæ non admodum pruriginosæ, aph.9.lib.6.& aph 22.sect.2. lib.6. Epid. ἐξανθήματα μεθ' ἱδρῶτος ἐρυθρὰ, στρογγύλα, σμικρὰ, οἷα ἴονθοι, papulæ cum sudore rubræ, rotundæ, paruæ, varis non absimiles, in Sileno lib.1.Epid. ἐξανθήματα κνησμώδεα θερμὰ, ὥσπερ πυρίκαυστα, pustulæ pruriginosæ calidæ, tanquam cute ambusta, lib.7. Epid. (pag. 1221. H.) ἐξανθήματα οἷα τὰ τῶν κωνώπων δήγματα, pustulæ culicum morsibus non absimiles, lib.5. Epid. (pag.1161.G.) & lib.7.(pag.1235.H.) Lib.2.Epid. (p.1020. C.) dicuntur τρηχύσματα ἐν τῷ χρωτὶ κεγχρώδεα, τοῖσιν ὑπὸ κωνώπων γινομένοις μάλιστα ἴκελα αὖ δήγμασιν, οὐ πάνυ κνησμώδεα, aspredines quædam miliaceæ in summa cute subnascentes culicum morsibus ferè similes. Ἐξανθήματα autem τῶν φυμάτων genere continentur, & diuersas tumorum species comprehendunt, sola materiæ qualitate discrepant, vt scribit Gal. comm. 2. in lib.6.Epid.(pag.466.22.H.1170.) ὡς ἐπὶ τῶν φυμάτων εἴπομεν ὅσα ὑπὸ θερμοῦ γίνονται χυμοῦ, ταχύ κρίνεσθαί τε αὐτὰ καὶ ἥκιστα πλατέα. τὰ δὲ ὑπὸ ψυχροῦ, πλατέα καὶ χρόνια. κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπίστασθαι χρὴ καὶ περὶ τῶν ἐξανθημάτων· οὐ γὰρ ὅλῳ τῷ γένει διαφέρει τῶν φυμάτων, ἀλλὰ τῇ ποιότητι τῶν γεννώντων αὐτὰ χυμῶν. γίνονται δὲ καθαιρούσης τι βάθος τοῦ σώματος τῆς φύσεως, ὥσπερ ἐνίοτε δι' ἐκκρίσεως, οὕτω καὶ δι' ἀποθέσεως ἐπὶ τὸ δέρμα. τοὺς μὲν γὰρ λεπτοτέρους τε καὶ ὑδατωδεστέρους χυμοὺς διαφορεῖ λεπτυνόμενος. τῶν δὲ παχυτέρων ἐμπλαττομένων τῷ δέρματι καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἐπιδερμίδα πυκνὴν οὖσαν, ἐξανθήματα γίνεται. καὶ τοῦτο συμβαίνει μᾶλλον ἐκείνοις, ὅσοις πυκνότερόν τε καὶ σκληρότερον ἐστι τὸ δέρμα. δυσχερὴς γὰρ ἡ δι' αὐτοῦ γίνεται τῶν παχυτέρων τε καὶ γλισχροτέρων χυμῶν διέξοδος. Quemadmodum de tuberculis dicebamus, quæcunque ex calido humore ortum ducunt, ea celeriter iudicari & minimè lata esse, quæ verò ex frigido, lata esse & diuturna, eadem ratione & de pustulis intelligere conuenit. Neque enim toto genere à tuberculis discrepant, verùm humoris eas generantis qualitate. Procreantur siquidem natura corporis profundum expurgante, vt interdum per excretionem, ita & per depositionem ad cutem. Tenuiores namque dilutioresque humores attenuans ipsa digerit. Crassioribus verò ad cutem adhærescentibus, præcipueque ad cuticulam (quæ ἐπιδερμὶς Græcè vocatur) densam existentem, pustulæ exoriuntur. Idque iis magis contingit quibus cutis tum densior, tum durior existit. Crassiorum namque tenaciorumque humorum per ipsam difficilis est transitus. Rursus com.ad aph. 9. lib. 6. καθάπερ τῶν φυμάτων ἁπάντων διττή τις ἐστὶν ἡ διαφορὰ, τῶν μὲν ἀνατεινομένων εἰς ὀξὺ, καὶ ὑψηλῶν γινομένων· τῶν δὲ ἐκτεινομένων μὲν ἐπὶ πλείονα τόπον, οὐ μὴν εἰς ὕψος αἰρομένων. οὕτως καὶ τῶν ἐξανθημάτων ἔνια μὲν ὑψηλὰ γίνεται, τινὰ δὲ πλατέα. τὰ μὲν οὖν ὑψηλότερα φύματα καὶ ἐξανθήματα θερμότερος ἐργάζεται χυμὸς, τὰ δὲ ταπεινότερα, ψυχρότερος. ἔστι δὲ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν οὐ πάνυ τι κνησμώδεα γίνεται τὰ πλατέα, δέρεται γὰρ εἰς πλάτος ἐκτεινόμενα, καὶ τὸ ἰσχαζόμενον αὐτὰ χυμὸν ὅπερ ἔχει δριμύ. Quemadmodum tuberculorum omnium duplex est differentia, cùm quædam in acutum tendant, & extollantur, quædam in ampliorem locum extendantur, neque tamen in altum attollantur. Sic & pustulæ nonnullæ sublimes attolluntur, quædam etiam latæ sunt. Sublimiora igitur tubercula & pustulæ ab humore fiunt calidiore, humiliora autem à frigidiore. Quare duplici de causa latæ pustulæ non admodum pruriginosæ existunt. In latitudinem enim extentæ diffiantur, & efficientem humorem minus acrem obtinent. Ἐξανθήσιες ἑλκώδεες pustulæ vlcerosæ inter morbos vernos accensentur aph. 20. lib. 3. pustulæ Celso dicuntur (cap. 1.lib.2.) Sic pustularum varia genera describit Celsus c.28.lib.5. & ἐξανθήματα Græcis vocari scribit, pustulasque maximè vernis oriri temporibus. Ἐξανθήματα δυσεξανθήματα dicuntur Aret.c.9.lib.1. περὶ ὀξ. παθ. Ἐξανθεῖν etiam de vlceribus quæ erumpunt & pullulant dicitur Hipp. lib. de morbo sacro (pag.304.50.) καὶ ὁκόσοισι μὲν παισὶν ἤδη ἐξανθεῖ ἕλκεα ἐς τὴν κεφαλὴν, & quibus quidem adhuc pueris vlcera in capite pullulant, erumpunt. ἐξηνθηκὼς ἕλκεσιν, vlceribus scatens ex Thucyd. lib.2.

Ἐξανθίσματα etiam sunt Hipp. efflorescentes pustulæ, & quæ in summam cutem leuiter erumpunt, quæque cutis planitiem velut sparsis floribus leuiter attingunt. In Coac. (pag.157 H.) τοῖσιν χρὼς ἐρυθραίνεται δὲ ἐξανθίσματα, iis corpus velut pustulæ erumpentibus aut efflorescentibus rubescit. Pustulas simpliciter dixerunt interpretes, cùm tamen leues pustularum eruptiones in summam cutim ex humorum acrimonia & salsugine indicent. Rursus (ibid. pag. 189.A.) τὰ ἀμυχώδεα ἐξανθίσματα ἔθιμον ἐξάγει σημαίνει. Pustularum in summam cutem eruptiones cum leuibus per summa incisuris, habitus corruptionem denunciant. Vbi summæ cutis leues quædam exasperationes per vlcera aut pustulas, ex Celso subintelligi ostendimus. Ἐξανθίσματα autem ab ἐξανθίζειν dicuntur, quod idem quod ἐξανθεῖν significat.

Ἐξανίστασθαι Hipp. significat ad desidendum exurgere & ad exonerandam aluum. Lib.1. Epid. ægr. 4. ἐξανίστατο βάλανον προσθεμένη. Glande subdita ad desidendum exurrexit. Sic ἐξανέστη absolutè dicitur de ægro qui ad desidendum surrexit, lib.7.Epid.(pag.1212.C) ἐν αὐτῇ πρωῒ ἐξανέστη. Ipso die mane ad desidendum surrexit. Etsi potest ad superiora & lienis tumorem referri, κατὰ σπλῆνα ἐπάρματα στρογγύλον ἐξανίστη. lienis tumor rotundus excitatus est. Ἐξανίστασθαι etiam pro ἐξίστασθαι, quod est vehementer mente moueri & de mentis potestate exire, de vehementique insania dicitur, sumi videtur in Coac.(pag.146.C.) ἆρά γε ἐξανίσταται; In his forte insania metuenda est. Verùm ἐξίστασθαι pro ἐξανίστασθαι illic leg. esse ex Prorr. adscripsimus.

Ἐξάντης, sanus, incolumis, integer, indemnis dicitur, quasi ἔξω τῆς ἄτης, extra noxiam, & malo defunctus. ἐξάντης ὑγιὴς explicatur

Gal. in Exeg. apud Hipp. sanus Hesych. verò ὁ τ νόσυ ἔξω ὢν dicitur, qui morbo defunctus est, & ἐξαίτης τὸ ὑγιές. Idem τ ὑγιαίνοντα ἐξαίτη dici scribit. Eam dictionem vsurpat Hipp. lib. 1. de Morb. (pag. 451. 23.) ἐξαίτης τ̃ τοιῦδε νόσυ γίνεται, hoc morbo defungitur, superstes ab hoc morbo euadit. Rursus libr. 3. (p. 488. 39.) ἐξαίτης γίνεται, incolumis euadit. Et libr. 3. Epid. (pag. 1153. C.) ἐξαίτης ἐὼν τἆλλα, cætera sanus, alióqui nullam noxiam sentiens. Rursusque lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 607. 19.) ἐξαίτης γίνεται, incolumis aut sana euadit. Quam illic dictionem omisisse videtur Caluus.

Ἐξαντλεῖται ἐκπιέζεται exponitur Erot. apud Hipp. exhauritur, exprimitur. Verùm verbi ἐξαρύεται explicationem esse credo, vt postea scribimus.

Ἐξαπίνης de repente idem quod ἐξαίφνης, eoque sæpe vtitur Hipp. vt aph. 41. & 51. libr. 2. & Coac (pag. 204. H.) γυναικείων λευκῶν ὑγρῶν κατιλθέντων ἐξαπίνης, mulieribus purgamentis albis, humidis subitò prodeuntibus. Vbi ἐξαπίνης subitum prodeuntium purgamentorum impetum denotat.

Ἐξάραγμα exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. σύντριμμα collisio, confractio, ab ἐξαράσσω quod κρύω, & συγκρύω significat & συντρίβω.

Ἐξαραθὲν αἷμα scribitur libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 644. 4.) & exhaustus sanguis dicitur Cornar. ἐπειδὰν τὸ αἷμα ἐξαραθὲν χολωδέστερον γένηται postquam exhaustus sanguis aliquantum biliosior extiterit. Verùm suspectam habeo lectionem, & ἐξαρυθὲν leg. Cornar. existimo. Potest & ἐξαραχθὲν legi ab ἐξαράσσομαι, vt sit sanguis exturbatus, eiectus, erumpens, & expulsus, hoc est qui profluxit aut ex vtero effluxit. ἐξάραι etiam dicitur auis quæ sublimis & in altum attollitur, & ἐξάραντες ἔξω ποιήσαντες exponit Var. & Hesych. ἐξαίρει ἐκτὸς ἔθετο. Qua notione ἐξαραθὲν αἷμα sanguis qui est extra vterum, aut extra effluxit intelligi potest, melius tamen ἐξαρθὲν diceretur.

Ἐξάρθρημα aut ἐξάρθρωμα & ἐξάρθρωσις eluxationem significat Hipp. & exarticulationem, diciturque de ossibus propriè quæ citra fracturam suis cauitatibus emouentur & excidunt. Gal. com. 1. in lib. de fract. (pag. 525. 8.) οὐ ἐκπλώσεις μόνον κ) ἐκπτώματα καλεῖ τὰς τῶ ὀςῶν ἐκ τ̃ ἰδίας χώρας μεταςάσεις ἄνευ τοῦ κατεαγῆναι γινομένας, ἀλλὰ τούτοις τοῖς ὀνόμασι τὰς τε ἐξαρθρώσεις κ) τὰ ἐξαρθρώματα προςτίθησι. Cùm ossa absque fractura suis sedibus emouentur, non solùm ἐκπτώσεις & ἐκπτώματα vocat, verumetiam his nominibus ἐξαρθρώσεις & ἐξαρθρώματα (hoc est exarticulationes & exarticulamenta) addit. Idem com. 4. in lib. de art. (pag. 644. 56. H. 828. G.) ἐξάρθρημα πάθος esse scribit τῶν ἐμβαινόντων τοῖς κοιλότησιν ὀςῶν, οὐ περιλαμβανόντων ταῖς ἐξοχαῖς, h. e. affectionem ossium quæ in cauitates ingrediuntur, non eorum quæ eminentiis suis circumplectuntur: Hipp. tamen tibiæ ossa ἐξαρθρήσαντα, h. e. eluxata dixisse, vt & veteres ἐξηρθρηκέναι, ossa exarticulari, de his quæcunque eminent ac multum extra commissuram extant, neglecta minuta illa & curiosa τῦ ἐξαρθρήματος significatione, quam ex industria veteres, ad rei euidentem explicationem attentos, omisisse vero est simile. Ἐξαρθροι autem dicuntur Hipp. quasi exarticulati, quibus articuli naturâ prominent & exerti sunt. lib. de art. (pag. 589. 41. H. 787. B.) ἄλλοι γὰρ ἄλλων μᾶλλον ἔξαρθροι πεφύκασιν, alij enim aliis magis naturâ exertos habent articulos. Vbi scribit Gal. ἐξάρθρους vocare Hipp. τοὺς ἐκκειμένα ἢ προὔχοντα κεκτημένους τὰ ἄρθρα, ἐν αὐτῷ τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν, eos qui proiectos & eminentes habent articulos, dum in naturali statu sunt.

Ἐξαρκεῖν satis esse, sufficere, perdurare, aph. 9. lib. 1. συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τ̃ νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τ̃ νόσου. Quinetiam ex ægro conijcere oportet, num is cum præscripto victu ad morbi vigorem vsque perdurare queat, hoc est, num vires ad morbi vim ferendam satis sint & sufficiant. Et rursus (ibidem) κ) οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, neque cum tali victu sufficiat, hoc est impar fit & succumbat. Et aph. 10. lib. eiusdem: ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων, vt æger sufficere aut perdurare queat. ἐν τῷ ἐξαρκέοντι Hipp. idem quod ἐξαρκούντως significat, lib. περὶ ἐπικυής. (pag. 264. 46.) ἐν τῷ ἐξαρκέοντι κείμενος ὁ τῆς μήτρης ςόμαχος, vteri stomachus benè loco positus & ritè situs. Quod etiam repetitur libr. περὶ ἀφόρων (pag. 292. 47. 678. 30.)

Ἔξαρμα tumorem in altum sublatum significat & idem quod ἔπαρμα, quæ dictio Hipp. crebra est. Lib. 4. Epid. (pag. 1133. F.) πλὴν ταύτῃ ᾗ μάλιςά τι ἔξαρμα ἦν, præterquàm ea parte præcipuè qua tumor in altum sublatus fuit.

Ἐξαρτᾶσθαι dependêre, connexum esse, adhærere, coniunctum esse. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 601. 44.) ἐξήρτηται γὰρ τῷ αὐτῷ τρόπῳ τὰ λοχεῖα, κ) τὰ καταμήνια τὰ φλεγματώδεα. Dependent enim eodem modo & puerperij purgamenta, & menses pituitosi, hoc est, coniunctam habent rationem.

Ἐξαρύειν & ἐξαρύεσθαι exhaurire, vacuare, è profundo trahere. Lib. de loc. in homine (pag. 418. 30.) λιπαρόν τι ἐξαίφνης ἐξαρύσαι, pinguedinem repente exhaurito. Et rursus (ibid. v. 41. ibi 41.) πάλιν ἐξαρύσαι, rursus exhaurito, vacuato. ἐξαρύεσθαι etiam exhauriri, vacuari, ex alto trahi, aut exprimi significat. Sic apud Erot. ἐξαρύεται à Bacch. exponitur ἐκθλίβεται, exprimitur, & idem significat quod ἐξαντλεῖται, h. e. exhauritur, & ab eodem ἐκπιέζεται explicatur, quod est exprimitur. Etsi enim manifeste ista nostris in codicibus distinguuntur, mihi tamen videtur illud ἐξαντλεῖται esse vocis ἐξαρύεται explicatio, quòd Gal. in Exeg. ἐξάρυσιν, ἐξάντλησιν exponat. Ἐξαρύεται autem eidem in Exeg. legitur, & ἐκκενοῦται, ἐκθλίβεται exponitur, quod est euacuatur, exprimitur, & secundum alios ἐξορμᾶται κ) ἐξορμὴν ποιεῖται, cum impetu fertur, aut impetum facit. (Sic enim ἐξορμὴν aut ἀπάντλησιν, aut ἀπαίτλησιν, potiùs quàm ὁρμὴν, illîc legendum censeo.) Est & ἐξάρυσις ἀπάντλησις, exhaustio eidem, quanquam istud variè in codicibus legitur, & quidam ἐξαρύσεως, ἀπαντλῆσαι, alij verò ἐξήρυσιν, ἀπλώτλησιν legunt. Ac mihi non parum suspectus est locus Exeg. apud Gal. & ἐξαρύεται, vt apud Erot. legendum existimo, aut certè ἐξαρύαται, persona est tertia pluralis numeri, Ionica. Vsurpatur autem hæc dictio Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag. 698. 45. H. 748. B.) οὐ εἰδήματα ἀφλέγμαντα ἐξαρύεται ἐκ τῶ τρώματος, aut tumores sine inflammatione ex vulnere exhauriuntur. Vbi tamen exemplaria omnia ἐξαίρεται legunt. Apparet autem Gal. ἐξαρύεται aut ἐξαρύαται legisse, quod οἷον ἐκθλίβεται ἢ ἐξαίρεται significare scribit, hoc est, velut exprimuntur, aut velut per expressionem attolluntur & exurgunt. Pro quo etiam quosdam apertè ἐξαίρεται scripsisse testatur. Isque mihi locus propriè quodammodo in Exeg. & ab Erot. exprimi videtur, quòd quæ vocis huius explicatio in Exeg. adscribitur, rectissimè huic loco quadrare possit. Rursus libr. de fract. (pag. 535. 55. & 56. H. 755. B.) hanc mihi dictionem vsurpare videtur his verbis: ἢν μὲν τοῦτο πρότερον ἐπιδέῃς, ἐξαρύαται ἐκ τούτου οἱ ἰχῶρες ἐς τὰ ἔσχατα, ἔνθα κ) ἔνθα. ἢν δὲ τι ἄλλο πρότερον πιέζῃς, ἐς τοῦτο ἐξαρύαται ἐκ τοῦ πιεχθέντος. Sic enim vbi primùm fracturam deuinxeris, sanies ad extremam vtranque membri partem exprimitur. Sin alia parte prius constrinxeris, inde ad fracturam sanies exprimitur. Vbi tamen ἐξαρέαται legunt omnia exemplaria tum publicata, tum manu exarata, vitiosè tamen. Nam ἐξαρύεται legendum apparet, aut ἐξαρύαται tertia est persona pluralis Ionica, vt etiam eo in loco submonuimus. Nam & Gal. Com. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρ. (pag. 699. 7.) vbi ἐξαρύεται legit, huius quoque loci mentionem iniecit, etsi deprauatissimè nostris in codicibus Gal. locus ille legitur. Rursus quoque eadem in re lib. extremo de fract. (pag. 577. 31. H 779. E.) ὅκως ἐξαρύεται ὡς μάλιςα ἀπὸ τοῦ σίνεος τὸ οἴδημα ἔνθεν κ) ἔνθεν, quò quàm remotissimè à læsa parte tumor exprimatur, exhauriatur, hoc est, feratur, aut depellatur. Cui quidem loco etiam quodammodo Exeg. explicationem quadrare posse diximus, si ἐξαρύεται legatur. malim tamen ἐξαρύηται. Vbi certè exemplaria omnia ἐξαείαται vitiosè legunt. Et rursus (ibidem (pag. 563. 1. H. 768. G.) κ) εἰ τιν δάκτυλον ἐπαγάγοι, ἐξαρύεται. ac appresso digito exprimitur. Sic enim illîc lego, cùm passim ἐξαίρεται legatur. Ἐξαρύεσθαι etiam significationem actiuam habere videtur, (vt & interdum ἀρύεσθαι sumitur) lib. περὶ διαίτης (pag. 272. 36.) ἐς' ἂν ἐξάρυνται τὴν πληθὺν τοῦ κατιόντος, donec copiam descendentis humoris exhauserit. Sic namque lego, cùm locus ille nostris in codicibus vitiosè legatur.

Ἐξαςίας Gal. in Exeg. apud Hipp. quosdam vocare scribit τὰ ἐπανιςάμενα ἐξ ἄκρων τῶν σχισθέντων ὀθονίων λίνα, κ) ἀπὸ τῶν ῥακῶν τὰς κρόκας, hoc est eminentia ex summis linteorum scissorum oris lina, & ex panniculis filorum subtegmina. Verùm addit sibi etiam videri ita appellari, τὰ πρὶν σχισθῆναι προὔχοντα, quæ antequam scindantur præminent & extant. Erot. autem ex Hipp ἐξάςις non ἐξαςίας adscribit; & his verbis exponit: αἱ ἐμφερόμεναι τοῖς ἐπιδέσμοις κατὰ τὰς ἕλικας κρόκαι, ἐξάςις παρ' αὐτῷ καλοῦνται. hoc est: ἐξάςις ab eo vocantur in fasciarum orbibus extantia fila & subtegmina. At verò ἐξαςίας habet Hipp. lib. κατ' ἰητρ. (pag. 685. 17. H. 744. C.) his verbis: παρασκευάζειν δὲ χρὴ κοῦφα, λεπτὰ, μαλθακὰ, καθαρὰ, πλατέα, μὴ ἔχοντα συρραφὰς, μηδ' ἐξαςίας. Iam verò lintea paranda sunt leuia, tenuia, mollia, munda, lata, nullas neque suturas, neque extantes linteorum eminentias habentia. Vbi Gal. τὰς καλουμένας ἐξαςίας, αἳ τινες ἐν τοῖς ὑφαινομένοις συμβαίνουσιν, exponit, hoc est dictas ἐξαςίας, velut extantias aut extantes in textilibus partes & oblongas eminentias, quæ interdum dedita opera, interdum etiam temere contingunt, quandoque ex ipso subtegmine, quandoque è purpura intertextæ, vt in iis quas παρυφὰς vocant & prætextas, & cuiusmodi sæpe mulieres in suis operibus efficere consueuerunt.

Ἐξαυαίνεται ξηραίνεται, siccatur, resiccatur, exponit apud Hipp. Erot.

Ἐξάψις σιτίων ciborum accenſionem ſignificat, cùm cibi ex corruptela ſuccenduntur & æſtuant, ſitimque excitant. Lib. de rat. vict. in morb. (pag. 110. 51. H. 404. 27.) τυρὸς σιτίων ἔξαψιν ποιέει, caſeus ciborum ſuccenſionem facit, hoc eſt, æſtuoſus eſt & ſitim facit, propter facilem corruptelam. ἀναφλεγμὸν exponit Gal.

Ἐξειδέναι, penitus & exactè cognoſcere & animaduertere. Lib. 6. Epid. ſect. 8. aph. 48. μὴ ἐξειδέναι, συμφορὰ γὰρ πολλή. Victus rationem non penitus cognitam habere, calamitatis plena res eſt.

Ἐξενεγκεῖν ſimpliciter dicitur, & fœtum ad maturationem ac perfectionem geſtare ſignificat, aut perferre. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 599. 11.) ἐξενεγκεῖν δ' οὐ δύνανται, fœtum autem perferre nequeunt, hoc eſt ad maturationem aut perfectionem geſtare. Ἐξήνεγκε dicitur etiam Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 569. 17. 20.) & ἐνεῖρεν, vt antea ſcripſimus.

Ἐξερᾶν & ἐξεράσαι exhaurire ſignificat, euacuare, educere, expromere. Lib. 2. de Morb. (pag. 483. 26.) ἐπὴν ἐξεράσῃς τὸ ὕδωρ, vbi aquam exhauſeris, euacuaris. Verùm ἐξερᾶν vomere ſignificat aut vomitu reiicere libr. 4 de Morb. (pag. 307. 27.) καὶ ἐξεμᾷ, & vomit. Inde ἐξέραμα vomitum indicat, aut quod vomitione eductum eſt & euacuatum, vt κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, canis ad vomitum reuerſus. ἐξερᾶσαι propriè dicitur in terram eiicere, ἀπὸ τῆς ἔρας, quod terram denotat, vt apud Ariſtoph. Acharn. ἐξεράσατε τοὺς λίθους, hoc eſt lapides in terram eiicite, ἐκκαλάσατε, ἐκβάλλετε, ἀπορρίψατε, hoc eſt exhaurite, educite è finibus & eiicite.

Ἐξερπάται pro ἐξερπύζεται, fiunt, oriuntur, gignuntur, ſcribitur apud Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag. 698. 44. H. 748. B.) ἀφλέγμαντα φλεγμ... ἐξερπάται ἐκ τοῦ τρώματος, aut tumores ſine inflammatione ex vulnere fiunt. Quanquam illic ἐξαρύεται pro ἐξερπάται aut ἐξαρύαται Gal. legiſſe videatur, vt antea ſcripſimus.

Ἐξερυγγάνειν eructare, ructu effundere, idem quod ἐξερεύγειν. Verùm ex tranſlatione ſimpliciter effundere & producere ſignificat. In Prorrh. (pag. 219. 16. H. 82. E.) ἐν κεφαλαλγίῃ κῶμα & κώφωσις ... ἐξερυγγάνεται. In capitis dolore ſopor & ſurditas aliquem ad aures abſceſſum effundunt eructant. Item lib. περὶ ... φύσ. (pag. 278. 36.) ἐνταῦθα ἐξερύγεται, hic eructat, euomit, proiicit.

Ἐξερρώσιες dicuntur Hipp. effluxus, effluuia, effuſiones, vacuationes, aph. 27. ſect. 6. lib. 6. Epid. μὴ ἔχοι ἐξερρώσιας, niſi effluuia habeat. Vbi ἐξερρώσιες velut ἐξερρύσιες aut ἐξερρύησιες efferuntur, effluxus & effuſiones, quaſi euacuationes, ſiue difflationem & perſpirationem intelligas, ſiue euaporationem quæ fit per inſenſilem tranſpiratum, & effluuia quibus corpus difflatur, ab ἐρρῶ deducto nomine (vt quidam volunt) quod euaneſco ſignificat. Vetus tamen interpres ἐξερύσιας legiſſe videtur, ab ἐξερύω τὸ ἑλκύω, cum detractiones vertit.

Ἐξέρυθρον Hipp. prærubrum ac valde rubrum ſignificat, In Prorrh. (pag. 211. 31. H. 78. F.) ἐξέρυθρα διαχωρήματα, prærubræ deiectiones, & Coac. (pag. 170. F.) τὰ ἐξέρυθρα ἰώδεα, prærubræ & æruginoſæ deiectiones. Rurſus ἐξέρυθρα ὄμματα prærubri oculi in hæmorrhagiæ indiciis, in Prorrh. (pag. 213. 30. H. 79. D.) Et ἐξέρυθρα pro valde rubris & ſanguineis deiectionibus Coac. (pag. 209. B.) ἐξέρυθρα οὖρα, prærubræ vrinæ & ſanguineæ dicuntur in Prorrh. (pag. 179. 33. H. 69. G.) vbi Gal. ἐξέρυθρα αἱματώδεα, ſanguineas vrinas & quales nephriticis plærunque demittuntur, explicat. Eaſdemque ἀπὸ τῶν ὑπερύθρων, quæ in Prognoſtico deſcribuntur, multum diſcrepare ſcribit, vt & Com. 2. in Prorrh. (pag. 189. 34.) Com. verò in ægr. 2. lib. 3. Epid. τὰ ἐρυθρὰ & ἐξέρυθρα οὖρα, τῶν ὑπερύθρων numero ex Prognoſtico comprehendit. Rurſus κοιλίας περίπλυσις ἐξέρυθρος alui prærubra proluuies, de deiectione ſanguinea dicitur, qualis hepaticis ex magna iecoris imbecillitate adeſt, in Prorrh. (pag. 168. 57 H. 67. C.) Ἐξέρυθρον ſcribit Erot. apud Hipp. quibuſdam τὸ λίαν ἐρυθρὸν, valde rubrum, ſignificare, quibuſdam verò τὸ ἔξω χρώματος ἐρύθημα, ruborem foras & in cutem erumpentem, in quorum numero Philonid. Siculum annumerat, ἐξέρυθρον etiam τὸ λίαν ἐρυθρὸν exponit Gal. Com. in ægr. 2. lib. 3. Epid. & in Prorrh.

Ἐξέρχεσθαι, exire, abire, decedere, de morbo dicitur Hipp. cùm curatus decedit aut abigitur. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 557. 30.) εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐξέρχεται, ἀλλὰ ξυναποθνήσκει τῷ ἀνθρώπῳ, alioqui non decedit, ſed & vnà hominem ad mortem comitatur. Rurſus (pag. 559. 6.) ἀλλὰ τοῖσι πλείστοισι μελεδαινόμενος [ὁ νοῦσος] ἐξέρχεται, verùm in plerîſque curatus [morbus] decedit. Et (pag. 569. 7.) εἶτα ἐξέρχεται μελεταιθὲν καλῶς ἐν χρόνῳ, deinde benè curatus temporis progreſſu decedit. Idem lib. 1. de Morb. (pag. 465. 49.) ἢν δὲ σοι τούτων ποιεομένων ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος ἡ νοῦσος ἐξέλθῃ, atque ſi his adhibitis ex reliquo corpore morbus deceſſerit. Rurſus ibid. (p. 484. 46.) ἢν δὲ ... ὅταν ... νέον λάβῃ χρόνῳ ἐξέρχεται Cùm autem morbus iuuenem prehenderit, cum tempore decedit.

Ἐξερία vide ἐξαρίας antea.

Ἐξευκρινεῖν coaptare, diſtinctè componere & conuenienter aptare Hipp. ſignificat, ac de oſſibus dicitur, quæ vbi ſedibus prolapſa ſunt, reſtituta aut in naturalem ſedem compulſa manibus à medico diriguntur, coaptantur, & diſtinctè componuntur. Lib. de fract. (pag. 553. 20. H. 763. A.) τὴν θέναρα τῆς χειρὸς ἀπευθύνοντα καὶ ἐξευκρινέοντα, manuum palmis dirigentem & coaptantem, hoc eſt, vbi manuum palmis oſſa direxeris, & conuenienter aptaueris, ſic vt æqualiter diducta ſint, & diſtinctè explicata. Προεξευκρινεῖν ſingulare ante adhibendum iudicium ac multam cautionem ſignificat aph. 24. lib. 1. καὶ ταῦτα προεξευκρινήσαντας ποιέειν, idque non niſi ſingulari ante adhibito iudicio faciendum, hoc eſt cum magna mentis reputatione, diligentique præmeditatione medicamentum purgans in morbis acutis eſt imperandum.

Ἐξεχέβρογχοι dicuntur gutturoſi Hipp. & quibus guttura anteriore parte prominent & extant quaſi gutturemineuli. Lib. de art. (p. 612. 31. H. 807. C.) Vbi ἐξεχεβρόγχους exponit Gal. τοὺς ἐξέχοντα εἰς τὸ πρόσω τὸν βρόγχον ἔχοντας, eos qui prominentia anteriorem in partem habent guttura. Sic enim ibi apud Gal. legendum cenſeo cùm mendoſa ſint omnia exemplaria.

Ἐξεχίγλουτοι etiam eadem ratione dicuntur qui prominentibus ſunt natibus, aut quibus clunes exteriorem in partem prominent, quaſi cluneminuli, quales quibus vtrunque femur exteriorem in partem luxatum eſt. Lib. de art. (pag. 633. 50. H. 825. C.) ἐξεχίγλουτοι δὲ ἄγαν ἰσχυρῶς φαίνονται, διὰ τὴν ἔκστασιν τοῦ ἄρθρου, iique valde prominentibus natibus conſpiciuntur, eo quòd articuli ſuo loco excefferunt.

Ἐξήγησις ἐστὶν ἀσαφοῦς ἑρμηνείας ἀπόδοσις, hoc eſt, obſcuræ interpretationis explicatio Gal. lib. 2. de diff ſpir. (pag. 177. 46.) Rurſus Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 368. 4.) μεμνημένοις ἡμῖν ὅτι τὸ μὲν κυρίως ὀνομάζεσθαι ἐξηγεῖσθαι, περὶ τὰς ἀσαφεῖς εἶναι λέξεις ... ἐξηγητὰς ἴδοις ... ἐξηγήσεις ὀνομάζομεν. Id memoria nobis tenentibus quòd ἐξηγεῖσθαι (hoc eſt interpretari) propriè vocatur circa obſcuras dictiones verſari. Iam verò & ex interpretum inſtituto, per abuſum, vbi eorum quæ obſcurè dicta ſunt cauſæ exponuntur, ἐξηγήσεις (hoc eſt interpretationes) vocamus.

Ἐξημερωμένα σιτία cibi dicuntur ad hominum naturam accommodati, mitefacti & manſuetiores redditi, & in vſum noſtrum conuerſi, neque à nobis alieni. Lib. περὶ τροφῆς (pag. 259. 16.) πᾶσι ξενικοῖσι χρῆται ... ἐξημερωμένοισι, omnibus peregrinis vtitur crudioribus & ſiccioribus minuſque ad vſum hominum accommodatis. Agitur de puero recens in lucem edito, ex victus inuſitata mutatione malè affecto.

Ἐξήριπεν Erot. apud Hipp. ἐξέπεσεν exponit, cecidit lapſus eſt. Verùm ἐξήριπεν aut ἐξέριπεν legendum videtur, ab ἐρείπω quod eidem Erot. τὸ καταπίπτειν ſignificat, frequens Homero dictio, vt Il. ε. (verſ. 294.) ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, ex curru autem lapſus eſt, decidit. ἐξέριπεν ἐξέπεσεν exponit Heſych. niſi fortè melius ἐξέπεσεν legatur, etſi eandem ſcripturam habet Varin.

Ἐξηθησμένον Gal. in Exeg. apud Hipp. exponit τὸ διὰ ῥάκους ἠθημένον, panno tenui colatum, aut per pannum tranſmiſſum. Eſt enim ῥάκος eidem λεπτὸν τι ὕφασμα, tenuis quidam & vilis pannus, aut linteum & ſtamen. Suidas namque ῥάκεα σάκκοι exponit.

Ἐξηνοῖ aut ἐξεινοῖ, κενοῖ, vacuat, expurgat. exponit in Exeg. Gal. apud Hipp. Sic enim leg. exiſtimo ab ἰνάω aut ἰνέω quod vacuo ſignificat, vt ſeries etiam alphabetica poſtulat, cùm paſſim ἐξινοῖ vitioſè legatur. Ἐξινᾶται ſcribit Pollux lib 4 cap. 25 medicis dici τὸ κενοῦσθαι διὰ καθάρσεως, per purgationem vacuare. & ἐξινώμενος in Comœdia τὸν καθαιρόμενον, purgatum, ὡς ἐκ τῶν ἰνῶν ἐκκενούμενος τῆς χολῆς, ducta velut per venas aut fibras bile, vt & Heſych. ἐξινώμενος ἐκκενούμενος euacuatum exponit, velut ab ἰνάω. Vide ἰνάω poſtea.

Ἕξις habitudinem firmam & ſtabilem ſignificat, vt opponitur τῇ σχέσει & διαθέσει, quæ ſunt diſpoſitiones facile ſolubiles & mutabiles. Sic ἕξις dicitur Gal. διάθεσις μόνιμος καὶ δυσλυτος, diſpoſitio ſtabilis & firma neque ſolutu facilis. eique σχέσιν & διάθεσιν opponit, Lib. ad Thraſyb. (pag. 290. 9. & 11.) Qua ratione quis in Geometria, Arithmetica, Grammatica, aut quauis alia arte ſibi habitum comparaſſe dicitur, quòd καθ' ἕκαστον τῶν ἐντὸς ὄντων ἡ διάθεσις δυσλυτος ἦ,

ἕξις ὀνομάζεται, hoc eſt, quauis in re diſpoſitio quæ non facilè ſoluitur aut amouetur, habitus dicatur. Idem quoque Gal. initio lib. περὶ εὐεξίας [pag. 248. 50.] τὸ τῆς ἕξεως ὄνομα κατὰ παντὸς ἐπιφέρειν εἰθίσμεθα τοῦ μονίμου τε καὶ δυσλύτου, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἐπαινοῦντες ἢ ψέγοντες. ἀλλ' ὅταν εὐεξίαν ἢ καχεξίαν εἴπωμεν, ἤδη τηνικαῦτα διορίζομεν ὁποίαν τινὰ τὴν ἕξιν εἶναι φαμέν. Habitus nomen ad id omne quod ſtabile eſt minimeque facilè ſoluitur accommodare ſolemus, neque quicquam tamen magis laudantes aut vituperantes. Sed iam tunc qualem habitum eſſe dicamus, definimus, quando bonum aut malum habitum dicimus. Ἕξιν & διάθεσιν inter ſe opponit Hipp. lib. περὶ τροφῆς (pag. 382. 28.) διάθεσις ἀθλητικὴ, οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. Athletarum diſpoſitio non à natura, habitus ſanus melior. Quem etiam locum exponit Gal. lib. ad Thraſyb. (pag. 297. 39.) pauloque aliter legit, & lib. περὶ εὐεξίας (pag. 249. 10.) vbi non ſatis eum aſſecutus videtur interpres. In Mochl. quoque Hipp. (quem de oſſium per molitionem impellendorum ratione dicimus) (pag. 866. F.) ἕξιν & χύσιν ſimul iungit & crebrarum luxationum cauſam ponit, hoc eſt habitum & diſpoſitionem corporis plus æquo humidam. Vbi ἕξις corporis habitum, partium ſolidarum ſtructuram & compoſitionem indicare videtur, χύσις verò, venoſi generis & humorum (vt partibus ſolidis opponuntur) ſtructuram. Aut certè χύσις adſcititiam corporis habitudinem illic denotat, quemadmodum ex lib. de art. exponit Gal. lib. 3. de Cauſ. pulſ. (pag. 107. 41.) ἕξις verò τὴν τοῦ σώματος κατασκευὴν à natura inſitam, eamque venoſo generi & humoribus opponit Gal. lib. 4. ſalubr. Sic enim locum eum accipiendum noſtris in eum lib. Annotat. ſcribimus. Vtranque autem corporis compoſitionem & ſtructuram, ſiue ἕξιν καὶ χύσιν, per χύσιν intelligit Hipp. lib. de art. (pag. 586 48. H. 784. G.) nimirum corporis habitudinem quæ in craſſitudine aut gracilitate ſpectatur. Quam etiam τῷ ἕξιν in Exeg. explicat Gal. eo certè expreſſo loco, etſi vitioſa eſt ſcriptura, vt poſtea ſcribimus. Ἕξιν quoque τὴν τῶν μορίων κατασκευὴν, partium corporis compoſitionem & ſtructuram explicat Gal. apud Hipp. Vbi cum natura iungitur, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 61. 42. H. 389. 21.) ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων, μάλιστα νοσοποιοῦσι, quod quæ maximæ mutationes circa naturam noſtram habitumque contingunt, præcipuè morbos creant. Rurſus ibid. (pag 67. 40. H. 391. 13.) ὁκόσα τε ἡμέων ἡ φύσις καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτίκτει πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα, & quodcunque ſingulis affectuum omne genus natura noſtra & habitus parturit. Vbi Gal. ἕξιν τὴν τοῦ σώματος κατασκευὴν vocat corporis compoſitionem, ſecundum quam denſitas aut raritas ſpectatur. Ἕξις etiam habitum corporis quo partes ſolidæ comprehenduntur, indicat, vnde & febris hectica nomen habet, quòd eas occupet, & habitum corporis affligat, Gal. lib. 1. de diff. feb. (pag. 325. 36.) καὶ καλοῦσιν αὐτοὺς ἑκτικοὺς πυρετοὺς, εἴθ' ὅτι μόνιμοί τ' εἰσὶ καὶ δύσλυτοι, καθάπερ αἱ ἕξεις, εἴθ' ὅτι τὴν ἕξιν τοῦ σώματος αὐτὴν κατειλήφασιν. οὕτω γὰρ εἰώθασιν ὀνομάζειν τὰ στερεὰ τοῖς ὑγροῖς ἀντιδιαιρούμενοι. Atque appellant eas febres hecticas, ſiue quòd ſtabiles ſunt, & non ſecus ac habitus ſolutu difficiles, ſiue quòd ipſum corporis habitum occupant. Sic namque ſolidas partes humoribus ex aduerſo reſpondentes appellare ſolent. Ἕξις etiam ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag. 696. 8. H. 746. B.) ſumitur pro membrorum vinctorum habitu & figura ſiue conſtitutione, poſt deligationis tempus, cuique θέσις opponitur, vt illic ſcribit Gal. Qui quoque ad ἕξιν referri ſcribit reliquas partes fractas, nempè iugula, manus, coſtas, humeros, ſcapulas, maxillam vtranque, præter eas quæ θέσιν ſpectant, vt caput, crura, & dorſi ſpina.

Ἔξισος idem quod ἴσος. Lib. de cap. vuln. (pag. 897. A.) ἐξίσων τε ἐόντων τῶν τρωμάτων. At vbi æqualia fuerint vulnera.

Ἐξιστάναι Hipp. ſignificat mentem emouere, & in mentis abalienationem agere, vt ἐξιστάναι ληρωδῶς mentem ad delira verba commouere. In Coac. (pag. 188. D.) αἱ ἐπισχέσιες πτυάλων ἐξιστᾶσι ληρωδῶς. Sputorum ſuppreſſiones mentem ad delira verba commouent. Sic ἐξίστασθαι ſimpliciter vehementem & furioſam mentis alienationem crebrò indicat apud Hipp. quod exire de poteſtate iratos dicit M. Tullius Tuſc. 4 hoc eſt, de conſilio, de ratione, de mente, quorum poteſtas in totum animum eſſe debet. In Prorrh. (pag 176. 52. H. 68. G.) ἐξίστανται, vehementem mentis abalienationem indicant. Et rurſus ibid. (pag. 182. 16. H. 70. C.) ἐλπὶς ἐκστῆναι, mentis emotionem metuere oportet. Vbi Gal. εἰπὼν γὰρ, ἐλπὶς ἐκστῆναι, παρακοπτικὸν μὲν ἐδήλωσεν ἔσεσθαι πάθος, hoc eſt, cùm enim dixit, ſpem fore vt mente moueantur, delirij affectionem affuturam quidem indicauit. In Coac. verò (pag 220. B.) eadem ſententia repetitur, ſed pro ἐκστῆναι, ἐκμανῆναι ſcribitur, vt affutura inſania ſperetur. Rurſus in Prorrh. (p. 201. 4. H. 75. B. & 20. ib.) ἐξίστανται effert Hipp. de his qui vehementer & furioſè mente mouentur. Sic enim eam vocem illic explicat Gal. σημαίνοντος δηλονότι τοῦ ἐξίστανται παρακοπὴν σφοδρὰν καὶ μανιώδη, nimirum hac voce [ἐξίστανται] vehementem dementiam & furioſam ſignificante. Et iterum (ibid. verſ. 27.) ἐξίστασθαι δὲ ὅπερ ἐστὶ παρακόπτειν σφοδρῶς τούτους φησίν. ἐξίστασθαι autem eo quod eſt vehementer deſipere ait. Iterum etiam in Prorrh. (pag. 208. 20. H. 77. D.) ἄγλισχρα ἐκ τούτων διεξελθόντα ἐξίστανται καύματι πολλῷ. Quæ ex his prodeunt non viſcoſa in vehementem ac furioſam mentis emotionem cum multo ardore agunt. At verò τῷ ἐξίστασθαι interdum aliquid adiungitur quod eius qualitatem intendat, vt ἐξίστασθαι ὀλεθρίως de vehementi & pernicioſa mentis emotione, aut iis qui cum periculo mente emouentur, in Prorrh. (pag. 193. 56. H. 73. D. H 68. C.) Et οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς, qui vehementi & furioſa mentis emotione tenentur, aut atra bile ſunt perciti, Coac. (pag. 130. A. F.) & Prorrh. (pag. 175. 24. H. 68. C.) Sic in Prorrh. (pag. 176. 42. H. 68. G.) ἐξίστασθαι μελαγχολικῶς dicuntur qui ex vehementi delirio in inſaniam & vehementem mentis abalienationem feruntur, ex bilis flauæ aduſtione & in melancholiam mutatione, velut qui atra bile perciti ex melancholia mente aberrant. Quod ſcribit ib. Gal. εἰ δέ που ἐγκαυθῇ, εἴτ' ἐν τῇ κεφαλῇ ἡ ξανθὴ χολὴ, εἴτ' ἐν ὅλῳ τῷ σώματι πρὸς τὸ μελαγχολικώτερον ῥέπει, κἀκεῖθεν πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπεται, καὶ διὰ τοῦτο ἐξίστανται μελαγχολικῶς. Quòd ſi alicubi flaua bilis, ſiue in capite, ſiue in toto corpore aduſta fuerit, ad id quod magis ad melancholiam declinat, vergit, & inde ad ipſum cerebrum mittitur, ideoque ad vehementem etiam mentis emotionem ex melancholia deueniunt. Idem repetitur Coac. (pag. 136. A.) In Prorrh. etiam οἱ ἐκστάντες ὀξέως dicuntur qui vehementer & acutè mente moti ſunt (pag. 175. 32. H. 68. D.) Inde ἔκστασις Hipp. vehemens delirium aut inſaniam indicat, vt antea adſcripſimus. Ἐξίστασθαι etiam pro liberari, emergere, extare, aut exiſtere interdum ſumitur apud Hipp. vt Prorrh. 2. (pag. 92. G.) τῶν δὲ ὑπὸ τῆς ἱερῆς νόσου λαμβανομένων, χαλεπώτατοι μὲν ἐξίστασθαι. Ex morbo ſacro, quem comitialem vocant, ægerrimè emergunt, hoc eſt liberantur, quemadmodum emergere incommoda valetudine dixit Cic. epiſt. 8. lib. 5. ad Att. & emergere ex malis Terentius Andria. Rurſus (ibid. pag. 97. B.) τοῖς τρώμασι ἐξίστασθαι, à vulneribus abſtinere aut diſcedere dicitur, hoc eſt ab eorum curatione abſcedere cui etiam ἐπιχειρέειν opponitur, quod eſt curationem aggredi.

Ἐξίσχια ἄρθρα dici videntur Hipp. exerti & prominentes articuli, in Mochlico (pag. 866. C.) εἰσὶν ἐκβαίνοντα, ἢ ἄρθρα ἐξίσχια τυγχάνοντα, quibus loco emoti aut exerti articuli compingantur. Sunt enim quibus naturaliter adeo exerti ſunt articuli, & extant, vt loco emoti videantur, quos ἐξάρθρους vocat Hipp. lib. de art. (pag. 589. 41. H. 787. B.) Idque in luxatorum aut fractorum coaptatione diligenter chirurgo animaduertendum monet. Sic ἐξίσχιον σκέλος crus cui coxa extra prominet, dicitur lib. de art. (pag. 637. 44. H. 824. H.) συνυπουργὸν γὰρ ἐκείνῳ ἐξισχιῶντι ἀναγκάζεται εἶναι, καὶ κατὰ τὴν ἰγνύην ξυγκάμπτειν. Illi enim ſubſeruiens tum in exteriorem partem prominente coxendice, tum poplite inflexo eſſe cogitur. Rurſus in Mochlico (pag. 852. D.) ἐξίσχιοι dicuntur quibus coxa eminet & nates rotundæ extant, ἐν δὲ τῷ κινεῖσθαι καμπύλοι ἐπὶ τὸ ὑγιὲς ἐξίσχιοι ἐόντες. Ad lateris autem inanitatem incuruantur, ſani cruris extra prominente coxendice.

Ἐξίσχοντες ὀφθαλμοὶ oculi ſunt exerti & tumidi, in Progn. (p. 124. 29. H. 37. 20.) tumidiores factos vocat Celſus, quibus ἔγκοιλοι, h. e. concaui opponuntur.

Ἐξίτηλος eſt euanidus, exoleſcens, fugiens, de eoque dicitur quod euaneſcit aut euanuit, & exoleuit. Lib. περὶ τροφῆς (pag. 380. 46.) ἐξίτηλος τροφὴ dicitur alimentum euaneſcens, euanidum, tempore diſſolutum, quodque corpori nullum augmentum confert, neque ei aſſimilatur, ſed fugit & exoleſcit, vbi alimenti vitium & error indicatur, quod ἀνομοιοῦν ibidem dicit. Quem certè locum mihi exprimere videtur Erot. vbi ἐξίτηλος, ἀσθενὴς ei exponitur apud Hipp. Quem ſequutus videtur Cornar. cum ἐξίτηλος γίνεται, exile fit, dixit. Rurſus ἐν παραγγελίαις (pag. 28. 5.) ἢν δέ τι αὖ γενηταί τι ἐξιτήλου ἐόντος. Quòd ſi quis ſit defectus qui ſit exilis. Dioſcor. cap. 13. lib. 5. de lora, ταχέως γὰρ ἐξίτηλος γίνεται, celeriter enim exoleſcit, aut euaneſcit, hoc eſt, vappeſcit. Heſych. ἐξίτηλον exponitur ἔξαλλον, ἀΐδιον, ἀπολλύμενον, quod deperit & fugit, fatuum. Et ἐξίτηλα, ἀσθενῆ, ἀΐδια, ἄχρηστα, ἀδόκιμα, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ quæ inutilia ſunt, debilia, quæ fugiunt & euaneſcunt, aut prope ſunt vt deleantur. Eidem etiam ἐξίτηλος dicitur ὑπερήφανος, βλάξ, διεφθαρμένος, euanidus & iners, & ἐξιτηλία μωρία fatuitas,

χρόνῳ τε ξυνίεναι, ὃ ἐστιν ἐξαλλάσσειν. Ἐξ ὀλίγου νοσήματα dicuntur Hipp. morbi, non qui breui durant & acuti, sed qui breuem & repentinum ex causis manifestis habent exortum, non ex longo interuallo conflatum. In his quæ adiecta sunt lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπ. (pag. 27. 15. H. 230. 46.) ἐπειδὴ δὲ τῶν νοσημάτων γίγνεται τὰ ἐξ ὀλίγου. At morbi qui breui oriuntur, vbi Gal. exponit, τὰ ἐξ αἰτίων φανερῶν τὴν γένεσιν ἐξαίφνης ἴσχοντα, οὐκ ἐξ ὀλίγου χρόνου καὶ ἐκ πολλοῦ κατασκευασθέντα; eos qui ex manifestis causis repentinum ortum ducunt, breui non ex longo interuallo conflatum.

Ἐξομαλίζειν est adæquare & æquabile reddere. Lib. περὶ ἰητρ. (pag. 21. 28.) ἐξομαλίζειν τι χρὴ πέσσοντα παντοίως, æquabile igitur reddere oportet, per totum æquabiliter concoquendo. Vbi nimirum tuberculorum maturationi æquabiliter incumbendum præcipit, & studendum vt eorum compages per totum æquabilis fiat, quod ibid. dixit, τὴν σύμπασιν ὁμαλῶς διὰ παντὸς ποιέεσθαι τοῦ φύματος. Caluus complanare dixit.

Ἐξόμφαλοι dicuntur quibus vmbilicus tumore laborat aut prominet, aut rupta, aut laxata peritonæo tunica, aut transuersis affectis musculis. Gal. lib. de tumor. præter nat. (pag. 357. 20.) Quod nomen etiam ipsi affectui & vmbilico prominenti tribuitur. Authori Definit. Med. (pag. 401. 6.) ἐξόμφαλός ἐστιν ὑπεροχὴ ὀμφαλοῦ ὑπὸ διαφόρου αἰτίας γινομένη. Ἐξόμφαλον est vmbilici prominentia, quæ variis de causis efficitur. Quas vide apud Ægin. lib. 6. cap. 51. cui etiam ἐξόμφαλον πάθος dicitur.

Ἐξονειρώσσειν est in somno seminis profluuium pati, veneris ludibriis agi, aut venerem somniare & in somniis genituram effundere, aph. 51. lib. 6. Epid. sect. 8. Σάτυρος ἐξωνείρωσσε πυκνάκις. Satyrus inter dormiendum sæpius seminis profluuium expertus est, venerem somniauit. Lib. περὶ γονῆς (pag. 232. 10.) καὶ οἱ ἐξονειρώσσοντες διὰ τάδε ἐξονειρώσσουσι, & qui venerem somniant propterea in somnis genituram effundunt. ἐξονειρωσμὸς dicitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 664. 31.) καὶ ἐξονειροῖ, & inter dormiendum veneris ludibria patitur.

Ἐξορᾶν prospectare significat & aspicere, estque velut extra spectare, & de eo dicitur qui protuberantibus & exertis est oculis, lib. 2. de Morb. (pag. 485. 18.) καὶ ἐξορᾷ ὡς ἀγχόμενος, aspectum habet velut qui strangulatur, hoc est, oculos habet prominulos & extuberantes velut qui strangulatur.

Ἐξοστώσεις sunt Gal. lib. de Tumor. præter nat. (pag. 356. 54.) αἱ κατὰ τοὺς κροτάφους ἐξοχαὶ ὀστώδεις, ossium eminentiæ iuxta tempora, στεατώματα etiam quibusdam dicitur. Interdum quoque in omnibus aliis corporis partibus contingunt.

Ἔξουρα dicuntur quæ in angustum tendunt & coarctantur apud Hipp. Gal. in Exeg. εἰς στενὸν συνηγμένα exponit ἃ δὴ καὶ μύουρα ὀνομάζουσι. Verum pro μύουρα μύουρα Gorrh. & Henr. Steph. recte reponunt, vt sint, quæ in angustum tendunt & acutum, murisque caudam referunt. Etsi μείουρα forte quoque legi possit. Hanc autem dictionem vsurpat Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 649. 44.) vbi τὰ προσθετὰ ἔξουρα fieri præcipit, hoc est in acutum desinere ac tendere. Vbi etiam ἐξουρα quidam legunt. caudæ modo fastigiata dixit Caluus. Rursusque ibid (pag. 657. 26.) ἢν ἔξουρα ᾖ τὰ αἰδοῖα, si muliebria pudenda coarctata fuerint, in arctum contracta. Vbi tamen ἐξόρου vitiose habent exemplaria quædam.

Ἐξυγιαίνειν est conualescere, lib. de fract. (pag. 544. 4. H. 758. G.) διὰ τοῦτο καὶ οἱ πλεῖστοι οὐκ ἐξυγιαίνουσι τελέως. Iccirco plerique non perfecte conualescunt.

Ἔξυγρον perhumidum valde humidum & perliquidum significat ἔξυγρα διαχωρήματα sunt perhumida & perliquida alui recrementa, quæ cruditatem denotant, in febre ardente lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 88. 35. H. 396. 14.) Vbi Gal. scribit ἔξυγρα δὲ εἶπεν αὐτά, τὸ μηδ' ὅλως πεπέφθαι δηλῶν. ἡ γὰρ πέψις συνάγει καὶ παχύνει. Perliquida autem ea dixit, nullo modo cocta esse indicans. Coctio nanque omnia cogit & incrassat. Eadem ἐξυγρασμένα διαχωρήματα dicuntur Coac. Prænot. (p. 218. H.) perliquida alui excrementa, quibus τὰ συνεστηκότα opponuntur. Ἐξυγρασμένη ὑστέρη perhumidus aut valde humidus vterus dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 595. 10.) idem quod ἔξυγρος aut ἔνυγρος, vt ἔνυγρον σῶμα dicitur (ib. 16.)

Ἐξυδατοῦν est in aquam resoluere, in humorem soluere, diluere, & in aqueam naturam conuertere. Lib. de fistulis (p. 887. B.) τὴν ἅλμην ἐξυδατοῦν, quod salsum est diluere, in humorem resoluere. Sic ἐξυδατωθῆναι aquosum esse dicitur, de hydropica muliere, lib. 4. Epid. (p. 1138. E.) ἐξυδατώθη, aquosa euasit.

Ἔξω φρονεῖν est extra se esse aut mente abalienata, mentis aut animi impos fieri, exire de potestate, vt antea ἐξίστασθαι esse diximus. Lib. 5. Epid. (p. 1159. G.) ἔξω ἐγένετο, mente abalienata erat. Lib. verò 7. Epid. ἔξω ἑωυτοῦ ἐγένετο dixit eadem in re.

Τὰ ἔξωθεν externa dicuntur Hipp. aph. 1. li. 1. quæ à foris contingunt & extra ægrum spectantur, vt cœlum, solum, nuntia, verba, insessus, vestitus, reliquaq; id genus, in quibus etiam externæ iniuriæ continentur. τὰ ἔξωθεν autem explicat ibid. in Galenus τά τε ἄλλα καὶ τὰς οἰκήσεις ἐπιτηδείους, ἀέρας, ἢ καὶ ὀχλώδεις, ἢ καὶ ἀνόχλους ... καὶ ἔτι τὰ προσαγγελλόμενα καὶ πραττόμενα, θυμὸν ἢ λύπην, ἤ τι τοιοῦτον ἐπιφέρειν ἐργαζόμενα τῷ νοσοῦντι. καὶ πρὸς τούτοις, τὰ νύκτωρ αὐτῷ τὸν ὕπνον διακόπτοντα, μυρία ἐπὶ μυρίοις ὄντα, habitationes idoneas, vel turbarum plenas, vel turba vacantes & tumultu, ad hæc quæ nunciantur & aguntur, iram, tristitiam, aut aliud quid huiusmodi ægro adferentia, tum etiam quæ somnum noctu ægrotanti abrumpunt, quæ sexcenta accidere possunt.

Ἐξῶσαι χυμοὺς est succos expellere, exigere, euacuare Hipp. aph. 2. sect. 2. lib. 6. Epid. vbi ἐκκενῶσαι exponit Gal. Sic ἔξωσις expulsio, foras propulsio vertebrarum ex ictu, lib. de art. (pag. 619. 28. H. 811. E.)

¶ Ἐπαείρεσθαι insurgere significat, eleuari, attolli, tumultuari, seditionem concitare. Verùm translatitiè dicitur de his quæ alterantur & vehementem alterationem sentiunt, lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p 425. 52.) βραδέως δὲ πρῶτον ἐπαείρεται; tardè verò primùm attolluntur, hoc est supra reliquas eleuantur & vehementem alterationem sustinent. Sic lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 16. 21.) humores corporis μετεώρους fieri dicit, hoc est attolli, ἀκρήτους & ἀπέπτους, non alteratos aut concoctos & à reliquis secretos. Quod rectè annotauit Zuingg.

Ἐπαΐειν est sentire, percipere & intelligere. Prorrh. 2. (p. 100. H.) ὡς τι μαλθαγγεῖ μένῳ ἐπαΐειν καὶ τῆς γαστρὸς καὶ τῆς κύστεως, vt ne tactum percipiat æger & ventris & vesicæ. Rursus (ibid.) ἐκ ἐπαΐοντι τῷ ἀνθρώπῳ ὑπὸ κόπρος διαχωρέει καὶ τὸ οὖρον, & stercus & vrina ægro inscio & non sentiente prodit. Sic enim lego, etsi ἐκ ἐπείγοντι legunt omnia exemplaria, quod est, non cogente aut adnitente ægro, neque instante aut vrgente, hoc est sine eius opera. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 600. 46.) ἐπαΐουσι γὰρ αἱ μῆτραι τοῦ ῥεύματος χωρέοντος ἐκ τῆς κοιλίης. Sentiunt enim vteri fluxionem ex aluo prodeuntem, hoc est ab ea malè afficiuntur & commouentur. Vbi ἐπαΐσσουσι legisse videtur Caluus, cùm resilire dixit. ἀΐσσειν γὰρ τὸ ὁρμᾶν λέγεται, vt scribit Erot. Corn. quoque concitantur & percipiunt dixit, vt vtranque lectionem adhibuerit. Rursus lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 664. 4.) καὶ θώρηξ ἐπαΐει. & thorax percipit. Lib. quoq; 2. de Morb. (pag. 468. 35.) καὶ ἐκ ἐπαΐει οὐρέων, & meiere se non percipit, non sentit. Vbi manifesto vitio ἐπάγει pro ἐπαΐει habent exemplaria omnia. ἐπαΐειν αἰσθάνεσθαι exponit Hesych. Sic ἐπαΐστος dicitur de quo auditum est aliquid & compertum, vt apud Herod. Euterpe, ὡς ἐπαΐστος ἐγένετο τὰ ἐργασμένα, vt compertum est id eum fecisse.

Ἐπαΐσσειν est cum impetu irruere, irrumpere, & impetum faciendo prodire. Lib. περὶ σαρκ. παιδ. pag. 238. 18. καὶ τὰ νεῦρα ἐπαΐσσοντα ἀμφὶ τὰς συνάψιας τῶν ἄρθρων, & nerui ad articulos prodeunt, hoc est deferuntur, & circum articulos exiliunt, in fætus conformatione. ἐπαΐσσοντες, ὁρμητικὰ ἐπιχειρήματα exponit Hesy.

Ἔπακρον quod in summo acumen est & in angustum tendit, dicitur, vt lib. 2. de Morb. [p. 483. 22.] παχὺν καὶ ἔπακρον ποίησον τὸ μοτόν, crassum & acutum linamentum facito. Ἔπακρα Gal. in Exeg. apud Hipp. exponit τὰ εἰς στενὸν τελευτῶντα, ἃ καὶ ἔξουρα, in acutum desinentia, quæ & ἔξουρα etiam vocantur. Vbi pro ἔξουρα μύουρα quidam legunt. Verum ἔξουρα retineo cum omnibus exemplaribus, vt mihi indicare videatur Gal. apud Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. [p. 649. 44.] vbi τὰ προσθετὰ ἔξουρα scribuntur quibusdam τὰ προσθετὰ ἔπακρα placuisse, eumq; locum tacitò innuere per hæc verba quæ adducuntur, & certè vitij suspicione non carent. ἐπιτάσει τῷ ἐπὶ τὸ μᾶλλον. Quæ etiam aliter à Varin. leguntur, neque in melioribus exemplaribus habentur. Etsi Cornar. de ἐπὶ intelligit, quod intentionem & augmentum significat, vt ἔπακρα valde acuta dicantur.

Ἐπαλείφειν superlinere significat, sed translatitiè pro acuere, stimulare, irritare & excitare sumitur, lib. 5. Epid. (pag. 1147. F.) ἐπαλειφθεὶς καρκῖνος dicitur cancer medicamentis irritatus & exasperatus. Etsi illic variam interpretum lectionem adscripsimus. Hesych quoque ἐπαλείφει διεγείρει exponit.

Ἐπαλύνων ἐπιπάσσων, hoc est inspergens, exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. Vbi Henric. Steph. ἐπαλύνων appositissimè legendum existimat. Videtur tamen Gal. ἐπαλυνων legisse lib. 1. περὶ γυναικ. [pag. 625. 52.] vbi ἄλφιτα ἐπαλύνων vitiosè habent omnia exemplaria, quod est polenta inspersa, aut polentæ pollinem aspersum. Vide παλύνειν postea.

Ἐπαναδιδόντες πυρετοὶ, febres increscentes, insurgentes, aph. 17. sect. 1. lib. 6. Epid. dicuntur febres quæ initio quidem iniecta manu mordaces parum apparent, verùm postea temporis successu calor insurgit & manum admotam mordet. Quibus

opponuntur οἱ ὀξέες, ἐπαιρόμενοι ὑπὸ τῆς χειρὸς, (vt ſcribit Gal.) acutæ, ſed quæ manui cedunt. Ἐπαναδιδόντες ὀξέες παλμοὶ, ſubinde ingraueſcentes palpitationes, & quæ in grauius tendunt, increſcunt & augentur, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag 600.27.)

Ἐπαναδίπλωσις idem quod Ἀναδίπλωσις, reduplicatio in febribus cùm nouus horror & veluti nouus inſultus cum horrore ſubinde repetit, vt in ſemitertiana febre, in qua magnam acceſſionis partem horror occupat. Eadem ἐπανάληψις dicitur, hoc eſt repetitio. Gal lib. de Temp. morb. (p. 383.54.)

Ἐπανάκλησις θερμῆς caloris reuocatio, aph. 21. lib. 5. & lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 427.32.) ψυχροῦ πολλοῦ καταχύσις ἐπανάκλησιν θερμῆς ποιέεται, frigidæ affuſio calorem reuocat.

Ἐπαναπνεῖν inſuper & ſubinde reſpirare, de frequenti & crebra reſpiratione dicitur lib. 7. Epid. (pag. 1234. E.) De geminata etiam & ſubinde repetita reſpiratione ibidem ſumitur, καὶ ἐπανέπνει ἔστι δ' ὅτε διπλόον, interdumque geminata reſpiratione ſubinde reſpirabat.

Ἐπαναστάσιες erumpentes eminentiæ dicuntur ac velut aſſurgentes tumores & eruptiones. In Coac. (pag. 154. D.) αἱ παρ' ὀφθαλμῶν ἐπαναστάσιες, erumpentes circa oculos eminentias aut aſſurgentes in tumores oculos ſignificant, intumeſcentibus & protuberantibus palpebris, in eas defluente ex cerebro humorum redundantia. Intelligi etiam ἐπαναστάσιες poſſunt velut ἐπαναστήματα ſumuntur apud Ariſtoph. de puſtularum eruptionibus, & ἐπανιστάμεναι πομφόλυγες crebrò dicuntur Dioſcor. & lib. 2. Epid. initio ſcribitur φλυκταινίδες ὥσπερ πυρίκαυστοι ἐξανίσταντο, puſtulæ erumpebant iis affines quæ ambuſtis fieri ſolent. Vbi Gal. lib. 1. de Temper. ἀνίσταντο & ἐπανίσταντο legit, videnturque iis eſſe ſimiles quas ἀπὸ κονιάτων ἐπιπυρομένας φλύκτιας vocat lib. περὶ χυμῶν. ἐπανάστασις etiam exponitur Heſych. ἐπανέγερσις.

Ἐπαναφέρειν quaſi vires repetere dicitur, & eſt vires reſumere, recipere, ſeſe recolligere, aut viribus reſumptis recreari & refici, idem quod ἀνακομίζεσθαι. In Coac. Prænot. ſtatim initio, οἱ ἐπανενεγκάντες ſunt qui vires reſumpſerunt ac ſeſe velut recollegerunt.

Ἐπανεμεῖν ſubinde vomere & vomitum repetere. In Coac. (pag. 209. A.) οἱ ἐπανεμέοντες, ſubinde vomentes, in redundante purgatione malè habentes.

Ἐπανέρεσθαι apud Hipp. ἐπερωτῆσαι exponit Erot. quod eſt præterea interrogare aut interrogare ſimpliciter. In Progn. (p. 112.28. H. 37.3.) ἐπανέρεσθαι χρὴ, interrogare oportet. Rurſus ibid. (pag. 124. 11. ibid. 12.) περὶ τουτέων ἐπανέρεσθαι περὶ ὧν καὶ πρότερον ἐκέλευσα, de his interrogandum de quibus antea monui. Eaque dictione crebrò vtitur Prorrh. 2. (vt pag. 112. H.) & p. 113. C. D. F.)

Ἐπανερεύγεσθαι ſubindè ructare, vt ἐπανερεύγεσθαι χολώδεες biliosum ructare de his quibus os ventriculi bile redundat. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 85.41. H. 395.44.) ὑπὸ τοὺς ἐπανερευγομένους χολώδεες, neque eos qui bilioſum eructant, quos ἐκκεχολωμένους τὸ στόμα τῆς κοιλίης exponit Gal.

Ἐπανθεῖν eſt in ſuperficie efflореſcere, ſumitur autem tranſlatitiè pro eminere, exiſtere, ſupereminere & emicare. Libr. 7. Epid. (pag. 1221. G.) τρηχύτης ἐπῆνθει ὑπόλευκος, aſperitas exiſtebat cum pallore albicans hoc eſt, in lingua eminebat & efflореſcebat. Sic ἐπάνθισμα ἀφρῶδες, ſpumoſa efflореſcentia, aut ſpuma ſupereminens, ſpumoſus veluti flos ſurſum erumpens aut emicans in bilioſis ac meracis deiectionibus, in Prorrh. (pag. 177.11. H. 69. A.) οἷον ἄνθος ἄνωθεν ἐπικείμενον, veluti ſupereminentem florem exponit Gal. & Coac. Prænot. (pag. 217. H.) Rurſus in Prorrh. (pag. 189. 20. H. 71. H.) in vrinis τὰ ἐπανθίσματα ἐρυθρὰ κατεχόμενα, contentæ rubræ efflореſcentiæ. Et Coac. (p. 211. E.) τὸ ἐξέρυθρον ἐπάνθισμα ἰῶδες κατεχόμενον, efflореſcentia prærubra æruginoſa in vrina contenta.

Ἐπανιέναι, eſt remittere, relaxare. Verùm ἐπανιέναι & ἐπανέρχεσθαι emergere ſignificat, ſurſum educi, ſurſum cedere & prodire, de oſſibuſque dicitur quæ ſurſum educuntur & ſponte cedunt, vbi fragmenta oſſis emortui aut corrupti nulla vi educuntur, ſed ſponte ſequuntur & cedunt, carneque ſuccreſcente ſurſum emergunt & expelluntur. Libr. de vulner. cap. (pag. 910. D.) οὐδὲ κινδυνεύειν τὰ ὀστέα πειρώμενον ἀφαιρέειν πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ, neque cum periculo oſſa auferre tentandum priùs quàm ſponte cedant aut emergant. Rurſus (ibid.) οὕτω δ' αἱ τάχιστα ἥ τε σὰρξ ὑποφύοιτο καὶ βλαστάνοι καὶ τὰ ὀστέα ἐπανίοι. Hac verò ratione tum caro celerrimè ſuccreſcet & pullulabit, tum oſſa emerſerint. Rurſuſque (ibid E.) καὶ τὰ ὀστέα τάχιστα ἐπανίοιεν τὰ ἐγκλασθέντα ἔσω, & oſſa intrò deſidentia celerrimè ſurſum educentur, emergent. τὰ ἐπανιέντα dicuntur in Prorr. (p. 199 57. H. 74. H.) remittentia ſymptomata, vbi affectus moderatior exiſtit, & de ſæuitia remittit. Verùm illic Gal. ἐπανιέντα νοσήματα, quoſdam interpretes ſumere ſcribit, τὰ ἐπανερχόμενα, hoc eſt, reuertentes morbos, dicique τὰ ἐπανερχόμενα νοσήματα, τὰ μετριάσαντα μὲν ἐπ' ὀλίγον, αὖθις δὲ παροξυνθέντα, morbos qui parum remittunt & moderatiores fiunt, ruſuſque acceſſione repetũt.

Ἐπανορθοῦσθαι καὶ διορθοῦσθαι corrigere & dirigere ſignificat, & de his dicitur apud Græcos, quæ quocunque modo excedant, in ſuum ſtatum reſtituuntur. Gal. Comm. 2. εἰς τὸ κατ' ἰητρ. (pag. 684.48.)

Ἐπάντλησις perfuſio, aut infuſio aquæ hauſtæ. ἐπαντλήσιες perfuſiones ſignificant quæ fiunt in balneis à miniſtris, lib. de rat. vic. in mor. ac.) pag. 84.22. H. 395.20.) καὶ ταὶ ἐπαντλήσιες ταχεῖαι ποιέεσθαι, & celeres fiant perfuſiones.

Ἐπάρματα interdum tubercula ad aures & exortos tumores, aut parotidas ſignificant, interdum verò omnes tumores quauis in parte ortos, & quauis ex cauſa. Gal. initio com. 4. in lib. 6. Epid. (pag. 491.34.) τοὺς παρὰ τοῖς ὠσὶν ὄγκους παρὰ φύσιν ἐπὶ τῶν νοσησάντων γινομένους εἴωθεν ὀνομάζειν ἐπάρματα. διότι μὲν ὁλοκλήρῳ τῇ λέξει χρώμενος, ἐνίοτε δ' ἐλλιπεῖ, ὥσπερ καὶ νῦν. Qui in morbis ad aures oriuntur tumores præter naturam, ἐπάρματα nominare conſueuit, integra interdum dictione vſus, interdum verò mutila, veluti & nũc. ἐπάρματα παρὰ τὰ ὦτα, ſublati ad aures tumores dicuntur libr. 1. Epid. (pag 352.12. H. 938. E.) quæ illic τὰ συστάντα παρὰ τοῖς ὠσὶν οἰδήματα vocat Gal. Sic ἔπαρμα παρ' οὖς tumorem iuxta aures ſubnaſcentem ſignificat in Coac. (pag. 120. E.) Interdum verò τὰ παρ' οὖς ſimpliciter dicuntur Hip. vt aph. 1. ſect. 4. libr. 6. Epid. τὰ παρ' οὖς οἷσιν ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα μὴ ἐκπυήσῃ. Quibus iudicationis tempore exorta ad aures tubercula non ſuppurauerint. De præcordiorum tumore ἔπαρμα effert Hippocr. ægr. 13. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔπαρμα ξὺν ὀδύνῃ, præcordia dextra cum dolore intumuerunt.

Ἔπαρσις etiam Hippocrati quemuis tumorem, eleuationem aut inflationem ſignificat. In Coac. (pag. 129. G.) κοιλίης ἄλογοι ἐπάρσιες, ſunt ventris temerarij tumores, quæ præter modum aut rationem eleuationes contingunt. Rurſus (ibidem pag. 138. E.) κοιλίης ἐπάρσιες ventris intumeſcentias ſignificant, & tumores à flatibus exortos, quos κυρτώματα & οἰδήματα vocat Hipp. in Progn. Gal. verò τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους exponit, eadémque notione dici videntur qua μετέωρα ὑποχόνδρια ſcribuntur aph. 73. lib. 4. & 64. lib. 5. ſublata aut ſuſpenſa præcordia.

Ἐπαυξέες νοῦσοι dicuntur Hipp. morbi increſcentes & qui temporis lapſu increſcunt, aph. 25. ſect. 5. libr. 6. Epid. Vbi Gal. νόσους ἐπαυξέας vocari ſcribit τὰς αὐξανομένας ἐν τῷ χρόνῳ καὶ χείρους ἀεὶ γινομένας, εἰ μὴ φθάσειε λυθῆναι, οἷον ταὶ ποδάγρας, ἀρθρίτιδας, νεφρίτιδας, ἐπιληψίας, μελαγχολίας, morbos increſcentes eos qui temporis ſucceſſu increſcunt & ſemper deteriores fiunt, niſi prius ſoluantur, velut podagras, articulorum morbos, renum affectus, comitiales & melancholias. Sabinus verò νόσους ἐπαυξέας intelligit morbos qui pueros occupant vnaque augentur vſque ad ætatem veneri exercendæ aptam, quales nominat renum affectus, quartanas & capitis dolores. Sic Aët. cap. 8. lib. 3. comitialem morbum & capitis dolores per ἐπαυξέας νόσους intelligere videtur, haud dubiè illam Hipp. ſententiam ſubnotans.

Ἐπαυρίσκεσθαι haurire ſignificat, & cum præpoſitione haurire ab aliquo, fructum capere & frui. Lib. 4. de morb. (pag 498.28.) ἐπαυρίσκεται ἀπὸ τοῦ σώματος τηκομένου, ex corpore tabeſcente fructum capit & haurit, eoque fruitur. Significat autem ventriculum vacuum ex toto corpore humorem attrahere eoque frui. Et (ibid. 32.) ἀπὸ τοῦ σώματος ἐπαυρίσκονται attracto humore ex corpore fruuntur. Rurſus (ibidem pag. 502.5.) ἐπαυρίσκεται τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης, corpus ex ventre fruitur. Et (verſ. 13.) ἐπαυρίσκεται μὲν τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης, corpus quidem ex ventre haurit. Et, ἐπαυρίσκονται δὲ αἱ πηγαὶ, hauriunt autem & fontes. Rurſuſque (pag. 503.25.) καὶ ἐπαυρίσκεται ἐπὴν πλήρης ᾖ ἀπ' αὐτῆς, & vbi plenus fuerit ab ipſo haurit eoque fruitur. Et (504.25.) τὸ σῶμα ἐπαυρίσκεται καθ' ἡσυχίαν, corpus ſenſim fruitur. Et (v. ibid. 22.) ἢ εἰ ἐπαυρίσκετο ἡμῖν τῆς ἰκμάδος ἱκανόν, humor non ſufficienter nobis ſuppeteret, aut corpus non ſufficienter humore frueretur. Iterum (pag. 504.47.) ὅτι δὲ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν τῆς ἰκμάδος ἐπαυρίσκεται, quod ſcilicet hominis corpus humore ex cibis & potibus fruitur.

Ἐπαφάσῃ τῷ δακτύλῳ, ἀντὶ τοῦ ἐφάψῃ poſitum apud Hipp. ſcribit Erot. quod eſt, ſi digito immiſſo palpaueris aut attrectaris, pro ſi contigeris, nimirum locum lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 661.25.) ſubindicans, vbi tamen κἢν ἐπαφήσῃ τῷ δακτύλῳ legitur. Dici autem παρὰ τὸ ἐπαφᾶσθαι idem ſcribit. Vide ἐφάπτεσθαι poſtea.

Ἐπαφρο

Ἐπαφρα spumantes deiectiones significant Hipp. in Prorrh. (pag.197.54.H.74. E.) ἢ καὶ ἐπὶ δὲ ἔπαφρα χολώδεα προσδιεξίοιχωρῆσαι; ant etiam ex aluo spumantia & biliosa proditura sint? Rursusque (ibidem pag.199.20. ibid. G.) οἷς κῶμα γίνεται ἐπαφρον διελθόντων. In sopore affectis ægris, spumantibus prodeuntibus deiectionibus. Vbi Gal. ἔπαφρον dici scribit quod ἀφρῶδες διαχώρημα vocatur in Progn. Idem etiam ἔπαφρα quibusdam interpretibus sumi scribit, quæ sursum vectam spumam, ac veluti in summo innatantem habent & fluxilem: Erot. apud Hipp. ἔπαφρα τὰ ὑδαλεα ἢ ὥσ ἀφρώδη, exalbicantia ac veluti spumantia, exponit, priorem Prorrh. locum haud dubiè exprimens. Ἔπαφρα etiam in Sileno libr. 1. Epid. spumantes deiectiones significant, & ægr. 3. lib. 3. Et in Coac. (pag. 218. A.) ἔπαφρον διαχώρημα ἀντὶ τῦ ἀφρώδους ponitur.

Ἐπέδυνε, ἐπεδιέῤῥει ἢ διεπήδα, hoc est, superdiffluebat, transiliebat, exponit apud Hip. Erot.

Ἐπεισιέναι est insuper ingredi, intromitti, intrò subire & se insinuare. Libr. περὶ τροφῆς (pag.380.49.) ἔξωθεν συνεχὲς ἐπεισιοῦσα τροφή, alimentum quod extrinsecus continuò superingestum est aut suggeritur, aut continuò corpus subiens. Cui opponitur ἐκκρίνεσθαι & ἀποκρίνεσθαι.

Ἐπέκεινα aduerbium est loci, & vltra, trans, & vlteriorem partem significat, vt libr. de art. (pag.617.18.H.810.A.) ἐν δὲ τῷ ἐπέκεινα, vltra verò hanc partem, nimirum spinæ partem quæ ad latera vergit versus posteriora, indicans: τὴν ὀπίσω χώραν exponit Gal. In Moch. verò (pag.842.C.) dicitur. ἔτι δὲ ξυναρθροῦνται αὐτῶν ἐν τῷ ὄπισθεν τῦ νωτιαίου, quod est. Ex quoque [vertebræ] in posteriore medullæ spinalis parte articulorum modo inter se committuntur. Rursus (ibidem pag.H.834.G.) ἐπέκεινα τ̃ κεφαλῆς τῦ μηροῦ, vltra femoris caput.

Ἐπεσοφίσαντο, ἐμηχανήσαντο, elaborarunt, curiosè moliti sunt, aut confecerunt, exponit Erot. apud Hipp. ex lib. de art. (pag. 596.6.H.791.C.) εἰσὶ δὲ οἵ τινες οἱ ἐπεσοφίσαντο ἤδη μολίβδιον βαρὺ προσεπιδῆσαι, ὡς καταναγκάζειν τὸ ὑπερέχον. Nonnulli verò iam solerter excogitarunt, vt plumbum aliquod graue insuper alligaretur, quò deorsum cogeretur quod extat. Vbi tamen ἐπεμηχανήσαντο legunt ferè omnia exemplaria. Sed nos ex codicibus Regiis manu scriptis ἐπεσοφίσαντο retinuimus.

Ἐπηλυγάζεσθαι significat inumbrari, velut vmbraculo tegi, aut obtegi, occultari, ab ἠλύγη aut ἠλυγὴ, quod σκιὰν & τὸ σκότος, vmbram, & tenebras indicat, pro quo etiam ἐπηλυγάζειν aut ἐπηλυγάζεσθαι dicitur. Libro secundo (περὶ γυναικ. (pag. 658. 55.) & (pag. 662. 33.) & (pag. 663. 8.) τὰ τε ἐπιμήνια ἐπηλυγάζεται scribitur, hoc est, menses occultantur, impediuntur, retinentur. (Vbi tamen passim ἐπιλυγάζονται vitiosè scribitur) quod κρύπτεται dixit lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.577.22.) eadem in re. Erot. tamen apud Hipp. ἐπηλυγάζονται legisse videtur, idque bis repetit, & pro ἐμποδίζονται ἢ ἐπέχονται positum scribit, quod est, impediuntur, retinentur, sistuntur. Idem quoque annotat ἠλύγην Atticis τὴν σκιὰν dici, & locum Thucyd. ex lib.6. profert, ἵνα τῷ κοινῷ φόβῳ τὸ σφέτερον ἐπηλυγάζωνται, vt publico metu suum occultent, tegant, obumbrent, aut publicum metum suo prætendant. Vbi Schol. ἐπηλυγάζωνται ἐπικρύπτωνται exponit, Erot, συσκιάζονται. ἐπηλυγάζειν Sudas ὀλίγον φαίνειν, σκιάζειν explicat. Ἐπηλυγάζονται Hesych. exponit ἐπισκιάζονται, ἐπικρύπτονται, hunc Hipp. locum non temerè respiciens. Quem mihi sanè non rectè accepisse videntur interpretes. Nam & Cornar. ἐπιλυγίζονται obtorquentur dixit, ἀπὸ τ̃ λύγου, obscurè admodum nec satis apta ratione. Caluus verò tolluntur.

Ἐπὴν ἐπεὶ Ionicè significat hoc est postquam, sed pro ἔπειτα positum videtur, libr.7. Epid. (pag.1234.E.) ἐπὴν βραχὺ ἦν διψώδης, deinde parum siticulosus erat.

Ἐπιβεβλημένος dicitur vestimentis contectus, stragulis opertus, aut amiculo circumiecto. Lib.6. Epid. sect. 4. aph. 14. ὕπνος ἐν ψύχει ἐπιβεβλημένῳ. Somnus in loco frigido, stragulis corpori iniectis, capiendus est.

Ἐπίβολος idem quod ἐπήβολος, alicuius rei compos, & qui eam adeptus est aut possidet, vel qui aliquid obtinet, ὁ ἐπιτυχὴς ἐγκρατής. Hipp. ἐν νόμῳ (pag.2.11.) χρὴ γὰρ ὅστις μέλλει ἰητρικῆς ξυνεσιν ἀτρεκέως ἁρμόζεσθαι, τῶν δὲ μιν ἐπίβολον γενέσθαι. Eum enim qui medicinæ scientiam sibi comparare volet, hoc obtinere oportet, his niti conuenit. Quemadmodum ex Plat. addecit Budæus τοιαύτης τινὸς ἐπιστήμης ἐπιβόλους, scientiæ compotes & peritiam adeptos. Animaduertendum tamen apud Hipp. exemplaria quædam manu scripta ἐπίβολον scribere, & μετοχὴν ἢ γνῶσιν in margine explicare.

Ἐπιγένημα interdum idem quod σύμπτωμα significat vt scribit Gal. libr. 3. de diff. sympt. interdum quoque quod agnatum est ac velut ex salina alba linguæ superinductum indicat, & incendij remissionem præ se fert, vt in Coac. (pag.156.A.) παχέος μένοντος τῦ ἐπιγενήματος, αὐθήμερον, eo quidem quod agnatum est crasso permanente, eodem die.

Ἐπιγίνεσθαι est superuenire, succedere, & de iis dicitur, quæ in morbis accidunt, proprieque de his quæ morbi ratione & auctæ passionis nomine succedunt. Gal. com. ad aph. 35. lib. 6. ἐπιγίνεσθαι τοῖς πάθεσιν ἔθος ἐστὶ τὰ ἢ συμπτώματα, τοῖς παλαιοῖς ἰητροῖς ἔθος ἦν λέγειν, ὅσα κ̃ τ̃ αὐτοῦ πάθους λόγον αὐξανομένου συμβαίνειν εἴωθε. Morbos & symptomata morbis succedere veteres medici dicere consueuerunt, quæ ipsius morbi augescentis ratione accidere solent. Hinc ἐπιγενήματα dicuntur quæ morbis necessario, eorumque increscentium ratione succedunt, eosque ex necessitate comitantur, non symptomata simpliciter, aph.32. sect.8. lib.6. Epid. τὰ ἐπιγενήματα etiam dicuntur de morbis qui priore manente affectione superueniunt & veluti auctario succedunt. Quorum omnis generatio eiusmodi esse consueuit, vt neque paruos neque mites, sed malos atque malignos consequatur morbos, vt scribit Gal. com. ad aph.11.lib.7. Praxagoras volumen vnum non exiguum περὶ τῶν ἐπιγινομένων scripserat, vt testatur Gal. aph.15. & 11. lib.7. Totusque aphorismorum liber septimus περὶ τῶν ἐπιγινομένων quibusdam inscriptus est. Ac de iis verè & scienter scribitur ab Hip. lib. περὶ παθῶν (pag. 522. 20.) τῶν γὰρ νοσημάτων, ὅτι αὖ ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ γένηται, ὡς τὰ πολλὰ ἀποκτείνεται· γὰρ ἀσθενὲς τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ προτέρου νόσου, ὁ ἕτερος ἐπιγίνεται, προαπόλλυται ὑπὸ ἀσθενείας, πρὶν ἢ τὴν ὑστέρην νοσεῖν, τὴν ὑστέρην ἀγωνιζόμενον, τελευτῶσα. In morbis enim cùm alter ad alterum accedit, plerumque occidit. Si quidem corpus ex priore morbo imbecillum alius succedens morbus nactus, prius præ imbecillitate perit, quàm qui posterior accessit morbus desinat. Est & ἐπιγίνεσθαι suboriri, crebrò & assiduè accidere, vt ἐπιγινόμενος ἱδρὼς, sudor in febre subortus & crebrò accidens, aph.56. lib.4. ἀεὶ γίνων enim explicatur ex aph. 42. lib. eiusdem vt etiam illic scribit Gal.

Ἐπιγλωττὶς aut ἐπιγλωσσὶς, epiglottis, ligula, aut minor lingua, membrana est cartilaginosa, oblonga & rotunda, laryngis meatui incumbens, ne quod transglutimus, in laryngem, aut pulmones transmittatur. Hipp. lib. περὶ καρδίης (pag. 268. 30.) πῶμα γὰρ ἀτρεκὲς ἡ ἐπιγλωττὶς οὐ δύναται μεῖζον παρεῖναι. Operculum enim exactum epiglottis aut ligula, ne ampliorem quidem potum transmittet. Sic enim legendum videtur, cùm vitiosa sint omnia exemplaria. Censet autem Hippocrates potionis confertam copiam prohiberi, ne decidat in laryngem aut pulmones, minorem verò & quantum per rimam allabi possit, velut irrigatis parietibus ipsius arteriæ, in pulmones decidere. Cuius opinionis authorem facit Hipp. Gal. lib. 8. de Plac. Hipp. & Plat. & Plutarch. in Sympos. Quam etiam secutus Plato ab Erasist. reprehenditur apud Gell. lib. 17. cap.11.

Ἐπίκυα superfœtationes dicuntur lib. 1. περὶ διαίτης (pag. 344. 11.) vbi etiam superfœtationis causam docet. ἐπίκυα δὲ τὰ τὰ τρίτα γίνεται. Superfœtationes autem hoc modo fiunt.

Ἐπιγονατὶς mola aut genu patella, quæ & ἐπιγουνὶς & ἐπιγουνὶς dicitur Hipp. lib. περὶ ἰησίων φύσ. (pag.279. 19. 30. 31.) Est autem os cartilagineum, latum, rotundum, toti genu suppositum.

Ἐπιδερμὶς propriè cuticulam significat, hoc est, tenuem cutem & admodum exa[illegible], quæ [illegible] cuti obducitur. Hipp. autem [illegible] lib. περὶ σαρ. παιδὸς (pag. 42. [illegible]) [illegible] δὲ γὰρ μάλιστα [illegible] τῦ σώματος ἡ ἐπιδερμὶς [illegible]. Plurimi enim & maximi oriuntur [pili] qua corporis parte cuticula (quæ ἐπιδερμὶς dicitur) rarissima est. Et (v.34.) ἢ ὅκου ἡ ἐπιδερμὶς ὕστερον ἀραιὴ γίνεται, ἐκεῖ ἢ ὕστερον αἱ τρίχες φύονται, & quo loco cuticula posterius rarescit, illic quoque postea pili enascuntur. Certum est autem in cute potius quam cuticula pilorum radices sitas esse. Rursus (v.44.) ἢ τρίχες ἡ παιδὶ τῦ παιδὸς ἢ τ̃ παρθένου, ἀραιῆς τῆς ἐπιδερμίδος γενομένης, tum rarescente cuticula, tam puero quam virgini, pubes pilos emittit. Et (vers. 47.) ἀραιὴ γὰρ γίνεται ἡ ἐπιδερμὶς, cuticula enim rarescit. Et (vers. 53.) σημεῖον δὲ ὅτι ἐν τοῖσι ἀραιοτάτοισι τ̃ ἐπιδερμίδος φύονται αἱ τρίχες. Indicio autem est in maximè raris cuticulæ partibus pilos nasci. Eamque etiam crebrò vsurpat eodem libro (pag. 240. 33. 54. 241. 1. 5. 9. 15.17.)

Ἐπίδεσμοι dicuntur Hipp. fasciæ quæ plagulis aut spleniis superinducuntur & superligantur, quasi superfasciationes. Gal. Com.3. in lib. κατ' ἰητρ. (pag.690.45.H.745.C.) Vide ὑποδεσμίδες postea.

ἐπίδηλος ἄνθρωπος, homo conspicuus dicitur Hipp. qui sensu increscere deprehenditur, vt primo, secundo, tertio & quarto septenario vsque ad quintum. lib. περὶ σαρκῶν (pag. 252. 22.) αὐξάνεται δὲ ἐπὴν φύηται ἐπίδηλος. ἐπίδηλος δὲ μάλιστα γίνεται ἀπὸ ἑπταετίος μέχρι τεσσαρεσκαιδεκαετέος. Crescit autem quandiu sensu crescere deprehenditur. Sensu autem potissimum crescere deprehenditur à septimo ad decimum quartum vsque annum. ἐπίδηλος ἡμέρα dies spectabilis & index, quæ quid die iudicatorio futurum sit indicat, qualis est cuiusque septimanæ dies quartus, aph. 24. lib. 2. Vbi scribit Gal. ἐπιδήλους καὶ θεωρητὰς ἡμέρας ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν ἡμέρας, ἐν αἷς τι σημεῖον φαίνεται δηλωτικὸν τῆς ἐσομένης κρίσεως, ἐν ἑτέρᾳ τινὶ τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν. Indices & spectabiles dies consueuit eos vocare Hippocrat. in quibus indicium aliquod apparet iudicationis futuræ in alio quopiam die iudicatorio.

ἐπιδιασκευάζω est aliquid iam semel tractatum adornare, repetere, recognoscere, & purius aut melius retractare. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 38. 42. H. 383. 45.) οἱ μὲν τοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες, ἰητρικώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοιστέων ἑκάστοισι. Qui igitur postea recognouerunt, ij medicè magis quæ singulis exhibenda sunt, percurrerunt. Vbi scribit Gal. ἐπιδιασκευάσθαι λέγεται βιβλίον ἐπὶ τῷ προτέρῳ γεγραμμένῳ τὸ δεύτερον γραφέν, ὅταν τὴν ὑπόθεσιν ἔχῃ τὴν αὐτὴν, καὶ τὰς πλείστας τῶν ῥήσεων τὰς αὐτὰς, τινὰ μὲν ἀφῃρημένα τῶν ἐκ τοῦ προτέρου συγγράμματος ἔχῃ, τινὰ δὲ προσκείμενα, τινὰ δὲ ὑπηλλαγμένα. Liber post primum secundò scriptus recognosci dicitur, cùm sub eodem argumento plurimas easdem dictiones, & nonnulla quidem eorum quæ in priore erant detracta, quædam etiam addita, quædam verò permutata habet. Velut pro exemplo Eupolidis Autolycum secundò recognitum adfert Galen. Sic Cnidias sententias à Cnidiis Medicis secundò recognitas & medicè magis adornatas, censet Hipp.

ἐπίδημος aut ἐπιδήμιος νοῦσος, morbus est popularis aut populariter grassans, ex communium genere, quos κοινὰς ἢ παγκοίνους ἢ πανδήμους vocant, vt & ἔνδημος aut ἐνδήμιος qui vernaculus dicitur. Vterque à communi causa natus. Verùm hîc patrius & regioni familiaris ac vernaculus existit. Ille popularis est & externus aut aduentitius habetur, à communi & insolita causa natus. De quo libris Epid. agit Hipp. vt & de vernaculo lib. de aëre, loc. & aq. ἐπιδήμων νοσημάτων causam valde communem facit Hipp. nempe aërem quem inspiramus, non victum. lib. περὶ φυσ. ἀνθρωπ. vt testatum facit Gal. initio Com. 1. in lib. 1. Epid. Prætereaque quod etiam eodem lib. (pag. 19. 20. H. 228. 54.) scribitur, id indicat: ὁκόταν δὲ νοσήματος ἑνὸς ἐπιδημίη καθεστήκῃ, δῆλον ὅτι οὐ τὰ διαιτήματα αἴτιά ἐστιν, ἀλλ' ὃ ἀναπνέομεν, τοῦτ' αἴτιόν ἐστι. καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι νοσηρήν τινα ἀπόκρισιν ἔχον ἂν εἴη. Cùm verò morbus vnus populariter & vulgò grassatus fuerit, manifestum est non victum, sed quem trahimus spiritum, in causa esse. nimirum qui morbidam quandam planè excretionem obtineat. Vbi certè Gal. τὴν ἀπόκρισιν ἀναθυμίασιν, hoc est, aëris expirationem proprietate totius substantiæ potius quàm qualitate infestam, exponit. Quæ vna est & ferè præcipua popularium morborum causa. Idemque sub aëre, cœli conditionem, regionis statum, victus corruptionem, aquarum prauarum potionem, comprehendi scribit, in Prooemio lib. 1. Epid. At verò ἐπιδήμων morborum duplex genus constituit Gal. com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Sunt enim qui toto genere perniciem præ se ferunt, qui λοιμώδεις & pestilentes sunt. Alij verò minores qui generis nomine ἐπιδήμιοι, vulgò & populariter grassantes vocantur, quales multi libris Epid. describuntur, qui cùm omnibus communes sint & vniuersales, passim & in obuios quosque sæuiunt, valdeque communem causam, nempe aëris inspirationem, habent. De iisque præcipuè agit Hip. cùm ἐπιδημέειν aut ἐπιδημῆσαι effert, quod crebrò facit libris Epid. Item lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 39. 33. H. 384. 13.) ὁκόταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν αἱ νοῦσοι, καὶ μὴ παραπλήσιοι, ὑπὸ τουτέων τῶν νοσημάτων ἀποθνήσκουσι πλείους, ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν συμπάντων. Cùm enim nullum commune pestilentis morbi genus populariter grassatum fuerit, sed dispersi morbi & inter se differentes fuerint, hi quàm reliqui omnes plures interficere solent. Rursus in Progn. (p. 164. 50. H. 46. 44.) χρὴ δὲ καὶ τὰς φορὰς τῶν νοσημάτων τῶν αἰεὶ ἐπιδημεόντων, ταχέως ἐνθυμέεσθαι, καὶ μὴ λανθάνειν τὴν τῆς ὥρης κατάστασιν. Morborum item qui semper passim & vulgò grassantur impetum accuratè obseruare, nec temporum anni conditionem ignorare oportet. Et lib. 3. Epid. st. pest. (p. 421. 3. H. 1085. B.) τὰ μὲν ἐπιδημήσαντα νοσήματα ταῦτα, atque hi quidem morbi populariter vagabantur. De multis qui tunc passim grassabantur intelligens, & multos communiter inuadebant. Vbi scribit Gal. οὐ γὰρ δὴ νοσήματός γέ τινος ὄνομά ἐστιν ἐπίδημον ἢ λοιμῶδες, ἀλλ' ὅ τι περ ἂν πολλοῖς ἐν ἑνὶ χωρίῳ χρόνῳ ἐπιγένηται, τοῦτο ἐπίδημον ὀνομάζεται. προσελθόντος δὲ αὐτῷ τοῦ πολλοὺς ἀναιρεῖν, λοιμὸς γίνεται. Neque enim certi cuiusdam morbi nomen est ἐπίδημον aut λοιμῶδες, verum quicunque vno in loco multos prehenderit, hic ἐπίδημος vocatur. Cui si accedat vt multos interficiat, pestis est.

ἐπιδιδόναι est increscere & augeri, cui ἐνδιδόναι opponitur, quod est remittere. Hinc ἐπίδοσις idem quod αὔξησις & αὐξάνεσθαι dicitur, & morborum incrementum significat aut secundum morbi tempus, vt scribit Gal. lib. 1. περὶ κρίσεων cap. 3. & libr. de temp. morb. (pag. 380. 17.) Ita & circuituum ἐπιδόσεις accessionum incrementa vocantur Hipp. aph. 12. libr. 1. Sic enim illîc scribit Gal. εὔδηλον δ' ὅτι ἐπιδόσεις τῶν περιόδων τὰς αὐξήσεις λέγει τῶν κατ' αὐτὰς παροξυσμῶν, αἵ τινες τόν τε χρόνον τῆς αὐξήσεως τοῦ νοσήματος ἐπιδείκνυνται, καὶ τὴν προθεσμίαν τῆς μελλούσης ἀκμῆς ἐνδείξει ἂν μάλιστα μάθοις. Constat autem eum per circuituum incrementa accessionum quæ in ipsis circuitib. fiunt augmenta intelligere, quæ & tempus increscentis morbi, & certum statumque futuri vigoris tempus ostendunt. Hip. lib. 2. Ep. (p. 998. B.) morborum vniuersalia tempora ex particularium inter se commissione definiens, scribit: δῆλον δὲ τῇ ἐπιδόσει, τάς τε ἐπιδόσιας, τῇσι περιόδοισι. Quod ex incremento manifestum fiet. Incrementa autem ex ipsis morborum circuitibus. Rursus lib. 1. Ep. (p. 354. 31. H. 940. G.) de semitertiana febre: ὁ δὲ τρόπος ἡμιτριταῖος, τὴν μίαν κουφοτέρην, τῇ δὲ ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι, καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες, febres erant ex semitertianarum genere, vno die leuiores, altero verò superingrauescentes, omninoq; vehementius increscentes. Rursusq; (ibid. p. 362. 23. H. 945. D.) de febrib. ad tertianarum naturam accedentib. πρηέες ἀρχόμενοι, καὶ τὸ ὅλον ἐπιδιδόντες αἰεί, per initia leues, & in totū perpetuò increscentes. ἐπιδιδόναι etiam σῶμα dicitur aph. 31. & 32. l. 2. corpus vbi cibo assumpto proficit aut recorporatur, viresq; pristinas recipit, εἰς εὐτροφίαν ἐπιδιδόναι σῶμα, probè renutriri corpus explicat ibid. Gal. & κατὰ τῶν ἀνακομιζομένων ἐκ νόσου, h. e. de his qui ex morbo releuantur, efferri solere scribit. Lib. quoque 5. Epid. (p. 1149. F.) ἀπὸ γὰρ τῶν ὑγρῶν οὐδὲν ἐπεδίδου, ἀλλ' ἐσήπετο. Humidis namque nihil proficiebatur, sed putredo inualescebat. Rursus lib. 6. Epid. sec. 4. aph. 16. ἐπιδιδόναι crescere, procedere aut vergere significat, aut ad mutationem aliquid tribuere & conferre. καὶ χροιὴ ἐπὶ τὸ κάκιον ἢ ἄμεινον ἐπιδιδοῖ. Calor etiam ad deterius aut melius vergit, aut mutatur. μεταβάλλει namque exponit Gal. Potest & dici ad deterius aut melius confert, vt tribuere aliquid aut proficere ad meliorem aut deteriorem de totius corporis habitudine æstimationem videatur. Quod etiam nostra interpretatione expressimus.

ἐπίδοξοι προσδόκιμοι exponitur Erot. apud Hipp. hoc est, celebres, approbati, qui de se quandam præbent expectationem. Alioqui ἐπίδοξος qui est in expectatione, & de quo in futurum est opinio dicitur, vt lib. de frac. (pag. 564. 58. H. 770. E.) ἐκόστιες δὲ μείζονος ὀστέου ἀποστάσιος ἐπίδοξος γίνονται. Quibus autem maioris ossis discessio speratur, aut in expectatione est. Ac vereor vt eum locum enixè quodammodo respicere videatur Erot. si modò apud eum ἐπίδοξος & προσδόκιμος legatur, vt & apud Hesych.

ἐπίδρομη accursionem indicat Hipp. & affluxionem aut affluxum, humorum transfusionem, quæ fit per vinculum. ἐπιρροὴν exponit Gal. lib. κατ' ἰητρ. (pag. 700. 16. H. 748. G.) ὡς αἱ ὑπὸ τῆς ἐπιδρομῆς τὰ συντηκόμενα πλείονα ἢ αὐτόματα ἐμινύθη, vt ex affluxione contabefactæ partes, ampliùs quàm suapte natura extenuatæ.

ἐπιεικὴς de eo quod clementer & moderatè se habet, dicitur Hipp. & de homine moderato, simplici, pacato & facili. In Prorrh. (pag. 174. 39. H. 68. B.) ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ τὸ ἐπιεικές. In phreniticis initio morbi moderatum esse, facilem, sedatum, mitem, modestum, æquabilem, aut pacatum. Gal. etiam com. 3. in Prorrh. (pag 217. 20. H. 81. F.) ἀνθρωπον ἐπιεικῆ vocari scribit: τὸν μέτριον, ᾧ μηδὲν ἄγαν ἀρέσκηται κατὰ τὸν βίον, virum moderatum, & qui nil nisi moderatè agit. ἐπιεικέστατον, τὸ μέτριον καὶ καλῶς ἔχον, ex Corintho annotatur dici, quod est moderatum, æquum & bonum, aut consentaneum. τὰ ἐπιεικῆ de moderatis deiectionibus & quæ moderatè se habent, neque omninò prauæ sunt, cum turbulentis & tenuibus ponuntur Coac. (pag. 184. E.) Sic ἐπιεικέως moderatè, leniter, consentaneè, facilè, promptè, omninò, admodum, ferè, mediocriter, sensim significat. In Prorrh. (pag. 217. 16. H. 81. F.) & Coac. (pag. 151. G.) ἐκ κωφώσιος ἐπιεικῶς τὰ παρ' ὦτα, ex surditate ad aures tubercula contingere consentaneum est, ad surditates abscessus ad aures consentanei sunt, aut ferè consequuntur, & vt admodum aut plurimùm fiunt. Illud enim ad moderatam & consentaneam abscessuum spem

potiùs referri debet, quam ad parotidum clementiam aut moderationem. Vbi Gal. τὸ ἐπιεικῶς, ἐν τῷ μεταξὺ τῆς πολλῆς ἐλπίδος καὶ τῆς ὀλίγης ἐχόντων ἐπὶ πάντων συμπτωμάτων, hoc est, de omnibus symptomatis vsurpari quæ nec multam, nec paruam spem habent, scribit. Atque ibid. τὸ ἐπιεικῶς, μετρίως ἐλπίζε, exponit, quod est, ferè fore, aut mediocriter, & leuiter fore spera. In Coac. (p.139.A.) οἱ πυρετοὶ διαλείποντες καὶ λαμβάνοντες πλανητικῶς, φθινοπώρῳ μάλιστα ἐς τεταρταῖον ἐπιεικέως καθίστανται. Quæ febres intermittunt & incerto ac vago ordine prehendunt, eæ præcipuè autumno, in quartanam ferè transeunt. Vbi [ferè] diximus, promptam euentorum inclinationem, & consentaneam rei consecutionem attendentes, quòd ferè ac plurimum huiusmodi febres erraticæ ad quartanas deueniant. Vbi etiam [τὸ ἐπιεικέως] propter facilem harum febrium ad quartanas propensionem, promptè, facilè, omninò, aut admodum etiam significare potest. Interpretes verò leniter & blandè, ac moderatè dixerunt, quòd earum in quartanas transitus, sensim & ex quodam temporis interuallo, non autem de repente contingat. Quidam etiam præter opinionem & expectationẽ intelligunt, quòd huiusmodi febres erraticæ, vbi aliquandiu conquieuerunt, tandem quarto die, molestiæ ac tædij sensum inopinatò afferunt, & temporis decursu in quartanas firmantur. Rursus (ib.p.139.F.) ὅσιν δὲ πολλάκις ὑποστροφαὶ γίνονται, ἰσχιαδικὴ φθίσις ἐπιεικέως γίνεται. Quibus autem recidiuæ sæpius contingunt, ij ferè in coxariam tabem decidunt. Et (143.E.) οἱ χειμερινοὶ τεταρταῖοι πυρετοὶ ἐπιεικέως μεθίστανται ἐς τὰς ὀξείας νόσους. Quartanæ hybernæ ferè in acutos morbos transeunt. Et (p.159.B.) ἐπιεικέως de eo quod consentaneè aut ritè consequitur. ποιοῦσι δὲ κεφαλαλγέες οἱ τοιοῦτοι ἐπιεικέως, fereque ij capitis dolore conflictari solent. ἐπιεικῶς ἔχειν moderatè se habere, ibid. (p.176.D.) εἰ καὶ πάνυ δοκοῖεν ἐπιεικῶς ἔχειν, etsi valde moderatè habere videantur. Et lib.5. Epid. (p.1151.A.) καὶ ἔχειν ἐπιεικέως, & moderatè habebat. ἐπιεικέως ἐπυρέτωνον, mediocriter febricitabant, ibidem (p.1162.E.) πυρετοὶ ἐπιεικέως ἄκριτοι, febres quæ ferè fine iudicatione erant, ib. (p.1157.F.) Sic πυρετοὶ ἐπιεικῶς μακροὶ, febres ferè longæ, libr.7. Epid. (pag. 1206.F.) τὸ χιόνος ἐπιεικῶς, de aqua quæ prope ad niuis frigus accederet, eamque frigore ferè æquaret, (ibidem p.1231. D.) etsi insolens videtur phrasis. Ε'πιεικέως, μετρίως, exponit Gal. apud Hipp. com.1. in lib. de art. (p.583.56. H.782.G.) hoc est, modestè, moderatè, quemadmodum etiam ὁ ἐπιεικὴς ἄνθρωπος, ὁ μέτριος Græcis dicitur. Ibidem quoque ἐπιεικῶς μάλιστα quibusdam significare scribit, quod tamen reprehendit. Rursus com.3. in eundem lib. (p.637.3.H.824.A.) ἐπιεικῶς μετρίως significare scribit & μὴ τι τελέως καὶ πάνυ σφοδρῶς, μὴ τε παντελῶς, hoc est, neque perfectè aut omninò vehementer, neque ex toto, sed mediocriter, hac dictione indicari. Ε'πιεικῶς, ἱκανῶς, abundè & sufficienter exponit apud Hipp. Erot. additque Atticos ἐπιεικὲς τὸ ἱκανὸν, hoc est, idoneum & sufficientem dicere. Quibus verbis mihi locum lib. de art. (pag.660.34.H. 839.E.) adumbrare videtur. ἐμβάλλουσι δὲ ἐπιεικέως καὶ αἱ σαῦραι. Idoneam quoque repositionem faciunt lacertæ dictæ. Ε'πιείκεια etiam probabilitas ac verisimilitudo dicitur, & πιθανότης exponitur Gal. apud Hipp. lib. de fract. (p.568.23.H.772.G.) ἔχει γάρ τινα καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐπιείκειαν, habet enim hæc quoque oratio probabilitatem quandam.

Ε'πίθημα operculum significat lib.6. Epid. sect.4. aph.8. καὶ ἐπίθημα ἔχειν, & operculum habeat, de vase quod aquam continet, ἐπίθεμα dicit Gal. vt & exemplaria quædam apud Hipp. legunt. Eum autem locum mihi subindicare videtur Erot. cùm ἐπίθημα ἔχειν αὐτὸ τὸ πῶμα ἔχειν apud Hipp. poni scribit. ἰδίως γὰρ οἱ Α'ττικοὶ ἐπίθημα τὸ πῶμα καλοῦσι. Hesych. quoque ἐπίθημα πῶμα. exponit. Vsurpat etiam eandem dictionem Hipp. libr. 2. de Morb. (p.469.47.) ἐπιθεὶς ἐπίθημα, imposito ollæ operculo.

Ε'πίθρεπτος σὰρξ caro benè habita, benè nutrita & aucta, carnis vberior moles. Prorrh.2. (p.106.E.) σὰρξ δὲ ἐπίθρεπτος ἔχειν πρεσβυτικῇ πονηρόν. Quinetiam grandiori natu carnis moles malo est.

Ε'πίκαιρος opportunum, tempestiuum, præcipuum, necessarium, imprimisq; aduertendum & accommodum significat. Sic lib.1. Epid. (p.382.10.H.964.A.) πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα σημεῖα τούτοις ἐστὶν ἀδελφισμένα. Iam quoque multa alia præcipua signa his sunt cognata. ἐπίκαιρος ταραχή τις κατὰ κοιλίην, in signis & opportuna quædam alui perturbatio, lib.3. Epid. in st pest. (p.422.23.H.1083.G.) quòd humorum malignitas per aluum expurgata, morbum alleuaret. καὶ ἐπίκαιρα ἄλλα ἴσια εἶναι ἐς τεκμήριον, & quædam valdè accommodata ad coniecturam, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.37.52.H.383.36.) ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα necessaria & vtilia, exponit Gal. Rursus ibidem (pag.46.48. H.385.29.) πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα παρεῖται, multa quoque alia peropportuna prætermittuntur. Ε'πίκαιρον ἕλκος, vlcus insigne, notabile, magnum aut malignum dicitur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.69.8.H.391.41.) & cui εὐηθὴς opponitur. ἤν γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ, μήτε λίην ἐπίκαιρον. Etenim si quis vlcus neque admodum insigne aut magnum in tibia acceperit. Vbi μέγα ἕλκος exponit Gal. siue ob loci naturam tale cudat, aut ipsa diuisionis magnitudine insigne fiat. Eadem notione ἐπίκαιρον τρῶμα, vulnus insigne, non contemnendum, graue & periculosum dicitur, lib. de fract. (pag.546.23.H.759.G.) ἐπίκαιρα νεῦρα, μεγάλα exponit Gal. ibid. (p.545.9.H.759.D.) neruos magnos & insignes, vt & (ibid pag.571.38.H.775.A.) ἐπίκαιρα τὰ συμπτιτρωσκόμενα νεῦρα, insignes nerui simul vulnerati dicuntur, & rursus (p.576.55.H.778.G.) φλέβες δὲ καὶ νεῦρα ἐπίκαιρα ἀμφικλῶνται ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισιν, venæ tamen ac nerui insignes iis locis conteruntur. ἐπίκαιρος τόπος, locus insignis, præcipuus, primarius ac principatum tenens, de corde & diaphragmate, libr. περὶ καρδίης (pag.562.52.) ἐπίκαιρα etiam dicuntur quæ insignem quandam habent malignitatem & vitium, & quæ periculosa sunt imprimisque animaduertenda, ægr.8. libr.1. Epid. ἔπειτα χείρω, μεγάλα καὶ ἐπίκαιρα, deinde deteriora, magna & periculosa, aut imprimis animaduertenda. Sic τὸ ἐπικαιρότατον, τὸ ἐπικινδυνώτατον quod valdè periculosum est, exponit Sudas, vt Eustath. τὸ καίριον τὸ εὔκαιρον εἰς θάνατον, & θανάσιμον, lethale & opportunum ad mortem inferendam, vt etiam καίριοι πληγαὶ lethalia vulnera dicuntur lib. de art. (p.600. 56.H.797.C.) ἐπικαιρότατον τῆς φλεγμονῆς tempus inflammationi maximè opportunum vocatur lib. de frac. (pag.568.50.H.772. H.) aut maximum inflammationis periculum, & inflammationis impetus. τῆς φλεγμονῆς τὸ ἐπικαιρότατον παρεληλυθεν, tempus inflammationi maximè accommodatum aut opportunum elapsum est, inflammationis impetus conquieuit, & maximum inflammationis periculum præteriit. Rursus ibi. (v.18. ibi.G.) τὸ ἐπικαιρότατον ἐν ἰητρικῇ, quod in re medica præcipui est vsus & momenti. τὰ ἐπικαιρότατα ἐν τῷ σώματι, præcipuæ & valde insignes corporis partes lib. de art. (p.624.35.H.817.B. Sic etiam ἐπικαίρους τόνους vocat insignes neruos ac præcipuos, tendones qui ad interiorem cruris partem feruntur. lib. de art. (p.639. 23.H.826.A.)

Ε'πικαρσίην πλαγίαν, obliquã, trãsuersam apud Hipp exponit Erot.

Ε'πίκαυμα genus est vlceris circa oculi nigrum contingens, inustio rectè dici potest Auth. Isag. (pag.386.53.) ἐπίκαυμά ἐστιν ὅταν ἐξ ἐπιπολῆς ὁ ἐπιδερμὶς ἐπικαυθεῖσα ἑλκωθῇ, ἢ καὶ βραχὺ βαθύτερα γένηται ἐπιφορᾶς μεγάλης γενομένης, cum superior cuticula in superficie inusta vlcus contraxerit, aut ex epiphora magna innascente paulò altior vlceratio euaserit. Auth. verò defin. Med. (pag.399.55.) ἐπίκαυμά ἐστιν ἕλκωσις ἐσχαρώδης κατὰ τὸ μέλαν ἐπιγινομένη καὶ μὴ μένουσα. Epicauma est vlceratio crustosa circa oculi nigrum innascens, nec permanens. Paulo & Aët. vlcerum genera duo ἐπικαύματος nomine designantur. ἐπικαυμάτων meminit Gal. lib.1. κατὰ τόπ. (pag.213.54.) ex Asclep. in Collyrio Tryphero dicto. Inustiones dicuntur ἐπικαύματα, Scrib. Larg. vstiones, in Collyrio Pistacino, quod etiam describitur Gal. libr.4. κατὰ τόπ. (pag.215.1.) vbi etiam ἐπικαυμάτων meminit ex Asclep.

Ε'πικεῖσθαι incumbere, imminere, & translatitiè, vrgere, affligere. αἱ λειεντερίαι ὁμοίως νυκτός τε καὶ ἡμέρης ἐπικείμεναι. Intestinorum læuitates similiter noctu & interdiu affligentes, vrgentes, Prorrh.2. (pag.105.B.)

Ε'πικέρως vel ἐπικέρας τῆλιν exponit Galen. apud Hip. h.e. fœnum græcum, additque alios aliam herbam eo nomine donasse & vsurpasse.

Ε'πικοίμησις in partem decubitus aut dormitio dicitur. Lib. de art. (pag.609.20.H.805.G.) χρὴ δὲ καὶ τὴν ἐπικοίμησιν φυλάττεσθαι, vitandus præterea eam in partem decubitus. Cauendum insuper ne eam in partem dormiat. Corn. ἐπίκνησιν aut ἐπίκνισιν legisse videtur, cùm vellicationem aut sculpturam vitandam dicit. Quem etiam secutus est Fœlic. ἐπικοίμησιν etiam omnia exemplaria legunt, eamque nos lectionem retinuimus.

Ε'πίκρασις contemperationem significat, & est vitiosi succi curatio per humorum contemperationem, quando succorum corruptio paulatim vacuatur, & optimi succi appositione corrigitur ac emendatur, cuius meminit Gal. lib.9. Meth. med. cap. 10. & comm. ad aph. 17. lib. 1. Inde ἐπικραστικὰ medicamenta dicuntur, quæ humorum acrimoniam temperant, & humores vitiosos retundunt. Quem in vsum sæpe lac asininum exhibet Hipp. vt lib.4. de rat. vict. in morb. ac.) p.114.15.H.405. 35.) vbi scribit Gal. τὸ δὲ ὄνειον γάλα τὸ ὄνειον καθαίρειν δύναται καὶ ἐπικεραννύειν. Lac itaque asininum purgare & humores contemperare potest.

Ἐπικρανίδες dicuntur apud Hipp. sudaria aut lintea sudoribus detergendis idonea, ἐν παραγγελίαις (p.28.7.) φευκτέη δὲ καὶ τρεῖψις ἐπικρανίδων, sudariorum vsus fugiendus est, aut frictio per sudaria vitanda est, vt vult Cornar. ἐπικρανίδιον dicitur Hesych. σημικινθίον κάλυμμα χωρὶς τῆς κεφαλῆς. Vbi innuere videtur ἐπικρανίδιον dici ex tenui stamine linteum, capiti tegendo accommodatum, quod tamen capiti tegendo non apponebatur, sed ad extergendum sudorem adhibebatur, & tunc sudarium dicebatur. Hoc enim χωρὶς τῆς κεφαλῆς, velle videtur, nisi mendosa sit lectio. Alij ἐπικρανίδας tegumenta capitis muliebria dici volunt. Quæ cùm ex sindone fierent, sudariis quoque ex eadem materia confectis nomen suum communicarunt. Caluus per ἐπικρανίδας tectas & superiores corporis partes accipit.

Ἐπικτένιον locus est imi ventris supra pectinem, & pubes. Gal. in Exeg. apud Hipp. ἐπικτένιον exponit ἐπὶ μὲν τῶν γυναικῶν τὸ ἐπίσειον καλούμενον, ἐπειδὴ ὑπὲρ τὸν κτένα ἐστίν. ἐπὶ δὲ τοῦ στυππείου ἢ τοῦ λίνου, τὸ τῷ κτενὶ παραπλάζοντι χνοῦν ἐν τῇ ἐργασίᾳ. In mulieribus quidem quod ἐπίσειον vocatur (hoc est pubes) quandoquidem supra pectinem est. In stupa verò aut lino, lanuginem pectini insidentem, dum linum depectitur. Pro pube vsurpatur Hipp. lib.2. περὶ γυναικ. (pag.611.43.) καὶ οἰδεῖ ἡ κοιλίη, καὶ τὸ ἐπικτένιον, & intumescit venter ac pubes. Puluisculum autem aut lanuginem in lanificio pectini insidentem significat libr.1. περὶ γυναικ. (p.619.55.) & 631.11.) vbi ἐπικτένιον ὠμοῦ λίνου, crudi lini lanuginem aut puluillum pectini insidentem in subdititia medicamenta adhibet. Cornar. puluillum stupæ dum pectinatur crudum linum vocat. Caluus crudi lini linteum aut ligamentum tenue, non satis expressa notione posuit. Pro quo extremo lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.587.55.) ἐπὶ ὀθόνιον ὠμόλινον, vitiosè legitur ἐπικτένιον enim ὠμοῦ λίνου apertè legendum eadem in re ex lib.2. περὶ γυναικ.

Ἐπικύημα, superfœtatum, & quod præposterè est conceptum, hoc est, fœtus alter grauida iam muliere conceptus. Lib.5. Epid. (pag.1144.F.) carnem quandam in muliere superfœtatam, scribit quadragesimo post partum die excidisse. τεσσαρακοστῇ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς πρώτης ἐξέπεσε τὸ ἐπικύημα, σάρξ. Quadragesimo verò à primo die, quod præposterè conceptum fuit excidit caro quædam. Eademque in historia, αὕτη ἡ γυνὴ ἐκύησε καὶ ἀπεκύησε, ἐπεκύησε lego. Hæc mulier fœtu iam concepto alterum præposterè concepit. Est & ἐπικύησις superfœtatio, & libellus Hipp. περὶ ἐπικυήσιος.

Ἐπικώφωσις idem quod κώφωσις surditas. In Prorr. (p.214.8. H.79.H.) οἷς αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἐπικώφωσις καὶ νωθρίη μικρὰ ὑποστάξις ἴσχει τὸ δύσκολον. Quibus pauca sanguinis è naribus stillatio cum surditate & torpore obueniens, molestiam exhibet. Verùm ἐπικωφώσει eadem in re legitur in Coac. (p.151.G.& 171.C.

Ἐπιλαμβάνειν prehendere, corripere, inuadere ac opprimere significat. In Prorrh (p.207.35.H.77.C.) τὰ ῥίγεα κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνοντα, ὀδυνώδεα. Rigores vesicam & ventrem cum dolore prehendentes. Vbi scribit Gal. quosdam τὰ ἐπιλαμβάνοντα ad τὰς ἀπολήψεις (hoc est, interceptiones) referre, quosdam etiam ad doloris intentionem, & οἷον ἐπὶ πλέον ἐκτεινόμενα δηλοῦν, & quasi admodum extendantur, indicare. Ac demum, κάμνοντι τινὰ δηλοῦσθαι διὰ τῆς ἐπιλαμβανούσης φωνῆς, scribit. Lib.5. Epid. (p.1157.C.) μελισσάνδρῳ τοῦ οὔλου ἐπιλαβόντος, καὶ ὄντος ἐπωδύνου, Melissandro gingiuæ dolore oppresso aut correpto, insolente phrasi, quæ tamen repetitur lib.7. Epid. (p.1228 D.) Ἐπιλαβὴ dicitur apprehensio, ansa, & locus qui prehendi possit, quique iniectum vinculum firmat & retinet, aut eminentiam aliquam habet, quæ iniectis laqueis moræ sit vt inhæreant, non autem elabantur. Lib.de art. (p. p.622.7. & 8. H.814.C.) οὐκ ἔχει ἐπιλαβὴν οὐδεμίην, prehendi nullo modo potest. Vbi Gal. ἐπιλαβὴν, ἀντιλαβὴν & ἀντίληψιν exponit.

Ἐπίληψις morbi comitialis insultus & inuasio dicitur, in Coac. (p.216.E.) ἐπιληπτικοῖς οὖρα λεπτὰ καὶ ἄπεπτα παρὰ τὸ ἔθος ἄνευ πλησμονῆς, ἐπίληψιν σημαίνει. Vrinæ præter consuetudinem tenues & crudæ absque repletione, in morbo comitiali laborantibus, morbi insultum denunciat.

τὰ Ἐπιληπτικὰ dicuntur morbi comitiales, aut morbi comitialis symptomata Hipp. vt aphor.45.lib.2. τὰ ἐπιληπτικὰ τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν τόπων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι. Iuuenes à morbo comitiali, cùm temporum, loci, & victus, tum vel maximè ætatis mutatione liberantur. Et aph.7.libr.5. τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχει. Comitiales ante pubertatem mutationem recipiunt In Coac (p.203.F.) τὰ δὲ γυναικεῖα μὴ ἐπιστῆναι καθάρσια, ἐπιληπτικὰ οὐκ ἐᾷ εἶναι, muliebria purgamenta non subsistere vtile, ac fortè ex tabibus morbi comitiales oriuntur, aut comitialis morbi symptomata, qualia illic adscripsimus ex Hipp.

Ἐπιλήσμονες obliuiosi, quibus memoria deprauatur aut deperditur ex nimio cerebri humore, in Coac. (p.144 A.)

Ἐπιλογισμὸς est via quæ ex communi omnium ratione & assensu, aut ex omnibus confessis cognitionem facit, ἀναλογισμὸς verò ex euidenti. Gal. comm.1. in Progn. (pag.121.30.) Dicitur & ἐπιλογισμὸς ὁ φαινόμενος λόγος, ratio apparens, quæ manifesta sunt assumens, nec ab iis discedens, & ad eorum quæ nondum apparent, sensilia tamen sunt & adhuc obscura, inuentionem vtilis, Gal. lib. de Sectis ad eos qui introducuntur (p.12.13.) Ἐπιλογισμὸς etiam est ratio quædam empirica, quæ est rerum euidentium, vt ἀναλογισμὸς occultarum & obscurarum. Gal.lib. de subfigurat. empirica.

Ἐπίλογος est ratiocinatio & συλλογισμὸς, veluti dicti aut sententiæ ratio, probatio, & confirmatio per ea quæ adducuntur ad fidem faciendam. Lib.de Nat.hum. (p.224.22.) ἀλλὰ τὸν μὲν γνώμην τὸν ἐπίλογον τὸν αὐτὸν ποιέονται. sed sententiæ eundem inferunt epilogum, omnes vertunt interpretes, hoc est, eadem vtuntur ratiocinatione. Eundem enim appellat epilogum, ratiocinandi modum, quo vtebantur nimirum, vnum & eundem, transmutationem videlicet, hoc est, concretionem & secretionem elementorum mutuam, vt exponit Gal.lib.1. de Elementis. Rursus (ibidem p.6.17.H.224.32.) ἐπίλογον δὲ ποιέονται καὶ οὗτοι πάντες τὸν αὐτόν. Epilogum autem eundem omnes faciunt, hoc est, vna & eadem ratiocinatione vtuntur aut probatione. Iterumque eod. lib. (p.5.10.224.26.) καὶ ἐπιλέγει ἕκαστος τῷ ἑωυτοῦ λόγῳ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια ἅ ἐστιν οὐδέν. tum suæ quisque rationi testimonia & indicia nullius momenti adhibet. Sic Herod. Clio ἐπίλογον rationem appellat & persuasionem qua dimotus est ab instituto Crœsus, cum expeditionem pararet in insulanos.

Ἐπιμελὴς τῆς τρόπου, cui victus ratio curæ est, & qui curiosa ac accurata victus ratione vtitur, lib.2. Prorrh. (p.92 D.) is intelligitur qui diligenter & accuratè est solicitus in victus ratione obeunda.

Ἐπιμηλίδα sic exponit Gal in Exeg. Διοσκουρίδης μὲν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕλης εἶδος μεσπίλη, τὸ καὶ σητάνιον ὀνομαζόμενον. ἔνιοι δὲ τὰ μῆλα τὰ μικρὰ τὰ ἄγρια, ἅπερ καὶ ἀμαμηλίδες ὀνομάζονται. Dioscorides quidem lib.1. de materia medica mespili genus facit, quod etiam σητάνιον nominatur. Quidam verò mala parua syluestria, quæ etiam ἀμαμηλίδες appellantur. Ex quibus certe coniectura est Gal. apud Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (pag.608.27.) ἐπιμηλίδες pro ἀμαμηλίδες legisse eamque dictionem in Exeg. explicasse, vt legendum videatur, ἐπιμηλίδες, ἐπιμηλίδα Διοσκουρίδης, &c. Et idem lib.2. de Alimentis (p.329.43.) vnedonem vocari in Italia scribit fructum τῷ δένδρῳ τῷ τὰς ἐπιμηλίδας φέροντος. Aut certe (quod magis reor) affinitate vocis ἐπιμυλίδα, ἐπιμηλίδα etiam posuit & exposuit Gal. vitiosam nimirum libri Mochlici scriptionem detegens & arguens, de qua cap. sequenti.

Ἐπιμυλίδα Gal. in Exeg. τὴν ἐπιγονατίδα, τὴν μύλην exponit, hoc est, genu patellam aut molam, nimirum locum ex Mochlico (p 841.H.) exprimens, vbi de femoris articulo, ἔχον ἐπιμηλίδα pro ἐπιμυλίδα vitio è scribitur, hoc est, patellam habens. Ἐπιμυλὶς autem est ἡ ἐπιγονατίς, quæ & μύλη dicitur, mola, patella, aut etiam rotula Latinis, Celso patella, os paruum, molle, cartilaginosum, femoris & tibiæ commissuram tegens Quod etiam scribit Gal.lib.3. de vsu part.cap.15. & lib. de ossibus cap.22. ἐπιγονατὶς & ἐπιγουνὶς dicitur Hipp. vt antea scripsimus: & μύλη lib. de loc. in homine (p.411.13.) cuius vsum esse scribit vt humiditatem à carne in articulum expassum descendere prohibeat. Indeque Gal. Com.3. in lib. de fract. (p.575.13.) meritò Medicis ἐπιγονατίδα dici scribit, καθόλου τοῦ γόνατος ἐπικειμένην, quòd toti genu superincumbat. Ἐπιμυλίδα etiam dictionem esse Hipp. testatur Iul. Pollux lib.2. his verbis: τὸ δὲ ἔξωθεν ἐπικείμενον πλατὺ καὶ περιφερὲς ὀστοῦν, ὥσπερ φρουρὰ τοῦ γόνατος, ἐπιγονατὶς, κόγχη, κόγχος, μύλη καὶ ἐπιμυλὶς κατὰ Ἱπποκράτην. Extra autem superimpositum os latum & rotundum, genu velut muniens, ἐπιγονατὶς, κόγχη, κόγχος, μύλη & ἐπιμυλὶς Hipp. Quod etiam scribit Rufus lib. περὶ ἀνθρ. μορ. (p.24.) καὶ τὸ ὀστοῦν τὸ ἐπὶ τῷ γόνατι ἐπιγουνατὶς. Ἱπποκράτης δὲ ἐπιμυλίδα ὀνομάζει. Eandem verò μύλην Hipp. dici scribit lib.2. (p.39.) τὰ δὲ ὀστᾶ ἐπιγονατίδας. Ἱπποκράτης ταύτην μύλην καλεῖ.

Ἐπινέμησις aut ἐπινέμησις, distributio, diuisio. ἐν παραγγελίαις (p.27.32.) αἴτεσις γὰρ καὶ ἐπίτασις νοσέοντος, ἐπινέμησιν ἰητρικὴν κέκτηνται. Ægroti enim remissio & intensio, administrationem medicam requirunt, hoc est, vt morbus præceps est & vehemens aut remissus, ita circa ægrum medicus se gerere debet in mercede poscenda. ἐπινέμησιν Sudas χρόνου μερισμὸν explicat.

Ἐπινό

Ἐπινέφελον ἐναιώρημα dicitur Hipp. sublimamentum nubeculas referens aut nubilosum, ægr. 1. 3. & 5. lib. 3. Epid. vt antea scripsimus. Sic φθινόπωρον ἐπινέφελον vocat lib. 3. Epid. st. pest. (pag. 419. 16. H. 1082. A.) autumnum nubilosum. Ἐπινέφελον ἐρυθρὸν, nubeculam rubram in vrina quarto die apparentem vocat Hipp. aph. 71. lib. 4. Τούτοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρόν. iis quarto die vrina nubeculam habet rubram. Idem ἐπινέφελον ὑπέρυθρον dicitur in Coac. (p. 210. B.)

Ἐπινόημα, commentum, inuentum, quod est excogitatum, de scala dicitur in qua peruersa spina reduceretur, lib. de art. (p. 614. 24. H. 808. C.) τὸ μὲν γὰρ ἐπινόημα ἀρχαῖον, καὶ ἐπαινῶ ἔγωγε σφόδρα τὸν πρῶτον ἐπινοήσαντα, καὶ τοῦτο καὶ ἄλλο πᾶν ὅ, τι μηχάνημα κατὰ φύσιν ἐπινοεῖται. Nam & commentum vetus est, & equidem eum vehementer laudo qui primus excogitauit, tum hoc, tum quoduis aliud inuentum secundum naturam excogitatum.

Ἐπινυκτὶς pustula est nocturna, epinyctis dicta. sic enim Plinio dicitur cap. 6. lib. 20. & pustula liuens & noctibus inquietans. Hinc enim nomen sumit, quòd noctu oriatur, aut quòd noctu infestet magnumq; dolorem moueat. Vtranque enim nominis notationem probant primæ notæ viri. In pustularum genere cutim infestantium reponitur Celso, & à Gal. tumoribus præter naturam cutim defœdantibus accensetur. In vlcerum genere reponuntur ἐπινυκτίδες Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. (p. 550. 2.) ἐκ τῶν κνημέων ἕλκεα ἐκρήγνυται, οἷαί περ ἐπινυκτίδες. Et ex tibiis erumpunt vlcera, qualia pustulæ nocturnæ epinyctides dictæ. Prorrh. verò 2. (p. 95. F.) tuberculorum generi assignari & inter φύματα recenseri videntur. καὶ οἱ ἐκ τῶν ἐπινυκτίδων ἕρπητες. & ex pustulis noctu inquietantibus (quas epinyctidas vocant) herpetes, hoc est, vlcera serpentia. Vbi per epinyctidas pustulæ intelligi videntur subliuidæ vel subnigræ (vt vult Celsus) aut vlcuscula (vt alij) sponte erumpentia, pustulosa, subrubra, cutim infestantia, vehementer inflammantia & graues dolores inferentia, ex bilioso & feruido sanguine sub cutem effuso orta, vt illic scripsimus. Lib. 7. Epid. (p. 1239. A.) ἐξέφυ δὲ αὐτῷ κατὰ τὸν σπλῆνα ὡς ἐπινυκτὶς ἐξ ἀρχῆς. exorta est ei per initia circa lienem velut pustula noctibus inquietans, quæ epinyctis vocatur. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 281. 49.) ἐπινυκτίδας inter morbos vernaculos homines occupantes recenset Hipp. De quibus vide Celsum cap. 8. lib. 5. Paulum cap. 9. lib. 4. Aët. cap. 61. lib. 4. tetrab. 4. & Actuarium cap. 25. lib. 2. περὶ διαγνωσ. παθ. & Gorr. abundè.

Ἐπιξηραίνεσθαι τὴν γλῶσσαν, linguam reficcari, inarescere dixit Celsus cap. 8. lib. 2. ex Prorrh. 2. (p. 89. E.)

Ἐπιοῦσα νὺξ, nox superueniens aut imminens, paulò post futura, nox postera & subsequens, aph. 13. lib. 2. Et Coac. (p. 152. A.) ἄνεσιν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν σημαίνει postera die remissionem fore denunciat. Quemadmodum etiam scribitur lib. 2. Epid. (p. 1046. B.) τὴν ἐπιοῦσαν λύσιν. in sequentem diem, aut postera die solutio expectanda est. Vbi ἡ ἐπιοῦσα simpliciter diem insequentem aut posteram significat. Lib. 5. Epid. (p. 1148. H.) τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ὁ πόνος ἐπέλαβε. Proximè verò sequente nocte morbus prehendit.

Ἐπιπαροξύνεσθαι est insuper ingrauescere, superexacerbari, cùm accessio multas habet inuasiones ac veluti reduplicationes, vt in semitertiana febre, quæ tertio die duplicatam habet accessionem tertianæ intermittentis cum quotidiana continua, & ἀναδιπλώσεις quasdam. Sic enim de ea scribitur lib. 1. Epid. (pag. 354. 40. H. 940. F.) οἱ δὲ πλεῖστοι ἡμιτριταῖοι, τὴν μίαν κουφοτέρην, τὴν δ' ἑτέρην ἐπιπαροξυνόμενοι. Et hæ erant ex semitertianarum genere, vno die leuiores, altero verò superingrauescentes. Ἐπιπαροξύνεσθαι πολλὰς τῆς εἰσβολῆς ἔχειν τοὺς παροξυσμούς, exponit Gal. lib. 1. de diff. feb. (p. 325. 56.) hoc est, repetere accessiones cum eæ multas velut inuasiones habent. Est & ἐπιπαροξύνεσθαι irritari, proritari, & de abscessibus ad aures subortis & excitatis dicitur in Prorrh. (pag. 217. 53. H. 81 H.) μικρὰ παρ' οὖς ἐπιπαροξυνόμενα. exigui ad aures abscessus irritati, excitati, hoc est, exiguorum circa aures subortorum abscessuum spes est.

Ἐπιπικραίνειν amarescere, amarorem conciliare, tropicè verò exacerbare, irritare. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 81. 52. H. 394. 37.) de aqua. ἄλλως δὲ οὐδὲ δίψαν παύει, ἀλλ' ἐπιπικραίνει. aliàs neque sitim sedat, verùm amarescit, sed exacerbat, dixit Cornarius.

Ἐπιπλήσσειν obiurgare, increpare, castigare, reprehendere. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag. 25. 16.) ἐπιπλήσσειν μετὰ πικρίης καὶ ἐντάσεως. increpare cum seueritate & vehementia. Inde ἐπίπληξις, increpatio, obiurgatio, ibidem (24. 46.) πρὸς τοὺς θορύβους ἐπίπληξις, est increpatio ad turbas compescendas aut coërcendos tumultus, cùm medicus assidentem ægris tumultum aut turbas verbis castigat & reprehendit. in turbis coërcendis seueritatem dixit Zuingerus.

Ἐπιπλήρωσις Erasist. dicitur superimpletio, quæ fit in arteriæ dilatione spiritu à corde emisso. Erasist. enim fuit opinio arterias ideo distendi quòd superimpleantur spiritu à corde suppeditato. Idque ἐπιπληροῦσθαι non πληροῦσθαι vocari vult, vt scribit Gal. 4. de diff. pulsuum (p. 51. 29.) & (p. 47. 8.)

Ἐπίπλοον omentum dicitur Hipp. lib. 1. de Morb. (pag. 447. 45.) Coac. (pag. 199. A.) & aph. 58. lib. 6. & lib. περὶ ἀνατ. (p. 569. 22.) & lib. περὶ σαρκῶν (p. 682. 12.) ex aph. 46. lib. 5. Reliqua ex Gorr.

Ἐπιπολάζειν est fluitare, innatare, per summa extare, redundare aut abundare, scatere & per summa apparere, quæ sunt copiæ indicia. De sanguine abundante dicitur. lib. 1. Epid. (p. 370. 12. H. 952. H.) πλεῖστος μὲν οὖν καὶ μάλιστα ὁ χυμὸς οὗτος ἐπεπόλασεν. Copiosus igitur fuit, præcipueque hic humor redundauit. Sic ἐπιπολάζειν πλεονάζειν, quod est redundare aut abundare exponit Gal. Com. 1. in lib. de Nat. hum. (p. 10. 55. H. 225. 54.) vbi πλέον τοῦ ἐπιπολάζοντος, ἀντὶ τοῦ πλεονάζοντος positum scribit, hoc est, amplius quàm redundantia aut abundantia requirat, hoc est, citra superfluitatem & largius pro copia. Ibidemq; Gal. τὸ ἐπιπολάζον sumi posse scribit, τὸ μὴ κεκραμένον ἀκριβῶς τοῖς ἄλλοις, quod est syncerum ac cæteris impermixtum, aut per summa innatat. Vbi etiam πλέον τοῦ ἐπιπολάζοντος, vltra redundantiam aut redundantiæ modum significabit. Eadem notione ἐπιπολάζειν dicitur de eo quod in ventriculo fluctuat aut redundat, vt de cibo crudo, idemq; quod ὑπερπλάζειν signat Lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 359. 25.) de radicula. μοχθηρὸν ἡ ῥίζα, ἐπιπολάζον δὲ καὶ δύσπεπτον, radix vitiosa, innatans & coctu difficilis. Vbi tamen ἐπιπολάζον vitiosè in omnibus exemplaribus legitur. Ἐπιπόλασις τῶν ἄνω lib. περὶ χυμῶν (p. 47. 38.) est eorum quæ supra sunt fluctuatio aut redundantia, fluitatio. Cui ὑπόστασις τῶν κάτω opponit, de iisque excrementis dici videntur, quæ tum per superiores partes efferuntur, tum verò per inferiores demittuntur. Ἐπιπολάζει ἐπιπλεῖ, supernatat, exponit Hesych. & ἐπιπολάζοντας, ἐπάνω τοῦ ὕδατος περιφερομένους, eos qui in summa aqua extant & efferuntur.

Ἐπιπολαίως, leuiter, non vehementer, aph. 28. libr. 2. οἱ πυρέσσοντες μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως, qui non omninò leuiter febricitant.

Ἐπιπόλαιος δίψα, sitis leuis & parua, contemnenda aut superficiaria, quæque ex oris caliditate & siccitate, non ex aliqua partium internarum dispositione orta est, lib. 6. Epid. aph. 21. sect. 4.

Ἐπιπολαιότερον ὀστέον dicitur Hipp. os quod minus altè procedit, minus profundum est, sed per summa fertur & in superficie extat. Lib. de Cap. vulner. (p. 911. B.) λεπτότερον γὰρ τὸ ὀστέον καὶ ἐπιπολαιότερον τῶν νέων ἢ τῶν πρεσβυτέρων. quòd os iuuenum quàm senum tenuius sit & per summa magis extet. Rursus (ibidem p. 913. D.) καὶ πελιδνὸς πυχθέντος ἐπιπολάζει ἐὰν τὸ ὀστέον, sæpiusque os per summa fluitans apparet, hoc est, in superficie extat, quod dicitur de osse suppurato & pure manante.

Ἐπὶ πολὺ quod diu & multum perseuerat, cui opponitur τὸ ἐπὶ μικρὸν, quod parum durat. In Coac. (pag. 174. 3.) ἐν σπασμοῖς ἀφωνίη ἐπὶ πολὺ, κακόν. Loquendi impotentia in conuulsionibus multum perseuerans, malo est.

Ἐπιπόνως grauiter, laboriosè, difficulter, non sine molestia. Lib. 1. Epid. (p. 353. 23. H. 939 E.) ἐπιπόνως δὲ ταῦτα πᾶσι πάνυ. Atque adeò hæc ipsa plurimis grauia & molesta fuere. Significat plurimis laboriosa & grauia fuisse symptomata, adeò vt decumbere coacti sint, nec recti aut stantes ea ferre possent, vt scribit Gal. qui ἐπιπόνως ὡς κλίνη exponit, hoc est, grauiter & molestè. ἐπίπονα πτύαλα, laboriosa sputa dicuntur lib. 2. Epid. (p. 1023. H.) quæ laboriosè & difficulter educuntur. ἐπίπονα οὖρα, vrinæ laboriosæ & negotium exhibentes, τὰ μετὰ πόνου διαχωρούμενα καὶ κενούμενα, quæ cum labore excernuntur & vacuantur. In Prorrh. (p. 169. 6. H. 71. H.)

Ἐπιπυρέσσει est cùm febris subinde repetit & ingrauescit, In Prorrh. (pag. 175. 33. 68 D.) ἐπιπυρέξαντος σὺν ἱδρῶτι, si febris subinde repetat cum sudore, & ἐπιπυρέξαντος simpliciter Coac. (p. 130. H.)

Ἐπιπωρώματα sunt tophi aut calli tophacei in artubus enati, calli in articulis indurati, & callosæ in iis durities, quæ πῶροι dicuntur. Prorrhet. 2. (p. 92. C.) ὁ περὶ τὰ ἄρθρα ἐπιπωρώματα ἔχων, aut callos in articulis induratos habent. Et rursus (ibidem D.) καὶ ἐπὶ τοῖσιν ἄρθροισιν ὥσπερ ἐπιπωρώματα ἴσχει, nec dum callos induratos circum articulos habet, super articulos ex callo quædam tubercula innata, dixit Celsus cap. 8. lib. 2.

Ἐπιρριγοῦν, insuper rigere, subinde rigore corripi in febre, neque vnum rigoris insultum, sed frequentem & subinde repetitum

significat. lib.6 Epid. sect.7. aph.2. τάχιστα ἐθνησκον οἷς ἐπιρριγώσιες πυρετῶδεις ῥίγη. celerrimè interibant vbi cum febre subinde rigore correpti essent.

Ἐπίσειον, pubes, & locus imi ventris vbi pili enascuntur. lib.1. περὶ γυναικ. (pag.614.36.) καὶ ὀδύνη ὀξέη καὶ ἀπερχὴ ἐς τὰ αἰδοῖα, καὶ ἐς τὸ ἐπίσειον & dolor acutus & vehemens tum ad pudenda, tum ad pubem. Vbi etiam exemplaria quædam manu scripta ἐπίσιον habent. Rursus lib.2. (pag.639.20.) ὀδύνη τὰ ἐς ..., τὰ αἰδοῖα, καὶ τὸ ἐπίσειον. dolorque pudenda ipsa occupat & pubem. Et (pag.643.42.) καὶ ὀδύνη ἐς τὸ ἐπίσειον. & dolor ad pubem. Et (p.665.2.) καὶ ἰσχεῖ πάντα, καὶ ἰξύας, καὶ ἐπίσειον. & dolor omnia occupat, tum lumbos, tum pubem. Lib. περὶ σαρκῶν (p.252.34.) καὶ ἐν τῷ ἐπισείῳ τρίχες πολλαί. & in pube pili multi enascuntur. Ἐπίσειον, ἐφήβαιον, καὶ τὸ αἰδοῖον ἀνδρὸς τε καὶ γυναικὸς, pubes & pudendum virile ac muliebre exponitur Hesych. Ἐπίσειον Pollux ἥβην καὶ αὐτὴν τὴν τρίγωνον esse dicit. Nam & ἐφήβαιον solis Medicis vsurpari. Rursus quod τὸ ὑπὲρ est continuum ad pudenda vsque ἐπίσειον & ἥβην vocari scribit, quibusdam etiam ἐφήβαιον. Idem quoque lib 2. περὶ αἰθρώπου ... (pag.30.) quendam locum adducit ex lib ... inscripto, vbi ἐπείσιον scribitur, si modò vera est scriptio, ac non potiùs ἐπίσειον leg.

Ἐπισημαίνειν est significationem de se præbere. Dicitur autem de primo febrilis accessionis insultu & inuasione, vt ægr.6. libr. 1.Epid. τὰ μὲν πλεῖστα ἐπεσήμαινον οἱ παροξυσμοὶ ἐν τῇσι κρισίμοισι μᾶλλον. febrium insultus vt plurimùm diebus decretoriis inuadebant. Est autem ἐπισημασία primus accessionis febrilis insultus primaque febris significatio aut inuasio, vt scribit Gal. lib. de Temp. Morb. (pag.382.40.) καλῶ δ' εἰσβολὴν τῶν παροξυσμῶν, τὸν ἀκριβῶς ὅλον πρῶτον χρόνον ἀπλατῆ· τὸν δ' αὐτὸν τοῦτον ἐπισημασίαν εἰώθασιν ὀνομάζειν. Voco autem accessionis inuasionem tum primum exactè tempus sine latitudine, quod etiam ipsum ἐπισημασίαν nominare consueuerunt. Idem Com.2. in Progn. (p. 135 54.) οὐ μόνον ἐν ταῖς εἰσβολαῖς τῶν πυρετῶν, ἃς ἐπισημασίας ὀνομάζουσιν, non solùm in febrium accessionibus quas ἐπισημασίας vocant. Et Com. ad aph.2. libr.1. ἀρχαὶ τῶν παροξυσμῶν ἃς ἐπισημασίας ὀνομάζουσιν. Accessionum initia quæ ἐπισημασίαι dicuntur. Ἐπισημαίνειν etiam notas & indicia de se præbere significat, vt lib.de rat. vict. in Morb.ac. (p.110.5. H.404.22.) βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει, cibi verò de se præcipuè notas & indicia præbent. Etenim ciborum facultates iuxta vnamquanque eorum mutationem in corporibus iudicantur, & de se significationem ac notas edunt. Et lib. περὶ τόκου ὀκταμήνου (p.237.3.) εἰ μὴ ἔστιν ἧσιν ἐπισημαίνει τὸν πρῶτον μῆνα ὀλίγον ὀλίγον. nisi si quando quibusdam primo mense quandam de se significationem exhibeant. Ἐπισημαίνεσθαι quoque dicitur de nota quæ imprimitur in aliqua corporis parte & ex morbo comitiali relinquitur, lib. de Morb. sacro (pag.306. 17.) οὐ γὰρ ἔτι ἐπίληπτον γίνεται, ἢν ἅπαξ ἐπισημανθῇ. Neque enim si semel notam ex morbo impressam susceperit, amplius morbo corripitur. Inde ἐπίσημα τὰ παιδία dicuntur pueri morbo comitiali conflictati, sed superstites nota ex morbo impressa relicta, & quibus aut os conuellitur, aut oculus, aut ceruix, aut manus. (ibidem v.12.) Ac rursus ἀσήμως περιγίνεσθαι dicuntur, qui citra notam ex morbo relictam aut impressam superstites euadunt ac supersunt. (ibidem v.24.)

Ἐπίσκληρος, induratus, obduratus, durus, vt ἐπίσκληρος κοιλίη venter induratus in læuitate intestinorum, ex Prorrh. (p 213.55. H.79.D.) Vbi tamen scribit Gal. Dioscor. ἐπίσκληρον legisse & τὸ κατεσκληρυκὸς σῶμα, hoc est, corpus induratum, exposuisse. Idem etiam in Exeg. apud Hipp ἐπισκλήροις, τοῖς κατεσκληκόσι, induratis, obduratis, exponit.

Ἐπισκοτάζειν est tenebras inducere, lucem auferre & obscurare, obumbrare, lumini officere, luminibus obstruere. lib. κατ' ἰητρ. (p.669.49. H.741.D.) ἀλλ' ὥστε μὴ ἐπισκοτάζειν, dum ne lumini officiat.

Ἐπισπάδην aduerbium est significans auidè, vnico haustu & contento spiritu, affatim. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.546.23.) de aquæ intercutis causis, cùm quis affatim copiosam aquam biberit. θέρεος ὥρῃ, ἢν ὁδοιπορίων ἐλθὼν μακρὴν, ἐπιτύχῃ ἐμβαίων ὕδατι καὶ στασίμῳ, καὶ πίῃ αὐτὸ ἐπισπάδην πολλόν. æstatis tempore si quis ex longa via aquam pluuiam & statariam nactus, eam auidissimè & continente spiritus tractu copiosè hauserit.

Ἐπισπασμὸς est attractio, & aëris inspirati attractionem significat ac pro inspiratione sumitur. lib 6 Epid. sect.5.aph.30. Vbi Gal. ἐπισπασμὸν τὴν εἰσπνοὴν sumit. Quintus verò apud Hipp. ἐπισπασμὸν non simpliciter respirationem significare contendit, sed celerem & crebram.

Ἐπισπλήνιος, lienosus, splenicus, lienis tumore vexatus, lib.7. Epid. (p.1238.B.)

Ἐπίστανται δύνανται. hoc est, possunt, apud Hipp. exponit Erot. subindicato loco lib. de art. (p.608.3. H.803.C.) ἀλλ' εἰ οἱ ἄνθρωποι αἰσχρὸν μὲν τὸ πολὺ ἐκπιπτούσι, μέλονται δὲ αὐτὰ μὲν οὐκ ἐπίστανται, ἅμα οὐ τλήμονες. Atqui homines deformitatem magno quidem redimendam æstimant, eò autem studio anniti neque possunt, neque sustinent. Atque aliàs etiam vsurpatur Hipp. vt lib. περὶ σαρκῶν (pag.253.40.) οἱ κωφοὶ οἱ ἐκ γενεῆς, οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι. Surdi ab ipso ortu sermocinari nequeunt. Et lib. 1. περὶ διαίτης (p.344.54.) οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐκ τῶν φανερῶν, τὰ ἀφανῆ σκέπτεσθαι οὐκ ἐπίστανται. Neque verò homines ex manifestis obscura considerare possunt, aut norunt. Quæ quidem locutio planè est Homero familiaris, cùm fuerit Hipp. (vt scribit Erot.) ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν. Sic enim ὀδυσσ. θ. (v.240.) ὅς τις ἐπίσταιτο ᾗσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν, Quicunque potest suo iudicio commoda dicere. Qui locus est ab Erot. subnotatus. Rursus Il. ν. (vers.238.) νῶϊ δὲ καὶ ἀγαθοῖσιν ἐπιστάμεσθα μάχεσθαι. Nos autem & cum fortibus pugnare possumus. ἐπιστάμεσθα enim idem quod δυνάμεθα exponitur. Et Il. τ. (vers.389.) de Achillis hasta. ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς. Sed ipsam solus tractare nouerat Achilles, hoc est, poterat. ἐδύνατο. Hesych. quoque ἐπίσταμαι, δύναμαι exponit, & ἐπιστάμεθα, δυνάμεθα.

Ἐπίσταξις dicitur Hipp. repetita sanguinis è naribus stillatio, & vbi nares insuper sanguine stillant, vt si die indice sanguinis stillatio prehendat, & die iudicatorio denuò repetat. In Prorr. (p.215.51. H.80.F.) ἄλλως τε καὶ ἢν τις ἐπίσταξις, tum verò præcipuè si quis è naribus denuò stillare cœperit (Sic enim illic legendum esse monuimus.) Rursus in Coac. (p.171.E.) ἄλλως τε καὶ ἢν δὶς ἐπιστάξῃ, καὶ ἢν ἐπιστάξῃ, tum verò præsertim si bis sanguinis stillatio prehenderit, ac rursus nares stillare cœperint. Rursus (ibidem p.129.H.) ἐπιστάζοντες ἐκ ῥινῶν, quibus nares sanguine stillant dicuntur. Quod etiam repetitur in Prorrh. (p.213.1.H.79.A.) sed ἀποστάζοντες scribitur.

Ἐπίστασις detentionem ac suppressionem significat, & crebrò effertur Hipp. de aluo remorata & suppressa. In Prorrh. (p. 216.12. H.81.A.) ἴσως δὲ ἐπίστασις, fortassis etiam supprimitur [aluus] & repetitur Coac. (p. H.196. A.) Rursus in Prorrh. (p.213.54.H.79.F.) ἐπίστασις pro alui suppressione ponitur, vt & Coac. (p.171.A.) Et iterum (ibidem v.34. H.79.D.) οἷσι κοιλίης ἐπίστασις αἱμορραγέει. Qui suppressa aluo sanguinem è naribus fundunt. quod in Coac. (p.172.E.) κοιλίης ἐπιστάσιες, hoc est, aluo suppressa scribitur. Et rursus in Prorrh. (p.215. 20. H.80 D.) ἆρα δὲ ἐπιστάντων αὐτῶν ἔτι ἐκλύονται; animaduertendum verò num ex istorum suppressione ij exoluuntur. Quod repetitur Coac. (p.219.H.) Ἐπίστασις κοιλίης etiam alui suppressionem denotat in Coac. (p.195.E.) καὶ κοιλίης ἐπίστασις τῆς ἄνω καλῶς ὑπηρετούσης. & alui suppressio, superiore ventre probè officio suo fungente. Et ἐπιστάσιες κοιλίης, hoc est, aluo suppressa aut remorata ibidem (p.220.B.) Eadem notione ἐπίστασις οὔρου vrinæ suppressio ac inhibitio dicitur, vbi vrina restitat aut retinetur, in Prorrh. [pag.206.16.H.76.E.] οὔρου ἐπίστασις, καὶ οἷσι ῥίγεα ἐπὶ τούτοισι. In iis quibus rigores imminent, vrinæ suppressio aut detentio, ἡ ἐπίσχεσις exponitur Gal. Ἐπίστασις τοῦ αἵματος sanguinis coërtionem & inhibitionem significat, vbi sanguis sistitur aut reprimitur præ siccitate, aut coërcetur & inhibetur. Sanguinis tumultuationem & infestationem dixit Caluus, velut impressionem in sanguinem factam. Lib. περὶ ἐνυπνίων [p.380.15.] Ἐπίστασις λιπαρὴ καὶ ἀθρόη, vrinæ superficies summa pinguis & conferta dicitur. aph.35.lib.7. hoc est, in vrinæ summo pinguedo supernatans. Sic enim legit Gal. cùm multa exemplaria ὑποστάσεις habeant. In Progn. quoque huiusmodi piuguedines in vrinæ superficie innatantes, λιπαρότητας τὰς ἄνω ἐφισταμένας vocat Hipp. Et aph. 34.lib 7. ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐφιστάμεναι πομφόλυγες, in vrinæ summo bullæ insident, innatant aut superstant.

Ἐπιστατέειν νοσεόντων, est ægris præesse ad curationem aut præfici, ægrorum curam habere. ἐν παραγγελίαις [p.27.7.] εὖ δ' ἔχει νοσεόντων μὲν ἐπιστατέειν εἵνεκεν ὑγιείης. Conuenit autem ægris præesse, aut ægrorum curam habere sanitatis gratia. Et rursus [pag.28.27.] τῶν μὲν συμπαρεόντων ὅπου ἂν καὶ ἐπιστατοίμην. Talibus igitur vbi præessem, aut si talibus præfectus essem, hoc est, si his collega in curandi ratione adiungerer. Sic συνεστατέοντος νόσῳ ἰητροῦ dixit [ibidem pag. 28. 24.] vbi medicus morbo præest.

Ἐπίστημος exponitur Galeno in Exeg. apud Hipp. ἐπιστατική, συνετὸς, ἐφεκτική, hoc est, cogitabunda, intelligens, hæsitans. Ἐπιστήμη verò & δόξα inter se opponuntur, scientia & opinio, ἐν νόμῳ [pag.2.34.] quorum ἐπιστήμη verum scientiæ habitum parit & artificem reddit, δόξα verò falsam scientiæ opinionem, & malum artificem.

Ἐπιστολή...

Ἐπιστρῶσαι Erot. apud Hipp. ἐπιστρῶσαι exponit quod est insternere, supersternere, nimirum locum lib. de art. [pag. 620. 55. H. 813. A.] subindicans. καὶ ἐπὶ μὲν τὸ ξύλον ἐπιστρῶσαι, ἢ χιτῶνας, ἢ ἄλλο τι ὃ μαλθακὸν μὲν ἔσται, ὑπείξει δὲ μὴ μέγα. Ac columnam quidem, aut tunicis, aut re quapiam molli, quæ tamen nec multum cedat, insternere oportet. Rursusque ibidem [pag. 658. 10. H. 836. D.] ἐπεστρώσθω δὲ ἐπὶ τὸ ξύλον ἱμάτιον πολύπτυχον ὡς μαλακώτατον ᾖ. instratoque ligno multiplici stragulo, quò mollissimum sit.

Ἐπιστρέφειν conuertere se, aut pedem referre significat, & neutraliter positum videtur pro reflecti, relabi, conuerti. In Coac. (pag. 135. E.) οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες ἑωυτοὺς, μηδὲν ἐπιδιδόντες, ἐπιστρέφουσι κακοήθεις. Qui ex longa valetudine sese recolligentes cupidè comedunt, ac nihil proficiunt, ij malignè relabuntur aut conuertuntur, hoc est, tandem ad inappetentiam relabuntur aut ciborum fastidium malignum. Aut certè ἐπιστρέφειν idem quod ὑποστρέφειν sonat, & de morbi reuersione aut recursu dicitur, vt ἐπιστροφὴ ὑποστροφὴν significat in Coac. (pag. 159. C.) ἴσως δὲ οἱ ἐξ ἐπιστροφῆς παθόντες τι τοιοῦτον, ἀσφαλέστατοι. Ac fortasse quidem quibus ex morbi reuersione tale quid contingit, securissimè habent. Est etiam ἐπιστρέφεσθαι peruerti, & eam quæ est præter naturam rectitudinis deprauationem denotat, vt in vertebris colli in angina contingit, aph. 35. lib. 4. ἢν ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστραφῇ. Si febre detento repente collum peruertatur, intorqueatur. Vbi scribit Gal. τὸ γὰρ ἐπιστραφῆναι ῥῆμα, τὴν ἐκτροπὴν τῶν εἰς τι παρὰ φύσιν ἅπαντος δηλοῖ τῶν σπονδύλων ἐνδυναμένη. Nam intorqueri verbum omnem præter naturam à recto tramite vertebrarum declinationem denotat. At in Coac. (pag. 163. G.) τράχηλον ἐπιστραφῆναι μὴ δύνασθαι, collum conuerti non posse, in angina dicitur.

Ἐπισφακελίζειν est præterea syderari, corrumpi, omninò vitiari, & de iugulo prorsus corrupto dicitur, lib. de art. (pag. 595. 39. H. 790. H.) ἢν μὴ ἐπισφακελίσῃ, nisi omninò corrumpatur, vitietur. Et rursus (pag. 625. 42. H. 816. G.) ἐπισφακελίσιες τῶν ὀστέων, ossium syderationes. Et (pag 624. 35. H. 817. B.) καὶ ὁ πλευρὸς ἐπεσφακέλισεν αὐτοῖσιν, & costa his syderata est. Ἐπισφακελίζειν vitiari dixit Celsus cap. 9. lib. 8. de costis, omnis mora vitanda erit, ne os infra vitietur.

Ἐπισφαλὲς νόσημα, morbus periculosus, Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 11. 42.) ὁκόταν δὲ τύχωσι μεγάλῳ τι καὶ ἰσχυρῷ καὶ ἐπισφαλεῖ νοσήματι. Vbi verò magnum & vehementem ac periculosum morbum nacti fuerint.

Ἐπισχόντες dicuntur quibus accessio febrilis subsistit, cunctatur, inhibetur aut differtur. In Coac. (pag. 128 G) τρίτην ἐπισχόντες, τετάρτην παροξυνθέντες. Quibus tertio die subsistit accessio, quarto ingrauescit. Ἐπισχὼν, immoratus, sustinens, lib. 5. Epid. (pag. 1160. A.) οὐ πολὺ δὲ ἐπισχὼν, paruo autem postea temporis interuallo, pauca interposita mora, nec multo interiecto tempore, non diu moratus. Quæ phrasis repetitur lib. 7. Epid. (pag. 1235. G. & pag. 1212. C.) καὶ μικρὸν ἐπισχὼν. & pauca interposita mora. Et rursus (ib. E.) οὐ πολὺ ἐπισχὼν, ἐτελεύτησεν, non longa interposita mora vitam finiuit.

Ἐπίτασις Hipp. dicitur febrium intentio & accessionis initium Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 114. 31. 405. 44.) φυλάσσειν καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν καὶ τὰς ἀνέσιας. obseruare tum febrium intentiones tum remissiones. Rursusq; (ib. v. 33. ib. 47.) ἐπὴν δὲ ἑκάσταν πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσεως. Ad hæc verò quando plurimùm ab intentione discesserint. Vbi ἐπίτασιν Gal. τὴν ἀρχὴν τοῦ παροξυσμοῦ, accessionis initium exponit. Ἐπίτασις κοιλίης etiam scribitur in Prorr. (p. 213. 34. H. 79. D. & 54. 79. F.) ventris cõtensio, intensio, suppressio. Etsi ἐπίστασις, aut ἐπιστάσιας κοιλίης quædam legunt exemplaria. Verùm Gal. illic ex Dioscor. ἐπίτασιν legit. Ἐπιτείνεσθαι τῷ πυρετῷ nouè dicitur de ægro in quo febris inualescit aut intenditur, lib. 5. Epid. (pag. 1154. H.) πάλιν ἐπιτείνετο τῷ πυρετῷ, καὶ κατενόει [?]. Rursus inualescente febre in somnum propensa erat. At de febribus quæ intenduntur, augmentum capiunt, aut validiores fiunt, ἐπιτείνεσθαι dicitur, In Coac. (pag. 133. H.) οἱ συνεχέες διὰ τρίτης ἐπιτείνοντες. febres assiduæ quæ tertio die intenduntur, augentur. ἰσχυροτέρως γενέσθαι dicit aph. 43. lib. 4. & ἐπιδιδόναι lib. 1. Epid. sect. 1. ἐπιτείνεται, αὔξεται, ἀκμάζει, exponit Hesych.

Ἐπίτεξ Ionica est dictio quæ partioni propinquam & vicinam significat, ex Herod. lib. 1. Sic etiam apud Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 603. 4.) φημὶ δὲ γυναῖκα ἣν ἐπίτεξ ᾖ mulierem dico quæ partui vicina fuerit. Quæ lectio valde mihi probatur, etsi ἐπιτίκτη alij legunt, quidam etiam ἐπιτυχὴ vitiosè.

Ἐπιτηδεύματα sunt vitæ instituta, studia, cuique dicatum vitæ genus, officium & munus. Vitæ affectiones vocat Aurel. cap. 12. libr. 2. Tard. Pass. vitæ proposita Celsus cap. 26. lib. 5. Gal. Comment. 3. in libr. 1. Epid. (p. 376. 57. H. 959. A.) καλεῖ δὲ ἐπιτηδεύματα πάντα ὅσα πράττουσιν οἱ ἄνθρωποι διὰ χρείαν ἢ ἀνάγκην, εἴτε ναυτιλλόμενοι, εἴτε γεωργοῦντες, ἢ οἰκοδομοῦντες τι καὶ τεκταινόμενοι, κυνηγετοῦντες, ἢ φιλογυμνασταῦντες, ὡς λούεσθαι πολλάκις ἐν ὕδασι θερμοῖς ἢ ψυχροῖς. Ἐπιτηδεύματα autem vocant quæcunque homines obeunt aut vtilitate aut necessitate adducti, siue nauigent, siue terram colant, ædificent, fabricentur, venentur, exercitationem lubenter obeant, vt si sæpe in calidis vel frigidis aquis lauent. Morborum dignotiones ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων, hoc est, ex vitæ institutis & vitæ genere hauriendas esse præcipit Hipp. lib. 1. Epid. (pag. 375. 48. H. 959. A.) Ἐπιτηδεύματα etiam Hipp. institutam victus rationem in hydrope laborantibus significant, & remedia quæ hydropicis adhibentur ad ciendas vrinas, & aquas per eas educendas, studiumque quod his instituendis remediis adhibetur, Prorr. 1. (p. 89. E.) τὸ δὲ οὖρον φαίνεσθαι μεταβαλλόμενον πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τῶν οἴνων τὰς μεταβολάς. Vrina in transitu pro instituta vitæ ratione, & vinorum mutatione, mutationem sentiat. Rursus ib. (p. 92. D.) πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα κοιλίαι ἀγαθαὶ ὑπακούειν dicuntur alui pro vitæ instituto probè respondentes, alui institutæ vitæ rationi probè obaudientes, cedentes & respondentes, hoc est, medicamentis facilè obedientes, fluxæ & effusæ. καὶ κοιλίας ἀγαθὰς ἔχει ὑπακούειν πρὸς τὸ ἐπιτήδευμα, aluumque habet vitæ instituto probè cedentem.

Ἐπιτίθεσθαι cunctari significat, differre, diem de die ducere, idem quod ἀναβάλλεσθαι aut ἀπατίθεσθαι, lib. περὶ τέχνης (pag. 7. 18.) προλαμβάνει δὲ διά τε τὴν τῶν σωμάτων στεγνότητα, ἐν ᾗ ἐν οὐ εὐσήλῳ οἰκέουσιν αἱ νοῦσοι. διά τε τὴν τῶν καμνόντων ὀλιγωρίην. ἐπιτίθενται γὰρ, λαμβανόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν νοσημάτων, ἐθέλουσι θεραπεύεσθαι. Præoccupat autem tum propter corporum densitatem, in qua abditi morbi latent, tum propter ægrorum negligentiam. Differunt enim & cunctantur, morbis verò correpti, curari desiderant. Agitur enim de morbis qui medicorum curationem præcurrunt.

Ἐπίτοκος fœcunda, aph. 55. lib. 6. Epid. sect. 8. ἡ πρὸς ἐπιτοκὰς ἐοῦσα τοῦ κοράσιον χρόνου, antea cùm puella esset fœcunda.

Ἐπιτροπὴ, curatio, procuratio, lib. περὶ εὐσχημος. (p. 25. 27.) ἐπιτροπὴν δὲ ἰδιώτῃσι μηδέποτε διδόναι περὶ μηδενός. Idiotis verò nullius rei curam committas.

Ἐπιτροχώτερον, agilius, velocius, promptius, citius, procliuius dicitur, & quod facilius inclinat, vt de osse humeri lib. de art. (p. 597. 14. H 792. B.) ἐς τὸ κάτω γὰρ ἐπιτροχώτερον αὐτὸ ἅμα τῷ ὤμῳ καὶ τῷ βραχίονι κάτω ῥέπειν μᾶλλον, ἢ ἐς τὸ ἄνω. Vna enim cum humero & brachio procliuius est vt deorsum inclinet, quàm vt supra feratur, hoc est, promptius & facilius deorsum fertur. At Erot. ἐπιτυχώτερον (si modò vera est lectio) pro ἐπιτροχώτερον legisse videtur, quod εὐφορώτερον exponit, quod procliuiùs aut promptiùs deorsum fertur, aut facilius defertur.

Ἐπιτυγχάνειν est verum assequi, cognitione consequi, aut cognoscere. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 18. 54.) ὅπως εἴ τις δύναιτο ζητέων ἔξωθεν ἐπιτυγχάνειν, δύναιτ' ἂν πάντων ἐκλέγεσθαι ἀεὶ τὸ βέλτιον. Ad hunc modum si quis inquisitione diligenti res huiusmodi externas cognitione consequi possit, is poterit semper quod melius est ex omnibus eligere.

Τὰ ἐπιφαινόμενα dicuntur in morbis, quæ in morbis mox apparent nec vnà cum morbo inuadunt aut incipiunt, sed superueniunt, siue signa, siue symptomata, vt aph. 12. lib. 1. & lib. 1. de Crisibus, & in Com aph. 12. lib 1. τὰ ἐπιφαινόμενα quoque peculiari nomine intelligi possunt menstrua, aut ea quæ toto gestationis tempore in vterum gerentibus apparent; vt menstruæ purgationes, aut deprauata appetentia quam κίτταν vocant, vt aph. 7. lib. 6. Epid. sect. 8. τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίνεται. Quæ gestationis tempore apparent, in quos menses incidant, videndum. Quod etiam repetitur lib. 2. Epid. (pag. 1030. H.) Sic lib. 4. Epid. (pag. 1228. G.) ἐρυθρὰ ἐπιφαινόμενα, menstrua vocantur.

Ἐπίφλεβοι dicuntur venosi & quibus venæ sunt conspicuæ & eminentes, quales sunt graciles & calidiore temperamento præditi, aph. 23. sect. 4. lib. 6. Epid. Vbi ἐπιφλέβους exponuntur Gal. οἷς ἐπιφανεῖς αἱ φλέβες εἰσὶ, τουτέστιν ἐκκείμεναι, ὅτι αὐταί γε πλήρεις αἵματος εἰσι, καὶ γεγυμνωμέναι διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν σκεπουσῶν αὐτὰς σαρκῶν. quibus conspicuæ sunt venæ, hoc est, extra prominentes, quippe quæ sanguinis plenæ sunt, & propter penuriam ipsas contegentium carnium nudæ apparent. Eandem etiam dictionem vsurpat Aret. cap. 2. lib. 2. θεραπ. ὀξ. παθ. ἢν δὲ πολύαιμοι καὶ ἐπίφλεβοι ἔωσι. Si sanguine abundent & venas prominentes habeant.

Ἐπιφλογίσματα sunt incendiosa ac velut incendia, partes velut à flamma deustæ, & efferuescentia ac dolore calido cum feruore agitatæ, & tumore affectæ, quæ ad rubrum & cruentum

ob sanguinem qui recens eò confluxit, tendunt, aph.23. lib.5. ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὕφαιμον ῥέποντα νεαρῷ αἵματι, dicuntur. Gal. exponit, ὥσπερ ὑπὸ φλογὸς ἐπικεκαυμένα, διὰ τὴν ὑπερ-βασίαν τῆς ἐργαζομένων αὐτὰ χυμῶν. ardores & feruores velut à flamma, ob exuperantem humorum caliditatem. Inflammina vocant quidam, quæ velut à flamma aliqua sunt deusta.

Ἐπιφοιτέον ἄλγημα dolor accedens. In Coac. (pag.169.G.) ὀσφύος ἄλγημα πυκνὰ ἐπιφοιτέον, lumborum dolor crebrò accedens.

Ἐπίφορος est fœmina vterum ferens & grauida, aut vicina partui. In Prorrh. (pag.204.2.H.75.H.) τῇσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγικά. In vterum gerentibus capitis dolores. Vbi scribit Gal. τὰς δὲ οὖν ἐπιφόρους ἔνιοι μὲν ἤκουσαν τὰς ἐγκυμονούσας ὅσαι πλησίον εἰσὶ τῆς ἀποκυήσεως, ἔνιοι δὲ τὰς ῥᾳδίως συλλαμβανούσας καὶ συνεχῶς κυούσας. Ἐπιφόρους igitur nonnulli quidem intelligunt vterum gerentes & quæ vicinæ sunt puerperio, nonnulli verò eas quæ facilè concipiunt & crebrò pariunt. Eadem quoque dictio vsurpatur in Coac. (p.202.C. F.203.A.H. & pag.205.D.)

Ἐπίφυσις est quid, ossi adnatum, vt sit velut ossis vnitio, accrementum aut accretio dici potest. Dicitur etiam appendix, aut ossis accrementum velut ossis productio, adnata quædam vocant & adnatum os. Libr. de fract. (pag.549. 15.H.760.E.) de tibiæ ossibus, ξυνέχεται δὲ ἀλλήλοισι τὸ πρὸς τοῦ ποδὸς, καὶ ἐπίφυσιν κοινὴν ἔχει. Cohærent autem inter se qua parte pedem contingunt, communeque habent ossis accrementum. Rursusque (ibidem vers.25.H.ib.F.) τὸ δὲ πρὸς τοῦ μηροῦ ξυνέχεται, καὶ ἐπίφυσιν ἔχει, καὶ ἡ ἐπίφυσις διάφυσιν. Ad femur autem adnato quodam osse coniunguntur, quod septum medium habet. Reliqua περὶ τῆς ἐπιφύσεως vide apud Gorrh. ἐπιφύσιο βλεφάρων dicuntur lib. 5. Epid. st.pest. (pag.427.24. H.1085.H. eminentiæ quædam palpebris adnatæ, ex crassioribus quibusdam humoribus protuberantes, ὀχθώδεις ἐπαναστάσεις aut φυμάδεις exponit Gal. vt illic scripsimus.

Ἐπιχειρέεσθαι & ἐπιχειρίζεσθαι est aggredi & manus admouere aut curationem per chirurgiam tentare. lib. 5. Epid. (pagin. 1147. E.) τούτῳ ἐπιχειρίσθη τῇσιν αἱμορρόϊσι τὴν κοιλίην οὐ καλῶς πως ἔχοντι. In hoc manus hæmorrhoidibus est admota, cùm malè quodammodo affectus esset venter. Ἐπιχείρια verò dicuntur Hipp. munera & merces quæ medico ab ægris datur velut pretium, aut manus pretium. ἐν παραγγελίαις (pagin. 26. 13.) τί γὰρ ἂν ἦν κακὸν, ἦν τὰ ἐπιχείρια ἐκομίζοντο, οἱ τὰ τῆς ἰητρικῆς ἔργα κακῶς δημιουργέοντες. Quodnam enim malum esset, si qui medicinæ opera malè administrant, mercedem auferrent? Ἐπίχειρα dicuntur quæ artifici debentur pretia, hoc est, manus pretium. Pollux libr. 6. capit. 40. μισθὸν & ἐπίχειρα de codem dici scribit, & quæ χειρουργίῃ debentur, ἐπίχειρα, quæ medico σῶστρα, σωτήρια, καὶ ἰατρεῖα.

Ἐπιχλιαίνεσθαι, subinde calescere, intepescere, de febris suspicione sumitur, vt lib.6. Epid. sect.7. aph.2. οὗτοι γὰρ καὶ ἐπεχλιαίνοντο. hi namque etiam incalescebant. Significat autem anginæ febrem etiam superuenisse. In Coac. (pagin.219.H.) μετὰ κάρου καὶ κεφαλαλγίης τὸ ἐπιχλιαίνεσθαι ὀλέθριον. Cum sopore & capitis dolore subinde incalescere perniciem denunciat. Lib.4. Epid. (pag. 1133. A.) ἐπεχλιαίνετο δὲ πλεῖστα Ἀπήμαντος. plurimùm autem incalescebat Apemantus. Ἐπιχλιαίνεσθαι etiam de calore in tumoribus præter naturam intepescente ac veluti subsidente sumitur, vt lib.2. Epid. (pagin.1012.C.) de tumore ad aures suborto, ἧσσον δὲ τοῦτο, καὶ ἐπεχλιαίνετο, qui tamen minor erat & intepescebat, hoc est, leniebatur & residebat, συνιλεαίνετο enim explicat Gal. in Prorrh. vt illic scripsimus.

Ἐπίχνουν ἔχοντα ὄμματα, oculi pulucrulenti dicuntur, puluere & sorde, velut lanugine obsiti, squalidi, siue concretum pulullum habentes & sordem. Quod ex nimia siccitate accidit, & his qui per magnum æstum & puluerem iter faciunt vsu venit. In Prorrhet. (pagin.176.28.H.80.F.) ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα, μανικά, oculi squalidi & puluere obsiti, insaniam portendunt. Galenus ὀφθαλμοὺς τοῦ κεχνωμένου χνοῦ μεστοὺς hoc est, oculos puluere aut lanugine plenos exponit. In Coac. (pag. 208.B.) ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα dicuntur, quomodo ἐπίχνουν Hesych. ἐπεσκοτωμένως, ἐπεσκοτισμένον exponit, obtenebratum, tenebris desuper opertum, Gal. verò in Exeg. apud. Hipp. ἐπίχνουν, ἐπίπαγον χνοώδη, concretionem lanuginosam, aut concretam lanuginem exponit.

Ἐπίχολον σῶμα, corpus biliosum. Libr.5. Epid. (pag.1148.H.) & (pag.1149.F.) ἦν ἡ ξύστασις τοῦ σώματος ἐπίχολος ἐοῦσα, corporis dispositio biliosa.

Ἐπιχορδὶς idem quod mesenterium significat Aret. Capit. 6. lib 2. de caus. & sign. ac. morb. quòd supra intestina sit, aut ea fulciat ac sustineat. καὶ γὰρ καὶ ἐπιχορδίδα τὸ μεσεντέριον ἐκάλουν οἱ παλαιοί, τὰ μέσης ὑ νεῦρα καὶ τὰ ἀγγεῖα, καὶ τὰς ὑμένας τὰς αἰωρούσας τῶν ἐντέρων. Veteres etiã mesenterium ἐπιχορδίδα nominauerũt medios scilicet neruos & vasa, membranasque intestinorum fulcra & stabilimenta.

Ἐπιῴδεοντες, subtumidi, intumescentes, subturgidi. ὑπόκοιλοι exponit Gal. in Prorrhet. (pagin.192.1.H.72.G.)

Ἐπ' ὀλίγον effertur Hipp. de his quæ sensim fiunt & pauco tempore ac breui durant. In Coac. (pag. 151.B.) οὖρα ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα. vrinæ paruo tempore concoctæ permanentes. τὰ ἐπ' ὀλίγον ὀξέα ἀλγήματα, sensim aut paruo tempore ingrauescentes dolores. (ibid.pag.127.E.) αἱ ἐπ' ὀλίγον παραφροσύναι ἐκστάσιες. quæ paruo tempore fiunt desipientiæ, aut quæ sensim fiunt mentis emotiones, in Prorrhet. (pag.177.50.H. 69. D.) Libr. etiam 1. Epid. (pag.355.25.H.940. H.) οὐδ' ἐπ' ὀλίγον πεπασμὸς ἦν. neque sensim concoctio adfuit, de maligna tabe, in qua sputa cruda perseuerabant, ac ne vix quidem educebantur.

Ἐπομβρίη assiduè pluuiosa tempestas, vbi alij aliis sine intermissione imbres succedunt. aph.15 libr. 3. οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβριῶν εἰσὶν ὑγιεινότεροι. siccitates imbribus assiduis sunt salubriores. τὸ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ver admodum pluuium & austrinum, aph.11. lib.3. ὁ χειμὼν ἔπομβρος καὶ νότιος, hyems admodum pluuia & austrina, aph.12. libr. 3. τὸ φθινόπωρον ἔπομβρον, autumnus valde pluuius, aph.13. libr.3. ἔτος νότιον, ἔπομβρον, annus austrinus & assiduis imbribus madens. libr.3. Epid. in st.pest. (pag.418.22. H. 1081. H.) νοσήματα ἐν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται. morbi per assiduos imbres magna ex parte fiunt, aph. 16. lib.3.

Ἐπορέγεσθαι est manus protensas porrigere; protendere, aut manibus porrectis aliquid prensare, captare, aut prehendere cupere. Lib. 7. Epid. (pagin. 1210. G.) de phrenitico, τῇσι χερσὶν ἐπορεγόμενος, καὶ αἰεί τι διὰ κενῆς θηρεύων, manibus porrectis semper aliquid frustra captabat. Rursus ibidem. (pagin.1212.F.) καὶ τῇ χειρὶ ὅτε ὅτι ἐπωρέγετο πρὸς τὸ κονίαμα. interdum etiam manum ad parietis tectorium porrigebat, protendebat, iniiciebat. ἐπορεξάμενος, ἐφορμήσας, ἐπιλαβόμενος Hesych. exponit.

Ἔπος pro αἶπος ponitur, hoc est, loco accliui, apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.556.24.) ἢν πρὸς ἔπος βαδίζῃ, πνευστιᾷ σφόδρα, & si ad accliuem locum aut arduum iter faciat, vehementer anhelat. Vbi tamen ἔπος pro αἶπος scriptum existimo.

Ἐπίχον exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. κλῆμα ἐξ οὗ πέφυκέ τι, ὥσπερ καὶ τῆς σικύας. palmes ex quo quippiam enascitur, velut colocynthidis.

Ἐπουλωθῆναι, κατουλωθῆναι exponit Erot. ad cicatricem perducatur, nimirum locum lib. de art. exprimens (pag.593 30.H.789.D.) οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ἐπουλωθείη. Sic enim vel maximè cicatrix obducatur. Eoque modo planè mihi legendus Erot. videtur, aliòqui manifestum mendum apparet, si ἐγκυρέεσθαι ἐπουλωθῆναι exponatur, quod ne per somnium quidem Erot. contigit.

Ἐποχετεύεσθαι est deriuari, per canalem deduci. Sudas ἐποχετεῦσαι ἐπιρρεῦσαι, influere exponit. Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag.278. 42.) αἱ ἐς ἀλλήλας ἐποχετεύονται. quæ in sese mutuò influunt aut deriuantur. Vbi tamen vitiosè ἐπωχετεύονται scribitur, vt & (pag. 279. 49.) ὠχετεύεται pro ὀχετεύεται malè legitur. Rursus ibid. 17.) καὶ ἐξοχετεύεται διὰ τοῦ νερτάτου τῆς κνήμης, & per tibialis ossis infimam partem vehitur, deriuatur. Et (ib.280.15.) καὶ ἐξοχετεύονται ἐς αὐτήν. in ipsum deriuantur, quod idem est quod ἐποχετεύονται.

Ἐπῶδες exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. δυσῶδες: ποῖόν τι ὄζον. fœtidum, olidum, graueolens.

Ἐπώδυνον ἧπαρ, iecur dolens & affectum propter inflammationem, obstructionem, aut aliam affectionem incendio similem. In Prorrhet. (pag.187.20.H.71.E.)

Ἐπώδησε σύματα παρ' οὖς, legitur apud Hipp. lib.7. Epid. (pag.1236. A.) Quibus verbis tubercula ad aures suppurata fuisse intelligunt, vt mihi ἐπυώθη legisse videatur Cornar. Verùm suspectam esse nobis lectionem adscripsimus, & ἐπάχθη pro ἐπαίχθη legendum videri, vt indicetur huiusmodi tubercula adaperta fuisse, & pus effluxisse, non secus ac αἰψ' ἔχθην pro αἰαίχθην apud poëtas dicitur.

Ἐπωξεστέρη, acidior, τοῦ ὄξει πλείονι κεκραμένη, exponitur Gal. in Exeg. copiosius acetum habens. Dicitur de lente Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. (pag.543.49.) ἐν δὲ τῇσι πρώτῃσι τῶν ἡμερέων, ῥοφήμασι διαχρήσθω. φακῇ ἑφθῇ, ἐπωξεστέρῃ τῷ ὄξει. Primis diebus sorbitionibus vtatur, lenticula cocta, acidiore ab aceto, hoc est, copiosius acetum ammixtum habente. Atque ille locus mihi à Gal. in Exeg. designari videtur cùm ἐπωξεστέρη & κεκραμένη dandi casu legatur. Quod non viderunt qui ἐπωξεστέρη & κεκραμένη legunt, etsi in Asulano codice & manuscriptis exemplaribus ἐπωξεστέρη apud Hipp. legitur vitiosè tamen, vt satis apparet. Rursus ibidem (544.17.) ἐσθιέτω δὲ φακὴν τῷ ὄξει ἐπωξεστέρην, καὶ ἑφθήν. Edat autem lenticulam costam acetum copiosius ammixtum habentem. Vbi etiam ἐπιμεστέρην legisse videtur Caluus.

Ἐπωμὶς superior humeri pars dicitur quæ superiecta est humeri articulo cum brachio, & ad ceruices tendit, superhumerale, & pars summa supra humerum, aut supra commissuram humeri, cum lato scapularum osse. Gal. Com. 1. in lib. de art. (pag. 580. 8. H. 760. 6.) τὴν ἐπωμίδα scribit esse τὸ ἄνω τοῦ ὤμου μέρος ἐπιτεινόμενον ὡς ἐπὶ τὸν τράχηλον, superiorem humeri partem, quæ ad ceruicem vsque porrigitur. Pollux lib. 2. ἐπωμίδα esse scribit, κλειδῶν τὸ πρὸς ὠμοπλάτας, iuguli eam partem quæ cum scoptulis opertis connectitur, & vicina est humeris. Rufus in lib. περὶ ἀνθρώπ. μορ. ἐπωμίδας scribit τὰ ἀπὸ τῶν τενόντων ἐπὶ τοὺς ὤμους καθήκοντα, eam partem quæ à tendonibus ad humeros pertingit. Libr. de art. (pagin. 580. 1. H. 780. D.) εἴ τις τοῦ βραχίονος ψιλώσειε μετὰ τῶν σαρκῶν τὴν ἐπωμίδα. Si quis ex brachio, superiore humeri parte carnem detraxerit. Rursus ibidem (pagin. 619. 19. H. 810. D.) secundam vertebram ceruicis vocat Hipp. μέγαν σπόνδυλον ὑπὲρ τῆς ἐπωμίδος, hoc est, magnam vertebram, quæ est supra summam humerorum partem.

Ἐργάσασθαι, operari, efficere significat, verùm μεταλλάττειν μιγνύναι, συμμίξαι, μεταβάλλειν, ἀλλοιῶσαι, πέψαι, permutare, permiscere, mutare, alterare, concoquere, exponit Galen. aph. 6. sect. 2. lib. 6. Epid. ἐργάζεται τὸ ὅμοιον, simile quoddam opus operari. Etsi ἐργάσασθαι in Exeg. videtur legisse Gal. vt nostris in eum locum Annot. submonuimus. Ἐργάζεσθαι etiam est operari & terram colere, & de bobus aratoribus dicitur libr. de art. (pagin. 587. 15. H. 784. H.) ὅτι κατὰ τὸν χειμῶνα ἐργάζονται quòd hyeme terram colunt. Sic ἐργάζεσθαι γῆν colere terram dixit Xenophon, & id quoque ἐργάζεσθαι simpliciter significat Eustath. & εἰργασμένη γῆ aut ἐργαζομένη, terra culta Theophr. dicitur. Ἐργάται sunt operarij, qui operibus victitant, & operariorum labores ferunt Hipp. in his quæ adiecta sunt ad libr. de Nat. humana (pagin. 25. 29. H. 230. 13.) ἀνάγκη ἐργάτας νεανίσκους ἐόντας, necesse est in iuuentute operibus victum quæritasse. Ἐξεργάζεται etiam pro ἐξεργάζονται, hoc est, fiunt, oriuntur, gignuntur, ponitur libr. κατ' ἰητρ. (pag. 698. 44. H. 748. A.) ἐξεργάζεται ἐκ τοῦ τραύματος. ex vulnere fiunt. Quanquam illic ἐξαρύεται aut ἐξαρύαται videtur legisse Gal.

Ἔρμα impedimentum & septum significat. lib. περὶ ἀφόρων (pag. 675. 49.) ἕρμα γὰρ τοῦτο ἐπικείμενον. hoc enim impedimentum incumbens, hoc enim velut septum incumbit. ἕρμασι, κωλύμασι, περιφράγμασι exponit Hesych. Ἕρματα Erot. apud Hipp. στηρίγματα stabilimenta aut fulcra exponit, verùm ἕρματα leg. existimo.

Ἔργον omnem partium corporis actionem & functionem indicat, præcipuè tamen ad sensiles animi facultates refertur, aph. 35. lib. 6. Epid. sect. 8. ἔργον ἐς τὴν σκέψιν ἄγειν, Corpus quoque & actio in considerationem adhibeatur. Ἐργώδεις φαρμακεύεσθαι qui difficulter & non sine periculo medicationes ferunt, & quibus molesta est purgatio, aph. 37. libr. 2. ἐργώδεις namque χαλεποὺς illic exponit Philoth. quod etiam multa alia symptomata & purgationis molestias ac damna innuit. ἐργώδεις αἱ φαρμακεῖαι, difficiles & permolestæ medicationes, aph. 5. lib. 4. Ἐργωδῶς difficulter, ac non sine negotio significat, aph. 6. libr. 6. μόγις, hoc est, vix interpretatur Gal. & μετὰ πολλῆς πραγματείας καὶ χρόνου μακροῦ, multo negotio & longo tempore. Philoth. δυσχερῶς.

Ἔρεγμος est faba fresa & confracta in minutas partes, interdumque non de sola faba, sed de cæteris quoque leguminibus fractis ac concisis sumitur, vt apud Gal. Com. ad aph. 76. lib. 4. in capillamentorum causa, quæ per vrinam feruntur. προσενήνεκτο δ' οὗτος ὅλῳ σχεδὸν ἐνιαυτῷ τῷ πρόσθεν, ἐρεγμοῖς τε καὶ κυάμων, πάνυ πολλάκις καὶ τυρὸν ἁπαλόν τε καὶ ξηρόν. Is verò toto ferè anno præcedente, in vsu cibario habuerat legumina fresa fabamque fresam, sæpissimeque caseum mollem & siccum. Vbi interpres orobum conuertit, cùm legumina fresa significet. Reliqui fabas fresas cum veteri interprete sumunt, vt ἐρεγμῶν κυάμων legisse videantur. Ἐρεγμὸς etiam interdum pro lomento & fabarum farina vsurpatum legitur. Ἐρεγμὸς propriè exponitur Erot. ὁ δίχα διῃρημένος κύαμος, faba in duas partes diuisa, vbi φακῶν ἐρέγματα exponit. Et Gal. in Exeg. τὸν ἐρεγμὸν ἀπὸ τοῦ δίχα διῃρῆσθαι dici scribit.

Ἐρεθισμὸς quoduis naturæ irritamentum significat, quo solicitata natura ad obeundas motiones excitatur, & quatuor causarum salubrium genere comprehenditur. Præcipuè verò de ea naturæ irritatione dicitur, qua vellicata, noxia per aluum & intestina deponit, aut vbi succorum acrimonia irritata, morsum in ore ventriculi, intestinis, aluo sentiens exoluitur & virium infirmitatem habet. Sic enim Gal. ἐρεθισμὸν dici vult quodcunque naturæ irritamentum naturam solicitans eiusque vires dissoluens, siue causam habeat antecedentem, siue nullam, Comment. 2. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 70. 23. H. 392. 14.) κοινῷ δ' ὀνόματι τῷ τοῦ ἐρεθισμοῦ, περιείληφε πάντα τὰ κατ' ὁντινοῦν τρόπον εἰς ἀρρωστίαν ἄγοντα τὴν δύναμιν, ἐν οἷς ἐστι καὶ ἡ δῆξις ὑπὸ δριμέων χυμῶν, ἤτοι κατ' ἔντερον, ἢ κατὰ γαστέρα γενομένη, καὶ μάλιστα αὐτῆς κατὰ τὸ στόμα, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ὀργή, καὶ λύπη, καὶ περὶ ἕλμινθας ἐκ τῶν ἐντέρων ἀναβαίνουσα πρὸς τὴν γαστέρα, καὶ κνησμὸς τοῦ δέρματος ἅπαντος, ἢ καὶ μορίων τινῶν. ἐπιθυμίαν διὰ νυκτός, ὡς μὴ μόνον αὐτῷ τὸ ἐρεθίζειν, ἀλλὰ καὶ σὺν ἀγρυπνίᾳ καταλύειν τὴν δύναμιν. Communi autem τοῦ ἐρεθισμοῦ (hoc est, irritamenti) nomine, ea omnia quæ quocunque modo virtutem ad imbecillitatem deducunt comprehendit, in quibus accensetur acrium humorum morsus, siue in intestinis, siue in ventriculo, præsertimque in ipsius ore excitatus, tum vigilia, tum ira, tum mœror, tum etiam lumbrici per intestina ad ventriculum ascendentes, tum quoque totius cutis aut quarundam partium pruritus per noctem infestus, adeò vt non modò irritando verùm etiam propter vigilias vires dissoluat. Sic ibidem Hippocrates ea omnia per σημεῖον ἐρεθιστικὸν comprehendit, quo nomine causam omnem naturæ vires solicitantem & labefactantem intelligit. Vt & ibid. rursus (pag. 67. 38. H. 391. 12.) in causis imbecillitatis virium idem ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν annumerat, hoc est, aliam quandam irritationem, quam Gal. ventris morsum, aut intestinorum, vel vigiliam, vel oris ventriculi affectum exponit, his verbis. ἐνίας δὲ καὶ δι' ἄλλον τινὰ γίγνεσθαί φησιν ἐρεθισμόν. εἰ μὲν γὰρ δὴ τὴν δῆξιν ἐρεῖ ἤτοι γε τῆς γαστρὸς, ἢ τῶν ἐντέρων, δόξειεν ἂν ὑποπεπτωκέναι τὸ σύμπτωμα τοῦτο ταῖς ὀδύναις. εἰ δὲ ἀγρυπνίαν ἢ τὸ τοῦ στόματος τῆς κοιλίας πάθος, οὐ κυρίως ἂν δόξειεν ἑρμηνεύειν. Quasdam autem virium imbecillitates ob aliam quandam fieri irritationem ait. Ac si quidem aut ventris morsum, aut intestinorum dicit, symptoma hoc dolorum nomine comprehendi videtur. Quòd si vel vigilias, vel oris affectum intelligit, non propriè interpretari visus est. Ἐρεθισμὸς etiam pro alui irritatione sumitur ex mordacium & tenuium succorum acrimonia, cùm inde solicitata liquida demittit, aut certe externa præsidia, vt glandem & infusum comprehendit, vt ægr. 2. lib. 1. Epid. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ σμικρῷ κόπρανα λεπτὰ οἷα ἄπεπτα, πολλὰ διῆλθε μετὰ πόνου. Aluus verò parùm irritata, stercora tenuia crudis similia, multa, non sine dolore demisit. Et rursus ægr. 12. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐπ' ἐρεθισμῷ ὑγρὰ, ταραχώδεα διῆλθε μετὰ ἑλμίνθων. Ex aluo irritata liquida & turbulenta cum lumbricis secesserunt. Ἐρεθισμοὶ dicuntur aph. 20. lib. 1. & lib. περὶ χυμῶν (p. 48. 35.) in genere, ea omnia quæ naturæ victoriam impediunt, eiusque motum remorantur in crisi, cuiusmodi sunt alimenta, medicamenta, sanguinis missio, topica remedia, motus tum animi tum corporis, cæteraque id genus quæ sub causis salubribus comprehenduntur, & sumendorum, admouendorum, educendorum, & faciendorum nomine continentur. ἐρεθισμοὺς dicit Aret. capit. 1. libr. 1. Cur. acut. morb. quos alij ἐρεθισμοὺς οἱ κατὰ φάρυγγα ἐρεθισμοί, faucium irritationes aut irritamenta, vellicationes, morsus ac prurigines faucium dolores excitantes significant, ex humorum acrium & mordacium illapsu, quorum etiam impetus ad aurium glandulas firmatur, & tubercula interdum excitat, in Coac. (pag. 162. H.)

Ἐρείκειν est frangere, contundere, & de leguminibus dicitur, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 623. 47.) πυρὸς τριμηνιαίους ἐρείκειν. triticum trimestre contusum & confractum. Rursus libr 2. (pagin. 639. 52.) καὶ ζειὰς ἐρείξαντα ξὺν τοῖσι κελύφεσι. & zeam vna cum cortice fractam. Et libr. 2. de Morb. (pag. 484. 53.) ἐρείξαντα τὰς κριθὰς σὺν τοῖσιν ἀχύροισι. hordea torrefacta vnà cum paleis fracta: Sic autem lego, aut ἐρείξαντα, cùm ἐρέξαντα passim legatur, & locum suspectum faciat codex Asulanus. Ex quo apparet ἐρείκειν vt & ἐρέκειν dici, & ἐρεῖγμα pro ἔρεγμα aut ἔρειγμα, & ἐρεικτὸς pro ἐρεκτὸς & ἐρεικίδες pro ἐρεικίδες. Sic ἐξερείκειν pro ἐξερέκειν, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 572. 6.) κρίμνον ἐξερεικτὸν passim scribitur, hoc est, polentam crassius fresam, vbi tamē ἐξερείξας aut ἐξερείξας leg. existimo, etsi locū valde suspectū habeo, vt in κρίμνον scribimus. Ab ἐρείκομαι autem ἐρειγμένος & ἐρηριγμένος deductum est, vt κριθὰς ἐρηριγμένας καὶ πεφωγμένας, hordeum confractum & tostum dicit Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 585. 4.) etsi in quibusdam codicibus ἐρηρεισμένας legitur. Rursus lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 266. 39.) ταῦτα μίξας καὶ ζέσας ἐρηριγμένα σὺν θυμιῶ, hæc ammixta & feruefacta simul confracta ad suffitum adhibeto. Vbi tamen ζειὰς ἐρηριγμένας legisse videtur Cornar. cùm zeam fresam dixerit. Ἔρειγμα autem idem quod ἐρεγμὸς & fabam fresam aut fractam significat & cæteris leguminibus attribuitur. In Coac. (pag. 220. F.) damnatur διαχώρημα χολῶδες ἔχον ἐν ἑωυτῷ φακῶν ἢ ἐρεβίνθων ἐρείγμασι προσεμφερέα, deiectio biliosa simile quiddam lentibus aut ciceribus fresis in se continens tum quæ colore modicè subrubro, tum substantiæ inæqualitate vitium præ se fert. Quem locum subindicans Erot. φακῶν ἐρέγματα αὐτὶ τοῦ διῃρήματα poni scribit, hoc est, lentes

crassius diuisas. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 668. 43.) ἢ τὸ λεγόμενον οἰσύπη αἰγὸς ξηρὰ κόψαι καὶ φῶξαι σὺν κριθέων ἐρείγματι ἐλαίῳ φυρήσασα θυμιῆν aut quod οἰσύπη capræ dicitur, hoc est, sordem capræ circa pilos ad nates consistentem siccam tundito & torreto, atque cum hordeo freso oleo subactam ad suffitum adhibeto. Homeri Schol. Il. ρ. ἐρείγματα ὄσπρεια esse scribit, nimirum ὄσπρεια ἐρεικτὰ intelligens, legumina fresa, παρὰ τὸ κατα-ψοφεῖν, à strepitum edendo.

Ἐρεικίδες exponuntur Gal. in Exeg. αἱ ἀδρομερῶς διῃρημέναι κριθαί. τινὲς δὲ τὰς διχῇ διῃρημένας. καὶ γὰρ τὸν ἐρεγμὸν ἀπὸ τοῦ διχῇ διῃρῆσθαι φασὶν ὀνομάζεσθαι. ἐμοὶ δὲ παρὰ τὸ ἐρείκειν πάντα τὰ τοιαῦτα δοκεῖ γεγονέναι. ὅπερ οὐ τὸ διχῇ διαιρεῖν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ θραύειν ἁπλῶς. ὅθεν καὶ τὸ ἴτριον ἐρείκιον ὀνομάζεται καὶ αὐτὸ, διότι εὔθραυστον. hoc est, hordea crassius diuisa. Quidam verò in duas partes diuisa. Nam & ἐρεγμὸν ex eo quod in duas partes diuidatur dici aiunt. Mihi autem omnia eiusmodi à verbo ἐρείκειν ducta esse videntur, quod non significat in duas partes diuidere, sed frangere simpliciter. Vnde etiam ἴτριον placentæ genus ἐρείκιον nominatur, eo quòd ipsum facilè sit frangibile aut facilè friabile. Sed pro ἐρεικίδες quidam ἐρεικίδες scribendum contendunt.

Ἐρεικτὰ dicuntur Hipp. fresa, & panes ex hordeo freso & confracto, lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 642. 13.) χρῆσθαι δὲ ἄρτῳ σιτώδει, ἢ ἐρεικτοῖσι. Vtatur autem pane frumentaceo aut ex hordeo freso. ἐρεικτὰ autem pro ἐρηικτὰ scribitur Hesych. ἐρεικτὰ exponit σῖτον πεφρυγμένον καὶ κοπτόμενον, ὡς ἄλφιτα, χιδρὰ ἄλευρα.

Ἐρείπεσθαι est euerti, prosterni, deiici, labi, concidere. Gal. Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 475. 57. H. 1174. G.) pro εἰρύεται, ἐρείπεται veterem scripturam agnoscit ex quibusdam interpretibus clariorem ex ea lectione significationem fore sperantibus. Agitur autem de corporis mole quæ repente contrahitur aut imminuitur, quod per εἰρύεται denotatur, aut labitur, decidit, prosternitur, quod per ἐρείπεται significatur, & facultatis debilitatem comprehendit. Quam veterem etiam lectionem testantur exemplaria Regia manu scripta, & vetus quoque interpres. cùm lapsum ex subleuatione dixit, vt nostris eum in locum Annotat. indicauimus. Idem etiam Gal. eodem Com. (pag. 476. 8.) pro ῥυήσεται apud Hipp. (quod est defluet) ἐρείψεται quosdam legisse testatur, quod est, labetur, decidet. Quibus verbis virtutis lapsus & corporis concidentia innuitur. Erot. ἐρείπειν τὸ καταπεσεῖν, quod est decidere, exponit, indeque ἐξηρείπεται & ἔρειψις apud Hipp. deduci significat. Idem etiam ἐξήρειπεν ἐξέπεσεν apud Hipp. exponit (etsi ἐξήρειπεν, aut ἐξείρεπεν melius legi supra diximus quod est decidit. Nimirum locum lib. κατ' ἰητρ. (pag. 691. 28. H. 745. D.) subindicans, παχύταται δὲ ᾗ ἐξέρρηπε τὸ κάτηγμα. crassissimæ verò [ferulæ] qua fractura erupit in quam partem fractura inclinat, dixit Celsus. Verùm ἐξήρειπε pro ἐξέρρηπε legunt exemplaria quædam manu scripta, vt illic submonuimus, quod & fecisse Erotianum apparet.

Ἔρεισμα idem quod ἔρμασμα, stabilimentum, fulcimentum. Idem illisionem aut impressionem significat, vt lib. de fract. (p. 546. 53. H. 759 H.) ἰσχυρὸν ἔρεισμα, vehementem illisionem, quę cum impetu aut impressione facta sit, & quæ veluti insidet. Sic ἐρείδειν est inniti, adurgere, retro cogere, vt lib. de fract. (pag. 551. 25. H. 761. G.) ἐς τὸ ἐξεστηκὸς ἐρείδειν, os quod luxatum eminet retro cogere, id quod extat adurgere, supra id quod excidit inniti, quod fit in articuli luxati repositione supra prominens os vrgere dici potest ex Celso. Ἀντερείδειν quoque est reniti, repellere, propellere. ἐς θάτερα ἀντερείδειν lib. de fract. (ibidem) contra propellere ex Celso dicitur. Quod fit cum minister membrum luxatum ab altera parte in quam medicus quod elapsum est recondit, propellit, contraque renititur. Ἐρείσματος quoque Gal. στηρίγματος, fulcra & stabilimenta exponit Com. 3 in lib. κατ' ἰητρ. (p. 704 16. H 749. D. Atque ibidem Hipp. (v. 3. H. ib.) ἑρμάσματα explicare videtur, cùm ἐρεισμάτων χάριν scribit, hoc est, fulcimentorum gratia. Et Gal. ἑρμάσματα τὰ ἐρείσματα exponit Com. 3. in lib. de fract. (pag. 559. 19. H. 756. D.)

Ἐρετρὶ γῆ aut ἐρετριὰς, vide γῆ ἐρετρὶς.

Ἐρεύγειν & ἐρεύγεσθαι est eructare & ructum emittere, vt lib. 2. de Morb. (pag. 485. 29.) καὶ ἐρεύγεται θαμινά. καὶ ἢν ἀπερεύγῃ. & frequenter eructat, & vbi eructauerit. ἀπερεύγῃ tamen malim. Hinc quoque ἀπερεύγεσθαι & ἐξερεύγεσθαι deducta sunt. Lib. 2. de Morb. (pag 482. 48.) καὶ ἀπερεύγεται τὸ πόμα θερμὸν, potum calidum auersatur, reiicit, translatione à stomacho cibis oppleto ducta eosque reiiciente. Vbi tamen ἀπερεύγεται scribitur. Sic etiam ἐξερεύγεσθαι eructari, prorumpere, erumpere, tropicè dicitur, vt in his quæ adiecta sunt ad lib. de Nat. hum. (p. 25. 44. H. 230. 27.) ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὴν κύστιν ἐξερεύγηται. Quibus verò in vesicam eructatur, erumpit. In Prorrh. quoque (p. 219. 17. H. 82 E.) παρ' οὖς τι ἐξερεύγεται. aliquis ad aures abscessus eructatur, effunditur, eiicitur. Lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 365. 36.) τὸ ὑπερβάλλον ὑγρὸν ἐξερεύγεται ἡ σάρξ. excedentem humiditatem caro eructat. Lib. 2. Epid. (pag. 1046. A.) τὸ φλέγμα ἐξερεύγεται κατὰ τὰς ῥῖνας ἐς τὸν πνεύμονα, pituita in naribus regurgitans ad pulmonem redundat, effunditur. Hinc quoque ἔρευξις & ἐρευγμὸς Hipp. familiares dictiones, quæ idem quod ἐρυγὴ, ructum aut eructationem significant, & omnem flatus ex ventriculo per os eductionem. Lib 6. Epid. aph. 24. sect. 2. καὶ ὅτι ἔρευξις λυσιτελέει. Atque vbi eructatio conducit. Quibus verbis eructationem interdum mouendam consulit Hipp. vt in iis qui multos flatus ventre conclusos habent, qui nequeunt per infernas sedes emitti, vt illic scribit Gal. Item ventriculum etiam imbecillum per ructus tanquam per propriam exercitationem roborari, ideoque sæpe studendum esse vt ructus emittantur, etsi exiguus in ventriculo flatus sentiatur. Quos etiam Sabinus ex angusto oris vasculo bibentem ciere iubebat. Idem quoque scribit ἔρευξιν quibusdam accipi pro quacunque flatuosi spiritus vacuatione, vndecunque aut qualitercunque fiat. Quibus & tussis, & sternutatio, & singultus, & flatus qui per sedem emittuntur, & spiritus per vniuersum corpus transpirationes ἐρεύξεις dicuntur. Alij verò omnem non modò flatuosi spiritus, verumetiam aliorum humorum excretionem, ἔρευξιν dici volunt, Homer. illud adducentes, ἐρευγομένοις ἁλὸς ἔξω. Sic τὰ ἀπερευγόμενα ἐς τὴν σάρκα dicuntur, quæ in carnem eructantur, reiiciuntur, aut secernuntur, lib. περὶ ἐνυπνίων) pag. 377. 52.) Lib. περὶ χυμῶν (pag. 47. 30.) dicitur παίδευσις ἐρεύξιος, correctio per eructationem aut ructum. Et lib. 2. Epid. (pag. 1020. E.) ἔρευξις cum tussi, sternutamento, oscitatione, pandiculatione inter flatuosos affectus accensetur. Dicitur ἔρυξις vt & ἐρυγὴ, aph. 22 sect. 8. lib. 6. Epid. ἤρξατο ἔρυξις, οὐκ ἐκράτησε. Quibus verbis contemplandum monet num natura eructationem tentauerit & obtinuerit. Quod etiam in cæterorum excrementorum reiectione & expulsione considerandum est, quomodo illîc sumpsisse videtur Gal. Vbi ἐρύξιος nomine non solùm flatus è ventriculo eductio, sed & omnis humorum & excrementorum reiectio contineri videtur. Sic quoque ἐρυγγάνει, ἀποβάλλει, reiicit, exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. & ἐρευγὴ ἐρύγμιον, ἀπόβλημα. Etsi prius exemplum quibusdam in exemplaribus non adscribitur, neque suo loco, hoc est, serie alphabetica bene ponitur. Legitur tamen Prorrh. 2. (pag. 86. A.) σκεπτέον δὲ καὶ ἢν τι ἐρυγγάνῃ. Videndum quoque num quid eructatione reiiciat. Et rursus ibidem ἢν δὲ τὸ δεῖπνον καταφαγὼν μὴ περιπατήσῃ, ἐρυγγάνοι τ' ἄν. Quòd si vbi cœnam sumpserit neque deambulet, & eructatione conflictetur. Sic ἐρυγγάνειν lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 670. 7.) ἄριστον δὲ ἐρυγγάνειν. Optimum autem eructare aut reiicere. Rursus lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 371. 46.) ἐρυγγάνουσιν ὀλίγον ὕστερον ὀξέα, paulò post acida eructant, hoc est, reiiciunt. Eadem quoque notione ἐρυγγάνεσθαι dicitur pro ἐρυγγάνειν eodem lib. (pag. 371. 24.) ἐς τὴν ὑστεραίην τὸν σῖτον ἐρυγγάνεται ὠμὸν, postridie cibum crudum eructat. Et rursus (ibidem. v. 28.) ἐρυγγάνεται τὸν σῖτον ὠμόν. Ἐρύγματα etiam dicuntur Hipp. & idem significant quod ἐρεύξιες aut ἐρευγμοὶ, lib. 2. de Morb. (pag 484. 28.) ἐπὴν δὲ φάγῃ, ἐρύγματά οἱ γίνεται, vbi autem comederit, ructus ei oboriuntur. Vnde ἐρυγματώδης νοῦσος describitur Hipp. ibidem (485. 27.) & exponitur Gal. in Exeg. ἡ ἐρυγμῶν ἀπεργαστικὴ, ἢ πνευματώδης, morbus ructus efficiens aut flatuosus, morbus ructuosus aut ructator, quemadmodum ructatrix menta dicitur Martiali lib. 10. Est & ἐρύγμαι aut ἐρυγμίαι idem quod ἐρυγγάνω Hipp. lib. 7. Epid. (pag. 1207. E.) σιτίον περὶ τὰς πρώτας ζ' ἐρύγμαι καὶ ἀπῄμει. cibum primis septem diebus eructabat ac remouebat. Atque haud scio an hunc locum in Exeg. subindicet Gal. & pro ἠρύγμαι ἐρυγγάνει legerit, aut pro ἐρυγγάνει ἐρύγμαι legendum sit. Ἐρυγμὸς etiam Hipp. idem quod ἔρευξις significat, estque halituosi, spiritus & flatus in ventriculo collecti per os eductio, eructatio. In Coac. (pag. 138. C.) οἷσι δὲ ἐρευγμοὶ, φῦσαι, quibus autem eructationes, flatus. Rursusque (pag. 221. A.) ἐρευγμὸς ὑποστρεφόμενος εἴσω κατειλούμενος, eructatio subducta intro conuoluta, flatum ventriculi denotat subtractum ac velut intro retractum, qualis est iis qui eructationem erumpentem verecundè continent, intro conuoluunt, & in ventrem demittunt. Ἐρευγματωδέστερα αἴγεια κρέα τῶν βοείων, caprinæ carnes bubulis ampliores ructus gignunt, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 111. 37. H. 404. 47.)

Ἔρευθος προσώπου, faciei rubor, plenitudinis & redundantis succorum copiæ signum: ægr. 12. lib. 3. Epid. post st. pest. & lib. 2. Epid. (pag. 1020. F.) ἦσαν ἐν πυρετοῖσιν ἀσώδεσι, φρικώδεσιν, ἐρεύθονται πρόσωπα. Quibus in febribus quæ cum corporis iactatione & horrore accidunt, vultus rubet.

Ἐρεύμενα οὖρα ἐναιωρήματα ἐν μέσῳ, vrinæ in medio aliquã nubeculã acci-

accipientes aut assumentes dicuntur, In Coac. (pag.205. B.) vt sint ἐρεύγμενα μεταλαμβάνοντα, quomodo ἐρεύγμενον apud Hesiodum exponit Varin. Potest etiam ἐρεύγμενα pro ἐρευγόμενα & ἐρευγόμενα dici per syncopem Ionicam. vt intelligantur vrinæ nubeculas in medium eructantes aut effundentes, vt ἐν τῷ ἐρεύγεσθαι copia & redundantia quædam tropicè subaudiatur. Sunt etiam qui ἐρεύγμενον apud Hesiodum pro ἐρεύμενον positum existiment, à themate εἴρω aut ἐρέω.

Ε'ρημον ἰητρικῆς ὅσιον, os arte medica aut curatione destitutum lib. 7. Epid. (pag.1240.E.)

Ε'ρίγμα. Ε'ρικίδες & Ε'ρικτά, vide in Ε'ρείκειν.

Ε'ρίξ, de hepate dicitur Gal. in Exeg. additque in plærisque cod. θρὶξ scribi. Ea autem dictione superiorem hepatis partem denotari scribit, iuxta quam fibræ inter se diuiduntur. Quibus verbis quemnam Hipp. locum subindicet Gal. valde est obscurum. Mihi sanè locus lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 580.34.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.607.55.) & (pag.629.9.) exprimi videtur, vbi τὸ ἧπαρ ἡ εὔειξ πίπτει scribitur, vt pro εὔειξ ἐρίξ leg. videatur Gal.

Ε'ρμάζειν est fulcire, stabilire, firmare apud Hipp. & ἐρηρεῖσθαι aut στηρίζεσθαι exponit Gal. idque apud interpretes vbique significare scribit. Vnde ἕρματα aut ἐρμάσματα dicuntur fulcimenta, fulcra, aut stabilimenta ἕρματα tamen & ἀποστηρίγματα aut στηρίγματα, differre videntur. quòd ἐρμάσματα dicantur quæcunque circa deligationes fulciendi gratia adhibentur, siue deligationes sint, quæ partes immobiles contineant, siue quid in deligationibus subiiciatur, vt splenia, panniculi, fimbriæ item, aut quæ tam subiici quàm circundari consueuerunt, cuiusmodi sunt subligamenta aut fasciæ primùm iniectæ (ὑποδεσμίδες dicuntur) quæ & præter alios vsus fulciendi quoque gratia adhibentur. Deinde etiam panniculi & plagulæ, quæ non solùm fracturas, verumetiam fascias firmant. Postremò verò fasciæ quæ extrinsecus circundantur, & ferulæ & fimbriæ. Hæc namque omnia cùm continendorum subiectorum causa iniiciantur, fulcimentorum vsum non tam subiectis quàm fracturis præbent. Α'ποστηρίγματα autem aut στηρίγματα dici videntur, quæ sine deligatione affectæ parti ad eam stabiliendam apponuntur, à dextris aut sinistris, aut supra, aut infra, qualiacunque ea fuerint, siue superponantur, siue substernantur, velut caput puluinis aut ceruicalibus lanisque etiam & pannis mollibus firmatur. Canales quoque qui fractis cruribus vtrinque apponuntur, στηρίγματα dicuntur. Lanam verò quæ rotunda forma in alam coniicitur, quando luxatum humeri articulum repositum religamus, licet & ἐρμάσματος & στηρίγματος nomine appellare. Cùm enim deligetur, pars etiam ipsa totius deligaturæ efficitur. Quæcunque autem ad fulciendum thoracem & caput extrinsecus apponuntur, στηρίγματα potius quàm ἐρμάσματα dici videntur. Sæpe tamen ἐρμάσματα & στηρίγματα de iisdem dicuntur, vt testatur Gal. & absque differentia iisdem nominibus vsi sunt Hipp. interpr. & Gal. ipse. Verùm cùm exquisitè rem prosequitur, hanc differentiam peculiarem constituit, vt ἐρμάσματα dicantur, quę in ipsa deligatione continentur, στηρίγματα autem, quæ extra deligationem spectantur. Est & horum quoque proprium discrimen, vt στηρίγματα dicantur stabilimenta & firmamenta, quę partibus adhibentur necessario motu præditis, & quem cohibere aut sedare in nostra situm non est potestate: ἐρμάσματα autem appellentur, quæ partibus immobilibus fulcimenta apponuntur. Gal. Com.3. in lib κατ' ἰητρ. (p.704.H.749.D.) Ε'ρμάζειν, ἐρείδειν στηρίζειν, quod est firmare, stabilire, affulcire, exponit Gal. com. 3. in lib. κατ' ἰητρ (p.691.1.H.745.D.) Dicitur & ἐρμάζεσθαι, & ἡρμάσθαι, ἐρηρεῖσθαι ἢ ἡρμόσθαι firmatum, fulcitum aut aptatū esse exponit Gal. in Exeg. Et ipse Hippocr. τὰ ἐρμάσματα velut ἐρείσματα explicat lib. κατ' ἰητρ. (p.692.3.H.ib.) Apud Erot. ἐρμάσαι, ἐδράσαι, ἐρείσαι, firmatum & stabilitum esse exponitur, vbi ἐρμῆσαι malè legi videtur. Hesych ἐρμάσαι ἐλαφρῶς ἀφελίξαι exponit, leuiter conuoluere, & ἐρμάζει στηρίζει, stabilit ἐρμάσθαι verò legitur lib. κατ' ἰητρ (p.677.43.H.743.A.) sicque legisse videtur Gal. Est autem ἕρμασμα Erot. saburra, vel quod loco saburræ ad stabiliendam nauem & ad eius pondus æquandum carinæ imponitur. ἕρματα & ἐρμάσματα, quæ sunt fulcra, fulcimina, stabilimenta quæ sustentandi causa apponuntur, τὰ ἐρηρεισμένα exponit Gal. Com.3. in lib. κατ' ἰητρ. (p.697.45) & Com. 3. in lib. de art. (p.615.54 H.808.G.) & ἐρμάσαι τὸ ἐρεῖσαι.

Ε'ρματίζειν quoque pro ἐρμάζειν ponitur apud Hipp. & ἐρματίζεσθαι pro ἐρμάζεσθαι, quod est fulcire, obfirmare aut fulciri & obfirmari. Lib. de fract. p.559.6.H.766.D.) ἐρματισθεῖσα κνήμη dicitur, tibia affirmata & affulcita. Vbi eam vocem Gal. παρὰ τὰ ἕρματα factam scribit, τουτέστι τὰ ἐρείσματα. Et ibi quoque τὸ ἐρματισμένης αὐτῷ τῷ ἐρπημένης positum scribitur, cùm ἐκ ἑρπημένης potiùs legendum videatur. (quod enim affulcitum est, minimè pendulum est) aut ἐρπησμένης, vt adaptatam calcem significet.

Ε'ρμῆσαι etiam pro ἐρμάσαι ponitur Hipp. lib. de art. (p.615.48.H. 808. G.) & dicitur de deligatione quæ ad pectus obfirmatur in concussione per scalam, quæ ita pectus stabiliat, vt in concussione non laxetur. Gal. ἐρεῖσαι exponit, vt ἕρματα τὰ ἐρείσματα. Est & ἐρμασμὸς αὐτὴ τῷ ἐρμάσματος, lib. de fract. (pag 565.38. H. 770. G.) ἐρμασμῶν ἕνεκεν firmamenti gratia, vt obfirmentur: Ε'ρματα τὰ ἐρείσματα, hoc est, fulcra, fulcimina, stabilimenta exponit Gal. & dictionem Homer. esse adscribit ex Il.β. (v 154) ὑπὸ δ' ᾕρεον ἕρματα νηῶν. fulcra nauibus subtraxerunt. vt & Il.α (v.486.) ὑπὸ δ' ἕρματα μακρὰ τάνυσσαν, subtenderunt autem fulcra longa. Ex quibus satis apparet ἐργματα vitiosè legi apud Erot. pro ἕρματα, quæ στηρίγματα, hoc est, stabilimenta exponit, & locum lib. κατ' ἰητρ. subnotari vbi ἐρμάσματα legitur, Gal. autem & ἕρματα & ἐρμάσματα legi indicat. Idem quoque ἕρμα, ἕρμασμα & ἕρματα ex eadem significatione deducit, & τὰ ἐρείσματα esse scribit. τὰ ταῖς νηυσὶ τὴν νεὼς διαφυλάττοντα ἢ φορτίου τάξιν ἐπέχοντα, ἀλλὰ τὰ στηρίζειν μόνον fulcra aut sustentacula quæ nauis malum firmant, non ponderis sed firmandi tantùm gratia.

Ε'ρπει ἠρέμα βαδίζει sensim incedit exponit Erot. apud Hipp. & ἑρπετὰ, τὰ εἰς τὴν ἔραν βαδίζοντα, ἤγουν τὴν γῆν. quæ in terram incedunt.

Ε'ρπης tumor est exulceratus ex bile puriore & synceriore ortum trahens. Cuius duo ponuntur, ἕρπης ἐσθιόμενος, herpes exedens, & ἕρπης κεγχρίας, herpes miliaris. Eorum verò causas & notationem his verbis prosequitur Gal. lib.2. de Cur. ad Glauconem (pag.208.40.) χολὴ δὲ ξανθὴ, ἡνίκα μὲν τὴν ἑαυτῆς φύσιν σώζουσα, σὺν τῷ αἵματι φέρεται πανταχόσε τοῦ σώματος, ἴκτερος τὸ πάθος καλεῖται. μόνης δὲ ἀποκριθείσης, καὶ κατά τι μόριον ἱσταμένης, ἕρπης ὀνομάζεται. εἰ μὲν δὴ παχεῖα τὴν σύστασιν εἴη, πᾶν ἑλκοῖ μέχρι τῆς ὑποκειμένης σαρκὸς τὸ δέρμα, καὶ καλεῖ τούτους Ἱπποκράτης ἕρπητας ἐσθιομένους. εἰ δὲ λεπτοτέρα εἴη, τὸ ἐπιπολῆς μόνον ὥσπερ ἐπικαίει. καὶ τοῦτο τὸ εἶδος ἀπολαύει γε τῆς τοῦ γένους προσηγορίας, ἁπλῶς τε καὶ χωρὶς προσθήκης ἕρπης ὀνομασθέν. τῶν γὰρ ἄλλων δυοῖν εἰδῶν τὸ μὲν ἤδη προσηγόρευται ἐσθιόμενος ἕρπης ὀνομάζεσθαι, θάτερον δὲ τὸ λοιπὸν, κεγχρίας, ὅτι καὶ τούτῳ συμβέβηκε φλυκταίνας μικρὰς καὶ πολλὰς ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος ἐπεγείρειν κέγχροις ἐοικυίας. γίνεται δ' ὁ τοιοῦτος ἕρπης ὑπὸ χολῆς καὶ αὐτὸς, ἀλλ' ἧττον θερμῆς καὶ δριμείας ἢ οἱ πρόσθεν. Bilis autem flaua quando sua natura vnà cum sanguine per totum corpus defertur, morbus regius vocatur. Per se verò vbi secreta est & in aliquo membro consistit, herpes nominatur. Quòd si consistentia quidem crassa fuerit, totam cutim ad carnem suppositam vsque vlcerat, hosque herpetes exedentes vocat Hippocrates. At verò tenuior, quod in superficie tantùm est velut deurit, eaque species generis appellationem sortitur, herpes simpliciter & sine addito nominata. Ex duabus enim aliis speciebus, quæ iam priùs dicta est, herpes exedens nominatur, reliqua verò altera miliaris, quòd huic contingat vt pustulas multas ac paruas miliis similes per summam cutem excitet. Oritur autem & eiusmodi herpes etiam ex bile, sed minus acri & calida quàm priores. Idem verò lib. de tumor. præter nat. (pag. 356. 2.) ὅταν κατασκήψῃ χολώδες ῥεῦμα, τὸ μὲν ἀκριβὲς ἑλκοῖ τὸ δέρμα, τὸ δὲ ὑδατωδέστερον ἰχῶρι ἢ αἵματι συμμιγὲς, ἧττον ἐστὶ δεινόν, καὶ μᾶλλον ἐπὶ ὄγκον αἴρει τὸ μέρος ἢ ἑλκοῖ. τοῦτο μὲν οὖν ἐρυσίπελας ὀνομάζεται, θάτερον δὲ ἕρπης. ἐνδείκνυται δὲ τὸ ἐργασάμενον χυμὸν ἥ τε χροία καὶ ἡ θερμότης τῶν παθῶν. ἐπειδὴ δὲ αὐτοῦ τοῦ δεινοῦ, ὁ μὲν ἧττον, ὁ δὲ μᾶλλον ὑπάρχει τοιοῦτος, ἴσμεν ἐπὶ μὲν τοῦ δεινοτέρου τὸν ἐσθιόμενον ἕρπητα συνίστασθαι. οὕτω γὰρ αὐτὸν ὠνόμασεν Ἱπποκράτης. ὑπὸ δὲ θατέρου τὸν ἕτερον, ὃν καὶ κεγχρίαν ἔνιοι τῶν μεθ' Ἱπποκράτην ἐκάλεσαν, διότι κέγχροις ὁμοίας ἐξοχὰς ἀποτελεῖ κατὰ τὸ δέρμα. φλέγμα τῷ οὖν ἐμοὶ δοκεῖ μεταξὺ τούτων ῥεῦμα τὸ δ' ἕτερον ἀκεῖθεν ἐκ χολῆς. [illegible] καὶ μὴ ἐκ παρόντος γίνεται, τὸ συνεχὲς ἀεὶ τοῦ δέρματος ἐπιλαμβάνοντες τοῦ πάθους, ὅθεν αὐτοῦ τοὔνομα. μιχθείσης δὲ αἵματος ἴσης τῇ χολῇ, τὸ πάθος ἀμφότερον μένει τὴν ἰδέαν ἐπί τε τὴν σύστασιν, ἐρυσίπελας τε καὶ φλεγμονὴ. εἰ δὲ πολὺ ἐπικρατήσει τὸ ἕτερον, ἀπὸ τοῦ κρατοῦντος ἡ προσηγορία τῷ πάθει κατηγορεῖται δι' αὐτοῦ τὸ μιχθέν. ἐρυσίπελας μὲν οὖν φλεγμονῶδες ἐπὶ τῇ ξανθῇ κρατούσῃ· φλεγμονὴ δὲ ἐρυσιπελατώδης ἐπὶ τῷ κρατοῦντι αἵματι λέγεται. Cùm biliosa fluxio decubuerit, quæ exacta quidem est, cutem vlcerat, quæ verò aquosa sanie sanguinéve mixta, minus acris est, partemque in tumorem potiùs attollit quàm vlcerat. Hoc quidem Erysipelas nominatur, alterum verò herpes. Humorem autem qui effecit, tum color, tum affectionum calor indicat. Cùm verò ex acri ipso, hic quidem minus, ille verò magis talis sit, nosse quidem oportet ex acriore herpetem exedentem conflari, (sic enim ipse nominauit Hippoc.) ex altero autem alterum, cui nonnulli Hippocr. posteriores miliaris nomen imposuerunt, quod eminentias in cute miliis similes

efficiat. Mihi quidem fluxio ista pituita mixta esse videtur, vt & altera syncerã bilem continere, ideoque etiam cum corrosione fit, cutis continuitatem semper prehendente affectu, vnde & nomen habet. Æquali verò sanguine bili permixto, affectio tum specie tum natura, amborum media Erysipelatis & inflammationis existit. Quòd si alterum multò exuperet, ab eo quod superat affectui nomen est, nomine autem ipso indicatur quod mixtum est. Erysipelas igitur inflammatorium bile flaua superante, inflammatio verò Erysipelatosa, vbi sanguis exuperat dicitur. Ἕρπητας autem ἐσθιομένους celebrat Hipp. aph. 22. lib. 5. & extremo lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 427. 41.) Idem quoque Prorrh. 2. (pag. 98. B.) herpetem exedentem & depascentem describere videtur & inter vlcera depascentia reponere, quem sub ignis sacri altera specie videtur esse complexus Celsus cap. 28. lib. 5. etsi paulò ante herpetem ἐσθιόμενον propriè expresserit. Videtur autem ab erysipelate exulcerato ea re distingui, quòd qui herpetem exedentem humor creat, tenuior est & syncerior quàm qui vlceratum erysipelas efficit. Adde quòd herpes cutim solam exulcerat, erysipelas aliquid etiam subiectæ carnis afficit. Dicuntur autem ἕρπητες οἱ μετὰ διαβρώσεως, οἱ ἐσθιόμενοι Ἱπποκράτης ὀνομάζει, vt scribit Gal. lib. 2. de præsag. ex pulf. (pag. 128. 48.) Sunt & τὰ ἑρπυστικὰ vlcera serpiginosa, serpigines, pustulæ serpiginosæ. In Coac. (pag. 220. E.) Quæ ἑρπητὰ vocantur lib. 2. Epid. (pag. 1024. A.) ἱδρῶτες δὲ καὶ ἑρπητὰ ἐπὶ πολὺν χρόνον τῆς κεφαλῆς ἐγένοντο. Sudores verò & serpentia vlcera longo postea interuallo in capite fiebant.

Ἔρριψις proiectio, deiectio ac prostratio dicitur apud Hipp. cùm corpus velut mortuum ac inanime omni robore perfectè exoluto & remisso prostratum est, quod extremum virium lapsum denotat. Sic enim ἔρριψιν apud Hipp. lib. περὶ χυμῶν pag. 47. 46.) exponit Gal. lib. de tremore & palpit. (pag. 365. 35.) & ἐρρίφθαι καὶ κατακεῖσθαι ea ratione differre inter se scribit qua καταπίπτειν πρὸς τὸ κατακεῖσθαι, quod est concidere ad decumbere. Idem Gal. com. 24. in lib. 1. de humoribus omnes veteres ac recentiores Hipp. interpr. in huius vocis explicatione reprehendit, scribitque ἔρριψιν appellari cùm quis modo hominis viuentis decumbere non potest, sed tanquam mortuum inanimumque corpus deorsum fertur. Cùm enim quis decumbens ad pedes sublabitur, vt Hip. sensit, signum est virium ad extremam imbecillitatem perductarum. Non posse autem stare, vel sedere, vel exurgere est certe minus graue: sed deiectum esse ac prostratum ad instar inanimi corporis, cùm robur vniuersum est ex omni parte exolutum & perditum, id corpus ab Hipp. dicitur ἐρρίφθαι hoc est deiectum esse & profligatum, ipseque affectus ἔρριψις, h. e. virium deiectio aut prostratio nominatur. Est & ὀμμάτων ἔρριψις oculorum proiectio aut prostratio, aph. 19. sect. 1. lib. 6. Epid. cùm oculi præ imbecillitate facultatis palpebras dispensantis amplius aperti esse nequeunt, sed eorum vis languida est ac omnino prostrata, oculoque ferocienti opponitur, qui delirium portendit. ῥίψις Gal. dicitur, Erot. verò ἔρειψις, & πτῶσις exponitur, & ab ἐρείπειν deducitur, quod καταπίπτειν significat. Indicatur namque ea dictione oculorum casus, proiectio & prostratio, tam languida & remissa facultate, vt attolli aut aperiri nullo modo queant. Et certe eum mihi videtur locum Erot. hac dictione exprimere.

Ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν, mente constare, valere, aph. 33. lib. 2. ἐρρωμέναι ἀγρυπνίαι, fortes & vehementes vigiliæ, lib. περὶ κρισίων (pag. 54. 55.) ἐρρωμένον πρόσωπον, facies benè habita, optimè colorata & sanis similis, In Coac. (pag. 166. F.) & lib. 2. Epid. (pag. 1050. F.)

Ἐρύεσθαι idem quod εἰρύεσθαι significat, & dicitur significatione actiua & passiua trahere aut trahi. Lib. 4. Epid. (pag. 1154. B.) ἡ τὴν γνάθον ἐρυσθεῖσα, quæ malam distractam, hoc est distortam habuit. Est enim ἐρύεσθαι ἕλκεσθαι, κατασπᾶσθαι. Rursus lib. 5. Epid. (pag. 1153. G.) ἐς τοὔπισθεν ἐρυσθείς, in posteriora contractus, tractus.

Ἐρύθημα idem quod ἔρευθος designat Hipp. & de rubore dicitur qui faciem aut malas occupat, magnique febrilis incendij signum est, sanguine feruido cum spiritu ad superiora prorepente. Lib. 1. Epid. ægr. 14. ἐρύθημα ἐπὶ γνάθων malarum rubor. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag 94. 25. H. 397. 7.) ἐρυθήματα προσώπου faciei rubores ex sanguinis copia. In Coac. (pag. 138. D.) ἐρυθήματα ἐπὶ προσώπου faciei rubores inter hæmorrhagiæ indicia. ἐρυθήματα περὶ ῥῖνας, narium rubores diffluentis & liquidæ alui indicia ib. (p. 152. F. 156. D) & ἐρυθήματα ἐπὶ προσώπου γινόμενα, in facie exorti rubores, ibid. (p. 219. C.) Sunt & ἐρυθήματα tumores flammei & rubicundi qui ex inflammatione oriuntur aut ex sanguine feruido, velut etiam erysipelata. In Coac. (p. 126. D.) ἐρυθήματα ἐν χερσὶ καὶ ποσίν, rubores in manibus & pedibus. ἐρυθήματα ἐν πυρετοῖσι γινόμενα dicuntur etiam rubentes cum inflammatione abscessus qui secedente à venis sanguine colliguntur, aut tumores flammei in facie apparẽtes, sublato sursum cum humorib. sanguine, in parotidum denunciatione, ibid. (p. 150. B.) velut in earundem significatione περὶ τὸ πρόσωπον ἐπάρματα aliàs reponit eiusdem Præsagij author. & in Prorrh. (p. 218. 49. H. 82. C.) ἔρευθος προσώπου καὶ ὄγκος παρ' οὖς in abscessuum ad aures signis annumerantur, ἐρυθήματα ὑποπλατέα ἐν τοῖσι στήθεσιν, aliquantulum lati tumores rubicundi in pectoribus enati, perniciem denotantes in peripneumonia sicca, Ibid. (p. 185. A.) ἐρύθημα etiam de tumore rubicundo qui in angina exoritur, dicitur, vt aph. 49. lib. 5. & Coac. pag. 175. C. G.) & progn. (pag. 158. 44. 45. & 52. H. 45. 10. 11. &c.)

Ἐρυθρὸν rubrum dicitur, verùm illum etiam colorem capit qui ad russum ex rubro accedit, qualis est bilis vitellina, quæ & rubra est & egestiones rubẽtes facit, qualis est oui vitellus. In Coac. (p. 147. E.) ἐρυθρὰ διελθόντα περὶ κρίσιν ὠφελεῖ, rubra ad indicationem prodeuntia iuuant. Et rursus ibidem (p. 209. C.) ἀπὸ ἐλλεβόρου ἐμέειν ἐρυθρά, epoto veratro rubra vomitione reiicere. Veratrum autem vtraque bilem purgat & pituitam M. fuco. τὰ ἐρυθρὰ sunt pustulæ rubentes ex sanguine fluido vi ignis excitatæ aut alia ex causa, lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 427. 13.) vbi & ὑπέρυθρα dicuntur quæ maximè rubent. ἐρυθρὰ ἐπιφαινόμενα, menses rubri, hoc est sanguinei comparentes, lib. 4. Epid. (p. 1128. G.) Et ἐρυθρὰ οἰδήματα tumores rubri & sanguinei, aph. 65. lib. 5. Eadem notione Gal. in Exeg. ἐρυθροῦ στέαρ, τὸ ἱεραιμον, rubrum adipem, cruentum aut sanguineum apud Hipp. exponit, nimirum locum lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 660. 11.) exprimens. Vbi tamen ἐρυθρὸν στέαρ χηνὸς scribitur. Sic ἐρυθρὰ πρόσωπα dicuntur Aret. cap. 7. lib. 1. περὶ ὀξ. παθ. facies rubentes & sanguineæ in angina. Et ἐρύθρησις verecundiam aut erubescentiam significat, lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 23. 34.) pudentem ruborem dixit Celsus, cùm quis pudore & rubore suffunditur. Ἐρυθρόχλωροι sunt ex rubro pallescentes, quique sanguine bile flaua permixto abundant, lib. 6. Epid. aph. 17. sect. 3. qui ἐρυθρόχλοοι passim scribuntur, sed ἐρυθρόχλωροι leg. Gal. aut ἐρυθρόχροοι, qui sanguine abundant.

Ἔρυμα vallum, propugnaculum, munimentum, tutamen, tutamentum, custodiam & præsidium significat, propriéque id quo nos contra hostes tutamur & eorum vim arcemus. In Epist. Hipp. viri boni ciuitatum ἐρύματα hoc est propugnacula dicuntur (p. 1274. 35.) καὶ μακάριοί γε δῆμοι ὁκόσοι ἴσασι τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐρύματα ἑωυτῶν, beati populi qui probos viros sciunt sua esse munimenta. Lib. de Morbo sacro (p. 303. 35.) de Deo, καὶ ἔρυμα γινόμενον ἡμῖν, tutela nostra existit, nos tutatur aut liberat. Erot. apud Hipp. ἐρυμάτων στηριγμάτων exponit, fulcrorum, stabilimentorum. Quibus verbis locum lib. κατ' ἰητρ. (p. 704. 3. H. 749. D.) mihi subindicare videtur, & pro ἑρμασμάτων ἐρυμάτων legisse, vt nostris cum in locum Annotat. submonuimus.

Ἐρυσίπελας tumor est præter naturam in cute à sanguine & bile flaua, vel ex sanguine feruidiore consistens. Huius naturam sic describit & à phlegmone distinguit Gal. lib. 2. ad Glauc. (pag. 208. 48.) εἰ δὲ ἐξ αἵματος καὶ ξανθῆς χολῆς θερμοτέρων τῶν ῥεόντων μικτὸν εἴη τὸ ῥεῦμα, ἢ ἐξ αἵματος μὲν ξέοντος μὲν καὶ λεπτοτάτου τὴν φύσιν, ἐρυσίπελας τὸ πάθος καλεῖται, θερμότερον πολλῷ τῆς φλεγμονῆς ὂν καὶ ξανθότερον ἰδεῖν, καὶ ῥᾳδίως ὑποφεύγει τὸ αἷμα, καὶ αὖθις ἐπιρρεῖ, ... ἐρυθρὸν φαινόμενον. οὐ μὴν οὐδὲ ὀδυνᾶται ὁμοίως τῇ φλεγμονῇ τοῦτο, καὶ κατ' οὐδὲν δὲ τῆς φλεγμονῆς εἶδος, ... τάσιν ὁμοίαν ἐπιφέρει, ἀλλ' ... πάνυ μετρίως ἐνοχλεῖ, καὶ μάλιστα ὅταν κατὰ μόνου τοῦ δέρματος ἐκχυθῇ, ... ἀδικοῦν τὴν ὑποκειμένην σάρκα. καὶ μὲν δὴ καὶ γίνεται τοιοῦτον ὡς τὰ πολλά, καὶ τοῦ ἀκριβοῦς ἐρυσιπέλατος. ὡς τό γε καὶ τῆς ὑποκειμένης ἀπτόμενον σαρκός, οὐκέτι δὲ ἀκριβῶς λεπτοῦ γίνεται τοῦ ῥεύματος, οὔτε ἐρυσίπελας ἐστὶ μόνον, ἀλλ' ἤδη μικτή διάθεσις ἐξ ἐρυσιπέλατος τε καὶ φλεγμονῆς. ἐπικρατεῖ δὲ ἐν αὐτῇ ποτὲ μὲν τὰ τοῦ ἐρυσιπέλατος ἴδια συμπτώματα, καὶ καλεῖται τὸ σύμπαν πάθος ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες. ποτὲ δὲ τὰ τῆς φλεγμονῆς, καὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸ τηνικαῦτα φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη. εἰ δὲ τὰ μηδέτερου ἐπικρατεῖν σαφῶς, ἀλλ' ἴσα φαίνοιτο, φλεγμονὴ καὶ ἐρυσίπελας μεμῖχθαι λέγεται. τὸ μὲν οὖν ἀκριβὲς ἐρυσίπελας, ὥσπερ τοῦ δέρματος μόνου πάθος ἐστίν. οὐ μὴν ἥ γε φλεγμονὴ μόνων τῶν ὑποκειμένων τῷ δέρματι μορίων, ἀλλὰ μάλιστα μὲν τούτων, ἐνίοτε δὲ καὶ τοῦ δέρματος· καὶ ἔστιν αὐτῇ τἄλλα μὲν ἐοικυῖα τῆς ἐπ' ἐρὰς οὐδὲν ἧττον, ἄπεστι δὲ αὐτῆς ὁ σφυγμός. Si fluxio ex sanguine & bile flaua plus æquo calidioribus mixta fuerit, vel ex sanguine quidem, verùm consistentia feruido & tenuissimo, affectus Erysipelas vocatur, id quidẽ inflammatione lõgè calidius & aspectu flauius, & si cõtigeris, sanguis facilè subterfugit, rursusq; affluit, exquisitè tenuis & aspectu rubens. Neq; verò hoc veluti inflammatio dolorem habet, neque vt vlla inflamati nis

species,

species, aut pulsum, aut compressionem, aut tensionem similiter inducit, sed interdum valdè moderatè infestat præcipuéque vbi ad solam cutem effusum fuerit, inferiorem carnem nihil affligens. Ac sanè tale vt plurimùm existit, atque id est exquisitum Erysipelas, non secus ac id quod subiectam carnem attingit, nec ex fluxione exactè tenui constituitur, non tantùm est Erysipelas, verùm iam mixta dispositio ex Erysipelate & inflammatione. In ea autem quandoque superant propria Erysipelatis accidentia, vocaturque huiusmodi affectus recentioribus medicis Erysipelas inflammatorium, interdum verò quæ sunt inflammationis propria, tuncque eum inflammationem Erysipelatosam nominant. Quòd si neutrius accidentia manifestè superarint, sed æqualia apparuerint, inflammatio & Erysipelas permisceri dicuntur. Exquisitum igitur Erysipelas, ipsius cutis solius affectus est, non tamen inflammatio ipsa solarum partium cuti subiectarum, verùm harum quidem præcipuè, interdum verò & cutis. Et est quidem ipsa in reliquo nihilominus quàm altera dolorem faciens, abest tamen pulsus. Idem rursus initio lib. 14. Meth. med. (pag. 184. 43.) οὐ πόῤῥω δὲ τῆς φλεγμονῆς ἕτερον νόσημά ἐστιν ἐρυσίπελας ὀνομαζόμενον, ἐπὶ χολώδει χυμῷ συνιστάμενον ὡς ἐδείχθη. βέλτιον δ' ἴσως αὐτὸ μακροτέρῳ λόγῳ διορίσαι τῆς φλεγμονῆς. κοινὰ μὲν οὖν ἀμφοῖν ὅ, τε παρὰ φύσιν ὄγκος ἐστὶ καὶ θερμασία. διαφέρει δὲ πρῶτα μὲν καὶ μάλιστα, τῇ χροιᾷ. ἐρυθρᾶς μὲν γὰρ οὔσης αὐτῆς, φλεγμονὴν τὸ πάθος ὀνομάζουσιν. ὠχρᾶς δὲ ἢ ξανθῆς, ἢ ὥσπερ ἐξ ὠχροῦ καὶ ξανθοῦ χρώματος μικτῆς, ἐρυσίπελας. ἀτὰρ οὖν καὶ ὁ σφυγμὸς, ἴδιον σύμπτωμά ἐστι τῆς μεγάλης φλεγμονῆς. καὶ γὰρ καὶ διὰ βάθους γίνεται μᾶλλον, ὥσπερ τὸ ἐρυσίπελας ἐν τῷ δέρματι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ βάθει. λεπτὸς γὰρ τὴν σύστασιν ὁ τῆς ὠχρᾶς χολῆς χυμός. ὥστε διαῤῥεῖ ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ δέρμα, τὰ σαρκώδη καὶ ἀραιὰ μόρια διερχόμενος. ἡ δὲ τοῦ δέρματος πυκνότης οὐχ ὁμοίως εὔπορος τῇδε τῇ χολῇ, πλὴν εἰ πάνυ λεπτὴ καὶ ὑδατώδης εἴη. τοιαύτη γὰρ μάλιστα καὶ ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐστὶ, συναπερχομένη τοῖς ἱδρῶσι. Est autem alius morbus non longè ab inflammatione distans Erysipelas nomine, ex bilioso succo consistens, velut est demonstratum. Verùm fortasse præstiterit eum pluribus verbis ab inflammatione distinguere. Ambobus igitur sunt communia, tum tumor præter naturam, tum calor. Differunt inter se primùm quidem & maximè colore. Eo siquidem rubro existente, affectũ inflammationẽ nominãt. Pallido verò vel flauo, aut ex pallido flauóue colore mixto, erysipelas. Quinetiã & pulsus magnæ inflãmationis proprium est symptoma. Etenim & in profundo corporis ferè nascitur, vt & erysipelas in cute magis quàm in profundo cõsistit. Tenuis namq; substãtia pallidæ bilis humor, adeò vt facilè ad ipsam cutẽ transfluat, per carnosas & raras corporis partes trãsmissus. Cutis verò densitas non eodẽ modo huic bili est peruia, nisi admodum tenuis & aquosa extiterit. Eiusmodi namque est maximè etiam quæ quotidiè cum sudoribus exit. Ac rursus (pag. 185. 9.) δυνήσεται δ' ἑτέρα χολώδης, περὶ τὸ δέρμα συνιςαμένη μάλιστα τοῦτ' οὖν ὅπερ τοῦτο τὸ κοινὸν ἁπάντων σκέπασμα τῶν μορίων, καὶ τὸ καθ' ἕκαστον τῶν ἐντὸς περιτεταμένον ὑμενῶδες τι καὶ λεπτὸν. ὥσπερ οὖν ἡ προτέρα συνεπιλαμβάνει τι καὶ τοῦ δέρματος, οὕτω καὶ ἥδε τῆς ὑποκειμένης αὐτῷ σαρκός. εἰ δὲ καὶ παχύτερος ὁ χυμὸς εἴη καὶ δριμύτερος, ἀποδέρει τὴν ἐπιδερμίδα, καὶ ποτ' ἂν τῷ χρόνῳ πρὸς τὸ βάθος ἐξικνεῖται τοῦ δέρματος ἢ ἑλκώσεις. αὕτη μὲν οὖν ἡ διάθεσις ἐρυσίπελας ὀνομαζέσθω, διττὴν δ' ἔχον ὡς εἴρηται διαφοράν, ἤτοι χωρὶς ἑλκώσεως, ἢ σὺν ταύτῃ γιγνόμενον. ἡ προτέρα δὲ μονοειδὴς ἐστὶ, καὶ καλείσθω φλεγμονή. ὅταν οὖν μή τι ἀκριβῶς ἢ χολῶδες τὸ ῥεῦμα, μηθ' αἱματῶδες, ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν μικτὸν, ἀπὸ μὲν τοῦ κρατοῦντος ἐν τῇ μίξει, τοὔνομα αὐτῷ τιθέσθω, κατηγορείσθω δὲ τοῦτο τὸ κρατούμενον, ὡς ἤτοι φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη καλεῖν ἡμᾶς, ἢ ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες. εἰ δὲ μηδ' ἕτερον ἐπικρατοίη, μέσον ἐρυσιπέλατός τε καὶ φλεγμονῆς ὀνομαζέσθω τὸ πάθος. Alter verò affectus biliosæ fluxionis soboles est, & circa cutem præcipuè consistit, tum eam externam quæ commune est omnium partium tegumentum, tum eam quæ membranosa & tenuis singulis internis circuntenditur. Quemadmodum igitur prior affectus aliquid quoque cutis comprehendit, ita hic etiam aliquid suppositæ sibi carnis. Quòd si crassior & acrior humor extiterit, cuticulam excoriat, quam Græci ἐπιδερμίδα vocant, & interdum temporis spatio ad profundam cutem pertingit. Hic igitur affectus erysipelas nominetur. Duorum verò est generum (vt dictum est) quod absque vlceratione, aut cum hac oriatur. Prior autem affectus vnius est generis, & inflammatio nominetur. Cùm ergo neque exquisitè biliosa, neque sanguinea fluxio fuerit, verùm ex ambob. mixta, ab eo quidem quod in mixtura exuperat nomen ipsi imponendum & quod superatur nomine indicandum, sic vt vel inflammatio erysipelatosa, vel erysipelas inflammatorium à nobis vocetur. Quòd si neutrum superet, tunc affectus erysipelatis & inflammationis medius nominetur. Eadem etiam ferè [illegible]ibuuntur Gal. lib. de Tumor. præter nat. (pag. 356. 2.) Erysipelas verò exulceratum & non exulceratum lebrat Hipp. aph. 23. lib. 5. Erysipelatos etiam nomen pro tumore in angina ex inflammatione & erysipelate mixto sumitur apud Hipp. in Progn. (pag. 159. 13 H 45. 17.) ἢν δὲ μήτε ἐν ἡμέρῃσιν κρισίμῃσιν ἀφανίζηται τὸ ἐρυσίπελας. Quod si neque diebus indicatoriis erysipelas euanescat. Sic in Coac. (pag. 175. F.) ἐρυσίπελας δὲ ἔξωθεν μὲν ἐπιφαίνεσθαι χρήσιμον. Erysipelas verò foras quidem extare, vtile. Quod in Progn. dicitur, (pag. 159. 26. H 45. 21.) ἀσφαλέστατον δὲ τὸ οἴδημα καὶ τὸ ἐρύθημα ὡς μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι. Securitatem autem maximè indicat, si tumor ac rubor quàm maximè foras vertatur. Rursus aph. 25 lib. 6. ἐρυσίπελας ἔξωθεν ἔσω τρέπεσθαι dicitur, erysipelas foris intrò conuerti, quod per ἔρευθος & ἐρύθημα in Progn. significatur.

¶ Ἐπαισθάνειν transla[t]itiè sentire & consentire significat Prorrh. 2. (pag. 98. G.) ὡς τοῦ ἐγκεφάλου ἐπαισθανομένου τοῦ τρώματος, velut vulnus sentiente cerebro, aut ad vulnus consentiente.

Ἐ[π]αφᾶσαι exponit Gal. in Exeg. εἰσβαλόντα τὴν χεῖρα ἐπιψαῦσαι, quod est immissa manu contingere & contrectare. Idem etiam ἐπαφήσας, εἰς τὸ εἴσω χαλάσας, ὥστε μασᾶσθαι, ὃ ἐστὶ ζητεῖσθαι. intro laxans ad inuestigandum & quærendum. Dicitur autem ἐπαφᾶν, ἐπαφάσσειν, & ἐπαφᾶσθαι, quod est contrectare & digitum aut manum aut palpandum immittere, vt & ἀφᾶν & ἀφάσσειν. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 566. 49.) ἢν ἐπαφάσῃς τῷ δακτύλῳ, & si digitum admoueris, aut si digito immisso contrectaris. Et rursus ibidem (pag. 577. 32.) ἢν ἐπαφάσῃς τῷ δακτύλῳ, si digito contigeris contrectaris. Quod libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 658. 55. 659. 20) ἢν ψαύσῃς, & si attigeris. καὶ ἢν ψαύσῃ αὐτῷ dicitur eadem in re. Rursus etiam libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 578. 11.) ἢν ἐπαφάσῃς τῷ δακτύλῳ. Quod etiam repetitur (pag. 579. 39. 53.) & (pag. 582. 9.) Rursus (pag. 577. 24.) ἢν δὲ καὶ ἐπαφάσῃς τὸν δάκτυλον, quod si etiam digitum ad contrectandum immiseris. Quod libr. 2. περὶ γυναικ. eadem in re dicitur, ἢν δὲ καὶ καθιέντι τῷ δακτύλῳ, quod si etiam digito contingatur. Et (pag. 578. 30.) τὸν δάκτυλον ἐπαφάσσοντα. digito ad contrectandum immisso. Quod etiam simpliciter ἐπαφάσσειν & ἀφάσσειν Hipp. effertur, vt lib. eodem (ibid. 52.) καὶ ἢν ἐπαφάσῃς. & (pag. 566. 44.) ἢν δὲ ἀφάσσῃς. quòd si contigerit. Rursus (pag. 565. 30.) καὶ ἢν ἀφάσῃ τῷ δακτύλῳ & si digito contingat. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 611. 52.) εἰ ἀφάσσοι τῷ δακτύλῳ, si digito contingens. Dicitur & ἐπαφᾶσθαι, ἐπαφάσσεσθαι, vt & ἐπαφᾶσθαι & ἀφᾶσθαι lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 579. 9.) καὶ ἢν ἐπαφάσῃ τῷ δακτύλῳ, & si digito contigeris. Quem certè locum mihi respexisse videtur Erot. cùm ἐπαφάσῃ τῷ δακτύλῳ, αἴτι τοῦ ἐφάψῃ exponit, additque dici παρὰ τὸ ἐπαφᾶσθαι. Sic enim meliora apud Erot. legunt exemplaria, pro ἐπαφάσῃ. libr quoque 2. περὶ γυναικ. (pag. 661. 25.) κ' ἢν ἐπαφήσῃ τῷ δακτύλῳ, & si digito contigeris. & rursus ibidem (ibid. v. 42.) καὶ ἢν ἐπαφήσῃ. Et rursus ibidem 662. 27. καὶ τὸ στόμα ἐπαφώμενος τῷ δακτύλῳ, vbi os digito contigeris, pro quo scribitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. eadem in re καὶ ἢν ἐπαφάσῃς τῷ δακτύλῳ (p. 579. 53.)

Ἐπεσθιόμενα, erodentia, de acribus excrementis dicuntur, libr. 4. Epid. (pag. 1128. F.) τρυγώδεα καὶ ἐπεσθιόμενα, fœculenta & erodentia.

Ἐπεσκεδασμένη, τεσκεδασμένα, exponitur Erot. apud Hipp. sparsa, effusa. Legitur verò lib. 1. de Morb. (pag. 449. 6.) cùm de bile hunc in modum scribitur. ὑπὸ τὸ δέρμα δὲ κεχυμένη καὶ ἐπεσκεδασμένη, sub cutem verò effusa ac dispersa. Et rursus ibid. 7. κεχυμένη δὲ καὶ ἐπεσκεδασμένη, πρὸς ἕν τι τοῦ σώματος προσπεσοῦσα, κακόν. effusa verò ac dispersa, & ad vnam aliquam corporis partem allapsa, malum indicat.

τὰ Ἐπεσκιασμένα dicuntur Hipp. partes corporis velatæ & pannis obductæ, velut in vmbra occultatæ. libr. 2 de Morb. (pag. 472. 36.) ἡ χροιὴ μέλαινα γίνεται, καὶ τὸ πρόσωπον, μάλιστα δὲ τὰ ἐσκιασμένα. nigricat facies, præcipueque corporis partes in vmbra latentes aut vmbraculo tectæ.

Ἐπιμασσάμενος, ψαύσας, exponitur Erot. apud Hipp. hoc est, vbi quis iniecerit, aut manum immiserit. Legitur autem lib. de art. (p. 620. 7. H 81. H.) ἔπειτα ἐπιμασσάμενος ἐς τὴν κοιλίην, deinde manu in ventrem immissa contrectans, aut manu altè immissa & profunditate intus explorata, ventrem attrectans. Sic enim ἐπιμασσάμενος illic exponit Gal. ἐνθεὶς εἰς τὸ βάθος τὴν χεῖρα χάριν τοῦ διαζητῆσαί τι τῶν ἐν αὐτῷ, hoc est, manu altè immissa quid ibi sit quærens & inuestigans. Quæ explicatio Erot. expositioni apprimè congruit. Rursus lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 678. 56.) καὶ ἐπιπλεῖστον ἐπιμασσάμενος ὠθεῖν καὶ στρέψαι τὸ ἔμβρυον ἐπὶ κεφαλήν. & reliquum manu altè immissa aut attrectando, protrudito, & fœtum in caput vertito. Vbi tamen quidam ἀπομαξάμενος, hoc est, cruore abterso, legunt. Sed ἐπιμασσάμενος legunt omnia exemplaria tum publicata, tum manu scripta.

Ἐσφηκωμένα Gal. in Exeg. exponit συνδεδεμένα, συνεσφιγμένα, colligata, constricta. Sunt autem ἐσφηκωμένα in cuneum contracta, aut ex lato & crasso in tenue & angustum contracta. Sic ἐσφήκωντο apud Homer. exponit Hesych. ἐδέδεντο, ἐσφιγμένοι ἦσαν, συνεσφιγμένοι, colligati erant & constricti, hoc est in cuneum & angustum contracti, ex Il. ρ. (v. 52.) πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο. Capillique qui auro & argento reuincti erant, constricti & colligati. Hesych. etiam ἐσφηκωμένον, ἐσφιγμένον, constrictum & contractum in angustum exponit, & ἐσφήκωνται, κατεπεπλιγμένοι ἦσαν καὶ συνεσφιγμένοι, complicati & constricti erant. Hinc περιεσφηκωμένος circum quaque velut iniecto cuneo obstructus, obsignatus, obturatus. Vt apud Hipp. in Epist. (pag. 1277. 43.) οἱ δὲ κατόπιν ἑταῖροι κίστας φαρμάκων εὖ μάλα περιεσφηκωμένας ἔχοντες, εἵποντο. Pone sequebantur socij pyxides medicamentarias probè obsignatas habentes, hoc est diligenter obstrictas & obturatas, & in quibus medicamenta diligenter erant recondita. Rursus Epist. seq. ad Crateuam (pag. 1278. 47.) ὅκόσα δ' αὖ φύλλα, ἢ ἄνθεα, ἢ ῥίζαι, ἐν κεράμοισι καινοῖσι περιεσφηκωμένοις, ὅκως μὴ διαπνεόμενα τὴν ποιότητα ἐκλείπῃ τινα ... φαρμακείης, ὥσπερ λειποψυχήσαντα. Quæ verò folia, aut flores, aut radices sunt, in fictilibus nouis circumquaque obstrictis, vt ne ventis perflata, medicamenti vim, velut in animi deliquium collapsa amittant. Verùm in exemplaribus publicatis περισφηκωμένοις & περιεσφηκωμένοις vitiosè legitur.

Ἐσφλᾶσθαι ὀστέον os intrò cedere dicitur, cùm medium desidit, vt loquitur Celsus, & intrò deprimitur, à telo graui & retuso, aut etiam acuto. Ἔνθλασιν vocat Gal. lib. de Caus. morb. 2. (pag. 211. 42.) illisionem, cùm cauitas à collidentis corporis ictu inducta apparet. Lib. de Cap. vuln. ea phrasi sæpe vtitur Hipp. (pag. 899. E.) ἐσφλᾶται ἔσω, intrò cedit, vbi & ἔσφλασις, & ἔσω ἔσφλασις (pag. 898. A. & 899. E.) & ἐσφλασθὲν ὀστέον dicitur, os quod deorsum insedit, vt loquitur Celsus cap. 4. lib. 8.

Ἐσχαρόπεπτα κρίμνα significant Hipp. farinam crassiorem prunis coctam. Lib. 4. Epid. (pag. 1136. C.) καὶ αὐτὴ σιτίων ἐσχαροπέπτων κριμνῶν ἀποφαγοῦσα. Vbi prunis coctam farinam crassiorem pro cibariis comedisset.

Ἐσχαταὶ sunt extrema membra, & membrorum extremitates aut extremæ partes. Lib. de fract. (pag. 535. 55. H. 755. B.) ἰχῶρες ἐκ τούτου οἱ ἰχῶρες ἐς τὰς ἐσχατιὰς ἔνθα καὶ ἔνθα, ex fractura sanies in extremas partes huc & illuc exprimitur. τὰ ἐσχατώτατα νοσήματα Hipp. sunt extremi morbi & maximi, quibus nulli alij sunt acutiores, aph. 6. lib. 1. vbi scribit Gal. Hipp. ἔσχατα νοσήματα vocare, τὰ μέγιστα, μεθ' ἃ οὐκ ἔστιν ἄλλα, maximos morbos vltra quos alij non sint. Sunt autem omninò morbi huiuscemodi peracuti. Sic οἱ ἔσχατοι πόνοι, extremi labores, οἱ μέγιστοι, maximi ac summi dicuntur, aph. 7. lib. 1. siue accessiones ac symptomata & quæ ægrum summè vexant, intelligantur, siue ipse morbi vigor. Nam & τὰ ἔσχατα pro morbi vigore ibidem sumuntur, qui nil aliud est quàm morbi maximum symptoma. Illic enim τὰ ἔσχατα τὴν ἀκμὴν λέγει τοῦ νοσήματος, extrema morbi vigorem vocat Hipp. vt scribit Gal. lib. 1. de dieb. decret. (434. 48.) Sic αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην, extrema exquisitè comparata remedia, & exquisitissimam vniuersam curationem significant aph. 6. lib. 1. & ἡ ἐσχάτως λεπτοτάτη δίαιτα, extremè tenuissimus victus dicitur, aph. 7. lib. 1.

Ἐς χεῖρα, quod significat ad manum & in promptu, Galenus etiam τὸ πλησίον significare scribit in Exeg.

Ἐσωχὰς dicitur eminentia & excrescentia in ano, aut tuberculum intus latens, vt ἐξωχὰς quod foris eminet. Apud Gal. lib. περὶ τῶν εὐπορίστων (pag. 449. 18. & 21.) remedia præscribuntur πρὸς ἐσωχάδας καὶ ἐξωχάδας. Et rursus (pag. 454. 51.) πρὸς ἐσωχάδας, ad internos ani tumores. Sic ἐξωχαὶ dicitur Paulo lib. 6. cap. 80. tuberculum in ano excrescens, aut eminentia nondum occallescens.

¶ Ἑτερόρροπα dicuntur quæ in alteram partem vergunt, aut in his quæ ambigunt, ad alterutram partem feruntur. Lib. 1. Epid. (pag. 352. 12. H. 938. E.) ἐπάρματα δὲ παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν ἑτερόρροπα ἦν. Multis verò aurium tumores subnascebantur, qui in alteram partem vergebant. Rursusque (pag. 353. 9. H. 939. E.) φλεγμοναὶ μετ' ὀδύνης εἰς ὄρχιν ἑτερόρροποι, inflammationes cum dolore in alterum testem erumpentes. Et lib. 2. Epid. (pag. 1015. G.) τὰ ἀμφὶ φάρυγγα ἑτερόρροπα. quæ ad alterutram faucium partem vergunt. Et rursus) pag. 1017. A.) οἷσι μὲν οὖν ἦν ἐς ὀρθὸν ἐξόγκωμα, μὴ ἑτερόρροπον, οὗτοι οὐ παραλυτικοὶ ἐγένοντο. Quibus igitur neutram in partem deflectebat tumor, sed recta procedebat, iis ne membrorum quidem resolutio accidit. Ἑτεροῤῥοπέως κάμνοντες dicuntur Hipp. huc vel illuc inclinantes ægri vel in alterutram partem, hoc est, salutem vel mortem. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 101. 43. H. 399. 55.) μάλιστα μὲν οὖν δεῖ τὸν ἀριθμὸν φυλάσσειν, ὡς αὗται αἱ ἡμέραι ἑτεροῤῥοπέως ποιοῦσι τοὺς κάμνοντας. Inprimis igitur numerum imparem obseruare oportet, quòd hi dies huc vel illuc inclinare ægros cogant. Quod exponit Gal. μεταβολὰς ἑκατέρως ἀξιολόγως ἐμποιοῦσι εἰς ὑγίειαν τε καὶ θάνατον, insignes in vtrunque, vel salutem, vel mortem, mutationes faciunt.

Ἐτησίαι, Etesiæ dicuntur, aut venti anniuersarij, & Aquilones Etesiæ Plinio. Ardentissimo enim æstatis tempore in exortu caniculæ, statim à Prodromo quadraginta diebus perflat Aquilo, qui (vt inquit Plinius) mollit sydera æstate media, mutatque nomen & Etesias vocatur, cap. 18. lib 34. & lib. 2. cap. 47. Etesias anniuersarios Aquilones Budæus apud Aristotel. lib. de mundo vertit, qui æstate pollere scribuntur, μίξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων, mixti ex Septentrionibus & Fauoniis. Sæpè igitur Hipp. æstatis & ardoris statum Etesiis circumscribit, atque non temerè suspectum habet ambientis aeris statum, in quo Etesiæ pauci, nulli, diuulsi, interrupti, neque continenter spirant. Lib. 1. Epid. (pag. 350. 51. H. 938. D.) ἐτησίαι ὀλίγαι, σμικραὶ, διαπεπαυμένως ἔπνευσαν. Anniuersarij venti (qui Etesiæ dicuntur) pauci, tenuiter, disiunctim, segregatimque spirauere. Et lib. 3. Epid. st. pest. (pag. 419. 34. H. 1082. A.) ἐτησίαι σμικραὶ διεσπασμένως ἔπνευσαν Etesiæ pauci & diuulsi, spirauere. Rursus lib. 2. Epid. (pag. 1019. H.) καὶ ἐτησίαι οὐ πρὸς ἔπνευσαν καὶ οἱ πνεύσαντες διεσπασμένως. Etesiæ non multum spirarunt, idque dispersim & contractim. Et lib. 1. Epid. (pag. 368. 31. H. 950. H.) ἐτησίαι ἔπνευσαν, Etesiæ spirauerunt.

Ἐνταίνετο Erot. apud Hipp. ἐτείνετο exponit, quod est contendit, & pro eo esse positum scribit. Est autem Homer. ἐνταίνεσθαι pro τείνειν aut τείνειν, vt Il. ε. v. 97. αἶψ' ἐπὶ Τυδείδῃ ἐτιταίνετο καμπύλα τόξα, statim in Tydidem intendebat incuruos arcus. Quod dixit Virg. Æn. 7. curuo direxit spicula cornu. Vbi etiam Scholiastes ἔτεινεν vt & Erot. exponit. Rursus Od. φ. v. 259 τίς δέ κε τόξα ταναύοι. quis arcus intenderit? Erot. etiam ἐνταίνετο συνεπήγνυτο exponit, concrescebat, cogebatur. Apud Hip. autem lib. 5. Epid. (pag. 1153. G.) ἐνταίνετο legitur, ἐξαιρεθέντος τοῦ βέλους ἐνταίνετο, h. e. sublato iaculo distendebatur. Vbi si Erot. explicationem adhibeas, intelligendum erit ἐνεπήγνυτο, velut infixus erat, congelabat aut conglaciabat, hoc est, rigidus erat & immobilis. Sic enim πήγνυσθαι ψυχρῷ frigore congelare dicitur. At quòd ἐνταίνετο idem Erot. ἔτεινεν exponit, vix hîc quadrare potest.

Ἔτνος dicitur ex leguminibus fractis fresisque concinnatum edulium, fresum vertit Gaza. ἔτνος apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. πᾶν τὸ ἀπὸ ὀσπρίου ἡψημένον ἕψημα, omne leguminis fresi fractique decoctum. Significat & pultem aut pulmentarium ex leguminibus confractis & elixis paratum. Gal. enim lib. περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας ἔτνος vocari scribit, τὸ ἐκ τῶν ἑψηθέντων ὀσπρίων τε καὶ χιδρόμων σχιζομένων. Libr. 7. Epid. (pag. 1227. A.) λεπτὸν τὸ ἔτνος, tenue fresum diximus, lenticulæ fresæ decoctum indicantes, aut pulticulam tenuem ex lente fresa. Sic ἔτνος φακινον lenticulæ fresæ decoctum indicat libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 113. 53. H. 405. 30.) Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 651. 47.) ἔτνος leguminis fresi decoctum, aut legumen fresum. Et lib. 2. de morb.)pag. 480. 23.) ἔτνος ἄναλτον, leguminis fresi decoctum aut lomentum sine sale. διδόναι δὲ ῥοφέειν ἔτνος ἄναλτον, leguminis fresi decoctum salis expers sorbendum dato.

Ἐπιμοκοπίη dicitur Hipp. inanis labor & prompta elatio, ἐν παραγγελίαις (pag. 28. 19.) κηφήνων μετὰ πομπῆς ἐπιμοκοπίην vocat fuci inanem laborem cum ostentatione. fucatum studium summa ostentatione & ambitione comparatum dixit Caluus, fuci promptam cum comitatus deductione elationem, Cornar. Innuit autem medicos qui captandæ popularis auræ gratia poëticas & ambitiosas acroaseis faciunt, fucorum imitari inanem cum ambitione laborem. Verùm ἐπιμοκοπίην significare potest promptam nugacitatem aut loquacitatem, quod fuci nil nisi bombum cum summa laboris & operæ ostentatione præstent, mella nulla congerant, sed ea ab apibus comportata deuorent. Ita medici prompta sua loquacitate cum ostentatione comparata, nihil laude dignum præstant, sed artis honestum pretium bonis medicis debitum inaniter absumunt.

¶ Εὐακεστότεραι ἁμαρτάδες, errores curatu faciliores, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag 64. 52. H. 390. 29.)

Εὐαλδέως cum bono incremento significat & augmento, hoc est, benè crescendo & proficiendo. ἐν νόμῳ (pag. 2. 19.) ὅκως ἡ μάθησις ἐμφυσωθεῖσα, δεξιῶς καὶ εὐαλδέως τοὺς καρποὺς ἐξενέγκηται. quò disciplina ingenerata, fœliciter & cum profectu fructus producat, & opportunos & benè maturos fructus proferat. εὐαλδῆ Hesych. εὐαυξῆ exponit, quæ bonum incrementum capiunt.

Εὐαλθέα quæ facilè sanantur & curantur, lib. de art. (pag. 608. 49. H. 804. A.) εὐαλθέα γὰρ τὰ τοιαῦτα. eiusmodi enim facilè curantur. Quem certè mihi locum subindicare videtur Erot. cùm

εὐαλθέα

εὐαλθέα ἀθεράπευτα exponit, facilè sanabilia. Pro quo εὐαλθῆ malè quidam codices legunt. Et rursus lib. de art. (pag. 650. 5. H. 831. E.) καὶ ἔτι εὐαλθέστερα τῶν ἰητρῶν. aliisque etiam faciliùs sanantur.

εὐανάληπτα dicuntur quæ facilè emendabilem noxam habent, quæ facilè reparantur, emendantur, rependuntur & resarciuntur, aph. 7. sect. 4. lib. 6. Epid. Vbi τὰ εὐανάληπτα Gal. exponit τὰ ταχέως ὑπείξαι δυνάμενα τοῖς βοηθήμασιν ὡς ἐπανορθωθῆναι τὴν γεγενημένην βλάβην. quæ tam citò remediis cedunt, vt iam illata noxa remoueatur. Sic enim apud Gal. legendum existimo locum qui vitiosè nostris in codicibus legitur.

Εὐανάσφαλτοι qui facilè ex morbo resurgunt, aut conualescunt, qui facilè restituuntur. Libr. περὶ τροφῆς (pag. 382. 14.) οἱ διαπνεόμενοι καλῶς, ἀσθενέστεροι, καὶ ὑγιεινότεροι, καὶ εὐανάσφαλτοι. Quibus corpus probè perspirat ij imbecilliores & salubriores sunt, & promptè restituuntur, à morbis conualescunt. Vnde & δυσανάσφαλτοι iis opponuntur, eosque significant, qui ægrè restituuntur aut à morbis conualescunt.

εὐάνθεμον, ὅπερ καὶ ἀνθεμὶς λέγεται, καὶ χαμαίμηλον, quod & anthemis dicitur & chamæmelum, vt scribit Gal. in Exeg. Istud autem vsurpatur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 625. 54.) in potione ad educendas secundas.

εὐανθὴς benè florulentum significat, & ferè Hipp. de rubro effertur. Εὐανθεῖς θρόμβοι αἵματος, sanguinis benè florulenti grumi, in Coac. (p. 220. G.) Sunt autem interspersæ sanguinis floridi notæ in deiectione biliosi, quæ ex bilis acrimonia lethalem dysenteriam minantur. εὐανθὲς οὖρον vrina benè florulenta intelligi videtur, quæ efflorescentias quasdam spumeas extantes habet, veluti flores in superficie eminentes, quæ ἐπανθίσματα ἐρυθρὰ in Prorrh. dici videntur. Atque huiusmodi vrinæ magnum sanguinis feruorem ex interno incendio denotare videntur, & biliosi succi efferuescentiam indicare. In Coac. (pag. 215. B.) ὑπόχλωρον εὐανθὲς οὖρον λευκὴν ἔχον ὑπόστασιν. aliquantulum ex virore pallescens vrina benè florulenta, albam habens subsidentiam. Et rursus (ibid C.) τὸ ἐρυθρὸν σφόδρα καὶ εὐανθὲς ὑπόστασιν χλωρὴν ἔχον λείην ὀλέθριον. quæ admodum rubra vrina & benè florulenta sedimentum pallidum, læue ac purum habet. Sunt qui εὐανθὲς οὖρον pellucidam ac puram vrinam intelligant, & quæ ad naturalem vrinæ colorem accedat, quæque pellucido nitore floreat, qualis securam & breuem iudicationem denunciat.

Εὐανθεῖν etiam bene florere indicat, & videtur metaphoricè positum apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 565. 43.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (pag 653. 29.) ἢν αἱ μῆτραι πρὸς τὸ ἰσχίον εὐανθέωσι, pro eo quod est, si locelli ad coxendicem vergant, decurrant, vt sit, ad coxendicem extent, emineant, aut exuberent. Vnde ἐξανθέωσι aut ἐπανθέωσι melius legi posse sum aliquando suspicatus, h. e. in coxendicem emineant, emergant, aut erumpant, aut per coxendicem emicent & existant. Verùm procul omni dubio locus mihi corruptus videtur, & pro εὐανθέωσι ἐκθέωσι forte legendum, quod ἐκτρέχωσι exponit Erot. vt sit ad coxendicem decurrant, aut coxendicem petant, quo modo omnes videntur sumpsisse interpretes; Aut certe ἔλθωσι, vel τράπωσι, vel φέρωνται legendum Quę phrases sunt in tota muliebrium πραγματείᾳ admodum celebres. Hesych. verò ἐκθύωσι forte legisse videtur, quod ἐκζέωσι, ἐκπίπτωσι, exponit, efferueant, excidant, pro erumpant.

Εὐαπάλυτον quod facilè absoluitur, recedit, aut abscedit. Libro de articulis (pag. 597. 12. H. 792. A.) τὰ περιτεταμένα τόπιον εὐαπάλυτά εἰσιν ἀπὸ τῶν πλευρέων καὶ τοῦ στήθεος. quæ his connectuntur, facilè à costis & pectore recedunt. In Mochlico (pag. 842. E.) ὠμοπλάτη εὐαπάλυτος ἐοῦσα ὀστέον, latum scapulatum os, quod inter ossa facilè recedit, absoluitur, hoc est laxatur & excidit.

εὐβάστακτον τραῦμα, vulnus quod probè sustinetur aut sustentatur, lib. de fract. (pag. 567. 41 H. 772. B.) hoc est re aliqua molli supposita rectè sustentatur.

εὐδιαπνευστα δέρματα. vide Δεψητα.

εὐδιεινὸς fronte serena, sereno vultu. ἰητρὸς καὶ εὐδιεινὸς προστάσσοντα, medicum hilari & sereno vultu præcipientem dicit lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 25. 5.)

εὔδιος clemens, tranquillus, serenus, placidus dicitur, vt εὐδία tranquillitas, serenitas. Sic εὔδιος & χειμὼν opponuntur Aristot. & εὔδιον γαλήνης, ὁ ἀὴρ τοίνυν idem interpretatur, & Varin. εὐδίαν, εὔδιον, τὴν τοῦ ἀέρος ἠρεμίαν, ἡ ἀβροχίαν ἡ αἰθρίαν, aëris tranquillitatem & serenitatem. εὐδία etiam γαλήνη, maris tranquillitas & ponti malacia exponitur Polluci. εὐδίας οὔσης, cùm serenum est, dicit Varro, Columella verò, cum serenitas permittit. Gellius ἐν ταῖς εὐδίαις, ex Erasistr. cùm serenum & placidum est, vertit. Plinius εὐδίαν serenum & serenitatem vocat, cùm scribit, serenitatem præsagit noctua in imbre garrula, at sereno tempestatem. Quod dixit Theophr. διακαρίζε δὲ γλαὺξ ἀδοῦσα χειμῶνος μὲν εὐδίαν σημαίνει, εὐδίας δὲ χειμῶνα. Lib. 7. Epid. (pag. 1236. B.) ἐξ εὐδιῶν χιόνες ἐγένοντο post tranquillitates aut serenitates niues oriebantur. Εὔδιος etiam clemens cœlum & tepidum significat, & libr. 1. περὶ γυν. (pag. 608. 38.) ἐν εὐδίῃ, clementi cœlo dicitur, & εὔδιον, ἀλεεινόν, tepens aut tepidum, clemens, calore & madore blandum aut gratum significat quibusdam apud Hipp. aphorism. 12. libr. 3. & libr. de aere, loc. & aq. (pag. 287. 1. & 24.) εὐδιεστάτη χώρη etiam dicitur ibidem (pag. 288. 48.) regio maximè serena, blandissima & temperatissima. ἐν εὐδίῃ clemente cœlo significat. Lbr. περὶ ἑπταμήνου (p. 378. 20.) εὐδίαι ἐπινέφελοι, tranquillitates nubilosæ, tempus placidum nubilosum, lib. 4. Epid. 1126. H.)

Εὐέκπλυτον quod probè abluit, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 43. 12. H. 385. 5.) τὸ τε γλισχρασμα εὐέκπλυτον d. citur ptisanæ viscositas abluendi facultate ac bonitate prædita. vbi τὸ εὐέκπλυτον scribit Gal. ad ventrem subducendum esse idoneum, vbi ciborum reliquiæ in via restitant, aut tardiorem habent exitum.

εὐεξία bonus habitus dicitur, & ἡ εὖ ἔχουσα ἕξις bene se habens habitus, Gal. libri ad Thrasyb (pag. 290 9. Eadem duplex est, εὐεξία τῷ φύσει, quæ & simpliciter dicitur εὐεξία, & valde probatur: altera εὐεξία ἡ φύσει καὶ ἀθλητική, & semper cum additione effertur, neque probata est. Gal. ibidem (pag. 289. vers. 22.) Rursus Gal libr. περὶ εὐεξίας (pag 248 56.) πλεῖστοι γὰρ ἰατρῶν ἐγνώσαν τὴν ὑγίειαν, ὡς πολλάκις ἐν ἑτέροις ἐπεδείξαμεν, τὴν μὲν ἐπίτασιν αὐτῆς εὐεξίας ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ γυμνασταί τε καὶ ἰατροί, τὴν δὲ ἔκλυσιν ἰδίῳ μὲν οὐκέτι προσαγορεύουσιν ὀνόματι, τῷ δὲ τοῦ παντὸς γένους, ὑγιεινὸς καλοῦντες. ὅρισται τὸ ὑγεία ἡ εὐεξία, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ἄκρως ὑγιαινόντων σώμασι. Nam cum sanitas latis amplam habeat latitudinem (vt sæpius alibi ostensum est) illius quidem augmentum εὐεξίαν nominant tum prisci philosophi, tum medici Defectum verò non proprio quidem sed generis vniuersi nomine appellant, sanitatem pariter vocantes. Quò fit vt εὐεξία quæ est bona habitudo, optima quædam sanitas existimetur, ideoque in optimè constitutis corporibus gignitur. Est autem εὐεξία simpliciter dicta ἡ ὑγιεινῆς ἕξεως ἡ τελειότης; (vt ibidem scribit Gal.) hoc est perfectissima & absolutissima sanitas. Reliqua verò non simpliciter εὐεξία, sed cum addito & ad relationem comparata, huius vel illius εὐεξία dicitur. Sic ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί dicuntur Hipp. aphor. 3. libr. 1. αἱ εὐεξίαι ἀθλητικαὶ, pleniores corporis habitus ad summam plenitudinis perducti, lubrici & periculosi, in quibus & virium robur, & sanguinis copia præter naturam, quæ ab ortu contigit, simul augescit, & carnium ac humorum genus iusta proportione inuicem augetur. (vt scribit Gal. libr. de Plenitud. (pag. 350. 13.) Ideóque huiusmodi εὐεξία habitus non naturalis athleticus dicitur Gal. lib. ad Thrasyb. & Hipp. εὐεξίαι αἱ ἀθλητικαὶ οὐ φύσει, lib. περὶ τροφῆς (pag. 382. 28.) Huiusmodi autem γυμναστικὴ εὐεξία, libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 36. 29. H. 339 39.) εὐεξία dicitur Hipp. eamque τὴν τῶν παρὰ φύσιν exponit Gal. Ac de ea scribitur apud Hipp. lib. 1. περὶ διαίτης (pag. 352. 28.) πρὸς σαρκὸς εὐεξίην, καύματα φλεγμονὴ ἀνάγκη γίνεσθαι, ad carnis bonam habitudinem, ardoris inflammatio ex necessitate consequitur. ἐν περὶ ηλίας (p. 27. 55.) ἡ ἀνθρώπου εὐεξίη φύσις τις ἐστι, φύσει συγκειμένη, κινεομένη ἀλλοτρίην ἀλλὰ λίην τε ἐναρμοζομένη πνεύματί τε καὶ θερμασίῃ, καὶ χυμῶν κατεργασίῃ πάντῃ τε καὶ πάσῃ διαίτῃ καὶ τῇ ξύμπασι διαθέσει, ἢν μή τις ἐκ γενεῆς ἢ ἀπ' ἀρχῆς ἐνέλειμμα ᾖ. Hominis bonus habitus natura quædam est, naturæ circumposita motu non alieno, sed valdè consentiens, quo ad spiritum, & calorem, & humorum concoctionem, vndiquaque & vniuersim, tum victus ratione, tum reliquis omnibus composita ac constructa, nisi cuipiam ex natiuitate, aut ab initio defectus aliquis obtigerit. Quibus verbis ἡ ἁπλῶς εὐεξία quæ in optima corporis constitutione deprehenditur, per congeriem quandam omnes salubritatis causas paucissimis verbis complexa, describi videtur.

Εὐεπαίσθητος sensu acri preditus, & sensus exquisiti particeps, idem quod εὐαίσθητος, sensu valens, sensus acumine pollens. Libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 606. 29.) de vteri vlceribus. ὅτι γὰρ ἐν ἁπαλῷ ἐόντα, καὶ εὐεπαισθήτῳ, καὶ νευρώδεϊ τῷ κοιλίῳ. Quippe cùm in tenera & sensu prædita, neruosaque cauitate insint. Alioqui εὐεπαίσθητος qui facilè sentitur, dicitur.

Εὐεπίη, facundia, elocutio venusta, facultas dicendi, eloquentia verborum nitor & elegantia. εὐεπίῃ χρώμενοι Medici dicuntur libr. περὶ ἰητρικῆς. (pag. 22. 54.) qui facultate dicendi vtuntur & oratione suaui, quique eloquentiam ad ægrum persuadendum aut docendum adhibent.

Εὐήθης dicitur qui honestis & simplicibus moribus est præditus,

aliquando etiam qui simplex est & minimè malus, amens & insulsus. Vnde εὐήθεια morū simplicitas ac bonitas. Cuius vocis significationem apertissimam, & exempla adfert Gal. comm. 3. in Progn. (pag. 54.8. H. 43.54.) his verbis: εὐήθεις ἄνθρωποι λέγονται μὲν καὶ οἱ κακοήθεις ἐν ὑποκρίσει τινὶ, καθάπερ καὶ ὁ πίθηκος καλλίας. λέγονται δὲ καὶ οἱ ὄντως εὖ ἔχοντες τὸ ἦθος. ἀλλὰ τοῦ μὲν πρώτου παμπόλλη χρῆσις ἐστὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, τῷ δευτέρῳ σπανιώτερα. λέγουσι δ᾽ οὖν ποτὲ καὶ οὕτως οὐ τὸν εὐήθη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν εὐήθειαν ἐπὶ τοῦ εὖ τὸ ἦθος ἐχούσης διαθέσεως. Homines maligni εὐήθεις quidem per fictionē quandā dicuntur, non secus ac simia καλλίας, hoc est pulchra. Dicuntur etiam & qui probatos mores habent. Verùm primi quidem frequēs est vsus apud Græcos, rarior autem secundi. Sic igitur interdum non solum εὐήθη dicunt, verùm etiam & εὐήθειαν in affectione animi ita comparata, vt bonis sit præditus moribus. Idem Comment. 3. in Prorrh. (pag. 201.57. H. 75. C.) τὸ δὲ εὐηθέστερα ῥῆμα, σημαίνει μὲν καὶ τὸ κακοηθέστερα. καὶ πολλάκις κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον τούτῳ φαίνονται κεχρημένοι πολλοὶ τῶν παλαιῶν. σημαίνει δὲ καὶ τὸ εὐτροπον. κέχρηνται γὰρ καὶ τούτῳ τινὲς παλαιῶν καθὸ καὶ νῦν ἔοικεν εἰρῆσθαι. Dictio autem εὐηθέστερα, significat quidem & κακοηθέστερα, hoc est maligniores, sæpiusque hoc in significato plærique veterum vti videntur. Significat etiam τὸ εὔτροπον (hoc est, benignæ.) In hoc enim significato quidam ex antiquis sumpserunt, quomodo & nunc quoque dictum esse videtur. Rursus quoque Comm. 3. in lib. de fract. (pag. 572.48. H. 775. H. εὐηθέστερον dici scribit οὐ κατὰ τὸ κύριον τοῦ εὐήθους σημαινόμενον, ἐν ᾧ δηλοῦται τὸ εὖ ἔχον τὸ ἦθος, non proprio illius dictionis significato, sed eo quo indicatur aliquid bonis moribus præditum & benignū. Quibus verbis indicat Gal. huius vocis propriā significationē ex contraria & aduersa interpretatione desumptam fuisse, velut cùm ἠλίθιον, hoc est, stolidum, εὐήθη dici scribit, ὁμοίως τῇ τι γλυκεία καὶ καλλεία. His enim obscurissimis & corruptissimis verbis denotare videtur stolidum εὐήθη, hoc est simplicem dici quemadmodum γλυκεία fella dicuntur græcis, & καλλίας simia, nempe εὐφημίας ἕνεκα, & ex contraria interpretatione aut blanda appellatione. Εὐήθης igitur dicitur mitis, facilis, benignus, simplex & minimè malus, quique honestis ac bonis moribus est præditus. Sic εὐηθέστατοι πυρετοὶ dicuntur in Progn. (p. 154.4. H. 43.54.) οἱ ἐπιεικέστατοι καὶ ἀπλούστατοι, καὶ μηδὲν ἔχοντες κακόηθες, hoc est, febres placidissimæ ac simplicissimæ nihilque maligni habentes, & cum securissimis signis coniunctæ, vt exponit Gal. iisque τοὺς κακοηθεστάτους πυρετοὺς opponit Hipp. Quem certè locum mihi exprimere videtur Erot. εὐηθέστατοι, οἱ μὴ κακοήθεις, exponens. In Prorrh. quoque (pag. 201.20. H. 75. C.) διαχωρήσιες εὐηθέστεραι alui proluuies benigniores & mitiores dicuntur. Et lib. de fract. (pag. 571.44. H. 775. H.) τὰ ὀλισθήματα καὶ τὰ διακινήματα ὀστέων εὐηθέστερα, mitiores ac benigniores luxationes & ossium emotiones. Lib. de art. (p. 660 49. H. 839. G.) γόνυ εὐηθέστερον ἀγκῶνος, genu cubiti gibbo benignius. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 64.51. H. 390.27.) εὐήθης νοῦσος, morbus mitis, non malignus dicitur. Sic enim illic Galen. τὰς εὐήθεις νόσους, οὐ τὰς κακοήθεις, ἀλλὰ τὰς εὐτρέπτους, hoc est, non malignos, sed qui facilè in bonum vertunt, dici scribit. At εὐήθης ἕλκος vlcus paruum, simplex, vile, contemnendum dicitur Hip. libr. de rat. vict. in morb. act. (pag. 69.8. H. 391.41.) μικρὸν καὶ ἁπλοῦν ibi exponit Gal. eique τὸ ἐπικίνδυνον opponitur. Sic εὐήθη χωρία sunt loca corporis vilia, non magni momenti, contemnenda, in quibus vulnera mala non sunt. Prorrhet. 2. (pag. 97. A)

Εὐήνιος qui facilè cedit, obedit, facilè frænatur & audit habenas, facilè retinetur, vt δυσήνιος effrænis, effrænatus. εὐήνιος νάρκη libr. περὶ παθῶν (pag. 562.50.) torpor qui facilè cedit, facilè compescitur, frænatur ac domatur.

Εὐήρες remigationi aptum, commodum, versatile, expeditum, ductile, tractabile, agitabile. Lib. περὶ ἰητροῦ (pag. 19.51.) τὰ δ᾽ ὄργανα πάντα εὐήρη πρὸς τὴν χρείαν ὑπάρχειν δεῖ. Instrumenta autem omnia ad vsum expedita, aut aptè comparata esse oportet, hoc est, tractabilia ac aptè fabricata, ad vsum opportuna, hoc est, conuenienti magnitudine, pondere & tenuitate. De medici instrumentis agitur. τὸ εὔηρες Hesych. exponit εὐήλατον, εὐπαραπομπευόμενον πρὸς τὸ ἐρέσσειν.

Εὐθεσίην Gal. apud Hipp. exponit τὴν εὐχυμίαν τοῦ σώματος ἕξιν, ὡς καὶ ἐνιαυτὸς εὐθεσίης καλεῖται, ὁ εὐφορίας ἀπεργαστικός. iuratum corporis habitum, non secus ac alicubi annus εὐθεσίης vocatur qui fertilitatem ac fœcunditatem efficit. Sic εὐθετος dicitur benè habitus, & εὐθετεῖν, εὖ διατίθεσθαι καὶ εὖ διακεῖσθαι, benè habitum esse.

Εὔθετα dicuntur Hipp. quæ optimè sunt collocata & deposita, τιθέμενα καὶ καλῶς ἀποκείμενα exponit Gal. comment. 3. in lib. κατ᾽ ἰητρ. (pag. 696.25. & 29. H. 746. C.) bene disposita aut deposita. εὐθετώτερον quid firmius aut stabilius significat lib. de fract. (pag. 533.49. H. 753. D.) Est & εὐθετίζω & εὐθετίζομαι scilicet compono & Erot. εὐθετισάμενος καταστρώσας, sternens, consternēs, apud Hipp. exponitur. Lib. de fract. (p. 555.4. H. 764 C.) χρὴ λύσαντα καὶ εὐθετισάμενον μεταπιδῆσαι, vbi resolueris & composueris religare oportet. Rursus (ibid.) ὅ, τι γὰρ ἂν μὴ κατὰ τρόπον εὐθετισμένων τῶν ὀστέων ἐπιδέων τις πιέζοι. Quicquid enim non rectè compositis ossibus deligatione quis compresserit. Et lib. de art. (pag. 598. 19. H. 792. H.) τῇ δὲ ἑτέρῃ τὰ ὀστέα τὰ κατεαγότα εὐθετίζοι, altera verò fracta ossa componunt.

Εὔθετοι πρὸς τὰς ἀποκρίσιας, ad responsiones appositi, libr. περὶ εὐσχημοσύνης. (pag. 22.47.) in vteri Medici descriptione. Ac rursus (ibidem v. 51.) πρὸς τὸν καιρὸν εὔθετοι καὶ ληπτικοί, in occasione prudenter captanda appositi & accommodati, temporis cuiusque occasioni se accommodantes dixit Caluus, Cornar. ad tempus appositos, & ad occasionem corripiendam accommodatos.

Εὐθηνεῖν, abundare, gliscere, multiplicari, benè habere, prosperè habere, benè valere. Lib. 6. Epid. aphorism. 24. sect. 4. αὐχμοῦ ἐπὶ γῆς οἰωνοὶ τῶν ὀρνίθων εὐθηνεῖ, per magnos terræ squalores auium genus benè habet & abundat. Vbi Gal. ὑγιαίνει explicat. Vtitur Aristot. lib. 8. histor. animal. cap. 27. vbi ἐντόμων εὐθηνίαν vocat, & εὐθηνεῖν & εὐημερεῖν sæpe ponit, quod est vigere, valere, exuberare. Hesych. εὐθηνοῦν, εὐδαιμονοῦν καὶ πλουτοῦν exponit. Lib. de aëre, loc. & aq.) pag. 288.54.) scribit Hipp. In Asia pecora εὐθηνεῖν οἰκὸς καὶ μάλιστα τίκτειν τὰ πυκνότατα pleniora prouenire & abundare vel maximè sæpiusque parere.

Εὐθὺ, rectum, pro quo ἰθὺ ponitur. & κατ᾽ ἰθὺ pro κατ᾽ εὐθὺ, libr. κατ᾽ ἰητρ. (pag. 670 26. H. 741. D.) κατ᾽ ἰθὺ γούνασι, è directo ad genua. κατ᾽ εὐθὺ autem duobus modis dicitur (vt illic scribit Gal. & cùm in longitudinem membrum protenditur, & cùm in altum attollitur.

Εὐθυμίη animi securitas, tranquillitas dicitur Tullio lib. 5. de fin. interdumque bono esse animo & terrore libero. Libr. 5. Epid. (pag. 1160. B.) ὅτι δὲ πάλιν εὐθυμίη. interdum verò rursus securo erat animo. Vbi quoque ἀθυμίη opponitur, quæ est desperatio & animi despontio. Et eadem repetuntur lib. 7. Epid. (pag. 1234 A.)

Εὔθυπνοι qui benè & facilè spirat, aphorism. 28. lib. 6. Epid. sectione secunda, εὔπνοος καὶ μετ᾽ οὐδενὸς αἰτιῶν exponitur Gal. benè & naturaliter spirans, eique δύσπνους opponitur.

Εὐθυωρείη rectitudinem, rectum tramitem, rectam viam significat & directionem. Erot. apud Hipp. εὐθυωρείας εὐθύτητα exponit rectitudinem, pro quo εὐθυωρείην quædam legunt exemplaria, Gal. autem comment. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 47. ver. 55 H. 385.48.) scribit ἰξὶν vocari Hipp. ὡς τὸ πολὺ μὲν τὴν εὐθυωρείαν, ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὴν τὴν φορὰν. vt plurimùm quidem rectitudinem, interdum verò ipsam quoque lationem. Apud Hipp. autem ἰθυωρίη non εὐθυωρίη passim legitur, vt lib. de fract. (pag 567. ver. 37. H. 772. A.) κατὰ τὴν ἰθυωρίην, è directo. Quem certè locum existimo ab Erot. subnotari.

Εὐκάρδιον εὐστόμαχον, stomacho gratum, exponit Gal. in Exeg apud Hipp.

Εὐκαταπόσκηπτον τρῶμα, vulnus quod probè decumbit, impingit, irruit, defertur, deuehitur, aut impetu fertur, probè nititur aut fulcitur. Lib. de fract. (pag. 567. ver. 41. H. 772. B.) Quod fit vbi membrum fractum aut vulneratum (vt tibia) benè collocatum rectè nititur, aut supra molle aliquod incumbit.

Εὐκατασχετώτερον quod firmius & melius continetur, lib. de fract. (pag. 558. 93. H. 766. C.) εὐκατασχετώτερον ἂν εἴη αἱ ἔξω τῷ σωλῆνι οὕτως hoc pacto firmius cum canali continebitur.

Εὐκίνητα τὰ σώματα, agilia & facilè mobilia corpora, aph. 17. lib. 3.

Εὔκρατος benè temperatus, qui proba temperie ex quatuor primorum corporum mixtione est præditus. εὐκράτους dici scribit Gal. com. in lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 31.10.) ὡς οὔτε σαρκώδεις, οὔτε ἀσάρκους, ἀλλ᾽ εὐσάρκους ὀνομάζουσι, eos qui neque carnosi, neque excarnes, sed quadrati dicuntur. Εὔκρατον etiam de eo dici quod medio exactè temperamento non sit, verùm in latitudine spectetur, scribit Galenus lib. 1. περὶ ὑγιεινῶν (p. 223.30.) εἰ δὲ τῷ δοκεῖ βίαιον εἶναι καὶ τὴν μὴ παντάπασιν ἀπηκριβωμένην εὐκρασίαν, ὅμως ἔτι καὶ αὐτὴν ὀνομάζεσθαι, ὥστε ἀναμνησάτω τῶν κατὰ τὸν βίον ἀπάντων ὀνομάτων. εὔκρατον οὖν τι καὶ πόμα φαμὲν εἶναι καὶ βαλανεῖον, οὐ μόνον ὅτι τὸ μὲν ἄλλῳ, τὸ δὲ ἄλλῳ τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὅτι πρὸς τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἐν πλάτει τοιοῦτον ὑπάρχει. Quòd si cui durum videatur eam quæ ad vnguem exactè non sit temperiem εὐκρασίας nomine censeri, is quæso reliquorum in vita nominum vsum ad memoriam reuocet. Potionem igitur & balneum εὔκρατον, hoc est, benè temperatum dicimus, non solùm cum hoc huic, alterum verò illi tale est, verùm cùm etiam ad eundem hominem in latitudine tale est.

Εὐκρασία

εὐκρινέως, distinctè, purè, syncerè, explicatè. De Medici veste dicitur lib. κατ' ἰητρ. (pag. 670. 49. H. 741. E.) quæ sit explicata, simplex, sincera, distincta & minimè replicata. Gal. etiam Com. 2. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 676. 25. H. 742. F.) εὐκρινέως διακεκριμένως καὶ διωρισμένως exponit, distinctè & discretè, & de deligatione dicitur, cùm omnes vinculi reuolutiones æquales habent in latitudine terminos, aut vbi plures vinculi reuolutiones eodem in loco aptè & conuenienter effectæ fuerint. Nam & εὐκρινέως ... explicat Gal. ibidem (pag. 675. 51.) εὐκρινέες κεφαλαὶ ἑλίξιος, explicata fasciarum inuolutarum capita, h. e. æqualiter in omnes partes extenta, neque alicubi explicata & expansa, alicubi replicata & inuoluta, vt exponit Gal. ibid. (pag. 683. 17. H. 744. B.) Sic εὐκρινέα στόματα dicuntur vterorum oscula conuenienter & distinctè explicata aut diducta, h. e. æqualiter hiantia & diducta, vt neque nimis patentia sint, neque nimium occlusa, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 598. 22.) εὐκρινέες νόσοι, morbi qui facilè soluuntur & boni sunt iudicij & securi, faciles, synceri. aph. 8. lib. 3. & lib. 2. Epid. (p. 997. E.) quibus δύσκριτοι opponuntur. Sic διαχώρημα οὐκ εὔκριτον alui recrementum non benè iudicans, neque bonam iudicationem denotans dicitur. Coac. 219. B.)

εὔκυκλος ἐπίδεσις, orbicularis & rotunda deligatio, quæ affectam partem ex toto in orbem, absque vlla inclinatione amplectitur. Lib. κατ' ἰητρ. (pag. 676. 3. H. 742. F.)

εὐλαβέεσθαι, cautè fugere, vitare, declinare, & ab aliquo abstinere τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι χρή, minores autem & grandiores fœtus cautè vitare oportet, aph. 1. lib. 4. εὐλαβεῖσθαι, φυλάττεσθαι, δεδοικέναι, cauere, vereri, exponit Hesych.

εὐλαὶ vermes dicuntur, & peculiariter qui in corpore ex vulnere aut vlcere nascuntur. Hom. Il. τ. (v. 26.) εὐλὰς ἐγγείνωνται, vermes gignant, dixit, in Patrocli interfecti vulneribus. Vbi Scholiastes εὐλὰς σκώληκας exponit, & παρὰ τὴν εἴλησιν dici existimat, quòd in vulnere se conuertant. Idem quoque in Il. χ. (v. 509.) αἰόλαι εὐλαὶ ἔδονται, varij vermes edent. εὐλαὶ σκώληκας exponit, additque dici παρὰ τὸ αἰολεῖσθαι ὅ ἐστι κινεῖσθαι. Hesych. εὐλαὶ σκώληκας exponit, & εὐλὰς dici scribit τοὺς ἐν τοῖς τραύμασι γινομένους σκώληκας. Idem quoque εὐλῶν σκωλήκων exponit, vt & Erot. apud Hipp. Ea autem dictione vtitur Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 622. 26.) vbi iubet τῶν εὐλέων τὰς κεφαλὰς τρίψαι, vermium qui in carne gignuntur capita terere, & secundam mulieris, ac alumen Ægyptium cum anseris pinguedine diluta, in vellere apponere ad conceptum. Et rursus ibid. v. 35.) εὐλὴν ἥτις ἔχει τὴν κέρκον λαβών, vermem ex carnibus qui caudam habeat cum origano diligenter trito, rosaceo subactum, ad os vteri apponit. Annotatur etiam ex Lexico Herod. εὐλέων σκωλήκων, apud quem lib. 4. de Pheretima Cyrenes regina scribitur quod viuens ἐξέζεσεν εὐλέων, vermibus scatebat. Etsi de quibus vermibus accipiatur hæc dictio valde est arbitrarium.

εὔλυτον quod facilè soluitur, aut solutu facile. Sic εὔλυτοι διαχωρήσιες, solutiores deiectiones, aut solutu faciles, liquidæ, quæ aquosis & syncteris adiunguntur, in Progn. (pag. 149. 53. H. 43. 10.) Eas ad copiam excretionum refert Gal. vt μὴ δὲ εὔλυτοι καὶ ὑδατώδεις διαχωρήσιες, signa sint morbi per suppurationem iudicium subituri. Vbi enim synceræ & aquosæ sunt deiectiones, ac solutu faciles, hoc est, copia respondentes & liquidæ, morbus per excretionē potius iudicatur quàm per ab cessum. Aliàs τὰς εὐλύτους, τὰς μετρίως ὑποχωρούσας, hoc est, moderatè subeuntes explicat Gal. εὔλυτοι igitur dicuntur solutu faciles, siue copia redundent, siue moderatæ sint. Eademque phrasis reperitur in Coac. (pag. 180. D.) Sic εὐλύτως οὖρα dicuntur vrinæ facilè prodeuntes, solutiores, solutu faciles, liquidæ & aquosæ, quę crassis & restitantibus opponuntur, siue copiam, siue moderationem spectes. In Coac. (pag. 190. G.) & (pag. 222. D.) εὔλυτον τὸ στόμα τῶν μητρέων, os vteri facilè solubile, & quod facilè aperiatur, lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 650. 41.)

εὐμενὴς beneuolum, lene, amicum. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 79. 57. H. 394. 4.) ὑποχονδρίοισί τε καὶ σπλάγχνοισι, καὶ τῇσι ταύτῃσιν εὐμενής. Præcordiis verò, & visceribus, & iis quæ ea regione continentur, beneuolum. De oxymelite mediocriter acri agitur. σπληνὶ καὶ ἥπατι προσηνέστατον ἐστι, exponit, Gal. lieni & hepati maximè est suaue & iucundum, quòd ea viscera suauiter & iucundè repurget. εὐμενής, ἀγαθόν, πρᾶον exponit Hesych. εὐμενὴς διάτασις extensio firmiter hærens, lib. de art. (pag. 604. 48. H. 799. H.) & rursus ibid. (v. 8. H. ibid. D.) (εὐμενέστερον γὰρ κόλλη προσκολλᾶται τὴν δέρην ἄκρην παρὰ τὸ ἀποκεκαυλισμένον τῆς γνάθου. firmius enim hæret extrema corij pars, ad maxillam, qua transuersa fracta est, agglutinata. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 605. 50.) εἰς οἷόν τε εὐμενές, quàm leniter fieri poterit, hoc est quàm iucundè & minima cum molestia.

Εὐνὴ cubile interdum significat apud Hipp. vt lib. de rat. vict. in morb. ac (p. 68. 54. H. 391. 38.) ὑπαίθριος παρὰ τὸ ἔθος, εὐνὴ σκληρότερη τὸ σῶμα, cubile sub dio præter solitum corpus induuat. Interdum etiam εὐνὴ τὴν συνουσίαν, coitum aut viri congressum indicat, teste Gal. in Exeg. vt lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 664. 55.) ἢ σφόδρα ἄχθεται τὴν εὐνὴν, & valdè ægrè fert coitum. Verùm Gal. exemplaria vitiosa sunt, quæ ἄχθεται τὸ ... εὐνὴν legunt.

Εὐνοῦχοι sunt Hipp. aph. 28. lib. 6. qui castrati Latinis dicuntur, & maximè propriè eunuchi vocantur quibus ante pubertatem membra virilia execta sunt, nec solùm testes, sed & totus coles ipse, aut qui naturaliter sine testibus sunt progeniti. Illi Hip. ætate quòd venereis non vterentur podagram non sentiebant. Εὐνουχωδέστατοι τῶν ἀνθρώπων dicuntur Scythæ Hipp. lib. de aër loc. & aq. (pag. 293. 54.) omnium hominum minimè ad coitum valentes, h. e. maximè effœminati aut castrati, & castratis omninò similes.

Εὔογκος iusta mole præditus, mediocriter intumescens, corpulentus, corporatus, in Prog. (. 138. 43. H. 40. 12.) εὔογκος κοιλίη, venter mediocriter intumescens, qui iustam molem & corpulentiam habeat, non autem sit extenuatus aut consumptus & tenuis. Vbi εὔογκον τῷ κατατετηκυίῃ opponit Gal. & εὔογκον κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν καὶ μὴ λεπτὴν exponit.

Εὐοδὸς facilis via & iter expeditum, & εὐοδία iter prosperum, aut prosper in via successus, aut etiam prosper rerum successus, & εὐοδία εὐπραξία exponitur Hesych. εὐοδός τέχνη dicitur Hipp. lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 23. 28.) ars facilis & peruia, ac fortè quæ prospero successu vtitur. τῶν δὲ ὁ χρόνος καὶ τὴν τέχνην εὔοδον κατέστησεν, horum verò tempus artem facilem & peruiam facit, h. e. horum artem & peritiam expeditam tempus reddit, temporis successu experientiam acquirunt, & in artis operibus prospero successu vtuntur. Sic hanc viam quam opinabili solùm artis sermone, non autem euidenti obseruatione instituunt Sophistæ ἀνοδίην vocat, h. e. iter inuium ἐν παραγγελίαις (p. 26. 2.) & ἀνοδίην χειρίζειν scribit, quod est iter inuium arripere, h. e. ingredi. Exemplaria tamen manu scripta apud Hip. lib. περὶ εὐσχημοσ. τέχνην εὐαλδέα legunt, h. e. artem fœlicem & cum profectu, aut prospero successu vtentem. (εὐαλδεῖ enim Hesyc. αὔξει exponit, & dicitur εὐαλδὴς quod fœliciter crescit & augetur, aut bonum incrementum capit.) Quædam etiam εὐαδέα, h. e. artem gratam & benè placentem, aut in qua fœliciter succedat. Sic εὐαδὴς exponitur Hesych. εὐάνεμος & εὐαδὴς εὔπνους, quod fœlici vento fertur. Quæ certè omnia arti tribui possunt, in qua euenta prosperè succedunt, ob summam artis experientiam.

Εὐοργητότερα exponitur Gal. in Exeg. apud Hip. εὐτροπώτερα, melius morata, ὀργαὶ γὰρ οἱ τρόποι, quòd ὀργαὶ mores significent. Sic εὐοργήτως, εὐ ... εὐτρόπως exponit Schol. apud Thucyd. lib. 1.

Εὔοχος δεσμὸς, vinculum firmum, validum quod benè gestet ac sustineat, h. e. firmiter & sine compressu teneat. vinculum gestabile dicitur, lib. de art (pag 615. 1. H. 808. E.) ἐν δεσμῷ εὐόχῳ μαλθακῷ, vinculo valido quidem ac gestabili sed molli. Vbi εὔοχος δεσμὸς exponit Gal. εὐοχοῦντα, h. e. βαστάζοντα καὶ συνέχοντα, quod benè portet, ferat ac sustineat, h. e. ἀσφαλῶς ἢ ἀθλίπτως, firmiter ac sine compressione. Sic εὐοχώτατον σχῆμα dicitur figuratio maximè commoda ad membrum continendum aut gestandum, habitus in quo citra molestiam & facilè membrum continetur, lib. de fract. (pag. 577. 10. H. 779. B.)

Εὐπαραγωγότερα ὀστέα ἐς κατάρτησιν, ossa agiliora ad coaptationem, quæ ad directionem facilius adducuntur, facilius tractantur, dicit Celsus, lib. de fract. (pag 536. 33. H. 755. E.)

Εὐπετέως, facilè, promptè, celeriter, sine labore, significat. Εὐπετέως φέρειν τὸ νόσημα, æger dicitur qui malum facilè tolerat, in Progn. (pag. 136. 56. H. 39. 41.) εὐφόρως ἔχειν exponitur Gal. Sic εὐπετέως φέρειν τὸ νόσημα ἢ δυσπετέως facilè & ægrè ferre morbum (ibid. pag 147. 6. H. 41. 47. 53. Et lib. περὶ χυμῶν (pag. 52. 15.) εὐπετέστερον τὸ νόσημα φέρειν, facilius morbum ferre, τὸν δὲ ταλαιπωρίην εὐπετέως φέρειν, καὶ ἄκοπον εἶναι. Defatigationem autem facilè sustinere, nec lassitudinem sentire, Prorrh. 2. (pag. 89. E.) In Coac. (pag. 196. E.) ἢν γὰρ εὐπετέως φέρει τὸ νόσημα, si namque morbum facilè ferat. Prorrh. 2. (pag. 96. G.) εὐπετέως περιεῖναι τὸ τρῶμα, & vulnus facilè perfecit. In Progn (pag. 143. 27 H 41. 15.) πτύελον χρὴ ταχέως τε ἀναπτύεσθαι καὶ εὐπετέως. Sputum celeriter ac facilè excreari oportet. Quod fit vbi neque dolor nimius affligit, neque vires adeò imbecilles sunt, vt in media coctione deficiant, aut etiam vbi sputum neque ita crassum est aut viscidum vt pulmonibus inhærens educi nequeat, aut neque ita liquidum, vt thoracis actionem eludat. Vbi G. εὐπετέως, ῥᾳδίως καὶ ἀπόνως, &c. facilè, promptè, sine labore exponit. Rursus (ibid. p. 144. 6. H. ibid. 18) τῷ εὐπετέως opponit Hip

τὸ πολλὴν βῆχα παρέχειν, quod multam tussim infert & laboriosam, & ἀνωδύνως exponit Galen. in Coac. (pag. 179. B.) πλύαλον δὲ χρὴ πάσι τοῖσι πλευριτικοῖσι καὶ περιπλευμονικοῖσι εὐπετέως τι καὶ ταχέως ἀναπλύεσθαι. Sputum auté in omnibus lateris doloribus & pulmonis inflammationibus facilè & celeriter expui oportet. Rursus ibid. 180. B. bonum esse dicitur, τὸ πτύαλον εὐπετέως ἀνάγειν, sputum facilè educere. In Progn. τὰ εὐπετέστερα προγινώσκεσθαι dicuntur, quæ faciliùs & promptiùs cognoscuntur, & propensiùs præsentiuntur. Sic enim Gal. εὐπετέστερα ῥᾷονα καὶ πρὸς τὴν διάγνωσιν ἑτοιμότερα exponit. Prorrh. 2. (p. 95. A.) εὐπετέστερα ἰᾶσθαι dicuntur, quæ facilius curantur, iisq; χαλεπώτερα ἰᾶσθαι opponuntur. Rursus (ibid. (pag. 85. A.) οὐκ εὐπετὲς γινώσκειν τὰ ἁμαρτήματα, non procliue est errata agnoscere. lib. περὶ ἐπιπλαμλῶν (pag. 256. 21.) αἱ μὲν κινήσιες εὐπετέστεραι καὶ πυκνότεραι, promptiores & crebriores emotiones. ἡ ἔξοδος εὐπετεστέρη, promptior ac facilior exitus, lib. περὶ ἐγκατατομῆς (pag 914 E.) εὐπετέστερα ἔχειν ἡ χολὴ, bilis facilius toleratur, lib. 1. de morb. (pag. 449. 6.) Et rursus ibid (pag. 456. 22.) τὸ εὐπετεστέρως τι ἀπαλλάσσειν ἢ δυσπετεστέρως, faciliorem aut difficiliorem curationem dicit. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 615. 40.) τὰ ῥεύματα εὐπετέστερα, promptiores ac faciliores fluxiones. Erot. apud Hip. εὐπετέστερον, ῥᾴτερον, facilius exponit. Quod legitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 641. 34.) εὐπετέστερον δὲ διάγουσι, faciliùs autem degunt. Et lib. 2. de morb. (pag. 470. 25.) ὅπως τὸ σίαλον εὐπετέστερον ἀποχρέμπτεται, quò saliua promptiùs ac faciliùs excreetur. Et lib. περὶ ἐπιπλαμλῶν (pag 256. 24.) αἱ γυναῖκες φέρουσι εὐπετέστερον τὰς γαστέρας, mulieres faciliùs vteros gestant. Est & εὐπέτεια Hipp. procliuitas, facilitas ἀργίαν, otium exponit Gal Com. 2. in lib. de nat. hum. (pag. 16. 30. H. 230. 37.) vbi corpus μαραίνεσθαι ἀρξάμενον καταρρέον πρὸς εὐπέτειαν dicitur, quod marcescere incipit & ad otium delabitur ac præcipitat, h e. inclinata est iam ætate nec amplius augetur aut increscit, sed tanquam victum & caducum in ruinam præceps festinat. Ibi enim πρὸς εὐπέτειαν καταρρέον, πρὸς ἀργίαν, ad otium delabens, dixit Gal. quòd ibidem πρὸς βίην χωρέειν, αὔξεσθαι, hoc est augeri & increscere sumatur, eique opponatur πρὸς εὐπέτειαν καταρρέειν, hoc est præcipitare aut in ruinam festinare, & ad exitium tendere. Erot. tamen εὐπετίην mihi legisse videtur, quam εὐχέρειαν exponit, verùm εὐπετείην malim.

Εὐπαγέες μῆτραι, vteri benè compacti, hoc est, crassiores & solidi ac densi lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 609. 11.) ἢν μὴ ἰσχυραὶ αἱ μῆτραι ἔωσι καὶ εὐπαγέες, nisi robusti fuerint vteri & benè compacti.

Εὔπνοια est spirandi facilitas, eam quæ secundum naturam & respirationem exponit Gal. com. 1. in Progn. (pag. 129 31. H. 58. 11.) his verbis: τὴν κατὰ φύσιν ἀναπνοὴν εὔπνοιαν εἴρηκεν, ἐνδεικνυμένην μήτε θώρακα, μήτε καρδίαν ἢ πνεύμονα, μήτε τὰς φρένας ὅλως μηδέν τι πάθος ἔχειν, ἀλλὰ μηδὲ τῶν συνημμένων αὐτοῖς μορίων τινά. Eam quæ secundum naturam est respirationem εὔπνοιαν appellauit, indicantem neque thoracem, neque cor & pulmonem, neque septum transuersum, sed neque vllas quæ ea contingant partes, dolorifico aliquo affectu detineri. Εὔπνοον τὸ λουτρὸν, balneum quod facilem spirationem facit dicitur, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag 85. 22. H 395. 33.)

Εὐπορίαν promptitudinem, facilitatem, expeditionem, exponit Gorth. apud Hipp.

Εὔρουν τὸ σῶμα, corpus fluidum aut fluxum, & meabile aph. 9. lib. 2. Quod his verbis exponit Gal. εὔρουν δ' ὡς εἴπομεν ἔσται, τῶν μὲν πόρων ἁπάντων ἀνεστομωθέντων, τῶν δ' ὑγρῶν τμηθέντων καὶ λεπτυνθέντων, εἴπου τι παχὺ καὶ γλίσχρον ὑγρὸν ἦ κατὰ τὸ σῶμα. fluidum autem, vti diximus, fiet, meatibus omnibus reclusis, humoribus incisis ac tenuatis, si forte crassus aliquis & lentus humor in corpore contineatur.

Εὐρυθμίη τῶν χειρέων, manuum concinnitas, aptitudo, agilitas & promptitudo, cùm chirurgus composite & expedite instrumentis ad artem accommodatis vtitur. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 24. 14.) πρὸς τὴν εὐρυθμίην τῶν χειρῶν, ad manuum concinnitatem. Est & εὐρυθμία in pulsu, cùm pulsus proprium cuique ætati, naturæ & temperamento rhythmum seruat, & εὔρυθμον σφυγμὸν facit, quem Galen. in singulis generibus explicat lib. 3. de caus. puls.

Εὐρύνειν, dilatare, rarefacere, aperire, ἀραιοῦσθαι exponit Gal. eique στενοχωρεῖσθαι opponit Hipp. πυκνοῦσθαι Gal. aph. 1. sect. 2. libr. 6. Epid. Est autem verbum Mangonib. & Gymnasticæ artis professoribus aptissimum, vbi corpora caloris ope rarefacienda sunt, aperienda & dilatanda, quæ crassa extenuare volunt. Prius enim densata corpora necesse erat calefactionibus vel aliis adminiculis rarefacere ac dilatare, quò melius ita præparata frictionibus exiccarentur.

Εὔσαρκος, carnosus, pinguis & qui gracili opponitur, vt apud Gal. libr. 6. Salub. cap. 10. vbi εὐσάρκους, παχεῖς, καὶ πιμελώδεις simul iungit & τοῖς λεπτοῖς opponit. Eadem etiam notione sumitur lib. de curandi rat per sang. missionem cap. 1. vbi [illegible] mulieres τοῖς ἰσχνοτέροις opponit. Sic [illegible] criter carnosos dicit Hipp. aph. 7. lib. 4. [illegible] ratus moderatus, mediocri corporis habitu præ[illegible] dicitur corpus quadratum vocat Celsus c. 1. libr. 2. Quam in significationem sumitur aph. 21. lib 5 & com. ad aph. 44 lib. 2. & lib. 1 Temperam. cap. 5 & lib. 2. cap. 5. & libr. 1 salub. cap. 5. Qui benè habito est corpore dicitur & σύμμετρος, qui media & benè composita est corporis habitudine, mediocri & nullis vitiis obnoxio temperamento.

Εὐσημίην bonam significationem indicat aph. 26. sect. 2. lib. 6. Epid. τὸ ἐναντία σημαῖνον τῇ εὐσημίῃ, bonæ significationi contraria denuncians. Sic enim ex Gal. legendum esse adscripsimus nostris in eum locum Annot. contra multorum exemplarium fidem.

Εὐσιτέειν est cupidè comedere & cibum assumere, aut benè appetere, aph. 31. libr. 2. προσφέρειν λαμβάνειν ex aph. 8. eiusdem libri exponit illic Gal. Sic εὐσιτοῦντες ὀρεγόμενοι eidem exponuntur cibum appetentes, aph. 32. lib. 2. vt ἐσθίοντες, οἱ [illegible] καὶ αἰρέοντες. Iidem verò εὔσιτοι dicuntur Coac. (pag. 135 E.) οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβανόμενοι εὔσιτοι, qui ex longa valetudine sese recolligentes cupidè comedunt, aut cibum appetunt.

Εὐσπλαγχνος qui robustis est visceribus dicitur Prorrh. 2. (pag. 85 C.) χρὴ δὲ τὸν ὑπὸ ὕδρωπος ἐχόμενον καὶ μέλλοντα περιέσεσθαι, εὔσπλαγχνόν τι εἶναι. Qui aqua inter cutem detentus est & seruari volet eum robustis esse visceribus conuenit. firmis visceribus dixit Celsus cap. 8. lib. 2. Rursus ibidem (pag. 95. B.) εἴδεα εὔσπλαγχνα corporum naturæ firmis visceribus præditæ dicuntur.

Εὐσταθέες νοῦσοι dicuntur Hipp. morbi constantes, certi, tempestiui, qui facilè consistunt, quieti & stabiles, quibus ἀκατάστατοι opponuntur, aph. 8. libr. 3. & lib. 2. Epid. (pag. 997. E.) Sunt autem constantes morbi, qui temporibus suis vniuersalibus præstitutum à natura ordinem seruant. καῦσοι πάνυ εὐσταθέες, febres ardentes valdè mites & blandæ, aut facillimè consistentes, quæ neque exactæ, neque vehementes essent, sed moderatæ, faciles & ad solutionem procliues. Sic enim illic Gal. ἐπιεικεῖς πάνυ καὶ ταχέως καθισταμένους, μετριωτέρους, καὶ λυθῆναι ῥᾳδίους exponit. Idem quoque τὰ εὐσταθέα significare scribit ἐν ἴσῳ τῷ μέτρῳ [illegible] οὐδὲν ὀλέθριον ἔχοντα, veluti in æquilibrio posita, & nihil periculi habentia. οὐκ εὐσταθὲς θέρος, æstas non stabilis dicitur, & quæ probè præstitutam sibi à natura temperiem non seruat, neque naturæ suæ constat, neque est legitima, aut propriam temperiem non bene moderatur, in his quæ adiecta sunt ad finem libri post. lib. 3. Epid. Hinc etiam εὐσταθίη, firmitatem, constantiam animi præsentiam significat. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 22. 24. 45) cùm Medicum meminisse vult εὐσταθίης τῆς ἐν ἑαυτῷ πρὸς τοὺς ὄχλους τοὺς ἐπιγινομένους, vt animi præsentiam adhibeat, ad tumultus compescendos qui ab ægris aut assidentibus exoriuntur.

Εὐσταλέως, succinctè, expeditè, compositè. Lib. κατ' ἰητρ. (pag. 67. 49. H. 741. D.) ἱμάτιον εὐσταλέως, de medici veste dicitur, quæ sit composita, succincta, benè instructa & decenter ornata, neque adstricta nimis, aut adducta, neque fluxa sit, sed expedita & collecta. Gal. εὐσταλέως ἀντὶ τοῦ περιεσταλμένως positum scribit, pro expedito, collecto & adstricto. Erotian. εὐσταλέως περισταλέως exponit, vt sumatur de veste compressa, contracta & arcta, aut etiam decenter composita & ornata. Lib. περὶ εὐσχημ. (pag. 25. 15.) εὐσταλέως πρήσσειν ἅπαντα, omnia succinctè & expeditè facere iubet. In Mochlico (pag. 841. H.) εὐσταλὴς δ' ἐὼν κατὰ τὸ μῆκος ἄρθρον κινέεται. longitudine succinctus femoris articulus, aut pro longitudine contractus, mouetur ad genu. εὐσταλὴν τὸ γόνυ, genu succincta aut expedita natura, decens atque compositus ornatus, quòd contractus sit, & femore magis collectum aut expeditum, ideoque facilius ac promptiùs quà cubiti gibbus reponitur, lib. de art. (pag. 660 50. H. 839. G.) εὐσταλέστερον τὸ σωμάτιον. expeditius corpusculum pueri dicit: & leuius, h. e. contractius & compactius, ac ad exitum facilius considens & detumescens. Lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 261. 10.) εὐσταλέστατα περιβάλλειν, maximè contracta & collecta, aut succinctissima ac expeditissima linea articulis obuoluenda est, qua parte inflectuntur, scribitur ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag. 680. 4. H. 743. F.) Vbi Gal. in angustum collecta & contracta exponit, iisque explicata opponuntur. τὸ ἄρθρον τοῦ μηροῦ εὐσταλέστερον, femoris articulus expeditior, h. e. tenuior & contractior, dicitur lib. de fract. (pag. 573. 4. H. 775. H.) vbi εὐσταλέστερον, ἔλασσον τὸν ὄγκον, magnitudine minus exponit Gal. hoc est, magis succinctum, expeditum, compositum & contractum. Hesych. εὐσταλεῖς καλῶς ἐσταλμένους exponit, eidemque εὐσταλὴς καλῶς κοσμούμενος dicitur.

εὐχετὰ, quæ benè sunt retenta, detenta, figurata, excepta, libr. κατ' ἰητρ. (pag. 696. 9. H. 746. C.) vbi εὔχετα καλῶς ἀναλαμβάνειν exponit Gal. benè excepta atque appensa, & de iis accipi vult, quæ ἀποδέχεσθαι καλῶς δύναται, μὴ δὲ πεσεῖν, h. e. excipi ac detineri possunt, non autem deponi.

εὐσχημοσύνη elegantiam, venustatem & decoram personam, quam sibi imponit Medicus, significat, ornatum decentem dixit Cornar. moderationem Scaliger, probitatem & honestatem Caluus & Fuchsius, elegantiam Zuingg. appositissimè, eamque dictionem pluribus explicat. Est autem animi habitus, vel à natura insitus, vel arte & exercitatione comparatus, cùm artis suæ, quam sibi longo præceptionum vsu confirmauit, dignitatem & authoritatem morum honestate & probitate, omnisque philosophiæ & melioris literaturæ cognitione veluti conditam exornat, indeque sibi gratiam, existimationem & celebritatem apud omnes conciliat. Hanc εὐσχημοσύνην in Medico commendat Hip. libro propriè ad id dicato, quo videtur speciosum quendam ac decenter compositum medici ornatum & habitum instruere. Eam lib. περὶ ἰητροῦ προστασίην vocat, præfecturam quandam medicam, & εὐπρεπίην ἐν παραγγελίαις, eique ἀσχημοσύνην passim opponit, inelegantiam & indecentiam quandam. εὐσχημοσύνη ἐν παραγγελίαις (pag. 27. 9.) sumi videtur pro existimatione & gloria, quæ ob virtutem & eruditionem viro bono & philosopho est proposita.

εὐταμίευτος διάτασις, extensio quæ facilè procuratur, aut dispensatur, h.e. facilè promitur aut reconditur, est expedita, facilis, aut facilè parabilis, & quæ medici arbitrio temperatur, lib. de art. (pag. 604. 48. H. 799. H.) Sic τὴν διόρθωσιν δικαίην, ἅμα δὲ εὐταμίευτον, iustam directionem simulque expeditam vocat, ib. (pag. 608. 41. H. 803. G.) Ac rursus (ibid. p. 621. 44. H. 814. A.) εὐταμίευτοι ἀνάγκαι, vis expedita, accommodata, & quæ facilè parari queat.

εὔτονον, firmum ac robustum. εὔτονα τὰ σώματα, firma ac robusta corpora, aph. 17. lib. 3 εὐτόνους, ἰσχυρούς, ἐλαφρούς exponit Hesych. Gal. lib. 2. Salub. (pag. 240. 57.) εὔτονον γυμνάσιον dici scribit, τὸ βιαίως ἄνευ τάχους ἐπιτελούμενον, quod violenter sine velocitate exercetur, valens & robustum. Et σφοδρὸν συνθετον ἐξ εὐτόνου τε καὶ ταχέος, vehementem exercitationem ex robusta & celeri compositam (p. 241. 53.)

εὐτραπελίη, comitas, vrbanitas, humanitas, facilitas, & cui τὸ αὐστηρὸν opponitur libr. περὶ εὐσχημ. (pag. 24. 3.) acerbitas, austeritas & morositas, vt sit εὐτραπελίη affabilitas, popularitas, aut familiaritas, quam requirit in Medico Hipp.

εὐτρεπίζειν, apparare, instruere, præparare, commodè apparare, εὐτρεπίζειν. εὐτρεπίζειν στόμα, ora vteri commodè apparare, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 598. 21.) & ἢν εὐτρεπισθῶσιν αἱ ὑστέραι, vbi vteri commodè apparati aut præparati fuerint ibid. (pag. 596. 51.) Lib. περὶ ὀστέων (pag. 268. 36.) pro vergere sumi videtur, aut inclinando ac vergendo adornare, instruere aut accommodare. ἐκεῖνο ἀπιστεῖν ἡμῖν περὶ τοῦ ποτοῦ εἰ εὐτρεπίζει τὴν σύριγγα τῷ ἀνθρώπῳ. Neque igitur de potu fides nobis non adhibenda, quòd homini in fistulam aut guttur vergat, hoc est, quòd homini fistulam instruat, vt in eam incidat.

εὐτυχίη fœlix & prospera fortuna. εὐτυχίη καὶ ἀτυχίη in morbis curandis lib. περὶ τέχνης (pag. 3. 41. 42.) Mali medici τύχης δεόμενοι, fortunæ mancipia eiusque indigi, qui quoniam artis & virtutis expertes sunt, bona fortuna & prospera indigent, ἐν παραγγελίαις (pag. 27. 12.) Artem namque bona fortuna, inertiam mala sequitur, libr. περὶ τέχνης.

Εὐφόρως φέρειν, leuiter & facilè ferre, quod dicitur Hip. de his euacuationibus, quæ tantum abest naturam vt infestent, plurimùm etiam vt leuent, benè & leuiter ferant ægri, aph. 2. lib. 1. & cui δυσφόρως φέρειν, difficulter aut ægrè ferre & grauiter opponitur, aph. 25. lib. 1. & 3. lib. 4. Lib. 4. Ep. (1136. B.) καὶ δυσφορεῖ ἐς τὸ εὐφόρως φέρουσι, & quæ implaciditatem faciunt facilè ferant. Et aph. 10. sect. 4. lib. 6. Epid. καὶ εὐφόρως φέρουσι, & facilè aut placidè ferunt. εὐφόρως φέρειν, εὐκόλως exponit Mosch. & ferre εὐκόλως dixit M. Tullius lib. 13. Epist. ad Att. εὔφοροι πόνοι tolerata faciles dolores, in Prorrh. (pag. 207. 23. H. 77. B.) quod εὔφορον dicitur Coac. (pag. 159. D.) conducibile, quia si inferiores partes petant, μεγάλας ὀνήσιας ὅλῳ τῷ νοσήματι ἐμβάλλουσι, magnopere ad morbum conferent, vt scribit Gal. εὐφορίη γαστρὸς, ventris tolerantia, cùm venter perturbationes, aut infernas purgationes facilè fert & benè tolerat, qualis est venter crassus, benè habitus & corporatus, aph. 6. sect. 7. lib. 6. Epid.

εὐφρόνη nox, non solùm poëtis sed & aliis scriptoribus vsurpatur. Sic autem dicta videtur antiquis (vt scribit Plutarch. lib. περὶ πολυπραγμοσύνης, quòd multum conferre putarent πρὸς εὕρεσιν τῶν ζητουμένων καὶ σύνεσιν τῶν ἐπ' ἐκείνης καὶ τὸ διασκέπτεσθαι. Et si idem alias adfert rationes symp. lib. 7. quæst. 9. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 587. 50.) πρὸς τὸ στόμα τῆς ὑστερίης ἐᾶν προσκεῖσθαι ἡμέρας καὶ εὐφρόνην, ad os vterorum appositam [scilicet partem] per diem & noctem sinere. Sic sæpè ἡμέρας καὶ εὐφρόνην iungit Hip. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 605. 57. 43. 46.) & (pag. 632. 44.) Rursus eodem lib. (pag. 588. 40.) δύο ἡμέρας καὶ δύο εὐφρόνας, per duos dies & duas noctes. Quem locum subindicans Erot. εὐφρόνας τὰς νύκτας exponit. Quæ dictio etiam Herot. vsurpatur.

Εὐφυὴς est apposita & habilis natura. εὐφυὲς τὸ γόνυ, genu commoda & apposita natura ac facilis, lib. de art. (pag. 660. 50. H. 839. G.) quòd faciliùs quàm cubiti gibbus reponatur, aut quòd facilè distendatur, aut contrahatur, aut moueatur.

Εὐχαριστίη gratitudo qua homines demeremur aut gratia, ἐν παραγγελίαις (pag. 28. 11.)

Εὔχερὲς, promptum, procliue, propensum, facile, expeditum. In Prorrh. (pag. 209. 25. H. 77. F.) αἱ ἐν ὑστερικοῖς σπασμοὶ εὐχερέες, Quæ vteri suffocationibus sunt opportunæ, ad conuulsiones propensæ sunt. Vbi Gal. scribit, τὸ εὐχερὲς ὄνομα τῆς ἀμφιβόλων ἐστὶν ἴδιον ἐφ' ἑαυτοῦ. δύναται γοῦν τις ἀκούειν ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ εὔλογον τῆς φύσεως τῆς ἐπὶ ὑστερικαῖς παθήμασι γινομένης σπασμῶν. δύναται δὲ καὶ τὸ ἀκίνδυνον αὐτοῦ εἰρῆσθαι. ὥστε αὐτὸ μὲν ἡ λέξις οὐδὲν διδάσκει, καθάπερ οὐδ' ἄλλος τις λόγος ἀμφίβολος. εὐχερὲς nomen quantum in se est ex ambiguis existit. Licet igitur ex eo intelligere rationi consentaneam in hystericis affectibus conuulsionum generationem: Potest etiam dici eas periculo vacare. Quare hæc quidem dictio nihil nos docet, sicut neque alius ambiguus sermo. Eadem verò phrasis repetitur Coac. (pag. 173. A.)

Εὐχροίη προσώπου, benè colorata facies, floridus faciei color, in Coac. 127. A.)

Εὐχύλως cum bonitate succi significat lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 598. 28.) vbi benigni humoris copia ita temperari vteros iubet Hipp. vt præpingues potiùs quàm graciles reddantur.

εὐώδης pro vino odore grato & suaui ac generoso sumitur apud Hip. & ὁ οἶνος subauditur, Libr. 5. Epid.) pag 1157. D.) καὶ μέθυε εὐώδεος, & ex vini suauis aut generosi ebrietate.

εὐωχεῖσθαι est liberaliter epulari. qua voce vtitur Hip. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 592. 27.) καὶ εὐωχῆται. & liberaliter epuletur, aut liberalius enutriatur. Ac rursus ibid. (v. 31.) ἀπὸ εὐωχιῶν, vt quæ largius epuletur.

§ Ἔφεδρον est sella firmior & sedile stabile. ἑδραῖόν τι apud Hip. li. de fract. (pag. 541. 33. H. 757. E.) aliquid stabile exponit Gal. eiusmodi quid stabile aut firmum in quo quis firmiter desidere possit. Sic lib. 2. de Morb (pag. 476. 45.) purulentum ἐπὶ ἑδραίου δίφρου, ἐπὶ ὃ σείσεται, καθίσας, in sella firma aut sedili stabili locatum, ad concussionem accommodat. Lib. verò 3. (pag. 496. 9.) ἐπὶ ἕδρης ἀκινήτου καθίσας, in firma sella locatum statuit. ἐφεδρεία verò Gal. initio lib. de cogn. curandisque animi morb. τὴν παραφυλακὴν, ἢ τὴν ἐξέτασιν, ἢ τὴν ἐπανόρθωσιν significat, obseruationem, diiudicationem, aut correctionem.

Ἐφηλὶς cutis faciei asperitas quædam & durities ex ardore solis aut inflammatione ortum ducens, de qua agit Celsus cap. 5. libr. 6. discolorem à sole cutem aut adustam, & vitia cutis in facie, apud Diosc. quidam vertunt. Celsus cap. 8. lib. 1. ἐφηλίδας παντοῖα χρώματα ἴσχουσαι, ex Prorr. 2. (pag. 105. C.) maculas quasdam omnium colorum, vertit, nos faciei vitia omni colorum genere distincta (ephelidas vocant) vertimus. Ἐφηλὶς Hesych. exponitur παθος ἐπὶ προσώπου τραχύτητος, vitium faciei asperæ. Var. verò, ἡ ἐκ τοῦ ἡλίου ἐπὶ τοῦ σώματος γινομένη ἔκκαυσις καὶ μελανσις, faciei à sole exustio aut nigredo. Polluci autem, ὑπομέλανες ἐν προσώπῳ ἐπιδρομαὶ ἀφανίζουσαι τὸ κατὰ φύσιν χρῶμα. sublivida in facie excursio, naturalem delens colorem. Ἐφηλὶς καὶ φακὸς sunt Actuar. οἷά τινα σπίλωματα περὶ τὸ πρόσωπον, ἀλλοιόχροα πρὸς τὸ λοιπὸν τοῦ προσώπου χρῶμα. quidam veluti faciei maculæ, quæ diuersum à reliqua faciei colorem habent. Ἐφηλὶς celebratur Hip. lib. περὶ τροφῆς (pag. 381. 34.) vbi lentiginem non rectè vertunt interpretes. Ad ἐφηλίδας etiam medicamentum adscribitur lib. 2. περὶ γυναικ.) pag. 667. 4.) Et lib. περὶ ἀφόρων (pag. 677. 15.) prægnantes mulieres ἐφήλιν προσώπου habere scribit.

Ἐφήμεροι πυρετοὶ, febres diariæ, quarum tota constitutio vnica accessione horarum quatuor & viginti circunscribitur. Gal. com. ad aph. 55. lib. 4 ἐφήμεροι πυρετοὶ πάντες πρὸς αὐτῶν καλοῦνται, ὅσοι κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ἡμέρᾳ γίγνονται. i.e. febres diariæ ab eo vocantur, quæ sua natura diem vnum durant. Sic Actuario ἐφήμεροι dicuntur, ὅτι ἐπὶ μιᾷ τὸ πλεῖον ἡμέρᾳ λυόμενοι, quòd vno ferè die soluantur. Harum meminit Hip aph. 55. libr. 4. & libr 2. Epid. (p. 1025. B.) Diariarum verò febrium causas, signa, & notationem pere ex Galeno libr. de diff. feb. & lib. ad Glauc. & Cor h.

Ἑψῆσαι excoctionem & elixationem significat aut colliquationem quæ fit ob nimiam humiditatem, non autem siccitatem.

vt fit in carnibus elixis quæ nimia redundante humiditate excoctæ sunt & exuctæ. Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 170. 42. 392. 18.) nimium somnum scribit διαλύειν τὸ σῶμα καὶ ἑφθότητα καὶ καρηβαρίαν ἐμποιέειν, corpus dissoluere, & excoctionem ac capitis grauitatem inducere. vbi Gal. ἑφθότητα νωθρότητα τοῦ σώματος corporis tarditatem exponit, & τὴν ἔκλυσιν τοῦ τόνου, virium corporis dissolutionem significare scribit, quasi quandam corporis elixationem ab humido calore inductam. Sic ἑφθοὶ dicuntur lib. 4. Epid. (pag. 1125. E.) qui febribus laborabant, quæ ob nimiam humiditatis redundantiam corpus exolutum ac velut excoctum redderent.

Ἐφίδρωσις apud Hip. tenuem quendam sudorem ex toto corpore obortum, paucum & inutilem significat, aut eum qui ex superioribus partibus circa frontem, iugulum & thoracem effluit, earumque partium grauitatem, aut retentricis facultatis imbecillitatem indicat. Neque tamen cùm crebertimè hæc dictio vsurpetur Hipp. apud eum satis distincta videtur eius notatio, vt satis ex Gal. cuius patere potest. Is enim scribit com. 1. in Prorrh. (pag. 173. 20. H. 67. G.) τὸ δ' ἐφιδρῶσαι, ἐπειδὴ ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῖς κατὰ κεφαλὴν, ἢ θώρακα χωρίοις ἱδρώτων γινομένων εἴωθεν λέγειν. ἐνίοτε δὲ ἐπὶ τῶν δι' ὅλου μὲν τοῦ σώματος, ἀλλ' ὀλίγων. ὁπότερον δ' ἂν εἴη νῦν εἰρημένον, οὐκ ἀγαθὸν ἐπισημεῖον. οἱ μὲν γὰρ δι' ὅλου τοῦ σώματος ἱδρῶτες ἐπ' ὀλίγον οὕτω γινόμενοι, δι' ὅτι μὴ λύουσι τὴν καθ' ὑποχόνδριον φλέγωσιν, οὐκ ἀγαθοί. οἱ δ' ἐν τοῖς ἄνω μέρεσιν, ἐπειδὴ κατὰ δηλοῦσι γίνονται πρῶτον, ἢ ἀρρωστίας τῆς δυνάμεως, ἢ βαρουμένης ὑπὸ πλήθους. Illud autem ἐφιδρῶσαι (quod est si tenuiter exudent) cùm interdum soleat efferre de sudoribus, qui ex locis circa caput & thoracem oriuntur, interdum etiam de his qui ex toto corpore, sed pauci effluunt: vtrum nunc dixerit, signum bonum non est. Qui enim ex toto corpore pauci ita oboriuntur sudores, quòd flammeum illum in præcordiis ardorem non soluunt, boni æstimandi non sunt. Neque verò qui in superioribus partibus fiunt, cùm duobus modis oriantur, nempe vel imbecilla facultate aut copia grauata. Rursus com. 2. in Prorrh. (pag. 183. 46. H. 70. F.) ἐφιδρώσεις δὲ τοῖς προσελθοῦσι, βεβαιοτέραν ἐργάζονται τὴν πρόγνωσιν. ἐάν τε γὰρ ὀλίγοι ἱδρῶτα καθ' ὅλον τοῦ σώματος γινόμενον ὑπὸ τοῦ ἐφιδρώσεως ὀνομάσῃς ἐν λυθῆναι νομισμένων, οὐκ ἀγαθὸν τὸ σημεῖον. ἐχρῆν γὰρ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ εἰ μὴ τὸ τῆς ὀσφύος ἄλγημα, τό γε ἀναλδὲς καῦμα λυθῆναι. ἐάν τε περὶ θώρακα καὶ κεφαλὴν ἱδρῶτας γινομένους, ἐπιδεομένη ἔτι διαγνώσεως ἤτοι μοχθηροὶ, δυνάμεως ἀρρωστίαν, ἢ πλῆθος ἐν τοῖς τοιούτοις μορίοις ἐνδεικνύμενοι. His autem accedens ἐφίδρωσις, certiorem efficit præcognitionem. Siue enim ἐφιδρώσεως nomine paucum sudorem toto corpore obortum denotari intellexerimus, in bonis signis nō est. (Ab eo namque si non lumborum dolor, at certè ardor ille cum anxietate, solui debuerat.) Siue sudores eos qui circa thoracem & caput fiunt sumpserimus, didicimus eos in totum malos esse, cùm facultatis imbecillitatem, aut earum partium copiam indicent. Ac rursus eod. comm. (pag. 198. 19. H. 74. E.) εἶπε ἐπὶ τῷ τέλει προσελθὼν ἐφίδρωσιν, ὃ καὶ αὐτὸ πάλιν ὅλου τοῦ σώματος ὀλίγον ἱδρῶτα, καθάπερ νοεῖσθαι δυνατὸν δηλοῖ, ἢ τὸν περὶ θώρακα καὶ κεφαλὴν μόνην. deinde in fine addens ἐφίδρωσιν quæ & ipsa rursus totius corporis exiguum sudorem, velut madorem denotare potest, aut eum qui circa thoracem & caput solum exoritur.) Idem quoque com. 3. in eundem lib. (pag. 211. 8. H. 78. C.) ἐφίδρωσιν δὲ πολλάκις μὲν ἤδη κατὰ τὸ βιβλίον ἔγραψεν, εἰδέναι δὲ χρὴ οὕτως ὡς γνῶναι, πότερον τὴν περὶ θώρακα καὶ κεφαλὴν γινομένην ἱδρώτων ἐπιφάνειαν οὕτως ὀνομάζει, ἢ καὶ τὴν δι' ὅλου τοῦ σώματος, ὅταν ὀλίγοι τε καὶ μηδὲν ὠφελοῦντες γίνονται. μοχθηρὸν μὲν οὖν ἑκάτερον αὐτῶν ἐστι, μοχθηρότερον δὲ ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι γίνεται. σημαίνουσα γὰρ ἀπάσης ἐφιδρώσεως, ἤτοι πλῆθος ἐν τοῖς ἐφιδροῦσι μορίοις, ἢ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἀρρωστίαν, ὁπότερον ἂν ᾖ τούτων, ἐν τοῖς περὶ θώρακα καὶ κεφαλὴν τόποις μοχθηρότερον ἐστι σημεῖον, ἢ κατ' ἄλλο τι μέρος γινόμενον. Iam verò sæpius hoc in libro ἐφίδρωσιν scripsit, nusquam tamen tam apertè vt noscere queas, num apparentes circa thoracem & caput sudores ita appellet, num etiam eos qui ex toto corpore pauci & nihil conferentes oboriuntur. Cùm igitur prauum vtrunque existat, deterius certè quod in superioribus partibus contingit. ἐφίδρωσις namque omnis cùm multitudinem in exudantibus partibus indicet, vel facultatis retentricis imbecillitatem, vtruncunque eorum contingat, in locis circa thoracem & caput deteriorem habet significationem, quam quauis alia parte corporis. At verò multis locis apud Hip. ἐφίδρωσις tenuem sudorem qui circa frontem, iugulum, thoracem, caput, nasum & mentum apparet, languentesque vires suspectat, subindicat, vt lib. 1. Epid. (pag. 371. 23. H. 954. D.) σμικρὰ ἐφιδρῶντες περὶ μέτωπον καὶ κληῖδας, cum paruo tenuique sudore circa frontem & clauiculas oborto. Vbi etiam sudor qui toto corpore emanat ei opponitur, & δι' ὅλου vocatur. In Sil. lib. 1. Epid. ἕκτῃ περὶ κεφαλὴν μικρὰ ἐφίδρωσις, sexto die circa caput tenuis sudor erupit. Et ægr. 5. lib. 3. Epid. ἐφίδρωσε περὶ κεφαλὴν καὶ κληῖδας, circa caput & iugulum tenuiter exudauit. In Prorr. (pag. 182. 54. H. 70. C.) οἱ ἐφιδροῦντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν, exudantes ægri & quibus sudores maximè circa caput oboriuntur. Rursusque (pag. 207. 27. H. 77 B.) οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδροῦντες, in febribus tenuiter exudantes. Et (pag. 218. 8. H. 82. A.) ἆρά γε ἐφιδρῶσι τὰ ἄνω. num partibus superioribus tenues sudores exoriuntur? οἱ ἐφιδροῦντες πολλῷ, sæpe multumque pauco ac tenui sudore exudantes. In Coac. (pag. 119. D.) Et rursus (pag. 219. E.) ἐφιδροῦν ψυχροῖς tenuibus & frigidis sudoribus diffluentibus. Sic aph. 5. sect. 7. lib. 6. Epid. οὐκ ἐφιδρώσαν μέτωπον, tenuem circa frontem sudorem non habuerunt. Gal. quoque com. 1. in Prorrh. (p. 170. 50. H. 67. E.) τὸ δ' ἐφ' ἱδρῶσι, δηλοῖ μὲν ἱδρῶτας γίνεσθαι περὶ τὴν κεφαλὴν, σημαίνοντας ἐνταῦθα ὑπὸ πλήθους ἐνοχλεῖσθαι. Illud autem ἐφ' ἱδρῶσι, sudores quidem circa caput obortos indicat, qui ipsum copia conflictari significant. Vbi nil refert num ἐφ' ἱδρῶσι, an verò ἐφιδρῶσι legatur, vt nec sæpiùs aliàs eodem in libro. Est & ἐφίδρωσις Aret. cap. 4. lib. 2. περὶ ὀξ. νοσ. περὶ μέτωπα καὶ κληῖδας, mador circa frontem & iugulum. ἐφιδροῦν quoque superuenientem sudorem eumque criticum & ad iudicationem comparatum interdum designat, non eum tamen qui circa thoracem aut caput effunditur. In Prorrh. (pag. 206. 15. H. 76. E.) καὶ αὐτῇ φρίξασα ἐφίδρωσε. de muliere quæ postquam inhorruerat, suborto sudore iudicatione est absoluta. Sic ἐφιδροῦντες ἀναθερμαινόμενοι, suborto sudore recalescentes, in Co. (pag. 122. E.) & (pag. 136. G.) ἐφιδροῦσι, de his qui superueniente sudore iudicatorio febribus ardentibus liberantur, effertur.

Ἐφίστασθαι est superstare, in superficie consistere, in summo insidere, extare, innatare, supernatare, ἐφίστασθαι ἐπ' ἄνω τοῦ οὔρου, in vrinæ superficie insidere, aph. 34. lib. 7. & dicitur de his quæ in vrinæ summo superstant, velut adeps & pinguedo, aph. 35. lib. 7. & Progn. (pag. 142. 9. H. 40. 52.) λιπαρότητες ἄνω ἐφιστάμεναι ἀραχνοειδέες, pinguedines aranearum telis similes superinnatantes, & colliquationem significantes. lib. 4. Epid. (pag. 1123. B.) ὡς πιμελώδες ἐφίστατο, velut adipale quiddam in summo extabat. Ἐφίστασθαι etiam de deiectionibus dicitur quæ consistunt, cohibentur, nec nisi vi, aut adhibita opera, deiiciuntur. In Prorrh. (pag. 201. 19. H. 75. B.) ἐκ τουτέων ἄχολα ἐφίσταται, deinde quæ biliosa non sunt cohibeantur, consistant. Gal. ἐφίσταται legit & exponit: καὶ πρὸς αὐτὰ ἐκεῖνα μόγις χαλᾶται, τουτέστι μετὰ τοῦ φαρμακοποθῆναι ἤ τι τοῦ ἰατροῦ, ac vi adhibita, & vix quidem demittuntur, hoc est, non sine medici industria.

Ἔφλυζον, ἐχαλάσθησαν, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. laxati sunt.

Ἔφοδοι sunt meatus, transitus, & viæ per quas corporis recrementa deponuntur, aut vacuantur, aph. 25. sect. 2. libr. 6. Epid. τὰς ἐφόδους ἀνασομοῦσθαι, οἷον ῥῖνας, καὶ τὰς ἄλλας ὧν δεῖ. Meatus recludendi sunt, vt nares, atque alij quibus opus est. Vbi τὰς ἐφόδους exponit Gal. τοὺς ἐκκριτικοὺς πάντας πόρους τῶν περιττωμάτων, excretorios omnes superuacaneorum meatus. Est & ἔφοδος incursio hostilis, accessus, aut aduentus, & eleganti translatione de dierum criticorum circuitu & periodo dicitur Hipp. in Progn. (pag. 154. 26. H. 44. 3.) ἡ μὲν οὖν πρώτη ἔφοδος αὐτέων οὕτω τελευτᾷ. Itaque primus eorum insultus ad hunc modum definit. Vbi scribit Gal. πολλάκις εἰρημένην εὑρήσεις παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἔφοδον πολεμίων ἢ λῃστῶν, ἀφ' ἧς νῦν οὕτως Ἱπποκράτης μετήνεγκε τὴν προσηγορίαν ἐπὶ τὰς τῶν κρισίμων ἡμερῶν περιόδους. Inuenies plærunque dici apud Græcos hostium aut latronum ἔφοδον, hoc est, insultum aut incursum, ex quo nunc transtulit Hippocrates appellationem ad dierum iudicatoriorum circuitus. Ἔφοδοι φύσεως sunt naturæ viæ, ac veluti motiones atque impetus ad obeundas naturæ functiones, aut appetitiones naturales, quibus ad agendum aut mouendum impellimur. aph. 2. sect. 5. lib. 6. Epid. ἀνευρίσκει ἡ φύσις αὐτῇ ἑωυτῇ τὰς ἐφόδους, οὐκ ἐκ διανοίης. Natura ipsa sibi per se, non ex consilio, motiones ad actiones obeundas inuenit. Vbi scribit Gal. ἐφόδους ὀνόμασε φύσεως, ὡς εἰ καὶ ὁδοὺς, ἢ ὁρμὰς ἐπὶ τὰς ἐνεργείας εἶπεν, οὐχ ὡς ἡμεῖς διανοούμενοί τι καὶ προαιρούμενοι πράττομεν οὕτως γινομένας. ἐφόδους naturæ vocat, quasi vias ac motiones ad obeundas actiones dixisset, quæ non à consilio aut voluntate proficiscuntur, vt fit in his quæ agimus. ἔφοδος ἐναργής, euidens obseruatio aut aggressio ex singularibus rebus & sub sensum cadentibus, ἐν παραγγελίαις (pag. 26. 10.) εἰ δὲ μὴ ἐξ ἐναργέος ἐφόδου, ἐκ δὲ πιθανῆς ἀναπλάσιος λόγου, quod si non ex euidenti obseruatione, sed ex probabili rationis figmento procedat. τῇ ἐφόδῳ τὴν πιθανὴν ἀνάπλασιν λόγου opponens. Ἔφοδοι Hippocrati sæpè dicuntur lib. 1. περὶ διαίτης (vt pag. 349. 22. 39. & ibi.) rerum similium vel dissimilium accessiones, quæ corporis temperaturam aut iuuant aut lædunt, vt ignis & aquæ ἔφοδοι, ἐπιφορὴ & καταστάσεις eidem dicuntur etiam postea, quibus

ἐπιχωρήσιος

ὑποχωρήσιες & ἐπαναλήψιες opponuntur, recessus & sublationes. Ἔφοδος exponitur Hesych. ὁρμή, ἄφιξις, ἐπιδρομή, παρουσία, βλάβη. impetus, aduentus, incursio, accessus, noxa.

Ἐφυγραίνεσθαι, humescere, madefieri. ἐφυγραινόμεναι κοιλίαι, alui humescentes, fusæ fluentes, lubricæ, solutæ, citæ ac fluidæ, libr. 1. Epid (pag. 365. 5. H. 948. A.) vt & aliàs sæpe.

¶ Ἔχειν quidem est habere, interdum αὐτὶ τοῦ σημαίνειν, pro significare, ponitur apud Hipp. qui causarum vocibus pro signis nonnunquam vti consueuit. lib. de rat. vict. in morb. ac (p. 76. 38. H. 393. 9.) τὰ δὲ τοιαῦτα διαχωρήματα ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα. Deiectiones autem huiusmodi & alias quidem graues habent offensas. Vbi ἔχει ἀντὶ τοῦ σημαίνει positum videtur. Sic enim scribit Gal. ... Est autem ei vsitatum plærunque de signis, causarum & malè affectorum corporum voces vsurpare. Huiusmodi igitur deiectiones melius significare dixisset, verùm habere dixit: quamuis affecta quidem corpora læsiones habeant, causæ faciant, & signa indicent. Et rursus paulò pòst: ... Verùm Hip. vt dixi, consueuit interdum vocibus causas indicantibus, pro signis, vti.

Ἔχειν etiam pro ἐν γαστρὶ ἔχειν videtur positum apud Hip. vterum gestare, grauidam esse aut prægnantem, aut fœtum concipere. lib. 4. Epid. (p. 1128. G.) οὐκ εἰδυῖα εἰ ἔχει, cùm nesciret an vterum gestaret, aut grauida esset. Et rursus (ibid. H.) αὕτη εἶχε ταχέως καὶ ἀπεφθείρεν. Hæc celeriter fœtum concipiebat & perdebat.

Ἔχειν ἑωυτῷ, pro sibi constare aut suæ mentis esse, ponitur, l. b. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (pag. 559. 23.) οὐκ ἔχει ἑωυτῷ, sibi non constat, mentis compos non est.

Ἔχειν etiam idem significare videtur apud Hip. & ἔχει pro ἐστὶ positum, lib. 2. Epid. (pag. 1053. G.) καὶ μέγεθος ἔχει, tuncque magnitudinem habet, aut perfectionem accipit. Et rursus (ibid.) φλέψ ἔχει παχεῖα ἐν ἑκατέρῳ τιτθῷ. Vtraque mamma venam crassam habet.

Ἔχει παρέχει etiam significat apud Hipp. lib. περὶ ἰητρ. (pag. 20. 24.) ὁ δὲ διαλείπων, ἀνάπαυσιν ἔχει τινὰ τούτων τοῖς θεραπευομένοις. Qui verò intermittit, horum aliquod laxamentum ægrotis præbet.

Ἔχειν etiam de febre effertur, quæ vbi prehendit non intermittit. Sic enim in Prog. (pag. 150. 7. H. 43. 8.) exponit Gal. ἢν ὁ πυρετὸς ἔχῃ, τουτέστι καταλαμβάνῃ τὸν ἄνθρωπον, ὡς εἰς ἀπυρεξίαν μηδέποτε ἀφικνεῖσθαι. Si febris habeat, h. e. hominem prehendit, ita vt ad integritatem non perueniat. Sic ἔχεσθαι detineri significat & de homine affectu aliquo vehementi correpto dicitur, aut penitus occupato. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 88. 20. H. 396. 9.) τό, τε σῶμα ὥσπερ ὑπὸ κόπου ἐχόμενον, corpusq; velut ex ossium lassitudine detentum. Et aph. 34. & 35. Lib. 4. ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, si febre detento. Vbi scribit Gal. id intelligi posse simpliciter de homine quomodolibet febricitante, aut de eo qui vehementi febre detinetur. Quemadmodum de vehementibus affectibus aliàs dicitur, & vehementer affici ac laborare significat, aut corripi, vt aph. 16. lib. 6. ἔχεσθαι ὑπὸ πλευρίτιδος, lateris dolore vehementer affici aut detineri, quod κατέχεσθαι καὶ βιάζεσθαι, corripi & vexari exponit Gal. & Philoth. ἔχεσθαι, ἰσχυρῶς κατέχεσθαι καὶ βιάζεσθαι τῷ νοσήματι significare scribit. ἔχεσθαι ὑπὸ λυγμοῦ, singultu detineri aut corripi, aph. 13. lib. 6 & ὑπὸ ὕδρωπος ἔχεσθαι, hydrope & aqua inter cutem corripi aph. 14. lib. 6. & ἔχεσθαι ὑπὸ διαρροίας, alui profluuio detineri, aph. 15. lib. 6. & ἔχεσθαι ὑπὸ κυνάγχης, ab angina detineri, aph. 17. lib. 6. quod de vehementiore angina intelligitur. Prorrh. 1. (p. H. 89. C.) ὁ ὑπὸ τοῦ ὕδρωπος ἐχόμενος, qui hydrope detinetur. Et lib. 5. Epid. (p. 1142. H.) ἀνὴρ νούσῳ εἴχετο, quidam morbo detinebatur.

Ἔχεσθαι cum genitiuo appetere significat, affectare, amplecti, vendicare. Lib. κατ' ἰητρ. (p. 484. 25. H. 744. B.) ὧν δ' ἔχεται ἐπίδεσις, quæ verò deligatio appetat, amplectatur, hoc est, quænam vires deligationis sint & quænam effecta. Vbi Gal. ἔχεσθαι ἐφίεσθαι, ἀντιποιεῖσθαι καὶ σκοπεῖσθαι exponit, appetere, sibi vendicare, arrogare, & spectare. Sic τὸ ἐχόμενον quod est consequens & consequenter habet, dicitur, aut quod attinet. Lib. περὶ παθῶν (p. 524. 53.) καὶ τὰ μετὰ σιτίων καὶ ποτῶν ἐχόμενά ἐστιν, quæ ad cibos & potiones consequuntur, se habent, pertinent, quod ad cibos ac potiones attinet. Ἔχεσθαι τῶν σιτίων est cibis adhærere, hoc est eis diu insistere ac vti, aut inhærere. Lib 2. de Mo b (p. 476. 1.) καὶ τῶν σιτίων ἐχέσθω ὡς μάλιστα, & his cibis adhæreat quàm maximè, hoc est, præcipuè insistat, inhæreat, & iis diutius vtatur. Intelligit autem marinos cibos & salsos potiùs quàm carnes expetendos. Ἔχεσθαι τῶν γινομένων, his quæ fiunt inhærere, aut quæ fiunt cognoscere, ἐν παραγγελίαις (p. 26. 20.) Sic ἔχεσθαι δόξης μᾶλλον, potiorem suæ existimationis rationem habere (ibid v. 43.) ἔχεσθαι κάτω, est deorsum tendere & niti, ad inferna adhærere & ea amplecti, lib. 4 Epid. (p. 1121 D.) πολλῷ δὲ μᾶλλον εἴχοντο κάτω, multò verò magis infra tendebant.

Ἐχόμενοι τούτων τῇ ἡλικίῃ, qui hos ætate proximè consequuntur, aut ætate vicini sunt; proximi ac coniuncti, aph. 18. lib. 3.

Ἐχέτρωσις ἡ λευκὴ βρυωνία exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. bryonia alba, sed ἰχέτλωσις quidam vitiosè legunt. Ea autem dictione vtitur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 574. 52.) ad vterorum collutionem, & lib. 1. περὶ γυναικ. (p 633. 18. & 54.) & lib. 2. (p. 653. 6.)

Ἐχῖνοι dici videntur Hipp. parui echini marini, quorum frequens ei vsus est in tota muliebrium tractatione, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 572. 40.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 626. 18. 22.) aut tribuli marini, quos τριβόλους θαλασσίους vocat (pag. 570. 38) quib etiam frequenter vtitur Hip. ad locorum muliebrium purgationem. Qui & dicuntur ἐχῖνοι quòd aculeis horreant, & ἐχινόποδες Athen. lib. 3. Est verò tribuli aquatici facultas frigida & adstringens, ideoq; ad phlegmonas & omnes influxus conuenit, quod etiam scribit Gal. lib. 8. med. simpl. Est & ἐχῖνος herba lib. 6. med. simpl. quę alio nomine ... Latinis ocimum aquaticum dicitur, cuius fructus repellentis & exiccatoriæ est facultatis, proindeq; ad fluxiones accómodatur. Echini autem tum marini tum terrestris corpus extergentis & digerentis est facultatis. Apud Hipp. verò Cornar. pro ἐχίνους χερσαίους legit & lentisci fructum exponit. Caluus queruos erinaceos, quòd fortè Hesych. ἐχῖνοι dicantur τῶν δρυῶν οἱ κύτλαροι, h. e. alueci & conchulæ illæ quibus glandes insidét. Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 585. 18.) pro ἐχίνου, σχίνου lentisci folia legit Cornar. vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 668. 25.) σχῖνος pro ἐχῖνος vitiosè legitur, in collutionib. ad vteri fluores. ἐχῖνος etiá dicitur Hesychio τῆς πλατάνου ὁ καρπός, platani fructus. Platani autem pilulæ deli. cantem vim possident, vt scribit Gal. lib. 8. med. simpl. Est & Hesych ἐχῖνος εἶδος ῥοιῶν, punici genus quoddam. Ἐχῖνος verò apud Hip. ollam magnã patentem significat. Erotian. ἐχῖνον χαλκὸν, χύτραν χαλκῆν explicat, addit q; ἐχῖνον esse χύτρας εἶδος μεγαλοστόμου καὶ μεγάλης cuius meminisse Eupolim, Menandrũ & Philemonẽ scribit, Gal. quoq; in Exeg. ἐχῖνον dicĩ ὀστρακίνην χύτραν & ἄγγος scribit. Ἐχῖνος Hesych. inter alia significata κοτύλας dicitur & εἶδος μαγειρικόν, vt & Polluci lib. 6. cap. 13. χύτρας εἶδος, inter instrumenta coquinaria, vt & ἐχῖνος etiam ὁ λίθος Varino. Sic forte apud Horat. sumitur satyr. 6. Serm. 1. astat echinus vilis, cum patera guttus, Campana supellex. Ἐχῖνος etiam Polluci cap. 1. l. b. 8. dicitur Athenis fuisse εἰς ὃν αἱ μαρτυρίαι ἐμβληθεῖσαι κατεσημαίνοντο, capsa in quã testium dicta cõiecta erant & obsignata. Dicitur quoq; ἐχῖνος Varin. & Bud. ex Suda, ἄγγος χαλκοῦν καὶ κεράμιον, εἰς ὃ κατετίθεντο οἱ δικασταὶ τὰ γραμματεῖα τῆς μαρτυρίας, ... vasculũ æreum aut figlinũ, in quod testium dicta & acta litis immittebantur, apudq; sequestrem deponebãtur, donec palam in iudicium proferrentur. Capsam forensem vocat Budæus. Vtitur ea dictione Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 586. 9.) materiam ad vteri fomenta ἐγχέας ἐς ἐχῖνον καινόν, in ollam nouam fundens, & τὸ δὲ ἐχῖνον ... cuius vasis operculum sit perforatum. Rursus lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 663. 40.) ... ἐς ἐχῖνον καινόν. hæc in ollã nouam immittito. Et (p. 673. 4.) ἐς ἐχῖνον ἐσβαλών, ὃ τὸ ἐπίθημα τρῆμα ἔχει. in ollam mittito, cuius operculum foramen habeat. Et (ib. 35.) ταῦτα ἐμβάλλειν ἐς ἐχῖνον καινόν, hæc in ollam nouam immittito. Lib. περὶ ἀφόρων (p 682. 15.) ὕδωρ ἐς ἐχῖνον θαλάσσης, aqua marina in ollam affusa. Vbi ἐχῖνον θαλάσσης pro concha aut testa echini marini malè meo iudicio quidam sumere videntur.

¶ Ἑψανὰ cocta, elixa, iurulenta, lib. 2. περὶ γυναικ.) p. 641. 45) καὶ τῆς ἑψάνων φαγεῖν, & elixa sorbere.

Ἕψημα sapam vel defrutum significat, mustum ad dimidias decoctũ. Sic enim Plinius Sirævm (quod alij ἕψημα, nostri sapã appellant) ingenij non naturæ opus esse scribit, musto vsq; ad tertiam partem mensuræ decocto: vbi verò factũ ad dimidiã est, defrutum vocari, cap 9. lib. 14. Gal. in Exeg apud Hipp. ἕψημα, σίραιον exponit. Idem com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 71. 58.) ... Ac prætereà quod ἕψημα & σίραιον Græci vocant, sapam Latini, ex musto decocto conficitur. Et rursus com. in libr. 6. Epid. τὸ σίραιον ἕψημα dici Asiaticis scribit, & lib. 6. κατ' ἰητ. (pag. 240. 26.) Hesych quoque exponitur ἕψημα οἶνος ἑψημένος ..., ὅ ἐστι γλυκύ. (Sic

O

enim leg. existimo cùm aliòqui fœdissimè viciata sit scriptura. Vtitur autem ea dictione Hipp. libr. 2. περὶ διαίτης (pag. 359.6.) Quod autem in Exeg. adscribitur à Gal. ἑψητὸν esse εἶδος ἰχθύων, piscium genus: Id potius ad ἕψημα refertur, quàm ad Hipp. dictionem, cùm ἕψημα cocturam aut decoctum interdum denotet, vt etiam sapam. Vitiosa autem sunt exemplaria quæ ἑψηλὸν pro ἑψητὸν habent.

Ἐψιλωμένα ὀστᾶ denudata ossa & carne exuta, aph. 22. lib. 5. vbi Galen. γεγυμνωμένα τῆς σαρκὸς exponit.

¶ Ἕως pro ὡς Ionicè ponitur, vt annotatur apud Hom. ex Eustath. Sic apud Hipp. lib. de art. (pag. 640.38. H. 826. D οὔτ' αὖ σιμοῦσθαι δύναται ὁ ποὺς ξυγκεκλιμένου τοῦ σκέλεος, ἕως ὅταν ἐκτεταμένον ᾖ τὸ σκέλος, neq; cõtrà pes simus reddi potest crure inclinato, velut extẽto. Ἕως enim illic pro ὡς aut ὥσπερ ponitur, vt & antea. Et lib. περὶ ἀδένων (p. 272.27.) ἕως ἀποκρίσιος, velut secretione. Quãuis aliter sumant interpretes, & Caluus ἀπὸ κρίσιος legisse videatur.

OECONOMIÆ HIPPOCRAT.

TO Z.

Ζειάς, ὀλύρας exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. Ac mihi videtur lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag 266 39.) rectè legi debere, ζειὰς ἐρηρειγμένας ὁμοῦ θυμιῆν, & zeam fresam simul ad suffitum imponito. Vbi ζειὰς Ionicè pro ζέας ponitur, etsi ζίβας passim legitur, vitiata scriptura. Nam & Cornar. ζέας legisse videtur. Est autem tritici genus olyra, & siligo dicitur. ζειαὶ scribit Hesych. quibusdam significare σίτου εἶδος, aliis etiam τὰς ὀλύρας.

Ζόφος tenebras & caliginem denotat, indeque ζοφερὸς, ζοφώδης aut ζοφοειδὴς deducitur, caliginosus, tenebricosus. ζοφερὰ οἰκήματα, domum obscuram, conclaue obscurum aut tenebricosum vocat Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 100.50. H. 399.38.) ζοφερὸν etiam apud eundem caliginem significat & tenebricosas imagines oculis occursantes, terrorem & metum incutientes virginibus, ex suppressis menstruis. Lib. παρθενίων (p. 563. 2.) ὑπὸ δὲ τοῦ ζοφεροῦ φοβέεται καὶ δέδοικεν, præ caligine timet ac metuit.

Ζοφώδες οὖρον, vrina obscura, caliginosa & tenebricosa, in Coac. (pag. 213. C.) Ea autem intelligi videtur, quæ magna crudæ & crassæ materiæ copia, turbulenta & opaca redditur, magnumque humorum incendium & exagitationem indicat, vnde velut suffocatis & extinctis spiritibus caliginosa & obscura redditur, non secus ac nubes atra & obscura fit magnis collectis imbribus, & conferta quadam copia densatis, ita vt aër tenebricosus aut caliginosus efficiatur. Ζοφοειδέα τὰ ἐπιμήνια, caliginosi ac tenebricosi menses, in vitiosis mensibus, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 595.40.) ζοφοειδὲς ὁρῆν etiam quod est caliginosum visum habere, hebetius cernere, ibid. (pag. 604.22.) ζόφος σκότος exponitur Hesych. & ζοφοειδὲς σκοτοειδὲς & ζοφερὴ σκοτεινή.

Ζυμοῦσθαι est fermentari ac veluti fermenti acrimonia attolli & efferuescere, & ζύμωσις fermentatio Platoni dicitur τῆς γεώδους οὐσίας ὁμοῦ κίνησις καὶ ἀέρωσις, terreni cuiusdam & solidi motio & ab aëre intus concepto distentio, inflatio, & in tumorem leuem sublatio, ac velut quædam ebullitio. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 81.28. H. 394.27.) bilem atram ab aceto fermentari ac velut eius acrimonia ebullire ac attolli scribit: τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται καὶ μετεωρίζεται, καὶ πολλαπλασιοῦται. Nigra autem fermentantur, in sublime attolluntur & multiplicantur. Eadem notione ζύμωσις οὔρων & ἐζυμωμένα οὖρα dicuntur in Prorrh. (p. 192.17. H. 72. H.) vrinæ fermentatæ, quæ magnam crudi humoris flatibus permixti copiam, aut vehementer commoti & incensi præ se ferunt. Inflatur enim huiusmodi vrinæ & tumet, vbi crudus humor huiusmodi accensus fuerit & à flatibus agitatus, ex eiusmodique agitatione ac humorum acrimonia bullæ ac spumæ excitantur, quæ maiorem fermentationem indicant. Hanc vrinarum ζύμωσιν his verbis aperit Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 192.32.) ἀλλὰ καὶ τὰ ἐζυμωμένα κατὰ τὸν λόγον εἴρηται, μήτε κατὰ τὸ προγνωστικὸν γεγραμμένα, μήτε ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν, εἰ δ' ὅταν ἅπαντα διεξέλθωμεν, οὐδὲν ἡμῖν ἐστι πλέον. ὅμως δ' οὖν ἐπειδὴ κατέστημεν ἐπὶ τὸ σαφηνίζειν αὐτὰ, καὶ περὶ τῶν ἐζυμωμένων εἴπωμεν. ὅταν τοίνυν κατὰ τῆς γῆς ὄξος ἐκχυθῇ δριμὺ, πνευματούμενον αὐτίκα συναναφέρει τινὰ τῆς γῆς αὐτῆς μόρια, καὶ γίνεταί τι σύνθετον ἔκ τε τῆς γεώδους οὐσίας, καὶ τῆς ὑγρᾶς τοῦ ὄξους, καὶ τοῦ γεννηθέντος ἀτμώδους πνεύματος. ὅμοιον δ' αὐτῷ συμβαίνει, κἀπειδὰν καὶ μέλαινα χολὴ κατὰ τῆς γῆς ἐκχυθῇ, καὶ σαφῶς γε φαίνεται πνευματώδης τις κίνησις ἐπ' ἀμφοτέροις γινομένη, παραπλησία τῇ κατὰ τὸ ζέον γλεῦκος. ὅμοιον δὲ τούτοις κἀπὶ τῶν ζυμουμένων ἄρτων ὁσημέραι φαίνεται γινόμενον. ὅταν γὰρ ἀναμίξαντες ὕδατι τὸ τῶν πυρῶν ἄλευρον, μίξαντες αὐτῷ καὶ ζύμην, ἐάσῃ διαφυραθῆναι μετρίως, ἡ ζύμωσις φαίνεται γιγνομένη, χεομένης τε ἅμα καὶ πνευματουμένης τῆς ζυμουμένης οὐσίας. ὥστε καὶ τὰ ζυμούμενα τῶν οὔρων πάντως πάχος μὲν ἔχειν χρὴ ἀξιόλογον, ἔτι τε τούτου βραχεῖαν τινὰ ζέσιν ἐν ταὐτῷ, καὶ κίνησιν λαβεῖν τι πνευματῶδες, μείζονα τὸν ὄγκον ἔχειν, οὐ κατὰ τὴν ἔκκρισιν ἔχει. οὖρα δὲ ἐστι τοιαῦτα γίνεται τῶν ὠμῶν χυμῶν ταραχωδῶς κινηθέντων, ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ἐμάθομεν. Quinetiam vrinæ fermentatæ in præsenti oratione dictæ sunt, quæ neque in Prognostico scriptæ sunt, neque in libris Morborum vulgarium. Præterea etiamsi omnes exposuerimus, quicquam amplius nobis accedit: veruntamen quoniam eas explicare constituimus, de fermentatis quoque dicamus. Cùm igitur acetum acre in terram effusum fuerit, protinus intumescens quasdam terræ partes sursum simul attollit, fitque compositum quiddam ex terrestri substantia, aceti humiditate, & vaporoso excitato spiritu. Huic verò simile contingit cùm atra bilis in terram effusa fuerit, nempe in vtroque spirituosa quædam motio manifestò fieri cernitur ei similis quæ in feruente musto apparet. His quoque simile etiam in panibus fermentatis quotidie fieri videtur, cùm subacta aqua farina triticea, & mixto illi fermento moderatè macerari permiserint, fermentatio fieri cernitur, fusa simul & intumescente quæ fermentatur substantia. Quare etiam fermentatas vrinas omninò quidem insignem crassitiem habere necesse est, deinde & in ea leuem quandam efferuescentiam, & quod spirituosum est vbi motionem nactum fuerit, maiorem quàm cùm excernetur molem habere. Quòd autem huiusmodi vrinæ fiant perturbatis & exagitatis crudis humoribus, didicimus ex libris de Crisibus. Eadem verò notione τὸ ἄλες ἐζυμωμένον διαχώρημα, abundè fermentata alui egestio dicitur in Coac. (pag. 217. D.) quæ crudam multam & feruore agitatam materiam continet, & in qua permixta flatuosa & crassa substantia, ex humorum acrimonia & agitatione ebullitionem aut feruorem accipit, adeoque veluti fermentata, motis & rarefactis spiritibus, in maiorem tumorem ac molem attollitur. Potest & dici alui recrementum fermentatum; quod plurimam bilem atram ex bilis flauæ incendio contractam continet, quæ sua acrimonia in terram effusa eam abradit, & partes omnes in altum attollit, vnde motio quædam spirituosa ac fermentatio assurgit, ex aph. 21. & 23. lib. 4.

Ἐζυμωμένη κοιλίη, venter fermentatus & ebulliens, hoc est, in ciborum concoctione agitatus & velut efferuescens, aut flatibus quodammodo distentus & in tumorem sublatus. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 12.22.) ἀλλ' ἐπὶ ζεούσῃ τε καὶ ἐζυμωμένῃ, καινὰ ἐπεσενέγκῃ τι, sed in feruentem adhuc & fermentatum [ventrem] nouos cibos ingesserit, hoc est, ipsi adhuc feruenti & fermentanti recentem superinduxerit. fermentari autem cibi dicuntur qui ad concoctionem præparantur & subiguntur, dum calore agitantur, & permixta multa materia flatuosa attolluntur ac intumescunt.

Ἀπέζυμοι γαστέρες ventres fermentati, hoc est, in tumorem sublati, scabie & pustulis corrugati, scabri, exasperati, in Prorrh. 2. (p. 105. C.) vide ἀπέζυμος γαστὴρ antea.

Ζύμωσις ἥπατος lib. 4. Epid. (pag. 1121. G.) iecur intumuisse significat, & hepatis tumorem œdematosum à flatibus distentum denotat, quòd ζύμωσις, quæ est fermentatio, sit terreni cuiusdam ac solidi ex aëre intus concepto spirituum agitatione distentio ac velut quædam ebullitio. Vnde etiam quidam pro hepatis feruore sumpserunt, quòd ζύμωσις etiam Platoni ζέσιν significet. Verùm Erot. ζύμωσιν ἥπατος, οἰδηματώδη ὄγκον exponit, eo nimirum subnotato loco.

¶ Ζωὴ vita, primaria animæ actio, ἡ ψυχῆς ἐνέργεια dicitur Gal. lib. de vsu respir. (pag. 153.43.)

Ζώνη exponitur Erot. apud Hipp. ὁ τόπος εἰς ὃν ζωννύμεθα, locus, in quo cingimur. ἔνιοι δὲ τὴν ὀσφὺν ἐνόμισαν. Nonnulli verò lumbum

bum esse putauerunt. Sic Hesych. ζώρει exponitur ὁ ὑπὸ τὴν χυτρῶν πόπος, ἢ ὁ πόπος ἐν ζωρ ... Polluci verò τὸ ὑπὸ τὴν πλευρὰς ὀστέον quod eidem ... dicitur, ilia Latini vocant. Ζωρότερον, meracius, ἀκρατέστερον, de vino dicitur meraciore apud Hom. Il.ι. (v.203.) ζωρότερον δὲ κέραιε, meracius misce seu infunde. Estque phrasis vsitata, κεράσαι ζωρότερον, meracius infundere aut miscere apud Homer. & Athen. lib. 10. κεράσας ζωρότερον, & ibidem Antiph. κέρασον εὐζωρέστερον pro εὐζωρότερον, & κύλικας εὐζωρέστερας pro εὐζωρότερας apud eundem libr. 2. ex Eubulo Hipp. libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 581. 20.) ouillum iecur & caprinum διδόναι ἐσθίειν ζωρότερον iubet, hoc est meracius, nulla re alia admixta aut nullo humore. Aut ζωρότερον ad vinum meracius & vetustum refertur, quomodo lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 603.13.) πίνειν ζωρότερον παλαιὸν dicitur, vinum meracius bibat, vbi etiam idem repetitur. Et lib. περὶ ἐγκατατομῆς (pag. 914. F.) καὶ ἐπιπίνειν οἶνον γλυκὺν κεράσας εὐζωρότερον, bibat autem vinum dulce benè meracius infusum. De huius vocis significatione multa scribit Athen. lib. 10.

OECONOMIÆ HIPPOCRAT.

TO H.

H disiunctiuam coniunctionem pro μὴ poni annotat Gal. Com. 3. in libr. κατ' ἰητρεῖον (pag. 694.6. H.745. H.) vt apud Hom. Il. α. (v.118.) βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. Esse volo populum saluum, non morte perire. ἢ ἀπολέσθαι enim ἀντὶ τοῦ μὴ ἀπολέσθαι, positum scribit Gal. Eandemq; phrasim apud Thucyd. esse scribit, etsi obscurissimis & vitiosissimis verbis.

Ἤ pro ἠὼ aut ἠοῦ positum videtur apud Hipp. lib. περὶ ἑπταμήνου (p. 377.51.) & πρὸς ἤ, pro πρὸς ἠῶ aut πρὸς ἠοῦ. Dicuntur autem τὰ πρὸς ἠῶ quæ ad orientem aut auroram spectant, vt τὰ ἀφ' ἑσπέρης, quæ occasum.

Ἥβη pubertas dicitur, cuius vnus non est in omnibus certissimus terminus, vt scribit Gal. com. ad aph. 27. lib. 3. sed fere anno decimo quarto incipit, & ad annum vigesimum quintum extenditur, aphor. 28. lib. 3. & 7. lib. 5. πρὸ τῆς ἥβης, ante pubertatem, ante puberes annos, aph. 7. lib. 5. & πρὸς ἥβην προσάγειν, ad pubertatem accedere, aph. 27. & 28. lib. 3. Est & ἥβη pubes, locus in inferiore ventre quo pili nascuntur, & in quo vesica sita est, & alio nomine pecten aut κτεὶς dicitur. κατὰ ἥβην σμικρὰ ἐπώδυνοι, ad pubem parum dolentes dicuntur in Prorr. (pag. 191. 33. H. 72. F.) Vbi τὸ κατ' ἥβην, καὶ τὴν ἐν ἥβῃ ἡλικίαν, iuxta pubertatis annos quosdam exponere scribit Gal. nonnullos verò ἐπὶ τοῦ μέρους sumere ἐν ᾧ ἡ κύστις κεῖται.

¶ Ἠγκίστρωται, ἐγκαταπέπληκται, implicatum est exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Erot. verò ἀγκιστροειδῶς συμπέφυκεν, in hami formam coaluit aut adhæsit.

Ἠγκυροβόληται exponit Gal. in Exeg. apud Hip. ἐγκαταπέφυκεν ἀγκύρᾳ ὁμοίως, ancoræ in modum insita est. Erot. verò ἠγκυροβόληται actiuè legit & καταλύεται exponit, occurrit, peruenit, adscribitque translationem ductam esse ἀπὸ τῶν καθορμιζομένων πλοίων, à nauigiis in portum appellentibus, aut stationem ancoris iactis subeuntibus. Est autem ἀγκυροβολεῖσθαι velut iactis ancoris inseri aut implantari, & de venæ ductu dicitur Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 279.53.) ἡ δὲ ἑτέρη πιέζεται εἰς τὴν ἄκανθαν καὶ ἐς τὸν νεφρὸν ἠγκυροβόληται ἐς τὴν κύστιν τε καὶ τὸ αἰδοῖον. Altera verò suo appressu spinam & renem attingens, in vesicam pudendumque ancoræ in modum insita est. velut ancoris iactis inseritur, dixit Cornar. Caluus, in vesicam pudendumque prorumpit ancorasve iecit, in quo Erot. lectionem mihi secutus videtur. Publicata autem exemplaria ἠγκυροβόληται vitiosè legunt, vt & Aldinum ἢν κυροβόλη...

¶ Ἠδὲ pro ἔτι δὲ quod est insuper, positum esse apud Hipp. annotat Gal. in Exeg.

Ἠδελφισμένος ἰητρὸς, verus & genuinus medicus, ingenuus, liber, nobilis & bonus, quique ex vera est Asclepiadarum familia, eique si non genere, saltem professione coniunctus. Eum Plato lib. 1. & 8. de leg. ab illiberali & seruo distinguit. Proindeque veri medici, tanquam ab Asclepiadatum genere oriundi, παῖδες ἰητρῶν ab eodem nuncupantur. Et in iureiurando Hippocrates præceptorum filios fratrum loco se habituros affirmat. ἐν παραγγελίαις (pag. 26.48.) τίς γὰρ, ὦ πρὸς Διὸς, ἠδελφισμένος ἰητρὸς, ἰητεύει πίστει ἢ ἀπεσμινή. Quicunque enim genuinus est medicus, is per Iouem fidem magis quàm diuitiam in medicando adhibet. Etsi ἀδελφισμένως ἰητρὸς passim scribitur, quæ lectio etiam rectè ferri potest. Quam lectionem secutus videtur Caluus, cùm eum medicum dixit qui fraternè amicève & familiariter cũ ęgrotis se gerit. Lib. de art. (p. 636.2. H. 813. H.) ἠδελφισμένος λόγος τοῖσι νῦν λεγομένοισι, sermo cũ his quæ nunc dicũtur consentiés. Rursus (ibidem p. 617.36. H. 810. B.) ἀπολάσιας ἠδελφισμένη τοῖσι ἐξωτάτω τόνοισι, progerminatio quæ cum extimis tẽdonib. assimilatur, ὁμοιωμένη exponitur Galeno, similis, assimilis. Sic τὰ ἠδελφισμένα dicũtur Hipp. τὰ ὁμοιώματα καὶ συγγενῆ, ea quæ sunt inter se cognata & similia. Erot. apud Hipp. ἠδελφισμένα ὡμοιωμένα exponit. Quã dictioné vsurpat Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 62.15. H. 389.27.) πολλὰ δ' ἄν τις ἠδελφισμένα τούτοισι τῇ ἐς κοιλίην ἢ ἄλλα εἴποι. Multa autẽ quis eorum similia quæ vẽtri cõtingunt atq; alia dicere poterit. Vbi scribit Gal. τὰ ὡμοιωμένα, καὶ ὡς ἄν εἴποι τις ἱκανῶς συγγενῆ, καλεῖν ἠδελφισμένα συνήθως αὐτῷ, διότι τῶν συγγενῶν οἰκειότατοί τε εἰσὶ καὶ συγγενέστατοι πάντων οἱ ἀδελφοί. Quæ similia ac velut quis dixerit abũdè cognata, ἠδελφισμένα, hoc est, germana, ei vocare est consuetũ, quod eorũ qui genere inter se iũcti sunt, omniũ maximè propinqui & cognati sunt fratres germani. Rursusq; lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 64.33. H. 390.11.) πολλὰ δ' ἄν τις καὶ ἄλλα ἠδελφισμένα τοῖσιν εἰρημένοισι γράφοι. Multa autẽ & alia his quæ dicta sunt cognata scribere quis poterit. Vbi etiã Gal. ἠδελφισμένα ὅμοια καὶ συγγενῆ exponit. Lib. 1. Epid. (p. 382.10. H. 964. A.) πολλὰ δὲ ἄλλα ἐπίχαρα σημεῖα τούτοις ἐστὶν ἠδελφισμένα. Iam quoq; multa alia pręcipua signa his sunt cognata. Lib. 2. περὶ γυν. (p. 672.27.) καὶ κυμίνου φύλλα, ἠδελφισμένα ἐν οἴνῳ, & cumini folia similiter in vino apparata. Eadẽ quoq; notione ἠδελφισμένως ὁμοίως, similiter significat, vt lib. 1. περὶ γυν. (p. 591.17.) καὶ ἐπιθυμίῃσιν ἠδελφισμένως ὡς ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, & desideriis tẽtatur, nõ secus ac si verũ gestaret. Sic lib. 1. de rat. vict. in morb. ac. (p. 41.21. H. 384.54.) ... τὸ σχῆμα καὶ ἠδελφισμένοισι τοῖσι ... ἐν τῇ τέχνῃ, præclara spectacula & plerũq; in arte cognata dicũtur. Ac rursus (p. 64.40. H. 390.13.) μαρτύριον οὐκ ἠδελφισμένον τῷ πρήγματι περὶ οὗ πλεῖστος μοι λόγος εἴρηται testimonium non cognatum ei rei de qua plurimus factus est sermo. ἠδέλφισται apud Hipp. ᾠκείωται exponit Gal. in Exeg. vt antea scripsimus in Ἀδελφεὰ παθήματα.

Ἡδέως suauiter iucũdè, alacriter, & sæpè in cibo & potu vsurpatur Hip. vt ἡδέως ἔχειν πρὸς τὰ σιτία, alacriter se habere ad [illegible] nes & cibos. Lib. 3. Epid. sect. pest. (p. 429.8. H. [illegible]) [illegible] πρὸς τὰ σιτία ... ἡδέως εἶχον, ἀλλὰ πάνυ διψῶδες ... Nam [illegible] neq; ad cibũ alacriter habebãt, sed valde siti [illegible] gebant. Eadẽ [illegible] ἡδέως πρὸς σιτία dicitur lib. 7. E[illegible] C.[illegible] ... erat ad cibum animo, & c[illegible] mebat. vbi [illegible] videtur. ἡδέως ἔχειν τὰ σιτ[illegible] suauiter ass[illegible] ad cibos alacri esse animo dicitur. P[illegible] (p. 89. E.) Celsus, si cibi cupiditas est, dixit, cap. 8. lib. 2.

Ἤδη apud Hipp. in propinquo esse significat quod aliquo [illegible] demõstratur, vt in Prog. (p. 127.42. H. 37.54.) ἐλπίζειν χρὴ [illegible] τὸν ἤδη, in propinquo mortẽ esse significat. Rursus ib. (p. 129.5. H. 38.11.) ψυχρὸν δὲ ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται frigidus verò spiritus naribus & ore expiratus, letalis admodũ est, & pro foribus mortem esse significat. Ἤδη etiam particulam vt plurimùm de tẽpore dici, interdũ etiã ad alicuius rei probationem & confirmationem accommodari, annotat Gal. Com. 1. in lib. de fract. (p. 538.14. H. 756. F.)

Ἡδύοσμον apud Hipp. adipem aromatibus conditum significat, vt ἡδύοσμον χηνὸς, adipẽ anserinũ aromatib. conditũ lib. 2. περὶ γυν. (p. H. 660.1 F.) & rursus ib. (p. 672.3.) στέαρ οἶος ἡδὺ, adipẽ ouillũ aromatibus cõditũ. Quã vocem etiã Erot. ex eodẽ libro subnotat, & ἡδὺ στέαρ, τὸ ἀρωματῶδες exponit, hoc est adipẽ aromatibus cõditũ.

Ἡδυντὸν στέαρ Gal. in Exe. exponit, τὸ ἐν ὕδατι καὶ ἀρώμασιν ἑψηθέν, adipẽ aqua & aromatib. coctum. Vtitur autẽ ea dictione Hipp. lib. περὶ ἀφόρων (p. 679.21.) Sic ἡδυντὴν πίσσαν τὴν ἀρωματισθεῖσαν, h. e. picẽ aromatib. conditã exponit Gal. in Exe. Erot. verò τὴν ἡρτυμένην, suauiter cõditã. Coquitur autẽ ex aqua & aromatibus, vt

annotat Gal.lib.2. περὶ γυναικ.(pag.672.12.) σμύρναν ὡς ἀρίστην, καὶ ἅλος χόνδρον, καὶ πίσσαν εὐωδεστάτην, τρίβειν λεῖα, καὶ τιθέναι. Myrrham optimam & salis granum, picem etiam suauibus odoribus conditam terito & apponito.

Ἡδύσματα ἀρώματα exponit Gal.in Exeg.apud Hipp.ea quibus suauis odor vnguentis conciliatur, vt lib.1. περὶ γυναικ. (pag.670. 37.) ἡδύσματα πάντα ἐς τὸ μύρον ἐμβάλλεται. aromata omnia in vnguentum immittuntur. Ἡδύσμασι Erot.apud Hipp.exponit, τοῖς χλωροῖς καὶ ξηροῖς ἀρτύμασι, viridibus ac siccis condimentis, Annotatque Atticam esse dictionem ab Aristoph. Eupoli, & Menandro vsurpatam.Hesych.quoque ἡδύσματα ἀρτύματα condimenta exponit.

Ἠθάδες αἱ μῆτραι, vteri assuefacti aut assueti tum ad repletionem,tum ad distentionem.Lib.1. περὶ γυναικ.(pag.588.23.) ἠθάδες exponuntur συνήθεις hoc est familiares Hesych.

Ἤθελε pro εἰώθει.Lib.3.περὶ διαίτης (p.369.39.) καὶ τοῦ δείπνου ἀφελεῖν τὸ ἥμισυ οὗ ἤθελε δειπνεῖν dimidiumque de cœna consueta deducito.Vide ἐθέλειν.

Ἥκιστα minimùm significat Hipp.Lib.de rat.vict.in morb.ac.(p. 86. 9. H.395.54.) ἥκιστα δὲ καὶ τοῖσι ποτῷ μόνῳ χρεομένοισιν. minimùm autem iis qui solo potu vtuntur. Vbi Gal. ἥκιστα τὸ ἐλάχιστον, καὶ οὐχ ὡς ἔνιοί φασι τὸ οὐδαμῶς, minimùm, non vt quidam dicunt,nequaquam,significare scribit.Item Com.4.in eundē lib. (p.111.5.H.404.35.)ἥκιστα τοὐναντίον τῷ μάλιστα denotare scribit.

Ἠλεκτρώδης κοιλίη, aluus succino similia demittens,de deiectione quæ splendicat & relucet,lib.4.Epid.(p.1135.H.)καὶ κοιλίη ἐταράχθη, ἠλεκτρώδης aluus quoq; conturbata fuit,succino similia demittens.Verùm Erot.κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτρώδης legisse videtur,vt illic scripsimus,& ἠλεκτρώδη ἔκκρισιν, λαμπρὰν καὶ στίλβουσαν,hoc est excretionem succino similem , splendicantem & relucentem exponit,& ab electro sic dictam vult.

Ἡλικίη ætas dicitur , & est totius vitæ decursus annorum spatiis circumscriptus , omnes temperamentorum mutationes complectens ἡλικίη autem ætatis florem denotat Hipp. Prorrh. 2. (p.110.A.) γίνονται δὲ καὶ νεανίσκοισι τε καὶ παρθένοισι τῇσιν ἐν ἡλικίῃ. Contingunt autem & iuuenibus & virginibus in ætatis flore. Sic enim παρθένους ἐν ἡλικίῃ vocat virgines adultas & quæ sunt in ætatis flore , aut puberes & in primo ætatis flore,tum primùm menstruorum exitum sentientes.

Ἡλίωσις insolatio & in sole apricatio , remedium veteribus ad multos corporis affectus vsitatum. ἡλίωσιν vertit Aurel. solis feruorem torridum, cap.5.lib.3.Tard. pass. & corporis torrorem cap.6.eiusdem lib. & cap.4.lib.5. vt & sole torreri,cap.7. lib.3.Tard.pass.Idem ἡλιώσεις solicationes vocat cap. 2. lib. 4. Tard.pass.

Ἡμερήσιον dicitur quod est diurnum & vnius diei,& τὸ ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρῃ γινόμενον,Hipp.lib.1.περὶ γυναικ.(p.595.21.) καὶ τὰ μὲν ἡμερήσια [τεύχεα] πλύνειν χρὴ τῇ ὑστεραίῃ. Et diurna quidem [linteola] die postera eluere oportet.Quibus τὰ δὲ νύκτωρ opponit,nocturna scilicet.

Ἡμίεκτον aut ἡμίεκτον mensura est dimidiati sextarij quatuor chœnices capiens,& pars duodecima medimni Attici. ἡμιεκτῖα τὸ ἥμισυ τοῦ ἑκτέως exponit Erot.apud Hipp. Ἑκτεὺς autem eadem est mensura Attica octo chœnices capiens , aut sex , vt antea scripsimus. ἡμίεκτον τὸ τετραχοίνικον , ὅ ἐστιν ἥμισυ τοῦ ἑκτέως,exponit Hesych. Nam cùm medimnus quadraginta octo chœnices capiat , & ἑκτεὺς sexta sit pars medimni octo chœnices conficiens,ἡμίεκτον dimidiatus est sextarius quatuor chœnices continens.Ἡμίεκτον verò apud Hipp.lib. περὶ ἀφόρων (pag.683.47. 49.) pro sella sumi videtur , in qua ad suffitum immittendum mulier insidet.καθίζεσθαι αὐτὴν κελεύειν ἐπὶ τῷ ἡμιέκτῳ,eam sellæ insidere iubeto. Aut fortè illic ἡμίεκτον ollam quatuor chœnices capientem ad suffitum immittendum paratam significat, super quam mollibus constratis linteis mulierem impositam, ad suffitum capiendum velut sellæ insidentem , maximè diductis cruribus adaptari iubet Hipp.

Ἡμιωβέλιον τὸ ἥμισυ τῆς δραχμῆς, drachmæ dimidium exponit Erot. apud Hip.ἡμιωβέλιον dimidiatā partē significat Polluci c.36.li.6.

Ἡμιονὶς muli stercus indicat lib.περὶ γυναικ.φύσ.(pag.583.30.)vbi ἡμιονίδα hoc est muli stercus vstum & tritum , ac vino maceratum propinat Hip.in mulieribri fluxu. Quod remedij genus repetens lib.2.περὶ γυναικ.(pag.667.48.) ἡμιόνου ὀνίδα vocat, vt illic quoque ἡμιόνου ὀνίδα pro ἡμιονίδα scribendum existimem, aut certè ἡμιονίδα velut ἡμιονείαν accipi debere. Est enim ἡμιονεία Sudæ ὁ κόπρος τοῦ ἡμιόνου muli stercus. Est etiam ἡμίονος aut ἡμιόνιον herbæ species quæ & asplenum & scolopendrium dicitur Dioscoridi (lib.3.cap.151.) ἡμιονῖτις vocatur Archigeni apud Gal.lib.8.κατὰ τόπ.

Ἡμίσεον ἥμισυ dimidium exponit Gal.in Exeg.apud Hipp.

Ἡμίεφθον εἴριον lana semisuccida dicitur lib.1. περὶ γυναικ.(p.672. 20.) Sic enim legisse videtur Cornar. eamq; lectionem adhibent exemplaria manuscripta Regia, cùm ἡμίεφθον vitiosè legant publicata omnia. Ac certè non parum mihi suspectus locus videtur, ac vereor ne ἡμίοπον Gal. legisse existimandum sit.

Ἡμίτομον dimidiatum & semisectum dicitur.Est autem deligationis species apud Hip. quæ & ἡμιρόμβιον & semirhombus dicitur , & ad eosdem vsus ad quos prope rhombus adhibetur. Vsurpatur lib.κατ' ἰητρ.(p.675.43.H.742.G.) vbi Gal. ἡμίτομον deligationis compositæ speciem facit & ἡμιρόμβιον vocari scribit.ἡμίτμος quoque Erot. ἐπιδέσμου ὄνομα deligationis aut vinculi nomen explicatur,hoc nimirum subindicato loco.Ex quo certè apparet apud Erot.ἡμίτομον potiùs quàm ἡμίτμος legendum,vt nostris in eum Hippocr. librum Annot.scripsimus.

Ἡμιτριταῖος πυρετὸς febris semitertiana, quæ fit ex mixtura & temperamento febris quotidianæ & tertianæ, non complexu,cùm tertiana intermittens cum quotidiana continua,aut quotidiana intermittens cum tertiana continua , tota natura sua confunditur & accessionibus permiscetur, vt scribit Gal.lib.2.de diff.feb. & lib. de temp. morb. Hæc reduplicationes habet & horroris sensu insignes insultus. Vnde φρικώδης πυρετὸς, febris horrifica,aut horroris sensu insignis, peculiariter dicitur Hip. lib.1.Epid.sect.1.Huius autem nominis & cur ἡμιτριταῖος dicatur,varias adfert rationes Gal.Sic enim scribit cap.8.libr.2. de diff. feb. ἐκ τοῦ αὐτοῦ δὲ τρόπου τοὔνομα τῷ τοιούτῳ πυρετῷ τὸ ἡμιτριταῖον ἔθεντο. κεκραμένος γὰρ ἐξ ἀμφημερινοῦ τε συνεχοῦς καὶ τριταίου διαλείποντος, τῆς ὅλης αὐτοῦ φύσεως τὸ ἥμισυ μέρος ἑκάτερον ἔχει τῶν εἰρημένων πυρετῶν. ὡς οὖν ὁ ἡμίονος τε καὶ ὁ ἡμίθεος ὠνόμασται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ ἡμιτριταῖος. ὅ τε γὰρ ἡμίονος, ἥμισυ μὲν ἵππου συντελοῦντος αὐτῷ πρὸς τὴν γένεσιν, ἥμισυ δ' ὄνου, κατὰ θάτερον αὐτῶν ὠνόμασται, ἡμίονος ὁ θ' ἡμίθεος ἐνδείκνυται μὲν ἥμισυ μετέχων, ὅτι δ' ἄνθρωπός ἐστι,κατὰ θάτερον ἥμισυ ἀπολείπει. καὶ τοίνυν καὶ ὁ ἡμιτριταῖος, ἥμισυ μὲν ἑαυτοῦ μέρος ἔχει τὸν τριταῖον, ἥμισυ δ' ἄλλο,τὸν ἀμφημερινὸν τὸν συνεχῆ. Non igitur temere huic febri semitertianæ nomen imposuerunt. Temperata enim ex quotidiana continua & tertiana intermittente totius suæ naturæ partem dimidiam vtramq; prædictarum febrium habet.Vt igitur ἡμίονος (mulus) ἡμίθεος (semideus) dictus est,eodem modo ἡμιτριταῖος.ἡμίονος siquidem,cùm ad eius generationem dimidiam partem equus conferat , dimidiam etiam asinus , ab eorum altero denominationem accepit. ἡμίθεος quoque quod est semideus, dimidia quidem sui parte cum deo communicare indicatur, quod autem homo sit altera dimidia parte omittitur. Quinetiam ἡμιτριταῖος dimidia sui parte tertianam habet,altera verò quotidianam.Et rursus Com.3.in lib.1.Epid.(p.380.43.H.961.H.) ἐπὶ τῶν ἐνδεεστέρως ἐχόντων κατὰ τὰ πλεῖστα τὴν τοῦ ἡμίσεος προσηγορίαν ποιούμεθα, φάσκοντες ἡμιθνῆτα καὶ ἡμιθνητόν, καὶ ἡμίθεον, καὶ ἡμίφωνον, ἡμίονόν τε καὶ τὸ ἡμιόπιον,ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα λέγοντες. ὁ δὲ ἡμιτριταῖος οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἥμισυς τῷ πλήθει τῶν συμπτωμάτων, ἢ τῇ δυνάμει, καὶ τούτων τῇ ὅλης διαθέσεως,ἀλλὰ καὶ πολὺ χείρων τοῦ τριταίου. ὡς ἄμεινον εἶναι δοκεῖν ἐκεῖνον τοῦτο λέγειν ἥμισυν, ἐκ ἐκείνου τοῦτον. ἐκοῦν οὐκ οἶδα τί δόξαν αὐτοῖς,οὕτως μᾶλλον ὠνόμασαν οἱ πρῶτοι θέμενοι τὴν προσηγορίαν,ἢ ἄλλως. His quæ integram absolutionem non sunt adepta dimidij adiungimus appellationem , semimortuum dicentes & semideum , semiuocalem, semiasinum, & reliqua id genus. At verò semitertiana non modò non est dimidia , vel multitudine symptomatum , vel viribus vel horum tota conditione,verumetiam tertiana deterior existit,vt potiùs illa huius,quàm hæc illius esse videatur dimidia. Quare non venit in mentem qua ratione adducti , eam potiùs appellationem quàm aliam imposuerunt , qui primi nomen indiderunt. At verò libro de Typis aliam quoque huius appellationis rationem adfert , vt mihi vero sit simile diu multumque apud veteres medicos exagitatam fuisse de semitertianæ nomine quæstionem , vt etiam cuinam febrium generi, num continuis , num verò intermittentibus accenseri deberet. Quam certè totam videmur nostris in lib. 1. Epid. Annot. abundè explicasse.Semitertianæ verò meminit Hip.lib.1.Epid. sect.1.(p.354.40.H.940.F.)ἦν δὲ τοῖς πλείστοις αὐτέων τὰ παθήματα τοιάδε, φρικώδεες πυρετοὶ, συνεχέες,ὀξέες,τὸ μὲν ὅλον οὐ διαλείποντες.ὁ δὲ τρόπος ἡμιτριταῖος,τὴν μίαν κουφότερον,τῇ δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι,καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες.Eorum autem plurimis huiusmodi affectus aderant , febres horroris sensu insignes,assiduæ,acutæ,in totū quidē non desinentes,sed quæ erāt ex semitertianarū genere, vno die leuiores, altero verò vehementiores.Rursus ibid.(p.361.1.H.943.F.) ἡμιτριταῖοι inter febres quæ tūc affligebāt,annumerantur.Et rursus sect.3.(p.379. 34. H. 961. H.) ἐν δὲ τῷ ἡμιτριταίῳ καλεομένῳ ξυμπίπτει μὲν καὶ ὀξέα νοσήματα γίνεσθαι, καὶ ἐκ τῶν λοιπῶν οὗτος θανατωδέστερος.In ea verò quæ semitertiana dicitur tū morbi acuti accidūt,tum etiā præter cæteras ista præcipuè lethalis est.Et rursus (ibid.pag.378. 17.H.ibid.G.) ἡμιτριταῖοι in febrium generibus recensentur.

Ἡμιτύβιον

Ἡμιτύβιον dicitur esse indumentum lineum vtrimque fimbriatum, & pro sudario aut peplo sumitur. Vtitur Aristoph. in Pluto, vbi Schol. ἡμιτύβιον σουδάριον exponit, ῥάκος ἡμιτριβές, λίνου τι ἐπιχώριον, sudariolum, aut pannum aliquem lineum detritum, quale est quo ad detergendos sudores vtimur, velut mantile. Additque καὶ ἄλλοι ἡμιτύβιον γαλάδιον, ὃ δίκροσσον φακιόλιον. Quibus verbis etiam quidam significari existimant ἡμιτύβιον esse δίκροσσον φακιόλιον, h.e. fasciolam lineam vtrinque fimbriatam. Hesych. ἡμιτύβιον exponit λινοῦ ἔνδυμα ἢ σινδόνιον δίκροσσον, indumentum lineum, aut linteum vtrinque fimbriatum. Gal. apud Hipp. in Exe. ἡμιτύβιον significare scribit, ἐσθῆτος παχέος μέρος, crassioris lintei partē. Quo loco lib. 2. de morb. precipuè subnotare videtur in quo hac dictione vtitur Hipp. (pag. 480. 40.) ἢν δὲ πρὸς τὰ λουτρὰ καὶ τὰ χλιάσματα πνίγηται, μὴ ἀνέχηται, προστιθέναι αὐτῷ ῥάκεα ἡμιτύβια, βάπτων εἰς ὕδωρ, ἐπὶ τὰ στήθεα καὶ τὸ νῶτον ἐπιτιθέναι. Quod si balneo & tepefactoriis angatur, neque ea ferat, detriti lintei panniculi aqua intincti ei admouendi, & ad pectus & dorsum adhibendi. Idem lib. de art. (pag. 607. 29. H. 802 44.) ἄχνην τινὰ ἀφ' ἡμιτυβίου, in nares fractas ad eas excitandas aut dirigendas immittit. Quibus verbis lintei detriti derasam lanuginem intelligit, aut concerpta ex sudariolo linamenta, ex quibus penicilli fiunt. Sic enim ex Mochlico, quæ est istius loci explicatio, ἄχνην ὀθονίου exponit Erot. τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ξύσμα· ὅθεν γίνεται μοτὸς ὁ λεγόμενος ξυστὸς, quod a nobis dicitur ξύσμα, h.e. linamentum derasis linteolis concinnatum, ex quibus penicilli fiunt qui ξυστοὶ inde dicuntur, h.e. rasiles, aut ex rasili linteorum lanugine cōtorti. Paulus verò hunc etiam locum subnotans c. 91. lib. 6. πρῶτον στρεπτοὺς ἐκ ῥάκους εἰληθέντας exponere videtur, cuneolos ex panniculo intortos ac inuolutos. Celsus in longitudinem implicata linamenta vocat cap. 5. lib. 8. Ex quibus Hipp. locis suspicor apud Gal. in Exeg. ἡμιτυβίου & μέρος esse legendum. Apparet quoque ἡμιτύβιον potiùs quàm ἡμιτύβιον esse legendum, quam tamen scriptionem Var. & exemplaria quædam manu scripta mendosè, vt opinor, retinent. Est enim ἡμιτύμβιον ὁ μικρὸς τάφος, dimidiatum seu paruum bustum aut sepulchrum. Pollux tamen lib. 7. cap. 16. ἡμιτύμβιον legit, & vestem lineam Ægyptiam indicare scribit, quale quod tunc σουδάριον dicebatur. Aret. etiam vetustate grauis author ἡμιτύμβιον ponit & scribit cap. 4. lib. 1. Curat. morb. diutur. γυμνάσια δὲ ἐπὶ τέτασι πρὸς χεῖρας, ἐνείτων τῶν ἄκρων ἀφ' ἡμιτυμβίου λινέου ὠμοῦ. In his exercitationes manuum fiunt, extremitatibus sudariolo ex linis crudis inuolutis. Idem rursus cap. 3. eiusdem libri, ανάτριψις αὐτῆς σκελέων δι' ἡμιτυμβίων τρηχέων μέχρι φοινίξιος. Rursus frictio crurum ex sudariolis asperis, ad ruborem vsque. Hesych. quoque in dictione ἄχνη huius loci Hipp. meminisse videtur, & ἡμιτύβιον λινοῦ exponere, cùm scribit. ὁ δὲ Ἱπποκράτης τὸ λινοῦ ἄχνην. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ λεπτὸν ξύσμα. Sic enim leg. existimo, vbi ἄχνην lintei ramentum exponit. Idemque est quod lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 665. 36.) dicitur ἄχνη ἀπὸ ὀθονίων λεπτῶν, ramentum ex tenuibus linteis derasum ad pessos.

Ἡμίχοον est ὁ ἥμισυς χοῦς dimidiatus congius, & μέτρον aut ἀγγεῖον subauditur. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 535. 15.) φακῶν χυμοῦ ἀναγκάζειν αὐτὸν ἐκπιεῖν τρία ἡμίχοα, lentium succi tres dimidiatos congios ipsum ebibere cogito.

Ἦμος quando, cùm, significat, Ionicum est & poëticum. Prorrh. 2. (pag. 85. E.) μάλιστά τ' ἦμος ἥλιος περὶ λαμπάδα, præsertimque cùm primum sol illucet. ἦμος quidam codices scribunt, alij etiam μάλιστα δ' ἦμος. lib. 1. περὶ γυναικ.) pag. 599. 40.) ἦμος δ' ἥλιος δύῃ, cùm autem sol occiderit.

Ἠνάγκαζεν ἐβιάζετο cogebat exponit Erot. apud Hipp.

Ἦνυ κόψαι contundere, & ἐνίων τῶν κεκομμένων contusorum exponit Gal. apud Hipp.

Ἠοίας, τὰς πρωίας, matutinas horas exponit Gal. in Exe. apud Hipp.

§ Ἡπατικοὶ veteribus dicti sunt qui hepatis inflammatione laborabant ex eaque febricitabant, velut pleuritici aut peripneumonici qui ex lateris aut pulmonum inflammatione febricitarent. Sic in Coac. (pag. 189. D.) scribitur. τοῖσιν ἡπατικοῖσι πολὺ πτύαλον αἱματῶδες. hepaticis sputum multum cruentum. Et, ἐφ' ἡπατικῷ τῆξις ἅμα βρά[γ]χῳ κακόν. Hepatico colliquatio cum raucedine malum portendit. At verò recentioribus ἡπατικοὶ vocantur, qui citra manifestum aliquem iecoris affectum, imbecillitate laborabant ex intemperie. Quod indicat his verbis Gal. lib. 8. κατὰ τόπ. (pag. 286. 7.) τὸ ἡπατικὸν ἴδιως ὀνομαζόμενον πάθος, ὥσπερ καὶ τὸ κοιλιακόν τι καὶ στομαχικόν, ἐξ ὧν τὸ κατὰ τὰ μέσια τοῦ σώματος ἐγκεκλίσθαι ... λέγονται ... τὸ ἥπαρ ... ἡπατικόν ... ἀλλ' ὅταν ἄνευ φανερᾶς τινος ἐν τῷ σπλάγχνῳ κακοῦ περὶ τὰς οἰκείας ἐνεργείας ἀτονῇ, ... προσαγορεύονται ἡπατικοί Hepaticus affectus propriè dictus, vt & cœliacus & stomachicus, absque tumore præter naturam circa ipsas partes oritur, inflammatione tentari hepar, aut abscessu laborare, aut induratum esse, aut aliud quidpiam pati huiusmodi medicis dicentibus, non tamen hepaticum vocantibus eum cui tale quidpiam accidit. Sed cum citra manifestum aliquod in viscere malum, circa proprias actiones debilitatur, tunc ægrum hepaticum appellantib. Authori Definit. Med. (p. 398. 18.) ἡπατικοὶ dicūtur οἱ ἥπατος πόνον ἔχοντες χρόνιον, μετ' ἐμφράξεως καὶ σκληρίας, καὶ ἀχροίας τοῦ σώματος. quos diuturnus iecoris dolor comitatur, cum tumore & duritia, ac decolore corpore.

Ἡπατῖτις iecoraria vena dicitur Hippocrati lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 276. 25. 42. 54. & libr. 2. Epid. sect. 4 & aph. 4. sect. 7. lib. 6. Epid. quæ eidem καλὴ φλὲψ lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον (p. 409. 32.) & lib. περὶ ἱερῆς νούσου (p. 304. 15) Galenus quoq; Com. 2. in lib. de nat hum. (p. 23. 7.) ἡπατῖτιν vocari Hipp. testatur eam venam quæ caua dicitur, quod etiam scribit lib. περὶ κυνομένων διαπλάσεως (p. 216. 22.) & initio lib. περὶ φλεβῶν ἀνατομῆς.

Ἤπιος, debilis, infirmus, inualidus, quasi ὁ ἠπιόεις καὶ ἄπεος, ὁ μὴ δυνάμενος δι' ὑπερβολὴν ἀσθενείας ἐν τῷ πεδίῳ, ὁ ἐπὶ ἐν τῷ ἰδίῳ ... Cui etiam ἔμπεδος opponitur, ὁ ἐν τῷ πεδίῳ δι' ἰσχὺν ἑστὼς βεβαίως, vt scribit Hom. Schol. Il. θ. (v. 104.) ἠπεδανὸς δέ νύ τοι θεράπων. debilis autem tibi famulus. Eam vsurpat etiam dictioné Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 592. 4.) ἠπεδανὸν πῦρ, febris lenta, debilis. Et rursus (ibid. pag. 601. 29.) ἠπεδανὸν παιδίον, puer debilis. Iterumq; (ib. p. 624. 41.) καὶ ἠπεδανὰ ἰᾶται, quę debilia sunt sanat.

Ἠπίαλος πυρετός, febris Epiala, in qua simul febricitant & rigore corripiuntur ægri, vt scribit Gal. lib. 2. de diff. feb. cap. 6. febris algida, aut cum tremore frigida dici potest, ab antiquis Latinis quercera dicta. fit autem Epiala febris ab acida & vitrea pituita, cui moderata putredo accessit. ἠπίαλος περὶ τοῦ πυρετοῦ ῥῖγος, rigorem febrem præcedentem quibusdam dici testatur Hesych. quod etiam scribit Gal. c. 6. lib. 2. de diff. feb. Interpretes lenes & blandas febres vocant ἠπιάλους πυρετούς, & aliam sequuntur huius nominis notationem. Sic enim vocari existimant παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνειν, quòd blandè & molliter incalescāt. Alij ἀπὸ τοῦ ἤπιον καὶ ἁλός, quòd mare in summa etiam tranquillitate perpetuò agitetur. ἠπίαλος πυρετός, febris lenta & mitis virgunculis iam maturis, vbi purgationes menstruæ cessarunt, succedit, lib. περὶ παρθενίων (p. 266. 15.) ἠπίαλοι etiam febres celebrat Hip. lib. de aëre, loc. & aq. (p. 281. 48.) febres lenes vertit Cornar. lib. 4 Epid. (p. 1117. A.) ἠπιαλώδεις dicuntur, febres algidæ & frigidæ, vt πυρετοὶ subintelligantur, (Sic enim Erot. ἠπιαλώδεσι πυρετοῖς, hunc haud dubiè locum subnotanti, exponuntur, οἱ μετὰ φρίκης καὶ ῥίγους γινόμενοι. febres quæ cum horrore & rigore fiunt) Potest & id ad ægros referri & rigorem solum respicere, febresque subintelligi in quibus ægri perpetuo rigore conflictabantur, quòd ἠπίαλος Atticis rigorem qui febres præcedit denotet Gal. & Hesych. qui etiam τὰς ψυχὰς eo nomine dici scribit.

Ἤπια τοῦ πυρετοῦ de febre miti effert Hipp. lib. 5. Epid. (pag. 1157. F.) καὶ τὰ τοῦ πυρετοῦ ἤπια, & febris erat mitis & remissa. Rursus lib. 7. Epid. (p. 1206. G.) καὶ οὕτω τὰ τοῦ πυρετοῦ ἐπιεικῶς ἤπια. & febris adeo lenis erāt. ἠπίως aut ἠπίως dicitur Hipp. pro remissè & leniter habeo lib. 5 Epid. (p. 1147. E.) ἀλλ' ἠπίως τῷ σώματι, sed leniter habuit toto corpore & remissè, ἠπιώτεραι θερμαί, calores leniores, remissiores. lib 7. Epid (pag. 1207. A.)

§ Ἡρακλείης νόσος, ἢ ἐπιληψίας exponit Erot. apud Hipp. διὰ τὸ ἰσχυρὸν τῆς νούσου καὶ δυσεξάγωγον, ob morbi vehementiam & expugnandi difficultatem. Videtur autem his verbis locum lib. 1. περὶ γυναικ. subnotare (pag. 595. 30.) καὶ ἐοίκασι τοῖσιν ὑπὸ τῆς ἡρακλείης νόσου συνεχομένοισι. & iis qui Herculeo morbo detinētur, similes sunt. Hoc autem nomine μανίαν quibusdam appellatam esse testatur Erot. quòd ex antiquis Heroibus solus eo morbo Hercules laborasse dicatur. Gal. verò Com. 6. in lib. 6. Epid. (p. 525. 51.) Epilepsiam scribit nonnullis Herculeum morbum dictam esse, non quòd Hercules eo caperetur, sed quia videntur isti, sicut alij etiam nominibus eius sæuitiam exprimere voluerunt, ita & nomen hoc, Herculeum scilicet, vt magnitudinem indicaret, effinxisse. Aret. quoque c. 13. lib. 2. περὶ χρονίων παθῶν scribit Elephantiasim quibusdam ἡράκλειον πάθος vocatam esse, ὅτι τοῦδε μέζον οὐδὲν, οὐδ' ἀλκιμώτερον, quod eo affectu nullus sit maior aut valentior.

Ἡραχιώτου vide in Ἀραχνιώτου antea.

Ἡρεθισμένον ἕλκος, vlcus irritatum, exasperatum, h.e compressione, aut deligatione, aut ferulis efferatum & exagitatum, lib. de fract (pag. 563. 9. H. 768. H.)

Ἠρεμαῖον πῦρ, calor quietus, quis lenis de febre lenta dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 626. 21.)

Ἤκρεσεν, ἐβοήθησεν, exponit Erot. apud Hipp. opem tulit.

Ἡρμοσμένον adaptatum & compositum esse significat, ab ἁρμόζω ... verò, ἐστηριχθῆ καὶ ἑδράσθη, quod est stabilitum &

firmatum esse, ab ἐρμάζομαι. ἡρμόσθαι tamen semper legitur apud Hipp. vt lib. κατ' ἰητρεῖον (pag.677.43. H.743.A.) ἀλλ' ἡρμόσθαι μὲν, πεπιέχθαι δὲ μή. vt firmata quidem sint, non autem coacta. Et rursus (pag.697.34.) H.747.A.) ἡρμόσθαι δὲ, μὴ πεπιέχθαι τῷ πλήθει, firmari quidem, non fasciarum copia comprimi. Vbi cùm priore loco Gal. ἡρμόσθαι ἀσφαλῶς ἐρηρεῖσθαι, quod est firmiter subnixum esse, altero verò, τὸ δὲ ἐρηρεῖσθαι καὶ ἐστηρίχθαι, hoc est, fulciri & stabiliri exponat, & ἐρμάσματα Græcis veluti ἐρηρεισμένα dici scribat, ἡρμᾶσθαι legisse videri queat. Eoque referri debere videatur quod in Exeg. ἡρμᾶσθαι, ἐρηρεῖσθαι, ἢ ἡρμόσθαι exponitur, quod est innixum esse aut aptatum. Nisi quod per ἡρμόσθαι vtranque mihi lectionem approbasse videtur. Eadem quoque ratione & nos antea ἡρμασται apud Erot. pro ἥρμοσται legi debere existimauimus quod ἵδρασται & ἐστήρικται exponit. Verùm cùm ἀπὸ τῶν ἐρμασμάτων dictionem translatam esse dicat cum Gal. hunc quoque libri κατ' ἰητρεῖον locum ab Erot. subnotari existimo, & ἡρμᾶσθαι, ἱδρᾶσθαι, ἐστηρίχθαι ab eo scriptum esse contendo, præsertim cum ἡρμασται aut ἡρμασθαι nusquam apud Hipp. scribatur. Rursus ἡρμόσθαι vsurpatur Hipp. de fasciis aut linteis quæ obfirmata sunt & affulcita, aut appositissimè inhærent, lib. de fract. (pag.562.15.H.768.B.) τὰ δὲ ἐπιδεδεμένα ὀθόνια ἡρμόσθαι μὲν, πεπιέχθαι δὲ μή. deuincto lintea obfirmata quidem non autem appressa videantur. Et (ibid. v. 16. H. ibid.) φάναι δὲ κατὰ τὸ ἕλκος μάλιστα ἡρμόσθαι. dicat autem ad vlcus firmiter inhærentia & adaptata esse. Ac rursus (pag. 563. 22. H.769.A.) καὶ πεπιέχθαι μὲν μηδαμῇ, ἡρμόσθαι δὲ μάλιστα κατὰ τὸ ἕλκος. & nusquam quidem vinculum appressum esse, sed maximè supra vlcus obfirmatum. Et lib. de art. (pag.645.33.H.829.A.) χρὴ δὲ ἡρμόσθαι μὲν τὴν κνήμην καὶ τὸν πόδα ὅπως ἂν αὐτὸς ἐθέλῃ. Tibiam autem & pedem eo modo quo ipse velit affulcire oportet. Vbi ἡρμόσθαι Galen. esse dicit τὸ ἀσφαλῶς ἐστηρίχθαι, firmiter stabiliri ac firmari, obfirmari, hoc est tibiam & pedem luxatum ita accommodari & collocari, vt firmiter fulciantur. Nam & ibidem Gal. (vers. 38.) τὸ ἡρμόσθαι esse scribit, τὸ ἐστηρίχθαι οὕτως κατὰ πᾶν μέλος τὸ κῶλον, ὡς μηδαμόθι δύνασθαι κινεῖσθαι. membrum ita omni ex parte firmiter collocatum esse & obfirmatum, vt moueri nequeat. Idem quoque Gal. Com. 1. in lib. de fract. (pag. 534. 51.) τὸ ἡρμόσθαι δὲ ἐστηρίχθαι velut stabilitum esse exponit. Quibus omnibus in locis vtriusque scriptionis & ἡρμόσθαι & ἡρμᾶσθαι vim nostra interpretatione apud Hipp. expressimus, cùm eam etiam amplecti videatur Gal. & eandem explicationem vtrique tribuat, ab ἐρμάζειν deducendo, quod idem ἑδράζειν & στηρίζειν significare scribit, quod est stabilire, affulcire, Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (pag.692.1.)

Ἦρος exponitur Hesych. συνθήκη, ἐκεχειρία, pactum, fœdus, induciæ. Sic ἔγγιστα τοῦ ἦρυ dicuntur quæ maximè ad rem pertinent aut faciunt. Hippocr. lib. 3. περὶ διαίτης (pag.366.28.) ὡς μὲν οὖν δυνατὸν εὑρεθῆναι ἔγγιστα τοῦ ἦρυ, ἐμοὶ εὕρηται. quoad igitur fieri potuit, quæ maximè ad rem pertinent, inuenimus. hæc est à nobis inuenta victus ratio, quàm maximè fieri potuit, ad rem conueniens & proximè pertinens, cùm omninò exacta, & quæ ciborum copiæ aut laborum symmetriæ perfectè respondeat, inueniri à nullo possit. ἔγγιστα τοῦ ἔργου tamen Asulanus legit. ἔγγιστα τοῦ ἦρυ exemplaria quædam manu scripta Regia habent.

Ἠρύγγη exponitur Erotiano πέλιον, & annotantur βοτάνης esse ὀνόματα.

Ἡρῷον monumentum siue fanum heroi constructum. ἡρῷον Hesych. μνημεῖον exponitur. ἡρῷον dicitur Hipp. aph. 27. sect. 2. lib. 6. Epid. ὄπισθεν τοῦ ἡρῴου, quæ post statuam aut heroum habitabat. Etsi τοῦ ἥρωος multa habent exemplaria.

Ἠθέοντες, ἠθῶντες, exponit Gal. in Exeg. hoc est colans, per colum transmittentes, vt sit participium ab ἠθέω pro ἠθῶ aut ἠθίζω, quod est, colo, saccello.

Ἡσυχῇ apud Hipp. ponitur pro ἡσύχως aut μεθ' ἡσυχίας, quietè, moderatè, paululum. Lib.4 Epid. (pag.1132.H.) καὶ τι βηχίον ξηρὸν ἡσυχῇ, tussicula quædam paulùm sicca aderat. Lib. quoque 1. Epid. (pag.972.20.H.955.D.) ἡσυχῇ καὶ ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον βιοῦντες, qui otiosè & segniter degunt, quales mulierosi omnes & molles. ἡσυχία est quies & ocium, & ἡσυχάζειν quiescere, vt vertit M. Tullius Acad. 2.

Ἦτρον pars est ventris infrà vmbilicum ad pubem vsque, ὑπογάστριον dicitur, imus venter & abdomen. Gaza apud Arist. sumen & abdomen vertit. ἦτρον, pube tenus interpretatur Aurel. cap.18. lib.3. acut. & cap.4. lib.5. Tard. pass. Pubem etiam vertisse videtur Celsus cap.3. lib.2. ex aph.35. lib.2. τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν, partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes crassiores esse, si circa vmbilicum & pubem cutis plana est, dixit Celsus, ἤτρου ἔντασις ἐκατέρωθεν ἐς ἰθὺ, imi ventris vtrinque in directum contensio, lib.4. Epid. (p.1129. C.) καὶ τῶν ἤτρων, & eorum quæ circa abdomen erant, aph. 28. sect. 2. lib. 6. Epid. Et ἐπὶ τὸ ἦτρον ἐλαπάσσετο, circa abdomen emolliebatur, ibid. ἦτρον propriè dici Hipp. scribit Gal. Com. ad aph. 35. lib. 2. τὸ κάτω χωρίον τῆς γαστρὸς, ὅσον ἐστὶ μεταξὺ τοῦ αἰδοίου καὶ τοῦ ὀμφαλοῦ. ventris imam regionem quæ pudenda & vmbilicum interiacet. πόνοι περὶ ἦτρον ἐμποιοῦντα, quæ dolorem in imo ventre faciunt, in Coac. (pag.190 G.)

Ἦχος, sonus & sonitus. ἦχοι aurium sonitus & tinnitus sumuntur Hipp. in Prorrh. (pag.176. 41. 68. G.) ἐν πυρετῷ καυσώδει ἦχοι συνεγγινόμενοι μετὰ ἀμβλυωσμοῦ. febri ardenti si aurium tinnitus cum visus hebetudine succedant. Quod repetitur in Coac. (pag. 136.A.) Et rursus ibid. (pag.144.A.) οἷσι κεφαλαλγίαι καὶ ἦχοι ἀπυρέτοισι. Qui capitis doloribus ac aurium tinnitibus citra febrem tentantur. Rursus (pag. 149.B.C.) βόμβος ἐν ὀξέσι καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, in præcipitibus morbis murmur edentes & tinnientes aures. Et ἦχοι μετὰ ἀμβλυωσμοῦ, aurium sonitus cum visus hebetudine. ὤτων πόνος καὶ ἦχος ex Dioscor. cap. 39. lib. 1. grauitatem auditus, & sonos incertos ac tinnitus vertit Pl. c.4. lib.23.

OECONOMIÆ HIPPOCRAT.

ΤΟ Θ.

Θ Ἆκος, sedes, sedile, sella, idem quod θῶκος. Lib.7. Epid. (pag.1223.B.) οὐδ' ἐπὶ θάκου ἀνίσατο, neque ad sedile exurgebat, hoc est, neque in sedili, sedebat, de ægro decumbente effertur.

Θαλάμαι dicuntur cubilia & piscium latibula. Erot. apud Hipp. exponuntur καταδύσεις, specus, latibula. Vsurpat autem eam dictionem Hippocr. lib. περὶ τέχνης (pag.6.38.) καὶ τούτων οὐδὲν ὅτι οὐχ ὕπαφρόν ἐστι, καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας, quorum sanè nullum non subspumosum est, & circa se forulos habet, hoc est loculos & penetralia, aut latibula quædam. Agitur de cauitatibus internis ad articulos, quæ spuma quadam aut mucore subspumoso refertæ sunt. Etsi ὑπόπορον illic quædam exemplaria legunt, & Erot. ὑποφερὲν, vt postea scribimus.

Θαλερὸν πνεῦμα floridum spiritum significat apud Hippocrat. hoc est magnum & concitatum, σφοδρὸν καὶ μέγα exponit Gal. Com. 2. in Prorrh. (pag.183.10.H.70.D.) Idem quoque (ibid. pag. 198. 25.H.74.E.) θαλερὸν πνεῦμα, τὸ δὲ θάλλον καὶ ἀκμάζον, καὶ μέγα. hoc est veluti florentem ac vigentem aut magnam spirationem interpretibus Hipp. significare scribit. Quanquam ambiguam esse dictionem fatetur & subobscuram, neque in veram Asclepiadarum familiam receptam aut Germanis Hipp. libris assignatam. Quod etiam repetit Com. ad sent.24. lib.1. περὶ χυμῶν, & à θάλλειν deduci scribit. Quanquam in Exeg. θαλερὸν ἀπὸ τὸ θέρεσθαι, quod est calefieri aut calescere, factum esse scribit, & θαλερὸν, θερμὸν ὡς ἀπὸ ἡλίου, velut à sole calidum exponit. Vbi etiam quædam exemplaria θαλερὸν πνεῦμα, μέγα, ἢ διεπτοημένον explicatum habent, vt sit spiritus floridus, magnus & concitatus. Sic θαλερὸν δάκρυ apud Hom. Il. β. (v.266.) [θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ, hoc est, vberes ei profluxerunt lachrymæ,] θερμὸν καὶ ἀκμαῖον Schol. exponit, quod est calidam ac vigentem lachrymam, nempe vberem ac pullulantem, & quæ magna vbertate ex oculis profunderetur, neque siccesceret, sed velut frondes ex arboribus promanaret. θαλερὸν δάκρυ Hesych. exponit, τὸ πολὺ καὶ μὴ ξηραινόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐφθαλμῶν ἀεὶ θάλλον. Alij ἄδολον, quidam etiam falsas lachrymas exponunt. θαλερὸς etiam ταχὺς, ἰσχυρὸς exponitur Hesych. Θαλερὸν πρόσωπον floridum vultum rectè dici τὸ δὲ εὐεκτικὸν καὶ εὔχρουν, veluti benè habitum & coloratum, scribit Gal. Com. 2. in Prorrh. (pag. 183.8.)

θάλλειν

Θάλλειν verò est vigere, pullulare, florescere, & de viuido cutis colore dicitur, aut de alimenti succulentia Hipp. qua corpus bene habitum viget & repletur Lib. de loc. in homine (pag. 421. 51.) ὅκόταν κρατῆνται [τὰ σιτία] θάλλειν ποιέει & vbi superantur [cibaria] corpus vigere faciunt. Sic enim lego cum melioribus codicibus, vt de cibis locus accipiatur, qui vbi superantur & euincuntur, corpus replent. Etsi ferri potest vulgata lectio, ὅκόταν κρατῆται, τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν προσφερομένων θάλλειν ποιέει. Vt sit sensus, Cùm autem superantur, [cibaria] ab his corpus vigorem accipit. Ita enim accipiendus mihi locus videtur, contra Cornar. & vulgarium exemplarium fidem. Rursus (ibid. v. 54. 55.) θάλλειν effertur de viuido aut florido cutis colore ac benigna succorum repletione, qua corpus viget & tumidum redditur per aquæ calidæ balneum & comessationem, cui corporis ἰσχνότητα & maciem opponit. Ac iterum (422.6.) τὰ θάλλειν ποιέοντα, quæ replent & corpus vigere faciunt. Rursus ibidem (pag. 412. 41.) λίην δὲ πολλῷ ὑγρῷ αἱ σάρκες τρεφόμεναι καὶ νοσηλῷ θάλλουσαι, ὕδρωπες ἐμπίπτουσιν. Plurimo verò humore carnes nutritæ & morboso turgidæ, hydropem contrahunt. Et (pag. 417. 18.) τούτοισι γὰρ αὐτοῖσιν ὅ τε σπλὴν θάλλει καὶ τὸ σῶμα φθίνει, ex iisdem enim & splen augescit & corpus contabescit. Et ibid. 19.) ὅταν δὲ τὸ σῶμα λεπτὸν ᾖ καὶ ὁ σπλὴν θάλλῃ, cùm autem corpus extenuatum fuerit & splen creuerit. Et lib. περὶ καρδίης (pag. 268. 22.) de cordis tunica γεγένηται δὲ τοῦτο ἵνα ὅκως θάλλῃ τε ρωομένως ἐν φυλακῇ. Ea verò de causa tunica extitit, vt validum in custodia vigeat. A θάλλω etiam deducitur τηθαλὸς vox media, idem quod τηθαλλὸς, virens, floridus, veluti succo turgens aut scatens. Sic τηθαλότα σχήματα, τουτέστι μόρια ἢ μέλεα, partes corporis succulentæ dicuntur Hipp. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 17. 45.) hoc est quæ humorem in se continent ac recipiunt veluti efflorescentem, floridæ dici possunt, hoc est succulentæ. Sic μανὰ τε καὶ τηθαλότα simul iunguntur, raræ & floridæ corporis partes, hoc est succo turgidæ, vt postea (ibidem (pag. 18.29.) ἁπαλὸν καὶ τηθαλὲς καὶ ὕφαιμον de hepate effertur, quod sanguineum sit & velut sanguine efflorescens ac turgidum mammarum instar. Τηθαλότα tamen Gorrh. apud Hipp. mollia vertit, & à θηλέω deduci putat, velut effœminata, quod mulierum præcipua sit mollities. Idem etiam τηθαλότα mammarum instar exponi posse putat, hoc est, mammarum instar succulenta & veluti lactantia, hoc est, succum veluti lac præbentia, vt sint τηθηλότα veluti τιθηλαζόντα, quem in sensum sugentia vertit Caluus. Sed tunc à θηλάζω potiùs, quòd θηλάζω significat, deduci videatur, vnde & θήλαστο ἐθήλασε Hesych. exponit. Τεθηλημένα δένδρα velut τηθαλότα à θηλέω, arbores frondosæ dicuntur Hipp. lib. περὶ ἐνυπνίων (pag. 378. 52.) quæ frondium mollitie luxuriant, quibus φυλλορροοῦντα opponit, eas quæ folia habent decidua.

Θαλπὴν legitur apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573. 36.) θαλπὴν ποιέειν. Verùm locum esse corruptum indicat asteriscus codici Asulanio præfixus, tum quòd exemplaria manu scripta Regia illic θλασπὶην legunt, & quia lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 629. 39.) vbi eadem repetuntur, θλάσπιν λείην ποιέειν legitur, quam etiam lectionem lib. περὶ γυναικ. φύσ. secutus videtur Cornar. θλασπὶν autem legi potest, vt idem sit quod θλάσπιος, aut θλάσπιος πόσις, aut θλάσπιον, pro θαλπὴν ποιέειν scribendum, vt idem sit quod θλασπίδιον, velut ibidem legitur (pag. 575.5.) Sic enim θλάσπι θλασπίδιον vocari scribit Dioscor. & Caluus cardamum agreste, & pedem gallinaceum vertit, quæ sunt θλάσπιος nomina. Θλασπόσιος autem Gal. in Exeg. pro θλάσπιος, sic dicta herba, apud Hipp. positum scribit. At lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 628. 53.) θλάσπιος ὅσον ὀξύβαφον legitur. & (pag. 629. 48.) θλάσπιος ἴσον πόσιν, pro quibus θλασπόσιος ὀξύβαφον, & θλασπόσιος πόσιν legisse videtur Gal.

Θαμέως idem quod θαμινὰ significat, frequenter, crebrò, & Hippocrati vsurpatur lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 262. 54.) ἢ ἤν τις δὲ κυήσεται θαμέως, quæ verò frequenter concipiet. πολλὰ explicatur lib. περὶ ἀφόρων (pag 679. 3.) vbi eadem repetuntur. θαμέες ἔμετοι, frequentes vomitus. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 662. 22.) Θαμινὰ autem πυκνὰ exponit Erot. apud Hipp. & ex lib. περὶ αἱμορροΐδων profert, vbi tamen non legitur, sed lib. de fistulis. (pag. 887. A.) ἐς ἄφοδον θαμινὰ καθίζειν, frequenter exonerandæ alui gratia desideat. Vt vel inde satis constet vnum fuisse libellum περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων quemadmodum etiam in τῶν θεραπευτικῶν librorum Hipp. recensione Erot. vtrumque simul comprehendit. θαμινὰ verò aliàs crebro vsurpatur Hipp. vt lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 37. 27. H. 340. 2.) οὐρέει θαμινὰ frequenter meiit. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 655. 9.) καὶ τῷ ἀνδρὶ ξυνευδέτω θαμινὰ, & cum viro frequenter condormiat. Rursus (ibid. v. 34.) ἐμείτω θαμινὰ, crebrò vomat. Et (ibid. 38.) τὸ οὖρον στάζει θαμινὰ καὶ κατ' ὀλίγον, vrina crebrò & paulatim stillat. Rursusque ibidem (pagina 658. 1. & 39.) λύειν θαμινά. Et (pag. 661. 50.) τὰ ἐπιμήνια θαμινὰ, frequentia menstrua. Et (pag. 665. 5.) καὶ ἐρεύγεται θαμινὰ, & crebrò eructat. Et (pagin. 666. 27.) θαμινὰ δὲ τοῦτο δρᾶν. crebrò autem hoc faciat. Interdum etiam θαμινάκις, vt (pagina 671. 13.) χρίειν θαμινάκις, crebrò inungito. Lib. περὶ κρισίμων (pag. 57. 37.) οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι θαμινὰ καὶ ἑλκοῦνται, oculi crebrò lachrymantur & vlcerantur. ἑλκοῦνται tamen pro ἑλκοῦνται legit Cornar. ex lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 561. 28.) vbi θαμινὰ non legitur. Lib. de locis in homine (pag. 419. 46.) θαμινὰ μεταλλάσσειν, crebrò permutare. Vt & eandem vocem aliàs eodem lib. vsurpat In Coac. (pag. 147. G.) θαμινὰ σμικρὰ πτύοντες, quæ frequenter pauca expuunt. In Epist. (pag. 1280. 18.) τὴν δὲ κεφαλὴν θαμινὰ ἐπέσειεν, caput autem crebrò concutiebat. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 531. 22.) ἔπειτα θρόμβοι αἵματος ἐκβράσσεται [ὁ φάρυγξ] κατ' ὀλίγον καὶ θαμινά. deinde sanguinis grumos paulatim & crebrò [fauces] reiiciunt. Lib. de vuln. Cap. (pag. 913. C.) θαμινὰ δὲ ἐξαιρεομένῳ τὸν πρίονα, & exempta sæpe terebra.

Θάνατος, mors, est animi & corporis dissolutio, quæ fit in animalibus aut violata cerebri conformatione, aut spiritu qui in eo continetur, aut ex caloris natiui extinctione. Galenus lib. de vsu respir. (pag. 165. 14.) Inde θανατώδης dicitur quod mortem adfert, sed interdum quod necessariò mortem adfert significat Hipp. interdum verò quod magna ex parte, vt scribit Gal. Com. ad aph. 18. lib. 6. τὸ θανατῶδες ἔοικε πολλάκις εἴρηται ἐν ἄλλοις τε καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο τὸ βιβλίον, ἐπὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἀποθνησκόντων, πολλάκις δὲ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. διὸ καὶ νῦν ἄδηλόν ἐστιν, εἴ τε πάντως ἀκολουθεῖ θάνατος ἐπειδὰν τοῖς τ' εἰρημένων μορίων διακοπῇ, εἴτ' ἐπὶ τινων ἐγχωρεῖ σωθῆναι σπανίως τὸν ἄνθρωπον. Hoc nomen θανατῶδες quod est lethale, tum in aliis scriptis, tum in hoc ipso libro, sæpe de iis qui ex necessitate morituri essent, sæpe etiam de iis qui magna ex parte, dictum est. Quare ne nunc quidem manifestum est, num altiùs diuisis his partibus omninò secuturam mortem velit innuere, num in quibusdam hominem quidem seruari, sed rarò, contingat. Neque verò alia notione θανάσιμον quod est lethale, vsurpatur Hipp. in aphorismis, sed etiam interdum τὸ κινδυνῶδες quod est perniciosum, significat & exitiosum, vt scribit Gal. Com. ad aph. 2. lib. 5. ὥσπερ ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ θανάσιμον ἔφη τὸν σπασμὸν, ὃν ἴσον τῷ κινδυνώδει τε καὶ πλειστάκις πολλάκις εἰς θάνατον, οὕτω καὶ νῦν τὸν ἐπὶ τῷ τραύματι σπασμὸν ὀνόματι θανάσιμον, οὐκ ἐξ ἀνάγκης τε καὶ διὰ παντὸς ἐπιφέροντα θάνατον, ἀλλ' ὡς πάνυ πολλάκις. ἐπ' αὐτοῖς δὲ καὶ κατὰ πολλῶν τῶν ἐμπροσθεν ἀφορισμῶν, τούτῳ τῷ θανασίμῳ ὀνόματι κέχρηται. Quemadmodum in eo qui hunc præcedit sermone, lethalem dixit conuulsionem, pro eo quod est perniciosam & sæpè morte terminandam. Sic etiam nunc eam quæ fit ex vulnere conuulsionem lethalem esse dixit, non tanquam ex necessitate ac semper mortem inferentem, sed tanquam crebrò admodum. Sic etiam superioribus multis aphorismis θανασίμου nomine vti visus est. Idem θανάσιμον κακὸν exponit Com. in aph. 3. lib. 5.

§ Θεατρικαὶ ἐπιδέσιες & εὔρυθμοι, concinnæ deligationes & histrioniæ, ad ostentationem tantùm & spectaculum comparatæ, quæ nihil iuuant, lib. περὶ ἰητρ. (pag 10. 12.)

Θεῖον numen, diuina natura dicitur, rerum humanarum præcipua causa & in rebus humanis principatum obtinens, apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 563. 26.) μάλιστα μὲν τὸ θεῖον ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισιν αἴτιον εἶναι. maximè quidem diuinam naturam in rebus humanis causam obtinere. Rursus ibidem τὰ θεῖα (v. 33.) δεῖ δὲ τὸν ὀρθῶς ταῦτα χειρίζοντα, ἄρχεσθαι μὲν ἐκ τῶν θείων ἀρχῶν. Eum autem qui hæc rectè tractare velit, primùm quidem à diuina natura initium ducere conuenit. τὸ θεῖον etiam quod est diuinum significat, quod à Deo est, aut quod est incomprehensibile, vt Deus, & cuius causam neque sensu neque cogitatione assequi possis, quo modo accipitur initio lib. περὶ ἱερῆς νόσου (pag. 301. 15. 40. 302. 14. 28. &c.) atque aliàs (sæpè.) Quo etiam sensu εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τῇσι νούσοισι sumitur in quibusdam in Progn. (pag. 118. 32. H. 36. 2c.) Galenus verò post varias interpretum opiniones, illic τὸ θεῖον, τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κατάστασιν, exponit morborum populariter grassantium generationem, quæ ex aëris conditione petitur intelligens, aut syderum cognitionem, quæ multùm facit ad morborum prædictionem & totius anni constitutionem prænoscendam. Cuius peritum esse Medicum vult Hipp. libris Epid. & lib. περὶ ἀέρων, &c. Gorrh. cum Fernel. τὸ θεῖον intelligit aëris constitutionem, quæ magis proprietate totius substantiæ quàm suis primis qualitatibus corpora nostra offendat, quam νοσηρὴν ἀπόκρισιν vocat Hipp. lib. de nat. hum. (pag. 20. 11. H. 29. 2.) ἀναθυμίασιν, exhalationem siue expirationem exponit Galen.

Cuius quidem curationem optimo iure in loci mutatione & exiguo inspirationis vsu ponit Hippocr.

Θέναρ,palma aut vola manus, pars manus interna, quæ eminet & carnosa est, à digitis ad carpum protensa. Hipp. lib. de fract. (pag.531.36.H.753.A.) τὰ θέναρα περιβάλλοντα διορθοῦν. volis admotis dirigere. Vbi Gal. θέναρα dici scribit manus partes eminentes ἀπὸ τοῦ θείνειν, quod est percutere, quòd ea parte percutiamus. Aliis quoque visum, non eas omnes partes θέναρ dici, sed eas solas quæ sub pollice extant. Ruf. Ephes. ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας τῶν ἀνθρώπου μορίων, θέναρ dici scribit spatium illud carnosum inter pollicem & indicem, sub quo manus cauitas sita est. ὑποθέναρ quod quatuor digitis subtenditur. Videri etiam sibi Hipp. θέναρ appellare latam manus partem. Hesych. θέναρ est τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς καὶ τοῦ ποδὸς, manus cauitas & pedis. Latinis Itaut vola dicitur. Etymologicum autem dictum vult παρὰ τὸ θεῖναι εἰς αὐτὸ, nimirum ὡς ὃ ἐστὶ θεῖναι τὰ δεχόμενα, quòd quæ excipiuntur ea parte recipiantur. Sed aliam ex Gal. notationem adduximus. Authori Isagoges θέναρ dicitur κατὰ τὰ ἄρθρα τῆς χειρὸς τὸ μὲν κατὰ τὴν ἀντίχειρα ἐπανεστηκὸς, manus spinæ pars iuxta pollicem assurgens, (pagina 376.19.) Iulius Pollux lib 2. θέναρ vocari scribit carneam manus partem interiorem à pollice ad indicem. Quibusdam etiam videri ab Hipp. & Homero θέναρ dici τὸ ἔμπροσθεν τῆς δρακὸς ἅπαν, omnem anteriorem pugni partem. θέναρα pro pedum plantis sumere videtur Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 641. 25.) καὶ τὰ θέναρα ναρκῶσι, καὶ ἐπιβαίνειν οὐ δύνανται. & plantæ pedum torpescunt, neque incedere valent.

Θεραπεία curatio, dicitur Galeno. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 38. 20.) ἡ τῶν νοσημάτων ἀναίρεσις ἤδη γεγενημένη, οὐ γινομένη ἔτι. ea morbi sublatio quæ iam facta est, non quæ adhuc fit. Θεραπεύειν curare etiam dicitur duobus modis de cancro, vt scribit Gal. Com. ad aph. 38. lib. 6. τὸ θεραπεύειν διττὸν ἐστιν. ἐν μὲν τὸ, πάντα πράττειν ὡς ὑγιὲς ἀποφῆναι τὸ πεπονθὸς μόριον· ἕτερον δὲ τὸ προνοεῖσθαι τῆς ἁρμοττούσης τῷ πάθει προνοίας, ὅπερ ἐστὶ παρηγορεῖν τι καὶ πραΰνειν αὐτὸ, καὶ μάλιστα ὅταν ᾖ μεθ᾽ ἑλκώσεως. Curare duobus modis capitur. Vno quidem cùm omnia tentantur vt pars affecta ad sanitatem reducatur, altero cùm curatur vt congruens passioni prouidentia adhibeatur, hoc est, vt ipsa demulceatur ac mitior reddatur. Θεραπεύοντες sunt ministri & qui ea quæ ad curationem adhibentur administrant, aut quæ oportet curant. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 83. 32. H. 395. 9.) dicuntur ij qui quæ ad balnea sunt necessaria curant aut parant. ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα καὶ οἱ θεραπεύοντες ὡς δεῖ. In paucis namque domibus parata habentur necessaria, sed nec ministri qui ea vt oporteat curent, reperiuntur.

Θέρετρον exponit Gal. in Exeg. τόπος ἐν ᾧ διατρίβειν θέρους ἐπιτήδειος, locus habitationi æstiuæ accommodus, additque quibusdam θέριστρον scribi.

Θερινὴ ὥρα, æstiuum tempus significat, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 87. 41. H. 396. 7.) καῦσος δὲ γίνεται ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά. febris ardens oritur vbi venulæ resiccatæ tempore æstiuo acres & biliosas ad se attraxerint tenues & serosas humiditates, quas ἰχῶρας vocant. Vbi scribit Gal. θερινὴν ὥραν εἴρηκε τὴν θερμὴν καὶ ξηρὰν, ἄν τ᾽ ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἔαρος, ἄν τε ἐν ἀρχῇ τοῦ θέρους, ἄν τ᾽ ἐν τοῖς μέσοις, ἢ τοῖς τελευταίοις, ἄν τε κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ φθινοπώρου ᾖ. Æstiuum anni tempus dixit calidum & siccum, siue ad finem fuerit veris, siue ad initium æstatis, siue in horum temporum mediis, siue extremis, siue ad autumni principium. Interdum etiam θερινὴ simpliciter dicitur, & ὥρα subauditur, quemadmodum θερινὴ θέρος exponitur Hesych. θερίη dicitur etiam aph. 29. sect. 8. lib. 6. Epid. vt & θερείη Herodoto.

Θερμαίνεσθαι est incalescere & ὑποθερμαίνεσθαι aliquantulum incalescere, & de calore febrili effertur Hippocr. vt in Critone & Epicratis vxore ægr. 5. & 9. & lib. 1. Epid. οὐκ ἐθερμάνθη, non incaluit, de febre intelligitur. θερμαίνεσθαι etiam ægr. 12. lib. 1. Epid. de leui febris initio dicitur & febris moderationem significat. ἄνθρωπος θερμαινόμενος ἐδείπνησεν καὶ ἔπιε πλέον. incalescens quidam cœnauit bibitque largius. Vbi scribit Gal. διὰ τοῦ θερμαινόμενος ὀνόματος ἐνδείξασθαι ἀρχὴν τοῦ πυρετοῦ μικροῦ δοκοῦντος ὑπάρχειν. per hanc dictionem [θερμαινόμενος] indicari febris initium quæ leuis existere videretur. Quod etiam repetit Com. in ægr. 2. lib. 3. scribens, ἐνδείξασθαι βουλόμενος διὰ τοῦ θερμαινόμενος ὀνόματος τὴν μετριότητα τοῦ γενομένου τῷ δειπνήσαντι πυρετοῦ. cùm hac dictione [θερμαινόμενος] moderationem febris quæ cœnato contigisset, indicaret. Etsi ὑποθερμαινόμενος pro θερμαινόμενος illic exemplaria quædam manu scripta Regia legunt, qua dictione leuis febris initium propius indicatur, vt nostris eum in locum Annotat. admonuimus, Gal. tamen vbique & lib. περὶ κρίσεων θερμαινόμενος legit. Idem lib. 3. de Præsag. ex puls. (pag. 139. 6.) dicere θερμαίνεσθαι, καὶ τεθερμάνθαι τὴν καρδίαν, cor incalescere & incaluisse, plurimùm differre scribit, quòd cor ipsum θερμαίνεσθαι dicatur, si ea substantia, quæ in eius finibus continetur, calescat, ita tamen vt cordis corpus calor minimè attingat. Quòd si corpus ipsum cordis ad eum caloris gradum peruenit quem occupat substantia eius finibus contenta, tum τεθερμάνθαι h. e. incaluisse cor dicitur, & ad eum calorem intemperies & facultatum imbecillitas consequitur, cùm alterius caloris firmitas facultatis & robur comes esse possit. Hinc θερμάσματα dicuntur Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 52. 50. H. 887. 5. & pag. 53. 22. H. ib. 24.) fotus qui per calefacientia adhibentur in pleuritide ad leniendum dolorem, vt & ægr. 8. lib. 3. Epid. post st. pest. θερμάσματα vocare Hippocr. sc. ibit Gal. Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. τὰ θερμαίνοντα τὸ σῶμα καθ᾽ ὁντιναοῦν τρόπον, quæ quouis modo corpus calefaciunt. Θέρμη calorem significat & αὐτὸ τὸ θερμαίνεσθαι sumitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 606. 48.) θέρμη τὸ ἀνὰ πᾶν τὸ σῶμα, & calor toto corpore.

Θερμημερίαι dicuntur Hippoc. calidorum dierum tepores qui vere contingunt, lib. de Nat. hum. (pag. 14. 11. H. 227. 25.) τὸ δ᾽ αἷμα κατὰ ταῦτα αὔξεται, ὑπό τε τῶν ὄμβρων καὶ τῶν θερμημεριῶν. Sanguis sanè eadem ratione augetur, ab imbribus videlicet & calidorum dierum tepore, aut à diebus calidis.

Θερμὸν calidum, aliquando de qualitate, aliquando de substantia dicitur, vt scribit Gal. Com. ad aph. 14. lib. 1. Idem duplex est apud Hipp. vnum ἔμφυτον, natiuum, alterum igneum, mordax & præter naturam. Gal. Com. in aph. 23. lib. 6. Epid. sect. 4. Θερμὸν ἔμφυτον, calor naturalis & innatus, quem Asclep. Praxag. Philot. & Erasist. negarunt, eumque acquisititium non insitum dixerunt. Est autem essentia per se & semper mobilis, & in animali primus, & ab initio genitus & innatus. Natura namque ipsa & anima nihil aliud quàm calor innatus. Caloris natiui motus internus & externus est perpetuus, ideoque semper mobilis, dum moderatè incenditur, & moderatè extinguitur, vt Heraclitus dicebat. Idem calor natiuus ex caliditate & frigiditate mistus est, alioqui non perpetuò esset mobilis. Cùm enim ex natura caloris semper expandatur & in altum tollatur, seipsum breui dissiparet nisi frigiditate impediretur & intro cogeretur, ne dum ita se extendit, pereat. Galen. lib. de Tremore palp &c. (pag. 369. 7.)

Θερμοκοίλιοι dicuntur Hipp. qui calido sunt ventriculo & intemperato, quique calore mordaci & præter naturam ac igneo, non natiuo abundant, aph. 23. lib. 6. Epid. sect. 4. Eos exponit Gal. τὸ δακνῶδές τι καὶ μοχθηρὸν θερμὸν οὐκ ὀλίγον ἔχοντας ἐν τῇ δυσκράτῳ γαστρί. mordacem vitiosumque calorem haud exiguum in intemperato ventriculo habentes. Rursus aph. 23. sect. 8. θερμοκοιλίοισιν ἰσχυρὰ ποτὰ βρωτὰ ταρακτικά. Valentes cibi aut potus eos qui calido sunt ventriculo perturbant.

Θερμὰ calores significant. Lib. 7. Epidem. (pag. 1225. B.)

Θερμωλὴ idem quod θερμότης aut θέρμη, calorem significat aut caliditatem Hipp. θερμωλὴν πυρετὸν significare apud Ionas annotatur ex Corintho. Sed & θερμωλὴ πυρετὸς exponitur Erot. Idem tamen hoc nomine omnem caliditatem apud Hipp. subindicare mauult, his verbis. μάλιστα καὶ τῆς θερμασίας ὑπ᾽ αὐτοῦ θερμωλὴ λέγεται. Vsurpat eam dictionem Hippocrat. Lib. de Loc. in Homine (pag. 416. 32.) καὶ θερμωλὴ ποιέειν ῥεῦμα πολύ. Et caliditate fluxionem multam faciunt. Rursus (pag. 418. 1.) καὶ θερμαίνειν ὡς μάλιστα, ὡς ἡ θερμωλὴ ἀνοιχθέντος τοῦ σώματος ὑπὸ τοῦ ἱδρῶτος ἐξέλθῃ. & quàm maximè calefacere, vt calor aperto per sudorem corpore exeat. Quem locum propius mihi expressisse videtur Erot. Ac rursus (pag. 419. 27.) ἢν δὲ ὑπὸ θερμωλῆς ἰσχούσης ἑλκύδρια ἐκθύωσιν ἀσθενέος ἐόντος. vbi caliditate detento vlcuscula imbecillo existenti eruperint.

Θέσις positio, de membri deligati positione dicitur, vt crure cùm quo habitu collocatur, continetur. Lib. κατ᾽ ἰητρ. (pag. 686. 19. H. 744. F.) ἀνάληψιν & θέσιν coniungit Hipp. vt & alias sæpè. Vbi scribit Gal. quod est ἀνάληψις in manu & brachio, id esse θέσιν in crure, & θέσιν sub ἀνάληψιν comprehendi, quod etiam repetit Com. 3. in eundem lib. (pagin. 689. 35.) Rursus ibidem (pagin. 693. 15. H. 745. G.) θέσις de membri fracti collocatione aut positione dicitur, & in genere τὴν ἀνάληψιν comprehendit. θέσις etiam vbi membri fracti depositionem, situm, & collocationem significat, τῇ ἕξει opponitur, & ὑπόθεσιν vocat Gal. Ad θέσιν autem referuntur caput fractum, crus, & vniuersa dorsi spina. Quæ vbi benè collocata sunt & deposita, εὔθετα dicuntur Hipp. lib. κατ᾽ ἰητρ. (pag. 696. 8. H. 746. B.) Θέσις etiam dicitur Gal. partium inter se cum proximis connexio & respectus, Com. 2. in lib. de fract. (pag. 542. 51.)

Θεωρητὴ ἡμέρα, spectabilis dies, vide ἐπίδηλος ἡμέρα.

Θεωροὺς exponit Erot. apud Hipp. τοὺς εἰς θεοὺς πεμπομένους χρησμῶν ἐπιζητήσεως

ϑεοπρόπους ἱέναι, eos qui oracula ſciſcitatum ad Deos mittebantur.

Θωμὸν exponitur Gal. in Exeg. σωρὸς cumulus, aceruus. Heſych. autem ϑωμὸν dicitur πᾶν τὸ συνηθροισμένον ἢ ἀχύρων ἢ πυρῶν. omnis rerum ſimul congeſtarum aceruus ſeu cumulus, vt acerum aut tritici.

ϑῆξις per acum punctio, ἀπὸ τοῦ ϑήγω τὸ ὀξύνω, & acuo aut acu traſfigo ſignificat. ϑῆξαι ἀκονῆσαι, ὀξῦναι, exponitur Heſych. quod eſt acuere. Eſt & Medicis κατὰ ϑῆξιν ϑεραπεία curatio in vulneribus per ſuturæ commiſſionem, cùm vulneris hiantis labra per ſuturam adducuntur, & per acum oræ propius coniunguntur. Cuius meminit Archig. apud Gal. lib. 2. κατὰ τόπ. (pag. 184. 6.) Sunt & alij duo adducendi labra hianti vulneris modi, quorum etiam illic meminit Gal. vnus per ἀγκτῆρας, hoc eſt, hamulis ſeu fibulis impoſitis, alter κατὰ συσάρκωσιν, cùm adhibitis aridis medicamentis enata carne labra coaleſcunt. ϑήγω etiam ſignificat inſtigo, incito ex tranſlatione, & acuo. Legitur apud Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pagin. 605. 6.) ὡς ἕλκεος καθαροῦ νευρώδεος εἰ ϑήγεις. Verùm mendoſam lectionem eſſe exiſtimo & ϑίγεις malim, vt ſit, tanquam ſi vlcus purum neruoſum attingas, quod inſigni ſentiendi vi eſt præditum.

ϑηρεύων ὀξέως, qui fruſtra aliquid venatur & captat. De phrenitico dicitur, qui manibus porrectis fruſtra ſemper aliquid captabat. Lib. 7. Epidem. (pag. 1210. G.) τῇσι χερσὶν ὑπερτείνων καὶ αἰεί τι ὀξέως ϑηρεύων, & manibus porrectis ſemper aliquid fruſtra captabat.

ϑηριακὰ medicamenta dicuntur quæ ferarum morſibus medentur Gal. Com. 6. in lib. 6. Epid. (p. 525. 12.)

ϑηρίον vlcus ferum aut ferinum (quod vlcus tetrum dicit Lucretius) & κακόηθες, quodque in feritatem tranſiit dicitur Hipp. Gal. in Exeg. ϑηρίον explicat, τὸν τι ἕλμινθα καὶ τὸ ἄγριον ἕλκος, ὡς ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. ϑηρίον ἐπὶ τὸ σῶμα ἐπέρχεται διὰ πρόφασιν, ἐπὴν ἀφίκηται ὁ ἰχὼρ ἀπορρέων, σήπει καὶ μετεωρίζει. hoc eſt lumbricum & vlcus ferum, velut Lib. de locis in homine. Vlcus ferinum hac de cauſa corpus inuadit. Et, vbi defluens ſanies ad eam [carnem] peruenerit, putrefacit & in tumorem attollit. Qui locus legitur (pag. 418. 43.) Idem Gal. adſcribit ϑηρίον ab Hipp. lib. περὶ χυμῶν & aliis in locis τὰ ἐν τοῖς ἐντέροις συνισάμενα δηλοῦν, τὰς ἕλμινθας δηλονότι καὶ τὰς ἀσκαρίδας, interaneorum animalia indicare, nimirum lumbricos & aſcaridas. Locus autem libri περὶ χυμῶν habetur (pag. 47. 24.) Sic & φθινόπωρον ϑηριῶδες cùm effert Hipp. ad vnum aliquod ex his ſignificatis referri ſcribit. Interdum verò & τὸ φθινῶδες ſic vocare, quod tabem, aut malignam humorum corruptionem ac putredinem indicat. Sed aduertendum eſt apud Gal. legi omnibus in exemplaribus φθινοπώρου ϑηριώδης, pro φθινοπώρῳ ϑηριῶδες, & per hanc ſcripturam locum lib. 2. Epid. (p. 996. A.) ſubindicari, vbi tamen ϑηριώδης malè legitur, aut locum lib. 6. Epid. aph. 13. ſect. 1. Aut certè per φθινοπώρου vtranque lectionem ſubnotare voluiſſe Gal. exiſtimandum eſt.

ϑηρία certe vlcera maligna & ferina ſignificant Hipp. in Coac. (pag. 192. B.C.) ἐν λειεντερίῃσι μετὰ ϑηρίων. Inteſtinorum læuitate laborantibus cum ſæuiſſimis vlceribus. Et, οἱ ἐν λειεντερίῃσι μακροῖσι ἅμα ϑηρίοισι. Inteſtinorum læuitate laborantes cum malignis vlceribus. Sic ϑηρία pro interaneorum animalibus & lumbricis aluum infeſtantibus vſurpantur in Coac. (p. 165. C.) καρδιαλγικὰ καὶ μετὰ στρόφου κοιλίης ϑηρία καταρρήγνυνται. Oris ventriculi dolores etiam cum inteſtinorum cruciatu, interaneorum animalia deiiciunt. Et aph. 6. ſect. 7. lib. 6 Epid. καὶ τὰ ϑηρία οἷα ἐποίει. Quinetiam videnda ſunt quænam interaneorum animalia inducant. Quem locum etiam Commentarij qui Galeni nomine non ita pridem prodierunt, de lumbricis aluum infeſtantibus exponunt, & ϑηρία morbos ferinos ac ſæuos ſignificare ſcribunt.

ϑηριώδης quicquid eſt ferinum aut malignum indicat, aut ea dictione intelliguntur morbi qui à feris nomen deſumunt, vt elephas, cancer, aut in quibus animalia gignuntur, vt lumbrici & aſcarides, aut phthiſis ipſa, in qua velut feris vngues incuruantur. Et φθινοπώρου ϑηριώδης dicitur Hipp. quòd autumno omnia huiuſmodi graſſentur, iſque ſua malignitate & feritate hos morbos inſignemque humorum prauitatem procreet, aut quòd autumno morbi grauiſſimi & exitiales, non ſecus ac feræ in corpus noſtrum ſæuiant. Gal. Com. 1. in lib. 6. Epid. (p. 451. 50. H. 1165. B.) εἴ τι τὰς ἀσκαρίδας, εἴ τι τὰς ἕλμινθας λέγει τὸ ϑηριῶδες, εἴ τι ἐλέφαντα, ἢ καρκίνον, εἴ τι φθίσιν, ὥς τινες ἤκουσαν, εἴ τι πᾶν τὸ κακόηθες. εἰκότως ἐν φθινοπώρῳ τὰ τοιαῦτα γίνεται πάντα. hoc eſt, ſiue aſcaridas, ſiue lumbricos τὸ ϑηριῶδες dicat, ſiue elephantem, ſiue cancrum, ſiue tabem, vt nonnulli voluerunt, ſiue quicquid malignum eſt, iure hæc omnia autumno procreantur. Poteſt etiam ϑηριῶδες dici de autumno in quo deſipientiæ ferinæ aut vehementes melancholiæ ab atra & retorrida bile fiunt, in quibus ægri ferarum more obuios quoſque impetunt & feriunt. Etſi Gal. in Exeg. τὸ ϑηριῶδες Hipp. de lumbricis aut aſcaridibus & inteſtinorum animalibus ſumi vult, aut etiam τὸ φθινῶδες intelligi poſſe, quod de autumno dicitur qui ſua humorum prauitate exitialiſſimos & grauiſſimos morbos creat qui corpus conſumunt & tabefaciunt (ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται νόσοι καὶ ϑανατωδέσταται), vt ſcribitur lib. 2. Epid. ſect. 1. & aph. 9. lib. 3.) aut propter tabem quæ ſolet plurima hoc tempore infeſtare. Sic φθινόπωρον ϑηριῶδες vocat Aret. cap. 9. lib. 2. περὶ αἰτίων καὶ σημείων ὀξ. παθῶν. vir Hippocratis dicendi grauitatem propemodum conſecutus. Erot. τὸ ϑηριῶδες explicans ex aph. 13. lib. 6. Epid. ſect. 1. ſcribit quibuſdam videri Hipp. hanc dictionem ad vlcera maligna referre, quæ ϑηριώματα vocantur, quæ nimirum vt plurimùm autumno gliſcunt propter aëris inæqualitatem. Quoſdam etiam ad paruos lumbricos, qui tunc maximè gignuntur, referri exiſtimare, quoſdam quoque ad tabem. Heſychius etiam ϑηρίον πάθος τὸ σώματος exponit ὃ καὶ καρκῖνος καλεῖται. Vbi ϑηρίον (ſi modò vera eſt lectio ac non ϑηρίωμα potiùs ſcribendum) ϑηρίωμα ſignificare videtur.

Θηριώδης βὴξ tuſſis ferina, maligna dicitur Hipp. aph. 11. ſect. 1. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Gal. quoſdam interpretes huiuſmodi tuſſim intelligere ſiccam, quæ lumbricis ad os ventriculi ſurſum repentibus & illud lancinantibus excitatur. Quoſdam etiam ad tabidorum tuſſim accommodare, quoniam his vt feris vngues incuruentur. Alios etiam ϑηριῶδες ἐπὶ τοῦ κακοήθους, hoc eſt pro maligno ſumere, quæ Gal eſt opinio, vt ϑηριώδης βὴξ dicatur quę maligna eſt & pernicioſa neque vllum abſceſſum fore indicat, vt quæ nullam concoctionem expectet. Idem Com. ad aph. 16. eiuſdem ſect lib. 6. Epid. in tuſſi ſicca quæ (vt loquitur Hippocr.) οὐ τῷ ϑηριώδει ἀλλὰ τῷ πνεύματι excitatur, τὸ ϑηριῶδες his verbis explicat. γινομένων δὲ βηχῶν ξηρῶν καὶ διά τινα κακοήθειαν τοῦ νοσήματος, ἣν ἐφεξῆς ὁποία τίς ἐστιν ἐρῶ, ταύτης ἀφορίζων τὰς ἐν τῷ νῦν λόγῳ βῆχας, οὐ τῷ θηριώδει φησὶν αὐτὰς ἀλλὰ τῷ πνεύματι γίγνεσθαι. τινὲς δὲ οὐχ ἁπλῶς τὸ κακόηθες ἄπαν ἀξιοῦσιν λέγειν, αὐτὸ θηριῶδες, ἀλλ' ἔνιοι μὲν τὴν φθίσιν, ἐπειδὴ γρυπουμένων τῶν ὀνύχων, θηρίοις κατά γε τοῦτο ἐοίκασιν οἱ φθίνοντες, τινὲς δὲ θηρίωμα καλεῖσθαί φασιν ἰδίως τὸ ἐν τῷ πνεύμονι ἕλκος. ἔνιοι δ' ὅταν ἐπὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἀνέλθωσιν αἱ ἕλμινθες, ἐνδείξειν αὐτάς φασι βῆχας, μήτε λόγῳ τοῦτο ἀποδεῖξαι δυνάμενοι, μήτε τῇ πείρᾳ. τὸ κακόηθες οὖν ἄμεινον ἀκούειν θηριῶδες, εἴτ' ἐκ τῆς κεφαλῆς καταφερομένου ῥεύματος βήττοιεν, εἴτ' ἐφ' ἕλκει τῶν κατὰ τὰ τῶν ἀναπνευστικῶν, ἢ τοῖς κατὰ ταῦτα γινομένοις ἀποστήμασιν, εἴτ' ἐπὶ τοῖς καλουμένοις ἐμπυήμασι. ἕτεραι δὲ τούτων εἰσὶν αἱ κακοήθεις, αἱ διὰ δυσκρασίαν τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἢ τραχύνοντος τὸν φάρυγγος, ἢ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἀποπλυνομένου, ποτὲ μὲν ἐξ ἐδεσμάτων, ἢ πομάτων τραχυνόντων, ἐνίοτε δὲ ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀέρος. Cùm autem tuſſes ſiccæ oriantur ex aliqua etiam morbi malignitate, quæ deinceps nobis qualiſnam ſit dicetur, eas ab his, de quibus nunc loquitur, diſtinguens ait, οὐ τῷ θηριώδει ἀλλὰ τῷ πνεύματι, hoc eſt, non ex malignitate, ſed ab aëre fieri. Quidam verò non ſimpliciter omnem malignitatem τὸ θηριῶδες ipſam vocare exiſtimant. Verùm alij quidem φθίσιν, hoc eſt, tabem, quoniam incurueſcentibus vnguibus in eo certe feris ſimiles videntur. Alij verò θηρίωμα propriè vocari pulmonum vlcus dicunt. Alij etiam lumbricis ad os ventriculi aſcendentibus ipſas irritari tuſſes aiunt, id tamen neque ratione, neque experientia demonſtrare poſſunt. θηριῶδες igitur malignum intelligere præſtat, ſiue decumbente ex capite fluxione tuſſiant, ſiue ex vlcere cuiuſdam reſpirationi dedicatorum inſtrumentorum ſiue ex aliquo in iiſdem exorto abſceſſu, ſiue ex dictis ſuppurationibus. Sunt autem ab his diuerſæ tuſſes, non malignæ, ob intemperiem reſpirationi dicatorum organorum, vel faucium, vel aſperæ arteriæ excitatæ, nonnunquam etiam ex cibis vel potibus exaſperantibus, interdum verò ex ambiente nos aëre. Quæ certe integra Galeni verba eò libentius adſcripſimus, quòd in exemplaribus noſtris admodum ſint corrupta & vitiata. Atque eadem notione θηριώδεα τὰ ἐμέσματα dicuntur in Coac. (pag. 220. B.) vomitiones malignæ, quibus humorum prauitas & feritas indicatur, aut etiam lumbrici redduntur.

Θηριώδεες παραφροσύναι ſunt Hipp. ferinæ deſipientiæ & mentis emotiones in quibus ferarum more efferuntur ægri, aut calcitrant, aut mordent, aut feriunt & adſtantes impetunt, in Prorr. (pag. 177. 50. H. 69. D.) & Coac. (pag. 129. E. & pag. 142. E.). Eas his verbis exponit Gal. Com. 1. in Prorrh. (pag. 177. 57.) θηριώδεις ὀνομάζει παραφροσύνας ἐν αἷς καὶ πατέουσι, καὶ λακτίζουσι, καὶ δάκνουσι, καὶ χαλεπαίνουσι ὡς ἐπιβούλους τοὺς εἰσιόντας νομίζοντες. ferinas deſipientias vocat, in quibus ægri calcitrant, pedibus feriunt, mordent, & excandeſcunt, eos qui ingrediuntur tanquam hoſtes

repitantes. θηριώδεα παραφρονέοντα etiam dicuntur in Prorrh. (pag.210. 27.H.78.A.) eædem ferinæ desipientiæ & furiosæ, vehementiores quàm melancholicæ & admodum malignæ. Sic enim eas illic explicat Gal. ἐνεδείξατο δὲ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης τὴν ἐπίτασιν τῆς μελαγχολικῆς. ἑτοίμων γὰρ ὄντων εἰς τὸ κακουργεῖν τοὺς πέλας τῶν μελαγχολικῶν παραφρονούντων, ὅταν μεγάλας ποιῶνται τὰς κακουργίας, θηριώδεις αὐτὰς ὀνομάζει. Hac autem voce melancholici affectus intentionem indicauit. Cùm enim qui melancholicè & vehementer delirant prompti sint ad inferenda propinquis mala, vbi ingentia mala perpetrant, ferinas desipientias appellat.

θηριώδης δίαιτα ferinus victus, cum brutis communis, quo priscis sæculis homines vtebantur, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag.9.26. 10.45.) ἀγρίη & θηριώδης, agrestis & belluinus, cuius ἀγριότητα καὶ ἀκρασίην, feritatem & intemperantiam à priscis Medicis mitiore victu inuento domitam scribit Hippocr.

θηριώδεις ægri dicuntur qui lumbricis vexantur aut febribus quæ lumbricos gignunt sua malignitate & insigni humorum prauitate, velut quæ autumno grassantur. Lib.4.Epid. & p.1125. E.) θηριώδεες ἐν τῇσι κρίσεσι, lumbricis conflictati circa iudicationes, ægros intelligens qui febribus laborantes sub earum declinationem ac solutionem lumbricos aut ascaridas reiiciebant, erecta naturæ vi morbum propulsantis.

¶ Θλάσις aut θλάσμα, contusio aut collisio, vulnus in carne aut musculo ex telo graui. Est & θλάσμα authori Definit. Med. (p. 399.44.) ὑποχώρησις τοῦ κρανίου εἰς τὸ βάθος δίχα κατάγματος. γίνεται δὲ ἐπὶ τῆς παιδικῆς μάλιστα ἡλικίας. νοήσεις δὲ σαφέστερον τὸ εἰρημένον, ἐπὶ τῶν κασσιτερίνων σκευῶν τοῦτο συμβαῖνον θεασάμενος. caluæ recessus in profundum absque fractura, fitque potissimùm in puerili ætate. Planiùs verò quod dictum est intelliges, si quod stanneis vasis contingit contemplatus fueris. θλάσις dicitur etiam Gal. extremo lib. 2. de Caus. morb. (pag. 211. 41.) θλάσιν τὴν ἐμβρυοθλάστην ὅπερ καὶ πίεστρον καλεῖ τινα, exponit Gal. in Exeg. instrumentum contundendo fœtui accommodatum, quod πίεστρον vocatur Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 618.15.) Huc enim referri oportere existimo quod addit Galen. τοιοῦτον ἐν δευτέρῳ τῶν γυναικείων. Et certe θλαστὴν melius quàm θλάσιν apud Gal. legi puto.

Θλῖψις στομάχου, stomachi compressio, quæ fit ex ciborum copia sola quantitate molestorum, neque vlla insigni qualitate præditorum, aut ab humoribus quibusdam non mordacibus in ventriculum confluentibus. Gal. in Isagoge pulsuum (pag. 7.8.)

Θλασπίδιος vide Θάλπη antea.

¶ Θολερὸν πνεῦμα, turbidum spiritum, μέγα καὶ διεσωρευμένον, magnum & concitatum exponit Gal. in Exeg. ex lib. περὶ χυμῶν (pag.47. 46.) & Prorrh. (pag.182.56.H.70.D. & pag.197.53.74.E.) & Coac. (pag.124.C. & pag.148.A.) Verùm inter obscuras reponitur ista dictio, nec est satis ab interpretibus explicata, neque propriè respirationi attributa, vt scribit Gal. Com. 2. in Prorrhet his verbis. τὸ δὲ θολερὸν πνεῦμα, τί ποτε δηλοῖ τῶν ἀσαφῶν ἐστί, καὶ μάλιστα ὅτι μήτ' ἐν τῷ προγνωστικῷ, μήτ' ἐν ἀφορισμοῖς, μήτ' ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν γνησίων, ὁ Ἱπποκράτης συγγραμμάτων εἴρηκε πνεῦμα θολερὸν, ὥσπερ οὖρον. ἀλλὰ τὸ μὲν οὖρον ὁποῖον ἐστὶ τὸ θολερὸν, ἡμεῖς τε νοοῦμεν ἀκούοντες ἑκάστοτε τῶν ἀνθρώπων λεγόντων θολερὸν ὕδωρ, καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐδίδαξεν αὐτὸ εἰπὼν, ὅτι εἰ τὴν ὑπόστασιν ἀναταράξειας. εἰκάζει δὲ αὐτὸ καὶ τοῖς τῶν ὑποζυγίων. οὐ μὴν ὁποῖόν γέ τι τὸ θολερὸν πνεῦμα χρὴ νοῆσαι δῆλον ἐστὶν, ἐπεὶ μηδεὶς λέγει ὥσπερ ὕδωρ θολερὸν, οὕτω καὶ ἀέρα. πλὴν εἴ τις ἀτμῶ μεστὸν ἀκούσειν, ὥσπερ καὶ ἤκουσαί τινες τῶν ἐξηγησαμένων τὴν προκειμένην ῥῆσιν. καὶ λέγουσί γε ὥσπερ ἐκτὸς ἀποχεόμενον ἱδρῶτα κατὰ τὰς συγκοπὰς ὁρῶμεν, οὕτως ἔσω τὴν ῥύσιν τῶν ὑγρῶν, ἐπὶ τῶν ἔσω διαφορουμένων ἀρρώστων γίγνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο πάμπολυν ἀτμὸν ἐκπέμπεσθαι διὰ τῆς ἐκπνοῆς, καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ θολερὸν πνεῦμα. Quid verò denotet θολερὸν πνεῦμα, hoc est, turbida spiratio in obscuro est positum, ac præsertim quòd neque in Prognostico, neque in Aphorismis, neque in quoquam germano libro, θολερὸν πνεῦμα dixerit Hippocrat. velut οὖρον, hoc est, vrinam. Verùm quænam vrina sit turbida, tum intelligimus ex his qui quotidie aquam turbidam dicunt, tum eam quoque Hippocrates docuit, dicens, qualis vbi subsidentiam conturbaueris. Eam etiam veterinorum vrinis similem facit. At neque quid per spiritum turbidum intelligere oporteat manifestum est, quòd nullus, vt aquam turbidam, ita & aërem dicat, nisi si quis vapore refertum obaudiat, veluti nonnulli præsentem dictionem exponentes sumpserunt, dicuntque, non secus ac foras effundi sudorem in animi deliquiis conspicimus, ita in ægris qui intus resoluuntur, internum humorum effluuium fieri, eamque ob causam permultum vaporem per expirationem efferri, idque esse turbidum spiritum. Idem quoque scribit Gal. Com. 1. in sent. 24. lib. 1. de humoribus, ac non esse θολερὸν πνεῦμα ab Hippocrate scriptum contendit. Rursus ad extremum illius Com.2. in Prorrh. θολερὸν πνεῦμα ænigmaticam esse dictionem scribit, & pro concitata expiratione, aut turbulento & laborioso spiritu qui in ea effunditur sumi, varieque ab interpretibus capi. πάλιν γὰρ ἐνταῦθα τὸ θολερὸν πνεῦμα, καθάπερ ἤδη καὶ πρόσθεν εὕρομεν ἀμφισβητουμένην ἔχον τὴν νόησιν. ἀλλ' ἐν ἐκείνῃ μὲν τῇ ῥήσει τὸ κατὰ τὴν ἐκπνοὴν θολερὸν πνεῦμα εἰρῆσθαι ὑπ' αὐτοῦ, ὡς λέλεκται πιθανὸν ἐφαίνετο. νῦν δὲ τὸ κατὰ τὰς ἐρυγὰς ἔνιοι κελεύουσιν ἡμᾶς ἠκοῦσθαι, λελέχθαι, καθάπερ ἄλλοι τὸ κατὰ τὰς φύσας. εἴρηται δὲ καὶ πρόσθεν, ὅτι θολερὸν, οἱ μὲν, τὸ δυσῶδες, οἱ δὲ, ἀτμῶδες ἤκουσαν. Ac rursus hoc loco θολερὸν πνεῦμα, hoc est, turbidum spiritum, quemadmodum iam antea, ambiguam habere notionem comperimus. Sed in illa dictione θολερὸν πνεῦμα de expiratione ab eo intelligi, vt dictum est, verisimile videbatur. Nunc verò de ructibus dictum esse nos quidam existimare iubent, quemadmodum alij de flatibus. Dictum etiam est antea, θολερὸν à quibusdam τὸ δυσῶδες, hoc est, graueolens, ab aliis etiam ἀτμῶδες, hoc est, vaporosum intelligi. At verò Galenus lib. de Tremore, palpitat, &c. (pag.366.54.) θολερὸν πνεῦμα, hoc est, turbidum spiritum, vocat crassum, densum, caliginosum, nebulosum, in musculis aut cute corporis contentum, ex causis frigefacientibus, densantibus, & corporis meatus constringentibus, cui tenuis, purus, & limpidus opponitur.

Θολερὰ οὖρα de vrinis turbidis & returbatis solenne esse Hipp. dici, scripsimus nostris in ægr. 2. lib. 1. Epid. Annotat. quales commemorantur aph.70 lib.4. Sic lib.1 Epid. (p.363.38.H.945.F.) scribitur, οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα, θολερὰ δὲ, οὐδ' καθιστάμενα, οὐδ' ὑφιστάμενα. Vrinæ crassitudinem quidem habentes, sed returbidæ, nihil consistentes, neque subsidentes. Et ægr. 2. lib. 1. Epid. οὖρα θολερὰ ὑπομέλανα, vrinæ turbidæ, aliquantulum nigræ. Rursus lib.2. Epid. (pag. 1028. D.) οὖρον δὲ παχὺ καὶ θολερόν. Vrina verò crassa erat & turbulenta. Neque verò absimili notione alui deiectionibus θολερὸν attribuitur, vt alui fœces conturbatæ & erasæ aut cænosæ intelligantur, quibus aquosæ & liquidæ opponuntur. Lib.2. Epid. (ibid.E.) γλίσχρα δίεξ, κοπριώδεα θολερά. alui fœces viscosæ & conturbatæ. Rursus ibidem (ibid.D.) καὶ ἔστη κοιλίη ἐν θολερότητι aluus etsi conturbata erat, restitit tamen. Θολερὰ ἐπιμήνια, menses turbidi, turbulenti, hoc est, cœnosi, fœculenti, præsertim cùm πυώδεα iungantur, lib.1. περὶ γυναικ. (pag. 595.49) in menstruorum vitiis explorandis. Sic θολερὸν πτύαλον, sputum turbidum, turbatum & turbulentum dicitur ibidem (pag. 607. 30) in menstruorum purgatione sursum per eos erumpente. Vbi sputum intelligitur turbidum, cœnosum, fœculentum, sordidum, aut etiam infuscatum & inquinatum, cùm ei ὑπόλευκον, hoc est, subalbidum iungatur. Potest & δυσῶδες, hoc est, graueolens etiam intelligi, & mensibus, & alui fœcibus ac vrinis, eadem notione attribui. Est autem θολὸς propriè sepiæ atramentum, fuscus & turbidus humor quem sepiæ emittunt & illis pro sanguine est, quoque effuso atramento infuscata aqua absconduntur, vt loquitur Plinius cap. 29. lib.9. πολύπους θολὸν dicit Hippocr. lib.2. de Morbis (pag.486. 50.) de atra bile agens, quæ in atræ bilis morbo quandoque velut polypi atramentum vomitione refunditur. Sic Athen. lib.7. θολὸν polypo pisci tribuit. ἔχει δὲ καὶ τὸν λεγόμενον θολὸν, οὐ μέλανα καθάπερ σηπία, ἀλλ' ὑπόξανθον, ἐν τῇ λεγομένῃ μύκωνι. θολὸν verò scribit Hesych. & τὸ τῆς σηπίας μέλαν exponit, sepiæ atramentum, & θολερὸν, ταραχῶδες βορβορῶδες, τεταραγμένον, & θολεροῖ, ταράσσεται.

Θόλικας legitur apud Hipp. lib. περὶ ἰχθύων χρήσιος (pag.426.54.) sed corruptum locum existimo, & pro θόλικας, αἰθόλικας legi debere antea scripsimus, etsi illic ἀθηλὼν legit Cornar.

Θορὸς semen genitale & genituram significat, γονὴν, lib.2. de Morbis (pag.479.14.) προέρχεταί οἱ θορὸς πολλὸς & ὑγρὸς, prodit ipsi semen genitale multum & liquidum. de tabe dorsali laborante agitur. Galen. tamen Com. 1. in Progn. (pag.133.57.) θορὸν & σπέρμα quibusdam distingui innuere videtur, quod θορὸς semen ipsum & seminis excretionem indicet; σπέρμα verò vim semini insitam, non ipsam seminis substantiam. Dicitur autem θορὸς ἔκκρισις τοῦ σπέρματος, παρὰ τὸ θορῶ, τὸ ὁρμῶ, ὅτι σπέρμα μεθ' ὁρμῆς πέμπεται. θορεῖν etiam ὁρμῆσαι, ὀχεῦσαι, exponit Hesychius, cui θορὸς etiam ἡ ἔκκρισις τοῦ σπέρματος exponitur.

Θορυβεῖν est tumultuari, tumultum & turbas excitare. Hipp. in Epist. (pag.1775.42.) ὥσπερ γὰρ δμῶες τε καὶ δμωΐδες ἐν τῇσιν οἰκίῃσι θορυβέοντες καὶ στασιάζοντες. Quemadmodum enim famuli & famulæ in domibus tumultuantes & seditionem excitantes. Inde θόρυβος turbationem ac perturbationem in corpore significat, atque eo nomine commune periculosorum affectuum accidens denotatur, in quibus non tantùm ægri, verumetiam medici perturbantur. In Progn. (pag.131.4.H.38.35.) & Coac. (pag.165.A.) στρυγμὸς ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, θόρυβον σημαίνει ἢ παραφροσύνην.

θορυβώδεα, pulsatio in præcordiis perturbationem aut desipientiam indicat. Vbi scribit Gal. θορυβεῖν μὲν σημαίνεσθαι, ἐπὶ κοινῷ συμβεβηκότι πάντων τῶν κινδυνωδῶν διαθέσεων, ἐφ' αἷς οὐ τοῖς κάμνουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰατροῖς θορυβεῖσθαι συμβαίνει. perturbationem quidem indicari, communi vno periculosorum omnium affectuum accidente, in quibus non solùm ægros, verumetiam medicos perturbari contingit. θορυβώδης γνώμη, mens perturbata, aut quæ promptè perturbatur. Prorrh.1. (pag.97 A.) Sic θορυβώδης γέλως, risus cum perturbatione in septi transuersi vulnere, lib.5. Epid. (p.1161.G.) risus tumultuosus. Neque tam ad risum refertur, quàm corporis perturbationem spectat. θορυβεῖσθαι etiam quod perturbari significat, videtur de vrina returbida efferri Hipp.lib.7.Epid. (pag.1221.C.) ἐν τῷ οὔρῳ πολλὰ τὰ ἐμφερόμενα ἦν, ἐθορυβεῖτο μετὰ ταῦτα, per vrinam multa efferebantur, quæ postea returbida facta est. Sed meliùs ad mentis perturbationem referetur, quemadmodum θόρυβος sæpius Hippocrati vsurpatur.

Θοῶς, velociter, celeriter, gnauiter, lib.2. περὶ γυναικ. (p.647. 53.) οὐ γὰρ βιάζεται θοῶς. neque enim celeriter cogetur. θοῶς, σφοδρῶς, ταχέως, exponit Hesych.

¶ Θρᾶνον δίφρον ἀφοδευτικὸν, hoc est, sellam familiarem (vt loquitur Varro) ad exonerandam aluum accommodatam, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. Verùm θρᾶνον legisse Gal. pro θῶκον aut θᾶκον ex lib.7.Epid. reor.

Θρασέως παρακρούειν, audacter desipere, ferociter mente moueri, in Prorrh. (p.194.48.H.73.H.) & Coac. (p.169.E.) Sic θρασέως παρακρούοντα dicuntur feroces mentis emotiones in Prorrh. (p.210.26.H.78.A.) quæ θρασεῖαι παρακρούσεις, Coac. (pag. 129.F. & p.142.F.) θρασυνόμενοι ἐπεγέρσεις, audaces expergefactiones & feroces, aut confidentes, in Prorrh. (pag.206. 36.76.G.) vbi θρασύνεται quibusdam exemplaribus dicuntur. θράσος ὀμμάτων ἰλλώσιων, oculorum distortorum ferocitas, aut oculi peruersi cum ferocitate, libr.1. περὶ γυναικ. (p.607.44.)

Θράσσω vel θράττω, perturbo, molestiam affero. Hesych. θράττειν, ταράττειν, ἐνοχλεῖν exponit, affligere, perturbare, molestia afficere. Varin. addit significare νύσσειν, κινεῖν, δυσπαθεῖσθαι, ὑφορᾶσθαι, pangere, stimulare, fodicare, vellicare, agitare, auersum esse & suspiciosum. θράσσεται Galen. in Exeg. νύσσεται, κεντᾶται exponit, pungitur, fodicatur, quod etiam legitur apud Varin. & θράττειν νύσσειν exponit Sudas. Vnde ἐνθράσσειν apud Hippocrat. lib.de art. (pag.620.28. & 30. H.812. C. D.) τὰ ὀστέα τὰ κατεηγότα ἐνθράσσει ταύτῃ μᾶλλον τὸν χρῶτα. ossa fracta hoc modo magis carnem intus pungunt. Et, ἧσσον τὰ ὀστέα ἔσω ἐνθράσσει, & ossa minus intus pungunt. ἐνθράσσει Galen. in Exeg. exponit ἐγκείμενον νύττει, cutem incumbentem pungunt. Quod etiam scribitur apud Varin. Erot. verò θράσσει ex Bacchio κινεῖ νύττει exponit, mouet, stimulat, & ex Heracl. Terent. ἐρεθίζει, impellit, additq; etiam significare ἐνοχλεῖ affligit, perturbat. Idem quoque θράσσειν μαίνεσθαι (si modò vera est lectio) hoc est, insanire significare scribit. vt mihi videatur θράσσει apud Hipp. pro ἐνθράσσει legisse.

Θριγκὸς, septum, vallum, munimentum, sepimentum significat, περίβολος, περίφραγμα exponitur. Vsurpatur in Epist. (pag.1289. 21.) de lingua, ὀχυροῖς ὀδόντων θριγκοῖσι φρουρεῖται munitis dentium septis custoditur.

Θρὶξ de hepate efferri videtur Gal. in Exeg. apud Hipp. & τρὶξ etiam scribi. Additque, τρίχας καλοῦσιν οἱ θύται ἐπειδὰν φανῇ κατὰ τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος ἐπὶ τὸ δεξιὸν λοβὸν φλέβιον στενὸν, εὐθὺ μέλαν, hoc est, τρίχας sacrifici vocant, vbi iuxta simas hepatis partes ad dextram fibram venula angusta, recta, nigra, apparet. Videtur autem eo nomine superior hepatis pars denotari, iuxta quam fibræ inter se diuiduntur, τρὶξ dicitur Gal. vt & θρὶξ. His autem nominibus non videtur vsus Hipp. nisi apud eum ὁ τοῦ ἥπατος θόλος pro θρὶξ aut τρὶξ scriptum videatur lib. περὶ γυναικ. φύσ. & libr. περὶ γυναικ. vt antea scripsimus.

Θρόμβος sanguinis grumus aut sanguis concretus, ἀθρόα τοῦ αἵματος πῆξις αἰσθητὴ, conferta sanguinis concretio sensui obiecta, dicitur Gal. lib.de Tumor. præter naturam (pagin.354.9.) θρόμβος etiam dicitur sanguis concretus extra venas effusus, vt in sugillatis, vnde & θρόμβωσις sanguinis affectio, quando is collisa vena à graui aliquo contundente, in spatia vicina effusus nigrescit & in grumos coit, Galen. Comment.2. in lib. de fract. (pagin.544.47.) ὅσα γὰρ θλᾶται σώματα, τὴν συνήθη θέσιν ἀπόλλυσι κατὰ πολλὰ μέρη καὶ μικρὰ διασπώμενα, καθ' ἃ καὶ περιέχουσι τὸ αἷμα. τοῦτο οὖν τὸ ἐκχυθὲν αἷμα, δέχονται μὲν αἱ περιεχόμεναι χῶραι τὴν φλέβα, δεξάμεναι δὲ οὐ φυλάττουσιν οἷον ἐδέξαντο. μελαίνεται μὲν γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ, καθάπερ εἰ καὶ ἔξω ἐκχυθὲν ἐχρόνισε, καὶ γίνεται πάθος ὃ καλεῖται θρόμβωσις, ὥσπερ τὸ πάθημα ἐγγινόμενον τῷ αἵματι, θρόμβος μὲν ἤδη τὸ αἷμα καλεῖται καὶ ἐστι. μέλαν δὲ γίνεται τὴν χροιὰν, σήπεται δὲ ῥᾳδίως μοχθηρῶς. Quæ namque contunduntur corpora, vnitatem naturalem amittunt, multis ac paruis eorum partibus diuulsis, ex quibus etiam sanguis circum effunditur. Hunc igitur effusum sanguinem loca quæ circum venam sunt excipiunt, exceptum verò, non qualem receperunt conseruant. Spatio enim temporis nigrescit, non secus ac si foras effusus longo tempore permansisset. Contingitque ea affectio, quæ θρόμβωσις, hoc est, sanguinis concretio nuncupatur, ex qua sanguinis affectione, sanguis quidem iam ipse θρόμβος & est, & dicitur. Colorem verò nigrum atque etiam inde prauam putredinem acquirit.

Θρόμβοι sanguinis grumos significant aph.80.lib.4. ἢν αἷμα οὐρῇ καὶ θρόμβους, si sanguinem aut grumos meiat. θρομβώδεα αἵματα, sanguinis grumi aut sanguis concretus, Coac. (pag.135.A.) & θρόμβοι πεπηγότες, sanguinis grumi concreti ex vtero effusi lib.4.Epid. (pag.1144 E.) θρόμβοι χολῆς πεπηγότες bilis grumi concreti, lib.2.de Morb. (pag.487.15.) οὖρα θρομβώδεα, vrinæ grumosæ, aph 69.lib.4. & Coac.216.D.) θρομβώδης ἔμετος, vomitus grumosus qui crassa, nigra, retorrida, velut sanguinis grumos reiicit, aut velut sanguis niger & grumosus. Coac.) pag. 221.E.)

Θρόνος alta & excelsa sedes est Hipp. & sublimis, aut in sublimi posita Lib. περὶ ἀγμῶν. (pag.25.10.) vbi ægrorum decubitus obseruandos præcipit. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐς θρόνους, οἱ δὲ ἐς καταγείους καὶ σκοτεινούς τινας. Eorum enim quidam in altis, quidam etiam in subterraneis & tenebrosis locis decumbunt. Vbi θρόνοι sublimes loci, alti ac lucidi, tenebrosis & subterraneis opponuntur. Etsi illic εὐπνόους pro θρόνους quidam legunt, quæ videtur esse quædam illius dictionis explicatio, vt loca perflata intelligantur. Matthæi cap.5. οὐρανὸς τοῦ θεοῦ θρόνος dicitur, pro sede excelsa & in sublimi posita.

Θρύμματα sunt fragmenta & frusta, ἀπὸ τοῦ θρύπτεσθαι quod est κλᾶσθαι frangi. Lib.1. περὶ γυναικ. (pag.621.25.28.) τὰ τῆς σκυλίης θρύμματα. scoriæ frusta aut fragmenta. θρύμμα κλάσμα τοῦ ἄρτου exponit Hesych. panis frustum, ψωμὸς Sudas.

Θρώσκω salio, insilio, idem quod θορεῖν. θρώσκει Hesych. exponit πηδᾷ, σκιρτᾷ, ἅλλεται, τρέχει, πηδᾷ. Hipp. lib. περὶ καρδίης (pag.270. 17.) πλὴν οὐ χάρτα ἐθρώσκει ὑπὸ ἀσθενείας, nisi quòd non vehementer salit præ imbecillitate.

¶ Θύη, θυμιάματα, ἀρώματα apud Hipp. exponit Gal in Exeg. suffimenta, odoramenta. Eandem ferè explicationem adhibet Hesych. nisi quòd θύματα pro θύη ponit. At eidem θυμιατά sunt τὰ ἐπιφερόμενα ἄλφιτα εἰς θυσίας, hoc est, mola qua in sacrificiis litabatur. τὰ θύεα dicuntur Homero τὰ θυμιάματα θυσίαι. suffimenta & sacrificia. Il.ζ (vers.270.) Ἔρχεο σὺν θυέεσσιν, θυμιάμασι καὶ θυσίαις exponit Schol. θύη etiam ἡ θυεία dicitur Hipp. pila aut mortarium lib.2. περὶ γυναικ. (pag.666.52.) ἐν θυῇ λιθίνῃ τρίβειν, in pila lapidea terito. θυῖα verò eidem dicitur lib.1. περὶ γυναικ. (pag.608.26.)

Θύματα Gal. θυμιάματα exponit apud Hipp. in Exeg. suffimenta. Verùm θυώματα vsurpat Hipp. pro odoramentis ad suffiendum idoneis & aromatis lib.2. περὶ γυναικ. (pag.674.36.) ἕψειν τὰ θυώματα ἐς τὸ μύρον ἐμβάλλοντα, odoramenta quæ in vnguentum iniiciuntur, coquito. Ea alias sæpe ἀρώματα vocat (vt pag.671.26.) & 572.40.) Hesych. θύωμα, μύρον ἄρωμα, exponit. At Erot. apud Hipp. θυμιαμάτων agnoscit & ἀρωμάτων exponit, vt apud Gal. ex Hipp. θυμιάματα legi oportere suspicor, & Erot. θυωμάτων pro θυμιαμάτων legisse. Sic enim habent exemplaria lib.1. περὶ γυναικ. (pag.596.6.) πρῶτον μὲν τῇ πυρίῃ τῇ ἐκ τῶν μαράθρων, ἔπειτα τῇ ἐκ τῶν θυμιαμάτων. primùm quidem fotu ex fœniculis, deinde eo quod ex suffimentis paratur. Et lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag.264.51.) ἀπό τε θυμιαμάτων καὶ φαρμάκων καὶ μαλθακτηρίων. idque ex suffitui aptis medicamentis & emollienti! Et rursus (265.19.) στόμαχος μήτρης ἀπὸ μὲν θυμιαμάτων ξυμ... κῶς, ...χάσκει. Vteri osculum vbi conniuet a suffim... dem hians redditur.

Θυμβρίαν annotat Gal. in Exeg. sic vocasse τὴν θύμβραν Hipp. apud quem tamen θυμβρίην reperio lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 572.41.) ἀρώματα δὲ θύμον, θυμβρίην. ex aromatis autem thymum, satureiam.

Θυμιᾶν est suffire, odores incendere. aph.59.lib.5. περικαλύψας ἱμάτιοισι θυμιᾶν χρή. vestimentis circuniectam per inferna suffire. Vbi scribit Gal. τὸ θυμιᾶν ῥῆμα τὴν ὕλην ἐνδεικτικὴν ἐστι τὴν θυμιᾶσθαι πεφυκυῖαν, λιβανωτὸν δηλονότι, καὶ σμύρναν, καὶ στύρακα, ὅσα τ' ἄλλα θερμὰ μὲν τὴν κρᾶσιν, εὐώδη δ' ἐστὶ ὁμοίως. θυμιᾶν verbum quod suffire significat, materiam quæ suapte natura suffiri potest indicat, nempe thus, myrrham & styracem, cæteraque id genus temperamento calida & valde odorata.

Θύμια etiam dicuntur carnosa quædam germina aut tubercula quæ in pudendis, ano, gland. & præputio gignuntur, quorum meminit 14.Meth.med.cap.13. & lib.de Tumor. præter nat.

Thymia & thymi Latinis vocantur τὰ θύμια τὰ ἀπὸ τοῦ ποσθίου, hoc est, thymia cutis quæ glandem tegit, parthenium μικρόφυλλον dictum, sanare scribit Hipp. lib. de vlcer. (pag. 877. F.) Thymion (inquit Celsus cap. 28. lib. 5.) nominatur, quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, supra latius, subdurum & in summo perasperum, idque summum colorem floris thymi repræsentat, vnde ei nomen est, ibique facilè findirur & cruentatur, nonnunquam aliquantum sanguinis fundit, fereque circa magnitudinem fabæ Ægyptiæ est, rarò maius, interdum perexiguum, modò vnum, modò autem plura nascuntur, vel in talis, vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Pessima tamen in obscœnis sunt, maximeque ibi sanguinem fundunt. Quanquam idem paulò supra thymium vlcus esse dicit ex carcinomatum genere. θύμοι sunt Paulo Ægin. c. 58 lib. 6. σαρκώδεις ὑπεροχαί, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῆς βαλάνου, ποτὲ δὲ ἐπὶ τῆς πόσθης συνιστάμεναι, carnosa tubercula, quæ nunc in glande, nunc in præputio concrescunt. Et cap. 71. lib. eiusdem. ὁ μὲν θύμος ὑπεροχή τίς ἐστι, ποτὲ μὲν ἐνερευθής, ποτὲ δὲ λευκή, κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπονος, ἐμφερὴ τοῖς τοῦ θύμου κορύμβοις. Thymus in cute eminentia quædam est, modò rubens, modò alba, plurima ex parte indolens, thymi corymbos referens. θύμοι in ano inter excretiones quæ secundum naturam fiunt recensere videtur Hippocr. lib. περὶ τροφῆς (pag. 381. 25.)

Θύμου, τοῦ ἀπὸ θύμων exponit Galen. in Exeg. verùm τοῦ ἀπὸ θύμων, hoc est, ex Thymis oriundo, leg. existimo, & subindicari locum libr. 7. Epid. (pagin. 1238. D) τῷ τοῦ θύμου σφόδρα ἐν πυρετῷ καυσώδει, Ex Thymis oriundo in vehemente febre ardente. Aut certe ὁ τοῦ θύμου potiùs legendum est, vt nostris in eum locum Annotat. admonuimus, & apud Gal. ὁ ἀπὸ θύμων. θύμους autem adscribit Gal. esse ἔθνος θρακικόν, Thraciæ populos.

Θυμὸς quoque Hipp. cupiditatem ad aliquid agendum indicat, vt βῆξαι θυμός, tussiendi cupiditas dicitur in Progn. (pag. 148. 24. H. 42. 29) βῆξαι τε θυμὸς ἐγγίνεται αὐτοῖσι καὶ ἀποπτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου. cupiditas tussiendi est, & penè nihil in tussi excreatur, dixit Celsus Cap. 7. lib. 2. θυμὸν ibidem προθυμίαν exponit Gal. Sic etiam θυμὸς dicitur Hipp. in hydrope, irrita & statim desinens tussiendi cupiditas, qua nihil effatu dignum excreatur. Progn. (pag. 135. 19. H. 39. 25.) ὁκόσοισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος οἱ ὕδρωπες γίνονται, βῆχες τε καὶ θυμὸς ἐγγίνεται αὐτέοισιν, καὶ οὐδὲν ἀποπτύουσιν ἄξιον λόγου. Quibus à iecore aqua inter cutem oritur, tussiendi quidem cupiditas inest, verùm nihil effatu dignum expuunt. Vbi scribit Gal. θυμὸν εἴρηκε τὴν οἷον προθυμίαν ἣν ἴσχουσι πρὸς τὸ βήττειν, ἐρεθιζόμενοι μὲν ὡς πρὸς τὸ σύμπτωμα, παραχρῆμα δὲ αὐτοῦ παυόμενοι, καὶ μόνον ἀρχῆς τοῦ βήττειν πειρώμενοι. ὁ γὰρ τοῦ ἥπατος ὄγκος ἐγκείμενος ταῖς φρεσί, στενοχωρίαν ἐργάζεται τῷ πνεύμονι. παραπλησίας οὖν διαθέσεως γινομένης, τῇ κατὰ τὴν ὄντως αὐτῷ στενοχωρίας, δι' ἃς φλεγμαίνων τε καὶ καταρροϊζόμενος ἐκ τῆς κεφαλῆς πάσχει. προθυμοῦνται μὲν βηττειν, ἐλπίζοντες ἐκ τοῦ κενώσαι τὸ λυποῦν, ἰάσασθαι τὴν στενοχωρίαν. ἀρξάμενοι δὲ αὐτοῦ παραχρῆμα παύονται, διὰ τὴν πεῖραν αὐτῆς εἰς γνῶσιν ἀκριβεστέραν ἀφικνούμενοι τῆς διαθέσεως, ὡς ἀπατώμενοι σφόδρ' αὐτῆς, ὅτι μάτην ἤλπισαν. θυμὸν nunc dicit propensionem ad tussiendum, qua irritantur velut ad symptoma, confestim autem ab eo desistunt, tantùm initium tussis tentantes. Iecoris enim tumor septo transuerso incumbens, angustiam in pulmone efficit. Cùm ergo similis oriatur affectio, ei quæ re vera illi inest angustiæ, ob quam inflammatione tentatus, & defluxione ex capite afficitur, cupiditate quidem tussiendi tenentur, sperantes eo quod officit vacuato, se angustiam curaturos. Verùm vbi tussire incipiunt, confestim desinunt, experientia ipsa in certiorem affectionis cognitionem adducti, & intelligentes quàm frustra sperauerint. Eadem etiam dictio repetitur in Coac. (pag. 190. C.) sed vitiosè admodum legitur nostris in exemplaribus, eamque ex Prognostico restituimus nostris eum in locum Annotat.

Θυμῶν, ὁρμῶν exponit Erot. apud Hipp. impetu quodam ruens, adducto in testimonium Hom. versu ex Il. ε. (87.) θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικώς. Impetu enim quodam furibundo ferebatur fluuio exundanti similis. de Diomede. Sic rursus ibidem (vers. 250.) de Venere ad Æneam, μηδέ μοι οὕτω θῦνε διὰ προμάχων. neque sic mihi impetu festino propera in prima acie.

Θῶκος, sedes, sedile, sella. lib. 7. Epid. (p. 1231. C.) ἐπὶ θῶκον ἀναστάς vbi ad sellam surrexisset. Rursus in Epist. (pag. 1279. 54.) de Democrito, ἐπὶ λιθίνῳ θώκῳ super sella lapidea. Rursusque ibidem (1280. 36. 37.) At mihi videtur θρόνοι pro θῶκοι legisse Gal. in Exeg.

Θώρηξις vini potionem simpliciter indicat Hipp. aut meracioris vini potionem quòd vino pectus incalescere ac quasi armari aut loricari putetur. θώρηξις, οἴνωσις, ἤτοι ἡ μέθη exponitur Galen. in Exeg. vinolentia aut ebrietas, Erot. autem ἡ οἰνοποσία, vini potio, ex aph. 21. lib. 2. & 48. lib. 7. θώρηξιν οἴνου πίνειν αὐτὸν ἐκέλευσεν ὀνομάζειν (vt scribit Gal. com. ad aph. 21. lib. 2.) & τοὺς θωρησσομένους οἰνοποτοῦντας. Et Comment. ad aph. 48. lib. 7. θώρηξις τουτέστιν ἤτοι ἁπλῶς οἴνου πόσις, ἢ ἀκρατεστέρου. Nicandri quoque Schol. θώρηξιν τὴν οἰνοποσίαν. Hipp. vocare scribit in Alexipharm. θωρῆξαι οἰνοποτῆσαι apud Hipp. exponit Erot. quod est vinum sumere aut inebriari. Quam dictionem vsurpat Hippocr. lib. 2. Epid. (pag. 1046. B.) ἢν δὲ μή, θωρῆξαι καὶ σιτίων ἐμπιπλάναι, sin minus vinum & cibos ingerere conuenit. Lib. 4. Epid. (pagin. 1136. G.) οὗτοι ἐθώρηξαν, ij inebriabantur. Eandem quoque habet notionem vox passiua θωρήσσεσθαι. Prorrh. 2. (pag. 86. B) ἢ θωρηχθῇ, aut inebriatus fuerit. Rursus lib 2. de Morb. (pagin. 467. 11.) ἢ θωρήξεται, aut inebriabitur, aut vinum sumet. Et lib. 4. (pagin. 514. 15.) ἔπειτα ἐπὴν ὑπὸ οἴνου μέλανος θωρηχθῶσιν οἱ ἄνθρωποι. Deinde vbi vinum nigrum homines sumpserint. θωρησσόμενοι τοῖς ὑδροποτέουσι, hoc est, vinum bibentes aquæ potoribus opponuntur, in his quæ adiecta sunt ad lib. de Nat. hum (pag. 19. 58. H. 228. 39.) θωρήξιες etiam crapulam & ebrietatem significant Hippocrati lib. 2. de Morb. (pagin. 463. 39.) ἢν γὰρ ἐκ θωρηξίων τοῦτο πάθῃ, si ex ebrietate ista contingant. Rursusque (pag. 468. 46.) ἢν δὲ ἐκ θωρήξιος ἄφωνος γένηται. si ex ebrietate voce deficiat, quod μεθύων, hoc est, ebrius, dicitur aph. 5. lib. 5. Et iterum (pag. 479 6.) θωρηξίων ἀπέχεσθαι καὶ ἀφροδισίων, ab ebrietate & venere abstineat. Ac rursus (ibidem vers. 29.) καὶ ἐνιαυτὸν θωρηξίων ἀπεχέσθω, & per annum vino aut ebrietate abstineat. Et (pag. 480. 7.) ἐνιαυτὸν ἀπεχέσθω θωρηξίων, per annum ebrietate abstineat. Et (vers. 54.) ἡ δὲ νοῦσος μάλιστα γίνεται ἐκ τῶν θωρηξίων. hic autem morbus præcipuè ex ebrietate oritur. Et (pag. 484. 35.) καὶ σιτίων ἀπέχεσθαι καὶ θωρηξίων, & cibis & vino abstineat. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 533. 40.) ἀπεχόμενος λαγνείης καὶ θωρηξίων vbi venere & vino abstinuerit. θώρηξις scribitur. Varino apud veteres significare οἰνοποσίαν καὶ ἀκρατοποσίαν, hoc est, vini aut etiam meracioris potionem. Et θωρήσσειν τὸ μεθύειν, διὰ τὸ θερμαίνειν τὸ στῆθος, ἢ θώρακα πληρῶσαι, ἢ διὰ τὸ μαχιμωτέρους τοὺς μεθύοντας, quod est, thorace pectus munire aut armare, inebriari significat, quòd vini videlicet calore pectus muniatur, aut thorax impleatur, aut quòd vino madidi promptiore sint ad pugnam animo. Hinc ἀκροθώρηκες dicti sunt antiquis leuiter appoti, quasi summo pectore tenus vino imbuti. ἀκροθώρηκας Erot. ad sua vsque tempora vocatos scribit τοὺς μὴ ἐπιπλέον οἰνωμένους, non multum vino madidos ac repletos. Aristoteli Probl. sect. 3. probl. 2. ἀκροθώρηκες τοῖς σφόδρα μεθύουσι opponuntur, hoc est, valde ebriis, eosque vocare videtur, qui leuiter inebrietati delirant, & de rebus quidem iudicium ferre tentant, sed in iudicando aberrant, mediique sunt inter sobrios & temulentos. Cui etiam subscribit Plutarchus Sympos. 3. probl. 8. vt rectè scribit Hieronym. Mercur. lib. 4. variarum lect. cap. 6. Ἀκροθώρακας exponuntur Hesych. μέθυσοι, ebrij, temulenti, Sudæ autem ἀκρομέθυσοι, ἀκρατοπόται. qui incipiunt inebriari, & quibus pectus incalescit potu meraciore. Cæterùm scribitur etiam θώρηξις Hesych. & Varino, & οἰνοποσία exponitur.

ΤΟ Ι.

Ἰ'Αἰνεσθαι est exhilarari, refici, refocillari. ἰαίνομαι εὐφραίνομαι exponit Hesych. familiare Homero θυμὸς ἰάνθη, animus lætitia perfusus est, exhilaratus, vt Il. ω. (verſ. 321.) ἐ πάσιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη. Rurſus ibidem (verſ.119.) δῶρα δ' Ἀχιλλῆϊ φερέμεν τά κε θυμὸν ἰήνῃ. dona Achilli vt ferat quæ animum exhilarent. Qui verſus ibidem ſæpe repetitur. Et Il. τ. (verſ.174.) σὺ δὲ φρεσὶν ᾗσιν ἰανθῇς, & tu animo exhilaratus ſis. Apud quem Heſych. ἰάνθη ἐχάρη, εὐφράνθη exponit & διεχύθη, vt ſit, exhilaratus eſt, lætitia perfuſus eſt. Sic ἰαίνεσθαι διαχεῖσθαι eidem exponitur, quod eſt perfundi. Quomodo apud Hipp. ſumi poteſt lib.1. περὶ γυναικ. (pag.618.9.) ἄχρις ἂν ἰαίνηται, donec perfundatur. Iubet enim mulierem in aquam calidam deſidere donec tota perfundatur, & vteri aut pudendorum ſinus emolliantur, laxentur, tepeſcant aut diſſoluantur. Poteſt & ſumi donec reficiatur aut exhilaretur, vt ſumpſiſſe videntur Interpretes. Tranſlatio verò in eo verbo quædam includi videtur, cùm refici ac exhilarari ſignificat, ac veluti lætitia perfundi, eaque ab herbis ſumi, quæ imbre aut rore perfuſæ exhilarantur & lætiores redduntur.

Ἰάλεμοι ἰατροὶ, Medici frigidi & nullius pretij, inepti & qui nullam medendi rationem ſequebantur, ſic dicti ad Ialemo Calliopes filio, qui in carmine fuit ineptiſſimus & frigidus, vnde natum prouerbium, Ialemo frigidior. Gal. lib. περὶ τῶν σφυγμῶν (pag 453.58.) πάντως γὰρ οἶδα παρακολουθήσοντά με τῷ λόγῳ μᾶλλον ἁπάντων τούτων τῶν ἰαλέμων ἰατρῶν. Noſti enim omninò me id facilius ratione comprehenſurum, quàm frigidi iſti omnes medici. Prouerbij autem meminit Heſych. cui ἰάλεμοι exponuntur θρῆνοι, ὀρφανοὶ, στρόμβοι, θρηνητικοὶ, ἄνανδροι, δυστυχεῖς. flebiles, orbi, lamentabiles ac miſeri, imbelles, infortunati.

Ἰγδη θυεία exponitur Heſych. Sudæ τρίβλα, aliis etiam ἡ θυεία ἐν ᾗ μίσγομεν τὰ ἀρτύματα, pila nimirum in qua condimenta tunduntur. Iul. Poll. libr. 10. cap. 24. teſtatur Solonem in Iambis ἴγδην ἀντὶ τῆς θυείας vſurpaſſe. Ea vero dictione vtitur Hipp. ἐν τῇ ἴγδῃ adiectis lib.1. περὶ γυναικ. (p.635.34.) τρίψας ἐν ἴγδῃ, in pila terito.

Ἴγνη herbæ nomen videtur indicare apud Hipp. vt annotauit Gorth. ſed ea quænam ſit incertum eſt, forteque ἴππις ἢ ἀγχία intelligenda eidem videtur, quam ἴγνην quibuſdam vocari Dioſcorides prodidit. Exiſtimo verò locum lib. περὶ γυναικ. φύσ. ab eo ſubindicari (pag. 583. 19.) vbi ad deturbandas ſecundas ſcribitur, ἢ τὴν ἴγνην οἴνῳ διατρίψας δὸς πιεῖν. & ignem in vino tritam bibendam dato, vertit Cornar. qui ἴγνην vt & Gorrhæus legiſſe videtur. Caluus autem ἰχθύην (ſquatinæ cutem ſiccam ramentáue) & ἴγνην & ἴγδην legit, vt hás omnes lectiones ex codicibus Vaticanis ſumpſiſſe videatur. Ex quibus nihilo certe verior lectio hauriri poteſt. Ac niſi me fallit opinio, locum eſſe ſuſpectum crediderim, & ſi coniecturæ locus eſſe debet, lubenter legerim, ἢ ἐν τῇ ἴγδῃ οἴνῳ διατρίψας δὸς πιεῖν, vt ſit, eandem conyzam in pilam coniectam & cum vino tritam potui exhibeto. Nam & conyzam aut cunilaginem ad huiuſmodi medelam in muliebrium doctrina crebrò adhibet Hippocr. eandemque ad deturbandas ſecundas non ſolùm in peſſo admouet, ſed etiam potui bibendam præcipit, lib.1. περὶ γυναικ. (pag.625.46.47.) Neque verò aliàs ἴγνης vlla fit in ſcriptis Hipp. mentio. Sed & εἰς τὴν ἴγδην ἐμβαλὼν ſubaudiendum videtur, ne cui durior phraſis ſit aut inſolentior, aut ἐν τῇ ἴγδῃ legendum. Ἴγδην & ἴγδιν, ἀρίδιν exponitur Heſych. ſed vereor ne ſuſpecta ſit lectio.

Ἰγνὺς & ἰγνύη poples dicitur. ἰγνύα exponitur Heſych. τὸ τοῦ γόνατος ὄπισθεν μέρος. poſterior genu pars, Latinis poples. ἰγνύην τάμνειν, poplitem cædere, poplitis venam ſecare ſignificat, aph.5 lib.6. Epid. ſect.1.

Ἰδιογνώμονες ſunt Hippoc. lib. de aëre, loc. & aq. (pag.295. 12. & 36.) pertinaces & in opinione concepta permanentes (ἰσχυρογνώμονας vocat Ariſt.) quibus αὐθάδεις iunguntur, ſuperbi, ſibi nimis placentes, & qui præ ſe alios confidenter contemnunt.

Ἰδιῶται non ſimpliciter dicuntur ſed in comparatione & in relatione ad aliquid, vt cùm huius artis aut inſtituti idiotam aliquem dicimus. Interdum ἰδιῶται dicuntur qui priuatam vitam agunt, quos ἰδιοπραγμονοῦντας, hoc eſt priuatos vocant, vt qui nullum munus publicum obeunt, neque oppido aut genti præſunt. Sic qui ſibi ſoli viuunt & priuati degunt ἰδιῶται vocantur, quique nullis publicis negotiis implicantur. Gal. com. in libr. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς (pag.29.45. H.537.1.) τοὺς ἰδιώτας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι. Priuati homines hac victus ratione vti debent, illîc ſcribit Hipp.

Ἰδνόω, incuruo, inflecto, intorqueo, vnde ἰδνοῦσθαι, quod συστρέφεσθαι explicat Euſtath. intorqueri dictumque eſſe vult παρὰ τὸ δονεῖσθαι τὸ ἰνίον, quod curuando ſe aut inflectendo ceruicis poſterior pars agitetur ac moueatur. ἰδνοῦται, λοξοῦται ἢ συνίζάνει exponit Galen. in Exeg. apud Hippoc. obliquatur & in ſe ſubſidet, ex libr.1. περὶ γυναικ. (pag.595.9.) τὸ στόμα ἐκ ὀρθὸν ἔστι τῆς μήτρας, ἀλλ' ἰδνοῦται, vteri oſculum rectum non eſt, ſed diſtortum. Heſych. ἰδνώθη exponitur ἐκάμφθη & ἐτανύσθη, vt & ἰδνωθεὶς, καμφθεὶς & ἐκτανυσθεὶς, incuruatus, extenſus. Erot. apud Hippoc. ἰδνώθη συνεσχέθη exponit, incuruatus eſt aut inflexus. & ex Hom. adducit Il. β. (verſ. 266.) πλῆξεν, ὁ δ' ἰδνώθη, hoc eſt, ἐκάμφθη, incuruatus eſt, inclinauit ſe, de Therſ. ab Vlyſſe ſceptro percuſſo. Quo & aliàs vtitur Homer. vt Il. ν. (verſ.618.) ἰδνώθη δὲ πεσὼν, quod idem eſt ac ἰδνωθεὶς ἔπεσε. Vtitur autem Hippoc. libr. 1. περὶ γυναικ. (pag.589.16) ἢν τῶν μητρέων τὸ στόμα μεμύκῃ, ἢ ἰδνωθῇ, ſi vteri os concluſum fuerit aut intortum, hoc eſt, obliquatum & inflexum. Quem locum ab Erot. ſubindicatum reor, etſi ἰδνώθη apud eum legatur, niſi ſi ἰδνωθῇ & συνεχέθη potiùs leg. videatur, in aoriſto ſubiunctiuo. Eſt περιιδνοῦσθαι Hippoc. obtorqueri libr 1. περὶ γυναικ. (pag.604.24.) περιιδνοῦται δὲ ὁ στόμαχος τοῦ αἰδοίου, pudendi oſculum, hoc eſt vteri, obtorquetur. Quidam huius verbi ἰδνῶ aliam afferunt originem παρὰ τὸ ἴζω ἢ ἰδῶ, vt ſit ἰδνῶ συστέλλομαι ἢ τῷ συνιζάνω, quod qui ſe inclinant, contractis humeris ceruicem flectunt. Qua notione περιιδνοῦται apud Hipp. quidam circumſidit aut collabitur exponunt, & quaſi in ſeſe concidit.

Ἴδος idem quod ἱδρὼς ſudor, eoque ſenſu ſumunt quidam quod ſcribitur Coac. (pag. 132.C.) οἱ ἰλιγγιώδεις πυρετοὶ ἢ ἄνευ ἰδίων, ἢ μὴ ἰδίων ὀλέθριοι, febres quæ ſubinde vertigines afferunt, & cum ſudoribus, aut ſine his contingunt, perniciem intentant. Verùm pro ἰδίων exemplaria manuſcripta ἐλεῶν legunt. ἰδίειν etiam apud Hippoc. ἰδίειν quod eſt ſudare exponit Erot. locum nimirum libr.1. περὶ γυναικ. (p. 606.22.) ſubindicans, κρέσσον δὲ διουρέειν ἢ ἰδίειν, præſtat autem vrinam & ſudorem ciere. ἰδίειν ἱδροῦν, & ἰδίειν ἱδρώειν, h.e.ſudare exponit Heſych.vt & ἰδίει, ἱδροῖ, ἀγωνιᾷ.

Ἱδρύσθαι & ἱδρύεσθαι eſt collocari, firmari, firma ſede collocari, ſitum eſſe aut fixum. In Coac. (pag. 169. A.) ἱδρυθεὶς πόνος εἰς στῆθος, dolor in pectore fixus, firmatus. ὀδύνη ἐς στῆθος ἱδρυθεῖσα dicitur in Prorrh. (p.191.25. H.72.F.) στηριχθεῖσα δυσλύτως explicatur Gal. hoc eſt in pectus firmatus dolor aut fixus adeò vt ægrè tolli poſſit, qui thoracis inflammationem indicat. Et aphor.11. lib.4. ὀσφύος ἄλγημα ἐς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρυνθὲν lumborum dolor in hydropem ſiccum firmatur. Quod exponit Gal. de dolore fixo & perſeuerante qui nullis remediis tollitur. Sic libr. 6. Ep. ſect. 7. aph.1. τὰ δὲ νυκταλωπικὰ ἱδρύετο, nyctalopicæ affectiones & nocturnæ cæcitudines firmabantur, hoc eſt perſeuerabant, firmas ac ſtabiles ſedes habebant, neque facilè deſinebant, quòd proprias oculorum affectiones ſequerentur, nempe natiuam humorum ac tunicarum craſſitudinem, quæ boreali & hyberna tempeſtate plurimùm aucta, condenſata eſt introque repreſſa, vt illîc ſcripſimus. Aut quòd oculus proprio ſuoque affectu laborans, non ex cerebri conſenſione, nocturnam illam cæcitudinem curatu perdifficilem redderet, & accedens hyemis iniuria moleſtiam augeret, vt ſcribit Gal. in iis Com. qui iam pridem eius nomine exierunt. ἱδρυμένον οὖρον, vrina in qua aliquid ſubſidebat aut ſubſiſtebat, lib.4. Epid. (pag.1123. B.) cui opponitur ἡ τὸ ὑφιστάμενον. Sic ἱδρυμένη ὑπόστασις, depoſitum ſedimentum & firmatum, aut ſua ſede collocatum, in vrinæ notis, Coac. (pag.210.A.) Eadem notione libr.1. Epid. ægr.1. de vrinis effertur οὐχ ἱδρυτο, non ſubſidebant. Et ægr.3. lib.3. poſt ſt. peſt. οὐχ ὑπεστάθησαν, οὐχ

ἵδρυτο, vrinæ nigricantes, neque subsidebant. Rursusq; ægr. 11.lib.3. Epid. post st.pest. de vrinæ sublimamento. ἐναιώρημα δ' ἐπιπολὺ στρογγύλον, οὐχ ἵδρυτο, sublimamentum autem admodum rotundum, neque subsidebat. Et rursus ægr.12. εἶχεν ἐναιώρημα μετέωρον, οὐχ ἵδρυτο, vrina suspensum quid in medio innatans sublime habebat, neque subsidebat. Et ægr.7. & 8. lib.1. οὖρα οὐχ ἱδρύετο, vrinæ non subsidebant. Erot. apud Hip. ἵδρυτο, ἐνεκάθητο exponit, quod est, insidebat, desidebat. Quæ certè expositio his locis Hipp. à nobis subnotatis,& vrinis nō subsidentibus,vt meritò attribui potest, ita cur Epiclis expositionem idem sigillet non video. Nam & ea huic loco quem ex sect.7.lib.6. Epid.expressimus, vt aptissimè conuenire potest,ita illic ἵδρυτο legisse videntur Erot.& Epicles, exemplaria verò nostra ἱδρύετο τὰ ὑδρυμένα dicuntur quæ consistunt, & pro morbi materia consistente, quiescente & considente sumuntur, quæ efferuescenti & turgenti opponi videtur, lib.5. Epid. (p.1156.H.) ἐπὴν ἱδρυμένα ἴδῃς vbi materiam consistentem cognoueris. Sic οὐχ ἱδρυμέναι φλέβες κροτάφων, venæ temporum non consistentes,non quiescentes,nec subsidentes,h.e. latius distentæ, & perpetuò motæ, aph.11.sect.2.lib.6.Epid. Gal.ἐπὶ πλεῖον διατεταμένας exponit, quod est plus iustò distentas. ἱδρύθη, constitit, consedit, conquieuit, lib.4.Ep. (p.1128. H.) de tussi & anhalatione, quæ quieuit & constitit 8 mense, sicque sedata est ac composita.

Ἱδρυώδης quoque idem quod ἱδ. ὑδὸς,& vtrunq;ad mentem translatum, eam constantem & firmam esse significat, ac ἱδρυώδης composita esse mente & quieta. Sic ægr.15.lib.3. post st.pest. καὶ πάλιν ἱδρυώδη σιγῶσα. ac mox composita fuit, taciturna. Ac rursus (ib) καὶ πάλιν ἱδρυώδη ἄφωνος. ac mox composita fuit,vox defecit. Cui voci delirium opponitur. In Prorr. (p.177.4. H. 69.A.) αἱ τρομώδεις γλῶσσαι σημεῖον οὐχ ἱδρυμένης γνώμης, linguæ tremulæ instabilem mentem & è sede constantiæ deturbatam significant. Vbi ἱδρυμένη ἠρεμοῦσα, quiescens Gal. exponitur. Quod pene iisdem verbis repetitur in Coac. (156.H.) ἱδρυωθεῖσα ὀδύνη & ἱδρυωθεὶς πόνος ab ἱδρυώδης ex Pror. & Coac. antea sunt subnotata. Vt & li.2. περὶ γυν. (p.655.36.) μέχρι ἂν ἐς χώρην ἱδρυωθῶσι, donec in suum locum firmati vteri fuerint,suo loco collocati.

Ἵδρωα sunt sudamina, sudores, pustularum genus ex biliosis & mordacibus humoribus cutē lancinantib.&vlcerātibus,quod ex sudoribus prouenit æstate vexans,aph.21.li.3. Sic enim illic describuntur Gal. τὰ δ' ἵδρωα τῶν κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἐξανθημάτων ἐστὶ ἑλκωδῶς τραχυνόντα τὸ δέρμα. καὶ γίνεται καθάπερ καὶ αὐτὸ τοὔνομα ἐνδείκνυται κατὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας, ὅταν χολωδέστεροι πως, ἢ ὅλως δακνωδέστεροι τυγχάνωσιν ὄντες. ὀδάξεσι γὰρ ἔτι τὸ δέρμα καὶ κνησμώδεις ἐργάζονται, καὶ τραχύνουσιν ἑλκωδῶς. ἵδρωα autem h.e. sudamina aut sudationes, è genere sunt eruptionum in summo corpore hærentiū,quæ ad instar vlcerum cutem exasperāt. Oriuntur autē, vt ipsum etiam nomē indicat,ex multis sudoribus, qui vbi biliosiores aliquātò, aut omninò mordaciores extiterint, cutem mordent,in eaque pruritum efficiunt, & vlcerum in modum exasperant. ἵδρωα Celsus quicquid sudore hominem resoluit, ex Hipp.aph. vertit cap.1.li.2. Pollux li.4.cap.24. ἱδρῶα ἐξανθήματα θερινὰ esse scribit, pustulas æstiuas. ἱδρῶα etiam quænam sint docet Theophrastus in li. de Sudoribus.

Ἱδρὼς sudor, est aqueum & humidū tertiæ coctionis excrementū per cutim erūpens.De cuius causis & differentiis scitissimè scripta sunt multa apud Gor.ἱδρῶτες κεγχροειδέες,sudores miliares & milij instar,in Progn.(p.130.9.H.38.25.)in sudorum notis. ἱδρώδεες πυρετοὶ,febres in quib.ægri sudoribus diffluunt,li. 5.Ep.(p.1157.E.)vbi ἱδρώδης etiam dicitur qui sudorib.est obnoxius, aut sudorib. diffluit, iisq;est assuetus. ἦν δὲ καὶ ὑγιαίνων ἱδρώδης. Erat autem etiam per sanitatē sudoribus obnoxius. ἱδρῶτες περὶ μέτωπον καὶ μύκτηρας καὶ αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς, sudores circa frontem,nares & ceruicem in posteriore capitis parte,syncopen & mortem prænunciantes, lib. de rat. vict. in morb.ac.(p.103.10.H.400.46.)

¶ Ἰέναι διὰ τῶν αὐτῶν,est per eadem progredi, vbi eadē symptomata diutius perseuerant. In Pror. (p.209.3. H.77.E.) οἱ τῶν ξυντόνων ποικίλως διάγοντες καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες.Qui huiusmodi conflictantur,variè morbum trahunt,atq; eadem diutius perseuerant. In Coac.(p.168.G.) ἢ τῶν ξυντόνων κοιλίας νοσεῦσαι διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων, aut in huiusmodi alui malè habeant,atq;eadem diutius perseuerent. τὰ ἰόντα dicuntur Hip. prodeuntes ac procedentes deiectiones aut excretiones,vt aph.li.4.ὁκόσα καὶ αὐτόματα ἰόντα χωρήματα,qualia sponte prodeunt,& aph.21.li.4. ἀπ' αὐτομάτου ἰόντα,spōte euntia. Vbi tamē per ἰόντα Gal.temporis spatium & morā significari vult,easq; deiectiones indicari, quæ per vniuersum morbum, aut saltem longo ipsius interuallo exeant.Sic enim scribit: μή τι πείνων ἔδοξεν αὐτάρκως δεδηλωκέναι τὴν ἐαυτοῦ γνώμην, ἰόντα, φάμενος. ἐνδείκνυται γὰρ τοῦτο τοιοῦτα χρόνου μῆκος, ὡς ἔτι δι' ὅλου τοῦ νοσήματος,ἢ κατὰ πολλὰ χρόνον αὐτοῦ ἰόντων τοιούτων ὑποχωρημάτων. εἰ γὰρ ἕνα τινὰ καιρὸν ἐβούλετο δηλῶσαι, πάντως ἂν ἢ ἐπιφανέντα, ἢ ἐλθόντα εἶπεν, οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου ἰόντα. τουτὶ γὰρ τὸ, ἰόντα,τῷ ἐρχόμενα ταὐτόν. οὐ τῷ ἐλθόντα δηλοῖ.Nūquid igitur abūde animi sui sententiam indicare visus est, cùm ἰόντα dixit,h.e. euntia.Hac enim dictione temporis longinquitas ostenditur, tāquam videlicet per totum morbū,vel per multū ipsius tempus talia excrementa prodeant. Si enim vnum aliquod tēpus indicare voluisset,omninò aut ἐπιφανέντα (h.e.superuenientia) aut ἐλθόντα(h.e. deiecta) dixisset, non ἀπὸ ταὐτομάτου ἰόντα (h.e. sponte euntia.)Hoc enim [ἰόντα] idem quod ἐρχόμενα,non quod ἐλθόντα significat.

Ἱερὴ νοῦσος, sacer morbus dicitur epilepsia, eo nomine magnitudinem morbi indicante,vt & μεγάλη νοῦσος & ἡρακλεία vocatur, aut quod diuinus esset & à diis immitteretur, nec nisi expiamētis aut incātationibus solueretur.Quam certè opinionē Hip.libellus περὶ ἱερῆς νούσου refutat, vt etiā testatur Gal.com. 6. in lib.6. Epid.(p 525.53.)Huius quoq; notationis rationē adfert Aret. imprimis grauis author,his verbis cap.4 lib.1. de caus. & sigdiut.morb. ἀλλὰ καὶ ἄδοξος ἡ ξυμφορή. δοκέει γὰρ τοῖσι ἐς τὴν σελήνην ἀλιτροῖσι ἀφικνέεσθαι ἡ νοῦσος. τούνεκεν ἱερὴν κικλήσκουσι τὴν νοῦσον.ἀτὰρ καὶ δι' ἄλλας προφάσιας,ἢ μεγέθεος τοῦ κακοῦ.ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα.ἢ ἰήσιος οὐκ ἀνθρωπίνης,ἀλλὰ θείης,ἢ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον εἰσόδου,ἢ ξυμπάντων ὁμοῦ, τήνδε ἐκλήισκον ἱερήν.Sed & præter hominū opinionem illius est origo. Nā & flagitiosis hominib.à luna immitti quorūdam est opinio, cuius rei causa sacrū morbū nomināt. Quin & alias ob causas id nomen fuit inditum,aut ob mali magnitudinem(sacrum enim dicunt quod magnū) aut ob curationē non humanā sed diuinā,aut quod dæmone correptus homo videatur,aut propter hæc simul ōia,hūc morbū sacrū nominarūt.

¶ Ἵζειν, desidere, subsidere, deprimi, de medio naso dicitur apud Hip. vbi deprimitur & desidet,cùm os palati discessit, aph.3. sect.1.li 6.Epid & lib.4. Epid. (p.1125.G.) μέγα ἵζει ῥίς. medius nasus desidet.

¶ Ἰητρεῖον officinā medici significat, in qua quæ ad chirurgiā pertinēt tractantur, & locum in quo chirurgia exercetur,lib. κατ' ἰητρ.(p.666.52H.741. B.) τὰ ἐς χειρουργίαν κατ' ἰητρεῖον. quæ ad medici manu curātis officiū pertinent,& quæ in officina medici ad chirurgiam spectāt.Rursus li.1.Ep.(p.953.31.H.939.E.) τὰ δ' ἄλλα ὁκόσα κατ' ἰητρεῖον, αἰδῶς διῆγεν, de reliquo autem, quòd ad ea quæ ad chirurgiam spectāt,in his sine morbo degebāt. Quæ loca mihi subindicare videtur Gal.in Ex. vbi κατ' ἰητρεῖον,τὰ κατὰ τὴν χειρουργίαν exponit,quę ad chirurgiā pertinēt.

¶ Ἰθαγενὴς exponit Gal.in Ex. apud Hip. γνήσιον, genuinū, καθάπερ φησὶν ὁ σοφὸς,ἀλλά μ' ἶσον ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα, sed me æquè ac genuinos fœtus colebat. quod habetur apud Hō.O 1.ξ. (v.203.) ideoq; malè ἰθαγενέσιν scribitur apud Gal. ἰθαγενὴς aūt κύημα dicitur Hip. li.1. περὶ γυν.(p.618.45.)&lib. περὶ ἀφόρων (p.684. 11.) cōceptus genuinus, verus,& rectus, à falso & mola discretus.ἰθαγενὴς Hesych. dicitur αὐτόχθων, γνήσιος. Idemq; apud Hom.ἰθαγενέεσσι γνησίοις τέκνοις καὶ καθαροῖς,οὐκ ἐκ παλλακίδος exponit, h.e. genuinis fœtibus & puris,neq; ex pellice ortis. Est enim ἰθαγενὴς,vt exponit Eustath.γνήσιος,ὁ ἐκ τοῦ κατ' ἰθὺ,τουτέστι κατ' εὐθύτητα νόμου γεννήσεως,καὶ μὴ πλαγίως πως τῷ γένει ἐπεισαχθεὶς,genuinus fœtus,& qui recto ordine,aut legitima generatione non obliquè in familiam accitus est.Annotatur ex Corintho ἰθαγενεῖς dici Ionibus τοὺς γνησίους παῖδας,genuinos ac legitimos filios.Ἰθαγενὴς etiā αὐθιγενὴς exponit,Erot.apud Hip. indigenum,legitimum,his subnotatis locis.

Ἰθὺ pro εὐθὺ rectum,& κατ' ἰθὺ pro κατ' εὐθὺ lib.κατ' ἰητρεῖον(p. 670.26.H.741.D.) κατ' ἰθὺ γούνασι, è directo ad genua. Vide εὐθὺ antea.

Ἰθυκύφη ῥάχις spina ex recto gibbosa,cùm ex recto in gibbum eleuatur aut curuatur,lib.de art. (p.619.19.H.810.D.)

Ἰθυλορδὴ ἡ ῥάχις, spina in directum repanda, hoc est introrsum inclinans & recuruata, lib.de art. [p.619.3.H.810.C.] vbi tamen εὐθυλορδὴ legisse Erot.existimo [sic enim apud eum pro ἀλωσέδη,aut εἰλωσέδη vitiata scriptura lego] quod ab eo εἰς ἰθὺ σκολιά exponitur, h.e. ex recto obliqua . ἰθύλορδος dicitur in Mochlico [pag.842.B.]

Ἰθυσκόλιος ἡ ῥάχις dicitur Hip. spina ex recto obliqua & incurua, hoc est, quæ in posteriorem & anteriorem partem inclinat. Hac enim voce διαστροφὴ εἰς τοὔπισω καὶ πρόσω,hoc est peruersio in posteriorem & anteriorem partem indicatur, vt scribit Gal. com.3.in lib.de art.[p.618.42.H.810.C. & p.620.50.]

Ἰθύτριχες,qui passis sunt capillis,aut nigros habent capillos, lib. 6.Epid.sect.7.aph.1.

Ἰθυωρίη est in rectum processus, rectitudo, recta processio, directio,rectus trames. Libr.de fract. [p.528.2. H.750.H.] τὰ τε ἐσία

ἐςία ἅπαντα τὰ ἐν τῷ τείχει ὀστᾶ ἰθυωρίην κατ' ἄλληλα εἶχε. quod omnia ebuiti ossa rectitudinem inter se habebant. Et rursus (ibid.v.5. H.751.A.) ὅτι αὐτὴ καθ' ἑωυτὴν τὴν ἰθυωρίην ἔχει. quòd illa ipsa eandem directionem præ se ferret. Et (v.56. H.751.G.) ἰθυωρίην παντὶ ποιέων ὀρθοῖ, ossa in directum dirigit. Rursus (ib.p.567.36.H.772.A.) τήν τε κατάτασιν δικαίην παρέχοι καὶ ὁμαλὴν κατὰ τὴν ἰθυωρίην, & iustam distentionem & æqualem è directo præbuerit. Quæ omnia mihi subindicasse videtur Erot. cum εὐθυωρίαι εὐθύτητα exponit apud Hipp. ac pro ἰθυωρίην εὐθυωρίαν legisse, vt antea εὐθυλερδ pro ἰθυλερδ.

¶ Ἱκανῶς ἀνώδυνος, omninò doloris expers, lib 4. Epid. (p.1136. C.) & ἱκανοὶ σπασμοὶ, satis multæ conuulsiones, lib. 7. Epid. (p.1222.G.)

Ἴκελον simile dicitur & ὅμοιον exponit Gal. com.1. in lib. de rat. vict. in morb.ac. (p.49.17. H.386.17.) ἡ πλευρὴ πλὴν ἰνείκελοι ἴκελόν τι πληγῇ. Latus liuidum plagæ simile inuenitur. Rursus libr.1. περὶ γυναικ. (p.607.1.) ἐπιπολῆς ἴκελόν τι ἀφθῇ, superficiario ac feruido vlceri quid simile contingit. Ac iterum lib. 2. (p.650.5.) χρὴ δὲ καὶ μολυβδον ἴκελον ἐξελάσαντα ποιῆσαι τὸ εἶδος τοῦ δαιδὸς τῷ παχυτάτῳ, plumbum autem crassissimæ tedæ figura simile ducere oportet, vbi de pessis subdititiis formandis agitur. Et rursus lib.3.Epid.in st.pest. (p.421.53. H.1083.D.) ὧν δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα συνιστάμενον οὐ πύῳ ἴκελον, ἀλλὰ σηπεδών τις ἄλλη, καὶ ῥεῦμα πολὺ καὶ ποικίλον. Neque verò contracta fluxio puri affinis erat, sed ex alio quodam putredinis & fluxionis multæ & variæ genere. ἴκελον etiam ὅμοιον exponit Hesych. Erot. quoque ἰκέλη ὁμοία exponitur apud Hipp.

Ἰκμαλέα, τὰ δίυγρα καὶ ἱκανὴν ἰκμάδα ἔχοντα, exponit Erot. apud Hip. h. e. humentia, & sufficientem humorem habentia. Qui expositione mihi locum libri περὶ φύσιος παιδίου (p.243.32.) complecti videtur. τὰ μὲν ἰκμαλέα καὶ πεπιεσμένα ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐνθερμαίνεται, humecta quidem & compressa à seipsis concalescant. Eaq; dictione sæpius vtitur Hipp. vt (ib.v.25.) ὅτι ἡ γῆ ἰκμαλέη ἐστὶν ἐν χειμῶνι, quòd terra hyeme humida est. Sic lib. περὶ γονῆς (pag.232.55.) αἱ δὲ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται, & vteri humidi fiunt. Ac rursus (ib.233.18.) ἅμα μὲν αἱ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται ἐν τῇ μίξει, simul quidem vteri humidi euadunt in commixtione. Rursus libr.1. περὶ γυναικ. (p.589.23.) οὔτε γὰρ ἰκμαλέαι εἰσὶ κατὰ σφέας οἷαι μὴ λαγνευομένης, neque enim humidi [vteri] in seipsis sunt, nimirum cum coitu non vtatur. Et iterum (ib.v.29.) ἢν γὰρ ἰκμαλέαι ἔωσιν αἱ μῆτραι ἀπὸ λαγνείης. Si enim vteri humidi fuerint à coitu. Rursus eod. lib. (p.593.15.) τὸ δὲ ἧπαρ ἰκμαλέον ἐστὶν, hepar autem humidum est.

Ἱκνεύμενος χρόνος, debitum tempus, congruum, conueniens, & idem quod ἱκνούμενος χρόνος. Lib. de fract. (pag.557.41.H.779. G.) ἐν τῷ ἱκνευμένῳ χρόνῳ, suo tempore, constituto tempore, tempestiuo, congruo & conueniente tempore, vt ἱκνεομένως προσηκόντως exponitur Hesych. congruè, conuenienter. lib.2. περὶ γυναικ. (pag.653. 33.) γάλα πίνειν ἱκνευμένως, αὐτάρκως καὶ ἱκανῶς significat, h. e. conuenienter & abundè gallicè *competemment*. Apud Herod. ἐκ ἱκνευμένως, non ritè accipitur, vt & apud eundem inuenitur ἐν τῷ ἱκνευμένῳ χρόνῳ, & τοῦ ἱκνευμένου μᾶλλον, plus æquo. Et annotatur ex Corintho τὸ ἐκ ἱκνευμένως Ionibus dici ἀντὶ τοῦ οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως. Lib. περὶ ἱερῆς νούσου (308.50.) καὶ φροντίδας οὐχ ἱκνευμένας, curæ inanes, intempestiuæ. Et lib. de aëre loc. & aq. (p.284.12.) προγηράσκειν τοῦ χρόνου τοῦ ἱκνευμένου, ante tempus senescere.

Ἴκταρ Gal. in Exeg. ἐγγὺς, quod est prope, Atticis significare scribit, Hipp. verò lib.2. περὶ γυν. pudendum muliebre, eo nomine indicari. Erot. quoque eam dictionem apud Hip. agnoscit in Proœmio & inter obscuras ab interpretibus prætermissas reponit. Idem etiam ἐγγὺς Atticis significare scribit adducto Æschyli testimonio, & quosdam ἴκμαρ pro ἴκταρ huius vocis ignoratione scripsisse. Sed certum est nostra exemplaria hanc dictionem deformasse. Neque enim vsquam lib.2. περὶ γυν. legitur, nec video quomodo absque melioris exemplaris ope reponi queat, præsertim cùm Erotiani expositio à Galeno dissentiat.

Ἴκτερος est biliosi humoris per corpus vniuersum præcipueq; in superficiem refusio. Morbus regius & arquatus dicitur, aut aurigo. Est ἴκτερος ὀξὺς, icterus acutus & citò interimens Hipp. lib.3. de morb. (pag.490.46.) qui etiam repetitur libr. περὶ κρισίμων (p.58.16.) Duplex etiam icterus describitur li.2. de morb. (p.472.55.) Lib. etiam περὶ παθῶν (p.524.45.) icterus & eius curatio adscribitur. Icteri quatuor ponuntur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (p.551.8.) & εἰλεὸς ἰκτερώδης, (ib.p.556.55.) Est & icterus iudicatorius, bile in totum corporis habitum iudicatione refusa, cuius meminit Hipp. aph. 62. & 64. lib. 4. & Coac. (p.134.G.) & lib.1. Epid. st.3. & lib.1. de morb. (p.449. 5.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. [pag.108.11. H.402.50.] Et Gal. com. ad aph. 62. lib. 4. ἴκτερος ὥσπερ μὲν γίνεται καὶ κριτικὸς, ἀποτιθεμένης τῆς φύσεως εἰς ὅλον τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα πρὸς τὸ δέρμα, τὴν ξανθὴν χολήν. γίνεται δὲ καὶ σύμπτωμα κακοπραγοῦντος τοῦ ἥπατος. αἱ κακοπραγίαι δ' αὐτοῦ τρεῖς εἰσιν, ἐφ' αἷς ἴκτερος εἴωθεν ἐπιγίνεσθαι, σκίρρος, φλεγμονὴ, καὶ ἔμφραξις. ἀλλὰ σκίρρος μὲν χρόνιον νόσημα, φλεγμονὴ δὲ καὶ ἔμφραξις καὶ ἐξαίφνης δύνανται γίνεσθαι. καὶ δὴ καὶ εἰ πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας ἴκτεροι κατά τι τούτων γίνονται. Morbus regius interdum quidem fit iudicatorius, natura ad corpus totum, & præcipuè ad cutem flauam bilem deponente, fit etiam huiuscemodi casus hepate malè affecto. Eius autem affectiones malæ tres sunt, propter quas morbus regius superuenire assolet, scirrhus, inflammatio & obstructio. Verùm scirrhus diuturnus est morbus, inflammatio verò & obstructio etiam repentè fieri possunt. Et sanè regij morbi qui ante septimum contingunt, ex istorum aliquo ortum habent. Idem rursus com. ad aph.64. lib.4. καθαιρομένου γὰρ ἐν αὐτῷ τοῦ αἵματος καὶ τῆς χολῆς μετὰ λαμβανομένης ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τοὺς χοληδόχους πόρους, ἐάν τ' ἔμφραξίς τις γένηται κατά τι τῶν μεταλαμβανόντων χωρίων, ἐάν τε φλεγμονή τις ἢ σκίρρος, ἀνάγκη τηνικαῦτα μήτε καθαίρεσθαι τὸ αἷμα καὶ συναναφέρεσθαι τὴν χολὴν αὐτῷ πάντῃ τοῦ σώματος, ὥστε δὴ τὸν ἴκτερον γίνεσθαι. Nam cùm sanguis in eo repurgetur, & bilis ex venis in meatus bilem excipientes transferatur, siue obstructio aliqua fuerit in locis per quæ traducitur, siue inflammatio aliqua, vel scirrhus, prorsus sanguinem non repurgari necesse est, simulq; cum ipso bilem quoquouersum per corpus deferri, indeq; morbum regium fieri. Ac de ictero iudicatorio plura scripsimus nostris in lib.1. & lib.3. Epid. Annot. Est autem ἴκτερος autori defin. med. (p.397.54) ἀνάχυσις χολῆς εἰς τὸ δέρμα, ὥστε κατέχεσθαι τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ χλωρὰν ἀποτελεῖσθαι, καὶ κακοῦσθαι τὸ δέρμα, καὶ λευκαὶ αὐτοῖς αἱ κατὰ κοιλίας διαχωρήσεις γίγνονται, bilis per cutim refusio, ita vt eius superficies colore tingatur, & pallida efficiatur. Atque ita affectis alui deiectiones albæ euadunt. Aret. quoque libr.1. περὶ αἰτίων καὶ σημείων χρονίων παθῶν cap.15. ἣν χολῆς ξανθῆς λεκιθώδεος, ἢ κροκώδεος, ἢ τῆς μελαίνης χλωρῆς ἐς τὸ πάντη τῆς ἀνάχυσις ἀπὸ τοῦ σπλάγχνου γίγνηται, τὸ πάθος ἴκτερος κικλήσκεται. Si bilis flauæ vitellinæ, aut croceæ, aut nigræ ex viridi mixtæ in omne corpus ex viscere refusio fiat, hæc affectio icterus vocatur. De morbi Regij causis & differentiis plura leges apud Gor. & Gal. lib.5. loc. aff. & lib.3. de sympt. caus. & Celsum cap.24. lib.3. Paul. lib.3. cap.50. & Actium cap.17. lib.2. Tetrab.3.

Ἰκτερώδης χροιὴ, color auriginosus arcuatus, qualis est aurigine laborantiū aut morbo regio lib. περὶ γυν. φύσ. (p.567.55.) in pro fluuio albo. ἢ ἡ χροιὴ ἰκτερώδης ἢ λευκὴ γίνεται, color auriginosus & albus euadit, & li.2. περὶ γυν. (p.644.45.) & (p.644.3.) καὶ ἡ χροιὴ ἰκτερώδης γίνεται, & color auriginosus euadit. Sic ὀφθαλμοὶ ἰκτερώδεις, oculi auriginosi li.2. περὶ γυν. (p.666.10.) & Coac. (p.179. A.) ἰκτερώδης ὀφθαλμὸς, oculus morbi regij, colore infectus dicitur in pleuritide. Sunt etiam ἰκτερώδεις qui flaua bile abundāt, & quorum cutis bilioso humore infecta est, aph.72. li.5.

¶ Ἴλιγγοι dicuntur vertigines Hipp. aph.17.23. & 31. libr.3. ἴλιγξ ἐστὶν ὁ σκοτοδινία, ὅ τις γίνεται ὑγροῦ μετὰ παχέος πνεύματος κινουμένου κατὰ τὴν κεφαλὴν, διὸ καὶ προηγεῖται ἐπιληψίας καὶ ἀποπληξίας, ἴλιγγος est tenebricosa quædam vertigo qua circumagi omnia videntur, quæ fit dum crassus spiritus humore permixtus in capite mouetur. Ideoque & epilepsiam & apoplexiam præcedit. ἴλιγγοι capitis læsionem consequuntur, & fiunt cerebro pituita oppleto, vt apoplexiæ, hyemeque grassantur, com. ad aph.23. li.3. ἴλιγγοι etiam senibus contingunt duplici ex causa, interdum ob spiritum vaporosum qui inordinato motu in cerebro cietur, interdum quoque ob exhalationem plurimam vaporosam, quæ aceruatis vitiosis in ventriculo superfluitatibus ad cerebrum fertur, com. ad aph.31. libr.3. ἰλιγγώδεις πυρετοὶ in Coac. (p.132.C.) dicuntur febres vertiginosæ, in quibus ægri subinde vertigine corripiuntur, & perpetuò menti offusas nubes ac caligines sentiunt, crebrasque spiritus conuolutiones, ex magna humidi & crassi succi copia in cerebro agitata & flatibus distenta. Iis enim omnia videntur circumagi & rotari ex spirituum in cerebro agitatione, & ad huiusmodi febres magna sequuntur deliria. Verùm λυγγώδεις πυρετοὶ quibusdam codicibus scribuntur, hoc est, febres singultuosæ, & in quibus magna morbi parte singultus intenditur. ἴλιγγος exponitur Hesych. ὁ τῆς κεφαλῆς σκοτασμὸς, & ἰλιγγιᾶν, τὸ σκοτοῦσθαι, καὶ δοκεῖν περιφέρεσθαι, συστρέφεσθαι, σκοτοῦσθαι.

Ἰλλαίνειν Gal. in Exeg. apud Hipp. διαστρέφειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, quod est oculos contorquere, distorquere exponit. Verùm apud Hipp. ἰλλαίνειν oculis esse distortis & peruersis significat, vt ἰλλαίνειν neutrum esse videatur. Sic ægr.3. lib 3. Epid. δεξιὸν ἴλλαινε scribitur, quod est dexter oculus peruersus est. Quæ phrasis etiam repetitur ægr.11. Et lib.4. Epid. (p.1122, G.) ἀριστερῷ δὲ ἴλλαινεν αὐτοῦ ὁ ὀφθαλμὸς ἐς ὑψούμενος, ex sinistra autem

parte oculus graui cum dolore distortus est. Etsi illic variam exemplarium lectionem expressimus nostris eum in locum Annot. In Coac. quoque (pag. 153. C.) ἰλλαίνων ὀφθαλμὸς, διαστρεφόμενος oculus peruersus & distortus dicitur. Sic enim ὀφθαλμὸν διαστρέφεσθαι scribit Hipp. in Progn. & Coac. (p. 127. G.) & aph. 49. lib. 4. quod oculum peruerti vertit Celsus. Atq; hanc istius dictionis notionem agnoscit Pollux apud Hipp. cùm scribit li. 2. ἱπποκράτης δὲ ὀφθαλμὸν ἰλλαίνειν φησὶ τὸν διαστραφέντα μένον. Quibus sanè verbis indicat ἰλλαίνειν dici Hipp. de oculo distorto & peruerso. Vt certè nondum apud Hip. ἰλλαίνειν ὀφθαλμοὺς, pro διαστρέφειν legerim, & διαστρέφεσθαι pro διαστρέφειν lubentius apud Gal. scribendum existimarim. Est & ἰλλαίνεσθαι διαστρέφεσθαι, distorqueri aut contorqueri, quo vtitur Hip. de oculis libr. 5. de morb. (pag. 491.6.) καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσί τε καὶ ἰλλαίνονται, & oculi peruertuntur & lachrymas emittunt. Ad eamque notionem accedunt exemplaria in quibus κατιλλαίνουσαι aut κατιλλαινόμεναι φωναὶ scribuntur lib. 3. Epid. h. e. voces distortæ, peruersæ, pro viciatis, impeditis & ex distillatione in fauces interceptis. Qua de re & dictione plura etiam nostris in eum locum Annot. scripsimus. Hæc autem omnia à dictione ἴλλος deducuntur. ἴλλους autem τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰωνικῶς ὀνομάζουσιν, vt scribit Pollux. Est & ἰλλὸς, στραβὸς, τυφλὸς, διεστραμμένος, qui peruersam aut distortam habet oculorum aciem, Sudę & Hesychio. ἴλλωσις ὀφθαλμῶν est oculi peruersio & distortio, in Prorr. (pag. 191. 18. H. 72. E.) & Coac. (pag. 168. H.) Etsi exemplaria publicata εἴλωσιν legunt ab εἰλέω quod est voluo, agito, verto, implico, περιστρέφω. Verùm nos eam vitiatam esse lectionem diximus, & ἴλλωσιν ex Gal. com. 2. in lib. 3. Epid. & Coacis legimus. Idem quoque Gal. ὀφθαλμῶν ἴλλωσιν, διαστροφὴν exponit. Sic ἰλλὸν ὄμματα oculi distorti aut peruersi dicuntur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 607. 44.) θράσος ὀμμάτων ἰλλῶν, oculorum peruersorum ferocitas. Eadem quoque ab ἴλλω nonnulli deducunt aut ab ἰλλόω quod idem quod ἰλλίζω, aut ἰλλώπτω, aut etiam ἰλλαίνω significat, aut ab ἴλλω, quod εἰλεῖ & συστρέφω, h. e. voluo aut conuoluo, aut etiam δεσμεύω, vincio, arcto, indicat. ἴλλειν etiam συγκλείειν Galeno significat in Exeg. vt & συνέχειν, σφίγγειν, concludere, continere, constringere. Ad quas significationes respexerunt qui κατιλλούσας φωνὰς aut κατιλλομένας apud Hip. legunt lib. 5. Epid. & διαστρεφούσας aut διαστρεφομένας, aut συνειλημένας, συστρεφομένας aut συνδεδεμένας exponunt, h. e. voces peruersas, conuolutas, contortas, vinctas aut præpeditas. Sic & τὴν γῆν ἰλλομένην περὶ τὸν πόλον variè accipiunt apud Platonem in Timæo. Arist. namque lib. 2. de cœlo εἰλουμένην καὶ κινουμένην exponit, & Platonem existimat terram circum polum verti velle ac agitari aut circumuolui. Qua in opinione fuisse etiam Plat in Timæo quibusdam videri scribit M. Tullius in Lucullo. Eam verò Aristot. opinionem Simplicius calumniæ insimulat, & ἰλλομένην δεδεμένην, h. e. alligatam & adhærescentem exponit. Proclus quoque Arist. etiam sententiam improbans, σφιγγομένην, constrictam exponit. At Gal. Com. 3. in lib. 3. Epid. (pag 423. 14 H. 1083. H.) hæc Plat. verba adscribens, εἰλουμένην non ἰλλομένην leg't, & κατειλημμένην ἢ ἀπωθουμένην explicare videtur, hoc est, contractam, coactam, propulsam, conuolutam. Quæ tamen Platonis verba fœdissimè nostris in codicibus deprauata leguntur. ἰλλαίνειν porrò idem Gal. (ibid.) διαστρέφειν significare scribit, & inter obscuras & parum vsitatas Hipp. dictiones reponit.

Ἰλὺς, ύος, ἡ, fœx vini dicitur ex Arist lib. 3. de gener. animal. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 615. 55.) σμῆγμα ἐκ τῆς ἰλύος, smegma ex vini fœce vteri vlceribus colluendis adhibetur. Hinc ἰλυώδεις ὑποστάσεις, sedimentum limosum in deiectionibus, in Prorrh. (pag. 216. 23. H. 81. C.) & Coac. (pag. 210. H.) & ἰλυώδεα limosa alui recrementa, ibid. (pag. 204. A.) Sunt & ὑποστάσεις ἰλυώδεις, in vrinis. sedimenta limosa, & vini fœcibus similia, in Coac. (pag. 213. G.)

¶ Ἱμείρεσθαι desiderio & cupidine teneri, desiderare, cupere, concupiscere, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 591. 17.) ἢ ἱμείρεται ὁκόλα φιαμένως ὡς ἐν γαστρὶ ἔχουσα, & desiderio tentatur non secus ac vterum gerens. Rursus ibid. (pag. 592. 31.) ἱμειρομένης τε ἢ συνιούσης ἀνδρί hoc est, muliere viri congressum appetente, aut muliere appetente & viri congressu fruente. Et rursus ibid. (pag. 603. 1.) ἱμείρεσθαι ἀλλοκότων ἀεὶ βρωμάτων, alienos semper cibos appetere, de prægnante dicitur. Erot. ἱμείρομαι apud Hip. ἐπιθυμῶ exponit, hoc est, desidero, appeto, aut cupidine teneor, & ἵμερον, ἐπιθυμίαν, adducto Homeri versu, ὥς σεο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ, vt nunc te amo, & me dulcis cupido tenet, qui legitur Il. γ. (vers. 446.) & Il. ξ. (vers. 228.) vbi ἵμερος desiderium amatorium & cupidinem veneream, congressum Helenæ concupiscentis Paridis, & Iouis Iunonis, denotat, vt & aliàs ἵμερος Il. ξ. (vers. 198. & 216.) & ἱμείρεσθαι (vers. 163.) non secus ac ἱμείρεσθαι apud Hipp. mulieris congressum significat. Dicitur & ἱμείρεσθαι τοῦ ἀνδρὸς Hipp. cum viro concumbere, congredi, & ἱμείρεσθαι propriam quandam significationem mulieris cum viro congressus includit, quòd amoris quoddam desiderium aut cupidinem contineat. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 596. 49.) ἱμείρεσθαι χρὴ τῷ ἀνδρὶ, ἢν ἄριστα ἔχωσιν αἱ ὑστέραι, cum viro congredi oportet, si optimè habuerint vteri. Sic ἱμειρόμεναι αἱ γυναῖκες, cum viro congressæ mulieres, viri congressu fruentes & potitæ dicuntur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 599. 44.) Quem mihi locum disertis verbis expressisse videtur Gal. in Exeg. vbi ἱμειρόμεναι positum scribit apud Hip. ἀπὸ τοῦ τῆς ἐπιθυμίας τυχοῦσαι, αἳ δὲ ἂν μιγῶσι, hoc est, quæ cum viro congressæ sunt, & viri congressu potitæ. ἱμείρεται etiam exponitur Hesych. ἐρᾷ, ἐπιθυμεῖ, ποθεῖ, amat, cupidine tenetur, desiderat aut concupiscit.

¶ Ἰνδικὸν dicitur Hip. quod Persæ piper vocant, cuius fructus rotundus μυρτίδανον vocatur. Sic enim scribitur lib 2. περὶ γυναικ. (pag. 662. 14.) τὸ ἰνδικὸν ὃ καλέουσιν οἱ Πέρσαι πέπερι, καὶ ἐν τουτέῳ ἔνι στρογγύλον, ὃ καλοῦσι μυρτίδανον. Gal. in Exeg. vocum Hipp scribit eos qui medicamentorum nomenclaturas scripserunt, ἰνδικὸν existimasse esse τὸ ζιγγίβερι, ex eo deceptos quod ipsum piperis esse radicem existimarent, cùm tamen constet diuersas esse plantas gingiberis & piperis ex Diosc. cap. 189. & 190. lib. 2. Dioscor. verò iuniorem qui vocum expositiones scripsit, ἰνδικὸν existimare plantam esse in India nascentem, piperi assimilem, & eius fructum μυρτίδανον vocari, quod myrto similis sit. ἰνδικοῦ etiam φαρμάκου meminit Hipp. lib περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573. 53.) ἰνδικοῦ φαρμάκου τὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὃ καλεῦνται πέπερι. Sed locus valdè mihi suspectus est, cùm passim μηδικοῦ φαρμάκου legatur pro ἰνδικοῦ, tum quòd pro τρίμματα, τρία legit Cornar. ex lib. 1. περὶ γυναικ. vbi iisdem ferè verbis hoc repetitur, ex quo illum locum vitiosum esse satis apparet. Sic enim scribitur (pag. 630. 38.) κόκκους ἐκλέψας δύο τρεῖς ἰνδικοῦ φαρμάκου, τῶν τῶν ὀφθαλμῶν, ὃ καλέεται πέπερι, καὶ τοῦ στρογγύλου τρία. Ex quo lib. περὶ γυναικ. φύσ. κόκκους ἑπτὰ τρεῖς pro τριάκοντα legendum, & ad piperis grana, non ad grana cnidia referendum videtur, etsi cocci cnidij magnus est ad subdititia med. in mulieribus morbis vsus, & hîc plurimùm facere videtur. Deinde τρίμματα incertum an ad coccum cnidium referantur, an verò ad piper, pro quibus tamen Cornar. τρία legit. Et τοῦ τῶν ὀφθαλμῶν legendum, & τοῦ στρογγύλου ἑπτὰ τρία, aut τοῦ στρογγύλου τρία, τοῦ στρογγύλων ἕτερα, τρία videlicet, ferri potest. At verò neque quid per τὸ τῶν ὀφθαλμῶν intelligatur, planè satis constat, nisi piper candidum accipiatur, quod est ocularibus remedijs aptum. Piperis enim racemos κόκκους φέρειν ὀμφακώδεις, hoc est, grana acerba ferre scribit Diosc. cap. 189. libr. 2. quæ candidum piper faciunt, apta ocularibus remediis. Id candidum nondum maturum sed ὀμφακίζον, h. e. adhuc acerbum, longo & nigro infirmius est, ideoque potiùs ad subdititia medicamenta ab Hip. expetitum. Quòd autem ab Hip. scribitur, ἢ τῶν στρογγύλων ἕτερα, id intelligitur quod μυρτίδανον dicitur libr. 2. περὶ γυναικ. & piperis fructus est, tempestiua maturitate in grana nigra & rugosa collectus. Etsi quidam per τὸ στρογγύλον, piper nigrum intelligi apud Hipp. contendunt, per μυρτίδανον autem & τὸ τῶν ὀφθαλμῶν piper rotundum Theoph. hoc est, cubebas vulgares. Indici etiam medicamenti meminit Hipp. & ἰνδικοῦ ποσὶν scribit lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 660. 1.) Sic rursus (ibidem p. 666. 30.) Indicum medicamentum ad oris grauem odorem describitur. Est & ἰνδικὸν φάρμακον coloris seu medicamenti genus, quod duplex facit Diosc. lib. 5. cap. 107. & Plinius lib. 35. cap. 6. Quibus sanè ex Hipp. locis satis apparet Gal. locum in Exeg. vbi pro indicatura ἰνδικὰ scribitur, vitiosum esse, & ἰνδικὸν scribendum, & locum lib. 2. περὶ γυναικ. à nobis subnotatum ea nomenclatura exprimi, cùm nusquam apud Hipp. ἰνδικὰ scriptum reperiatur.

Ἶνες sunt villi & fibræ, fila quædam oblonga, gracilia, alba, solida, valida, omnis generis corporis partibus inserta, vt rectè scribit Gorrh. Eas verò in sanguine fibras ex quibus concrescit cernere est facile, quas & agnoscit Hipp. lib. περὶ σαρκῶν vulgò inscripto (pag. 251. 7.) ὁκόταν σφάξῃ τις ἱερεῖον, τέως μὲν ἂν θερμὸν ᾖ, ὑγρόν ἐστι τὸ αἷμα· ἐπειδὰν δὲ ψυχθῇ, πήγνυται. ἢν δέ τις αὐτὸ ταράσσῃ, οὐ πήγνυται. αἱ γὰρ ἶνες εἰσὶ ψυχραὶ καὶ κολλώδεες. Cùm quis victimam iugulat, quandiu calet sanguis, liquidus est, vbi verò refrigeratus fuerit, congelatur. Quòd si quis ipsum agitet, non congelatur. fibræ enim frigidæ sunt & glutinosæ. Rursus ibidem de lienis conformatione. ὁ δὲ σπλὴν συνέστη ὧδε, σὺν τῷ θερμῷ καὶ κολλώδει καὶ τοῦ θερμοῦ πλεῖστον. τοῦ δὲ ψυχροῦ, ἐλάχιστον. τοσοῦτον μόνον, ὁκόσον πῆξαι τὸ κολλῶδες αὐτοῦ ὅ ἐστιν αἱ ἶνες αἱ ἐνοῦσαι ἐν τῷ σπλῆνι, καὶ διὰ ταῦτα ἶνας ἔχει ταύτας μαλακὸς ἐστιν ὁ σπλὴν καὶ ἰνώδης. Lię autē ita con-

ǀτα constitutus est. Cum calidò & glutinoso, calidi quidem plurimum conclusum est, frigidi verò minimum, ac tantum solùm quantum glutinosum ipsum cogere posset. Id autem ipsum existunt fibræ quæ in splene insunt, quarum beneficio mollis & fibrosus lien euadit. Et lib. 2. de morb. (pag. 477. 15.) ἢν δὲ τὸ πύον ᾖ λευκὸν ϗ καθαρὸν, ϗ ἶνες αἵματος ἐνέωσιν, ὡς τὰ πολλὰ ὑγιὴς γίνεται. siquidem pus album & purum, & fibræ sanguinis insint, plærunque sanus euadit. Rursusque lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 236.44.) ἐν δὲ τῷ ὑμένι ἐφαίνοντο ἐνεοῦσαι ἶνες λευκαὶ ϗ παχεῖαι. In pellicula verò fibræ albæ & crassæ inesse videbantur. Erotiano ἶνες exponuntur ex quorundam opinione, τὰ νεῦρα, nerui, quibusdam etiam αἱ συνθετικαὶ τούτων κτηδόνες, hoc est fibræ aut villi ex quibus hi componuntur. Sic enim apud Erot. pro κατηδόνας κτηδόνας legendum existimo, quod nonnulli perperam κοτυληδόνας reponunt. Sunt autem κτηδόνες tenues villi ac fibræ, quibus veluti stamine quodam corporis tunicæ & membranæ intertexuntur, aut quæ eas segmenta & striæ intersecant. Sic enim Hipp. libr. περὶ καρδίης (pag. 269. 45.) de ventriculorum cordis pelliculis. ὑμένες γὰρ ϗ ἄλλοι τινὲς ἐν τῇσι κοιλίῃσιν ἐκεῖσιν ἀράχνῃσι διατεταμένοι ζώουσι πάντη τὰ στόματα κτηδόνας ἐμβάλλουσιν ἐς τὴν στερεὴν καρδίην. Sunt enim aliæ quædam in ventriculis membranæ, velut aranearum telæ extentæ, quæ vndique oscula cingunt, fibras aut filamenta in solidum cor inserant, strias ac segmenta dixit Cornar. Rufus quoque Ephes. lib. 1. περὶ ἀνθρώπου μορίων de corneæ oculi tunicæ appellatione sic scribit: κερατοειδὴς δὲ ἐπεὶ διὰ τὴν ἰσχνότητα, ἢ διὰ τὸ λάμπειν τὸ ἀπεσκληκὸς ὑγρὸν ἐνδοθεν, ὡς διὰ κέρατος, ἢ διὰ τὸ κέρατι παραπλησίως εἰς κτηδόνας ἀναλύεσθαι. Cornea autem, aut propter firmitatem, aut quoniam interius prope situs humor tanquam cornu pellucet, aut quòd ad instar cornu in segmenta aut veluti filamenta quædam resoluitur. κτηδόνας in arboribus vocat Theoph. hist. plant. lib. 5. cap. 2. tenues in earum pulpa lineas, seu filamenta quædam & segmenta eas intercurrentia & discriminantia, Plinius venarum cursus & pectines, lib. 16. cap. 38. & 39. vertit. ἶνας ϗ φλέβας fibras ac venas, quibus veluti stamine quodam intertexuntur, idiotæ vocant. τὰς τοῦ ξύλου κατ' εὐθεῖαν διαφύσεις, h. e. rectas lignorum lineas, interualla ac discrimina quidam exponunt.

Ἰνέω, vacuo, purgo, exinanio, vnde ἰνέει κενοῖ, & ἰνηθμὸς κένωσις, & ἰνεῖται κενοῦται, exponitur Gal. in Exeg. Erot. quoque ἰνέεται καθαίρεται expoinit apud Hipp. & ἰνηθμὸν καθαρσιν κοιλίας, & ἰνέει τὴν κάθαρσιν, vt & Hesych. cui etiam ἰνηθεῖσα, καθαρθεῖσα & κενωθεῖσα dicitur. Est & ἰνάω pro ἰνέω, vnde Hesych. ἰνώμενος ἐκκενούμενος exponitur, τουτέστι σειόμενος, vnde & ὑπίεμος λέγεται, & ἰνάσαντα ἐκκαθαριεῖ, ἐκκαθάρσει, & ἰνᾶσθαι ἐκκενοῦσθαι ϗ σείεσθαι. Indeque ἰνέεται scribitur Hipp. lib. de locis in homine (pag. 418. 9.) ϗ ἰνέεται, & expurgabitur. Quem certè locum mihi propriè expressisse videtur Erot. cùm ἰνέεται καθαίρεται exponit. licet ἰνᾶται pro ἰνέεται (vitiosè vt existimo) quidam apud Erot. legant. Rursus lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 610. 10.) ἰνέεται pro ἰνέει scribitur. σιτίον δὲ προσφέρεσθαι κοῦφον ὅ τι μὴ ἰνέεται, cibus offerendus leuis qui non vacuet aut purget. Vbi tamen αἰνέεται vitiosè legitur in omnibus codicibus publicatis. Pro quo Caluus αἰνεῖται aut σηνεῖται legisse videtur. vt non malè coniiciendum sit ἰνεῖται legendum esse, eumque fortè locum à Galeno subindicari cum ἰνεῖται κενοῦται exponit. Exemplaria tamen manu scripta ἐρύεται legunt, pro ἑλκύει, hoc est qui non attrahat, vacuando scilicet. Dicitur autem ἐρύομαι pro ἐρύομαι epenthesi Ionica. Aut igitur illic legendum videtur ὅ, τι μὴ ἰνέεται, pro ἰνέει, ab ἰνᾶσθαι quod significationem etiam habet actiuam, vt ἰνάσαντα ἐκκαθαριεῖ exponit Hesych. aut ὅτῳ μὴ ἰνέεται aut ἰνεῖται. Et certè locus mihi non parum suspectus est. Nam quòd ἐρύεται habent vetustæ membranæ, id dictionis glossema quoddam esse potius videtur quam genuina scriptura. ἰνηθμὸς autem legitur Hipp. lib. de loc. in homine (pag. 416. 16.) ἢν δὲ ἰνηθμὸς ἐγγίνηται. Si verò vacuatio oboriatur. Et rursus (pag. 419. 25.) ὑπὸ ἰνηθμοῦ ἐχόμενος, vacuatione detentus. Et (vers. 33.) φάρμακον ἰνηθμὸν & ἔμετον, medicamentum purgans & vomitum excitans. Rursusque (vers. 38.) ὁ γὰρ ἔμετος τὸν ἰνηθμὸν παύει. Vomitus euacuationem sedat. Et (pag 421. 3.) ἰνηθμὸς γίνεται, euacuatio contingit. Rursus (pag. 424. 10.) ὅπως μὴ ἰνηθμὸς γίνηται ἐκ τῆς ὑστερείης, vt ne euacuatio ex nimia & superflua purgatione contingat.

Ἰνίον occiput, occipitium, est posterior capitis pars sutura lambdoide terminata, ad colli tendines vsque descendens. Alij à vertice totam posticam capitis partem ad collum vsque occiput & ἰνίον vocant. Sic Isagoges author (pag. 375. 39.) ἰνίον vocat, τὸ μετὰ τὴν κορυφὴν ἐκ τοῦ ὄπισθεν ὡς ἐπὶ τοὺς τένοντας καθῆκον, quod post verticem à posteriore capitis parte ad tendines vsque descendit. Rufus quoque ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων τὸ τετριχωμένον τὸ ὄπισθεν, hoc est posteriorem capitis partem capillatam, ἰνίον vocari scribit. Pollux lib. 2. τὸ κατόπιν τῆς κεφαλῆς, ἰνίον dici vult διὸ ἀπ' αὐτοῦ αἱ ἶνες ἐκπεφύκασιν. Alij ἰνίον esse volunt τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου νεῦρον, posteriorem ceruicis neruum. Alij quod à capitis ima basi ad latos neruos & colli tendines extenditur, in quibus robur corporis situm esse creditur. Homeri Scholiastes τὸ πλατὺ ϗ παχὺ νεῦρον τὸ καθῆκον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν αὐχένα, latum & crassum neruum à capite ad collum descendentem. Ἰνίον autem dictum volunt, διὰ τὸ ἰνῶδες ϗ νευρῶδες εἶναι, quòd fibrosum sit & neruosum, aut quòd ἶνες τὰ νεῦρα vocentur, hoc est nerui & tendines ad collum pertingentes. Hac dictione vtitur Hippocr. aph. 26. lib. 5. vbi σπονδύλου τοῦ κατὰ ἰνίον εἴσω ὤσιας dicit, vertebræ quæ est in occipitio ad interiora propensiones, aut introrsum laxationes.

¶ Ἴξαλον, πλεῖα: αἰγὸς δέρμα, hoc est integræ & non sectæ, aut certè perfectæ capræ pellem exponit Gal. in Exeg. vt & ἴξαλον πλείας αἰγός: δέρμα τὴν μηλωτὴν καλοῦσι, dicitur Erot. nisi si ἴξαλον potius apud Erot. legendum, vt subindicetur locus lib. de fract. (pag. 566. 2. H. 770. H.) ἴξαλον δὲ αἰγὸς χρὴ ὑποτιθεσθαι Pellis verò caprina substernenda est. Vbi scribit Gal. ἴξαλον dici capræ siue alterius animalis pellem. Ἴξαλον αἶγα ἄγριον vocat Hom. Il. δ. (vers. 105.) capream saltu degentem aut impetuosam, ἀπὸ τοῦ ἴξαι ϗ ἅλλεσθαι. vt scribit Hesych. ὀξέως ἁλλόμενον, πηδητικὸν, ὁρμητικὸν, quidam exponunt. Quibusdam etiam παρὰ τὸ ἅλις ἴξεσθαι, aut ἁλίξεσθαι dici videtur, quòd sale delectetur capra. Aliis etiam ἴξαλος dici videtur ὀχευτικὸς, lasciuus & salax, ὁ περὶ τὰς τῶν θηλειῶν ἰξύας ἤτοι ὀσφύας ἁλλόμενος, qui fœminarum lumbis insilit, velut hœdi petulci dicuntur Virgilio Georg. 4. vt & petulcæ meretrices vocantur. Sic ἴξαλος τράγος, caper salax aut saltator dicitur. Quidam etiam non sectum neque castratum significari tradunt, velut ἴξαλον apud Homerum τομίαν Porphyr. exponit, alij etiam τέλειον. Ex Rhetorico autem quodam lexico scribitur ἴξαλον dici σύσσωμον, τὴν αἰγίαν, caprinam pellem vt τὴν παρδαλῆν & τὴν λεοντῆν pardalis aut leonis exuuium. Quod & Eustath. adscribitur, & repetitur Varino. Ἴσαλον quoque διφθέραν, δέρμα, corium, pellem, exponit Gal. in Exeg. pro quo ἴξαλον multi reponunt. Sed cùm antea ἴξαλον Gal. exposuerit, mihi videtur variam illius loci de fract. lectionem per ἴσαλον indicare voluisse, vt nostris in eum locum Annot. adscripsimus.

Ἰξία varix, κιρσὸς dicitur, & ἰξίαι κιρσοὶ exponuntur Gal. in Exeg. varices. Sic lib. 7. Epid. (pag. 1240. D.) ἰξίαι aut ἰξίας reposuimus, vbi vitiosè ἴξει legitur. ἀμφὶ τὰ ἓξ ἔτεα ἴσχει ἱππουρίτην ϗ βουβῶνα, ϗ ἰξίαι ϗ ῥεύματα. ad sex annos hippurin habuit, & inguinum tumorem, varicem, & diuturnas defluxiones in coxendicem & articulos, quæ ῥεύματα dicunt. Ἰξία Polluci cap. 25. libr. 4. etiam κιρσὸς dicitur, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς πίτυσι τῆς πίτυος ἰξώδων συστροφῶν, ab abietum nodis. Hesych. quoque ἰξίας κιρσοὺς exponitur. Et κιρσοὺς πάθος τι περὶ τὰ σῶμα ὅπερ τινὲς ἰξίαν καλοῦσιν, ἄλλοι κρωσσόν. Quibus in verbis mendum esse suspicor. κρωσσὸν enim pro κρωσσὸς legendum videtur, cùm κρωσσὸς aliud quid significet, nempe vrceum, aut hydriam, aut guttum. κρωσσὸς autem pro κιρσὸς dicatur, vt κρίκος pro κίρκος, (quod annulum indicat) & κρωσσὸς apud Hesych. significet τὴν ἐν ταῖς δρυσὶ γινομένην διάστασιν ὅθεν ῥέει ὁ ἰξὸς, ἢ τὴν ἐν τοῖς ἄρθροις διάφυσιν, σκληρὰν ϗ ὀζώδη. Hoc est varicem, cùm videlicet venæ contortæ, nodosum quendam tumorem arborum nodis similem faciunt. Sic Polluci cap. 25. lib. 4. κιρσὸς κρίξος dicitur, οἴδημα φλεβὸς περὶ μῆκος ποδὸς, vena in pedis tibia tumefacta. Pro quo κρίξος alius scribi videatur, vt Ionicum sit aut Doricum, pro κρωσσὸς, sicut δίζος pro δισσός. Deducuntur autem à κρωσσὸς κρωσσοκήλης ἵπποι, equi qui varices habent in testiculis, ideoque admissuræ sunt parum idonei, vt scribit Absyrtus in Hippiatr. Quæ certè faciunt vt κρωσσὸς pro κιρσὸς Atheniensibus dictum existimem, & inde magnam lucem adferri putem his Galeni verbis obscurissimis lib. de Tumor. præter nat. (pag. 357. 13.) ὥσπερ δὲ τῶν εἰρημένων ὀνομάτων ἕκαστον ἐνδείκνυται τὸ μέρος ἐν ᾧ τὸ πάθημα καθ' ὃ λέγεται, οὕτω ϗ ὁ κιρσοκήλη παρ' ἡμῖν ὄνομα, δηλοῖ τὸ πάθος ἐφ' ᾧ λέλεκται. κιρσοὺς δὲ ϗ τὰς ἄλλας ἁπάσας φλέβας εὐρυνομένας ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ. κιρσοὺς δὲ ϗ ταύτας οἱ νεώτεροι καλοῦσιν ἰατροὶ τὸ ι στοιχεῖον μὴ τὸ κ' στοιχεῖον προστιθέντες, καθάπερ οἱ Ἀθηναῖοι, h. e. Non secus ac vnumquodque ex dictis nominibus affectum partis ostendit, ex qua nomen sumit, ita & κιρσοκήλη recentiorum nomen, ostendit affectum ex quo dictum sit. κιρσοὺς autem, hoc est varices, alias quoq; venas omnes dilatatas antiqui nominant. κιρσοὺς & has vocãt iuniores medici, ι elemẽtũ cũ κ ponẽtes, nõ velut Athenienses. Indicare enim videtur his verbis Athenienses, cũ κ

non iunxisse, neque κιρσὸς dixisse, sed κιρσοῦς. At verò quemadmodum κιρσὸς interdum simpliciter scroti eiusque tunicarum venam dilatatam & varicem significat, aut eum qui circa testiculos contingit, vt scribit Paulus cap. 64. & 82. lib. 6. ita & ἰξία lib. 7. Epid. huiusmodi pudendorum varicem indicare videtur, ex perpetua in venatu discursatione, aut in equo agitatione exortum, grauiore & crassiore illuc delapso sanguine, & venarum imbecillitate tumoribus excitatis.

Ἰξίην, φύλλον τοῦ λευκοῦ χαμαιλέοντος, folium chamæleontis albi exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Verùm suspectam lectionem facit exemplarium varietas. Quædam enim ἰξίων & φύλλων legunt. Alia ἰξίον, sed φύλλα pro φύλλον habent. Sed meliora ea iudico quæ ἰξία & φύλλα legunt. Dicitur enim ἰξίας χαμαιλέων λευκὸς Diosc. cap. 10. lib. 3. διὰ τὸ ἐν ποσὶ τόποις ἰξὸν εὑρίσκεσθαι πρὸς ταῖς ῥίζαις αὐτοῦ, quod quibusdam in locis viscum gignat album sub alis foliorum (vt scribit Plin. c. 18. lib. 22.) vnde & ixia appellatur. Est autem ἰξὸς viscum, & Hipp. pro viscosa muccagine sumitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 621. 13.) καὶ τὸν ἰξὸν ἀφαιρέειν, & detracto visco, h. e. glutinosa & tenaci muccagine quam reddit tithymali succus cum oleo laurino aut irino agitatus & permixtus. spumam dixit Caluus. Vnde ἰξώδης viscosum dicitur, & pro glutinoso medicamenti lentore sumitur Hipp. lib. περὶ ἑλκῶν (pag. 876. C.) ἔπειτα μίξας, τρίβειν ἐφ' ἡλίῳ ὡς θερμοτάτῳ, παραχέων χυλὸν ὄμφακος, ἕως ἂν ἰξώδης γένηται, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. deinde mixta, ad solem feruentissimum vuæ acerbæ succo affuso, dum viscosa euadant, per tres dies terito.

Ἴξις rectitudinem, rectam viam aut tramitem significat apud Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 47. 53. H. 385. 47.) de ptisana. οὐδαμοῦ γὰρ προσίσχεται, οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρακος ἴξιν Nusquam enim adhærescit, neque in thoracis rectitudine manet. Vbi scribit Gal. ἴσμεν δὲ ὅτι τὴν ἴξιν, ὁτὲ μὲν τὴν εὐθυωρίαν, ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὴν λέγει τὴν φοράν. Nouimus autem Hippocratem vt plurimùm quidem ἴξιν τὴν εὐθυωρίαν, hoc est rectitudinem dicere, interdum etiam τὴν φοράν, delationem. θώρακα autem ἴξιν stomachum vocat, per quem epota ptissana ad ventriculū defertur. Gal. etiam in Exeg. ἴξιν εὐθυωρίαν ἢ ἄφιξιν, rectitudinē aut accessum exponit. Idem sæpe apud Hipp. κατ' ἴξιν, κατ' ἰθὺ, aut κατ' εὐθυωρίαν hoc est è directo, aut secundum directionem explicat. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 598. 42.) scribitur, καὶ ἢν τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀπιόντα ἐμφέρηται κατ' ἴξιν τῷ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, τάχιστα κυήσει. & quæ à viro prodeunt, si concurrant è directo cum eo quod à muliere prodit, citius concipiet. ἴξιν τοῦ ἕλκεος τὴν εὐθυωρίαν, vlceris rectitudinem aut directionem exponit Gal. quæ aliquando per latitudinem corporis spectatur, vt lib. de fract. (pag. 562. 10. H. 768. A.) interdum verò secundum longitudinem (ibid. v. 40. H. ib. E.) Rursus magnam cautionem adhibet Hipp. lib. de fract. (p. 555. 1. H. 764. B.) ne ferularum insessiones. κατὰ τῶν σφυρῶν τὴν ἴξιν, hoc est è directo malleolorum fiant. Idem quoq; os calcis, τὸ κατ' αὐτὴν τὴν ἴξιν, h. e. quòd è regione respondet, in exteriorem partem protrudendū monet, (p. 642. 43. De artic. H. 827. G.) vbi Gal. τὴν ἴξιν, τὴν εὐθυωρίαν, hoc est directionem exponit, qua os calcis ad tibiam respondet sibi naturali situ impositam. Rursus κατὰ τὴν ὄπισθεν ἴξιν, de posteriore partis processione & regione dicitur (ibid. p. 640. 42. H. 826. E. & 641. 5. & H. ib. F.) Iterum quoq; (p. 544. 2. ib. de fract. H. 758. G.) πλὴν ὁκόσα κοινωνίει τοῖσι τῆς κνήμης ὀστέοισι, καὶ αὐτέῃ τῇ ἴξει. nisi si quæ cum tibiæ ossibus communionem habent, eique è directo respondent. Vbi scribit Gal. τὸ κατ' ἴξιν sæpius Hippocrati vsurpatum idem significare quod κατ' εὐθύ. Rursusq; (p. 555. 23. H. 764. F.) τῆς γὰρ μηροῦ κεφαλὴ ὑπερέχει τῷ ὑπερθεν τοῦ σώματος. αὕτη δὲ ἔσωθεν πέφυκε τῆς σκέλεος, καὶ οὐκ ἔξωθεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀντικνημίην ἴξιν. ἅμα δὲ τὸ ἄλλο ἥμισυ τοῦ σώματος γειτονεύεται ταύτῃ μᾶλλον τῇ ἔσω, ἀλλ' οὐχὶ τῇ ἔξωθεν. ἅμα δὲ ὅτι παχύτερόν τι εἴσω τὸ ἔξωθεν, ὥσπερ καὶ τὸ ἐν τῷ πήχει τὸ κατὰ τὴν τοῦ μικροῦ δακτύλου ἴξιν λεπτότερον καὶ μακρότερον. Nam femoris caput quod superiorem corporis partem subuehit interiore cruris parte, non exteriore, idque è directo anterioris tibiæ, situm est. Tum verò reliqua dimidia corporis pars, huc magis suo momento quàm in exteriorem partem inclinat. Adde quod internum os externo crassius est non secus ac in cubito quod è directo minimo digito respondet, tenuius est & longius. Quem etiam locum in τῆς ἴξεως significatione profert Gal. Com. 2. in lib. de fract. (p. 544. 14.) vitiosè tamen nostris in codicibus scribitur. Ἴξις etiam τὴν εὐθυωρίαν denotare apud Ionas adscribitur ex Corintho. reliqua vide in κατ' ἴξιν postea.

Ἰξὺς & ἰξύη vel ἰξύαι, ilia vel lumbi dicuntur. Ἰξύας Gal. apud Hipp. in Exeg. τὸ μεταξὺ τῶν ἰσχίων καὶ τῆς ὀσφύος, coxendicis & lumborum intermediam partem exponit, hunc nimirum locum lib. de fract. (p. 557. 12. H. 765. D.) (vt mea fert opinio) subindicans. περιβάλλειν δὲ χρὴ ὀλίγα τῶν ὀθονίων κύκλῳ ἀμφὶ τὸ ἰσχίον, καὶ τὰς ἰξύας. Pauca præterea lintea ad coxam & ilia in orbem circunducenda. Atque ibi Galenus in τῶν ἰξύων significatione propè ambiguus videtur. Scribit enim ἰξύας quibusdā esse τὰ τῶν λαγόνων ὀστᾶ, iliorum ossa, aliis, τὰ ὑπεραίω αὐτῶν, superiorem partem, quæ propriè λαπάρη dicitur. Se verò existimare, cùm Homerus, singulari numero vsurpet ἰξύϊ, eo nomine partē quæ inter ossa thoracis & iliū media est designari. (Sic enim scribitur Ὀδύσσ. ε. (v. 231.) περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξυῖ. hoc est, zonam autem lumbis circumposuit. Qui etiam locus (vt obiter moneam) vitiosè legitur apud Gal. Apud Hip. autem eo loco per τὰς ἰξύας, τὰ τῶν λαγόνων ὀστᾶ, ilium ossa intelligi. Sed & τὰς ἰξύας sæpè vsurpat Hipp. ἐν τῇ τῶν γυναικείων πραγματείᾳ, apud quem creberrima est phrasis. ὀδύνη ἴσχει τὴν νείαιραν γαστέρα καὶ τὰς ἰξύας, dolor imum ventrem & lumbos detinet, vt lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 563. 44. 564. 40. & (p. 565. 10. 29. 566. 9.) & (p. 566. 42. 567. 28. 38.) ἢν αἱ μῆτραι ἐς τὸ μέσον τῶν ἰξύων ἔωσι, si vteri ad medios lumbos fuerint. Rursus (p. 567. 53. 568. 54.) & (p. 578. 26.) & (p. 579. 9. 43. 580. 1. 5.) & p. 582. 21.) Sic lib. 1. περὶ γυν. (p. 591. 8.) καὶ τὰς ἰξύας ἐκπάγλως πονέει, & lumbi stupendum in modum dolent. Et (p. 605. 26.) καὶ ὀδύναι ἀΐσσουσι πρὸς τὰς ἰξύας, & dolores ad lumbos resiliunt. Sic (p. 650. 41. 66. 23. & 652. 3.) Et (p. 613. 35. 614. 37.) Rursus lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 658. 47.) καὶ ὀδύνη ἴσχει ἐς τὰς ἰξύας, dolor ad lumbos detinet. & (639. 20.) ὀδύνη ἐς τὰς ἰξύας, dolor ad lumbos. Et rursus (p. 643. 43.) & (p. 644. 46.) atque aliàs sæpe. Erot. apud Hipp. ἰξυῖ ὀσφυῖ exponit, quod legitur ἐν τῷ μοχλικῷ (pag. 864. G.) περὶ δὲ ὀξὺ καὶ περὶ μασχάλας, &c. Iuxta lumbos autem & circa axillas. Etsi eo loco Mochlici ὀξὺ pro ἰξυῖ videtur leg. Erot. cum ἰξυῖ ὀσφυῖ exponit. Quod tamen mihi admodum suspectam eam lectionem facit. Atque interdum apud Hipp. scribitur καὶ ὀδύνη ἴσχει τὴν νειαίρην γαστέρα, καὶ τὴν ὀσφῦν, pro τὰς ἰξύας, vt lib. 2. περὶ γυν. (p. 661. 28. & (p. 644. 15.) & lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 578. 14.) Etsi interdum vtrunq; coniungit Hip. (vt ibid. p. 581. 4. & 5.) ὀδύναι ἴσχουσι τὴν τε ὀσφῦν, καὶ τὴν νείαιραν γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας dolores lumbos detinent, & imum ventrem, & ilia. Hesychio quoque ἰξὺς ὀσφὺς exponitur, vt & ἰξύος ὀσφύος, & ἰξυῖ, ὀσφυῖ, λαγόνι. Polluci verò lib. 2. τὸ ὀρροπύγιον τὸ ὑπεραίω ὀσφὺς καὶ ἰξὺς dicitur. At author Isagoges (p. 376. 44.) ὀσφῦν καὶ ἰξὺν nominari scribit eam partem qua cingimur, & quæ spinam excipit, Latini lumbos vocant.

¶ Ἴονθος, varus Latinis dicitur, tumor durus & exiguus in cutis facie exortus, ex crasso quodam humore & tenuisanie consistens, Gal. lib. περὶ τῶν εὐπορίστων (p. 478. 1.) Eidem quoque lib. 5. de Com. med. κατὰ τόπους (pag. 225. 1.) ἴονθος dicitur ὄγκος μικρὸς καὶ σκληρὸς ἐν τῷ κατὰ τὸ πρόσωπον δέρματι, ἀπὸ παχέος δηλονότι χυμοῦ συνιστάμενος, tumor paruus & durus in faciei cute, ex crasso videlicet succo collectus. vt plurimum autem iuuenibus & iis qui barbam nutriunt enascuntur ἴονθοι, aut quibus consuetum sanguinis è naribus profluuium citra rationem est inhibitum. Vnde scribit Pollux libr. 4. cap. 25. ἴονθοι ἀνθήματα ψυδρακίοις παραπλήσια περὶ τὸ πρόσωπον, σημεῖον ἀκμῆς. nisi melius ἐξανθήματα legatur. Sic libr. 1. Epid. ægr. 2. scribitur, ἐξανθήματα μετὰ ἱδρῶτος ἐρυθρὰ, στρόγγυλα, σμικρὰ, οἷον ἴονθοι παρέμενεν. pustulæ cum sudore rubentes, rotundæ, paruæ, varis non absimiles, permanebant. Ἴονθος Celsus & Plin. varos vocant. Cæl. Aurel. cap. 10. lib. 2. ac maculas in rotunditate extantes, in similitudinem scatebrarum corporis, (quas Græci ἰόνθους vocant) quibus etiam verbis ἐξανθήματα exprimit.

¶ Ἰπνὸς καμῖνος exponit Erot. apud Hippoc. additque quosdam φοῦρνος explicare. Sunt etiam qui ἰπνοῦ scribant. Sic etiam Hesych. inter alias τοῦ ἰπνοῦ significationes, κάμινον, φοῦρνον & κλίβανον denotare scribit. Hinc ἰπνῖται ἄρτοι panes furnacei, aut in furno cocti lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 356. 13.) de quibus antea. Est autem Hippocr. locus ab Erot. subnotatus, qui legitur lib. 2. de Morb. (pag. 476. 25.) ἔπειτα ἐμβάλλειν ἰπνοῦ ὄστρακον διάπυρον. deinde furni testam igni candefactam immittito.

Ἱππάκη est caseus equinus qui apud Scythas ex lacte equino conficiebatur, eoque vescebantur Scythæ Nomades, vt scribit Hipp. lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 291. 44.) καὶ πίνουσι γάλα ἵππων, καὶ ἱππάκην τρώγουσι. τοῦτο δ' ἐστὶ τυρὸς ἵππων. Bibuntque lac equinum & hippacen edunt. Id autem est caseus equinus. Sic Dioscor. cap. 80. lib. 2. ἡ καλουμένη ἱππάκη τυρός ἐστιν ἵππειος. Quod hippacen vocant, caseus est equinus. Idem rursus. ἔνιοι δὲ ἱππάκην ἐκάλεσαν τὴν ἵππειον πυτίαν. Quidam etiam hippacen coagulum equinum appellarunt. ἱππάκη etiam exponitur Hesychio σκυθικὸν βρῶμα ἐξ ἵππου γάλακτος. Quibusdam quoque esse ὀξύγαλα ἵππειον ὃ χρῶνται σκύθαι scribit. ἱππάκην autem conficiendi apud Scythas modum edocent Herodot. libr. 4. & Hipp. libr. 4. de morb. (pag. 508. 48.) vbi scribitur, ἐπὴν δὲ παγῇ καὶ ξηρανθῇ, ἱππάκην μιν καλέουσι. Quod vbi concreuerit & resiccatum fuerit,

fuerit, hippacen vocant. Ἱππάκη etiam ἵππειος τυρὸς exponitur Erot. apud Hipp. verùm ἱππάκην & ἵππειον τυρὸν leg. suspicor, his subnotatis Hippocr. locis. De hippace verò plura & scitu dignissima scribuntur à Hier. Mercur. cap. 26. libr. 2. variarum lect.

Ἵππος oculorum est affectio cùm assiduè tremuli iactantur, & semper instabiles mouentur, nec vllo tempore conquiescunt. Authori Definit. Medicarum (p. 400. 11.) ἵππος ἐστὶ διάθεσις ἐκ γενετῆς, καθ' ἣν ἀστατεῖ καὶ ἀεὶ κινοῦνται οἱ ὀφθαλμοί, κίνησιν ὑπομένοντες ἐν κλόνῳ ἢ τρόμῳ ἀδιαλείπτῳ κειμένην. Ταύτην τὴν διάθεσιν ἱπποκράτης ἐκάλεσεν ἵππον. τὸ δὲ πάθος, τοῦ στηρίζοντος ἐστὶ τὸν ὀφθαλμὸν μυός, ὃς περιείληφε τὴν βάσιν τοῦ βλεπτικοῦ ὀργάνου. Ἵππος est affectio à natiuitate contracta, in qua oculi instabiles sunt ac semper mouentur, motum in concussu & tremore continuo positum sustinentes. Hanc affectionem Hipp. ἵππον nominauit. Est autem affectus musculi oculum stabilientis, qui basim instrumenti quo cernimus comprehendit. Eius etiam affectionis meminit Gal. Com. 1. in Progn. (p. 127. 55.) his verbis: τὸ μὲν γὰρ φύσει πρίειν τοὺς ὀδόντας ὅμοιόν ἐστι τῷ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς πάθει συμβαίνοντι τισὶν, ὃ προσαγορεύουσιν ἵππον. οὐ δυναμένων αὐτῶν ἑδραίων μένειν χρόνον οὐδένα, σαλευομένων δὲ ἀεὶ τρομωδῶς. Dentibus enim stridere ex natura, simile est, oculorum affectui quibusdam insito, quem ἵππον appellant, cùm nullo tempore firmi ac stabiles manere possint, sed tremuli assiduè iactentur. Idem Com. 2. in Prorrh. (p. 185. 14.) ἀστήρικτοι γάρ εἰσι ὀφθαλμοῖς ἐκείνοις, τοῖς τὸ καλούμενον ἵππον ἔχουσιν, ὡς μηδέποθ' ἡσυχάζειν. instabiles enim sunt non secus ac ij qui affectione quæ ἵππος dicitur, detinentur, adeò vt nunquam quiescant.

Ἱππεύειν apud Hipp. lib. 7. Epid. (pag. 1240. D.) videtur indicare diuturnam quandam in inguina & partes genitales fluxionem, aut imbecillitatem ex perpetua in equo insessione aut discursatione, earumque partium agitatione, vel etiam iliarum partium attritum, aut alium quendam id genus affectum, vt illic scripsimus, quòd ἵππος Hesych. τὸ μόριον, καὶ τὸ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ ἀνδρὸς, hoc est, tam pudendum virile quàm muliebre significet. Aliòqui ἵππειος exponitur Hesych. ἱππείαις θριξὶ κεκοσμημένη, & de galea dicitur, quæ pro coma & apice equinam caudam habet, quod Homero frequens est. Aut eiusdem nominis herba est, quæ Equisetum & Equiselis Plinio dicitur.

Ἱππόφαες frutex quo fullones vtuntur ad interpolandas vestes, vt scribit Diosc. cap. 162. lib. 4. eoque vestes curant & carminatione poliunt. Dicitur & ἱππόφαες, & ἱπποφυὲς & ἱππόφυον Theophr. Plinio. Hippophyes cap. 15. lib. 21. & Hippophaes cap. 12. lib. 22. Lappaginem vertit Gaza apud Theophr. Gal. in Exeg. apud Hipp. κνάφον & στοιβὴν dici tradit, pro quo tamen στοιβὴν quidam legere malunt. Verùm apud Gal. variant exemplaria. Quædam enim ἱπποφαὲς pro indicatura habent, quædam etiam ἱππόφεως. ἱπποφαοῦς ὀπὸν sæpe vsurpat Hipp. eiusq; succo caput purgat, vt cocco cnidio, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 539. 18.) & pituitam albam detrahit (ibid. p. 543. 27.) eundemque in aqua intercute exhibet (ibidem p. 544. 21. & pag. 546. 5. & p. 546. 47.) Rursusque in Typho morbo ἱπποφαοῦς ὀπὸν cum cocco cnidio ad purgationem exhibet (ibidem pag. 555. 31. & 556. 28. & p. 558. 2.) Idem etiam τοῦ ἱπποφέως succum ad pituitam deturbandam in ischiade exhibet (ibidem p. 561. 4.) Sic enim legitur. ἢν δὲ ἀπὸ φλέγματος νοσῇ, πίσαι αὐτὸν τοῦ κνιδίου κόκκου, ἢ τοῦ ἱππόφεως τυρώσας. Si verò à pituita morbus ortus sit, granum cnidium aut Hippophaes succum, fomento adhibito ei propinato. Quò certè mihi respexisse videntur exemplaria quæ ἱππόφεως scribunt in Exegesi pro indicatura. sed ἱπποφέως videtur scribendum vt sit patrius casus, quemadmodum etiam scribitur apud Hipp. quo nomine aut Hippophaes succum, aut Hippophaen ipsam intelligit phrasi planè græca. Sic & aliàs apud Gal. in Exeg. στοιβῆς καρπόν, τὸ ἱπποφέως σπέρμα, pro ἱππόφεως leg. videtur. Quod non satis aduertunt qui ἱππόφεως dictum volunt Gal. ἱππόφαες, recto casu, cùm patrius casus potiùs esse videatur, & soleat sæpe Gal. in Exeg. ea quæ ab Hipp. scripta sunt iisdem omninò verbis & casibus exprimere. Etsi ἱππόφεως dici ἱππόφαες Theophr. cap. 5. lib. 6. mihi sum optimè conscius, vbi φλεὼς καὶ ἱππόφεως ἀκανθώδη τοῖς φύλλοις dicuntur, hoc est phleos & Hippopheos aculeato non esse folio, quod tamen aliter accepit Plinius lib. 21. cap. 15. cùm phleon in folio & caule spinam habere scribit. Rursus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 559. 32.) καθαίρειν τὴν κοιλίην, ἄνω μὲν τῷ ἱπποφέω, κάτω δὲ τῷ ἐλλεβόρῳ præcipit. Vbi τῷ ἱπποφέῳ dandi casus est, si modò vera est lectio, ac non potius τῷ ἱπποφαοῦς, aut ἱπποφυοῦς, vel ἱπποφέως legendum, vt ὀπῷ subaudiatur, quomodo & apud Gal. & apud Hipp. vbique scribendum omnes fere non temere existimant. Eius autem succus syncerus, pituitas, bilem aquasque Dioscoridi detrahit.

Ἴπωσις, pressus aut pressura dicitur, compressio, depressio, idem quod πίεσις aut πιεσμός, lib. de art. (p. 621. 53. H. 814. B.) τὰ μὲν γὰρ ἐξεστεῶτα, ἐς τὴν χώρην αὖθις ἐγχέει καὶ ἡ ἴπωσις εἴσω. Quæ enim excesserunt, compressionem in suam sedem redeunt. Tanquam ab ἰπόω deducitur, cùm aliis ἰπόω dicatur, quod significat premo more fullonum. Vnde & ἶπος est fullonum officina & muscipula. Est & ἶπος πιεσμὸς, onus, pressus & pressura. Sed Pollux cap. 11. lib. 7. ἰποῦν & ἰποῦσθαι ἐπὶ τῶν αἰνδιλείσθαι, & πιέζεσθαι, & κναφεύειν poni scribit, tanquam ab ἰπόω. Vnde & ἰπούμενος pressus ex Cratino ab eo profertur, quanquam apud eum ἰπνούμενος legitur, vt & apud Hesych. ἰπνούμενον πιέζουσιν, & ἰπνούμενος πιεζόμενος exponitur. ἐξίπωσαι tamen tanquam ab ἴπω dicitur, & ἐξίπωσαι idem ἐκπιέζεται exponit. ἶπος Gal. in Exeg. ἡ πίεσις exponitur, & ex Moschlico adducitur. Sed vereor vt locus sit integer. Neque enim ἶπος in Mochlico legitur. Quod illius libelli maximam fœdationem satis indicat. Videturque hac dictione Gal. ἰπώσεως (aut melius ἴπωσιν) ex libro de articulis indicare, vt ἶπος ἴπωσις dicatur, hoc est pressus & pressura, onus ac velut lignum quo mures opprimuntur, quòd etiam ἰπὸς Hesych. dicitur τὸ ἐμπῖπτον τοῖς μυσὶ ξύλον. Est & ἶπος μυάγρα Polluci. Hac autem voce compressio aut depulsio quæ per spatham aut asserem fit, & qua in spinæ gibbero compellendo vtitur Hipp. indicatur, eaque διὰ τῆς σανίδος ἴπωσις Gal. dicitur Com. 4. in libr. de art. (p. 658. 26.) impulsus & compressio quæ fit per asserem, in repositione luxati posteriorem in partem coxæ articuli. Vbi tamen vitiosè omninò ὤθησις legitur. Ἰπούμενος, θλιβόμενος, πιεζόμενος, ἀναγκαζόμενος, exponitur Varino.

Ἴσατις, βοτάνης εἶδος, Erot. apud Hipp. Herba est quæ glastum esse putatur, cuius fit mentio Cæsari lib. 5. de bello Gallico. De eadem agit Dioscor. cap. 215. & 2 6. lib. 2. Hipp. lib. περὶ ἑλκῶν (p. H. 874. H.) in erysipelatis metu, vlceribus isatidis folia trita, aut eiusdem succum cataplasmate admouet. Hinc ἰσατώδης χολὴ bilis glastea dicitur, glastum colore cæsio referens, acerrima, calidissima, & mordacissima, atræ bili consistentia, colore, & viribus proxima, extremamque inter omnia bilis genera malignitatem obtinens. ἰσατώδης διαχώρημα, deiectio glastea dicitur, quæ glastum colore referret, aut bilem glasteam deponeret. lib. 4. Epid. (p. 1137. B.) κάρτα ἴσαλον ἰσατῶδες, in excrementis aquosis sub dio expositis, quod supernè fuit læue & tenue, glasteo recremento, aut glasto admodum simile erat. Vbi tamen ἰσατῶδες vitiosè omnia scribunt exemplaria.

Ἴσαλλεν, vide in ἴξαλλεν antea.

Ἰσηλικέσαι exponuntur Gal. in Exeg. ἰσάζουσαι, μεσήλικες οὖσαι. quæ ætate adæquantur, & mediæ sunt ætatis. Quibus verbis hunc certè mihi locum exprimere videtur Gal. qui scribitur libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 638. 42.) his verbis. αἱ δὲ μέσαι, μέσην πως φύσιν ἔχουσιν, ἴσαι τοῦ αὐτοῦ εἶναι. Ac nemini dubium est quin pro ἴσαι τοῦ εἶναι ἰσηλικέσαι cum Gal. legendum sit, hoc sensu. Quæ enim in medio sunt positæ, medium quiddam inter vtrasque habent, vt quæ in ætatis æquilibrio constitutæ sunt, hoc est, ætate adæquantur, aut in media sunt ætate. Illic enim de mulierum temperie ab ætate agitur, vt quæ inter iuuenculas & seniores sunt mediæ, medium quiddam tum humiditatis, tum siccitatis obtineant, cùm ætate sint media. Varinus tamen apud Gal. Ἰσηλικέσαι pro ἰσηλικέσαι leg. videtur, quæ certè lectio mihi magis arridet.

Ἴσθμιον Eustath. partem quandam corporis circa collum significat, μέρος τι τοῦ σώματος περὶ τὸν τράχηλον. Hesych. quoque ἰσθμιον præter alia significata, αὐχένα τι καὶ τράχηλον exponitur, καὶ γυνὴν χωρίον μεταξὺ δύο θαλασσῶν, ὅθεν λέγεται τὰ τοῦ ἀνθρώπου στενώματα. Sic ἰσθμιον ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ ponitur, & partem eam quæ gulam & os interiacet significat. Libro περὶ ὀστέων φύσιος (pag. 267. 46.) τὰ παλινδρομέοντα ἐν ἰσθμίοισιν ἕλκεα, pro recurrentibus eius partis vlceribus. Interpretes tonsillarum vlcera dixerunt.

Ἰσθμὸς, pars quæ os & gulam interiacet, per quam quæ comeduntur & bibuntur transire solent, propter loci angustiam per translationem sic dicta. Galen. Comm. ad aph. 26. libr. 3. ἀκούειν δὲ τοῦ ἰσθμοῦ χρὴ τὸ μεταξὺ τοῦ στόματος τι καὶ τοῦ στομάχου μόριον, ἐκ μεταφορᾶς οὕτως ὠνομασμένον, καὶ τῶν κυρίως λεγομένων ἰσθμῶν. αἱ δὲ τινές εἰσι στεναὶ γῆς διέξοδοι μεταξὺ δυοῖν θαλασσῶν. Hoc autem loco per isthmum accipienda est pars illa quæ os & gulam interiacet, ex translatione sic dicta ab iis qui propriè isthmi dicuntur. Sunt autem angusti terræ transitus duplici interclusi mari, fauces & angustias Plinius vocat.

Ἰσοκίνητος ἴδρωτες, τὸ ἴσον καὶ ὅμοιον, hoc est æqualis, exponit Erot. apud Hipp. Sed mihi locus valde suspectus est, nec sine melioris exemplaris opera restitui adhuc posse existimo, de coque ampliari postulo.

Ἰσοκρατὴς, οἶνος vinum pari aqua mixtum. Libr. 2. de Morb. (p. 474. 4.) πίσαι τὸ τρίφυλλον καὶ ὀπὸν σιλφίου ἐν οἴνῳ ἰσοκρατεῖ, trifolium & laseris succum in vino pari aqua ammixta propinato.

Ἰσομοιρίη dicitur partium omnium æqualitas & æquabilis potestas. Libr. de aëre, loc. & aq. (pag. 288. 45.) τὴν δὲ αὔξησιν καὶ ἡμερότητα παρέχει πλεῖστον ἁπάντων ὁκόταν μηδὲν ᾖ ἐπικρατέον βιαίως, ἀλλὰ παντὸς ἰσομοιρίη δυναστεύῃ. Incrementum autem & morum mansuetudinem supra omnes exhibet, cùm nihil sit quod violenter cogat, sed omnium sit æquabilis potestas.

Ἰσόῤῥοπος, æquilibris, æquis momentis ac ponderibus libratus, æqualiter propensus, ac in neutram partem vergens, æquabilitatem momentorum habens. De eo dicitur qui vtroque crure fracto, neutram in partem propendet, libro de fract. (pag. 556. 40. H. 765. B.) ἰσόῤῥοπος γὰρ ἂν εἴη αὐτὸς ἑωυτῷ. Sic enim seipse æquis in vtranque partem momentis librauerit, aut æquis in vtranque partem momentis libratus sibi ipse videbitur. Eadem notione ἰσόῤῥοπον μόριον pars æquilibris, quæ ad æquilibrium vergit, & neutram in partem inclinat. Sic enim de maxilla scribit Hipp. libro de articu. (pag 605. 22. H. 800. C.) ἐγγὺς γάρ τι τοῦ ἰσοῤῥόπου ἐστὶν, ὡς δὲ μὴ ἰσόῤῥοπον ἰὸν, prope nanque ad æquilibrium accedit, licet æquilibris non sit. Vbi scribit Gal. partem exquisitè ἰσόῤῥοπον dici, quæ figurâ cylindro similis est, aut quæ columnæ imaginem refert, qualis in nullis ferè est ossibus. Maxillam tamen pene ἰσόῤῥοπον esse Hipp. quòd maxilla parte dextra sinistræ sit similis, vt quod ex vtrisque ossibus est compositum, æquilibre efficiatur, cùm in neutram partem propendeat. ἰσόῤῥοπον de terra dicitur apud Plat. in Timæo, vt quæ æquis sit librata ponderibus. ἰσοῤῥόπως etiam scala demitti dicitur, ita vt neutram in partem propendeat, libro de articul. (p. 615. vers. 26. H. 808. F.)

Ἰσταμένα οἰδήματα, tumores qui attolluntur & consistunt, quibus opponuntur, τὰ καταπαυόμενα καὶ καθιστάμενα, qui desinunt & considunt. In Progn. (pag. 135. 21. H. 39. 30.) καὶ περὶ τὴν κοιλίην γίνεται οἰδήματα, τὰ μὲν ἐπὶ δεξιὰ, τὰ δὲ ἐπ' ἀριστερὰ ἱστάμενά τε καὶ καταπαυόμενα. & circa ventrem tumores oriuntur, qui modò in dextra, modò in sinistra parte attolluntur, deinde desinunt. Ibi enim Gal. τὸ ἵστασθαι ἐπαίρεσθαι exponit.

Ἱστὸς malus in naui, lignum erectum ex quo velum suspenditur. Lib. de art. (p. 615. 31. H. 808. G.) sumitur pro ligno erecto, in cuius summo aliud lignum transuersum imponitur, ex quo trochlea dependet ad scalæ demissionem. ἀπὸ μὲν τοι πύργος ἀφιεὶς, ἢ ἀπὸ ἱστοῦ καταπεπηγότος καρχήσιον ἔχοντος. Ex turri tamen aut malo defixa, in quo insint carchesia. vbi scribit Gal. ἱστὸν duabus syllabis malum nauis significare, ἱστίον autem tribus syllabis velum quod ex malo dependet.

Ἰσχαλέαι apud Gal. in Exeg. ἰσχναὶ tenues, καὶ ἰσχαλέον, τὸ ἰσχνὸν, hoc est tenue exponitur, ab ἰσχαίνω quod est λεπτύνω extenuo. Annotatur & ἰσχαλέον esse Homer. At ἰσχαλέον scribitur Hesych. & λεπτὸν, ξηρὸν, ἰνώδες, exponitur. Ἰσχαλέον pro ἰσχναλέον dicitur, & est poeticum.

Ἴσχειν apud Hipp. plærunque idem quod tenere aut habere significat, apud quem crebra est phrasis ὀδύνη ἴσχει. hoc est dolor tenet, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 567. 38.) ὀδύνη ἴσχει τὴν νειαίραν γαστέρα, dolor imum ventrem detinet. Rursusque (ibidem 566. 42.) καὶ λειποψυχίη ἴσχει. & animo deficit. Et (p. 568. 53.) ὀδύνη ἴσχει τὴν νειαίρην γαστέρα. & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 609. 53.) Similique notione πυρετὸς ἴσχει τὸ σῶμα, febris corpus detinet, dicitur, (p. ib. 23.) &, ἢν ῥώμη ἴσχῃ, si robur detinet, hoc est si vires adsint, (p. 611. 30.) Ἴσχειν etiam συλλαμβάνειν apud Hipp. exponit Erot. quod est concipere. Qua notione sæpe scribitur in tota muliebrium tractatione ἐν γαστρὶ ἴσχειν, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 568. 30.) τὸ λοιπὸν κατὰ λόγον ἐν γαστρὶ ἴσχει. de cætero secundum rationem concipit. Et rursus (ibidem v. 43.) καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχει, & in ventre habet, hoc est, concipit. Rursusque (ibidem p. 569. 21.) ἢν δὲ παχύνηται παρὰ φύσιν, οὐκ ἴσχει ἐν γαστρί. Quòd si præter naturam crassescat non concipit. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 610. 55.) καὶ ἢν ἐν γαστρὶ ἴσχῃ, διαφθείρει, & si concepit, fœtum perdit. At lib. 2. Epid. (pag. 1014 F.) ἴσχειν simpliciter positum concipere significat, quem sanè locum mihi propius expressisse videtur Erot. ἰσχίον δέ τις ἤλγει πρὶν ἴσχειν, ἐπεὶ δὲ ἴσχεν, οὐκ ἔτι ἤλγει. Cuidam ante conceptum coxendicis dolor commotus, à conceptu cessauit. Ἴσχειν etiam apud Hipp. emittere, emergere, scatebram facere, aut scatere significare videtur, idemque quod ἀνιέναι, lib. de locis in homine (pag. 417 30.) vbi de sectione circa vmbilicum in hydrope agitur. καίειν ὡς λεπτότατα καὶ ἐπιπολαιότατα, ὅπως τὸ ὕδωρ ἴσχειν δύνῃ, περὶ τὸν ὀμφαλὸν κύκλον. tenuissimas & maximè superficiales crustas in vmbilici ambitu inurito, quò aquam emittere possis. Sic ἴσχειν idem quod ἀνιέναι indicare, pro scatere facere, aut scatebram emittere, annotat Budæus. Ἀνιέναι quoque laxare, relaxare, laxando reserare ac aperire, & mollia reddere significat, vt apud Diosc. ex lib. 3. ἀνίησι μαστοὺς χειδιασθέντας, quod de mammis lacte distentis, & lacte in grumos concrescente relaxatis dicitur. Cornar. certe apud Hipp. vsitam verbi ἴσχειν significationem retinet, quod inhibere, sistere, reprimere indicat, & ὅπως τὸ ὕδωρ ἴσχειν δύνῃ, quò aquam continere possis, dixit, vt innuat leues & superficiarias crustas, aut paruas incisuras fieri debere, quæ aquam contineant ne affatim effluat, eoque nomine periculum ægro creetur, ex aph. 27. lib. 6. Quo in loco apud Hipp. περὶ τὸν ὀμφαλὸν κύκλον, pro cucurbitula sumit Zuingg. non pœnitendo sensu, & ἐς τὸν ὀμφαλὸν μίαν, pro μίαν legit, & κύκλον μέγαν magnam cucurbitulam sumit, ex libello περὶ ἰητρ. (pag. 20 44.) Neque enim incidendus videtur vmbilicus, sed circa vmbilicum incisuræ faciendæ. Quod innuit Hipp. lib. περὶ παθῶν (pag. 522. 29.) de hydropicorum sectione agens. τάμνεται δὲ ἢ περὶ τὸν ὀμφαλὸν, ἢ ὄπισθεν κατὰ τὴν λαγόνα. Secatur autem vel circa vmbilicum, vel retro ad lumbos.

Ἰσχιὰς coxendicum dolor & morbus dicitur, & species est arthritidis coxæ articulum occupantis. Coxæ dolorem vertit Celsus cap. 1. lib. 2. ex aph. 22. lib. 3. & cap. 8. lib. 2. ex Prorrh. 2. Ἰσχιάς ἐστι, authori Definit. Medic. (pag. 398. 50.) πολυχρόνιον καὶ δύσλυτον τοῦ ἰσχίου ἄλγημα. Ischias est coxendicis diuturnus dolor & qui ægrè soluitur. vel, Ἰσχιάς ἐστι νόσος πόνον ἰσχυρὸν ἐπιφέρουσα ἰσχίῳ κατὰ περίοδον, ὥστε αὐτοῖς τὸν πόνον καὶ μέχρι ἰγνύας καὶ γαστροκνημίας παρακολουθεῖν. Ischias est morbus qui per circuitum coxæ validum dolorem infert, adeò vt dolor ad poplites & suras consequatur. Quod etiam scriptis testatum reliquit Hippoc. Prorrh. 2. vbi de Ischiade plura scribũtur. (p. 111. F. &c.) & lib. περὶ παθῶν [p. 524. 3.] & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν [p. 560. 9.] quæ repetuntur lib. περὶ κρισίμων [p. 58. 1.] & lib. de locis in homine [p. 417. 6.] vt & Gal. lib. x. κατὰ τόπους. Hinc ἰσχιαδικοὶ dicuntur qui coxendicis dolore conflictantur, quos Ischiacos vocat Gellius cap. 13. lib. 4. Inde etiam ἰσχιαδικὴ φθίσις dicitur Hipp. in Coac. [p. 139. F.] tabes coxaria aut coxendicum, cùm ex abscessu aut fluxione in coxendicem crus aut coxa emaciatur & contabescit. Quæ adumbrari etiam videtur lib. περὶ ἀδένων apud Hipp. [p. 273. 12. &c.] & celebratur auth. Isag. [p. 382. 46.]

Ἰσχίον dicitur coxa, coxendix, estque propriè os illud in quod inseritur femoris caput Galeno Com. 2. in lib. de fract. [p. 557. 19. H. 765. D.] & os quod continet sinus in quos femorum capita inseruntur, eidem libr. de ossibus. Est autem apophysis ossis sacri ad coxendicis acetabulum, & qua parte os femoris excipit ἰσχίον dicitur, vt & concauitas illa κοτύλη, quod probat Gal. Com. 2. in libr. de fract. adductis Homeri versibus ex Il. ε. [v. 305.] ἔνθα τε μηρὸς ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσι. vbi femur coxendici innectitur, cauitatem autem eam vocant. Schol. Homeri scribit ἰσχίον esse τὸ ὑπὸ τὴν ὀσφὺν ὀστέον, εἰς ὃ ἐγκεῖται τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. Quæ interpretatio eadem est Etymologo. Ἰσχίον Hesych. dicitur τὸ ὑπεράνω τοῦ μηροῦ, καὶ τὸ κοῖλον τοῦ γλουτοῦ εἰς ὃ ἡ κοτύλη στρέφεται. Quod etiam scribit Suidas. ἰσχία Pollux vocari scribit τὰς ἑκατέρωθεν μετὰ τὴν ὀσφὺν προσβολὰς σαρκώδεις, carnosas ex vtroque sacri ossis latere post lumbos eminentias. Idem quoque etiam ἰσχίον vocari scribit τὸ νεῦρον τὸ συνέχον τὴν κοτύλην πρὸς τὸν μηρὸν, ligamentum ipsum quo femur coxendicis acetabulo connectitur. Interdumque ὁμώνυμον esse αὐτῷ καὶ τὸ ἄρθρον. Sic enim ἰσχίον ἐκπίπτειν dicitur lib. de art. [pag. 638. 12. H. 825. C.] αὐτὸ τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, vt illic scribit Gal. Et aph. 59. & 60. libr. 6. τὸ ἰσχίον ἐξίσταται καὶ πάλιν ἐμπίπτει, coxa cauitate sua excidit, rursusque recidit, hoc est, τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, coxendicis articulus, vt illic scribit Gal. Sic enim de femoris capite & summo intelligitur, quod coxæ inseritur, & excidere rursusque illabi potest, quomodo etiam libr. de art. ὤμου ἄρθρον, elabi dicitur humeri articulus, αὐτὸ τὸ κατ' ὦμον ἄρθρον, pro articulo qui est ad humerum. ἄρθρον nanque eo aphorismo totam articulationem significat, quæ complectitur & caput femoris rotundum ac læue, & acetabulum & vinculum. Idque totum ἰσχίον ibi dicitur. Ἰσχία coxarum summitates vocat Cæl. Aurel. capit. 3. libr. 4. Tard. Pass. Hipp. autem lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρ. [pag. 411. 10.] ἰσχίον vocari scribit alterum femoris caput ex bicipitio, minus quidem & ad exteriora vergens, quod foras prominet, & inferius apparet ad nates. Quo nomine appellari innuit apophysen illam magnam & externam ossis cruris, quæ sub huius ceruice, quam γλουτὸν, hoc est, natem appellari scribit Galen. libr. de ossibus, & τροχαντῆρα magnum Anatomici vocant.

Ἰσχνὸν gracile & extenuatum significat Hipp. non tumens, & de partibus gracilescentibus & extenuatis aut subsidentibus dicitur, & quæ inflammatione obsessis aut intumescentibus opponun-

opponuntur. Qua notione φάρυγξ ἰσχνὴ dicitur Hipp. in Prorrh. (pagina 194. 52. H. 74. A.) & (pagina 204. 21. H. 76. A.) & Coac. (pag. 181. G. & 162. C.) de faucibus gracilibus & minimè intumeſcentibus in angina, & in quibus nullus apparet conſpicuus tumor. Quod in aphoriſmis, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, hoc eſt, nullo exiſtente in faucibus tumore, explicatur, aph. 34. libr. 4. Et in Progn. (pag. 158. 19. H. 45. 5.) μήτ' ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ἐμποιέῃ, μήτ' ἐν τῷ αὐχένι, hoc eſt, neque in faucibus, neq; in collo vllum conſpicuum tumorem ineſſe. Sic enim φάρυγγα ἰσχνὴν de periculoſiſſimo eo anginæ genere in quâ nullus conſpicuus tumor in faucibus apparet, exponit Gal. Comment. 2. in Prorrh. Eademque locutione τὰ κατὰ φάρυγγα ἰσχνὰ in Prorrh. (pag. 174. 14. H. 68. A.) hoc eſt graciles fauces, & libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 96. 44. H. 398. 1.) καὶ τὰ θεωρεύμενα ἰσχνὰ φαίνεται, & quæ conſpiciuntur minimè tumentia apparent. Rurſusque (ibidem pag. 103. 50. H. 400. 51.) καὶ συμπνίγει πνιγμὸς ἐν φάρυγγι, ἰσχνῶν ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα, & faucibus non intumeſcentibus ſuffocatio ingruat. Ea namque omnia de angina efferuntur quæ ſtrangulationem adfert faucibus gracileſcentibus, & in quibus nullus conſpicuus tumor extat. ἰσχνὸν enim (vt illîc ſcribit Gal.) λέγεται περὶ αὐτῷ τὸν τῶν παρὰ φύσιν ὀγκουμένων, hoc eſt, partibus præter naturam intumeſcentibus opponitur. Eademque notione ἰσχνοὶ graciles dicuntur in Coac. qui eo anginæ genere laborant, in quo fauces & interiores oris partes nullo manifeſto tumore intumeſcunt (pag. 125. G.) πνιγμὸς ἐν ὀξέσιν ἐλθὼν ἰσχνοῖσιν, ὀλέθριον. In præcipitibus morbis ſtrangulatio, graciledcentibus faucibus, perniciem minatur. Sic enim ad fauces graciledcentes potiùs quàm ad ægros referre maluimus. Rurſusque (ibidem pag. 176. A.) ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι τὰ ὑπόξηρα πτύσματα ἰσχνοῖσι κακόν. In angina laborantibus, ſubarida ſputa graciledcentibus faucibus, malum prænuntiant. Et (ibid. E.) κυναγχικοὶ ἀσήμως ἰσχναινόμενοι, ſunt angina laborantes, in quibus abſque vlla ſignificatione fauces graciledcunt aut detumeſcunt. Ἰσχνὸν etiam gracile & extenuatum, de tumoribus dicitur, qui graciledcunt aut ſubſidunt per lintea, libr. de fract. (pag. 558. 18. H. 765. F.) ὥστε γὰρ ὡς τάχιστα ἰσχνὸν τὸ οἴδημα γένοιτο. Ita enim celerrimè tumor extenuabitur. Quamuis impropriè illud de tumoribus dicatur (vt illîc ſcribit Gal. qui in totum tolli debent, cùm propriè loquendo membrum intumeſcens graciledcere & extenuari videatur. Sic rurſus (ibidem pag. 557. 50. H. ibid. E.) de iiſdem ἰσχναίνειν effertur. ἰσχναίνειν δ' αὖ εἰ ἐπείγοι ἐς τοὺς νάρθηκας ὀθονίοισιν ἰσχνοῖσιν ἐπιδέοις τὰ οἰδήματα, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ κατωτάτω ἐπὶ τὸ ἄνω νεμόμενος. Quin & tumores extenuabuntur, ſi ſurſum verſus ad ferulas tenuibus faſciis eos deuinxeris, initio ab imis partibus facto, ſurſum procedendo. Ἰσχνοὶ μαζοὶ, extenuatæ & graciles mammæ, aph. 37. & 38. lib. 5. de mammarum mole ſubſidente, quod ἰσχνοὺς τιτθοὺς γίνεσθαι dicit aph. 53. lib. 5. Celſus mammas emacreſcere vertit, capit. 8. libr. 2. Lib. 2. Epid. (pag. 999. F.) τοὺς τιτθοὺς συνισχναίνεσθαι ſcribit, & libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 601. 27.) τὸ πλήρωμα τῶν μαζῶν συμπίπτει καὶ οἱ μαζοὶ ἐξισχναίνονται quod eſt, molem mammarum concidere, & mammas extenuari. Eadem notione ἰσχνοὶ graciles & macilentos, tenues, aut extenuatos ſignificant, aph. 6. libr. 4. quique ita ſunt à natura comparati, & vt plurimùm bilioſi. Ἰσχνὸν πνεῦμα καὶ πυκνὸν, exilis aut tenuis ſpiratio & denſa, pro parua & crebra, qualis adeſſe ſolet in hypochondriorum tumoribus, libr. 4. Epid. (p. 1131. G.) ἰσχνὰ ὀθόνια, tenuia lintea & exilia, pro tenuibus faſciis, libr. de fract. (pag. 557. 51. H. 765. E.) Ἰσχνῶς ἐνεστῶτα τὰ κατὰ πλευρὸν ἀλγήματα, leuiter firmati lateris dolores, aut tenuiter conſiſtentes, hoc eſt, leues neque ſtabiles, quales à flatibus fiunt. In Coac. (pag. 196. B.) Ἰσχναίνειν etiam eſt extenuare, minuere, & leuare. aph. 25. libr. 5. & libr. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 427. 11.) τὸ ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηΐζει τε καὶ ἰσχναίνει τὰ ἐν ἄρθροισιν οἰδήματα καὶ ἀλγήματα. articulorum tumores & dolores aqua frigida largè effuſa leuat & extenuat. frigida nanque humorum affluxum reprimens & prohibens, tumores ipſos minuit & vacuat, & doloris cauſam à loco affecto propellit. Eſt & ἰσχνασμὸς τοῦ σώματος, corporis extenuatio, deductio, cùm cibi ſubtrahuntur aut deducuntur, libr. de fract. (pag. 552. 4. H. 762. A.) ἰσχνὰ ἀκρωτήρια, extrema gracilia, Prorrh. 2. (pag. 89. D.) Celſus, corpus in extremis partibus macrum, dixit. capite 8. libr. 2.

Ἰσχνόφωνοι dicuntur qui lingua hæſitant, & inter loquendum hærent aut titubant, nec verba perpetuare poſſunt aut connectere, ſed iis linguæ titubantia intercidunt, voxque velut impedimento quodam ſupprimitur aut ſiſtitur. Sic enim ἰσχνόφωνοι dici videntur Ariſtot. Quæſt. Natural. ſect. 11. quæſt. 35. ὅτι ἴσχεται τὸ φωνεῖν ἐμποδίζοντός τινος. quòd offenſaculo quodam vox inhibetur & impeditur. Sic Heſych. ἰσχνόφωνος exponitur ὁ ἐπεχόμενος τὴν φωνὴν, cui vocis curſus ob linguæ vitium ſiſtitur ac retinetur. Quod linguæ balbutientis vitium eſt, ex naturalis conformationis imbecillitate, & muſculorum gutturis impotentia, aut neruorum ad eos perreptantium ſtupore, cùm inter loquendum hærent, nec ſermones connectere, neque verba copulare poſſunt, quod λόγους συνείρειν dicitur Ariſtot. Vnde ἰσχνοφωνία linguæ hæſitantia eſt, & in ſermonis connexione, verborum continuitate, aut orationis perpetuitate offenſio, cùm ſyllabas inter ſe propere coniungere nequeunt, vt ſcribit Ariſt. quæſt. 30. ſect. 11. Quæ omnia frigidioribus ac mollioribus naturis ex imbecillitate quadam contingunt vt idem quoque teſtatur. Quæ ſanè omnia effecerunt vt ἰσχνόφωνον & ἰσχνοφωνίαν lingua hæſitantem, aut linguæ hæſitantiam, apud Hipp dixerimus: eaque in balbutientis linguæ vitiis aut balborum genere reponuntur. Nam & Demoſth ἰσχνόφωνον natura dicit Plutarch. In quo (vt ſcribit M. Tullius Oratorio. 1.) tantum ſtudium fuiſſe, tantusque labor dicitur, vt primum impedimenta naturæ diligentia induſtriaque ſuperarit: cumque ita balbus eſſet, vt eius ipſius artis cui ſtuderet, primam literam non poſſet dicere, perfecit meditando, vt nemo planius eo loquutus eſſe putaretur. Ἰσχνόφωνον & ἰσχνοφωνίην vſurpat Hipp. libr. 2. Epid. (pag. 1040. C. ibid.) ἰσχνοφωνίην κιρσὸς λύει ἐς τὸν ἀριστερὸν ἢ τὸν δεξιὸν ὄρχιν. Ex linguæ hæſitantia liberat varix ad dextrum aut ſiniſtrum teſtem enatus. Et, μεγάλοι, φαλακροὶ, τραυλοὶ, ἰσχνόφωνοι, ἰσχυροί. Qui magni ſunt, calui, balbi, & lingua hæſitantes, boni: Rurſus νοσήματα δὲ ἔχουσι, τραυλὸς, ἢ φαλακρὸς, ἢ ἰσχνόφωνος, ἢ δασὺς, ἰσχυρῶς μελαγχολικά. Balbus verò & caluus, & qui inter loquendum hæſitat, aut corpore eſt hiſpido, morbis conflictantur admodum melancholicis. Rurſus Prorrh. 2. (pag. 94. C.) in Epilepſiæ depulſione ἰσχνόφωνοι euadunt, ex frigidioris humoris in gutturis muſculos illapſu, & neruorum illuc pertinentium ſtupore. οἷσι δὲ τῶν παιδίων ἐξαπίνης οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν, ἢ μεῖζόν τι κακὸν ἔπαθον, ἢ φύματα ὑπὸ τὸν αὐχένα ἔφυ, ἢ ἰσχνοφωνότεροι ἐγένοντο. Pueri verò quibus oculi de repente peruertuntur, aut peius affecti ſunt, aut tubercula ſub ceruicem enaſcuntur, aut aliquantum lingua hæſitant. At verò lib. 1. Epid. (pag. 372. 20. H. 955. E.) ἰσχνόφωνοι ſumi videntur Hipp. qui gracili, tenui, & exili ſunt voce præditi, quod ὑψιφώνοις opponantur, eosque λεπτοφώνους explicet Galenus, quamuis inter ſe nonnihil differre ex illius verbis conſtet. Sic enim ſcribit. λοιπὸν οὖν ἐστὶν ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν ἰσχνοφώνων, καὶ τραχυφώνων, καὶ τραυλῶν, καὶ ὀργίλων, καὶ πρότερον γε γραμμένων τῶν ἰσχνοφώνων. εἰ μὲν οὖν οὕτως εἴη γεγραμμένον, τοὺς ἰσχνοὺς τὴν φωνὴν. ἰσχνόφωνοι γὰρ ἔτι καὶ νῦν λέγονταί τινες, ὥσπερ καὶ λεπτόφωνοι ταὐτὸν οὖν ἑκατέρῳ ὀνόματος σημαίνοντος, διαφέρουσιν ὅτι τῶν ἰσχνοφώνων, ὡς ἐν τοῖς περὶ φωνῆς εἴρηται, καὶ δέδεικται γίνεσθαι διὰ τὴν στενότητα τῆς τραχείας ἀρτηρίας τοῦ λάρυγγος. οἱ δὲ ἰσχνόφωνοι τὴν φωνὴν, διὰ τὴν συμφυῆ μοχθηρίαν τῶν κινούντων τὸν λάρυγγα μυῶν, ἑκάτεροι δὲ δι' ἀρρωστίαν τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἀποτελοῦνται τοιοῦτοι, κατὰ τὴν πρώτην διάπλασιν. ὥσπερ δ' ἐν τοῖς τὸν λάρυγγα κινοῦσι μυσὶ φαυλότησιν ἐξ ἀρχῆς οἱ ἰσχνόφωνοί εἰσι, οὕτως τοῖς τῆς γλώττης οἱ τραυλοί. Reſtat igitur vt de iis qui lingua hæſitant, & voce ſunt aſpera, item de balbis, & iracundis conſideremus. Ac primùm quidem de iis qui lingua hæſitant aut gracilem vocem habent, quòd primo loco ſcripti ſint, & ἰσχνόφωνοι dicuntur. Si igitur ita ſcriptum eſt, qui gracili ſunt voce ſignificantur. Nam & etiamnum ἰσχνόφωνοι quidam dicuntur velut λεπτόφωνοι, hoc eſt, qui exili ſunt voce. Cùm itaque vtrumque nomen idem ſignificet, ij tamen ab his qui ἰσχνόφωνοι appellantur differunt, vt in libris de voce dictum eſt, vbi demonſtrauimus exilem vocem fieri ob anguſtiam aſperæ arteriæ gutturis. Eos verò qui gracili ſunt voce & ἰσχνόφωνοι vocantur, propter muſculorum guttur mouentium innatam prauitatem. Vtrique autem ex prima conformatione tales euadunt ob caloris innati imbecillitatem. Ac quemadmodum qui ἰσχνόφωνοι dicuntur ab initio prauè conformatos habent guttur mouentes muſculos, ita linguæ muſculos balbi. Ex quibus efficitur ἰσχνοφώνους à λεπτοφώνοις differre, & duplicem eſſe τῶν ἰσχνοφώνων notionem. Modò enim exili & gracili voce præditos ſignificant, modò etiam eos qui lingua hæſitant, nec explanatam habent vocum expreſſionem, quod de balbis dixit M. Tullius Academic. lib. 1. Ἰσχνόφωνος quoque λεπτόφωνος Heſych. exponitur.

τὰ ἴσχοντα σώματα, continentia corpora, quibus partes ſolidæ indicantur, vt per τὰ ἰσχόμενα qui in nobis continentur humores quatuor, & per τὰ ὁρμῶντα quæ impetu mouentur, quibus ſpirituum ſubſtantia ſignificatur, vt ex his tribus naturis corpus noſtrum conſtituatur, aph. 19. ſect. 8 lib. 6. Epid. Quam autem iſta omnia inter ſe relationem habeant, quaque ratione appellationem iſtam ſortita ſint, ampliſſimè & doctiſſimè ſcriptum eſt à præceptore Syluio Comment. in cap. 2. libr. 1

de differ feb. & apud Gorrh. & nos quoque nonnulla adscripsimus nostris in libr. 6 Epid. Annotat.

Ἰσχυρίζω, contendo, assueuero, affirmo, connitor, verbis contendo. Libr. de art. (pag. 580. 29. H. 780. F.) οὐ μὴν ἰσχυρίζω γε οὐδὲ περὶ τούτου, εἰ μὴ ἐκπίπτοι αὐτοῖς, ἤ οὔ. Neque tamen de eo sic excidat, nec ne, verbis contenderim. Rursus (ibid. 579. 5. H. ibid. B.) οὐ μήν τοι διισχυρίζω γε εἰ ἐκλείπουσι αὐτῶν ἤ οὔ. neque tamen excidat nec ne contenderim, aut contendere cupio. Vbi tamen Gal. ἰσχυρείω legisse videtur, & ἰσχυριστικῶς ἔχω, aut ἰσχυρίσασθαι ἔχω, aut ἰδεῖν ἐπιθυμεῖν exponit, hoc est, asseuerauerim, confirmauerim, aut contendere & asseuerare paratus sum. Idemque ἰσχυρείω velut ὀψείω formatum scribit, vt sit ἰσχυρείω, ἰσχυριστικῶς ἔχω, contendere cupio, vt ὀψείω, ὀπτικῶς ἔχω. videre cupio, & βρωσείω, edere cupio, adducto etiam eam in rem Homeri testimonio Il. ξ. (vers. 37.) verùm in codicibus nostris planè vitiato. Est autem διισχυρείω idem quod διισχυρίζομαι, asseuero, affirmo, connitor, aut verbis contendere cupio, quo vtitur Plato in Eutyphr. & Hipp. libr. περὶ εὐσχημοσύνης. (pag. 23. 1.) δόξης τῆς ἐκ τούτων διισχυριζόμενοι, pro gloria ex his parta contendentes, decertantes, hoc est, pro ipso honore decertare parati, horum gloria corroborati dixit Cornar. Hinc ἰσχύρισις est asseueratio, affirmatio, ἐν παραγγελίαις (pag. 26. 19.) σφαλερὴ καὶ εὐόλισθος ἡ μετ' ἀδολεσχίας ἰσχύρισις, fallax & ad errorem procliuis asseueratio nugatoria, & quæ fit cùm garrulitate. Vbi ἰσχύρισιν μετ' ἀδολεσχίας intelligere videtur solam ratiocinationem sine singularium vsu aut experientia, λόγον μοῦνον, ibidem vocat, vt & experientiam λόγου ἔνδειξιν (ibidem vers. 32.) ἐπὶ μόνον τὸ περιστῆσαι ὠφελήσει, οὐ γὰρ ἰσχυρίσιος δεῖ. Neque enim asseuerare oportet quòd vnum aliquod solum exhibitum remedium profuturum sit.

Ἰσχυρὸν vehemens, magnum, vt ἰσχυρὸν νόσημα, vehemens & magnus morbus, qui ex symptomatum vehementia dignoscitur, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 92. 5. H. 396. 34.) vbi scribit Gal. οὐ διαφέρειν ἰσχυρὸν ἢ μέγα νόσημα φάναι, non referre siue validum, siue magnum morbum dicas. Sic aph. 66. libr. 5. ἰσχυρὰ τραύματα ingentia vulnera & magna dicuntur, & effatu dignam habentia magnitudinem. Ἰσχυρῶς etiam τὸ λίαν καὶ μάλιστα, quod est valde & maximè significare scribit Gal. Comment. 2. in Progn. (pag. 143. 16.) Est & ἰσχὺς ἑλκέων, vlcerum vis, vehementia & magnitudo, Prorrh. 2. (pag. 102. E.) Ἰσχυρὰ βρώματα, sunt valentes aut validi & fortes cibi, libr. de art. (pag. 624. 54. H. 817. C.) Gal. τὰ δύσπεπτα, concoctu difficiles exponit. Rursus ἰσχυρὰ βρώματα, graues & robusti cibi dicuntur libr. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 9. 33.) quique validiore egent robore vt concoquantur, quales erant in ferino illo victu, quo priscis sæculis homines vtebantur. Vbi etiam paulò antea, ἰσχυρὴν τε καὶ θηριώδεα δίαιταν, robustum & ferinum victum dixit, & μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα graues cibos & magnas vires habentes. Et rursus (ibid. 44.) ἰσχυρότερα vocat, quæ οὐ δυνήσεται κρατέειν ἡ φύσις, natura coquere non potest. Et ἰσχυρὰ καὶ ἄκρητα, hoc est, valida & intemperata simul iungit, & τοῖς ἀσθενεστέροις, imbecillioribus opponit, simulque temperat. Ἰσχυρὰ σιτία καὶ ἀσθενέστερα, cibi valentes & debiles inter se oppositi, ibidem (pag. 10. 21.) Rursusque (ibidem 944. 47.) ἰσχυρὸν βρῶμα dicitur cibus, qui ἰσχὺν & αὔξησιν hoc est, robur & nutrimentum confert, & valentes ac robustos facit, quod fit vbi nihil intemperati aut nimium vehementis habet, probeque subigitur, concoquitur, & vnitur. Vbi tamen Cornar. οὐκ ἰσχυρὸν legisse videtur, contra omnium codicum fidem. Ἰσχυρότατον apud Hipp. quod est valentissimum & optimum purissimumque aut perfectissimum significat, purioremque & maximè perfectam humidi quod in corpore continetur partem. Id semen esse dicit libr. περὶ γονῆς (pag. 231. 41.) ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος, τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν. Viri quidem genitura excrementum est validissimum, quod ab humido vniuerso, quod in corpore continetur, proficiscitur. Est enim purissima & maximè excocta humidi pars, maximéque benignum tertiæ coctionis excrementum, quod ab omnibus corporis partibus secernitur. Rursus (ibid. 53.) οὕτω δὲ κἀν τῷ ἀνθρώπῳ ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀφρέοντος τὸ ἰσχυρότατον καὶ τὸ πιότατον. Sic verò in homine valentissima & pinguissima portio à spumante humore excernitur. Sic libr. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 242. 32.) facultas in plantis ex qua fructus fit, δύναμις ἰσχυρὴ καὶ πιείρα ἐξ ἧς τὸ σπέρμα συστραφήσεται, hoc est, facultas valens & pinguis ex qua semen condensari queat, dicitur. Ea enim facultas in plantis quæ fructum producit, semini in animante respondet.

Ἰσχυτέρειος idem quod ἰσχυρὸς Hipp. valens & robustus. Libr. de loc. in homine (pag. 416. 38.) καὶ τοῖσι σιτίοισιν ἰσχυτερείοισι χρῆσθαι. & cibis valentioribus vtitor. Ibidem (vers. 36.) ἔπειτα φαρμάκῳ ἰσχυροτέρῳ χρῆσθαι. deinde medicamento valentiore vtitor. Vbi codices manu scripti & Asulanus ἰσχυτερείῳ legunt.

Ἴσως, forte, fortasse, de his quæ rarò accidunt effertur Hipp. vt scribit Galen. Comment. 2. in Prorrh. (pag. 204. 17.) ὅταν δ' ἀκούσῃς ἀνθρώπου λεγομένου ἴσως περὶ τῶν κατὰ μέρος ὡς καθόλου τὴν ἀπόφασιν πεποιημένου σεμνῶς, γίνωσκε σαφῶς σπάνιον εἶναι τὸ πρᾶγμα. Cùm ergo ab homine audieris ἴσως efferri, & de particularibus tanquam vniuersalem enunciationem fieri, rarò rem euenire liquidò cognoscas.

¶ Ἴτρια sunt dulciaria liba aut bellaria, dulciarij panes ex saccharo, nucibus pineis, amygdalis, aut etiam seminibus papaueris & sesami confecti, quales hodie Marcipanes dicuntur, corrupta forte ex μάζα voce, Dicuntur & ἴτρια, πέμματα καὶ τραγήματα aut πεμμάτια, placentulæ & bellaria. Gal. in Exeg. ἴτριον ὀρείκειν dici scribit παρὰ τὸ ἐρείκειν, quod θραύειν, hoc est, frangere, concidere simpliciter significat διότι εὔθραυστοι, quòd friabiles sint huiusmodi dulciarij panes & facilè frangantur, vnde etiam κλάσματα exponuntur Hesych. Gal. libr. 1. de aliment. facult. duplicem ἰτρίων speciem facit.

¶ Ἰχθύα est squatinæ marinæ pellis aut cutis arida, qua defricantur alopeciæ ab Archigene apud Galen. lib. 1. Com. pharm. κατὰ τόπους (p. 157. 7.) τὰς δὲ βαθείας ἀλωπεκίας αἴρει σὺν τῷ ὄξει νίτρου βῶλος, ἢ σηπίας ὄστρακον, ἢ ἰχθύα, ἢ συκῆς φύλλοις. Altè autem infixas alopecias, nitri gleba, aut sepiæ testa, aut squatinæ marinæ pelle, aut fici foliis ex aceto defricato. Ἰχθύαν, ῥίνης θαλασσίας δέρμα ξηρὸν exponit Galen. in Exeg. squatinæ marinæ aridam cutem, additque posse significare καὶ τὸν σιδηροῦν ὄνυχα ᾧπερ εἰς τὰς ἐμβρυουλκίας καὶ ἐμβρυοτομίας χρώμεθα, διὰ τὴν πρὸς τὰς λεπίδας τῶν ἰχθύων ὁμοιότητα, hoc est, vncum aut vnguem ferreum, quo in fœtus extractione & sectione vtimur, ex squamarum piscis similitudine. Verùm potiùs ab hami piscatorij similitudine appellationem istam desumpsisse videtur huiusmodi instrumentum & ὄνυχα vocat Hipp. libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 261. 6.) vnguem aut vncum ferreum, quem pollici affigi iubet ad extrahendum fœtum. Quem locum non obscurè illis verbis mihi subindicare videtur Gal. vt & per ἰχθύαν, libellus περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου (pag. 914. D.) περιδῆσαι δὲ καὶ τὸν βραχίονα, καὶ ἀποψιλώσας αὐτὸ τὸ ὀστέον, ἰχθύαν περιδῆσαι περὶ τοὺς δακτύλους τῆς χειρὸς τοὺς δύο, ὅκως μὴ ἀπολισθάνοι ἡ σάρξ. Et brachio excoriato eiusque osse denudato, squatinæ marinæ pellem aridam circum duos manus digitos obligato, vt ne caro sua lubricitate elabatur.

Ἰχθύαν ῥίνημα ἢ πρίσμα exponit Erot. apud Hipp. hoc est, limaturam, scobem aut ramentum. Verùm vitium mihi subolere videtur hæc lectio, & pro ἰχθύαν ἰχθύημα aut ἰχθυήματα legendum existimo, quæ dictio Hipp. frequens est, vt paulò post scribimus.

Ἰχθυήματα videntur dici propriè piscium squamæ. Sed Gal. in Exeg. λεπίσματα φλοιῶν, hoc est, corticum fragmenta exponuntur. Ἰχθυήματα τοῦ λωτοῦ, corticis loti arboris raméta, scobes aut fragmenta vsurpat Hipp. libr. περὶ ἑλκῶν (pag. 877. D. E.) (pag. 880. F. G. 881. C.) quo nomine limaturam aut corticum prælegmina, velut squamas, intelligit. Et Erot. λωτοῦ ἰχθυήματα αὐτὸ τὸ ῥίνημα ἢ πρίσμα positum apud Hipp. contendit, in nimirum subindicatis locis. Quod effecit vt antea pro ἰχθύαν apud eum ἰχθυήματα scribendum existimauerim.

Ἴχνος est ima pedis pars quæ vestigium etiam Latinis dicitur Gal. Comment. 2. in libr. de fract. (pag. 543. 38.) σκληρὸν δὲ καὶ παχὺ τὸ τῶν κάτω ποδῶν δέρμα τὸ καλούμενον ἴχνος, imi pedis cutis dura & crassa, ἴχνος dicta. Ἴχνος etiam Hipp. soleam significat, quæ ex corio aut plumbo parabatur & pedi adalligabatur ad deligationis firmitatem, cùm pes ex varo dirigebatur. Libr. de art. (pag. 643. 20. H. 827. H.) ἴχνος δέ τι ποιέεσθαι, ἢ δέρματος μὴ ἄγαν σκληροῦ ἢ μολυβδίνου. Solea autem quædam, vel ex pelle non admodum dura, aut plumbo confici debet. Omnia autem fere id genus, quibus plantarum calces infimæ tantùm teguntur, cætera prope nuda, & reticibus habenis vincta sunt, soleas antiqui dixerunt Gellius capit. 20. libr. 13. Pollux libr. 7. capit. 20. in calceamentorum partibus ἴχνος reponit, vbi vitiosè ἴχνη legitur.

Ἰχὼρ quibusdam sanies dicitur, aliis aquosus sanguinis humor, aliis verò aquosa & serosa humiditas, siue sanguinis, siue alterius cuiusuis humoris, idque magis propriè cùm in corpore spectatur, extra corpus verò sanies. Sic ἰχῶρες dicuntur tenues & serosæ humiditates quæ in corpore & vasis continentur, & in omnibus humoribus visuntur, aut cùm iis effluunt, quæ etiam pro variis humorum naturis à quibus secernuntur, differentes habent qualitates & appellationes, vt scribit Gal. Comment. 2. in libr. 6. Epid. (pag. 470. 7. H. 1170. E.) Idem quoque Comment. 4. in libr. de rat. vict. in morb. ac. ἰχῶρας τοὺς λ

τὰς λεπτὰς ὑγρότητας tenues & serosas humiditates Hipp. esse scribit. Est & speciatim ἰχὼρ id quod in sanguine est tenuius quidem & serosum, ac in aqueam naturam degenerauit, quod lactis sero simile est. Id Galen. lib. de Elementis τὸ μὲν οὖν ἰχὼρ αἵματος ἀνάλογον ὀῤῥῷ γάλακτος, sanguinis velut serum, lactis sero respondere dixit. Quanquam idem Galen. Com. 2. in lib. 6. Epid & lib. 8. de Plac. Hipp. & Plat. ex Platonis opinione, tenues, atque serosas humiditates quæ in omnibus spectantur humoribus, lactis sero respondere scribit. Sicut enim in lacte serum est quod aqueũ est & tenue, neque in caseum aut butyrum cogitur, sic etiam in sanguine & aliis humoribus, aut seorsim consideratis, aut sanguini permixtis, aquea quædam humiditas spectatur humori supernatans & offusa, quæ sero proportione respondet, & ἰχὼρ vocatur, humoris facultatem, ex quo emanauit, adepta. Sic à Platone scriptum est in Timæo, ἰχὼρ ὁ μὲν αἵματος ὀῤῥὸς, πρᾶος· ὁ δὲ μελαίνης χολῆς ὀξείας τε, ἄγριος. Aquosa sanguinis humiditas, quæ serum dicitur, mitis, atræ verò bilis & acidæ, fera. Quanquam ἰχωροειδὲς αἷμα Hipp. aph. 29. sect. 2. lib. 6. Epid. intelligitur non ea quidem simpliciter sanguinis aquosa humiditas, quæ sanguinem purum diluit, & mitis est, aut mordacitatis expers, sed quæ prauam habet qualitatem & mordacem, ideoque non malè saniosus sanguis dici possit. Quod his verbis expressit Gal. οὐχ ἁπλῶς τὸ λεπτὸν ἢ ὑδατῶδες αἷμα· ἀλλὰ ἔοικεν αὐτὸ ἰχωροειδὲς ὠνομακέναι νῦν, ἀλλὰ τὸ κατὰ τινα ἰώδη τε καὶ κακοήθη. Serosum sanguinem non simpliciter tenuem & aquosum ab eo dici est existimandum, sed eum qui venenosa quadam & maligna facultate sit præditus. Rursusque: Ἰχωροειδὲς οὖν αἷμα καλεῖται τὸ περιέχον ἐν ἑαυτῷ μοχθηρὰν ὑγρότητα λεπτὴν, οὐχ ὑδατώδη καὶ ἄδηκτον, ἀλλὰ δακνώδη καὶ ἐξ[...]. Serosus igitur sanguis vocatur in seipso prauam humiditatem tenuem continens, non aqueam & morsus expertem, sed mordacem & exedentem. Hîc ergo serosus sanguis dicitur tenuis illa sanguinis humiditas, quæ sanguinẽ omnes humores complexum diluit, & prauam quandam mordacemque habet qualitatem. Quod his etiam verbis ibidem testatur Gal. ἀλλ' ἐπειδὴ διττῶς τὸ αἷμα λέγομεν, ἐνίοτε μὲν αὐτὸ διαιρούμενοι πρὸς τοὺς ἄρτι λεχθέντας χυμοὺς, ἐνίοτε δὲ κατ' ἐπικράτειαν ὅλον τὸν ἐν τοῖς ἀγγείοις χυμὸν, ἰχωροειδὲς αἷμα νῦν ἀκουστέον ἐστὶ τὸ κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, ὥσπερ καὶ λέγειν ἐστὶ καὶ σύνηθες ἅπασι τοῖς ἰατροῖς· ἐν ταῖς φλεβοτομίαις, ἐνίοτε μὲν ὀῤῥώδες, ἐνίοτε δὲ μελαγχολικὸν ἢ φλεγματῶδες, ἢ χολῶδες, ἔστι δ' ὅτε κατὰ φύσιν ἔχον ἐκκεκρίσθαι τὸ αἷμα. At quoniam duobus modis sanguinem dicimus, interdum quidem vt eum à nuper dictis humoribus distinguimus, interdum verò ex dominio totum qui in vasis continetur succum, serosus sanguis in præsentia in secunda significatione inaudiendus est, quemadmodum dici assolet, & omnibus medicis est vsitatum, in venæ sectione interdum quidem serosum, interdum verò melancholicum, aut pituitosum, aut biliosum, nonnunquam etiam naturalem sanguinem effluxisse. At vero ἰχὼρ Arist. libr. 2. de part. animal. capit. 4. & lib. 3. de hist. animal. capit. 19. ad pituitosum excrementum reuocatur, & crudum sanguinem non concoctum, sed aquosum significat, τὸ ὑδατῶδες τοῦ αἵματος. Ἰχὼρ (vt scribit) ἄπεπτον αἷμα, ἢ τῷ μήπω πεπέφθαι, ἢ τῷ διοῤῥῶσθαι. Vbi Gaza saniem incoctum esse sanguinem dicit, aut quia concoctus nondum est, aut quia in serum degenerauerit. Ἰχὼρ apud Hom. Il. ε. (vers. 339. & 416.) de humore tenui dicitur, qui è cute Veneris à Diomede vulneratæ effluxit. Neque enim duos sanguinem habere vult, sed ἀναίμονας esse, vt neque cibis humanis vesci neque vinum bibere, sed ambrosia & nectare victitare. Hipp. initio libr. 2. Epid. (pag. 994. D.) ἰχῶρας tenues & serosos humores ex succorum corruptione in cutem erumpentes & pruritum excitantes vocat. ἐκ[...] μὲν ἐν τῷ δέρματι ἰχῶρες, ἰχῶρας ἀπολαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο, καὶ κνησμὸν ἐποίεον. Serosi quidem humores cuti subnascebantur, qui intrò inclusi dum incalescebant, pruritum excitabant. Vbi saniem vertimus, non saniosum sanguinem, ne quis me sanguinis serum dicere existimaret. Idem libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 87. 41. H. 396. 8.) δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας vocat acres & biliosas humiditates quæ ex succorum acrimonia emanant & febrem ardentem excitant. ἰχωροειδὲς αἷμα idem vocat sanguinis serosum aut aquosum humorem, aph. 29. sect. 2. libr. 6. Epid vt & ἰχωρώδεες dicuntur eidem in Prorrhet. (pag. 213. 48. H. 79. E.) qui tenuibus & serosis humoribus abundant. Ἰχῶρα παχὺν καὶ ἐρυθρὸν idem vocat libr. περὶ φύσιος παιδίου (pag. 236. 44.) saniem crassam & rubentem qua venæ & interiora in fœtus delineatione referta sunt. Rursus (ibid. pag. 239. 10.) ἰχὼρ παχὺς αἱματώδης, sanies crassa & cruenta dicitur, sanguis crassior & feculentus. sanguinis in alimentum fœtus cedentis reliquiæ, quæ post fœtum exeunt, ἰχῶρες simpliciter vocat ibidem (pag. 248. 6. & ὕδρωψ αἱματώδη (ibid. vers. 3.) Quibus sanè in locis ἰχῶρα saniem non malè quis mihi reddere videatur (quod etiam fecit Gorth.) de cruento illo humore & veluti muco sanguinolento intelligens, quem Arist. quoque libr. 7. hist. animal. ἰχῶρα ὑδαρῆ ὕπομυξον, & αἱματώδη in partu profluere asserit. Ἰχὼρ quoque in vlceribus sanies dicitur Galen libr. 3. Meth. med. tenue illud excrementum quod ex illis effluit, vt crassum ῥύπος, sordes. Celso cap. 27. lib. 5. ἰχὼρ saniei genus quoddam est, & ἰχὼρ tenuis, subalbidus ex malo vlcere exit, maximeque vbi neruo læso inflammatio secuta est. Ἰχῶρα Plin. ex Diosc. libr. 2. capit. 59. saniem vertit libr. 11. capit. 28. cruorem aut succum qui ex iocinore hircino dum assatur distillat, saniem appellans. Sanguinem iocinoris hircini dixit Celsus capit. 6. libr. 6. hoc remedium quoque ex veteribus celebrans. Sic etiam ἰχῶρα iocinoris hircini assati vocat Archig. apud Gal. extremo libr. 4. κατὰ τόπους in glaucis oculis & nyctalope. Sic Aëtius capit. 10. serm. 4. tetrab. 2. κοχλιῶν μεγάλων χερσαίων τὸν ἰχῶρα, cochlearum magnarum terrestrium cruorem dicit, crudum illum humorem & mucum qui ex cochleis distillat intelligens. Eodem modo Plin. libr. 30. capit. 15. saniem punctis emissam è cerebro viperæ dixit.

¶ Ἰῶ pro ἰῶ ab ἰάομαι legitur apud Hipp. lib. de fistulis (pag. 886. F.) quod significat medêre. ἰῶ ὥσπερ τὸν ἐμπροσθεν, medêre vt prius, eadem quæ prius curatio adhibenda.

Ἰώδεα ἐμέσματα æruginosi vomitus, virulenti aut virosi, non secus ac vulgus huiusmodi humorem vomitione refusum venenum vocat. fiunt autem huiusmodi vomitus ex bile exassata, crebroque celebrantur Hipp. In Prorrh. (pag. 173. 50 H. 68. A.) τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσιν ἰώδεα ἐμέσματα. Vomitus virulenti & æruginosi cum capitis dolore, qui phrenitidem prænunciant. & Coac. (pag. 145. D.) Rursus lib. 1. Epid. sect. 2. (pag. 367. 24. H. 948. H.) & ægr. 6. lib. 1 Epid. & ægr. 4. & 12. lib. 3. Epid. rursusque ægr. 1. & 4 libr. 3. Epid. post st. pest. fit etiam ἰώδης ἔμετος in renum dolore, ob continuos dolores & vigilias multas corrupto sanguine, præcipuè si febre detineantur ægrotantes, inediamque sustinuerint, vt scribit Galen. Comment. ad aph. 5. lib. 6. Epid. sect. 1. his verbis: προσγίνεται τοῖς οὕτω πάσχουσι ἰώδης ἔμετος, ἐπὶ τε ταῖς ὀδύναις καὶ ταῖς ἀγρυπνίαις διαφθειρομένου τοῦ αἵματος, μάλιστ' ὅταν ἅμα τούτοις πυρέξωσι καὶ ἀσιτήσωσι. His ita affectis vomitus æruginosus aduenit, corrupto tum ob dolores, tum ob vigilias sanguine, idque præcipuè vbi simul febricitarint & inediam sustinuerint.

OECONOM. HIPPOC.

TO K.

Καββαλικὴ Laconibus dicebatur quæ καταβλητικὴ, ars prostratoria, quæ in lucta sternendi aduersarij potestatem faceret. Galen. lib. ad Thrasyb. (pag. 300. 22.) non secus ac κάββαλε pro κατέβαλε Æolica syncope dicitur.

Κάγχρυς, seu κάχρυς, seu κάγχρυ & κάχρυ, est Dioscor. lib. 3. cap. 87. & 88. λιβανωτίδος ὁ καρπὸς ὁ κάχρυς. rorismarini semen ferentis semen. Quod etiam scribit Theophr. hist. plant. libr. 9. capit. 12. & Pl. lib. 24 cap. 11. transtulit, & rorismarini semen resinaceum cachryn vocari scribit. Gal. in Exeg. κάχρυος ῥίζαν, τῆς λιβανωτίδος, apud Hipp. exponit. Quibus verbis locum lib. περὶ γυναικείων (pag. 572. 37.) subindicare mihi videtur, vbi κάχρυος ῥίζαν rorismarini radicem ad vterorum fluxum & dolorem in vino exhibet. Licet κάγχρυος quædam exemplaria manu scripta legunt. Quod etiam repetitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 667. 42.) Diosc. lib. 7. cap. 88. τὸ κάχρυ θερμαντικὴν δύναμιν αὐξηραντικὴν σφόδρα, calefaciendi vim & egregiè desiccantem habere scribit. Gal lib. 7. simpl. medicamentorum secandi & extergendi vim exhibet, ob idque in smegmata venit & vsurpatur Galeno inter pilos attenuantia medicamenta, lib. 2 Com. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 165. 5.) Κάγχρυς Suidas dici scribit τὰς κριθὰς καὶ τὰς πε-

λισμένας κριθὰς, hordea, & hordea molita. Vt & Eustath. κάχρυς esse scribit πεφρυγμένας κριθάς, hordeum tostum quò faciliùs in farinam redigatur. Aristoph. Schol. ἐν ἱππεῦσι κάχρυς dici scribit, τὰς λελεπισμένας κριθὰς ἀφ' ὧν ἡ πτισάνη, hordeum decorticatum, ex quo fit ptisana. Idem quoque ἐν νεφέλαις κάχρυς simpliciter κριθὰς exponit. Etymologus κάχρυς dici scribit propriè τὰς πεφρυγμένας κριθάς, & καταχρηστικῶς cætera omnia legumina τὰ πεφρυγμένα. Gal. in Exeg. τὰς κάχρυς in plurali cùm effert Hipp τὰς πεφρυγμένας κριθὰς inaudiendas esse scribit. Sic autem vsurpat Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 572. 30.) πυροὺς καὶ κάχρυας τρίψας, triticum & hordeum torrefactum trita in vino exhibens. Rursus lib. 2. de Morb. (pag. 484. 53.) ἑψήσας τὰς κάχρυς σὺν τοῖσιν ἀχύροισιν, hordeum torrefactum vnà cum paleis, aqua maceratum in mulsa propinat. (Sic enim leg. existimo.) Iterum etiam lib. 3. de Morb. (pag. 497. 19.) ἡμιχοίνικον καχρύων εὖ ἀποπλυνὰς ἐν ὕδατος χοΐ, hordei torrefacti chœnicem dimidiam probè loti in aquæ congio potione exhibet. Aliòqui certe & in singulari pro hordeo effertur Theophr. lib. 4. de Caus. plant. cap. 17. Est & κάχρυς arborum quarundam germinantium rudimentum & initium, vt scribit Theoph. hist. plant. lib. 3. cap. 7. Plin. lib. 16. cap. 8. cachryn vocat & pilulam, cùm scribit: Ferunt robora & cachryn. Ita vocatur pilula in medicina vrendi vim habens. Gignitur & in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano, postquam folia cecidere, hyeme durans. Continet nucleum pineis similem. Is crescit hyeme. Aperitur vere pilula tota, cadit cùm folia cœperint crescere. Est & καχρυδίας πυρὸς apud Theophr. de Caus. plant. lib. 3. capit. 26. & hist. plant. lib. 8. cap. 4 Καχρυδίας ἄρτος etiam dicitur panis ex hordeo tosto. Est & καχρύδιον granulum hordei tosti, seu hordeolum tostum, quo vtitur Arist. in Quæst. natur. sect. 20. quæst. 8. & Theophr. de Caus. plant. lib. 5. cap. 6. Hesych. καχρυδίων exponit πεφρυγμένων κριθῶν, καταχρηστικῶς autem πάντα τὰ πεφρυγμένα, καὶ βοτάνην τὴν λιβανωτίδα, καὶ τὸ πεύκης τὴν βλάστησιν, καὶ πυρούς τινας. omnia legumina tosta, & herbam quandam rosmarinum dictam, & piceæ germina, & frumenti genus quoddam. Quæ omnia κάχρυν significare etiam Etymologus scribit. Est autem animaduertendum apud Hipp. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. loco prius annotato, exemplaria Regia manu exarata habere πυροὺς καγχρίας, quædam etiam πυροὺς καὶ καγχρύας, pro κάχρυας.

Καθαίρειν purgare significat & idem quod φαρμακεύειν apud Hipp. medicamento purgante vti, & καθαίρεσθαι φαρμακεύεσθαι. Galen. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 115. 4.) τὸ καθαίρεσθαι δὲ τῷ φαρμακεύεσθαι συμβαίνει ἐς ταὐτὸν, ὥσπερ γε τὸ φαρμακεύειν τῷ καθαίρειν. καθαίρεσθαι, quod est purgari, & φαρμακεύεσθαι, quod est medicamento purgante vti, idem significant, vt & φαρμακεύειν & καθαίρειν. Quod etiam repetit Com. 2. in Prorrh. (pag. 191. 36.) Sic & καθαίρεσθαι & ἀνακαθαίρεσθαι, purgari & repurgari, de excrementorum purgatione dicitur. Et Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 92. 41. H. 396. 36.) anginam post sanguinis detractionem ἐκλεικτοῖς ἀνακαθαίρεσθαι, per ecligmata repurgari vult, τουτέστιν αὐτὰ τὰ φλεγμαίνοντα μόρια, κενοῦσθαι διὰ τῶν πτυσμάτων (vt scribit Gal.) hoc est, quæ in partibus inflammatione affectis continentur per sputa vacuari. τὸ γὰρ ἀκάθαρτον σῶμα καὶ περιττωματικὸν ὅκε κενούμενον, εἰκότως ἄν τις καθαίρεσθαι λέγοι. Nempe corpus impurum & excrementis redundans, dû vacuatur, meritò quis repurgari dixerit. Est & καθαιρέειν & καθαίρεσθαι detrahere, deiicere, deducere, deturbare. Et καθαίρεσις detractio, extenuatio & subtractio, corporis euacuatio quæ fit citra purgationem & sanguinis missionem, aph. 2. lib. 6. Epid. sect. 3 ἡ καθαίρεσις δρόμοισι, πάλῃσιν, ἡσυχίῃσι, πολλοῖσι περιπάτοισι ταχέσιν. Corporis emaciatio cursu fit, quiete, palæstra, multis obambulationibus velocibus. Vbi καθαίρεσις subtractionem significat, quæ interdum humoribus, interdum etiam solidis partibus attribuitur, vt illic scribit Gal. τὸ μὲν τῆς κενώσεως ὄνομα κατὰ μόνων τῶν ὑγρῶν λέγεται, τὸ δὲ τῆς καθαιρέσεως, μᾶλλον μὲν ἐπὶ τῶν στερεῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὑγρῶν. Euacuationis nomen de solis liquidis dicitur, detractionis verò de solidis quidem magis, interdum etiam de liquidis. Sed Gal. illic καθαίρεσιν, λέπτωσιν τῆς σαρκὸς καὶ μείωσιν, carnis extenuationem & imminutionem intelligit & corporis emaciationem. Hinc καθαιρετικὰ medicamenta vocantur, quæ carnem supercrescentem imminuunt, detrahunt, & ad statum naturalem deducunt. Καθαιρεῖν σελήνην est Lunam deiicere, deturbare, cœlo deducere, vt loquitur Virg. hoc est deorsum elicere. Quam phrasim vsurpat Hipp. lib de Morbo sacro (pag. 302. 44.) de magis & incantatoribus. εἰ γὰρ σελήνην τε καθαιρεῖν, καὶ ἥλιον ἀφανίζειν, χειμῶνά τε καὶ εὐδίην ποιεῖν, καὶ ὄμβρους καὶ αὐχμοὺς, καὶ θάλασσαν ἄφορον, καὶ γῆν, καὶ τἄλλα τὰ τοιουτότροπα πάντα ἐπίσταμαι ἔχοντας ἐπίστασθαι. Si enim Lunam deducere, & Solem obscurare, tempestatemque ac serenitatem inducere, imbresque ac siccitates ciere, mareque sterile & terram facere, cæteraque id genus se scire profitentur. Rursus ibidem (vers. 53.) εἰ γὰρ ἄνθρωπος μαγεύων τε καὶ θύων, σελήνην τε καθαιρήσει, καὶ ἥλιον ἀφανιεῖ. Si quis enim magicis incantationibus & sacrificiis Lunam deducet & solem obscurabit. Lucian. in Dialogo amoris & Veneris, τὴν σελήνην δὲ καθαιρεῖς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, cœlo Lunam deducis. Est autem Lunam cœlo deducere eius lumen abolere, quod magicis incantationibus se facturas pollicentur sagæ. De quibus eandem phrasim vsurpat Plutarch. in connub. præceptis αἱ δέ τις ἐπαγγέλλεται καθαιρεῖν τὴν σελήνην. Quòd si qua erit quæ de cœlo Lunam se detracturam polliceatur. Et rursus ibidem ὡς αὐτὴ καθαιροῦσα τὴν σελήνην, velut quæ Lunam cœlo detraheret.

Καθαπτόμενοι ψόφου, quod est strepitum sentientes, exponuntur Gal. in Exeg. σφοδρῶς αἰσθανόμενοι, vehementer sentientes, hoc est, strepitum facilè sentientes & percipientes, ψόφου ῥαδίως αἰσθανόμενοι, καὶ μήτοι καὶ πτοούμενοι, ὥστε καὶ ψοφώδεις dicuntur etiam eidem in Exeg. qui vel leui strepitu promptè irritantur ac perturbantur, aut qui ad quemuis strepitum expauescunt, consternantur, percelluntur, aut perturbantur. ὑπὸ τῶν ψόφων θορυβούμενοι ἢ ταραττόμενοι dicuntur Gal. Com. 1. in Prorrh. (pag. 176. 31. H. 68 D.) qui ad strepitus tumultuantur aut perturbantur, quod de Phreniticis scribitur, eumque locum à Gal. exprimi satis constat, Vbi scribit Gal. non ψόφου καταπτομένους, sed meliùs dici, ὧν ὁ ψόφος καθάπτεται, quos strepitus tentat, perstringit, lacessit, aut irritat.

Κάθαρμα, purgamentum, recrementum quod in purgatione reiicitur & expurgatur. Lib. 5. Epid. & pag. 1153. C.) ἐκαθήρατο αὐτίκα ὀξέως πολὺ κάθαρμα, quæ statim multo recremento repurgata est. De vesica agitur, quæ ex medicamento multa recrementa reiecit, indeque repurgata est. Καθαρμοὶ etiam idem quod καθάρσεις & purgationes significant, vt Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 646. 51.) καὶ ἐν τοῖσι καθαρμοῖσι σιτίοισι χρήσθω μαλθακοῖσι καὶ ὑποχωρητικοῖσι. In purgationibus cibis vtitor mollibus & per aluum secedentibus. Alioqui καθαρμοὶ expiationes aut expiamenta indicant, vt lib. de Morbo sacro (pag. 302. 2.) καθαρμοὺς προσφέροντες, expiamentis oblatis. Et rursus ibidem (v. 17.) οὐδὲ οἱ καθαρμοὶ ὠφελέουσιν, neque expiationes iuuant. Et (v. 31.) ὅκου γὰρ ὑπὸ καθαρμῶν τοιούτων μετάστατα γίνεται, καὶ ὑπὸ θεραπείης τοιῆσδε. Vbi enim ab huiusmodi expiamentis & tali curatione transmutantur. Atque ibidem aliàs sæpè.

Καθαρὸς, purus, liquidus, defecatus, quemadmodum καθαρὰ οὖρα dicuntur lib. 1. Epid. sect. 1. (pag 356. 2 H. 941. A.) vrinæ puræ & defecatæ, quas illic τοῖς πάχος ἔχουσι καὶ οὐ καλῶς καθισταμένοις, hoc est crassis, neque probè subsidentibus opponit Hipp. Sic rursus lib. 4. Epid. (pag. 1123. C.) καθαρὸν οὖρον tenui iungitur. καθαρὸν διαχώρημα, deiectio pura, neque colore præter naturam tincta, sed inculpata, qualis est in sanis. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 102. 2. H. 400. 15.) ἰδὼν δὲ διαχώρησιν μή τι μέλαν ἰσχυρῶς διεχώρησεν χρῶμα, ἢ καθαρὸν οἷά περ ὑγιαίνοντος αὐτοῦ εἴη διαχωρήματα. Videndum quoque num deiectio nigra colore admodum fuerit, num pura, qualia sanorum alui recrementa esse solent. Alioqui διαχώρημα καθαρὸν intelligi potest ἄκρητον, syncerum, velut in Coac. (pag. 222. G.) διαχώρημα καθαρὸν ἐπιγινόμενον λύει πυρετὸν ὀξὺν μεθ' ἱδρῶτος. Deiectio pura succedens, febrem acutam cum sudore soluit. Syncerum namque aut biliosum alui profluuium intelligitur, quod cum sudoribus inter signa febres decernentia annumeratur. Alioqui malum est alui recrementum quod post febres longas syncerum est, vt scribit Celsus, cap. 4. lib. 2. ex aph. 6. lib. 7. Est & καθαρότης ὀφθαλμῶν, oculorum claritas, luciditas, puritas, luminosus & liquidus oculorum splendor, aut claror, (vt Plautino verbo vtar) in Coac. (pag. 152. G.) cui τὸ ἀχλυῶδες opponit, hoc est, caliginem, quemadmodum turbidum liquido opponitur, & liquida æthra dicitur, quæ opponitur turbido aëri, & liquidam tempestatem serenam Plaut. Mostell. vocat. Sic liquet turbido & fecato idem Plautus opponit. Nunc liquet, nunc defecatum est. Qua notione vinum defecatum & faccis transmissum liquidum dicitur, turbidoque aut fecato opponitur. Ex qua translatione animus defecatus & liquidus, pro tranquillo & minimè perturbato Plauto ponitur, in Epid. & Pseud. Καθαρώδεα ὄμματα, oculi lucentes, pellucidi, puri, lib. 5. Epid. (pag. 1162. C.) Est καθαριότης mundicia, puritas, in medicina lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 23. 35.) synceritas Caluo dicitur, quemadmodum lib. περὶ ἰητροῦ (pag. 19. 9.) medicum καθαρῶς ἔχειν, in vestitu & odoratis vnguentis mundiciei studere vult.

Κάθαρσις purgatio, absolutè dicitur Hipp. cùm humores praua qualitate affecti & noxij vacuantur, siue id natura moliatur, siue sponte fiat, aut medicamento. Gal. Com. in sent. 11. lib. 1. περὶ χυμῶν. Quod etiam scribit Com. 2. in Progn. (p. 138. 11.) his ver-

his verbis, κάθαρσιν ὀνομάζω πᾶσι τὴν ἀλλοιῶν κῇ ποιότητι κίνησιν. Purgationem voco quando praua affecti qualitate humores vacuantur. Idem Com. ad aph. 2. lib. 1. κάθαρσις δ' ἐστιν ἡ τῶν λυπούντων κῇ ποιότητι κένωσις. Purgatio est humorum euacuatio qui sua qualitate molesti sunt. Quod iisdem etiam verbis repetit, Com. ad sentent. 11. lib. 1. περὶ χυμῶν. Idem Com. 4. in lib. 6. Epid. (pag. 498. 22.) καθάρσεις γὰρ εἰώθεν ὀνομάζειν, οὐ μόνον τὰς ὑπὸ φαρμάκου γινομένας, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπὸ τῆς φύσεως. Purgationes nanque vocare consueuit, non eas solùm quæ à medicamento purgante, sed quæ etiam à natura fiunt. Eaque notione τοῦ καθαίρεσθαι verbo vtitur Hipp. aph. 2. & 25. lib. 1. & 3. lib. 4. & aph. 10. section. 4. lib. 6. Epid. Thucyd. quoque lib. 2. hist. in pestilentiæ enarratione, καθάρσεις & ἀποκαθάρσεις vocat vacuationes quæ symptomaticè morbi ratione naturæ impetu promouentur. Quod etiam testatur Gal. Com. 4. in lib. 6. Epid. κάθαρσις pro purgatione quæ fit medicamento, & αὐτὴ ἡ φαρμακεία sumitur in Coac. (pag. 209. A.) ἐπὶ πάσῃ καθάρσει πλεοναζούσῃ ψύξις μεθ' ἱδρῶτος, ὀλέθριον. In omni superflua purgatione, frigus cum sudore exitiale. At verò κάθαρσις omnem humoris vacuationem indicat, siue per aluum, siue per vomitum, seu per vrinas, sudores, sputa, aut etiam menstrua efferatur. Et καθάρσεις pro vacuationibus sumuntur in Prorrh. (pag. 206. 22. H. 76. F.) αἱ ἄκρητοι πλευνοῦσαι καθάρσιες, quæ in synceras tendunt purgationes, hoc est vacuationes. Nam vt illic scribit Gal. αὐτὸ τὸ, καθάρσεις, ἄμεινον ἦν εἰρῆσθαι κενώσεις. ὅταν γὰρ ἐκκρινόμενα τύχῃ τὰ διεφθαρμένα, κάθαρσις γίνεται τοῦ σώματος, ὅταν ἐκκρίνηται τὰ τῷ λόγῳ τῆς νόσου γινόμενα. Præstabat pro καθάρσεις κενώσεις dici. Vbi enim corrupta excerni contigerit, corpus expurgatur, cùm quæ morbi ratione fiunt excernuntur. Ideoque in Coac. (pag. 218. H.) vbi eadem sententia repetitur, τὰ ἄκρητα πλευνοῦντα διαχωρήματα, deiectiones quæ ad synceras tendunt, dicuntur. Καθάρσεις lib. 3. Epid. in st. pest. (pag 427. 24. H. 1086. B.) medicamentorum purgationes, aut ciborum & eorum quæ assumuntur per aluum vacuationes & eductiones significant. καὶ γὰρ αἱ καθάρσεις τοὺς πλείστους προσέβλαπτον. Purgationes nempe plurimos magis offendebant, hoc est τῶν προσφερομένων vacuationes. Sunt autem προσφερόμενα, vt illic scribit Gal. καὶ κοινῶς ἅπαντα τὰ ἐσθιόμενα, καὶ ἰδίως τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα, & ad vtraque τὰς καθάρσεις referri scribit. Sic rursus ib. (pag. 428. 2. & 3. H. ib. D.) καθάρσεις οὔρων, vrinarũ expurgationes pro vacuationibus ponuntur. οὔτε γὰρ πάχος, οὔτε πεπασμὸν, οὔτε καθάρσιας χρηστὰς εἶχεν. Nam neque crassitudinem, neque concoctionem habebant, neque probè expurgabantur. Iterumque, ἐπὶ πολλοῖσι γὰρ αἱ καθάρσιες χρησταὶ γινόμεναι, ἀγαθόν. In multis nanque probæ per vesicam expurgationes bono sunt. Et lib. 2. Epid. (p. 1028. E.) οὔρων δὲ κάθαρσις πολλή, καὶ πλῆθος, καὶ ὑπόστασις. multæ vrinæ expurgatio cum copia, tum etiam subsidentia. Κάθαρσις quoque pro thoracis expurgatione, & eorum quæ sunt in pulmone per sputa eductione & vacuatione crebrò Hipp. sumitur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 46. 52. H. 385. 31.) καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίγνηται. & quantò maior expurgatio fuerit. Et rursus ibidem (p. 47. 26. H. ib. v. 40.) εἰσὶ γὰρ καθάρσιες πολλῷ τελεώτεραι γίνονται. Nempe & purgationes longè perfectiores euadunt, hoc est, sputorum eductiones. Quo in significatu verbo ἐκκαθαίρεσθαι vtitur ibidem. αἱ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα παύονται αὐτόμαται, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. Dolores enim lateris dolore laborantium confestim sponte desinunt, vbi quid effatu dignum spuere & expurgare cœperint. In Progn. etiam (pag. 146. 10. H. 41. 37.) πτυέλων καθάρσεις sputorum purgationes pro excreationibus & vacuationibus ponuntur. ὁκόσα δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐκ τουτέων τῶν χωρίων μὴ παύεται, μήτε πρὸς τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας. Dolores qui in his affligunt sedibus, quos neq; sputorum expurgationes sedare potuerunt. Rursus li. 3. Epid. in st. pest. (p. 429. 3. H. 1089. F.) ἀλλ' εἰ καὶ ὑποπόνεον, αὖθις πρηείας πᾶσιν ἡ κάθαρσις τῶν ἀπὸ πνεύμονος ἐγίνετο. Quòd si quadantenus laborarent, rursus tamen valdè placidè omnibus ex pulmone purgatio procedebat. Et ægr. 8. lib. 3. Epid. post. st. pest. καὶ τῶν ἀπὸ πνεύμονος οὐ χρησταὶ αἱ καθάρσιες, neq; probæ pulmonis expurgationes erant. Gal. quoque Com. ad aph. 8 lib. 5. κάθαρσιν dici Hip. scribit eorũ quæ ex thorace educuntur, & pleuritidem cõmittunt, vacuationem. τὴν διὰ τῶν πτυσμάτων κένωσιν τῶν τὴν πλευρῖτιν ἐργαζομένων χυμῶν, ἀνακάθαρσιν καὶ κάθαρσιν εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης, ὥσπερ γε καὶ τὸ πτύειν τούτους καθαίρεσθαι κατά τι τῶν περὶ διαίτης ὀξέων, καὶ τὸ προγνωστικὸν ὀνόματι. Per sputa, vacuationẽ humorum morbũ lateralem efficientium, ἀνακάθαρσιν & κάθαρσιν hoc est per superiora repurgationem & purgationem vocare consueuit Hipp. sicuti & expuere eos purgari dicit, tum in lib. de rat. vict. in morb. ac. tum in Prog. Καθάρσεις quoq; pro purgationibus menstruis sumuntur Hip. aph. 60. & 61. lib. 5. ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες προΐωνται. Si mulieri vterum gerenti purgationes procedant. Et, ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται. Si mulieri purgationes non prodeant. Quinetiam Gal. lib. de atra bile (p. 362. 41.) τὴν καταμηνίων ἔκκρισιν (menstruæ purgationis excretionem) κάθαρσιν antiquis dici testatur, & Com. 3. in lib. 3. Epid. (p 424. 8.) Κάθαρσις etiã dicitur Hipp. ἡ τῶν λοχίων κένωσις, partus purgamentorum purgatio, ægr. 2. li. 3. Epid. post. st. pest. καθάρσιος μὴ γινομένης, cùm purgationes non irent. Et Gal. in Com. eam quæ post partum fit sanguinis excretionem, κάθαρσιν dici testatur, quod puriorẽ sanguinis partem fœtus alimenti gratia ad se attrahens, relictũ vitiosum in venis, qui cacochymiam multam vterum gerentibus præbet, natura post partum expurget. Quod etiam scribit lib. de atra bile. Κάθαρσις etiam ad animum refertur Hippoc. lib. περὶ εὐσχημοσύνης. (p. 23. 37.) εἴδησις τῶν πρὸς βίον χρηστῶν καὶ ἀναγκαίων καθαρσίων, cognitio ad vitam vtilium & necessariarum purgationum. Philosophiæ enim cognitionem innuit & studium, cùm vitæ sit magistra animorum medela, morumq; moderatrix. Vbi tamen quidam leg. καὶ ἀναγκαίων καθαρσίων ἀπεμπόλησις, vt nundinatio aut venditio medicamentorum ad purgandum necessariorum intelligatur, cuius cognitionem necessariam esse medico significet. Exemplaria autem manu scripta illic καθάρσιος non καθαρσίων habent, & aliter ἀπεμπόλησιν ibi sumunt Interpretes.

Καθαρτικὸν φάρμακον medicamentum purgans dicitur, quod quouis modo excrementa purgat, aut quod per vomitum aut per aluum omnes humores attrahendi facultate deturbando expurgat. In vlceribus verò καθαρτικὸν medicamentum dicitur, quod præter siccandi vim (quæ præcipua est in vlcerum curatione) etiam detergendi facultatem habet, qua vlcera pura reddit, qualia quæ ex ærugine aut ex squama æris componuntur, vt scribit Gal. Com 3. in lib. de fract. (p. 560. 6. H. 766. H.) Eo medicos vti in vlcerum curatione sic scribit Hip. lib. de fract. (p. 559. 44. ibid.) οἱ δὲ μήτε μέγα ἀγαθὸν, μήτε μέγα κακὸν ποιέοντες, ἰητρεύουσι τὰ δὲ ἕλκεα καθαρτικοῖσι. At quidem certè nonnulli, qui neque multum prosunt, aut obsunt, vlceribus medentur imposito aliquo medicamento purgante.

Καθέδρη apud Hipp. anum & sedem significat, vt ἕδρα etiam sedes dicitur. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 557. 48.) καὶ ἐς τὴν καθέδρην, καὶ ἐς τὴν κύστιν θέρμη τις καὶ ὀδύνη ἐμπίπτει. & in sedem ac vesicam calor quidam ac dolor irrumpit.

Καθεστηκότες dicuntur Hipp. qui constantem ætatem agunt & mediam, hoc est virilem & maturam, quæ media est inter iuuentutem & senectutem, aph. 13. li. 1. Vbi scribit Gal. καθεστηκότας δὲ λέγει δηλονότι τοὺς τὴν μέσην ἔχοντας ἡλικίας, ἀκμῆς τε καὶ γήρως, ὡς παύεσθαι μὲν ἤδη τὰ τῆς ἀκμῆς, μηδέπω δὲ μηδεμίαν αἴσθησιν σαφῆ γήρως ἔχειν. οὕτω δὲ καὶ Θουκυδίδης εἶπε τοὺς ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ. Eos autem qui constanti sunt ætate appellat, qui mediã habẽt ætatem inter vigorem & senectutẽ, ita vt iam desinat ætas illa florida, nec dum tamen vllum senectutis manifestũ sensum sentiant. Sic etiam Thucyd. eos qui constantem ætatem agerent. καθεστηκυῖα ἡλικία etiam dicitur Platoni in Epist. ætas matura, quæ constans & grauis vocatur M. Tullio in Dialogo de Senectute. αἱ καθεστηκυῖαι καὶ ἀκριβεῖς δίαιται aph. 5. lib. 1. stata, certa, præscripta, & accurata victus ratio dicitur, quasi constituta, quæ paulò pleniori opponitur. Eadem ἀκριβὴς τρόφη καὶ δι' ὄνυχος λεγομένη δίαιτα vocatur Plutar. ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασι, valde accurata & ad vnguem (vt dici solet) explorata aut obseruata vitæ ratio. Καθεστῶτες καιροὶ sunt Hipp. constantia & certa tempora, legitima & moderata, quæ constanter præstitutam à natura temperiem & ordine quodam seruant, nec qualitatibus suis modum excedunt, quibus ἀκατάστατοι, illegitima, incerta & inconstantia tempora opponit Hipp. aph. 8. lib. 3. & lib. 2. Epid. (pag. H. 997. E.) καθεστῶτας καλεῖσθαι καιροὺς scribit Gal. τὰς ὥρας τὰς ἐν τάξει τὴν οἰκείαν κρᾶσιν ἀπολαβούσας, hoc est, certa & constantia tempora vocari, anni partes quæ ordinatè aut tempestiuè suam seruant temperiem. Ideoq; id rectè exprimitur ab Hipp. dum scribit, ἢν ὧραι τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσι, hoc est, si conuenientem & suam tempestiuitatem seruent, aut tempestiua tempestiuitate. Sic καθεστὼς ἔτος, hoc est annus benè ordinatus & constans aut ordine constitutus, qui dicatur ex mente Hipp. docet Gal. in Com. aph. 8. lib. 3. τὸ ἔτος ὑγιεινότατον, salubertimus annus dicitur lib. de aere, loc. & aq. (p. 187. 3.)

Καθετῆρι exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. τῷ στρεπτῷ μοτῷ, per intortum linamentum, ἀπὸ τοῦ καθιέναι, quod est immittere aut indere, ex li. 2. περὶ γυναικείων, μοτῷ ὠμολίνῳ καθετῆρι, linamentum ex crudo lino intortum immittito, aut curationẽ per linamentum ex crudo lino intortum & immissum facito. Verùm nostris in exemplaribus (pag. 659. 21.) μοτῷ καθετῆρι

Q

legitur, quod est ex crudo lino linamentum indito, aut ex crudo lino linamento immisso curationem facito. Vult enim Hip. ex lino crudo tria linamenta contorta & conuoluta (ἐμπύους μοτοὺς τρεῖς, hoc est tres suppuratorios penicillos in longitudinem implicitos vocat) in vterum immitti ob mollitiem, ne osculum vteri exasperent. Quæ quidem intorta linamenta suppuratoria oblonga esse, & quinque digitorum longitudinem adæquare postulat, digiti verò parui crassitudinem, quò facilius induratum vteri osculum contingant aut emolliant. Quo sanè ex loco Exeg. Gal. lectio emendanda videtur. Alioqui sanè καθετὴρ instrumentum est chirurgicum, & fistula oblonga, caua & recurua, qua in vesicæ vitiis vrimur, & si quid in eam iniici debet, per eam infundimus aut immittimus, vt scribit Gal. lib. 5. Meth. med. (pag. 86. 38. & 87. 57.)

Καθιδρύσαι est constituere & restituere in pristinam sedem & locum. Prorrh. 2. (pag. 102. E.) de oculo rupto & vbi pupilla foras prominet, χαλεπὸν καθιδρύσαι dicit, quem non facilè restituas pristinæ sedi, aut redintegres. Rursus ibid. F.) τὰ δὲ σμικρὰ μετακινήματα τῆς ὄψιος οἷά τε καθιδρύεσθαι. Exiguæ verò pupillarum emotiones facilè restituuntur.

Καθίζεσθαι considere, desidere, sedere, collocari. De ossibus dicitur, vbi in suum locum restituta sunt. Lib. de fract. (pag. 552. 14. H. 762. C.) ἢν μοῦνον ἐς τὴν ἑωυτῆς χώρην τὰ ὀστέα αὖθις καθίζηται. si modò in suam sedem ossa resederint, hoc est in pristinam sedem recesserint, aut restituta sint.

Καθιννύσθαι apud Hipp. desidere, considere, insidere, idem quod καθίζεσθαι, sedere, collocari. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 658. 38.) θερμῷ λούειν καὶ καθιννύσθαι θαμινὰ ὅλον τὸ σῶμα, calida lauato, & frequenter toto corpore insideat. Rursus ibidem (pag. 662. 19.) καθιννύσθαι ἐν ὕδατι, in aqua desideat, aut desidere facito. Et iterum (pag. 665. 11.) καθιννύσθαι ἐν ἐλαίῳ θερμῷ, in oleo calido desideat. Vbi tamen καθίζυσθαι legitur, vitiosè tamen, vt ἐγκαθίζυσθαι ἐν ῥόδων ἀφεψήματι dicitur ibid. (pag. 674. 49.) in rosarum decocto desidere. Sic lib. de fract. (p. 551. 10. H. 752. E.) καθιννύσθαι δὲ χρὴ τὸν ἄνθρωπον οὕτως, hominem autem ita collocari oportet, aut statui, hoc est, desidere aut iacere. Sic enim illic καθιννύσθαι κατακλίνειν ἢ καθίζειν exponit Gal. etsi καθιννύσθαι vitiosè ibi legitur.

Καθιστάναι & καθίστασθαι multiplicem & variam habent significationem apud Hipp. Interdum enim consistere, ac veluti considere aut firmari significant, vt lib. 7. Epid. (pag. 1222. A.) ἐς νεφροὺς ἡ ὀδύνη κατέστη. in renibus dolor constitit, hoc est, in renes decubuit, firmatus est & stabilitus. Quomodo καθίστασθαι sæpius Hipp. dicitur de dolore aut malo quod in parte aliqua constitit, consedit, in eamque decubuit aut sistitur. Sic lib. 7. Epid. (pag. 1235. C.) ὀδύναι ἐς ὑπογάστριον καὶ βουβῶνας κατέστησαν. ventris dolores ad imum ventrem & inguina decumbebant, in imo ventre & inguinibus consistebant. Sic lib. 4. Epid. (pag. 1136. A.) καθιστάμενον ἐς πλεύμονα, malum in pulmones incumbens & firmatum significat. Et κατάστημα exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. τὸ οἷον κατεστήρισμα καὶ ἀπόσκημμα, velut innixus aut decubitus, & κατεστῆσαι τὸ ἀποσκῆψαι, decumbere. Verùm mihi locus suspectus est cùm indicatura falsa sit. Neque enim lib. 2. Epid. τὸ κατάστημα legitur. Καταστῆναι τὰ τοῦ πυρετοῦ ἐν κροτάφοισι, febris in temporibus consistere aut firmari dicitur, de febre quæ alioqui leuis erat, & in temporibus sedem habebat, & quæ ex dolore capitis tantùm deprehenderetur. Lib. 7. Epid. (pag. 1206. G.) καὶ ἐγένετο τὰ τοῦ πυρετοῦ οὕτως ἤπια, ὡς ἄδηλα καταστῆναι πλὴν ἐν κροτάφοισι. (Sic enim illic legimus) & febris adeò leuis erat, vt obscurè præter quàm in temporibus consisteret, hoc est vix illi aliam sedem quàm in temporibus constitueres. Quæ locutio est valde popularis & ex vulgi opinione pendet, qui ex dolore capitis qui febrem subsequitur, in capite febrem consistere dicit. Καταστῆσαι etiam significat in sedem propriam restituere, collocare & constituere, diciturque de ossibus suo loco motis, cùm suam in sedem reponuntur aut restituuntur. Sic enim exponit Gal Com. 3. in lib. de fract. (pag. 569. 11. H. 773. B.) καταστῆσαι συνήθως λέγουσιν οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνες, ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν οἰκείαν χώραν ἀγαγεῖν, καταστῆσαι, hoc est restituere, recepto more dicunt qui Asiam incolunt Greci, pro in propriam sedem reducere. Indeque καταστάσεως nomen deducitur, vt ibid. etiam scribit Gal. quæ est restitutio, in suam sedem repositio, velut καθίδρυσις exponitur Gal. collocatio. Recondere ossa & recondi quæ reponuntur, aut cōdi, dicit Celsus.

Καταστῆσαι τὸ σῶμα, est corpus ad purgationem componere, præparare, adducere, Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 648. 40.) ὁκόταν δὲ καταστήσῃς τὸ σῶμα οὕτως. Vbi verò corpus eò redegeris, aut sic composueris, hoc est, ad purgationem præparaueris aut accommodaueris. Sic καταστῆσαι τὸν ἄνθρωπον εἰς τὴν ἴησιν, hominem ad curationem adducere. reuocare, dicit Hipp. Prorrh. 2. (p. 97. B.) ὥστε μὴ δύνασθαι καταστῆσαι τὸν ἄνθρωπον εἰς τὴν ἴησιν καταφερόμενον, vt hominem ad integrā curationem adducere nequeant. De vulneribus lethalibus agitur, quæ talia sunt vt hominem in integritatem sensuum non restituant, aut tam magna, vt inde homines ad sensuum integritatem nunquam redire queant. Qua notione sæpè dicitur Hipp. καθίστασθαι ἐς τὸ αὐτὸ, in integrum restitui, ad integritatem redire, in pristinum statum reuerti, aut in eundem statum & habitum restitui. In Coac. Prænot. (pag. 144. E.) φωνῆς λυθείσης εἰς τὸ αὐτὸ καθίστασθαι, voce libera reddita, aut soluta, in integrum restituuntur. Rursus Prorrh. 2. (p. 111. H.) οὔτε δύναται εἰς τωὐτὸ καθίστασθαι (sic enim lego cùm exemplaria omnia εἰς τοῦτο legant) ij restitui non possunt, quod est ad integritatem redire. In pristinum habitum reuerti dixit Celsus cap. 8. lib. 2. illum locum exprimens. Et lib. 7. Epid. (pag. 1235. C.) καθίσταιντο εἰς τωὐτὸ eadem notione sumi potest, integritati restituebantur, in pristinum statum reuertebantur. Etsi de doloribus intelligi potest qui ad eundem locum consistebant, hoc est ad inguina & imum ventrem considebant aut sistebantur. Eodem quoque sensu καθίστασθαι sumi potest in Progn. (pag. 122. 32. H. 37. 10.) ἢν δὲ μηδὲν τούτων φαίνηται, μηδὲ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ καταστῇ. Quod si nihil horum præcessisse dixerit, neque iam dicto tempore restituta fuerit, hoc est in pristinum statum restituta, aut ad naturalem statum reducta, cadauerosa illa facies. Illic enim τὸ καταστῇ, ἐπανορθώσηται τύχῃ ἴσως, hoc est reformetur aut ad statum naturalem reducatur, exponit Gal. Etsi illic καταστῇ constiterit, conquieuerit, destiterit, sedata fuerit, intelligi potest, quemadmodum sumunt interpretes, familiari Hipp. phrasi, qui καθίστασθαι pro καταπαύεσθαι sæpè ponit, & de morbo quiescente aut dolore sedato & remisso, aut composito sæpè effert. Sic etiam καθίστασθαι eadem in re vsurpatur in Coac. (pag. 152. B.) de faciei extenuatione, quæ ex causis externis orta, veluti vigiliis, inedia, alui resolutione, vna die ac nocte conquiescit, finitur, aut restituitur. καθίσταται δὲ ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ τὰ διὰ ταῦτα διαφθαρέν. Nam quæ his de causis orta est corruptelæ species, vna die ac nocte conquiescit, desinit, restituitur, in pristinam constitutionem reuertitur. καθίστασθαι verò & καθίστασθαι de tumoribus conquiescentibus, consistentibus, detumescentibus, aut subsidentibus, dum discutiuntur & residunt Hipp. sæpè effertur. Vt lib. 1. Epid. (pag. 373. 44. H. 956. F.) τὰ περὶ τὰ ὦτα ἐν πυρετοῖσιν ἐπαιρόμενα μετ' ὀδύνης ἔστιν οἷσιν ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ κρισίμως οὔτε καθίσταται, οὔτε ἐξεπύει. Quibus febre iudicatoriè desinente, tumores ad aures in febribus cum dolore suborti, neque conquiescunt neque suppurantur. Rursus ibidem (pag. 374. 49. H. 958. B.) οἷσι δὲ τὰ παρὰ τὰ ὦτα γενόμενα, ἐκείνη μὲν εἰκοσαίοισι, κατέστη δὲ πᾶσι καὶ οὐκ ἐξεπύησεν. Quibus tubercula ad aures enascebantur, ea die vigesimo decernebant. Sedata autem sunt iis omnibus quibus non suppurarunt, hoc est conquieuerunt & discussa sunt, quod significat eorum vim & feruorem resedisse & quodammodo deferuisse. Id verò propius exprimit vulgaris lectio quam nostris in eum locum Annotat. amplexi sumus, quæ κατέσβη pro κατέστη legit. Verùm κατέστη legit Gal. lib. 2. de dieb. decret. Et rursus ægr. 10. lib. 1. Epid. de tuberculis ad aures. τὰ δὲ παρὰ τὰ ὦτα, οὔτε καθίσταται, οὔτε ἐξεπύει. Quæ autem ad aures enascebantur tubercula, neque conquiescebant neque suppurabant. Et lib. 7. Epid. (pag. 1221. E.) de tuberculo ad aures suborto, ἀσήμως κατέστη, citra vllam significationem conquieuit. In Progn. etiam καθίστασθαι de tumoribus præter naturam dicitur, cùm remissa inflammatione & discussis humoribus subsidunt & detumescunt. (pag. 131. 53. H. 38. 44.) καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθιστάμενον, ἐς διαπύησιν τρέπεται, & tumor non subsidet, ad suppurationem vertitur. Vbi καθίστασθαι tumores scribit Gal cùm per euaporationem discussis eos committētes humoribus, curantur. Rursus ibidem (p. 132. 38. H. 38. 53.) καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθίσταται, neque tumor resedit. Et καθιστάμενα οἰδήματα sunt quæ καταπαυόμενα dicuntur in Progn. (p. 135. 21. H. 39. 30.) iisq; τὰ ἱστάμενα opponuntur, quæ sunt τὰ ἐπαιρόμενα vt exponit Gal. Rursus quoque lib. 4. Epid. (p. 1121. E.) καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα γνάθων ἐπάρματα μαλθακὰ, καὶ ξὺν πυρετῷ καθίσταται. & ad aures ac malas tumores molles, qui etiam cum febre conquiescebant, sedabantur. Neque absimili locutione dicitur κατέστη φθίσις lib. 5. Epid. (pag. 1162. E.) tabes quieuit, constitit, hoc est, composita fuit, aliquantum sedata est. Et καθίστασθαι de rebus sedatis, compositis & minimè perturbatis dicitur, & ad vrinas residentes, puras & defœcatas, ac minimè perturbatas refertur Hipp. sæpius, quomodo etiam aqua turbida, in qua crassamentum subsedit, καταστῆναι dicitur. Sic lib. 1. Epid. (pag. 355. 18. H. 940. G.) οὖρα οὐ καλῶς καθιστάμενα, vrinæ non probè consisten-

sistentes dicuntur, quæ nullam, aut paucam, eamque crudam & incoctam habent subsidentiam, ideoque perturbatæ remanent & crassis ferè junguntur, iisque ibidem τὰ καθαρὰ opponit. Rursus ibidem sect.2. (pag.363.40.H.945.F.) οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα, θολερὰ δὲ οὐκ καθιστάμενα, vrinæ crassitudinem quidem habentes, verùm turbulentæ, nihil consistentes, simul ponuntur. Atque huiusmodi vrinæ crassæ & minimè subsidentes ἀναπταραγμένων καὶ θολερῶν numero reponuntur, & magnam crudæ flatulentæq; materiæ agitationem, aut perturbationem, aut feruorem indicant, vt scribit Gal.Com.1.in li. 1. Epid. (p.355.20.H.940.G.) & Com.3. in lib.3. Epid. (p. 400.43. H.1062 H.) idque præcipuè si diutius depositæ non subsidant, quod per κείμενον οὐ καθίσατο sæpius exprimit Hipp. Has verò vrinas his verbis appositissimè exprimit ægr.4.lib.1. Epid. οὖρα δὲ μετὰ σπασμὸν ἀθρόον πολὺ, ὀλιγάκις ἀναμιμνησκόντων παχὺ λευκὸν. οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενον πολὺν χρόνον, οὐ καθίσατο. Conuulsa autem vrinam confertim multam reddidit, raroque ab iis qui assidebant admonita, crassam, albam, quale quid in subsidentibus vrinis visitur, quæ longo interuallo depositæ returbantur, eaque non subsidebat. Rursusque ægr.11. lib.1. Epid. οὖρα παχέα λευκὰ, θολερὰ, οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα χρόνον πολὺν, οὐ καθίσατο. vrinæ crassæ, albæ, turbulentæ, cuiusmodi esse solent quæ subsederunt, vbi multo tempore depositæ returbantur, neque subsidebant. Iterumque ægr.3.lib.3.Epid. πεντηκαιδεκάτῃ οὖρον θολερὸν, οἷα ἐκ τῶν καθεστηκότων γίνεται, ὅταν ἀναταραχθῇ. Decimo quinto vrinam turbidam reddidit, cuiusmodi fit ex his quæ vbi subsederunt commouentur. Et ægr.5.lib.1. Epid. οὖρα δὲ πάχος ἔχοντα, θολερὰ, ὑπέρυθρα, κείμενα οὐ καθίσατο. Vrinæ crassæ, turbulentæ, subrubræ, quæ depositæ non subsederunt. Et ægr.2.lib.3. Epid. οὖρα παχέα ὑπέρυθρα, κάτω λεπτὰ, οὐ καθίσατο. Vrinæ crassæ subrubræ, deorsum tenues, neque subsidebant. Rursusque οὖρα παχέα, ἐρυθρὰ, κείμενα οὐ καθίσατο. Vrinas crassas, rubras, reddidit, quæ depositæ non subsidebant. Iterumque, οὖρα παχέα καὶ ἐρυθρὰ, οὐ καθιστάμενα, vrinæ crassæ & rubræ, non subsidentes. Rursus etiam ægr.6. lib.3. Epid. post st. pest. οὔρησε πολὺ, θολερὸν, λευκὸν, κείμενον οὐ καθίσατο. Vrinas reddidit multas, turbulentas, albas, quæ nec depositæ subsidebant. Easdem quoque vrinas exprimit Hipp. ægr.2.lib.1. Epidem. per ὑπόπαχυ κείμενον, quod indicat vrinas depositas non resedisse, sed perpetuò crassas remansisse & turbidas, vt illic scripsimus, & multa de eiusmodi vrinis diximus. In Coac.etiã (p.215.A.) τὸ καθιστάμενον οὖρον dicitur, vrina in qua aliquid residet, & quæ deposita consistit aut subsidet, cui τὸ ἐπιταραχθὲν, crassa & returbida opponitur. Neque admodum dissimili notione καταστάθεν πτύελον, sputum quod constitit, considit aut subsidit, hoc est, quod progressu temporis maturatum fuit, cõcoctum aut concretum, aph.4. sect.4 lib.6.Epid. de inueterato in respirationis instrumentis tuberculo, ægrè maturescente & rupto. καταστάθεν δὲ ἐμέσματι χολώδει ἐῴκει λεπτῷ, quod vbi constiterat, vomitionem biliosam & tenuem referebat. Inter initia enim in tuberculorum eruptionibus, sanguinea & florida sputa expuuntur, deinde procedente coctione biliosa & flaua.

Κάθοδος ἐπιμηνίων, & κάτοδος Ionicè, est menstruorum regressus, reditus, & reuersio, non descensus, cùm menstruis suppressis sanguis sursum regreditur, plurimaque symptomata periculi plena virginibus creat. Lib. περὶ παρθενίων (p.562.36.) ἅμα τῇ καθόδῳ τῶν ἐπιμηνίων, vnà cum menstruorum reuersione, regressu. etsi illic κάθοδος pro descensu sumi potest.

Καθ' ὁρμὴν κινεῖσθαι dicitur quod impetu voluntario mouetur, quod est facultatis animalis munus. καθ' ὁρμὴν, κατὰ προαίρεσιν, ἢ βούλησιν exponit Galenus Com.2.in Progn. (p.136.30.) motu voluntario, ex arbitrio, ex consilio aut voluntate.

Καθυγραίνεσθαι est humectari, humescere, & de aluo effertur Hipp. quæ humescens effunditur, cùm semel multa per eã prorumpunt, aph.27.li.4. τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται, iis alui humectãtur, humescẽtes effundũtur. In Coac.verò (p.142.D. de his, κοιλίαι καθυγραίνονται) dicit. Quam locutionem etiam repetit ibid. (120.A.

Καθυλομανεῖν significat frondibus & foliis luxuriare & superfluè abũdare, superuacuis frondibus luxuriando syluescere. Propriè de arboribus dicitur, quæ inutili fruticatione luxuriant, fereq; insaniũt, & in materiæ effusionem exuberant. Idem quod ὑλομανεῖν significat, & vsurpatur Hipp. in Epist. ad Dionysium (p. 1276.41.) de muliebri natura, ἔχει γὰρ φύσει καὶ τὸ ἀκόλαστον ἐν αὐτῇ, ὅπερ εἰ καθ' ἡμέρην μὴ ἐκκόπτοιτο, ὥσπερ τὰ δένδρα καθυλομανέει. Habet enim innatam natura lasciuiam, quæ nisi in dies resecetur, velut arbores, superuacuis frondibus & inutili fruticatione luxuriat. ὑλομανὴς exponitur Hesych. ὁ τοῖς ὕλαις χαίρων.

Καίριον, significat Hipp. periculo & morti opportunum, h.e. lethale, & de vulneribus dicitur quæ certissimam ac celerrimam mortem adferunt. Lib. de art. (p.600.56.H.797.C.) καίριοι πληγαὶ αἱ προτερῖναι vulnera tẽporibus illata periculi plena. Quẽ etiam locum ex Hip. adducit Gal.Com.3. in Protr. (p.110.1,) verùm vitiosè scribitur nostris in codicibus. Et li.1. de Morb. (448.8.) καίρια νοσήματα ἢ τρώματα, dicuntur morbi periculosi & lethalia vulnera. Est autem Phrasis Hom. indeq; veteribus vsurpata, vt Il.θ. (v.84.& v.326.) μάλιστα δὲ καίριόν ἐστι, valde autẽ periculo est obnoxium. De summo equorũ vertice dicitur, qui locus ictus periculo valde est opportunus. εὔκαιρον πρὸς θάνατον & ἐπικίνδυνον exponit Schol. Quod his verbis expressisse videtur Virg. li.12. quæ fata celerrima. Rursus Il.λ. (v.439.) βέλος κατακαίριον dicitur telum lethale.

Καιρὸς apud Hipp. occasionem & rei gerendæ opportunitatem significat, vt cùm καιρὸς ὀξὺς dicitur aph.1.li.1. & οἱ καιροὶ ὀξέες Protr.2. (p.103.A.) occasio & rei gerendæ opportunitas præceps & lubrica. Rursus li. de rat. vict. in morb.ac. (p.52.12. H. 386.50.) καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος περὶ μάλιστα φυλάττεσθαι. Tempus autem exhibendæ sorbitioni opportunum hoc maximè obseruare oportet. Et rursus ibidem καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν ἐν πάσῃ τῇ νούσῳ. Sanè existimandum omnibus in morbis tempus multum posse. Sic li.1. de Morb. (p.447.50.& 448.1.) καιροὶ ὀξύτατοι & ὀξέες dicuntur, occasiones exhibendorum remediorum valde præcipites & lubricæ in morbis repentinis & lethalibus, ibique καιρὸς esse dicitur tempus exhibendo remedio opportunum. Lib.quoq; de Loc.in hom. ἡ ἰητρικὴ ὀλιγόκαιρος dicitur, quo significatur valde breuem & ancipitem esse exhibendi remedij in medicina occasionem aut opportunitatem. Et ibidem καιρὸς exhibendi cibi aut remedij medici vsum opportunum denotat, ad quem certè valde attentum esse vult Medicum: vt & li. περὶ εὐσχημοσύνης (p 22.51.) πρὸς τὸν καιρὸν εὐθετοὺς καὶ λημματικοὺς, h.e. in occasione arripienda appositos & aptos, hoc est prudentes Medicos esse vult. Καιροὶ etiam dicuntur Hipp. tempora & occasiones quibus rebus salubribus vti licet, aut quibus eæ iuuant, vt li. de rat. vict. in morb.ac. de oxymelite (p.79.10 H.393.45.) καιροὺς μὲν τινὰς τοιούσδε ἔχει. Has autem habet vtẽdi opportunitates. Vt scribit Gal. περὶ καιροὺς ἢ τοι τῆς χρήσεως αὐτοῦ λέγει καθ' ὅτι συνήθεις, ἢ περὶ τῆς ὠφελείας, ἐπειδὴ καὶ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον εἰώθασι χρῆσθαι ἐνίοτε τῷ τοῦ καιροῦ προσηγορίᾳ. καιροὺς dicit aut illius opportunum vsum, ex consuetudine, aut auxilij opportunitatẽ. Nempe & in hac significatione interdum voce (τοῦ καιροῦ) vti Hip. ostensum est. Καιρὸς etiam interdum τὸ πρέπον significat Hipp. vt cùm scribit li. de rat. vict. in morb ac. (p.75.57.H.393.4.) ἔστι δ' ὅτι κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφρωδεστέρων. interdumque plus quàm decet abunde colore saturata & spumantia. Rursusque ibid. (p.76.16.H.393 8.) καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέας χολώδεα, & plus quàm deceat abunde colore saturata. vbi scribit Galenus: τὸ γὰρ μᾶλλον τοῦ καιροῦ σύνηθες αὐτῷ λέγειν, ἀντὶ τοῦ μᾶλλον προσήκοντος. Καιροὶ etiam dicuntur morborum tempora tam vniuersalia quàm particularia, ac ætates. Sicut enim ætatum vicissitudine immutatur animal, ita temporum mutationibus morbus dignoscitur. Gal. initio li. de Temp. morb. De his morbi temporibus & eorum cognitione fusissimè & amplissimè Gorr. Sunt etiam καιροὶ anni partes, & vicissitudinaria singulatum temporis partium constitutio, variæque tempestates, ex quibus velut ex elementis anniuersarij temporis natura constat, orbisq; totius fabrica, vt cùm Ver æstas, & Æstatem autumnus sequitur, pòst acer hyems fit, (vt ex Ennio adducit Priscianus.)

Κακαγγελίη exponitur Gal. in Exegesi apud Hippoc. κακοῤῥημοσύνη, κακολογία, maledicentia, procacitas. Ac certè non dubia fide auguror locum subindicari lib. περὶ τέχνης (pag.2. 51. vbi tamen καταγγελίη legitur hoc modo. τὸ δὲ λέγειν οὐ καλῶς τέχνῃ τὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένα αἰσχύνειν προθυμέεσθαι, ἐπανορθοῦντα μὲν μηδὲν, διαβάλλοντα δὲ τὰ τῶν εἰδότων πρὸς τοὺς μὴ εἰδότας ἐξευρήματα, οὐκέτι δοκέει ξυνέσιος ἐπιθύμημά τι καὶ ἔργον εἶναι, ἀλλὰ καταγγελίη μᾶλλον φύσιος, ἢ ἀτεχνίη. At verò quæ ab aliis sunt inuenta, ea magno studio inhonestorum verborum artificio infamare, non corrigendo, verùm apud imperitos ea quæ à peritis inuenta sunt calumniando, id non iam prudentiæ institutum & opus esse videtur, sed naturæ potiùs petulantis indicium, quàm ignorantia. Sed proditio magis naturæ suæ, aut ignorantia artis, dixit Cornarius. Sed aut petulantis naturæ, aut ignorantiæ indicium, appositissimè Zuinggerus. Gorrhæus etiam eleganter, Sed naturam potiùs suam prodat, aut ignorantiam, videtur. Vbi καταγγελίην φύσιος non malè naturæ denunciationem aut

proditionem significat, cùm quis ingenij sui petulantiam insectando aut calumniando prodit. At κακοτεχνίη φύσιος melius naturæ maledicentia & procacitas ex Galeno dicetur, vt quæ probè à peritis sunt inuenta, apud imperitos calumniosè traducendo, id potiùs facere videantur maledicendi studio & procaci ingenio, quam ignorantiæ prætextu.

Κακαὶ κοιλίαι καὶ κάκισται, dicuntur Hipp. alui malè affectæ multóque pessimè, in malignis morbis & febribus ad tertianarum naturam accedentibus, libro primo Epid. (pag. 363. vers. 33. H. 945. E.) cùm alui excrementa deteriora sunt & maligniora, à quibus venter prauè afficitur, quod πονηρεύεσθαι κοιλίας sæpe dicit Hipp.

Κακοήθης de morbo maligno dicitur Hipp. & difficili, quique vt malignam quandam caussam habet & suspectam, ita pessima & deterrima symptomata ex quibus maligna morbi species constituitur, & naturæ quædam prauitas, coniuncta habet, vnde & ægrius & difficilius curatur. Huic εὐήθης aut ἁπλοῦς morbus opponitur, qui minimè malignam habet naturam, sed simplicem & facilem caussam, symptomata etiam leuia, & à simplicium morborum moribus non abhorrentia. Sic enim ἦθος in morbis, (quod τρόπον exponit Gal.) tum ex propria morbi forma, tum ex superuenientibus morbo casibus constitui scribit Gal. libro primo, περὶ κρίσεων (pag. 390. versic. 21.) Κακοήθη νοσήματα καλοῦμεν (scribit Gal. Comm. 1. in Prorrh.) (pag. 175. vers. 31. H. 68. C.) ὅσα κίνδυνον ἀπειλοῦντα τοῖς κάμνουσιν, οὐκ ἀποκόπτει τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα. κακοήθεις, hoc est, malignos morbos vocamus eos, qui ægris periculum minantur, nec spem salutis adimunt, Authori verò Definit. Med. (pag. 394. vers. 51.) κακόηθές νόσημά ἐστι, τὸ δυνάμει μὲν μέγα καὶ χαλεπὸν, φαντασίᾳ δὲ ἀσθενὲς, οὐκ ἔχον κρίσεως χρόνους ὡρισμένους. Κακοήθης hoc est malignus morbus est qui facultate quidem magnus est & difficilis, specie tamen debilis, neque ad iudicationem statuta habet tempora. Κακοήθης etiam dicitur in signorum genere quod est pessimum & exitio proximum, μοχθηρὸν quod est prauum vocat Comm. 3. in Prorrh. (pag. 211. vers. 47. H. 78. E.) & ἐσχάτως ὀλέθριον, quod extremam perniciem intentat, exponit Gal. Comm. 1. in Prorrh. (pag. 174. vers. 28. H. 68. C.) τοῖσι ἐξισταμένοισι μελαγχολικῶς, εἰ τρόμοι ἐπιγίνονται, κακόηθες. Tremores in furiosa & vehementi mentis emotione, malignitatem denunciant. In Prorrh. (ib.) In Coac. verò (pag. 130. F.) eadem in re κακὸν dixit, quod κακόηθες in Prorrh. Quòd num ad morbi, num verò ad signorum malignitatem referatur, valde est arbitrarium: Vtroque nanque modo rectè quadrat, & Hipp. vsurpatur. Sic rursus in Prorrh. (pag. 211. vers. 24. H. 78. E.) ἐκ ῥινῶν μικροῖς ἱδρῶσιν περιψυχόμενα, κακοήθεα. Vbi sanguis ex naribus effluit cum tenuibus sudoribus & corporis totius perfrictione, morbi malignitas denunciatur. Sic enim κακὸν τὸ νόσημα exponit Gal. Quod etiam iisdem verbis repetitur in Coac. (pag. 172. C.) rursusque (pag. 123. C.) vbi κακὸν pro κακοήθεα ponitur. Iterum quoque in Prorrh. (pag. 212. vers. 8. H. 78. F.) τὰ αἱμορραγέοντα ἱδρῶσι λεπτοῖσι τρώματα, κακοήθεα. Qui ex vulnere cum tenui sudore sanguinem fundunt, ij malignè habent. Quæ sententia penè iisdem verbis repetitur in Coac. (pag. 170. E.) Κακοήθεα Gal. in Exeg. κακοήθη exponit. Verùm suspecta mihi est lectio & mendum esse apparet, & pro κακοήθεα κακήθεα legendum existimo. Sic enim κακήθεα τὰ ἐπιμήνια dicuntur Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 655. 22.) maligna menstrua, mali moris, & parciora quàm antea, in vteris transuersis & obliquatis. Non secus etiã Erot. mẽdum impingitur, apud quem κακήθη, τὰ κακοήθη exponũtur. Nam aut κακήθη, aut κακήθεα legendum existimo, eũdemq; locum vtrobiq; subnotari. Κακοήθης δοθιὴν καὶ ἐπιεικὴς, malignus furunculus & mitis inter se opponũtur Gal. li. de Tumor. præt. nat. (p. 357. 3.) & Paulo li. 4. cap. 23 κακοήθεα τὰ ἐρυσιπέλατα πολλοὺς ἔκτεινεν. erysipelata maligna multos sustulerũt. li. 3. Epid. in st. pest. (p. 419. 53. H. 1083. B.) quæ ex humoribus, malignis, erodentibus & putrefacientibus fiebant.

Κακοσινώτατα, ἐπιβλαβέστατα, h. e. nocentissima, longè noxia exponit Gal. apud Hip. in Exeg. Eadẽ etiam notione scribitur li. de fract. (p. 577. 3. H. 778. G.) οὕτω δὲ δοκέω κακοσινώτερον εἶναι, πολλῷ. πολλῷ γάρ τινι εὐηθέστερον τῶν κατ' ἀγκῶνα σινέων ἐστίν. Idque longè magis noxium esse videtur, cùm tamen iis quæ circa cubitum contingunt longè sit leuius. Agitur de brachij capite iuxta productionem fracto.

Κακοτροπίειν est malignè & peruersè agere, peruersis aut malignis esse moribus, li. 1. περὶ γυν. (p. 606. 31.) καὶ κακοτροπίῃ, & malignè agit, aut ad malignos mores vertitur. De muliere quę subsistentibus partus purgamentis ex vteri vlcere, in dementiam agitur, aut ad mentem refertur, quemadmodum & γνώμη διίσταται scribitur, mens percellitur, deprauatur, aut conturbatur.

Κακοῦσθαι est malè affici, malè habere, miserè vexari. De tabidis lib. 1. Epid. (p. 355. 33. H. 940. H.) ταχὺ τηκόμενοι καὶ κακούμενοι. citò cõsumpti maleq; vexati sunt. Rursus ib. (p. 362. 25. H. 945. D.) ἐν κρισίμοισιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κακούμενοι, dieb. decretoriis magna ex parte deterius affligebant. De febribus quæ ad tertianarũ naturam propius accederent, quod ibidem dicit, καὶ ἀνάγοντες ἐπὶ τὸ κάκιον, in deterius procedebãt. Rursus li. 3. Epid. in st. pest. (p. 421. 50. H. 1083. F.) οἷσι δὲ τὰ πλευρὰ ἐκακοῦτο, ἢ τῶν ἔμπροσθέν τι, ἢ τῶν ὄπισθεν. Nõnullis verò ista malè latera vexabãt, aut anteriorũ, aut posteriorũ aliquod. Iterũq; ib. (p. 420. 6. H. 1083. B. & p. 422. 47. ib. H.) φωναὶ κακούμεναι dicuntur voces vitiatæ & malè affectæ. Capite nanq; humorum copia repleto, fluxiones in pulmonem & fauces decumbebant, ex quibus voces lædebantur & vitiabantur. κακοῦσθαι enim illic βεβλάφθαι τὰς φωνὰς exponit Gal. idemq; scribit, ὡς διὰ τὸ γινόμενον αὐτοῖς ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα, βλαβέντες τὰ φωνητικὰ μέρια, καὶ τὰς φωνὰς ἐκακώθησαν quòd orta ex capite fluxione læsis vocalibus partibus, etiam voces ipsæ malè affectæ sunt. Sic li. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65. 13. H. 390. 34.) ὅτι αὐτέῃσι κακοῦνται ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται. quòd his malè afficiuntur, cùm sorbere cœperint, quod ibidem dicitur, ὅτι αὐτέῃσι βλάπτονται ῥοφέοντες, quòd sorbentes læduntur. Eadem notione κακῶς ἔχειν dicuntur qui malè habent aut affecti sunt, & κακώδεες qui malè affecto sunt corpore, aut qui malè olẽt, vt ex interpretũ mente exponit Gal. Com. 3. in li. 6. Ep. (p. 485. 12.) Sic κακώδης ἔμετος vomitio malè olens dicitur in Coac. (pag. 207. F.) pro quo in Prog. scribitur, εἰ ὄζει δυσῶδες. si grauiter oleat. & lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 263. 44.) κακώδης γὰρ γίνεται. mali enim odoris existit.

Καλεῖσθαι quod est vocari aut dici, aut καλούμενον, dicitur Hipp. de voce Græcis minus vsitata, aut interdũ abrogata, aut etiã interdum vocis appellatione cõdemnata, vt scribit Gal. Com. 3. in li. de rat. vict. in morb. ac. (p. 78. 54. H. 393. 43.) his verbis. τὸ καλούμενον καὶ τὸ καλεῖσθαι, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις ἔμαθες αὐτὸν προστιθέντα, ποτὲ μὲν ὡς οὐδέπω συνήθους ἅπασι τοῖς Ἕλλησι τῆς προσηγορίας οὔσης, ποτὲ δὲ ἀκύρως λεγομένης, ἐνίοτε δὲ ὡς ἐνδεικνυμένης τι τεχνικὸν, ὡς ἐπὶ τῶν κροταφιτῶν καὶ μασητήρων μυῶν ἐδιδάξαμεν. τὸ καλούμενον & τὸ καλεῖσθαι, h. e. quod vocatur, & vocari, atq; his similia Hippocratem adiicere didicisti, interdum quidem cùm appellatio nondum est Grecis omnibus consueta, aut interdum obsoleta, interdum etiam cùm quid artificiosum indicare vult, vt de musculis temporalibus & masticatoriis docuimus.

Καλλίφυλλον adianti genus quod Trichomanes dicitur. Vsurpatur Hip. lib. 7. Epid. (p. 1226. E) πῖνα τὸ ἀπὸ τοῦ καλλιφύλλου ξυνήνεγκε. decoctũ adianti quod Calliphyllum nominatur, potui exhibitũ contulit. καλλίφυτον dicitur in Exeg. vocũ Hip. Gal. aut certè καλλίφυλλον ibi scribendum. καλλίφυτον, ὅπερ καλλίτριχον καὶ ἀδίαντον ὀνομάζεται. Callitrichon etiam adiãtum dici, scribit Gal. lib. 2. comp. phar. κατὰ τόπ. c. 2.

Καλλιωνύμου, ἰχθύος πρὸς οὕτως ὀνομαζομένου, exponitur Gal. in Exeg. apud Hip. quod est, piscis cuiusdã sic appellati. Est enim καλλιώνυμος piscis cuiusdã nomẽ, qui inter siccissimos pisces reponitur Hip. li. 2. περὶ διαίτης (p. 357. 43.) τῶν δὲ ἰχθύων ξηρότατοι μὲν οὗτοι, σκορπίος, δράκων, καλλιώνυμος. Ex piscibus siccissimi quidẽ hi, scorpius, draco, callionymus. Eaq; ratione eundẽ ægrotis cõcedit Hip. vt li. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 543. 39.) in Leucophlegmatiæ specie. ἰχθύων δὲ, σκορπίῳ, ἢ δρακοντίῳ, ἢ κόκκυγι, ἢ καλλιωνύμῳ. Ex piscibus autem, scorpio, aut dracone, aut cuculo aut callionymo. Rursusq; ib. (p. 549. 40.) in splenico morbo. διδόναι δὲ καὶ ἰχθύων σκορπίον, δράκοντα, κόκκυγα, κωβιὸν, καλλιώνυμον. Ex piscibus exhibeto scorpiũ, draconẽ, cuculũ, gobiũ, callionymũ. Iterũq; ib. [p. 559. 43.] in morbo crasso. ὄψον δὲ ἐχέτω, ἐν ἰχθύσι μὲν σκορπίον, ἢ καλλιώνυμον. Opsonio vtatur, ex piscibus quidem scorpio aut callionymo. Quibus quidem ex locis haud scio an restitui debeat Exegeseos lectio. Est etiã καλλιώνυμος εἶδος ἰχθύος Hesych. cuius quoq; meminit Aristot. & Plinius lib. 32. cap. 11.

Καλλονὴ βίου, vitę honestas, species & pulchritudo. li. περὶ εὐσχημοσύνης. [p. 22. 26.] ἐφελκύσατό τι τῶν περὶ καλλονὴν βίου τεινόντων ἑαυτῷ, trahunt ad se quæ ad vitæ ornamẽta spectant. Malim tamen ἐφελκύσαντό τι, quemadmodũ legunt exemplaria manu scripta Regia, quã lectionem etiã amplectitur Corn. cum dixit trahunt ad se quid eorum quæ ad vitæ honestatẽ pertinent. καλλονὴ exponitur Hesych. εὐπρέπεια, decor, aut decens quidam habitus.

Καλλωπισμὸς, cultus, ornatus, sed de cultu aut luxu superfluo dicitur, vt lib. περὶ ἰητροῦ [pag. 19. 45.] vbi instrumenta chirurgica tantùm, non autem vasa ærea aut supellectilem requirit. καλλωπισμὸς γάρ τις εἶναί μοι δοκεῖ φορτικὸς, σκεύεσι τοιουτέοισι χρῆσθαι. Talis enim supellectilis vsus, cultus quidam molestus esse mihi videtur. ornatus illiberalis, onerosus, & luxus. Rursus ibid. [20. 15.] ζητέεται ὁ νοσέων οὐ καλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ συμφέρον. Æger non ornatum, sed quod est vtile postulat.

Καλυπτὴρ operculum & quod hæmorrhoidem tegit dicitur. lib. περὶ αἱμοῤῥοΐδων (p.893.B.) περιπέφυκεν αὐτῷ καλυπτὴρ ὁ τῆς σαρκὸς, ei circumcirca operculum carnosum adhærescit.

Καλωνίη σμύρνη, myrrha calonia, qua ad vterorum suffitus cum rosaceo vtitur Hipp.lib.περὶ γυναικ.φύσ. (p.565.16.)

Καλῶς εἶπε τὰ κατὰ φύσιν, hoc est conuenienter, decenter, poni apud Hip. scribit Erot. Quod etsi sæpius eo significatu occurrit, præcipuè tamen eo modo sumi mihi videtur libr. περὶ ἐπικυήσιος (p.262.42.) καὶ τὸ στόμα καλῶς ἔχῃ τῆς μήτρης, & vteri osculum rectè hoc est conuenienter se habeat. Et rursus ibid. (p.50.) καλῶς ἔχει ἡ κεκάθαρται, probè, h.e. conuenienter purgata est. Rursusq; ibi. (p.262.53.) οὐδ' ὅπως καλῶς ὄζεται, neque sic probè olebit. Et iterum (v.263.1.) ὅταν δὲ δοκῇ καλῶς ἔχειν πάντα. Vbi autem omnia probè aut conuenienter habere videbuntur. Quæ phrasis etiam legitur lib. περὶ ἀφόρων (p.678.50.) vbi eadem in re ista repetuntur. Et rursus (pag.263.29.) ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν, donec probè hoc est conuenienter, habere videatur. Iterum (264.6.) τὸν δὲ γόνον οὐ δέχεται ἡ δίχα τὸ πρὸς βλάβην, ὅπως ἂν κωλύῃ ὑπὸ τοῦ στομάχου μὴ καλῶς ἔχοντος τοῦ δέχεσθαι. Ob id autem genituram iuxta læsionem non recipit, quæ impedimentum si adferat osculo non probè (hoc est conuenienter) ad susceptionem se habente. Et rursus ib.13.) ὅταν δὲ δοκέῃ καλῶς ἔχειν κεκάθαρται τὸ σῶμα. Vbi autem probè aut conuenienter corpus purgatum videbitur. Et (ibid. 20.) ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν, donec probè habere videatur. Rursus (p.264.38.) στομάχου καλῶς ἔχοντος, osculo probè aut conuenienter se habente. Et (ib.45.) ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν κεκάθαρται ἡ μήτρη, donec vterus tibi conuenienter purgatus esse videatur. Et (v.49.) ὅταν δὲ καλῶς ἔχῃ. Vbi verò probè ac conuenienter habuerit. Et (v.53.) ὅταν δὲ δοκέῃ καλῶς ἔχειν μαλθάξιος καὶ θυμιήσιος. Cùm autem conuenienter suffitum & emollitum esse videbitur. Et (v.54.) ὡς ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν. donec probè habere videatur Quæ locutiones etiam repetuntur eadem in re lib. περὶ ἀφόρων (pag.677.44.51.678.13.22.29.36. & ib.38.41.) atque aliàs etiam crebrò occurrunt, præcipuéque vbi de purgatione, aut solutione aliqua critica, vt hæmorrhagia agitur. Sic lib.3.Epid.in st.pest.(p.415.55.H.1085.F.) οὐχ ἡμοῤῥάγει καλῶς. neque rite aut conuenienter sanguis è naribus profluebat. Neq; enim conuenienter aut ordine processisse hæmorrhagiam significat, quæ in febribus ardentibus salutaris esse solet, qualis est liberalis & copiosa, & quæ naturæ impetu, aut conueniente iudicationis ordine erumpit. Sic etiam accipitur quod ibid. scribitur.(v.8.H.1085 E.) καὶ οὐ καλῶς ἀνεθερμαίνοντο, neq; probè aut conuenienter recalescebant.

Κάμμαρον, aut κάμμορον, aut κάμαρον est squillæ marinæ & cancrorum species. Dicitur & κάμμαρον Diosc. cap. 77. lib. 4. aconiti species. quod θηλυφόνον vocatur, & Nicand. in Alexiph.(v.41.) πολλάκι θηλυφόνον ἢ κάμμαρον. Vbi Schol. κάμμορον dici scribit, κακῷ μόρῳ ἀναιρεῖν, quòd sæua morte perimat, vt scribit Diosc. cap.7.lib.6. & Nicander initio Alexiph. Cammoron verò dici scribit Plin. cap. 3. lib. 27. quòd radicem modicam cammaro marino similem habeat. Dioscorides tamen, non cammarum, sed scorpij caudam referre dixit. Est autem κάμμαρος & κάμμορος cancrorum species, & κάμμαροι dicuntur Athen. κάμμορον verò Gal. in Exeg. animal paruæ squillæ marinæ simile significat, & aconitum, quòd ad instar illius animalis radices habeat. Verùm idem addit lib. de loc. in homine apud Hipp. vbi ad ardores cammorum admoueri iubet, neutram significationem conuenire. Indeque factum vt Erotion. non solùm animal κάμμορον vocari scribat, verùm etiam adhærescentem illi muscum sic dici. Zeno autem Herophil. cicutam. Zeuxis autem medicamentum refrigerans, Locus Hipp. scribitur lib. de loc. in hom.(pag.418.24.) hunc in modum. τοὺς δὲ πυρετοὺς ποτοῖσι καὶ ῥοφήμασιν, ὡς πρὸς τὸν πυρετὸν ψυκτικῷ φαρμάκῳ ἐν ὕδατι, καμμάρῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ. Ardores verò potionibus & sorbitionibus quemadmodū febrem refrigerante medicamento soluito, cammaro aut alio quopiam id genus. Vbi Gal. & Erot. καμμόρῳ, non καμμάρῳ legisse apparet. Etsi enim indicatura apud Erot. καμμάρῳ habet, in recensione tamen loci Hipp. καμμόρῳ legit, vbi & nonnihil scripturam immutat. Idem quoque annotat hanc dictionem semel ab Hipp. esse vsurpatam, & Zeuxin ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῶν ἐξηγητικῶν pro medicamento aliquo refrigerandi vim habente, accepisse. Diosc. verò lib.5. τῶν ὑλικῶν, aconitum dicere quibusdam κάμμαρον ὡς θηλυφόνον vocari. Quod certe non videtur mendo carere, cùm κάμμορον non κάμμαρον scribendum videatur, & ad id referatur, quod Diosc. attribuitur lib.4.cap.77. aconitum quibusdam κάμμορον dici, quibusdam etiam θηλυφόνον. Etsi ea est Erot. opinio aconitum κάμμαρον dici Diosc. quasi θηλυφόνον, quòd eius radix fœminini sexus genitalibus indita, mortem eodem die afferat, vt scribit Theoph. & Plin. lib.27. cap 2. quo modo dormientes à Calfurnio Bestia vxores interemptas M. Cecilium accusatorem obiecisse scriptum est. Idem verò Erotian. in Lyci opinione referenda mihi valde perplexus & corruptus videtur. Scribit autem Lycum καμάρῳ apud Hippoc. per vnicum μ scribere, ὁ ἐστὶν ἀλειπτηρίῳ, ἐσχηματισμένῳ τῷ λέξει ἀπὸ τῆς τῶν κατὰ τὰς καμάρας κατασκευῆς. vt κάμαρον indicet locum in balneo in quo inunctio fieret, aut vaporarium quoddam, formata inde dictione, quòd concameratus in fornicem locus esset. Quam certè Lyci opinionem in totum tanquam falsam idem postea reiicit. Nam & Zenoni & Zeuxidi subscribendum censet, cùm vero sit simile κάμμορον refrigerans aliquod medicamentum denotare, vt cicutam. Ea nanque cataplasmate adhibita maximè refrigerat. Vt Hipp. locus Erot. accipiatur de medicamento aliquo refrigerante in cataplasmate per febrem ad refrigerationem inducendam adhibito, non autem (vt Lyci ferebat opinio) de medicamento aliquo calente, quod vnctione sudorem aut calorem inferret. Quod multis rationibus confirmat Erot. quæ exemplarium nostrorum vitio adeò perplexæ sunt, vt nisi melioris codicis ope satis explicari nequeant, Eadem quoque videtur esse Gal. de hoc Hippoc. loco opinio. Diodorus autem Gramm. & Zeno Herophili sectator, κάμορον, aut κάμμορον, aut κάμμαρον scribunt vocari cicutam à Doriensibus Italiam incolentibus, ὡς κακόμορόν τι ὄν, quòd infortunium ac malum letham afferat. Animaduertendum porro videtur apud Gal. in Exeg. manifestum esse codicum vitium, cùm scribatur Erot. non solùm animal κάμμορον, sed & adhærescentem illi muscum ita vocare. Neque enim illius opinionis vsquam meminit Erot. vt satis apparet. Verùm pro Erot. Erotion, vt quidam volunt, aut Herophilus, vt alij, scribendus.

Καμπύλον exponit Erot. apud Hippoc. τὸ μὴ ὀρθὸν, ἀλλὰ σκολιῶς συγκεκαμμένον. minimè rectum, sed tortuosè incuruatum & flexum. Idem dici scribit ἀπὸ τῶν κεκαμπυλωμένων ξύλων, ab incuruatis lignis. Eam autem dictionem crebrò vsurpat Hipp. In Prognost. (pag. 125. vers 50. H.37.19.) ἢν δὲ καμπύλον γένηται βλέφαρον. Si verò retorta fuerit aut peruersa palpebra. Sic enim peruersam palpebram vertit Celsus cap.6.lib.2. Pro quo in Coac. (pag.153.B.) βλεφαρίδων καμπυλότης scribitur, ciliorum curuitas, & aphorism 49. libr.4. τὸ βλέφαρον διαστρέφεσθαι. quod est palpebram peruerti. Rursus libr. περὶ ἀγμ.(pag.580.5. H 780.E.) τὸ δ' ἄλλο ὀστέον τοῦ βραχίονος ἐς τὸ ἔξω καμπύλον. reliquum verò brachij os in exteriorem partem incuruum est. Et rursus (ibidem pag.598. 38. H. 794. E.) ὅτι γὰρ ἂν τὸ καμπύλον τοῦ ἀγκῶνος οὐ κωλύσει. Sic nanque cubiti flexus nihil prohibuerit. Quod etiam repetitur in Mochlico (pag.850.D.) Iterumque (ibid. pag.617. 53.) H 810.B.) καμπυλώταται δὲ πλευραὶ ἀνθρώπου εἰσί. Maximè autem incuruæ sunt hominis costæ, hoc est introrsum flexæ, retortæ, & curuæ. Sic καμπυλίνεσθαι dicitur Hipp. quod est incuruari, inflecti, flexari, libr. de art. (p.640.36. H.826. D.) τὸ γὰρ ἔμπροσθεν τοῦ ποδὸς, ὅταν ἐκτεταμένον ἐς τὸ ἄλλο σκέλος, οὐχ ὁμοίως δύναται ἐς τὸ ὀπίσω καμπυλίνεσθαι. Pedis enim pars anterior, cùm crus reliquum extentum est, non æquè ac si inflexum fuerit, in priorem partem flecti potest. De pede nanque καμπυλίνεσθαι dicitur, cùm in anteriorem partem demittitur, incuruatur, aut flectitur. flexari quidam dicunt, ἐς τὸ ὀπίσω καμπυλίνεσθαι scribit Galen. cùm pars pedis quæ est ad imam plantam & digitos (anterior dicta) ad terram inflectitur & inclinatur, quod fit posterioribus tibiæ musculis calcem & tarsum retrahentibus, quòd in eo articulo qui ad talum est, neque extensio, neque inflexio dici soleat, velut in poplite aut inguine. Cui opposita figura est, cùm pes simus redditur (σιμοῦσθαι τόδε dicit Hippocr.) anterioribus musculis tarsum attollentibus. Quem sanè mihi locum subnotasse videtur Erotian. (vt nostris in eum locum Annotat. adscripsimus) verum καμπυλίνεσθαι legisse, quod κάμπτεσθαι exponit, flecti, inflecti. Etsi etiam καμπυλοῦσθαι eadem notione scribitur Hippoc. libr. de art. (pag.620.14. H.812. C.) ἢν μὲν γὰρ καμπύλωνται. Si quidem incuruari tentent. Quemadmodum quoque καμπύλλεσθαι bis scribit Gal. Com.3. in eundem libr. (pag. 640. 48. & 51. H.826 D.) καμπύλα ἐπικαμπῆ, στρεβλὰ, exponit Hesych. inflexa, distorta, peruersa.

Κάνεον, vel κάνειον, vel κανοῦν, & κανὶς, idem quod κάνης & canistrum aut cistam significat Hesych. Hom. verò etiam pro lance sumi videtur, vt Ἰλιάδ. θ. (vers.69.) πὰρ δ' ἐπὶ δὲ κάνεον χαλκῷ τι στρέπτῳ. Quod etiam profert Athen. lib.1. (p.7.) Apud Hipp.

lib. 1. περὶ γυναικ. (p.596.14. & 16.) κανεὸν pro ollæ operculo ponitur, per quod apposito calamo aut arundine suffitus in vterum deferebatur. κανίον etiam eidem dicitur lib.2. περὶ γυν. (p 648.45. & p.ib.49.50.)

Καλονίαι dicuntur Hippocrati lib. de aëre, loc. & aq. (p.294.53.) qui ventre sunt substricto, non prominente aut prominulo, & quibus ventres sunt veluti ad regulam directi & exacti. ὀρθοὶ καὶ προσεσταλμένοι τὰς γαστέρας, exponuntur Gal. in Exeg. hoc est, recti & ventribus adstrictis. Etsi κακόνιαι illic vitiosè quibusdam scribuntur, vt & apud Erot. qui Epicli μακροὺς καὶ εὐμεγέθεις dici κακονίας scribit. Ipse verò ὀρθίους καὶ λεπτούς, rectos & graciles explicari mauult. verùm vitiosam esse scripturam, & κανονίαι legendum satis testatur series alphabetica apud Gal. tum quòd omnia Hippoc. exemplaria κανονίαι habeant, etsi Asulanus codex astericum apponit. Sunt autem κανονίαι qui adstricto sunt ventre, quibus ventrosi opponuntur, & Hipp. qui carnoso sunt corpore, aut in corporis magnitudinem aut molem augentur, Sic enim apud eum scribitur. οὔτι δὲ μεγάλοι μὲν οὐκ οἷοί εἰσιν, οὐδὲ κανονίαι, ἐς εὖρος δὲ πεφυκότες καὶ σαρκώδεες. Hi magni quidem esse non possunt, neque recti & ventre substricto, in amplam verò corporis molem à natura producuntur, & carnosi sunt. Etsi Gal. libr. quod animi mores corporis temp. sequuntur (pag.348.56.) locum istum subnotans, non κανονίαι legit, sed οὐδ' εὐμήκεις, non longi aut proceri, neque bene compositi. Quæ videtur esse illius dictionis veluti quædam explicatio. Quod etiam mihi animaduertisse videtur Cornar. qui vtrunque in sua interpretatione apposuit. Zuingg. proceros dixit. Caluus verò dictionis vim non satis assecutus, & exemplarium vitio κοινωνίαι leg. videtur. Κανονίαι autem dici videntur proceri & magni, quorum proceritas reliquis canon esse possit, & veluti ad regulam directi & exacti.

Κάπετος, fouea, fossa, scrobs dicitur. Sumitur apud Hipp. metaphoricè pro cauis quæ in medio scamno excauantur, quorum vsus est ad vectes firmandos. Lib. de art. (pag.656.10. H.834. B.) ἔπειτα ἀρκέει μὲν ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ ξύλου. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ διὰ παντὸς, ἐντετμῆσθαι ὡς καπέτους μακρὰς πέντε ἢ ἕξ, διαλειπούσας ἀπ' ἀλλήλων τέσσαρας δακτύλους. Tum satis quidē est si in dimidia ligni parte (nihil tamen prohibet quominus etiam per totum) quinque aut sex fossulæ longæ, quatuor digitis inter se distantes, incisæ sint. Vbi scribit Gal. καπέτους μὲν οὐκ ὀλίγοι τῶν παλαιῶν εἰρήκασι τὰς τάφρους. ὁ δ' Ἱπποκράτης νῦν ἐκ μεταφορᾶς κέχρηται τῇ προσηγορίᾳ, τὰς ἐντετμημένας τῷ βάθρῳ κοιλότητας ἑρμηνεύουσα βουλόμενος, ἵνεκα τοῦ στηρίζεσθαι κατ' αὐτὰς τοὺς μοχλοὺς, καπέτους quidem ex veteribus non pauci fossas dixerunt. At Hippocrates hoc loco per translationem ea voce vsus, incisas in scamno cauitates ad vectes firmandos exprimere voluit. Eas autem cauitates in dimidia ligni parte, hoc est inferiore præcipuè, excauandas esse censet, quatuor digitis inter se distantes, & trium digitorum altitudine & latitudine. Rursus ibidem (v. 30. H.ib.C.) διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αἱ κάπετοι ἐντετμήσονται. Ea enim de causa incisæ sunt fossulæ. Ac rursus (p.657.50. H. 836. B.) καὶ ἐρείσας ἐκ τῶν καπέτων τὴν ἁρμόζουσαν αἰτικατακλίνειν. & vecte ex aliqua conueniente fossula firmato, contra obluctetur. κάπετος Erot. exponitur ὄρυγμα, τάφρος. idemque addit ἐπὶ μὲν τοι τοῦ ὀργάνου τὸ ὄρυγμα δηλοῖ. in organo, hoc est scamno Hipp. fossam indicat. καπέτους Paulus ἐπιμήκεις τάφρους vocat, oblongas quasdam fossas aut caueas.

Καπνέλαιον dicitur Gal. lib.1. κατὰ τόπ. (pag.178.14) resina sponte profluens, quæ plurima in Lacedæmone profluit, & in Cilicia καπνέλαιον, hoc est oleum fumosum appellatur. Quod etiam idem longè apertius indicat lib.3. comp.phar. κατὰ γένη (pag.354.34.) his verbis, καὶ τῶν αὐτοῤῥύτων καλουμένων ῥητινῶν ἐγχωρεῖ μιγνῦσθαι. καλοῦσι δὲ αὐτὰς ἐν Λακεδαίμονι καὶ τισιν ἄλλοις χωρίοις προσῤῥύτους, ἐν κιλικίᾳ δὲ καπνέλαιον ὀνομάζουσι τὴν τοιαύτην ῥητίνην. Licet autem ex iis quæ sponte fluunt resinis admiscere. Has autem Lacedæmone atque aliis quibusdam locis προσῤῥύτους vocant. In Cilicia verò καπνέλαιον huiusmodi resina vocatur. Est igitur certum resinæ potius quàm olei genus, etsi aliud nomen indicet. Videtur autem καπνέλαιον dici, hoc est oleum fumosum, à fumo quem edit igni admota, vel quia liquidis omnibus resinis liquidior, calidior, tenuiorq; sit, proindeq; ad oleum magis accedat.

Κάππαρις, Capparis, cuius folio & cortice vtitur Hipp. ad anum procidentem libr. de fist. (p.890.E.) Huius etiam corticem ad lienem valere ibid. tradit.

Καρδαμύσσειν, vide Σκαρδαμύσσειν, postea.

Καρδιαλγία est oris ventriculi dolor, & καρδιωγμὸς morsus aut erosio oris ventriculi. Quæ denominationes à symptomate quod inferunt dictæ sunt, quòd καρδίαν os ventriculi veteres dixerint, aut quòd oris ventriculi dolores, ob illius exquisitissimum sensum, illico cordi communicarentur, illudque statim in consensionem vocent. Gal. libr. 5. de loc.aff. (pag.302. 26.) τὸ στόμα τῆς κοιλίας οἱ παλαιοὶ καρδίαν ὠνόμαζον, ἀφ' ὧν ἐπιφέρει συμπτωμάτων, ὡς φασιν, οὕτω προσαγορεύσαντες. Os ventriculi veteres cor nominabant, appellationem, (vt aiunt) deducentes ab his symptomatibus quæ adfert. Quod etiam repetitur Com. in sent.30. lib.3. περὶ χυμῶν. Idem lib.2. de alim. fac. (pag.327.13.) τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὀνομάζουσι καὶ καρδίαν. Os ventriculi cor etiam appellant. Rursus libr. 2. de Plac. Hipp. & Plat. (pag.262.53.) ἡ μὴν οὐδ' ἡ καρδιαλγία τοὔνομα τὴν ἐν τῷ θώρακι περιεχομένην καρδίαν ὀδυνᾶσθαι δηλοῖ, ἀλλ' ἔστιν ὁμωνυμία τις οὐδένα λανθάνουσα τῶν ὡμιληκότων ἀρχαίων γράμμασι. ὥσπερ γὰρ τὸ κατὰ τὸν θώρακα σπλάγχνον, οὕτω καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα καρδίαν ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοί, καὶ πάμπολύ γε τοὔνομα ἐστὶ παρ' αὐτοῖς. Quinetiam neque nomen hoc καρδιαλγία cordis illius quod thorace continetur dolores indicat, sed æquiuocatio quædam subest, neminem eorum qui in antiquorum scriptis sit versatus latens. Eodem nanque modo, & thoracis viscus, & os ventriculi cor appellant veteres, & eiusmodi appellatio ipsis admodum est vsitata. Quod ibidem exemplis ex Nicand. Thucyd. & Hip. adductis probat Gal. Idem quoq; καρδίης πόνον ex Prorrh. (p.192.15. H.72.H.) στόματος τῆς γαστρὸς πόνον, oris ventriculi dolorem exponit. Et rursus Com. 3. in lib.1. Epid. (p. 387.1. H.976. D.) καρδιαλγεῖν τὸ στόμα τῆς κοιλίας ὀδυνᾶσθαι. oris ventriculi dolore affici, explicat, quod de Philini vxore, ἤλγει δὲ ἀρχομένη καρδίην, circa initia oris ventriculi dolore tentata est, dixerit Hipp. Rursus etiam Com. ad aph.65. lib.4. ἐν μὲν οὖν οὐ μόνον τὸ σφύζον ἐξ ἑαυτοῦ κατὰ φύσιν σπλάγχνον, ἀλλὰ καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς οἱ παλαιοὶ καρδίαν ὠνόμαζον, ἔν τι τῶν ὁμολογουμένων ἐστὶν, ὥσπερ γε καὶ ὅτι καρδιαλγίας τὰ τούτου τοῦ μέρους ἀλγήματα προσαγορεύουσι. Est igitur in confesso apud omnes, quòd non solum id viscus quod sua natura pulsat, sed etiam os ventriculi cor veteres nominarunt, sicuti etiam quòd cordis dolorem, huius partis dolores nominant. Idem rursus Com.3. in Progn (p.161. 57. H.46.1.) γινομένης δ' ὅμως ἐκ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα τόπων ἀναθυμιάσεως τοιαύτης, διακρίνομεν αὐτὴν τῆς ἀπὸ στομάχου τῇ καρδιαλγίᾳ. πνεύμονα μὲν γὰρ οἱ τοιοῦτοι χυμοὶ λανθάνουσιν, ἢ δυσαίσθητον, ἢ παντελῶς ἀναίσθητον ἐστι. τὸ δὲ τῆς γαστρὸς στόμα, καλεῖται δὲ τοῦτο ὡς ἴσμεν καὶ καρδία, διὰ τὸ μέγεθος ὧν ἔχει νεύρων αἰσθητικῶν, οὐδὲν λανθάνει τῶν κατ' αὐτό. δακνόμενον οὖν ὑπὸ τοῦ πικροχόλου χυμοῦ, τὸ καλούμενον ὑπὸ καρδιωγμὸν ἐργάζεται, διὸ καὶ χολώδεις ἔμετοι αὐτοῖς γίνονται. τοιοῦτον γὰρ καὶ ὁ Θουκυδίδης ἐδήλωσεν ἔνθα φησὶ, καὶ ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν ἐστήριξε, ἀνέστρεφέ γε αὐτὴν καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς ὅσαι ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν, ἐπῄεσαν. τὸ γὰρ ἀνέστρεφεν, ἐπὶ τῆς πρὸς ἔμετον ὁρμῆς εἶπεν, εὐδηλῶς γε καὶ καρδίαν ὀνομάσας τὸ στόμα τῆς γαστρός. διὸ δὴ καὶ τὰς δήξεις αὐτοῦ καρδιωγμοὺς τε καὶ καρδιαλγίας ὀνομάζουσι. Orta verò ex pulmonibus talis exhalatio, ab ea quæ est ex ventriculo, καρδιαλγίᾳ, hoc est oris ventriculi dolore distinguitur. Humores enim huiusmodi pulmonem aut ægrè, aut nihil omninò sentientem latent. At ventriculi os, quod (vt nouimus) appellatur etiam καρδία, hoc est cor, ob insignes neruos sensu præditos quos habet, facilè sentit quæ in eo insunt. Nempe demorsum à bilioso humore vocatum καρδιωγμὸν efficit, Ideoque etiam biliosa vomitio accedit. Quod etiam indicauit Thucydides cùm scribit. Atque vbi ad os ventriculi adhæsit, id subuertebat, & quæ à medicis vocantur bilis expurgationes, ingruebant. Illud enim [ἀνέστρεφε] de impetu ad vomitum dixit, confestimque os ventriculi καρδίαν nominauit. Ideoque vbi mordetur καρδιωγμοὺς & καρδιαλγίας nominant. Locus verò Thucyd. à Gal. etiam libr.2. de plac. Hippoc. & Plat. productus, legitur, libr.2. in pestis descriptione, vbi quoque Scholiast. os ventriculi veteribus καρδίαν dici his verbis significat: οἱ παλαιοὶ ἰατροὶ τὸ στόμαχον καρδίαν ἐκάλουν, καὶ καρδιωγμὸν τὸν πόνον τοῦ στομάχου. Quæ appellatio vt est vulgaris & plebeia, ita est ab Aurel. scriptis contestata, cùm scribit cap.35. libr.2. Acut. καρδιαλγίας esse dolorem oris ventriculi, quem plurimi idiotæ cordis dolorem vocauerunt. Quas etiam voces vt politicas & hominum consuetudine approbatas sæpe vsurpat. Hip. vt scripto testatur Gal. Sic eum in sensum scribitur lib.2. Epid. (p.1010.E.) γυνὴ ἐκαρδιάλγει, mulier oris ventriculi dolore conflictabatur. Sic enim de oris vētriculi dolore locus hic exponitur Gal. lib. 2. de Plat. Hip. & Plat. & lib.2. de alim. fac. Est autem καρδιωγμὸς oris ventriculi morsus aut vellicatio ab humore acri illud erodente. Quam dictionem crebrò vsurpat Hip. vt in Progn. (pag.161.42. H.46.1.) εἰ καὶ καρδιωγμὸς ταύτῃ προσγένηται, si ventriculi morsus adfuerit. Quem locum etiam profert Gal. Com. 2. in libr. 1. Epid. (pag.367.50. H.949. A.) vbi etiam scribitur ab Hip. εἶτα δὲ βάρεα μὲν ὅλης τῆς κεφαλῆς, καρδιωγ-

καρδιωγμοὶ δὲ καὶ ἀσάδιες εἰσίν. Qui verò toto capite grauitatem sentiunt cum oris ventriculi morsu & stomachi fastidio. Et in Coac. (pag. 138.D.) καρδιωγμοὶ καὶ πτυαλισμοὶ, oris ventriculi morsus & sputationes in vomitu. Rursus libr. 1. περὶ γυν. (p.593. 49.) in biliosis mensibus καρδιωγμὸς vsurpatur, vt & aph. 17. & 65. libr. 4. Est verò καρδιωγμὸς, δῆξις καρδίας, τουτέστι τοῦ στόματος τῆς γαστρός. ὠνόμαζον γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῦτο καρδίαν, cordis, hoc est oris ventriculi morsus. Id enim veteres καρδίαν (cor) nominauerunt. Com. ad aph. 17. libr. 4. Rursus libr. 2. de fac. alim. (loco paulò antea à nobis adducto) οὐκ ἄλλο τι τὸ καρδιώσσειν ὄνομα σημαίνει τοῦ γινομένου συμπτώματος ἐπὶ τοῦ στομάχου δακνομένου. Verbum καρδιώσσειν aliud nihil significat quàm symptoma stomachi morsui succedens. Idem rursus lib. 8. com. pharm. κατὰ τόπ. (p. 274. 9.) εἴρηται πολλάκις εἰς τὸ τῆς γαστρὸς στόμα καλεῖν ἔθος εἶναι τοῖς ἰατροῖς, ὥσπερ καρδίαν, οὕτω καὶ στόμαχον. ἀλλὰ πάλαι μὲν ἦν συνηθέστερον τὸ τῆς καρδίας ὄνομα, νυνὶ δὲ ἀπ' ἐκείνου μὲν ἔτι διαμένει τὸ καρδιώσσειν, καὶ ἡ καρδιαλγία. τὸ δὲ μόριον αὐτὸ στόμαχον ὀνομάζουσιν, ὁμωνύμως τῷ καταφέροντι τὴν τροφὴν ἐκ τοῦ στόματος εἰς αὐτήν. Sæpenumero iam dictum est medicis consuetum esse, os ventriculi, vt καρδίαν, ita etiam στόμαχον appellare. Verùm quondam vsitatior erat τῆς καρδίας appellatio. Indeque etiam nunc perseuerat τὸ καρδιώσσειν & ἡ καρδιαλγία, qui oris ventriculi morsum aut dolorem significant. Hanc autem particulam stomachum vocant, communi cum ea appellatione, quæ cibum ex ore in ipsam demittit. Eustath. quoque καρδιώττειν τὸ καρδίαν ἀλγεῖν καὶ ναυτιᾶν exponit, quod est oris ventriculi dolore & fastidio tentari, vt & Hesych. καρδιώττειν τὴν καρδίαν ἀλγεῖν. Idem verò addit quibusdam significare δάκνεσθαι στόμαχον ὑπὸ λιμοῦ, quod est stomachum fame morderi, & sumi pro ναυτιᾶν, hoc est nauseare. At verò istius dictionis vim appositissimis verbis exprimit Erot. cùm καρδιώσσειν hoc modo explicat. καρδίαν ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμαχον κοινῶς καλούμενον. καρδιώττειν οὖν καὶ καρδιαλγεῖν λέγεται, τὸ μετὰ ναυτίας καὶ ὀδύνης ἀσιᾶσθαι τὸν στόμαχον. καὶ καρδιωγμὸς ἐντεῦθεν, εἶπέ τις, ὁ τοῦ στομάχου δηγμός. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος καρδιωγμὸς ὁ τῆς καρδίας κυρίως τοῦ σπλάγχνου δηγμός, τουτέστιν ἀθρόως καὶ σφοδρῶς καὶ παλμὸς ἐν αὐτῷ γινόμενος. καρδίαν os ventriculi appellabant, quod etiam stomachum communi voce vocamus. καρδιώττειν igitur & καρδιαλγεῖν dicitur cùm stomachus nausea & dolore angitur. Hinc etiam καρδιωγμὸς stomachi morsus. Est autem alter καρδιωγμὸς cordis quod propriè viscus est, erosio; hoc est crebra & vehemens in eo orta palpitatio. Quam etiam homonymiam Gal. Comm. ad aph. 65. lib. 4. hoe aperit modo: τὸ γὰρ μὴν καρδιώσσειν οἱ πλεῖστοι μὲν τῶν ἐξηγησαμένων τοὺς ἀφορισμοὺς, ταυτὸν ἡγοῦνται σημαίνειν τῷ καρδιαλγεῖν. ἔνιοι δὲ τῆς καρδίας αὐτῆς, λέγω δὲ τοῦ σπλάγχνου, καρδιωγμὸν ἀκοῦσθαι φασὶν, ἐξηγούμενοί τι κίνησίν τινά φασι παλμώδη τὸν καρδιωγμὸν εἶναι. τὸ μὲν οὖν ἰσχυρὸν καῦμα τῆς κοιλίας ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς ζεούσης ἐν τοῖς χιτῶσιν αὐτοῖς γίνεται. κατὰ λόγον δὲ τοῖς οὕτω διακειμένοις, καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς δάκνεται, καὶ διὰ τοῦτο κακόν ἐστι τὸ σύμπτωμα. εἰ δὲ καὶ τὴν πυκνὴν καὶ ταχεῖαν κίνησιν τῆς καρδίας, καὶ μάλισθ' ὅταν ᾖ καὶ παλμώδης, ἀκούοι τις εἰρῆσθαι καρδιωγμὸν, ἔσχατον ἤδη τοῦτο κακόν ἐστι, σημαῖνον ἐκπυροῦσθαι τὴν ζωτικὴν ἀρχήν. Et τὸ καρδιώσσειν verbum multi ex his qui aphorismos exposuerunt, idem quod καρδιαλγεῖν significare existimant. Nonnulli verò ipsius cordis, nempe visceris καρδιωγμὸν motionem quandam palpitationi similem exponunt. Vehemens itaque ventriculi æstus à flaua bile in ipsis tunicis ebulliente oriuntur. Atque ita affectis os quoque ventriculi morderi rationi est consentaneum, ideoque malum est symptoma. Quòd si quis καρδιωγμὸν crebram & celerem cordis motionem, præcipueque vbi palpitationi similis fuerit, dici velit, extremum, iam hoc malum est, quo vitale principium incensum esse significatur. At verò καρδιώσσειν quod apud Hip. explicat Erot. legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 592. 5.) εἰκὸς δέ ἐστι καὶ τὸν μεσηγὺ χρόνον πυρεταίνειν, καὶ φρίσσειν, καὶ καρδιώσσειν. Intermedio verò tempore vt febre, horrore & oris ventriculi dolore conflictetur, est consentaneum. Quod etiam verbum crebrò vsurpat eodem lib. Hipp. vt (pag. 591. 18. & pag. 594. 41. & pag. 603. 8. & pag. 604. 30.)

Καρηβαρεῖν capitis grauitatem significat Hipp. ex nimia humorum & excrementorum redundantia. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 70. 42. H. 392. 18.) nimius somnus ἐξυπτίαι καὶ καρηβαρείαν inducit, h. e. excoctionem & capitis grauitatem. Rursus ibid. (pag. 73. 58 H. ibid. 43.) εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη. si capitis grauitas quidem non adfuerit. Et iterum ibid. (pag. 82. 43. H. 394. 47.) ὑποπτεύσαντα μὲν τινι ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν, ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν, ἢ φρενῶν ἅψιν, παντάπασιν οἴνου ἀποσχετέον, cùm verò in huiusmodi morbis vehemẽtem capitis grauitatem suspectam habueris, aut mentis tentationem, vino penitus abstinendum. Rursus aph. 22. libr. 5. calidum, τὴν ἐν τῇ κεφαλῇ καρηβαρίην λύει, soluit capitis grauitatem. Vbi καρηβαρείας Gal. τῆς κεφαλῆς βαρύτητας exponit, capitis grauitates. quas calidum dissoluendo & concoquendo sanat. Et in Prorr. (pag. 215. 25. H. 80 E.) in sanguinis per nares profluuij denunciatione, ὑποχονδρίου τόνος μετὰ καρηβαρείης καὶ κωφότητος, præcordiorum contensio cum capitis grauitate & surditate ponitur. Quod etiam reperitur in Coac. (pag. 149. C.) Eadem notione νότοι καρηβαρικοὶ dicuntur aph. 5. lib. 3. Austri caput grauantes ob nimiam humiditatem qua caput replent.

Καρικὸν medicamentum est catharæticum sordida vlcera detergens & carnes exedens Hip. lib. de vlceribus (pag. 878 H.) Recipit veratrum nigrum, sandaracham, æris squamam, plumbum elotum, sulphur, auripigmentum & cantharidas. Quibus mixtis & cedrino oleo subactis medicamentum liquidum parat. Interdum arum coctum contusum, aut aridum læuigatum melle exceptum additur. Siccum verò medicamentum cedrino oleo & melle sublatis, inspergitur. Parat etiam ex solo veratro & sandaracha. Καρικὸν exponit Galen. in Exeg. καρικόν τι ἔδεσμα οὕτως ὀνομάζει, ὃ καὶ τὴν σκευασίαν ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν γράφει. Quæ certè lectio, vt satis apparet vitiosa est, & pro ἔδεσμα σκεύασμα aut ἄλειμμα, aut aliud quid tale reponendum. Non enim edulium sed compositionem quandam, aut vnguentum sic vocari ab Hip. constat, cuius apparatum lib. de vlceribus describit. Carycum quidam scribunt, & à nucibus dictum existimant, falsò quidem, cùm nulla sit hîc nucum mentio. κάρειον scribit Var. esse συνθέτου σκευασίας, apparatus cuiusdam, h. e. medicamenti compositionem apud Hip. Sed καρικὸν scribendum esse pro κάρειον satis apparet. Est & καρικὸν oleum quoddam Athen. lib. 2.

Καρκῖνος, cancer, tumor est inæqualis, oris prætumidis, aspectu fœdus, subliuidus & indolens, ex atra bile ortus, vt scribit Paulus. In multis corporis partibus gignitur, sed præcipuè in muliebribus locis & mammis cernitur, fitq; interdum cum vlcere, interdum quoque sine vlcere, & à cancri animalis similitudine denominationem accipit. Gal. lib. de tumor. præter naturam cancros à bile atra non feruente fieri scribit (pag. 355. 42.) χωρὶς δὲ τοῦ ζεῖν ἡ μέλαινα χολὴ τοὺς καρκίνους ἐργάζεται, καὶ ἢν δριμυτέρα τύχῃ, μεθ' ἕλκους· ταῦτ' ἄρα καὶ μελάντεροι τῇ χροιᾷ τῶν φλεγμαινόντων εἰσὶ, καὶ ἥκιστα θερμοί. ἐπαίρονται δὲ αἱ φλέβες ἐπ' αὐτῶν καὶ τείνονται μᾶλλον, ἢ ἐν ταῖς φλεγμοναῖς. ἧττον γὰρ ἐκπίπτει τῶν ἀγγείων εἰς τὴν πέριξ σάρκα διὰ πάχος ὁ γεννῶν τοὺς καρκίνους χυμός. οὐ μὴν οὐδ' ἐρυθραὶ καθάπερ ἐν ταῖς φλεγμοναῖς αἱ φλέβες εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ αὗται κατὰ τὸν λυποῦντα χυμόν. Bilis atra absque feruore cancros efficit, eosque cum vlcere, si acrior fuerit. Eamque sanè ob rem nigriores colore sunt iis quæ inflammatione tentãtur, minimeque calidi. In his autem venæ turgent & intenduntur magis, quàm in inflammationibus. Qui enim cancros humor gignit, ob crassitudinem in circumiectam carnem minus è vasis excidit. Neque tamen rubræ, vt in inflammationibus venæ sunt, sed & hæ quoque pro ratione infestantis humoris se habent. Rursus ibid. (pag 356. 40.) ὅταν δὲ εἰς σάρκα μέλαινα κατασκήψῃ χολὴ, δακνώδης μὲν οὖσα διαβιβρώσκει τὸ περικείμενον δέρμα, καὶ ἕλκος ἐργάζεται. μετριωτέρα δὲ ὑπάρχουσα, τὴν χωρὶς ἑλκώσεως ἀποτελεῖ καρκῖνον. εἴρηται δὲ ἔμπροσθεν ὅτι καὶ τὰς φλέβας ἐξαίρει μειζόνως τῶν φλεγμονῶν, ὁποῖον τέ τι τὸ εἶδος αὐτῶν τῆς χροιᾶς ἐστίν. Cùm verò bilis atra in carnem decubuerit, mordax quidem existens circuniectam carnem perrodit, & vlcus efficit, mitior verò cancrum sine vlceratione. Dictum autem est antea ab eo venas in maiorẽ molẽ quàm in inflammationib. attolli, & cuius generis sit eorum color. Ac rursus idem lib. 2. de art. cur. ad Glauc. (pag. 219. 19.) περὶ τῶν καρκινωδῶν ὄγκων αὖθις ἐφεξῆς εἴπωμεν, γινομένων ἐν ἅπασι τοῖς μορίοις, μάλιστα δὲ τοῖς τιτθοῖς τῶν γυναικῶν, ὅσαι μηκέτι καθαίρονται τὴν κατὰ φύσιν κάθαρσιν· ἥτις ὅταν ὡς χρὴ γίγνηται, τελέως αὐτοῖς ἡ ὑγεία διαμένει. πάντες οὖν οἱ παρὰ φύσιν ὄγκοι, τὴν γένεσιν ἐκ μελαγχολικοῦ περιττώματος ἴσχουσι, ὑπὲρ οὗ λέλεκται καὶ ἐν τοῖς κατὰ φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασι. γεννᾶσθαι δ' ἐν ἥπατι κατὰ τὴν ἐξαιμάτωσιν, ἀνάλογον τῇ κατὰ τὸν οἶνον τρυγί. καθαίρεσθαι δὲ διὰ τοῦ σπληνός. ἐκ γὰρ τοιούτου χυμοῦ τρέφεσθαι πέφυκεν. De cancrosis tumoribus deinceps dicendum, qui cum in omnibus partibus oriri consueuerunt, tum maximè in mulierum mammis, quæ non amplius naturali purgatione repurgantur. Quæ cùm ritè procedit, integra sanitate mulier fruitur. Omnes ergo huiusmodi tumores præter naturam ex melancholica redundantia ortum habent, de qua diximus in commentariis de facultatibus naturalibus, ibique ostendimus in hepate, dum sanguis conficitur, hunc humorem fœci vinariæ proportione respondentem generari, à liene verò repurgari, qui ex huiusmodi humore consuetum trahit alimentum. Et paulò pòst γίνεται γὰρ οὖν ἐνίοτε καὶ εἰς ἄλλα μόρια τοῦ σώματος, ὥσπερ αὐτοὶ τοῦτον ἀθροίσαντο, τοιαῦτα τοῦ τοιούτου χυμοῦ καὶ φαίνονταί γε σαφῶς αἱ κατὰ τὸ μόριον ἐκεῖνο φλέβες μεσταὶ αἵματος μελανός τε καὶ παχέος. καὶ ὅσον δ' ἂν ᾖ παχύτερόν τε καὶ μελάντε-

ἐν, ποιῶν τὸν χεῖρον ἐστὶ τὸ πάθος. ἐπὶ δὲ τῶν τιτθῶν εἴδομεν πολλάκις ἀκριβῶς ὄγκον ὅμοιον καρκίνῳ ζώῳ. καθάπερ γὰρ ἐπ' ἐκείνου πόδες ἑκατέρωθέν εἰσι τοῦ σώματος, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ πάθους αἱ φλέβες ἀποτεταμέναι τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου τὸ σχῆμα καρκίνῳ παραπλήσιον ἐργάζονται. Interdum verò & in alias corporis partes, siquidem omnium maximè imbecillæ fuerint, huiusmodi humor defertur. Atque eius partis venæ, tum atro, tum crasso sanguine turgidæ manifestò conspiciuntur. Quoque is crassior aut nigrior fuerit, eò deterior esse affectus indicatur. In mammis autem sæpè vidimus tumorem cancro animali omninò similem. Nam quemadmodum illi pedes in vtraque corporis parte insunt, ita & in hoc affecto venæ & per omnem tumorem præter naturam exporrectæ, formam cancro similem repræsentant. De cancro verò plura legas apud Paul. lib. 3. cap. 67. & lib. 4. cap. 26. & libr. 6. cap. 45. Aet. tetrab. 4. lib. 2. cap. 57. & lib. 4. cap. 44. 45. 46. 47. 48. 49. Oribas. lib. 7. synops. cap. 13. Actuar. lib. 2. περὶ διαγνωσ. παθ. cap. 35.

Καρκῖνοι κρυπτοὶ, cancri occulti & latentes dicuntur Hip. aph. 38. lib. 6. qui non sunt exulcerati, aut qui in profundo corporis latent. Sic enim ibi scribit Gal. κρυπτοὺς καρκίνους εἴρηκεν, ἤτοι τοὺς χωρὶς ἑλκώσεως ἢ τοὺς κεκρυμμένους, ὅπερ ἐστὶ μὴ φαινομένους, ὃ πάλιν ἴσον δύναται τῷ διὰ βάθους εἶναι τοῦ σώματος. Occultos cancros dixit, vel qui sunt absque vlcere, vel latentes & absconditos, h.e. minimè apparentes, quod rursus idem significat, ac si dicatur, qui in corpore altè demersi sunt. Eandem notionem habent καρκῖνοι κρυπτοὶ οἱ ὑποβρύχιοι, cancri abditi & demersi, Prorrh. 2. (pag. 95. F.) Sic enim accipiuntur cancri qui sine vlceratione sunt, & profundum corporis occupant, in eoque altè demersi sunt, quales qui sedem, intestina, vterum, sinum muliebrem, palatum exercent. Quibus οἱ κρυπτοὶ καὶ ἀκρόπαθοι καρκῖνοι respondent (ibid.) qui in summis corporis partibus sine vlceratione consistunt & conspicui sunt. τοὺς ἐπιπολῆς χωρὶς ἑλκώσεως vocat Gal. com. ad aph. 38. lib. 6. velut priores τοὺς ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος. Etsi κρυπτοὶ per se idem significant, nempe eos qui sine vlceratione sunt, aut eos qui in corporis penetralibus abditi sunt & latentes, neque in conspicuo apparent, vt ex Gal. diximus. At verò καρκῖνος κρυπτὸς dicitur Gal. lib. de atra bile (p. 359. 34.) cancer occultus & abditus, qui non est exulceratus, & fit à succo melancholico in corporis habitum protruso, non acri aut maligno, nec exedente, vt is qui cancrum exulceratum facit. Philoxenus tamen apud Aëtium κρυπτοὺς καρκίνους peculiariter dici scribit, qui vterum ac intestina infestant, cap. 43. lib. 4. tetrab. 4. Quod etiam innuere velle videtur Paul. Ægin. cap. 67. lib. 3. dum vteri cancris proprio quodam modo Hip. aph. accommodat, etsi is cancris in genere adhiberi potest.

Καρκίνωμα, carcinoma idem quod καρκῖνος significat, & cancerosus tumor est, qui in mammis sæpè oritur, facie, naribus, labris, vt scribit Celsus. Carcinoma etiam dicitur Suetonio Augusto. καρκίνωμα autori defin. med. (pag. 400. 59.) ἐστὶν ὄγκος κακοήθης καὶ περίσκληρος, ἀνέλκωτος ἢ ἡλκωμένος. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ζώου καρκίνου. Carcinoma est tumor malignus & prædurus, sine vlcere, aut etiam cū vlcere. A cancri animalis similitudine nomen habet. Idem rursus (pag. 399. 27.) καρκίνωμα ἐν μήτρᾳ ἐστὶν ἄνευ ἑλκώσεως ὄγκος ἀνώμαλος, ὀχθώδης. Carcinoma in vtero, tumor est sine vlceratione, inæqualis & oris prætumidis. καρκίνωμα Paulo lib. 3. cap. 22. dicitur affectus tunicæ corneæ oculi, cum dolore & tensione, tunicarum rubore, & cruciatu pulsatili ad tempora vsque si moueantur ægri. Celsus lib. 5. cap. 28. Non idem periculum καρκίνωμα adfert, nisi imprudentia curantis agitatum est. Id vitium fit maximè in superioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum. Et in iecore autem, aut splene hoc nascitur. Circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur, isque immobilis, inæqualis tumet, interdum etiam torpet. Circa eum inflatæ venæ quasi recuruantur, hæque pallent aut liuent, nonnunquam etiam in quibusdam delitescunt. Tactusque is locus, aliis dolorem affert, in aliis eum non habet. Et nonnunquam sine vlcere durior aut mollior est, quam esse naturaliter debet, nonnunquam iisdem omnibus vlcus accedit. Eam vsurpat dictionem Hip. lib. 5. Epid. (pag. 1162. D.) καρκίνωμα περὶ τὸ στῆθος ἐγένετο. carcinoma in pectore extitit. Et lib. 7. Epid. (pag. 1238. F.) ὁ τὸ καρκίνωμα τὸ ἐν τῇ φάρυγγι καυθεὶς, ὑγιὴς ἐγένετο ὑφ' ἡμῶν. Qui carcinoma in faucibus habebat, vstione à nobis curatus est. Καρκῖνος etiam dicitur Hip. lib. 2. Epid. (pag. 1056. C.) ex populari appellatione, qui in oris vlceribus suboritur. ἀπὸ γαστρὸς ταραχῆς, ἢ ἀπὸ βηχὸς, καρκίνου γινομένου, τὸ στόμα πικραίνεται. Ex alui perturbatione aut tussi cancro oborto, os amarum redditur. Est & καρκῖνος σύμφυτος in Coac. (pag. 201. A.) cancer innatus, qui cum semine à parentibus in successionem transit, & inter ξυγγενῆ νοσήματα, h.e. congenitos morbos reponitur. Καρκινοῦσθαι, quod est in cancrum verti, Erot. apud Hip. σκληρύνεσθαι exponit, indurari, indurescere. Legitur autem lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 570. 30.) γυναικὶ ὅταν ὑστέραι σκληραὶ γένωνται καὶ ἐς τὰ αἰδοῖα ἐξίσχωσι, καὶ οἱ βουβῶνες σκληροὶ γίνωνται, καὶ καῦμα ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ἐνῇ, καρκινοῦσθαι ἄρχεται. Mulieri vbi vteri indurescunt, & in pudenda prominent, inguina indurantur, ardorque in pudendis insit, cancri initia suspecta sunt. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 660. 21.) vbi ista repetuntur. καὶ καρκινοῦται πάντα, omnia in cancrum vertunt. Sed pro σκληραὶ Corn. ξηραὶ legit lib. περὶ γυναικ. φύσ. cùm tamen lib. 2. περὶ γυναικ. σκληραὶ retinuerit. Rursus libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 607. 15.) καρκινοῦσθαι τὰ ἕλκεα dicuntur, quæ cancerosa euadunt & in cancrum transeunt.

Κάρος grauis & altus sopor dicitur, estque cerebri affectus repentinam sensus & motus priuationem inducens, spirandi tamen facultate illæsa. Sic enim scribit Gal. com. ad aph. 5. lib. 5. κυρίως λέγεται κάρος ἡ παντὸς τοῦ σώματος αἰφνίδιος ἀναισθησία καὶ ἀκινησία. κάρος propriè vocatur totius corporis repentina sensus motusque priuatio. Quem sanè affectum per ἀφωνίαν sæpè exprimit Hip. Illi enim consuetum esse ibid. scribit Gal. τοὺς οὕτω βεβαρημένους, ἀφώνους nominare. Idem quoque Gal. cap. 2. lib. 4. de loc. aff. κάρον vocari scribit, cùm quis ita affectus est, vt neque sensus neque motionis munere fungatur, haudquaquam tamen læsa spirandi facultate, fierique sola anteriore cerebri parte affecta, consentiente tamen medio cerebri ventriculo, vt inde quoque διανοητικαὶ actiones vitientur. Quòd si sopor huiusmodi adeò vehementer spirationem opprimat, vt quis vel magno conatu vix spirare possit, eorum more qui per grauem somnum stertere solent, tunc apoplexiam nominari. Atqui solutæ apoplexiæ creberrimè succedere solere vocatam paralysim. Caro verò & sopore finito, bonam valetudinem magna ex parte subsequi. Eoque modo ab apoplexia caros distinguitur, non secus ac eum ab epilepsia, catalepsi & catocho ibidem distinguit, illiusque causam facit frigidum ac crassum omninoque viscidum humorem. Idem quoque lib. de sympt. diff. cap. 5. κάρον τῆς φανταστικῆς παράλυσιν, h.e. imaginatricis facultatis veluti resolutionem quandam facit. Et com. 2. in lib. de art. (pag. 603. 1. H. 798. G.) κάρος τὸ πάθος μήτ' αἰσθάνεσθαι μήτε κινεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ παρακολουθεῖν ἑαυτῷ ποιοῦν, ἀλλὰ τόν γε λογισμὸν καὶ τὴν μνήμην καὶ τὴν αἴσθησιν ἅμα, καὶ τὴν καθ' ὁρμὴν κίνησιν διέφθαρται. κάρος affectus est ita vt neque sentiat, neque moueatur homo, neque intelligat: sed & rationem, & memoriam & sensum & motum quoque qui ex appetitione fit, corrumpit. At verò com. 2. in Prorrh. (pag. 190. 17. H. 72. B.) κάρον pro graui & profundo somno sumi interdum indicat Gal. (βαθὺν καὶ δυσέγερτον ὕπνον, altum & excitatu difficilem somnum vocat) qui humoris benigni copia grauatum cerebrum significat, quique sua qualitate non nocet, sed profundum & inexpugnabilem somnum excitat, quale quid ebriis ac vino madentibus euenire solet, eumque κάρον interdum bono esse fatetur, ac in quibusdam ægris magnum auxilium attulisse huiusmodi profundum somnum, qui tribus ac quatuor diebus vigiles permanserant. Sæpius quoque & in infantibus eiusmodi somnum superuenientem, non vno die solùm, verùm etiam & duobus deinceps diebus, magno ipsis commodo fuisse, idque se conspexisse scribit. Est & alter κάρος νοσώδης, qui semper damno est, vbi cerebrum frigidi & humidi qualitate vitiosi copia redundat, aut pituita repletur, sensationesque delet. Atque is à veterno parum differt, sed κῶμα aut καταφορὰ refert, & δυσδιέγερτος κατάστασις dicitur, quod his verbis testatur ibid. Gal. ὅταν δὲ ὑπὸ φλέγματος ὁ ἐγκέφαλος ὑγρανθῇ καὶ ψυχθῇ. τὸ κατὰ τὰς ληθαργικὰς διαθέσεις ἔσται κῶμα, καὶ καλεῖν ἔξεστι τῷ βουλομένῳ καὶ τοῦτο κάρον· ἔνιοι δὲ, ὅταν ἀκίνητος καὶ ἀναίσθητος ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ χρόνον τινὰ γένηται, κἂν νύττῃς αὐτὸν, κἂν πλήττῃς, κἂν ἐκβοᾷς, ὀνομάζουσι κάρον, ὁποῖος ἐνίοις γίνεται τῶν πληγέντων σφοδρῶς τὴν κεφαλὴν κατὰ τοὺς κροταφίτας μῦς. ὁρᾶται δὲ πολλάκις ἡμῖν καὶ κατὰ τὰς πυρετώδεις νόσους ἐν ἐπισημασίαις, καθ' ἃς οὔτε νυττόντων, οὔτε θλώντων οἱ κάμνοντες αἰσθάνονται, καὶ πολλῷ μᾶλλον βοώντων. vbi verò cerebrum à pituita tum humectatum, tum refrigeratum extiterit, κῶμα aderit quod veternosas affectiones sequitur, ipsumque si lubet κάρον vocare poteris. Nonnulli autem, vbi æger tum motu, tum sensu aliquandiu priuatus fuerit, etiamsi eum pungas, vel ferias, vel inclames, κάρον appellant, qualis quibusdam contingit percusso vehementer capite ad temporales musculos. Sæpius quoque nobis cernitur in febrilium morborum significationibus, in quibus ne stimulantes quidem aut ferientes, aut multùm inclamitantes ægri percipiunt. Gal. etiam lib. 13. Meth. med. (p. 182. 22.) καταφορὰς βαθείας, h.e. profundas in somnum delationes quæ ab humore frigido non putrescente fiunt, & absque febre, diuidit in ἀποπληξίας, κάρους & κατοχάς. Eas enim quæ putrescentem habent humorem frigidum & cum febre coniunctæ sunt,

cta sunt, λήθαργον afferre scribit. κάρος grauatio vocatur Aurel. cap.5.lib.3.acut.vt & grauedo Plin.cap.13.lib.25. Quod enim de Mandragoræ malis dixit Diosc. cap. 76. lib. 4. τὰ δὲ μῆλα ὀσφραινόμενα καὶ ἐσθιόμενα καρωτικά. grauedinem etiam afferunt olfactu, dixit Pl. Et Erot. apud Hip. καρώδεις, καρηβαρείαν, ἢ καρωτικὸν exponit, h.e. capitis grauitatem & soporem inducens. Quibus verbis nimirum locum Prorrh. mihi exprimere videtur (p.190.14.H.72.B.) τὰ καρώδεα ἆρά γε πανταχοῦ κακόν. animaduertendum est num profundus ac altus sopor vbique damnari debeat. Quod etiam repetitur in Coac. (pag.147.A.) αἱ μετὰ κάρου ἀφωνίαι, vocis defectiones cum alto sopore, conuulsionē minātur, in Pror. (p.210.29.H.78.B.) & in Coac. (p.159.F.) αἱ ὑποκαρώδεις ἀφωνίαι, defectiones altum quendā soporē habentes. vocis Rursus in Prorrh. (pag.204.2.H.75.H.) & Coac. (pag.205.D.) τῇσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγικά, καρώδεα μετὰ βάρεος γινόμενα, φλαῦρα. In vterum gerentibus capitis dolores cum alto sopore & grauitate, malo sunt. Ac rursus in Prorrh. (pag. 216.11. H 81.A.) τὰ ὑποκαρώδεα ἰκτερώδεα οὐ πάνυ αἰσθανόμενα. In his qui quodammodo alto sopore aut morbo regio detinentur, nec admodum sentiunt. καρώδεα ὄμματα dicuntur oculi sopore affecti, aut stupore rigentes & defixi, quales catocho & catalepsi laborantibus, lib.7.Epid. (pag.1217.H.) pro quo καταφορώδεα legitur lib.5. Epid. (pag.1162.C.) in eodem exemplo. ἀτενίζοντες καταφορώδη ὀφθαλμοὶ etiam dicuntur ibid. (1217.A.) oculi sopore grauato rigentes. In capitis vulneribus exquirendum monet Hip. Pror. 2. (pag.98.F.) εἰ κατέπεσεν ἄνθρωπος, ἢ εἰ ἐκαρώθη, num qui læsus fuit conciderit, num profundo sopore correptus fuerit. Et rursus lib. de vul cap. (pag.903. D.) καὶ ἢν ὁ τρωθεὶς καρωθῇ, καὶ σκότος περιχυθῇ καὶ δῖνος, ἢ καὶ πέσῃ. tum si æger alto sopore detentus fuerit, aut tenebræ oculis offusæ, aut vertigo præhenderit, aut conciderit. Quod dixit Cels. cap. 4 lib.8. num conciderit, num sine sensu quasi dormiens iacuerit. lib. de art. (pag.600. 56 H.797.C.) πληγαὶ καίριοι καὶ καρῶσαι αἱ κροταφίτιδες γίνονται, temporum vulnera periculi plena sunt, & altum soporem inferunt. Rursus ibid. (pag.603.3.H.798.G.) de musculis temporalibus & masticatoriis, καρώδεες γὰρ οἱ μύες οὗτοι, καὶ ἀλλοιούμενοι καὶ ἐντεινόμενοι παρὰ φύσιν. Hi namque musculi soporem altum inuehunt, cùm autem præter naturam intenduntur, aut alterantur. Iterumque ibid. (pag. 602. 47. H. ibid.) κάρωσις νωθρὴ dicitur segnis & torpida grauatio ac sopor, aut stupor cum inexpugnabili dormiendi necessitate; quem infert maxilla vtraque parte luxata cum vitæ periculo, nisi promptè reponatur. Nos tardantem altum soporem diximus, κάρωσιν autem Cæl. Aurel. grauationem vocat cap.3.lib.4.tard.pass. dicitur & ὑποκαρωθεὶς ægr.4. lib.3. Epid altissimo sopore aliquantulum detentus.

Καρπὸς pro semine sæpe vsurpatur Hipp. in lib. περὶ γυναικ. & lib. περὶ ἀφόρων (pag.687.12.) γλυκυσίδης τοὺς μέλανας καρποὺς τρίβων. pæoniæ nigra semina trita. Quod dicit lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (pag.554.13.) γλυκυσίδης καρποῦ δέκα κόκκους. seminis pæoniæ grana decem. Rursus ibid. (pag.554.8.) καρδάμου καρπός. nasturtij semen. Et (pag.561.35.) ὑοσκυάμου καρπός, hyoscyami semen, & lib.2. de morb. (pag.474.14.) Et rursus ibid. (pag. 482. 35.) δαυκοῦ καρπὸς καὶ κενταυρίης, dauci & centaurij semen. Et lib.2. περὶ γυναικ. (pag. 640. 13. 17.) καρπὸν τοῦ ὄφιος serpentis semen ad vteri suffitus vsurpat.

Κάρτα apud Hip. significat valde, vehementer. Gal. com.3 in lib. de rat. vic. in morb. ac. (p.79.22.H.393.51.) ἀλλὰ καὶ κάρτα προσέθηκε, ὅπερ σημαίνει ταὐτὸν τῷ λίαν καὶ σφόδρα. Verùm κάρτα adiecit, quod idem quod λίαν & σφόδρα, h.e. admodum & vehementer significat. Rursus (pag.83.H.394.53.) δηλοῖ καὶ γὰρ τὸ κάρτα πολλῷ, τὸ λίαν πολλῷ, κάρτα πολλῷ, h.e. valdè multa, λίαν πολλῷ. supra modum multa significat.

Καρυκοειδέα, ὕφαιμα exponit Gal. in Exeg. hoc est subcruenta, nimirum locum lib.4. Epid. (pag.1129.D.) subindicans, vbi legitur, οἷσι τὰ μέλανα κατ᾽ ἀρχὰς διῄει, ὑπότρυγα, καρυκοειδέα. quibus circa initia nigra demittebantur, aliquantulum fœculenta, & condimentis ex sanguine apparatis affinia. Quod cùm de excrementis dicatur, ea subcruenta fuisse indicat, quæque sanguinem assatum colore referrent, aut quæ καρύκῃ ac condimentis ex sanguine apparatis essent affinia. edulia ex sanguine confecta colore referentia dixit Corn. Est autem καρύκη & καρυκεία, intriti genus & conditurae ratio ex sanguine cum variis deliciis & condimentis sumptuosè apparata. λύδιον ἔδεσμα ποικίλον ἐξ αἵματος σκευαζόμενον explicat Gal. in Ex. h.e. Lydium quoddam edulium ex sanguine variè apparatum. Nam & καρύκην Lydorū esse inuentum testatur Athen. lib. 12. ad delicias comparatum, eiusque condituram ad condimentorum scriptores refert. Etsi vitiosè apud Athen. καρύκλη pro καρύκη scribitur. Erot. quoque ex hoc Hip. loco καρυκοειδέα exponens, καρύκην esse scribit, εἶδος ὑποτρίμματος, ἐκ πλειόνων ἀρτυμάτων συντιθέμενον, h.e. intriti genus ex variis condimentis apparatum, ex Philocratis Samij & aliorum authoritate. Vnde & καρυκεύειν esse addit, τὸ παρατιθέναι τὴν καρύκην φασίν, αἱματώδη τὴν χροίαν ἔχουσαν, h.e. καρύκην & eiusmodi intritum permiscere aut condire, quod sanguinem colore refert. Quam ob causam etiam nonnulli colore decepti, καρύκην esse αἱματίαν Græcis dictam censuerunt. Etsi καρυκεύειν τὸ παρατιθέναι καὶ ἀναδεύειν simpliciter significat, & de omni exquisito apparatu & conditura effertur. Et Hesych. καρύκη exponitur περίεργος ζωμός. βρῶμα λύδιον ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἡδυσμάτων συγκείμενον, ἀφ᾽ οὗ τὸ συμπαρατιθέναι καὶ ἀναδεύειν, καρυκεύειν φασί. Verùm illi per duplex κ scribitur, vt & καρυκκεύειν, ἀρτύειν, ἡδύνειν. Sic Var. ex Suda καρύκην esse scribit βρῶμα λύδιον ἐκ πολλῶν ἡδυσμάτων συνεστηκὸς, καὶ αἵματος. Et εἶδος ὑποτρίμματος ἐκ πλειόνων ἀρτυμάτων συντιθέμενον, vnde καρυκεύειν τὸ παρατιθέναι. Idem καρύκην esse vult ἕψημά τι ἐκ πολυτελοῦς σκευασίας συγκείμενον, decoctum aliquod exquisitè apparatum, verùm addit, δι᾽ αἵματος καὶ ἀρτυμάτων ποντοίων, h.e. ex sanguine & variis condimentis. Vnde etiam pro exquisita & sumptuosa conditura, aut concinnè apparata καρύκη sumitur, quod λύδιον βρῶμα ἐκ πολυτελοῦς, sumptuosum aut exquisitum edulium Lydium Didymo esse dicatur & delicatum, à Lydiis omni luxus genere diffluentibus. Sic Plutarch. lib.4. sympos. probl. quæst. 1. ἐν κανδύλοις καὶ καρύκαις, h.e. in exquisitis ac delicatis condimentis aut eduliis, non tam varietatem quam superfluitatem & curiositatem reponendam censet. Est autem (vt obiter etiam moneam) κάνδυλος, delicatus Lydorum cibus, qui & κάνδαυλος dicitur Athen. lib. 12. & κανδύλη lib. 1. καρύκην autem quidam ἀπὸ τῶν καρύων dictam esse volunt, & quod nigrum colorem referat, qualis est nucum decoctarum color, aut sanguinis exassati & per sedem reiecti, vt in hepaticis videre est. Eaque notione καρυκώδη excrementa vocat Actuar. lib.5. Methodi, in iis qui taurinum sanguinem recentem ebiberunt, quòd iis recrementa deponantur, quam sanguinem assatum & concretum referunt, coloreque nigricantia, aut quòd condimentis ex sanguine apparatis sint affinia. Ea namque coctura colorem nigrum accipiunt. Qui quidem Actuarij locus ex Diosc. depromptus mihi videtur, ideoque non ingratiis illi esse restituendus. Quod enim scribit Diosc. de taurino sanguine lib.6. cap. 25. εἴωθε δὲ τοῖς σωζομένοις ἀποδίδοσθαι διὰ τῆς ἕδρας καὶ ῥοώδη, quòd iis excrementa per aluum fluida efferri soleant, nullum genuinum sensum habet. Et Actuar. pro καὶ ῥοώδη καρυκώδη legisse videtur, vt sensus sit, iis qui seruantur solere per sedem demitti recrementa καρυκώδη, h.e. condimentis ex sanguine apparatis affinia, aut sanguinea & nigra, qualia sunt quæ sanguinem concretum, exassatum, aut etiam concoctum referunt. Est etiam καρυκεία & καρύκευμα, vt καρύκη, varia quædam ciborum conditura, ex deliciis & tragematis apparata. Quomodo pro varia, sumptuosa, ac superflua conditura sumitur Gal. lib.4. de san. tu. (p.260.4.) in medicamenti diatrion pip. apparatu cùm scribit. ἐπιτήδειον δὲ τοῖς οὕτω διακειμένοις ἐστὶ, καὶ τὸ διὰ τριῶν πεπέρεων, ὅταν μὴ πάνυ φαρμακῶδές τε καὶ ποικίλως σκευασθῇ. καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν συντιθέασιν αὐτὸ, δίκην καρυκείας τινὸς, ἢ συὸς ἀγρίου πρὸς δὴ τούτων τῶν θαυμασίων ὀψοποιῶν ἐσκευασμένου. Accommodatum verò sic affectis est diatrion pipereon, vbi non admodum medicamentosum fuerit, aut variè apparatum, sicuti plærique medici ipsum componunt ad instar variæ cuiusdam & exquisitæ mixturæ (καρυκείας vocant) aut apri à mirificis istis coquis conditi. Rursusque ibid. (pag.264.45.) προσφερέσθω δὲ λευκὸν ζωμὸν, ὅταν ἄνευ σαρκός τε καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον τῆς ἄλλης καρυκείας σκευασθῇ, ἀνήθου τε καὶ ἁλῶν ἐμβληθέντων εἰς ὕδωρ σὺν ἐλαίῳ καὶ πράσῳ βραχεῖ. Ius album voco cùm absque carne, ac multò magis sine superflua aut exquisita quadam conditura (καρυκείαν vocant) apparatum fuerit, tum anetho, tum sale in aquam cum oleo & porri exiguo coniectis. Vbi tamen Linacer ἄνευ χάριν legit. Eadem etiam notione sumitur καρυκεία apud Plutarch. orat. 2. περὶ σαρκοφαγίας, cùm scribit, ἀλλοκότοις μίγμασι καὶ καρυκείαις ποιὸν αὐτῶν τὴν σάρκα ὀψοποιοῦντες. alienis temperamentis & quibusdam delicatis condimentis earum carnem ad opsonium apparantes. Intrita quidam intelligunt & miscellas, aut offas farreas, quibus fartores alites saginant. Alij delicatam quandam condituram cum ficubus, carycis, & offis farreis aut turundis sumi volunt, quibus farciendas gallinas præcipiunt, vt melius earum pulpa gliscat. Gal. quoque initio lib. 2. de diff. puls. Sophistarum διάλεκτον qua vterentur, confusam & ex variis linguis mixtam & corruptam, καρύκην, h.e. variam & superfluam quandam mixturam vocat. Monendum porrò videtur Exeg. Gal. lectionem mihi videri corruptam, & ex duobus capitibus vnicum confici debere, hoc modo. καρυκοειδέα, ὕφαιμα. καλοῦσι δὲ αὐτὸ ἰδίως οἱ ἰατροί, καὶ καρύκην λύδιον ἔδεσμα ποικίλον, ἐξ αἵματος σκευαζόμενον. Sic enim καρυκοειδέα excremēta Medicis vocari antea abūdè docuimus.

Καρφαλέον, aridum, siccum significat, & καρφαλέον δέρμα sępè dicitur Hipp. cutis arida, sicca, vt aph. 12. lib. 6. Epid. sect. 6. καρφαλέον καὶ περιτεταμένον τὸ δέρμα, cutis arida & circumtensa. Et rursus ibid. aph. 15. οἷσι δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρά. Quibus cutis arida & dura obtenditur, quod repetitur aph. 71. lib. 5. Gal. quoque lib. 2. de diff. spir. (pag. 184. 23.) δέρμα καρφαλέον, τὸ ἀπεξηρασμένον, h.e. resiccatam cutim exponit, ex lib. 3. Epid. post st. pest. ægr. 15. Sic τὸ δέρμα πᾶν καρφαλέον cutem totam squalentem in tetano ponit Aret. lib. 1. cur. acut. cap. 5. Et lib. 1. de diff. feb. (pag. 327. 35.) in febre hectica cum marasmo τὸ δέρμα ἐσχάτως καρφαλέον extremè resiccatam cutim ponit Gal. τῷ καρφαλέῳ, ἀραιὸν καὶ χαλαρὸν, laxum & rarum opponit Hipp. humidum verò Gal.

Καρφολογεῖν est festucas aut paleas legere, quod est phreniticorum symptoma, vt scribit Gal. com. 1. in Progn. imaginatione læsa. ἀποκαρφολογεῖν dicit Hip. in Progn. (p. 128. 31. H. 38. 4.) τὰς χεῖρας ἀποκαρφολογούσας, manus festucas colligentes. Gal. quoque lib. 4. de loc. aff. (pag. 288. 33.) in delirio quod sibi adhuc puero febre ardente laboranti obtigit, se κροκιδίζειν καὶ καρφολογεῖν scripsit, h.e. floccos euellere & festucas colligere.

Καρχήσιον carchesium vertunt quidam, sed malim carchesia. Latini enim sic vocant extrema mali nautici foramina quæ rudentes excipiunt. Lucilius mali carchesia summa dicit apud Nonium. Quod ferè iisdem verbis imitatus est Catull. καρχήσιον exponit Gal. in Ex. τὸ ἐπ' ἄκρῳ τῷ ἱστῷ τὸ ἔχον τι τροχιλίαν. (sic enim mihi leg. videtur) h. e. partem summi mali in quo est trochlea. Athen. lib. 11. Φησὶν γ. καρχήσιον dici scribit τὸ περὶ τὸ πέλας τοῦ ἱστοῦ. Polluci verò cap. 9. lib. 1. τὸ τελευταῖον τοῦ ἱστοῦ τὸ περὶ τῇ κεραίᾳ dicitur ἠλακάτη, θωράκιον καὶ καρχήσιον. Hesych. quoque καρχήσια exponuntur τὰ κέρατα τὰ ἐπάνω τῶν κατάρτιων τῶν πλοίων, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἱστῶν, in quo summæ malorum nauticorum partes intelliguntur. At καρχήσιοι dicuntur Gal. in Exeg. οἱ ἐπὶ τοῦ καρχησίου πεπηγμένοι κάλοι, expansi in extremitate mali rudentes nautici, ex quibus vela dependent. Idem com. 3. in lib. de art. (pag. 615. 44. H. 808. G.) τοὺς κατὰ τὴν ἄνω τελευτὴν τοῦ ἱστοῦ κάλως, h.e. rudentes qui è summo malo demittuntur, καρχησίους dici scribit. vbi eam dictionem Hip. exponit. ἀπὸ μὲν τοι τύρσιος ἀφιεὶς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ κατεπιπηγότες καρχήσιον ἔχοντες. Ex turri tamen aut malo defixo, in quo insint carchesia. Est & καρχήσιος βρόχος, carchesius laqueus Oribasio lib. de laqueis, vel simplex, vel duplex, cuius etiam meminit Gal. com. 1. in lib. de art. (pag. 536. 24.) deligaturæ genus duab. habenis constans, vim habens æqualiter extendendi, nomen à fune nautico, qui in summo nauis malo habetur, accipiens. Est etiam καρχήσιον poculum quod describit Athen. lib. 11. & carchesia Bacchi pocula dixit Virg. lib. 5. Æn. & lib. 4. Georg.

Κασίης καρπὸς vsurpatur Hip. ad potiones hystericas lib. περὶ γυν. φύσ. (pag. 572. 39.) Κασσία duplex numeratur Gal. lib. 3. κατὰ γέν. (pag. 188. 36.) cuius vsus esse possit cinnamomi inopia. Vna ζίγιρ nominata, altera μοσύλιτις. Idem lib. 1. de antid. (pag. 434. 40.) probatissimam eam dicit τὴν γιζί, deinde etiam τὴν μοτώ vocatam. Vbi γιζί eam vocat, quæ ζίγιρ dicitur lib. 3. κατὰ γέν. & ζιγκὶρ Dioscor. Sunt autem hæc barbara (vt satis apparet) vocabula. Κασεῖον οἶνον Erot. apud Hip. [illegible] exponit, κινούμενον ἀπὸ κασείου ὄρους, si modo vera est lectio. κάσιον ὄρος in Ægypto scribitur & vrbs eiusdē nominis Steph. lib. περὶ πόλεων.

Κάσσυμα idem quod κάττυμα & calceamentum aut calceum significat. lib. 5. Epid.) pag. 1153. D.) σκυτεὺς κάσσυμα κεντῶν. Sutor calceum assuens, soleas veteramentarias, dixit Corn. Sunt autem καττύματα, vt explicat Aristoph. Schol. coria quę calceis muniendis subiiciuntur, soleas dicunt. Vnde sutores καττύοντες & καττυόμενοι propriè dicuntur Polluci cap. 20. lib. 7. & καττύματα calceamentorum partes sunt. Idem rursus c. 22. καττύματα calceamenti genus leue esse dicit, vt pes ferè puluerem attingat, soleam dicunt.

Καταβιβάζειν est deducere, promouere, demittere, vt γυναικεῖα καταβιβάζειν muliebria deturbare, promouere, in Prorrh. (pag. 214. 26. H. 80. B.) κινεῖν exponit Gal. καταβιβάζειν est κατασπᾶν, vt καταβιβάζοντες κατασπῶντες exponuntur Hesych.

Καταβλακεύειν, negligenter & segniter curare, ignauum esse & tardum ad aliquid, lib. de art. (pag. 629. 39. H. 820. A.) καταβλακεύουσι τὴν διόρθωσιν τοῦ σώματος, in dirigendo corpore negligenter se gerunt. Rursus ibid. (v. 41. H. ibid.) καταβλακεύουσι τὴν ἐς τὸ ὀρθὸν ὁδοιπορίην, rectam ambulationem segniter curant. Vbi Gal. καταβλακεύουσι, ἀμελοῦσι καὶ καταρραθυμοῦσι exponit. h.e. negligunt & segniter habent. Quem locum mihi etiam subindicare videtur in Exeg. cùm καταβλακεύουσι, καταλιγωροῦσι explicat, quod est parui pendunt, parum curant. Hesych. quoque καταβλακεύειν, καταβλακεῖν, ῥαθυμεῖν, ἢ δαπανᾶν ῥαθύμως exponit. At pro καταβλακεύουσι κατοκνεῖ dicitur in Mochlico (pag. 852. D.) vt sit καταβλακεύειν κατοκνεῖν, pigrari & segniorem esse in aliquid agendo.

Κατάβλημα quod iniicitur aut applicatur significat, eoque nomine dicitur ligamentum Hip. quod exterius parti iniicitur ad deligationem constringendam. Lib. de art. (pag. 604. 40. H. 799. F.) κάτωθεν περὶ τὸ μέτωπον ὀθόνιον καταβάλλειν καὶ κατάβλημα χρὴ εἶναι, ὡς περ νομίζεται, ὡς ἀτρεμέῃ τὰ δήματα. postea que fronti fascia circunducenda est, quæ omnibus aliis iniici debet, vt fieri assolet, quò vincula immota maneant. Vbi κατάβλημα vocare Hip. scribit Gal. τὸ κατὰ πάντων ἔξωθεν ἐπιβαλλόμενον, εἴτε τῶν καλουμένων περιρραμάτων, εἴτε τῶν ὁμοίων εἴη τι. quod supra omnia extrinsecus iniicitur, siue sit ex fimbriis vocatis, siue quid eiusdem generis. Quem Hipp. locum mihi etiam subindicare videtur Gal. in Exeg. cùm κατάβλημα exponit περίβλημα ἐξ ἐπιβολῆς ἕνεκα τοῦ σφίγγειν τὰ ὑποκείμενα, circumiectum data opera vinculum aut amiculum, ad ea quæ subiecta sunt constringenda. Sic enim leg. esse apud Gal. monemus nostris in lib. de art. Annot. cùm συγχεῖν passim pro σφίγγειν nullo sensu legatur. Dicitur ἐπίβλημα Paulo, quod est superiectamentū, & exponitur δεσμὸς ἕτερος περιβληθεὶς τῷ μετώπῳ, h.e. aliud vinculum fronti circumiectum. Est autem καταβάλλειν demittere, deiicere, applicare. Sic τὰς χεῖρας παρ' αὐτὸ τὸ σῶμα παρακαταβάλλειν, dixit Hip. lib. de art. (pag. 615. 4. H. 808. F.) manus iuxta ipsum corpus demittere, aut demissas applicare, & iuxta corpus demissas religare. Καταβάλλειν σφᾶς αὐτοὺς dicit etiam Hip. lib. de nat. hum. (pag. 5. 20. H. 224. 28.) quod est seipsos subuertere & oppugnare. ἀλλ' ἐμοί γε δοκέουσιν οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς καταβάλλειν ἐν τοῖσιν ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτῶν ὑπὸ ἀσυνεσίης. Verùm hi mihi videntur præ inscitia in suarum rationum nominibus seipsos subuertere, obruere, euertere ac prosternere, h. e. suis ipsorum, quibus in disserendo vtuntur, sermonibus, præ imperitia in errorem detrudere. Sic quoque καταβάλλειν δόξαν, opinionem subuertere dixit Gal. com. 1. in lib. de nat. hum. (pag. 12. 10.)

Καταβροχθίζειν & καταβροχθίζειν, quod est deglutire, deuorare, vide in βροχθίν & βρόχθος antea.

Καταγγελίη vide κακαγγελίη antea.

Καταγλισχραίνειν, viscosum efficere ac reddere significat, & dicitur de iis quæ sputum viscidum, ideoque ad eductionem difficilius reddunt. lib. 2. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 75. 6. H. 392. 55.) de mulsa. ἔχει γὰρ σμηγματῶδες τι, ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύαλον. habet enim detergens quiddam, quod plus quam par est viscidum sputum reddit. Quod quidem de mulsa impropriè ab Hip. dici scribit Gal. Neque enim mulsa sputum viscidum efficit, sed ob leuem quam habet detergendi vim, viscidum fieri sinit, neque ab ea quicquam ad eductionem confertur. Sic enim τὸ μᾶλλον τοῦ μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύαλον, μᾶλλον τοῦ μετρίου πολλάκις ἐπιτρέπει τῷ πτυάλῳ καταγλισχραίνεσθαι. h.e. sæpe plus æquo viscidum fieri sputum permittit. Sic quoque ἐπιγλισχραίνειν dicitur, quod est insuper viscosum reddere, quomodo ibidem etiam scribit Hip. (pag. 49. 38. H. 386. 29.) de densa spiratione. τοῦτο δὲ πυκνὸν ἐὸν ἐπιγλισχραίνει τὸ πτύαλον. is verò [spiritus] vbi creber extiterit, sputum insuper viscidum reddit. Eadem notione dicitur πτύαλον καταγλισχραινόμενον, Hip. ibid. (pag. 48. 42. H. 386. 6.) sputum abundè glutinosum redditum. καταγλισχραίνεσθαι enim τὸ ἐσχάτως καὶ ἄκρως γλισχραίνεσθαι, h.e. extremè aut summè viscidum reddi, ibidem exponit Gal. præpositione glutinositatis ac dictionis vim augente.

Καταγλυφὴ cauum exsculptum significat, aut sculpturam & incisuram, vt lib. de art. (pag. 656. 10. 21. & 22. H. 834. B.) ἔχειν δὲ μέσον τὸ ξύλον καὶ καταγλυφὴν χρὴ βαθυτέρην καὶ τετράγωνον ὡς τρεῖς δακτύλων, καὶ ἐς μὲν τὴν καταγλυφὴν ταύτην, ὅταν δοκῇ περὶ ὃν ξύλον, ἐμπηγνύειν ἐναρμόζον τῇ καταγλυφῇ, τὸ δὲ ἄνω στρογγύλον. In medio verò altè exsculptum cauum in quadratam figuram ad tres ferè digitos, lignum habere oportet in quod, vbi opus esse videbitur, lignum cauo accommodatum, superiore autem parte teres, defigatur. In Mochlico quoque (pag. 865. B.) ἐν μέσῳ τετράγωνον καταγλυφὴν. In medio verò cauum in quadratam figuram exsculptum esse debet. Rursus ibid. (v. 25. H. ibid.) καταγλυφὰς vocat (etsi melius καταγλυφὰς legi videatur vt nostris in eum lib. Annot. monemus) fossulas & cauitates in medium scamnum excauatas aut inscias, quas κατήτας dici lib. de art. antea diximus.

Κάταγμα, fractura aut fractio, est in osse continui solutio, vt in carne ἕλκος, vt scribit Gal. libr. de const. art. med. (pag. 36. [illegible]) & initio lib. 4. Meth. med. Idem quoque cap. 5. lib. 6. Meth. med. vnitatis in osse solutionis proprium nomen κάταγμα [illegible]dicis esse scribit. Quod etiam testatur his verbis com. 2. in lib. de art. (p. 609. 5. H. 805. F.) ἡ συνεχείας ἡ λύσις ἕλκος μὲν ἐν σαρκὶ [illegible]

μοίῳ, κάταγμα δὲ ἐν ὀστῷ καλεῖται. τὸ δὲ ἐν χόνδρῳ γινόμενον οὐκ ἔχον ἰδίαν προσηγορίαν, καταχρηστικῶς ὁ Ἱπποκράτης τῷ κατάγματος ὀνόματι προσείρηκεν. Continui solutio in carne quidem vlcus, in osse verò κάταγμα, h.e. fractura vocatur. Vbi autem in cartilagine contingit, cùm proprium non habeat nomen, eam κατάγματος nomine abusus Hipp. appellauit. Sic enim ab eo de aure scribitur, ἢν δὲ οὖς καταγῇ, ἐπιδέσιες πᾶσαι πολέμιαι. At verò auri fractæ vinculum omne inimicum est. Quod etiam mihi significare videtur Isag. autor, hoc quoque subindicato Hip. loco, (pag. 389.50.) cùm scribit. καὶ οὖς δὲ κατάγνυσθαι φησὶν Ἱπποκράτης, ἐπεὶ καὶ ὁ χόνδρος ἐστιν αὐτοῦ μιμεῖται, καὶ δυσαποκατάστατος ἐστι εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα. Aurem frangi dicit Hipp. quoniam & cartilago ossis speciem imitatur, neque facilè in pristinam figuram restitui videtur. Idem quoque (pag. 387.35.) in aurium morbis κάταγμα recenset. Est etiam propriè κάταγμα in capite caluariæ diuisio, vt his verbis testatur Paulus lib. 6. c. 90. ἰδίως δὲ τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ κάταγμα, διαίρεσίς ἐστι τοῦ κρανίου, ποτὲ μὲν ἁπλῆ, ποτὲ δὲ πολυσχιδής, ὑπὸ τινος ἔξωθεν βίας γινομένη. κάταγμα in capite peculiariter est caluariæ diuisio, interdū simplex, interdū etiā multifida, quæ ex vi quadam exteriore cōtingit. Cuius etiā species quinq; ponit, ex Isag. authore. κάταγμα etiam Hipp. sumitur pro vulneris per cædes ferramētū facti foramine, lib. de art. (p. 590. 55. H. 788. B.) si modò vera est lectio. Sic enim scribitur, ὑπάλειπτρον χρὴ λεπτὸν διείρειν διὰ τῶν καταγμάτων. tenue specillū, quo ad illinendū vtimur, per ambusta foramina traiicere oportet. Verùm lectionem istam suspectam esse ibi scribimus, & καυμάτων cū interpretibus, aut τρημάτων legendū suspicamur. καταγμάτων verò differentias vide apud Gal. c. 5. lib. 6. Meth. & apud Gorr. qui etiam καταγματικὰ medicamenta quænam sint explicat.

Καταγνῦσι apud Hip. exponit Gal. in Exeg. εἰς ἐσχάτην ἀγχιστείας ἀσθενείας ἄγει, hoc est, extremè debilitat, & ad summā imbecillitatē ducit. Nimirū locum lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 77.10. H. 393.17.) subindicās, vbi de mulsa scribitur, κατέγνωσται δὲ αὐτὸ πρὸς τῶν ἀνθρώπων ὡς καταγνῦσι τοὺς πίνοντας. Dānata est autē ab hominib. mulsa, quòd suo potu ad extremā imbecillitatē deducat. καταγνῦσι namq; dicuntur, hoc est, extremè debilitare aut eneruare, quæ vires euertunt, vt sanguinis eruptio, deiectio multa, sudor immodicus, & per accidens cibi abstinētia, vt ibidem scribit Gal. Eandē quoq; dictionē vsurpat Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 663.27.) ἢν δὲ αἱ ὀδύναι καταγνῦσιν. Quòd si dolores sūmè debilitēt, ad extremā imbecillitatē deducāt. Sic enim leg. apparet, cùm passim vitiosè καταγνῶσι legatur. Potest etiā καταιγίζωσι legi, hoc est ingruāt, aut cū impetu irrupāt, vt etiā legitur postea (p. 673.7.) Rursus lib. περὶ ἀδένων (p. 272.39.) ἄμφω δὲ ἐν ἀδικίῃ καταγνῦσι τὴν φύσιν. amboq; magna molestia naturā frangūt & eneruant. Vbi tamen καταγνυῖ habent exemplaria publicata.

Καταγωγή, ductus, deductio, sedes & mansio. Lib. 7 Epid. (p. 1208. D.) κατὰ ταύτην τὴν καταγωγήν, secundum hunc ductum, hoc est, circa totam ventris regionem & sedem, velut si quis vmbilicum attrectans, manum in totum ventrem deducat.

Καταδαρθεῖν est indormire, somnum capere, verbum Aristop. familiare præcipuè, vt Nub. & Pluto. Significat autem maximè ἐν δέρμασι κοιμηθῆναι, h.e. in pellib. dormire, vt scribit Aristoph. Schol. qui & annotat Atticos καταδάρθειν dicere. Vtitur Hip. lib. 5. Epid. (pag. 1151. E.) νύκτωρ καταδαρθών, nocte dormiens. Et lib. 3. περὶ διαίτης (p. 370.22.) ἔπειτα καταδαρθεῖν, deinde dormiat. καταδαρθεῖν, κοιμηθῆναι exponit Hesych.

Καταδέχεσθαι, recipere suscipere, sustinere, de cibo sumpto dicitur Hipp. lib. 7. Epid. (p. 1221. D.) πόμα κατεδέξατο καὶ χυλοῦ, potionem recepit & succi ptisanæ nonnihil.

Κατὰ δίκην, iusto modo significat, iure, pro merito, vt par est. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 607.26.) καὶ οὐ χωρέει [τὰ λοχεῖα] κατὰ δίκην. neque iusto modo procedant. Rursus ibid. (pag. 612.41.) μὴ δὲ ἡ κύστις, μὴ δὲ ἡ κοιλίη διηθέωσι οὖρον τι καὶ κόπρον κατά τι δίκην. neque vesica, neq; aluus vrinam & stercus, vt par est, percolarint. Et lib. περὶ κεφαλῆς (p. 268.47.) παλινδρομέει δὲ κατὰ δίκην. meritò autem recurrit. Lib. de c. vuln. (p. 898. A.) κατὰ δίκην pro æquè, eodem modo, eadem ratione, aut æquo iure accipi videtur. ἐκ τούτων θάνατος οὐ γίνεται κατὰ δίκην, οὐδ' ἢν γίνηται ex his mors etsi consequitur, non æquo tamen modo, aut eodem iure contingit. hoc est, non æquè aut similiter pereunt qui posteriore capitis parte vulnus acceperunt, & qui anteriore, quòd hi celerius, illi tardius pereant.

Καταδουλοῦσθαι est in seruitutem redigere, subiugare. Lib. de fract. (p. 552.56. H. 762. H.) ἀνάγκη καταδουλοῦται τὴν γνώμην, necessitate hominum spiritus frangitur, aut animus subigitur, ac succumbit.

Καταιγίζειν est cum impetu ferri, ingruere & vehementer irruere, propriéque de vento aut procella vehementer irruente aut cū impetu irrumpente dicitur, & ex translatione ad alia transfertur. Quam dictionem vsurpat Hipp. lib. 3. de Morb. (p. 489.48.) ἢ πρὸς μὲν τὰς ὀδύνας αὐτὰς, ὁκόταν καταιγίζωσι. & ad dolores ipsos vbi cum impetu ingruerint aut irruerint. Rursus ibid. (p. 494.50.) ἐπειδὰν δὲ καταιγίζωσιν αἱ νοῦσοι, vbi morbi cū impetu irruūt. Et li. 2. περὶ γυν. (p. 673.7.) ἢν ὀδύναι καταιγίζωσι ἐξαπιναίως si dolores repēte ingruerint aut repētini irruerint. Quę certe mihi quodāmodo exprimere videtur Erot. cùm καταιγίζωσι, πέμπωσι explicauit, & adscripsit καταιγίζειν τὸ πέμπειν dici, melius tamē καταιγίζωσι, ὁρμῶσι, hoc est, impetū fecerint, significare, παρὰ τὸ αἰγιόχου, ab Ægiocho Ioue. αἰγίοχος nāq; Iuppiter dicitur Homero sępe, quod Ægida habeat aut cōcutiat. Vbi αἰγίδα Erot. nō à pelle caprina, aut ab Amalthea capra dici innuere velle videtur, verùm ab ἀΐσσω quod significat vibro, aut cōcutio, vt ægris dicatur ὅπλον quoddā Iouis à Vulcano ei fabricatū, quo ventorū turbines & procellas ciet. Quo sanè respexisse mihi videtur Homerus Il. δ. (v. 266.) Ζεὺς δέ σφιν Κρονίδης ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων, αὐτὸς ἐπισσείῃσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσι. Iupiter autē Saturnius in alto ęthere habitās. In ipsos omnes nigrātē ægida vibrabit. Et Virg. eū imitatus id propius expressit lib. 8. Æn. cùm scribit, Arcades ipsum Credunt se vidisse Iouē, cū sæpe nigrantē Ægida cōcuteret dextra, nimbosq; cieret. Αἰγὶς igitur idē quod καταιγὶς aut καταιγὶς significat procellā, & ἐξαίσιον πνεῦμα exponit Hesych. & ab ἀΐσσω deductū videtur, aut ab ᾖχα præterito medio τοῦ αἴσσω, vt vult Eustath. Dicitur quoq; πόνος καταιγίζων Hipp. li. 7. Epid. (p. 1218. B.) dolor cū impetu irruens, aut vehementer incidens. πόνος ἦλθεν καταιγίζων ἐς ἥβην καὶ κοιλίην, dolor in pubē & ventrē cum impetu irruens. Quem locū Erot. subindicari scripsimus, cùm πόνος καταιγίζων, αὐτὶ τοῦ σφοδρῶς ἐμπίπτων, h.e. vehemēter incidens, ei explicatur. Qui etiā addit καταιγίζειν dici ἀπὸ τῆς καταιγίδος, ἥτις ἐστὶ βιαία καὶ αἰφνίδιος ἀνέμων ἔμπτωσις, violentus ac repentinus ventorum impetus. Dicitur etiam καταιγὶς Hesych. ὅπερ, ὁ ἄνεμος σφοδρὸς καὶ ὁ τῶν ὑδάτων ζάλη, vehementer irruens ventus cum aquarum turbine, hoc est, procella.

Κατ' ἶξιν è directo significat, aut secundum rectitudinem & directionem, aut rectum tramitem. Gal. Com. ad aph. 20 lib. 1. κατ' ἶξιν κατ' εὐθυωρίαν exponit, hoc est, recto tramite aut ductu, & Com. ad aph. 21 κατ' εὐθὺ τοῦ πεπονθότος μορίου, hoc est, è directo partis malè affectæ. Idem Com. 1. in lib. 6. Epid. (p. 443.18. & 21.) κατ' ἶξιν Hipp. κατ' εὐθυωρίαν significare scribit, & Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 47.55. H. 385.48.) Quod etiā repetit Gal. Com. in sent. 17. lib. 2. de Humoribus. Idem lib. de Cur. per sang. missionem (p. 14.23.) τὸ δὲ κατ' ἶξιν ὅτι κατ' εὐθὺ λέγει πᾶσιν ὁμολογεῖται, ὥσπερ αὐτὸ κεχρημένος πολλάκις ἐπὶ τοῦ σημαινομένου τὸ κατ' ἶξιν φωνῇ. Quòd κατ' ἶξιν dicat quod è directo est, omnibus in confesso est, cùm sæpius hac voce in ea significatione vtatur. Et lib. 2. de Cur. ad Glauc. (p. 211.35.) τὸ γὰρ κατ' ἶξιν ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον, αὐτὸ τοῦτ' ἐστὶ τὸ κατ' ἰσότητα. Quod ab ipso κατ' ἶξιν dicitur, hoc ipsum est secundum æqualitatem. Ea autē dictione crebrò vtitur Hipp. vt aph. 10. sect. 2. lib. 6. Epid. & lib. 2. Epid. (p. 1027. C.) vbi in morbis & naturæ motibus semper directionem spectandam esse præcipit Hipp. Rursus aph. 5. sect. 1. lib. 6. Epid. νάρκα μηροῦ τοῦ κατ' ἶξιν. femoris quod è directo respondet, stupor sentitur. Et ægr. 3. lib. 1. Epid. ἐπαρμα τὸ πρῶτον σπληνὸς κατ' ἶξιν, primùm tumor è directo lienis exortus est. Et ægr. 3. lib 3. σπλὴν ἐπήρθη, μηρῷ ὀδύνη κατ' ἶξιν. Lien sublatus intumuit. femur è directo respondens dolor prehendit. Rursus lib. 4. Epid. (p. 1134. B.) τὸ οὖς, κατ' ἶξιν τοῦ σπληνὸς καὶ τοῦ πλευροῦ, ἤλγει, auris è directo lieni & lateri respondens, doluit. Et rursus ibidem (C.) ἔπειτα τι καὶ αἷμα ἐκ τοῦ κατ' ἶξιν σμικρὸν ἐῤῥύη. deinde etiam paulum sanguinis è directo profluxit. At Erot. vbi σπληνὸς κατ' ἶξιν ex his Hipp. locis exponit, Bacchium & Glauciam Hippocr. interpretes reprehendit, & κατ' ἶξιν non vna notione apud Hipp. sumi contendit, sed κατ' ἶξιν σπληνὸς, κατὰ συνέχειαν significare scribit, hoc est, ex continuatione. Lib. verò κατ' ἰητρεῖον (p. 680.8. H. 743. E.) & lib. de fract. ἶξιν τοῦ ἕλκεος (p. 562.10. & 40. H. 768. A.) aut fracturæ extremum, aut ἕλκεος ἄφιξιν, hoc est, ipsam vlceris rectam processionem, à qua vinculorum mouendorum aut iniiciendorum, tum etiam adhibendarum ferularum ratio iniri debet, & secundum eam motionis initium aut finis procedere. Quod certe mihi innuere videntur hæc intricatissima Erot. verba, quæ hoc modo legenda videntur, ἐν δὲ τῷ κατ' ἰητρεῖον, καὶ τῷ περὶ καταγμάτων φησὶν, ἶξιν τοῦ ἕλκεος, τοῦ κατάγματος τὸ πέρας, ἀφ' οὗ τὴν ἄφιξιν κινηθεὶς, ὅτι ἐστὶ πέρας κινήσεως. Et hæc explicatio Hipp. locis optimè mihi quadrare videtur, vt nostris in lib. de fract. Annotat. monemus, vbi etiam quinā mihi de hoc Erot. loco sensus sit non obscurè profiteor. Nā & obscurissimus & planè desperatus mihi videtur, si codicū nostrorum sensum sequamur, & alia lectio Hipp. est affingenda, quàm quæ publicè extat, & tum editiis, tum manu exaratis codic. est contestata. Cæterùm admonet etiam Erot. τὴν ἶξιν lib. 2. & 4. Epid. αὐτὶ τῆς εὐθυωρίας sumi. Reliqua plurima

quæ ad h... dictionem pertinent, vide in ἴξις antea.

Κατακαύματα, ambusta, incendiosæ quædam pustulæ ac ambustiones in cute ex vstulatione enatæ, aut humorum acrimonia cutem concalfactu lancinante erumpentes. Quales solent sæpe fieri in summa corporis putredine & febribus ardentibus ac malignis, φλυκταινίδες ὥσπερ πυρικαύστου, pustulas iis similes quæ in ambustis fiunt, vocat Hip. initio lib. 2. Epid. In Coac. Præn. (p.143.C.) in febribus ardentibus τὰ ἐξέρυθρα ἐν ποσὶ κατακαύματα, prærubra in pedibus ambusta annotantur.

Κατακεκλιμένοι dicuntur qui morbo fracti sunt, & viribus exolutis decumbunt. In Prorrh. (p.192.9.H.72.G.) τοὺς κωματώδεας ἐν πυρετῷ κατακεκλιμένους, hoc est, eos qui ex febre exoluti aut fracti decumbunt, si sopore teneantur, purgare vetat. Vbi tamen exemplaria omnia κατακεκλασμένους legunt. Sed nos cum Gal. κατακεκλιμένους legimus, quos ἐκλύτους idem explicat. Κατακλινὴς etiam dicitur Hip. qui ex morbo decumbit, & idem quod κατακλιθεὶς, aut κλινήρης, aut κλινοπετὴς significat, quib. τὸ ὀρθοστάδην ἐνοχλεῖσθαι opponitur lib. 1. Epid. Lib. 3. Epid. ægr. 2. post st. pest. ἐκ χρόνου δὲ πολλοῦ περὶ τὸ τίκτειν πυρετώδης ἦν κατακλινής. Ex longo tamen ante partum interuallo, ex febre decumbebat.

Κατακεκρεμασμένον κάτηγμα, suspensa fractura & quæ dependet, lib. de fract. (p.558.28.H.765.F.) ἢν μὴ ἄγαν τις πιέζῃ τὸ κάτηγμα, ἢ κατακεκρεμασμένον ἔχῃ. nisi quis fracturam valde comprimat, aut suspensam teneat, nisi fractura dependeat.

Κατακερματίζεσθαι est in minutas partes dissolui, dissipari & dirimi. Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.98.14.H.388.43.) de febrili calore qui initio contractus, postea in totũ corpus dissoluitur. dissipatur & in minutas partes dirimitur. καὶ πάλιν ἀνάλογον λυομένου τοῦ πυρετοῦ καὶ κατακερματιζομένου, ἐς τοὺς πόδας καταβαίνει. Rursusque cùm febris soluitur & in minutas partes dissipatur, ex proportione ad pedes descendit.

Κατάκλασις ὀμμάτων, oculi perfractio, peruersio, distorsio, aph. 19. sect. 1. lib. 6. Epid. Sic enim exponit Gal. ὅταν διαστρέφηται τὰ βλέφαρα, cùm palpebræ peruertuntur, illudq; alterius musculorum oculos claudentium conuulsionẽ aut resolutionẽ indicat. κατάκλασις βλεφάρων, dicitur in Progn. Κατακλάσεις τῶν ἄρθρων etiam articulorum perfractiones dicuntur aph. 18. sect. 1. lib. 6. Epid. & confractiones in ægris cùm articuli peruertũtur, distorquẽtur, neq; probè cõsistunt, sed vehemẽter reducũtur & implicãtur, aut latissimè dijiciũtur, multum disperguntur ac proiiciũtur. Quod expressit in Progn. Hip. per τὰ σκέλεα ἰσχυρῶς συγκεκαμμένα καὶ διαπεπλεγμένα, h. e. crura admodum reducta & dispersa, vt explicat Gal. in Comment. Est & κατάκλασις ὀμμάτων, oculi perfractio, aut etiam κατάκλεισις, obseratio aut conclusio, in Prorr. (p.194.43.H.73.G.) vtrunq; enim agnoscit Gal. quorũ alterũ musculorum palpebras claudentium robur, alterũ aperientium imbecillitatem indicat. αἱ κατακεκλασμέναι ἐν τῇσι κινήσεσι μετ' ἀδυναμίης dicuntur in Coac. (p.103.E.) ad motus impotentes & perfractæ, quæ exolutis & languentibus sunt viribus, animali facultate humorũ copia grauata, quales sunt delassatę, & ad motiones prę lãguore ineptę. Sũt & κατακεκλασμένοι καυματώδεις ἐν πυρετῷ, in febre æstuosi ac perfracti, lib. περὶ ἐπικρίσιος (p.1288.14.) qui ex Prorrh. antea κατακεκλιμένοι dicti sunt. Κατακλώμεναι αἱ φωναὶ, voces distortæ, peruersæ, perfractæ, dici videntur Coac. (p.158.E.) quemadmodum κατάκλασιν διαστροφὴν exponit Gal. etsi eam oculis attribuit Hipp. in Epid. nec satis propriè ad vocem referri videatur. Sed quemadmodum καπυλλόμεναι φωναὶ dicuntur lib. 3. Epid. (in st. pest.) αἱ διεστραμμέναι, si hoc loco peruersæ aut distortæ voces, etsi minus aptè, non tamen omninò absurdè dicentur, quæ à planis, suauibus, & communi vocum ratione deflectunt, aut quæ ex musculorum laryngis conuulsione aut resolutione, interceptæ sunt, velut elisæ ac confractæ. Possunt & raucæ aut asperæ intelligi, ex distillatione in vocis instrumenta, quæ continenti humiditate rigua minimè sonoras & claras voces edunt, sed quas vulgus Gallicum non ineptè quassas vocat, vt nostris in eum locum Annotat. scribimus.

Κατακλύσματα sunt infusa, & alui per infusa elotiones, quæ pituitæ & bili ex intestinis eluendæ sunt accommodatæ. Lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.33.15.H.338.27.) τοῖσι δὲ ἐμέτοισι χρὴ καὶ τοῖσι κατακλύσμασι τῆς κοιλίης ὧδε χρέεσθαι. Vomitibus autem & infusis aluum eluentibus hoc modo vtendum. Κατακλυσμοὺς etiam vocant Medici aquarum eluuiones quas partibus corporis imbecillis adhibent, aquarum illisiones appellat Aurel. cap. 1. lib. 1. Tard. pass. & aquarum riuos cap. 1. lib. 2.

Κατακορὴς aut **κατακορέως** abundè, in plenũ apud Hipp. significat, & de excrementis dictum, syncerè admodum biliosum, aut exquisitè biliosũ indicat, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.76.57. H.393.3.) κατακορέστερα μᾶλλον τοῦ καιροῦ, plus æquo biliosa excrementa dicũtur, aut abunde bile syncera colorata aut tincta, quę ibidem Gal. exponit ἱκανῶς ἀκράτῳ χολῇ δεδευμένα, τὰ πυρρὰ ἢ ξανθὰ ἔχοντα καὶ παχεῖαν χολήν. syncerè admodum biliosa, bilem scilicet ruffam vel flauam crassamq; habẽtia. Eadem ibidem paulò pòst Hipp. dicuntur, μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, plus iusto bile saturata. Vbi Gal. κατακορέως χολώδη, ἱκανῶς τοιαῦτα, h. e. abũdè biliosa explicat, aut ἀκράτως χολώδη, h. e. syncerè biliosa. In Coac. quoq; τὰ κατακορέα per se, h. e. sine humoris aut coloris expressione, bile admodum colorata recrementa significãt, aut merè biliosa, (p.218.G.) καὶ τὰ κατακορέα πονηρὰ, mala quæ bile abunde tincta sunt, aut bile syncera saturata. Et κατακορὲς ποικίλον διαχώρημα (ibidem A.) vocat abunde varium alui recremẽtum aut abundè & variè bile coloratum. Sic Gal. in Exeg. (his nimirum expressis locis) scribit Hipp. κατακορέα vocare τὰ ἀκρατέστερα διαχωρήματα meræ & syncerę bilis per aluum recrementa. Eadem quoq; adiunctâ bilis appellatione sæpe κατακορέα χολώδεα vocat, vt biliosi humoris intensionem denotet, & abunde biliosa ac in plenum bile exaturata excrementa significet. (κατακορὴς enim rei cui additur intẽsionem & affectionẽ valde promouet, vt scripsimus nostris in li. 1. & 2. Epid. Annotat.) Lib. 1. Epid. ægr. 2. ἀπὸ δὲ κοιλίης τῇ πρώτῃ χολώδεα, ἄκρητα, ἔπαφρα κατακορέα, πολλὰ διῆλθεν. Primo die ex aluo biliosa, syncera, spumantia, affatim colorata aut abunde saturata multa prodiere. Et rursus ægr. 4. διαχωρήματα χολώδεα, κατακορέα. deiectiones biliosæ, in plenũ & affatim coloratæ. Et lib. 5. Epid. (p. 1155.G.) χολώδεα ἤμεσε κατακορέα, biliosa abunde colorata vomitione reiecit. Quod etiam repetitur ibidem (p.1162.C.) & lib. 7. Epid. (p.1217.G.) Sic κατακορὴς χολὴ bilis affatim syncera & abunde colorata, h. e. meracissima & impensè flaua dicitur li. 5. Epid. (p.1159.E.) κατακορέα χολὴν πολλὴν ἤμεσεν, bilem multã syncerã aut abunde coloratam vomitione reiecit. Quod etiã repetitur lib. 7. Epid. (p.1128.E.) Et Gal. χολὴν κατακορῆ τῇ χροιῇ, in plenum colore saturatam bilem aut meracissimã intelligit, vt & κατακορῆ μέλαιναν χολὴν, bilem atrã impermixtã & syncerã vocat Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.81.35.) κατακορέα etiã χολὴν, synceram bilem in hepatis morbis dicit Aretæ imprimis vetustus author, c.13. lib. 1. περὶ χρον. παθ. Hinc κατακορὲς φάρμακον, medicamentum huiusmodi meracam admodum bilem deiiciens intelligitur Hip. lib. 5. Epid. (p.1146.A.B.) Sic enim Gal. in Exeg. φάρμακον μὲν τι κατακορὲς, ἢ διὰ τὸν κινούμενον ὑπ' αὐτοῦ χυμὸν, ἢ διὰ τὴν ἰδίαν χρόαν, exponit, medicamentum κατακορὲς dici existimans, aut propter vacuatum ab eo humorem, aut ob proprium colorem. Idem etiam στήθεα κατακορέα, τὰ τοιούτου χυμοῦ γεννητικὰ, exponit, pectus admodum biliosum intelligens quod huiusmodi synceram bilem gignit, etsi quidam τὰ λάσια, h. e. hispidum accipiant. Quibus verbis locum lib. 2 Epid. (p.1053.F.) mihi subindicare videtur. ὧν κατακορέα τὰ στήθεα, ψελλοί. Qui pectus admodum biliosum habent ij balbutiũt Eadẽq; notione τὰ ἄνω κατακορέα ibidẽ dicuntur (p. 1053 D.) partes corporis superiores admodum biliosæ, aut superius vẽtris osculũ exquisitè biliosum. Et κατακορέες ἄνθρωποι similiter dici Hip. annotat Gal. h. e. abũde biliosos, aut syncera bile abũde coloratos. Sic enim κατακορὴς cum ad hominem refertur, exquisitè biliosum indicat, vt li. 4. Epid. (p.1127.A.) ὁ ἐν τῷ σαυτινῷ ἡμορράγησε κατακορής. Qui in sutrina erat & bile plurimùm abũdabat, sanguinẽ è naribus profundit. Et li. 2. Epid. (p.1050 D) οἱ τραυλοὶ, ταχύγλωσσοι, μελαγχολικοὶ, κατακορέες. Balbutientes & volubilitate linguæ præditi, ij melancholici & admodum biliosi sunt. Sic ἰκτεριώδεις κατακορέες nominantur Hipp. qui auri gine admodum fœdati sunt & largius colorati, Lib. 4. Epid. (p 1121.D.) & Coac. Prænot. (p.122.F. & 126.D.) quales qui e morbo regio multa & syncera bile suffusi sunt. κατακορέως ἰκτεριώδεις dicuntur li. 4. Ep. (p.1121.C.) & Aret. cap à nobis priu adducto, vt & κατακορέα οὖρα in ictero idem adscribit, hoc est multa & syncera flaua bile abunde coloratas vrinas, ea di ctione coloris intensionem denotãs. Quomodo κατακορὴς δίψα dicitur lib. 7. Epid. (p.1212.F.) sitis vehemens & summè inten sa. Sic enim explicat Gal. in Exeg. ὀνομάζει δὲ καὶ δίψαν τινὰ κατακορῆ, τὴν ἤτοι διὰ τὸν τοιοῦτον χυμὸν γεγενημένην σφοδρὰν, ἢ εἰς ἄκρον ἐπιτεταμένην. Vocat autem alicubi sitim κατακορῆ vehementem vide licet quæ ex bile syncera orta sit, aut summè intensam. Nequ absimili notione βὴξ κατακορὴς lib. 7. Epid. (pag.1217.E.) tu sim vehementem, admodum intensam & grauiter vexanter significat. ἡ δὲ βὴξ, ὅτε μὲν ἐξέλιπεν, ὅτε δὲ κατακορὴς ἦν μετὰ πνίγματος πολλοῦ. Tussis verò interdum quidem relinquebat, interdu etiam intendebatur vehementer cum multa suffocatione. Ru susque ibidem (pag.1220.H.) καὶ βὴξ εἶχε μὲν ἐκ καταῤῥόου καὶ πρὶν, τότε δὲ ἦν κατακορής. Et tussis detinuit, quæ quidem etia antea ex destillatione aderat, tunc verò valde intensa erat. Si etiam κατακορὴς ὕπνος ibidem somnum profundum aut abũd suppetentẽ significat, vt qui peruigilio opponatur, (p.1207.E

τῇ

τῶν δὲ λοιπὸν ἅπαντα χρόνον, κατακορὴς ὕπνος, ἐγείρειν ἔργον: Toto verò deinceps tempore tam abunde somnus suppetebat, vt ægrè excitaretur. Et κατακορὴς ῥύσις nimiam & exundantem ac immoderatam sanguinis profusionem indicat, lib. περὶ ἰητρ. (pag. 20. 32.) ὡς γὰρ οὐδὲν τι τὴν ῥύσιν γενέσθαι κατακορῆ. Sic enim numquam fiet immoderata profusio. Agitur de varicibus & venis quibusdam, in quibus angustas sectiones fieri præcipit, metu nimiæ sanguinis profusionis. Sunt tamen qui κατακορῆ ῥύσιν illic sumūt moderatum fluxum, vbi tantum sanguinis fluit quantum satis est, & vertunt, Non enim fieri potest moderata sanguinis profusio, nempe cùm nimia fiat, & plus quàm par sit profundatur. Sic Cornar. dixit. Neque enim possibile est, vt in his fluxio sistatur. Malim tamen κατακορῆ de nimia & largiore dici profusione, quemadmodum aliàs sæpius apud Hipp. κατακορὴς plenam satietatem & abundantiam indicat. Sic κατακορὲς ἀνθηρὸν ἐρύθημα, in plenum aut abunde florulentus rubor dicitur de malarum rubore. lib. 7. Epid. 1211. E.) ἐπὶ γνάθοισι ἐρύθημα οὐ κατακορὲς, ἀλλ' ἐπιεικῶς ἀνθηρόν. malarum rubor non in plenum, sed leuiter florulentus, hoc est, non intensus sed moderatus. Et lib. περὶ καρδίης (p. 268. 19.) καρδίη χροιὴν δὲ κατακορέως φοινικέα, cor colore est impensè rubro aut purpureo, & abunde exaturato. Quemadmodum πορφύρα κατακορὴς vocatur Gal. lib. 2. de Elem. (p. 57. 50.) purpura colore abunde saturata & plena, & colore rubro in tantum referta vt ferè nigricet. Sic Aret. πτύελον κατακορέως ὕφαιμον, in plenum & abunde cruentum sputum dicitur in Pleuritide cap. 10. lib. 1. περὶ ὀξ. παθ. Et ξανθὸν κατακορέως αἷμα, sanguis exactè flauus cap. 2. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ. & κατακορέως λεῖον, exactè læuorem habens (ibidem) & ἀπὸ χολῆς κατακορὲς, exactè aut exquisitè biliosum sputum c. 1. lib. eiusdem. Monendum porrò mihi videtur hæc verba quæ in quibusdam Gal. Exeg. exemplaribus leguntur, valde & omninò suspecta esse [ὥσπερ οὖν καὶ ἐκλύειν, κατακορῶς] In melioribus namque & vetustioribus codicibus nullo modo adscribuntur.

Κατὰ κυρίην exponit Gal. in Exeg. τοῦ ξυροῦ τὴν τομὴν, hoc est, per nouaculæ sectionem, aut cultri rasorij incisuram. Idemq; adscribit Dioscor. existimare ita melius scribi debere, non κατὰ κορυφὴν κυρηδίην τομὴν. quod est iuxta verticem detonsa coma. (Etsi illud κυρηδίην τομὴν, mihi valde suspectum est, ac velut explicatio quædam κατὰ κορυφὴν esse videtur, præsertim cùm in quibusdam exemplaribus δηκονότι addatur) Hincq; τὸ κείρειν dici, quod est tondere aut secare, quemadmodum etiam Theophr. ἡ κυρίζουσα ἐλάτη, αὐτὴ ἡ τμηθεῖσα dicitur, hoc est, tonsa abies pro præsecta. Quo mihi loco videtur Gal. κυρίην, non tam comæ per nouaculam rasuram, quàm cultri tonsorij sectioné, ex Dioscor. significare velle, vt κείρειν etiam τέμνειν Theophr. exemplo denotare innuit. Nam & κυρίζομένη abies ei dicitur quæ est tonsilis, seu quæ attonderi solet & deputari, vt & κυρίζομένη κυπάρισσος c. 2. li. 2. de Hist. plant. cupressus tonsilis aut cædua, quę succisa regerminat, vt scribit Pl. lib. 16. c. 33. Quid si quonam referatur locus iste non satis explicari potest, neq; coniectura nostra vana est (quando nil præter eam ad istos scopulos adferre possum) existimo apud Hipp. locum lib. περὶ ἰητρ. (p. 21. 2.) Gal. subindicari, qui tamen nostris in codicibus sic legitur, ὅταν δὲ κατακρύειν, κάτωθεν δέχεσθαι. cùm verò pertundere voles, altiùs scalpellum adigere oportet. Quo sensu etsi genuina est receptæ lectionis notio, existimo tamen Dioscor. κατὰ κυρίην pro κατακρύειν legisse, hoc sensu. Cùm verò per cultrum rasorium sectioné adhibere voles, altius adigere oportet. Agitur nanq; de cucurbitulis per scarificationem admouendis, in quib. certè plagas altiores & hiantiores requirit, Hipp. Id enim κάτωθεν δέχεσθαι significat quod est ex inferiorib. partib. recipere, vt altiores & profundiores sectiones fiant. Quam ad rem gladiolos incuruos, in summo non admodum angustos aut acutos, sed latos adhibet, quales sunt scalpri rasorij. Nam & sanguinem ex pertusis locis manifestò & expeditè profluere iubet. Neque tamen eo in loco communem & receptam lectionem non retinendam existimo, quando ea quoq; sibi optimè constat, quod etiam fecisse Gal. auguror, qui κατακρύειν quoque illico ex hoc etiam loco exponit, variæ istius lectionis scriptionem velut in animi notione reponens.

Κατακρήμνασθαι dependêre, aut præcipitē dependêre significat Lib. 2. de Morb. (p. 464. 20.) de gargulione inflāmato & intumescēte. καὶ κατακρήμναται καὶ γίνεται ἐρυθρὸς, & dependet, & ruber euadit.

Κατακρύειν, καταχίζειν, quod est diffindere, discindere, exponūt Gal. & Erot. apud Hipp. Est autem scalpellum adigere aut defigere, cutem pertundere, ac scalpello discindere. Lib. de vlcerib. (p. 881. G.) κατακρύειν τὰ οἰδήματα βαθυτέρως καὶ πυκνοτέρως, tumores altioribus & crebrioribus vulnusculis pertundendi. Et, ἄλλο πᾶν ὅ,τι ἂν κατακρύῃς, οὕτω χρὴ ποιεῖν. Id quod in eo quodcunq; scalpello pertundis eodem modo fieri debet. Lib. περὶ ἰητρ. (p. 21. 2. 5.) ὅταν δὲ κατακρύειν, κάτωθεν δέχεσθαι. cùm verò pertundere, voles, altius scalpellum adigere oportet. Et, ἄλλως δὲ οὐδὲ τὸ κύκλῳ τὸ ἑλκυσθέντα χρὴ κατακρύειν. Aliòqui ne circulum quidem attractū pertundere oportebit. Vbi interpretes scarificare dixerunt, vt mihi καταχάζειν pro καταχίζειν apud Gal. legisse videantur.

Καταλαμβάνειν est occupare, detinere, corripere, & καταλαμβάνεσθαι occupari, detineri, morbo corripi aut tētari. Vt καταληπτὸν quod conuulsione tentatur significat lib. de art. (p. 649. 19. H. 830. E.) ὅ,τι γὰρ ἂν εἴσω δέκα ἡμερέων ἐμβάλλῃ πᾶν καταληπτόν. Quicquid enim intra decem dies repositū fuerit, contineri solet, aut cōuulsione tentari solet. Sic enim sumi posse nostris eum in locū Annotat. scribimus. Quo sensu etiam σπασμὸς καταληπτικὸς legitur in membranis manu scriptis. Et κατέλαβε ἄπαιδα ἀποθανεῖν ex Herodoto annotat Budeus, vt eū sine liberis decedere contigerit, vt & καταλαμβάνει πάντας στρατεύεσθαι, coacti sunt omnes militare. Vbi καταλαμβάνειν impersonaliter sumi videtur. Κατάληψιν Aurel. apprehensioné vel oppressionem sensuum vocat c. 10. li. 2. Acut. & c. 5. li. 2. Tard. Pass. quam per ἀφωνίαν & φλεβῶν ἀπόληψιν intelligit Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag 93. 54. H. 397. 2.) De qua vide Gal. c. 2. li. 4. de loc. aff. & Gorrh. Sunt etiā καταλήψεις Hip. venarum cōprehensiones quando vinculis adstringuntur ad sectionem, ne lubrico ductu scalpellum eludant. Lib. περὶ ἰητρ. (p. 21. 9. 10.) τὰς δὲ ἐπὶ τῷ βραχίονι φλέβας τῇσι καταλήψεσι χρὴ φυλάσσειν. Brachiorum autem venas vinculo apprehensas constringere oportet, funiculorum apprehensiones vertit Cornar. comprehensionibus captari dixit Caluus. Ἀπόληψις φλεβῶν dicitur aph. 3. sect. 7. li. 6. Epid. Sic & κατάληψις idem quod ἀπόληψις & interceptio significat, estq; κατάληψις τῶν χυμῶν ἐκ τῶν ἀγγείων κενουμένων ἀπόληψις, humorum qui ex vasis vacuantur interceptio, & κατάληψις οὔρων vt ἀπόληψις. Et li. 2. Epid. (p. 1027. D.) vesica dicitur κατάληψις ἀμφοῖν, vtrorumq; viscerum, h. e. hepatis & lienis interceptio, cùm viscera ipsa eluat, velut sentina quædam corporis publica. Lib. 6. Epid. sect. 2, aph. 12. ἐγκατάληψις ἀμφοτέρων vtrorumque interceptio. Est & κατάληψις in vinculis & deligandi ratione quæ comprehensio vocatur, vbi vinculum aliquod articulis oblæsis superinijcitur, ad ea quæ vblæsa sunt continenda & comprehendenda. Ea autem obligatio extra dearticulationem circumiecta est, vt vinculorum quæ ad articulos adhibentur extremitas firmiter cōtineatur. Sic enim accipiendum quod scribitur ab Hippocr. lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 680. 57. H. 743. F.) περιβάλλειν δὲ καταλήψιος ἕνεκα τῶν περὶ ταῦτα εἵνεκα. Insuper quoque circundare vinculum quoddam oportet, ad ea quidem comprehendenda quæ circū articulos sunt. Et quod rursus ibidem ponitur (p. 681. 38. H. ibi. G.) οἷσι δὲ μὴ ἔστιν οἷον ἡ κεφαλὴ, τούτων ἐν τῷ ὁμαλωτάτῳ τὰς καταλήψιας ποιεῖσθαι. In quibus verò hoc non datur, vt in capite, in his quàm maximè æquabili loco comprehensiones facere oportet. Vbi κατάληψις dicitur de extremitate vinculi, quod vltimò superiectum firmiter reliquas obliquas inuolutiones continet & comprehendit. Sic etiam ibidem (v. 57.) H. ibi. H.) τοῖς ὀθονίοις μὴ εὐκαταλήπτως ἔχειν de his scribitur, quę linteis commodè comprehendi nequeunt. Καταλήψιες etiam sunt cutis sub ala comprehensiones, dum ita digitis apprehenditur, vt candens ferramentum rectè & sine noxia immittatur, lib. de art. (pag. 592. 1. H. 788. E.) καὶ ἱκαναὶ αὗται αἱ καταλήψιες, hęq; comprehensiones satis sunt. Vbi Gal. καταλήψιες κατὰ τὸ δέρμα dici scribit.

Κατάληψιν etiam scribit Gal. lib. περὶ αἱρέσεων τοῖς εἰσαγομένοις (pag. 12. 18.) esse, τὴν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν γνῶσιν, veram, firmam & indubitatam rei cuiuspiam perceptionem & cognitionem, & τὸ καταληπτὸν τὸ γνωστὸν indicare lib. περὶ ἀρίστης διδασκαλίας (p. 6. 58.) & τὸ καταλαμβάνεσθαι τὸ βεβαίως γινώσκειν. Sunt autem ex media Stoicorum palæstra ducta vocabula, & κατάληψιν cognitioné, perceptionem vertit M. Tullius, & si verbum è verbo volumus, comprehensionem: in Lucullo, vt & τὸ καταληπτὸν comprehensibile, aut quod comprehendi potest, Acad. quæst lib. 1. Est & in obeunda exercitatione κατάληψις τοῦ πνεύματος, spiritus retentio, ad promouenda foras excrementa, musculorum abdominis & qui circa thoracem sunt robore, lib. 2. salub. (pag. 142. 49.) & lib. 3. (p. 2[.]5. 27.)

Καταλείφειν Gal. in Exeg. apud Hipp. καταχρίειν exponit, quod est illinere.

Καταλυόμενοι dicuntur qui vitam finiunt, quibus vita deficit, & iā iam morituri sunt, velut etiam καταλύειν simpliciter vitā finire significat, aph. 43. lib. 2. Et κατάλυσις χειρῶν καὶ σκελέων manuum & crurum dissolutio, aut resolutio. lib. 4. Epid. (p. 1139. A.)

Καταμαραίνεσθαι emarcescere, de tumorib. qui subsidūt, detumescūt, remittuntur ac desinunt, effertur Prorrh. 2. (p. 89. G.) quod καθίστασθαι in Progn. dicitur, οἷσι δὲ οἰδήματα μεγάλα γενόμενα καταμαραίνεται, quibus autem tumores magni suborti, delinunt.

Καταμασᾶσθαι commanducare, dentibus conterere, τὴν γλῶσσαν

κατησθιεν, linguam commanducabat, de ægra conuulsione mortua, lib. 5. Epid. (pag. 1155. B.) & lib. 7. Epid. (pag. 1129. B.)

Καταμαπευόμενος & καταμαπόμενος vide in Ματτεύεσθαι postea.

Καταμήνια, menstrua, menstrua purgatio in mulieribus, quæ & fluxus menstruus dicitur, Lib. de locis in homine (pag. 423. 32.) οὐ γίνεται ῥόος τὰ καταμήνια, fluxus non contingit mensium nomine dictus. Et rursus (ibi. 53.) οὐ γίνεται ῥόος τὰ καταμήνια καλεύμενα, fluxus nō fit mēstruus appellatus. τὰ καταμήνια ἄχροα menses decolores, aph. 36. lib. 5. καταμήνια idem quod ἐπιμήνια sonant, eaq; voce creberrimè vtitur Hipp. vt aph. 32. 33. 50. & 57. libr. 5. & in tota γυναικείων tractatione, & lib. περὶ φύσ. παιδίου. Horum verò naturam, conditionem & notationem amplissimè exponit Gorrh. Καταμηνίων λύσιν, αὐτὴ τῆς ἐπιλεύσιν, menstruorum solutionem pro aduenientibus aut accedentibus menstruis dici Hipp. annotat Erot.

Κατὰ μικρὸν, paulatim, ex breuibus interuallis & quasi assiduè. In Coac. (pag. 166. B.) κοιλίη κατὰ μικρὸν ὑπόγλισχρα διαδιδοῦσα, aluus ex breuibus interuallis aliquantum viscida transmittens. Pro quo πυκνὰ καὶ κατὰ μικρὰ ἐπανιστάμενος posuit in Prorrh. (pag. 215. 19. H. 80. D.) cùm videlicet frequenter & ex breuibus interuallis desurgit æger. κατὰ μικρὰ ταχέως ἐμέτοι, pauci & frequentes vomitus, & qui ex breuibus contingunt interuallis, in Coac. (pag. 208. A.)

Καταμύειν, nictare, oculis conniuere, oculos claudere, comprimere. Lib. 7. Epid. (pag. 1230. F.) καὶ πάλιν κατέμυε, rursusque claudebat. Potest & καταμύειν de oculis in terram defixis accipi, vt apud Hesych. κατάμυσον· κατάκυψον exponitur, quod est, oculos in terram defige, inclinata facie despice. Vbi κατάμυσον vitiosè legunt exemplaria omnia.

Καταμωλυνθέντα τὰ παρ' οὖς, sensim conquiescentia ad aures tubercula quæ sensim dissipantur, sedantur & remittunt. κατὰ βραχὺ λυόμενα exponit Gal. quæ paulatim soluuntur, in Prorrher. (p. 219. 31. H. 82. F.)

Καταμάσας exponitur Gal. in Exeg. καθεὶς ἕνεκα τοῦ ζητῆσαι, qui demisit aliquid inquirendi aut inuestigandi gratia. Idemq; adscribit factam vocem παρὰ τὸ ματεύειν, quod est inquirere aut inuestigare, vt & τὸ καταματευόμενος. Sunt verò qui καταμύσας apud Galen. legant. Sed & καταμάσας legi potest à μάσσω, quod est, tango, palpo & attrecto, vnde & μάσασθαι est Hesych. ζητεῖν, & μαστεύεσθαι ἐφάπτεσθαι, attrectare, aut explorando inuestigare, & attrectando explorare. Quæ omnia à μάω deduci videntur, vnde etiam καταμάσας erui potest. Καταματευόμενος autem expressum videtur ex libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 534. 45.) vbi tamen καταμαπευόμενος legitur, aut (pag. 537. 55.) vbi etiam καταματόμενος legitur, (vt dicetur postea) Pro quo forte quædam exemplaria καταμύσας adscripserunt.

Καταναγκάζεται, ἐκβιάζεται exponit Erot. apud Hipp. hoc est, per vim cogitur aut compellitur. Sic enim καταναγκάζειν in luxatis sæpe vsurpat Hipp. pro eo quod est vi adhibita cogere, compellere, aut suo loco restituere, vt lib. de fract. (pag. 543. 30. H. 758. F.) ἀναγκάζειν μετὰ χρὴ ἐς τὴν ἑωυτοῦ χώρην ἕκαστον, vnumquodque in suam sedem compellendum. Vbi etiam καταναγκάζειν in quibusdam exemplaribus legi testatur Gal. Idemque ἀναγκάζειν & καταναγκάζειν exponit τιθέναι ἐν τῇ οἰκείᾳ χώρᾳ τὸ κινηθὲν ὀστοῦν, os motum in suum locum reponere. Rursus lib. de art. (p. 594. 33. H. 790. C.) καταναγκάζειν μὲν τι τὸ ὑπερέχον χρή. Os tamen quod supereminet deorsum cogendum aut compellendum. Et iterum (pag. 596. 7. H. 791. C.) ὡς καταναγκάζειν τὸ ὑπερέχον, quò deorsum cogatur quod eminet, aut deorsum compellatur, deprimatur. Rursus ibidem (v. 10. H. ibid. D.) οὐ γὰρ δυνατὸν τὸ ὑπερέχον καταναγκάζεσθαι οὐδὲν, ὅ,τι καὶ ἄξιον λόγου. Neque enim fieri potest, vt quod eminet deorsum compellatur, quod effatu dignum sit. Iterumque ibidem (v. 12. H. ibid.) καὶ οὐ κατὰ φύσιν καταναγκάζουσι τὰ ὑπερέχοντα. neque in naturalem locum quæ eminent compellunt. Et ibidem (p. 597. 18. H. 792. B.) ὁπότε οὖν τοιαῦτα ἐστιν, ἀξυνετώτεροι εἰσι τὸ ὑπερέχον τοῦ ὀστέου τὸ κάτω καταναγκάσαι οἰόμενοι. Cùm igitur hæc ita se habeant, imprudenter se gerunt qui extantem ossis partem deorsum compelli debere existimant. Rursusque ibidem (p. 583. 50. H. 782. F.) τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα τοῦ σώματος καταναγκαζέτω τις ὑπερβάλλων κατὰ τὸν αὐχένα περὶ τὴν κλεῖδα τὰς χεῖρας ex altera corporis parte, manibus ad ceruicem iuxta iugulum iniectis, deorsum quis compellat. Et (p. 584. 52. H. 783. D.) κἄπειτα ἐπὶ μετὰ θάτερα τὴν χεῖρα καταναγκάζειν ξὺν τῷ ξύλῳ περὶ τὸ σφωτῆρα. Demum in alteram quidem partem manus vnà cum ligno circa trabeculam deorsum vrgenda, aut compellenda. Et (pag. 585. 12. H. ibid. G.) τὸ δὲ αὐτὸ ποιέει καὶ περὶ κλιμακτῆρα καταναγκάζειν τοῦτον τὸν τρόπον σκευάσαντα. Idem verò efficies si compulsionem eodem modo per scalam adhibueris. Et rursus ibidem (p. 621. 22. & 23. H. 813. G.) τὸ δὲ ἰητρὸν χρή, ἢ ἄλλον ὅς τις ἰσχυρὸς, καὶ μὴ ἀμαθὴς, ἐπιθέντα τὸ θέναρ τῆς χειρὸς ἐπὶ τὸ ὕβωμα, καὶ τὴν ἑτέρην χεῖρα προσεπιθέντα ἐπὶ τὴν ἑτέρην, καταναγκάζειν προσξυνιέντα, ἢν τε ἐς ἰθὺ ἐς τὸ κάτω πέφυκε καταναγκάζεσθαι, ἢν τε πρὸς τὴν κεφαλὴν, ἢν τε πρὸς τὰ ἰσχία. At medicus, aut alius quiuis robustus, ac minime imperitus, sublimiore manus parte ad gibbum imposita, alteraque manu super alteram iniecta, compellere debet, animaduersione adhibita, num in directum deorsum, num verò ad caput vel ad coxas compulsio facienda sit. In Mochlico quoque (pag. 850. H.) ἀγκῶνι δὲ ἄκρῳ ὑποθεὶς τι παρὰ τὸ ἄρθρον βάρος ἐκκρεμάσαι ἢ χερσὶ καταναγκάσαι. ad cubitum verò summum suppositum pondus aliquod iuxta articulum appendendum, vel manibus adurgendum. Quod etiam fere iisdem verbis repetitur lib. de art. (pag. 599. 5. H. 795. B.) Rursus etiam in Mochlico (p. 852. E.) τὸ δὲ σιναρὸν τῇ χειρὶ ἐπὶ τοῦ γόνατος καταναγκάζουσι, ὡς ὀχέειν ἐν τῇ μεταβάσει τὸ σῶμα. Crus verò læsum manu super genu posita adurgent, quò inter ambulandum corpus vehat. Et rursus ibidem (p. 856. F.) καταναγκάσιος δὲ μετὰ διατάσιος, μάλιστα τῶν ἔμπροσθεν ἢ ὄπισθεν, ἢ ποδὶ ἢ χειρὶ ἐφίζεσθαι, ἢ σανίδι. Deorsum verò compelles cum distentione præcipuè anteriorum aut posteriorum partium, aut pede, aut manu insidere, aut assere conueniet. Rursusque ibidem (p. 863. F.) ἐν οἷσι δὲ δακτύλους ποδὸς, χειρὸς, καρποῦ, ὑβώματος, τὸ ἔξω διαναγκάσαι δεῖ καὶ καταναγκάσαι. In quibusdam verò pedis aut manus digitos in manus iunctura, aut spinæ ex gibbo inclinatione, quod excessit intro cogere & adurgendo cōpellere cōuenit. Et (ib. G.) καταναγκάσαι δὲ τὰ ὑπερέχοντα ἐς ἕδρην, πτέρνη ἢ θέναρι ἐπὶ τινος. Eminētia verò supra aliquid collocata, calce aut sublimiore palmę parte in suā sedem compellere oportet. Quibus sanè exemplis satis patet καταναγκάζειν & καταναγκάζεσθαι dici Hip. de his quæ sede sua excesserunt, in eamque vi quadam adhibita & adurgendo restituuntur & compelluntur. Quod efficit vt apud Erot. pro ἐκβιάζεται εἰσβιάζεται aut ἐμβιάζεται, quod est intro vi adhibita compellitur, leg. existimem. Ac nisi me coniectura fallit, καταναγκάζεσθαι & εἰσβιάζεσθαι apud Erot. legendum spondeo, vt locus lib. de art. (p. 596. 10. H. 791. D. & p. 621. 23. H. 813. E.) ab eo expressus videatur, vbi etiam alias eiusdem libri dictiones explicat.

Καταναισιμοῦται Gal. in Exeg. καταναλίσκεται exponit, quod est, insumitur, expenditur, consumitur. Quibus certè verbis locum lib. περὶ ἀδένων (pag. 271. 3.) exprimi existimo, vbi legitur, καταναισιμοῦται γὰρ καὶ τὸ πολὺ [πλάδος] καὶ τὸ ὀλίγον ἐς τοὺς ἀδένας. Etenim tum multa [humiditas] tum pauca in glandulas expenditur, absumitur. καταναισιμοῦται enim legendum apparet, ab αἰσιμόω aut αἰσιμόω simplici, quod est insumo, expendo. Et Hesych. αἰσιμοῦν δαπανᾶν, ἀναλίσκειν, exponit, & αἰσιμώματα ἀναλώματα, impensas, expensas, sumptus. & αἰσιμόω τὸ καταναλίσκω Sudas. Erot. etiam καταναισιμοῦται καταναλίσκεται exponitur, eodem Hipp. subnotato loco. Verùm καταναισιμοῦται legendum est manifesto vitio. Legitur etiam eodem lib. (pag. 272. 10.) ἀπαναισιμοῦται, sed ἀπαναισιμοῦται eadem notione legendum est. αὕτη πᾶσα [ὑγρασίη] ἀπαναισιμοῦται ἴκελα τῷ προτέρῳ. Ipsa tota [humiditas] absumitur similiter vt superior. Cornar. καταναισιμοῦται & ἀπαναισιμοῦται, reflectitur dixit. (Est enim αἰσιμοῦσθαι resimum fieri.) Etsi etiam [consumitur] apposuit, nimirum vtranque lectionem secutus, aut καταναισιμοῦσθαι pro καταναλίσκεσθαι sumens, quemadmodum Hesych. αἰσιμοῦν ἀναλίσκειν etiam indicare scribitur.

Καταντλέω pro καταντλέω, perfundo, perluo: Lib. de vlceribus (pag. 881. G.) ὄξει καταντλέειν, aceto perfundito. Rursusque ibid. (pag. 883. A.) ὄξει δὲ χρὴ πάντα τὰ τοιαῦτα καταντλέειν. eiusmodi autem omnia aceto perluere oportet. Prorrh. 2. (p. 166. A.) καταπλυθῆναι αἱ διάρροιαι dicuntur, alui profluuia elota. ἢ γὰρ καταπλυθῆναι παύονται, ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου. aut enim elota aut sua sponte desinent. Sic autem vocat alui profluuium ablutum, lacte decocto extersum ac perpurgatum. Quam in rem veteres lac bubulum aut caprinum recens mulctum, candentibus silicibus excoctum propinabant. Et lib. περὶ παθῶν (pag. 523. 5.) in alui fluentis curatione, διακλύζειν τὴν κοιλίην γάλακτι ἑφθῷ præcipit. Aut certè ablutum alui profluuium dicitur, cùm eo corpus perpurgatur, & quod intus læsurum erat, vtiliter effunditur, vt scribit Celsus cap. 19. lib. 4.

Κατανοεῖν ex intelligentia valere, sensuum integritate constare & frui, idem quod καταφρονεῖν. Lib. 5. Epid. (pag. 1151. F.) οὐ κατενόει, neque intelligentia aut sensuum integritate valebat. Illud enim οὐ κατανοεῖν παραφρονέειν explicat Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. (pag. 198. 21.) vt & κατανοεῖν καταφρονεῖν Com. 1. in lib. 3. Epid. (pag. 401. 12. H. 1062. H.) Quam etiam dictionem aliàs crebrò vsurpat Hipp. vt ægr. 2. & 3. lib. 3. Epid.

Καταντὴς est decliuitas, procliuitas, deorsum inclinatio. Lib. κατ' ἰητρεῖον,

ἰνεχεῖσοι.(p. [illegible] 1.41.H.) [illegible], [illegible] deriuans defluxionem, subuersionem, in latus conuersionem, decliuitatem. Vbi Gal. κατάντης exponit membrorum, hoc est, manuum & crurum decliuitatem, cùm deorsum inclinant, & καταρρόπως θέσιν. Rursus ibidem (p.679. 55.H.743.C.) τὰ κατάντη decliuia dicuntur, quibus τὰ [illegible] opponuntur, quæ in acutum tenuantur.

Κατανύσσεις Erot. apud Hipp. κατανύσσεις, contendis exponit, alioqui κατανύσσειν est pungendo fodicare, aut compungere.

Κατάξαι quod est frangere interdum pro κατασχάζειν & scarificare ponitur apud Hipp. Lib. περὶ ἄρθ. (pag. 809.17.) κατάξας τὸν αὐχένα, ceruicem vbi scarificaueris, scalpro aperueris.

Καταπαυσις dicitur Aurel. post humeros atque colla deuexo ductu mitis & lenis defricatio, aut leuis deductio, capite 5. libro 1. Tard. pass.

Καταπαύεσθαι exponit Gal. ἀλόγως ἐξαίφνης ἀφανισθῆναι, absque ratione de repente euanescere Com. 2. in Prorrh. (p.181.31.)

Καταπέλτης, catapulta, lib.5. Epid. (pag. 1161.G.) ἐτρώθη ὑπὸ καταπέλτης ἐς τὸ στῆθος, catapulta in pectus vulnus accepit.

Καταπεπρυμμέναι γλῶσσαι, vide γλῶσσαι καταπεπρυμμέναι, antea.

Κατάσηψι, καὶ ἐκβλαμμένοι exponuntur Erot. hoc est obiæsi parte aliqua corporis, aut mutilati. Vide Πηρώσεις postea.

Καταπλήξ, stupefactus, stupidus, attonitus & perculsus. Lib. 5 Epid. (pag. 1154.H.) ὀφθαλμὸς καταπλήξ, oculus stupefactus & stupidus, videndi actione læsus & priuatus, veluti qui sunt attoniti, sentiendi impotentiam habent. Rursus lib.7. Epid. κατάπληξις ὀμμάτων dicitur, oculorum stupor, obstupefactio (pag. 1226.A.) Eadem notione καταπλὴξ ἦν, καταπληκτικῶς ἐγένετο exponit Gal. in Exeg. obstupefactus erat, stupidus & attonitus euadebat.

Κατάποτον aut καταπότιον, medicamentum quod deuoratur aut deglutitur, neque diluitur. Lib.5. Epid. (pag. 1146.A.) οὐδὲν δὲ ἀπὸ τοῦ καταποτοῦ ὠφελήθη, nihil autem ex deuorato medicamento alleuatus est. Rursus (ibid. G.) καθαρθεὶς ὑπὸ τοῦ καταποτίου, post medicamenti deuorati purgationem. Κατάποτον ἐλατήριον, medicamentum deorsum purgans deuoratum. Lib.5. Epid. (p.1147. A.) τούτῳ ἐλατήριον κατάποτον ἰσχυρότερον τοῦ δέοντος, huic exhibitum est medicamentum deorsum purgans deuorandum, plus quàm oportuit vehemens. Rursus ibidem (p.1151.D.) ἀπὸ καταποτίου ἄνω δὲ ἐχώρησεν ὀλίγα. ex deglutito medicamento per superiora pauca quædam prodierunt. Et (p.1153.B.) κυήσιος ἕνεκεν ἀπὸ καταποτίου. ex medicamento conceptus gratia deglutito. Rursus ibid. C. [illegible] καταποτίου, ex medicamento deglutito. Καταπίνειν est deglutire, deuorare aph.35. lib.4. καὶ μόγις καταπίνειν δύνηται, ac vix deglutire queat. Sic κατάποσις Aët. dicitur c. 33. lib.2. tetrab. 2. ἡ εὐθετικὴ τῶν σιτίων εὐθυνία, prompta ciborum ingestio, hoc est, cibi & potionis ab ore in ventriculum prompta delatio. Καταπόσις Aret. pro gula & deglutitionis instrumento sumi videtur, cap.4. lib.1. διαγν. ὀξ. παθ. cùm scribit, [illegible]. Interdum quoque gula resoluta est, in qua sola attonitis salutis præsidium collocatum est, ad alimenta deglutienda, & medicamenta transmittenda. Etsi illic κατάποσις pro deglutione sumi potest, vt etiam paulo post. τάδε γὰρ ἐν τῇ καταπόσει ὑπεργίη. Nempe id etiam ad deglutitionem inseruit. Καταπίνειν quoque de medicamentis deglutiendis, siue solidis, siue liquidis absorbendis dicitur, vt lib.5. Epid. (p.1146.A.) πιὼν καταπότιον φάρμακον [illegible] καὶ [illegible] medicamentum affatim synceram bilem deturbans ebibit, ac insuper aliud deuorauit. Rursusque ibid. (pag. 1155. C.) μελίκρητον χαλεπῶς κατέπινε, mulsam non sine negotio absorbebat, deuorabat.

Κατὰ προαίρεσιν, sponte, voluntariè, studio, de industria, consilio, ex proposito & instituto, aph.52. lib.4. κατὰ προαίρεσιν δακρύουσιν ὀφθαλμοί, oculi sponte illachrymant. & μὴ κατὰ προαίρεσιν, non sponte, hoc est, inuitis, quod dicitur in Progn. (p.124 24.H.37.16.) [illegible], Et lib.4. Epid. (pag. 1136 D.) [illegible]. Lib. verò 6. Epid. sect. 1. aph. 16. δάκρυα ἀεκούσι. & sect. 8. aph. 25. [illegible], cùm inuitis lachrymæ effluunt.

Καταρρήγνυσθαι est effundi, perrumpere. cùm impetu decidere aut detrudi, & de aluo dicitur Hipp. quæ affatim effluit & deiicitur. In Prorrh. (p.179.35.H.69.G.) ἔτι δὲ καὶ κοιλίαι καταρρήγνυνται τοιούτοισι. Quin & aluus iis effunditur, affatim perrumpit. Pro quo in Coac. (pag.149 C.) effertur. καὶ κοιλίη πονηρῶς ταράσσεται. his aluus malè afficitur. Rursus etiam in Prorrh. (pag. 196.40.H.74.D.) καὶ ἢν κοιλίη καταρραγῇ. Vbi aluus affatim perruperit, quod ibidem exponit Gal. [illegible] aceruatim multa excreuerit. Et rursus (p. [illegible] 3.49.H.79 E.) καὶ κοιλίη καταρρήγνυνται, & aluus affatim pro[illegible], quod etiam repetitur Coac. (pag.168.C.) καὶ κοιλίαι κα[illegible] [illegible], & alui his affatim prorumpunt. Iterumq; p.216.11.H 81.A.) κοιλίη καταρρήγνυται aluus effunditur, quod etiã plurali numero effertur in Coac. (p.196.A.) κοιλίαι καταρρήγνυνται. Et rursus ibidem in Prorrh. (p.216.26.H.81.D.) κοιλίη καταρραγεῖσα, aluus affatim prorumpens, quod etiam repetitur Coac. (p.211.A) & iterum ibidem (pag. 133. H.) ἐν καύσῳ κοιλίη καταρραγεῖσα, in febre ardente aluus effusa. Et rursus (pag 140. E.) κοιλίαι ἐξαπίνης καταρραγεῖσαι, aluo de repente effusa. Lib.5. Epid. (pag.1162. C.) κατερράγη κοιλίη, aluus affatim prorupit. Et lib. περὶ ἀγμῶν ἰητρικῆς (p.12.4.) ἢν ἡ κοιλίη καταρρήγνυται, & aluus dirumpitur, effringitur, hoc est, effluit, & affatim laxatur. Sic τὰ καταρρηγνύμενα lib. περὶ χυμῶν (pag.47.33.) sunt alui excrementa affatim erumpentia & effusa. Et κοιλίης κατάρρηξις, alui eruptio, effusio, cùm aluus confertim & cum impetu profunditur, aut abunde descenderit, in Coac. (p.157.F.) Lib.4. Epid. (pag.1131.G.) κατάρρηξις simpliciter dicitur. Καταρρήγνυσθαι etiam Hipp. effertur de tumoribus qui rumpuntur, & effunduntur, & ex quibus aliquid effluit, aph.36. sect.8. lib.6. Epid. τὰ καταρρηγνύμενα οἰδήματα, tumores prorumpentes, qui rumpuntur & effluunt. Et Coac. (pag.220.B.) ταχέως καταρρηγνύντες [οἰδήματα] citò rumpuntur [tumores.] Eademque propè notione καταρρήγνυσθαι, quod est rumpi, findi, cùm de corporibus humidioribus dicitur quæ fluidiora sunt, & venis ac mammis attribuitur, concidere ac subsidere significat, vt lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag.243.8.) καὶ εἰσὶ μαζοὶ καὶ τὰ ἄλλα μάλα ἔασιν ὑγρότερα καταρρήγνυται τῷ [illegible]. Atque tum mammæ, tum aliæ humidiores partes in muliere concidunt, hoc est, à puerperij purgationibus fluidiores fiunt, dilatatis venis, & prodeuntibus copiosis purgamentis flaccescunt. Rursus ibid. (v.10.) ἔπειτα δὲ ὡς αἱ πλεῦνες παρῆσαν τίκτειν μᾶλλον καταρρήγνυται [illegible] τῶν φλεβῶν ὑπὸ τῆς κενώσιος τῶν λοχίων. Ac in aliis deinceps, quò sæpius plures partus expertæ sunt, eò magis concidunt, venis à purgamentorum puerperij vacuatione exinanitis. Eadem etiam phrasi, eadem in re, vtitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 588. 11. 13. 15.) [illegible]. Fluidas autem ipsas [venulas] facit quæ fit purgamentorũ puerperij vacuatio. Atq; vbi erumpit, vicinæ corporis partes, præcipuè quæ ad mammas & ventrem attinent, cõcidunt. Item & reliquũ corpus cõcidit. Rursusq; ibid. (v.13.) καταρραγέντος δὲ τοῦ σώματος, ἀνάγκη τὰς φλέβας μᾶλλον στομοῦσθαι καὶ ὑγροτέρας γίνεσθαι ἐς τὰ καταμήνια. Vbi autẽ corpus conciderit, venas magis aperiri necesse est, & ad purgationem mẽstruam fluidiores euadere. Καταρρηκτικὸς οἶνος dicitur Hipp. vinum quod penetrat, perrumpit, purgat, & texuum est partium, quale vinosum album, quod optimè vrinas educit & vrinarios meatus purgat. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.73.43. H.392.36.) [illegible] καὶ καταρρηκτικὸς ἐστι. Ad vesicam verò alio citiùs peruadit, vrinamque prouocat, & perpetuò perrumpit. Rursus ibidem (p.80.12. H.394.6.) oxymel φυσέων καταρρηκτικὸν dicitur, quod flatus perrumperet facit. Et rursus ibidem (p.56.9.H.387.38.) πέπλιον μέλανος μᾶλλον καταρρηκτικώτερόν ἐστι. Peplium veratro nigro melius flatus educit discutit, perrumpere facit.

Κατάρροπον deorsum inclinationem significat, vt ἀνάρροπον sursum inclinationem Quas voces vsurpat Hip. lib. περὶ χυμῶν (pag.47. 13.) eum qui sursum aut deorsum fit humorum impetum & lationem medico obseruandam præcipiens, aut humorum qui suopte impetu feruntur, in hanc vel illam partem propensionem & momentum, siue id in alimenti distributione ac repletione, siue in vniuersali humorum eductione spectari velit, quemadmodum etiam [illegible] sæpe humorum καταστάσιν [illegible] [illegible] Καταρρόπα φύματα, deorsum tendentia tubercula, decliuia, aph.12. sect.1. li.6. Epid. Que Gal. in Com. exponit, ὅσα κατὰ τὴν [illegible] [illegible] quæ suæ suppurationis apicem infra obtinẽt. Κατάρροπος νοῦσος, siue deorsum vergens, decliuis, & qui inferiore sui parte tumet, aut deorsum propendet, vel qui ad inferiora humores protrudit. Sic enim exponitur Gal. Com in aph.30. & 31. lib.6. Epid. sect.2. & Com. ad sent.27. li.2 de Humorib. Κατάρροπος ὁ νοῦσος, decorsum declinans morbus, h.e. morbi remissio & declinatio. Lib. περὶ χυμῶν, pag.48.30.) & τοῖσι [illegible] opponitur. Rursus ibid. (vers. 49.7.) κατάρροπος ὁ [illegible] deorsum inclinans morbus & lentus dicitur.

Κατάρροος aut κατάρρους & κατάρροος destillatio dicitur, & defluxionem aut omnem humoris ex capite ad os & asperam arteriam, atque per eam pulmonem delationem ac descensum significat, ex aph.38. lib.7. Sic κατάρροον humoris tenuis & crudi defluxionẽ esse è cerebro in palatum & os scribit Gal. Com.2. in Progn. (p.125.2.) & ab Hip. sub grauedine comprehendi. Et

Com. ad aph. 12. lib. 3. κατάῤῥους communi nomine medicis appellari vult destillationes quæ ex capite fluunt ad pulmones per asperam arteriam. Interdum quoque κατάῤῥους quancunque defluxionem indicat, quæ à capite per venas in inferiores partes defertur, vt aph. 12. lib. 3. Et ex qua homines repente syderati aut paraplectici fiunt, si caput insolatum aut perfrigeratum fuerit, in his qui quinquagesimum superant annum lib. de aer. loc. & aq. (p. 282. 1. 2. 3. 4.) Ideoque κατάῤῥοι συντόμως ἀπολλύντες, destillationes citò interimentes dicuntur aph. 12. lib. 3. & lib. de aer. loc. & aq. (p. 287. 38. 39. 40.) vbi etiam in quibusdam dextræ partis resolutionem afferre scribit. Quæ certè appellatio vulgaris est & plebeia. Sic enim vulgus κατάῤῥους vocat destillationes ex capite in vniuersum corpus repentinam mortem aut partis alicuius syderationem inferentes. Sunt & κατάῤῥοι βηχώδεες, destillationes cum tussi in senibus ex cerebri intemperie frigida pituitosas multas superfluitates aceruante, aph. 31. lib. 3. Et κατάῤῥοι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν πνεύμονα, lib. de aere, loc. & aq. (p. 287. 52.) Καταῤῥοῦς destillationes vertit Celsus c. 1. lib. 2. & aph. 12. lib. 3. Influxionem vocat Aurel. c. 7. lib. 2. Tard. pass. Est κατάῤῥους νωτιαῖος, defluxio in spinalem medullam, Coac. (pag. 501. B.) defluxum spinalis medullæ vocat Cornar. Κατάῤῥοι φλέγματος ὀφθαλμοί, pituitæ defluxionibus tentati oculi, libro 2. Epid. 1046. A.)

Κατ' ἀρχάς, per initia, vox est ambigua Hip. & morbi initium interdum significat, interdum etiam primùm & rei præsentis principium, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 46. 3. H. 385. 16) διδόναι δὲ ἀρχὴν κατ' ἀρχὰς διδόναι μὴ πολύ. Per initia autem neque multum dare oportet. Vbi Galenus κατ' ἀρχάς sic exponit, οὐ τοῦτο γὰρ φησιν ὅτι κατ' ἀρχὴν τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ἔτι γενικώτερον ἀκουε σημαινόμενον ἐκ τοῦ κατ' ἀρχάς. ὁπότεν γὰρ αὖ δεῖ δόξῃ πρῶτον ὁ κάμνων δεῖσθαι τῆς πτισάνης, τηνικαῦτα μὴ πολύ, μηδὲ ὑπέρπαχυ δίδου τὸ ῥόφημα. Neq; enim id dicit quod est circa morbi initium, verùm aliud quid generalius significatum per τὸ κατ' ἀρχάς inaudiendum. Nempè cùm primùm is qui laborat ptisana indigere visus fuerit, tunc protinus neque multam, neq; admodū crassam exhibeto. At verò ægr. 12. li. 1. Epid. κατ' ἀρχάς morbi principium significat. οὖρα δὲ κατ' ἀρχὰς ἐρυθρά. vrinæ per morbi initia rubræ.

Κατασβέννυσθαι est extingui, sedari, aut conquiescere, & de tuberculis ad aures dicitur, quæ neque suppurarunt, neque dolorem attulerunt, sed sine noxa discussa sunt & sedata. Lib. 1. Epid. (p. 352. 13. H. 938. E.) κατεσβη πᾶσιν ἀσινέως, omnibus sine noxa extincti sunt [aurium tumores] Vbi Galenus κατασβέννυσθαι καθίστασθαι exponit (nisi pro κατέσβη κατέστη legisse videtur) cui ἐκπυΐσκεσθαι opponitur.

Κατάτασις concussionem significat, sed pro distentione aut extentione sumi videtur. lib. de art. (pag. 622. 39. & 40. H. 815. G.) ἢ κατάτασις εἴπερ ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηται. aut qualis antè commemorata est distentio. Et καταναγκάσιν δὲ οὐδὲ τῇ κατατείσει οὐδεμίαν ἔχω. Nullum autem compellendi modum cum distentione habeo. Sic ἀνασείειν, ἐκτινάσσειν Sudæ significat, vt apud Hesiod. αἰγίδ' ἀνασείουσα, ægida quatiens aut extendens. Inde quoque meretrices ἀνασεισίφαλλοι obscœno admodum epitheto appellatæ.

Κατασιλλαίνειν est ludibrio & derisui habere, à verbo σιλλαίνειν, quod significat dicteriis cōtendere, irridere, illudere dicaciter, conuitiis proscindere, & scommate excipere. σιλλαίνειν dicitur Polluci τὸ ἐπὶ χλευασμῷ σείειν τοὺς ὀφθαλμούς, irridendo & per ludibriū oculos agitare aut cōtorquere, vnde & σίλλος τὸ χλευαστικὸν ποίημα. Hesych. σιλλαίνει & σιλλοῦν exponit: διασύρειν & μωκᾶσθαι, quod est cōuitiis incessere, impetere, proscindere, & dici ait ἀπὸ τοῦ τοῖς ἴλλοις, τουτέστι τοῖς ὀφθαλμοῖς, σείεσθαι. Sed vitiosè apud eum σιλλᾶσθαι legitur. Idem quoque σιλλαίνει, σκώπτει, ὑβρίζει exponit, & σιλλοῦν, ψέγειν, κακολογεῖν, quæ omnia dicteriis aut conuitiis illudere ac proscindere indicant, & ἀπὸ τοῦ ἰλλαίνειν, quod est oculos cōtorquere, deriuari videntur. Κατασιλλαίνειν autem vsurpat Hipp. ἐν παραγγελίαις (pag. 27. 41.) προσκυρέοντες ἑωυτοῖσι κατασιλλαίνειν, seipsos ludibrio exponentes & deridendos exhibentes, hoc est, nactos vt sibi ipsis illudatur. Contentiosam namque altercationem Medicis fugiendam præcipit Hipp. ne seipsos deridendos aut ludibrio habendos propinent. Cornar. pro mutuis inter se conuitiis decertare sumpsit, Caluus, periurgare.

Κατασκευὴ est Gal. lib. 3. salub. (pag. 245. 18.) τὸ τέλειον ἢ τελειότατον γυμνάσιον, absolutissima aut perfectissima exercitatio, quam per immodicos in certaminibus labores, etiam totum diem aliquando continuatos præparato iam ad eam corpore, obeunt athletæ.

Κατασπᾶσαι detrahere, deducere, deorsum ducere κατασπᾶσαι καταμήνια aut γυναικεῖα, menses ducere aut prouocare sæpe dicit Hipp. vt aph. 55. sect. 8. lib. 6. Epid. καὶ πάντα πραγματευσαμένων ἡμῶν ὅπως ἂν ὡς πρὸς τὰ γυναικεῖα κατασπάσαι. Sed cùm omnia quæ ad menses deducendos facerent tentassemus. Rursus li. 1. περὶ γυν. (pag. 595. 35. & 36.) πλὴν τοῦ κατασπάσαι τὰ ἐμμήνια, excepta mensium detractione aut deturbatione. Et ἢν μὴ γὰρ γίνηται οὐδὲν, δεῖ ταύτῃσι κατασπᾶν. Quib. enim nihil prodit, his ducere oportet. Rursusq; ibid. (p. 614. 44.) προσθεῖναι δυνάμενον χορίον ἐξάγαγεῖν, καὶ ἐπιμήνια κατασπάσαι. adhibitum potione medicamentū quod secundam educere potest, & menses detrahere. Quod etiam eadem in re καταμήνια κατασπᾶν dicitur (pag. 632. 3.) Iterumq: ibid. (pag. 619. 44.) ἐπιμήνια κατασπᾶται. vbi medicamenta ad menses mouendos aut deducendos præscribuntur. Est & κατασπᾶσθαι detrahi, deorsum duci, deprimi, laxari, & de mammis dicitur quæ extenuatis deprimuntur, demittuntur & flaccescunt, aph. 21. sect. 3. lib. 6. Epid. Cui ἀνασπᾶσθαι opponitur, quod reuelli, trahi, sursum trahi, attolli ac erigi significat. Gal. in Com. κατασπᾶσθαι, χαλᾶσθαι exponit, vt & Hesych. κατασπᾶν χαλᾶν, laxare, remittere.

Κατάστασις constitutio dicitur & omnis cuiusque rei forma, cùm per se & sine addito profertur. Potest etiam & cuiusque regionis proprium statum & formam significare, vt scribit Gal. Com. in sent. 11. lib. 1. de humoribus. Et cùm aeri attribuitur, eius temperiem præter naturam indicat, vt scribit Gal. initio Com. 3. in li. 3. Epid. his verbis: πρῶτον μὲν ὅτι κατάστασιν, οὐ μόνον τὴν παρὰ φύσιν ἐν τῷ περιέχοντι κράσιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἰδέαν ἁπάντων πραγμάτων εἴωθεν ὀνομάζειν, ἀναμνησθῶμεν. Primùm quidem in memoriam reuocemus κατάστασιν ab eo solere appellari, non solùm aëris nos ambientis temperiem præter naturam, verùm quoq; & omnem cuiusq; rei formam. Qua notione κατάστασις λοιμώδης dicitur lib. 3. Epid. & in quibusdam exemplaribus adscribitur, vt testatur Gal. & καταστάσεις tres describuntur lib. 1. Epid. hoc est, anni aut temporis conditiones, circunscriptiones, status & tempestates. Eoq; significato in aphorismis scribitur, τῶν δὲ καταστασίων τῶν ἐνιαυτοῦ ex anni tēpestatibus, & αἱ δὲ καθ' ἡμέρην καταστάσιες, αἱ μὲν βόρειαι, Quotidianæ tempestates, Aquilonares quidem &, ἢν μὲν ἐπὶ πλεῖον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι. Quòd si amplius talis perseuerauerit annus, qualem tēporis statum effecerit, tales ferè morbos expectare oportet. Sic etiam li. 4. Epid. (p. 1138. B.) scribitur: αἱ καταστάσιες, καὶ οἵαι ἐν ᾗσι μᾶλλον καὶ ἧσσον γίνονται ὥρῃσι, χώρῃσι. Aëris conditiones quænam sint, & quibus temporibus, ac regionib. magis aut minus contingant, consyderandæ sunt. His enim verbis aëris tempestates ac status, cœliq; conditiones, ad prænunciandam crisim, obseruandas monet Hipp. Et lib. 1. Epid. (p. 351. 39. H. 938. D.) ἦρος μὲν τοῦ ἦρος, ἐκ τῆς πρόσθεν καταστάσιος ὑπεναντίης, καὶ βορείου γενομένης. Ante ver quidem, quod superior status subcontrarius & Aquilonius extiterit. Rursusque ibidem (pag. 357. 4. H. 941. D.) ἐκ πάντων δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ. Ex his autem omnibus qui in hac status conditione descripti sunt. Et rursus ibid. (p. 368. 33. H. 950. H.) ἐν δὲ τῇ καταστάσει ταύτῃ κατὰ χειμῶνα μὲν ἤρξαντο παραπληγίαι. In hac autem temporis conditione ad hyemem partium resolutiones cœperunt. Et ibid. (p. 369. 31. H. 951. E.) καὶ οὐδ' ἵνα εἶδε εἰ καλῶς αἱμοῤῥαγήσειεν ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα. neque vllum si modo sanguis benè profluxisset, hoc temporis statu mortuum videre licuit. Ac rursus ibi. (p. 373. 19. H. 955. E.) ἐν δὲ τῇ καταστάσει ταύτῃ, ἐπὶ σημείων μάλιστα τεσσάρων διεσώζοντο. At verò hoc in tēporis statu ex quatuor maximè signis seruabātur. Et rursus ibi. (p. 374. 13. H. 957. A.) οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ τούτῳ τῷ τρόπῳ διενόσησαν. Plurimi igitur eorum qui hac tēpestate ægrotarūt, hunc habuerunt morbi tenorē. Præterea ibid. (p. 375. 45. H. 959. A.) morborum prægnitionem ducivult, ἐκ τῆς καταστάσιος ὅλης, καὶ κατὰ μέρεα τῶν οὐρανίων, καὶ χώρης ἑκάστης. ex vniuersali & singulari aëris statu, cœli conditione, & regionis cuiusque. Vbi Gal. τὴν κατάστασιν exponit, τὴν ἰδίαν τοῦ περιέχοντος κρᾶσιν, propriam aëris nos ambiētis tēperiem. Ideoq; τῶν οὐρανίων ab Hipp. additum fuisse scribit, ἐπειδὴ ψιλῶς λεχθὲν ἄνευ τῆς προσθήκης τὸ τῆς καταστάσεως ὄνομα, καὶ τῆς, τῆς χώρας ἰδίαν δηλοῦν δύναται, καὶ παντὸς ἄλλου πράγματος. quòd scilicet nudè & sine addito prolatum κατάστασις nomen regionis aut cuiusuis alterius rei formam indicare potest. Sic quæ scribuntur de temporū mutationib. eandem habēt notionem. Lib. περὶ χυμῶν (pag. 51. 21.) ταῦτα ἔχει τῇσι καταστάσεσιν ὁμοιότητας. Ista cum temporum conditionibus habent similitudines. Et rursus ibid. (v. 22.) ἢν μὲν ἐπὶ πλεῖον τὸ ἔτος τοιοῦτον ᾖ, οἵην κατάστασιν ἐποίησεν, ἐπὶ πλεῖον καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα. Quòd si annus diutiùs talis perseuerauerit, qualem statum effecerit, tales quoq; ferè morbi erūt. Quod repetitur aph. 7. li. 3. Est verò in morbis κατάστασις totius morbi circūscriptio & forma, siue ex totius morbi tēporibus, qualitate & quātitate circūscriptis, cōstitutio aut cōpositio. Sic enim κατάστασιν νόσου dici Hippocrati scribit Gal. li. 1. περὶ κρίσεων

ῥήσεων (pag.391.24.) ὡς τὴν ἐκ τῶν ὅλων τῶν νοσημάτων καιρῶν ποιεῖ σύνθεσιν, velut quandam ex totius morbi temporibus compositionem. Et rursus ibidem (v.18.) καταστάσιες νοσημάτων, περὶ ὧν ἴδεας ἀπὸ τῶν, καθ' ἃς ἐκ τοιῶνδε καὶ τηλικῶνδε σύγκεινται τῆς καθ' ὅλον καιρῶν. morborũ constitutiones, velut quasdam eorum formas secundum quas ex talibus & tantis constituuntur vniuersalibus temporibus. Quo certè significatu scribitur li.1.Epid.(p.381.39.H. 963.G.) εἰσὶ δὲ τρόποι καὶ καταστάσιες, καὶ παροξυσμοὶ τούτων ἑκάστου τῶν πυρετῶν ὁμοίως ξυνεχέων καὶ διαλειπόντων. Insunt autem in singulis hisce febribus, tum continuis, tum intermittentibus, formæ, cõstitutiones & accessiones huiuscemodi. Et li.3.Epid.st.pest. (p.424.9.H.1085.D.) ἦν δὲ ἡ κατάστασις τῶν γινομένων καύσων ὧδε. Erat autem febrium ardentium quæ obuenerant, constitutio huiusmodi. Et aph.12.li.1.καταστάσιας morborum vocat, totum morbi statum, formam ac historiam, per quam totum morbi decursum inquirimus, & qualia quantaque futura sint tempora morbi vniuersalia cognoscimus. τὸ γὰρ (vt illic scribit Gal.) εἴτε κάτοξυ, εἴτε ὀξὺ εἴτε χρόνιον ἔσοιτο τὸ νόσημα, καὶ ἐν τίνι καιρῷ μάλιστα τὴν ἀκμὴν ἀπολήψοιτο, τὴν κατάστασιν ἐπὶ τοῦ νοσήματος σκοπεῖν. Id enim est morbi constitutionẽ spectare, cùm morbum an peracutus, an acutus, an verò diuturnus futurus sit, aut quo maximè tempore vigorem adepturus, consideramus. Quod etiam penè iisdem verbis repetit Gal.Com.in sent.11 li.1.περὶ χυμῶν. Quo sensu illic (p.114.33.) κατάστασις τούτου sumitur. Et rursus ibi.(p. 116.25.& 30.) iterumq; (p.117.7.9.) Sic in Progn.(p.155.32. H.44.22.) τεταρταίων κατάστασις, quartanę conditio aut constitutio dicitur. γίνεται δὲ καὶ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις, ἐκ τῆς τοιῆσδε κόσμου. Ac quartanæ quidem conditio hunc seruat ordinem. Et κατάστασις δυσεντεριώδης intestinorum facultatem, eiusq; morbi speciem & formam indicat. li.1. Epid.(p.370.3.H.591.H.) ὥσπερ τῷ Ἐράτωνος παιδὶ καὶ Μύλλῳ πολλῆς αἱμορραγίης γινομένης, ἐς δυσεντεριώδεα κατάστασιν περιεγένοντο. Quale quid Eratonis puero & Myllo contingit, qui post multam sanguinis è naribus profusionẽ, in difficultatem intestinorum delapsi sunt & ex periculo exẽpti. Nisi si quis existimet per κατάστασιν hic humorum quendã secessum aut abscessus speciem adumbrari, qui depositis per aluum acribus humoribus, per effluuium aut emissionem fiebat, quòd febres illæ ardentes, quæ alioqui larga sanguinis è naribus eruptione solui non potuerant, ad intestinorum difficultatem deuenerint, & in dysenteriam firmatæ sint, qua tandẽ emissa per aluum humorum cluuie veluti quadam indicatione absoluti sunt ægri. Quod quidem propemodum nostra interpretatione assecuti videmur, cùm in difficultatem intestinorum delapsos periculo exemptos fuisse diximus. Sic enim καθίστασθαι de eo quod in aliquam partem decumbit, in eaq; firmatur aut consistit, Hipp. dici antea scripsimus. & κατάστασις collocationem aut repositionem in suã sedem indicat, li.de fract. (p.569.10.H 773.B.) ῥηϊδίη ἡ κατάστασις, hæc repositio aut collocatio conuenit. Vbi κατάστασιν καθίδρυσιν exponit Gal. velut eorũ quæ mota sunt in suum locum collocationẽ aut cõstitutionem ac repositionem. Rursusq; ibidem (p.576.4.H.777.B.) ῥηϊδίη ἡ κατάστασις τοῖσι δακτύλοισι τῆς χειρὸς, per manuum palmas facilis est restitutio, aut constitutio, hoc est, facilè reconduntur. Aret. quoq; inprimis grauis author, κατάστασιν pro morbi forma & idea quæ ipsum per se constituit & definit, sumere mihi videtur c.1.lib.2.cur.acut. cùm scribit. ἢν δὲ καῦσος ἴσχῃ τὸν στόμαχον οὐκ ἀπὸ τῆς καταστάσιος τῆς νούσου, ἀλλ' αὐτὸ μοῦνον ἀπὸ χυμῶν δριμέων καὶ ἁλμυρῶν, ἢ ὑπὸ χολῆς δακνόμενος. At si os ventriculi ardor malè habet, non morbi ratione, sed quòd ipsum solũ ab acribus salsisq; humoribus aut à bile mordeatur, hoc est, non phrenitidis, sed sui ipsius ratione & eorum quæ in se ipso continentur. Est & κατάστασις τοῦ χρώματος καὶ σώματος, coloris & corporis status, forma, constitutio, Prorrh.2.(p.85.F.) ὥστε ἀνάγκη τὸν διαίτῃ διαιτώμενον, μάλιστα ταύτην τὴν ὥρην, ὁμαλῶς ἔχειν τὴν κατάστασιν τοῦ χρώματός τε, καὶ τοῦ ξύμπαντος σώματος. Quare necesse est eum qui absoluta victus ratione vtitur, ea hora præcipuè, æquabilem cũ coloris, tum etiam totius corporis statum nactum esse. Sic etiã κατάστασις ex similium causarum concursione statum enatum significat, & formam quæ easdem causas sequitur, aph.12.sect. 7.lib.6. Epid. καὶ περὶ ἄλλα τοιαῦτα ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσιος. & quæcunque alia eius est generis ex eadem constitutione prouenies. Indicat enim omnem obscuram & exiguam spirationem, quæ ex simili causarum concursu prouenit, hoc est, ex calidi natiui refrigeratione & facultatis motricis imbecillitate.

Κατάστημα, τὸ ὥσπερ καταστήριγμα καὶ ἀπόσκημμα, velut innixus & decubitus exponitur Gal. in Exeg. ex lib.2. Epid. verùm falsa est indicatura quę totam lectionem suspectam facit. Neque enim li.2. Epid. legitur. & pro ἀπόσκημμα, ἀπόσκιμμα quidam legunt, longè alio sensu. Idem etiam καταστῆναι τὸ ἀποσκῆψαι exponit, quod est decumbere, delabi. Est & καταστῆναι sistere, reprimere, moderari, vt καταστήσασθαι sisti, retundi, moderari, reprimi, quò bile dicitur lib.1.περὶ γυναικ.(pag.602.16.) quæ medicamento refrigerante & adstringente reprimitur.

Καταστολὴ est modestia in vestitu, seu modestus habitus. Lib. περὶ εὐσχημοσ.(pag.23.34.) habitus submissus dicitur Cornar. Cal. contemptio vestium & demissio humana. vbi καταστ. cum αἰσχυντηλῇ coniungitur, verecundia ac erubescentia. Rursus ibid (p.24.13.) μελετᾶν δὲ χρὴ ἐν ἰητρικῇ ταῦτα, μετὰ πάσης καταστολῆς, horum autem omnium diligens cura habenda est in re Medica, cum omni demissione, demisso habitu, non arrogante aut elato, hoc est, vt ne pudeat se ad frictiones, illitiones, perfusiones, aliasque in chirurgia actiones demittere. Ac rursus ibidem (24.42.) in ingressu ad ægrum, meminisse vult Medicum καταστολῆς, submissionis, demissi habitus, vt ne pudeat illum abiecta, aut etiam sordida & seruilia opera subire, dum sint medica. καταστολὴν Hesych. περιβολὴν exponit, vestitum, amictum, vt & καταστέλλει, περιβάλλει. Sed vitiosè καταστολὴν nostris in exemplaribus legitur, Suidas καταστολὴν τὴν στολὴν explicat.

Καταστρῶσαι est humi sternere, prosternere, deprimere deiicere, & metaphoricè pro componere, sedare, demulcere sumitur. Sic καταστορεσθῆναι humi stratum esse, prostratum, depressum & deiectum indicat. dicitur tamen tropicè de humoribus qui euicti sunt & concocti, aut cæterorum mixtione diluti & temperati, neque amplius synceri, aut suis qualitatibus exuperantes, sed sedati & compositi Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.16.26.) καὶ παύονται τούτων ἕκαστα, πρὶν ἀποκαθαρθῆ τε καὶ καταστορεσθῆ, καὶ μιχθῆ τοῖσιν ἄλλοισι. Nec prius ista quiescunt, quàm euacuati fuerint & deiecti, atque aliis immixti. Agitur de humoribus acribus & æruginosis, qui furores, & viscerum ac thoracis morsus excitant, vbi synceri fuerint, neque cæterorum temperatione diluti. Sic paulò antè τῷ καταστορεσθῆναι μετέωρα opponuntur, cùm humores pendent, eleuantur, aut ferociunt ac feruent, nec dum repressi sunt, compositi aut sedati, sed adhuc exagitati.

Κατατείνειν & **κατατεῖναι** non solùm ἐπὶ τῆς τάσεως poni apud Hipp. sed ἐπὶ τῆς καταθέσεως pro collocatione, scribit Erot. vt non tam extendere significet, quàm componere, collocare, statuere, & de membro, quod figura aut habitu quodam componitur, dicatur. Qua certè notione scribitur lib.de fract. (pag.530.7.H. 751.H.) ἄλλος δέ τις αὖθις τῶν ἰητρῶν ὑπτίην τὴν χεῖρα δοὺς, οὕτω κατατείνειν ἐκέλευεν. Rursus verò alius quidam medicus supinam manum exhibens, sic componere iubebat, hoc est, eo habitu collocare. Rursus ibidem (vers.12.H.752.A.) ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἰδὲ ὑπτίη ἡ χεὶρ κατατείνοιτο, ἰσχυρῶς πονέοι ἄν. Verùm hic habitus si supina manus collocetur, vehementem dolorem excitabit. Et rursus ibidem (v.13.H. ibid.) γνοίη δ' ἄν τις τὴν ἑωυτοῦ χεῖρα κατατείνας, ὡς ἐπώδυνον τὸ σχῆμα. Eum verò habitum dolori plurimùm oppportunum quiuis comperiet, si quis manum suam ita cõponat, hoc est, supinam collocet, statuat ac figuret. Sic enim hoc expresso loco κατατεῖναι ἀντὶ τοῦ σχηματίσαι τεθεικὼς, καὶ τοῦ καθεῖναι ὑπτίαν αὐτὴν (vt scribit Erot.) hoc est, κατατείνας (quod est extendens) pro habitu quodam figurans, aut supinam manum collocans, posuit Hipp. Quam interpretationem ex Erot. mente nostris cum in locum Annot. probauimus, cùm cæteri omnes interpretes manus extensionem sumant, quam neque tamen aptè fieri posse ipsemet testatur Erot. Rursus ibidem (v. 48.H.ibid.D.) εἰ δ' ὡς ἐγὼ κελεύω χεῖρα καταγνῦσαν κατατείνοι τις. Quòd si, velut ego iubeo, quis manum statuat, aut collocet. Eam verò in rem sæpè vsurpat κατατείνειν Hipp. in tota fractorum & luxatorum tractatione, non rarò verò ad extensionem accommodat, vt aliquot exemplis contestatum omnibus volumus. Vt lib.de fract. (pag. 533.49. H. 753. D.) μετὰ δὲ ταῦτα σπλῆνας κατατείνειν χρὴ κεκηρωμένους κηρωτῇ ὀλίγῃ. Post hęc splenia modico cerato illita supeŕextendenda, suprà collocanda. Et lib.de art. (p.582.39.H.781.F.) ἔπειτα λαβόμενον τῇσι χερσὶ τῇσιν ἑωυτοῦ, τῆς χειρὸς τῆς τετρωμένης, κατατείνειν αὐτήν. Deinde manu affecta suis manibus apprehensa, eam extendere. Et ibi.(v.44.H.ibid. G.) κατατεινομένης γὰρ τῆς χειρὸς. manu quippe extensa. Et (vers. 45. H.ibid.H.) χρὴ δέ τινα ἐπὶ θάτερα τοῦ κατατεινομένου καθήμενον, κατέχειν κατὰ τὸν ὑγιέα ὦμον. Alius verò ab altera eius qui extenditur parte considens, hominem ad integrum humerum contineat. Et (v.53.H.ibid.) ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ κατατεινομένου καθήμενον. supra caput eius qui extenditur sedentem. Rursus ibidem (p. 584.37. H. 783. C.) τὴν δὲ ὅλην χεῖρα παρὰ τὸ ξύλον κατατείνοντα προσκαταδῆσαι, κατά τε τὸν βραχίονα. manus tota ad lignum porrecta, iuxta brachium alligari debet. Et rursus ibidem (p.591. 26.H.788.D.) οὐδὲ ὠθῆσαι τοῦ δέρματος ἀπολαβεῖν οὐδὲν τοῦ ὑπὸ τῇ μασχάλῃ, ὅ,τι καὶ ἄξιον λόγου κατατεῖναι. nihil ex cute sub ala, quod extensione dignũ sit, apprehendere poteris. Et(v.36.H.ibi.E.) ὗτοι γὰρ προέχοντες γίνονται καὶ κατατεινομένοι ἐν τούτῳ τῷ σχήματι. Hi enim

[nerui] eo habitu contensi sunt & expositi. Iterum ibidem. (p. 621. 1. H 813. B.) κάμπιτα πρηνέα κατακλίνειν κατατεταμένον. homo pronus extentus reclinandus, pronus collocandus. Quem locũ paulò aliter legit Erot. & κατατεταμένον, κατακεκλιμένον reclinatũ exponit. Ac rursus ibidẽ, v. 7. H. ibi. C. ἔπειτα αἱ ἀρχαὶ πρὸς ξύλον ὑπερειδέσθω τι προσδεδέσθωσαν, ἁρμόζουσαι κατὰ μῆκος τοῦ ξύλου τοῦ ὑποτεταμένου, πρὸς ὅ, τι προσβάλλον τὸ ὑπερειδὲς ἀντισηκώσει τὴν κατάτασιν. Demum capita ad lignum aliquod, quod pistilli formam habeat, deliganda ea longitudine quæ subtenso ligno conueniat, ad quod appositum lignum illud quod pistilli formam habet, velut obice quodam, extensionem facit. Quem etiam locum paulò aliter legit Erot. & ὑποτεταμένου, ὑποκειμένου, subiecto, supposito, exponit. Rursus ibidem (vers. 18. H. ibid. D.) κάμπειτα κατατείνειν ἐν τούτῳ τῷ σχήματι ac demum eo habitu extensio adhibenda. Et (v. 26. H. ibid. E.) ἀσινὲς δὲ καὶ ἐπικαθίζεσθαί τινα πρὸς τὸ κύφωμα τὸ ἅμα κατατεινομένου ἐνσεῖσαι μετεωρισθέντα. Innoxium quoque est gibbo aliquem insidere, simulque dum fit extensio, sublimem se attollendo concutere. Et (v. 40. H. ibid. G.) τοὺς δὲ κατατείνειν τὸ σῶμα κατὰ μῆκος alij corpus per longitudinem extendere debent. Et (v. 48. H. 814. A.) καὶ γὰρ αἱ κατατάσιες κατὰ μῆκος μοῦνον ἔνθεν καὶ ἔνθεν, οὔτε καὶ ἄλλην ἀνάγκην οὐδεμίαν προσποιῆσαι, ὅμως κατατείνειεν ἄν τις. Nam & extensione sola per longitudinem in diuersa facta, nulla etiam alia vi adhibita, probè tamen extendere poteris. Sic quoque κατάτασιν neque tantùm extensionem, verùm etiam κατάθεσιν, hoc est collocationem indicare apud Hipp. testatur Erot. qui κατατάσιας καταθέσεις apud eum exponit, expresso nimirum initio libri de fract. ἐχρῆν τὸν ἰητρὸν τῶν ἐκπτωσίων τε καὶ κατηγμάτων, ὡς ἰθυτάτας τὰς κατατάσιας ποιέεσθαι. Eorum quæ suis sedibus exciderunt & fracta sunt, medicum quàm rectissimas extensiones facere conuenit. Sic enim ex Gal. mente ad extensiones accommodamus, etsi ex Erot. sententia ad luxatorum & fractorum iustissimas collocationes referri potest. Et rursus ibid. (pag. 531. 11. H. 752. E.) ὡς μὴ λάθῃ τὸν χειρίζοντα ἐν τῇ κατατάσει εἰ ἱκανῶς ἐξίθυνται vt ne eum qui compositionẽ aggreditur lateat, num abunde sint in directum constituta. Etenim tam ad membri collocationem ac rectam compositionem, quàm ad extensionem referri potest. Et lib. de art. (p. 621. 55. H. 814. B.) τὰ δὲ ξυνελθόντα παρὰ φύσιν, κατατεινόμεναι αἱ κατὰ φύσιν κατατάσιες. Quæ verò præter naturam coierunt, eæ quæ secundum naturam adhibentur extensiones, componunt, hoc est restituunt, aut distendunt. Quibus certè ex omnibus locis κατατείνειν & κατάτασιν apud Hipp. partim de membri extensione, partim etiam de collocatione dici, cuiuis manifestum est.

Καταπλᾶν est conspurcare, inquinare, stercore perfundere. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 574. 19.) ῥάκος καταπλαστὸν conspurcato aut inquinato linteo, quod dicitur de linteo medicamento delibuto, aut medicamento linteo excepto. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 671. 7.) ῥάκεα ἐγκαταπλάσαι λεπτὰ, tenuibus linteis conspurcatis, hoc est, tenuibus linteis excipito. Verùm ἐγκαπλᾶν malim aut ἐγκάπλειν.

Κατάτριψις ὀργάνων, instrumentorum attritus aut attritio, cùm nimia siccitate functionum instrumenta languida, exoluta, & infirma euadunt, translatione à vestibus aut vasis sumpta, quæ longo vsu attrita, seipsis sicciora effecta sunt. aph. 1. sect. 3. lib. 6. Epid. vbi tamen τρῖψις legitur apud Hipp.

Καταύδησις vociferationem significat apud Hip. ἐν προῤῥητικοῖς (p. 28. 49.) καταύδησις λυπέει, vociferatio affligit, molesta est. Eadem φωνασκίη dicitur Aret. cap. 6. lib. 2. de Cur. diuturn. affect.

Καταφορὰ grauis est in somnum delatio, aut degrauatio, parumque aut nihil à comate differt, vt & καταφορὰν κώματος nomine explicet Gal. apud Hip. Com. 3. in lib. 3. Epid. etsi lib. περὶ κώματος καταφορᾶς κώματος genus faciat, eiusque duplicem differentiam statuat, vt nostris in lib. 3. Epid. Annotat. scripsimus. Καταφορὴ νωθρὴ, segnis & torpida in somnum delatio dicitur Hipp. lib. 3. Epid. in st. pest. (pag. 425. 49. H. 1085. G.) quam paulò post βαρὺ κῶμα vocat, eaque perisse phreniticos vult. Etsi Gal. lib. 13. Meth. med. (pag. 182. 22.) καταφορὰς βαθείας ex humore crasso frigido, non putrescente, & absque febre fieri scribat, easque velut genus ad ἀποπληξίας, καρὼς & κατοχὰς statuat. Est & καταφορὴ Hipp. grauis somnolentia, in somnum propensio, delatio & collapsio, febri etiam coniuncta, libro septimo, Epid. pagina 1239. D. E.) & Coac. (pag. 202. G.) vt & καταφερόμενοι ἐν πᾶσιν ὕπνοισιν, somno altiore correpti & degrauati, lib. 4. Epid. (pag. 1137. C.) vbi simul κῶμα iungit Hipp. vt & ægr. 11. lib. 3. Epid. post. st. pest. καταφορὴ aliter etiam sumitur ἐν προῤῥητικοῖς (pag. 26. 2.) & ex apparentibus deductionem significat, hoc est, eorum quæ sensibus cognoscuntur delationem, cum ea quæ sensu comprehenduntur in cogitationem deducuntur, vnde ratiocinatio colligitur & methodicè confirmatur. Cornar. illic καταφορὴν delationem in morbum dixit, Caluus deprehensionem. Καταφερόμενα ἐκ τῶν φυμάτων καὶ ἐμπυημάτων, quæ ex tuberculis & suppuratis deferuntur, hoc est, vacuantur & effluunt, aph. 37. sect. 8. lib. 6. Epid.

Καταφρονέοντα Gal. apud Hipp. in Exeg. exponit, τὸν αἰτίως ἀφαιρούμενον, liberè aut integrè sentientem, hoc est eum cui sensuum integritas in totum est restituta, ita vt nulla sit sensationis oblæsio, aut sensus nullum restitet impedimentum, ex maiore Prorrhetico. Quibus certè verbis locum Prorrh. 2. mihi subindicare videtur Gal. (pag. 97. B.) vbi de vulneribus lethalibus agitur. ὥστε μὴ δύνασθαι καταστῆσαι τὸν ἄνθρωπον εἰς τὴν ἴσην καταφρονέοντα. vt sensuum integritas restitui non possit, aut quæ tantam magnitudinem habent, vt curatione ipsa homo ad sensuum integritatem reuocari nequeat. Etsi certè illud αἰτίως apud Galen. mihi non parum suspectum est. Nam & αἴτιως quidam, alij αὐτοῖς, Varin. etiam ἐν ἴσῃ leg. Καταφρονέειν autem de mentis & sensuum integritate restituta dicitur Hipp. & resipiscere ad seque redire significat, in his qui sensibus capti, sibi restituuntur. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 564. 14.) ἐπὴν δὲ καταφρονήσῃ, vbi ad se redierit, hoc est vbi sensationum & motionum functiones restitutæ fuerint. Agitur enim de muliere ἀφωνίᾳ laborante & sensu & motu priuata ex vteri affectu. Et si vitiosè nostris in codicibus κακοφρονήσῃ legitur. Sic etiam Erot. κατέφρενε κατενόει exponit apud Hipp. quod est ad mentem aut intelligentiam rediit. Additque antiquos φρενοῦν dixisse τὸ νοεῖν. Eaque notione καταφρονεῖν τῷ παραφρονεῖν opponitur aut τῷ παρακρούειν, velut τὸ κατανοεῖν sæpe ex aduerso ponit Hipp. lib. Epid. in tota ægrorum œconomia, & κατανοεῖν καταφρονεῖν exponit Gal. vt antea scripsimus.

Κατὰ φύσιν dupliciter accipitur. Quædam enim secundum naturam inesse dicuntur, quòd sint naturæ munia aut opera, vt augeri, nutriri. Quædam etiam quòd necessitate omnibus à natura insint & ad naturæ opera sequantur, vt senectus. Galen. lib. περὶ μαρασμοῦ (pag. 375. 59.)

Καταχλιδᾶν idem quod κατατρυφᾶν, deliciari, luxu diffluere, καταχλιδᾶν videtur dici Hipp. ἐν παραγγελίαις (pag. 27. 14.) καταχλιδῶσι, deliciantur, delicias agunt, luxu diffluunt, De malis medicis dicitur, qui ob famam ab hominibus diuitibus sibi & existimationem conciliatam deliciantur, gloriantur, superbiunt, & luxu diffluunt.

Κατάχλοα exponit apud Hipp. Gal. in Exeg. ἄγαν χλοώδη, valde virentia. Ac nescio num locus lib. 7. Epid. (pag. 1215. C.) subindicetur, vbi tamen κατάχλα fortè pro κατάχλοα ὑποχωρήματα legitur, vt & γλισχρόχολα pro γλισχρόχλοα apud Hipp. legit Erot. & ὀλιγόχολα pro ὀλιγόχλοα sæpe legitur, aut ὀλιγόχοα.

Κατάψυξις, perfrictio, perfrigeratio, dicitur Gal. lib. de rig. trem. palp. (pag. 368. 46.) cùm refrigerationis sensus cum dolore sentitur, absque cutis & superficiei inæquali motu. Sic enim à rigore distinguitur. Hipp. verò κατάψυξις perfrictionem, modò totius corporis, modò extremarum partium, indicat. In Prorrh. (pag. 216. 3. H. 81. A.) καὶ τὸ καταψύχεσθαι οὐδὲ πονηρόν. Quin & perfrigerari itidem malum est, vbi extremarum corporis partium perfrictionem exponit Gal. Quod etiam repetitur Coac. (pag. 215. E.) Rursusque ibid. (pag. 218. 31. H. 82. B.) τὸ καταψύχεσθαι de extremorum perfrictione sic exponit Gal. τὸ δὲ καταψύχεσθαι δύναται σημαίνειν, οὐ τὸ λελύσθαι τὸν πυρετὸν, ἀλλὰ τὰ ἄκρα μέσα τοῦ σώματος ἧττον ἐῖν θερμὰ παραβαλλόμενα τοῖς ἄλλοις, ἵνα τὴν ἀναστροφὴν τῆς θερμασίας ἐκ τούτου τεκμαιρώμεθα, τὸ καταψύχεσθαι quod est perfrigerari, significare potest, non quidem solutam esse febrem, verùm corporis extrema cæteris collata minus esse calida, vt ex eo de caloris conuersione coniecturam sumamus. Rursus ibid. (pag. 178. 1. H. 69. D.) αἱ μετὰ καταψύξεως δυσφορίαι, corporis iactationes & incontinentiæ cum perfrictione. Et rursus (pag. 179. 16.) H. ibid. F.) τὰ μετὰ καταψύξιος πτυαλίζοντα, crebræ sputationes cum perfrictione. Vbi κατάψυξις, an totius corporis, an verò extremorum perfrictionem indicet, incertum est, velut etiam in Coac. (pag. 172. D.) αἵματος ἀφαίρεσις ἐν καταψύξει νεναρκωμένη κακόν. In corporis perfrictione, cum stuporis sensu, sanguinis detractio mala est. Et rursus ibid. (pag. 222. F.) κατάψυξις μεθ' ἱδρῶτος ἐπὶ κοιλίῃσιν ὑγρῇσιν, perfrictio cum sudore aluo humescente. Et lib. de rat. vict. in morb.

morb.ac.(p.94.45.H.397.16.) in spirituum interceptionibus κατα ψύξιες, corporis perfrictiones, humoribus concretis & fixis contingunt. Et lib.7.Epid.(p.1238.C.D.) κατέψύχθη, perfrigeratus est, toto corpore perfrixit.

Κατειλυμένος ἔσω ἐρυγμός, intrò conuoluta eructatio, in Coac. (p.221.A.)

Κατελθοῦσαι φωναὶ, vide φωναὶ κατελθοῦσαι postea.

Κατεπλάκησαν legitur apud Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag 280.2.) καὶ αἱ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥβης ἐς τε τοὺς μαζοὺς, καὶ ὑπὲρ αὐχένα καὶ τοὺς ὤμους ἐπορεξάμεναι κατεπλάκησαν. Et aliæ quidem à pube in mammas, & supra mentum ac summos humeros protentæ connexæ sunt, complicatæ sunt, aut exporrectæ, contextæ sunt, à verbo καταπλέκομαι.vt sit aor.2.pass. Cornar. κατεπλάκησαν diuagantur dixit, à verbo καταπλακέω, quod est decerro, diuagor, vt ἀμπλακέω. Hesych. ἀμπλακεῖν ἁμαρτεῖν exponit, & ἀμπλακὼν ἁμαρτάνων & ἀποτυχὼν, qui aberrauit. Idem καταπλακὼν, καταπλήξας καὶ διαμαρτὼν, qui aberrauit, deerrauit. Quæ omnia παρὰ τὸ πλέκεσθαι & καταπλέκεσθαι descendunt, vt ex πλέκω πλακοῦ. Caluus κατεπλατύνθησαν leg. videtur, cùm dilatantur dixit.

Κατεπλύνοντο vide καταπλὺξ antea.

Κατεργάζεσθαι, conficere, interdum etiam opprimere, profligare, exercere. In Coac.(p.194.G.) de aqua inter cutem cui Leucophlegmatias nomen est. αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι καὶ ἀπανθρωπίαι ἐπιεικῶς αὐτῶν κατεργαστικαί, animi desponsiones cum silentio ac hominum auersiones, eos ferè conficiunt. Incertum namque est num causam respiciat, ac velit ex animi abiectione & solitudine (quæ melancholiæ efficacissima signa sunt) hoc hydropis genus subnasci, num verò ægritudinis periculum indicet, & his casibus ægrotantem opprimi velit, an verò exerceri & profligari. vt κατειργασμένος exercitatum, profligatum & confectum significat.

Κατερυθμίζω apud Erot. exponitur κατὰ φύσιν, κατὰ μέγεθος, secundum naturam, secundum magnitudinem. Verùm suspectam lectionem habeo, & in multis codicibus defecta est dictio cum asterisco, quod vitium subolet, cui nisi melioris codicis ope manus adhibere non est facile.

Κατ' εὐθὺ, vide εὐθὺ antea.

Κατεχόμενοι & **κάτοχοι** dicuntur veteribus, qui recentioribus Catoche aut Catalepsi laborant, aut prehenduntur, vt scribit Gal. lib.4. de Caus. pulsuum (pag.114.v.56.) quasi detentos aut præpeditos dicas. Κατεχόμενα Gal.Comm.2. in Prorrh.(p. 189.25.H.71.H.) ἢ τοι μόγις ἐκκρινόμενα, ἢ καὶ παντελῶς ἰσχόμενα, de vrinis quæ ægrè excernuntur, aut in totum supprimuntur. Κατείχετο γλῶσσα, lingua detinebatur, impediebatur, hærebat, neque expediri poterat, lib.5. Epid. (p.1154 H.) Significat instrumentorum voci destinatorum impedimentum ex nimio humorum affluxu.

Κατεῴολίσι Gal. exponit in Exeg. περιοδικαῖς ἀρχαῖς παροξυσμῶν, per circulum repetentibus accessionum initiis, aut circularibus exacerbationum principiis. Verùm καταβολῆσι, (vt alij cum Varino leg.) malim. Budæus nanque καταβολὴν pro accessionis principio dici Gal.annotat.

Κατενόει Gal.in Exeg.exponit ἐσωφρόνει, συνίει, intelligebat, sentiebat. κατανοεῖ sæpe ponit Hipp. de mentis constantia, & ratiocinandi intelligendive integritate, in singulari ægrorum recensione lib.1.& 3. Epid. delirióque ac desipientiæ opponit. Et certè hæc Galeni expositio optimè mihi quadrare videtur libr.5. Epid. (pag.1151.F.) vbi tamen κατενόει legitur, vt mihi ex hoc vel simili alio loco vt ægr.8. lib.1. Epid. κατενόει pro κατενόει legisse videatur.

Κατημελυνὸν Erot. exponit apud Hipp. καταδεθυνός, inualidum, infirmum, debilitatum, adducto versu Homer. quem in Ἠπεδανὸς subnotauimus antea. Etsi quidam κατημεδανὸς apud Erot. legunt.

Κατηπορήθη, ἐδυνατήθη exponit Erot. apud Hippoc. Verùm cùm lib.de art. (p.641.31.H.827.C.) legatur, ἢν δὲ κατηπορηθῇ ἢ ἀμεληθῇ ἐμπεσεῖν, quod est, cumque frustra tentata aut neglecta repositio fuerit, aut frustrati fuerint & neglecti in repositione articuli, hunc ab eo locum exprimi non est vero absimile, cùm etiam explicatio apprimè conueniat, vt sit, si verò recondi non potuerint articuli. Nisi si quis aliter apud Erot. legendum existimet.

Κατήρτιστο Gal. exponit in Exeg. καθεστήκει, ἐσωφρόνει, compositus erat & sedatus, ad mentem redierat, sibique erat restitutus. Quod legitur libro primo Epid.ægr.8. πέμπτῃ πρωῒ κατήρτιστο. Quinto die mane compositus erat, hoc est, ex mentis perturbatione ad se redierat, sibique restitutus erat. Est autem elegans metaphora à luxatis artubus quæ sibi restituuntur & in locum suum reconduntur, quod καταρτίζεσθαι dicitur. Vnde καταρτισμὸς de membrorum luxatorum restauratione ponitur. Quod ad mentem emotam & velut è sede constantiæ deturbatam accommodatum, eam ex perturbata & commota compositam & quietam significat, quomodo hominem commotum aut perturbatum, suæ menti restituere aut reponere Gallicè dicimus. Est & καταρτίζειν, concinnare, coaptare, componere, restaurare, vt & καταρτύειν. Vnde καταρτισμένοι omnibus numeris compositi, absoluti, aut aptè concinnati dicuntur. Quod effecit vt quidam apud Gal. κατήρτυτο aut κατήρτυντο legere malint. Verùm κατήρτιστο leg. omnia exemplaria tum manu scripta tum publicata, vt etiam lib.de rat. vict. in morb.ac. (p 98.44. H.399.7.) de phreniticis & desipientibus dicitur, οὐδὲν λέγουσι κατηρτισμένον, nihil compositum aut concinnum dicunt. Quomodo etiam κατηρτισμένον apud Herod. pro κατηρτισμένον annotatur.

Κατηφὴς, qui vultu est demisso & subtristi. In Coac. (p.179 A.) κατηφὲς πρόσωπον, vultus demissus, subtristis, superciliosus. Sic lib.7.Epid. (p.1217.A.) κατηφέες ὀφθαλμοί. oculi demissi, mœsti, tristes. Et rursus ibid. (p.1221.D.) τὰ ὄμματα κατηφέα, lumina demissa. Quò fortè respexisse Hesych. est existimandum, cùm κατηφέα, κατηφῆ & στυγνὰ exponit, lumina mœsta, tristia.

Κατήχησις est viuæ vocis instructio. ἐν παραγγελίαις (pag. 8.25.) κατήχησις ἰδιωτέων idiotarum & popularium instructio, quæ fit viua voce Medici, dum plebeios ob symptomata morbi perterritos solatur & erigit.

Κατιλλόμεναι exponitur Gal. in Exeg. συνδεδεμέναι, vinctæ, colligatæ. Quod vt mihi referri videtur ad eum locum libr.3. Epid. st. pest. (pag.422.48. H.1083.H.) vbi de vocibus agitur, ita scripturam istam suspectam reor, etsi eodem modo à Varino adfertur. Nam aut κατιλλόμεναι, aut κατειλλόμεναι leg. existimo, ab ἴλλω aut ἰλλέω quod est δεσμεύω, vincio, vt voces κατιλλόμεναι hoc est, συνδεδεμέναι, vinctæ, colligatæ, præpeditæ, & ex distillatione interceptæ intelligantur. Quam lectionem etiam vt agnoscunt illic quædam exemplaria, sic etiam veteribus Hipp. interpretibus contestatam ex Galen. Com. apparet, vt nostris eum in locum Annotat.scripsimus, istiusq; lectionis meminimus, vt & antea in ἰλλαίνειν, vbi & ἰλλομένην γλῶ à Platone δεδεμένην à Simplicio explicari, diximus.

Κατιάς, ἄδος, dicitur Paulo scalper excisorius, quo vtitur in excindendo fœtu mortuo, c.74. lib.6. aciculam vertit Cornar. Videtur esse scalpellus acutus, ἀπὸ τοῦ καθιέναι dictus, ab immittendo, quo etiam vtitur in diuidendo vteri abscessu, lib. 6.cap.73. Paulus κατιέναι autem, quod est demittere & descendere, Ionicè pro καθιέναι dicitur, vt κατίημι itidem pro καθίημι.

Κατ' ἰητρεῖον, vide ἰητρεῖον antea.

Κατοχώτης continentes dicuntur, quibus aluus detinetur aut sistitur, aphor.33. lib.6. Epid. sect.8. quibus opponit τοὺς βραχὺ καθαιρομένους, eos qui parum repurgantur.

Κατοικίδιοι κατατάσιες, familiares & domesticæ extensiones, hoc est domi natæ & paratu faciles, quæq; promptè expediuntur, & per ea quæ domi habemus administrantur, absque curioso instrumentorum apparatu. libr.de art. (p.659 21. H.837.F.) τοῖσι δὲ τ' αὖ τινες κατοικίδιοι κατατάσιες εἶεν τοῦ σώματος. tales domestici sunt extendendi corporis modi.

Κάτοξυ νόσημα peracutus morbus dicitur Hipp. aph.7.lib.1.in quo statim symptomatum summa sunt omnia, quique continenter, celeriter & vehementer mouetur, & in quo summus vigor in primos morbi dies, hoc est primum quaternarium incidit, aut non vltra septimum differtur. vbi Gal. in Com. ἐπειδὴ καὶ κάτοξυ νόσημα τοῦτο αὖ τε, τὸ αὐτίκα ἀκμάζον. αὐτίκα δ' ἀκουστέον περὶ τὴν πρώτην τετράδα, ἢ μικρὸν ταύτης ἐξώτερον. Et certè peracutus morb. is fuerit, qui statim in summo vigore viget. Per statim autem, circa primum quaternarium, vel paulò post intelligendum. Morbi peracuti iidem valde acuti dicuntur Hipp. aph.10. libr.4. vbi etiam scribit Gal. ὅτι δὲ λίαν ὀξέα κέκληκε νῦν ἃ πρόσθεν ὠνόμασε κάτοξεα, δῆλον παντί. καὶ μὴν τὸν γε ὅτι τῆς τούτων κρίσεως, ὅρος ἐστὶν ἡ ἑβδομὰς ἢ πρώτη, λέλεκταί μοι καὶ τοῦτο πρόσθεν. Quòd autem valde acutos morbos nunc vocauerit, quos prius peracutos appellauit, cuiuis est manifestum. Quinetiam horum iudicationis terminum esse primam septimanam, id quoque mihi antea dictum est. Rursus idem Com. 3. in Progn. (p 157.49.) κάτοξυ νόσημα esse scribit, τὸ τὴν ζ ἡμέραν μὴ ὑπερβαῖνον, ἀλλ' ἢ ἐν κατ' αὐτήν, ἢ καὶ προτέραν κρινόμενον, hoc est, peracutum morbum, qui septimum non transgrediatur diem, sed aut in eo, aut etiam maturius iudicetur. Authori Definit. Med. (pag.394.50.) κάτοξυ νόσημα πάθος ἐστὶ τῇ δυνάμει καὶ φαντασίᾳ μεῖζον καὶ χαλεπώτερον τοῦ ὀξέος, τυπῶτερον κρινόμενον ἐν ἡμέραις ἰσαις. τοῦτο καὶ ὀξύτατον προσαγορεύει Ἱπποκράτης ἔσθ'. Morbus peracutus est affectus acuto vi & specie maior,

& difficilior, qui ferè septem diebus iudicatur. Quem etiam acutissimum appellare solitus est Hipp.

Κατόπιν, post, postea, retro. libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 596. 46.) ἄριστον φάρμακον μαλθακτήριον μιν κατόπιν τε καὶ ἐς πρόσθεν. optimum est emolliens medicamentum ipsi retro & anteriore parte adhibitum. Rursus libro secundo, περὶ γυναικ. (p. 654. 32.) καὶ ὑποθυμιῆν τὸ κατόπιν κεκαυμένοισι, & postea ex graueolentibus suffitus adhibeto. Κατόπιν Hesych. exponit ὕστερον, ὄπισθεν, post, pone.

Κατοπτὴρ instrumentum est chirurgicum ad diducendam sedem idoneum, quo quæ recondita sunt & intus latent, in conspectum veniunt, speculum inde à nostris chirurgis vocatum. Quo vtitur Hipp. lib. de fist. (pag. 884. D.) κατοπτῆρι κατιδὼν τὸ διαβεβρωμένον τοῦ ἀρχοῦ. Vbi adhibito instrumento ad sedem diducendam idoneo (quod κατοπτὴρ dicitur) in ano quid perrosum fuerit conspexeris. Rursus libro de hæmorrh. (pag. 893. F.) εἰ δὲ ἐν αἰώρῃσι ἢ ἡ κονδύλωσις, τῷ κατοπτῆρι σκέπτεσθαι, εὐκαταμάθητα ὑπὸ τοῦ κατοπτῆρος. At si altius insederit tuberosa eminentia, per instrumentum dilatandæ sedi accommodatum, catopterem dictum, inspicere oportet, neque ab eo decipi. Quò sanè respiciens Gal. in Exeg. κατοπτῆρι, τῷ ἐγχυματίῳ. ἐγχυματίῳ exponit, ᾧ ἐγχεῖ καὶ διοπτῆρι γυναικείῳ διαστολεύς. vt κατοπτὴρ dicatur instrumentum sedi dilatandæ idoneum, velut διόπτρα ad sinum muliebrem Speculum ani & matricis chirurgi nostri vocant. διόπτρον Paulo dicitur ex Leonide cap. 78. libr. 6. instrumentum quo sedes dilatatur, quódque ἑδροδιαστολεὺς vocatur, quo etiam ad sinum muliebrem diducendum vtebantur. κάτοπτρον Erot. ἡ μηλωτὴ exponitur, si modò vera est lectio, & non μηλωτὶς potiùs legendum, vt μήλην διαστολεῖα (διαστολέα exponit Gal.) intelligat, instrumentum & specillum quo aliquid dilatatur. Ex quo κατόπτρῳ pro κατοπτῆρι, apud Hipp. mihi legisse videtur Erot.

Κάτοχος aut **κατοχὴ**, affectus est cerebri cum graui sopore & totius corporis stupore & rigiditate quadam, in quo ægri immoti & omninò fixi manent, diductis palpebris, apertis oculis & obrigescentibus membris, velut qui catalepsi laborant, vt scribit Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 1 6. 10. H. 74. B.) vbi historiam memorat cuiusdam ex cond. scipulis hoc affectu Catocho detenti. κάτοχον καὶ κατοχὴν recentiores medici & κατάληψιν vocauerūt, vt κατόχους, κατεχομένους, eo affectu laborantes, vt scribit Gal. in Isag. pulsuum (p. 6. 24.) & lib. 4. de caus. puls. (p. 114. 57.) Aurel. quoque c. 10. li. 2. acut. scribit Catalepsin Philippo Catochen dictam fuisse. Sunt qui κάτοχον ex Galeno & Paulo κῶμα ἀγρυπνητικὸν, hoc est, peruigilem soporem esse dicant Halyabbas stupefactionem peruigilem vocat, vt scribit Manardus epist. 3. libr. 7. Gal. etiam lib. 13. Meth. med. (p. 182. 22.) κατόχους inter καταφορὰς βαθείας recenset. κάτοχοι sunt Hipp qui Catocho aut alto stupore detenti dicuntur in Prorrh. (pag. 194. 10. H. 73. E.) ἀλλὰς τε καὶ ἢν κάτοχοι ἔωσιν tum verò præcipuè si alto stupore (quem Catochum dicunt) deprehensi detineantur. Sunt etiam κάτοχα in Prorrh. (p. 197. 52. H. 74. E) quæ altum stuporem (quem catochon dicunt) inferunt. Sic enim ibi Gal. κάτοχα τὰ παθήματα, τὰ τὴν κατοχὴν ἐπιφέροντα exponit, affectiones catochen inferentes. Quibusdam verò κάτοχα vocari scribit, τὰ βεβαίως ἱδρυμένα, καὶ δὴ κατεχόμενα νοσήματα, morbos stabiles, firmos, ac firmiter inhærentes. Quomodo κατόχως παραφρονέοντες capi possunt pro his qui alto stupore (quem catochon dicunt) detenti, delirant, aut pro his qui vehementi & pertinaci delirio laborant, ex Prorrh. (p. 195. 56. H. 74. B.) & Coac. (p. 144. C.) Quæ certè phrasis est horum præsagiorum authori valde familiaris. Sic κατόχως ὀδυνώδεες sunt qui alto stupore (catochon vocant) cum dolore detinentur, aut qui graui, continenti, & pertinaciter inhærescente capitis dolore conflictantur, Coac. (p. 145. A.) κατόχως παροξυνόμενα σπασμώδη πρέπειν, in Prorrh. (p. 217. 38. & 53. H. 81. G. H. & Coac (pag 173. D.) quæ conuulsionis in morem cum catocho aut alto stupore affligunt, aut quæ grauiter aut pertinaciter conuulsionis in morem detinent, etsi aliter repetitur Coac. (p. 131. H.) κατόχως καυσώδεες, qui febre ardente cum catocho aut alto stupore detinentur, aut quos febris ardens grauiter affligit, iisque pertinaciter inhæret, in Coac. (pag. 213. C.) αἱ μετ' ἐκλύσεως κατόχως ἀφωνίαι. Vocis defectiones cum virium exolutione in catocho aut alto stupore detentis, in Prorrh. (p. 200. 51. H. 75. A.) & Coac. (p. 158. D.) Catochon autem altum stuporem dicimus, quòd in eo totius corporis, & quidam mentis stupor insit. Est nanque κάτοχος authori D. finit. Medic. (p. 397. 32.) ἀναισθησία ψυχῆς μετὰ πήξεως τοῦ παντὸς σώματος. mentis stupor cum corporis totius rigiditate. Cuius etiam tria facit genera.

Κάτω inferiorem aluum denotat, vt ἄνω superiorem. lib 4 Epid. (p. 1133. H.) κάτω σημεῖα, signa per inferiorem aluum & deiectiones edita dicuntur.

Κατωμίζειν est humerum supponere, aut in humerum sustollere, quod fit, cùm in alam ægri humero subiecto, eum sustollimus, aut super summum alterius stantis humerum, ægri ala collocatur, ad humeri articulum elapsum reponendum. Qui repositionis modus διὰ τοῦ κατωμισμοῦ fieri dicitur, hoc est per humerum suppositum. libr. de artic. (pag. 583. 14. H. 782. A.) δεῖ δὲ καὶ ἄλλην ἐμβολὴν, ὡς κατωμίζουσιν ἐς ὀρθόν. Est & alius restituendi modus, cùm in erecti & stantis humerum æger sustollitur. Et μείζω μὲν τι δεῖ εἶναι τοῦ κατωμίζοντος. Eum autem qui in humerum tollit maiorem esse oportet. Est igitur κατωμισμὸς in humeros sublatio, vt & κατωμίζειν in humeros tollere aut sustollere dicitur, quod ibidem exponit Hipp. ὑποθεῖναι τὸν ὦμον τὸν ἑωυτοῦ ὑπὸ τὴν μασχάλην ἔξω. sublatum humerum in alam subiicere. Et Gal. ὑποβάλλοντα τὸν ἴδιον ὦμον εἰς τὴν κάμνοντος ὑποθεῖναι μασχάλην, quod est, sublatum suum humerum in ægri alam submittere. Paulus verò cap. 114. lib. 6. ὑποβάλλειν τῇ μασχάλῃ τὸν ἑαυτοῦ ὦμον, suum humerum in alam subiicere. Supponitur autem alterius stantis in acutum porrectus aut sublatus humerus, in alam stantis ægri, sicque æger suspenditur ac velut alteri insidens paulùm conuertitur & concutitur. κατωμίζειν autem is dicitur qui excitatum humerum ægroti alæ supponit, & ægrum in suum humerum sustollit aut erigit, vt nostris cum in locum lib. de art. Annot. scribimus. Quod subhumerare quidam verbum verbo reddentes, exponunt, quod est humerum alæ supponere.

Κατωπερικὸν φάρμακον, medicamentum deorsum purgans, lib. 5. Epid. (p. 1147. E.) φάρμακον κατωπερικὸν πιών. epoto medicamento deorsum purgante.

Κατωσεσαδίῳ Gal. in Exeg. ὑποκάτω τῆς κώμης scribit, hoc est subaudiendum esse vici, vt κατωσυσπλιῳ. Subnotari autem mihi videtur his verbis locus lib. 4. Epid. (p. 1136. G. & 1137. C.) vbi tamen legitur, ὁ δὲ κατὰ μεδοσαδίῳ, qui ad Medosadæ vicum habitabat. Et, τῷ κατὰ μηδοσαδίῳ, ei qui iuxta Medosadæ vicum habitabat. Vbi & μηδοσαδίῳ quædam exemplaria manu scripta legunt, vt & κατωμηδοσαδίῳ quædam Exeg. exemplaria. Quin & μεδοσαδίῳ legisse Erot. nostris in eum locum Annot. adscripsimus, cùm ὄνομα τόπου, hoc est loci nomen esse expressit. Κατωσυπλιῳ locum libri eiusdem subindicat (pag. 1153. B.) vbi tamen κατὰ Συσπλίῳ legitur.

Καυληδὸν, hoc est caulis in morem fractura facta dicitur, cùm os per transuersum fractum est, eiusq; partes à se inuicem recedunt, neque cohærescunt, vt scribit Gal. c. 5. lib. 6. Meth. med. Idem Comm. 2. in lib. de art. (p 603. 37. H. 799. A.) ὅταν τοῦ κατεαγότος ὀστοῦ μηδὲν ἀπαθὲς ὑπολείπηται, διαλυθέντων ἀπ' ἀλλήλων τῶν μερῶν, ὡς κατὰ μηδὲν ἔτι συνέχεσθαι, τὸ εἶδος τοῦ κατάγματος, οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν ὀνομάζουσι καυληδὸν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Ἱπποκράτης εἶπε ... ὅ μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασι. Cùm fracti ossis nihil illæsum relinquitur, sed vtræque partes inter se recedunt, vt nullo pacto cohæreant, hanc fracturæ speciem recentiores Medici caulis in morem factam nominant, quandoquidem de inferiore maxilla dixit Hipp. si ea prorsus transuersa fracta non est. Quæ quidem denominatio ab ipso Hipp. fluxit, vt satis testatur Gal. & rectè scribit Gorr.

Καυλὸς caulis aut scapus in plantis dicitur, κατ' ἐξοχὴν verò de laserpitij caule exponitur à Gal. apud Hipp. vt & ὀπὸς de eius succo, ex lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 62. 26. H. 389. 33.) ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς, ἢ καυλὸς, aut laserpitium, aut eius succus, aut caulis. vbi etiam Gal. de laserpitij succo & caule, quæ vehementem habent facultatem, disertis verbis sumendum monet.

Καῦμα æstum & æstuationem vehementem significat apud Hip. vt aphorism. 13. lib. 7. ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι σπασμός. Ex ardoribus vehementibus conuulsio. Vbi scribit Gal. interpretes nonnullos per καύματα febres vehementes intellexisse, quosdam etiam ambientis nos aëris feruorem, quosdam cauteria & eschar as, quorum omnium sententiam etiam probat. At Celsus cap. 7. libr. 2. καύματα ex eo aph. magnos corporis feruores vertit. Καυματώδεα σώματα καὶ αὐχμηρὰ, corpora æstuosa & squalida fieri æstate dicuntur lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 30. 44. H. 317. 22. Καῦμα etiam ardorem & inflammationem denotat in Prorrh. (pag. 190. 50. H. 72. D.) ἐν πλευρῇσι καῦμα ὀδυνῶδες. Lateris æstus cum dolore, partis illius inflammationem indicans, vt scribit illic Galen. καυματώδεα ῥίγεα, rigores cum æstu, aut æstuosi, ibidem (pag. 191. 1. H. ib.) maligni. Sic καυματώδεα διαχωρήματα æstuosas deiectiones, quæ cum æstu & feruore prodeunt, aut adustæ sunt, dicuntur in Coac. (p. 222. D.) vbi tamen κυματώδεα, vt aliàs sæpe his Præsagiis, pro καυματώδεα legitur. (Quam etiam lectionem in Prorrh. testatur Gal.) vt etiam contra vitiose καύματα pro κύματα leg. in Coac.

in Coac. (p.220.B.) καύματα ὑποφαινόμενα ἐπὶ κοιλίην χολώδη, in aluo biliosa apparentes æstus. Vbi tamen κύματα ex Prorr. leg. monuimus.

Καῦσος febris ardens ex continuarum genere cum calore perurente & intensissima siti. Cuius ortum, caussam & signa amplissimè describit Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.87.41. H.396.7.) καῦσος δὲ γίνεται ὁκόταν αἱ ἀποξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θέρει ἄρη ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά. γίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ πορείης μακρῆς, καὶ δίψεος μακρῆς, ὁκόταν ἀποξηρανθέντα τὰ φλέβια, δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται πρὸς ἑωυτά. γίνεται δὲ ἡ γλῶσσα τρηχεῖα καὶ ξηρὴ, καὶ μέλαινα σφόδρα. καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει, τὰ δ' ὑποχωρήματα ἔξυγρα καὶ ὠχρὰ γίνεται, καὶ δίψα σφοδρὴ, καὶ ἀγρυπνίη, ἐνίοτε δὲ καὶ παραλλάξιες φρενῶν. febris ardens oritur cum æstiuo tempore venulæ resiccatæ, acres & biliosos ἰχῶρας, hoc est tenues humiditates, ad se attraxerint. Magna autem ex parte oritur ex longa via longaque siti, cùm venulæ resiccatæ acres calidasque fluxiones ad se attraxerint. Lingua fit aspera, sicca, & admodum nigra, partium ad ventrem morsus cum dolore, deiectionesque liquidæ sunt & pallidæ, sitis vehemens vrget, & vigiliæ, interdumq; mentis alienatio. Rursus lib. περὶ παθῶν (pag.518. 41.) καῦσος δὲ ὅταν ἔχῃ, πυρετὸς ἴσχει, καὶ δίψα ἰσχυρὴ, καὶ ἡ γλῶσσα τρηχέη καὶ μέλαινα γίνεται, τοῦ πτύσματος ὑπό γε θερμότητος, καὶ τὸ χρῶμα ὑπόχολον γίνεται, καὶ τὰ πτύαλα χολώδεα, καὶ τὰ μὲν ἔξω ψυχρὸς γίνεται, τὰ δὲ ἔσω λίην θερμός, febris ardens cùm vexarit, febris detinet & sitis vehemens, linguaque aspera & nigra euadit à spiritus caliditate, color est aliquantulum biliosus, & sputa biliosa. Æger partibus exterioribus perfrigescit, interioribus verò admodum calet. Et paulò pòst: ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίνεται ὑπὸ χολῆς, ὅταν κινηθεῖσα ἐντὸς τοῦ σώματος καταστηρίξῃ. φιλέει δὲ καὶ ἐς περιπνευμονίην μεθίστασθαι. Hic autem morbus oritur ex bile commota & intus in corpore firmata. Solet autem in peripneumoniam aut pulmonis inflammationem verti. Atque de febre ardente pene eadem & plura scribuntur lib.2. de Morb. (p.473.35.& p.483.34) & libr.3. (p.489.8.) & lib. περὶ κρισίμων (p 57.51.) Ex quibus sanè perspicuum est igneum & perurentem calorem cum siti inexplebili ac inexhausta, propria esse istius febris attributa, quod scribit multis in locis Gal. præcipuè verò Com.3. in lib 3. Epid. (p.424.14.& 40.H.1085. D.) & Com.2. (p.415.34.H.1078.G.) & Com.4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Sic etiam febrem ardentem circumscribit Definit. Med. author (pag.395.54.) καῦσος ἐστὶν ὁ μὲν πυρετὸς πολλῆς γινόμενος [πυρετὸς] ἀκατάσχετον ἀνησυχίαν τῷ σώματι παρέχων, γλῶσσαν ἐπιξηραίνων, μελαίνων, ἐπιθυμίαν ψυχροῦ παρέχων. febris ardens quæ cum multa inflammatione fit, nullam requietem corpori præbens, linguam resiccans, denigrans, & frigidæ desiderium afferens. καύσων duo statuuntur genera apud Hipp. vnum legitimum & exquisitum, alterum nothum & illegitimum. Quod etiam indicat his verbis Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in mor. ac. (p.90.44. H.396.27.) τὸ καῦσον πυρετὸν ὀνομάζειν τοὺς ἰατροὺς λέγοντας, ὅταν ἡ θερμασία διακαὴς ᾖ ἀνθρώπου, ἀπαυστόν τε τὸ δίψος ἔχῃ. εἰ δ' ὥσπερ οὕτως ἔχῃ ἄνευ, ... [illegible] ... febrem ardentem Medicos appellare inuenio, cum igneus calor hominem deurit, & implacabilis sitis vexat. Quod si res ita se habet eam quæ est absque calore perurente, & sitim mitem habet, febrem quidem ardentem simpliciter, exquisitam tamen & legitimam non dicimus. Dimidia autem parte talem, breuioris doctrinæ gratia, febrem ardentem notham non malè nominaueris. Ac quemadmodum in febribus tertianis his appellationibus vti consueuimus, ita febrium ardentium duo esse genera inaudiendum, velut si tertianarum duo genera quis statuat, vnum exquisitum legitimumque, alterum nothum & spurium, cui quidem nonnulla illius symptomata insunt, quædam verò minimè. Sic etiam Com.2. in lib.1. Epid. (p.360.52.H.943. F.) καῦσος vocat Gal. ὃ κατὰ τὸ ἴδιον λόγον τὸ κατεστάσεως, ἀλλὰ κατά τι συμβεβηκός. febrem autem ardentem continuis apertissimè adiungit Hipp. lib.1. Epid. vt & eam tertianis ὁμογενῆ facit Gal. lib.2. de Cris. cap. 6. καυσώδη febrem ardentem Græci vocant, vt vertit Celsus ex aph.58. lib.4. cap.8. lib.2. Sic etiam nominatur Hipp. lib.2. & 3. de Morb. vt & καυσώδεις dicuntur qui febre ardente laborant lib.1. Epid. (p.360. 52.-H.ib.) & in Prorr. (pag.191.15. H.72.F.) ἐπιπυρεταίνοντες καυσώδεες, qui suborta febre exæstuant aut ardent. καυσώδεις enim illic idem quòd καυσώδεις valent, vt scribit Gal. καυσώδης ὑποχόνδρια, ad præcordia exæstuans, lib.4. Epid. (p.1131.E.) Sic καυσώδης dicitur aph.2. sect.6. lib.6. Epid. æstuosum quiddam & fuliginosum, aut exustum, quodque ex calore ortum est. Quod ibi explicat Gal. τὰ γινόμενα ἐκ τῆς θερμασίας, ὅπερ δὴ λεγομένης ἐστι τὸ θερμαινομένου χυμοῦ σφοδρότερον, quod ex calore ortum est velut fuligo quædam succi vehementer calefacti. καπνώδης vocatur Gal. libro περὶ αἵματος: (p.162.42.) ὁ τοῦ αἵματος συγκαύσεως, καὶ δὴ λέγω τοῦ αἵματος, fumus ac veluti fuligo exusti sanguinis. Quibus verbis fuliginosum excrementum intelligitur, quod λιγνυῶδες περίττωμα vocat Gal. lib.6. Epid. Καύσωμα τῶν πύρωσιν igneum ardorem exponit in Exeg. Gal. apud Hipp. ex libr.1. de Morb. minore. Verùm, vt ingenuè fatear, quinam sit liber primus de Morbis minor Hippocrati, nondum mihi satis compertum est.

Καυτὴρ cauterium (vt Plinius vocat) vel cauterem (vt loquitur Palladius) significat, & ferrum ignitum aut candens, quo fit vstio. Hipp. lib. de Hæmorrhoidibus (p.894.A.) καυτῆρα vocat fistulam æream, per quam ferrum candens ad vstionem in anum immittitur quam similem esse vult arundini vallatoriæ. Quem locum subindicans Gal. in Exeg. καυτῆρα exponit χάλκεον καλαμίσκον πρὸ τετρημένον κατὰ τὸν πυθμένα, δι' οὗ καίειν ἐπὶ καυτηρίῳ διακαεῖ καυτῆρι, æreum quendam paruum calamum in fundo perforatum, per quem inmiso ferramento candente vstio fit. καυστῆρα tamen passim pro καυτῆρα apud Hippoc. legitur.

¶ Κεάζω, findo, diuido, vnde κεάσαι quod apud Hipp. Erot. exponit σχίσαι, findere, diuidere. Quod legitur lib.2. περὶ γυναικ. (p. 654.42.) In caussis quæ vterum facilè emouent. καὶ ἀπὸ τοῦ ἅλματος, καὶ πτοίης, καὶ κεάσαι, & à saltu, & consternatione, aut lignorum sectione aut fissione. Rursus ibid. (pag. 658. 14.) ἢ πτοίη, ἢ κεάσῃ ξύλα. si consternata fuerit, aut ligna secuerit, diuiserit. Vbi tamen κεάσῃ legitur, vt suprà κεάσαι. Quem locum existimo ab Erot. expressum cùm κεάξαι δῆσαι, apud Hippocr. exponit, quod est ligare. Ita & apud eundem κεάσαι quædam exemplaria & σχίσαι habent. Verùm κεάσῃ, & σχίσῃ ex posteriore loco libr.2. περὶ γυναικ. legendum existimo. Est autem κέασμα fractura & fragmentum, κέασμα, κλάσμα, ῥῆγμα, διάρρηγμα, exponit Hesych. Legitur & apud Hom. Il.υ. (vers.387.) μέσσην κακκεφαλὴν. ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη. medium in caput. hoc in duas partes diuisum est.

Κεγχραμὶς, ίδος, ficus granum dicitur, quod milij granum & figura, & colore & magnitudine referat. Theoph. histor. plant. lib.4. cap.2. Ægyptiæ ficus fructum κεγχραμίδας ὅλως οὐκ ἔχοντα scribit. Plinius libr.13. cap.7. ficum sine granis interioribus, esse dixit. Idem libr.15. cap.19. ficus grana illa frumenta vocat. ficis mollis omnibus tactus, maturis frumenta intus. Hanc dictionem vsurpat Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.586. 49.) ad purgatoria subditiria medicamenta. ἰσχάδα λαβὼν ἑψῆσαι ἕως αἱ κεγχραμίδες ἀποβάλλῃ Caricam coquito dum granula interiora abiiciat. Rursus ibidem (587.25.) ἄνευ τῶν κεγχραμίδων, sine granulis interioribus. Sic libr.1. de compos. med. κατὰ τόπ. (p 196.6.) ex Apoll. Gal. σύκα σαρκὶ χωρὶς τῶν κεγχραμίδων ἀπαλείου. ficus carne exemptis granulis excipito. Κεγχραμίδες ficus grana minuta, quæ sunt vice seminis, dici scribit Galen. libr.8. simpl. med. in Mespilo.

Κεγχρίδες pro milio scribuntur apud Hipp. libr. περὶ γυναικ. φυσ. (pag.572.39.) vbi tamen κεγχρίδες vitiosè leg. & Caluus κάχρυς legit, cùm rosmarini flores exponat. Est autem κέγχρος milium, vnde κεγχροειδεῖς ἱδρῶτες, sudores milij ad instar, & milium referentes, ex Progn. antea. Sic κεγχρώδεα τρηχύσματα ἐν τῷ χρωτὶ, τοῖσιν ὑπὸ κωνώπων γινομένοισι ἀνοιδήμασιν ἴκελα. asperedines quædam miliaceæ, culicum morsibus ferè similes, in summa cute enatæ, lib. 2. Epid. (pag.1020.C.) Quibus verbis papularum affectio quædam indicatur, quæ à sanguine tantùm concalefacto aut feruido, non maligna putredine affecto, ortum sumebat, cùm aspredinem solam, non etiam pruritum in cute excitarent. Quarum ortus ex eo salutaris fuisse indicatur, quòd diebus criticis erumperent, & mulieres omnes ab exæstuante febrium ardentium incendio liberarent. Sic lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 427. 7.) ὅσα τρηχυνόμενα κεγχρώδεα, quæcunque exasperantur ad instar milij. Quibus verbis miliaceæ in cute aspredines comprehenduntur. Licet quædam exemplaria manu scripta κεγχρώδεα illic legunt cum Asulano.

Κέδματα dicuntur diuturnæ in articulos, præcipueque in coxendicem defluxiones. κέδματα Gal. in Exeg. exponit, τοὺς ἐκ ῥευμάτων χρονίων διαθέσεις, ὅσαι περὶ τὰ ἄρθρα συνίστανται, ἐξαιρέτως περὶ τὸ κατ' ἰσχίον. diuturnos ex defluxione affectus, qui scilicet circa articulos omnes, aut præcipuè circa coxam fiunt. Idem Com. 5. in lib.6. Epid. (pag.515.15.H.1185.C.) κέδματα λέγει τὰ ἐκ

τὰ ὀπίσω ἀποσκήπτοντα ῥεύματα, καὶ μάλιστα γ αὐτῆς, τὰ εἰς τὴν πρώτην διάρθρωσιν, ἢ τις ἐπὶ κατ' ἰσχίον. κέδματα vocat decumbentes in crura fluxiones, easque potissimùm quæ primam articulationem, quæ est iuxta coxendicem, occupant. Est & in Scholio quodam manu scripto Hipp. κέδμα ἡ χρονία περὶ τὰ ἄρθρα νοσώδης διάθεσις. τινὲς δὲ καὶ τὴν περὶ τὰ γεννητικὰ μόρια. κέδμα diuturnam circa articulos affectionem significat, quibusdam verò & eam quæ partes genitales occupat. Quod certè Hesych. desumptum videtur, apud quem legitur κέδματά, αἱ χρονιώτεραι διαθέσεις, νόσοι περὶ τὰ ἄρθρα, οἱ δὲ περὶ τὰ γεννητικὰ μόρια. Ἱπποκράτης. κέδματα dicuntur diuturni affectus, & articulorum morbi, & genitalium partium quibusdam, apud Hipp. Varinus quoque: κέδματα τὸ χρόνια νοσήματα λέγει ὁ Ἱπποκράτης. γράφεται δὲ ὁ ψιλός. χρόνια δὲ ἐξ ... τὰ κέδματα τυγχάνει. Diuturnos affectus κέδματα vocat Hippocr. Scriptum quoque est apud Psellum. κέδματα diuturni affectus existunt. Hanc autem dictionem vsurpat Hipp. aph. 21. sect. 5. lib. 6. Epid. & lib. 1. de morb. (p. 447. 20.) Lib. de aëre, loc. & aqu. (p. 293. 15. & ibid. 52.) Lib. de loc. in homine (pag. 412. 42. 45. 50.) & lib. 7. Epid. (p. 1240. D) Erot. apud Hipp. κεδματώδεα explicat, & κέδματα esse scribit τὰ χρόνια περὶ τὰ ἄρθρα διαθέσεις, diuturnos circa articulos affectus. Ex quibus κεδματώδεα pro κέδματα quodam loco legisse apud Hipp. apparet, nisi potius κέδματα pro κεδματώδεα apud Erot. reponendum videatur.

Κέδρινον cedrinum oleum significare videtur apud Hipp. aut cedriam dictam. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 571. 53.) καὶ κέδρινον ὀλίγον, & paucum cedrinum oleum. Pro quo κέδριν scribitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 670. 51.) Verùm illic κέδρινον aut κέδρινον legendum existimo. Rursus κέδρινον ἔλαιον ponitur libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 574. 47.) Quod etiam repetitur lib. 1. περὶ γυν. (p. 618. A.) κέδρινον autem pro cedria vsurpat Gal. lib. 2. comp. pharm. κατὰ τόπ. (p. 178. 19.) cum scribit mulieres rusticas caput reliquumq; corpus cedrino illinere, quod etiam cedria facere scribitur libr. 1. κεδρίνῳ ἐλαίῳ apud Hippoc. Erotianus τῇ κεδρείᾳ exponit. Commendatur etiam κέδρος κρητικὴ Cedrus Cretica Hippocrati ad vteri collutiones lib. περὶ γυν. φύσ.

Κείμενον Hipp. effertur de vrina in matula reposita & reseruata, ad vrinarum subsidentium iudicium, vt lib. 1. Epid. ægr. 2. οὐρησεν ἀθρόον ὑπόπαχυ κείμενον. minxit affatim subcrassum in matella depositum. Quibus verbis copiosas vrinas, crassas, nec residentes redditas fuisse, sed perpetuò returbidas & spissas indicatur, vt satis nostris eum in locum annot. aperuimus. Vbi certè τὸ κείμενον depositam in matella vrinam ac reseruatam, ad iudicium de returbidis ac crassis vrinis ferendum, aut etiam de residentibus significat, cùm ferè οὐ καθίσταται iungat Hipp. quod non conquieuisse aut resedisse indicat. Sic ægr. 5. libr. 1. Epid. οὖρα δὲ πάχος ἔχοντα, θολερὰ ὑπέρυθρα, κείμενα οὐ καθίσταται. vrinæ crassæ, turbulentæ, subrubræ, quæ depositæ non subsidebant. Et ægr. 2. lib. 3. Epid. οὖρα παχέα, ἐρυθρά, κείμενα οὐ καθίσταται. Vrinas crassas, rubras reddidit, quæ in matella depositæ non subsidebant. Rursus ægr. 4. lib. 1. Epid. οἷον γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενον πουλὺν χρόνον. quale quid in subsidentibus vrinis videtur, quæ longo intertuallo in matula depositæ returbantur. Quibus spissas vrinas & densas significat, quales effeceris, si eas quæ diu depositæ fuerunt & subsederunt, commoueris ac conturbaueris.

Κειμένη φάρυγξ dicitur Hippocrati pro faucibus non tumentibus aut inflammatis, sed subsidentibus, libr. 2. Epid. (p. 1016. G.) φάρυγξ οὐ φλεγμαίνουσα, κειμένη δέ. fauces nulla inflammatione tentabantur, sed subsidebant.

Κειμήλιον est pretiosa supellex recondita, aut opes reconditæ. ἐν νόμῳ Hipp. (p. 2. 30.) ἡ δὲ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς, καὶ κακὸν κειμήλιον. Imperitia malus est thesaurus, & malæ opes reconditæ.

Κεκλασμένη φωνὴ, vox confracta, fracta, peruersa, quæque ex resiccatione aut conuulsione voci destinatorum organorum vitiata est, in phren. lib. 7. Epid. (p. 1229. E. F.) φωνὴ κεκλασμένη, σαφὴς δέ. vox fracta, clara tamen, &, φωνὴ κεκλασμένη, ὥστε μόλις ἀκούεσθαι, σαφὴς δέ. vox fracta, adeo vt non nisi ægrè exaudiretur, clara tamen. Vbi ex nimio ardore & resiccatione voci destinatorum organorum, vox vitiata erat, & si facilè exprimeretur, qualis quæ populari voce quassa dicitur. Rursus ibidem (p. 1231. C. ἡ φωνὴ κεκλασμένη.

Κεκράκται φωνητικοὶ exponuntur Erot. apud Hipp. hoc est clamosi vociferationes. ἀπὸ τοῦ κράζειν dicti, quod est clamare, & propriè coruis aut cornicibus tribuitur.

Κεκρύφαλος reticulum dicitur, quo mulierum crines continentur & religantur, κεφαλοδέσμιον & κροκύφαντον exponunt. Sic etiam Erot. apud Hipp. κεκρύφαλον κροκύφαντον exponit, additque id esse κεφαλοδέσμιον, capitis vinculum, adducto Homeri testimonio ex Il. χ. (v. 469.) ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τε, ἰδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην. fasciam reticulumque & implexum redimiculum. Hesych. quoque κεκρυφάλους, κροκυφάντους exponit. Vsurpatur autem hæc dictio Hipp. li. περὶ ἀφόρων (p. 678. 52.) κεκρυφάλῳ πεπλυμένῳ μηδενὸς ὄζοντι καταδῆσαι. reticulo loto nihil olente deliget. Et rursus ib. 54. ἔπειτα πρωῒ ἀπολύσας τὸν κεκρύφαλον, postea mane exoluto reticulo. Vbi tamen τὸ κεκρύφαλον in omnibus codicibus legitur. Verùm lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 262. 45. 49.) vbi eadem repetuntur, τὸν κεκρύφαλον, legitur.

Κεκωμῶσθαι Gal. apud Hipp. in Exeg. ἐν κώματι εἶναι exponit, quod est, profundo somno (quod κῶμα dicitur) teneri. Quòd si coniecturæ locus est, existimo locum libr. 2. de Morb. (p. 464. 7.) à Gal. subindicari, vbi κεκωφῶσθαι pro κεκωμῶσθαι facili lapsu legitur. Sic enim verè germanus erit sensus. μὴ κινευμένου δὲ τοῦ αἵματος, οὐχ οἷόν τε μὴ οὐχὶ τὸ σῶμα ἀτρεμίζειν καὶ κεκωμῶσθαι. Vbi verò sanguis non mouetur, fieri nequit quin corpus quiescat & profundo somno velut comare teneatur. Quod ibidem κωμαίνειν dicit, & attonitis attribuit: Etsi potest vulgaris lectio retineri, qua significatur corpus hebescere, & sine sensu esse aut inualidum.

Κενεαγγείη quamlibet vasorum inanitionem significat apud Hipp. quæ fit ob euacuationem, siue ea sit sensui manifesta, siue occulta. Ideoque plerumque pro inedia & ciborum abstinentia sumitur. Gal. com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 67. 46. H. 391. 11.) διὰ τὴν κενεαγγείην, διὰ τὴν τῶν ἀγγείων κένωσιν, propter vasorum inanitionem exponit; additque, ὅτι γὰρ ἡ κενεαγγεία σημαίνει κυρίως τι καὶ πρῶτος, καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀσιτία κενεαγγεία πολλάκις εἴρηται, ὡς τῷ τῆς φύσεως ὀνόματι καὶ ἐπὶ τοῦ εἴδους συνηθίσασι χρωμένων ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων. Id enim propriè & primùm κενεαγγεία significat, eamque ob rem ciborum abstinentia frequenter κενεαγγεία dicitur, cùm generis nomine in specie homines vti consueuerint. Rursus ib. (p. 68. 35. H. ib. 18.) διὰ κενεαγγείην, διὰ κένωσιν ἀγγείων ὁποίαν ... exponit, εἴτ' οὖν δι' ἔκκρισιν πρὸς ... αἰσθητὴν, εἴτε διαφόρησιν, εἴτε καὶ διὰ λιμαγχονίαν, hoc est, ob vasorum vacuationem quamlibet, siue propter excretionem sensui manifestam, siue ob cutis transpirationem, siue ob inediam contingat. Idem quoque Gal. com. ad aphor. 2. lib. 1. κενεαγγείας Hipp. vocari scribit ἁπάσας κενώσεις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ἐπειδὴ κατὰ τὰ ἀγγεῖα συμβαίνει γίνεσθαι κατὰ πάσας τὰς κενώσεις. omnem vasorum vacuationem ab euentu, quoniam in omnibus vacuationibus, vasa exinaniri contingat. Quod etiam ab eodem repetitur com. in sent. 12. lib. 1. περὶ χυμῶν. Κενεαγγείη pro vasorum inanitione quæ per inediam fit sumitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 45. 19. H. 385. 10.) οὐδὲ μιῇ ἡμέρῃ κενεαγγητέον, nulla die vasa per inediam exinanienda. Et rursus ibidem (p. 46. 4. H. ib. 18.) καὶ κενεαγγείην μὴ γίνεσθαι πολλήν. & ne multa per inediam vasorum inanitio contingat. Lib. 3. de morb. (pag. 483. 31.) ὑπὸ κενεαγγείης εὔλυτος ἡ κοιλίη. aluus ex vasorum inanitione solutu fit facilis. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 592. 29.) καὶ ἐπὶ τούτοισι μὴ ἐπιπίπτειν κενεαγγείην ac præterea nulla inedia, aut vasorum inanitio incidat. lib. de art. (p. 624. 1. 2. H. 8. 6. G.) καὶ κενεαγγέειν κάλλιον τοῖς πιοῦσιν, ἢ μὴ κενεαγγέειν. eos inedia vti peius est quàm non vti. Vbi Gal. κενεαγγέειν ἀποσιτεῖν exponit, quod est cibo abstinere. Et rursus ib. (p. 652. 29. H. 832. F.) ὅτι ἄλλως ξυμφέρει κενεαγγέειν. neque aliòqui inedia vti eis confert. κενεαγγείη παραλόγως, vasorum inanitio inopinata & quæ præter rationem accidit. Coac. (p. 217. B.) αἱ παρὰ λόγον κενεαγγεῖαι ἀδυναμίαι, αἱ ἄνευ κενεαγγείης. Impotentiæ quæ præter vacuationis rationem, & absque vacuatione contingunt. In Prorrh. [p. 83. 17. H. 70. E.]

Κενέβρεια, τὰ νεκριμαῖα κρέα. h. e. morticinas carnes sic vocari apud Hipp. scribit Erot. adducto ex Aristoph. testimonio, qui etiam addit, forum in quo talia venduntur, κενέβρειον vocari, aut potius κενέβρειον, vt scribunt quædam exemplaria. Vsurpat etiam eam dictionem Aristoph. in auibus, vbi κενέβρεια Schol. τὰ θνησιμαῖα κρέα, hoc est mortuas carnes aut ex cadauere mortuo, exponit, & transpositis literis pro νεκρειμαῖα dici scribit. Idemque loci Aristoph. ab Erot. in testimonium adducti meminisse videtur, ὡς ἴσως κενέβρειον ὅταν θύσῃ. Quod ex eodem etiam apponit Varinus. Κενέβρεια τὰ θνησίδια καὶ νεκριμαῖα κρέατα exponit Hesych. Plutarc in quæst. natural. quæst 26. τὰ κενέβρεια τοὺς γῦπας κινεῖ, cadauera vulturem mouent. κενέβρεια tamen Erot. legit, cæteri κενέβρεια, neque adhuc apud Hipp. me legere memini.

Κενεὸν vacuum dicitur Hipp. vacuus locus qui cerebrum continet & interiorem caluariæ superficiem pertingit, aph. 24. lib. 7. Κενεὸν χυτρίδιον, olla inanis, vacua, hoc est, pura & noua. Lib. de Vlceribus [p. 879. C.] χυτρίδιον χάλκεον, ἢ κεραμεοῦν κενεὸν, olla ærea aut fictilis noua, in quam nihil coniectum fuit. Vt πινακίδιον κενὸν dicitur Aristot. tabella noua & rasa, in qua nihil dum scriptum fuit. Κενεὸν etiam idem quod κενὸν, vacuum

cuum, inane, aut μάταιον καὶ ἀνωφελὲς, ὅ ἄχρηστον, inutile exponit apud Hipp. Gal.comm.2. in libr. κατ' ἰητρεῖον (pag 679.33. H.743.C) Additque quibusdam interpretibus κενεὸν dictum fuisse apud Hipp. τὸ κενὸν χωρίον, h. e. inanem aut vacuum locum, quemadmodum alam, aut poplitem, aut inguen, quæ humero, genu, coxæ, opponuntur.

Κενεῶνες laterum mollitudines aut inanitates dicuntur Hipp. partes laterum inanes & molliculæ quæ præcordiis subtenduntur, in quibus ieiunum, mesenterium, & tenuia intestina continentur λαπάραι Græcis vocantur. κενεῶνας etiam totam illam alui inanitatem, quæ à costis ad ilij ossa subtenditur Hipp. significare scribit Gal.com.2. in Progn. (p.134.45. H. 39.19.) προσαγορεύειν γὰρ εἰκὸς ἔστιν αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ μόρια κενεῶνας, ὅσα μεταξὺ τῶν τε τοῦ θώρακος ἐσχάτης πλευρᾶς ἐστὶ, καὶ τοῦ τῆς λαγόνος ὀστοῦ. ἔστι γάρ τι καὶ κενὸν ἅπαν φαίνεται τοῦτο τὸ χωρίον, εἰ παραβάλλοις αὐτὸ τοῖς ἄνωθεν αὐτοῦ μέρεσι καὶ κάτωθεν, ὀστώδεσιν ὑπάρχουσιν ἀμφοτέροις. ἔστι δὲ καὶ λαπαρὸν ἅπαν τοῦτο τὸ μόριον, ὅταν γε μὴ πρὸ ὀλίγου τις ἐμπεπλησμένος ᾖ σιτίων τε καὶ ποτῶν. καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ ποιητὴς αὐτὰ ταῦτα τὰ μέρη τοῦ σώματος ὀνομάζειν λαπάρας. Has enim ipsas partes, quæ thoracis extremam costam & os ilium interiacent, κενεῶνας eum vocare est vero simile. Inanis quippe apparet omnis eiusmodi locus, si eum cum supernis infernisque partibus vtrisque osseis conferas. Est verò omnis illa pars mollis & flaccida, siquidem paulò ante quis cibis & potibus minimè se impleuerit. Ac mihi videtur Homerus eas ipsas corporis partes, eò quòd flaccidæ sint, λαπάρας appellare. Idem rursus comm.2. εἰς τὸ κατ' ἰητρ. (p.681.31.H.743.G.) ὀνομάζεται δὲ, ὡς ἔφην ἔμπροσθεν, κενεὼν ὁ μεταξὺ τοῦ θώρακός τε καὶ τοῦ ἰσχίου ὀστοῦ τόπος, ἀπὸ τοῦ κενὸς εἶναι, τουτέστι περιεσταλμένος, οὕτως κληθείς. κενεὼν autem, vt modò dixi, vocatur locus medius inter os thoracis & coxæ, quòd κενὸς sit, hoc est, inanis & vacuus, id est, depressus. Rursus quoque com.3. in li de art. (p.626.44. H.819.B) κενεῶνα vocari scribit, τὸ μεταξὺ τῶν τῆς λαγόνος ὀστῶν, καὶ τῶν νόθων πλευρῶν χωρίον, ὅπερ δὴ καὶ κενὸν ὀστῶν ἐστιν, locum intermedium inter ilium ossa & costas spurias, quòd ossibus sit vacuus. Κενεῶνας ilia vertit Celsus cap.7. lib.2. dum hydropem ab ilibus oriri scribit; quod ἀπὸ τῶν κενεώνων dixit Hipp. in Progn. (p.134. 29.H.39.19.) & Coac. (p.180. B.) Cæl. Aurel. inania & celata loca vocat. cap.33 li.2. Acut. vt & Celsus inania loca vertit ex Hipp. cap.26. lib.5. cùm scribit. Præter hæc, malum vulnus est quodcunque in alis, vel feminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos est. Hunc enim locum ex Prorrh.2. (p.95 F.) mihi adumbrare videtur. τῶν δὲ χωρίων, μασχάλαι δυσιητότεραι, καὶ κενεῶνες τε καὶ μηροί. Ex locis difficilius sanantur alæ, laterum inanitates & femora. Κενεὼν exponitur Erot. apud Hipp. τὸ ἀπὸ τῶν πλευρῶν μέχρις ἴσως τῶν λαγόνων, à costis pars ad ilia vsque. λαγόνες namque ilia dicuntur, quæ sunt partes sub vmbilico laterales ad ossa ilium collocatæ. Hanc verò dictionem sæpè vsurpat Hipp. vt in Coac. (pag.190.B, C.) & lib.2.Epid. (p.1010.F.) lib. de art. (pag.626.36.H.819. D.) lib. κατ' ἰητρεῖον (p.681 20. H.743.G.) Lib.2. de Morb. (p. 480.48.) vbi τοὺς κενεῶνας καὶ τὰς λαπάρας simul iungit, vt & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.540.46.) frequens quoque huius dictionis vsus est in tota γυναικείων πραγματείᾳ, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.565.44.) & p.565.9.43.) Lib.1. περὶ γυναικ. (pag.591. 8) & (pag.608.42.) & (pag 609 53.) & (p.613.56.) & (p.619. 9.) Lib. etiam 2. (p.638.47.) & (p.639 20.) & (pag 654.15.) & (p.662.30.) ἔστι δ' ὅτι κενεὸν φαίνεται τὸ πλήρωμα τῆς γαστρὸς. ventris moles quandoque vacua & inanis apparet. Quem locum haud scio an Erot. apud Hipp. exprimat. Mihi certè κενεὸν pro κενεὼν leg. videtur.

Κενὸν ἐν τῇ κεφαλῇ spatium capitis inane dicitur Hipp. aph.51. lib. 7. spatium inane in ventriculis cerebri, aut aër cerebrum ambiens, quo commoto sternutamentum cietur.

Κενταυρείη pro κενταύρειον, vt κενταυρείης καρπὸς, centaurij semen, lib.2.de Morb. (p.482.35.)

Κένωσις vacuatio dicitur, & est humoris detractio, quando æqualiter omnes humores vacuantur, quod quidem exquisitissimè præstatur per venæ sectionem, & secundum eam per malleolorum scarificationem, deinde per exercitationes, frictiones, balnea, & præterea ex accidenti per inediam. Gal. comm. ad aph.17. lib.2. ἐν δὲ κένωσιν μὲν ἀπλῶς εἴωθε λέγειν ὁ Ἱπποκράτης ὅταν ὁμοτίμως ἅπαντες οἱ χυμοὶ κενῶνται, κάθαρσιν δὲ ὅταν οἱ μοχθηροὶ κατὰ ποιότητα μεμψάντων ᾗ. Est autem memoriæ mandandum Hippocratem solitum esse κένωσιν dicere absolutè, cùm æquabiliter humores omnes euacuantur, κάθαρσιν verò, cùm qualitate molesti educuntur. Quod etiam iisdem verbis repetit Gal. com. in sent.11. lib.1. περὶ χυμῶν Idem rursus com.2. in Prog. (pag.138.11.) ὀνομάζω δὲ κένωσιν μὲν τῶν οἰκείων, ὅταν ὑπερβάλλῃ τῷ πλήθει. κάθαρσιν δὲ τῶν ἀλλοτρίων κατὰ ποιότητα. κένωσιν voco propriæ materiæ, vbi copia exuperat, eductionem, κάθαρσιν verò, vbi qualitate aliena est. Atque ea vt est plenitudinis remedium, ita τῇ πλησμονῇ opponitur aph.22. lib.2. & aph 13. sect.8. lib.6. Epid. & de solis humoribus dicitur, vt scribit Gal. com.3. in libr.6. Epid. (p 475 5.) τὸ μὲν τῆς κενώσεως ὄνομα κατὰ μόνων τῶν ὑγρῶν λέγεται. Euacuationis nomen de solis humidis dicitur. Quanquam Gal. extremo lib.1. salub. (p 232 2.) κένωσιν inanitionem vocat, quæ nutritioni & alimento opponitur, eamque duplicem constituit vnam excrementorum, alteram naturalis nostræ substantiæ assiduè defluentis, quæ nutritioni ex aduerso respondet, eamque etiam triplicem facit. Reliqua de variis τῆς κενώσεως generibus, appositissimè scripta sunt apud Gorr.

Κεραμῖτις ὑπεραμική, vide γῆ κεραμική.

Κερκὶς radius dicitur, quo medicamentum teritur & mouetur, velut rudicula aut pistillum, vt apud Gal. lib 3. comp. pharm. κατὰ τόπ. (p.200.46.) medicamentum Lamponis κερκίδι ἐρυθροῦ χαλκοῦ commouetur & agitatur, h e. cum radio æris rubri, & in vas æris rubri transfertur, quò æris facultatem medicamentum imbibat, & efficax reddatur ad carnem reficcandam & consumendam. κερκὶς verò aliàs περιδέξιον atque ὄπιγξ à Medicis appellatur, interdumque sæpè σπάθη, quod etiam cochleare significat. Κερκὶς etiam os alterum cubiti superius & minus aut breuius significat, de quo vide Gorr.

Κέρκωπες dicuntur versuti & notæ fraudulentiæ homines, vt satis indicat prouerbium κερκώπων ἀγορά, Cercopum cœtus. Gal. in libello περὶ τῆς προγνώσεως (p.458 49.) pro impostoribus & veteratoribus sumit, aut vili hominum genere, qui publicè rerum emendarum aut diuendendarum quæstum ac mangonium facerent, & in Suburra circum meretricum cellas aut fornices sederent. Sic enim Συβούρας κερκώπων dixit, pro impostoribus qui in Suburra erant: vbi tamen Βούβρας vitiosè legitur nostris in omnibus exemplaribus, illudque etiam ab Interprete omittitur.

Κέρχνω, κέρχω, aut κερχνόω, exaspero significat, aut raucum ac streperum gutturis sonum edo, & stridulam vocem habeo. Indeque κερχναλέον Hipp. significat, quod faucium asperitatem ac veluti stridulum gutturis sonum facit. Gal. in Exeg. κερχναλέον apud Hippoc. exponit κέρχνον ποιητικὸν, quod κέρχνον facit, ὅπως δὲ ἡ τις τραχύτης ὀνομάζεται τοῦ φάρυγγος, καὶ ὁ ἐν τῷ πνεύμονι ψόφος. Sic autem vocatur faucium asperitas & sonus qui in pulmonibus editur. Idemque addit, τὸ κέρχνον, & τὸ κέρχνεται, & οἱ κερχνασμοὶ ex eadem analogia deducuntur, & cognatam habent significationem. Quibus sanè verbis mihi videtur Gal. locum lib.7. Epid exprimere (p.1211.E.) ἔσω περὶ ἀρτηρίην καὶ φάρυγγα, ὑπεγένετο κερχναλέον. Intus ad arteriam & fauces stridula quædam asperitas inerat, hoc est, quiddam asperitatem excitabat, quæ sibilum quendam aut stridorem edebat. Dicitur etiam κερχναλέον, vt & ὑποκερχναλέον lib.7. Epid. (pag 1215. B) quod raucum quiddam & streperum sonabat in pectore. Quanquam κερχναλέον scribitur in Exeg. pro κερχναλέον. Rursus κερχναλέα βὴξ περὶ φάρυγγα καὶ ῥέγχωδες dicitur lib.7. Epid. (p. ib.D.) tussis stridulam asperitatem aut sonum circa fauces & stertorem excitans. Et τὰ κερχναλέα, eiusmodi asperitas aut sonus, ibidem (p.1217.D.) καὶ ἐν τῇ φάρυγγι τὰ πολλὰ κερχναλέα ὑπεφαίνετο. & in faucibus stridula asperitas plærunque sibilum quendam edebat. Est autem κέρχνος aut κέγχρος, faucium asperitas & raucus sonus qui fit ex angustia partium spiritalium humore quodam oppletarum, vnde tussis quædam irritatur. Sic τὸ κέρχνον dicitur Galeno δῆξίς τις ὑπότραχυς ἐρεθίζουσα κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν. morsus quidam subasper atteriam irritans, in Exeg in dict. ὑποκέρχνα. Idem quoque lib.5. de sympt. caus. (pag.232. 55.) τὸ κέρχνον & τὸ κέρχνον, pro strepero & stridulo sono sumit, qui tussim sæpè præcedit, leuemque ad eam propensionem facit, fierique scribit ex parua quadam faucium aspredine, interdum verò ex tenui aliquo exiguoque prorsus humore in asperis arteriis collecto. Est etiam κέρχνος τράχυσμα seu τραχύτης, aut ἐπανάστασις καὶ ἀνωμαλία τραχεῖα, asperitas & inæqualitas aspera, aut extuberatia quædam. Et Atticis κερχνώδη ἀγγεῖα dici scribit Erot. τὰ τραχέας ἀνωμαλίας ἔχοντα, vasa asperas inæqualitates habentia, adducto Sophoclis testimonio. Idem quoque apud Hipp. κερχνώδεα, τὰ τραχείας ἐπαναστάσεις ἔχοντα. asperas eminentias habentia exponit, additque quosdam κεγχρώδεα & κέγχρωδεα scribere. Verùm κερχνώδεα malim, cùm κέρχνω vt κέρχνω, vt κερχνώδης ita κερχνώδης dicatur. Ac mihi videtur his verbis Erot. locum libr.6. Epid. aphoris.17. sect 6. exprimere, vbi scribitur, τὰ ἐπιδιδόμενα. καὶ οἷον τὰ κερχνώδεα σκεπτέον. Considerandæ veniunt irritantes fluxiones, ex quibus in vocem stridulam ex faucium asperitate desinunt. Illic enim κερχνώδεα, faucium asperitates aut exas-

perationes significant, aut vocem stridulam ex faucium exasperatione factam. Et Gal. in com. qui non ita pridem eius nomine in lucem prodierunt, τὰ κερχνώδεα illic faucium asperitatem intelligit, quæ tussim antecedit, vt nausea vomitum, fitque tum propter meatuum, tum propter bronchiorum pulmonis obstructiones. Spiritus nanque cum obstruente pituita pugnans & obluctatus, sonitum quendam aut stridulum strepitum creat, qui κέρχνος dicitur. Κέρχνον quoque cum Atticis τὸ ξηρὸν significet, (vt scribit Erot. in dict. αἱμοκέρχνα) quæ sua inæqualitate fauces exasperant & resiccant, κερχνώδεα optimo iure vocantur. Quanquam etiam hac voce locus libelli περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 427. 7.) ex manu scriptis codicibus & Aldino, ab Erot. subnotari potest. Verùm nos illic ex melioribus exemplaribus antea κεγχρώδεα non κερχνώδεα legimus. Sic quoque κερχνώδη βρώματα edulia fauces exasperantia, faucium asperitatem inducentia, qualia sunt pinguia & acida, dicuntur Hipp. lib. de art. (p. 624. 54. H. 817. C.) vbi scribit Gal. τὰ κερχνώδη esse τὴν φάρυγγα τραχύνοντα & βραχίαν βῆχα κινοῦντα, quæ fauces exasperant, & paruam tussim mouent, streperumque in faucibus sonum faciunt. Addit idem quoque dici κερχνώδη ἀπὸ τοῦ κέρχνου, quo nomine Ionibus κέγχρος, hoc est milium indicatur, quando videlicet in faucibus & gutture paruæ quædam asperdines milij granis similes sentiuntur. Ex eadem etiam significatione κερχνώδεις deducuntur, qui sonum stridulum aut raucam vocem & stridulam habent, aut faucium stridulam asperitatem. Libr. de art. (p. 612. 14. H. 807. B.) δύσπνοοι καὶ κερχνώδεις dicuntur, qui difficulter & cum stridulo sono spiritum trahunt, in spinæ gibbo, ex angustia partium quæ sunt iuxta fauces & asperam arteriam, vnde spiratio parua & crebra contrahitur. Quanquam hic etiam κερχνώδεις stertorosi dici possunt, quòd τὸ κερχνῶδες ex hoc loco Galen. τὸ ῥέγχος, aut τὸ ῥέγχειν exponat libr. 3. περὶ δυσπνοίας (pag. 193. 18.) ex lib. de rat. vict. in morb. ac. quoniam qui difficultate spirandi laborant ex angustia thoracis, aut crudis tuberculis in pulmonibus subortis, τὸ κερχνῶδες εἶδος τῆς ἀναπνοῆς, stertorosam huiusmodi respirationem habeant, quæ paruum & densum spiritum complectitur. Quinetiam Gal. comm. 3. in lib. de art. (pag. 612. 44.) τοὺς ὀξυβρόγχους, hoc est, eos qui prominulo sunt gutture, aut repando capite dormiunt, κερχνώδη τὴν ἀναπνοὴν habere & facilè stertere scribit. Quanquam idem postea (pag 625. 2. H. 817. C.) ex eodem loco κερχώδεις dici sine ν scribit eos qui pulmonum duris & diuturnis tuberculis affecti difficulter spirant, & stridulam faucium asperitatem habent, ἀπὸ τοῦ κέρχειν, quod ipsum etiam τὸ κέρχνον includit, hoc est, sonum & sibilum quendam qui fit cùm vel aliqua angustia, vel humiditas amplior, vel (quod plurimùm contingit) vtrunque, spirandi meatus occuparit. Et certè κερχνώδεις apud Hippoc. agnoscit Erot. in procemio. κέρχνος etiam pro τὸ κέρχνον scribitur apud Hipp. & stridulam faucium aut gutturis asperitatem in tussi indicat. lib. 7. Epid (pag. 1223. D.) καὶ τὸ κέρχνος, stridulaque faucium asperitas. Pro quo antea τὸ ῥεγχῶδες ἐν τῇ φάρυγγι, stertorem in faucibus dixerat. Κερχμοὶ quoque eidem idem quod κέρχνοι sonant, suntque stridulæ faucium exasperationes, & rauci aut ereperi gutturis soni, in his qui pulmonum vitio & tussi laborant, à verbo κέρχομαι, quod exasperor significat, nisi κέρχνοι pro κερχμοὶ legendum videatur, aut κερχνασμοί, quam vocem ex Hippoc. agnoscit Gal. in Exeg. Lib. 7. Epid. (pag. 1217. F.) καὶ βῆχες, καὶ οἱ κερχμοί. tusses & faucium exasperationes stridulæ, hoc est, rauci & creperi gutturis sonitus aut crepitus, qui in tussi fieri solent coarctatis ac nimio humore oppletis respirationis instrumentis. Dicitur autem κέρχνειν & κέρχνεσθαι Hipp. quod est exasperari, vt libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 544. 45.) καὶ ὁ φάρυγξ δοκέει κέρχνειν, & fauces exasperari videntur, aut asperum raucumque sonum edere. Vbi τὸ κέρχνειν neutraliter sumi videtur, vt & actiuè ibidem (p. 553. 52.) καὶ κέρχνει αὐτὸν, de saliua quæ faucibus hæret & ægrum exasperat, eique stridulam vocem facit. lib 2. de Morb. (p. 479. 51.) κέρχνεται ὁ φάρυγξ, οἷα ἀπὸ λιπαροῦ. strident fauces & exasperantur, aut creperum stridulumque sonum edunt, velut ex pingui aliquo. Dicitur & κερχνᾶν vt κερχνῆν, vnde κερχνώδης aut κερχώδης deducitur. Lib. 4. Epid. (p. 1134. G.) ἐκέρχνα κατὰ σπλῆνα, de lienis duritie, tumore aut inæqualitate dici videtur, aut de murmure & strepitu qui illic obaudiebatur, etsi κατὰ πνεύμονα pro κατὰ σπλῆνα legit Cornar. vt nos ibi monuimus. τὰ ἐγκέρχνοντα πτύελα, sputa dicuntur Hippoc. quæ stridulam asperitatem in faucibus faciunt, adeoque sunt glutinosa & crassa, vt sibilum quendam aut stertorem edant, neque facilè educi queant. Libr. de rat. vict. in morb. ac.) pag. 79. 14. H. 393. 47.) εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ ἐγκέρχνοντα. Nam si ea educeret quæ stridulam in faucibus asperitatem faciunt. Ἀκέρχνος æger dicitur Aretæo in Pleuritide cap. 10. lib. 1. de cur. ac. cui sputum glutinosum non est, nec sonitum aut sibilum edit in gutture, verùm facilè procedit & expectoratur. Cæterùm κερχάλεον, σκληρὸν, ξηρὸν, διψαλέον, hoc est, durum, siccum, siticulosum exponit Hesych.

Κεφαλαία & κεφαλαλγία capitis affectus sunt ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, hoc est, à capite denominationem accipientes, & minoris ac maioris ratione inter se distantes. Est enim κεφαλαία inueterata & ægrè cedens κεφαλαλγία. Aret. cap. 2. lib. 1. περὶ αἰτίων καὶ σημ. χρον. παθ. ἢν ἀλγέῃ κεφαλὴ χρόνιον ἐπὶ προφάσει αἰτίῃ, κἢν ἐπὶ πλείονας, κεφαλαλγίη καλέεται. ἢν δὲ διεξίῃ χρόνῳ μακρῷ τὸ ἄλγημα καὶ περιόδοισι μακρῇσι καὶ πολλῇσι καὶ προσεπιγίγνηται μέζω τε καὶ πλείω δυσαλθὴς, κεφαλαίην κικλήσκομεν. Si caput doleat repente obuia quaque de causa, aut etiam per plures dies, Cephalalgia hic affectus nominatur: Si verò longo tempore dolor affligere consueuit, & per longos frequentesque circuitus, & maior ac grauior accedat ægrè curationem admittens, Cephalæam appellamus. Cuius etiam varias esse species ibidem scribit. Galen. lib. 2. comp. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 181. v. 33.) ἡ λεγομένη κεφαλαία χρόνιός τε καὶ δύσλυτος ἐστι κεφαλαλγία, ἐπὶ μικραῖς προφάσεσι μεγίστους ἔχουσα παροξυσμοὺς. ὡς τε μήτε ψόφου ἀνέχεσθαι, μήτε φωνῆς σφοδροτέρας, μήτε λαμπροῦ φωτὸς, μήτε οἰνοποσίας, μήτε τῶν τὴν κεφαλὴν πληρούντων ὀσφραντῶν, μήτε κινήσεως, ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ καὶ σκότῳ κατακεῖσθαι βούλεσθαι, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἀλγημάτων. ὡς ὑπὸ σφύρας γὰρ παίεσθαι δοκοῦσι, ἔνιοι γὰρ ὡς θλωμένων ἢ διατεινομένων αἰσθάνονται τῶν κατὰ τὴν κεφαλήν. οὐκ ὀλίγοις δὲ εἰς τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν διήκει τὸ ἄλγημα. φέρει δὲ τὸ πάθος ποτὲ μὲν διηνεκῆ ἀλγήματα, ποτὲ δὲ παροξυσμοὺς καὶ διαλείμματα, ἤτοι τεταγμένα, ἢ ἄτακτα. διαλείπουσι γὰρ ἐνίοτε οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοὶ καθάπερ τοῖς ἐπιληπτικοῖς, καὶ τις χρόνος ἐν μέσῳ αὐτῶν τελέως ἄμεμπτος. εὔδηλον οὖν ὅτι τὸ πάθος τοῦτο τὴν ἰσχὺν ἔχει τῆς κεφαλῆς ὁμοίως τοῖς κεφαλαλγικοῖς, ἐπὶ μᾶλλον ἐκ τῆς ἀσθενείας ἔχει τὰ κατὰ τὴν κεφαλὴν πάσχοντα μέρη. καί τινες αὐτῶν τὰς περὶ τὸν ἐγκέφαλον ἐνδυομένας μήνιγγας, ἔνιοι δὲ καὶ τὸν περικράνιον ὑμένα μόνον. Cephalæa dicta inueterata & ægrè cedens est cephalalgia, ex paruis occasionibus maximas habens exacerbationes, adeò vt neque strepitus, neque vehementiorem vocem, neque splendidum lumen, neque vini potum, neque odoramenta caput replentia ægri ferre possint, neque motum, verùm in quiete & tenebris, ob dolorum vehementiam decumbere velint. Velut enim à malleo pertundi sibi videntur. Quidam namque velut contundantur aut distendantur quæ circa caput sunt sensum habent, non paucis verò vsque ad oculorum radices dolor peruenit. Affert autem hic affectus quandoque quidem dolores continuos, interdum verò exacerbationes & interualla, siue ordinata, siue inordinata. Intermittunt enim aliquando eiusmodi exacerbationes, velut in comitiali morbo affectis, intermediumque est tempus aliquod, quo omninò incusari non potest. Manifestum est igitur in hoc aff. ctu eam esse capitis naturam vt facilè patiatur, velut in κεφαλαλγικοῖς, hoc est capitis dolore laborantibus, verùm in his affectæ capitis partes ad maiorem debilitatem deueniunt. Et quidam ex ipsis ad membranas cerebrum inuoluentes dolorem sentiunt, quidam etiam ad membranam tantùm caluariam ambientem. Quæ etiam iisdem omninò verbis repetuntur lib. 3. de loc. aff (pag. 281. 9.) Authori verò Definit. Medic. (pag. 397. 59.) κεφαλαία ἐστὶ πάθος πόνον κεφαλῆς ἐπιφέρον αὐτοπάθη κατὰ περιόδους τινὰς, ὡς τε καὶ ἦχον τῶν ἐν τοῖς ὠσὶ, & τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐνερευθεῖς καὶ προπετεῖς ὑπάρχειν. συνδιατείνονται δὲ αὐτοῖς καὶ αἱ ἐν τῷ μετώπῳ φλέβες, & ἔρευθος ἀμφὶ τὸ πρόσωπον ἴσχεται. Cephalæa est affectus qui circuitibus quibusdam intolerabilem capitis adfert dolorem, adeò vt aures sonent, & oculi rubore perfundantur. His quoque prominentes frontis venæ simul distenduntur, & rubor faciem occupat. Κεφαλαὶ εὔφοροι dicuntur aph 19. sect. 6. lib. 6. Epid. capita quæ non facilè læduntur, sed benè ferunt & tolerant. Κεφάλαια etiam capita, summæ, aut scopi vocantur aut proposita libr. κατ' ἰητρ. (p. 697. 54. H. 747. G.) κεφάλαια σχημάτων, figurarum capita & scopi. Vbi scribit Gal. ὅτι μὲν οὖν τὰ κεφάλαια τῶν σχημάτων ἐν ἴσῳ τῶν σκοπῶν εἴρηκεν, εἰς οὓς ἀποβλέποντες εὑρήσομεν ἑκάστῳ μέρει αὐτὸ οἰκεῖον σχῆμα, πρόδηλόν ἐστι. Quòd igitur figurarum capita pro scopis dixit, in quos intuentes, vnicuique parti accommodatam figuram reperiemus, manifestum est. Κεφαλοειδοῦς, κεφαλὴν ἔχοντος. caput habentis exponit apud Hippoc. Gal. in Exeg.

Κῆλαι dicuntur omnes scroti tumores, quos ramices aut hernias Latini nominant, vnde σαρκοκήλη, ὑδροκήλη, ἐπιπλοκήλη, ἐντεροκήλη, & ex ambobus plus æquo compositum nomen ἐντεροεπιπλοκήλη, recentioribus Medicis inuentum, & βουβωνοκήλη nominatur. Gal. libr. de tumor. præter nat. (p. 357. 12.) qui etiam scribit

scribit Athenienses κήλας per ε, pro κῆλαι dicere. Horum species sunt βουβωνοκήλη, ὀστεοκήλη, ἐπιπλοκήλη, ὑδροκήλη, πνευματοκήλη, ἐρμοκήλη, κιρσοκήλη. Quibus addit Isagoges autor πωροκήλην & σαρκοκήλην, & Defin. Med. author ψευδοκήλην. Præter hæc quidam etiam duobus generibus constant, vt ὑδρεντεροκήλη, ἐρμεντεροκήλη, & ἐντεροεπιπλοκήλη, & ἐντεροπωροκήλη, κήλη etiam dicitur authori definit. Med. (p.401.37.) πᾶς ὄγκος ἐν ὀσχέῳ omnis in scroto tumor.

Κηρίον fauum significat, cuius decoctum in aqua macerati sæpè propinat Hipp. in febre, vt lib.2. de morb. (p.475.5.6.) πίνειν δὲ διδόναι, κηρίον ἐν ὕδατι ἀποβρέχων ἀπὸ ἀποπλύνων πιεῖν. fauum recenter aqua maceratum propinato. Rursus ibid. (p.480.41.) καὶ πίνειν διδόναι κηρίον ἐν ὕδατι ἀποβρέχων ὡς ψυχροτάτῳ, & fauum aqua gelidissima maceratum propinato. Quod etiam repetitur ib. (p.482.20.) Ac rursus lib. 3. de Morb. (pag.496.45.) κηρίον ξηρὸν, ἴσον δύο κοτύλας, βρέχων ὕδατι, καὶ διατρίβων χυλίζω, ὡς ἂν ἀπόγλυκυ γένηται, εἶτα διηθήσας σίλινα ἐμβαλὼν, δίδου πίνειν, fauos siccos, ad duarum heminarum mensuram, aqua macerato, & contritos gustato donec aqua aliquantulum dulcis euadat, deinde excolatam, apij feminibus iniectis, propina. Libr.1. περὶ γυν. (p.643.47.) καὶ ἡ χροιὴ εἰ πίπτει καὶ γίνεται οἷον ὑπὸ κηρίον. de fluore muliebri diu perseuerante, cùm color mutatur & fauo similis euadit (aut quodãmodo cereus, ἐκπελιοῦται ibidem dicitur. A fauorum autem similitudine vlceris genus corporis cutem multis foraminibus perrodens, ex quibus humor melli similis effunditur, nomen sumpsit & κηρίον dicitur, Latinis fauus. Cerium vocat Pl. cap.2. & 3. lib.20. & cap.7. li.23. Modò etiam capitis cutim afficit, & inter capitis vlcera reponitur Galeno li.1. κατὰ τόπ. & Paulo lib.3. cap.3. & Aëtio cap.68. lib.2. tetrab.2. vbi & μελικηρίδα dici vult. Autor quoque Medici inter capitis affectus κηρίον & μελικηρίδα annumerat. (p.387.32.) Et Gal. lib. de tumor. præter nat. (p.356.59.) κηρία post ἀχῶρας annumerat, & paruos capitis tumores esse vult cùm multis foraminibus, ex quibus mellitus humor effluit, adeò vt ab achoribus foraminum magnitudine, & humoris erumpentis crassitie differant, vt scripsimus antea in achoribus. Authori defin. Med. (p.400.57.) κηρίον ἐστὶ ἕλκος συνεχῆ ἔχον κατατρήσεις, δι' ὧν μελιτώδης ὑγρὸν ἐκκρίνεται. fauus vlcus est multis foraminibus peruium, ex quibus mellitus humor excernitur. fit etiam in musculosis totius corporis partibus, maximè tamen pilosis. faui duplex genus describit Celsus cap.26. lib.5. & sub μελικηρία comprehendit, si modò locus est integer, ac non potius μελικηρὶς legi debeat facili lapsu. Etsi μελικηρὶς tumoris genus est, in abscessuum genere numeratum Gal. li. de tum. præter nat. & Aëtio cap.7. lib.4. tetrab.4. & Paulo cap.34. lib.4. Gal. lib. περὶ τῶν συνθέτων (pag.473.41.) κηρίον genus vlceris capitis facit achoribus simile, præter quàm quòd maiora habet foramina & mellitum humorem continet. κηρίων vlcerum meminit Hipp. Prorrh.2. (p.95.F.) vbi viris adnasci scribit κηρία δεινὰ, fauos formidabiles, graues, periculosos & suspectos. Κηρία etiam placentas significant, vt in his senariis ἄρτῳ τι διῴσει κηρίων καὶ ἀλφίτων, Οὐδὲν διοίσει ταῦτα γαστρὸς ἐν μυχοῖς. Cutem farina farciatis vel fauis, Nil different hæc ventris in secessibus. Et Hesych. κηρίον τὸ τῶν μελισσῶν, καὶ εἶδος πλακοῦντος exponit.

Κηρίαι exponuntur Erot. apud Hipp. & propriè dici scribuntur αἱ πλατεῖαι ἕλμινθες, lati lumbrici. Etsi pro κηρίαι quædam exemplaria κηρίον apud Erot. legunt. An verò κηρίαι pro κηρία legerit apud Hipp. Erot. valde est arbitrarium.

Κήρωμα Ceroma, & significat vnguentum ex cera oleo subacta quo inungebantur palæstritæ, vnde Ceromaticus qui ceromate est inunctus apud Iuuenalem. Et ceromatico fert niceteria collo. κηρώματα apud Hipp. pro vnguentis aut ceratis sumuntur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.107.41. H.402.27.) ὠφελεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ἀλγήματα τῶν πλευρέων χλιάσματα καὶ κηρώματα. Quod sic vertit Cæl. Aurel. cap.19. lib.2. Acut. Nihil etiam prohibet doloribus lateris adhibere tepores atque cerotaria.

Κηρόπισσος medicamentum ex cera & pice constans, aut nomen emplastri aut cerati ex cera & pice confecti, quo splenium illini iubet Hipp. aperta frontis cute, lib.2. de Morb. (pag.467.42.) ἔπειτα περιχρίειν τῷ κηροπίσσῳ σπληνίον. deinde splenium cera & pice illitum.

Κηρωτὴ Ceratum dicitur & est medicamentum consistentia medium inter emplastrum & vnguentum. Paratur autem molle vt vnguentum Hippocrati, vt κηρωτὴ ὑγρὰ ὑγροτέρη, Ceratum molle aut picatum & Catagmaticum quo vtitur lib. de fract. (p.531.41. H.753.A.) Sic etiam pro vnguento molli sumitur lib. περὶ γυν. φύσ. (p.587.4.) vbi vnguentum molle ad os vteri illinendum parat ex anseris medulla, resina lentissima aut terebinthina, iisque in vnguento rosaceo ad moliem ignem liquefactis ceratum conficit. Quod etiam repetitur lib. 1. περὶ γυν. (p.620.19.) Verùm il'ic cera optimè apponitur quæ malè oriitritur lib. de Natura mulicbri.

Κιγκλισμὸς & κίγκλισις paruam motionem & agitationem significat, vt exponit Gal. Com.1. in lib. de art. (p.596.57. H.791.H.) vbi enim scribitur, μικρὸς γὰρ ὁ κιγκλισμὸς τῷ ἄρθρῳ τῷ ἐν τῷ στήθει. Articuli enim in pectore parua est motio. ὁ κιγκλισμὸς τὴν βραχεῖαν κίνησιν explicat Gal. leuem motionem. Sicut κιγκλισμὸς in Exeg. ex hoc loco exponitur βραχεῖα συνεχὴς κίνησις ἀπὸ τοῦ κίγκλου τοῦ ζώου, breuis continuata motio ἀπὸ τοῦ κίγκλου animali. Erot. quoque κιγκλισμὸς ἀκρωμίας, ἡ κίνησις τοῦ ἀκρωμίου, hoc est, summi humeri motio exponitur. Vt i satis apparet Erot. illud [τῷ ἄρθρῳ] libri de art. ἀκρωμίας legisse aut ita exposuisse, cùm de iuguli articulo cum pectore sumi debeat, vt satis patet ex ipso Hippocr. & Gal. & Mochlico (p.842 D.) (vt nostris in eum locum libri de art. Annotat. admonemus) aut quòd apud Hipp. scribitur, διὰ τὴν τοῦ ἀκρωμίου σύζευξιν, τὸ ἀκρωμίας κιγκλισμὸν Erot. legisse. At certe necesse erit κιγκλισμὸν aliter sumi Erot. quàm Gal. cùm κίνησιν simpliciter exponat. Vterque tamen in notatione consentit Erot. nanque κίγκλον esse scribit ὄρνιν εἶδος πλανωμένου καὶ πολυτρέχου. Gal. etiam Com.1. in lib. de art. κίγκλον auem scribit κινοῦν συνεχῶς τὰ ὑστάτια πτερὰ, vnde Motacilla dicitur, quòd continuò pennas quas in cauda habet, moueat aut agitet, ideoque σεισοπυγίδα dici, Vocatur etiam ea ratione κιναίδος, vt lib.4. Comp. pharm. κατὰ τόπ. (pag 210.28.) Hesych. quoque κίγκλον ὄρνιν τινὰς τὴν οὐρὰν κινοῦν exponit. Et Suidas ὄρνεον πολλὰ τὴν ἰσχὺν κινοῦν. Inde verò fit κιγκλίζειν teste Hesych. quod idem exponit διασείεσθαι, σαλεύειν, μοχλεύειν, κινεῖν agitare, concutere, motare, motu quassari & agitari. Dicitur & κιγκλίζεσθαι motu succuti, crebro motu agitari, de pathico cinædo, Theocr. Idyl.5. Vbi Schol. κιγκλίζειν σαλεύεσθαι καὶ κινεῖσθαι, καὶ τὸ ἰσχίον κινεῖν explicat, quod de impudico motu dicitur, & crissare & ceuere significat. Idem quoque παρὰ τὸ κιῶ, κίνλω & κίγκλον fieri scribit. Κίγκλισιν etiam dicit Hippocr. lib de art. (pagin.654.45. H.813 D.) crebram & leuem agitationem aut succussum, eadem omnino notatione qua antea κιγκλισμὸν, vbi Galen. τὴν ἐπὶ βραχὺ γινομένην διακίνησιν, hoc est, paruam & leuem agitationem exponit, quòd τὸ διακινεῖσθαι verbum, κατὰ τὸ βραχείας κινήσεως de leui quadam motione vsurparit Hippocr. lib. de art. (p.601.18. H.797.E.) vt antea etiam scripsimus. Διακινεῖσθαι verò quid sit antea exposuimus suo loco.

Κίθαρος exponitur thorax apud Hipp. Sic Gal. in Exeg. κίθαρον θώρακα explicat. Et apud Erot. scribitur, κίθαρος παρὰ Ἱπποκράτει ὁ θώραξ καλεῖται. Hesych. verò κιθαρὸς exponitur στῆθος, πλευρὰ, καὶ ἰχθὺς. pectus, latus, & piscis Apollini sacer, quem fidiculam vertit Gaza apud Arist. Plinius verò nomen Græcum retinet. Vsurpat hanc dictionem sæpe Hipp. lib. de loc. in homine, vt (pag.409.44.) καὶ τὴν ἀποπληρώσιν ἴσχει ἐς τὸ κίθαρον, & in thoracem desinit. Vbi ventrem sumpsit Caluus. Rurius (pagin.412.15.) ἢν δὲ ἐς τὸ κίθαρον ῥυῇ, vbi autem in thoracem fluxerit. Et, μᾶλλον δὲ ῥεῖ ἐς τὸ κίθαρον, magis autem in thoracem fluit. Et (ibid.22.) ὅταν ἐς τὸ κίθαρον ῥέῃ. Et (pag.414.24) ἐπὴν δὲ ἐς τὸ κίθαρον ῥέῃ. Et (pagin.415.1.4. 37.) τὸ δὲ πῦον πωρώμενον ἐν τῷ πνεύμονι καὶ ἐν τῷ κιθάρῳ. pus autem in pulmone & thorace consistens. Et, ἅμα δὲ ἐκ τοῦ ἕλκεος ἐόντος ἐν τῷ κιθάρῳ καὶ τῷ πνεύμονι μᾶλλον ῥεῖ. simul autem ex vlcerata parte in thorace & pulmone magis fluit. Et, καὶ ὁ κίθαρος συγκεκυφὼς ἐστὶ. & thorax ea parte qua pus latet incuruatus est. Κιθαρὸς autem oxytonum scribitur Hesych. vt & in quibusdam Exeg. exemplarib. Dicitur verò κίθαρος thorax, quemadmodum κιθάρα etiam pectus & τὸ στῆθος, & χέλυς quoque eo significatu vocatur pars thoracis superior ad iugulum vsque vt postea etiam scribimus.

Κιχῆθαι τὰ κακοήθεα, quæ mali sunt moris, exponit Erot. apud Hipp. Sed mendum subesse existimo, & κακοήθεα aut κακοήθεα leg. spondeo, vt antea in κακοήθεσι scripsimus.

Κικὶς pro κηκὶς ponitur, hoc est, pro galla, apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.575.21.) κικίδα λείαν. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.605.57.) ποιεῖν ἴσον κικίδι σμικρῇ, dopesso ad paruæ gallæ figuram efformato, hoc est, in pusillam glandem facto, aut gallæ paruæ magnitudine. Rursus etiam lib.2. (p.639.37.42.) Sic & κικὶς apud Theophr. pro κηκὶς scriptum est, lib.1. hist. plant. & lib.3. cap.6.

Κινέειν Hipp. mouere significat, generaleq; est vocabulum quo omnis medicorum præsidiorum materia continetur, causæque salubres comprehenduntur, quæ sumendis, admouendis, educendis & faciendis continentur. Neque verò hæc

dictione solùm venæ sectio aut purgatio indicatur, sed etiam cætera præsidia concluduntur, vt aph.20. lib.1. & 29.lib.2. cui quoque ἡσυχίην ἔχειν, quod est quiescere, opponitur. Et aph.22.libr.1. κινέειν omnem motum & quemuis conatum ad materiæ expulsionem & euacuationem significat, siue sponte, siue arte fiat. πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, quæ concocta sunt medicamento purgante educere & mouere. Rursus aph.51. lib.2. κινέειν omnem causam corpus alterantem, siue internam, siue externam, comprehendit. Nec verò κινέειν Hipp. tantùm de purgatione effertur, sed & Arist. eodem significatu vsurpatur Polit. lib.3.cap.11.vbi de Ægyptiis scribit eos primis statim diebus purgationes vitasse, quod est Hippoc. decretis admodum consentiens. Eius verba sunt, καὶ ἐν αἰγύπτῳ μετὰ τὴν τετρήμερον κινεῖν ἔξεστι τοῖς ἰατροῖς, ἐὰν δὲ πρότερον, ἐπὶ τῷ αὑτοῦ κινδύνῳ. Κινεῖσθαι quoque moueri, emoueri, dimoueri significat, & de ossibus effertur, quæ non ex toto, sed paulatim suis sedibus excidunt aut prolabuntur. vt ὀλισθάνειν de his quæ ex toto luxantur, Lib. de fract. (pagin. 549.38. H.760.F.) ὅτε ἡ ἐπίφυσις ἐκινήθη, quandoque adnatum os dimouetur, vbi τῷ ὀλισθάνειν opponitur. Sic διακινήματα dicuntur Gal. Comment. 3. in libr. de fract. quæ paulùm emota sunt, quibus τὰ ὀλισθήματα opponuntur. Κίνησις omnem motum significat, & pro absurda in ægris motione sumitur, cùm aut mente turbari aut incontinentia corporis vexati, inordinatos & temerarios motus exercent, ῥιπτασμῷque iungitur, In Coac. (p.129.B.)

Κιρνάω, misceo, dicitur & κίρναμαι & κίρνημι idẽ quod κεράω, vt apud Homer. κιρνᾷς αἴθοπα οἶνον. Et apud Hipp. lib.2. de Morb (pag. 472.45) τοῦτο κιρνὰς χρὴ τοῦ αὐτοῦ διδόναι πίνειν, hoc miscens propinato. Lib.2 περὶ γυναικ. (pag. 639.43) κιρνάναι δὲ χρὴ ἐς οἶνον, miscere verò etiam ad vinum oportet. Vnde etiam διακιρνᾶν dicitur, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.557.9.) ἐν τῷ οἴνῳ διακιρνᾶν, cum vino permiscere. Et lib.2. περὶ διαίτης (p.561. 1.) γλυκέσι διακιρνῶντα, dulcium mixtura.

Κιρσὸς varix dicitur, & significat omnem venam tumefactam aut dilatatam sanguine crasso & melancholico. Gal. Com. ad aph. 21. lib.6. κιρσός ἐστιν ἀνεύρυσις τῆς φλεβὸς τῆς ἐν τοῖς μηροῖς καὶ σκέλεσιν, ὑπὸ παχέος καὶ μελαγχολικοῦ γινομένου αἵματος. Varix est venarum quæ sunt in cruribus & femoribus dilatatio, quæ ex crasso & melancholico sanguine contingit. fit verò interdum ex sanguine flatulento, aut melancholico, vel puro, sua grauitate deorsum delapso, aut venis sua imbecillitate & mollitie distentis. Quod scribit Gal. lib. de tumor. præter nat. (p.357.14.) κιρσοὺς δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας φλέβας ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοί. κιρσοὺς δὲ καὶ τούτους οἱ νεώτεροι καλοῦσιν ἰατροὶ, τὸ ι στοιχεῖον μετὰ τοῦ κ στοιχείου προστιθέντες, οὐ καθάπερ οἱ ἀθηναῖοι. γίνονται δὲ καὶ κατὰ τὰ σκέλη κιρσοὶ διὰ ἀρρωστίαν τῶν τῇδε φλεβῶν, καὶ μᾶλλον ὅταν αἷμα παχὺ πλεονάζῃ κατὰ τὸ σῶμα. κιρσοὺς, hoc est, varices etiam omnes alias dilatatas venas antiqui nominant. κιρσοὺς quoque has vocant recentiores medici, addito ι elemento cum κ, non quemadmodum Athenienses. fiunt autem & in cruribus varices, ob earum venarum quæ illic sunt imbecillitatem, magisque vbi crasso sanguine corpus abundat. Rursus lib. de atra bile (pag.359.47.) καὶ μέντοι καὶ ὡς ἡ φύσις ἀποτίθεται τὸ τοιοῦτον αἷμα πολλάκις εἰς τὰς κατὰ τὰ σκέλη φλέβας, ὑφ᾽ οὗ διατεινόμεναί τε καὶ διευρυνόμεναι κιρσώδεις ἀποτελοῦνται, καὶ μελαίνεταί γε τῷ χρόνῳ τὸ δέρμα τὸ κατὰ τὰς τοιαύτας φλέβας ἐφ᾽ ὧν δι᾽ αἵματος πλῆθος μόνον ὅσπερον ἄνευ τοῦ μελαγχολικὸν ὑπάρχειν, ἀσθενεστέρας οὔσας φύσει τὰς τῆδε φλέβας ἀνευρύνει κατασκήπτον, οὐδενὸς τοιούτου συμβαίνοντος, ὡς ἐφ᾽ ὧν γε τὸ μελαγχολικὸν αἷμα τοὺς κιρσοὺς ἐργάζεται. Quinetiam quòd natura talem sæpe sanguinem in crurum venas deponit, quo tum distentæ, tum dilatatæ varicosæ redduntur, & huiusmodi venarum cutis temporis tractu nigrescit. In quibus verò sanguinis non melancholici illabentis sola copia, imbecilliores quæ illic sunt venas dilatat, nullo eiusmodi contingente casu, velut in his quibus melancholicus sanguis varices effecerit. fiunt autem varices in cruribus, testiculis, scroto, ima parte ventris sub vmbilico, atque etiam in temporibus, in palpebris quoque Aëtio authore, atque adeò in omni parte quæ venas habet, præsertim longè à fonte caloris dissita & deorsum prona. Pollux cap.21. lib.4. κιρσὸν esse scribit οἴδημα φλεβῶν περὶ κνήμην ποδὸς, παιδίων ἐπιγάστριον, μηρὸς ὄσχεον, venarum tumorem circa pedis tibiam, aut puerorum epigastrium, femur & scrotum. Quinetiam κιρσὸς simpliciter venarum in scroto eiusque tunicis tumorem & dilatationem significat, interdum etiam earum venarum tumorem quæ circa testiculos sunt. Quod testatur Paulus lib.6. cap.64. his verbis: τὰ μὲν κατὰ τὸ ὄσχεον ἢ τοὺς δαρτοὺς ἀγγεῖα κιρσούμενα, κιρσοὺς ἁπλῶς ὀνομάζουσι· τὰ δ᾽ ἄλλα τὰ τρέφοντα τοὺς διδύμους, ἐὰν ἀποκιρσωθῇ, κιρσοκήλην τὸ πάθος προσαγορεύουσι. Vasa in scroto aut dartis membranis dilatata κιρσοὺς, hoc est, varices simpliciter nominant. Alia verò quæ testiculum nutriunt, si varicum instar dilatentur, huiusmodi affectum κιρσοκήλην, hoc est, varicosum ramicem nuncupant. Rursus cap.82. ὁ κιρσὸς ἀνεύρυσίς ἐστι φλεβὸς, ποτὲ μὲν ἐν τοῖς κροτάφοις, ποτὲ δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν τοῦ ὑπογαστρίου μέρος, ἐνίοτε δὲ περὶ τοὺς διδύμους, ὡς μάλιστα δὲ κατὰ τὰ σκέλη. Κιρσὸς venæ dilatatio est, interdum in temporibus, interdum in ima ventris parte sub vmbilico, nonnunquam etiam circa testiculos, præcipuè verò in cruribus. Etsi aliter sentit Celsus lib.7. cap.18. In Coac. (pag.201.A.) κιρσὸς περὶ κνήμην, varix in tibia, reponitur inter morbos qui post pubertatem affligunt. Κιρσὸς etiam κρίξος dicitur Polluci lib.4. cap.24. fortè verò κρίξος scribendum, quòd etiam κρισσὸς dicatur, pro κιρσὸς, vt κρίκος pro κίρκος. κιρσὸς Hesych. significat πάθος τι περὶ τὸ σῶμα, ὅπερ τινὲς ἰξίαν καλοῦσιν, ἄλλοι κρισσόν. Vbi fortè κρισσὸν pro κρωσσὸν legendum videtur, vt in Ἰξία scripsimus.

Κίστη, ης, aut ἡ κίσις, ιος, & ἰδος, cista dicitur & capsula in qua opsonia & cibaria reponebantur. Pollux lib.10. cap.46. κίσται δὲ οὐ μόνον ὀψοφόροι, οὐδ᾽ ἄλλως ἀγγεῖα, εἰς ἐσθήτων ἀπόθεσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν φαρμακοπωλῶν ἂν καλοῖντο, ὡς ἐν Ἀμφιαράῳ Ἀριστοφάνης. Ex quibus indicat cistas dici non solùm capsas in quibus cibaria & vestes reconderentur, sed etiam medicamenta. Hesych. verò κίστην esse dicit ἀγγεῖον πλεκτὸν εἰς ὃ βρώματα ἐνετίθεντο καὶ ἱμάτια, κιβωτίον. vas è vitili textum, in quo edulia & vestimenta condebantur. Aristoph. Schol. in Ἱππεῦσι κίστην τὴν κιβωτὸν exponit, eamque addit differentiam, quòd κίστη εἰς ὑποδοχὴν ἐστιν ἐδεσμάτων, κιβωτὸς verò, ἱματίων καὶ χρυσοῦ. Idem quoque in Acharn. & κίστιν & κιστίδα dici testatur, vt satis ex loco Aristoph. patet, cùm scribit, τὸ δεῖπνον αὐτοῦ δῆσον ἐκ τῆς κιστίδος. Atque idem Schol. in eadem fabula scribit τοὺς καλουμένους ἐπὶ δεῖπνον φέρειν ψήφισμα καὶ κίστιν ὀψοθήκην. Sudas quoque κίστην & κίστιν dici scribit τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ βρώματα κεῖται ἢ ἱμάτια, additque κιστὶν oxytonum etiam dici Aristoph. Est igitur κίστη ἢ κίστις cistula aut cista, in qua cibaria reponebantur, vnde & κιστοφόρος qui cistam ferebat dicebatur. Sumitur verò κίστις apud Hipp. pro cista ærea, aut vase æreo in quo medicamentum asseruabatur, quemadmodum apud Pollucem testatam significationem scripsimus. Locus est ἐν νόθοις quæ adiecta sunt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.635.51.) εἶτα ξηρανθὲν ἐς χαλκῆν κιστίδα, ποιεῖν χρῶ, deinde reficcatis & in cista ærea repositis vtitor. Agitur enim de medicamento ocul'ario, quod reficcatum in cista aut capsula ærea recondi voluit. Sed illic scripta exemplaria omnia κιστίδα habent, cùm publicata omnia κυστίδα vitiosè legant.

Κίττα pica dicitur aut vitiosa grauidarum appetentia, quæ fit læso ore ventriculi à prauis humoribus & iisdem excrementis imbuto ventriculo. Gal. Com. ad aph 61. lib.5. Reliqua vide apud Gorr.

Κίων columella dicitur aut curgulio oblongior & præter modum auctus, quòd tunc columnæ similis euadat. Dicitur & κιονὶς idem affectus, cùm ex aliqua inflammatione leuiter affectus curgulio æquali crassitudine propendet. Aret. cap.8. libr. 1. περὶ συμ. ὀξ. παθ. τὸ ἀπὸ τῆς ὑπερῴης ἐκκρεμὲς σῶμα σφαιρὲς, μεσηγὺ τῶν παρισθμίων, κίων καὶ γαργαρεὼν καλέεται. σταφυλὴ γὰρ πάθεός ἐστιν οὔνομα. νεῦρον δὲ ἐστὶν ἡ κιονὶς τὴν φύσιν, ἀλλ᾽ ὑγρόν. ἐν γὰρ ὑγρῷ κέεται χωρίῳ. ὁ δὲ ἐων ὁ γαργαρεὼν πλείονα πάσχει πάθεα. καὶ γὰρ ἐπὶ φλεγμονῇ παχύνεται ἴσως ἀπὸ τῆς βάσιος ἄχρι τοῦ πέρατος ἀκροῦ ἐπιμήκης γινόμενος, καὶ ἐρύθημα ἴσχει. κίων δὲ τοῦδε τοῦ πάθεος ἡ ἐπίκλησις. εἰ κατὰ πέρας μοῦνον στρογγύλεται, καὶ μεγέθει πελιδνὸς γίγνεται, καὶ ὑπομελαίνηται, σταφυλὴ ἐπώνυμον τόδε τὸ πάθος. πάντα γὰρ ἴκελα ὡυτῇ, καὶ σχῆμα, καὶ χροιὴ, καὶ μέγεθος. Corpus solidum in medio tonsillarum collocatum, ex palato propendens, κίων, hoc est, columna & curgulio vocatur. σταφυλὴ enim, hoc est, vua, affectus nomen est. Columella autem sua natura neruus est, sed humidus. In humido enim loco situs est. Curgulio igitur pluribus est obnoxius affectibus. Etenim inflammatione tentatus crassescit æqualiter à basi ad extremum finem vsque, in longitudinem protensus, & rubore suffusus. κίων autem, hoc est, columna huiusce affectus nomen est. Si in fine tantùm rotundus euadit, & cum magnitudine liuescit & subnigricat, σταφυλὴ, hoc est vua, huiuscemodi affectus cognominatur. Ei nanque & figura, & colore, & magnitudine in omnibus est similis. Idem quoque author eundem affectum κιονίδα vocat Cap. 8. libr.1. cur. ὀξ. παθῶν, vt & Actuar. libr. 2. περὶ διαγνωσ. παθ. cap.18. Inde etiam κιονικοὶ dicuntur Galen. lib.3. περὶ τῶν εὐπορίστων (pag.451.14.) columellæ vitiis laborantes & obnoxii. Ad huius autem columellæ similitudinem κίων dicitur

inuat

innata quædam mulierum pudendis caruncula, vt libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 581.53.) ἢν ἐν τοῖς αἰδοίοις δυσοσμίη ᾖ καὶ κίων ἐγγένηται. Si in pudendis grauis odor & columella innascatur. Quod etiam repetitur extremo lib. 2. περὶ γυναικ. (pag 675.2.) ἢν κιὼν ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ἐγγένηται. Vbi tamen κιὼν oxytonos scribitur, vt in Exegesi, sed κίων malim, vt columella pudendis innata intelligatur, quam secundam præcipit libr. περὶ γυναικ. φύσ. Etsi Galen. in Exeg. eum locum subindicans scribit, κιῶν τὸ ἐκ τῶν ἐπειδίων ἀθροισμα τῶν τὸν σῖτον διαβιβρωσκόντων, ἀν ἔχοιεν κιῶν ὀνομάζεται: vt sit κιῶν multitudo κιῶν & multi κιός. hoc est, vermes tritici grana erodentes. Et certè suspecta videtur lectio, vbi κιῶν scribitur dici eorum animalium vnumquodque, ac potiùs κὶς scribendum. Ac satis apparet eam significationem minimè Hipp. loco conuenire qui ex libr. 2. περὶ γυναικ. à Gal. subnotatur, eumque locum variè esse mutilatum, & ex libr. περὶ γυναικ. φύσ. integrum reponendum. Quod etiam vidit Cornar.

¶ Κλαγγὴ, clangor, propriè gruum & anserum. Vnde κλαγγώδης φωνὴ, vox clangorosa & stridula, quæ fit ob resiccationem voci destinatorum instrumentorum, In Prorrhet. (pag. 176.51.H.68.H.) αἱ παρακρούσιες σὺν φωνῇ κλαγγώδει. desipientiæ cum voce stridula. Vbi scribit Galen. κλαγγώδη φωνὴν fieri ob resiccationem vocalium organorum, vt βραγχώδη, ob humiditatem. Quod etiam reperit Gal. Comment. 2 in Prorrhet. (pag. 185.20.H.71.B.) Locus autem Prorrhetici repetitur in Coac. Prænot. paulò aliter (pag. 151.D.) Sic libr. 7. Epid. (pag. 1218.D.) κλαγγώδεες dicuntur qui vocem clangorosam & stridulam edunt. Rursus ibidem (ibid. E.) ἐπιπολὺ κλαγγώδης, multùm voce stridula erat. Rursusque ibidem (1220. D.) καὶ ἐγένετο κλαγγώδης & vox stridula facta est. In Coac. (pag. 208.B.) τὰ ἐξ ἐμέτων ἀσώδεα, κλαγγώδεα, ex vomitu anxietates cum voce clangorosa, quod in Prorrhet (pag. 176.27. H.68. F.) scribitur, τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεα, κλαγγώδης φωνή. Ex vomitu anxietates, cum voce stridula. Sic enim ibi leg. esse admonuimus nostris in Coac. annotat. Vbi tamen κλαγγώδεα ὄμματα omnia exemplaria, tum scripta, tum editiria habent. Vt mihi eum locum disertis verbis expressisse videatur Erot. cùm scribit Demetrium Epicureum valde hallucinatum, κλαγγώδεα ὄμματα existimasse dici Hipp. τὰ εὐκίνητα, hoc est, facilè mobiles oculos. Neque enim κλαγγὴ ad oculos, sed ad vocem referri debet, cùm sit (vt idem scribit) ποιά τις ἐκφώνησις, ὁποίαν μάλιστα ἐργάζεται ἔμετος ἀσώδης. ἔστι δὲ ἡ ἀρχομένη ἀπὸ βαρείας καὶ λήγουσα εἰς ὀξὺ, ὥσπερ ἀπαυδῶντος τινός. hoc est, vocis quædam eruptio, qualem maximè vomitus anxiosus concitat. Est enim vox quæ à graui tono inchoata, in acutum desinit, velut cùm quis loquendi facultate deficit. Addit verò idem Bacchium existimasse κλαγγώδη φωνὴν dici, τὴν συνεχῆ καὶ ἀδιάλειπτον, hoc est, continuatam & minimè deficientem. Apollon. autem Citticum, τὴν μετ' ἐγκοπῆς καὶ ἀνωμαλίας, ἔτι δὲ ἀσαφείας. ὁποῖα μάλιστα συμβαίνει τοῖς μεθύουσι, hoc est, intercisam & inæqualem, præterea etiam obscuram, & qualem maximè temulenti edunt.

Κλάδος ramum ab arbore auulsum, aut taleam quæ implantatur significat, vt libr. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 242.48.) πρέμνα ἔχει ὁ κλάδος ἐν τῷ κατωτάτῳ πρὸς τὴν γῆν. Ramus vulnus habet in infima ad terram parte. Vtitur etiam ibidem (245. 11.12.

Κλάω & κλάζω frango, vnde κλάσις & κατάκλασις, quæ ad oculorum & palpebrarum distortionem aut peruersionem refertur, vt antea scripsimus. Sunt & κατακλάσιες τῶν ἄρθρων lib. 6. Epid. vt videbis in κατάκλασις. κλᾶσθαι enim de membro quod reflectitur aut recuruatur dicitur, vt libr. de fract. (pag. 529. 30.H.751.C.) ἢ ἄρθρου ἀνάκλασις κέκλασται, recuruata fit articuli reflexio. κλᾶσθαι etiam sæpe vsurpatur Gal. lib. 2. de motu musculorum, in musculorum distortione aut reflexione, vbi ferè irrita & inanis est musculorum actio. Atque eo sensu libr. de fract. sumi potest, vt articuli reflexio in ea manus contentione fuerit fracta, hoc est, irrita & inanis, vt præ se ferret summam & validissimam contentionem. Qua intelligentia sumi etiam potest quod ibid. paulò post scribitur. κλᾶται ὁ ἀγκὼν ὕπτιος, cubiti flexura frangitur aut retorquetur, hoc est, in manu supina cubiti distentio inanis est & nullius roboris.

Κλαυθμυρίζειν est eiulare, flere, & de pueris dicitur qui plorabundi eiulant, in Progn. (pag. 163.8.H.46.26.) quod ibi exponit Galen. τὸ κλαίειν μετ' ἐκτάσεως σφοδροτέρας, flere cum magna spiritus contentione. Hinc κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ dicuntur aph. 54. lib. 6. luctuosæ spirationes & eiulabundæ, quæ fiunt interrupto spiritu, aut eum sonitu gemebundo & fletu, quasi suspiriosæ, veluti flentibus pueris accidit. Etsi Erot. αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ, αἱ ἢ τῷ συνεχὲς, hoc est, continuæ, translatione sumpta à flentibus pueris, dici scribuntur, eodem subnotato loco. κλαυθμώδης ὀξυφωνίη, vox acuta eiulabunda, planctum referens, luctuosa, plorabunda & suspiriosa, ex instrumentorum voci destinatorum resiccatione in febribus contingens. In Coac. (p. 159.D.) Quod aliter scribitur in Prorrhet. (p. 185.19 H.71.B.) vbi ὀξυφωνίη κλαγγώδης dicitur. Etsi testatur Gal quædam exemplaria κλαυθμώδης habere, eamque ex intensiore siccitate & grauiore affectu quàm vocem κλαγγώδη fieri, illaque esse longè deteriorem. κλαυθμώδεις autem ἀναπνοαὶ quæ sunt luctuosa suspiria & spirationes querulæ, interruptam ac intercisam spirationem designant, quæ aph 68 libr 4. designatur, estque qualis describitur Virgilio lib. 3. Georgicῶν --- atque attractus ab alto Spiritus, interdum gemitu grauis.

Κλεῖθρον, claustrum dicitur, aut locus angustus sub tonsillis ad gutturis aditum, idemque quod κλῆθρον, aut κλεῖθρον Ionicè dictum. Sic enim Gal. apud Hipp. legit, cùm ei exponitur κλεῖθρον, ὁ περὶ τὴν καταπόσιν τόπος ὑπὸ τοῖς παρισθμίοις, locus ad gulam sub tonsillis. Libr. verò 2. de Morb. (pag. 470. 43.) κλεῖθρον legitur. φλεγμαίνει τοὔπισθεν τῆς γλώσσης καὶ τὸ κλεῖθρον τὸ ὑπὸ τὸν βρόγχον. Linguæ posterior pars inflammatione tentatur, locusque sub tonsillis ad guttur, qui κλεῖθρον dicitur. Gutturis aditum Caluus non malè vocat, velut gutturis claustrum. Rursus ibidem (vers. 55.) ὑποπυΐσκεται γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἐν τῷ κλεῖθρῳ. vt plurimùm enim locus sub tonsillis ad guttur suppurat.

Κλέπτειν est fallere, decipere, aut clam subtrahere, vt κλέπτειν τὴν γνώμην, animum aut mentem fallere, iudicium subtrahere. Libr. 5. Epid. (pag. 1150.F.) ἐκλέψαν δέ μευ τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ, iudicium subtraxerunt suturæ, animum fefellerunt. Quem locum bis etiam adfert Erot. Sic συγκλέπτειν τὴν γνώμην dixit etiam Hipp. libr. de cap. vulner. eadem locutione (pag. 903. H.) συγκλέπτει γὰρ τὴν γνώμην καὶ τὴν ὄψιν τοῦ ἰητροῦ αὐταὶ αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδέες φαίνεσθαι. Ipsæ enim suturæ rimæ speciem referentes, medici iudicium atque oculos fallunt. Rursusque (ibi. F.) συγκλέπτει γὰρ αὐτὴ ἡ ῥαφὴ τρηχυτέρη ἐοῦσα τοῦ ἄλλου ὀστέου. (Sic enim ferè legunt meliores Interpretes cùm συμβλέπει vitiosè legatur.) Quod est, fallit enim sutura cùm sit reliquo osse asperior, hoc est, visum & specillum eludit aut fugit, teli vestigium latenter surripit & occultat, efficitque vt lateat. Quam etiam lectionem secuti sumus, etsi illic συγκλέπτεται ἡ ῥαφὴ cum Erot. lubenter legimus, vt nostris eum in locum Annotat. admonemus, vt sit, furtim subtrahitur ac surripitur sutura, adeoque latet vt clam se subducat minimeque dolum animaduertas, & eo nomine fallit aut decipit cùm quo loco subest minimè esse existimetur. Sic etiam κλέπτεται παραλογίζεται, hoc est, falsis rationibus decipit, exponit Erot. & κλέπτεται ἡ ῥαφὴ, vt & συγκλέπτεται ἡ ῥαφὴ eidem apud Hipp. explicatur. κλέπτεσθαι etiam ἡ αὐγὴ dicitur Hipp splendor clam subduci aut subtrahi ab oculis, vt libr. 2. de Morb. (pag 464.43.) καὶ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀτενέα τι κλέπτεταί οἱ ἡ αὐγὴ, & intuenti splendor ex oculis ipsi subtrahitur & clam subducitur, hoc est, videndi acies ei paulatim imminuitur. Quæ phrasis etiam repetitur libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (H. 340.9.) ἀτενίζοντι δὲ κλέπτεταί οἱ ἡ αὐγή. oculos autem intendenti, splendor eum fugit aut occultatur.

Κλεΐζω aut κλῄζω, celebro, commemoro, alicuius rei famam spargo, commemoratione celebro aut in vulgus spargo. Hippocrat. libr. de art. (pag. 614 22. H. 808.B.) καὶ ταῦτα κλεΐζουσιν ἀεὶ, semperque ista in vulgus spargunt, commemoratione celebrant. Hesych. κλειζόμενος φημιζόμενος exponitur, in famam sparsus, celebratus.

Κλιμακὶς Gal. in Exeg. apud Hipp. τὸ πλάγιον ἐν τοῖς κλίμαξι ξύλον exponit, transuersi in scalis ligni. Atqui idem adscribit quosdam κλιμακὶς absque ι sic scribere, καὶ διὰ τῆς κλιμακίδος ἕτερόν τι ποιεῖν, & per transuersum scalæ lignum alia quædam huiusmodi. Qui locus legitur lib. de art. (p. 584 8 H. 782.G.) estq; quintus reponendi luxati humeri modus. Vbi etiam κλιμακτὴρ dici videtur idem quod κλιμάκιον (ibid. v. 13. H. ib.) χρὴ μέντοι ἐπὶ τοῦ κλιμακτῆρος ἐπιδεδέσθαι τι ἄνωθεν στρογγύλον. Ad scalæ tamen gradum aliquid rotundum alligari debet. Et rursus ibid. (p. 585. 12. H. 783.G.) & in fine lib. de art (p. 656 56.) vbi κλιμακτῆρα ξύλον πλάγιον vocat Hipp H. 834.F.

Κλινοπετὴς, lecto decumbens æger, aut qui in lectum procumbit, & stare nescit, idemque qui κλινήρης dicitur Galeno Comment 1. in libr. 1. Epid. (pagin. 352. 37 & 353. 26) & cui ὁ ὀρθοστάδην ἐν γυλιῷ opponitur. Libr. 7. Epid. (pag. 1223.B.) τέλος δὲ οὐχ οἷός τε ἦν ἵστασθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὰ πλείστα ἐπικαίετο

ἀλλὰ κλινοπετὴς ἦν. Tandem autem ſtare non poterat, nec calcibus incedere, ſed lecto decumbebat. Quod dicitur de ægro qui tumoribus ad genua & pedes affectus erat. Rurſus lib. 1. de Morb. (pag. 451.21.) πρὶν τὸ λεπτυνθῆναι καὶ κλινοπετέα γενέσθαι, ante quàm attenuetur & lecto decumbat. Et iterum ibidem. (pag. 454.20.) ἢν δὲ ἤδη λελεπτυσμένῳ καὶ κλινοπετεῖ ἐόντι ῥαγῇ τὸ πύον. Si verò iam extenuato & lecto decumbenti pus eruperit. Libr. etiam de vict. rat. in morb. ac. (pag. 116.12. H. 406.15) ἢν δὲ κλινοπετὴς ᾖ, quòd ſi lecto decumbat.

Κλισίην, τὴν κλίνην, lectum exponit Erot. apud Hipp. πρὸς τὸ ἐν αὐτῷ κατακλίνεσθαι, quòd in ipſo recumbamus. Expreſſo nimirum loco (vt reor) qui legitur libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 655. 45.) καὶ τὴν κλίνην αἰεὶ χρὴ ποιέειν τὰ ἀπὸ ποδῶν. (etſi καὶ τὰ ἀπὸ ποδῶν lubentius lego) & lectum à pedibus erigere oportet. Quod dicitur libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 564.35.) καὶ τὴν κλίνην πρὸς ποδῶν ὑψηλοτέρην κεῖσθαι, & lectus à pedibus altior iaceat. Quæ phraſis iiſdem verbis repetitur libr. περὶ ἀφόρων (pag. 687.24.)

Κλισμὸς lectum diſcubitorium aut in quo diſcumbitur ſignificat, & κλισμὸν κλίνην exponit Gal. in Exeg. apud Hippoc. ex libr. 2. περὶ γυναικ. nimirum locum ſubindicans qui legitur (pag. 657.34.) ἐπὶ τὸν κλισμὸν κεῖσθαι πρὸς ποδῶν ὑψηλότερον, & lectum à pedibus altiorem eſſe. Hac etiam dictione vtitur Hom. Il. θ. (verſ. 438.) & ι. (verſ. 200.) vbi κλισμοὺς Schol. exponit καθέδρας ἀνακλίσεις ἐχούσας, ſellas recubitorias vocant. κλισμοί, θρόνοι ἢ ἀνάκλιντρα exponuntur Heſychio.

¶ **Κνάφος** dicitur carduus fullonius quo pannos pectunt fullones & deſtringunt. Sumitur etiam pro officina fullonia & κναφεῖον, vt apud Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 640.13.) καὶ ἀπὸ τοῦ κνάφου τοῦ κναφείου ξύμμισγε καθάρσεων, & admixtis fulloniis ſordibus, aut ſordibus ex officina fullonum, aut ſordibus ex carduo fullonum.

Κνήματα ξύσματα, hoc eſt, ramenta aut raſuræ exponuntur Gal. in Exeg. apud Hipp. Sed quædam exemplaria κνίσματα legunt, quomodo ſcribitur libr. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 238.32.) μολίβδου κνήματα λεπτά, plumbi tenuia ramenta. Sic etiam κνῆσαι τὸ ξῦσαι quod eſt radere exponit apud Hipp. Gal. Legitur autem libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 545.8.) καὶ ἀριστολοχίης κνῆσαι ὅσον ἀστράγαλον ἐλάφου. & ariſtolochiæ tali ceruini magnitudine fruſtulum deraſum. Eſt & κνᾶσθαι aut κνῆσθαι ſcalpere, ſcabere, vt libr. de fract. (pag. 558.27. H. 765. F.) ἢ κνήσηται τῇ χειρί, aut manu ſcalpat. Hinc κνησμὸς pruritus & ſcalptus dicitur Hipp. aph. 4. ſect. 5. libr. 6. Epid. Vbi κνησμὸν exponit Galen. τὴν διὰ τῶν ὀνύχων ἐπιβολήν τε καὶ κίνησιν, ἣν ἐπὶ τῶν ἐδαξαμένων μερῶν ποιεῖται τὰ ζῶα φύσει, καὶ τοῦτο πᾶσιν ὑπάρχοντος αὐτοῖς. impetum & motionem per vngues effectam, quam in prurientes partes animantia faciunt, idque à natura omnibus illis ineſt. Sic κνησμώδεα σώματα, pruritum ſentientia corpora. In Coac. (pag. 188. F.) & κνησμώδεα, pruritus, aut affectiones pruriginoſæ, ibidem (pag. 221. E.) Et κνῆσις αὐτὴ τοῦ κνησμοῦ, pro prurítu aut punctione, punctura, vellicatio, morſus, ibidem (pag. 192. D.) τοῦ στήθεος κνῆσις, pectoris punctura, pruritus. Vbi tamen vitioſè κίνησις in exemplaribus legitur.

Κνημίη, τοῦ τῆς κνήμης, hoc eſt, tibialis, aut eius quod ad tibiam pertinet exponit Galen. apud Hipp. in Exeg. fortè pro κνημαίη. Sic enim exemplaria meliora legunt.

Κνηστρα Erot. apud Hipp. exponitur ῥάκος χονδρὸν καὶ ἀραιόν, δι' οὗ διηθεῖταί τινα ὡς δι' ἠθμοῦ, pannus rarus, per quem quædam velut per colum tranſcolantur. Vide Κρηστρα poſtea.

Κνῆστρον τὸ κνέωρον exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. Cneorum quod idem eſt ac Thymelæa, vt patet ex Dioſcor. cap. 173. lib. 4. & Plinio libr. 13. cap. 21. apud quem ſcribitur: Fruticem verò thymelæam, aut chamelæam, alij pyros achnen, alij cneſtron, alij cneoron vocant. Ex quibus vitium ſubolere Dioſcor. lectionem ſatis apparet, cùm paſſim legatur, οἱ δὲ χαμελαίαν, οἱ δὲ πυρὸς ἄχνην, ἢ κέστρον, ἢ κνέωρον καλοῦσι. Nam pro κέστρον κνῆστρον legendum eſt, cùm κέστρον betonica dicatur Dioſcor. cap. 1. lib. 4. & Plinio cap. 8. lib. 25. Cneoron quoque in coronamenta refert Plin. capit. 9. lib. 21. Κνῆστρον autem vſurpat Hipp. libr. 2. περὶ γυναικ. (pag 630.3.) ἢ κνῆστρον ἑψήσας ἐν ὕδατι ποτῷ, aut cneſtrum in aqua potabili decoquito. Eoque vtitur ad pituitam & bilem repurgandam. Rurſus lib. 2. (pag 662.49.) δύο πόσιας κνήστρου ἑψήσας κοτύλῃ ὕδατος, cneſtri potiones duas in aquæ hemina coquito, ad eluendum vterum inflammatione laborantem. Κνήστρου κνηστῆρος exponit Erot. apud Hipp. adducto Nicandri teſtimonio, quod legitur in Ther. (verſ. 85.) Σιλφίου, ἢν κνηστῆρι κατατρίψειας ὀδόντι. Vbi Schol. poſitum ſcribit pro κνηστῆρος ὀδόντος, qui διδύμας καὶ τρίβοις dicuntur. Eandem etiam dictionem vſurpat in Alex. (verſ. 308.)

Ἠ' ὅλλον κνηστῆρι κατατρίψαιο χαράκτῃ.

Σιλφίου. Vbi etiam Schol. τῷ χαρακτηρικῷ κνηστῆρι, ἤγουν μαχαίρᾳ, κατατρίψον, ἢ ξέσον, quod eſt radula in qua ſignum expreſſum ſit, velut cultro, contere, vel rade aut ſeca laſeris radicem oboli pondere. Eſt enim κνηστὴρ aut κνηστήριον (pro quo κνῆστρον per ſyncopen ſcribitur) idem quod κνῆστις, radula, aut inſtrumentum ferreum quo aliquid raditur, aut culter quo quid ſecamus, peculiariter verò quo coci caſeum ſecant aut deradunt, ἡ τυρόκνηστις μάχαιρα, & compoſita voce τυροκνῆστις dicitur. Heſych. κνῆστις exponitur κοπὶς σιδηρᾶ, ξυστὴρ ἐν ᾧ ξύουσι τὸν τυρόν. Et Gal. in Exeg. κνήστρῳ τῇ τυροκνήστει exponit. Vbi tamen vitioſè τῇ τυροκνήστη legitur. Additque idem ἔστι δὲ μαχαιρίδιον ᾧ ξύεται ὁ τυρός, hoc eſt, cultellus quo raditur caſeus. Quo certe ſignificatu, vt ſumitur apud Erot. minimè huic loco quem ex Hipp. adduximus libr. 2. περὶ γυν. conuenire cuiuis eſt manifeſtum. Ac ne κνήστρῳ quidem apud Hipp. me adhuc legere memini. Et ſi quid hac in re coniectura valet, exiſtimo Gal. κνήστρῳ pro πίστρῳ ex quibuſdam codicibus legiſſe libr. 1. περὶ γυν. (pag. 618.15.) etſi idem πίστρῳ in Exeg. exponit. Cæterum κνηστὶν Heſych. τὸ κνέωρον exponitur, verum κνῆστρον apud eum legendum exiſtimo, etſi κνηστὶν retinet Varin.

Κνίδωσις pungens pruritus & punctura pruriginoſa, aut vredo qualis ab vrtica excitatur, eſt κνησμὸς τῷ τῆς κνίδης ἢ ἀκαλήφης δηγμῷ ὅμοιος, pruritus vrticæ puncturæ affinis, qui vredo Plinio dicitur cap 45. lib. 9. κνιδώσιες exponuntur Gal. apud Hipp. in Exeg. νύξεις τινὲς κνησμώδεις οἷαι καὶ ἀπὸ κνίδης γίνονται. puncturæ quædam pruriginoſæ quales ab vrtica excitantur. Eam autem vocem vſurpat Prorrhet. 2. Hippocr (pag. 109. G. & 110 A.) νάρκαι δὲ καὶ κνιδώσιες οἷσι διὰ τῆς κεφαλῆς διαΐσσουσι. Quibus autem torpores & prurigines pungentes per caput percurrunt. Et rurſus, τούτους ἐπανερωτᾶν, εἰ καὶ ἐς τὴν γλῶσσαν ἄκρην ἀφικνέεται ἡ κνίδωσις. ab iis ſciſcitari oportet num etiam ad ſummam linguam pungens ille pruritus pertingat. Rurſus etiam, αἱ κνιδώσιες δὲ καὶ τὰ μελαγχολικὰ ταύτῃσιν ἧσσον, ἢ τοῖσιν ἀνδράσιν. Pungentes tamen prurigines & atræ bilis vitia minus hæ quàm viri ſentiunt. Ac rurſus ibidem (pag. 113. C.) καὶ αἱ κνιδώσιες ἔν τε τῷ στήθει καὶ τῷ μεταφρένῳ εἰ ἔνεισι. & num pungentes prurigines ipſis in pectore aut dorſo inſint. Vbi tamen κνιδώσιες legitur, vt apud Heſych. κνιδᾶται, δάκνεται, quod eſt mordetur, ab vrtica dictum, ſcribitur & exponitur, & κνιδώσεις, vt & κνίδη quibuſdam. Sed certe κνίδη & κνιδᾶται & κνιδώσεις malim, quòd κνίζειν vrticæ ſit proprium, hoc eſt, cum dolore pungere aut vrere. κνιδώσεις pruriginem ex Hipp. vertit Celſus cap. 3. lib. 2. vt noſtris in Prorrhet. 2. Annotat. oſtendimus.

Κνιπότης pruritus aut prurigo dicitur. κνιπότητα Gal. κνησμὸν exponit in Exeg. κνισμὸν etiam quidam legunt. Additque idem, ἔνιοι δὲ τὴν ξηροφθαλμίαν ἤκουσαν, hoc eſt, nonnulli lippitudinem ſiccam accipiunt. Sic enim Erot. κνιπότητα ξηροφθαλμίαν exponit apud Hipp. Locus autem ſubindicatur libr. de loc. in homine (pag. 413.29.) ὅταν δ' ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς κατὰ σμικρὸν ῥέῃ, καὶ κνιπότητα παρέχῃ. Cùm autem in oculos paulatim fluxerit prurituμque exhibuerit.

Κνῦμα apud Hipp. ἀπὸ τοῦ κνύω quod ξύω ſignificat, & idem eſt quod κνίζω, κνήθω & κναίω, raſura, punctio, vellicatio dicitur, & idem quod κνησμὸς aut κνίσμα, affrictus quidam cum dolore, & molesta quædam vellicatio ac punctio leuis. κνῦμα etiam exponitur Sudæ ὁ ἠρεμαῖος κνησμός, leuis pruritus aut ſcalptura. Κνῦμα Gal. in Exeg. ὀνοματοπεποιῆσθαι ſcribit μιμούμενον ψόφον, hoc eſt factitiam eſſe vocem ad leuem quendam ſtrepitum & ſonum imitandum, ex eademque ſignificatione κνυζώμενον participium deduci, quod exponit ἠρέμα στενάζοντα, eum qui leuiter ſuſpirat, & ἐπὶ τῶν κυνῶν κνυζηθμόν, querribundum canum vlulatum aut gannitum. Sic enim malo, quàm κνυζηθμὸν ſcribere, quod faciunt exemplaria omnia. Eſt enim κνυζηθμὸς φωνή τις ἐπὶ κυνῶν φωνή, ἢ πρὸς ἦχος, & propriè de canum vlulatu queribundo dicitur. Et Heſych. κνυζηθμὸς exponitur, ἰδίωμα ἤχου φωνῆς καὶ κλαυθμός. Et κνυζᾶσθαι de canum vlulatu & puerorum vagitu dicitur. κνυζώμενον quoque exponit Heſych. στένοντα τῇ φωνῇ κυνῶν, ἢ κνυζόμενον γοερὸν φθεγγόμενον. Sic enim apud eum legendum exiſtimo. κνυζήματα vocantur Ionibus τὰ γοερὰ ἀποφθέγματα, queruli garritus, vt ſcribit Sudas. κνύζεσθαι μοχθεῖν κλαίειν, exponit Heſych. Et Galen. in Exeg. ἔκνυζεν factitiam vocem eſſe ἀπὸ τοῦ ψόφου, ex ſono quodam ſcribit. Κνῦμα autem vſurpatur Hip. de peſſulo plumbeo, qui in pudenda immiſſus moleſtam quandam punctionem aut affrictionem adfert, libr. 2. περὶ γυναικ.

(p. 650.)

(p.650.13.) ἐπὴν δὲ τὶ μολύβδιον κνῦμα ἐπέχῃ περιστῇ. Quod si pessulus plũbeus punctionẽ quandã appositus afferat. Vbi pro κνῦμα, κλῦμα passim legitur. Interpres autem καῦμα legit ardorẽ exprimens. Potestq; etiã de leui prurigineaut punctura accipi.

¶ Κόγχη mensuram significat apud Hipp. quæ conchæ capacitatem æquet & mystra duo contineat siue drachmas sex ponderales. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.570.39.& 40.) ὅσον κόγχην, quantum concha capit, aut quantum conchæ testa capit. Et lib.1. περὶ γυναικ. (pag.624.47.625.53.) ὅσον κόγχην, conchæ mensura. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p.670.55.) ἢ ἐρυσίμου κόγχην. Gal. etiam in Exeg. κόγχην apud Hipp. positum pro κόγχην testatur & τὴν χήμην exponit. hoc est chemam, quæ est mensuræ genus quo etiam vtitur Hipp. vt scribemus postea. κόγχην κεραμίδα apud Gal. in Exeg. ex Hipp. vas figlinum accipiunt primæ notæ viri, vt ollam, seu testam conchæ similem indicet, aut concham testaceam seu figlinam. Verùm κόγχην χεραμίδα illic legendum existimo, cùm scribat Gal. οὐδὲν πλέον δηλοῖ τῆς χεραμίδος (Sic enim leg. censeo) vt velit Gal. innuere κόγχην χεραμίδα apud Hipp. nihilo plus significare, quàm si χεραμίδα vocem solam posuisset, quæ mensuræ genus est, & quantum conchæ testa maior capere potest, indicat. Atque iis sanè verbis locum lib.3. de Morb. (p.493.19.) exprimere videtur Gal. vbi scribitur, δὸς ἄρτι τῷ μεγάλης κόγχην χεραμίδα, ari magni concham, hoc est testam conchæ maioris, dato. Quod (ib.24.) ἄρτι χεραμίδα dicit, & (p.495.20.) vbi etiam κόγχην ἢ χεραμίδα simul iungit (v.34.) Sic etiam χήμην χεραμίδα, τὴν κοιλοτέρην κόγχην ἢ μείζονα, cauam testæ maiorem concham exponit Gal. in Exeg. apud Hipp.

Κοῖλα dicuntur partes oculorum concauæ quæ genis inferioribus subiacent, & vt plurimùm in prauo corporis habitu, & insignem cruditatem ex crapula ac ingurgitatione coaceruãtibus, aut longum morbum trahentibus, sanguine defectis, hydrope ac lienis tumore laborantibus intumescunt. Isagoges author etsi eas cauitates quæ ex vtraque nasi parte insunt κοῖλα vocari scribit (p.376.2.) (quæ tamen veriùs κανθοὶ dicuntur, vt ex Rufo patet) sed & has quoq; quæ oculis subiiciuntur cauitates propriè magis κοῖλα dici testatur his verbis, ἐκατέρωθεν δὲ τῆς ῥινὸς, τὰ μὲν κοῖλα, ἰδίως δὲ τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς, κοῖλα ὠνόμασαν, ἐξ ὧν λέγονταί τινες κοῖλοι. διὸ νόσος δὲ ταῦτα ἐπαίρεται ἐξ ἀπεψίας ἢ ἀφροσύνας. Ex vtraque nasi parte cauitates sitæ sunt. Quæ verò sunt sub oculis, propriè κοῖλα vocantur, indeque quidam etiam κοῖλοι dicuntur. Hæc autem per morbos ex cruditate & implaciditate ac nausea attolli solent. Sic enim locus iste mihi legendus videtur, quòd κοῖλα propriè, interdum etiam simpliciter ab Hipp. cauitates istas appellari constet. Rufus verò ἐν τῷ περὶ αἱ ὀνομάτων μορίων, genæ superioris superficiem κοῖλον, & partem inferiorem quæ ei respondet ὑπόκοιλον dici scribit. τὸ δὲ ἄνω βλεφάρου τὸ ἐπιπολῆς, κοῖλον. τὸ δὲ ἀναλογοῦν πρὸς τὸ κάτω, ὑπόκοιλον. ὃ δὴ καὶ οἰδίσκεται ἔν τε ὑδέρεις, καὶ ἄλλως πονηρᾶς ἡρμοσμένης τῆς ἕξεως, ἐπί τε χρονίοις αἱμορροΐσιν, καὶ ἐπὶ γυναιξὶ χρονίῳ ῥόῳ, ποτὲ δὲ καὶ ὀφθαλμίαις ἀρχομέναις καὶ δοκοῦσιν αἱ τοιαῦται ὀφθαλμίαι εὐήθεις εἶναι. διὸ τοῦτο καὶ κοιλοιδιᾷν τὸ πάθημα ὀνομάζεται, ὅτι τῶν κοίλων οἴδημά ἐστι. Quod supra in superioris palpebræ superficie est, κοῖλον, hoc est cauum, & quod illi infernis proportione respondet, ὑπόκοιλον, hoc est, subcauum vocant. Id sanè & in aqua inter cutem, & alioqui in prauo corporis habitu, & in diuturnis hæmorrhoidibus, & antiquo muliebri profluuio, nonnunquam etiam incipientibus lippitudinibus intumescere consueuit. Huiusmodi autem lippitudines mitiores esse videntur. Propterea & id genus affectus, quoniam cauarum partium tumor est, Græcè κοιλοιδιᾷν dicitur. Eædem etiam cauitates κύλα Græcis vocantur. Et Hesych. κύλα exponit, τὰ ὑπὸ κάτω τῶν βλεφάρων κοιλώματα, τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς, μῆλα, τὰ ὑπώπια. cauitates oculorum quæ palpebris subsunt. Vnde quoque κυλοιδιᾷν de earum partium tumore effertur quod est, οἰδεῖν τὰ κύλα. Et κυλοιδιόωντας ὀφθαλμοὺς Theocr. Idyll. 1. qui exponuntur Scholiastæ οἰδοῦντας τὰ κοῖλα τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς. Etsi vitiosè quidam κυλοιδιόωντας legunt. Neque tamen ignoro viris doctissimis pro defixis oculis sumi ac prominentibus, velut è capite erumpentibus, quales tumentes oculos in Tiberio Tranquillum dixisse volunt. Κοῖλα autem pro cauitatibus quæ oculis subsunt sæpè vsurpantur Hipp. vt lib.2. de Morb. (pag.476.43.) καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι καὶ τὰ κοῖλα τῶν ὀμμάτων, & pedes cum cauitatibus oculorum intumescunt. Rursusque ibid. (pag.477.22.) καὶ τὰ κοῖλα ἐρυθρά. Vbi fortè κύλα τὰ μῆλα, vt exponit Hesych. sumi possunt, & κύλοι τοῦ προσώπου ibid. (pag.478.33.) dicuntur. Interpretes tamen oculorum cauitates, vt semper intellexerunt. Rursus lib. περὶ γυναικ. φύσ. τὰ κοῖλα ἐπαίρεται oculorum cauitates attolluntur, in fluore muliebri. Et lib.2. περὶ γυν. (pag.639.25.) καὶ τὰ κοῖλα ἐπαίρεται, & oculorum cauitates assurgunt. Rursus ibid. (pag 642.49.) τὰ κοῖλα ὀφθαλμῶν ἐπαίρεται. oculorum cauitates intumescunt. Et in περὶ γυναικ. (pag.605.26.) τὰ κοῖλα τοῦ προσώπου ἐρυθρὰ γίνεται. cauæ faciei partes rubræ existunt. Quod lib. περὶ γυν. φύσ. (pag.566.11.) τὰ κοῖλα τοῦ προσώπου ὑπέρυθρα, dicit, τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς dicuntur Prorrh.2. (pag.11.D.) partes quæ oculis subsunt, & lienes magnos prænunciare, ac ἐπαίρεσθαι ἰσχυρῶς, vehementer attolli, quemadmodum quoque superioris palpebræ tumor (κοιλοιδιᾷν Græci vocant) suspectus aph.36. lib 6. Epid.sect.8. τὰ ὑποφθάλμια etiam τὰ κοῖλα vocat Hipp. lib.2. περὶ γυν. (p.641.9.) καὶ τὰ ὑποφθάλμια οἰδέει ἀμφω, partes sub oculis ex vtraque parte intumescunt. Et Coac.(p.137.C.) τὰ κατώπια ὑποφθάλμια, subtumidas oculorum inferiores genas significant. Erot. quoque ὑποφθάλμιον τὸ κοῖλον τοῦ ὀφθαλμοῦ, hoc est, oculi cauitatem apud Hippoc. exponit. Κοῖλον etiam vocatur cauitas in ima pedis planta, quæ suspensis tarsi ossibus efficitur, post calcem, quam πτέρνα & planum pedis sequitur, quod στῆθος ποδὸς dicitur. Gal. Com.3. in lib. de art (pag.632.13.) τῶν γὰρ τῶν κατὰ φύσιν ἐσχηματισμένων ποδῶν, τὸ μέσον κοῖλον ἐστὶν, ὅπισθεν μὲν ὁριζόμενον τῷ τῆς πτέρνης πέρατι, κατὰ δὲ τὰ πρόσω, τῇ ἀρχῇ τοῦ ταρσοῦ. Pedibus enim secundum naturam figuratis, in medio cauitas est, quæ à posteriore parte, calcis extremitate, à priore verò, soli initio, terminatur. Sic Ruf. Ephes. ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας τῶν κατ' ἄνθρωπον. τὸ δὲ ἐφεξῆς κοῖλον. quod post calcem est, cauum dicitur. Auth. etiam Isag. (p.376.55.) τὸ δὲ ὑπὸ ταύτῃ εὐθὺς ἐν μέσῳ κατωτάτω τοῦ ποδὸς κοῖλον. Quod sub planitie statim est in medio imi pedis, cauum dicitur. Qua notione sumendum est quod scribitur libro 5. Epidem. (pag. 1153.H.) ἐς τὰ κοῖλα τὰ κατὰ τὸ στῆθος τοῦ ποδὸς. & eam cauitatem quæ est ad planum pedis, quod στῆθος vocatur.

Κοιλία ἡ κοιλίη, venter dicitur, & vulgari significato pro aluo sumitur crebrò Hipp. & ventre inferiore in quem excrementa ciborum recipiuntur, vt aph.2. lib.1. & aph. 4. lib.6 Sic κοιλίη ὑγρὴ, aluus humescens & liquida in Prorrh. (p.182.15. H. 70.C.) ἐφ' ἧς ὑγρὰ διαχωρέει, (vt scribit Gal.) bilem flauam syncera merumpentem, aut colliquationis excrementa indicat. Quod etiam repetitur Coac (p.222.B.) κοιλίη etiam ταραχώδης aluus perturbata aut commota (ib.A.) & κοιλίη ἐμφυσωμένη, aluus flatibus distenta, ib.(p.123.F.& p.143.)B.& κοιλίη ἀπειλημμένη, aluus suppressa, intercepta, (ib.C.) κοιλίη δυσώδης, aluus fœtida, (p.166. A.) κοιλίαι ἀγαθαὶ ὑπακούουσαι πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα, aluus institutis vitæ moribus probè obediens ac respondens, in Prorrh.2. (pag 92.D.) κοιλίη ξυνίσταται, aluus cogitur lib. περὶ ἐβδομάδων (p. 267. 23.) Eaque notione κοιλίη καταῤῥήγνυσθαι, aluus effundi ac perrumpere, crebrò apud Hipp. scribitur in Prorrh.& Coac. Sic ἡ κοιλίη σκληρὴ, aluus dura & adstricta, dicitur lib.de rat. vict.in morb.ac (pag.115.57. H.406.7.) & aph.25.lib.3.& κοιλίη ξυνέστηκεν, aluus densa seu adstricta, lib.de rat.vict.in morb ac (p.116.6.H.406.10.) Atq; eo significato vt sæpius ἡ κοιλίη sine addito effertur, ita & crebrò, ἡ κάτω κοιλίη, hoc est inferior venter, ponitur. ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι, qui aluum inferiorem calidam habent, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.115.51. H.405.26.) Et lib de aere, loc.& aqu.(p.282.14.) τὰς κοιλίας ἀτεράμονας ἔχειν καὶ σκληρὰς τὰς κάτω. ventrem inferiorem crudum & durum habere, hoc est, minimè lubricum. Cui etiam sæpe ἡ ἄνω κοιλίη distinctionis gratia opponitur, vt ibid. (v.15.) αἱ ἄνω κοιλίαι ὑγρότεραι, ventres superiores fluidiores dicuntur. Quo nomine veteres interdum thoracem ipsum, nonnunquam etiam ventriculum in quem cibi recipiuntur, intellexerunt. Quod scribit Gal. Com.4. in lib.de rat. vict. in morb.ac. (p.114.7.) his verbis, τούτων οὕτως εὐλόγως εἰρημένων, ἐπισκεπτέον τίνα λέγει τὴν ἄνω κοιλίαν. ἐνίοτε μὲν γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν θώρακα τὴν ἄνω κοιλίαν ὀνομάζοντες, τὸ μετὰ τὸ διάφραγμα πᾶν τῆς τροφῆς ἀγγεῖον, κάτω κοιλίαν προσαγορεύουσιν, ἐνίοτε δὲ ἄνω κοιλίαν ὀνομάζοντες, εἰς ἣν καταπίνομεν τὰ σιτία, ποτὲ μὲν τὰ μετ' αὐτὴν ἅπαντα, κοιλίαν μὲν οὖν καλοῦσι κάτω. ἐνίοτε δὲ μόνα τὰ παχέα τῶν ἐντέρων. εἰσὶ δὲ οἳ τὸ κῶλον μόνον ὀνομάζουσι τὴν κάτω κοιλίαν. His ita & non sine ratione enunciatis, videndum est quidnam inferioris ventris nomine donet. Interdum enim veteres thoracem ventris superioris nomine appellantes, quod post septum transuersum est alimenti vas vniuersum, ventrem inferiorem nominant. Interdum autem ventrem superiorem appellantes in quem cibos deglutimus, nonnunquam quidem quæ ab eo sunt omnia, ventrem tamen inferiorem vocant. Interdum quoque sola crassa intestina. Sunt etiam nonnulli qui colon solum inferiorem ventrem nominant. Quod certè iisdem verbis repetitur Commen 2. in libro de humor. sentent.37. Vbi quoque scribit Gal.

Hipp. τῆς κοιλίης nomine ventrem inferiorem, & vaſculum ſolum quod alimenta excipit, hoc eſt, ventriculum ipſum, in quo concoctiones fiunt, intellexiſſe. Cuius etiam facultates accommodata cum terra collatione aptiſſimè declarat. Sic etiam aph. 18. lib. 6. ventriculus κοιλίη dicitur, & lib. 5. Epidem. (pag. 1162. B.) κοιλίη ἄνω. ὁ Ἀρίστιππος ἐς τὴν κοιλίην ἐτοξεύθη ἄνω βίῃ χαλεπῶς. Ariſtippo in ventriculum ſagitta magna vi & grauiter impacta. Vt ipſius etiam oſculum ἡ κοιλίη ἄνω, & pars inferior, κοιλίη κάτω, vocatur aphoriſ. 29. libro 6. Epidem. ſect. 5. Κοιλίη ἄνω autem ſæpe, pro thorace ſumitur apud Hipp. vt aph. 38. lib. 7. Vbi ſcribit Gal. ἄνω κοιλίας νῦν ὀνομάζει τὴν ὑπὸ τοῦ θώρακος περιγραφομένην, ἣν ὁ πνεύμων κατείληφε, καὶ διὰ τοῦτο εἰς τοῦτον ἐκ τῆς κεφαλῆς ὁ κατάῤῥους φέρεται διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας. Superiorem ventrem nunc vocat thorace circunſcriptum, quem pulmo occupat, ideoque in hunc à capite deſtillatio per aſperam arteriam fertur. Rurſus lib. περὶ παθῶν (pag. 522. 51.) ὅταν ἐκ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ἄνω κοιλίης κατάῤῥοος γένηται τοῦ φλέγματος, quando ex capite & ſuperiore ventre pituitæ deſtillatio facta fuerit. Et rurſus ibidem (p. 523. 11.) τὸν μὲν κατάῤῥοον ἀπολαμβάνειν τὸν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ἄνω κοιλίης. deſtillationem ex capite & ſuperiore ventre intercipito. Sic lib. 1. de Morb. (p. 447. 47.) καὶ ἢν αἷμα ἐκ τρώματος ἢ φλεβὸς ῥυῇ ἐς τὴν ἄνω κοιλίην, ἀνάγκη τοῦτο πῦον γενέσθαι. Si ſanguis ex vulnere aut vena in ſuperiorem ventrem fluxerit, eum in pus verti neceſſe eſt. Rurſus ibid. (pag. 450. 24.) ὁκόσοι ἔμπυοι γίνονται τὸν πλεύμονα, ἢ τὴν ἄνω, ἢ τὴν κάτω κοιλίην. Quicunque pulmonem ſuppuratum habent, aut ſuperiorem, aut inferiorem ventrem. Et ibidem (v. 25.) ἢ φύματα ἴσχουσιν, εἴ τε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ, εἴ τε ἐν τῇ κάτω, aut tubercula, ſiue in ſuperiore, ſiue in inferiore ventre habent. Rurſusque ibid. (pag. 451. 46.) τὴν δὲ ἄνω κοιλίην ἔμπυοι γίνονται πολλαχῶς. pus autem in ſuperiore ventre multis modis colligunt. Et rurſus ibid. (v. 53.) γίνονται δὲ κατὰ τὴν ἄνω κοιλίην ἔμπυοι, καὶ ἐκ πλευρίτιδος ὁκόταν ἰσχυρὴ γένηται. Superiore autem ventre pus colligitur, etiam ex pleuritide vehementi. Atque eâ notione κοιλίη ſimpliciter quandoque ſumitur apud Hipp. pro thoracis capacitate, vt lib. 2. de Morb. (pag. 476. 37.) vbi de purulentis agitur. πολλάκις γὰρ ἐκρήγνυται ἐς τὴν κοιλίην, καὶ αὐτίκα δοκέει ῥάων εἶναι, ὅταν ἐκ στενοῦ ἐς εὐρυχωρίην ἔλθῃ. Sæpe enim pus in ventrem prorumpit, ſtatimque melius habere videtur, vbi ex anguſto loco ad ampliorem venerit. (Quòd enim illic τὴν κοιλίην, lib. 3. de Morb. (pag. 495. 48.) τὸν θώρηκα ponit, idem explanans) Rurſuſque ibid. (p. 477. 11.) ἐπὴν δὲ παντάπασι ξηρανθῇ ἡ κοιλίη. Vbi venter omnino reſiccatus fuerit, hoc eſt, thorax interior pure vacuus & eo exhauſto reſiccatus. Et lib. περὶ παθῶν (pag. 517. 35.) περὶ δὲ τῶν κατὰ κοιλίην νοσημάτων ἐνθυμέεσθαι χρὴ τάδε. De morbis qui circa ventrem contingunt, hæc conſiderare oportet. Vbi κοιλίης appellatione tum venter ſuperior, tum inferior, continetur. In his nanque morbis pleuritidem & peripneumoniam recenſet, quæ thoracis cauo locum habent. Sic lib. περὶ ἑλκῶν (pag. 870. A.) καὶ τοῖσιν ἐν κοιλίῃ τρώμασι, & in ventris vulneribus. Vbi etiam κοιλίη vtrunque ventrem complectitur, ex Gal. mente lib. 4. Meth. med. Ac vt crebrò κοιλίη inferiorem aluum in qua excrementa continentur, ſignificat Hip. ſic interdum hæc dictio prætermiſſa facilè ſubauditur. Vt lib. 4. Epid. (pag. 1129. B.) καὶ ἢν ὑγρὴ ᾖ ἢ σκληρή. etiam ſi aluus lubrica ſit aut dura. Et κοιλίη interdum pro alui recremento ſumitur. Lib. 4. Epid. (p. ib. C.) οὔρησις καὶ κοιλίη μετρίως ἄχροος. lotium & alui recrementum modicè decoloratum fuit. Κοιλίης quoque vox de omni corporis cauitate in profundo ſita dicitur apud Hippoc. aph. 20. lib. 6. Vbi ſcribit Gal. κοιλίην abſque articulo quoſdam ſcribere, omnem corporis cauitatem intelligere volentes. Quibus ex verbis coniiciunt nonnulli apud Hippoc. κοιλίην cum de ventre, tum ſuperiore, tum inferiore ſcribitur, non ſine articulo præpoſitiuo efferri. Quod tamen non vſquequaque perpetuum eſſe, exempla nobis ſupra propoſita ſatis confirmant. Rurſus lib. 2. περὶ γυναικ. [p. 606. 30.] καὶ νευρώδει τῇ κοιλίῃ. Vbi vterum ipſum ἁπαλὸν ἐόντα, καὶ εὐεπαίσθητον, καὶ νευρώδη κοιλίην vocat Hippoc. hoc eſt, mollem, ſubtili ſenſu præditum, & neruoſam cauitatem. Ac rurſus aph. 15. lib. 1. κοιλίαι omnes inſignes viſcerum cauitates aut capacitates, nimirum ventriculi, iecoris, thoracis, cerebri, potiſſimùm verò alui ſeu ventris inferioris, qui abdomine continetur, eſtque concoctionis penus, intelligimus. Quod etiam Philoth. teſtatur his verbis. κοιλίας λέγει τὴν ὑποδοχὴν καὶ πᾶσαν κοιλότητα ἐν βάθει κειμένην, οἷον ἐγκεφάλου, καρδίας, ἥπατος καὶ τῶν ἄλλων. Ventres dicit, cibi receptaculum, omnemq; cauitatem in profundo ſitam, vtpote cerebri, cordis, iecoris, & aliorum viſcerum. Et lib. de aëre, loc. & aq. [p. 281. 20.] κοιλίαι cauitates ſingularum partium internæ dicuntur, ἅμα γὰρ τῇσιν ὥρῃσι καὶ αἱ κοιλίαι μεταβάλλουσι τοῖσιν ἀνθρώποισι. Vna enim cum temporibus etiam hominum ventres mutantur. Huiuſmodi verò cauitates plures & variæ in corpore ponuntur, aut in quauis parte quæ carnem in orbem circumſitam habet, lib. περὶ τέχνης [pag. 6. 20.] Apud Erot. κοιλίη exponitur πᾶσα ἡ ὑπὸ τὸ διάφραγμα εὐρυχωρία, καὶ ἡ τοῦ θώρακος δὲ ἐνίοτε. καὶ ἡ γαστὴρ αὐτή, καὶ ἡ τῶν ἑλκῶν κοιλότης. hoc eſt, omnis poſt ſeptum tranſuerſum capacitas, interdum vero etiam thoracis cauitas, & venter ipſe, ac vlcerum cauitas. Quæ certe poſtrema verba valde mihi ſuſpecta ſunt. Neque enim κοιλίην pro vlcerum cauitate apud Hip. adhuc me legere memini. Ac pro τῶν ἑλκῶν, τῶν ἐντέρων, lubentius reponam, vt internæ viſcerum capacitates indicentur. Eidem etiam κοιλίη πυρετώδης, ἡ θερμοτάτη exponitur, h. e. venter calidiſſimus, nimirum (vt opinor) locum lib. de aëre, loc. & aq. (p. 286. 23. 24.) ſubindicando. Et rurſus κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτρώδης, ἀντὶ τοῦ λαμπρὰ καὶ στίλβουσα, h. e. alui perturbatio ſuccino ſimilis, pro ſplendicante & relucente, ex lib. 4. Epid. (p. 1135. H.) vt ſupra ſcripſimus, τὰ περὶ τὴν κοιλίην intelliguntur Hip. aph. 22. lib. 7. omnia quæ ventre inferiore continentur, non ventriculus tantùm, aut vna ventris pars, verùm quæ eius cauitate comprehenduntur omnia vt etiam ſcribit Philotheus his verbis, καὶ ἔστιν ὁ λόγος οὐ μόνον ἐπὶ τῆς ὑποδόχου κοιλίας ἁρμόδιος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παντὸς μορίου. Hic ſermo non ſolùm ventriculo, qui cibi eſt receptaculum, ſed & toti parti, h. e. omnibus quæ ventre inferiore continentur, competit. Qua notione etiam τὰ περὶ τὴν κοιλίην dicuntur aph. 26. lib. eiuſd. Hinc κοιλιακοὶ vocantur qui ventriculi aut inteſtinorum imbecillitate laborant, quos ventriculoſos Aurel. appellat cap. 3. lib. Tard. Paſſ. vt & ventriculoſam paſſionem τὴν τῶν κοιλιακῶν διάθεσιν, ventriculationem verò cap. 17. lib. 3. Acut.

Κοινολογίη eſt medicorum concilium, collocutio ac communis conſideratio, quæ fit pluribus medicis conuocatis, ad cognitionem de morbo inquirendam, ἐν παραγγελίῃσι (p. 27. 35.) vbi iubet ἑτέρους εἰσάγειν ἕνεκα τοῦ ἐκ κοινολογίης ἱστορῆσαι τὰ περὶ τὸν νοσέοντα, καὶ συνέργους γενέσθαι εἰς εὐπορίην βοηθήσιος, cæteros conuocare, vt communi conſilio de morbo cognitio exerceatur, illiq; ad præſidij facultatẽ ſuam opem conferant. Hanc κοινολογίην συλλογισμὸν appellare videtur Hip. li. περὶ εὐσχημοσ. (p. 24. 38.)

Κοίτη cubile ſignificat, lectum ac fulcrum, vt aph. 19. ſect. 4. lib. 6. Epid. κοίτη ἐν ψύχει, cubile in aëre frigido, vbi non ſolùm lectũ in aëre frigido ſitum aut cubile indicat, verumetiam omnia quæ corpus refrigerare poſſunt, vt lintea, velamina, ſtragula, quæ ex linteis craſſioribus & attritis fiunt. Item olea & vnguenta quæ refrigerandi & adſtringendi vi ſunt prædita, vt ſcribit Gal. in Com. Sic κοίτη etiam ſumitur aph. 27. ſect. 8. lib. 6. Epid. neque tantùm cubile aut lectum, ſed & manſionem aut habitationem ſignificat. Hinc κοιτωνίτης cubicularius dicitur & qui cubiculo præeſt, apud Gal. li. περὶ τοῦ προγινώσκειν (p. 455. 8.) quem, qui Atticiſmum ſequuntur, σωματοφύλακα vocãt.

Κόκκαλος nucem pineam antiquis ſignificat, quæ & κῶνος & στρόβιλος dicitur, vt ſcribit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 106. 10. H. 401. 46.) ὁ μὲν γὰρ κόκκαλος ὑπ' αὐτοῦ λελεγμένος, οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κῶνος μᾶλλον ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν ὀνομάζεται, καθάπερ ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν σχεδὸν ἁπάντων στρόβιλος. Coccalos enim ab eo dictus, non ſic, ſed potiùs conos ab antiquis nominatur, quemadmodum à recentioribus medicis propemodum omnibus στρόβιλος. Eo autem vtitur Hip. cum melle ad ecleigma parandum in pleuritide (ibid.) κόκκαλος καὶ σμύρνα ἐκλεικτόν, hoc eſt, nucis pineæ nucleus & myrrha in ecligmate exhibentur. Quem locum exprimere mihi videtur Erot. cùm apud eum κόκκαλος ὁ στρόβιλος exponitur. Et eum quoque mihi adumbrare videtur Cæl. Aurel. cùm cap. 18. lib. 2. Acut. in Pleuritide, vitellum oui aſſati nucleis recentibus contritum atque decocto melli admixtum, ad ſputum prouocandum exhibet. Rurſus quoque Hippoc. lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 107. 54. H. 402. 37.) περιπνευμονίης ἐκλεικτὸν [ſcribit] κόκκαλον, χαλβάνην ἐν μέλιτι ἀττικῷ. Peripneumoniæ ecligma, galbanum & nucleum pineum ex melle Attico. Quò procul omni dubio reſpexiſſe mihi videtur Gal. in Exeg. ſcribens, κόκκαλον, οἱ μὲν πλεῖστοι τὸν πυρῆνα τοῦ στροβίλου. Διοσκουρίδης δὲ τὸν κνίδιον κόκκον, ὑποκοριστικῶς. hoc eſt, κόκκαλον plerique nucleum nucis pineæ accipiunt. Dioſcorides verò apud Hipp. diminutiuè granum cnidium intelligi contendit. Quomodo etiam mihi accepiſſe videtur Aurel. in Peripneumoniam cap. 29. lib. 2. Acut. cùm ſcribit hunc locum Hippoc. ſubindicans. Hippoc. verò libro regulari, quem diæteticum vocauit, Peripneumoniæ inquit remedium aprandum ex cocco, atque galbano, atque Attico melle;

vel

vel abrotano, ex aceto mulso atque pipere admixto, & helleboro nigro, nisi si pro cocco, coccalo, illic legendum videatur. Κόκκαλος etiam exponitur Hesych. ῥόμβος, στρόβιλος, πεύκη. Sed vitiosè κόγκαλος in nostris exemplaribus legitur. Hi autem nucis pineæ nuclei dicuntur Dioscor. πιτυΐδες cap.88.lib.1.& à Mnesitheo apud Athen.lib.2. ὀστρακίδες, sic etiam πιτυΐνοι καρποὶ & πιτυΐνα κάρυα ex Alexandro Myndio & Diocle Carystio.

Κόκκος granum quoduis in genere significat, sed sæpe Hipp. granum cnidium, idque per se & sine addito positum, vt scribit Gal. in Exeg. velut li.1. περὶ γυναικ. (p.632.25.& 54.) κόκκον δ᾽ ὕσται κεταπίνειν. granum cnidium deuorandum exhibeto. Qua etiam notione κόκκοι crebrò dicuntur Hipp. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.605.39.) κόκκους ὀκλάψας, grana cnidia decorticata. Quod etiam repetit ibidem (pag.631.43.) & lib.2. (pag.660.1.

Κόκκωνες dicuntur grana & acini mali punici. Hesych. κόκκωνες exponuntur οἱ κόκκοι τῆς ῥοιᾶς, ἢ ὅθεν ἰξός, grana mali punici & vnde viscum fit. Dicuntur etiam κόκκοι τῆς ῥοιᾶς grana mali punici Dioscor. libro 4. Ex eoque κοκκίζειν deducitur & κοκκίσαι. Vnde κοκκίσαι ῥοὰς apud Aristoph. dicitur malum punicum suis granis spoliare & eruere, aut grana è malo punico eximere. Κόκκωνα Gal. in Exegesi exponit, κόκκον τὸν κοινῶς ὀνομαζόμενον, οὐ τὸν κνίδιον, ἢ αὐτὸν ὅτι κόκκον αὐτὸ προσθήκης ὀνομάζει, h. e. granum aut acinum communiter dictum, non granum cnidium, quod etiam ipsum interdum sine adiunctione κόκκον vocat Hipp. κόκκωνα autem vsurpat Hipp. libro 1. περὶ γυναικ. (pag 606.9.) συμμίσγειν σκόροδα ἢ κράμβην κόκκωνά τι, allium & brassicam, granaque mali punici ammiscere. Sic enim Cornarius vertit, cùm tamen granum cnidium, aut Thymelææ grana accipiat Cordæus, quòd de suppressa lochiorum purgatione agatur. Vbi tamen κόκκονα per ο, habent omnia exemplaria mendosè, vt satis patet ex Gal. qui haud dubiè hunc locum subindicat.

Κολάσαι est castigare, auferre, temperare. κωλῦσαι ἢ πεπανῶσαι, quod est inuertere & supprimere exponit Gal. Com 3. in libro de rat. vict. in morb ac. (p.80.4.H.394.6.) cùm scribit τὸ ὄξος τὸ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάσαι, hoc est acetum quod in melle biliosum est castigare, hoc est, auferre, & temperare, vbi ab Hipp. scribitur, τὸ γὰρ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάζεται, hoc est, acetum mulsum quod parum acre est, quod in melle biliosum est, castigat aut temperat, frenat, reprimit, coercet, & moderatur.

Κόλλιξ ἢ κόλιξ, vt scribit Aristoph. Schol. est εἶδος ἄρτου περιφεροῦς, panis cuiusdam rotundi species, κόλλαβον alij vocant, vt scribit Athen. lib.3. ex Archestr. Annotatur ex Corintho κόλλιξ εἶδος ἄρτου περιφεροῦς, ὡς οὗ καὶ τὰ παρ᾽ ἡμῖν κολλίκια. κόλλικας Gal. in Exeg. apud Hipp. τὰς τροχίσκους exponit, & scribit ἐπὶ τῶν σμικρῶν ἀρτίσκων dici Aristoph. in Acharnens. ex eaque comœdia κολλικοφάγε Βοιώτιε adducit, cùm tamen passim legatur apud Aristoph. κολλικοφάγε Βοιωτίδιον. Κόλλιγας quoque Paulus Aegin. cap.17. li.1. pro pastillis aut trochiscis sumit. Erot. verò κόλλικας σφίσκων εἶδος ὡς πλακουντῶν significant. Ideoque Aristoph. locum adducit, sed in codicibus nostris vitiosè adscriptum. κολλιγάγε enim pro κολλικοφάγε passim legitur. Idem quoque scribit nonnullis κόλλικας τὰ ἰτρία significare. Sed ἰτρία malim vt liba indicentur, κόλλικας etiam ἢ ἄρτους, ἢ ὑπὲρ apud Aristoph. in Ranis exponit Schol. κόλλικας scribit Varinus esse παρὰ τοῖς Ἱπποκράτει τοὺς τροχίσκους, ἢ τὰ μικρὰ ἀρτίδια. Hanc autem dictionem vsurpat Hip. lib.2. Epid. sect.6. (pag.1056.F.) ad conceptum, κόλλικας ποιοῦντα, vbi pastillos vertimus. Idem quoque lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 545. 11.) εἶτα πλάσαι κόλλικας ἑξήκοντα, deinde pastillos sexaginta effingito. Quibus in locis passim κόλλυκας per υ scribitur, verùm vitiosè, vt opinor. Vt ferè augurer apud Erot. κόλλικας pro κόλλικας scribendum esse, quemadmodum scribitur in Exeg. apud Gal.

Κολλύριον ἢ κολλύρειον, Collyrium, medicamentum longum, rotundum, & in oblongam formam compactum cohærensque, ex succis, liquoribus, seminibus, fructibus & metallicis compositum, quod in vsum asseruabatur. Eo vtebantur intrò penitiùs immisso, vt in vulneribus aut fistulis, aut in sedis & vteri morbis, ad instar glandis aut pessi. Latinis Collyrium dicitur, vt Celso sæpe, qui fistularum collyria celebrat Gal. quoque, lib.3. κατὰ τόπους (pag. 201. 49.) ad narium affectus ex medicamentis contusis & læuigatis collyriorum formas effingi præcipit, quæ in narium meatus immittantur. Atque ibidem (v.57.) τὸ ἐκ τῶν ῥοιῶν, Collyrium ex malis punicis ad narium polypos commemorat. Rursus ibidem (pag. 188. 55.) collyria διὰ γλαυκίου & διὰ κρόκου auribus instillata celebrantur. Et collyria διάχριστα ἢ διάχυτα, & τὰ τοῦ Νείλου. Damocratis quoque ex myrrha, (pag. 189.2.3.) Rursus ibidem (pagina 196.2.) ex Apollonio κολλύριον βάλανοειδὲς in aures immittuntur ad surditatem curandam, vt & collyrium ex nitro, ficu & sinapi, per Archig. ibidem (v.43.) Sunt & oculis dicata collyria Libiana, Cygni, lib.4. κατὰ τόπους (pag.204.55.) Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (pag 609 44.) τῶν μητρέων κολλύρεια, ad vteros collyria effingenda præcipit, vbi dolor est à partu, ex amygdalis amaris tritis, oleæ teneris foliis, aniso, irione, origano & nitro. Hæc simul mixta & trita in vterorum collyria efformantur. De collyriis autem multa appositissimè Gorrh.

Κολοκυνθίδα ἀγρίην, τὴν κολοκυνθίδα exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. cucurbitam agrestem quæ colocynthis dicitur etiam Plinio. Eam autem vsurpat Hippocr lib.1. περὶ γυναικ. (p.621. 8. & (pag. 626. 47.) Verùm κολοκυνθίδα ἀγρίας passim legitur, velut Athen. Atticos tantùm κολοκυνθίδα dicere scribit.

Κόλπος sinus dicitur, vbi in medio carnosarum partium humor cum sanguinis affluxu consistit & putrescit, eaque pars os ad exitum habet, Gal. Com.2. in lib κατ᾽ ἰητρεῖον (pag. 686.6.) Rursus lib. de tumor. præter nat. (pag 355.11.) ὅταν ἀποδέρη τὰ σώματα τὸ πύον, ἀποσχίσῃ τε καὶ διαστήσῃ τῶν ὑποκειμένων τὰ ἐπικείμενα, κἄπειτα κενωθέντος αὐτοῦ κατ᾽ ὁντιναοῦν τρόπον ἀδυνατῇ τὰ διαστάντα τὴν ἀρχαίαν ἀπολαβεῖν κατάστασιν, ὀνομάζεται τὸ πάθος κόλπος. Cùm pus corpora excoriat, abducitque & diducit ipsa continentia à subiectis partibus, deinde euacuato quoquo modo pure, quę distant pristinam constitutionem recipere nequeunt, hic affectus sinus nominatur. Ac rursus lib.2. ad Glauc. (p.216. 59.) ὅταν ἐπὶ πλέον ἀκόλλητον ᾖ τὸ δέρμα τοῖς ὑποκειμένοις σώμασι, κόλπον ὀνομάζουσι τὸ τοιοῦτον πάθος. Cùm longo tempore cum subiectis partibus cutis agglutinari nequiuerit, huiusmodi affectum sinum nominant.

Κόμμι gummi significat, & simpliciter positum gummi Arabicum denotat, eoque vtitur Hipp. libro de art. (pag.607.10 H.802. 35.) ἢ κόμμι πάνυ ὀλίγον ἐς ταῦτα μίσγειν. aut gummi parum ad hunc modum immiscendum.

Κομψεύεσθαι est sese venditare, ostentui esse, ostentationem affectare, aut ostentationi seruire, eaque delectari. Id exponit Gal. χαρίεντως τι πανουργεῖν, ad venustatem aut scitè aliquid facere. & Atticos scribit κομψεύεσθαι dicere, quod est venustè aut eleganter & industriè aliquid facere. Qua notione κομψευόμενος dicitur Hipp. qui venustè aliquid & cum ostentatione facit. Ibidem (v.45.H.832.G.) ὅστις γε τοῖσι τοιούτοισιν ἤδη κομψευόμενος, si quis huiusmodi ostentationem affectet, aut si quis ista venustè & eleganter factitet, aut huiusmodi industriam affectet, eaque sese iactabundè venditet. Quem etiam locum non absurdè mihi subindicare videtur Erot. cui κομψευόμενος πανουργευόμενος exponitur, hoc est, industriè & vafrè agens, ἐπεὶ καὶ οἱ Ἀττικοὶ τὴν πανουργίαν κομψείαν καλοῦσι, καὶ τὸ στρεβλὸν κομψὸν ὡς καὶ Εὐριπίδης. quandoquidè & Attici vafrā industriā κομψείαν vocant, & versutum κομψὸν, vt Euripides. Quin & Aristophan. Schol. ἐν ἱππεῦσι κομψοὺς δεινοὺς καὶ πανούργους exponit, quoniam antiquis κομψοὶ οἱ πανοῦργοι dicebantur. Et κομψὸς Hesych. inter alia significata πανοῦργος exponitur, vafer, solers, industrius. Et κομψεύεται, κολακεύει, σεμνύνεται, πιθανολογεῖ.

Κονδῖτον, conditum, vinum est cum aromatibus sacco percolatum, quod faciebant veteres ad vinorum commendationem. Alij œnomeli & mulsum, aut vinum mixtum esse credunt. Eo vtitur Gal. lib. περὶ εὐπορίστων (pag.482.50.51.& 52.) Ibidem etiam Gal. συγκεραστὸν vsurpat, conditum seu mulsum intelligens. (p. 484.5.) Eo etiam vtitur Moschion cap.125. lib. περὶ γυναικείων. Aurel. quoque cap. 1. lib. 5. Tard. Pass. conditum ex Diocle vsurpat & Latinis plerisque mulsum vocari scribit.

Κόνδυλος, tuberculum, nodus articuli in digitis formam præ se ferens. De dentis tuberculo ponitur lib.4 Epid. (pag.1125.H.) ἐν μέσῳ μὲν κόνδυλον εἶχεν. in medio quidem tuberculum habebat. Rursus ibidem (pag. 1131. E.) ὁ ἔσχατος εἶχεν εἴσω τοῦ οὔλου δύο κονδύλους, extremus supra ad gingiuam duo tubercula habebat. Hinc κονδύλωμα est tuberculosa & callosa carnis excrescentia in ano, vteri osculo, interdum etiam in manuum ac pedum digitis coalescens κονδυλώματα similia hæmorrhoidis tubercula vocat Aurel. cap.11. lib.2. Tard. Pass. Celsus cap.18. lib. 6. κονδύλωμα tuberculum vocat quod ex quadam inflammatione nasci solet. Authori verò Definit. Med. (pag.401.23.) κονδύλωμά ἐστι ἐπανάστασις ἐν ἕδρᾳ [illegible] μετὰ φλεγμονῆς, est extuberatio quæ in ani parte rugosa cum inflammatione excitatur. κονδυλώδης αἱμοῤῥοῒς dicitur vena sanguine fluens tuberosa, aut tuberculosam quandam habens eminentiam, lib. de Hæmorrhoid. (pag 893.B.) & hæmorrhois intelligitur quæ callosam habet eminentiam & tuberculosam, carneo quodam tegumento vallatam. Interdumque κονδυλώδης simpl. dicitur (ibid. F.) vt hæmorrhois indicetur quæ tuberosam habet eminentiam, & ab ea quæ mori fructum refert distinguatur.

Κονία lixiuium interdum aut cinerem significat, interdum etiam calcem. κονία στακτὴ lixiuium dicitur, quod ex loto & excolato cinere fit, aqua videlicet infusa perstillante, vnde etiam στακτὴ vocatur. Gal. lib. 1. κτ̃ τόπ. (pag. 164. 11.) κονίαν στακτὴν & lixiuium liquidum quòd vstoriam habeat caliditatem, & substantiam tenuium partium existentem, depilandis corporis partibus adhibet. Hinc κονιώδεα οὖρα sunt vrinæ lixiuio similes, hoc est colore rufo saturatæ, quæ viscerum impuritatem testantur, Coac. (pag. 213. G.) Intelligi etiam possunt vrinæ cineritiæ aut puluerulentæ, ac veluti calce perfusæ & exalbescentes, quales quæ insignes obstructiones ex pituitæ crassæ copia testantur. Est & κονίαμα parietis incrustatio ac tectorium, aut opus albarium, quo parietes calce aut gypso dealbati inducuntur, & pro pariete albario opere illito ac dealbato sumi potest lib. 7. Epid. (pag. 1212. F.) καὶ τῇ χειρὶ ἔβην ὅτι ἐπορέγετο πρὸς τὸ κονίαμα. Interdum etiam manum ad parietis tectorium extendebat, porrigebat.

Κοπιάσαι cessasse, quieuisse, & de calore febrili dicitur qui aliquantulum remiserat, lib. 7. Epid. (pag. 1207. D.) ἐδόκει δὲ κοπιάσαι ὀλίγον χρόνον, ὡς δόξαι ἐπιθερμαίνειν. Videbatur autem modico tempore quieuisse, ita vt sibi incalescere videretur.

Κόπος lassitudo, dispositionis nomen est quæ relinquitur in corporibus ex immoderato motu. Est & αὐτόματος κόπος lassitudo spontanea, huiusmodi dispositio quæ sine motu contingit, vt aph. 5 lib. 2. Vbi scribit Galenus, οὐ τὸ ἐκ τῶν κινήσεων ἀμετρίας ἐγγινόμενόν ἐστιν ὁ κόπος, ἀλλὰ τὸ ἐγγινόμενον διαθέσεως ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν. οὐ γινομένων γὰρ μνημονεύει κόπων, ἀλλὰ τῶν αὐτομάτων. ὅταν οὖν ἄνευ κινήσεως τοιαύτη γένηται διάθεσις, οὐ κόπος ἁπλῶς, ἀλλὰ κόπος αὐτόματος ὀνομάζεται. κόπος nō est nomē immoderatę motionis, verùm ingeneratę in animalium corporibus affectionis Neque enim lassitudinū ex motu cōtractarum meminit, sed earū quę sponte cōtingunt. Cùm igitur absque motu talis contingit affectio, non absolutè lassitudo, sed spontanea lassitudo nominatur. Rursus Com. ad aph. 31. lib. 4 ἐρρέθη πρὸς καὶ πρόσθεν ὡς τῶν κόπων ἐνίοι μὲν ἐπὶ κινήσεσι γίγνονται πολλαῖς, οἵπερ ἁπλῶς τε καὶ κυρίως ὀνομάζονται κόποι. τινὲς δὲ ἐπὶ πολλαῖς, οὔτε σφοδραῖς κινήσεσι κινηθέντες, εἰώθασι γίγνεσθαι κοπώδεις. τοὺς τοιούτους οὖν κόπους οὐχ ἁπλῶς κόπους, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσι κόπους αὐτομάτους. Lassitudines quasdam ob multos quidem motus fieri supra iam dictum est, quæ absolutè & propriè lassitudines nominantur. Quidam etiam neque multis, neque vehementibus vsi motionibus, lassitudines sentire consueuerunt. Huiusmodi igitur lassitudines, non absolutè lassitudines, sed cum adiectione lassitudines spontaneas nominant. Κόποι verò non solùm lassitudines, verumetiam interdum labores & vehementiores motus indicant, vt aph. 11. lib. 6. Epid. sect. 1. διότι ἴσως τι ἐκ κόπων εἰς ἄρθρα ἀπέστη. atque ideo fortassis quòd ex lassitudinibus aut laboribus aliquid in articulos abscessit. Hinc κοπώδεες πυρετοὶ dicuntur H pp. Prorrh. (pag. 214. 18. H. 80. A.) & aph. 31. lib. 4. & 73. eiusdem lib. febres laboriosæ, & quæ ex vehementibus motionibus excitatæ lassitudinis sensum inuehunt, interdum verò quæ sponte lassitudinis sensum inferentes, exoriuntur, vt exponit Gal. Com. 2. in lib. 6. Epid (pag. 464. 54. 1169. G.) Quanquam eas ibidem dici mauult, quæ ex motibus & laboribus externis oriuntur (pag. 465. 18.) κοπώδεις etiam sæpe dicuntur, vt aph. 16. sect. 2. lib. 6. Epid. & aph. 11. sect. 7. κοπώδεες βῆχες & πυρετοί, febres & tusses lassitudinis sensum inducentes. Sic quoque κοπώδεις dicuntur ægri, qui lassitudinis sensum habent in Prorrh. (p. 182. 15. H. 70. C.) & κοπώδεις lassitudinis sensum habentes vertit Celsus cap. 7. lib. 2. ex aph. 31. lib 4. Qui sæpè quoque κοπιῶντες scribuntur, vt Coac. (pag 146. G. & pag 222. B.) Et κοπιώδεα τρόπον πόνου, labores perinde ac ex lassitudine, dixit Hippocr. ægr. 6. lib. 1. Epidem.

Κόπρος, ἢ κόπριον, ἢ κόπρανον, stercus significat, & est primæ concoctionis excrementum siccum. κόπρανα παλαιά, stercora vetusta, indurata & resiccata, velut conglobata & teretia, qualia σπυραθώδεα dicuntur. In Coac. (pag. 152. E.) vbi publicata exemplaria κόπρανα, scripta verò κόπρια legunt. Hinc κοπριῶδες διαχώρημα, stercorosum alui recrementum, ibid. (pag. 217. B.) & κοπρώδεα διαχωρήματα, stercoracea alui excrementa (ibid. 218. H.) κοπρημετεῖ qui stercus vomitione reddunt libr. 2 Epid. (p. 1008. F.) Κοπρίων μελικηρίων, τῶν ἀποπιεσμάτων τοῦ κηροῦ, h. e. recrementorum ab expressis fauis reliquorum, exponit Gal. in Exeg. apud Hip. additque quosdam κηρίων pro κοπρίων scribere.

Κοπτὸν aut κοπτὴ dicitur pharmacum in placentulæ formam contundendo redactum, ita dictum quòd non coquatur sed contundatur, non longè abhorrens à pasta regia, quam martium panem vocant. Vtitur Diosc. lib. 2. cap. 125. de lino, αὐτὸ κοπτὸν πολὺ λαμβανόμενον, si pro placenta largius assumatur. Aëtius lib. 1. tetrab. 4. cap. 12. κοπτὴν διὰ τῶν ἀμυγδάλων μετρίως σφυγμῶν. Et κοπταὶ σησαμίδες, placentæ ex sesamo apud Artemid. lib. 1. cap. 74. Apud Athen. lib. 14. κοπταὶ inter secundas mensas & tragemata reponuntur. κοπτάριον autem placentula ex materia contusa diminutiuè dicitur, qualia sunt κοπτάρια βηχικὰ apud Medicos, & quale κοπτάριον ad tussientes describit ex Asclep. Gal. lib. 7. κτ̃ τόπ. (pag. 264. 33.) vbi tamen vitiosè κυπτάριον scribitur. Sunt & κοπτάρια κοιλίας μαλακτικὰ ex cnico Dioscor. lib. 4. cap. 140. offulæ quas placentulas vocant, ad emolliendam aluum. Martialis quoque in Apophor. coptæ Rhodiæ meminit his verbis: Peccantis famuli pugno ne percute dentes, Clara Rhodus coptam, quam tibi misit, edat.

Κορδίνημα, vide σκορδίνημα postea.

Κόρη, puella, virgo, quæ nondum nupsit, aph. 4. sect. 4. lib. 6. Epid. ἡ ἀγήνορος κόρη μὲν ἑώρα. Agesij filia adhuc puella. Cui etiam postea opponitur, γυνὴ δὲ γινομένη, mulier verò effecta. Sic Coac. (p. 206. H.) ταῖς κόραις eas quæ vterum gerunt opponit Hipp. ὅσαι κόρησιν ὀρθοπνοίη συμβαίνει, ἐν τῇσιν ἐπιφέρουσι πτύελα ἐκπυοῦνται. Quæ puellæ erecta ceruice spirandi difficultate vexantur, iis vterum ferentibus mammæ pus colligunt. Est & κόρος, puella, filia, domestica famula, aphorism. 28. sect. 8 lib 6. Epid. ἡ Ἱπποθόου ἡ κόρη. Hypothoi filia. κόρη etiam pupilla dicitur, & media iridis in oculo pars, per quam visus peragitur. Sic enim Author. Isag. definitur (pag 375. vers. 59.) Et Rufo Ephesio ἐν τῷ περὶ τῶν ἀνθρώπου μορ. τὸ μὲν ἐν μέσῳ βλεπόμενον, ὄψις καὶ κόρη, hoc est, quod quidem in oculi medio cernitur, pupilla aut visio, nuncupatur Prorrhet. 2. (pag. 102. C.) ἢν γὰρ δάκρυον χωρῇ θερμὸν καὶ ἁλμυρὸν, κίνδυνος τῇ τε κόρῃ ἑλκωθῆναι, καὶ τοῖσι βλεφάροισιν. Nam si lachryma calida & salsa profluit, in pupilla & palpebris exulcerationis periculum est. Rursus quoque (ibid. G.) αἱ δὲ κόραι γλαυκώδεαι, ἢ ἀργυροειδέες γινόμεναι, ἢ κυάνεαι, οὐδὲν χρηστόν. Pupillæ quoque cæsium aut argenteum aut ceruleum colorem nactæ, improbandæ sunt. Κόρην etiam apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. τὴν πόαν ἥ τις καὶ ὑπερικὸν ὀνομάζεται, herbam quæ hypericum nominatur. Additque ἔχειν δὲ καρπὸν κορίῳ ὅμοιον, habere fructum coriandro similem. Sic autem potius quidam scribunt, quàm κόρην, vt & κόρος potius quàm κορὸς, τὰ ἀπὸ κλάδων προσφυόμενα, τὰ νέα βλαστήματα, exponit Gal. apud Hipp. è ramis adnata & noua germina. κόρος, νέα βλαστήματα, exponitur Hesych. nouellum germen, & κλάδος Sudæ. Est & κόρος ὑποχονδρίου, hypochondrij satietas, cibi repletio, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 101. 54. H. 400. 8.) ἢ ἔχει τινὰ σκολιότητα ὁ κόρος, si obliquitatem aut satietatem habeant. Quod de cibi repletione explicat Gal his verbis: ὁ κόρος ἔχει φησί, τοῦτο δὲ μοι δοκεῖ, τὸ πλήρωμα τῶν σιτίων εἶναι. Potest etiam accipi de renitentia in tumore præter naturam.

Κόρυζα grauedo Latinis dicitur, cùm in nares è cerebro tenuis & crudus humor defluit. Gal. comm. 2. in Progn. (pag. 145. 1. H. 41. 25.) τὸ διὰ τῶν ῥινῶν ἐκκενούμενον ὑγρὸν λεπτὸν καὶ ἄπεπτον, ὀνομάζειν εἰώθασι κόρυζαν πάντες οἱ παλαιοὶ ἰατροὶ, καθάπερ τὸ δι' ὑπερώας κατάρρουν. Humorem tenuem & incoctum, qui per nares excernitur, veteres medici κόρυζαν hoc est grauedinem nominare solent, quemadmodum eum qui per palatum secernitur, κατάρρουν, hoc est, defluxionem. Idem lib. 6. de sympt. caus. (pag. 247. 7.) κόρυζαν dici scribit ὅταν δι' αὐτὸ τὸ περίττωμα εἰς τὰς ῥῖνας καταφέρηται, vbi quod in cerebro superuacaneum est, in nares defluit. Celsus cap. 2. libr. 4. Aliud autem (quamuis non multum distans) malum, grauedo est. Hæc nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam mouet, sub eadem salsa est saliua, sonant aures, venæ mouentur in capite, turbida vrina est. Hæc omnia κορύζας Hipp. nominat. Nunc video apud Græcos in grauedine hoc nomen seruari. κορύζας ex aphorism. 20. lib. 3. grauedines vertit Celsus cap. 1. l. br. 2. Cæl. Aurel, cap. 17. lib. 2. acut. catarrhum ad nares κόρυζαν vocat, & catarrhum qui ad nares fertur. Κορυζώδεις ἀπὸ κεφαλῆς, qui grauedine capitis laborant, lib. 6. Epid. sect. 2. aphorism. 32. Et rursus κορυζώδεις ἀπὸ κεφαλῆς καὶ βραγχώδεις, aphorism. 6. sect. 3. lib 6. Epid. qui ex capitis grauedine & raucedine laborant. Sic autem dicuntur Hipp. qui ex propria capitis imbecillitate, grauedine aut destillatione in guttur & arteriam laborant, non autem ex aliis causis externis, vt frigore, sole, æstu.

Κώρυκος aut κωρυκομαχίη quid sit fusissimè docet Hieronym. Mercur. lib. 2. artis gymnasticæ cap. 4. κωρυκομαχίη autem est pilæ cuiusdam lusus, follem quidam malè vertunt, de ea agitur apud Hipp. lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 364. 16.) & libr. 3. (pag 372. 39.) & (pag. 374. 3.) vbi tamen κωρυκομαχίη semper legitur, vt & κώρυκος Athen. & Sudæ. Et κωρυκίδιον exponitur Hesych. ἀρμάτιον κοίλωμα ὅπερ οἱ τοξεύοντες ἐνανόμῳ τίχει ἐπιβάλλουσιν. κώρυκος etiam eidem exponitur θυλάκιον ἢ πήρα, sacculus aut marsupium, Sudæ ὁ θύλακος, saccus. Cælius Aurel. cap. 9. lib. 5. card.

tard. pass. κορυνομαχίαν volutationem in palæstra varia vocat.

Κορυφὴ capitis vertex dicitur, pars capitis summa, media inter occipitij & brechmatis ossa, vbi capillus in dextram aut sinistram vertitur. κορυφὴ est Rufo Ephes. τὸ ἐν μέσῳ καθ' ὃ δὴ μάλιστα εἱλοῦνται αἱ τρίχες. Polluci etiam μεσόκρανον dicitur, & τὸ τοῦ κρανίου ἔγκοιλον, nimirum medium cranium, & ea capitis pars quæ in gibbum curuari incipit, suturaque Lambdoeide, & eius additamentis distinguitur. Sic Hipp. libr. de cap. vulner. (p. 445. 45. 897. E.) τὸ ὀστέον τῆς κορυφῆς vocat os quod ad verticem est, & os occipitis intelligitur, vbi sutura Lambdoeides in posteriorem capitis partem defertur. Quod valentissimum & robustissimum in vniuersa caluaria esse dicit. Hinc κορυφώδεα φύματα vocantur tubercula fastigiata, turbinata, in turbinem gracilescentia, & quæ in fastigium vergunt, aph. 12. sect. 1. lib. 6. Epid. εἰς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα ἢ ἀποκορυφούμενα, h. e. in acutum fastigiata & turbinata, in acutum tendentia & elata, dicuntur in Progn. Κορυφώδεως Gal. apud Hip. in Exeg. exponit τῆς κορυφῆς τῆς πρὸς τὸν ὀμφαλὸν συναγωγῆς, apicum eius quæ est ad vmbilicum collectionis. Etsi non parum mihi suspecta est illa lectio.

Κορώνη cornix, sic vocatur acuta ossis eminentia aut processus, ad similitudinem rostri cornicis. Lib. de art. (pag. 598. 49 H. 794. F.) acutum cubiti processum aut eminentiam, κορώνην vocat Hipp. κορωνὸν verò ibidem (pag. 199. 40. H. 797. B.) apophysin aut acutam maxillæ inferioris productionem quæ tendonem à temporali musculo recipit, & supra os iugale eminet. Ideò autem κορωνὸν dicitur, quòd cornicis rostrum referat. κορώνη & κόρωνον dicitur lib. de ossibus, κορώνη etiam lib. 11. de vsu partium.

Κόσμος Hipp. est decretoriorum dierum series & ordo. In Progn. (pag. 155. 32. H. 44. 23.) γίνεται δὲ καὶ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου. Quartanæ conditio ex eodem ordine est, hoc est (vt exponit Gal.) quartanæ febris iudicationes ex numero circuitionum fiunt, non dierum. Vbi etiam idem scribit κόσμον dici Hipp. τὴν τάξιν τῶν κρισίμων ἡμερῶν, iudicatoriorum dierum ordinem. Vt enim ἀκοσμίας proprium est ἡ ἀταξία, ita τοῦ κόσμου τάξις. Quem etiam locum mihi haud dubiè exprimere videtur Erot. cùm κόσμου τάξεως apud Hipp. exponit additque vocem esse Atticam, & κοσμίους dici τοὺς εὐτάκτους, moderatos & qui benè compositis sunt moribus, & κοσμητὰς τοὺς τῆς ἐφήβων εὐταξίας προνοοῦντας, eos qui adolescentium morib. moderantur. Κόσμος etiam locum significat, vt libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 658. 6.) de vtero dicitur, ὡς ἐν κόσμῳ ᾖ, cùm suo loco motus est. Rursus ibidem (pag. 661. 23.) καὶ πάντα οἱ κατὰ κόσμον ἴῃ, omnia ritè & ordine procedent, benè succedent.

Κότινος oleaster, oliua syluestris, ἀγριέλαιος. Gal. in Exeg. apud Hip. κότινον ἀγρίαν ἐλαίαν exponit. κοτινὰς ἐλαίας, olea in oleastrū insetta dicitur. At verò libr. 4. de Morb. (pag. 495. 14.) κοτινὰς oleastri baccam significare videtur. νῆστις δίδου αὐτῆς χαλκοῦ ἄνθος κοτινάδα, ieiuno æris florem baccæ oleastri magnitudine exhibeto.

Κοτὶς Hipp. occiput & posteriorem capitis partem significat. Gal. in Exeg. κοτίδι, τῷ ἰνίῳ, τῇ παρεγκεφαλίδι exponit, occipite, posteriore capitis parte. Locus est lib. 2. de morb. (p. 465. 23.) ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐν τῇ κοτίδι. hinc atque hinc in occipite. Quidam locum ad ceruicis neruum & τένοντα accipiunt, ac ceruicis cauitatem illam. Rursus eodem lib. (pag. 468. 13.) ὀδύνη λάζεται ἐκ τῆς κοτίδος ἐς τὴν ῥάχιν, dolor ex occipitio ad spinam tendit. Et rursus ibid. (v. 27.) ἀλγέει δὲ τὴν κοτίδα, & dolor est in occipite. Et (v. 29.) καὶ τὴν κοτίδα: & occiput. Vbi exemplaria quædam Regia manuscripta malè ex Scholio quodam adscribunt; κοτὶς ἐστὶ τῆς κεφαλῆς ἡ κορυφή. At κοτὶς Hesych. κοτὶς est & ὀργή.

Κοτύλη acetabulum & dearticulationis cauitas dicitur. Sic coxendicis cauitas os femoris excipiens, κοτύλη dicitur Gal. com. 2. in lib. de fract. (pag. 557. 18.) ex Hom. Il. ε. Idem etiam κοτύλας vocare medicos profundos sinus magnis oris & superciliis circundatos scribit com. 1. in lib. de art. (p. 585. 18. H. 783. F.) Sic κοτύλη propriè dicitur ossis cauitas profundior in quam alterum os inferitur, lib. de loc. in hom. (pag. 410. 54.) ἐν δὲ τοῖσιν ἰσχίοισιν ἄρθρα δύο εἰσὶν αἱ κοτύλαι καλεύμεναι, ἐς οἱ μηροὶ ἐς ταῦτα ἐναρθροῦνται. In coxendicibus verò duo insunt articuli acetabula dicta, in quos femora inarticulantur. Ex eo genere κοτύλη mensura est liquidorum quæ hemina Aurel. dicitur, cap. 3. lib. 4. tard. pass. Lib. 7. Epid. (pag. 1208. B.) πιόντι ἑφθὸν ὡς ἐννέα ἀττικὰς κοτύλας ὄνειον γάλα. epoto lacte asinino cocto ad heminas Atticas nouem. Est & κοτύλη αἰγινή hemina Æginetica aut Æginea, lib. περὶ γυν. φύσ. (pag 575. 11.) vt & κοτύλη ἀττικὴ ibid. (v. 14.) Κοτύλη apud Hom. etiam significat cyathum & poculi genus concauum, aut vasculum, μικρὰν κυμβίδα exponit Eustath. paruulam cyathum. Apud Athen. lib. 11. Apollodorus κοτύλην Homero esse dicit ποτήριόν τι γένος ὑψηλὸν καὶ ἔγκοιλον. Vtitur Homer. Il. χ. (v. 494.) τῶν δ' ἐλεησάντων κοτύλην τις τυτθὸν ἐπέσχε. χείλεα μέν τ' ἐδίην', ὑπερώην δ' οὐκ ἐδίηνε. Atque aliqui s ex his qui misericordia mouentur, cotylam præbuit libandam Labris extremis, palatum autem non madefecit.

Κοτυληδόνες sunt ora & fines vasorum ad vterum pertingentium, ex quibus secundæ dependent, quæ Latinè acetabula dicuntur, quòd scilicet eminentias ad concauarum in cirrhis polyporum partium similitudinem innascentes conceptionis tempore habeant. Per quæ sanguinis superuacaneum singulis mensibus ex toto corpore in vterum repurgatur. De quibus Gal. com. ad aph. 28. lib. 5. & lib. 1. de semine, lib. etiam de vteri dissectione, & lib. 14 & 15. de vsu partium. com. verò ad aph. 45. lib. 5. disertè his verbis quid κοτυληδόνες significent explicat. εἰκὸς γὰρ ταῖς τοιαύταις μυξώδη τὰ στόματα τῶν εἰς τὴν μήτραν καθηκόντων ἀγγείων ὑπάρχειν ἐξ ὧν ἤρτηται τὸ χόριον, ἃ δὴ καὶ κοτυληδόνας ὀνομάζειν, οὐχ ὡς ἔνιοι νομίζουσι τὰς ἐπιπεφυκυίας ἀδενώδεις σάρκας αὐταῖς. ἐν τῷ γὰρ τῷ πρώτῳ τῶν γυναικείων αὐτός φησιν· ἢν δὲ αἱ κοτυληδόνες φλέγματος μεσταὶ ἔωσι, τὰ καταμήνια γίνεται ἐλάσσονα. καὶ ὁ Πραξαγόρας ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φυσικῶν, κοτυληδόνες δέ εἰσι τὰ στόματα τῶν φλεβῶν τῶν ἀρτηριῶν τῶν εἰς τὴν μήτραν φερουσῶν. Vero namque est simile ora vasorum ad vterum pertingentium in his mucosæ pituitæ plena esse, ex quibus secundæ pendent. Quæ sanè ora acetabula nominauit (non vt quidam existimant) ipsis adnatas carnes glandulosas. Nam & ipse lib. primo de mulieribus ait: Si acetabula pituita referta fuerint, pauciora menstrua fiunt. Et Praxagoras libr. 1. de rebus naturalibus; Acetabula inquit, sunt ora venarum & arteriarum quæ feruntur ad vterum. At locus à Galeno adductus scribitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 610. 54.) & repetitur lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 568. 41.) vbi & κοτυληδόνας vsurpat Hipp. vt & aphorism. 45. lib. 5. Multi verò κοτυληδόνας esse negant, quæ etiam opinio Gal. tempore inualuit, & ab eo multis locis est exagitata. Et ipse in Exeg. κοτυληδόνας esse dicit, τὰ στόματα τῶν εἰς τὰς μήτρας καθηκόντων ἀγγείων, ὡς καὶ ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς ἀποδέδεικται. oscula vasorum ad vterum peruenientium, velut in libris de dissectione Hippocr. ostensum est. Erot. verò ipse (vt nec multi recentiores) hanc de vteri acetabulis opinionem non probat, cùm scribit κοτυληδόνας explicans: ταύτας οὐ μόνον Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ Διοκλῆς ἱστορεῖ παρ' ἑκάτερον μέρος τῆς μήτρας εἶναι κοιλότητάς τινας μαστοειδεῖς, ἐν αἷς φησι τὴν ἀναστόμωσιν τοῦ ἐμβρύου γίνεσθαι. ὅτι δὲ ψευδῶς πεφώρακεν, ἀλλαχῆ ποτε δείξομεν. Has non solùm Hippocrates verum etiam Diocles scriptis prodit esse in vtraque vteri parte cauitates quasdam hæmorrhoidibus similes, in quibus fœtus nutritionem fieri ait. At verò eos falsum tradidisse aliàs ostendemus. Est & κοτυληδὼν idem quod κοτύλη, cauitas illa in qua femoris caput vertitur, & acetabulum quoque dicitur. Aristot. libr. 1. histor. animal. cap. 13. τὸ δ' ἐν τῷ στρέφεται ὁ μηρὸς κοτυληδών. Et lib. 3. cap. 7. κάτω δ' ἡ τραχεῖα μετὰ τὸ ἰσχίον, ἡ κοτυληδών ἐστι. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν apud Hipp. (pag. 541. 45.) ἐκ τῆς κοτυληδόνος τοῦ ἰσχίου, ex coxæ acetabulo. Vt & paulò pòst (v. 54.) τὴν κοτυληδόνα τοῦ ἰσχίου τὴν δεξιήν. Vbi tamen κοτυλίδα legisse Gal. in Exeg. vocum Hipp. satis apparet, qui τὴν κοτύλην τοῦ ἰσχίου exponit ex libr. 2. de Morb. maiore. Sic enim liber περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν in Exeg. semper adducitur. Idem quoq; κοτυλίδα ἐν τοῖς περιεχομένοις τῷ μοχλικῷ adfert, quod scribitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 274. 29.) & (pag. 279. 11.) vbi κοτυληδόνα & τῇ κοτυληδόνι τοῦ μηροῦ, pro τῇ κοτυλίδι legitur, Gal. tamen τὴν κοτυλίδα legisse apparet.

Κουφίζειν alleuare, remittere, & de febrium remissione aut alleuatione dicitur Hippocrati, vt lib. 1. Epid. (pag. 362. 21. H. 945. C.) μίαν μὲν ὑποκουφίζοντες, καὶ μίαν ἐπιπαροξυνόμενοι, vno quidem die nonnihil remittentes, altero ingrauescentes. Rursus ibidem (v. 24. H. ib. D.) σμικρὰ ὑποκουφίζοντες, parū remittentes. Vbi scribit Gal. τὸ μὲν γὰρ κουφίζεσθαι δύναιτ' ἄν τις ἀκούειν τὴν ἀξιόλογον ἔνδοσιν σημαίνειν τοῦ πυρετοῦ, τὸ δ' ὑποκουφίζεσθαι μετριωτέραν. Nam κουφίζεσθαι potest quis intelligere effatu dignam significare febris remissionem, at ὑποκουφίζεσθαι, moderatiorem. τὰ κουφίζοντα μὴ κατὰ λόγον, quæ non secundùm rationem leuant, aphorism. 27. libr. 2. Sic κουφισμὸς febrium remissio & alleuatio dicitur Erasist. lib. 2. περὶ πυρετῶν. Et Aret. cap. 1. lib. 1. de cur. morb. acut. κουφισμὸς pro leuibus febrium continuarum remissionibus sumit. ξυνεχέες γὰρ τοῖσι φρενιτικοῖσι οἱ πυρετοί, καὶ οὐδὲ ἐπιδιαίτας μακρὰς, ἀλλὰ βραχείας καὶ ἀσήμους κουφισμοὺς ποιεύμενοι. febres enim sunt phreniticis continuæ, neque longas remissiones habent, sed breues & latentes alleuationes faciunt.

Κούφως διάγειν, leuiter aut mediocriter se habere, vt ægr. 4. lib. 1. Epid. καὶ τ' ἄλλα κούφως διήγουσα, cùm cætera leuiter haberet. κουφότερα ἀλγήματα leuiores dolores, quibus ἰσχυρότερα, hoc est vehementiores & qui sunt periculosiores opponūtur, aphorism. 7. lib. 6. κουφότατον ὕδωρ, aqua leuissima, aphorism. 26. libr. 5. τὸ μὴ φαρμάσσον τὴν γαστέρα καὶ διαχεόμενον ταχέως, quæ ventrem minimè

grauat, & citò permeat, exponit Gal. ὥσπερ καὶ βαρὺ λέγομεν τὸ ἐναντίον αὐτῷ, τὸ μὴ διερχόμενον ταχέως, velut contrà grauem vocamus, quæ citò non permeat. Κεφοῖ Erot. λύει apud Hipp. exponit, παύει τὰς ὀδύνας, dolores soluit, sedat. Quibus certè verbis locum lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag.424.43.) ὀδύνας κεφοῖ, dolores soluit, exprimere mihi videtur, & ex aphor.25.libr.5. exponere. vbi tamen exemplaria omnia & Galen. etiam κωφοῖ legunt, vt posteà scribimus.

Κοχλίη cochlea, quæ κοχλίας dicitur Dioscor.cap.11.lib.2.& Gal. libr.9.Simpl. Eius carne aut etiam muco vtitur Hipp. ad procidentem anum illinendum. Lib. de fistulis (pag.888.C.) Est enim medicamentum valde deficcans & glutinans, idque citra morsum & aspritudinem. Sed illic κυχλίη fortè pro κοχλίη legitur. Est & κοχλίας ἀφρικανὸς cochlea Aphricana & Limacia, lib.3.περὶ νούσ.(pag.191.v.123.) Et rursus ibidem (pag.193.10.) λιβυκὸς κοχλίας ἀποζεννύμενος ἐν τῷ οἰκείῳ ὀστράκῳ, Aphricana cochlea aut Limacia in propria testa cum nardino aut rosaceo feruefacta, ad aurium dolores recentes adhibetur Asclep. apud Gal. Vbi tamen vitiosè ἀποσβεννύμενος pro ἀποζεννύμενος legitur. Cochleas Africanas combustas ad dysentericos commendat Plinius cap.7.lib.30.& ad testium vlcera earum cinerem cap.8.

Κοχώνην Gal. in Exeg. exponit τὴν σύζευξιν τὴν ἐν τοῖς ἰσχίοις, τὴν περὶ τὴν ἕδραν, commissuram coxendicis quæ est ad sedem. Idemq; addit, δι' ἣν καὶ πᾶς ὁ περὶ τὴν ἕδραν τόπος οὕτως ὀνομάζεται, propter quam tota circa sedem regio eo nomine vocatur. Quibus certè verbis Gal. mihi subindicare videtur locum libr.1. περὶ γυναι. (pag.594.1.) καὶ ὀδύνη λάζεται ποτὲ δὲ τὴν ὀσφὺν τι καὶ κοχώνην. Et dolor inuadet nunc lumbos & coxendicis iuncturam quæ est ad sedem. Vbi certè non infœliciter meo iudicio Cordæus, per hanc dictionem, non solùm vtriusque coxendicis, sed omnium quæ sunt circa sedem partium connexionem, sumpsit. Potest & subindicari locus libr.5.Epid.(pag.1143.G.) αἱ δὲ ὀδύναι οὐκ ἐξέλειπον, ἀλλ' ἔμπυον ἴσχε τι, τὸ ἰσχίον, καὶ τὴν κοχώνην, καὶ τὰ ἀμφὶ τοὺς βουβῶνας. Dolores verò non cessabant, sed tum coxendicem, tum illius iuncturam ad sedem (quæ κοχώνη dicitur) tum etiam inguinis loca, suppuratio occupabat. lib. etiam 2. περὶ γυναικ. (pag.647.32.) τὰς κοχώνας ἀλγέει, coxendices aut iuncturæ coxarum ad sedem dolent. κοχῶναι dicuntur Hesych. τὸ ἱερὸν ὀστοῦν τὸ τῆς ῥάχεως περὶ τὸν δακτύλιον, spinæ pars quæ est iuxta os sacrum & sedem: additque quibusdam dici τὰ ἱερῷ ὀστέῳ τὰ ἑκατέρωθεν μέρη, eas partes quæ sunt vtrinque ad os sacrum. Idem etiam scribit τεθεῖσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ ἰσχίου, poni pro coxendice, & κόχωνα quoque τὰ ἰσχία exponit. Aristoph.& τὰς κοχώνας & τὰ κόχωνα dixit ἐν Ἱππεῦσι, vbi & annotat Schol. κοχώνην dici τόπον ὑπὸ τοῦ αἰδοίου καὶ τῶν μηρῶν καὶ τῶν ἰσχίων, nimirum partes ad coxendicem & vtrunque femur pudendis subiectas.

¶ Κράδη ramum ficulneum aut surculum ficulnum significat apud Hipp. vt libr. de vlceribus (pag.877.A.) κράδης ἐν ὀπῷ φλοιὸν χλωρὸν, rami ficulnei cum succo corticem viridem. κράδαι exponuntur Gal. in Exeg. συκῆς οἱ ἀκρέμονες, fici rami aut virgulta, κράδας, οἱ μὲν τὰ τῆς συκῆς φύλλα, οἱ δὲ τοὺς κλάδους, hoc est nonnulli ramos capiunt apud Hipp. vt scribit Erot. Libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag.266.7.) κράδης περιαμυγμένας φλοιὸν ξύων, rami ficulnei derasum corticem ad appositia medicamenta adhibeto.

Κραίνω, perficio, effectum reddo, item desino & pertingo. Sic apud Hipp. libr. de art. (pag.617.v.3.H.810.A.) κραίνουσι de spinalis medullæ inuolucris & ligamentis desinentibus aut ad exitum perductis, hoc est ad spinæ finem tendentibus dicitur. Vbi Gal. κραίνουσι, τελευτῶσι, hoc est, desinentibus exponit. In eamque rem Hom. citat. Sic enim apud Gal. legendum videtur, cùm exemplaria omnia vitiosa sint. ὠνόμασε δὲ αὐτὰς ὁ Ἱπποκράτης τὸ τελευτῶσιν ὁμοίως τῷ ποιητῇ κραίνουσι. εἴπερ δὲ κρανέω γε καὶ ἢ τετελεσμένον ἔσται. Dixit autem Hipp. ipse desinentibus κραίνουσι, velut poëta. Hæc modo perficiam, finis quoque & exitus his sit. Idem Gal. in Exeg. κραίνουσι λήγουσι exponit, hoc nimirum subindicato loco, quod etiam ex eodem loco annotauit Varinus. Erot. verò κραίνουσι exponit κυριεύουσι, βασιλεύουσι, quòd sit κραίνω impero & regno, vt apud Homer. Odyss.θ.(vers.391.) βασιλῆες ἀρχοὶ κραίνουσι. Legitur etiam apud Hipp. in libello περὶ παρθενίων (pag.563.4.) ἀγχόνας κραίνουσιν, strangulationes parant, perficiunt, expediunt, implent, hoc est sese strangulant. Et Hesych κραίνουσι, πληροῦσι, παρέχουσι, τιμῶσι, βασιλεύουσιν exponit. κραίνω exponitur Varin. τελειῶ, ἀποπληρῶ, idemque scribit dici propriè ἐπὶ τοῦ τελειοῦσθαι, καὶ τὴν κεφαλὴν κάτω νεύειν τοῦ ὑπισχνουμένου. Vt & ἐπικραῆναι dicitur Hesych. τῇ κεφαλῇ ἐπινεῦσαι, τελέσαι, hoc est capite annuere & perficere. Quo etiam respicit πληροῦν & παρέχειν, quod est promissa adimplere, exhibere & perficere. Vt κραίνω quasi καραίνω à κάρα deductum videatur, quod est capite annuere, eorum more qui promissum aliquod perficiunt.

κραίνω quoque & κραιαίνω efficio, perfectum reddo, ad exitum perduco aut tendo significare videtur, quomodo quæ aliquid perficiunt aut perfectum reddunt, ad exitum ducere & ad finem tendere, ac veluti ad exitum vsque regnare videntur. Eoque modo apud Hipp. sumi posse videtur. Homeri Schol. κραίνουσι διαπλειοῦσι, ὑπάρχουσι, permanent, perseuerant, existunt, exponit. Κραιέω autem pro κραίνω Ionicè dicitur, pro τελέω, & ἐπικρανέοις ἐπιτελέσεις, ἐπιμελήσεις exponit Hesych. & ἐπικρανὲς ἐπιμελής.

Κραιπάλη crapula, omnis capitis ex vino offensio dicitur Gal. com. ad aph.5.lib.5. κραιπάλας δ' ὅτι πάσας οἱ παλαιοὶ ὀνομάζουσι τὰς ἐξ οἴνου βλάβας τῆς κεφαλῆς, εὔδηλον. οὕτως γοῦν ἔνιοι καὶ τὴν ἐτυμολογίαν ἐποιήσαντο τῆς προσηγορίας, ἀπὸ τοῦ κάρηνον πάλλεσθαι γεγονέναι φάσκοντες. Manifestum est autem omnes ex vino capitis noxias Græcis κραιπάλας vocari. Sic namque nonnulli nominis notationem fecerunt, ἀπὸ τοῦ κάρηνον πάλλεσθαι, quasi caput concuti aut percelli dicas. Plinius quoque lib.23. cap.1. ex capitis dolore & vertigine crapulam deductam esse testatur. Aët. lib.4. κραιπάλην ἐξ οἴνου γενομένην ἀπεψίαν, hoc est cruditatem ex vino obortam esse dicit. Plato verò in Symposio cum cæteris, hesternam ingurgitationem crapulam vocat. Helucum Tertullianus, imprimis grauis scriptor, grauitatem capitis vino creatam nominat, cùm scribit: Liberum eundem apud Ægyptios Osirim, Harpocration industria hederatum argumentatur, quòd hederæ natura sit caput ab heluco defensare. Quod fortè ab eluo deducitur aspiratione addita, vt heluo ab eluendo dicitur, qui intemperanter bona sua eluendo in balneis, aut comessationibus, aut popinis consumit.

Κραμβίον brassicæ decoctum significat lib.2.περὶ γυναικ.(pag.644.9.) κλύσαι δὲ τὰς ὑστέρας τῷ ξὺν τῷ κραμβίῳ. Locellos autem medicamento quod cum brassicæ decocto paratur, eluito. Quem locum subnotans Gal in Exeg. κραμβίῳ κράμβης ἀφεψήματι, hoc est, brassicæ decocto, exponit. Erot. verò κραμβίον Siculis cicutam dici testatur, & Hesych. κραμβίον τὸ κώνειον exponit.

Κρανέιναι ῥάβδοι virgæ corneæ, bacula cornea, ex corno arbore ob soliditatem, lib. de frac. (pag.566.46.H.771.H.) κἄπειτα κρανείνας ῥάβδους λαβὼν ἴσας μέγεθος ἀλλήλῃσιν ἰσχάδας. Postea corneis virgis sumptis magnitudine inter se æqualibus.

Κρατεῖν, vincere, superare, moderari, continere, vt κρατεῖν τῆς κεφαλῆς, caput continere & moderari, de phrenitico dicitur qui vociferans caput semper agitabat neque continere poterat, libr.7. Epid.(pag.1210.G.) οὐ δυνάμενος δὲ κρατεῖν τῆς κεφαλῆς, neque caput continere poterat. Κρατεῖσθαι autem vinci, superari, & de cibis dictum eos immutari, concoqui, apponi & assimilari significat. Quod scribit Gal. comm.5.in lib.6.Epid.(p.519.15.H.1185.F.) ἀκούσιον δὲ κρατεῖσθαι τὸ μεταβάλλεσθαι, καὶ πέττεσθαι, καὶ προστίθεσθαι, καὶ ὁμοιοῦσθαι τῷ σώματι. κρατεῖσθαι autem obaudiendum est immutari, & concoqui, & apponi, & corpori simile reddi. κρατεῖσθαι etiam significat à morbo expugnari aut superari, & ægri dicuntur ὑπὸ τῶν νοσημάτων κεκρατημένοι, deplorati, & qui morbis inexpugnabilibus ac desperatis laborant, quasi à morbis victi aut superati. Libr. περὶ τέχνης (pag.3.27.) τὸ μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, deploratos non attingere (quod citat Gal. com. ad aph.29. lib.2.) Et rursus ibid. (pag.1.17.) Et (pag.6.43.) de morbis obscuris & qui oculis conspicui non sunt. οὐ μὴν ὅτι ἄδηλα κεκράτηκεν, ἀλλ' ᾗ δυνατὸν κεκράτηται. non ideò quòd occulti sint inexpugnabiles esse, hoc est artem aut cognitionem nostram superent, sed quoad fieri possit superentur, id est, cognoscantur & præsidiis subigantur, videlicet quantum ægrorum naturæ ad inuestigandum conferunt, & explorantium morbos ingenia, naturæ solertia ad perscrutandum valent.

Κρατεραύχενες qui valida sunt ceruice, aph.2.lib.6.Epid.sect.1.

Κρατήρειον paruus crater, lib. περὶ γυναικ. φυσ. (pag.576.16.) ἐγχέας ἐς κρατήρειον, in craterem fundito. Vtitur autem ad vteri fotus faciendos, cuius vice aliàs ollam adhibet & ἐχῖνον vocat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (pag.673.4.35.)

Κρατυνέσθαι, firmari, stabiliri, corroborari, solidescere, ferruminari, de ossibus quæ coalescunt dicitur, Celsus conferuere ossa dicit cap.10.lib.8.de fract. (pag.537.1.H.756.E.) ἐν τριήκοντα δὲ μάλιστα ἡμέρῃσι ξυμπάσῃσι κρατύνεται ὀστέα τὰ ἐν τῷ πήχει τὸ ἐπίπαν. Nam triginta ferè ad summum diebus cubiti ossa omninò coalescunt. vbi κρατυνέσθαι πωροῦσθαι exponit Gal. & Paulus cap. 100.lib.6. Rursus quoque lib. de fract. (pag.541.57.H.758.C.) κρατύνεται δὲ μάλιστα βραχίονος ὀστέον ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν. firmatur autem brachij os diebus ferè quadraginta. Vbi etiam κρατυνέσθαι exponit Gal. τὸ πώρῳ συνδεῖσθαι τὰ κεχωρισμένα μέρη τοῦ συντριβέντος ὀστοῦ, separatas comminuti ossis partes callo colligari & ferruminari. Conferi ossa dixit Celsus cap.7.lib.8.

Κρατυσμὸς robur, ætatis florentis & consistentis firmitudinem & vires

& vires indicat aphor. 29. sect. 8. lib. 6. Epid.

[Κ]ρίκλω Galen. in Exeg. ex Hipp. lib. 2. de Morbis maiore adducit, scribitque fictitiam esse vocem & τὸ μιαρὸν ἦχον significare, h. e. molestum & odiosum sonum. Verùm cùm Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, secundus de morbis maior passim citetur à Galeno in Exeg. vt multis exemplis iam contestatum habuimus, mihi verò fit simile Galenum aliter legisse quàm exemplaria nostra scribant. Neque enim in toto libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν vocem [κρίκλω] scriptam reperias. Ac si coniectura vti, hac in re licet, existimo Gal. κρίκειν pro κέρχειν legisse, vt mihi videatur locus subnotari qui legitur (pag. 544. 45.) καὶ ὁ φάρυγξ δοκέει κέρχειν, & fauces strepitum quendam aut stridulum sonum edere videntur, in suppuratis ex tuberculis pulmonis. Quòd si κρίκειν legas, & fauces molestum quendam aut odiosum sonum edere videntur. In suppuratis enim ex tuberculis pulmonis fauces exasperantur, & raucum quiddam ac odiosum insonant. Sic apud Gal. in Exeg. κρίκειν, & ὀνοματοπεποίηται τὸ μιαρὸν ἠχεῖν leg. existimo, vt κρίκειν vox sit fictitia, quæ molestum aut odiosum quiddam insonare indicet. Est enim κρέκειν κρούειν, pulsare, & propriè τὴν κιθάραν κρούειν significat, quod est citharam pulsare. Et Hesychius κρέκει κιθαρίζει exponit. Sic Aristoph. in auibus κρέκουσ' αὐλὸν dixit, ἀντὶ τοῦ λαλοῦσι, vt exponit Schol. Κρέκω etiam impropriè τὸ ἠχῶ significat, & κρέκοντες ἠχοῦντες exponuntur. Et Aristoph. in eadem fabula cygni πτέρυσι κρέκοντες dicuntur, alarum quassu & motu sonum cientes aut clangorem edentes. Hinc quoque κρίκελος exponitur Hesych. θρῆνος, fletus, ploratus aut eiulatus, qui & molestus ac odiosus quidam est sonus.

Κρέμασαι κρέμασον, quod est suspendito, apud Hipp. exponit Erot. At verò apud Hipp. κρεμάσαι legitur lib. de art. (p. 583. 26. H. 782. B.) ὥστε στοχαζόμενον ὅκως ἀμφὶ τὸν ὦμον τὸν ἑωυτοῦ κρεμάσαι τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν μασχάλην. id in animum inducentem, vt ex humero suo hominem ala suspendat. Et rursus ibidem (pag. 653. 45. H. 832. G.) κρεμάσαι χρὴ τὸν ἄνθρωπον τῶν ποδῶν πρὸς μεσόδμην δεσμῷ δυνατῷ. Homo pedibus ex transuersa mediæ domus trabe, vinculo valido suspendatur. Vbi tamen mihi videtur Erot. κρέμασαι pro κρεμάσαι χρὴ legisse, istumque locum subnotasse, vt ex aliis eius loci dictionibus explicatis satis apparet. Est & ἐκκρεμάσαι etiam lib. de art. (pag. 659. 53. H. 838. C.) ἐκ δὲ τοῦ σινομένου ἐς κεράμιον ὕδωρ ἐγχέαντας ἐκκρεμάσαι, ex affecto autem vas fictile aqua plenum appendendum. Et rursus (pag. 660. 3. H. ibid. D.) ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ ἐκκρεμάσαι βάρος ὅσον ἁρμόζει. læso verò pondus quantum conuenire videbitur, appendatur. Rursus ibidem (p. 654. 9. H. 833. A.) ὡς ὅτι ἐλάχιστον χρόνον κρεμάσηται, vt quàm paucissimo tempore suspensus sit. Et (ibid.) ὅταν δὲ κρεμασθῇ. vbi verò suspensus fuerit. Et rursus ibidem (v. 23. H. ibid. B.) πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἐκκρεμάμενον ἐξαπίνης ἐκκρεμασθέντα, repente ad suspensi hominis corpus appendere. Rursusque ibidem (v. 25. H. ib.) αὐτό τε γὰρ τὸ σῶμα κρεμάμενον τῷ ἑωυτοῦ βάρει κατάτασιν ποιέεται, ... ἐκκρεμασθεὶς. Nam & corpus ipsum suspensum suopte pondere extensionem facit, & qui appensus est. Et (pag. 657. 52. H. 836. B.) ὁ γὰρ πῆχυς τοῦ ἐκκρεμαμένου. Eius enim qui appenditur cubitus. Et (pag. 658. 25. H. 836. H.) δεῖ μέν τοι τὸν ἐκκρεμάμενον ἔμπειρον εἶναι. Eum tamen qui appenditur gnarum esse oportet. Est & κρέμασις suspensio. lib. de art. (pag. 657. 52. H. 836. B.) ἡ δὲ κρέμασις οὐχ ἁρμόσει τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ ὀλισθήματος τοῦ ἄρθρου. Huic autem luxationis modo suspensio minimè conuenit. Et (pag. 658. 40. H. 836. H.) ἀλλὰ περὶ μέσον τοῦ περινέου καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν ὀστέον τὴν ἐκκρέμασιν ποιέεται. sed circa medium inter fœmineum & iuxta os sacrum appensionem faciat. Sic κρεμασμὸς etiam idem quod κρέμασις significat, nempe suspensionem, vt lib. de art. (p. 624. 3. H. 816. H.) κρεμασμὸς ἐν τῇσι πλευρῇσι, costarum suspensio, vbi inedia vasa vacuantur, & tunc costæ suspenduntur, quæ ventris repletione moderata diriguntur & fulciuntur. Lib. de fract. (pag. 558. v. 26. H. 765. F.) κατακεκρεμασμένον κάτηγμα ἔχειν, suspensam fracturam tenere, aut fracturam dependere.

Κρήγυον, bonum, vtile, cordi iucundum & gratum. Gal. in Exeg. κρήγυον τὸ ἀγαθὸν exponit. Erot. ἀληθὲς, additque nonnullis τὸ ἀγαθὸν significare, adducto Homeri testimonio Il. α. (v. 106.) μάντι κακῶν οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας. Vtitur hac dictione Hippoc. in Coac. (pag. 121. G.) ἀλλ' οὐ γυναικῶν πόνος κρήγυον. Sed neque genuum dolor probari potest. κρήγυον Hesych. ἀγαθὸν, ἀψίλητον, ὑγιὲς, explicat, quomodo etiam scribitur quibusdam exemplaribus apud Hippoc. At ferè omnes κρήγυον scribunt, quod etiam Homeri Schol. τὸ ἀγαθὸν exponit.

Κρῆθμον fruticosa est & foliosa herbula in maritimis & petrosis nascens, gustu salsa & amara, vnde abstergit & siccat, vrinas & menses ciens, κρήθμου φλοιὸν, crethmi corticem ex vino ieiunæ propinat Hipp. in vteris aqua inter cutem laborantibus, cum pæoniæ granis & sambuci semine, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 563. 56.) Vt & aliàs vsurpat ad vteri dolores (ibid. pag. 573. 2.) & κρήθμου ῥίζας, crethmi radices, (ibid. 572. 42.) vbi tamen κρίθμου passim legitur quemadmodum apud Diosc. cap. 157. lib. 2.

Κρημνοὶ apud Hip. exponuntur Gal. in Exeg. τὰ χείλη τῶν ἑλκῶν, ὡς ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, καὶ τὰ πτερυγώματα τοῦ γυναικείου αἰδοίου, vlceris labra, velut lib. de locis in homine, & pudendi muliebris alæ. Sed apud Erot. κρημνοὶ pro κρημνοὶ scribitur, vbi τὰ χείλη τοῦ γυναικείου αἰδοίου explicat, hoc est labra aut margines pudendi muliebris. Pollux quoque libr. 2. vtrinque carnosa muliebris pudendi corpora, μυρτοχείλας, ἢ κρημνοὺς, ἢ πτερυγώματα dici scribit. Rufus vero Ephes. in primo περὶ ὀνομασίας τῶν μορίων μυρτοχείλας vocat vtrinque posita carnosa corpora (libro verò secundo μυρτόχειλα) quæ nostræ ætatis medici πτερυγώματα, hoc est, alas nominant. Ea Euryphon κρημνοὺς, quasi dicas præcipitia, nominat. Varinus quoque annotat κρημνοὺς dici τὰ χείλη τῶν ἑλκῶν, καὶ τὰ πτερύγια τοῦ γυναικείου αἰδοίου apud Hipp. καὶ τοὺς ὀξεῖς ἔχοντας τόπους, eminentia ac prærupta loca. κρημνὸς verò præcipitium significat, aut locum pendentem, & fossæ aut fluminis marginem ac ripam. Et Hesych. exponitur ὄχθος, ὑψηλὴ πέτρα καὶ ὄρος, βάθος, χάος. margo, rupium ac montium prærupta altitudo, præcipitium & vorago. At locus qui à Gal. adducitur, scribitur lib. de loc. in homine (pag. 418. 44.) καὶ οἱ κρημνοὶ μεγάλοι ἔωσι τοῦ ἕλκεος. & vlceris labra magna extiterint, à similitudine quam habent cum riparum aut fossarum marginibus. Pro muliebris verò pudendi eminentiis etiam sumitur ibidem (pag. 423. 27.) καὶ ὅταν μὲν μὴ ψαύωσι τὸ στόμα αἱ μῆτραι, καὶ μὴ ψαύωσαι τῶν κρημνῶν ματεκκεκλιμέναι ἔωσιν ἔξω, μικρότατη νοῦσος ἐστι. Et quandoquidem vteri demisso suo osculo, muliebris pudendi labra minimè attingentes, foras transmoti fuerint, leuissimus est morbus. Rursus ibidem (v. 19.) ἐπὴν δὲ προκινηθῶσιν ἐς τὸ ἔμπροσθεν, καὶ ἐμβάλλωσι τὸ στόμα ἐς τὸν κρημνόν. Vbi autem demisso in pudendi labra osculo, in anteriorem partem promoti fuerint. Ac rursus ibidem (v. 31.) ἔπειτα ἀποφραχθεῖσα ἡ μήτρη καὶ ἐπιπωμασθεῖσα ὑπὸ τῆς ἐμβάσιος τῆς ἐς τὸν κρημνόν. deinde ex eo, quòd in pudendi labra incumbit, vtero obturato & velut operculo tecto.

Κρηπῖδες χῖαι, Chiæ crepidæ aut crepidulæ, calceamenti genus quo vtitur Hipp. lib. 4. de art. (pag. 643. 48. H. 828. C.) ἐν κυλλώσεσι, & in his qui ab ortu vari sunt, aut quibus crus in exteriorem partem distorquetur, pes verò intrò conuertitur. Sunt autem crepidæ aut crepidulæ Gellio libr. 13. cap. 20. calceamenti genus quod Græci κρηπῖδας vocant. Idem soleas à Castritio Rhetore dictas innuit. Vnde soleatos dictos senatores qui crepidas haberent. Omnia enim fermè id genus, quibus plantarum calces tantùm infimæ teguntur, cætera prope nuda & teretib. habenis iuncta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas. Idem quoque Gallicas vocatas innuit, & nouum verbum esse vult, quo tamen vsus est M. Tul. Antoniana secunda. Etsi quidam apud Tul. Gallicas lacernæ genus esse existimant, quo Galli pluuioso tempore vtuntur.

Κρησέρα cribrum pollinarium significat, per quod farina expurgatur. Κρησέρα Gal. in Exeg. est ἡ τῶν ἀλεύρων πτίσις ὀνομαζομένη. μάγειροι δὲ τὸ σῆθοι αὐτὸ λέγουσι. Vbi certè pro ἡ τῶν ἀλεύρων πτίσις, ἡ ἀλευρότησις, aut ἡ ἀλεύρου σῆσις leg. vt sit vas illud & excussorium lineum per quod farina cribratur & excutitur, aut sacculus quidam linteus per quem farina transcolatur. Est enim ἀλευρότησις Hesych. ταλία ἐς ἣν τὸ ἄλευρον διασήθουσιν, cribrum & vas per quod farina excutitur & excolatur. Pollux lib. 6 cap. 11. ἀλευρότησιν esse dicit, cribrum aut excussorium pollinarium è lino; εἰ τῷ κοσκίνου κύκλῳ ἀντὶ τοῦ σχοίνου λινοῦν τι ἐνδύσειεν ἂν ἐξαρτηθείσης, ὡς ἀκριβέστερον τὸ ἄλευρον καθαίροιτο. si cribri circumferentiæ iuncorum loco linteum aliquod aptatum fuerit, quo purius farina expurgetur. Erot. κρησέρης pro κρησέρης apud Hipp legisse videtur, & κρησέραν esse dicit ῥάκος χονδρὸν καὶ ἀραιὸν δι' οὗ διηθεῖταί τινα ὡς δι' ἠθμοῦ. pannum rarum, per quem quædam veluti per colum transcolantur. Videtur autem locus lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 641. 30.) ab Erot. subnotari, in quo agitur de adianto siccato, tuso & per cribrum excusso, in vino nigro odorato exhibito; Vbi tamen vitiosè omnibus in exemplaribus ita legitur. ἀδίαντον ξηρὰνας λεῖα τρίψας καὶ διασήσας δι' ἄκρης αἴρης τοῦτο διδόναι ἐν οἴνῳ μέλανι εὐώδει κεκραμένῳ. Nam pro δι' ἄκρης αἴρης διὰ κρησέρης, aut vt legit Erot. διὰ κρησέρης legendum existimo, vt sit per cribrum excussum & transfusum. Aut certè locus libr. περὶ ἀφόρων (pag. 680. 17.) ab Erot. subindicatur, vbi legitur: ἵππειον γάλα ἑψήσας εἶναι διὰ κελτέης ὡς λεπτοτάτης καὶ καθαρωτάτης. Sed pro διὰ κελτέης διὰ κρησέρας aut κρησέρης legendum censeo, vt sit, Lac equinum coctum per tenuissimum & purissimum cribrum excolato. Codex Aldinus δι' ἄκρης ibi legit; vt libr. 1. περὶ γυναικείων, & asteriscum apponit; qui locum magis suspectum reddit. Exemplaria quædam manu scripta Regia διὰ κρησέρης legunt.

Κρῖθαι hordeum dicitur, vnde [illegible] hordei, quam in

vehementi siti propinat Hipp. libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 106. 28. H. 401. 47.) κριθίδιον etiam quod est hordeolum aut hordei granum pro hordei decocto sumitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 580. 53.) ἴσος κρέας κριθίδιῳ ἑψηθὲν αἰθριάσμένον. caro ouilla cum hordei decocto sub dio per noctem exposito. Ibidem quoque κριθίδιον dicitur, sed mihi suspecta est lectio. Est etiam κριθὴ tuberculum oblongum palpebræ cilio externa parte qua pili sunt obueniens, nobis à similitudine hordeolum dictum. Huiusmodi autem palpebrarum abscessus πόσθιαι quoque vocantur, hoc est præputiola, vt scribit Gal. lib. 4. comp. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 10. 36. & 221. 50.) In Isagoge etiam scribitur (p. 386. 23.) κριθὴ δὲ ἡ ἐμπόσθιά λέγεται ὅταν τι ἐπὶ τῶν βλεφάρων περὶ τοὺς στεφανίαις ὑπόπυον πρόμηκες ὅμοιον κριθῇ κατὰ τὸ σχῆμα φύηται. γίνεται δὲ καὶ ἄλλα μείζονα κατὰ μέσα βλέφαρα κριθαὶ λεγόμενα. Hordeolum verò, quod & præputiolum, dicitur cum parte interna palpebrarum iuxta corollas suppuratio oblonga figura hordeo similis oboritur. fiunt & alia quoque maiora in mediis palpebris eodem dicta nomine. κριθὴ authori Definit. Med. (p. 400. 19.) ἐστὶ ὑγρῶν συλλογὴ περὶ τὸ βλέφαρον ἐπιμήκης κριθῇ ὁμοία. Hordeolum est humoris circa palpebram concretio oblongior, hordeum referens. Paulo libr. 3. cap. 22 κριθή ἐστιν ἀπόστημάτιον κατὰ τὸν τοῦ βλεφάρου ταρσὸν ἐπίμηκες. Hordeolum paruulum est abscessus tuberculum, oblongum, palpebræ cilio obueniens. Celsus lib. 7. cap 7. In eadem palpebra super pilorum locum tuberculum paruum nascitur, quod à similitudine hordei à Græcis κριθὴ nominatur. Eoque significato hanc dictionem vsurpat Hippocr. lib. 2. Epid. (pag. 1010. G.) ἐπὶ τῷ βλεφάρῳ τῷ ἄνω κριθὴ ἐγένετο. in superiore palpebra hordeolum innatum est.

Κρίκος annulum & circulum significat. Κρίκους vocat Hipp. cartilagines χονδρώδεις, quibus arteria aspera velut circulis constat, à quibus aspera & inæqualis euadit (βρόγχια dicuntur Gal. lib. 7. de vsu partium) In libello περὶ σαρκῶν (pag. 915. H) de ea loquens, κρίκοις ξυγκειμένη ἐωρυσμοῖς, τῶν περιηγέων ἀπολομένη κατ' ἐπίπεδον ἀλλήλων, annulis inter se similibus constans, & in superficie mutuò rotundis aptata. Sic Celsus initio lib. 4. huiusmodi cartilagines circulos vocat cùm de aspera arteria ita scribit. Constat ex circulis quibusdam compositis ad imaginem earum vertebrarum quæ in spina sunt, ita tamen vt ex parte exteriore aspera, ex interiore stomachi modo læuis fit. Inde autem fit κρικόω & ἐγκρικόω, quod est annulis traiicio, infibulo, aut fibulæ modo illigo & pernecto. Hippocrat. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag 279. 54.) καὶ τάς τε πλευρὰς καὶ τοὺς σπονδύλους ἐνεκρίκωσε περὶ τὴν ἄχνιδαν, costasque & vertebras ad spinam infibulauit, aut annulis traiecit, hoc est ad spinam annulorum modo connexuit aut illigauit. ἐνεκρίκωσεν Erot. ἐνέδυσεν exponit, immersit. Verum in exemplaribus vitiosè ἐνεκρίκωσεν pro ἐνεκρίκωσεν scribitur, vt rectè annotauit Henr. Steph. & ἐνέδυσεν pro ἐνέδησεν, quod est illigauit, pernexuit. Sic & annotatur ex Corintho Ionas ἐνεκρίκωσε τὸ ἐνέδησεν dicere. Verùm ἐνεκρίκωσε vitiosè legitur. Κρίκους etiam vocat annulos & circulos Hipp orbibus coriaceis insutos ad distentionem cruris per virgas corneas moliendam, in Mochlico (pag. 868. D.) quos fines & ansas appellat libro de fract. (pag. 560. 43. H. 771. G.) ἀγκύλας, in quas retinacula ex duplici aut simplici loro inferuntur.

Κρίμνον farina crassior dicitur, & crassiorem in modum aut negligentius molita, & quæ per cribrum laxiora habens foramina transmissa est. Dioscor. cap. 112. lib. 2. κρίμνον esse scribit, ἁδρότερον τῇ κατεργασίᾳ τοῦ ἀλεύρου γινόμενον ἔκ τε ζειᾶς καὶ πυροῦ ἐξ οὗ ὁ πολτὸς γίνεται, crassiorem ex zea triticoque farinam ex qua fiunt pultes. Gal. quoque libr. 7. simplicium (pag. 94. 27.) κρίμνον vocari scribit τὰ παχυμερῆ τοῦ τε πυρίνου καὶ τοῦ ἐκ τῶν ζειῶν ἀλεύρου, crassiorem ex tritico aut zea farinam. Idem in Exeg. κρίμνα exponit τὰ ἁδρομερέστερα τῶν ἀλφίτων, polentam crassiorem, hoc est crassiores hordei tosti partes, quæ grandiusculæ remanent, neque ad vnguem sunt in farinam molitæ. Rursus Com. 2. in Prog. (pag. 140. 43. H. 40. 38.) κρίμνα καλεῖται τὰ τοῖς ἀλφίτοις ἐμπεριεχόμενα τῆς πεφρυγμένης κριθῆς μόρια μεγάλα, διαπεφευγότα δηλονότι τὴν ἐν τῇ μύλῃ κατεργασίαν ἀκριβῆ. κρίμνα vocantur magnæ hordei tosti partes, quæ videlicet exactam molæ contusionem effugerunt. Et rursus ibidem, ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἀλφίτοις τὰ μὴ κατατεθραυσμένα εἰς ἄκρως λεπτὰ μόρια, γίνεται κρίμνον. In polenta namque quod in summè tenues partes comminutum non est, κρίμνον fit. Apud Hipp. autem sæpe vsurpatur in potu τὸ ἀπὸ τοῦ κρίμνου ὕδωρ, aqua in qua farina crassior macerata fuerit. vt lib. 2. de Morb. (pag. 466. 12.) τὸ ἀπὸ τῶν κρίμνων ὕδωρ πινέτω. Et rursus (pag. 467. 45.) πινέτω δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ κρίμνου. Et (pag. 470. 52.) πίνειν δὲ διδόναι τὸ ἀπὸ τῶν κρίμνων ὕδωρ. Et (pag. 475. 20.) διδόναι πίνειν τὸ ἀπὸ τοῦ κρίμνου. Et (pag. 483. 43.) τοῦτον χρὴ πίνειν τὸ ἀπὸ τοῦ κρίμνου. Et (pag. 484. 19.) τοῦτον πιπίσκειν τὸ ἀπὸ τοῦ κρίμνου. Et lib. 7. Epid. (pag. 1212. D.) περιεφερόντων δὲ πτισάνης χυλοὺς καὶ τὸ ἀπὸ κρίμνων ὕδωρ. Quibusdam autem succos & aquam in qua farina crassior macerata esset, offerentibus. Et rursus ibidem (p. 1229. G.) ὁ πότος τὸ ἀπὸ κρίμνου, potus erat aqua in qua farina crassior macerata fuerat, Sic enim legendum diximus nostris eum in locum Annotat. cum ἀπὸ τοῦ passim legant omnia exemplaria. Quibus in locis farinam hordei crassiorem aqua maceratam eamque potui exhibitam intelligit. Cuius potionis formam describit lib. 3. de Morb. (pag. 497. 12.) his verbis inter potiones refrigerantes. τῶν δὲ κρίμνων κριθίνων ἁδρῶν ἡμιχοίνικα, ὕδατος χόα ἐπιχέας, ὅκως αὐτοῖσιν τὰ κρίμνα, τρίβειν τῇσι χερσὶν ἕως ἂν λευκὸν τὸ ὕδωρ γένηται. καὶ ἀδίαντον δραχμίδα ἐμβαλὼν, ἀπουθριάσας δίδου. farinæ hordei crassioris dimidiæ chœnici, affuso aquæ congio, vbi iam intumescunt crassiores farinæ partes, manibus terito dum aqua albescat, & iniecto adianti pugillo, sub dio expositum exhibeto. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 610. 1.) τὸ ἀπὸ κρίμνου, hoc est aquam in qua farina crassior sit macerata, ad refrigerandum propinat. Interdum quoque farinam cum aqua potui exhibet Hipp. vt lib. 2. de Morb. (pag. 474. 6.) ἢν δὲ διψῇ, διδόναι πίνειν ἄλφιτον καὶ ὕδωρ. Et rursus (pag. 481. 14.) καὶ τὴν ἡμέρην ταύτην πιεῖν ἄλφιτον καὶ ὕδωρ. Κριμνώδεις ὑποστάσεις dicuntur Hipp. sedimenta in vrinis quæ hordei tosti non exactè moliti crassiores partes referunt, indeque perpetuò damnantur, quòd magnum internum incendium & sanguinis exassationem, vehementemque partium internarum colliquationem, summam perniciem, aut longam morbi protractionem denunciant, vt ostendimus nostris in lib. 1. & 3 Epid. Annotat. In Progn. (pag. 140. 41. H. 40. 38.) κριμνώδεις ἐν τοῖσιν οὔροισιν ὑποστάσιες πονηραί. Sedimenta in vrinis crassioribus hordei tosti non exactè moliti partibus similia, mala sunt. Vbi eiusmodi sedimenta damnat Gal. quòd ex assato crasso sanguine & colliquatis inæqualiter carnibus contingant. ὁκόσοισι πυρέσσουσιν ἐν τοῖσιν οὔροισι κριμνώδεις αἱ ὑποστάσιες γίνονται, μακρὴν τὴν ἀρρωστίην σημαίνουσι. febricitantibus si sedimenta hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis similia in vrinis contingant, longam fore ægritudinem denunciant. Vbi scribit Gal. experientia contestatum esse huiusmodi subsidentias in vrinis summum portendere exitium, eosque qui in morbis eiusmodi vrinas habuerunt aut omnes morte fuisse præreptos, aut non nisi ægrè ac tarde longa morbi protractione liberatos. Idem lib. 1. περὶ κρίσεων (pag. 397. versic. 57.) κριμνώδεις ὑποστάσεις damnat quòd & cruditatem & aliôqui perniciem portendant, quodque δυοῖν εἶναι διαθέσεων γνωρίσματα, συντήξεως ἁδρομερούς, καὶ θερμασίας καυσώδους ἐκφρυγούσης τὸ αἷμα, hoc est, duas indicent affectiones, crassiorum partium colliquationem, & æstuosam caliditatem sanguinem torrefacientem. Ac rursus Comm. 5. in libr. 6. Epid. (pag. 514. 16.) κριμνώδεις ὑποστάσεις in vrina videri scribit, in partium corporis, ac præcipuè hepatis colliquatione. Quæ si sint crassiores, & duriores, non tamen albidæ, colliquescentis carnis in corpore notas præbent, sicut & nigræ lienis magis. ὑποστάσεις κριμνώδεις vsurpatur etiam Hipp. ægrot. 2. libr. 1. Epid. & ægrot. 3. libro tertio. Epid οὖρα λεπτὰ ποικίλα, ἐναιωρήματα ἔχοντα, κατὰ σμικρόν, οἷα κρίμνα γονοειδέα. Vrinæ tenues, in quibus varia inerant suspensa quædam in medio innatantia, hordei tosti non exactè moliti crassioribus fistulis ferè similia, genitaleque semen referentia Sic κριμνώδεις οὔρησις dicuntur in Coac (pag. 161. H.) in conuulsionum suspicione, vrinæ quæ hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis similia contineant, vt & κριμνώδες οὖρον ibid. (pag. 210. H.) κρίμνα ἐσχαρίτης farinam crassiorem prunis coctam significant lib. 4. Epid. (pag. 1136. C.) At κρίμνα ἀλφίτων ἁδρὰ cùm dicit Hipp. (vt scribit Gal. in Exeg.) τὰ μέγιστα τῶν ἀλφίτων δηλοῖ, crassiores farinæ aut polentæ partes, & quæ crassiorem in modum molitæ sunt indicat. Sic libro secundo περὶ γυναικ. (pag. 639. versic. 38.) scribitur, κρίμνα ἀπ' ἀλφίτων ἁδρὰ φώξαι. crassiores polentæ partes torrefacere. Et libr. 3. de Morb. (pag. 496. 12.) κρίμνων κριθίνων ἁδρῶν ἡμιχοίνικα. farinæ hordei crassiorum & pleniorum partium chœnicem dimidiam. Κρίμνη etiam scribitur apud Hipp. & polentam ex crassiore farinæ parte minus exactè molitam significat, libr. περὶ γυν. φύσ. (pag. 572. 5.) κρίμνην ἐξεῖναι, polentam crassius fresam exponit Cornar. Sed locus mihi valde suspectus est, tum quòd κρίθην legit Caluus, tum quòd lib. 1. περὶ γυν. (pag. 623. 46.) vbi remedium illud repetitur, pro κρίμνην ἐξεῖναι, πυρὸς τριμηνιαίους ἐρείκην scribitur, & pro ἐξεῖσαι ἐξερεῖξαι aut ἐξερεῖξαι legendum existimo, ab ἐρείκω aut ἐρείκω. Ἐρείγμην certè legi posse aliquando existimaui, vt sit ἐρειγμη idem quod ἐρεικτὸν aut ἐρεικτά. ἐρεικτὰ autem σῖτος πεφρυγμένος καὶ κεκομμένος, & ἐρικτὸν κοπανιστὸν Hesych. exponitur, triticum frictum, contusum, pistum, confractum aut fresum & bene subactum. ἐρειγμη pro ἔριγμα, aut ἔρειγμα, quod est vsitatissimum, ab Aristoph. vsurpatum affertur. Verùm si ἔρειγμα legatur ἐξεῖξαι vacare videbi-

videbitur. Locum quoque suspectum faciunt exemplaria manu scripta Regia, quæ κάμηλον & κάμιλον hoc loco legunt, nullo omninò sensu.

Κρίσις iudicium aut iudicationem significat, & generali sua notione subitam omnem in morbo mutationem indicat, siue ad salutem, siue ad mortem fiat, siue in peius, siue in melius. Gal. Comm. ad aphorism. 13. lib. 2. ἡ μὲν κρίσις ὀξύῤῥοπός ἐστιν ἐν νόσῳ μεταβολὴ πρὸς ὑγείαν ἢ θάνατον. Iudicatio est subita in morbo ad sanitatem vel mortem commutatio. Rursus Comm. ad aphorism. 23. libr. 2. ἡνίκα οὖν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ τὰς μεταβολὰς ποιεῖται μεγάλας, ὅπερ ταὐτόν ἐστι τῷ κρίνεσθαι. τὰς γοῦν τοιαύτας μεταβολὰς ὅταν ἀθρόως ἐν νόσῳ γίνωνται, αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει κρίσεις, ἐνίοτε μὲν ἀθρόως ὑγιαζομένων τῶν νοσούντων, ἢ ἀποθνησκόντων, ἐνίοτε δὲ μεταβολήν τινα μεγάλην ποιησαμένων ἐπὶ σωτηρίαν, ἢ ὄλεθρον, οὐ μὴν παραχρῆμά γε σωθέντων, ἢ ἀποθνησκόντων. ὡς εἶναι δὴ τὰς ὀξυῤῥόπους ἐν αὐτοῖς μεταβολὰς, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἰπὼν, ἐπὶ σωτηρίαν, ἢ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ χεῖρον. Non abs re igitur breui tempore magnas faciunt mutationes, quod perinde est ac si iudicari dixeris. Siquidem mutationes huiusmodi cùm in morbo repente contingunt Hippocrates ipse iudicationes appellat, ægrotantibus ipsis interdum subitò sanitati restitutis, aut mortuis, interdum quoque magnam quandam ad salutem vel perniciem mutationem facientibus, qui tamen non subitò seruantur aut moriuntur. Adeo vt quatuor in ipsis repentinæ mutationes fiant, quas ipse lib. 1. Epid. his verbis edocuit. Ad salutem aut perniciem mutatio fit, aut in melius aut deterius propensio. Rursus quoque Com. 3. in Progn. (pag. 153. 17.) ἡ γὰρ κατὰ τὰ νοσήματα κρίσις ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις μετενήνεκται, σημαίνουσα τὴν ὀξύῤῥοπον ἐν νόσῳ μεταβολὴν, γινομένην κατὰ τέτταρας τρόπους. ἢ γὰρ ἀπαλλάττονται τῶν νοσημάτων εὐθέως, ἢ μεγάλην μεταβολὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴσχουσιν, ἢ ἀποθνήσκουσιν εὐθέως, ἢ χείρους γίνονται πολλῷ. τὰς μὲν οὖν πρώτας δύο κρίσεις, ἁπλῶς ὀνομάζουσι κρίσεις, τὰς δὲ δευτέρας δύο, τὰ πολλὰ μὲν ἅμα προσθήκῃ, κακὴν κρίσιν ἢ μοχθηρὰν κρίσιν, ἤ τι τοιοῦτον τῷ τῆς κρίσεως ὀνόματι προστιθέντες. ἔστιν ὅτε δὲ καὶ χωρὶς προσθήκης ἁπλῶς. Nomen crisis in morbis vsurpatum, à foro translatum, repentinam in morbo mutationem indicat, quæ quatuor modis fit. Aut enim confestim à morbis liberantur, aut magam in melius mutationem habent, aut statim moriuntur, aut longè peius habent. Primas igitur duas crises simpliciter crises nominant, proximas duas vt plurimum cum additione, malam crisim, aut prauam crisim, aut aliquid id genus criseos nomine adiicientes, atque interdum sine additione simpliciter. Idem rursus ibidem (pag. 154. versic. 2.) κρίσιν esse scribit celerem quamuis mutationem, nec eam tantùm quæ fit ad salutem. τὸ δὲ ἐκ τούτων, ἤ τοι περιγίνεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἀπόλλυσθαι δηλωτικόν ἐστι τοῦ τὴν κρίσιν ὀνομάζειν αὐτὸν ἐπὶ πάσης τῆς ὀξυῤῥόπου μεταβολῆς, οὐ μόνης τῆς ἐπὶ σωτηρίαν. Quod autem dicitur ex his superesse hominem, aut mori, id indicat eum crisim appellare celerem quamuis mutationem, non solùm eam quæ fit ad salutem. Sic κρίνεσθαι ibidem Hipp. dicitur tum de mutatione quæ ad salutem, tum de ea quæ ad mortem fit, cùm scribit: οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτῇσιν ἡμέρῃσι τὸν ἀριθμόν. febres iisdem numero diebus iudicantur. Et rursus (pag. 155. versic. 6.) συνιέναι δ' ἐν ἀρχῇσιν ἐστὶ χαλεπώτατον διαγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἐν πλείστῳ χρόνῳ κρίνεσθαι. Sed huiusmodi morbos, qui longiore tempore iudicari debent, ab initio perquam difficile est discernere. Vbi scribit Galenus κἀνταῦθα πάλιν ἐπὶ ἀμφοτέρων ἔταξε τὸ κρίνεσθαι, τῶν τε ἀγαθὴν καὶ τῶν ἐπὶ κακῷ τὴν μεταβολὴν ποιουμένων. Rursus hic quoque τὸ κρίνεσθαι vsurpauit, tam de iis quæ ad bonum quàm de iis quæ ad malum mutationem faciunt. Et Comm. ad aphorism. 6. libr. 5. de tetano scribit Gal. ὀξύτατον πάθος ὁ τέτανός ἐστιν, ὡς ἂν ἐξ ὀπισθοτόνου τε καὶ ἐμπροσθοτόνου συγκείμενος, ὥστ' εἰκότως αὐτὸν συντομωτέρας τυγχάνειν κρίσεως. Tetanus morbus est peracutus nempe ex emprosthotono & opisthotono, hoc est in anteriorem aut posteriorem partem ceruicis tensione compositus. Ex quo ipsius breuior est iudicatio. Galenus etiam cap. 7. libr. 2. περὶ κρίσεων κρίσιν simpliciter vocat, τὴν ὀξύῤῥοπον τῆς νόσου λύσιν, subitam morbi solutionem. Atque eius commutationis morborum ex qua liberatur æger, tres modos facit, & tres etiam ex aduerso respondentes eius commutationis quæ ad perniciem tendit, & ex qua moriturus est æger. At initio lib. 1. περὶ κρίσεων crisis ambiguam notionem his verbis apertissimè declarat. εἴτε τὴν ἀθρόαν ἐν νόσῳ μεταβολὴν, εἴτε τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ῥοπὴν μόνην, εἴτε τὴν προηγουμένην αὐτῆς ταραχὴν, εἴτε καὶ τὴν λύσιν ἅπασαν τοῦ νοσήματος, εἴτε καὶ ταύτης μόνην τὴν ὀξεῖαν θέλει τις ὀνομάζειν κρίσιν, οὐ πρόκειταί μοι διαιρεῖσθαι τὰ νῦν, ὅτι μὴ πάρεργον. Siue subitam in morbo mutationem, siue solam ad melius inclinationem, siue perturbationem quæ antecedit, siue omnem morbi solutionem, siue eam tantùm quæ bono est, crisim velit quis nominare, hoc loco non est mei instituti, nisi obiter, distinguere. Quas vocis κρίσεως notiones libr. 1. de dieb. decret. etiam attingit Gal. cùm scribit (pag. 424. versic. 29.) ἡμεῖς μὲν δὴ τὴν ἐξαίφνης οὕτως ἐν νοσήματι ταραχὴν ὀνομάζομεν κρίσιν, καὶ τελευτᾶν γε αὐτὴν τὰ πολλὰ μὲν εἰς σωτηρίαν, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς ὄλεθρον τοῦ κάμνοντος φαμέν. Nos quidem adeò repentinam in morbo mutationem crisim nominamus, eamque ipsam vt plurimùm ad salutem, interdum verò ad ægrotantis interitum tendere affirmamus. Rursus ibidem (pag. 427 6.) οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀθρόαν ἐν νόσῳ μεταβολὴν ὀνομάζουσι κρίσιν, οἱ δ' εἰ μὴ προσείη τὸ ἐπ' ἀγαθῷ, κρίσιν οὔπω τὸ τοιοῦτον ὀνομάζουσιν, ἔνιοι δὲ τούτων μὲν ἑκάτερον ἀποτέλεσμα κρίσεως εἶναί φασιν. τὴν κρίσιν δὲ αὐτὴν τὸν μεταβλητικὸν ἐπιφανῶς ἐν ὀξεῖ καιρῷ σάλον ὑπάρχειν οἴονται, ἐξ αὐτῆς δηλονότι τοῦ νοσήματος τῆς φύσεως γινόμενον οὐκ ἔξωθεν. Nonnulli quidem repentinam in morbo mutationem crisim esse existimant, quidam etiam nisi ad salutem tendat, tale quid nondum crisim nominant: alij verò horum quidem vtrunque criseos opus esse dicunt. Crisim autem ipsam euidenter permutatam repentinam agitationem esse existimant, ex ipsa morbi natura non extrinsecus ortam. Et rursus (pag. 431. v. 3.) ἡ μὲν γὰρ ἡ προηγουμένη τῆς λύσεως τοῦ νοσήματος ὀξεῖα ταραχὴ κατὰ τὸ τοῦ κάμνοντος σῶμα κρίσις ὀνομάζεται. Nam si subita in ægrotantis corpore perturbatio, morbi solutionem antecedens, crisis nominatur. Idem Com. 3. in libr. 1. Epid. has criseos notiones aptissimè declarat (pag. 382. 49.) ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει τὸ σημαινόμενον ἐκ τοῦ τῆς κρίσεως ὀνόματος ἐδίδαξεν, ὃ διὰ συντόμων ἄν τις εἴποι ὀξύῤῥοπον εἶναι μεταβολὴν νοσήματος. ὅτι δὲ τετραχῶς ἡ μεταβολὴ γίνεται, σαφῶς αὐτὸς εἶπεν. ἐπὶ γὰρ σωτηρίαν, ἢ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἢ χεῖρον, ἀξιόλογον δηλονότι. παρέλειπε δ' αὐτὸς εἰπεῖν τὸ ἀξιόλογον, ὡς ἐν τῷ κοινῷ σημαινομένῳ τοῦ τῆς κρίσεως ὀνόματος περιεχόμενον. Quid κρίσεως nomine significetur hac dictione edocuit, quam quis breuiter repentinam morbi mutationem esse dixerit. Quòd autem quatuor modis mutatio fiat, manifestò dixit, nempe ad salutem; aut perniciem; aut ad melius vel deterius inclinationem, insignem videlicet. Prætermisit autem in oratione [insignem] quòd communi criseos significato contineatur. Rursus Comm. 2. in lib. 6. Epid. (pag. 464. 18.) κρίσιν δ' ἤκουσαν ὑφ' ἧς ὀξύῤῥοπος γίνεται μεταβολή τις ἀξιόλογος. Iudicationem autem intellexerunt in qua repentina quædam & insignis mutatio accidit. Et Com. 3. in li. 3. Epid. (p. 435. 1.) καὶ γὰρ ὁ θάνατος ὑποπίπτει τῷ γενικῷ σημαινομένῳ τῆς κρίσεως ὡς ἐδείχθη. Etenim generale κρίσεως significatum mortem complectitur, vt ostensum est. Et in Coac. (p. 155. E.) κρίσις tam de ea quæ ad mortem tendit, quàm quæ ad salutem morborum immutationem facit, dicitur, vbi de lingua valde nigrescente scribitur, σφόδρα δὲ μελαινομένη ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κρίσιν γενέσθαι δηλοῖ, valde autem nigrescens iudicationem decimo quarto die futuram indicat. Quæ certè præcipuæ criseos notiones ex ipso Hipp. haustæ sunt cùm scribit libr. 1. Epid. in fine sect. 3. δεῖ δὲ προσέχειν τὸν νοῦν καὶ εἰδέναι ἐν τοῖσι χρόνοισι τούτοις τὰς κρίσιας ἐσομένας ἐπὶ σωτηρίην, ἢ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὰς ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ χεῖρον. Animumque aduertere & nosse oportet his in temporibus futuras iudicationes ad salutem aut perniciem tendere, vel momenta in melius aut deterius facere. Et libr. περὶ παθῶν (pag. 518. 2.) κρίνεσθαι in morbis dicitur, quod est iudicari, ὅταν αὔξωνται αἱ νοῦσοι, ἢ μαραίνωνται, ἢ μεταπίπτωσιν ἐς ἕτερον νόσημα, ἢ τελευτῶσιν, cum morbi augentur, aut marcescunt, aut in alium morbum transeunt, aut cessant. Sic κρίνειν impropriè sumitur de humorum transpositione, vbi priori morbo alter morbus succedit. (vt & λύειν aph. 26. lib. 6.) In Coac. (pag. 121. E.) καὶ τοὺς ἐπιῤῥιγέοντας τρομώδεα γινόμενα κρίνει. atque eos qui subinde nouo rigore corripiuntur, succedentes tremores indicant. Est vbi quoque κρίσις apud Hipp. perfectam morbi solutionem indicat, & eam quæ extra omnem periculi est aleam, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 46. 52. H. 385. 32.) vbi scribit Galenus κρίσιν, dici ἤ τοι τὴν τελείαν λύσιν τοῦ νοσήματος, ἢ τοι τὴν εἰς τοσοῦτον ἀξιόλογον μεταβολὴν, ὡς ἤδη κινδύνου παντὸς ἐκτὸς καθεστηκέναι. aut perfectam morbi solutionem, aut adeò insignem mutationem vt æger extra omne periculum constitutus videatur. Rursus Com. 2. in eundem libr. (pag. 57. 37. H. 387. 55.) τῆς κρίσεως ὡς ἔφην ἀκουομένης, οὐ μόνον τῆς τελείας ἀπαλλαγῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀξιολόγου μεταβολῆς. κρίσεως nomine accepta non solùm perfecta liberatione morbi, sed & effatu digna mutatione. Sic κρίνεσθαι λύεσθαι significat Hipp. quod est solui, terminari, finiri, iudicari, in Progn. (pag. 122. 30. H. 37. 6.) cùm scribit: κρίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν ἡμέρῃ τε καὶ νυκτί. Huiusmodi autem vno die & nocte iudicantur. finiri dixit Celsus cap. 6. lib. 2. διαιμάζεσθαι καὶ διαγνωρίζεσθαι exponit Gal. libr. 3. de dieb. decr. (pag. 447. 14.) quod est dignosci,

discerni, diiudicari. Si enim ex causa aliqua externa facies cadauerosa extiterit, idipsum discernitur die vno ac nocte, quòd intra tempus affectio illa desinat & ad statum naturalem reducatur. ἐπανορθώσιος ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ τύχοιτο dixit Gal. Illîc namque ἐπανόρθωσις ad statum naturalem reductionem indicat. Rursus cum scribitur in Progn. (pag. 139. vers. 51. H. 40. 32.) οὖρον δὲ ἄριστόν ἐστιν ὅταν ᾖ λευκή ἡ ὑπόστασις, καὶ ὁμαλὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἐς' ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. Vrina illa optima est, in qua per omne morbi tempus ad iudicationem vsque sedimentum album fuerit læueque & æquale. μέχρι λύσεως τοῦ νοσήματος, ad morbi solutionem vsque exponit illîc Gal. Sic quoque lib. 1. de dieb. decr. (pag. 431. 10.) κρίσιν λύσιν exponit Galen. vbi & febres diarias vno aut altero die iudicari, hoc est solui & finiri scribit. Atque idem libr. 3. de dieb. decr. (pag. 440. 3.) pro παύονται κρίνονται ex Progn. legit, vbi scribitur (pag. 154. 5. H. 43. 55.) οἱ τε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν, καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβῶτες τεταρταῖοι παύονται ἢ πρόσθεν. febres enim saluberrimæ & quæ signis fulciuntur securissimis, die quarto aut antea desinere solent. Quod etiam iisdem pene verbis repetitur lib. περὶ κρισίων (pag. 52. 38.) Κρίσις est ἡ ἀπόλυσις νόσου morbi solutio, ἐν παραγγελίαις (pag. 28. 46.) cui etiam ἀπαξίαν νόσου opponit. Quibus verbis morbi qui iudicatione minimè soluuntur, sed sensim desinunt & longi sunt, denotantur. τὸ κρῖνον, quod est iudicans, conferens aut benefaciens & molestiam leuans significat Hipp. aphor. 22. lib. 5. τὸ θερμὸν φίλιον καὶ κρῖνον, calidum amicum & iudicans, hoc est ad salutem conferens & eam conseruans. Ei namque τὸ κτεῖνον opponitur, τὸ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον. frigidum inimicum & perimens. Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 56. 19. H. 387. 38.) τὰ κρισιμώτερα ὠφελιμώτερα, hoc est vtiliora, commodiora exponit Gal. Prorrh. 2. (pag. 87. E.) αἱ δὲ ὑγρότεραι τῶν διαχωρήσιων ἑβδομαῖαι ἢ θᾶσσον κρινόμεναι. At liquidiores alui egestiones quæ die septimo aut citius iudicio terminantur aut desinunt. Corn. Celsus adeò iudicij nomen aut criseos reformidat, vt eius loco finem morbi, aut procedens tempus ponat, & pro κρίνειν decernere, aut pro κρίνεσθαι solui aut finiri morbum. fortè quòd Latinis auribus insolens sit dictio, aut potiùs quòd iudicij seriem contemnat. Sic libr. 2. cap. 3. procedente tempore aluum contrahi, & lumbricos sub fine morbi descendere dicit, quod Hipp. in Progn. & Coac. πρὸς κρίσιν ἰούσης τῆς νόσου. Aurel. cap. 8. libr. 4. Tard. pass. properare iudicium dixit. Et cap. 6. lib. 3. vbi febris fuit atque decreuit. Et rursus ibidem vbi febris decreuit. Idem cap. 3. libr. 2. cuius febricula eo sudore finitur. Rursusque ibidem. Neque terrere debet ea febris quæ eodem die finita est. Et rursus cap. 4. habere sudores non per totum corpus æquales, quique febrem non finiant. Et cap. 6. Ex quibus causis interdum hæc species oritur, sed vno die finitur, quod κρίνεται dicitur in Progn.

Κρίσις etiam pro ipsa morbi accessione sumitur Hipp. aph. 19. lib. 1. vt illîc scribit Gal. Etsi pro morbi vigore quoque sumi posse aut pro crisi propriè dicta, quæ est subita morbi immutatio, ibi fatetur Gal. Rursus idem Com. 2. in lib. 6. Epid. (pag. 464. 18.) κρίσιν quibusdam ἁπλῶς τὸν παροξυσμὸν significare scribit. Sunt qui pro accessionis vigore crisim etiam sumant aph. 19. lib. 1. Verùm Aret. vetustus imprimis scriptor pro ipso morbi vigore κρίσιν sumit, cùm scribit cap. 1. lib. 1. Cur. ac. πολλὸν πρὸ τῶν κρισίων ἐν τοῖσι ὀξέσι κενοῦν χρὴ, ἢ φαρμακεύειν, ἢ τοῖσι ἄλλοισι ἐρεθισμοῖσι χρέεσθαι, Multò enim ante iudicationes in acutis morbis euacuare, aut purgantia medicamenta sumere, aut aliis irritamentis vti oportet. Et rursus ibidem. ὑποστέλλεσθαι δὲ ἐν τῇσι κρίσεσι, καὶ μικρὸν τι πρὸ τῶν κρισίων. Verùm in ipsis iudicationibus & paulò ante iudicationes cibus subtrahendus. Et verò magna ex parte morbo in suo vigore consistente iudicationes fiunt, vt scribit Gal. Com. ad aph. 19. lib. 1. Qua ratione etiam κρίσιν pro accessione ipsa morborum meritò illîc sumit Gal. Magna namque ex parte in accessionibus iudicationes contingunt, vt scribit Gal. libr. 1. & 3. de dieb. decret. & testatur aphorism. 13. lib. 2. Κρίσις quoque ἔκκρισιν & τὸ κρίνεσθαι ἐκκρίνεσθαι, quod est vacuari, excernere significat. Libr. de loc. in homine (pag. 418. 6.) μὴ δὲ ὡς ἂν τὸ σῶμα θάλλῃ πιπίσκειν φάρμακον. οὐ γὰρ κρίνονται εἰ μὴ σμικρόν. Medicamentum quoad corpus floridum est non propinandum. Neque enim vacuantur nisi modicum. Quod paulò ante ἐκκεῖσθαι dixit. Sic Aret. cap. 1. libr. 1. Cur. acut. κρίσιν τῶν ἐν τῇ κοιλίῃ, alui excretionem, aut recrementorum vacuationem vocat. Neque absimili notione κρίνεσθαι οὖρον dicitur, cùm vrina per iudicationem profluit & excernitur. libr. 4. Epid. (pag. 1131. B.) καὶ τὸ οὖρον ἐκρίθη, & vrina iudicatione est reddita. Κρίσις etiam Hipp. iudicium significat aphorism. 1. lib. 1. Galenus rationem exponit qua probantur ea quæ in arte tractantur, & λόγον vocat, & τὴν τῶν ἀποβησομένων ἐκ πείρας διάκρισιν, hoc est rationem & de rei euentu per experientiam diiudicationem. Rursus ibidem Gal. κρίσιν λόγον esse scribit, ὁ λόγος δὲ αὖ ἡ κρίσις ἐστὶ, τῶν κρινόντων παρ' αὐτοῦ τι πρακτέα. iudicatio ratio est qua tanquam arbitra de iis quæ facienda sunt decernitur ac iudicium fit. Idem Empiricis τὴν κρίσιν significare scribit τὴν τῶν διὰ τῆς πείρας εὑρισκομένων βοηθημάτων διάκρισιν, hoc est, auxiliorum quæ per experientiam inuenta sunt delectum & diiudicationem.

Κρίσιμον quod decernit & iudicat dicitur, quodque ad iudicationem confert & est accommodatum. Sic libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 56. v. 19. H. 387. 38.) τὰ κρισιμώτερα τὰ μᾶλλον κρίσιν ποιοῦντα τῷ νοσήματος, ὅπερ ἐστὶ συναίσιμα ταῦτα τῶν ὠφελιμώτερα, exponit Gal. quæ magis ad crisim faciunt eamque promouent, quod perinde valet ac si vtilia dicas. Et Coac. (pag. 152. H.) τὸ κρίσιμον ad iudicationem faciens & conferens dicitur, vbi tamen publicata exemplaria χρήσιμον malè legunt. Κρισίμως διαλείπειν quod est iudicatoriè desinere exponit Gal. Com. 2 in lib. 1. Epid. (pag. 373. 49. H. 956. F.) ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ παύεσθαι, καὶ μεθ' ἱδρῶτος, ἢ τινος ἄλλου τῶν ὅτω κρινόντων. die iudicatorio cessare & cum sudore, aut aliquo alio iudicatorio signo. Quæ autem signa sint κρίσιμα, & quæ signorum tantùm aut etiam causæ rationem habeant, habes fusissimè apud Gal. Com. ad aph. 12. libr. 1 & cap. 3. 7. 8. & 14. lib. 1. περὶ κρισίμων & cap. 4. lib. 3. deinde apud Gorrh. qui & quid sit κρίσιμος ἡμέρα abunde etiam explicat ex Galeno.

Κροκυδίζειν seu κροκυδίζειν est floccos seu pilos in veste aut subtegmine extantes legere ac vellere, quod est phreniticorum symptoma, vt καρφολογεῖν, Gal. Comm. 1. in Prognost. (pag. 128. vers. 57. H. 38. 4.) vbi Hippoc. τὰς χεῖρας κροκίδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτιλλούσας, manus è veste floccos euellentes damnat. Celsus floccos in veste legere fimbriasve diducere dixit, cap. 6. libr. 2. τὰς κροκίδας ἀφαιρέειν, quod est floccos aut pilos tollere ac auferre dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 98. 43. H. 399. 5.) Aret. etiam in curat. phreniticis cap. 1. lib. 1. cur. ac. stragulas vestes glabras aut leues, hoc est sine pilis esse vult, ὡς μὴ κροκυδίζειν ὑπόμνησις ἔοι, vt ne floccos ex vestibus legere in mentem subeat.

Κρόκη tramam seu subtegmen significat, sed sumitur apud Hipp. pro filo, lino aut tomento libr. 2. de Morb (pag. 467. 41.) συνθεὶς τὴν τομὴν, κρόκῃ διπλῇ καταπλέξαι πᾶσαν αὐτήν (de cutis in fronte sectione agens) totam sectionem duplici filo implicatam aut inuolutam (hoc est in arctum collectam) componito. Ac videtur κρόκη idem esse quod κροκίς. κροκίδα autem πορφύρων, hoc est tomentum lanæ purpura infectæ in aures inflammatas & purulentas indit Androm. apud Gal. lib. 3. κατὰ τόπ. (pag. 192. 45.) etsi πορφυρεῶν vitiosè pro πορφύρων nostris in exemplaribus legitur.

Κρόκος seu κρόκον ᾠοῦ oui luteum significat Gal. libr. 3. περὶ εὐπορίστων (pag. 451. 35. & pag. 453. 53. & pag. 457. 8.) ὁ λέκυθος dicitur, pro quo τὰ χρυσᾶ τῶν ᾠῶν & τὰ πυῤῥὰ dicit Athen.

Κρότων ricinus dicitur Latinis, κίκι aut κίκιον Ægyptiis vocabatur, vt scribit Gal. in Exeg. vocum Hipp in κρότωνος ῥίζα, qui locus legitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 670. 22.) τῶ κρότωνος ῥίζα πιπισκόμενον, ricini radix epota. Pro quo lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573. 7.) τῷ κυνοσβάτῳ δίδοντα τὴν ῥίζαν διδόναι vitiosè scribitur. τῶ κρότωνος ῥίζαν enim reponendum videtur. Sed pro κίκι κίκυ αἰγύπτιον scribit Hesych. Κρότωνας autem apud Hipp. exponit Gal. τὰ ἐν τῷ πνεύμονι χονδρώδη βρόγχια, cartilaginea pulmonis bronchia, & ex libro primo de Morb. maiore adducit. Legitur verò lib. 2. de Morb. passim inscripto (pag. 479. 53.) μετὰ δὲ πῦον πτύει, καὶ οἷα ἔλκεος κρότωνας, καὶ αὖθις βήξ. Agitur enim de asperæ arteriæ vulnere, in quo primis diebus sanguis expuitur, deinde pus, postea cartilagineæ pulmonis partes, bronchia dicta, reiiciuntur. Vlceris ricinos interpretes dicunt. Vitiosè autem omnibus in exemplaribus κρότανας, legitur pro κρότωνας vt Gal. legisse satis apparet. Sic quoque vitiosè apud Varinum κρότονες pro κρότωνας legitur, vbi Gal. locum adducit.

Κρούματα in musica dicuntur toni qui pulsatis organis musicis eduntur, aut sonus quem pulsata instrumenta musica edunt. li. 1. περὶ διαίτης (p. 346. 16.) κρούεται τὰ κρούματα ἐν μουσικῇ, pulsatis instrumentis musicis sonus editur, pulsantur toni in musica dixit Cornar.

Κρύβδην clam, latenter, occultè. κρύβδην λάθρᾳ exponit Hesyc. li. 1. περὶ γυναικ. (p. 610. 22.) κρύβδην τείνονται, clam extenduntur.

Κρυστάλλιναι χεῖρες, manus gelatæ, conglaciatæ, velut gelu frigidæ, lib. 7. Epid. (pag. 1217. B.) χεῖρες ὡς περικρυστάλλιναι manus velut gelu frigidæ.

τὰ Κρύφια sunt animi sensa occulta, & occultæ ratiocinationes mentis libr. 7. Epid. (pag. 1140. E.) vbi tamen κρύφια vitiosè

vitiosè legitur,& κρύφια aut κρυφαῖα legendum videtur.

Κρύμξα exponit Erot. apud Hipp. λάχανον ὅμοιον σελίνῳ, φυόμενον ἐγγὺς θαλάσσης,olus apio simile quod iuxta mare nascitur. Verum Erot.locus mihi suspectus est.

Κτεὶς pecten dicitur & significat locum sub imo ventre iuxta pudenda, vbi pili inhorrescunt,aph.80.libr.4. καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον,καὶ ἐς τὸν κτένα,& dolor in imum ventrem & pectinem incidat. Varinus κτένα ἐφήβαιον explicat. Pollux τρίχωσιν ἥβης τι vocat,pubem Latini dicunt.Iuuenalis,Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.

Κτίζω condo,constituo,fabricor, creo, significat. & κτίζομαι condor,constituor,creor,Hipp.lib.de art.(pag.618.49.H.810.C.) κύστις τε γὰρ καὶ γονὴ & ἀρχὸς τὸ χαλαρὸν ἐν τούτῳ ἔκτισται,Vesica namque, & partes naturales, rectique intestini laxitas eo in spatio constituta sunt, hoc est condita & facta. κτίσαι enim ἱδρῦσαι, statuere, constituere exponit Hesych. & κτίσμα ποίημα, opus conditum aut creatum. Est & κτίσις ἡ πρᾶξις τοῦ κτίζοντος Varino pro ἐκτίσθαι autem Gal. eo in loco ἔγκειται legit libro de vuluæ dissectione. At verò ἔκτισται pro κέκτισται videtur positum abiecta consonante incrementi, idque Atticè & Ionicè, vt in ἐδέλευκε. Sic ἔκτημαι pro κέκτημαι positum annotat Eustath. Il.ι.ἀφωνίας gratia & ἐκτῆσθαι pro κεκτῆσθαι (v.462.) Γ'λίον ἐκτῆσθαι εὐναιόμενον πτολίεθρον. apud Herodot.etiam annotatur ἔκτλωνται ἱρὸν, & ἔκτλωνται ὄνομα pro κέκτλωνται,& ἐκτῆσθαι & ἐκτημένοι pro κεκτῆσθαι & κεκτημένοι.

Κυάμου κυρητὸν Gal. in Exeg. Dioscor. apud Hipp. hyoscyami semen intelligere scribit.velut lib.1. περὶ γυναικ. vbi tamen passim in omnibus exemplaribus ὑοσκυάμου κυρητὸν constantissimè retinetur (pag. 629. 18.) Sic ὑοσκυάμου κυρητὸν potui exhibet libr.2.de Morb.(pag.474.14.) & libr.2. περὶ γυναικ. (pag.665. 20.) Idem Gal.scribit κυάμου κυρητὸν quosdam de faba Ægyptia intelligere,hoc est pro mensura sumere,vt sæpe occurrit apud medicos, sicque κύαμον αἰγύπτιον vsurpat Hipp.lib.2.περὶ γυναικ. (pag.665.50.)

Κύαρ Gal.in Exeg.exponit τὸ τῆς βελόνης τρῆμα,acus foramen.Itidem Hesych.τὸ τῆς ῥαφίδος τρῆμα,& τὸ τῆς κώπης τοῦ μύλου,manubrij foramen in mola trusatili. Pollux κύαρ vocari scribit in aure τὸ ἐντὸς κατὰ τὸ τρύπημα τοῦ ὠτὸς μέρος, interius auris foramen, lib. 2. Vsurpat hanc dictionem Hip.extremo lib.de rat.vict.in mor. ac.(pag.116.vers.47.H.406.42.)ad Trichiasin,ὑποδήσας τὸ ῥάμμα τῇ βελόνῃ τῇ τὸ κύαρ ἐχούσῃ, immissum in acus foramen filum. Et libr.2.de Morb. (pag. 471. 51.) ἔπειτα ποιήσας αὐτῷ μίαν ἀρχὴν, ῥάβδον λαβὼν κασσιτερίνην λεπτήν, ἐκ τοῦ ἑτέρου κύαρ ἔχουσαν. Deinde vbi ipsorum principium vnum feceris,stanneam virgam tenuem altera parte foramen habentem, sumito. Rursus ibidem (vers.53.) καὶ ἐπὴν ῥάβδος διέρξῃ διὰ τοῦ κύαρος τὸ λίνον ἕλκειν. ac vbi per foramen transmiseris, filum attrahito donec principium apprehendas.

Κύβιτον Gal.in Exeg.apud Hipp.explicat τὸ ὠλέκρανον ὅπερ καὶ ἀγκών, hoc est, os illud cubiti in brachij commissura extra eminens, & acutum illud cui innitimur, quod & ἀγκὼν dicitur.Dioscor. verò brachij condylum ita vocari ab Hipp.existimat. Sic & Pollux lib. 2. κύβιτον Hipp. dici scribit κατὰ τὴν ἔξωθεν συμβολὴν τοῦ πήχεως ὑπὸ τοῦ βραχίονι, quam & ἀγκῶνα & κύβωλον nominari tradit. Idem etiam ὠλέκρανον exponit extra extantem in brachij commissura gibbum; etsi quibusdam ὠλέκρανον vocari scribit τοῦ πήχεως τὴν ὑπὸ τοῦ βραχίονι συμβολὴν, καὶ τὴν ἔνδοθεν κοιλότητα. Rufus quoque Ephes. libr. 1. περὶ ἀνθρωπ. μορ. ὠλέκρανον esse quibusdam vult τὸ σύμπαν ἄρθρον τὸν ἀγκῶνα, καὶ τὸ ὀξὺ ἐφ' ᾧ κλινόμενοι στηριζόμεθα, hoc est totum articulum,qui & ἀγκὼν dicitur, & acutum illud cui reclinati innitimur. Additque Dores Siciliam incolentes κύβιτον appellare. Quod etiam Pollux Δωρικὸν εἶναι τοὔνομα τῶν ἐν Σικελίᾳ Δωριέων fatetur. Eidem rursus ἡ γωνία τοῦ ἄρθρου ἐφ' ᾧ κλινόμενοι στηριζόμεθα,ἀγκὼν,ἢ ὠλέκρανον esse scribitur.Et authori Isagog.(pag.576. 13.) ἀγκὼν dicitur καθ' ὃ συγκάμπτεται ἡ χεὶρ ὅλη, οὗ τὸ ἔξω μέρος κορωνὸν καὶ ὠλέκρανον ὀνομάζεται,qua manus tota flectitur,cuius exteriorem partem κορωνὸν & ὠλέκρανον nominant. Sic Hipp.ἀγκὼν vocatur ἐν ᾧ στηριζόμεθα lib.de fract.(pag.530.vers.39.H. 752. C.) Quem locum explicans Gal.Com.2.in lib. de fract. (pag.555.versic.56.H.764. F.) ἀγκῶνα apertissimè nominare Hipp. scribit τὸ τοῦ πήχεος ὀξύτατον, καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ ὠλέκρανον καὶ κύβιτον. Est ergo κύβιτον apud Hipp. extremum illud vlnæ os acutum duos habens processus, quos κορώνας aut κορωνὰ vocant, quibus cauitas σιγμοειδὴς comprehenditur, in quam τοῦ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς, hoc est brachij cauitas trochleæ similis, medio paruo condylo leuata inseritur, eamque diarthrosin efficit qua manus tota extenditur & flectitur. Idque totum interdum ἀγκὼν dicitur, interdum verò solam cubiti extremitatem acutam indicat Hipp. quam τὸ τοῦ ἀγκῶνος ὀξὺ vocat lib.de fract. (pag. 576. 25. H. 777. G.) & libr. de art. (pag. 598. 45. H. 794. D.) & τὸ τοῦ πήχεως ὀστέον ὑπερίσχον, aut τὸ ὀστέον τοῦ πήχεως τὸ ἐξέχον ἐς τὸ κοῖλον τοῦ βραχίονος, (ibidem pag. 575. vers. 39. 53. H. 776. F. & 56. H. 777. A.) hoc est os cubiti prominens, aut os cubiti quod in brachij cauum prominet. Erot. quoque τῷ κυβιτῷ, τῷ ἀγκῶνι apud Hipp. exponit, idque ex plurimorum authoritate. Bacchium autem τῷ κυβοειδεῖ ὀστέῳ ἐν τῇ πτέρνῃ, hoc est pro ossiculo cubi formam habente, aut calce accipere scribit. Verùm vt Exeg. locum explanemus, & ad Hipp.fontes deducamus, mihi certè videtur Gal. locum lib. περὶ τῶν κατ' ἄνθρωπον (pag. 410. 40.) illis verbis expressisse, vbi scribitur. αὗται σὺν τῷ ὀστέῳ πεφυκυῖαι, συνάπτει τὸ τοῦ ὀστέου ἄρθρον ἐν ἀρθροῦνται ἐς τὸ κύβιτον. Hæ [appendices] cum osse cohærentes, iuxta ossis articulum in cubiti gibbum coarticulantur. Eoque in loco per τὸ κύβιτον Dioscoridem brachij condylum medium & minimum, vbi cauitas est trochleæ similis circa quam cubitus mouetur, intellexisse satis apparet. Id τὸ πεφυκὸς κοιλαινοειδὲς ibidem Hipp.dicitur in manu scriptis exemplaribus, cùm publicata nostra admodum vitiosa sint, & τὸ κοῖλον τοῦ βραχίονος lib. de fract. (pag. 575.38. & 53.776.F.H.) & libr. de art. (p.598.46.794 D.) & Mochlico (pag. 850. C.) Quod certe brachij commissuram & flexum facit, quæ & ἀγκὼν & κύβωλον Polluci nominatur. Erot. verò locus ibidem etiam bis exprimitur, nempe (pag. 410. 34. 35.) vbi scribitur. ποτὲ ὀστέον καὶ ἡ περόνη ἐς τὸ αὐτὸ συμβάλλοντα, ἄρθρον ἐν τῷ κυβίτῳ ποιέουσι, & tunc tum os, tum radius in idem commissa, articulum in cubiti gibbo faciunt. Rursus, καὶ περόνην καλευμένην ποιέουσι, ἐόνται ἑωυτῇς ξυμβάλλουσαι ἐν τῷ κυβίτῳ ἐντὸς, & radium appellatum efficiunt hæ sibiipsis intus in cubito commissæ. Verùm κυβιτῷ legit Erot. vt & κυβίτην apud Hesych. scribitur, & ἀγκὼν exponitur. Sudas verò etiam κύβιτον habet. Est tamen mihi non leuiter suspecta Erot.lectio.Neque enim Bacchium tam malè in Hipp. scriptis versatum existimo, vt quod de cubiti gibbo aut de brachij condylo dicitur, ad os calcanei κυβοειδὲς referat. Aut certè illa Bacchij expositio alium Hipp.locum adumbrare videtur, quem tamen nondum me legere memini.

Κυγχρίδα Gal. in Exeg. apud. Hipp. explicat τὴν τε σμικρὰν κύλικα, καὶ τὴν ἰατρικὴν πιθάκνην, hoc est,paruum calicem & doliolum medicum aut vasculum dolij figura. Sed pro κυγχρίδα quidam κυλιχνίδα, quidam etiam κυχρίδα & κιγχρίδα legunt. Verùm κυλιχνίδα genuinam scripturam reor. Est enim κυλιχνὶς idem quod κυλίχνη aut κυλίχνιον, & κυλικὶς, hoc est paruus calix & pixis medicamentaria. Hesych. κυλίχνη exponitur ἰατρικὴ πυξὶς καὶ φιάλη. Idem κυλιχνίδας quibusdam esse scribit κύλικας, aliis κεράμεα ἀγγεῖα, aliis pyxidas ἰατρικὰς, aliis λιβανωτίδας. Athen.lib.11. Alcæum κυλιχνίδας αὐτὸ τὰς κύλικας dicere scribit.

Κυκᾶν est miscere, confundere, perturbare miscellam facere, & propriè de liquoribus effertur,vnde κυκεὼν ducitur.Et Eustath. apud Homer. κύκησε idem quod κυκεῶνα ἐποίησε exponit. Erot. quoque apud Hip.κυκᾶν ταράττειν exponit, in dictione κυκεών. Vnde ἀνακυκᾶν & ξυγκυκᾶν,commiscere,permiscere.lib.περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.538.38.) ταῦτα ξυγκυκήσας ἐκπιέτω, hæc permixta ebibat,de floculenti cyceonis commixtione. Rursus lib. 3.de Morb.(pag.497.16.) ὠῶν τὸ λευκὸν κατακυκῶν ἐν ὕδατος χοῖ πινέτω. ouorum candidum in aquæ congio agitatum bibat. Et rursus ibid. (vers.18.) καὶ τὴν κοιλίην ὑπάγειν τὸν νοσέοντα συγκυκῶν. ægrum præterea ad subducendam aluum conturbat, concitat.Ac rursus in Epistolis (pag.1284.47.) τὰς δὲ φάρμακα κυκῶντας.hos verò pharmaca miscentes.

Κυκεὼν Cyceonis poculum, miscellanea est potio & mixtura ex variis composita,quæ alimenti & potus rationem habebat.Interdum enim ex vino & melle, interdum etiam ex vino & caseo admixta polenta, pultis quædam species media inter liquidiorem & solidiorem cibum,ac veluti quædam puls sorbilis conficiebatur. Antiqui enim mel, polentam, caseum & oleum vino admiscebant, variamque mixturam concinnabant, ac potionem pentaploa ex quinque rebus dictam, cuius meminit Athenæus lib. 11. Dipnosoph. Huiusmodi variam potionem sociis Vlyssis miscuisse Circen scribit Hom. Ὀδυσ. κ. Idem quoque Il. λ. Cyceonis confectionem ab Hecameda apparatam commemorat. Et licet quid sit medium inter esculenta & potulenta, ibi tamen potui exhibetur ab Homero & vim sedandæ sitis habet. κυκεὼν δὲ λέγεται (vt scribit Homeri Schol.) τὸ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος, καὶ ἀλφίτων καὶ ὕδατος καὶ τυροῦ ἀναμεμιγμένον πόμα. Cyceon mixtura est ex vino, melle, polenta,aqua,& caseo.Hesychius quoque κυκεῶνα ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος καὶ ὕδατος καὶ ἀλφίτων ἀναμεμιγμένον πόμα esse scribit.Apud quem

etiam cyceon ex variis herbarum ſuccis aut medicamentis concinnata ſorbitio eſſe dicitur, velut vſurpatur Hippocrati lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 667. 40.) Erot. apud Hipp. κυκεὼν exponitur πόμα μετ' ἀλφίτων πεφυρμένον, potio polenta permixta. Idemque ἀπὸ τοῦ κυκᾶν, τὸ ταράττειν, quod eſt permiſcere nomen traxiſſe innuit. Nimirum lib. 6. Epid ſect. 6. aph. 7. ſubindicans, vbi κυκεὼν ab Hipp. vſurpatur in dolorum allevandorum remediis. Ibi κυκεὼν Gal. eſſe ſcribitur mixtura ex alimento & vino concinnata, in qua varia quidem temperabantur, vt mel, polenta, aliaque permulta, omnia tamen in cyceone cum vino concinnabantur. Videturque huius Cyceonis duplex fuiſſe apud antiquos ſpecies. Viliſſimus quidam ex aqua ſola & farina confectus, alter delicatior ex farina cum quouis alio liquore, vt vino, melle, agitata & cocta, addito etiam interdum caſeo. Vtriuſque meminiſſe videtur Hipp. & variam eius mixturam indicaſſe libr. 2. περὶ διαίτης (pag. 355. 50.) his verbis, κυκεὼν δὲ μόνος, ἐφ' ὕδατι μὲν ψύχει καὶ τρέφει, ἐπ' οἴνῳ δὲ θερμαίνει, καὶ τρέφει, καὶ ἵστησι, ἐπὶ μέλιτι δὲ, θερμαίνει μὲν ἧσσον καὶ τρέφει, διαχωρεῖ δὲ μᾶλλον, ἢν μὴ ἄκρητον ᾖ τὸ μέλι· ἢν δὲ μὴ, οὐ διαχωρέει, ἀλλ' ἵστησι. Cyceon ſolus aqua temperatus refrigerat ac nutrit, cum vino autem calefacit, nutrit & ſiſtit. Cum melle, calefacit quidem minus & nutrit, magis verò aluum ſubducit, ſi mel ſynceium non fuerit, aliôqui aluum non cict ſed ſiſtit. Vbi etiam cyceonas cum lacte parari & bene alere ſcribitur. Gal. etiam lib. 1. de alimentis (cap. de hordeo in ptiſſanæ præparatione, variam cyceonis mixturam ſubindicare videtur, cùm ſcribit: ἔνιοι δὲ καὶ μέλι καὶ κύμινον ἅμα τούτοις ἐπεμβάλλουσιν, κυκεῶνα τινὰ μᾶλλον, ἢ πτισάνην παρασκευάζοντες. Quidam etiam mel & cuminum cum his iniiciunt, cinnum quendam potius quàm ptiſſanam apparantes. Sic enim Latini κυκεῶνα cinnum vocant, variam & confuſam Cyceonis mixturam. Vnde etiam concinnare dicitur, vt ſcribitur apud Nonium Marcellum, qui cinnum ex libro de oratore apud M. Tullium adfert. Vbi enim publicè legitur, vicinus amborum, Nonius vt cinnus legit, & mixtionem ex vtroque temperatam indicat. Plutarcho oratione 2. περὶ σαρκοφαγίας ὁ τῆς συνηθείας κυκεὼν, ὥσπερ ὁ τῆς Κίρκης dicitur, hoc eſt, conſuetudinis velut Circes poculum, vbi ad Homer. Circes poculum alluditur. Et Lucianus ἐν βίων πράσει κυκεῶνα pro rerum omnium confuſione ex opinione Heracliti ſumit. ταῦτ' ὀδύρομαι καὶ ὅτι ἔμπεδον οὐδὲν ἀλλά κως ἐς κυκεῶνα πάντα συνειλέονται. Hæc ſunt quæ deploro, & quòd nihil eſt ſolidum, ſed quodammodo omnium in cinnum conuoluuntur, rerum omnium vaſtam confuſionem & ſupinam ignorantiam denotans. Κυκεὼν autem ſimpliciter vſurpatur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 64. 43. H. 390. 18.) οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἐρρόφεον, alij cyceonem ſorpſerunt. Et lib. 2. de Morb. (pag. 474. 21.) in febre quartana κυκεῶνα ex aqua propinat. Rurſus ibidem (pag. 478. 56.) μήτε κυκεῶνα πινέτω, neque cyceonem bibat. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 639. 44.) κυκεῶνα διδόναι præcipit, ibique mixturam ex polenta, caſeo caprino irraſo, & melle admixto fuiſſe indicat. Κυκεὼν etiam παχὺς, cyceon craſſus, vſurpatur Hipp. qui potiùs cibi quàm ſorbitionis vſum habeat, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 578. 2.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 610. 18. & pag. 615. 1.) Cui certè κυκεὼν λεπτὸς opponitur, quòd tenuis ſit bibique aut ſorberi poſſit, lib. 2. de Morb. (pag. 466. 45.) πρῶτον μὲν κυκεῶνα πινέτω λεπτόν. primùm cyceonem quidem tenuem aut liquidum bibat. Eſt & κυκεὼν ἄναλτος παχὺς, cyceon inſulſus craſſus, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 568. 39.) vt & κυκεὼν ἄναλτος ſimpliciter lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 596. 23.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 661. 14.) Κυκεὼν αἰθινὸς eſt cyceon floruleutus aut floridus, & floribus conditus, velut αἰθινὸς οἶνος aut αἰθοσμίας, αἰθινὸν κυκεῶνα citat in Exeg. Galat. ex libr. 2. de Morb. maiore, verùm legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 538. 27.) & varia mixtura illic deſcribitur ex pluribus herbis, & inter cætera admixto anetho & floribus, vino nigro dulci & auſtero polenta, & farina orobi, caſeoque caprino veteri. Vbi etiam nominis notationem mihi exprimere videtur, cùm ſcribit ταῦτα ξυγκυκήσας ἐκπιέτω, hæc permixta ebibat. Nam & κυκεὼν à forma nomen traxiſſe videtur, ἀπὸ τοῦ κυκᾶν (vt vult Erot.) quod eſt commiſcere, quòd in eo varia quædam edulia permiſceantur. Verùm αἰθίνην κυκεῶνα pro αἰθινὸν habent publicata omnia exemplaria, quemadmodum αἰθίνην οἶνον citat Gal. etſi αἰθίνην vitiosè ſcribatur.

Κύκλοι προσώπου faciei circuli dicuntur, hoc eſt malarum tumores rotundi τὰ μῆλα, malas ipſas exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. ex libro primo de Morbis maiore. Legitur autem lib. 2. de Morb. (pag. 478. 33.) καὶ οἱ κύκλοι τοῦ προσώπου ἐρυθριῶσι, malæ ipſæ, aut malarum tumores rubent, in vlcere feruido aſperæ. Sunt & τὰ κύκλα τῶν ὀφθαλμῶν oculorum orbes & cauitates quæ oculos ambiunt Hipp. lib. 7. Epip. (pag. 1211. C.) τὰ κύκλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπῇδει, oculi in orbem intumeſcebant. κύκλοι pro κύκλος Ionicè dicitur, vt & Homero & aliis poëtis, Il. ι. βάλε καμπύλα κύκλα, αὐτὶ τοῦ κύκλους. τὰ κυκλόθεν, in circuitu, circunquaque. Libro ſeptimo Epid. (pag. 1231. D.) οὖρα ἐρυθρὰ τὰ κυκλόθεν, vrinæ circunquaque rubræ, hoc eſt, in circuitu. κυκλέοντα περιελοῦντα καὶ περιερχόμενον, hoc eſt circunuoluentem & circumeuntem exponit Erot. apud Hippocrat.

Κυλλὸν Hipp. ſignificat luxationis ſpeciem quæ extra vergit & intro incuruatur aut ſinuatur, vt in tibia κύλλωσις dicitur cùm exteriorem in partem inclinatur, intus autem incuruatur & ſinuatur. Varum Latini dicunt, cui βλαισὸν, quod valgum ſignificat, opponitur. Libro de articulis (pag. 630. 20. H. 820. E.) ὡσαύτως δὲ καὶ ἢν περὶ τὸ σφυρὸν ἐξαρθρήσῃ, ἢν μὲν ἐς τὸ ἔξω μέρος, κυλλοὶ μὲν γίνονται, ἑστάναι δὲ δύνανται· ἢν δὲ ἐς τὸ εἴσω μέρος ἐξαρθρήσῃ, βλαισοὶ μὲν γίνονται, ἧσσον δὲ ἑστάναι δύνανται. Simili quoque modo, ſi ad malleolum luxatio fiat, & in exteriorem partem inclinet, vari quidem fiunt, ſed ſtare poſſunt. Quòd ſi interiorem in partem luxatio fiat, valgi quidem efficiuntur, minus autem ſtare queunt. Vbi ſcribit Gal. κυλλὸν de omni membrorum diſtortione intelligi, & præterea quibuſdam τὴν τοιαύτην μόνην διαστροφὴν ὀνομάζεσθαι, ἐν ᾗ περὶ τὴν ἔξω χώραν ἡ ῥοπὴ γίνεται τοῦ κώλου, eam diſtortionem ſignificare, in qua exteriorem in partem membri inclinatio fit. Sic enim pro εἴσω ἔξω manifeſto mendo legendum cenſeo. Quam tamen lectionem viri aliôqui doctiſſimi ſecuti ſunt. Similiter quoque Comm. 3. in libr. κατ' ἰητρ. (pag. 700. verſic. 1. H. 748. D.) vitiosè legitur, καὶ καλεῖται τὰ μὲν ἔξω ῥέποντα βλαισά, τὰ δὲ εἴσω ῥαιβὰ καὶ κυλλά, cum pro ἔξω εἴσω, & contra, legi debeat, quod tamen eſt ab Interpretibus prætermiſſum. Dicuntur enim κυλλὰ quæ in exteriorem partem vergunt, quæ & ῥαιβὰ aut ῥαιβά, & ῥοικά, hoc eſt incurua, introrſum flexa. Et qui naturâ ſunt cruribus incuruis ῥοικοὶ, qualem ducem Archil. expetit apud Gal. Comm. 3. in libr. de articul. (pag. 630. verſic. 30. H. 820. E.) quòd ea figura firmam & optimam ſtationem faciat. Gal. quoque Comm. 4. in lib. de artic. (pag. 642. verſ. 11. H. 827. E.) ſcribit, τὴν ἐς τὰ ἔξω διαστροφὴν τοῦ σκέλους αὐτῆς ἔμπροσθεν ὀνόμασε κύλλωσιν ἐφ' ἧς ἔφην συμβαίνειν ῥέπειν εἴσω τὸν πόδα. Diſtortionem cruris in exteriorem partem ipſe antea κύλλωσιν nominauit, in qua dixi contingere vt pes intro conuertatur & inclinet. Id etiam ſatis indicat curatio κυλλώσεως illic ab Hipp. propoſita; vt os tibiæ ad malleolum, quod extra vergit, interiorem in partem detrudatur, os verò calcis exteriorem in partem reponatur, vt in medio & pedis latere oſſa quæ eminent, ſibi mutuò occurrant. Sic κυλλοὶ incurui, & flexi dicuntur libr. de art. (pag. 627. verſic. 37. H. 819. B.) καὶ αὐαγκάζονται κατὰ τὴν κενεῶνα ἢ κατὰ τὸ ἄρθρον τὸ ἐκπεπτωκὸς κυλλοὶ καὶ σκολιοὶ εἶναι. coguntur que ad lateris inanitatem aut prolapſum articulum incuruari & obliquari, hoc eſt incurui & obliqui eſſe. Etenim quibus caput femoris intro coxa excidit, ij corpus ad lateris inanitatem contrahunt & incuruant cùm manu ad externam femoris regionem appoſita corpus ſinuant & obliquant. Ii etiam lib. de art. (pag. 628. verſic. H. 819. C. D.) κοιλαινόμενοι κατὰ τὴν κενεῶνα dicuntur, ad lateris inanitatem incuruati, ſinuati. In Mochlico verò (pag. 851 D.) καμπύλοι ἐν τῷ κενεῶνι. Qua notione κυλλὸν καμπύλον hoc eſt flexum, inflexum exponit Heſych. Κυλλοὶ etiam vari vocantur quibus femoris articulus exteriorem in partem excidit, cùm iis pes interiorem in partem feratur, lib. de artic. (pag. 630. verſ. 21. H. 820. E.) & ibidem (verſ. 50. H. 821. B) κυλλὸν πόδα vocat Hippocrat. pedem varum, cùm ſuo extremo interiorem in partem vergit. Rurſus ibidem (pag. 631. verſ. 43. H. 822. B.) ὁ μηρὸς κυλλότερος γίνεται, femur magis incuruatur, inflectitur, aut varum magis redditur & contrahitur. Et & κύλλωσις cruris diſtortio exteriorem in partem, cùm pes intrò conuertitur, Gal. Comm. 4. in lib. de artic. (pag. 642. v. 11. H. 827. E. F. Et ibidem (verſ. 29.) & in Mochlico (pag. 858. F. Indeque κυλλοῦν incuruum & flexuoſum reddere ſignificat & de his dicitur, quæ adunca & flexa extendi nequeunt. Quem in vſum accommodauit Gal. Com. 3. in lib. de art. (p. 636. 24.) ὅμοιον δὲ τούτῳ συμβαίνειν εἴωθεν ἐπὶ ταῖς μεγάλαις τε καὶ σκληραῖς οὐλαῖς. καὶ γὰρ καὶ αὗται κατὰ μὲν τὴν ἔνδον χώραν γενόμεναι, κυλλοῦσι τὸ μέρος, κατὰ δὲ τὴν ἔξω, τὸ καλούμενον, ὡς ἔφην, ὀρθόκυλλον ἐργάζονται. Huic verò affine ex magnis & duris cicatricibus contingere ſolet. Eæ enim cùm interiore in regione cõcreſcunt, partem incuruant & inflectunt. Ab exteriore verò, vitium (vt dixi) ὀρθόκυλλον vocatũ efficiunt. Atq; hinc κυλλούμενα κῶλα nominat dicit

dicitur Hipp. in Coac. (pag 219. D.) quæ ἐγκυκλῶν in Prorrh. aluus intumescens, protuberans, gibbosa, quòd in κυκλῷ sint interiore parte flexuosa & incurua, exteriore verò procuberent & gibbum faciant, qualia ferè sunt quæ intumescunt & intrò cauantur. Verùm ὀγκυλούμενα illic legendum esse ex Erot. nostris in eum locum Annotat. scribimus. Κυλλὸν etiam curtum, mancum, mutilum, contractum, debile & imperfectum apud Hipp. sæpe significat libr. de art. quomodo κυλλὸν τὸ οὖς dicitur auris curta & mutila libr. de art. (pag. 609. versic. 45. H. 805. H.)

Κυνάγχη aut συνάγχη angina dicitur, gutturis affectus cum suffocationis sensu & spirandi difficultate. Hippocr. in Progn. (pag. 158. 29. H. 45. 4.) κυνάγχας in tres species distinguit, primamque facit, vbi internorum gutturis musculorum inflammatio ægrum occupat, neque in faucibus aut ceruice tumor apparet, quæ omnium periculosissima est & citissimè necat, proprieque κυνάγχη nominatur. Secundam verò vbi tumor & rubor fauces occupat cum magno dolore, affectis internis faucium musculis, quam συνάγχην peculiari nomine recentiores appellant. Tertiam quoque vbi non solùm fauces sed & ceruicem rubor occupat, affectis externis τῆς φάρυγγος musculis, quam παρασυνάγχην recentiores, Gal. etiam συνάγχην vocari scribit. At Gal. lib. 4. de loc. aff. cap. 5. κυνάγχας ab Hipp. vocari vult omnes gutturis affectus, qui deteriorem spirationem reddunt, easque in quatuor species distinguit. Primam quidem vbi interni faucium musculi inflammatione tentantur, quam propriè συνάγχην nominant. Alteram cùm neque fauces, neque reliquæ oris partes, neque externarum partium vlla, verùm interni laryngis musculi inflammationem concipiunt, κυνάγχην peculiariter vocant (Paulus cap. 27. lib. 3. tertiam speciem facit) Tertiam cùm exteriores faucium musculi inflammatione laborant, παρασυνάγχη dicitur, & Paulo secundum genus constituitur. Quartum genus est vbi gutturis tum externæ tum internæ partes similiter affectæ sunt, & παρακυνάγχη nominatur. Sunt autem ista recentiorum nomina, cùm antiqui κυνάγχην aut συνάγχην tantùm appellarent, vt vult Gal. qui hæc distincta anginæ genera etiam agnoscit Comm. ad aph. 34. lib. 4. his verbis: λοιπὸς ὁ λάρυγξ ἐστὶν ὁ τὴν αἰφνίδιον πνῖγα δυνάμενος ποιῆσαι, ἐπειδὴ συνεστάλη τι κατὰ τοῦτον ὁ τοῦ πνεύμονος πόρος, εἶτ' ὄντων αὐτοῦ μύες ἅμα τῷ περιέχοντι χιτῶνι φλεγμήναντες, ἀποκλεῖσαι δύνανται τὴν ὁδὸν τοῦ πνεύματος. ὀνομάζουσι δὲ ἔνιοι τῶν ἰατρῶν τὴν τοιαύτην διάθεσιν οὐ διὰ τοῦ σ' συνάγχην ἀλλὰ διὰ τοῦ κ' κυνάγχην, οἷς ἀρέσκει τὴν τῆς φάρυγγος φλεγμονήν, διὰ τοῦ σ' συνάγχην, ἔνιοι δὲ καὶ παρασυνάγχην καὶ παρακυνάγχην ὀνομάζουσι· παρασυνάγχην μὲν ὅταν τῶν ἐπικειμένων τῇ φάρυγγι μυῶν ἔξωθεν φλεγμονή, παρακυνάγχην δέ, ὅταν ἔξωθεν τοῦ λάρυγγος. Restat guttur quod subitam potest suffocationem efficere, quandoquidem tum iuxta ipsum coarctatur pulmonis meatus, tum musculi ipsius interiores vnà cum ambiente tunica inflammationem patientes, spiritus viam possunt intercludere. Huiusmodi autem affectionem nonnulli medici non per σ' συνάγχην, sed per κ' κυνάγχην nominant, quibus placet faucium inflammationem per σ' συνάγχην appellare. Quidam etiam & παρασυνάγχην & παρακυνάγχην vocant. παρασυνάγχην quidem cùm faucibus adiacentium musculorum inflammatio fuerit, παρακυνάγχην autem, quando extra guttur inflammatio extiterit. Est & quintum anginæ genus vbi luxatæ ceruicis vertebræ ad anteriora prominent, cauumque efficiunt, pueris ex casu obueniens (vt scribit Paulus) fereque incurabile. In eo musculi interdum soli qui cum vertebris communicant, tumore præter naturam afficiuntur, interdum etiam ibi tuberculum obnascitur, vel gula pariter vitiatur. Nonnunquam quoque musculi qui gulam gutturi coniungunt, quinetiam proprij aliquando gutturis musculi qui ipsum aperiunt, oblæduntur. Quod anginæ genus, etsi rarum est describitur tamen Hipp. amplissimè lib. 2. Epid. (pag. 1016. F.G.) & aph. 26. lib. 3. & 35. lib. 4. & Prorrh. (pag. 195. 19. H. 74. A.) & Coac. (pag. 162. 2.) Gal. etiam commemoratur lib. 4. de loc. aff. & Com. 1. in Prorrh. (pag 174. 36. H. 68. B.) Eam anginam propriè veteribus κυνάγχην fuisse appellatam scribit Aët. quòd propter luxatam ceruicis vertebram lingua sua radice emota & suis sedibus excedente, cogantur ægri aperto ore perpetuò hiare, & canum more linguam exerere. κυναγχικὸς vocat Hipp. lib. 2. Epid. & Gal. Com. 1. in Prorrh. Anginam (quam συνάγχην vocat) duplicem statuit Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 95. 42. H. 397. 28.) pituitosam vnam, & alteram biliosam. Lib. etiam de Morb. 2. (pag. 464. 12.) κυνάγχη describitur, rursusque (pag. 469. 31.) triplex statuitur, & lib. 3. (pag 490. 20.) κυνάγχη & παρακυνάγχη nominatur. Vt vel inde facilè colligas κυνάγχην veteres appellasse omnem oris, faucium, & adiacentium partium affectum cum spirandi difficultate coniunctum, quod etiam scriptis tradidit Gal. κυνάγχην etiam vocat lib. de loc. in homine (pag. 71. 1. 419. 2.) quam κυνάγχην alias, cuius etiam quatuor genera videntur obiter ab Hipp. attingi aph. 2. lib. 6. Epid sect. 7. & lib. 2. Epid. sect. 1. De angina quoque multa scribuntur Coac, (pag. 167. G.) & pag. 175. A & postea) Est & propriè dictæ κυνάγχης verè expressus typus ægr. 7. lib. 3 Epid. ἡ συνάγχη dicitur Gal. τῶν κατὰ τὴν φάρυγγα μερῶν φλεγμονή, inflammatio partium quæ sunt circa fauces, Com. 4 in libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 92. 44 H. 396. 36.) Et auth. Definit. Medic. (pag. 397. 23.) συνάγχη ἐστὶ πάθος περὶ τράχηλον ὀξύ, χαλεπόν, πνιγμῷ τὸν πάσχοντα ἐξάγον. Angina est colli affectus acutus, grauis, ægrum præfocatione angens. aut, συνάγχη ἐστὶ φλεγμονή, τοῖς μὲν ἔξωθεν τοῦ τραχήλου, ὥστε ἐξογκοῦσθαι τὰ μέρη, τοῖς δὲ ἔνδοθεν τῶν παρισθμίων, ὥστε συμπάσχειν τὰ ἀναπνευστικὰ ὄργανα καὶ δυσπνεῖν. Angina est inflammatio, his quidem extra collum, adeo vt partes intumescant, aliis verò intra tonsillas, ita vt simul quoque afficiantur respirationis instrumenta, & difficilis respiratio consequatur. Aret. autem author vetustus & grauis de angina sic scribit, cap. 7. lib. 1. Cur. ac. ἡ συνάγχη κάρτα μὲν τὸ πάθος ἀναπνοῆς· γὰρ ἡ πνίξις. δύο δὲ τὰ εἴδεα. ἡ γὰρ τῶν ὀργάνων τῆς τῆς ἀναπνοῆς ἐστι φλεγμονή, ἡ μοῦνον τοῦ πνεύματος πάθος, ἐφ' ἑωυτοῦ τὴν αἰτίην ἴσχοντος. ὀργάνων δέ, παρισθμίων, ἐπιγλωττίδος, φάρυγγος, γαργαρεῶνος, ἄκρης ἀρτηρίης. ἢν δὲ ἐπινέμηται ἡ φλεγμονή, καὶ γλώσσης καὶ γνάθων τῶν εἴσω, ὥστε προβάλλουσι τὴν γλῶσσαν ὑπερβολῇ μεγέθεος. πιμπλᾶσι γὰρ τὴν χώρην τοῦ στόματος, καὶ τὸ περισσὸν ταύτης ὑπὲρ τοὺς ὀδόντας ἐκχέεται. συνάγχη δὲ καὶ κυνάγχη τῆσδε κικλήσκεται, ἢ ὅτι τῷ συνεχεῖ πάθει τῷδε τῶν ζώων, ἢ τῷ ξυνήθει τῆς προβολῆς τῆς γλώσσης, καὶ ἐν ὑγιείῃ. τῷ ἑτέρῳ δὲ εἴδεϊ τὰ ἐναντία ξυνίσταται, ξύμπτωσις τῶν ὀργάνων, καὶ ἰσχνότης ἐπὶ μᾶλλον τῆς ἑκάστου φύσιος, καὶ πνῖξ κρατερή, ὡς δοκέειν σφίσι αὐτοῖσι ἐς θώρηκα ἐς τὸ ἀφανὲς εἰσκρύφθαι τὴν φλεγμονὴν ἀμφὶ καρδίην καὶ πνεύμονα. συνάγχην τήνδε καλέομεν, οἷον συνεῦσαν εἴσω ἐς ἄγχουσαν. Angina peracutus affectus est, spiritus enim compressio est. Cuius duo sunt genera. aut n. spirandi instrumentorum inflammatio est, aut solius spiritus affectus, qui ex seipso causam habeat. Instrumentorum quidem, tonsillarum, ligulæ, faucium, columellæ, summæ arteriæ. Si verò inflammatio depascitur, etiam linguæ & interiorum malarum, quo tempore propter inflammationis excedentem magnitudinem, linguam exerunt. Oris enim capacitatem implet, & quod in ea superfluum est, extra dentes exeritur. Hic affectus συνάγχη, quod est angina, & κυνάγχη, hoc est canina angina vocatur, vel quòd huiusmodi animalia assiduè hoc malo tententur, vel quòd etiam sanitatis tempore ea linguam exerere consueuerint. In altero autem genere contraria inesse solent, instrumentorum collapsio, & supra cuiusque naturam extenuatio, & violenta strangulatio, adeò vt ipsi in thoracis penetralibus sibi circa cor & pulmonem latêre inflammationem existiment. συνάγχην eam vocamus, tanquam intrò vergentem atque augentem. Has duas species sic alibi describit, cap 7. lib. 1. cur. ac. διδοὶ συνάγχης ἰδέαι· ἡ μὲν ξὺν θερμασίῃ καὶ μεγάλῃ πρήσει, τῶν παρισθμίων, καὶ ἐξογκώσει, ἔξω· ἀτὰρ καὶ ἡ γλῶσσα καὶ ὁ γαργαρεών, καὶ πάντα τὰ τῇδε μέρεα, ἐς ὄγκον ἀείρεται. ἐν δὲ ἑτέρῃ, ξύμπτωσις ἐστὶ τουτέων, ἡ δὲ εἰς τὸ εἴσω πίεσις, ξὺν ἀγχόνῃ μέζονι, ὡς δοκέειν τὴν φλεγμασίην ἔσω μέχρι τῆς καρδίης ἐρηρεῖσθαι. Anginæ duæ sunt species. Vna quidem cum calore & magna tonsillarum inflatione & externo tumore. Quinetiam lingua, curgulio, & omnes circumcirca partes in tumorem attolluntur. In altera earum partium est collapsio, verùm interior compressio cum maiore strangulatione, adeò vt inflammatio intrò ad cor vsque pertingere videatur. De quatuor anginæ speciebus agit etiam Trall. lib. 4. cap. 1. & Actuar. lib. 2. περὶ διαγν. παθ. cap. 19. & Aët. cap. 47. lib. 4. tetrab. 2. vbi certè ex Gal. huiusmodi species, sed parum exactè, mihi describi videntur. Neque verò admodum sunt accurata, aut his quæ scripsimus consentanea, quæ de angina hunc in modum dicuntur Celso cap. 4. lib. 4. vt hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, sic alterum æquè pestiferum acutumque in faucibus esse consueuit. Nostri Anginam vocant, apud Græcos nomen prout species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor vllus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra soluuntur, id συνάγχην vocant. Interdum lingua faucesque cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultusque est, id ὡς συνάγχη vocatur. Illa communia sunt, æger [illegible] bum deuorare, non potionem potest, spiritus eius [illegible] Leuius est, vbi tumor tantummodo, & rubor est, cætera non sequuntur, id παρασυνάγχην appellant.

Κυνόδοντες canini dentes quatuor, inter incisores & molares siti, in vtraque gena duo, & singuli, radice singulares sortiti. Hi à

basi rotunda acuti, non lati, sed fastigiati desinunt, canum dentibus simillimi, cibum potiùs frangentes quàm incidentes. Incisores sequuntur eruptionis & generationis ordine, & in pueris nono, decimo, aut duodecimo mense erumpunt, plerunque etiam decimo quinto & decimo septimo. Quo tempore cum acutiores sint, plus doloris inferunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, & alui profluuia inuehunt. aphor. 25. libro 3.

Κυρβασία, pilei acuti genus, & tiara erecta, qua Persarum reges vtebantur. Vnde ὀρθὴ τιάρα dicebatur, ad discrimen τῆς ἐπικεκλιμένης τιάρας, tiaræ inclinatæ, quam ἐπιλυγισμένην καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον, complicatam & in frontem inclinatam aut prominentem dicit Aristoph. Schol. in Auibus, eaque omnibus Persis vti licuisse scribit, erecta solis regibus relicta. κυρβασία Sudæ est περικεφαλαίας εἶδος καὶ πῖλος, pilei genus in conum educti, aut cassidis cristatæ, à similitudine cristæ gallinaceæ. κυρβασία etiam est Hesych. κορυφὴ ἀλέκτορος, crista gallinacea, & ὀρθὴ τιάρα, qua soli Persarum reges vtebantur. Pollux cap. 13. lib. 7. κυρβασίαν κίδαριν καὶ πῖλον vocari scribit. lib. verò 5. cap. 16. τιάρας, κυρβασίας, Persici pilei genus esse scribit. Verùm illic κυβαρσία legitur. Gal. in Exeg. vocum Hipp. κυρβασίην πῖλον ὀξὺν ἢ τὴν καὶ τιάραν exponit. Erot. κυρβασίαν, τὴν λεγομένην τιάραν, additque ex Hecatæi authoritate apud Comicos sic dici pileum barbaricum. Hanc autem dictionem vsurpat Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 666. 34.) vbi ad integendam mammam betæ folia ex linteo in pileum acutum consuto, imponit, ea magnitudine vt mammam contineat, ῥάψας ἐς ῥάκος ὡς κυρβασίην, linteum in sacculi formam consutum dixit Caluus.

Κυρέω, κυρῶ, τυγχάνω significat, euenio, contingo, nanciscor, consequor, incido. Eo verbo vsus est Hipp. lib. de art. (pag. 650. 30. H. 831. H.) καὶ μήπω κυρήσῃ τὸ σῶμα τεθνεός. neque dum corpus emortuum fuerit. Hinc συγκυρέω, quo vtitur lib. 1. de morb. (p. 458. 42.) συγκυρήσει ὥστε ῥίγωσαι μεθύοντα. continget vt rigor ebrium corripiat. Et rursus ἐν παραγγελίαις (p. 27. 40.) προσκυρίοντας ἑωυτοῖσι καταπαίζειν, seipsos ludibrio & deridendos exhibentes. Vnde ἐγκυρεῖ ἐντυχεῖ apud Herod. Polymn.

Κυρήβια Gal. in Exeg. ἄχυρα exponit, hoc est, glumas, paleas, & acera hordei, quæ decidunt dum torretur aut aqua maceratur. Idem etiam τὰ πίτυρα significare scribit, & τὰ τῶν κριθῶν ἀποβράσματα, furfures & hordei purgamenta. Sudas verò κυρήβια exponit, τὰ ἄχυρα καὶ τὰ πίτυρα τῶν πυρῶν, vt non solùm hordei sed etiam tritici purgamenta intelligantur, quæ tum decidunt, dum vel aqua maceratur, vel torretur ad solem vel in furno. Erot. etiam κυρήβια, τὰ τῶν ἀχύρων καὶ πιτύρων exponitur apud Hipp. apud quem κυρυβίων pro κυρηβίων mendosè scriptum existimo. Idemque adscribit Atticam esse dictionem. Aristoph. Schol. in vespis, κυρήβια, πίτυρα, καὶ τὰ τῶν κριθῶν ἀποβρέγματα καὶ ἄχυρα exponit. Idem in Equit. κυρήβια esse scribit, ἔνθα αἱ κέγχρους φρύγονται. Sunt autem κέγχροι αἱ λελεπισμέναι κριθαί, hordeum decorticatum, vt antea adscripsimus. Quam etiam significationem adducit Varinus, & κυρήβια, πίτυρα, τῶν κριθῶν ἀποβρέγματα, τὰ ἄχυρα ἢ τῶν πυρῶν, indicare adscribit. Hesych. autem κυρήβια scribit, & τῶν κριθῶν τὰ ἀποβρέγματα exponit, καὶ κυάμων λέπυρα, fabarum corticés, & τὰ τῶν κέγχρων ἄλφιτα, farinam è milio. Quemadmodum & Pollux lib. 1. κυρήβια, τῶν πυρῶν τὰ φαυλότατα, repurgamenta & excrementa tritici exponit. Sunt etiam qui κυρήβια apud Hipp. legunt, vt Varin. & Gorrh. atque eam lectionem ex Gal. afferunt. Verùm apud Hipp. κυρήβια legitur, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 581. 22.) κυρηβίων τῶν ἀπὸ τῶν κριθῶν. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 657. 52.) κυρηβίων τῶν ἀπὸ τῶν κριθῶν. vbi hordei furfures & repurgamenta, quæ decidunt cùm aqua maceratur, intelliguntur. Legitur & apud Hipp. κυβήρια libr. 2. περὶ διαίτης (p. 356. 43.) κέγχρων χόνδροι, κυβήρια, ξηρὰ καὶ σταῖσμα. Sed ibi mendum esse suspicor, & κυρήβια legendum, vt sint πίτυρα, aut κυρήβια, quæ τῶν κέγχρων ἄλφιτα exponit Hesych. κυρήβια autem ἄχυρα significare satis indicat locus lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 670. 42.) vbi κριθὰς ξὺν τοῖς κυρηβίοισι scribit. & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 582. 39.) vbi idem repetitur, κριθὰς ξὺν τοῖς ἀχύροις dicit.

Κύριαι ἡμέραι dicuntur dies iudicatorij, in quibus rata sunt & firma de morbo iudicia, & certa salutis aut mortis auguria. Gal. in Exeg. κυρίῃσιν ἡμέρῃσιν ἡμέραις ταῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν πεπιστευμέναις exponit, diebus quæ talia decernere certò creduntur. Eam locutionem vsurpat Hipp. lib. 1. de Morb. (pag. 450. [illegible]) ἢν ἐμπυωθῇ ἐκ περιπνευμονίης λαθὼν μὴ καθαρθῇ ἐν τῇσι κυρίῃσιν ἡμέρῃσιν. aut qui talia ... inflammatione pulmonis correptus, diebus iudicatoriis, [quæ talia] decernere creduntur, non purgatus fuerit. Rursus ibidem (pag. 451. 53.) καὶ ἐν τῇσι κυρίῃσιν ἡμέρῃσι μήτε ἐμπυηθῇ. neque diebus iudicatoriis computruit; neque sputo repurgata est. Loquitur enim de pleuritide vehementi, ex qua suppurati euadunt. Et rursus (pag. 458. 16.) ὁκόσαι νοῦσοι κρίνονται ἐν τῇσι κυρίῃσι τῶν ἡμερέων. morbi qui diebus iudicatoriis decernunt. Et (pag. 459. 32.) καὶ ἢν μὴ ἐν τῇσι κυρίῃσι τῶν ἡμερέων ἐκπτύσῃ ἐμπυηθῇ. sique diebus iudicatoriis quæ computruerint expuantur. Alia verò notione dicuntur κυριώταται ἡμέραι libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 598. 38.) hoc est, dies valde accommodati & opportuni ad conceptionem, nempe vbi fluere menses desierint, vt tum tempus ad congressum sit valde opportunum & ad periculum de conceptu faciendum.

Κυρκανᾶν, miscere, turbare, confundere. κυρκανᾶ κυκᾷ, ταράσσει, exponit Hesych. Sudas autem κυρκανᾶν, ταράσσειν, κινεῖν. Sunt qui absque ρ scriptum aliquando inueniri contendant, vnde κυκάνη pro κυρκάνη, & ταραχὴ dicatur. κυρκανᾶσθαι scribitur Hipp. libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 610. 38.) ἢ ἐστιν ἥσιν κυρκανᾶται. quibusdam etiam interdum conturbatur, aut commouetur. Quem locum exprimens Erot. κυρκανᾶται ταράττεται exponit.

Κύρσον Gal. in Exeg. apud Hipp. πρωκτὸν, hoc est, podicem exponit. Verum κύσαρον pro κύρσον apud Gal. legendum existimo, aut certè in Hipp. κυσὸν pro κύσαρον, Gal. legisse est censendum, itaque scripsisse. Est enim κυσὸς Hesych. ἡ πυγὴ podex, vt postea scribemus.

Κυρτώματα significant Hipp. tumores præter naturam, exuberantias & gibbositates, velut conuexitates quasdam. In Progn. (pag. 139. 39. H. 40. 25.) τοὺς δὲ ἐκ τῶν ὑποχονδρίων πόνους τε καὶ τὰ κυρτώματα. Præcordiorum dolores & tumores, vbi scribit Gal. κυρτώματα τῶν ὑποχονδρίων ὠνόμασεν, ἃ διὰ τῶν ἔμπροσθεν οἰδήματα προσηγόρευσεν. ἔστι δὲ ταῦτα πάντες οἱ παρὰ φύσιν ὄγκοι, χωρὶς μὲν φλεγμονῆς ὅταν γίνωνται πνευματώδεις, καὶ μάλιστ' ὅταν ὦσι πρόσφατοι. κυρτώματα præcordiorum nominauit, quæ antea οἰδήματα appellauit. Tales sunt omnes præter naturam tumores flatulenti, sine inflammatione, idque potissimum si recentes fuerint. Sic κύρτωμα τῆς γαστρὸς ventris tumor ac gibbus in prægnante dicitur Prorrh. 2. (pag. 108. D.) Et κυρτὴ κοιλίη, aluus gibbosa, protuberans, intumescens, aut à flatibus distenta, lib. 4. Epid. (pag. 1123. C.) Et κυρτὸς σπλὴν, lien intumescens & incuruus, de lienis tumore lib. 2. Epid. (pag. 1015. H.) vt lienis περιφερὲς κύρτωμα rotundus tumor, ægr. 1. lib. 1. Epid. Sic κυρτοὶ vocantur, hoc est conuexi, qui ὑβοὶ καὶ κυφοὶ gibbosi. & τῷ κυρτῷ κοῖλον opponitur conuexo cauum, vt τῷ ὕβῳ καὶ κυφῷ λορδόν. Gal. Com. ad aph. 46. lib. 6.

Κύσαρος apud Hipp. podicem significat lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 238. 27.) καὶ ἐς τὸν κύσαρον ὁδὸς γίνεται ἀπὸ τῆς κοιλίης ἢ τῶν ἐντέρων ἔξω. à ventre & intestinis via in podicem foras patet. Gal. libello εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρὸς, hæc Hipp. verba exponens (pag. 409. 28) κύσαρον τὸν ἀρχὸν εἴρηκε, scribit, & podicem ac rectum intestinum explicat. Erot. verò κύαρον legit & κυσὸν exponit. Sed manifestum vitium deprehenditur. κύσαρον enim & κυσὸν legendum apparet. Est enim κυσὸς Hesych. ἡ πυγὴ, podex & nates, ἢ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Vnde & κυσολάκων, & κυσοδοχεῖν, & κυσολέσχης, & κυσθὸς, ταχύπυγος, impudica nomina deducuntur. Hesych quoque κυσοχλώνη εὐρυπρωκτία exponitur. Inde etiam deduci videtur κυσσαίζειν, quod est ὁμιλεῖν, congredi, coire, & κύσος φιλήσας, & κῦσον ἐφίλησεν, & κῦσαι τὸ στόματι φιλῆσαι, vt exponit Hesych. Et apud Gal. in Exeg. vbi κύρσον πρωκτὸν exponit, fortè κυσὸν legendum, nisi κύσαρον malis. vt antea diximus. Sunt verò qui κύσον scribunt, vt idem sit quod κύσθος. Et certè malè mereri de Hipp. mihi videntur, qui κίσαρον pro κύσαρον apud Erot. hederam exponunt.

Κύστιγγα Gal. κύστιν σμικρὰν, hoc est, paruam vesicam exponit apud Hipp. in Exeg. κύστις autem vesicam significat, quæ vrinam à renibus excipit, & foras excernit, cuius meminit aph. 75. 77. 79. 80. & 81. lib. 4. & in Progn. (p. 152. 20. & 39. H. 43. 42. 48.) & pag. 142. 27. H. 41. 1.) Interdum quoque vesicæ nomine, partes vrinariæ, hoc est, renes, vrinarij meatus, & penis ipse, Hipp. subaudiuntur, vt in Progn. (pag. 142. 27. H. ibid.) Sic enim Gal. cap. 7. lib. περὶ κρίσεων locum illum de vrinæ instrumentis accipiendum monet. Sic aph. 80. lib. 4. τὰ περὶ τὴν κύστιν πονεῖν, hoc est, partes ad vesicam attinentes laborare dicuntur, cùm partes quæ vesicæ vicinæ sunt & communicant, affectæ sunt, aut etiam quæ vrinæ reddendæ inseruiunt, vt renes, meatus vrinarij, & fistula vrinaria, aut vesica ipsa. κύστιν etiam antiqui totum inferiorem ventrem acceperunt, vnde ὑποκύστιον dictum. Et Sudas κύστιν τὸ ἐφήβαιον, τὸ ὑπογάστριον, τὴν κοιλίαν, imum ventrem exponit, quod ibi sita sit vesica.

Κύφωσις, gibbus aut gibbositas, est vertebrarum spinæ vitium cùm in posteriorem partem conuertuntur, quæ & κύρτωσις, hoc est, incur-

incuruatio etiam dicitur, vt scribit Gal. com. 3. in li. de art. (p.610.54.H 806.G.) κύφωμα quoque vocat Hipp. (ibidem p. 611.52.H.807.C.A. & τὸ κῦφος (p.612.12. H 807.A.) & κύφος (pag.610.42.H.806.G.) & κυφῶσθαι τὴν ῥάχιν. cùm gibbus posteriore parte fit, spinaque posteriorem in partem conuertitur (ibidem v.1.H.ib.) Quem locum exprimens Erot. κυφῶσαι ῥάχις: κυρτῶται, exponit, h.e. incuruatur. κύφωσις etiam ὀπισθοκύφωσις dicitur, vt scribit Gal. com. 3. in lib de art. vbi & eius causas annumerat, vt & com. ad aph. 46. lib. 6. & aph. 35. lib. 4. κυφοὶ vocari Hipp. scribit Gal. com. ad aph. 46. lib. 6. (quos omnes κυρτοὺς appellant, hoc est incuruos aut gibbosos. Sic κυφὸς γήραϊ dicitur Homero qui senio gibbosus euadit, Od. β. (v.16.) de Ægyptio, ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην. Vbi scribit Eustath. γήραϊ additum ad discrimen eius qui naturâ gibbosus sit, & γυρὸς vocatur, vt Od. τ. (v.246.) de Eurybate Vlyssis præcone, γυρὸς ἐν ὤμοισι μελανόχροος, οὐλοκάρηνος. gibbosos habebat humeros, nigro erat corpore, & crispo capite. Dicitur enim γυρὸς qui humeris est teretibus, valdè extantibus & incuruis, ὁ περιφερὴς καὶ στρογγύλος ἔχων τοὺς ὤμους, ἢ κυρτὸς, vt exponit Schol. fit autem κυφότης aut κύφωσις, Hipp. h. e. gibbus etiam sanitatis tempore, aut natura, aut senio, aut doloribus & casu, vt scribitur lib. de art. (p.620.35. H.812.G.)

¶ Κώδεις, κώδεια exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc est capita & calices papaueris. Sed pro κώδεις exemplaria quædam κώδων habent, & pro κώδεια κωδία, vt Varinus. Est autem κωδία ἡ τῆς μήκωνος κεφαλή Hesych. Exemplaria etiam nonnulla pro κώδεια κώδυα habent. Verùm tunc κωδύα legendum esset. Est enim κωδύα caput fabæ Ægyptiæ.

Κώθων poculi fictilis genus est ampli & capacis, quo qui se compotando inuitabant, κωθωνίζεσθαι & κωθωνίσται dicebantur. Huius crebra est mentio apud Athen. Celebratur etiam Mnesithei Atheniensis epistola περὶ κωθωνισμοῦ. Hesych. κώθων exponitur εἶδος ποτηρίου κεραμεοῦ. Apud Hipp. in Epist. (p.1278. 47.) vas fictile in quo flores, folia aut radices conduntur significat, cùm scribit ad Crateuam, ὅκως δέ σοι φύλλα, ἢ ἄνθεα, ἢ ῥίζαι ἐν κώθωσι καινοῖσι περιεσφηκωμένοις, vt folia, flores & radices fictilibus nouis probè obturatis deferantur. κώθωνα κεραμεοῦν pro vasculo fictili ad cadmiam vrendam sumit Gal. li. 4. κατὰ τόπ. (pag.208.48.) ἀσυμβόλων κώθωνας ex Comico quodam meminit Athen. lib. 1. (p.4.)

Κωλεὸς exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. τὸ κῶλον ἐν τῷ τρώματι ἢ βέλτιον ἐξαιρέσιος, membrum in vulnere quod rectè extrahi potest. Verùm non parum mihi suspecta videtur hæc Gal. lectio. Ac videtur idem esse κωλεὸς quod κωλεὰ aut κωλῆ per contractionem. Hesych. κωλεὰ exponitur, μηρὸς κρέατος, ἀγκάλης δέσμη χέρτη, σκέλος ὑὸς ἐπίσειον, πτερικὸς τὸ ἐδώδιμον. Quidam pernam seu perasonem interpretantur, vt idem sit κωλεὸς aut κωλεὰ quod κωλῆ. Et κωλῆ κωλεὸν exponitur Hesych. & κωλῆνες ἀκρoκώλια, hoc est petioli aut extremi pedes. κωλῆνας ὑὸς vsurpat Hipp. lib. 7. Epid. (pag.1227.B.) quos suillos petiolos vertimus; extremos pedes intelligentes, vt Celsus cap. 18. lib. 2. Κῶλα autem exponuntur Hesychio πόδες, σκέλη, ὀστᾶ, μέλη, κερκίδες. Κῶλα verò crassiora intestina vocantur Hipp. lib. 6. Epid. aph. 6. sect. 4. & lib. περὶ ὀστέων φύσιος (p.274.14.)

Κωλοτοειδέα excrementa stellionum aut lacertorum tunicis similia dicuntur, hoc est, variegata, & variis quasi guttulis respersa, li. 4 Epid. (p.1139.C.) vbi κωλοτοειδέα tamen legitur.

Κῶμα, κατaφορὰ exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. hoc est, in somnum delatio, ac de eo à se scriptum esse libellum testatur, in quo κώματος significationem apertissimè explicat, & κῶμα omnem καταφορὰν, tum somnolentam, tum vigilem, comprehendere indicat, eiusdem lib. cap. 3. Eandem quoque expositionem adscribit com. 1. in Prorrh. (pag 167.51. H.67.B.) ὡς ἔστι τὸ κῶμα τὴν εἰς ὕπνον καταφορὰν, οὐ δυναμένων τῶν ἐγηγερμένων τὰ συμπτώματα, τὰ τῶν ἐγρηγορότων πράττειν, ἀλλὰ κλείειν τε τὰ βλέφαρα δεομένων, ἐλπιζόντων τε κοιμηθῆναι. συμβαίνει δὲ ἐνίοτε τούτων τισὶ μὴ δύνασθαι κοιμηθῆναι κλεισθέντων τῶν βλεφάρων, ἀλλ' ἀγρυπνεῖν ἐπὶ πλεῖστον ὅπερ ὀνομάζει ὁ Ἱπποκράτης οὐχ ὑπνῶδες κῶμα. περὶ μὲν οὖν τοῦ κατὰ κῶμα σημαινομένου βιβλίον ὅλον ἔχεις ἡμέτερον, ἐν ᾧ διὰ πλειόνων μαρτυριῶν ἐπιδέδεικται, πᾶσαν ὀνομάζων καταφορὰν ὁ Ἱπποκράτης κῶμα. Ita vt κῶμα sit in somnum delatio, vbi, qui hoc detinentur symptomate, vigilantium munia obire nequeunt, sed tum palpebras claudere cupiunt, tum dormire sperant. Horum autem quibusdam interdum vsuuenit, vt clausis palpebris dormire nequeant, sed plurimùm vigilent, quod κῶμα non somnolentum vocauit Hippoc. De comatis autem significatione integrum habes nostrum libellum, in quo pluribus testimoniis demonstratum est Hipp. κῶμα omnem καταφορὰν vocare. Rursus com. 3. in Pror. (pag.199.21. H.74.G.) τὴν πρώτην ἁπάντων ῥῆσιν ἐξηγησάμενος τοῦ σημαινομένου βιβλίον, γεγράφθαι μοι βιβλίον ἐπιγεγραμμένον περὶ τοῦ παρ' Ἱπποκράτει κώματος, ἐν ᾧ ἐπιδέδεικται τὸ σημαινόμενον ὑπὸ τῆς φωνῆς ταύτης εἶναι τὴν εἰς ὕπνον καταφορὰν, ἐγρηγορέναι μὲν ἀναπεπταμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς μὴ δυναμένων τῶν κωματωδῶν, οὐκ ἐξ ἅπαντος δὲ κοιμωμένων ἐπειδὰν μύσωσιν αὐτούς, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ἀγρυπνούντων. Ad primam omnium huius libri dictionem exponendam, scriptus est à me libellus, cui titulum dedimus de Comate secundum Hipp. mentem. In quo ostensum est hac voce in somnum propensionem ac delationem significari, nequeuntibus quidem comate laborantibus apertis oculis vigilare, neque verò ex toto dormientibus, vbi eos clauserint sed interdum vigilantibus com. etiam 2. in Prorrh. (pag. 180.32.) δέδεικται γὰρ ἐν τῷ περὶ τοῦ κώματος ὁ Ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν ἐν διαφόρων ἀμφοτέρας τὰς φαντασίας, τήν τε καταφορὰν καὶ τὴν τοῦ κώματος. Etenim lib. de Comate demonstratum est Hippocratem vtrasque tum καταφορᾶς, tum κώματος appellationes eodem referre. et rursus com. 1. in lib. 3. Epid. (pag 401. 23. H. 1063. A.) ὅλον γέγραπται βιβλίον ἐξηγουμένοις τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς κῶμα φωνῆς, ἐν ᾧ δείκνυται τὴν εἰς ὕπνον καταφορὰν οὕτως ὀνομάζων ὁ Ἱπποκράτης. εἰς ὕπνον δὲ λέγω καταφορὰν, ὅταν ἐγρηγορέναι μὲν ἀδυνατῶσιν οἱ κάμνοντες, ἐν ἀναπεπταμένοις ἔχοντες τοῖς ὀφθαλμοῖς, μύουσι δὲ αὐτοὺς, ἢ τοῖς βαθέσιν ὕπνοις, ἢ λεπτοῖς, ἢ ἀγρυπνίαις συνέχονται. διὸ καὶ διορισμοῦ δεῖται, καὶ πολλῆς συνέσεώς τε καὶ τριβῆς ἵνα γνῶναι ἐπί τινι διαθέσει κωματώδης ὁ νοσῶν ἐγένετο. Integrum vnum libellum scripsimus, exponentes quid per vocem κῶμα significetur, in quo ostenditur in somnum delationem ita vocare Hippocratem In somnum autem delationem voco, cùm ægri vigilare nequeant, non apertos habentes oculos, sed conniuentes, aut altis somnis, aut tenuibus, aut vigiliis detineantur. Ideoque distinctione opus est, multa etiam prudentia & exercitatione, vt assequaris quonam ex affectu æger comate prehendatur. Est autem, vt καταφορὰ, ita κῶμα duplex, Hipp. κῶμα namque dicitur βαρὺ, ὑπνῶδες, aut δυσδιέγερτον, grauis sopor & inexpugnabilis, cui λεπτοὶ καὶ μικροὶ ὕπνοι opponuntur lib. 3. Epid. in st. pest. (pag. 428.14. H. 1086. E.) quodque lethargicis est familiare. Vnde κωματώδεες ὕπνοι dicuntur Hippocrati Coac. (p. 147. D.) & ægri 2. lib. 1. Epid. somni cum sopore aut profundi, à quibus non facilè excitatur æger. Tunc enim κῶμα dicitur vt scribit Gal. com. ad aphor. 3 lib. 2. vbi difficilem habet expergefactionem, cùm aliòqui somnus longus nominetur, quando solùm tempore excesserit modum naturæ conuenientem. Atque huiusmodi κῶμα lethargicas affectiones complectitur, præsertim si capitis affectiones, corporis totius perfrictiones, aut torpores & lentas sensationes ac grauitates coniunctas habeat, velut κωματώδεες νωθροὶ dicuntur Coac. (pag.147. C.) & aliòqui solenne sit Prorrhetici authori κώματος nomine lethargum intelligere, vt scribit Gal. com. 3. in Prorrh. (pag. 219.21. H. 82. E.) ἀρκεῖ δὲ ὁ συγγραφεὺς τῷ τοῦ κώματος ὀνόματι, μεθ' οὗ ὅλον τὸ βιβλίον τὴν τοῦ ληθάργου σημαίνει. Satis est autem huic scriptori κώματος nomen, cùm neutiquam in toto libro lethargi appellationem adscripserit. Sic Erot. κωματώδεες οἱ μετὰ κώματος καταφερόμενοι cum sopore in somnum delati, aut altiore sopore & somno grauati exponuntur apud Hip. cui vox ista admodum familiaris est, κῶμα γὰρ ὁ ὕπνος, καὶ ὅθεν κοίμησις. οἱ οὖν μετά τινος νωθρίας ἐν καταφορᾷ ὄντες, κωματώδεες λέγονται. κῶμα namque somnus & velut dormitio. Qui igitur cum quodam torpore somno grauantur, κωματώδεις dicuntur. Est & aliud κῶμα οὐχ ὑπνῶδες dictum Hipp. aut ἄγρυπνον, coma vigil & minimè somnolentum, quod phreniticis est familiare, videturque ex somno & vigilia mixtus esse affectus quidam, quem his verbis exprimit Hip. lib. 3. Epid. in st pest. (pag.410.46. H. 1083. B.) κωματώδεες ἐπὶ πολὺ, καὶ πάλιν ἄγρυπνοι. Sopore vt plurimùm detinebantur, rursusque peruigiles. Et rursus (ibid. p. 425.10. H. 1085. E.) ἐπεῖχε δὲ ἢ τὸ κῶμα συνεχὲς οὐχ ὑπνῶδες, ἢ μετὰ πόνων ἄγρυπνοι. Eos autem aut perpetuus sopor non somnolentus detinebat, aut vigiliæ cum laboribus. Hanc etiam affectionem exponit Gal. libr. de comate cap. 3. & 4 & com. 3. in lib. 3. Epid. his verbis (pag. 425.12. H. ibid.) ὅταν γὰρ ἐγρηγορεῖν μὲν ἀνεῳγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς οἱ κάμνοντες μὴ δύνωνται, μύσαντες δὲ αὐτοὺς ἐλπίδι τοῦ κοιμηθῆναι διαμένωσιν ἐγρηγορότες, τὸ τοιοῦτον καλοῦμεν οὐχ ὑπνῶδες κῶμα. εἰ δὲ καὶ πόνος τις αὐτοῖς παρείη, προδήλως ἀγρυπνήσουσι μᾶλλον οἱ οὕτως ἔχοντες, ὡς μηδ' εἰς φαντασίαν ὕπνου τε ἀφικέσθαι λεπτοῦ. γίνεται γάρ τι καὶ τοιοῦτον τοῖς οὕτω κωματώδεσιν, ὥστ' ἐν μεθορίῳ καθίστασθαι, τῶν τ' ἀκριβῶς ἐγρηγορότων, καὶ τῶν κοιμωμένων. Vbi enim ægri apertis oculis vigilare nequeunt, sed spe dormiendi conniuent, vigiles tamen permanent, id κῶμα non somniculosum nuncupamus. Quòd si quis etiam labor adfuerit, manifestè vigilabunt magis hoc modo affecti, adeò vt ne in tenuis quidem somni suspicionem veniant. Si quidem istis qui hoc comate detinentur [illegible] quippiam vsu venit, vt in medio tam exquisitè vigilantium, tum dormientium consistant. Hunc quo-

que affectum exprimit Gal. com.3. in Prorrh. (p.199.37. H. 74.G.) & com.1. in eundem lib. (p.168.20.H.67.B.) vbi hanc affectionem ex phrenitide & Lethargo mistam esse scribit, & quibusdam Typhomaniam vocari, idque præter Hipp. mentem, vt & cap 4. libr. de comate. Etsi idem Gal. in Isagoge pulsuum (p.114.51.) hunc affectum proprio nomine carere vult, ideoque adiunctis sibi signis eius notitiam petendam esse. At verò κώματος causas aptissimè his verbis recenset Gal. com.1. in li.3. Epid. (pag.401.28. H.1063.A.) πολλάκις μὲν γὰρ ὑγρότητι πολλῇ τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ μορίου, καθ' ὃ καὶ τὸν ὕπνον ὀρθῶς Ἀριστοτέλης ἔδειξε γινόμενον, ἕπεται κῶμα, καθάπερ ἐνίοις τῶν μεθυσθέντων γίνεται. πολλάκις δὲ διὰ μόνην ψύξιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ δι' ἄμφω ταῦτα συμπίπτει βαθὺς καὶ κωματώδης ὕπνος. ἀλλὰ καὶ δι' ἀρρωστίαν δυνάμεως ἡ τοιαύτη γίνεται διάθεσις, οὕτως ἤδη νεκρουμένης αὐτῆς, ὡς ἐπαιρόμενα τὰ βλέφαρα φυλάττειν μὴ δύνασθαι, καὶ συμβαίνει τοὺς οὕτως ἔχοντας ἐπειδὰν μύωσι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἢ μηδ' ὅλως, ἢ βραχύ τι κοιμηθέντας ἀγρυπνεῖν, οὐδ' οὕτω διαίρειν τὰ βλέφαρα δυναμένους, ἣν τινα διάθεσιν ἀπὸ τῆς γινομένης δι' ὑγρότητα καὶ ψύξιν οἱ σφυγμοὶ μάλιστα διορίζουσιν ἀμυδρότατοί τε καὶ βραδεῖς, καὶ ἀραιοὶ καὶ σμικροὶ γινόμενοι. Sæpius nanque propter humiditatem multam primùm sentientis partis (in qua somnum fieri rectè demonstrauit Aristoteles) κῶμα consequitur, vt nonnullis ebriosis vsu venit. Sæpiùs verò ob solum frigus. Interdum quoque ambabus his ex causis profundus & cum sopore somnus incidit. Quinetiam propter virium imbecillitatem huiusmodi suboritur affectio, vbi adeò iam sunt emortuæ, vt apertas palpebras seruare nequeant. Ac ita affectis contingit, vt conniuentibus oculis, aut nihil prorsus, aut parum dormiant, sed vigilent, neque tunc palpebras attollere queant. Quem quidem affectum, ab eo qui ex humiditate & frigiditate ortus est, potissimùm pulsus distinguunt, tum languidissimi & tardi, tum rari & parui. Ac rursus com.3. in eundem lib. (p.420.47. H.1085.B.) τὸ μὲν ἄμικτον ἀγρυπνίᾳ κῶμα, δι' ὑγρότητα καὶ ψύξιν ἔμαθες ἐγκεφάλου γίνεσθαι, τὴν δ' ἄμικτον ἀγρυπνίαν κώματι διὰ ξηρότητα καὶ θερμότητα· νῦν οὖν αὐξηθέντων τῶν χυμῶν, ὑγρότητα μὲν ἀποτελέσαι ἐχόντων, οὐ μὴν δὲ γε δριμεῖαν ἄπασαν, ἡ μὲν ὑγρότης τὴν κωματώδη διάθεσιν, ἡ δὲ ἐκ τῆς σήψεως δριμύτης, τὴν ἀγρυπνίαν εἰργάσατο. τῶν ἐναντίων συμπτωμάτων ὑπ' ἐναντίοις αἰτίοις εὐλόγως γινομένων, κῶμα vigiliæ non permixtum, ex cerebri humiditate & frigiditate fieri didicisti, vigiliam verò comati non permixtam, ex siccitate & caliditate. Nunc igitur auctis humoribus, exuperantem humiditatem habentibus, neque eam tamen prorsus acrem, humiditas quidem κωματώδη affectum, acrimonia verò ex putredine vigiliam effecit, contrariis euentis meritò ex contrariis causis subortis. Rursusque ibid. (pag.425.56. H.1085.E.) θαυμαστὸν οὐδὲν ἠθροισμένων ἐν τῷ σώματι χυμῶν ὠμῶν, ὡς τά γε διαχωρήματα τὴν ἔνδειξιν ἐποιήσατο, κωματώδεις τε ἅμα καὶ παραφρονοῦντας γενέσθαι. κωματώδεις μὲν, διά τε τὸ πλῆθος καὶ τὴν ψυχρότητα τῶν ὠμῶν χυμῶν, παραφρονοῦντας δὲ, διότι σηπόμενοι δριμύτητά τε καὶ θερμασίαν ἔσχον. Nil igitur mirum est, collectis in corpore crudis humoribus, vt indicarunt excrementa, comate simul & desipientia prehensos fuisse. Comate quidem, propter crudorum humorum tum copiam, tum frigiditatem. Desipientia verò, propterea quod putrescentes acrimoniam & calorem gignebant. Iterumque ibid. (p.428.17. H. 1086.E.) βαρὺ κῶμα, τὸ δυσδιέγερτον ἀκουστέον ἐστὶ, τὸ τι μικροὺς καὶ λεπτοὺς ὕπνους ἔχει, ἐναντίον ἐστίν. ἐγίνετο δὲ τὸ μὲν πρότερον οἷς ἐπεκράτει τὸ πάχος καὶ τὸ πλῆθος τῆς ψυχρᾶς ὕλης. τὸ δὲ δεύτερον, οἷς ἡ λεπτότης διασηπομένη. κῶμα graue, à quo quis non facilè excitetur obaudiendum est, cui contrarium est quod paruos & leues somnos habet. Quorum primum quidem, his quibus frigidæ materiæ copia & crassitudo exuperaret, accidebat, alterum autem, quibus tenuitas putrescens. Idem quoque initio Com.3. in Prorrh. (p.199.32. H.74.G.) γίνεσθαι δὲ καταφορὰν αὐ, ὡς ἐν ἄλλοις τέ τισιν ὑπομνήμασι, κἂν τοῖς περὶ τῶν πεπονθότων τόπων ὑπέδειξα. τὸ μὲν ὑπὸ πλήθους χρηστοῦ βαρυνομένου τοῦ ἐγκεφάλου, καθάπερ ἐπὶ τῶν μεθυσθέντων. ἔστι δ' ὅτε διὰ φλεγματικὸν χυμὸν, ἢ καὶ χωρὶς τοῦ χυμοῦ δυσλυτον ψύξιν. ὅταν δ' ἀγρυπνίᾳ ζευχθῇ τὸ κῶμα, δακνώδους μίξει χυμοῦ τὴν τοιαύτην διάθεσιν ἐδείκνυον γίνεσθαι. Oriri autem in somnum delationem, vt in aliis quibusdam commentariis, atque etiam in his qui sunt de locis affectis ostendi, partim quidem grauato ob vtilis succi copiam cerebro, non secus ac in ebriosis, interdum verò ob pituitosum humorem, vel etiam ob ægrè solubilem absque humore frigiditatem. vbi autem vigiliis κῶμα coniunctum fuerit, ex succi mordacis permixtione hanc affectionem fieri demonstraui. Quibus etiam similia scribuntur Gal. & amplioribus quidem verbis com. in sent. primam Prorrh. κῶμα autem ἀπὸ τοῦ κωμάζειν deducere videtur Gal. cap 1. lib. de comate, quod est crapulæ & comessationibus indulgere, siue bacchari vinolentum, & proterue temulentem esse, lasciuire & saltare; quòd & οἱ κωμάζοντες, & q ui comate prehenduntur vigilent, siue (vt vult Gorrh.) quòd οἱ κωμάζοντες omnium facillimè eum in morbum incurrant, cum ex comessationibus & nimio vini potu præcipuè contrahatur. Hinc quoque κωμαίνειν deduci videtur, quod est sopore detineri, soporari, dormire aut dormiturire, νυστάζειν Hesych. exponit. Quam vocem vsurpat Hipp. lib 2. de Morb. (pag.463.50.) καὶ κωμαίνει, & soporatur. (Quem locum mihi subindicare quodammodo videtur Hesych. cum κωμαίνει νυστάζει exponit) Ac rursus ibid. (p.468.52.) τὴν μὲν ἡμέρην ταύτην κεῖται κωμαίνων, hoc die sopore detentus iacet.

Κώνειον cicuta, παρὰ τὸ κωνᾶν, quod est circumagi aut circũuertere, quòd epota vertiginem inducat. Gal. libr. quod animi mores temp. corp. sequantur (pag.345.28.) καὶ μὴν τι καὶ διά τι μορίου αὐτῶν ἰσχάζεται κώνειον ποθὲν, ὃ καὶ πιόμενοι ἐνθεν παράνομον ἀπὸ τοῦ πάθους ὃ πάσχει ὁρᾶν ὑπ' αὐτοῦ τὸ σῶμα. Quinetiam cur cicuta κώνειον dicta epota stultitiam pariat; inde etiam ab eo affectu deducto nomine, quod ab ea corpus affici video. Vsurpat autem eam dictionem Hipp. lib.2. περὶ γυν. (pag.668.46.) (etsi μηκώνιον illic leg censeo) & 669.14.) Rursusque lib. περὶ ἀφόρων (p.681.4.) κωνείου φύλλα fotu adhibet. Et libr. περὶ συρίγγων (p. 890.A.) κωνείου καρπὸς, cicutæ semen in cataplasmate ad sedem prociduam admouetur.

Κωνίαν Gal. apud Hipp. οἶνον τὸν πιττίτην, vinum picatum exponit in Exeg. eiusque conficiendi modum hunc edocet. Iniicitur cum cortice in vas figlinum piceæ hemina dimidia, & vbi efferbuit quidam excolant, quidam etiam relinquunt. Sed fortè κωνίαν οἶνον apud Gal. legendum, vt etiam scribit Varin. Etsi κωνίας vt αἰθόσμιας dici potest. Dicitur autem κωνίας quòd κῶνος sit τῆς πίτυος καὶ τῆς πεύκης καρπὸς, vel potiùs fructus inuolucrum, στρόβιλος etiam nominatur.

Κωνώπων ἀλγήματα, culicum morsus dicuntur Hipp. de papulis & exanthematum genere, quæ in populariter grassantibus morbis & febribus ardentibus frequentissimè in cutem erumpunt, interdum verò maximum putredinis & venenatæ qualitatis specimen exhibent, est vbi etiam efferuescentem materiam sine vlla malignæ qualitatis significatione in cutem iudicatione deponunt. Qualia li.2. Epid. (p.1020.C.) in mulieribus celebrantur, easq; ab exæstuante febrium intemperie indicatione liberasse commemorantur. ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖσι θερινοῖσι πυρετοῖσι, περὶ ζ' καὶ η' καὶ θ' τρηχύσματα ἐν τῷ χρωτὶ κεγχρώδεα, ὅτι ἐπὶ κωνώπων γινομένοισι μάλιστα ἴκελα ἀλγήματι, οὐ πάνυ κνησμώδεα. In febribus autem æstiuis circa septimum, octauum & nonum diem, asperdines quædam miliaceæ, culicum morsibus ferè similes, quæ tamen non admodum pruriebant, in summa cute subnascebantur. Rursus lib.7. Epid. (pag. 1229.E.) fulloni cuidam in Syro adscribitur, σκέλεα τὰ χρῶμα, οἷα ὑπὸ κωνώπων ἐγκατασκευάσειν crurum corpus velut à culicibus compunctum. Et paulò pòst in Pherecyde (ibidem 1230.G.) lethalia octauo die, ὡς ἀπὸ κωνώπων ἀλγήματα commemorantur. In Coac. quoque (p.208.E.) anxietate laborantibus cum alui suppressione διὰ ταχέων ἐξανθεῖ οἷα κωνώπων κεντήματα, celeriter velut culicum puncturæ in cutem erumpunt.

Κώφωσις surditas, est auditus offensio, quæ duplex est, vna, ἡ ἐν ἕξει, quæ stabilis est & obfirmata, ex habituque contrahitur, altera ἐν σχέσει, quæ fugax est & leuis, ac repente fit in febribus ex momentanea auditus obstructione, com. ad aph. 28. lib.4. Idem Gal com.1. in Prorrh. (p.180.11. H.70.A.) γίνεται μὲν καὶ διά τινα χυμὸν κατὰ τοὺς ἀκουστικοὺς πόρους σφηνωθέντα κώφωσις, οὐδὲν ἔχουσα κακόηθες. γίνεται δὲ ἐνίοτε καὶ τῆς ἀκουστικῆς δυνάμεως νεκρουμένης, ἣν ἐν τοῖς ὀξέσιν ἅμα καὶ ταραχώδεσι νοσήμασιν ὁρῶμεν συμπίπτουσαν. Surditas quidem oboritur ob humorem quendam in aurium meatibus impactum, eaque nihil maligni habet. fit quoque interdum etiam extincta audiendi facultate, quam in acutis simulque turbulentis morbis contingere cernimus, eaque perniciem minatur. κωφὸς surdũ significat, & τὸν τὴν αἴσθησιν βεβλαμμένον, hebetem etiam, torpidum, torpescentem, mutum, inualidum, inefficacem. Et κωφοὶ exponuntur Gal. in Exeg. οἱ ἀμαυροὶ καὶ ἀσθενεῖς, hebetes, languidi & debiles. Quam dictionem vsurpat Hippocr. lib. περὶ φυσῶν (p.300.44.) κωφοὶ τῶν λεγομένων, neque quæ dicuntur audiunt. Et lib. περὶ σαρκῶν vulgò inscripto (pag.253.40.) οἱ κωφοὶ ἐκ γενεῆς, ab ortu surdi, quem locum videtur Aristot. in suum vsum transtulisse, li.4. hist. animal. Verùm his locis (vt satis constat) Gal. expositio parum conuenit. κωφὸς Hesychio dicitur ὁ μὴ λαλῶν, ὁ μὴ ἀκούων, ἐνεὸς, ἀσθενής. Idemque κωφὸν ἀναίσθητον exponit. Est & κωφόω, & κωφάω, ac κωφέω & κωφεύω, obsurdesco ac torpesco. κωφοῖ verbum tertiæ personæ & tertiæ coniugationis, Gal. in Exeg. significate scribit apud Hipp. ἀμαυροῖ, καὶ ἀμβλύνει, quod est hebetat,

hebetat, obtundit. Quibus verbis locum lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.424.43.) mihi subindicare videtur Gal. ὀδύνας κωφοῖ, dolores obtundit, vbi de aqua frigida agitur, vt sit quod scribitur ibidem (p.427.11.) ὀδύνην ναρκοῖ. Sic nanque Cornar. dolores stupefacit dixit. aph. verò 25. lib. 5. ὀδύνην λύει dicitur. Erot. tamen lib. περὶ ὑγρῶν χρήσ. κωφοῖ pro κωφοῖ legisse videtur, quod λύει, παύει καὶ ὀδύνας exponit. κεκωφῶσθαι vsurpat Hipp. quod est torpescere, hebescere, sine sensu esse, lib.2. de Morb. (p.464.7.) μὴ κινευμένου δὲ τοῦ αἵματος οὐχ οἷόν τε μὴ οὐχὶ καὶ τὸ σῶμα ἀτρεμίζειν καὶ κεκωφῶσθαι. Dum verò sanguis non mouetur, fieri nequit quin corpus quiescat & torpeat, aut hebescat, inualidum sit & inefficax. Agitur enim de attonitis, qui summa corporis impotentia ad mouendum laborant. Vbi tamen κεκωμῶσθαι ex Gal. legendum esse censemus, vt antea in ea dictione adscripsimus. κωφῶσαι Erot. apud Hipp. ἐκλάσαι, παραμποδίσαι exponit. Verùm κωφωθῇ legitur lib. de loc. in homine (p.408.53.) πόνον ἢν μὲν ἐς τὰ ὦτα καὶ παχυτάτη νόσος ἦν κωφωθῇ. Ex his quidem superior & crassissima, si lædatur, morbum facit. Rursus aph 60. lib.4. ὁκόσοισιν αἱ ἐν πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ. Quibus per febres aures obsurduerunt, aut læsæ sunt, aut surditate sunt impeditæ & obstructæ. Quod etiam repetitur libello περὶ κρισίων (pag.55.43.) Sic κωφοῦσθαι & κωφοῦσθαι βλάπτεσθαι significat, vt κωφεῖ βλάπτει, & κωφητικὸς βλαπτικὸς Hesychio exponitur. Idem κωφεύσαι ἀναισθητῆσαι exponit, vt & κωφὸν ἀναίσθητον, & κωφὸν ἀναισθησίας eidem dicitur. κωφώσιος ἐρόωδης scribitur Erot. apud Hipp. poni ἀντὶ παραμποδισμοῦ, pro impedimento, etsi propriè auditui sit accommodatum: κώφωσιν verò pro surditate sæpè vsurpat Hip. in Prorr. & Coac. (p.146.H.148.H.149 D.E. vbi etiam ὑπόκωφοι dicũtur qui surditate leui tentantur, vt & δύσκωφοι qui grauí surditate laborãt.

OECONOM. HIPPOC.

TO Λ.

Λαβὴ exponitur Gal. in Exeg. apud Hippoc. ἐπισημασία, prima febrium accessionis significatio aut inuasio, μάλιστα δὲ ἡ ἐκ περιόδου, ac præcipuè quæ per circuitum repetit. Sic λῆψις accessionem Hippoc. significat, aut primum accessionis insultum, vt lib.1. Epid. (p.361.29. H 944.F.) ἐπέπιπτε δὲ πάντεσι πᾶσιν ἀπὸ τῆς πρώτης λήψιος. atque in his omnibus ritè & ordine à primo insultu ad quaternos circuitus processere. Et lib.5. Epid. (pag.1161.E.) & lib.7. Epid. (p.1235.A.) περὶ τὴν λῆψιν, in ipsa accessione, velut ὑπὸ τὴν λῆψιν, sub accessionis tempus dicitur M.Tullio ad Atticum. Rursus lib.1. de Morb. (p.453.40. καὶ ὁ πυρετὸς ἐν συνεχὴς λῆψις. & febris assidua prehenderit. Sic ληφθεῖσα dicitur lib.4. Epid. (p.1123.A.) quæ accessione correpta est. τῇ Νικοστράτου ληφθείσῃ, Nicostrati vxori accessione correptæ. Et in Coac. (pag.128.F.) οἱ λαβόντες, accessione correpti. Et libr. περὶ κρισίων (55.12.) de febre ardente scribitur, καὶ ἢν ἐφάρας λάβῃ ὑποστρέψας ὅσας τὸ πρῶτον, & si post reuersionem tot diebus quot prius tenuerit. Rursus aph.26. sect.6. lib.6. Epid. λαμβανόμενοι, qui febribus corripiuntur. Est & λαμβάνειν apud Hipp. comedere aut sumere, vt libr.1. περὶ γυναικ. (pag.603.12.) καὶ μετέπειτα ἑψεῖν καὶ λαμβάνειν, deinde coquito & sumito, hoc est comedito. Quæ est vulgaris & plebeia locutio, quomodo etiam sumere capitur. λαμβάνεσθαι etiam pro ἀπολαμβάνεσθαι sumitur, & de vesicæ interceptione ac vrinæ suppressione dicitur Coac. (p.145.E.) αἱ δὲ κύστιες ἐν τούτῳ λαμβάνονται, verùm interim vesicæ intercipiuntur. Verùm ἀπολαμβάνονται habent publicata exemplaria, & suspectam illam lectionem ibi habuimus. Sic li.7. Epid. (p.1225.D.) ὀστέα ἐλήφθη, ossa intercepta sunt, hoc est, extenuationem senserunt, eáque sunt denudata, manifesta ac veluti deprehensa. Vbi tamen melius ἐλείφθη legatur, vt legit Cornar. vt ossa reliqua esse, superesse aut restare intelligantur, quæ popularis est, in extenuatis, loquendi formula.

Λαβὶς est forceps aut volsella qua callum in ore vteri extrahit Hip. li. περὶ ἀφόρων (p.687.7.) λαβίδι ὡς λεπτοτάτῃ, σεσημασμένος ἐξελκύσαι ἡσυχῇ. Volsella tenuissima apprehensum extrahito, considerans vt leniter id fiat.

Λάβρως, rapidè, cum impetu, confertim significat. λάβρως dicitur Aret. de liberali & copiosa sanguinis ex naribus profusione, quod λαύρως Hipp. vt posteà scribemus. Lib.1. περὶ ὀξέων cap. 10. αἱμορραγίη διὰ ῥινῶν λάβρως, sanguinis è naribus larga profusio cum impetu succedit.

Λαγαρίζειν apud Hipp. exponunt interpretes lentum esse ac leniter flare. De austro enim scribitur libr. de Morbo sacro (p.308.14.) οὐδὲν καὶ ἐκ εὐθὺς πνεῖ μέγας, ἀλλὰ λαγαρίζει πρῶτον. Quapropter etiam non statim vehementer spirat, sed primò lentus ac lenis est, hoc est, leniter spirat. Verùm mihi profectò non leuiter suspecta est lectio illa. Etsi enim λαγαρίζειν metaphoricè sumi potest pro leuiter spirare aut leui quodam & tectorio opere incrustare ac veluti colorare, quod à placentis leuiter incrustatis translatum videri possit: existimo tamen, aut λαπαρίζει, aut λαγγάζει legi posse. λαγγαρίζειν enim de austro dici potest, qui primùm leniter spirando omnia laxat, & mollia reddit. Et λαγαρὸς laxum, vacuum, mollem, non distentum, nec plenum indicat. Vt de corde scribit Hip. lib. περὶ καρδίης (p.269.3.) ἀτὰρ ἔστι καὶ σύμπαν εὐρυκοίλιος, καὶ λαγαρωτέρη πολλῷ τῆς ἑτέρης. Sed & hic [ventriculus] prorsus capacior & longè altero laxior est. λαγγάζει autem Hesych. ὀκνεῖ exponit, quod est, piger est & lentus, quod & λαγγεῖ quibusdam etiam significare scribit. Auster verò λαγγάζειν dici potest quod primùm lentus sit ac leniter spiret, neque statim aërem compactum ac densum dissoluere aut laxare potest, sed temporis progressu. In quibusdam manu scriptis Hipp. exemplaribus adscribitur, λαγαρίζει, χρωματίζει, λάθει γὰρ ἡ αὖρα ταλαιπωροῦσα, ex scholio quodam, id tamen sine authore. Vulgaria lexica λαγαρίζω ἀφρίζω exponunt Spumo. Sed Hesych. λαγαρίζει ἀφρίζει explicat, si modò suspecta non est lectio.

Λαγνεία rem veneream significat & veneris vsum, coitum, concubitum, ita & λάγνευμα apud Hipp. vt aph.22. sect.5. lib.6. Epid. λαγνεία τῶν ἀπὸ φλέγματος νούσων ὠφέλιμον. Veneris vsus morbis à pituita confert. Sic lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.550.34.) ἀπέχεσθαι λαγνείης dicitur, quod est rebus venereis abstinere. lib. quoque περὶ φύσ. παιδίου (p 241.4.) ἐν τῇ λαγνείῃ, in ipso coitu & vsu venereo significat. Lib.2. περὶ διαίτης (p.362.12.) λαγνεία ἰσχναίνει, καὶ ὑγραίνει καὶ θερμαίνει. Venus extenuat, humectat & calfacit. Sic quoque λάγνευμα coitum indicat, vt lib. de natura pueri (p.248.12.) δίδυμα δὲ γίνονται ἀφ' ἑνὸς λαγνεύματος, gemelli ex vno coitu gignuntur. Inde quoque λαγνεύειν & λαγνεύεσθαι rebus venereis vti significat Hippocrati, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.548.27.) ἢν γὰρ μεθυσθῇ περὶ καιρὸν, ἢ λαγνεύσῃ, ἢ ἄλλο τι ποιήσῃ μὴ ἐπιτήδειον. Si enim intempestiuè inebriatus fuerit, aut rem veneream exercuerit, aut aliud quid minimè commodum fecerit. Idem lib. περὶ γονῆς (pag.231.44) ὅτι πλὴν λαγνεύσωμεν, σμικρὸν ὅτε μεθῶντες, ἀσθενέες γινόμεθα, quòd vbi venerem exercuimus, tam pauca re emissa, imbecilles euadimus. Rursus ibidem (p.232.17.) λαγνεύουσι δὲ παρ' οἷς τετμημένοι εἰσίν, ὅτοι λαγνεύουσι μὲν καὶ ἀφιᾶσιν, ὀλίγον δὲ, καὶ ἀσθενές, καὶ ἄγονον. Quibus verò ad aures venæ sectæ sunt, ij rem quidem veneream exercent, & semen emittunt, sed paucum, imbecillum & infœcundum. λαγνεύεσθαι autem dicitur li.5. Epid. (p.1149 D.) ὁκότε λαγνεύοιτο, cùm venere vteretur. At Gal. in Exeg. λαγνείην interdum ipsum semen significare apud Hip. contendit, vt li. περὶ φύσ. παιδίου, ita etiam & τὸ λάγνευμα. Quibus certè verbis locum libri de Natura pueri mihi subindicare videtur, qui legitur (pag.242.5.) καὶ γὰρ ὁ ἀνὴρ ἢν λαγνεύῃ πολλὰ, εὐρύτεραι γινόμεναι τὰ φλέβια μᾶλλον ἐπάγει τὴν λαγνείην. Vir nanque vbi venere frequentius vtitur, ampliores effectæ venæ, semen magis attrahunt. Sic enim ἡ λαγνεία τὸ σπέρμα significare videtur, & Gorrh. pro λαγνείην γονὴν accipere mauult. Eadem quoque notione λαγνεία sumitur lib. περὶ γονῆς (qui illius pars esse videtur) (p.232.14) καὶ ἀποκρινομένη ἀπ' αὐτοῦ ὁρᾶν παρέσταται οἷα λαγνεία. & dum ab ipso excernitur, velut seminis quandam imaginem habet, etsi rem veneream interpretes intelligunt. Sic rursus paulò post λαγνεύειν non tantùm rem veneream exercere, verumetiam semen emittere significat. ἔχει γὰρ τὸ ὑγρὸν τοῦτο ὅπερ λαγνεύοντι. habet enim eundem humorem atque is qui semen emittit. Et ibidem πρὸ λαγνείης, ante seminis emissionem indicare videtur. Sic quoque ibid. (232.18.) οἱ δὲ εὐνοῦχοι διὰ ταῦτα οὐ λαγνεύουσιν. Eunuchi autem eam ob causam semen non emittunt. λάγνευμα autem τὸ σπέρμα significat apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.557.55.) τὸ δὲ λάγνευμα ὕπεισιν ὕφαιμον, σαπρὸν, semen ipsius subcruentum prodit, videturque de seminæ genitali, quod per veneris lu-

dibria in somno emissum est, intelligi. id ὀνειρώσσειν dicit Hipp.

Λαγὼν ὁ κενεών, τὸ ἰσχίον Hesych. exponitur, lateris inanitas & cauitas laxior inter coxas & coxendicem posita, ilia & partes laterales sub vmbilico ad ossa ilium posita. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.545.54.) μετασπῶσι δὲ καὶ ἐς τὸν ὦμον, καὶ ἐς τὴν κληῖδα, καὶ ἐς τὴν λαγόνα. Incidunt autem dolores & in humerum, & in iugulum, & ilia.

Λαγώπυρος herba est Hipp. lib. de vlceribus (p.878.D.) quæ cùm inaruit furfuribus est simillima, paruo folio, instar oleæ, longiore tamen, qua vlcus alit & cauum explet. Quidam Lagopum esse volunt, quæ sistit aluum è vino pota Plinio cap. 8. lib.26. & Dioscor. cap.17. lib.4. Eadem facultatis est desiccantis Gal. adeò vt aluum probè exiccet. λαγώπυρος dicitur Galeno in Exeg. ἡ λαγωπὸς καλουμένη βοτάνη, si modò vera est scriptura, quam tamen non leuiter suspectam facit Varinus, vt scripsimus nostris in lib. de vlcerib. Annot. Sed pro λαγώπυρος quædam Exeg. exemplaria λάμπυρος legunt, vitiosè tamen, vt ostendit series alphabetica.

Λαγώφθαλμοι dicuntur medicis quibus per somnum oculus apertus manet, non secus ac leporibus, adeò sursum reducta palpebra, vt oculum totum contegere nequeat. Paulus lib.6. cap.10. λαγωφθάλμους καλοῦσι τοὺς τὸ ἄνω βλέφαρον ἀνεσπασμένον ἔχοντας. Lagophthalmos vocant quibus sursum reuulsa est palpebra. Authori Definit. Medicarum λαγώφθαλμον πάθος ἐστὶν ἀνάσπασις τοῦ ἄνω βλεφάρου, ὥστε μὴ καλύπτειν ἐν τῷ καμμύειν ὅλον τὸν ὀφθαλμόν. λαγώφθαλμον est superioris palpebræ retractio, adeò vt oculus dum clauditur, non totus contegatur (pag. 400.30.) Corn. Celsus cap.7. lib.7. Nonnunquam autem, nimium sub hac curatione excisa cute, euenit vt oculus non contegatur, idque interdum etiam alia de causa fit. λαγώφθαλμον Græci appellant.

Ἀάζομαι verbum est poëticum quod arripio significat, prehendo, corripio, accipio, & quo frequenter vtitur Hipp. vt lib.1. περὶ γυναικ. (pag.603.16.) ἢν δ᾽ ἆσθμα λάζηται. Quòd si creber anhelitus prehenderit. Et rursus (p.605.4.) καὶ πῦρ μιν λάζεται, & ipsam ignis prehendit. Et (p.609.27.) καὶ λάζεται τὸ πῦρ σφοδρόν. & vehemens ignis corripit. Rursusque lib.2. περὶ γυναικ. (p. 639.26.) ἡ δὲ νοῦσος λάζεται, morbus hic corripit. Et (p.643.55.) καὶ φρίκη ὁμοῦ λάζεται, simulque horror corripit. Et (pag.655. 51.) καὶ ὀδύνη λάζεται ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα, & dolor in inferiore ventre corripit. Pro quo scribitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.564.40.) καὶ ὀδύνη λαμβάνει τὴν νειαίρην γαστέρα. Lib. quoque de Morb. 2. (p.468.13.) ὀδύνη λάζεται ἐκ τοῦ κοτίδος, dolor ex occipitio prehendit. Rursusque (p.485.27.) ὀδύνη λάζεται ὀξείη, dolor acutus corripit. Et rursus ibidem (ibid.47.) λάζεται μὲν καὶ ἄνδρα. virum etiam corripit. Et ibid. (486.34.35.) φῦσα ἐν ἄσῃ λάζεται. Lib. etiam de loc. in homine (p.407.49.) τὸ μὲν ξηρότερον πεφυκὸς, νούσοις λάζεσθαι, quod siccius est morbis obnoxium esse solet. Rursus ibidem (p.414.44.46.) καὶ πνεῦμα ἑκταῖον ἢ ἑβδομαῖον λάζεται. & difficilis spiratio sexto aut septimo die prehendit. Et ἢν δ᾽ ἐνναταῖον δύο ἡμέρας διαλιπὼν λάζηται, quòd si nono die, duobus intermissis, prehenderit. Et rursus ibidem (p.420.25. & 26.) πυρετὸς οὐ λάζεται. febris minimè corripit. Et, ἢν δὲ λάζηται, &, ἀπ᾽ ἄλλου πυρὸς λάζεσθαι. Inuenitur etiam λάζυμαι & λάζημαι pro λάζομαι apud Hipp. vt lib.1. περὶ γυναικ. (pag.595.9.) τὸ στόμα τῆς μήτρης οὐ λάζυται τὴν γονήν. vteri osculum semen non capit, non suscipit. Rursus ibid. (pag. 604.16.) πόνος λάζηται ἰσχυρός, vehemens dolor corripit. Et lib.2. (p.661.52.) ἢν δὲ νοῦσος λάζηται, morbus autem corripit, à λάζημαι. Hesych. λάζεσθαι λαμβάνειν, & λαζύμεναι λαμβάνουσαι exponit.

Λαθραίως idem quod λάθρα significat, clam, occultè, latenter, clandestinè, non percepta rei alicuius causa de repente, ex improuiso. In Prorrh. (p.212.8. H.78.G.) λαθραίως τελευτῶσιν, repentè intereunt. Vbi Galen. λαθραίως ἐξαίφνης exponit, neque tamen satis id probare videtur. Sic λαθραίως κτείνειν latenter & ex improuiso necare dicitur in Coac. (p.176.D.) & οὖρον λαθραίως οὐρούμενον, vrina quæ clandestinè redditur & ægrum fugit, delirium indicat, ibid. (p.212.F.) λαθραίως etiam ἀπροαιρέτως denotat, inuitè, inuoluntariè, & de Lethargicis effertur, quibus inuitis & non sentientibus egestiones prodeunt, ibid. (p.137.C.) οὖρα καὶ διαχωρήματα φέροντα λαθραίως. vrinæ atque alui recrementa clam & inuoluntariè prodeunt.

Λαίλαψ est turbo & ventus procellosus. Aristot. in libello de Mundo λαίλαπα scribit esse πνεῦμα βίαιον καὶ εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω, ventum violentum, qui infernè sursum versus conuoluitur, turbinem & verticem appellat Budæus. Hesychio λαίλαψ exponitur καταιγίς, ἀνέμου συστροφὴ μεθ᾽ ὑετοῦ, venti vortex cum imbre. Hinc λαιλαπώδης οὐρανὸς καὶ ἐπινέφελος, cœlum cum ventorum turbine nimbosum aut procellosum dicitur Hipp. lib. 1. Epid. (p.357.42.942.G.) Vbi λαίλαπες exponuntur Galeno οἱ ἐξαιφνίδιοι καὶ σφοδροὶ ἄνεμοι, καὶ μάλιστα ὅταν ὑετὸς ἅμα ἐν αὐτοῖς γένηται λάβρος. repentini & vehementes venti, præcipueque si multam & largam pluuiam coniunctam habeant. Quem sanè Hipp. locum mihi subindicare videtur Erot. cùm λαιλαπώδη exponit. Verùm λαιλαπώδης pro λαιλαπώδη scribendum existimo, quod faciunt exemplaria quædam. Eidem verò λαῖλαψ dicitur ὄμβρος μετὰ σφοδροῦ ἀνέμου γινόμενος. imber cum vehemente vento exortus. Est & λαιλαπῶδες ὕδωρ, aqua procellosa, nimbosa, quæ damnatur Hipp. aph.17. sect.4. li.6. Epid.

Λαιμὸς gulam significat, & eam œsophagi partem interiorem, quæ in deuorandis cibis voluptatis sensum percipit, vt indicat Gal. Com.3 in li. de rat. vict. in morb. ac. (p.75.45.) ἐν μὲν δὴ τῷ καλουμένῳ λαιμῷ ἐκ τῶν καταπινομένων γλυκέων ἡδονὴ μεγίστη γίνεται, τῷ κατ᾽ αὐτὸ τὸ χωρίον σώματος οἰκείως ἔχοντος τῷ τοιούτῳ χυμῷ. τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτ᾽ ἐστὶ σῶμα, καὶ τῆς γαστρὸς ὁ ἔνδον χιτών, ὥσπερ γε καὶ ὁ τὴν γλῶτταν ἀμφιεννύς. ἀλλ᾽ ἐν ταύτῃ μὲν ἐναργεστάτην ἔχει τὴν τῆς γλυκύτητος αἴσθησιν, ἐν δὲ τῷ λαιμῷ τὴν τῆς ἡδονῆς. Ac sanè in ea parte quæ gula vocatur, maxima ex dulcibus deuoratis exoritur voluptas, illius regionis corpore familiaritatem cum huiusmodi succo habente. Idem autem corpus est & ventriculi interior tunica, & linguam circumuestiens. Verùm in lingua quidem euidentissimum habet dulcedinis sensum, in gula verò voluptatis. Hinc Homero stomachum significat, vt scribit Pollux. quomodo etiam sumi scripsimus li.2. Epid. (pag.1050.G.) vbi scribitur τῷ λαιμῷ ὕδωρ θερμὸν κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχεῖν. Gula affecta calida caput perfundendum est. Qua etiam notione sumi videtur lib. περὶ καρδίης (p 268.34.)

Λαμβάνεσθαι vide λαβεῖν.

Λαμπηρὰ τὰ ἀφρώδη exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. h.e. spumosa, λάμπη γὰρ ὁ ἀφρός. λάμπη enim spumam significat. Sic enim potius lego cum Varino & Henr. Steph. quàm λάμπει, quod habent omnia ferè exemplaria. Erot. nanque λάμπη significat τὸ ἐφιστάμενον τῷ διδολωμένῳ οἴνῳ ἐν τῷ ὄξει, ἔτι δὲ κολυμβάσιν ἐλαίας οἷόν τι λίπος κολλῶδες, quod in aceto supernatat vino adulterato, adhæc pingue quiddam glutinosum quod oliuis muria conditis supernatat. Vnde λαμπώδη dicuntur τὰ ἔχοντά τινα ἐφιστάμενα ὅμοια λάμπῃ, in quorum summo spuma quædam innatat, aut quædam λάμπῃ similia. Sunt & λάμπαι Actuar. cap.18. li.1. περὶ οὔρων; bullæ quædam in vrinæ superficie innatantes veluti crassæ spumulæ quæ vino insident. λαμπῶδες autem οὖρον dicitur Hipp. in Coac. (p.148.A.) & Prorrh. (p.197.55. H.74.E.) vrina spumea aut spumam innatantem habens, aut splendens, limpida & coruscans. Collucet enim spuma & clara est. Et Gal. in Prorrh. λαμπῶδες ἀφρῶδες, hoc est, spumosum exponit. ὡς λάμπην ἴσμεν τὸ τοῖς οὔροις ἐποχούμενον λευκόν, siquidem album in vrinis innatans splendere nouimus, vt λαμπῶδες à nitore & candore ἀφρῶδες indicet. Idem quoque ibidem scribit τὸ λαμπῶδες ἀφρῶδες omnibus dici. At Erot. Bacchium reprehendit, qui λαμπῶδες λαμπρὸν & καθαρόν, hoc est splendidum & purum, apud Hippoc. exponeret, & λαπῶδες non λαμπῶδες ex Hipp. legisse videtur, quemadmodum λαπῶδες etiam Gal. & λαμπῶδες apud eum agnoscit. & ἀπὸ τῆς λάμπης, & ἀπὸ τοῦ λάπτειν deduci scribit. Sunt verò qui λαμπυρὰ & λεμπηρὰ apud Hipp. pro λαμπηρὰ legant. Dicitur etiam λάμπη & λαμπὰς Erot.

Λαμπρῶς, luculenter, splendidè, magnificè, clarè, manifestè, amplè, λαμπρῶς καταμήνια ἐπιφαίνεσθαι, menses luculenter apparere, Prorrh.2. (pag.91.D.) Λαμπροὶ etiam dicuntur Hip. lib. de aere, loc. & aq. (pag.295. 3.) qui colore sunt vegeto & bene habito, quibus tacitè lienosos & ictero nigro laborantes videtur opponere. εἶναι δὲ ὑγιηροί τε ἐόντας καὶ λαμπροί. Si incolumes sunt & benè habiti.

Λαμπτὴρ exponitur Gal. in Exeg. ὃν οἱ πολλοὶ φανὸν ὀνομάζουσιν, quem φανὸν vulgò appellant, h.e. lucerna aut lampas, aut pharus qui in turribus suspenditur, vt nauigantibus prælucceat. Additque Gal. apud Atticos præcipuè eo nomine id appellari, in quo ligna vrebantur lumen præbentia. Quin & δᾷδα & λύχνον λαμπτῆρα dici. Ex quibus apparet λαμπτῆρα esse laternam aut facem qua nauigia vtuntur, vt sibi & sequentibus prælucceant. Eoque etiam nomine laternam dici conuiuiis à cœna redeuntibus prælucentem. Verùm quod Gal. adducit ex Hipp. lib. 2. de Morbis maiore, id habetur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.546. 44.) ἡ δὲ γαστὴρ διάβροχος καὶ μεγάλη ὥσπερ λαμπτήρ. venter verò nimio humore tumidus ac pellucens velut laterna. Quamuis omnibus in codicibus λαπτὴρ vitiosè legitur.

Λαπάρα ἢ λαπάρη & λαπάραι dicuntur laterum inanitates, & ea corporis pars, quæ est inter nothas costas & ossa quæ ad ilia perti-

pertinent, quòd inanis sit & desideat. Gal. Com. 1. in lib. de fract. (p.557.21.) scribit λαπάραν dici propriè eam corporis partem quæ est supra ilium ossa. Idemque profitetur se Hipp. & Homeri vsu edoctum & morbi experientia asserere posse, λαπάραν dici eam partem quæ inter thoracis & iliûm ossa subsidit. Ibidem quoque (v.30.) λαπάρας vocari scribit eam corporis regionem ossibus vacuam, quæ est supra iliûm ossa. Idem etiam Com.2. in Progn. (p.154.47.) scribit eas partes quæ sunt ad laterum inanitates & κενεῶνες vocantur, ab Homero λαπάρας appellari. Rursus Com.2. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 681.12. H.743.F.) τὰ λαπαρώτερα τοῦ σώματος, hoc est demissiores corporis partes Hipp. vocari scribit eas quæ eminentibus & extantibus opponuntur. κάλλιστα γὰρ οὕτως [λαπαρώτερα] τὰ πῶς σχήματα μείζονος ἐναντίως ἐξηγείμεθα, ζητεῖ τὰ ἐξεστηκότα καὶ τεταμένα. καὶ γὰρ τὸ λαπαρὸν ἅπαν περιστέλλεται. κυρίως μὲν οὖν ὁ λαπαρὸν φασὶ σημαίνει τὸ κενὸν ὥσπερ καὶ ὁ λαπάξαι, τὸ κενῶσαι. ἐπεὶ γὰρ καὶ τὸ Ἴλιον ἐξαλαπάξει ναιόμενον πτολίεθρον, ὅπερ ἐστι τὴν πόλιν δηλοῖ καὶ λαπάρην τοῦ σώματος ἐκεῖνα τὰ μέρη λέγουσιν, ὅσα μεταξὺ τῶν τε χατὰ τὰς λαγόνας ὀστῶν ἐστι, καὶ τῶν νόθων πλευρῶν. ἤδη μὲν τοι καὶ τὸ περιεσταλμένον ἅπαν ὀνομάζουσι λαπαρὸν, ἐπειδὴ τὸ κενὸν ἐξ ἀνάγκης περιέσταλται, τὴν μεταφορὰν ἀπὸ κοινοῦ συμβεβηκότος ποιούμενοι. Sic enim vocat quæ eminentibus contrario modo se habent, hoc est depressa & demissa. Omne enim λαπαρὸν depressum est. λαπαρὸν igitur propriè vacuum significat, vt & λαπάξαι exinanire. Nam quod Homero scribitur, Ἴλιον ἐξαλαπάξει ἐϋναιόμενον πτολίεθρον, quod est, Deuastare altæ bene condita mœnia Troiæ, vrbem diripere & euacuare significat. Et λαπάρας vocant eas corporis partes quæ inter iliûm ossa & nothas costas mediæ sunt. Quin etiam id omne quod depressum est aut subsidit λαπαρὸν vocant, quia quod vacuum est necessariò depressum est, sumpta ex eo translatione quod communiter accidit. Sic λαπάττειν quod est emollire, soluere, κενοῦν καὶ περιστέλλειν, vacuare & contrahere exponit Gal. Com.2 in Progn. (pag 135. 13. H.39.24.) & de ventris tumore subsidente effertur, vt cùm scribit Hipp. (ibid.) καὶ διάρροιαι ὑπὸ τὴν γαστέρα λαπάσσουσαι, alui fluor minimè ventrem emolliens aut vacuans. Quem certè locum mihi procul omni dubio exprimere videtur Erot. λαπάσσουσαι, μαλάττουσαι, κενοῦσαι exponens, & dictionem ἀπὸ τοῦ λαπάζειν deducens, quòd ventrem emollit, cùm potiùs λαπάζειν ἀπὸ τοῦ λαπάσσειν alij deducant. Et eadem omninò notione scribitur lib.4. Epid. (p.1133.D.) μέρος τι ἐλάπαξεν, aliqua ex parte emolliuerunt, de tenuibus deiectionibus, quæ progressæ tumorem hydropicum quadam ex parte emolliuerunt, euacuarunt & contraxerunt. Ac rursus (ib.F.) καὶ τὰ ἄνω οὐκ ἐλάπαξεν οὐδὲν, & superiores partes nihil emolliuit, h. e. superiores partes nulla ex parte sunt exinanitæ aut vacuatæ. Quam expositionem mihi adumbrare etiam videtur Erot. cùm ἐλάπαξεν ἐμάλαξεν apud Hipp. explicat, his nimirum subindicatis locis. Eo quoque significato scribitur in Coac. (p. 151.A.) τὰ παρ' οὖς λαπάσσει βηχία μετὰ πτυαλισμοῦ ἰόντα, tubercula ad aures emolliunt tussiculæ, quæ cum crebris oris salinationibus procedunt. Quod etiam repetitur in Prorrh. (p. 219.21 H.82.E.) sed pro λαπάσσει ἀπαλλάσσει scribitur (vt & aliàs sæpe ponitur ἀπαλλάσσειν pro λαπάσσειν, & idem quandoque significare antea scripsimus) quòd cùm huiusmodi tubercula emolliuntur, vacuantur, aut contrahuntur & subsidunt, ab his ægri liberantur & vindicantur. Sic etiam λαπάσσεσθαι, euacuari, emolliri, discuti, deprimi, subsidere, detumescere, exinaniri, euacuari & euanescere significat, & de abdominis tumore dicitur, aph.18 sect.2. li.6. Epid. ἐπὶ τὸ ἦτρον ἐλαπάσσετο, circa abdomen emolliebatur. Et de tuberculis ad aures cùm intrò retrahuntur & disparent, aph.1. sect.4. li.6. Epid. τούτων λαπασσομένων ὑποστροφὴ γίνεται. iis euanescentibus fit morbi reuersio. Vbi λαπάσσεσθαι περιστέλλεσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι, quod est retrahi, reprimi, & euanescere explicat Gal. (Sed pro λαπάσσεσθαι ἀπαλλάττεσθαι ponitur lib. περὶ χυμῶν, & lib. περὶ κρισίων, vbi eadem sententia repetitur.) πολλάκις δὲ ἤδη μεμαθήκατε τὸ ἔθος αὐτῶ, τὴν κατὰ τὸ λαπάσσεσθαι φωνὴν ἐπὶ πάντα τὰ ὁπωσοῦν περιστελλόμενα φέρειν, ἐπειδὴ κενώτερα γίνεται. Iam verò sæpius didicistis illum consueuisse verbum λαπάσσεσθαι ad omnia quæ vtcunque retrahuntur, referre, quandoquidem vacua magis redduntur. Idem quoque in Exeg. vocum Hipp. λαπαχθῆναι scribit significare κυρίως μὲν τὸ κενωθῆναι, ἐξ οὗ ὕστερον δὲ καὶ τὸ μαλαχθῆναι. propriè quidem vacuari, & inde quoque emolliri. Eaque notione scribitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 109.42. & 43. H.403.49.) ἢν ἡ γαστὴρ, καὶ ἢν μὲν λαπαχθῇ δειπνεῖν. & si venter emollitus fuerit, h. e. exoneratus aut euacuatus, cœnare. Et rursum, ἢν δὲ μὴ λαπαχθῇ, sed si non emollitus fuerit. Rursusq; lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag.12.21.) de ventre, καὶ λαπαχθῇ πάνυ ἰσχυρῶς, & emollitus fuerit, h.e. euacuatus, & conquieuerit. Sic λαπαρὴ κοιλίη dicitur in Progn. (pag.138.43. H.40.12.) mollis venter, mediocriter inanis & vacuus, aut minimè tensus & repletus. δεῖ δὲ ἐν παντὶ τῷ νοσήματι λαπαρὴν τὴν κοιλίην εἶναι καὶ εὔογκον. At verò in omni morbo ventrem mollem corporatumque esse necesse est. Vbi Gal. τὴν λαπαρὴν, συμμέτρως κενὴν, moderatè vacuum exponit, & τῷ τεταμένῳ ὁ πεπληρωμένῳ, extenso & repleto opponit. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p 544 25.) λαπαρὸν de ventris aut tumoris inanitate & vacuitate effertur in aqua intercute. πινέτω δὲ φάρμακον δὶς τῆς ἡμέρας, ἕως ἂν λαπαρὸς γένηται. Bibat autem medicamentum bis die, donec vacuus aut mollis euadat, h.e. vacuetur & inaniatur, aut tumor subsidat. Rursusque ibid. (p.546. 51.) ἕως ἐκκαθαρθῇ καὶ λαπαρὸς γένηται, donec expurgetur & mollis euadat, h.e. vacuus. Et lib. περὶ γυναικ. (p.611.31.) λαπαρὴ γαστὴρ in vteri hydrope dicitur venter mollis, qui subsidit & intumescenti opponitur. Neque multum dissimili phrasi λαπαρὸς dicitur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.97 47. H. 398.20.) cui venter mollis est, liquidus & minimè durus. ἢν δὲ λαπαρῷ ἐόντι καῦσος ἐπιγένηται. At si liquidam aluum habenti febris ardens oboriatur. Rursusque Prorrh.2. (p.108.D.) λαπαραὶ dicuntur mulieres quibus ventris tumor subsidit, aut depressus est. λαπαρὸν τὸ κενὸν, vacuum & molle quòd tenso opponitur, exponit Gal. lib.2. περὶ δυσπν. (p.183.51.) & li.3. (pag.198.1.) vt & ὑπολάπαρον, ὑπόκενον, aliquantulum vacuum & molle. Eoque sensu λαπαρὰ ὑποχόνδρια crebrò dicuntur Hipp. præcordia mollia, non tensa, vt in Coac. (pag. 166.F.) & lib.2. Epid. (p. 1050.F. & lib. περὶ κρισίων (pag.54. 43.) quæ μαλακὰ ibidem exponuntur (pag.56.20.) Quò tandè mihi respexisse videtur Erot. λαπαρὰ, ἁπαλὰ, hoc est, tenera & mollia apud Hipp. exponens. Quomodo etiam προσκεφάλαιον λίνεον, ἢ ἐρεοῦν, μὴ σκληρὸν, λαπαρὸν, sumitur lib. de fract. (p.553.34. 763 C.) hoc est puluinus lineus aut laneus, non durus sed mollis & laxus. Et lib.2. de Morb. (pag.469.36.) γαγγαμὸν οὐ μέγα, ἀλλὰ λαπαρὸς, curgulio non magnus, sed mollis in angina scribitur, h.e. non durus aut tensus, sed sine inflammatione, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.550.43.) λαπαρὸς σπλὴν τῷ ἐξηρμένῳ, hoc est mollis lien tumido & duro opponitur. Et in Progn. (p.150.32. H.43.16.) ὑποχόνδριον λαπαρὸν καὶ ἀνώδυνον inflammato & tenso opponitur. Sic aph.23. sect.3. lib.6. Epid. πλευρέων λαπαραὶ ὀδύναι, laterum dolores molles & laxi, h.e. sine inflammatione & tensione dicuntur. Ita nanque ibid. explicat Gal. ἀκούουσι τε πάντες, λαπαρὰς, τὰς ἄνευ φλεγμονῆς καὶ τάσεως ὀδύνας molles dolores omnes intelligunt, sine inflammatione & tensione obortos. Neque absimili notione εἰλεὸς λαπαρὸς sumitur lib.2. Epid. (p.1056.D.) tenuioris intestini morbus leuis, mollis, non intensus & sine inflammatione, quem ἰλεὸν vocat Aret. λαπαρὸς, ἰσχνὸς, ἀπεσταλμένος exponitur Hesych. & λαπάξαι κενῶσαι, & λαπάξειν ἐκκενοῦν, & λαπάσσειν, λαπάζειν, κενοῦν, & λαπάττειν, μαλάττειν, λαγαρὸν μαλθακὸν. At verò λαπάρας & λαπάρην aut λαπάρας pro lateris inanitate & mollitudine sæpe vsurpat Hipp. vt lib.2 de Morb. (p.485.32.) καὶ ὀδύνη λαμβάνει ἀπὸ τῶν σπλάγχνων ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα καὶ τὴν λαπάρην. & dolor corripit, à visceribus ad imum ventrem & lateris mollitudinem. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.549.13.) καὶ ὀδύνη ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐμπίπτει ὀξεῖα, καὶ ἐς τὴν λαπάρην, καὶ ἐς τὴν κοιλίην. & dolor interdum contingit acutus, & ad lateris mollitudinem, & ad ventrem. Rursus lib. 1. περὶ γυναικ. (p.590.37.) κατὰ τὴν λαπάρην ῥαγῶσιν, vt erumpant ad lateris mollitudinem. Et (v 45.) καὶ προσπίπτει πρὸς τὴν λαπάρην, & allabantur ad lateris mollitudinem. Et (v.51.) ἅτε προσκειμένου τοῦ στόματος τῶν μητρέων τῇ λαπάρῃ. cùm vterorum osculum lateris mollitudini adhærescat. Et (v.54.) καθίσταται τὸ ἐξέχον κατὰ τὴν λαπάρην. conquiescit quod eminens fuit ad lateris mollitudinem. Et (v.55.) ἐκπυεῖ κατὰ τὴν λαπάρην. suppuratio fit ad lateris mollitudinem. Ac rursus lib. de loc. in homine (p.409.42.) φέρεται δὲ ὑπὸ τὸν σπλῆνα ἐς τὴν ἀριστερὴν λαπάρην, fertur autem sub splenem ad sinistram lateris mollitudinem. Rursusq; ibid. (p.414.25.26.) ὀδύνη ἴσχει ἐς τὴν λαπάρην, καὶ ἐς τὴν κληῖδα πρὸς τὴν ἐς τὴν λαπάρην. dolor occupat ad lateris mollitudinem, & ad clauiculam, quæ spectat ad eam lateris mollitudinem. Et iterum ibid. [p 415. 29.] τὴν λαπάρην ἀρχομένη πόνος ἴσχει. lateris mollitudinem ad initia dolor occupat. Et [ib.32.] ἐν τῇ λαπάρῃ σείεται, in lateris mollitudine concutitur. Et [ib.36.] μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν λαπάρην ἐν ᾗ τὸ πύον ἐστι. magis autem iuxta eam lateris mollitudinem in qua pus existit. λαπάρας autem vsurpat ibid. [414.41.] καὶ ὀδύναι πολὺ ἰσχυρότεραί εἰσιν αἱ ἐς τὰς λαπάρας καὶ ἐς τὰς κληῖδας. doloresq; longè vehementiores sunt qui ad laterum mollitudinem & ad clauiculas tendunt. Et lib. de flatibus [p.298.47.] ποτὲ δὲ πρὸς τὰς λαπάρας. interdum etiam ad laterum mollitudinem. Est vbi quoque τὴν λαπάρην καὶ τὸν κενεῶνα iungit Hipp.

cùm tamen vtrunque de lateris inanitate dicatur, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.540.46.) ὀδύναι πίεζουσι αὐτὸν ἐς τὴν λαπάρην, καὶ ἐς τὸ κενεῶνα. Dolores eum premunt ad latus & lateris inanitatem Et lib.2 de Morb. (p.480.48.) ἢ ὀδύνη ἴσχει τὸ μετάφρενον, καὶ τοὺς κενεῶνας, καὶ τὰς λαπάρας. & dolor dorsum occupat, & lateris inanitates, & latera. Atque eò mihi spectare Erot. videtur cum λαπάρην τὴν πλευρὰν apud Hipp. exponit, aut certè locum lib. de loc. in homine (p.415.29.) respicere, in quo λαπάρην τὴν πλευρὰν intelligere non est absurdum. Neque enim ea vt idem significantia coniungit, sed veluti disparata & diuersa. Λαπαρὸν etiam τῆς πλευρῆς Hipp. significat id quod inter singula costarum ossa interiectum est, & eam lateris inanitatem ac mollitudinem quæ inter vtranque costam interiacet, vbi sunt musculi intercostales, li de ar. (p.624.34.H 817. A.) (οἱ βρόχοι οἱ κατὰ τὸ λαπαρὸν τῆς πλευρῆς ἑκάστης προστεταμένοι. Ductus enim qui per obtentam vnicuique costæ inanitatem feruntur. Vbi scribit Gal. λαπαρὸν δὲ [εἶπεν] τῆς πλευρᾶς ἑκάστης τὸ μεταξὺ τῶν ὀστῶν, καθ᾽ ἃ ἢ οἱ μεσοπλεύριοι μύες εἰσί. Inanitatem autem (vocat) cuiusque costæ, quod inter ossa intercedit, vbi sunt musculi intercostales.

Λάπη pituitam tenuem significat Hipp. quæ ore reiicitur & saliuationis propemodum comes est, ideoque σιάλῳ fere iungitur Lib.2 de Morb. (p.466.37.) καὶ ἐμέει σίελα καὶ λάπην, & vomit saliuam & pituitam. Rursusq; ibid. (p.480.49.) καὶ ἐμέει λάπην & pituitam vomit. Et iterum (p.484.26.) καὶ ἐμέει ἄλλοτε ἀλλοῖα, καὶ χολὴν, καὶ σίαλα καὶ λάπην. interdumque diuersa vomitione reiicit, & bilem & saliuam, & pituitam. Rursusque (p.486.50.) [ἐμέει] ὅτε μὲν σίαλον καὶ λάπην. est vbi saliuam & pituitam vomit. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.534.31.) καὶ ἐμέει λάπην ὀξεῖαν & vomit pituitam acidam. Rursusque ibid. (p.537.42.) ἀθρόον ἤμεσε χολὴν, ποτὲ δὲ λάπην. bilem copiosam vomit, interdumque pituitam. Et iterum (p.557.39.) ἐνίοτε δὲ ἐμέει λάπην ὀξεῖαν, ἐνίοτε δὲ ἁλμυρήν. vomit interdum pituitam acidam, quandoque etiam salsam. Et (p.559.22.) λάπην ἐμέων ὀξεῖαν ὑπόσαπρον. pituitam acidam subputridam vomens. Rursus lib.2. Epid. (p.1028.E.) μικρὰ λάπῃ ἴκελα. tenui ferè pituitæ similis. Hanc verò dictionem Caluus apud Hipp. interdum bilem, interdum quoque spumam vitiosè vertit, vt mihi pro λάπην λαπῆν legisse videatur.

Λάπτειν est lambendo bibere & sorbere, more canum. Vtitur Hipp. lib. περὶ καρδίης (p.268.25.) λάπτει [ἡ καρδίη] τοῦ πνεύμονος τὸ ποτόν. pulmonis potum lambens, hoc est sorbens & ebibens. Athen. lib.11. λάψαι ἀθρόως πιεῖν exponit, plenis se proluere poculis & affatim bibere. Idem lib 8. λάπτειν ἐκκενοῦν explicat, & κενούμενον λαγαρὸν γίνεσθαι, hoc est, exinanire & euacuare. λάπτει Erot. apud Hipp. λαμβάνει significare scribit, & pro λάπτει λάζεται Bacchium legisse. λάπτει quoque exponit Hesych. ἀναλαμβάνει, πίνει.

Λάπτουσιν ὑγρὸν humidum Erot. apud Hipp. exponit, pro quo λάπτουσιν legunt exemplaria quædam, & λάμπουσιν.

Λάρυγξ guttur, est suprema arteriæ pars, aut principium faucibus continuum, ceu arteriæ asperæ caput. Sic enim Gal. Com. ad aph.34. lib.4. λάρυγγα τὴν οἷον κεφαλὴν τῆς τραχείας, ἀρτηρίας, velut ostium aut caput asperæ arteriæ vocat. Et Pollux βρόγχου ἀρχὴν λάρυγγα esse scribit. Est autem præcipuum vocis instrumentum.

Λάσανον chytropum significat & ollarum sustentaculum. Est etiam olla culinaria & matella, aut vas exonerandæ aluo idoneum apud Horat. vnde λασανοφόρος dicitur qui λάσανον hero defert. Hesych. λάσανα exponit τοὺς χυτρόποδας καὶ τὰ ὑπόθεια τῶν μηρῶν, ὑπὸ τῆς δασύτητος, διὰ τοῦτο καὶ τὰ βάραθρα καὶ ἀφοδευτικοὺς δίφρους. hoc est sellas familiares & cloacas ad deponendum ventris onus. Quod etiam innuit Pollux lib.10. cap.9. qui etiam lib. eiusdem cap.14. τὸ χυτρόποδα λάσανον vocatum significat. Aristoph. Schol. in Pace λάσανα explicat τοὺς χυτρόποδας καὶ τὰ μαγειρεῖα ὅπου τῇ βουλῇ σκευάζουσι μετὰ τὰς θυσίας κρέα. Idem etiam τοὺς δασεῖς μηροὺς indicare scribit. Λάσανον Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag.261.13.) pro sella familiari ad ventris onera exoneranda sumi videtur, aut tripode ollario, aut simili quadam in altum extructa sella, in quam puerpera desideat, vt fœtus sua grauitate dependens, sensim secundas extrahat. τὸ δὲ χωρίον ἢν μὴ ῥηϊδίως ἐκπίπτῃ μάλιστα μὲν ἐᾶν πρὸς τὸ ἔμβρυον προσκρέμασθαι, καὶ τὴν λεχὼ προστίθεσθαι, ὥσπερ ἐπὶ λασάνου. ἔστω δὲ κατεσκευασμένον ὑψηλὸν ἵνα τὸ ἔμβρυον ἐκκρεμάμενον συμπαρασπᾷ τῷ βάρει ἔξω. Ac si secunda non facilè excidat, ea quoad fieri potest ad fœtum propendeat, puerperaque veluti super lasano collocetur. Sit autem in altum quid extructum & comparatum, vt fœtus propendens, suo pondere vnà secundam secum extrahat. Ibidem ἢν δὲ μὴ δύνηται καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ λασάνου, ἐπ᾽ ἀνακλιτοῦ δίφρου πεποιημένου καθήσθω. Quòd si supra lasanum sedere nequeat, in sella recubitoria perforata locetur. Vbi ἀνάκλιτος δίφρος idem quod ἀνακλισμὸς Hipp. lib de art. significat, aut ἀνακλιτήριον & ἀνάκλιντρον. Verùm vitiosè ἀνακλιτὸς δίφρος legitur nostris in exemplaribus. δίφρος simpliciter dicitur lib. περὶ γυναικείων. (586.40.)

Λάσιον, σινδόνην, linteum exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Erot. verò ὀθόνιον, qui & authoritate Theopompi et Artemidori Grammatici λινοῦν ὕφος δασὺ [illegible], hoc est textum lineum villosum esse scribit. Sic Hesych. λάσιον ὕφος, τὸ δασὺ exponit, textum hirtum & villosum, vt sit λάσιον ὕφασμα, & λασιουργίαν ἱστουργίαν eiusmodi texti hispidi confectionem. Ac forte λάσιον ab hispiditate dicitur, & idem quod λάσιον sonat, ac pro eo scribitur. Sunt autem λάσια Polluci lib.7. cap.16. τὰ μαλλοὺς ἔχοντα χειρόμακτρα, mantilia villosa & hirsuta, ὡς ἀπὸ τῆς δασύτητος, velut à pilositate aut hispiditate dicta, eademque esse σινδόνια ἐπεστραμμένα, lintea contorta tradit, adducta etiam Theopompi Comici ἐν ὀδυσσεῦσιν authoritate. λάσιον autem scribitur Prorrh.2. (p.91.B.) τὸ δὲ στῆθος ἐπαινεῖν χρὴ τετράγωνόν τε ἐὸν καὶ λάσιον. Pectus verò laudandum quadratum & hirsutum. Corpus quod maximè lati pectoris atque setosi est dixit Celsus, vt illic annotauimus. Ita vt λάσιον propriè σινδόνην & ὀθόνιον significet, indeque hispidum & hirsutum.

§ Λεβηρὶς serpentis exuuium, aut senium quod exuit significat. Plinio dicitur membrana siue senectus anguium vernatione exuta, cap.5. lib.29. & anguium vernatio quam exuunt, eiusdem lib. cap.6. aut vernatio anguium cap.4 lib.32. & anguinæ vernationis membrana, cap.3. lib.30. λεβηρὶς exponitur Hesychio τὸ τοῦ ὄφεως γῆρας, ὃ ἀποδύεται, serpentis senium quod exuit. λεβηρίδα exponit Gal. in Exeg. τὸ τοῦ ὄφεως γῆρας, serpentis senectam, apud Hipp. & quibusdam κόγχην κενὴν, hoc est inanem concham & vacuam significare adscribit. Erot. λεβηρίδες dicuntur ὑμένωδες ἀποσύρματα. & τὸ τῶν ὄφεων λεγόμενον γῆρας, veluti desquamatæ membranæ & derasæ, hoc est pelles depositæ & excussæ, & quod dicitur serpentum senectus (sic etiam γῆρας dicitur Nican. in Ther.) Idem λεβηρίδα adscribit Polemacho Grammatico parui animalis lepori similis nomen esse, quod Romanis Cuniculus dicitur. Verùm apud Erot. λεβηρίδες, ὑμένωδες ἀποσύρματος, ὅπερ ἐστὶ τὸ τῶν ὄφεων λεγόμενον γῆρας, scribendum esse res ipsa clamat, cùm scribat Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (pag.625.41.) λεβηρίδος ὅσον ὀβολὸν τρίψας, ἐν οἴνῳ, καὶ πίσαι. exuuij serpentis oboli pondus tritum in vino bibito. Vbi tamen λεβηρίδα legisse Gal. existimo. Rursus lib.2. (pag.667.11.) ad impetigines ἐχίδνης λεβηρίδος viperæ spolij & exuuij meminit. Gal. quoque libro 3. κατὰ τόπους (pag.196.3.) ex Apollonio, in audiendi difficultate, γῆρας ὄφεως, anguium senectam ex aceto tritam, in aurem instillat, λεβηρίδα significans.

Τὰ λίγνα dicuntur Hipp. apud Gal. in Exeg. τὰ ἄκρα τοῦ στόματος τῆς ὑστέρας, vteri osculi summæ & extremæ partes, per translationem. λίγνα enim vocantur τὰ περὶ τὰς ὤας τῶν ἱματίων, vestimentorum extremitates & oræ. Has autem vteri osculi extremitates aliàs ἀμφίδια vocat Hipp. vt adscribit Gal. & nos antea docuimus. Idem etiam Gal. in dictione ἰσχίον, flexuosam vteri osculi eminentiam Hipp. λίγνα vocari scribit. λίγνον autem fimbriam quæ extremæ vestis oræ assuitur, aut ipsum extremum vestimentorum limbum & oram significat. λίγνα τὸ ἔσχατον exponit Hesych. Eidemque λίγνη dicitur τὸ παρυφαινόμενον τῇ περιστροφῇ (τῇ περιστροφῇ tamen malim) quod extremæ vestis oræ attexitur vt fimbria aut instita, ὅθεν ὥσπερ λὺ παχὺ περὶ τὴν ὤαν ἐκ ῥάμματος, quod ex sutura circa extremum limbum crassescat. Sic etiam λίγναι exponuntur Schol. Callim. hymno 3. αἱ ὦαι, τὰ λώματα, οἱ κροσσοί. ἅπερ Ὅμηρος θυσάνους καλεῖ. extremæ vestimentorum oræ, & quæ eidem sunt assuta & attexta, velut villi quidam aut fimbriæ. θυσάνους vocat Homer. Erot. autem τὰ λίγνα τῆς ὑστέρας apud Hipp. exponens, ἀντὶ τοῦ τὰ περιττά, hoc est superflua sumi vult, quod λίγνα vocent antiqui τὰς τῶν ἱματίων ὤας, extremas vestimentorum oras & limbos, Callim. authoritate etiam in medium adducta. Vbi non dubium est quin is locus indicetur quem paulò suprà expressimus, nimirum hymno 3. in Dianam (v.12.) καὶ ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα ζώννυσθαι λεγνωτὸν, ἵν᾽ ἄγρια θηρία καίνω. hoc est, & genuum tenus tunicam succingi fimbriatam, vt agrestes feras interficiam. Sic enim λεγνωτὸν χιτῶνα τὸν ὤας ἐπιπεριξ ἔχοντα ex Erot. mente accipimus, hoc est tunicam limbo & instita prætextam, aut limbum in circuitu habentem & oram. Qua notione λεγνωτὸν ibi exponit Schol. τὸ ἔχον ὤας, τουτέστι τὸ ποικίλον τοῦ ἱματίου. Ex quibus liquidò apparet Erot. codicem fœdissimè esse vitiatum, nec nisi melioris codicis ope facilè restitui posse. Quanquam (si coniectura valet) hunc totum Erot. locum sic legi debere existimem: ὡς καὶ Καλλίμαχός φησι, λίγναι, τὰς τῶν,

ἢ τὴν ὤαν ἔχοντα ἐπιπλεῖξ, λιγνωτὸν χιτῶνα. ἐοικότως δηλοῖ ὡς τὸ λίγνον τὴν ὤαν σημαίνει καὶ οἷον τὸ πέρας. Existimaui etiam aliquando pro his verbis omninò certè deprauatis, τούτων κροσσωτῶν ἐπιπλεῖξ, ἢ κροσσωτὸν ἐπιπλεῖξ scribi posse. κροσσωτὸς enim simpliciter, χιτῶνα κροσσωτὸν ἢ λιγνωτὸν hoc est tunicam fimbriatam seu villis prætextam significat. Quòd autem attinet ad locum Hipp. legitur lib 2. περὶ γυναικ. (p.656.10.) ἄκρα περιξύσας τὰ λίγνα τῆς ὑστέρης, summas oris vteri oras & extremitates deradens. Pro quo scribitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.564.51.) ἄκρας περιξύσας τὰς μήτρας, vt & lib. περὶ ἀφόρων (p.687.40.) ex quo locus lib. περὶ γυναικ. φύσ. mihi reponendus videtur, cùm ibi passim μακρὰς vitiosè legatur.

Λέγων, exponit Erot. apud Hipp. διακρίνων, καταριθμούμενος, colligens, discernens, diiudicans, enumerans, recensens. Idque confirmat authoritate Homeri ὀδυσσ. ω. (v.358.) Αἱμασιάς τε λέγων, καὶ δένδρεα μακρὰ φυτεύων. Sepesque colligens & arbores longas plantans. Rursus ibidem (v.452.) Ἐν δ' ἡμέας πρώτους λέγε κήτεσιν. Nos autem primos recensuit inter cetos. Vbi etiam Schol. κατηρίθμει exponit, vt & præcedente versu. λέκτο δ' ἀριθμὸν ἐείδομεναι, hoc est, recensuit numerum. Sic Il. β. (v.125.) Τρῶας μὲν λέξασθαι καταριθμήσασθαι exponitur, quod est Troianos quidem numerare. Etsi Eustath. ἐπιλέξασθαι explicat. Et rursus Il. ϑ. (v.276.) εἰ γὰρ νῦν παρὰ νηυσὶ λεγοίμεθα πάντες ἄριστοι, si enim nunc apud naues numeremur omnes fortissimi, καταριθμοίμεθα significat, etsi ἐκλεγοίμεθα aut ἐπιλεγοίμεθα, καὶ συλλεγοίμεθα exponit Hesych. At verò mihi videtur Erot. locum Progn. initio expressisse, προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι. Præsentiens enim ac prędicēs apud ægros (Sic enim passim legitur apud Galenū quæ longè optima est lectio.) Verùm λέγων legit Erotianus, vt sit enarrans, enumerans aut recensens coram ægris. (Neque enim dubium est quin dictiones Prognostici ibi ab eo excutiantur.) Sic λέγειν eadem in re scribitur lib. 1. Epid. (p.366.39. H.948 F.) λέγειν τὰ προγενόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα, μελετᾷν ταῦτα. Summa cura anniti oportet, vt præterita enumeres, præsentia cognoscas, & futura prædicas.

Λείβονται σπένδονται exponit Erot. apud Hipp. hoc est libant, aut immolantur & deuouentur.

Λειεντερία læuitas intestinorum vertitur Celso cap. 7. libro 2. ex aph. 78. libro 7. & cap. 8. libri eiusdem ex aph. 43. lib. 6. & Prorrh. 2. Est autem quædam lubricitas intestinorum & continendi cibi impotentia, cùm cibi quales sumpti sunt citò reiiciuntur, quod ex facultatis retentricis imbecillitate prouenit, quæ ad omnes ventriculi aut intestinorum intemperaturas consequitur. Cuius causas & essentiam sic describit Galen. Com. ad aphorism. 12. libri 4. ὅταν ἐν τάχει τῶν ἐσθιομένων ἡ διαχώρησις γίγνηται τοιούτων οἷα κατεπόθη, λειεντερίαν ὀνομάζουσι τὸ νόσημα. γίγνεται μὲν οὖν ἐπὶ τῇ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἀρρωστίᾳ ταῖς δυσκρασίαις δ' ἕπεται πάντων τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν ὀργάνων, τουτέστιν αὐτῆς τε τῆς γαστρὸς εἰς ἣν καταπίνομεν τὰ σιτία, καὶ τῶν ἐκ ταύτης αὐτὰ διαδεχομένων τε καὶ παραπεμπόντων ἐντέρων. γίγνεται δ' ἔστιν ὅτε λειεντερία καὶ κατά τινα ἐπιπολῆς ἕλκωσιν, ὁμοίαν ταῖς ἄφθαις. Quando celeriter quæ comeduntur talia deiiciuntur qualia deuorata sunt, eum affectum læuitatem intestinorum nominant. Fit autem ex facultatis retentricis imbecillitate, & ad omnium quæ ad ventrem pertinent instrumentorum intemperaturas consequitur, hoc est, ipsius ventriculi, in quem cibos deuorando ingerimus, & intestinorum quæ ab hoc acceptos cibos transmittunt. Fit etiam interdum læuitas intestinorum ex aliqua superficiem occupante exulceratione illis simili quæ in ore fiunt, quas aphthas nominant Græci. Idem quoque Com. ad aph. 1. lib. 6. huius nominis notationem aptissimè his verbis ostendit, ἡ λειεντερία ταχεῖα διέξοδός ἐστι τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων, τοιούτων ὑποχωρούντων ὁποῖα κατεπόθη. συμπίπτειν δ' αὖ τισιν αὐτὴν ἀφαιρουμένης ὅποι στέρησιν πέψεως, ὅτι κατὰ χροιὰν, ὅτι κατὰ σύστασιν, ἢ ὀσμὴν, ἢ ὅλως ἡντιναοῦν ποιότητα. γιγνομένης ἐν τῇ γαστρὶ μεταβολῆς τῶν σιτίων. ὠνομάσθη δὲ τὸ πάθος οὕτως, ὑπονοησάντων τῶν πρώτως θεμένων τὴν προσηγορίαν αὐτῷ, διὰ λειότητα γεγονέναι τῆς ἔνδον ἐπιφανείας τῶν ἐντέρων, δι' ἣν οὐκέτι ἀντιλαμβάνεται τῶν ἐμπεριεχομένων ἐν αὐτοῖς, ὡς αἱ ὅτε κατὰ φύσιν εἶχε, τῇ τραχύτητι κατεχόντων αὐτά. Læuitas intestinorum celer est eorum quæ comeduntur aut bibuntur transitus, cùm talia deiiciuntur qualia fuerunt deuorata. Quod si breuius definire voles, dices priuationem esse coctionis, cùm nulla neque secundum consistentiam neque secundum colorem, aut odorem, vllamue aliam omninò qualitatem, in ventriculo facta fuerit ciborum mutatio. Sic autem appellatus est hic morbus, quòd existimarent qui primùm talem ei imposuerunt appellationem, propter internæ intestinorum superficiei læuitatem ipsum fieri, ob quam in eis contentos cibos non amplius comprehendant, velut, cùm secundum naturam habebant, eos sua asperitate continebant. Rursus Com. ad aphor. 22. lib. 3. αἱ λειεντερίαι δὲ ταχεῖαι τέ εἰσι, καὶ κατὰ πάντα ἀμετάβλητοι τῶν σιτίων διαχωρήσεις, ὅτε δι' ἕλκωσιν ἐπιπολῆς κατά γε τὴν γαστέρα, ἢ κατὰ τὰ ἔντερα συνισταμένην τοιαύτην, ὁποίαπερ καὶ ἐπὶ τῶν παιδίων αἱ ἄφθαι γενόμεναι, ἢ δι' ἀρρωστίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως. ἂν τὸ μὲν πρότερον ἐπὶ δακνώδεσι χυμοῖς, ἢ λεπτοῖς τῇ συστάσει, τὸ δὲ δεύτερον ἐπὶ δυσκρασίᾳ μεγάλῃ τῆς κοιλίας τε καὶ τῶν ἐντέρων γίγνεται. At læuitates intestinorum subitæ sunt & sine vlla omninò mutatione ciborum deiectiones, idque vel propter exulcerationem in superficie ventriculi aut intestinorum eodem modo factam, quo aphthæ in pueris, vel propter retentricis facultatis imbecillitatem. Quorum prius ex mordacibus & substantia tenuibus humoribus, secundum verò ex ventriculi tum intestinorum magna intemperie oriri solet. Rursus idem Com. ad aphor. 30. lib. 3. læuitates quasdam intestinorum à frigida pituita fieri scribit, aliàs à sola intemperie quæ vim alui retentricem imbecillam facit, aliàs etiam ab vlcerosa quapiam affectione. Λειεντερίην autem describit Hipp. libro περὶ παθῶν (pag. 522.47.) & Prorrh. 2. (pag. 105. B.) λειεντεριώδεες κοιλίαι, alui intestinorum læuitate laborantes, & propter læuitatem cibi incontinentes, aph 12. li. 4. vt & κοιλίη λειεντεριώδης in Prorrh. (pagina 213. 33. H. 79. D.

Λειμακώδεες vide Λιμακώδεες.

Λεῖον læue dicitur & quod sibi continuum est & cohærens, æquabilemque habet superficiem, & nulla ex parte diuulsam, velut ὑπόστασις λεία, sedimentum læue ac minimè diuulsum in bonis vrinæ notis annumeratur in Prognost. Sic τὸ γλίσχρασμα τῆς πτισάνης λεῖον, hoc est, viscositas ptissanæ læuis probatur libro de rat. vict. in morb. ac. (pagina 43.11. H. 385.4.) vbi τὸ λεῖον εἰρῆσθαι τῷ παχυμέρει scribit Galen. Vt verò τὸ λεῖον bono est, sic interdum etiam in excrementis vituperabiles notas habet, velut & λεῖον διαχώρημα πονηρὸν in colliquationis excrementis ponitur in Progn. (pag. 138. 56. H. 40. 15.) Vbi scribit Gal. λεῖον δὲ γίνεται τὸ ἐπίπαν τῶν ἐκκενουμένων τοῦ σώματος, ἢ διὰ τὸ ὁμαλὴν τὴν πέψιν ἔχειν, ὥστε μηδὲν αὐτοῦ διαπεφευγέναι μέρος τὴν ἐκ τῆς φύσεως ἀλλοίωσιν, ἢ διὰ ἰσχυρὰν σύντηξιν, ὡς μηδὲν ἐνταῦθα μόριον τῆς ὕλης ἀπαθὲς ὑπολελεῖφθαι. ὥσπερ οὖν τὰ χρηστὰ, βελτίω ταῦτ' ἐστὶν ὁμαλῶς φαινόμενα. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅσα μοχθηρὰ, χείρω καὶ ταῦτα πάντ' ἐστὶν, ὁμαλῶς ὄντα τοιαῦτα. δι' ὅλων γὰρ ἑαυτῶν ἑκάτερα φαίνεται, τὰ μὲν τὸν τῆς φύσεως κόσμον ἐνδεικνύμενα, τὰ δὲ τὸ τῆς μοχθηρίας αἶσχος. At verò quicquid è corpore excernitur læue redditur, aut quia æquabilem habet concoctionem, adeò vt nulla eius pars naturæ alterationem effugerit, aut propter vehementem colliquationem, vt nulla illic materiæ pars impatibilis relicta sit. Vt igitur quæ bona sunt, ea meliora redduntur si æquabilia fuerint, ad eundem modum quæ mala, ea deteriora omnia euadunt, si talia æquabiliter fuerint. Per ea enim tota vtraque conspiciuntur, siquidem partim naturæ ornamentum, partim vitij turpitudinem demonstrant. Λεῖον etiam depile, glabrum & læue significat, libro 3. Epidem. (pagina H. 1090. G.) ἄτριχον exponit Galen. & hispido aut piloso opponitur. Rursus aphor 21. sect. 3. lib. 6. Epid. λεῖον in toto corpore spectatur & cutis corporis planitiem atque æquabilitatem significat, cui τὸ φρικῶδες, hoc est, horridum opponitur, quod cutis asperitatem & inæqualitatem indicat.

Λειποθυμία animi defectio, vt & λειποψυχία, verùm λειποθυμία vitalis facultatis exolutionem, vt λειποψυχία animalis, denotat. Quomodo autem inter se, tum verò à syncope differant, appositissimè apud Gorr. scriptum est, μέχρι λειποθυμίας ἄγειν, ad animi vsque defectum educere aphor. 23. libro 1. λειποψυχώδεα πονηρὰ, animi deliquia praua, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 65.43. H. 391.3.)

Λειπυρίας πυρετὸς febris lipyria ex continuarum & valde malignarum genere, viscerumque phlegmone interna consistens, in qua interna vruntur, extrema verò frigent, vt scribit Gal. Comment. 2. in Prognost. (pagina 136.10.) & Commen. ad aphor. 48. libro 4. Aëtius libro 2. tetrab. 2. cap. 89. ex erysipelate circa ventrem consistente lipyriam febrem accendi scribit, cùm tamen Galen. cap. 7. libro 2. de Cris. febrem ardentem perniciosissimam ex pulmonis, iecoris, ventriculi, & partium quæ intra thoracem & ventrem continentur erysipelate fieri velit. Meminit huius febris Hippocr. libro 2. de Morb. (pagina 479.20.) ἀπώλετο ὑπὸ λειπυρίης, perit ex lipyria febre,

vbi tamen ἐκ λύπης leg Caluus. In Epist. etiam περὶ ἐπιδημίας (p.1288.19.) λιπυειδὴς πυρετὸς dicitur, vt & λιπυρεῖν simpliciter lib. περὶ κρίσεων (p.53.15.16.18.) & lib.2. de Morb. (pag. 467.10.) αὕτη ἡ νόσος γίνεται μάλιστα ἐκ λιπυρίης. hic morbus præcipuè ex lipyria febre ortum habet. Et si locus obscurus est & vadosus, & ἐκ λύπης legit Caluus, vt etiam lib. περὶ κρίσεων. Vbi semper λιπυρεῖν non λειπυρεῖν scribitur. In Coac. (p.134.E.) τὰ λειπυρικὰ, pro febre lipyria sumens, bile per choleram effusa solui scribit.

Λείεον vide Λίεον.

Λείφαιμος exanguis, qui sanguine deficitur, sanguinis inopia laborans, quo nomine etiam decolores donatur. Verùm τοὺς ἀχρόους & λειφαίμους simul ponit Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 114.50.H.405.51.) Vbi Gal. τοὺς λειφαίμους exponit, τοὺς ὀλίγον ἔχοντας αἷμα, κἂν μηδέπω ὦσιν ἄχροοι. defectum habentes sanguinem, etiamsi planè decolores non sint. Lib 2. περὶ γυν. (p.643.8.) ἢν δὲ ἡ φύσει σπληνώδης, ἢ πνευματώδης λείφαιμος. Si verò natura lienosa fuerit, aut flatuosa & exanguis. Rursus ibidem (p.645.31.) ἢ λείφαιμος, aut exanguis. Vbi etiam ἄχροος iungitur, etsi λίφαιμος manifesto mendo passim legitur.

Λειχῆνες impetigines Latinis dicuntur, summæ cutis vitia cum asperitate quadam & leni pruritu, via quædam ad psoram & fœdæ scabiei species. Ex serosis, tenuibus & acribus succis cũ crassis permixtis ortum habent Galeno, ferèq; in mento consistunt, lib.4. Compos. pharm. κατὰ τόπ. (p.225.14.) τῶν ἐν τῷ γενείῳ λειχηνωδῶν ὄγκων πάθος ἐκ μικτοῦ τινος γίνεται χυμοῦ, μεμιγμένων τῶν ἰχωροειδῶν τε καὶ λεπτῶν καὶ δριμέων τοῖς παχέσι. καὶ διὰ τοῦτο ῥαδίως εἰς ψώραν τε καὶ λέπραν μεταπίπτει, δεόμενον καὶ αὐτὸ τῶν ἰσχυρῶς ξηραινόντων φαρμάκων. Impetiginosorum in mento tumorum affectio ex mixto quopiam generatur humore, serosis nimirum ac tenuibus & acribus succis cum crassis permixtis. Eamque ob rem facilè in psoram ac lepram transit, indigetque etiam ipsa medicamentis vehementer resiccantibus. Rursusq; paulò post (p.226.15.) λειχῆνες τὸ τῶν γενείων πάθος ἀηδέστατον. καὶ γὰρ κνησμοὺς ἐπιφέρει, καὶ περίτασιν τῶν πεπονθότων, καὶ κίνδυνον οὐκ ὀλίγον· ἕρπει γὰρ ἔστιν ὅτε καθ' ὅλου τοῦ προσώπου καὶ ὀφθαλμῶν ἅπτεται, καὶ χείστης αἰσχύνης δυσμορφίας ἐστὶν αἴτιον. Impetigines affectio in mente iniucundissima. Nam & pruritum, & affectarum partium circuntentionem, & periculum non modicum inducit. Proserpit enim interdum per totam faciem, oculosque contingit, ferèque extremæ fœditatis causa existit. Celsus lib.5. cap.28. Lichenem papulam vocat, & in minorem & maiorem distinguit. λειχῆνες inter exanthemata recensentur Hipp. Prorrh 2. (p.424.25.114.D.) vt & cutis fœditates & vitia censentur potius quàm morbi lib. περὶ παθῶν (p.525.14.) Neque absimili modo λειχῆνες corporis profundum vitiosis humoribus in cutem erumpentibus expurgant, aph.20.lib.3. Sic etiam τὰ λειχηνώδεα ἐξαειρόμενα, impetigines tuberosæ, turgentes & in tumorem sublatæ, hoc est, cùm pustulis & papulis dicuntur lib. 4. Epid. (p. 1127. C.) λειχῆνες etiam dicuntur in equis squamulæ anteriorum crurum sub armorum partibus in ipsis animalibus natæ, quas etiam χελιδόνας Græci vocant, Cæl. Aurel. impetigines vel hirundines cap.4.lib.1. Tard. Pass. Eæ ad Epilepsiam à tota substantia ab antiquis probabantur. Lichenen equi vocat Plinius cap.11. lib.28. & in equorum genibus ac super vngulas esse scribit. Sic Dioscor. cap.45. lib.2. λειχῆνες ἵππων εἰσὶ τύλοι κατ' ἐπιγραφὴν ἐπιπεπωρωμένοι περὶ τοῖς γόνασι καὶ περὶ ταῖς ὁπλαῖς. ποθέντες λεῖοι μετ' ὄξους, ἐπιληψίας ἱστοροῦνται θεραπεύειν. Lichenes sunt in equorum genibus, & super vngulas in flexu harum partium indurati calli, qui triti & in aceto poti, comitialibus mederi traduntur.

Λέκιθος masc. gen. leguminis genus est & pisum significat, & τὸ ὄσπρεον κρ. κοειδές, aut ad pisum & aracum tanquam genus quibusdam refertur. Quidam etiam esse Hipp. ἀφάκιδα existimant. λέκιθος ex lentis farina pulmentarium, aut lentium lomentum simpliciter positum indicare videtur apud Hipp. lib.2. περὶ γυν. (p.667.17.) Vbi λέκιθον Gal. in Exeg. vocum Hipp. explicat φακὸν τὸ ἔνδον τοῦ λέπους, lentem cui cortex detractus est & putamen, quòd tunc fit coloris lutei. Nisi si quis malit hanc Gal. explicationem ad lib.1. περὶ γυναικ. (p.610.3.) referre, vbi scribitur, ἐπιπασσε δὲ λεκίθῳ φακῶν, quod est, lentium farinæ aut lentium lomento [mali punici succum] aspergito. Sic enim λεκίθῳ φακῶν legendum censeo contra exemplarium omnium fidem. Vt mihi locus hic à Gal. expressus videatur, & apud eum λεκίθῳ φακῶν, τοῦ ἔνδον τοῦ λέπους libentius scribam, cùm Varinus λέκιθον φακῆ aut φακῶν apud Gal. legisse videatur, & Cornar. sua interpretatione hanc lectionem secutus optimè fuerit, vt λέκιθος φακῶν dicatur velut κυαμίνη λέκιθος, & πτισάνης λέκιθος. Qua locutione vtitur Hipp. ἐν νόθοις lib.1. περὶ γυναικ. adscriptis (pag.637.14.) & ptissanæ lomentum aut farinam intelligit. Vbi tamen λέκυθον per υ scribunt codices omnes, quemadmodum apud Hipp. scribendum multi existimant, cùm tamen passim per ι scribatur. Sic Gal. lib. de boni & mali succi cibis (pag.356.11.) λέκυθον esse scribit, τὸ ἐκ τῶν ὀσπρίων ἄλευρον ἑψόμενον ἐν ὕδατι προσεμβαλλομένου τι λίπους, leguminum molitorum farinam aqua coctam & pinguedine aliqua conditam. Λεκιθώδης ὑπόστασις dicitur li.4. Epid. (pag. 1123.B.) quod subsidet in vrina oui luteum colore aut lentium farinam referens, hoc est, sedimentum subrubrum, quod sanguinem in hepate exassatum & torrefactum denotat. Sic λεκιθοειδὲς πῦον; pus oui lutei speciem referens, li.1. de Morb. (pag.477.16.) Est enim ὠοῦ λέκιθος ouorum luteum li.2. περὶ γυναικ. (p.671.55.)

Λεκίσκιον acetabulum paruum vertunt apud Hipp. interpretes li. de rat. vict in morb.ac. (p.117.9.H.407.8.) μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὀξύβαφον λεκίσκιον. Meconium album tritum acetabuli parui mensura. Rursusque ibidem (v.28.H.ib.v.30.) μηκώνιον λεκίσκιον ἀττικὸν στρογγύλον. Meconij acetabulum paruum Atticum rotundum. Pollux verò lib.10.c.23. apud Hipp. λεκίσκιον legisse videtur.

Λελυγισμένα Erot. apud Hipp. exponit συνεστραμμένα, h.e. cõtorta. Epicles autem ἐπιπεπλεγμένα, implexa, complicata, Bacchius συγκεκαμμένα, inflexa, quod magis Erotiano probatur, qui etiã ἀπὸ τῶν λύγων, h.e. à viminib. deductã dictionem vult, ἅπερ ἐστὶ εὐκαμπτα φυτά, quæ sunt flexibiles plantæ. Sic λελυγισμένα vitilium aut viminũ modo flexibilia sonant, quòd sit λύγος Hesychio ἱμαντώδες φυτόν, planta quæ viminis aut vitilis vsum præbet, vt ἄγνος. Hac verò dictione existimo locum Hipp. subindicari qui scribitur in Mochlico (p.847. A.) ἐκπίπτει δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ νεῦρα ἐν πλαγίῳ, καὶ λελυγισμένα συνδιδοῖ. Excidit autem magis [maxilla] quòd nerui in obliquum etiam inflexi aut cõtorti concedunt. Sic enim λελυγισμένα significat neruos viticis in morem flexibiles ac lentos, maximè esse idoneos vt ad quasuis extensiones cedant, non secus ac coria probè subacta & emollita, quæ plurimam extensionem admittunt, vt scribitur li. de art. (p.601. 9.H.797.E.) quemadmodum nostra interpretatione in eum Mochlici locum asseruimus, simulque istum locum nostris Annotat. subindicauimus.

Λέμμα Erot. apud Hipp. est ἡ ἀπόδαρμα τῆς κελυφῆς. Significat & λέμμα idem quod λέπος, corticem, tunicam & id quod decorticando aufertur. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag 641.44.) σικύης λέμματα, cucurbitæ cortices dicuntur.

Λεπάδες exponuntur Gal. in Exeg. apud Hipp. αἱ ταῖς πέτραις προσεχόμεναι κόγχαι, petris adhærescentes conchæ. quemadmodum etiam Hesych. λεπάδες sunt τὰ πρὸς ταῖς πέτραις κεκολλημένα κογχύλια ὀστρέων ἐλάττω, petris adhærentia conchylia ostreis minora. Et Aristoph. Schol. in Pluto λεπὰς est ὀστρέου εἶδος, & κογχύλιον ἐρριζῶσθαι ταῖς πέτραις· ὅτ' αὐταῖς προσπέφυκε, δυσαπόσπαστος ἐστι, ἐπειδὰν τις ὥστε ἀφελεῖν λαβεῖν. conchylium petris insidens, quod vbi adhærescit non facilè euellitur, neque capitur. Dicitur etiam eidem in Vespis λεπὰς κογχύλιόν τι ταῖς πέτραις προσπεφυκὸς. Lopades explicantur Nonio genus conchæ marinæ, ex Plauto in Parasito. Et Lopades etiam vsurpantur eidem Rudente act.2. sc.1. λέπας quoque scribitur Hesychio τὸ τῇ πέτρᾳ προσηρτημένον κογχύλιον.

Λεπὶς idem quod λέπος aut λέπισμα significat, corticem aut putamen & tunicam. Verùm pro squama plærunque sumitur, vt aph.81. lib.4. vbi λεπίδες squamulas indicant, quæ per vrinam redditæ vesicæ exulcerationem minantur. In Coac. (p.192. B.) λέπεα ἐξέρυθρα φλυκταινούμενα, tenues squamæ cum pustulis rubentes dicuntur. λεπὶς etiam simpliciter pro æris squama ponitur Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (pag.614.14.) Hæc λεπὶς χαλκοῦ Dioscoridi vocatur, quam etiam λεπίδα velut κατ' ἐξοχὴν Medicis vocari testatur Plinius cap.11. libr. 34. λεπὶς etiam Celso de ossium testa aut squama dicitur cap.3. lib.8.

Λέποι λεπίσματα exponit Erot. apud Hipp. hoc est, cortices & tenues detractas tunicas, παρὰ τὸ λέπεσθαι εἰρημένα, hoc est, à verbo λέπεσθαι quod est decorticari. Verùm non parum suspecta est hæc Erot. lectio, & quidam λέπεα à λέπος, quod λέπισμα aut λέμμα significat legendum existimant. Ego verò etiam λέπεα apud Erot. non temere legi posse censeo, & subindicari locum Coac. superiore capite nobis expressum, nisi quis ibi quoque λέποι pro λέπεα scriptum velit, & ab Erot. notari. Sunt qui etiam λέποι legant pro λέποι. Quæ certe dictio vsurpatur Hippocr. lib. 2. Epid. (pag.1002.C) pro squamis aut cutis desquamatione quæ in porrigine aut impetigine affrictu velut decorticatur & decidit. Quid sit autem λεπὶς postea scribetur, & apparet λέπον pro λοπὸς Erot. scribere.

Λέπρα,

Λέπρα, lepra, fœdæ scabiei species est cum cutis asperitate profundiore, pruritu & squamis, cuius materia est humor melancholicus, multus, viscidus, crassus, acris, terrestris & siccus. Hæc ad Elephantem via est, & in quatuor differentias distinguitur sola qualitatis intensione & remissione differentes, subque Impetiginis nomine Celso comprehenditur cap. 28. lib. 5. Huiusmodi sanè pruritum cum summa cutis asperitate, καὶ οἷόν περ λέπρη τὴν φύσιν, & visu lepræ similem, in quodam Athenis visum memorat Hippocr. lib. 5. Epid. (pag. 1144. B.) cum tanta totius corporis prurigine & cutis crassitudine, vt nulla ex parte apprehendi posset, tandem tamen balnearum calidarum in Melo vsu sanatum. λέπραι inter cutis vitia aut fœdatæ cutis affectiones numerantur Hippocr. aph. 20. lib. 3. aph. 18. sect. 3. lib. 6. Epid. Prorrh. 2. (pag 114. D.) & lib. περὶ παθῶν (pag. 525.13.) Sic lepra quæ à Domino curatur in Euangelio, vitiliginosæ cutis deformitas quibusdam esse censetur, & vitiliginem eam vocat Arnobius de Domini miraculis hæc verba faciens. Vnus fuit è nobis, cuius fœdæ vitiligines iussioni obtemperabant. Et iterum, vitiligines, querqueras, atque intercutes morbos. Rursusque, Ille notas albicantium vitiliginum manu admota detersit. λεπρὰν τὴν κύστιν est vesicam fœda scabie laborare, ita vt sit scabra & aspera, lib. 5. Epid. (pag. 1146. G) Θεοφόρβῳ παιδὶ ἐλέπρα τὴν κύστιν. Theophorbi filio vesica fœda scabie (lepram dicunt) laborauit.

Λεπτὸν apud Hipp. quidam tenue intestinum accipiunt, quidam etiam os latum quod sacrum appellatur, vt scribit Gal. Com. 3. in Prorrh. (p. 202.45. H. 75. D.) eumque in sensum exponunt τὰ κατὰ λεπτὸν ἀλγήματα apud Hipp. Sed Galen. τὰ κατὰ σμικρὸν ἀλγήματα γινόμενα, τουτέστι τὰ ἀσθενῆ, exponit, h.e. dolores qui sensim fiunt & inuadunt, h. e. leues, tenues, vt κατὰ λεπτὸν idem quod σμικρῶς ἢ ἀσθενῶς indicet, leuiter & tenuiter. Neque absimili notione λεπτοὶ dicuntur οἱ κατὰ λεπτὸν τουτέστι σμικρῶς ἢ ἀσθενῶς πυρέσσοντες qui leuiter & tenuiter febricitant, qualem febrem βληχρὸν in Prorrh. vocat Gal. in Coac. (p. 128. H.) οἱ ἐν ἀρχῇ λεπτοὶ, qui circa initia leuiter febricitant. Etsi λεπτοὺς alij τοὺς λελεπτυσμένους καὶ συντετηκότας, emaciatos & consumptos intelligunt. Rursus λεπτὸν tenue intestinum significat in Coac. (p. 191. B.) στρόφοι περὶ τὸ λεπτὸν ἐμπίπτοντες, ad tenue intestinum incumbentia tormina. Et iterum (pag 202. D.) ἐκ κενεώνων μεθιστάμενα ἀλγήματα ἐς τὸ λεπτὸν. ex laterum inanitate ad tenue intestinum migrantes dolores. Et (ib. G.) ἤν δὲ ἐπὶ τῶν ὑστερικῶν περὶ τὸ ἄνω καὶ τὸ λεπτὸν πόνοι σύντονοι κοιλίας καθυγραίνουσι. Quibus ex mulieribus purgamentis dolores intensi ad superiorem ventris partem & tenuius intestinum excitati, aluos humectant. Rursusque (p. 169. B.) τὰ κατ' ὀσφὺν καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα, lumborum & tenuioris intestini diuturni dolores.

Λεπτοὶ quoque dicuntur tenues, extenuati, graciles, toto corpore consumpti & colliquati ex hepatis inflammatione in Coac. (p. 189. F.) quales συντηκτικοὺς Græcis vocari scribit Aret. cap. 13. lib. 1. περὶ αἰτ. καὶ σημ. χρον. παθ. Sic λεπτυνόμενοι ἢ λελεπτυσμένοι vehementer extenuatos significant aut eos qui ad extremam deuenerunt imbecillitatem, quòd summa debilitas rarò citra corporis extenuationem accidat, aph. 23. lib. 4. & aph. 7. lib. 2. τὰ λεπτυνόμενα σώματα. extenuata corpora. Et λεπτυσμὸς apud Hipp. aph. 21. sect. 3. lib 6. Epid. est extenuatio, cui ἀνάθρεψις, hoc est, refectio aut recreatio opponitur, quæ Gal. παχυσμὸς dicitur. Est autem λεπτυσμὸς (vt scribit Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 486.19. H. 1176. A.) ὅλου τοῦ ὄγκου καθαίρεσίς τις καὶ σύμπτωσις, ἢ συνίζησις, ἢ ὅπως ἄν τις ἐθέλοι αὐτὴν καλεῖν· ὁ δὲ παχυσμὸς ἔμπαλιν, εἰς ὄγκον ἐπίδοσις. totius molis corporis detractio quædam, seu collapsio ac contractio, aut subsidentia, aut vtcunque appellare libet. παχυσμὸς verò aut crassitudo contrà, in tumorem sublatio. Quin eò quoque pertinet quòd λεπτὸν τὸ δέρμα apud Hipp. significare scribit Gal. in Exeg. cùm ad cutis laxitatem extenuatio ac consumptio consequatur. λεπτὸν etiam quod in tenues partes est comminutum aut tritum, vt λεπτὴ γλήχων tenue pulegium, ὀρίγανος λεπτὴ, origanum tenue, hoc est, diligenter tritum, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 622.22. & 36) λεπτὸν in succis aut humoribus, liquidum ac consistentiæ tenuitatem significat, velut in vrinis λεπτὸν αὐτὸ τὸ ὕδατῶδες ponitur, vt scribit Gal Comment. ad aph. 32. lib. 7. & vrinam tenuem, aquosam, & dilutam indicat. Huicque τὸ παχὺ & quod crassum est opponitur, vt in deiectionibus & vrinarum contentis. Sic lib 2. de Morb. (pag. 466.46.) κυκεὼν λεπτὸς, cyceon tenuis & liquidus dicitur aut sorbilis, quique τῷ παχεῖ, hoc est, crasso ex aduerso respondet, eique qui neque sorberi neque bibi potest. Rursus ibidem (pag. 468.2.) κέγχρον λεπτὸν milium tenue vocat, liquidum aut adeo dilutum vt sorberi queat, & rursus ibidem (pag 469. 3. & pag. 473.26. & 474.6.) Velut χυλὸν πτισάνης λεπτὸν, ptisanæ succum tenuem & liquidum ibidem (pag. 464 55.) & lib. 3. (p. 490.43.) λεπτὸν ῥάκος est linteum tenue & rarum, vel pannus, lib. περὶ ὀστέων φύσιος (pag 265.45.) & (pag 266.27.) ἐν ῥάκει δ' ἐὰς ὡς λεπτοτάτῳ λίνῳ καθαρῷ, linteo tenuissimo filo puro illigatam. Rursus ibidem (v. 55.) ὀθόνια λεπτὰ tenuia lintea & rara non densa significant. Velut λεπτὰ scribit Gal. in Exeg. Hipp. interdum vocare τὰ ἀραιὰ quæ rara sunt, ὡς ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. Qua certe indicatura mihi locus exprimi videtur qui scribitur (pagin. 412.36.) hunc in modum. ὁ δὲ ῥόος, ἅτε ἀφ' ὑψηλοτέρων, καὶ λεπτὰ τὰ ἀντικωλύοντα ἔχων, ῥεῖ καὶ πιμπλησιν ὑγρότητος τὰς σάρκας. fluxio verò, vtpote ab altioribus procedens, & tenuia impedimenta obiecta habens, influit & carnes humiditate replet. Impedimenta tenuia, rara vocans, quæ paulò ante dixerat foramina ampliora habere, καὶ λεπτότερα τὰ μεταξὺ, intermedia tenuiora & rariora. Λεπτοὶ etiam dicuntur tenues, acres, subtiles & ingeniosi, vt crassis, ignauis & inertibus opponuntur, lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 295.25.) ἐς τὰς τέχνας παχέες, οὐ λεπτοὶ, οὐδ' ὀξέες, ad artes crassi, non subtiles, non acres, de nimium corpulentis & humidis agens, quibus postea συνετωτέρους καὶ ὀξυτέρους opponit, ingeniosiores & acutiores. Λεπτὸν quoque in vrinis crassis κατὰ σύγκρισιν pro mediocri sumitur collatione ad crassum, vt aph. 69 lib. 4. οὖρα λεπτὰ dicuntur, non tenues quidem vrinæ, sed tenuiores, collatæ ad crassas, & quæ sunt consistentia mediocri inter crassas & tenues. Sic aph. 46. lib. 5. præter modum crassæ mulieres ad conceptum λεπτυνθῆναι, hoc est, extenuari dicuntur, non quæ prorsus tenues euadunt, sed quæ mediocritatem habitus sunt consecutæ ad crassas collatæ.

Λεπύχιον Hipp. oui putamen & externam testam significat, idemque quod λεπυρὸν, lib. περὶ φύσιος παιδίου (pag. 236 40.) ὅτι εἴ τις ἐκ ᾠοῦ τὸ ἔξω λεπύχιον περιέλοιτο. Velut si quis ouo crudo externam tunicam aut putamen circumcirca adimat. Rursusque ibidem (pag. 247.31.) ὅτι τῷ λεπυχίῳ τοῦ ᾠοῦ ὑγρὸν ἔνεστιν οὐδέν. nullus humor in oui testis inest. Aliôqui λεπύχιον in plantis corticem significat, vt ibidem (p. 242 27.) καὶ ἀναλοῦται ἐς τὸ φυὲν πλὴν τοῦ λεπυχίου, ὅ, τι στερεώτατόν ἐστι. αὖθις δὲ τὸ λεπύχιον σήπεται ἐν τῇ γῇ. & in plantam consumitur præter corticem, qui solidissimus existit. Rursus verò cortex in terra putrefactus.

Λεσχηνεύειν & λεσχηνεύεσθαι est otiosè & diutius confabulari, conferre cum aliquo, & à dictione λέσχη deducitur, quæ longam otiosorum confabulationem significat, vt apud Callim. in Epigram. ex Diog. Laërt. in vita Heracliti, ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. (Sic enim appositissimè ab Henr. Steph. reponitur) Quem etiam mihi optimè æmulatus videtur Virgilius, Sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere Soles. λέσχη etiam exponitur Hesych. ὁμιλία & φλυαρία, vt & λεσχηνευομένου ὁμιλοῦντος Erot. apud Hipp. hoc est, confabulante & loquente. Quibus verbis subindicare mihi videtur locum li. 1. de Morb. (p. 454.9.) vbi scribitur, λεσχηνευομένου τε αὐτοῦ καὶ φρονέοντος πάντα φρονήματα ὁμαλῶς ὡς ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. ἀποξηραίνεταί τε καὶ ἀποψύχεται. ipso confabulante & intelligente, omnia non secus ac antea æquabiliter resiccantur & refrigerantur. Agitur autem de pulmonis vomica, ex qua laborantes alui profluuio, vt cæteros suppuratos, interire scribit, ac confabulantes prudentesq;, hoc est, inter loquendum toto corpore resiccari & refrigerari. Eâdem etiam dictionem vsurpat Hipp. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 24 6.) μηδὲ πολλὰ λεσχηνευόμενον τοῖσιν ἰδιώτῃσιν, neque cum plebeiis multum confabuletur, de Medico agens. Vbi tamen exemplaria quædam manu scripta vitiosè λεσχηνεύομενον, vt & Aldinum, legunt. Rursus Prorrh. 2. (p. 88. C.) τὰ δὲ τοῖσί τε καὶ μαθητῇσι λεσχηνευσάμενος. partim cum eorum filiis & discipulis diu disserui, collocutus sum, contuli. Quem locum mihi omni procul dubio subindicare videtur Gal. in Exeg cùm ἐλεσχηνευσάμην ἐπὶ πλεῖστον διαλεχθῆν, h.e. plurimùm & diu disserui, exponit. Verùm vitiosè apud Gal. ἐλεσχηνευσάμην, partim etiam ἐλεσχηνευσάμην & ἐλευχηνευσάμην, pro ἐλεσχηνευσάμην legitur. Hesych. etiam λεσχηνεύει, ὁμιλεῖ, μυθολογεῖ exponit, h.e. colloquitur, confabulatur, vt λεσχηνευθέντα passiue, μυθολογηθέντα, φλυαρηθέντα. Sunt etiã λεσχήματα, nugæ, cõfabulationes, & idem quod λέσχαι, quæ sunt Hesych. φλυαρίαι, & πολλαὶ ὁμιλίαι. In Epist. Hip. (p. 1285. 28.) οὐκ ἄπειρος εὖ τῶν τοιούτων λεσχημάτων. nõ ignarus harũ nugarũ.

Λεύκη, qui Leuce Celso dicitur lib. 5 vitiliginis & fœdæ scabiei soboles est, & cutis carnisque subiectæ præter naturam albedo, ideoque albicans vitiligo nominatur & albugo Gazæ. Ex malo corporis habitu excitatur, & facultatis nutricoriæ lapsus est, pituitosum sanguinem, lentum & viscosum

gignentis. Sic λεύκη μεταβολή τις ἐστι τῆς χροιῆς ἐπὶ τὸ λευκότερον, ὑπὸ γλίσχρου τε καὶ κολλώδους γινομένη φλέγματος. Leuce cutis quædam mutatio est ad albidius, quæ ex viscosa glutinosaque pituita contrahitur. Paulus Ægin. lib.4. cap.5. λεύκη inter periculosissimos & difficillimos morbos accensetur Hipp. in Prorrh. (pag.424.25. & 28. 114.D.) Est & λεύκη μὴ συγγενής. Leuce minimè innata in Coac. (p.201.B.) quæ non ante pubertatis tempus occupat. Λευκὰ etiam simpliciter apud Hipp. menstruorum alborum profluuium indicant, vt ἐρυθρὰ rubrum. Lib.4. Epid. (pag.1128.H.) ἑτέρη λευκοῖς θυγατέρα ἔτικτεν, ἑτέρη ἐρυθροῖς. Quædam cum albo fluxu, filiam peperit, quædam cum rubro.

Λευκὴν ῥίζαν, τὴν τοῦ δρακοντίου, dracunculi radicem apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. Eam autem vsurpat Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.571.50.& p.575.42.) Rursus lib.2. de Morb. (p.477.49.) τὴν ῥίζαν τὴν λευκὴν καὶ τοῦ ἐλλεβόρου λείχειν, dracunculi radicem & veratri lingat. Λευκὸν quoque pro pituita sumitur lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου (p.6.10.H.224.37.) καὶ γίνεται γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ λευκὸν, καὶ μέλαν. fitque dulce & amarum, & album & nigrum. Vbi Gal. λευκὸν τὸ φλέγμα, pituitam exponit, vt & μέλαν, τὴν μέλαιναν χολὴν bilem atram.

Λευκοΐου καρπὸν, τὸ τοῦ ἴου λευκοῦ σπέρμα, hoc est, violæ albæ semen sic dici apud Hipp. ex Dioscor. mente scribit Gal. in Exeg. Vsurpatur autem Hipp. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.570.48.) λευκοΐου καρπὸν ὅσον ἐν τοῖς τρισὶ δακτύλοις λαβών. Violæ albæ seminis quantum tres digiti capere possunt. Et rursus ibidem (571.24.) λευκοΐου τοῦ καρποῦ ὅσον τοῖς τρισὶ δακτύλοις ἐπιλαμβανόμενος. Rursusq; ibid (p.575.48.) & (p.581.45.) & (pag.587.54.) Lib. etiam 2. περὶ γυναικ. (p.668.15.)

Λευκοφλεγματίη ἡ λευκοφλεγματίας aquæ inter cutem species quæ ἀνασάρκα vocatur. λευκοφλεγματίαν καὶ ὑποσάρκα dicit Celsus cap. 21. lib.3. Λευκοφλεγματίας autem dicitur ab alba pituita in toto corporis habitu & vasis redundante, vt scribit Gal. Com. ad aph.76. lib.7. & com. ad aph.29. lib.7. his verbis: συνήθεις εἰσὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς ὀνομάζειν τινὰ λευκοφλεγματίαν ὕδερον, ἤ τοι ὡς καὶ πελιδνοῦ τινος φλέγματος, ἢ ὡς κατὰ μὲν τὴν ἑαυτοῦ λόγον ὑπάρχοντος ἀεὶ λευκοῦ, δι' ἐπιμιξίαν δέ τινα τῶν ἄλλων χυμῶν μεταβάλλοντος τὸ ἀκριβὲς τῆς χρόας. Consueuere alij etiam medici quandam aquæ intercutis speciem λευκοφλεγματίαν appellare, tanquam quæ vel liuida pituita, vel secundum suam certe ipsius rationem alba semper manente, sed propter alios quosdam admixtos humores verum exactumque colorem mutante constet. Quam certe nominis notationem Aurel. etiam amplectitur cap.8. libr. 3. Tard. Pass. eamque λευκοφλεγματίαν Græcè, Latinè verò intercutem nominat, etsi λευκοφλεγμαντίαν passim habent vitiosè scriptum exemplaria. λευκὸν φλέγμα dicitur Hipp. aph.29. lib.7. & lib. περὶ κρισίων (pag 55.53.) & lib.1. de Morb. (pag.447.28. & 36. & pag.449. 12.) Lib. etiam 2. de Morb. (pag. 486. 10.) Quemadmodum etiam Aret. cap.1. lib.2. περὶ χρον. παθ. ἀνασάρκα λευκὸν φλέγμα vocat, in eamque hydropis speciem pueros propensiores facit. Alioqui sanè λευκὸν φλέγμα cachexiam quandam pituitosam aut malum corporis habitum Hippoc. significat, in quo plurima huiuscemodi pituita alba vel liuida ex aliorum quorundam humorum commixtione, tum in vasis, tum in toto corporis habitu coaceruata est, quæ hydropis quoddam est rudimentum, ad eumque viam facit, vt aph.76. libr.7. & libr. περὶ παθῶν (pag.520.50. & pag.522.15.) & libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.543.17.) & lib. de aëre, loc. & aq (p.284.4.) Sic etiam Aurel. λευκοφλεγματίαν hydropis initium esse scribit. λευκοφλεγματώδεις in Coac. (pag.194.G.) qui huiusmodi hydropis vitio laborant dicuntur, & λευκοφλεγματώδης lib.4. Epid. (p.1121.H.) quæ pituita alba referta est; & λευκοφλέγματος ibidem (pag.1133.B.) ἡ γραίη λευκοφλέγματος, anus pituita alba redundans. Et λευκοφλεγματίαι lib.3. Epid. st. pest. (p.429.36. H.1090.G.) quibus ex frigida intemperie hepatis & partium solidarum pituitosus sanguis per totum carnosum genus suffunditur, & in toto corporis habitu coaceruatur, ita vt cutis omnis intumescat & inflетur. Vbi scribit Gal. οἱ δὲ λευκοφλεγματίαι πρόδηλοι δή που ψυχρᾶς κράσεως ὄντες, εἴ τι μεμνήμεθα τῶν ἐν τοῖς περὶ κράσεως εἰρημένων. ἔστι δ' αὐτοῖς μαλακή τις ὑποιδής πως ἡ σὰρξ ἐγγὺς τῇ τῶν ἑαλωκότων ὕδέρῳ τῷ λευκοφλεγματίᾳ καλουμένῳ. Leucophlegmatiæ, hoc est, qui alba pituita redundant, (si quid meminimus earum quæ in libris de Temperamentis dicta sunt) citra controuersiam frigido sunt temperamento. His carnosa corporis moles mollis est & quodammodo subtumida, propemodum vt aqua intercute affectis quam Leucophlegmatiam vocant.

Λεὼς, παντελῶς, ἅπαν, penitus, in totum, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. Erot. verò λίως τελείως, perfectè.

§ Λήθαργος Lethargus cerebri morbus est ex pituita humidiore & frigidiore cerebrum madefaciente illicq; putrescente. Vnde febrem lentam, marcorem, fereque inexpugnabilem dormiendi necessitatem comitem habet. Authori Definit. Med. (p.397.20.) λήθαργός ἐστι καταφορὰ δυσδιέγερτος μετὰ ἀχροίας καὶ οἰδήματος φυσώδους, σὺν ἀτονίᾳ τῶν στερεῶν αὐτῶν καὶ τοῦ σφυγμοῦ τοῦ πνεύματος, γινομένη, πάντως ἐπὶ βληχρῷ καὶ κακοήθει πυρετῷ. Lethargus est in somnum delatio inexpugnabilis, cum coloris vitio & œdemate flatuoso, non sine ipsarum solidarum partium & pulsifici spiritus imbecillitate prouenieus, in debili ac maligna febre. Phrenitidi prope contrarius est Lethargus, eandem sedem occupans & materia contraria afficiens Sic enim scribit Gal. Com.1. in sent.1 Prorrh. φρενῖτις ἡ ἀκριβὴς καὶ ἀμικτος ἑτέρῳ νοσήματι γίνεται χολῆς ξανθῆς καταλαβούσης τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικόν ἐστι. λήθαργος δὲ, τὸν αὐτὸν τρόπον ὑγρότητός τινος διαβρέξαντος φλέγματος. Phrenitis exquisita & nulli alteri morbo permixta oritur cùm bilis flaua locum in quo princeps animæ pars residet prehenderit. Lethargus verò cùm locum eundem pituita humectarit & diluerit. Celsus etiam cap.20. lib.3. Lethargum phrenitidi contrarium facit, quòd in illa difficilis somnus, prompta ad omnem audaciam mens est: at in hoc marcor & inexpugnabilis pene dormiendi necessitas. λήθαργον Græci nominant. Atque id quoque genus acutum est, & nisi succurritur, celeriter iugulat. Idem etiam cap.1.lib.2. Lethargum vertit ex aphor. 30. li.5. Vbi scribit Gal. febres quidem Lethargicas in constante ætate fieri ex humore pituitoso in cerebro coaceruato & accenso. Lethargum autem describit Hippocr. li.2. de Morb. (pag. 484.17.) & lib.3. (p.488.54.) Præcipuè verò totam Lethargicorum historiam accurate depictam habes in Coac. (pag.137.B.)

Λήμη, sordes oculorum. pituita concreta, lippientium oculorum sordes, cùm lachryma & pituita concrescit. lemæ & gramiæ Latinis dicuntur, eaque dictione vtitur Pl. cap.13. lib.25. Et gramiæ Nonio sunt oculorum pituitæ, vnde gramiosi oculi, qui λημῶντες ὀφθαλμοὶ, Prorrh.1. (p.101.G.) lippientes oculi, vbi etiam λήμη sæpius vsurpatur, quam pituitam vertit Celsus cap.6.lib.6. eamque modò crassam, quandoque etiam pituitam sine addito, nos gramiam diximus. Est autem pituita semicocta in oculis concrescens ex imbecillitate facultatis naturalis oculum regentis, quæ redundans alimentum & superfluum conficere non potest. Prouenit etiam ex tunicarum oculi imbecillitate & densitate, vt scribit Gal. Com.2. in lib.1. Epid. (p.358,45.H.943.D.) vbi λημίαι dicuntur Hip. sordes minutulæ lippientium oculorum, quæ λῆμαι in Prognostico, & λημία μικρὰ in Coac. (p.153 B.) Gal. Com.1. in Progn. (pag.124.54. H.37.19.) αἱ γὰρ μὴν λῆμαι γίνονται μὲν ὡς ἴσμεν, καὶ διὰ τὸ τῶν ὀργάνων πάθος, ὡς ἐν ὀφθαλμίαις τε καὶ ἄλλως οὐδενα κίνδυνον δηλῶσαι. γίνονται δὲ καὶ διὰ ἀρρωστίαν τῆς διοικούσης τὸν κατὰ τὴν ὀφθαλμὸν δυνάμεως φυσικῆς, ὡς ἀδυνατούσης ἐκπέπτειν τὴν τροφὴν τῶν ὀφθαλμῶν. ἐδείχθη γὰρ ὑμῖν τῆς τροφῆς ἡ λήμη περίττωμα. κατὰ μὲν οὖν τὰς ὀφθαλμίας, διά τε τὸ πλῆθος τῆς παρὰ φύσιν ὑγρότητος, καὶ διὰ τὸ πάθος τῶν ὀργάνων, εἰκὸς ἐστι μὴ πέττεσθαι καλῶς τὴν τροφὴν αὐτῶν, ἔνθα δ' ἔνδεια σαφὴς ἐστι δηλουμένη διὰ τῆς κοιλότητος, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ πλήθους αἰτία παντάπασιν οἴχεται. καταλείπεται δὲ ἡ τῆς δυνάμεως ἀσθένεια μόνη, καὶ οὐδ' ἡ τυχοῦσα τις αὕτη γε, ἀλλ' ἰσχυρὰ πάνυ, μηδὲ τὴν ὀλιγίστην τροφὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἱκανῶς πέττειν ἰσχύουσα. Cæterùm lemæ quidem fiunt, vt constat, etiam ob instrumentorum affectionem, velut per lippitudines, & alioqui nullum periculum ostentant. fiunt verò etiam ob imbecillitatem naturalis facultatis oculum regentis, quæ oculorum alimentum concoquere nequit. Est enim Lema (vt ostensum est) semicocti alimenti excrementum. In lippitudinibus igitur tum propter copiam humoris præter naturam, tum ob instrumentorum affectionem, vero est simile, nequaquam rectè concoqui eorum alimentum. At vbi inopia manifesta est, quæ per cauitatem indicatur, causa quæ à plenitudine est omninò perit, sola autem facultatis imbecillitas relinquitur, neque ea quælibet, sed vehemens valde, & quæ paucum admodum oculorum alimentum sufficienter concoquere nequeat. Hesychio autem λῆμαι exponuntur αἱ περὶ τοὺς κανθοὺς τῶν ὀφθαλμῶν πηγνύμεναι συστάσεις, ἢ ἐκρέουσαι τῶν ὀφθαλμῶν ἀκαθαρσίαι, hoc est, concreta in oculorum angulis substantia, aut effluens ex oculis sordes. Dicitur & λήμη Varino λευκὸν ὑγρὸν τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς συναγόμενον, ἀμβλυώτερον παρασκευάζον. album quoddam humidum in oculis concretum, quod eorum hebetudinem facit.

Λημματικοὶ dicuntur Hipp. qui occasionem prudenter & accommodatè arripiunt aut captant, lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag.22.51.) πρὸς τὸν καιρὸν εὔθετοι καὶ λημματικοὶ, in occasione prudenter captanda appositi & accommodati.

Λιωδ

Αλυοὶ sunt Hipp. aluei aut loculi quidam, siue cauitates excauatæ, aut conceptacula quædam, in Mochlico (p. 865. A.) Sic autem vocat cauitates per totum ferramentum Hippocraticum excauatas & incisas, trium digitorum latitudine & altitudine. κομπτὰς dicit lib. de art. λαυοὶ exponuntur Hesych. θρεῖ, πύελοι, καὶ τῶν ἁρμάτων δίφροι αἱ κοιλότητες, loculi, aluei, aut labra quædam & conceptacula, & cauitates in sellis curulibus, quibus fustes recondebantur. Sic apud Eusthath. χηλὴ & λαυὸς dicitur τὸ κοῖλον τοῦ ἁρματικοῦ δίφρου, εἰς ὃ τὰς μάστιγας οἱ ἡνίοχοι ἀπετίθεντο, cauum in sella curuli, in quod aurigæ fustes reponunt. Quin & mali nautici conceptaculum λαυὸν Athen. lib. 11. vocari scribit. Pollux lib. 7. capit. 5. & libr. 10 cap. 24. in panificis & coqui vasis λαυὸν reponit, & τὴν χόρδοπον seu τὴν μαγίδα, τὴν μάκτραν seu σκάφην dici scribit, hoc est, alueum in quo panis subigitur. Idem lib. 10 cap. 31 in θερμοῦ vasis, θρῖα, πύελον, κιβωτὸν, λαυὸν reponit. Quibus indicat λαυὸν dici alueum & loculum, aut cauum quoddam ὄρυγμα & excauatum, siue ligneum, siue lapideum, aut reconditorium & conceptaculum quoddam. Ideoque Pollucis Interpres ob similitudinem lintrem vertit. Dicitur & λαυὸς Varino παρὰ τὸ λεαίνω, τὸ λεπτύνω. λαυὸς quoque est Hesych. & Polluci ὅπου αἱ σταφυλαὶ ἐμπατοῦνται, id in quo vuæ calcantur, lacus preli torcularij. Ad cuius instar λαυὸς ab Anatomicis in capite vsurpatur, de quo vide Gorr.

Λῆρος delirium & leuem desipientiam aut mentis vacillationem significat Hipp. in Pythione lib. 5. Epid. vbi ληρῆσαι quod est nugari, leuiter desipere aut delirare, μικρὰ παραφρονῆσαι exponit Gal. qui etiam scribit. εἴωθε γὰρ αὐτὸς ἄλλοτε ἄλλοις ὀνόμασιν ἐνδείκνυσθαι τὸ ποσὸν τοῦ παραφρονεῖν, ληρεῖν καὶ παραληρεῖν, καὶ παραφρονεῖν, ἢ παρενεχθῆναι λέγων, ἢ πάλιν παρακόψαι καὶ ἐκστῆναι, μανῆναί τε καὶ ἐκμανῆναι. Est enim illi consuetum vt aliis atque aliis nominibus desipientiæ modum ostendat, ληρεῖν καὶ παραληρεῖν, καὶ παραφρονεῖν, καὶ παρενεχθῆναι, hoc est, nugari, delirari, desipere & mente emoueri dicens, vel aliàs παρακόψαι καὶ ἐκστῆναι, μανῆναί τε καὶ ἐκμανῆναι, quod est, vesanum vel amentem esse, vel insanire & vehementi furore esse percitum.

Λῆψις vide Λαβή.

§ Λίβανος interdum ipsa arbor thurifera dicitur, interdum etiam pro thure ponitur & αὐτὶ τοῦ λιβανωτοῦ. Sic apud Dioscor. cap. 81. lib. 1. λίβανος σταγὼν dicitur, thuriferæ arboris succus, qui pregnanti cortice inciso, guttæ rotunditate prosilit, & thus masculum vocatur. Plinio thuris guttæ nominantur lib. 11. cap. 14. παρὰ τὸ λείβω quod stillo significat. Apud Hipp. quoque lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 265. 43.) λίβανος αὐτὶ τοῦ λιβανωτοῦ sumitur, & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 621. 51.

Λιβανωτοῦ καρπὸν, hoc est, thuriferæ arboris fructum, scribit Gal. in Exeg. αὐτὸν ἴσως τὸν ὀνομαζόμενον οὕτως λιβανωτὸν, ipsum sic vocatum thus intelligi, quandoquidem eius plantæ semen in vsum venire non constat. Vbi λιβανωτὸς αὐτὶ τοῦ λιβάνου & pro thurifera arbore aut planta non temere sumitur. Sic λιβανωτὸν aut λιβανωτὸς, ὁ καρπὸς τοῦ λιβάνου Sudæ exponitur & Hesych. λιβανωτοῦ autem καρπὸν in locellos muliebres per clysterem immittit Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 669. 28.)

Λιβρῷ Gal. in Exeg. apud Hipp. ὑγρῷ exponit, hoc est, humido. Qua certe indicatura mihi Gal. exprimere videtur locum libri κατ' ἰητρεῖον (p. 692. 7. H. 745. E.) vbi passim legitur, κηρωτῇ μαλθακῇ καὶ λείῃ καὶ καθαρῇ. Sed pro λείῃ Galenus adscribit quædam exemplaria λιβρῇ habere, idque sicco ex aduerso respondere. Quanquam eo in loco vitiosa admodum sunt Gal. exemplaria, & aliam lectionem affingunt Interpretes. Erot. verò λιβρῷ, σκοτεινῷ καὶ μέλανι exponit apud Hipp hoc est, tenebroso & nigro. Cumque ea dictio inter cæteras reponatur quæ ex lib. de aëre, loc & aq. repetuntur, & ab eodem exponuntur. Mihi videtur hac expositione locum lib. de aëre, loc. & aq. adumbrare (p. 290. 17.) vbi scribitur, τῷ ἠέρι χρέωνται οὐ λαμπρῷ, ἀλλὰ χνοώδει τε καὶ διερῷ. Agitur de iis qui Phasim accolunt, quos præ aliis omnibus grauissimam vocem habere scribit, quòd aëre vtantur non puro aut sereno, sed obscuro & caliginoso admodumque humido. Ac pro διερῷ λιβρῷ Erot. legisse existimo, facili admodum mutatione, vt aërem tenebricosum & sua densitate nigrum intelligat. Sic Hesych. λιβρὸν, σκοτεινὸν, μέλαν, δίυγρον exponit.

Λίβος Gal. exponit apud Hipp. in Exeg. ἐπίσταγμά τι τῶν ὀμμάτων ἐγχυματιζόμενον, oculorum quoddam instillamentum, quod oculis infunditur. fieri autem scribit ἀπὸ τοῦ λίβειν, ὃ κυρίως δηλοῖ τὸ στάζειν δηλοῦν, quod propriè stillare indicare videtur. Vt sit λίβος idem quod λιβάς, gutta aut stilla.

Λιβύη, Δήλω, Σκυθίη; Erot. his nominibus vult Hipp. tres orbis habitabilis plagas & regiones indicasse. Λιβύην μὲν αὐτὴν εἰπὼν, τὴν δὲ Ἀσίαν διὰ τῆς Δήλου, τὴν Εὐρώπην δὲ διὰ τῆς Σκυθίας. Africa certè apertè expressa, Asia verò per Delum, & Europa per Scythiam. Quibus sanè verbis haud dubiè locus Prognostic. explicatur (p. 166. 20. H 46 48.) ἐπεὶ καὶ ἐν Λιβύῃ, καὶ ἐν Δήλῳ, καὶ ἐν Σκυθίῃ φαίνεται τὰ προγεγραμμένα ἀληθεύοντα σημεῖα. Et enim tum in Africa, tum Delo, tum etiam Scythia proposita signa vera esse constat. Quod etiam exponens Gal. de omni regione scribit. οὐδὲν γὰρ ἄλλο δι' αὐτῆς ἐνδείκνυται, ἢ τὰ σημεῖα, τά τε ἀγαθὰ καὶ τὰ κακά, ταὐτὰ εἶναι τοῖς σημαίνειν ἑκάτερα ἐν ἑκάστῃ χώρῃ, κἂν θερμὴ, κἂν ψυχρὰ, κἂν εὔκρατος ᾖ. Λιβύης μὲν γὰρ ὡς θερμῆς, Σκυθίας δὲ ὡς ψυχρᾶς, Δήλου δ' ὡς εὐκράτου, καὶ μέσης ἀμφοῖν, ἕνεκα παραδείγματος ἐμνημόνευσεν. Nil enim aliud per illam docetur, quàm quòd signa tum bona tum mala idem per seipsa vtraque in omni regione denunciant, siue calida sit, siue frigida, siue temperata. Libyam enim tanquam calidam, Scythiam tanquam frigidam, Delum verò tanquam temperatam & inter vtranque mediam exempli gratia commemorauit. Sic enim hunc Galeni locum legimus, quamuis exemplaria publicata aliter scribant.

Λιγνυώδεες γλῶσσαι, lingua fuliginosa, nigra, atra fuligine tincta, ex vehemente incendio, ægr. 12. lib. 3. Epid. post st. pest. in Larissæa virgine febre ardente laborante. Vbi Gal τὴν λιγνυώδη γλῶσσαν vocari scribit, τὴν ὥσπερ κεχρωσμένην ὑπὸ λιγνύος τινὸς, ξηρὰν οὖσαν ἐξ ἀναθυμιάσεως, veluti fuligine quadam tinctam, siccam existentem propter exhalationem. Quem etiam locum mihi haud dubiè subindicare videtur Gal. in Exeg. vbi λιγνυώδης ἡ μελαίνουσα exponitur, vt sit lingua fuliginosa nigricans. ἡ γὰρ ἡ λιγνὺς μέλαινα, est enim fuligo nigra. Ex eodem quoque loco γλῶσσα λιγνυώδης exponitur Erot. μέλαινα καὶ τεφρώδης, nigra & cinerea, παρὰ τὴν λιγνὺν, ὅπερ ἐστὶ καπνώδης αἰθάλη, à fuligine quæ est fumosa fauilla. fit autem huiusmodi fuliginosa lingua (vt idem scribit) διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν φλόγωσιν, ob exuperantem inflammationem, velut in febre ardente, indeque admodum reficcata est. Sic aph 13. sect. 5. lib. 6. Epid. αὗαι γλῶσσαι ἀπὸ ἐγκαύματος λιγνυώδεος, valde reficcatæ linguæ ex succensa fuligine fiunt. Et in Larissæa Virgine λιγνυώδεες γλῶσσα, ξηρὴ dicitur. λιγνυώδης σίαλον est saliua fuliginosa & atra, in pulmonis morbo, lib. 2 de Morb. (p. 479. 33.) velut λιγνυώδεα πτύελα, fuliginosa sputa dicuntur in Coac. (pagina 179. D.)

Λιθιᾷν calculo laborare de vesica dicitur aph. 79. lib. 4. & λιθιάσιες de calculi in vesica generatione in pueris aph. 26 lib 3. Hæc enim pueris familiaris est ob edacitatem & voracitatem, quia non paucos humores crudos coaceruant, quarum pars crassior vesicæ fundum petens calculum gignit, tum etiam caloris vehementia vaporem ex materia crassa resoluens. in his calculi causa est. De calculi in pueris generatione in vesica fusissimè & aptissimè scribitur Hippoc. lib. 4. de Morb. (pag. 512. 27.) vbi λιθίασις λίθος vocatur, (quæ calculatio dicitur Cæl. Aurel. cap 4 lib. 5 χρονίων) & λίθοι sæpius de vesicæ calculo vsurpatur. Lib. quoque de aër. loc. & aq. (pag. 286.) calculi in vesica causæ explicantur, & λιθιῶντα παιδία & λιθιῶντες vocantur qui calculo in vesica conflictantur, qui etiam λιθιᾷν dicuntur. Sic λιθιῶντες calculosi sunt & qui calculo in vesica laborant, quos eo corporis habitu componi vult, vt calculus in fistulam vrinariam non illabatur, in Coac. (p. 192. H) Rursus ibidem (p. 215. G.) λιθίδιον οὐρεῖν de calculi in vesica per vrinam exitu effertur, & λιθίδια διουρεῖν. Λιθίασις autem definitur authori Definit. Med. (p. 398. 39) γινόμενος ἐν κύστει λίθος, δι' ὃ κωλύεται ἡ τοῦ οὔρου ἔκκρισις. calculi in vesica ortus, quo prohibetur vrinæ excretio. aut, λιθίασίς ἐστι πάθος, διατάσεις τῆς κύστεως ἐπιφέρον. συνδιατείνεται δὲ αὐτοῖς ὁ ἦτρον, ὁ τῆς ποσθίης ἄπτεται δαψιλῶς. ἐπιγίνονται δὲ αὐτοῖς καὶ ἰσχουρίαι, ὅταν προωθηθεὶς ὁ λίθος ἀποφράξῃ τοὺς ὄδους τοῦ περιττώματος. Lithiasis est affectus vesicæ distentiones inducens. Vnà verò cis imus venter distenditur, nec rarò ad præputium ea distentio pertingit. Succedunt iis quoque vrinæ suppressiones, vtique cùm prouectus lapis excrementi vias intercluserit. Est & λιθίασις in exteriore palpebra, cùm alba quædam & crassa callis & lapillis similia existunt & oculum pungunt. Sic autem definitur Isag. auth. (p. 386. 25) λιθίασίς ἐστιν ὅταν ἐκστραφέντων τῶν βλεφάρων ὅμοια πώροις περὶ τὰ βλέφαρα ὑπάρχῃ λευκὰ καὶ τραχέα, ἃ τοῖς λίθοις ἐμφερῆ νύσσει τὸν ὀφθαλμόν. Lithiasis est cùm euersis palpebris, circa ipsas tofis similia alba & aspera existunt, calculisque similia oculum premunt. Cuius curationem adfert Aëtius tetrab. 2. lib 3. cap. 28. eamq; paulò aliter definit, his verbis: λιθίασιν ἐν βλεφάροις λέγουσιν, ὅταν ἐκστραφέντων τῶν βλεφάρων, πάγεις ὅμοια περὶ αὐτὰ φαίνηται λευκὰ καὶ τραχέα ἰνδάλματα πωρώδη. Calculum in palpebris dicunt, cùm euersis palpebris, tofis similia circa ipsas extiterint alba & aspera, tartarorum speciē præ se ferentia. Verùm pro ἰνδάλματα fortasse [illegible] legendū.

Λιθοκόλλη, lithocolla, est glutinum quo lapides inter se coagmentantur. Conflatur autem ex marmore, Lapide Pario, & taurino glutine. Valet ad defluuios ex palpebris pilos glutinandos, vt scribit Dioscor. cap. 164. li. 5. Quam ad rem etiam adhibetur Gal. li. 4. κατὰ τόπ. (p. 2 o 32.) ex Heracl. Taren.

Λίθον μέλανα, ὃν καὶ μυλίτην ὀνομάζουσι κόχλακα, quem molarem filicem vocant, exponit Galen. in Exeg. apud Hipp. Quibus verbis locum lib. περὶ ἀφόρων (p 680.41.) mihi innuere videtur, vbi filicem ignitum vino extinguit ad fomentum per cucurbitulam excipiendum. ἔπειτα λίθον μέλανα διάπυρον ἐμβάλλειν εἰς τὸν οἶνον. deinde lapidem nigrum candentem in vinum mittito.

Λιμαγχία est summa inedia & omnimoda abstinentia cum quis fame cruciatur aut strangulatur, idem quod λιμοκτονία. λιμαγχίαν Aurelianus immodicam abstinentiam vertit cap. 5. lib. 1. Tard. Pass. Hinc λιμαγχούμενος est Hipp. qui fame & inedia cruciatur, qui imperatam à Medicis inediam subit, & cui à Medico summa est imperata inedia, in Prorrhet. 2. (pag. 86. A.) πρῶτον μὲν ὁ λιμαγχούμενος εἰ πλείονα φάγῃ τι καὶ πίῃ. Imprimis quidem qui inedia cruciatur, si abundantiorem cibum & potum sumpserit. Sic λιμαγχικοὶ & λελιμαγχωμένοι dicuntur inedia confecti, fame macerati & enecti, quique summam inediam ferunt. Lib. 2. Epid. (pag. 1006. C.) καὶ ἐν τοῖσιν λιμαγχικοῖσιν αἱ μετριότητες. ἀπὸ ποτῶν σκεπτέαι. Ex his quoque videndi sunt quinam ad summam inediam ferendam moderatè se habeant. Et lib. de art. (p 588. 10. H. 785. E.) καὶ γὰρ αὗται αἱ σάρκες τῶν μὲν ἀπὸ τέχνης ὀρθῶς λελιμαγχωμένων, αἱ τῶν λεπτῶν μυξωδέστεραί εἰσιν, ἢ αἱ τῶν παχέων. Gracilium nanque carnes, qui non rectè ex arte inedia macerati sunt, quàm obesorum mucosiores sunt. Rursus ibidem (p. 660. 45. H 839. G.) λιμαγχονεῖν est inediam ferre. περὶ πάσας δὲ τὰς τῶν ἄρθρων ἐμβολὰς δεῖ ἰσχναίνειν καὶ λιμαγχονεῖν, καὶ ἄχρι ἑβδόμης. In omni verò articulorum repositione victu tenui & inedia etiam ad septimum diem vtendum. λιμαγχίαι vsurpantur Rufo Ephesio pro extrema inedia lib. περὶ τῶν ἐν νεφροῖς παθῶν in curatione inflammationis. οὐ μὴν εἰς ἅπαν αἱ λιμαγχίαι τούτοις συμφέρουσιν, ὥσπερ ταῖς ἄλλαις φλεγμοναῖς, ἀλλά τι καὶ προσοιστέον, φυλάσσοντα τὰς πυρετοὺς ἤν τι χαλῶσι, καὶ ὅτε ἐπιτείνωσιν. Neque verò sicut in aliis inflammationibus extremæ omninò inediæ his conferunt, sed aliquid assumendum obseruata febrium remissione & intésione.

Λιμακίστεροι exponuntur Erot. apud Hipp. λιμακώδεις, h. e. herbidiores & viridiores, prati naturam magis referentes. λέγονται οἱ λιμνώδεις καὶ κατάφυτοι καὶ ὑγρὸι τόποι. Sic dicuntur pratensia aut arboribus consita & plana loca. Sudæ quoque λειμακίστεροι dicuntur οἱ σύμφυτοι καὶ σύνδενδροι τόποι, arboribus consiti loci. Verùm per ει diphthongum meliùs scribitur, vt à λείμαξ deducatur, quod idem quod λειμών. Sunt autem λειμώδεις Hesych. νοτεροὶ καὶ πιώδεις τόποι. & λείμαξ χωρίον ἐν ᾧ λειμών, ἢ χωρίον ἐπιτήδειον. Sudæ verò σύμφυτος τόπος, κῆπος. Eam autem dictionem vsurpat Hipp. lib. de aëre, loc. & aq. (p. 289. 25.) αἱ δὲ λειμακιστέροις τε καὶ ἑλώδεσι [φύσιες ἐοίκασι] aliæ pratorum & paludum naturam referunt.

Λιμακώδεις οἱ ὑγροὶ καὶ βοτανώδεις, hoc est, humidi & herbidi exponuntur Gal. in Exeg. apud Hipp. Verùm λειμακώδεις legitur per ει melius lib. de aëre, loc. & aq. (p. 291. 25.) ἡ δὲ Σκυθέων ἐρημίη καλευμένη, πεδιάς ἐστι, καὶ λειμακώδης. At solitudo Scythica nominata, in planitie sita est, & pratis abundat. Rursus ibidem (p. 294. 50.) οἰκέει δὲ κοῖλα χωρία καὶ λειμακώδεα, καὶ πνιγηρά. Qui verò loca concaua, pratensia & æstuosa habitant. Ac fortè apud Gal. λιμακώδεις, ὑγροὶ καὶ βοτανώδεις legi potest, vt locus superior subindicetur.

Λιμοκτονεῖν est fame enecare & conficere, sed pro inediam imperare & præcipere, victuq; tenui vti sumitur apud Hipp. Sic lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 115. 58. H. 406. 8.) ἢν δὲ αἷμα τινὶ ξυμφέρῃ ἀφαιρέειν στερεὴν ποιέειν τὴν κοιλίην, καὶ οὕτως ἀφαιρέειν, καὶ λιμοκτονέειν. Quòd si alicui sanguinem detrahere confert, aluum solidam efficito, sicque detrahito, & inediam imperato. Rursus lib. περὶ συρίγγων (p. 885. F.) ἐν τῇ θεραπείῃ δὲ προσαιονᾷν ὕδατι πολλῷ θερμῷ, καὶ λιμοκτονέειν. In hac verò curatione calida copiosa perfundere iuuat, & inediam imperare. Sic λιμοκτονεῖσθαι est inedia macerari & confici ac attenuari, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 597. 12.) καὶ αὖθις λιμοκτονείσθω, rursusque inedia macerari. Rursus lib. 7. Epid. (p. 1238. D.) ὁ τοῦ Θυνοῦ υἱὸς ἐκ ἐν πυρετῷ καυσώδει ἐλιμοκτονήθη. Thyni filius per febrem ardentem vehementer inedia confectus erat.

Λιμοκτονίη est omnimoda abstinentia, & maceratio quæ fame fit, aut inedia, perfectaq; omninò abstinentia, vel quæ solo potu & ptissanæ cremore instituitur victus ratio. Sic enim eam vocat Hip. habita ratione ad pleniorem cibum, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 102. 49. H. 400. 37.) ἀλλ' ὅμως τὴν ποιοῦσι [illegible] τῇ λιμοκτονίῃ. eum tamen in inedia conseruare oportet. Vbi scribit Gal. ἡ λιμοκτονίη, μάλιστα μὲν ἀπασαν παντελῆ σημαίνει. εἰ δ' οὖ, ἀλλὰ τὴν γε διὰ τῶν πομάτων μόνων δίαιταν. οὕτως δὲ καὶ μελίκρατον καὶ χυλὸν πτισάνης συνεχώρησε διδόναι. δοκεῖ δέ μοι διὰ τοῦτο λιμοκτονεῖν λέγειν αὐτοὺς, ὅτι χρονίζουσι ταῖς ἐπανέσεσι τῶν πυρετῶν ἡ χρόνοις εὐφορωτάταις, ὡς ἐξαπατᾶσθαί τινας. πρόφασιν ἰσχυροτέρας δοῦναι, καὶ μάλιστα διὰ τὴν λειποθυμίαν. ὡς περὶ τοιαύτην οὖν δίαιταν διὰ τὸ μελικράτε τε καὶ τὸ χυλῷ γινομένη ἐν πολλαῖς ἡμέραις, εἴρηται ὀρθῶς λιμοκτονία. Λιμοκτονίη enim præcipuè quidem perfectam abstinentiam significat, sin minus, eam saltem victus rationem quę potibus solis instituitur. Sic sanè & mulsam & ptisanę cremorem eis permisit. Mihi autem videtur eos λιμοκτονεῖν, h. e. inedia macerandos esse ob id dicere, quòd qui placidissimas habent febrium remissiones, in his longo tempore morentur, adeò vt decepti nonnulli cibum validiorem exhibuerint, idq; potissimùm ob animi defectioné. Quò fit, vt habita huius victus ratione, quæ per mulsam & ptisanæ cremorem multis diebus instituitur rectè λιμοκτονία dicta sit. Quinetiam lib. 7. Epid. in Thyni filio febre ardente vehementer affecto, cum copiosa alui deiectione, animi deliquio, multis sudoribus, infuso ptisanæ cremore enutrito, ἐλιμοκτονήθη adscripsit Hipp. Lib. 3. περὶ διαίτης (p. 370. 8.) in plenitudinis curatione scribitur, πλείονος δὲ χρόνου καὶ λιμοκτονίης δεῖται. Longiore autem tempore etiam inedia opus habet.

Λιμὸς & λιμώττειν, fames & famescere dicitur apud Hip. de extrema ciborum inopia, aliquando etiam de omni ciborum defectu, vt scribit Gal. Com. ad aph. 16. lib. 2. his verbis: Λιμώττειν ἐκείνους φαμὲν, ὅσοι δι' ἀπορίαν σιτίων εἰς ἄκρον ἥκουσι πείνης. οὕτως οὖν καὶ Ἱπποκράτης αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἶπεν ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ἐν λιμῷ, σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο· καὶ μὴν τι καὶ πᾶσαν τὴν σφοδρὰν ἔνδειαν τῶν σιτίων, εἰ καὶ χωρὶς ἀπορίας κατὰ προαίρεσιν ἢ πρόσταγμα γίνοιτο, λιμὸν ὀνομάζειν εἴωθεν. ὅταν οὖν εἴπῃ, τοῖσιν ὑγρὰς ἔχουσι τὰς σάρκας λιμὸν ἐμποιέειν. λιμὸς γὰρ σῶμα ξηραίνει. καὶ ἐπειδὰν ἐν τῷ προγνωστικῷ φησιν· ἐπερωτᾶν χρὴ, μὴ ἠγρύπνηκεν ὁ ἄνθρωπος, ἢ τὰ τῆς κοιλίης διαχωρήματα εἰ ἐν ἰσχυρῶς, ἢ λιμῶδές τι ἔχει αὐτὸν, ἐπὶ τῆς τῶν σιτίων ἐνδείας φέρει τοὔνομα. καὶ νῦν δὲ οὕτως εἴρηκεν. ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν. ὡς εἰ καὶ οὕτως εἰρήκει. τοῖς μὴ σιτήσασιν ἐδέειν, μηδὲ πόνον τινὰ προστάττειν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Λιμώττειν, h. e. famelicos esse eos dicimus qui propter ciborum inopiam ad extremam famem deueniunt. Sic enim Hip. ipse lib. 2. Epid. dixit. In Æno cùm propter famem leguminibus vesci cogerentur, crurum imbecillitate laborarũt. Quinetiam vehementem omnem cibariorum defectum, quamuis citra inopiam, vel ex consilio, vel ex præcepto fiat, λιμὸν nominare consueuit. Cùm igitur scribit, Aph. 59. li. 7. Molles carnes habentibus famem adhibeto, fames enim corpora exiccat. Et cùm in Prognostico ait, Interrogare oportet num is vigilauerit, an aluus admodũ liquida fuerit, an inedia aliqua eum oppresserit, de ciborum defectu λιμοῦ vocabulum offertur. Et nunc quoque sic dixit. Cùm fames vrget, labore abstinendum, quasi ita diceret. Qui nullum cibum sumpturi sunt, iis eo die nullum laborem imperare oportet. Λιμὸς quoque Hipp. aph. 21. lib. 2. non quæuis inedia aut fames, neque ex ciborum defectu appetentia dicitur, sed vehemens & insatiabilis ciborum auiditas, quam κυνώδη ὄρεξιν, hoc est, caninam appetentiam quidam nominant. Λιμὸς etiam pro ciborum inopia ac defectu sumitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 11. 20.) τί γὰρ τοῦ λιμοῦ μέρος δυνάμιος ἰσχυρὸς ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὑγιάζει, καὶ ἀσθενέα ποιέει, καὶ ἀποκτείνει. famis enim portio plurimùm potest in hominis natura, tum ad sanitatem, tum ad imbecillitatem, tum ad mortem inferendam. Docetur enim quàm difficilis sit in ægris victus instituendi ratio, quæ non tantùm copia, verumetiam defectu non pœnitendos errores inducat, vt patet ex aph. 5. lib. 1. Et lib. de loc. in homine (p. 420. 6.) τῶν δὲ νοσημάτων ὅσα μὲν ἕλκεα ἐόντα ὑπερέχοντα τοῦ ἄλλου σώματός ἐστιν, ἅμα τοῖσι φαρμάκοισι καὶ λιμῷ χρὴ ἰᾶσθαι. Morbi quicunque vlcera existunt, & in reliquo corpore eminent, vnà cum medicamentis inedia quoque curandi sunt. Quin & Erot. λιμὸν apud Hipp. magnam cibariorum & alimenti inopiam significare testatur cùm illud Prog. (p. 122. 28. H. 37. 5.) λιμῶδές τι ἔχει αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ μεγάλη τροφῆς ἀπορία, exponit. Etsi vitiosa sunt omnia Erot. exemplaria & λιμώδης πὼς legunt.

Λινόζωστις mercurialis dicitur cuius iusculo ad aluum eluendam sæpe vtitur Hipp. lib. 7 Epid. vt (p. 1210. F.) mercurialis sorbitiuncula ex aluo pituitosa, mucosa & graueolentia deturbat. λινοζώστιος ὕδωρ eiusdem decoctum aut iusculum vocat, eaque ad aluum subducendam vtitur, ibidem (p. 1226. F.) & p. 1234. D.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 654. 4.) vt herba tota ibidem (653. 52.) & aliàs sæpe in tota muliebrium tractatione.

Λίπα τι ἔλαιον, oleum Gal. in Exeg. exponit ex li. 2. περὶ γυναικ. Ea autem

autem dictione interdum sola vtitur Hippocr. pro pingui aut oleo, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 603. 55.) χρίεσθαι καὶ λίπα, etiam oleo inungi. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 649. 43.) χρίσμα δὲ λίπα ἔστω, illitus sit oleum. Rursus ibidem (pag. 656. 55.) ἔλαιον δὲ μὴ προσφέρειν, μηδ' ἄλλό τι πῖον, μηδὲ λίπα ἔχον. oleum verò ne adhibeto, neque aliud pingue, neque pinguedinem habens. Interdum etiam ἔλαιον additur, & ἔλαιον λίπα αὐτὸ τὸ λίπα, & ἔλαιον pro oleo pingui ponitur, vt ibidem (pag. 657. 23.) ἐλαίῳ χρίων λίπα τὰς χεῖρας, oleo pingui manibus illitis. (Quam tamen dictionem videtur neglexisse Cornar.) vt & apud Homer. Il. κ. (v. 577.) τὼ δὲ λοεσσαμένω καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ, hi autem loti & vncti pingui oleo. Quem etiam imitatus est Hesiod. (ἐν ἔργοις (v. 520.) εὖ τε λοεσσαμένη τέρενα χρόα, καὶ λίπ' ἐλαίῳ χρισαμένη, probeque lota tenerum corpus, pinguiq; oleo vncta. Sic quoque λίπ' ἀλείψασθαι dicitur tum Homero, tum etiam aliis authoribus, quod Hesych. exponit ἐλαίῳ ἀλείψασθαι, & λίπα τὸ ἔλαιον λιπαρόν. λίπα ῥόδινον etiam interdum ponit Hipp. pro oleo rosaceo vt lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 658. 3.) καὶ τοὺς μηροὺς τῷ ῥοδίνῳ ἀλειφέσθω λίπα. & femora oleo rosaceo inungat.

Λιπαρὰ διαχωρήματα, pingues alui eiectiones, quales esse solent in febribus deurentibus & colliquationem denunciantibus, vt lib. 3. Epid. st. pest. (pag. 429. 38. H. 1090. H.) & ægr. 1. lib. eiusdem post st. pest. In Prognostico etiam (142. 9. H. 40. 52.) in vrinis λιπαρότητες αἱ ἄνω ἐφιστάμεναι ἀραχνοειδέες, pinguedines araneorum telis similes innatantes damnantur, quòd tabem minentur.

Λιπαρῶς leuiter & molliter significat, vt lib. de art. (pag. 588. 46. H. 785. H.) χρὴ δὲ ἐπανατρίβειν τὸν ὦμον ὑπνχῶς καὶ λιπαρῶς. Humerus quoque blandè & molliter perfricandus. Hic enim λιπαρῶς μαλακῶς indicat, cùm ad emolliendos musculos frictio adhiberi videatur, ne quid ex inflammatione sit reliqui, vt scribit Gal. Sic postea μαλακοῖσι χερσὶν dicitur, quod hoc loco λιπαρῶς. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 616. 23.) ἑψεῖν λιπαρῶς de his quæ molliter & blandè coquuntur dicitur, vt & (ibid. 21.) λάχανα λιπαρὰ, olera mollia, leniter cocta. λιπαρῶς Hesych. exponitur τρυφερῶς, ἀνέδως, lautè, splendidè, opimè, opulenter. & λιπαρὸς ἐλαφρός. Aliòqui λιπαρῶς ἐπιμελῶς indicat, assiduè, accuratè. Sunt & λιπαραὶ ἔμπλαστροι, quæ lenia emplastra dicuntur Celso cap. 19. lib. 5. qui eius generis multa describit. Sic autem dicuntur quòd medicamentis pinguibus constent, vt adipe & oleis, ad eorum differentiam quæ ἀλίπαρα vocantur. Plinius Græcam appellationem retinuit & Liparas vocat cap. 9. lib. 23. & cap. 6. lib. 33. Gal. lib. 1. περὶ κατὰ γένος (pag. 166. 48.) πεπιστευμένας λιπαρὰς, vsu cognita & experta empiastra lenia vocat, ex Archigene, quibus vtebatur ad achóras, hoc est, capitis vlcera manantia.

Λίειον Gal. in Exeg. apud Hipp. τὸ κρίνον, hoc est, lilium exponit. Idemque scribit oleum ex eo quibusdam λίειον, aliis etiam λίριον dici, quod & κρίνινον & σούσινον & αἴθινον vocatur. Quæ sanè lectio mendosa est, pro qua αὔθινον quidam, alij etiam ἄνθινον reponunt, quod λείρια τὰ ἄνθη generali significatione exponantur Hesych. & Sudæ. Verùm λείριον melius scribatur, velut Erot. qui λείριον apud Hipp. βοτάνης εἶδος ἣν κρίνον ὀνομάζουσι, herbæ speciem quæ lilium vocatur, exponit. Additque Nigrum ἐν τῷ περὶ ὕλης scribere Narcissum quibusdam λείριον vocari. Quod etiam memoratur Theoph. lib. 6. hist. plant. cap. 6. Et Sudas λείριον ab Atticis dici scribit τὸ ἄνθος τοῦ ναρκίσσου, narcissi florem. At Dioscor. cap. 116. lib. 3. λείριον à quibusdam scribit κρίνον βασιλικὸν, hoc est, lilium regium vocari, quæ est lilij species. Ex qua vnguentum comparatur, quod quidam λείρινον, alij σούσινον nominant. Plinius Lirinum vnguentum vel oleum vocat, cap. 5. lib. 25. & cap. 4. lib. 23.

Λιτὸς ἁπλοῦς, εὐτελὴς exponitur Hesych. simplex, tenuis, vilis, minimè exquisitus aut elaboratus, veluti τὸ λιτὸν τῆς διαίτης, victus tenuis, vilis & frugalis dicitur. Sic λιτὴ ἡ διὰ μόρων simplex & minimè curiosa ex moris compositio, non elaborata aut exculta, sed quæ ex simplici mororum succo & melle constabat, nullis aliis aut adstringentibus aut discutientibus adiectis, Gal. lib. 6. κατὰ τόπ. (pag. 249. 49.) ex Archig. Et ἡ διὰ καδύων λιτὴ Critonis, confectio ex capitibus papaueris simplex, lib. 7. (pag. 261. 20.)

Λιχανὸς index digitus dicitur à λείχω quod est lingo, quoniam ad condimenta exploranda in obsonia immissus lingitur. Alij ἀπὸ τοῦ λίαν χαίνειν dictum volunt, quòd inter hunc & pollicem magnus sit hiatus. Vnde λιχὰς vocatur mensura interstitij inter pollicem & indicem Polluci. λιχανὸς δάκτυλος dicitur Hipp. lib. 5. Epid. (pag. 1159. B.) & lib. 7. (pag. 1220. E.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 618. 41.) & ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag. 673. 26. H. 742. B.)

Λίην, τελέως, perfectè exponit Erot. apud Hipp.

§ Λοβοὶ dicuntur Hesych. & Sudæ τὰ ἄκρα πάντα, omnium rerum summitates, propriè verò τῶν ὤτων τὰ κάτω, imæ auris partes carnosæ, pulpæ Latinis dictæ, Gaza fibram apud Arist. vocat. λοβοὶ etiam significant apud Gal. lib. 4. κατὰ τόπ. (pag. 211. 50. & 215. 14.) rosarum candidas in foliis partes, quas vngues & ὄνυχας vocant. Quibus detractis ἀπωνυχισμένα & ἐξωνυχισμένα rosæ dicuntur (ibidem pag. 215. 37.) hoc est, exungues & resectis vnguibus, quod χωρὶς τῶν λοβῶν dixit Gal. λοβοὶ etiam hepatis summa & fibras significant, quas aruspices inspiciebant.

Λογισμοὶ in ægris sunt ratiocinationes & mentis agitationes, aut imaginationes, & variarum rerum explicationes, quæ animo obuersantur & in eius notione diuersis modis reponuntur, ita vt earum explicationes non nisi turbulentè agitent, & in varia rerum momenta propendeant, læso iam præcipuo functionum animalium organo, & affecta mentis præstantia, in qua mirabilis quædam vis rationis, cognitionis & prudentiæ inest. Qualiter in deliriis & somniis per febres vehementissimas ægris contingit, veluti ægr. 8. lib. 1. Epid. adscribuntur ἐνύπνια καὶ λογισμοὶ, somnia & ratiocinationes. τὰ κατὰ λογισμὸν causæ abditæ dicuntur Hipp. & quæ sola ratiocinatione deprehenduntur. & causis externis & apparentibus opponuntur, quas φανερὰς vocant, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 101. 40. H. 399. 51.) δεῖ, προσεχτέον τὰ ἰσωθὲν ὅκως μὴ διαλήσεταί τις τῶν προφασίων, μήτε τῶν κατὰ λογισμόν. Quare animum intendere debet medicus, ne qua eum lateat earum causarum quæ manifestæ sunt, neque earum quæ ratiocinatione comprehenduntur. Has causas ab his solis percipi scribit Gal. qui artificiosa ratiocinatione vtuntur. Est & λογισμὸς πιθανὸς ratiocinatio probabilis, præceptorum in arte complexio & cognitio, cui τριβὴ μετὰ λόγου, exercitatio aut vsus cum ratione opponitur, ἐν παραγγελίαις (pag. 25. 44.) Ibidem quoque λογισμὸς dicitur μνήμη τις ξυνθετικὴ τῶν μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων, memoria quædam ea quæ sensu percepta sunt componens.

Λοιμὸν νεαρὸν, iuuenilis pestilentia, aut iuuenilis temeritatis pestilentia, recens pernicies. Sic vocat artis inexperientiam aut methodi ignorationem quæ in tyrones cadit Hipp. ἐν παραγγελίαις (pag. 28. 22.) λοιμὸν Hesychio idem quod λοιμικὴ νόσος significat.

Λοπὸς cortex dicitur Hipp. corij exterior pars durior ac densior, ac veluti tergus, vt exponit Gal. Com. 2. in lib. de art. (pag. 604. 5. H. 799. D.) ἀρκέει τοῦ λοποῦ χρίεσθαι. [alutæ Carthaginensis] cortex exterior satis fuerit. Vbi Gal. εὔδηλον δ' ὅτι τὸ δέρματος τούτου τὸ ἐξωτάτω σκληρότερόν τε καὶ πυκνότερον ὀνομάζει λοπόν. Perspicuum est autem quòd corij huius extimam partem, ideoque duriorem & densiorem, λοπὸν nominat. Rursusque ibidem (p. 608. 34. H. 803. F.) ἔπειτα χρὴ καρχηδονίου λοπὸν, πλάτος ὡς τοῦ μεγάλου δακτύλου τετμημένον, ὅκως ἂν ξυμφέρῃ, προσκολλῆσαι ἐς τὸ ἐκτοσθεν πρὸς τὸν μυκτῆρα τὸν ἐγκεκλιμένον. Deinde ex Carthaginensis corij cortice exteriore, pollicis latitudine aut quanta conuenit, incisa habena, exteriore parte naribus, quâ parte inclinant, agglutinanda. Idem in Mochlico (pag. 845. F.) κἢν μὲν οὖν ὁ χόνδρος ἐπιδῇ, ὀθονίου ἐρανισθέντα λοποῦ καρχηδονίου, ἢ ἐν ἄλλῳ ᾧ μὴ ἐρεθιεῖ. τῷ λοπῷ δὲ τὰ παραλλάξιας παρακολλᾷν καὶ ἀναλαμβάνειν. Si quidem igitur cartilago desidit, derasam lintei lanuginem Carthaginensis corij cortice, aut aliqua alia re quæ non irritet conuolutam, in nares immittere oportet. Cortici verò ossa inter se cedentia agglutinare ac suspendere. Vbi tamen λέπει mihi videtur legisse Erot. φλοιῷ, λεπίσματι, exponere, hoc est, cortici seu squamæ, à verbo λέπω. Sic Hesych. & Sudæ λοπὸς est, τὸ λέπος, φλοιὸς, δέρμα λεπτὸν, ξηρόν. omne putamen, cortex aut cutis exterior tenuis & sicca. λοποὶ etiam squamas aut desquamationes indicant, quæ in impetigine aut porrigine affrictu decidunt, lib. 2. Epid. (pag. 1002. C.) vt antea scripsimus.

Λορδὸν quod interiorem in partem inclinat aut recuruatur, & repandum dicitur, & ὑβῷ καὶ κυφῷ oppositum est, vt scribit Gal. Com. ad aph. 46. lib. 6. Hinc λόρδωσις spinæ affectio vocatur cùm ea anteriorem in partem inclinat aut recuruatur, cuius meminit Gal. ibidem & Com. ad aph. 35. lib. 4. & Com. 3. in lib. de art. (pag. 610. 53.) vbi λόρδωσιν εἰς τὸ πρόσω τῆς ῥάχεως διαστροφὴν vocat, spinæ anteriorem in partem peruersionem, eamque fieri εἰς τὰ πρόσω ἰόντων τῶν σπονδύλων, vertebris in anteriora inclinantibus. λόρδωσις & λόρδωμα dicitur Hipp. velut ὕβωσις & ὕβωμα, lib. de art. (pag. 623. 11. H. 816. B.) ἡ δὲ λόρδωσις ταῦτα ἀμφότερα ποιέει; vtrunque verò facit spinæ ad anteriora curuatio aut inclinatio. Et ibidem (p. 622. 34. H. 815. F.) ἢν δὲ καὶ ἐν τῷ ἄνω μέρεϊ μᾶλλον τὸ λόρδωμα γίνηται, Quòd si superiore magis parte spinæ in anteriora curuatio fiat. Et in Mochlico (pag. 863. H.) καὶ τὰ λορδώματα διὰ τὴν ὀδύνην ἔσω ὀλισθαίνει. & spinæ introrsum inclinationes præ dolore intro luxa-

tionem fecisse videantur. At λορδὸν quod repandum est & intro inclinat significat, vt lib de art. (pag. 612.27. H. 807. B.) καὶ αὐτοὶ τοι ἐς ἀναγκάζονται κατὰ τὸν μέγαν σπόνδυλον λορδὸν τὸν αὐχένα ἔχειν. Quinetiam ceruicem ad magnam vertebram anteriorem in partem recuruatam habere coguntur. Et rursus ibidem (pag. 619.27. H 810. D) αὐτὸ δὲ τὸ ἄρθρον τοῦ αὐχένος λορδὸν ἐστιν. Ipse verò ceruicis articulus anteriorem in partem inclinat. Quod reperitur in Mochlico (pag. 842. B.) Rursus quoque lib. de art. (pag 622.54 H. 816. A.) ὅτι τὰ μὲν εἰς τὸ λορδὸν ῥύματα, ὀλέθρια εἰσι καὶ συνέφορα. Quæ quidem anteriorem in partem curuantur, periculo & noxiæ esse obnoxia. Et li. de fract. (p 553.27. H. 763. C.) λορδὸν quod in anteriora sinuatur ac inflectitur, τῷ κυφῷ quod in posteriora protuberat opponit Hippocr. μήτε λορδὸν, μήτε κυφὸν εἶ), neque in anteriorem, neque in posteriorem partem sumetur. Hinc λορδαίνειν & λορδοῦν, & λορδαίνεσθαι & λορδοῦσθαι dicitur Hipp. vt lib. de art. (pag. 620.29 H. 812. C.) ἢν δὲ λορδαίνωσι, ῥᾴους εἰσί. si verò in anteriora recuruentur, hoc est, repandantur melius habent. Rursus ibidem (v. 30 H. ibid. D.) ὑπείκουσι λορδουμένοις, in anteriora recuruati cedunt. Ac rursus ibidem (pag. 622. 19. H. 814. D.) ὁ δὲ ἄνθρωπος πάντη μᾶλλον ἐλορδαίνετο ἢ συνέφερεν. sed homo prorsus magis quàm expediret inanteriorem partem recuruabatur. Et (v. 49. H. 8 6. A.) ὅσῳ γὰρ ἄν τις μείζω προσβάλλῃ, τοσούτῳ μᾶλλον λορδοῦνται οἱ προσβληθέντες. Quò enim maiores cucurbitulæ adhibentur, eò magis anteriorem in partem recuruantur quibus eæ admouentur. Erot. apud Hipp. λορδῶσιν legit & τὸ ἀποσιμούμενον καὶ ἐναντίον τῷ κυρτῷ λορδὸν καλεῖσθαι scribit, ὃ δὴ ἐς φυσὶν καλεῖ. Quæ sanè Erot. verba non minimùm mihi suspecta sunt. Nam & λορδότατον pro λορδῶσιν leg existimo, quòd Varinus ex Suda scribat, λορδὸν τὸ ὑπόκυρτον, καὶ λορδότατον τὸ ἀποσιμούμενον ἐναντίον τῷ κυρτῷ, ὃ καὶ κυφὸν καλεῖται. Quæ certe explicatio maximè cum Erot. conuenit, eique lucem adfert maximam. Existimoque his verbis Erot. expressisse locum libri de art. (pag. 612.27. H. 807. B.) supra annotatum, & pro λορδὸν τὸν αὐχένα, λορδῶσιν, aut melius λορδότατον αὐχένα legisse. Quibus enim supra septum transuersum gibbus fit, ij ceruicem ad magnam vertebram in anteriorem partem recuruatam & admodum repandam habere coguntur, adeò vt ἰσχνόφωνοι, hoc est, gutturosi aut gutture prominente Hipp. dicantur. Reliqua orationis pars in qua φυσὶν τὸ λορδὸν Hipp. vocari scribit planè vitiosa est, & pro φυσὶν ὑβὸν reponi posse existimo, præsertim cùm λορδώσιος ὕβωσις ἡ ἔσω, & ὑβώματα τὰ ἔσω dicatur Hipp. in Mochlico (pag. 861. E. & pag. 863. G.) Quinetiam huic notioni non parum suffragatur aphorismus 46. lib. 6. si sic legatur, ὁκόσοι ὑβοὶ πρὸ τῆς ἥβης γίνονται, ἐξ ἄσθματος ἢ βηχὸς τυχόντος ἀπόλλυνται, quomodo etiam legisse videtur Gal. in Comment. Vbi ὑβοὶ & ὑβωθέντες dicuntur quibus spina introrsum flexa pone extuberat.

Λουῦ non solùm τὸ λούειν quod est lauare & balneo vti, sed etiam τὸ ἀρδεύειν, hoc est, perfundere ac irrigare apud Hipp. significare scribit Gal. in Exeg. Sic & λοῦσθαι duo significare apud eundem, & alia his similia & ab his deducta. λούειν autem de balneo dici frequens est apud Hipp. in tota muliebrium πραγματείᾳ, vt & libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 85. H. 395.) sic & λουτρὸν & λοῦσθαι ibidem. At de partis alicuius vt capitis perfusione λούειν & λοῦσθαι dicitur sæpè, vt lib. 2. de Morb. (pag. 465. 8. 36. 43. & pag. 466. 16. & pag. 468. 5. 9. 19. & pag. 468. 39. 44. 54. 469. 24.) Quæ significatio etiam frequens est in tota περὶ γυναικείων tractatione & lib. περὶ ἀφόρων. Sic & λουτρὸν & λοῦσαι, & λουόμενος, & λούσθω & λούειν, quæ ex eadem coniugatione pendent, & quorum vsus frequens est apud Hipp. Sic lib. de loc. in homine (pag. 418. 37.) ἀπὸ τούτου λοῦε, inde perfundito. Rursusque ibidem (p. 4 9. 20.) λούειν in capitis ossis fracturis de fomentis dicitur ad dolorem mitigandum & sedandum, aut de vulnus detergendis.

Λοχίη κάθαρσις exponitur Erot. apud Hipp. ἡ μετὰ τὸν τόκον γινομένη, hoc est, puerperij purgatio, quæ post partum fit. Sic enim lego apud Ero. contra omnium exéplarium fidem, quòd crebrò ἡ λοχίη κάθαρσις de puerperij purgatione & de partus repurgamentis dicatur. Vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 601. 48.) καὶ ἢν οἱ φλεγματώδεις ἡ λοχίη κάθαρσις χωρέῃ, ac si ipsi pituitosa partus purgamenta procedant. Ac rursus ibidem (pag. 588. 11.) εὔροα δὲ σφιν ποιέει ἡ λοχίη, καθάρσιός τις ἕνεκα. Hos autem meatus patentes efficiunt puerperiorum effluxus, qui purgationis cuiusdam speciem habet. Rursus ibidem (pag. 604. 12) ἢν δὲ ἀπὸ κεφαλῆς ἰλθὸν τὸ ῥεῦμα ἐς τὴν λοχείην κάθαρσιν τραπῇ. Si verò è capite fluxus procedens ad puerperij purgationem vertatur. Et rursus (ibidem pag. 605. 13.) ἢν δὲ ἡ κάθαρσις ἡ λοχείη τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας τρεῖς ἢ τέσσαρας χωρέῃ. Quòd si puerperij purgatio primis tribus aut quatuor diebus procedat. Et iterum (ibidem pag. 606. 3.) καὶ μὴ προσχαλάσωσι τὴν λοχείην κάθαρσιν, & [vteri] puerperij purgationem non emiserint. Et (607. 16.) ἢν δὲ ὁρμηθῇ ἡ γυναικεία λοχείη κάθαρσις ὡς ἐς κεφαλήν. Si verò puerperij purgatio ad caput impetum fecerit. Rursusque (ibid. 24.) ἢν δὲ μὴ χωρέῃ ἡ λοχίη κάθαρσις κατὰ τὸ σῶμα. Si verò puerperij purgatio per os nòn exeat. Sic lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 239. 21.) ἐν τῇ λοχίῃ καθάρσει ἀπόλλυται. in puerperij purgatione perit. Hæc verò sanguinis post partum secundum naturam vacuatio, quæ λοχίων κίνωσις antiquis vocatur, vt scribit Galen. Comment. 3. in lib. 3. Epid. (pag 434. 7.) crebrò ἡ λοχίη aut λοχείη κάθαρσις dicitur, interdum ἡ κάθαρσις τῶν λοχίων, vt lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 239. 32. 48. 240. 1. 248. 5. 11.) Est vbi etiam κάθαρσιν creberrimè vocat & καθαίρεσθαι verbo donat, vt & menstruam fœminarum purgationem, vt videre licet in tota γυναικείων tractatione, præcipuè verò lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 604. 13. & deinceps.) & pag. ibi. 47. 605 2.) & pag. 606. 607. sæpe. & lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 238. 46 50.) & (pag. 248. 6.) Et ægr. 2. lib. 3. Epid. post st. pest. καθάρσιος μὴ γινομένης de suppressis puerperij purgamentis dicitur. Quæ interdum λόχια & λοχεῖα crebrò vocantur Hipp. in mulieb. morb. tract. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 601. 6. 17. 48.) & (pag. 604. 13.) & (pag. 605. 2. 12.) & pag. 606. 33. 43.) & (pag. 616. 43. 48. 49.) & (pag 619 19. 23.) atque aliàs sæpe. Quomodo etiam ἡ λοχίων ἔμπειρος dicitur quę partum & puerperij purgamenta experta est, & ἀτόκῳ opponitur, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 592. 21.) Atque hæc λοχίη κάθαρσις veteribus celebrata, quòd puerperiorum proluuium purgationis quandam formam retineat, ex Erasistrati mente commemoratur Galeno lib. de atra bile (pag 362 40.) his verbis: καθάπερ γε κἀν τῷ δευτέρῳ περὶ πυρετῶν μαρτυρήσαι τοῖς παλαιοῖς οὐ κένωσιν ἁπλῶς ὀνομάσας τὴν διὰ τῶν καταμηνίων ἔκκρισιν, ἀλλὰ κάθαρσιν, ὥσπερ γε καὶ τὴν διὰ τῶν καθαιρόντων γινομένην φαρμάκων. οὕτω γάρ τοι καὶ τὴν λοχείαν κάθαρσιν ὀνόμασαν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, οὐχ ἁπλῶς κένωσιν. Non secus ac lib. 2. de feb. veterum consensionem secutus est cùm menstruam excretionem, non simpliciter vacuationem nominauit, sed purgationem, perinde ac eam quam medicamenta purgantia moliuntur. Sic enim veteres Medici λοχείαν κάθαρσιν, hoc est, puerperij purgationem, non simpliciter euacuationem nominarunt.

§ Λύγξ ἡ λυγμὸς singultus dicitur Hipp. commune facultatis tum retentricis tum expultricis symptoma, aut motus ventriculi deprauatus, quo facultatis corpus regentis vi, qui quid tunicis quantitate aut qualitate molestum impactum est, conatur expellere, eiusdem ac vomitus generis. Galeno verò singultus motus est stomachi conuulsiuus, quo vitium alrius eius tunicis aut ori inhærescens tentat expellere. Sic enim scribit Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag 105. 54.) τοὺς λύγγας εἰώθασι καὶ λυγμοὺς ὀνομάζειν. εἰσὶ δὲ κινήσεις τινὲς τοῦ στομάχου σπασμώδεις. γίγνεσθαι δέ φασι δι᾽ ἀμέτρου κένωσιν ἢ πλήρωσιν. λύγγας singultus λυγμοὺς etiam nominare consueuerunt. Sunt autem motiones quædam stomachi conuulsoriæ, quas quidem fieri aiunt ob immoderatam vel inanitionem vel repletionem. Rursus Comment. ad aph 39. lib. 6. λυγμὸς δὲ συγχωρείσθω μὲν ὀνομάζεσθαι στομάχου σπασμὸς, ὅταν ἕτερόν τι προκείμενον ᾖ κατὰ λόγον. ὅταν δὲ αὐτὸ μόνον τοῦτο ὑπάρχῃ ζητούμενον, τὸ γνῶναι τὴν οὐσίαν τοῦ παθήματος, ἄμεινον ἴσως ἐστὶν οὐ σπασμὸν ὀνομάζειν αὐτό, ἀλλὰ κίνησίν τινα. ἐν μὲν γὰρ τῷ αὐτῷ γένει τῷ κατὰ τοὺς ἐμέτους, ἐπιτεταμένην δὲ καὶ σφοδροτέραν ἐκείνης. Singultus verò tantisper concedatur stomachi conuulsio nominari, dum aliud erit orationis propositum. Cùm verò in hoc solum incumbemus, vt affectionis essentiam cognoscamus, præstiterit fortasse non conuulsionem ipsum nominare, sed quendam motum qui fit in eodem cum vomitu genere, verùm eo intentior & vehementior. Ex quibus certe patet varium fuisse Galeni de singultu sensum & alium ab Hippocratis mente, qui singultum & conuulsionem in eodem genere & causarum numero reponit aph. 39. lib. 6. Atqui eidem Galeno singultus stomachi conuulsio nominatur. Sic enim scribit Comment. ad aph. 3. lib. 7. οἷόν τι πάθος τοῖς μυσὶν ὁ σπασμός ἐστι, τοιοῦτον ἐν τῷ στομάχῳ γίνεται ἡ λύγξ, ὑγροῖς αἰτίοις ἐπιγινομένη ποτὲ μὲν ὅλην τὴν κοιλίαν, ὡς τὰ πολλὰ δέ τι, τὸ στόμα αὐτῆς καὶ τὸν στόμαχον, ἃ καὶ ἐν τοῖς ἐμέτοις ἀπορρίψασα, διαχρῆμα παύεται τοῦ λυγμοῦ. Qualis affectio musculis est conuulsio, talis est stomacho singultus, qui humoribus superuenit infestantibus totum interdum ventriculum, sæpius verò ipsius os & stomachum, quos vbi vomitione reiecerit, statim singultu liberatur. Rursus Comment. ad aph. 4. lib. 5. ὅτι δὲ καὶ ὁ λυγμὸς σπασμός ἐστι στομάχου κατὰ τὴν Ἱπποκράτους γνώμην δηλοῦται. Quòd autem etiam singultus sit stomachi conuulsio ex Hipp. mente, nos vtique nouimus. λύγξ verò dicitur sæpe Hipp. vt aph. 59. lib. 5. aph. 3. 10. & 17. lib. 7. λυγμὸς quoque aph. 3. & 4. lib. 5. 13. & 39. lib. 6. Quin & apud Erot. λυγμὸς dicitur Hipp. vt pro λυγμὸς, λύγγας interdum legisse videatur, quemadmodum apud Gal. Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb.

in morb. ac. λύγγας pro λυγμοὺς exemplaria legunt. Hinc quoque λυγγώδεις singultuosi dicuntur qui continenter & assiduè singultiunt, in Coac. (pag.123 F.) velut πυρετὸς λυγγώδης febris singultuosa, quæ & λυγγώδες quibusdam scribitur, in qua diu singultiunt ægri, aut per totum morbi decursum singultus exacerbatur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.105.59.H.401.41.) Sic enim λυγγώδη πυρετὸν his verbis illic exponit Galenus. καὶ μὴν τοι καὶ τῶν πυρεσσόντων ἔνιοι λύζουσιν ὅμοιον δάκνοντος τινος θερμοῦ χυμοῦ, ἐφ' ᾧ πλέον ἐπαύσαντο τοῦ συμπτώματος. ἀλλ' οὐχ οὗτος πυρετὸς ὁ καλεῖται λυγγώδης. ἐπὶ πλεῖον γὰρ δεῖ παραμένειν τὴν λύγγα, ἢ καὶ δι' ὅλου τοῦ νοσήματος συμπαρεξιοῦσαν τοῖς πυρετοῖς, ἵνα λυγγώδης ὀνομασθῇ. Et sanè ex febricitantibus nonnulli cum singultu erodentem & acerrimum humorem vomitione reiecerunt, ex quo prorsus symptomate sunt liberati. At febris huiusmodi nequaquam singultuosa vocatur. Longo enim tempore permanere singultum oportet, aut etiam per totum morbum vnà cum febre intendi, vt singultuosa nominetur. Sunt & λυγγώδεις πυρετοὶ in calcis syderatione lib. de fract. (pag.546.35.H.759.H.) & quæ cum insignis cuiusdam membri, vt femoris & brachij gangræna coniunctæ sunt (ibidem pag.571.40.H.775. A.) vbi vitiosè λιγνυώδεις πυρετοὶ scribuntur, velut λυμώδεις lib. de art. (p.661.19 H.840.F.) pro λυγμώδεις aut λυγγώδεις, vt legitur in Mochlico (pag. 857. G.) Etsi nonnulli λυώδεις scribunt, eas febres sic dictas existimantes, quòd vnà animum cum corpore dissoluant. λύγξ κενὴ inanis singultus vocatur Thucydidi lib. 2. in pestilentiæ descriptione, qui nihil vomitione refunderet, nullumque humorem rejiceret. λύγξ δὲ τοῖς πλείοσιν ἐνέπεσε κενή. & plurimis inanis singultus inciderat. Vbi Schol. ἔστι γὰρ καὶ λὺγξ πλήρης, ὡς καὶ Ἱπποκράτης διδάσκει, aphorismum 59. lib.6. nimirum subindicans. Aut certe inanis singultus intelligitur, qui ex inanitione fieret aut multa bilis per vomitionem reiectione; quæ & ore ventriculi demorso vehementem conuulsionem excitaret, præsertim cùm adscribatur σπασμὸν ἐνδιδοῦσα ἰσχυρόν.

Λύζειν verò est singultire, aut se volutare & sese iactare. Qua notione scribitur Hipp. lib 3. de Morb. (pag.490.25.) καὶ λύζει καὶ ἀναΐσσει θαμινά, & crebrò se volutat ac exilit. Agitur enim de angina suffocatis, qui nullum decubitum ferre possunt. Et rursus (pag. 491. 41.) καὶ πρήθεται καὶ λύζει, & inflatur ac sese iactat. Quibus in locis ἀλύει legisse videtur Cornar. aut λύει. Hesych. n. λύει ἀδημονεῖ significat. Et Aristoph. Schol. Acharn. scribit λύζειν cum ζ ὀλολύζειν, quod est vlulare, denotare: absque ζ, ἀλύειν & ἀδημονεῖν, anxium esse, animi angore aut anxietate affici & discruciari, quomodo sumpsisse videtur Cornar. Caluus verò μύζει etiam legisse videtur, & ad ventrem retulisse. λύζει etiam Hesych. λυθάζει, κυλινδεῖ exponit, hæc Hipp. loca nimirum subindicans.

Λύειν, soluere, liberare & absoluere propriè dicuntur Hipp. quæ omninò ægrum à morbo per iudicationem liberant. Sic λύσις est integra & perfecta morbi absolutio, quæ simpliciter κρίσις nominatur. etsi quæuis morbi solutio κρίσις interdum vocetur, vt scribit Gal. lib. 1. & 2. de diebus decr. At impropriè etiam soluere morbus alteri succedens dicitur, cùm translatis aliam in partem humoribus, priori morbo alius succedit, qui priorem tollat. Quæ notio Hipp. est familiaris admodum. Sic varices vel hæmorrhoides si suboriantur μανίης λύσις, aph.21. lib.6. & ἐκστάσεις μανίην tollit, aph.5. lib.7. Denique febris ipsa, (quod maximè mirum videri potest) sæpè præsidio est, vt loquitur Celsus. Nam & præcordiorum dolores, si sine inflammatione sunt, finit, aph. 40. lib. 6. aut vehementem iocinoris dolorem soluit, aph.52. lib.7. & neruorum distentionem rigoremque (si postea cœpit) ex toto tollit, aph.26. lib.2. & ex difficultate vrinæ morbum tenuioris intestini ortum, si vrinam per calorem mouet, leuat, aph.44. lib.6. Et lib.2. Epid. (pag.1046.B.) ἡ μανίη τοῦ μεγάλου νοσήματος ἐν ἤθει γινομένη λύσις. Insania morbum comitialem inuadendi consuetudine penè familiarem factum, soluit, quemadmodum eam lectionem illic restituimus. τὰ μανικὰ πυρετοὺς ὀξέας ταραχώδεας λύουσιν. Insania febres acutas cum mentis perturbatione soluit. In Coac. (pag.207.A.) τοὺς ἐν καύσῳ τρόμους παρακοπὴ λύει. Febrium ardentium tremores delirium soluit. In Coac. (pag.136.B.) & lib. περὶ κρισίων (pag.55. 36.42.) & aph.26. lib.6. Vbi scribit Galenus: ἐν ἀκριβέσι οὖν ὀνόμασι τὸ καύσου ὑπὸ τῆς παραφροσύνης λύεσθαι. ταῦτα γὰρ ὀνομάζειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ἐπιγινόμενά τισι, λύειν αὐτῶν τὴν κατασκευήν, ὅσα πλέως ἐκθεραπεύει τὸν ἄνθρωπον, οὐχ ὅσα γινόμενα πάθος ἕτερον, οὐδὲν ἧττον τοῦ προσθεν ἐπικίνδυνον. Impropriè igitur dixit febrem ardentem à delirio solui. Hæc enim quæ nonnullis succedunt, consueuit dicere Hippocrates soluere eorundem constitutionem, quæ perfectè hominem sanant, & minimè quæ alterum malum priore non minus periculosum gignunt.

λυόμενοι ἐξερύθρου χρώματος, prærubro colore liberati dicuntur, quibus color totius corporis flammeus & incendiosus concessit & subsedit, In Coac. (pag.222.B.) Et λελυμένος solutus, expeditus, agilis, Prorrh.2. (pag.86.C.) ὀξύτερος τ' ἂν εἴη καὶ λελυμένος μᾶλλον, acrior fuerit & magis expeditus, hoc est, agilior, & grauitate corporis solutus, quam adfert Veneris abstinentia, quæ pigros reddit, stupidos & immobiles, νωθροὺς καὶ δυσκινήτους, vt scribit Gal. lib.6. de loc. aff. (pag.315.3.) Sic λελυμένον στόμα, os solutum, expeditum, nec præpeditum, lib.7. Epid. (pag. 1210.H.) vt λελυμένη γλῶσσα καὶ κατεσφιγμένη dicitur Arist. cap. 11. lib. 1. Hist. animal. lingua absoluta & constricta, qualis est balbutientium. λελυμένως πυρεταίνοντες qui mediocriter febricitãt, & qui moderata aut mediocri febre tenentur, quã βληχρὸν vocat Gal. & ἔμπυρον opponit, in Prorrh. (pag.194.18.H.73.F.) vbi λελυμένως μετρίως exponit Gal. & Coac (pag. 194.B.)

Λύσαι etiam est soluere aut resoluere, quod de frictione dicitur Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag.697.20.H.746.G.) ἀραιῶσαι καὶ μαλακῶσαι exponit Gal. rarefacere, laxare & emollire. ἀνεῖναι τὴν σάρκα καὶ ἁπαλὴν ποιεῖν, quod est carnem laxare & mollem reddere, lib.2. salub. (pag 234.43.) & μαλάσσειν, λύειν, χαλᾶν, mollire, soluere, remittere, ibidem (pag.235.24.) In fracturarum curatione λῦσαι de vinculorum solutione dicitur, lib. de fract. (p. 537.51.H.756.F.) λῦσαι ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ χρόνου, dimidio tempore soluito. Sic λύσις νεύρων καὶ ὀστέων, neruorum & ossium solutio, hoc est, dissolutio, remissio & laxitas aut mollities, quæ causa est vna luxationum. In Mochlico (pag.866.F.) vbi ῥύσις vitiosè legitur. Solutionem autem pro dissolutione dico quemadmodum M. Tullius Tusc.3. scribit Chrysippum ipsam ægritudinem λύπην quasi λύσιν, id est solutionem totius hominis appellasse, & quomodo dixit Verg. soluuntur frigore membra. Eo etiam pertinet quòd in Exeg. Gal. ex Hipp. λύσιας explicat διαστάσεις καθ' ἃς ἀπολέλυνται ἀλλήλων τὰ ἄρθρα, hoc est interualla quibus articuli inuicem disiuncti sunt & soluti. Indeque λυσσιγυῖα est membrorum fractio & dissolutio lib. de Loc. in homine (pag.415.37.) in suppuratis. καὶ λυσσιγυῖα γίνεται, & membrorum dissolutio oritur. Et λυσισωματεῖν, quod est exoluto esse corpore, dissolutum esse & languidum, lib.5. Epid (p.1160.A.) & lib.7. (pag.1233.F.) Est etiam λύσις διάλυσις, dissolutio, quæ dicitur propriè cùm substantia quædam ex corporibus nostris effluit, & fit quidam effluxus, quo materia collecta dissoluitur, estque is solutionis modus communis non animantibus solùm, verùm quoque & anima carentibus. Qualiter in tumoribus præter naturam contingit, discussa per multum tempus ipsorum substantia, aph.6. sect.5. lib.6. Epid. λύσις quoque καταμηνίων significat Hipp. menstruam purgationem liberam & solutam, non præpeditam aut suppressam, lib. περὶ ἐπικυήσ. (pag.259.38.) τὰς γὰρ πλείστας τῶν γυναικῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν γαστρὶ λαμβάνειν μετὰ τὰ καταμήνια ἢν ἡ λύσις. Plerasque mulieres necesse est in ventre concipere post liberam menstruæ purgationis solutionem, h. e. vbi à menstruis exolutæ fuerint. Vbi quidam ἢν εἴη ἡ λύσις legunt, aut ἢν ᾖ ἡ λύσις. Rursusque (ibid. 48.) καὶ οὐχ οἷόν τε ἐν τοῖς ἐλάσσοσι τι μορίοις μᾶλλον γίνεσθαι, ὅτι τὴν λύσιν τῶν καταμηνίων, ὅτι τὴν σύλληψιν τῶν ἐμβρύων. Ac neque minori ferè spatio menstruæ purgationis solutio contingere, neque fœtus conceptio fieri potest. Quem sanè locum mihi subindicare videtur Erot. cùm apud Hipp. καταμηνίων λύσιν εἶναι τὴν ἐπίλευσιν, hoc est, accessum poni scribit. Quia & λύσιν τὴν πορείαν καὶ ἔφοδον Ionibus dici annotatur ex Corintho.

Λύθρον puluerem sudore & sanguine permixtum significat, aut puluerulentum sanguinem. Hesych. λύθρον exponitur ἰχὼρ αἵματος, & τὸ ἀπὸ φόνου, καὶ τὸ ἐξ αἵματος καὶ κόνεως μόλυσμα. Varinus λύθρον exponit μιασμὸν τὸν ἐξ αἵματος. Cui λύθρος etiam φόνος dicitur, ὁ ἐκ τοῦ αἵματος μολυσμὸς, σιαινόμενος δι' ἱδρῶτος καὶ πόνου. Et Homeri Schol. λύθρος est τὸ μετὰ κονιορτοῦ καὶ ἱδρῶτος αἷμα. λύθρα μητρῶα dicuntur Hipp. in Epist. (pag.1284.38.) vteri inquinamenta & repurgamenta aut locelli materni. ἐκ μητρῴων γὰρ λύθρων ἐξέδραμε πᾶς, ex maternis enim vteri inquinamentis talis prodiit.

Λύματα dicuntur purgamenta & sordes quæ abluendo deponuntur, tanquam λύματα, ἅπερ ἐν τῷ λύεσθαι ἀποβάλλονται, vt scribit Eustath. λύματα dicuntur Hesych. τὰ ῥυπάσματα τοῦ σώματος, sordes quæ detergentur è corpore, vt λυμαίνειν & λυμαίνεσθαι, καθαίρειν. λύματα sunt etiam ventris purgamenta Sudæ, & λύματα καθάρματα exponit apud Hipp. Erot. nimirum lib. περὶ ἀδένων subindicans (pag.272.30.) vbi fluxiones cerebri purgamenta esse scribuntur. ἔτι τε τοῦ ἐγκεφάλου λύματά εἰσιν ἀπιόντος, hæ fluxiones cerebri sordes & purgamenta, cùm discedant existunt. Inde λύμη, noxa, exitium, qua dictione crebrò vtitur Hipp. vt lib. de fract. (pag.530.21.H.752.B.) χωρὶς τῆς ἄλλης λύμης, præter aliud nocumentum. Et rursus ibidem (pag.546.29.H.759.G.) πρὸς

τῇ ἄλλῃ λύμῃ, præter aliam noxiam. Hinc etiam λυμαίν ἐς offendere, noxiam afferre & exitio esse, vt lib. de art. (pag. 594. 29. H. 790 B.) οἱ πολλὰ ἤδη ἐλυμαίνοντο, qui multum noxiæ attulerunt. Et rursus ibidem (pag. 637. 54. H. 825. A.) ὡς μὴ μάλιστα λυμαίνηται, vt ne plurimùm offendant. Et lib. de Morbo Sacro (pag. 307. 38.) ὅτι οὐχ ὁ θεὸς τὸ σῶμα λυμαίνεται quòd non Deus corpora affligit, aut noxia afficit. Quæ dictio etiam crebrò vsurpatur Hipp. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ.

Λυπρὰ λεπτὰ καὶ ξηρὰ χωρία exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc est, gracilia & arida loca, vt gracile & aridum solum dicit Plinius lib. 17. cap. 12. cui opponit agrum lætum. Sic λυπρὰ γῆ tellus minimè læta dicitur, & quæ segetes minimè lætas profert, λεπτὴν Hesychius exponit. Plutarchus in Symposio septem Sapientum. τί λέγεις ὦ Ναυκρατῖτα; βασιλεύων τοσούτων Ἄμασις ἀνθρώπων, καὶ κεκτημένος δὲ χώραν ἀρίστην τοσαύτην, ἐθελήσει ἐπὶ κώμας ἀδόξους καὶ λυπρὰς ἐκπιεῖν θάλασσαν. Quid narras Naucratita? tot hominibus imperans Amasis, tantumque ditionis optimæ cùm possideat, an velit obscurorum & sterilium pagorum gratia mare ebibere; Vbi etiam tenuium & vilium pagorum gratia, reddi potest, quemadmodum λυπρὴ εὔπλους exponitur Hesychio, σκοτεινή, ἀχρεῖα, vilis, obscura, & inutilis, aut minimè fertilis terra. Quòd verò attinet ad Hipp. locum, si quis coniecturæ locus est, non malè existimem Galenum λυπρὰ pro λεπτὰ legisse, lib. de aere loc. & aq. (p. 295. 9) vbi legitur, ὁκόσοι λεπτά τε καὶ ἄνυδρα καὶ ψιλά Qui verò gracilia aquis carentia & nuda loca tenent. Alioqui necdum mihi planè constat quonam melius loco poni videatur.

Λυώδεις παρακοπτικὸν exponit Gal. apud Hipp. quod mentem emouet, verùm λυσσώδεις multi apud Gal. legunt, quod est furibundum & ad insaniam adigens. λύσσα enim ἡ μανία dicitur παρὰ τὸ λύειν τὸν νοῦν, quòd mentem dissoluat. λυώδεες πυρετοὶ scribuntur Hip. in quibusdam exemplaribus extremo libro de art. (vt antea scripsimus) quòd vnà mentem cum corpore dissoluant huiusmodi febres. Quòd si quis hanc Galeni expositionem referat, haud dubiè λυώδεες & παρακοπτικοὶ legendum erit apud Gal. quòd lib. de art. adscribatur, γνώμης ἀπτόμενοι, hoc est, mentem tentantes.

§ Λωβέομαι apud Hipp. pro λωβάομαι aut λωβῶμαι Ionicè scribitur & significat probro aut dedecore afficior, turpiter illudor, ludificor, decipior, aut aberro, aut damno afficior & lædor. Lib. de art.) pag. 605. 51. 802. 2.) ἀτὰρ πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβέονται, cùm in multis aliis turpiter illuduntur & ludificantur, aut probro & dedecore afficiuntur, λωβεύειν ψεύδεσθαι, καταχλευάζειν exponit Hesych.

Λωτὸς ἰχθυήματα, vide ἰχθυήματα antea.

Λωφᾶν est laxamentum aut alleuationem ac cessationem & requiem facere, interspirare, interquiescere, sedare facere, translatione facta à iumentis, quæ depositis è collo oneribus ab opere quiescunt, laborum leuamentum & requiem capiunt, ἀπὸ τῶν βοῶν τῶν ἀναπαυομένων ἐν τῷ λόφῳ τοῦ αὐχένος τοῦ ζυγοῦ. Apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 559. 29.) καὶ μάλιστα ὅταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, καὶ ποιῇ λωφᾶν τὴν νόσον. ac præcipuè cùm dolor tenuerit, & morbi remissionem ac laxamentum facit, hoc est, morbum alleuat, morbique requiem facit, dixit Caluus. Significat etiam quiescere & cessare Hipp. vt lib. de rat. vict. in morb ac. (pag. 98. 23. H. 398. 50.) πάντα λωφᾷ, omnia cessant, sedantur aut quiescunt. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 643. 35.) ἢν δὲ μὴ λωφήσῃ ὁ ῥόος. quòd si non quiescat fluxus. Et lib. περὶ παθῶν (pag. 524. 9.) ὅταν δὲ λωφήσῃ ἡ ὀδύνη, vbi autem dolor quieuerit. Dicitur etiam λωφέω, vnde Hesych. λωφεῖν, ἠρεμεῖν, παύεσθαι exponit. Idem quoque λωφῆσαι, ἀπὸ τοῦ τραχήλου τὸ ἄχθος ἀποθέσθαι, esse scribit, & λῆξαι, ἡσυχάσαι exponit. Idem λωφήσει παύσει, & λωφήσῃ, παύσῃ, & λωφῆσαι, παῦσαι, ἀναπαῦσαι exponit.

OECONOM. HIPPOC.

TO M.

§ Μαγὶς dicitur Hipp. massa quædam & offa ex alliorum nucleis, caseo acri & polenta simul tritis & commixtis confecta, velut puls & massa quædam. μαγίδα exponit apud Hipp. Gal. in Exeg. τί, τι δὲ μάγμα καὶ φύραμα, καὶ τὴν χειροπληθῆ μαζίσκην. velut massam quandam vel farinam aqua subactam, & offam, aut molem quandam manum complentem. Hanc autem dictionem vsurpat Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 652. 14.) καὶ ποιέειν μαγίδα. ac massam aut pultem efformato. Rursus lib. περὶ ἀφόρων (pag. 685. 15.) καὶ ἔκμαγμα ἴσον μαγίδι, & croci recrementum massæ manualis magnitudine. Dioscor. etiam ea vtitur dictione cap. 129. lib. 1. ἀποτίθενται ἀναπλάσσοντες μαγίδας. in manuales massas aut offas reponunt. μαγὶς aliàs Polluci mactram significat ad panificium conficiendum lib. 6. & 7. cap. 10. & lib. 20. cap. 24.

Μαγνησίη λίθος, Magnesius lapis quo vtitur Hipp. ad purgandam pituitam lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag 543. 28.) ἢ τῆς μαγνησίης λίθου, aut Magnesium lapidem. Est autem Magnesius lapis Magnetis species teste Plinio libro 36. capite 16.

Μαδαρὸν depile, glabrum, vnde μαδαρότης glabrities. μαδαρὸς autem à verbo μαδᾶν, quod est nimio humore diffluere, madere, aut madidum esse, quod etiam μαδίζειν dicitur, vnde μάδησις, capillorum defluuium & glabrities. μαδᾶν verò ὑγραίνειν exponit Hesych. Vnde μαδαρὰ ἕλκεα dicuntur lib. περὶ χυμῶν (pag. 50. 36.) glabra vlcera, nimio humore diffluentia, putrida & fluida, & περιμάδαρα ἕλκεα, vlcera circumglabra, circumquaque fluida, aph. 4. lib. 6. & lib. 6. Epidem. de quibus postea. μαδαρὰ ὑφιστάμενα in vrina dicuntur lib. 7. Epidem. (pag. 1230. C.) læuia aut glabra quæ subsident & rara, hoc est, sedimenta quæ non cohærent inter se, sed sunt veluti dissipata & disiuncta. Impropria tamen est & insolens sedimentorum attributio.

Μάδησις etiam est capillorum defluuium, glabratio & depilatio, cùm pili è partibus decidunt. Lib. 3. Epid. in st. pest. (pag. 421. 40. H. 1083. D.) μαδήσιες τε ὅλης τῆς κεφαλῆς ἐγίνοντο καὶ τοῦ γενείου. totius capitis & menti glabrationes contingebant. Rursus lib. 2. Epidem. (pag. 1002. C.) μάδησις τριχῶν dicitur, capillorum defluuium At aph. 22. sect 6 lib 6. Epid. μάδησις simpliciter. Quibus in locis μαδήσις à μαδᾶν ferè legitur, vt μαδῶντα glabrum & depilem dicit Aristoph. in Pluto. Verùm μαδήσῃ meliora habent exemplaria, velut scribitur libro 2. περὶ γυναικ. (pag. 284. 49. 667. 2.) καὶ ἢν μαδήσῃ, si capilli defluant, decidant. Est autem μάδησις in plantis cùm propter nimiam humoris copiam cortex radicis defluit, vt in corpore humano, cùm pili decidunt à nimio & prauo humorum in partem defluxu.

Μάζα maza dicitur, neque latinum nomen habet, nisi quis offam ex Plinio exponat. Fiebat autem ex farina hordei tosti humore aliquo conspersa, plebeiusque ac vulgaris cibus erat, & cruda cum defruto aut melle mandebatur, vt scribit Aët. Athen. lib. 14. δημοτικήν τινα καὶ κοινὴν τροφὴν ἐκ τῶν ἀλφίτων, μάζαν vocat, popularem quendam & communem cibum ex polenta hordeacea. Plutarchus ἐκ τῶν κριθῶν simpliciter mazam dixit, quæ ex hordeo fieret. Constat autem viliorem fuisse pane cibum, quòd hic ex tritico, maza ex hordeo pararetur. Sic enim lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 9. 40.) panem ex tritico, mazam ex hordeo fieri scribit Hipp. atque idem ferè semper τὸν ἄρτον & μάζαν inter se opponit, vt in his quæ adiecta sunt lib. de nat. humana (pag. 19 55. H. 228. 38.) panem & mazam comedentes, & lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 30. 26. H. 337. 10.) Vere panem tollit, mazam, vt molliorem cibum concedit, & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 10. 33. & 11. 11.) panem & mazam in victus ratione, vt sicciorem & humidiorem cibum inter se coniungit. Erot. apud Hipp. μάζαν esse scribit φύραμα ἐξ ἀλφίτων γινόμενον, ποτὲ μὲν μετ' ὀξυμέλιτος, ποτὲ δὲ μετ' ὀξυκράτου, ἢ ὑδρομέλιτος, ἢ μεθ' ὕδατος. farinam hordei tosti humore aliquo subactam, siue oxymelite, siue posca, siue mulsa, aut aqua. Sic. lib. de Cap. vulner. (pag. 907. B.) farinam hordei tosti aceto subactam & incoctam adeò vt maximè glutinosa & tenax reddatur, μάζαν ἐκ λεπτῶν ἀλφίτων vocat Hipp. mazam ex tenuissima polenta diximus. Rursus (ibid. 98. B.) εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ ἐπιδεῖσαι, deinde cataplasmate ex maza imposito deligandum.

Μάζα ἄτριπτος dicitur Hipp. farina hordei tosti quæ nullo humore subacta est, aut minùs quàm oportet subacta, maza non multum subacta, aut nihil subacta. Cornar. apud Hipp. mazam vino dulci non emollitam aut subactam vertit. Sic Arist. Quæst. natur. sect. 21. quæst. 16. ἀτρίπτους ἄρτους vocat panes ex massa farinæ non subacta, aut minùs quàm deceat subacta. Huic verò μάζα τριπτὴ & ῥαντὴ opponitur, hoc est, intrita & conspersa, vt patet ex libro 2. περὶ διαίτης, quæ τριπτὴ ideò dicitur, quòd interatur, eique humida quædam substantia admisceatur, eaque actu humida, vt mel, lac, vinum, oleum, vel sicca, vt semina aliqua, vel aromata. Cuius commixtionis ratione

ratione ξηρὴ dicitur, vt altera μαλθακὴ καὶ ὑγρή. Quidam verò θρυπτὴν delicatam & suauiter conditam vocant, vt ἄθρυπτον vilem & plebeiam. At μάζα ἀτριπτος dicitur Hippocrati, quæ non est subacta, lib. 1. περὶ διαίτης (pag. 352. 43. & pag. 355. 27. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 548. 6.) & μάζα verò τετριμμένη ξηρὴ, lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 355. 45.) sicca & trita, aut subacta, quæ exiccat quidem & alimentum plurimum corpori exhibet. Est & μάζα προφυρητὴ aut προφυρηθεῖσα (ibidem 355. 27.) quæ aliquantò prius subacta est, cui τῇ εὐθέως φυρηθείσῃ, quæ statim vt subacta est exhibetur, opponit, quam siccandi etiam vim habere scribit Hipp. Rursus (ibid. 49.) ἡ προφυρηθεῖσα τετριμμένη dicitur, quæ priùs subacta trita est & emollita. Hæc nutrit minùs, magis autem per aluum succedit, & flatus inducit. Et lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 368. 11.) μάζα προφυρητὴ ἀτριπτοτέρη, maza longo prius tempore subacta, vino dulci non emollita neque vllo alio humore dicitur, cuius vsum æstate imperat. Rursusque ibidem (pag. 373. 52.) χρήσθω δὲ μάζῃ προφυρητῇ τετριμμένῃ, vtatur autem maza antea subacta & trita, hoc est, vino dulci, aut aqua emollita. Et ibidem (374. 26.) μάζῃ προφυρητῇ ῥαντῇ, maza prius subacta & conspersa, in his qui caliditate & siccitate laborant, vti consulit. Est & μάζα μαλθακὴ, maza mollis Hipp. in victu humido & molli, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 551. 32.) φαγέτω μάζαν μαλθακὴν, mazam mollem edat. Et rursus ibidem (pag. 560. 29.) σίτῳ δὲ καὶ μάζῃ χρήσθω μαλθακῇ ἀτρίπτῳ. In cibo autem maza vtatur molli non multum subacta. Et lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 337. 18.) τοῦ δὲ θέρεος τῇ τε μάζῃ μαλακῇ τρέφεσθαι, æstate autem tum maza molli nutriendum.

Μάζιον etiam parua maza dicitur Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 625. 1.) σικύου ἀγρίου τὸν ὀπὸν ὡς μάζιον ἐμπλάσσειν. Cucumeris agrestis succum ad instar paruæ mazæ efformatum. Pro quo lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 584. 13.) ἐς μάζαν ἐμπλάσσειν legitur, sed ἐμπλάσσειν forte leg. Μάζαν autem sæpe vsurpat Hipp. lib. περὶ διαίτης, & lib. 2. Epid. (pag. 1046. D.) & lib. 5. (pag. 1149. B.) & lib. 6. aph. 2. sect. 3. & lib. 7. (pag. 1227. B.) μάζαν exponit Hesych. ἄλφιτα πεφυραμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ, quomodo massam hordeaceam vertit Gaza apud Aristot.

Μακρόπνους exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. ἤτοι μακρὸν ἀναπνέων, ἢ διὰ μακροῦ, qui prolixè spirat, aut per longa interualla. Quam vocem vsurpat Hipp. lib. 2. Epid. (pag. 1025. C.) & aph. 9. sect. 2. lib. 6. Epid. & huic βραχύπνους opponitur. At idem Galen. lib. 3. περὶ δυσπν. (p. 195. 40.) ex iisdem locis μακρόπνους μακρόπνοιαν, hoc est, prolixam & longam spirationem, & quæ fit per magna interualla, videlicet raram & magnam exponit, his verbis: ὁπότ' εἴπῃ τὸν ἄνθρωπον μακρόπνουν, εἴτε τὴν δύσπνοιαν αὐτὴν οὕτως ὠνόμασεν, ὅτι τὸ διὰ μακροῦ χρόνου γινόμενον, τουτέστι τὸ ἀραιὸν πνεῦμα, καὶ προσέτι τὸ μέγα δηλοῦται διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης, ἐν τῷ δευτέρῳ δέδεικται λόγῳ. Hoc loco aut hominem ipsum longa spiratione vtentem, aut ipsam difficilem spirationem sic appellauit. Quòd verò hac appellatione spiritus per longa interualla factus, hoc est, rarus ac præterea magnus indicetur, secundo libro demonstratum est.

Μακροτέρως νοσήσαντες, diutiùs morbum trahentes ægri, & qui longo tempore ægrotant. In Coac. (pag. 127. A.)

Μάλα, πάνυ significat, ferè, admodum, vt οὐ μάλα, οὐ πάνυ, non admodum, hoc est, rarò, σπανίως exponit Gal. Com. ad aphorism. 65. libro 5. & Com. in sent. 10. sect. 1. lib. 6. Epidem.

Μαλακὸν molle ἀντὶ τοῦ ὑγροῦ pro humido sumitur, vt lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 30. 41. & 43. H. 337. 18. 21.) μάζῃ μαλακῇ, & σῶμα μαλακὸν καὶ ψυχρὸν, maza mollis, & corpus molle & frigidum, cui æstatis temperamentum ξηρὸν καὶ θερμὸν opponit.

Μαλακευνεῖν apud Hipp. est molliter recumbere & dormire, vt lib. περὶ ἐνυπνίων (pag. 379. 27.) μαλακευνείτω, molliter recumbat. Pro quo etiam ibidem (pag. 377. 35.) scribitur, ὕπνοισι μαλακοῖσι εὑδέτω, quædam etiam exemplaria μαλακευνείτω, & μαλακευνεέτω legunt. Vt lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 373. 38.) καὶ μαλακευνεέτω pro μαλακευνείτω legitur, hoc est molliter cubet, quod μαλακῶς εὐνάζεσθαι dicitur ibidem (p. 375. 30.) μαλακευνείτω etiam aut μαλακευνεύσθω legi potest, vt sit μαλακευνεῖν idem quod μαλακύνειν aut μαλακίζειν, & μαλακευνεύεσθαι idem quod μαλακύνεσθαι.

Μαλάσσεσθαι etiam Hipp. emolliri & remitti significat, & dicitur de febre aut doloribus qui remittunt & sedantur. Sic ægr. 6. lib. 3. Epid. post. st. pest. πυρετὸς ἐμαλάχθη pro febre remissa ponitur, cui πυρετὸς ἐπέτεινε, hoc est, febris intendebatur, ibidem opponitur, & ægr. 5. antea. Et Coac. (pag. 178. E.) τὰ ἀλγήματα μαλάσσεσθαι, dolores emolliri pro remitti, dicuntur, vt & μαλθακοὶ πόνοι (ibid. G.) dolores molles ac remissi, & μαλθακαὶ ὀδύναι καὶ ὀξεῖαι inter se opponuntur libro 3. περὶ νούσων (pag. 493. 44. 49.) Μαλάκια verò apud Hippocratem Gal. in Exeg. vocari scribit, ὅσα τῶν ἐνύδρων ἄκανθαν οὐκ ἔχει, καθάπερ ὁ πολύπους καὶ τευθὶς καὶ σηπία καὶ ἀκαλήφη. Ταῦτα δὲ καὶ ἄναιμα καὶ ἀσπλαγχνά ἐστι hoc est, in aquatilium genere quæ spinam non habent, velut polypus, lolligo, sepia & vrtica. Hæc autem neque sanguinem neque viscera habent. Idem quoque lib. 3. de aliment. fac. (pag. 348. 52.) μαλάκια καλεῖται τὰ μήτε λεπίδας ἔχοντα, μήτε τραχὺ καὶ ὀστρακῶδες τὸ δέρμα, μαλακὸν δ' οὕτως ὡς ἄνθρωποι. ἔστι δὲ ταῦτα πολύποδες καὶ σηπία καὶ τευθίδες, ὅσα τ' ἄλλα τούτοις ἔοικεν. Mollia vocantur quæ neque squammas, neque asperam aut testaceam cutim habent, verùm mollem, velut homines. Huius autem sunt generis polypi, sepiæ, lolligines, & alia quæ sunt similia. Est & apud Arist. lib. 1. hist. animal cap. 6. τῶν μαλακίων γένος οἷον τευθίδες, καὶ πόδες, καὶ σηπίαι. Mollia Plinius vocat lib. 9. cap. 28. eaque sanguine carere scribit, qualia sunt lolligo, sepia, polypus & cætera id genus. Apud Sudam μαλάχια esse dicuntur, ὅσα τῶν ἰχθύων ὀστᾶ οὐκ ἔχει, οἷον σηπία, πολύπους. ταῦτα δὲ καὶ ἄναιμά ἐστι, καὶ ἄσπλαγχνα. Vt μαλάχια apud Gal. legisse videatur Sudas, qui & μαλάχεια dici etiam testatur. Quin & Hesychio μαλάχος ἰχθύος ποιὸς exponitur. Quòd verò spectat ad Hipp. locum ex quo μαλακίοισι profert in Exeg. Gal. is certe (cùm coniectura hac in re nitendum sit) procul omni dubio mihi esse videtur qui scribitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 564. 3.) καὶ σιτίοισι μαλθακοῖσι, καὶ τοῖσι πολύποσι, καὶ τοῖσι ἄλλοισι μαλθακοῖσιν. (Sic enim publicè legitur.) Verùm pro ἄλλοισι μαλθακοῖσιν, μαλακίοισιν mihi legisse videtur Gal. vt cibos molles, polypos, aliosque pisces ex mollium genere, in vteri hydrope consulat Hipp. Sic rursus lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 611. 38.) eadem in re vitiosè legitur, καὶ πολυποσίῃ, καὶ τοῖσι ἄλλοισι μαλθακοῖσι. Vbi tamen, καὶ πολύποσι, καὶ τοῖσι ἄλλοισι μαλακίοισιν, ex superiore loco legendum censeo.

Μαλθακὸν idem quod μαλακὸν & molle & lene significat, vt lib. 3. Epidem. st. pest. (pag. 419. 15. H. 1082. A.) χειμὼν μαλθακὸς, hyems lenis, non aspera dicitur. Vbi Gal. κατάστασιν μαλθακὴν ἄπνουν καὶ θερμὴν vocat, & μαλθακὸν νότον, ὃς ἀναίσθητον ἔχει τὴν κίνησιν ἐν τῷ περιέχοντι καὶ κατὰ τὰ νέφη. hoc est, mollem Austrum, qui insensilem in aere & nubibus habet motum. Sic μάλθαξις τοῦ πλεύμονος pulmonis lenitio & emollitio dicitur, cùm pulmo humectatur & sputum educitur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 76. 15. H. 393. 6.) πτύελα μὲν οὖν ἀνάγειν καὶ πνεύμονος μάλθαξιν τὸ ὑδαρέστερον μελίκρητον ποιέει μᾶλλον. Aquosa igitur mulsa sputum magis educit & pulmonem emollit. Rursusque de eadem (pag. 75. 4. H. 392. 54.) πνεύμονός τε γὰρ μαλθακτικόν ἐστι καὶ πτύελα ἀνάγον μετρίως. Pulmonem enim emollit, & sputum mediocriter educit. Resiccato namque pulmone sputum retinetur, & humectatione leni ad eductionem indiget. Ideoque in ptissanæ laudatione, τὸ γλίσχρασμα λεῖον, μέτριον reponit Hipp. Idem quoque ὀξύμελι πνεύμονος μαλθακτικὸν esse scribit ibidem (p. 79. 15. H. 393. 49.)

Μαλθακὸς ἐλλέβορος, veratrum molle aut lene dicitur, lib. de fract. (pag. 572. 1. H. 775. E.) ad potionis qualitatem aut quantitatem relatione facta, vt aut exigua sit potio, aut lenis & imbecilla. Quod tamen in ambiguo esse ibidem scribit Gal. Sic τὰ πόματα μαλακὰ potiones molles & lenes dicuntur lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 368. 12.) & ibid. 46. & rursus (pag. 375. 19.) πόματα μαλακώτερα καὶ ὑδαρέστερα simul iunguntur. Neque admodum dissimili notione μαλθακὸς οἶνος dicitur Hipp. vinum molle ac lene, quod est debile, ac generoso & potenti aut vinoso opponitur, viniqúe solam speciem habet, quale ἀπαλὸν vocat Erot. & τῷ οἰνώδει opponit. Ideoque vinum album molle dicit Hip. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 539. 22.) οἶνον δὲ λευκὸν πινέτω μαλθακὸν, vinum autem album molle bibat. Et rursus (ibid. 28.) vinum Mendesium album μαλθακὸν scribitur. Et lib. 7. Epid. (pag. 1228. G.) σὺν οἴνῳ μαλθακῷ, cum vino molli. Rursusque lib. 1. περὶ διαίτης (pag. 352. 46.) vinum album molle, aquę proximum vocat, quod est debile & minimè generosum. Rursusque lib. 2. (pag. 365. 30. 31.) potui aquoso οἶνον μαλακὸν coniungit. Et lib. 3. (pag. 374. 35.) οἶνον μαλακὸν ὑδαρῆ vocat. Et lib. 2. de Morb. (pag. 474. 47.) οἶνος μαλθακώτατος, vinum mollissimum quod in pleuritide conceditur. Alioqui vinum molle dicitur quod austero, aspero, insuaui & duro opponitur, qualia mollissima vina dicuntur Maroni, Georg. libro 1. mitia & lenia & potui tempestiua ac delicatissima. Contra verò de vino dixit Terentius, hoc durum est pater. Eodemque modo σκληρὸν & μαλθακὸν οἶνον inter se opponunt Græci vt Theoph. & Athen.

Μαλθακὸν πῦρ lentus ignis, lenis & mollis, quo vtimur ne medicamentum torrefiat aut vratur, lib. περὶ ἑλκῶν (pag. 876. C.) ἔπειτα ἑψεῖν μαλθακῷ πυρὶ, deinde igne molli coquito. Rursus lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 620. 18) ταῦτα τήξας σὺν μύρῳ ῥοδίνῳ ἐπὶ πυρὸς μαλθακοῦ. hæc cum vnguento rosaceo ad lentum ignem liquefacito. Rursusque lib. περὶ ἀφόρων (pag. 686. 17.) ταῦτα συμμίξας καὶ ἐπιβαλὼν ἐπὶ μαλθακὸν πῦρ his permistis & in lentum

ignem coniectis. Gal. etiam lib.7. κτ̓ τόπους (pag. 259. 22.) in decima arteriaca Androm. primas accensas quibus medicamentum decoqui imperat, πῦρ μαλακὸν ἄκαπνον, mollem ignem minimè fumantem vocat.

Μαλθάκα, μαλακτικὰ ἢ κηρώδη, quæ emolliunt, aut cerea sunt exponit apud Hipp. Gal. in Exeg. μάλθη γὰρ ὁ κηρὸς, καὶ μάλιστα ὁ μαλαγμένος. μάλθη enim cera dicitur præsertim emollita. Hesych. verò μάλθη exponitur μεμαλαγμένος κηρὸς, cera emollita, & μαλακία καὶ τρυφερά. Vnde Malthinus Horatianus, mollis & effœminatus, qui & μάλθων Græcis dicitur. Malthas veteres molles appellari voluerunt à Græco, quasi μαλθακοὺς aut μαλακοὺς, vt scribit Nonius ex Lucilio proferens, Insanum vocat quem maltham ac fœminam dici videt. At μάλθη Polluci inter iudiciaria vasa reponitur, & ceram significat qua tabellæ iudicum illinebantur. Eidem etiam lib.10. μάλθη ἢ μάλθα pro cera sumitur, qua tabellæ scriptoriæ inducuntur. Maltha apud Festum Græcis est pix cum cera mixta. Apud Latinos autem maltha dicitur permixtio picis liquida, cum vnguine aut axungia, siue calce, ad strigmenti crassitiem, qua cisternarum, piscinarum, vel puteorum rimas aut lacunas cementant. Vnde malthare pro maltha inducere, & malthari quod maltha inducitur dixit Plinius lib. 36. cap. 24. qui etiam malthæ genus quoddam describit. Malthæ autem compositionem habes apud Palladium rei rust. lib.1. cap.17. Quòd verò attinet ad Exeg. lectionem, existimo Gal. μαλθάκα legisse apud Hipp. Vbi μαλθακώδεα habent publicata exemplaria, vt lib. de vlceribus (p.880. C.) Illic enim emollientia & μαλακτικὰ quædam describuntur ex cera, resina, pinguedine, oleo & cæteris id genus.

Μάλιστα, maximè, ferè, propè, circiter, propemodum significat Hippocrati, vt quantitatem rei proximam quæ numero explicatur indicet, idemque quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ significet, aut coniecturam rei de qua fit sermo proximè ostendat, vt scribit Gal. Com.2. in lib. de art. (pag.603.21.H.799.A.) ἔστι οὖν καὶ θνήσκουσι δεκαταῖοι μάλιστα. Moriuntur igitur etiam hi quoque ferè decimo die, aut circiter decimum diem, ita vt etiam si nono aut vndecimo die mors contingat, nihilominus tamen vera sit oratio. Hanc autem huius vocis μάλιστα significationem veteribus vsitatam adductis ex Thucyd. exemplis illic probat Gal.

Μανδραγόρου ῥίζαν scribit Erot. Hipp. dici ἀντὶ τοῦ σπερμάτων τῆς μανδραγόρας. μανδραγόρου autem ῥίζαν vsurpat Hipp. lib. de Loc. in homine (pag.420.19.21.) & lib. περὶ σύριγγων (pag.890.C.) Lib. quoque 1. περὶ γυναικ. (pag.621.11.) mandragoræ radice & succo in pesso subdititio vtitur.

Μανία, insania, furor dicitur, & est vehemens desipientia ac mentis alienatio absque febre, quæ fit ab humore bilioso exusto & acri, etsi aph.40. lib 5. ex sanguinis copia in mammis collecta fieri scribitur, qui toto corpore feruidus & acris fertur. Gal. Com.2. in lib.1. Epid. (pag.368.23.) scribit Hipp. μανίας vocare τὰς ἄνευ πυρετοῦ παραφροσύνας, deliria citra febrem, quæ senibus contingebant ex imbecillitate & extinctione caloris natiui collectam in capite copiam per vomitus aut hæmorrhagiam excernere nequeuntis. Idem Com.3. in lib. 3. Epid. (pag.425. 55.) ἐν τούτῳ γὰρ μόνῳ διηνεκῶς ὑπάρχοντι μετὰ πυρετοῦ τὴν φρενῖτιν νοοῦμεν ὑπὸ διαφέρουσαν ἄλλως τῆς μανίας πλὴν τοῦ πυρετοῦ· φρενῶν μὲν γὰρ ἄμφω βλάβαι, τὸ δὲ χωρὶς πυρετοῦ τῶν μαινομένων ἴδιον, ὥσπερ τὸ σὺν πυρετῷ τῶν φρενιτικῶν. Hoc enim solo quòd continenter cum febre insit phrenitidem cognoscimus, quòd nulla re alia à mania distet quàm febre. Mentis siquidem vtraque noxa est. Verùm mania laborantium proprium est febre liberum esse, velut phreniticorum cum febre esse. Rursus Com.1. in Prorrh. (pag. 167. 40.) μαίνεσθαι μὲν γὰρ ὀνομάζουσι πάντες ἄνθρωποι τοὺς ἄνευ πυρετοῦ παραφρονοῦντας, φρενιτίζειν δὲ τοὺς σὺν πυρετῷ. μαίνεσθαι siquidem, hoc est, insanire omnes homines eos dicunt, qui citra febrem desipiunt, φρενιτίζειν verò qui cum febre id patiuntur. Sic μανικὸν in Progn. (pag.127.41.H.37.52.) de stridore dentium non consueto, pro vehementi mentis alienatione sumitur. Vbi scribit Gal. μανικὸν μὲν ἂν εἰ καὶ παρακοπτικὸν ἰσχυρῶς εἰρήκει. μανικὸν quidem, quasi vehementem quandam mentis alienationem dixerit. Ac rursus ibidem (p.131.6.H.38.37.) vbi scribitur, μανίαν τούτους ἐλπὶς, quod est, insania expectanda est, id de vehementi mentis alienatione accipiendum monet Gal. his verbis: ἐνταῦθα οὐχ ἁπλῶς ἔφη παραφρονήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ μανήσεσθαι, σφοδράν τινα παραφροσύνην, ἐπὶ τῶν εἰρημένων σημείων γενήσεσθαι δηλῶν. Hoc loco non simpliciter dicit hominem deliraturum, sed insaniturum, vehementem quandam mentis abalienationem ex prædictis indiciis expectandam esse indicans. Idem quoque Com. in Prorrh. (pag.176.39.H. 68. F.) τὸ μανικῶς ἢ μανιωδῶς παρεγκείμενον ταυτὶν βούλεται σημαίνειν τὸ σφοδρῶς, quod est, cum insania delirare, idem esse vult quod vehementer. τὰ μανικὰ verò Hipp. plerunque μανίας indicant, vt aphorism. 20. & 21. lib. 3. & Prorrhet. (pag. 176.28. H. 68. F.) & lib. 1. Epidem. (pagina 368.14. H 949. A.) insaniam vertit Celsus ex aphorism. 20. lib. 3. cap. 1. lib. 1. τὰ μανικὰ πάθη exponit Galenus Com. ad aph. 22. lib. 3. vt τὰ μελαγχολικὰ melancholias eadem locutione. Μανία etiam interdum Hippocrati eam quæ propriè melancholia dicitur, significat, non eam insaniam quæ ex bile fit & furor vocatur. Qua notione accipitur aph.21. lib. 6. vt exponit Gal. in Com. & aph. 56. lib. eiusdem.

Μάννα, manna dicitur, puluis est qui concusso thure colligitur, aut qui thuris concussu eliditur. Micas thuris concussu elisas diximus apud Hipp. libro 2. Epidem. (pag.1014.G.) & lib. de art. (pag.607.9.H.801.31.) ex Plinio lib. 12. cap. 14. ὑπόσεισμα τοῦ λιβανωτοῦ dicitur Gal. in Methodo medendi. & Com 2. in libro de art. cuius inopia thure ipso vtitur. Eidem quoque libro 4. κτ̓ τόπ. (pag. 207. 10.) esse scribitur τὸ ὑπόσεισμα τὸ ὑποτεθραυσμένον κτ̓ τὰ μεγάλα φορτία λιβάνου, id quod excussum est à thure confracto circa magna onera. Cùm enim thus vehitur aut agitur, multa ex eo fragmenta decidant necesse est. Ideoque ab ipso thure differt, quòd paruam quandam adstringendi vim habeat, & quòd cum eo corticis thuris quædam etiam fragmenta appareant. Mannam ex Hipp. thuris fuliginem vertisse videtur Celsus capite 5. libro 8. Μαννῶδες est medicamentum ex thuris polline aut thuris granis & micis concussu elisis apud Hipp. libro 7. Epidem. (pag.360. 11.1223.B.) ad oris tubercula. πρὸς τὸ στόμα μαννῶδες ξὺν τοῖσιν ἄλλοισι μεμιγμένοισι ξυνήνεγκεν. ad os medicamentum ex thuris polline cæteris quibusdam ammixtis contulit. Medicamentum est adstringens, siccans, concoquens & digerens.

Μάννα etiam est quædam Arabica grani species, quæ mellitus quidam succus ab aëre concretus dicitur, & δροσόμελι aut ἀερόμελι nomine censetur Galeno libro 3. de fac. alim. Mel aerium aut roscidum quidam vocant, & ab Hipp. κέδρινον μέλι, mel cedrinum dici existimant, quòd plurimum cedris insideat. Nam & magna copia colligi in Libano monte concussis arboribus scribit Gal. vbi & crebras esse cedros satis notum est. Celsus mel Syriacum appellat, quòd in Syria maximè proueniat, cuius regionis mons est Libanus.

Μάντις vates, ariolus. sed μάντεις dicuntur Hipp. peculiariter augures & auspices quique ex auium volatu auguria captant, & vaticinantur, libr. de rat. vict. in morb. ac. (p.40.27.H.384.50.) & μαντικὴ vaticinatio quæ per auguria fiebat. καὶ σχεδὸν κατά γε τοῦτο, τὴν τέχνην φαίην ὁμοιοῦσθαι τῇ μαντικῇ. ἔτι καὶ οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν εἶναι νομίζουσιν, εἰ δὲ δεξιὸς κακόν. atque in eo ferè ars ipsa vaticinationi quæ per auguria fiebat similis esse videatur. Nam & augures alitem eundem, si quidem sinister fuerit, bonum esse censent, si verò dexter, malum. Rursus ibidem, ἀλλ' ἔνιοι τῶν μαντίων τὰ ὑπεναντία τουτέων. verùm augurum nonnulli his contraria sentiunt. Vbi scribit Gal. τοὺς δὲ διὰ τῶν ὀρνίθων πλείστως μαντευομένους, τοὺς οἰωνιστὰς τε καὶ οἰωνοσκόπους ὀνομάζουσι, τούτους νῦν μάντεις ἐκάλεσεν ὁ Ἱπποκράτης. καὶ τοι τὸ τοῦ μάντεως ὄνομα καὶ ἡ μαντικὴ κτ̓ πασῶν τῶν ἔτω προλεγουσῶν τεχνῶν ἐπιφέρεται. μάντεις μὲν γὰρ καλοῦνται οἵ τε ἱεροσκόποι, καὶ οἱ οἰωνισταὶ, καὶ οἱ θυτοκλεῖς καὶ προσαγορευόμενοι, καὶ οἱ διὰ συμβόλων, καὶ οἱ διὰ ἱερείων προλέγοντες τὰ ἐσόμενα. πρὸς τούτοις γε χρησμολόγοι καὶ θεομάντεις. ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς ὀνειροπόλους ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κληθέντας, ἐν τοῖς μάντεσι καταλέγουσιν. ἀλλ' ὅγε Ἱπποκράτης δῆλος, ἐπὶ τοὺς οἰωνιστὰς μόνους ὀνομάζων μάντεις ὡσαύτως τῷ ποιητῇ. καὶ γὰρ κἀκεῖνος ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς ποιήσεως ἐνδεικνύμενος τὴν οἰωνιστικὴν τέχνην προγνωστικὴν εἶναι τῶν γενησομένων, ὁμοίως ἐν ἀρχῇ τῆς Α ῥαψῳδίας φησί. ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. ἱερέα μὲν λέγων τὸν ἱεροσκόπον, ὀνειροπόλον δὲ τὸν περὶ τοὺς ὀνείρους ἔχοντα, μάντιν δὲ δηλονότι τὸν οἰωνιστήν. οὐ γὰρ δὴ παρέλιπεν αὐτὴν εἰς τὰ μέγιστα πολλαχόθι τῆς ποιήσεως, καὶ τῇ περὶ τοὺς οἰωνοὺς τέχνῃ χρώμενος. Eos verò qui ex auium volatu vaticinia captant, οἰωνιστὰς & οἰωνοσκόπους vocant, hos nunc μάντεις vocauit Hippocrates: quamuis ipsum μάντεως nomen & μαντικὴ de omnibus sic prædicentibus artibus proferatur. μάντεις namque vocantur & ἱεροσκόποι & οἰωνισταὶ, & qui appellantur θυτοκλεῖς ακαὶ, & qui per signa, & qui per victimas futura præsentiunt. Adhæc χρησμολόγοι & θεομάντεις, hoc est, fatidici & diuini. Nonnulli verò etiam ὀνειροπόλους, hoc est, somniorum coniectores à poëta appellatos, inter μάντεις recensent. Verùm constat Hippocratem solos οἰωνιστὰς, hoc est augures, μάντεις appellasse, non secus ac poëta, qui in plærisque sui poëmatis partibus οἰωνιστικὴν τέχνην, hoc est auguralem disciplinam futurorum prænotionem esse ostendit, velut initio libri primi Il. inquit. Sed vatem aliquem consulamus, vel sacerdotem, vel etiam somniorum interpretem (etenim somnium quoque à Deo est) ἱερῆα quidem dicens τὸν ἱεροσκόπον, hoc est aruspicem, ὀνειροπόλον verò eum qui circa somnia versatur, μάντιν autem, τὸν οἰωνιστὴν scilicet, hoc est augurem. Neque enim ipsum prætermisit, multis

multis in locis sui poëmatis ad res maximas diuinandi etiam per alites arte vsus.

Μαρασμὸς, marcor aut tabes, est corruptio viuentis corporis quæ fit ob ſiccitatem. Sic enim definitur Gal. initio libri de Marcore. Huius plures ſunt ſpecies in his quæ ſecundum naturam ſunt, & in ætatibus ſenectus. In affectibus verò præter naturam, febris marcida aut μαρασμώδης, affectio ſenectuti ſimilis, quam ſenium ex morbo vocat Philippus. Est etiam μαρασμὸς πυρώδης amburens, & συγκοπώδης, qui animi deliquium infert. Cumque corporis conſumptio aut corruptio vna ſit planè abſoluta & conſummata, altera verò adhuc fieri intelligatur: hinc duplex marcoris differentia exiſtit, vnius quidem planè perfecti & conſummati atque immedicabilis, qui ἀπὸ τοῦ μεμαράνθαι dictus eſt, alterius verò nondum abſoluti, ſed ad maiorem conſumptionem tendentis, qui ἀπὸ τοῦ μαραίνεσθαι dicitur. Eſt & μαρασμὸς calidus & ſiccus, qui hecticam μαρασμώδη ſignificat, quomodo μαρασμὸς latiùs ſumitur, vt libro de Marcore & cap. 11. lib. 1. de diff. feb. apud Gal. Aliôqui μαρασμὸς pro eo affectu ſumitur qui ex ſiccitatis exceſſu prouenit, & ab hectica maraſmode differt, eique affectui affinis eſt quem Philippus ſenium ex morbo vocabat, & mœrore vacua mors eſt, vt ſcribit Galen. cap. 10. lib. de diff. feb.

Μαράσσει, ψοφεῖ, hoc eſt perſtrepit, ſonitum edit, apud Hip. exponit Erot.

Μαρίλη eſt puluis carbonum Polluci, ὁ χοῦς τῶν ἀνθράκων, lib. 7. cap. 24. Ariſtoph. verò Scholiaſtæ ἡ ἀνθράκων τέφρα καὶ σποδιά. Sudæ ὁ χοῦς καὶ τὸ λεπτότατον τῶν ἀνθράκων, puluis carbonum & prunarum accenſarum, minutæ reliquiæ quæ in cinere reperiuntur, aut velut abditi ſub cineribus igniculi & fomites, aut fauillæ. Sudas namque ἐμπυρόν πῦρ exponit, Heſych. τὸ ἀπόψημα τῶν ἀνθράκων, carbonum ramentum. Gal. in Exeg. μαρίλη exponitur apud Hipp. ἣν οἱ πολλοὶ θερμοσποδιὰν ὀνομάζουσι, quæ multis θερμοσποδιὰ vocatur, hoc eſt calidis cineribus ſuppoſita fauilla. Erot. etiam μαρίλη θερμοσποδιὰ dicitur, addito Ariſtoph. in Acharn. & Hipponactis teſtimonio. Cui quoque μαριλευταὶ ἢ φρυγανισταὶ καὶ μικροὶ ἄνθρακες quibuſdam vocari ſcribuntur, hoc eſt, ex arida & ſurculoſa materia ſuccenſi carbones, & minutæ prunæ. Quod etiam ex Corintho annotatur, qui quoque τὴν σποδιὰν μαρίλην Ionas dicere adſcribit. Eam autem dictionem vſurpat Hipp lib. 2. περὶ γυναικ. (pag 648. 55.) τὴν δὲ σποδιὴν καὶ τὴν μαρίλην ἐν τῷ βόθρῳ καταλιπεῖν. cinerem ac fauillam in foſſa aut ſcrobe relinquito. Vbi apertiſſimum diſcrimen inter craſſiores prunas, τοὺς ἁδροτέρους ἄνθρακας, τὴν σποδιὴν, & μαρίλην, ponere videtur, vt μαρίλη medium quiddam obtineat, & fauillas cineri ſuppoſitas ſignificet. verùm apud Hipp. μαρίλυ pro μαρίλην vitioſè legitur, quemadmodum & apud Erot. vitium ſubeſſe ſuſpicor, & μαρίλην pro μαριλευταὶ legendum, vt & apud Gal vt Hipp. loco reſpondeat.

Μαρμαρυγαὶ ſunt ſplendores oculis obuerſantes, incerti & diſcurrentes lucis ſplendores aut ſcintillæ, ſplendores vibrantes aut fulgores ante oculos coruſcantes. μαρμαρυγαὶ exponuntur Erot. apud Hip λαμπηδόνες πυκναὶ καὶ οἷον ἀστραπαὶ πυκναὶ, αἰφνίδιαι, πυρώδεις. crebri ſplendores, velut fulgores crebri, repentini, igniti & coruſcantes. Dicuntur ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν, quid vibrante ſplendore relucere indicat. μαρμαρυγὰς vertit Cæl. Aurel. quædam præ oculis quaſi proſplendentia macularum marmoris ſimilia, quæ Græci amarygmata ſiue marmarygas vocant, cap. 4. lib. 1. Tard. paſſ. Et cap. 2. lib. eiuſdem, ante oculos obuerſantes quoſdam marmorum maculis ſimiles iactus. Ita vt marmarinas aut marmarigas pro marmarygas multi apud Aurel. legant, à μάρμαρος aut μαρμάρεος. Verùm eum ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν aut μαρμαρύσσειν, & ἀμαρύσσειν (quod eſt micante & vibrante fulgore ſplendeſcere) deducere manifeſtum eſt. Hanc autem dictionem vſurpat Hipp. in Progn. (p. 162. 46. H. 46. 18.) ἢ μαρμαρυγαὶ προφαίνονται, aut ſplendores ante oculos obuerſantur. Rurſus lib. 7. Epid. (p. 1222. D.) μαρμαρυγαὶ ὁρῶντο περὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ſplendores ante oculos obuerſabantur. Et iterum (ibi. F.) καὶ τῶν ὀφθαλμῶν μαρμαρυγαὶ παρακολουθεῖν. & oculis obuerſantes ſplendores comitari. Rurſus in Epiſt. (p. 1277. 51.) διέλαμπον δ᾽ αὐτοῖς οἱ τῶν ὀμμάτων κύκλοι καθαρόν τι φῶς, οἷον ἀστέρων μαρμαρυγαὶ δοκέειν. Huius autem oculi puro lumine relucebant, vt ſtellarum micantes fulgores putares. Hinc μαρμαρυγώδεα ὄμματα dicuntur oculi fulgidos è ſe radios ſplendoris vibrantes, aut vibranti ſplendore coruſcantes & micantes, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 65. 39. H. 390. 54.) ἢ μαρμαρυγώδεα φαίνεσθαι τὰ ὄμματα, aut ipſi ſplendores ante oculos obuerſantur, aut oculi ipſis vibranti ſplendore coruſcant. Quæ ſunt ſurſum repentis humoris certiſſima indicia. Sic enim illic ſcribit Gal. τὰ δ᾽ ὄμματα μαρμαρυγώδη γίγνεται, διά τι τὴν ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἀναθυμίασιν, ἢ διὰ πλῆθος αἵματος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφερομένου. τούτων δὲ τὸ μὲν πρότερον ἐν ἀκαίροις ἐνίοτε γίγνεται προσφοραῖς τῆς τροφῆς· τὸ δὲ δεύτερον, ὃ δι᾽ αἱμορραγίας κρίνεται, ἢ παραφροσύνην ἐσομένην. μαρμαρυγώδη ὄμματα, h. e. vibranti ſplendore coruſcantes oculi fiunt, propter eam quæ à ventriculo fertur exhalationem, aut propter ſanguinis ad caput ſublati copiam. Quorum prius quidem interdum ob importunè oblatos cibos contingit: poſtremum verò propter eam quæ iudicatoriè impendeat ſanguinis è naribus eruptionem, vel imminentem deſipientiam. Sic rurſus lib. de loc. in homine (pag. 414. 7.) μαρμαρυγώδεις ὀφθαλμοὶ dicitur qui ex fluxione illabente ſplendores obuerſantes habet, & qui vibrante quodammodo fulgore micat. Et Prorrh. 2. (pag. 111. A.) in hæmorrhagiæ futuræ ſignis, μαρμαρυγώδεές τι περὶ τῶν ὀφθαλμῶν φαινόμενον annumeratur, obiectum quiddam oculis ſplendicans, quædam ante oculos tanquam imagines obuerſari, ex eo loco vertit Celſus cap. 7. lib. 2. Aret. etiam in Comitialis morbi impendentis acceſſione cap. 5. lib. de cauſ. & ſign. morb. ac. adſcribit κύκλοι μαρμαρυγαὶ περὶ τὰς ὄψιας πορφυρέων ἢ μελάνων, ἢ πάντων ὁμοῦ συμμεμιγμένων, ὡς δοκέειν τὴν ἐν οὐρανῷ τιταίνεσθαι ἶριν. oculis obuerſantes in orbem ſplendores purpureos, aut nigros, aut omnes ſimul permixtos, vt in cœlo iris extenſa eſſe videatur. Homer. verò Od. θ. (verſ. 265.) μαρμαρυγὰς ποδῶν metaphoricè dixit, τὴν κατάλληλον καὶ ταχεῖαν ποδῶν κίνησιν, tam celerem in curſu pedum alternationem & motum, vt iis μαρμαίρειν hoc eſt micare, aut vibrare veluti radij ſolares videantur, ſumpta tranſlatione à ſtellarum micatione aut vibratione quæ celerrimo motu fieri ſolet. Quem locum etiam ex Homero adſcribit Erot. Idem quoque Homer. ὄμματα μαρμαίροντα dicit, oculos flagrantes, ſplendentes, de Venere Il. γ. (verſ. 397.) quæ μαρμαρυγώδη vocat Hipp. λάμποντα exponit Heſych.

Μαρσίπιον, marſupium aut ſacculus dicitur Hippocrati lib. de fiſtulis (pag. 890. E.) quo anus fouetur. Scribitur etiam μαρσύπιον & μαρσύππιον, & Alex. Trall. μαρσυππος, ſacculus quo partes dolentes fouentur.

Μάσθλης, ητος, ἡ μάσθλη ſignificat Heſych τὸ δέρμα, σκῦτος, ἡνία, pellem, corium, habenas aut lorum, & ὑπόδημα φοινικοῦν, puniceum calceamentum. μάσθλης Ariſtoph. Schol. in Nubibus dicitur ὁ μεμαλαγμένος λῶρος lorum emollitum & maceratum. Vnde apud Ariſtoph. μάσθλης tropicè exponitur ὁ ἐλευθέριος καὶ δεξιὸς, ἢ μεμαλαγμένος καὶ κατειργασμένος ἐν πονηρίᾳ, ὁ ἁπαλὸς καὶ τρυφερός. Item ὁ πολυτρόπος καὶ μηδὲν βέβαιον μηδὲ σταθερὸν γνώμης ἔχων, ἀλλ᾽ ἄλλο μὲν νοῶν, ἄλλο δὲ ποιῶν, οἷονεὶ τοὺς τρόπους ἐκλυτος. verſipellis, verſutis moribus, lubricus, futilis, ardelio, verbero & audax. Quo nomine notatur ab Ariſtoph. Cleon in Equitibus. At μάσθλης apud Hipp. exponitur δέρμα à Gal. in Exeg. ſi modò vera eſt lectio, ac non potius δέρμα legendum ex Heſych. quod etiam animaduertiſſe videtur Cornar. Locus eſt apud Hipp. lib. 2. de Morb. (pag. 482. 30.) in pulmone ad latus adhæreſcente. ὁ τρίζει τὸ αἷμα ὥσπερ μάσθλης. & ſanguis velut corium ſtridet. Sed ſanè locus mihi corruptus videtur, & τὰ στήθεα pro αἷμα legendum exiſtimo, vt pectoris ſtridorem quendam aut veluti ſonum intelligas. Velut lib. 3. de Morb. (pag. 489. 33.) in pulmonis inflammatione, καὶ τὰ στήθεα αὐτοῦ ἀείδειν δοκέει. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 535. 19.) in pulmonis eryſipelate, τὰ στήθεα φθέγγεται βραχέως. Sibilum enim & ſonum quendam ſtridulum intelligit qui in thorace editur. Sic igitur lib. 2. de Morb. intelligetur pectus ſtridere, aut ſonitum quendam edere, velut corium aut pellis. Neque enim δέρμα (quæ eſt Gal. expoſitio) huic loco ſatis aptè quadrare poteſt, & locum Gal. corruptum eſſe ſatis apparet. Etſi Varin. exemplaria publicata ſecutus, δέρμα apud Gal legit.

Μάσσειν ſcribit Gal. in Exeg. non ſolùm ſignificare τὸ ἀναδεύειν ἢ φυρᾶν apud Hipp. quod eſt ſubigere aut pinſere, verumetiam τὸ ἐκθλίβειν exprimere, ex primo lib. de Morb. maiore. Verùm toto lib. 2 de Morb. qui paſſim à Gal. primus de Morb. maior nominatur, μάσσειν non reperias, ſed ἐκμάσσειν (pag. 466. 28.) καὶ σπόγγους ἐν ὕδατι θερμῷ βρέχων ἐκμάσσων, & ſpongias aqua calida maceratas & expreſſas, vt ἐκμάσσειν ἐκθλίβειν à Gal. exponi videatur. Sic enim haud dubiè hic locus exprimitur, quem etiam antea in ἐκμάξαι indicauit, & nos in ἐκμάσσειν vel ἐκμάττειν adſcripſimus. μάσσω ſeu μάττω, aut μάσσομαι & μάττομαι, ſubigo, pinſo, effingo ſignificat, & μάσσειν, φυρᾶσαι, καθαίρειν exponit Heſych. Quinetiam tergere aut abſtergere indicat, vt ἐκμάσσειν antea ex Hipp. adſcripſimus. Eſt & μάσσω & μάσσομαι, tango, palpo, attrecto, vnde μαίεσθαι, contrectando & palpando inueſtigare aut explorare. Et Heſyc. μάσσαι ζητεῖ, quod eſt quærere exponit. vt μάσασθαι ἐφάψασθαι, attrectare, & μαστεύειν. Euſtath. etiam μάσασθαι ἅψασθαι &

μάσασθαι ἀ ψαῦσαι explicat. Quæ certè à μάω quod est ζητεῖν deducta videntur, vt & καταμώσας antea. Gal. quoque in Ex. in dictione ἐσέφρασε, μασᾶσθαι ζητεῖν significare scribit. Hinc ἐσμάσσειν & ἐσμάσασθαι deducuntur, quod est intus tangere & explorare, & Hom. admodū est familiare. Sic Il. ρ.(v.564.) ἐσεμάσσατο θυμὸν, τῆς ψυχῆς καθήψατο exponitur, de morte Patrocli, quæ Menelai animo penitus insederat, aut eius animo intimum mœrorem affixerat. Et Il. υ.(v.425.) ὅς ἐμόν γε μάλιστ' ἐσεμάσσατο θυμὸν, λίαν μοι καθίκετο τῆς ψυχῆς. ἢ καθήψατο exponitur. Apud Hipp. verò ἐσμασσόμενος libr. de art. (p.620.7.H.811. H.) ea notione sumitur, & manu in ventrem immissa & iniecta contrectans aut inuestigans dicitur, vt antea in eius dictionis expositione adscripsimus. Eaque significatione ἐσμασσόμενος ἐμβαλὼν exponitur Erot. & Hesych. ἐσμασσόμενος ἐμβαλλόμενος, quod est veluti specillo immisso, aut re aliqua iniecta, velut manu aut digitis, inuestigare & explorare. Sic etiam ἐσμάσσεσθαι pro altè explorare & inuestigare ponitur apud Hip. vt postea adscribemus in Μάτλεσθαι.

Μασητῆρες μύες, musculi mansorij à mandendo appellati, lib. de art. (pag. 600. 11. H. 797. B.) Est enim propria eorum actio μάσησις, h.e. manducatio, quæ efficitur cùm dentibus molaribus subiectum cibum confringere ac conterere volumus. Quod præstant musculi, qui latis maxillæ partibus superiecti, in latus hac illac maxillam traducunt, vt scribit Gal. com. 2. in lib. de art. (pag. 600.26. H. ibid.)

Μᾶσσον, πλέον, hoc est plus, amplius, significare apud Hipp. in Prorrh. maiore scribit Gal. in Exeg. Verùm neque eo toto libro μᾶσσον legitur, sed μᾶλλον, pro quo μᾶσσον legisse Gal. apparet, eoque præcipuè loco qui legitur (pag. 86. B.) ἢ ἱδρώσῃ αὖ μᾶλλον ἢ πρόσθεν ἐν τῇ ταλαιπωρίῃ, & in fatigatione magis quàm antea sudabit. Aut rursus (ibid. C.) εἰ δὲ μεθυσθείη, ἱδρώη τ' αὖ μᾶλλον ἢ πρόσθεν. Quod si inebriatus fuerit amplius quàm antea sudabit. Quibus præcipuè locis hæc Galeni explicatio maximè quadrare videtur. Quin & Erot. hanc vocem ex Hipp. agnoscit, scribitq; Bacchium τὸ ἔλασσον exposuisse, Heraclium verò Tarentinum τὸ πλεῖον. Quæ certè explicatio locis adscriptis cum Galeno optimè conuenit, etsi Bacchij sensus refragari videtur.

Μαστοὶ mammæ dicuntur, quæ cùm pectoris pars sint, pro toto pectore sumuntur Hipp. li. 2. Epid. (p.1031.B.) τῶν βρωμάτων καὶ πομάτων οἱ ὦμοι καὶ οἱ μαστοὶ ἐμφυσῶνται. Ex eduliis & potibus humeri & mammæ intumescunt. Et rursus ib. (p.1046.A.) φλέγματος κατάρροοι ἐκ τῶν μαζῶν ἕλκουσιν οἱ ὀφθαλμοί. Pituitæ defluxionibus dum tentantur oculi ex mammis trahunt.

Μάτλεσθαι ζητεῖν significat apud Hipp. vt exponit Gal. com. 2. in lib. de art. (p.604.1.H.799 B.) & ἐσμάτλεσθαι τι ἐν βάθει τι ζητεῖν, altè quid inquirere & inuestigare, aut immisso digito & quasi attrectando aut palpando inuestigare & explorare. Qua dictione vtitur ibidem Hipp. πολλὰ δὲ περὶ τὴν γλῶσσαν ἐσμάτλεσθαι χρή. Subinde autem circa linguā digitis immissis explorare conuenit. Iubet enim medicum diligenter explorare digitis in os immissis in maxillæ fractura, num ossis pars altera super alteram excedat. Sic μάτλεσθαι aut μάσσεσθαι pro μάσσειν aut ματεῖν ponitur, aut ματεῖσθαι quod est ζητεῖν & ζητεῖσθαι. Et μάτος Gal. ζήτησις exponitur apud Hip. & μάτευσις τὸ ζητεῖν, vt & Erot. qui ματεῖσθαι ζητεῖσθαι apud eundem significare scribit. Hesych. quoque ματεῖ ζητεῖ explicat. Ματεύειν etiam & ματεύσω, aut ματεύεσθαι & ματλεύεσθαι pro ματεῖν aut ματεῖσθαι ponuntur, & Hesychio ματεῦσαι, ματεύσω, ζητῆσαι exponitur. Quæ omnia inquirere, inuestigare, explorare denotant. Vnde ἐσματλεύεσθαι dicitur Hipp. eadem notione qua ἐσμάτλεσθαι antea, pro digitis immissis contrectare & sensim explorare, li. de art. (p.608.9.H.803.D.) ἢ ἐσματτευόμενον εἰς τοὺς μυκτῆρας, & digitis in nares immissis contrectando, aut altè inquirendo. Pro quo ἐσματευόμενος dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p.618. 41.) τῷ λιχανῷ δακτύλῳ ἐσματευόμενον. digito indice explorando, leniter inuestigando, inquirendo. Et certè cùm Hesych. ἐσματτευόμενον, ζητοῦντα, ἐρευνῶντα exponit, hanc dictionem ex Hip. agnoscere mihi videtur, etsi pro ἐσματτευόμενον apud eum vitiosè ἐσμαιτευόμενον legitur. Eadem etiā notione καταματτευόμενος dicitur Hip. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.534.45.) καταματτευόμενος πτερῷ ἐμέτω, h.e. penna leuiter immissa attrectādo, vomat, aut attrectatione leui per pennā factā. Quæ phrasis repetitur ibid. (p.547.55.) Pro quo καταματτευόμενος πτερῷ eadem in re scribitur ib. (p.537.55.) nisi καταματευόμενος ex Gal in dictione καταμώσας legere malis. Quæ certè omnia eodem teste παρὰ τὸ ματεύειν dicuntur quasi μαστεύειν, quod est puerorum more qui palpando & mammam contrectando eam quærunt.

Μαχαίριον gladiolus aut cultellus dicitur quo in excidendo vtuntur medici, eoque in fœtu extrahendo & incidendo vtitur Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p.618.14.) Caput enim τῷ μαχαιρίῳ diuidit. Lib. verò περὶ τῆς ἐγκατατομῆς ἐμβρύου (pag. 914. E.) fœtum τῷ μαχαιρίῳ gladiolo execat & incidit. Paulus lib. 6. cap. 74. spatha ad polypos excidendos idonea, aut scalpro & gladiolo acuto, aut aculeato cultello (σκολοπομαχαίριον vocat) in extrahendo fœtu ad eam rem vtitur. μαχαίριον autem illud in extrahendo fœtu incuruum potiùs quàm rectum expetit Hip. lib. 1. περὶ γυναικ. (p.618.39.) μαχαίρια τῶν πτερίων dicuntur Archigeni apud Gal. lib. 5. κατὰ τόπ. (p.231.23.) pelficorum ossi aut nuclei, quæ paulò ante per πτερίων ὀστέων τὰ ἐντὸς subindicarat.

Μαχαιρὶς etiam eadem significatione scalper excisorius aut scalpellus dicitur. Duplex autem est Hip. lib. 2. de Morb. (pag. 476. 53.) σπαθοειδὴς & ὀξυβελής. μαχαιρίδι enim σπαθοειδεῖ vtitur Hipp. in purulentorum cutis sectione inter costas, τῷ σμιλίῳ ἰατρικῷ γαστρώδει. exponit Gal. in Exeg. hunc locum subindicans, quasi latum scalpellum excisorium, aut pectorosum & ventriosum dicas. Sunt qui specillum latum vocant quemadmodum specillum exasperatum pro scalpello sumpsisse Celsus existimatur. Est autem scalpellus latus, quo medici in excidendo vtuntur, nouacula appellatur. Sunt tamen qui ξυροειδεῖ pro σπαθοειδεῖ apud Hipp. leg. contendant. μαχαιρίδι etiam ὀξυβελεῖ vtitur aut ὀξυβελέι ibidem, dum scalpellum acutum interadigit, vt via puri fiat. τῷ φλεβοτόμῳ exponit Gal & scalpellum quo venæ inciduntur significat. Eum autem panniculo obligatum, ita vt summa ipsius pars ad vnguis magni digiti mensuram expedita restet, intrò adigit & in thoracem intromittit, vt viam puri expediat. Duo etiam gladiolorum genera celebrantur, lib. περὶ ἰητρ. & quando μαχαιρίοις ὀξέσι καὶ πλατέσι, h.e. gladiolis acutis & latis vtendum sit docetur (pag. 20. 26.) Rursus μαχαιρίοις in summo incuruis, neque nimium acutis aut exilibus ad scarificationem vti iubet, ibidem (21.6.)

¶ Μεγάλη νόσος, h.e. magnus morbus Epilepsia vocatur Hipp. aph. 9. sect. 6. lib. 6. Epid. Sic enim ibi Gal. τὴν ἐπιληψίαν veteribus μεγάλην νόσον dictam fuisse testatur, eaque ratione Herculeum morbum Comitialem dictum, quò eius magnitudo indicaretur. Etsi illic exemplaria plurima tum publicata tum manu scripta ὑπό τινος μεγάλης νόσου legunt, non ὑπὸ τῆς μεγάλης νόσου, vt Gal. quemadmodum ibidem indicauimus. Quo nomine non solùm Comitialis morbus, sed alij etiam nonnulli eo sensu insigniuntur.

Μεγαλόσπλαγχνοι sunt Hipp. qui magna & in tumorem sublata habent viscera, eiusmodique affectibus obnoxia vt tumore aliquo præter naturam, aut scirrho, aut œdemate, aut inflammatione tententur. Præcipuè verò quibus viscus aliquod inflammatione laborat. Quemadmodum ex longo & diutius perseuerante iecoris dolore, tandemque in phlegmonem erumpente μεγαλόσπλαγχνος Ἀπολλώνιος dicitur Hip. ægr. 13. lib. 3. Epid. post st. pest. Sic quoque lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 75.58.H.393.5.) τὸ μελίκρητον πῖνε χολώδεσι τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι, h.e. mulsa biliosis & visceris alicuius inflāmatione laborātib. noxia esse scribitur, μεγαλοσπλάγχνους enim ibi exponit Gal. τοὺς ἐν τοῖς νόσοις φλεγμονὴν ἔχοντας κατά τι τῶν σπλάγχνων. quibus in morbis viscus aliquod inflammatione affectum est. τὸ γάρ τοι κοινὸν ὄνομα (vt scribit) νῦν ἴδιον ἐγένετο τῆς φλεγμαινόντων. ὁ γὰρ δὴ διὰ σκιῤῥὸν γε, ἢ οἴδημα πυρετὸς ἐξάπτεται. περὶ δὲ ὀξέων ὁ λόγος αὐτῷ ἐστιν, ὅταν ὄγκος ἐν σπλάγχνοις γένηται, φλεγμονῆς ἐστιν, οὐκ οἰδήματος ἢ σκιῤῥου τι σύμπτωμα. καὶ τούτους νῦν ὠνόμασε μεγαλοσπλάγχνους. Commune siquidem nomen hoc in loco, eorum qui inflammatione laborant proprium factum est. Neq; enim propter scirrhū aut œdema febris incēditur. Constat igitur in morbis acutis, quorū nunc ei sermo instituitur, cùm tumor in viscerib. exortus fuerit, id non scirrhi aut œdematis, sed inflāmationis symptoma esse. Hos autē in præsētia μεγαλοσπλάγχνους, h.e. viscerosos appellauit. Erot. quoq; apud Hip. μεγαλόσπλαγχνον exponit, τὸν διὰ φλεγμονὴν ἐν ἐπάρσει τὰ σπλάγχνα ἔχοντα, eū qui ob inflāmationē in tumorē sublata habet viscera. Neq; absimili notione μέγας σπλὴν dicitur Hip. li. 2. Ep. (p.1012.D.) σπλὴν δὲ σπλῆνα μέγαν ἔχων. huic splen magnus erat. Et rursus ib. (1015.F.) σπλὴν μέγας. Rursusq; in Pror. (p.210 58. H.78.C.) cùm scribitur, ἐπὶ σπλὴν μεγάλῳ ἐκ δεξιῆς ῥέειν, velut si in lienis tumore aut inflāmatione ex nare dextra sāguis effluat. Sic enim illic μεγάλῳ ἐξηρμένῳ, οἰδαίνοντι, ἢ φλεγμαίνοντι, quod est sublato, tumefacto, aut inflāmatione vexato, sumit Gal. Et μεγαλυποχόνδριον inflammatione vexata præcordia dicūtur aph. 28. sect. 2. li. 6. Ep. Aliòqui certè μεγαλόσπλαγχνος generositatis aut virtutis specimen est, & antiquis magnis aut latis viscerib. prēditū indicat, cuiq; eximiæ sunt omnes corporis fūctiones, quomodo μεγαλόσπλαγχνος μεγαλόφρων Euripidi dicitur. Quod etiam subindicare videtur Gal. cō. 3. in li. de rat. vict. in morb. ac. (p.74. 57.H.392.52.) illud Hip. exponēs: μελίκρητον τὸ ἐπίπαν μὲν τοῖς πικροχόλοισι καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι ἧσσον ἐπιτήδειος, ἢ τοῖσι μὴ τοιούτοισι. Mulsa magna

magna quidem ex parte biliosis & his qui in tumorem sublata habent viscera minùs quàm non huiusmodi est idonea. Sic enim ibi scribit; μεγαλοσπλάγχνοις δὲ νῦν εἶπεν, οὐχ οἷς φύσει μεγάλα σπλάγχνα ἐστὶν, ἀλλ' οἷς κατά τι πάθος εἰς ὄγκον ἤρθη σκιῤῥούμενα ἢ φλεγμαίνοντα, ἢ οἰδισκόμενα. μεγαλοσπλάγχνοις autem hoc est visceroſos nunc dixit, non eos qui natura magna habent viscera, sed quibus ex affectu aliquo in tumorem sunt sublata, siue scirrho, siue phlegmone, siue œdemate vexentur. Sic Paul. μεγαλοσπλάγχνους τοὺς εὐπαθῆ τὰ σπλάγχνα ἔχοντας vocat, eos quibus viscera affectibus sunt opportuna, c.96.lib.1. Alia verò notione οἶνος γλυκὺς μεγαλόσπλαγχνος σκληρὸς καὶ ἧπατος dicitur Hipp.lib.de rat. vict.in morb.ac.(p.71.40.H. 392.13.) Sic enim vocatur vinū dulce quòd viscera hoc est lienem & hepar tumefaciat, eorumque tumorem augeat. μεγαλόσπλαγχνον illic exponit Gal. αὔξάνοντα τῶν σπλάγχνων τοὺς ὄγκους, h.e. viscerum tumores augentem. quod ei ratione crassitudinis quam habet accidit, propter quā tardè permeat, obstructiones gignit, visceraq; in molē attollit.

Μεγαλοφωνότατοι qui magnam edunt vocem & qui multum inclamare possunt, quòd sint amplo & lato thorace, ideoque calore natiuo plurimo sunt præditi, aph.22.lib.6.Epid.sect.4.

Μέγεθος magnitudo, quæ propriè quidem in longitudine, latitudine & profunditate spectatur: verùm de longitudine sola dicitur Hipp. aph. 54. libr. 2. quam proceritatem corporis vocant, Celsus longam staturam dixit cap.1.lib.2. μέγεθος δὲ σώματος ἐννεάζειν μὲν ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀηδές. In traducenda iuuentute liberalis est & decora corporis magnitudo. Sic enim σῶμα μέγα, h.e. corpus magnum dici scribit Gal. τὸ κατὰ μῆκος μόνον ἐπὶ πλέον ηὐξημένον, quod in immoderatam longitudinem solam excreuit, cuius proprium nomen est τὸ μακρόν, longum. μέγεθος etiam τὴν σφοδρότητα indicat, vt cùm de morbi aut febris magnitudine, aut accessionis vehementia dicitur. ἀμφω γὰρ συνήθη τοῖς ἰατροῖς ἐστι τὰ ὀνόματα, (vt scribit Gal.com. ad aphor.12.lib.1.) καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἐπιφέρουσιν αὐτὰ πολλάκις. ἐνίοτε μὲν μείζονα φάσκοντες τὸν πυρετὸν γεγονέναι τοῦ χθὲς, ἐνίοτε δὲ σφοδρότερον. Ambo enim hæc medicis sunt vsitata nomina, & pro eadem re ab ipsis sæpè vsurpata, vt cùm maiorem interdum febrem quàm antea, interdum vehementiorem fuisse dicunt.

Μεθίησι apud Hip. ἀφίησι, h.e. demittit, exponit Erot. idque significare potiùs contendit, quàm ἐμπίπτει, quod est irruit, vt exponit Bacchius. Hanc autem dictionem sæpius vsurpat Hip. libr. περὶ φύσ. παιδίου vt (pag.235.47.) μεθίησι γὰρ [ξύλα] κατὰ τὴν τομὴν πνεῦμα. Siquidē per scissuram spiritum emittunt. [ligna] Rursusque ibid. (pag. 242. 22.) καὶ βιώμενοι ὑπὸ τῶν φύλλων, μεθίασι τὴν δύναμιν ἐς τὸ κάτω, ὅ ἐν αὐτῷ ὑπολείπεται διὰ τὴν βαρύτητα, & à foliis coactum vim ad inferiora demittit, quæ illic propter grauitatem residet. Et (pag.245.28.) οὕτως μεθίησιν ἐς τὸ δένδρεον ῥίζας ἀπ' αὐτοῦ λεπτάς. Sic in arborem radices tenues demittit. Rursusque ibid. (245.53.) κἀκείνη ἐσπνεῖ τὴν πνοὴν ἔλκει ἐς ἑωυτὴν, καὶ μεθίησιν ἔξω. Et illa [genitura] primùm ad se spiritum trahit, & foras emittit. At parum his locis Bacchij expositio conuenit.

Μεθίστασθαι est transire, discedere, immutari, recidere, demigrare, transferri. Diciturque ferè de morbi depositione ac transitu, ac velut in alterum successione. In Coac. (pag. 139. A.) οἱ δὲ διαλείποντες καὶ λαμβάνοντες πεπλανημένως, φθινοπώρου μάλιστα, εἰς τεταρταῖον ἐπιεικέως μεθίστανται. Quæ autem febres intermittunt, incertoque ac vago ordine prehendunt, eę præcipuè autumno, in quartanam ferè transeunt, aut mutantur. Quod in Progn. dicitur (pag. 161.41.45.51.) ἐς τεταρταῖον καταστήσεσθαι, in quartanam discessuram transituram. Et lib.1. Epid. (p.361.45.H.944. G.) στάσιας ἐς τεταρταίους γίνεσθαι, secessus in quartanas fieri. Rursus in Co. (p.202.D.) μεθιστάμενα ἀλγήματα ἐκ κενεώνων ἐς τὸ λεπτόν, ex laterum inanitate ad tenue intestinum migrantes dolores. Et aph.8.li.5. τρέπονται ἐς ἐμπύημα μεθιστάμενα ij ad suppurationem vertuntur. Hinc μετάστασις humorum aut morbi transpositum ac depositionem indicat. Quæ quomodo ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως differat, antea ex Galeno ipso expressimus, in dictione ἀπόστασις. E. si interdum μετάστασις pro ea morbi mutatione quam solutio cōsequitur sumitur, vt aph.7.lib.5. τὰ ἐπιληπτικὰ μετάστασιν ἴσχει. Comitiales affectus mutationem accipiunt. Sic enim illic scribit Gal. κυρίως μὲν ὀνομάζονται μεταστάσεις αὐτὸς, ὅταν ἐξ ἑτέρου μέρους εἰς ἕτερον μετέρχονται κατακεχωρισμένοι δὲ καὶ αἱ λύσεις οὕτω προσαγορεύονται. καί μοι δοκεῖ νῦν ὁ Ἱπποκράτης, κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον κεχρῆσθαι τῇ προσηγορίᾳ. οὐ μόνον γὰρ εἰς ἕτερα μέρεα μεθισταμένων τῶν τὴν ἐπιληψίαν ἐργαζομένων χυμῶν λύεται τὸ πάθος, ἀλλὰ καὶ πλεῖον ἐκθεραπευομένων. Μεταστάσεις morbi propriè quidem nominantur, cùm ex vna in alteram partem malum demigrat. Per abusionem verò etiam solutiones sic vocantur. Ac mihi quidem certè Hipp. hoc loco in secundo significato appellatione vsus videtur. Neque enim solùm trāslatis in alias partes humorib. morbū comi-

tialē efficientib. soluitur affectio, verùetiā omninò percuratis.

Μέθοδος via & ratio dicitur qua quid in arte inuestigamus. Est verò Hipp. ὁδὸς, καὶ τὸ ὀρθῶς ἐχόντων διαγνωσία καὶ τῶν μὴ ἐχόντων ἔλεγχος. via & ratio qua quæ rectè se habent exploramus, quæ verò secus deprehēdimus, aph.16.sect. 3 li.6.Epid. Sic enim Methodus nuncupatur via ac ratio qua quæ in arte probè sunt inuenta & cōstituta exploramus, quæ verò minùs rectè redarguimus. Hāc in arte medendi disserendi viam ac diuidendi rationē, qua vniuersalium ac cōmunium differentias inuestigamus, deinde etiā ad infimas & particulares cuiusq; rei differētias progredimur, ὁδὸν vocat Hip. reliqui μέθοδον Hipp posteriores appellauerūt, vt illic scribit Gal. Est etiam μέθοδος ex opinione Methodicorum, cognitio apparentium communitatum, quæ ad Medicinæ finem (hoc est sanitatem) spectant aut conspirant. Gal. lib. de sectis ad eos qui introducuntur (pag.12.46.) vnde & methodici medici dicti sunt, qui (vt scribit Celsus in Prooem. Medicinam ita finiunt, vt quasi viam quandam, quam μέθοδον Græci nominant, eorumque quæ in morbis communia sunt contemplatricem esse contendant. Μέθοδος etiam apud Hipp. interdum secessum, transmigrationem ac digressionem significat, vt lib. περὶ ὀκταμήνου (pag.256.37.) οὐδ' αὖ τῶν ὀκταμήνων ἑνὶ μέρει μὴ σφόδρα νοσέειν, ἀλλὰ κατὰ ἕν τι ἐκ τῆς μεθόδου κακοπαθέειν. At octimestres fœtus non grauiter ægrotantes, quique vna quapiam parte propter secessum aut digressionem malè afficiuntur. Sic enim μέθοδον illic sumit Corn. μεταχώρησιν, h.e. secessionem ac demigrationem quam fœtus laxatis membranis facit, cùm in inferiorem vteri partem suo pondere procumbit, ibique alimentum sumit, ac aliquandiu (h.e. diebus quadraginta) perdurat, velut ibidem scribitur (pag.255.53.) μεταβολὴν καὶ μεταχώρησιν sæpè vocat Hip. Caluus certè per μέθοδον naturalē octaui mēsis malignitatē & afflictionē accepit.

Μεθυποστρώσις est strati permutatio dum lectus substernitur, lib. de fract. (pag.553.45.H. 763.E.) ἐυχρηστότατον δὲ ἐστὶν ἐν τῇσι μεθυποστρώσεσιν. Maximè tamen est vsui cùm stratum substernitur, aut cùm stragula permutantur.

Μεῖον, ἔλασσον, h.e. minus, exponit Erot. Quam certè dictionem passim & sæpè vsurpat Hipp. vt lib. 1. περὶ διαίτης (pag 341.54.) καὶ ἐπὶ τὸ μεῖζον, καὶ ἐπὶ τὸ μεῖον. & ad maius, & ad minus. Et rursus, φθορὴ δὲ πᾶσιν ἀπ' ἀλλήλων, τῷ μείζονι ἀπὸ τοῦ μείονος, καὶ τῷ μείονι ἀπὸ τοῦ μείζονος. αὔξεται καὶ τὸ μεῖζον, ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος. Corruptio autem mutuò inter se omnibus est, maiori à minore, & minori à maiore. Et augetur maius à minore. Vbi τὸ μεῖον ἔλασσον exponitur. Ac rursus ibid. (343.4.) ἢ τὰ μὲν λαμβάνοντα πλεῖον ποιέει, τὰ δὲ διδόντα, μεῖον. Et quæ quidem accipiunt, plus faciunt, quæ verò dant, minus. Rursus (ibid 5.) μεῖον δὲ ποιέοντες, πλεῖον ποιέουσι. & minus facientes, plus faciunt. Et (ib.9.) καὶ τῷ μὲν δίδωσι τοσούτῳ πλεῖον, τῷ δὲ λαμβάνει τοσούτῳ μεῖον. Et alij tanto plus dat, ab alio tantò minus accipit. Rursus (ib. 10.) καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖον ἴοντα. Et quę quidem ad minus tendunt. Et iterum (344.1.) ἀλλ' ἀμείβει ἐκ τοῦ μείζονος εἰς τὸ μεῖον. sed transitio fit ex maiore ad minus. Rursusque ibidem (pag.345.49.) μεῖον ποιέοντες, πλεῖω ποιέουσι. & minus faciētes, plus faciunt. Et li. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. (p.11.9.) ἀλλὰ πολλῷ μεῖον ἢ δύναται, verùm multò minus quàm possit. Et aliàs sæpè, vnde μείωσις corporis imminutio, dicitur, cui αὔξησις opponitur. li.1. περὶ διαίτης (p.344 52.& 347.21.23.) & lib.2.Epid. (p.1006.C.) αἱ προσαυξήσιες καὶ μειώσιες inter se opponuntur. Est & μείωσις tempus illud in morborum circuitu, ἐν ᾧ τὸ μέγεθος ἀφαιρεῖταί τι τοῦ πυρετοῦ, in quo ex febris magnitudine quidpiam demitur. Μειοῦσι etiam ἐλαττοῦσι, h. e. imminuunt exponit apud Hip. Erot. quod legitur lib. 2. Epid. (ibid.) αἱ προσαυξήσιες ἑκάστῳ ἃ μειοῦσι. & adauctiones quidnam cuique detrahant.

Μελαγχολίαι dicuntur Hipp. aph.14.li.3.& lib. de aëre, loc.& aq.(p. 288.6.) morbi qui ex atra bile nascuntur, vt vertit Celsus c. 1. lib. 2. Sunt autem delitia cum tristitia & metu sine causa coniuncta, ex bile atra orta. Si enim timor atque mœstitia longo tēpore perseuerent, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον, vt scribitur aph.23. li.6. hoc est (vt vertit Celsus c.7.lib.2.) atræ bilis morbus subest. Idem namq; μελαγχολίας bilem atram vertit c.1.li.2.ex aph. 20.li.3.quam per τὰ μελαγχολικὰ ibidem significauit Hipp. Authori Definit. Med. (p.397.57.) μελαγχολία ἐστὶ πάθος βλάπτον τὴν γνώμην μετὰ δυσθυμίας ἰσχυρᾶς καὶ ἀποστροφῆς τῶν φιλτάτων, χωρὶς πυρετοῦ. ποτὲ δὲ καὶ χολὴ προσρυεῖσα πολλὴ μέλαινα βλάπτει στόμαχον, ὥστε καὶ ἐμετικοὺς γίνεσθαι, καὶ ὅτως τὴν γνώμην συνεπιβλάπτεσθαι. Melancholia affectus est mentem lædens cum vehementi tristitia, & amicorum auersatione, sine febre. Nonnullis verò, si multa bilis atra accesserit, stomachū lædit, ita vt vomitione reficiatur, simulque hoc modo mens vitietur. Melancholiæ genera tria describit Gal. cap.6.lib 3. de loc. affect. & Paulus cap. 14. lib. 3. Μελαγχολικοὶ etiam quinam dicantur veteribus docet Aret. cap. 5. lib. 1. περὶ σημείων χρονίων παθῶν. Μελαγχολικοὶ

ἀλγήματα dolores melancholici dicuntur Hipp. qui à crassis & crudis humoribus fiunt, velut diu permanentes ac pertinaces, quomodo apoplexiæ & conuulsiones μελαγχολικὰ νοσήματα vocantur aph. 56 lib.6. & aph. 40.libr.7. Aut qui ex liuidis & denigratis tumoribus oriuntur, quales fiunt ex crassiore & fœculento sanguine in partes illapso, Prorrh. 2. (pag.91.D.) in iis qui ex sanguinis eruptione superfuturi sunt, ἀλγήματα μελαγχολικὰ, ἐν τῷ νώτῳ καὶ ἐν τῷ στήθει, dolores melancholici in dorso & pectore fieri scribuntur. Sunt etiam μελαγχολικῶς ἐξιστάμενοι Hipp. qui furiosa & vehementi mentis emotione percelluntur, in Prorrh. (pag. 175. 24. H. 68. C.) vbi scribit Galen. μελαγχολικὴν ἔκστασιν dici τὴν σφοδρὰν καὶ θηριώδη. γίνεσθαι δὲ διαβρεχθέντος τὸν ἐγκέφαλον ξανθῆς χολῆς καταπληθείσης, hoc est melancholicam mentis emotionem vehementem & ferinam. fieri verò flaua bile cerebrum irrigante. Quæ etiam μελαγχολικὴ παραφροσύνη dicitur Galeno com.3.in Prorrh.& per μελαγχολικὰ παρακρούσματα exprimitur Hipp. ibidem (pag. 210. 26.H. 78.A.) hoc est atrabilarias desipientias.

Μελάγχλωος aut μελαγχλῶς qui nigro est colore aut cute nigra, atroque colore suffusus, ictero nigro laborat, aphor.27. sect. 2. lib.6.Epid. Pro quo μελάγχλωος in quibusdam codicibus legitur vt scribit Gal. qui color est ex nigricante viridis sublutcus & luridus. Quam etiam dictionem vsurpat Aretæus in Melancholia morbo laborantibus cap.5.lib.1. περὶ χροιῆς παθ. ξυντρέπεται δὲ καὶ τοῦ σκήνεος ἐς πονηρὴν ἡ ἕξις. χροιὴ μελάγχλωρος, ἢν μὴ ὑπεξίῃ κάτω ἡ χολὴ, ἀλλὰ ἀναχέηται ξὺν τῷ αἵματι ἐς τὸ πᾶν. Corporis verò habitus in peius vertitur, color est ex nigricante viridis, nisi bilis infra descendat, sed per totum corpus vnà cum sanguine refundatur.

Μέλαινα simpliciter interdum Hipp. τὴν μέλαιναν χολὴν sæpè dictam libr. περὶ φύσ. ἀνθρ. hoc est bilem atram significat, vt libr. 2.de Morb.(pag.486.48.) μέλαιναν ἐμέει οἷον τρύγα. bilem atram vomit tanquam fœcem. Vbi tamen μέλαν legunt Interpretes. Quod etiam mihi subindicare videtur Gal.in Exeg. cùm scribit, μέλαινα, λέγεταί τι καὶ ἡ νόσος ὅταν ἀπὸ μελαίνης χολῆς συνιστᾶται. Quibus quoque verbis hunc etiam locum haud dubiè exprimi, qui morbum ex atra bile conflatum describit, duplicem quidem, sed qui μέλαινα νόσος inscribitur. τὰ μέλανα verò dicuntur nigra excrementa, sanguis niger & veluti limus, ab atra bile differens, vt scribit Galen.lib.de atra bile (p.358.43. & Com.ad aph.21.lib.4.) Sic τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα aphoris.25. lib.4.cùm nigra deiiciuntur, & μελαίνων διαχωρήσεις, in Prorr.(p. 212.26. H.78.G.& pag 213.54.H.79.F.) nigrorum deiectio & secessus, & μελαίνων ὑποδος, ibid.(p.211.32.H.78.E.) ac aliàs sæpè.

Μελαίνας ῥίζας, τὴν τοῦ ἀσπαλάθου τοῦ ἀρωματικοῦ καλουμένου, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc est aspalathi aromatici vocati radicem. Quibus verbis locum lib.2. περὶ γυναικ.(pag 667.35.) mihi subindicare videtur. Μελαινεῖς περιστασίμους legi apud Hipp. ex Dioscor. opinione debere scribit Gal. in Exeg. vt sit μελαινὶς αἴξ, καὶ βοῦς μελαινὶς, capra aut vacca ex Melænis. Sunt autem μέλαιναι πόλις κατὰ τὸ κρισαῖον πεδίον προκειμένη τοῦ κριφίου, νομὰς ἀγαθὰς ἔχουσα καὶ εὐγαλάκτας, ὥς φησιν ὁ Διοσκουρίδης. vrbs circa campum Crisæum, ante Criphium sita, pascuis optimis & lacte abundans, vt scribit Dioscor. Sunt etiam μέλαιναι Stephano Arcadiæ vrbs & Lyciæ, ex qua μελαινεὺς & μελαινίτης popularis dicitur. Crisæus autem campus in Phocyde situs est. Quòd verò attinet ad locum Hipp. non dubium est quin ad id referatur quod scriptum est lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 608. 5.) μετὰ δὲ ταῦτα πιπίσκειν βοὸς μελαινὶς γάλα, ἀποσιτέουσα εἰ οἷόν τε εἴη ἡμέρας μ'. postea verò lac vaccæ nigræ potui exhibere, ita vt cibo abstineat, si fieri possit ad dies quadraginta. Quod etiam eadem in re repetitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 580. 38.) Vult enim in periculoso sanguinis vomitu à partu solo lacte asinino & bubulo & sesamo trito in potu exhibito puerperam nutriri, quò vires celerius reficiantur. Vnde nemini mirum videri debet si lactis præstantiam & vaccæ ex Melænis potiùs quàm μελαίνης, hoc est nigræ, requirat Hipp. Verùm tunc βοὸς μελαινίδος γάλα ex Dioscor. lectione scribendum erit, vt huic loco respondeat, aut μελαινεῦς à recto μελαινεὺς, quod est ἐκ μελαίνων. Quod certè non parum suspectam mihi Exeg. lectionem reddit, vt ne addam apud Varinum admodum corruptè legi.

Μελανίον scribit Gal. in Exegesi quosdam coniunctim scribere in Progn. vt sit τὸ μελανοῦν, hoc est nigricans, quosdam etiam diuidere, χλωρὸν ἢ μέλαν ἐόν, αὐτὸ τὸ ὄν. Locus est initio Progn. (pag.121. 38.H.36.33.) καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν ἐὸν καὶ πελιὸν, ἢ μολιβδῶδες. Et totius faciei color, aut niger aut pallidus, aut liuens, aut plumbeus.

Μέλαν φάρμακον quod est nigrum medicamentum, videtur esse atramentum scriptorium, aut pro eo sumi apud Hipp. quod etiam μέλαν γραφικὸν dicitur. Sic enim ex Hipp. Celsus & Paulus sumere videntur. Locus est lib.de Cap. Vuln. (pag. 908. B.) vbi in exploranda ossis rima, atramentum aut nigrum aliquod pharmacum superinducendum præcipit. Χρὴ δὲ ἐπὶ τὸ ὀστέον τῆκειν τὸ μελάντατον, διεῖσάς τι τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ. super os medicamentum aliquod nigerrimum liquatum & humore aliquo subactum inducendum. Quem locum Celsus cap.4. lib.8. sic mihi expressisse videtur: At si ne tum quidem rima manifesta est, inducendum super os atramentum scriptorium est, deinde scalpro id radendum. Paulus verò cap.90.lib.6. φαρμάκῳ τῷ μέλανι ὑγρῷ, ἢ καὶ αὐτῷ γραφικῷ ἐγχέαντες μέλαν, dixit, hoc est, medicamento aliquo nigro liquido, aut etiam atramento scriptorio infuso. Siue igitur atramentum scriptorium per hæc Hipp. verba, siue aliquod medicamentum nigrum ossi superinducendum præcipitur: Certum est locum illum à Gal. in Exeg. subnotari, cùm μέλαν φάρμακον exponit, his verbis: τοῦτο πῶς σκευάζεται, ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν αὐτὸς ἐδίδαξεν, quod est, hoc quonam modo paretur, ipse in libro de vlceribus docuit. Vt certè colligendum sit hac notione medicamentum aliquod exprimi, cuius incerta sit compositio, cùm non satis explicatè illic aperiatur: Indeque apertissimè coniiciendum sit, aut librum de vlceribus defectum esse, aut aliquod aliud medicamentum ex illis quæ ibi describuntur accipiendum, non autem atramentum scriptorium, cuius nulla illic omninò sit mentio. Etsi verò locus libri de Cap. Vuln. omninò vitiosus est, & asterisco subnotatus, satis tamen ex eo colligitur μέλαν φάρμακον ab Hipp. requiri, vt medicamento aliquo nigro liquido ad os affuso, exploremus quàm altè rima subeat. Quod siue Caricon sit, lib. de vlceribus descriptum siue aliud aliquod ex his quę illic describuntur, siue atramentum scriptorium, parum referre videtur. Describitur tamen etiam aliud φάρμακον μέλαν apud Hipp. in Nothis quæ adiecta sunt lib.1. περὶ γυναικ. (pag.635.11.)

Μέλαν τὸ κύπριον exponit Gal. in Exeg apud Hipp. τὴν κυπρίαν σποδὸν, ᾗ πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς χρώμεθα. spodium aut cinerem Cyprium, quo ad oculos vtimur. Quibus verbis subnotari mihi haud dubiè videtur locus lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 606. 2.) vbi tamen vitiosè μελάνθιον τὸ κύπριον pro μέλαν in publicatis codicibus legitur. Quod etiam animaduertit Cornar. qui atramentum & spodium Cyprium vertit. Eius autem illic ad pessum vsus est, vt medicamenti deliccantis, & sine acrimonia aut morsu adstringentis.

Μέλαν Hipp. simpliciter veratrum nigrum significat lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.56.versic. 6.H.387.33.) μέλανι μὲν δαῦκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄνισον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα. Veratro quidē nigro daucum, aut seseli, aut cuminū, aut anisum, aut aliud quid boni odoris admiscebis. Rursus ibidem (vers. 8. H. ibid. 36.) ὄγει δὲ μέλαν μὲν κάλλιον καὶ κρισιμώτερα πεπλίου. πέπλιον δὲ μέλανος μᾶλλον φυσέων καταρρηκτικώτερόν ἐστιν. Veratrum autem nigrum tum meliùs, tum ad iudicationem accommodatiùs quàm peplium ventrem soluit. Peplium verò veratro nigro meliùs flatus educit, perrumpere facit. Ibidem autem ἐλλέβορος μέλας dicitur, vt lib. περὶ ἑλκῶν (pag.878.G.879.C.)

Μελασμοὶ sunt Hipp. denigrationes & liuores à frigido contracti, aphorism.17.& 20.lib.5.& lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag.425. 21.) nigritiem in vlceribus vertit Celsus cap. 1. lib. 2. Sunt & μελάσματα nigrores, & quæ nigricant aut partes corporis ex sanguine effuso nigrefactæ lib. de fract. (pag.547.38.H.760.B.) Sic μελάσματα sanguine extra venas refuso, per contusionem aut reseratos vasorum fines, fieri scribit Gal. lib. de Tumor. præter nat. (pag.356.23.) Est & μέλασμα αἰδοίων, nigredo in pudendis, lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 426. 33.) quibus verbis pudendorum vlcera maligna & denigrata denotantur, ad quæ aceti vsum conferre scribit Hippoc. Eadem τὰ μελαινόμενα dici videntur libr. eodem extremo. Μελαινόμενοι δάκτυλοι καὶ οἱ πόδες, digiti & pedes nigrescentes, in Progn. (pag.136.55.H.39.38.) De quibus τὰ μελαινόμενα dicuntur Coac. (pag. 196. E.) vt τὰ μελανθέντα τοῦ σώματος ibid. F.& in Progn. pag. 137. 2.H. 39. 45.) partes corporis nigrescentes. Et Prorrh. 2. (pag. 83. C.) μελανθέντες δάκτυλοι τῶν ποδῶν, digiti pedum denigrati & putrilagine corrupti, ita vt decidant. Quod expressit Celsus cap. 7. lib. 2. his verbis. Solent etiam in graui morbo pedes cum digitis vnguibusque nigrescere. Quòd si non est mors consecuta, & reliquum corpus inualuit, pedes tamen decidunt.

Μελάνθιον τὸ ἐκ τῶν πυρῶν, melanthium ex tritico, aut triticeum, quodq; in aruis & tritico nascitur, non verum sed pseudomelanthium dictum intelligi videtur apud Hipp. quo ad suppositirios pessos vtitur lib. 1. περὶ γυναικ. [pag. 619. 48. 621. 4.] & lib. περὶ ἀφόρων [pag. 683. 22.] vbi & febres articu-

articulorumque tumorem inducere, valde etiam mordax esse scribitur.

Μελεδαίνειν θεραπεύειν significat & ἐπιμελεῖσθαι, curare, curam habere aut agere. Verbum est Ionicum & Hipp. vsurpatum, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 598. 26.) τὰς δ' ὑστέρας ὧδε μελεδαίνειν. vteros sic curato. Sic μελεδαίνοντι, ἐπιμελουμένῳ, θεραπεύοντι, ei qui curam habet, aut curationem adhibet, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. Quibus verbis locum Prorrh. 2. (pag. 83. B.) mihi subindicare videtur. τῷ ἰητρῷ τῷ μελεδαίνοντι, medico curanti. Rursusque ibidem (pag. 85. A.) τὸν μελεδαίνοντα, eum qui curat, aut medicum vocat. Erot. μελεδαίνειν θεραπεύειν exponit & μεριμνᾶν. Quod etiam Ionibus dici annotatur ex Corintho. Μελεδαίνειν quoque Hesych. φροντίζειν exponit. Est & μελεδαίνεσθαι passiua voce sæpe vsurpatum Hipp. vt lib. περὶ φύσ. παιδ. (pag. 239. 17.) καὶ κινδυνεύσει ἀποθανεῖν, ἢν μὴ μελεδαίνηται ἐν τάχει. & de vita periclitabitur, nisi breui curetur. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 594. 40.) ἐπὴν δὲ ὁ χρόνος πλείων γένηται, καὶ μὴ μελεδαίνηται. Tempore verò magis progresso si non curetur. Iterumque (ibid. 10.) καὶ ἢν μελεδαίνηται ἐκ τουτέων, ὑγιὴς ἔσται. & si hæc curentur, sana euadet. Rursusque (pag. 616. 48.) τὰ δ' ἕλκεα μὴ μελεδαίνηται. vlcera verò minimè curentur. Iterumque (pag. 605. 18.) ἢν ἀμφὶ μελεδαίνηται, si citò curetur. Libro quoque περὶ ἀφόρων (pag. 675. 51.) καὶ ἢν μὲν ἐν ἀρχῇ μελεδαίνηται. & si quidem per initia curetur. Et rursus lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 594. 45.) καὶ ἢν μὴ μελεδαίνηται, neque curetur. Sic μελεδαινομένη quæ curatur, ibidem (pag. 589. 46.) & (pag. 593. 52. & 616. 55. & (pag. 606. 27.) Et μελεδαινόμεναι, quæ curantur mulieres, libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 578. 9.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 647. 24.) Libr. quoque περὶ ἀφόρων μελεδανθεῖσα, hoc est curata, sæpe vsurpatur, vt (pag. 675. 27. & (pag. ibid. 46. 676. 16. 27. 36. 45.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 664. 52.) Rursusque libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 657. 21.) ἄτοκοι δὲ πολλαὶ καὶ ἐκ ταύτης τῆς νόσου γίνονται, ἢν μὴ μελεδανθῇ. Multæ autem, nisi curentur, steriles ex hoc morbo euadunt. μελεδανθῶσι tamen leg. malim. Idque iure suspectum videtur, cùm libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 565. 26.) vbi eadem in re ista repetuntur, hæc verba desiderentur.

Μελεδώνη cura, solicitudo, vel curatio dicitur Hipp. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 604. 54.) πλείονος μελεδώνης δεήσεται, ὅκως μὴ οἱ τὰ ἕλκεα μεγάλα καὶ σηπεδονώδεα ἔσται. maior cura adhibenda erit, ne vlcera magna & putria euadant. Rursusque ibidem (605. 11.) καὶ δέεται πολλῆς μελεδώνης & multa cura indigent. Et lib. περὶ τῶν ἑλκῶν παθῶν (pag. 535. 8.) ἀλλὰ χρεῖα πολλῆς ἐστὶ μάλιστα μελεδώνης. Verùm quid maxima curatione opus est. Μελεδὼν exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. ἡ ἐπιμέλεια, cura & solicitudo, οὐχ ὡς παρ' Ὁμήρῳ ἡ λύπη, non mœror aut tristitia quemadmodum apud Homerum. Idem quoque Com. 1. in lib. de art. (pag. 588. 35.) μελεδῶνας τὰς λύπας poëtas vocare scribit, ἐν ἴσῳ τὰ μέλη ἐσθιούσας καὶ κατεσθιούσας, quasi membra edant vel consumant. Qua in re nominis notationem secutus videtur, eaque ratione curæ edaces Latinis dicuntur, quòd cor vrant & edant. Verùm apud Gal. in Exeg. μελεδώνη pro μελεδὼν leg. videtur, aut certè par est Gal. apud Hipp. μελεδωνὸς pro μελεδώνης legisse, Erot. quoque μελεδῶνας θεραπείας, hoc est curationes exponit apud Hipp. Verùm μελεδώνης aut μελεδωνὸς pro μελεδῶνας leg. existimo. Sic μελεδῶνες φροντίδες exponuntur Hesych. Μελεδὼν etiam dicitur Hipp. pro μελεδώνη lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 617. 1.) χρὴ δὲ τὴν μελεδῶνα ποιέεσθαι ἐν τάχει. Curationem autem citò adhibere conuenit.

Μελεδωνῶν Erot. μεριμνῶν, θεραπειῶν, hoc est, solicitudinum, curationum exponit. μελεδαίνειν γὰρ λέγεται τὸ μεριμνᾶν καὶ θεραπεύειν. Quæ certè eadem omnino annotantur ex Corintho apud Ionas dici, & à Varino adscribuntur. Ideoque non parum suspectum Erot. codicem mihi reddunt, vt existimem ex Lexicographis aut Glossariis quibusdam decepta esse, & superiori capiti [μελεδῶνας] adscribenda aut velut interpretamentum quoddam assuenda. Neque enim hanc dictionem apud Hipp. me legere memini. Apud Herodot. Euterpe μελεδωνὸς eum cui rei alicuius cura demandata est significat, aut præfectum alicui negotio, qui & μελεδαίνειν Vrania vsurpat.

Μελέτη curam, diligentiam, τὴν ἐπιμέλειαν significat Hipp. interdum etiam curationem. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 606. 28.) χρὴ δὲ τὴν μελέτην ἀτρεκέως ποιέεσθαι ἑλκέων τῶν ἐν τῇ μήτρῃ. Vlcerum verò vteri exactam curationem facere oportet, aut vlceribus vteri exactam curam adhibere. De quibus etiam ibidem dicitur (pag. 591. 25.) καὶ δέεται προσέχειν τῇ μελέτῃ adhibita cura opus erit. Rursus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 559. 15.) & (pag. 560. 8.) καὶ δεῖται μελέτης πολλῆς, multa cura aut curatione indiget. Libr. quoque de fract. (pag. 537. 39. H. 756. H.) καίτοι πάσαι μελέτῃ, καὶ πᾶσαι ἐπιδέσιες οἷά τι διαφθείρειν ἢν μὴ ὀρθῶς ποιεύμεναι. quamuis, nisi rectè procedant, curam omnem totamque vinciendi rationem corrumpere valeant. Vbi Gal. μελέτην ἐπιμέλειαν exponit, additque huius loci aliam esse lectionem, καίτοι πᾶσα μελέτη καὶ πᾶσα ἐπίδεσις οἷά τι διαφθείρεσθαι ἔστι, μὴ ὀρθῶς ποιευμένη. Quam fortè lectionem secutus videtur Erot. cùm apud eum μελέτη ἐνέργεια exponitur. Videtur enim omnis actio aut meditatio chirurgica damnari, quæ si negligentius adhibeatur, cætera quoque omnia quæ circa affectam partem rectè fuerant administrata, labefactare possit. Iterumque ibidem (pag. 546. 51. H. 759. H.) καὶ οὐδεμίην πολλὴν σπουδὴν τῆς μελέτης. Ac neque multum studium aut diligentiam requirunt. Vbi scribit Gal. μελέτας δὲ φαίνεται ὅτι τὰς ἐπιμελείας λέγει, κατ' συνήθειαν τοῦτο τοῖς Ἴωσι, καὶ πολλάκις ἐπὶ τούτῳ σημαινομένῳ, καὶ αὐτὸς ἐχρήσατο τῇ προσηγορίᾳ. Constat autem ipsum μελέτην τὴν ἐπιμέλειαν ex Ionum consuetudine dicere, ipsumque sæpius in eo significato hac appellatione vti. Rursus etiam ibidem (pag. 571. 44. H. 775. B.) μέλει γὰρ μελετέων μέγα διαφέρουσι, καὶ φύσιες φυσίων τῶν σωμάτων εἰς εὐφορίην. Curationes enim & corporum naturæ, quod ad ferendi leuitatem attinet, longè aliis aliæ præstant. Lib. quoq; de art. (p. 625. 35. H. 817. F.) ἢν μὲν αἷμα ἀποπτύῃ κατ' ἀρχάς, τεσσαρακονθήμερον τὴν μελέτην, καὶ τὴν ἐπίδεσιν ποιέεσθαι χρή. ἢν δὲ μὴ πτύῃ τὸ αἷμα, ἀρκέει εἴκοσιν ἡμερέων ἡ μελέτη. Quòd si ab initio quidem sanguinem expuat, quadraginta diebus circa curationem & deligationem diligentia adhibenda, aliòqui ferè viginti dierum curatio abundè est. Hinc μελετᾶν apud Hipp. ἀσκεῖν & ἐπιμελεῖσθαι interdum significat, curare, diligentiam adhibere, exercitationem, meditationem & animi cogitationem adhibere. Velut libro primo Epid. (pag. 366. versic. 43. H. 948. F.) μελετᾶν ταῦτα. In his collocanda est opera, hoc est, in hæc artis præcepta tota animi cogitatione incumbendum. Vbi Gal. μελετᾶν αὐτὸ τὸ ἀσκεῖν positum scribit, aliàs verò sæpe μελέτην τὴν ἐπιμέλειαν Hipp. dici. Iubet enim Hipp. Medicum circa præcipua artis præcepta meditationem adhibere, ad idque tota exercitatione anniti, vt commodet, & ne quid offendat. Sic μελετᾷ ἀσκεῖ, ἐπιμελεῖται, exponitur Hesych. & μελέτη ἄσκησις. At libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, μελετᾶν curam aut curationem adhibere sæpe significat (vt pag. 548. 4.) μετὰ δὲ τῆς νόσου τὴν κρίσιν μελετᾶν. post autem morbi iudicationem cura suscipienda. Et (pag. 550. 4.) τοῦτον ὅκοταν οὕτως ἔχῃ μελετᾶν τοῖσιν αὐτοῖσι φαρμάκοισι καὶ σιτίοισι. hunc ità habentem iisdem medicamentis & cibariis curato. Et (pag. 553. 3.) καὶ τἄλλα μελετᾶν οἷσι καὶ τοὺς πρόσθεν ἰκτερικούς. De reliquo iisdem quibus priores arquatos curato. Et (pag. 554. 31.) τοῦτον ὅκοταν ὧδε ἔχῃ, μελετᾶν οὕτως. hunc ita habentem sic curato. Et (pag. 556. 54.) τοῦτον μάλιστα μὲν κατ' ἀρχὰς βούλεσθαι μελετᾶν. hunc maximè quidem circa initia curare velis. Sic μελετᾶσθαι sæpe, curari, vt (pag. 547. 7.) καὶ μὴ παραχρῆμα μελετηθῇ, ac non confestim curatus fuerit, & pag. 549. 53. 551. 8. & (pag. 552. 31. 556. 10. 558. 12.) & μελετώμενος qui curatur (p. 556. 5. 11. 45.) atque aliàs sæpe. Libri verò 1. περὶ γυναικ. (pag. 598. 41.) μελέτη pro exercitatione Veneris sumitur. προθυμίην γὰρ ἐμποιέει ἡ μελέτη. Alacritatem enim iis inducit Veneris vsus & exercitatio.

Μέλι κέδρινον, mel Cedrinum dicitur Hipp. lib. de Vlceribus (pag. 876. B.) mel quod ex Cedris roris modo defluit & colligitur, cuius magna est copia in Libano monte, vbi cedrus est frequentissima. Idque coriis super terram extensis, & excussis arboribus in ollas & fictilia excipi, melque roscidum & aërium vocari testatur Gal. libr. 3. de alim. fac. cap. de melle. Sunt qui mel simpliciter intelligant, & κέδρινον cedriam, cedri lachrymam aut liquorem capiant. Quidam etiam eo nomine mannam apud Hipp. designari contendunt, vt antea scripsimus.

Μελιηδὴς οἶνος vinum dulce & mellei dulcoris aut coloris, vt fuluum & flauum dicitur Hipp. aut melli ammixtum. Sic enim μελιηδέα οἶνον Gal. in Exeg. apud Hipp. exponit, οὐ μόνον τὸν ἡδύν, ἀλλὰ καὶ τὸν μέλιτι μεμιγμένον non tantùm vinum dulce, verumetiam melle mixtum, ex libr. 1. de Morb. maiore. Legitur tamen apud Hipp. lib. 1. de Morb. passim inscripto (pag. 469. 4.) & οἶνον μελιτώδεα πίνειν scribitur in omnibus exemplaribus. Apparet autem Galen. μελιηδέα legisse, quemadmodum apud Homerum sæpe scribitur, vt Il. ζ. (vers. 258.) & Il. μ. (vers. 320.) & Il. σ. (vers. 545.) Est & μελιηδὴς οἶνος apud Hip. lib. περὶ παθῶν (pag. 529. 42.) idem quod μελιηδὴς quod & μελίχρως Hipp. dicitur, vt postea scribemus.

Μελικηρὶς abscessus nomen est, & in tumoribus præter naturam annumeratur, humoremque melli similem continet, vnde etiam nomen sibi vendicat, Gal. lib. de tumor. præter nat. (pag. 355. 51.) & lib. 14. Meth. med. cap. 12. & Paulo cap. 54. lib. 4. & Aëtio c. 7. lib. 16. Sic μελικηρίδα in abscessuum genere ex nimia humorū redūdātia recēset Hip. Prorr. 2. (p. 113. C. Aliòqui

μελικηρὶς vlceris species est cutim capitis perrodens, quod propriè κηρίον nominatur, μελικηρίδα vocat Aëtius lib. 2. tetrab. 2. cap. 68. Author etiam Medici inter capitis affectus μελικηρίδα reponit (pag. 387. 32.) Meliceriam nominat Celsus (si modò vera est scriptura) eamque duplicem describit cap. 28. lib. 5. Est etiam Meliceria eidem saniei vlcerum species quædam capite 26. lib. 5.

Μελίκρητον aqua mulsa est Hippocrati cuius facultas & vsus in morbis acutis definitur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 74. 47. H. 292. 50.) Sed & μελίκρητα ὑδαρέα αὐτὶ τοῦ μελικρήτου ὑδαρέος, sæpe vsurpat Hippocrates, vt lib. 2. de Morb. (pag. 464. 54.) μελίκρητα διδόναι ἐπιπίνειν ὑδαρέα, aquam mulsam aquosam insuper bibendam exhibere. Rursus ibidem 465 9. πινέτω τὰ διουρητικὰ καὶ μελίκρητα ὑδαρέα. vrinam cientia ebibat & aquam mulsam dilutam. Iterumque ibidem (pag. 466. 11.) πινέτω δὲ μελίκρητα ὑδαρέα, bibat autem aquam mulsam dilutam.

Μελιχρὸς aut μελιχρὸς & μελιχρὸς οἶνος dicitur Hipp. vinum mellitum, dulce, cuique mel ammixtum est. Sic enim μελιηδέα οἶνον μελιχρὸν dici apud Hipp. ex lib. 1. de Morb. maiore testatur Gal. in Exeg. Qui locus legitur lib. 2. de Morb. passim inscripto (pag. 465. 5.) καὶ ἐπιπίνειν οἶνον μελιχρὸν, & vinum mellitum, aut dulce superbibat. (Sic enim illic legitur cùm μελιχρὸν legisse Gal. constet) Rursus lib. περὶ παθῶν (pag. 526. 39.) καὶ τὸν οἶνον μελιχρὸν, παλαιὸν, λευκὸν, ὑδαρέα. & vinum mellitum, vetus, album, aquosum. Iterumque ibidem (pag. 528. 8.) καὶ οἱ μελιχροὶ παλαιοὶ τὴν κοιλίην ὑπάγουσι, & vina mellita antiqua ventrem subducunt. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 640. 52.) in fluore muliebri fuluo, vtitur οἴνῳ λευκῷ μελιχρῷ vino albo mellito & aquoso. Μελιχρὸν aliàs vocat, libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 540. 37.) οἶνον πινέτω λευκὸν Μενδαῖον μελιχρὸν. vinum Mendæum bibat album, mellitum. Et libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 616. 25.) οἴνῳ μελιχρῷ, vino mellito. Vbi certè vinum mellei coloris sumit Cornar. non melleæ dulcedinis, quale est fuluum. κιῤῥὸν ibidem vocat Hipp. & libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 541. 1.) Sic μελιχρὰ ὀρειναλίδες, χρόιαν ἔχουσαι μέλιτος καὶ κιτρινοειδεῖς, hoc est, mellei coloris aut citrei poma montana exponuntur Schol. apud Theocrit. Idyl. 5. & ἡδέα, dulcia aut mellita. Et μελιχρὸν etiam Idyl. 10. τὴν ἰοικυῖαν κατὰ τὸ χρῶμα μέλιτι, τουτέστι ὠχρόν, flauam & mellei coloris exponunt. Etsi μελίχλωρον passim legitur apud Theocr. & μελανόχρωτα ἄγρια, καὶ λίαν μέλαινα, hoc est, fuscam, non valdè nigram illic explicat Scholiastes. Verùm Lucretium lib. 4. μελίχρουν vt & Scholiasten legisse apparet, cùm de amatoribus amasiarum vitia extenuantibus scribit.

Nec sua respiciunt miseri mala maxima sæpe.

Nigra μελίχροος immunda & fœtida, ἄκοσμος. Qui certè locus non dubia fide illud Theocr. Idyll. respexisse videtur, vt doctissimè animaduertit Henric. Steph. in suis Annot. Melle autem vino commixto mulsum fiebat, vt docet Dioscor. & ex Massico vino & melle Attico optimum mulsum commendabatur, de quo Martialis,

Tam bene rara suo misceantur cinnama nardo,
Massica Theseis iam bene vina fauis.

Quin & apud Horat. Satyr. 4. libr. 2. serm. Aufidius forti miscebat mella falerno, Mendosè. Et mel vino commisceri docet Plutarchus lib. 4. Sympos. probl. 5. Sunt & μελιχροὶ κύαμοι Hipp. fabæ cum melle admixto, fabæ mellitæ, aut melle conditæ, lib. 7. Epid. (pag. 1211. D.) κυάμοισι δὲ χρωμένῳ μελιχροῖσι, fabis verò mellitis vsa. Et rursus ibidem 1212. B. κυάμοισι μελιχροῖσιν ἐχρῆτο. fabis cum melle vtebatur, in anhelosa difficultate spirandi laborante.

Μεμαθήκασι, εἰώθασι exponit Erot. apud Hipp. quod est consueuerunt. καὶ γὰρ ἡ μάθησις (vt scribit) ἔθος ἐστὶν ἄσκησις. Consuetudinis enim exercitatio est disciplina. Sic enim leg. existimo, cùm alioqui vitiosa sit Erot. scriptio. Eam autem dictionem sæpiùs vsurpat Hipp. vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 100. 24. H. 399. 28.) μεμαθήκασι δὲ μακροὶ οἱ πυρετοὶ οὐδὲ γίνεσθαι Consueuerunt autem febres hæ protrahi. Et rursus ibidem (pag. 110. 2. H. 404. 16.) τούτους δὲ χρὴ πίνειν ἔλασσον ἢ μεμαθήκασιν, hos autem solito minus bibere oportet. Rursusque lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 276. 22.) ἔνθα αἱ ὀδύναι μεμαθήκασι γίνεσθαι. vbi dolores fieri consueuerunt. Qui locus iisdem verbis repetitur libr. περὶ φύσ. ἀνθρώπου. (pag. 24. 8. H. 230. 3.) Eadem quoque notione hæc locutio sæpe ponitur apud Hipp. vt libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 109. 29. H. 403. 38.) πολλάκις γὰρ μεμαθήκασι φοιτᾶν ἐκ κραιπάλης καὶ βρωμάτων φυσωδέων ἀλγήματα, καὶ ἐς ὀσφῦν καὶ ἐς ἰσχίον. Sæpius enim dolores ex crapula & e cibis flatulentis, & ad lumbos, & ad coxam venire consueuerunt. Iterum ibidem (verf. 39. H. ibid. 44.) καὶ γὰρ ὁκόσοι αὖ μὴ μεμαθήκασι ἀριστᾶν. Nam qui prandere non fueti. Rursusque ibidem (pag. 110. 15. H. 404. 24.) ἢ εἴ τι ἄλλο ἄλγημα ἔχοι, μεμαθηκὸς ἀείσεσθαι. & si quis alius dolor antea infestare sit solitus. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 12. 6.) ἢν τὰ σιτία ἃ μεμαθήκασι ἅπαξ σιτέονται. si quantum cibi semel absumi consueuit. Et rursus (verf. 26. H. ibid. 7.) ἀριστᾶν μεμαθηκώς τις, qui prandere est solitus. Et iterum (verf. 33. H. ibid. 18.) τῷ μεμαθηκότι μονοσιτέειν, semel tantùm cibum capere assueto. Et (verf. 37. H. ibid. 24.) ὁ δὲ μεμαθηκὼς ἀριστίζεσθαι. prandere consuetus. Sic etiam lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 552. 1.) ἔλασσον ἢ ὡς μεμαθήκει φαγέτω, & minùs quàm consueuerit edat. Et rursus ibidem (pag. 541. 14.) ἃ μεμαθήκει ἐσθίειν, quæ comedere sit solitus. Et libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 593. 45.) καὶ ἀρχομένης μὲν τῆς νόσου, καθαίρεται τὰς ἡμέρας ἃς μεμαθήκει οὐ πλείονας. initio quidem morbi, dies quibus consueuit, nec plures, purgatur. Et (pag. 597. 11.) ἐμέτοισι χρῆσθαι πρὸ τῶν ἡμερέων, ἐν μεμαθήκει τὰ ἐπιμήνια γίνεσθαι. Vomitionibus vtatur ante eos dies quibus menstrua fieri consueuerunt. Et (pag. 912. 36.) ἐπὴν μεμάθῃ ὁ σπλὴν ἕλκειν ἐς ἑωυτόν. vbi lien ad sese trahere consueuerit. Rursusque lib. 2. (pag. 646. 40.) πρότερον ἢ ὕστερον τοῦ μεμαθηκότος, prius aut posterius solito. Eadem etiam notione μάθησις τὸ σύνηθες quod est consuetum aut solitum significat Hipp. plebeia & vulgari locutione. Vulgus enim se non didicisse dicit, pro non consuesse. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 593. 8.) ἐπὴν κενεαγγήσῃ καὶ ταλαιπωρήσῃ πλείονα τῆς μαθήσιος. vbi euacuata fuerit, aut plus solito laborarit. Quod ibidem (592. 50.) de menstruis dicitur, ἢν πλείονας ἡμέρας τοῦ συνήθεος φοιτᾷ, si pluribus quàm consueuerint diebus decurrant. vbi Regia exemplaria manuscripta pro συνήθεος μαθήσιος legunt, quemadmodū etiā scribitur (p. 248. 28. 612. 49.) καὶ ἐπὴν πλεῖον τῆς μαθήσιος φάγῃ, vbi plus solito comederit.

Μεμιασμένον μεμολυσμένον, hoc est fœdatum, inquinatum exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. ὡς καὶ ἐσθὴς τῷ ποιητῇ, velut etiam apud Homerum. Quibus sanè verbis mihi videtur locus lib. de sacro morbo subindicari. (pag. 303. 31.) ἀλλὰ κἢν τυγχάνῃ ὑπὸ ἑτέρου μεμιασμένον, ἤ τι πεπονθός. Verùm etiamsi contingat ab alio inquinari, aut aliquid pati. vbi etiam μιαίνεσθαι & μιάσματα, de corporis inquinamentis, quibus expiantur homines & purgantur, sæpe ponuntur, vt ibidem (verf. 20.) καθαίρουσι γὰρ τοὺς ἐχομένους τῇ νόσῳ αἵματι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι μιάσμασιν ἔχοντας. Expiant enim morbo correptos sanguine, & aliis inquinamentis detentos, aut sceleribus contaminatos. Et (v. 30.) οὐ μὲν τοί γε ἀξιῶ ὑπὸ θεοῦ ἀνθρώπου σῶμα μιαίνεσθαι. Non tamen existimo hominis corpus à Deo coinquinari, fœdari. Et (v. 33.) ἐθέλοι ἂν ὑπὸ τοῦ θεοῦ καθαίρεσθαι, καὶ ἁγνίζεσθαι μᾶλλον ἢ μιαίνεσθαι. Velit potiùs à deo expiari & purificari, quàm inquinari. Sic ibidem (v. 38.) μεμιασμένος, conspurcati, contaminati & coinquinati. Certum autem est μιαίνεσθαι ea notione crebrò Homero vsurpari. At μεμιασμένον ab Erot. expositum apud Hipp. λοιμῶδες γεγονὸς, pestilentia infectum, aut pestilens effectum, huic certè loco parum conuenire mihi videtur: existimoque locum libri περὶ φυσῶν ab Erot. subindicari (p. 297. 8. 9.) ὅταν τοῦτο [πνεῦμα] ἢ πλεῖον, ἢ ἔλασσον ἢ καὶ ἀθροώτερον, ἢ μεμιασμένον νοσηροῖσι μιάσμασιν ἐς τὸ σῶμα ἐσέλθῃ. vbi is [spiritus] aut copiosior, aut parcior, aut cumulatior, aut inquinamentis morbidis infectus, corpus subierit, h. e. pestilentia corruptus, aut pestilens effectus. Sic enim νοσηρὰ μιάσματα, νοσηρήν τινα ἀπόκρισιν vocat Hipp. in his quæ adiecta sunt lib. de natura hum. (p. 20. 23. H. 229. 2.) μιαίνεσθαι ἰδιότητι μᾶλλον ὅλης τῆς οὐσίας, οὐχ ἁπλῇ ποιότητι λυμαινομένῳ τῷ σώματι, exponit Gal. hoc est, expirationem totius substantiæ proprietate potius, quàm simplici qualitate corpori infestam. Et postea (pag. 297. 28.) quoque huiusmodi μιάσματα, ἃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πολέμιά ἐστι hominum naturæ inimica, vocantur. Apud Hesych. quoque μεμιασμένα μεμολυσμένα & μεμιγμένα exponuntur, hoc est, fœdata, inquinata & permixta.

Μεμολυσμένους quidam τοὺς κατεψυγμένους, hoc est, perfrigeratos, nonnulli etiam τοὺς ἐσκληρυμμένους καὶ λιθώδεις, hoc est induratos & lapideos esse existimarunt apud Hipp. vt scribit Gal. in Exe.

Μεμύρυκεν etiam Gal. συνείλησεν, hoc est, conuoluit, exponit in Exeg. apud Hipp. ἀπὸ τῶν μηρυομένων ἐρίων, à lanis quæ dum deducuntur aut nentur, in glomum conuoluuntur. Est autem μηρύειν stamen deducere & nêre, ὑφαίνειν & κλώθειν exponitur & συνάγειν, quod & μηρύσασθαι ex Hesiodo dici annotatur. Sic & μήρυμα νῆμα dicitur filum seu stamen nendo deductum & in glomum aut licium glomeratum, pro quo μήρυγμα τὸ ἐκπεπλεγμένον exponitur Hesyc. & μηρυομένων ἐκπεπλεγμένων. Quare non dubium est vitiatam esse Exeg. lectionem & μεμήρυκεν legendum & μηρυομένων ἐρίων, ac post μελικηρίδα in serie alphabetica collocandum, vt fecit Cornar. Etsi μεμύρυκεν legitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 279. 22.) δυσείλιτος φλέβας μεμύρυκεν pro μεμήρυκεν. ægrè discretas venas conuoluit, deduxit.

Μεμωρωμένα vide in μώρωσις postea.

Μενδήσιον μύρον vnguentum Mendesium, quo vtitur Archig. apud Gal. lib.

Gal. lib. 2. Com. phar. κτ᾽ τόπ. (p.183.17.) in capitis dolore ex ebrietate. vbi etiam μενδήσιος οἶνος, vinum Mendesium commemoratur, vt Hipp. quoque libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 539.28.).

Μένος, vim, vehementiam aut robur significat, vt τὸ οἴνου μένος, vini vis ac potentia, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.81.46. H. 394.51.) ἧσσον γὰρ ἂν ἧσσον τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος ἅπτοιτο τῆς κεφαλῆς καὶ γνώμης. Hac enim ratione vini vis minus caput & mentem tentauerit. Est autem dictio poëtica Homeroque admodum familiaris.

Μεντάγρα ex Lichenum genere Latinè vsurpatum vocabulum (vt scribit Plinius) & ex dictione Græca & Latina compositum. Cùm enim Lichenes Tiberij Claudij Cæsaris principatu nouus & grauissimus morbus censerentur, quoniam à mento ferè oriebantur, ioculari primùm lasciuia (vt est procax natura multorum in alienis miseriis) mox & vsurpato vocabulo, mentagram appellauere, occupantem in multis totos vtique vultus, oculis tantùm immunibus, descendentem verò in colla, pectusque ac manus, fœdo cutis furfure. Plin. lib.26.cap.1. Mentagram autem esse ex Lichenum genere satis ostendit quod scribit Gal. lib 5. κτ᾽ τόπ. (p.227.44.) in Ecdorio Lichenũ Pamphili. Etsi apud Gal. μελιτάγρα sæpius pro μεντάγρα vitiosè scribitur, vt patet ex Aëtio, qui Tetrab.2. lib.4.cap.16. Pamphili Ecdorium etiam illud repetens, eo se vsum & plurimùm profecisse scribit, ἐπικρατούσης ἐν πόλει τῆς μεντάγρας λεγομένης, ὃ ἐστιν ἄγριος λειχήν. Qua etiam dictione iterum ibidem vtitur Aëtius in alio Ecdorio.

Μεσηγὺ ἐν μέσῳ, quod est in medio, exponit Erot. apud Hippoc. Verùm μεσηγὺ legitur passim & μεσσηγὺ, vt apud Homer. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.81.48. H.394.34.) μεσσηγὺ μέν τοι ἐξυμίλιτος καὶ μαλακώτερον. Et lib. de art. (pag.654.20. H.833. A.) ἔπειτα διαθεὶς τὸν πῆχυν μεσηγὺ τοῦ ἀφεδρῶνος καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ ὑφίστασθαι. deinde cubitum inter caput femoris elapsum & interfœmineum medium collocare debet. Et ibidem (v.19.H. ib.) ἐνείραντα τὸν πῆχυν μεσηγὺ τῶν μηρῶν. cubitum inter femora insertum. Rursus ibidem (pag.655.21.H.ib.H.) ἀλλὰ μεσηγὺ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ ἀφεδρῶνος. sed inter caput femoris & interfœmineum. Et rursus ibidem (pag.598.13. H.791.G.) κατὰ δὲ τὸ μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατῶν, iuxta medias autem scapulas. Atque aliàs sæpe μεσηγὺ non μεσσηγὺ apud Hipp. legitur.

Μεσόκλεια dictum Hipp. scribit Gal. in Exeg. ὡς εἰ καὶ μεσότητα εἴλιγγον, quasi medium quiddam diceret. Verùm illud μεσόκλεια & μεσότητα non parum suspecta sunt, tum quòd nusquam apud Hipp. reperias, tum quod exemplaria quædam Galeni, μεσόκλειον, ὡς εἰ καὶ μεσεντέριον εἴλιγγον, scribunt. Quæ neque tamen germana videtur lectio, sed ex qua certè veram coniecturam elicere queas. Nam & scribendum & legendum existimo, μεσόκωλον, ὡς εἰ καὶ μεσεντέριον εἴλιγγον, vt sit μεσόκωλον, ac si μεσεντέριον diceret. Quibus sanè verbis hanc dictionem μεσόκωλον ex aphor.6. sect.4. lib.6. Epid. non aliter quàm in Commentario illius sententiæ explicat. Illic enim ἐκ τῶν μεσοκώλων ὡς εἰ καὶ μεσεντερίων εἴρηκε, scribit. Quòd velit Hipp. censuisse hominis intestina crassiora (quæ illic κῶλα dicuntur) ex mesocolis dependere, quasi mesenteriis dixerit, hoc est medianis quibusdam membranis ac velut interstitiis, quæ μεσόκωλα dicuntur. Nam μεσεντέριον nomen generalius esse scribit Gal. & tam ad tenuia intestina quàm crassa pertinere, & corpus illud membranosum crassum intestina connectens indicare. μεσόκωλον verò nomen ἰδικώτερον esse, & ad crassiora tantùm intestina spectare; velut si quis eam mesenterij partem, quæ tenuia intestina connectit, μεσονήστιον vocaret, si vsus ferret, quod tamen μεσαραῖον. quasi in medio tenuium intestinorum, aut ventre positum, dici potest, cùm sit ἀραιὰ Hesych. γαστὴρ καὶ λεπτὰ ἔντερα. Et re vera Gal. mesenterium illic bipartitum facit, ex duplici intestinorum differentia, etsi continuum sit, & omnia intestina vna perpetuitate connectens, cuius pars crassiora intestina complectens μεσόκωλα dicuntur. Μεσόκωλον autem legitur etiam apud Hipp. lib. περὶ ἱερῆς νούσ. (p.274.15.) vbi quoque eadem sententia repetitur, vitiosè tamen scripta, vt cuiuis patet.

Μεσόδμη dicitur trabs grandior transuersa, quæ ab vna domus parte ad alteram pertinet, aliasque trabes minores sustinet. Dictio est lib. de art. vsurpata (pag.653.48. & 51. H.832.G.) κρεμάσαι χρὴ τὸν ἄνθρωπον τῶν ποδῶν πρὸς μεσόδμην δεσμῷ ἰσχυρῷ, μαλθακῷ δὲ καὶ πλάτος ἔχοντι. Homo pedibus ex transuersa mediæ domus trabe, vinculo valido, molli tamen & lato, suspendatur. Et rursus, χρὴ δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν γουνάτων προσεκδεδέσθαι, πλάτει ἱμάντι καὶ μαλθακῷ ἀνατείνοντι ἐς τὴν μεσόδμην. Supra genua quoque insuper lorum latum ac molle, quod ad eandem trabem pertingat, circumdandum. Vbi Gal. μεσόδμην dici scribit τὸ μέγα ξύλον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοίχου πρὸς τὸν ἕτερον διῆκον, ὅ τι πλεῖστον τῶν πανδοχείων οἴκοις τοῖς μεγάλοις ἐν οἷς ἵσταται τὰ κτήνη, καὶ κατ᾽ ἀγρὸν ὁμοίως ἐν τοῖς γεωργικοῖς οἴκοις, hoc est, tignum magnum transuersum, ab vno domus pariete ad alterum pertingens, quod in magnis diuersoriorum stabulis, nec non in agris, vbi iumenta manent, habetur. At in Exeg. vocum Hipp. μεσόδμη exponitur, ἡ καθ᾽ ἣν ὁ οἶκος εἰς δύο μέρη μερίζεται διοικοδόμησις ἐκ τῶν δοκῶν ὀρθῶς, οἷον μεσότοιχόν τι ὄν. τινὲς δὲ καὶ τὸ ὑπερκείμενον στέγος μεσόδμην καλοῦσι. trabis moles & obstaculum domum duas in partes separantis, velut structura quædam media. Quidam etiam superimpositum tectum ita vocari volunt. Quibus in verbis οἷον μεσότοιχόν τι lego cum Cornar. aut μεσόδμησις δὲ, vt medium quendam murum aut ædificium, vel mediam potiùs structuram intelligas, cùm passim vitiosa sint Exeg. exemplaria. Μεσόδμαι & μεσόδμαι dicuntur Hesych. τὰ μεσόστυλα, vel τὰ τῶν δοκῶν διαστήματα, trabium aut postium quædam separationes, ac velut intercolumnia. Est & μεσόδμη in nauibus ἡ ὀπὴ δι᾽ ἧς ὁ ἱστὸς ἐκφέρεται. foramen in media naui cui malus inseritur. ἢ τὰ μέσα ξύλα τῆς σχεδίας καὶ τοῦ πλοίου, trabs transuersa pertusa per quam malus demittitur & à qua retinetur, aut ἡ ἱστοδόκη, ὅπου τίθεται ὁ ἱστὸς καὶ κλίνεται. Quam dictionem vsurpat Homer. ὀδυσ. β. & τ. In domibus & ædificiis μεσόδμαι dicuntur τὰ μεσόστυλα κατ᾽ Ἀρίσταρχον, vt scribit Varin. καθ᾽ ἑτέρους δὲ τὰ μεταξὺ τῶν δοκῶν. ἔνιοι δὲ διαφράγματα μεταξὺ τῶν κιόνων.

Μετὰ præpositio plærumque Hipp. ponitur pro μετὰ ταῦτα, deinde, posthæc idque Ionum more, vt scribit Gal. Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.84.15. H.395.19.) καὶ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καὶ ἐν ἄλλοις Ἱπποκράτης φαίνεται χρώμενος τῇ μετὰ προθέσει, κατὰ τὸ τῶν Ἰώνων ἔθος ἐλλειπτικῶς. Nam & in hoc libro & in aliis, Hipp. præpositione μετὰ pro Ionum consuetudine per defectum vti videtur.

Μεταβάλλειν, mutare, immutare; quod μεταλλάσσειν dicitur Hipp. ac præcipuè de victus ratione & temporum commutatione effertur, vt lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπ. (pag.20.15. & 24. H.229 48. 51.230.) διαιτήματα μεταβάλλειν, victus rationem immutare, & διαιτημάτων μεταβολὴ ibidem (vers. 12. H.4.) quod μεταβάλλειν interdum simpliciter dixit Hipp. lib.7. Epid. (pag.1239.F.) ὁ μεταβάλλων, de eo qui in victus ratione nihil immutauerat. Sunt & αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων αἱ διαδοχαὶ (vt exponit Gal.) hoc est temporum inuicem commutationes & successiones, aph. 1. lib.3. quæ etiam μεταλλαγαὶ dicuntur. Μεταβάλλειν etiam ἀντὶ τοῦ μεταβάλλεσθαι apud Hipp. sumi videtur, quemadmodum Budæus ex Arist. adnot. libr. de Morb. sacro (pag. 306. 53.) ἐπειδὰν ἐξαπίνης μετὰ βόρεια πνεύματα νότος μεταβάλῃ. vbi de repente post Aquilonares ventos Auster mutatus fuerit, hoc est flare cœperit, aut tempestatem immutarit. Rursus ibidem (p. H.308.29.) καὶ τὸ σῶμα ποιέει αἰσθάνεσθαι καὶ μεταβάλλειν ἐκ τῶν ἀνέμων τούτων ἐν τῇσι μεταλλαγῇσι. & corpus sentire faciat, & immutetur ex horum ventorum alterationibus.

Μετακέρασμα significat apud Hipp. mediam quandam mixturam aut temperamentum. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.84.11. H.395.19.) καὶ μετακεράσματα πολλὰ ἐπιμελῶς. multa quoque mediæ mixtionis temperatura paranda. Sic enim vocat variam aquæ tepidæ mixturam, ac multas temperationes, cùm vna exactè sit tepida, altera minus, & tertia adhuc minus, sic paulatim ad frigidam declinando. Neque enim vult ægrum è solio statim ac repente ad frigidam transire, verùm paulatim eam mutationem fieri. Vbi Gal. μετακέρασμα κέρασμα mixtionem ac mixturam simpliciter exponit, additque μετακέρασμα aut μετὰ κέρασμα legi posse eadem notione. Quem sanè locum mihi subindicare videtur Gal. in Exeg. cùm μετακύρας ex lib. de rat. vict. in morb. ac. τὴν γαλακτώδη σύγκρασιν, hoc est, lacteum temperamentum aut mixturam exponit. Vitiosam enim esse scriptionem illam satis apparet, & pro μετακύρας μετακέρας aut μετακέρασμα legendum, vt habent omnia exemplaria lib. de rat. vict. in morb. ac. Est autem μετάκερας Hesych. τὸ εὔκρατον ὕδωρ, ἢ χλιαρὸν, aqua temperata aut tepida, qualis sumitur apud Hipp. etsi vitiosè μετακέρας apud Hesych. scribitur. Nam μετάκερας, ατος, ex Athen. legendum apparet, qui scribit lib.2. Ἀθηναῖοι δὲ μετάκερας καλεῖν, τὸ χλιαρόν. ὡς Ἐρατοσθένης φησὶ, ὕδωρ (φησὶ) καὶ μετάκερας. Et lib.3. idem ferè repetens, & ex Alexide in Locris, αἱ δὲ παῖδες παρέχουσι, ἡ μὲν τὸ θερμὸν, ἡ δὲ ἑτέρα μετάκερας. Et ibidem ex quodam poëta. ἀπόδοτε ὕδωρ ἐγχεῖν θερμὸν, ἄλλοι μετάκερας. Vbi ὕδωρ μετάκερας, aquam temperatam & medij temperamenti significat, hoc est, ex frigida & calida mixtam & tepidam, aut lactei teporis ac temperamenti, vt sumit Gal. Sic etiam μετακέρασμα medium quoddam calidi & frigidi temperamentum dicitur Plutar. lib. περὶ ψυχροῦ, ὅτι θερμὸς ἐν αὐτῷ, ὅτι ψυχρὸς ἀπὸ ψυχροῦ καὶ

θερμῷ μετακίρασμα καὶ κοινώνημα. neque calidus ipse, neque frigidus, sed frigoris & caloris medium quoddam temperamentum & communio.

Μετακινήματα τῆς ὄψιος, pupillarum dimotiones, emotiones, transmotiones, Prorrh. 2. (p. 102. F.)

Μεταπίπτειν plærumque de morbo dicitur qui in aliam transmutatur speciem, quando priore cessante morbo alter superuenit, aut prior morbus in alium degenerat, velut pleuritis in peripneumoniam transmutatur, aphorism. 11. lib. 7. Interdum etiam de humorum transfluxu & transpositu effertur, vbi locum subinde commutant, vt Prorrh. (pag. 193. vers. 4. H. 73. B.) ἐκ νώτου φρίκαι πυκναὶ ἐξέως μεταπίπτουσαι, ex dorso crebri horrores subinde locum commutantes. Sic de symptomatum in contraria permutatione, in Prorrh. (pag. 184. 1. H. 70. F.) ἄκρεα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, celeres summitatum corporis in vtraque extrema permutationes. Et rursus ibid. (pag. 174. 39. H. 68. B.) ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ τὸ ἠπιεικὲς, πυκνὰ δὲ μεταπίπτειν, κακόν. In phreniticis initio moderatum esse, crebrò verò permutari, malum est. Rursusque ibidem (pag. 178. 11. H. 69. E.) τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα. crebræ in phreniticis transmutationes. Quod certè ex humorum transfluxu ac transmutatione contingit, qui sua qualitate varia adferunt symptomata, variasque gignunt permutationes, μεταῤῥύσεις vocat Gal.

Μετάρσιον ὑψηλὸν, sublime exponit apud Hipp. Erot. nimirum locum libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 647. 26) subindicans. καὶ ἡ πνεῦμα μετάρσιον. & respiratio sublimis insit. Est & μετάρσιον πρόσωπον, facies eleuata, tumida, in tumorem sublata & inflata, lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 638. 21.) in nimio sanguinis fluxu χρῶμα ἀφώδης καὶ τὸ πρόσωπον μετάρσιον, color aquæ modo exalbidus, & facies in tumorem sublata. Quod explicans Erot. scribit: μετάρσιον δὲ κυρίως μὲν τὸ ὑψηλὸν λέγεται, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ ἐπαρμένον εἰς ὄγκον ὠνόμασεν. μετάρσιον propriè quidem sublime aut elatum dicitur, per abusionem verò, quod in tumorem sublatum est nominauit. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (pag 617. 27.) μετάρσιος ἡ κλίνη lectus sublimis aut elatus dicitur, ὀρθὴν, hoc est, rectum vocat lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 261. 30.)

Μετάστασις vide antea in μεθίστασθαι.

Μετασυγκριτικὰ medicamenta dicuntur quæ ex alto attrahere ac meatuum statum transmutare possunt. Sic enim μετασυγκριτικὴν δύναμιν in Thapsia exponit Dioscorid. cap. 157. lib. 4. vim ex alto extractoriam vocant: ὅπου τι δεῖ ἐκ βάθους ἑλκύσαι, ἢ μεταποιῆσαι, hoc est, vbi ex imo aliquid euocandum est, aut meatuum laxitas alio transferenda est. Gal. cap. 25 libr. de simplic. med. hoc nomen Methodicorum sectæ attribuit, neque huic satis conuenire scribit, iisque μετασυγκριτικὰ medicamenta dici quæ meatuum corporum statum transmutant, quibus ad diutina fluxione vexatos vtebantur, idque est μεταποροποιῆσαι, & effectum μεταποροποιΐα. Μετασυγκρίσεως autem facultatem habent præter medicamenta, plurima alia, vt varia gestationum genera, deambulationes, vocis exercitia, vnctiones, cucurbitæ, dropaces, insolatus, frictiones, psilothra, smegmata, sinapismi, vomitus ex rhaphanis, vires reficiens victus, balnea, vinum, varius cibus, vt scribit Paulus libr. 3. cap. 72. Est & μετασυγκριτικὴ θεραπεία metasyncritica curatio à Methodicis appellata, quæ in inueteratis affectionibus adhibebatur, cùm nihil profecissent reliqua auxilia, vt scribit Gal. lib. 2. Compos. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 183. v. 8. Eaque se vti fatetur in intemperie partium frigida & humida, quæ per se inest, aut propter humorum frigiditatem. Sic Metasyncritica medicamenta veteres appellarunt, quæ videlicet exuccas, aridas & prope extinctas partes pristinæ naturæ reddunt, & (vt loquitur Aurel.) recorporant. Idem quoque μετασυγκρίνειν recorporandi virtutem vocat cap. 4. lib. 3. Acut. & μετασύγκρισιν corporis nouationem, cap. 9. lib. 2. μετασύγκρισιν Celsus ἀναφοριστικῶς dicere videtur, vbi summam cutem relaxari, euocarique corruptum humorem & habitum corporis mutari expedit, cap. 17. lib. 2.

Μετεξέτεροι apud Hipp. ἕτεροι, alij, exponit Bacchius, vt scribit Erot. Verùm idem ἔνιοι melius esse scribit, quod est, nonnulli aut quidam, quemadmodum ex Herodoto lib. 2. adducit, τὰς ζείας μετεξέτεροι καλέουσι, zeam nonnulli vocant. Est autem Ionibus frequens dictio & ex Herodoto annotata. Ex Corintho quoque adscribitur μετεξέτεροι pro ἕτεροι Ionibus dici. Et ex Lexico Herodoti μετεξέτεροι, τινές. Hesych. quoque μετεξέτεροι exponitur, ὃ ἡμεῖς φαμὲν ἔνιοι, quod quidam aut nonnulli dicimus. Vsurpatur autem crebrò hæc dictio Hipp. vt lib. de fract. (p. 545. 14. H. 759. E.) ὧν δὲ ταχὺ καὶ σκληρὸν οἷα μετεξέτεροι ἔχουσιν. Si verò crassa & dura, velut, quidam habent. Et libr. de art. (p. 624. 42. H. 817. C.) μάλα μὲν οὖν μετεξέτεροι καταμελέουσι τῶν τοιούτων. magis igitur tales noxias nonnulli contemnunt. Rursus ibidem (pag. 632. v. 48 H. 822. F.) τὸ δὲ τι ὑπόδημα μετεξέτεροι τούτων ὑποδέεσθαι οὐ δύνανται. Ac eorum quidem nonnulli calceum sibi inducere nequeunt. Et rursus ibidem (p. 629. 26. H 819. H.) χρῆσις γὰρ μετεξετέρην ῥύεται τῆς ἄγαν ἐκθηλύνσιος. Vsus enim quidam ab effœminatione nimia liberat. Vbi scribit Galenus. ἔνεστι μὲν παρ' Ἡροδότου μάλιστα μαθεῖν, οὐδὲν πλέον σημαῖνον παρὰ τοῖς Ἴωσι τὸ μετεξετέρην, τοῦ παρ' ἡμῖν ἑτέρην. πολλάκις γὰρ αὐτῷ κέχρηται, καθάπερ καὶ τὸ μετεξέτεροι. δῆλον οὖν καὶ διὰ τοῦτο πάλιν ὅπερ ἡμῖν διὰ τοῦ τινες σημαίνειν, εἴ γε καὶ νῦν οὖν διὰ τὸ μετεξετέρης τοῦτό τι δηλοῖ. Ex Herodoto quidem discere licet nihil amplius apud Ionas μετεξετέρην quàm apud nos ἑτέρην significare, vt & μετεξέτεροι, qua dictione sæpe vtitur, eaq; rursus nihil amplius denotari manifestum est, quàm quòd nobis per τινὲς significatur, si quidem etiam nunc per hanc dictionem μετεξετέρη tale quiddam indicat. Quæ sanè Gal. verba eò lubentius à me adscripta sunt quòd sint nostris in exemplaribus vitiosissimè transcripta. Rursus ibidem (p. 647. 22. H. 829 C.) ἐπιτήδεια δὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ τῶν ἐναίμων μετεξέτερα. Ad talia autem accommodata sunt ex his emplastris aliqua quæ cruentis vulneribus imponuntur.

Μετέωρον, sublime, sublatum & suspensum dicitur, vt μετέωρα ἀλγήματα, dolores sublimes & qui in superficie corporis fiunt, eos qui supra peritonæum sunt & in externis partibus exponit Gal. iisq; opponuntur qui in profundo corporis fiunt, & τὰ μὴ μετέωρα dicuntur, hoc est non sublimes sed alti, quique intra peritonæum fiunt, exponit Gal. Com. ad aphorism. 7. li 6. Sic τὰ ὑποχόνδρια μετέωρα sublata præcordia vocat Hip. aphoris. 64. lib. 4. τὰ ἐμπεφυσημένα, φυσώδη καὶ πεπταμένα, hoc est flatibus distenta & à flatibus in altum subuecta exponit Gal. Interdum verò τὰ ἐπηρμένα, in tumorem eleuata, tumida & inflammata, vt ægr. 8. lib. 1. Epid. Hinc μετεωρισμὸς tumorem in altum sublatum significat, & μετεωρίζεσθαι in tumorem efferri, lib. 5. Epid. (pag. 1153. E.) & Coac. (pag. 220. A.) μετεωρίζεται κοιλίης οἰδήματα, ventris tumores in altum subuehuntur. Sic μετεωριζόμενος, à flatibus elatus aut subuectus, hoc est distentus & inflatus, lib. 4. Epid. (pag. 1136. C.) μετεωρισμοὶ etiam dicuntur ægrorum exurrectiones, dum exurgendo sese attollunt & resident, In Progn. (p. 136. 17. H. 39. 34.) & Coac. (p. 196. E.) καὶ ἐν τοῖσι μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι, & cùm sese attollit, leuem esse. vbi Gal. ἐξανιστάμενον exurgentem ægrum exponit.

Μετέωρα πνεύματα καὶ ῥεύματα sunt Hipp. lib. de rat. vict. in morbi ac. (pag 95. 21. H. 397. 21.) in altum sublati & pendentes humores & spiritus, hoc est suspensi nec dum fixi aut congelati, sed adhuc ad fluxum aut vacuationem habiles ac comparati. ἀλλὰ χρὴ τοὺς πυρίαις προσηνεστέρῃσι φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇσι ἰσχυρῶς, μετεώρων ἐόντων πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων. Verùm his prius adhibitis fomentis inter initia vena secanda est, cùm adhuc sublati sunt, qui affligunt humores & spiritus, hoc est nondum fixi, stabiles aut congelati, velut in apoplexia & καταψύξει fieri scribit. Huiusmodi humores & spiritus κινεῖσθαι μὴ δυσλύτως, euacuationi minimè contumaces exponit ibi Gal. quibus etiam paulò post τὸ πεπηγὸς αἷμα καὶ ἀκίνητον καὶ στάσιμον, h. e. sanguinem fixum, immobilem & stabilem, opponit Hipp. Alioqui μετέωρον πνεῦμα sublimem & elatam respirationem eamque quæ sublato toto corpore & erecto thorace trahitur indicat, vt postea scribemus. Neque absimili notione τὰ μετεωριζόμενα vocantur humores sursum eleuati, exæstuantes & ebullientes, lib. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς (pag. 33. 23. H. 338. 35.) cùm æstate τὰ μετεωριζόμενα κάτω ἀπάγειν suadet, humores eleuatos & in altum sublatos per purgationem infra educere. Libro etiam περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 16. 21.) non longè ab hac translatione τὰ μετέωρα dicuntur humores corporis quasi penduli aut suspensi, cùm synceri sunt in corpore, nec dum cæteris mixti aut temperati sedati sunt aut compositi, sed suis qualitatibus præpollent, nec dum aliorum temperatione sunt diluti, neque consistunt, verùm adhuc feruent & exæstuant. ὅσον δὲ ἂν χρόνον ταῦτα μετέωρα ᾖ καὶ ἄπεπτα καὶ ἄκρητα, quandiu autem hæc eleuata, cruda & intemperata fuerint. Hanc humorum eleuationem exaltationem Chymici appellare videntur. Huicque τὸ καταστορεσθῆναι paulò post ibidem opponi videtur, quod est deiectum & prostratum esse, hoc est, compositum sedatum, quod humorum concoctione fit & temperatione. Tropicè etiam antiquis μετέωρος nuncupatur animi pendulus, qui est animo suspenso & incerto, aut in expectatione, necdum aliquid certi statuit. Quem in sensum scripsit Gal. Com. 4. in lib de rat. vict. in morb. ac. (pag. 116. 10.) ἢ οὖν ἀπόλαλέ τις ῥῆσις ἐν γε τῷ πάσης ἐδόλωσε, ἢ φιλήσωμεν ὥς ἐ ταῦτα γράψας, καὶ τινας εἴπε ὁ νῦν ὀνομαζόμενος ὑπὸ τῶν παλαιῶν

λαιῶν μετέωρον. Aut igitur oratio in qua affectus ostendebatur exempta est, aut qui ista scripsit obliuione tenebatur, videturque ei similis quem antiqui μετέωρον, hoc est animi pendulum appellant. Significat autem incerto adhuc animo esse scriptorem, qui affectum nondum expresserit, in quo medicamento sit opus aut elleboro vtendum animique dubium an hunc postea adscripturus sit, aut velut oblitum an antea scripserit. Sic μετέωρα πράγματα sunt res quarum euentus expectatur, & in expectatione esse dicuntur, translatione ducta ab his qui in aëre penduli hærent, aut his qui in alto nauigant & altum capessunt, Hi enim μετέωροι dicuntur, cùm valde in incerto nauigent.

Μετώπιον est vnguenti genus quoddam in Ægypto (vt scribit Dioscor. cap.72. lib.1.) quod Hipp. αἰγύπτιον μύρον vocatur, vt scribit Gal. in Exeg. Erot. verò αἰγύπτιον μύρον apud Hipp. dici contendit τὸ ἀπὸ σκάφης dictum, quod calefacit, quibusdam etiam Malabathrinum, aliis Mendesium, quod & oleum Ægyptium dici lib.2. περὶ γυναικ. asserit. Gal. verò in Exeg. αἰγύπτιον μύρον λευκὸν Mendesium dici scribit. Αἰγύπτιον μύρον ἐκ πλειόνων ἐκ τε τῆς κινναμώμου, καὶ ἐκ τῆς σμύρνης, καὶ ἐξ ἄλλων confici scribit Theophr. lib. περὶ ὀσμῶν. Ita vt μετώπιον idem quod νίτωπον apud Hipp. significare videatur, cuius crebra fit mentio in tota γυναικείων πραγματείᾳ & lib. περὶ ἐπικυήσιος, vt νέτωπον aut νετώπιον pro μετωπίῳ poni existimetur. Scribit enim Hesych. νέτωπον ἢ νετώπιον μύρον συντιθέμενον ἐκ πολλῶν μιγμάτων. οἱ δὲ νετώπια, fortè pro μετώπιον. Sic μέτωπον apud Hipp. libro de loc. in homine pro μετωπίῳ aut νετώπῳ poni certum est, cùm scribit (pag.411.4. τῷ ὑπὸ τῆς ὀδύνης ἐχομένῳ φάρμακον θερμὸν φύσει χλιαρὸν ποιήσαντα δεύσαντα μετώπῳ ἐγχεῖν. Ei verò quem dolor affligit medicamentum natura calidum tepefactum & Metopio subactum infundendum. Illic enim νετώπῳ aut μετωπίῳ legendum, cùm medicamentum aut vnguentum calidum ad auris fluxionem cum dolore adhibeatur, vt & lib.5. Epid. νίτωπον ad surditatem (pag.1157.B.) Μετώπιον autem dicitur vnguentum Ægyptium propter galbani mixtionem (vt scribit Dioscor.) quod signum in quo galbanum enascitur Metopium vocant. Sumitur & μετώπιον pro oleo amygdalino quibusdam, quemadmodum sumit Caluus lib. de loc. in homine, etsi illic νετώπῳ vt & Cornar. legisse videtur. Quod autem μετώπιον pro μέτωπον ex Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος adscriptum annotant nonnulli, ibi certè νίτωπον legitur & pro vnguento sumitur, vt p.265.49. 266.54. & p.265.44.

Μέτωπον frons dicitur, pars capitis supra oculos sita & ad tempora vsque protensa. Inde μετώπου συναγωγὴ frons contracta, corrugata, caperata, phrenitidis prænuncia, in Coac. (pag. 152.D.) Hinc quoque μετωπιδίαις ἱδρῶς frontis sudor vocatur lib.2. περὶ γυναικ. (pag. 663. 22) qua forma προμετωπίδιον appellatur frontale, & id quo equorum frontes ornantur.

Μιείν μασσᾶσθαι, ἐσθίειν, quod est mandere aut manducare, edere exponit Gal. in Exeg. vocum Hipp. Verùm hæc lectio non parum de mendo mihi suspecta est, tum quòd extra seriem alphabeticam minimè suo loco sit posita, tum etiam quòd in multis exemplaribus variè scribitur. μιέειν enim quædam scribunt, nonnulla etiam μαύειν, plurima verò μασάειν, & Hesych. μίειν ἐσθίειν exponit. Quod necdum tamen apud Hipp. me legere memini.

Μήκων papauer, tum herbam, tum semen significat. Verùm Hipp. interpretes μήκωνα interdum papauer, interdum etiam peplum sumunt, quòd πέπλος μήκων ἀφρώδης dicatur Gal. & Dioscor. cap. 168. lib.4. Sic in fine lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 117.8. H.407.7.) ῥοφέματα δὲ μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὀξύβαφον λεῖον. Sorbitiones sumat peplum album tritum acetabuli parui mensura. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.580.26.) μήκωνος λευκῆς ἔσω τῆς ἡμιεκτεῖον ἡμιχοινικίου, pepli albi quintam dimidiæ chœnicis partem. Rursus ibid. (p.581.20.) μήκωνα ὀπτὴν ponit, peplum tostum, pro quo lib.2. περὶ γυναικ. eadem in re μήκωνα λευκὴν scribit (p.657.50.) sed Corn. μήκωνα λευκὴν, peplum album legit, quemadmodum lib.1. (p.614.53.) μήκωνα λευκὴν, peplum album exhibet Hipp. Rursus lib.2. περὶ γυν. in fluore albo muliebri μήκωνα λευκὴν πιπίσκειν suadet, peplum album bibere (p.641.39.) & ibid. (p.639.35.) μήκωνος καρπὸν in fluore muliebri rubro pepli semen cum polenta cribratum exhibet. Et rursus ibid. (pag.645.13.) μήκωνα τρίψας δεῖς ὕδατος κυάθοις τρισὶ δίδου πίνειν. peplum tritum tribus aquæ cyathis maceratum propinato. Et ibid. (p.643.29.) μήκωνος τὸ κέλυφος, pepli corticem propinat. Et rursus ibid. (pag.667.35.) μήκωνα ἁδρὸν, peplum plenum. Lib. etiam περὶ γυν. φύσ. (pag. 576.52.) τῆς μηκωνίου πίνειν dicitur pro pepli aut meconij succo potu exhibito, quod eadem in re etiam repetitur lib.1. περὶ γυν. (p.611.47.) Et lib. περὶ γυν. φύσ. (p.577.53.) τῆς μηκωνίου τῆς λευκῆς, pepli albi succum, pro quo μήκωνος λευκῆς eadem in re scribitur lib.2. περὶ γυν. (p.647.11.) Quibus in locis quidam papaueris succum aut semen sumunt, peplum tamen intelligere certè præstat. At μήκωνος ὀπὸς papaueris succus dicitur interpretibus lib.2. περὶ γυν. (p.670.24.27.) ὑπνωτικὸν μηκώνιον somnifer papaueris succus, & ἡ μέλαινα μήκων καὶ ἡ λευκὴ, li.2. περὶ διαίτης (p.357.3.4.)

Μηκώνιον verò exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. τὸν πέπλον καλούμενον ὃν καὶ μηκωνίτην ὀνομάζει peplum vocatum, quem & meconitem vocat. Μηκώνιον hydropicis ad educendas aquas exhibet Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 117. 25. & 32. 407.50.56.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 575.18.) in deturbanda bile & pituita. Et lib. de fistulis (p.887.F.) ad vacuandam pituitam μηκώνιον λευκὸν potu exhibet. Quo nomine peplos intelligitur, eamque in rem antiquis vsurpabatur. Etsi ea dictione quidam papauer spumeum & ἀφρώδης intelligi velint, quòd peplos Plinio li.27. cap.12. meconium aphrodes dicatur ex Dioscor. Quo nomine & μήκωνα ἀφρώδη, & μηκωνοφρόδιον ab Aëtio dici, in potuque contra viperas commendari scribunt. Quod autem μηκώνιον μηκωνίτην ab Hipp. vocari asserit Gal. existimo locum li. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.535. 33.) ab eo subindicari, cum in pulmonis erysipelate ventrem purgat τῷ τε πεπλίῳ, καὶ τῇ μηκωνίδος, καὶ τῷ κόκκῳ τῷ κνιδίῳ, potione ex peplio, peplo, & grano cnidio. Sic enim lego, cùm passim μηκωνίδος legatur, existimoque apud Gal. μηκωνίδα pro μηκωνίτην legendum. Quanquam μηκωνὶς aut μηκωνίτης lactucæ atræ, amaræ & lactentis genus quoddam est, sic dictæ à copia lactis soporiferi, quo somnum inducit non secus quàm μηκώνιον, & papauerea vi quadam est prædita. Cuius meminit Plinius li.19. cap. 8. & li.20. cap.7.

Μηκώνιον etiam dicitur primum illud excrementum quod à pueris recens natis statim emittitur, colore sanguineum, valde nigrum & piceum, vt scribit Aristot. cap.10. lib.7. hist. animal. & μηκώνιον mulieribus vocari vult, quod Gaza papauerculum vertit, etsi meconium malim vt Pl. li.28. cap.4. Author quoque libelli quòd animal sit quod vtero continetur μηκώνιον vocat (pag.409.25.) τί τε γὰρ μηκώνιον καλεόμενον περίττωμα ἐν, ἐξ ὅλης τε τῆς ἐμβρύου τροφῆς ἐστιν. Meconium enim dictum cùm excrementum sit, ex toto fœtus nutrimento est. Aëtio etiam cap.4. serm.4. Tetrab.1. τὸ μηκώνιον λεγόμενον scribitur. Moschion cap.67. excrementum illud puerorum τὸ ῥύπος vocat, quod Interpres Latinus meconium vertit, cum egonium vitiosè legatur. Quò sanè respexisse Hipp. in fine lib. de rat. vict. in morb. ac. vero est simile. cùm scribit: τὸ δὲ ἀπὸ τῆς κοπρίων μηκώνιον ξυλλέγειν, ξηραίνειν καὶ θεραπεύειν. At Meconium ex stercoribus collectum recondito ac curato. Quod etiam Plinius ad sterilitatem subdi vult.

Μῆλα τὰ πρόβατα, hoc est ouiculæ exponuntur Gal. in Exeg. apud Hipp. Verùm non parum mihi suspecta est lectio, tum quòd extra seriem alphabeticam ponatur hoc caput, tum quòd variant exemplaria & μήλεια legunt & τὰ προβάτεια. Quam lectionem vt germanam agnoscit Varin. & ex Gal. adscripsit. Significantur autem ea dictione ouillæ carnes, & subindicari mihi videtur locus libri περὶ παθῶν (pag.528. 55.) ὑγιαίνουσι δὲ ἀσθενοῦσι τὰ μήλεια. Sanis & debilibus carnes ouillæ sunt accommodatæ. Quæ phrasis aliôqui etiam Hipp. non est insolens. Sic li.2. de Morb. (p.477.55.) σιτίοισι δὲ χρῆσθαι, ἢν μὲν οἱ πυρετοὶ ὀξέες ἔχωσι, κρέασι μηλείοισιν ἑφθοῖσι. Cibariis autem vtatur, si quidem febres acutæ tenuerint, carnibus ouillis elixis. Rursus ibidem (pag. 478. 54.) σιτίοισι δὲ χρῆσθαι κρέασι μηλείοισι καὶ ὀρνιθίοισι, Cibariis autem vtendum, carnibus ouillis & auicularum. Rursusque ibidem (pag.485.44.) κρέασι δὲ ὀρνιθίοισι καὶ μηλείοισιν ἑφθοῖσι. Carnibus autem auicularum & ouium elixis. Eadem notione μήλειον στέαρ adeps ouillus vocatur, libro περὶ γυναικ. φύσ. (p.574.18) & lib. 2. περὶ γυν. (pag.671.5.

Μηλεία συπτηρία alumen Melinum, hoc est ex Melo insula vna Cycladum aduectum, quod est Ægyptio proximum & optimum, vt scribit Plin cap. 15. lib. 35. & Hippocr. lib. de vlceribus (p.875.B. & 876.D. & pag.879.F.) Verum μηλία συπτηρίη aut μηλία legendum potius, vt legitur lib. περὶ ἀφόρων (p.g. 681.26.) & μηλία γῆ dicitur Theophr. & Dioscor. quæ & μηλιάς. Quemadmodum etiam legisse Gal. existimo, eoque referendum quod scribitur in Exeg. μηλιὰς ἡ ἀπὸ μήλου τῆς νήσου. Etsi exemplaria quædam μηλία legunt, μηλιὰς etiam quædam perperam pro μηλιάς. Alumen autem Melinum probat vt glutinans Celsus c.2. li.5. eoque ad vlcera vtitur Galenus ex Charixeno & Archigene lib.3. κατὰ γέν. (pag.193. versic 46.) vbi tamen συπτηρίας μηλείας pro μηλίας vitiosè legitur.

Μήλη specillum significat & Instrumentum chirurgicum cuius

varius est in opere chirurgico vsus. Eo nanque vulnera pertentantur & explorantur, aut aliquid in corpore latens deprehenditur, interdum aliquid iungitur & extenditur; interdum extrahitur, finditur, infunditur, immittitur & respergitur, & pro vario numero diuersa sortitur nomina, vt officia. Μήλης communi nomine creberrimè vtitur Hippoc. in tota γυναικείων πραγματείᾳ in pertentando aut dilatando vteri osculo, μήλην διαστομωτρίδα ab eodem vocari annotat Gal. & τὸ διαστολέα, hoc est specillum diducens aut dilatans exponit. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 659 v. 8.) τὴν μήλην καθιεὶς, hoc est, immisso specillo, in vteri osculo indurato & occluso, scribitur. Quod cadem in re iisdem verbis repetitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 577. 38.) Rursusque ibidem (578. 17.) in osculo vteri occluso, καὶ τὴν μήλην καθιέναι, & specillo immisso. ὑπαλειπτῆρα καθιέναι eadem in re ibidem dicitur (p. 661. 32.) Lib. περὶ ἀφόρων (p. 679. 53.) castorio cum vino specillum oblitum & lana inuolutum in vterum immittit. μήλη ἀμφιπλάσας, etsi ibi μίλι aut μίλτῳ legisse videtur Cornar. Rursus ibidem (pag. 682. 5.) τῇ μήλῃ εὐρῦναι τὸ στόμα τῶν μητρέων, specillo vteri osculum aperire. Quam ad rem etiam glandibus plumbeis vtitur. Et rursus (pag. 685. 39.) medicamento specillum oblinit ea crassitudine vt in vteri osculum immitti possit, τοῦτο περιπλάσαι περὶ μήλην, & hoc circum specillum obducito. Ibidem quoque (686. 7.) μήλας διαπύρους specilla ignita in acetum & aquam marinam ad fouendum vterum immittit, non secus ac lib. 2. περὶ γυναικ. μύδρους διαπύρους, massas candentes in vrinam intingit ad vteri fotum. Ac rursus (pag. 687. 2.) in vterorum callo extirpando iubet ὑποθεῖναι τὴν μήλην, specillum immittere, deinde εἰσστρέφειν ἄνω καὶ κάτω τὴν μήλην ἕως ἂν προκύψῃ, specillum sursum ac deorsum conuertere, donec callus promineat. Lib. 7. Epid. (p. 1211. G.) in quadam muliere maxillæ & dentes inter se conserti sunt ὥστε μὴ τὴν μήλην παριέναι, specillum vt immitti non possit. Lib. περὶ ἑλκῶν (p. 881. G.) καὶ ὅταν ἀφαιρῇς τὸ αἷμα, τῇ μήλῃ μὴ καρτὰ πιέζειν. Vbi sanguinem detrahis, specillum non admodum apprimito. Lib. de Cap. Vuln. (pag. 901. H.) εἰ δὲ μὴ, τῇ μήλῃ σκέπτεσθαι. Quod si oculis non pateat, specillo considerandum est. Et rursus ibid. (p. 913. D.) θαμινὰ δὲ ἐξαιρεόντα τὸ τρύπανον σκοπεῖσθαι, καὶ ἄλλως, καὶ τῇ μήλῃ περὶξ κατὰ τὴν ἕδρην τοῦ πρίονος. terebraque sæpius exempta, tum alia ratione, tum per specillum in ambitu terebræ via consideranda. Vt autem varia specillorum genera, h. e. tenuiora, crassiora & pleniora reperiuntur apud Hipp. ita & sæpe specilla stannea aut plumbea eidem celebrantur præcipueque in vteri malis. Sic lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 612. 13.) in vteri hydrope scribitur, καὶ μήλην ποιησάμενος κασσιτερίνην ἐγκαθιέναι. specillum stanneum paratum immittito. Quod cadem in re dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 577. 15.) καὶ μήλην ποιησάμενος κασσιτερίνην καθιέναι. Et lib. περὶ ἀφόρων (p. 678. 2.) in duro & occluso vteri osculo. εὐρύνειν τὸ στόμα τῶν μητέρων μήλῃ κασσιτερίνῃ ἢ μολυβδίνῃ. osculum aperire specillo stanneo aut plumbeo. Vbi ad vterum plura specilla, aut plumbea, aut stannea apparata esse vult, vt primum tenuiori, deinde paulatim crassioribus vtendum sit. Ibidem quoque μήλην emolliente aliquo medicamento diluto & liquido intinctam esse vult, & τὰς μήλας ποιέειν ὄπισθεν πλατείας, vt specilla auersa aut posteriore parte lata sint præcipit, (vt κοίλας, h. e. caua, lib. περὶ ἐπικυήσιος) & longis lignis adaptata, ibique τὴν μήλην sæpius vsurpat. Quæ iisdem verbis repetuntur lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 264 18.) Sic quoque lib. περὶ ἀφόρων (p. 679. 26.) vterum diducit μολιβδίοις ἐληλασμένοις, penicillis plumbeis in longitudinem octo digitorum ductis & fabricatis. Quinque autem parari vult, vt primum sit tenuius, alterum crassius, & reliqua deinceps crassiora. lib. περὶ αἱμορροΐδων (p. 891. G.) ferramenta septem octóue parari iubet extrema parte recurua, σπιθαμιαῖα τὸ μέγεθος, πάχος δὲ ὡσεὶ μήλης παχείης, h. e. quæ magnitudine palmum, & crassitudine specillum crassum exæquent. Lib. de fistulis (p. 885. B.) μήλην κασσιτερίνην ἐπ' ἄκρου τετρημένην specillum stanneum extrema parte perforatum in fistulam immittit, vt in id lini complicati caput inseratur, ibique sæpius τὴν μήλην εἰς τὸ τῆς μηλωτίδος vsurpat. Quam enim illic μήλην adhibet Hipp. Paulus διπύρηνον & μηλωτίδα cap. 78. lib. 6. & author Isag. (389. 29. &c.) vocat. Et rursus ibidem (v. 15.) in fistulam ἄνθος χαλκοῦ ὅπως συχνὸν τῇ μήλῃ, hoc est, copiosum æris vsti florem per specillum immitti iubet, pro τῆς μήλης κυαθίσκῳ aut τῇ μήλῃ πλατείῃ, vt mihi leg. videtur Gal. per specillum auersum & specilli concauum. Lib. etiam 2. de Morbis in polypi curatione μήλην αὐτὴ τῇ μηλωτίδος vsurpat, vt (p. 472. 2.) περιθεὶς περὶ τὴν μήλην ξηρὸν ὀθόνιον, μοτώσαι. siccum linamentum specillo inuolutum indito. Ac rursus ibid. v. 21. ad eandem curationem μήλην ἐντετμημένην, specillum insectum, fissum, & extrema sui parte in duo capita diuisum adhibet, χήλην ibidem vocat, μήλην ἄκρου κατὰ τὸ ἀμφοτ ἐντεταμένην ἐμφερέως χήλῃ, exponit Gal. specillum bisulcum aut bifidum in summo diuisum ad vngulæ similitudinem. Qua in re Paulus cap. 25. lib. 6. διπυρήνῳ, specillo bicipiti vtitur. Ad id verò respexisse mihi videtur Erot. cùm scribit μήλην ὑπὸ καλ. τὴν μηλωτίδα. Nam hæc Hipp. loca, præcipuè verò lib. de fist. (p. 885. B.) disertis verbis innuit. Cùm autem rursus ab eo scribitur, ἣν γὰρ ἡμεῖς μήλην καλέομεν, αὐτὴ ὑπαλειπτῆρα καλεῖ. locus li. 2. περὶ γυναικ. [pag 661. 32.] subindicatur, vbi ὑπαλειπτῆρα vocat, quod eadem in re μήλην lib. περὶ γυν. φύσ. [p. 578 17.] Est autem ὑπαλειπτῆρα specillum illitorium, aut omne id instrumentum quod ad illinendum est idoneum, velut μήλη, σπαθομήλη, & quæ διπύρηνα vocantur, hoc est specillum latum, velut spatha, aut gladiolus, aut rudicula, & quæ nucleata dicuntur, aut in summo duo habent capitula. vt exponit Gal. Comm. 2. in lib. de artic. [pag 608. v. 25.] Illic enim Hipp. ad nasum fractum ὑπαλειπτῆρα παχὺ adhibet, Paulus lib. 6. cap. 91. τὸ μήλης πυρῆνα, specilli caput nucleatum, Celsus verò specillum subiectum. Rursusque ibidem [pag. 590. v. 55. H. 788. B.] in alæ vstione, ὑπαλειπτῆρα λεπτὸν, specillum illitorium tenue vsurpatur. Quibus ex locis cuiuis est manifestum ὑπαλειπτῆρα apud Erot. legendum esse, non ὑπαλειπτὴν aut ὑπαλιπτὸν vt passim legitur. ὑπαλειπτῆρα autem μήλην ὑπαλειπτρίδα vocat lib. περὶ ἐπικυήσιος [p. 263. 35.] specillum vnctorium, in vtero purulento. Est igitur μήλη communi notione Hippoc. tum specillum latum, tum tenue, tum etiam specillum auersum, quæ tamen adiunctis inter se distingui vult Gal. Sic enim in Exeg. vocum Hippocratis. μήλην διαστομωτρίδα, τὸ διαστολέα, specillum dilatans exponit, & μήλην ἰσχυρὴν, τὴν τραυματικὴν μήλην, specillum vulnerarium, & μήλην ὠτωτίδα, τὴν μηλωτίδα, specillum auricularium. Sic μήλης πλατείης τῇ σπαθομήλῃ, h. e. rudicula aut specillo lato, apud eundem exponitur, & μήλης τῷ πλάτει, τῷ κυαθίσκῳ τῆς ὀφθαλμικῆς μήλης, specilli ocularis concauo & cyatho. Quæ certè omnia communem τῆς μήλης notionem aptè mihi distinguere & exponere videntur, non leuem tamen mendi suspicionem inicere, quòd veros fontes vnde ista educantur, nondum eruere licuerit. Lib. de rat. vict. in morb. ac. [p. 117. 39. H. 407. 31.] scribitur remedium ad aquas hydropicorum educendas, μήλαι τρεῖς τῷ πλάτει. squamæ æris specilla lata tria, aut specilla auersa tria. His enim verbis mensuræ genus cyathiscum in specilli extremitate cauatum continens designatur, quo vtimur ad ocularia medicamenta. Eumque locum in Exeg. à Gal. adumbrari existimo. Est autem μηλωτὶς specillum auriculare quo vtimur in aurium doloribus. Istud enim lana obuolutum, medicamento aliquo intinctum, doloribus aurium leniendis & confouendis admouetur initio libro 3. κατὰ τόπ. [pag 188. 9. & 12. Ibidem etiam μηλωτὶς dicitur [p. 196 42. 49. & 51.] Celsus capite 7. libr. 6. specillum auricularium vocat. Scribonius Largus auriscalpium. At τῆς μήλης κυαθίσκος quod est specilli concauum, Celso cap. 28. lib. 5. in Theriomatis curatione, auersum specillum dicitur, vt auriscalpium auersum Scribonio Largo cap. 227. Sic τῆς μήλης πυρὴν, specilli nucleus aut caput summum, Celso cap. 21. & 27. lib. 7. etiam auersum specillum dicitur, etsi eidem parum inter se ista distinguuntur. μήλην etiam ad hæmorrhagiam adhibet Gal. lib. 4. κατὰ τόπ. vt & lib. 2. in sternutatoriis per μήλην in nares aliquid infundit, quæ ῥινεγχύτης vocatur. Hinc autem μήλωσις quæ est specilli demissio aut pertentatio deducitur, & μηλῶσαι, quod est specillo pertentare, aut specillum ad explorandum demittere. Hipp. lib. de fistulis (pag. 886 F.) pro μηλώσας τῇ μήλῃ, specillo antea explorandi causa immisso, aut demisso ante specillo. Et lib. 1. de Morb (pag. 448. 39.) καὶ μηλῶντα κεφαλὴν μὴ γινώσκειν εἰ τὸ ὀστέον κατέηγε. & specillo in caput demisso non agnoscere num os fractum sit. Sic lib. de fract. (pag. 568. 12. H. 772. F.) (μηλώσιας δὲ πάσας φυλάσσεσθαι χρὴ, omni autem specilli demissione est abstinendum. Rursus lib. de Cap. Vuln. (pag. 902. B.) ἔπειτα δὲ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξελέγχειν ἄλλην μηλώσιος. μήλωσις γὰρ οὐκ ἐξελέγχει εἰ πέπονθε τοῦτο τῶν κακῶν τὸ ὀστέον. Deinde verò ratione & opere citra specillum res est exploranda. Neque enim admoto specillo vitium hoc ossis deprehenditur. Et rursus ibidem ἀλλ' ἴδρην τὸ τοῦ βέλεος ἐξελέγχει μήλωσις. Sed vbi teli vestigium remanet specillo deprehenditur.

Μιλήσιον εἴριον Lana Milesia celebratur Hippocrati vt mollissima. lib. περὶ ἀφόρων (pag. 30.) προστιθέναι ἐν εἰρίῳ μιλησίῳ μαλθακῷ. in lana Milesia molli apponito. Rursus lib. περὶ ὄψιος (pag. 688. 46.) lana Milesia in eradenda palpebra ad detergendam saniem vtitur. ὅταν δὲ ξύσῃς βλέφαρα ὀφθαλμῶ, ξύειν εἰρίῳ μιλησίῳ, ὅλῳ, καθαρῷ, περὶ ἄτρακτον περιειλῶν. Cùm verò oculi palpebras raseris, lana Milesia, crispa, pura, circumfusum inuoluta radito.

diro. Verùm fortè μιλησίῳ legendum ἀπὸ μιλήτῳ celeberrima Asiæ aut Cariæ vrbe.

Μηλιάδος ὠμῆς, ἢ ἀπὸ μήλου χαλκίτιδος, ἢ στυπτηρίας, exponit Gal. in Exeg Chalcitidis aut aluminis ex Melo insula, nimirum locum lib. de vlceribus (p.877.F.) exprimens, vbi alumen Melinum & quod ex Melo insula vna Cycladum adfertur, quodque Chalcitis dicitur, quia ex lapide fiat, sumi vult Hermolaus Barbarus. Sed nos illic Melini crudi portionem diximus, & Meliam terram, Melinum Latinis dictum, accipi posse nostris in eum locum Annot. abundè probauimus.

Μηλιάδα etiam Gal. in Exeg. ex li. 1. de Morb. minore exponit, ex Melo Insula, quòd illic τῇ μηλιάδι dicat, τῇ ἀπὸ μήλου τ νήσου. Verùm non parum mihi locus de mendo suspectus est, neque (vt ingenuè fatear) quinam dicatur liber primus de Morb. minor. apud Hipp. satis adhuc mihi constat.

Μῆνιγξ membrana, propriè eam quæ cerebrum integit significat, & μῆνιγξ ὑμὴν ὁ τὸν ἐγκέφαλον exponitur Hesych. Lib. tamen περὶ ἄρθρων Hipp. μήνιγγα generaliore quodammodo notione sumit, & venis, stomacho, faucibus, ventri, intestinis, & partibus cauis attribuit, & ἃ χιτῶνος differre videtur, quod μῆνιγξ ex tenuiore, sicciore & solidiore materia fieri, χιτὼν verò crassiore existimetur. Sic cauarum partium exteriorem tunicam & ambientem χιτῶνα, μήνιγγα fieri scribit, cùm quod in circuitu est frigidum glutinositatem acceperit & à calido exustum fuerit, (p.249.26.& 31.) Simili quoque notione postea (v.54.) μήνιγγα παχεῖαν, hoc est crassam cerebri membranam, temporis successu χιτῶνα euadere & in tunicam transire scribit.

Μηνοχαίην exponitur Erot. apud Hipp. ὄνομα γυναικός, mulieris nomen, quod scribitur lib.2. Epid. (p.1009.G.) Verùm illic μνεσοχαιών passim legitur, quam etiam lectionem agnoscit Galenus, vt scribemus postea.

Μήστωρ peritus artifex dicitur, eamque dictionem vsurpat in Mochl. Hipp. (p.863.G.) Qui locus etsi procul omni dubio corruptus est, eumque quoad eius fieri potuit nostris cum in lib. Annot. redintegrauimus: μήστωρα tamen ab Hipp. significari satis indicat, quem εὐπαίδευτον ἢ ἀκίνδυνον, hoc est, bene institutum neque imperitum vocat lib. de art. μήστωρ autem exponitur Hesychio βουλευτής, ἔμπειρος, σοφός, estque dictio Homero frequens, vt cum Hectora vocat μήστωρα φόβοιο, cuius virtute & consilio in fugam hostes vertuntur, ἔμπειρον πολέμου exponit Hesychius. Et Il. γ. (v.93. & 479.) μήστωρας ἀυτῆς heroas Græcos vocat, hoc est pugnæ peritos, ἐμπείρους μάχης exponit Hesychius. Deducta autem videtur dictio à μῆσω quod βουλεύεσθαι exponitur Hesych. aut μήσατο, quod eidem significat ὁρμήσατο, ἐτεχνάσατο.

Μήτρη, vterus aut matrix, dicitur Hipp. χωρίον ἐν ᾧ ἡ σύλληψις γίνεται, locus in quo conceptus fit, Prorrh. 2 (pag.106.E.) Sic autem dicta Aëtio c.1.li.4 tetrab.4. quod ex ea velut à matre omnia animantia oriantur, & (vt scribit Soranus) ὅτι μήτηρ ἐστὶ τῶν ἐξ αὐτῆς γεννωμένων ἐμβρύων, ἢ ὅτι τὰς ἐχούσας αὐτὰς μητέρας ποιεῖ. κατὰ δὲ τινας, ὅτι μέτρον ἐστὶ χρόνου πρὸς καθάρσεις ἢ ἀποτέξεις. hoc est, quòd mater est fœtuum qui ex ipsa nascuntur, vel quia matres efficit quæ ipsam habent, aut ex quorundam opinione, quòd constitutum habeat tempus ad purgationes & partus. Eadem etiam μητρῷον μορίον vocatur aph.13. sect.5.li.6. Epid. pars vterina. Quemadmodum lib. περὶ φύσ. παιδίου (p.247.4.) μητρῷον significat quod vterinum est & maternum. τοῦτο δὲ ὅταν ἀεὶ γίνηται ἐν φύσει ἢ ἐν γένει, μητρῷον ἐστὶ ἔστιν. Quod ipsum si semper fiat & in natura & in genere, ipsis est vterinum, hoc est natiuum, innatum, à natura allatum & hæreditarium, aut ex vteri vitiosa conformatione procedens. Significat autem mulieribus paucitatem aut copiam purgationis menstruæ innatam esse & congenitam. Μῆτραι interdum τὰ ὕστερα Hipp. dicuntur, quæ Latinis secundæ, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.584.12.) ἐκβόλιον ἐμβρύου ἢ μητρέων. medicamentum fœtum & secundas eiiciens quod ἐκβόλιον ὑστέρων dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.624.55.) & eadem in re repetitur. μήτρη etiam exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. ἔλυμα ἢ οἷον ἐλύτρον τι ὁ ἐπιδιδυμὶς ὀνομαζόμενον. ἔστι δὲ κιρσώδης τις ὄγκος κατὰ τὴν κορυφὴν ἐπικείμενος τοῦ διδύμου, operculum ac velut inuolucrum quoddam, quæ ἐπιδιδυμὶς nuncupatur. Est autem varicosus quidam tumor, testiculo circa verticem incumbens. Verùm μίτρα scribere malim, vt faciunt nonnulli.

Μητρόπολις arx & sedes dicitur, vt lib περὶ ἱερῆς vulgò inscripto (p.249.49.) ὁ ἐγκέφαλος μητρόπολις τοῦ ψυχροῦ ἢ τοῦ κολλώδεος, cerebrum frigidi & glutinosi arx vocatur, & τὸ δ' ἐρμῆν τοῦ λιπαροῦ μητρόπολις, calidum pinguis arx.

Μίλφαι seu μίλφωσις, palpebrarum defluuium & glabretum, quod alio nomine μαδάρωσις dicitur Paulo cap.22. lib.3. & Actuar li.2. περὶ διαγν. παθῶν cap.7. Μίλφαι etiam vocantur Gal. lib. 4. κατὰ τόπ. (p.207.45.) & lib. περὶ εὐπορίστων (pag 477.29.) vbi tamen λεῖαι pro μίλφαι vitiosè legunt publicata exemplaria.

Μίλτος minium vocatur & rubrica Plinio cap.7. li.33. Lib de vlceribus (p.881.C.) μίλτον, rubricam ad πελιδνὰ adhibet Hipp. quæ quòd exiccet, detergeat, adstringat, & niat & emplastica vi sit prædita, valentissimum est ad quæ ambusta remedium, eademque optimè vulnerariis emplastris admiscetur. Est verò μίλτος σινωπικὴ celeberrima, quam rubricam sinopicam appellat Vitruuius cap 7. li 7. & minium sinopicum Marcell. Empir. de qua agit Dioscor. cap 111. li 5. μίλτον σινωπίδα vocat Crito apud Gal. li.5. κατὰ τόπ. (p.216.5. & 7.) in ficosis menti papularum eruptionibus. Μίλτον verò Λημνίαν, quæ & σφραγὶς Λημνία & λημνία γῆ dicitur, Celsum intelligere per minij glebam in tormi num curatione (cap.15.li.4.) quidam existimant, & pro rubrica Lemnia aut Armenia sumi. Quam etiam μίλτον Λημνίδα vocat Nicand. in Ther. Vitruuius rubricam Lemniam aut minium Lemnium.

Μὶν dictio est enclitica & poëtica & ipsum aut ipsam significat, & τρία γένη δηλοῖ, αὐτόν, αὐτήν, αὐτό, vt scribit Hesych. Eam autem creberrimè vsurpat Hipp. vt lib.3 de Morb. (pag 488.36.489.3.) ἢ κῶμα μιν ἔχει, & sopor ipsos detinet, vbi μὶν αὐτοὺς multitudinis numero denotat. Et rursus βὴξ ἢ κῶμα μιν ἴσχει, tussis & sopor ipsum detinet.

Μινύθειν & μινυθεῖν, minuere aut imminuere, & μινυθῆσαι, imminui significare apud Hipp. contrariumque esse τῷ αὐξάνειν, scribit Gal. li 2. περὶ διαιτ. (p.179.27.) indeque μινύθησιν imminutionem indicare, & passim vsurpari apud Hipp. hanc vocem eo significato vt repugnet τῇ αὐξήσει. Sic μινύθησις τῇ ἀρξάσει ἢ παχύνσει opponitur lib. κατ' ἰητρ. (pag. 697.20. H.746. G.) vt imminuere ei quod est incrassare aut carne implere. Vbi μινυθῆσαι ἰσχνᾶναι exponit Gal. gracilem & extenuatum reddere. Et lib.2. περὶ ὑγιειν. μινύθησις τῇ αὐξήσει opponit Gal μινυθήσεις σαρκῶν etiam carnium imminutiones significant lib. de art. (p.637.41. H.824.G.) & in Mochlico (pag. 851. H.& 854 D. & 855 H.) Sic μινύθησις senescentis ætatis inclinationem & virium diminutionem indicat, aph 29. sect 8. li.6. Ep. cui παχυσμὸς aut ἀκμασμὸς opponitur, h.e. florentis aut consistentis ætatis robur aut firmitudo. Et li.2. Epid (p. 1017.B.) κίονες τι παλίμβολοι, μινύθησίν τινα περιεῖχον πνεύματος. cliquatæ columellæ, imminutionis prauam quandam significationem præ se ferebant. Est & μινύθησις πνεύματος spiritus imminutio lib. περὶ χυμῶν (p.48.11.) quæ ægris imbecillitatem & ferè virium casum portendit. Et ἀσθμα ἢ μινυθώδης πνοιή exilis & imminuta respiratio: quæ omninò breuis est, vt explicat Gal li 2. περὶ διαιτ. ægr.3.li.3. Epid. post st. pest. & li 2. περὶ γυναικ. (p.648.31.) etsi πνεῦμα μινυθῶδες legit Erot. & πνεῦμα ἢ ὀλίγον exponit, debilem & paucam respirationem. Velut μινυνθάδιος dicitur Homero Il. α. (v 352.) βραχύβιος ἢ ὀλιγοχρόνιος qui breuis & exigui est temporis. Μινύθειν quoque neutraliter sumitur & imminui, consumi, aut decrescere significat, & μινύθειν ἐλαττοῦσθαι exponit Hesych. quemadmodum μινύθει, ἐλαττοῦται, φθίνει. Est autem verbum poëticum, eaque notione creberrimè vsurpatur Hipp. Vt li.1. de Morb. (p.461.30.) μαραίνονται ἢ μινύθουσιν ὑπό τε τοῦ πυρετοῦ, ἢ ὑπὸ τοῦ μηδὲν τρέφεσθαι. marcescunt & imminuuntur, tum à febre, tum eò quòd nihil alantur. Ac rursus ibid. (v.32.) ἢ πρῶτα μὲν, τὰ ἐν πᾶσιν ἄκρα τελευταῖα μινύθει τε ἢ ψύχεται. primumque extrema quidem minuuntur & perfrigerantur. Et lib.2 (p.484.32.) ἢ μινύθει & minuitur, consumitur. Rursusque ibidem [p.477.24.] τὰ κάτω λεπτύνεται τά τε ἄνω ἢ μινύθει. suprema extenuantur & minuuntur. iterumque ibid. [p.487.7.] ἢ μινύθει. & consumitur. Sic etiam ibidem [p.469.23.] scribitur, ἢ τοῦ σώματος παντὸς ἀκρασίη ἢ μινύθει, & totius corporis impotentia & diminutio. Vbi μινύθει [si modo vera est lectio] μινύθησιν denotat. verùm μινύθει legi malim, vt sit imminuitur corpus aut decrescit, cùm emacrescit. Lib. quoque de art. crebrò hæc dictio vsurpatur, vt [p 630 43. H.821.A.] αἱ μὲν σάρκες μινύθουσι. sed carnes tamen imminuuntur. Et [v 46. H.ib.B.] τὰ μὲν τοῦ ποδὸς τὰ ὀστέα μινύθει, pedis autem ossa minuuntur quidem. Et [v.50. H.ib.B.] ἔτι δὲ ἧσσον ἂν μινύθοι τὰ τοῦ ποδὸς ὀστέα. minus adhuc iis pedis ossa imminuerentur. Et [v.56. H.ib.C.] σάρκες μέντοι μινύθουσι πάσης τῆς κνήμης. carnes tamen totius cruris imminuuntur. Et rursus (p 631.13. H.821.G.) μινύθουσι αἱ σάρκες. carnes imminuuntur. Rursus quoque ibidem [p.637.43. H.824 G.] ἥκιστα ἢ μάλιστα μινύθει. iis vel maximè minuitur. Et εἰ δ' αἱ πλεῖστα χρέωνται τῇ ὑποδέσει, ἥκιστα ἂν μινύθοι. Quod si incessu frequenter vtantur, iis minimum imminuuntur. Et, [p.641.4.H.826.F.] μινύθει μὲν

τοι αἱ σάρκες πάντῃ, carnes tamen vbique minuuntur. Rursusque extremo lib. de art. (p.661.1. H.840.A.) πάνυ μινύθει δὲ μηρὸς ἐ κνήμης τὸ ἔμπροσθεν. femoris verò & tibiæ pars anterior prorsus minuitur. Et (v.2. & 3.H.ib.) μινύθει δὲ τὰ ἔξω. exterior pars minuitur Et, μινύθει δὲ τὰ εἴσω. ab anteriore parte imminutio fit. Quod repetitur in Mochlico (p.857.D.) Vbi etiam phrasis eadem sæpè repetitur, vt (p.852.A.) καὶ σάρκες μινύθουσι τἀναντία μάλιστα, ἢ ὡς τὸ ἐκπέπτωκε. & carnes ex aduersa parte in quam prolapsio facta est, potissimum imminuuntur. Et (ib.D.) μινύθουσι δὲ σάρκες, μάλιστα δὲ ἔξω. carnes autem minuuntur, maximè tamen parte exteriore. Et (ib.) αἱ δὲ σάρκες μινύθουσιν ὡς προείρηται. carnes tamen quo ante dictum est modo imminuuntur. Et (v.ib.E.) κάτωθεν ἧσσον μινύθει καὶ ὀστέα. infra etiam ossa minus imminuuntur. Et (853 D.) ἧσσον δέ τι μινύθουσι, minusque quodammodo imminuuntur. Et (854.C.) σάρκες πάντος τοῦ σκέλεος ἐν πᾶσι μινύθουσι. totius cruris carnes in omnibus imminuuntur. Et (p.855.G.) μινύθει δὲ ἥκιστα. minimùm autem imminuitur. Rursus ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p.700.16.H. 748.G.) ἢ αὐτόματα ἐμινύθη quam suapte natura imminuta fuerunt. Vbi etiam τὰ μινυθήματα dicuntur, quæ sunt diminuta aut imminuta, extenuatæ partes aut quiete & diuturno vinculo emaciatæ ac graciliores effectæ, alimentoque destitutæ, ξηρὰ καὶ ἀτροφα γιγνόμενα ib. explicat Gal. Eadem quoque notione Erot. apud Hippoc. μεμινυθηκέναι κατισχνάνθαι exponit, quod est extenuati sunt & graciliores effecti, aut de carnibus dictum eas imminutas & extenuatas fuisse significat, velut scribitur in Mochlico (p.850.A.) ὧν αἱ σάρκες αἱ περὶ τὸ ἄρθρον μεμινυθήκασι διὰ τὴν φθίσιν. (Sic enim lego) quibus carnes quæ circa articulum sunt, extenuatæ fuerint. Et lib.1. περὶ γυναικ. (p.603.3.) μινύθει τὸ αἷμα, sanguis minuitur. Sunt & μινυθικὰ malagmata Cæl. Aurel c.p.:.lib.1. Tard.pass. quæ valent inductione propria ex alto causas detergere, nempe velut delendo extirpare aut imminuere.

Μιξαίθριον aut μιξαιθρία exponitur apud Hipp. temporis serenitas hyemalibus pluuiis intermixta: aut temporis conditio ex hyemis serenitatisque natura permixta, & in qua interdum pluuiæ, vt plurimùm verò serenitas apparet. Lib.1. Epid. (p. 357.39 H.942.G.) μιξαίθρια τὰ πλεῖστα. pluuiis & niuibus intermixta vt plurimùm serenitas. Sic enim eam dictionem exponit Gal. his verbis, ὁ τοίνυν χειμὼν ὃν διηγεῖται, ποτὲ μὲν λάβρους ἔσχεν ὑετοὺς, ποτὲ δὲ μεγάλους ἐκ διαλειμμάτων, καθαρὸς δηλονότι γινομένου πολλάκις ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ περιέχοντος. τοῦτ' οὖν ὁμολογεῖ καὶ τὸ γεγραμμένον ὑπ' αὐτοῦ, μιξαίθρια τὰ πλεῖστα. Hyems igitur quam narrat, interdum largas habuit pluuias, interdum verò magnas ex interuallis, atque interea plærunque purus & serenus erat aër. Quippe hoc significat quod ab eo scriptum est, μιξαίθρια τὰ πλεῖστα, mistæ vt plurimum serenitates. Est autem αἰθρία Aristot. li. de Mundo οὐδὲν ἄλλο πλὴν ἀὴρ αἰθέριος καὶ ἀόμιχλος, ἀντίπαλος οὖσα τῇ ὀμίχλῃ, aër serenus & apertus, innubilus & nubecula carens, nebulæ aduersarius.

Μιξόπυα οὖρα, vrinæ pure permixtæ, partim purulentæ, lib.1. Epid. (p.365.20. H.948.A.) μιξόπυα μετ' ὀδύνης, partimq; cum dolore purulentæ. Quid fiebat humorum acrimonia tentatis vrinæ viis, neque id fine dolore.

Μίσυ cum chalcitide genere est cognatum, & cum chalcitide nascitur, easdemq; habet facultates, præterquam tenuiorum est partium. Ad ocularia emplastra adhibet Hipp. in Nothis quæ adiecta sunt li.1. περὶ γυναικ. (p.635.33.) μίσυ ξενικὸν, misy peregrinum crebrò celebrat Crito apud Gal. lib.5. κατὰ τόπ. (p.226.41.& p 227.7.) in pastillis ad Lichenas.

¶ Μνᾶται Erot. apud Hipp. κινεῖται ἢ κτείνεται exponit, quid est mouetur aut interficitur. Idemque ita scriptam esse lectionem apud Hipp. profitetur.

¶ Μίδος apud Hipp. herbæ cuiusdam nomen est, cuius radicem ex vino tritam in Tetano propin. t,li. de rat.vict. in morb.ac. (p.108.40.H 408.17) Cæl.Aurel.cap.8. li.3. Acut. bryoniæ radicem vertit. Cornar. Mei radicem dixit. Caluus etiam πίμον & μίδον legisse videtur.

Μοδοσαΐας ἴνουα τόπος, loci nomen esse apud Hip. scribit Erot. Verùm Μοδοσαΐῳ legitur lib.4. Epid. (p.1136.G.& 1137.C.)

Μοιρῶσαι est in partes diuidere & dirimere, li.2. de Morb (p. 483.33.) in pectoris & dorsi ruptione. τοῦτον ἐχρῆν ἐ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν μοιρῶσαι ἰσχυρῶς. hunc ante & retro vrito, ita vt vtrinque diuidas. hoc est, vt æquè vtrinque effluat, ex partibus vtroque loco, dixit Corn. satis obscurè. Et μοιρῶσαι idem quod διαμοιρῆσαι significare videtur. Etsi locus non parum mihi suspectus est, existimoque ἐν μέρει, ἢ ἑκάτερον leg. vt aliàs loquitur li.3. de Morb (p.488 52.) vt alterum, aut etiam vtrunq e latus vrendum præcipiat. μοιρᾶσαι Hesych μερίσαι, διελεῖν, quod est in partes dirimere aut diuidere exponit.

Μολεῖν procedere apud Hipp. exponit Corn. Coac. (p.100.E.) vbi de fistulis scribitur, μολοῦνται καὶ ἰχωρέουσιν αἰεὶ, procedunt, hoc est ad interiora perueniunt, saniéq; assiduè manant. Vbi μολεῖσθαι pro μολεῖν sumitur, vt etiam ex Æschyli Prometheo annotatur. μολεῖν autem ἔρχεσθαι, ἐλθεῖν, & τρέχειν, δραμεῖν exponit Hesych. venire, procedere, currere & longius excurrere. Quo sensu fistulæ intelligentur quæ altiùs procedunt, ad interiora perueniunt, longius excurrunt, cuniculos agunt, & in flexus sinuosos veniunt. Etsi nostris in eum locum Annot. locum istum suspectum habuimus, & μολοῦνται pro μοχθοῦνται sumi posse admonuimus, vt fistulæ denotentur quæ laborem aut molestiam exhibent, & dolore ac tædio graues sunt, aliasque huius loci lectiones & explicationes adscripsimus.

Μολύβδιον plumbeum aliquid significat apud Hipp. lib. de fist. (p.886.F.) ἐς τὸ στόμα τοῦ σύριγγος μολύβδιον ἐντιθέναι, ὅπως μὴ ξυμφύηται. & in fistulæ osculum plumbeum aliquid immittito, vt ne coalescat. Plumbeum autem aliquid in fistulam immittitur, quod latera distendat, ne coëant, internaque desiccet sua vi vt plumbum. Quidam plumbeam glandem aut collyrium esse volunt. Neque secus μολύβδιον & μολύβδιδα aut μόλυβδοι dicuntur in muliebrium morborum tractatione, fistulæ plumbeæ aut penicilli plumbei & pessi ad vteri osculum dirigendum & referendum. Sic li.1. περὶ γυναικ. (p.596.17.19.) μολυβδίῳ vtitur, hoc est fistula plumbea, quæ in sinum muliebrem immittitur, vt vteri osculum aperiatur ad suffitum recipiendum. Ac rursus ib. (597.17.) vteri osculum admodum conniuens πίσοι μολυβδίνοισι, fistulis plumbeis aperiri præcipit. Iterumque lib.2. περὶ γυναικ. (p.647.53.) obuersum vteri osculum τῷ μολυβδίῳ dirigit, & occlusum deducit ibid. (p.655. 44.) Rursus ib. (p.650.10.) pessis plumbeis pluribus, & digitorum sex longitudine ad vteri suffitum vtitur, indicis digiti crassitudine. μολυβδίνους μοτοὺς vocat, & μόλυβδον & μολύβδιον sæpius. μόλυβδοι etiam dicuntur ibid. (p.650.15. & 651.14.) & lib.1. περὶ γυναικ. (p.605.34.) Lib.quoque περὶ ἀφόρων (pag. 679.26.) vterum diducit μολυβδίνοις ἐληλασμένοις ὀκτωδακτύλοισι, plumbeis penicillis ad octo digitorum longitudinem deductis. Iterumq; ibid. (p.682.8.) ad vteri osculum conniuens τῷ μολύβδῳ vtitur & in glandem exacuit. Lib.2. de Morb. (pag. 472.5.& 15.) μόλυβδον & μολύβδους vocat, plumbeas lamellas aut massas, vel plumbea penicilla, quæ melle illita post extractum polypum in nasum immittuntur ad vlcus siccandum.

Μονόξυλα dicuntur nauigia ex ligno vno aut trabe cauata & fabricata. Hipp. lib. de aëre, loc. & aq. (pag.290.2.) de his qui Phasin accolunt. ἀλλὰ μονοξύλοις διαπλέουσιν ἄνω ἐ κάτω. verùm nauigiis ex ligno vno cauatis sursum ac deorsum traiiciunt & nauigant, nisi monoxylis lintribus dicere velis, vt Plin. lib.6. cap.23. Vnius ligni lembulis huc & illuc nauigant, dixit Caluus. Vbi certè διαπλέουσι aut διαπλώουσιν legere malim quàm διαπλέουσι. Sunt & μονόξυλα πλοῖα Arriano nauigia eadem, ex vno ligno aut arbore cauata. Quæ subindicare videtur Liuius cùm scribit, Nouasque alias primùm Galli inchoantes cauabant ex singulis arboribus.

Μονοσιτεῖν est semel tantùm cibum capere, & de cœna intelligi videtur, cùm ei ἀριστᾶν opponat Hipp. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.11.48.53.) quòd cœna antiquis pro vna cibatione esset. Eam autem dictionem ibi frequenter vsurpat, & lib. de rat. vict. in morb. ac. (vt p.45.48.H.;85.14.& 58 42.388.30.)

Μοτὸς seu μοτὸν linamentum vulnerarium dicitur, vel linteum carptum quod vulnerum cauis ad ea implenda inditur. Hesych tamen μότα scribit, & τὰ πληρώματα τῶν κοίλων τῶν τραυμάτων ῥάκη exponit, hoc est lintea quibus vulnerum cauum impletur Quemadmodum apud Homeri Schol. μότα dicuntur, τὰ ἐπιθέματα τοῖς κοίλοις τραύμασιν ὀθόνια πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς σαρκός. lintea, quæ vlceribus cauis imponuntur, vt carne expleantur. Hinc μοτῶσαι πληρῶσαι Hesych. significat. μοτῶν autem quinque sunt genera apud Medicos, vt recenset Isag. author. στρεπτὸς, ξυστὸς, πλατὺς, ἐλλυχνιωτὸς, σφαιρωτὸς. Quibus indita sunt nomina partim à formis & figuris quibus effinguntur, partim à materia ex qua constant. ξυστὸς enim rasilis à materia linteorum derasa dicitur. πλατὺς, ab eadem concerpta Quare aliquando simpliciter ξύσμα ἢ τίλμα τοῦ ὀθονίου, rasura aut vulsura, hoc est quod linteis derasum ac diuulsum est, pro iisdem linamentis ponitur. στρεπτὸς à figura nomen habet, & tortilis dicitur. ἐλλυχνιωτὸς verò quòd ex ellychniis conficeretur, non quòd ad ellychnij seu funiculi lucernarum similitudinem contorqueretur. Nam prius in materiem quandam fuisse, quæ ἐλλύχνιον vulgò Galeni tempore fuerit appellata, quòd ad lucernarum funiculos aptissima esset, patet ex Gal. lib.13. Meth. med. & 14. vbi ellychnia Tarsensia valdè commendat, quæ ex Tarso Ciliciæ conueherentur, σφαιρωτὸς

μοτὸς autem dictus est, quòd ad priapi seu mentulæ figuram formatus sit. Ac præter hæc linamentorum genera λημνίσκον vocari Celsus scribit li.7.cap.28.in longitudinem implicitum linamentum, & aliquandò linamentum inuolutum & oblongum. λημνίσκον etiam vocat Paulus libro 6. cap.34. & Aetius Tetrab.4. serm.2. capit.7. σφηνίσκος Paulo dicitur libro sexto, capit.4.7. & 91. linamentum ad cunei parui similitudinem intortum, vel quòd cunei modò ea quæ coniunguntur & adhærescunt separet. Gal. li.3. κατ' τόπ. (pag.202.19.) linamenti longi lycio imbuendi ad hæmorrhagiam, ex Heraclida meminit, quod μοτὸν μακρὸν vocat. Ibidem quoque linamenti ex ellychnio contorti mentio fit, vt & πριαπισκωτῶ. Verùm illic συστρέψας ἐλλύχνιον, pro ἐλλυχνιωτὸν malè legitur, vt & πριαπίσκῳ pro πριαπισκωτῷ. Ibidem etiam ξυστὸς μοτὸς ponitur, sed χιστὸς pro ξυστὸς vitiosè scribitur. Illic quoque ex Asclepiade στρεπτοῦ μοτοῦ, hoc est torti linamenti fit mentio. Μοτοῦ vulgò vocari τὰς ὀθόνας πλατὰς, hoc est, concerpta linteorum fila, aut concerpta linamenta, quibus ad hæmorrhagiam vtuntur Chirurgi, scribit Galen. comm.2. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 688.4.) Μοτὸς κασσιτέρινος κοῖλος, penicillus stanneus cauus, aut cannula stannea vsurpatur Hippoc. li.2. de morb. (pag. 477. 10.) ad educendam pus aquosum & viscosum è thorace. Qui eadem in re etiam ibidem (p.483.2.) μοτὸς κασσιτέρινος simpliciter dicitur, vt & μοτὸς κασσιτέρινος στερεὸς solidus penicillus stanneus, ad caui differentiam, ibid. (pag. 482. 43.) Est & μοτώματος ξυστροφὴ linamentum contortum, aut linamenti in orbem conuolutio, in hæmorrhagiæ sistendæ consilio apud Hipp. aphor.3. sect.7. lib.6. Epid. ex eorum genere quos μοτοὺς στρεπτοὺς vocant. Hinc quoque μότωσις linamentorum vsus aut per linamenta curatio dicitur lib. de art. (pag.610.19. H. 806.B.) πάσης τε μοτώσιος ἀπέχεσθαι χρή. omnique per linamenta curatione abstinendum. Ἔμμοτα verò quinam dicantur, & quæ sint ἔμμοτα, antea exposuimus, & quosnam ἐμπύους μοτοὺς vocet Hipp.

Μοχλία authori definit. Med. (p.403.14.) ἐστὶ μετάγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστέων ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν τόπου, εἰς τὸ κατὰ φύσιν. ossis aut ossium à loco qui præter naturam sit, ad naturalem reductio. Dicitur & μοχλεία vt μοχλεύειν, quæ μόχλευσις Hipp. sæpè, per vectes molitio, impulsio & molitio simpliciter, & vectis vsus in fractis aut luxatis restituendis. Lib. de fract. (pag.551. 13. H.761. G.) ἐκ κατατάσιος καὶ μοχλεύσιος. ex contentione & molitione. Rursus ibidem (p.569.34. & 37. H.773. C. D.) ἕνα τε περιαγωγὴ, καὶ μόχλευσις, καὶ σφήνωσις. aselli circumactio, per vectem molitio, & cunei adactio. Et, οὔκουν ἀτιμαστέη αὕτη ἡ μόχλευσις. quare negligenda non est hæc per vectes molitio. Vbi etiam μοχλεύειν & μοχλεύεσθαι & μοχλὸς vsurpatur. Et rursus (ibidem p.571.53. H.775.C.) ἡ μόχλευσις καὶ τούτοισι κατὰ τὴν κατάτασιν εὖ ἂν ξυλλαμβάνοιτο. his quoque per vectes molitio cum extentione benè opem ferre poterit. Rursus lib. de art. (p.585.9. H. 783.G.) τί γὰρ ἂν δικαίη μόχλευσις οὐχὶ κινήσειεν; Quid enim iusta per vectes molitio non moueret? Et rursus ibidem (p.657.27. H.834.H.) ἅμα δὲ ἡ μόχλευσις ἀπωθέοι τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ εἰς τὴν ἀρχαίην φύσιν. simulq; per vectes molitio femoris caput in pristinam naturam retrudet. Iterumque ibid. (v,44.& 55.H. 836.A.C.) vbi etiam μοχλεύειν & μοχλὸς στρογγύλος sæpè vsurpatur, vt & ἀπομοχλεύειν & ἐκμοχλεύεσθαι.

Μυδᾶν est (superfluo humore redũdare, marcescere aut vitiari, ac putrescere, & de his dicitur quæ nimia aut putrifica vligine corrumpũtur & liquescunt. Vnde μύδησις βλεφάρων est palpebrarum vitium cũ nimio humore redundantes corrũpuntur & glabrescunt. Μύδησις authori Isagoges (p.386.21.) scribitur commune esse nomen iis omnibus quæ ex nimio humore aut putredine pereunt & defluũt: propriè tamẽ palpebris attribui, vbi humore superfluo redundantes & adipe tumentes, humorem assiduè emittunt. μυδᾶν pro μαδᾶν sumunt nonnulli, vt cùm nimio humore capilli defluunt, & glabrum quiddã euadit. μυδῆσαι, βρεχθῆναι, περιρρυῆναι, σαπῆναι, humore diffluere, madêre ac putrescere exponit Hesych. & μυδαλέης διυγραίνοντες σηπόμενοι, humore putrescentes, vt & μυδαλέον, διάβροχον καὶ κάθυγρον. Μυδῶσα σὰρξ dicitur Hip. caro in vlceribus nimia vligine marcescens, & nimio humore liquescens, fluxa & hebes, quæ ex redundante humore contracta est, li. de vlcer. (p.874. A.) & li. de cap. vuln. (p.909.D.) Et rursus (p.ib.F.) de membrana cerebrũ ambiẽte. ὡς μὴ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ὑγρὰ ἐοῦσα μυδήσῃ τε καὶ ἐξαίρηται, ne si diutius madescat, nimis vuida marcescat, tũ intumescat. vbi etiã διαμυδᾶν vsurpatur (p.912.G.) Lib. quoq; 1. περὶ γυν. (p.590.33.) ὅκως τὰ ἕλκεα μὴ μυδήσῃ. ne vlcera nimio humore vitientur & putrescant. Et ἀπὸ τοῦ μυδᾶν μυδὼν videtur dici Polluci, caro fungosa in vlcere fistuloso, in quo sinus sunt mucosi, oræ verò callosæ.

A verbo μυδᾶν τουτέστιν ὑγραίνεσθαι, μυδρίασιν deduci vult Gorr. Est autem μυδρίασις authori Isagog. (pag.387.11.) ὅταν ἡ κόρη τῷ μὲν χρώματι μηδὲν παραλλάττῃ, πλατυτέρα δὲ ᾖ πολλῷ τοῦ κατὰ φύσιν, ὥστε ἐγγίζειν τῷ κύκλῳ τῆς ἴρεως καὶ ἐμποδίζειν τὸ βλέπειν. cùm pupilla colore quidem nihil euariat, naturali tamen statu longè est latior, adeò vt ad iridis circulum pertingat, & visum impediat. Quem iridis affectum sic describit Paulus lib.3. cap.22. ὅταν ἡ κόρη τῷ μὲν χρώματι μηδὲν ἀλλοιοτέρα φαίνηται, πλατυτέρα δὲ πολλῷ τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ ποτὲ μὲν ὁλοσχερῶς ἐμποδίζῃ τὸ ὁρᾶν, ποτὲ δὲ ἐπὶ πολὺ, ὡς τὰ ὁρώμενα αὐτοῖς πάντα δοκεῖν μικρότερα εἶναι, μυδρίασις τὸ πάθος ἐστὶν, αἰτία δὲ αὐτοῦ περιττωματική τις ὑγρότης ἐστίν. Cùm pupilla quidem colore nihil variat, longè verò quàm pro naturali modo latior est, & quandoque quidem in totum visum impedit, quandoque etiam permultum, & quæ ipsis videntur minora esse apparent, Mydriasis quidem affectio est, causa verò ipsius excrementitius quidam humor. Celsus li.6.cap.6. id quod μυδρίασιν Græci dicunt, non multum ab oculorum resolutione distare scribit. Pupilla effunditur & dilatatur, aciesque eius hebescit, ac penè difficillimè genus id imbecillitatis eliditur. Reliqua de causis vide apud Gorr.

Μύδροι διάπυροι sunt Hipp. globuli aut lapides candentes, seu frusta ferri igniti, aut veluti massa candefacta & ignita. Lib.2. περὶ διαίτ. (p.652.54.) fomentum ex vrina per massas ignitas aut globulos candentes calfieri iubet. ἐπειδὰν δὲ ἀποψυχῇ τὸ οὖρον, ἐμβάλλειν μύδρους διαπύρους εἰς τὸ οὖρον. Vbi verò lotium refrixerit, massas ignitas, aut globulos candentes immittes. Lib. quoq; περὶ φυσῶν (298.22.) de aëre, διάπυροι δὲ καὶ μύδροι ψυχόμενοι ἐν ὅλῳ τῷ σώματι τὴν θερμασίην ἐνεργάσαντο. accensusq; & ignitus in totum corpus calorem spargit. μύδρος exponitur Hesych. ὁ ἀργὸς σίδηρος καὶ κραταιὸς λίθος, & σίδηρος πυρωθμένος. Æschyli etiam Schol. σίδηρος πεπυρακτωμένος μύδρον. πύρινον λίθον, lapidem ignitum exponit Suidas. Arist. lib. de mundo, de Ætna, Lipara & Æoli insulis, quæ ferri massas ignitas aut lapides eiaculantur, μύδρους ἀναφυσῶσι διαπύρους. ignitas glebas euomunt. Sic Anaxagoras Clazom. Solem μύδρον esse dixit.

Μύζειν de sono dicitur qui clausis labris ex naribus editur, qualis est gementium, mussare aut mussitare quidam dicunt, aut mutire. Significat etiam stridere & strepitum quendam ac rugitum edere. Et apud Hipp. sæpè de murmure aut stridore interno quem viscera edunt dicitur, & de ventris strepitu ac rugitu, vt lib.5. Epid. (p.1142, H. 1143.A.) ὁκότε ἄσιτος εἴη, ἔμυζεν αὐτῷ ἐν τῇ γαστρὶ ἰσχυρῶς, cum sine cibo perseueraret, strepitum vehementem in ventre percipiebat. Et, ὁκότε νεωστὶ βεβρωκὼς εἴη αὐτῷ σιτίον χρόνον ὀλίγον ἔμυζε. cùm cibum recens deuorasset, tum minimè strepitum sentiebat. Rursus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.534.35.) μύζει περὶ τὰ σπλάγχνα, strepitum aut stridorem edit circa viscera, vbi de eo quod pingue est comesto agitur, quod circa viscera murmurat & rugitum edit. Exugi tamen à visceribus dixit Cornar. vt & superiorem locum de ventris suctu accepit, & crebrò μύζειν apud Hipp. de suctu interpretatur, quod μύζω idem quod μυζέω aut μυζάω, hoc est sugo, exugo significet Sic μύζει, θηλάζει, ἐκμυζᾷ, πιέζει exponit Hesych. & μύζουσι θηλάζουσι. Ego verò de ventris rugitu & sono quodam lubentiùs intellexerim, quòd etiam ibidem βρέμειν, τρίζειν & βορβορύζειν, περὶ τὴν κοιλίην dicatur. Sic rursus ibid. (p.551.4.) de strepitu & rugitu qui circum viscera editur in morbo regio, περὶ τὴν καρδίην καὶ τὰ σπλάγχνα μύζει, ad os ventriculi & viscera strepitus & rugitus editur. Vbi rursus etiã exugitur dixit Corn. & exemplaria manu scripta μυζέει pro μύζει legunt. Ac rursus ib. (p.559.22.) καὶ ὁκόταν ἐπὶ τούτοισι στῇ, μύζει καὶ ἔμετον ἄγει. & vbi in his constiterit, strepitum edit & vomitionem ciet. Sic etiam lib.2. de Morb. (p.480.49.) καὶ τὰ σπλάγχνα μύζει, & viscera rugitum edunt. Et rursus ibid. (v. 51.) καὶ ὅταν τι φάγῃ, ἐπὶ τοῖσι σπλάγχνοισι μύζει. vbi quid ederit, in visceribus rugitum edit. Rursus ib. (p.484.25.) τὰ σπλάγχνα μύζει, viscera strepitum edunt. Quæ phrasis eadem repetitur ibidem (pag.487.2.) Lib. quoque περὶ παθῶν, (p.58.21.) in Ictero, ἔπειτα μύζει τὰ σπλάγχνα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. deinde vt plurimùm viscera strepitum edunt. Pro quo lib.3. de Morb. (pag.490.51.) τὰ σπλάγχνα ἀμύσσεται scribitur, viscera lancinantur.

Μύειν, conniuere, claudere, obstruere significat. De oculis συνεχῶς μύειν dicitur in Coac. (pag 153.B.) continenter conniuere, quod est nictare, & extremam virium imbecillitatem denotat, & neruorum qui genas oculorum mouent debilitatem. Estque nictatio in oculis idem quod tremor in reliquis membris. Μύειν, ξυμμύειν & χάσκειν inter se sunt opposita, vt conniuere, occludi, & dehiscere. Et ξυμμύειν de conniuente aut occluso vteri osculo sæpè effertur

Hipp lib. περὶ γυναικ. vt lib.2. (pag.648.4.5.& p.658.55. 659. 13.44. & pag.660. 33.) & aph.51. & 54. li.5. Sic etiam ἐμυκώθη τὸ συνιέμενον ex Dioſcor. apud Hipp. exponit Gal. quod de vlcerib. dictum, conniuent, occluſa ſunt aut coaleſcunt ſignificat, vt antea ſcripſimus. Hinc etiam μυκὴ μύσις Galeno exponitur apud Hipp. h.e. præcluſio, conniuentia. Etſi μύκη vitioſè legunt Exeg. exemplaria. Ex eaq; cognatione μεμυωμένοι σπλῆνες deducuntur, lienes clauſi & obſtructi, h.e. denſi & conſtricti, duri & tumidi. li. de aëre, loc. & aq. (pag.283.46.) his qui aquas glaciatas & frigidas bibunt, σπλῆνας μὲν ἀεὶ μεγάλους εἶναι καὶ μεμυωμένους ſcribit, lienes magnos & denſos, conſtrictos, obſtructos, h.e. tumidos & elatos, aut duros. Plenos dixit Corn. moleſtos Caluus, neſcio quo iure. elatos in tumorem rotundum ad muſculi ſimilitudinem Zuingg. Verùm μεμυωμένους μεμυκότας dici poſſe exiſtimo, vt clauſos, obſtructos & denſos lienes intelligamus, quemadmodum μεμυωμένων μεμυκότων exponit Heſych. & μεμυκότων πεπυκνωμένων & συνεσφιγμένων. Etſi nonnihil ſuſpecta eſt mihi iſta lectio, & pro μεμυωμένους μεμολυσμένους legiſſe Gal. exiſtimo, eoque referri debere quod in Exeg. μεμολυσμένους quibuſdam τοὺς κατεψυγμένους, hoc eſt perfrigeratos, ſignificare ſcribit, nonnullis etiam τοὺς ἐσκιρρωμένους καὶ λιθώδεις dici, hoc eſt, induratos & lapideos. Quæ expoſitio cùm probè huiuſmodi lienibus conueniat, Exeg. lectionem profectò non parum ſuſpectam facit, vt pro μεμολυσμένους μεμυωμένους legi debere, quis exiſtimet.

Μύκη quoque aut μύκης fungum ſignificat. μύκητες verò vocantur in partibus vlceratis excreſcentiæ quædam ex humorum craſſitie enatæ, velut tuberoſæ quædam eminentiæ, quas in palpebris, pudendis & reliquis exulceratis partibus oriri & μύκητας vulgò dici ſcribit Gal. com. 3. in li.3. Epid. (p.426. 31.) Idem li.1. de loc. aff. (pag.249.26.) in fracturis capitis meninge affecta, τοὺς μύκητας enaſci ſcribit, & ſedis affectæ notam indicare. Sic ἐμυκώθη Gal. apud Hipp. ex plurimorum opinione, τὸ ἐπιφύσεις ἔσχε πλαδαράς, ὥσπερ καὶ οἱ μύκητες exponit, hoc eſt eminentias adnatas habent flaccidas & humoris plenas, ad inſtar fungorum. Vt à μύκη aut μύκης μυκοῦμαι deductum videatur. Hinc quoque τὸ μυκῶδες ἕλκος apud Erot. pro μυκητοειδὲς leg. antea diximus, quod μυξῶδες exponit, mucoſo humore madens & flacceſcens ad inſtar fungorum. Eoque pertinere videtur quod ſcribitur lib.2. de Morb. (pag. 478. 31.) in pulmonis vlcere feruido, ἐμφαίνεται σκληρὰ ὥσπερ μύκης ἀφ' ἕλκεος, apparent dura quædam ab vlcere, velut fungus.

Μυκτὴρ, naris aut nares & naſus, vt cùm ſcribitur Prot. (p.183. 28.H.70.E.) μυκτὴρ ἐπὶ τούτοισι ῥηγνύμενος, in his naſus erumpens, de hæmorrhagia, quod repetitur Coac. (p.217.C) vnde μυκτηρίζειν, deductum eſt quod χλευάζειν, καταγελᾶν exponit Heſych. irridere, ſubſannare, naſo ſuſpendere. Naſum enim (vt inquit Pl.) noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere. Var. verò ἐξουθενεῖν, nihili facere. At verò μυκτηρίζειν apud Hipp. de hæmorrhagia ſumi videtur & pro ſanguinem narib. effundere, li.7. Epid. (p.1240. D.) ἀποστραφεῖσα ἐμυκτήρισεν. μυκτηρισάσα ἀπηλλάγη. auerſa ſanguinem ex narib. effudit, quo ex naribus effuſo, permutata eſt.

Μύλη, mola, os latum eſt & rotundum genu ſuperimpoſitum, à molæ aſinariæ ſimilitudine ſic dictum, quod rotundum ſit. Dicitur etiam patella & rotula, & ἐπιγουνὶς aut ἐπιγονατὶς Gal. com.2. in lib. κατ' ἰητρ. (p.680.53. H.743.F.) vbi τὴν μύλην etiam vſurpat Hipp. vt & lib. de loc. in homine (p.411.13.) vbi τὴν μύλην genu ſuperimponi ſcribit. Eſt etiam μύλη, mola, caro informis & moles carnea in vteris concreta, de qua agit Hipp. lib.1. περὶ γυν. (pag.618.42.) & lib.2. (p.665.18.) & lib. περὶ ἀφόρων (p.684.8.9.) Plutarchus in Præceptis Connubialibus. τὰ δὲ ἄμορφα κυήματα ἐκ διαφθορᾶς, καὶ σύστασιν ἐν ἑαυταῖς ἐκ διαφθορᾶς λαμβάνοντα, μύλας καλοῦσι. Informes autem fœtus & carnis moles, quæ in vteris ex corruptione humorum concreſcunt, molas vocant. Μύλον etiam ſcribit Erot. (in dict. ἐμυλώθη) Medicos vocare, τὸν ἐν τῇ ὑστέρᾳ γινόμενον σκίρρον, ortum in vtero ſcirrhum. Μύλλειν autem & μυλλαίνειν eſt, protenſis labris os comprimere & contrahere, aut contorquere, vnde ἀπομυλλαίνειν dicitur. Vide ἀπομυλλαίνειν antea & προσμυλλαίνειν poſtea.

Μύξα dicitur authori definit. Med. (p.392.44.) ἀποκάθαρμα τοῦ ἐγκεφάλου, ὥστε κουφίζεσθαι τὸ ἡγούμενον τῆς ψυχῆς μέρος. Mucus expurgamentum cerebri, quo leuetur princeps animæ pars. Pollux μύξαν Hipp. eſſe ſcribit τὸ ῥεῦμα τῆς ῥινός, mucum qui è naribus effluit, vt ſit eiuſdem quod βλέννα generis, & è cerebro per nares & palatum deſcendit. Quod etiam tradit Gal. lib.8. de vſu partium, licet μύξαν recentiorum vocabulum eſſe velit, vt κόρυζαν & βλένναν antiquorum. Cùm tamen Hip. lib. de Morb. (pag.468.8.) μύξαν παχεῖαν & σαπρὴν, mucum craſſum & putridum dixerit, quem antea βλένναν, aut vt ibi ſcribitur βλαίνναν. Etſi igitur μύξα τῆς κεφαλῆς περίττωμα dicitur, & mucum ſignificat ac lentum illum humorem & frigidum quo per nares cerebrum expurgatur, quique pueris maximè & iis qui humidiore ſunt cerebro aſſiduè promanat: impropriè tamen quemuis pituitoſum humorem ſignificat, & interdum etiam de aliis ſuccis dicitur. Sic cochlearum ſuccus μύξα vocatur, & humor ille pituitoſus & lentus qui naturaliter in articulorum acetabulis continetur, propriè μύξα nominatur Hipp. lib. de loc. in homine (pag. 411. 26.) mucus aut mucor, qui cùm purus ſit & ſecundum naturam habeat, benè valentes & facilè mobiles articulos reddit: at ſi contra naturam ſuccreuerit & redundarit, nimio humore articulorum ligamenta imbibens & lubricans, eorum prolapſiones facit. Sic aph.59. li 6. μύξαι & mucores ſuperuenientes femoris caput læue & lubricum reddentes, in cauſa ſunt vt facilè ſua cauitate excidat. Et aph.45. lib.5. vbi cotyledones & vteri acetabula μύξης h.e. lentoris aut mucoris plena ſunt, abortionis primis menſibus periculum eſt: μυξῶδες ὑγρὸν hoc eſt mucoſum humorem dici conſueuiſſe ſcribit Gal. com. 3. in li. de art. (pag 625.50. H.817.G.) eum qui albus eſt & lentus, & in partibus exanguibus oſſibus & cartilaginibus articulorum coaceruatur, natura ſemicoctum quiddam relinquente, vbi ad eam imbecillitatem peruenerint, vt alimentum concoquere nequeant, non ſecus ac in oculis lippitudine laborantibus ſordes colligitur. Inde μυξώδης σὰρξ mucoſa caro ſæpè dicitur li. de art. & μυξώδεα πτύαλα, ſputa mucoſa, in Coac. (p.179.D.) & μυξώδης κοιλίη, ib. (p.140.E.) aluus mucoſa & pituitoſa reddens & μυξώδεα mucoſa alui recrementa, ib. (p.190.G) Sic μύξα κοπρώδης, ſtercoraceus mucus dicitur Pror.2. (p.112.F.) alui recrementum mucoſum, id quod excernitur mucoſum vertit Celſus cap.8. li 2. μύξα etiam dicitur Gal. com. ad aph.59. li.6. ὁ χυμὸς φλεγματώδης, pituitoſus humor.

Μυξωτὴρ Hipp. naſus dicitur, quem alij μυξωτῆρας vocant, vt Pollux, & Galen. μυξητῆρας ſæpè. Lib. 2. de Morb. (p.468.8.) κατὰ τὸν μυξωτῆρα, ad naſum.

Μυοχάνη exponitur Gal. in Exeg. epithetum eſſe τῆς χασκούσης, h.e. hiantis mulieris. Quòd ſi μυριοχάνη ſcribatur, indicari τὴν ἐπὶ μυρίοις χασκομένην, eam quæ inter ſexcentas hiat. Quemadmodum certè ſcribitur li.2. Epid. (p.1009.G.) Quibus ex verbis ſatis apparet antiquam lectionem μυοχάνη fuiſſe, vt etiam in dictione στρυμάργου apud Gal. ſcribitur, vt ſubnotauimus noſtris in eum Hip. locum Annot. μυριοχάνη autem ſcriptum eſſe apud Erot. antea ſcripſimus.

Μυρμηκίαι ſunt verrucæ formicariæ, ſic dictæ quòd ſi eradantur, conſtringantur, aut aliter attrectentur, ſenſum veluti reptantium aut mordentium formicarum inducere videntur, vnde formicationes Plinio vocantur cap.8. li.30. Quibuſdam verrucæ ſeſſiles nominantur, quòd tota ſua baſi lata inſideant, ad verrucarum penſilium differentiam, quas ἀκροχορδόνας vocant. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.426.36.) acetum cum ſale μυρμηκίας ἀπαλύνει, verrucas formicarias attenuat. Hinc μυρμηκιᾶν & μυρμηκιάσεις cùm quis nimirum verrucis huiuſmodi infeſtatur, qui & μυρμηκιασμοὶ dicuntur Gal. li.3. περὶ εὐπορίστων (p.450.36.) De his agitur apud Gal. li.14. Meth. med. & Paul. li.4. cap.15. & Aëtium Tetrab.3. ſerm.4. cap 41. Celſus li 5. cap.28. μυρμήκια neutro genere vocat, de his hunc in modum ſcribēs. Myrmecia autem vocantur, humiliora thymo, durioraq́ue, quæ radices altiùs exigūt, maioréq; dolorē mouent, infrà lata, ſuprà autem tenuia, minus ſanguinis mittunt, magnitudine vix vnquā lupini modum excedunt. Naſcuntur ea quoque, aut in palmis, aut in inferiorib. partibus pedum. Rurſusq; Myrmecia latiſſimis radicibus inhærent, ideoq; ne excidi quidem ſine exulceratione magna poſſunt.

Μύρον vnguentum ſignificat, crebrò tamen pro oleo ſumitur apud Hipp. vt li. περὶ γυν. φύσ. (p.565.53.) μύρον ῥόδινον, quod eadem in re li.2. περὶ γυναικ. (p.653.42.) ῥόδινον ἔλαιον dicitur. Rurſuſque ibid. (p.574. 19.) μύρον ῥόδινον, ἔλαιον ῥόδινον vocatur li.2. περὶ γυν. (p.660.11. & p.672.4.6.) & μύρον ῥόδινον (p.672.54.) Ac rurſus ibid. (pag.575.27.) quod μύρον ſimpliciter effertur, vnguentum roſaceum vertit Caluus, ideò fortè quòd paulò pòſt ad ſuffitus μύρον ῥόδινον adhibetur, idem poſtea libro 2. περὶ γυναικ. eadem in re (pag.668.48. 50.) ἄλειφα ῥόδινον & ἔλαιον ῥόδινον dicitur. Et alioqui μύρον ſimpliciter poſitum pro vnguento roſaceo, aliàs ſumitur, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 581.31.) μύρα ἑψήσας ἐν οἴνῳ. quod libro 2. περὶ γυναικ. (pag. 674.44.) μύρον θερμὸν ἐν οἴνῳ dicitur. Vbi tamen μύρον & μόρτον pro

pro myrti baccis legere malim. Sic etiam sæpe apud Hippoc. μύρον αἰγύπτιον de oleo effertur, vt antea docuimus. Et Erot. μύρον αἰγύπτιον, quod & Mendesium vocatur, ἔλαιον αἰγύπτιον dici lib.2. περὶ γυναικ. (contra tamen Gal. mentem, vt antea subnotauimus) scripto tradidit.

Μύρον ὁποβαλσάμινον apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.575.55.) oleum balsaminum vertit Caluus,& videtur esse balsami succus, qui olei specie effluit. Etsi locus non leuiter suspectus est, cùm hoc loco varient exemplaria, & κάρφη τι ὁποβαλσάμῳ, & μύρῳ τι ὑπὸ βαλσάμῳ legant, vt Asulanus. Cornar. verò vnguentum molle vertit, & μύρῳ τι μαλθακῷ ex lib.2. περὶ γυναικ. (p.671.25.) legisse videtur.

Μύρραι scribit Galenus in Exeg. apud Hippocr. αἰολεῖσι σμύρναι dici. διτλαὶ δὲ αἱ γραφαί. duplicem autem esse scripturam, quod alia exemplaria, δὶς τὸ ρ γράφεται scribunt. Apud Hipp. tamen σμύρναι ferè semper scriptum reperias.

Μυρτίδανον τὸ λεγόμενον, quod dicitur myrtidanum scribitur esse Dioscor. cap 157. lib. 1. ἐπίφυσις ἀνώμαλος καὶ ὀχθώδης, ὁμόχροος, οἱονεὶ χεῖρες περὶ τὸ τῆς μυρσίνης πρέμνον. quiddam myrto adnascens, inæquabile & verrucosum, & eiusdem coloris,quod perinde quasi manus myrti caudicem amplectitur. μυρτώδη dici nonnullis scribit Gal. lib.7. de simpl. med. fac. ἡ μὲν τοι περὶ στελέχει τε καὶ τοῖς κλάδοις αὐτῆς ἐπίφυσις ὀχθώδης, ἣν ἔνιοι μυρτίδα ὀνομάζουσι. Quod verò trunco & ramis adnascitur tuberosum, quam myrtada nonnulli nominant. Hæc ἐπίφυσις μυρτὶς Paulo vocatur, μυρτίδανον verò rectè Oribasio Collect. Med.lib.11. & ad Eunap. lib.2. Quod etiam indicat Gal. in Exeg. qui Dioscor. sententiam secutus scribit: μυρτίδανον οἱ πλεῖστοι μὲν τὸ πέπερι. Διοσκουρίδης δὲ ὁ Ἀναζαρβεὺς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕλης ἐπίφυσιν ἀνώμαλον καὶ ὀχθώδη περὶ τὸ τῆς μυρσίνης πρέμνον. ὁ γε μὴν Ἱπποκράτης τὸν καρπὸν οὕτως ὀνομάζει ἐκ τοῦ φυτοῦ, ὅπερ αὐτῆς φυσιν ὑπὸ Ἰνδῶν ὀνομάζεσθαι πέπερι. Myrtidanum plærique piper esse existimant, Dioscor. verò Anazarb.in primo de Materia Medica, agnatam quandam eminentiam inæquabilem & tuberosam circa myrti caudicem esse scribit. Hipp. tamen plantæ fructum sic nominat, quam Persis piper vocari dicit. Quibus verbis Gal. mihi locum lib.2. περὶ γυναικ. (pag.672.15.) subnotare videtur, vbi scribitur; τὸ ἰνδικὸν ὃ καλέουσιν οἱ πέρσαι πέπερι, καὶ ἐν τουτέῳ ἔνι στρογγύλον, ὃ καλεῖται μυρτίδανον. Etsi ἐκλεικτὰ κόκκους τριήκοντα τοῦ ἰνδικοῦ malim ex lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573.52.) & lib.1. περὶ γυναικ. (p.630.38.) Ex quibus satis patet Hipp. myrtidanum sumpsisse pro fructu rotundo plantæ quæ Indicum dicitur, & à Persis piper nominatur. Sic enim Exeg. lectio mihi emendanda videtur, vt pro ὑπὸ Ἰνδῶν ὑπὸ Περσῶν legatur, quò propius Hipp. lectionem referat. Vbi etiam ὄνπερ pro ὅπερ omnes Interpretes mihi legisse videntur, cùm ad καρπὸν referant, quòd ad τὸ φυτὸν retulisse Hipp. & Gal. satis constat. Nam etsi fructum piper dici satis appareat, quod per τὸ στρογγύλον etiam indicat Hipp Indicum tamen denotari quod Persæ piper vocant; & plantam esse quæ piper ferat & myrtidanum Hipp. fructum rotundum myrto similem, ex illa planta prouenientem, ipsa Hipp. lectio satis clamat. Etsi enim τὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὸ ἰνδικὸν & τὸ στρογγύλον aliàs πέπερι vocari scribit Hipp. nusquam tamen de myrtidano alibi id scribitur, cùm eandem sanè causam respiciant, nempe emollientium ad vterum subdititiorum pessorum materiam. Quod effecit,vt myrtidanum plærique piper esse dicerent, & Dioscor. iunior ὁ γλωττοκόμος myrtidanum fructum plantæ in India piperi assimilis, quod myrtum referret, esse existimaret, vt scribit Gal. & nos antea in Indico adscripsimus. Inde quoque factum esse existimo vt scripserit Plinius cap.29. lib.15. alium fuisse baccæ myrti vsum apud antiquos, ante quàm piper reperiretur, illius obtinentem vicem. Nam quòd myrtidanum piper diceretur, & fructum myrto similem (non myrti,quemadmodum vir quidam magni in re medica nominis existimauit) ferret, istud facilem errandi occasionem Plinio præbuit, vt myrti baccas piperis vsum apud antiquos obtinuisse putauerit. Quod fortasse Cubebis nostris vulgaribus attribui potest, quas myrtidanum esse, & ab Hipp. per τὸ ἰνδικὸν, aut τὸ ἰνδικὸν φαρμάκον τὸ τῶν ὀφθαλμῶν, aut piperis nomine intelligi quidam contendunt, & à Theophr. piper rotundum appellari. Myrtidanum verò etiam pro planta sumi satis testatur quod scribitur lib.2. περὶ γυναικ. (pag 603.38.) ἢ μυρτιδάνου κλωνία δύο ἢ τρία. aut myrtidani ramuli duo aut tres, quos in partus difficultate cum vino exhibet, etsi illic μυρτιδάνου legitur. At Plinio myrtidanum vinum est ex syluestris myrti baccis confectum, cuius parandi modum docet cap.16.lib.14. & Myrtiten Catoni vocari scribitur.

Μυσάττεσθαι, est abominari, auersari, detestari, vt detestandum & fœdum grauatè ferre, vt libro 1. de Morb. (pag.477.25.) καὶ μυσάττεται τὸ σίαλον, ἐπὴν ἀποχρεμψάμενος ἔχῃ ἐν τῷ στόματι & saliuam abominatur, vbi eam exscreaturus ore continet. De purulentis agitur, in quibus sputum purulentum grauiter olet, & fœtore est abominandum. μυσάττεται δυσχεραίνει exponit Hesych. hunc fortasse locum subindicans, vt indicetur apud Hipp. sputum ore contentum ad exscreandum esse molestum & suo odore graue. Sic μυσαττόμενος eidem dicitur βδελυττόμενος, ἀποστρεφόμενος. A μύσος forte deductum, quod scelus aut facinus detestandum significat, μίασμα, βδέλυγμα, ἀποστροφὴ exponit Hesych. Qua dictione vtitur Hipp. lib. de Morbo Sacro (pag.303.39.) ἀλλ' ἤν τι καὶ τύχῃ ἔχων μύσος, τοῦτο ἀπαγνιεύμενοι, sed si quod antea scelus habemus, illud expiantes, purificantes, μίασμα ibidem vocat.

Μύτις, scribitur Gal. in Exegesi sic vocari τὸ ἐν τῷ στόματι σηπίας μέλαν, atramentum quod in ore sepiæ continetur. ἀλλὰ καὶ ἰχθύς τις ὑπὸ τοῦ Ἱπποκράτους ὀνομάζεται. Sed & piscis quidam ab Hipp. eo nomine indicatur. Est autem μύτις apud Arist. cap. 1.& 2. lib.4. hist. anim. in mollibus piscibus viscerum loco, sub ore, & per eam gula tendit. Mutin. retinet Gaza, quæ & Aristoteli μήκων & papauer vocatur. μυτὶς Hesychio scribitur, & exponitur τὸ μέλαν τῆς σηπίας ὅπερ ἐν τῷ στόματι ἔχουσα ἐκκρίνει, sepiæ atramentum quod ore continens excernit. Annotatur & μύτις dici piscis quidam fœminei generis non sine mare pastum quærens.

Μυττωτὸν apud Hipp. Gal. in Exeg. exponit ex Dioscor. mente ὑπότριμμα σκορόδων ἢ κρομμύων, intritum ex allio & cepa. pulmentum ex intrito allio & cepa diximus, nostris in lib.2. Epid. Comment. Eum enim locum à Gal.in Exeg. subindicari existimamus,vt & Erot. qui μυττωτὸν apud Hipp. Atticis dici scribit. ὑπότριμμά τι μετὰ σκορόδου γινόμενον, alliatum quoddam, aut intritum ex allio. Idem addit apud Eupolim amylum dici, & quibusdam placentam ex olere confectam, aliis etiam ζωμὸν significare. Se tamen iis assentiri qui μυττωτὸν esse velint, τὸ διὰ σκορόδου τρίμμα. Ductum autem esse nomen παρὰ τὸ μυσάττεσθαι τὴν δυσωδίαν, ὡς τὸ μυσαρωτὸν, ab abominando & graui odore,velut μυσαρωτόν. Pollux quoq; μυττωτὸν ὑπότριμμα ἐκ σκορόδων δριμὺ exponit, acre pulmentarium ex alliis, vt & Hesych. ὑπότριμμά τι διὰ σκορόδων, qui & propriè significare scribit, τὸ διὰ σκορόδων τρίμμα τι διὰ ἀρτυμάτων πολλῶν συντιθέμενον, intritum quoddam ex alliis, multis additis condimentis. Conficiebatur enim ex allio,porro,caseo,ouo,oleo,aceto, vt scribit Aristoph.Schol. in Equit. Idem quoque in vespis μυττωτὸν propriè esse scribit, τὸ ἐκ σκορόδων καὶ τυροῦ καὶ ὄξους τρίμμα, sicque dictum αὐτὶ τοῦ μυσωτόν τι, παρὰ τὸ μυσάττεσθαι αὐτὸ τὴν ὀσμὴν, ab abominando & detestando eius odore. Dioscor. lib 2. cap. 182. τὸ ἐκ σκορόδου καὶ τῆς μελαίνης ἐλαίας γινόμενον τρίμμα, καλούμενον μυττωτὸν, vtinæ ciendæ & ad aquam intercutem commodum scribit. μυττωτὸν igitur & μυττωτὸς dicitur, vt apud Hipp. lib. 2. Epid. (p.1056.E.) ἢν δὲ ἐμέῃ, καὶ μὴ πίνῃ, μυττωτὸν δριμύ. Quòd si vomat neque bibat, pulmentarium ruris acre, quod ex intrito allio & cepa fit (myttoton vocant) apponito. Et libello περὶ ὄψιος (p.689.14.) ἕως ἂν πάχος γένηται ὡς μυττωτὸς, dum crassitudine intritum ex allio referat, de medicamento ad palpebratum scabiem. Sic τοὺς μυττωτοὺς Theophr. ex lib. 9. hist. pl. cap.4. Plinius lib.19. cap.6. per ruris pulmentaria expressisse videtur. μυττωτὸς etiam Athen. lib.7. bis vsurpatur. μυσωτὸν quoque & μυσαρωτὸν dicitur. Ex quo apud Hipp. lib.de loc. in homine (p.423.44.) pro μυσωτῷ, μυσωτῷ aut μυττωτῷ legendum indubitatâ est confessio. Vbi enim agitur de vteri morbis & illorum curatione, sic scribitur, ἢν μὲν προσίληθῃ μᾶλλον καὶ ἡ ἔξοχος, χρὴ δ' ὧν που βάλλῃ τῶν κακόσμων, ἢ μυσωτῷ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν βαρυτέρων καὶ κακῶν ὀζομένων. Si quidem solùm processerit, & illini possit, quoduis ex graueolentium genere adhibendum, aut cedrus, aut pulmentum ex allij aut cepæ intrito, quod Myttotum dicitur, aut aliquod aliud ex grauiter & malè olentibus. Vbi Caluus μυζωτῷ pro μυσωτῷ vitiosè legisse videtur.

Τὰ μυχθώδεα ἐξαναφέροντα πνεύματα dicuntur suspiriosæ spirationes quæ foras educuntur, & μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα in Coac.(pag.203.A.) & (pag.206.B.) eædem quæ suspiriosæ expirationes. Quæ inæqualis dyspnœæ genus indicant, quod in ea quæ extra fertur latione intercisum est, interruptum, ac velut offensans, quodque elisum spiritum habet, ac in medio expirationis cursu deficientem, ingeminantique & reuocato similem. Eiusmodi autem difficilis spiratio facilè videtur in gemebundis puerorum suspiriis, cum in medio expirationis cursu subsistunt, interruptumque spiritum reuocant ac perficiunt, ἀναπαυθμένοις

ἀφανισθῆ dicuntur aph.54. lib.6. & per ἀσύστατον πνεῦμα ἐν τῇ ἀναφορῇ exprimitur Hipp. lib.de rat. vict. in morb.ac. aut per πνεῦμα ἀσύστατον & ἀποπαυόμενον. Ista verò difficilis spirationis suspiriosæ ac interruptæ species in ea quæ extra fertur spiratione spectanda, velut ea quæ lib.2.& 6. Epid. celebratur διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις οἷα ἐπεισπνέοντι, duplex intro reuocatio velut insuper spirantibus, ad intercisam inspirationem refertur. Huiusmodi autem interruptæ aut elisæ spirationes conuulsiones ferè denotant, & spiritalium instrumentorum duritiem ac reficcationem, facultatis animalis imbecillitatem, & magnum in intimis præcordiis conceptum incendium, vt patet ex Philisco & Dromeadæ vxore lib.1. Epid.& Gal.Com. ad aph.68 lib.4.& 54. lib.6. & lib.3. περὶ δυσπν. vt fusioribus verbis adscripsimus nostris in Coac.Prænot.Annotat.

Μωλύνεσθαι & μωλωθῆναι apud Hipp. ἀφανίζεσθαι, καὶ βραχὺ μαραίνεσθαι, significat, sensim disparere, euanescere, hebescere, sedari & conquiescere, & sæpè tumoribus ad aures attribuitur, qui sensim & sine vlla recta significatione emolliuntur aut subsistunt. Sic lib.7.Epid. de tuberculis ad aures euanescentibus & sensim disparentibus (p.1268 A.) πάντα ἐμωλώθη, omnia sensim disparuerunt. Ac rursus lib.2. Epid. (pag 1012.C.) de parotidibus, ταῦτα ἐμωλώθη legit Gal.Com.2. in lib.6 Epid. (p.473.46. H.1170.G.) cùm exemplaria omnia κατημαλύνθη habeant, quod est, sensim disparuerunt & contabuerunt. lib. quoque 7.Epid. (p.1236.B.) de iisdem tumoribus ad aures, τῷ Ἐρατύλλου ἀπεμωλώθη περὶ ἀμφότερα. Eratylli puero ad vtranque aurem exorti tumores disparuerunt, euanuerunt. Et lib.1. Epid. (p.364.37. H. 946. H.) περὶ τὰ ὦτα οἰδήματα μωλυόμενα, aurium tumores sensim euanescentes diximus, ibique manu scripta exemplaria secuti sumus, cùm passim ὠλυόμενα, publicata legant, quædam etiam μαλακυνόμενα, absque vlla ratione. Quò certè referri debere existimamus quod scribit Gal. in Exeg. cùm μωλυόμενα, καὶ βραχὺ ὑπομαραινόμενα quod est paulatim emarcescentia aut extabescentia exponit: vt de aurium tumoribus efferatur, qui paulatim & sine vlla recta significatione leniuntur aut disparent, nec ad suppurationem perueniunt, de quibus παρὰ πάλιν ἀφανιζόμενα ibidem dicitur, & ἀσήμως ἠφανίσθη sect. 1. Lib. quoque 4. Epid. (p. 1136.F.) de tuberculo ad aures, ὃ ἀπο ἐμωλώθη & illud sensim disparuit. Rursusque ibidem (p.1139.A.) vbi μωλύσει κακὰ passim legitur, μωλυόμενα κακά, cum Cornario legimus, & quæ sensim disparuerunt malum protendere diximus. Rursus lib.7. Epid. (pag 1221.H.) de febrili calore conquiescente & euanescente, ἡ θέρμη περὶ τὰς ιζ' ἐμωλώθη, ad decimum septimum calor conquieuit. Et (p.1226.F.) ἡ θέρμη ἐν τῇσι περὶ κ' ἐμωλώθη. Calor intra vigesimum disparuit, conquieuit. Et (1229. G.) ἡ θέρμη ἐμωλώθη ἐν τῇσι περὶ εἴκοσιν. Μωλωθῆναι etiam de hebescente ac quodammodo euanescente ac veluti contabescente maris motu dicitur, aph.35. sect.2. lib.6. Epid. κινηθὲν ἐμωλώθη, vbi motus mas est conquiescit, vt impeditam ac veluti hebescentem, aut cessantem maris motionem indicet. Cui certe conuenire explicatio potest quam ἐμωλώθη antea ex Gal. in Exeg. adscripsimus, nempe κατεμαράνθη. Hanc enim translationem ibid. etiam Gal. agnoscere videtur. Qui quamuis hanc dictionem ex lib.2. Epid. de disparentibus & paulatim euanescentibus ad aures tumoribus exponat, celeris tamen mutationis veluti transmutationem ac cessationem, aut refrigerationem quandam indicare sic scribit: τὸ γὰρ τῆς ὀξείας κινήσεως καὶ μεταβολῆς παυσάμενον καὶ ἀποψυχθὲν, οὕτως ὠνόμασεν. Eoque referri videtur quod μεμωλυσμένους scribit Gal.in Exeg. quosdam καταψυγμένους, hoc est perfrigeratos accipere. Etsi μεμωλυσμένους passim, vt & ἐμωλώθη omnib. in exemplar. apud Hipp. legitur ἀπὸ τοῦ μολωθῆναι. ἐμωλώθη tamen rectius scribi existimo. Sunt & τὰ ἐπάρματα ἀκρίτως κατημωλωθέντα, in Prorrh.(p.219.31.H.82.F.) graues aurium tumores circa iudicationem sensim disparentes & dissoluti. τὸ γὰρ κατημωλωθέντα, τὴν κατὰ βραχὺ λύσιν ἐνδείκνυται. Hac enim dictione breuis solutio indicatur, vt illic scribit Galen. vbi etiam κατημωλωθέντα passim scribitur, & ἐξαίφνης ἀφανισθέντα exponit Gal. vt & μωλύνειν ἀφανίζειν significat Schol.Homer.

Μώλυζα exponitur Gal. in Exeg. τὸ σκόροδον ἁπλῆν τὴν κεφαλὴν ἔχον καὶ μὴ διῃρημένην εἰς ἄγλιθας. allium simplex habens caput, neque in nucleos aut spicas diuisum. Additque idem quibusdam τὸ μῶλυ explicari. μῶλυξ Erotiano est σκόροδον κεφαλὴν βωλοειδῆ ἔχον καὶ μὴ διῃρημένην εἰς ἄγλιθας, allij caput glebam referens, hoc est, in massam congestum, neque in spicas diuisum. Adscribitur etiam ex Psello μώλυζαι αἱ τῶν σκορόδων κεφαλαί. Vsurpatur hæc dictio sæpius Hipp. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.583.8.) & (p.584.16.) lib.1. περὶ γυναικ. (p.625.3. & p.630.25) Rursusque lib.2. (pag.672.30.& p.674.5.) & lib. περὶ ἀφόρων (p.677.5. & p.685.53.) licet quibusdam in locis μώλυζα pro μώλυζα vitiosè scribatur. Vt satis inde appareat μώλυζα apud Erot. pro μῶλυξ scribi debere, aut certe μῶλυ vt apud Gal.& μῶλυ pro μώλυζα Erot.leg.

Μωμητὸν μωμητέον apud Hipp. exponit Erot. h. e. reprehendendum, vt μῶμος ἡ μέμψις reprehensio dicitur, à μωμέομαι deductum, quod reprehendo, vitupero significat. Tritus est prouerbialis senarius, μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Hipp. lib. περὶ τέχνης (p.3.1.) ἢ ὀρθὰ ἐόντα διαβάλλειν, ἢ τὰ ὀρθὰ μωμήσασθαι, aut ad ea quæ recta sunt calumniandum, quæ verò non recta sunt reprehendendum. Rursus ibid. (p.5.48.) οὔτε μωμητῶν, οὔτ' αἰνετῶν δέονται. neque reprehensorum neque laudatorum indigent.

Μώνυχα ζῶα, solipeda animalia dicuntur, contracto vocabulo, velut μονώνυχα & μόνον ὄνυχα habentia, h.e. solipeda, & quasi solunguia aut solidunguia dicas. Talem enim in huiusmodi animalibus solida vngula obtinet locum, qualem in hominibus vnguis, h.e. extremum pedem, Gal. Com.1. in lib. de art. (p.587.54.H.785.B.) μώνυχα apud Arist. Plin. solidam vngulam habentem vertit. Eiusmodi autem animalia vtrinque dentata sunt, ἀμφόδοντα vocat Hipp. lib. de art. (p.587.28. ib.) & Arist. ex quo vtrinque dentata vertit Plin. Ambidentia dici possunt, vnde bidentem dici scribit Festus, quæ duplicem habeat dentium ordinem, μώνυχας ἵππους sæpe vocat Homerus, solidam vngulam habentes equos, vt Il. ε. (v.181. & 236. & 321.) quas ibidem κρατερώνυχας ἵππους, (v.329.)

Μώρωσις est fatuitas, stoliditas, stupiditas, mentis læsio qua vnà cum memoria ratio etiam perit. Aëtio Tetrab.2. serm.2.cap. 23 μώρωσιν τὴν νωθρότητα exponit Gal. Com.1. in Prorrh. (p. 179.58.H.69.G.) h.e. torporem & stupiditatem ex eodem Hip. Nam quod ibi scribitur, κακὸν δὲ καὶ ἡ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσις, quod est, quinetiam malo est ex morbo regio fatuitas, per alteram Prorrh. sententiam interpretatur. ἐν φρενιτικοῖσι λευκὴ διαχώρησις κακόν. ἆρά γε ἐπὶ τούτοισι καὶ νωθρότης γίνεται, Albicans deiectio in phreniticis malo est. Num etiam his torpor contingit? Vbi νωθρότητα fieri scribit Gal. ex frigidis, crassis, viscedis, ac in totum ægrè mobilibus humoribus, non tenuibus, calidis & acribus. Idem etiam τὰ μεμωρωμένα ex Prorrh. (pag. 197.53. H.74.E.) & Coac. (p.147.H.) exponit τὰ μώρωσιν ἐμποιοῦντα τῇ διανοίᾳ, quæ fatuitatem menti inducunt. Quam ibid. sic describit, αὕτη δὲ ἐστὶ χωρὶς παραφροσύνης σύμπτωμα, τοῖς φύσει μωροῖς ὁμοίους ἀποφαῖνον τοὺς νοσοῦντας, ὁποίους καὶ τῶν λεγομένων ἀπογηρᾶν ἐνίους ὁρῶμεν γιγνομένους. ᾧ παθήματι παραπλήσιον μέν ἐστιν, οὐ μὴν ταὐτὸν ὅπερ ὀνομάζουσιν ἄγνοιαν Ea autem est symptoma citra delirium ægros natura fatuis similes reddens, quales etiam nonnullos fieri nouimus ex iis qui consenescere dicuntur. Cui affectui similis quidem est, non eadem tamen, quàm ἄγνοιαν h.e. ignorantiam nominant. Eoque certe respicere videtur quòd μεμωρωμένα τὰ αἰσθητὰ, h.e. sensus expertia exponit Gal. in Exeg. vt ad νωθρότητα referantur, & torporem aut stupiditatem inducentia indicentur. Sic μωραίνεσθαι aut μωροῦσθαι est fatuum reddi aut insipidum, hebescere aut languere, & de eo dicitur qui in officio languet, aut opus destinatum non satis idoneè exequitur, vt de corde dicit Hipp. lib. περὶ παρθενίων (p.562.43.) ἐμωρώθη ἡ καρδίη, cor hebescit & languet, h.e. insulsum ac fatuum efficitur. Et ἐκ τῆς μωρώσιος νάρκη, ex fatuitate torpor, ibid. Sic μωρὰ νεῦρα καὶ σκληρὰ γινόμενα ὑπὸ τοῦ πώρου, nerui hebetes & duri redditi à callo dicuntur lib. περὶ γονῆς (p.232.25.) quòd nequeant penem extendere aut remittere. De iis enim agitur quibus ex testium attritu genituræ viæ intercluduntur, aut callo obstructæ sunt, ideoq; nerui indurescunt aut torpescunt, neque arrigere possunt, pudendaq; elanguescunt ac veluti sunt emortua.

OECO-

OECONOM. HIPPOC.

TO N.

NΑ'ρδος nardinum vnguentum significat apud Gal. lib. 1. κτ̃ τόπ. (p. 160. 43. 44. 53.) ex veterum phrasi. Sic enim de nardino vnguento tanquam de nardo scribit Diosc. ἔστι δὲ χρίσει ἡ λεπτὴ, &c, δύναμις δὲ αὐτῆς λεπτυντική. Et Horat. Nardi paruus onyx eliciet cadum, &c, Nardo vina merebere. Tibullus etiam, Iamdudum Syrio madefactus tempora nardo. Eandem quoque locutionem vsurp. Gal. lib. 3. κτ̃ τόπ. (p. 187. 47.) ὠφελεῖ δὲ καὶ ἡ ἀρίστη νάρδος. prodest etiam optima nardus, h. e. nardinum vnguentum. Est eidem νάρδος ἁπλῆ, nardus simplex, h.e. nardinum oleum sine vllis spissamentis ac odoramentis præparatum, ibid. (p. 190. 49.) quemadmodum & λεπτὴ dicitur Dioscoridi.

Νάρκη ἢ νάρκωσις, torpor, stupor aut sensus hebetatio. νάρκη Gal. li. 1. de Sympt. caus. ex sentiendi mouendique difficultate compositus affectus. νάρκη & νάρκωσις sæpè vsurpatur Hipp. vt aph. 5. sect. 1. lib. 6. Epid. νάρκη μηροῦ τὸ κατ' ἴξιν femoris quod è directo est stupor. & νάρκη ἐν τοῖσι σκέλεσι, in cruribus stupor, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 654. 36.) & νάρκη μετρίη ὀδύνης λυτική, modicus torpor dolorem soluit, ex lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 427. 11.) & aph. 25. lib. 5. quod etiam adfert Gal. Com. 2. in lib. 6. Epid. (p. 458. 22. H. 1168. G.) νάρκωσις γνώμης, mentis stupor aut hebetatio, à calido cerebri substantia ob imbecillitatem dissoluta, lib. περὶ ὑγρῶν χρήσ. (p. 425. 19.) & aph. 16. li. 5. quod mentem hebetare dixit Celsus c. 1. li. 2. ἀπονίαν exponit Gal. Sic νάρκωσις κοιλίης, ventris torpor, segnities aut torpedo, aph. 1. sect. 3. lib. 6. Epid. h.e. ventriculi imbecillitas in coquendis cibis. Sic enim illic explicat Galen. νάρκωσιν δ' ἀκούσωμεν τὴν περὶ τὸ λεῖπον τοῦ τροφῆς ἀρρωστίαν τῆς γαστρός. Torporem autem audiamus ventris in coquendis cibis imbecillitatem. Sunt & ναρκώσιες membrorum stupores & torpedines, aphor. 13. sect. 6. lib. 6. Epid. idem quod νάρκαι. νάρκαι καὶ ἀναισθησίαι torpores & stupores crebrò contingentes apoplexiam minantur eiusque sunt rudimenta quædam, in Coac. (p. 193. F.) quemadmodum ναρκώσιες καὶ ψύξιες, torpores & refrigerationes (ibidem ib. H.) & νάρκη χειρῶν cum capitis dolore absque febre, tenebricosa vertigine, & vocis tarditate, apoplexiam aut epilepsiam, aut etiam memoriæ læsionem inducit (ibid. p. 144. A.) Ναρκώδεις exponuntur Erot. apud Hipp. οἱ ἀπεσκληρυμμένοι καὶ ἀναισθητοῦντες indurati & sensus expertes, h.e. torpescentes & stupidi effecti. Quod videtur ex Prorrh. sumptum (p. 213. 48. H. 79. E.) etsi aliàs sæpe vsurpatur Hipp. vt in Coa. (p. 145. G. & p. 203. E.) ναρκώδεις ἐκλύσιες exolutiones cum torporis sensu (ibid. p. 206 F.) & κοιλίη ναρκώδης ibid. (p. 163. C.) Addit autem Erot. ναρκώδεις dici ἀπὸ τῆς παθητικῆς γινομένης νάρκης, ab affectu qui torpor dicitur, ad discrimen τῆς θαλασσίας νάρκης. Idem etiam ναρκῶσαι apud Hipp. exponit, παραλῦσαι καὶ οἱονεὶ εἰς ἀναισθησίαν ἀγαγεῖν τῆς ἀλγηδόνος, quod est mitigare & quasi doloris sensum auferre. Quod ex aph. 1. sect. 2. lib. 6. Epid. in magnis ac vehementissimis solùm doloribus vsurpandum monet Gal. in quibus stupefacientibus medicamentis vtendum: cuique ἐπεγεῖραι opponit Hipp. quod excitare significat, & exolutas aut hebescentes sensationum & motionum facultates reuocandas indicat. Quod non exigui est in medicina vsus. Est & ναρκοῦν torpefacere, stupefacere, pro sedare ac tollere, lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 427. 11.) de frigida, ὀδύνην ναρκοῖ, dolorem tollit, h.e. stupefacit, quod aph. 25. lib. 5. ὀδύνην λύει dicitur. Erot. autem ἀντὶ τοῦ μειοῖ positum esse scribit, ἐπειδὴ ἡ νάρκη θλῖψις αἰσθήσεώς ἐστιν, quandoquidem stupor sensus est compressio. ναρκωδῶς etiam dicitur in Prorrh. (p. 209. 38. H. 77. G.) quod ναρκωδέως lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 656. 50.) torpidè, cum torporis sensu.

Ναστὸς confertus dicitur, densè plenus, ac veluti pressus, non secus ac amphoræ quæ ad summum vsque plenæ sunt & pressæ ἀμφορεῖς ναστοὶ nominantur. Huic opponitur χαῦνος καὶ ἀραιὸς καὶ ὑπόκοιλος, laxus, ratus, & leuiter cauus. Sic Hipp lib. περὶ ἀδένων (p. 273. 34.) maris & fœminæ corpora inter se opponens. τὸ μὲν ἄρρεν ναστόν ἐστι, καὶ ὡς σάγμα πυκνὸν καὶ ὁρέεται καὶ ἐπαφωμένῳ· τὸ δὲ θῆλυ ἀραιὸν καὶ χαῦνον, καὶ εἰρίον ῥίον ὁρέεται καὶ ἐπαφωμένῳ. Mas enim confertim plenus est, ac vestis instar tum visu tum contactu densus: fœmina vero rara & laxa ac veluti fluida, tum ad visum tum ad contactum. Vbi vitiosè ἄστυ habent quædam exemplaria manu scripta vt & Aldinum, quod etiam asteriscum apponit. ναστὸν, μεστὸν, πυκνὸν, πλῆρες καὶ ἔχον ὑπόκενόν τι exponit Hesych. ναστὸς ἐστὶ πλήρης ab Archig. ponitur & plenum significat, vt scribit Gal lib. 4. de dignosc. puls. (p. 79. 36. Est & panis hoc nomine apud Græcos vt ibid. testatur Gal. ναστὸς ἄρτος ζυμίτης μέγας Polemarcho apud Athen. lib. 3. panis fermentatus magnus: Heracleon verò πλακοῦντος εἶδος, placentæ genus esse vult, quemadmodum apud eundem lib. 14 ναστὸς πλακοῦντος εἶδος dicitur ἔχον ἔνδον καρυκείας placentæ genus condimentis variis intus farctæ. Sunt qui ναστὸν sumant pro placenta ex melle, vuis passis, aliisque condimentis conferta & constipata, adeoque dura & solida, vt in ea nihil inanitatis aut spongiosæ laxitatis inesset, verùm omnia essent ναστὰ, inter se compacta & condensata.

Ναυτιώδεις φλέβες dicuntur Hipp lib. de fract. (p. 546. 49. H. 759. H.) venarum nauseæ, hoc est sanguinis ex venis refusiones, cùm venæ velut nauseabundæ sanguinem effundunt aut euomunt, eleganti certè translatione à vomiturientibus petita, quasi venarum nauseabundarum refusiones dicas, quas etiam Hipp. ἐκχυμώσιας vocat, vt antea adscripsimus, & testatur Galen. Com. 2. in lib. de fract. his verbis, ναυτιώσιας ὠνόμασεν ἰδίως ἀπὸ τῶν ναυτιώντων καὶ διὰ τὴν ἰσοκυοῦσαν, ποιήσας τοὔνομα. ναυσίαν γὰρ τὴν ναυτίαν ὀνομάζουσιν οἱ Ἴωνες. ἢ χεῖλος ὡς ἔμπροσθεν ἐκχυμώσιας ἐκάλεσε, ταύτας νῦν ναυτιώσιας, ὅταν αἱ φλέβες ἀποπτύωσι τι καὶ ὡς ἐμέσιν τὸ αὐτῶν αἷμα, βαρυνόμεναι διά τι τὴν πρὸς αὐτὰς ἀσθένειαν, ἣν ἐκ τοῦ φλεγμαίνειν ἴσχουσι, καὶ διά τι πλῆθος τι καὶ τὴν κακίαν αὐτοῦ τοῦ αἵματος. ναυτιώσιας, hoc est, nauseationes propriè appellauit, ab iis qui nauseam patiuntur, ac propterea vomunt, facto nomine. ναυσίαν enim τὴν ναυτίαν (quam nauseam dicunt) Iones nominant. Ac ferè quas antea ἐκχυμώσιας, hoc est exuccationes vocauit, eas nunc ναυτιώσιας, h.e. nauseas dixit, cùm venæ sanguinem expuunt ac veluti vomitione refundunt, tum ex propria imbecillitate, quam ex inflammatione contraxerunt, grauatæ tum ex ipsius sanguinis copia & prauitate. Quem etiam locum cum translatione mihi videtur agnoscere Gal. in Exeg. cum ναυτιώσιας exponuntur ἐκπαρεγχύσεις τοῦ αἵματος, αἱ δὲ καὶ ἐκχυμώσιας ἐκάλεσε. μετηλλάχθαι δὲ ἀπὸ τῶν ἐπὶ ταῖς ναυτίαις ἐμούντων αἷμα πτύσμα, hoc est sanguinis præterfusiones, quas sanè etiam ἐκχυμώσιας, hoc est, effusiones vocat. Translatum autem nomen est ab his qui inter nauseandum sanguinem euomunt.

Ναυτιλίη nauigatio, aph. 14. lib. 4. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυτιλίη ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει. Nam vel nauigatio indicat motione corpus turbari. Quod etiam repetitur in Epist. Hipp. ad Democritum (p. 1287. 30.)

Νεανικῶς quod est iuueniliter apud Hipp. exponit Gal. σφοδρῶς, ἢ γενναίως, ἢ ἰσχυρῶς, vehementer, strenuè, fortiter, validè Com. 1. in Prorrh. (p. 173 42. H. 68. A.) Sic ibid. τὰ φρενιτικὰ νεανικῶς dicuntur αἱ σφοδρότατοι φρενίτιδες, vehementes phrenitides, & Coac. (p. 131. B.) Et rursus νεανικαὶ αἱμορραγίαι fortes & vehementes sanguinis eruptiones dicuntur, in Prorrh. (p. 215. 16. H. 79. B) & νεανικαὶ περιψύξιες, magnæ & vehementes totius corporis perfrictiones in Coac. (p. 170. B) & νεανικὸς πνιγμὸς, vehemens suffocatio ibid. (p. 175. A.) νεανικὸν autem pro magno aut vehementi ea forma dici videtur, qua masculam bilem pro magna posuit Persius Satyr. 5. calido sub pectore mascula bilis intumuit. Etsi quibusdam videtur mascula bilis illic insaniam & bilis atræ furorem aut feruorem significare. Νεῆνις autem iuuenculam, adolescentulam aut puellam iuuenilis ætatis significat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 641. 6.) ἢν δὲ ᾖ νεῆνις ἡ si verò sit iuuencula. Est & ἡ νεῆνις ἡ παρθένος virguncula.

Νέζρη legitur apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 582. 29.) Verùm hæc lectio vitium subolet, & νεφρὸν legisse Cornar. apparet, aut νεφρίδιον ex lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 661. 38.) cùm adipem renalem verterit, in pesso subditito ad conniuentem vterum. Caluus tamen narcissum interpretatur, & νάρκισσον legisse videtur. Est autem νεφρίδιον adeps renum quemadmodum apud Hom. Il. φ. (v. 204.) ἐπινεφρίδιον κείροντες, pinguedinem quæ renibus adiacet deradentes. τὸ περὶ τοὺς νεφροὺς λίπος exponit Schol.

Νείαιρα ἡ γαστὴρ exponitur imus venter, & τὸ ἔσχατον μέρος τῆς κοιλίας apud Gramm. Ruf. Ephes. ἐν τῷ περὶ τῶν ὀνομ. μορ. τὸ κῦλον τὴν κάτω κοιλίαν dici scribit, ἣν καὶ νείαιραν Ὅμηρος καλεῖ. Quod etiam iisdem verbis scribitur Polluci libro 2. Νείαιρα exponitur Erot. apud Hip. γαστήρ. Idemque scribit Bacchium

τὸ κοῖλον accepisse, ἢ τινὲς ὑφ' ἧ τὴν κοιλίαν προσαγορεύουσιν, quod quidam inferiorem ventrem appellant. Inuenitur autem & νειαίρη simpliciter pro imo ventre apud Hipp. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.564.29.) τὴν νειαίρην προσχρίεσθω, imum ventrem perfundito. Et in Coac. (pag.215.H.) βάρος ἐν νειαίρῃ, pondus ad imum ventrem. Sæpissimè verò τὴν νειαίρην aut νειαίρην γαστέρα ponit Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. & lib. περὶ γυν. & τοῖς ἰξύσι, τοῖς κενεῶσι, ἢ τῇ ὀσφύϊ, coniungit, interdum etiam τοῖς βουβῶσι, vt eam imi ventris partem intelligat, quæ ad lateium inanitatem & inguina protenditur. Sic etiam ἡ κοιλίη ἡ νειαίρη, vt & γαστὴρ dicitur lib.1. περὶ γυναικ. (pag.609.51.) Aretæus quoque vetustissimus author νειαίρην γαστέρα vocat.cap.1.lib.2. περὶ ὀξ. παθ. οἷα δοκέειν ἀπὸ πνεύμονος ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα ἐξελθεῖν.qualia ex pulmone in imum ventrem depulsa videri possunt. Vbi interpres sacrum ventrem vertit. Verùm νειαίρην γαστέρα velut νεάτην,h.e. imum aut extremum ventrem dictum malim. Idem quoque cap.10. de vesica ἐν γὰρ τῇ νειαίρῃ γαστρὶ κατωτάτη ἵζει. In imo enim ventre sita est. Sic quoque Homerus νειαίρην γαστέρα vocat, vt Il. ε. (v.539.) νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἔλασσε. Imo in ventre baltheum pertransiit. Vbi Schol. νειαίρην τὴν νεάτην exponit, dicitq; esse τὸ ἔσχατον μέρος τῆς γαστρός. Rursus ibidem. (vers.616.) νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ πάγη δολιχόσκιον ἔγχος. in imo ventre defixa est longa lancea.

Νείλεως φάρμακον ἐμπλαστῶδες nobile & laudatum omnibusque notum dicitur Galeno lib.2. κατὰ τόπ. (p.182.39.) & malagmatis nomen habet, vt & apud Paulum lib.7. cap.18. Vbi etiam describitur. Meminit quoque Gal. ex Asclep. cap.5. lib.8. κατὰ τόπ. Hoc autem Emplastrodes valere ad reliquiarum inflammationum in præcordiis inueteratarum curationem scribit Gal. Diciturque ἐμπλαστῶδες ad differentiam alterius ocularis quod in collyrij formam paratur, & describitur Paulo lib. 7. cap.16. eiusque meminit Aët.serm.4.Tetrab.2.cap.1.

Νέον τὸ νῦν exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. quod nouum significat, aut nuper aduerbialiter, estque Ionicum pro νέον.

Νέοι iuuenes dicuntur, οἱ τῇ ἀκμαζόντων, pro adultis & ætate florentibus Hipp. vt aph.45. lib.2. Lib. quoque περὶ ὑγιειν. διαίτης (p 31.21. H.358.1.) scribitur τοῖς νέοις πεπηγότα ἔχοντα σώματα, & τὴν κρᾶσιν ξηρὴν. hoc est, iuuenum compacta esse corpora, & temperamentum siccum. Eosdem νεανίσκους vocat Hipp. vt aph.29.lib.3. Quorum ætas ab anno 25. ad 35. terminatur; vt scribit Gal. Com.ad aph.9.lib.5. & 30.lib.3. Etsi per τοὺς νεανίσκους, illo aph. & adolescentes & iuuenes quidam subaudiri velint, quod fecit Celsus cap.1. lib.2. dum in vertendo eo aph. adolescentiam & iuuenes adscripsit.

Νεόμενον, τὸ νηχόμενον, προσερχόμενον exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. h.e. quod innatat, quod venit aut accedit, ἀπὸ τοῦ νέεσθαι, quod est πορεύεσθαι ἔρχεσθαι, ire, abire, venire & redire. Vtrunque autem annotat Gal. ex lib.1. περὶ γυναικ. & vnum de secunda, alterum de fœtu dici. Verùm si nostris exemplaribus fides adhibenda est neutrum ibi scribitur, apparetque Gal. aliam secutum fuisse lectionem quàm habeatur publicatis in codicibus. Ac si coniecturæ locus est, existimo νεόμενον legi posse aut νηχόμενον περὶ τοῦ χορίου lib.1. περὶ γυναικ. (p.609.2.) Vbi scribitur, αἱ μῆτραι τὸ ἀλεγεινὸν ἄνω... ἅτε ὀλισθηρὸν ἐὸν καὶ χεόμενον, & κατακλείουσιν ἐν ἑωυτῇσι, vt pro χεόμενον νεόμενον legisse Gal. existimem, hoc sensu. Et vteri secundam sursum retrahunt, vtpote lubricam & innatantem, & in seipsis detinent. Sic enim Gal. expositio probè mihi quadrare videtur, siue τὸ νηχόμενον, siue προσερχόμενον, adhibeas. vt secundam siue innatantem, siue ad vteros sursum accedentem accipias. Et alioqui facilis lapsus est à χεόμενον in νεόμενον aut νηχόμενον. Etsi vulgata lectio χεόμενον tolerari potest, quæ secundam per vterum diffusam neque adhærescentem indicat. Quod verò scribit Gal. alteram ἐπὶ τοῦ ἐμβρύου ibidem poni, id quonam loco satis aptè poni possit, me nondum reperisse palam ac ingenuè profiteor.

Νεοῤῥόφητος dicitur qui recens sorbitionem sumpsit, vt νεόποτος qui recens bibit. Lib.de rat. vict. in morb.ac. (p.85.6. H.395.25.) καὶ μήτε νεοῤῥόφητον μήτε νεόποτον λούειν. Neque lauari debet qui recens aut sorbitionem aut potum sumpsit.

Νεοχμὸς nouus, recens, vt νεοχμῶσαι τὸ νεωστὶ κινῆσαί τι, quod est aliquid recenter mouere aut innouare, annotatur Ionibus dici ex Corintho. νεοχμὸν, νέον, πρόσφατον, νεωστὶ εἰργασμένον exponitur Hesych. & νεοχμὴν κίνησιν πρόσφατος, innouatio, & νεόχμωσις, νεοκίνησις, μετακίνησις. Νεοχμῶς item recenter significat, & recenti motu facto, aut aliquid innouando. Quam dictionem vsurpat Hipp lib.1. περὶ γυναικ. (p.598.12.) οὐδὲ κλύζεσθαι νεοχμῶς. neque recenter lauare, aut aliquid innouando, aut recenti motu facto. Vult enim humidiores mulieres nullo recenti motu agitandas esse aut attingendas, neque lauatione aliquid innouandum, ne in perniciem ruant. νεοχμὸν πιεῖν τι exponit Erot. apud Hipp. h.e. recentissimum, ὡς καὶ λιμὸν ἐν ἄλλῳ. Verùm νεοχμὸν scribitur lib.2. περὶ γυναικ. (pag.651.36.) δεῖ δὲ νεοχμὸν ποιέειν τὸ φάρμακον, medicamentum renouare h.e. recentissimum adhibere medicamentum. Sed νεοχμὸν legisse videtur Erot. vt νεοχμοτάτην νεωτάτην exponit Hesych. Sic enim pro νεοχμάτην rectè reponit Henr. Steph. Νεοχμοῦν etiam quod est καινίζειν annotatur ex Herodoto.

Νέτωπον vnguenti cuiusdam odorati ac sumptuosi ex multis aromatibus mixtura, qualia erant mulierecularum Romanarum vnguenta, spicatum, foliatum, Comagenum & Susinum. Id etiam νετώπιον dicitur. Hesych. νέτωπον ἢ νετώπιον, μύρον συντιθέμενον ἐκ πολλῶν μιγμάτων, οἱ δὲ μετώπιον. Pro quo forte μετώπιον legendum, vt idem sit quod μετώπιον antea nobis dictum. Huius autem vnguenti creberrima est apud Hipp. mentio in tota muliebrium morborum tractatione, idq; sæpe ad vteros velut & alia odorata adhibetur, velut lib. περὶ γυν. φύσ. (p.564. 17. & p.565.52. & p.568.40. & p.574.38. & 42. & p.582. 34. & p.584.20.) Et lib.1. περὶ γυναικ. (p.605.47. & p.611. 30. & p.625.4.) Rursusque lib.2. (p.646.25. & (p.659.36. & p.660.13.) Lib.etiam περὶ ἐπικυήσιος (p.265 44. & p.ib.49. & 266 54.) Lib.quoque 5. Epid. (p.1157.B.) & lib.7. (p.1227. B.) νέτωπον ad surditatem curandam in aures infunditur quomodo etiam amaracinum, aut nardinum optimum oleum, aut laureum, aut irinum etiam & cyprinum, aut quæ sua tenuitate & calore crassos glutinososq; humores dissecant & dissipãt, in grauitate auditus in aures instillare conuenit. Quam ad rem μετώπιον etiam adhiberi li. de loc. in hom. antea adscripsimus. Ac videtur esse νέτωπον quod νίωπον Erot. vocatur & exponitur apud Hip. τὸ ἐκ καρύων πικρῶν ἔλαιον, oleũ ex nucib. amaris. Neque enim νίωπον apud Hip. legitur, apparetq; vitiatam esse lectionem, & pro νίωπον, νέτωπον aut μετώπιον legendum. Sic verò à nonnullis diligenter confici scribit. Nucum amararum chœnices Atticæ quatuor franguntur, & earum nucleus benè exiccatus in pilam conicitur & contunditur. Nomen habet olei amygdalarum amararũ. Sic μετώπιον frequenter pro oleo amygdalino sumi antea diximus, vt & pro vnguento Ægyptio.

Νεῦρον, neruus, pars est in corpore similaris, spermatica & exanguis, sensationis & motionis organum. Idque propriè neruis attribuitur, qui ex cerebro & spinali medulla exortum habent, quos τόνους Hipp. (vt scribit Gal. & postea docemus) vocat, Gal τὰ προαιρετικὰ νεῦρα. τῶν νεύρων autem significatio latè apud Medicos extenditur, & neruosa corpora, hoc est, exanguia, alba, & cauitatis expertia tum etiam quæ cum neruis similitudine quadam substantiæ communicant, complectitur. Quod scribit Gal. his verbis Comment.1. in lib.6. Epid. (pag. 443.35.) τρία γάρ ἐστι γένη σωμάτων ὁμοιομερῶν ἐν τοῖς ζώοις ἄναιμά τε καὶ ἀκοίλια φαινόμενα. τὰ μὲν ἐξ ὀστῶν, τὰ δ' ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου, τὰ δὲ ἐκ μυῶν φυόμενα. ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ μὲν Ἱπποκράτους σύμπαντα τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν εἰρημένων συνδεσμὸς, τὸ δὲ δεύτερον, νεῦρον τε καὶ τόνος, τὸ δὲ τρίτον τένων. ἔνιοι δὲ νεῦρα πάντα καλοῦσι τὰ δι' ἣν εἶπον ὁμοιότητα, τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν γένος, συνδετικὸν εἶναι φάσι, τὸ δὲ δεύτερον, αἰσθητικόν τε καὶ προαιρετικὸν, τὸ δὲ τρίτον ἀπονεύρωσιν ὀνομάζουσιν. Tria enim sunt similarium corporum in animalibus genera, quæ tum exanguia, tum cauitatis expertia apparent. Quorum alia quidem ex ossibus, alia verò ex cerebro & dorsali medulla, alia ex musculis exortum habent. Horum primum genus ab Hippocrate quidem plærunque συνδεσμὸς, hoc est, ligamentum nominatur, secundum verò νεῦρον & τόνος, & tertium, τένων, hoc est, tendo. At quidam ista omnia neruos appellantes, propter eam quam dixi similitudinem, primum eorum quidem genus συνδετικὸν, hoc est, colligatorium esse dicunt, secundum verò αἰσθητικὸν καὶ προαιρετικὸν, hoc est, sensile & arbitrarium, tertium quoque ἀπονεύρωσιν, hoc est, nerueam propaginem nominant. Atque idem Gal. exanguia & alba corpora, vbi plurimùm tum distendi, tum in se contrahi videntur, velut vterus & vesica, neruosa dici contendit. Qua ratione & colis in hominum pudendis naturam, & vterum neruosum esse volunt. Quod etiam libro 15. vs. part. in humano pudendo affirmat Galen. quod propter eam quam cum neruis habet substantiæ similitudinem, neruosum esse constat. Neque absimili notione neruos vocauit in corde Aristot. quæ neruosa corpuscula dicuntur Herophilo, hoc est, membranosas extremitates in osculis cordis, vt scribit Galen. capite 6. libro 1. de Pl. Hippocr. & Plat. vbi eadem etiam de triplici neruosorum corporum genere scribit. Idem quoque de triplici neruorum differentia scribitur ab authore Definit. Med. (pag. 391. 49.) At verò simplici τῶν νεύρων nomine plærunque ligamenta & copulas intelligit Hippocr. quod

quod etiam antea ex Gal. scriptis testari sumus. Sic lib. de fract. (pag.574.25.H.776.B.) scribitur, ἐξωτάτω μὲν τοι ἡ τούτων τῶν νεύρων κατὰ τὴν κοινὴν ξύμφυσιν τῶν ὀστέων. Atque hoc tamen neruis in communi ossium coniunctione annexum est. Significat namque excedentem cubiti partem, hoc est, gibbum, connexum esse ligamentis, quæ articulationem illam continent, ea parte qua ossa, hoc est, cubitus & radius communem habent coniunctionem. Ac rursus ibidem (v.47.H.ibid.) πλεῖον δὲ μέρος ἔχει τῆς ἐξαρτήσιος τῶν νεύρων ἐν τῷ βραχίονι τὸ λεπτὸν ὀστέον ἤπερ τὸ παχύ. Maiorem verò connexionis partem horum neruorum in brachio tenue os quàm crassum habet. Quibus certe verbis ligamenta illa adeò lata vt crassæ membranæ esse videantur ossibus circumiectæ, intelligit, quæ ex inferiore brachij extremitate exorta, cubiti & radij capitibus innectuntur, ita tamen vt maiorem cubiti partem occupent. Vbi etiam scribit Gal. τοὺς συνδέσμους νυνὶ ὀνόμασε νεῦρα, καὶ ἐπὶ παντὸς καλεῖν εἴωθεν αὐτούς. Ligamenta nunc neruos nominauit, etiam vbique sic eos vocans. Rursusque, ταύτην ἰδίαν τὴν ῥῆσιν ἐνδεικνυμένης νεῦρα καλεῖ ἐξ ἀρχῆς αὐτὰ τοὺς ὅλης τῆς διαρθρώσεως συνδέσμους. Hanc orationem dixi indicare neruos ab eo vocari totius articulationis ligamenta. Rursus etiam lib. de art. (pag.617.36.H.810.B.) καὶ ἀπ' ἐκείνων νεύρων ἀποβλαστάνοντα, ex eaque nerui exoriuntur. Quod de neruosis, validis & crassis ligamentis intelligitur, quæ cartilagini (quæ spinæ adnata est) induuntur. νεύρων ἀποβλαστήσιας συνδετικάς, hoc est, neruorum progerminationes copulatiuas, aut ligamentorum germen vocat Gal. Libro etiam de locis in homine etsi νεῦρα neruos eximiè denotant, pro ligamentis tamen sæpe sumuntur, vt (pag.409.54.) cùm scribitur. τὰ δὲ νεῦρα ξηρά τέ ἐστι καὶ ἄναιμα, καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ προσέχεται, καὶ τρέφονται δὲ τὸ πλεῖστον ἀπὸ τοῦ ὀστέου. Nerui autem sicci sunt & cauitatis expertes, & ossi adhærescunt, & ferè ex eo nutriuntur. Et rursus ibidem (410.5.) τὰ δὲ νεῦρα πιέζουσι τὰ ἄρθρα, συντεταμένα τε ἐστι παρ' ὅλον τὸ σῶμα. ἰσχύουσι δὲ μάλιστα ἐν ἐκείνοισι τοῦ σώματος, καὶ αἰεὶ παχύτατά ἐστιν, ἐν οἷσι τοῦ σώματος αἱ σάρκες ἐλάχισταί εἰσι. καὶ τὸ μὲν σῶμα πᾶν ἔμπλεόν ἐστι νεύρων. Nerui autem articulos constringunt, perque vniuersum corpus extenduntur. Validi autem maximè illis in partibus corporis & semper crassissimi sunt, in quibus corporis carnes minimæ sunt. Et corpus quidem omne neruis plenum est. Et lib. περὶ τέχνης (pag 6.33.) ἐν δὲ τοῖς τόποισι οὐ φλέβες πολλαί, καὶ νεῦρα, καὶ ἐν τῇ σαρκὶ μετέωρα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ὀστέοισι προστεταμένα, συνδεσμὸς ἐστι τῶν ἄρθρων. Præter hæc autem & venæ multæ, & nerui, minimè quidem in carne sublati, sed ad ossa ipsa protenti ligamentum sunt articulorum. Quibus in locis quid aliud per τὰ νεῦρα quàm ligamenta ipsa intelligas? Nam vt rectè scribit Gal. Com.3. in lib. de fract. (pag.574.28.H.776.B.) ἀλλὰ καὶ χωρὶς ἐκείνων [τῶν συνδέσμων] πρόδηλον ἐστιν τῶν κυρίως ὀνομαζομένων νεύρων εἰς οὐδὲν ἀναφέρεσθαι. τῷ γὰρ συνδέσμων ἴδιον τοῦτο, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ τῶν τενόντων, ἐπὶ κεκραμένην ἔχουσι τὴν οὐσίαν ἐκ συνδέσμου καὶ νεύρων. Quinetiam si à ligamentis discesseris, nullum ex iis qui propriè nerui nominantur, in os aliquod desinere constat, quippè cùm id ligamentorum proprium sit, sicut per ipsa etiam tendonum, quòd mistam ex ligamentis & neruis substantiam habeant. Libro quoque περὶ σαρκῶν vulgò inscripto (pag.251.56.) νεῦρα pro ligamentis ponuntur, vt & ibidem (pag.249.23.) νεῦρα ξηρά. Et lib.1. περὶ διαίτης (pag.344.15.) cùm scribit in hominis conformatione partem seminis crassiorem & solidam non consumi ab igne in alimentum propter soliditatem, sed robur acquirere, & desinente humiditate consistere, & in ossa ac neruos transire. In Prorrhet.2. (pag.100.B.) τὰ νεῦρα τὰ συνέχοντα, nerui continentes articulos, & simpliciter νεῦρα pro ligamentis & neruis ponuntur. τὰ δὲ τρώματα τὰ ἐν τοῖσιν ἄρθροισι, μεγάλα μὲν ἐόντα, καὶ τελείως ἀποκεκομμένα τὰ νεῦρα τὰ συνέχοντα, εὔδηλον ὅτι χωλοὺς ποιήσει. Magna autem vulnera quæ in articulis fiunt, si præcisi nerui sunt qui continebant, absque dubio claudos reddent. Rursusque, εἰ δὲ ἐνδοιαστὸν ἀμφὶ τῶν νεύρων, ὅπως ἔχει. Sin dubium est quomodo nerui affecti sint. Iterumque, ἢν δὲ αὖ καὶ νεύρων δοκέῃ ἀποκοπήσεσθαι, ἀσφαλέστερος τὰ περὶ τῆς χωλώσιος προαγορεύειν, ἄλλως τε καὶ ἢν τῶν κάτωθεν νεύρων ᾖ τι ἐκλυόμενον. At quibus neruus excisurus speratur, iis maiore cum fiducia claudicationem prædixeris, idque tum maximè si quis neruorum inferiorum exortus fuerit. Ac rursus, γνοίη δ' ἄν τις νεῦρον μέλλον ἐκπίπτειν. Neruus autem excisurus his indiciis deprehenditur. Quæ cum de articulorum vulneribus dicantur, neruos pro ligamentis accipi manifestum est, & a Celso verti, vt nostris eum in locum Annotat. aperuimus. Quemadmodum & alias Celso nerui ligamenta Hipp. locutione nominantur, nempe cap.11.lib.8. Maxilla verò & vertebra omnesque articuli cum validis neruis comprehendantur, excidunt, aut vi expulsi, aut aliquo casu neruis vel ruptis vel infirmatis. Sic quoque in Coac. (pag.199.G.) scribitur eadem ferè in re. θνήσκουσι δὲ οἱ τὰ ἔσωθεν νεῦρα, ἢν τι τῶν λεπτῶν τρωθῇ, ἢν τι τῶν παχέων, ἢν πλαγίη ᾖ ἡ πληγὴ γένηται καὶ μεγάλη. Intereunt vero quibus nerui interiores, siue tenuis aliquis, siue crassus, vulnus acceperit, si plaga transuersa fuerit & magna. Neruos enim crassos ligamenta intelligere præstat, quemadmodum etiam paulò antea (199.E.) νεῦρα ὅσα παχέα τιτρώσκεται, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ χωλοῦνται, καὶ λοξὰ τιτρωσκόμενα, μάλιστα καὶ τῶν μυῶν αἱ κεφαλαί, μάλιστα τῶν ἐν μηροῖσι. Nerui quicunque crassi vulnus accipiunt, vt plurimùm claudos reddunt, præcipueque si obliquum vulnus fuerit ac in musculorum capitibus, præsertim femorum. νεῦρα enim παχέα hic ligamenta & tendones accipi manifestum est: Etsi Cornar. in superiore sententia per λεπτὰ & παχέα, tenuia & crassa intestina intellexit. In Mochl. etiam νεῦρα sæpius pro ligamentis accipiuntur, vt (pag.866.D.& ibid.E.F.) in articulorum luxationibus, velut etiam diuersis verbis lib. de art. (pag.586.31. H.784.F.) πλεῖστον δὲ διαφέρει ὁ τῶν νεύρων ὁ συνδεσμός, τοῖσι μὲν ἐπιδόσιας ἔχειν, τοῖσι δὲ ξύντονος ἐών. Plurimùm etiam discriminis habet neruorum colligatio quæ iis quidem remissa, illis verò intenta est. Et rursus ibidem. καὶ γὰρ ἡ ὑγρότης τοῖσιν ἀνθρώποισι γίνεται ἐκ τῶν ἄρθρων, διὰ τῶν νεύρων τὴν ἀπόστασιν, ἣν χαλαρὰ τὴν φύσιν, καὶ τὰς ἐπιτάσιας εὐφόρως φέρει. Etenim in articulis humiditas hominibus contingit, ob neruorum compagem, qui naturâ laxi sunt & facilè intenduntur. Ex eadem verò cognatione νεῦρον ναρκῶδες, hoc est, neruus torpidus, ligamentum dicitur in Mochl. (pag.842.F.) καὶ τὸ ναρκῶδες νεῦρον ὃ ἐκ τῆς διαφύσιος τῶν τοῦ πήχεος ὀστέων ἐκ μέσου ἐκπέφυκε καὶ τρέφεται. Quo etiam torpidus neruus, qui ex medio cubiti ossium interstitio enascitur, terminatur. His enim verbis ligamentum illud crassum, densum, validum & membranosum intelligere videtur, quod ex brachij fine inferiore exortum, cubitum cum radio, totam dearticulationem circumuestiens, connectit, maiore tamen parte cubiti posteriorem partem complectitur, vt scribitur lib. de fract. & nostris eum in locum Annotat. aperuimus. Eadem quoque notione ibidem (pag.866.D.) scribitur. καὶ τὰ ναρκώδεα πάντα, ὡς τάχιστα, τὴν φλεγμονὴν παρίεντα. Quæcunque etiam torpidum sensum habent, vbi inflammatio remiserit, quàm citissimè reponere optimum est. His enim verbis ligamenta mihi accipi videntur, quæ in articulorum emotionibus aut peruersionibus, suborta inflammatione, magnum facessunt negotium. ναρκώδεα autem dicuntur, quòd ligamentorum natura sensu careat, & dura sit aut solida, quomodo ναρκώδεα exponuntur Erotiano οἱ ἀπεσκληρυμένοι καὶ ἀναισθητοῦντες, indurati & minimè sentientes, vt antea adscripsimus. Est & νεῦρον ἔναιμον, neruus sanguineus apud Hipp lib περὶ ὀστέων φύσιος (pag 425. 48.) τὸ δέρματος τὸ ἔξω, ἐπὶ συνεχές τι ἑωυτῷ ἐστι νεύρῳ ἐναίμῳ. Externa cutis quoniam sibi ipsi & neruo sanguineo continua est. Vbi neruus sanguineus intelligi videtur panniculus carnosus, qui ab extremitatibus vasorum per subiectam carnem dispersorum oritur, & cutem constituit, adeoque illi continuus est, vt ab ea non nisi ægrè separari possit, efficitque vt cutis ipsa mediam quodammodo inter neruum carnemque substantiam sortita sit. Est enim veluti sanguine præditus neruus, qui fit inter carnem neruumque quiddam planè medium, & ex iis ambobus secum mixtis conflatum, neque durum aut penitus exangue, vt neruus, neque molle & sanguine abundans, vt caro. Ideoque cutis extremorum media, calidi, frigidi, humidi & sicci, ambientis frigiditatem & caliditatem ex æquo percipit, ab iisque promptè alteratur, frequentius tamen calidum ad voluptatem experitur, vt illic scribit Hipp. Hanc etiam vocem apud Hipp. agnoscit Erot. in Proœmio. Idemque νεῦρα ἔναιμα exponens, αἱ τῆς φλεβός positam scribit. Nisi si quis apud Erot. vitium subesse existimet, & νεύρῳ ἐναίμῳ, & τὸ φλεβί legendum existimet, vt ei quem adduximus loco quadret. Neque enim aliàs me apud Hipp legere memini. Neque verò insolens videri cuiquam debet νεῦρα φλέβας dici antiquis, cùm φλέβας κοίλας, venas & arterias, ad differentiam τῶν φλεβῶν στερεῶν, h. e. neruorum, ab iisdem vocari satis constet. Ac Rufus Ephes. ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὀνομασίας scriptis tradiderit arterias antiquis vocatas νεῦρα.

Νεφέλη, nubes, nubecula, id dicitur in vrina quicquid summum petit, atque in eius superficie innatat, aut quod in vrina media suspensum est, velut nubes in aëre. Sic enim νεφέλην αἰωρουμένας Hipp dici, multis antea probauimus ex Progn. & Coac. Præcipuè verò νεφέλη sine addito dicitur nubecula alba, quæ in vrina innatat, & laudabiles concoctionis notas habet. Vnde νεφελοειδέα οὖρα sunt Hipp lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 99.27.H.399.15.) vrinæ nubeculas albas habentes, indeque concoctionem præ se ferentes, vt illic annotat Gal. Quibus etiam τὰ παχέα iungit Hipp. vt euidentiorem coctionis signi-

ficationem elicias, ad purgationem instituendam. Neque enim nisi concocta medicari vult. At verò in vrinarum contentis propriè νεφέλαι vocantur quæ per summam vrinam innatant, vt & ἐναιωρήματα quæ per eam mediam suspensa sunt sublimamenta, & ὑποστάσεις quæ in fundo subsident. Sic scripsit Galen. Com. 2. in Progn. (pag. 140.25.) πολλάκις οὖν, ὡς ἔφην, ἐφίσταταί τι τοῖς οὔροις ἄνωθεν, ὅπερ ἐγὼ νεφέλην ἰδίως ὀνομάζειν εἴωθα. sæpe numero igitur (vt dixi) quod in vrina supernatat, eam ego nubeculam propriè vocare soleo. Translata autem est nubecularum ad vrinas appellatio, quòd eam habeant quam in circumstante nos aëre proportionis rationem, vt illic quoque scribit Gal. Nam & hæ circum ambiente eas humore sunt crassiores, vt illæ circumfuso aëre etiam densiores. Quam analogiæ rationem longè apertioribus verbis idem indicat Comment. 1. in lib. 3. Epid (pag. 394.18 H. 1059. D.) τὸ τῆς νεφέλης ὄνομα κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἐπὶ τῶν οὔρων εἰώθασιν οἱ ἰατροὶ λέγειν, ἐφ' Ἱπποκράτους πρώτου τὴν προσηγορίαν τιθέντος κατά τινος ἰδίως ἐναιωρημάτων ἢ οὔρων. εἶτα καὶ ἄλλων τινὸς αὐτοῖς θεμένου. ὥσπερ οὖν ἐν τῷ περιέχοντι ποτὲ μὲν ζοφώδης γίνεται κατάστασις, πεπυκνωμένων νεφέλαις μελαίναις αὐτοῦ· ποτὲ δὲ ἀκριβῶς καὶ αἴθριος φαίνεται. καὶ διεσπασμέναι τινες ὁρῶνται κατ' αὐτὸ νεφέλαι, καὶ λέγεται τὸ περιέχον ἐπινέφελον, ἐν ᾧ καιρῷ κατὰ τὴν χρόαν τῶν νεφελῶν, οὔτε μέλαιναι ἀκριβῶς, οὔτε λαμπρὰν ὁρῶμεν, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ τύπον. οὕτω μοι δοκεῖ καὶ οὖρον καὶ ἐναιώρημα καλεῖν ἐπινέφελον ὁ Ἱπποκράτης, ὃ μήτε λευκόν ἐστι τὴν χρόαν, μήτ' ἤδη μέλαν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξύ. Nobis nomen ab aëre translatum, de vrinis efferre solent medici, siue Hippocrates primus de specie aliqua sublimamentorum, vel vrinarum vsurpauerit, siue alius quispiam vrinis imposuerit. Quemadmodum igitur in ambiente nos aëre caliginosa interdum fit constitutio, eo nubibus atris condensato: interdum verò ipse purus & nubibus carens apparet, videnturque per ipsum nubes quædam dispersæ, tuncque aër nubilosus dicitur, quo tempore nubium colorem neque exquisitè nigrum, neque lucidum, sed inter hos medium cernimus: Sic οὖρον & ἐναιώρημα ἐπινέφελον, hoc est, vrinam & sublimamentum nubilosum vocare mihi videtur Hippocrates, quod neque colore album est, neque planè nigrum, verùm inter hæc medium. Νεφέλαι autem in vrinis quales probandæ sint, & quales damnandæ, describuntur Hipp. in Prog. (p. 141.8. & 142.14. H. 40. 41. ibi. 53.) & Coac. (p. 210. G.) Eædem etiam νεφέλια interdū vocātur, vt νεφέλια μέλανα nubeculę nigrę, in Coac. (p. 213. G. & 214. G.) Interdū quoq; ἐπινέφελον pro nubecula ponitur, vt aph. 71. li. 4. & Coac. (p. 210. B.) ἐπινέφελον ἐρυθρὸν aut ὑπέρυθρον, nubecula rubra aut subrubra quarto die in vrina cōspicua septimo die liberationem fore indicat. Etsi aliàs ἐπινέφελον nubilosum significat, vt antea ostendimus, ducta ab aëre translatione. Νεφέλαι Erot. apud Hipp. non solùm in vrinis spectantur, sed exponuntur τὰ ἐφιστάμενα τοῖς διαχωρήμασιν ὑπολιπαρά, ὅτε μὲν ὠχρά, ὅτε δὲ ξανθά, ὅτε ἄλλως κεχρωσμένα. μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἐν οὐρανῷ νεφελῶν κινηθείς. hoc est, supereminentia in deiectionibus subpinguia, interdum quidem pallida, interdum etiam flaua, vel alio aliquo colore infecta, ducta à nubibus quæ in cœlo sunt translatione. Quam expositionem etiam ad ἐναιώρημα transtulit, idque in alui egestionibus spectari voluit, cum ἐναιώρημα ἐπινέφελον exponit, τὸ ἐφιστάμενον τοῖς οὔροις καὶ τοῖς διαχωρήμασι, καὶ οἷον ἐπηωρούμενον ποικίλῳ χρώματι κεχρωσμένον. hoc est, quod in vrinis & alui egestionibus superstat, ac veluti suspensum vario colore affectum est. Sic enim apud Erot. legendum esse antea monuimus, & re ipsa constat, cùm ἐναιώρημα ἐπινέφελον, αὐτὴ ἡ νεφέλη Hipp. dici ex Gal. satis pateat, idque abunde doceat ipse Erot. cùm addit, νεφέλας γὰρ ἰδίως καλεῖ τὰς τοιαύτας ἐφιστάσεις. Nubes enim propriè vocat quæ hoc modo supereminent. Quæ lectio etiam effecit vt paulò ante in νεφελῶν explicatione apud Erot. τὰ ἐφιστάμενα, non vt habent exemplaria omnia τὰ ὑφιστάμενα, legerim. Etsi ista Erot. opinio, qua nubes & sublimamenta in deiectionibus apud Hipp. spectari contendit, non parum mihi insolens videtur, nec adhuc quonam probè quadrare possit à me (vt ingenuè fatear) satis animaduersum, quod tamen de ὑποστάσει disertissimis verbis est ab Hipp. expressum, vt scribimus postea, & multis exemplis contestatum ponimus.

Νεφέλαι nubeculæ in vitiis oculi annumerantur Prorrhet. 2. (pag. 102. G.) & inter cicatrices reponuntur ex pupillæ vlceribus enatas. vt νεφέλιον Paulo lib. 3. cap. 22. inter summas & superficiarias oculorum cicatrices recensetur, his verbis: τὰς ἐπιπολῆς μὲν γινομένας ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐλάς, αἱ μὲν αὐτὸ δὴ μόνον οὐλαί, αἱ δὲ νεφέλιον καλοῦσι. Summas in oculis cicatrices, quidam hoc solo nomine cicatrices, quidam etiam nubeculam vocant. At Isag. auth. (pagin. 386.51.) νεφέλιόν ἐστιν ἕλκος ἐπιπόλαιον καὶ μικρῷ μεῖζον ἀχλύος καὶ λευκόν. Nubecula vlcus est superficiarium albugine longè minus & album. Et authori Definit. Med. (pag. 399.54.) νεφέλιόν ἐστιν ἀχλύος ἢ ἕλκωσις ἐπιπόλαιος ἐπὶ τοῦ μέλανος. Nubecula est caligo aut vlceratio in nigri superficie. Etsi Aëtio cap. 25. lib. 3. Tetrab. 2. sic ἀπὸ τῆς ἀχλύος distinguitur ac definitur. νεφέλιον καλεῖται τὸ ἐπὶ τοῦ μέλανος βαθύτερον τῆς ἀχλύος ἕλκος καὶ μικρότερον, τῇ δὲ χροιᾷ λευκότερον. Nubecula vocatur in oculi nigro vlcus caligine profundius & minus, colore verò candidius.

Νεφρῖτις omnem renum affectum significat, siue is similaris sit, siue organicus, siue communis, eoque renes ipsi tententur. Authori Definit. Med. (pag. 398.39.) νεφρῖτίς ἐστι φλεγμονὴ νεφρῶν μετ' ἀλγήματος σφοδροῦ, ποτὲ δὲ καὶ δυσουρίας, καὶ ἰνώδων ἀποκρίσεων, ἢ ψαμμωδῶν, μετὰ αἵματος ὀλίγου. Nephritis est renum inflammatio, cum vehementi dolore, cui interdum coniuncta est vrinæ difficultas, cum fibrosis excretionibus, aut arenosis, aut modico sanguine. Peculiariter tamen νεφρῖτις pro renum calculo sæpe sumi videtur, (vt testatur author libelli de Dignotione renum affectuum) qui prouecta ætate ac declinante gigni soleat, quod etiam scribit Gal. Com. 3. in lib. 6. Epid. (pag. 480.35.) Sic νεφρίτιδες aph. 31. lib. 3. calculi & renum obstructiones sumuntur & exponuntur Gal. etsi quibusdam renum vlcera & inflammationes obaudiuntur, & renum vitia ac renum dolores ex eo aph. vertit Celsus cap. 1. lib. 2. Neque secus νεφρῖτις pro renum calculo peculiariter accipi videtur aph. 11. lib. 6. etsi alia renum vitia, vt vlcera & inflammationes, obstructiones ac dolores intelligi possunt, non aliter quàm per τὰ νεφριτικὰ renum affectus nempe inflammatio, abscessus, vlcera, calculi, obstructiones intelliguntur aph. 6. lib. 6. & aph. 4. sect. 8. lib. 6. Epid. νεφριτικὰ φθίσις ex purulentis renibus contingere scribit Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 640.21.)

Νεφροειδὲς autem quid sit vide antea in Νέφρα.

Νεωτεροποιεῖν est, rerum aliquid nouarum moliri, aut rebus nouis studere, aliquid innouare, apud Hipp. aph. 20. lib. 1. μηδὲ νεωτεροποιεῖν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτ' ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν. neque aliud quicquam innouare, neque medicamentis, neque aliis irritamentis, hoc est, nullo modo commouere neque innouare oportet, neque medicamentis purgantibus, neque aliis præsidiis aut irritamentis medicis. Quod etiam repetitur lib. περὶ χυμῶν (pag. 48.34.) Sic lib. 2. Epid. (pag. 997. A.) νεωτεροποιεῖσθαι dicitur innouari. ὅπως μή τι νεωτεροποιηθῇ ἐν τῷ ἄνω εἴδει. dum ne quid in sublimi illa natura innouetur, hoc est, in ambientis nos aëris statu. Quod νεωτερίζεσθαι quoque dicitur. in Coac. (pag. 220. B.) ἄλλο δέ τι μὴ νεωτερισθέντος, dum ne quid aliud innouetur, aut aliud quid noui contingat.

¶ Νηδὺς ventrem aut ventriculum significat apud Hipp. præcipuè tamen inferiorem ventrem, τὴν κάτω κοιλίαν. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 88.35. H. 396.15.) de febre ardente, καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει. & ob ventris morsum dolet. Vbi Gal. δῆξιν ἐπὶ γαστρὸς καὶ κατὰ τὴν γαστέρα exponit. Rursus lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 581.48.) ἢν ἄνεμος ἐγγίνεται τῇ νηδύϊ καὶ πόνος. si ventus & dolor in inferiore ventre insit. Et lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 292. 19.) αἵ τε κοιλίαι ὑγρόταται πασέων κοιλιῶν αἱ κάτω. οὐ γὰρ οἷόν τε νηδὺν ἀναξηρανθῆναι ἐν τοιαύτῃ χώρῃ. & ventres omnes, inferiores præsertim, omnibus lubrici. In hac enim regione venter inferior exiccari nequit. Lib. περὶ σαρκῶν vulgò inscripto (pag. 252.3.8.) καὶ γὰρ αἱ φλέβες αἱ ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῶν ἐντέρων. Venæ enim ex ventre & intestinis. Rursusque. τὸ δὲ λεπτότατον αἱ φλέβες ἕλκουσιν ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῶν ἐντέρων τῶν ἄνωθεν τῆς νήστιος. Tenuissimum verò venæ trahunt ex ventre & intestinis supra ieiunum intestinum existentibus. Et lib. περὶ καρδίης (pag. 268.27.) πίνει γὰρ ὥνθρωπος τὸ μὲν πολλὸν ἐς νηδύν. Nam cùm quis bibit, maximam partem in ventrem demittit. At lib. περὶ τέχνης, νηδὺς tum ventrem inferiorem, tum etiam ventriculum indicat, & omnem cauitatem internam, tam eam quæ est in similaribus corporis partibus, quàm quæ est in organicis, omneque spatium internum aut conceptaculum quod ventris in modum humorem aliquem continet. Sic igitur (pag. 6.17.) ἔστι δὲ ταῦτα, ἅ τε πρὸς τὰ ὀστέα τέτραπται καὶ τὴν νηδύν. Sunt autem hi qui ad ossa & ventrem pertingunt. Et quod deinceps sequitur. ἔχει δὲ τὸ σῶμα οὐ μίαν, ἀλλὰ πλείους. δύο μὲν γὰρ αἱ τὸν σῖτον δεχόμεναί τε καὶ ἀφιεῖσαι. ἄλλαι δὲ τούτων πλείους, ἃς ἴσασιν, οἷσι τουτέων ἐμέλησεν. ὅσα γὰρ τῶν μελέων ἔχει σάρκα περιφερέα, ἣν μῦν καλέουσι, πάντα νηδὺν ἔχει. πᾶν γὰρ τὸ ἀσύμφυτον, ἤν τε δέρματι, ἤν τε σαρκὶ καλυφθῇ, κοῖλόν ἐστι. Habet autem corpus non vnum ventrem, sed plures. Duo namque sunt qui cibum recipiunt & demittunt, aliique præter hos plures, quos hi norunt quibus ista curæ sunt. Quæcunque enim membra carnem in orbem circundatam habent, quam musculum nominant, ea omnia ventrem habent. Quicquid enim minimè coaluit, siue pellicula, siue carne tegatur, cauum est. Quem certe locum, varia tamen si non vitiata lectione,

lectione, subindicans Erot. νηδὺν omnem ibi cauitatem significare vult. Rursusque lib. περὶ τέχνης (pag. 7. 36.) τὰ ξύμπαντα ἐν τῇ νηδύϊ νοσεῦντα, sunt partes omnes in ventre inferiore contentæ laborantes, aut affectus qui in internis spatiis consistunt. Ac rursus in ea parte libri de aëre.loc. & aq. quæ vitiosè nostris in exemplaribus libro de vuln. cap. assuitur (pag. 284. 51.) ὁκόσων δὲ μαλθακαί αἱ νηδύες καὶ ὑγραί εἰσι. Quibus autem ventres inferiores molles & humidi.

Νηδυῶδ. verò δίψα ab hac dictione translata mihi videtur Hipp. in Coac. (pag. 146. C.) cùm scribit, κεφαλῆς ἄλγημα μέτριον μετὰ δίψης νηδυώδους. Moderatus capitis dolor cum inexhausta siti. Sic enim scribendum existimo, cùm exemplaria omnia νηδυώδους legant, vt νηδυώδ. δίψα intelligatur sitis intensa, vehemens, inexhausta, & quæ expleri nequeat, ac velut altè & in viscerum penetralibus concepta, quasi νήδυμος, aut ἐν τῇ νηδύϊ οὖσα. νήδυμον namque τὸ βαθὺ, ἔσχατον, δυσέκδυτον καὶ ἄδυμον Hesychio significat. νηδύια etiam cùm τὰ ἔντερα καὶ ἐντόσθια, ὅ ἐστι τὰ κατὰ νηδὺν σπλάγχνα dicantur, non erit prorsus à ratione alienum eam sitim intelligi, quæ in ventriculo atque imis viscerum penetralibus sedem habeat, ideoque altè infixa sit, nec facilè sedari possit, sed vehemens sit, neque vulgaris. Qua forte ratione [non peculiarem] ibi dixit Caluus. Cornar. verò quid per cibum capientem sitim intellexerit mihi satis non est perspectum. Ac certe istam lectionem in eo mihi secutus videtur, quòd νηδὺς dicatur ἡ τὸν σῖτον δεχομένη, ventriculus cibum suscipiens. Inter autem eas partes quæ sitim excitant eiusque sunt conceptacula, ventriculus non parum iuris habet, vt ex Gal. adscripsimus nostris in eum Coac. locum Annotat. etsi non parum quoque suspectam istam lectionem habuimus.

Νηνεμίη à ventis cessatio, aëris constitutio à ventis silens, serenitas & tranquillitas, velut νήνεμος αἰθὴρ, idem quod ἀνήνεμος, aër sine ventis, in fine Il. θ. Νηνεμίη legitur apud Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 698. 18.) & de imo ventre dicitur in fluore muliebri rubro, significatque à flatu aut ventis quietum esse. καὶ γαστὴρ ἡ νειαίρη ἐπαίρεται, καὶ λεπτύνεται, καὶ νηνεμεῖ. & venter imus attollitur, & attenuatur, & tranquillus est. Verum suspecta non parum est mihi lectio illa. Caluus enim ἐμέει legit. Cornar. verò impotentem esse ventrem dixit, vt mihi ἀκρατὴς pro νηνεμεῖ legisse videatur, quod exponitur à Gal. in Exeg. ἀδυνατεῖ.

Νήπια dicuntur Hipp. pueri à conceptu in vtero vbi membrorum discretionem habent, ad quartum mensem vsque non completum, vt aph. 1. lib. 4. quæ & παιδία etiam eidem nominantur generaliori nomine. Interdum etiam νήπιον vocatur eiectitius fœtus Hipp. à primo mense ad secundum, aut tertium mensem, vt summum. Interdum etiam qui non multo post conceptionem deiicitur, & admodum paruus est fœtus, velut ægr. 10. lib. 3. Epid. cùm scribit, γυναῖκα ἐξ ἀποφθορῆς νηπίου τῇ πρώτῃ πῦρ ἔλαβεν. mulierē ex infantuli fœtus corruptione primo die ignis, hoc est, febris vehementissima prehendit. Nam neque in altera quæ sequitur & fœtum quinque mensium abortione deiecit, τὸ νήπιον addidit. Verùm scriptum est, ἑτέρην ἐξ ἀποφθορῆς περὶ πενταμήνου, Οἰκέτου γυναῖκα, πῦρ ἔλαβεν. Alteram ex abortiuo fœtu circa quintum mensem Oeceti vxorem ignis prehendit. Quam significationem etiam indicat Gal. Comment. 2. in lib. 3. Epid. (pag. 415. 30. H. 1078. F.) his verbis: πρόσκειται δὲ τῷ ἐξ ἀποφθορᾶς τὸ νηπίου, δηλοῦντος ὡς εἶμαι τῇ προσθήκῃ ταύτῃ, μικρὸν εἶναι τὸ ἀμβλωθέν. ὀνομάζουσι γὰρ οἱ ἄνθρωποι νήπια, παιδία τὰ μετὰ τὴν ἀποκύησιν οὐ πολλοῦ χρόνου. κατὰ μεταφορὰν οὖν εἰκός ἐστι τὸν Ἱπποκράτην τὰ πάνυ μικρὰ τῶν κυουμένων παιδίων, οὕτως ὠνομακέναι. καὶ γὰρ καὶ μάλιστα διαφθείρεται ταῦτα. Additur autem huic dictioni ἐξ ἀποφθορῆς [νηπίου] hoc est, infantuli, vt hoc addito indicaret (ni fallor) paruum fuisse eiectitium fœtum. Appellant siquidem homines νήπια, hoc est, infantes, pueros non longè post conceptum. Ex translatione igitur videtur Hippocrat. valde pusillos fœtus sic appellasse. quippe hi potissimum corrupti eiiciuntur. Rursus ibidem (pag. 416. 23.) καὶ χρὴ νήπιον τὸ ἔμβρυον ἐστὶν ἀκούειν ἑνὸς ἢ δυοῖν μηνῶν, ἢ τὸ μακρότατον τριῶν. νήπιον, hoc est, infantulum, intelligere oportet (vt dixi) fœtum vnius aut duorum mensium, aut longissimum trium. At nonnullis νήπια non solùm de fœtu aut conceptu dicuntur, verùm etiam de editis in lucem pueris qui adhuc fari nesciunt, qua notatione infantes etiam Latinis vt Græcis νήπια vocantur, à νη priuante & εἰπεῖν. Alij etiam eo nomine pueros donant, qui quartum, quintum & sextum annum attigerunt. Alij quoque ad annos pubertatis νήπια Hipp. dici volunt, aph. 4. lib. 6. Epid. sect. 1. cùm scribit. αἱ ἐκλάμψιες τῶν νηπίων μετὰ ἥβης ἐνίοισι μεταβολὰς ἔχουσι. Puerorum fulgores cum pubertate in quibusdam mutationes habent. Quod etiam in Comment. significat Galen. ex interpretum Hipp. sententia & his Zeuxidis verbis. νήπια λέγει ὁ Ἱπποκράτης τὰ μέχρι ἥβης. νήπια vocat Hippocrat. pueros ad pubertatem vsque. Rursusque: ὁ δ' αὐτὸς ἐπὶ Ζεῦξις νήπια φησὶν εἰρῆσθαι πάντα τὰ παιδία, καθότι καὶ Ἡρόφιλος ὀνομάσει αὐτὰ οὕτως. καὶ γὰρ περὶ τούτου γράφει τινὰ τὸν τρόπον διὰ ταύτης τῆς λέξεως. φαίνεται νήπια λέγων ὁ Ἱπποκράτης τὰ ἕως ἥβης, καὶ οὐχὶ τὰ νεογνὰ μέχρι τῶν πέντε ἢ ἓξ ἐτῶν, ὡς νῦν οἱ πλεῖστοι λέγουσιν. ἔοικε δὲ καὶ ὁ Ἡρόφιλος τὰ τηλικαῦτα λέγων νήπια, δι' ὧν φησι τοῖς νηπίοις οὐ γίνεται σπέρμα, οὔτε γάλα, καταμήνια, κύημα, φαλακρότης. Idem author Zeuxis ipse νήπια dici ait omnes pueros, quoniam & Herophilus ita nominauit. Nempe ea de re hunc in modum scribit hisce verbis: Apparet Hippocratem νήπια dicere ad pubertatem, vsque neque recens natos tantùm ad quinque aut sex annos, vt nunc plærique dicunt. Satis autem videtur etiam Herophilus νήπια tantæ ætatis dicere cùm scribit: τοῖς νηπίοις, h.e. pueris non gignitur semen, neque lac, neque menstrua, neque conceptus, neque caluitium. In quibus tamen Herophili verbis (vt interim moneam) pudendum inest mendum in nostris codicibus. Nam σπέρμα μεγάλα pro σπέρμα, οὔτε γάλα, vitiosè legitur, vt etiam nostra interpretatione assecuti sumus. At verò νήπια recens nati infantes intelliguntur Hipp. aph. 15. sect. 1. lib. 6. Epid. vt satis patet νηπίοισι βηχίον σὺν γαστρὸς ταραχῇ καὶ πυρετῷ συνεχεῖ. Infantes tussicula si prehenderit cum ventris perturbatione & febre assidua.

Νῆσις à verbo νέω aut νήω quod glomero significat, accumulo, aceruo, & νῆσις σώρευσις exponitur Hesych. accumulatio, aceruus, vt & νῆσαι σωρεῦσαι Sudæ, & νῆσις Polluci νήματος ἔργον, filum ipsum, aut fili glomeratio. Eam dictionem vsurpat Hip. lib. de loc. in homine (pag. 416. 34.) ὁπόταν δὲ ἐς τὸ οἰσοφάγου ἐς τὴν κοιλίην ῥεύσῃ, νῆσις γίγνεται κάτω. Vbi in ventrem per gulam fluxio processerit, infra cumulatio fit. Et (ibid. 39.) τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὴν πολλὰς ἡμέρας ἡ νῆσις ἴσχῃ, ἰῆσθαι. ad eundem verò modum vbi per multos dies accumulatio facta fuerit, curato. Vbi certe νῆσις morbum ex humorum aceruo & cumulo fluxione factum significare videtur. Caluus compunctionem vertit, vt νύξις leg. videatur. Cornar. νῆσος pro νῆσις legit. Neque sanè mihi satis aptè quadrare videtur quòd quidam νόσος pro νῆσις ibi scribi debere existimant.

Νηστείη ieiunium & cibi abstinentia, sed αὐτὶ τῆς ὀλιγοσιτίας pro cibi parsimonia & paucitate sumitur aph. 13. lib. 1. γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι. Senes facillimè ieiunium tolerant. Quod de his qui in extrema senecta sunt dictum non est, cùm cibi abstinentiam non ferant aut longas inedias, sed paucis & crebris cibis reficiendi sint. At summam in sumendis cibis parsimoniam & paucum cibum rectè ferunt qui ἐσχατόγηροι Gal. dicuntur.

¶ Νίτρον ἐρυθρὸν, nitrum rubrum vsurpatur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573. 39. 46.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 631. 24.) Plinius lib. 31. cap. 10. in Ægypto nitrarias esse testatur, in quibus rufum nitrum depromitur, ex terræ colore. Nitrum quoque rubrum in smegmatis ad acharas & asperitates cutis vsurpat Gal. ex Critone lib. 1. κατὰ τόπ. (pag. 170. 6. & 8.) Est autem νίτρον succus concretus salis in modum, de quo amplissimè & optimè Gorrh.

Νιφετὸς nix confertim & cum impetu irruens, niues confertæ. Lib. 4 Epid. (pag. 1121. D.) μετὰ δὲ ταῦτα νιφετὸς, post hæc confertæ niues. Arist. libello de Mundo, σφοδρὰ ἡ χιὼν καὶ ἀθρόως καταφερομένη νιφετὸς ὀνομάζεται. Sic Hesych. νιφετὸς exponitur χιὼν ἡ κατὰ μικρὸν φερομένη λεπτῶς, nix tenuis confertim & crebrò decidens.

Νίωπος legitur vitiosè apud Erot. pro νέωπον aut νέτωπον aut νεαίτατον vt antea scripsimus.

¶ Νομαὶ sunt vlcera depascentia & serpentia, nomas passim vocat Plinius, & mala corporis serpentia lib. 20. cap. 9. Vlcera sunt putredinosa & proserpendo depascentia, quæ vicinas partes erodunt & putrefaciunt, ἀπὸ τοῦ νέμεσθαι dicta. De quibus agitur apud Hippocrat. Prorrh. 2. (pag. 98. A.) & lib. de vlceribus (pag. 879. F.) & Paulum lib. 4. & Aetium Tetrab. 4. serm. 2. cap. 49. Νομὴ etiam distributio & fasciarum inuolutio in deligandi ratione dicitur, eoque nomine sæpe vtitur Hipp. pro fasciarum ab initio ad finem vsque inuolutione, vt scribit Gal. Com. 2 in lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 678. 3. H. 743. C.) τὴν δὲ καλουμένην νομὴν ἐχέτω παρ' αὐτῷ μεμαθηκέναι, πολλάκις κεχρημένου τῷ ὀνόματι κατὰ τὴν ἐπίδεσιν ἡμῶν ἀπὸ τῶν πέρατος ἄχρι τῆς ἀρχῆς, φοραί. ἐστι γοῦν τῶν καταγμάτων ἐκέλευσε τοὺς μὲν ἀρχὴν τῶν ἐπιδέσμων ἀμφοτέρων ἐπ' αὐτοῦ τοῦ κατάγματος τιθέναι. τοῦ νυν δὲ ἐστι μὲν προτέρου τὴν νομὴν ἄνω ποιεῖσθαι, τοῦ δὲ δευτέρου, κάτω μὲν πρότερον, εἶτ' αὖθις ἄνω, νομὴν ὀνομάζων τὴν ὅλην ὁδοιπορίαν τῆς ἐπιδέσεως, ἣν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ποιοῦνται περιελιττόμενοι τῷ σώματι τοῦ κάμνοντος. ἀνάλογον μὲν οὖν, καὶ ἐπὶ τῶν ῥαμμάτων ἡ νομὴ λεγομένη. Quid verò νομὴν vocet ex ipso licet discere, qui sæpe hoc nomine vtitur, pro fasciarum ab initio ad finem vsque inuolutione. In fracturis siquidem vtrarumque

fasciarum initium supra ipsam fracturam imponi iubet, exinde verò, primæ quidem distributionem sursum fieri, at secundæ, primùm quidem deorsum, deinde rursus sursum: νομὴν, hoc est, distributionem appellans quandam velut fasciarum progressionem, quam ab initio ad finem vsque circum corpus ægrum inuoluendo efficiunt. Simile ergo quiddam in filo ἡ νομὴ, hoc est, distributio indicat.

Νόμος, lex, vt νόμος ἰητρικὸς dicitur Hipp. in Iureiurando lex quædam & iusiurandum Medicum, quo velut militiæ sacramento adigebantur rei Medicæ operam dantes, ne tam augusta sacra illotis manibus, nec nisi nomine dato tractarent, καὶ μαθηταῖσι συγγεγραμμένοις τε καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ & discipulis qui iureiurando medico fidem & nomen dederint. Sic ὁ ἐπιδέσιος νόμος deligationis lex in fracturis aut luxatis dicitur, quæ vinculorum præcepta in deligandi ratione continet. Quemadmodum enim in ciuitatibus leges dicuntur quæ quod agendum est imperant, aut quod agendum non est prohibent: Ita in deligandi ratione præcepta νόμοι dicuntur, quæ certò aliquid agendum aut non agendum docent, cum nullam in se coniecturam aut ambiguitatem habeant, sicut alia nonnulla quæ in arte Medica tractantur, vt scribit Gal. Com. 2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον (pag. 677. 37. H. 743. A.) Eaque notione de deligatione scribitur Hipp. ibidem ἐς μὲν οὖν ταῦτα νόμος. Atque hæc quidem in iis lex obseruanda est. Et in Mochlico (pag. 850. G.) ἐπιδέσιος ὁ νόμος dicitur. Et rursus (pag. 861. F. H.) ἐπιδέσις ὡς νόμος. Et lib. de fract. (pag. 538. 28. H. 756. G.) ὥστε ὁ λόγος ὥσπερ νόμος κεῖται δίκαιος περὶ κατηγμάτων ἰήσιος. Ista oratio velut quædam lex æqua de fracturarum curatione constituta est. Qui certe locus exprimitur Erot. cum νόμος δίκαιος, λόγος συμφέρων. ratio vtilis exponitur. Sic ὁ νόμος ὁ ἀρθριτικὸς lex articularis vocatur lib. de art. (p. 598. 54. H. 794. G.) iuxta quam deligatio luxatorum articulorum fieri debet, vt & in Mochlico (p. 850. E.) quæ & νόμος ἄρθρων ibidem dicitur (pag. 858. F.) Νόμος etiam sæpe legitimum institutum ac receptum hominum vsu & consuetudine opinionem significat, quæ ratione humana comprehenditur, & cum natura rerum primordia constituit, eaque notione ab Hipp. τῇ φύσει sæpe coniungitur. Vt lib. 1. περὶ διαίτης (p. 342. 42.) in rerum naturalium declaratione scribitur, ὁ νόμος γὰρ τῇ φύσει περὶ τούτων ἐναντίος. Lex enim in his naturæ contraria est, quæ seorsim quidem omnia & diuina & humana inter se vicissitudinem habentia, sursum & deorsum commutatione quadam exprimit. Rursusque ibidem (pag. 345. 4.) νόμον & φύσιν ponit rerum naturalium principia, ex quibus omnia in rerum natura transfigurantur. νόμος γὰρ καὶ φύσις, οἷσι πάντα διαπρησσόμεθα. Lex enim & natura quibus omnia conficiuntur. Et, νόμον γὰρ ἔθεσαν ἄνθρωποι αὐτοὶ ἑωυτοῖσιν, οὐ γινώσκοντες περὶ ὧν ἔθεσαν. φύσιν δὲ πάντων θεοὶ διεκόσμησαν. Legem enim sibiipsis homines constituerunt, non intelligentes de quibus posuerunt. Naturam verò dij omnes exornauerunt. Rursus etiam lib. de aëre, loc. & aq. φύσιν & νόμον sæpe coniungit Hippocr. & νόμον cum natura conspirare eique principium esse scribit. Sic (pag. 289. 30.) ὁκόσα δὲ μεγάλα ἢ φύσει ἢ νόμῳ διαφέρει. quæ verò plurimùm aut natura, aut legibus & institutis discrepant. Et rursus ibidem (v. 33.) τὴν μὲν ἀρχὴν, ὁ νόμος αἴτιος ἐγένετο τοῦ μήκεος τῆς κεφαλῆς. νῦν δὲ, καὶ ἡ φύσις ξυμβάλλεται τῷ νόμῳ. Initio quidem lex & institutum in causa fuit, cur tam longis essent capitibus. Nunc verò natura cum lege consentit. Et ibidem (v. 36.) ἔχει δὲ περὶ νόμου ὧδε. Legis autem ea est ratio. Ac rursus (pag. 289. 42.) οὕτως τὴν ἀρχὴν ὁ νόμος κατειργάσατο, ὥστε τοιαύτην τὴν φύσιν γενέσθαι. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, ἐν φύσει ἐγένετο, ὥστε τὸν νόμον μηκέτι ἀναγκάζειν. Hoc institutum initio effecit vt talis natura euaderet. Progressu verò temporis in naturam abiit, adeò vt ne amplius institutum adhibere necesse fuerit. Et (v. 51.) ὁ γὰρ νόμος οὐκ ἔτι ἰσχύει, διὰ τὴν ὁμιλίην τῶν ἀνθρώπων. Neque enim lex per hominum incuriam vllam amplius facultatem habet. Rursus ibidem (290. 39.) διὰ ταύτας ἐμοὶ δοκέει τὰς προφάσιας ἄναλκες εἶναι τὸ Ἀσιηνὸν, καὶ προσέτι διὰ τοὺς νόμους. His de causis totum Asiaticum genus mihi imbelle esse videtur, prætereaque propter leges & instituta. Et (v. 53.) ὥστε καὶ εἴ τις φύσει πέφυκεν ἀνδρεῖος καὶ εὔψυχος ἀποτρέπεσθαι τὴν γνώμην ὑπὸ τῶν νόμων. Vt enim quisque forti & generoso natura est animo, ita legibus res bellicas plurimùm auersatur. Et rursus (pag. 291. 13.) de Scythicis mulieribus, καὶ οὐ πρότερον συνοικέουσιν, ἢν τὰ ἱερὰ θύσωσι τὰ ἐν νόμῳ. Neque prius cum viris congrediuntur, quàm Deo patrio more & instituto sacra fecerint. Et (v. 46.) τὰ μὲν εἰς τὴν δίαιταν αὐτέων οὕτως ἔχει καὶ τοὺς νόμους. Hactenus de victus ratione & eorum moribus dictum est. Ac rursus (294. 31.) διὰ ταῦτα εἰσὶ μαχιμώτεροι οἱ τὴν Εὐρώπην οἰκοῦντες, καὶ διὰ τοὺς νόμους. Ideo bellicosiores sunt qui Europam incolunt, tum etiam propter leges. Et (v. 59.) οὕτως οἱ νόμοι οὐχ ἥκιστα τὴν εὐψυχίην ἐργάζονται. Adeò leges non minimùm ad magnanimitatem conferunt. Et (vers. 55.) τὸ, τὸ ἀνδρεῖον καὶ ταλαίπωρον ἐν τῇ ψυχῇ, φύσει μὲν οὐκ ἂν ὁμοίως ἐνείη, νόμος δὲ προσγενόμενος ἀπεργάζοιτ' ἄν. fortitudo autem animi neque laboris tolerantia non similiter ipsis à natura inest. At vitæ institutum accedens hæc in eis efficit. Quibus ferè omnibus in locis νόμον & φύσιν coniuncta vt vides. ita νόμος proprium cuiusque regionis vitæ institutum, patrium ritum ac consuetudinem vernaculam, legem, & mores significat. Sic enim Gal. lib. quòd animi mores &c. (pag. 349. 1.) hunc extremum ex lib. de aëre, loc. & aq. Hippocr. locum exprimens, νόμον explicat, τὴν νόμιμον ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ τοῦ βίου διαγωγὴν, ἣν δὲ καὶ τροφὴν καὶ παιδείαν καὶ συνήθειαν ἐπιχώριον ὀνομάζομεν. legitimum ac legibus præscriptum cuiusque regionis vitæ institutum, mores, educationem, quam patriam consuetudinem vocamus. Quò etiam mihi spectare Erot. explicatio videtur, qui νόμον, τὸν λόγον, ἢ τὴν νόμισιν, ἢ τὸ ἦθος significare scribit, nempe rationem, legitimam institutionem, aut consuetudinem. Sic enim pro τὴν νόμισιν, (quod habent omnia exemplaria.) τὸ νόμιμον legendum existimo; & aliòqui ab Erot. locum lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 289. 44.) ista explicatione exprimi. Vbi quid per τὴν νόμισιν intelligi possit non satis perspicio. Νόμος quoque pro instituto & lege sumitur initio lib. περὶ γονῆς (pag. 231. 39.) νόμος μὲν πάντα κρατύνει. Lex omnibus dominatur. Et lib. de Morbo sacro (pag. 308. 44.) τὰ μὲν νόμῳ διαγεινώσκοντες, τὰ δὲ τῷ συμφέροντι αἰσθανόμενοι. hæc quidem partim instituto aut consuetudine discernentes, partim vtilitate percipientes. Rursusque ibidem (pag. 309. 52.) αἱ δὲ φρένες ἄλλως οὔνομα ἔχουσι τῇ τύχῃ κεκτημέναι, καὶ τῷ νόμῳ. Præcordia verò temerè & fortuna quadam nomen sortita sunt, & ex instituto, aut consuetudine quadam. νόμος verò & φύσις sæpe coniunguntur Hipp. lib. de Natura humana, vt (pag. 7. 41. H. 225. 15.) ἐγὼ μὲν καὶ ἀποδείξω ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, καὶ κατὰ τὸν νόμον, καὶ κατὰ τὴν φύσιν, ἀεὶ ταῦτα ἐόντα ὁμοίως. Siquidem quæ hominem esse dixero, ea & secundum legem, & secundum naturam semper eodem modo se habere demonstrabo. Vbi Galenus κατὰ τὸν νόμον antiquis dici scribit, τὸ πρὸς τῶν ἀνθρώπων νομιζόμενόν τε καὶ δοξαζόμενον, hoc est, secundum communem & receptam hominibus opinionem, aut quod est hominum instituto & opinione constitutum κατὰ φύσιν verò τὸ κατ' αὐτὴν τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν, quod re vera est, & in rerum natura ac veritate positum. Natura enim est rerum veritas, quòd hæc vbique sibi constet, vera & certa omnia faciat, nihilque fucatum. Vnde natiuum dolorem & calorem, pro vero, non acquisititio aut fucato ponimus. κατὰ νόμον iuxta receptum morem dixit Cornar. Est autem κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν, opinione & re vera, hoc est, secundum existimationem nostram, approbationem aut communem consensum, & hominum opinionem, cui re vera opponitur. Sic enim Galenus lib. 1. de Elementis) pag. 46. 57.) τῷ νόμῳ Democriti, νομιστὶ exponit, καὶ πρὸς ἡμᾶς, οὐ κατὰ τὴν αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, hoc est, opinione, aut secundum existimationem nostram, non ex rerum natura. ἐτεῇ verò, quod πρὸς τὸ ἐτεὸν dicitur, ὅπερ τὸ ἀληθὲς δηλοῖ. & τῷ νόμῳ opponitur, κατὰ τὴν ἀλήθειαν, hoc est, re vera, quod κατὰ φύσιν Hipp. dicitur, ex rerum natura. Eadem verò rursus coniungit Hipp. lib. de Nat. hum. (pag. 11. 6. H. 226. 4.) ἅπερ δὲ ἂν φῶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι ἀποφαίνειν ἀεὶ, ταῦτα ἐόντα καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν. Dixi autem quæcúq; hominem esse dixero, ea me demonstraturum semper talia esse, & ex hominum opinione, & secundum naturam. Vbi etiam Gal. νόμον exponit τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν, ἣν ἔχουσι περὶ αὐτῶν, hominum opinionem & existimationem quam habent de rebus ipsis. κατὰ φύσιν autem, τὴν τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀλήθειαν, ipsarum rerum veritatem. Rursusque ibidem (v. 10. H. ibi. 6.) καὶ τούτων μὲν πρῶτον κατὰ νόμον τὰ ὀνόματα διωρίσθαι φημὶ, καὶ οὐδενὶ αὐτέων τωὐτὸ ὄνομα εἶναι. ἔπειτα κατὰ φύσιν τὰς ἰδέας κεχωρίσθαι. Atque horum primum quidem nomina iuxta receptam hominum opinionem distincta esse affirmo; neque vlli ipsorum idem nomen inesse, deinde species secundum naturam separatas esse.

Νομίμη ἐπίδεσις legitima deligatio dicitur Hippocrati lib. de art. (pag. 597. 37. H. 792. D.) εἰ οὖν τις τῇ μὲν ἐπιδέσει χρῷτο τῇ νομίμῃ. Si quis igitur legitima deligatione vtatur. τὴν νομίμην ἐπίδεσιν τὴν ὑπὸ πάντων εἰθισμένην, legitimam deligationem omnibus vsitatam & consuetam exponit Gal. vt quæ lex quædam non scripta sit. In vitæ enim communione, consuetudines quædam & institutiones, quæ ab omnibus vsurpantur, legibus similes euadunt, & νόμιμα seu legitima instituta appellantur. Sic νόμοι νόμιμοι περὶ ἐπιδέσιος, sunt legitima de deligatione præcepta in Mochlico (pag. 866. C.)

Νομοθετήματα τῆς φύσιος ὀνόματα dicuntur Hippocrati lib. περὶ τέχνης (pag. 3. 19. 20.) hoc est, nomina naturæ decreta aut instituta. τὰ εἴδεα, οὐ νομοθετήματα ἀλλὰ βλαστήματα. Species autem rerum,

rerum, non decreta, sed germina. Hoc est, nomina lege quadam naturæ sunt indita, & pro rerum natura legitimè imposita. Sunt enim nomina rerum existentium simulachra, cùm ab ipsis rebus ortum trahant. ὀνομαθετήματα autem dicuntur, quòd sint ex composito, ab hominibus impositæ rerum notæ, vt scribit Arist. lib. de Interpr. Rerum autem species, ipsa natura ortum suum habentes, ipsius sunt germina non decreta.

Νοῦσος, ἡ νόσος, ἡ νόσημα, morbus. Definitur Galeno ἡ νόσος κατασκευή τις οὐ κατὰ φύσιν, ὑφ' ἧς ἐνέργεια βλάπτεται πρώτως. Morbus quidam corporis status præter naturam, à quo actio primùm læditur, lib. de sympt. diff. (pag. 212.13.) Vbi etiam an κατασκευή, an verò διάθεσις παρὰ φύσιν dicatur, parum referre scribit: Adeò vt νόσος quoque finiatur διάθεσις παρὰ φύσιν, ἐνεργείας ἐμποδιστική, affectio præter naturam actionem impediens, aut, παρὰ φύσιν κατασκευὴ τοῦ σώματος, ἢ αἰτία τοῦ βλάπτεσθαι τὴν ἐνέργειαν. corporis status præter naturam, qui in caussa est cur actio lædatur. Ac rursus lib. de diff morb. 1. (pag. 202.33.) νοσήματα dicuntur esse αἱ διαθέσεις αἱ βλάπτουσαι τὰς ἐνεργείας πρώτως. Authori verò Definit. Medicarum (pag. 394.36.) ampliori quadam notione, νόσος ἐστὶ δυσκρασία τῶν πρώτων κατὰ φύσιν, ἢ δυσκρασία τῶν ἐν ἡμῖν χυμῶν, ἢ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ἐμποδισμός, ἢ τροπὴ σώματος ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, εἰς τὸ παρὰ φύσιν. Morbus est intemperies primorum quæ secundum naturam consistunt: Vel insitorum in nobis humorum intemperies: Vel naturalium facultatum impedimentum: Aut corporis mutatio ex eo quod secundum naturam, in id quod præter naturam se habet. Rursusque νόσος ἐστὶ δυσκρασία τῶν πρώτων, καθ' ἣν ἐπικρατεῖ τὸ ξηρὸν, ἢ τὸ θερμὸν, ἢ τὸ ὑγρόν. Morbus est primorum intemperies, in qua siccum, aut humidum, aut frigidum, aut calidum præualet. At verò generaliori quoque significato νόσος dicitur Hipp. lib. περὶ φυσῶν (pag. 296. 7.) ὅ, τι ἂν λυπῇ τὸν ἄνθρωπον, quicquid homini molestiam adfert Reliqua tum de morbi essentia, tum de eius differentiis ex Galeno rectissimè & breuissimè perstricta habes apud Gorrh.

Νόσημα κάτοξυ morbus peracutus apud Hipp. exponitur Gal. τὸ αὐτίκα ἀκμάζον, qui statim, hoc est, primo quaternario, aut paulò vltra, ad vigorem peruenit, aph. 7. lib. 1. vt antea scripsimus.

Νοσήματα ἔσχατα extremi morbi sunt Hipp. hoc est, maximi, & quibus nulli alij sunt acutiores, quique laborum & symptomatum summa habent omnia, aph. 6. lib. 1. Sic enim exponit Gal. νοσήματα ἔσχατα κέκληκεν ὁ Ἱπποκράτης τὰ μέγιστα, μεθ' ἃ οὐκ ἔστιν ἄλλα. ἃ δ' ἂν πάντως ταῦτα κατέχῃ. Morbos extremos appellauit Hippocrates maximos, vltra quos alij non sint. Eiusmodi autem fuerint omnino peracuti.

Νόσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων, morbus extremis mollior, hoc est, remissior dicitur aph. 7. lib. 1. aut qui à summè acutis recedit, & extremis aut acutissimis leuior est, aut qui ab extremis, hoc est, vehementibus casibus recedit, & à vigore longius abest.

Νοσήματα ὀξέα quænam sint vide postea ὀξέα νοσήματα.

Νόσημα ξηρὸν, morbus siccus dicitur, in quo nihil excrementorum excernitur, vt scribit Gal. Com. 1. in lib. de rat, vict. in Morb. ac. (pag. 46.26. H. 385.20.) vbi etiam pluribus modis νόσημα ξηρὸν esse scribit.

Νοῦσος ξυνεχὴς pro febre continua ponitur ægr. 6. lib. 3. Epid. post st. pest

Νόσος μεγάλη, magnus morbus Epilepsia intelligitur Hipp. aph. 9. sect. 6. lib 6. Epid. οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι, ὑπὸ τῆς μεγάλης νόσου οὐχ ἁλίσκονται. Qui quartana vexantur à magno morbo non corripiuntur Sic enim ibi legit Gal. & scribit: τὴν ἐπιληψίαν οἱ παλαιοὶ ἢ μεγάλην νόσον ἐκάλουν, ἢ παιδίον παιδίον. Antiqui Epilepsiam tum morbum magnum, tum etiam puerorum morbum vocarunt. Sic lib. 2. Epid. (pag. 1046. B.) μεγάλου νοσήματος nomine morbum Comitialem intelligi scripsimus, in his verbis quæ hoc modo ex Hipp. ipso reposuimus ἡ μανίη τοῦ μεγάλου νοσήματος ἐν ἔθει γενομένης λύσις. furor magnum morbum, (quem Comitialem vocant) soluit, sed eum præcipuè qui ex inuadendi consuetudine penè familiaris factus est. Quod etiam repetitur libello περὶ κρισίων (pag. 55.36.) Rursus quoque lib. 2. Epid. (pag. 1046. B.) τάμνειν δὲ τὰς εἴσω τοῦ νοσήματος τοῦ μεγάλου ἐν τάσει γενομένου, λύσις ἰσχίων ὀδύνη, ὀφθαλμῶν διαστροφαί, τύφλωσις, ὀρχίων οἴδησις, μαζῶν ἄρσις. Venas verò interiores secare oportet, dum magni morbi, quem Comitialem vocamus, vehementia intenditur, quem soluunt coxendicum dolor, oculorum peruersiones, occæcatio, testium tumor & mammarum eleuatio. Celsus quoque fidelissimus Hipp. interpres Comitialem morbum magnum vocat cap. 7. lib. 6.

Νοσήματα πάγκοινα & ἐπιχώρια dicuntur morbi valde communes & vernaculi, ex ἐπιδημίων & populariter grassantium genere, qui multos populariter & communiter vna in regione occupant, ideoque communem quandam caussam, vt aërem, cibum, potum vitiosum habent. De quibus agit Hippocr. lib. περὶ ἀέρων, &c. (pag. 281.4.9.) & (pag. 281.43.) & Gal. initio Com. 1. in lib. 1. Epid.

Νόσημα χαλεπὸν ἢ σφοδρὸν, morbus grauis & intolerabilis, qui fit ex functionum læsione vehementi, cui ἐνδεὲς remissus & leuis opponitur, lib περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 11.1.2.) Νόσημα etiam ἐπικίνδυνον, ἰσχυρὸν, & μέγα. morbus periculosus, vehemens, magnus, ibidem (pag. 11.41.)

Νοῦσοι ἐπαυξέες qui sint apud Hipp. scripsimus antea in Ἐπαυξέες νοῦσοι.

Νόστος in ciborum genere dulcedinem aut suauitatem significat, & νόστα dicuntur quæ νόστιμα, τὰ γλυκέα, dulcia & vtilia, translatione sumpta à dulcedine patriæ & grato in eam reditu. Sic Eustath. scribit, οἱ μεθ' Ὅμηρον ἢ βρῶμα φασὶ νόστιμον, ἢ νόστον δὲ τὸ ἡδύτατον, διὰ τὸ ἡδὺ τοῦ Ὁμηρικοῦ νόστου. Quam occasionem ex Homero sumpserunt posteri, quòd is νόστον γλυκερὸν vocem interdum & μελιηδέα. Apud Suidam νόστος παρὰ τῇ συνηθείᾳ γλυκασμὸς ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων, ὡς ἀπὸ τῆς εἰς οἶκον ἀναστροφῆς ἢ ἀνακομιδῆς, παρὰ τὸ τῆς πατρίδος γλυκύ. Νόστος quoque Hesych. præter communem notionem, qua εἰς τὸν οἶκον ἀνακομιδὴν siue ἐπάνοδον, hoc est, in patriam reditum indicat, ἡ αἴσθησις τῆς γεύσεως exponitur. Qua significatione πολύνοστα σιτία dicuntur Hipp. lib. 2. περὶ διαίτης (p. 361.12.) quæ plurimùm succi vtilis habent, ac veluti maiorem reditum tribuunt, plurimùmque in sese redeunt, vt vulgò dicitur. Scribit igitur Hipp. de his quæ siccis & æstuosis locis proueniunt, ea omnia ficciora & calidiora esse, corporique robur amplius exhibere, διότι ἐκ τοῦ ἴσου ὄγκου βαρύτερα, ἢ πυκνότερα, ἢ πολυνοστότερα, ἢ τὰ ἐκ τῶν ὑγρῶν, ἢ ἀρδομένων, ἢ ψυχρῶν. quòd pari mole ac copia, grauiora sunt ac densiora, maioremque succi vtilis copiam in se continent, quàm quæ ex humidis locis, riguis, & frigidis.

Νότιος, Australis, vt τὸ ἔαρ νότιον, ver Australe aph. 11. lib. 3. & lib. 1. Epid. (pag. 350.47. H. 938. D.) Vbi scribit Gal. dici τὸ ἔαρ νότιον, οὐχ ὡς οὐδ' ὅλως ἐν αὐτῷ γενομένων τῶν βορείων, ἀλλ' ὡς ὀλίγων ἐν ἀρχῇ, ἢ οὕτως ὀλίγων ὥστε τὴν ὅλην κατάστασιν τῆς ὥρας ἐκείνης νότιον εἰπεῖν. Ver austrinum, non quia nullo pacto in eo Aquilones perflauerint, sed quòd paucissimi initio, adeoque pauci, vt totum illius temporis statum austrinum diceret. Sic τὸ φθινόπωρον νότιον, australis autumnus aph. 13. lib. 3. & νότιος χειμὼν hyems austrina aph. 12. lib. eiusdem, & αἱ νότιοι καταστάσιες ἢ βόρειοι, constitutiones austrinæ & boreales aph. 17. lib. eiusdem quæ sæpe Hipp. τὰ βόρεια ἢ νότια dicuntur. Νότιος etiam humidus dicitur, quòd vt plurimùm auster sit humidus. Hinc νοτώδεες πυρετοὶ πρὸς χεῖρα, febres ad manum humidæ, aph. 17. sect. 1. lib. 6. Epid.

Νοχελὴς videtur significare secundas morantes aut tardantes apud Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 626. 51.) in medicamento quod ἐκβόλιον vocat ex galbano. τοῦτο δύναται διαφθείρειν ἢ ἐκβάλλειν τὰ νοχελῆ. hoc potens est secundas corrumpere & eiicere. τὸ χορίον, ἢ τὰ ἔμβρυα. Verùm νωχελῆ quidam melius scribi contendunt, vt tardantes aut morantes secundas intelligas, Est enim νωχελὴς βραδὺς Sudæ & Hesych. ἢ ὀκνηρός. Hesych. quoque νωχελὸς ῥάθυμος, χαῦνος significat. νωχέλεια quoque ἀσθένεια & βραδύτης dicitur, vt νωχελίζει βραδύνει. Caluus τὰ νοχελῆ partum enectum vertit.

§ Νύγμα ἡ νύξις punctura dicitur, & solutio continui in carne, ex telo acuto aut tenui, Galeno lib. de Constit. artis Medicæ, (p. 56.31.)

Νυκτάλωπες præcipuo significato dicuntur nocturna cæcitudine laborantes, quique noctu nihil cernunt, sole occiduo obscurius. vt Paulus cap. 22. lib. 3. & Aëtius tetrab. 2 serm. 3. cap. 46. Luscitiosos aut nuscitiosos Latinis dictos volunt Sunt enim Luscitiosi Festo qui parum vident propter oculorum vitium, quique plus vesperi vident quam meridie. Luciosos vocat Varro qui vespere non vident, & Nonius, qui ad lucernam non vident. Et Plinius lib. 28. cap. 11. Luscitiosos νυκτάλωπας Græcis dictos vocat, quos idem lib. 8. cap. 50. interdiu quidem videre, sed noctu vesperive nihil, scribit. Quam significationem expressit Gal. in Exeg. cùm νυκτάλωπες exponuntur οἱ τῆς νυκτὸς ἀλαοί, noctu cæci & nihil videntes. Sic Actuar. lib. 2. Meth. cap. 7. νυκτάλωπας δ' ἐκεῖνούς φασιν οἳ ὅπερ γὰρ μὲν ὄντος τοῦ φωτὸς βλέπουσι, δυομένου δὲ αὐτοῦ νυκτὸς δ' ἤδη καταλαβούσης, οὐδὲν ὁρῶσι. αἴτιον δ' ὅρα τοῦτο ὑγρῶν σύμπτωμα, ὃ τὴν μὲν ἡμέραν τῷ τοῦ φωτὸς ... δυνατὸν, νυκτὸς δὲ συνεπισκοτεῖ τὴν ὄψιν. Luscitiosos verò vernos appellant, qui interdiu cernunt, sed sole occiduo hebetius, noctu autem nihil vident. Vitium gignitur ex tenuium humorum colluuie, quam interdiu quidem luminis copia euincit, sed noctu visioni tenebras offundit. At Prorrh 2. Hippocrati νυκτάλωπες contrà dicuntur, qui noctu melius cernunt, interdiu verò deteriùs, cùm scribit, (pag. 110. E.) οἱ δὲ τῆς

νυκτὸς ὁρῶντες, οὓς δὴ νυκτάλωπας καλέομεν. At qui noctu vident, quos nyctalopas nuncupamus. Qua notione νυκτάλωπες etiam Aëtio agnoscuntur, cùm noctu quidem meliùs, interdiu verò deteriùs, & si Luna luceat, nihil cernant. Hoc tamen rarum esse idem testatur, illud verò plurimis contingere. Et authori Definit. Medicarum (pag.400.5.) νυκτάλωψ ἐστὶ πάθος καὶ διάθεσις ὀφθαλμῶν, δίχα φανερᾶς αἰτίας. συμβαίνει δὲ τοῖς οὕτω διακειμένοις, ἡμέρας μὲν μὴ ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ βλέπειν. Nyctalops est oculorum affectus absque manifesta causa, cùm sic affecti interdiu quidem nihil cernunt, noctu verò vident. Vtranque verò significationem complexus est Isagoges author cùm scribit, (p.387.16.) νυκτάλωπας δὲ λέγουσι, ὅταν ἡμέρας μὲν βλέπωσιν ἀμαυρότερον, δυομένου δὲ ἡλίου λαμπρότερον, νυκτὸς δὲ ἔτι μᾶλλον· ἢ ἀνάπαλιν, ἡμέρας μὲν ὀλίγα, ἑσπέρας δὲ ἢ νυκτὸς οὐδ᾽ ὅλως. Nyctalopas vocant, cùm interdiu quidem obscurius cernunt, sole autem occiduo clarius, at noctu multo magis. Aut contrà, interdiu quidem parum, vesperi autem aut noctu nullo modo. Quæ certe postrema significatio præcipua & magis communis videtur, adeò vt non malè apud Actuarium ἑσπερινοὺς νυκτάλωπας, potiùs quàm ἑσπερινοὺς, quidam scribi debere contendant. Νυκτάλωψ quoque vitij & affectionis nomen est, vt videre est apud Paulum cap.22. lib.3. & Definit. Med. authorem. Quomodo etiam Hippocrati scribitur lib. 6. Epid. sect. 7. (pag.348.47.H.1193.F.) περὶ δὲ νυκτάλωπος. aliis quoque nocturnæ cœcitudines. nyctalopas vocant. Et rursus (v.48.H.ibid.) μᾶλλον δὲ νυκτάλωπες. præcipuè verò nocturnæ cœcitudines. Quod vitium etiam νυκταλωπία aut νυκταλωπίασις dicitur, Latinis Luscitio. Est enim Luscitio Festo oculorum vitium quod clariùs vesperi quàm meridie cernit. Sunt & νυκτάλωπες in tussi lib. 4. Epid. (pag.1138. G.) vt & lib.6. Epid. quæ certe loca mihi videtur in Exeg. subindicasse Gal. Νυκτάλωπες dicuntur Galeno lib. περὶ τῶν εὐπορίστων (pag.477.40.) qui aliis νυκτάλωπες. Cuius appellationis originem à vulpe sumptam esse videtur innuere Comment. Galeno attributus in lib. 6. Epid. quòd ea propter spiritus tenuitatem diuturno tempore videat obscurius, quoniam is à radiis solaribus liquetur ac dissipetur: nocte verò melius cernat, quòd spiritus factus sit densior. Quodque vulpibus per diem contingit, id illis qui nocturna cœcitudine laborant, per noctem euenire, vt de die quidem videant, nocte verò nihil. Verùm aliam nominis notationem sequutus videtur Gal. in Exeg. vocum Hipp.

Νυκτοειδὲς dicitur quod noctis speciem habet, sed Erot. apud Hipp. ἀντὶ τοῦ μέλαν, pro nigro positum scribit.

Νυστάζειν est nictare, dormiturire & capite nutantem dormitare. τῶν νυσταζόντων ὀφθαλμοὶ πλάζοντες. oculi natantes velut nictantium, hoc est, oculi tremuli & assiduè ferè se mouentes, quales præ somnolentia dormiturientium. lib.7. Epid. (pag.1215.E.) Hinc νυσταγμὸς dormiturientium nictationem significat, & magnam dormiendi cupiditatem, in qua stantes etiam conniuent & dormitant. τὴν ὀπηγνυμένην ἐκ τοῦ ὕπνου καταφοράν. lib. 6. Epid. sect.4. aph. 15. ὕπνῳ ἑδραίῳ ὀρθῷ νυσταγμός. Somnolentorum nictatio, aut propter dormiendi cupiditatem nictatio, quæ stanti adest, somnum profundum facit. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.109.40.H.403.45.) iis qui prandere non consueuerunt, si pransi fuerint, νυσταγμὸν, hoc est, dormitationem adesse scribit. Sic lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.12.3.) eos qui præter consuetudinem prandiũ sumpserint, χάσμης τε καὶ νυσταγμοῦ καὶ δίψης πλήρεις dicit, hoc est, oscitare, somnolentos & siticulosos esse.

¶ Νωθροὶ torpescentes aut torpidi dicuntur, quique torpore aut stupore laborant, fereque κωματώδεσι, hoc est, sopore graui tentatis iunguntur, in Prorrh. (p.203.46.H.75.H. & p.208.21.77. D.) Νότοι νωθροὶ austri membris tarditatem inducentes, sensus tardantes vertit Celsus cap. 1. lib. 2. ex aph.5. lib.3. pigros & graues reddentes, qua ratione plumbeus auster vocatur Horatio saty.6. lib.2. Νωθροὶ σφυγμοὶ, tardi pulsus & lenti in Lethargicis, Coac. (p.137.C.) Est & νωθρὴ καταφορὰ, segnis in somnum delatio aut torpida lib.3. Epid. in st. pest. (pag 415.49.H.1085. G.) αἱ πρὸς χεῖρα νωθραὶ dicuntur Coac. (pag 206.C.) mulieres quæ ad manus contactum torpescunt, eas intelligens quæ febre lenta conflictantur, & ex magna mensium profluente abundantia tabescunt, exarescunt, & tandem suppuratæ euadunt. Hinc νωθρότης torporem aut stuporem indicat, cerebro frigidis, crassis, viscidis, & ægrè mobilibus humoribus imbuto, vt scribit Galen. Com. 1. in Prorrh. (pag.175.13.H.68.C.) aut ex immoderata cerebri humectatione aut refrigeratione, aut ex vtraque, vt idem scribit Com.2. (pag.191.28.H.72.F.) Vbi etiam quibusdam τὴν δυσκινησίαν τοῦ σώματος, hoc est, corporis immobilitatem ac stuporem intelligi per νωθρότητα tradit. Νωθρότης ἐν φρενιτικοῖς, torpor in phreniticis admodum periculosus est, velut scribitur in Prorrh. (pag.174.52.H.68.C.) & Coac. (pag. 130.D.) Sic quoque lib. 3. Epid. phreniticos ἐν νωθρῇ καταφορᾷ periisse scribit. αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες, torpores rigori succedentes mentis abalienationem suspectam faciunt, in Prorrhet. (pag.181.6.H.70.A.) Velut in Coac. (pag. 119.E.) τὰ νωθρώδεα ῥίγεα κακοήθεα, rigores cum torpore malignum quiddam denunciant. Νωθρὸν etiam idem quod νωθρότης significat in Prorrh. (pag.214.6.H.79.H.) & Coac. (p.151.G.) Vbi quoque νωθρότης exponitur eadem in re (p.171.C.) & à Gal. Com.3. in Prorrh. (p.214.11.H.79.H.) Νενωθρωμένα οἰδήματα, torpescentes tumores aut cum torpore, in Coac. (pag. 125.E.) & νενωθρωμένοι κωματώδεες sopore cum torpore detenti, ibidem (pag.118.F.) iidem qui νωθροί. Νωθρῶς ἐπαναστρέφειν quod est lentè reficere, ἐν χρόνῳ πλείονι καὶ λεπτῶς, hoc est, longiori tempore & sensim exponit Gal. aph.7. lib.2. cui διὰ ταχέων & ἀθρόως, celeriter & plenius opponit, quod ὀλίγως ibidem dicitur, repente, breuiter.

Νῶτον dorsum dicitur, & posterior pars est corporis à ceruice deuexa & deorsum tendens. νῶτον dicitur Rufo Ephesio ἐν τῇ περὶ ἀνθρώπου μορ. τὸ ἐξόπισθεν ἀπὸ τοῦ αὐχένος μέχρι τοῦ μεταφρένου, pars corporis posterior à ceruice ad metaphrenum vsque. νῶτον apud Hipp. scapulas sæpe vertit Celsus, cùm tamen dorsum, scapulas spinam & lumbos complectatur. Prorrh.2. (pag.112. D.) quod scribitur ἐς νῶτον ἀφικνέονται, ad dorsum pertingunt, ad scapulas tendunt dixit Celsus cap. 8. lib. 2. Rursusque in Prorrh. (pag. 109. B. C.) ἢν ἐς τὸν τράχηλον τε καὶ ἐς τὸ νῶτον ἡ ὀδύνη καταβαίνῃ. si dolor in ceruices ac scapulas transit, dixit Celsus ibidem. Et εἰ ξυντείνοι ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ τὸ νῶτον, aut à capite ad ceruices scapulasque peruenit.

OECONOM. HIPPOC.

TO Ξ.

¶ Ξενοπρεπὲς peregrinum, externum, nouum quodque ab vsu communi recedit, & quod consueto opponitur. Sic enim accipitur apud Hipp. lib. de fract (pag.527.34. H.750.E.) τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὔπω ξυνιέντες εἰ χρηστὸν, μᾶλλον ἐπαινέουσιν ἢ τὸ ξυνηθὲς, ὃ ἤδη οἴδασιν ὅτι χρηστόν. Quod enim peregrinum est, necdum constat an vtile sit, consueto, quod iam norunt vtile esse, anteponunt. Quem etiam locum communem aliàs celebrat Gal. vt scripsimus nostris in eum locum Annotat. At Erot. ex hoc loco τὸ ξενοπρεπὲς ἐξηλλαγμένον exponit, quod est immutatum aut nouam formam adeptum, idemque quod ἀλλόκοτον. τὸ ξενοπρεπὲς etiam ἐν παραγγελίαις (pag.26.45.) pro hospitij iure sumunt interpretes. καίτοι ἔνιοι νοσέοντες ἀξιοῦσι, τὸ ξενοπρεπὲς καὶ τὸ εὔδηλον προκρίνοντες. Etsi ægroti nonnulli id expetunt, hospitij ius & facilem mali depulsionem causantes. Vbi tamen ξενοπρεπὲς & εὔδηλον videntur inter se opponi, vt lib. de fract.

Ξενοτάτη ἡ ῥεῦσις τοῦ πνεύματος, aëris, quem inspiramus influxus quàm maximè peregrinus. In his quæ adiecta sunt lib. de Nat. hum. (p.229.11.) τοῦ δὲ πνεύματος, ὅκως ἡ ῥεῦσις ὡς ἐλαχίστη ἐς τὸ σῶμα ἐσίοι, καὶ ὡς ξενοτάτη ἔσται προμηθεῖσθαι. Prouidendum verò quàm paucissimus aëris influxus in corpus ingrediatur, & vt quàm maximè peregrinus existat. In morbis enim ab aëre, eius quem inspiramus influxum quàm parcissimum, & inspirationem quàm minimam consulit. Alij ξενοτάτην quam familiarissimum aëris influxum explicant, prouiderique volunt, vt nostræ substantiæ maximè familiaris reddatur, sicque corrigatur & alteretur.

¶ Ξηραίνειν siccare significat, & de his dicitur quæ per ea quæ extrinsecus admouentur discutiuntur, idemque est quod discutere aut dispergere. aph.4. sect.2. lib.6. Epid. χυμοὺς, τοὺς μὲν ἐξάγειν, τοὺς δὲ ξηραίνειν. Succi hi quidem expellendi, illi verò exiccandi. Vbi Gal. ξηραίνειν exponit διαφορεῖν τοῖς ἔξωθεν ἐπιτιθεμένοις φαρμάκοις, per extrinsecus admota medicamenta discutere. Ξηρὸν siccum duplex ponitur Gal. lib. de Marcore (pag.375.20.) terreum & igneum, quale plurimum nostræ conformationis initio adest, non terreum, cùm molle esse oporteat. Ξηρὴ mulier dicitur

dicitur lib. 4. Epid. (p.1229.A.) cui in morbo magna ex parte aluus reficcata fuit. ξηρὴ διετέλει τὰ πλεῖστα. ficca magna ex parte permanfit. ξηρά δύσπνοοι, arefcentes cum difficultate fpirandi in Prorrh. (pag. 208. 21. H. 77. D.) ξηραίνονται δύσπνοοι in Coac. (pag 189.C.) dicuntur, qui in tabe cum multo crudo fputo & fpirandi difficultate arefcunt.

¶ Ξυγγενὲς νόσημα, connatus morbus, innata & congenita ad morbum propenfio, habitudo, & aptè comparata ad morbum quendam natura. Prorrh. 2. (p.83.G.) εἴπερ εἰδείη οἷσι τὸ νόσημα τοῦτο ἡ ξυγγενὲς ἐστι. fi quis nouerit quibus innata eft ac congenita ad hunc morbum propenfio. Sic ξυγγενικὸν φθινώδες dicitur innata ad tabem propenfio, & promptè ad eam comparata naturæ, ægr. 6 lib. 3. Epid. Ex eadem cognatione ὁ ξυγγενὴς effertur Hipp. etfi infolente phrafi, qui connatos & congenitos morbos habet, veluti morbum comitialem, podagram, tabem Prorrh. 2. (pag. 89.C.) ὁ γὰρ ξυγγενὴς, τουτέων τῶν νοσημάτων ἐστὶν εἶναι δυσαπάλλακτος ἐόντα. Qui nanque connatos habet morbos iftos, cum ab his non facilè vindicari poffe compertum eft.

Ξυγγραφὴ fignificat quicquid literis confignatur & fcripto mandatur. In Iureiurando Hipp. ξυγγραφὴ eft ftipulatio & conteftatio quædam, ac veluti fponfio, quam iureiurando fe feruaturum promittit. ἐπιτελέα ποιήσειν, κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε. me hoc iufiurandum & hanc ftipulationem pro viribus & iudicio meo integrè feruaturum. Rurfus ibidem ξυγγραφὴ fyngrapham aut veluti pactum ex fyngrapha fignificat, & literas fponforias. ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς, abfque mercede & fyngrapha.

Ξυγκαταγηράσκειν confenefcere, de morbis diuturnis aut doloribus dicitur, qui diutiùs perfeuerant, vt li. 2. περὶ γυναικ. (pag. 641. 27.) ὅτι κάματοι ξυγκαταγηράσκουσιν, labores confenefcunt, hoc eft, diutiùs perfeuerant. Sic ξυγγηράσκει ἡ νοῦσος, morbus confenefcit, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 547. 12.)

Ξυγκαυθέντα διαχωρήματα, alui recrementa exufta, ægr. 2. li. 3 Epid. ἀπὸ δὲ κοιλίης οὐκ ὀλίγα ξυγκεκαυμένα διῄει. Ex aluo verò exufta non pauca demifit. Sic ægr. 4. li. 1. Epid. κοιλίη ξυνεκαύθη, σμικρὰ διῄει. aluus adufta; pauca demifit. Non abfimili locutione γλῶσσα ἐπικαύθη, lingua exufta fuit, de reficcata & adurente fæpe effertur Hipp. vt ægr. 5. li. 1. ægr. 2. li. 3. & 10. li. eiufdem poft ft. peft.

Ξυγκληρεῖαι παθημάτων, funt affectuum inter fe commercia, conforτia & coniunctiones, cùm affectus inter fe confociantur. lib. 6. Epid. aph. 2. fect. 7. vbi de tuffi quæ pulmonum inflammationi & anginæ coniungebatur, fcribitur. ὡς γὰρ γέγραπται, οὕτως αἱ ξυγκληρεῖαι τῶν παθημάτων ἦσαν. Ac veluti fcriptum eft ita affectuum commercia fe habebant. Alij ξυγκληρείας intelligunt fortuitum affectuum euentum ac fortem, vt accipiatur de iis affectibus, qui forte ita contigerunt, quafi forte ducti fint.

Ξυγχωρεῖν, conceffio, indulgentia in cibis ægro largiendis, ἐν παραγγελίαις (pag. 28. 36.) ξυγχωρεῖν ἐγχρονίζει νοῦσον. indulgentia morbum prorogat, cui opponit ξυνεσταλμένην δίαιταν, preffam & concifam victus rationem.

Ξυλάριον aut ξυλήριον paruum lignum dicitur, lib. περὶ ἀγμῶν (pag. 678. 7.) εἶτα περὶ ξυληρίοισι μακροῖσι περιαρμόσαι, deinde lignis parvulis oblongis adaptato, quod de fpecillis intelligitur. Libello περὶ ἐπικυήσιος eadem in re περὶ ξύλοισι dicitur. ξυλήφια verò etiam eadem quæ ξυλήρια dicuntur Hipp. eodem lib. περὶ ἀγμῶν (pag. 682. 44. 683. 3. 5. 7.)

Ξύλλογος θεραπείης, collectitia curandi ratio, fermones medicorum & concilia, quæ de curandi ratione fiunt, ἐν παραγγελίαις (p. 28. 28.) οὐκ αἰεὶ ἐπὶ θεραπείης ξυλλόγου, non vt cum illis de curandi ratione conferrem. κοινολογίην ibidem vocauit (pag. 27. 35.) cùm iubet medicos alios accerfiri, εἵνεκα τοῦ ἐκ κοινολογίης ἱστορῆσαι περὶ τοῦ νοσέοντος. quò collatis inter fe fermonibus, de his quæ ad ægrum faciunt anquiratur & cognitio exerceatur.

Ξυμβολαὶ τῶν ὀστέων, offium commiffuræ aut iuncturæ, quæ vt plurimùm capite & acetabulo continentur. li. de art. (p. 660. 4. H. 838. D.) προσῆκει μὲν οὖν εἰδέναι, ὅτι πάντων τῶν ὀστέων αἱ ξυμβολαὶ εἰσιν, ὡς ἐπιπολὺ ἡ κεφαλὴ καὶ κοτύλη. Imprimis igitur noffe couenit offiū omniū iuncturas vt plurimùm ex acetabulo & capite cōftare.

Ξύμη legitur apud Galen. in Exeg. & exponitur κνησμὸς pruritus. Verùm ξύσμη legendum effe poftea dicemus in ξύω.

Ξύμμηροι funt femora inter fe iuncta & coeuntia, femora inter fe contracta & fociata, præcipuè parte fuperiore qua carnofiora funt & prope fe contingunt. Inferiore enim parte in anguftum tenuantur. lib. de art. (pag. 659. 5. H. 837 D.) σύμμηροι etiam dicuntur in Hippiatria, qui contractis inter fe funt femoribus, velut διαβεβηκότες qui diducta femora habent.

Ξυμπάθεια per confenfum affectio, affectus communicatio. ἐν παραγγελίαις (p. 28. 48.) διότι ξυμπαθείης ὑπὸ λύπης ἐς ὀχλεῖν. quàdoquidem affectio per confenfum ex mœrore inducta, vexat.

Ξυμπίπτειν eft cùm vafa ex inanitione aut euacuatione in fefe cōfidunt, neq; amplius plenitudine diftenta tumefcunt. Sic ξυμπίπτοντες dicuntur quibus moles corporis fucculenta, tum vafa ipfa vacuata & exinanita in fefe concidunt. li. 4. Epid. (p. 1129. B.) καὶ μὴ ξυμπιπτόντων, & in quibus corporis moles non fubfidit. Qui etiā ibidē οἱ ξυμπίπτοντες dicuntur. ξυμπτωματικὸς quoq; vocantur aph. 5. fect. 7. li. 6. Epid quib. ex multa vacuatione atq; inanitione moles corporis aut vafa in fe cōfidunt, quiq; exhauftò omni humore aut confumpto reficcati funt & exucci. Eadē notione ξυμπτώσεις, κενώσεις, vacuationes, extenuationes & inanitiones intelliguntur aph. 3. li. 1. cùm vfq; eo vacuatio procedit, vt vafa in fefe prorfus confidant, quibus αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι, hoc eft, plenior corporis habitus ad fummum plenitudinis gradum perductus foluitur.

Ξυμφέρειν eft cōferre & vtile effe aut accommodatū. Sic τὰ ξυμφέροντα χωρία conuenientes loci & conferentes, aut accōmodati ad educendos humores, & ad purgationes idonei, aph. 21. li. 1. & li. de humor. (p. 48. 38.) τὰ ξυμφέροντα χωρία κενώσιος, ad euacuationem accommodata loca explicat Gal. inteftina, vētrem, veficam, vterum & cutem vniuerfam, ad hæc palatum, nares, quādo fcilicet cerebrū expurgādū eft vel per fanguinis profluuiū indicatur morbus. Quib. τὰ ἀσύμφορα χωρία opponit, inutiles ac minimè idoneos ad euacuationem locos, eos qui aliquem habuerint in corpore principatum, & ad quos humores noxij abfque noxa deduci non poffunt. ξυμφέρω etiam perfero ac tolero fignificat, vt lib. 7. Epid. (pag. 1207. G.) ἡ γλῶσσα δὲ τὸ μετὰ ταῦτα ξυνήνεγκε, lingua laxitatem pertulit, hoc eft, diu laxa, rara, foluta & lenta, hoc eft, balbutiens permanfit.

Ξύμφυσις ἢ σύμφυσις eft naturalis offiū vnio ac connexio, coalitus, iunctura, compago aut cohærentia, qua offa inter fe vniuntur. Lib. de art. (p. 605. 1. 2. 3. H. 800. A.) ἢν δὲ ἡ κάτω γνάθος κατὰ τὴν σύμφυσιν τὴν κατὰ τὸ γένειον διασπασθῇ. Quod fi maxilla inferior, quā ad mentū cohæret, diducatur. Et, μία δὲ αὕτη ξύμφυσις ἐν τῇ κάτω γνάθῳ ἐστι, ἐν δὲ τῇ ἄνω πολλαί. Vnica autem hæc eft in inferiore maxilla iūctura, at in fuperiore multæ. Vbi ξύμφυσιν pro συνάρθρωσιν ponit Hipp. cùm in fuperiore maxilla offa per συνάρθρωσιν iungantur. Rurfus, ἢν οὖν διασπασθῇ ἡ κατὰ τὸ γένειον σύμφυσις. Si ergo difcedat quæ in mento iunctura eft. Ac rurfus ibidē (p. 649. 4. H. 830. C.) μὴ κατεηγότος τοῦ ὀστέου, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν τὴν ξύμφυσιν ἀποσπασθέντος. nō fracto quidē offe, fed in ipfa iūctura auulfio. Vbi ξύμφυσις pro offium inter fe commiffura aut cōnexione in articulis fumitur. Eadem notione ξυμφυαὶ dicitur Hippocrati cōmunis inter fe offiū cōnexio, cùm bina inter fe offa coniungūtur, vt in articulis, li de fract. (p. 576. 44. H. 778. E.) οὐδὲ γὰρ ἄλλην οὐδεμίαν ῥήϊδιον ξυμφυάδα κοινὴν δύο ὀστέων κινηθεῖσαν ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν ἱδρυνθῆναι. Neq; enim vlla alia duorū inter fe offiū connexio, vbi dimota eft, facilè in priftinam fedem reftituitur.

Ξυναγωγέες mufculi adducentes aut adftrictorij dicuntur Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 278. 35.) πιέζοντι τοὺς ξυναγωγέας, mufculos adftrictorios comprimens, vbi podicis σφιγκτῆρας intelligere videtur.

Ξυναλθάσσεσθαι vide in ἀλθεῖν.

Ξυναποθνήσκειν cōmori, dicitur de morbis diuturnis qui cū ægris cōfenefcūt, & ad mortē vfq; comitātur, vt aph. 39. li. 2. & aph. 7. li. 5. τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει, ferè cōmoriūtur. Quod χρονίζειν συνειθίζειν dicitur aph. 28. li. 3. diu perfeuerare aut inueterafcere cōfueuerūt. συγκαταγηράσκειν quod eft cōfenefcere exponit Gal. Com. ad aph. 7. li. 5. vt & Aretæus c. 5. li. 1. Curat. ac. de morbo comitiali fcribit. ἢν γὰρ ὑπερβάλλῃ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίης, ξυντρέφεται τε καὶ ξυναποθνήσκει. Nā fi ætatis florē excedit, vnà cū ægro inueterafcit & cōmoritur. Sic li. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 534. 20.) καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἐν τοῖσι πολλοῖσι ξυναποθνήσκει. & plurimùm in multis ad mortē comitatur. Et (535. 6.) πολλάκις δὲ καὶ συναποθνήσκει. plærūq; verò vnà cum ægro confenefcit. In Coac. (p. 144. C.) οὐ ξυναποθνήσκει τούτῳ. id non comitatur ad mortem. Item Prorrh. 2. (p. 95. F.) de cancris occultis, καὶ ξυναποθνήσκουσι, & ad mortem comitantur.

Ξυναραχνοῦσθαι eft tenuibus venis ad inftar telarum araneæ intertexi & obduci. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 662. 34.) καὶ ὁ τράχηλος ξυναραχνοῦται, vteri ceruix tenuibus venis araneæ telarum fimilibus intertexitur aut obducitur. Verùm fufpecta lectio videtur, tum quòd lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 566. 38.) vbi ifta repetuntur, nil tale fcribatur, tum quod aliam longè lectionem fecutus fit Caluus, qui contrahi dixerit.

Ξυναυλισθῆναι eft vnà commorari, ftabulari, congregari, conuenire, metaphora ducta à gregibus, cùm eiufdem generis in vnum ftabulum congregantur. Eleganter fumitur Hipp. ἐν παραγγελίαις (pag. 26. 27.) de artis principiis & comprehenfione, cùm ex multis fingularium obferuationibus eodem fe modo habentibus, vniuerfalium fit complexio. ὅτε γὰρ δοκέω τὴν ξύμπασαν τέχνην ἀναδειχθῆναι, διὰ τὸ ἐξ ἑκάστου τῶν

πάλιν συρηθῆναι, καὶ ἐς ταῦτα ξυνελθῆναι. Sic enim existimo vniuersam artem commonstratam fuisse, quod ex vnoquoque singulari perfecta obseruatio facta fuerit, & ad eadem congregata, hoc est, in idem conuenerit, ad vniuersalem rationem reuocata fuerit, dixit Zuingg. Cornar. ξυναυληθῆναι legisse videtur, quòd consonantia in idem concurrerit, dixerit.

Ξυνέρεισις ὀδόντων, dentium collisio, consertio, connexio, cum dentes inter se illiduntur, inniruntur, stabiliuntur aut firmantur. Lib.7.Epid.(p.1215.F.) pro quo ὀδόντων σύστρεψις scribitur lib. 5.Epid.(p.1162.F.) dentes conterebat. Lib.2. περὶ γυναικ.(p.670. 11.) καὶ τοὺς ὀδόντας συνερείδει, dentes conserit. Et lib.de Morbo sacro (p.305.23.) οἱ ὀδόντες συνήρεισαν, dentes inter se cohærent, conseruntur, constringuntur aut colliduntur. pro συνηρείκασι. Sic lib.2. περὶ γυναικ.(p.646.9.) τοὺς ὀδόντας ξυνερηρείσται dentes consertos & cohærentes habet. pro ξυνερήρεισται vitiose legitur ab ἐρείδομαι. Quod exponit Erot. ἐρηρεικότας τοὺς ὀδόντας καὶ ἐσφιγμένους ἔχει, dentes consertos, inhærentes & constrictos habet. Verùm apud Erot. τοὺς ὀδόντας ἐρείρυνται legitur. Quædam exemplaria etiam ἐρήρεισται legunt, vt sit tertia persona Ionica pluralis numeri præt.perf. pass. pro ἐρηρείδαται quod significat ἐρηρεισμένοι εἰσί. In Coacis etiam (pag.157.A.) ὀδόντας συνερείζειν ἢ πρίειν dicitur, quod est dentes inter se contendere & dentibus stridere. Verùm συνερείδειν illic legere malim, vt sit, dentes inter se collidere & conserere.

Ξυνεσταλμένη δίαιτα, victus ratio pressa, contracta & tenuis, & in qua cibus substrahitur, cui ξυγκεχωρημένην, h.e. concessionem & indulgentiam opponit Hip. ἐν παραγγελίαις (p.28.35.) Sic lib.de art.(p.624.51.H.817.C) τῇ διαίτῃ ξυνεστάλθαι dicitur, victus rationem contractam esse, pressam & subductam, & inedia extenuari. τῇ τε γὰρ διαίτῃ ξυμφέρει ξυνεστάλθαι. victus enim rationem contractam esse confert, h.e. de victus ratione detrahendum aut subducendum. Lib.7.Epid.(p.1235.G.) ξυνεσταλμένον πρὸς καρδίην πνῖγμα dicitur coarctata suffocatio & contracta, h.e. coarctationis, contractionis, aut compressionis sensum in ore ventriculi inducens, eo humorum copia grauato & compresso, vnde & vomitiones consequebantur. Barbari strictufam stomachi vocant.

Ξυνθάλπειν, confouere, calfacere, sic dicitur ventriculus cibos, cùm moderato calore ad eos concoquendos vtitur, fouet & amplectitur, & tepefactos euincit. Lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag.35.48. H.339.28.) δῆλον γὰρ ὅτι ἡ κοιλίη ξυνθάλπειν οὐ δύναται τὸ πλῆθος τῶν εἰσιόντων σιτίων. Constat enim ventriculum ciborum ingestorum copiam calfacere non posse. Et rursus (v.52.H.33.) οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ξυνθάλποιτο ἡ κοιλίη, καὶ τῶν σιτίων ἐπικρατοίη. Hoc enim modo ventriculus maximè calefiat, cibosque euincat.

Ξύνθεσις compositio, ars tota medica dicitur libello περὶ παρθενίων (p.562.24.) ac forte eo nomine tota de morbis muliebribus tractatio intelligitur, quæ illic initium sumere videtur, & esse quasi quoddam totius operis procemium.

Ξυνιέναι apud Hip. exponit Erot. συνεπινοεῖν, considerare, animaduertere, in animum inducere, & ex lib. περὶ τῆς ὀσφύος in medium adducit. Verùm προσξυνιέναι illic legitur(p.74.20.H.392.48.) προσξυνιέναι δὲ δεῖ ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα, καὶ τὰ κατὰ τὴν κύστιν ἧσσον βλάπτει ἢν ὑδαρέστερος ᾖ. Insuper autem animaduertere oportet quòd superiora omnia & quæ circum vesicam sunt minus lædet, si dilutius vinum fuerit. At ξυνιέναι quod est intelligere, scire, cognoscere, à verbo ξυνίημι frequēs est apud Hip. vt lib.de fract. (p.535.57.H.755.B.) ἐς πολλὰ δὲ ξυμφέρον τὸ ξυνιέναι, quod intelligere quidem ad multa conducit. Et li.de art.(p.596.9.H.791. C.) ξυνιᾶσι μὲν οὖν ἴσως οὐδὲ οἱ ἀπλῶς ἐπιδέοντες. Ac neq; forte intelligunt qui simpliciter deligant. Et rursus (p.622.53.H.816. A.) ἀθρόον δὲ ξυνιέναι χρὴ περὶ τούτων ὧν ἐν κεφαλαίῳ εἴρηται. In vniuersum igitur de his de quibus in summa dictum est, sciendū. Rursusq; (p.637.51.H.824.H.) τῆς γὰρ αὐτῆς γνώμης ἐστὶ ταῦτα ξυνιέναι. Hæc enim intelligere eiusdē est sententiæ. Et (v.53.H.825. A.) ξυνιέντα ὅπῃ ἂν μάλιστα κωλυτέα εἰς τὰ ἀνήκεστα ἐλθεῖν. intelligendo, quo pacto ne ad incurabilia deueniant, prohibenda sint. Et (v.55.H.ibid.) δεῖ δὲ καὶ τὰ ἀνήκεστα ξυνιέναι, ὡς μὴ μάλιστα λυμαίνηται. Incurabilia verò etiam cognoscenda, vt ne maximè offendant. Et lib.de fract.(pag.527.34.H.750.E.) τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὔπω ξυνιέντες εἰ χρηστόν. Quod enim peregrinum est, nondum intelligentes an bonum sit.

Ξυνίστημι ἢ συνίστημι, denso & cogo aut spisso significat, vt aph.17. li.3. αἱ βόρειαι καταστάσιες τὰ σώματα ξυνιστᾶσι. Aquiloniæ tempestates corpora densant & cogunt, corpus spissare dixit Cels.c.1. lib.2. Sic ξυνιστάμενα de excrementis dicitur quæ coacta sunt & consistunt, non liquida, aut fluida & tenuia, li.4.Epid.(p.1137. A.) ἐπὴν δὲ ἄρξηται ξυνίστασθαι, vbi verò cogi aut consistere cœperint. Et li.7.Epid.(p.1225.C.) de aluo quæ densatur & cogitur, fluētiq; aut humectæ opponitur. καὶ κοιλίην ἔστιν ὅτε καθυγρανθεῖσαν, καὶ πάλιν ξυνισταμένην, & aluus interdum humecta erat, rursusq; consistebat, h.e. restitabat. Sic in Progn.(p.137.32.H.39.54.& p.149. 29.H.42.49.) ξυνεστηκότα διαχωρήματα sunt coacta & cōpacta alui recrementa, cōstantes deiectiones non diuulsæ, sed cohærentes & figuratæ, consistentiā habentes neq; duram, neq; diffluentem aut liquidam, verùm coniunctā & mollē. Quam consistentiam esse secundū naturā his verbis edocet Gal. σύστασιν μὲν οὖν ἔχει τὴν κατὰ φύσιν, ὅσα μήτε σκληρὰ παντελῶς, ὥστε ὡς λίθους, μήθ' ὑγρὰ πλέον ὡς δύνασθαι διαρρεῖν, ἀλλὰ μέχρι τοσούτου μαλακά, μέχρι τοῦ μένειν ξυνεστῶτα. Consistentiam igitur naturalē habet deiectio, vbi nō prorsus dura est, velut lapis, neq; perfectè humida vt diffluere queat, sed adeò mollis vt coacta maneat. ξυστάσιες ὑποκαρώδεις ἀφωνίης dicuntur Coac.(p.159.F.) vocis defectiones quæ soporem quendam constituunt, efficiunt, aut cū sopore consistunt.

Ξύνοδος congressum, congressionem, communicationem aut consensionem cerebri cum reliquis partibus significat, lib. περὶ ἀδένων (pag.273.23.) καὶ ἄλλη ξύνοδος ἐντεῦθεν πάλιν τοῦ σώματος. Hinc altera pendet corporis congressio. Indicat enim cerebrum per neruos reliquis corporis partibus communicare. ἔχει γὰρ τόνον (vt inquit) h.e. vim intendendi & contrahendi totius corporis, vt rectè legitur nostris in codicibus. Quod scitè etiam animaduertit & doctissimè explicauit Zuingg. suis in Hip. Schematibus. Sic enim paulò ante scriptum est: ὁ ἐγκέφαλος σπᾷ καὶ ἕλκει τὸν ὅλον ἄνθρωπον. cerebrum conuellit & totum hominem trahit.

Ξυνομολογηθῆναι consentire, conspirare, conuenire, vt aph.49. sect. 8. lib.6. Epid. ἅμα ταῦτα πρὸς ἄλληλα ξυνομολογηθῆναι χαλεπόν. istaque simul inter se conuenire est difficile.

Ξύντασις ὑποχονδρίου hypochondriorum aut præcordiorum contensionem indicat, cum inflammatione partis alicuius intra peritonæum contentæ apud Hipp. vt ægr. 2. 3. 8. & 10.lib.1. Epid.& ægr.2.li.3. quæ additis quibusdam notis ab eodem interdum circumscribitur, ita vt phlegmones magnitudinem & vehementiam aut leuitatem denotent, vt fusissimè scripsimus nostris in ægr.2. lib.1. Epid. Annot. Sic ξύντασις ὑπολάπαρος præcordiorum contensionem submollem, subinanem, subuacuam & flaccidam significat, h.e. sine tumore aut renixu, nullis hypochondrij partibus propria inflammatione laborantibus, ita vt hac veluti circunscriptione inflammationis vehementia plurimùm eleuetur ac leniatur, cùm suæ distensionis nullas externas notas habeat, vt videre est ægr.2.lib.1.& 3.Epid.& nos illic ex Gal. πρότερον plurib. verbis docuimus. Ibi nanq; ὑπολάπαρον ἀπόκειται, καὶ οὐ μετ' ὄγκου exponitur à Galen. vt distensio quidem mollis & sine vllo tumore, velut inanis & sine renixu intelligatur, non secus ac Erot. ξύντασις ὑπολάπαρος, ἀντὶ τοῦ ὑφάπαλος καὶ χωρὶς βίας, h.e. submollis & sine vehementia, his subnotatis locis explicatur. Est & ξύντασις ὑποχονδρίου inflammationem subindicans in Prorrh.(p.219.24.H.82.F.) vt indicat ibi Gal. cùm scribit, ἡ μὲν οὖν φλεγμονὴ δηλοῦται διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης. Quod etiā repetitur in Coac.(p.165.G.) in tuberculorū ad aures eruptione. Velut & ξύντασις ὑποχονδρίου ἡ μετ' ὀδύνης, hypochōdrij contēsio sine dolore, quæ nullā phlegmonen internam subindicet, ponitur li.1.Epid.(p.367.53.H.948.H.) in profluuij sanguinis per nares denunciatione. ξύντασις τραχήλου ceruicis contensio cum capitis grauitate & dolore, Plethoricæ concursionis indicia sunt in Sileno lib.1. Epid. & humorum copiam crassitudinemque prænunciant.

Ξυντεκμαίρεσθαι συντεκμαίρεσθαι exponit Ero. apud Hip. quod est per signa cōiicere. Τέκμαρ enim & τεκμήριον propriè σημεῖον, h.e. signū dicitur. ξυντεκμαίρεσθαι autem vsurpat Hip. in Progn.(p.122.26. H.37.3.) ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου τοιοῦτον τὸ πρόσωπον ᾖ, καὶ μήπω οἷόν τε ᾖ τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισι ξυντεκμαίρεσθαι. Quòd si per morbi initia talis facies appareat, nec dum ex aliis signis coniectura sumi possit. Sic aph.9.li.1. συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου. Quin & ex ægroto coniecturam facere oportet, num is cum præscripto victu sufficere possit ad morbi vsque vigorem.

Ξύντηξις ὠμῶν, crudorum colliquatio, vbi cruda attenuantur & comparantur, ad concoctionem. Lib.de rat. vict. in morb ac. (p.101.29.H.402.22.) ἀλλ' ἐπειδὰν ξυντήξιες ὠμῶν γένωνται. Verùm vbi crudorum colliquationes factæ fuerint, hoc est cruda attenuata extiterint & colliquata.

Ξυντιταίνειν idem quod ξυντείνειν, contendere, distendere, lib.2. περὶ γυναικ.(p.637.40.) καὶ ἐς τοὺς γαστροκνημίας αἰεὶ τοῖς μηροῖς ξυντιταίνει. Verùm τοὺς μηροὺς lego potius, vt sit, & ad suras femora contendit. Etsi aliter sumunt interpretes.

Ξυντόμως, celeriter, breui, compendiosè. Lib.5.Epid.(p.1154.A.) ὀφθαλμὸς ὑγιὴς ἐγένετο ξυντόμως. breui oculus conualuit.

Ξυντρέχειν cōcurrere inter se aut cōtrahi De musculis dicitur quí ossib. fractis inter se cōcurrūt, ac in seipsos cōtrahūtur. Lib.de fra.(p.571.32.H.775.C.) καὶ μὴ ξυνδιαδραμεῖν οἱ μύες, musculiq; in seipsos

in seipsos non concurrant, non contrahantur. Quod ibidem ξυωλίζ colligare dicitur. Solent enim in fracturis contracti musculi veluti fractum membrum colligare, præcipue vbi ossa plurimùm inter se cesserunt, ideoque operosior & laboriosior extensio videri.

Ξυώτεροι νοῦσοι sunt morbi vnà nobiscum educati, connutriti, velut assueti, h.e. diuturni. Sic enim explicat Gal. τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου κατὰ τι σῶμα τῶν ἀνθρώπων διαμένοντας, eos qui longo interuallo in corpore perseuerant, Com. in aph.6.sect.5.lib.6. Epid. Sic lib. de aëre, loc. & aq. (pag.283.42.) ξυώτερον νόσημα morbus familiaris & consuetus dicitur his qui aquas palustres & lacustres in vsum adhibent, quod de lienis tumore & duritie effertur. Ξυώτερον etiam quod connutritum indicat οἰκεῖον exponit Gal. Com.3. in lib. de fract. (p.565.52.H.770.G.) accommodatum, aptum, idoneum, familiare, cõsentiens, conueniens. Vbi ξυώτερον ὑποτέγξει scribitur, quod perfusioni est accommodatum, aut imbui aptum, h.e. quod perfusioni extrinsecus factæ non repugnat, sed familiare est, eamque admittit. ξυωτέρως ἔχειν ibid. dicitur (pag.570.50.H.773.H.) pro conuenit, aut commodum est. Vbi Gal. ξυωτέρως εἶναι τῆς οἰκείας, accommodatè, conuenienter, congruè poni scribit.

Ξυστρέμματα dicuntur Hipp. humorum collectiones, concretiones induratæ ac tubercula, aut tumores, ἀπὸ τοῦ ξυστρέφεσθαι quod colligi, durari, densari, aut concrescere significat, vt scribetur postea in συστρέφεσθαι. Prorrh. 2. (p.112.G.) ξυστρέμματα σκέπτεσθαι χρὴ εἴ που ἐν τῷ ἰσχίῳ. & ἐπανερέσθαι εἰ ἐς τὸν βουβῶνα ἡ ὀδύνη ἀφικνεῖται. animaduertere oportet, num aliquid vspiã in coxa concrescat, percontarique num ad inguen dolor perueniat. Vbi ξυστρέμματα συσφοδρὰ significant, quas φύματα ἢ σκληρίας exponit Gal. hoc est, duras humorum collectiones aut concretiones. omnem humoris coitum dixit Celsus. Huiusmodi tubercula dura & cruda collectiones vocat Cæl. Aurel. libro 2. acut. capite 17. Rursus lib.7. Epidem. (pag. 1231. A.) ξύστρεμμα pro tumore, tuberculo aut duritie iuxta lienem collecta ponitur. κατὰ σπλῆνα ξύστρεμμα ἀνώδυνον. circa lienem durities doloris expers. Et lib. 4. Epid. (pag.1139.A.) de alui excrementis quæ concretiones quasdam aut durities conuolutas ac conglobatas referebant, ξυστρέμματα οὐ χρηστὰ ponuntur, hoc est, concreta quædam non proba. Sic libro 2. Prorrh. (p.91.E.) ξυνεστραμμένον τι, quiddam concretum, contortum, compactum aut conglobatum significat. Interrogari nanque tabidos iubet, εἰ ἢ ξυνεστραμμένον τι ἢ μικρὰν ὀδμὴν ἔχον ἐκβήσσουσι. num quid concretum & modicè olens tussi reiiciant: illud autem indicat induratam quandam & densatam pituitam aut grandinosam, adeoque resiccatam vt digitis atteri vix queat. Nempe lib.2. de Morb. (p.478. 15.) in pectore pus tum concretum quodammodo grandinosum quod digitis attritum durum fit. Lib. quoque de Morbo sacro (pag. 504.48.) ἀλλ᾽ ὰ ξυστραφῇ τῷ ἐγκεφάλῳ, sed in cerebro concrescat, colligatur, cogatur.

Ξύω, rado, derado, distringo. Vnde ξύσματα, ramenta, destrigmenta, & quæ quasi stringendo derasa detritaque extrahuntur, & radendo exteruntur. Sic Dioscor. c.162. lib. 2. χυλὸν τῶν ξυσμάτων, succum ex cucurbitæ strigmentis intelligit, vt exponit Pl. lib. 20. cap.3. qui etiam ξύσματα destrigmenta aut ramenta ibidem vocat. Atque eadem forte ratione Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.552.46.) ξύων τὰς σάρκας, succum ex intritis carnibus cum vino albo propinat, veluti ex ramentis carnium expressum succum. Etsi ξύων τρίβων significare potest, vt & ξύω exponit Hesych. Quem locum Cornar. nescio quo iure, de defrictis à carne sordibus ex vino albo epotis intelligere videtur. Melius enim de carnium intritarum succo aut succatiuncula accipi videtur; cùm paulò antea & ἀπὸ χυλαρίου πίνειν dixerit, & illic χυλάριον εἶναι τὸ χυλὸν significatur, pro carnium succo, aut ptisanæ succo, vt aliàs sæpe χυλὸς apud Hipp. sumitur. Vbi tamen χυλάριον in omnibus exemplaribus scribitur, non nisi suspecta admodum scriptura. Inde quoque ξυστικὸς χυμὸς deducitur, succus stringẽdi aut radendi vim habens. vt de pomis immaturis scribit Athen. lib.3. χυμόν τε ἀναδίδοσιν εἰς τὸ σῶμα τῆς κοιλίας ξυστικόν, succumque stringendi vi præditum in corpus deferunt. Rursusque ibid. ξυστικὸς δὲ γίνεται χυμὸς ἐξ αὐτῶν λεγόμενος ὑπὸ Πραξαγόρου. Succus ex ipsis fit stringendi vi præditus Praxagoræ dictus. Atque idem ξυστικὸς videtur dici qui στυπτικὸς adstringendi aut spissandi vim habens.

Ξύσματα verò sunt ramenta & rasuræ superficiei, superioris intestinorum, qualia deraduntur ab humoribus acribus & biliosis. Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.80.18 H.394.8) de oxymelite, ξύσματα ποιεῖν scribit, h.e. ramenta efficere. Vbi Gal. ἑλκώσεως γάρ τις ἐπιπολῆς ἐστὶν ἡ ξυσματώδης διάθεσις. Vlceratio quædã est superficiaria ramentosa affectio. Ξύσματα strigmenta apud Hipp. vertit Celsus cap.8. lib.2. si sanguis & strigmenta descendunt. Illud Prorrh.2. (p.104.D.) vertens αἷμα δὲ ἢ ξύσματα διαχωρέοντα. Et rursus (ibi.F.) αἵματός τι ἢ ξύσματος διαχωρεόντων. Hinc ξυσματώδεα διαχωρήματα sunt deiectiones strigmentosæ aut ramentosæ, quæ secum strigmenta aut intestinorum ramenta deuoluunt, à pituita assata & resiccata, aut interna intestinorum tunica ab ardente calore & acri in ramenta scissa & derasa. In Progn. (p.39 22.H 40.19.) & lib. περὶ κρισίων (p 54.12.) Et Coac. (p.220.G.) ξυσματῶδες διαχώρημα in genere exitialiũ deiectionum reponitur. Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.74. & H.392 46.) ξυσματώδεες διαχωρήματα dicuntur ramentosiores deiectiones, quales sunt in dysenteria, & qualia ὑποσπειδῆ διαχωρήματα ξυσμάτια μέλανα ἢ χολώδεα, paruula strigmenta & ramenta nigra & biliosa vocantur lib.7. Epid. (pag.1231.C.) Est & ξυσματῶδες ὑπόστασις ex eadem denominatione, sedimentum in vrinis ramenta referens, & partium solidarum & vasorum à feruore colliquatorum consumptionem significans lib.4. Epid. (pag 1123 B.) Sunt enim ξύσματα eiusmodi solidarum partium ac vasorum contabescentium superficiales partes abrasæ.

A ξύω quoque deducuntur ξύσις, ξυσμὸς & ξυσμή, voces Hipp. vsurpatæ, vt lib. de rat. vict. in mo b. ac (p.81.) H.394.17) ξύσις τῆς ἐντέρων, rasura aut abrasio intestini. Ξυσμὸς autem pruritum & κνησμὸν significat, vt aph.31. lib. 3. ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, pruritus totius corporis fiunt in senibus ob superfluitatum in corporis cute aceruatarum copiam, quæ ob cutis frigiditatem difficilem habent euacuationem. fiunt quoque ob salsæ pituitæ ad corporis superficiem delatæ abundantiam. Et lib. de loc. in hom. (p.415.23.& 25) ἐν τῷ πνεύμονι ξυσμὸς ἐγγίνεται. pruritus fit in pulmone. Rursus lib 5. Epid. (pag.335.37.1 44 B.) ἀπήλλακτο ξυσμοῦ εἴχετο τοῦ τε σώματος. quidam prurítu totius corporis detinebatur. Vbi etiam ξυσμὸν postea explicat, (ibid.) cum scribit, τοῦ δὲ κνησμοῦ ἀπηλλάγη prurítu liberatus est. Quem etiam locum adducit Erot. & ξυσμὸν κνησμὸν exponit. Nisi si quis apud Hipp. & Erot. ἀπὸ τοῦ κνησμοῦ ξυσμοῦ legere malit. Quinetiam lib. de locis (p 689.8.) vbi legitur ἢ κνησμὸς ἔχῃ ξυσμὸς legunt exemplaria Regia manu scripta. Et ξυσμὸς Hesych. κνησμὸς exponitur. ξυσμὴ etiam idem quod ξυσμὸς aut κνησμὸς significat, & vsurpatur Hip. sæpe, vt lib 2. de Morb. (p.480.10.) ἢ ξυσμὴ ἔχῃ, & pruritus detinet, pro quo rursus ibid. (pag 482.9.) ἢ ξυσμὸς ἔχει scribitur. Et lib.3. περὶ διαίτης (p.369.16.) ἢ τι αὐτῶν ξυσμὴ λαμβάνει. Quibus ex locis scriptum videtur à Gal. in Exeg. vocum Hipp. ξυσμὴ ὁ καλεῖται κνησμός. Etsi ξύμη vitiosè pro ξυσμὴ omnibus in exemplaribus legitur.

Ξυστὴρ est scalpellus rasorius quo os raditur Hipp. ad dignoscendum ossis vitium, quod alioqui non satis conspectui patet, lib. de Cap. vuln. (p.907.D.) Eo etiam vtitur Galen. in simplicibus fracturis li.6. Meth. med. (p.104.47.49.& 105.3.) Sed eius generis multos scalpellos requirit, vsque ad angustissimos procedens, & ξυστῆρας στενοὺς vocat. Paulus quoque lib.6 c.90. ξυστῆρσι in simplici fractura vtitur. Et Celsus in rima non manifesta, inductum super os atramentum scriptorium, scalpro deradendum suadet, cap.4. lib.8 vt & Paulus. ξυστῆρες dicuntur ἐκκοπεῖς, vt antea scripsimus in ἐκκοπεύς.

Ξύστρα etiam dicitur scalprum rasorium chirurgicum, quo Gal. sæpe ad rimas vsum fatetur. Alioqui ξύστρα strigilem significat & στλεγγὶς Hesych. dicitur & Polluci c 30. lib.3. instrumentum quo se in balneis, palæstra & gymnasiis destringebant. Est & ξύστρα aurifusorium specillum, ὠτεγχύτην vocant, auricularium clysterem Celsus & strigilem vocat. Sic enim c.7. lib. 6. medicamentum in aurem commodissimè tepefactum per strigilẽ instillat. Etsi illic cum Budæo strigilem legi mauim, quemadmodũ apud Vitruuium lib.4.c.4. & lib.5.c.7. Quamuis alij strigem ex vetustis codicibus legunt. Quæ lectio ex Græco defluxit. Sic enim catapultæ canaliculum vocat Vitruuius, & στρὶξ græcè canaliculum significat. Gal. lib.3. κατὰ τόπ. (pag 188.10.) medicamentum ad aures instillandum commodè præparat, quemadmodum in ξύστρᾳ. Rursus ibidem Archigenes (p 190 51.) ἐλλέβορον λευκὸν λεῖον μετὰ ῥοδίνου χλιαρὸν ἔγχει ἐν ξύστρᾳ. aut veratrum album cum rosaceo tritum tepidum per strigilem infunde. Et rursus ibid. (p.191.9.) διὰ ξύστρας ἐγχεῖν per strigilem instillaro. Et ibid. (v. 12.) γάρον θερμὸν διὰ ξύστρας, garum calefactum per strigilem instilla. Et (vers.22.) στέαρ σκίου ἐν ξύστρᾳ χλιαινόμενον ἐνσταζ. Sciuri adeps in strigili tepefactus instillatus. Et (v 24.) ἢ ζέσας διὰ ξύστρας ἐγχούμενον, ferue factum per strigilem infundito. Quibus in locis per strigilem auricularium clysterem accipiunt, atque haud scio an stelgem dici velint.

OECONOM. HIPPOC.

TO O.

Ὄα, τὰ ὑπὸ τῶν πολλῶν οὖα καλούμενα scribit Gal. in Exeg. vocum Hipp. vt sint τὰ ὄα sorba, à multis οὖα dicta. Nimirum idem scribit lib. 2. de alimen. fac. (p. 327. 30.) τὴν προτέραν συλλαβὴν τοῦ τῶν οὔων ὀνόματος, ὑπὸ τῶν πολλῶν Ἀθηναίων, διὰ μόνου τοῦ ο γράμματος γράφεσθαί τε καὶ λέγεσθαι. primam dictionis οὔων syllabam veteres Athenienses per o solum scribere & efferre. Ac mihi videtur Gal. ex lib. 2. περὶ διαίτης (p. 360. 22.) vbi οὖα δὲ καὶ μέσπιλα καὶ κράνια legitur, ὄα legisse ex veteri lectione. Sunt autem τὰ ὄα sorba, & arboris fructus quæ etiam ὄα & ὄη, Latinis sorbus dicitur. De qua scribit Gal. lib. 8. de simpl. med. fac. (p. 102. 10.) ὄη τὸ δένδρον, οὗ ὁ καρπὸς ὄα καλεῖται, ὑπὸ δὲ πολλῶν οὖα μετὰ τοῦ υ. στυπτικῆς μετέχει ποιότητος. ὄη arboris nomen est quæ & Sorbus, (cuius fructus ὄα & sorba vocantur, à multis οὖα addito υ.) adstringentis particeps est qualitatis. οὖα τὰ μυλίζοντα καὶ μήπω πέπειρα dicuntur Dioscor. lib. 1. cap. 174. sorba nondum matura colorem luteum referentia. ὄα exponitur Hesych. δένδρον κάρπιμον, καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ ὕπο καλεῖται ὄα, καὶ ἡ μηλωτή. arbor fructum ferens, cuius quoque fructus ὄα dicuntur, sorba, & pellis ouina. Sudæ ὄα ἀκροδρύων εἶδος exponitur, μήλοις μικροῖς ἐμφερὲς ὀπώρα ἡ ὄα. fructus arborei genus pomis paruis simile, quod & pomorum genere comprehenditur, quemadmodum & Hipp. ἐν τῇ ὀπώρῃ reponitur libro 2. περὶ διαίτης.

Ὄγκος tumorem significat Latinis. Græcis autem definitur εἰς μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος διάστασις, spatium in latum, longum, & profundum. Est etiam ὄγκος ἡ ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν αὔξησις, incrementum supra naturam, Gal in libro de Tumor. præter nat.) pag. 353. 24.) Hinc ὀγκοῦσθαι & ὀγκύλλεσθαι est tumescere, efferri in tumorem & turgescere. Et ὀγκυλλομένη κοιλίη annotatur Erot. apud Hipp. aluus intumescens & in tumorem sublata. Scribit nanque: ὀγκύλλεσθαι μὲν ἀττικῶς λέγεται τὸ μέγα καὶ ὑπερήφανα φρονεῖν. ὁ δ' Ἱπποκράτης ὀγκυλλομένην λέγει κοιλίαν. τὴν ταχέως εἰς ὄγκον αἰρομένην. ὀγκύλλεσθαι Atticè dicitur valde efferri, aut tumido & elato esse animo. At Hippocrates ὀγκυλλομένην κοιλίαν dicit, aluum citò in tumorem sublatam. Vbi tamen ὀγκύλλεσθαι & ὀγκυλλωμένην apud Erot. legitur ὀγκύλλεσθαι tamen Hesych. legitur & exponitur, ὑψαυχενεῖν καὶ ἐπαίρεσθαι elata esse ceruice & efferri. Idemque ὀγκύλον exponit σεμνόν, γαῦρον. tumidum, inflatum, superbientem. Quod autem ad Hipp. locum ab Erot. subnotatum attinet, existimo eum esse qui legitur in Coac. (pag. 119. D.) Vbi tamen τάχιον κυλλομένη nostris in codicibus legitur, quod significat aluum citò protuberantem & gibbosam, hoc est intumescentem, quòd τὰ κυλλὰ dicantur quæ interiore parte sinuantur & curuantur, exteriore verò protuberant & gibbosa sunt, vt κυλλουμένη κοιλίη nouè dicatur quæ ὀγκουμένη in Prorrh. (p. 102. 2. H. 75. C.) Vbi eadem sententia reperitur. Verùm Erot. patet ὀγκυλλομένη pro κυλλομένη legisse, vt etiam nostris in Coac. Annotat. scribimus.

Ὄγχη Erot. & ὄγχειν pro φέρειν, quod est ferre, apud Hipp. scriptum esse testatur.

Ὀδαξισμοὶ οὔλων sunt gingiuarum stimulantes pruritus ὀδοντοφυούντων τῶν παιδίων dentientium puerorum, cùm dentes eruptionem molientes pungunt & configunt gingiuarum carnes, ex aph. 25. lib. 3. dentientium gingiuarum exulcerationes vertit Celsus c. 1. li. 2. ὀδαξισμὸν κνισμόν τινα μετὰ βραχείας τινὸς ἀλγ. exponit Gal. pruritum quendam cum pauco dolore. Commorsionem gingiuarum dicit Hermol. Barbarus apud Diosc. Sic τῶν ὀδοντοφυούντων πάθος, κνῆσιν καὶ ἀγανάκτησιν περὶ τὰ οὖλα vocat Plato in Phœdro, gingiuarum pruritum & molestiam. ὀδάξεσθαι autem aut ὀδαξᾶσθαι, quod est κνησμωδῶς δάκνεσθαι, cum prurituu mordeti, quemadmodum vsurpetur apud Hipp. antea scripsimus in Ἀδάξασθαι. Quin & ὀδαξησμὸν apud Hipp. agnoscit Erot. ab ὀδαξῆσθαι, vt scripsimus antea in Ἀγχηστῶσι.

Ὀδμαλέα dicuntur Hippocr. graueolentia, fœtida, idem quod ὀζόμενα. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 590. 39.) χωρέει πυώδεα, ὀδμαλέα. purulenta grauiter olentia procedent. Rursusque (p. 594. 26. (Καὶ πολλά τε καὶ ὀδμαλέα καὶ πυώδεα ἐλεύσεται ἀπ' αὐτέων τῶν μητρέων ἤδη ἀπιόντα. & multa graueolentia ac purulenta prodibunt, ab ipsis vteris iam secedentia. Et iterum (p. 595. 1.) οὔτε ὀδμαλέα ὁμοίως κοινὰ γίνεται. neque graueolentia æquè ac illi fiunt.

Ὀδοντοφυεῖν est dentes producere & emittere, diciturque de dentitionis tempore aph. 25. lib. 3. Est & libellus Hipp. περὶ ὀδοντοφυΐας, de dentitione, de dentium productione aut emissione. Vbi ὀδοντοφυοῦντα παιδία dentientes pueri dicuntur (pag. 267. 27. 28. 31.) & ὀδοντοφυΐην de dentium eruptione, quando in pueris dentes primùm pullulare incipiunt, ὅταν οἱ ὀδόντες φύειν μέλλωσι τοῖς παιδίοις, dixit Gal. Com. ad aphorism. 25. libro 3. ὀδοντίασις alioqui vocatur hoc dentitionis tempus, & per ὀδόντων ἐκβολὰς expressit Hipp. aphorism. 29. sect. 8. lib. 6. Epidem. dentium expulsiones, eruptiones, pueritiam significans, vt illic scripsimus: ὀδόντας συνερείδειν ἢ πρίειν, dentes inter se collidere ac dentibus stridere dicitur in Coac. (pag. 157. A.) quanquam συνερείδειν lego potius vt antea scripsimus) & Progn. (pag. 127. 40. H. 37. 52.) Quod mortem aut insaniam prænunciat quibus præter consuetudinem accidit. Est & ὀδόντων σφακελισμὸς dentium syderatio ibidem (pag 157. B.) Ὀδόντες παραλλαγμένοι, sunt dentes permutatim & alternis variantes ac distracti, neque inuicem è regione respondentes, sed hinc & illinc prominentes, cùm non rectè respondent, neque supernis inferni, neque incisiuis incisiui, neque canini caninis, neque molares molaribus, sed os veluti distractum ac peruersum videtur, aph. 2. sect. 1. lib. 6. Epid. De triplici autem dentium ortu agitur apud Hip. lib. περὶ σαρκῶν vulgò inscripto (pag. 251. 42.) Quidam nanque in vtero matris generantur. Alij iam in lucem editis pueris & lactentibus. Reliqui vbi iam solidioribus vtuntur alimentis velut ad septennium. Sunt & ibid. (pag. 252. 29.) ὀδόντες σωφρονιστῆρες duo, dentes sapientiæ dicti anno vigesimo octauo geniti, interdum verò citiùs, interdum etiam tardiùs, vt anno decimo octauo, vigesimo, aut vigesimo sexto. Hos Plinius genuinos vocat, & ad octogesimum annum enasci scribit. Ὀδὼν verò pro ὀδοὺς (quod Ionicum esse testatur Eustath.) vsurpatur Hip. lib. 5. Epid. (pag. 1153. D.) ὀδὼν ὁ ἐν ἀριστερᾷ κάτω, dens ex sinistra parte inferior. Et lib. 4. Epid. (p. 1138. G.) ἦν δ' οἱ καὶ ὀδὼν ὑπόρχε βεβρωμένος quibusdā etiā dens exesus fuit.

Ὀδόντα etiam vocat Hip. secundam colli vertebram totam h. e. dentem propter turbinatum illum processum canino denti omninò similem, qui secundo ceruicis spondylo proprius & ex eius media internaque sede erumpens, in primum spondylum inseritur, & cum occipitis cauitate per diarrhosin iungitur. Hanc apophysin πυρηνοειδῆ à similitudine nuclei, quidam etiam ὀδοντοειδῆ, & ὀδόντα vocant anatomici, Hip. verò (vt scribit Gal. c. 8. lib. de Ossibus ab ea parte tota secundam ceruicis vertebram ὀδόντα nominat. Quibus certe verbis locum lib. 2. Epid. (pag. 1016. G.) mihi subindicare videtur in quo de angina agitur his verbis: ἦν δὲ καὶ κατωτέρω τινὶ τοῦ ὀδόντος καλεομένου ἔσω, ὧ οὐχ ὁμοίως ὀξὺ ἐστιν. Cuidam verò affectus ipse paulò infra os, cui dentis nomen est, pertingebat, cui nec ita præceps erat. Et rursus, εἰ μὴ ἕως τοῦ ὀδόντος καλεομένου. si dentem appellatum non attingeret. Quam certe appellationis rationem apertissimis verbis exponit Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 195. 41.) ex li. 2. Epid. depromens his verbis: σφόνδυλον δ' ὅτι τὸν δεύτερον σπόνδυλον ὅλον ἀπὸ μέρους ὀδόντα κέκληκεν, ἡ μὲν ἀπὸ τῆς ἀποφύσεως ἐκείνης, ἣν οἱ μὲν ὀδοντοειδῆ προσαγορεύουσιν, οἱ δὲ ἀτεχνῶς ὀδόντα, διότι παραπλησίως πως φαίνεται τῷ καλουμένῳ κυνόδοντι. Manifestum autem existit quòd secūdam vertebram totā peculiariter dentē vocauit, vel solū illius processum illum, quem quidā dentiformem, alij planè dētem, quòd canino denti quodāmodo similis videatur, appellant. Rursus lib. 4. de loc. aff. (p. 287. 43.) anginam lib. 2. Epid. exprimens, καὶ μὲν τοι καὶ ὅτι κατὰ τοὺς πρώτους γίνεται σπονδύλους, ὧν ὁ δεύτερος ἔχει τὴν ὀδοντοειδῆ καλουμένην ἀπόφυσιν, ἀφ' ἧς ὅλος ὑπό τινων ὀδοὺς προσαγορεύεται. Quinetiam quoniam circa primas fit vertebras, quarum secunda dentiformem processum dictū habet, ex qua à nonnullis dens appellata est. Hanc quoq; ὀδόντος appellationem ex Hip. Iul. Poll. & Ruf. Ephes. agnouerunt, verùm perperam primæ ceruicis vertebræ, ab Hipp. tribui existimarunt. Ex quibus scripsit ille li. 2. τῶν δὲ σπονδύλων ὁ μὲν πρῶτος, ὁ σὺν τῷ τραχήλῳ στρεφόμενος, ἐπιστροφεὺς ὀνομάζεται. Ἱπποκράτης δὲ αὐτὸν καὶ ὀδόντα δοκεῖ καλεῖν. Ex vertebris autem prima quidē quæ cum ceruice flectitur, ἐπιστροφεὺς nominatur. Hipp. verò dentem eam vocare videtur. Rufus verò ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων lib. 1. τῶν δὲ πρῶτον τοῦ τραχήλου σπονδύλων Ἱπποκράτης ὀδόντα δοκεῖ μοι καλεῖν. Primam verò ceruicis vertebram Hipp. dentem mihi vocare videtur. Hanc autem secundam ceruicis vertebram Hippoc. lib. de art. (pag. 612. 27. H. 807. B.) μέγαν σφόνδυλον vocat, cùm scribit, καὶ μὲν γε καὶ ἀναγκάζονται κατὰ

τὸν μέγαν σπόνδυλον, λήσιον τὸν αὐχένα ἔχειν. Coguntur autem etiam ceruicem ad magnam vertebram repandam habere. Sic enim eam ibi exponit Gal. ἐξ ὧ τεκμαίρετ' αὐτὸς μέγαν σπόνδυλον ὀνομάζειν αὐτὸν τὸν δεύτερον, ὃς χωρεῖται μάλιστα ὀδόντι πρόσω, καὶ πάλιν ὀπίσω ... Ex quo conijcere quispiam possit secundam vertebram magnam ab eo vocari, quæ & in priorem partem maximè procedere potest, & in posteriorem partem inde reprimi.

Ὀδοντάγραι etiam Hipp. sunt volsellæ euellendis dentibus idoneæ libello περὶ ἰητρ. (p.21.19.) quarum vsum simplicem nulliusque negotij esse dicit.

Ὀδύναι παλαιαὶ dolores vetusti sunt apud Hipp. aph.7. sect.1. libr. 6. Epid. dolores qui iam pridem exciterunt, aut qui diu perseuerant, vt ὀδύναι νεαραὶ dolores recentes, proximè excitati, aut citò desinentes. Item ὀδύναι ψυχραὶ dolores frigidi, qui frigoris sensum inferunt, aut qui calefacientibus mitigantur. Pariter ὀδύναι θερμαὶ dolores calidi, caloris sensum facientes, vel qui à frigidis leniuntur. Vbi dolores pro affectionibus ipsis ex quibus dolores mouentur ab Hipp. sumi testatur Gal. vt & aph. 6. lib.2. ὀδύνας ἀνεκπυήτους ποιέειν, dolorem insuppurabilem facere, de frigido dicitur aph. 20. lib. 5. & lib. περὶ ὑγρῶν χρήσ. (p.427.29.) ὀδυνώδεα ἀνεκπύητα ποιέει. Ὀδύναι ἐκ τῶν σπλάγχνων, viscerum dolores in viscerum obstructionibus, cùm simi hepatis stipata viarum angustia à crassis & infixis humoribus distenduntur, lib. περὶ ὑγιειν. διαίτης (pag.37.11. H.339.52.) ὀδυνώδες, ναρκῶδες exponit Erot. apud Hip. minuit, & αὐτὸ τὸ ναρκῶδες politum scribit, ἐπειδὴ ὁ ναρκῶν ... quòd stupor sit sensus compressio. Quibus verbis locum lib. περὶ ὑγρῶν χρήσ. (pag.427.11.) mihi subindicare videtur, vt antea scripsimus, etsi ὀδυνώδες legit Erot. cùm illic ὀδυνώδη habeant omnia exemplaria. De doloris verò differentiis ex Hipp. & Gal. amplissimè & doctissimè Gorrh.

¶ Οἱ enclitica dictio frequentissima est apud Hipp. pro αὐτῷ aut ἑαυτῷ, sibi aut ipsi, idq; Ionicè, vt creberrimè apud Hom. Lib. 4. Epid. (p.1120.E.) ἦσαν δέ οἱ τὰ ὦτα οἱ ἀμφότερα. ipsi ad vtranque aurem tubercula sublata sunt. Rursus ibi (p.1121.G.) ἐξ ἐπισχέσιος οἱ καταμηνίων, ipsi ex suppressione. Et rursus (p.1139.A.) ὕπνοι ὅσοι οἱ somni ipsi aderant. Et li.5. Epid. (p.1142.D.) ἐχώρησεν αἷμα οἱ συχνόν. multus ei sanguis profluxit. Et rursus (p.1145.D.) ἐπεὶ τὰ ἐπιμήνια ἐχώρησέ οἱ ... cùm méstrua ipsi expeditè prodibât. Et 6. epid. aph.5. sect.3. σπλὴν οἱ φύσει μέγας. lien ei natura magnus erat, de muliere. Et rursus aph.12. sect.5. ὡς δοκέειν τί οἱ ἐξιέναι. vt ipsi aliquid efflcere videatur. Lib. de fract. (p.607.46. H.802. 52.) κέρτα γάρ οἱ ἡ ῥὶς ... quod certe in versione ipsa elegãtissimè vacat, aut per sibi, Latinè aptissimè exprimitur. Nam & sibi maximè nasus fractus restituitur, conformatur.

Οἰάδες τῆς βρυωνίας καλουμένης exponit Erot. apud Hip. hoc est bryoniæ dictæ. ἔστι δὲ ἀγρίας ἀμπέλου εἶδος, est autem vitis agrestis genus. Verùm οἰνάδες quædam exemplaria legunt apud Erot.

Οἴδημα in genere Hipp. & antiquis medicis omnem præter naturam tumorem complectitur, siue cum dolore, siue sine dolore coniunctus sit, cùm recentioribus medicis tumorem mollẽ & indolentem peculiariter significet, vt multis locis scribit Galenus Com. ad aph.34. lib.4. ... Veteres promiscuè tumorẽ omnem οἴδημα & ὄγκον appellant. Neque verò latet ... esse tumorum differentiam. Aut enim cum dolore existit, quos recentiores φλεγμονὰς appellant, hoc est, inflammationes, aut absque dolore & duri, quos scirrhos vocant, vel sine dolore & molles, quos propriè οἰδήματα appellant. Propterea ... idem addit Gal. ab antiqua veterum appellatione in tantũ recesserunt quatenus omnes præter naturam augmentationes sub œdematis vocabulo non complectuntur. Atq; idem rursus Com. ad aph.65 li.5. ... Tum ... οἰδήματα vocat Hippocr. ... nentur: quanquam & hoc ipsum phlegmone ... omnes de phlogosi potius diceret ... ret. Et Com. ad aph.66. li.5. ... de omnibus præter naturam tumoribus œdema ab eo dici. Rursus idem Com.1. in li.6. Epid. (p.443.11. H.1164.D.) ταῖν δὲ Ἱπποκράτης ἀεί, ... οἰδήματα ὀνομάζειν, ἐάν τι ἀνώδυνοι ... ὡς ἀνοιδήματα ... ὀνομάζειν, ἐάν τι ἀνώδυνοι ᾖ καὶ χαῦνοι, καλεῖ δὲ μόνως τινὰς οἰδήματα. Videtur enim Hip. semper (vt sæpius est demonstratum) omnes præter naturam tumores œdemata appellare, siue dolore careant & duri sint, quos propriè scirrhos nominant, siue dolorem inferant, quos phlegmonas vocant, siue absq; dolore molles & laxi sint, quos solos œdemata appellant. Et rursus com. eodem (p.452.40. H.1165.C.) ... Vsus est autem hoc loco œdematis appellatione, in communi tumorum præter naturam significatione, vt antea dictum est. Et com.3. in lib.6. Epid. (p.478.35.) ... Sæpius autem iam dixi œdema ipsum vocare omnem tumorem præter naturam, siue phlegmones siue erysipelatis siue scirrhi naturam referat, recentioribus solum tumorem laxum œdema vocantibus. Rursusq; idem com.1. in lib. κατ' ἰητρ. (p.699.1. H.748.B.) οἰδήματα ὀνομάζειν ... Oedemata Hippocrates omnes præter naturam tumores vocare consueuit, cum cęteri posteriores in inflammationes & durities, & ea quæ peculiari nomine ab eo vocata sunt œdemata, eos distinguãt. Phlegmonas verò Hipp. φλογώσιας, h.e. incensiones nominat, vnde etiam nomẽ calidis tumoribus est impositum. Præter hos aliud quoq; est erysipelas dictum, quod incensum quidem semper, cum tumore autem non semper est. Et com.1. in Progn. (p.131. 39. H.38.38.) οἴδημα μὲν οὖν εἰώθασι καλεῖν ... Oedema igitur omnem præter naturam tumorẽ vocare solet, recentioribus medicis vnum tantummodo sic vocantibus, qui premendo dolore vacat & mollis est. Quam verò rursum recentiores propriè phlegmonem nominant, hanc Hippocrates composita dictione durum & dolentẽ tumorem vocat. Phlegmones enim nomine φλόγωσιν h.e. incẽsionem comprehendit.

Οἰδήματα etiam dicuntur Hipp. tumores indolentes & digitis cedentes, neque simpliciter οἰδήματα, vt recentioribus, verum cum addito, τὰ οἰδήματα μαλθακὰ καὶ ἀνώδυνα, καὶ τῷ δακτύλῳ ὑπείκοντα. tumores molles, indolentes & digitis cedentes. in Progn. (p.132.28. H.38.51.) & Coac. (p.164.C.) vbi μαλθακὰ καὶ ἀνώδυνα simpliciter vocantur. Quam appellationis rationem etiam in Hip. & antiquis agnoscit Gal. com.1. in Progn. (pag. 132.31. H.38.51.) ... Hęc sũt quæ propriè recentiores medici œdemata vocant, quę satis est antiquis interdum appellare οἰδήματα μαλθακά, h.e. tumores molles, nonnunquam etiam ἀνώδυνα addunt, quod est indolẽtes. Quoties verò istud prætermittunt, tanquã cũ molli intelligatur, omittũt. Molles enim tumores dolore vacant. Nũc verò Hip. non id solum adiecit, verùm τὰ ὑπείκοντα quod est digitis cedentia, quod quidem in dictione μαλθακὰ contineri videtur. Οἰδήματα etiam εἰς τὰ ἐμπυήματα dicũtur & pro suppurationibus, aut tumoribus qui in suppuratioñe abeunt, & eruptioni sunt proximi accipiuntur, vomicas vocant. In Coac. (p.183.A.) τὰ μὲν οὖν χρονίζοντα τῶν οἰδημάτων, tumores ergo qui diutiùs perseuerant, pro quo legitur in Progn. (p.149.4. H.42.15.) ... τῶν ἐμπυημάτων. Quam etiam lectionem illic secutus est Cornar. Sic aph.15. lib.6. Epid. sect.1. ... οἰδήματα dicuntur tumores in humeris suppurationes facientes lib. de vlcer. (pag.873.F.) ἢν δὲ οἴδημα γένηται περὶ τὸ ἕλκος, ἀφλεγμάντου ἐόντος τοῦ ἕλκεος, χρόνῳ ὕστερον, πύον ... Quoties circa vlcus tumor accesserit, absque vlceris inflammatione, in eo temporis progressu pus subsidet.

Οἶδος, οἴδημα exponit apud Hip. Erot. h.e tumorem. Quam dictionem crebrò vsurpat Hipp. vt lib de fract. (p.560.55. H.767.D.) ... Necesse enim est vt ei qui ita deligatur, tumor in ipso vlcere attollatur. Rursusq; ib. (p.561.31. H.ib.E.) ... Coguntur autem ob tumorem cataplasmata

imponere. Vbi scribit Gal. οἶδος δὲ δηλονότι τὸ οἴδημα λέγων, ὡς τῷ τὸ λόγῳ ...; ἐκ ...λιζομένον τὸ αἷμα, ... φύσιν ὄγκον ἐργάζεται. ... οἶδος τε καὶ οἴδημα ... ὀνομάζειν αὐτό. οἶδος οἴδημα nempe, hoc est tumorem dicens, hoc sensu. Ob prauam deligationem ex vtraque vlceris parte factam, expressus sanguis, tumorem præter naturam efficit, quem οἶδος & οἴδημα ex consuetudine appellat. Rursus lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 646. 16.) ὅταν οὕτως ἔχῃ, τῇ χειρὶ ἀπώσασθαι ἀπὸ τοῦ ἥπατος παρηγορικῶς τὸ οἶδος. Cùm sic habuerit, tumorem ab hepate manu leniter detrudito.

Οἴησις opinio aut opinatio dicitur Hipp. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 23. 20.) & speciosam artis orationem absque experientia significare videtur. οἴησις γὰρ, μάλιστα ἐν ἰητρικῇ, αἰτίην μὲν τοῖσι κεχρημένοισιν, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεωμένοισιν ἐπιφέρει. Opinio enim maximè in Medicina eam adhibentibus in crimen vertitur, his verò qui ea vtuntur perniciem adfert. Sic τὸ οἴεσθαι, quod est opinari, & τὸ ποιῆσαι, inter se opponere videtur, cùm scribit. τὸ γὰρ ῥηθῆναι τεχνικῶς, μὴ ποιῆσαι δὲ, μαθόντα ἀτέχνως ἐλεγκτικὸν ἐξευρῆσθαι. τὸ γὰρ οἴεσθαι μὲν, μὴ ποιεῖν δὲ, ἀμαθίης καὶ ἀτεχνίης σημεῖον ἐστι. Quod enim ex arte dictum est, non autem factum methodum inartificialem arguit. Nam opinari quidem, non item facere, ignorantiæ & imperitiæ indicium. Dicitur ergo οἴησις Hipp. eorum opinio, qui ἰσῶντες ἐν λόγοισι πίστιν, οἴονται εἰδέναι ἔργον τι ἐκ μαθήσιος, qui sermonum vniuersalium scientia & artis præceptionibus inflati aut confisi, sibi persuadent se singulare quoque artis opus per experientiam nouisse.

Οἰκείης Erot. apud Hipp. ex lib. περὶ φύσ. παιδίου, δούλης exponit, additque, οἱ δὲ βίας, quod significat quosdam βίας exponere. Verùm suspecta mihi est Erot. lectio, & pro δούλης δούλης legendam esse apparet, vt pro οἱ δὲ βίας, οἱ δὲ ἰδίας. Locus autem Hipp. legitur (pag. 236. 28.) γυναικὸς οἰκείης μουσοεργὸς ἦν πολύτιμος. Mulier nobis familiaris perelegantem habebat fidicinam, aut vt alij, Vxori meæ perelegans erat fidicina. Galenus autem libr. 1. περὶ σπέρματος, & libr. περὶ κυουμένων διαπλάσιος οἰκέτις pro οἰκείης legit, verùm οἰκείης potiùs lego.

Οἰκονομίη περὶ τὸ νοσέοντα, ægrorum procuratio, est accommodatus eorum quæ ab arte medico suggeruntur vsus & administratio, velut dispensatio quædam, & rectè gubernandorum ægrorum facultas, quam rectè explicat Hipp. aphorism. 33. libr. 6. Epid. sect. 2. in eaque administranda medici diligentiam requirit.

Οἶμος, via, vt lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag. 23. 28.) τοῖσι ἐς τὴν παραπλησίην οἶμον ἐμπίπτουσι, in consimilem viam ingressis, aut incedentibus.

Οἰναρέη σποδίη cinis sarmentitius, aut sarmentorum vitis apud Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 668. 54.) ἐπὶ σποδίην οἰναρέην, in cinere sarmentorum vitis. οἴναρα enim vt & οἰναρίδες pampini vitium vt & sarmenta dicuntur, οἰναρίδων, ἀμπέλου κλημάτων, sarmentorum vitis, exponit Gal. in Exeg. nimirum loco libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 673. 47.) subindicato, vbi ἐπὶ οἰναρίδων legitur, super sarmenta vitium. οἰναρίδες exponuntur Erot. κλήματα τῶν ἀμπέλων, idque Atticè, οἴναρα verò τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα, vitis folia.

Οἰνιάδαι exponit Erot. πόλις Αἰτωλίας, κειμένη περὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ πηγαῖς, Ætoliæ ciuitas ad Acheloi fluminis ostia sita. Verùm Οἰνειάδαι aut οἰνιάδαι apud Erot. legendum existimo, quemadmodum Stephano οἱ Οἰνιάδαι πόλις Ἀκαρνανίας πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ dicitur. Apud Hipp. verò οἰνιάδαι dicuntur libr. 5. Epid. (pag. 1142. F.) Σκόμφος ἐν Οἰνιάδῃσι. Scomphus in Oeniadis. Et rursus (ibi.) Φοίνιξ ἐν Οἰνιάδῃσι. Et (ibi. H.) Πυθόδημος ἐν οἰνιάδῃσιν. Et (ibid.) ἐν Οἰνιάδῃσιν ἀνὴρ νούσῳ εἴχετο. In Oeniadis quidam morbo tenebatur. Et (1143. F.) Εὐπόλεμος ἐν Οἰνιάδῃσιν. Et (1144. A.) Λύκων ἐν Οἰνιάδῃσι.

Οἰνοῦσθαι, πίνειν quod est bibere exponit Erot. apud Hip. sed de vini potu dicitur, vt οἰνοῦσθαι vino impleri significat.

Οἰνηρὴ ἴησις vinosa curatio, quæ fit cum fasciæ vino imbuuntur, & fracturæ vino perfunduntur ac fouentur, vt lib. de fract. (p. 571. 22. H. 774. G.) ἰητρεύειν δὲ τὰ τοιαῦτα σπλῆνεσι καὶ τῇ οἰνηρῇ ἰητρείῃ, ὥσπερ καὶ πρόσθεν γέγραπται τῶν ἀποσπωμένων ὀστέων. eosque plagulis & vinosa curatione, sicut antea de recessuris ossibus scriptum est, curare oportet.

Οἰνόγαλα potionis genus quod ex vino & lacte mixtis parabatur. Cuius meminit Hippoc. lib. 7. Epid. (pag. 1230. B.) & choleram morbum gignere scribit. Quidam vinum egelidum & tepidum veluti lac, ac lactei teporis, per οἰνόγαλα accipiunt, quòd γαλακτῶδες id significet apud Medicos. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 629. 51.) colocynthides syluestres duas ἐν οἰνογάλακτι maceratas ad vteri collutiones adhibet. Et illic ἐν οἴνῳ γάλακτι legit Cornar. Et ibid (pag. 628. 46.) easdem colocynthides ἐν οἴνῳ ἢ ἐν γάλακτι macerat.

Οἶνος vinum, est vuæ succus iam feruendo coctus, calefaciens & siccans Hipp. libr. 2. περὶ διαίτης (pag. 358. 40.) Cuius etiam variæ & qualitates & differentiæ ibidem annumerantur, vt & lib. περὶ παθῶν (pag. 528. 8. & ibid. 41.) & lib. de rat. vict. in morb. ac (pag. 71. 39. H. 392. 41.)

Οἶνος ἀνδρεῖος exponitur Erot. apud Hipp. εὔτονος, καὶ ὁ ἀπὸ Ἄνδρου τῆς νήσου vinum generosum aut ex Andro insula. Vide ἀνδρεῖος οἶνος antea.

Οἶνος αἰθοπίας quid sit Hipp. diximus antea. Vide Αἰθίοψ οἶνος.

Οἶνος ὁ ἀπὸ δᾳδὸς, vinum tædaceum quodnam sit apud Hipp. Vide δαΐς.

Οἶνος ἀποζεσμένος vinum feruefactum ad malignorum humorum contemperationem adhibetur Hipp. aph. 7. sect. 6 libr. 6. Epid. Vinum abunde calidum exponit Gal. aut ita coctum vt σίραιον dictum æquare videatur, quod humorum acrimoniam temperant.

Οἶνος γαλακτώδης quidnam sit apud Hipp. lib. 6. Epid. Vide γάλα antea.

Οἶνος ὁ δεύτερος, vinum secundarium, libr. 2. de Morb. (p. 486. 49.) ὅτι δὲ ὡς οἶνον τὸν δεύτερον, interdum velut vinum secundarium.

Οἶνος διακεχυμένος, καὶ ἀποψυχόμενος, καὶ διηθημένος, vinum diffusum, perfrigeratum & excolatum dicitur apud Hipp. (lib. περὶ παθῶν (pag. 528. 41.) quò tenuius & debilius reddatur. Vina verò excolata saccata dicuntur & saccis percolata. Vnde Plinius lib. 19. cap. 4. vina inueterari saccisque castrari quiritatur. Idem cap. 22. lib. 14. vt plus vini capiatur, saccis vires frangi scribit. Et lib. 20. cap. 17. anisum saccis quoque additum cum amaris nucibus vina commendare vult. Sic enim apud eum legunt quidam. Vina autem crassiora, qualia erant Massica aut Marsica, sacco lineo percolare maiores consueuisse, præter Lucretium, Horatium, Martialem, ex instituto docet Plutarch. lib. 6. Sympos. qu. 7. vbi vino excolato, veluti quadam purgatione, fœce detracta, vngues despoliari, vinumque per colum diffusum effœminari elegantissimè scribit. Scribonius Largus cap. 122. falerni non saccati mentionem faciens, valentius intelligit, & cuius vires sacco non erant fractæ aut castigatæ. ἠθικοὶ οἶνοι dicuntur & λιπῶντες Theophr. libr. 6. de caus. plant. cap. 24. vina moralia vertit Gaza, velut acie vini ac robore tanquam ferocitate exuta & moribus temperata. Vinum enim saccis sparteis percolatum, viribus fractum est & castigatum. Vinum autem diffusum transuasatum dicitur, quòd in amphoras & cados apothecarum ad asseruandum fusum esset. Cui non absimile est vinum apud nostrates transuasatum vernaculè dictum, quod ex vasis ipsis in cados per tubos scorteos deposita fœce transfunditur vere primo aut bruma ipsa serenissima. Quod ob vetustatem fieri, quæ diffuso quæritur, & vino maturitatem & suauitatem adfert, idque in solo Mediomatricorum nostrorum tractu, multis est iam sæculis obseruatum. Diffusi verò vini ita meminit Hor.

Vina bibes iterum Tauro diffusa. Et Iuuen.

Ipse capillato diffusum consule potat.

Et Ouid. 5. Fast.

Quaeque puer quondam primis diffuderat annis,
Promit fumoso condita vina cado.

Et Martialis lib. 2.

Cæcuba saccentur, quaeque annus coxit Opimi,
Condantur parco fusca falerna vitro.

M. quoque Tullius lib. 2. de finibus, vinum diffusum è pleno Oenophoro ex Lucilio scribit in deliciis esse. Etsi illîc defusum, h. e. deorsum in pateram & poculum fusum, legit Turnebus. Vino diffuso doliare vinum opponitur, quod quia nouum est & durum, ἀγριώτερον, agrestius dicitur Plutarcho quæst. 1. lib. 4. sympos. & τῷ αἰθερίῳ καὶ εὐώδει, vino veteri & miti fragrantissimo ex aduerso respondet.

Οἶνος ἴσος ἴσῳ πινόμενος, vinum pari aquæ portione temperatum epotum veteribus vsitata phrasi dixit Hip. aph. 56. lib. 7. qua moderatam temperaturam indicat. Sic enim eam mixturæ rationem ibi his verbis explicat Gal. τὴν συμμετρίαν τῆς κράσεως αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπὼν, οἶνος ἴσος ἴσῳ πινόμενος. ὕδατι γὰρ δηλονότι κεράννυσθαι βούλεται τὸν οἶνον ἴσον χάριν τοῦ, τὸ μὲν διώσασθαι καὶ κενῶσαι τῶν λυπούντων, ὅσον αὐ ὑπείκῃ τῇ ῥύμῃ τῆς τοῦ οἴνου φορᾶς, τὸ δὲ ὑπόλοιπον ἐπικεράσαι. Temperationis autē modū indicauit his verbis, vinū pari aquæ portione mixtum epotum. Æqua enim aquæ portione vinum temperari vult, vt hoc quidem tātùm molestæ materiæ propellat & vacuet, quantum violēto vini impetui est cessurū, reliquum verò humorum acrimoniam contemperet. Sic lib. 2. Epid. (pag. 1040. D.) οἶνον πίνειν ἴσον ἴσῳ dicit, vinum æquali aquæ mixtura propinandum. Et rursus ibidem (pag. 1053. F.) οἶνος ἴσος ἴσῳ. ad humorum contempe-

temperationem. Huiusmodi verò vinum ἰσόμοιρον οἶνος eidem vocatur li. 2. de Morb. (p. 474. 4.) quod in febre exhibetur. Eam autem miscendi rationem per ἴσον ἴσῳ expresserunt antiqui, vt videre licet apud Athen. li. 10. Quem mixturæ modum multi de meraciore potu sumendum contendunt etiam apud Hipp. aph. 56. lib. 7. Quo sensu prouerbialem illam iactatam cautionem Græcam sumunt, quæ monet bibenda quinque vel tria, sed minimè quatuor. Quòd enim quatuor bibere vetat, ea temperatio est duorum aquæ cyathorum, ad duos vini, quæ potio antiquis meracior videbatur. Alij eam temperationem de vna vini parte ad quatuor aquæ sumunt, quam caueri volunt, quòd ea mixtio vino & voluptatem adimat & salubritatem. Qua de re multa Athen. li. 10. & Plutarch. sympos. li. 3. quæst. 9.

Οἶνος κέδρινος, vinum cedrinum apud Hipp. li. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 582. 32.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 670. 35.)

Οἶνος μαλθακὸς aut μαλακὸς, vinum molle, vide μαλθακὸς ἰλλέβορος & μαλθακὸς οἶνος.

Οἶνος μελίχροος aut μελιηδὴς, vide μελίχροος οἶνος.

Οἶνος μενδαῖος μελίχρως, vinum Mendæum mellitum, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 540. 37.) Et rursus ib. (p. 541. 26.) οἶνος μενδαῖος λευκὸς, vinum Mendæum album, & (p. 542. 11. & p. 545. 32.)

Οἶνος οἰνώδης, vinum vinosum, generosum, valens & potens, quo sæpè vtitur Hipp. vt libr. de loc. in homine (p. 418. 40.) ἀλλ' οἴνῳ οἰνώδει τρεφέσθω, sed vino vinoso nutrito. Rursus lib. 2. de Morb. (p. 470. 40.) καὶ ἐπιπινέτω οἶνον οἰνώδεα ἀκρητέστερον, & vinum vinosum meracius superbibat. Et (p. 484. 2.) ἐπιπίνειν οἶνον λευκὸν οἰνώδεα, in febre singultuosa. Et (p. ib 20. 21.) & (p. 486. 26.) Et lib. περὶ παθῶν (p. 527. 17.) ἐπιπίνειν δὲ οἶνον οἰνώδεα. Sic li. 2. περὶ γυναικ. (p. 644. 32.) ἐπιπίνειν δὲ οἶνον μέλανα παλαιὸν οἰνώδεα, vinum autem superbibat nigrum vetus vinosum. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 62. 42. H. 389. 52.) γλυκεῖ τε καὶ οἰνώδεα οἶνον coniungit, & (pag. 71. 1. H. 392. 19.) vt & rursus (v. 39 H. lib. 22.) γλυκὺς ἧσσον ἐστὶ καρηβαρικώτερος τοῦ οἰνώδεος, vinum dulce vinoso minus caput grauat & tentat. Rursusque ibidem (p. 108. 31. H. 403. 7.) in Tetano πίνειν οἶνον κρητικὸν οἰνώδεα suadet. Quibus in locis Erot. οἶνον οἰνώδη, οὐχ ὥς τινες, τὸν ἁπαλὸν καὶ μόνην ἔμφασιν οἴνου ἐμπεριέχοντα, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν αὐστηρὸν καὶ εὔτονον, exponit, hoc est, non vt quidam, molle & solam vini speciem præ se ferens, sed potiùs austerum & valens. Vbi tamen non parum suspecta mihi Erot. lectio videtur. Nam ἰσχυρὸν non αὐστηρὸν legendum existimo, vt sit οἶνος οἰνώδης, ἰσχυρὸς & εὔτονος, vinum generosum, robustum & valens, cui ἁπαλὸς, ἀσθενὴς & ὑδατώδης opponitur. Sic enim Gal. locum illum Hipp. lib. de rat. vict. in morb. quem Erot. in medium adduxit, exponens scribit, ὀνομάζεται δὲ ὁ μὲν ἰσχυρὸς οἰνώδης, ὁ δ' ἀσθενὴς ὑδατώδης. ᾧ γὰρ ὕδατος οἶνος πλεονεκτεῖ μᾶλλον, τοῦτον ὅταν ἔν τινι διαπρέποντα σφοδρότατον ὑπάρχοντα, εἰκότως οἰνώδη προσαγορεύομεν. ἔμπαλιν γε καὶ τοὐναντίον ὑδατώδη, τῷ ὕδατι μάλιστα κατὰ πάντα ἐοικότα, καὶ τῇ λεπτότητι, καὶ τῇ χροιᾷ, καὶ τῷ ἀόσμῳ, καὶ τῷ μὴ διαφαίνειν θερμαίνειν. Appellatur autem robustum vinosum, imbecillum verò aquosum. Nempe vinum vbi aquam longè superat, idque si in aliquo vehementissimum esse videbimus, iure vinosum appellabimus, sicuti & contrarium aquosum, aquæ per omnia simile, tenuitate & colore, & odoris carentia, & non manifesta calefactione. Etsi verò γλυκεῖ οἶνον καὶ οἰνώδη ἀντιδιαστελλόμενος (vt loquitur Erot.) inter se opponere videtur Hipp. αὐστηρὸς tamen οἶνος τῷ γλυκεῖ secundum gustum opponitur, estque in eo genere vini differentia. Apparet autem ex Erot. mente quosdam apud Hipp. οἰνώδη οἶνον, ἁπαλὸν & debile velut aquosum sæpè sumpsisse, quòd is ὑδαρέα aliquando addat, vt lib. 2. de Morb. (pag. 473. 27.) καὶ ἐπιπίνειν οἶνον λευκὸν οἰνώδεα, ὑδαρέα. vinum album vinosum, aquosum insuper bibat. Et rursus (pag. 474. 46.) καὶ πινέτω οἶνον λευκὸν, οἰνώδεα, ὑδαρέα ὀλίγον. & bibat vinum album vinosum aquosum paucum. Et (p. 475. 21.) καὶ ὑποπινέτω οἶνον λευκὸν ὑδαρέα Et (pag. 484. 2.) καὶ οἶνον ἐπιπίνειν λευκὸν οἰνώδεα. Et (483. 46.) καὶ ἐπιπίνειν οἶνον οἰνώδεα, λευκὸν, ὑδαρέα. Lib. etiam περὶ παθῶν (pag. 526. 31.) πίνειν οἶνον οἰνώδεα, παλαιὸν, λευκὸν, ὡς ὑδαρέα. Quibus in locis odoratum quidam vertunt, vt εὐώδεα legisse videantur. Est & οἶνος οἰνώδης πράμνιος apud Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 610. 6.) καὶ ἐπιπίνειν οἶνον οἰνώδεα πράμνιον. superepoto vino vinoso pramnio.

Οἶνος σιραιὸς, sapa dicitur. Erot. apud Hipp. οἴνῳ σιραίῳ, τῷ ἑψήματι λεγομένῳ exponit, sapa dictio. Quod certè legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 616. 34.) de vteri vlceribus, κλύζειν δὲ χρὴ αὐτίκα οἴνῳ σιραίῳ, statim autem sapa colluere oportet. Et rursus libro 2. (pag. 665. 44.) ἐν οἴνῳ τι φυρῶν σιραίῳ, & sapa subigere.

Οἶνος συκίτης, vinum sycites ex ficubus, quod fit caricis maceratis vt docet Dioscor. li. 5. cap. 41. Eius meminit Plinius li. 14. cap. 16. & Galen. li. 6. κατὰ τόπ. ex Archig. in tonsillarum aut columellæ inflammatione sycites vinum calidum adhibente (p. 249. 55. & 57.)

Οἶνοι σταφίδες λευκοὶ, vina alba ex vuis passis, li. 3. de Morb. (pag. 497. 7.)

Οἶνος τεθαλασσωμένος, vinum cui marina aqua admixta est dicitur, & θαλασσίτης οἶνος, aut θαλάσσιος. Cui opponitur οἶνος ἀθάλασσος, vinum cui marina aqua non est ammixta, quod & ἀθαλάσσευτος οἶνος dicitur Gal. lib. 12. Meth. med. velut Chium maris expers dicit Hor. Satyr. 8. li. 2. Serm. Marinæ autem aquæ miscendæ rationem docet Dioscorid. lib. 5. & Columella lib. 12. cap. 25. Huiusmodi vinum marina ammixtum Plin. falsum vocat cap 8. lib. 14 eiusque genera septem facit. Cornelius quoque Celsus Græcum falsum vocat cap. 24. lib. 3. quod marina aqua est permixtum, vt integrum quod ἀθάλασσον dicitur. Cap. etiam 6. lib. 1. falsum simpliciter vocat. Græcorum autem id inuentum erat, qui ignobilia quidem vina & minimè generosa aqua marina condiebant, vt scribit Gal. lib. 12. Meth. med. Quam mixtionis rationem etiam explicat Plutarch. quæst. nat. quæst. 10. οἴνου autem ἀθαλάσσου meminit Gal. ex Archigene lib. 4. κατὰ τόπ. (p. 219. 54. & p. 221. 3. & 9 & Athen. lib. 1. vt τεθαλασσωμένου meminit Gal. com. 4. in li. de rat. vict. in morb. ac. (p. 87. 56.)

Οἶνος τόρνιος, vinum Tornium lib. 2. de Morb. (p. 476. 23.)

Οἰνοφλυγίη, vinolentia, ebrietas, vini nimius potus. Qua dictione vtitur Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 548. 16.) γίνεται δὲ ἀπὸ κρεοφαγίης βοείων κρεῶν, καὶ τῆς οἰνοφλυγίης. Oritur autē ex esu bubularum carnium & temulentia. Rursus ib. (p. 550. 34.) ἀπέχεσθαι δὲ λαγνείης καὶ οἰνοφλυγίης. Abstinendum à Venere & ebrietate. οἰνοφλυγίαι μέθαι exponuntur Hesychio, vt & οἰνόφλυξ μέθυσος, vinosus, ebrius, temulentus, qui vinum eructat aut ebullit. Prorr. 2. (p. 83. G.) εἰ γὰρ ὅποιοι εἶεν ἄνθρωποι οἰνόφλυγες εἶεν. Si enim huiusmodi ebriosi aut temulenti fuerint.

Οἰνωπὸν χρῶμα, vinosus color, qualis vuarum maturescentium cùm ex rubro nigricant & splendent, aut in purpuram & nigrum transitus fit. Ad nigrum enim quædam est via in fructibus maturescentibus, qui tunc succos vinosos habent, vt scribit Arist. libello περὶ χρωμάτων cap. 5. Idem quoque eiusdem lib. cap. 4. οἰνωπὸν χρῶμα ex nigri synceri & impermixti temperatione cum splendentibus aëris fulgoribus fieri scribit, & in racemorum vuis maturescentibus spectari. Gaza apud Theophr. li. 3. hist. plant. cap. 16. & 17. fuluum vertit, & lib. 9. cap. 13. cœruleum & cum rubro coniungit. οἴνοπα βοῦν exponuntur apud Hom. Od. ν. πυῤῥοὶ, ὅτι τὸ οἶνος ἐρυθρὸς, vt scribit Eustath. Dicuntur etiam οἴνοπα μέλανες, ὅτι τὸ μέλας οἶνος, eaque ratione sæpè οἴνοπα πόντον vocat Hom. οἴνοπα μέλανα, οἰνώδη τῇ χροιᾷ exponit Hesych. Hipp. li. 7. Epid. (p. 1208 D.) οἰνωπὰ χρώματα in dysenteria ponit, aluique recrementa impensè rubra & quodammodo ex rubro nigricantia sumit, cumque subrubris coniungit. At lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 563, 29.) & libro 2. περὶ γυναικ. (p. 638. 38.) οἰνωπαὶ γυναῖκες aut οἰνωποὶ dicuntur, quas inter albidas & nigras medias facit, subfuscas vertit Caluus.

Οἶος στόμα, γολας προσδέχεται, ouis gulam apud Hipp. exponit Erot. additque, οἷς γάρ τι προσάγειν, & κοινῶς δὲ τῷ ἀνθρώπῳ, quod est, ouem προσάγειν dici, & στόμα communiter homini attribui. At pro στόμα, στόμαχον quædam habent exemplaria.

Οἰσοφάγος exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. ὁ τῆς γαστρὸς στόμαχος, ὅτι εἰσοφάγος τις ὤν. ventriculi osculum, quasi intro deuorans, vel ὅτι οἰσοφάγος τις ὤν, quasi solus comedens dictus, vt quidam legunt. Est enim vitiata publicatorum codicum lectio. Via autem est cibi per quam in ventriculum cibus & potus feruntur, inde assumpto nomine quòd ea ferat. Videtur verò mihi Gal. lib. Hipp. περὶ ἀνατομῆς significare, in quo scribitur [p. 916. B.] οἰσοφάγος δὲ ἀπὸ γλώσσης τὴν ἀρχὴν ποιούμενος, ἐς κοιλίην τελευτᾷ, ἣν δὴ καὶ ἐπὶ σπλαγχνικῆς κοιλίης, στόμαχον καλέουσι. Gula autem à lingua initium sumens, in ventriculum definit, quam in concoquente ventriculo στόμαχον, hoc est, osculum nominant. Aut vt legit Cornar. ἣν δὲ καὶ ἐπιτάμενοι κοιλίης στόμαχον καλέουσι. quam sanè significanter ventriculi στόμαχον, hoc est, osculum vocant. Οἰσοφάγου etiam meminit Hipp. lib. de loc. in homine [pag. 409. 34.] ἡ δὲ κοίλη φλὲψ τελευτᾷ μετὰ τὸν οἰσοφάγον, τέτυκε δὲ μεταξὺ τοῦ τε βρόγχου καὶ τοῦ οἰσοφάγου. Caua autem vena finitur velut gula, consistit autem inter guttur & gulam. οἰσοφάγον autem stomachum etiam Latinis dici testatur Corn. Celsus cap. 1. & 5. lib. 4. & M. Tullius lib. 2. de nat. deorum scribens: Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus, quò primùm illabuntur ea quæ accepta sunt ore. Is vtraque ex parte tonsillas attingens, palato ex-

tremo atque intimo terminatur. Atque is agitatione & motibus linguæ cùm depulsum & quasi detrusum cibum accipit, depellit. Et paulò pòst: Paulò suprà quàm ad linguam stomachus annectitur. Vbi stomachus pro gula & œsophago accipitur.

Οἰσύπη aut οἴσυπος propriè est sordes ouium, seu fimus ouillus apud Hipp. Erot. enim οἰσύπην αἰγὸς sic apud eum exponit. οἰσύπη κυρίως λέγεται τὸ διαχώρημα τοῦ προβάτου. ὁ γὰρ ὄϊς τὸ πρόβατον. οἰσύπη propriè dicitur ouillum excrementum. Ouis enim πρόβατον dicitur. Additque Hipp. καταχρηστικῶς οἰσύπην vocare, τὸ τῆς αἰγὸς διαχώρημα, caprillum excrementum. Inde quoque οἰσυπηρὰ ἔρια dici, τὰ μετέχοντα τῆς οἰσύπης, ἢ τοῦ οἰσύπου. Vtroque enim modo dicitur. Quibus certè verbis locum lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 668. 43.) explicare mihi videtur, vbi in locellorum suffitu τὴν λεγομένην οἰσύπην αἰγὸς ξηρὰν, hoc est, sordes seu fimus ouillus siccus, præcipuè lanæ circa nates adhærescens, adhibetur, seu sordes quæ lanæ ex fimo ouillo adhæret. Sic Gal. in Exegesi οἰσύπη αἰγὸς (eodem nimirum subindicato loco) exponitur, ὁ περὶ ταῖς θριξὶ τῆς αἰγὸς ἐγγινόμενος ἐν τῇ ἕδρᾳ ῥύπος, καὶ μάλιστα ταῖς κατὰ τὴν ἕδραν συνιστάμενος ῥύπος, sordes circa capræ pilos ad nates consistens. Etsi apud Gal. οἴσπη pro οἰσύπη quibusdam in exemplaribus legitur. Quemadmodum Hesych. οἴσπαι, προβάτων κόπρος, ῥύπος, & Sudæ apud Herodotum, οἴσπη, ῥυπαρὰ προβάτων ἔρια exponuntur. Annotatur ex Corintho apud Ionas οἰσύπη significare τὸ τῶν ῥυπαρῶν προβάτων ἔριον, ἢ τὸ διαχώρημα τοῦ προβάτου, lanam sordidam aut succidam, vel stercus ouillum. Verùm σισύπη vitiosè pro οἰσύπη legitur. Et in Lexico Herodot. οἰσύπη ῥυπαρὰ προβάτων ἔρια dicuntur, sordes ouium lanis adhærescens. Qua significatione scribitur apud Herodot. lib. 5. vbi de Libyæ populis agitur. τῶν παιδίων τῶν σφετέρων οἰσύπῃ προβάτων καίουσι τὰς ἐν τῇσι κορυφῇσι φλέβας. At οἴσυπος Hesychio exponitur ὁ τῆς αἰγὸς ῥύπος, caprarum sordes, quam etiam significationem testatur Erot. frequentius autem οἰσύπη dicitur ouium sordes earum lanis adhærescens, aut etiam pinguedo quæ ex iis sordibus exprimitur. Vt Dioscor. cap. 84. lib. 2. οἴσυπος dicitur τὸ ἐκ τῶν οἰσυπηρῶν ἐρίων λίπος, succidarum lanarum pinguitudo, eiusque extrahendæ rationem docet. Quam etiam ex eo transcripsit Plinius cap. 2. lib. 29. Vbi quoque scribit ipsas sordes pecudum sudoremque feminum & alarum adhærentes lanis (œsypum vocant) innumeros prope vsus habere. Quin & œsypi meminit quod ex Atticarum ouium lanis colligitur, vt & Ouidius,

Oesypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis,
Demptus ab immundæ vellere succus ouis?

At pro οἴσυπος ὕσωπος & ὕσσωπος sæpè vitiosè scribitur, tum apud Latinos, tum apud Græcos, vt & ὑσσωπηρὰ ἔρια pro οἰσυπηρὰ, quæ ῥυπαρὰ, hoc est lanæ sordidæ dicuntur & œsypum redolentes, aut œsypo imbutæ & succidæ, quòd sudoris sordibus & succo sint imbutæ, aut quòd tales primùm succiduntur & detondentur. ἔρια πινόεντα & πινώδη dicuntur Hipp. πίνος enim lanarum sordes & œsypum significat, & πίνος ὁ ῥύπος dicitur Erot. vnde πινηρὰ ἔρια. οἰσυπώδεα ἔρια etiam vocantur Hipp. lib. de vlcerib. (p. 881. H.) vt & οἰσυπώδεα ibid. (pag. 876 D.) & οἰσυπώδεστατα (pag. 879 E) Est & οἰσυπὶς idem quod οἰσύπη, & lanarum sordem aut lanam sordidam & succidam significat. Nam & Galen in Exeg. οἰσυπίδας exponit προβάτου ῥύπον, ἤγουν ἔριον ῥυπαρόν. Vbi etiam in quibusdam exemplaribus adscribitur, οἰσυπίδες προβάτου ῥύποι συνεστραμμένοι. δηλοῖ δὲ καὶ ἐρίου ῥυπαροῦ μαλλίον. vt οἰσυπίδες dicantur ouium sordes collectæ & conglobatæ, aut lanæ sordidæ tomentum, aut glomeratus & collectus quidam cumulus. si modò vera illa scriptura est, ac nisi potiùs μάλλιον legendum videatur, vt concinnata & carpta lana, ac velut promissior concinnata accipiatur. οἰσυπίδες autem adhibentur Hipp. lib. de vlceribus (pag. 877. E.) in medicamento ad cruenta vulnera, vbi lanam succidam vstam aut lanarum succidarum tomentum carptum intelligi diximus, simulque huius loci submonuimus.

¶ Ὄκλασις idem quod ὄκλασμα, genuum flexio, cùm quis genibus flexis in crura & talos sedet aut subsidit. Sic enim hanc dictionem exponit Erot. apud Hipp. additque, ὀκλάσαι λέγεται τὸ ἐπὶ τὰς κνήμας καὶ τὰς πτέρνας κάμψαντα τὰ γόνατα καθίσαι. ὀκλάσαι dicitur flexis seu submissis genibus in suras & talos subsidere. Vsurpatur autem hæc dictio ab Hipp. lib. de art. (p. 660. 53. H. 839. H.) ἐς ὄκλασιν ἀφεῖναι τὸ σῶμα, vt corpus genibus flexis in suras & talos subsidat permiseris. Vbi tamen ἀμφιέναι pro ἀφεῖναι vitiosè legitur in quibusdam exemplaribus. Vt & in Mochl. (pag. 857. C.) vbi eadem locutio repetitur, ἐς ὄκλασιν ἀφεῖναι pro ἀφιέναι. Hinc ὀκλὰξ τὸ ἐπὶ γόνυ & in genua flexus dicitur. Qua dictione vtitur Hipp. libello περὶ αἱμορροΐδων (p. 893. B.) καθίσας οὖν τὸν ἄνθρωπον ὀκλὰξ ἐπὶ ὅλμων δύο, σκέπτει. Homine igitur genibus flexis supra duos lapides collocato, anum inspice. Vnde μετοκλάζειν Homero Il. ν. (v. 281.) est incuruatis & flexis genibus sedere, & de viro timido dicitur qui ἐγκλίνει τὰ γόνατα διὰ δειλίαν μετοκλάζων.

Ὀκνέειν quod est, cunctari, pigrari, ignauum aut segnem esse in aliquid agendo, μὴ δύνασθαι exponit Erot. apud Hipp. non posse, hoc adducto loco, οἵτινες κατοκνέουσιν ὀρθοῦσθαι, ij in dirigendo corpore ignauiter se gerunt, pigri sunt aut segnes, hoc est erigere se nequeunt. Quod legitur in Mochl. (pag. 852. D.) pro quo scribitur lib. de art. (pag 629. 39. 810. A.) οἱ μὲν πλεῖστοι καταβλακεύουσι τὴν διόρθωσιν τοῦ σώματος, in dirigendo corpore negligenter se gerunt, vt sit κατοκνεῖν καταβλακεύειν apud Hipp. Idem etiam ὀκνῆσαι εὐλαβῆσαι apud eundem exponit, quod est reueritus est, metuit, aut metu est deterritus, aut aliquid aggredi recusauit. Sic li. de rat. vic. in morb. ac. (p. 58. 45 H. 388. 34.) eos qui præter consuetudinem bis die cibum capiunt, ἀσθενέας καὶ ὀκνηροὺς esse dicit, hoc est debiles & pigros, quique oppressis viribus opus aggredi detrectent & refugiant. Hinc ἀόκνως impigrè, promptè, alacriter, lib. de art. (p. 608. 10. H. 803. D.) διορθοῦν ἀόκνως, promptè dirigere. Et rursus (v. 50. H. 804. A.) τήν τε διόρθωσιν τὴν πρώτην ἀόκνως χρὴ ποιέεσθαι μηδὲν ἐπιλείποντα, primaque illa directio impigrè facienda, nihil prætermittendo.

Ὄκρις exponitur Galeno in Exeg. vocum Hipp. ἐξοχὴ προμήκης, eminentia aut prominentia oblonga. Sed melius ὄκρις scribatur, vt Varino, velut ἄκρις, summum cacumen, aut montium & rupium eminentia (vt in ἄκρις antea scripsimus, vbi etiam locum Hipp. in quo ὄκρις reponi debeat subnotauimus.) Sunt enim αἱ ἄκραι, ἐξοχαί. Ab ὄκρις autem ὀκριωδέστερος deducitur, eminentias prælongas habens. Quam dictionem vsurpat Hipp. lib. de art. (p. 606. 26. H. 802. 23.) τοῖσι γὰρ τοιούτοισιν ἐπιπώρωμα ἴσχει ἡ ῥίς, καὶ ὀκριωδεστέρη τις γίνεται. In iis enim nares callo obducuntur, & prominentiam quandam oblongiorem habent. Significat autem nares fractas obducto callo longiùs quodammodo prominere, nisi id vinculo coërceatur & repellatur dum callus gignitur. Ὀκριόεις etiam ab ὄκρις deducitur, ἔχων ἄκρας τινὰς ὀξύτητας, vt exponit Eustath. qui habet acutas eminentias, aut oblongas prominentias. Vt λίθος ὀκριόεις Homero Il. θ. (v. 327.) & μάρμαρος ὀκριόεις Od. ι. (v. 499.) marmor prominentias habens acutas. Sic enim legisse videtur Hesych. etsi μαρμάρῳ ὀκριόεντι legitur, & Schol. τραχεῖ explicat, quamuis apud eum ἀκριόεντι vitiosè scribitur, pro ὀκρυόεντι aut ὀκριόεντι. Alij ὄκριν τραχὺν λίθον exponunt, lapidem asperum, vnde & ὀκριὸς Hesych. ὁ τραχὺς λίθος, lapis asper, & ὀκριάζων τραχυνόμενος, & ὀκριᾶσθαι τραχύνεσθαι, asperari seu exasperari exponitur, & ὀκριόωντο, ἐτραχύνοντο, ὠργίζοντο apud Homer. idem explicat, additque id metaphoricè dictum esse ἀπὸ τῶν ἄκρα πολλὰ ἐχόντων λίθων, à lapidibus multa cacumina habentibus. Sed idem ὀκρυόεν, τραχὺ, σκληρὸν, στερεὸν, ὀργίλον asperum, durum, rigidum, & ὀκριόεντι τραχεῖ, & ὀκρυόωντο ἐτραχύνοντο scribit. vnde apud Hipp. ὀκριωδεστέρην ῥῖνα aliquando asperiores effectas nares vertunt interpretes, quòd illa callosa prominentia nares exasperet. Dicitur etiam ὀκριόεν φρικῶδες Hesychio rigidum, horrendum, & ὀκριόεσσα φρικτὴ, χαλεπὴ, ex Il. ζ. (v. 344.) vnde apud Homer. Il. ε. (v 740.) de ægide Palladis, ἐν δ' ἔρις, ἐν δ' ἀλκὴ, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή. in quibusdam codicibus ἐν δὲ ὀκρυόεσσα legitur, vt & legit Scholiastes, qui φρικτὴν exponit, horrendas minas. Ὄκρις scribit Varinus, ἐξοχὴ μεγίστη παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Ὄκνις Erot. exponitur τραχύτης asperitas, pro quo ὄκρις scribendum diximus antea in ὄκρις, & ad Hipp. locum retulimus. Alioqui hanc vocem Erot. esse prætermissam mirari subit.

¶ Ὀλερὸν δυσῶδες ἢ μέλαν, graueolens aut nigrum exponit Gal. in Exeg. vocum Hipp. ἀπὸ τοῦ τῶν σηπιῶν ὄλου (ὁλοῦ tamen malim) Sepiæ enim atramentum ὁλὸν aut ὀλὸς & θολὸς dicitur. Vnde existimo Gal. ὀλερὸν legisse quod θολερὸν scribitur apud Hipp. in vulgatis exemplaribus, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 607. 30.) in menstruæ purgationis retentione πτύαλον θολερὸν ponitur, quod sputum graueolens aut nigrum dici potest. Nam & θολερὸν δυσῶδες exponi scribit Gal. in fine com. 2. in Pror. Idem etiam ὀλώδεα θολερὰ apud Hipp. exponit, vt dicemus postea: ὀλερὸν, βορβορῶδες, τεταραγμένον exponitur, hoc est, cœnosum, turbulentum. Quam significationem dictioni θολερὸν antea adscripsimus. ὄλερον tamen vitiosè scribitur apud Hesych.

Ὀλιγωτέρη φύσις ἡ γυναικείη, natura muliebris ignaua magis, hoc est animi pusilli & imminuti. Lib. περὶ παρθενίων (p. 562. 33.) vbi etiam ἀθυμοτέρη iungitur, vt significet mulierem animo magis

magis remisso, deiecto, ac pusillo quam virum.

O'λιγοφόρος οἶνος, vinum aquosum & paucam ferens aquam, quodque vt bibatur minima eget aquæ mixtione, ideoque tenue est & debile. Cuius meminit Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.77.40. H.393.23.) de mulsa agens, ἀτὰρ καὶ οἴνου λευκοῦ καὶ λεπτοῦ καὶ ὀλιγοφόρου, καὶ ἀνόσμου, ἔστι μὲν ἰσχυρότερον ἔστιν, ἔστι δὲ ἀσθενέστερον. Sed & vino albo, tenui, paucifero & inodoro, quodammodo est validius, quodammodo etiam debilius. Vbi scribit Gal. καλεῖται γὰρ ὀλιγοφόρος ὁ τῆς τοῦ ὕδατος μίξεως ὀλιγίστης χρῄζων εἰς τὸ πινόμενον. κατὰ τοὐναντίον γὰρ ὁ πολλῆς δεόμενος ὕδατος εἰς εὐκρασίαν, ὀνομάζεται πολυφόρος, ὡς ἴσον τῷ πολὺ φέρειν ὕδατος δεόμενος εἰς τὸ εὔκρατον μίξιν. ὁ δὲ ὀλιγοφόρος οἶνος ἔκλυτος τε καὶ ἀσθενὴς καὶ ἄχρηστος εἰς πότον γίνεται, εἰ πλείονι κεράσειας ὕδατι. Vocatur enim vinum pauciferum, quod vt bibatur minima indiget aquæ mixtione. Contrario verò modo multiferum nominatur, quod vt bene temperetur multa aqua indiget, perinde ac si dicas, quod ad temperatam mixtionem multam aquam ferre potest. At vinum pauciferum exolutum & imbecillum & ad potum inutile existit, si multa aqua dilueris.

O'λιγοψυχίη cùm quis pusillo est animo, verùm λειποψυχίην significare videtur lib.7. Epid. (p.1223.B.) vbi animus deficit, & paruum animi deliquium. καὶ ἔστιν ὅτι ὀλιγοψυχίη εἶχεν. interdumque paruum animi deliquium detinebat.

O'λισθαίνειν, quod est prolabi, excidere, & toto loco moueri, dicitur de articulis aut ossibus quæ luxantur & excidunt, suisque sedibus ex toto elabuntur, quod ἐξαρθρεῖν dicitur: Quamuis quidam de articulatione quæ paululum nec ex toto naturali sede excedit ὀλισθαίνειν dici contendant, & ἐξαρθρεῖν significare, vt scribit Gal. Com.2. in lib. de fract. (p.549.39 H. 760.F.) Hac notione scribit Hipp. initio libri de articulis ὤμου ἄρθρον ὀλισθάνον ἐς τὴν μασχάλην, humeri articulum in alam prolapsum, cùm humeri caput eo sinu in quo recipitur, ex toto mouetur. Quæ luxatio maxima est cùm tota sua sede excidat. Sic ὀλισθήματα dicuntur Hipp. integræ ossium elapsiones & luxationes, ὀλισθήματα verò paruæ, ac velut e[x]motiones. Sic enim exponit Gal. Comm.3. in lib. de fract. (pag.572.46. H. 775.H.) ὀλισθήματα videntur dici Celso cùm ossa toto loco mota sunt, [ὀλισθήματα] verò, vbi paulùm excesserunt, cap.14. lib.8. Authori Definit. Med. (p.403 7.) ὀλίσθημα dicitur τῶν κατ' ἄρθρον ἢ κατ' ἁρμονίαν κινουμένων ἐκτὸς φορὰ εἰς τὸ παρὰ φύσιν. cum ossa, quæ vel articuli vel coagmentationis beneficio mouentur, extra naturam sunt delata. Est & ὀλισθος: Hippocrati idem quod ὀλίσθησις aut ὀλίσθημα, in Mochl. (pag 852.A.) δακτύλου δὲ ἄρθρου ὀλισθον μὲν εὔγνωστον οὐ δεῖ γράφειν. Articuli digiti luxatio facilis quidem cognitu, scriptione non indiget. Alioqui ὀλισθον lubricitatem significat, & de sputo dicitur quod lubricum sit & λεῖον, facileque educitur neque alicubi hæret, vt libr. de rat. vict. in morb.ac. (pag.79.15. H.393.48.) de oxymelite, εἰ γὰρ ἀνάγει μὲν τὰ ἐγκεχρισμένα, καὶ ὀλισθον ἐμποιέει. Quòd si quæ stridulam in faucibus asperitatem faciunt educeret, & lubricitatem induceret. Vbi etiam de faucium aut gutturis lubricitate sumi potest, quò faciliùs sputum expuatur, ac necubi in via hæreat. Sic ibidem (pag.47.v.54. H.385.46.) τῆς πτισάνης τὸ ὀλισθηρὸν, hoc est prissanæ lubricitatem commendat, quæ efficit ne hordeum deuoratum in via ad thoracem, hoc est, in gula ipsa, alicubi restitet aut adhærescat. Ideoque ibidem ὀλισθηροτάτην τὴν πτισάνην, lubricissimam ptisanam, & maximè coctam probat. Et libr. de art. (pag.588 2. H.785. D.) totum articuli locum in macilentis à muco ὀλισθηρὸν hoc est lubricum esse scribit.

O'λισθράζοντα ὀλισθάνοντα apud Hipp. explicat Gal. in Exeg. prolabentia, excidentia. Verùm vbi vulgò ὀλισθαίνοντα legitur, ὀλισθράζοντα legisse videtur Gal. vt lib. de fract. (pag.575.9. H. 776.C.) ἀλλὰ τὰ μὲν ἔξω καὶ ἔσω ὀλισθαίνοντα. Verùm vbi extrorsum & introrsum prolapsa sunt. Et lib. de art. (pag. 641. 24. H. 817. A.) τὰ ἄρθρα τὰ ἐκπίπτοντα καὶ τὰ ὀλισθαίνοντα, articuli qui excidunt & elabuntur.

O'λκάδες exponuntur Erot. apud Hipp. τὰ φορτηγὰ πλοῖα, naues onerariæ. Quæ dictio vsurpatur lib. περὶ φυσῶν (pag. 296. 30.) ὁλκάδας τε ὑπερμεγέθεις τῷ μεγέθει, ἐς ὕψος διαρρίπτονται. naues etiam onerariæ immensæ magnitudinis, in altum disiiciuntur. O'λκὰς exponitur Hesych. πλοῖον, ναῦς φορτηγός.

O'λκὴ attractionem significat, vt lib.r.1. περὶ γυναικ. (pag.610. 29.) ὁλκὴν ποιέεσθαι attractionem facere, de medicamento, cuius appositu naribus odor attrahitur. Quod libr. περὶ γυν. φύς. eadem in re dicitur (pag.570 8.) ἕλκειν τὴν ἀτμίδα ἐς τὸ σῶμα καὶ τὰς ῥῖνας προσίσχειν. ore & admotis naribus medicamenti nidorem attrahere.

O'λκιμον dicitur quod trahitur & ducitur, & in varias partes tractum sequax est, non diuellitur aut dissipatur, sed perpetuum est, velut quæ lenta sunt & tenacia aut glutinosa, quale est viscum, vt scribit Gal. Com.2. in lib. de art. (pag.607.20. H. 802.30.) Hinc εὐόλκιμον ἄλητον ibidem dicitur Hipp. farina quæ facilè ducitur & sequax est, hoc est lenta & tenax. Idem Gal. lib.2. de loc. affect. (pag.266.12.) ὁλκιμον πῦον τῆς ἥπατος ex Archig. exponens, scribit ὁλκιμον vsitata significatione τὸ γλίσχρον, hoc est viscidum indicare, vt viscum, quodque vna parte tracta, per ipsam reliquum illi continuum attrahere potest. Sic pastam ex frumento ὁλκιμον dici, maximè si accuratè subacta fuerit, ex hordeo vero aut milio minimè sic vocari, quod duci aut trahi nequeat. Qua significatione ὁλκιμος πύος hepatis dici nequeat. Proinde ὁλκιμον quibusdam dici scribit, cùm hepar vel inflammatum, vel induratum iugulum detrahit, quibusdam etiam diuturnum, aliis quoque moderatum. Aliis quoque ὁλκιμον βραδὺ καὶ βαρὺ, hoc est tardum & graue significare, vel τὸ βάρους ἔμφασιν ἔχον, quod grauitatis speciem præ se fert. ὀνομάζεσθαι γὰρ ἐν τῇ συνηθείᾳ κατὰ τὸ βάρος τὴν ὁλκὴν. vsu enim receptum, vt de grauitate ὁλκὴ dicatur.

O'λοκονῖτις exponitur à Gal. in Exeg. βολβὸν τις ἀγρία λαχανώδης, herba quædam agrestis oleracea. lib. 1. περὶ γυναικ. (p.626.4.) ὁλοκονίτιδος τῆς γλυκείης ῥίζα scribitur, Holoconitidis dulcis radix, velut bulbus, & parua vt oliua. Quidam dulichinum esse existimant.

O'λον τὸ μέλαν τῆς σηπίας, hoc est sepiæ atramentum exponit Gal. apud Hippocratem in Exeg. ὁλὸν verò scribit Varinus. O'λος autem Hesych. dicitur τὸ μέλαν τῆς σηπίας, vt ὁλὸς Sudæ & idem quod θολὸς sepiæ atramentum. At ὁλὸν pro θολὸν mihi videtur legisse Gal. li.2. de Morb. (pag.486.50.) aut certè locum li.4. Epid. (pag.1127 E.) subindicasse, ὁλῷ ἴκελα ἢ ὑδαρέα, similia sepiæ atramento purgatione reiecta sunt, hoc est atra & nigra. (Etsi ὁλῷ vitiosè illic scribitur) vt ὁλὸν & ὁλὸς dicatur. Hinc ὁλώδεα θολερὰ ἢ μέλανα, exponit apud Hipp. Gal. atra vt sepiæ atramentum, aut turbida.

O'λοσχερὲς αἷμα, sanguis integer, sanguis quatuor humores complexus intelligi videtur. li. περὶ τροφῆς (pag.381.54) & inter ea recensetur ex quibus morborum signa sumantur.

O'λοφλυκτίδες φλύκταιναι exponuntur Gal. apud Hipp. & Erot. hoc est pustulæ. Quibusdam etiam ἐπινυκτίδες dicuntur, (vt idem addit) nonnullis ἑρπήδωδες, aliis ἐξανθήματα ζωυφίοις ἴκελα. papulæ animalculis insectis similia. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p.673.37.) vbi legitur καὶ φλυκτίδες πάντη κατὰ τὸ σῶμα, quod est, & pustulæ per totum earum corpus fuerint. Vbi ὁλοφλυκτίδες quidam ex codicibus Vaticanis legunt. Dicitur & ὁλοφυκτίς Hesych. φλύκταινα pustula. Verùm idem ὁλοφλυκτίδα potius quàm ὁλοφυκτίδα probare videtur, quamuis non parum mihi videtur suspecta apud eum lectio. Nam cùm scribat ἀπὸ τῶν διωκομένων φυσᾶσθαί τι (fortè φλυκτοῦσθαι melius scribatur) ὁλοφλυκτίδα ἢ ἑρπήδωδα dici, etsi Erot. explicationem amplecti videtur, apud Erot. tamen ὀλοφυκτίδας potius quàm ὁλοφλυκτίδας legerim.

O'λυνθοι, fici immaturæ, grossi aut grossuli Latinè dicuntur. Quorum succo ad vteros perluendos vtitur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.566.37.) τὸ ἀπὸ τῶν ὀλύνθων, grossorum succus. ibidem (pag.568.48.) ὄλυνθοι χειμερινοὶ grossi hyberni sæpe dicuntur Hipp. vt libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.574.23.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p.627.33.) & li.2. (pag.641 45.) deprehensas tamen in his hyeme grossos dicit Plinius li.15. cap.18. ὄλυνθοι ἐρινεοὶ etiam dicuntur Hipp. grossi, vt li 2. περὶ γυναικ. (p 659.53.) qui & ἐρινεοὶ aut ἐρινεὸς vocantur etiam Dioscor. cap.186 li.1. quamuis Gal. li.8. de simpl. med. ἐρινεὰ ab ὀλύνθοις distinguat, & ἐρινεὰ in ficu agresti vocet, & ὀλύνθους in satiua, vt & Theophr.

§ O'μαλύνειν, complanare, leuigare, exæquare, adæquare & ad æqualitatem redigere. De his dicitur quæ vbi exasperantur aut eminent, ad æqualitatem reducuntur. Libr. περὶ αἱμορροΐδων (pag.893.F.) de catoptere & instrumento quo sedes dilatatur. διοιγνύμενος γὰρ ὁμαλύνει τὴν κονδύλωσιν. Vbi enim aperitur tuberculum exæquat. vbi tamen διοιγόμενος vitiosè legitur. Nam διοίγειν & συνάγειν, vt διοιγμὸς & συναγμὸς opponuntur apud Arist. ὁμαλὸν æquabile, æquale & iustum etiam interdum significat, & δίκαιον & ὁμαλὸν simul iungit Hippoc. libr. de fract. (p.567.35. H.772.A.) τὴν τε κατάτασιν δικαίην παρέχῃ καὶ ὁμαλήν. & extentionem iustam & æquabilem præbuerint. Vbi scribit Gal. ὁμαλὸν καὶ ἴσον τῷ δικαίῳ contineri, & τὸ δίκαιον ad duorum comparationem referri, ἴσον verò & ὁμαλὸν de vno quod æquabilitatem seruat dici ὁμαλῶς, ἴσως, æqualiter, similiter exponit Erot. apud Hipp. Verùm quòd idem ex lib.4. Epid. eius dictionis vsum addit, non leuiter suspectum est, nisi pro ὁμαλῶς τι ὁμαλῶς legisse videatur. Sic enim habent exemplaria nostra lib.4. Epid. (p.1133.D.) καὶ τι

καὶ αὐτὸ τοῦτο πρὸς τοῦ δεξιοῦ ὁμαλὸν τι ὑπερίσχον. Erat verò etiam id ipsum dextra parte quodammodo æquabile, protuberans. Ea autem in significatione sæpius vsurpatur Hipp. vt aph.12. lib.6. Epid.sect.1. καὶ τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα, æquabiliterq; maturescentia. Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.99.v.33. H.399.19.) συνεστάλκοντα ὁμαλῶς, æqualiter contecto corpore. Atque aliàs sæpe.

Ὁμαρτέω, sequor, eo vnà cum, quo verbo sæpe vtitur Hom. Hip. li.2. de Morb. (p.483.8.) οὐχ ὁμαρτέει πύον, pus non sequitur. ὁμαρτεῖν, συντυχεῖν, ἐπακολουθεῖν, συναθροίζειν exponit Hesych.

Ὁμιλέειν colloqui significat, interdum consuetudinem habere aut commercium, conuersari. Interdum etiam de ossium cohærentia dicitur, & adhærere, cohærere, inseri, simul esse & contingere significat. Sic lib. de art. (p.580.23. H.780.E.) ὁμιλέει δὲ ὁ βραχίων τῷ κοίλῳ τῆς ὠμοπλάτης πλαγίως. Brachium autem lati scapularum ossis cauo obliquum inseritur. Hoc enim loco Erot. τὴν ὁμιλίαν πρόσθεσιν καὶ γειτνίασιν, appositionem, viciniam significare scribit. Et ὁμιλία de ossium inter se cohærentia, συντάξει aut συνθέσει dicitur. Gal. quoque Com.1. in lib. de art. (p.580.34.) ὁμιλεῖν antiquis esse διαλέγεσθαι quod est colloqui scribit, interdumque τὸ συνιέναι ἀλλήλοις: ὅτι δ' οὖν εἰ-λέσθαι, simul conuenire, consuescere, aut conuersari. Quem in sensum locum illum Hipp. vsurpat, & apud Hom. sumi contendit Il. σ. (v.539.) ὁμίλεον δ' ὥστε ζωοὶ βροτοὶ ἠδ' ἐμάχοντο. non secus ac viui conuersabantur aut depugnabant. Verùm hoc in Hipp. loco ὁμιλέειν cohærere aut adhærere certius mihi significare videtur, vt τῇ φιλοσοφίᾳ ὁμιλεῖν, philosophiæ adhærere, aut operam dare dicitur ex Platone, & τῷ φιλοσόφῳ ὁμιλεῖν ex Plutarcho. Erot. apud Hipp. ὁμιλίαν tria significare contendit, τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀναστροφήν, commercium aut conuersationem cum hominibus, παρὰ τὸ ὁμοῦ εἰλεῖσθαι, eo quod vnà versentur. Qua notione mihi sumi videtur quod scribitur lib. περὶ ἰητροῦ (p.19.22.) δίκαιον δὲ πρὸς πᾶσαν ὁμιλίαν εἶναι. Iustum autem ad omnem conuersationem esse conuenit. Quem sanè locum per [ἐνδιάθετ] mihi subindicare videtur Erot. Deinde etiam τὴν πρόσθεσιν καὶ γειτνίασιν, appositionem & viciniam. Quem in sensum adductum ex lib. de art. Hipp locum exponit. Denique τὴν τριβὴν, velut cùm scribitur apud Hipp. ταύτην τὴν τέχνην οὐ μόνον λόγῳ ἀσκεῖν χρὴ, ἀλλὰ καὶ ὁμιλίῃ. hanc artem non solùm ratione, verumetiam vsu exercere oportet. Quod cùm ex lib. περὶ ἄρθρων ἢ τόπων adducat Erot. vitium non leniter subolet. At verò scribitur lib. de art. (pag.589.44. H. 787.C.) καὶ οὐκ ἀρκέει μοῦνον λόγῳ εἰδέναι τὴν τέχνην ταύτην, ἀλλὰ καὶ ὁμιλίῃ ὁμιλέειν. Ac neque satis est hanc artem tantùm ratione nosse, sed & in vsum exercitatione traducenda est.

Ὄμμα apud Hipp. oculum & aspectum significat. Vnde ὄμματα ἀτενίζοντα, vide Ἀτενὲς antea.

Ὄμμα ἀχλυῶδες, vide Ἀχλὺς antea.

Ὄμματα ἐνδεδινημένα, vide ἐνδεδινημένα ὄμματα antea.

Ὄμματα ἐξέρυθρα, prærubri oculi, sanguinis erupturi signum, in Prorrh. (p.213.30.H.79.D.)

Ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα: vide Ἐπίχνουν ἔχοντα ὄμματα.

Ὄμμα θρασὺ καὶ κεκλεισμένον, oculus ferox & clausus, aspectus ferox, truculentus, cum clausis oculis, phreniticorum indicium. In Prorrh. (p.191.48.H.72.F.) ὄμμα θρασυνόντες etiam dicuntur, qui ferociente & truculento sunt intuitu, fixis & immotis oculis, vt qui catocho detinentur, ibid. (p.195.56. H.74. B.) ὄμμα θρασυνθέντες, in Coac. (p.144.C.) ὄμματος θράσος, oculus truculentus & ferox, delirium portendit, aph.19. sect. 1. lib.6. Epid. Est & ὀμμάτων ἰλλωδέων θράσος, oculorum distortorum ferocitas, h.e. oculi peruersi cum ferocitate, lib.1. περὶ γυναικ. (p.607.44.)

Ὄμματα καθαρώδεα, vide καθαρὸς antea.

Ὄμματα καρώδεα, vide κάρος.

Ὄμματος κατάκλασις, vide κατάκλασις ὄμματος.

Ὀμμάτων κίνησις ὀξεῖη, oculorum velox ac præceps motio, in phrenitidis denunciatione, in Coac. (p.155.A.) idem quod ὀφθαλμοὶ ἐνδεδινημένοι, instabiles, volubiles, & inordinatè ac perniciter moti oculi. In Progn. πυκνὴ κίνησις dicitur. Sic enim scribitur (p.131.6. H.38.37.) ἢν γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανῆναι τούτους ἐλπίς. Si enim obtutus crebrò moueatur, insania expectanda est. Lib.6. Epid. sect.1. aph.19. ῥίψεις ὀφθαλμῶν dicuntur, & in delirij signis reponuntur.

Ὀμμάτων ὀρθότης, rectus oculorum obtutus & intentus, in phreniticis, Coac. (p.155.A.) Idem indicare videtur quod ἀτενέες ὀφθαλμοί, aut ὄμμα θρασὺ, quod frequenter in phreniticis vsurpat Hipp. cùm ex horrido & ferociente obtutu intentam oculorum aciem erigunt ægri.

Ὄμμα πεπηγὸς, obtutus fixus aut concretus, in Coac. (p.155.A.)

Ὄμματα πεπονηκότα, oculi malè affecti. li. περὶ χυμῶν. (p.47.47.)

Ὁμοιοθεΐη, gentilitas, cognatio, est partium corporis inter se consensio, qua altera alteri affectum communicat, & quadam inter se mutua consensione conspirat. Lib. de loc. in homine (p.408.30.) τῶν δ' ἐλαχίστων τι πάθη τι ἐμπεσὸν, ἐπαναφέρει πρὸς τὴν ὁμοιοθείην, ἕκαστον πρὸς τὴν ἑωυτοῦ, ἢν τε χρηστὸν, ἤν τι ἀγαθόν. Eaque minima pars qui quid tandem pertulerit, ad cognationem & gentilitatem refert, vnaquæque ad suam, siue bonum, siue malum id fuerit. Cognationem autem præcipuè habent eæ partes inter se, quæ eadem partium temperie inter se consentiunt. Rursus ibid. (v.32.) ἔθνος τοῦ σμικροτάτου, cognatio aut gentilitas minimæ partis dicitur, quæ est ei cum toto corpore, & qua toti minima pars consentit. In quibusdam manu scriptis Regiis Hipp. exemplaribus ex Scholio quodam adscribitur. ὁμοιοθείη ἡ τοῦ σώματος συμμετρία καὶ ὁμονοία. Lib. etiam 2. περὶ γυναικ. (p.663.52.) μάλιστα δὲ καὶ οἱ μαζοὶ ἀνέρονται κατὰ τὴν ὁμοιοθείην. præcipuè verò mammæ gentilitate & cognatione quadam cum pectore attolluntur.

Ὁμοιότροπα φάρμακα dicuntur medicamenta conformia & vniusmodi, quæ similiter eodemque temporis spatio purgant, non hoc citius, aut alterum tardius. Libr. de rat.vict. in morb. ac. (p.56.7.H.387.36.) ἀτὰρ καὶ τὰ μισγόμενα ἀλλήλοισιν ὁμοιότροπα ταῦτα ἐστίν. quanquam & quæ inter se miscentur vnius sunt generis neque dissimiliter agunt. Sibi similigena vertit Aurel. cap.19.lib.2. Acut. Gal. verò illic ὁμοιότροπα esse medicamenta exponit ὁμολογοῦντα ταῖς δυνάμεσι, καὶ κατὰ μηδὲν στασιάζειν. οὐ γάρ τοι στάσις ἐν ταῖς μίξεσι τῶν καθαιρόντων γίνεται φαρμάκων, οὐχ ὅταν αὐτῶν τὸ μὲν χολῆς, εἰ τύχοι, τὸ δὲ φλέγματος ᾖ καθαρτικὸν, ἀμφότερα γὰρ κενοῦσθαι δύναται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἀλλ' ὅταν τὸ μὲν εὐθέως, τὸ δὲ μετὰ πολὺ τῆς προσφορᾶς πεφύκῃ κινεῖν τὴν κάθαρσιν. ἀνώμαλος γὰρ οὕτως ἡ κίνησις γίνεται πρὸς τὴν ἔξοδον ἅμα. λέγω δὲ ἀνώμαλον, ὅταν ἤδη παυομένης θατέρας, ἀρχὴ πάλιν ἑτέρας κινήσεως γίνηται. τὸ γάρ τοι θᾶττον εἰωθὸς καθαίρειν φάρμακον συνεκκενοῖ τι καὶ τὸ θατέρου, δι' ὀλίγον αὐτοῦ καταλειπόμενον, ἀσθενέστερον γιγνόμενον, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐψυγμένον τῆς οἰκείας καθάρσεως ἄρχεται. Quod est, facultatibus conuenire, & in nullo controuersa esse. In purgantium enim medicamentorum permixtione controuersia fit, non quando hoc quidem (verbi gratia) bilem, illud verò pituitam vacuauerit (ambo nanque eodem tempore vacuari possunt) verùm cùm hoc quidem celeriter, illud verò longo post sumptionem tempore purgationem promouere cõsueuit. Sic nanque eorum quæ ingesta sunt inæqualis fit vacuatio. Inæqualem verò dico cùm iam altera desinente, iterum alterius vacuationis initium exoritur. Nempe quod celerius purgare medicamentum consueuit, id ex alio quippiam simul vacuat, adeò vt quod ipsius exiguum relictum est, imbecillum existens, longè etiam tardius propriam inchoet purgationem.

Ὁμολογεῖν, consentire, συμφωνεῖν καὶ ἁρμόττειν exponitur Gal.Com. 2.in lib. κατ' ἰητρ. (p.681.31.H 743.G.) εὔδηλον δὲ ὅτι τὸ συμφωνεῖν ἢ ἁρμόττειν ὁμολογεῖν ἔφη, οἱ τε γὰρ ὁμολογοῦντες ἐν ἔργοις καλοῖς, οὐ μόνον οὐδὲν ἐναντίον πράττουσι ἢ λέγουσι, ἀλλὰ καὶ συντελοῦσι. Perspicuum autem est quod ὁμολογεῖν dicit τὸ συμφωνεῖν καὶ ἁρμόττειν, quod est conuenire, congruere. Qui enim honestis in rebus consentiunt, ij non modò contrarij nihil faciunt aut dicunt, verùm etiam vnà operam præstant. Sic ὁμολογέον σημεῖον dicitur, signum consentiens, morbo respondens, quodque adesse consueuit, velut indubitatum aut certum. Velut pedum tumor pus expuentibus valde consentiens ponitur in Prorrh.2. (pag. 112.E.) καὶ γὰρ τοῦτο σημεῖον τοῖσι ὁμολογέον ἐστί.

Ὁμορροθεῖν est vnà strepitum & vocem edere aut consentire ac concurrere in vnam actionem, vt remiges cùm vno velut consensu remigant ac remos attollunt. ὁμορροθεῖν ὁμοῦ ἕλκειν καὶ συμφωνεῖν exponit Hesych quod de remigibus dicitur, τὸ ἅμα καὶ συμφώνως ἐρέσσειν vno consensu remigare. Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (pag.598.42.) καὶ ἢν τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀπιόντα ὁμορροθῇ κατ' ἴξιν τῷ ἀπὸ τῆς γυναικός. tum si quæ à viro prodeunt recta concurrerint cum eo quod à muliere prodit. hoc est, si viri semen cum mulieris semine concurrat, vnaque in emittendo semine simul consentiat, expeditior est ad conceptum via, vt vno & eodem impetu cum mulieris semine feratur. Neque verò hoc loco prætereunda est Cordæi industria, quæ non ita pridem publicatis in eum lib. doctiss. Commentariis commodum apparuit, in quibus huius dictionis vim, & similitudinis ἐνέργειαν amplissimis verbis explicat.

Ὁμορυσμὸς idem quod ὅμοιος ῥυσμὸς, similis tractus & eadem species, & dicitur de iis quæ inter se similitudinem habent, & ex iisdem specie inter se connectuntur aut constituuntur, vt in libello περὶ ἀνατομῆς (pag.915.H.) de arteria, κρίκοις συγκειμένην ὁμορυσμοῖς, ex annulis inter se similibus composita, constans, aut eiusdem speciei ac figuræ. Est enim ῥυσμὸς σχῆμα καὶ τύπος. Sunt qui ὁμορυσμὸν inter se finitimum & conterminum explicent,

cent, quod ὁμοῦ γηγενὴς, ἢ ὁμόφυλος γεννητὸς ἢ πατριῶτος exponatur Hesych. Sic κύκλοις ὁμοφυέσι circulis rotundis inter se finitimis significabit. Indeque ὁμοφυΐη similitudinem aut viciniam denotat. Sic ibid. (916.A.) τὸ δὲ ἧπαρ ὁμοφυΐην ἔχει τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. Hepar autem cum aliis omnibus similitudinem habet aut cognationem, aut cæteris omnibus vicinum est & finitimum. Neque tamen tam viciniam quàm affinitatem & cognationem significat, qua cæteris omnibus vtilitatem & nutrimentum impertit. Ac rursus (ib.B.) νεφροὶ δὲ ὁμοιοφυέες, renes verò inter se similes. Qua dictione substantiæ totius ac naturæ similitudo indicatur. Et rursus (ibid.C.) σπλὴν ὁμοιοφυΐην ἔχει ποδί, splen cum pede humano similitudinem & cognationem habet. Et (ibid.) ὑπὸ δὲ κοιλίης πρόσκειται ἔντερον ὁμοιοφυές, ventriculo adhæret intestinum sibi simile. Vbi vnum tantùm intestinum agnoscit Hipp. quod κῶλον dicitur, ideoque ὁμοιοφυὲς vocat, quod sibi sit simile & substantiæ similitudine sibi cognatum.

Ὁμότεχνος eiusdem artis opifex & socius, qui probè artem quam profitetur callet. Dicitur de bono medico, qui non tam nomine quam re artem medicam profitetur, ἐν παραγγελίαις (p. 27.16.) ἐφ' οἷς ἂν ἰητρὸς ἀγαθὸς ἀκμάζοι ὁμότεχνος χαλεόμενος, quibus bonus medicus excellit, & eiusdem artis opifex nuncupatur. Sunt præclara artis opera, quibus existimationem suam & artis nomen tuetur, & artis socius & collega dicitur.

Ὁμόφυλον & ἀλλόφυλον, quod est eiusdem generis & diuersi, cognatum & peregrinum ac alienum dici potest, aut societas & cognatio, ac diuersitas. Libr. de aëre, loc. & aq. (p.289.7.) μήτε ὁμόφυλον, μήτε ἀλλόφυλον, ἀλλὰ τὴν ἡδονὴν κρατεῖν. vbi significat Asianos neque sui generis, neque alieni societate teneri, sed sola voluptate ad libidinem duci. ὁμόφυλα dicuntur eiusdem gentis & ordinis, aut finis, congeneria. Lib. de nat. hum. (pag.8.13.H.225.12.) ἔπειτα οὐδ' ἂν μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίγνυται. deinde non generant quæ diuersi generis inter se miscentur. Vbi τὰ ὁμόφυλα ὁμοειδῆ exponit Gal. & οἰκειότητα τῆς οὐσίας ἔχοντα, quæ inter se familiaritatem substantiæ habent.

Ὁμαλότης, æquabilitas aut lænitas dicitur, & superficiei æqualitas, læuor, complanatio, aut æquata quædam planicies. Lib. de Capitis Vulner. (pag.896 C.) ἡ ὁμαλότης ἐστὶν intelligitur caluariæ superficies exterior læuis, quæ cute tegitur, tum interior quæ membranam cingit. Libr. de fract. (p. 528. 2. H. 750.H.) ὁμαλότητας vocat Hipp. partium totius manus æquabilitatem, qua membra tum internam, tum externam rectitudinem inter se obseruant. Quidam συνάφειαν, alij συνέχειαν ἢ ὁμαλότητα, hoc est, partium inter se continuitatem & æquabilitatem intelligunt. lib.1. περὶ γυναικ. (pag.607.8.) ὁμαλότης μῆτρα & λεῖον de vteri læuitate dicitur.

Ὀμφάκιον est succus vuæ acerbæ. Omphacij epulotici descriptio est apud Hipp. lib. de Vlcer. (pag.875.F.) Eius vsus est ad inueterata & recentia vulnera, tum auris & capitis vlcera, & ad cutem quæ colis glandem tegit.

Ὀμφαλοτόμος aut ὀμφαλητόμος obstetrix dicitur, quæ vmbilicos infantibus recens natis præcidit. ὀμφαλητόμος Hesych. ἡ μαῖα exponitur & ὀμφαλητόμοι αἱ μαῖαι Sudæ, obstetrices, quòd vmbilicos infantibus præcidant. ὀμφαλοτόμος ἡ μαιεύτρια etiam Polluci. Eam dictionem vsurpat Hipp lib.1. περὶ γυναικ. (p. 608.55.) ἢν ῥαγῇ βίῃ ὁ ὀμφαλὸς ἢ ἀμαθίῃ ἀποτάμῃ ἡ ὀμφαλητόμος. si vi ruptus vmbilicus fuerit, aut per imperitiam ab obstetrice resectus. Vbi tamen passim in exemplaribus Hipp. ὀμφαλητόμος legitur, vitiosè vt apparet. ὀμφαλητόμος enim Ionicè ἀντὶ τῆς μαίας dici annotat Eustath.

¶ Ὀνειρώττειν cùm somniare significet, peculiariter tamen apud Medicos per somnium Veneris imaginatione tentari indicat, & inter somniandum semen profundere lib.2. de Morb. (p. 479.15.) & ὀνειρώσσει, & semen in somnis profundit. Et lib.1. περὶ διαίτης (p.352.36.) ἢ τούτους ὀνειρώσσειν. eos in somnis Veneris ludibriis exerceri necesse est, vbi tamen simpliciter somnia videre dixit Cornar. Rursus li.2. (p.359.38.) σχύχνας ἐξονειρώσσειν οὐκ ἐᾷ. solanum Veneris ludibria per somnum sedat, aut semen in somnis effundere non permittit. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.557.54.) πολλάκις δὲ ἢ ὀνειρώσσει. sæpe verò insomniis Venereis exagitatur. Ac rursus ibid. (p.555.55.) ἐξονειρώσσει θαμινά, per somnum frequenter semen effundit. Libr. etiam 4. Epid. (p.1239.E.) Νικίππος ἐν πυρετοῖσιν ἐξωνειρώσσει. Nicippus per febres Veneris imaginationes habuit. Inde ὀνειρωγμοὶ libidinum imaginationes vocat Pl. cap.7. li 20. & insomnia Veneris cap.10. li.26. secutus Dioscor. li.3. cap. 148. de nymphæa. Onirogonos (fortè pro onirogmos) vocatur Cæl.Aurel. cap.5. li.5. Tard. Pass. cùm per somnos inanibus visis affecti ægrotantes seminis lapsu vexantur.

Ὀνίσδοι, stercus asininum, fimus asininus. Pollux lib.5. ὄνου κόπρος ὀνίδες φασὶ τὸ ὄνθον. & ὀνίδες Sudæ τὰ τῶν ὄνων ἀποπατήματα, ἃ ὀνίδας καλοῦσιν. Vtitur sæpe Hip. in tota muliebrium morborum tractatione, vt libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p.583.1.2) ad fluxum muliebrem, vbi tamen ὀνίνδα, pro ὀνίδα, legisse videtur Caluus, (vt & aliàs eodem in libro) cùm origanum vertat. Est enim ὀνῖτις origani quædam species cuius meminit Plinius li.20. cap.17. Et Nicandri Schol. Alexipharm. ὀνῖτιν vocari scribit, τὸ ἥμερον ὀρίγανον, ὃ δὲ οἱ ὄνοι ἐσθίουσι. Dicitur & ὀνῖτις Dioscor. lib.3. cap.32. & 33. vitiosè fortè pro ὀνῖτις. Rursus Hipp. lib.2. περὶ γυναικ. (p.667.48.) ἡμιόνου ὀνίδα, hoc est muli stercus vstum, tritum, & vino odorato dilutum propinat in fluore muliebri, (vbi tamen vngulæ ex mula cinerem perperam sumpsit Caluus) pro quo ἡμιονίδα scribit lib. περὶ γυν. φύσ. (p.583.30.) si modò vera est lectio, ac non ἡμιόνου ὀνίδα legendum. Vbi etiam ὀνίδας ad suffitum vteri adhibet Hipp. (p.585.13.) ὀνίδα quoque vsurpat Gal. lib. περὶ τῶν εὐπορίστων. (p.477.43 & p.478 28.)

Ὀνόματα φύσιος νομοθετήματα, nomina naturæ decreta, & lege quadam naturæ indita, aut pro rerum natura legitimè imposita, cùm sint rerum natura existentium simulachra. lib. περὶ τέχνης (p.3.19.)

Ὄνος axis, & ὀνίσκος axiculus, paruus axis, asellus etiam & sucula dicitur, quæ est machina tractorij generis apud Catonem vt testatur Budæus. Ὀνίσκους axiculos vocat Hipp. per quos extensionem moliri licet, lib. de fract. (pag.511.1.H.761 F.) vbi Gal. ὄνους τοὺς ἄξονας, & ὀνίσκους τοὺς μικροὺς ἄξονας vocari scribit forma diminutiua. Rursus ibidem (pag.569. v.35. H.77.54 C.) ὄνου περιαγωγὴ, axis versatio in firmissimo machinamento ponitur. Vbi etiam ὄνους & ὀνίσκους τοὺς ἄξονας exponit Gal. Ac rursus lib. de art. (pag.615.32. H.808.G.) ἢν ὑπὸ τροχιλίης τὰ χαλώμενα ᾖ ὅπλα, ἢ ὑπὸ ὄνου, si à trochlea vel ab axe funes laxentur. Illic enim ὄνος dicitur axis ex quo funis demittitur ad concussionem per scalam faciendam. Et ὀνίσκους τοὺς ἄξονας vocari scribit Gal. Atque iterum ibidem (pag.656.v.5. H. 834.A.) ὀνίσκους ἔχειν ἑκατέρωθεν, vt asellum vtrinque contineant. Vbi etiam Gal. τοὺς ὀνίσκους ἄξονας vocat. Ὄνος quoque Erot. apud Hipp. exponitur ὁ ἄξων, axis, ὅπως δι' ὃ τι κυκλικὴν τὴν κίνησιν, fortè ob conuersionem motus in orbem. Et ὄνοι ἢ ὀνίσκοι οἱ ἄξονες dicuntur Gal in Exeg. vocum Hipp. vt ὀνίσκῳ ἢ κατατεινέσθω δι' ἄξονος ἐπιστροφῆς τείνειν, per axium circumactionem extendere, aut sucula versata & circumducta extensionem facere. Ὄνισκοι etiam porcelliones vocantur apud Cæl. Aurel. cap.4. lib.1. Tard. Pass animalia quæ humectis & aquosis locis sæpe nascuntur, populariter suculæ quoq; dicuntur aut millepedæ.

Ὄνυξ vnguis, pars propriè dicitur in digitis extima, dura & lata, qua firmiores ad apprehensionem redduntur, de qua amplissimè Gorr. Ὄνυχες λεπροὶ, leprosi vngues & scabri, quibus confert acetum cum sale, libr. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.426. 36.) Per translationem autem ὄνυξ etiam dicitur Aurel. cap. 32. lib.2. Acut. in oculi circulo nata macula albida, quæ in vnguis similitudinem nascentis vel crescentis lunæ cornibus respondens, paulatim sumit augmentum. Ὄνυξ quoque in oculi vitio ponitur autori Definit. Med. (pag.400. 1.) & est συλλογὴ πύου κατὰ τὸ μέλαν μετὰ φλεγμονῆς πρὸς τὸ ἰσοειδὲς παραπλησία ὄνυχι. puris collectio in nigro oculi cum inflammatione, secundum iridem, vngui assimilis. Alióque nomine eidem πύωσις vocatur. Paulus lib.3.c.22. ὄνυχα vocari scribit, cùm membrana cornea purulenta efficitur, nunc altius, nunc in superficie, ita vt pus vnguis resecti figuram imitetur, indeque nomen mutuetur. Ὄνυξ etiam vncum aut vncinum ferreum significat ad extrahendum fœtum mortuum, quemadmodum & vngues ferrei dicuntur. Quam ad rem eo vtitur Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος, (pag.261.6.) ἔχειν δὲ χρὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα ἢ ὄνυχα ἐπὶ τὸν ἀντίχειρα τὸν μεγάλον. Ad ea verò administranda vnguem pollici adaptare oportet. Vngue etiam ferreo velut vnco veteres ad ἐμβρυουλκίας ἢ ἐμβρυοτομίας vsos testatur Gal. in Exeg. in dictione Ἰχθύῳ. Sic autem vocatur huiusmodi instrumentum, quod incuruum sit, & ad volucrum aduncos & recuruos vngues accedat. ἐλκυστὴρ ἢ ἐμβρυουλκός, & ἐμβρυουλκίσκη etiam appellatur.

¶ Ὄξος acetum dicitur, vinum putredine acidum effectum. Ὄξος λευκὸν acetum album sæpe vsurpat Hipp. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.574.39. & p.587.23. & rursus lib.2. περὶ γυναικ. (pag. 674.17.)

Ὀξὺ acutum & celer indicat, quodque promptè & celeriter mouetur. Sic ὀξὺ τὸ κατεπεῖγον & σφοδρὸν, ὡς μηδεμίαν διάπαυσιν ποιεῖσθαι, vrgens, vehemens, & quod nullam intermissionem facit, dici scribit Gal. lib.2. de loc.aff. (pag.166.18.) eique τὸ βραδὺ opponi. ὀξύτητι ταχυειδὴς ἢ ταχεῖα, mas citius aut cele-

rius concreuit & coaluit, aph.35.sect.2.lib.6. Epid. Et ὀξὺ ταχέως significat ap. Hom.Il.ι. (v.680.) εἰ μὴ ἄφ' ὀξὺ νόησε κορυθαίολος Ἕκτωρ. nisi statim intellexisset galeam quatiens Hector. Sic etiam ὀξέως apud Hipp. sæpe pro ταχέως ponitur, vt li 3. Epid.in st.pest. (p.427.26. H.1086.B.) πολλοὶ μὲν ὀξέως ἀπώλλυντο. multi quidem celeriter peribant. Et ὀξέως κτείνειν in Prorrh. dicitur (p.202.41. H.75.D.) celeriter & repente interficere, quodq; subitum & repentinum adfert exitium. Ac rursus ibid. (p.193.4. H.73.B.) ὀξέως μεταπίπτειν, celeriter permutari, locum subinde commutare, vbi ὀξέως ταχὺ exponit Gal. Quod etiam repetitur in Coac. (119.A.) qua notione ἐν ὀξεῖ pro ὀξέως ponitur ibid. (pag. 122. F.) ἀναθερμαινόντες ἐν ὀξεῖ. celeriter ad calorem reuocari. & (pag.127.D.) ὀλίθριοι ἐν ὀξεῖ. præceps periculum denunciant. Ὀξέως etiam repente interdum indicat, in Coac. (pag.202.E.) πολλὰ ὀξέως ἐρμώμενα multa celeriter aut repentè cum impetu feruntur. Ac rursus ib. (pag.219 D.) φλεγματώδης ὀξέως διαχώρησις, alui egestio repentè pituitosa, quæ cum tensione intestinorum difficultatem denunciat. Interdum quoque valdè significat. In Prorr. (p.194.52. H.74.A.) ὀξέως ὀλέθριον, valde perniciosum, quod præceps exitium minatur. & ὀξέως ἐκστάντες, vehementer & acutè mente emoti, in Coac. (p.130.H.) & in Prorrh. (p.175.33. H.68.D.) Est & ὀξὺς præceps, labilis, qui facilè mouetur aut mutatur, interdum etiam acer, vehemens, & ad obeundas actiones promptus. καιρὸς ὀξύς, occasio præceps & labilis aph.1.lib.1. & ὀξεῖαι ἡ φύσις τῶν πυκνοσάρκων, præceps & labilis eorum natura qui bene sunt habito corpore & denso, hoc est athletico habitu, quòd facilè in perniciem labitur, καὶ τρέπεται ἐφ' ἑκάτερα, τουτέστιν ἐπί τι τὴν ἐναντίην καὶ πουλύτιον, in contraria celeriter mutatur, neque eodem habitu diutiùs permanere potest, libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.36.19. H.339.38.) & aph. 3. libr.1. ὀξεῖαι καθάρσεις præcipites & celeres purgationes, in Coac (p.156.D.) ὀξεῖη κοιλίη πρὸς τὰ φάρμακα, aluus quæ facilè & celeriter medicamentis mouetur, iisque obtemperat, Prorrh.2 (p.89.E.) Celsus ventrem medicamentis moueri dixit. Rursus ibidem (pag.86.B.) ὀξύτεροι τε ἐς ἐργασίαν εἰσὶ ἐν τοῖσι γυμνασίοισι, in obeundis exercitationibus acrior & efficacior dicitur. At iterum (ib.C.) γυναικὶ δὲ χρησάμενος ἅπαξ ὀξύτερός τ' ἂν εἴη vxore verò semel vsus & acrior fuerit, hoc est ad obeundas actiones firmior, promptior, valentior. Est & ὀξεῖα πυρίη, lib.2.περὶ γυναικ. (pag.649.5.6.) fomentum acutum, calore nimio pungens ac mordax. ὀξεῖς ῥιπτασμοὶ, vehementes corporis iactationes, repentinæ, acres & celeres. lib 7. Epid. (pag.1213.B.) Ex his verò significationibus ὀξέα νοσήματα dicuntur sæpissimè Hipp. morbi acuti, qui magni sunt, celeres, quique celeriter mouentur & ad vigorem perueniunt, & subitò in præceps labuntur exitium. Quam nominis notationem diligentissimè excutit Gal. in fine lib.3. de dieb.decr. (p.450.33.) Atque idem Com.1. in lib.6. Epid. (pag.454.20. H.1165.F.) significat, cùm ὀξεῖς πυρετοὺς exponit δριμεῖς καὶ ταχεῖς, acres & celeres, quod celeriter moueantur & suum prodant calorem, sic scribens: τὸ δὲ ὀξὺς ἐπὶ τῆς ταχέως ἀπαντώσης τῇ χειρὶ θερμασίας, ἐνδεικνυμένης τι τὴν ἑαυτῆς κίνησιν ὠκεῖαν, ἀκούειν σε χρὴ, καθάπερ ὀξεῖς τινας ὀνομάζομεν δριμεῖς, ἐν ἴσῳ τῷ ταχεῖς, ὀξέα τε νοσήματα λέγομεν, ὅσα ταχέως διεξέρχεται τοὺς ἰδίους καιροὺς ἄχρι τῆς τελευτῆς. Dictionem autem ὀξεῖς, quod est acutæ, de calore celeriter manui occurrente, & motionem suam velocem ostendente, accipere te oportet, quemadmodum acutos aliquos dicimus acres, quod idem est ac si celeres intelligas. Acutos etiam morbos dicimus, qui celeriter in finem vsque sua pertranseunt tempora. Et Com.ad aph 23.lib.2. τὰ ὀξέα νοσήματα μεγάλα τε ἐστὶ καὶ πρὸς τὴν ἀκμὴν ἐπιγίνεται διὰ ταχέων, acuti morbi dicuntur, qui magni sunt, & ad vigorem celeriter perueniunt. Ac libr. de rat. vict. in morb.ac. (pag.39 v.20. H.384.6.) ὀξέα νοσήματα sunt Hipp. ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, magni & periculosi morbi, quique plurimos necant, ὧν οἱ πυρετοὶ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες, κτείνουσι, quosque ferè febres comitantur assiduæ, & periculum creant. Quod etiam scribit Gal. Com.ad aph.19.lib.2. & aph.7.lib.1 & aph.1.lib.7. & aphor. 54.lib.6. In Prognostico quoque (pag.129.vers.30. H.38.13.) ὀξέα νοσήματα dicuntur, ὁκόσα ξὺν πυρετοῖσιν ἐστί, quibus febris coniuncta est. Vbi acutos morbos exponit Gal. ἐφ' ὧν ἤτοι διὰ τὸ μέγεθος τοῦ πυρετοῦ, ἢ διὰ τὴν ἰδίως ὀνομαζομένην φλεγμονὴν οἱ κίνδυνοι γίνονται. in quibus aut propter febris vehementiam, aut propriè dictam inflammationem, pericula imminent. Qua de re & acutorum morborum natura plura scripsimus nostris in li.1. Epid. Annotat. sect.3. Eaque notione morbus acutus dicitur Latinis, magnus & vehemens, aut acer & velox. Hor. Si latus aut renes morbo tententur acuto. Celer morbus etiam dici potest, vt celeres passiones Aureliano. Sic ὀξὺς ἄρης Homer.Il.ρ. (v.552.) ἐγείρομεν ὀξὺν ἄρηα. Vbi Schol. exponit, τὸν ταχὺν ἐν τοῖς φόνοις ἔχοντα τὴν κρίσιν. Quo sensu acuta bella dixit Horatius, & M.Tullius acre & difficile certamen.

Ὀξὺς etiam simpliciter ac sine addito apud Hipp. positum, grauem febrem aut dolorem subindicat, li.4. Epid (p.1129. C.) ὑπὸ ἦτρον τάσις ἑκατέρωθεν, ἐς ἰθὺ, μέχρις ὀμφαλοῦ ξὺν ὀξεῖ. Imi ventris contensio ex vtraque parte, in directum, ad vmbilicum pertingens, cum graui febre. Caluus dolorem & febrem subintellexit.

Ὀξύγλυκυ aut ὀξυγλυκὺς, est cremor fauorum decoctus, aut decoctum fauorum aceto mixtorum. Quibusdam mella, aut acetum mulsum dulce, nobis mulsa acida, aut aqua mulsa acida dici potest: fit autem (vt scribit Gal. Com. in li.2. de fract.) (p.548.3.H.760.B.in Græcia hoc modo. faui melle expressi in ollam mundam aquæ plenam iniiciuntur ac macerantur, deinde eatenus decoquuntur, quoad satis visum fuerit, vt faui humorem omnem quem in se habuerint, decoctura in aqua deposuerint. Postea ita recondunt & seruant, vtunturque æstate ad sitim sedandam aqua admixta. Idem Com.3. eundem in lib. (p.572.30. H.775.F.) ὀξύγλυκυ ἀπόμελι dici scribit, & in Græcia parari melle aceto admixto. Ex fauis quoque maceratis & coctis adiecto melle & aceto commixto, tantisper tamen simul decocto, quoad vtriusque qualitates vniantur, & aceti vis retundatur. Parari etiam quoddam dulcius, & quoddam acidius ibid.scribit. Idem Gal lib.4.salub. ἀπομέλιτος conficiendi rationem docet ex vna aceti parte, duabus mellis, & aquæ quatuor simul incoctis, vbi neque fauorum vlla fit mentio. At ἀπόμελι cùm sit mellis decoctum, sub se veluti genera quædam, ὀξύμελι, ὀξύγλυκυ, & ὑδρόμελι continere videtur. Ὀξύγλυκυ verò mulsa acida dici posse videtur, quòd Diosc. lib.5.cap.17. fauorum decoctum à melle aqua elutorum & maceratorum, (quod à quibusdam confici ac seruari solet) ὑδρόμελι vocari scribit. Ὀξύγλυκυ in potu adhibet Hipp. li. de fract. (pag.547.52. H.760 B.) vbi aquam mulsam acidam (ὀξυγλυκὺς vocant) diximus. Rursus ibidem (pag.572.11. H. 775.F.) ὀξύγλυκυ εὐώδες vsurpat, acetum mulsum dulce odoratum, aut mellam odoratam. Quam potionem aquæ instillatam, in biliosis naturis adhibet. ὀξύγλυκυ etiam in potu adhibet lib. de art. (pag.661.15. H.840. H.) & Moch. (pag.858. A.) vt & lib.2. Epid. (pag.1028.D.) ποτὸν ἐχρῆτο ὀξυγλυκεῖ. In potu erat acetum mulsum. Et lib.2. περὶ γυναικ. (pag.651.49.) ὀξυγλυκέσι, hoc est, aceto mulso aut fauorum cremore pisces cartilagineos & obsonia incoquit. Et ibidem (662.23.) mercurialis & brassicæ decoctum fauorum cremore aut aceto mulso (ὀξυγλυκεῖ) conditum exhibet. Est & ὄξος γλυκὺ acetum dulce, quo in pleuritide vtitur Hipp.lib.3.de morbis (p.493. 22.) acetum mulsum etiam dici potest.

Ὀξυθυμίη præceps & acerba iracundia, excandescentia, & ὀξύθυμοι qui nulla iusta de causa in iracundiam erumpit, iræ impotens, & natura ad iram procliuis. Ὀξύθυμος Gal. Com.2 in lib.1. Epid. (p.373.9.) frigidiore temperamento præditus esse scribitur & δυσάρεστος, quales sunt mulieres quæ leui de causa facilè commouentur, neque iræ aut animo moderari queunt. Ideoque ὀξυθύμοις θυμώδεις ibidem opponit, quòd θυμώδεις ἀνδρεῖοι sint & virili animo & rerum humilium contemptores. At ὀξύθυμοι μικρόψυχοι, neque generoso aut virili animo prædíti. Hos per ὀργίλους indicauit Hipp. lib. 1. Epid. vt & ὀξυθυμότεροι ἑτοιμότεροι καὶ ὀργιλώτεροι, promptiores & ad iracundiam proniores exponuntur Gal. Com. ad aph.13 sect. 4. lib.6. Epid. eosque fieri scribit vbi ventriculus calidior fuerit, non calido natiuo sed acquisititio & præter naturam. Ὀξυθυμίην vsurpat Hipp. aph.4. sect.4.lib.6. Epid. & aph.8. sect.5. & lib 2. Epid. (pag. 1037. F.) ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν adhibenda diligentia est vt præceps acerbaque iracundia inducatur. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 532. 18.) φυλασσέσθω δὲ καὶ βοὴν καὶ ὀξυθυμίην, vitet etiam vociferationem & iracundiam. Lib.1. περὶ διαίτης (p.353.6.) ὀξύθυμοι τῷ βραδύμῳ, h.e. lento & tardo opponit Hipp.

Ὀξυΐ pro ὀσφυΐ, hoc est, lumbo, positum apud Hipp. agnoscit Erot. Verùm non parum suspecta mihi videtur lectio, & ἰξυΐ legendum existimo. Bis enim antea idem Erot. ἰξυΐ apud Hip. ὀσφυΐ exponit, ex Mochl. vt adscripsimus, aut ὀξυΐ pro ἰξυΐ legisse videtur.

Ὀξύμελι potio ex melle, aceto & aqua mixta, acetum mulsum, aut mulsum acetosum dicitur. Cæl. Aurel. apud Hipp. mulsum ex aceto passim vertit, vt cap.19. lib.2. ac. (bis) & cap. 18.lib.3.ac.& cap.4. lib.1. Tard. pass. mulsum ex aceto confectum. Eo vtitur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.78. 52.H.393.43.) vbi ὀξυμέλιτος appellationem per [τὸ καλεόμενον] non

non parum suspectam facit. Potu quoque id exhibet in pleuritide (p.107.9. H.402.6.) quem locum exagitat Aurel. Idemque videtur esse quod ὀξυμέλικρητον lib. de loc. in homine (p. 416.3.) in pleuritide exhibitum, aut ὄξος γλυκὺ lib.3. de Morb. etiam potu in pleuritide sumptum (p.493.22.) Oxymelitos autem formam habes apud Hipp. lib. περὶ τῆς ὄψιος παθῶν (pag. 558.55.) nempe potionem ex melle, aceto & aqua mixtam. Cuius variam cõficiendi rationem habes apud Gal. li.4. salub.

Ὀξυρεγμίη acidum ructum significat, cuius causa est pituita, præsertim acida, in ventriculo contenta, aut sine ea, ventriculi intemperies frigida, vt scribit Gal. Com. ad aph.1. lib.6. vbi ὀξυρεγμίας ὀξείας ἐρυγὰς etiam exponit. Idem Comm.2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.59.14. H.388.55.) ἱμαθημένον δ' ὅτι διά τι τὴν ψύξιν τῆς γαστρὸς αἱ ὀξυρεγμίαι γίνονται, καὶ διὰ φλέγμα πολλάκις ἠθροισμένον ἐν αὐτῇ, καὶ διὰ πλῆθος σιτίων, καὶ συμμέτρων μὲν ὄντων, ἀλλὰ ψυχρῶν τῇ δυνάμει. Quòd autem ructus acidi fiant, & propter ventriculi frigiditatem, & propter pituitam sæpius in eo coaceruatam, & propter ciborum copiam, aut, siquidem moderati sint, potestate frigidorum, didicimus. Vsurpatur autem hæc dictio Hipp. aph.1. lib.6. Quæ sententia repetitur lib.2. Epid. (pag. 1015.E.) Et rursus (ib.F.) ἴσως δ' καὶ ὀξυρεγμίαι λειεντερίην λύουσι. fortè etiã intestinorum læuitatem acidi ructus soluunt. Et lib. περὶ διαίτης 2. (p.359.22.) πράσον ὀξυρεγμίην παύει. porrum ructum acidum sedat. Quod etiam de coriandro scribit (ib.29.) καὶ τὴν ὀξυρεγμίην παύει. Et lib.3. (p 103.39.371. 25.) τὸ σῖτον ἐρυγγάνεται ὠμόν, ἄτερ ὀξυρεγμίης. cibum crudum eructat citra ructum acidum. Et rursus (p.104.18. 372.13.) εἰσὶ δέ τισιν οἷσιν ἐς τὴν ὑστεραίην ὀξυρεγμίαι γίνονται, Sunt autem quibus postridie ructus acidi fiunt. Lib. περὶ παθῶν ὀξυρεγμίη dicitur (p.527.31.53.528.4.) Quibus sanè ex locis ὀξυρεγμίην, τὴν τοῖς ἀπέπτοισι παρακολουθοῦσαν ἐπιζέουσαν ἐρυγὴν, acidum ructum, qui eos qui non concoquunt, subsequitur, apud Hipp. exponit Erot. Hinc etiam ὀξυρεγμιώδης dicitur li.2. Epid. (p.1029. G.) quod ὀξυρεγμίην parit. τὸ ἴναιμον καὶ τὸ ὑπόχολον ὀξυρεγμιώδης. Qui naturâ sunt sanguinei & aliquantulum biliosi, acidis ructibus conflictantur. ὀξυρεγμιώδεις etiam sunt aph.33. lib.6. qui acido ructu laborant. Vbi Galeno ὀξυρεγμιώδεις exponuntur, οἱ ὀξείας ἔχοντες ἐρυγάς. Quam dictionem quoque vsurpat Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.58.46. H.388.35.)

Ὀξυφλεγμασίη acuta & vehemens inflammatio quæ fit à succenso sanguine. Libello περὶ παρθενίων (p.563.1.) ἐχόντων δ' πνιγῶν ὧδε, ὑπὸ μὲν τῆς ὀξυφλεγμασίης μαίνεται. His autem sic se habentibus, præ acuta quidem & vehementi inflammatione insanit.

Ὀξυφωνίη κλαυθμώδης, vox acuta, eiulabunda & planctum referens, In Coac. (p.159.D.)

Ὀπισθότονος est partium posteriorum distentio, aut conuulsio in posteriora. Supinus raptus dicitur Cæl. Aurel. cap.6. lib.3. acut. & raptus posterganeus. ὀπισθότονος Celsus rigores qui caput scapulis annectunt vocat cap.11. lib.8. Opisthotoni tria sunt notabilia exempla lib.5. Epid. (pag.1159.C.D. quæ etiam repetuntur lib.7. Epid. (p.1220. F.G.) Ὀπισθοτονώδεις qui in scapulas rigescunt, & posteriorum partium distentione tentantur, quam opisthotonum dicunt, in Prorrh. (p.195.56. H. 74. B.) & Coac. (p.144.C.) iidem ὀπισθοτονικοὶ vocantur, lib. 5. Epid. (p.1153.G.) ὀπισθοτονώδης ῥῖγος. rigor cum posteriorum partium distentione, rigor cùm ceruix in scapulas deiecta est & retrorsum contracta, aut in humeros incuruata. In Coac. (p.120.G.) ὀπισθοτονώδεα πυρετώδεα, febres cum posteriorum partium distentione. In Coac. (p.175.A.)

Ὀπισθοχειμῶνες sunt frigora quæ ad extremam hyemem fiunt, quæq; cæteris plærunq; duriora sentiuntur. Lib.1. Epid. (p. 357.41. H.942.G.) ὀπισθοχειμῶνες μεγάλοι, extremæ hiemis frigora magna fuere. Eandemq; dictionem vsurpat lib. περὶ χυμῶν (p.50.25.) ὅταν δ' χειμέριον γένηται ἦρ, καὶ ὀπισθοχείμων. cùm ver hybernum fuerit, & extremæ hyemis frigora senserit.

Ὅπλα instrumenta & funes significant apud Hipp. lib. de art. (p. 615.32. H.808.G.) τὰ χαλαρὰ ὅπλα, laxati funes. Gal. in Exeg. vocum Hipp. ὅπλα exponuntur σχοῖνοι ἀπὸ σπάρτου, ἢ λίνου, ἢ κανάβεως. funes ex stupa, lino aut cannabe confecti. Erot. verò apud Hipp. Bacchium reprehendit, quòd ὅπλα exposuerit τὰ σύμπαντα σχοινία, stupeos funes (vt stupea vincula dixit Maro Æneid.2.) vult enim ὅπλα κοινῶς dici τὰ ἐν τῇ νηὶ διακρατοῦντα ὀρθὸν τὸν ἱστὸν σχοινία, funes nauticos malum rectum continentes. Quemadmodum etiam Hipp. lib. de art. (p 659.28. H.837.G.) ὅπλα vocauit nauticos rudentes. Vbi Gal. ὅπλα vocari scribit τὰ κατὰ τὴν ναῦν σχοινία, nauium rudentes. & δῆλον ὅτι νῦν ὁ Ἱπποκράτης εἴρηκεν ὅπλα μὲν ἰδίως, τὰ ἐν τῇ νηὶ σχοινία. τὰ δ' ἔξω τῆς νηὸς ἐν ταῖς πόλεσι καὶ κατ' ἀγρὸν, διὰ τῆς κοινῆς προσηγορίας ἐδήλωσε τὰ σχοινία. Constat nunc Hippocratem cùm ὅπλα dixit rudentes nauticos intellexisse. Eos nanq; qui in vrbibus & in agro habentur, communi appellatione per σχοινία significauit. Quod etiam Homer. testimonio contestatum facit Gal. qui etiam ὀδυσσ. ξ. funem nauticum νεὸς πρῴρης ὅπλον vocat. ὅπλα tamen communiter instrumenta tum bellica, tum nautica dicuntur quemadmodum & Latinis arma cunctarum artium instrumenta, vt annotat Seruius, quod ex Eustath. sumpsisse videtur, qui ὅπλα nominari scribit πάσης τέχνης καὶ ὁποιασοῦν ἐργασίας ἐργαλεῖα, quælibet artis cuiuscunque instrumenta. Pollux quoque lib.1. cap.9. ὅπλα dici ex Xenoph. in Oecon. scribit, τὰ σύμπαντα σκεύη, quæuis instrumenta. De instrumentis nauticis dixit Maro Æneid.5. Colligere arma iubet validisq; incumbere remis, ex armorũ bellicorum translatione. Sic de rusticis instrumentis Georgic. li.1. quæ sint duris agrestibus arma. Et lib.1. Æneid. cerealia arma expediunt, de instrumentis quib. cerealia semina comminuuntur & in farinam rediguntur.

Ὀπὸς simpliciter et per se ὁ τοῦ σιλφίου κατ' ἐξοχὴν exponitur Gal. apud Hipp. silphij aut laseris succus, quemadmodum & καυλὸς, cùm tamen communi notione succum aut humorem alicunde expressum indicet. Quæ Gal. explicatio ad lib. de rat. vict. in morb. ac. refertur (p.62.26. H.389.33.) vbi σίλφιον ὀπὸς, καυλὸς ponitur & de lasere intelligitur, eius succo & scapo. Rursus lib.2. de morb. (p.474.15.) καὶ ὀποῦ τρεῖς κυάμους, laseris succi trium fabarum quantitatem. Et (vers.26.) ὀποῦ δύο κυάμους. laseris succi fabas duas. Idem quoque ὀπὸς μηδικὸς dicitur Gal. in fine lib.2. κατὰ τόπ. succus Medicus, Syrenæus, vt & Cyrenaicus. Sæpe vero ab Hipp. ὀπὸς σιλφίου nominatur, vt lib.7. Epidem. (p.1228.G.) & lib. περὶ τῆς ὄψιος παθῶν (p.545.7. & 26. & p.547.43.) & lib.2 de Morb. (p.474.3. & p.476.14.) & lib.3. (p.495.14. & 16.) Est vbi ὀπὸς non solùm laseris succum sed & ipsum silphium & laserpitium indicat. Et Gal. ὀποῦ καρπὸν apud Hipp. σιλφίου σπέρμα, silphij semen exponit, quod folium singulariter & Magydaris quibusdam vocatur. Quod videtur referri ad lib.1. περὶ γυναικ. (p.624.37.) vbi καρπὸν ὀποῦ legisse videtur Cornar. cùm tamen exemplaria omnia habeant συκῆς καρπὸν ὀπόν. Ὀπὸς etiam veteribus de fici & caprifici lacteo succo effertur, quo coaguli loco ad lac spissandum vtebantur. Sic lib.4. de Morb. (pag.510.9.) ὀπὸν ad lac cogendum & inspissandum immittit Hipp. Vbi certe ambiguum est an laseris succum & Cyrenaicum intelligat, an verò succum alium quendam lac stringentem & condensantem. Et Empedocles apud Plut. lib. περὶ πολυφιλίας. ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐγόμφωσεν καὶ ἔδησε. Vt sunt densando opportuna coagula lacti. Quod ad Homeri imitationem dictum est. Sic enim scribitur Il. ε. (v.902.) ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν ὑγρὸν ἐόν. Vt cùm lac album coagulum cogens congelauit, molle existens. Quod etiam de lacteo fici succo dicitur Dioscor. li.1. cap.184. & 185. & Plinio cap.7. li.23. qui & ὀπὸς vocatur. Et Eustath. in Homeri locum, ὀπὸν exponit τὸ γαλακτῶδες τῆς συκῆς lacteum fici succum, & τὴν πυτίαν, coagulum. Neque secus ὀπώδης ὑγρότης fici ex Theoph. li.1. hist. plant. cap. 19. Plinio lacteus succus dicitur li.15. cap.28. & quod πολύοπον δένδρον li.4. hist. plant cap.2. Plinius li 13. cap.7. ficum multo lacte abundare scribit. Qua forte notione ὀπώδεα οὖρα dicuntur Hipp. lib.7. Epid. (p.1216.F.) lacteæ & albicantes vrinæ, quod pituitam multam crudam & vitream præ se ferant. Intelligi quoque etiam videntur vrinæ succum & serum plurimum referentes, velut quæ multam crudam humorum copiam, & frigidi pituitosique humoris multitudinem denotant. ὀπὸς enim τῶν χυμῶν genere censetur, & à Plat. in Tim. plantarum succis annumeratur, quod etiam testatur Gal. lib. 1. de simpl. med. fac. cap.18. Quod igitur eiusmodi vrinæ, quales sunt dilutæ, crudi succi & seri plurimam copiam continerent, ὀπώδεις, veluti succosæ & serosæ accipi possunt.

Ὄπωπα εἶδον exponit Erot. apud Hipp. quod est vidi. Qua dictione vtitur lib. de art. (pag.579.7. H.780.B.) οὔτ' ἂρ ἐς τὸ ἔμπροσθεν οὐδέπω ὄπωπα. Verùm neque in anteriorem partem vnquam vidi. Sed Erot. codices εἶδες vitiosè legunt. ὄπωπα, ἑώρακα, εἶδον, ἐθεασάμην, exponit Hesych.

Ὀπώπια dicuntur oculorum ossa Hippocrati, lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 274.3.) κεφαλῆς ξὺν ὀπωπίοις ὀκτώ. capitis cum oculorum ossibus octo.

Ὀπώρη pars æstatis vltima dicitur, in qua cùm fructus maturescere soleant, pro fructibus ipsis accipitur, interdum verò pro autumno & fructibus autumnalibus. Lib.5. Epid. (pag. 1151.A.) ἐδίων ὀπώρην, ex pomorum esu. Et rursus ibid. (p. 1155.D.) ὀπώρη γλυκεῖη, poma dulcia. Rursus lib.7. (p.1230. B.) ὀπώρη fructus autumnales & poma indicat, cùm pomorum nomine mora & nuces Plinius censeat, & Martialis nuces spineas. ὀπώρη μήλων malorum aut pomorum fructus, lib. περὶ τῆς ὑγρῆς παθῶν (pag. 545.52.) in causis hydropis ex

liene. καὶ ἄλλων ὀπώρην πολλὴν φάγῃ, & poma multa aut malorum fructus multos ederit. Ac rursus ibidem (546.2.) ὁκόταν δὲ ὀπώρη ᾖ καὶ φάγῃ ταύτην. cùm verò pomorum tempus aduenerit, eaque comederit. Et (pag.558.10.) αὕτη ἡ νοῦσος ἐπιλαμβάνει μάλιστα μετοπώρου καὶ ὀπώρης ἐούσης. morbus prehendit autumno præcipuè & fructuum tempore. Et rursus ibidem (pag.555.5.) in causis quarti stuporis attoniti, quem Typhon vocant. ὁκόταν τις πλησθῇ πάσης ὀπώρης. cùm quis se fructibus autumnalibus omnis generis expleuerit. Sic enim fructus autumnales molli cortice & foris non lignoso, qui pomorum genere censentur comprehendit. Et rursus ibidem (v.4.) autumni tempus indicat. γίνεται μὲν τὸ νόσημα ἐν ὀπώρης ὥρῃ. fit hic morbus autumni quidem tempore, vel fructuum & pomorum tempore. Et (v.25.) ὁ δὲ ὑπὸ τῆς ὀπώρης ληφθεὶς τῇ νόσῳ. Qui verò sub autumni tempus morbo correptus est.

§ Ὀργᾷν est ardenter appetere, & ad aliquid cum impetu ferri, cupiditate aut libidine incendi, turgere, ἐπιθυμεῖν ὀρεκτικῶς ἔχειν, vt exponit Hesych. proprieque de animantibus dicitur, quæ libidine turgent & quodam eius impetu concitantur, seu quæ ardentissimè coitum appetunt, & abstinere nequeunt, tuncque turgere aut tumere dicuntur. Ex qua translatione terra ὀργᾷν dicitur cùm semina appetit aut turget, & gignere ac parere cupit. Quod dixit Virg. Georg.2. Vere tument terræ & genitalia semina poscunt. Sic Erot. ὀργᾷν τὴν γῆν πρὸς τὴν ἐκβολὴν τοῦ καρποῦ dicit, cum terra turget, & fructus ac germina aut flores producit. Eademque notione tumescunt arborum gemmæ cùm frondes parturiunt. Neque absimili translatione tumere negotia, & tumorem rerum dicit M.Tullius epist.4. & 5. li.14. ad Att. de eo rerum statu qui in bellum aut tumultum erumpat, & aliquid perturbationis afferat. Ex Scholio quodam adscribitur, ὀργᾷν, ὀρέγεσθαι, ἐπιθυμεῖν πρὸς συνουσίαν. ὀργᾶς γὰρ τοὺς τρόπους ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι, ὡς καὶ Ἀκμαῖ φασίν. ἐν μὲν ἀνθρώπῳ ὀργαὶ βεβαιμέναι μυεῖσαι. Eodem etiam tropo ὀργᾷν ad humores corporis transfertur, qui inordinatè mouentur, & ab vna in aliam partem impetu feruntur & decurrunt, tuncque medicamento purgante indigent, velut manum porrigente & ad exitum deducente. Quod multis locis scribit Galenus præcipueque Comm. ad aphorif.22. lib.1. his verbis: τὸ δ᾽ ὀργᾷν, ἀπὸ τῶν ὀργώντων ζώων μετενήνοχεν ἐπὶ τοὺς χυμούς. καθ᾽ ὃν γὰρ τρόπον ἐκεῖνα ἡσυχάζειν οὐ δύνανται γαργαλιζόμενά πως καὶ κινούμενα καὶ διεγειρόμενα πρὸς τὰ πάθη, οὕτω καὶ οἱ χυμοὶ πολλάκις ἐν κινήσει σφοδροτέρᾳ καὶ μεταρρύσει μορίων εἰς μόρια, κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος ἐνοχλοῦσι τὸν ἄνθρωπον, κινοῦντες καὶ γαργαλίζοντες, καὶ ἡσυχάζειν οὐκ ἐπιτρέποντες, ἀλλ᾽ αὐτοί τε κινούμενοι καὶ μεταρρέοντες, ἐνοχλοῦντές τε τῇ τοιαύτῃ φορᾷ τὸν κάμνοντα. ὀργᾷν verò quod est ad coitum impetu ferri, ab animantibus in Venerem concitatis ad humores translatum est. Nam quemadmodum ea quiescere non possunt quodammodo titillata atque impulsa, & stimulata ab eiusmodi affectus impotentia: sic & humores plærunque dum motu feruntur concitatiore, & ab vna parte ad alteram transfluunt, statim initio morbi hominem infestant concitantes & titillantes, nec quiescere sinunt, sed & ipsi mouentur & transfluunt, tantoque motu ægrum infestant. Idem quoque Com. ad aphorism.1. lib.4. ὀργᾷν, ἐπείγεσθαι καὶ ὁρμᾷν exponit, quod est vrgere, impellere & impetu ferri. μετενήνεκται γὰρ ἀπὸ τῶν ὀργώντων ἐπὶ συνουσίαν ζώων ἡ προσηγορία. ὅταν οὖν κινῶνται καὶ φέρωνται πάντῃ τοῦ σώματος οἱ πλεονάζοντες χυμοί, μηδέπω καθ᾽ ἕν τι μόριον ἐστηριγμένοι, τηνικαῦτα πρὸς τὴν ἀπόκρισιν αὐτῶν ἡ φύσις ὁρμᾷ, καὶ δεῖταί τινος ὀρέξοντος χεῖρα καὶ προσηγήσοντος αὐτὴν τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὴν γαστέρα. Translata enim appellatio est ab animalibus ad coitum incitatis. Cùm enim redundantes humores mouentur & per totum corpus feruntur, nondum corporis aliqua parte firmati, tunc ad eos expellendos incitatur natura, atque aliquo qui veluti manum porrigat, & hunc humorum motum ad aluum deducat indiget. Et Com. ad aph.10. lib.4. εἴρηται μοι καὶ πρόσθεν ὅτι τὴν ὀργᾷ φωνὴν ὁ Ἱπποκράτης ἀπὸ τῶν ζώων μετενήνοχε τῶν ἐπειγομένων χρῆσθαι συνουσίᾳ, φυσικὴν τινα ταύτην ἐπιθυμίαν ἐχόντων αὐτῶν εἰς τὴν τοῦ σπέρματος ἀπόκρισιν. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς περὶ σπέρματος λόγοις, καὶ τὸ θῆλυ κατὰ τὰς συνουσίας σπερμαῖνον. ὅταν οὖν ἤ τοί γε ἐν ὅλῳ τῷ σώματι παραπλησία τῇδε γίνηται τῆς φύσεως ὁρμὴ πρὸς ἀπόκρισιν τῶν περιττῶν, ἢ εἰ καὶ μὴ καθ᾽ ὅλον, ἀλλά γε κατὰ τὰ κυριώτατα μέρη, τὸ τοιοῦτον ὁ Ἱπποκράτης ὀργᾷν ὀνομάζειν εἴωθεν. Dictum à me etiam antea Hippocratem verbum ὀργᾷν ab animalibus ad Venerem incitatis ad humores transtulisse, cùm ea naturali quadam cupiditate mouentur ad seminis excretionem. Siquidem ostensum est in libris de semine fœminam quoque in coitu semen excernere. Quando igitur vel toto corpore similis huic animantium concitatæ ad seminis emissionem libidini, fuerit naturæ impetus ad excretionem redundantium humorum, vel si non toto corpore, at certe partibus principalibus, eiusmodi naturæ quæ molesta sunt expellere gestientis motum consueuit Hipp. per verbum ὀργᾷν appellare. Idem etiam Com. in sent.15. lib.2. de humor. ei attributo, verbum ὀργᾷν scribit propriè de animantibus dici solere, quæ ad rerum Venerearum vsum impelluntur. Nunc verò ad eos translatum esse morbos, qui properant, celeriterque mouentur: præcipuè autem cùm sensus ægroti hominis ab inordinata humorum spiritusque agitatione quodammodo irritatur. ὀργᾷν autem turgere significare, vrgere & impetu ferri ad excretionem, aut ad exitum festinare, & humoribus attribui ad exitum paratissimis & vrgentibus scribitur à Gal.Com.2. in lib.6. Epid. (p.460.14.) ἐπὶ γὰρ τῶν ἐπιμονωτάτων εἰς ἔκκρισιν ἐπειγομένων τε πρὸς κίνησιν ὑγρῶν ἐνταῦθά τε καὶ κατ᾽ ἄλλους ἀφορισμοὺς φαίνεται χρώμενος τῇ ὀργᾷν φωνῇ. Etenim in paratissimis ad excretionem & ad euacuationem properantibus humoribus, tum hic, tum in aliis aphorismis, ὀργᾷν voce vsus esse videtur. Qua significatione interdum propriè vtitur Hipp. vt lib. de fract. (pag.564.5. H.769.D.) πῦον γὰρ συχνὸν ῥεῖ ἐκ τοῦ ἕλκεος, καὶ ὀργᾷν φαίνεται. Pus enim copiosum ex vlcere fluit, & turgere videtur, hoc est, gliscere & ad exitum aut excretionem festinare, vt à parte vitiata expellatur, ἐπείγεσθαι πρὸς τὴν ἔκκρισιν exponit Gal. Dicitur autem de parte vlcerata, cùm vlceris labra non committuntur, sed dehiscunt & diffident, & in affecta parte motionis cuiusdam latentis in interioribus sensus est. Sic lib.1. περὶ γυναικ. (p.610.40.) οὐδ᾽ ὀργᾷ τοῦ ἀφροδ. hoc est, neque incitatur ad coitum aut eum appetit. Et lib. περὶ φύσ. παιδ. (p.241.35.) καὶ αἱ θηλαὶ ὀργῶσι, & papillæ turgescunt in lactis significatione, hoc est foras prodeunt & quodammodo gliscunt aut exeruntur. Rursus Prorrh.2. (pag.97.A.) ἢν αὐτόματα τύχωσιν ὀργῶντα, si eo sponte ferri contingat, hoc est, si forte ad sanguinis profusionem irritentur aut cieantur, moueantur aut gliscant. Qua notione ὀργῶν αἷμα (ib.B) dicitur, sanguis gliscens & erumpens, aut ad profusionem concitatus (etsi omnes codices σώματος pro αἵματος vitiosè legunt. Sic ὀργῶν σῶμα dicitur plethora laborans corpus humoribus turgidum & scatens. Eaque significatione tubercula ὀργᾷν dicuntur Gal.Com.2.in lib.6. Epid. (pag.466.41.) quæ in acutum tendunt & humoris acrimonia ad eruptionem irritantur. ἠκούσατε δ᾽ ἤδη καὶ περὶ τῶν φυμάτων ἐπακροῦσθαι, ὡς τὰ μὲν ἀποκορυφοῦντα εἰς ἔξω, καὶ οἷον ὀργῶντα θερμῶν χυμῶν ἐστιν ἔγγονα, τὰ δὲ ἐναντία ψυχροτέρων. τὸ δ᾽ ὀργᾷν αὐτά, διά τε τῶν κνησμωδῶν καὶ τῶν ὀδυνῶν ἔνεστι διαγινώσκειν. Iam verò de tuberculis audiuistis, quod quæ in acutum fastigiantur & quasi turgent, à calidis humoribus ortum habent, contraria verò à frigidis. Ea autem turgere, ex pruritu & dolore dignoscere licet. At verò figuratam eam dictionem plærunque vsurpat Hipp. vt lib. περὶ χυμῶν (p.48.37.) & aph. 22 li.1. & aph.1. & 10. li.4. & li.1. περὶ γυναικ. (p.605.27.)

Ὀργάζεσθαι Gal. in Exeg. apud Hipp. φυράσαι, συγκεράσαι, hoc est, permiscere, contemperare aut subigere exponit, nimirum aph.6 sect.2. lib.6. Epid. subindicans, vbi ὀργάζεσθαι passim legitur cui certe eandem expositionem adhibet, etsi in Comment. ὀργίζεσθαι plærosque legere contendit, vbi tamen eam lectionem nimis affectatam & ab Hipp. loquendi consuetudine remotam profitetur. Quam certe amplexus mihi videtur Erot. cùm ὀργίζεσθαι, τὸ ὁρμὴν ἔχειν πρός τι, exponit, hoc est, ad aliquid impelli aut incitari. Et ὀργίζεσθαι οὖν εἴπε τὸ εἰς παράστασιν ἀγαγεῖν τὰ ὑγρά, καὶ πρὸς ἔκκρισιν ἐπιτηδεύειν. quod est ad consistentiam humida cogere & ad excretionem præparare. Quæ certe expositio optimè huic Hipp. loco conuenit, & cum ea quam ὀργᾷν & ὀργάζειν aut ἐργάζειν antea tribuimus ex Hesych. in dictione Ἀνωργισμένον. Animaduertendum tamen est Erot. exemplaria nonnulla ὀργίζεσθαι pro ὀργίζεσθαι scribere, eaque propius ad ὀργάζεσθαι accedere.

Ὀργασμὸς etiam (velut ἀπὸ τοῦ ὀργάζειν quod μαλάξαι exponit Gal. ἐπιμαλάξαι & φυρᾶσαι Hesych.) legitur apud Hipp. libro περὶ χυμῶν (pag.47.39.) & præparationem significat aut emollitionem, subactionem & permixtionem. Videturque inter ea annumerari quæ medico sunt curanda, & eorum quæ vacuari debent præparationem quandam & subactionem subindicare. Concitationem dixit Cornar. ab ὀργᾷν. Vbi annotatur ex quodam Scholio manu scripto in exemplaribus Regiis manu scriptis Hippoc. ὀργασμός, μαλαγμός. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πανδώρᾳ λέγων καὶ πρῶτον ἄρχου πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν. καὶ Ἀττικοὶ δὲ ἰδίως λέγουσιν ὀργάζειν, τὸ τὰ ὑγρὰ τοῖς ξηροῖς μίξαι καὶ ἀναφυρᾶσαι, καὶ οἷον πηλὸν ποιεῖν. Quæ certè optimè quadrant cum his quæ antea scripsimus in dictione ἀνωργισμένον. At verò Comment.Gal. attributi ὀργασμὸν ab ὀργᾷν deducunt, quod de humoribus ad excretionem paratissimis & ad eua-

euacuationem properantibus dici scribitur. Quam expositionem illic secutus est Cornar.

Ὄργια, μυστήρια exponi. apud Hipp. Erot. sacra, mysteria. Verumque tamen vocem reperio apud Hipp. ἐν τῷ πρεσβευτικῷ in Epist. (pag. 1295.39.) μυήσαντες τὰ Δήμητρος ἢ κόρης μυστήρια καὶ ὄργια, καὶ τὸν πατέρα καὶ ἐμὲ δημοσίῃ publicè patrem meque Cereris & Proserpinæ mysteriis ac sacris initiantes. Rursus ἐπιστήμης ὄργια, scientiæ sacra dicuntur ἐν νόμῳ (p. 2. 38.) πρὶν ἢ τελεσθῆναι ὀργίοισιν ἐπιστήμης, priùs quam scientiæ sacris initientur.

Ὀργίλοι iracundi, iidem qui ὀξύθυμοι antea dicti sunt, suntque præcipitis iræ & acerbæ, qui nullo negotio nulloque habito rei discrimine in acerbam iracundiam feruntur, & implacabiliter commouentur, ob rationis imbecillitatem. Quale quid mulieribus contingit & rationis impotentibus, qui leui ex offensione exasperantur. Gallicè imitata aliquantulum Græcæ vocis significatione ὀξύθυμοι dicuntur [*qui s'aigrissent & se picquent aisement*] Ea verò notione ὀργίλοι sumuntur, li. 1. Epid. (p. 372. 21. H. 955. E.) in frigidarum naturarum recensione. Vbi ὀξύθυμοι videtur leg. Gal. Alioqui eos qui in vehementem ferocientis animi impetum & excandescentiam proni sunt significant, quæ est calidioris cordis nota, vt satis indicauimus Com. nostris in li. 2. Epid.

Ὀρεοτύπη, montanus labor, vnde ὀρεοτύποι dicuntur qui ex montibus ligna, lapides & id genus alia grauia in vrbes conuehunt, quasi montes pulsantes aut fodientes. Ea dictione vtitur Hipp. aph. 13. sect. 5. li. 6. Epid. Vbi scribit Gal. ὀρεοτύπους ὀνομάζουσιν οἱ Ἰωνες τοὺς ὅσοι ἐκ τῶν ὀρῶν εἰς τὴν πόλιν κατακομίζοντας, ἢ ξύλα, ἢ λίθους, ἢ τι τοιοῦτον. ὀρεοτύπους Græci nominant quodlibet ex montibus in vrbem deferentes, vt ligna, lapides, & alia id genus.

Ὀρθόκωλον σχῆμα est dearticulationum rigida figura, cùm ob durum tumorem extendentibus musculis obduratis, intendentes non cedunt. Ὀρθόκυλον alij vocant, sicque scribitur apud Gal. Comment. 3. in lib. de art. (pag. 656. vers. 22.) cùm meliùs ὀρθόκωλον scribatur, quod dicitur quando articulus perpetuò intenditur nec inflecti potest. Sic enim ὀρθόκωλον medicis dici scribit Gal. cùm aliquod membrum ita extenditur vt inflecti nequeat.

Ὀρθόπνοια est erectæ ceruicis spiratio, quòd qui ea spirandi difficultate laborant erecti spirare cogantur. Sic enim Celsus cap. 4. lib. 4. ὀρθόπνοιαν dici scribit spirandi difficultatem, cùm non nisi recta ceruice spiritus trahitur. Est enim tam vehemens spirandi difficultas, vt qui ea affecti sint, decumbere suffocationis metu nequeant, ideoque erecta ceruice & thorace spirare cogantur. Huius causa est pulmonis eiusque vasorum angustia, aut ex aliqua inflammatione, aut aliquo humore in pulmonis cauis contento spiritum occludens. Gal. Comment. 2. in Prorrhet. (pag. 195. vers. 6.) ὀνομάζει δὲ καὶ αὐτὸς καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὀρθόπνοιαν ἐκεῖνο τὸ τῆς δυσπνοίας εἶδος, ἐν ᾧ πνίγονται κατακείμενοι, καὶ μόλις ἐξαρκοῦσιν ὀρθίαν ἔχοντες τὸν θώρακα, καὶ μηδενὸς ἐρηρεισμένοι μεταφρένῳ. κατασφιγγομένης γὰρ εἰς τὸν πνεύμονα τῆς τραχείας ἀρτηρίας τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ λάρυγγος ἐχούσης, ὅταν μὲν ἀνατείνωμεν ὀρθὸν τὸν θώρακα, σὺν τῷ τραχήλῳ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἐξευρύνεσθαι συμβαίνει, καὶ τὰς ἐξ αὐτῆς ἀποφύσεις ἁπάσας τὰς εἰς τὸν πνεύμονα κατασχιζομένας εὐρύνεσθαι κατὰ τοῦτο τὴν ἔνδον αὐτῷ χώραν αὐξάνεσθαι. διὰ τοῦτο μὲν οὖν κατὰ τὰς τῶν περιπνευμονιῶν ὀρθόπνοια γίνεται κατὰ τοὺς ἀσθματικοὺς πάθη. διὰ αὐτὴν δὲ ταύτην κατὰ τὰς χαλεπωτάτας κυνάγχας, ἐν αἷς φλεγμαίνοντες οἱ τοῦ λάρυγγος ἔνδον μύες, ἀποφράττουσι τὴν ὁδὸν τῆς ἀναπνοῆς, ἐπιτείνεται γὰρ καὶ τοῦτο τὸ πάθημα κατακειμένων αὐξανομένης τῆς στενοχωρίας. Ὀρθόπνοιαν autem vocat ipse, tum cæteri omnes, id difficulter spirandi genus, in quo decumbentes suffocantur, vixque erecto thorace sufficiunt, dorso nulli rei innixo. Arteria enim aspera à summo gutturis initium habente in pulmonem diuisa, cùm thoracem quidem rectum extendimus, arteriam asperam cum collo dilatari contingit, omnesque eius propagines, quæ ex ea in pulmonem diuiduntur, atque interim ei regionem internam augeri. Ob eam igitur causam ὀρθόπνοια in pulmonis inflammatione & in asthmaticis dictis affectibus oritur. Eamque etiam ob causam & in grauissima angina, in qua interni laryngis musculi inflammatione affecti viam respirationis intercludunt. Hic enim affectus decumbentibus intenditur, incrementum accipiente angustia. Rursus Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 93. 28. H. 396. 42.) ὀρθόπνοιαν ξηρὰν Hipp. exponens, idem scribit. ξηρὰν δὲ ὀρθόπνοιαν εἴρηκεν, τὴν χωρὶς πτυσμάτων, ἢ ἄνευ βηχὸς, ἰσχυρὰν οὖσαν δύσπνοιαν, ὡς μὴ φέρειν τὴν κατάκλισιν, ἀλλὰ πνίγεσθαι περὶ ἑαυτοὺς, ὡς ὑπὸ στενοχωρίας γίγνεσθαι τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα κοιλιῶν τοῦ πνεύμονος, αἱ πρὸς τοῦτο πάσχουσι κατακειμένων μὲν μᾶλλον, ἑστώτων δ' ἧττον, ἀνακαθημένων γε δηλονότι πάντων ὀρθῶς τῶν κατὰ τὸν θώρακα, διὸ καὶ καλεῖται ὀρθόπνοια. γινομένης δ' αὐτῆς ἔστιν ὅτε μὲν διὰ φλεγμονὴν τοῦ σπλάγχνου, καθάπερ ἐν περιπνευμονίαις, ἔστιν δὲ διὰ ἐμφραχθῆναι τὰς ἀρτηρίας, ἢ φλεβοτομίας δ' εἰ δεῖ, φησὶ τοὺς ὀρθοπνοίας ἔχοντας, εἰς αἷμα τις ἄθροισις. Siccam autem ὀρθόπνοιαν, hoc est, erectæ ceruicis spirationem dicit, eam spirandi difficultatem sine sputis aut absque tussi, adeò vehementem vt decubitum æger ferre non possit, verùm suffocari videatur. Quam fieri didicisti ob angustiam earum capacitatum quæ in pulmones spiritum deferunt, quæ quidem id patiuntur decumbentibus ægris magis, minus verò stantibus, nimirum rectè residentibus omnibus thoracis partibus, ideoque ὀρθόπνοια vocatur. Quæ cùm fiat interdum quidem ob visceris inflammationem, vt in peripneumoniis, interdum verò oppletis arteriis, sanguinis missione eos indigere dicit qui orthopnœa affecti sunt, quibus quidem minimè collectam fuerit. Eiusmodi autem erectæ ceruicis spirationis typus eleganter describitur ab Hipp. lib. 7. Epid. (p. 1211. C) his verbis: ὀρθοπνοίη δὲ ἔδεια παντὸς, καὶ πνιγμοὶ ἦσαν ὅτι ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ὥστε καθήμενον διατελεῖν κατὰ κλίνην κατακεῖσθαι δὲ οὐχ οἷόν τε ἦν, ἀλλ' εἴ ποτε καὶ ὕπνος λάβοι ἑζόμενον, καθήμενον ἦν. Erectæ ceruicis spiratio eiusmodique anhelatio erat, interdumq; à spiritu strangulabatur, adeò vt perpetuò in lecto desidere cogeretur, neque decumbere posset, sed si qua somni incideret opinio, eum desidendo caperet. De orthopnœa multa alia habes in dictione ἆσθμα.

Ὀρθοτρύπιον, τῷ χοινικίδι exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. modiolo aut terebello cauo. Est enim χοινικὶς Græcis, χοινίκιον Celso, modiolus aut terebra caua, qua in secandis caluariæ ossibus vtebantur antiqui, eademque ὀρθοτρύπιον nominatur. Ac nescio an Gal. apud Hipp. lib. de cap. vuln. (pag. 912. G.) ὀρθοτρύπιον legerit, vbi tamen passim scribitur: ἔστι δὲ ὅπερ κίνδυνος ἦν αὐτίκα ἀφαιρεῖς περὶ τὴν μήνιγγα ἐκπρίεις, τὸ ὀστέον, πρῶτον ἐν τῷ ἔργῳ τῷ πρίονι τὴν μήνιγγα. Aliud quoque periculum subest, si os ad membranam sectum protinus auferas, ne in ipso opere terebra membranam vulneret. Est & alterum terebræ rectæ & acutæ genus, quod τρύπανον aut τρυπάνιον dicitur, & τρύπανον αὐθύ καὶ ὀξύ.

Ὀρθοστάδην aduerbium est apud Hipp. quod in erectum stando significat, aut eorum more qui erecti stant, & de leuiter ægrotantibus dicitur, qui erecti & obambulantes placide morbum circumferunt, necdum decumbere coguntur, velut grauibus morbis afflicti, ex quo decubitu morbi initium circumscribendum esse monet Gal. cap. 6. li. 1. περὶ κρίσεων. Est autem dictio Hipp. & valde popularis quam sic explicat Gal. Com. 1. in li. 1. Epid. (p. 352. 35. H. 938. E.) μετριώτατα δ' ἦσαν ἅπαντες, διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας, ὥστε καὶ ὀρθοστάδην ὑπ' αὐτῶν ὀχλεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅπερ ἐστὶ φέρειν αὐτὰ ἀλύπως, περιερχομένους, καὶ πράττοντας τὰ συνήθη, καὶ μὴ καταναγκαζομένους κλινήρεις γίνεσθαι, καθάπερ ἐν ταῖς σφοδροτέραις νόσοις. Verùm iure optimo moderatissima erant tubercula, ob eas quas diximus causas, adeò vt erecti & stantes homines ab iis affligerentur, hoc est, ea ferrent sine molestia obambulantes & consueta munia obeuntes, neque decumbere cogerentur, velut in vehementibus morbis. Sic rursus ibid. Gal. (pag 353. 25.) vbi ἐπιπόνως exponit, ταῦτ' οὖν φησὶ τὰ συμπτώματα τοῖς πλείστοις τῶν καμνόντων ἐπιπόνως συνέβαινε, τουτέστιν οὐκ εὐφόρως, οὐδ' ὥστε ῥᾳδίως ἀνέχεσθαι περιιόντας ὀρθοστάδην, ἀλλὰ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἀναγκάζεσθαι κλινήρεις. Hæc itaq; ait symptomata plurimis ægris laboriosè contigisse, hoc est, implacidè, ita vt nec recti & obambulantes facilè sustinerent, sed ex eis plurimi decumberent. ὀρθοστάδην ἄνοσοι, qui erecti & stantes à febribus vacant li. 1. Epid. (p. 352. 14. H. 938. E. (& p. 360. 26. H. 943. F.) Et οἱ ὀρθοστάδην τοῖς κατακειμένοις opponuntur ibid. (p. 361. 55. H. 944. G.) hoc est, erecti & obambulātes decūbentibus, velut ibid. (p. 365. 3. H. 948. A.) τοὺς ὀρθοστάδην, τοῖς ἐπὶ τῆς κοιμήσεως, opponere quibusdam videtur. Et li. 3. Epid. in st. pest (p. 4. 8. 41. H. 1089. C.) ἔθνησκον δὲ τούτων ὀλίγοι ὑπὸ ὑδρώπων ὀρθοστάδην. Ex his pauci ex hydrope recti & obambulantes moriebantur. Rursus ibidem (v. 49. H. ib. D.) πολλοὶ μὲν κατεκλίθησαν, οἱ δ' αὖτ' ὀρθοστάδην ὑπεφέροντο multi quidē decubuerunt, partim verò erecti & stantes perferebāt. Est & ὀρθοστάδην περιιέναι erectum & stitem obambulare & circuire. qua locutione vtitur Hipp. ægr. 9. li. 1. Epi. & Aret. c. 9. li. 1. περὶ παυσίων καὶ αἰτίων ὀξέων παθ. Hinc ὀρθοστατεῖν dicitur rectum stare & se erigere. Lib. 2. Epid. (p. 1017. D.) καὶ ὀρθοστατεῖν οὐκ ἠδύναντο, erigere se ij haudquaquam poterant.

Ὄρος, terminus, finis dicitur, & apud Hipp. ὅροις τῶν μεταιχμίων, hoc est, confinium exponit Erot. Eam autem vsurpat dictionē aph. 17. sect. 6. li. 6. Epid. τὰ ἐρεθιζόμενα ἐξ οἵων τὰ ῥεύματα, ὅροι. consideranda veniunt irritantes fluxiones, ex quibus in vocem stridulam ex faucium asperitate desinant. hoc est, quæ faucium asperitate & voce stridula circūscribuntur. ὅροι enim

πιέσεω aut aliud quid tale subaudiri posse videtur, fluxiones nanque in fauces, stridulus & creperus sonus circumscribit ac definit. Rursus ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pag.687.48. H.744.G.) ὅριον τὸ μάλιστα τὸ συμψαύειν. maximæ compressionis contactus terminus statuitur. Lib. etiam de art. (pag.650.24. H.831.H.) τὰ δὲ ὀστέα βραδέως ἀφίσταται, ᾗ ἂν τὰ ὅρια τοῦ μελασμοῦ γένηται, Ossa autem tardè abscedunt, qua parte denigrationis termini extiterint. Et rursus ibidem (vers.27. H.ib.) χρὴ δὲ ὅλα ἂν κατωτέρω τοῦ σώματος τῶν ὁρίων τοῦ μελασμοῦ ᾖ. Oportet autem corporis partes infra terminos denigrationis sitas.

Ὅροι sunt definitiones & artis præcepta, sententiis & aphorismis comprehensa, ad vsum necessaria, ἐν παραγγελίαις (pag. 28.23.

Ὁρμὴ, motus, conatus & appetitio vertitur à M.Tullio lib. de Nat. deorum, aut animi appetitio à qua impellimur ad aliquid agendum. Est etiam naturalis appetitio qua ad id quod visum est mouemur. καθ' ὁρμὴν, κατὰ προαίρεσιν, ᾗ βούλονται, hoc est ex arbitrio & voluntate, exponit Gal. Com.2. in Progn. (p.136.30.)

τὰ Ὁρμῶντα ἢ ἐνορμῶντα σώματα dicuntur Hipp. quæ cum impetu in nobis mouentur, & impetum faciunt, aph.19. li.6. Epidem. sect.8. Quibus tertia in nobis spirituum substantia significatur, ex qua corpus nostrum constituitur. Hac autem appellatione spirituum in nobis impetus & motus, eorumque vis ac naturæ tenuitas exprimitur, qua celerrimè quaquauersum feruntur, in omniaque quantumuis densa & crassa repente se insinuant. Quod etiam his verbis innuere videtur Gal. libro περὶ ῥίγους (p.366.26.) ἐνορμῶντα δὲ τὰ πνεύματα, πάντη γὰρ διικνεῖται τοῦ σώματος ἐν ἀμερεῖ χρόνῳ, ῥᾳδίως τε καὶ ἀκωλύτως. Quæ verò impetum faciunt, sunt spiritus, quaquauersum enim temporis momento facilè & citra impedimentum corpus peruadunt. Quidam etiam non temere istam appellationem, ad vim potiùs & vehementiam aut incursionem quàm naturæ tenuitatem referunt.

Ὀρνιθίαι, Ornithiæ venti quasi auiarij, qui verno tempore spirant, & aquilonij sunt toto genere, vt scribitur libello de Mundo: οἱ δὲ ὀρνιθίαι καλούμενοι, ἐαρινοί τινες ὄντες ἄνεμοι, βορέαι εἰσὶ τῷ γένει. Ornithiæ quasi auiarij, venti quidam dicti sunt, ex Aquilonio genere, verno tempore inualescentes. Plinius lib.2. cap.47. fauoniis annumerat, nomenque sortiri scribit ab hirundinis viso & auium aduentu. Etesias aliquando Ornithias dici idem etiam contendit. Aristoph. schol. Acharn. Ornithiam ventum dici scribit, quod aues ad terram sternat & deiiciat suo frigore. Meminit Hipp. lib.7. Epid. (p.1236.B.) vbi ventum frigidum esse testatur. οἱ ὀρνιθίαι ἔπνευσαν πολλοὶ καὶ ψυχροί. Ornithiæ autem multi & frigidi spirarunt. Interpretes tamen ὀρθίαι legerunt.

Ὀρόβιον pro erui farina sumi videtur apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.576.4.) & lib.1. περὶ γυναικ. (p.632.49.) vt sit ὀρόβιον ἑφθόν. Cornar. eruum decoctum vertit.

Ὀροβοειδεῖς ὑποστάσεις, orobi similia sedimenta in vrinis, quæ hepatis colliquationem indicant, vt scribit Gal. Comm.5. in lib. 6. Epid. (p.514.16.) aut sanguinem crassum in renibus aut hepate exassatum. Com. ad aph.76. lib.4. Quod certe ex febre præsente & cruditate aut concoctione discernitur, vt scribit author libelli de vrinis cap.26.

Ὀροκωνῖτις pro ὁλοκωνῖτις scriptum esse apud Hipp. testatur Gal. in Exeg. & à Dioscor. ὀροκωνῖτιν appellari τὴν ἐν ὄρει γινομένην, eam quæ in montibus nascatur. Sumpta est lectio ex lib.1. περὶ γυναικ. (p.626.4.) vt supra ostendimus.

Ὀρούω, irruo, impetum facio, impetu feror, irrumpo, ὁρμῶ, & ab ὄρω deriuatur. ὀρούειν ὁρμᾶν exponit Hesych. & ὀροῦσαι ὁρμῆσαι, melius tamen ὀρούσαι, vt sit irruere & impetu ferri. Hanc dictionem vsurpat Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (p.607.21.) τὰ ἐπιφαινόμενα πρῶτα ὀρούσαντα ἄνω, de virgine cui menses primùm comparentes sursum impetum fecerut, aut per superiora proruperunt. ὀρούσῃ ὁρμήσῃ exponit Gal. in Exeg. nimirum hoc subindicato loco. etsi ὀρούσαν & ὁρμῆσαν leg. exempl. publicata.

Ὀρρὸς πίσσης, serum picis dicitur lib. de vlcer. (p.877.A.) ὀρρὸν πίσσης, τὸ ὑγρότατον τῆς πίσσης exponit Erot. apud Hipp. eo nimirum subindicato loco. Intelligitur autem humidum illud picis serosum, aut picis liquidæ recrementum quod supernatat, velut serum lacti. Dum enim pix coquitur, expansa supra cortinam vellera eius halitu madescunt, quæ deinde in vas exprimuntur. Id πισσέλαιον dicitur Dioscor. cap.79. li.1. Gal. verò πισσάνθος, picis flos. Hic enim li.1. κατὰ τόπ. (pag.162.28.) quod pici liquidæ supernatat & incumbit πισσάνθος, picis florem dici scribit, quod tenuium magis quàm pix est partium, tum compage, tum etiam facultate. πισσέλαιον autem mixturam quandam ex oleo & pice liquida vocat, qua vtebatur ad pilorum radices. Rursus quoque πίσσης ὑγρᾶς ὀρρὸς dicitur ibidem Gal. (pag.165.46.) qui & lib.3. (pag.195.22.) ex Apollonio πίσσης ὀρρὸν ad aures purulentas infundit. Idem etiam lib.2. de simpl. med. fac. cap.21. πισσάνθος esse scribit, quod oleosum in pice liquida supernè fluit, idque verè picis florem dici. At Scribon. Larg. cap.40. ad aurium dolorem picis florem adhibet, & πισσέλαιον dici testatur, idque esse vult quod excipitur dum pix coquitur, lana superposita eius vapori. Adeò vt picis flos idem quod picis serum esse videatur, quod etiam ὀρρόπισσον dicitur, quoque Paulus ad vteros conclusos vtitur cap. 74. lib.3. Huius etiam meminit Aët. lib.6. cap.69. Addit porro Erot. ὀρρὸν dici Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. & lib. περὶ πλευρίτιδος, lactis serum quod superstat his quæ in caseum coguntur. Quibus nimirum verbis subnotatur locus lib.1. περὶ γυναικ. (pag. 601.54. & 613.51.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 38. 35. H.383.41.) Qua significatione etiam ὀρρὸς accipitur Hipp. lib.4. de Morb. (pag.508.48. & pag.510.12.) Est & ὀρρὸς Hesych. τὸ ὑδατῶδες καὶ ἀφιστάμενον τοῦ γάλακτος.

Ὀρρωδεῖν est metuere, formidare, & ὀρρωδεῖν, ἀγωνιᾶν, φοβεῖσθαι, exponit Erot. apud Hipp. Sic ὀρρωδεῖ, φοβεῖται, ὀκνεῖ, exponitur Hesych. & ὀρρωδοῦντες φοβούμενοι. Est autem ὀρρωδεῖν verbum Homer. quod εὐλαβεῖσθαι exponit Eustath. indeque deductum etymon existimat, quòd bruta animantia in metu caudam subter femora contrahant. οἱ γὰρ εὐλαβούμενοι κατά τι, ἀνασπῶσι τὰ κατ' ὄρρον. καὶ τὰ ἄλογα δὲ ὑποστέλλει τὴν οὐρὰν ὅτι εὐλαβεῖται. ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος οὖν ὀρρωδεῖν, τὸ τὸν τοιοῦτον ὄρρον ἰδίειν, ἐν οὐρὰν οἱ ἰδιῶται φασίν. Quam notationem etiam sequutus est Hesychius cùm scribit: οἱ γὰρ δεδοικότες ἰδίουσι τὸν ὄρρον, ὅ ἐστιν ἱδροῦσι, ὅ τι ἐσωτάτω τὸ ὑπὸ τὴν ῥάχιν. Qui enim metuunt, iis circa inter fœmineum aut os sacrum loca sudant. Et Aristoph. Scholiastes ὀρρωδεῖν εὐλαβούμενος exponit, ἀπὸ τοῦ τὸν ὄρρον τὸν δειλὸν ἰδίειν. Est autem ὄρρος vt scribit Gal. in Exeg. τοῦ ἱεροῦ ὀστέου τὸ πέρας, ὅπερ καὶ ὀρροπύγιον καλεῖται, hoc est, ossis sacri extremum, quod etiam ὀρροπύγιον appellatur, & est vltima spinæ pars qua vertebræ desinunt, in auibus manifestior, ex quo cauda enascitur. τὸ ἐσωτάτω ὑπὸ τὴν ῥάχιν exponit Hesych. & τὴν οὐρὰν Eustath. οὐραῖον Gal. vt statim docebimus. Est & ὄρρος Polluci lib.2. linea quædam velut sutura, subter colem, medium scrotum intersecans, per ταῦτα ad anum vsque tendens, quæ τράμις & περίνεος nominatur. Ὄρρος etiam exponitur Hesych. ὁ τράμις, οὐχ ὅ τινες τὸ ἰσχίον. Rufus Ephes. ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων, ὄρρον appellari scribit, lineam inter pudenda medium, quæ & τράμις vocatur. Ὀρρωδεῖν autem vsurpatur Hipp. lib. de fract. (pag.563.57. H.769.C.) οὐ χρὴ ὀρρωδεῖν τὸν τρόπον τῆς ἰητρείης, curationis modum formidare non oportet. Et lib.1. περὶ γυναικ. (pag.600.40.) ὀρρωδεῖν χρὴ τὸ ἔμβρυον ἀμβλῶσαι ῥαγέντων τῶν ὑμένων, metuendum ne ruptis membranis fœtum aborti ne excutiat. Rursus Prorrhet. 2. (pag.97.B.) μήτε ὀρρωδεῖν, neque formidare. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.618. 42.) καὶ ὀρρωδέοντα ὅπως μὴ ψαύσῃς τῆς ὑστέρης. ita vt caueas ne vterum attingas Lib. de fract. (pag.555.4. H.764.C.) ἢ τινα ἑλκώσιν ὀρρωδέῃς, aut exulcerationem aliquam metuas. Ὀρρωδέων Gal. in Exeg. exponit τῶν ἄχρι τοῦ ὄρρου ἐκτεινομένων, hoc est ad extremum vsque ossis sacri extensorum. Quibus verbis subindicare mihi videtur locum lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 108. 27. H. 405. 2.) vbi tamen scribitur, δακνομένων καὶ ξηραινομένων τῶν τενόντων τῶν οὐρωδέων. hoc est, vellicatis & reficcatis iis qui ad ossis sacri extremum pertinent tendonibus, quasi caudalibus tendonibus. Sic enim ibi exponit Galen. τοὺς ἄχρι τοῦ οὐραίου ἥκοντας οὕτως. ὀνομάζουσι δὲ οὐραῖον τὸ πέρας τοῦ ὀστέου, vbi extremum spinæ & ossis sacri intelligas, quod ὄρρος & οὐροπύγιον aut ὀρροπύγιον & οὐρὰ in animalibus dicitur. Sic enim ὄρρον exponit Aristot. Schol. in Pluto τὸ ἐπάνω τῆς πυγῆς ὀστοῦν, ἐξ οὗ ἡ οὐρὰ τῶν ζώων φύεται.

Ὀρφνῶδες tenebricosum, obscurum, nigrum & atrum significat apud Hippocrat. in Progn. (pagina 161. 41. H. 45. 55.) ἢ καὶ ὀρφνῶδές τι περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς φαίνεσθαι. aut tenebricosum quiddam ob oculos obuersari. Vbi Galen. τὸ μέλαν exponit, & nigrum quendam ac fuliginosum vaporem ex bile flaua exassata in cerebrum sublatum intelligit. Erot. verò ὀρφνῶδες apud Hippoc. σκοτεινὸν exponit, tenebricosum. ὄρφνη γὰρ λέγεται ἡ σκοτία, ὄρφνη dicuntur tenebræ. Hesych. quoque ὄρφναι, ὄρφνη, σκοτία, νὺξ μέλαινα, tenebræ, nox atra & nigra, & ὀρφνῆεν, μέλαν, σκοτεινόν. Hinc ὀρφναία, σκοτεινή, μέλαινα, vt apud Homer. Il. κ. νύκτα δι' ὀρφναίην, per obscuram noctem. Repetitur etiam hæc dictio in Progn. (p.162. 45. H.46.17.) αὐτὶ δὲ τοῦ ὀρφνῶδές τι περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς φαίνεσθαι. pro eo quod nigra quædam ante oculos obuersantur. Vbi etiam Gal. θεάματα ὀρφνώδη dicuntur visa obscura & nigra, vt &

vt & χολὴ ἰωδώδης, bilis atra & nigra, Comm. 4. in li. 6. Epid. (p. 492. 48.) καὶ γὰρ ἰώδης ἐμεῖται χολὴ, καὶ ὑπόχλωρος, καὶ μέλαινα, καὶ ὀρφνώδης. Etenim æruginosa bilis vomitione reiicitur, & subrubra & nigra, & atra.

Ὄρχις testis aut testiculus, corpus est glandulosum, molle, album & teres, generationis principium. In testem quandoque apud Hipp. iudicatione humor deponitur, velut in febre ardente lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 91. 16 H. 396. 33.) καὶ ὄρχις ὁ ἕτερος κεκμηκώς. testis intensus indicationem præ se fert. Et in diuturna tussi testium tumor solutionem indicat. Sic enim accipiendum esse diximus quod scribitur li. 2. Epid. (p. 999. F.) οὐδὲ βῆχες χρόνιαι, ἢν ὄρχιες οἰδήσαντες παύονται, vt nec si diuturnæ tusses, vbi testis intumuerit, desinunt aut cessant. & ὄρχις οἰδέων ἀπὸ βηχέων, testis ex tussi intumescens. Vbi thoracis & partium spiritalium cum genitalibus communionem ac consensionem multis Hipp. exemplis confirmauimus. Ὄρχεις καὶ αἰδοῖα ἀνασπώμενα, in vehementibus doloribus & mortis significatione, testium & genitalis conuulsio, in Progn. (p. 137. 9. H. 39. 45.) & Coac. (pag. 196. F.) Et ὀρχίων ἐπάρματα, testium tumores in nimia vomitionis contensione, ibidem (p. 209. C.) Ὄρχεα Galen. in Exeg. apud Hipp. ὄσχεον, hoc est, scrotum exponit. Verùm ὄσχεα pro ὄρχεα legendum existimo, eumque subindicari locum quem in dictione ὄσχεον subindicabo. In quibusdam etiam exemplaribus ὄρχεος scribitur.

Ὀρχομένιον vsurpatur Hipp. lib. de vlcer. (pag. 879. F.) Incertum verò est an adarce aut adarcion intelligatur, quod plurimùm inter arundineta lacus Orchomenij innascitur, an verò calami cortex vstus accipiatur, qui etiam tenuium est admodum partium, valdeq; deterget, exiccat & digerit, ideoq; ad alopecias est efficax. Orchomenij lini meminit Pl. li. 19. cap. 1.

¶ Ὄσπρεια legumina dicuntur, itaq; vocari scribit Gal. li. 1. περὶ τροφῶν δυνάμεως (p. 314. 14.) ἐκεῖνα τῶν δημητρίων σπερμάτων ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται, κύαμος, πισοὶ, ἐρέβινθος, φακὸς, θέρμος, ὄρυζα, ὄροβος, λάθυρος, ἄρακος, ὦχρος, φασήλους, τῆλις, φακῆ, cerealia ea semina ex quibus panis non fit, fabas, pisa, cicera, lentes, lupinos, oryzam, eruum, ciceruculas, aracos, eruiliam, phaselos, fœnumgræcum, lentem, reliquaq; id genus. Quorum in numero fabas primo loco collocat Gal. quæ per excellentiã ὄσπρεια dicuntur Clem. Alex. Stromatῶν li. 5. quòd sic appellari veterib. in vsu fuerit. Quin & Athe. versus li. 9. τοῦτ' αὐτ' ἰχθῦς, ὄσπρειον δὲ μὴ χρίας, de faba intelligi debet, quã viridẽ his quoq; temporib. homines post carnes loco bellariorũ esitãt; quãq; etiamnũ hodie vulgo Græcorũ ὄσπρειον passim vocari scribit doctiss. Mercurialis cap. 5. li. 4. variarum lectionũ. ὄσπρεια δὲ πάντα φυσώδεα, καὶ ὠμὰ καὶ ἑφθὰ καὶ πεφρυγμένα. Legumina omnia flatulenta sunt tũ cruda, tũ cocta & tosta, vt scribit Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 110. 43. H. 404. 29.) Eaq; omnia ventrem implere ægreq; concoqui tum cruda tum cocta scribit Gal.

Ὀστεοκόπος lassitudinis differentia est, in qua nimirũ partes quæ in alto corpore sunt positæ, vt musculi circa ossa positi, & tendones ossibus adhærentes, neruiq; in musculorum capita inserti, ex nimio motu cõtusionis & phegmones sensum habẽt. Exercitatione enim nimia huiusmodi partes excalfactæ, quippiam ex circũfusis sibi excrementis in imũ corpus attraxere, vnde ex penitiore sensu intimarum partiũ, quodq; circa ossa affectio hæreat, ὀστεοκόπος lassitudinis inflammationis sensum habentis species nominatur, vt scribit Gal. li. 3. salub. (p. 249. 2.) quassi ossium dolor aut lassitudo. Qualem affectionem in febre ardente ascribit Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 88. 20. H. 396. 9.) καὶ πυρετὸς πολὺς ἴσχει, τό τε σῶμα ὥσπερ ὑπὸ ὀστεοκόπου ἐχόμενον, κοπᾶ καὶ ἀλγεῖ. & febris multa detinet, corpusq; velut ossium lassitudine occupatum, delassatur & dolet.

Ὀστέον, os, pars est corporis maximè terrestris, ideoque durissima & siccissima & frigida. Quanquam, ossa esse calida ex Empedocle velit Albertus Magnus lib. 3. de Animal. Ossa autem sunt corporis fulcra, & partes alias omnes tanquam fundamenta sustinent. De iis libellus est apud Hipp. περὶ ὀστέων φύσιος inscriptus, parum integer, in quo etiam adscribuntur quædam, quæ Mochl. assumuntur, de ossium natura. Ossium multæ sunt affectiones apud Hipp. Est ὀστέον ἀφιστάμενον & ὀστέα ἀπόστασις, vt antea scripsimus in dictione ἀπόστασις. Sic ὀστέον διεστηκὸς dicitur os disiunctum, disparatum, de caluariæ osse in cerebri inflammatione, cùm a membranis quibus colligatur, præcipuè qua parte suturæ sunt, separatum est, istaque vnitatis solutione maxima mortis periculum imminet. In Coac. (pag. 148. C.) οἷσι δὲ διατμηθεῖσι τῶν ταινιῶν διεστηκὸς εὑρεθῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται. Quorum ex numero hi pereunt, quibus per sectionem os disiunctum visum fuerit. Est & ὑποσεσηκὸς ὀστέον, os desidens, aut medium desidens, de quo antea etiam scripsimus. Ὀστέα κατὰ μικρὸν συριγγώδεα ἐξίη, ossa paruum fistulosa, aut in fistulam causata, excesserunt, li. 5. Epid. (p. 1153. A.) Ὀστέον πυρετῶδες os febrile aut igneum dicitur lib. de vuln. cap. (pag. 908. F.) ex malè curata superiecta carne, aut inflammationem concipiente, nimisque adstricta. Vbi etiam licet animaduertere os iisdem quibus carnem affectionibus obnoxium esse, inflammationi, suppurationi & abscessui.

Ὄστρακον de testa figulina dicitur, velut lib. 1. de Morb. (pag. 476. 25.) ὄστρακα ἰπνοῦ, testæ furni candentes in lac bubulum aut caprinum immittuntur. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 576. 16.) per ὄστρακα θερμὰ fomentum conficitur. Vt rursus (pag. ibid. 43.) in fomento sicco ὄστρακα panno aliquo inuoluta adhibentur. Sunt & φακοὶ ὀστράκινοι, lenticulæ testaceæ & vaporaria lenticulata testacea, ex quibus iniecta aqua calida fotus paratur, (ibid. vers. 45.) vt eandem ad rem ὀστράκινα ἀγγεῖα, vasa testacea adhibentur, etiam ibidem (pag. 585. 52.) & (p. 668. 21.)

Ὀσφὺς propriè dicitur pars totius spinæ quinque vertebris crassissimis maximisque constans, inter dorsum & os sacrum media, quæ aliàs ἰξὺς nominatur. (Nam & ἰξὺν ὀσφὺν exponit apud Hippoc. Erot.) Latini lumborum nomine designant, partem qua cingimur denotantes. Sumi verò pro tota spina videtur apud Hippoc. lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 425. 35. 37.) vbi inter partes frigidas reponitur cum dorso, pectore & præcordiis. Coxas sæpe vertit Celsus, eoque nomine ilia interdum comprehendit, vt cap. 7. lib. 2. cùm hydropis originem ex coxis fieri scribit, quod Hippocr. in Progn. ἐξ ὀσφύος dixit. Rursusque ibidem ex coxarum doloribus manentibus suspectum hydropem facit. Hipp. aphor. 11. lib. 4. & in Coac. (pag. 167. G.) ὀσφύος ἄλγημα apponit. Rursus quod ibidem scripsit Celsus, Si à coxis, & ab inferioribus partibus dolor in pectus transit, ex Progn. sumptum est. (pag. 153. 1. H. 43. 33.) αἱ δὲ ὀδύναι αἱ γινόμεναι περὶ τὴν ὀσφύν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται τὰ κάτω ἐκλείπουσαι. Dolores circa lumbos & inferiores sedes affligentes, si iis relictis præcordia attigerint.

Ὄσχεον & ὄσχεος, ἡ τὰ ὄσχεα scrotum significat, estque extrema testiculorum tunica, multis rugis & media tunica distincta, quæ vulgaribus bursa dicitur. Polluci lib. 2. ὄσχεός τὸ τῶν ὄρχεων ἀγγεῖον exponitur, quod Celso lib. 7. cap. 18. ὄσχεον dicitur, & scrotum vocari scribitur. Sic Hesych. ὄσχεα exponit μαρσύππια, ἢ τὸ τῶν διδύμων ἀγγεῖον. ὄσχη verò etiam Hipp. dicitur, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 564. 39.) ἐκκρέμανται ὥσπερ ὄσχη. Et libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 655. 51.) eadem in re, ἐκκρέμαται ὥσπερ ὄσχη, velut scrotum dependent. Ac rursus ibidem (pag. 671. 50.) vbi vteri extra prominent, τὰ νεῦρα καὶ τὰ καλούμενα ὄσχη χαλᾶται, nerui & quæ scrota vocantur laxentur, demittantur, (Sic enim leg. videtur, cùm passim ὄσχεα & ὄσχη vitiosè legatur.) Existimoque pro ὄσχη ὄσχεα Gal. legisse, quod ὄσχεον exponit, etsi pro ὄσχεα ὄρχεα vitiosè scriptum est, vt antea diximus. Dicitur etiam ὁ ὄσχος Hipp. vt li. 2. de Morb. (pag. 483. 15.) οἰδίσκονται τήν τε γαστέρα καὶ τὴν ὄσχην, in hydrope, venter & scrotum intumescunt. Et rursus ibidem (pag. 486. 13.) οἰδέουσι καὶ αἱ κνῆμαι καὶ ὁ ὄσχος, tibiæ & scrotum intumescunt. Et (vers. 20.) καὶ τὴν ὄσχην κατατέμνειν, & scrotum pertundito. Rursusque lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 543. 54.) καὶ τὰς ἐν τῷ ὄσχῳ φλέβας σχάσαι τὰς παχυτάτας. & venas scroti crassissimas tundito. Et iterum (544. 25.) ἢν δὲ τὸ οἴδημα καθίστηται ἐν τῷ ὄσχῳ. Si verò tumor in scroto constiterit. Ac rursus ibidem (pag. 556. 21.) μάλιστα δὲ ὄσχος. præcipuè verò scrotum. Videtur etiam ὁ ὄσχος dici Hipp. li. 7. Epid. (pag. 1218. B.) si modò vera est lectio. ἕδρη ἔξω ἐς τοὺς ὄσχους. sedes extra ad scrotum prolapsa est. Sic enim habent omnia exemplaria. Verùm ἐς τοὺς ὄρχεις legere malim, ex lib. 5. Epid. (pagina 1155. G.) Et in Coac. Prænot. (pag. 205. H.) τὰ περὶ τοὺς ὄσχους οἰδήματα, tumores qui circa scrotum contingunt. Etsi ὄσχεα passim scribitur, quod suspectam lectionem facit, & dubitationem mouet, num ὄσχοι dicantur idem quod τὸ ὄσχιον Gal. in Exeg. nimirum flexuosa vteri osculi exuberantia. Sic namque in Exeg. scribitur, ὄσχιον. τὸ περὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἑλικοειδὲς ἐπανάστημα, hoc est, circa os vuluæ flexuosæ aut pampinoformi eminentiæ, quæ & ἀμφίδεον & τὰ λίγνα etiam Hipp. vocatur. ὄσχος γὰρ ὁ μόσχος, τὰ κλήματα καὶ αἱ ἕλικες. ὄσχος enim & μόσχος palmitem, surculum aut malleolum viteum significat & ramum tenellum, seu sarmenta & pampinos. Vnde ὀσχοφόρεια dicuntur festa quibus ramulos vitis racemis onustos pueri gestabant apud Athenienses quasi ramalia. ὄσχος etiam ὄσχη & ὄσχεος aut ὄσχεον vocatur. ὄσχη enim Hesych. exponit κλήματα βότρυας ἔχοντα, vitium sarmenta vuis & racemis onusta. Animaduertendum tamen est Exeg. exemplaria quædam ὄσχεα pro ὄσχιον scribere.

¶ Ὠτίδες Gal. in Exeg. vocum Hipp. τῶ ὀρνίω, hoc est, auiculæ exponit, quam ὠτίδα per ω vocat Arist. & Xenophon ὀτίδα per ο. Sic etiam Erot. ὠτίδας exponit, ὀρνέω εἶδος ἐστι, ὃ τινες ὠτίδα καλοῦσι. Idemque in dictionibus ab ω incipientibus ὠτίδας ἢ ὀτίδος apud Hipp. exponit, & vtroque modo legi scribit, auiculæque genus esse scribit, quæ plurima in Thracia aut Macedonia reperitur. Auis tarda Plinio ex Hispania dicitur cap. 22. lib. 10. & Græci otida vocant. Galeno lib. 3. de aliment. facult. (pagina 343. 30.) eiusmodi aues ὠτίδες ἢ ὠτίδες dicuntur, nisi ὀτίδες ἢ ὠτίδες scribere malis pro vario scriptionis genere. Quam etiam varietatem Erot. lectio indicare videtur, etsi eius codices fœdissimè sunt vitiati. Quin & ὠτὶς ὀρνίω εἶδος exponitur Hesych. Vulgus Gallicum huius auis nomen à Græcis retinere videtur, cùm outardam nominat, quòd circa τὰ ὦτα, duo πτερύγια habeat, teste Aristotele. Quæ etiam appellatio à Latinis defluxisse videri potest. Verùm etymum Græcum ὠτίδα per ω legi debere, vt ferè semper legitur, indicat. Quo magis miror Gal. apud Xenoph. ὀτίδα legisse, cùm exemplaria omnia ὠτίδα legant, vt & Athen. lib. 9. ex eodem loco. Locus autem apud Hipp. legitur lib. de Morbo sacro (pag. 302. 9.) ὀρνίθων δὲ ἀλεκτρυόνος καὶ τρυγόνος, ὠτίδος [ἀπέχεσθαι κελεύοντες.] Ex volucribus autem, à gallo & turture & aue tarda abstinere iubentes. Vbi tamen animaduertendum est ὀτίδος legisse Gal. & Erot. etsi hic vtranque scripturam amplexus videtur.

¶ Οὔατα interdum apud Hipp. aurium inflammationes indicant, vt aph. 14. sect. 6. lib. 6. Epid. aut eas quæ circa aures fiunt. δι' οὐάτων, ὅσα οὐάτων τὰ πολλὰ θνήσκει τριταῖα. Inflammationes quæ circa aures fiunt, & ipsarum quoque aurium inflammationes, plærunque tertio die occidunt.

Οὐδὸς ὁ, ianuæ limen, lignum seu saxum in ima ianuæ parte quà in ædes intratur, παρὰ τὸ ὁδεύεσθαι, vt scribit Eustath. Hom. Il. Θ. (vers. 15.) de orco, ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός. æneum limen. Hesych. οὐδὸς est βατὴρ ὁ περὶ τὴν θύρας, sed est etiam ὁδός. Sudæ quoque οὐδὸς βατὴρ, φλιὰ siue βαθμὸς exponitur, & τὸ κάτω τῆς θύρας & ἔδαφος solum, pauimentum, quod etiam τὸ οὖδος & οὖδας dicitur. Qua significatione sumi videtur apud Hipp. lib. de art (p. 659. 38. H. 837. H.) τῆς κλίνης τοὺς πόδας πρὸς τῷ οὐδῷ ἐρηρεῖσθαι. lecti pedes ad ianuæ limen offirmari debent, aut ad pauimentum. Et rursus ibidem (v. 48 H. 838. B.) ἀντὶ τοῦ οὐδοῦ τι καὶ τοῦ ξύλου τοῦ παρατεταμένου. loco liminis & ligni appositi.

Οὖλα τὰ gingiuæ dicuntur, carunculæ quæ dentibus sunt circumpositæ. οὖλα αἱ περὶ τὰς τῶν ὀδόντων ῥίζας σάρκες, vocantur Rufo. Pollux verò οὖλα vocari scribit carnes quæ extra dentes ambiunt, vt quæ intra, ἴνουλα. Eo autem nomine donari scribuntur ob carnis mollitiem & teneritatem. οὖλον γὰρ τρυφερὸν καὶ ἁπαλὸν exponit Hesych. Et Erot. apud Hip. οὔλῳ ἐρίῳ, τῷ μαλακῷ exponit. Idem etiam apud eundem οὖλον ὀρόβιον τὸ πυρρὸν significare scribit, quibusdam verò, τὴν ἰσομεγέθη ὀρόβῳ ἀκροχορδόνα verrucam orobo magnitudine æqualem. οὖλα pro gingiuarum tumore & vitio ponuntur Hip. li. 2. de Morb. (p. 464. 28.) καὶ οὖλα καὶ γλῶσσα. In tonsillis & gingiuæ & lingua vitium sentiunt. οὔλων ὀδαξησμοὶ gingiuarum prurigines aph. 25. li. 3. Et οὖλα πονηρὰ, gingiuæ malæ ac vitiatæ in lienosis, Prorr. 2. (p. 111. C.) in quibus etiam gingiuas exedi scribit Paulus cap 49 li. 3. οὐλαὶ etiam dicuntur Hipp. li. 7. Epid. (p. 1238. H.) καὶ οὐλέων ὑπερσαρκώσιες, in gingiuis excrescens caro, etsi οὐρέων vitiosè leg. exemplaria, pro quo tamen οὔλων legitur li. 5. Epid. vbi id repetitur (p. 1162. D.) οὐλαὶ etiam κριθαὶ, h. e. hordeola apud Hipp. exponit Erot.

Οὐλομελίη integram, absolutam, solidam, vniuersamq; cuiusque rei naturam significat apud Hipp. vt li. de art. (p 591. 15. H. 788. C.) περὶ ἀδένων οὐλομελίης γέγραπται, de tota & absoluta glandularum natura scribetur. τὴν ὁλόκληρον φύσιν τῆς τῶν ἀδένων φύσεως exponit Gal. Et lib. περὶ ἀδένων (p. 270. 30.) περὶ δὲ ἀδένων οὐλομελίης ὧδε ἔχει. de glandularum integra & absoluta natura sic se res habet. Rursusq; (p. 271. 39.) καὶ ἐρέω περὶ ἀδένων οὐλομελίης τραχήλου, dicam de tota natura glandularum colli. Quibus ex locis οὐλομελίης, ὅλης φύσεως exponit Erot. apud Hipp. etsi οὐλομελείης apud eum vitiosè scribitur. Rursus lib. περὶ τροφῆς (p. 381. 41.) κατὰ μὲν οὐλομελίην πάντα. Quod dicitur de generali quadam partium cognatione, qua inter se omnia consentiunt. Vbi κατὰ μέρος opponitur, & partium particularem inter se cognationem ac consensionem in alimento significat. In Epist. quoque (p. 1286. 24.) οὐλομελίην τοῦ σκήνεος ponit, vniuersam corporis naturam medico esse considerandam scribens. Hesych. οὐλομελὶν aduerbialiter sumitur, & καθόλου, συλλήβδην, in vniuersum, re tota comprehensa, exponitur. Qui etiam addit alios sumere ἐπὶ τῆς ἀθρόας τῆς ὅλης φύσεως, τὸ γὰρ ὅλον οὖλον λέγει. Sic οὐλομελίη omnium membrorum perfectionem & absolutionem significabit, vt & οὐλομελὴς dicitur omnibus membris absolutus. οὐλομελὴς apud Hesych. οὐλομελὴ quidam reponunt. quod exponitur ὑγιὲς, ὁλόκληρον, sanum, integrum, omnibus membris absolutum. Qua significatione scribitur apud Hip. lib. περὶ καρδίης (p 269. 34.) τὴν μὲν γὰρ καρδίην ἴδοις ἂν ῥηϊδίως ψιλὴν οὐλομελῆ. Cor enim ex toto ventilari cernas. Nisi si οὐλομελῆ idem quod οὐλομελίην aduerbialiter positum videatur, quod καθόλου exponitur.

Οὐλομελὴς etiam scriptum reperitur apud Hipp. libello περὶ ἀνατομῆς (p. 916. C.) vbi pro οὖλη aut ὅλη aut οὐλομελὴς positum videtur. οὖλος enim pro ὅλος, & οὖλη pro ὅλη Ionicè eodem libello scribitur. κοιλίη δὲ ἥπατι προσκειμένη κατ' εὐώνυμον μέρος οὐλομελὴς ἐστι νευρώδης. Ventriculus autem ad sinistram iecori adiacens totus neruosus est, h. e. tota sua substantia, tota sua natura, & integra aut absoluta natura, vt οὐλομελὴς idem quod οὐλομελὴς aut οὐλομελίη indicet. Sic apud Hesych. οὐλομελὴς, ὁλομελὴς exponitur, si modo rectè scribatur.

Οὐ πάνυ τι, non admodum, omninò non, h. e. rarò, significat apud Hip. vt aph. 70. li. 5. ὑπὸ σπασμῶν οὐ πάνυ τι ἁλίσκονται. conuulsionibus non admodum capiuntur. Rursus aph. 72. li. eiusdem, οὐ πάνυ τι πνευματώδεις εἰσι. non admodum ventosi sunt, h. e. rarò. Vbi scribit Galenus, διὰ τοῦτ' οὖν προσέθηκε τῷ λόγῳ, τὸ οὐ πάνυ τι, τὸ μὲν διηνεκὲς τῆς ἀποφάσεως κωλύων, ἐνδεικνύμενος δὲ ὡς τὸ πολὺ γίνεσθαι τὸ προειρημένον. Iccirco igitur sermoni addidit [οὐ πάνυ τι] h. e. non admodum, perpetuitatem quidé negationis interpellans, indicás autem magna ex parte fieri quod prius dixerat. Et rursus aph. 33. li. 6. οὐ πάνυ τι πλευριτικοὶ γίνονται, non valde laterali morbo corripiuntur. Vbi etiam scribit Gal. τὸ γὰρ οὐ πάνυ τῶν σπανίως γινομένων δηλωτικόν ἐστι. Quod enim dicitur οὐ πάνυ, ea quæ rarò fiunt indicat.

Οὐραῖον, vide ἐρρυδίον antea.

τὰ Οὐράνια cœlestia, aërem exponit Gal. Com. 3. in li. 1. Epid. (p. 376. 30. H. 959. A.) τὴν ἰδίαν τῆς περιέχοντος κράσιν, peculiarem aëris temperiem.

Οὐραχὸς dicitur Medicis aut οὐραγὸς, in fœtu meatus vrinarius in medio vmbilico situs, à fundo vesicæ exoriens, & in allantoidis cauitatem insertus, per quē vrina fœtus defertur in allantoidem tunicam. Est autē οὐραχὸς apud Hipp. li. περὶ καρδίης (p. 269 5.) cordis mucro aut finis. οὐδὲ τῆς καρδίης νέμεται τὴν ἐσχατιὴν, ἀλλ' ἐγκαταλείπει τὸν οὐραχὸν, καὶ στερεός ἐστι, ὥσπερ ἔξωθεν προσηρμοσμένη. neque vltimam cordis partē attingit, sed cordis mucronem postremum relinquit, solidus item est, & tanquā foris assutus. Vbi quidā pro οὐραχὸν nō malè σαυρωτῆρα reponendū existimant. Est enim σαυρωτὴρ ferrum in ima hastilis parte affixū, quod Græcè dicitur. Sed fortè apud Hip. non malè τὸ οὐράγιον pro τὸν οὐραχὸν legatur, quod ἔσχατον exponit Hesych. vt cordis summus mucro intelligatur. Et certe τὸ οὐράγιον expressisse videtur Cornar. cùm cordis caudam dixit. Est autem οὐραγὸς Hesychio τῆς οὐρᾶς ὁ ἔσχατος ἡγεμὼν, extremi agminis ductor, καὶ τοῦ εὐωνύμου κέρατος φύλαξ, & sinistri cornu custos.

Οὐρέειν τὴν γονὴν, geniturā serosam reddere, saniosam facere. Lib. περὶ ἀφόρων (p. 680. 6.) ἀνάγκη πάγχυ οὐρέειν τὴν γυναῖκα ταύτην [τὴν γονὴν] necesse est mulierē hanc penitus serosam reddere, aut sero diluere. Idem quod διουρέειν. Vide διορρώδεες antea. Alioqui οὐρέειν vrinā reddere & effundere significat, vt aph 75. li. 4. ἢν αἷμα ἢ πύον οὐρέῃ, si sanguinē aut pus per vrinam reddat. Vbi scribit Gal. οὐρεῖν aliud esse quàm οὐρέειν. Illud enim plurimi dierū aut mensiū perstantē mictionē denotare, hoc paucorū. Sed vitiū est in publicatis exemplaribus quæ οὐρέουσι pro οὐρέειν legunt. Sic enim scribedū: τάχα δὲ καὶ τὸ οὐρεῖν ῥῆμα διαφορὸν τι δηλοῖ τῆς οὐρέειν.

Οὐρεὺς exponitur Erot. apud Hip. ὁ ἡμίονος, mulus, idq; Ionicè, pro ὀρεύς. adducto in medium Homeri testimonio, οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο ex Il. α. (v. 50.) mulos quidem primùm inuasit.

Οὐρήθρα, vrinæ fistula aut meatus vrinarius, à vesicæ ceruice ad extremū vsq; penē porrectus, ideoq; fistula penis dicitur, vrinæ fistulam vocat Celsus ca. 8. li. 2. ex aph. 82. li. 4. & 57. li. 7. ἐν τῇ οὐρήθρῃ φύματα φύεται, in vrinaria fistula tubercula oriuntur. τὸν πόρον οὐρητικὸν, h. e. meatum vrinariū explicat Galen. in Comm. Eadem dictione vtitur Hipp. li. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 539. 39.) καὶ ὀκέτας ὅταν διὰ τῆς οὐρήθρης ἡ ψάμμος, atque vbi per vrinæ fistulam arena prodit aut exit. Et ὀδύνην παρέχει ἰσχυρὴν ἐν τῇ οὐρήθρῃ, dolorem vehementem in vrinæ fistula exhibet.

Οὐρήματα αἰτὶ τοῦ οὖρα, dictio est vsurpata in his quæ adiecta sunt lib. de Nat. humana (p. 230. 52. 231. 2.) ὁκόσοισι δὲ αἱματώδεα μόνον τὰ οὐρήματα. Quibus vrinæ tantùm cruentæ sunt. &, ὁκόσοισι δὲ ἐν τῷ οὐρήματι παχὺ ἐστι. quibus vrina crassa. Verùm hāc dictionē neq; ex Hipp. neq; ex Polybo agnoscit illic Gal.

Οὔρησις pro mictione interdum vsurpatur Hipp vt οὔρησις αἱματώδης, cruenta mictio in dorsi & pectoris dolore, in Coac. (pag. 162. H. & οὔρησις δυσκολαίνουσα, mictio molesta & difficilis, in Prorrhet. (pag. 205. 51. H. 76. D.) & Coac. (pag. 172. A.)

Et

Ἐκ οὔρησις γονώδεις (ibidem 175.A.) vrinæ genitale femen referentes & opisthotonum foluentes depofita multa pituita vifcida, lenta, frigida, & albuminea. Sic ἀφρώδεις οὐρήσιες, fpumantes mictiones in Prorrh. (pag.206.38.H.76.H.) & ὑμενώδεις οὐρήσιες, membranofæ mictiones, in Coac. (pag. 214. G.) quæ conuulfiones prædicunt.

Τὰ Οὐρεύμενα interdum etiam dicuntur vrinæ Hipp. aut quæ per vrinam redduntur. In Coac. (pag.216.C.) τὰ οὐρεύμενα μὴ ὑπομιμνῄσκονται, vrinæ quæ non commonefactis aut admonitis effluunt. Et lib.7.Epid. (pag.1217.C.) τὸ οὐρεύμενον τῷ κάρφει εἵλκετο, vrina feftuca trahebatur, quod glutinofam & vifcidam in vrina pituitam præ fe ferebat.

Οὐρητῆρες propriè dicuntur meatus vrinarij qui à renibus ad veficam ducuntur, vt fcribit Galen. lib.1. de Loc. malè affect. (pag. 251.18) Verùm οὐρητὴρ videtur fumi pro οὐρήθρα & fiftula vrinaria in Coac. (pag.192.H.) vbi fcribitur, εἰ λιθιῶντες σχηματισθέντες, ὅπως τὸν λίθον μὴ προσπίπτειν πρὸς τὸν οὐρητῆρα. Calculofi eum corporis habitum aut pofitum nacti, vt lapis in meatum vrinarium non illabatur.

Οὐρητικώτατος, qui maximè meiit & optimè vrinam reddit, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.115.11.H.405.19.) in hydropis curatione, vbi calida & acria in victus ratione confulit, vt æger optimè vrinam reiiciat. οὕτω γὰρ ἂν οὐρητικώτατος εἴη, καὶ ἰσχύοι μάλιστα. Ita enim tum maximè meiet, tum valebit.

Οὖρον, vrina, eft ὑγρὸν τροφῆς περίττωμα, humidum alimenti excrementum Ariftoteli, Hipp. verò & Gal. humorum qui in venis continentur ferofum excrementum, potulentorum materia, & potus excretio. Qua certe ratione Hipp. Prorrhet.2. (p.88 A.) vrinam potui tum copia, tum craffitie refpondere iubet, & pro potionis modulo exire. Hucque pertinere videtur quod fcribitur aph.14. fect. 5. lib.6. Epid. οὖρον ὁμόχροον βρώματι καὶ πόματι. Vrinam cibi & potus colorem referre. Tum etiam aph. 13. fect. eiufd. γλῶσσα οὔρου σημαίνει. Lingua ferum quale fit indicat. Vbi Galen. τὸ οὖρον explicat, ὅτι τι κυρίως οὕτως ὀνομαζόμενον ὃ καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἀποκρίνομεν, ὃ τὸν τῶν χυμῶν ὀρρόν, hoc eft, vel propriè ita appellatum, quod fingulis diebus excernimus, vel humorum ferum. Ad eandem quoque fententiam refertur quod ab Hipp. fcriptum eft lib. περὶ τροφῆς (pag.383.20.) ὑγρασίη τροφῆς ὄχημα, humidum alimenti vehiculum. Quod cum de humiditate quæ cibum aut etiam alimentum in corpus vniuerfum peruehit, accipiatur à Gal. Comment. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. & lib.4. vf. part. de eadem quoque ferofa aut potulenta materia quæ in venis innatat, & tandem in veficam ad excretionem permeat, & vrina dicitur, intelligi debet. Hinc etiam Gal. Comment.3. in lib. 3. Epid. (pag.400.38.) τὸ οὖρον, ὡς ὀρρὸς ἐστὶ τῶν κατὰ τὰς φλέβας χυμῶν, vrina dicitur velut humorum ferum qui venis continentur. Cuius quidem variæ differentiæ fecundum proprias procreatorum humorum qualitates, vnà cum fuccorum generatione, in corpore naturaliter fe habente cùm fiant, vt fcribit Galen. Comment. 5. in lib.6. Epid. (pag. 514. 11.) minimè mirum cuiquam videri debet, fi ex vrinis erectæ aut proftratæ falutis certa & indubitata petantur auguria. Adeoque in omnibus morbis à Medicis non temerè confuluntur, vt earum quoque ftatum in oculorum affectibus infpiciendum aut in confiderationem adhibendum monuerit Hipp. Prorrhet.2. (pag.103.A.) Vrinarum apud eundem variæ multifque locis difperfæ affectiones leguntur, quas ὡς ἐν τύπῳ hîc fubnotabimus.

Οὖρα αἱματώδεα, vrinæ cruentæ, in Coac. (pag.110.F.) τὰ ἐξέρυθρα prærubræ exponuntur Gal. Comment.1. in Prorrhet. (pag.179. 44.H.69.G.) & in multis ex nephritide laborantibus confpici dicuntur. Rurfus οὔρησις αἱματώδης, cruenta mictio in dorfi & pectoris dolore, ibidem (pag. 162. H.) Iterumque ibidem (pag. 213. C.) in lateris dolore laborantibus οὖρον αἱματῶδες. Lib. quoque. 3. de Morb. (pag.489.15.) in febre ardente οὖρα αἱματώδεα annotantur. Et lib. 2. (pag.474.34.) in pleuritide fcribitur, καὶ οὖρα αἱματώδεα, vt & rurfus ibidem (pag.481.29.) in pleuritide dorfali, καὶ οὐρέει τρίτῃ ἢ τετάρτῃ οὖρον αἱματῶδες, & die tertio aut quarto vrinam cruentam reddit. Et lib.4. Epid. (pag.1133.A.) ἐξέρραγε αἱματῶδες, vrina cruenta prorupit. Quibus ex locis οὐρέει αἱμαλῶδες pro αἱματῶδες apud Hipp. legifle videtur Erot. quibufdam in exemplaribus. Sic enim apud eum fcribitur. οὐρέει αἱμαλῶδες, ὡς ἐνίοις ἀπηγγέλθαι [illegible], οὐρέει αἱματῶδες. ἐν δὲ τοῖς ἀκριβεστέροις αἱμαλῶδες, ὃ καὶ αὐτὸ ἐν ἴσῳ κεῖται τῷ αἱματῶδες. ἀμφοτέρως γὰρ [illegible] τὸν αἱμάλωπα, ὅ ἐστι σύγχυσιν [illegible] ὑπὸ πληγῆς περὶ τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα γινομένη. οὐρέει αἱμαλῶδες. In nonnullis exemplaribus fcriptum inuenimus οὐρέει αἱματῶδες, in plurimis verò αἱμαλῶδες, quod idem valet ac αἱματῶδες. Dictum autem eft ἀπὸ τοῦ αἱμάλωπος, hoc eft, à fugillato, quod eft cruenta quædam circumfcriptio, aut fuffufus quidam cruor; vt plurimùm ex plaga circum corneam oculi tunicam contingens. Verùm quædam Erotiani exemplaria οὖρα αἱμαλώδεα, & οὖρα αἱματώδεα, pro οὖρον αἱμαλῶδες & αἱματῶδες habent.

Οὖρα ἀκατάστατα, vrinæ inftabiles, non fubfidentes, confufæ, non fubfiftentes, fed turbulentæ. Et funt ἀκατάστατα οὖρα, παχέα, καὶ μὴ καθιστάμενα, ex genere τῶν διαπεφραγμένων καὶ θολερῶν, returbidarum & turbulentarum, quæ magnam humorum & fpirituum conturbationem, plurimamque crudioris fucci cum flatibus permixti, à calore præter naturam in venis agitationem indicant, vnde capitis dolores & deliria fæpe imminent. In Prorrhet. (pag. 179.35. H. 69. G.) οὖρα ἀκατάστατα, ἐξέρυθρα, ἐναιωρήματα, [illegible]. vrinæ inftabiles, prærubræ, cum fublimamentis confufis, mentis emotionem minantur, fignificantque vrinas turbulentas, cum fublimamentis confufis, in quibus quod per vrinam fertur, craffum eft, omninoque conturbatum & confufum, nullam firmam aut ftabilem fedem feruans, fed plurimùm à calore & flatibus agitatum, totam vrinam conturbat, vt antea ex Galeno ipfo conteftati fumus, in dictione ἀκατάστατος. In Coac. quoque (pag.149.F.) οὖρον ὑπέρυθρον, ἀκατάστατον, ἐναιωρούμενον, [illegible]. Eademque dici videntur παχέα οὖρα ἐρυθρά, οὐ καθιστάμενα, in Hermocrate lib. 3. Epid. quæ etiam delirium portendunt.

Οὖρον ἀμμῶδες, vrina arenofa, fabulofa. in Coac. (pag.195.F.) in qua τὰ ψαμμώδεα ὑφίσταται, arenulæ fubfidunt, aph. 79. lib.4.

Οὖρα τῶν μὴ ὑπομιμνησκομένων, vrinæ quæ non nifi commonefactis ægris redduntur, quæ mentis captæ funt indicia, & phrenitidem prænunciant, vt ægr.4. lib.1. Epid. Eodem quoque modo τὰ οὐρεύμενα μὴ ὑπομιμνησκομένων ὀλέθρια, vrinæ quæ inuitis nec admonitis effluunt, perniciem denotant, in Prorrh. (pag 178.49. H 69.E.) & Coac. (pag.216.C.) & phrenitidem indicant, vt ægr.12. lib.3. Epid.

Οὖρα διαπεφραγμένα vrinæ perturbatæ & returbidæ dicuntur, quæque tales perfeuerant, nec refident, eædemque θολερὰ οὖρα fæpe vocantur Hipp. καὶ παχέα, καὶ μὴ καθιστάμενα, vt fcribit Gal. Com.1. in lib.3. Epid. (p.400 43.H.1061.G.) Aphorifm. 70. lib.4. τὰ οὖρα διαπεφραγμένα οἷα ὑποζυγίων, vrinæ perturbatæ, quales veterini generis, capitis dolores prænunciant. Libro etiam 7. Epid. (pag.1238.G.) οὖρον διαπεφραγμένον οἷόν τι τῶν ὑποζυγίων dicitur, vrina returbata qualis veterini generis, in qua fedimenta denfa & returbida erant, eademque vehementem capitis dolorem cum febre, vehemens delirium, mortemque cum conuulfionibus prænunciat. διεστραμμένα etiam οὖρα ibidem vocantur hoc eft commutatæ vrinæ, nifi fi quis διεσπασμένα legere malit, quæ & eædem funt, & à Gal. apud Hipp. agnofcuntur Com. ad aphor. 70. lib. 4. fi modò non viriata fit lectio, vt fatis antea indicauimus ex Gal. in Exeg. vocum Hipp. in dictione διεστραμμένα. Dicuntur autem διεστραμμένα οὖρα, vrinæ commutatæ & veteribus interpretibus obuerfæ, vulgi more, quo craffæ & returbidæ vrinæ fignificantur. οὖρον διαπεφραγμένον οὐ πονηρόν, in Coac. (pag.171.B.) & οὖρον διαπεφραγμένον μετ' ἱδρῶτος ὑποστροφὴν fignificat, ibidem (pag.213.F.) Eas autem vrinas returbidas interdum variis affectionibus denotat Hippocr. In Prorrh. (pag.179.3.H.69.E.) & Coac. (pag.216. C.) οὖρον οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν ταράξειας, dicitur vrina qualis vbi fubfidentiam conturbaueris. At ægr. 4. lib. 1. Epid. οὖρον παχὺ λευκὸν οἷον γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων ὅταν διαταραχθῇ χρόνον πολλὸν κείμενον, οὐ καθίστατο. vrina craffa, alba, quale quid in fubfidentibus vrinis videtur, quæ longo interuallo in matula depofitæ & referuatæ returbantur, non fubfidebat. Et ægr. 11. eiufdem libri. οὖρα παχέα, λευκά, θολερά, οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν διαταραχθῇ. vrinæ craffæ, albæ, turbulentæ, cuiufmodi effe folent quæ fubfederunt, vbi in matella depofitæ returbantur. Vbi etiam additur, οὐ καθίστατο, neque fubfidebant. Et ægr. 3. lib.3. οὖρον θολερόν, οἷον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίνεται, οὔρων διαταραχθέν.

Οὖρα ἀπῆν, vrinæ defecerunt, abfcefferunt, hoc eft fuppreffæ funt. Quæ phrafis eft Hipp. crebra, vt ægr.14. lib.3. Epid poft ft.peft. vbi tamen ἐπῆν ex membranis manu fcriptis & reconditis legimus.

Οὖρον ἀραχνιῶδες, vrina araneorum telis fimilia quædam habens, hoc eft, quæ fupra innatantem pinguedinem habet, & colliquationem indicat, ex Prog. (pag.142.9.H.46.53.) & aph.35. li.7. In Coac. (pag 213.G.)

Οὖρον ἀφρῶδες ἐφ' αὑτὸ ἱστάμενον, vrina fpumans in fefe fubfidens, iam factum fudorem indicans. In Coac. (pag.214.E.)

Οὖρα ἄχροα, vrinæ decolores, hoc eft, aquofæ, quæ tenuibus fæpe coniunguntur in phrenitidis denunciatione, vt ægr. 13. 14. & 15. lib.3. Epid. poft ft.peft. In Coac. (p.213.G.) οὖρα ἄχροα,

μέλασιν ἐναιωρεύμενα, μετ' ἀγρυπνίης καὶ ταραχῆς, φρενιτικά. Vrinæ decolores, nigra in medio suspensa habentes, cum peruigilio & perturbatione, phrenitidem denunciant.

Οὖρα βορβορώδεα, vrinæ cœnosæ, aut fœtidæ, aut quæ crassitudinis quantitatem denotant, vt ex Numisiano & Dionysio exponit Gal. Com. ad aph. 69. lib. 4.

Οὖρον γονοειδές, vrina semini genitali similis, glutinosa, viscida, à multa pituita & humore crasso ac glutinoso, qui etiam festucis adhærescebat, in muliere conuulsione mortua, lib. 7. Epid. (pag. 1217. C) Sic οὖρα γονοειδέα, vrinæ genitale semen referentes, & multam viscidam, lentam & frigidam pituitam deponentes, opisthotonum soluunt, In Coac. (pag. 175. A.) Et lib. 2. Epid. (pag. 1028. D.) sedimentum in vrina, οὔτε δὴ γονοειδές, οὔτε ἀνόμοιον, neque genitali semini simile, neque dissimile. De huiusmodi autem vrina plurima ex Hipp. sententia scripsimus nostris in ægr. 1. lib. 1. Epid. Annotat.

Οὖρα δασέα, vide Δασέα οὖρα antea.

Οὖρα διαφανέα, vide Διαφανὲς antea.

Οὖρα διέξοδος ὑαλοειδὴς, vide ὑαλοειδὴς διέξοδος postea.

Οὖρα δυσηκόα, vide Δυσηκοὸς antea.

Οὔρησις δυσκολαινομένη, mictio molesta & difficilis, in Prorrh. (p. 205. 51. H. 76. D.) & Coac. (pag. 172. H.)

Οὖρα ἐζυμωμένα, vide Ζυμοῦσθαι antea.

Οὖρον ἔκλευκον, vrina exalbida & valde candicans, In Coac. (pag. 213. C.)

Οὖρα ἐλαιώδη, vrinæ oleosæ, quæ imminens acutorum morborum periculum, & febrium perniciosissimarum maximum incendium, tandem etiam corporis colliquationem indicant, ægr. 11. & 12. lib. 1. Epid. & ægr. 13. & 14. li. 3. Epid. post st. pest. vbi multa de oleosis vrinis earumque gradibus ex summorum medicorum opinione scripsimus. οὖρον ἐλαιῶδες οὐρεόμενον πρὸ ῥίγεος, vrina oleosa ante rigorem micta, In Coac. (pag. 211. F.)

Οὖρον ἐναιωρεύμενον, vrina cum sublimamentis per mediam vrinam innatantibus, ex flatuosa multa materia & feruente sursum repente euecta, vnde delirium & capitis dolor imminet. In Coac. (pag. 150. F.) & Prorrh. (pag. 179. 33. H. 69. G.) Qualia sublimamenta sæpe in Epid. annotat Hip. vt ægr. 12. lib. 3. post st. pest. ἐναιώρημα μετέωρον vocat, & οὐχ ἱδρυτο addit. Et ægr. 2. lib. 3. εἶχεν ἐναιωρήματα, οὐχ ἱδρυτο.

Οὖρα ἐξέρυθρα, vrinæ prærubræ & sanguineæ, quæ summam renum intemperiem ac contentricis imbecillitatem indicant. In Prorrh. (p. 179. 43. H. 69. G.) vbi eas his verbis explicat Gal. ἐξέρυθρα δὲ οὖρα, διαφέρει μὲν δήπου τῶν ὑπερύθρων, ἃ κατὰ τὸ προγνωστικὸν εἴρηται, χρόνου μὲν εἶναι σημεῖα, οὐ μὴν τοι κινδύνου. τίνα δὲ ἄλλα νοήσειέ τις ἐξέρυθρα, ἢ τὰ καλούμενα πρὸς ἁπάντων αἱματώδη, πολλοῖς τῶν νεφριτικῶν οὐρούμενα; καὶ εἴπερ ταῦτα βούλεται δηλοῦν, ἀνάλογόν τι σημαίνει τῇ προσθεν εἰρημένῃ, κοιλίης προχύσει ἐξερύθρῳ. ὥσπερ οὖν ἐκείνην ἔφαμεν ἥπατος ἀρρωστοῦντος γίνεσθαι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, τῶν νεφρῶν κακοπραγούντων οὖρον ἐξέρυθρον ἐρεῦμεν γίγνεσθαι. Prærubræ autem vrinæ à subrubris differunt quidem, quas in Prognostico diuturnitatis, non periculi signa esse pronunciauit. Quas verò aliàs intelligat quis prærubras, quàm quæ ab omnibus vocantur cruentæ, & à multis nephriticis redduntur? Atque si istas indicare voluit, simile quiddam ei significat quod antea dictum est, ventris prærubra proluuies. Quemadmodum igitur illam malè affecto hepate fieri diximus, ita prærubram vrinam renibus suo munere perperam fungentibus effici affirmamus. Idem quoq; e Com. 2. in eundem lib. (pag. 189. 34.) ἐξέρυθρα οὖρα καὶ ὑπέρυθρα differre inter se scribit, & ἐρυθρὰ in medio quodammodo constituit. At verò Com. 1. in lib. 3. Epid. p. 400. 22. H. 1062. G.) τὰ ἐρυθρὰ οὖρα καὶ ἐξέρυθρα τῶν ὑπερύθρων numero ex Prognostico comprehendit.

Οὖρον ἐξέρυθρον ἐπάνθισμα ἰῶδες κατεχόμενον, vrina, in qua prærubra afflorescentia æruginosa continetur, In Coac. (pag. 211. E.) & Prorrh. (pag. 189. 20. H. 71. H.)

Οὖρον ἐξυδατούμενον δὲ ἄκριτα λίπος ἔχον, vrina diluta indiscretam quandam habens pinguedinem, quæ celerem liberationem denotat. In Coac. (pag. 210. A.) Videtur autem intelligi vrina sanorum quæ supernatantem habet concretam quandam superficiem, velut quæ lacti aut iusculo refrigerato superinducitur, & Græcis γραῦς dicitur, cuius meminit Gal. lib. 4. salubr.

Οὖρον δὲ ὑπόστασιν διεσπασμένον, vrina diuulsum habens sedimentum, In Coac. (pag. 210. H.) magnam in corpore perturbationis inæqualitatem, & naturæ à flatibus interturbationem significans.

Οὖρα ἐπίπονα, vrinæ laboriosæ, molestiam & negotium aut dolorem exhibentes, In Prorrh (pag. 189. 6. H. 71. H.) τὰ μὲν πόνῳ ἀποκρινόμενα, quæ cum dolore excernuntur exponit Gal. & τὰ μὲν πόνῳ κενούμενα, quæ laboriosam habent vacuationem (ibid. pag. 203. 56.) οὖρα etiam ἐπίπονα adscribuntur ab Hipp. in feb ardente, lib. 3 de morb. (pag. 489. 15.)

Οὖρα ἐν ὀλίγῳ πεπαινόμενα, vrinæ paruo tempore concoctæ, In Prorrh. (pag. 216. 5. H. 81. A.) & Coac. (pag. 151. B.) οὖρον ἐξαίφνης παραλόγως ἐν ὀλίγῳ πεπαινόμενον, φλαῦρον. vrina de repente præter rationem paulatim concocta, vitiosa. In Coac. (pag. 211. E.)

Οὖρα ἐρυθρὰ vrinæ rubræ in medio τῶν ὑπερύθρων & ἐξερύθρων collocatæ, In Prorrh. (pag. 189. 35. H. 71. H.) & Com. ad aph. 71. li. 4 & Com. in ægr. 1. li. 3. Epid. οὖρον ἐρυθρὸν, ἀναπεταραγμένον οἷον τοῖσιν ὑποζυγίοις, vrina rubra, returbida, qualis veterini generis, vehementem capitis dolorem cum febre, vehemens delirium, & mortem cum conuulsionibus significans, lib. 7. Epid. (pag. 1238. G.)

Οὖρον ζοφῶδες vrina tenebricosa aut caliginosa dicitur, translata ad vrinas aëris nos ambientis affectione. Qua certè attributione vrina valde crassa & turbulenta intelligitur, quæ magnam humorum ab exæstuante incendio succorumque feruentium exagitationem præ se fert, vehementemque perturbationem. In Coacis (pag. 213. C.) in pleuriticis οὖρον αἱματῶδες & ζοφῶδες adiicibit, vrinam cruentam & caliginosam. Sic lib. 4. Epid. (pag. 1123. C.) οὖρον οἷον τὰ ζοφώδεα, vrinam velut tenebricosa continentem intelligit. Vbi ea de re quædam scripsimus, & nostris in ægr. 1. lib. 3. Epid. Annotat. quanamque ratione ζοφῶδες οὖρον dicatur pluribus expressimus, vt etiam plenius docemus nostris in Coac. Annot.

Οὖρα θολερὰ, vrinæ turbidæ & returbatæ sæpe dicuntur Hipp. neque subsidentes vt li. 1 Epid. (p. 363. 38. H. 945. F.) οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα, θολερὰ δὲ, οὐδὲ καθιστάμενα, οὐδὲ ὑφιστάμενα. vrinę crassitudinē quidem habentes, sed returbidæ, nihil subsistētes, neque subsidentes. Et ægr. 2. lib. 1. Epid. οὖρα θολερὰ μέλανα, vrinæ returbidæ, nigræ. Ægro quoque 3. lib. 3. Epid. οὖρον θολερὸν, οἷον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίνεται, ὅταν ἀναταραχθῇ. vrina turbida, cuiusmodi fit ex his quæ vbi subsederunt commouentur. Et lib. 2. Epid. (p. 1028. D.) οὖρον δὲ παχὺ καὶ θολερὸν, vrina autem crassa & returbida. Huiusmodi autem vrina in crudorum morborum initiis visitur, magnamque humoris crudi copiam & putredinem denotat, vt pluribus scripsimus nostris in ægr. 2. lib. 1. Epid. Annotat. vbi & quænam dicantur θολερὰ οὖρα ex Gal. mente expressimus.

Οὖρα θρομβώδεα, vrinæ grumosæ, inter crassas repositæ, quæ in grumos confictam & conformatam subsidentiam habent, aut in quibus contenta diuulsa & inæqualia grumos faciunt. Quales vrinæ in febribus ex crudis multis & frigidis succis ortis apparent, aph. 69. lib. 4. vbi Gal. per θρομβώδεα significari scribit τὸ τῆς ὑποστάσεως ἀνώμαλόν τι καὶ διεσπασμένον, ὡς κατὰ περιγραφήν τινα φαίνεσθαι πολλὰς συστάσεις αὐτῆς ὥσπερ θρόμβους, hoc est, subsidentiæ inæqualitatem, & diuulsionem adeò vt secundum quandam circumscriptionem earum multæ concretiones velut grumi appareant.

Οὖρα κατεχόμενα exponit Gal. Com. 2. in Prorrh. (pag. 189. 25. H. 71. H.) ἢ τὰ μόγις ἐκκρινόμενα, ἢ καὶ παντελῶς ἰσχόμενα, vrinas quæ vix excernuntur, aut quæ omninò supprimuntur. Etsi οὖρα τὰ ἐρυθρὰ ἐπανθίσματι κατεχόμενα accipi possunt, vrinæ in quibus contentæ rubræ quædam efflorescentiæ apparent.

Οὖρα κονιώδεα, vrinę cineritiæ, aut puluerulentæ, aut velut calce perfusæ & exalbescentes, quales quæ ex pituitę crassę copia obstructiones insignes testantur In Coac. (p. 213. G.) Aut certe κονιώδεα οὖρα dicuntur vrinę lixiuio similes, hoc est, colore rufo saturatę, quę viscerum impuritatem significant.

Οὖρον λαθραίως οὐρούμενον, vrina quę clandestinè redditur & ęgrum fugit, perniciosa. delirium namque significat. In Coac. (pag. 212. F.)

Οὖρον, λαμπρὸν aut οὐρηθὲν, quodnam dicatur apud Hipp. vide λαμπρὰ antea.

Οὖρον λευκὸν καὶ κατεχόμενον διαφανὲς, vrina alba, perspicua effusa, in Phreniticis. In Coac. (pag. 211. E.) & aphorism. 72. lib. 4. Est autem eiusmodi vrina aquosa & diluta, extremamque cruditatem indicat, aut bilem rapi ad superiora. Est & οὖρον λευκὸν οἷον ὑποζυγίοις, vrina alba, qualis in veterino genere visitur. In Coac. (pag. 213. F.)

Οὖρα λεπτὰ, sunt vrinę tenues, quę & aquosę & albę dicuntur, extremamque cruditatem denotant, & venosi generis desperatam concoctionem prę se ferunt, quales quę extremè tenues sunt & οὖρα λεπτὰ καὶ ἄχροα sępe iunguntur Hipp. velut lib. 1. Epid. (pag. 315. 17. H. 940. G.) οὖρα λεπτὰ, & ἄπεπτα, καὶ ἄχροα, vrinę tenues, & crudę, & decolores. Et rursus ibidem (p. 363. 38. H. 945. E.) οὖρα δὲ πλεῖστοισι τούτων ἢ λεπτὰ καὶ ὠμὰ καὶ ἄχροα. Horum autem plurimis vrinę aut tenues erant, aut crudę & decolores. At sunt οὖρα λεπτὰ εὔχροα, vrinę tenues benè coloratę,

quę

quę coloris bonitate commendantur, & eam vrinarum tenuitatem habent, quę cum mediocritate consistere possit. Quales in febribus continuis mitioribus & placidis, quæ etiam concoctionem iudicatione subindicabant, annotantur ab Hipp. li.1.Epid. (pag.356.2.H.941.A.B.) οὖρά τε τοῖσι πλείστοισιν εὔχροα μὲν καὶ καθαρά, λεπτὰ δὲ καὶ μετὰ χρόνον περὶ κρίσιν πεπαινόμενα. vrinæque plurimis bene coloratæ & puræ erant, sed tenues, & quæ tandem sub iudicationis tempus concoquebantur. Ac rursus ibidem (pag. 370. 35. H. 953. C.) οὖρα δὲ τοῖς πλείστοισιν, εὔχροα μὲν, λεπτὰ δὲ, καὶ ὑποστάσιας ὀλίγας ἔχοντα. Plurimis verò vrinæ bene coloratæ, tenues autem & pauca habentes sedimenta. Eadem quoque ratione οὖρα λεπτὰ, εὔχροα adscribuntur ægr. 6. & 14. lib.1.Epid.& ægr.5.li.3.Epid.& ægr.7.8.& 14.post st.pest. Qua de re plura scripsimus nostris in ægr. 14. li. 1. Epid. Annotat. Hac autem notione οὖρα λεπτὰ exponuntur Galeno Com. ad aph.69.lib.4.non vrinæ simpliciter tenues, sed ex comparatione ad crassas & grumosas collatæ, tanquam mediocritatem adeptæ, ac inter vtrumque excessum, hoc est crassas & omninò tenues, mediæ. Sic enim scribit: τῷ πλήθει δ' εἰκότως ἐστὶν ὀλίγα τὰ παχέα τῶν οὔρων, ὡς ἂν μόγις διεξερχόμενα τῶν νεφρῶν. ὁπόταν οὖν ἅμα μὲν ἐκκενωθῇ τὸ πλέον τῆς τοιαύτης κακοχυμίας, ἅμα δὲ καὶ πεφθῇ τὸ καταλειπόμενον, ἐκκρίνεται τηνικαῦτα λεπτότερα πολὺ τῶν ἔμπροσθεν. ἄμεινον γοῦν οὕτως εἰπεῖν, οὐκ ἀπολύτως, ὡς Ἱπποκράτης εἶπε λεπτά. τὰ γὰρ κατὰ φύσιν οὐχ ἁπλῶς ἐστι λεπτά, καθάπερ οὐδὲ παχέα. μετὰ δ' ἑκατέρας τῆς ὑπερβολῆς καὶ σύμμετρα ὄντα, παχύτερα μὲν ἐστι καὶ λέγεται τῶν ὑδατωδῶν, λεπτότερα δὲ τῶν θρομβωδῶν. Non absque autem ratione vrinæ crassæ copia paucæ sunt, vt quæ ægrè renes permeent. Vbi ergo maior pars huiusmodi cacochymiæ simul quidem euacuata fuerit, tum reliquum simul concoctum, tunc multò prioribus tenuiores excernuntur. Sic enim eas appellare præstabit, non tenues absolutè, quemadmodum dixit Hippocr. Quæ enim secundum naturam habent, non simpliciter tenues existunt, vt neque crassæ: sed cùm inter vtrumque excessum mediæ sint & symmetræ, aquosis quidem crassiores sunt & dicuntur, grumosis verò tenuiores.

Οὖρα μέλανα, vrinæ nigræ in phrenitidis aut furoris suspicione, in Prorrh. (pag.200.26.H.75.A.) Vbi μέλανα οὖρα & ὑπομέλανα ex Dioscor. opinione legit Gal. Quod etiam repetitur in Coac. (p.146.H.) Sic ægr.11.lib.3.Epid.post st.pest. in furiosa mentis perturbatione cum muliebrium suppressione, οὖρα μέλανα λεπτὰ adscribit Hipp.

Οὖρα μεσαρὰ ὑπόστασιν continens, vide μεσαρὸς antea.

Οὖρα οἷα εἰ τὴν ὑπόστασιν ταράξειας, vrina qualis vbi subsidentiam turbaueris, In Coac. (pag.216.C.) & Prorrh. (pag.178.50.H. 69.E.) Ea autem crudorum humorum à flatibus agitationem indicat.

Οὖρα οἷα ἵππου, vrina qualis veterini generis, lib. 4. Epid. (pag. 1123.C)

Οὖρα ὡς ὄνου: vrina qualis asini, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 604. 34.)

Οὖρα οἷον ὀρόβων πλύμα, vrina erui loturæ similis, in splenicis, quæ ex nigro & fuluo mixta videtur, melancholico biliosoque humore simul permixto. Lib.4 Epid (pag.1128.F.) & lib.7.Epid. (p.1226 D.)

Οὖρα οἷα τὰ πολυχρόνια, vrinæ quales quæ morbi diuturnitatem præ se ferunt, quales sunt tenues & dilutæ, quæ multum tempus ad coctionem postulant, lib.7.Epid. (pag.1207.F.)

Οὖρα ὀπώδεα, vide Ὀπὸς antea.

Οὖρον οἷον ὑποζυγίου, vrina qualis est veterini generis, hoc est crassa & returbida, In Coac. (pag.137.C.) & aph.70.lib.4. & lib.7. Epid. (pag.1238.G.)

Οὖρα παχέα, vrinæ crassæ, hoc est returbatæ & non subsidentes. Sunt enim παχέα οὖρα ex genere τῶν μὴ καθισταμένων, αἰαπεπραγμένων καὶ θολερῶν, velut ægr. 11.lib.1. Epid. & ægr. 2. li. 3. Epid. Dicitur etiam οὖρον παχὺ Hipp. aph. 76. lib. 4. vrina crassa quæ secundum naturam est & mediocris, non simpliciter crassa, sed in comparatione ad maximè tenuem & crudam, velut media interdum extremorum agnominationem sumunt. Sic enim illic exponit Gal. his verbis. ἐγχωρεῖ οὖν ἡγεῖσθαι παχὺ οὖρον εἰρῆσθαι πρὸς αὐτοῦ, τὸ σύμμετρον τε καὶ κατὰ φύσιν. ἀντίκειται γὰρ τοῦτό πως τῷ λεπτῷ, καὶ γινώσκομεν ὅτι κυρίως μὲν αἱ κατὰ τὰς ὑπερβολὰς ἀντιθέσεις οὕτω λέγονται. καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ μέσον ἐνίοτε καὶ σύμμετρον ἀμφοτέροις χρῆται τοῖς ὀνόμασι τῶν ἄκρων. πρὸς μὲν τὸ πάνυ παχὺ, λεπτὸν ὀνομαζόμενον, πρὸς δὲ τὸ λεπτὸν ἔσχατον, παχύ. Potest igitur, vt puto crassa vrina ab ipso dici, qui mediocris est & secundum naturam. Hæc enim tenui quodammodo opponitur. Neque nos latet propriè quidem excessuum oppositiones ita dici; per abusionem verò & medium & symmetrum vtrisque extremorum nominibus vtitur, cùm ad summè quidem crassum, tenue, ad summè verò tenue, crassum appelletur. Ita οὖρον παχὺ, μὴ λεπτὸν ὂν ibidem exponit Gal. Eadem etiam notione οὖρον παχὺ μὴ λεπτὸν, ἀλλὰ μετρίως συνεστηκὸς, vrina non tenuis, verùm mediocrem habens consistentiam explicatur Gal. Com. ad aph.77.lib.4.

Οὖρα πέπονα, vrinæ concoctæ, exponuntur in Prorrh. (pag. 203. 53.H.75 G.) τὰ παχέα καὶ λευκά, crassæ & albæ, quandoquidem eiusmodi subsidentia in verè concoctis vrinis conspicitur. Nam returbidæ quales veterini generis, concoctæ non sunt. Ibid. quoque (pag.189.4.H.71.H.) τὰ πέπονα οὖρα, τὰ πυώδη καὶ πάχος ἔχοντα, hoc est purulentas vrinas & crassas exponit Zeuxis, in quo à Rufo Ephesio reprehenditur, cùm vtrobique non πέπονα οὖρα, sed ἔπιπονα legendum sit.

Οὖρον πτυαλώδεας ἔχον ὑποστάσιας, vrina sputis similia habens sedimenta, In Coac. (pag 213.G.)

Οὖρον πυῶδες propriè dicitur vrina purulenta, quæ pus admixtum habet, & vesicæ, renum, aut etiam superiorum partium mitescentem ac subsidentem inflammationem indicat, & abscessus materiam per vrinam depositam. Sic enim in Progn. scribitur (pag.152.35.H.43.46.) & Coac. (pag.192 F.) de vesicæ inflammatione, λύει δὲ οὖρον πυῶδες ἐλθὸν, λευκὴν καὶ λείην ἔχον ὑπόστασιν. Soluit autem morbum vrina purulenta reddita, album & læue habens sedimentum. Gal. quoque Com. 3. in Prorrh. (pag.206.42.H.76.H.) πυώδεις οὐρήσεις exponit eas mictiones quæ pus admixtum habent, his verbis: αἱ μὲν γὰρ πυώδεις οὐρήσεις, ἐὰν γε κυρίως ἀκούσωμεν, καὶ μὴ καθάπερ εἴωθεν ὁ τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς ἀκύροις μεταφοραῖς ὀνομάτων χρῆσθαι, πύον ἐπιμεμίχθαι τοῖς οὔροις δηλοῦσι. Purulentæ enim mictiones siquidem propriè inaudiamus, neque quemadmodum huius libri author in propriis nominum translationibus, vti consueuit, pus vrinis permixtum esse significant. At verò impropriè αἱ πυώδεις οὐρήσεις exponuntur Gal. lib. 3. in Prorrh. (pag.206.47.) αἱ τῶν ὠμῶν ἢ παχέων οὔρων ἐκκρίσεις, crudarum & crassarum vrinarum excretiones. Quemadmodum etiam οὖρον πυῶδες impropriè vrina purulenta mihi sumi videtur in Coac. (pag.140.E.) pro crassa, alba, & quæ multum sedimentum concoctione deponit crassumque & crudum succum morborum materiam, naturæ procuratione euictam solutione excernit. Qualis celebratur aph. 74.lib.4.& in Archigenis puero, aph.2.sect.4.lib.6.Epid. & in Progn. (p.149.54.H.43.46.) & emissa per vrinas abscessuum materia, ab iis vindicat, præcipuè si die iudicatorio absolutionem fecerit. Sic enim accipienda videtur vrina, quæ inter solutionum signa & causas numeratur, potiùs quàm quæ concocta dicitur, & quæ laudabile sedimentum continet. Etsi enim magna est pueris cum vrinæ subsidentia affinitas, & sæpius à Gal. celebrata, (vt Com. 1. in Progn. & lib.1. de diff. f b.) eam tamen commendationis notam quam in Progn. celebrat cum laudabili subsidentia per purulentam vrinam non exprimit in Coac. Hipp. cùm eam etiam nominatim addat, vt illic satis patet. Verùm intelligit vrinam crassam, albam, cum copioso sedimento, quæ concoctam morbi materiam solutione deponit, & iudicatione liberat. Qua de re plura scripsimus nostris in sent.151.Coac. Annotat.

Οὖρα σποδοειδέα, vrinæ dicuntur cinerem colore referentes hoc est albicantes & cinericij coloris quales sunt crudæ & dilutæ, li.7.Epid. (pag.1221.B.) οὖρον ἀπ' ἀρχῆς ὠμὸν, σποδοειδές. vrina ab initio cruda, cinerem colore referens.

Οὖρα στροφώδεα, vide Στροφώδεα οὖρα postea.

Οὖρα στρυφνά, vrinæ acerbæ, quæ plurimam crudi humoris copiam continent dicuntur li.7.Epid. (pag.1216 F.)

Οὖρα ταραχώδεα, vrinæ turbulentæ cum crassis iunctę, quę variam humorum cacochymiam vacuant, ægr.1.li.3.Epid. post st.pest. Rursus ibidem in statu pest. (pag.420.40.H.1083.B.) οὖρα ταραχώδεα, vrinæ turbulentæ, adscribuntur, quę variam per renes humorum corruptelam deponunt. Sic enim ibi ταραχώδεα exponit Gal. τὰ ἅμα μετὰ δήξεως καὶ πόνου διεξιόντα, hoc est cum morsu & dolore exeuntes vrinas.

Οὖρα τρεφώδεα, vide τρεφώδες οὖρον postea.

Οὖρον τρίζον, vrina stridens, quę meatuum interceptionem & vasorum obstructionem à crassis humoribus, permixta flatuum copia, indicat. Eadem medicamentis ęgrum indigere significat, aut male affectam esse vesicam, Prorrh.2. (pag.88.B.)

Οὖρον ὑαλῶδες, vide ὑαλῶδες οὖρον postea.

Οὖρον ὑδατῶδες, vrina aquosa & diluta, quę aquam colore repręsentat, & cruditatem denotat, aut humorum ad superiora momentum, velut in phrenitide & tuberculorum ad aures denunciatione. Sic οὖρον ὑδατῶδες insanię signum ponitur in Prorrh. (pag.213.vers.3.H.79.A.) & Coac. (pag.129.H.) Et οὖρον ὑδατῶδες ἐναιωρήματα λευκὰ ἔχον, vrina diluta cum sublimamentis albicantibus, in parotidum denunciatione, ibid. (pag. 150. F.) οὖρον ὑδατῶδες liberaliorem potum, aut corporis

colliquationem, quodque renutriri non possit indicat Prorrh. 2.(pag.88.A.) Hęc diluta vertitur Celso, & liquida, interdum etiam tenuis & diluta, vt cùm scribit cap. 6. lib. 2. In pueris verò quæ tenuis & diluta est, deterrima. Illud enim ex Progn. (pag.142.43.H 40 49.) sumptum est. τοῖσι δὲ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα. Idem etiam scribit cap.4.lib.2. Diluta quoque atque alba vitiosa est, sed in phreniticis maximè, ex aph.72.lib.4 Et c. 7.eiusdem libri. Vrina quoque quæ in homine sano parum liquida est, circa aures futuram aliquam suppurationem esse denuntiat.

Οὐρήσιες ὑμενώδεες, pelliculosæ & membranaceæ mictiones, membranarum speciem referentes, quæ multam crudam, frigidam, crassam & flatulentam materiam continentes, returbatę, membranis similia ramenta conuehunt, aut quæ viscidam & frigidam pituitam membranis similem vacuant, & neruosi generis colliquationem suspectant. Eædem in Coac. conuulsiones minari scribuntur.(p.129.C.) vbi quidam ἀφρώδεες, aut πυώδεες, aut νεφρώδεες ex Prorrh. legunt pro ὑμενώδεες. ὑμενώδεες οὖρον etiam conuulsionem prædicere scribitur, ibidem (p.213.F.)

Οὖρον ὑποζυγίου, vrina veterini generis, de qua antea scripsimus.

Οὖρον χαλαζῶδες, vrina grandinosa, in Coac.(pag.212.F.) οὖρα χαλαζώδεα γονοειδέα διεχεόμενα, vrina grandinosa, genitali semini quid simile effundens. Vrina est quæ pituitam multam vitream & albumineam, crassam, confertam & compactam vacuat. In qua ex materiæ crassitudine & caloris immoderatione, compacta quædam & grumosa apparent, geniturae similia & grandinosa. Qualia visuntur in morbis perniciosissimis ex ambigua humorum permixtione, & Hippocrati ἐναιωρήματα στρογγύλα γονοειδέα, aut οὖρα κρίμνα γονοειδέα dicuntur in Epid.ægr.1.lib.1.& ægr. 3. lib. 3. huiusmodique vrinæ magnas habent perniciei denunciationes, & deliria ac conuulsiones prædicunt.

Οὖρον ψαφαρῷ τρηχύτητι πεπερασμένον, vrina tenui asperitate returbida, In Coac.(pag.214.D.) videtur intelligi vrina quæ tenui & molli quadam asperitate returbatur, aut subobscuram & tenuem quandam habet perturbationem.

¶ Ὀφθαλμία est adnatæ oculorum tunicæ inflammatio, à copiosiore sanguine in eam confluente. Ὀφθαλμίαι ῥοώδεες dicuntur apud Hipp.lib.1. Epid. (pag.358.29.H.943.D.) Lippitudines fluidæ, quæ multum habent humorum affluxum. ὑγραὶ hoc est humidas exponit Gal. ὡς ἀπὸ καταστάσεως ὑγρᾶς γεγενημένας, ex constitutione aëris humida ortum habentes. Quibus certè opponuntur ὀφθαλμίαι ξηραὶ aph. 12. & 14.lib.3. lippitudines aridas vocat Celsus lib. 2. cap. 1. in quibus lemæ sunt siccæ & aridæ, nullaque decurrit humiditas ad oculos. τὰς ἄνευ ῥεύματος exponit Gal. eas quæ fiunt sine fluxu. Eæ quoque lippitudines intelliguntur, quæ fiunt à bile aut pituita salsa in cerebro collecta, deinde per frigus in oculos imbecillos defluente. Ὀφθαλμίαι φθινώδεες dicuntur aph. 16.lib.3. lippitudines quæ oculorum tabem aut extenuationem adferunt, per immoderatas siccitates consumpto eorum humore. Sic enim per eas, τὸ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν φθινῶδες, oculorum tabem accipiendam esse monet Gal. vt significetur eas ad oculorum φθίσιν terminari, vnde atrophia hoc est alimenti penuria, & siccitas maior existit, quàm naturæ conueniat, etiam cum pupillæ angustia. Etsi illic pro φθινώδεας multi morbos tabificos accipiant, & ὀφθαλμίας ξηρὰς intelligant, vt etiam scribit Galen. Ὀφθαλμίαι lippitudines apud Hipp. vertit Celsus c.1.lib.2. ex aph.11.12.14 & 16.lib.3.

Ὀφθαλμὸς oculus dicitur totum visionis instrumentum, aut pars corporis organica per quam visio exercetur. Quibus autem partibus instructus oculus visionem exerceat, aut quænam sit earum partium actio & vsus, eleganter & appositissimè docet Gorrh. ex Gal. Huius plurimæ sunt affectiones apud Hipp. Ὀφθαλμοὶ ἀτενέως ἐκλάμποντες, oculi intentè relucētes, qui fixi & immoti splendescunt, dicuntur in Prorrh. (pag.210.41.H. 78.B.) ἐκλαμπόντες ἀτενὲς ὀφθαλμοὶ in Coac. (pag. 173.C.) vocantur (etsi vitiosa est publicatorum omnium codicum scriptio) velut ἀτενίζοντα ὄμματα li.5. Epid. (pag.1162.D.) & lib.7.(pag.1217 H.) & ἀτενίζοντες καταφερόμενοι ὀφθαλμοί, oculi sopore grauatæ rigentes, (ibid.A.) ὀφθαλμοὶ μικρὸν δεῖν ἀτενέες, μόλις περιδινεύμενοι apud Areth.in Tetano cap.6.lib. περὶ ὀξ. παθ. sunt oculi ferè rigentes & qui ægrè circumuoluuntur, & ὀφθαλμοὶ ἀτενέες ἐνδεδινημένοι, oculi intenti & in profundo conuoluti, cap 6.li.1. θεραπ. ὀξ. παθ. Sunt autem huiusmodi oculi delirij indices, vt patet ex Prorrh.& Coac.

Ὀφθαλμοὶ ἐναιωρεύμενοι, vide Ἐναιωρεύμενοι ὀφθαλμοὶ antea.

Ὀφθαλμοὶ ἐξέχοντες ἢ ἔγκοιλοι, oculi exerti aut caui, In Progn.(p. 124.29.H.37.20.)

Ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, vide ἰλλαίνειν antea.

Ὀφθαλμοὶ πλέοντες ὥσπερ τῶν νυσταζόντων, oculi natantes, quales nictantium, hoc est qui parum apparent, ferèque clauduntur, quales in dormiturientibus & præ somnolentia nictantibus visuntur. Qui enim nauigio cursum efficiunt, celeriter transmittunt & præteruehuntur, nauigioque vecti semper mouentur, velut dormiturientium oculi.lib.7.Epid.(p.1215.E) ὀφθαλμῶν στέρησις, oculorum orbitas, priuatio, cæcitas, in morbi μετ' ἀπόλυσιν solutione, Coac.(pag.166.D.)

Ὀφθαλμὶς oculus dicitur deligationis species Hipp. quæ oculo adhibetur vbi procidentiæ metus est, aut quæ superimponuntur contineri volumus, à sede quæ vincitur nomen habens, lib. κατ' ἰητρ. (p.675.43.H.742.F.) Cuius meminit etiam Gal. lib.de fasciis ei attributo.

Ὀφθαλμοὶ πεπηγότες, oculi fixi, rigidi aut rigentes, concreti, lib.1. Epid. sect. 1. aph. 16. ἀκινήτους immobiles & immotos explicat Gal. significantque absolutam motricis facultatis extinctionem.

Ὀφθαλμοὶ ῥυπώδεες ῥυπωδέστεροι, vide ῥυπώδεες ὀφθαλμοὶ, postea.

Ὀφθαλμοὶ αὐχμηροί, oculi squallidi & squallentes ex nimia siccitate, li.6.Epid.sect.1.aph.16.In Progn. ὄψιες αὐχμώδεες dicuntur, & li.5 Epid.(pag.1162.C.) ὄμματα αὐχμηρά.

Ὀφίασις vitium est in pilis capitis & capillorum denudatio, cùm certis spatiis in serpentis similitudinem decidunt. Sic dicta quòd serpentis, quem ὄφιν appellant conuolutionum instar, per capitis cutem serpat, areæ Latinis dicuntur. Gal lib. περὶ τῶν εὐπορίστων (pag.474.6.) Ὄφιος γονή, serpentis semen, vsurpatur Hippocrati ad suffitus vteri in sanguinis fluxu, lib.2. περὶ γυναικ.(pag.640.13.17.)

Ὀφρυαγὴς legitur apud Hipp.& cauernosum exponunt interpretes, libello περὶ σαρκῶν (p.916.A.) de pulmone. τεφρεὸς χροιὴν τυχὼν στίγμασιν ὀφρυαγὴς κεκεντημένος, φύσει ἐὼν τετρημένος, cinericium colorem nactus, notis cauernosis compunctus, & naturaliter perforatus. Verùm mendosam esse lectionem suspicor, & pro ὀφρυαγὴς, ὀρφνοῖσι legendum existimo, vt significet pulmonem notis quibusdam subobscuris & nigricantibus fusci coloris compunctum esse. Est enim in pulmonis colore inæqualitas, vt subfuscus quidam candicante rubore color inesse videatur, & præterea notis veluti quibusdam stigmatibus ferè nigricantibus distinctus.

¶ Ὀχετοὶ, ductus, canales, effluuia, riui dicuntur Hipp. & viæ per quas vrina & stercus per aluum effluit, lib. de art.(pag.623.9. H.816 B.) οὐ γὰρ ἐπιτείνει τοὺς ὀχετοὺς τοὺς κατὰ τὴν κοιλίην, οὐδὲ κωλύει εὐρόως ἰέναι ἢ ἐς τὸ ἔξω χώρησις. Neque enim gibbus in exteriorem partem riuos qui sunt in ventre intendit, neque prohibet quo minus bene fluere possint. Vbi Gal. τοὺς ὀχετοὺς τοὺς κατὰ τὴν κοιλίαν, τὰς ἐκροάς, τὴν τε κατὰ κύστιν, καὶ τὴν κατὰ τὴν ἕδραν, hoc est effluuia & exitus circa vesicam & circa sedem, exponit. Quem mihi locum subnotare videtur Erot. cùm ὀχετοὺς, τὰς ἐκχύσεις τῶν ὑδάτων, aquarum effusiones, apud Hipp. exponit, adducto Homeri testimonio ex Il.φ (v 257.) ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου. Quemadmodum enim qui riuos ducit à fonte nigræ aquæ. Rursus lib. de art.(pag 624.34.H.817.A.) οἱ γὰρ ὀχετοὶ οἱ κατὰ τὸ λαπαρὸν τῆς πλευρῆς ἑκάστης περιτεταμένοι. Riui enim circa mollitudinem vniuscuique costæ obtentam. Vbi ὀχετοὺς τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας exponit Gal. arterias & venas, quòd per eas tanquam per ductus aliquos sanguis conuehatur. Lib. quoque 6. Epid. sect. 3.aph. 4. ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων σταγδὴν, ὡς ἐξιὼν ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν, dicitur sudor guttatim effluens, qui velut ex aquæ ductibus emanat, cæca cutis spiramina & meatus intelligens ex quibus sudor erumpit.

Ὄχλος, molestiam & negotium significat, vt lib. de art.(pag.616. 2.H. 809. B.) ὄχλον πολλὸν παρέχειν, multum exhibere negotij aut molestiæ, quod dicitur de eo negotio quod multum exhibetur in ea quæ per scalam fit concussione. ὄχλοι etiam dicuntur perturbationes quæ fiunt in ægris, & vehementes naturæ motus, qui aliquando morborum solutiones efficiunt, vt aphor. 12 sect.6.li.6.Epid.& li.4.Epid.(pag 1121.C.) ὄχλοι περὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην, circa sextum & septimum perturbationes. Interdum quoque alui perturbationem significat, vt aphoris.11.li.6.Epid. sect. 6. Hinc ὀχληρὸν quod molestum est & infestum indicat, ὀδυνηρὸν, dolorem inferens exponit Gal. in fine Com.2.lib.de art.(pag.610.32.H.806.C.) Et Erot. apud Hipp. ὀχλώδεα ὀχληρά, hoc est molesta, & quæ molestiam aut dolorē exhibent exponit. Quod certè vsurpatur Hip. li. de fract. (p.546.25.H.759. G.) & (p.549.44.H.760.F.) τὰ περὶ αὐγὰς ὀχλέοντα, quæ oculorum aciem perturbant, & tenebricosa quæ circum oculos obuersantur, in hæmorrhagiæ futuræ indiciis, dicuntur in Prorrh.(pag.215.25.H.80.E.) περὶ αὐγὰς ἐνοχλεῖν, in Coac.(p. 149. C.) circa oculorum aciem perturbationem facere. Lib. etiam.2. Epid.(pag.996.B.) de ascaridibus. καὶ ἔπειτα τηνικαῦτα ὀχλέειν

ὀχλέουσι τῆς ἡμέρης τὰ πλεῖστα. Istaque affligunt, vt plurimùm hac diei parte.

Ὄψις id quo cernimus & videndi acies effunditur significat, pupillamque per quam præcipuè spiritus visorius viam facit. Prorrh.2.(pag.102.E.) διὰ τῆς ῥωγμῆς ὑπερέχουσα ἡ ὄψις, per rimam prominens & extans pupilla. Et rursus (ibid.F.) ἔξω τὴν ὄψιν τῆς χώρης ἔχει, pupillam sede motam esse. Et (ibid.) μετακινήματα τῶν ὄψεων, pupillarum emotiones. Et(ibid.) μάλιστα αἱ ὄψεις βλάπτονται ἑλκούμεναι. insignem facit noxam pupillæ acies si exulceretur. Rufus etiam Ephesius ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπ. μορ. ὄψιν καὶ κόρην dici scribit, τὸ διὰ ἐν μέσῳ βλεπόμενον, quod in medio cernitur. Et alibi, κόρη αἱ ὄψεις, οἱ δὲ ὄψιν διὰ ᾧ βλέπομεν. Sic aciem ipsam qua cernimus pupillam vocari scribit M.Tullius li.2. de nat. deorum. Nos pupillæ aciem dicimus. Prorrh. 2. foramen spiritu visorio plenum & vnde videndi potentia effunditur, intelligentes. Atque id videtur esse quod Rufo γλήνη dicitur & simulachra recipit, eaque tria, ὄψις, κόρη, γλήνη, pro pupilla sæpe ponuntur. ὄψιν speciem ibi non absurdè vertit Caluus. Ὄψις etiam pupillam indicat lib.4. Epid.(p 1136.F.) αἱ ὄψεις ἑλκοῦνται pupillæ vlcerantur. Et (p.1133.C.) ἡ ὄψις ἐγλαυκώθη, vbi pupillā, aut etiam oculorum aciem, aut etiam totam oculi partem ex qua obtutus pendet, cæsiam redditam significat. Sic ὄψις interdum totum oculum, aut oculi aciem & visionem ipsam indicat. ὄψιες κυανώδεες καὶ θαλασσοειδέες, pro oculis ceruleis & qui maris colorem referunt, ponuntur. lib. περὶ ὄψιος (p.688.1.) Sunt autem corruptæ visionis species. Totam verò oculorum partem quæ genis aut palpebris tegitur ὄψις sæpe significat. In Progn.(p.124.27.H.37.20.) ἢ λῆμαι φαίνωνται περὶ τὰς ὄψιας, aut lemæ ac sordes circa oculos appareant. Quanquam hîc obrutum ac oculorum aciem quidam intelligunt. Et Celsus oculorum angulos expressit. Rursus ibid.(v.29.H.21.) ἢ αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπέες. de oculis & eorum aspectu squallido & obscuro. In Coac.(p.153.B.) καὶ τὸ τὰς ὄψιας πυκνὰ διαρρίπτειν, & oculos crebrò disiicere. Et rursus ibid.(p.165.A.) ἢν ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, si frequenter moueantur oculi. Quod etiam ex Progn. desumptum est, (pag.131.6.H.38.37.) Lib.etiam 3.Epid.in st. pest.426.15.H.1085.H.(τὰ φθείροντα τὰς ὄψιας, quæ oculos corrumperent. Et lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.15.53.) ῥήγνυσί τι καὶ διεσθίει τῆς ἀμφὶ τὴν ὄψιν χιτῶνα, rumpunt & peredunt oculum ambientem tunicam. Sunt & ὄψιες καμνόντων apud Hip. ægrotorum aspectus facies, differentiæ formæ & modi, h.e. morborum genera & species, lib.de rat.vict. in morb.ac. (p.101.30.H.399.50.) καὶ δὲ ὄψιες τῶν καμνόντων. Variæ sunt autem ægrotorum facies. Vbi scribit Gal. ὄψιας εἴρηκεν ὡσανεὶ διαφοράς, ἢ τρόπους, ἢ ἰδέας. τῶν καμνόντων δὲ, αὐτὶ τοῦ τῶν τοῖς κάμνουσι γινομένων νοσημάτων, ὄψιας hoc est, facies dixit velut differentias, aut modos, aut formas. ægrotantium autem, hoc est, morborum ægrotos affligentium. Et rursus, ὄψιας οὖν εἶπε καμνόντων, ἐπειδὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ θεωροῦντες, εὑρίσκομεν τὰς διαφοράς. facies igitur ægrorum dixit, quandoquidem eos oculis intuentes, differentias inuenimus. Est & ὄψιν πολλὴν παρέχειν Hipp.lib.de art.(p.616.2.H.809.B.) multam ostentationem excitare, multum apparatum exhibere, hoc est ostentui esse aut ostentationi, & in speciem multa facere.

Ὄψον, obsonium significat proprieque vocatur πᾶν τὸ πυρὶ κατασκευαζόμενον εἰς ἐδωδήν, vt scribitur apud Athen. lib. 7. hoc est, quicquid in cibum igne apparatur, vel quòd ἑψόν ἐστιν, ἢ περὶ τὸ ὀπτᾶσθαι Apud Plutarchum Symmacho lib. 4. συμποσ. quæst. 4. ὄψον ἐστὶ τὸ τὴν τροφὴν ἡδύνον. quicquid cibum reddit suauiorem, & ἄριστον ἂν ὄψον εἴη τὸ μάλιστα τὴν ὄρεξιν ἐπὶ τῷ σίτῳ κατεχεῖν δυνάμενον, optimum censetur obsonium, quod maximè cibi appetentiam detinet. Iure tamen quodam inter omnia obsoniorum genera pisces τὸ ὄψου nomen obtinent apud antiquos, vnde φίλοψοι & ὀψοφάγοι dicti sunt, qui piscibus præ cæteris cibis delectantur, vt scribunt Plutarch. & Athen. ὄψα θαλάσσια sæpè dicuntur Hipp. velut Plutarcho ἁπάντων τιμιώτατον τὸ θαλάττιον ὄψον, marinum obsonium maximè in precio. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 606. 10.) καὶ ὄψοισι θαλασσίοισι μᾶλλον ἢ κρέασι χρῆσθω & obsoniis marinis potiùs vtatur quàm carnibus. Rursus ibidem (pag. 615. 46. 49.) ὄψῳ δὲ μηδενὶ, ἀλλ' ἢ οἴνῳ ἀκρήτῳ μέλανι. nulloque obsonio, præterquam vino nigro meraciore. Vbi inter obsonia vinum ab eo reponi videtur. Et, καὶ ὄψῳ ὁκοίῳ ἂν βούλωνται & quolibet obsonio.

OECONOM. HIPPOC.

TO Π.

Πάθος generale nomen est apud Medicos multaque significat. Vniuersaliter quidem πάθος passio dicitur, omnis motus qui ab altero in alterum fit. Et veteribus quidem omnis motus extrinsecus etiam qui naturaliter se habet, siue in loco, siue in qualitate fiat, πάθος nominatur. Ergo cùm motus sit, neque ex eorum numero quæ esse absolutè dicantur, suam in mutatione ac alteratione, & in ipso (vt dicam) fieri generationem habere manifestum est. Quod fusissimis & disertissimis verbis explicat Gal. lib.2. Meth.med. Vbi quid πάθος & διάθεσις distent inter se, luculentissimis verbis ostendit, (p.48.46.) ὃ δὲ ἐν τῷ λόγῳ μάλιστα συνέχεται σχεδὸν ἤδη διέλεξαι. τὸ τὰ μὲν ἐν γενέσει τε καὶ μεταβολῇ, καὶ ἀλλοιώσει, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν κινήσει, τὸ εἶναι μεταλαμβάνειν, τὰ δὲ ὑπομένειν τὴν οὐσίαν. ὑγίεια μὲν οὖν καὶ νόσος, ὅσαι τε συμπτωμάτων ἢ αἰτίων εἰσὶ διαθέσεις, ἢ ἕξεις, ὑπομενόντων εἰσίν. αἱ δὲ ἐνέργειαι πᾶσαι, καὶ αἱ καθ' ὁτιοῦν ἀλλοιώσεις, ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι κέκτηνται. καὶ τὸ καθ' ὁτιοῦν κινούμενον σῶμα, κατ' ἐκεῖνο πάσχει, καὶ ἡ κίνησις αὐτοῦ, πάθος ἐστίν. οἱ μὲν οὖν παλαιοί, καὶ τὰς ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν ἁπάσας κινήσεις, ὅσαι γε μὴ δραστικαί, πάθη προσαγορεύουσιν. ὥσπερ οὖν ἐνεργείας τὰς δραστικάς, οὕτω καὶ αὐτὰς τῶν αἰσθήσεων τὰς ἀλλοιώσεις ὁ Πλάτων ὀνομάζει πάθη. τοῖς νεωτέροις δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ἔδοξεν, ἐπὶ τῆς παρὰ φύσιν μόνης κινήσεως κεῖσθαι τοὔνομα. ἰδίως μὲν οὖν τὸ πάθος ἐπὶ πάσης τῆς ἔξωθεν κινήσεως ἐλέγετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ἤδη δὲ καταχρώμενοι καὶ τὰς ἐκ πάθους μὲν γεγενημένας τῶν διαθέσεων, οὐκέτι δ' ἐν κινήσει πάθη προσαγορεύουσιν. οὐ μὴν χρονιωτέρα γε, οὐδὲ δυσλυτωτέρα ἡ διάθεσις τῆς ἕξεως, ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἀρρωστία. Quod verò propositum nobis in hac disputatione maximè fuit, prope iam definitum est, nempe aliqua in generatione, & mutatione, & alteratione, & vt semel dicam, in motu ipsam essentiam habere, quædam etiam in substantiæ ipsius constantia. Sanitas igitur & morbus, & quicunque symptomatum causarumque affectus sunt vel habitus, ex permanentium numero sunt. Actiones verò omnes, & alterationes in quacunque re fuerint, in ipso fieri essentiam suam possident. Et corpus secundum quodcunque mouetur, secundum id patitur, motusque eius πάθος est. Veteres sanè motus omnes qui naturaliter se habent, neque actiui sunt, πάθη, hoc est, passiones nominant, sicuti etiam actiones ipsos actiuos motus. Eo modo & ipsas sensuum alterationes Plato πάθη, hoc est passiones, appellat. At iunioribus, nescio qua opinione, de solo eo qui præter naturam fit motu, id nomen vsurpatur. Ac veteribus quidem πάθος priuatim de omni extrinsecus motu dicebatur, nunc verò etiam per abusum affectus qui ex passione iam prouenêre, nec amplius in motu sunt, πάθη appellant. Non tamen diuturnior aut ægrè solubilis habitus affectus sic nominatur, vt neque morbus. Rursus lib. de diff.symp. (p.212.25.) πάθος ἢ πάθημα qua ratione ἀπὸ τῆς διαθέσεως distet optimè his verbis edocet. καὶ γὰρ καθόλου τὸ διατίθεσθαί πως ταὐτὸν τῷ πάσχειν ἐστί. καὶ διαφέρει τῆς διαθέσεως τὸ πάθημα, κινήσει. παυσαμένου γὰρ τοῦ ἀλλοιοῦντος, ἡ περὶ τὸ παθὸν ἀλλοίωσις ὑπομένουσα, διάθεσίς ἐστι τοῦ παθόντος. ὥστε ἐν αὐτῷ μὲν τῷ τρέπεσθαι, καὶ μεταβάλλεσθαι, καὶ ἀλλοιοῦσθαι, καὶ κινεῖσθαι, τὸ πάθος ἔχειν τὴν γένεσιν. ἐν δὲ τῷ μένειν καὶ σώζεσθαι ἀεὶ τὸ ὑποκείμενον σῶμα, τὴν διάθεσιν. οὐδὲν δὲ μᾶλλον διάθεσιν εἰ ἄλλως ὀνομάζειν πάθος, ὥς περ καὶ τὸ πεποιηκὸς, οὐκ ἔτι δὲ ποιοῦν, αἴτιον. καίτοι γε οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς αἴτιον, οὐδ' ἡ μένουσα διάθεσις, ἁπλῶς ἐστὶ πάθος, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ κατά γε τὸν ἀκριβῆ λόγον, γεγονὸς μὲν πάθος ἐστίν, ὂν δὲ οὐκέτι. Etenim in summa, ipsum affici quodammodo idem quod pati est, differtque passio ab affectu, motu. Cessante enim eo quod alterabat, quæ in passo iam remanet alteratio, affectus eius est: ita scilicet vt in vertendo, & mutando, & alterando, & mouendo, passio generationem habeat: in eo verò quod manet, & in subiecto corpore reseruatur, affectus constet. At ipsum quoque permanentem affectum Græci πάθος nominant, veluti etiam quod iam fecit, nec etiamnum facit, αἴτιον, hoc est causam. Quanquam neque hoc absoluto sermone causa est, nec qui manet affectus, simpliciter passio, sed exactè loquenti, affectus facta quidem passio est, non autem quæ adhuc fit. At generaliori quoque nomine πάθη ἢ παθήματα dicuntur, quæcunque præter naturam in corporibus nostris generantur, vt scribit Gal. com.1. in lib.1. Epid. (p.354.42.

H.940.F.) καλέονται δὲ παθήματα πάντες οἱ ἕλληνες, ὅσα παρὰ φύσιν ἐν τοῖς σώμασιν ἐμφύεται. Et lib.3.de Præsag.ex pulf.(pag.138.15.) πάθος μὲν ὀνομάζω νῦν ἅπαν τὸ παρὰ φύσιν. πάθος quidem nunc voco quicquid est præter naturam. Quod etiam fusioribus verbis circunscribit lib.2.Therapeut. Meth.(pag.48.58.) τὴν γὰρ ἐναντίαν ὑγείᾳ διάθεσιν, ὑφ᾽ ἧς ἐνέργειαν λέγομεν βλάπτεσθαι, νόσημα μόνον προσαγορεύομεν, εἴ τε πολυχρόνιος, εἴ τε ὀλιγοχρόνιος εἴ τ᾽ ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ γίγνοιτο. τὰς δ᾽ ἄλλας ἁπάσας τὰς προηγουμένας τούτων, ἐν αἰτίας λόγῳ, διαθέσεις παρὰ φύσιν, αὐτὸ τοῦτο μόνον, αἴτια, οὐ πάθη. τὰ δ᾽ ἑπόμενα ταύταις, ὅσα μὲν ἐνεργείας εἰσὶ βλάβαι, συμπτώματα τε καὶ πάθη. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τὰς ἀμέτρους ἐκκρίσεις, ἢ ἐπισχέσεις. ὅσαι δὲ διαθέσεις, ὥσπερ καὶ ἡ ἀχροία, πρὸς τῷ τοῦ πάθους τε καὶ τοῦ συμπτώματος ὀνόματι, διαθέσεις ὀνομάζομεν, ὥσπερ οὖν καὶ εἰσι. Contrarium enim fanitati affectum, quo lædi actionem dicimus, morbum tantùm appellamus, siue diuturnus hic, siue breuis sit, siue momento duret. Ex reliquis affectibus, qui præter naturam sunt, & eos præcedunt, causæque rationem obtinent, causas tantùm, non πάθη, dicimus. Qui illas sequuntur, si actionum offensæ sunt, & symptomata & πάθη. Eodem modo & immodicas vel inanitiones, vel retentiones. Quæ verò affectiones sunt, veluti vitiosus color, præter πάθος & symptomatis appellationem, etiam affectiones nominamus, ita nimirum vt sunt. At verò πάθος ἢ πάθημα veteribus de morbo dici ibidem testatur Gal. his verbis (pag. 49. 11.) διοίσει δ᾽ οὐδὲν, ἢ νόσον, ἢ νόσημα λέγειν, ὥσπερ οὐδὲ πάθος, ἢ πάθημα. καὶ μὲν δὴ καὶ ὅτι τὸ πάθος ὄνομα, καὶ κατὰ τῶν νοσημάτων ἐπιφέρουσιν οἱ παλαιοί, καθάπερ καὶ τὴν ἀρρωστίαν, καὶ τὴν ἀσθένειαν, ἐπιδέδεικται καὶ τοῦτ᾽ ἐν τοῖς περὶ τῶν ἰατρικῶν ὀνομάτων, καὶ ὡς οὐδὲν διαφέρει λέγειν ἀρρωστίαν ἢ ἀρρώστημα. νόσον autem an νόσημα dicas nihil interest, vt nec si πάθος aut πάθημα. Atqui πάθος nomen de morbo veteres dixisse, quemadmodum & ἀρρωστίαν & ἀσθένειαν, hoc est, infirmitatem & imbecillitatem, ostensum nobis est in iis quæ de Medicis vocabulis scripsimus, vt & nihil referre dicere aut ἀρρωστίαν, aut ἀρρώστημα. Quin & ipse Hipp. πάθος de morbo tum acuto tum diuturno vsurpat, vt patet ex aph.4. & 24.lib. 1. & 28. lib. 3. vbi etiam scribit Gal. quosdam existimare τὸ τοῦ πάθους ὄνομα κατὰ τῶν χρονίων μόνων λέγειν αὐτόν. hoc est, πάθος nomē de solis morbis diuturnis ei dici. M. quoque Tullius πάθη morbos vertit lib.3. de finibus & quæst.Tusc.3.vt & animi perturbationes, & motus animi turbatos, lib.2.de off. quas Latini ægritudines vocant. Idem etiam motus concitatos rationi non obtemperantes nominat, vt formidines, libidines, iracundias, misereri, inuidere, gestire, lætari, & cætera id genus. Sunt & παθήματα apud Hipp. ea quæ morbis accidunt, velut symptomata, attributiones & affectiones quædam, vt lib.1.Epid.(p.369.28. H.951.E.) ἦν δὲ τῶν καυσώδων τὰ παθήματα. Inerant verò in febribus ardentibus affectiones huiusmodi. Et li.2.Epid.(pag. H.1016. F.) ἦν δὲ τῶν κυναγχικῶν τὰ παθήματα τάδε. Erant autem eorum qui ex angina laborabant affectiones huiusmodi. Scribitur & πάθη Hip. αἰτὶ τοῦ πάθους lib.1. περὶ γυναικ.(pag.604.45.) θνήσκουσι δὲ ἄλλαι ἄλλῳ χρόνῳ, ὅκως τε καὶ τὰ τοῦ σώματος ἔχωσι, καὶ τὰ τῆς πάθης. Intereunt autem aliæ alio tempore, prout corpus & affectio se habet. Πάθος autem definitur authori definit. Med. (pag. 394. 40.) παραποδισμὸς κατὰ φύσιν ἐνεργείας τινὸς ἢ πλειόνων. functionis alicuius naturalis aliquarúmve impeditio. οἱ δὲ Ἡροφίλειοι οὕτως. πάθος ἐστὶ τὸ μὴ διαπαντὸς ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ λυόμενον, καὶ ἐν ἐλάττονι δὲ ποτὲ, καὶ ἐν πλείονι. Herophyli verò sectatores hoc modo. Affectus est qui non semper eodem modo soluitur, sed in breuiore quandoque, interdum & longiore. Quod tamen sic legunt quidam. πάθος λέγουσιν οἱ Ἡροφίλειοι εἶναι τὸ εὔλυτον καὶ εὐκίνητον, οὗ τὴν αἰτίαν ἐν ὑγροῖς εἶναι. Herophili sectatores πάθος esse dicunt, quod nullo negotio soluitur & facilè mouetur, cuius essentia in humoribus consistit.

Παίδευσις institutionem & doctrinam significat, vt lib. περὶ χυμῶν (pag.47.18.) παίδευσις ἐμέτου, κάτω δι᾽ ἐξόδου, vomitionis institutio aut eorum quæ per inferiora subducuntur. Vbi quæ medico sunt instituenda ac facienda, aut etiam prohibenda in considerationem adhibentur. Vnde castigationem vertit Cornar. quòd illic adscribantur multò plura auertenda ac prohibenda, quàm instituenda.

Παιδία dicuntur Hipp. pueri infantes & adhuc lactentes, aph. 33. sect.5 lib.6. Epid. τὰ βρέφη exponit Gal. vt παιδία νεογνὰ καὶ σμικρὰ, aph.24. lib. 3. Etsi etiam παιδία vocat Hip. ad pubertatem vsque, vt aph.27.& 28.lib.eiusdem.

Παιδικὸν πάθος, hoc est puerilem morbum agnoscit & exponit apud Hip. Erot. Quibus sanè verbis locum lib.de aëre, loc. & aq.(pag.281 47.) mihi subindicare videtur, vbi scribitur: τοῖσι δὲ παιδίοισιν ἐπιπίπτειν σπασμοὺς καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσιν τὸ παιδίον ποιέειν, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. Verum παίδειον. aut παιδικὸν leg. existimo, vt πάθος aut νόσημα subaudiatur, hac notione. Pueris verò conuulsiones & suspiria superuenire, quæ existimant puerilem morbum efficere, & sacrum morbum esse. Hunc enim istius loci sensum sequitur Gal.com.1. in lib.6.Epid.(p.447.6.) etsi παιδίων πάθος legit. Sic autem apud eum scribitur: τὸ τῆς ἐπιληψίας πάθος ἤτοι κατὰ φυσικὴν γίνεται δυσκρασίαν, ὅταν ὑγρὸς ὁ ἐγκέφαλος ἱκανῶς ᾖ, καὶ τηνικαῦτά γε καὶ παιδίων ὀνομάζεται τὸ νόσημα, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσεν ἐν τῷ περὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρων, καὶ τόπων, ὧδε πως γράφας: τοῖς παιδίοις συμπίπτειν σπασμούς τε καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιεῖν, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν εὔδηλον ὅτι προσυπακούσαι δεῖ τὸ παιδίων πάθος, ὡς εἶναι τὴν λέξιν τοιαύτην, ἃ νομίζουσι τὸ παιδίων πάθος ποιεῖν, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. Comitialis affectus, vel à naturali intemperie prouenit, cùm humidum valdè est cerebrum, tuncque puerorum morbus nominatur, quemadmodum ipse in libro de aëre, locis & aquis, ita scribens significauit. Pueris contingere conuulsiones & suspiria, quæ existimant puerorum morbum efficere, & sacrum morbum esse. In his verbis clarè patet subintelligendum esse affectum, vt sermo talis sit, quæ existimant, puerorum morbum efficere, & sacrum morbum esse. Quam etiam lectionem iterum sequi videtur Gal.com.5.in lib.6.Epid.(pag.516.4.) cùm scribit: οὐ μὴν φαίνεταί τι παισὶ τὰ πάθη ταῦτα γινόμενα, πλὴν τῆς ἐπιληψίας, ἣν καὶ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο πρὸς τῶν παλαιῶν ὠνομάσθαι συνέβη παιδίων πάθος. Verùm pueris hi affectus contingere non videntur, præter morbum comitialem, quem propter id ipsum à veteribus puerorum affectum nominari contingit. Eo tamen in loco apud Hip. τὰ παιδία ποιέειν, videtur legisse Corn. & τὸ θεῖον ποιέειν Zuingg. At vt παίδειον legam facit Erot. qui cùm παιδικὸν πάθος exponit, scribit, παιδείας νῦν τὴν παιδοτροφίαν, ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πελίᾳ φησὶ, λευκὸν αὐτὴν ὃ δ᾽ ἐπαίδευσε γάλα. παιδείαν nunc vocat puerorum educationem. Vnde Sophocles in Pelia ait, album ipsam hoc lac educauit. vt παιδείας leg. existimem apud Erot. cùm παιδίων omnia habeant exemplaria, & fortè παιδικὸς πάθος.

Παιδοκτῆσαι apud Erot. est παιδοποιῆσαι liberos procreare, suscipere, cùm apud Hip. οὐ παιδοκτήσει ὁ παιδοποιήσει exponit. κτῆσαι γὰρ τὸ ποιῆσαι, κτίσαι enim facere aut creare significat.

Παλαιστὴ mensura quatuor digitorum, palmus aut dodrans. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.575.1.) σικύης ἐντεριώνην ὅσον παλαιστήν, cucumeris syluestris medullam dodrantalem, aut palmi magnitudine. Ac rursus ibid.(7.) σικύης ὅσον παλαιστῇ. παλαιστὴ exponitur Hesych. τὸ πλάτος δακτύλων τεσσάρων.

Πάλη & παιπάλη farinam tenuissimam & florem significat, quod in farina est tenuissimum & candidissimum, aut tenuissimum farinæ pollinem. Vnde πάλη ἀλφίτου polentæ flos aut pollen dicitur, aut farinæ tenuissimus pollen. Hesychio πάλη dicitur ἄλευρον καὶ σποδὸς, τὸ λεπτότατον τοῦ ἀλεύρου. Lib.1. περὶ γυναικ. (p. 614.54.) καὶ πάλην ἀλφίτου, & tenuissimo polentæ polline admixto. Vbi tamen πάλιν vitiosè legunt exemplaria. Rursus li. 2. (p.638.4.) πάλη ἀλφίτου ἐφ᾽ ὕδατι, polentæ tenuissimus pollen ex aqua. Ac rursus ib. (p.667.35.) ξὺν πάλῃ ἀλφίτου πιεῖν. cum tenuissimo polentæ polline propinato. Et li.2. Epid. (p.1010. E.) πάλην ἐς ῥοιῆς χυλὸν ἀλφίτων ἐπιπάσσουσα. tenuissimo farinæ hordeaceæ polline mali punici succo macerato. πάλην σεσέλιος, seselis tenuissimum pollinem vocat Hipp. li.1. περὶ γυν. (p.620.55.) πάλη dicitur Erot. τὸ λευκότατον καὶ λεπτότατον τοῦ ἀλφίτου, quod est in farina candidissimum & tenuissimum, cùm πάλης ἀλφίτου apud Hipp. exponit. Verùm πάλη aut πάλην ἀλφίτου apud Erot. leg. crediderim ex his locis quos ex Hipp. adduximus. Sic παιπάλη ἀλφίτου dicitur Gal. li.2. κατὰ τόπ.

Παλίγκοτος & παλιγκοταίνειν valdè poëtica & Ionica sunt vocabula, & de recrudescentibus doloribus aut quasi iterum excandescentibus malis dicuntur. κότος enim doloris acerbitatem & amarulentiam significat, quæ ex indignatione & iracundia concipitur. Et παλίγκοτος Aristoph. interpreti exponitur, ὁ ἐξ ὑποστροφῆς ὀργισθεὶς πάλιν, rursus excandescens, qui animo est iracundo & offenso. παλίγκοτα τὰ κακοήθη παθήματα, affectus qui recrudescunt & maligni fiunt, exponit Gal. com.2. in li. de fract. (p.547.40.H.760.A.) & παλιγκοταίνειν, τὸ αὖθις πάλιν κακοηθεῖσθαι, recrudescere, rursus malignum fieri aut excandescere. Vbi scribit Hipp. σημεῖα δὲ τάδε, ἢν παλιγκοτήσῃ, ἢ οὔ. Signa sunt hæc, recrudescant nec ne. Et rursus, κίνδυνος παλιγκοτῆσαι, periculum est ne recrudescant, h.e. ad pristinam malignitatem redeant. Rursusq; (p.548.11. H.ib.B.) ἢν δὲ μὴ μέλλῃ παλιγκοταίνειν τὰ ἐκχυμώματα. si autem futurum non est vt sugillata recrudescant. Et (v.19. H.ib.C.) ἐν πᾶσι ἐκχυμώμασι τοῖσι μὴ μέλλουσι παλιγκοταίνειν. in omnibus sugillatis non futurum vt crudescant. Libr. quoque 2. περὶ γυναικ. (pag. 663. 18.) ἢν δέ τι παλιγκοτήσῃ, si quid recruduerit. Et lib. de art. (pag. 598.54. H.794.G.) παλιγκοτώτατος ὁ ἀγκὼν, rursus maximè excandescit cubiti gibbus. Et (p.599.19.H.796.E.) παλίγκοτα, quæ rursus excandescunt, rursus commouentur, quòd bene non

non sint reposita. Quæ etiam repetuntur in Mochlico (p.850. E.851.G.) παλιγκοτέοντα vocantur lib. de art. (pag.610.34.H. 806. C.) πάντων δὲ τῶν παλιγκοτεόντων, ἡ πρίν διάχυσιν αὐταρκέστατον. In omnibus autem iis quæ rursus excandescunt, ferramentum candens vtraque parte traiicere abunde sufficit. Hinc παλιγκότησις & παλίγκοτα, offensio & recrudescentia. lib. de fract. (pag.598.15.H.772.G.) τὸ ἐπίπαν γὰρ ἡ τρίτη καὶ ἡ τετάρτη ἡμέρη ἐπὶ τοῖσι πλείστοισι τῶν τρωμάτων τίκτει τὰς παλιγκοτίας. In totum enim plæraque vulnera tertio & quarto die recrudescere consueuerunt. Et lib. de loc. in homine (pag.422.3.) καὶ ὑπὸ πάσης τὰς παλιγκοτίας παρέχει, & ab omnibus offensiones percipit, de corpore cuius offensioni obnoxio. Erot. apud Hip. παλιγκοτωτάτοις φιλυποστρόφοις νοσήμασι exponit, hoc est, morbis qui facilè reuerti solent. Quod legitur lib.2. Epid. (pag.1017.A.) βραχὺ δέ τι τουτέων τοῖσι παλιγκοτωτάτοισι μετάφρενα θερμοί. Atque horum quibusdam paulùm dolores exacerbantur, quibus tempora incalescebant. Etsi in omnibus codicibus παλιγκοτάτοισι vitiosè legitur. Sed nos ex Gal. lib. 4. de loc. affect. & Erot. παλιγκοτωτάτοισι reponendum esse admonuimus. Lib 4. Epid. (p. 1128. F.) παλιγκότησιν de morbo qui recruduit & exasperatus est, dicitur.

Παλίμβολος νόσος, morbus mutabilis, vagus, non firmus, nec sibi constans, qui facilè mutatur & in diuersum trahitur aut fluctuat. aphorism.16. sect.6. lib.6. Epid. Vbi Gal. commentarius eum morbum intelligit, qui speciem leuationis facit, sed tamen intus malignus est. παλίμβολος autem dicitur qui fluxa est fide, non firma, nec sibi constat, sed facilè in diuersa vertitur, de homine lubricæ fidei, inconstantis & fluctuantis animi, quique veteratorio est & vafro aut doloso ingenio. Hesych. verò exponitur, κοδρὸς τις καὶ οὐ βέβαιος, ἀκατάλληλος ἀπ' ἄλλων εἰς ἄλλον μεταβαίνων. Dicitur & παλίμβολον Varino, ἀβέβαιον, ἄπιστον, & παλίμβολος, ἐναντιόβολος, ἐναντιογνώμων, refractarius, ex Suda.

Πάλιν, rursus, contrà significat, vt aph.53. lib.5. vbi scribit Gal. σημαίνοντος δὲ τοῦ πάλιν ἐν ταῖς τοιαύταις ῥήσεσι δύο. τὸ μὲν ἕτερον ὁ συνῆπται τῇ προειρημένῃ διαθέσει, τὸ δὲ ἕτερον, ὅπερ καὶ δι' ἄλλης λέξεως εἰώθασιν ἔμπαλιν λέγειν. ἀληθέστερόν γέ μοι φαίνεται, καὶ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους εἶναι γνώμην τὸ δεύτερον σημαινόμενον. Cùm verò duo in eiuscemodi locutionibus significet πάλιν, vnum quo antedictæ coniungitur affectioni, alterum quod per aliam dictionem ἔμπαλιν efferre consueuerunt, verius mihi & Hip. menti conuenientius secundum significatum esse videtur.

Παλινδρομεῖν est recurrere, intrò redire, recursare, & de humoribus qui intrò redeunt dicitur, eandemque originem repetunt, aut abscessibus accommodatur, qui ex humorum interno recursu abolentur, detumescunt aut subsidunt. In Progn. (pag. 151.19.H.43.27.) ἢν δὲ ἀφανίζωνται καὶ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες. Quòd si abscessus deleantur & intrò recurrant. Vbi παλινδρομεῖν his verbis explicat Gal. ὡς τὰ πολλὰ δὲ τὸ ἀφανίζεσθαι τὰ τοιαῦτα εἴωθε συμβαίνειν, μεταρρεόντων τῶν ἐργαζομένων αὐτὰ χυμῶν, ἢ τοί γε εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ὅθεν ὥρμησαν, ὅπερ ἰδίως ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει παλινδρομεῖν, ἢ εἰς τινας ἄλλους ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος ὄντας. Vt plurimùm autem talia deleri euenire solet, refluentibus humoribus qui ea committunt, aut eundem in locum vnde impetum fecerunt, quod propriè Hipp. παλινδρομεῖν appellat, aut ad alia quædam loca in profundo corporis posita. Iterumq; de abscessibus ibid. (p.161.32.H.45.54.) τὰς δὲ ἀποστάσιας εἰδέναι χρὴ τοῦ χειμῶνος μᾶλλον γινομένας, χρονιώτερόν τε παυομένας, ἧσσόν τε παλινδρομεύσας. Sciendum verò abscessus hyeme potius contingere, & tardius desinere, minusq; repetere. Quod etiam repetitur in Coac. (pag.139.A.) Rursus lib.1. Epid. (p.364.12.H. 946.G.) (de abscessibus) ἀλλὰ ταχὺ παλινδρομέειν καὶ ξυνεπιγίγνεσθαι τὸ χεῖρον. sed qui celeriter intro recurrerent, & in deterius euaderent. Et Prorh. 2. (pag.83.F.) καὶ δηλοῦ ἐόντος, ὅτι παλινδρομέουσι ἡ ἀπόστασις. & cùm manifestum foret id quod abscedere natum est, intrò non reuersurum. Et rursus ibid. (p.91. C.) παλινδρομίη ἀποστάσιος, abscessus recursus aut reuersio. παλινδρομεῖ, αὐαστρέφει, ὑποστρέφει, recurrit, reuertitur, exponit Hesych.

Παλινίδρυσις rursum subsidentia, de humoribus qui rursum subsidunt, ac in sese velut redeunt dicitur lib. περὶ χυμῶν (p.47.27.) & μετεωρισμῷ opponitur, eleuationi aut sublationi.

Παλίνοπα Gal. in Exeg. τὰ ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀπεστραμμένα, hoc est à sole auersa exponit apud Hip.

Παλιρροία dicitur Aret. retrogradus humorum cursus, vt in cholera morbo, cùm biliosa euomuntur, cap. 4. lib. 2. cur. acut. ὅκως ἐπίσχῃ τὴν παλιρροίαν, vt retrogradus humorum cursus cohibeatur. Et rursus, ὡς τὴν παλιρροίην σχέθειν, vt retrogradum humorum fluxum coerceat.

Παλμὸς palpitatio, dicitur Gal. lib. de tremore, conuulſ. & palp. (pag. 365. 6.) κίνησις ἀβούλητος τε καὶ ἀκούσιος ἐπαιρομένων τε καὶ καταφερομένων τῶν παλλομένων μορίων. motus inuoluntarius & inuitus partium quæ dum palpitant, attolluntur & deferuntur. Rursusque ibid. (pag. 366. 3.) διάτασις μέν τις καὶ συνίζησις παρὰ φύσιν. quædam distentio ac considentia præter naturam. Lib. verò 5. de sympt. caus. (pag.230.41.) παλμὸς ἐστι μὲν διαστολὴ παρὰ φύσιν, ἐν ἅπασι δὲ γίγνεται τοῖς μορίοις ὅσα γε διαστέλλεσθαι πέφυκεν. Palpitatio est dilatatio quidem præter naturam, & fit in omnibus particulis quæ distendi & dilatari natura possunt. Cuius quidem causa est spiritus crassus, vaporosus, caliginosus & copiosus, transitum non habens, & partem in qua consistit distendens ac attollens, vt ibidem scribit Gal. Locus verò in quo fit, est cauitas corporis insignis & pars natura sua mollis, vt distendi & rursum subsidere facilè possit. Authori quoque definit. Med. (pag. 396. 24.) παλμός ἐστιν ἔπαρσις καὶ ὕφεσις σώματος εἴκοντος καὶ μὴ ἀντιτυποῦντος, ὑπὸ πνεύματος γινόμενος, οὐκ ἀεὶ παρακολουθοῦν, ἀλλὰ κατὰ χρόνους τινὰς γινόμενος. Palpitatio, est cedentis corporis & non renitentis elatio ac submissio, quam spiritus efficit, eaque non semper durat, sed quibusdam temporibus efficitur. Et aliter quoque παλμός ἐστιν ἔπαρσις καὶ ὕφεσις σωμάτων μυωδῶν, ὑπὸ πνεύματος ἀποτελούμενος, οὐκ ἀεὶ γινόμενος, ἀλλὰ κατά τινας χρόνους. palpitatio, est elatio submissioq; corporum musculosorum, à spiritu facta, quæ non semper durat, sed certis temporibus excitatur. Hanc verò παλμοῦ notationem sæpius vsurpat Hippocr. vt cùm scribitur ægr.2. lib.1. Epid. παλμὸς ὑποχονδρίου, præcordiorum palpitatio. Et ægr.3. lib.3. Epid. παλμὸς περὶ ὀμφαλὸν διατελέως, continens ad vmbilicum palpitatio. & παλμοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος, palpitationes totum corpus occuparunt. ægr.4. lib.1. Epid. & ægr.4. lib.3. post st. pest. Et παλμὸς καρδίης, cordis palpitatio, ægr.16. lib.3. Epid. post st. pest. Sic παλμώδεες δι' ὅλου dicuntur in Prorrh. (pag.179.6.H.69.F.) quibus palpitationes toto corpore sentiuntur. Et παλμώδεες πόνοι, dolores cum palpitatione ibid. (p.181.13 H.70.A.) quod etiam repetitur in Coac. (pag. 167. C.) Est etiam vbi veteribus παλμὸς pro pulsu & arteriarum percussu accipitur, velut in Prorrh. (pag.214.35.H.80.B.) οἱ κατὰ κοιλίην παλμοί, de vehementi arteriæ magnæ quæ ad spinam adiacet motu dicitur, quod etiam repetitur in Coac. (pag 167.A.) Et quod scribitur in Progn. (p. 131.4. H. 38. 34.) de hypochondriorum inflammatione, ἢν δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνῇ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, pro σφυγμὸς παλμὸς scriptum esse in multis exemplarib. ibidem testatur Gal. & com.3. in Prorr. simulq; de magnę arterię pulsu accipi. Sic ὁ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια παλμός, palpitatio quæ fit in præcordiis, & in delirantibus quibusdam apparet, Agathino σφυγμὸς dicitur, non secus ac euidentium ad manum arteriarum motū pulsum vocamus, vt scribit Gal. li.4. de diff. pulſ. (p.50.14.) Et Ægimio Elæo παλμὸς pro quouis arteriarum motu accipitur, vt etiam ibi scribit Gal. (v.18.) & li.1. de diff. pulſ. (p.8.20.) Eademq; notatione παλμὸς ἰσχυρὸς φλεβῶν σφαγιτίδων, venarum iugularium vehemens palpitatio pro pulsatione sumitur, in Coac. (p.161.E.) ex quo vehementem inflammationem designat Hip. ex aspectabili arteriarum motu aut percussu: etsi proprio quodam modo palpitatio significari potest, ex congesto in partem aliquam cum sanguine flatuoso spiritu, qui exitum nullum habeat.

Παλύνειν, aspergere, conspergere significat, ἐπιπάσσειν, & propriè de farina dicitur, vt ἄλφιτα παλύνειν, polentam aspergere. Significat interdum miscere & humectare, διαβρέχειν & ὑγραίνειν, aut μίσγειν. Erot. apud Hipp. παλύνων ἐπιπάσσων exponit, quod est aspergens, additque Homeri testimonium, ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνεν, ex Odys. ξ. Polentam albam inspergebat, vbi Schol. διέβρεχε exponit Ac certè mihi videtur Erot. apud Hipp. subindicare locum li.1. περὶ γυν. (p.623.51.) & ἄλφιτα παλύνων legisse hoc est, polenta aspersa, aut polentæ pollinē aspersum, vbi tamen ἄλφιτ' ἀπαλύνων in omnib. exemplarib. vitiosè legitur, & ἐπιπαλύνων fortè legerat Gal. vt in dictione ἐπαλύνων scripsimus, Pro quo etiam lib. περὶ γυν. φυσ. (p.572.12.) ἄλφιτα ἐπιβαλὼν scribitur. Sic Hesych. παλῦναι, τὰ λεπτὰ τῆς γῆς ἐπιβαλεῖν τῇ λεγομένῃ χυτλῇ exponit (sic enim pro χύτλην quod vitiosè scribitur leg. censeo) quod dicitur de terra quæ mortuis inspergitur aut iniicitur, & qua mortui obruuntur. Dici autem & de farina idem adscribit adducto Homer. testimonio ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλῦναι, quod πάσσειν exponit, ex Odyss. κ. (vers. 520.) Est & apud Hom. Il. τ. (vers.560.) λευκ' ἄλφιτα πολλὰ πάλυνεν, vbi ἐνέμιξεν, ἔπασσεν exponit Schol. παλῦναι etiam ἐπιπάσαι quod est inspergere apud Hip. in Exeg. exponit Gal. Et annotatur ex Corintho παλύνειν τὸ ἐπιπάσσειν Iones efferre. παλύνεται συμπάσσω, καταπάσαι exponit Plutarch. quæst. 4. lib. 2. Sympos. quæst.

Παμμαχος ἀτυχίη omnigenum infortunium & omnigenam calamitatem significat, ἐν πρεσβευτικῷ) pag. 28. 21.) ἤτοι τε πάμμαχος

πάμμαχος ἀτυχίη, in omne genus infortunij æger incidit, omni calamitatis genere tentatur.

Πάμπαν παντελῶς exponit Gal.comm.1.in lib.de nat.hum.(p.3.45. H.224.6.)& lib.1. de elementis (p.51.26.) omninò, in totum, prorsus Et ὁ πάμπαν, μὴ παντελῶς, non μηδ' ὅλως, nulla ex parte. Rursus ibidem (p.10.10.) eos reprehendit Gal. qui ὁ πάμπαν apud Hippocr. τὸ μηδ' ὅλως exponunt. Neque enim ὁ πάμπαν in totum negat. Velut aph.19.lib.2. ὁ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προαγορεύσιες, non omninò certæ prædictiones dicuntur, quòd multæ firmæ sint, non tamen omnes, & quòd paucæ exceptæ sint. Et Gal.com.ad eum aph. non omnibus inesse certitudinem significari vult, sed paucas falsas esse.

Πάμφορος omnia ferens, omnium ferax. Πάμφορος ἡ φύσις νοσημάτων natura omnis generis morborum ferax, in Coac. (pag. 201.B.)

Πάναξ herba cuius succus ὀποπάναξ dicitur. Verùm Archig. apud Gal. κτ̀ τόπ. lib.2. (pag.180.17.) πάναξ pro panacis radice ponitur, idque negligenter, vt ait Gal. non pro opopanace, quod ab ea non paruo caliditatis excessu differt. Πάνακες autem vsurpat Hippocr. lib.2. περὶ γυναικ. (pag.670.20.27.) & diuersa Panacis genera describit Dioscor. lib.3. cap.55.56.& 57.)

Πάναυδοι ὕπνοι, dicuntur in Coac. (pag.195.A.) somni sermonem aut vocem omninò intercipientes, hoc est, tranquilli, minimè turbulenti, & cum omni silentio. Vbi codices quidam & Cornarius ὑπάναυδοι legunt, quòd somnos aliquantulum vocem intercipientes, aut sine voce dixerit, quales sunt somni alti, profundi. Verùm illic ἄναυδοι pro πάναυδοι leg. duximus, pro quo νήδυμοι ὕπνοι quidam legunt, quæ locutio Homero familiaris est. νήδυμον autem ἡδὺ & βαθὺ Hesychio exponitur.

Πάντη πάντως, omni ex parte, vsquequaque, quaquauersus, planè, prorsus, penitus, lib.de fract.(p.553.51.H.763.F.) omni ex parte rectum.

Παντοδαπὰ, varia, omnis generis, omnigena, cuiusquemodi. Lib.5. Epid.(p.1160.B.) ἡ ἐλλεβορισμοῦ ἀγωγὴ παντοδαπά. veratri potio cuiusquemodi eduxit, hoc est omne genus humores. Sic M. Tullius lib. 2. de finibus. Cùm enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusquemodi rapiat, hoc est, multa, varia, & omnis generis. παντοδαποὶ νόσοι, omnis generis morbi & diuersi, in his quæ adiecta sunt ad lib.de nat.hum. (pag.19.2.H. 228.44.)

Παντοῖον, omnigenum, cuiuscunque generis varietatem tenuium humorum & serosorum excrementorum in morbis difficilibus indicat, apud Hip. & multas ac innominatas humorum species ac transmutationes, vt cùm bilis flaua, æruginosa, glastea, & ἰσατώδης, aut rubra aut porracea apparet, vt scribit Gal. com.1.in lib. de nat.hum.(pag.6.31 H.224.37.) Rursus ibid. (pag.13.32.H.226.54.) παντοῖον ab Hippocr. additum in stirpibus dicit Gal. vt varias humorum differentias & species indicaret, non solùm varias pituitæ differentias.

Παῦν, vide Οὐ πάνυ τι antea.

Παραβλαστάνειν germinare, & aliquid excrescens adnasci significat. Lib.de rat.vict.in morb.ac.(p.104.3.H.401.8.) ἡ βλέφαρον τὸ ἕτερον παρὰ τὸ ἕτερον παραβλαστάνει. & palpebra ad alteram palpebram germinat. vbi scribit Gal. τὸ δὲ παραβλαστάνειν τὸ βλέφαρον τὸ ἕτερον, ἀσαφὲς ἐστι, πότερον ἐκ μέρους αὐτῶν τινα γενομένην σύμφυσιν, ἢ σαρκῶδές τι βλάστημα, θατέρου μὲν ἐκφυόμενον, ἐπὶ δὲ θάτερον ἐκτεινόμενον ἠβουλήθη δηλῶσαι. Quod autem dicitur palpebram alteram germinare, obscurum est, vtrumne voluerit indicare, quandam ex earum parte exortam coalescentiam, vel carnosum quoddam germen, ex altera quidem enascens, sed ad alteram extensum.

Παραγγελίη præceptionum & consiliorum breuem aut aphoristicam comprehensionem significat, quibus ars Medica instituitur & edocetur, in iureiurando Hipp. cui ἀκρόησιν opponit ibidem Hipp. nempe explicatam præceptorum enarrationem & diexodicam. Sic παραγγελίαι dicuntur præceptiones ad instruendum Medicum, tum ad artis vsum, tum ad cognitionem, ἐν παραγγελίαις.

Παραγγέλματα verò sunt præcepta ad instruendam officinam Medicam initio lib. περὶ ἰητρ. Rursus ibidem (pag.19.29.) τὰ ἐς τὴν ἰητρικὴν τέχνην παραγγέλματα, præcepta sunt quæ ad artem Medicam pertinent, ex quibus artifex esse queat, consilia dixit Gorrh. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (p.25.22.) παραγγέλματα sunt præcepta quibus paret ægrotus. ὅκως τοῖσι παραγγέλμασι ὁ πικρῶς χρήσηται, vt præceptis citra amarulentiam vtatur.

Παραγωγαὶ sunt adductiones, vt ossium παραγωγαὶ, cùm ossa adducuntur aut coaptantur. Lib.de art.(p.599.6.H.795.B.) αἱ παραγωγαὶ τοῖς ἄκροισιν, cùm volis manuum ossa adducuntur, coaptantur. quod repetitur in Mochlico (pag.350.H.) Sic lib.de fract.(pag.554.4.H.763.G.) παραγωγὰς ἔτι ἐχει τὰ ὀστέα, ossa faciliùs adducuntur, tractantur, ossa repositu faciliora. Quæ verba ibidem explicare videtur Hipp. cùm dicit, ἐνακούοντα δὲ τῆς κατατάσιος μᾶλλον, intensioni magis cedentia.

Παραίτησις apud Hip. ἐν παραγγελίαις (pag.28.50.) auersationem, recusationem significat, Cornar. subterfugium. Zuingg. indulgentiam & concessionem vertit, vt gratiam, veniam, aut indulgentem concessionem significet, nempe quando ægro indulget & aliquid concedit Medicus.

Παρακέντησις, compunctio dicitur, & est curationis ratio qua aqua hydrope laborantibus eximitur, scalpello in peritonæum adacto. Cuius sectionis multis locis meminit Hip. vt lib. περὶ παθῶν (p.522.29.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.544.545.) & lib. de locis in homine (p.417.) & aph.8.sect.7.lib.6.Epid.& aph. 27.lib.6. Est & παρακέντησις curationis genus per compunctionem in suffusione, terebratos oculos vocat Cæl. Aurel. cap.5. lib. 1. Tard. pass. cùm ad latus bulbi in oculo acus traiicitur. Paracentesis dicitur Plinio lib.25.cap.13.

Παρακοπὴ desipientia dicitur & delirium quod in febris vigore commouetur, & pro leui mentis emotione sumitur, etsi interdum omnem mentis alienationem amplectitur, vt in Coac. (p.124.A.) At Gal.com.1.in lib.3.Epid.(pag.392.30.) παρακοπὴν auctam παραφροσύνην facit, cùm scribit. εἴωθε γὰρ αὐτὸς ἄλλοτε ἄλλοις ὀνόμασιν ἐνδείκνυσθαι τὸ ποσὸν τῆς παραφροσύνης, ληρῆσαι, παραληρῆσαι, παραφρονῆσαι, παρενεχθῆναι λέγων, ἢ πάλιν παρακόψαι, ἐκστῆναι, μανῆναί τε καὶ ἐκμανῆναι. Desipientiæ enim magnitudinem aliàs aliis nominibus ipse indicare consueuit, ληρῆσαι & παραληρῆσαι, & παραφρονῆσαι, & παρενεχθῆναι, quod est desipere ac delirare inquiens, aut rursus παρακόψαι & ἐκστῆναι, quod est mente emoueri, & μανῆναι τε & ἐκμανῆναι, quod est furore aut insania percitum esse. Sic quoque ægr.5.lib.3. post st.pest. παρακοπὴ & mentis ταραχὴ, hoc est alienatio & perturbatio coniunguntur in casu valde repentino & ad exitium properante.

Παρακρούειν de leui mẽtis emotione & delirio dicitur, vt παρακόπτειν, παραλέγειν, παραληρεῖν, ληρεῖν, παρενεχθῆναι, παραφρονεῖν, παραπαίειν. Quæ omnia leue deliriũ & mentis concussionẽ indicant. Sic παρακρούσιες sunt desipientiæ & leues mentis perculsiones in Prorrh. (pag.176.51.H.68.H.) & Coac. (pag.131.D.) & ægr.1 lib.1.Epid. πάντα παρέκρουσεν, prorsus delirauit. Erot. quoque παρακρούειν propriè veteribus dici scribit, τὸ ἐπ' ὀλίγον παραφρονεῖν, breui tempore desipere aut delirare. Idem παρακρουστικὸν, παρακοπτικὸν apud Hipp. exponit, quod delirium portendit. Quam dictionem sæpius vsurpat Hip. vt aph.19.sect.1.lib. 6.Epid. ὄμματος θράσος παρακρουστικόν. Oculus ferox & truculentus delirium portendit. Et Coac. (pag. 149. C.) ἦχοι μετὰ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ κατὰ ῥῖνας βάρος παρακρουστικόν. Aurium sonitus cum visus hebetudine, & ad aures grauitatis sensu, delirium præsagiunt. Etsi in Prorrh. (pag.176.42.H.68.G.) vnde ea sententia deducta videtur, ἐξίστασθαι μελαγχολικῶς, non παρακρουστικὸν ponitur, quod cum de leui delirio dicatur, illud furiosam & vehementem mentis emotionem indicat. Nam & ibid. (v.53.H. ibid. H.) αἱ παρακρούσιες & τὸ ἐξίστασθαι opponuntur, vt leuis desipientia furiosæ & vehementi insaniæ. Rursus quoq; in Prorrh. (p.177.34.H.69.C.) ἆρά γε καὶ παρακρουστικὸν τὸ τοιοῦτον; Num verò tale quid delirium portendit? Et aph.27.sect.3.li.6.Epid. τὰ στρογγυλόμενα πτύελα παρακρουστικά, rotunda sputa delirium portendunt. In Prorrh. (pag.174.15.H.68.B.) τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ὀδυνώδεα ἰσχνά, σμικρά, πνιγώδεα, παρακρουστικά. Vbi fauces in morbis acutis dolent, graciles sunt, paruæ, & suffocantur, delirium portendi oportet.

Παρακύπτειν est se prono corpore inclinare aut incuruare ad aliquid aspiciendum, aut propius cognoscendum. Translatitie autem de allij caule veluti specillo dicitur, cùm in interiorem fistulæ partem incubuerit, demissus fuerit ac demersus, at cùm anum interiorem penetrarit, lib. de fistulis (pag.884.E.) ὁκόταν παρακύψῃ ἐς τὸν ἀρχόν. vbi in anum incubuerit, incideri aut vbi se in anum inclinauerit.

Παράλαμψις exponitur Gal. in Exeg. vocum Hip. ἡ ἐν τῷ μέλανι τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιλάμπουσα οὐλὴ, ὀλίγῳ τι οὖσα παχυτέρα τῆς αἰγίδος. resplendens cicatrix in oculi nigro, quòd aliquanto crassior sit ægide. Quibus verbis haud dubiè locus Pror.2. subnotari mihi videtur (p.102.H.) vbi vitiosè exemplaribus in omnibus περάλαμψις legitur. ἢν δὲ παράλαμψις γένηται, ἀπολευκαίνει τοῦ μέλανος μέρος τι, ὡς εἰ πολὺν χρόνον παραμένῃ, καὶ τρηχεῖα τι καὶ παχεῖα, καὶ μνημόσυνον ἀπολιπεῖν. Quòd si in oculi nigro resplendens cicatrix orta sit, nigri aliquid dealbat, ita vt si diu perseueret & aspera & crassa, etiã aliquod vestigiũ postea relinquat. Sic enim eum locum legendum scribimus nostris eam in sententiam Annotat. παράλαμψις autem à latere splendens dicitur.

Παραλίγω

Παραλέγειν, delirare, desipere, aliena aut absurda loqui significat, sermone vacillare, & de leui delirio aut desipientia dicitur, qualis ebriosis aut temulentis contingit. Gal com. 2. in lib. 1. Epid. (p.371.40.H.954.E.) τὸ παραλέγειν exponit, ὅπερ ἐστὶ ἀτοπα τὰ κατὰ φύσιν λέγειν, τουτέστι παραφρονεῖν, quod est absurda loqui, i. desipere, leuemq; cerebri offensionem indicare scribit. Idem quoq; li.3.de diff. spir.(p.197.25.) ex lib.4.Epid. παραλέγειν de breui desipientia Hipp. dici testatur his verbis: δηλοῖ δ' ὡς ὀλίγη τῆς παραφροσύνης τὸ βραχὺ, καὶ ἡ λέξις αὐτὴ τὸ παλαιὸν. παραλέγειν γοῦν αὐτὴν εἶπεν. εὐθὺς δὲ τὸ πρῶτον ἐπιεικῶς χρῆται, μικρὰν ἐνδεῖξαι βλάβην βουλόμενος, ὡς εἰ τις ἀποδείκνυται πολλάκις. Imprimisq; ipsa senis dictio breuem desipientiam indicat, de ea nẽpe παραλέγειν, quod est delirare, extulit. Qua dictione vti solet, cùm paruam offensionem significare vult, vt sæpiùs ostensum est. Atq; idem etiam com.3.in lib.1.Epid.in Merone, παρέλεγε, παρελέλει exponit, quod est aliena aut præter rationem locutus est. Quam historiæ seriem retexens lib.2.περὶ δυσπνοίας (p.185.40.) hanc desipientiam magnam cum temulentorum & ebriosorum delirio similitudinem habere scribit, adeò vt nullam morbosam delirij affectionem indicaret. Erot. etiam παρέλεγε apud Hip. παρέκοπτε, quod est delirabat, exponit. Quam dictionem sæpius vsurpauit Hip. vt ægr. 7. lib. 1. Epid. & ægr. 5. & 11. lib. 3. & ægr. 2. 3. 11. 13. 14. 15. 16. lib. 3. post st. pest.

Παραληρεῖν desipere, delirare significat, & de leui delirio & mentis emotione dicitur Hipp. vt ægr.6.lib.3.Epid. πάλιν πολλὰ παρελήρει, rursus multum delirauit. παράληρος, μικρᾶς παραφροσύνης ἐστὶν ὄνομα, paruæ desipientiæ nomen est, vt scribit Gal.com.3 in lib 3.Epid. (p.424.49.H.1085.D.) Qua dictione ibidem vtitur Hipp. (v.10.H.ib.) οὐδὲ παρελήρησε, neque delirabant, & ægr. 7. lib. 3. Epid. post st. pest. παραλήρησις etiam deliria aut deliramenta significant, vt ægr.9.lib.3.Epid.post st.pest. αἱ παραλήρησις μείους ἦσαν, deliria sunt imminuta.

Παράλιος exponitur Gal.in Exeg.apud Hip. εἶδος τιθυμάλλου, tithymalli species. Qui & addit παράλιον vocari etiam brassicam quandam quasi marinam. Est & παράλιος τιθύμαλλος Dioscorid. cap.165. lib.4. ἐν φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις, quòd nascatur in maritimis locis, quem tithymalida aut Mecona quidam appellant. Huius meminit Theoph.lib 9.hist. plant.cap 2. & Pl. lib.26.cap.8.

Παραλλάξιες ὀστέων, ossium alternationes, alternatim permutationes & emotiones, vbi aliud super aliud effertur, aut ossa inter se cesserunt (vt loquitur Celsus) aut pars ossis super alteram excedit, aut ossis partes fractæ alternatim variant. Lib. de fract. (pag.552.35.H.762.E.) ἢν μεγάλαι αἱ παραλλάξιες ἔωσιν, si pars ossis aliqua multum super alteram efferatur, aut magnæ sint ossium alternationes. Rursus ibidem (p.571.51.H.775.C) καὶ μὴ πολλὴ ἡ παράλλαξις ᾖ τοῦ ὀστέου, neque multum ossa inter se cesserunt. παραλλαγμένα ὀστέα dicuntur ibidem (v.29.H.774. H.) ἢν ἀμφότερα τὰ ὀστέα κατεηγότα ᾖ παρηλλαγμένα ἰητρεύῃ. vbi vtraque ossa fracta & inter se cedentia curantur. Et rursus (p. 569.38.H.773.D.) ἢν δὲ ἄρα τοῦ ὀστέου τι ἄνω παρηλλαγμένον. Quod si sanè pars ossis quæ super aliud effertur. In Mochlico quoque παραλλάξιες ossa inter se cedentia dicuntur (pag.845 F.) τῷ λεπτῷ δὲ τοῖς παραλλάξιας παραλλάσσει. cortici verò ossa inter se cedentia agglutinare. Παραλλάγματα ibidem (pag.866.A.) sunt alternata & partium inter se alternationes, immutationes, aut peruersiones, vbi alia super aliam effertur. Et lib. de art. (pag.598.8.H.792.G.) παραλλάγματα vocantur partes iuguli fracti quæ inter se cesserunt, vbi altera super alteram effertur. Etsi meliores codices illic παρήλλαγμένων, non παραλλαγμάτων habent. Eadem notione παραλλαγαὶ μυῶν καὶ νεύρων, musculorum & neruorum alternationes & immutationes, aut emotiones significant, cùm à priore situ & naturali in alium traducuntur, lib.de art. (pag.601.28.H.797.F.) & παραλλάσσειν ἀλλήλους, inter se cedentes ferulas dixit lib.de fract. (p.577.44.H.779.G.) quæ alternantes, & vt altera super alteram excedat, apponuntur. Παρηλλαγμένοι ὀδόντες sunt dentes permutatim & alternis variantes, aut distracti, neque inuicem è regione respondentes, sed hinc & illinc prominentes, cùm neque supernis inferni, neque incisiui incisiuis, neque canini caninis, neq; molares molaribus respondent, sed os quasi distractum & peruersum videtur, vt antea scripsimus, ex aphorism.2.sect.1.lib.6.Epid. At translatiuè dicitur παράλλαξις φρενῶν, mentis emotio, aberratio, & desipientia, lib.de rat. vict. in morb.ac. (pag.88.36.H.396.16.)

Παραλόγως, præter rationem & temerè significat, præter expectationem, præter opinionem, vt δίψα παραλόγως λυθεῖσα. sitis temerè & præter rationem soluta in Prorrh. (pag. 188. 36. H. 71.G.) Vbi Gal. τὸ παραλόγως sic exponit: τὸ δὲ παραλόγως εἶπεν, τὸ δηλοῦν πολλάκις ἐν τοῖς πολλοῖς εἴρηται, ὅ ἐστιν δὲ ἢ σὺν αἰτίᾳ μηδὲ ἱδρῶτος γενομένου, μήτε ἐμέτου, μήτε διαχωρήσεως, ἀλλὰ μηδὲ ἀποστήματος κρισίμου, λυθῆναι συμβῇ τὴν δίψαν, οὐ τῷ τὸ πάθος ἐκλυθῆναι, ἀλλὰ τῷ τὴν αἴσθησιν ἀμαυρωθῆναι. Quid verò παραλόγως innuet, sæpius quidem multis in locis dixi, neque tamen alienum est, nunc etiam commemorare, cum neq; sudore oborto, neq; vomitu neq; alui deiectione, neq; etiam abscessu aliquo iudicatorio, solui sitim contingat, non quòd affectio cessauerit, sed quia sensus elanguerit. Quem in sensum etiam ὡς κατὰ λόγον exponit Gal.com.ad aph.27.lib.2. & τὰ οὐρήματα παραλόγως ῥιζέοντα dicuntur li.2.Epid.(p.1034.B.) Sic & οὖρα ἐξαίφνης παραλόγως πεπασμένα φλαῦρα, in Coac.(pag.211.E.) Vrinæ de repente præter rationem concoctæ, vitiosæ. Et καὶ ὅλως τὸ παραλόγως πέπον ἐν ὀξεῖ φλαῦρον. Ac in totum quæ in morbo acuto vrina præter rationem cocta est, vitium denotat.(ibid.)

Παραλοξαίνεσθαι est obliquari & in obliquum ferri, quod de vteris effertur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.578.22.) ἢν παραλοξαίνωνται αἱ μῆτραι, si vteri obliquentur. Quod repetitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag 655.20)

Παράλυσις neruorum resolutio, priuatio est sensus & motus in toto corpore, vel parte quadam. Eadem πάρεσις & παραπληγία dicitur, vt testatur Aret.cap.7.lib.1. περὶ χρονίων, vbi earum quoque differentias appositissimè circumscribit. παράλυσις autem propriè dicitur motus priuatio, vt scribit Gal.l b 3 de loc.aff cap.10. Quod etiam testatur Aret.his verbis: παράλυσις [illegible] ἐπιπεπτωκότες κινήσιος, ἐνεργείης τὸ πάρεσις. Paralysis autem [illegible] tantùm ferè est actioni quæ defectio. Quomodo [illegible] ly.in ἀποπληξίης nomine quandoque donauit Hipp. supra [illegible] dimus in apoplexia. De paralysi agit Celsus cap. 27. lib. 3. [illegible] amplissimè Gorrhæus.

Παραμεθιέναι τι τῆς αὔξης τοῦ ἐμβρύου, fœtus augmentum dimittere, negligere, prætermittere, detrectare, aut missum facere vteri dicuntur, lib.1. περὶ γυναικ. (p 600.11.) cùm hiante vteri osculo, sanguinem qui ad fœtum alendum ex toto corpore defertur, singulis mensibus effundunt & demittunt. Si [illegible] αἷμα τὸ κατὰ μῆνα vteri dicuntur, (ibid.15.) sanguinem singulis mensibus demittere.

Παραμινύθειν, imminuere, diminuere.li.1.περὶ γυναικ.(p 599.14.) ἢν παραμινύθωσι τῆς αὐξήσιος τοῦ ἐμβρύου αἱ μῆτραι, vbi vteri fœtus augmẽtum imminuerint, hoc est de augmento detraxerint, & fœtus magnitudine capere non possint. παραμεθιέναι τῆς αὔξης τοῦ ἐμβρύου, fœtus augmentum dimittere, ibid.dicuntur (60c.11.)

Παραμπέχειν idem quod παραμπίσχω, aut ἀμπίσχω, obuelo, obtego, obduco, inuoluo. Lib.de sacro morbo (pag.301.40.) οἱ δὲ τοίνυν παραμπεχόμενοι καὶ προβαλλόμενοι τὸ θεῖον τῆς ἀμηχανίης, τοῦ μὴ ἔχειν ὅ,τι προσενέγκαντες ὠφελήσουσιν, ὡς μὴ καταφανέες ἔωσιν οὐδὲν ἐπιστάμενοι, ἱερὸν ἐνόμισαν τοῦτο τὸ πάθος εἶναι. Hi certè cùm non haberent quod oblatum prodesset, consilij inopiæ diuinitatem prætendentes, ne inscitiam suam proderent, hanc affectionem [illegible]cram esse censuerunt, hoc est, diuinitatis obtentu ac prætex[tu] suam inscitiam celabant, & diuinitate suam imperitiam ob[du]cebant, obuolubant, aut contegebant. Hic enim ἀμηχανίην eandem esse quam paulò antè ἀπορίην vocauit, satis pate[t] ἀπειρίην quidam legunt. Itaque mihi hic locus exponen[dus] legendus videtur. Estque hic locus quem apud Erot. adum[bra]ri existimo, cùm παραμπεχόμενοι παραμπλυσσόμενοι, hoc est, lantes, contegentes, obducentes, exponitur. Qui etiam add[it] ὅτι ἐστὶ τὴν ἀμπεχόνην, ὅ τις ἐστὶ περιβόλαιον, quæ indu[]mentum, vestimentum aut integumentum significat.

Παρανθρεύμεναι ὧραι τοῦ γάμου, nubiles anni, & instans nubendi tempus, & virilitatem propè attingens. Lib. περὶ παρθενίων (p 56[] 35.) αἱ δὲ παρθένοι ὁκόσῃσιν ὥρη γάμου παρανθρευομένῃσι. At virgines quibus prope instat nubendi tempus, aut quæ ad nubiles annos & virilitatem prope accedunt, hoc est, quæ prope sunt maturæ viro, & virilitatem aut maturam viro ætatem ingrediuntur: autem ἀνδροῦσθαι viriles annos attingere & viro coniungi ἀνδρωθῆναι namque ἀνδρὶ συγγενέσθαι, quæ cum viro cong[ressa] est dicitur Hesych. & cui virginitatem vir eripuit. Idem [ἀνδρω]θῆναι exponit συγγενέσθαι. Quam dictionem antea exposuim[us]. Vitiosè autem in vulgatis Hipp. codicibus ὥρη γάμου pro ὥραι legitur.

Παράνοια dementia, delirium. In Progn.(p.159 28.H.45.22.) ἢν δὲ ἐς τὸν πνεύμονα τράπηται, παράνοιαν τε ποιέει. si verò ad pulmonem vertatur, dementiam facit.

Παραξυνέσιος ἡ παρασυνέσις, falsa intelligentia, error, non quilibet, neq; quælibet ignorantia, sed probabilis & quæ vero proxima est falsaq; in iudicando mẽtis perspicacia, aut hallucinatio L b de art. (p.589.43.H.787.C.) παραξυνέσιν δὲ ἔχει πάνυ πολλὴν [illegible] τὰ τοιαῦτα. In his tamen admodũ multa hallucinatio [illegible] scribit Gal. οὐχ ἁπλῶς ἅπασαν ἄγνοιαν ὀνομάζει παρα[]

παρακειμένην τι καὶ τὴν ἀπασάζουσαν τῇ γνώσει. Non quamuis absolutè ignorantiam παρασυνέσιν nominat, sed eam quæ adiuncta est & vicina cognitioni. Rursus ib. (p.590.3.H.ib.D.) παραξυνέσιν μὲν καὶ ἐν τούτῳ ἴσχει τινά. In quo quidem aliqua etiam hallucinatio subest. Iterumq; ib. (p.626.53.H.819.A.) πολλαχῇ δὲ καὶ ἄλλη τὰ τοιαῦτα παρασυνέσιν ἔχειν. Multū verò & aliàs circa hæc hallucinari contingit. Vbi etiam scribit Gal. ὅτι παρασυνέσιν οὐχ ἁπλῶς τὴν ἀπάτην, ἀλλὰ τὴν παρακειμένην τῷ ἀληθεῖ, καὶ διὰ τοῦτο πιθανὴν, ὀνομάζειν εἴωθε, λέλεκται μοι πρόσθεν. Quòd παρασυνέσιν non simpliciter errorem, sed eum qui vero adiacet, & propterea probabilis est, vocare consueuerit, antea mihi dictum est. παρασυνέσιν quoque τὴν ἀπάτην exponit Gal. li.9. de Plac. Hip.& Plat.c.5. erroneam intelligentiam & deceptionem dicunt, cùm præter idquod verum est intelligamus & aberremus.

Παραπάσσειν pro παραφάσσειν aut παραψαῦσαι poni apud Hipp. quod est leniter & sensim contrectare, & manu velut admota contingere scribimus in Παραφαῦσαι.

Παραπληγίη ἢ παραπληξίη idem sonant, & leuem partium syderationem aut resolutionem significant, cùm pars vna corporis motum sensumque amittit, humore in eam ex apoplexia aut epilepsia depulso, aut aliunde in eam impacto & neruos obstruente. Gal com.2.in li.1.Epid.(p.368.21.H.949.A.) παραπληγίας μὲν καλεῖ, τὰς ἐξ ἀποπληξίας εἰς τι μόριον κατασκηψάσας παραλύσεις, Παραπληγίας quidem nominat decumbentes ex apoplexia in partem aliquam neruorum resolutiones, παραλύσεις dictas. Quas per τὰ παραπληκτικὰ ibidem significauit Hip. Rursus lib.1.Epid.st.3.(p.368.25.H.950.H.) παραπληγίαι, hoc est, partium resolutiones adscribuntur Hippocrati, in quibus multi citò interibant, ac præter consuetudinem lethales erant. vbi scribit Gal. κατὰ μὲν τοι τὰς παραπληγίας ἀπέθνησκον, ὡς τοῦ Ἱπποκράτους εἰπόντος, καὶ γὰρ ἄλλως τι νόσημα ἐπιδήμιον ἦν, ἐν ἴσῳ τῶν ξυνεζευγμένων, διὰ τὸ παρὰ τὸ σύνηθες γενομένην παραπληγίαν. ἢ γὰρ τοι συνήθως γινομένη, κατασκήπτει μὲν εἰς μέρος παράλυσιν, οὐ μὴν ἀναιρεῖ γε τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἡ κατὰ τὴν προκειμένην κατάστασιν ἐπιδημήσασα παραπληγία, θανατώδης ἦν ἀπὸ καταψύξεως μᾶλλον ἰσχυρᾶς τῆς κεφαλῆς. Verùm ex partium resolutionibus interibant, ipso dicente Hippocrate, satis morbus hic populariter grassabatur, perinde atque insolentes, propter paraplegiam quæ præter consuetudinem accidit. Quæ enim consueto more fit, in partis resolutionem decumbit, neque tamen hominem tollit. At verò quæ præsenti tempestate grassata est paraplegia, lethalis erat, nimirum refrigerato admodum capite. lib.4.de rat. vict. in morb.ac. (p.94.49.H.397.19.) παραπληγεῖς dicuntur Hipp. qui partium resolutione ex fluxione laborabant, defixis in aliquam partem ex apoplexia aut epilepsia humoribus. Vbi etiam scribit Gal. ἐπειδὴ δ' ὅλως γίγνεται τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς, ὠφελεῖ γε, καὶ συμφέρουσιν ἔστιν ὅτε. καλεφαίνουσι γὰρ ὅλον τὸ σῶμα, πάντα τὰ μέλεα διαφορεῖσθαι, ὥστε τὸ μὲν διαφορεῖσθαι τοῦ πλήθους, τὸ δὲ ὠθεῖσθαι πρός τινα τῶν ἀκυρωτέρων μορίων, ἐν οἷς ὅταν δυσλύτως σφηνωθῇ, τὴν παραπληξίαν ἐργάζεται· δέδεικται γὰρ ὡς οὕτως ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει τὰς ἐξ ἀποπληξίας ἢ ἐπιληψίας εἰς τινα τῶν ἀκυρωτέρων μορίων ἀποσκηψάσας παραλύσεις· ἐνίοτε δὲ καὶ χωρὶς σπασμοῦ τῆς ἀποπληξίας λυομένης, εἰς μορίου παράλυσιν ἐνίοις ἐτελεύτησε τὸ πάθος ὃ παραπληξία καλεῖται. Interdum autem toto corpore conuulsiones fiunt, atque interdum bono sunt & conferunt. Nam totius corporis concussu omnes partes calefaciunt, ita vt copia partim per cutim digeratur, partim in aliquam non præcipuam partem expellatur. In quam vbi ita impacta fuerit vt dissolui non possit, paraplexiam facit. Demonstratum enim est ita appellare Hippocratem eas resolutiones quæ ex apoplexia vel epilepsia in aliquam partem non præcipuam decumbunt. Interdum etiam facta absque conuulsione apoplexia, in partis resolutionem nonnullis morbus desiit, qui paraplexia appellatur. Ac rursus ibid. Gal. τούτοις δ' ἕπονται καὶ παραπληξίαι τε καὶ ἐπιληψίαι, ὅταν εἰς τὰς περιέχοντας τόπους τὰς πληρωθείσας φλέβας ἐμπέσῃ τὰ ῥεύματα. His autem tum paraplexiæ tum epilepsiæ succedunt, cùm in loca oppletas venas continentia fluxiones inciderint, hoc est, hepar, cor, & venam cauam. Ex quibus satis apparet παραπληγίαν aut παραπληξίαν dici partis alicuius resolutionem, apoplexiæ aut epilepsiæ succedentem, humore in eam partem incumbente & impacto. Licet Gal com.3.in Prorrh. (pag.209.12.H.77.E.) παραπληγίαν & παραπληξίαν videtur distinguere, quòd παραπληξία sit totius & vniuersalis quædam resolutio, παραπληγία verò partis vnius. Sic enim illic scribitur: ταῦτα γὰρ ἴσχει τινὰ νοῦν φαίνεται, διὰ τὸ τὴν παραπληγίαν τοιοῦτον πάθος ὑπάρχειν ἑνὸς μορίου τοῦ σώματος, ὁποῖον ἐστὶν ἡ παραπληξία τοῦ παντός. τούτῳ γε ἐναντιώτατον ἐστὶ κατά γε τὴν κίνησιν αὐτὴν πάσχειν, ὁ σπασμός. Hæc enim rationem quandam habere videtur, propterea quòd παραπληγία talis sit affectio vnius partis corporis, qualis est παραπληξία totius, huicq; aduersissimus sit secundum motionē affectus conuulsio. Verùm ibi mendū esse suspicor & pro παραπληξία ἀποπληξία leg. esse existimo, quemadmodū etiam idē Gal. scribit com. eodem (p.217.32.H.81.G.) τὰς παραπληγίας εἴωθεν ἐπὶ τοιούτου πάθους ἑνὸς τῶν ἐν τῷ ζώῳ μορίων, ὁποῖον τοῦ παντὸς σώματος ἐστι πάθος ἀποπληξία. (Sic enim hūc locū reponimus cùm mirè fœdatus sit nostris in exēplaribus.) Paraplegias vnius partis corporis affectū talem esse didicisti, qualis est totius corporis affectus apoplexia. Quod etiam fusius docetur ab autore defin. Med. in distinctione apoplexiæ & paraplexiæ (p.397.37.) Eaq; notione τὰ παραπληκτικὰ & παραπληγικὰς vsurpantur Hipp. vt leues partiū & & membrorum syderationes indicent, vt aph. 1. sect.7.li.6. Epid. vbi eo sensu frequens est ea dictio. Et li.2. Epid.(p.1012.D.) ἡ χεὶρ ἡ δεξιὴ, σκέλος δὲ ἀριστερὸν παραλύει παραπληγικῶς, manus dextra & crus sinistrum leuiter sunt resoluta. Rursus ibid. (p.1020 F.) παραπληγίαι leues membrorum syderationes significāt. Et παραπληγικοὶ dicuntur in Prorr.(p.217.31.H.81.G.) leuiter syderati ac resoluti. Eodem quoq; sensu παραπληκτικὸν τρόπον effert Hipp. vt leuis & cuiusdam partis resolutionis modum indicet. In Pror.(p.209.1.H.77.E.) τὰ παραπληκτικὸν τρόπον παραλύοντα, quæ leuis syderationis modo resolutionis sensum inferūt. Et ægr.13.li.1.Epid. δεξιὴν χεῖρα παρελύθη μετὰ σπασμοῦ, παραπληκτικὸν τρόπον. manus dextra est resoluta non sine cōuulsione, quando in partiū resolutionib. aut leuib. syderationib. cōtingere solet. Eandē etiam partium resolutionē & παραπληγίας per ἀποπληκτικὰ κεκλυμένους intelligit Hip. in Prorr. (p.194.18.H.73.F.) vt antea scripsimus, & illic indicat Gal. ἔνιοι δὲ ἐπὶ τὰς ἰδίως παραπληγίας λεγομένας μεταφέρουσιν, ἐφ' ὧν εἰς ἀκινησίαν, καὶ ἀναισθησίαν μορίων τινῶν κατασκήπτει τὸ νόσημα. Nō nulli verò ad propriè dictas paraplegias transferūt, in quib. ad partium aliquarum immobilitatē, sensusq; priuationem decumbit morbus. Sic παραπληκτικοὶ dicūtur authori d. fin. Med.(p.397.40.) οἷς εἰς μόνα τὰ δεξιὰ, ἢ τὰ ἀριστερὰ αἱ παρέσεις γίνονται, quibus solæ dextræ partes aut sinistræ resoluuntur aut relaxantur. At verò παραπληγίαν pro παραλύσει vsurpat Gal. li.4. de loc.aff.(p.286.2.& 16.) cùm scribit: ὅτ' αἱ μὲν οὖν ἀμφότερα τὰ μέρη τοῦ ἐγκεφάλου, τό, τε δεξιὸν, καὶ τὸ ἀριστερὸν κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἢ πεπονθότα, τὰς ἀποπληκτικὰς ἐπιφέρει κινδύνους· ὅτ' αὖ δὲ θάτερον μόνον, εἰς παραπληγίαν τελευτᾷ. Cumq; hoc in loco vtraq; cerebri pars, tam dextra, quam sinistra afficitur, ne apoplexia hominē rapiat periculū est, vbi verò altera tātùm, in paraplegiam, h. e. paralysim finiri solet. Et rursus: καὶ τοίνυν καὶ διαδέχεται τὸ μὲν τῆς ἀποπληξίας λύσιν ἡ καλουμένη παραπληγία πάνυ πολλάκις. Arqui solutæ apoplexiæ creberrimè succedere solet vocata παραπληγία, hoc est, παράλυσις & resolutio. Apoplexia enim plærunque in partis resolutionem desinit, vt quotidie videre licet in opere medico.

Παράρματα dicuntur Gal.com.2.in li.de art.(p.604.52.) παραιρέματα ἀπὸ τῶν ἀμφιεσμάτων, ἀπὸ τῶν ῥαπτόντων αὐτά. indumentorum resegmēta, aut quç ab indumētis detrahētur, ab iis qui ea cōsuūt, velut texturarū exordia. fimbrias vocāt. Galli [lisieres] Quæ sanè ob mollitiem cōtinendis aut constringendis deligationib. superponuntur, καταβλήματα vocat Hip. velut superiectamenta.

Παρασείσματα sunt concussiones corporis, & inter exercitationes reponuntur lib.2. περὶ διαίτης (pag.363.55.)

Παρασκευάζεσθαι instructum esse, apparatum habere, vt li. de fract. (p.568 4.H.772.E.) παρασκευάζεσθαι εἰρίοισι, lana instructum esse, hoc est, lanam apparatam habere. Hinc παρασκευὴ apparatus & præparatio. & προπαρασκευαὶ dicuntur Hip. præparationes quib. corpus ante sorbitionem exhibendam apparatur, vt doloris lenitio, venæ sectio, purgatio, clysteres, balani, si horum necessitas ingruit. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p.57.39.H.388.1.) αἱ δὲ προπαρασκευαὶ καὶ τούτοισι παραπλήσιαι ποιητέαι ἐκείνῃσιν εἰρημένῃσι. His autem præparationes quales dictæ sunt faciendæ.

Παραστάτας Gal. apud Hipp. τὰς ἐπιδιδυμίδας exponit, ex libello de venis qui adiectus est Mochlico. verùm locus legitur lib. περὶ ὀστέων φύσ.(p.278.36.) τὴν τε κύστιν, καὶ τοὺς ὄρχιας, καὶ τοὺς παραστάτας ἐρρίζωκε, πολυπλόκοισι λεπτῇσι τε, καὶ στερεῇσι καὶ ἰνώδεσι φλεψίν. In vesicam etiā, & testes, ac adstites radices agit, multiplicib. intextis, tenuibus, ac solidis & fibrosis venis. vbi παραστάτας intelligit proprias & intimas testiū tunicas, duras & crassas, illis omni ex parte contiguas ἐπιδιδυμίδας dictas, in quas vasa spermatica multis ambagibus delata inseruntur & anfractuosis circunuolutionibus adhærescunt, in earumq; ac testium substantiam absumuntur, surculis aliquot tenuib. in suam peritonæi apophysin sparsis. παραστάται autem adstites dicuntur, testi vtriq; superimposita corpora, testis alterius quadam effigie, in superiorem testis partem inserta, quā spermatica vasa coëunt & cōmiscentur, in pyramidem efformata, quæ cum testibus facultate conspirantia, semen primo exceptum & imperfectum apparant. De quibus vide Gorrh. & Gal. lib.1. de semine.

Παραστέλλειν, est cursum retinere, cohibere, sistere, reprimere, propul-

propulsare, compescere & inhibere. Lib. 5. Epid. (p. 1157. C.) στυπτηρίη ἐν ἀρχῇ παρίσχει. alumen per initia cursum cohibet, hoc est, humorum cursum sistit & retinet.

Παρασπάσματα ἐν τοῖσι προσώποισι, oris distortiones & peruersiones dicuntur, cùm faciei partes quædam velut oculus, aut nasus, aut labrum, contrahuntur aut distorquentur. Oris torturam vulgus Medicorum vocat, Græci σπασμὸν κυνικὸν, & conuulsionis caninæ nomine Latinè donatur. In Prorrh. 2 (pag. 423. 21. 111. G.) τὰ δὲ ἐν τοῖσι προσώποισι παρασπάσματα ἢν μηδενὶ ἄλλῳ τοῦ σώματος ὁμολογέῃ, ταχέως παύεται, ἢ αὐτόματα ἢ πρὸς ἀνάγκας. Oris peruersiones quæ nulli corporis parti consentiunt, celeriter, aut sua sponte, aut ex necessitate, sedantur. Oris resolutio Celso dicitur, cap. 8. lib. 2. cùm scribit: Oris resolutio etiam, aliuo cita finitur.

Παρατρέχοντα βέλεα, tela quæ in transuersum trahunt, & transuersim feriunt, aut in latus ducuntur. Lib. de cap. vulner. (pag. 902. G.) τὰ δὲ πλάγια τοῦ ὀστέου παρατρέχοντα βέλεα, tela quæ in obliquum distrahunt, hoc est, quæ à latere os feriunt, & in latus ducuntur. παρασύροντα tamen malim, vt sit, quæ in obliquum distrahunt, vellicant, lancinant. παρασύρω, παρατίλλω, exponit, Hesych. & παρασύρει, παρατίλλει.

Παρεχέω pro παρέχω, porrigere, præbere, exhibere. Li. de fract. (p. 529. 52. H. 751. E.) τὴν χεῖρα παρεχέῃ. manum porrigere, exhibere. De vulnerato dicitur, qui manum deligandam & curandam medico porrigit. Sic παρέχειν πολὺν ὄχλον, πολλὴν ὄψιν, ἢ λόγον, pro παρέχειν, dicitur, li. de art. (p. 616. 2. H. 809. B.) multū negotium exhibere, multum apparatum aut ostentationem excitare, multam opinionem de se præbere & sermonem.

Παραχίδες ὀστέων, ossium fragmenta, aut fissorum ossium segmenta, ossium testæ quæ ab his separantur & abscedunt, à παραχίζω quod est diffindo. Lib. de fract. (pag. 559. 29. & 31. H. 766. F.) ἢ μὴ ἐπίδοξον ᾖ ὀστέον παραχίδα ἀπιέναι. nec metus est vt fragmentum aliquod ab osse recedat. Et rursus, εἰ δ' ὁ τρόπος τοῦ κατήγματος τοιοῦτος, οἷος παραχίδας ὀστέων ἰέναι ἐπίδοξος εἶ, neq; fracturæ modus is est, vt ossium fragmenta expectari debeant. fissum ossis dici potest, vt iecoris fissum dicit M. Tullius li. de Diuin. Et fissum, aut os fissum sæpè dicit Celsus cap. 4. lib. 8.

Παρὰ τὰ ὦτα interdum dicuntur simpliciter Hipp tumores ad aures sublati & abscessus, interdū etiā παρ' ὦτα, quæ ἐπάρματα παρὰ τὰ ὦτα aliàs sæpe efferuntur. In Prorr. (pag. 216. 3. H 81. A.) ἆρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ ἢ ἐν ὀλίγῳ πεπαινόμενα. In tumoribus ad aures vrinæ celeriter & paulatim concoctæ. Et rursus (v. 13. H. ibid.) ἆρα τούτοισι ἢ τὰ περὶ τὰ ὦτα; videndum num in his tumores ad aures expectandi sint. Rursusque v. 16. H. ib. C.) παρ' οὖς ἆρα ἐπὶ τούτοισι ἐλπίς; nū in his abscessus ad aures sperare oporteat? quod in Co. Pr. (p. 121. A.) dicitur: ἐλπὶς δὲ ἐπὶ τούτοισι ἢ τὰ παρὰ τὰ ὦτα. Et (v. 14. H. 81. C.) ἆρα τὰ παρ' ὦτα τούτοισι ὀδυνώδεα σὺν ὀλίγῳ; videndum num in his abscessus ad aures cum paruo dolore excitentur. Quod dicitur in Coac. (p. 211. A.) ἢ τὰ παρ' οὖς ἐπωδύνως. Ac rursus in Prorrh. ibi. (v. 47. H. 81. E.) ἐν τῇσι ἀγρυπνίῃσι ἀσώδεσι ἐγγίνονται τὰ παρ' οὖς μάλιστα. In peruigiliis cum anxietate ad aures abscessus maximè obueniunt. Iterumque (p. 217. 17. H. ib. F.) κωφώσιος ἐπιεικὲς τὰ παρ' ὦτα. Ex surditate abscessus ad aures contingere consentaneum est. Et (v. 31. H. ib. G.) τὰ παρ' ὦτα φλαῦρα τοῖσι παρακρουστικοῖς. In leuiter syderatis abscessus ad aures malo sunt. Et (p. 218. 10. H. 82. A.) ἀνίστησι παρ' οὖς. deinde abscessus ad aures excitant. Et (v. 31. H. ib. C.) τὰ παρ' ὦτα μεγάλα ἐπαίρεται. magni ad aures abscessus exoriuntur. Et (v. 47. ib.) ἐν τούτοισι τὰ παρ' οὖς ἐπαρθῆναι. in his tuberculorum ad aures exortum sperare oportet. Rursusq; (p. 219. 3. H. ib. D.) τὸ παρ' οὖς ἀνίστησι. tuberculum ad aures excitat. Quod παρ' οὖς ἔπαρμα dicitur in Coac. (p. 220. D.) Et iterum (v. 11. H. 82. D.) τὸ παρ' οὖς ἀπαλλάσσει. ab abscessu circa aures liberat. Et (v. 23. H. ibi. F.) τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει. tubercula ad aures promouēt. Sæpè verò aliàs τὰ παρ' οὖς effert Hipp. vt Coac. (p. 147. 150. 151.) quæ τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα, interdum τὰ παρ' οὖς ἐπαιρόμενα dicuntur in Prorr. (p. 217. 1. H 81. F.) ad aures sublata, in Coa. (p. 165. B.) τὰ παρ' οὖς ἀνιστάμενα. Et (167. E.) τὰ παρ' οὖς ἐπαρθέντα. Li. 4. Epid. (p. 1131. D.) ἀπαρῇ ἢ οἷα παρὰ τὰ ὦτα ἐστί. At quib. ad aures tubercula exorta sunt. Rursus (p. 1159. B.) οὐ παρ' οὖς οὐ γενόμενα. nihilq; ad aures sublatum fuit. Li. quoq; 1. Epid. ægr. 10. τὰ δὲ παρὰ τὰ ὦτα, οὔτε ἐσβέσαν, οὔτε ἐξεπύον. Quæ ad aures excitata erant tubercula, neq; conquiescebant, neq; suppurabant. Et rursus, ἐσβέσθη τὰ παρὰ τὰ ὦτα. tubercula ad aures conquieuerunt. Item eod. li. (p. 374. 49 H. 958. B.) οἷσι δὲ παρὰ τὰ ὦτα ἐγένετο. Quib. tubercula ad aures enascebātur. Vbi tamen περὶ τὰ ὦτα legit Gal. li. 2. de dieb. decr. (p. 437. 16.)

Παραψαῦσαι est sensim admota manu, ac velut fallente aut aberrante contingere, & leuiter contrectare, id q; dicitur de contrectatis locis muliebribus, vbi os vteri distortum, aut in ischion prolapsum retorquetur & reuellitur. παραψαῦσαι autem nō secus ac ἐσαφᾶσαι dicitur, quod est immissa manu, aut immisso digito contingere & contrectare. Quæ sanè sunt in tota muliebrium morborū tractatione admodum familiaria. verùm vitiosè corrupta. Vt li. περὶ γυναικείων. (p. 565. 15.) καὶ αὐτὴν παραψαύουσα ἀνελκεῖν τὸ στόμα τῆς ὑστέρης. iubeto vt admota manu os locellorum attrahat. Vbi παραψαύουσα, pro παραψαύσασα, aut παραψαύουσαν legitur, vt ibid. (p. 578. 30.) τῷ δακτύλῳ ἐσαφάσσειν, quo loco est, immisso digito, dicitur, etsi ἐσαφάσσειν malim. Sic quoq; li. 1. περὶ γυν. (p. 597. 25.) παραπεπαμένῃ τῷ δακτύλῳ legitur, pro παραψαυομένῃ aut παραψαφωμένῃ. (Quod vitium etiam repetitur li. 2. περὶ γυναικ.) (p. 647. 51.) velut, ἀφαρμένῃ τῷ δακτύλῳ ἑλκύσαι τὸ στόμα τῆς ὑστέρης scribitur li. 2. περὶ γυν. (p. 653. 1.) eadem in re, hoc est, in vtero ad coxam conuerso, pro eo quod παραψαύσασα scripsit li. περὶ γυναικείων. Rursusq; idem vitium subesse videtur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 655. 28.) vbi scribitur, τῷ δακτύλῳ παραψάξασα, pro παραψαύσασα. Est autem παραψαῦσαι Galeno, παραψηλαφῆσαι μὲν καὶ προσθιγεῖν, admota manu contingere aut contrectare, ὥσπερ τὸ ἐσαφᾶσαι, τὸ ἐσβαλοῦσα τὴν χεῖρα ψαῦσαι, velut ἐσαφᾶσαι est intrò immissa manu contingere. Id autem de muliebrium locellorum cōtrectatione dicitur, ἐστι δὲ ἢ καὶ κρυπτὰς τόπους καὶ τὰ γυναικεῖα αἰδοῖα, παραψαύσεις ὀνομάζουσι. Indeq; occultos muliebris pudendi locos, παραψαύσεις nominant. Vt παραψαῦσαι, ἐσαφᾶσαι, & ἀφάσσειν, τὸ τῆς ἁφῆς ὄνομα in se contineāt, ideoq; cum spiritu aspero scribātur, quemadmodum discriminis causa spiritus in medio poni solitos ex antiquis libris didicimus. Per παραψαύσιας autem mihi procul omni dubio Gal. indicare videtur locum li. 2. περὶ γυν. (p. 663. 26.) vbi παραψαύσιας vitiosè legitur. Sic autem scribendum. ἡ ὀδύνη δὲ τὸ νειαίρην ἴσχει, ἢ τοὺς βουβῶνας, ἢ τὰς ἰξύας ἢ παραψαύσιας. & dolor imum ventrē vexat, & inguina, & lumbos, & occultos pudendi locos. Quem etiam locum rectè animaduertit Corn.

Παραφρόνεοντι παραφρονέειν, quod est desipere, ὡς ἢ ἀλλοφρονεῖν, velut aliena loqui, apud Hip. exponit Gal. additque tenui spiritu scribendum, non aspero, vt παραψαῦσαι, quòd in hoc τὸ τῆς ἁφῆς ὄνομα contineatur.

Παραφρονέω & παραφρονία de leui desipiētia aut delirio dicūtur Hip. & παρακρούειν, παραφρονεῖν, παραληρεῖν exponit Gal. com. 1. in li 3. Epid. (p. 312. 20.) Sic παράφορος, παρακρούοντες & παραπαίοντες exponuntur Gal. com. 2. in Prorrh (p. 191 43. H. 72. F.) Et lib. 2. Epid. (p. 1020. A.) παράφοροι leuiter mente aberrantes & emoti dicuntur ex somnis cum sopore, vt li 4. Epid. (p. 1136. H.) κωματώδης παραφερόμενος ἐξ ὕπνου, sopore detentus ex somno, perperam mente mouebatur. Erot. quoq; παρενεχθέντα apud Hip. exponit, παρενεχθέντα εἰς παραφροσύνην, desipiētia vexato. Quod legitur in Prorr. (p. 177. 12 H. 79. A.) & repetitur in Coac. (p. 217. H.) Vt sunt tamen multi ac varij desipientiæ gradus, ita & παραφρονέω maiorem quàm leuis desipientię mentis emotionem, & ad insaniam aut furorem gradum quendam aut accessionem significare videtur apud Hip. ægr. 13. lib. 3. Epid post st. pest. vt illic indicauimus. Cùm enim primum παρέλεγε, adscripsisset, deinde etiam παρέκρουε, postremò ἐξεμάνη, θεῖ, ἐβόα, addidit, quæ sunt magna insaniæ argumenta, & ad furorem aditus amplissimi. Sic παραφροσύνη de phreniticorum insania effert Aret. c. 1. li. 1. cur. ac. ἡγεῖσθαι δὲ πρὸς αὐγὴν παραφρονέουσι τὸ ἢ φρενίτιδι τὴν παραφροσύνην. Ad lucem autem resipiscere placarique insaniam bono est. Lib. 4. Epid. (p. 1123. C.) ὁ πρῶτος παρενεχθεὶς, qui primus mente abalienatus est, aut insaniit. παραφόροι ἐπιδέσιες, deligationes errabundæ, errantes, quæ huc & illuc vitiosè feruntur, dicuntur li. de art. (p. 596. 12. H. 791. D.) παράφορον γνώμην in Pror. quod mentem emouet, aut mentis alienationem prǽsagit, indicat (p. 18. 13. H. 70. A. Quod repetitur in Coac. (p. 167. C.)

Παραφρονῆσαι delirare, & de delirio quod in febris vigore ac statu accidit, quodque momentaneum est, dicitur. Gal. com. 1. in Prorrh. (pag. 167. 41.) τὸ δ' ἐν ἀκμῇ πυρετοῦ τοῦ μεγάλου παραφρονῆσαι, παρακροῦσαι τι ἢ παραταχθῆναι, ἢ παραληρῆσαι, ἢ αὐτὸ δὲ τοῦτο παραφρονῆσαι ὠνόμασε. At verò in febris vehementis vigore delirare, παρακροῦσαι & παραταχθῆναι, & παραληρῆσαι, quod est, mēte percelli, moueri, & delirare, idq; etiam παραφρονῆσαι, hoc est, desipere vocāt. Idem quoq; li. 3. loc. aff. (p. 276. 52.) ὅσαι δ' ἐν ταῖς ἀκμαῖς τῶν πυρετῶν γίγνονται παραφροσύναι, κατὰ συμπάθειαν αὗται τὸν ἐγκέφαλον, οὐ κατ' ἰδιοπάθειαν ἴσχουσι. ἢ διὰ τοῦτο παραφρονεῖν μὲν ἢ παραφρονῆσαι ἢ παρακροῦσαι τινας, οὐ μόνον οἱ ἰατροὶ λέγουσι, ἀλλὰ ἢ ἰδιῶται. Deliria autē quę per febrium vigores accidunt, non propria cerebri affectione, sed per consensum fiunt. Proindeque eos παραφρονεῖν quidem & παραφρονῆσαι, & παρακροῦσαι quod est delirare, desipere, & mēte emoueri, non solùm Medici, sed priuati quoq; dicere consueuerant. At verò παραφροσύνη deprehēditur, φθεγγομένων τι ἢ πραττόντων οὐδενὸς ἐχόμενα λόγου, vt scribit Gal. com. ad aph. 14. li. 7. h. e. dissentanea & à ratione aliena agentibus & loquentibus. Sunt & παραφροσύναι μετὰ γέλωτος ἢ μετὰ σπουδῆς, desipientiæ quæ cum risu fiunt & cum studio, aut

feriò, aph.53.lib.6. παραφροσύνη ἐκτικὴ etiam dicitur Galeno, vt ἐκτικὴ διάθεσις φρενίτιδος, cum dementia cerebri corpus & fubftantiam occuparit, adeò vt elui aut fanari nequeat, quemadmodum febris hectica dicitur, quæ folidas corporis particulas occupauit, com.2.in Prorrh.(p.180.49.)

Παραφυάς, άδος, dicitur id quod adnafcitur arbori, furculus, foboles, adnatum, germen, ramulus & propago. παραφυάδες funt παραφύσιες καὶ παραβλαστήματα, appendices velut ftolones. Hip. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag.279.55.) de venæ propaginibus & ramulis. καὶ ποῦ τε παραφυάδας ἀπεφλεβοπήμησε, & propagines in multas venas tranfmifit, hoc eft, ramulos in multiplices venas diuifit. proiecturas & agnationes dixit Caluus. Ibidem quoque (pag.177.21.) ἀποφυάδας dixit ramulos & germina.

Παρὰ φύσιν, præter naturam, præter modum & fupra modum fignificat, vt aph.44.lib.5. αἱ παρὰ φύσιν λεπταί, quæ fupra modum tenues exiftunt dicuntur. Vbi fcribit Gal. ἀλλὰ καὶ τὸ παρὰ φύσιν λεπταί, τινὲς μὲν οὕτως ἤκουσαν, ὡς ὁ Νουμισιανός, ἵνα παρὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν ἡ κύουσα εἴη γεγενημένη λεπτή, τινὲς δὲ ἐπὶ τὸ ὑπερβαλλόντως φασὶ σημαίνεσθαι, δηλοῦν βουλόμενον τὸν Ἱπποκράτης, ὡς οὐχ αἱ μετρίως λεπτυνθεῖσαι τοῦτο πάσχουσιν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ὅσαι κατὰ λεπτυνθεῖσαι ἰσχυρῶς. Sed & illud παρὰ φύσιν λεπταί, hoc eft, præter naturam tenues quidam vt Numefianus accipiunt, vt præter fuiipfius naturam prægnans fit extenuata. Quidam fupra modum fignificare dicunt, indicare volente Hipp. quòd non ex quæ mediocriter extenuatæ funt, id ex neceffitate patiuntur, fed quæ magnopere funt extenuatæ. Rurfus com. ad aph 46.libr. eiufd. τὸ παρὰ φύσιν διχῶς ἀκούειν κἀνταῦθα. τινὲς μὲν τὸ ὑπερβαλλόντως δηλοῦσθαι νομίζοντες, τινὲς δὲ τὸ παρ' αὐτὴν αὐτῆς τῆς κυούσης τὴν φύσιν. Illud etiam παρὰ φύσιν hoc loco bifariam accipiunt, quidam fupra modum fignificare exiftimantes, alij vero præter ipfius grauidæ mulieris naturam.

Παρεδρεία, affeffio, affociatio, vt παρεδρεία κακοπαθείης, affectionis affociatio, coniunctio, vehementia & affiduitas, hoc eft, quando morbus maximè viget & remediis refiftit. ἐν παραγγελίαις (pag. 27.36.)

Παρεῖναι, adeffe, inftare, de morbi vigore & ftatu dicitur, lib. 6. Epid. fect. 8. aph. 44. ἐφ' ὅς τινας ἐτράποντο, ἤχοντο, παρῆσαν. ad quos locos conuerfi funt, quo tempore cœperunt, affuerunt.

Παρειρύσθαι τὸ στόμα, os perperam diftractum eft, li.3.Epid.ægr.1. vbi παρειρύσθη κατεσπάσθη exponit Gal. vt conuulfionis & contractionis fpeciem fub oculos ponat. Eft enim παρειρύεσθαι aut παρειρύεσθαι, κατασπᾶσθαι, aut διαστρέφεσθαι, & εἰρύεσθαι ἕλκεσθαι interpretatur Gal. in Prorrh.

Παρελύθη apud Hip. Erot. de refolutione dextræ corporis partis exponit, quoniam παράλυσιν κυρίως καλεῖ τὴν περὶ τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ σώματος μάλιστα γιγνομένην. παράλυσιν propriè vocat, cam quam dextra corporis parte maximè contingit. Sic fcribitur ægr. 13. lib. 1. Epid. δεξιὴ χεὶρ παρελύθη μετὰ σπασμοῦ, manus dextra refoluta eft, nō fine cōuulfione. Et li.2.Epid.(p.1012.D.) ἡ χεὶρ ἡ δεξιή, σκέλος δὲ ἀριστερὸν παρελύθη, manus dextra & crus finiftrum refolutione funt tentata. (Etfi quod de crure finiftro additur, Erot. opinionem eleuat.) Rurfus lib.4.Epid.(p.1138. F.) παραλυθέντες αὐτὴν μόνον τὴν δεξιὴν ἀμφότεροι, fola manu dextra refoluti funt ambo. At de toto corpore παρελύθη ponitur li.5. Epid.(p.1146.H.) καὶ παρελύθη ὅλος. & totus refolutus eft. Et aph.29. fect. 8. li. 6. Epid. ἢν παρελύθη ἐν χειμῶνι. veluti fi quid hyeme refolutione tentatum fit.

Παρεμπίπλασθαι, quod adimpleri fignificat, verbum eft Erafiftrato familiare, quo tenfionem ex plenitudine indicabat, illudque plenitudinis indicium ponebat. Eo vtitur fæpè Gal. libello de plenitudine, vt (pag.347.21.& 348.47.57.)

Παρέμπτωσις quafi dicas intercidentiam aut interuentionem, Erafiftrato dicitur, cùm in plethora venæ fucco diftentæ nouam alimenti aggeftionem capere nequeunt, & fuperuacaneum humorem in arterias corriuant, iis nimirum quæ in venis abundant irruptionem eò capientibus Gal.lib. de plen.(pag. 346.43.) vbi Erafiftrati verba profert & reprehendit.

Πάρεξ, extra, præter. lib.de alimento (p.383.14.) πάρεξ ὀστέῳ καὶ νεύρῳ, excepto offe & neruo. πάρεξ, χωρίς, ἐκτός, exponit Hefych.

Πάρεξις, exhibitio, porrectio, cum fe æger medico exhibet ad exactam morborum dignotionem, ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p.672.15..H. 741.H.) ἐν παρέξει, in exhibitione. Vbi Gal. τὴν πάρεξιν exponit, ἡνίκα παρέχουσιν οἱ ἀσθενοῦντες ἑαυτοὺς τοῖς ἰατροῖς εἰς ἀκριβῆ διάγνωσιν τῶν παθῶν cùm fe ægrotantes medicis exhibent ad exactam morborum dignotionem habendam. Rurfusque ibidem (pag. 694 16.H. 746.A.) πάρεξις δὲ καὶ διάστασις. Exhibitio autem & diftentio. Vbi etiam fcribit Gal. ὅτι πάρεξις ὅταν ὁ κάμνων ἑαυτὸν παρέχῃ τῷ ἰατρῷ θεραπευθησόμενον, εἴρηται πρόσθεν. exhibitionem effe cùm feipfum æger medico curandum exhibet, antea dictū eft. Sic παρέχειν dicitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 551.6.) qui fe medico committit vt vratur. ἢν δὲ σοι παρέχῃ, καῦσαι αὐτόν. & fi fe exhibuerit, hoc eft fi fe tibi commiferit, eum vrito. Παρέχομαι etiam perhibeor fignificat, prodor, deprehendor, vt lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.17.13.) de cafeo, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰσχνοῖσιν εὖ ξυμφέρειν θαυμασίως παρέχεται. immò gracilibus mirum in modum conferre perhibetur.

Παρέξοδος λιτοτέρη apparatus fimplicior & frugalior Medici, ad peregrinationes comparatus, & quo vtatur inter peregrinandum, quando magnus apparatus ad itineris longinquitatem maximo effet incommodo. lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 24. 20.)

Πάρερμα affulcimentum fignificat, ftabilimentum & firmamentum. fimbria quibufdam dicitur, & de panniculis intelligitur, qui fafcias cingunt, quò firmiores fint & tutiores, παρέρματα antea diximus. libr. κατ' ἰητρ. (pag.691.10.H.745.C.) καὶ παρέρματος περιβολαὶ τοσαῦται ὥστε μὴ πιέζειν. Tot itidem fiant ftabilimenti circumuolutiones, vt ne comprimant. Rurfus ibidem (v.56. H.ibid. D.) παρέρμασι δὲ ἐρμάζειν, μὴ πιέζειν. Stabilimenta verò fulciant, non comprimant.

Πάρεσις, membrorum remiffio, laxatio, refolutio, languor & defectio, idem fonat quod παράλυσις. Lib.4. Epid. (pag.1136 H.) διάλυσις & πάρεσις fimul iunguntur, membrorum diffolutio & relaxatio aut remiffio. πάρεσις fæpe vfurpatur Aret.cap.7.libr. περὶ χρονίων παθῶν, vt cùm fcribit, ἀποπληξίη, παραπληγίη, πάρεσις, παράλυσις, ἅπαντα τῷ γένει ταὐτά. ἢ γὰρ κινήσιος, ἢ ἀφῆς, ἢ ἀμφοῖν ἐστὶ ἔκλειψις, κοτὲ καὶ γνώμης, κοτὲ καὶ τῆς ἄλλης αἰσθήσιος. Apoplexia, paraplegia, parefis, paralyfis, omnia genere eadem funt. Aut enim motionis, aut tactus aut vtriufque defectio eft, interdum etiam mentis, interdum quoque reliquorum fenfuum. Rurfus ibidem παραπληγίη δὲ, πάρεσις μὲν ἀφῆς καὶ κινήσιος, ἀλλὰ μέρεος, ἢ χειρὸς, ἢ σκέλεος. Paraplegia autem eft tactus motionifque remiffio, fed in membro vno, vtpotè manu, vel crure. Et iterum, παράλυσις δὲ, ὡς ἐπίπαν, κινήσιος μοῦνον, ἐνεργίης τε πάρεσις. Ac refolutio motionis tantùm eft actionifque defectio aut relaxatio. Idem πάρεσιν in vefica propriè ponit, fcribens ἢ κύστιος δὲ οὔρων σχέσιος ἢ ἀκρασίης, πάρεσις τι κύστιος. Vrinæ autem in vefica aut fuppreffio, aut retinendi impotentia, πάρεσις propriè dicitur.

Παρ' ἑωυτοῖσιν καὶ παρὰ σφίσιν εἶναι dicuntur Hipp. qui apud fe funt & fibi conftant, intelligentia & mente valent. In Prorrh. (pag 210. 41. H. 78. C.) οὔτε παρ' ἑωυτοῖσιν εἰσίν. neque fibi conftant aut neque apud fe funt, hoc eft, his mens è fede conftantiæ deturbatur. Vbi illud fic exponit Gal. τὸ παρ' ἑωυτοῖσιν, ἔνιοι γράφουσιν, παρὰ σφίσιν αὐτοῖς εἶναι. εὔδηλον δ' ὅτι περὶ τῶν σωφρονούντων ἀμφότεροι λέγουσι, τὸ, τε παρὰ σφίσιν αὐτοῖς εἶναι, καὶ παρ' ἑωυτοῖσιν εἶναι τὸ δὲ οὐκ εἶναι παρ' ἑωυτοῖσιν, τουτέστι μὴ κατανοεῖν, ἀλλὰ παραφέρεσθαι τὴν γνώμην τὴν διάγνωσιν. Quidam pro παρ' ἑωυτοῖσιν, παρὰ σφίσιν αὐτοῖς, fcribunt. Sed quod vtraque oratio, & παρὰ σφίσιν αὐτοῖς εἶναι & παρ' ἑωυτοῖσιν εἶναι, quod eft apud fe effe, de his dicatur, qui intelligentes funt, omnibus conftat. Illud autem οὐκ εἶναι παρ' ἑωυτοῖσιν, eft non intelligere, fed mente aberrare, diftrahique iudicium. Quæ fanè phrafis eodem modo repetitur in Coac.(pag 173. C.) Rurfufque in Prorrh.(pag. 181. 7. H. 70. A.) οὐ πάνυ παρ' ἑωυτοῖσιν, non multum fibi conftant, exponit Galen. οὐ πάνυ τὴν διάνοιαν ὑπὸ ἀβλαβῆ γίνονται, quod eft, hi non admodum integra funt mente. Ac rurfus ibid.(pag.195.27.H.73.C.) εἶναι παρ' ἑωυτῷ, hoc eft ei qui fibi optimè conftat, Gal. κατανοοῦντι καὶ σωφρονοῦντι, hoc eft intelligenti & fapienti exponit. quibus verbis mentem bene valere fignificatur.

Παρηγορεῖν, mitigare, lenire, idem quod πραΰνειν. Lib. de rat. vict. in morb.ac.(p.75.6.H.392.55.) μελίκρατον βηχὸς ἐστὶ παρηγορικὸν dicitur, quod tuffim mitiget aut leniat. Rurfus de aqua ibidem (pag. 81. 46. H. 394. 32.) οὔτε γὰρ βηχὸς ἐστὶ παρηγορικὸν ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσιν. Neque enim in morbis pulmonis tuffim, fedat aut lenit. Ac iterum ibidem (pag.79.v.16.H.393.49.) de oxymelite, οὐδὲν ἂν παρηγορήσειεν τὸ πνεύμονα, neque pulmonem leniet.

Παρηθέομαι, excolor, colo tranfmittor aut transfundor & percolor. De aluo dicitur quę plurimùm egerit & tranfmittit lib. περὶ ἐδηνοφυῖης (pag. 267. 36.) κοιλίη δὲ πυκνὰς ὠμὰ ἐκ παιδίων παρῆθεν. aluus autem frequenter crudum à puero tranfmifit. Vbi fufpecta mihi videtur lectio, & pro παρῆθεν, παρηθεῖται aut παρηθεῖτο legendum cenfeo. Rurfufque (ibid. 40.) τοὶ πολλάκις παρηθέουσι δίαιμα καὶ ἄπεπτον κατὰ κοιλίην, qui fępe cruenta & cruda per aluum tranfcolant, hoc eft egerunt. Vbi tamen παρειθέοντα vitiosè legitur.

Παρήκουσι, quod eft, pertingunt, pertinent, perueniunt, exponit Erot. apud Hipp. παρατείνονται, porriguntur, protenduntur. Legitur autem apud Hipp. ea notione libr. de loc. in homin

homine (p.410.30.) περὶ δὲ τὸ ὀστέον πρόσεισι δύο παρέχουσι. Iuxta os autem appendices duæ porriguntur, prodeunt dixit Cornar. Rursusque (ib.36.) περὶ δὲ τὸν πῆχυν τρίτος παρέχουσι λεπτὰς πάνυ πλατείας. Ad vlnam verò pertingunt appendices quatuor valde tenues. Et rursus (411.1.) περὶ δὲ τοὺς μηροὺς πρόσεισι δύο παρέχουσι. Iuxta femora autem appendices duæ protenduntur. Atque ea forma παρέχουσι, quâ ἐξήκουσι illic dicitur (410.46.) οὐκ ἐξήκουσιν ἐς τὸ ἄρθρον, in articulum non desinunt. Et rursus (411.2.) καὶ ἐς τὸ ἄρθρον οὐδετέρα ἐξήκει. & neutra ad articulum pertingit, procedit.

Παρθένιον τὸ μικρόφυλλον, Parthenium minuta habens folia, herba rhymia cutis, quæ glandem tegit, persanans. lib. de vlceribus (pag.877.F.) Quem mihi locum videtur subindicare Galenus in Exeg. cùm scribit, παρθένιον τὸ σμικρόφυλλον] καλεῖται δὲ παρθένιον καὶ ἡ ἀνθεμίς, καὶ ἡ ἑλξίνη, καὶ ἡ λινόζωστις, καὶ τὸ ἀμάρακον. ἀλλὰ καὶ Διοσκορίδης, μή ποτε, φησὶν, ἐκ τοῦ τῆς ἑλξίνης, ἢ τῆς λινοζώστιδος τὸ εἶδος τὸ σμικρόφυλλον. Vocatur autem Parthenium & Anthemis, & Helxine, & Linozostis, & amaracum. Sed & Dioscorides, nunquam inquit intelligenda est, aut Helxines, aut Linozostis species, per τὸ σμικρόφυλλον. Anthemidâ autem & Linozostin Parthenium dici, aut amaraceum, scribit Dioscorid. cap.155. lib.3. & 191. lib.4. Perdicium etiam Celso Parthenium vocatur cap.33. lib.2. & Artemisia Plinio lib.25. cap.7. ab Artemisia Mausoli vxore denominata, quæ antea Parthenis dicebatur.

Παρθένον θυγατέρα exponit Erot. apud Hipp. cùm scribit, παρθένον νῦν τὴν θυγατέρα λέγει. Virginem nunc filiam intelligit quòd etiam παρθένος dicatur non solùm filia, verumetiam quæ virginitatem vouit, & nuptiis abstinet, παρθένον autem vsurpat Hippocrat. libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.564.20.) τὴν δὲ παρθένον πείθειν συνοικῆσαι ἀνδρί. Virginem autem persuadere oportet vt viro iungatur. Quod etiam repetitur lib.2. περὶ γυν. (p.646.28.) sed pro συνοικῆσαι συνοικεῖν legitur. Et ægr.7. li.3. Epid. post st. pest. ἐν ἀδελφεῇ σιν τὴν παρθένον.

Παρίσθμια tonsillæ Latinis dicuntur, glandulæ duæ ad radicem linguæ appositæ, valde fungosæ & spongiosæ, in vtroque oris latere singulæ paulò supra laryngem sitæ, salinam copiosam continentes, & partes continuas humectantes. Glandulæ simpliciter dicuntur Celso cap.1. lib.2. ex aph.26. lib 3. barbaris amygdalæ, & aliis ἀντιάδες, ἀπὸ τοῦ ἀντικεῖσθαι ἀλλήλοις, vt παρίσθμια, παρὰ τὸ παρακεῖσθαι τῷ ἰσθμῷ. Est autem ἰσθμὸς pars illa quæ os & gulam interiacet, teste Galeno Com. ad aphorism.26. lib.3. Lib. περὶ ἀδένων (pag.271.40.) παρίσθμια dicuntur colli glandulæ, earumque vsus est vt à capite incumbentem fluxionem recipiant. παρίσθμια etiam sunt earum glandularum affectus, cùm vel inflammantur, vel supra naturalem modum augentur & veluti resiccantur, cibique & potus ac spiritus iter impediunt, vt scribit Paulus cap.30. lib. 6. Sic aphoris.26. li.3. παρίσθμια tonsillarum inflammationes significant, vt partis nomine interdum eius affectio denotatur. Vbi παρίσθμια exponit Gal. φλεγμονὰς τῶν κατὰ τὸν ἰσθμὸν χωρίων. Locorum ad Isthmum attinentium inflammationes. Idem etiam in libello de Tumor. præter nat. (p.357.v.31.) παρίσθμια dicit φλεγμονὰς τῶν κατ' αὐτὴν τὴν φάρυγγα σωμάτων. corporum quæ sunt in faucibus inflammationes. Ideoque interdum παρισθμίων nomine inflammatio solius tunicæ ventriculo & faucibus totique ori communis accipitur, interdum etiam musculorum illi tunicæ subiectorum, vt scribit Galen. Comm. ad aphori m.26. lib.3.

Παρῳχημένα, præcedentia, præterita, lib. de fract. (p.552. v.14. H.762.B.) καὶ τὰ ἄλλα πάντα παραπλησίως χρὴ ἰητρεύειν, ὥσπερ καὶ τὰ παρῳχημένα. Reliqua omnia simili modo, vt præterita, curanda sunt.

Παροξυσμὸς exacerbatio dicitur, estque Galeno Com. in aph.12. lib.1. totius circuitus tempus deterius ad vigorem vsque. Sic enim scribit: ὁ παροξυσμὸς δὲ ἐστιν ὁ χρόνος ὁ χείρων μέρος τῆς ὅλης περιόδου, τὸ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς εἰσβολῆς ἄχρι τῆς ἀκμῆς, ὥσπερ γε τὸ ἀπὸ ταύτης τὸ τῆς παρακμῆς βέλτιον. Hoc autem loco paroxysmum, totius circuitus deteriorem partem obaudire par est, quæ à prima inuasione ad vigorem vsque extenditur, quemadmodum reliquum inde, declinationem totius periodi meliorem partem dicere conuenit. Qua notione παροξυσμὸς sumitur aphorism.11. & 12. lib.1. vt exponit Gal. lib. de Temp. morb. (p.382.45.) quandoquidem tota periodus in duo maiora tempora diuiditur, accessionem scilicet & remissionem. Aëtio verò cap.8. lib.1. Tetrab.2. παροξυσμός ἐστι κίνησις νοσήματος μερικὴ ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀπὸ ἀνέσεως. μερικὴ δὲ κίνησις εἴρηται, πρὸς διάκρισιν τῆς καθόλου τοῦ νοσήματος ἐπιδόσεως. Paroxysmus est motus morbi particularis à remissione ad deterius. Particularis verò motus dictus est, ad distinctionem vniuersalis morbi augmenti. παροξυσμὸς etiam pro crisi sumitur aph.13. lib.2. quòd in paroxysmos & accessiones magna ex parte iudicationes incidant, (vt scribit Gal. lib.1. de dieb. decr.) vt κρίσεις pro accessionibus audiuntur aphor.19. lib. 1. παροξυσμὸν verò accessionem sæpe vocat Celsus cap.5. lib.3. alij exacerbationem.

Παροξύνεσθαι de morbo accrescente & ingrauescente dicitur, velut de morbis qui ex recidiuis recrudescunt, & seipsis grauiores fiunt aut commouentur, lib.4. Epid. (pag.1139 D) πρὸς αὐτῶν παροξύνεται. Et παροξυντικὰ quæ mali incrementum significant, aut malum intendunt, in Prorrh. (pag.186.12. H. 71.C.) & Coac. (pag 218 H.) Et τὰ παροξυνόμενα σπασμώδεα τρόπον, quæ conuulsionis in modum commouentur aut ingrauescunt, in Coac. (p.151.H.) Sic παροξύνειν est incitare, commouere, irritare, vt lib. de fistulis (pag 889.E.) παροξύνειν τὸν πταρμὸν, ad sternutamentum ciendum & commouendum, dicitur. Et παροξύνεσθαι, commoueri, concitari, prouocari, lib.4. Epid. (p.1127.D.) περὶ τῶν ιδ' ἐς κρίσιν ᾗ ἔδει παροξύνομενα παροξύνεται. In decimum quartum diem indicatio prout debebat, ab initio commouebatur, hoc est, ab initio visa est iudicatio in decimum quartum diem procedere debere.

Παροχέτευσις, deriuatio, est humoris vacuatio per vicinam partem. Curationis genus humoribus conueniens, cùm humores vacuandi non ad eum locum diriguntur, ad quem eos ferri oportebat, non tamen procul admodum à conueniente, neque ad eum qui maximè contrarius apparet, sed per viciniam deducuntur. Cuius leges tradit lib. περὶ χυμῶν Hipp. (p. 47.16.) παροχέτευσις ἐς κεφαλὴν, ἐς τὰ πλάγια, ᾗ μάλιστα ῥέπει. Deriuatio in caput, in latera, quà maximè vergit. Quem locum falsissimis verbis exponit Gal lib.4. Meth med. Et vt adhuc fluentium humorum reuulsio, sic eorum qui in partem impacti sunt, deriuatio medela est, vtrunque autem euacuationis genus iubet Hipp. per communes venas fieri. Deriuationis quoque leges eiusque absolutos numeros habes apud Hipp. aph.45. sect 2. lib 6. Epid. παροχετεύειν, ἀνεῷχθαι ἀπὸ τῶν ἐπικαίρων, ἐπιτήδεια ὑπεῖξαι. Deriuatione vti oportet, vbi reuulsioni aliquid confestim concesseris, & renitentia emollire. Cuius sententiæ explicationé ex pluribus Galeni locis quoad potuimus planam fecimus nostris in eum locum Annotat. Vbi etiam deriuationem optimè declarat his verbis Gal. παροχέτευσιν δὲ ὀνομάζει ὅταν ὁ Ἱπποκράτης, ὅταν χυμὸς τις ὁρμήσῃ κατά τινας, μὴ καθ' οὓς δεῖ χωρεῖν ὁρμήσῃ φέρεσθαι. καὶ μήτε μακρὰν πάνυ τοῦ προσήκοντος, μηδ' εἰς τὸ ἐναντιώτατον τόπον· ἀλλ' ἐξ οὗ δὲ ὅμοιον ὁρμήσει ἐκκενῶσαι, καλῶς ποιοῦμεν κενοῦντες, ὃ γράφει παροχετεύειν γὰρ ὅμοιον ἐστι τῷ διὰ τῆς γαστρὸς, ὥσπερ εἰ διὰ γαστρὸς τὴν ἐμμένην χρείαν φέρεσθαι. καλῶς ποιοῦμεν ἐπιφέρειν. [illegible] γὰρ ἐπὶ τόπον τοῖς ὅλα ... χυμὸν. Ἐπὶ δὲ γυναικῶν ἐνίοτε διὰ μήτρας, ἢ κατὰ τοὐναντίον, ἐπὶ ὅτι τὸ διὰ μήτρας φέρεσθαι, ἐπ' οὖρα καὶ γαστέρα παροχετεύομεν. Deriuationem quidem appellare consueuit Hippocrates, cùm humor aliquis purgatione indiget, neque quò oportet fertur, neque tamen valde procul à conueniente, neque in remotissimum locum, vt si per vrinas vacuari cœperit, malè affecta vesica aut renibus. Tunc enim per aluum deriuare satius fuerit. Non secus ac si per aluum impetus feratur, vitiatis intestinis. In his enim contrà, humorem vacuationis indigentem ad vrinas dirigemus. Et in mulieribus nonnunquam ad vterum, aut contrà, interdum vteri profluuium ad vrinas & aluum deriuabimus.

Παρωνυχία aut παρωνυχὶς, Latinis reduuia aut rediuia dicitur. Est autem abscessus ad vnguium radices natus. De quo Paulus lib.3. cap.81. ἡ παρωνυχία ἀπόστημά ἐστι περὶ τὴν ῥίζαν τῶν ὀνύχων συνιστάμενον. Paronychiam appellant abscessum qui ad radices vnguium coit. Huius curationem scribit Hipp. lib.2. Epid. (p.1056 E.) παρωνυχίας, κηκὶς μέλαινα ἐν μέλιτι. Ad reduuiam galla nigra cum melle facit. Quam curationem etiam ineunti reduuiæ accommodat Paulus. Id verò esse videtur quod panaritium Barbari vocant. Paronychia Plinius neutro genere appellat, cap.8 lib.28.

Πασπαλίτης apud Gal. exponitur in Exeg. ὁ κεγχρίτης, milij molitor, qui milium mola frangit. Sunt tamen qui miliaceum exponunt. πάσπαλος γὰρ ὁ κέγχρος. πάσπαλος milium significat. Verùm pro πασπαλος παιπάλη apud Gal. legit Varin. Sic παιπάλη exponitur apud Sudam λεπτότατον, τὸ λεπτὸν τοῦ ἀλεύρου, tenuissima farina, quæ & πασπάλη dicitur. Hesych. πασπάλην exponit, τὸ μικρὸν, rem vulgatam & minimam, additque, οἱ δὲ κέγχρον, ἢ ἄλευρα κρίθινα, quidam milium, aut farinam hordeaceam.

Πασσαλίσκῳ, τῷ σμικρῷ πασσάλῳ exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. hoc est, paruo palo, ὑποκοριστικῶς, voce diminutiua. Etsi pro πασσάλῳ quidam πασσαλίῳ malè legunt. Est enim πασσάλιος

& παςαλίσκος diminutiuum à πάσσαλος, quod palum aut clauum ligneum ſignificat, vt πάσσαξ & πάσσακος à πάσσος. Vnde παςσαλίω, πασσάλῳ exponitur Heſych. Quod autem attinet ad locum Hipp. is mihi à Gal. ſubindicari videtur qui legitur libro ſecundo, περὶ γυναικ. (pag. 671.6.) πασσαλίσκῳ ἢ κερκίδι διοίγειν, quibus verbis dentes conſertos paxillo aut radio aperire iubet, vt paulò pòſt (ib. 13.) καὶ τοὺς ὀδόντας διαγαγὼν πασσάλῳ. & dentes palo diducens.

Παςὰ exponitur Heſych. βρῶμα ἐκ τυροῦ ἀνάλου μετὰ σεμιδάλεως καὶ σησαμῆς σκευαζόμενον, edulium ex caſeo inſulſo, ſimilagine & ſeſamo confectum. Et ἔτνος ὀσπρίοις μεμιγμένον, pulmentum ex freſis leguminibus farina mixtum. Quod etiam ſcribitur Euſtath. ſed πασὰ legit, idemque ἐπίπαςα ἀντὶ τὰ ἄλφιτα dici ſcribit, forſan παρὰ τὸ πάσσεσθαι, quod farinæ conſpergerentur. πάση quoque iuſculum farina mixtum ſeu conſperſum ſignificat. Et Iulius Pollux πάςαι ex Ariſtoph. pro ζωμὸς ἀλφίτων adfert. Apud Hipp. πασὰ legitur libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 554.51.) cùm de piſcibus coctis loquitur. ἰχθύσι δὲ χρήσθω τοῖσι ἑφθοῖσι ἐπιδεδευμένοισι, ὀπτοῖσι δὲ τὸ ἴσον τοῖς κρέασιν, ἐφθοῖσι δὲ ὀριγάνῳ πασά. Vbi piſces coctos origano conſperſos intelligere videtur. Ideóque δι᾽ ὀριγάνου πασὰ melius legatur, etſi πασὰ habent omnia exemplaria. Sunt etiam πασοὶ τὰ ποικίλα περιπετάσματα, variè intexta, vt annotat Schol. Homer. παρὰ τὸ πάσσειν, quod ποικίλλειν ſignificat apud Homer. Il. χ. (v.441.) ἐν δὲ θρόνα ποικίλ᾽ ἔπασσε, hoc eſt. in [tela] florida pigmenta & variegata intexebat, inſpergebat.

Πατητοὶ φοίνικες, vide Φοίνικες πατητοὶ, poſtea.

Παύσασθαι quod ceſſare ſignificat, de tumoribus præter naturam dicitur, cùm diſparent aut euaneſcunt, quod ἀφανισθῆναι dicit Hipp. in Progn. (pag. 151. verſic. 29. H.43.27.) vbi ſcribit Gal. τὸ ἀφανισθῆναι τινὰ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων εἰπεῖν, οὐ ταὐτὸν σημαίνει τῷ παύσασθαι φάναι. γενικώτερον μὲν γάρ τι δηλοῖ τὸ παύσασθαι. τὸ δὲ ἀφανισθῆναι, τὸ διὰ ταχέως παύσασθαι καὶ οἷον ἐξαίφνης ἐστὶ δηλωτικόν. ἀφανισθῆναι quod eſt deleri, aliquem tumorem præter naturam, non idem quod παύσασθαι, hoc eſt ceſſare, ſignificat. παύσασθαι enim generalius quiddam indicat, ἀφανισθῆναι verò, citò ceſſare ac velut repente. Rurſus in Progn. (p.161. verſ. 31. H.45.54.) τὰς ἀποςάσιας hyeme χρονιώτερον παυομένας dicit, hoc eſt abſceſſus ſerius deſinere. In Coac. (pag.139.A.) eadem in re, παύονται βραδύτερον. At Celſus cap.7. lib.2. quod Hipp. ἀφανίζεσθαι aut παύσασθαι dicit, ſubſidere vertit, cùm eum Hipp. locum obſcuris admodum verbis, ſic conuertit. Si quid etiam abſceſſit, & antequam ſuppuraret, manente adhuc corpore in ſolita febre ſubſedit, periculum affert primùm furoris, deinde interitus παῦσις etiam quietem & ceſſationem indicat, & pro acceſſionis declinatione ſumitur li.7. Epid. (p. 1211.F.) μετὰ δὲ τὴν παῦσιν ταύτην.

Παφλάζειν eſt æſtuare & feruere, & à ſono fictum, de maris æſtu dicitur, vnde ad ſermonem tranſlatum, cum impeditum & veluti bullantem indicat, iiſque accommodatur, qui lingua offenſant, interruptumque ſermonem præcipitant, aut eundem ſæpius reuocare coguntur. Ea dictione vtitur Hipp. lib.2. Epid. (p.1040 C.) ὅσοι τῇ γλώσσῃ παφλάζουσιν. quicunque inter loquendum hæſitant. Quem locum repetit libro περὶ κρισίων (pag.55.32.) vbi tamen paulò aliter legitur. Eundemque mihi ſignificare videtur Gal. in Exeg. cùm ſcribit: παφλάζουσιν, ὀνοματοπεποίηκε, τοὺς πταίοντας καὶ ἐπαναλαμβάνοντας ἐν τῷ διαλέγεσθαι δηλῶσαι βουλόμενος. fictitium nomen eſt, quo ſignificare voluit eos qui inter loquendum offendunt, ſermonemque ſæpius reuocant. Quo de ſermonis vitio etiam φλάζουσιν ab Hipp. ſcriptum annotat Gal. in Exeg. cùm φλάζουσιν exponit ἀσαφῶς καὶ ἀδιαρθρώτως φθέγγονται, obſcurè & inarticulatè loquuntur, fictitiumque itidem nomen eſſe addit. vt mihi in alterutro Hipp. loco φλάζουσιν etiam legiſſe videatur Gal. Eſt autem φλάζω ferueo & ſtrepo, & παφλάζω, ἀναζέω, proprieque de maris æſtuantis aut fluctuantis ſonitu dicitur. παφλάζοντα Heſych. ἠχοῦντα, ἀναβράζοντα, θερμαίνοντα exponit Varin. ἀναζέοντα, ταράσσοντα. Et παφλάζει. βράζει, ἀναζεῖ, Heſych. παφλάζειν quoque de balbutientibus & inter loquendum hæſitantibus vſurpat Aret. cap.7. lib.1. περὶ χρονίων. ἄλλοτε δὲ ἄμφω ξυμπεσόντα παφλάζει. interdum verò ambobus labiis collapſis balbutiunt & inter loquendum hæſitant.

Παχετὸς laqueum ſignificat apud Hipp. lib.2. περὶ γυναικ. (pag. 6:8.13.) vbi de vinculis in fluxu muliebri brachiis iniiciendis ſcribit: καὶ παχετὸν ποιήσαντα ὑπὲρ τῶν ἀγκώνων, καὶ τῶν ἰγνύων ὑπὲρ τῶν γουνάτων, ita vt laqueum ad ſuperiores cubitorum & poplitum partes ſupra genua iniicias. Caluus verò παχετὸν pro craſſiore vinculo ſumit, vt παχετὸν παχύτερον intelligas, quemadmodũ apud Heſychiũ πάχετον πάχυτερον vitioſè pro παχύτερον exponitur. Sic enim per ſyncopen τὸ ε & ρ fieri ſcribit Varin.

Πάχος de corporis mole & craſſitudine dicitur Hipp. vt aph.35. lib.2. πάχος ἔχειν, craſſitudinem habere partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes vult. Cui τὸ λεπτὸν καὶ ἐκτηκτικὸς, extenuari & contabeſcere opponit. Sic aphor.44. lib.2. παχέες σφόδρα ſunt valde craſſi, carnoſi & corpulenti, quibus ἰσχνοὶ graciles opponuntur. Et aph.25. lib.3. οἱ παχύτατοι τῶν παίδων, craſſiſſimi pueri dicuntur, qui pleno ſunt corpore & ſuperfluitatibus abundante. Sic mulieres παρὰ φύσιν παχεῖαι, admodum craſſæ & corpulentæ non concipiunt aphor.46. lib.5. Et τὸ παχυνθῆναι quod eſt craſſeſſere, ταῖς λεπταῖς tenuibus & gracilibus opponitur aphoriſ.44. libr. eiuſdem. Et γυνὴ παχεῖα mulier craſſa, corpulenta dicitur lib.5. Epid. (p.1153.B.) & lib. περὶ ἐπικυήσιος (p 262.30.) Hinc παχυσμὸς, hoc eſt craſſitudo, eſt Gal. Comm.3. in lib.6. Epid. (pag.486.20.) εἰς ὄγκον ἐπίδοσις, corporis moles, aut in tumorem ſublatio. cui λεπτυσμὸς opponitur. Et παχυσμὸς virilis & florentis ætatis robur ac firmitudinem indicat, aph.29. ſect.8. lib.6. Epid. Eſt & παχῦναι incraſſare, quod de medicamentis obſtruentibus, quæ ſanguini fluenti adhibentur, dicitur aph.17. ſect.3. lib.6. Epid. vt etiam παχυντικὰ eiuſmodi incraſſantia & obſtruentia medicamenta vocantur.

Πέζα malleolum aut pedis plantam ſignificat, quibuſdam etiam imam plantam. Polluci pars quæ tibiæ ſubiacet, πέζα dicitur. τὸ δὲ ὑπὸ τῇ κνήμῃ μέρος, καλεῖται σφυρὸν καὶ πέζα. Πέζαι adſcribuntur Gal. in Exeg. ex lib.2. περὶ γυναικ. (p.662.45.) vbi legitur, καὶ οἱ πόδες οἰδίσκονται, καὶ αἱ πέζαι μάλιστα. & pedes intumeſcunt, præcipueque malleoli. Idemque adſcribit Zenodotum ἐν ταῖς ἐθνικαῖς λέξεσι, tradere Arcadas & Dores πέζαν vocare pedem. Hippocrati verò πέζας videri dici, aut imam pedis plantam & planitiem, quæ πεδίον dicitur, aut malleolos. Cornar. apud Hip. pedum extremitates ſumpſit, Caluus talos.

Πειθόμεναι ὀδμαὶ, odores obſequentes & parentes, hoc eſt in corporis vſum facilè cedentes, quique vires & ſpiritus citò recreant aut reficiunt. aph.14. ſect 8. lib 6. Epid.

Πεινῶν, eſuriens, famem tolerans. πεινῶντα Gal. exponit Com.3. in lib.6. Epid. (pag,485.44.) τὸν τῆς ἐνδείας αἰσθανόμενον, eum qui famem ſentit ex vacuatione nimirum & exinanitione. Eſt enim πεῖνα eſuritio aut fames, ſuctionis in ventriculo ob alimenti penuriam ſenſus.

Πειρᾶσθαι pro πειρᾶσθαι legitur apud Hipp. lib. de art. (pag.637. 20. H.824.C.) quod eſt, conari, tentare & experiri. ἢν γὰρ πειρᾶται καὶ ἐπ᾽ ὀλίγον τῷ ποδὸς ὀχεῖσθαι. Si nanque vel paululum conetur hoc pede ferri. Sic enim legunt omnia publicata exemplaria, pro πειρᾶται. Manu ſcripta verò πειρήσεται, à verbo medio πειράομαι, vt apud Homer. Il. α. (v.302.) εἰ δ᾽ ἄγε μὴν πείρησαι. Et Il. β. (v.73.) πρῶτα δ᾽ ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι. Sic πειρεόμενος legitur lib.2. περὶ γυναικ. (pag 655.30.) quod eadem in re πειρώμενος effertur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.578. 20.) Rurſuſque lib.1. περὶ γυναικ. (pag 6:2.5.) πειρεόμενος ſcribitur, & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.577 8.) eadem in re πειρώμενος.

Πελάζειν appropinquare ſignificat, à πέλας, quod ἐγγὺς, hoc eſt prope indicat. Inde πελάσει, ἐγγίσει apud Hipp. exponit Erot. πέλας γὰρ τὸ ἐγγὺς λέγεται. Idemque πελάσαι etiam ἐγγίσαι exponit, etſi hîc πελάσει & ἐγγίσει (vt antea) quædam habent exemplaria. Libr.1. περὶ γυναικ. (pag.603.6.) μάλιστα δ᾽ ἀναπνέει πυκνὸν ἐπὴν ὁ τόκος πελάζῃ. præcipuè verò frequentem habet reſpirationem vbi partui vicina eſt. πέλας etiam Heſychio ἐγγὺς, πλησίον, ſignificat, prope, & πελάζειν, ἐγγίζειν, πλησιάζειν, vt πελάσαι, ἐγγίσαι, πλησιάσαι. Etſi πλαγίζειν pro πελάζειν vitioſè ſcribi puto. Ἀ πέλας autem πελασσάτω & πλαστάτω deductum eſt, quod proximè ſignificat. Libr.1. περὶ γυναικ. (pag.616.36.) τὸ πελασσάτω χῶρον δακνάῃ, proximum locum mordeant, vbi quædam exemplaria πλαςάτω legunt.

Πελεκῖνοι pelicini dicuntur Hipp. Dioſcor. verò lib.3. cap.146. hedyſarum aut pelecinos, hoc eſt ſecuridaca. Ea verò inter ſegetes & hordea naſcitur, vt idem ſcribit, frequentius autem in aphacis naſci cernitur, quod etiam tradit Theophraſt. lib. 8. hiſt. plant. cap.8. Ideóque ab Hipp. οἱ ἐν σίτῳ πελεκῖνοι vocantur lib.2. περὶ γυναικ. (p.665.48.) quòd in ſegetibus naſcantur, vt ſcribit Plin. lib.27. cap.12. Locus autem Hipp. de ſemine intelligitur, quod in ſiliquis fertur corniculorum modo aduncis. Id autem amarum eſt & ſubacerbum. Ideóque vteros flatu diſtentos & ſemen non retinentes iuuare poteſt, idque præcipuè cum myrrha, vt mirum ſubeat cur ſcriptum ſit à Dioſcor. cum melle ante coitus ſubditum, concipiendi ſpem adimere: Niſi fortè pro ἀτόκιον εἶναι δοκεῖ, εὐτόκιον legendum ſit.

Πελιδνὸν liuidum ſignificat, color eſt ad nigrum tendens ex rubro, qualis ſanguinis ſub cute ex ictu aut plaga collecti. Vnde etiam πελιδνὰ dicuntur Gal. lib. de Tumor. præter nat.

quos

quos Latini Liuores nominant, ex ecchymomatum genere, rubri & nigri in medio. πελιδνὸν etiam aut πέλιον nigrum & fuscum exponunt, Latini Liuidum, qualis est plumbeus color, inter nigrum & pallidum medius. Sic enim πελιδνὸν ἐστὶ τὸ μετέχον ἀμφοτέρων καὶ μελανίας καὶ ὠχρότητος, Schol. Thucyd. lib.2. Gal. Com.2. in lib. de fract. (p.548.46.) πελιδνὸν facit colorem medium inter nigrum & floridum, hoc est rubrum aut flauum, fierique scribit floridis coloribus in nigrum abeuntibus, vel ex nigro in album cedente, dum scilicet in pus conuertitur. Inde vero πελιδνοῦσθαι, aut πελιοῦσθαι, aut etiam πελιαίνεσθαι liuescere, aut liuorem contrahere dicitur. lib. de fract. (p.548.33.H.760.C.) ὅσα δὲ ξὺν σκληρύσματι πελιοῦται, κινδυνεύει μὴ μελανθῆναι. Quæ verò cum duritie liuescunt, vt nigrescant, periclitantur. Et lib.5. Epid. (p.1162.B.) ἐπελιάνθη τὸ ὀστέον, os liuorem contraxit. Ac rursus (ibid.) πελιανθέντα τὰ ὀστέα, liuefacta ossa aut liuorem contrahentia. In Progn. (p.136.46.H.39.37.) οἱ ὄνυχες καὶ οἱ δάκτυλοι πελιδνοί, vngues & digiti liuorem contraxisse dicuntur. Et rursus ibidem (v.55. H.ib.40.) μελαινόμενοι δὲ παντελῶς οἱ δάκτυλοι καὶ οἱ πόδες ἧσσον ὀλέθριοι τῶν πελιδνῶν εἰσι. At omninò nigri, tum digiti, tum pedes, minus quàm liuentes periculum portendunt. Rursusque ib. (p.128.18.H.37.55.) ἕλκος πρὸ τοῦ θανάτου πελιδνὸν dicitur, hoc est vlcus ante mortem liuidum effectum. vbi scribit Gal. πελιδνὸν colorem non longè distare à nigro, & ab humore melancholico exuperante fieri. Et, ὅπου δὲ καὶ ἡ φλέψ, πελιδνὸν μὲν ἡ μείζων ἐργάζεται. πλατεῖον γὰρ ἔχει τοῦτο τὸ μέλανος. ἐρυθρὸν δὲ ἢ χλωρὸν, ἡ ἐλάττων. Pari verò modo læsio quoque maior, liuidum quidem efficit colorem, non enim longè distat à nigro, minor verò rubrum aut pallidum. τὰ πελιδνὰ sunt liuores Hipp. in Coac. (p.126.H.) quæ aliàs πελιώματα dicuntur, vt aph.37. sect.8. lib.6. Epid. & Coac (p.18.H.) πελιώματα περὶ τὴν πλευρὴν, ad costam liuores. Liuida dicit Plinius li.27. cap. 4. quæ πελιώματα Diosc. lib.5. cap.25.

Πέλιον quoque aut πέλειον, aut πελλὸν, liuidum significat, vt in Progn. (p.121.v.38.H.37.33.) καὶ τὸ χρῶμα τε ξύμπαντος προσώπου χλωρὸν ἢ καὶ μέλαν ἐὸν, ἢ πελιὸν, ἢ μολυβδῶδες. Et color totius vultus aut niger, aut pallidus, & liuidus, aut plumbeus. Rursusque ibidem (p.125.v.50.H.37.29.) ἢν δὲ ξυγκάμπτηται ἢ γένηται, ἢ πελιὸν, ἢ ὠχρὸν βλέφαρον, ἢ χεῖλος. Si palpebra aut labrum retorqueatur, aut liuore inficiatur, aut palleat. Pro quo πέλιον aut πέλλιον, aut etiam πελλὸν, quidam legunt. Et Erot. apud Hipp. πέλιον ὑπόλευκον, hoc est, subfuscum exponit, additque nonnullos ignoratione ductos πελιὸν aut πέλιον scribere. Idemque ex Sophocle ἐν Ποιμέσι & Ἀμφιαράῳ adducit, κυνὸς πέλιος τι ἐμπεσὼν βοὸς ῥινόν. Vbi etiam quædam exemplaria πέλλιον & πέλλας legunt. Sic etiam Gal. πελλὰ, πελιά, ὑπόκιρρα, hoc est liuida, subfulua exponit apud Hipp. eademque πελιτνὰ ab eodem vocari scribit, pro quo πελιδνὰ habent quædam exemplaria. Zenodotum etiam ἐν ταῖς ἐθνικαῖς λέξεσι annotare Sicyonios πέλλον vocare τὸ κιρρόν. Ex quibus πέλια pro πελιὰ Gal. apud Hipp. legisse suspicor in Progn. (pag.124. v. 28. H.37.18.) ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχοντα, ἢ πελιὰ ἢ μέλανα φλέβια ἐν αὐτοῖσιν ἴσχει. Si quæ in iclis alba esse debent rubescunt, aut in iisdem venulæ liuescunt aut nigrescunt. Hesych. verò oxytonum scribens πελλὸν, φαιὸν χρῶμα, ἢ μετέχον τοῦ πελιδνοῦ exponit, fuscum colorem liuido similem. Et πελλὴν, κούφην καὶ φαιὰν τῷ χρώματι, leuem & colore fuscam. Plinius libro decimo, cap.60. Ardeolarum tria genera facit, leucon, asteriam, pellon, ex Aristot. cap.1. lib.9. hist. animal. vbi Græca nomina retinet & πέλλον intelligit, subnigro, seu fusco, aut liuido colore.

Πέλματα dicuntur Hipp. soleæ ex corio aut plumbo, quæ in pedis luxatione ad imam pedis plantam adhibentur, in Mochl. (p.858.G.) ὀθόνια συχνὰ, ἢ πέλματα, ἢ μολύβδιον περιτεθῆναι, μὴ χρωτί. lintea copiosa, soleæ, aut lamina plumbea minimè ad cutem alligata. Vbi πέλμα dicitur quod ἴχνος lib. de art. (pag. 643.20. H.827.H.) solea ex corio aut plumbo. πέλμα etiam ea in significatione Latinis solum dicitur. Martial. lib.9. de sutore. Et mordere luto putre vetustque solum. πέλμα quoque partem imam & plantam pedis significat, quæ solum etiam vocatur, vt solorum callum vocat M. Tullius Tusc. 5. ex Anacharsyde.

Πεμφιγώδεις πυρετοὶ, sunt febres flatulentæ, inflatæ, spirituosæ, spiritibus affluentes, in quibus per cutim aëreum quoddam effluuium sentimus, nonnunquam halituosum, nonnunquam etiam siccum, aph.17. sect.1. lib.6. Epid. Etsi enim varia est eius vocis significatio, eam tamen potius illic sequi videtur Gal. Quanquam significari ea voce interdum scribit febrem quæ cum pustulis erumpit, ideoque pestilentem, interdumque etiam eam quæ exilientium & manui occursantium scintillarum speciem præbet, interdum quoque eam quæ mentem tentat, pro varia τῆς πέμφιγος interpretatione, quam ibidem aperit. πεμφιγώδεις πυρετοὶ explicantur Gal. in Exeg. οἱ νοτίδες μετὰ καὶ ὑγρότητος, ἢ καὶ πνευματώδεις. hoc est febres madentes & humidæ, à vaporoso plurimo effluuio exhalante, febresque diariæ obaudiuntur, quæ accentis spiritibus oriuntur. Authori Definit. Med. (pag.395.56.) πεμφιγώδης πυρετὸς dicitur, ὁ διὰ τὴν θέρμην τῆς θερμασίας ἐλκύδρια περὶ τὸ στόμα ἐργαζόμενος. quæ ob calorem intensum pustulas in ore excitat. Est & πέμφιξ Varino πνοὴ, ψυχὴ, ἢ αἱ τῶν ὑετῶν σταγόνες. Quas significationes etiam Gal. attingit. Quidam πεμφιγώδη πυρετὸν dici volunt, synochum non putrem, qui fit à sanguinis feruentis copia, suo feruore ac ebullitione venas distendentis & inflantis. Quam ideo Practici febrem inflatiuam vocant.

Πεντάφυλλον quinquefolium duplex album & nigrum agnoscit Hipp. lib. de vlceribus (pag.880.B.) & album ad præcisos neruos adhibet. Pentaphylli etiam radices vsurpat Hipp. lib. 2. de Morb. (pag.474.1.) & lib.3 (pag 497.10.) Apud Erot. πεντεπέταλον, βοτάνης εἶδος exponitur. Sed fortè πεντάφυλλον legendum, aut πεντάφυλλον vt habent meliora exemplaria.

Πεπασμὸς maturationem significat & concoctionem eorum quæ sunt præter naturam, præcipueque in morbis dicitur de eorum quæ in corpore redundant ad moderatam quandam temperiem deductione. Sic lib.1. Epid. (pag.365.v.29. H.948. E.) πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων σκοπεῖσθαι scribitur, eorum quæ exeunt concoctiones spectandas esse. Vbi scribit Gal. πέψιν γάρ τις ἐστὶ τῶν παρὰ φύσιν, ὁ πεπασμὸς τοῦ νοσήματος. Nempe coctio est quædam eorum quæ sunt præter naturam, morbi maturatio. Ac rursus lib.1. Epid. ibidem (v.59 H.ib F.) πεπασμοὶ ταχυτῆτα κρίσιος καὶ ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν σημαίνουσι. Concoctiones celeritatem iudicij & certam salutem denunciant. Lib. περὶ χυμῶν (pag.47.9.10.) πλὴν ὧν οἱ πεπασμοὶ ἐκ τῶν χρόνων, nisi quorum maturationes ex temporibus expectantur. Et, οἱ πεπασμοὶ ἔξω, ἢ ἔσω ῥέπουσι. Maturationes aut intro, aut foras vergunt. In cuius quidem sententiæ explicatione eadem ferè scribuntur ab authore eorum Commentariorum qui circumferuntur, quæ à Gal. Com 2. in lib.1. Epid. Sciendum autem est, morbi maturationem esse concoctionem quandam eorum quæ præter naturam sunt: ipsam verò concoctionem esse deductionem quandam eius quod concoquitur, in naturam concoquentis. Πεπασμὸς etiam de morborum concoctione accipitur Hipp. aphorism.6. sect.5. libr.6. Epid. νοῦσοι ξύντροφοι ἐν γήρᾳ λύονται, ἢ διὰ πεπασμὸν, ἢ λύσιν, ἢ ἀραίωσιν. Morbi verò nobiscum educati, in senectute, & maturatione, & solutione, & rarefactione desinunt. Vbi scribit Gal. hac voce omnem ad mediocrem temperiem deductionem significari. ἑρμηνεύων τὸ πεπασμοῦ ὄνομα ἀγωγὴν εἰς τὴν σύμμετρον κρᾶσιν, ὡς ἐπὶ τῶν πεπαινομένων ἐξ ἀρχῆς καρπῶν. Cùm πεπασμὸς omnem ad commoderatam temperationem deductionem significet, vt in maturescentibus fructibus conspicitur. Priuatim verò de sputorum aut vrinarum concoctione etiam πεπασμὸς dicitur li.1. Epid. de phthisi laborantibus (pag.355.26.H.940 H.) οὐδ' ἦν ὀλίγος πεπασμὸς ὑπῆν. his neque modica concoctio aderat. Et ægr.2. lib.3. post st. pest. οὔτε γὰρ τις πτυέλων πεπασμὸς ἐγένετο. neque aliqua sputorum concoctione fiebat. Rursus eodem lib. in st. pest. (p.428.1.H.1086 D.) πολλὰ δὲ τις ἢ τῶν οὔρων κακίης ἦν τῆς ἐπιούσης. οὔτε γὰρ πάχος, οὔτε πεπασμὸς, οὔτε καθαρσιος χρηστὸν εἶχε. Multum etiam vitiosæ vrinæ redditæ erant. Nam neque crassitudinem, neque concoctionem habebant, neque probe expurgabantur. Iterumque aphorism.7. sect.3. lib.6. Epid. de grauedinis & raucedinis concoctione. κοινὸς γὰρ πεπασμὸς καὶ κρίσις ἅμα ἢ ἀπόστασις. Ipsa nanque maturatio & iudicationis simul & excretionis rationem habet. vbi πεπασμὸς de paris mutatione aut suppuratione dicitur, de quibus πεψις Galeno lib.1. de diff. feb. (pag 324.56.) & cap.8. lib 5. de simpl. med. fac. Sic πεπαίνεσθαι, ἐκπυΐσκειν suppurari & in pus verti indicat aphor.23. sect.2. lib.6. Epid. τὰ δὲ πεπαίνεσθαι δεῖ, ἐγκαταπακλεῖσθαι δεῖ. Quæ maturationem desiderant, ea occludi conuenit. Ex supra autem annotatis locis apud Hipp. πεπασμοὶ exponuntur hoc modo Erot. κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν ἀκροδρύων ὀνομάζεται, ὅταν ἐξ ὠμότητος πέπειροι οἱ καρποὶ γίγνωνται. καταχρηστικῶς δὲ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων, ὅταν οἱ χυμοὶ πεφθῶσιν. Hæc vox propriè de arborum fructibus effertur, cum ex immaturitate maturitatem adepti sunt. Per abusionem verò de nostris corporibus, cùm humores concocti fuerint. Videndum tamen est quædam Erot. exemplaria πεπαρμὸς, non πεπασμὸς legere. πεπασμὸς igitur idem quod πέπανσις erit Erotiano quæ etiam vsurpatur Aristot. lib.4. Meteor.

Πέπειρος νοῦσος, concoctus morbus, ad maturitatem perductus, de

quo πεπασμὸς antea dicebatur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.64.v.50.H.390.25.) πρὶν πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον. priùs quàm morbus maturus euadat. Vbi scribit Gal. εὔδηλον δ᾽ ὅτι πέπειρον ὀνομάζει νόσον, τὴν πεπασμένην. Constat autem omnibus quòd maturum vocat morbum concoctum. Rursusque ibidem (pag.65.18. H.390.39.) ἢν πρὶν πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον, κριθώδεα πτισάνην ῥοφήσῃ ὁ κάμνων. si antè quàm morbus maturus euadat, æger ptissanam hordeaceam sorbeat. Libr.2. Epid. (pag 1024.A.) τὸ πλεῖον λευκότερον καὶ πεπειρότερον dicitur, sputum copiosius & magis coctum.

Πεπηγὸς ὄμμα, fixi oculi, immoti & stabiles, in Prorrh. (pag.184. v.56.H.71.A.) πεπηγότα τὰ σώματα concreta & compacta iuuenum corpora, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.31.22. H.338.3.)

Πεπιεσμένοι, pressi, hoc est vexati, libr.4. Epid. (pag.1139.F.) ὑπὸ ἰητρῶν πεπιεσμένοι τῷ ποτῷ, à medicis potu interdicto vexati. Illic enim de ægris agitur qui siti oppressi, nimis inconsultè à Medicis, aut sua sponte à frigidæ potione arcebantur.

Πεπλανημένως, errabundè, vago & incerto ordine, de his dicuntur Hipp. quæ nullum statum seruant ordinem, velut de febribus errabundis quæ nullum certum circuituum aut accessionum tempus habent, sed valde inordinatè occupant aut tenent. Lib.1. Epid. (pag.356.20. H.941.B.) ἄλλοτε ἄλλοι ὡς παροξυνόμενοι πεπλανημένως. interdumque alij vagas quodammodo & errabundas accessiones habebant. Et ægr.6. lib. eiusdem πῦρ ἔλαβε πεπλανημένως. incerto & vago ordine febris prehendit. Quod est (vt illic scribit Gal.) ἄνευ τῆς κατὰ περίοδον τάξεως, ὡς ποτὲ μὲν, εἰ οὕτως ἔτυχε, διὰ τρίτης ἢ τετάρτης ἡμέρας πυρέξαι, ποτὲ δὲ διὰ πέμπτης ἢ ἕκτης, sine vllo circuitus ordine, nimirum (verbi gratia) si interdum quidem tertio vel quarto die febris occuparit, interdum etiam quinto vel sexto. Rursusque ægr.1.lib.3. Epid. post st pest. σμικρὰ πάλιν ἐπύρεξε, καὶ διὰ παντὸς πεπλανημένως. rursus parum febricitauit, idque perpetuò inordinatè. Sic ἀτάκτως & πεπλανημένως simul iungit Hipp. de his quæ valde inconstanter fiunt, vt lib.1. Epid. (pag.362. v.28. H.945.D.) ῥίγεα δὲ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνοντο. His omnibus rigores incompositè & inordinatè contingebant. Rursus ib. (p.356.v.41.H.941.C.) de febribus quæ nullum statum dierum indicatoriorum ordinem seruabant, sed sine vlla indicationis lege soluebantur, πεπλανημένως τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλιπον. errabundè & sine vlla iudicatione desinebant. Et (p.363.49. H.945 F.) καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως, καὶ ἀκρίτως, τὰ πλεῖστα τούτων διετέλει γινόμενα. Valdeque incompositè & errabundè, atque citra iudicationem horum plurima perseuerabant. Quibus πάνυ εὐτάκτως κρίνεσθαι opponit Hipp. ibid. (pag.361.14. H.944.F.) quod est valde ordinatè iudicatione solui.

Πέπλιον καὶ πέπλος facultate & genere affinia sunt medicamenta, bili & pituitæ deturbandæ ab antiquis Medicis vsurpata. Quas facultates iisdem tribuit Dioscorid. cap.168. & 169.li.4. Ruf. verò Ephes. in fragmentó τῶν καθαρτικῶν eorum vires his verbis celebrat: πέπλος καὶ πέπλιον ἐγγυτάτω μὲν τὴν ἰδέαν ἀλλήλων, ἐς τὸ καθᾶραι, τὸ δὲ φλέγμα τε καὶ χολὰς, μετὰ φυσῶν κατὰ πλῆθος, καὶ ξηρανθέντα καθαίρει πρᾴως. Peplus & peplium figuræ cognatione proxima, in purgando pituitam & bilem cum flatibus pro copia, etiam sicca, benignè purgant. Actuar. quoque li.5. Method. Med. ea medicamenta post bilis atræ & pituitæ eductionem, flatus disrumpere testatur, in primisque flatulentis affectibus auxilio esse, iis, præcipuè qui melancholiæ præbent exordium. Quinetiam lienis inflationes, vteri & laxioris intestini iuuare. Hipp. autem lib. de rat. vict. in morb. ac. aluum peplio vt veratro nigro purgat. Vbi etiam scribit Gal. peplium bilem atram, vt veratrum nigrum educere. πέπλιον δὲ μέλανος μᾶλλον φυσέων καταρρηκτικώτερόν ἐστι. Peplium autem veratro nigro potentius flatus disrumpit, vt ibidem scribit Hipp. (pag.56.v.9.) Quem locum ex Hipp. celebrat Aët. cap. 26. lib. 3. Tetrab.1. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 535. 32. in pulmonis erysipelate aluum peplio purgat Hipp. Rursusque ibidem (pag 536.53.) in prima Tabis specie pituitam peplio per aluum deiicit. At verò lib. 6. Epid. sect. 8. aphorism.40. Adamantum bile atra vexatum peplio exhibito purgat. Quo sumpto bilem atram vomitione interdum reiectam scribit. Vbi ἀπὸ πεπλίων πλειόνων, frequenter aut multum exhibitum peplium significat. Peplos autem vsurpatur Hipp lib.2. Epid. (pag.1028.C.) in Scopo lienis tumore vexato & præcordiorum atque imarum ventris partium magna à flatibus distentione. πέπλος δοθεῖσα, ἀπὸ τῶν ὑποχονδρίων τι ἀπῆγεν. Peplos exhibita præcordia quidem alleuauit. Et lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag.265.31.) ποίην ἢ καλέεται πέπλος, herbam quæ peplos appellatur, ad vteri osculum emolliendum commendat. Libro quoque septimo Epid. (pag.1239.E.) sub μηκωνίῳ nomine ad expurgandam pituitam & bilem peplo vtitur, vt etiam in fine libr. de rat. vict. in morb. ac. ac aliàs sæpe in tota γυναικείων tractatione, tum μήκωνος, tum μηκωνίου, & μηκωνίδος nomine, vt in μηκώνιον antea scripsimus. Ex supra adscriptis autem Hipp. locis πέπλιον exponitur Gal. in Exeg. vocum Hipp. ὅπερ καὶ πέπλις καὶ ἀνδράχνη ἀγρία. quod etiam peplis & portulaca agrestis vocatur. Quæ nomina ex Dioscor. desumpta sunt cap.169. lib.4. & à Plinio lib.20. cap.20. commemorata. Idem etiam Gal. scribit, πέπλος, τὸ αὐτὸ καὶ χαμαισύκη, καὶ μήκων ἀφρώδης, καὶ μηκώνιον. Peplus, idem & chamæsyce, & papauer spumeum, & meconium vocatur. Quod etiam scribit Plinius capite 12. lib.27. Erot. autem πέπλος est apud Hipp. βοτάνης εἶδος, ἣν ἔνιοι πέπλιον ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ σύμφυτον. herbæ species, quam nonnulli peplium, quidam etiam Symphytum vocant.

Πέπονα ὦρα, vide ὦρα πέπονα, antea.

Περαιωθεῖσαι Erot. apud Hipp. exponit, εἰς ἀλλήλας συνεύθεισαι, ὡς ἑκατέρας λαβεῖν τέλος, hoc est mutuò in sese contractæ, vt vtraque finem accipiat. Legitur autem apud Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p.275.32.) ἐπιπολὴν δὲ, ἀποσχίδες ἐς ἰθὺ ἕκαστον ἐπιφέρονται, δι᾽ ὀστέων καὶ σαρκῶν περαιωθεῖσαι ἀλλήλαις. Inde verò rami in vnamquanque rectitudinem inferuntur, per ossa & carnes mutuò traiecti. Est autem περαιοῦσθαι transmitti, traiici aut penetr... Prognost.25.lib.2. (pag.140. H.40.29.) vt lib. de artic. (p... 590.48.& 49. H.788.A.) χρὴ δὲ διαφανέσι καίειν, ὡς ὅτι τάχιστα περαιωθῇ κατὰ δύναμιν. τὰ γὰρ παχέα βραδέως περαιούμενα, πλατυτέρας τὰς ἐκπτώσιας τῶν ἐσχαρῶν ποιέεται. Candentibus quoque ferramentis adurendum, quò quàm celerrimè fieri potest penetrent. Crassiora namque cùm tardiùs penetrent, latiores crustas resoluunt.

Πέρδεσθαι idem quod περδὴ, ventris crepitus. In Prognost. (pag. 139.vers.28. H.40.21.) φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου μὲν καὶ περδήσιος διεξιέναι ἄριστον. flatum quidem sine sonitu & crepitu excerni optimum. Quod ἄνευ ψόφου περδήσιος legitur in Coac. (p.196.G.)

Περητήριον exponitur apud Gal. in Exeg. vocum Hipp. τρυπάνῳ τῷ εὐθεῖ καὶ ὀξεῖ. ἔστι γὰρ καὶ ἕτερον ὁ χοινικίς. hoc est, terebello recto & acuto. Est enim aliud quod χοινικὶς dicitur, nempe modiolus, quod est terebellum cauum. Sonat autem περητήριον, id quo perforare aut transfodere possumus quasi perforatorium, vt τρύπανον περητήριον dicatur terebrum rectum & acutum ad ossa maiora traiicienda & perforanda, diuersum ab eo quod cauum est, & modiolus nominatur, (χοινικὶς Græcis aut χοινίκιον Celso cap.3.lib 8.) Existimo autem à Gal. indicari locum Hipp. libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.544.54.) in aqua inter cutem ex pulmonis vitio. Vbi explorare iubet vtro in latere fluctuet; deinde τάμνειν τὴν πλευρὴν τὴν τρίτην ἀπὸ νεάτης μέχρι τοῦ ὀστέου, εἶτα τρυπῆσαι τρύπῳ τρυπάνῳ τρυγλητηρίῳ. hoc est, costam tertiam ab vltima ad os vsque secare, postea terebra caua vltra perforare. Sic enim vertit Cornar. Verùm τρυπάνῳ περητηρίῳ mihi legisse videtur Gal. vt terebra acuta ad os traiiciendum & viam aquæ inter cutem faciendam, vsus fuerit, non terebra caua quæ ad paruula ossa, non spatiosa adaptatur, vt scribit Celsus. Deinde mihi etiam vitium subesse videtur. Nam τρωγλητηρίῳ aut τρωγλοδυτηρίῳ legendum suspicor, non τρυγλητηρίῳ, quòd τρώγλη, τρύπην, hoc est foramen significet, eóque nomine terebellum indicetur quod cauernam pectoris subeat, aut foramen faciat, potiùs quàm cauum aut foratum. Sic enim huius vsus ad aquam emittendam commodior fuerit. Apud Varin. autem τρυπητηρίῳ malè legitur, totusque locus vitiosè apud eundem vitiatus est.

Περίαπτα aut περιάμματα dicuntur medicamenta, quæ corpori alligata noxam ab eo depellunt, malaque amoliuntur, vt quæ collo & brachio alligantur ad febres. amuleta Latinis vocantur, siue id efficiant iuxta medicam rationem, siue mirabili quadam contrarietate, quæ homines lateat, suum effectum præbeant. Qualia multa ad capitis dolorem ex Archig. recensentur à Gal. lib.2. κατὰ τόπους (p.183.23.) περιάμματα verò etsi ea quæ corpori obligantur sonant, rectè tamen ea comprehendunt, quæ capiti coronæ modo imponuntur, aut capiti obligantur, & contactus ratione capitis dolori medentur. Quomodo Plin. li.27.cap.11. de hippoglossi ligulis dixit. Capitis dolorem corona ex his imposita minuit. Quod dixit Dioscor. li.4. cap.132. δοκεῖ δὲ ἡ ῥίζα περίαμμα εἶναι χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι. Gal. autem ea περιάμματα reiicit, quæ non vi quadam medica, sed ignota quadam ratione, aut latente quadam efficacia, mirabilique contrarietate hominibus incognita, aliquid efficere dicuntur.

Περιβλέψιες, sunt delirantium ac phreniticorum circumspectiones, & instabiles oculorum intuitus. Lib. 7. Epid. (pag.1212. H.) καὶ δείματα, καὶ περιβλέψιες. & terrores, & circumspectiones.

Rursus

Rursus ibidem (1213.F.) καὶ περίβλεψις βραχεῖα, breuisque circumspectio. Ib. (pag.1210.H.) ἐμβλέψει dicitur.

Περιβολὴ vestitum significat & cultum exteriorem Hipp.lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag.22. vers.42.) ἔκ τε γὰρ περιβολῆς καὶ τῆς ἐν ἄλλῃ εὐσχημοσύνης. Ex cultu enim ipsiusque venustate & elegantia. περιβολὴ etiam dicitur Hipp. de humorum excretione quæ totum corporis ambitum cingit, & in corporis superficiem decumbit, per eamque morbum depellit, velut in exanthematibus & pustulis, reliquisque corporis vitiis contingit, cùm natura circum se quà potest, in corporis planitiem morbum proiicit ac veluti circumfundit. Sic scribitur li.2. Epid. (pag. 1002.C.) καὶ ἢν μὴ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῆς νόσου. & si non indignè morbi excretioni respondeant. Quemadmodum etiam li.1. Epid. (pag 364.v.36 H 946.H.) quædam exemplaria legunt, ἐξανθήματα μικρὰ, καὶ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων. Papulæ paruæ, quæ nec satis pro dignitate morborum excretioni responderent, hoc est non satis erant morbis exhauriendis aut soluendis. Plæraque enim exemplaria pro τῆς περιβολῆς, τῆς ἐκκρίσιος legunt, vt ibidem adscripsimus. Περίβολος ambitum, septum aut amictum indicat, eoque nomine περίβολος dicitur Hipp. & capsula cordis aut tunica aut ipsum vndique ambiens, lib. περὶ καρδίης (p.263.52.269.8.) circuitum & vallum vocat Caluus, Cornar. amiculum.

Περιγίνεσθαι est superesse, superiorem euadere, superstitem esse, h. e. seruari, morbo liberari & periculo eximi. Quod certè superiores naturæ vires indicat, morboque euicto ægrum superstitem fore. In Progn. (pag.137.1.H.39.44.) ὥστε τὸν ἄνθρωπον περιγενέσθαι. ita vt æger superstes sit futurus, hoc est, conualiturus. Lib. 1. Epid. (pag.370.3.H.951.H.) ἐς δυσεντεριώδεα μετάστασιν περιεγένοντο, in difficultatem intestinorum delapsi, periculo sunt exempti. Ea nanque ad tormina morbi conuersione, liberatos & seruatos ægros fuisse significatur. Et lib.5. Epid. in puella cui vox ex abrupto loco decidenti defecerat. περιεγένετο, seruata est, euasit. Qua notione etiam sæpe vsurpatur Aret. vt capit. 6. libr. 1. περὶ ὀξ. ἀνὴρ καὶ οὐ πάνυ μάλα περιγίγνεται. Verùm & hæc rarò admodum euadit. Et cap.7. περιγίγνονται μὲν, ξὺν πόνῳ δὲ καὶ κινδύνῳ. euadunt quidem, sed cum dolore & discrimine. Est & περιγίνεσθαι superesse, restare & superfluere, vt de cibis dicitur qui superfluunt & superant, caloremque natiuum copia opprimunt, lib. περὶ διαίτης (pag. 259.8.) καὶ αὐτὸ τὸ ἔδεσμα δεῖ τὰ εἰσιόντα ἐπὶ ἐξαρκεῖ καὶ μὴ περιγίνεσθαι. & pro eo quòd tanta copia alimentum ingeri oportet, quæ satis sit, non superfluat, hoc est, quæ calorem natiuum non opprimat, sed ab eo superetur.

Περίγλισχρα dicuntur quæ omni ex parte sunt glutinosa, aut lentores, quæque humiditate pituitosiore sunt obducta, & à calore reficcata. aph.53.li.4. ὁκόσοισι ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τῇσι πυρετοῖσι περίγλισχρα γίνεται. Quibus in febribus circa dentes lentores oriuntur, à nimia humoris crudi, crassi, glutinosi in ventriculo abundantia, aut à cerebro in os destillante, & à calore concreto & reficcato. Rursus li.4. Epid. (pag.1158.D.) οἷσι δ' ἐπὶ ὀδόντων περίγλισχρα γίνεται. Quibus autem dentes lentore vndiquaque obducuntur.

Περιγραφὴ est rudis quædam delineatio, aut deformatio rudior rei cuiuspiam. περιγραφαὶ dicuntur Hipp.lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 22.39.) externa ornamenta & lineamenta, quibus sophistæ deprehenduntur & cognoscuntur. ἴδοι δ' ἄν τις αὐτοὺς ἀπ' ἐσθῆτος, καὶ τῇσιν ἄλλῃσι περιγραφῇσι. Eos autem ex vestitu & aliis lineamentis quis cognoscere possit. Circumstantias dixit Zuingg.

Περίδας exponit Erot. apud Hipp. ἑκατέρωθεν ἐγκεκλιμένον μηνοειδῶς, ἤτοι δὲ περιφερές. quod est, vtrinque inflexum aut incuruum lunæ in modum. Nonnulli verò rotundum. Quibus verbis vitiosum esse Erot. codicem, satis apparet, & pro περίδας, περιφερής leg. vt postea scribemus. Varia etiam scriptura vitium suspectat. Nam περιφέρεις non περίδας, quædam habent exemplaria, alia etiam περιφέρειας. sed vtranque scripturam deprauatam esse satis constat.

Περιεῖναι facultatem superesse significat, integrum esse. Lib. de Cap. Vuln. (p.912.G.) ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἴημα περιῇς. si per exordia curationem suscipere integrum est. Si curationis ab initio susceptæ facultas superest, aut abunde licet curationem ab initio suscipere.

Περιεκτικὸν Erot. apud Hipp. σωτήριον, salutare exponit. Verùm mendum subesse suspicor, & legisse Erot. contendo περιεστηκὸς, aut περιεστικῶν, vt legitur in Prognost. (pag.249.56. H.43. 12.13.) vt sit περιεστικῶν σημείων, σωτηρίων, salutaribus signis, vt postea scribemus in περιεστικός. Alioqui περιεκτικὸν quod comprehendit aut complectitur significat. Quæ significatio minimè conuenit Erot. expositioni. περιεκτικὸν τὸ περιέχον, ὃ περιέχει, exponit Hesych.

Περιέπεσθαι ἰσχυρῶς, malè tractari, malè affici, aut exagitari. Prorrh. 2. (pag 105.D.) ἔστι δὲ μάλιστα τῇσιν ἡλικίῃσιν ἐν ᾗσιν ἐγώ φημι ὑπὸ τοῦ νοσήματος τούτου ἰσχυρῶς περιέπεσθαι. At qui eas ætates quas ab hoc morbo malè affici diximus, non attingit.

Περιεργίη superflua curiositas dicitur, superuacaneus & ambitiosus labor, superflua anxietas, aut superuacanea operositas. Libr. περὶ εὐσχημοσύνης (pag.22.21.) αἱ γὰρ πολλαὶ πρὸς περιεργίην φαίνονται γεγενημέναι. Multæ nanque ad ambitiosam quandam operositatem comparatæ apparent. Eas autem artes intelligit, quæ ad nullum humanæ vitæ vsum referuntur, sed inanibus nugis & sophistica disputatione potiùs quàm vera & solida sapientia intumescunt. Rursus (ib 42.) οἷς ὁ διδακτὸς ἀπαρασκεύαστος οὐδὲ περιεργίη. de bonis medicis dicitur, quibus non est excogitatus apparatus, neque ad ambitionem aut superfluitatem comparatus. Iterumque (ib.43.) ἀφελὴς ὁ πρὸς περιεργίην τετυχημένη, fruga itatem minime ad ambitionem aut superfluitatem comparatam significat, vt ἀπερίεργος (ib 46.) vocat, minimè curiosos. Et (pag.24 9.) μηδὲν περίεργος ποιεῖν, μηδὲ μετὰ φαντασίης, medicum iubet nil curiosè aut nimis anxiè & ambitiosè facere, neque cum nimio studio & animi agitatione, ne nimium studium aut diligentia diffidentis animi suspicionem iniiciat. Sic ἐν παραγγελίαις (pag.28 8.) ὀδμὴ περίεργος, odor affectatus, & in cultu corporis nimis curiosè quæsitus, fugiendus.

Περιεστικὸν apud Gal vide postea in Περιεστικὸν σῶμα.

Περιεστικὸν νόσημα dicitur Hipp. morbus salutaris, & ex quo ægri liberantur & superstites euadunt, quique τῷ θανατώδει & exitiali opponitur. Qua dictione sæpius vtitur in Progn. vt (p. 149.54.& 55. H.43.12.13.) τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τοῖς περιεστικοῖς ἀπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεστικῶν σημείων. spectatur autem morbus fore salutaris ex omnibus salutaribus signis. Et (pag.136. v.58. H.39.42.) ἢν καὶ ἄλλο τι τῶν περιεστικῶν πρὸς τούτοισι σημείων ἐπιφαίνηται. adsintque alia quædam indicia quæ securitatem polliceantur. Vbi τὰ περιεστικὰ σημεῖα, salutaria signa & certam salutem promittentia dicuntur. Rursusque ibidem (pag 145. 21. H.41.31.) πτύαλον περιεστικὸν, salutare sputum in pulmonis inflammatione promittitur, si non multo permixtum sanguine, sed flauum, inter initia excernitur. Sic περιεστικῶς ἔχειν æger dicitur, qui ex morbo seruari & liberari debet, vt rursus ibidem (p.159.50. H.45.39.) ὅσοις δ' ἂν τῶν πυρετῶν μακρῶν περιεστικῶς ἐχόντων τῶν ἀνθρώπων In longa febre, ex qua tamen æger seruari debet. περιεστικὸν νόσημα Gal. Com 3. in Progn. (p. 161.49.) vocari scribit Hipp. non lethalem morbum aut exitiosum. τὸ μὴ θανατῶδες νόσημα, καλεῖ δ' οὖν περιεστικὸν ἐν ἐλλιπέσι τὸ τοιοῦτον. Idemque Gal. lib.1. de diebus decr. & Com.2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. περιεστικὰ νοσήματα, hoc est morbos salutares vocat, in quibus iudicatio secundum criticorum dierum seriem futura est. Lib.1. Epid. (pag.382.12.H 964 A.) τὸ περιεστικὸν νόσημα τῷ θανατώδει opponitur, cùm scribitur, πρὸς ἃ δεῖ διαλογιζόμενον δοκιμάζειν καὶ σκοπεῖσθαι, τίνι τούτων ὀξὺ καὶ θανατῶδες, ἢ περιεστικόν. Quæ tecum animo reputans, perpendendum considerandumq; quodnam præceps periculum & mortem portendat, aut quodnam superstitem ægrum fore indicet. Rursusque in fine lib.3. Epid. (pag.441. vers. 42.) μακρὸν δὲ, τὸ νόσημα καὶ θανάσιμον, μακρὸν δὲ, τὸ καὶ περιεστικόν. Et quisnam morbus diuturnus sit & exitium afferat, aut quisnam diuturnus & ex quo ægri euadant. περιεκτικὸν Erot. σωτήριον, hoc est, salutare exponit apud Hipp. Verùm περιεστικὸν leg. existimo velut legitur lib.1. Epid. & Prognost. in multis publicatis codicibus, aut περιεστικὸς, vel certè περιεστικὸν pro περιεστικῶν, vt legitur in Prognost. & σημείων subintelligatur, tuncque σωτηρίων leg. foret. Περιεστικὸς autem est participium, à præterito περιέστηκα verbi medij περιίσταμαι. Περιεστικὸν νόσημα dicitur Authori Definit. Med. (pag.594.56.) ὅπερ οὐδέποτε αἰσχρῶς (?) [illegible] Salutaris morbus qui nunquam interimit.

Περιηγὴς circumactum & rotundum significat & κυκλοτερὴς, περιφερὴς exponit Hesych. Potest & γωνιῶδες significare & καμπύλον, curuum aut recuruum. Vtitur Hipp. ea dictione libello περὶ ἀνατομῆς (pag 915.H) de arteria, κρίκοις ξυγκειμένη ὁμοειδέσι, τῶν περιηγέων ἁπτομένων. annulis inter se similibus constans, & rotundis aptata. Illic enim ἁπτομένων idem quod ἡρμοσμένων aut προσηρμοσμένων mihi significare videtur, annexa, aptata & composita. Etsi interpretes τῶν περιηγέων ἁπτομένων κατ' ἐπιπολὴν ἀλλήλων legunt, vt sit, annulis rotundis in superficie se mutuò contingentibus.

Περιθάλπειν τὴν σύριγγα ὕδατι θερμῷ, fistulam aqua calida circumdare, hoc est, circum abluere, libro de fistulis (p.885.E.)

Περιΐστασθαι est deuenire, cedere, euadere, circumagi, circumscribi & terminari. Libro tertio, Epid. in st pest. (pag 429 v. 29. H.1089.G.) καὶ ἐς ὕδρωπα περιΐσταντο. & ad aquam intercu-

tem deueniebant, in hydropem terminabantur. Rursus in Coac. (pag.134.C.) ἐς φρενιτικὸν περίσταται, in phrenitidem cedit, transit, deuenit, degenerat. Et rursus ib. (pag.194.C.) οἷσιν ἔκ τινος ἀῤῥωςίης ἐς ὕδερον περίσταται. Qui ex morbo aliquo ad aquam intercutem deuenerunt, aut, quos aqua inter cutem ex aliqua ægritudine circumuenit. Et libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag 543.54.) περίςαται ἀπὸ φλέγματος μάλιστα ἐς ὕδερον τρόπῳ τοιῷδε. A pituita in aquam inter cutem transitus fit hoc modo. περιϊσαμένη ὥρη, temporis circumstantis aut circumacti ratio dicitur lib. de nat. hum. (pag.15.40. H.227.47.) & temporum vicissitudinaria mutatio, cùm tempus in aliud commutatur & degenerat. ὑπὸ δὲ τῆς ὥρης περιϊσαμένης, ποτὲ μὲν πλείω γίγνεται αὐτὰ ἑωυτῶν, ποτὲ δὲ ἐλάσσω. Pro temporis autem circumstantis ratione, nunc magis augescunt, nunc imminuuntur singula ipsorum. Vbi τῆς ὥρης περιϊσαμένης exponit Gal. κατὰ τὰς ὡρῶν μεταβολάς. pro temporis anni vicissitudinaria transmutatione. τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς ὥρης περιϊσαμένης, ταὐτὸν δηλοῖ τῷ μεθισαμένης, ὅπερ ἐστὶ μεταβαλλούσης τε καὶ καθισαμένης εἰς ἑτέραν τινὰ τὴν ἐχομένην αὐτῆς. Hæc enim verba [pro temporis circumstantis ratione] idem significant, quod transmigrantis, hoc est mutati, & in aliud quoddam sibi proximum transeuntis.

Περικαέες sunt qui circumcirca ardent, totoque corpore magnum ardorem sentiunt. In Prorrh. (p.203.46. H.75.H.) διὰ τάχεος περικαέες, qui celeriter exuruntur, πυρώδεις exponit Gal. In Coac. (p.143.C.) οἱ περικαέες πρὸς χεῖρα, qui ad manus contactum circumcirca ardent, quales qui febribus ardentibus exuruntur. Rursusque ibidem (pag.155.C.) πρὸς τὴν ἀφὴν μὴ περικαέες, qui ad manus contactum & in attrectando nullum ardoris sensum præ se ferunt. De febre ardente perniciosa laborantibus dicitur, cùm interna ardent, externa corporis planities friget, velut aph.48. lib.4. Sunt & πυρετοὶ περικαέες μετ' εὐδίως febres confestim deurentes aph.17. sect.1. lib 6. Epid. febris ardentis genus, in quo admota manu continens calor circumcirca sentitur, à calore febrili, nempe maximè propria febris essentia, desumpta differentia. His febribus τοὺς διὰ παντὸς βληχρὸς, ξηρὸς, opponit Hipp. in totum debiles apparentes & aridas, quæ sunt ad manum mites, intus verò æstuosæ.

Περικεκλασμένοι exponuntur apud Hipp. Galeno in Exeg. περικεκαμμένοι, κυρτοὶ καὶ ἐπικαμπεῖς, inflexi, adunci, incurui.

Περίκλασις contorsionem aut perfractionem significat, & fractura κατὰ περίκλασιν dicitur Galeno Com.2. in lib.de fract. (pag. 543.12.) vbi sura cum tibia media perfringitur, cum insigni vulnere nudatis ossibus, vt in palæstrite accidit quem commemorat Gal.

Περικλύδην dicitur de circumaffusa aqua, cùm aliquid aqua vndiquaque abluitur aut perfunditur. Lib.1. περὶ διαίτης (p.352. 50.) λούεσθαι δὲ χλιαρῷ ὕδατι περικλύδην μᾶλλον ἢ χρίεσθαι. aqua tepida autem circumaffusa potiùs perfundatur, quàm vngatur.

Περικνήμια sumuntur Hipp. pro tibia aut partibus quæ tibiam circumdant, lib.3. Epid.st.pest. (pag.421.49 H.1083.F.) οἷσι δ' ὅ, τε μηρὸς, ἢ τὸ περικνήμιον ἐψιλοῦτο. Quibusdam etiam femur integrum aut tibia, denudabantur. vbi quædam exemplaria, τὸ περὶ κνήμην, pro περικνήμια habent.

Περίλυποι valde tristes sunt Hipp. qui ob longam inediam, deinde sumptum multum repentinum cibum, summopere mœsti & tristes redduntur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag 65.38. H.390.53.) περίλυποί τε καὶ πικροὶ γίγνονται. valdeque tristes & amarulenti euadunt. δυσθύμους καὶ λυπηρούς, hoc est, valde mœstos & tristes, exponit Gal. eosque sic euadere scribit, post longam inediam nimio & valido cibo distento aut grauato ventre.

Περιμάδαρα ἕλκεα, vlcera vndique glabra, circumcirca læuia, depilia, aphorisf.2. sect.8. lib 6. Epid. & aph.4. lib 6. vbi vitiosè περιμάδηρα aut περιμάδια legitur, cùm περιμάδαρα leg. sit. Est enim μαδαρὸς læuis, glaber, depilis, raro capillitio, & Hesych. ψιλὸς θρὶξ, ψιδιός. Erot. περιμάδαρα ἕλκεα, αἱμώδεα & ἄπυρα, aut αὔτυρα exponit, pro quo ἄσπορα legunt exemplaria quædam. Cuius expositionis meminimus in ἕλκεα περιμάδαρα antea.

Περίναιον aut περίνεον vocat Hipp. partem corporis inter anum & pudendi initium, vbi vesicæ collum situm est, spatiumque inter anum & pudendum intercedens. interfœmineum aut fœmen quibusdam dicitur. Cæl. Aurel. capit.3. libr.5. Tard. Pass περίναιον pubem aut pectinem vertit, & veretri initium cap.4. Galenus Com.2. in lib. de frac. (pag.550.12. H.761. D.) περίνεον vocari ab Hipp. scribit, τοῦ σώματος ἡμῶν ἐκεῖνο τὸ μέρος ὃ μεταξὺ τῆς ἕδρας ἐστὶ, καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ αἰδοίου, nostri corporis partem, quæ inter anum & genitalis initium media interiacet. Idem Com.4. in li. de art. (pag.654.15. H.833.A.) τὸ περίναιον vocari scribit, quòd ἐν τῷ μεσχάδι est medium, ὅπερ ἀπὸ τῆς ἐκφύσεως αἰδοίου ἐκτείνει πρὸς τὴν ἕδραν. ἐν αὐτῷ δὲ καὶ τῆς κύστεως ὁ τράχηλος τέτακται. quod à pudendi exortu ad anum pertinet, in quo etiam vesicæ collum situm est. Eam dictionem sæpe vsurpat Hipp. lib.de art. vt & aph.80. li.4. vbi περίναιον τὸ μεταξὺ τοῦ αἰδοίου τόπον Philotheus esse scribit, partem inter anum & pudendum intermediam. Lib.1. περὶ γυναικ. (p.622.13.) χελώνης θαλασσίης τὸ περίνεον, hoc est, testudinis marinæ partem intermediam inter anum & pudendum combustam & tritam ad conceptum vsurpat. Περινεὸν etiam dici vt περίνεον testatur Gal. cum in Exeg. vocum Hipp. περινεῷ περινέῳ explicat, additque, ἔστι δὲ ὁ τόπος ὁ μεταξὺ τοῦ ὄσχεος καὶ τῆς ἕδρας, ἔνθα τῆς κύστεως ὁ τράχηλος. Est autem locus inter scrotum & sedem, in quo vesicæ collum situm est. Περίνα etiam & περίνεον τὰ αἰδοῖα dici vult Hesych. ἀφ' οὗ καὶ τὸ πεπρᾶσθαι.

Περινεῖ Gal. in Exegesi vocum Hipp. exponit, περικλύζει, περινήχεται, circumluit, circumnatat, vt & περινήματος, περικλύσματος, circumluuionis, perfusionis. Vbi etiam quædam exemplaria addunt, περινήματι, περικλύσματι.

Περιξύσας idem etiam ἐν κύκλῳ περιαμύξας exponit, quod est, qui circumrasit, circumscarificauit.

Περίοδος circuitus dicitur, estque veluti morborum ambitus quidam aut circulus, cùm morbi ex iisdem ad eadem, per eundem ordinem, velut circulum quendam feruntur. Sic enim περίοδον vocat Gal. lib.de Tempor. morb. (pag.380.23.) καὶ πάντως γε ἐστὶν ὅτι τὸ φαινόμενα λύπεσιν αὖθις ἐπιγίγνεται τῷ νοσοῦντι. πολλάκις δ' ἴσμεν ὅτι καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον, καὶ πέμπτον δὲ περιερχομένης τῆς νόσου κατά τινα κύκλον ἐκ τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰ αὐτά, διὰ τῆς αὐτῆς τάξεως. ὀνομάζουσι δὲ τὸν τοιοῦτον κύκλον ἅπαντες οἱ ἰατροὶ περίοδον. Ac interdum omninò prædicta iterum rursus ægroto contingunt, plærumque etiam tertiò, quartò & quinto, morbo nimirum per circulum quendam, ex iisdem ad eadem, eodem etiam ordine oberrante. Huiusmodi autem circulum singuli medici περίοδον hoc est, circuitum appellant. Est autem tempus ab initio accessionis vnius ad alterius initium, quod in tertiana pura duobus diebus totidemque noctibus absoluitur, estque circuitus quidam, aut similis ad idem reditus. Gal. Com. ad aphorism.12. li.1. ὅτι δὲ περίοδον καλεῖ τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὁμοίαν ἐπάνοδον, εὔδηλον δέ που παντί. Constat autem vnicuique eum circuitum vocare similem ad idem reditum. Est & περίοδος Proclo, ἡ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτὸ κίνησις. ab eodem in idem motus. Aut, ἡ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὁμοία ἐπάνοδος, similis in idem reditus aut recursus. Quod quidem circuitus tempus intensione & remissione perficitur Sic enim περίοδός ἐστιν authori Definit. Med. (pag.396. versic.12.) ὁ ἐξ ἐπιτάσεως καὶ ἀνέσεως ἐν νοσήμασι χρόνος. hoc est, tempus in morbis ex intensione & remissione constans. Rursusque (pag.402. v.59.) περίοδός ἐστι τεταγμένου χρόνου ἀνταπόδοσις, vicissitudo quædam aut alternatio ordine dispositi temporis. Circuitum vocat Celsus, cùm scribit, tertianarum quartanarumque certum esse circuitum & finem integrum, cap.5. lib.3. Nos morborum ambitum, circuitum & conuersionem dicere possumus, non secus ac M.Tullius περίοδον verborum ambitum, circuitum, & orationis conuersionem vocat. περίοδος autem interdum sumitur Hipp. pro accessione ipsa, veluti totum pro parte, quemadmodum aph. 59.lib.4. τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι. Exquisita tertiana septem circuitibus terminatur. Sic enim περιόδους ἐπισημασίας exponit Gal.Com.3. in Prognost. (pag.155.37.) Quod etiam scribitur in Coac. (pag.140.C.) Περίοδοι etiam deambulationes & circuitus significant, cùm obambulando longis confectis spatiis ad eundem locum fit reditus. Quem obambulandi morem Herodico tribuit Plato initio Phædri. Cuius etiam meminit Hipp. aph.23. sect.3. lib.6. Epid. ὁ Ἡρόδικος τοὺς πυρεταίνοντας ἔκτεινεν περιόδοισι. Herodicus febricitantes obambulationibus conficiebat. Vbi περιόδους vocare Hippoc. scribit Gal. τὰς βραδείας περιπάτους ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐκτεινομένας, lentas deambulationes in longius tempus protractas. Ac rursus ibid. τὸ πυρετῶδες πολέμιον περιόδοισι. febris obambulationibus est inimica Sic Prorrh.2. (p.105.C.) τῇσι περιόδοισι χρῆσθαι. deambulationibus vti. Et lib.de rat. vict. in morb. ac. (p.59. 28. H.388.42.) βραδεῖαν συχνὴν περίοδον πλανηθέντα. Vbi multos circuitus lentè obambulando absoluerit, aut multa spatia confecerit, vt loquitur M. Tullius. Vbi etiam Gal. περίοδον βραδεῖαν, σχολαίως περιπατῆσαι exponit, quod est lentè deambulare. Lib. quoque 7. Epid. (p.1238.E.) scribitur, ἐκ περιόδου καὶ ποτοῦ ἀπεψίη ξυνέβη. ex deambulatione & potu cruditas contigit. Περίοδοι etiam dicuntur in alimento Hipp. circuitus & motus alimenti, qui à circumferentia ad centrum, aut è centro ad

tro ad circumferentiam feruntur, & ab externis partibus ad internas, & contra, libr. περὶ τροφῆς (pag.381.30.) περίοδοι ἐς πολλὰ σύμφωνοι, circuitus ad multa consoni vtiles sunt. Vbi de alimenti puerorum motione, tum intra, tum extra vterum agitur. Sunt & περίοδοι ignis tres corporis facultatibus respondentes, libr. περὶ ἐνυπνίων (pag 376.47.) Astrorum quidem primus circuitus externus, per exteriora fertur, sensum motumque à cerebro per neruos corpori per externa obiecta conferens, circuitus scilicet animalis facultatis, astrorum primi mobilis naturam referens. Quorum influxu inferiora omnia ætheream quandam vim concipiunt. Solis alter circuitus medius, tam internis quàm externis inseruiens, vitali facultati proportione respondens, & vitam omnibus partibus è corde per arterias immittens, fouens & conseruans, Solis, quem caloris vitalis authorem ferunt, motum obliquum in Zodiaco referens. Tertius circuitus Lunæ humidi matri respondet, & ad interiora seu interiores cauitates fertur, naturali facultati similis, ex hepate & reliquo ventre alimentum in vniuersum corpus per venas transfundens. Eosdem triplices ignis circuitus eleganter explicat Hippoc. lib.1. περὶ διαίτης (pag.344.29.45.) Lib. verò περὶ τροφῆς aptissimè adumbrauit, per ξύῤῥοιαν μίαν, Lunæ circuitum & naturalem facultatem exprimens, per ξύμπνοιαν μίαν, Solis circuitum & vitalem facultatem, per ξυμπαθέα μίαν, astrorum & reliquorum fixorum syderum, circuitum, animali facultati ex cerebro respondentem.

Περιομφακώδης, circuncirca immaturus & crudus, de tumore dicitur, qui omni ex parte durus est, lib.4. Epid. (p.1133.C.)

Περίπατος, obambulatio, deambulatio, pro exercitatione sumitur aphorism.10.sect.3.lib.6. Epid. ψυχῆς περίπατος φροντὶς ἀνθρώποισιν. Cura ac meditatio hominibus pro animi exercitatione est.

Περιπλέειν, circumfluitare, innatare, est nimio humore diffluere & delabi aut laxari, quod de fasciis dixit Hipp. lib.de fract. (pag.531.40.H.753.B.) quæ nimia cerati liquidi copia imbutæ diffluerent & elaxarentur. ὡς μὴ περιπλέῃ τὰ ἐπιδέσματα, ne deligamenta circumfluitent.

Περιπλευμονίη ἢ περιπνευμονίη pulmonis inflammatio dicitur, cum febre acuta, spirandi difficultate, thoracis grauitate, sputo subcruento, & malarum rubore. Grauissimus sanè affectus, & qui interdum ex se oritur nullo præcedente affectu, interdum etiam distillationibus, tussi, anginæ, asthmati & pleuritidi succedit. Aret. cap.1.lib.2. περὶ ὀξ. παθ. ἤδε ἐστὶν, ἣν καλέομεν περιπνευμονίην, φλεγμονὴ τοῦ πνεύμονος· ξὺν ὀξέϊ πυρετῷ, ἢν ξυνέωσιν αὐτέοισι βάρος τοῦ θώρακος, ἀπονίη, ἣν μοῦνος φλεγμαίνῃ πνεύμων. Ea est quam Peripneumoniam Græci vocant, pulmonis inflammatio cum febre acuta, quam interdum thoracis grauitas comitatur, cum doloris carentia, si solus pulmo inflammationem sentiat. Authori Definit. Med. (pag.397.41.) περιπνευμονίη ἐστὶ φλεγμονὴ πνεύμονος μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, καὶ δυσπνοίας, γίνεται δὲ ἐπ' αὐτῶν καὶ ἐρυθαίνεται τὰ μῆλα. Peripneumonia est inflammatio pulmonis, cum febre acuta, & spirandi difficultate. In his qui eo morbo laborant, malæ quoque rubræ fiunt. De ea agit Hipp. multis locis præcipuè verò lib. de loc. in homine (pag. 414. 38.) & libris de Morbis, vt lib. 1. (pag.459.21.) & libr. 2. (pag. 475.29.) & librro 3. περὶ παθῶν (pag 518.4.) libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 533.16.) vbi πλευμονὶς dicitur, quæ Latinis Pulmonia. Libello περὶ κρισίμων (p.58.26.) lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.106. 31. H.401.48.) In Prognost. (pag.149.150. & 151. H.43.5.19. 30.) Et Coac. (179. 180. 181. 184.) vbi ξηραὶ περιπλευμονικαὶ dicuntur qui in Peripneumonia parum aut nihil expuunt. περιπνευμονίας Celsus apud Hipp. Pulmonis dolores vertit, vt cap.1. & 6. libr 2. ex aphorism.30. lib.3. & Prognost. Interdum etiam pulmonum vitia, vt cap.7. libr.2. ex aph.11. li.7. Idem verò cap.7.lib.4. morbum peripneumonicon vocat, vbi de eo ex professo agit.

Περίπλυσις κοιλίης, alui proluuies aut proluuium dicitur Hipp. cùm aluus multis tenuibus & liquidis diffluit ac veluti perluitur. περιπλύνω enim idem quod περικλύζω sonat, quod est perluo aut circumluo. Cùm igitur aluus tenuia, liquida & cruenta affatim demittit, κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος dicitur Hipp. in Prorrh. (pag.168.56.H.167.C.) alui prærubra proluuies. Quod hepaticis accidit, hepatis imbecilla, retentrice facultate & vitiata sanguificatione. Id testatur Gal. in Com. vbi eam etiam dictionem his verbis explicat. περιπλύσεις δὲ ὀνομάζει κοιλίης, τὰς τῶν λεπτῶν κατὰ τὴν οὐσίαν ὑγρῶν διαχωρήσεις, ὥσπερ εἰ καὶ πλύνας τις ὕδατι κοιλίαν αἱματώδη, ἐκχέει τὸ ὕδωρ. οὕτω δὲ καὶ χολώδης λέγεται περίπλυσις, ὅταν ὅμοιον ᾖ αὖ ἐξ ὕδατος ἰσχύειν καὶ χολῆς ὀλίγης μιχθέντων, τοιοῦτον φαίνεται διαχωρούμενον, ἀῤῥωστίᾳ δὲ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως τοῦ ἥπατος, ὡς τὰ πολλὰ δὲ σὺν αὐτῇ καὶ τῆς αἱματοποιητικῆς τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται, τῇ ἐμμέτρῳ περιπλύσει ἀνάλογον. Alui autem proluuia appellat tenuium secundum essentiam humiditatum deiectiones, veluti si quis aluum sanguine conspersam affusa aqua abluerit. Sic etiam biliosa proluuies dicitur, cùm quod excernitur tale apparet, quale ex aqua & pauca bile simul mixtis contingit. Ex imbecillitate autem hepatis retentricis facultatis, atque vt plurimùm cum ea sanguificæ, hoc symptoma contingit, superfluis quæ per vomitionem redduntur proportione respondens. In Coac. autem (p 141.B.) κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος dicitur. Ac rursus ib. (p.218.F.) ἐξέρυθρον ἐν περιπλύσει διαχώρημα, prærubrum in alui proluuie excrementum. Et in Prorrh. (p.201.21. H. 75.C.) ἄχολοι περιπλύσιες εὐηθέστεραι. non biliosæ alui proluuies benigniores, vbi aluus liquida & aquosa demittit. Et ὑποπεριπλυθεῖσα κοιλίη, aluus aliqua proluuie tentata, aliquo modo eluta. ibidem. Aret. etiam in primis nobilis author cap.5. lib.1. περὶ ὀξ. in epilepsiæ remissione κοιλίης περίπλυσιν, alui proluuiem annotauit, h.e. præcipitem alui inanitionem & deiectionem quæ sponte fertur.

Περιποδίην Gal. in Exeg. vocum Hipp. τὴν ἐν κύκλῳ ὑπὸ πόδας οὖσαν καὶ κάτω exponit, h.e. circularem sub pedibus & infra existentem. Qui locus quonam referatur, non planè mihi constat. Videtur tamen τὴν ἐπίδεσιν intelligere & deligationem quæ pedi accommodetur, qualem περὶ τὸν πόδα περιβαλλομένην vocat lib. de fract. (p.545.46. H.759 F.) calcis deligationem catagmaticam, aut qualem pedi luxato ad directionem supponi velit, vt quæ pedi optimè quadret. περὶ πόδα enim dici scribit Hesych. τὸ ἁρμόζον, quod optimè quadrat & conuenit, velut pedi calceus, sumpta inde translatione. Idem περίποδος αἰτὶ τοῦ ἁρμόζοντος sumi testatur, & περὶ πόδα τὰ ἡρμοσμένα exponit, ἀπὸ τῶν ὑποδημάτων. Et Pollux lib.7.cap.21. περίποδα dici scribit ὑποδήματα ἁρμόζοντα. Ac certè suspicor huius vocis explicationem apud Gal. apponi, tanquam variæ cuiusdam lectionis apud Hipp. adscriptionem & expositionem. Cuius generis est ferè totius Exeg. Gal. maxima pars, vt cuiuis penè constat.

Περίπτωσις, casum aut fortuitam occasionem significat, estq; vox Empiricis propria, qua indicabant occasionem fortuitam, ex qua morborum remedia depromerentur, i. quæ ex improuiso incidissent, estque vna Empirices species Gal. in Isagog. ad sectas (pag.10.32.) Hipp. ἐν παραγγελίαις (p 26.1.) eam dictionem vsurpat, cum λογισμὸν laudat, h.e. eam ratiocinationem ἥτις ἐκ περιπτώσιος ποιέεται τὴν ἀρχὴν, quæ ex sensata aut fortuita occasione principium sumit, hoc est, ex his quæ ipso sensu vera esse deprehenduntur & per inductionem colliguntur. Rursusq; (ib.28.) προσέχειν οὖν δεῖ περιπτώσει τι τῇ ὡς ἐπιτοπολύ. animum igitur adhibere oportet occasioni fortuitæ, quæ plærunque se offert. Est & περιπίπτειν ἰητροῖς, in medicos incidere, medicis se committere, & curandum se exhibere, libr. περὶ τέχνης (p.7.1.) εἰ γὰρ ἠπίσταντο, οὐκ ἂν περιέπιπτον αὐτοῖς. Si nanque certò scirent, ipsis se non committerent. Quod ad Medicos refert Corn. cùm non malè de morbis dicatur. Sic lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.9.28.) πόνοισί τε ἰσχυροῖσι καὶ νούσοισι περιπίπτοντες, καὶ διὰ τάχεος θανάτοισι, grauibus doloribus & morbis obnoxij, ex quibus breui morerentur.

Περιπύημα circumcirca pus collectum. lib.4. Epid. (p.1138.H.) circum dentes suppurationem factam significat.

Περίῤῥεψις est vinculi inclinatio, propensio, & circumcirca declinatio, cùm in alteram partem vinculum deuergit aut declinat. li. κατ' ἰητρεῖον (p.690.45.H.745.C.) μηδὲ περίῤῥεψιν, neque vinculi in alteram partem propensionem afferat. Vbi scribit Gal. ἡ δὲ περίῤῥεψις, ἀπὸ τοῦ περιῤῥέπειν ἐπὶ θάτερον μέρος, ἤτοι τὸ δεξιὸν, ἢ τὸ ἀριστερὸν ὅλην τὴν ἐπίδεσιν ὀνομάζεται. τοῦτο δὲ αὐτὸ περιῤῥέπον, ἀμετρίᾳ τοῦ πλήθους αὐτῶν γίνεται. περίῤῥεψις autem quasi deuersionem dicas, quòd in alteram partem, vel dextram, vel sinistram, tota deligatio declinet, nominatur. Id quod fit ex immoderata fasciarum copia.

Περιῤῥηδὴς in vtranque partem reflexum, inflexum, aut perfractum, vel vtrinque recuruum dicitur Hippoc. libr. de art. (pag.598.14.H.792.H.) ὡς περιῤῥηδὴς ἐν τῷ στῆθος ὡς μάλιστα, quò pectus quam maximè in vtranq; partem reflectatur. Vbi Gal. περικεκλασμένον exponit, velut in Exeg. περικεκλασμένον ἐφ' ἑκάτερα, vtrinq; perfractum. Erot. verò ἑκατέρωθεν ἐγκεκλιμένον μηνοειδῶς· ἔνιοι δὲ περιφερής. h.e. vtrinq; inflexum lunæ in modum, quidam etiam rotundum. Sed non dubium est apud Erot. vitium, cùm περίδας pro περιῤῥηδὴς legatur. Eam autem dictionem Gal. com. in lib. de art. ex Hom. adfert, Od. χ. (v.84.) verùm deprauatè. Sic enim legitur, περιῤῥηδὴς δὲ τραπέζῃ Κάππεσε δινηθείς. Vbi περιῤῥηδὴς exponitur ἐῤῥαντισμένος, aut περιῤῥαντισμένος, circunquaque aspersus. Schol. verò περικλασθεὶς ἢ περιῤῥαγείς,

vt sit περίῤῥηδὴς quasi περιῤῥηγὴς pro περιῤῥαγὴς, à περιῤῥήσσω. Quibusdam etiam περιῤῥυεὶς aut περιφερὴς exponitur, vt idem annotat Schol. tuncque περιῤῥυδὴς ferri potest, quomodo scribitur apud Hesych. Verùm περιῤῥηδὴς malim cùm eidem περικεκλασμένος exponatur. Malè quoque apud Varin. περιῤῥιδὴς scribitur pro περιῤῥηδής. Eandem quoque dictionem vsurpat Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (p.659.50.) ὡς μὴ περιῤῥηδὲς ᾖ τὸ σῶμα. Vbi περιῤῥηδὲς τὸ ἐῤῥαντισμένον, h.e. circunquaque aspersum, aut circunquaq; irrigatum, aut vnguento madens & diffluens corpus significare potest: etsi corpus quod in alterutram partem delabitur sumunt interpretes, in eamq; causam vestes laneas aut lineas molles coxis supponendas monet Hipp.

Περιῤῥήξιες τοῦ σώματος, corporis abruptiones quæ circuncirca fiunt, cùm ossa corrupta & syderata, aut carnes emortuæ circuncirca abrumpuntur, lib. de art. (p.650.21. H.831.G.) & Mochl. (860.D)

Περίῤῥοιαι significant Hipp. circunfluos humorum effluxus, cùm ex vniuerso corporis ambitu affluentes humores in alueos & cauitates idoneas ad repurgationem, velut per emissaria quædam deponuntur, atque ita totum corpus superfluis humoribus, modò per aluum, modò per vesicam aut renes, interdum etiam per vomitum, atque alia corporis effluuia eluunt, ac veluti per ἐκκρίσεις repurgant. Has ἀποστάσιας κατ' ἴκριον vocare videtur Hip. Lib. 1. Epid. (p.358.54. H.943.E.) περίῤῥοιαι μετὰ πόνου χολώδεες, ξυσματώδεες, πυώδεες καὶ στραγγουριώδεες dicuntur circunflui non sine dolore humorum affluxus biliosi, strigmentosi, purulenti, & qui vrinæ difficultatem facerent. Vbi περιῤῥοίας sumere videtur Hipp. pro his humorum alluuionibus quæ per vesicam & renes totum corpus expurgant, & morborum molestiam alleuant, cùm alioqui περίῤῥοος significet Hipp. circunfluum humorum affluxum, qui per aluum erumpit. Sic lib. 1. Epid. ægr. 4. πολλὰ διῆλθε μετὰ περιῤῥόου χολώδεος. multa prodierunt cum bilioso affluxu. Et ægr. 16. li. 3. post st. pest. ἀπὸ δὲ κοιλίης πολλὰ κόπρανα διῆλθε, σὺν περιῤῥόῳ πολλῷ. Aluus stercora multa demisit cum magno humorum affluxu. Quo nomine vndique delatorum humorum eruptionem per intestina factam, & effluxionis impetum per aluum effusum significat. Et lib. 7. Epid. (p.1250.D.) ὑγρὸς περίῤῥοος est humidus humorum affluxus, cùm biliosa plurima per secessus effluunt. In Coac. (pag.221.G.) ἐν περιῤῥόῳ dicitur, in circunfluo humorum affluxu. Quo nomine defluxionem ex toto corpore in aluum secedentem intelligit. Velut libr. περὶ χυμῶν (p.47.36.) ἄνω περίῤῥοοι sunt recrementa corporis quæ circunquaque confluunt. Alioqui περιῤῥεῖν defluere & decidere indicat, vt lib. 3. Epid. in st. pest. (p.421.49. H.1083. F.) πολλοῖσι μὲν γὰρ βραχίων καὶ πῆχυς ὅλος περιεῤῥύη. Multis siquidem brachium ac cubitus totus deluebat, h. e. decidebat, aut prolabebatur.

Περισκελὲς φάρμακον, medicamentum durum, asperum, molestum, mordicans, irritans, non blandum. Lib. de vlcer. (pag.870. C.) ἀλλὰ ξηρὸν ἔστω ὡς μάλιστα φαρμάκῳ μὴ περισκελεῖ. sed quam maximè siccet, medicamento non molesto. μὴ δάκνοντι, μήτ' ἐρεθίζοντι σφοδρῶς. non mordaci, non valdè irritante, exponit Gal. lib 2. ad Glauc. (p.210.57.) vt monuimus nostris in lib. de vlcer. Annot. Rursus lib. 2. περὶ γυν. (p.664 20.) καὶ φαρμάκοισι μὴ περισκελέσι, καὶ κενοῦν μᾶλλον κουφοῖς. vbi subdititiis medicamentis non molestis aut asperis, aut grauibus, sed leuibus, ad purgandum vterum vti iubet. Περισκελέες αἱ ὀδύναι, dicuntur dolores graues & fortes ab interpretibus, lib. περὶ κρισίων (pag. 55.49.) Verùm locus non parum mihi suspectus est, & περὶ σκέλεα legendum videtur ex Coac. (pag.166.D.) vt nostris in eum locum Coac. Præf. Annot. adscripsimus. Etsi περισκελὴς Hesych. σκληρὸς, δυσχερὴς exponitur, durus, intractabilis, præfractus, prædurus. Sic περισκελεῖς φρένες, præfracta mens, prædurum pectus, quod nullis verbis aut precibus emollitur aut flectitur.

Περίσκληρα φύματα, circunquaque dura tubercula, & in ambitu dura, aphor. 12. sect. 1. lib 6. Epid. Vbi scribit Gal. in com. ὀνομάζει δὲ περίσκληρα τὰ τὸ μέσον ἑαυτῶν ἔχοντα μαλακὸν καὶ διαπυΐσκον. ὅσον δὲ ἐν κύκλῳ τούτου σκληρὸν καὶ δυσεκπύητον, ἢ ὅλως ἀνεκπύητον. Circunquaque dura verò vocat quæ in medio eorum mollia sunt, & ad suppurationem tendunt, quod autem est in ambitu durum & ægrè aut nequaquam ad suppurationem tendit. τὸ ψυχρὸν δέρμα περισκληρύνει, frigidum cutem durat, obdurat. σκληρὸν ἐργάζεται explicat Gal. com. ad aphor. 20. lib. 5. Quod repetitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.427.28.)

Περισσὴ ἡμέρη dies impar dicitur Hipp. cui ἄρτιος opponitur, aph. 61. lib. 4. ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν εἴωθεν. Nisi diebus imparibus febris dimiserit, ferè reuerti solet. Rursus libello περὶ κρισίων (pag.55.14.) ὑποτροπιάζει δὲ καὶ τρὶς πυρετὸς ἢν μὴ περισσῇ ἡμέρῃ ἀφῇ. Ter repetere febris solet, nisi die impari dimiserit. Lib. 4. de Morb. (p.505.30.) ἢν δὲ μεθῇ τὸ πῦρ ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων καὶ ὑγιὴς γίνεται ὁ ἄνθρωπος, καὶ θνήσκει. Si febris diebus imparibus dimiserit, tum quis sanus euadit, tum etiam moritur. ἡ περισσὴ ἡμέρη, γονίμη vocatur lib. 2. Epid. (p.1046.3. C.) & κρίσιμος in Progn. & Coac. Et Gal. com. in aph. supra adscriptum ἐν κρισίμοις ἡμέρῃσιν legere mauult quàm περισσῇσιν.

Περίσσωσις superuacaneam copiam & materiam, aut redundantiam, ac superfluam plenitudinem significat, aphor. 16. lib. 6. Epid. sect. 5. περισσώσιος σημεῖον, superuacaneam quandam copiam redundare indicat, salsus humor linguæ imbutus. Redundantis enim in corpore salsuginosi cuiusdam humoris notam præ se fert.

Περιστέλλειν est contegere, obuoluere, cooperire, circuncirca inuoluere, & amiculis contegere. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.99.42. H.399.19.) ad calorem augendum & coctionem iuuandam corpus quiescere iubet ἠρεμέοντα καὶ περιστέλλοντα ὁμαλῶς, vngentem & corpus æqualiter contegentem, aut vestimentis obuoluentem. Sic περιστέλλεσθαι est pannis contegi & conuolui, ac de extremorum & tanta corporis perfrictione dicitur Hipp. vt calidi innati depopulatio aut pernicies immineat, vt scribit Gal. lib. 3. περὶ δυσπνοίας (p.196.40.) Idem etiam in Exeg. περιεστέλλετο exponit apud Hipp. τοῖς περιβολαίοις ἑαυτὸν ἐκάλυπτεν. hoc est, amiculis aut indumentis sese contegebat. Quod legitur lib. 2. Epid. (p.1015.G.) & ægr. 3. lib. 3. Epid. ac rursus ægr. 15. lib. 3. Epid. post st. pest. αἰεὶ περιεστέλλετο. semper pannis contegebatur. Περιεσταλμένη ὑστέρη ἀμφὶ τὸ ἔμβρυον, vterus circa fœtum obuolutus, aut circuncirca inuolutus, hoc est, fœtum comprehendens & complexus dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p.603.9.) Est & περιστολὴ amictus compositus, lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p.24.42.) cuius meminisse vult Medicum in ingressu ad ægrum.

Περιστρέφεσθαι quod est circunuolui, περιπήγνυσθαι circumconcrescere explicat. Gal. com. 3. in Prorrh. (p.216.30.) & ex Homero, περιστρέφεσθαι κυκλοῦσθαι, περιπήγνυσθαι.

Περισφάλλεσθαι est oberrare, elabi, circumuagari, li. de art. (p.584. 10. H.782.G.) περισφάλλεσθαι τὸ σῶμα κινδυνεύει, ἢ τῇ, ἢ τῇ. periclitatur corpus ne in hanc vel in illam partem oberret, elabatur. Vnde περίσφαλσις dicitur circumactus, circumuagatio, oberratio, circũductio. Vnus reponendi articuli modus, cùm oberrãdo & circunducendo articulus luxatus reponitur, vbi præcipuè commissura laxa est, & acetabulũ exiguum labrum habet, quod fieri cõsueuit in humeri & coxæ capite, cùm excidit & reponitur. Quia enim paruo momento caput vel in ipsam dearticulationem vel extra delabitur, id circumagendo aut circumoberrando & κατὰ περίσφαλσιν fieri dicitur, vt scribit Gal. com. 1. in li. de art. (p.581.27.) & com. 4. (p.655.9.) ἀμφίσφαλσιν ibidem vocat Hipp. (p.654.47. H.833.D.) Paul. Ægin. περιστροφὴν καὶ περιφόρησιν, cap. 118. li. 6. vt quidã apud eum legunt, sed περίσφαλσιν malim. Dicitur & ἐκ περισφάλσιος ἐμβολὴ, cubiti luxati repositio, cũ oberrando & circunducendo reponitur, li. de art. (p.599.11. H.795.C.) & in Mochl. (p.851.B.)

Περίτασις circuntensio, vt περίτασις κοιλίης, aluus circuntensa, in Coac. (p.219.D.) & Prorrh. (pag.202.2. H.75.C.) Περίτασις προσώπου, faciei circuntensio, in ardore & reficcatione, cui iungitur σύμπτωσις, contractio & collapsio, li. 4. Epid. (pag. 1134.B.) Etsi publicata exemplaria περίθλιψις habent, quæ θλίψιν angustiam & afflictionem significare potest, sed περίτασις malim, vt in Coac. loco supra adducto. περίτασις τοῦ δέρματος τοῦ σώματος, cutis corporis circuntensa. Lib. etiam 4. Epid. (p.1139.B.)

Περιτενὴς, περιτεταμένον, apud Hip. exponit Erot. hoc est, circuntentum. περιτενὴς valdè tentus, contentissimus & rigidissimus dicitur. Lib. de art. (p.620.25. H.812.C.) περιτενέος γινομένου τότε τοῦ δέρματος ᾗ τέτρωται, cùm ea parte qua vulnus contigit, cutis circuntenta fit. Atque haud scio num apud Erot. περιτενέος & περιτεταμένου legendum sit.

Περίτηξις μυξώδης, mucosa eliquatio, cùm in hydrope ex ilibus, alui fluor diuturnus est, cruda & mucosa non sine morsu egerens. Quod fit propter intestinorum, ieiuni, ventriculi, & mesenterij inflammationem, ex qua iecur ipsum in consensionem trahitur, & ad hydropem res deuenit. In quo cruda & incocta alimenta velut onere grauantia deiiciuntur, quæ ex bilis copia & phlegmones ardore corrupta, morsum & rosionem inferunt, naturamque ad excretionem irritant, & profluuij habent diuturnitatem. Cum verò neque dolorem leuent, neque tumorem, sed cum dolore & morsu excernantur, rectè περίτηξιν vocat Hippoc. velut erosionem quandam & ex morsu eliquationem. In Coac. (p.194.C.)

εἶτα ἐκ τινος ἀῤῥωςίης ἐς ὕδερον περιςῇ), τούτοισι κοιλίαν ξηρὰς συ-ραθώδεις ἐοχεῖ) μετὰ περιπήξιος μυξώδεος. Quos ex aliqua ægritudine hydrops circumuenit, iis aluus reficcata caprinis ftercoribus fimilia deiicit, cum mucofa eliquatione.

Περιτόναιον aut περιτόναιον dicitur membrana totum ventrem inferiorem cingens & continens. Cùm enim huic toti obtendatur eumque contineat, inde nomen accepit. Abdomen Celfus vocat cap.1.li.4. cùm fcribit: Ipfa autem ilia inter coxas & pubem imo ventre pofita funt, à quibus ac pube abdomen furfum verfus ad præcordia peruenit, ab exteriore parte euidenti cute, ab interiore læui membrana inclufum, quæ omento iungitur, περιτόναιος autem à Græcis nominatur. Quibufdam etiam aqualiculus vocatur. Iul. Pollux περιτόναιον tunicam effe fcribit à renibus totum ventrem inferiorem & inteftina, continentem. ὁ δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἔντερα σχιζόμενος χιτὼν, περιτόναιον καλεῖται. Idemque rurfus lib.2. καλεῖται δέ τις καὶ περιτόναιος ὑμὴν, περὶ τῷ ὑποχονδρίῳ συμπεφυκώς, καὶ περιλαμβάνων κοιλίαν καὶ ἔντερα, καὶ πάντα τὰ ἀπὸ διαφράγματος τόπου μέχρι ἐπισείου. Rufus verò ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπ. μορ. καὶ ὁ ἀπὸ τῶν νεφρῶν περὶ πάντα τὰ ἔντερα χιτὼν τεινόμενος, περιτόναιον. Hipp. lib.7. Epid. (p. 1215.G.) περιτόναια in plurali dixit. σφόδρα πυκνὰ πληρωθέντα, καὶ ὄσχεον, καὶ σκέλεα, καὶ περιτόναια. valde oppletum eft fcrotum, crura & abdomen.

Περίττωμα corporis recrementum fignificat, & quicquid in corpore eft fuperfluum & ex nutritione redundat, in alendo corpore non affimilatum, nec confectum. Quod fcribit Gal. li. 1. Salub. (pag.221.31.) καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μὴ κατεργασθὲν ἀκριβῶς μηδ' ἐξομοιωθὲν ἔτι προσφύεται τῷ σώματι, καὶ ὡς περιττὸν ἀλᾶται κατὰ τὴν ἔνδον εὐρυχωρίαν, ὅθεν περ αὐτοῦ καὶ τοὔνομα πρὸς τῶν ἰατρῶν ὀρθῶς ἐτέθη περίττωμα. In quo opere fi quid nec confectum, nec prorfus affimilatum eft, id corpori nec adnafcitur accrefcitve, & per ipfius laxiora intus fpatia tanquam fuperuacaneum errat, vnde nomen quoque rectè à maioribus ei rei περίττωμα Græcè eft inditum.

Περιτυχεῖν ἰητρικῇ, eft fortuitò in medicinam incidere, hoc eft, fœliciter & fucceffu optimo, fortuitò tamen, opus factitare medicum. Quod de iis dicitur, qui abfque vllius Medici opera curati funt, & fortuitò medicinam experti funt. Lib. περὶ τέχνης (p.3.54.) δοκεῖν δέ μοι ἂν τι εἶη ἰητρῷ μὴ χρωμένους ἰητρικῇ περιτυχεῖν. videtur autem mihi fieri poffe, vt & qui medicis non vtuntur, in medicinam incidant. Et rurfus, ἀλλ' ὡς τ' ἂν ἐπιτύχοιεν τοιαῦτα θεραπεύοντες ἑωυτούς. fed quia contigit ipfis eadem curatio. Vbi περιτύχοιεν habent exemplaria manu fcripta Regia, hoc fenfu, fed quia inciderunt in idem curationis genus, aut, fortuitò idem curationis genus offertur.

Περιφοράδην ὁδοιπορέειν, eft ambulare crus circunuoluendo aut circumagendo, h.e. in orbem transferendo & circunducendo. Quod iis accidit, quibus femoris caput coxa excidit, quique ad inguen dearticulationem flectere nequeunt. Ij enim ambulationem exteriorem in partem circunferunt, aut circumagendo transferunt, velut boues. κυκλοτερῶς περιφέρειν, aut κυκλοτερῶς μεταφέρειν, aut ἔξω περιφέρειν, exponit Gal. com.3. in li. de art. (p.627.H.819 B) & τὸ σκέλος ἐκκλίνειν κατὰ τὴν ἔξω χώραν, quid eft crus circumferre & circumagere, exteriorem in partem adducendo conuertere. In Mochl. (p 852.D.) ὁδοιπορέουσι δὲ περιφοράδην ὡς βόες. crus autem circumagendo aut circunducendo ambulant, velut boues. & lib. de art. (pag. 627.10.H.619.B.) ἐπὶ ὁδοιπορεῖν περιφοράδην τοῦ σκέλεος, ὥσπερ τοῖς βουσὶ γίνεται. in crus circunducendo ambulant, velut boues.

Περίχολα διαχωρήματα funt alui excrementa circunbiliofa, hoc eft bile circunfufa & refperfa. In Prorrh. (p.187.19. H 71.E.) vbi Gal. exponit, τὰ πέριξ αὐτῶν ἔχοντα χολὴν τῇ συστάσει λεπτήν. h.e. in ambitu tenui bile refperfa. Eiufmodi autem deiectiones περίχολα dici fcribit, id eft in ambitu & fuperficie coloratas. Idem verò in vrinis τὸ περίχολον aliud fignificare vult, nempe abunde biliofum. ἀκούειν δὲ ἐπὶ τῶν οὔρων τὸ περίχολον ἐναργέστερον δεῖ, αὐτὸ τὸ περιττῶς χολῶδες. Rurfus in Coac. (p.217.B.) περίχολον διαχώρημα ἀφρῶδες, circumbiliofum & fpumans alui recrementum dicitur, quod eft in ambitu biliofum, & caloris copiam indicat. Et iterum (ib.G.)

Περίχυδα circunfufo humore aut circuncirca affufo, & eft aduerbium, quo vtitur Hipp. lib. περὶ παθῶν (p.518.38.) τὰ ἄλφιτα τῶν κριθῶν ἀποπεφρυγμένων περίχυδα ἐπιπασσόμενα, hoc eft, polenta ex hordeo circumcirca afperfo & decorticato, aut hordeo humore circumcirca affufo pifto & pinfito. Quod hordeum perfufum & non madefactum dicitur, cui αἱ κριθαὶ βεβρεγμέναι, opponuntur, hordeum humore maceratum & madefactum.

Περίψυξις perfrictionem fignificat, interdumque totius corporis, interdum etiam extremorum corporis, cùm fumma cutis planities, aut corporis extrema circuncirca perfrigerantur. Galen. com.3. in Prorrh. (p.211.29.) περιψύχεσθαι δὲ ἐπὶ τοῖς ἄκροις γινομένης, τὴν δὲ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, χαλεπωτέραν δηλοῦσι περίψυξις ἐστὶν ἡ καθ' ὅλον τὸ σῶμα. Cùm verò fit perfrictio quædam extremorum, quædam etiam totius corporis, maiorem fanè moleftiam ea exhibet, quæ circa totum corpus contingit. Et rurfus ibidem (v.48.) καθάπερ γε καὶ περίψυξις δυσαναθέρμαντος, ὅλου τοῦ σώματος, ἢ τῶν ἀκρωτηρίων μόνων. velut equidem perfrictio aut totius corporis, aut extremorum tantùm, quæ ægrè ad calorem reuocatur. Quod effecit vt τὰ περιψυχόμενα, cum totius corporis perfrictione vertèrimus, in Prorrh. (p. 211.25.H.78.E.) Ac rurfus ibid. (p.213.16.H.79.B.) ἐν κρισίμοις περιψύξεσι. in perfrictionibus totius corporis, quæ die iudicatorio contingunt. Et in Coac. (p.118 B) οἱ ἐκ ῥίγεος περιψυχόμενοι, qui ex rigore corporis perfrictione detinentur. Sic περιψύχεσθαι & περίψυξις de extremorum perfrictione dicitur Hipp. vt ægr 3.lib.1. Epid. ἑβδόμῃ περιέψυχε. feptimo corporis fumma perfrixerunt. Et ægr.1. & 2. libr.3 poft ft. peft. περιέψυξε δὲ, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. Corporis quidem fumma perfrixerunt, fed mox recaluit. Quam extremorum perfrictionem περιψύξει attribuit Gal. cap.2. lib. περὶ καύματος, eique τὸ ἀναθυμιᾶσθαι opponi fcribit. Quæ phrafis crebra eft apud Hipp. Dicitur & περιψυχθεὶς πυρετὸς febris perfrigerata, in qua corporis extrema perfrigerantur, & interna calor depafcitur, vbi circunfrigent ægri. In Prorrh. (p.173.12. H.67.G.) τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα καύματα ἐν ὑποχονδρίοισι, πυρετῶ περιψυχθέντος. Relicti in præcordiis æftus cum febre perfrigerata. Et rurfus ibid. (pag.207.35. H.77.C) περιψύξιες τε οὐκ ἄπυροι, fummi totius corporis perfrictiones non fine febre. Quæ Gal. exponit, κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν περιψύξεις μὲν, τὴν διάθεσιν δὲ τοῦ σώματος αἴσθησιν ἔχοντα πυρώδους θερμασίας. Perfrictiones exterioris corporis fuperficiei, intus autem febrilis caloris fenfum habentes. Rurfusque ibid. (p 189 54. H.72.A.) ὁκόσαι ἐν κρισίμοις ἄνευ ἱδρῶτι περιψύξιες. fummi totius corporis perfrictiones, quæ in diebus iudicatoriis cum angore & corporis inquietudine citra fudorem fiunt. Aret. etiam περίψυξιν pro extremorum perfrictione vfurpauit cap.6. lib.1. curat. acut. in Tetano.

Περιωδυνίη vehementem & circuntenfum partis dolorem interdum fignificat apud Hipp. quemadmodum ὤτων περιωδυνίην, grauiffimos aurium dolores diximus lib.2 Epid. (pag.1056.D.) Et περιωδυνίη de vehementi ac acerbo capitis dolore dicitur lib. περὶ παθῶν (p.516.38.39.) οἶνον δὲ μὴ προσφέρειν, ἕς τ' ἂν ἡ περιωδυνίη παύσηται. ὅ,τι γὰρ θερμὴ ἐοῦσα ἡ κεφαλὴ ἑλκύσῃ, ἡ περιωδυνίη ἰσχυροτέρη γίνεται. Vinum non offeratur donec dolor conquieuit. Cùm enim caput calidum effectum vinum attraxerit, vehementior dolor euadit. Sic κεφαλὴν πονέοντα καὶ περιωδυνέοντα, capite dolentem & vehementer laborantem interpretantur, aph.10.lib.6. Et περιωδυνίην de capitis dolore vehementer vexato dicitur lib.3 de Morb. (pag.488.4.) vt & περιωδυνίην lib.5. Epid. (pag.1145.D.) Et lib.5. Epid. (p.1149. D.) περιωδυνίη ἰσχυρὴ, de vehementi mulierbrium locorum dolore dicitur, vt & ibid. (1151.C.) de vehementiffimis totius corporis doloribus. Sic περιωδυνᾶσθαι de vehementi hepatis dolore effertur aph.52.lib.7. & Galen. σφοδρῶς ὀδυνᾶσθαι exponit. Rurfus in Coac. (pag.189.G.) οἷσιν ἧπαρ περιωδυνᾶται, quibus hepar vehementer dolet, diximus. περιωδυνίας σφοδρὰς oculorum intentiffimos dolores, oculum totum ambientes vocat Gal. libr. περὶ τῶν πεπονθότων (pag 477.4.) & ad Solonem (p.439.11.) de aurium doloribus περιωδυνίας dicit, vt & Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.117. 24. H. 407.23.27.) de oculorum doloribus περιωδυνίας & τοὺς περιωδυνέοντας, oculos dolentes. Et rurfus ib. (p.107.17. H.402. 42.) τῶν φρενῶν περιωδυνίας fepti tranfuerfi dolores dicuntur. Rurfufq; (p.92.57. & 93.1. H.396.44.45.) ὑπὲρ φρενῶν περιωδυνίας, fupra feptū tranfuerfum dolores, & ἥπατος περιωδυνίας, iocinoris dolores. Et περιωδυνέων dolore vexatus, ibid. (p.107. 55.H.402.40.) πλευριτικοῖσιν ἀρχῇ περιωδυνέουσιν. Latus dolenti inter initia dum dolor vexat.

Περκνὸν apud Hipp. atrū & nigrū fignificat, li. de cap. vuln. (p.911. E.) vbi de offe per inflammationē corrupto & viciato fcribitur, ἐγένετο περκνὸν, & nigrū euadit. Sic περκνὸν μέλαν exponit Erot. hoc fubindicato loco Hefych. μέλαν ἢ ποικίλον, varium & variis notis diftinctū. Eidē etiā περκνὸς μέλας & γλαυκὸς exponitur, vt & Sudæ & Varin. μέλας καταστικτος, qui variis notis diftinctus eft. Quidam περκνὸν accipi voluit quod μορφνὸν apud Homer. dicitur. Verùm Arift. hift. anim. lib 9. cap.32. inter μορφνὸν αἰετὸν & μέλανα diftinguere videtur. Ex quo apud Plin. lib.10. cap.3. inter aquilarum genera, περκνὸν nigrū exponi videtur. Vnde & περκάζειν ductū eft, quod de vuis nigrefcentibus vbi pingi & maturefcere incipiūt dicitur. Quod rectius ἀπὸ τῆς

manare videtur. Quidam autem apud Hipp. καρχνὸν, hoc est asperum, pro περκνὸν legunt. At verò inde manifestum esse vitium deprehenditur in Exeg. vocum Hipp. apud Gal. cùm περκναὶ, μελαίνουσαι, πελιδνοῦσαι, hoc est nigrescentes, liuescentes exponitur, cùm περκναὶ leg. sit, vt habent quædam exemplaria, aut περκνὸν, & μελαίνουσα & πελιδνοῦσα, hoc est nigrescens & liuescens, pro quo malè περσινὸν legisse videtur Gorr. Ac si mihi coniectura in re tam arbitraria vti licet, existimo Gal. περκναὶ pro πελιδναὶ legisse, lib. περὶ αἱμορροΐδων (p.891.H.) cum de hæmorrhoidibus scribitur, ὑπέχουσι γὰρ ἐς τὸ εἴσω τοῦ ἀρχοῦ ὥσπερ ῥάγες πελιδναί. interiore enim ani parte extant, velut acini vuæ liuescentes. Huic enim loco aptissimè conuenire hæc lectio & Gal. expositio potest.

Πέρναι Erot. apud Hipp. πωλῶν exponit, h.e. vendens, aut venum exportans, adducto Homeri testimonio ex Il. χ. (v.45.) κτείνων & περνὰς νήσων ἔπι τηλεδαπάων, interficiens & vendens insulas in remotissimas. Participium à περνάω vel πέρνημι, quod significat vendo, vel in aliam longinquam regionem venum exporto. περνάω, vt περάω, πέραν που ἢ μακρὰν τῆς οἰκίας πωλῶ, venum exporto. περνὰς πιπράσκων exponit Schol. apud Hom. Et Hesych. περνᾷ ἐμπολᾷ, & πέρνησι, πωλήσει.

Περόνην Gal. in Exeg. exponit apud Hipp. ποτὲ μὲν ἐσοῦν ὅλον κῶλον, ποτὲ δὲ ἐπίφυσιν ὀστοῦ, ποτὲ δὲ ἐπιφύσεως ἐπανάστασιν. hoc est, interdum quidem os totum membri, interdum verò quod ossi adnascitur, quandoque etiam eius extuberantiam. At verò totum artus os dupliciter indicat apud Hipp. Nam interdum pro exteriore osse tibiæ, quod suram, aut fibulam appellant, sumitur. Est vbi etiam radium, qui cubito in brachio iungitur, significat, vt lib. de loc. in homine, (p.410.33.) κάτω μὲν περόνη προσφυεται. infra quidem radio coarticulatæ sunt. Et (v.34.) ἄνω δὲ σμικρῷ τῆς περόνης ἐς τὸ ἀγκῶνα. supra autem radium paulùlum in cubiti gibbum. Et (ibid.) τὸ, τὸ ὀστέον καὶ ἡ περόνη ἐς τὸ αὐτὸ συμβάλλοντα, ἄρθρον ἐν τῷ κυβίτῳ ποιέουσι. tum os, tum radius in idem commissa, articulum in cubiti gibbo faciunt. Et (v.41.) αὐταὶ ἀμφότεραι ξυμβάλλουσι περὶ τὴν περόνην, ipsæ vtræque commissæ ad radium. Et (v.42.) καὶ περόνην καλουμένην ποιέουσι. & radium appellatum faciunt. Pro fibula verò περόνην vsurpat Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p.274.26.) τὰ μὲν ἐς σάρκας, τὰ δὲ παρὰ τὴν περόνην, ἐς τὸν μέγαν δάκτυλον. partim in carnes, partim in fibulam, in magnum digitum. Et rursus (v.31.) τὸ δὲ ἐς περόνην. alius in fibulam. Et lib. de art. (p.642.42. H.827.G.) ἀντωθεῖς δὲ ἐς τὸ ἔξω μέρος τὸ τῆς περόνης, τὸ κατ' αὐτὴν τὴν ἴξιν. contra verò os fibulæ è directo in exteriorem partem repellatur. Vbi tamen πτέρνης, non περόνης, cum Gal. & interpretibus leg. diximus, & os calcis vertimus. Et Gal. in com. os tibiæ exterius περόνην Hipp. dici testatur, vt & comm.2. in lib. de fract. (p.549.9.) & com.3. (p.573.58.) Pro epiphysi autem & eo quod ossi adnascitur. περόνη sumi videtur lib. de loc. in homine (p.410.30.) παρὰ δὲ τὸ ὀστέον περόναι δύο παρήκουσιν. Iuxta os autem appendices duæ prodeunt. Et (v.36.) παρὰ δὲ τὸν πῆχυν περόναι παρήκουσι λεπταὶ πάνυ τέσσαρες. Iuxta vlnam verò appendices prodeunt tenues valdè quatuor. Et (v.38.) & πρὸς μὲν τὸν ἀγκῶνα δύο περόναι πεφύκασιν ἄνω ἐκ τοῦ ὀστέου πεφυκυῖαι. Et ad cubiti gibbum quidem duæ appendices consistentes, supra ex osse hærent. Et (v.45.) αἱ δὲ περόναι ταύτῃ ἁπαλαὶ ἐοῦσαι. Appendices verò hac parte teneræ existentes. Et verò pro appendice, & pro eius protuberantia, περόναι sumi videntur, ib. (411.15.) παρὰ δὲ τὴν κνήμην περόναι δύο παρήκουσιν, αἳ κάτωθεν μὲν πρὸς τοῦ ποδὸς τὰ σφυρὰ τελευτῶσιν. Iuxta tibiam autem appendices duæ procedunt, quæ infernè ad malleolos pedis finiunt. Et (411.1.) παρὰ δὲ τοὺς μηροὺς περόναι δύο παρήκουσιν. ἡ μὲν, ἔσωθεν, ἡ δ' ἔκτοσθεν. Iuxta femora autem appendices duæ protenduntur, altera intus, altera foris. Quod de nodosa illa ossis protuberantia intelligi videtur, adeoq; hunc mihi locum ab Erot. subnotari auguror, cùm περόνας exponit, καὶ κονδυλώδεις τῶν ὀστέων ἐπαναστάσεις. οὕτω κεῖται νῦν, ὅτι δὲ ἀντὶ τῆς κερκίδος τάττει τὴν λέξιν. Διαγόρας δὲ ὁ Κύπριος φησι τὰ προαιρετικὰ νεῦρα περόνας αὐτὸν καλεῖν. hoc est, περόνας nodosas ossium eminentias. Sic nunc ponitur. Interdum verò pro radio hanc dictionem ponit. Diagoras verò Cyprius inquit, περόνας eum appellare neruos voluntarios. Illic autem voces libri de locis in homine ab Erot. explicari satis constat, ex dictionibus πλάγιαι, παρήκουσι, πιέζοντα. Quòd autem apud eundem Erot. scribitur πόρπαι διαπεῖραι, idq; pro expositione ponitur, manifestum esse vitium apparet, cùm neque admodum consentiant exemplaria, & quædam περόνα & διαπείρειν scribant, quædam etiam περονᾶν & διαπερονᾶν, quod est fibulare, aut fibula nectere, & terebrare. Sunt etiam περόναι Hesych. τὰ ἀντικνήμια τῇ κνήμῃ ὀστᾶ.

Περσινὸς exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. ὁ περυσινὸς οἶνος, ὁ περυσινὸς τις ὤν, ὡς καὶ αὐτίκα ὀνομάζει τὸν αὐτοετῆ. vinum anni superioris, velut ex anno superiore restans, quemadmodum αὐτίκα appellat τὸν αὐτοετῆ, vinum hornum & eiusdem anni. Verùm περυσινὸς & περυσιαι fortè legendum videtur, quòd πέρυσι, anno præterito, anno proximè elapso significet & περυσινὸς καρπὸς, fructus anni superioris dicatur Theoph. hist. plant. li. 3. cap.12. Πέρυσι etiam ὁ παρεληλυθὼς χρόνος exponitur Hesych.

Πεσσὸς φθόριος, pessus abortiuus, talus vuluæ subditilius ad corrumpendum fœtum, est medicamentum corrumpendo fœtui idoneum suppositum. In iureiurando Hipp. ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω. Similiter neque mulieri talum vuluæ subditilium ad corrumpendum fœtum exhibebo. Quid autem sit πεσσὸς, vide apud Gorr.

Πεταλώδεις ὑποστάσεις, foliosa sedimenta, aut squamis & laminis similia, in Progn. (p.140.41. H.40.39.) Vbi scribit Gal. huiusmodi sedimenta solidarum corporis partium inæqualem colliquationem indicare. Idem com. ad aph.76. li.4. πεταλώδης οὖρον, h.e. in vrina foliorum similia quædam inesse scribit, vesica resoluta aut exesa, vt & aph.81. eiusdem libri, laminis aut squamulis similia vesicæ exulcerationem denotant. Idem Gal. com.5. in li.6. Epid. (p.514.17.) τὸ πεταλῶδες in vrinis vesicæ colliquationem indicare scribit. Et lib.1. de loc. aff. (pag. 249.7.) τὰ μὲν πεταλώδη τοῖσιν οὔροισιν ἐμφερόμενα τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει. Quæ per vrinam foliis similia feruntur, vesicæ exulcerationem significant. Quod etiam repetit lib.6. (p.313.58.) ferè autem πεταλώδη & κριμνώδη ὁμοῦ funguntur, vt in Progn. & lib. de Temp. totius morbi (p.387.53.) Sunt autem τὰ πέταλα aut πέταλα, vt scribit Hesych. φύλλα, folia, aut, vt Eustath. ἀναπεπταμένα καὶ πλατέα φύλλα, expansa folia. Actuar. autem lib. περὶ οὔρων, πέταλα δ' ἴσμεν ὀνομασμένα ὅσα μῆκος μὲν & πλάτος ἔχει, οὐ μὴν τι περὶ τούτοις & βάθος ἐπίδηλον. πέταλα, hoc est, folia aut laminas vocari nouimus, quæ & longitudinem & latitudinem habent, non etiam euidentem profunditatem.

Πεφυκέναι est affectum esse & aptum, aut aptitudinem habere, διακεῖσθαι exponit Gal. com. in aph.3. li.3. Sic aph.2. & 3. li.3. εὖ ἢ κακῶς πεφυκέναι naturæ & morbi dicuntur, qui melius aut peius affecti sunt, aut aptiores habentur, & bene aut malè se habent.

Πέψις, coctio, in proprio significatu, est (vt scribit Gal. com.1. in libr. Epid. (p.365.36.) εἰς τὴν τοῦ πέττοντος οὐσίαν, ἀγωγή τις τοῦ πεττομένου, hoc est, eius quod coquitur, in coquentis substantiam deductio quædam. Corpore enim secundum naturam se habente, cùm id quod concoquitur coquenti familiarem naturam adeptum fuerit, totius substantiæ quæ concoquitur fit mutatio & alteratio, aut maximæ eius partis, semicocto modico nobis superfluente. At in his quæ præter naturam se habent, hoc est aliena sunt à natura tum permutantis, tum alterantis, quod quidem adsimilatur paucum est, semicoctum verò superfluum multum. Hanc certè eorum quæ præter naturam sunt ad mediocre temperamentum deductionem, ac velut naturæ euictionem, Gal. πέπανσιν & πεπασμὸν vocari Hipp. scribit. Verùm generaliore quodam significato πέψις eidem etiam nominatur, vt cùm πέψις δὲ ἡ τῆς dicitur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.65.38. H. 390.53.) Cuius quidem coctionis vniuersaliores notiones explicat Gal. in Commentario, vt & libr.1. de diff. feb. (pag. 324.56.) & cap.8. lib.5. de simpl. med. fac. vbi certè πέψις etiam dicitur, cùm natiuo calore externum euincente & superante, fit quædam putredine permixta concoctio, aut eorum quæ vitiosa sunt moderatio & mitigatio quædam, vt in pure & vrinæ hypostasi, ac morborum coctionibus contingit. Sic πέψις Empedocli σῆψις quædam dicebatur, vt testatur Plutarch. quæst. nat. quæst.2. ἡ δὲ πέψις ἔοικεν εἶναι σῆψις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων

Οἶνος ἀπὸ φλοιοῦ πέλεται σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ. h. e. coctio autem videtur esse putrefactio, velut Empedocles testatur,

In ligno putrefacta aqua fit sub cortice vinum.

De tota autem, tum veræ, tum impropriæ coctionis natura & causis appositissimè multa Gorrh. ex Gal.

¶ Πηδηθμὸς φλεβῶν, venarum saltus, aut percussus, quemadmodum venarum percussum dicit Plinius, pro arteriarum pulsu, cap.51. lib.7. Lib. Epid.7. (pag.1221.B.) πηδηθμὸς δὲ φλεβῶν περὶ κροτάφους κατεῖχεν. venarum autem percussus ad tempora detinebat.

Πηνεῖα scribit Gal. in Exeg. τὸν ἀρχαῖον significare. Hipp. autem lib. de Hæmorrh. & fistulis eo nomine τὴν ἕδραν, hoc est anum, vocare. Qui certè locus suspectus est, & memoriæ lapsum continet. Neque enim ea vox ibi legitur. Eam tamen videtur agnoscere apud Hipp. Erot. & τὸν ὄρχον exponere. Sed vitiosè apud eum πήρα pro πήνεια aut πηνεῖα legitur,

Sic

Sic autem apud eum scribitur: πηρίνα, τ̀ὸ ὄσχεόν φησιν ὅτω καλεῖσθαι Ἀντίγονος ὁ γραμματικός, παρὰ τὸ ὡς ἐν πήρᾳ φησί. καὶ ἐξ ἐλάφοιο καὶ πηρίνα θοραίην. Quæ omninò vitiosissimè scripta sunt, vt ex Sudæ verbis patet: πηρίνα, τὸ ὄσχεον φησιν ὅτω καλεῖσθαι Ἀντίγονος ὁ γραμματικός, παρὰ τὸ ὡς ἐν πήρᾳ, ὡς καὶ Νίκανδρος ἐν Θηριακοῖς φησί. Ἠὲ καὶ ἐξ ἐλάφοιο ταμὼν πηρῖνα θοραίην. Quod est, πηρῖνα, scrotum sic vocari ait Antigonus Grammaticus, quòd sit ἐν πήρᾳ, hoc est in sacculo. Quemadmodum & Nicander in Ther. Aut etiam cerui scrotum genitale incidens. Est autem versus 586. apud Nicand. in Ther. vbi πηρῖνα legitur. Interpres tamen πηρῖνα legit, & significare scribit: ποτὲ μὲν τὸ ἀγγεῖον τῶν διδύμων, ποτὲ δὲ τὸ ἄκρον τῦ αἰδοίου, ἐξ ὃ καὶ σπέρμα ῥεῦσαι γίνεται, h.e. interdum testiculorum vasculum, quod est scrotum, interdum pudendi extremum, vnde semen profluit. Indeq; θοραίην πηρῖνα, genitale pudendum, τὴν σπερμαίνουσαν exponit Schol. θορὸς γὰρ τὸ σπέρμα, πηρὶν verò cæteris ὁ ὄρχις dicitur, testiculus, quasi σπορὶν, παρὰ τὸ σπείρειν δι' αὐτῦ τέκνα. πηρὶν exponitur Sudæ τὸ αἰδοῖον & πηρὶς, ὄσχη, καὶ ἄλλη αἰδοῖον Hesych. De loco autem Hipp. nondum liquet.

Πηρῦσθαι est membro aliquo captũ esse, mutilari, debilitari, oblædi, mancum esse aut mutilum. Eaq; dictione crebrò vtitur lib. περὶ γονῆς Hipp. vt (p.234.53.54.) in causis mutilati fœtus aut parte aliqua corporis capti. τὸ δὲ πηρωθὲν ἐν τῇσι μήτρῃσι παιδίον φημὶ αὐτό, ἢ φλασθὲν πηρωθῆναι τῆς μητρὸς πληγείσης κατὰ τὸ ἔμβρυον. Mutilatum autem in vtero puerum existimo, aut quòd collisus sit ex matris circa fœtum plaga. Rursusque ib. (235.1.) ταύτῃ πηρῦται τὸ παιδίον, ea parte puer mutilatur. Et (3.) ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ τοιῷδε πηρῦται παιδία. Quin & ob aliam huiuscemodi causam pueri mutilantur. Et (v.5.) ἐπὴν ἐν τῇσι μήτρῃσι κατὰ τὸ χωρίον, καθότι καὶ ἐπηρώθη στενὸν ᾖ, ἀνάγκη ἐν στενῷ κινευμένε τῦ σώματος, πηρῦσθαι κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον. Cùm in vtero locus is in quo mutilatus fuit angustior fuerit, corpus dum in angusto mouetur, iuxta illum locum mutilari necesse est. Et (v.11.) ὅτι δὲ ἐκ πεπηρωμένων ἀνθρώπων ὑγιέα τίκτονται τὰ παιδία. Quòd autem ex mutilatis hominibus sani & integri gignuntur pueri. Et (p.235.13.) ἔχει γὰρ τὸν ἀριθμὸν πάντα τὸ πεπηρωμένον τῷ ὑγιεῖ. Habet enim mutilum omnes partes ad numerum quas & sanum. Et (v.17.) ἀσθενέστερον δὲ τὸ κατὰ τὸ πεπηρωμένον, imbecilliorem genituram parte mutilata habent. Et (ibid.) ὁ δὲ σῶμα δέ μοι δοκέει καὶ πηρωθῆναι, καθάπερ ὁ τοκεύς. Vt proinde mirum mihi minimè videatur, si fœtus ipse mutiletur sicuti parens. Rursus lib. de art. (p.641.15.) H.826.G.) πηρῦνται τύπτειν τὸ σκέλος. ij crure capiuntur, vt membris & oculis capti dicuntur. Hinc πήρωσις debilitatem, mutilationem & membri alicuius oblæsionem indicat, vt ibidem (v.29.H.827.B.) μείζους καὶ ἐπιδηλοτέρας τὰς πηρώσιας καὶ κακώσιας ἔχει τὰ τοιαῦτα. maiores & manifestiores debilitates & oblæsiones hæc habent. Et (v.31. H.ib.C.) μείους καὶ ἀσινέστεραι αἱ πηρώσιες γίνονται τύπτειν. minores magisq; innoxiæ his debilitates contingunt. Sic πήρωσιν debilitatẽ vertit Plinius ex Theophr. ἐνίοις δὲ πηρώσεις οὐκ εἰς φθορὰν γίνονται τισιν, ἀλλ' εἰς ἀκαρπίας. Quibusdam debilitas sterilitatem, non necem affert. πηρὸν τὸ ἐστερημένον, parte aliqua captum & priuatum exponit Hesych: vt & πήρωσιν βλάβην, λύπην. πηραὶ τὰ σκέλεα, cruribus mutilatæ, priuatæ, aut captæ, hoc est, claudæ, dicuntur, li.2. περὶ γυν. (p.647.46.) ἄτοκοι δὲ πολλαὶ καὶ πηραὶ τὰ σκέλεα πολλάκις γίνονται. Steriles autem multæ & cruribus captæ plærunque euadunt, hoc est, claudæ. Sic enim lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.567.51.) χωλαὶ, pro πηραὶ τὰ σκέλεα scribitur. Rursus ibidem (648.6.) πεπηρωμένον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων, os vteri oblæsum & vitiatum significat, hoc est, conclusione & auersione durum effectum. πηροὶ sunt Erot. οἱ βλαπτόμενοι, læsi parte aliqua & mutilati, κατὰ πηρῶσι, καταβεβλαμμένοι, oblæsi.

Πηχίδιον, τὸ ταῦρον exponit Erot. apud Hipp. οἱ δὲ περίνεον. Βακχεῖος δὲ διάβασιν τινα. taurum, hoc est, proximum sub scroto locum, alij περίνεον, spatium inter anum & scrotum interiectum. Bacchius autem transitum quendam. Verùm διάστημά τινα forte legẽdum, quod significat interstitium aut interuallum quoddam interiectum. Est autem ταῦρος Polluci lib.2. proximus sub scroto locus, cùm scribit: τὸ δὲ ῥαφῇ μὲν προσεοικός, ὑπὸ δὲ τὸν καυλὸν διὰ τῦ ὄσχεν μέσον ὑπὸ τὴν ὀνομαζόμενον ταῦρον εἰς δακτύλιον καταλῦγον, περίναιον ὀνομάζεται καὶ τράμις καὶ ὄρρος. Quod est: Suturæ autem simile, quod sub cole per medium scrotum sub tauro nominato in podicem desinit, περίναιον & τράμις & ὄρρος appellatur. Auth. verò Isag. (p.376.34.) ταῦρος nominatur, τὸ διάστημα μέχρι τῆς ἕδρας, pars ea quæ à scroto ad sedem vsque producitur. Sic Eusthat. ταῦρος exponitur τὸ ὑπὸ τὸ ὄσχεον, seu ὄρρον, pars ea quæ interiecta est inter scrotum & anum. Quanquam ὄρρον & τράμιν latius accipere videtur Pollux. ταῦρος etiam latius accipitur Sudæ & exponitur τὸ αἰδοῖον τῦ ἀνδρός, virile pudendum. Vnde ἀταύρωτος ἡ παρθένος apud Tragicos Polluci dicitur, virgo integra, non corrupta, quæ nondum virile pudendum experta est. Sic enim ἀταύρωτη apud Aristoph. exponitur Sudæ, ἁγνή, ἄμικτος, ἄζευκτος γάμῳ, casta, integra, nondum complexum virilem aut nuptias experta. Sic λασίαυροι à Comicis sugillantur, οἱ περὶ τὸν ταῦρον δασεῖς, veluti λασιόταυροι, qui ea parte quæ taurus nominatur, sunt hirsuti aut hispidi, quod de salacibus aut ad Venerem pronis dicitur, & insigniter mutoniatis. Quòd verò ad Hipp. locum attinet, nondum mihi liquere palam profiteor, neque etiam sine labis suspicione Erot. locum scriptum existimo.

Πῆχυς, cubitus. interdum totam eam partem significat apud Hip. quæ inter manum & cubiti gibbum protenditur, interdum alterum ex duobus ipsius partis ossibus longius, quod cubitus priuatim & vlna vocatur, vt scribit Gal. Com.2. in lib. de fract. statim initio. τινὲς μὲν τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον, ὡς κατὰ τὴν ἔμπροσθεν λέγον, ὠνόμαζον πῆχυν ἐνίοτε μὲν ὅλον τὸ μέσον ὃ μεταξὺ τὸ κατὰ καρπὸν τε καὶ ἀγκῶνα διαρθρώσεως ἐστὶν· ἐνίοτε δὲ τῶν κατ' αὐτὸν δυοῖν ὀστῶν τὸ μακρότερον. ὥστε αὐτὸν ὀνομάζειν βραχίονά φασι τὸ μεταξὺ ὃν τὸ κατ' ὤμον τε καὶ ἀγκῶνα, ἐ τὸ περιεχόμενον ὀστῦν ἐν αὐτῷ. Nonnulli eorum qui hunc librum exposuerunt, non secus ac in superioribus πῆχυν, h.e. cubitum, appellabant, interdum quidem totum membrum quod est inter manus & cubiti gibbi dearticulationem, interdum verò ex duobus eius membri ossibus, id quod est longius. Ita brachium appellare Hippocratem dicunt, membrum quod est inter humeri & cubiti articulum, & os quod in eo membro continetur. Qui certè locus vitiosè nostris in exemplaribus legitur. Rursus Com.4. in lib. de art. (p.648.10.H.829.F.) ὥσπερ ὅλον τὸ μεταξὺ γόνατος καὶ ἀστραγάλου, κνήμην ὀνομάζει, συγκείμενον ἐκ δυοῖν ὀστῶν, οὕτως καὶ τὰ μεταξὺ βραχίονος καὶ καρπῦ, πῆχυν, ὅτι τοῦθ' ἓν ἁπλοῦν ὑπάρχον, ἀλλ' ἐκ δυοῖν συνθετόν. ὀνομάζεται δὲ τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν κερκίς, τὸ δ' ἕτερον ἰδίως πῆχυς. Sicut totum id quod inter genu & talum est, ex duobus ossibus constans, tibiam appellat: ita quoque quod inter brachium, & primam palmæ partem intercedit, πῆχυν, h.e. cubitum vocat: quod neque ipsum vnum & simplex existit, sed ex duobus ossibus est compositum, quorum alterum radius, alterum cubitus propriè appellatur. Hanc verò totam partẽ duobus ossibus constantem Celsus cap.1. li.8. brachium vocat, & os superius & breuius, radium, longius & inferius, cubitum. At πῆχυς pro toto eo membro sumitur Hipp. lib. de fract. (p.531.18.H.752.H.) τῶν δὲ ὀστέων τῦ πήχεος ὧν, μὴ ἀμφότερα κατέηγε. Quando autem cubiti os vtrunq; fractum non est. Et lib. de art. (p.648.1.H.829.F.) ὁ αὐτὸς δὲ λόγος ὑπὲρ ὧν καὶ τὰ τῦ πήχεος ὀστέα τὰ παρὰ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς ἕλκος ποιήσαντα ἐξίσχῃ. Eadem verò ratio est, si ossa quoq; cubiti ad articulum manus vlcere facto emineãt. Propriè verò pro cubito aut vlna sæpius vsurpatur li. de fract. vt (p.528.55.& 56.H.751.C.) ἥτε γὰρ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς ἐν τῇ τῦ πήχεος βαθμίδι, ἐν τούτῳ τῷ σχήματι ἐρεῖδον, ἰθυωρίην ποιέει τῦ ὀστέου τῦ πήχεος, καὶ τὸν βραχίονος, ὡς ἓν εἶναι τὸ πᾶν. Hoc enim habitu brachij pars cardinem referens, in cubiti sede innixa, cubiti & brachij ossa perinde in directum distendit, quasi totũ vnum sit. Et rursus (p.520.11.H.752.A.) ὅτι φαίνεται τὸ ἐξέχον ὀστέον τὸ παρὰ τὸν καρπόν, ᾗ ὁ σμικρὸς δάκτυλος κατ' ἰθυωρίην εἶναι τῦ ὀστέου, ἀφ' ὅτε τὸν πῆχυν οἱ ἄνθρωποι μετρέουσι. ex eo quòd os ad manus iuncturam prominens iuxta paruum digitum, è directo illius ossis situm videatur, ex quo homines cubitũ metiuntur. Et (v.22.H.ib.B.C.) τὸ γὰρ ὀστέον τὸ παρὰ τὸν καρπὸν ἐξέχον, τὸ κατὰ σμικρὸν δάκτυλον, τῦτο μὲν τῦ πήχεός ἐστι. Os enim ad manus iuncturam, iuxta paruum digitum prominens, id quidem ad cubitum pertinet. Et (v.24.H.ib.C.) ὅθεν τὸν πῆχυν οἱ ἄνθρωποι μετρέουσιν ex quo cubitum homines metiuntur. Et (v.45.H.ib.D.) ὅθεν ὁ πῆχυς μετρεῖται, vnde cubiti modus desumitur. Rursus ibidem (p.539.39.H.757.A.) ὁ δὲ ἄλλος πῆχυς μετέωρος ᾖ, quod autem in cubito est reliquũ dependeat. Et (v.56.H.ib.) τὸ πλεῖστον τῦ πήχεος, maximam cubiti partem. Et rursus (p.540.55.H.757.E.) ὅκως ξυμμέτρως χρὴ ὕψεος τῦ πήχεος πλαγίως πρὸς ὀρθὴν γωνίην. tam moderata altitudine, quæ obliquè collocato cubito ad rectum angulum respondeat. Atque aliàs sæpe, vt lib. de loc. in homine (p.410.36.) παρὰ δὲ τὸν πῆχυν τόνοι παράκεινται λεπτοὶ πάνυ τέσσαρες. Iuxta cubitũ verò appẽdices valde tenues quatuor procedũt. Sic quoq; πῆχυς Iulio Polluci totum mẽbrum duobus ossibus cõstans significat, cùm scribit li.2. ὁ πίνων πῆχυς ὀστᾶ δύο ἔχει, τὸ μὲν ὑπὲρ ὑποκάτω κότερον, τὸ δὲ βραχύτερον. Et rursus, τὸ μέν τοι περὶ τὸν πῆχυν δύο ὀστᾶ, τὸ σμικρότερον κερκὶς ὀνομάζεται, καὶ παραπήχιον, ὡς τὸ μείζονος ἔχοντος τὸ τῦ πήχεως προσηγορίαν, ὃ καὶ προπήχιον τινες καλοῦσι. Vbi & propriã & generaliorẽ τῦ πήχεως significationẽ habes. Est & πῆχυς mensuræ nomẽ pedis vnius & dimidij, aut digitorũ quatuor & viginti, qua rerũ interualla dimetimur, vnde πηχυαῖος, cubitalis. lib. de fract. (p.540.49. H.757.D.) ξύλον πηχυαῖον, lignũ cubitalis lõgitudinis, aut cubitale.

¶ Πιάλεϊ pinguis, idem quod πάλιος, lib.2. περὶ γυναικ. (p.649.42.) pessi subdititij efformantur ἐκ τῆς πάλης δαϊδὸς μοτῶσις, ex pingui tæda, quæ fit quàm pinguissima. Cornar. albicantem tædam dixit, quòd πάλιν oxytonum Hesych. περίλευκον exponat, quòd pinguia omnia ferè sint alba.

Πιαίνειν est pinguefacere, incrassare & obesum reddere, Lib.1. περὶ γυναικ. (p.609.9.) καθῆραι τὸ σῶμα καὶ πιᾶναι, corpus purgare & pinguefacere. Huic tenue & macilentum aut ἰσχνὸν opponitur. Inde πιαντικὰ dicuntur quæ pinguefaciunt & obesant edulia, vt lib.de loc. in Homine (p.418.27.) in icteri curatione. ἐπὴν δὲ περιλάβῃς τρέφε καὶ λουτροῖσι καὶ πιαντικοῖσι. Vbi susceperis, balneis & pinguefacientibus eduliis nutrito.

Πῖαρ exponit Erot.apud Hipp. τὸ λιπαρώτατον καὶ νοσημάτατον. καὶ πῖον, τὸ λιπαρόν. hoc est, pinguissimum & maximè dulce, & πῖον pingue. Sic enim apud Erot. ex melioribus codicibus νοστιμώτατον pro νοσημάτατον legendum censeo, quod νόστιμον τὸ ἡδὺ exponatur, quod est dulce & suaue. πῖαρ autem vsurpatur Hipp. lib. περὶ φύσ. παιδίου (p.241.47.) ἐξηπηδᾷ τὸ πῖαρ ἐς τὸ ἐπίπλοον καὶ ἐς τὴν σάρκα. quod est pinguissimum prosilit in omentum & carnem. Vbi πῖαρ idem quod ibidem πιαρὸν dicitur, hoc est, pingue, significare videtur, itaque sumunt interpretes, at Erot. idem quod τὸ πιότατον ibidem dicitur. Rursusque ibidem (pag.245.19.) τὰ δὲ ἀκαρποφορέοντα τῶν δενδρέων, οὐκ ἔχει πῖαρ ἐν αὐτοῖσιν. At verò arbores non fructiferæ, in se pinguitudinem non habent. Et lib.2. περὶ γυναικ. (p.672.37.) σύκου τὸ πῖαρ, fici pingue significat, idemque quod σύκου τὸ πῖον aut τὸ πῖος alibi dicitur. Et lib. de vlceribus (p.878 D.) ἰσχάδος τὸ εἴσω τὸ πῖαρ τὸ μελιτῶδες. Caricæ quàm siccissimæ pars interior pinguis, mellis instar. πιαρὸν verò pro pingui & αὐτὶ τοῦ πίονος aut τῆς πιότητος, sumit Hipp. lib. περὶ φύσ. παιδίου (p.241.45.) ἐπειδὴ καὶ τῆς κοιλίης τὸ πιαρὸν ἐν αὐτῇ ἐχούσης ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν. Sic etiam si venter pinguitudinem in se habeat à cibis ac potibus. Et (242.5.) εὐρύτεραι δὲ γίνονται, ἀπὸ τῆς κοιλίης ἕλκοντα, τὸ πιαρὸν τοῖν μαζοῖν διδόασι. ampliores autem factæ [venæ] à ventre pinguitudinem trahentes, in mammas distribuunt. Quod facit vt πιαρὸν, non πῖον, τὸ λιπαρὸν exponendum censeam apud Erot. Est & πίειρα δύναμις apud Hipp. eodem lib. (p.242.32. 245. 11. 14.) pinguis facultas, etsi πηρὰ interdum legitur. πῖαρ etiam legitur apud Homer. ἀντὶ τοῦ πίονος. Quid autem sit πῖον dicetur postea.

Πίεσμα retrimentum cuiusque rei post expressionem relictum dicitur, quod etiam ἐκπίεσμα vocatur. ἰρίνου μύρου πίεσμα, retrimentum quod expresso irino vnguento superest Galeno li.2. κατὰ τόπ. (p.184.39.) μυροβαλάνου etiam πίεσμα & ἐκπίεσμα dicitur, retrimentum quod ab expressa glande vnguentaria reliquum est, idem quod ἀπόθλιμμα. Est autem fæx illa quæ expresso succo relinquitur, & magma vocatur Celso cap.5. li.6. Quod Galenus lib.6. de simpl. med. esse scribit τὸ ὑπόλοιπον ἀπόθλιμμα τὸ γεῶδες καὶ σκληρὸν. terrestre & durum ab expressa glande vnguentaria relictum. Cuius magnus vsus est ad smegmata contra asperitates & pruritus, vt scribit Dioscor. lib.4. eoque vtitur Crito apud Gal. lib.1. κατὰ γέν. (p.170.6. & 8.) in smegmate ad achoras, furfures, asperitates & scabies. Magma illud terreum & amarum quod oleo expresso est reliquum, incidit, terget, contrahit, stipat, idque sæpe ad scirrhos accommodat Gal. Dicitur etiam πίεσμα, non tantùm retrimentum quod expresso succo remanet, sed & succus ipse, velut apud Dioscor. lib.1.cap.107. de baccis lauri, τὸ δὲ πίεσμα αὐτῶν ὠταλγίαις καὶ δυσηκοΐαις βοηθεῖ. Et Gal. lib.2. μετὰ τόπ. ex Archigene ad caput rigandum δαφνίδων ἐκπίεσμα adhibet. Idem lib.3. (pag.197.37.) in aurium inflammatione ex Apollonio βαλάνου πίεσμα infundit. Quibus locis πίεσμα expressum succum significat.

Πιεστὸρ instrumentum est chirurgicum quo vtitur Hipp. ad contundenda ossa capitis in extrahendo fœtu mortuo lib.1. περὶ γυναικ. (p.618.15.) quod contusorium vocat Cornar. Caluus pressorium, verbi, vnde ductum est hoc nomen, notationem secutus. ξυμφλάσαι τῷ πιεστῆρι, quod est, aut instrumento quod contundat, aut constringat, collidito, ex lib.1. περὶ γυναικ. subindicare mihi videtur Gal. in Exeg. vocum Hipp. cùm πιεστῆρι τῷ ἐμβρυοθλάστῃ καλουμένῳ exponit, hoc est, instrumento quod ἐμβρυοθλάστης appellatur à fœtu confringendo aut contundendo. Idem etiam θλάσις (aut potiùs θλάστης) Gal. dicitur, cùm θλάσιν (aut potiùs θλάστην) τὸν ἐμβρυοθλάστην, ὅπερ καὶ πιεστὴρ καλεῖται exponit, hoc est, instrumentum fœtui confringendo idoneum, quod πιεστὴρ vocatur. Idque nominis ex lib.1. περὶ γυναικ. vsurpatum Hipp. agnoscit. Est autem instrumentum ad apprehendendum fœtum à premendo aut stringendo dictum, ex quo volsellam apud Hipp. nonnulli vertunt. Sic Paulus cap.74. li.6. in extrahendo fœtu, caput per forcipem dentibus aut ossibus extrahendis commodam contundit, ὀδοντάγραν & ὀστάγραν vocat, & συνθλᾶν δὲ ὀδοντάγρᾳ ἢ ὀστάγρᾳ, quod ξυμφλάσαι τῷ πιεστῆρι dixit Hipp. & ξυμφλάσαι simpliciter lib. περὶ ἐγκατατομῆς (p.914.F.) & συντρίψαι, lib. περὶ ἐπικυήσιος (p.261.9.)

Πιδηρὰ γῆ dicitur lib. de aëre, loc. & aq. (p.295.19.) terra læta & pinguis, ὅκου μὲν γὰρ ἡ γῆ πιδηρά τε καὶ μαλθακή. Vbi enim terra pinguis est & mollis. Verùm πίειρα legendum videtur, vt sæpe eandem dictionem vsurpauit lib. περὶ φύσ. παιδίου.

Πικέριον βούτυρον exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Erot. verò πικερίῳ βουτύρῳ. Idemque annotat Aristoph. in suis Commentariis Thoantem Ithacensem scriptum reliquisse, apud Phryges πικέριον καλεῖσθαι τὸ βούτυρον. πικερίῳ autem legitur apud Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (p.614.10.) κλύσαι τῷ σὺν τῷ πικερίῳ, vbi vteros eluit medicamento quod cum butyro paratur. Et rursus lib.2. (p.643.26. & 644.12. & p.663.44.) πικέριον autem ibidem (p.633.23. & p.644.13.)

Πικροὶ dicuntur amarulenti, iracundi, quales redduntur longiore inedia, quæ sanguinem acriorem & biliosiorem reddit, aut quibus bilis amara & acrior in stomacho colligitur, & os amaricat, præsertim per famem. Lib.de rat.vict. in morb ac. (pag.65.39. H.390.53.) Vbi πικροὺς Galenus ὀξυθύμους exponere videtur, hoc est, iracundos & iræ præcipitis. Sic enim scribit: ἀλλὰ καὶ πικροὺς αὐτοὺς ἔφη γίνεσθαι, δηλονότι περιεχομένον τι τῆς σαρκὸς ἐμφαινομένου. καθάπερ γὰρ ἔνιοι δυσθυμοῦνται μελαγχολικοὶ, οὕτως ἔτι εἰσὶ τινες ὀξυθυμοῦνται πολλάκις, ὡς ἀθροιζομένης αὐτοῖς τῆς χολῆς κατὰ τὸ στόμαχον, ὃ καὶ τὴν ἐν τῷ στόματι γιγνομένην αὐτοῖς ἐκ τῆς τοιαύτης χολῆς πικρότητα δηλοῖ, διὰ τὸ φάναι πικροὺς αὐτοὺς γίνεσθαι. Sed & amaros eos fieri ait, non dissimiliter videlicet ei quod ante dictum est. Velut enim nonnulli ex atra bile mœsti fiunt, ita etiam alij vehementer excandescunt, velut eis coaceruata in stomacho bile. Aut etiam eam quæ in ipsorum ore ex eiusmodi bile fit amaritudinem, indicat, cùm eos amarulentos fieri dicit. Sic πικρὸν, quod est amarum, bilem flauam denotat lib.de Natura humana (p.6.19. H.224.37.) & Gal. πικρὸν, τὴν ξανθὴν χολὴν exponit. Et lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.16.16.) πικρότητα ξανθὴν χολὴν vocari scribit Hipp.

Πικρόχολοι, biliosi dicuntur Hipp. & qui bile amara aut flaua abundant. Sic enim quod scribitur li de rat.vict. in morb.ac. (p.71.41. H.392.25.) de vino dulci, οὐκ ἐπιτήδειος οὖν οὐδ' τοῖσι πικρόχολοισι. neque igitur accommodatum est biliosis naturis, explicat Gal. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς πικροχόλους ὀνομάζει Ἱπποκράτης, τοὺς πλεονάζουσαν ἔχοντας τὴν τοιαύτην χολὴν [τὴν πικρὰν ἢ ξανθὴν.] Ideoq; πικροχόλους appellat Hipp. eos qui eiusmodi bile abundant, h.e. amara & flaua. Et rursus ibidem (p.81.25. H.394.25.) οἱ ἀπὸ ὄξεος ὀξύτητος πικρόχολοισι μᾶλλον, ἢ μελαγχολικοῖσι συμφέρουσι. acredines ab aceto biliosis naturis magis quàm atrabilariis conducunt. Vbi scribit Gal. πικροχόλους φύσεις ὀνομάζει, τὰς τὸν πικρὸν γεννώσας χυμὸν, ὅσπερ ἐστὶν ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς. Biliosas naturas vocat, eas quæ amarum succū, qualis est bilis flaua, gignunt. Lib. etiam de fract. (p.572.11. H.775.F.) καὶ ἢν μὲν πικρόχολος φύσει ᾖ. & si naturâ plurimam bilem amaram coaceruet. Sic enim πικρόχολος illic exponit Gal. ὅπως ἐν τῷ νῦν αὐτὸς τοῖς πικροχόλοις δέδωκεν, εἰ μὴ ἄρα τοὺς πικροχόλους ἄλλους τινὰς οἴεται εἶναι παρὰ τοὺς χολώδεις; ἀλλ' ὅτι τοὺς τὴν πικρὰν χολὴν πλείονα γεννῶντας οὕτως ὀνομάζει πικροχόλους, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Quanam igitur ratione nunc picrocholis exhibet, nisi scilicet picrocholos alios esse quàm biliosos existimet? Sed quòd eos qui plurimam bilem flauam coaceruant, picrocholos appellet, nemo est qui nesciat. Πικρόχολοι verò τὰ ἄνω sunt Hipp. li.de rat.vict. in morb.ac. (p.60.50. H.389.17.) qui superioribus partibus, h.e. in ventriculo, plurimam bilem amaram coaceruant, quibus inediam molestissimam esse scribit Hipp. Quos illîc sic exponit Gal. δῆλον δὲ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν οἱ πικρόχολοι, ἀλλ' προσέθηκε, τὰ ἄνω; ὅτι τῆς ξανθῆς χολῆς, ἣν δὴ καὶ ὠχρὰν καὶ πικρὰν ὀνομάζουσιν, ἐπιπολαζούσης μὲν τῇ ἄνω γαστρί, πικροχόλους εἰκότως εἶναί φαμεν τὰ ἄνω τοὺς τοιούτους. ὑποῤῥεούσης δὲ δι' ἕδρας, πικροχόλους τὰ κάτω. Cur autē non simpliciter οἱ πικρόχολοι dixit, sed addidit τὰ ἄνω? Nēpe quòd bile flaua, quā & pallidā & amarā nominānt, in superiore vētriculo innatante, eos iure optimo superioribus partibus picrocholos dicimus. Cùm verò per sedē subit, picrocholos partibus inferioribus vocamus. Atq; eæ naturæ sunt quibus bilis in stomachum per meatū quendā defertur, in eoq; redundat. Quibusdā nanq; bilis per meatum quendam in stomachū defertur, de quibus agit Gal. lib.de Temper. Eaq; variis morbis obnoxia est natura. Quam his verbis adumbrat Gal. Comm.2. in lib.de rat. vict. in morb. ac. (p.61.50.) περὶ δὲ τῆς ξανθῆς χολῆς ἐπιπολάζειν ποτὲ ἀνωτέρω προσέθετο ἐρμηνεύει τοὺς καταφέροντας αὐτὴν εἰς τὴν τῆς γαστρὸς ἔκφυσιν ἐξ ἥπατος πόρον διαφέρουσιν ἔχοντες τῆς κατασκευῆς. ἐστὶ ὅτι γὰρ ποτ' ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὴν γαστέρα περιάγεται μέσον, τούτοις μὲν οὖν ἐπιπολάζει τὸ χολῶδες περίττωμα, τοῖς δ' ἄλλοις

δὲ ἄλλοις ὑπάρχεται κάτω ποῖ. De his autem quibus bilis flaua sursum enatat, antea est dictũ, quòd meatus bilem ipsam deferens ex iecore in intestini principiũ, quod ventris ἔκφυσιν nominãt, differentem habeat structuram. Interdum enim quibusdam ab eo in ventrem portio aliqua procedit. His quidem igitur biliosum excrementum enatat, aliis verò deorsum totum defertur. Quale quid de Paulo Rhet. & Eudem. Philos. ibidem narrat Gal. Est autem ὁ πικρόχολος χυμός, amarus humor, bilis simpliciter dicta, aut flaua, & pallida & amara, vt scribit Gal. Comment. ad aph. 32. lib. 7. vbi & χολώδεις simpliciter vocat. Idem etiã πικρόχολος χυμὸς sua leuitate ad os ventriculi sublatus, & sua acrimonia lancinans, καρδιωγμὸν dictum facit, hoc est, oris ventriculi morsum, eumq; vomitione subuertens, bilis refusiones, quas ἀποκαθάρσεις χολῆς Medicis vocari scribit ex Thucyd. Gal. Com. 3. in Progn. (p. 162. 4.) Idẽ quoq; πικρὸς χυμὸς καὶ ὀλιγώδης, ὠχρά τε καὶ ξανθὴ χολὴ dicitur Gal. lib. 2. κατὰ τόπ. (pag. 177. 46.) vnde πικρόχολοι homines, qui eiusmodi humorem plurimum coaceruant meritò nominantur. Qui cùm toto corporis habitu admodum sint vitiato, οἱ πικρόχολοι τὰ αἷμα, ἀπὸ τῆς οἱ ἰσχίαι, exponuntur, Erot. apud Hipp. ex lib. de rat. vict. in morb. ac. διὰ τοῦτο ἔξω καὶ εὐκίνητοι. οἱ γὰρ χολώδεις ἔχοντές τι περιττεύμενον, βλάπτονται ὑπὸ τῆς ἀσιτίας τὴν σάρκα. Quæ sanè Erot. verba (si modò sunt integra) de iis accipienda mihi videntur, quibus bilis toto corpore plurima redundat, præcipueque in ventriculum defertur, vnde acriores, ad omnia redduntur, facileque commouentur. Quibus namque bilis ventriculo adiacet, iis ille inedia offenditur.

Πίλοισι apud Hipp. sic exponit Erot. πῖλοι καλοῦνται παρὰ Λάκωσι τὰ σκεπάσματα σκιᾶς χάριν πεποιημένα. πῖλοι vocantur Laconibus tegumenta vmbræ gratia comparata, siue ea ad totum corpus, siue ad caput solum referantur. Sunt enim πῖλοι τὰ ἐξ ἐρίου πηκτὰ ἐνδύματα, ex lana compacta indumenta, velut coactilia quædam, siue corpori aptentur, vt subuculæ quædam laneæ, aut thoracica quædam lanea, siue pedibus aptẽtur, caloris gratia, vt vdones & socculi lanei, siue capiti tegumenti causa imponantur, vt pilea aut galeri ex lanis coactilibus confecti, (feltra vernacula lingua vocant) Etsi eo nomine quicquid est ex lanis compactum, in quencunque corporis accommodetur, intelligi potest. Quo modo etiam πῖλοι dicuntur tapetes spissi & ex lana crassa compacti, quales sunt in nobili supellectile. Medici aut Persici tapetes, qui πιλητὰ κτήματα dici possunt, quæ iurisconsulti coactilia, ex lanis coacta aut compacta appellant. Vnde πιλοποιοὶ οἱ τοὺς πίλους ποιοῦντες, coactilarij, qui nimirum coactilia siue subcoacta compingunt, aut ex pilis & lanis coactis pileos conficiunt. Est & πιλεῖν seu πιλοῦν, lanas cogere & compingere, indeque πίλημα lanam coactam velut feltrum nobis, indicat. Est & lanæ globulus conuolutus, aut lanæ fasciculus, lanaque coacta, qua liquore aliquo imbuta & conspersa, partes dolentes fouentur. Quemadmodum Gal. lib. 2. Compos. med. κατὰ τόπ. (pag. 174. 58.) ex Apollon. in dolore capitis ex plaga, adhibet πιλήματα μαλακῶν ἐρίων ὄξει καὶ ῥοδίνῳ καταβρεχόμενα, molles lanarum fasciculos aceto & rosaceo conspersos. Rursusque lib. 3. (pag. 190. 56.) ex Archig. fotus aurium δι' ἁπαλῶν πιλημάτων, per mollem lanam cõuolutam idem admouet. Vbi tamen Cornar. ἁπλῶν πιλημάτων legisse videtur. Idem lib. 13. Meth. med. τῷ δὲ ὅλῳ κώλῳ περιελιττομένου πιλήματος ἐλαίῳ θερμῷ βεβρεγμένου. toti membro circundato peniculo oleo calido macerato. Vtitur etiam lib. 8. Meth. diciturque interdum πτύγμα ἐρίου, lana complicata, & δίπτυχον ῥάκος, bis complicatus peniculus, lib. 10. Meth. & στρόγγιον ἐρίου, lana conuoluta, vt & πλάγος ἐρίου vocat lib. 3. κατὰ τόπ. quòd in modum τῶν πλακῶν latus sit lanæ hapsus aut penicillus. Paulo σπέρμα ἐξ ἐρίου dicitur cap. 72. lib. 3. Celso lanæ hapsus c. 26. li. 7. πίλημα ζωνὴν Hesych. σκέπασμα Sudas exponit, vt significet velamen aliquod aut tectorium, sacculi aut crumenæ modo paratum, aut cingulum aliquod quo pars corporis fouenda constringatur ac contegatur. Quòd autem attinet ad locum Hipp. is mihi videtur ab Erot. subindicari qui legitur lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 291. 31.) de Scythis qui Nomades vocantur quod non in domibus sed in curribus degant. αἱ δὲ ἅμαξαί εἰσιν, αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι. αὗται δὲ πίλοις περιπεφραγμέναι. Sunt autem currus, quorum minimi quatuor rotis, reliqui sex circunducuntur, qui & coactilibus ex lana crassa compactis sunt circumsepti. Luto obturati dixit Cornarius, vt πηλῷ potiùs legerit quàm πίλοις. Quam etiam lectionem secutus videtur Caluus. πίλοισι autem legit Erot. quamuis etiam πίλοις ferri possit adiectiuè, quod πιλωτοῖς exponit Hesych. Sudas verò πίλοις πιλωτοῖς, hoc est, ex lana crassa constipatis aut condensatis. πίλοις tamen meliùs substantiuè ex Erot. sententia.

Πῖνον de epoto medicamento effertur aph. 33. lib. 6. Epid. sect. 8. περὶ ὃ πίνοντος τι, veluti an epoto medicamento.

Πινώδεσιν Erot. apud Hipp. exponit, ῥυπαροῖς, hoc est, sordidis, & de lanis succidis aut ouium succo & sorde imbutis intelligitur. πίνος γὰρ ὁ ῥύπος, hoc est, sordes & illuuies. καὶ πινηρὰ ἔρια cùm dicit Hipp. (addit Erot.) τὰ οἰσυπηρὰ, hoc est, lanas œsypo aut ouium sordibus inquinatas, aut succidas obaudire oportet. Sæpius tamen apud Hipp. εἴριον πινόεν reperias, quod idem significat quod ῥυπαρόν, vt lib. 2. de Morb. (pag. 465. 53.) εἰρίῳ πινόεντι οἴνῳ βάψας ἐπιδεῖν, lanas succidas aut sordidas vino imbutas deligato. Ac rursus ibidem (pag. 467. 43.) εἴριον πινόεν ἐπιθεὶς. lanam sordidam sup erimpositam. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 666. 41.) καὶ εἰρίῳ πινόεντι ἱμερωτάτῳ ἀναλαβὼν, & lana sordida quàm mollissima excipito. Sic enim quàm ἱμερωτάτῳ legi malim, quod passim legitur. Πινώδεσιν ἐρίοισιν autem legitur apud Hipp. lib. περὶ χυμῶν (p. 47. 41.) lanas ab ouili succidas vertit Cornar. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 666. 21. 22.) εἴριον πινώδεστατον & πινῶδες dicitur lana sordida & maximè sordida, & εἴριον μαλθακὸν πινωθέν (ibid. 36.) Πῖνος etiam & πῖνον scribitur, quemadmodum apud Athen. lib. 10. πῖνον, οἶνον κρίθινον, vinum ex hordeo confectum vocare Aristot. lib. περὶ μέθης, quo qui inebriantur, non vt reliqui temulenti in omnem partem concidunt, sed supini tantùm aut proni. βρῦτον etiam dici τὸν κρίθινον ibidem testatur Athen. alij ζῦθον vocant, cui respondet vulgo Cereuisia. Paulus verò vinum quod ex sordibus vellerum elutis conficitur πῖνον appellari existimat. Addit etiam Erot. πῖνον ex quibusdam Comment. dici τὸν σπίλον, hoc est, sordem, maculam & inquinamentum. σπίλος tamen Sudæ exponitur ῥύπος, μῶμος, & Hesych. σπίλος ῥύπος ἱματίου.

Πῖον significat apud Hipp. quod in sanguine aut alimento dulce est, pingue ac iucundum, aut suaue, quodque in calidis nobis naturis promptissimè incenditur & amarescit, in frigidis vero congelatur & in pinguitudinem condensatur. Quod eleganti similitudine lactis indicat lib. 4. de Morb. (pag. 508. 45.) vbi quod leue est, pingue & dulce in lacte supernatans, πῖον vocat, & βούτυρον dici scribit, eique in homine bilem respondere & in superficie consistere sua leuitate facit. Idemque aph. 13. sect. 5. lib. 6. Epid. τὸ δὲ χολῶδες ἀπὸ πίονος, biliosum autem à pingui. Et aph. 3. sect. 6. eiusdem libri: καὶ ἀπὸ τοῦ μὲν πίονος χολὴ ξανθή. Et quibus quidem pingue abundat, biliis flaua gignitur. Quarum in explicatione sententiarum scribit Gal. πίονα δὲ ἀκουστέον ὁ μόνον τὸ λιπαρόν, ἀλλὰ καὶ τὸ γλυκύ, καὶ ὅλως τι τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων ἡδύ. πίονα autem obaudire oportet, non solùm quod pingue est, sed etiam dulce, omninoque quod in iis qui secundum naturam se habent est suaue. Indeque translatum esse, vt πίονα ἀγροὺς καὶ χώρας dicerent, vberem ac pinguem terram ac regionem, nempe eorum fructuum feracem, qui nobis cùm valemus iucundi sunt & cum voluptate assumuntur. Idem etiam Com. 6. in lib. 6. Epid. (pag. 521. 2. H. 1192. A.) scribit, ὅτι τὸ πῖον οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ λιπαροῦ καὶ πιμελώδους εἰώθασι λέγειν νομίζειν, ἀλλὰ κἀπὶ τῆς γλυκείας πάσης, ὡς περιλαμβάνεσθαι τῷ λόγῳ καὶ τὸ μέλι, καὶ τὸ σίραιον, ὅπερ ἕψημα καλοῦσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἕλληνες. Quòd τὸ πῖον non existimare oportet de pingui aut vnguinoso tantùm dici, sed etiam de omni dulci, vt etiam ea oratione & mel, & quod σίραιον dicitur, (Græci in Asia ἕψημα vocant) comprehendatur. Ex ea autem pinguioris & leuioris sanguinis aut alimenti portione bilem generari docet Hipp. lib. 4. de Morb. (p. 507. 36.) disertissimè autem Gal. Comment. 5. in lib. 6. Epid. (pag. 513. 39.) & lib. 2. De Cris. cap. 12. & lib. 2. de fac. Natur. cap. 9. & cap. 12. lib. 2. de diff. feb. Lib. quoque περὶ φύσιος παιδίου (pag. 34. 34.) πῖον sumitur pro eo quod in sanguine dulce est aut pingue, cùm scribitur: ἀπὸ γὰρ τοῦ πίονος διαθερμαινομένου καὶ λευκοῦ ἐόντος τὸ γλυκαινόμενον ἀπὸ τῆς θέρμης τῆς ἀπὸ τῶν ὑστερέων, ἀποθλιβόμενον ἔρχεται ἐς τοὺς μαζούς. Ex pingui enim concalefacto & albo existente, quod edulcatum est ab vteri caliditate, expressum ad mammas procedit. Est & σύκου τὸ ἔσω τὸ πῖον, quod in ficu est dulce, aut ficus pinguedo interna, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 573. 40.) Et ibidem (pag. 587. 25.) λαβὼν σύκα λευκὰ πίονα ficus albæ pingue. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 610. 32.) τὸ σύκου τὸ πῖον, ficus interiorem pulpam dulcem & pinguem significat, τῆς σύκης τὸ ἔνδον ibidem dicitur. Et rursus ibidem (pag. 629. 40.) σύκου παλαιοῦ τὸ πῖον, veteris ficus pingue. Et (pag. 630. 26.) σύκου τὸ ἔνδον τὸ πῖον, quod ibidem (pag. 633. 29.) τὸ πῖαρ dicitur, vt & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573. 37.) συκοφύλλων τὸ πῖαρ, foliorum fici pingue, aut pinguiora fici folia. Quod etiam πῖαρ interdum vocatur, vt antea scripsimus.

Πιπίσκοντα πιπίζοντα Erot. exponit apud Hip. quod est, propinantem, potui præbentem. Legitur autem lib. de Loc. in homine (pag. 417. 3. 8.) φαρμάκοις πιπίσκοντα, medicamentum potui exhibendo. Et ἔνδοθεν θερμαντηρίοισι φαρμάκοις πιπίσκοντα διαθερμαίνειν. potui exhibitis calefacientibus medicamẽtis, intus calefacere.

Sic sæpe ea notione πιπίσκειν φάρμακον medicamentum propinare aut potui exhibere ibidem dicitur, vt (ibid.27.) φάρμακα πιπίσκειν. & (pag.418.6.) & aliàs sæpe eodem lib.

Πίσσανθος picis flos, quid sit diximus antea, vide ὀρρὸς πίσσης.

Πισσέλαιον, oleum picinum aut picatum, compositum esse pharmacum ex pice liquida cum oleo permixta, quo capillorum radices illinunt mulieres agrestes in Asia, scribit Galen. lib. 1. Compos. pharm. κατὰ γέν. (pag.162.28.) idque diuersum esse ab eo quod πίσσανθος dicitur. Idem etiam lib.2. κατὰ τόπ. (p.178.20.) compositum esse medicamentum ex pice liquida & oleo scribit, quo agrestes & ruri degentes homines in Asia cedrini inopia vtebantur, caput, sinciput, & frontem illinentes in intemperie frigida & humida. Huic autem & cedrino, interdum plus, interdum minus olei admiscebant, in quantum virium ipsarum vehementiam exoluere volebant. πισσέλαιον autem idem quod πίσσανθος esse videtur Dioscor. & Scrib. Largo. Vide ὀρρὸς πίσσης antea.

Πίσση ἑφθὴ, pix cocta admixtis aromatibus in lana ad pessos adhibetur lib.1. περὶ γυναικ. (pag.605.35.) πίσσαν τὴν ἑφθὴν ἐν εἰρίῳ, ἡδύσματα ξυμμίξας. Quæ eadem πίσσα ἡδυντὴ, hoc est, pix aromatibus condita dici videtur. Sic enim ἡδυντὴν πίσσαν, τὴν ἡρωματισμένην apud Hipp. exponit Gal. additque, ἕψεται δὲ ὕδατι καὶ ἀρώματι, hoc est, aqua & aromatibus coquitur. Ea autem vtitur Hipp. lib.2. περὶ γυναικ. (pag.632.41.) πίσσαν ἡδυντὴν φλάσας, picem aromatibus conditam contusam. Et rursus (p.672.12.) σμύρναν ὡς ἀρίστην, καὶ ἁλὸς χόνδρον, καὶ πίσσαν ἡδυντὴν τρίβειν λεῖα, καὶ προσθεῖναι. Myrrham optimam & salis granum, picem etiam suauibus odoribus conditam terito & apponito. Sic etiam πίσσα ἡδυντὴ exponitur Erot. ἡδυντὴν πίσσαν λέγει τὴν ἠρτυμένην. hoc est, conditam & apparatam. Verùm πίσσαν ἡδυντὴν apud Erot. lubentius legam, quemadmodum etiam apud Gal. Solenne enim est Erot. & Gal. disertis ferè Hipp. verbis vti, eandemque ipsam literam adducere. πισσέλαιον etiam idem quod ἡ πίσσα sumitur apud Gal. lib.6. κατὰ τόπ. (pag.250.38.) ex Archig. τοῖς πνιγομένοις πισσελαίῳ μεθ' ὕδατος καὶ νίτρου πότιζε. His qui suffocantur picem cum aqua & nitro potui exhibeto. Quod etiam illic reprehendit Galen. & πισσέλαιον πίσσαν exponit.

Πισσηρὴν κηρωτὴν Erot. exponit apud Hipp. τὴν τετραφάρμακον καλουμένην, Tetrapharmacum appellatum. Est autem Tetrapharmacum emplastri nomen Medicis, puri mouendo maximè accommodatum, cui etiam adhibetur Ceratum picatum. verùm non iisdem viribus, ideoque vlceribus quæ inflammationem sentiunt & ad dolores mitigandos adhibet Hipp. vt scribit Gal. Comment.3. in lib. de fract. (pag.560.15.H.766 H.) Constat autem Ceratum picatum ex cera rosato aut oleo liquata & pice arida vt scribit Gal. Comment.1. in lib. de fract. (pag.531.49.) πισσηρὴν autem interdum simpliciter effert Hipp. vt lib. de fract. (pag.559.45.H.766.H.) ἢ πισσηρὴν ἐπιδῶντες. aut ceratum picatum imponentes. Et rursus (pag.565.42.H.770.G.) ἐπὶ δὲ αὐτὸ τὸ ἕλκος ἐπιτιθέναι χρὴ πισσηρήν. Supra vlcus autem ceratum picatum imponendum. Et lib. de art. (pag. 608. 49. H. 803. H.) ἀλλ' ἐπὶ μὲν τὰ ἕλκεα ἐπιτιθέναι πισσηρήν. Sed vlceribus ipsis ceratum picatum imponendum. Ac rursus li.2. περὶ γυναικ. (p.656.10.) in vteri procidentia, χρίσαι τῇ πισσηρῇ, cerato picato illinito. Interdum quoque πισσηρὴν κηρωτὴν vocat, vt lib. de fract. (p.561.45.H.767.H.) ἐπὶ γὰρ αὐτὸ τὸ ἕλκος πισσηρὴν κηρωτὴν χρίοντα. Ipsi vlceri illito cerato picato. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag 663.31.) ἢ κηρωτὴν πισσηρὴν προστιθέναι ξὺν ῥητίνῃ. aut ceratum picatum adhibeto cum resina, in vteri inflammatione. Quod effecit vt πισσηρὴν κηρωτὴν quidam legant apud Erot. Alia etiam exemplaria πισσηρὴν, habent, & κηρωτὴν exponunt.

Πίσυρες τέσσαρες significat, hoc est, quatuor, sed dictio est poëtica & obscura, nec satis explicata primis temporibus vt scribit Gal. lib.4. de diff. puls (pag.44. 24.) vt in Homer. versu Il.ψ. (vers.171.) πίσυρας δ' ἐριαύχενας ἵππους, quatuor procera ceruice equi. Sic enim leg. postulante metro, cum vitiosè legatur apud Galen. πίσυρες εὐρυαύχενες. Sic Il.ω. (vers.233.) πίσυρας δὲ λέβητας, quatuor lebetes.

Πιτυΐδι, πιτυΐνῃ ῥητίνῃ, hoc est resinæ pineæ exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Sunt & πιτυΐδες nuclei pineatum nucum quos in κώνοις gerunt, κόκκαλοι dicuntur Hipp. vt antea scripsimus & στρόβιλοι. πιτυΐνην ῥητίνην in suffitu ad vterum vsurpat Hipp. lib.2. περὶ γυναικ. (pag 671.27.)

Πιτύλοις, ἐρεσίαις ἢ κώπαις, hoc est, remigiis aut remis, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Est autem πίτυλος propriè strepitus seu sonitus aquæ remo percussæ, aut cùm vno consensu & remorum impulsu sonitum in aqua cient nautæ. πιτύλοις, τοῖς καταφοραῖς τῶν ὑδάτων, καὶ τοῖς ψόφοις τῶν ὑδάτων exponit Hesych. Est & πιτυλίζειν manibus gesticulari easque crebrò ciere, earumque eiusmodi motus pitylisma dicitur Iuuenali. πιτυλίζειν inter corporis gymnasia recenset Gal. lib. de san. tuenda.2.

Πίτυρα, furfures dicuntur, quod excussa tenui farina in tritico molito relinquitur. ὕδωρ πιτύρων, hoc est, furfurum decoctum per aluum infusum ad aluum detergendam & eluendam exhibet Hipp. lib.7. Epid. (pag.1227.A.) Ab eorum similitudine πίτυρα ἐν τῷ οὐρήματι ἐπιφέρεσθαι dicuntur, hoc est, veluti furfures in vrina innatare, & vesicæ scabiem significare, in his quæ adiecta sunt ad lib. de Natura humana (pag 27.54.H.131.2.) Sic aph. 77. lib. 4. πιτυρώδεα συνεξουρέεσθαι, furfures vnà cum vrina exire. πιτυρώδεις ὑποστάσεις, furfuraceæ subsidentiæ in vrina dicuntur in Progn. (pag.140.42.H.40.41.) quæ furfuri bene moliti tritici similia subsident, & febris deurentis incendium, totius corporis colliquationem, sanguinis exassationem, aut vasorum consumptionem, aut vesicæ scabiem denotant, vt scribit Gal. in Com. & ad aph.77.lib.4. Eadem πιτυρώδης ὑπόστασις in pleuriticis certissimam mortem denunciat, in Coac. (pag.213.C.) Hinc quoque πιτυρώδεες vocantur, furfurosi, οἱ πίτυρα συνεχῶς ἐν τῇ κεφαλῇ γεννῶντες, quibus assiduè furfures in capite gignuntur vt scribit Gal. Com.3. in lib.6. Epid. (p.478. 51.H.1175.B.) Vbi id esse capitis symptoma ob propriam eius temperiem idem etiam tradit, secundum naturam habentibus se humoribus. Vnde etiam πιτυρωδεστέρη ἡ κεφαλὴ, caput porriginе affectum dicitur Prorrh.2. (p.109.C.) Et τὰ πιτυρώδεα porriginem significant lib.4. Ep. (p.1121.F.) πιτυρίασις hic affectus dicitur, porrigo Latinis & eleganter farream nubem Q. Serenus vocauit.

¶ Πλάδος Hipp. significat superfluam ac redundantem humiditatem, quæ partem languidam, fluxam & humore flaccescentem reddit, ideoque debilem. Lib. 1. Epid. (pag.360.22.H.943.F.) πᾶσι πάντοθεν πολὺς πλάδος. omnibus vndiquaque diffluebat humiditas multa. Vbi scribit Gal. τὴν περιττὴν ὑγρότητα πλάδον εἰώθει ὀνομάζειν. Superfluam & redundantem humiditatem πλάδον nominare consueuit. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 62.39.H.389. 47.) de vino aquoso & diluto, ὁ μὲν πλάδον τε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐμποιέει. Hoc quidem humiditatem redundantem in superiore ventriculo inducet. Vbi πλάδον Galen. exponit, πέψιν ὑγρότητα καὶ ἀτονίαν, hoc est, humiditatem & imbecillitatem. Idem Com.3. in lib. de rat vict. in morb. ac. (p.80.19.H.394.7.) scribit, τὴν ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν ἐγγινομένην ὑγρότητα τοῖς μορίοις, ἴσμεν αὐτὸν ἀεὶ πλάδον ὀνομάζοντα. Nouimus quidem eum semper πλάδον vocare, eam quæ supra id quod secundum naturam est, partibus innascitur humiditatem. Lib. de fract. (p.564.H.769.D.) πυκνότερον οὖν μετεπιδεῖσθαι διὰ τὸν πλάδον. frequentiùs igitur ob nimiam humiditatem religandum est. Vbi scribit Gal. οὕτως οὖν εἴωθεν ὀνομάζειν τὰς περιττὰς ὑγρότητας, εἴτε λεπτῶν κατὰ τὴν σύστασιν ὑγρῶν, εἴτε καὶ παχυτέρων εἶεν, ὥσπερ νῦν ἐπὶ τὸ πῦον. Sic igitur nominare consueuit redundantes & superfluas humiditates, siue ex tenuibus, siue ex crassioribus humoribus constent, cuiusmodi nunc pus est. Lib περὶ ἀδένων (p.271.1.3.) οὕτω πλάδος οὐκ ἔτι ἐν τῷ σώματι, nimia humiditas non est in corpore. Et, οὐκ ἂν ἐπιγίνοιτο πλάδος ὀπίσω, non superueniet in posterum nimia humiditas. Ac rursus (p.271.28.) αἱ ἀδένες ἐκπιεζόμεναι τὸν πλάδον. humectationem nimiam ex intestinis exprimentes glandulæ. Eodem etiam libro πεπλασμένην τὸ ὑγρὸν & πλεονεξίην vocat. Quibus ex locis πλάδος exponitur Erot. διὰ ἔκχαυνος καὶ ὑπόσομφος καὶ ἄδυγρος τοῦ σώματος διάθεσις, καὶ μὴ στερεὰ κεχρημένη σαρκί. mollis & flaccida, ac perhumida corporis affectio, in qua caro minimè firma est, sed inanis & fungosa. Hinc πλαδᾷν est nimio humore diffluere, & πλαδαρὸς, mollis, flaccidus & laxus dicitur. χαυνὸν καὶ ὑγρὸν exponit Suidas. Hesych. νοτερὸν, ὕπομβρον, χαυνὸν, ἀσθενὲς, ὑγρὸν, πλαδαρὸν. & πλαδαρώτερον, ἐκλυτώτερον. Et πλαδώσας ὑγρὰς, & πλαδώσι ὑγροῖς, λιπαινούσαις, ἢ αἱ σάρκες αἱ μὴ ἐστερεωμέναι, quibus carnes sunt molles & humidæ, & minimè firmæ ac solidæ, sed velut inunctæ ac lubricæ. πλαδᾷν verò vsurpat Hipp. lib. de aëre, loc. & aq. (p.287.14.) οὐ γὰρ οἷόν τε τοῦ ἦρος τοιούτου ἐόντος, μὴ οὐ πλαδᾷν τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα. fieri enim nequit cùm tale ver existat, quin corpus & caro nimio humore diffluant, aut nimio humore flaccescant. Vbi tamen Gal. Com. ad aph.11.lib.3. pro πλαδᾷν συντήκεσθαι legit. Rursus ibidem (p.288.11.) ἀποξηραίνονται γὰρ καὶ ἐς τὸν χειμῶνα ἀφικνέονται, οὐ πλαδῶντες ἀλλ' ἀνεξηραμμένοι. Exiccantur enim & ad hyemem perueniunt, minimè humore nimio diffluentes, sed resiccati. Sic enim legendum ex Gal. ad Comment.14.li.3. aphoris. cùm admodum fœdata sint omnia nostra exemplaria. Eadem notione τὰ πλαδῶντα sunt quæ madescunt & humectantur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.46 32. H.385.26.) τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον πλαδῶντα, ταχυτέρην σημαίνει κρίσιν. Quæ celeriùs magisque madescunt, iudicationis denunciant celeritatem. πλαδαρὸν in ptisana dicitur quod in ea est humidum & madidum, libro de rat. vict. in morb ac. (p. 43.12.H.385.5.) Quemadmodù etiam πλαδαρώτερα διαχωρήματα ibid.

ibid.(pag. 74. 1. H. 392. 45.) sunt humentiores & madidiores deiectiones:& rursus ibid.(pag 80.18.H.394.7.)de oxymelite, ἐντέρου μέρ τι πρὸς κάτω μέρη πλαδαρώτερον.partem quidem intestini imam humentiorem reddit.Lib. περὶ τῶν ὄψιος κτλ.(pag.553. 42.) πλαδαραὶ σάρκες sunt carnes flaccidæ,fluidæ, nimio humore imbutæ,cùm humorem omnem exorbuerunt. Et lib.de art. (pag. 647.28.H.829.D.) πλαδαρὴ κάθαρσις τῶν ἑλκέων dicitur,nimio humore abundans vlcerum purgatio,quæ fit per medicamenta minùs æquo exiccantia, quæque amplissimam saniem in vlceribus colligunt.πλαδῶδες πτύαλον sputum nimia humiditate redundans,hoc est,liquidius,lib.1.περὶ γυναικ.(p.595. 45.) Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag.13.41.) πλαδαρὸν inter saporum nomina recensetur, insipidum rectè vertit Gorrh. quod est humoris aquei proprium. Fluidum Cornar. quod humiditate multa excrementitia diffluit & flaccescit. Rursusque (p. 14.19.) ibidem πλαδαρὸν τῷ στρυφνῷ opponitur. τὸ μὲν θερμὸν ἐὸν στρυφνὸν,ἄλλο δὲ θερμὸν πλαδαρόν.calidum quidem acerbum,illud verò insipidum.Et (ibid.23.) ἢ τὸ θερμὸν καὶ στρυφνὸν,ἢ τὸ θερμὸν καὶ πλαδαρόν.calidum ne acerbum,an calidum insipidum.Et (ibi. 24.) τὸ ψυχρὸν πλαδαρὸν,τῷ ψυχρῷ στρυφνῷ opponit,frigidum insipidum,frigido acerbo.Et (ibid.29.) τὸ στρυφνὸν τε πλαδαρὸν opponere videtur.

Πλανᾶσθαι est vagabundè oberrare, sensim & leuiter obambulare.Sic enim πλανώμενος apud Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 69. 11. & 12. H. 391.45.) εἰ πλανώμενος ἰητρεύοιτο, εἰ περιέρχοιτο βαδίζων ἠρέμα,si obambulans curetur, hoc est,sensim & quietè obambulet, aut huc & illuc sine ordine circumeundo exponit Gal. Hinc πλανώδεα Erot. dicuntur τὰ μὴ κατὰ τάξιν γινόμενα, quæ inordinatè aut sine vllo ordine fiunt. Etsi quædam exemplaria apud Erot.πλανώδεα legunt. Ex quo πλανήτες πυρετοὶ λέγονται (addit Erot.) οἱ μὴ κατὰ τάξιν φοιτῶντες. febres erraticæ dicuntur quæ nullo seruato ordine inuadunt. Sunt autem πλανῆτες πυρετοὶ,febres erraticæ quæ inordinatis accessionibus repetunt, & nullum certum habent circuitus ordinem. Incertas febres vocat Celsus, ex aphoris.22.lib.3.cap.1. lib.2.& vagas cap.5.lib.3.nos erroneas aut errones dicere possumus, quod per omnes febrium species vagentur, ac nullam certam febris alicuius, siue simplicis, siue compositæ speciem referant,iis quæ febres periodicæ,quas statas Plinius appellat, opponuntur. Qua dictione vtitur Hipp. libro primo Epidem. (p.361.vers.1.& 54.H.943.F.944.G.) & (p.382.v.54.965.E.) πλανῆται etiam eidem dicuntur lib.1.περὶ γυναικ.(pag.593.48.) πυρετοὶ τε ἐπιγίνονται πλανῆται,ὀξέες,febres succedunt errabundæ, acutæ.πλάνον etiam vocat ibidem (594.41.) cùm scribit,καὶ πυρετὸς ἐπιλήψεται πλάνος (si modò vera est lectio) & febris errabunda corripiet. Verùm πλανήτης malim, vt leg. exemplaria quædam manu scripta. Et libello περὶ παρθενίων (pag.562.54.) ὁκόταν δὲ πληρωθῶσι ταῦτα τὰ μέρεα, καὶ φρίκη ξὺν πυρετῷ ἀΐσσει πλανήτας τοὺς πυρετοὺς καλέουσι. quando verò hæ partes [cor & septum transuersum] fuerint oppletæ rigor cum febre exurgit, has febres Græci errabundas vocant. πεπλανημένον τρόπον dixit in Progn.(p.160.41.H.45.51.)de febre quæ nullo seruato ordine sed errabundè & vagè intermittit & prehendit, quod πεπλανημένως effert li.1.Epid.(p.356.20.H.941.B.)ἄλλοτι ἄλλοις παροξυνόμενοι πεπλανημένως, alij interdum vagas & errabundas accessiones habebant.Et rursus (v.41.H.ibid.C.) ἀλλὰ πεπλανημένως τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλιπον. sed errabundè & sine vlla iudicatione desinebant,de his febribus quæ statum dierum criticorum ambitum aut ordinem non seruabant, verùm sine vlla iudicationis lege soluebantur.Sic etiam ibidem (p.362.27.H. 945.D.) ἀτάκτως & πεπλανημένως simul iungit. ῥίγεα πᾶσιν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνοντο. rigores omnibus inordinatè & errabundè contingebant. Rursusque ibid.(p.363.49.H.ib.F.) καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως, καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τούτων διετέλει γινόμενα. valdéque incompositè & errabundè, atque citra iudicationem horum plurima permanebant. Quibus εὐτάκτως κρίνεσθαι ibidem opponitur. Sic ægr.1.li.3.Epid.post st.pest. σμικρὰ πάλιν ἐπύρεξε,καὶ διὰ παντὸς πεπλανημένως.rursus aliquantulum febricitauit, idque perpetuò inordinatè. Quod dictum est de febre quæ ægrum modò occupabat, modò remittebat, idque admodum inordinatè. Sit enim quod sequitur id explicat,ἄπυρος τὰ μὲν τὰ δ' οὔ. partim quidem à febre liber, partim verò non.

Πλατάμων exponitur Gal.in Exeg.apud Hipp. ὁμαλὸς πέτρα, λεῖος, ταπεινὸς,περὶ ἣν πλατύνεται τὰ κύματα,petra in mari prominens, læuis, humilis, circa quam fluctus dilatantur. Hesych. autem πλατάμων est τόπος πλατὺς καὶ μέγας ἐπιθαλάττιος,locus marinus latus & magnus,quibusdam etiam λισσὴ πέτρα,& ὑπόδρομα πέτρα, hoc est, petra paulùm è mari prominens, lubrica & læuis, ad quam fluctus maritimi expanduntur ac dilatantur. Dicitur etiam de littore amplo & lato, aut fouea maritima: propriè tamen ἐπὶ θαλάσσης ἰχθύσι καὶ πέτραις ὑποκειμένας, vt scribit Suidas.

Πλάτος τοῦ ὠμοπλάτας Erot. exponit apud Hipp.hoc est, scapulas, Celsus scoptula operta vocat,cap.1.li.8.Eam autem dictionem hac notione vsurpat Hipp.libro de Loc in homine (pag.410. 18.) de clauiculatum articulis, τὰ δὲ πρὸς τοὺς ὤμους, κεκλιμένα πρὸς τοὺς πλάτας. alios verò ad humeros reclinatos ad scapulas. Et rursus (ibid.31.) αἱ πρὸς τοὺς πλάτας τοῦ ὀστέου προσπεφυκυῖαι, ὑπάρθρων κάτω.quæ ad scapulas ossi adnascentes,infra coarticulatæ sunt.Iterumque (ibid.29.) αἱ δὲ πλάται πρὸς τὰ γυῖα ἐνήρθρωνται. Scapulæ verò ad membra coarticulantur. Scapulas etiam πλάτας antiquis vocatas testatur Pollux, cùm scribit libro 2. τὰς δ' ὠμοπλάτας εἰσὶν οἳ καὶ ἐπινώτια καὶ πλάτας ὀνομάζουσιν. Alioqui eidem πλάται dicuntur latiores costæ, vbi scribit, καὶ τὰ μὲν τῶν πλευρῶν ὀστᾶ,ἀπὸ σφονδύλων ὤρμηται.ταῦτα δὲ πλάται μὲν τὰ εὐρύτερα,ἃ καὶ ἀλλήλοις συμπίπτει· τὰ δὲ στενά, καμπία, ἃ ῥάχει κοινωνεῖ. Quin & Hesychio πλάται τῶν σπαθῶν τὰ πλατέα exponuntur, omnia ad similitudinem τῆς πλάτης dictâ. Est enim πλάτη extrema & latior remi pars,palmula Latinis vocatur.

Πλεκταὶ,πλέγμα,hoc est plexum aut complicationem significat. Et πλεκτάναι dicuntur polypi brachia aut cirrhi, quibus inexplicabili nexu vincit,ea quæ apprehendit, flagella Ouidio,interdum etiam crines vocantur. πλεκτανέων apud Hipp. Gal. in Exeg. πλεγμάτων explicat, & ἀποφυμάτων περιπλεκτικῶν, quod est, plexuum, aut circumplicantium appendicum. Nimirum subindicans locum libri περὶ ὀστέων φύσ.(pag.278.31.) αὐτὴ δὲ ἡ ἐπιπηγνυμένη διὰ τῶν κεχυμένων πλεκτανέων, ἐς ταυτὸ ξυνάγει. Ipsa verò tanquam præcipiens per demissos cirrhos in idem cogit. Vbi tamen ἐπιπηγμένη & ξυνάγει legitur.Sed nos ἐπιτασσομένη ex Cornar. aut ἐπιπηγνυμένη cum Aldino codice legimus, vt sit, velut statuens,mandans,sanciens,aut præcipiens,velut præses imposita dixit Cornar. Cirrhos autem hic intelligit (plicationes dixit Cornar.) circumplicantes apprehensiones, & veluti plexus quosdam, aut (vt exponit Gal.) circumplicantes appendices & neruosas fibras, quibus vicinæ partes apprehenduntur & implicantur. Πλεκτάναι etiam dicuntur vteri cornua Eudemo, aut sursum versus vtrinque processus mammillares, cirrhis polyporum similes, quæque illic reuoluta implicantur vasa exterius vterum sustinentia. Quod etiam testatur Pollux lib. 2. τὰ δὲ μήτρας αἱ ἐπὶ τὰ ἄνω καὶ τὰ πλάγια ἐκφύσεις, κεραῖαι καλοῦνται τε πλεκτάναι. Hinc πλεκτανοῦσθαι deducitur, quod est instar cirrhorum spargi & implicari. Lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 279. vers.48.) ἐς δὲ πολύρριζος διὰ τὸ ἧπαρ πεπλεκτανωμένη.multasque radices instar cirrhorum in hepar dispergit, hoc est, multas radices instar cirrhorum ac plicationum per hepar dispersas habet, vt dixit Cornar. cum radicibus multis ramulos mittens,Caluus.

Πλίννα idem quod βλίννα, & ἡ μύξα exponitur Gal. hoc est, mucus,& πλεννηραὶ μυξώδεις,hoc est, mucosæ, apud Hipp. Πλίνναι etiam μύξαι dicuntur Hesych. Vide βλίννα antea.

Πλεονασμὸς in diuidendo dicitur, non solùm cùm extra rei naturam quæ diuiditur excurrimus, sed cùm in enumerandis speciebus plures ponuntur quàm institutum requirat, ita vt aliquid redundet aut superfluat.Gal. initio li.de diff.feb. eos qui in differentiarum generibus enumerandis inutiles differentias addiderunt, πλεονάσαντας, hoc est, redundantes ac superfluos vocat.

Πλευμᾶν est pulmonis vitio laborare ex eóque tabescere. Li.2.de Morb.(p.477.18.) ὅταν πλευμᾷ,cùm quis ex pulmonis vitio tabescit, illic enim agitur de suppuratis & ex empyemate tabescentibus. Vbi tamen Gal.in Exeg. πλευμοῖ non πλευμᾷ leg. videtur,quod exponit πλευμώδης γίνεται,ἢ φθίνει, pulmonis vitio laborat, aut tabescit. Eidem quoq; πλεύμων exponitur apud Hipp. φθίσις, tabes, ἢ πλευμώδεις πάθος, pulmonis affectus aut vitium, vnde πνευμώδεις dicuntur Aret.pulmonarij, qui pulmonis vitio laborant,c.11.li.1.περὶ χρονίων παθ. qui etiam τὸ πνευμῶδες asthmatis speciem facit.

Πλευρέων πόνοι laterum dolores dicuntur aphorism. 13. li. 3. acerbissimi interdum dolores qui in intercostalibus musculis, aut costarum carnosis partibus fiunt,à pituita crassa,lenta & viscida (quæ in flatus resoluitur) aut etiam à frigido externo, ita vt notham pleuritidem efficiant, non autem ij qui in succingente membrana oriuntur, & veram pleuritidem constituunt. Alioqui laterum dolores pleuritidem veram, vt Latinis, indicant, & ὀδύνη πλευροῦ pro pleuritide sumitur initio li.2. de rat. vict.in morb.ac.H.387.4.

Πλευρῖτις, pleuritis, aut morbus lateralis, dicitur inflammatio τοῦ πλευροῦ,hoc est, tunicæ costas succingentis, ad quam febris vehemens & continua sequitur, difficultas spirandi,dolor lateris

punctorius, tussis, & pulsus durus ac tensus. Hæc enim omnia veram & exquisitam pleuritidem circumscribunt, vt multis locis testatur Gal. Omnis autem pleuritis de genere inflammationum censetur, vt scribit Gal. Comment. ad aphorism. 12. lib. 1. & Com. ad aphor 33. li. 6. Aret. cap. 10. li. 1. περὶ ὀξ. παθ. ὑπὸ τῇσι πλευρῇσι καὶ τῇ ῥάχει καὶ τῷ εἴσω θώρηκι ἄχρι κληΐδων ὑμὴν λεπτὸς κραταιὸς ὑπέστρωται, τοῖσι ὀστέοισι προσπεφυκὼς, ὑπεζωκὼς τοὔνομα. ἢν ἐπὶ τῷδε φλεγμονὴ γένηται, πῦρ ξὺν βηχὶ καὶ πτυάλοισι ποικίλοισι, πλευρῖτις τὸ πάθος καλέεται. Sub costis, dorso, & intra thoracem ad iugula vsque, membrana tenuis & firma, ossibus adhærescens substrata est, succingens nomine. In ea cùm suborta inflammatio fuerit, febris adest cum tussi & variis sputis. Hic affectus πλευρῖτις, hoc est, lateralis morbus vocatur. Authori verò Definit. Med. (pag. 397. vers. 42.) πλευρῖτίς ἐστιν ὀδύνη πλευρῶν τε ὑπεζωκότος, διατείνουσα μέχρι κλειδὸς καὶ ἀκρωμίας, καὶ ὠμοπλάτης, σὺν τῷ ἐξ καὶ ἀδιαλείπτῳ πυρετῷ, μετ' ὀδύνης νυγματώδους ὁμοῦ καὶ φρίκης, καὶ δυσπνοίας, καὶ βηχός. Pleuritis est dolor lateris membranæque succingentis ad iugula vsque, summum humerum & scapulas exporrectus, cum febre acuta & continua, simulque cum dolore pungente, horrore, spirandi difficultate & tussi. Itaque sunt veræ & exquisitæ pleuritidis notæ, quam etiam ementitur inflammatio quæ externos thoracis musculos occupat, tum intercostales, tum eos qui ab humeris ad thoracis superiores partes deducuntur, eaque pleuritis notha dicitur. Eius etiam generis censetur septi transuersi phlegmone, quæ interdum veræ pleuritidis imaginem præ se fert, vt & flatus plurimi locis intercostalibus conclusi. Quæ etiam pleuritidis nomine donantur, vt scribit Aret. cap. 10. lib. 1. Cur. ὀξ. παθ. his verbis: ἀλλὰ καὶ τοῖσι παλαιοτέροισι ἰητροῖσι ἰδίη τις ξυνδρομὴ πλευρῖτις ὀνομάζετο, χολῆς ἔκκρισις ξὺν πόνῳ πλευρῶν ἐπὶ σμικρῷ πυρετῷ, ἢ καὶ ἄνευ πυρετοῦ. τόδε μὲν τοι τὸ πάθος, οὔνομα μὲν πλευρῖτιδος, τὸ δὲ ἔργον οὐκ ἔχει. ἀλλὰ καὶ πνεῦμά ποτε ξυνιστὰν ἐν πλευρῇ, δίψαν ἐνδιδοῖ, καὶ ὀδύνην πονηρὴν, μαλθακήν τε θέρμην. καὶ τόδε ἐκάλεσαν ἄϊδρες ἄϊδρεες πλευρῖτιν. Verùm apud vetustiores etiam Medicos, species quædam concursus pleuritis seu lateralis morbus vocabatur, bilis excretio cum dolore lateris & exigua febre, aut etiam sine febre. Huiusmodi sanè affectus, nomen quidem pleuritidis, rem verò non obtinet. Quinetiam spiritus nonnunquam in latere collectus, sitim & dolorem prauum, mollemque calorem excitat. Idque ignari homines pleuritin nuncuparunt. Apud Hippocr. verò pleuritidis differentiæ statuuntur, πλευρῖτις ξηρὴ & ἄπλυτος, & πλευρῖτις ἐν νώτῳ. De quibus, vt de vera pleuritide pluribus apud eum locis agitur, præcipuè verò lib. 1. de Morb. (pag. 458. 36.) & lib. 2. (pag. 474. 30.) & lib. 3. (pag. 493. 27.) & pag. 493. 39.) Lib. περὶ παθῶν (p. 517. 40.) Lib. de loc. in homine (pag. 414. 31.) & (pag. 417. 39. 44.) Lib. 2. & 4. de rat. vict. in morb. ac. In Coac. (pag. 177. 178. 179. & ægr. 8. lib. 3. Epid. post st. pest. & lib. 5. (p. 1142. F.) & aph. vlt. sect. 5. lib. 6. Epid.)

Πλῆθος multitudinem aut copiam significat redundantis in corpore humoris alicuius. sæpe tamen αὐτὶ τῆς πληθώρας sumitur, quæ est æqualis omnium humorum in corpore redundantia, aut sanguinis omnes humores complexi, & κατὰ τὴν ἐπικράτειαν dicti, vt loquitur Gal. Sic πληθώρα dicitur Erasist. τὸ κατὰ τὰς φλέβας πλῆθος, & de ea plenitudine sumitur, quæ penes vasorum capacitatem spectatur, non virium facultatem, vt idem scribit Gal. Rursus quoque lib. περὶ πλήθους (pag. 351. 23.) πλῆθος πληθώραν vocari scribit, esseque πλεονεξίαν χυμῶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι συνισταμένην, hoc est, redundantem in toto corpore humorum consistentiam, quæ spectatur humoribus vel per totum corpus, vel plurimas & præcipuas partes redundantibus, siue id in venis, siue in carnoso genere tantùm contingat. Ac rursus ibidem (pag. 352. 23.) πλῆθος esse dicit πλεονεξίαν τῶν καθ' ὅλον τὸ σῶμα τοῦ ζώου χυμῶν, humorum in toto animalis corpore exuperantiam. πλῆθος autem duplex ibid. facit Gal. τὸ μὲν πρὸς τὴν ἰσχὺν καὶ δύναμιν, quæ plenitudo ad vires dicitur, & tandiu durat quandiu quod corruptum est vacuatum, reliquos humores in pristino & naturali habitu tuetur. Ast vbi tanta accessit corruptio vt non possit per naturæ concoctionem ad pristinum bonitatis habitum reduci, διαφθορὰ dicitur Gal. Com. ad aphoris. 17. lib. 2. Est & πλῆθος τὸ κατὰ τὸ ἔγχυμα, aut πρὸς ἀγγεῖα, & πρὸς τὴν ὑποδεχομένην χώραν, ad vasorum capacitatem, ὃ (vt loquitur Gal.) τῇ περιεχούσῃ χώρᾳ μετρεῖται, hoc est, quæ pro loci eam capientis capacitate definitur. Sic Com. ad aphorism. 17. lib. 2. τὸ πλῆθος in nostris corporibus duplex statuit Galen. ἓν μὲν ὡς πρὸς τὴν τῶν ἀγγείων εὐρυχωρίαν, ἕτερον δὲ ὡς πρὸς τὴν διοικοῦσαν ἡμᾶς φύσιν. vnum quidem velut ad vasorum capacitatem, alterum verò velut ad eam quæ nos regit naturam.

Πληθύω, multus sum, redundo. In Coac. Prænot. τὸ δ' οὖρον πληθύει λεπτὸν, vrina autem tenuis redundat, affluit multa, abundat.

Πληϊὰς idem quod πλειάς, sydus septem stellas in Tauro continens. Latini Vergilias vocant, & apud Hipp. Vergiliarum occasum significat, qui finis est autumni. Sic enim scribit Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 350. 35. H. 938. C.) ὅτι φθινοπώρου πέρας οἶδε καὶ αὐτὸς, τὴν τῆς πληϊάδος δύσιν, ἣν διὰ συντόμου φωνῆς ὀνομάζει καὶ πληϊάδα, σαφῶς ἐδήλωσεν. Quod autem Vergiliarum occasum autumni finem esse nouerit, quem compendiaria voce πληϊάδα appellat, manifestè indicauit. Apud Hipp. ὑπὸ πληϊάδας sæpe ponitur pro autumni fine, vt initio lib. 1. Epid. (pag. 346. 44. H. 938. C.) & (pag. 357. 27. 942. G.) ταῦτα δ' ἐγίνετο τοιαῦτα μέχρι πληϊάδος δύσιος, καὶ ὑπὸ πληϊάδα. Talia autem contingebant ad Vergiliarum occasum vsque, & sub ipsas Vergilias.

Πλημμυρὶς apud Hip. humiditatis abundantiam significat, ac veluti inundationem quandam aut restagnantem humiditatem. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 81. 51. H. 394. 36.) de aqua sputi eductionem promouente, πλημμυρίδα γὰρ τινα ἐμποιεῖ. inundationem enim quandam inducit, hoc est, humiditatis abundantiam. Sic enim πλημμυρίδα illic exponit Gal. πλῆθός ὑγροῦ τινος, & rursus (pag. 83. 12.) πλῆθος ὑγρότητος. Id autem ex translatione dictum est, cùm πλημμυρὶς idem sit quod πλημμύρα, hoc est, æstus maris accedentes aut affluentes, cùm mare æstuans seu intumescens, inundansque affluit & accedit, vt ἀμπώτεις, æstus maris reciprocantes, refluentes aut remeantes dicũtur, aut maris reciprocatio & recessus. πλημμυρὶς Hesych. exponitur, ἐπίρροια τῆς θαλάσσης, ἡ ἐπίρροια. Indeque πλημμυρεῖν, inundare, restagnare, aut exundare significat, vt apud Hipp. lib. περὶ ἱερῆς νούσου (pag. 306. 55.) ὅτι πλημμυρεῖν τὸ φλέγμα, ita vt pituita redundet. Rursusque ibidem (307. 28.) καὶ πλημμυρεῖ ὑπὸ τοῦ φλέγματος, præ pituita inundat, pituita redundat aut plenum est [cerebrum] Atque hunc locum mihi videtur subindicare Hesych. cùm πλημμυρεῖ, πίμπλησιν exponit. Eidem quoque πλημμυρεῖν, μεστὸν, πεπληρωμένον significat.

Πλήμνην τροχῶν χοινικίδα exponit Galen. in Exeg. apud Hipp. hoc est, rotæ modiolum. Verùm πλήμνα legisse videtur Gal. si modo vera est scriptio. Quam etiam vocem agnoscit Eustath. scribens πλήμνην per pleonasmum τοῦ ν factum esse. Eam autem vocem vsurpat Hipp. lib. de fract. (p. 549. 55. H. 760. G.) ἢ γὰρ πλήμνην κατορύξαντα. Vel enim defosso rotæ modiolo. Rursusq; ibidem (p. 550. 1. H. ibid. H.) τὸ ξύλον πρὸς τὴν πλήμνην ἄκρον ἐνθέντα ἀνακλᾷν, lignum summa eius parte in modiolum immissa, reflectere. Ac rursus ibidem (v. 33. & 35. H. 761. E.) πλήμνην ἄλλην ὑπὲρ κεφαλῆς κατορύξαι. altero rotæ modiolo ad caput defosso. Et, τὸ ξύλον ἐνείξων ἐς τὴν πλήμνην, ligno in rotæ modiolum defixo. Et (vers. 45. H. ibi.) ταῦτα δ' ἂν βέλτιον εἴη διὰ πλημνίων. Quin si lubet, modiolorum loco. Gal. verò in Com. scribit πλήμνην Ionibus dici τὴν καλουμένην χοινικίδα τοῦ τροχοῦ. πλήμνας Erot. apud Hipp. exponit, τὰς χοινικίδας τοῦ τροχοῦ δι' ὧν ὁ ἄξων στρέφεται, hoc est, rotæ modiolos in quibus axis vertitur. Quæ interpretatio ex Homeri Schol. in Il. ε. desumpta videri potest, nouè tamen adscripta. Neque enim axis voluitur, sed rota cum radiis ei infixis circum ipsum axem immotum. Vt melius legatur περὶ τὸν ἄξονα στρεφομένας. Hanc autem dictionem ex Mochlico adduxisse mihi videtur Erot. (pag. 864. H.) ἢ πλήμνας κατορύξας, aut defossis humi rotæ modiolis. Hesych. πλήμνας esse scribit, τὰς περιεχούσας τὸν ἄξονα χοινικίδας, modiolos axem complexu suo ambientes. Eidem etiam est πλήμνη ἡ χοινικὶς τοῦ τροχοῦ ἢ τὸ σίελγος, ἀπὸ τοῦ πληροῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἄξονος. Ex quibus constat πλήμνας dici foramina aut fistulas quæ axi inseruntur, & circa eum voluuntur, quibus affixi sunt radij. Vtitur ea dictione Homerus, quod etiam testatur Gal. Il. ε. (v. 726.) & Il. ψ. vers. 339.) Pollux πλήμνην esse scribit, τὸ περιελιγμένον τῷ ἄξονι, quod circum axem voluitur.

Πληροῦσθαι est refici & recreari cibo, aut renutriri potiùs, quàm impleri, aph. 11. lib. 2. Illic enim περὶ τῶν ἀναθρέψιος δεομένων, de his qui renutritione indigent agitur, vt scribit Gal. & materiæ ex qua à morbo recreantur differentiæ explicantur. πλῆρες autem & κενὸν quàm variè dicantur, exponit Gal. lib. 3. de Diff. pulsuum (pag. 37. 10.)

Πλησμονὴ plenitudinem significat & omnem nimiam ciborum abundantiam ac satietatem, cui fames opponitur, vt aph. 4. lib. 2. πλησμονὴ etiam dicitur Gal. Com. ad aph. 17. lib. 2. πλείων τροφὴ τῆς τοῦ σώματος φύσεως. copiosius alimentum quàm corporis naturæ conueniat. Interdum etiam πλησμονὴ ἀναστροφὴν indicat, & simplicem refectionem naturæ consentaneam, vt cùm scribit Gal. Com. ad aph. 22. lib. 2. ex contrariorum inter se oppositione, ὅσα δὲ καὶ οἱ διὰ πλησμονὴν νόσοι συνίσταται, τὸ τηνικαῦτα κενῶσαι χρὴ τὴν πλησμονήν. ὥσπερ γε καὶ οἱ ὑπὸ κενώσιος, ἀναστρέφειν ὅτι τάχιστα προσήκει. Sic etiam si propter repletionem oriatur morbus, statim eam repletionem vacuare oportet: sicuti si

propter

propter euacuationem; reficere quàm celerrimè conuenit. πλησμονὴ & κένωσις inter se opponuntur aph.22.lib.2.& lib. περὶ φυσῶν (pag.296.9.) Vbi πλησμονὴ αὐτὴ τῶ πλήθεος sumi videtur, vt & apud Gal.cap.4.lib. περὶ πλήθους. πλησμονώδης μελίκρητον, mulsa hypochondria replens dicitur lib.de rat.vict.in morb.ac.(pag. 78.33. H. 393. 30.) εἰ μὲν τι ῥοφήματι χρέοιτο πτισάνη, ἐπιπίνειν δὲ μελίκρητον, ἄγαν πλησμονῶδες αὖ εἴη καὶ φυσῶδες. Si quis igitur post ptissanæ sorbitionem mulsam superbibat, valde replet & inflat.

Πληχὰς, άδος, gressuram significat & locum inter duo crura medium, quo videlicet in diductione feminum, gressuum vicissitudines deambulando efficiuntur. Locus est medius inter anum & naturale, aut intermedia crurum & feminum pars, quę πληχὰς dicitur. Gal.Com.2.in lib.de fract.(pag 557.35.H.765. D.) πληχάδα τὸ μεταξὺ τῶν δύο σκελῶν χωρίον, locum inter duo crura medium exponit. Et Com.4.in lib.de art.(pag.654.34.) τὸ μεταξὺ τῶν βουβώνων ἑκατέρου σκέλους, totam eam partem quæ est inter inguina vtriusque cruris, cuius media pars περίναιον, hoc est, interfemineum dicitur, quæ est intercapedo à pudendi exortu ad anum pertinens, in qua vesicæ collum situm est. Idem in Exeg. in dictione διαπεπληχυῖα, πληχάδα τὸ μεταξὺ τῶν σκελῶν esse scribit. Pollux etiam lib.2. πλιχάδας esse vult τὸ μεταξὺ ποδεῶνος, καὶ ὄρχεως καὶ μηροῦ. Et Ruf. Ephes. πληχάδα τὸ μεταξὺ ὄρχεως, καὶ ποδεῶνος, καὶ μηροῦ vocat. Vbi tamen ὑποδήματος vitiosè pro ποδεῶνος scribitur, vt patet ex Polluce. Homeri quoque Schol. in fine ὀδυσσ. ζ. πλίχας esse scribit, τὸ ὑπὸ τὰ αἰδοῖα, cutem sub pudendis inter vtrunque femur. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ πλίσσεσθαι, quod est gradiri & gressus glomerare, βηματίζειν Eustath. exponit, Hesych. διαβαίνειν. Et apud Homer. ὀδυσσ. ζ. (vers.318.) πλίσσοντο πόδεσσι, διέβαινον exponunt Schol. & Pollux. Rufus etiam τὸ διαπλίσσειν διαβαίνειν. Indeque πλίγμα & πλὶξ deducitur, quod gradum passum & gressum significat, βῆμα Eustath. exponit. Hinc ἀμφιπλὶξ apud Sophoclem pro περιβάδην, hoc est circum, ponitur, vt annotat Pollux & Rufus. Sed animaduertendum est apud Pollucem & Rufum ἀμφιπλὴξ, & διαπλήσσειν, & πλήσσοντο, & πληχάδα scribi, & apud Hesych. πλήσσοντο, vt & apud Gal. & διαπεπληχὼς & ἐκπεπλῆχθαι, & apud Hipp. πληχάδα, pro πλιχάδα, διαπεπλίχθαι, ἐκπεπλίχθαι, & πλίσσεσθαι. Quod forte inde natum videtur, quòd πλήσσεσθαι Aeolicè dicatur pro πλίσσεσθαι, pedibus terram pulsare, aut pedibus pulsando sonitum excitare, aut intento cursu gradiri, quòd scribat Eustath. αἰολικῶς dici πλίσσεσθαι, τὸ συντόμως τρέχειν ἢ βηματίζειν. Πληχάδα autem vsurpat Hipp. lib. de fract. (pag.557.13.H.765.D.) τὸ ἄρθρον τὸ κατὰ τὴν πληχάδα κεκλεισμένον. articulus ad locum inter crura medium, qui gressura & πληχὰς dicitur. Et lib. de art. (pag.631.42.H.822.B.) ὁ μηρὸς πρὸς τὴν πληχάδα κεκλεισμένος. femur ad locum inter crura medium, qui gressura & πληχὰς dicitur, hoc est, qua crurum gressio fit, aut qua crura diuaricantur. Quid autem sit πλίσσεσθαι antea scripsimus in ἐκπεπλίχθαι. Gal.in Exeg. παρὰ τὸ πλήσσειν, hoc est, à feriendo, πλάστιγγας νάρθηκας, ferulas apud Hipp. exponit, quòd ad feriendum sint accommodatæ, quæ etiam πλάστιγγια dicuntur.

Πλοώδης κλεὶς, iugulum fluitans aut innatans. hoc est, veluti summa parte fluctuans, dicitur Hipp. lib. περὶ ἄρθρ. (pag.597.8.H. 791.H.) ἄγχιστα μὲν ἡ κλεὶς πρὸς τὸ τοῦ ὤμου ἄρθρον πλοώδης ἐστί. Sed iugulum quidem proximè ad humeri articulum fluitat. Quo significatur clauiculam ipsam iuxta humerum inanem ac spatiosam quandam cauitatem habere, ac veluti fluitare & innatare, nullique firmamento inhærere, ideoque summa parte commissam veluti fluctuare, vt nostris in eum locum lib. περὶ ἄρθρ. Annot. scripsimus. πλοώδης autem ἢ ἀστήρικτος exponit illic Gal. hoc est, instabilis & firmamento carens. Quod certe ob frequentem quam habet clauicula cum summo humero motionem dictum est. Qui locus haud dubiè significatur Erot. cùm πλοώδης exponitur ex Euryclis sententia, εὐρύχωρον χάλασμα ἔχουσα καὶ ἐμπλέουσα. spatiosam & amplam laxitatem habens, ac velut innatans. Quædam verò exemplaria manu scripta pro πλοώδης, ἀστήρικτος adscriptum habent. Quod certe glossema esse ex Gal. appositum satis constat, quòd vox ista translata & vetusta videretur, cùm alioqui communibus maximeque vsitatis nominibus vti sit solitus Hipp. vt ibidem etiam indicat Gal.

Πλῦμα loturam significat & aquam in qua aliquid elutum sit. σπτισάνης ἀλεύρου πλῦμα, in sorbitione suppuratis exhibet Hipp. lib. de rat.vict.in morb.ac.(pag.117.9.H.407.9.) Et lib.7. Epid. (pag.1229. H.) in febre ardente propinatur πλῦμα ἀλεύρου ἑφθὸν, farinæ lotura cocta, hoc est, aqua in qua farina elota fuerit. Lib.de art.(p 606.37.H.802.28.) τῷ ἀλεύρῳ τῷ σητανίῳ, τῷ πλυτῷ vtitur Hipp. hoc est, farina horna eluta, quæ ex tritico eloto, aut macerato, aut verò aqua macerato fieret, vt illic docet Gal.

¶ Πνεῦμα apud Hipp. & omnes Medicos aëream quandam substantiam & æthercam significat, quæ tertiam nostrę substantię, ex qua constamus, portionem efficit, & spiritus dicitur, cuius naturam, ortum, causas & differentias doctissimè persequitur Gorrh. Sic lib. περὶ τέχνης (pag.6.23.) cauitates corporis internas & spatia inania πληρεῦσθαι πνεύματος, spiritu & aëre refertas esse scribit Hipp. aut vapore quodam aëreo, quem ἰκμάδα vocat lib. περὶ ἱερῆς (pag. 20. 53.) Est enim aër in corporis cauitatibus & inanibus illis spatiis conclusus, qui à calido natiuo superatus & euictus, cum eodem perpetuò commiscetur, ad omnia munia subeunda deducitur & diffunditur. Lib. περὶ φυσῶν πνεῦμα duplex esse scribit Hipp. (pag. 296. 24.) & spiritus qui corpora subeunt, φύσας dici, qui verò extra corpora feruntur, aërem. Eaque notione πνεύματος nomen sæpe vsurpatur Hipp. vt cùm scribitur (ibidem) arbores radicitus euelli, & mare vndis exæstuare διὰ τὴν βίην τοῦ πνεύματος. Et cùm tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione & spiritu (vt scripsit M. Tullius lib. 2. de nat. deorum) huius triplicis alimenti nomina ponit ibid. Hipp. σῖτα, ποτὰ, πνεύματα. Et quicquid est sub cœli concauo, πνεύματος συμπλέον ἐστί, spiritu impletur. Quin & quòd idem hyemis & æstatis causa est. Et quòd Solis, Lunæ & astrorum omnium cursus, διὰ τοῦ πνεύματός ἐστι. Et, τὸ πυρὶ τὸ πνεῦμα τροφὴ, ignis nutrimentum spiritus. τοῦ δὲ πνεύματος τὸ πῦρ στερηθὲν, οὐκ ἂν δύναιτο ζώειν. Absque spiritu ignis viuere nequit. Et quod mare μετέχει ἔχει τοῦ πνεύματος, spiritu non caret. Lib. etiam περὶ ἱερῆς νούσου (pag. 306. 53.) πνεύματα βόρεια, aquilonares venti dicuntur. Et, quod puer inter plorandum μὴ οἷός τε ἐστι τὸ πνεῦμα ταχέως ἀναλαβεῖν, spiritum citò reuocare non potest. Ac rursus, ἄφωνος γίνεται ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὐχ ἕλκουσιν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἠρεμεῖ, voce defectus spiritum non trahit, sed spiritus quiescit. Sic ibidem ἐν τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων, in ventorum permutationibus frequenter pueros morbo comitiali corripi scribitur. Lib.6.Epid. aphoris.16.sect.2. tusses siccæ contingunt οὐ πονηρίης, ἀλλὰ τῷ πνεύματι, non à malignitate, sed à vento, flatu & aëre externo frigido, vbi πνεῦμα Gal. exponit τὸν περιέχοντα ἀέρα, & τὸν εἰσπνεόμενον ἔξωθεν ἀέρα ἱκανῶς ψυχρόν. ambientem nos aërem & externum inspiratum abunde frigidum. Rursus aphorism.15.sect.8.lib.6.Epidem. τὰ ἐπιπίπτοντα καὶ εἰσιόντα πνεύματα, eos qui irruunt & intrant spiritus, in considerationem adhibet Hipp. externi aëris nos ambientis vim ac mutationem in victus ratione animo reputans. Et rursus aphorism. 18. eiusd. sect. πνεῦμα aërem externum & spiritum vocat, cuius secundum qualitates immutationem, cùm in tota victus ratione, tum ægrorum, tum sanorum, plurimùm possit, animaduertendam præcipit. Lib.2. Epidem.(pag. 1025. B.) τὰ πνεύματα ὑποχωρεῖ εἰσιόντα dicuntur de flatibus qui corpus peruadunt & præcordia distendunt, vt ibidem adscripsimus, quemadmodum & πνευματώδεις dici Hipp. περὶ τῶν ἐμπνευματωμένων καὶ τὰ πνευματωμένας χαρὰς. hoc est, de his qui flatu distenduntur, multis exemplis probat Galen. lib. 3. περὶ δυσπν. (pag.397.30.) Lib.quoque 2. περὶ διαίτης πνεῦμα sæpe pro aëre externo & vento vsurpatur Hipp. (pag. 353.354.) vt & aliàs sæpe.

Πνεῦμα etiam sæpe τὴν ὅλην ἀναπνοὴν significat apud Hipp. hoc est, totam respirationem, quæ aëris inspiratu & expiratu constat, vt multis locis testatur Gal. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.48.27.H.386.1.) καὶ πνεῦμα πυκνότερον γίγνεται, & densior fit spiratio, ἡ ἀναπνοὴ πυκνοτέρα γίγνεται, exponit Gal. additque, καλεῖ δὲ τὴν ὅλην ἀναπνοὴν πνεῦμα κατὰ τὸ συγγραφικὸν γράμματι, καὶ τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν. Rursusque ibidem (pag.97.10.H. 398.4.) καὶ ἡ ἀπόσπασις τοῦ πνεύματος πυκνὴ καὶ βιαίη παραγίνεται, spiritusque reuulsio frequens & violenta accedit. Vbi scribit Galenus: πνεῦμα, καὶ τὴν μὲν τὴν εἰσπνοὴν δευτέραν ἐκπνοὴν, καὶ τὴν μὲν τὴν ἐκπνοὴν δευτέραν εἰσπνοὴν ἀμφοτέρας γὰρ πυκνὸν γίγνεσθαι τὸ πνεῦμα. πνεῦμα hoc est, spirationem vocat, tam eam quæ inspirationi succedit expirationem, quàm inspirationem quæ expirationem sequitur. Vtroque enim modo frequens spiratio contingit. Sic etiam (ibidem) in angina τὸ πνεῦμα σμικρὸν, τὴν ἀναπνοὴν μικρὰν διὰ τὴν στενοχωρίαν τῶν πόρων, respirationem paruam ob meatus angustiam, explicat Gal. In Progn. (pag.129.18.H. 38.7.) cùm scribitur, πνεῦμα δὲ πυκνὸν ἐὸν πόνον σημαίνει. frequens quidem spiratio dolorem indicat. Ibi scribit Gal. πνεῦμα μὲν ὀνομάζει κατὰ τόνδε τὸν λόγον ὁ Ἱπποκράτης, ὅλην τὴν ἀναπνοήν. πνεῦμα quidem hoc loco vocat Hipp. totam respirationem. Quam significationem etiam amplectitur lib. περὶ δυσπν. & Com. ad aph. 68.lib.4. πνεῦμα νῦν ἀκούειν αὐτὸν λέγει, ὥσπερ καὶ τῷ προγνωστικῷ, τὸ κατὰ τὴν ἀναπνοήν. πνεῦμα eum dicere nunc intelligendum, velut in Prognostico, ipsam respirationem. Eandemque huius

vocis explicationem huic loco adhibet Erot. apud Hipp. cùm scribit, πνεῦμα τὴν ἀναπνοὴν, δι' ἂν φησι πνεῦμα πυκνὸν μὲν ἐὸν πόνον σημαίνει. Gal. quoque Com. 4. in lib. 6. Epid. (p. 492. 29. H. 1179. H.) πνεῦμα τὴν ἀναπνοὴν ὀνομάζοντος αὐτοῦ πολλάκις ἠκούσαμεν. πνεῦμα ipsam respirationem Hipp. vocare sæpius audiuimus. Est & πνεύματος κατάσχεσις, spiritus detentio, cohibitio, inter corporis exercitationes reposita, lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 364. 17.) Quo nomine tota respiratio, expirationem & inspiratioem complexa, continetur. Quam notionem apud Hipp. crebriorem esse, in τοῦ πνεύματος differentiis paulò pòst enumerandis facilius elucescet.

Πνεῦμα etiam simpliciter & sine addito positum apud Hipp. difficultatem spirandi crebram & frequentem significat, vt multis ex ipso Hipp. exemplis ex li. 4. Epid. probat Gal. li. 3. περὶ δυσπν. (pag. 197.) Quod etiam his verbis ibidem exprimit (pag. 198. 25.) τὸ γὰρ πνεῦμα μόνον ἁπλῶς οὕτω γράφων ἐν ταῖς τῶν νοσημάτων ἐδήλωσε συνδρομαῖς, αὐτὴν τὴν δύσπνοιαν, ἀφ' ἧς πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα. πνεῦμα enim solum & per se in morborum concursionibus ab Hipp. scriptum, pro difficili respiratione sumi ostensum est, in qua spiritus est densior. Idem quoque in Exeg. πνεῦμα sæpius δύσπνοιαν apud Hipp significare testatur. Sic lib. 6. Epid. sect. 2. aph. 11. πνεῦμα pro difficili spiratione sumitur, quæ quàm conueniat naturaliter maior est & concitatior. ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, si spiritus intus deficiat. Vbi scribit Gal. πνεῦμα δὲ δηλονότι νῦν ἀκουστέον τὸ πλεῖον τοῦ κατὰ φύσιν Spiritus certè nunc inaudiendus, qui quàm naturaliter conueniat, maior est. Idemque τὴν ἀναπνοὴν πλείονα exponit, hoc est, vehementiorem & crebriorem respirationem. Quem in sensum hoc exemplo etiam vtitur Gal lib 3. περὶ δυσπν. Rursusque aphorism. 5. sect. 3. libro 6 Epidem. πνεῦμα per se positum difficilem spirationem, crebram & incitatam indicat, vt etiam scribit Gal. libro 3. περὶ δυσπν. In Comment. verò eiusdem sententiæ id sic explicat: ὅτι δὲ τὸ πνεῦμα τῇ δεκάτῃ τῶν ἡμερῶν γεγονέναι γεγραμμένον, ἀσαφές ἐστιν εἴτε δύσπνοιαν ἁπλῶς σημαίνει λέγων νῦν, εἴτε μόνον τὸ διπλωμένον καὶ μέγα πυκνὸν εἶδος τῆς δυσπνοίας· ἔνιοι δὲ καὶ τὸ κατὰ τὴν γαστέρα πνεῦμα πλεῖον ἠθροῖσθαι νομίζουσιν ἐκ τῆς λέξεως δηλοῦσθαι. Ita verò qui scribitur spiritus decimo die adfuisse, obscuritatem parit, num simpliciter quamlibet spirandi difficultatem significet, num solam incitatam & valdè crebram spirationis speciem. Quidam verò plurimum flatum in ventre collectum esse hac dictione indicari existimant. Rursus lib 4 Epid. (pag. 1129. E.) εἶχέ τι πνεύματος, quandam difficilem respirationem habuit. Sic enim explicat Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. Et rursus ibidem (1131. A.) πνεῦμα οὐκ ἐλύθη spirandi difficultas soluta non est. Lib. 5. Epid. (pag. 1153. B.) πνεῦμα δὲ περιῆσαν. difficultas spirandi instabat, hoc est, vrgebat. Lib. 7. Epid. (pag. 121. C.) καὶ πνιγμοὶ ἔστιν ὅτε ὑπὸ τοῦ πνεύματος, interdumque ex difficultate spirandi suffocationes aderant. Et (ibid. D.) καὶ τὸ πνεῦμα ἔληξεν. spirandi difficultas desiit. Et (ibid.) πνεῦμα τὸ ἑωθινὸν ἧσσον. difficultas spirandi mane minor. In Coac. (pag. 130. B.) ἐν πνεύματι. cum difficultate spirandi diximus, itaque legimus ex codicibus manu scriptis, cùm ἐμπνεύματι legant publicata omnia exemplaria. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 670. 25) καὶ πνεῦμα ἔχει, & difficultate spirandi tenetur, eamque intelligit quæ crebra est & densa, quæque asthmati coniungitur, vt in Agesij puella, aphorism. 4. sect. 4. lib. 6. Epid. Sic quoque lib. de loc. in homine pro spiritus angustia & difficili spiratione sumitur in peripneumonia (pag. 414. 43.) καὶ πνεῦμα ἕκτῳ ἢ ἑβδόμῳ λάζεται. & spirandi difficultas sexto aut septimo die præhendit. Ac rursus ibidem (415. 21.) καὶ τοῦτο ποιέει πνεῦμα ἔχειν. idque difficilem respirationem facit. Et (ibi. 31.) καὶ πνεῦμα ἔχει, spirandi difficultas viget. Et (vers. 34.) πνεῦμα πολὺ ἔχει magna spirandi difficultas adest. Et (ibid 53.) καὶ πνεῦμα ἐπικίνδυνον, & spirandi difficultas periculosa.

Πνεῦμα ἀλιζόμενον, spiritus coaceruatus & confertus dicitur, hoc est, spiratio concitata, magna & densa, qualis in hypochondriorum tumore, aut viscerum ex insigni cacochymia distentione, contingere solet. In Coac. (pag. 171. G.) Ab ἀλίζεσθαι autem deducitur, quod coaceruari & congregari significat, & crebrò Hipp. vsurpatur, vt antea scripsimus.

Πνεῦμα ὥσπερ ἀνακαλευμένῳ dicitur Hipp. ægr. 1. lib. 1. Epid. spiratio intro reuocanti & ingeminanti similis, interruptæ & elisæ spirationis genus, quæ interna quadam reuocatione duplicem sonum facit, & intercisum spiritum iterato quodammodo cursu cōtinuat & resarcit. Hęc eadem πνεῦμα προσκόπτον & προσπταῖον dicitur Hipp. spiratio offendens, intercisa, interrupta & elisa, eidemque indicatur per διπλῆν ἔσω ἐπανάκλησιν οἷον ἐπισπεύδοντι lib. 2. Epid (pag. 1025. C.) & Coac. (pag. 159. H.) & per πνεῦμα ἐνδιπλασιάζεται (p. 1015. G.) De qua plurima scripsimus Com. nostris in lib. 2. Epid. & Annot. in lib. 1. Epid.

Πνεῦμα ἀναφέρειν, est spiritum ducere & trahere, & de magna spiratione dicitur quæ multam spiritus copiam efflat, in quæ sursum fertur latione aut expiratione, & internam al quam phlegmonem aut incendium denotat. Quem in sensu sumi potest quod scribitur Prorrh. 2. (97. A.) τὸ μὲν πνεῦμα ἀνήνεγκαν. spiritum quidem duxerunt, hoc est, vehementer & altè spiritum traxerunt. Sic in Coac. (pag. 195. D.) πνεῦμα ἐξ ἀναφέρουσι ἐκστάσιες dicuntur, vehementes mentis emotiones, in quibus ægri vehementem spiritum efflant, magnamque copiam expiratione reddunt. Quod etiam intrò conceptum incendium & magnum æstum indicat. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 106. 32. H. 401. 50.) πνεῦμα ἄνω φερόμενον est spiritus qui sursum fertur, in ea quæ sursum fit spiritus latione & expiratione, & αὐτὴν τὴν ἐκπνοὴν sumitur. καὶ τοῦ πνεύματος ἄνω φερομένου πονέῃ, si dum spiritus sursum fertur doleat æger, quæ est spirandi difficultas quæ in expiratione spectatur, & vt scrib. Gal. μάλιστα κατὰ τὴν ἐκπνοὴν γιγνομένην, & in pleuritidis symptomatis ponitur.

Πνεῦμα ἀνελκόμενον, elata spiratio & sublimis, & quæ sursum tollitur, quæque sursum sublato thorace & spatulis ducitur. In Prorrh. (pag. 195. 19. H. 74. A.) οἷς πνεῦμα ἀνέλκεται, quibus spiritus sursum trahitur, aut qui spiritum trahunt. Vbi scribit Gal. δοκεῖ δέ μοι τὸ ἀνελκόμενον πνεῦμα, τὸ ἄνω ἑλκόμενον λέγειν, ὡς ὑπὸ τοῦ ἔμπροσθεν λέγων εἶναι εἰρῆσθαι τὸ, τὸ μετέωρον, καὶ τὸ μετέωρον ὅταν τοῖς ἄνω μέρεσιν ὁ θώραξ μεγάλην ποιῇ τὴν ἀναπνοὴν ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς φαίνεσθαι κινουμένας τὰς ὠμοπλάτας. Videtur autem mihi τὸ ἀνελκόμενον πνεῦμα dicere, τὸ ἄνω ἑλκόμενον, quod superiori oratione, τὸ πρόχειρον, & τὸ μετέωρον dici asserui, cùm thorax interinspirandum superioribus partibus magnam efficit respirationem, ita vt scapulæ moueri videantur.

Πνεῦμα ἀνεσπασμένον αὐτίκα, subinde reuulsa ac retracta spiratio, interruptum ac interceptum spirationis genus, subindeque elisum ac velut intro reuocatum indicans, quo spirationis actio interciditur quasique deficit, & ex nimia organorum siccitate neruorum distentionem minatur, ex aph. 68. li. 4. de quo scripsimus nostris in ægr. 11. lib. 1. Epid. Annotat. idémque ferè indicat quod spiritus intrò reuocanti aut geminanti similis; πνεῦμα ὡς πρὸς ἀνακαλεομένῳ antea dictus est. Neque huic absimile est πνεῦμα οἷον σπασμώδεος πνίγος, in Coac. (p. 162. D.) & Prorrh. (pag. 195. 20. H. 74. A.) spiritus qui velut ex conuulsione ducitur, nempe in angina coarctatis spiritus angustiis, ex musculorum laryngi & gulæ incumbentium affectione. Sic enim interceptis spiritus viis, & pulmone ob necessitatem vehementer attrahente, spirituque per angustias violenter subeunte, strangulantur ægri, fitque conuulsiua quædam spiratio.

Πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, spiratio rara & magna, quæ delirantibus inest veluti propria, vt scribit Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. Com. 1. Prorrh. (pag. 171. 55.) & patet ex ægr. 1. 2. 11. lib. 1. Epid. & ægr. 15. & 16. lib. 3. Epid. post st. pest. De qua antea scripsimus, in dictione ἀραιὸν, multóque plura nostris in lib. 1. Epid. Annot. ex Gal. sententia.

Πνεύματα ἄσημα, spiratio obscura, quæ non apparet, hoc est, exigua & intercepta dicitur Hipp. aph. 12. sect. 7. lib. 6. Epid. qualis in vuluæ strangulatu, syncope, animi deliquiis & moribundis cernitur, ad spiritus defectionem (ἄπνοιαν vocant) accedens, & omnimodam caloris natiui extinctionem ac refrigerationem indicat. Gal lib. 3. περὶ δυσπν. (pag. 198. 47.) ex hoc Hipp. loco πνεύματα ἄσημα explicat, ἅ γε μὴ δηλοῦμα σαφῶς πνεύματα, μηδ' ἐστιν ἡμῖν καταφανῆ. spirationem quæ neque apertè apparet, neque nobis manifesta est.

Πνεῦμα βηχῶδες, spiritus tussiculosus, cùm inter respirandum quiddam in asperam arteriam deriuat, quod tussim mouet & respirationem offendit. Difficultas est spirandi cum inani tussiendi cupiditate. In Coac. (pag. 126. B.) & (pag. 221. A.) πνεύματι βηχώδει, cum spiritu tussiculoso.

Πνεῦμα διὰ πολλοῦ χρόνου, respiratio quæ fit ex longo interuallo, in Progn. (pag. 129. 15. H. 38. 9.) idem quod τὸ ἀραιὸν significat vt explicat Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. (pag. 178. 38.) & com. 1. in Pror. (pag. 171. 55.) Idem etiam denotat πνεῦμα διὰ χρόνου, vt etiam ibid. explicat Gal. (p. 180. 40.) quam phrasin vsurpat Hip. ægr. 15. & 16. lib. 3. Epid. post st. pest.

Πνεῦμα μανότερον καὶ λειότερον, spiritus rarior & læuior, cùm ex crebra & difficili aut turbulenta respiratione, rarior fit, remissior ac placidior, in Coac. (pag. 152. A.)

Πνεῦμα μέγα, magna respiratio, in qua totus thorax secundum tres dimensiones plurimùm ampliatur, & magnum internum incendium denotatur, eamque sæpè ponit Hip. præcipuè verò in Progn. & Coac. (pag. 135. E.) & (pag. 165. H.) Huic πνεῦμα μικρὸν opponitur. in Hipp. disciplina.

Πνεῦμα μετέωρον, spiratio sublimis & elata dicitur, quæ sublato toto thorace, erectaq; ceruice trahitur in magna spiritus angustia, velut

velut in angina, peripneumonia, pleuritide & suspiriosis. Sic enim μετέωρον dictum scribit Gal. com. 1. in Prorrh. (p. 177. 40.) ἐπειδὴ τὰ μετέωρα μέρη τοῦ θώρακος οἱ οὕτως ἀναπνέοντες φαίνονται κινοῦντες, quod sublimes thoracis partes ad spiritum ducendum mouere conspiciantur. Eademque notione πρόχειρον & φαινόμενον πνεῦμα idem dici testatur. Idem quoque lib. 4. de loc. aff. (p. 292. 54.) Hipp. μετέωρον πνεῦμα intelligi scribit: τὸ τοῖς μετεώροις μέρεσι τοῦ θώρακος εἰσπνεόμενον. spiritum sublatis sublimibus thoracis partibus inspiratum. Rursus com. 2. in lib. 3. Epid. (p. 410. 13. H. 1075. G.) in muliere anginosa eodem sensu μετεωρόπνευμα dicit: φαίνεται γὰρ τοῖς οὕτω διακειμένοις τὰ τοῦ θώρακος ὑψηλὰ μέχρι τῆς ὠμοπλάτης κινούμενα, ὃ εὔλογον εἰρῆσθαι νῦν ὑπ' αὐτοῦ μετέωρον πνεῦμα, γινόμενον οὐ μόνον ἐν τοῖς κυναγχικοῖς, ἀλλὰ κἀν τοῖς περιπνευμονικοῖς καὶ τοῖς ἐμπυϊκοῖς ὀνομαζομένοις πάθεσι. Apparent siquidem in ita affectis summæ thoracis partes ad scapulas vsque motæ, eamque ab ipso dici spirationem sublimem est rationi coniunctum, quæ fit non solùm in anginosis, verùm etiam & in peripneumonicis & in empyicis dictis affectionibus. Ibidem quoque μετέωρον πνεῦμα dici posse scribit, quòd coarctatis in anginosis spiritus & aëris externi viis, ægri ad attrahendum spiritum toto thorace violenter moueantur, & ad eum ducendum erigere se cogantur. Ἐπὶ δὲ τῆς συνάγχης, αἱ μὲν κατὰ τὸ πνεύμονα κοιλίαι τοῦ πνεύματος ὃν διὰ τῆς ἀναπνοῆς ἕλκομεν, ἀρτηρίαι εἰσὶ καὶ καθαραί. φλεγμαινόντων δὲ τῶν ἐν τῷ λάρυγγι μυῶν, στενοχωρία γίνεται, κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν πρώτην τοῦ ἔξωθεν ἀέρος ὃν διὰ τῆς εἰσπνοῆς ἕλκομεν, ὥστε καὶ νῦν καθ' ἑτέραν μὲν αἰτίαν, ὁμοίως δὲ ἀτελὴς ἡ χρεία γίνεται τῆς ἀναπνοῆς, ὡς ἐπ' ἀσθματικῶν, ἐμπύων τε καὶ περιπνευμονικῶν συνέβαινε. διὰ τοῦτο ἐξορμῶσί τε οἱ πνιγόμενοι ἀνίστασθαί τε καὶ παντὶ τῷ θώρακι βιαίως ἐπισπᾶσθαι τὸν ἔξωθεν ἀέρα. κατὰ τοῦτο μὲν οὖν τοῖς κυναγχικοῖς τὸ μετέωρον ὀνομάζεσθαι πνεῦμα λέγοιτ' ἄν τις. συγχωρεῖ δὲ καὶ διὰ τὸ μετεωρίζειν ἑαυτοὺς ἐθέλειν οὕτως εἰρῆσθαι, ταὐτὸν σημαίνοντος τοῦ μετεώρου πνεύματος τῷ κατὰ τὸ προγνωστικὸν ὀρθόπνοια. In angina verò, quæ spiritus sunt conceptacula in pulmone, quibus spiritum ducimus, reclusa sunt & pura. Sed inflammatis summi gutturis musculis, angustia fit in primo externi aëris ingressu, quem inspirando attrahimus. Adeò vt etiam hic, alia quidem de causa, similiter tamen respirationis vsus expleri nequeat, velut in suspiriosis, suppuratis & pulmonum vitiis contingebat. Ideoque qui suffocantur cum impetu exurgere coguntur, & toto thorace magna vi externum aërem attrahere. Eaque ratione in his qui angina laborant τὸ μετέωρον πνεῦμα dici quis censeat. Potest etiam dici διὰ τὸ μετεωρίζειν ἑαυτοὺς ἐθέλειν, hoc est, quod se erigere velint, vt idem significet τὸ μετέωρον πνεῦμα, quod in Prognostico ὀρθόπνοια, id est erectæ ceruicis spiratio. Quam etiam notionem mihi videtur complexus Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. (pag. 196. 44.) cùm πνεῦμα μετέωρον in angina laborantibus esse scribit: μέχρι τῆς φάρυγγος εἶσιν, ὡς εἰς τὸ βάθος τοῦ θώρακος μὴ παραγενόμενον, spiritum qui in præclusis faucibus hæret & subsistit, neque ad thoracem peruadit, eaque spiratio parua est & crebra, vt ibidem docet. Quæ quidem significatio, quòd ex sensu ipso & re externa, non medica, ducatur, à superiore diuersa videri potest. Est & alia τοῦ μετεώρου πνεύματος notio ex Sabino à Gal. adscripta, qua sublimem respirationem vocabat, τὴν ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ γινομένην ἀναπνοήν, hoc est, quæ summis naribus fiebat, cùm præcluso animæ aditu, spiritum ducendo pinnas narium mouent ægri. Quod quidem his qui suffocantur, vel ab angina, vel peripneumonia, vel suppuratione, contingit, ac præterea etiam iis qui infirma admodum sunt facultate, velut moribundis. Quam significationem etsi Gal. sugillat, eam tamen mihi quodammodo exprimere videtur Hipp. in Olympiadæ vxore velut morti vicina, lib. 7. Epid. (pag. 1221. D.) πνεῦμα μετέωρον κατὰ ῥῖνα ἀνεφέρετο spiratio sublimis, quæ naribus trahebatur. Sic πνεῦμα μετέωρον vsurpat lib. 2. Epid. (pag. 1017. A.) πνεῦμα δὲ τοπίοισιν οὐ πάνυ μετέωρον. Respiratio his non admodum elata, neque sublimis. Rursúsque ibidem (1020. A.) πνεύματα μετέωρα, οὐ μὴν πάνυ. respiratio non admodum elata. Ac rursus ægr. 7. lib. 3. Epid. Et aphor. 2. sect. 7. lib. 6. Epid. πνεῦμα ξυμμετεωρίζειν, spiratio vnà sublimis erat & elata, in qua spiritus vix ac nisi erecta ceruice trahebatur. Vbi Commentarij qui Gal. nomine circunferuntur spirationem sublimem exponunt, quæ sublimiorum thoracis musculorum motu fieret, & magnam subesse angustiam significaret. Rursus etiam lib. 7. Epid. (pag. 1222. C.) ἐς νύκτα πνεῦμα ἐμετεωρίζετο, sub noctem spiratio sublimis euadebat. πνεῦμα autem μετέωρον paruam & crebram esse spirationem probat Galen. extremo lib. [illegible] De qua multa etiam scripsimus nostris in lib. 2. com. & Annot. in lib. 3. Epid.

Πνεῦμα μινυθῶδες, vide in Μινύθειν antea.

Πνεῦμα μοχθῶδες, vide τὰ Μοχθώδεα ἐξαναφέρεται πνεύματα, antea.

Πνεῦμα προσκόπτον, spiratio offendens, offensans & subsistens, quæ in medio interrupta subsistit, quæque vel intrò delata, vel extra emissa interrumpitur ac eliditur, aph. 68. lib. 4. Vbi exponit Gal. πνεῦμα ὅπερ ἐπὶ θάτερα προσκόπτει, τουτέστιν ἴσχεται μεταξὺ καὶ διακόπτεται. spiritum, qui vbi offendit, hoc est, media respiratione sistitur & interrumpitur. Spiritum in faucibus elisum dixit Celsus cap. 7. lib. 2. Huiusmodi spirationem offendentem & interruptam sic explicat Gal. libr. 4. de loc. affect. (pag. 293. 16.) ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τι δυσπνοίας εἶδος ὅταν ἐγκαταλαμβάνηται τῆς ἐνεργείας τοῦ θώρακος ἡσυχίᾳ βραχείᾳ, ποτὲ μὲν ἐν ταῖς εἰσπνοαῖς, ποτὲ δὲ ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς, εἴ τε γ' ἐν σπασμῷ δὲ ἰδίᾳ τῶν τοῦ θώρακος μυῶν γινομένου τοῦ τοιούτου συμπτώματος, εἴ τε διὰ θερμασίας εἰς τοῦτ' ἐκπίπτειν ἀναγκαζομένου συνεχῶς εἰσπνεῖν τε καὶ ἐκπνεῖν. Est & alia difficultatis spirandi species, cùm veluti interrumpitur breui quadam quiete thoracis actio, nonnunquam inspirando, nonnunquam etiam expirando, siue huiusmodi symptoma contingat ob affectum thoracis musculorum conuulsioni similem, siue ob caloris copiam, qua æger cogitur continenter vel inspirare vel expirare.

Πνεῦμα προσταῖον, idem quod προσκόπτον, spiratio offendens & concisa. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 65. 42. H. 391. 2.) πνεῦμα προσταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ, spiritus offensans & intercisus in ea quæ fit sursum latione. Vbi scribit Gal. ὁ γὰρ μὴν δίαιταν καθ' ἣν τὸ πνεῦμα προσπταίει, διὰ τροφὴν ἄκαιρον γίνεται μᾶλλον ἢ δι' ἔνδειαν. ἔστι γὰρ στενοχωρίας τι καὶ σπασμοῦ γνώρισμα, προσκόπτειν τι καὶ ἵστασθαι τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν εἰσπνοήν. Difficultas quidem spirandi, in qua spiritus offendit, ob cibum intempestiuum potiùs quàm ob indigentiam contingit. Spiritum enim inter inspirandum offendere, ac veluti sisti, tum angustiam, tum conuulsionem indicat. Quem etiam locum explicat Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. πνεῦμα προσταῖον etiam vsurpat Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 590. 9.) & lib. 2. (pag. 669. 53.) in vteri strangulatu.

Πνεῦμα πρόχειρον, spiratio visui exposita, prompta, expedita, omnibus conspicua & nota dicitur, spiratio sublimis & elata, velut ad manum prompta, vt quæ sublatis scapulis & thoracis superioribus partibus fiat, qualis in suspiriosis & iis qui suffocantur manifestè deprehenditur. Idem quod πνεῦμα μετέωρον, antea dictum significat. In Prorrh. (pag. 177. 32. H. 69. C.) πνεῦμα δὲ τοῖσι πνιγομένοισι πρόχειρον. spiratio omnibus conspicua, qualis est in his qui suffocantur. Quod repetitur in Coac. (pag. 158. H.) Cuius nominis notionem his verbis explicat Gal. comm. 1. in Prorrh. φαινόμενόν τι λέγει αὐτὸ ἴδιος ἐστὶν τὸ πάσιν πνεῦμα. φαίνονται γὰρ οὗτοι πάντες οἱ τὴν τοιαύτην ἀναπνοὴν ἀναπνέοντες, ὅλας κινεῖν τὰς ὠμοπλάτας, ὡς καὶ διὰ τῆς ἀμφιεσμάτων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι τὴν κίνησιν, ὡς ἂν ἰσχυρῶς ἐνεργούντων αὐτῷ τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ θώρακος· εἰκότως οὖν ἐνταῦθα μὲν ὠνόμασε πρόχειρον τὸ τοιοῦτον πνεῦμα, κατὰ δὲ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν, μετέωρον. πρόχειρον μὲν, ἐπειδὴ φαίνεται προχείρως, ὅπερ ἐστὶν ἑτοίμως καὶ ῥᾳδίως, τοῖς τὸν κάμνοντα θεωμένοις· εἰώθαμεν γὰρ ἡμεῖς αὐτὸ τοῖς λανθάνουσι καὶ μὴ φαινομένοις τὸ πρόχειρον ἀντιτιθέναι· μετέωρον δὲ, ἐπειδὴ τὰ μετέωρα μέρη τοῦ θώρακος οἱ οὕτως ἀναπνέοντες φαίνονται κινοῦντες. Estque ei vsitatum talem spiritum φαινόμενον, hoc est apparentem aut conspicuum, dicere. Quicunque enim talem spiritum inspirant, totas scapulas mouere conspiciuntur, adeò vt per vestimenta manifestè motus appareat, velut superioribus thoracis partibus in ipsis validè actionem obeuntibus. Non temerè igitur hoc loco talem spiritum πρόχειρον vocauit, quem lib. 2. Epid. μετέωρον, hoc est, sublimem. πρόχειρον quidem, quoniam ad manum conspicitur, hoc est, promptè, & facilè, his qui ægrum intuentur: cùm etiam nobis sit consuetum τὸ πρόχειρον opponere τοῖς λανθάνουσι καὶ μὴ φαινομένοις, hoc est, latentibus & non apparentibus; μετέωρον verò, hoc est, elatum ac sublimem, quoniam qui ita respirant, sublimes thoracis partes mouere conspiciuntur. Hanc etiam spirationem innuere mihi videtur Hipp. lib. 7. Epid. in peripneumonia laborante (pag. 1215. E.) πνεῦμα πρὸς χεῖρα πονηρόν, spiritus ad manum, malus. Sic enim spiratio nota & vulgaris intelligitur, quæ quòd omnibus sit prompta & expedita, velut ad manum, πρὸς χεῖρα dici videtur, non secus ac πρόχειρον πνεῦμα.

Πνεῦμα πυκνόν, spiratio crebra, densa & frequens, difficultatis spirandi species, quæ partim cum parua sæpè coniungitur, partim cuiusmodi sit apud Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. amplissimis verbis explicat, adducens plurimis etiam Hipp. locis. Eam verò sæpissimè vsurpat Hipp. præcipuè verò lib. de rat. vict. in morb. ac. in Progn. Coac. Prænot. Libr. etiam 3. de Morb. (pag. 493. 14.) & (pag. 496. 16.) Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 543. 22.) Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 603. 4.) & lib. 2. (pag. 664. 6.) in vteri erysipelate. Lib. 4. Epid. (pag. 1130. H.) Et lib. 7. (pag. 1211. E. F. 1212. C.) Libr. 2. Epid. (pag. 1018. C.) in Scopo,

πνεῦμα ὑπόπυκνον, respiratio subfrequens, ex præcordiorum contensione, tumore & dolore. Cuius loci etiam meminit Gal. lib. 3. περὶ δυσπν.

Πνευματώδεις dicuntur Hipp. spirituosi & anhelosi, quique ob thoracis angustiam, aut interceptas animæ vias aërem liberum haurire nequeunt, ideoque crebram & paruam respirationem habent, iidemque πνευματίαι dicuntur lib. de rat. vict. in morb. ac. Sic enim explicat Gal. libr. 3. περὶ δυσπν. (pag. 197.) Vbi etiam interdum πνευματώδη eum qui flatibus aluum distentam habet, aut qui ilibus est tumidis & inflatis, significare scribit, idque ex libr. 4. Epid. testimonio Hipp. comprobat. Qua notione πνευματώδης exponitur Gal. in Exeg. ὁ, τι ἐμπεφυσημένος καὶ ὁ δύσπνους, flatibus, distentus, & difficultate spirandi laborans. Quod enim scribitur lib. 4. Epid. (pag. 1129. E.) mihi his verbis subindicare videtur Gal. vbi πνευματώδης dicitur, tum anhelosus, tum inflatus. Sic enim de eo scribit Gal. libr. 3. περὶ δυσπν. ἐγχωρεῖ γὰρ ἑκάτερον, καὶ δύσπνοιαν αὐτὴν γεγονέναι, διά τι τῶν ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις διαθέσεις, καὶ πνευματωθῆναι τὴν γαστέρα. Vtrunque enim licet, tum ipsum difficultate spirandi laborare, ob hypochondriorum affectus, tum ei etiam ventrem flatibus distendi. Rursus ibidem (1131. F.) πνευματώδης ὑποχόνδρια dicitur, quæ præcordia inflata habet & flatibus distenta, cùm tamen etiam suspiriosa & anhelosa sumi possit, quæque crebram & paruam spirationem traheret. Sic enim vtranque explicationem huic accommodat Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. (pag. 197.44.) καὶ μὴν τι καὶ μετὰ ταῦτα ἐκ ὀλίγον προελθών, ἄρχεται διηγεῖσθαι τίν᾽ τι τὸν τρόπον, ἡ Τιμαίνου πνευματώδης. δυνατὸν μὲν γὰρ δύσπνους ἀκούεσθαι, δυνατὸν δὲ, καὶ ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγησαμένων εἰρήκασι, λέγεσθαι ἐμπεπνευματωμένη τὰ ὑποχόνδρια, βέλτιον δὲ δοκεῖ μοι, καὶ ἴσως ἀναγκαῖον, τὴν πεπνευματωμένην τὰ ὑποχόνδρια λέγεσθαι μᾶλλον περὶ δύσπνοιαν. ὀλίγον οὖν ἐν τῇ διηγήσει προελθὼν, καί τινα εὐπνοωτέραν... ὡς αὖ ἤδη προειρηκὼς ὑπὲρ αὐτῆς δύσπνοιαν εἶναι. ὅτι δὲ πνευματώδεις, οἷς πυκνὸν ἐστι τὸ πνεῦμα, προσαγορεύειν εἴωθεν, εἴρηται μὲν κἀν τοῖς ἔμπροσθεν. ἀλλὰ καὶ νῦν δῆλον. ἐπὶ τὸ χεῖρον γὰρ αὖθις ἐπιτρέπετο τὰ τῆσδε τῆς ἀνθρώπου συμπτώματα, καὶ μετὰ τὴν ἑξκαιδεκάτην ἡμέραν ἀποθανεῖν αὐτὴν φησι, πυκνὸν ἔχουσαν τὸ πνεῦμα. Atqui & post hanc non longè progressus, hunc in modum narrare incipit. Temenei soror πνευματώδης. Potest enim difficulter spirans obaudiri, potest etiam, vt multi enarratores existimant, distenta habens hypochondria dici. Ac magis probo, forteque est necesse, flatibus distentam iuxta hypochondria potiùs, quàm difficulter spirantem dici. Paulùm igitur narrando progressus, & quodammodo meliùs sperabat, inquit, velut iam prædixisset ipsam difficulter spirasse. Quòd autem πνευματώδεις eos sit solitus appellare, quibus densus est spiritus, dictum quidem est antea, sed & nunc etiam est manifestum. Rursus enim iam in peius vertebant quæ huic mulierculæ contingebant, & circa decimum sextum diem cum crebra spiratione mortuam fuisse dicit. Rursus quoque ibid. (1132.H.) πνευματώδης dicitur suspiriosus & anhelosus, quique crebrum & densum spiritum traheret, ex præcordiorum tumoribus, vt etiam explicat Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. vbi tamen πνεῦμα, non πνευματώδης legisse videtur. Sic quoque ibid. (pag. 1133.C.) πνευματώδεις ὁ χάρτα, non admodum anhelosi dicuntur, qui ex mollibus & vacuis hypochondriis difficultate spirandi non valdè premerentur. li. etiam de rat. vict. in morb. ac. (pag. 114.50.H. 405.51.) πνευματώδεας vocat Hipp. anhelosos & suspiriosos ob thoracis angustiam. Vbi eam quoque dictionem his verbis exponit Gal. πνευματώδεις γὰρ ὡς πολὺ μᾶλλον ὀνομάζουσι, τοὺς μετὰ τὴν εἰς πνοὴν ἀέρος δεομένους, ἔστι δ᾽ ὅτι ἐπὶ τοὺς ἐμπνευματουμένους. πνευματώδεις enim vt plurimùm per se vocant eos, qui aëre inter respirandum indigent, interdum verò etiam inflatos, quos ibidem Hip. φυσώδεας appellare videtur. Eodem lib. (p. 103.12.H. 400.48.) πνευματωθέντες dicuntur spirituosi, aut flatibus distenti. Sic enim πνευματωθέντας illic exponit Gal. vt significet, εἴ τι περὶ τὴν γαστέρα πνευμάτων πλῆθος, ὡς ἐοὶ γαστέρα φυσηθῆναι πᾶσαν αὐτὴν, εἴ τι τὸ μεγάλην καὶ πυκνὴν ἀναπνοήν, siue flatuum copiam quibus venter totus distenditur, siue magnam & crebram respirationem. At Πνευματώδεις aph. 72. lib. 5. sunt flatulenti tantùm & flatibus di... νοσηρὸν σκεδασθεὶς enim eos exponit Gal. πνευματώδης ... ... τι ... ἀθροίζουσι φυσώδες πνεῦμα τὰ τῆδε. πνευματώδης dici nunc existimo, ... τι καὶ διαπνεῖ... ritus flatuosi copiam circa ventrem coaceruant, qui per ructus vel flatus excernitur vel remanet, & continentes partes distendit. Πνευματίαι verò sunt apud Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 49.23.H. 386.19.) anhelosi quique multum & frequenter spirant ob thoracis angustiam, velut pleuritici, de quibus scribit: ταχέως γὰρ πνευματίαι γίνονται. breui enim anhelosi fiunt. Sic enim exponit Gal. libr. 3. περὶ δυσπν. Etsi πνευματίας etiam dici πνευματώδεις scribit, & τοὺς πεπνευματωμένους τὴν γαστέρα, hoc est, eos quibus venter flatibus distentus est, significare. Iidem etiam πνευματούμενοι vocantur in Prorrh. (pag. 218.30.H. 82.B.) οἷσι πνευματουμένοισιν ἰοῦσιν. in anhelatoribus & spirituosis. Vbi πνευματουμένους dici scribit Gal. τοὺς μέγα καὶ πυκνὸν ἀναπνέοντας, ἐπειδὴ κἀν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων οὕτως αὐτοὺς ὠνόμασεν ὁ Ἱπποκράτης, eos qui multum & frequenter respirant, quandoquidem sic eos appellat Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (Sic enim μέγα, πολλὸν significare scribit Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. τί μὲν γὰρ μέγα τὸ καθ᾽ ἑκάστην ἀναπνοὴν ποσὸν κρίνει.). Sic quoque πνευματίαι dicuntur aphor. 5. sect. 7. libr. 6. Epid. anhelatores quique frequentem & multum spiritum trahebant, ex crebra in thoracem fluxione. Etsi qui flatibus distenta habent hypochondria illic sumi possunt. πνευματίας enim illic exponit Gal. extremo lib. 3. περὶ δυσπν. ἤτοι τοὺς ἐμπεπνευματωμένους, ἢ τοὺς ἀσθματώδεις.

Πνευμῶδες mihi videntur dici apud Hipp. iidem qui πνευματίαι aut πνευματώδεις, anhelosi, difficultate spirandi laborantes, & multum ac crebrum spiritum trahentes, aphorism. 4. sect. 4. lib. 6. Epid. ἐν δὲ τοῖσι πνευμώδεσι, βοῆς, ὀξυθυμίης. Difficultate autem spirandi laborantibus, aut anhelatoribus, clamore & procliui iracundia abstinendum. Sic enim contra omnium mentem eum locum exposuimus ex Gal. sententia, cùm πνευμώδεις accipiat eos quibus respirationis organa affecta sunt.

Πνευστιᾷ est crebrò spirare, anhelare, & frequentem spiritum ducere. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 556.25.) πνευστιᾷ σφόδρα, vehementer anhelat. Et lib. 7. Epid. (pag. 1213.E.) ὥς τι ξυνάγειν τὸ σῶμα, καὶ ξυγκαλύπτεσθαι τι καὶ πνευστιᾷν, vt corpus contraheret, contegeret, & anhelans spiraret.

Πνῖγος æstum pleniorem ac veluti suffocantem significat, & de calore æstiuo dicitur quo penè suffocamur, vnde θέρος πνιγώδες æstas suffocans. Lib. 3. Epid. in st. pest. (pag. 419. 34.H. 1081.A.) πνίγεα μεγάλα, æstus suffocantes multi. Vbi scribit Gal. φύσει γὰρ οὔσης ἀεὶ τῆς θερινῆς ὥρας θερμῆς, ὅταν ἄπνοια προσγένηται, πνῖγος ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. Nam cùm æstas natura perpetuò sit calida, vbi ventorum cessatio accesserit, æstus præfocans necessariò consequitur. πνῖγος, θάλπος, καὶ καῦμα exponit Hesych. Lib. etiam 5. Epid. eadem vsurpatur dictio (p. 1161.G.) πνίγεα μεγάλα, æstus præfocantes magni. πνῖγος etiam πνίγμα aut πνιγμὸν significat, hoc est suffocationem, vnde πνιγώδης φάρυγξ in Prorrh. (p. 194.52.H. 74.A.) fauces suffocantes aut strangulantes, in quibus præcluditur spiritus & φωνὴ πνιγώδης, vox strangulabunda, ibid. (p. 195.19.H. ibi.) & πνιγώδη γυναικεῖα, strangulatum inducentes menses, in Coac. (pag. 169.H.) & τὰ μετὰ φάρυγγα πνιγώδεα, & τὰ ἐν φάρυγγι ἀλγήματα πνιγώδεα, faucium præfocantes dolores, in angina, pro quibus πνὶξ & πνιγμὸς dicitur Hipp. vt aph. 34. lib. 4. Est autem πνὶξ strangulatus & strangulatio, & subitam internecionem ex spirandi defectu indicat, qui oritur ex spirationi dicatorum instrumentorum angustia, vt illic scribit Gal. πνὶξ quoque aut πνιγμὸς ὀρθόπνοια significat & difficultatem spirandi, quę fit arrecto thorace & scapulis ac distento collo, cùm ex præclusione animæ reclinati ægri absque strangulatu & suffocatione respirare nequeūt. Sic enim πνιγμὸς ἐν φάρυγγι dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 103.50.H. 400.51.) Pro qua suffocatione in huiusmodi angina, in qua nullus faucium tumor adest, ὀρθόπνοιαν ponit in Progn. & li. 4. de rat. vict. in morb. ac. (p. 96.43.H. 397.55.) Eademq; notione scribitur in Coac. (p. 125. G.) πνιγμὸς ἐν ὀξέσιν ἰλλήσι ἰσχνοῦσιν, ὀλέθριον. In præcipitibus morbis, strangulatus gracilescentibus faucibus, perniciem minatur. Pro quo etiam πνίγμα ponitur Hipp. in angina li. 7. Epid. (p. 1215.F.) & (p. 1235.G. & (p. 1238.C.) & (p. 1217.D.) βὴξ μετὰ πνίγματος, tussis strangulabunda, aut cum strangulatu, quæ etiam βὴξ πνιγμώδης ibidem dicitur.

¶ **Ποδεῶν** dicitur quod ex vtre propendet & eminet, per quod liquor in vtrem infunditur, aut petiolus in vtre pendulus, per quem liquor infunditur & effunditur. Lib. περὶ παθῶν (pag. 521. 48.) πρὸς ποδεῶνα ἀσκοῦ, ad vtriculi eminentem extremitatem & propendulum petiolum, fistula alligatur, ad immittendum flatum & distendenda intestina, vt deinde sublatur venter, in sanando voluulo. Quod per follem fabrilem fieri præcipit libr. 3. de Morb. (pag. 491. 52.) Annotatur ex Herod. Euterpe, τῶν ἀσκῶν ... ποδεῶνας dictos pro obice quo obstruitur vter, ne vinum effundatur, duos aut tres vtrium propendulos petiolos dicunt.

Ποίῳ exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. τὴν ἔχουσαν τὸ φύλλον ὅμοιον οἰνάρῳ τὴν φύσιν, ὡς τὸ τῆς κισσαμπέλου καλουμένης εἶδος. hoc est, herbam folium habentem viti simile naturâ, vt cissampeli appellatæ species. Verùm non satis sibi constant exemplaria, cùm quædam ἄρῳ pro οἰνάρῳ legant, quod vitis pampinum aut folium significat.

Ποιητικὰ

Ποιητικὴ μαρτυρίη, testimonium ac ostentatio poëtica, & quæ ficta est ad auram popularem captandam, ἐν παραγγελίαις) pag. 28.15.) μὴ μέν τοι γε μὴ μαρτυρίης ποιητικῆς. ne tamen id cum testimonio ac ostentatione poëtica fiat.

Ποικίλλοντα ὑποχόνδρια dicuntur hypochondria variantia, quæque subinde varias sustinent affectiones, & in contrarias transmutantur, in Prorrh. (pag. 197.52. H. 74. E.) & Coac. (pag. 147. H.) ποικίλλοντα verò exponit Gal. τὰ συνεχῶς ἐπὶ τἀναντία συμπτώματα τὰς μεταβολὰς ποιούμενα. quæ continentes in contraria symptomata mutationes sustinent.

Πολυχέω, πολυφάγῳ exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. hoc est multiuoro. Nam & ἴγχασε apud Callim. ἐπὶ τῶ κατήφαγε, hoc est, vorauit, positum adscribit.

Πολύκαρπον τὸ κραταιόγονον ὀνομαζόμενον exponit Gal. in Exeg. Cratæogonum nuncupatum. Vsurpat autem Hipp. li. 1. περὶ γυναικ. (pag. 615.18.) ad abluenda & detergenda vteri vlcera.

Πολύκνημον, frutex est surculosus, foliis origani, flore pulegij, multis geniculis dependentibus, paruis, veluti acinorum corymbis, odore acri, iucundo, qui calfacit & desiccat ordine secundo. Vsurpat etiam Hipp. ibid. ad eadem vteri vlcera, & πολυκνήμου φύλλα fotu & suffitu vtero malè habenti adhibentur. lib. περὶ ἀφόρων (pag. 686. 10. 12.)

Πολυώδεα σιτία, vide Νόσος antea.

Πολυοφθαλμὸς herba, quæ & βουφθαλμὸς dicitur, vim habens siccandi & eandem quam tussilago, eaque ad vlcera cum luxationibus coniuncta vtitur Hipp. lib. de art. (pag. 649. 20. H. 830. D.)

Πολυποσίη multam vini potionem, non aquæ, indicat Hipp. aph. 7. lib. 7. ἐκ πολυποσίης ῥῖγος. ex multa vini potione rigor. Vbi scribit Gal. ὅτι μὲν ἡ πολυποσία πολλὴν πόσιν οὐχ ὕδατος ἀλλ' οἴνου δηλοῖ, πρόδηλον παντί. Quòd quidem multa potio, vini, non aquæ, potionem indicet, cuiuis manifestum. Sic lib. 1. de morb. (pag 458.38.) πόσιες, vini potiones significant in pleuritide.

Πολύπους, polypus, est Gal. libr. 3. compos. pharmac. κατὰ τόπ. (pag. 200.25.) ὄγκος παρὰ φύσιν ἐν ταῖς ῥισὶ γινόμενος, ἐοικὼς κατὰ τὴν τῆς οὐσίας ἰδιότητα τῇ τοῦ πολύποδος σαρκί. πρόδηλον οὖν ὅτι παχέων ὲ γλίσχρων χυμῶν ἔγγονόν ἐστι τὸ πάθημα, καὶ διὰ τοῦτο μικτῆς ὕλης δεόμενον. ὡς τὸ μέν τι στύφειν αὐτῆς δύνασθαι, τὸ δὲ τέμνειν καὶ λεπτύνειν, τὸ δὲ, διαφορεῖν καὶ ξηραίνειν. Tumor præter naturam, qui in naribus generatur, polypi marini carni assimilis, substantiæ proprietate. Manifestum igitur hanc affectionem ex crassis & viscosis humoribus ortum ducere, ideoque mixtæ materiæ medicamentis indigere, vt videlicet partim adstringat, partim secet & extenuet, partim etiam discutiendi, exiccandi & condensandi vim habeat. Quod autem de proprietate substantiæ illic dicitur, quoniam est abundè à Paulo Ægineta explicatum cap. 25. lib. 6. vbi polypi curationem exequitur, eius de polypo verba adscribam. ὁ πολύπους ὄγκος ἐστὶ παρὰ φύσιν ἐν ταῖς ῥισὶ συνιστάμενος, ὀνομασμένος ὑπὸ τῆς τοῦ θαλαττίου πολύποδος ὁμοιότητος, ἔτι τε τοῦ ἐκείνου περισσώματος (?), ὃ ὅτι ταῖς ἰδίαις πλεκτάναις ὥσπερ ἐκεῖνος ἀμύνεται τοὺς θηρεύοντας, ἀντιλαμβάνων τὰς ῥῖνας αὐτῶν, οὕτω καὶ τὸ πάθος τοῦτο τῶν νοσούντων ἐμφράττει μυκτῆρας, δυσκολίας περιέχει κατά τε τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν διάλεξιν. Polypus tumor est præter naturam in naribus consistens, à marini polypi similitudine nomen adeptus, tum quòd illius carni sit assimilis, tum verò etiam quòd velut ille suis cirrhis aut brachiis venantes vlciscitur, manus ipsorum apprehendens: ita & hæc affectio ægrorum nares obstruit, efficitque vt & difficulter respirent, & ægrè sermonem exprimant. Quo loco mihi vitium subesse videtur, & ἀντιλαμβάνων τὰς χεῖρας αὐτῶν lego, vt etiam reliqui interpret. mihi appositissimè reddidisse visi sunt. Gal. etiam lib. de Tumor. præternat. (pag. 357.32.) ἀλλὰ καὶ οἱ πολύποδες, ἤτοι φλεγμονῆς, ἢ φύματος, ἤ τινος βλαστήματος, ἢ ὅπως ἄν τις ἐθέλῃ τι ὀνομάζειν ἐν μυκτῆρι συνισταμένου ἀποτελοῦνται. φλεγμαίνουσι δ' εὐλόγως ὑγροὶ, διὰ τὸ χωρίον. Verùm & polypi, aut inflammatione, aut tuberculo, aut aliquo germine, aut quomodocunque quis nominare velit, in naribus suborto, fiunt. Inflammationem autem concipiunt, & humidi sunt, ob loci naturam. Huius verò naturam abundè Celsus describit his verbis, cap. 8. libr. 6. Polypus est caruncula, modò alba, modò subrubra, quæ narium ossi inhæret, & modò ad labra pendens, narem implet, modò retrò per id foramen, quo spiritus à naribus ad fauces descendit, adeò increscit, vti post vuam conspici possit, strangulatque hominem, maximè Austro aut Euro flante, fereque mollis est, raro dura, eaque magis spiritum impedit, & nares dilatat, quæ ferè καρκινώδες est, itaque attingi non debet. Cuius quoque curationem persequitur cap. 10. lib. 7 vt & Paulus cap. 25. libr. 6. πώλυπος dicitur Hipp (ac fortè πώλυπος Aeolicè, vt scribitur lib. περὶ παθῶν (pag. 517.29.) vt πολύπους Atticè quemadmodum scribit Athen. libr. 7.) eiusque quinque differentias statuit, & curationem proponit. lib. 2. de Morb. (pag. 471. 472.)

Πολυσχιδίη δογμάτων, præceptionum varietas & multifida sectio, aut multiplex diuisio, ἐν παραγγελίαις (pag. 28.52.) qua dictione cognitionis & methodi difficultatem ac varietatem indicat, cui χαριστικίας ἀπιστίαν (?), experientiæ firmitudinem ac stabilitatem coniungedam monet. Verùm illic πολυσχιδίην l. go, velut πολυχιδίην & πολυτροπίας morborum, eorum multiplices sectiones & varios mores vocat libr. de rat. vict. in morb ac. (pag. 39. 1. H. 385. 49.) τὰς μὲν τοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃ τῶν νούσων, καὶ τὴν πολυσχιδίην οὐκ ἠγνοήκασιν, ἐνίοι. Eorum tamen singulorum varios modos ac multiplices diuisiones non ignorauerunt nonnulli.

Πόματα, potiones, inter debiliores cibos & concoctu faciles reponuntur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 10. 24.) & post ῥοφήματα, sorbitiones collocantur.

Πομφοὶ exponuntur Gal. in Exeg. apud Hipp. ἐπαναστάσεις τοῦ δέρματος ἐχθύδεις τι αἷμα καὶ πελιδναὶ καὶ ἐρυθραί. eminentiæ cutis tumidæ, simulque humore redundantes & rubicundæ. Quibus verbis subindicare mihi videtur Gal. locum lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 641. 49.) καὶ ἐν τῇσι κνήμῃσι πομφοὶ αἴρονται, in tibiis eminentiæ tumidæ, laxæ & rubicundæ exurgunt. Vbi tamen πολφοὶ legunt exemplaria quædam manu scripta. Quam lectionem etiam amplexus videtur Erot. cui πόλφοι, βολφοὶ exponuntur, ex Metagene, & ἑψημά τι ποιῶδες, edulium quoddam ex pulte. Sed πολφοὶ potiùs lego. Indicat autem Erot. maximè propriam huius vocis significationem, quæ huic Hipp. loco nisi per similitudinem quadrare nullo pacto queat. πολφοὶ enim βολβοὶ antiquis dicebantur, vnde & πολφοφάκη, quæ βολβοφακῆ Athen. nuncupatur libr. 4. edulium ex bulbis & lente compositum. Sunt & πόλφοι Poll. lib. 6. cap. 9. μορφώματα ἐκ σταιτὸς, ἃ τοῖς ὀσπρίοις ἐνέβαλλον, offæ quædam tenues & oblongæ ex pasta, quas leguminibus iniiciebant, ex quibus πολφοφακῆν quibusdam nominatam esse vult. Hesych. quoque πόλφοι exponuntur, τὰ ἐκ τῆς χίδρου ἢ τῆς ἰτρίου ἑψήματα. (si modò vera est lectio,) vt facilè coniicias ex frictis aut torrefactis leguminibus incoctum fuisse edulium quoddam. Verùm πολφοὶ vt βολβοὶ potiùs legam. πομφῶν etiam meminit Hipp. lib. 2. de Morb. (pag. 485. 54.) καὶ καταπίμπλαται πομφῶν, οἷα ὑπὸ κνίδης. & tumidis cutis eminentiis, velut ab vrtica inustis, impletur.

Πομφόλυγες inde dictæ videntur, quæ sunt bullæ à spiritu flatuoso in humore contento, excitatæ & eleuatæ. Sic πομφόλυγες exponuntur Hesych. αἱ ἐν τῷ ὕδατι γινόμεναι πέλιδναι (?), φυσήματα ὕδατος. πομφόλυγες ἐν τῷ οὔρῳ ἐφιστάμεναι, bullæ huiusmodi in vrinæ summo insidentes, longum futurum renum morbum prædicentes, aph. 34. lib. 7.

Πονηρὸς prauus & vitiosus dicitur, vt πονηρὰ τροφὴ, prauum aut vitiosum alimentum aph. 36. lib. 2. μοχθηρὰν τροφὴν exponit Gal. vitiosum cibum, qui solet vitiosum sanguinem gignere. Sic πονηρεύεσθαι quod est malè aut prauè affici, dicitur de aluo Hipp. sæpe, quæ ob facultatis naturalis imbecillitatem probè suas actiones non obit, verùm effunditur & erumpit, & cruciatibus aut torminibus distorquetur. Velut in Prorrh. (pag. 213. 8. H. 79. B.) εἰσὶ αἱμορραγίαι πολλαὶ, φερόμεναι χρονίως (?), τούτοις κοιλίαι πονηρεύονται. Quibus sanguinis eruptiones diu perseuerant, iis temporis progressu aluus prauè afficitur, hoc est effunditur aut humectatur. Idem enim hîc πονηρεύεσθαι quod καθυγραίνεσθαι aph 27. lib. 4. vel Gal. interprete. Qua dictione etiam omnem vitiatæ facultatis naturalis errorem comprehendi vult Gal. cùm debilitato calore natiuo crudos humores plurimos & flatus gignit, aut humorum acrimoniam aut copiam, qua aluus perturbatur & malè habet. Quod etiam repetitur in Coac. (pag. 139. C.) Et rursus ibid. (158. E.) τούτοισι κοιλίαι πονηρεύονται, iis alui malè afficiuntur. Rursusque ibid. (pag. 149. G.) τάχα δὲ καὶ κοιλίη πονηρεύεται τούτοισι, de aluo quæ cum torminibus erumpit & diffluit, quod καταρρήγνυται dixit in Prorrh. (pag. 179. 36. H. 63. G.) Iterumque ibid. (pag. 154. C.) κοιλίας πονηρίην vocat malignam ventris affectionem cùm cerebro acri & feruente materia oppleto, pars in aluum deturbatur, in eoque transitu aluum lancinat, cruciatu & torminibus afficit. Eandemque phrasim effert de aluo torminibus malè affecta, ibid. (pag. 219. C.) Quemadmodum & πονηρευομένη κοιλίη in lethali dysenteria dicitur ibid. (220. E.) de aluo humorum acrimonia effusa. & (222. D)

Πόνος Græcis laborem & dolorem significat, vt scribit M. Tull. Tuscul. 2. in quo tamen Græcos velut verborum inopia laborantes irridet, quod vtrumque vno nomine

comprehendant. Quæ etsi inter se sunt finitima, in quo tamen differant idem ostendit. πόνος etiam apud Hipp. variam habet notionem, & Erot. πόνος τρία σημαίνει, τὴν γυμνασίαν, nempe exercitationem, vt cùm scribitur sect. 4. lib. 6. Epid. aph. 20. ἄσκησις ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων. Valetudinem excolunt, citra satietatem cibis vesci, & alacritas ad labores. Deinde etiam αὐτὴ ὀδύνης sumitur cùm scribitur aph. 46. lib. 2. δύο πόνων ἅμα γινομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, &c. ἔστι δὲ ἡ βλάβης, hoc est pro noxa aut læsione sumitur cùm scribit aph. 1. libr. 2. ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον. Quo in morbo somnus noxam facit, mortale. Quæ certè notiones sunt Hipp. omninò frequentissimæ, & Gal. testimonio apud eum contestatæ. Nam & πόνος vehementem motionem & exercitationem, τὰ γυμνάσια exponit Gal. lib. 2. salubr. in his Hipp. locis, πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν. aphor. 28. sect. 4. lib. 6. Epid. Labores cibos præcedere debent, & aph. 5. sect. 6. lib. eiusdem. πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. In labore, cibo, potu, somno, rebus Venereis mediocritas omnis adhibenda est. Quo etiam respicere Erot. explicatio potest, cui πόνοι αἱ ἐνέργειαι, exponuntur. Sic & aphorism. 9. sect. 5. lib. 6. Epid. πόνος τοῖσιν ἄρθροισι καὶ σαρκί. Labor articulis & carni confert. Vbi Gal. in Comment. tres illas τοῦ πόνου significationes ab Erot. expressas attingit & sua interpretatione accommodat. ἐπειδὴ τὸ πόνος ὄνομα πολλάκις μὲν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης αὐτὴ τοῦ γυμνασίου λέγειν, ἐνίοτε αὐτὴ τῆς ὀδύνης, ἢ ἁπλῶς ἐκπυρώσιν βλάβης, ὡς ἐν πολλοῖς ὑπομνήμασιν ὑδῆ μεμαθήκατε. διὰ τοῦτο τρίτων ἄλλος ἐπ' ἄλλο τῶν τελῶν σημαινομένων ἦκε τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον. Quoniam πόνος nomen sæpius consueuit Hipp. pro exercitatione vsurpare, interdum pro dolore, vel simpliciter pro quauis noxia, vt ex multis commentariis iam didicistis: ob id ex iis, qui librum hunc exposuerunt alius aliud horum trium significatorum amplexus est. Sic aphorism. 26. sect. 8. lib. eiusd. πόνοι, ἀργίαι, ὕπνοι. Labores, otia, somni. Vbi Comment. qui Gal. nomine circumferuntur, annotant hîc πόνων nomine, τὰ γυμνάσια & exercitationes vsurpari. Aegr. 7. lib. 3. Epid. febrem ἐκ κόπων καὶ πόνων, ex lassitudinibus & laboribus insuetis cœpisse scribitur. vbi πόνους τὰ γυμνάσια exponit Gal. Et aph. 16. lib. 2. πονέειν, laborare & vehementer moueri significat. Vbi quoque scribit Gal. πόνον δὲ νῦν ἀκούειν χρὴ τὴν σφοδρὰν κίνησιν, ἥνπερ καὶ γυμνάσιον ὀνομάζουσιν. Laborem hoc loco vehementem motionem inaudire oportet, quam exercitationem vocant. In quem sensum exponit etiam aphorism. 28. sect. 4. libr. 6. Epid. de quo supra diximus. Etsi libr. 5. salubr. (pag. 275. 15.) πόνον illic τὴν σύμμετρον κίνησιν, conuenientem cuiusque corpori & moderatam exercitationem etiam significare scribit. Rursus πόνοι γυμνάσια significant aph. 49. lib. 2. vt exponit Gal. Com. ad aphoris. 50. libri eiusdem, vt & πονέειν, γυμνασίοις χρῆσθαι, exercitatione vti, aphor. 31. sect. 5. libr. 6. Epid. & libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 69. 13. H. 391. 49.) & (vers. 46. H 392. 2.) ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθῃ. Si ex multa quiete ad ampliorem laborem de repête deueniat. Et li. 2. περὶ διαίτης (p. 362. 39.) πόνος δὲ ξηραίνει, Labor & exercitatio exiccat. Πόνος quoque dolorem sæpissimè significat apud Hipp. vt & labor Latinis, velut aph. 44. & 45. libr. 4. ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι, ad articulos labores. vbi Gal. ὀδύνην ἢ βλάβην exponit. Sic etiam πονέειν dolere, vt aph. 48. libr. 2. κάμνειν & ἀλγεῖν explicat Gal. fatigari & dolere. Et aph. 32. & 33. lib. 4. Vbi etiam scribit Gal. ὥσπερ ὁ πόνος τὴν τε σφοδρὰν κίνησιν σημαίνει, καὶ τὴν ὀδύνην καὶ τὴν βλάβην, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείχθη, οὕτω καὶ τὸ πονεῖν, τὸ, τ' ἐν πλείονι κινήσει γίνεσθαι δηλώσει, καὶ τὸ χρῆν τινα ὀδύνην ἢ βλάβην. Si quidem πόνος & vehementem motum, & dolorem, & noxam significat, quemadmodum antea est demonstratum, fanè liquet quod verbum πονεῖν, tum vehementiore motu vti, tum dolere aut noxam pati indicabit. Eaque notio tam frequens est in Epid. vt testimonio nullo egeat, vt cùm scribitur ægr. 4. lib. 1. Epid. γυναικείων πόνοι, & τραχήλου καὶ ὀσφύος πόνοι, & σπασμοὶ πολλοὶ μετὰ πόνου. Et ægr. 5. κεφαλῆς πόνος καὶ γυναικείων, & κεφαλῆς δὲ καὶ τραχήλου καὶ ὀσφύος πόνος, & cùm scribitur ὑποχονδρίου δεξιοῦ πόνος, vt ægr. 12. & sæpe aliàs. Libro sexto Epid. aph. 8. sect. 8. οἱ πόνοι ἐν περιόδοισιν. Labores certis temporum circuitibus fiunt, de partus doloribus qui circa fœtus editionem contingunt, sumpsimus. Illâ enim sententiâ tempus in quo fœtus ex vtero prodit significatur, quemadmodum illîc scripsimus, & lib. 2. Epid. vbi eadem sententia repetitur. At verò tertium τοῦ πόνου significatum quo αὐτὴ ἡ βλάβης sumitur, & omnem noxam aut quicquid offensionem facit, indicat, etiam Hipp. crebro est vsitatum, velut aph. 1. lib. 2. vbi πόνος βλάβην σημαίνει, vt scribit Gal. quo etiam sensu sumitur ab Erot. Et aph. 7. lib. 1. τοὺς ἐσχάτους πόνους, aut extremos dolores, aut labores intelligimus, aut extremas etiam offensiones. Sic enim ibi πόνους sumit Gal. ἤτοι τὰς παροξυσμοὺς ἢ ἁπλῶς ἅπαντα τὰ συμπτώματα. Rursusque aph. 46. lib. 2. πόνος pro tristi & molesto sensu accipitur, etsi eum locum pro dolore sumi scripsit Erot. Et aph. 11. sect. 8. lib. 6. Epid. πόνοι labores indicant qui toto gestationis tempore grauidas offendunt & eas molestant siue in fœtus conformatione, perfectione, motu, abortione aut editione id contingat. Et Comm. qui Gal. nomine publicantur, eo loco πόνους βλάβας καὶ ὀδύνας capiunt, & quamuis grauidarum offensionem. Quo sensu etiam sumuntur lib. 2. Epid. vbi id repetitur, & libr. 7. Epid. (pag. 1229. A.. Lib. de natura humana (p. 10. 45. H. 225 54.) de humore aliquo secreto, & in ea parte in quam nimia copia effusus fuerit dolorem & noxiam inferente. ἀλλὰ καὶ ἔνθα ἂν ἐπιχυθῇ, ὑπερεκπίμπλάμενον ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν. Verùm etiam eum locum in quo constiterit, & in quem nimia copia effusus fuerit, dolore & labore afficit, hoc est, grauat, offendit & vexat. Libro quoque de rat. vict. in morb. ac. (pag. 67. 40. H. 391. 12.) vbi scribitur, αὐτὴ διὰ πόνον. Sic exponit Gal. ἤτοι δὲ διὰ πόνον, ἤτοι τὴν ὀδύνης λεγόμενον, ὅσπερ ἐστὶν ὁ αὐτὸς ταῖς ὀδύναις, ἢ τὴν ὡς αἱ ἐπὶ τῆς κακοπαθείας, ἣν κακοπαθοῦσιν οἱ κάμνοντες ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις. Quædam etiam ob laborem, siue propriè dictum, qui idem est ac dolor, siue vt dixerit quispiam, malam affectionem qua in acutis morbis ægri vexantur. Rursusque ibid. (pag. 6. 52. H. 392. 7.) ἢν δὲ μὴ πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιέῃ. sin minus corpus offendit. Quæ verba exponens Gal. scribit. σημαίνεσθαι δ' αὐτῷ νῦν ὁ πόνος τὴν βλάβην γενικῶς νοούμενος πολλαῖς ταῖς κατὰ εἶδος βλάβαις. πόνος autem hoc loco ei læsionem indicat, multas in genere læsiones vniuersaliter comprehendens. Πόνοι interdum quoque affectiones dolores excitantes indicant & pro his accipiuntur, velut sunt tumores præter naturam aut inflammationes. Quo sensu scribitur in Coac. (pag. 15. G.) τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ἢ τὸν πνεύμονα πόνοισι ἐμπυισμένοισι pro his viscerum tumoribus præter naturam, aut inflammationibus quæ dolores faciunt & in pus vertuntur. Sic pro affectione dolorem excitante πόνον sumit Gal. Com. ad aph. 6. lib. 2. & scribit, πόνους εἴωθεν ὀνομάζειν ἐνίοτε τὰς διαθέσεις αὐτὰς ἐν αἷς ὀδυνώμεθα. πόνος interdum vocare consueuit affectiones in quibus dolore afficimur. Quem in sensum explicat aphorism. 7. sect. 1. lib. 6. Epid. & πόνους exponit τὰς διαθέσεις, ὅσαι μετ' ὀδύνης γίνεσθαι πεφύκασιν, ἐρυσίπελας δηλονότι, φλεγμονὴν, καὶ τραῦμα, καὶ θλάσμα, καὶ ῥῆγμα, καὶ σπάσμα, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον. affectiones ipsas quæ cum dolore fieri consueuere vt erysipelas, inflammationem, vulnus, contusionem, ruptionem, conuulsionem, & quicquid est huiusmodi. Πόνος κεφαλῆς lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 109. 9. 403. 30.) in his qui veratri potione purgandi non sunt, capitis dolor diuturnus & solutu difficilis sumitur Galeno, πόνος ἐν κεφαλῇ χρόνιος καὶ δύσλυτος. ὑπακούσαι γάρ σε τοῦτο κατὰ τῆς κεφαλῆς χρὴ πόνον.

Πορεύεσθαι quod est procedere, prodire, de purgationibus menstruis effertur aph. 60. lib. 5. sed quæ larga copia & manu effluunt. Sic enim ἢν αἱ καθάρσιες πορεύωνται, si purgationes cursum suum teneant, explicat Gal. & τὰ καθάρσεις πληθυντικῶς εἰρημένον, καὶ τὸ πορεύωνται μετ' αὐτῶν λεγόμενον, ἐνδείκνυται μήτ' ὀλίγον εἶναι τὸ ἐκκρινόμενον αἷμα, μήθ' ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις καὶ πολύ. καθάρσεις plurali numero elatum, & τὸ πορεύωνται quod sequitur, non paucum sanguinem esse qui excernitur indicant, neque semel sed sæpe & multum effundi.

Ποσθία dicitur tuberculum paruum palpebræ cilio adnascens quod alio nomine κριθὴ vocatur, à similitudine ad hordei figuram, Gal lib. 4. Com. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 210. versic. 36. & pag. 221. 49.) Est autem κριθὴ Paulo ἀπόστημάτιον κατὰ τὸν τοῦ βλεφάρου ταρσὸν ἐπίμηκες, abscessus paruus, oblongus, ad palpebræ extremum, ταρσὸν dicunt, adnascens.

Πόσις potio dicitur, sed de vini potione intelligitur Hipp. libro primo de Morb. (pag. 458. 38.) in pleuritide, πόσιες ἁλέες τε καὶ ἰσχυραὶ, potiones confertæ & vehementes, hoc est, copiosæ & validæ, de vini haustu. Sic πιὼν ἀκαιρότερον, intempestiuiorem vini potum diximus. ægr. 13. libro tertio Epid. post st. pest. Et aph. 7. libro septimo, πολυποσίην multam vini, non aquæ, potionem indicare disertis verbis exprimit Gal.

Πόσῳ, ὀλίγῳ exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. verùm ποσῷ melius legatur, vt & ὀλίγῳ τινὶ habent exemplaria quædam, vt sit, modico quodam.

Ποταίνια, πρόσφατα οἱ Δωριεῖς, recentia vocant Dores scribit Gal. in Exeg. Qua dictione vtitur Hipp. libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 62. versic. 35. 389. 44.) καὶ τὰ ἄλφιτα, ὅτι τι ποιέει τὰ ποταίνια τοῖσι μὴ εἰωθόσι, καὶ τὰ ἐπιχώρια τοῖσι τὰ ποταίνια εἰωθόσι. Et quid faciat polenta recens iis qui non assueti sunt, & alia,

alia, his qui recente vti cõsueuerunt. Vbi scribit Gal. τὰ δὲ πρόσφατα ποταίνια κέκληκε τῇ τῶν Ἰώνων φωνῇ, καὶ τῇ τῶν παλαιοτέρων. recentia ποταίνια dici Ionum & prisca lingua. Libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 568. 7.) ἄλφιτα ποταίνια πινέτω, polentam recentem bibat. Vbi tamen ποταίνια vitiosè legitur. Et rursus (pag. 572. 22.) ἄλφιτα ποταίνια ἀναμίξας, polentam recentem admixtam. Libr. quoque eodem (pag. 582. 4.) ἔπειτα λαβὼν σάρκα ποταινίην προσθεῖναι. deinde carnem recentem supponere, quod de carnis recentis frustulo pudendo muliebri indito dicitur. Quod libro secundo, περὶ γυναικ. (pag. 675. 5.) ξὺν ποταινίῃ σαρκὶ προστιθέσθω dicitur. Sic libro secundo περὶ διαίτης (pag. 359. 38.) vbi ἀνδράχνη ποταμίη passim legitur, portulaca fluuiatilis, ποταινίη haud scio an scribendum sit, quòd πεταχυσμένη, hoc est sale condita ac macerata statim ex aduerso opponatur. Erot. etiam ex Bacchio ποταίνια τὰ πρόσφατα indicare scribit. Et annotatur ex Corintho τὰ πρόσφατα, ποταίνια, Ionum dialecto dici Hesych. verò ποταίνιον exponit, νέον. πρόσφατον, οἱ δὲ ξυνεγγυς. Est autem ποταίνιος, ἐγγὺς καὶ συνεχῶς φανείς, vt πρόσφατος, recens & modò dictus.

Ποτὶ apud Hipp. praeterea, insuper, maximè, praecipuè significat, & sermonem auget, vt scribit Gal. veluti lib. de art. (pag. 651. versic. 9. H. 832. D.) ἀλλὰ μᾶλλον ἐς τὸ ἄνω ποτὶ, καὶ ἐς' αὖ παντελέως περιρραγῇ. sursum tamen magis vergat, idque praecipuè, quoad circumcirca ex toto abruptum fuerit. Vbi scribit Gal. εὔδηλον δὲ ὅτι καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ῥῆσιν αὐξῆσαι βουλόμενος τὸν λόγον, ἐχρήσατο τῇ ποτὶ φωνῇ, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπε, μηδὲν μετέωρον ποιεῖν, μηδὲ ἐς τὸ κάτω ῥέπον, ἀλλὰ μᾶλλον ἄνω, καὶ μάλιστ' ὅταν τελέως περιρραγῇ τὰ σεσηπότα. Patet autem quòd in hac oratione Hipp. sermonem augere volens [ποτὶ] dictione vsus fuerit, perinde ac si ita diceret, vt neque suspensum sit, neque deorsum vergat, sed sursum magis, idque praecipuè cum putrefactae partes circumcirca ex toto abruptae fuerint. Rursusque ibid. (pag. 617. 9. H. 824. A.) κατὰ δὲ τὸν βουβῶνα δοκεῖ τι ἡ σὰρξ καταφωτέρα εἶναι ποτὶ καὶ ψαυομένη. Ad inguen verò, caro aliquanto mollior sentitur, praecipuè etiam si contrectetur. Vbi quoque scribit Gal. εἴρηται καὶ πρόσθεν ὅτι τῇ φωνῇ [ποτὶ] χρῆται ὁ Ἱπποκράτης, ὅταν αὐξῆσαι βουληθῇ τὸ λεγόμενον. ἔστι γὰρ ὁ λόγος τοιόσδε, κατὰ βουβῶνα δοκεῖ τι ἡ σὰρξ λαπαρωτέρα θεωμένοις, καὶ πολὺ μᾶλλον εἰ ψαύσειέ τις τῇ χειρί. Dictum etiam à me antea est Hipp. solere hac voce [ποτὶ] vti cùm rem augere voluerit. Est enim huiusmodi oratio. Ad inguen mollior quodammodo caro esse inspicientibus videtur, idque etiam multo magis, si locum quis attingat. Iterum quoque (p. 620. vers. 20. H. 812. B.) ποτὶ καὶ κατὰ τὸ στῆθος. maximè etiam ad pectus. Et rursus ibidem (pag. 611. 25. H. 806. G.) ποτὶ δὲ καὶ ὅσα αὐτέῳ τῶν φρενῶν τὸ προσφυὲς κυφοῦται, praecipuè verò vbi supra septi iuncturam in gibbum curuantur. Sic enim illic legit Gal. contra omnium exemplarium fidem. Vt & rursus ibid. (pag. 587. 31. H. 785. B.) legit Gal. ποτὶ καὶ πρὶν ἐκκαρποῖ τὴν βαθεῖαν, praecipueque alta herba prius ad maturitatem deuenit. Vbi exemplaria omnia ὅτι legunt. Ποτὶ quoque ποτὲ significare hoc est Aliquando apud Hipp. annotat Gal. in Exeg.

Πότος conuiuium & compotationem significat, lib. 5. Epid. (pag. 1159. H.) ὅπότε ἐς πότον ὁρμῶν, cùm ad conuiuium prodiret, progrederetur. Sic etiam sumi potest quod scribitur, aegr. 2. libro primo, Epid. ἐκ κόπων, καὶ ποτῶν, καὶ γυμνασίων ἀκαίρων. ex laboribus, compotationibus & exercitationibus intempestiuis diximus.

¶ Πρῆγμα aut πρᾶγμα pro varia rerum natura, varias habet notiones apud Hipp. Initio Progn. (pag. 118. vers. 7. H. 36. 8.) τὰ τῶν νοσεόντων πράγματα dicuntur, quae in rem aegrorum fiunt, & iis sunt vsui, aegrorum res & quae ad eos spectant, τὴν τοῦ νοσήματος κατάστασιν καὶ φύσιν, morbi constitutionem, conditionem & naturam exponit Gal. Verùm hac dictione Hipp. omnem aegri statum intelligere videtur, & omnia quae circa aegros fieri debent & geruntur, cum innuat medicum, qui rectè praedicturus sit, facilè fidem facturum se optimè aegrorum res & quae in eorum vsum sunt tenere, ac morbi naturam & conditionem diligentissimè pernoscere, quaque huic ratione aut via succurrendum sit. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 598. 24.) Medicum vult σκεπτόμενον ἐς ὅλα τὰ πρήγματα τῶν γυναικῶν, res omnes mulierum diligenter expendere, & in eas intentum esse, qui nimiam osculi vteri humiditatem ritè & ordine sit curaturus, siue quid ex vniuerso corpore mouendum sit, siue ex vteris ipsis, siue vtroque modo. Vbi mulierum conditionem & statum, quaeque ad eas spectare videntur omnia, aut illis sunt vsui, & in earum rem fiunt, obaudire possumus. Possunt & mulierum negotia & actiones intelligi, quaeque ab ipsis efficiuntur munia in toto vitae genere & instituto, quae ipsam morbi causam fouere videntur. Libro etiam de rat. vict. in morb. ac. (pag. 61. 55. H. 389. 25.) πρῆγμα totum morbi decursum ac constitutionem indicat. οὔτ' ἐξαπίνης οἷόν τι ὅλῳ τῷ πρήγματι μεταβάλλειν, οὔτ' ἐπὶ τά, οὔτ' ἐπὶ τά. Neque de repente quicquam in hanc vel illam partem immutare in toto negotio licet, hoc est, in toto morborum decursu, in quo mutationes magnae & intempestiuae magnopere cauendae sunt. Est & πρῆγμα res & negotium de quo quaeritur, aut propria rei natura quae in quaestione versatur. Lib. quoque eod. (pag. 64. 40. H. 390. 13.) οὐ γὰρ πλεῖστον μέρος ἐπὶ τῷ πρήγματι περὶ οὗ πλεῖστά μοι λέγεται· ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα ἐπικαιρότατόν ἐστι διδάξασθαι. Neque enim ei rei de qua multum sermonem fecimus est simile, verùm res ipsa valdè opportuno erit documento. Et libr. περὶ τροφῆς (pag. 678. 49.) καὶ σιτίων ἀπεχέσθω τῶν μὴ ξυμφερόντων τῷ πρήγματι, & cibis abstineat, qui ad id quod quaeritur non conducunt, hoc est ad institutum negotium, conceptionem videlicet. Quod iisdem verbis repetitur lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 265. 12.) Libr. περὶ φυσῶν, (pag. 297. 10.) περὶ μὲν τοῦ ὅλου τοῦ πρήγματος, ἀρκεῖ μοι ταῦτα. De hac quidem tota re, haec sufficiant, hoc est de spiritus vtilitate & aeris, quae est affecta ad rem quaestio. Et lib. de art. (pag. 610. 12. H. 806. B.) τῷ δὲ πρήγματι τῷ τοιούτῳ οὐδεμία βλάβη σημαίνεται, nulla tamen ex huiusmodi sectione huic rei noxia imminet. Eadem notione τοῦ πράγματος εἶδος dicitur Gal. rei de qua quaeritur species & valde propria ac specifica rei essentia, quae ex maximè propriis constituitur differentiis, libr. 1. de diff. feb. (pag. 325. 29.) [illegible] τὸ πράγματος εἶδος, ἀλλὰ τὸ κάλλιστόν γε καὶ ἀπαιτεῖσθαι ὀφειλόμενον, τῶν τοιούτων [illegible], ἴδιον δὲ ἅμα καὶ ἀχώριστον σημεῖον. Agitur namque de propriis febris diariae signis, quae eius rei formam [illegible] constituunt, (quòd ex proprietate quae omnis [illegible] cuiuscunque rei natura & essentia circumscribatur) certissima tamen sunt atque inseparabilia huiuscemodi febrium signa. πράγματα etiam molestias & negotia significant, quemadmodum scribitur in Progn. (pag. 150. 50. H. 43. 27.) πράγματα πολλὰ παρέχειν, & repetitur in Coac. (pag. 180. H. quod est multum negotij facessere, aut multum molestiarum exhibere. Qua notione etiam πρηγμάτων nomine, res, difficultates, & negotia, aut rerum gerendarum actiones sumi possunt aph. 28. sect. 8. libr. 6. Epid. non secus ac apud Terent. Adelph. res pro molestiis ac perturbationibus sumuntur. Ego, quia non rediit filius quae cogito? Quibus nunc solicitor rebus! [illegible] in hoc loco, Hipp. per πρήγματα causae manifestae & externae accipiuntur, quae animum mouent & afficiunt, aut moerore, aut gaudio, aut metu, aut confidentia, aut spe, aut desperatione, eumque huc & illuc momento impellunt, velut per ὄργανα causae internae. Ex quibus quomodo affectus sit animus considerandum monet ea sententia Hipp. & mentis intelligentia, vt per se valeat & constet, quod vt plurimùm ab eiusmodi causis tum internis, tum externis, non parum conturbetur & commoueatur. πρῆγμα etiam saepe rem, negotium, circa quod actiones humanae versantur significat in Epist. ab Hipp. scriptis, vt (pag. 1274. 31.) πεισθεὶς ὅτι περ ἦν ἐπείγειν τὸ πρῆγμα. persuasus, id quod erat, rem vrgere. Et (pag. 1275. 48.) ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀνθρωπίνων πρηγμάτων ὑπερφρονέοντες. sed sunt qui humanas actiones despiciunt & pro nihilo ducunt. Et (1277. 1.) ἐπείγει γὰρ τὸ πρῆγμα. Vrget enim res ipsa. Et rursus (pag. 1277. 7.) de Democrito, καὶ οὐ παύεται γελῶν ἐπὶ παντὶ πρήγματι, neque ridere cessat in omni negotio. Vbi πρῆγμα rem seriam, grauem, & studio aut opera dignam indicat, vt Democriti risus absurdus visus fuerit. Quemadmodum etiam lib. περὶ ἐνυπνίων (pag. 376. 17.) ἐν δικαίῳ πρήγματι, in re iusta & seria dicitur, quo nomine hominum officia, actiones & munia quotidiana intelliguntur. Neque absimili locutione τῇσι χερσὶ πραγματευομένη phrenitica scribitur, libr. 7. Epid. (pag. 1215. F.) quae manibus negotiosè & laboriosè plurima moliebatur. Et τὰ πρασσόμενα ποιεῖν Prorrh. 2. (pag. 105. C.) est res consuetas obire & gerere, actiones procurare, aut muniis solitis perfungi. πρῆγμα ὑγρὸν quicquid est humidum, aut humidam naturam significat libr. περὶ φυσῶν (pag. 299. 23.) vbi de sanguinis extra propria conceptacula effusi mutatione agitur. αἰεὶ γὰρ τὸ ἔμπροσθεν ὁ πρηνὴς πεπαμένος τις ὑγρῷ πρήγματι, καὶ τῆσι πάντῃ βάρος ἔχοντι. Neque enim humidae naturae vt sursum progrediatur facilis est via, verùm accliuis & ardua, vt neque cuiuis alteri grauitatem habenti. πρήγματα κατὰ lib. 2. Epid. (pag. 998. C.) ea quae vulgò in morbis fiunt, diximus, naturalis facultatis in coctionibus operam & πραγματείαν intelligentes. ἐν ἱερῷ etiam Hipp. (pag. 2. 36.) τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα, ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται. res sacrae sacris hominibus

demonstrantur, quibus significantur scientiæ adyta & mysteria à quibus arcentur prophani. Atque haud scio an huc accommodari Erot. expositio queat, qua πράγματα apud Hipp. κτήματα, hoc est, possessiones significari scribit.

Πράμνιος exponitur Gal. in Exeg. οἶνός τις οὕτως ὀνομαζόμενος μέλας καὶ αὐστηρός, vinum quoddam hoc nomine, nigrum & austerum. Cuius meminit Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 610. 6.) & lib. 2. (pag. 667. 15. & pag. 669. 35.) Huius mentionem facit Hom. Il. λ. (vers. 638.) Athen. lib. 1. vinum hoc esse crassum & multi alimenti scribit. Nicandri Schol. οἶνον πράμνιον dici scribit ἀπὸ ἀμπέλου πραμνίας, ἣν καὶ ψιθίαν τινὲς καλοῦσιν.

Πρασοειδὴς dicitur apud Hipp. quod est coloris viridis aut prasini, & porraceum colorem referens, vt πρασοειδέα τὰ διαχωρήματα, virides deiectiones & porraceæ in Progn. (pag. 139. 22. H. 19. 40) & Coac. (pag. 220. G.) quæ à bile æruginosa tinctæ sunt. Est & πρασοειδὲς τὸ ἐμεύμενον, vomitio porracea, in Progn. (pag. 142. 55. H. 41. 7.) & πρασοειδὴς ἔμετος in Coac. (pag. 297. F.) viridis vomitus dicitur Celso cap. 4. lib. 2. vt & χολὴ πρασοειδὴς bilis viridis eidem nominatur cap. 6. lib. 2. quæ est bilis porracea aut prasina, porri colorem referens, quæ fit (vt scribit Gal. Com. 2. in Progn.) ex alimentorum quorundam cruditate, aut ex olerum esu: Interdum etiam immoderatiore calore venoso genere affecto in ventriculum influit.

Πρεσβῦται sunt Hipp. aph. 31. lib. 3. qui γέροντες dicuntur, senes & qui vltimam ætatem agunt, vt scribit Gal. in Com. quanquam inter πρεσβύτας & γέροντας quidam distinguunt, vt πρεσβύτας intelligant eos qui sunt in primo senio, γέροντας autem decrepitos & in vltima ætate. Sic πρεσβύτησι in Coac. (pag. 138. H.) sunt qui γεραίτεσι dicuntur in Progn. ætate florentibus collati, & qui trigesimum quintum annum superant, quique in primo senio sunt constituti, & ὠμογέροντες vocantur. Alioqui πρεσβῦται senes quoscunque indicant, vt aph. 41. & 42. lib. 2. & 6 lib. 6. πρεσβύτερα ἔμβρυα seniores conceptus dicuntur aph. 1. lib. 4. verùm ex collatione tantùm ad νέα, velut in Progn. (pag. 163. vers. 11. H. 46. 29.) τὰ πρεσβύτερα τῶν παιδίων dicuntur pueri qui primum septennium superant.

Πρηέες πυρετοὶ, febres sunt mites, quæ est febrium differentia ex caloris essentia desumpta, aphorism. 17. sect. 1. lib. 6. Epid. quibus δακνώδεες τῇ χειρὶ, ad manum mordaces opponuntur. Sunt & πυρετοὶ πρηέες apud Hipp. sect. 2 lib. 1. Epid. (pag. 365. 6. H. 948. A.) & in continuis, πρηέως ἀρχόμενοι, καὶ τὸ ὅλον ἐπιδιδόντες αἰεὶ, ibid. (pag. 362. 22. H. 945. D.) per initia mites, sed quæ in totum perpetuò increscerent.

Πρηνὴς exponitur à Gal. in Exeg. apud Hipp. τὸ πρὸς τὴν γῆν νενευκὸς, in terram propendens & pronum. Sic πρηνὴς exponitur Hesych. ἐπὶ τὸ πρόσωπον πεπτωκὼς, qui in caput aut vultum propendet, pronus, decliuis, qui & πρανὴς dicitur communiter, cui ὕπτιος opponitur, supinus, vt in Mochl. (pag. 850. E.) Libr. de fract. (pag. 526. 58. H. 750. B.) ἐπὶ τὸ πρηνὲς ῥέπειν dicitur, quod est in pronam partem vergere, idem quod κατάπρηνὴς ibid. (pag. 527. 57. H. 750. H.) & pag. 575. 51. H. 776. G.)

Πρῆσμα exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. ἐμφύσημα, inflatio, & πρῆσις ἐμφυσήσεως, inflationis, & πρησικώτατον τὸ ἐμφυσηματικώτατον, valde inflatum. vide quæ scripsimus in Ἀγχίστωσιν antea.

Πρίειν est serrare, aut serra secare, idem quod πρίζειν, & de dentibus dicitur in Progn. (pag. 127. 40. H. 37. 52.) ὀδόντας πρίειν, quod dentibus stridere dixit Celsus, vnde πρίσις ὀδόντων dentium stridor in Prorrh. (pag. 181. 23. H. 71. B.) πρίσις autem vt & πρίων apud Hipp. sæpe serram aut terebram indicat, & ossis sectionem aut forationem per terebram, vt lib. de vulner. cap. (pag. 900. G. H.) interdum etiam sectionem per terebram serratam, quæ terebræ teretis & serræ vsum facit, vt ibid. (pag. 912. 913.) vbi etiam ἐκπρίειν & ἐκπρίσαι & πρίων sæpe ponitur. Alioqui terebra acuta vtitur Hipp. & τρύπανον vocat ibid. (pag. 911. B.) & pag. 913. F.) Est & πρίων χαρακτὸς terebra caua, aspera & serrata, qua ad excidenda ossa ad membranam vsque vtitur Hipp. ibid. (pag. 913. C.) estque ea terebra χοινικὶς Græcis, & χοινίκιον Celso modiolus vocatur, & terebræ rectæ, quæ τρυπάνιον dicitur, opponitur. Eadem quoque ὀρθόπριον nominatur Gal. in Exeg. Hæc terebræ & serræ vsum habet, trepanis vulgaribus non absimilis, ideóque ossa forat & excidit. Ideóque eius vsus est in ossibus imbecillioribus & tenuibus, velut paruum terebrum in puerorum ossibus adhibet Hipp. Eius vsum rectè describit Celsus capit. 3. libr. 8. Quidam interpretes πρίονα χαρακτὸν terebram acutiorem accipiunt. Sed cùm τρυπανίῳ opponatur, quæ terebra est recta & acuta, meliùs caua, & exsculpta dicetur. Potest & χαρακτὸς dici, quòd impressa manu agatur, faciatque ei similem ambitum, qui in angustiorem orbem modiolo imprimitur. Est enim quidam premendi modus (inquit Celsus) vt foretur & circumagatur, quia si leuiter imprimitur, parum proficit, si grauiter, non mouetur. Apud Gal. autem annotantur duo serrarum genera, vnum μαχαιρωτὸν, pro serra quæ macheræ formam habet, ea polit & læuigat ὀδοντωτὸν, alterum, pro serra dentata, quæ incidendo altiora crenularum vestigia relinquit.

Προαγόρευσις prædictio, prænunciatio, aph. 19. libr. 2. τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προαγορεύσιες. In morbis acutis non omninò certæ sunt prædictiones. In Progn. (pag. 118. 36. H. 36. 26.) καὶ τοὺς ἀποθανουμένους τε καὶ σωθησομένους προγινώσκων τε καὶ προαγορεύων. tum morituros, tum victuros præsentiens, ac prædicens.

Προακμάζοντες, qui in ea ætate sunt quæ vigorem antecedit, estque adolescentia ipsa, fortèque iuuentus accipienda est in qua ob exuperantem calorem, maior humorum acrimonia & copiosior sanguis inest. Virilis autem ætas etiam pro vigore sumitur. In Coacis (pag. 221. D.)

Προαυξέα παιδία, pueri adultiores, prouectiores, aut qui paulò ampliùs increuerunt, aut ætate processerunt, dicuntur Hipp. lib. de art. (pag. 642. 21. H. 827. F.) ἢν καὶ προαυξέων γενέσθαι ἤδη παιδίων ξυμβῇ. aut etiam iam ætate progressis pueris casus inciderit. Vbi Gal. προαυξέα exponit, τὰ ἐπὶ πλέον ηὐξημένα, eos qui paulò ampliùs increuerunt, quorum non æquè ac tenellis infantibus ossium natura formari ac fingi potest. Idem in Exeg. scribit, προαυξέας, νόσους τινὰς οὕτως ὀνομάζει, τὰς τοῖς προβεβηκόσι κατὰ τὴν ἡλικίαν γινομένας, ὅτι καὶ αὐτοὺς οὕτως ἐνίοτε καλεῖ τοὺς προβεβηκότας. προαυξέας morbos quosdam vocat, his qui iam ætate progressi sunt obuenientes, quòd & ipsos ætate prouectos quandoque sic vocet. Quibus verbis aphor. 25. sect. 5. libr. 6. Epid. mihi significare videtur Gal. atque ibi προαυξέας νόσους ex quibusdam exemplaribus legisse, cùm tamen παυξέας legerit in Com. vt antea exposuimus. Sunt & προαυξήσιες libr. 2. Epid. (pag. 1006. C.) corporis adauctæ moles, ex quibus de totius temperamento æstimatio fieri debet, vbi & προαυξέες etiam dicuntur quibus ea corporis moles increuit.

Πρόβατα quasuis pecudes & pecora significant, cùm alioqui eo nomine oues designentur. Sic Gal. Com. 1. in lib. de art. (pag. 587. 24. H. 784. H.) πρόβατα dici Hipp. scribit, ἅπαντα τὰ βοσκήματα, pecudes aut pecora omnia, vt & apud Hom. Il. ξ. (vers. 124.) πολλὰ δέ οἱ πρόβατ' ἔσκε. Multa sunt illi pecora. Vbi Galen. πρόβατα ἀγέλας βοσκημάτων indicari vult, hoc est, pecudum gregem & armentum, eaque notione hanc dictionem priscis vsurpari. Et Schol. ibid. scribit priscos quadrupedes omnes πρόβατα dixisse, vt & Hesych. τὰ τετράποδα, quadrupedes exponit. Indeque πρόβασιν apud Hom. ὀδυσσ. β. (vers. 75.) reditum & prouentum qui ex pecoribus prouenit significat, πρόσοδον exponit Schol. ἀπὸ τοῦ προβαίνειν vnde peculiariter πρόβατα dicta videntur. πρόβασις quoque pecorum possessionem aut armentorum gregem indicat, & τὰ διὰ ποδῶν προβαίνοντα, vt scribit Eustath. τῶν τετραπόδων κτῆσιν exponit Hom. Schol. vt & Hesych. τὴν τῶν βοσκημάτων κτῆσιν. πρόβατα etiam apud Hipp. Erot. quadrupedes omnes exponit, cùm scribit: πρόβατα, οὕτω καλεῖ κοινῶς πάντα τὰ τετράποδα νῦν. πρόβατα nunc communiter vocat quadrupedia omnia. Quam certè dictionem multis in locis ea notione vsurpat Hipp. vt lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 248. 16.) ὁμοίως δὲ καὶ τὰ πρόβατα, θηρία τε καὶ τὰ ὄρνεα. Eodem modo se habent pecudes, & feræ & volucres. Hic enim pecudum genus indicat, vt & lib. περὶ σαρκῶν (pag. 250. 49.) ἐν ἀποπατήσει ὁπόταν φύωνται τάχιστα ἐν οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ πρόβατα. Et celerrimè tum homines tum pecudes, vbi natæ sunt, aluum exonerant. Et lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 291. 40.) ἕπονται δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ πρόβατα ἴοντα, καὶ αἱ βόες, ἐν οἱ ἵπποι. Eos autem sequuntur & pecora, & boues, & equi. vbi oues tamen accipiunt interpretes. Sic libr. de Morbo sacro (pag. 302. 24.) οὐ γὰρ ἔστιν αὐτοῖς ἄλλο πρόβατον οὐδὲν, ἢ αἶγες καὶ βόες. Neque enim alia vlla ipsis sunt pecora, præter boues & capras. (Sic enim legit Gal. Com. 1. in lib. de artic. cùm προβάτιον passim legatur) Et si ibid. (pag. 307. 32.) πρόβατα oues significare videntur. γνοίη δ' ἄν τις ἐνθάδε μάλιστα, τοῖσι προβάτοισι, τοῖσι καταληπτοῖσι γινομένοισιν ὑπὸ τῆς νόσου ταύτης. Idipsum autem quis vel maximè cognoscet ex ouibus hoc morbo correptis. Vbi etiam pecudes intelligi possunt. Libri quoque περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 544. 41.) δοκέει δὲ καὶ ἐν αἱ ἄνθρωποι γίγνεσθαι τοιαῦτα πολλῷ μᾶλλον, ἢ ἐν προβάτοισιν. Videntur autem talia

talia potiùs hominibus contingere quàm pecudibus. De tuberculis pulmonis agitur quæ pecudibus & quadrupedibus fiunt, vt illic scribitur, vnde hydrops nascitur. Lib. de artic. (pag.587.15. H.784.H.) ὅτι πάντων τῶν προβάτων βόες ὅτι μάλιστα ποιέουσι τοῦτο τὸ ὥρῃ. quòd ex omnibus pecudibus, boues, hoc tempore quàm maximè laborant. At verò ib. (pag.628. 23.H.803.F.) ἐγὼ δέ ποτε πνεύμονος προβάτου λοπὸν ... Ego verò aliquando pulmonis ouilli frustulum resectum imposui. Sic enim de pulmone ouillo in nares fractas immittendo sumpserunt interpretes, cum de aliis pecudibus etiam accipi queat. Velut lib. περὶ αἱμορροΐδων (pag.893.C.) οὐδὲν γὰρ χαλεπώτερον, ὅπερ προβάτῳ δέρματος τὸν δάκτυλον μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τῆς σαρκὸς παρείρειν. Neque enim maiore negotio id fiet, quam si dum pellis oui detrahitur, digitum inter pellem & carnem medium immittas. Etsi de quauis pecude intelligi potest. Similiter etiam lib.2. περὶ γυναικ. (p.641.48.) in fluore muliebri albo. ... προβάτου οὖρον. Defluit velut vrina ouilla, dixit Cornar. cùm de alia pecude etiam accipi possit.

Πρόβλημα obiectaculum dicitur (vt loquitur Varro) aut obiectus, (vt Corn.Tacitus) obex, quod prætenditur & opponitur ad aditum obstruendum. velut Æn.8. de saxo illo quod Caci speluncam obstruebat, dixit Virgil. fultosque emuniit obice postes. Et Ouid. lib.1. Fast. Ille aditum fracti præstruxerat obice montis. Sic membrana quæ collo vteri & osculo adnata conceptum impedit, os obstruit, & semini genitali aditum præcludit, πρόβλημα vocatur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 581.10.) & lib.1. περὶ γυναικ. (pag.599.5.) γνώσῃ δὲ τόδε, ἢν ἐπαφάσῃς τῷ δακτύλῳ, ἅψῃ τοῦ προβλήματος. Id verò cognoueris, si digito ad attrectandum immisso, obiectaculum aut obicem attigeris. Quæ lectio faciliorem lib.1. περὶ γυναικ. scriptionem facit, & verò emendat. Sic enim leg. videtur. γνώσῃ δὲ, ἢν τῷ δακτύλῳ ἅψῃ τοῦ προβλήματος. Cognosces autem, si quod obtenditur digito attigeris.

Προβολὴ, proiectura dicitur & prominentia, quicquid prominet aut prætenditur. Sic προβολὴ τῶν χειλέων λεπτῶν dicitur lib.de artic. (pag.587. ver.21. H.785.A.) in reliquis pecudibus quibus ad depastionem labra tenuia prominent & prætenduntur. Lib. de Vuln. Cap. (pag.895.B.) προβολὴ ossis in capite eminentia aut extantia dicitur, cùm os quod in capite rotundum est, præter aliud prominet & extat. Sic enim ibidem sese explicat his verbis Hipp. ἀλλ' ὅτῳ μὲν ἔχει ἐν τοῦ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς προβολήν. ᾗ δὲ προβολή ἐστι, τὸ τοῦ ὀστέου ἔχει στρογγύλον αὐτὸ τοῦ ἄλλου. Verùm cuicunque parte anteriore caput prominentiam habet, quæ fit, cum os quod rotundum est, plus reliquo eminet. προβάλλεσθαι prætendere aut prætexere significat, profiteri, ac proponere, veluti proposita quæstione disserere, Lib. περὶ εὐσχημ. (p.22.19.) οἱ προβαλλόμενοι τὴν σοφίην πρὸς πολλὰ εἶναι χρησίμην: qui sapientiam ad multa esse vtilem proponunt.

Προβουλεύοντες exponuntur ab Erot. apud Hipp. προγινώσκοντες καὶ προευλαβούμενοι, prænoscentes, præscientes & præcauentes. Sic in Progn. (pag.118.35. H.36.24.) ἐκ πλείστου χρόνου προβουλεύσας, longe ante singula præuidens, consultè perpendens.

Πρόγνωσις, præsensio, præcognitio, non tantùm futurorum dicitur, verùm etiam præsentium & præteritorum, vt indicat Hipp.scribens in Prognost. (pag.118 4. H.36.2.) προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι, τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, Præsentiens enim ac prædicens apud ægros, tum præsentia, tum præterita, tum etiam quæ futura sunt. vbi πρόγνωσις tribus temporibus attribuitur, neque tantùm esse futurorum dicitur, vt explicat etiam in Com. Gal. & initio lib.1. de præcogn. ex pulsibus. Prædictionis quoque & prænotionis vim tribus temporibus attribuit Hipp. lib.1. Epid. (pag.366.39. H 948 F.) λέγειν τὰ προγενόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα. Præterita vt enarres, præsentia cognoscas, & futura prædicas annitendum est. Quod etiam ibidem indicat Gal. in Com πρόγνωσις quoque & γνῶσις, tam rebus quæ certò fiunt & ratæ sunt, quàm incertis attribuitur, etsi vt plurimùm futuris accommodetur & firmis, vt scribit Gal. in Progn. (pag.119.48.) δεῖ τοίνυν δὲ καὶ τὴν ἐκ τοῦ πολὺ περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἐλπίδα, καὶ τὴν ἀσφαλῆ ... πρόγνωσιν. Moris est autem vt plurimum spem de futuro & certam nominare πρόγνωσιν præsensionem, præcognitionem. Prognosin autem præsciam significationem vocat Cæl.Aurel. cap.8.lib.4. Tard.Pass.

Προδιαγινώσκεσθαι est prænunciare, præmonere, prius discernere. Libro περὶ εὐσχημ. (pag.24.40.) προδιαγινώσκεσθαι οὖν χρὴ τὸ ἐκβησόμενον ἐκ τῆς ἐμπειρίης, de euentu igitur per experientiam præmonere oportet, hoc est, euentum experientia cognitum prænunciare. De morbi salutaris aut exitialis euentu dicitur, cuius præcognitio vsu & experientia solùm comparatur, eamque prædicendam monet. προδιαγινώσκεσθαι prius cogitare dixit Caluus, prius discernere Cornarius.

Προεκρήγνυσθαι est ante tempus erumpere, dicitúrque Hipp. de præcoci & præmatura crisi aut morbi solutione, cum nulla adhuc apparet morbi concoctio, vbi natura humorum copia aut qualitate irritata, in immaturam iudicationem erumpit, & malam crisim tentat. Sic enim de morbis inconstantibus & malè iudicantibus scribitur lib. περὶ χυμῶν (pag 50.41.) ἢ προεκρήγνυται, ἢ προεκκρίνονται, ἢ ἐγκαταλείπονται. si præerumpant, aut prius excernantur, aut intus relinquantur. Quòd enim ante tempus erumpere aut excerni anticipent, ἄκριτα fiunt, hoc est nullam aut prauam habent iudicationem. Quod etiam intus relinquantur. φιλυπόστροφοι fiunt, & recidiuas minantur. Ideóque προεκρήγνυσθαι & προεκκρίνεσθαι simul iunxit Hipp. vt alterum explicaret προεκρήγνυσθαι enim quid non opportunè fieri, & iudicationis tempus præuenire significat, malumque denunciat, quòd vnà etiam cum noxiis humoribus, irritata natura bonos & benignos effundat, vt scribunt Comm. in librum de humor. Gal. attributi, & repetitur libro tertio de Dieb decret. (pag 447. versic.3.) Idemque li. περὶ τῶν προεκρήξεων (pag 459.25) huius vocis notionem aperit, cùm præoccupantem crisin hac voce significat, his verbis: δι' ἃς καὶ ὅτι προεκρήγνυται πολλάκις ὁ κίνδυνος ... πρὸς κρίσιν ἐξελαύνει. In quibus ostentum est quod sæpe præuenit iudicatio diem quæ cutò morbum iudicatura est. Eaque notione προεκρήγνυσθαι dicitur Hipp. & lib.2. Epid. (pag. 999. E.) τὰ προεκρηγνύμενα ἢν ὠμὰ ᾖ, κακὸν, ὑποστροφαὶ ἢν δὲ μὴ, ὀλέθρια. Quæ præmaturam iudicationem dum adhuc cruda sunt occupant, morborum reuersiones faciunt, sin minus, omnino malam aut prope nullam solutionem portendunt. προεκρήγνυσθαι etiam temporibus intempestiuis & ante tempus occupantibus attribuit Hipp. vt initio sect 2.lib.1. Epid. χειμῶνες προεκρηγνύμενοι, tempestates ante tempus erumpentes, aut frigora intempestiua & quæ tempus præoccupant.

Προεξαδυνατέοντες, qui admodum fractis sunt viribus, & ex magno morbo valde fracti ac debilitati quasi prædebilitati, nisi quòd præpositio ἐξ mali incrementum facit. In Prorrh. (pag 173 25. H.67.G.) αἱ τῶν προεξαδυνατούντων παραφροσύναι dicuntur desipientiæ quæ iam admodum fractis viribus succedunt, quæ oriuntur cerebro pessimè admodum affecto, ideóque maximè suspectæ sunt. Quod etiam repetitur in Coac. (pag.131.E.) Qui verò sint προεξαδυνατοῦντες his verbis explicat Gal.in Prorrh. μήποτε γάρ τι τὸ ἐξ τὴν δυνάμεων ἀρρωστίας ἐνδείκνυται τὸ προεξαδυνατούντων ὄνομα, προσκειμένης τῆς ἐξ προθέσεως τῷ προαδυνατοῦντι, ὃ καὶ αὐτὸ καθ' αὑτὸ βλάβην ἱκανὴν σημαίνει τῆς δυνάμεως. Hoc προεξαδυνατούντων nomen magnam quandam facultatis imbecillitatem indicat, propter adiunctam ἐξ præpositionem nomini προαδυνατοῦντι, quod etiam per se sufficientem facultatis noxam significat. Idem quoque Com.3. in Prorrh. (pag.200.54.) προεξαδυνατοῦντας προεκλελυμένους τὴν δύναμιν, & μετ' ἐκλύσεως exponit, hoc est, valde delassatos, viribus fractos & debilitatos, & qui viribus sunt exolutis, prælanguidos aut prælanguentes vocant. In quo etiam animaduertendum est προεξαδυνατούντων legisse Gal. in Prorrh. veterem tamen lectionem προεκταθυναντούντων esse, & codicibus manuscriptis contestatam, Erotianique authoritate confirmatam, de qua suspicionem quoque iniicit Gal in Comment. Quam etiam vocem antea exposuimus in Ἀταθύναι.

Προεξυνετίσθαι est aliquid diligenti præmeditatione adhibita & cum iudicio agere, aphor.24 lib.1. diligentem præmeditationem, cautionem, rectumque iudicium adhibendum ad purgantium medicamentorum vsum significat. Quo quidem verbo, diligentiam ipsam & ægrorum præparationem complectitur, quæque in instituendis purgationibus recto animi iudicio præuidentur.

Προθυμεῖσθαι est aliquid propenso animo & magno studio suscipere aut instituere, aliquid diligenter & prompte curare, elaborare, anniti, affectare, alicui rei propensius vacare ac studere. In Coac. (pag.124 A.) προθυμεῖσθαί τι πρήσσειν μὴ εἰθισμένον, aliquid propensius curare & magno studio eniti, non prius consuetum. Hinc προθυμία, alacritas, animositas, & ad res agendas promtitudo ac animi propensio, quæ calidi natiui copiam indicat. παιδία προθυμότερα ἐστὶ τῶν ἄλλων. pueri alacriores, animosiores, promptiores, viuidiores, aphorism. 13. lib.1.

Προΐστασθαι est præesse, adesse, prosistere, quasi antecellere ac dominari, adstare & quasi vrgere. Lib.5. Epid. (pag.1153.B.) πνεῦμα δὲ προΐστατο. difficultas spirandi prosistebat, hoc est, præerat, dominabatur & antecellebat aut aderat & instabat,

ac vrgebat, vt προσίσατο melius legatur. Apud Dioscor. cap. 11. lib. 2. προϊστάμενον γλοιώδες, lentorem adhærescentem, sequacem & collectum qui veluti præest ac dominatur significat. Annotatur & apud Arist. sect. 4. Quæst. Natur. quæst. 30. προϊσταται χολὴ αὐτοῖς πολλάκις, iis sæpe bilis prosistit dixit Gaza, hoc est, adest, excellit, præstat ac dominatur. Etsi προσίσταται quidam illic legunt, vt sit obsistit, malè afficit, molesta est. Ea notione πρόστασις humorum præstantia & excellentia dicitur, eumque qui cæteris præstat ac dominatur significat, vt scribimus postea.

Πρόκα Gal. exponit apud Hipp. in Exeg. ἐξαίφνης, repente, subitò, videturque vox esse Ionica qua etiam vsus est Herodot. in cuius lexico πρόκα εὐθὺς exponitur, hoc est statim, continuò. Sic etiam Hesych. πρόκα, εὐθὺς, ἐξαίφνης significat, vbi tamen exemplaria mendo carere non videntur.

Προκαταρκτικὰ αἴτια ἢ προηγούμενα, causæ antecedentes, vel antegressæ, vel antepositæ dicuntur M. Tullio lib. de fato, & externæ, quæ in nostra sunt potestate.

Προκίδι μαχαιρίδιον τὸ φλεβοτόμον, exponit Gal. in Exeg. apud Hip. hoc est, scalpello venis secandis accommodo. Exempl. tamen quædam προμήκει pro προκίδι legunt, vt sit scalpello oblongo & acuto. προμήκη enim σιδήρια dicuntur Hipp. (vt scribit Gal. Com. 1. in lib. de artic.) ferramenta oblonga & mucronata, minimè rotunda & capitulata, sed his similia quibus ad interpunctiones vtuntur, quæ τοῖς φαλακροῖς opponuntur. Quem in sensum hunc Hipp. locum lib. de artic. (pag. 590. 42. H. 787. H.) hoc loco accommodant σιδήρια δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα καίειν μὴ παχέα, μηδὲ λίην φαλακρὰ, ἀλλὰ προμήκεα. ferramentis autem ista adurenda sunt non crassis, neque admodum læuibus aut glabris, sed oblongis. Verùm hunc totum Exeg. locum non parum suspectum habeo, neque quonam rectè loco positum restitui possit mihi adhuc est satis compertum. Suspicionem auget Var. qui προκήκει μαχαιρίδι apud Gal. legit, forte pro προμήκει.

Πρόκλησις est prouocatio aut inuitatio quædam, & sensuum ad externa reuocatio. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος pag. 425. 34.) ὧδε τοῦτο καὶ ἀπὸ τῶν θερμῶν ἡδοναὶ καὶ προκλήσιες, ἀπὸ δὲ τῶν ψυχρῶν ὀνηδόνες καὶ ἀποτρέψιες. Vbi προκλήσιες illecebras, sensuum titillationes, aut ad externa euocationes significant, vt ἀποτρέψιες auersationes, intro reuocationes, ac veluti inhibitiones. Libro quoque περὶ εὐσχημοσ. (pag. 24. 8.) κομίζει γὰρ τοῦτο βίη εἰς πρόκλησιν θεραπείης. (Sic enim legunt exemplaria manu scripta, & interpretes) Hoc enim necessitate coactus facere videbitur ad curationis prouocationem, vt dixit Cornar. Caluus eleganter curationis illicium vocauit: vt Medici nimia garrulitas, velut quædam ad curationem inuitatio aut denunciatio videatur, qua ad se populares alliciat & captat, iisque se quodammodò obtrudit. Exempl. tamen publicata πρόσκλησιν habent, hoc est curationis aduocationem. Est enim πρόσκλησις aduocatio, ad opem ferendam vocatio, παράκλησις Hesych. exhortatio. Quo sensu hoc loco πρόσκλησις θεραπείης dicetur curationis aduocatio, vt sua loquacitate ineptæ suæ curationi subueniat Medicus, eamque sua nugacitate tegat.

Προκρίνεσθαι vide προεκκρίνεσθαι antea.

Προκώνια ἄλφιτα significant Hipp. farinam ex hordeo recenti & tenero, libro secundo περὶ γυναικ. (pag. 638. 5.) Quem locum subindicans Gal. in Exeg. τὰ ἐκ τῶν νέων ἔτι καὶ ἁπαλῶν κριθῶν exponit. ex recenti adhuc & tenero hordeo confectam farinam: sic dictam quòd ex hordeo recenti fieret prius quàm in conos componeretur, ideóque exponit, τὰ πρὸ τοῦ τὸν κῶνα στῆσαι, prius quàm in conos extrueretur. κῶνος enim dicitur Gal. strues illa, quæ ex ligno erecto in areis componitur maximeque humidis in locis, circa quam in metæ & coni figuram fructus adornantur. Scribit tamen idem Gal. προκώνια ἄλφιτα quosdam accipere, τὰ ἐκ τῶν ἀφρύκτων μόνα, farinam quæ ex hordeo non tosto fieret. Ipse verò τὰ ἐκ τῶν νέων κριθῶν ἄλφιτα sumit. Pollux etiam τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν. Hesych. πρόκωνα exponit. τὰ ἐκ τῶν μὴ πεφρυγμένων κριθῶν ἄλφιτα, vt & Var. in quo tamen mendum esse existimo, cùm μὴ πεφρυγμένων legendum videatur. Idem quoque Var. προκώνια, πυροὺς μέλιτι κεχρισμένους exponit, & ex Aristoph. Gramm. & Crate τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν, scribitque ex tritico & hordeo fieri Autoclidi, Demoni quoque ἐν τῷ περὶ θυσιῶν, προκώνιά ἐστι κάχρυς κατηρεγμένας μετ' ἀρωμάτων, hordeum confractum aut contusum cum aromatibus. Vnde προκώνια quidam suffimentorum genus esse credunt ex Etym. apud quem etiam προκώνια πυροὺς μέλιτι κεχρισμένους, ἢ ἐν ἡλίῳ ὠπτημένους, significant, tritica melle illita & confecta, aut in sole tosta, quasi πυροκώνια dicta. Apud Hipp. libro περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 581. 20.) πυροὺς προκωνίας triticum recens exponunt. Caluus verò hordeum recens tostum. Pro quo libro secundo περὶ γυναικ. (p. 657. 49. πυροὺς πεφωκύφας vitiosè legi videtur.

Πρόμαλος plantæ species apud Hipp. cuius meminit Eupolis ἐν αἰξὶ, vt scribit Erot. Verùm apud Erot. φάξας vitiosè, pro φώξας legitur. Subindicat enim locum libri 2. περὶ γυναικ. (p. 667. 47.) vbi in fluxus muliebris remediis πρόμαλον φώξας ἢ τρίψας ἐν οἴνῳ δίδου (scribit Hipp.) promalum tostum aut tritum in vino exhibeto, vbi myricam vertunt interpr. Rursus ib. (p. 670. 43.) πρόμαλον vsurpat Hipp. Verum non parum mihi suspectus esse ille locus, tum quòd exemplaria manu scripta προμήμαλον ibidem vitiosè quoque legant, tum quod lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 582. 39.) πρόσβαλιν eadem in re scribatur, non πρόμαλον. Πρόμαλος exponitur Hesych. μυρίκη ἢ ἄγνος. Vnde πρόμαλον myricam accipiunt apud Hipp. & myricam esse contendit Herm. Barbar. in suis Coroll. ad Dioscor. quæ & ad muliebria profluuia, & mulieribus fluxione vuluæ opportunis in desessionibus adhibetur Dioscor. Plutar. probl. 1. lib 4. Sympos. πρόμαλον ponit in cibo caprarum apud Eupolin, vbi myricam exponunt interpretes. Verùm aliud quiddam esse suspicionem facit, quòd μυρίκην ibidem etiam apponat Plutar.

Προμηθεῖσθαι apud Hipp. exponit Erot. προβουλεύεσθαι, φροντίζειν, prouidere, curare, animo agitare. Quo sensu sumi potest quod scribitur lib. de fract. (p. 557. 39. H. 765. D.) καὶ τὴν θέσιν αἰεὶ τῶν ναρθήκων προμηθεῖσθαι χρή: idque semper prouidendum in admouendis ferulis. Et lib. de art. (p. 594. 26. H 790. B.) ὥστε καὶ προμηθεῖσθαι τῶν ὤμων τῶν ἐκπεπτωκότων. ita vt humerorum prolapsorum curam habeant, aut humeris prolapsis prouideant aut prospiciant. Ac rursus ib. (p. 595. 30. ib. G.) καὶ εἰ πάνυ προμηθεῖτο. & si valde quis prouideat, aut curam adhibeat. Rursusque (p. 621. 54. H. 813. G.) μόνον προμηθεύμενον, id solùm prouidentem. Et (p. 650. 29. H. 831. H.) προμηθεόμενος ὅκως μὴ τρώσῃς, dum prouideas vt ne vulneres. Et (v 35. H. 832. A.) ἀλλ' ὅπη τὸ προμηθέστερον ἔδοξε μοί τι ποιεῖν. sed vt consultius quid fieret visum est. Libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 617. 52.) προμηθεόμενος ταῦτα, hæc animo reputans, agitans, prouidens, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 46. 54. H. 385. 34.) ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περιττὸν προμηθῇ. ita vt ad dierum paritatem & imparitatem animum attendas.

Προμυλλαίνειν est productis labris os contrahere ac comprimere, aut protensa labra contrahere. προμυλλῆναι, προτεῖναι ἔξω τὰ χείλη, exponit Gal. in Exeg. quod est, labra protendens, aut vbi labra prominent. Quod legitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 17. 53.) προμυλλήνας δὲ καὶ συστείλας, πιέσας τε τὰ χείλεα, vbi labra foras produxeris & contraxeris, aut compresseris, aut vbi protensis labris os contraxeris & compresseris. Gorr. vbi iunxeris os & constrinxeris, labraque compresseris, dixit, quòd μύλλειν sit Hesych. πλάζειν. Verùm exemplaria omnia publicata προσμυλλήνας legunt, manuscripta verò προμυλλήνας cum Gal. in quibus etiam προδιαστρέψας in margine apponitur, velut dictionis explicatio quædam, quod malè in contextum à quibusdam assumitur, pro eoque προδιαστρέψας legendum existimo, vt laborum protensorum distortionem quandam significet, quòd μύλλον διεστραμμένον indicet, & ἀπομυλλαίνειν διαστρέφειν, intorquere, incuruare. Gal. quoque in Exeg. προμυλλαίνει, προσπίπτει, προέχει εἰς τοὔμπροσθεν, exponit, procidit, prominet anteriorem in partem, labiorum more quæ propendere finuntur. Vnde ἀπομυλλαίνειν προβάλλειν τὰ χείλη συνηγμένως significat, labra adducta protendere. vide ἀπομυλλαίνειν antea.

Προμύσσειν emungere significat, & tropicè pecunias extorquere, aut mercedem exigere. ἐν παραγγελίαις (p. 26. 44.) κρέσσον οὖν σωζομένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ὀλεθρίως ἔχοντας προμύσσειν. Itaque longè est satius à morbo seruatis exprobrare, quàm perniciosè habentes emungere. hoc est, præstat lethaliter affectos ægros non ex acta pecunia humaniter seruare, quibus tunc ingratitudinis nota inuri possit, quàm perniciosè affectos pecuniis emungere. Præconturbare dixit Cornar. Caluus etiam præturbare & præcutere.

Πρόνοια prouidentia, prænotio, quæ ἀντὶ τῆς προγνώσιος ponitur, pro prædictione & præsensione initio Prog. vt scribit Gal. πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν, prouidentiam instituere, adhibere, prouidentia vti.

Προξένους Erot. apud Hipp. exponit & antiquis dici scribit, τοὺς ἐν ἄλλαις πόλεσι μένοντας, ἢ εἰς ξενίαν ἐπιδεχομένους καὶ φροντίζοντας φίλων μὲν, οὐκ ὄντων δὲ πολιτῶν. eos qui cùm in aliis ciuitatibus degerent, amicos hospitio exciperent, eorumq; curam haberent, aut res procurarent, qui ciues non essent. Πρόξενοι vocantur, qui peregrinos hospitio excipiunt, iisq; hospitalitatis officiũ præstant, idq; præcipuè si publico non priuato nomine fiat.

Προοιμιοις

Προορισμὸς est præfinitio & quædam antè definitio; cùm quid ante definitur aut circumscribitur. ἐν παραγγελ. (pag.26.31) χρήσιμος δὲ ποικίλος τῶν προσφερομένων τῷ νοσέοντι, ἐς ὃ προορισμός. Vtilis autem varia eorum quæ ægro offerri debent præfinitio. Vbi in morbis remediorum varietatem antè ægro definiri & circumscribi vult. Variam prædestinationem eorum quæ ægro offeruntur dixit Corn.

Προπετὴς exponit Erot. apud Hipp. προπετέων prociduus, qui pronus fertur. Additque eam dictionem cum translatione sumi. καὶ γὰρ ἐν τῷ βίῳ προπετεῖς ἀνθρώπους λέγομεν τοὺς μὴ κατέχοντας ἑαυτοὺς, ἀλλ' ὥσπερ πρὸ χειρῶν προπίπτοντας τὰς πράξεις. Nam & in vitæ institutis homines προπετεῖς (h.e. præcipites ac temerarios) dicimus, qui se ipsos non continent, neque sibi ipsis moderantur, sed velut inconsideratè sese in actiones præcipitant. Qua notione προπετὴς exponit Hesych. προπίπτων πρὸ τοῦ λογισμοῦ. At προπετὴς æger dicitur Hipp. prociduus, qui pronus ad pedes fertur aut ruit, in Prognost. (p.126.ver.35. H. 37.41.) εἰ δὲ καὶ προπετὴς γίνοιτο. Quòd si prociduus fit, pronus aut præceps ad pedes feratur. Id enim exponit Hipp. ἐς καταῤῥέοι ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ τοὺς πόδας. Quod totum Celsus expressit cap.6.lib.2. Vbi deorsum ad pedes subinde delabitur. At in Coacis. (p.197.A.) dicitur, οἱ δὲ καταῤῥέοι προπετεῖς ἐπὶ πόδας. Lib.1. περὶ γυναικ. (p.617.26.) φυλασσόμενος ὅκως μὴ προπετὴς ἔσεται ἡ ἄνθρωπος. ea cautione adhibita vt ne mulier prona aut præceps feratur. Lib. de artic. (p.580.4. H.780.D.) πέφυκε γὰρ ἐς τὸ ἔμπροσθεν προπετὴς ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος. Natura enim comparatum est, vt brachij caput in anteriorem partem procliue sit, prociduum feratur. Et ib. (p.612.29. H.807.B.) ὡς μὴ προπετὴς ἐν αὐτοῖσιν ἡ κεφαλή. vt caput iis minimè sit prociduum. Et rursus ibid. (p.615.26. H.808.G.) μήτε αὖ τι προπετέες ἔωσι. neque ipsi præcipites ruant. Atque etiam ibid. (pag.602. 26. H.798.G.) προπετέστεραι αἱ γένυες dicuntur maxillæ quæ magis procidunt. Prorrh.2. (p.106.F.) μὴ προπετὴς χωρίον, non propensus locus aut procliuis, minimè prociduus, de vterò quem minimè prociduum esse ad conceptum oportet. Προπετὴς quod procliue est & propensum indicat lib. περὶ ἰητροῦ (p. 19.16.) τὸ γὰρ προπετὲς ἐς τὸ πρόχειρον καταφρονεῖται. Nimia enim procliuitas & promptitudo despicitur, promtitudo & facilitas dicitur Cornar. Hæc verò videntur τῇ σεμνότητι opponi & grauitati quam in Medico requirit. Sic προπετὴς propensionem temerariam, præcipitem & præproperam in adhibendis remediis effusionem indicat, quæ in Medico despectui est & vilescit, quamuis magnopere conducat, si grauitate condiatur. Potest etiam proteruiam & effusam loquacitatem significare, quæ taciturnitati opponitur, quamque in Medico ibidem commendat. Sic προπετέως petulanter ac proterue, aut præcipitanter denotat, eorum more qui præcipites sunt ac temerarij. Lib.4. Epid. (p.1136. G.) καὶ ἐγγλωσσότεροι προπετέως, qui petulanti & effrenata linguæ incontinentia aut volubilitate sunt præditi, quales ebrij, qui nimium effusè verba profundunt, & in balbutientium genere continentur.

Προπυουμένοις dici videntur lib.7. Epid. (p.1240.D.) qui pus primis diebus colligunt. προπυουμένων ἅλμη ἁλμυρὰ μετὰ μέλιτος. In his qui pus crudum primis diebus colligunt & expuunt, salsa cum melle exhibita conueniunt. Etsi alia est codicum omnium lectio.

Προῤῥήσεις, προῤῥήματα, prædictiones, prædicta, (velut Veiorum prædicta pro prædictionibus dicit M. Tullius lib.2. de Diuinat. & Astrologorum prædicta, & Chaldæorum natalitia prædicta, & diuina prædicta libro de fato) Initio Prorrh.2. τῶν ἰητρῶν προῤῥήσιες ἀπαγγέλλονται συχναί τε καὶ καλαὶ καὶ θαυμασίαι. Prædictiones Medicorum referuntur permultæ, & præclaræ, & admiratione dignæ. Rursus ibid. (p.83.C.) καὶ τ' ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα προῤῥήματα λέγεται ἐν τούτῳ τῷ εἴδει. Atque talia multa huius generis prædicta narrantur. Πρόῤῥησις etiam sumitur Hipp. pro ea artis persuasione, qua ex præceptionum cognitione absque exercitatione & artis vsu intumescunt Sophistæ, libri περὶ εὐσχ. (p.23.25.) τοιαύτη ἡ πρόῤῥησις ἀπαρηγόρητος εἰς σύνεσιν. huiusmodi prædictio nihil solatij ad intelligentiam adfert, hoc est nullius est vsus. Eandem οἴησιν, opinationem ibidem vocat, & λογισμὸν πιθανὸν, ratiocinationem probabilem, ἐν παραγγ. (p.25.42.43.) & πιθανὴν ἀνάπλασιν λόγου (p.26. 10.) probabile rationis figmentum dicit Corn. Verum orationem ad probabilitatem effictam significare potest, cui τριβὴν opponit, vsum & artis exercitationem.

Πρὸς pro πρὸς δὲ positum apud Hipp. ex Gal. adscribunt quædam Exeg. exempl. idq; extra ordinem alphab.

Προσάγειν admouere, adhibere, adiicere, offerre, exhibere, & de cibis admouendis dicitur Hipp. aphorism.3. sect.3. lib.6. Epid. προσάγειν ὕεια ὀπτὰ suillas assas offerre, quod προσφέρειν exponit ibidem Gal. Sic προσάγειν & προσαγωγαὶ sæpe efferuntur Hipp. de cibo paulatim & sensim exhibito, etsi etiam de quauis ciborum admotione & auctione dicantur, vt & προσαγωγὴ τῇ ἀφαιρέσει opponitur lib. περὶ ἐνυπνίων. (p.377.9. & aliàs sæpe) Ibid. (376.31.) ἐς πᾶσι σιτίοισι κούφοισι προσάγειν ἐς ἡμέρας πέντε. & cibos leues adhibere ad dies quinque sensim adiiciendo. Et rursus (ib.36.) καὶ πάλιν ἐν ἀρχῇ προσάγειν πάλιν ἐς τὰς πέντε ἡμέρας, eamque partem sensim rursus ad dies quinque adiice. Iterumque (ib.54.) ἐξ ὀλίγου προσάγοντα, sensim adiiciendo. Et (ib.55.) προσάγειν ἐς πέντε ἡμέρας. sensim adiiciendo ad dies quinque rursus exhibere. Et (377.17.) αὖθις προσάγειν πρὸς τὰς πέντε, rursus cibos sensim adiicere ad dies quinque. Rursus ibid. (p.378.2.) ἐμέσαντα δὲ προσάγειν ἐς ἡμέρας πέντε, & post vomitum quinque diebus sensim adiiciendo exhibere. Et (ib.3.) καὶ ἐμέσαντα πάλιν προσαγέσθω κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, & à vomitu rursùs eodem modo cibus sensim adiiciendo adhibeatur. Rursusque (p.379.18.) ἔπειτα προσάγειν ἐξ ὀλίγου. deinde sensim adiectione facta cibum exhibere. Et rursus (ib. 51.) καὶ τῇ τροφῇ τῇ μαλακῇ τε καὶ κούφῃ προσάγειν ἐμέσαντα. & à vomitu alimentum molle & leue adhibere. Et (ib.55.) καὶ προσάγειν ἐς ἡμέρας πέντε, σιτίοισι ὡς κουφοτάτοισι μὴ πολλοῖσι μηδὲ δριμέσι. & cibos quàm leuissimos, non multos neque acres, ad dies quinque sensim facta adiectione accipere. Et (p.380.20.) καὶ προσάγειν ἐκ τοῦ ἐμέτου. Rursus (p.ib.26.) καὶ ἐμέσαντι προσάγειν ἐν ἀρχῇ ἐπὶ ἡμέρας πέντε. & post vomitus sensim adiectione facta ad dies quinque cibum exhibere. Sic libro primo περὶ διαίτης προσαγωγαὶ & προσάγειν ponitur, vt (p.351.52.) & lib 3. (p. 370.24.) & (ib 54.) προσάγειν κατὰ τὸ αὐτό. Eodem modo cibi sensim exhibendi. Et (371.1.) ἔπειτα προσάγειν ὅκως τὸ σῶμα κομίσηται. deinde cibi sensim exhibendi quo corpus reficiatur. Et (371.20.) προσαγαγεῖν ἐς ἡμέρας τέσσαρας. ad dies quatuor cibum exhibere. Et (ib.22.) προσάγων πρὸς τὸ σῖτον. ad cibum consuetum adducens. Rursus (p.ib.54.) ἐλλέβορον πίσαντα προσάγειν. epoto veratro cibos exhibere. Et (372.3.) καὶ προσαγέσθω κατὰ τὸ αὐτό. & idem cibus exhibeatur. Qua etiam notione ἐκ προσαγωγῆς quid fieri dicitur, quod sensim & per interualla fit, veluti ex accessione aut additione quadam, at paulatim facto progressu augetur, perpetuoque & continuo opponitur. Sic lib.1. Epid. (p 368.versic.32 H.950.H.) καύματα μεγάλα καὶ οὐκ ἐκ προσαγωγῆς. æstus magni dicuntur, qui non sensim aut per interualla fierent, sed tum perpetui, tum vehementes. Et lib. 2.Epid. (p.1020. E.) θάλπει δὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐκ προσαγωγῆς ἐπὶ μᾶλλον. Calido verò quicquid huiusce est generis, sensim magis procedit. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.44.49.385.15.) τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισι, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην, ἐκ προσαγωγῆς δὲ ἢν ἐνδέχηται καὶ τούτοισι δὶς διδόναι. His verò qui semel tantùm cibum sumere consueuerunt, semel quidem quod satis est primo die cibus exhibendus est, deinde sensim quoque adiectione facta si fieri potest his bis dandus. Vbi id ipsum sic exponit Gal. ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τοῦ ἅπαξ, κατὰ βραχὺ δὲ προελθεῖν ἐπὶ τὸ δίς. τὸ γὰρ ἐκ προσαγωγῆς τοῦτο δηλοῖ. Vbi ab eo quod semel est auspicatus fueris, & sensim progressu facto ad bis processeris. Id enim ἐκ προσαγωγῆς, veluti paulatim accessione facta, indicat. Et rursus ib. (p.60.vers.35.389.15.) ὡς ἐκ προσαγωγῆς ἀφίκηται εἰς τὸ ἔθος. vt paulatim accrescente accessione ad consuetudinem reditus fiat. Vbi exponit Gal. ἐκ προσαγωγῆς, τουτέστι κατ' ὀλίγον εἰς τὸ παλαιὸν ἔθος ἐπανέλθῃ. hoc est paulatim ad veterem consuetudinem redeat. Libro 6. Epidem. sect.2.aphor.18. ἐκ προσαγωγῆς τἀναντία προσάγειν. Contraria sensim adiectione facta inducere oportet. Vbi ἐκ προσαγωγῆς κατὰ βραχὺ, hoc est, sensim & paulatim exponit Gal. Mutationes nanque ad contraria sensim ac paulatim fieri præcipit Hipp. veluti accessione sensim accrescente, quod eas subitas ac repentinas non ferat natura. Et lib.7. Epid. (p.1239. F.) περίπατοι ἐκ προσαγωγῆς. deambulationes sensim auctæ sunt. Li. etiā de fract. (p.538.26.756.G.) ἔπειτα μέντοι ἐκ προσαγωγῆς ἀνακομίζεσθαι. Deinde tamen sensim reficiendi sunt. Vbi etiam scribit Gal. τὸ δὲ ἐκ προσαγωγῆς αἰνίττεται σημαίνον τὸ κατὰ βραχύ. Sic lib.2. περὶ γυναικ. (p.645.24.) ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας θυμιῆν τὰ κάκοδμα ἐκ προσαγωγῆς. ad nares rerum graueolentium suffitus adhibeto sensim progrediendo. Libro περὶ χυμῶν (p.50. 50.52.) μεταβολαὶ ἐκ προσαγωγῆς, hoc est, sensim progressu facto fieri probat. Et lib. περὶ ἐνυπνίων (p.376.32) καὶ τοῖσι περιπάτοισι πολλοῖσι ἐς ὀξέσιν ἐκ προσαγωγῆς χρῆσθαι. & multis deambulationibus ac velocibus sensim adiectione facta vtendum. Eandem locutionem vsurpat Aret. in Cur. Letharg. cap.1. lib.1. Cur.ac. ἐκ προσαγωγῆς δὲ τὸ καστόριον θερμαίνει. Castorium autem sensim adhibitum calfacit. Et Gal. libro secundo, κατὰ γέν. (pag.186.13.) οὕτως ἐκ προσαγωγῆς χρῶμαι. ita sensim in eorum vsum progredior.

Πρὸς ἀνάγκην, coactè, ex necessitate. De aluo adstricta & intercepta dicitur, quæ nil nisi coacta aut medici cura & industria sollicitata reddit. In Prorrh. (p.185.v.27. H.70.E.) κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικρὰ δὲ μέλανα σπυρατώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι. Vbi aluus intercepta est & arctè conclusa, paruaque & nigra caprarum stercoribus similia, nec nisi coacta, emittit. Quod ibi exponit Gal. μετὰ τῶ πραγματεύεσθαί τι τὸν ἰατρὸν, ἢ διὰ κλυστῆρος, ἢ διὰ βαλάνου. τὸ γὰρ πρὸς ἀνάγκην τοῦτό τι σημαίνει. hoc est, adhibita Medici opera, vel per clysterem, vel per glandem. Id enim [ex necessitate] significat. Quod repetitur in Coac. (p.217.C.) Ac rursus in Prorrh. (p.201. ver.19. H.75.B.) κοιλίη πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα. dicitur aluus ex Medici industria liquida demittens. Vbi Gal. πρὸς ἀνάγκην, μόγις exponit, τουτέστι μετὰ τῶ πραγματεύεσθαί τι τὸν ἰατρὸν, quod est, vix & ægrè, adhibitaque Medici industria. Rursusque ib. (p.202.2. H.ib.C.) κοιλίης περίτασις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα. aluus circumtensa, ex Medici industria liquida demittens. Quæ repetuntur in Coac. (p.219.D.) In Prognost. (pag.135. ver.20. H.39.28.) καὶ ἡ γαστὴρ οὐ διαχωρέει εἰ μὴ σκληρὰ τὶ καὶ πρὸς ἀνάγκην, nihilque nisi dura aluus deiicit, idque coactè. Et rursus ib. (p.152.vers.22. H.43.46.) καὶ αἱ κοιλίαι οὐ διαχωρέουσι ἐπὶ τῶν τοιούτων, εἰ μὴ σκληρά τι καὶ πρὸς ἀνάγκην. Neque in his alui deiiciunt nisi dura, idque coactè. Et lib.2.Epid. (p.1023. F.) κοιλίη ἀπολελαμμένη πλὴν πρὸς ἀνάγκην, aluus intercepta nil nisi coacta reddebat.

Προσαναγκάζεσθαι etiam quod est cogi, adstringi & allidi de linteis dicit Hipp. in deligandi ratione, cùm vulneratæ parti aut fracturæ ita imponuntur, vt coacta sint, & adeo adstricta aut appressa vt dolorem moueant. Lib. κατ᾽ ἰητρεῖον (pag.677.43. H.743.A.) προσαναγκάζεσθαι δὲ μή. non cogantur. vbi scribit Gal. σημαίνει δὲ αὐτὸ δηλονότι τὸ προσαναγκάζεσθαι τὸ ὀθόνιον οὕτως καὶ σφοδρῶς περιβεβλῆσθαι τοῖς πεπονθόσι μορίοις, ὡς ὀδύνην παρέχειν. Significat autem linteum προσαναγκάζεσθαι, quod est coactum esse, ita arctè laborantibus partibus conuolutum esse, vt dolorem exhibeat.

Προσάρματα, alimenta, cibaria dicuntur & ciborum exhibitiones, à verbo προσαίρειν quod προσφέρειν, cibum offerre, exhibere significat. Et προσάρματα τροφαὶ expon. Erot. apud Hipp. Aph. 15. lib.1. καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον, etiam plura alimenta dari debent. Libro quoque περὶ χυμῶν (p.48.31.) τοῖσι ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι τὰ προσάρματα μὴ διδόναι. In his qui accessiones per circuitus habent, nulla alimenta offerri debent. Quam dictionem per προσθέσιας ibidem explicare videtur, & aphorism.19. lib.1. & per προστιθέναι aphoris.11. lib.eiusd. Sic lib.1. Epid. (p.382.12.H.964.A.) καὶ τίνι προσαρτέον, ἢ οὔ, & cuinam exhibendus sit cibus, nec ne. Hanc enim lectionem amplexi sumus, cùm alia exemplaria προσακτέον legant. Et lib. περὶ εὐχυμίας. (p.25.4.) ἐν τοῖσι προσάρμασι τῶν προσφερομένων. in eorum assumptione quæ exhibentur aut ingeruntur, vt pharmacorum aut ciborum. Hinc quoque πρόσαρσις ciborum exhibitionem significat Hipp. & προσφορὰ exponitur Erot. Quæ dictio vsurpatur lib. de rat. vict. in morb.ac. (pag.57.40. H. 388.3.) περὶ δὲ οὖν ῥοφημάτων προσάρσεως οὕτως γινώσκω. De sorbitionis igitur oblatione sic sentio. Et rursus ib. (v.54.H.ib.14.) καὶ ἐκ γε τῆς μεταβολῆς ἡ πρόσαρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον. & ex mutatione eorum quæ per os ingeruntur oblatio multo magis. Quod efficit vt apud Erotianum πρόσαρσις & προσφορὰ melius legi putem, quod illic dictiones lib. de rat. vict. in morb.ac. explicentur. Vbi etiam προσαίρεσθαι de ciborum oblatione effertur. (pag.69.45.H.391.55.) ἢν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προσάρηται. si ex multa vasorum inanitione repente plus iusto cibum quis ingerat.

Προσδέχεσθαι τὰ ἰήματα, curationes admittere, suscipere, assumere, accipere. lib de artic. (pag.650.55. H.832.C.) In Mochl. etiam (pag.860.F.) προσδέχεσθαι ταῦτα χρή. hæc admittenda sunt.

Προσδιαστέλλεσθαι vide προσδιαστέλλεσθαι antea.

Προσέρχεσθαι accedere, adire, de mulierum congressu dicitur & ad mulierem accedere significat, cum eaque congredi aph. 19. sect.3. lib.6. Epid. οἱ δ᾽ ἐπὴν προσέλθωσι. quidam vbi accesserint, aut ad mulierem accesserint.

Προσέχειν adhærescere significat, permanere & perseuerare, vt Prorrh.2. (pag.94.C.) οἱ βῆχες ξηραὶ χρόνιοι προσέχουσιν, aut tusses siccæ, trahentes perseuerant, permanent, adhærescunt. Eaque notione προσέχει ἡ νοῦσος, ἀντὶ τῶ παραμένει positum apud Hipp. lib.2. de Morb. maiore scribit Galen. in Exeg. Quod legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.537.28.) in secunda Tabis specie. αὕτη ἡ νοῦσος προσέχει τοῖσι πολλοῖσι μέχρι τριῶν ἐτέων. hic morbus multis ad triennium perseuerat. Quæ locutio eodem in lib. admodum familiaris videtur. Vt (p.535.5.) ἀλλ᾽ ἕως γήρως προσέχει. sed ad senectutem vsque adhærescit aut perseuerat, quod prius dixerat ξυμπαραμένει καὶ οὐ μάλα ἐκλείπει. Rursusque (p.556.11.) οὐκ ἐκλείπει ἀλλὰ προσέχει, non relinquit morbus sed perseuerat. Et (p.558.11.) εἰ δὲ μὴ προσέχει καὶ ἄχρι τῶν δέκα ἐνιαυτῶν. alioqui ad decem annos perseuerat. Et (pag. 562.1.) ἡ δὲ νοῦσος προσέχει τὸ μακρότατον ἄχρι τεσσαράκοντα ἡμερέων. morbus autem vt longissimè perdurat diebus quadraginta. vt vel inde satis appareat lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν à Gal. in vocum Hipp. expl. lib.2. de Morb. maiorem citari. Quod etiam confirmant aliæ dictiones, quarum explicationes adfert idem Gal. κυκεῶνα, ἀλθεῖν, διέφρος. Etsi semel eundem librum περὶ ἐμπύων indicatura cohonestat. προσέχειν etiam τὰ πνεύματα dicuntur venti qui vrbes perflant, & flando perseuerant, lib. de aëre, loc.& aq. (p.283.27.) οὐ γὰρ προσέχουσι τὰ πνεύματα ἃ τι προσέχουσιν αὐτέοισιν καὶ προσκεῖνται. Non enim perseuerant venti. Qui verò perseuerant ipsisque incumbunt. Est & προσέχειν attendere animum & aduertere, vt lib.2. de Morb. (pag.475. 39.) ἢν δὲ μή, δύο δεκάτας προσέχειν. sin minus, ad diem duodeuigesimum animum attendito, diem duodeuigesimum obseruato, expectato, attendito.

Προσήκων τῷ Θεοκλῆ. Theoclis affinis, cognata, & quæ Theoclem cognatione aut propinquitate attingebat, lib.7. Epid. (pag. 1216.C.)

Πρὸς ἡμέρην, appetente die, diluculo, mane, sub diem. ægr. 3. lib.3. Epid. post st. pest. ἤδη δὲ πρὸς ἡμέρην σμικρὰ ἐκουφίσθη. Iam verò appetente die paulò leuius habuit.

Προσηνὴς, mite, lene, placidum, benignum & iucundum significat. lib de rat. vict. in morb. ac. (p.43.11.H.385.4.) τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτῆς λεῖον, καὶ συνεχὲς, καὶ προσηνές ἐστι. Nam & ipsius viscositas læuis, continua & benigna aut iucunda existit. vbi προσηνὲς exponit Gal. ἐναντίον ὑπάρχει τῷ ἀπηνεῖ, τουτέστι τῷ κατὰ τὴν λῆψιν ἀηδίαν τινὰ ποιοῦντι. quod immiti iniucundoque opponitur, hoc est, & ei quod cùm sumitur insuauitatem quandam facit. Inde προσηνέστερον mitius, leuius, placidius dicitur lib. de fract. (p.533.49. H.753.D.) καὶ γὰρ προσηνέστερον καὶ εὐσταθέστερον. Sic enim leuius & firmius hærebunt. προσηνὴς Hesych. non solùm γαληνὸν, ἡδὺ, exponit, sed & ἐπιεικὴς, ἀγαθὸν, πρᾶον, ἥμερον.

Προσηρτημένα sunt appendices, appensa, retinacula, lib. de fract. (p.566.43. H.771.G.) ἐκ δὲ πλαγίης ἑκατέρη διπλᾶ ἑκατέρωθεν ἔχοι προσηρτημένα, tum à latere vnaquæque geminas vtrinque habeat appendices. Alij προσηρτισμένα legunt, adaptata, accommodata retinacula.

Προσθετὴν apud Hipp. eam mulierem significat cui medicamenta subdititia aut pessi naturalibus apponuntur, quæ inde πρόσθετα sæpè vocantur, vt & προστιθέναι & προστίθεσθαι de huiusmodi subdititiis medicamentis appositis dicitur. Sic ægr.4. lib.1. Epid. προσθεμένῃ δὲ ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη. Ex subdito autem pesso ista quidem alleuata sunt. Vbi eam dictionem hunc in modum exponit Gal. τὸ δὲ προσθεμένῃ, μετὰ μὲν τοῦ βάλανος ὅταν τύχῃ γεγραμμένον, εὔδηλον ἔχει τὸ σημαινόμενον, ἄνευ δὲ τῆς προσθήκης, ἤ τι ὑπακούειν χρὴ τὴν βάλανον, ὥς τινες βούλονται, ἢ πεσσὸν παρηγορικὸν δηλονότι καὶ ἀφλέγμαντον. προσθεμένῃ autem dictio, cùm ei βάλανος quidem adscripta fuerit, quid denotet manifestam habet significationem. Cùm verò sine addito apponitur, aut glandem subaudire oportet, vt volunt nonnulli, aut pessum qui dolorem leniat & inflammationem tollat. Rursus ægr.5. eiusdem lib. προσθεμένῃ δὲ, ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη. Quæ quidem omnia ex subdito pesso alleuata sunt. Vbi scribit etiam Gal. προσείρηται δ᾽ ἔτι καὶ βάλανον ἢ πεσσὸν, ἐπὶ τῷ προσθεμένῃ δυνατὸν ἐστι προσυπακούειν. Quòd autem huic dictioni προσθεμένῃ, vel glandem, vel pessum subaudire possimus, antea dictum est. Rursus lib.4 Epid. (p.1135.C.) προσθεμένῃ εὐώδεα ἐξ ἀλήτου καὶ μύρου, ξυνιέναι ταχέως ἀναλυθῆναι καὶ τελευτῆσαι. Quos ex subdititio medicamento odorato ex farina & vnguento, statim discuti & desinere contigit. Ex quibus colligitur προστιθέναι simpliciter & πρόσθετον de medicamento subdititio, tum glande, tum pesso dici. Sæpè verò & glandem ab Hipp. denotari & exprimi, vt lib.1. περὶ γυναικ. (p.620.2.4.) & lib.2. Epid. (p.1028.C.) atque aliàs sæpè, vt & πρόσθες ἐς αἰδοῖον aut προστιθέναι de subdititio medicamento in vellere naturalibus apposito, creberrimè dicitur in tota γυναικείων tractatione. Sic quoque ibid. ægr.4.lib.1. ἐξαίσσειν βάλανον προσθεμένῃ, dicitur. Subdita glande ad desidendum exurrexit. Et lib.7. Epid. (pag.1239.E.) τὸ προστιθέμενον ἐκ τῆς χολῆς, glans ex felle subdita, supposita. De pessis verò vtero subditis vtrunque simul effertur. lib.5.Epid. (pag.1145.D.) προστιθέμενα πρόσθετα εὐώδεα πρὸς τὰς μήτρας, adhibiti pessi odorati vtero. Et πρόσθετα simpliciter aut προστιθέναι lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.565.37.38.) Et libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag.262.26.) ἀπὸ προσθέτων, ex appositis ad vuluam. (quod etiam

etiam repetitur lib. περὶ ἀφόρων (p.677.2.) Et rursus ib. [262. 40.] τὰ εὐώδεα προσίθεσθαι πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης. odorata ad vteri osculum apponere. Et [ib.18.] τὰ εὐώδεα προστιθέναι, odorata apponito. Et lib. de loc. in homine (p.423.424.) sæpius προσθετὰ apponit Hipp. eorumque conficiendorum rationem edocet. Qua significatione etiam πρόσθεμα vt προσθετὸν dicitur Hipp. pro medicamento in vellere per pessum subdito. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.582.11.) ταῦτα γὰρ πρόσθεμα ποιέεται, hæc medicamento subdita, supposita, hoc est, ad medicamentum subdititium comparata. Et rursus ibid. (pag.583.19.) ἐν εἰρίῳ ποιῆσαι πρόσθεμα προσθεῖναι. in vellere medicamentum ad subdititium pessum comparatum apponito. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p.599.5.) πρόσθετα ποιέειν, hæc apposita, aut appositu, (vt loquitur Plinius.) Quod lib. περὶ ἀφόρων (p.680.51.) ποιῆσαι προσθετὸν dicitur, eadem in re. Qua notione προσθέσιας etiam vocat Hipp. αὐτὰ τὰ προσθετά, lib. 1. περὶ γυν. (p.596.7.) καὶ ἢ πυρίας ποιῆσαι καὶ τὰς προσθέσιας. fomenta autem & subdititia medicamenta paranda. Etsi προσθέσιας de ciborum oblatione dicuntur aph. 19. lib. 1. & lib. περὶ χυμῶν (p.48.32.) vt & προστιθέναι aphorism. 11. lib. 1. atque aliàs sæpè.

Πρόσθιον pudendum virile significat lib. 5. Epid. (pag.1146.G.) in vesicæ scabie. καὶ ἔτριβε τὸ πρόσθιον, & mentulam confricabat, atterebat. Verùm πόσθιον legendum censeo, vt extremum pudendum & summam mentulam significet.

Προσίστασθαι, sisto, inhibeo, compesco, propello, vt lib. de vlcer. (p.873.H.) τὰ ἀφεστεῶτα προσιστάναι, quæ abscesserunt inhibere spongiis alligatis, hoc est, humorem in abscessibus redundantem sistere, inhibere, & propellere siccantibus medicamentis, vt quæ abscesserunt sese contingant, aut coalescant aut glutinentur. Sic enim omnes exponunt interpretes. Potest & hic προσιστάναι significare affirmare, firmiter collocare, h.e. adurgere, atque ita quæ abscesserunt cogere, vt sese contingant & coaptentur. Quæ enim abscesserunt, vbi nulla inflammatione, sorde, aut humore tentantur, aptari inter se & adhærescere debent, mutuoque se contingere vt glutinentur & sedem attingant, h. e. subiectam abscedenti corpori partem, cui affirmari ac insidere pars quæ adducitur debet. Qua notione προσιστάναι sumi potest. Est enim προσίσταμαι insto, vrgeo, vt li. 2. περὶ γυναικ. (p.665.1.) ἢν δὲ ἡ ὀδύνη προσῇ, si verò dolor vrgeat. Et li. 1. περὶ γυναικ. (p.593.4.) ἢν δὲ πνὶξ προσῇ ἐξαπίνης. Si suffocatio repente sursum instet, procedat, vrgeat, instet, qua significatione προσίστασθαι frequenter vsurpatur Hip. Vt li. 2. de Morb. (p.481.35.) ᾗ ἂν ἡ ὀδύνη προσίστηται, qua parte dolor constiterit. Lib. περὶ ὀδοντοφυΐης (p.267.43.) ὁκόσοισι ἐν τῷ θηλάζειν τὰ παιδία βὴξ προσίσταται quibus infantibus, dum lac sugunt, tussis instat, vrget. Lib. 7. Epid. (p.1235.A.) καὶ πνίγες προσίσταντο ἅμα ὑστερικαί. & vteri strangulatus simul instabant, vrgebant, infestabant. Lib 2. περὶ γυναικ. (p.645.9.) ἢν πρὸς τὴν καρδίην προσιστάμεναι πνίγωσιν αἱ ὑστέραι. Si vteri ad cor adurgentes strangulatum inducant. Quod repetitur li. περὶ γυναικ. φύσ. (p.581 40.) itaque ibi leg. Et rursus (p.670.44.) ὅταν προσιστάμεναι πνίγωσι. cùm sursum procedentes, strangulant. Quod etiam repetitur li. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.583.13.) Et ἄνω προσίστασθαι de vtero aut dolore dicitur qui sursum procedit ac instat li. περὶ γυναικ. φύσ. (p 578.15.) & li. 2. περὶ γυν. (p.661.29.) De vtero verò ibidem (p.647.1.) προσίσταται σκληρὴ ὡς σφαῖρα. & durus instat velut globus. Est etiam προσίστασθαι inhiberi, supprimi, obfirmari, vt li. 1. περὶ γυναικ. (p.595. 47.) προσίσταται ἡ κοιλίη, venter supprimitur, inhibetur. Et li. 7. Epid. (pag.1226.G.) ἰχὼρ προσίσταται, sanies sistitur & supprimitur.

Προσάγειν, admouere, applicare, adhibere. Lib. de art. (p.626.47. H.819 A.) προσάγουσι τὸν ὑγιέα πόδα πρὸς τοῦτον, pedem sanum ad hunc, hoc est læsum, applicant, admouent, h. e. conferunt. προσάγειν verò idem quod προσέχειν significat lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.562.1.) ἡ δὲ νοῦσος προσέχει τι μακρότατα ἄχρι τεσσαράκοντα ἡμερέων. Hic verò morbus, vt longissime, ad dies quadraginta perseuerat.

Προσκαθίζειν, assidere, incumbere, adhærere. ἐν παραγγελ. (26.34.) πάντα γὰρ τὰ πάθεα διὰ πολλὰς περιστάσιας καὶ μεταβολὰς μετὰ χρονιότητος προσκαθίζει. Affectiones enim omnes propter multas casuum circunstantias & mutationes, diuturniore quadam mora adhærescunt, hoc est diutiùs inhærent.

Προσκαυλεῖν est in caulem aut scapum transire & redigi. Lib. περὶ φύσιος παιδ. (p.278.38.) ἐπειδὰν αὐτῆς τὸ παχύτατον ἐξ ἰθύτατον ἀνάπαλιν τραπῇ, προσκαυλέει, ὅπερ ἐστὶ αἰδοῖον. Inde crassissima & rectissima eius pars retro versa, caulem facit, quod est pudendum. Hoc est, in caulem transit, & penem constituit, qui καυλὸς etiam dicitur & virga.

Πρόσκλησις, vide antea Πρόκλησις.

Προσκεφάλαιον, ceruical, puluinar, aut puluinus qui capiti aut membro fracto, vt cruri, supponitur. Lib. de fract. (p.553. 34. H.763.C) μάλιστα δὲ ξυμφέρει προσκεφάλαιον, ἢ λίνεον, ἢ εἴρινον, μὴ σκληρὸν, λαπαρὸν, κῦσιν κατὰ μῆκος ποιοῦντα, ὑποτιθέναι. Maximeq; confert puluinum, aut lineum, aut laneum, non durum, sed mollem, in medio per longitudinem subiicere. Ibi κεφάλαιον vocat Gal. Rursus li 1. περὶ γυναικ. (p.617.51.) προσκεφάλαιον μηδὲν ἔστω τῇ κεφαλῇ. capiti nihil substernatur, nullus puluinus. ὑποκεφάλαιον paulò post dicitur (618.1.) Et lib. περὶ ἀφόρων (p.687.1.) ὑπὸ τὴν ὀσφὺν μέσην ὑποθεῖναι προσκεφάλαιον. lumbis mediis puluinum subiicito. Lib. 7. Epid. [p.1212.G.] καὶ προσκεφάλαιόν τι ψυχρὸν ὅπερ τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ στήθει προσῆγε. Et puluinum quendam frigidum, qui capiti suberat, etiam pectori admouebat. Vbi tamen προκεφάλαιόν τι vitiosè legitur, quod illic monuimus.

Προσκυρεῖν est nancisci, consequi. ἐν παραγγελίαις [p.27 40.] προσκύρσαντες ἑωυτοὺς καταπαίζεσθαι nactos vt ipsis illudatur. ludibrio & derisui seipsos exponentes, hoc est, sese deridendos propinantes. Quod tamen aliter sumpsit Cornar. προσκυρῆσαι Hesych. exponit προσεγγίσαι prope accedere, appropinquare. προσκύρσιες ἀξίης, medendi authoritas, de medico aut arte medica, ibid. [28.8.] idem quod ἀπαντήσιες lib. περὶ εὐσχημοσ. [pag.24.42.]

Πρόσοδος accessum significat, sed pro congressu cum muliere & concubitu sumitur aph. 19 sect. 3. lib. 6. Epid. ἐν τῇσι προσόδοισι. in mulierum congressibus. Sic enim eam dictionem exponit Gal. τὸ μὲν τῇ προσόδοισι ἅπαντες σχεδὸν ἀκούουσι ἐπὶ τῆς πρὸς γυναῖκας μίξεως. Hanc quidem vocem [προσόδοισι] omnes ferè de coitu cum muliere intellexerunt.

Προσπεπηκότα ὑποδέσματα, fasciæ fracturæ adhærescentes, non prorsus laxæ, neque omninò arctatæ aut adstrictæ, sed membro occursantes & adhærentes. Lib. de fract. [pag. 536.3. H. 755.C.]

Προσπεπηγυῖαι μύξαι, sunt mucosæ concretiones sedi affixæ & adhærescentes, aut compacta & agglutinata mucosa quædam, quæ anum circundant, eiusq; procidentiæ causa sunt. Prorrh. 2. [p.106 B.]

Πρόστασις præstantiam significat, dominatum, excellentiam, principatum, dignitatem, & apud Hipp. humorum dominium aut abundantiam, vt eum qui cæteris in corpore præstat & antecellit indicet, qui colore deprehenditur in lingua. Inde enim ad humorum dignotionem deueniendum monet Hipp. aphor. 15. sect. 5. lib. 6. Epid. γλῶσσα ἰχώρης σημεῖα τῆς προστάσιος. Lingua humorum præstantiam colore refert. Vbi Gal. eam dictionem obscuram esse fatetur, & eum humorem qui linguam imbuit eiq; dominatur intelligit, siue ex ventriculo refundatur, siue in lingua concretus sit, siue eam leuiter & extrinsecus circumcirca imbuat & alluat. A verbo προΐστασθαι deducta dictio, quod præesse, præstare & antecellere significat, vt πρόστασις humorum excellentiam ac præstantiam, eumque qui cæteris dominatur ac præstat indicet. Scribitur etiam lib. de loc in homine [pag.414 3.] πρόστασιν ποιεῖν τῇ σαρκὶ πρὸς τὸ ὀστέον, facere vt caro ad os insistat aut adhærescat. Indicat enim crebras sectiones efficere, vt vacuatis per vulnera superfluis humoribus, caro naturali habitu ad ossa insistat ac adhæreat. Vbi Cornar. carnis ad os extensionem dixit, vt à προτείνεσθαι deduxerit. Sed ibi fortasse melius πρόσθιξιν legas, vt contactus ossis à carne intelligatur.

Προστατεῖν νόσου, morbo præesse, de Medico dicitur, qui curando ægro præficitur ac præest, ἐν παραγγελίαις [p.28.14.] ἰητροῦ προστατέοντος νόσου. dum medicus morbo præest. Quod ἐπιστατεῖν ibid. dicitur [27.7.] νοσοῦσιν ἐπιστατέειν, ægris præesse, præfici. Et rursus ibid. (p.28.27.) τῶν δὲ οὕτω ποιεόντων ὅπως ἂν ἐπιστατέοιμι talibus igitur vbi præessem, aut si talibus præficerer, aut si horum in curando collega essem.

Προστέλλεσθαι quod est reprimi, de tumoribus præter naturam dicitur cùm detumescunt, intrò recurrunt, aut reprimuntur ac disparent, quod est ἀφανίζεσθαι & λαπάσσεσθαι. Sic λαπάσσεσθαι προστέλλεσθαι exponit Gal. initio com. 4. in li. 6. Epid. Non absimili locutione repressus fœtus dicitur M. Tullio libr. de claris orat. qui temporis iniuria in lucem emitti non potest, sed velut intro concluditur & retinetur. οἱ προσεσταλμένοι ἰσχνοὶ graciles explicantur Gal. com. in lib. περὶ διαίτης ὀξέων (pag. 31.14. H.337.36.) & (33.36. H.338.38.) & siccis semper ibidem iunguntur.

Πρόστιμον, mulcta pœnalegibus irrogata, idem quod ἐπιτίμιον. Hipp. ἐν νόμῳ (pag.2.3.) πρόστιμον γὰρ ἰητρικῆς μούνης ἐν τῇσι πόλεσιν οὐδὲν ὥρισται πλὴν ἀδοξίης. Soli enim Medicinæ in vrbibus nulla legibus est præfinita pœna aut sancita, præterquam ignominiæ. Vbi exemplaria quædam manu scripta ζημίαν in

margine adscribunt, quod sit velut explicatio quædam.

Προσίεσθαι vide Προσδεχόμενος antea.

Προσφέρειν vt propriè de ciborum oblatione dicitur & iis quæ in alimentum cedunt, & τὰ προσφερόμενα, sæpe tamen ea dictione externa præsidia & auxilia, quæque circa ægrum parantur & admouentur, intelliguntur, vt ea quæ circa partem affectam diutius adhærescere oportet, quæ πλεῖστον ὁμιλεῖν μέλλει τῷ νοσοῦντι μέρει, (vt loquitur Hipp.) lib. περὶ ἰητρεῖου (p. 19. 52.) cuiusmodi sunt, quæ illic exprimit, deligaturæ, medicamenta, circumposita vlceri lintea & cataplasmata. Eadem προσοίσματα & προσοισία vocantur Hipp. Lib. de loc. in homine (p. 421. 51.) κρατεῖται τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν προσοισμάτων, corpus à cibis vincitur. Sic enim legunt meliora exempl. Rursus (ib. 54.) πρόσοισμα de balneo calido adhibito effertur. ἕως μὲν ἂν τὸ σῶμα κρατῇ τοῦ προσοίσματος. dum corpus adhibitam calidam superet. Et (422. 20.) ἕως μὲν γὰρ ἂν τὸ σῶμα τοῦ προσοίσματος κρατῇ. Cùm enim corpus oblatum cibum superauerit. Vbi & verbo προσφέρειν & προσφέρεσθαι vtitur, & τοῦ προσφερομένου dictione. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 38. 43. H. 383. 46.) ἐντιμοτέρου δ' ἄν τι ἐπελθεῖν περὶ τῶν προσοισίων ἑκάστοισι. ij cum maiore medici dignitate quæ singulis exhiberi debent percurrunt. Vbi non solùm cibaria & alimenta, sed quæ ægris adhibentur externa præsidia capiuntur. Lib. 3. Epid. in st. pest. (pag. 427. 24. H. 1086. B.) τοῖσι τὰ προσφερόμενα οὐκ εὐπετέως ὑπακούοντα. Atque ad ea quæ adhibebantur non facilè habebant. Vbi scribit Gal. προσφερόμενα δύναται λέγειν, καὶ κοινῶς ἅπαντα τὰ βοηθήματα, καὶ ἰδίως τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα. προσφερόμενα, hoc est oblata, intelligi possunt in communi auxilia omnia, & priuatim quæ eduntur & bibuntur. Rursusque ægr. 5. lib. 3. Epid. post st. pest. τῶν δὲ προσφερομένων οὐδὲν ὠφέλει. nihil est adhibitis remediis profectum. Sic enim ibi τῶν προσφερομένων nomine τὰ βοηθήματα intelliguntur. Vbi etiam Gal. eo nomine phlebotomiam quibusdam comprehendi scribit. Et lib. de vlcer. (p. 881. H.) ἔπειτα προσφέρειν ὃ ἂν δέῃ, deinde adhibito accommodato medicamento. προσφοραὶ ciborum oblationes significant aph. 33 lib. 2. εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, bene se habere ad ea quæ offeruntur, hoc est, cibos. τῶν σιτίων προσφορὰς exponit Gal. Et lib. 1. Epid. (p. 375. 45. H. 959 A.) morborum prænotiones fieri vult, ἐκ τῶν προσφερομένων, ἐκ τοῦ προσφέροντος, ex his quæ ægris offeruntur, & eo qui offert. Et rursus ibidem sect. 3. καὶ τί τὸ προσφερόμενον ἔσται. & quinam cibus exhibendus sit.

Πρόσφυσις connexio, cohærentia, annexio & iunctura. Lib. περὶ παθῶν (p. 524. 3.) ὀδύνη λαμβάνει ἐς τὴν πρόσφυσιν τοῦ ἰσχίου. dolor coxæ aut coxendicis connexionem aut iuncturam occupat. Et lib. de art. (pag. 611. 24. H. 806. G.) ποτὲ δὲ καὶ ὅσα ἀνωτέρω τῶν φρενῶν τῆς προσφύσιος κυφοῦται. præcipuè verò quæ supra septi connexionem in gibbum curuantur. Sic enim legit Gal.

Πρὸς χεῖρα ad manus contactum significat, phrasisque est Hipp. familiaris qua quid exploratum & veluti ad manū indicat. Sic πυρετοὶ πρὸς χεῖρα λεπτοί. febres ad manus contactū leues dicuntur ægr. 15. lib. 3. Epid. post st. pest. Et aph. 41. sect. 8. li. 6. Epid. οἱ περικαέες πυρετοὶ αὐτίκα πρὸς τὴν χεῖρα λυόμενοι αἰεί. Deurentes febres statim ad manus contactum semper solutæ apparent. Manu namque febrium ardentium solutio cognoscitur, cùm caloris mordacitas & acrimonia remisit, quæ & sola manu interdum percipitur. Li. 7. Epid. (pag. 1215. E.) πνεῦμα πρὸς χεῖρα πονηρὸν dicitur, spiritus ad manum malus, hoc est, spiratio conspicua, expedita & vulgaris omnibusque nota. πρόχειρον πνεῦμα vocatur Hipp. vt antea exposuimus. φαινόμενον Gal. exponit Comm. 1. in Prorrh. (pag. 177. 32. H. 69. C.) In Coac. (p. 206. C.) αἱ πρὸς χεῖρα ναρκῶσαι, quæ ad manus contactum torpescunt intelliguntur, quæ febre lenta ac leui conflictantur, & ex magna mensium abundantia tabescunt & exarescunt. Est & πυρετὸς πρὸς χεῖρα βληχρὸς, febris ad manum debilis lib. 1. περὶ γυναικ. (pag 605. 8)

Πρόσχημα rei status & occasio dicitur. Lib. de vlcer. (pag. 881. H.) πρόσχημα ὁρέων, pro occasione vertimus, hoc est, pro vlceratæ partis & scalpro pertusæ ratione ac statu. figuram & formam vertunt interpretes. πρόσχεσμα etiam legunt exemplaria quædam. Qua voce quod magis idoneum est medicamentum & velut delectum significari potest.

Πρόσω αὐτοῦ τοῦ ἔμπροσθεν positum apud Hipp. scribit Erot. hoc est antè, aut anteriore parte. Qua certe notione mihi sumi posse videtur lib. 4. Epid. (pag. 1122. F.) διελεπτύνθη τὸ δέρμα πολλαχῇ ἀπὸ τοῦ ἕλκεος πρόσω. Vndique ab vlcere cutis est extenuata anteriore parte. Indicatur enim anteriore capitis parte vndique circa vlcus ad sinistram, cutem fuisse extenuatam, cum vlceris labra intumescerent, etsi vltra vlcus vndique illic vertimus. Sic enim alioqui πρόσω vltra indicat, vt rursus ibi (p. 1135. H.) καὶ πυρετοὶ γλίσχροι καὶ οὐ πρόσω ἑπτὰ ἡμερέων. febres lentæ tenebant, non tamen vltra septem dies. Et rursus lib. 1 περὶ γυναικ. (pag. 589. 20.) ἢ τὸν αὐχένα πρόσω τοῦ αἰδοίου κείμενον. aut ceruicem vltra pudendum sitam. Et iterum (ibid. 28.) ἀπὸ τοῦ αὐχένος πρόσω τοῦ αἰδοίου κειμένου. cùm ceruix vltra pudendum sita sit, hoc est extra pudendum propendeat. Rursus aphorism. 13. sect. 6. lib. 6. Epid. ἡ πρόσω ἐνιαυτοῦ τεταρταῖος. Quartana non vltra annum progreditur. Sic enim Gal. Commentarij, aut qui eius nomine circumferuntur, & omnes interpretes exponunt: Nos tamen quartanam non ante annum finiri diximus, quòd maximè sit popularis ista sententia & longo medendi vsu comprobata, quartanam vix ante annum, aut non nisi commutata melioris anni temperie, solui. At verò lib. 2. περὶ νούσων (pag. 463. 55.) τὸ πρόσω disertissimis verbis αὐτῷ τῷ ἔμπροσθεν ponitur, eique ἐς τοὔπισθεν opponitur. καὶ ὁ ἐγκέφαλος ἐς τὸ πρόσω μᾶλλον κεῖται τῆς κεφαλῆς, ἢ ἐς τοὔπισθεν. Et cerebrum ad anteriorem magis capitis partem situm est, quàm posteriorem. Et lib. de art. (pag. 599. 15. H. 796. C.) καὶ ὠθέειν πρόσω κάτω, in anteriorem partem & inferiorem trudat. Quod etiam repetitur in Mochl. (p. 851. F.) Sic Gal. com. ad aph. 26. lib. 3. τὸ ἔσω interiorem corporis partem πρόσω hoc est anteriorem explicat, ad τὸ ὀπίσω referens.

Προσωδέστερον si sine ι subscripto legatur δυσωδέστερον, hoc est grauεolentius significare scribit Gal. in Exeg. cum ι verò subscripto, οἰδωδέστερον, hoc est tumidius, παρὰ τὸ οἴδημα, quo modo sumi scribit libr. 2. de Morb. maiore. Verùm apparet esse memoriæ lapsum, aut falsam indicaturam. Neque enim toto lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (qui libri 2. de Morb. maioris nomen habet apud Gal. legitur.

Πρόσωπον facies & vultus in homine, pars anterior capitis caluæ subiecta, frontem, oculos, nares, genas, os, mentum & auriculas comprehendens. πρόσωπον ἐρρωμένον dicitur Hipp. facies bene habita & optimè colorata, sanis similis, in qua spiritus & sanguinis copia succulentam molem facit: in Coac. (pag. 135. F.) & (p. 166. F.) Ibidem etiam (p. 152. D. E.) προσώπου εὐχροια, vultus bene coloratus & floridus in morbis acutis suspectus est, vt in Prorrh. (pag. 185. 30. H. 71. C.) vbi πρόσωπον εὐανθὲς vocat Gal. Est & κατηφὲς πρόσωπον, vultus demissus, superciliosus, in Coac. (pag. 179. A.) vt antea scripsimus. πρόσωπον χρηστὸν, bona facies in magnis morbis laudatur, aphor. 26. sect. 2. lib. 6. Epid. facies quæ minimùm à naturali recedit, non quæ nihil omninò concidit, aut extenuata est, sed quæ pro morbi ratione & dignitate extenuatur. πρόσωπα sunt rerum facies & eminentia, lib. 2. de Morb. (p. 464 44.) καὶ δοκέει τὰ ἡμίσεα τῶν προσώπων ὁρᾷν. & dimidiatas rerum facies sibi videtur cernere.

Προταριχεύειν est præmacerare, prius sale exiccare, sed pro simplici ταριχεύειν sumitur, & inedia ægros exiccare aut macerare significat Hipp. quo vocabulo abstinentiæ ac inediæ importunitatem plus iusto macerantem indicat, & in Medicis quibusdam sui temporis redarguit, qui ægros per morborum initia fame cruciabant, quod etiam factitabant Diatritarij Gal. ætate. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 57. 50. H. 388. 7.) βέλτιον γὰρ ἀπαντες ἀπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους, ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ καὶ πλείονας. Per initia enim morborum ægros ipsos duobus aut tribus, aut etiam pluribus diebus præmacerantes, hoc est exiccantes & inedia cruciantes. Cuius dictionis notionem explicat Gal. Com. 2. in eundem lib. (pag. 65. 54.) εἰ δέοιτο τοὺς κάμνοντας ἐν ἀρχῇ τῶν νοσημάτων ἐν ἀσιτίᾳ παντελεῖ φυλάττοντες, εἰ μὲν ἄχρι τῆς ἀκμῆς δύναιντο διαφυλάξαι τὸ δίαιταν τὸ εἶδος, οὐκ ἄν τις αὐτοῖς μέμψαιτο, μὴ δυνάμενοι δὲ πρᾶξαι τοῦτο διὰ τὸ καταλύεσθαι μεταξὺ τὴν δύναμιν τῶν νοσούντων, εὔδηλον ὅτι κακῶς ἔχουσι ταῖς ἀσιτίαις προταριχεύοντες τοὺς κάμνοντας. ἐνδείκνυται δὲ ἐναργῶς διὰ ταύτης τῆς προσηγορίας τὴν ἀκαιρίαν τῆς ἀσιτίας καταξηραίνουσαν τὸ σῶμα περαιτέρω τοῦ προσήκοντος. ὅπου γὰρ ἐν ᾧ χρὴ καιρῷ λεπτοτέραν διαιτᾶν, ἐγγὺς οὔσης τῆς ἀκμῆς, ἐν τούτῳ προσφέρειν ἠναγκάσθησαν σιτία, φανερὸν ὅτι καταξηρᾶναι διὰ τῆς ἀσιτίας ἀμέτρως τοὺς κάμνοντας, ὅπερ ὠνόμασε ταριχεύεσθαι. Eos igitur qui per morborum initia ægrotos in omnimoda inedia conseruant, si ad vigorem morbi vsque hanc victus rationem retinere possint, nemo culpauerit. Cùm verò id facere non possint, quod interposito tempore ægrorum vires dissoluantur, eos inedia malè vti constat, cùm ægros inedia præmacerent, & ante tempus exiccent. Hac enim dictione [προταριχεύσαντες] inediæ importunitatem plus æquo corpus exiccantem euidenter demonstrat. Quo enim tempore tenuiorem victum exhibere oportet, impendente vigore, in eo cibum dare manifestè coacti sunt, quòd ægros immoderata inedia exiccauerint, quod ταριχεύεσθαι dicitur. Sic Gal. lib. 4.

li. 4. Meth med. (pag. 76. 29. irridetur T[illegible] diatriton inuen[illegible], hoc est tridui ined[illegible] ἀπεἰχοντο αἱ λιμῆς τριτὶ λιμοκτονίας ἡμέρας, [illegible] fame confectos protiùs arefecisse.

Προπτώσιες πνευμάτων, spirituum protensiones dicuntur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 92. 56. H. 396. 42.) hoc est, spirationis offensiones ac interruptiones. Illic enim τὸ προπτωμένον πνεῦμα, τὸ δὲ ἐγκοπτόμενον, exponit Gal. protentas spirationes, velut interruptas, de quibus πνεῦμα προσπταίσιες τὸ ἄνω φορῇ eodem lib. dictum est, spiratio offendens in ea quæ sursum fit spiritus delatione.

Προτεινόμενοι προτρέποντες, hoc est protendentes expon. apud Hip. Gal. in Exeg.

Προτρέπεσθαι μεταβάλλειν, quod est transmutare, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. nimirum (vt opinor) hunc locum subindicans qui legitur in his quæ adiecta sunt ad lib. de Nat. hum. (pag. 20. 21. H. 228. 50.) ἐν τῇ τῶν φαρμακείῃ προτρέπεσθαι, ἐν τῇ διαιτήματι, quod est contrariam tum medicamentorum tum victus rationem instituere. Sic enim vult morbum oppugnandum esse, vt ei contraria instituas, & ei tum contrariarum qualitatum transmutatione, tam causam morbi oppugnando, quam curationem & victus rationem instituendo te opponas, quasi curatione ipsa & victus ratione morbo terga vertas. Morbus enim tum vel maximè oppugnatur, cùm vel curationem contrariam, vel victus rationem instituis & transmutas, quod ibidem μεταβάλλειν dicit Hipp. Gal. verò προτρέπεσθαι τῇ φαρμακείῃ ibidem dici scribit ἀντὶ τοῦ προτρέπεσθαι τοῖς νοσήμασι ἐξ ἐναντίας, quod est morbis contraria adhibere, aut morbis contrario modo se opponere, hoc est, morbis contrariam tum medicamentorum, tum victus rationem adhibere & instituere. Idemque Gal. communi locutione dici apud Asiaticos scribit, ὡς δή τις ἀνθρώπῳ προτρέπεται τινὶ χρηστῶς, ἢ φιλικῶς, ἢ ἀπίστως, ἢ ἀπηνῶς, cùm quis aliquo commodè, aut amicè, aut perfidè vtitur, aut cum aliquo agit, aut erga aliquem affectus est, eumque beneuolè aut amicè, aut perfidè & inhumaniter tractat. In quo videndum est Gal. τῇ φαρμακείῃ προτρέπεσθαι legisse, cùm passim ἐν τῇ τῶν φαρμακείῃσι, aut ἐν τῇ φαρμακείῃ legatur. Est & προτρέπεσθαι cieri, incitari, prouocari, aut propelli, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 73. 45. H. 392. 39.) ἀλλ' ὅμως ἡ κατὰ τὴν κύστιν ὑδάτων ὑπ' αὐτοῦ γιγνομένη, ῥύεται ἣν προτρέπηται, οἷον δεῖ. Quæ tamen ab ipso per vesicam fit expurgatio, liberat, si vti debet, propellatur, h. e. si vrinam vt debet cieat & prouocet. Etsi quædam exemplaria προτρέπεται pro προτρέπηται leg.

Προϋγραίνειν est præhumectare, & corpora humectatione ad hellebori sumptionem præparare, aph. 13. lib. 4. Sic autem præparantur copiosiore cibo & quiete.

Προφανής, manifestus, apertus, vnde προφανῆ τὰ στόματα vterorum oscula aperta & nimis hiantia dicuntur lib. 1. περὶ γυν. (pag. 598. 20.) ἐὰν δὲ διὰ τῶν στομάτων προφανίην τὴν αἰτίην κωλύεται μὴ ἴσχειν ἐν γαστρί. Quæ propter conspicuorum aut apertorum osculorum causam prohibentur, quò minus concipiant, osculorum hiantium dixit Cornar. Sic ἐκ προφανοῦς apertè significat & palam.

Πρόφασις Hipp. sæpe dicitur causa vera, euidens & manifesta, interdum etiam simpliciter omnis causa, interdum quoq; leuis quædam occasio, vel ficta quædam causa. Sic enim scribit Gal. com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 352. 17. H. 938. E.) ὀνομάζει δὲ προφάσεις ὁ Ἱπποκράτης, ἐνίοτε μὲν ὡς ἴδιος ἐστὶ τοῖς πολλοῖς, ὅτι τὰς ψευδῶς λεγομένας αἰτίας φασὶν ὄνομα, πολλάκις δὲ τὰς φανερὰς αἰτίας οὕτως καλεῖ, καὶ ποτὲ καὶ πάσας τὰς ἁπλῶς. προφάσεις vocat Hipp. interdum (vt moris est multis) falsis & fictis causis nomen attribuens, sæpius autem causas manifestas ita vocat, & interdum omnes simpliciter causas. Vbi apud Hipp. legitur, ὥσπερ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων, velut tumores qui ex aliis causis ad suppurationem ducuntur. Idem quoque Gal. com. 3. in lib. 1. Epid (p. 385. 45.) κυριώτατα γὰρ ἄν τις φαίη προφάσεις τὰ φανερὰ τῶν αἰτίων. Nempe quis valde propriè προφάσεις dixerit, euidentes causas. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 49. 5. H. 380. 10.) διὰ ταύτας οὖν προφάσιας. ob has igitur causas. Vbi scribit Gal. ὅτι πολλάκις ὀνομάζει τὰς αἰτίας προφάσεις ἐδείχθη κἀν ταῖς τῶν ἄλλων συγγραμμάτων αὐτοῦ ἐξηγήσεσι. Quòd sæpe causas προφάσεις nominat demonstratum est in his quas in alios ipsius libros scripsimus enarrationibus. Rursusque ibidem (pag. 93. 55. H. 397. 3.) leuem occasionem & causam euidentem significat, & forti causæ opponit Hipp. ἢν ὑγιαίνοντι τινὶ ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος, ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς. si sano id absque vlla occasione aut alia forti causa contigerit. Vbi scribit Gal. πρόφασιν μὲν λέγει τὴν φανερὰν αἰτίαν. Et rursus ibid. (p. 101. 36. H. 399. 52.) ὅκως μὴ διαλήσεται τις τῶν προφασίων, vt ne vlla manifesta causa lateat. Vbi quoque scribit Gal. ἱμάθομεν ὅτι τὰς φανερὰς αἰτίας ὀνομάζει προφάσεις. Quòd euidentes causas προφάσεις nominat didicimus. Quibus opponit Hipp. τὰ κατὰ λογισμὸν, causas abditas, & quæ sola ratiocinatione deprehenduntur. At idem com. 4. in eundem lib. (p. 115. 16.) προφάσεις vocari scribit, non simpliciter causas euidentes & manifestas, quemadmodum multis est vsitatum, cùm ab aliqua manifesta causa corpus affici contingit, verùm propriè occasiones eas ex quibus corpus iam morbosè antea comparatum in morbum incidit: veluti si iam ad morbosam dispositionem comparato corpore, febris aut alius quiuis morbus ex cursu, venatione, intemperantia, refrigeratione, Venere, cæterisq; id genus oriatur, hæ potiùs occasiones & προφάσεις, quàm causæ dici debent. Sic πρόφασιν leuem sæpe occasionem accipit Hipp. vt ægr. 3. lib. 3. Epid. μετὰ δὲ προφάσιος πῦρ ἔλαβε, ex leui occasione igne, hoc est, febre vehementi, correptus. Vbi quoque scribit Gal. [illegible] ἐπὶ τὰ μικρὰ τῶν αἰτίων προφάσεις καλεῖ, [illegible] ἔθος διέστακται. Atqui quòd proprio quodam modo, non secus ac omnibus est consuetum, ita & ipse interdum leues causas προφάσεις appellat, etiam est demonstratum. Illic namque πρόφασιν sumit Gal. pro leui causa & occasione, ex qua iam morbosa in corpore præexistente affectione, æger in febrem incidit. Idemq; com. 3. in lib. 3. Epid. (p. 421. 19. H. 1083 C.) quod μετὰ προφάσιος dicit Hip. ex leui occasione, ἀπὸ μικρᾶς ἀφορμῆς, ἢ προφάσιος ἀσήμαντος, exponit. Rursusque ibid. (p. 422. 15. H. ib. F.) de vlceribus quæ μετὰ προφάσιος constiterant, [illegible] ἐξ ἀνάγκης, ἢ τι μικρὸν αἴτιον ἄλλο τῶν ἔξωθεν αἰτίων [illegible], exponit Gal, quibus ea opponit quorum αὐτόματα [illegible]. Etsi verò πρόφασις per se causam euidentem & externam indicat, sæpè tamè disertis verbis φανερὴν πρόφασιν exprimit Hip. In Progn. (p. 150. 33. H. 43. 8.) ἄνευ φανερῆς προφάσιος ἄλλης absq; vlla alia occasione manifesta. Vbi etiam scribit Gal. προφάσεις ὀνομάζει ὁ Ἱπποκράτης τὰς φανερὰς αἰτίας. Et aph. 41. lib. 2. ἄνευ φανερῆς προφάσιος. & aphor. 45. & 55. lib. 5. προφάσιες φανεραί vocantur Prorrh. 2. (p. 99. A vers.) Vbi etiam πρόφασις per se causam externam & manifestam denotat (p. 100. G.) cui τὸ ἀπὸ αὐτομάτου opponit, quod sponte & ab interna aliqua causa fit. Rursusq; ib. (p. 109. B.) ἄνευ προφασίων, sine causa vertit Celsus cap. 8. lib. 2. velut πρόφασις quamuis causam & occasionem significat aph. 12. lib. 4. & 58. lib. 7. ἄνευ προφάσιος, sine vlla manifesta causa valet in Coac. (p. 69. G. 70. B.) quemadmodum Thucyd. lib. 2. dixit: τοὺς δ' ἄλλους ἀπ' οὐδεμιᾶς προφάσεως, ἀλλ' ἐξαίφνης ὑγιεῖς ὄντας. alios autem nulla externa ex causa, verùm repentè, sanos & valentes. Sic enim ibi πρόφασις externam morborum causam denotat, cui τὸ ἐξαίφνης opponit, quod ἀπροφασίστως exponit Schol. Velut lib. 7. Epid. (p. 1212. F.) ἡ δὲ πρόφασις ἔδοξεν ἐκ φρίκης μετὰ λουτρὸν γενέσθαι. morbi autem occasio ex horrore post balneum nata esse visa est. Eaque notione πρόφασις causam morborum externam indicat lib. περὶ ἱερῆς νούσου (p. 303. 42. 43. & p. 304. 5.) Gal. com. 2. in lib. de fract. (pag. 553. 29. H. 762. H.) euidentissimas causas & veras προφάσεις Hipp. dici scribit, non fictas aut falsas, de quibus etiam hoc nomen vsurpari consueuit. Quod etiam repetit eodem libr. com. 3. (p. 571. 31. H. 774. F.) vbi ea dictione vtitur Hipp. διὰ τὰς δὲ τὰς προφάσιας. & διὰ ταύτας τὰς προφάσιας. ob has igitur causas. Et lib. de art. (pag. 612. 53. H. 807. C.) ἡ πρόφασις τοῦ κυφώματος. gibbi occasio & causa euidens & manifesta. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 597. 15.) ἔστι γάρ τι σῆμα τῆς ὑστέρης πρόφασις. his vteri osculum causa est manifesta. Et rursus (ibid. 21.) ἅπερ ἐναντία τῇ προφάσει. quæ causæ manifestæ repugnent. Rursusque ibid. (pag. 598. 18.) ἐξηγεόμενον τὰς προφάσιας ὡς χρὴ, ἐξ ὧν αἱ νοῦσοι γίνονται. & ducto initio à manifestis causis, vt decet, ex quibus morbi oriuntur. Lib. 2. Epid. (pag. 1057. G.) ἀλλ' ἐπὶ τὴν πρόφασιν ἐλθεῖν, ἐπὶ τὴν προφάσιος τὴν ἀρχήν. Verùm ad causam ipsam & causæ primordia deueniendum fuit. Libr. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 12. 17.) καταμαθεῖν δὲ χρὴ διὰ τίνας προφάσιας αὐτοῖσι ταῦτα ξυνέβη. Videndum verò quænam sit horum causa. Et rursus ibidem (pag. 14. 54.) διὰ ταύτας τὰς προφάσιας, istas ob causas.

Πρόφυσιν Gal. βλάστημα, hoc est germinationem aut germen exponit apud Hipp. in Exeg. Qua dictione mihi videtur locum lib. 7. Epid. exprimere (p. 1234. E.) vbi legitur, γλῶσσα λευκὴ, ἐχοῦσα ἐκ δεξιοῦ δὲ θερμοῦ πρόσφυσιν. lingua albicans erat, dextra parte habens concretionem quandam lupino similem. Sic enim vulgata lectio ferri potest, vt adnatam tuberculosam quandam concretionem ex febrili incendio intelligas. Apparet tamen Gal. πρόφυσιν meliore fortuna & sensu legisse. Ἐπίφυμα dicitur in Coac. (p. 156. A)

Προχωρεῖν significat expeditum esse, ad manum esse aut accómodatum & commodum Lib de fract.(p.553.15.H.763.A.) καὶ τῶν ἄλλων τινὰ τῶν ἀναγκαίων προσφέρειν, ἢν τινὰ γε προχωρέῃ. etiam quiddam ex violentis, quod commodum sit, admoliri opus est. Hinc προχώρησις εἰς ἄφοδον. progressus ad aluum exonerandam, dum æger ad desidendum progreditur aut procedit, lib. de fract.(pag.553.46.H.763.E.) καὶ ἐν τῇσιν ἐς ἄφοδον προχωρήσεσιν. ac dum ad desidendum æger progreditur, fortè προχωρήσεσιν leg.

Πρωϊαίτερον exponit Erot. apud Hipp. πρὸ τοῦ δέοντος καιροῦ, ante opportunum tempus, hoc est, tempestiuius, maturius. Qua dictione vtitur lib. 2. Epid.(pag. 998. B.) εἰ πρωϊαίτερον ἢ οὔ. num maturiùs, nec ne. Et rursus (ibi.C.) ἢ ἐν περιόδοισι τὸ ἐπὶ πρωϊαίτερον. Et in circuitibus quod maturiùs contingit. Pro quo πρωϊαίτερον interdum effert Hipp. vt lib. 2. Epid.(pag.1012.G.) καὶ ἄλλοθι πρωϊαίτερον, ἢ ὀψίτερον. Quin aliàs quoque tardiùs aut maturiùs. Et lib. 4.(pag.1117.B.) καὶ τὸ πρωϊαίτερον σκεπτέον. videndum an maturius redeant Et rursus ibi.(p.1138.B.) καὶ τὸ πρωϊαίτερον, καὶ ὀψιαίτερον. & quod maturiùs aut feriùs. Et rursus aph. 26. sect. 6.li.6.Epid. τό τ' ἐπὶ πρωϊαίτερον τοῦ ἔτεος. tum etiam ante tempestiuum anni tempus. Et, ὁμοίως τοῖσι καθ' ἡμέρην πρωϊαίτερον λαμβανομένοισιν, ἢ ὀψίτερον. haud aliter quàm in iis qui quotidie aut citiùs corripiuntur.

Πρωὶ τοῦ ἦρος, ἀντὶ τοῦ πρὸ τοῦ ἦρος positum scribit Erot. quod est ante ver. Sic enim apud eum legi debere apparet, quod est etiam ab aliis annotatum, aut πρῷ pro πρωΐ, quod est Atticum. πρωΐ τοῦ ἦρος autem sæpe ponitur ab Hip. vt lib. 1. Epid.(p.351.39. H.938.D.) πρωΐ μὲν τοῦ ἦρος διὰ τὴν προγεγενημένην κατάστασιν ὑπεναντίως. ante ver quidem quòd superior status subcontrarius fuerit. Et rursus ibid. (p.338.11.H.942.H.) πρωΐ δὲ τοῦ ἦρος πολλοί τινες καὶ οἱ πλεῖστοι δύσφορον ἐπίπονως. Ante ver autem plæriq; omnes grauiter & molestè vitam traduxerunt. Et (p.368.58.H.950.H.) πρωΐ δὲ τοῦ ἦρος ἤρξαντο καῦσοι. Ante ver autem febres ardentes cœperunt. Et li.3.Epid in st.pest.(p.419.52.H 1083.A.) πρωΐ δὲ τοῦ ἦρος ἅμα τοῖσι γενομένοισι ψύχεσιν ἐρυσιπέλατα πολλά. Ante ver autem vnà cum frigorib. consecutis, ignes sacri plurimi. Ac rursus ibi (p. 424.1 H 1085.D.) ἤρξαντο μὲν οὖν οἱ καῦσοι πρωΐ τοῦ ἦρος. Ante ver quidem febres ardentes cœperunt. Quibus in locis tamē πρὸ τοῦ ἦρος leg. exemplaria multa. Rursusq;(p.428 50.H.1089.D.) πρωΐ δὲ τοῦ ἦρος ἔθνησκον οἱ πλεῖστοι τῶν κατακλιθέντων. Incunte autem vere eorum qui decubuerunt plæriq; perierunt. Sic πρωΐ τοῦ θέρεος ἀρξαμένου Ante æstatis initium, dicitur lib. 1. Epid.(p.353.39. H.939.E.) Et rursus, πρωΐ τοῦ φθινοπώρου, ante autumnum, (pag. 357.19.H.942 F.) Erot. autem exemplaria mendosa esse satis testatur dictio πρῷ, quæ certè vacare videtur.

¶Πταρμός, sternutatio, sternutamentum, violenta est per nares spiritus à cerebro expulsio, cuius causas adfert Hipp. aph. 51. lib. 7. de coq; agit aph. 35. lib. 5. & aphor. 13. lib. 6. & fusissimè Gorr. Hinc πταρμικά sunt sternutationem cientia aut sternutatoria. Lib. 7 Epid. (p.1238.F.) πταρμικὰ προσετίθη. sternutamenta cientia sunt naribus admota.

Πτέρνη, calcis os dicitur, Latini calcaneum & calcem vocant, omnium pedis ossium longè maximum. Lib. 5. Epid. (p.1153. G.) νεηνίσκος ἄλγος τὴν πτέρνην. adolescentem calcis dolor cepit. lib. de fract. (p.544.41.H.759.D.) ἐπηρείσθη τῇ πτέρνῃ ἰσχυρῶς. in calcem vehementi impetu firmati sunt. Et rursus ibid. (p.545.14 H.ib.E.) τὸ δέρμα τὸ ἀμφὶ τῇ πτέρνῃ, cutis circa calcem. Hinc πτερνοβάται dicuntur, qui calci inter ambulandum insistunt, lib. de art. (p.640.14.& 15.H.826.C.)

Πτερυγώδεις exponuntur Erot. apud Hipp. οἱ μακροτράχηλοι καὶ ἐπὶ πολὺ πλατέα ἔχοντες τὰ στήθη καὶ ἐξέχοντα. qui oblongo sunt collo, & vt plurimùm lata & eminentia habent pectora. Quibus verbis mihi locum lib. 3. Epid. in st.pest. (p.429. vers.35. H. 1090.G.) designare videtur Erot. in quo tabidorum naturam eo nomine sugillat Hipp. qui ex vitiosa thoracis conformatione & angustia in tabem incidunt. His enim quòd angusto & stricto sint thorace, scoptula operta retro alarum instar prominent & extant, vnde πτερυγώδεις, quasi alati dicuntur. Quos iis verbis scitissimè circunscribere mihi videtur Aret. grauissimus imprimis author, cap. 8. lib. 1. περὶ σημείων χρονίων παθῶν. ὠμοπλάται ἐκφανέες ὅλαι, ὅκως πτέρυγες ὀρνίθων. scapulæ totæ extantes & eminentes, velut auium alæ. Has verò naturas pressiùs quodammodo describit Com. 1. in lib. 1. Epid. Gal. (p 353.56.) cùm in tabidorum censu eas referens scribit: τούτοις δὲ ὑπάρχουσι φανερώτατον, ὅταν ὁ θώραξ στενὸς καὶ ἀβαθὴς ᾖ τοσοῦτον, ὡς τὰς ὠμοπλάτας ἐξέχειν ὀπίσω δίκην πτερύγων. ὅπερ διὰ τοῦτο καὶ πτερυγώδεις ὀνομάζουσι τοὺς τοιούτους. Apertissimè autem tales existant, quando thorax adeò angustus est & minimè profundus, vt scapulæ alarum instar retro promineant, vnde etiā πτερυγώδεις, quasi alatos eos nominãt. Et li. 3. Epid. Com. 3. (p.430. 21.) ἐν μὲν γὰρ τοῖς φθινώδεσι νοσήμασιν ἅμα τοῖς προειρημένοις, καὶ τοὺς πτερυγώδεις ἔγραψεν, οὐ διὰ τὴν κρᾶσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν μοχθηρὰν διάθεσιν τοῦ θώρακος ἑτοίμως ἔχοντας εἰς φθίσιν ἐμπεσεῖν, ἑπομένης δὲ εἰκὸς ἐστὶ καὶ τῆς διαπλάσεως αὐτοῦ τῇ συμφύτῳ θερμότητι. Nam & vnà cū prædictis, inter tabidorum morbos, πτερυγώδεις, h.e. alatos adscripsit, qui non propter temperaturam, sed ob vitiosam thoracis affectionem in tabem promptè incidunt. Ipsius autem cōformationem calorem natiuum sequi par est. Ex quo scriptum est ab Hipp. aph. 9. sect. 3. li. 6. Epid. τὰ φυσώδεα συνάπτει ἐν τοῖσι πτερυγώδεσι. καὶ γὰρ εἰσι φυσώδεες. In his qui alarum instar scapulas habent retro prominētes, flatus simul causa est. Sunt enim flatulēti. Et rursus aph. 14. sect. eiusdē, ὅσοι πτερυγώδεες φύσει πτερυγώδεες, καὶ ἀδυναμίαι τῆς ἀφορμῆς. Quicunq; alata latera naturâ habere dicūtur, idq; ex causæ imbecillitate contingit. Vbi certè quinā πτερυγώδεις dicantur disertissimis verbis exprimit Gal. ἐμάθετε δὲ ὅτι πτερυγώδεις ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰατροῖς ὀνομάζειν, τοὺς ἐμοίως ὀρνίθων πτέρυξι τὰς ὠμοπλάτας ἔχοντας ἐκκειμένας τε καὶ προσηκούσας εἰς τοὐπίσω. Scitis autē Medicis consuetū esse eos πτερυγώδεις vocare, qui auiū alarū instar scoptulas opertas prominentes retrorsumq; productas habent. Et rursus, τίνας μὲν ὀνομάζουσιν οἱ ἰατροὶ πτερυγώδεις ἔμπροσθεν εἴρηται. μεμαθήκατε δὲ καὶ ὅτι πρὸς φθίσιν ἐπιτήδειοι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ τοιοῦτοι, διὰ τὸ στενὸν τοῦ θώρακος. Quosnā Medici πτερυγώδεις, h.e. alatos nominent, antea est dictū. Didicistis autem ex li. 3. de morb. vulgaribus, tales ad tabem expositos esse. Sic autem dicūtur πτερυγώδεις φύσει πλευρέων Hipp. hoc est habere pectora alata naturâ, quibus pectus est angustum, & latera velut ab alis compressa, ideoq; & scapulæ exertæ & retro prominentes. Quam nominis notationem apertè etiam declarat Gal. li. 2. de Temper. (p.76.25.) ὅταν δὲ καὶ τὰ κατ' ὠμοπλάτας αὐτοῖς ἄσαρκα τελέως ᾖ, καὶ γυμνὰ καὶ προπετῆ δίκην πτερύγων, ὀνομάζονται μὲν αἱ τοιαῦται φύσεις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν πτερυγώδεις. Quando verò quæ circa scapulas ipsis sunt, planè sine carne & nuda fuerint, ac alarum more promineant, eiusmodi naturæ Medicis quidem alatæ dicuntur. Idem quoque lib. de Caus. morb. (pag.210.18.) ῥὶς δὲ ὀξεῖα, καὶ κρόταφοι συμπεπτωκότες, καὶ ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, καὶ τὰ κατ' ὠμοπλάτας καὶ βραχίονας οἷον πτέρυγες ἔξωθεν αἰωρούμεναι, τοῖς φθίνουσι φαίνονται. Nasus verò acutus & collapsa tempora, & oculi concaui, & quæ circa scapulas sunt & brachia in tabidis instar alarum extra prominentia & eleuata apparent. Hanc certe corporis constitutionem ad tabem maximè comparatam in se videtur agnoscere M. Tullius in Bruto, his verbis: Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue collum: Qui habitus & quæ figura non procul abesse putatur à vitæ periculo, si accedit Labor, & laterum magna contentio.

Πτέρυξ τοῦ πλεύμονος dicitur Hipp. pulmonis ala, hoc est, lobus, in Coac. (p.181.G.H.) Vbi ἡ ἄνω πτέρυξ, & ἡ μέση, καὶ ἡ κάτω ponitur, vt quam partem dolor pertingit, eam superiorem, mediam, aut infimam alam, hoc est, lobum nominet.

Πτερύγιον paruam alam significat, ex cuius similitudine etiam πτερύγιον Medicis esse dicitur oculi vitium, quod vnguis Latinis dicitur. Gal. lib. de Tumor. præter nat. (pag.357.36.) τὰ πτερύγια (esse scribit) βλαστήματα τοῦ ἐπιπεφυκότος ἔξωθεν ὑμένος τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὃς ὑπὸ τοῦ περιοστέου καταφερόμενος ἐπὶ τὴν στεφάνην ἀφικνεῖται. germina adnatæ oculis extrinsecus membranæ, quæ à circumossali delata ad coronam pertingit. Authori Isag. (p. 386.35.) πτερύγιον dicitur, ὅταν ἐπὶ πλεῖον ἑλκωθέντος καὶ ὑπερσαρκώσαντος τοῦ λευκοῦ, ὑμὴν λεπτὸς καὶ νευρώδης ἐπιδράμῃ τὸν ὀφθαλμὸν, ἀρξάμενος ὑπό τινος τῶν κανθῶν ἕως τοῦ μέλανος καὶ τῆς κόρης ἐφάψηται. cùm albo oculi præter modum exulcerato & carne oppleto, membrana tenuis & neruosa in oculum excurit, & ab angulo exoriens ad nigrum vsque & pupillam pertingit. Sic enim potiùs lego. At auth. Definit. Medic. (p.400.31.) πτερύγιόν ἐστιν ἔκφυσις σώματος ἐπιφυομένη τῷ κερατοειδεῖ. corporis excrescentia quæ corneæ adhærescit. Hoc quidam nominis Græci notationem secuti, pinnulam, alij vnguem vocant, velut Corn. Celsus cap. 7. lib. 7. Vnguis verò, quod πτερύγιον Græci vocant, est membranula neruosa oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque peruenit, eique officit. Sæpius à narium, interdum etiam à temporum parte nascitur. πτερύγιον etiam vocatur in pedum aut manuum vnguibus carnis incrementum, vnguis partem operiens. Celsus cap. 18. lib. 6. In digitis recedere ab vngue caruncula cum magno dolore consueuit, πτερύγιον Græci appellant.

Πτήσσω à verbo πτήσσω, quod est metu contrahor, exhorresco, expaueo, perterreor, & πτῆσαι pro πτῆξαι ponitur apud Hip. li. 2. περὶ γυναικ. (p.654.42.) καὶ ὑπὸ τοῦ ὀρχήσασθαι καὶ πτῆσαι, ex saltu, ex animi cōsternatione, h.e. si exhorruerit, expauerit. Rursusq; ibid. (p.658.14.) ἢν πτήσσῃ ἢ κνάσῃ ξύλα, si exhorruerit aut ligna

gna diuiserit. Vbi tamen πλάτη malè legitur, vt priùs πλίσσω pro πλίξαι aut πλίσσεσθαι. πλίξαι διελθεῖν exponit Hesych. & πλίξιν εἰς φόβον ἤγαγεν.

Πίλοι dicuntur Medicis qui crassas, callosas ac rubras, glabras & pilis nudatas genas habent ac palpebras. Gal. lib. 14. Meth. med. πίλους vocat quibus periere ciliorum pili, καὶ τοὺς ἀποβαλόντας τὰς ἐκ τῶν βλεφάρων τρίχας, οὓς ὀνομάζουσι πίλους. Verùm πίλοι videntur dici quibus palpebrarum pili vbi decidunt, noui alij permutatim succrescunt, quòd πίλωσις sit Auth. Isag. (p. 386. 29.) ὅταν ἄλλαι μὲν ὑποφύωσιν, αὗται δὲ αἱ κατὰ φύσιν συμπίπτωσι καὶ κατακλασθεῖσαι νυγμοὺς παρέχωσι. cùm alij quidem [pili] subnascuntur, naturales verò defluentes & confracti, dolores iis quæ punguntur similes exhibent. At verò πίλωσις dicitur Paulo cap. 22. lib. 3. παχύτης τῶν βλεφάρων τυλώδης, ἐπέρυθρος, οἷς συμβαίνει πολλάκις καὶ τῶν τριχῶν ἀπόπτωσις. crassities palpebrarum callosa, rubicunda, quibus etiam persæpe pilorum defluuium contingit. Auth. Definit. Med. (p. 400. 33.) πίλωσίς ἐστιν ἀπὸ δριμυτάτου ῥεύματος ἀπόπτωσις τῶν βλεφάρων. palpebrarum casus ab acerrimo fluxu proueniens. Vnde πίλοι aut etiam πιλοὶ dicuntur. Hesych. nanque πιλοὶ ὁ μαδαρὸς καὶ λελιπομένος τοὺς ὀφθαλμοὺς exponitur. De iis etiam agitur apud Gal. lib. 4. κατὰ τόπ. ex Archig. (p. 221. 7.)

Πτισάνη ἡ πτισάνη hordeum pistum aut cortice exutum dicitur, & Sudæ exponitur ἡ κεκομμένη κριθή, quòd hordeum tundendo degluberetur, & suo cortice perpurgaretur, itaque reponeretur. Cuius apparatum describit Gal. lib. 1. de alim. fac. & elegantissimè Gorr. πτισάνη simpliciter apud Hipp. integram ptissanam non colatam hordeaceam significat, quã etiam interdũ ὅλην πτισάνην, interdũ quoq; κριθώδεα vocat lib. de rat. vict. in morb. ac. vt etiam ibid. testatur Gal. (p. 47. 17. H. 385. 57.) ἐάν τι ὅ ας, ἐάν τι κριθώδης, ἐάν τι ἁπλῶς πτισάνας εἴπω, ἐν ἡ ταύτῃ ἐκ τῶν τριῶν σημαίνεται λέξεων, τὰς ἀδιηθήτους, πτισάνας δηλοῦντος. μετὰ γὰρ τὴν ἕψησιν, ἐάν τις αὐτὰς διηθήσας, εἶτα τ' ἰδίᾳ τὸν χυλὸν ἀποχέας δῷ, οὐθ' ὅλως πτισάναι, ὅτι κριθώδης πτισάνης ὁ τοιοῦτος λεχθήσεται χρῆσθαι, χυλῷ δὲ μόνον πτισάνης, Siue totam, siue hordeaceam, siue ptissanam simpliciter dixerit, vnum & idem his tribus dictionibus significatur, vnoquoq; nempe ptissanam nõ colatam indicãte. Post decoctionẽ nanq; si quis eam colauerit, deinde si seorsum succum reponens, eum exhibuerit, is neque tota, neq; hordeacea, neq; simpliciter ptissana vti dicetur, sed solo ptissanæ cremore. Rursus ibid. (p. 65. 12. H. 390. 53.) κριθώδη πτισάνην appellat. πυθόμενοι μὲν οὖν ἐκ τούτων οἱ τῇ κριθώδει πτισάνῃ χρεώμενοι. Prorsus igitur ignorant qui hordeacea vtũtur ptissana. Vbi etiam ei χυλὸν succum aut cremorem opponit Hip. οὔτ' αὖ οἱ τῷ χυλῷ χρεώμενοι. neq; item qui solo vtuntur cremore. Et rursus ibid. (v. 19. H. ib. 40.) ἢν πρὶν πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον, κριθώδεα πτισάνην ῥοφέῃ ὁ κάμνων, ἐπιθεμένους χυλῷ χρῆσθαι. si æger ante morbi concoctionem ptissanam hordeaceam sorbeat, cremore vti consuetus, lib. 2. Epid. (p. H. 1050. F.) πτισάνη παχεῖα vocatur. καὶ πτισάνην παχεῖαν διδόναι & ptissanam crassam, hoc est, non colatam apponito. Est & πτισάνη σιτίνη, ptissana triticea, sic dicta alica integra, præparata aut condita cum mulso, aut vino, siue dulci, siue adstringente, siue cum oleo & sale, interdumq; cum aceto. Quæ interdum etiam χονδροπτισάνη vocatur. Diocles verò & Philotimus, ac veterum nonnulli hoc modo præparatam alicam πτισάνην πυρίνην vocabant, vt scribit Gal. lib. 1. de alim. in χόνδρῳ, etsi nomẽ istud apud antiquos ratum fuerit. Hipp. lib. περὶ παθῶν (p. 527. 7.) χόνδρον & πτισάνην πυρίνην exhibet κομιδῆς ἕνεκα, ad reficiendas vires in cibis. Vbi alicam plurimùm coctam, deinde colatam atq; ita præparatam vt ptissanæ succo colato ad sorbitionem sit persimilis per χόνδρον intelligere videtur, alicam verò integram per πτισάνην πυρίνην. Idem li. 1. περὶ γυν. (p. 617. 39.) πτισάνης πυρίνης χυλόν, triticeæ ptissanæ succum, vt emollientem ad partum educendum exhibet.

Πτοώδεες dicuntur terrore perculsi, metu consternati, perterrefacti, pauidi, lib. 6. Epid. aph. 29. sect. 2. ὅτι ἐν ἔξει πτοώδεσι τι ξύνεστι. quòd in pauidis & perterrefactis est huiusmodi, hoc est pauidos facit & terrore perculsos. Vbi πτοώδεες Gal. πτοηθέντας μετὰ φόβου, hoc est metu perturbatos expouit. Verùm Erot. constat apud Hipp. πτοιώδεσι legisse (quod est magis Ionicum) Id enim explicans scribit, τὴν πτοίαν οἱ μὲν λέγουσι τὸν κίνδυνον, οἱ δέ, τὴν ταραχήν, οἱ δέ, τὸν φόβον. πτοίαν quidam periculum esse volunt, quidam perturbationem, alij metum. πτοίαν ἢ πτοίην Hesych. ταραχήν exponit & φόβον. Ad Erot. lectionem propius accedunt publicata exemplaria quæ πτυώδεσι pro πτοιώδεσι vitiosè legunt. Est autem πτοιῶ idem quod πτοῶ metu consterno, perterrefacio, aut stupidum & attonitum reddo. Vnde πτόησιν Gal. δειλίαν in huius [illegible] Com. exponit, vt & Hesych.

Πτυαλισμὸς est crebra & frequens sputatio aut oris saliuatio, cum os continenter saliua redundat. Qua voce vtitur frequenter Hipp. vt li. de rat. vict. in morb. ac. (p. 109. 10. H. 403. 31.) & ægr. 12. li. 1. Ep. & Coac. (p. 138. D.) & (p. 151. A.) vnde etiam πτυαλίζειν dicitur de crebra sputatione, vbi os saliuatione impletur, quod vomiturientibus accidit. In Coac. (p. 208. G.) οἱ μιαλόντες ἐμέειν πτυαλίζουσιν ἐμμεθύειν. Vomiturientibus os antea crebra saliuatione impletur. Vomitiones enim tenues saliuationes præcedunt, propter communionẽ tunicæ interioris vẽtriculi quæ ori continua est, vt scribit Gal. Com. 1. in Prorrh. (p. 179. 10. H. 69. F.) Et πτυαλώδης ib. (p. 150. G. 151. F.) & (p. 162. G.) πτυαλισμὸς dicitur in Progn. (p. 149. 14. & 17. H. 42. 42. 46.) & Pror. (p. 129. 11. H. 82. D.) & p. 174. 40. H. 68. B.) Vbi scribit Gal. ὁ πτυελισμὸς δὲ γίνεται καὶ διὰ τὸ σῶμα τῆς γαστρὸς ἀρρωστοῦν ὑφ' ὑγρότητος. γίνεται δὲ καὶ διὰ τὸν ἐγκέφαλον ἐμπεπλησμένον ὑγρῶν. ἐξ οὗ συρρέοντι καὶ εἰς τὸ στόμα παραπλησίως τῷ κατὰ τοὺς φλεγμαίνοντας ὀφθαλμοὺς δακρύῳ λεπτῷ. Crebra autem oris saliuatio & propter os ventriculi ex humiditate imbecillum, & propter cerebrũ humoribus refertum oritur, ex quibus etiã nonnihil in os cõfluit, tenui lachrymæ quæ ex oculis inflammatione laborantibus emanat assimile. Inde quoq; πτυελίζειν idẽ quod πτυαλίζειν. rursus ibi. (p. 179. 17. H. 69. F.) τὰ ἐν φρενιτικοῖσι μετὰ ψηλαφήσιος πτυελίζοντα. Crebræ in phreniticis sputationes cum perfrictione. Quod exponens Gal. scribit: ἵνα μηδὲν ἄλλο τι σημαίνειν τὴν πτυελίζοντα φωνὴν, ἢ μὴ τι πτύειν πολλάκις, ἢ πληροῦσθαι συνεχῶς πτύελα τὸ σῶμα, διὰ τοῦτο καὶ ἐγὼ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὅσοι ἐξηγοῦνται τὸ βιβλίον ἐξ ὑπόνοιαν. Quoniam nihil aliud significari per vocem πτυελίζειν licet suspicari, nisi sæpiùs spuere, vel os continenter sputo impleri, eam ob causam tum ego, tum cæteri omnes, qui librum exposuerunt, ita intelleximus.

Πτύγματα dicuntur complicati panniculi & in sinus conuoluti, à verbo πτύσσω, quod est plico, qua voce vtitur sæpe Cælius Aurel. vt c. 1. & 4. lib. 1. tard. pass. & c. 13. li. 2. Plagulas etiam vocat cap. 2. lib. 3. & multiplicata linteamina, siue pannos.

Πτύελον sputum dicitur & indicat excrementum illud quod tussiendo ore reiicitur. Gal. li. 1. περὶ κρίσεων c. 5. πτύελον propriè dici vult quod est secundum naturam & sputum laudabile, concoctum & nulla praua aliqua qualitate affectum. Quod verò sanguine aut vtraque bile permixtum fuerit, aut spumosum, aut alia vitiosa qualitate affectum πτύσμα hoc est sputationẽ potiùs vocari. Quod tamen discrimen non æquè ratum est Hipp. qui reliquas etiam non laudabiles sputi affectiones πτύελα attribuit. Nam & in Progn. & Coac. ἀφρῶδες πτύελον dicitur, & χλωρὸν, & αἵματι ξυμμεμιγμένον & ξανθὸν, & πελιδνὸν & ἰῶδες, & γλίσχρον, & στρογγύλον, in Coac. (p. 179. C. D.) & Prog. (p. 144. 11. H. 41. 20. 21.) Rursúsq; ibid. (p. 145. 39. H. ibid 33.) πάντα δὲ πτύελα πονηρά ἐστιν, ὁκόσα ἂν τὴν ὀδύνην μὴ παύῃ. Sputa omnia praua sunt, quæcunque dolorem non sedant. Vbi etiam πτύελον θανατῶδες (p. 147. 22. H. 42. 6.) & πυῶδες vocatur (p. 150. 46. H. 43. 12.) Et lib. 2. Epid. (p 998 C) πτύελα ὀδυνώδεα appellantur sputa cruda & tenuia, quæ cum dolore educuntur. Et πτύελα ἰώδεα, ἰξώδεα, λιγνυώδεα, sputa æruginosa, viscosa & fuliginosa, in Coac. (p. 179. D.) vt & μυξώδεα πτύελα, (ibid.) mucosa, & σπασμώδεα πτύελα, sputa conuulsionibus familiaria aut conuulsoria, ibid. (p. 73. B.) πτύελον γλυκαινόμενον, sputum dulcescens in pleuritide suppurationis indicium, ibid. (pag 178. E.) πτύελον ὑπόσαπρον, intus subputridum sputum, ibid. (pag. 189. D.) πτύελα σαρκῶν ἐμπυϊκὰ, sputa carnium purulentarum instar, quæ insigne pulmonis vlcus præ se ferunt, in muliere tabida, libro 4. Epidem. (pag. 1121. G.) quæ σαρκοειδέα πτύελα. vocat Aret. cap. 10. li. 1. περὶ ὀξέων παθῶν. πτύαλον etiam vt πτύελον crebrò effertur Hipp. vt videre licet in Coac. (p. 178. 179. sæpe) & aphorism. 27. sect. 3. li. 6. Epid. πτύαλα στρογγυλόμενα, rotũda sputa deliriũ portẽdentia, & aph. 21. sect. 6. li. eiusdem.

Πτυρῆς idem quod πτοώδης, consternari, expauefieri, & propriè equis attribuitur, qui perterrefiũt. Hip. li. 1. περὶ γυν. in abortionis causis (p. 600. 35.) ἢν πτυρῆται, & consternato sit animo, consternetur, aut expauefacta fuerit, πτύρεται Hesych. exponit φοβεῖται, φεύγει, sed & κλαίει, σείεται, ταράσσεται.

Πτύσις etiã expuitio dicitur Hip. vt aph. 29. lib. 5. πτύσιες αἵματος sãguinis sputiones aut sputa. Et πτύσιες πάμπυοι, in totũ purulentæ sputiones in pleuritide, Coac. (p. 177. A.) à verbo πτύω quod expuo significat. πτύειν tamen apud Hipp. nouè sputum mouere & excreationem concitare indicare videtur, li. 2. περὶ διαίτης (p. 358 43.) de vinis, ὅτι οὐρέονται, ὅτι πτύουσι. neque vrinam cient, neque saliuam faciunt aut educunt.

Πτύσματα etiam sputa vocat Hipp. & ea quæ spuuntur, multis in locis, vt aphorism. 11. li. 5. ἢν τὸ πτύσμα ὃ ἂν ἀποβήσσωσι. si sputum quod tussi reiiciunt. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65. 41. 390. 55.) καὶ πτύσματα λεπτὰ, καὶ ἁλυκὰ, καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι, & sputa tenuia, salsa, & colore syncera colorata

de crudis sputis. πλύσματα ὑπὸ οἴνῳ μέλανος, sputa velut ex vino nigro, hoc est, ex rubro nigricantia, & quæ calore igneo exassata ad nigredinem tendunt, velut vinum nigrum ex rubro nigricat. Aut velut fœces ex vino nigro, vt præter colorem fœculenta etiam appareant. In Coac. (p.184.B.) Vbi etiam πλύσματα πυώδεα, ὑπόχλωρα, στρογγύλα, ὑπὸ πυώδεα, ὕφαιμα, μέλανα, λιγνυώδεα dicuntur. πλύσματα αἰθηρά, τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὕφαιμα exponit Gal. in Exeg. apud Hip. ex lib 6. Epid. aph. 4. sect. 4. vt antea scripsimus. Dicitur & πλυσμός, sputatio, expuitio, lib. 7. Epid. (p.1216.F.) Πτύσματα περὶ κρίσιων (p.391.55.) Hip. vocari scribit sputa vitiosa qualitate affecta, aut humore aliquo permixta, & ea quæ in malis recensentur potiùs quàm πλύελα. Verùm neque hoc perpetuum esse apud Hipp. apparet ex lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.107.48. H.402.18.) Vbi πλύσματα πέπονα vocantur, quæ paulò antea πέπονα πτύελα, sputa concocta & matura.

Πυθμηνόθεν. Gal. in Exeg. apud Hipp. exponit οὐδ' ὅλως, nullo modo. γέγονε δὲ τοὔνομα παρὰ τὸν πυθμένα τῶν ἀγγείων, ὡς εἰ καὶ ὁλοκλήρως ἔλεγεν, ἢ τελέως, ἢ παντάπασιν, ἢ ἐξ ἀρχῆς, ἢ παντελῶς. facta autem vox est à vasorum fundo, vt funditus sonet, perinde ac si dixisset integrè, perfectè, omninò, ex initio, aut prorsus. Erot. etiam hanc dictionem exponens scribit Bacchium in secundo ἐξ ἀρχῆς dicere, esse autem potiùs κάτωθεν καὶ οἷον ἐκ βάθους, ex imo & velut ex profundo. Dictam autem esse vocem ἀπὸ τοῦ πυθμένος à fundo. Quibus sanè verbis vterq; mihi locum lib. de rat. vict. in morb. ac. subindicare videtur (p.65. 12. H.590.32.) πυθμενόθεν μὲν οὐκ ἂν ἴδοιεν. Prorsus igitur ignorant, aut nullo modo sciunt. Vbi scribit Gal. πυθμενόθεν μὲν, ἤτοι τὸ παντελῶς ἢ τὸ ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ δηλοῖ. πυθμενόθεν quidem, quod est funditus, aut omninò, aut ab initio ei indicat.

Πυκινὴ pro πυκνὴ positum apud Hipp. testatur Erot. πυκινὸν autem densum & crebrum significat, & πυκινὸν poetis scribitur, vt πυκινὸν πνεῦμα, crebra & frequens spiratio. Sic πυκνοπνεύματος mulier dicitur Hipp. aph 4. sect. 4. lib. 6. Epid. quam τὴν πυκνὸν ἀναπνέουσαν hoc est quæ crebrò spiraret exponit Gal. Et πυκνὸς σφυγμὸς creber aut frequens pulsus dicitur Medicis. πυκνὸν quoque pro frequenti & celeri sumitur, velut ταχὺ ἀντὶ τοῦ πυκνοῦ. Et Gal. Com 3. in li. de rat. vict. in morb. ac. (p.84.36.) τὸ πυκνοῦ καὶ τοῦ ταχέως nomina veterib. sæpe confundi scribit. πυκινὸν verò pro πυκνὸν sæpè scribitur Hipp. vt πυκινὸν πῦρ, febris crebra, lib. 2. περὶ γυν. (p.643.45.) & πυκινὴ ῥοή, frequens fluxio, lib. περὶ ἀδένων (p.273.2.) καὶ τὸ οὖς ὑπὸ τῆς πυκινῆς ῥοῆς ὀρύσσεται. & auris à frequenti fluxione foditur aut perforatur. Sic enim lego. πυκινὸν quoque densum, & durum indicat, vt πυκινότης κοιλίης, aluus dura & adstricta aph. 1. sect. 3. lib. 6. Epid. vbi πυκνὴν κοιλίην ἐπισχομένην καὶ στερεὰν exponit Gal. subsistentem & induratam aluum. Sic πυκνωθεῖσαι φλέβες, venæ densatæ, constipatæ aut induratæ dicuntur, & quæ ægrè dilatantur, & extenduntur lib. περὶ ὑγιειν. διαίτης (p.35.54 H.359.37.) Vbi scribit Gal. πυκνωθείσας φλέβας interpretib. exponi τὰς σκληρὰς καὶ δυσεκτατωτέρας, ὡς μὴ παραδέχεσθαι τὴν τροφήν, induratas & quæ ægrè extendi queant, vt alimentum recipiant. Ibidem quoq; πυκνόσαρκοι vocantur qui densata sunt cute & carne.

Πύλαι apud Hipp. exponit Erot. Thessaliæ locum in quo etiam Cereris Πυλαίας templum esset constitutum. Lib. 3. Epid. ægr. 8. post st. pest. ἐν ἀβδήροισιν Ἀναξίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ τὰς Θρηικίας Πύλας. Anaxionem qui ad Thracias Pylas decumbebat, portas tamen diximus reliquos interpretes sequuti. Sic li. 4. Epid.) (p.1120 D.) ἀπὸ πυλέων μετακομισθεὶς παρ' ἀγορήν. Pylis ad forum delatus, vbi etiam à portis cum reliquis vertimus.

Πύον, pus significat, & humorem semiputrem ex sanguine alterato & calore euicto, donec partium similarium substantiam assecutus fuerit. Sic enim eius ortum circunscribere videtur Hipp. lib. de Vlcer. (p.870.C.) his verbis: διαπυεῖ δέ, ἀλλοιουμένου τοῦ αἵματος καὶ θερμαινομένου, ἕως σαπὲν πύον γένηται τῶν τοιούτων ἑλκέων. Suppurant autem [vlcera] alterato & calefacto sanguine, ita vt putrefactus in huiusmodi vlceribus, in pus conuertatur. Quæ quidem mutatio cùm partim à natura fiat, partim quoque à calore præter naturam, vt scribit Gal. cap. 6. lib. 5. de simpl. med. fac. ἡμιμόχθηρος μεταβολή, hoc est semimala mutatio vocatur Com. ad aph. 47. lib. 2. vt & σῆψις lib. de Vlcer. (pag.870.D.) & Gal. Com. 1. in Progn. (pag. 134 H.39.14.) πέψις verò Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p 66.4.) & cap. 8. lib. 5. de simpl. med. fac. & cap. 7. lib. 1. de diff. feb. vt & πεπασμὸς aph. 7. sect. 3. lib. 6. Epidem. Huius puris laudabiles sunt notæ apud Hippoc. in Progn. & Coac. (pag.183.C.) λευκόν, ἄνοσμον, ὁμαλὲς καὶ ἀφλέγμαντον, album, odoris expers, læue, eiusdem coloris, & nulla pituita permixtum. Quemadmodum etiam ibid. (pag.151.C.) in tuberculis ad aures pus μὴ σφόδρα λευκὸν καὶ ἄοδμον damnatur. Quod tamen non ita sumi debet, vt pus exactæ esse albedinis (qualis est nix) oporteat: verùm quòd ea albedo in eo probetur quæ quoad eius fieri maximè possit, illi sit apposita & accommodata, qualis est fere seminis genitalis & vrinarum subsidentiæ. Sic enim cum his pus confert Gal. extremo Com. 1. in Progn. Eodem quoque pacto ἄοδμον non dicitur omninò odoris expers & prorsus inodorum. Cùm enim illius generatio mixta sit ex causa præter naturam & ea quæ secundum naturam est (vt etiam ibid. testatur Gal.) carere omninò odore non potest: sed satis fuerit si fœdi odoris quàm maximè fuerit expers, & quàm minimè fœtidum, ὡς ἥκιστα δυσῶδες vocat in Progn. Hipp. Damnatur etiam ibid. (183. D.) πύον πελιόν, χλωρόν, φλεγματῶδες, ἢ ἀφρῶδες, pus liuidum, viride, pituita permixtum, aut spumosum, vt & βορβορῶδες & δυσῶδες, ibid. (184.C.) cœnosum & graueolens, & aph. 44. lib. 7. ὕφαιμον, βορβορῶδες καὶ δυσῶδες, subcruentum, fœculentum, fœtidum. Πύον etiam vocatur Hipp. in iis quæ adscripta sunt ad lib. de Nat. hum. (pag. 25. 26. & 27. H. 230.) humor crudus qui in vrinis apparet, & tandem concoctionem accepit, videturque in iis qui ex ærumnosa & laboriosa vita in otium secesserunt: Aut etiam sputum quod in iisdem ex thorace reiicitur, puris affinitatem adeptum. Sic Erasist. in vrinis sedimentum febricitantium, & nimio se cibo ingurgitantium, pus non humorem crudum appellauit. πυώδης σμικρὸν αἱματώδης, & πυώδης ἐπίδηλον, dicitur lib. 4. Epid. (p.1138.E.) pus paulò cruentum & intumescens. Est & τὸ πύος, vt τὸ πύον eadem significatione, vt lib. d 1. de Morb. (p.451.51.) ἐγκλυδάζεται τὸ πύος ἐς τὰ πλευρὰ περιπῖπτον. pus intus fluctuat, ad latera illabens. Et rursus lib. 1. (p.454. 25. 28. & (p.456.10.14.) πύος etiam primū lac significat in omnibus animalibus, quod nimirum post partum primùm emulgetur, Latinis colostrum aut colostra dicitur, & Plinio prima à partu spongiosa lactis densitas. πρῶτον γάλα, ὃ καὶ ἑψόμενον πήγνυται, primum lac, quod coctum concrescit, exponit Aristoph. Schol. quod etiam decoctum πυετίας aut πυευθέν eidem vocatur & è primo matrum lacte concreto confici scribit. Quod efficit vt apud Gal. in Exeg. cùm scribitur πυίη, τὸ πρωτογάλακτα τὰ ἐξ ἑαυτῶν πηγνύμενα, πύη pro πυὶη legendum & vulgatam scripturam mendosam esse existimem, quam tamen secutus est Var. πύος quoque exponitur Hesych. γάλα τὸ πρῶτον ὃ πήγνυται ἑψόμενον, lac primum quod decoctum concrescit. Videtur autem huiusmodi primum lac mulctum, in olla qua exceptum erat super calido cinere calefactum sponte & absque coagulo concretum, indeque caseus factus, in deliciis à veteribus habitus, ex Martiale lib. 13. De primo matrum lacte colostra damus. Caseos huiusmodi ex primo lacte & colostro, πυαρίφθαι vocat Athen. lib. 14. πρῶτον γάλα sic vocari scribens.

Πῦρ ignem significat & crebrò vehementissimam febrem denotat Hipp. in Epidemiis, vt ægr. 2. lib. 1. πῦρ ἔλαβεν, febris vehementissima præhendit. Vbi scribit Gal. οὕτως δ' ὀνομάζειν εἴωθεν τὸν πυρετόν, ὅταν ᾖ σφοδρότατος. ita more suo febrem vehementissimam nominans. Et rursus ægr. 4. μετὰ τόκον πῦρ ἔλαβε, à partu febris prehendit. Vbi quoq; scribit Gal. ἴσμεν δ', ὅτι πῦρ ὀνομάζει τὸν πυρώδεστατον πυρετόν. Scimus autem ab eo ignem dici febrem valde igneam. Et ægr. 6. πῦρ ἔλαβε πλανώμενον, ignis, h. e. vehemens febris vago quodam ordine prehendit. Vbi etiam πῦρ, τουτέστι πυρετὸς σφοδρός, h. e. febris vehemens explicatur Gal. Quæ phrasis quoque repetitur ægr. 7. 8. & 10. Ac rursus ægr. 2. lib. 3. Epid. πῦρ ἔλαβε, ignis prehendit. Vbi scribit Gal. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον νῦν ὀνόματι πῦρ, τὸν ἰσχυρὸν πυρετόν. eodem modo nunc ignem appellat vehementem febrem. Et ægr. 3. μετὰ δὲ προφάσιος πῦρ ἔλαβε. ex leui verò occasione igne, hoc est, vehementi febre correptus. Vbi scribit Gal. πῦρ μὲν ὁ Ἱπποκράτης τὸν πυρετὸν ὀνομάζει, καθότι δέδεικταί μοι πολλάκις ἤδη. Ignem appellat Hipp. febrem, quemadmodum sæpius à me iam ostensum est. Quam phrasim ibid. repetit Hipp. ægr. 5. 6. 8. 10. 11. 12. & ægr. 10. eiusd. li. post st. pest. Sic rursum lib. 5. (p.1154.G.) αὐτίκα τὸ πῦρ εἶχε, illico febris vehemens cepit. Lib. περὶ ἀδένων (p.270.41.) καὶ πῦρ ἴσχει τὸ σῶμα, & febris corpus detinet. Lib. 1. de Morb. (p.449.20.) καὶ τετάνῳ ἐχομένοις καὶ σπασμῷ πῦρ ἐπιγενέσθαι ἀγαθόν. Tetano & conuulsioni febrem adesse bonum. πῦρ enim πυρετὸν exponit aph. 26. li. 2. Et rursus (p.447.19.) ῥῖγος ἢν λάβῃ, πῦρ ἐπιλαμβάνει, rigor si corripiat, febris prehendit. Lib. etiam 2. (p.473.14.) ἤτις ἢν μετὰ τὸ πῦρ ἱδρώσῃ. hic si post febrem sudauerit. Et (p.474.34.) ἢν μὲν τὸ πῦρ ἀνῇ ἑβδομαῖον ἐόν. si febris septimo die remiserit, de febre vehementissima in pleuritide dicitur, non secus ac Aret. cap. 10. lib. 1. περὶ ὀξ. παθῶν, πῦρ etiam eam febrem vocat, & πῦρ δριμύ. Rursus li. 3. (p.495.39.) in morbis pulmonis, καὶ πῦρ καὶ φρίκη

ἴσχει, & febris ac horror detinet. Et li.4. (p.498.23.) ἢ ῥῖγος τι πῦρ ἐπιπίπτῃ μετ' αὐτὸ. & cur post rigorem febris incidat. Et rursus ibid. (p.505.) sæpius. Lib. περὶ παθῶν (p.519.41) ἢν δὲ τι πῦρ λαμβάνῃ. Quòd si febris inuadat. Lib.1. περὶ γυναικ. (p.589.34.) καὶ πῦρ λήψεται, & febris præhendet. Et rursus (p.599.53.) καὶ πῦρ ἴσχῃ βληχρόν. & febris lenta detineat. Et rursus ibidem (600.8.25.) καὶ πῦρ ἐπιλαμβάνῃ, & febris corripit. Et lib.2. (pag.643.7. ἢν μὴ πῦρ ἴσχῃ νύκτωρ. nisi febris noctu detineat. Et (vers.42.) καὶ πῦρ ἴσχει. & febris detinet. Et (vers. 55.) πῦρ ὀξὺ, πυκινὸν, & febris acuta, frequens. Atque aliàs sæpe. Est & πῦρ μαλθακὸν apud Hipp. ignis lentus, mollis & lenis, quo vtitur ne medicamentum torrefiat aut vratur, lib. de Vlceribus (p.876.C.) & li.1. περὶ γυναικ. τῆξας ἐπὶ πυρὸς μαλθακοῦ, ad lentum ignem liquefacito. Gal. etiam cap.2. lib.7. κατὰ τόπ. in decima arteriaca Andr. πῦρ μαλθακὸν vocat ignem minimè fumantem, & prunas accensas. πῦρ σύντροφον, calor nobis insitus vocatur, lib. περὶ τέχνης (pag.7.47.) πῦρ ἄγριον, ignis ferus & agrestis, lib.7. Epid. (pag.1215.H.) ὡς πυρὸς ἀγρίου σύστρεμμα, veluti collectio ex igne agresti oborta, hoc est, ex igne sacro aut erysipelate. Sic enim hunc mihi locum exprimere videtur Gal. in Exeg. πυρὸς ἀγρίου, τοῦ ἐρυσιπέλατος exponens. Erot. certe apud Hipp. πῦρ, πυρετὸν significare scribit, & Atticam esse dictionem testatur, quo loco mihi librorum Epid. dictiones explicare videtur. Quam notionem etiam explicat Gal. Com.1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.43.55.) πῦρ τὸν μέγαν πυρετὸν ὀνομάζειν εἴωθεν Ἱπποκράτης, ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν, ὡς ἂν ἄλλην πρὸς φύσιν ἔχοντα περὶ τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν. πῦρ vehementem febrem solet appellare Hipp. in libris de Morb. vulgaribus, vt quæ non aliam nisi igneam habeat naturam.

Πυρετὸς quoque ἀπὸ τοῦ πυρὸς denominationem habet Græcis, vt febris à feruore Latinis. Quod testatur Gal.Com.3. in lib. de fract. (p.562.4.) ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ πυρετὸς ἀπὸ τοῦ πυρὸς ὠνόμασται, καὶ τοῦτ' ἔστιν αὐτῷ τῷ πυρετῷ εἶναι, τὸ θερμασίαν ἔχειν πυρώδη. Quoniam πυρετὸς, h.e. febris ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne est denominata, eaque est febris essentia, vt calorem igneum habeat. Atque idem Com.1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.43.53.) ἡ δὲ τοῦ πυρετοῦ γένεσις, ἐκτροπὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐπὶ τὸ πυρῶδες ἐστίν. febris generatio est calidi natiui in igneum conuersio. Vbi etiam docetur eandem habere quam ignis substantiam, nempe caliditate & siccitate præditam. Etsi alias multas & varias habes febris ipsius definitiones à Gal. sparsim adscriptas, quas scitissimè cum diuersis differentiis persequitur & explicat Gorr. ex sent.17. sect.1. lib.6. Epid. Vbi & febrium substantia calor esse indicatur, vt & lib. de loc. in hom. θερμολή, (p.418.1.) Sunt & aliæ multæ apud Hipp. febrium nominib. distinctæ differentiæ.

Πυρετοὶ ἀκρητόχολοι, febres ex bile syncera ac meraca, quæ multam bilem puram effundunt, lib.2. περὶ γυναικ. (p.637.31.)

Πυρετοὶ ἀσώδεες, febres implacidæ, quænam dicantur, exposuimus antea in Ἄσιν.

Πυρετοὶ ἀχλυώδεες, febres in quibus caligant ægri, & caligines circa oculos obuersantes habent, in Prorrh. (p.193.1. H. 73.A.) etsi illud ἀχλυώδεες ad ægros potiùs referri videtur, vt in Coac. (p.122.E.) & antea exposuimus.

Πυρετοὶ γλίσχροι, febres lentæ & viscosæ quænam dicantur antea exposuimus in γλίσχρον.

Πυρετὸς ἐρύθροος, febris prærubra, aph.17. sect.1. li.6. Epid. & aph.5. sect.3. etsi illic ἐρύθροος ad vultus colorem referri potest.

Πυρετοὶ κνησμώδεες, febres pruriginosæ & cum pruritu, li.2. περὶ γυναικ. (p.637.32.)

Πυρετοὶ κοπώδεες, febres laboriosæ, in quibus lassitudinis sensus est, aph.64. li.4.

Πυρετὸς λυγγώδης, febris singultuosa quænam dicatur, Vide λύγξ antea.

Πυρετὸς μαλθακὸς, febris mollis, lenta, lib. περὶ ἀφόρων p 682.1.)

Πυρετὸς ὀξὺς, febris acuta, quæ continua est, & moderatæ aut miti opponitur aph.37. li.4. Gal. quoque Com.2. in lib.6. Epid. (p.464.5.) febrem acutam vocat eam quæ tertio quoque die inuadit, & breui interuallo ad integritatem deuenit. ἐὰν δέ τις διὰ τρίτης παροξυνόμενος πυρετὸς, ἐν βραχὺ διάλειμμα ποιούμενος, ὡς δοκεῖν ἐν αὐτῷ πλησίον εἶναι τὸ γίγνεσθαι τῆς εἰλικρινοῦς ἀπυρεξίας, τοῦτον ὀξὺν ὀνομάσομεν πυρετόν. Si quã verò febris tertio quoque die ingrauescat, ita vt ne breui quidem interuallo ægrum ad synceram integritatem deducere videatur, hanc acutam febrem appellabimus.

Πυρετοὶ πεμφιγώδεες, vide Πεμφιγώδεες πυρετοὶ, antea.

Πυρετὸς περικαής, febris ardens, adurés, perurés, li.4. Ep. (p.1123.C.)

Πυρετὸς περιψυχθεὶς, febris perfrigerata, in qua totus corporis habitus perfrigeratur, deurentibus internis partibus, quod est malignæ febris ardentis certissimum signum, velut aph.48. li.4. In Coac. (p.165.B.) & Prorrh. (p.173.12.H.67.G.)

Πυρετοὶ πρὸς χεῖρα λεπτοὶ, febres ad manus contactum leues, aegr. 15. li.3. Epid. post st. pest Sic πυρετὸς πρὸς χεῖρα βληχρὸς, febris ad manus contactum debilis dicitur, li.1. περὶ γυν. (p.605.8)

Πυρετὸς χειμερινὸς, febris hyberna, quæ hyeme contingit, aut quæ hyemi sua natura respondet. veluti quæ fit ex pituita. Lib. de rat. vict. in morb ac. (p.101.48. H.400.34.) Vbi eam febrem sic explicat Gal. χειμερινὸν πυρετὸν ἔνιοι μὲν ἀκούουσι τὸν ἐν χειμῶνι γινόμενον, ἔνιοι δὲ τὸν οἰκεῖον φύσει χειμῶνι. εἴη δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπὶ φλέγματι, καθάπερ θερινὸς ἐπὶ χολῇ. febrem hybernam nonnulli quidem obaudiunt eam quæ hyeme oritur, nonnulli verò hyemi natura familiarem. talis verò fuerit quæ ex pituita oritur, velut æstiua quæ ex bile.

Πυρετὸς χλιαρὸς, febris (vt ita dicam) tepida, moderata & mitis, quæque acutæ & vehementi opponitur. Sic enim χλιαρὸν & μέτριον πυρετὸν vocat Gal. Com. ad aph 37. li.4. eam quæ acutæ opponitur. Eiusdem meminit Aet. lib.2. cap. de Castorio, eamque lethargicis, comate aut cataphora laborantibus familiarem esse scribit.

Πυρετὸν antem, hoc est, febrem vocauerunt antiqui eam febrem quæ accendebatur ex humorum putredine absque partis alicuius inflammatione, & quæ morbum per se constitueret, non alteri succederet, aut eius esset symptoma, eaque notione ægrum febricitare, aut à febre affligi & tentari accipiebant. Reliquas verò febres quæ ex partis alicuius inflammatione vel affectu incendebantur, eas ex partis denominatione efferebant, vt pleuritim, peripneumoniam, hepatitidem aut splenitidem. In quibus febris symptoma est non morbus. Quod testatum scriptis reliquit Gal. Com. ad aph.42. lib.7. ὁπόταν γε φλεγμονή τις, καὶ χωρὶς φλεγμονῆς χυμῶν σηπεδὼν ἀνάψῃ τὴν πυρώδη θερμασίαν, ὁπόσοι τὰ λουτρὰ, πρὶν ἤτοι κενωθῆναι τοὺς λυποῦντας χυμοὺς, ἢ πεφθῆναι, ἀλλὰ τήν τοιαῦτα νοσήματα πλευρίτιδάς τε καὶ περιπνευμονίας, ἡπατίτιδάς τε καὶ σπληνίτιδας ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, σύμπτωμα τιθέμενοι τὸν πυρετὸν αὐτῶν, τὰ αὐτὰ πάθη. ἐφ' ὧν δὲ χωρὶς μορίου φλεγμονῆς οἱ κατὰ τὰς φλέβας χυμοὶ σηπόμενοι πυρὸς ἀνάπτουσιν, ἐπ' ἐκείνων μόνον ἔλεγον ὑπὸ πυρετοῦ τὸν ἄνθρωπον ὀχλεῖσθαι, καὶ πυρέττειν ἔχειν αὐτόν. ἐπ' ἐκείνων δὲ καὶ τὰς διαφορὰς τῶν πυρετῶν ἔγραψαν, ἠπίαλον καὶ λειπυρίαν, ἑλώδη τε καὶ τυφώδη καὶ λοιμώδη, καὶ καῦσον. ἡπατῖτιν δὲ πυρετὸν, καὶ σπληνῖτιν ἢ περιπνευμονίτιν, ἢ πλευρῖτιν οὐδεὶς εἶπεν. ὥστε νῦν ὁ λόγος ἐστὶ τῷ Ἱπποκράτει, περὶ τῶν αὐτῶν πυρετῶν μορίων ἄνευ φλεγμονῆς. Non tamen vbi aliqua inflammatio, aut absque inflammatione humorum putredo igneum calorē accenderit, balnea sunt vtilia, nisi priùs vacuatis aut concoctis noxiis humoribus. Verùm eiusmodi affectus, pleuritidas, peripneumonias hepatidas & splenitidas nominauere antiqui, febrem ipsum morbi symptoma, non ipsum morbum ponentes. In quibus autem sine partis inflammatione in venis putrescētes humores febrem accendunt, de his solis hominē febre conflictari, ipsumq; febre tentari efferebant. In illis quoq; febrium differentias scripserunt, Epialam, Lipyriam, Helodem & Typhodem, & Pestilentem & Causum appellantes. Hepaticam verò febrem & splenicam, aut peripneumonicam aut pleuriticam nemo dixit. Quare præsens oratio Hip. de febribus ipsis quæ sunt citra partiū inflammationem, intelligenda est. Vbi certe Hipp. per febrem quæ ex bile fit, eam omnem febrem quæ ex humorum putredine accenditur intelligit, quòd bilem ipsam nempe aeream, tenuissimam, & inflammari paratissimã, omnium putridarum febrium, tum continuarum, tum etiam intermittentium, præcipuam materiam statuat lib.2. & 4. de Morbis & in his quæ adiuncta sunt ad lib de Nat. hum. Quod etiam innuere videtur Gal. cap 2. li.2. de diff. febrium. Rursus etiam Com. ad aph.66. li.4. καὶ τὰ ἐν πυρετοῖς εἴωθε λέγειν ὁ Ἱπποκράτης, ἀντὶ τοῦ πυρετικοῖς νοσήμασιν, ὅταν αὐτοῖς πάθος ὑπάρχωσιν οἱ πυρετοὶ, καὶ μὴ σύμπτωμα μορίου τινὸς πεπονθότος τῶν προειρημένων παθῶν. ἐν πυρετοῖς, hoc est in febribus efferre solet Hipp. pro morbis febrilibus, quando videlicet in ipsis febres morbus existunt, nō partis alicuius affectuum enumeratorum quopiam laborantis symptoma. Idem quoq; Com. ad aph.73. li. eiusdē πυρετοῖς ὀχλεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ, χωρὶς ἄνευ τινὸς φλεγμονῆς, ἢ ἀποστήματος, ἢ ἐρυσιπέλατος, ἢ ἄλλης τινὸς μορίου πρὸς ἐξαιρέτως πεπονθότος ἔχοντας ἐχθρὸς. εἰ δ' ἤτοι διὰ πλευρᾶς φλεγμονὴν, ἢ πνεύμονος, ἢ ἥπατος, ἢ τινος ἑτέρου τοιούτου πυρέττοιεν, οὐ πυρέττοντας αὐτοὺς ὠνόμαζον, οὐδ' ὑπὸ πυρετῶν ὀχλουμένους, ἀλλὰ πλευριτικούς τε καὶ περιπνευμονικοὺς, ἡπατικούς τε καὶ σπληνικούς, ἢ ἄλλα τοιαῦτα. Febribus vexari eos antiqui dicebāt, qui citra aliquā inflāmationē, aut abscessū, vel doloré, aut erysipelas, vel (vt vniuersè dicā) absq; alicui⁹ partis insigni affectu, male habēt. Quod si vel propter lateris aut pulmonis, aut alterius cuiuidā partis

inflammationem febricitarent, non iam febricitare eos dicebant, neque febribus vexari, ſed vel pleuriticos, vel peripneumonicos, aut hepaticos, aut ſplenicos, vel aliis id genus nominibus appellabant. Rurſus Com. 3. in lib. 1. Epid. (p.379.26.) χρὴ δὲ γινώσκειν σε καὶ τὸ παλαιὸν ἔθος, ὅταν ἀκούσῃς αὐτῶν περὶ πυρετῶν διαλεγομένων. ἐὰν γοῦν ἥπατος, ἢ πλευρᾶς, ἢ ἄλλου τινὸς μορίου φλεγμονῇ πυρετὸς ἕπηται, πλευρῖτιν ἢ περιπνευμονίαν, ἢ ἡπατῖτιν ὀνομάζουσι τὴν νόσον, οὐ πυρετώδη. τὸ δ᾽ ἄνευ φλεγμονῆς πυρέττοντα, πυρετὸν φασὶ νοσεῖν. Veterum autem conſuetudinem vt noſcas neceſſe eſt, vbi eos de febribus differentes audieris. Nam ſi vel hepatis, vel lateris, vel alicuius alterius inflammationem febris conſequatur, pleuritim vel peripneumoniam, vel hepatitim huiuſmodi morbum nominant, non febrilem. At citra inflammationem febricitantem, febre laborare dicunt.

Πυρετὸς etiam vulgi more efferre ſolet Hipp. de febre quæ ægrum affligit, vt lib. 5. Epid. (p. 1149. C.) πυρετῶν ἐπιλαβόντων, οὐκ ἀπηλλάσσετο πρὶν τελευτῆσαι. febribus correpta non antea liberata eſt, quàm vitam cum morte commutaſſet. De virgine quæ ſanguine vomitione reiecto ſuppurata, tandem febre hectica periit. Ac rurſus ibid. (1150.G.) πυρετοὶ αὐτὸν ὑπέλαβον. febres eum corripuerunt. Et lib. 2. Epid. (pag. 1012. D.) ὁ παρ᾽ Ἀλκιβιάδεω ἐλθὼν, ἐκ πυρετῶν ὀλίγων. Ex moderatis febribus ei qui ab Alcibiade venerat. Lib. 7. Epid. (pag. 1217. D.) ἐδόκεον ἀπολήγειν οἱ πυρετοὶ, febres deſinere videbantur.

Πυρέτια ξυνεχέα, febriculæ aſſiduæ, ægr. 1. poſt ſt. peſt.

Πυρετῶδες ἕλκος aut πυρώδες dicitur Hipp. vlcus igneum aut incenſum quodque inflammatione tentatur ex nimia conſtrictione in deligando, lib. de fract. (p. 561. 31. H. 767. E) & lib. de vlcer. (p. 870. C.) Sic ὀστέον πυρετῶδες lib. de cap. vuln. (p. 908. F.) ex malè curata ſuperiecta carne, aut inflammationem concipiente, & nimis adſtricta. Et πυρετῶδες σῶμα Prorrh. 2. (p. 97. A.) corpus febriculoſum, ad febres opportunum potiùs quàm febricitans, quòd alij aliis febribus facilius & leui ex occaſione vexantur, vt eſt corporis habitus ad cacochymiam magis comparatus.

Πυρὴν, πυρῆνος, nucleus, de malo punico dicitur Hipp. lib. περὶ παθῶν (p. 529. 31.) ῥοιὴ ξὺν μὲν τῷ πυρῆνι στάσιμον, ἄνευ δὲ τοῦ πυρῆνος διαχωρητικόν. Malum punicum cum nucleo quidem aluum ſiſtit, citra nucleum verò aluum ſubducit. Sic Dioſcor. lib. 1. cap. 152. τὸ ὀξείας ῥόας ὁ πυρήν. nuclei acinorum acidi punici. Malo enim punico nucleos tribuit Plinius cùm ſcribit. Mala punica ſapore vinoſa paruum nucleum habere. Scribitur & πυρὴν idem ſignificare quibuſdam quod πυρὴν, nempe nucleum, aut lignoſum nucleum, veluti oſſiculum, in pomis, meſpylis, ceraſis aut palmulis. Et πυρῆνας Gal. in Exeg. τοὺς χόνδρους, grana explicat apud Hipp. & περὶ λιβανωτοῦ, h. e. de thure dici adſcribit. Quibus verbis locum lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 205. 41.) mihi exprimere videtur. καὶ λιβανωτοῦ πυρῆνας πέντε, & thuris globulos, nucleos, aut granula quinque. Vbi tamen πυρῆνας rectius legunt exemplaria noſtra. Etſi lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 651. 55.) legitur, μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας, πρωῒ μὲν διδόναι νήστει ἀκτῆς καρπὸν, ὅσον πυρῆνας ἕξ, ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ. Poſt hos verò dies mane ieiunæ ſambuci fructus grana ſex (h. e. baccas) in vino meraco exhibeto. Vbi etiam πυρῆνας non ſatis recte leg. exemplaria.

Πυρίη aut πυρία, fomentum ſignificat apud Hipp. velut aph. 31. lib. 6. & aph. 23. ſect. 3. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Gal. πυρίαν δὲ πᾶσαν ἀκουστέον τὴν ἔξωθεν ἡμῖν προσπίπτουσαν θερμασίαν, εἴτ᾽ ἀπὸ πυρὸς, εἴτ᾽ ἐν λουτροῖς γίνοιτο. πυρίαν intelligere oportet omnem externum calorem nos inuadentem, ſiue ab igne, ſiue à balneo contingat. πυρίη ἐν ἀρώμασι, ſuffitus ex odoramentis dicitur aph. 28. lib. 5. & idem quod θυμίαμα. Πυρίας exponit Gal. in Exeg. τοὺς διαπύρους κόχλακας, ἢ θρύμματα διάπυρα ἀπὸ σκωρίας σιδήρου. h. e. ſilices ignitos, aut recrementi ferri fruſta candentia, quæ immittuntur in labrum ad fotum faciendum. Qua expoſitione locum lib. 2. περὶ γυναικ (p. 621. 30.) mihi ſubindicare videtur Gal. vbi ſcribitur: καὶ ἐν τούτοις πυρίαν αὐτὴν, ὅσον τριήκοντα πυρίας. In his ipſam foueto, triginta ſilicibus ignitis in fomentum coniectis. Etſi aliter ſumunt interpretes. πυρίας quidam exiſtimant eſſe aſſas deſudationes Celſi, quæ ex ſilicibus & marinis lapidibus igne candentibus ſuſcitantur, aut ignitis ferri recrementis. Quæ in vaporarium immittebantur, vt adhuc quibuſdam moris eſt, ad ſudores eliciendos.

Πυρίκαυστον ambuſtum ſignificat, aut igne ambuſtum, velut lib. 7. Epid. (p. 1221. H.) ὥσπερ πυρίκαυστα, velut ambuſta, hoc eſt, puſtulæ igne ambuſtæ. Sic initio li. 3. Epid. φλυκταινίδες ὥσπερ πυρίκαυστοι, puſtulæ iis affines quæ in ambuſtis fieri ſolent, dicuntur (p. 994. D.) Lib. quoque de vlcer. (p. 516. 29. 881. A.) περὶ πυρικαύστων ſcribitur. Dicuntur etiam πυρίκαυτα, vt lib. de fract. (p. 563. 41. H. 769. B.) & apud Paul. ca. 11. li. 4. Gal. etiam lib. 1. κατὰ γένη (p. 315. 58.) πυρίκαυτον vocat non ſolùm quod igne ambuſtum eſt, ſed & quod feruente aqua exuſtum. πυρίκαυστος exponitur Heſych. πεπυρωμένος.

Πυριφλεγὴς dicitur igneo ardore flagrans & incenſus, aut inflammatus, quiq; partem aliquam calore igneo affectam habet, aut febrem vehementem & igneam. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 103. 56. H. 401. 2.) πυριφλεγὴς γινόμενος, ardore incenſus. Vbi ſcribit Gal. καθάπερ καὶ τὸ πυριφλεγῆ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τούτοις γίνεσθαι ὅπερ ἤτοι θερμασίαν πολλὴν περὶ τὸν πόδα δηλοῦν εἴωθεν, ἢ πυρετὸν πολὺν καὶ πυρώδη. veluti hominem ardore incenſum eſſe ab his, quod aut multum calorem circa pedem indicare conſueuit, aut multam & igneam febrem. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 609. 52.) ἡ κοιλίη ἡ νειαίρη πυριφλεγέθης ἐστί. imus venter igne ardet.

Πυῤῥὸν rufum etſi omnes vertunt interpretes, fuluum tamẽ ſignificare & veluti ex flauo candicantem colorem, quiq; ex inæquali albi mixtura ex flauo ad albũ magis declinat, multis exemplis declaraſſe videntur noſtris in li. 2. Epid. Comm ſect. 5. Isq; videtur eſſe color qui ex flauo paulò liberaliùs exalbeſcit, non ſecus ac ſi ſandaracham paucam multa aqua diluas, ex flauo palleſcens color exiſtet, qualis eſt aurichalci, aut aureorũ Germanicorum non omninò ſaturatus ſed extenuatus & attritus color. Blondum Galli nominant, & in expaſſo puellarũ crine, veluti pudoris & ingenuitatis comitem, commẽdãt. Hic color recte Latinis fuluus dicitur, quales puerorum capillos & pubeſcentium eſſe ſcribit Gal. li. 2. de Temp. & Ariſt. li. περὶ χρωμάτων, ex magna humoris copia ſiccũ exuperante & inundante. Sic Germanorum, Illyriorum, Dalmatarum, Scytharum, & eorum qui humidas & frigidas regiones incolunt, πυῤῥὰς τρίχας, capillos fuluos eſſe ſcribit Gal. li 2. de Temp. & Ariſt. in Quæſt. nat. ſect. vlt. quæſt. 2. Et Hipp. lib. de aëre, loc. & aq. (p. 79. 11. 292. 44.) πυῤῥὸν τὸ Σκυθικὸν γένος διὰ τὸ ψύχος, fuluam Scythicam gentem propter frigus eſſe ſcribit. οὐκ ἐπιγινομένου ὀξέος τοῦ ἡλίου. ὑπὸ δὲ τοῦ ψύχεος ἡ λευκότης ἐπικαίεται καὶ γίνεται πυῤῥή. Nam cùm Sol ad eos minimè ardens accedat, à frigore exuritur eorum albedo & fulua euadit. Gal. etiam Comm. in lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 31. 19. H. 337. 36.) Germanos quibuſdam ξανθοὺς nominari ſcribit cùm re vera & ſi quis exactam rationem exigat, non ξανθοὶ, hoc eſt, flaui, ſed πυῤῥοὶ dicendi ſint, hoc eſt, fului. Quòd ξανθὸν ſiccioris temperiei nota ſit, quales ſunt quos illîc πυῤῥοὺς appellat Hipp. Sic enim illîc ab eo vocari ſcribit Gal. τοῖς ξανθοῖς affines, non expoſita nominum ratione, quos recte rufos illîc vertunt interpretes. In quo verò τὸ πυῤῥὸν & τὸ ξανθὸν differant, ſcitiſſimè ſcribit Gal. li. 1. περὶ κρίσεων (p. 397. 26.) ἐγγυτάτω τὴν φύσιν ἐστὶν τὸ πυῤῥὸν χρῶμα τῷ ξανθῷ. διαφέρει δ᾽ ἀλλήλων τῷ τὸ μὲν λευκότερον εἶναι, τὸ δὲ, στιλπνότερον. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἡ πικρὰ χολὴ ποτὲ μὲν πυῤῥὰ φαίνεται μᾶλλον, ποτὲ δὲ ξανθή. πολλάκις δ᾽ ἔστιν ὅτι καὶ ὠχρὰ δόξειεν εἶναι. λευκοτέρα μὲν καὶ θολωδεστέρα γινομένη πυῤῥὰ, στιλβουσα δὲ καὶ καθαρωτέρα, ξανθή. τὸ γὰρ οἷον πυρῶδες ἐλλάμπον αὐτῇ, ξανθοτέραν ἀπεργάζεται. ὅσῳ δ᾽ ἐστὶ τὸ πυῤῥὸν τοῦ ξανθοῦ λευκότερον, τοσοῦτον ἐκείνου τὸ ὠχρόν. ὅσον δ᾽ αὖ πάλιν ἧττόν λευκόν ἐστιν τὸ ξανθὸν τοῦ πυῤῥοῦ, τοσοῦτον τοῦ ξανθοῦ τὸ ἐρυθρόν. Fuluus color ad flauum natura proximè accedit. In eo tamen differunt quòd ille magis ad album, hic verò ad ſplendidum vergit. Amara enim bilis nonnunquam fulua apparet, interdum etiam flaua, ſæpius autem & pallida videtur eſſe. Siquidem albidior & turbulentior exiſtens, fulua eſt. Splendens verò & purior, flaua. Quod enim veluti igneum in bile ſplendeſcit, eam flauiorem reddit. Quanto verò fuluum flauo eſt albidius, tanto illo pallidum: Quanto rurſus fuluo minus album eſt flauum, tantum flauo rubicundum. Ex quo planè coniicias rufum & fuluum colorem medium eſſe inter flauũ & pallidum, ſicut pallidum medium eſt inter flauum & albũ. Idem quoq; lib. περὶ ἰατρικῆς τέχνης (p. 477. 36. & 51.) πυῤῥὸν colorem frigidioris & humidioris naturæ notam facit. Eſt enim veluti mixtura quædam ex bile & pituita, ſed magna humidi copia ſiccum diluente & exuperante. Huiuſmodi certe colorẽ Latini fuluum vocant, veluti fulua ſydera, fuluam arenam, & fuluum aurum dixit Ouid. flauum Virg. Æn. 1. aut vbi flauo Argentum Pariúſve lapis circundatur auro. Quemadmodum & fuluum pro flauo idem dixit li. 11. Æn. fulua pugnas de nube tuentem. Et li. 7. ---- tum fumida lumine fuluo Inuolui. & Æn. 4. ---- fuluum deſcendere mõte leonem. Sic Plin. de Perſea fructum eius fuluum dicit. Theoph. ὑπόξανθον. fului enim nomẽ itidem variè vſurpari à Latinis obſeruatur. De arena dixit Virg. Æn. 6. & fulua luctantur arena. Quem ſanè colorem etiam arenulis quæ in renum affectibus deturbantur, & in vrinis ſubſident, attribuit Hipp. aph. 5. ſect. 1. lib. 6. Epid. cùm ſcribit, ψαμμία τι πυῤῥὰ ὑφίσταται, arenulæq; fuluæ ſubſident. Nam etſi ibi Gal. per πυῤῥὸν omnes colores intelligi vult,

qui intra pallidum & flauum aliquid albi aut rubri admixtum habent, velut ὠχρόλευκον, ἐρυθρόλευκον, aut ξανθόλευκον, cùm pro sanguinis qualitate aut colore tales fiunt arenulæ aut subsidentiæ in vrinis. Satis tamen propriè per πυῤῥὸν fuluum colorem mihi subintelligere videtur cùm scribit. καὶ γὰρ καὶ φαίνεται οὕτω γινόμενον, ἐὰν τὸ πυῤῥὸν ἀκύνης ποιέῃ τὴν χροίαν ὁποῖα καὶ ἡ σανδαράχη καλουμένη, διὸ καί τινες τῶν ἐμπειρικῶς ἐπιμελῶς τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης, ὀροβοειδέας ὑποστάσιας γίνεσθαί φασιν αὐτοῖς, ἔνιοι δὲ σανδαραχώδεις. ἔστι δ' ὅτε καὶ ὄντως πυῤῥάς. Nempe & hoc fieri apparet, si πυῤῥὸν, hoc est, fuluum eiusmodi esse coloris intellexeris, qualis sandaracha appellata. Ideo quidam in artis operibus diligenter versati, subsidentias orobo similes in iis fieri aiunt, nonnulli etiam tales quæ sandaracham colore repræsentent, interdum verò re vera fuluas. Huius autem fului coloris naturam, veluti intra flaui splendidioris limites consistentem, & ad albedinem magis declinantem, his mihi verbis apertiùs ibidem declarare videtur: ἐὰν μὲν τι μιχθῇ ποσὸν ὀλίγον αἵματος φλέγματι παχεῖ τε καὶ γλίσχρῳ, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν ἡ χρόα γίνεται τῶν ὑφισταμένων τοῖς οὔροις, ἐνίοτε μὲν οὖν ὠχρόλευκος, ἢ ἐρυθρόλευκος, ἢ ξανθόλευκος. ἔστι δ' ὅτε δὲ πυῤῥά, συμπληρουμένης εἰς τὴν τῶν χρωμάτων διαφορὰν καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ τὸ αἷμα χρώματος. οὐ γὰρ ἀκριβῶς ἐρυθρὸν ἐστὶ ἀεὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τὸ μελάντερον, ἐνίοτε δ' ἐπὶ τὸ ξανθότερόν τι καὶ πυῤῥότερον ῥέπον. οὐ τοίνυν ἁπάσας αἱ ἄρτι εἰρημέναι διαφορὰς τῶν χρωμάτων πλὴν τῆς τεφρώδους, ἐνδείκνυσθαι ἡ ὑπὸ τῆς τοῦ πυῤῥοῦ δηλοῦσθαι φωνῆς, ὥσπερ τὸ αὐτὸ ψαμμία πυῤῥὰ ὑφίστασθαι, ἢ τὸ προσκείμενον τὸ αἱματώδεις ὑπὸ κοινῆς ἀκουστέον εἰρῆσθαι. At si quibusdam paucus sanguis pituitæ viscosæ crassæque permixtus fuerit, subsidentiæ vrinarum color pro exuperante humoris copia euadet, interdum quidem velut ex pallido albicans, vel ex rubro candidus, vel ex flauo & albo mixtus, interdum etiam fuluus, conferente & ipso sanguinis colore ad colorum differentias. Neque enim hominibus semper exquisitè rubet sanguis, verùm interdum quidem ad nigrius, interdum etiam ad flauius & fuluius declinat. Aut igitur omnes quos modo recensui colorum differentias, cinereo excepto, ab hac voce πυῤῥὸν indicari existimandum est, cùm dixit, arenulæ fuluæ subsident, aut adiectum illud τὸ αἱματώδεις, ex communi sensu dictum fuisse accipiendum est. Πυῤῥὸν οὖρον, ex Progn. Hipp. (pag. 141. 14. H 40. 42.) vrinam rubram vertit Celsus cap. 6. lib. 2. Vbi certe rufam vrinam rectè vertunt interpretes, quòd talis euadat ex bilis modum excedentis permixtione, aut vbi ea admodum syncera permiscetur, vt illic scribit Gal. ὑπόπυῤῥον idem Celsus cap. 3. lib. 2. rufum in deiectionibus alui vocat, ex Progn. (pag. 138. 29. H. 40. 9.) ἀεὶ τὸ πυῤῥὸν, oui luteum vocat Hipp. libro secundo τῶν γυναικ. (pag. 663. 30.)

Πυώδεις οὐρήσιες, purulentæ mictiones dicuntur Hipp. & propriè significant vrinas quæ pus habent admixtum. Aliquando etiam sed impropriè, vrinas crudas & crassas, & quæ huiusmodi succos vacuant. Quod testatur Gal. Com. 3. in Prorrh. (pag. 106. 43.) his verbis: αἱ μὲν γὰρ πυώδεις οὐρήσιες ἐάν γε κυρίως ἀκούωμεν, καὶ μὴ καθάπερ εἰώθει ὁ τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς ἀκύροις μεταφοραῖς ὀνομάτων χρῆσθαι, πύον ἐπιμεμίχθαι τοῖς οὔροις δηλοῦσι. πύου δὲ γένεσις οὐ μόνον οὐ δύναται σημαίνειν σπασμὸν, ἀλλὰ καὶ ὑποπτευομένῳ τινὶ σπασθῆναι, ἀγαθὸν ἐστι, πέψεσθαί γε δηλοῦν τὴν νόσον. αἱ δὲ ἀφρώδεις, εἴτε διὰ σύντηξιν, εἴτε διὰ ταραχήν τινα καὶ πνεῦμα γίγνοιτο φυσῶδες, ἀμφοτέρως ὕποπτοι περὶ σπασμὸν. οὐ μὴν αἱ πυώδεις ὁμοίως ταύταις. εἰ δ' ἀκύρως πυώδεις εἴρηκε τὰς τῶν ὠμῶν καὶ παχέων οὔρων ἐκκρίσεις, οὐδ' οὕτως ὕποπτοι, ὅτι πλεῖ περὶ τὴν τοῦ σπασμοῦ γένεσιν. Purulentæ enim mictiones, si propriè vtique intellexerimus, neque, vt huius libri author impropriis nominum translationibus vti solet, pus vrinis esse admixtum indicant. Puris autem generatio non modò non potest conuulsionem significare, vt etiam in eo qui conuulsionis suspicionem incurrit, bono sit, morbum concoqui indicans. At spumosæ, siue ob colliquationem, siue ob perturbationem quandam & spiritum flatuosum fiant, vtroque modo conuulsionem suspectant: non tamen purulentæ his similiter. Quòd si impropriè purulentas dixit vrinarum crudarum & crassarum vacuationes, neq; ita suspectæ sunt, neq; conferunt ad conuulsionis generationem.

§ Πῶροι tofi dicuntur & lapidosæ in articulis durities, aut callosæ concretiones quæ laborantibus articulis gignuntur. ἐπιπωρώματα vocat Hipp. Prorrh. 2. (pag 92. C.) Cæl. Aurel. cap. 2. lib. 5. Tard. pass. πώρους & transitus vocat insolenter & nouè, cùm πῶροι dicendi sint. Sunt & πῶροι calculi aut lapideæ concretiones in vrinis, in his quæ adiecta sunt ad lib. de Nat. hum. (p. 27. 35. H. 230. 50.) ὁκόσοισι δὲ ψαμμώδεα ὑφίσταται ἢ πῶροι ἐν τοῖσιν οὔροισι. Quorum in vrinis veluti arenulæ aut tofi subsident. Vbi ex pure coaliti lapilli πῶροι dicuntur πωρωθῆναι, παγῆναι, συμπαγῆναι apud Hipp. exponit Erot. In articulis qui dicuntur Latinis tofi gignuntur ex superante in iuncturis humore, vel sanguineo, vel bilioso, vel atra bile vitioso, plærunque tamen pituitoso crudoque, copia alimenti, aut cruditate, aut otio congesto. Qui etiam vetustate in articulis crassescit & glutinosior euadit, sic vt in duritiem contumacissimam occallescat, vt scribit Ægin. lib. 3. cap. 78. πῶρος ἐστὶ ὀστέα λιθώδης καὶ ἀπόκροτος, authori Definit. Med. (pag. 400. 54.) substantia callosa & tenitens. vt πωρώδης legere malim cum aliis. Est & πῶρος callus, ossa fracta coniungens, de quo vide Gorrh.

OECONOM. HIPPOC.

TO P.

§ Ῥαγῆναι exponitur à Gal. in Exeg. τὸ ἀθρόως ὁρμῆσαι, affatim & cum impetu irrumpens, ex lib. 2. de Morb. maiore apud Hipp. vnde etiam dictam αἱμοῤῥαγίαν esse vult, quæ vehementem & abundantem sanguinis eruptionem indicat. Quibus verbis locum lib. τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 542. 2.) mihi subindicare videtur Gal vbi legitur. ἢν δὲ κως ἡ ὀδύνη ἐσω ῥαγῇ. Si verò aliquò affatim & cum impetu dolor irrumpere visus fuerit. Sic etiam ibid. paulò post (vers. 6.) ἢν ἐς τὴν κύστιν ῥαγῇ, sic in vesicam cum impetu irrumpat. Et rursus (pag. 542. 18.) ἐῤῥάγη ἐς τὴν κύστιν. in vesicam cum impetu erupit. Et ἢν γοῦν ῥαγῇ. Si igitur affatim & cum impetu irruperit. Sic ῥαγῆναι apud Hipp. magnis euacuationibus & confertim factis accommodatur, & τὸ ἀθρόως ἐκκριθῆναι indicat, vt scribit Gal. lib. Aduersus Iul. (pag. 338. 3.) Eumque in sensum aph. 32. lib. 5. accommodat, γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις γίνεται. Mulieri sanguinem vomitione reiicienti, menstruis affatim profluentibus solutio contingit. Vt ῥαγέντων καταμηνίων, ἀθρόως ἐκκριθέντων, hoc est, largiùs & abundantiùs effluentibus menstruis, exponat, quòd ea dictione τὰς ἀθρόας κενώσεις, largiores euacuationes solitus sit notare Hipp. Qua etiam notione ῥαγῆ aph. 55. lib. 7. abundanter in ventrem effusam aquam & eius impetum significat. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag 544. 36.) de aqua affatim erumpente & in thoracem effusa, ῥαγῇ ἐς τὰ στήθεα, dicitur. Et rursus ibidem (pag. 545. 41.) καὶ ῥαγῇ ἐς τὴν κοιλίην. Et lib. περὶ γυναικείης φύσ. (pag. 567. 30.) de effusa confertim mensium abundantia, ὁκόταν τὰ καταμήνια ἐξαπίνης ἐς αἷμα ῥαγῇ. Quod etiam repetitur lib. 2. τῶν γυναικ. (pag. 661. 54.) Velut ῥήγνυσθαι & καταῤῥήγνυσθαι de copioso mensium profluuio erumpente, sæpe effertur Hipp. in tota γυναικείων tractatione. ῥαγέντες, ῥαγῆναι & ῥαγεῖσα, de ossis fractura & ruptione passim dicuntur Hipp lib. de cap. vulner. Sunt tamen qui per has voces intelligant omnes externas offensiones quę cum impetu fiunt, & ossa affatim & repente concutiunt. Hac notione in Coac. (pag. 148. D.) ὀστέα ἐκ τῶν ὄπισθεν ῥαγέντα dicuntur, quibus ossa posteriore capitis parte externa vi de repente concussa sunt. Hac enim dictione grauissimæ offensiones externæ violenter in occiput impactæ denotantur, quòd impetus hac voce iuxta Gal. explicationem quodammodo comprehendatur.

Ῥαγὴ, fissura, rima, scissura dicitur Hipp. lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 233. 43.) αὐτὸ δὲ τὸ θερμαινόμενον ἕλκει ἐς ἑωυτὸ αὖθις ἕτερον πνεῦμα ψυχρὸν διὰ τῆς ῥαγῆς, ἀφ' οὗ τρέφεται. Quod autem calefit, alium rursus spiritum frigidum per rimam attrahit, quo nutriatur. Vbi tamen exemplaria manu scripta ῥαφῆς pro ῥαγῆς habent, quod etiam annotauit Zuingg. in suo Hipp. Eadem tamen exemplaria adscribunt margini ῥαφῇ, ἀκμὴ, βία, ὁρμή. quod ex scholio quodam adscriptum videtur glossema esse, cùm eam explicationem dictioni ῥύμῃ tribuat Hesych. Sed ῥαγὴ idem quod ῥωγὴ significare videtur. Gal. verò in Exeg. ῥωγαῖς, σχίσμασι, ῥήγμασι exponit, hoc est, scissuris, fracturis. At ῥαγὴ in superiore Hipp. loco mihi vsurpari videtur pro ruptura aut scissura, quam vi efficit spiritus cùm erumpit. Illîc enim scribitur, τὸ δὲ πνεῦμα ῥήγνυσι καὶ ποιέει οἱ ὁδὸν αὐτὸ ἑωυτῷ, καὶ χωρέει ἔξω. Spiritus autem erumpit, ac viam sibi ipse facit, & foras procedit. Et paulò post. ἔπειτα ῥήγνυσι τὸ πνεῦμα, καὶ ὁδὸν ποιέεται, καὶ χωρεῖ ἔξω εἰλεόμενον. Deinde erumpit spiritus, & via sibi facta conuolutus foras procedit. Eandem etiam viam qua efflatur spiritus ille, ibidem

πυλὼ vocat, in lignis cæsuram aut sectionem. Atque etiam paulò post (236.4.) ῥαγὼ appellat, rimam per quam spiritus illè erumpit. καὶ χίδροπα, καὶ σῖτος, καὶ ἀκρόδρυα θερμαινόμενα πνεῦμα ἴσχει καὶ ἔξω ἐξέρχεται ῥαγὼ ποιησάμενον. Quin & legumina, frumentum, fructusque arborei omnes vbi incalescunt spiritum concipiunt, qui rima facta foras prodit. Et rursus. καὶ ὦν ὑγρὰ ᾖ, πλέον τὸ πνεῦμα ἀφίησι, καὶ τὴν ῥαγὼ μείζω ποιῆται. Quæ si humida fuerint, ruptura ampliore facta, copiosiorem spiritum exhalant.

Ῥαιβὸς, ῥεβὸς, & ῥοικὸς, incuruum & & obtortum significat. ῥαιβὸς propriè varus dicitur, cruribus incuruis, idem qui & κυλλὸς, cui βλαισὸς valgus opponitur. Sic apud Hipp. lib. de art. (p. 617.53. H. 810.B.) vbi legitur, ῥαιβοειδέα τρόπον, ῥαιβοειδέα τρόπον aut ῥεβοειδέα leg. videtur quod significat costas hominis valde incuruas esse obtorto modo. Vbi Gal. ῥοικοειδέα τρόπον legit, quòd ῥοικὸν significet καμπύλον, intortum, incuruum, vt probat ex Theocr. Archil. & Nicandr. Idem quoque in Exeg. ῥοικὰ καμπύλα exponit. ῥοικὸν etiam Hesych. σκολιὸν, καμπύλον, σκαμβὸν, ῥυσὸν, ῥικνὸν, exponit. Et Theocr. Schol. Idyll. 8. ῥοικὸν τὸ καμπύλον significare scribit. Ideoque quòd ῥοικὸν vsitatum magis foret, ῥοικοειδέα τρόπον legendum illìc censet Gal. Verùm idem in Exeg. ῥαιβοειδέα legisse videtur, cùm καμπύλον exponit. Illum enim mihi locum illìc innuere videtur. Et certè ῥαιβοειδέα, aut ῥεβοειδέα, aut etiam ῥοιβοειδέα legi potest, quòd ῥαιβὰ aut etiam ῥεβὰ dicantur Gal. τὰ κυλλὰ Comment. 3. in lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 700.1.) & τὰ ῥοικὰ Comment. 3. in lib. de art. (pag. 630.28) Erot. tamen hunc locum subindicans, ῥεμβοειδέα τρόπον legisse videtur, & ῥεμβὸν γαῦσον & στρεβλὸν, incuruum, intortum explicare. Sed certe ῥεβοειδέα & ῥεβὸν, & ῥεβοειδέεσθαι in loco illo Mochl qui legitur (pag. 842.C.) & quem illìc mihi exprimere videtur, legisse existimo, quomodo etiam codices quosdam legere testatur Henr. Steph. Aut à ῥαιβὸς ῥαιβοειδέα & ῥαιβοειδέεσθαι. legendum. Sed & ῥοιβοειδέα legi potest, vt etiam videtur legisse Gal. quòd τὸ ῥοικὸν ῥοιβὸν quidam dicunt. Var. etiam ῥοικὸν λαγωβόλον ex Idyll. 4. Theocr. exponit, τὸ ῥόπαλον τὸ εἰσω νεῦον καὶ στρεβλὸν, ὃ καὶ ῥοιβὸν λέγεται παρά τισι. Quod Æolicum esse existimatur, vt ῥοικὸν Ionicum. Et pro ῥοιβὸν quidam etiam ῥυβὸν scribunt, vnde apud Erot. fortè ῥυβοειδέα τρόπον scribendum, pro ῥυβδοειδέα, quo etiam locum illum libri de art. innuere videtur. Etsi totus ille Erot. locus nostris in codicibus vitiatus & malè distinctus esse videatur.

Ῥάκος lacerum linamentum significat, & pro penicillo aut linamento sumitur apud Medicos, vt lib. 2. de Morb. & (pag. 472.30.) καὶ ἐνθεῖναι τὸ ἕλκος τοῦ χρίσματι ἐναλείφων ῥάκος ἐνθεῖναι, & vlcus curato linamento melle illito indito. ῥακούμενον χολῶδες, bilis discerpta & diuisa, aut in corpore dispersa dicitur lib. 4. de Morb. (pag. 507.51.) καὶ ῥακούμενον ἐν τῷ σώματι ἢ σκεδασμένον & prorumpens aut firmata in corpore, dixit Cornar. diuisa in corpore, Caluus, hoc est, discerpta aut per corpus dispersa aut lacerata, detritorum panniculorum in modum, si modo vera est lectio. Verùm de bilioso humore intelligi videtur, qui extenuatus & per corpus discerptus, facilè inflammatur, & morbi fomes existit.

Ῥάμμα filum, acia dicitur ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag. 677.52. H. 743.C. & (pag. 6[illegible]40. H. ibid.) Vbi ἅμμα & ῥάμμα coniunguntur, nodus & acia. Vbi scribit Galen. ὡσαύτως δὲ ἐπὶ ῥάμμα καλεῖται τὸ διαπερῶντος τῆς βελόνης διηρημένον, ἕνεκα τοῦ συνάγειν ἀλλήλοις ἤτοι τὰ μόρια τοῦ διατιτρωμένου σώματος· ἢ τὸ πέρας τοῦ ἐπιδέσμου τοῖς ὑποβεβλημένοις αὐτοῦ μέρεσι. Eodem modo quòd ῥάμμα, hoc est, filum, vocatur, quod per acus foramen traijcitur, quo vel incisæ corporis partes inter se coniungantur, aut vinculi extremum subiectis partibus assuatur. Ac rursus ibid. (pag. 679.42.) ῥάμμα δὲ ὀνομάζων τὸ διεκβαλλόμενον ἅμα τῇ βελόνῃ, τὴν ὕλην ἔχον, εἴτε λίνον, εἴτ' ἔριον, ἤ τι τοιοῦτον. ῥάμμα, hoc est, filum appellans, quod vnà cum acu traijcitur, cuius materia linum est, siue lana, siue quid aliud id genus.

Ῥᾶον Gal. in Exeg. εὐπορώτερον καὶ εὐχερέστερον exponit apud Hipp. hoc est, expeditius, promptius ac facilius. ἔνιοι μὲν τι τὸ εὐφορώτερον ἤκουσαν. Nonnulli verò tolerabilius intelligunt. ῥίον tamen pro ῥᾷον apud Gal. videtur leg. Var.

Ῥαστώνη dicitur facilitas, leuamentum, remissio, vitæ tranquillitas, mali aut doloris relaxatio & alleuatio. lib. 3. Epid. ægr. 9. post st. pest. τῶν δὲ ἄλλων ῥαστώνη. cætera commodè habebant. Et rursus ægr. 10. ῥαστώνη δὲ ἦν. alleuatio aut tranquillitas fuit. Et ibidem ζ ῥαστώνη. septimo alleuatio fuit. ῥαστώνη μέσον ἡδυπαθείας καὶ κακοπαθείας dicitur Plutarch. ἐν παραγγέλμασιν ὑγιεινοῖς, affectio inter voluptuariam & doloribus conflictatam media. Hinc τὰ ἀσήμως ῥαστωνήσαντα in Prorrhet. (pag. 186.24. H. 71.D.) dicuntur, quæ absque vlla significatione alleuant. Et in Progn. (p. 159.48.) τὰ ῥαστωνήσαντα ἀλόγως. quæ præter rationē leuant,

Ῥαφὶς suendi instrumentum, vt acum significat, aut aciculam & subulam. ῥαφίδα exponit Hesych. Gal. in Exeg. ῥαφίῳ exponit τῷ κεντητηρίῳ ᾧ διατιτρῶντες οἱ τεχνῖται τὰ ποιητέα ἐπιτήδεια ὅπως τὸ λίνον διείρειν παρασκευάζουσι. punctorio instrumento, quo talium artifices idonea foramina, vt filum tranciatur, perforant. Lib. 2. de Morb. (pag. 484.31.) legitur. καὶ τὸ σῶμα πᾶν ὥσπερ ῥαφὶς κεντεῖν δοκεῖ ἄλλοτε ἄλλῃ. & corpus integrum velut acu aliàs alia parte pungi videtur. Sed proculdubio locus mihi corruptus videtur, & ῥαφίῳ aut γραφίῳ κεντεῖσθαι leg. videtur, velut ibidem (pag. 487.4. scribitur, καὶ τὸ στῆθος καὶ τὸ μετάφρενον δοκεῖ οἷον γραφίοισι κεντεῖσθαι, pectus ac dorsum tanquam stylis pungi videntur.

§ Ῥέγχειν est stertere & stertorem edere, qui sonus est ex naribus editus profundè dormientibus communis, & fortis apoplexiæ nota, aph. 51. lib. 6. Scribitur & ῥέγκειν vt testatur Gal. in Exeg. idque magis Atticum esse vult Aristoph. Schol. in Nubib. Verùm ῥέγχειν & ῥέγχος sæpius scribitur apud Hipp. velut lib. 1. de Morb. (pag. 452.43.) πνίγεταί τε καὶ ῥέγχει ὑποκαθαιρόμενος, suffocatur & stertit non purgatus. Et rursus ibid. (p. 461.17.) οὗτος δὲ ῥέγχει. id autem stertorem edit, de purulento & pituitoso sputo. Et lib. 3. (p. 495.19. & 27.) in pleuritide, ἢ ῥέγχῃ ἐν τῷ στήθει. & stertat in pectore. ἢν τι μὴ τι ῥέγχῃ. Quòd si neque stertat. Et (vers. 31.) τοῦτο καὶ τοῖσι ῥέγχουσι διδόναι. hoc etiam stertentibus dato. Lib. 5. Epid. (pag. 1153.A.) ἄφωνος ἔκειτο ῥέγχων. voce destitutus iacebat cum stertore. Et rursus ibid. (pag. 1162.F.) de muliere anginosa, ῥέγχος, stertor, vt & (ibid.) de muliere peripneumonia laborante, ῥέγχώδης. Et lib. 7. (p. 1215. F.) ἄφωνος, ῥέγχος. voce defecta, stertor adfuit. Et (ibid. H.) πνιγμὸς μετὰ ῥέγχους. suffocatio cum stertore. Et (pag. 1217. E.) μετὰ ῥέγχους καὶ πολλῆς λήρησιος, cum stertore & multo delirio. Vbi tamen ῥέγχος potiùs lego, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 49. 8. H. 386.13.) οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ ὀρθοπνοίης καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγῶσι. alij quidem à recta spiratione & stertore suffocati. Dicitur & ῥέγξις idem quod ῥέγχος ibidem (v. 28. H. 386.22.) ἀλλὰ τὴν ῥέγξιν ποιεῖ ἐγχρονιζόμενον ἐν τοῖσι βρογχίοισι τοῦ πνεύμονος. & stertorem facit, in bronchiis pulmonis retentum. Quod tamen in multis codicibus publicatis deficit, sed additur à Gal. lib. 3. de diff. spir. vt & melioribus exemplaribus. Quem etiam locum mihi visus est subnotare Gal. in Exeg. cùm scribit, ῥέγξιν καὶ ῥέγχος ὑπονοητέον παρὰ τὸν γινόμενον ψόφον, ὥσπερ καὶ τὸ ῥέγκειν. hoc est, nomina esse fictitia à sono, vt & ronchus dicitur Martiali narium strepitus, vnde & ronchisso Plauto. His autem verbis etiam ῥέγκος scribi apud Hipp. innuit Gal. veluti lib. 5. Epid. (pag. 1155.C.) ῥέγκος πνεῦμα πυκνόν. stertor & crebra spiratio aderat. Quod repetitur lib. 7. Epid. (pag. 1229. D.) ῥέγκος εἶχε. stertor detinebat. Est & ὑπορέγχειν aliquantulum stertere, in Coac. (pag. 119. G.) ῥέγκος exponitur Erot. apud Hipp. ex lib. de ptisana, ὁ ποιοχμός. Quibus verbis locum supra à nobis adductum intelligit. Verùm suspectam lectionem habeo, & pro ποιοχμός, ῥοιζμὸς legendum existimo. Est enim ῥοιζμὸς, sonus quem stertentes supini edunt. gutturis stridorem vertit Aurel. cap. 10. lib. 2. Acut. & pectoris resonantem stridorem, cap. 27. lib. eiusdem. ῥέγχος etiam dici potest, velut ronchus Latinis, vnde ῥογχάζειν idem quod ῥοχθεῖν ἢ ῥέγχειν. ποιοχμὸν verò ἄνωθεν idem antea exposuit. Etsi apud Erot. ῥέγχος & ῥοιζμὸς potiùs lego.

Ῥεῖν quod est fluere, de sanguinis profluuio & per nares eruptione sæpe offertur Hipp. In Prorrh. (pag. 210.56. H. 78.C.) ἢ ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥέειν. velut in intumescente liene si ex nare dextra sanguis effluat, quod αἱμορραγῆσαι ibidem exponit Gal. Et lib. 4. Epid. (pag. 1128.F.) καὶ μέχρι πέμπτης ἔρρει & ad quintum vsque diem sanguis è naribus effluxit.

Ῥέμβην πλάνην, hoc est, aberrationem, errorem exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. additque καί τινα ἄλλα παρὰ τὸ ῥέμβεσθαι. Verùm meliora exemplaria, ῥέμβη, πλάνη τινὶ καὶ ἄλῃ παρὰ τὸ ῥέμβεσθαι leg. in dandi casu. Quæ lectio propius accedit ad locum Hipp. lib. 7. Epid. (pag. 1215 E.) καὶ κατὰ φωνὴν ἦν ἐν τῇ ῥέμβῃ, hoc est, voce vacillabat, de voce ex casu læsa dicitur, ex quo inter loquendum lingua vacillabat & aberrabat. Vbi pro ῥεμβῇ ῥέμβῃ leg. Gal. existimo. Affertur & ex eodem ῥέμβεται πλανᾶται, vagatur, aberrat. Verùm mihi suspecta est lectio. ῥέμβεται, πλανᾶται, γυροῦται, exponit Hesych. vagatur, errat, circumuoluitur, & in gyrum circumagitur. Inde πυρετοὶ ῥεμβώδεις dicuntur Aret. cap. 2. lib. 2. περὶ ὀξ. πάθ. febres fluctuantes, vagæ & erraticæ. ῥεμβὸν γαῦσον & τὸ στρεβλὸν λέγεσθαι scribit Erot. vt antea annotauimus.

§ Ῥήγμασι, χάσμασι, ῥήγμασι, hoc est, scissuris, fracturis, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp.

Ῥῆγμα, ruptum aut ruptio dicitur, vnitatis in carne solutio citra vulnerationem tamen, vt in neruis σπάσμα, ex violento ictu, vel graui casu, vel distentione, vel alia quapiam intensa motione, Gal. lib. 3. Meth. med. cap. 1. & lib. de Constit. artis Medicæ (pag. 36.

(pag.36.28.) Idem Com.ad aph. 22.lib.6. γίνεσθαι τὸ ῥῆγμα (scribit) διασπωμένου τι ῥηγνυμένου κατά τι σαρκώδες αὐτοῦ μέρεος τοῦ μυός. ruptionem fieri diuulsa aut rupta musculi carnosa parte. Vbi ῥήγματα ἐκ τοῦ νώτου ἐς τοὺς ἀγκῶνας κατακαίειν, impropriè Hipp. dici scribit Gal. Hipp. lib. 1. de Morb. (pag. 454. 47.) ῥήγματα dici vult imbecilles in carne conuulsiones absque suppuratione, his verbis: ἐνίοισι δὲ ὀκόσα ἀσθενία γίνεται τὰ σπάσματα ἐν τῇσι σαρξὶν, ἢ ἐν τῇσι φλεψὶν, οὐκ ἐκπυΐσκεται, ἀλλὰ γίνεται ἀλγήματα πολυχρόνια, καὶ καλέουσι ῥήγματα. ῥήγματα τῶν ἑλκέων, vlcerū fissuræ ac ruptiones dicūtur quæ in labris & gingiuis fiunt, li.7.Epid.(p.1207.F.) vbi ῥήγματα ἐαγάς aut ῥαγάδας significāt. Sunt & ῥήγματα rupti intrò abscessus li.3.de Morb.(p.493.30.32.) Vnde ῥηγματίης & ῥηγματίας is intelligitur cui abscessus intrò rumpitur, & pus emittit, lib. 1.de Morb.(p.461.7.) ἢν δὲ ῥηγματίης ἐν ἐν τῇ νούσῳ ἔχων. Si verò ægro abscessus ruptus fuerit. Et lib. 2. (pag.475.2.) ὅταν τύχῃ ῥηγματίας ὤν. quòd si ei abscessus intus ruptus fuerit. Rursúsque ibid.(pag.479.55.) ῥηγματίης πλεύμονος dicitur is cui ex arteriæ asperæ vulnere pus in pulmone collectum erumpit velut rupto abscessu. Vbi non satis accommodatè ruptionem pulmonis dixerunt interpretes, cùm istud ad ægrum ipsum referatur. Quę loca mihi subindicasse videtur Gal. in Exeg. cum ei ῥηγματίης exponitur, ὁ ἐρρωγός τι ἐντὸς ἔχων, cui aliquid intus fractum est. ὃν δὲ καὶ ῥωγματίαν ὀνομάζει. Lib. de aëre, loc. & aq. (pag.282. 16.) ῥηγματίαι sunt quibus vasa intus rumpuntur. ῥηγματίαι τε εἰσιν ἐπὶ τὸ πλεῖστον. & plærunque vasa ipsis rumpuntur. Et rursus (ibid.22.) ἡ γὰρ ξηρότης ῥηγματίας ποιέει καὶ τοῦ ὕδατος ἡ ψυχρότης. Siccitas enim & aquæ frigiditas in causa sunt vt vasa intus rumpantur. ῥηγματώδης etiam dicitur lib. 7. Epid. (pag. 1217. C.) ruptis laborans, diruptus, & cui intus aliquid ruptum est.

ῥηγνύναι frangere, rumpere, de osse dicitur lib.5.Epid.(pag.1150. G.) καὶ τὸ ὀστέον φλᾶ καὶ ῥήγνυσιν, & os collidit ac findit. Et li.4.Epid. (pag.1129.C.) ἤρρηξεν ἐμέτους, prorupit vomitus. ῥηγνύναι φωνὴν est vocem rumpere, & de iis dicitur quibus vox fuit intercepta, & tandem post silentium erupit restituta. Lib 5.Epid.(pag.1155. C.) φωνὴν ἔρρηξεν, vocem rupit; post ἀφωνίην. Quod repetitur lib.7.Epid.(pag.1229.D.) Et lib.3.de Morb.(pag 490.2.) ἢν γὰρ ῥήξωσι φωνὴν αὐθημερόν, si eadem die vocem ruperint, hoc est, vox eruperit. Et lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag.262.5.) ἢ φωνὴν ῥήξῃ, aut vocem rumpat, de fœtu dicitur. Eandem locutionem, Herod. obseruauit in Clio in notabili illo exemplo de Crœsi filio muto, de quo scribitur hunc in modum ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν Πέρσην, ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνήν. εἶπε δέ, ὤνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον. Hic autem puer mutus, vt vidit Persam inuadentem, malo & metu perculsus erupit in vocem, Homo ne Crœsum perimas.

ῥιζεῖν idem quod ῥαίζειν, leuare, alleuare, iuuare. vt aph. 25.lib.5. τὰ οἰδήματα ἐν ἄρθροισι, καὶ ἀλγήματα ἄτερ ἕλκεος, καὶ ποδαγρικὰ καὶ σπάσματα, τούτων τὰ πλεῖστα τὸ ψυχρὸν πουλὺ καταχεόμενον ῥηΐζει. Articulorum tumores & dolores absque vlcere, atque etiam podagricos & conuulsiones, magna ex parte frigida largè effusa leuat. Quod repetitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag.427.8.) vbi pro ῥηΐζει, ἀφελεῖ scribitur, quod etiam ὀνίνησι exponit Gal. in aph. Lib.2.Epid.(pag.1034.B.) τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥηΐζοντα, ἐξελλάζει. tumores temerè & præter rationem alleuantes, imposturam denotant. Et rursus ibidem (pag.1017.B.) ἢν δέ τι τὰ πρὸ τάχιστα ῥηΐζοντα. Atque horum quidam quàm celerrimè alleuabant. Lib.4.Epid.(pag.1139.D.) τὰ ῥηΐζοντα τὰ ἄπιστα, quæ infideliter ac perfidè alleuant. Et Gal. Com.2. in Prorrh. (pag. 188.36.) τὰ παρὰ λόγον ῥηΐζοντα ἄπιστα καὶ κινδυνώδη ex Hipp. adducit. Quæ præter rationem leuant infida & periculi plena. τὰ ῥηΐζοντα σχήματα, figuræ corporis alleuantes, & quæ vt meliùs habeamus in causa sunt, aph.12.sect.3.lib.6.Epid.

ῥινοί, ἀρνακίδας, hoc est, pelles agninas exponit Galen. apud Hipp. in Exeg. Quem locum ad lib. 1. περὶ γυναικ. (p 611.14.) antea retulimus in ἐρίοισι. Sed & li.5 Ep.(p.1155 E.) ῥινοῖσι pro ῥινίοισι vitiosè legitur, vt reposuimus ex manu scriptis codicib. ἐρίοισι δὲ εἰσὶ περιειλεῖν ἐν ῥινοῖσι. Lanis verò succidis & pellib. agninis circundare oportet. ῥινοὶ ἀρνακίδες dicūtur Hesych. & ῥῖνες, ἀρνες, ὃ ἐστὶ Sic ῥινοῖσι, ἄρνασι, exponit Gal. in Exeg. pro quo ῥινεῖσι & ῥίνεσι vitiosè leg. exemplaria quædam. Idem etiam ῥηνός, ἀρνός exponit, hoc est, angi. Vnde ἄνδρες πολύρρηνες dicuntur Hom. Il. 1. (vers. 154.) πολυρρήνων, πολύνων, homines multorum agnorum, abundantes pecoris & diuites.

ῥῆξις ruptionem significat & pro suppurationis ruptione sumitur apud Hipp. cùm pus collectum rupta phlegmone effluit, aph. 15 lib.5. ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀφ' ἧς ἂν ἡ ῥῆξις γίνεται. Qui ex morbo laterali supputati fiunt, si à suppurationis ruptione intra dies quadraginta repurgentur. Vbi scribit Gal. προσθεὶς τῷ λόγῳ τὸ τῆς ῥήξεως ὄνομα, σαφῶς ἐδήλωσεν αὐτὸν ὑπὲρ ἐκείνων διαλέγεσθαι, οἷς εἰς ἐμπύημα τὸ κατὰ τὴν πλευρὰν φλεγμονῆς περιελθούσης, εἶτα ῥαγείσης ἐν τῷ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος χωρίῳ ἀθροίζεται τὸ πῦον. Ruptionis addito nomine, manifestè indicat se de iis verba facere, quibus lateris inflammatione in suppurationem conuersa, deinde rupta, in medio spatio inter pectus & pulmonem pus colligitur. Idem etiam Com. ad aph. 8. lib. eiusdem ῥῆξιν Hipp. dici scribit, τὴν μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἔκχυσιν τοῦ πύου. factam inter thoracem & pulmonem puris effusionem. Sic aph.24.sect.6 lib.6.Epid. ὦτα τοῦ θέρεος ῥήξιες πεμπταῖαι, aurium inflammationes æstate quibus quinto die rumpuntur diximus, de suppurationis ruptione intelligentes. Quam etiam notionem Gal. nomine publicatos Comm tenuisse postea animaduertimus. Aliòqui ῥῆξις pro ruptione sumitur & sanguinis fluoris specie, cùm vasa distenta rumpuntur, indeque copiosus sanguis emanat. eruptionem vocat Aurel. cap. 10. lib. 2. Tard. Pass. Eoque sensu αἵματος ῥῆξιν sæpiùs effert Hipp. in Progn. (p. 132.6 & 22.H.38.46.50.)

Ῥηχίῃ ἢ πλημμύρῃ, velut inundationibus exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. καὶ γὰρ καὶ ὁ ῥηχίη ἢ πλημμύρα τις ἐστίν. Nam & ῥηχίη velut quædam exundatio dicitur. ῥηχίη maris restagnatio dicitur, & annotat Suidas ῥηχίας Ionibus indicare τὰς ἀμπώτεις καὶ ἀναχωρήσεις τῆς θαλάσσης.

§ Ῥικνὸν aut ῥικνόν, rugosum, corrugatum aut contractum significat, velut quæ a frigore aut gelu corrugantur, ῥικνὸν τὸ συνεσταλμένον ὁμοίως τοῖς κατεψυγμένοις ὑπὸ κρύους, exponit Gal. Com. 1. in Progn. (pag.125.55.H.37.29.) Vbi βλέφαρον ῥικνὸν pro καμπύλον in quibusdam exemplaribus scribi testatur, hoc est, palpebra corrugata, contracta. Pro quo ῥυσὸν idem mihi legisse videtur, quod ῥυσὸν aut ῥυσσὸν, hoc est, rugosum exponit in Exeg. ῥικνὸν Hesych. ῥικνώσεν, φαῦλον exponit, quod est hottendum.

Ῥῖγος, rigor Latinis dicitur, & est perfrictio cum dolore & inæquali agitatione ac concussione totius corporis, Gal. lib. de tremore palp. &c. (pag.369.1.) Ita autem definitur rigor morbosus (ῥῖγος νοσερὸν ibid. vocatur, & ἐπιῤῥίγωσιν) Com 3. in lib. 1. Epid. (pag. 387. 44. H. 979. C.) & ῥῖγος παλὺς Hipp. lib.4. de Morb. (pag. 511. 9.) in internis corporis penetralibus conceptus, cum à nulla externa violenta causa, sed sponte, corpus talem habet affectionem. Nam in sanis aliter & vniuersalione notione rigorem vsurpare licet, nempe vt de omni perfrictione cum dolore dicatur. Rigorem autem non esse perfrigerationis sensum cum tremore multis probat Gal. & tremoris & rigoris differentias ibidem adscribit, tandemque concludit rigorem dici confertum, vehementem & violentum caloris natiui refrigerati sensum. Hipp. etiam lib. 1. de Morb. (pag.457. 47.458.1.) rigorem fieri scribit perfrigerato toto corpore à refrigerato sanguine. Et lib.4.(pag.510 49.) violentam acrium humorum in partem aliquam irruptionem, & vehementem dissidentium inter se humorum impetum, cum totius corporis concussu, rigoris originem facit. Quem sanè rigorem febris comitem perpetuò esse testatur est antiquitas, vt ibidem ex Hipp. apparet, & ex lib. 1. de Morb. quem mihi locum adumbrare videtur Gal. Com. in ægr. 5. lib. 1. Epid. Est tamen ῥῖγος ἀπυρέτῳ, quòd à rigore corpus non recalescat, aut febricitet, veteribus Medicis ob summam frugalitatem incognitus rigor, quique (vt scribit Gal. lib. 5. de sympt. caus.) horroris cuiusdam potiùs, aut certe quàm minimum rigoris sensum præ se fert. Hic fit à pituita vitrea, frigidis & crudis succis, victus intemperantia, deside & otiosa vita, frequenti balneorum post cibum vsu, & mulieribus familiaris est admodum, vt testatum reliquit Gal. multis locis, præcipuè lib. de tremore palp. &c. lib. de sympt. caus. & lib. de inæquali intemp. & Com. in ægr. 5. lib. 1. Epid. Quod fusioribus verbis docuimus nostris in lib. 1. Epid. Annotat. vbi multa de eo rigore ex Gal. & Hipp. mente adscripsimus, vt nil necesse sit hoc tempore nos esse prolixiores. Huiusmodi rigor ῥῖγος ἰσχυρὸν vocat Hipp. aph 8. sect. 1. lib. 6. Epid. & δυσεκθέρμαντον Gal. vt & ἀπυρέτως, quòd nulla febris subsequatur. Ideoque quod nouum id esset & insolens, præterque communem morem rigor Epicratis vxorem absque subsequente febre occupasset, adscripsit Hipp. lib. 1. Epid ῥῖγος ἔλαβεν ἰσχυρῶς, οὐκ ἐθερμαίνετο, ὡς ἔλεγον, rigor vehemens eam occupauit, nec (vt aiebant) incaluit. Curatur autem huiusmodi rigor Gal. medicamentis calefacientibus, & humorum crassitudinem secantibus eduliis tum potibus, quale est diatrion pipereon, aut diacalaminthes Gal. aut quod ex succo Cyrenaico aut castorio componitur. fit autem rigor ob frigidam aut mordacem causam, quæ per sensiles corporis partes moueatur & cum impetu feratur, vt scribit Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid.

(pag.517.43.H.r 185.E.) velut à pituita vitrea, qualis est quotidianarum febrium rigor, aph.63.lib.4. & Com.in aph.8.sect. 1. lib.6. Epid. Vel à bile per sententia corpora vehementer mota, velut in tertianis febr. & ardentibus aph. 58. lib. 4. Vel etiam ab humore melancholico violenter commoto & per sententia membra delato, velut quartanariorum circuitum rigor lib. 2. de diff. feb. cap. 1. & lib. 1. ad Glauc. & lib. de rigore, tremore, &c. & com. in aph. 8. sect. 1. lib. 6. Epid. Qui sane rigor à tertianæ feb. & ardentis rigore non minimùm differt, vt scribit Gal. eique curando medicamentum ex castorio conuenientissimè accommodat. Verùm hic potius horror quàm rigor dicendus est, cum horrorem debilem esse rigorem velit Hipp. lib. 1. de Morb. (pag. 458. 6.) Horrorem etiam pro rigore posuit Celsus cap. 8. lib. 2. ex aph. 88. lib. 4. cùm scribit: Febrem autem ardentem (quam Græci καῦσον vocant) subsitus horror exoluit. Latini quoque febrium rigores in accessionibus, cum tremore rigores aut horrores dicunt. vt Ruell. & Hermol. ῥίγεα πυρετώδεα sunt rigores febriles. quique febres excitant, aph. 17. & 20. lib. 5. & lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.425. 21.) ῥίγεα etiam pro perfrictionibus & refrigerationibus sumit Philoth. aph. 69. lib. 5. Sic enim scribit: ῥίγεα λέγει οὐ τὰ συνῆθη ἐκ κλίνης ἢ περιψύξεως συγκινούμενα, ἀλλὰ τὰ περιψύξεις μᾶλλον. Rigor sanguinis ex naribus profusionem quæ initio liberalis contingit, sistit, in Prorrhet. (pag. 215. 41. H. 80. G.) οἷσιν δὲ ἐξ ἀρχῆς αἱμοῤῥαγίαι λαῦραι, ῥῖγος ἵστησι ῥύσιν. Et ibi. (v. 45. H. ib. H.) ἐξ αἱμοῤῥαγίας ῥίγεα μακρὰ rigores qui sanguinis ex naribus profusioni succedunt, diuturniores esse solent. Rigor ex ore ventriculi ferè ortum ducit, febris verò ex inferiore ventriculi parte, aph. 29. sect. 5. lib. 6. Epid.

Ῥίζα, radix, sic vocatur Hipp. teste Gal. in Exeg. herbæ genus quoddam, sine flore, sine semine, tria oblonga folia per terram strata habens, digitorum duorum magnitudine, & anchusæ similia, radicem verò tenuem imbecilliter purgantem. Quidam Diosc. ὄνοσμα esse existimant, quod describitur cap. 147. lib. 3. Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 644. 6.) in fluore muliebri viribus valentibus veratri potionem exhibet, imbecillis verò ῥίζαν τε καὶ ἐλατήριον. Idem lib. 5. Epid. (pag. 1151. D.) in iuuene quodam Euboico ῥίζαν vt medicamentum deorsum purgans imbecillum propinauit. ἔπιε κάτω ῥίζαν ἐλαττέον. medicamentum deorsum purgans imbecillum, nempe radicem, ebibit. Vbi tamen Cornar. ellebori radicem sumpsit. Est & ῥίζα αἰθιοπική, Hipp. radix Æthiopica, & pro lasere aut silphio sumitur, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 584. 47.) Celsus cap. 16. lib. 3. per radicem simpliciter glycyrrhizam intelligere videtur.

Ῥίζαν λευκὴν, τὴν τοῦ δρακοντίου, dracunculi radicem exponit Gal. in Exeg apud Hipp. quam mihi vsurpare videtur lib. 2. de Morb. (pag. 477. 49.) τὴν ῥίζαν τὴν λευκὴν καὶ τοῦ ἐλλεβόρου λεῖον. radicem albam & veratri lingat. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 575. 42.) τὴν λευκὴν ῥίζαν τρίψας λείην. albam radicem læuigatam in pesso subdit. Quod etiam reperitur li. 1. περὶ γυναικ. (pag. 630. 29.) Et rursus ibid. (pag 571. 50.) τὴν λευκὴν ῥίζαν λείην κόψας. radicem albam læuigatam tusam. ῥίζα ἀλθαίας, agrestis maluæ radix exponitur Erot. apud Hipp. quam Romani Ibiscum nominant.

Ῥίκνωσις rugositas & corrugatio dicitur in cute, cùm extenuatione concidit, ac corrugatur, cui ἔκτασις opponitur, cùm refectione ac repletione cutis extenditur. ῥίκνωσις extenuati corporis signum ponitur, vt refecti ἔκτασις, aph. 21. lib. 6. Epid. sect. 3. χρωτὸς ῥίκνωσις, ξυμπίπτοντος, ἔκτασις ἀνατρεφομένου. cutis concidentis corrugatio, refertæ extensio. Vbi scribit Gal. ῥικνὸν μὲν ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες σῶμα τι καὶ δέρμα τὸ ῥυτιδούμενον ἅμα συστολῇ, καθάπερ ἐπὶ τῶν γερόντων ὁρᾶται, καὶ δηλονότι τὴν ἐν αὐτῷ διάθεσιν, ῥίκνωσιν. Rugosum quidem corpus aut cutim nominant Græci, quod in rugas contrahitur, quale quiddam in senum cute cernitur, eumque ipsius affectum ῥίκνωσιν corrugationem. Huic opponitur ἔκτασις, quæ est (vt ibidem scribit Gal.) εἰς μῆκος ἢ πλάτος τοῦ σώματος ἐπίδοσις, corporis in longitudinem & latitudinem incrementum. Inde ῥικνώδεες sunt rugosi & quibus corpus corrugatur cùm horrent, aph. 19 lib. 6. Epid. sect. 3. Ῥικνὸν ῥυσὸν, aut potiùs ῥυσὸν exponit Gal. in Exeg. rugosum.

Ῥινήματα ἢ ῥινίσματα, scobes, ramenta, & quæ lima deteruntur, πρίσματα etiam dicuntur, velut serramenta, & πλεκύματα vocatur Aëtio tetrab. 2. sect. 4. cap. 3. πλεκύματα κυπαρίσσου, præsegmina, & ἰχθυήματα Hipp. lib. περὶ ἑλκῶν. ῥινήματα χαλκοῦ, æris ramenta & scobes, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 626 41.) & apud Gal. lib. 3. κατὰ τόπ. (pag. 200. 44.) in Lamponis medicamento, ῥινήματος χαλκοῦ ἐρυθροῦ, æris rubri scobes.

Ῥινονυχεγχαφηθεῖσα exponitur Erot. apud Hipp ῥῖνα ὑπ' ὄνυχος ξυσθεῖσα· χαράξαι γὰρ λέγεται τὸ ξέσαι, ὡς καὶ Ὅμηρος φησὶ νῦν δέ μ' ἐπέχραψας ἔφρασε πόδας. Verùm satis constat vitiatos esse Erot. codices, & ῥὶς ὀνυχεγχαραχθεῖσα leg. & ῥὶς ὑπ' ὄνυχος ξυσθεῖσα, ac ab eo subnotari aph. 8. sect. 6. lib. 6. Epid. vbi legitur, ῥὶς ὀνυχεγχαραχθεῖσα, οὐχ αἱμοῤῥάγησεν. naris vnguibus scalpta, aut rasa, sanguin[em] non profudit. Vbi istud per chirurgiam tentatum fuisse v[ult] Gal. idemque annotat Medicos antiquos solitos instrume[ntis] quibusdam ferreis, aut etiam vnguibus narium venas rescin[de]re in capitis grauitate, ad profundendum sanguinem. χαράξαι verò ξύσαι exponit Erot. quod est radere, incidere, addu[cto] Hom. testimonio ex Il. ε. (vers. 388.) de Diomedis vulnere, ἐπιχράψας, ἁπλῶς ἐπιξέσας exponit Schol. quod est, leuiter [ra]dens, leuiter attingens, aut incidens. Hæc verò Erot. litera m[a]nifestum vitium præ se fert, cùm mulieri attribuat quæ v[iro] debentur apud Hipp. vt etiam testati sumus nostris in eum [lo]cum Annotat. ῥῖνας σκάλλειν, quod est nares fodere, phreniti[dis] symptoma ponitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 98. 43. 399. 5.) τὰ ἐκ ῥινῶν dicuntur Hipp. quæ ex naribus effluu[nt] sed præcipuè de sanguinis ex naribus profluuio intelligitur. Coac. (pag 159. C.) οἷσι τὰ ἐκ ῥινῶν. quibus ex naribus sang[uis] profluit.

Ῥινὸς δέρμα exponitur Erot. apud Hipp. hoc est, cutis, corium, [&] pellis. Sic Hesych. etiam ῥινὸς δέρμα. & ῥινὸν, τὴν βύρσαν, τὸ δέρμ[α] & ῥινοὶ, βύρσαι, δέρματα. & ῥινῷ, δέρματι, βύρσῃ.

Ῥιπτάζειν fit à ῥίπτω, & iactare se aut corpus disiicere signific[at] cùm ægri subinde locum commutant, neque vno loco [con]queunt, sed corpus huc atque illuc inæqualiter disiiciunt. L[ib.] de rat. vict. in morb. ac. (pag. 100. 51. H. 399. 40.) καὶ ὡς ἥκιστα ῥιπτάζειν, & vt quàm minimùm se iactent, sed vt quiescant. [N]enim ibi exponit Gal. ἀλλ' ἀτρεμίζειν. Li. 2. de Morb. (p. 467. [..]) καὶ ἀλύει, καὶ ῥιπτάζει αὐτὸς ἑωυτὸν ὑπὸ τῆς ὀδύνης. æstuat & præ d[o]lore seipsum iactat. Et rursus ibid. (p. 485. 28.) καὶ ῥιπτάζει ἑωυτὸν. & seipsum iactat, disiicit. Ac rursus li. 3. (pag. 487. 49.) ῥιπτάζει ἑωυτὸν seipsum iactat. Sic ῥιπτάζεσθαι est iactari, & co[r]poris incontinentia conflictari. Galen. enim Commen[t.] 3. li. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 76. 50. H. 393. 11.) ῥιπτάζεσθαι ἀπορίαν τινὰ καὶ δυσφορίαν ἔχειν exponit, quod est corporis anxieta[te] & implaciditate vexari. Li. 4. Epid. (pag. 1133. E.) ἐῤῥιπτάζετο iactabatur. Hinc ῥιπτασμὸς corporis iactationem significat ([quem] vertit Aurel. cap. 27. lib. 2. Acut.) disiectionem & incontine[n]tiam. ἀλυσμὸν & ἀπορίαν exponit Galen. in Exeg. & δυσφορίαν. Lib. 3. de Morb. (p. 492. 10.) ῥιπτασμὸς cum ἀπορίῃ & ἀδυναμ[ίῃ] coniungitur, & li. 5. Epid. (pag. 1153. D.) Quam vocem etia[m] vsurpat Hipp. li. 4. Epid. (pag. 1127. A.) & in Coac. (p. 129. [..]) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 76. 39. 393. 11.) ῥιπτασμὸν τῶν [με]λέων ποιέει. iactationem membrorum facit, vbi etiam δυσφορίαν iungit Hipp.

Ῥίπτειν τὰ σκέλεα, crura huc & illuc iactare, proiicere, velut qui[bus] neruorum resolutione ea imbecilla habent, & inter eundu[m] illa circumagunt, ac in exteriorem regionem proiiciunt. S[ic] enim interpretatur Galen. Comment. in aph. 13. sect. 3. lib. [6.] Epid. ῥιπτοῦντα τὰ σκέλεα, hinc inde crura iactantem.

Ῥῖγχ Erot. dicitur esse εἶδος ἀναπνοῆς, respirationis species in dictio[ne] διαρχάς. Sed hæc lectio mihi vitium subolere videtur, [vt] antea scripsimus, etsi pro ῥίγχαν ῥέγχον quidam codices sub[sti]tuunt.

§ Ῥόα exponit Gal. in Exeg. τὰ ἐκ τῆς συκαμίνου τὰ μόρα, ἅπερ ἂν ὠμὰ ξηρανθέντα ἢ κοπέντα τοῖς ὄψοις ἐπιπάττηται, καθάπερ καὶ ὁ κυρίως ὀνομαζόμενος ῥοῦς· ὡς καὶ ὁ Διοσκουρίδης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕλης λέγει. hoc est, mori arboris poma, quæ immatura siccata & tusa obsoni[is] insperguntur, non secus ac is qui propriè rhus nominatur, ve[l]ut etiam Dioscor. dicit lib. 1. de Materia. (Sic enim lego e[x] Var.) Quibus sanè verbis Gal. Dioscor. verba ex cap. 181. lib. 1 referre videtur. τὰ δὲ ἄωρα μόρα ξηρὰ κοπέντα, ἀντὶ ῥοὸς τοῖς ὄψοις μίγνυται. Immatura mori poma sicca tusa, acinorum rhois vic[e] obsoniis miscentur.

Ῥέγμὸς sonus est quem stertentes supini edunt, ronchus Latin[e] dicitur, gutturis stridorem & pectoris resonantem stridorem vertit Cæl. Aurel. cap. 10. & 27. lib. 2. Acut. vt antea dixi mus.

Ῥόδινον καλὸν, oleum rosaceum bonum vocatur Gal. in quo pluri[mæ] rosæ sunt maceratæ, nihilque aliud præter rosas additur quod faciunt qui succorum spissamenta odorata, Græcis stym[mata] appellata, adiiciunt, quò videlicet per multum tempu[s] rosaceum odoratum permaneat. Sic autem oleum in quo ros[æ] macerantur, ex crudis oliuis necdum penitus maturis expres[sum] Gal. cap. 1 lib. 3. κατὰ τόπ.

Ῥοιάς (meliùs tamen ῥυάς scribitur) est oculorum fluxio ex carnis imminutione in maiore angulo. Gal. Comm. 2. in li. 6. Epid. (pag. 467. 21.) eius quatuor modos facit. Aut enim fit meatu qui est ad magnum oculi angulum conniuente, aut obstructo, aut tam multo excremento in oculo collecto, vt id ipsum meatus propter naturalem angustiam continere non possit,

extraque

extraque effundatur: Aut cùm cicatrix enata in angulo meatum occœcauerit, vt fit post encanthidum sectiones, aut aliter vlcerato loco. Est autem ῥοιὰς Auth. Definit. Med (pag. 400. 20.) ἡ ἐγγενθεῖσα σαρκὸς ἀνάλωσις, δι᾽ ἣν τὸ δάκρυον ἀπορρεῖ. Carnis angulorum consumptio, propter quam lachryma effluit. Et in Isagoge (pag. 386. 37.) ῥοιὰς ἐστὶν ὅταν ὀφθαλμῷ, ἤτοι ἐκ πτώσεως αἰτίας ἀδήλου ὁ κανθὸς παρέλθῃ, ἢ ἐκ χειρουργίας ἀφαιρεθῇ, καὶ μηκέτι στέγειν τὸ δάκρυον οἷός τε ᾖ, ἀλλὰ ῥευματίζηται. Rhoias est, cùm angulus ex latente quadam causa secesserit, aut ex manus curatione sublatus fuerit, neque lachrymam amplius continere possit, sed fluere sinat. Hinc ῥοιώδη ὄμματα ἢ ῥοιώδη dicuntur oculi fluxione tentati, aph. 24. sect. 2. lib. 6. Epid. vbi ῥοιώδεις ὀφθαλμοὺς exponit Gal. & ῥοώδεις ὀφθαλμίαι lippitudines fluidæ lib. 1. Epid. vt antea scripsimus, ac rursus ῥοώδεες ibid. (p. 364. 20. H. 946. G.) quibus alui fluunt humidæ & continenter deiiciunt. & γυναῖκας ῥοώδεις, mulieres fluidæ & humidæ, lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 281. 44.) Sunt etiam ῥοιώδη ὀστέα lib. de art. (p. 661. 12. H. 840. F.) ossa fluida & fluxa, ac veluti vndosa, quæ vbi siderata sunt & fluxione tentata, diffluunt ac separantur. ῥοώδη tamen videtur legisse Erot. cùm ῥοώδη ὀστέα τὰ χωριζόμενα ἀπ᾽ ἀλλήλων exponit, μεταφορικῶς ἀπὸ τοῦ ῥεῖν εἰρημένα, hoc est, à se inuicem separata, ex translatione à fluendo dicta. Vbi tamen ῥοικώδη legunt exempl. multa, velut in Mochl. (pag. 857. G.) quod est distorta & incurua. Quam lectionem secuti sunt interpretes, eamque etiam videtur agnoscere Erot. cùm statim post ῥοώδη ὀστέα, ῥοικώδη exponit ἁπλᾶ καὶ χαῦνα καὶ στρεβλὰ ἐκάλεσαν. Etsi non parum mihi suspecta est ista lectio, & pro ἁπλᾶ ἄπηρα aut ὀστᾶ lubentius lego & ἐκάλεσε, vt sit sensus ῥοικώδη ὀστᾶ, quæ distorta & peruersa appellauit. Vtranque verò lectionem etiam agnoscit Caluus, cùm diuulsa & distorta ossa dixit, vt nostris quoque eum in locum Annotat. monuimus.

Ῥοικὰ σώματα fluida & fluxa corpora dicuntur Scytharum Nomadum ob multam mollitiem & humiditatem, lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 292. 36.) ac rursus ibid. (vers. 44.) ῥοικὰ τὰ εἴδεα muliebrium corporum fluxæ formæ & fluidæ. Verùm ῥοικὰ videtur legisse Gal. cùm in Exeg. ῥοικὰ καμπύλα, hoc est, incurua exponit. Quam etiam lectionem secutus videtur Caluus, qui distorta & incurua vertit. Est enim ῥοικὸν τὸ εἴσω νεῦον καὶ στραβὸν, ὃ καὶ ῥοιβὸν λέγεται. Idque apud Ionas significare annotatur ex Corintho. Cuius significationem amplissimam dedimus antea in ῥαιβὸς.

Ῥόμβος, rhombus, est deligationis species qua in capite vti solent chirurgi, cùm suturas relaxatas, vel vlceris oras expansas constringere consilium est, vel cutem plurimùm detractam adducere atque agglutinare. Gal. Comment. 2. in lib. κατ᾽ ἰητρεῖον (p. 676. 54. H. 742. F.) Rhombi meminit Gal. libello de fasciis, eiusque plures exhibet species. Hinc ῥομβοειδεῖς διαλήψιες dicuntur vinculorum interceptiones rhombi figuram referentes, lib. de art. (p. 605. 56. H. 802. 6.) Sunt autem ῥομβοειδῆ σχήματα Gal. figuræ rhombum referentes æquilateræ, sed non rectangulæ. ῥομβοειδέστατον autem quod legit Erot. ex Mochl. (pag. 842. C.) antea in ῥαιβὸς satis explicuimus & restituimus.

Ῥύμματος Gal. apud Hipp. exponit ῥοφήματος, ἢ ῥοφήσιος, quod est sorbitionis, à ῥόφω pro ῥοφῶ, vnde etiam ῥοπτὸς idem quod ῥοφητὸς, sorbilis. Idem quoque ῥόπτων ῥοφημάτων apud Hipp. explicat, ἢ πάντων τῶν ὁπωσοῦν ῥοφουμένων, sorbitionum, aut omnium quæ quomodocunque sorbentur.

Ῥόος ἢ ῥοῦς simpliciter antiquis dicitur qui cæteris ῥοῦς γυναικεῖος, fluor muliebris, vt videre est apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 568. 4.) & (pag. 580. 29.) & (pag. 583.) sæpius & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 607. 50.) vbi tamen ῥόος pro alui profluuio sumi videtur, vt & (p. 580. 29.) & apud Aret. cap. 11. lib. 2. περὶ χρον. παθ. Additur verò interdum coloris discrimen, & ῥοῦς λευκὸς, ἐρυθρὸς, πυῤῥὸς vocatur velut lib. 2. περὶ γυναικ. & interdum μέλας Auth. Definit. Med. ῥοῦς autem γυναικεῖος à menstrua purgatione differt, quam ἔμμηνον κάθαρσιν appellant, vt patet ex Galen. lib. 1. de Aliment. fac. (pag. 314. 33.) vbi de lente agitur. ἐκ ἐπιτήδειος ἐστὶν οὐδ᾽ εἰς τὰς ἐμμήνους καθάρσεις, παχύ τε καὶ δύσρουν ἐργαζομένη τὸ αἷμα. τῷ δὲ καλουμένῳ ῥῷ γυναικείῳ χρησιμωτάτη. Menstruis purgationibus minimè est accommoda, sanguinem crassum & minimè fluxilem efficiens. At muliebri nuncupato fluori valde est vtilis. Apud Hipp. tamen lib. de Loc. in homine ῥόος pro fluxione menstrua sumi videtur (pag. 423. 32.) ἢ γίνεται ῥόος τὰ καταμήνια, fluxio non fit quæ mensium nomine donatur. Et rursus (ibid. 53.) ἢ γίνεται ῥόος τὰ καταμήνια καλεύμενα. fluxus non fit qui mensium nomine vocatur. Et (424. 30.) οἱ δὲ ῥόοι ὅκόταν μετ᾽ εὐθέως ἴκηται ἡ κάθαρσις, εὐθέως ὑφαίμονες γίνονται. fluxus verò vbi confestim purgatio processerit, statim subcruenti fiunt. Ibidem ὕφαιμα καταμήνια vocat. Rursus etiam ibidem ῥέειν & ἀῤῥοίην inter se opponit, vt ἀῤῥοίη suppressionem mensium, ῥόος verò effluxionem indicet. Est ῥοῦς αἱματηρὸς, fluor sanguineus, in Coac. (pag. 101. A.) ῥοῦς ἐρυθρὸς etiam Hipp. sæpius τὴν βυρσοδεψικὴν, hoc est, Rhoen coriariam significat lib. περὶ γυναικ. Et lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 426. 49.) ῥοῦς συντήκων inter adstringentia annumeratur.

Ῥόφημα sorbitionem aut sorbitiunculam significat, eamque quæ ex hordei cremore fit apud Hipp. sorbilem cibum vertit Cæl. Aurel. cap. 19. lib. 2. ex lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 107. 22. H. 402. 14.) Gal. Comment. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 80. 57. H. 394. 13.) πλεονάκις δὲ χυλὸς ἐστὶ ῥόφημα, χάριν τοῦ θρέψαι τὸ σῶμα, καὶ τὴν δύναμιν ῥῶσαι λαμβανόμενος. Est autem sorbitio ptisanæ cremor, qui assumitur vt corpus nutriatur & vires confirmentur. χυλὸν verò interdum addit Hipp. vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 107. 22. H. 402. 15.) & lib. 7. Epid. (p. 1207. C.) ῥύφημα etiam pro ῥόφημα & ῥυφέεσθαι pro ῥοφέεσθαι apud Hipp. scribitur, idque tum in publicatis tum in manu scriptis codicibus, vt Prorrhet. 2. (pag. 85. A.) & lib. 7. Epid. (p. 1206. G.) ῥυφήμασι pro ῥοφήμασι. Rursusque ibi (p. 1213. E.) ῥυφέεσθαι pro ῥοφέεσθαι, & ἐρύφανεν pro ἐρόφανεν. Et (pag. 1207. C.) ἐρύφησε χυλὸν, sorbitiunculam ex hordeo sumpsit, succum sorbuit. Et (ibid. G.) ῥυφαίνοντι κύμινον καὶ ᾠὸν, cuminum ex ouo sorbenti. Et ῥυφέειν (1208. B.) vt ῥυφήμασι (1208. A.) Rursusque ibid. (pag. 1229. H.) λεπτὸν ῥύφημα, tenuis sorbitio. ῥοφήματα inter debiliores & coctu faciliores cibos referuntur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 10. 21.) vbi ῥοφήματα dici videntur cibi humidi, cùm paucus solidus cibus multo humido diluitur & miscetur, vt modica valentioris cibi vis multo humore frangatur & temperetur. εὗρον ῥοφήματα, μίξαντες ὀλίγα τῶν ἰσχυρῶν πολλῷ τῷ ὕδατι, καὶ ἀφαιρεόμενοι τὸ ἰσχυρὸν τῇ κρήσει τε καὶ ἑψήσει. sorbitiones inuenerunt, paucam valentioris cibi quantitate multa aquæ diluentes, eique vim mixtura & coctione detrahentes. Post ῥοφήματα verò inter debiliores cibos πόματα ponuntur.

¶ Ῥυάς, vide ῥοιὰς antea, vnde ῥυάδες ὀφθαλμοὶ, oculi antrosi quibusdam dicuntur, cùm exulceratione, aut pterygij, aut incrementi carnis ablatione, totus angulus fuerit funditus sublatus, allabentemque lachrymam cohibere non poterit, sed ad malas defluit, Aëtio tetrab. 2. lib. 3. cap. 90. vbi tamen ῥοιάδες ὀφθαλμοὶ scribuntur.

Ῥύεσθαι est seruare, liberare, conseruare, eximere è periculo & sanare, aut soluere, vt aph. 21. lib. 5. θερμὸν δὲ ταῦτα ῥύεται. Calor namque hæc soluit & sanat. Vbi distensionis medelam in frigidæ affusione calori attribuit Hipp. Et ῥύεσθαι τῆς ἀποστάσιος ab abscessu vindicare aut liberare, aph. 74. lib. 4. Rursusque aph. 28. sect. 2. lib. 6. Epid. ἐπὴν αἱ οὖρησιες ῥύωνται, quando vrinæ liberant. Et aph. 28. & 29. sect. 3. lib. eiusdem. ἐν οἷσι γενόμενα ῥύεται. quibus in morbis quæ facta sunt liberant. Et, ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται aut alio quopiam liberant. Ac rursus aph. 22. sect. 6. lib. eiusd. οὖρον πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον ῥύεται τοῦ παρακρούειν. Vrina multum habens sedimentum deliria tollit. Sic lib. de art. (pag. 629. 26. H. 819. H.) ῥύσασθαι τὸ ἄγαν ὑπεσκλυνόμενον, καὶ τὸ αὐαυξέσιος dicitur, quod est, tollere nimiam mollitiem ac effœminationem, & quod augeri prohibet. Hinc ῥύματα βοηθήματα exponuntur Gal. apud Hipp. hoc est, præsidia & auxilia, παρὰ τὸ ῥύεσθαι, quod nos à morte vindicent, aut mortis periculo eximant & conseruent. Est & ῥύεσθαι defluere, ac de virium corporis exolutione ac dissipatione effertur, vbi concidunt & exhauriuntur nimiis laboribus, aph. 3. sect. 3. lib. 6. Epid. ἢ ὑστεῖται τῶν πόνων, ἢ ῥύεται. De laboribus aliquid remittendum alioqui defluet. Sic enim cum Galen. legimus, cùm alioqui ῥύεται leg. omnia exemplaria. Per ῥυήσεσθαι autem subitam & repentinam vacuationem significari scribit Gal.

Ῥυῆναι idem quod ῥέειν Hipp. significat & de sanguinis ex naribus fluxu effertur. Lib. 5. Epid. [pag. 1155. C.] ἐκ ἀριστερᾶς πλείονι εὐχυλότερον ἐῤῥύη. sinistra parte copiosior sanguis, quòd in eam impegisset, effluxit, hoc est, è nare sinistra. In Prorrhet. [p. 209. 51. H. 77. H.] ἢ τὸ ῥυῆναι πολὺ ἐν ἀρχῇσι. aut circa initia sanguis è naribus magna copia effluens, quod αἱμοῤῥαγῆσαι exponit Gal. Sic ῥύσις Hipp. sæpius de sanguine ex naribus profluente dicitur. In Prorrhet. [pag. 215. 41. H. 80. G.] ῥῖγος ἱστησι ῥύσιν. rigor fluentis ex naribus sanguinis impetum sistit. Id enim de hæmorrhagia scribitur. Et aph. 20. lib. 3. ῥύσιες αἱματος, sanguinis ex naribus profluuia ac profusiones dicuntur, quæ à morbis corpus vindicant, & Coac [pag. 138. D. 135. F. G.] interdumque ῥύσιες αἵματος ἐκ ῥινῶν dicuntur, vt aph. 27. lib. 3. & ῥύσιες ἐκ ῥινέων, Coac. [pag. 142. C.] & ῥύσιες ἐκ μυκτήρων, ibid. [136. D.] & (p. 148. D.) ῥύσιες etiam simpliciter quandoque tam fluxionem sanguinis ex naribus, quàm puris indicant, in Coac. [p. 143. G.] Est & ῥύσις κοιλίης Hipp. alui fluxus & profluuium, alui deie-

lctiones vertit Celsus cap. 1. lib. 2. ex aph. 16. lib. 3. & aph. 14. lib. 2. Et in Coac. (pag. 142. C.) ῥύσις κοιλίης χολώδης, alui fluxio biliosa, quæ morbos ac febres plærunque soluit. Et aph. 16. lib. 7. ῥύσις tam de alui fluxu, quàm de capillorum defluuio accipitur. Velut interdum ῥύσις τριχῶν dicitur, vt aph. 11. & 12. lib. 5. ῥύσις autem vna est ex Methodicorum communitatibus, & ῥύσιν definiunt Methodici ἄμετρον ἀραίωσιν τῶν σωμάτων καὶ ἀπόκρισιν τῶν ἐπεχομένων δεομένων. Immoderatam corporum rarefactionem & euacuationem eorum quæ suppressione egent. Gal. lib. de optima secta.

Ῥυμματα dicuntur Itriorum & dulciariorum liborum genera, ex melle & similagine præparata, laganis præstantiora. placentas & liba vertunt. Succi sunt crassi & pituitosi, eorumque meminit Galen. Comment. 1. in lib. de Nat. hum. (pag. 15. 34.) & lib. de alim. fac.

Ῥύμη impetum significat & τὴν ὁρμήν. lib. περὶ ἰητρῦ (pag. 20. 29.) ῥύμη αἵματος dicitur, sanguinis impetus. μέρη γάρ τινά ἐστιν τοῦ σώματος, ἃ ἐν τάχει μετ' ἴσχει τὴν ῥύμην τοῦ αἵματος, Quædam enim corporis partes celerem habent sanguinis impetum. Ibidem postea (p. 21. 14.) τὴν ῥύμην τοῦ αἵματος κωλύεσθαι dicit, quod est, sanguinis fluxum impediri.

Ῥυτιδούμενοι ἔνδοθεν ὀφθαλμοὶ, intus corrugati oculi aut rugosi dicuntur Hipp. aph. 16 sect. 1. lib. 6. Epid. Vbi scribit Galen. corrugari oculos ex imbecillitate & frigiditate, vt in senibus. ὅταν ὁ ἐπιπεφυκὼς ὑμὴν τοῖς κινοῦσι τὸν ὀφθαλμὸν μυσὶν, ὁ μέχρι τῆς στεφάνης ἐκτεινόμενος, ἔκλυτος καὶ χαλαρὸς γένηται, ῥυτιδοῦσθαι συμβαίνει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔσωθεν. εἰ γὰρ ἔξωθεν ῥυτιδωθεῖεν, εἴη ἂν ὑπό γε τοῦ δέρματος τὸ πάθος. ὅτι δὲ ἀσθενείας καὶ καταψύξεως ἐστι σημεῖον, τὸ τοιοῦτον δηλοῖ, καὶ τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν πάνυ γερόντων. ὁρῶνται γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ ῥυτιδούμενοι. Quando musculis oculum mouentibus agnata membrana, quæ ad oculi circulum coronam appellatum porrigitur, tum dissoluta, tum relaxata fuerit, intrò corrugari oculos contingit. Extra enim si corrugentur, tunc sanè cutis erit hic affectus. Imbecillitatis autem & refrigerationis indicium esse id testatur, quòd in valde senibus accidit In his enim oculi corrugari cernuntur. Ῥυτιδώδεες γαστέρες, ventres rugosi, corrugati, exasperati, scabri, ex siccitate aut nimio calore, Prorrh. 2. (pag. 105. C.)

Ῥυώδεες τὰ οὖρα, qui vrinam profluam habent, & quibus vrina sine voluntate redditur ac profluit, lib. de art. (p. 622. 33. 815. F.)

¶ Ῥωγματίης exponit. Gal. in Exeg. vt antea in ῥῆγμα scripsimus.

Ῥωγμὴ, τῶν καταγμάτων vna species Auth. Definit. Med. (pag. 399. 38.) & inter fracturas capitis reponitur, definiturque ὀστοῦ διακοπὴ ἐπιπόλαιος, ἰθεῖα, καὶ ἤτοι στενὴ, ἢ πλατεῖα, ossis in superficie sectio, recta, eaque aut angusta, aut lata. De qua Paulus cap. 90. lib. 6.

Ῥωμαλέως, valenter, robustè, validè & cum robore significat, vt libello περὶ καρδίης (p. 268. 28.) ὅκως ἐπάλξεται ῥωμαλέως ἐν φυλακῇ. vt cum robore vigeat in custodia.

OECONOM. HIPPOC.

ΤΟ Σ.

Σαθρὸς putridum significat & purulentum apud Hipp. lib. 1. de Morb. (pag. 461. 7.) ἢν δὲ ἡ ῥηγματίης ἢ ὁ τὴν φῦσιν ἔχων καὶ σαθρός. Quòd si ægro abscessus intrò rumpatur, ac purulentus euadat. σαθρὸς ἔρως (?) apud Chios dicitur Hesych. qui etiam σαθρῶς, αὐστηρῶς, ξηρῶς, τραχέως, exponit, austerè, asperè acerbe. Σάβαι quoque dicuntur bacchantes Bacchæ, quæ Thyadum initar debacchari consueuerunt. Sudæ verò sunt ἑταῖραι, meretrices & scorta, ἀπὸ τοῦ σαβάζειν, quod εὐάζειν & βακχεύειν significat, bacchantes imitari.

Σαθρὸς, marcidus, flaccidus, putris, lacerus & vietus. Hipp. lib. 1. περὶ διαίτης (pag. 345. 38.) de sudoribus. τὰ σαθρὰ ὑγιέα ποιέουσι, marcida & lacera sana & integra reddunt. Rursus ibidem. τὰ σαθρὰ ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ὑγιαίνονται. à medicis marcida sanantur. Sic enim sutoriæ Medicinam confert Hipp.

Σαλεύειν est fluctuare, fluitare, iactare se & agitare, & in hanc vel illam partem vergere. Dicitur Hipp. de his quibus vtrunque femur extra excidit, quique corpus in hanc vel in illam partem inter eundum agitant & iactant. Lib. de art. (pag. 633. 50. H. 823. C.) ὁμοίως γὰρ σαλεύουσιν ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ ἔνθα καὶ ἔνθα. Similiter enim inter ambulandum hac & illac se iactant, aut fluctuant. Tropicè enim se iactare & fluctuare dici videtur, vt σαλεύειν. Non secus apud Virg. Talia iactanti, hoc est, animo agitanti. Et magno curarum fluctuat æstu, hoc est, agitatur & iactatur. σαλεύειν verò idem est quod διαρρίπτειν Hipp. Quod enim διαρρίπτειν dixerat, de his quibus alterum crus extra luxatum fuerat, idem σαλεύειν de his quibus vtrunque extra prolapsum est, effert.

Σάξαι est, indere, premere, complanare, ac dicitur de his quæ densè plena sunt & conferta Hipp. lib. περὶ ἀφόρων (p. 682. 43.) de catulo aromatibus referto & pleno ad fomentum parandum. τὰ ἐντοσθίδια ἐξελὼν τοῦ σκυλακίου, ἱμάτιον ἢ (?) καὶ σάξαι ὅτι μάλιστα τῶν ἀρωμάτων, catuli interaneis exemptis aromatis quàm penitissimè inditis expleto, hoc est, quàm maximè pressis & densis impleto σάξαι Hesych. νάξαι exponit, & vicissim νάξαι, σάξαι, βύσαι, & σάξασθαι πληρῶσαι. Apud Hipp. autem pro σάξαι exemplaria quædam manu scripta εἰσάξαι habent. Vide σάττειν aut σάσσειν postea.

Σαπέρδης, saperda, piscis est & pro obsonio sumitur apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 546. 14.) & pag. 549. 30.) velut etiam Archestrato apud Athen. & obsonium est Ponticum. Sed Persius, En saperdam aduehe Ponto.

Σαπρὸν quod vetustate est putridum dicitur Gal. Com. 3. in lib. de fract. (pag. 571. 12. H. 774. A.) vbi σαπρὰ quæ vetusta sunt & diuturna dici scribit, non quæ corrupta sunt. Hipp. ibid. τὰ ὀστέα σεσαπρισμένα, ossa emarcuerunt aut carie vitiata sunt. & σαπρὰ γενόμενα, quæ cariem contraxerunt, vt lib. 5. Epid. (pag. 1149. F. 1153. A.) ossa quæ siderata sunt & abscessum fecerũt. Dioscor. lib. 1. cap. 113. τῶν ξύλων σαπρότητα καὶ σαπρίαν, lignorum vetustorum marcorem & cariem vocat. Aristoph. Schol. σαπρὸν τὸ σεσηπὸς διὰ τὸν χρόνον, hoc est, vetustate putidum veteribus dictum scribit, poni autem ἀντὶ τοῦ ἀρχαίου καὶ παλαιοῦ. Et εἰρήνην σαπρὰν Aristoph. dici παλαιὰν καὶ ἀρχαίαν ἐν εἰρήνῃ. & σαπρὸν τὸ χρόνιον ἐν σπονδῇ. σαπρὸν ex Corintho annotatur τὸ σαπρὸν Ionibus dici, quod est, putridum. σαπρὸν quoque putridum & corruptum Hipp. significare videtur, velut lib. 1. de Morb. (pag. 451. 6.) de purulento scribitur, ἀποπτύων ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖσιν ἔμπροσθεν διὰ πύου τοῦ πλεύμονος καὶ σαπροῦ γινομένου. petit quemadmodum in superioribus dictum est, purulento & putrefacto pulmone. Ac rursus ibid. (pag. 453. 45.) ἀπόλλυται δὲ δι' ὀλίγου, ὅτι τοῦ πλεύμονος ἐμπύου ἐόντος ὅλου καὶ σαπροῦ. Sic lib. περὶ σαρκῶν φύσ. (pag. 278. 19.) σαπρὸν τοῦ πλεύμονα in suppuratum isfieri scribit. Gal. quoque Com. in lib. 2. de fract. (pag. 546. 16.) carnem putridam & corruptam σαπρὰ dici scribit, καὶ μυδῶσαν καὶ σηπομένην, aliisque nominibus affici. Erot. apud Hipp. σαπρὰ σεσηπότα exponit, & μυδῶντα καὶ σαπρὸν ex Hipponacte citat. (Sic enim meliùs quàm μαδῶντα, vt habent omnia exemplaria, scribi cum Henr. Steph. existimo.) De carnibus vetustate marcidis & propè ad putredinem accedentibus ἕωλα καὶ σαπρὰ dixit Hipp. lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 361. 46.) Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 617. 2.) de vlceribus vteri, καὶ σαπρὰ ταχὺ γίνεται, & breui putrida euadunt. Idem lib. de vlceribus (pag. 879. D.) Mysi optimè læuigatum ἐπὶ τὰ ὑγρὰ καὶ σαπρὰ hoc est, ad humida & putrida aspergere iubet. Et lib. 5. Epid. (pag. 1142. G.) de mala intumescente, ἀλλ' οἰδέουσα σαπρὰ ἐγένετο ξηρῇ σηπεδόνι. verùm intumescente arida putredine marcescebat. Et rursus, ἐξετμήθη κύκλος σαπρός. putredo in circulum execta est, aut malarum tumor putridus exectus est. σαπρὸν verò idem quod σαθρὸν significat, quod interdum ruinosum, debile & infirmum indicat, vt apud Plat. in Eutyph. Et τὰ σαθρὰ τοῖς ὑγιαίνουσι opponuntur lib. 1. περὶ διαίτης (pag. 345. 38. 41.) μύξα παχεῖα καὶ σαπρὰ, mucus crassus & putridus. lib. 2. de Morb. (pag. 468. B.)

Σαράπους exponitur Gal. apud Hipp. in Exeg. ὁ διεστηκότας καὶ διεστῶτας ἔχων τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν. quæ disparatos ac distantes habet pedum digitos. Dicitur & σαράπους ὁ σάραπος, ὁ σύρων τοὺς πόδας, qui magnis est pedibus eosque quodammodo trahit. Apparet autem esse ἐπώνυμον aut ἐπίθετον quoddam apud Hipp. quemadmodum Dioscor. sumpsisse scribit Gal. in dictione στρυμάργυς Existimoq; locum subindicari li. 2. Epid. (p. 1010. F.) vbi in vulgaris exemplaribus ὁ Σαράπης legitur.

Σαρκάζειν est supremis labris inter se commissis aliquid vellere atque attondere, vt de pecudibus pascentibus dicitur, quæ vtrinque dentatæ sunt, & dentibus vtrinque commissis herbam carpunt ac depascuntur. σαρκάζειν τὰ ἀμφόδοντα ζῶα dicit Hip. lib. de art. (pag. 587. 28. H. 785. B.) hoc est, animalia vtrinque

vtrinque dentata summis labris aut dentibus vtrinque commissis, herbam auellere aut attondere, quod faciunt equi, asini & muli, dum pratorum herbam depascuntur & mordent. Gal. ibid. σαρκάζειν quibusdam significare scribit labra inter se adeò validè committere, vt herbam auellere & abscindere possint. Aliis esse dentibus inferioribus cum superiore labro idem efficere, quòd σαρκάζοντες & subsannãtes aut frẽdentes, aut cũ quadam amarulentia irridentes, mordere dentib. labrum consueuerint. Aliis verò vtrinq; dentib. commissis aliquid auellere ac abscindere, quod de animalib. carniuoris & vtrinq; dẽtatis dicitur. Quam expositionem sequũtur Gal. & ad eã propius accedit. Idem in Exeg. vocum Hipp. scribit, σαρκάζειν κυρίως μὲν τὸ διὰ τῶν χειλῶν δήξεως χλευάζειν, ὁ δὲ ἱπποκράτης καὶ τὸ ἄκροις τοῖς χείλεσι συναγομένοις ἀποτίλλειν τι. Quod est, σαρκάζειν propriè dici morsis labris subsannare. Hipp. verò esse sũmis labris cõmissis aliquid auellere. Erot. verò apud Hip. σαρκάζειν sic exponit: οἱ μὲν σαρκοῦν, οἱ δὲ ἀποτίλλειν τὴν αὐτὴν γνάθον, vt sit quibusdam σαρκάζειν carnes detrahere aut auellere. (Sic enim σαρκοῦν pro σάρκας ἕλκειν sumi debet, si modo vera est lectio.) Ab animalib. carniuoris sumptũ, quæ vtrisq; dentiũ ordinib. vtentia, σαρκάζειν dicuntur, quasi carnisecare. Aliis etiam superiorib. labris protẽsis aliquid carpere. Vbi addit idem Erot. Hipp. specie loco generis esse vsum. ἔστι γὰρ εἶδος περιτάσεως τὸ σαρκάζειν. Nam qui σαρκάζειν dicũtur protensis labris subsannare & irridere videntur, vnde & σαρκασμὸς χλευασμὸς dicitur, & amarulentæ irrisionis genus quoddã, cùm morsis labris subsannant, quem gestum etiam in nonnullis adhuc spectare licet. Et σαρκάζων μετὰ πικρίας γελῶν exponitur Hesych. & σαρκάζειν diducto rictu protensisq; labris irridere dicitur. σαρκάζειν etiam significat carnes detrahere & arrodere more canum qui diducto rictu carnes detrahunt & ossa nudant. Sic Megarenses γλισχρότητι σαρκάζοντες ὥσπερ κυνίδια mordentur ab Aristoph. ἐν εἰρήνῃ, quòd victus inopia victum tolerantes, velut canes carnes diducto rictu vellerent & ossa arroderent, σαρκάζοντες enim exponuntur ὑποσεσηρότες καὶ διαγελῶντες, aut ἐσθίοντες καὶ τρώγοντες. Vsurpatur etiam hoc verbum Herod. Melpom. pro tondere ac vellere.

Σάρκες, carnes dicuntur Hipp. musculi à propria ipsorum substantia, vt scribit Gal. Com 1. in lib. de fract. (p. 529. 50. H. 751. E.) Medium enim musculorum corpus ex propriè & absolutè dicta carne constat, quæ fibris ipsis circumcirca concreuit. propria autem musculorum substantia sunt fibræ, qui circumcirca absolutè nominata carne vestiuntur, eamq; adnatam habent. Idem Com. 2. in eundem li. (p. 556. 48. H. 764. H.) scribit σάρκας vsitato nomine vocari Hipp. musculos ipsos, quòd caro omnis sensu prædita musculi pars sit, eaque in medio musculo reperiatur. Extremis enim partib. neruosiores sunt, minusque carnis habent. Sic lib. 10. Meth. med. ad extremum (pag. 150. 56.) idem scribit propriè & simpliciter vocatam carnem eam dici quæ in musculis est, nempe quæ ex sanguine moderatè refrigerato gignitur, & quæ perire & regigni potest. Impropriè verò dicta carnis genera à paucis admodũ carnes vocari. Quæ enim in visceribus, ceu iocinore, renibus, liene & pulmone cernuntur, eas παρεγχύματα Græci vocant, quasi affusiones dixeris. Quæ autem in intestinis, ventriculo, stomacho & vtero visuntur, eę nomine carent. Σὰρξ quoq; Hipp. carnẽ significat, & eam primarũ ac simplicium partium substantiam, quæ non eas tantùm complectitur ac constituit, sed fulcrum etiam est & earum veluti tegumentum, easque tum aduersus feras occursantia, æstum, frigus & lapsum, tum aduersus caloris natiui omnia depopulantis impetum & vehementiam tutatur ac munit. Lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 277. 16) αἱ σάρκες καὶ τὸ δέρμα πάντων ξυνδετικὸν καὶ ξυνάπτειν περιέχοντα. Carnes & cutis omnium corporis partiũ colligationem & constructionem constituunt. Quam sententiam sequutus est Plato in Timæo & Gal. li. 1 & 3. de vsu partiũ. Lib. verò περὶ φύσ. παιδίου sæpissimè σὰρξ massam ex semine & menstruo sanguine conflatam significat nondum tamen ab opifice spiritu & formatrice facultate dearticulatam, vt cùm scribitur (p. 237. 13.) ἐκ τούτου δὲ ἤδη τοῦ φρονέοντος, κατιόντος τοῦ αἵματος ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ πηγνυμένου, σὰρξ γίνεται. Quod cùm iam effectum fuerit, sanguine materno descendente & concrescente caro gignitur. Et κατὰ δὲ μέσον τῆς σαρκὸς ὁ ὀμφαλὸς ἀπέχει. In cuius medio vmbilicus eminet. Et rursus (238. 1.) ἐκ τούτου δὲ ἤδη γενομένης σαρκὸς, ποτὶ οἱ ὑμένες αὔξονται ὑπὸ τοῦ ἐν τῇσι μήτρῃσιν αἵματος αὔξονται. Cum autem caro facta est, tunc augescente in vtero sanguine membranæ augẽtur. Et, καὶ τὸ αἷμα καταλαβὼν τὸ ἀπὸ τῆς μητρὸς, ὅ,τι ἂν ἡ σὰρξ πνέουσα ἑλκύσῃ. Et quicquid sanguinis à matre caro ipsa spirando attraxerit. Rursusq; (ibi. 7.) ἡ δὲ σὰρξ αὐξανομένη ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀρθροῦται. Caro autem incrementum accipiens à spiritu distinguitur. Et rursus (p. 238. 39.) οὕτω δὲ ἥ τε γονὴ καὶ ἡ σὰρξ διαρθροῦται. Ad eundem sanè modum & genitura & caro distinguũtur. Vbi per semen & carnem duo conformationis nostræ principia subindicare videtur, sanguinem maternum & semen, aut certe partes spermaticas & sanguineas distinguere. Gal. Com in aph. 25. sect. 6. lib. 6. Epidem. σάρκα Hipp. dici vult, non eam solum quæ musculos efficit, verùm eam etiam ex qua intestina & viscera constant. Siquidẽ vnaquæq; particula ex carne sibi idonea cõflata est. Li. 1. περὶ διαίτης (p. 341. 15.) σάρκες vocãtur Hip. corporis partes medij generis, à calore moderato cum mediocri humore iuncto, & inter calorem venarum & arteriarum medio efformatæ, siue illæ musculorum sint, siue viscerum. At verò li. 2. (p. 357. 12.) σάρκες dici videntur carnes viuentis animalis, vt τὰ κρέα mortui. Sic enim scribitur de bubula carne: καὶ τὰ κρέα βαρέα ἐς τὸ στόμα, καὶ αὐτοῦ αἱ σάρκες καὶ τὸ αἷμα καὶ τὸ γάλα. Et carnes mortui animalis graues ore sumptæ, itemque carnes viui animalis, & sanguis, & lac. Quanquam certe plurimùm mihi Zuingg. viri Doctiss. lectio arridet, vt βαρέα ἐν τῷ σταθμῷ legatur, vt pondere graues sint, hoc est, ad trutinam aut libram appensa. Sed neq; ea differentia satis mihi constans esse videtur, vt ex eodem libro patet (p. 360. 43. & deinceps.) Carnis certè tria genera mihi complexus videtur Rufus Ephes. τῷ περὶ ὀνομάτων μορίων cùm scribit: σὰρξ δὲ τὸ ἐν τοῖς σπλάγχνοις μεταξὺ τῶν ἀγγείων πηγνύμενον, ἀλλὰ ὑπό τις καὶ πλήρωμα τοῦ πλέγματος τῶν ἀγγείων, ὡς μὴ τὰ κενὰ μεταξὺ ᾖ· καὶ τῶν μυῶν ἰνώδης, καὶ στερεὰ καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς ἕλκεσι καὶ τοῖς κοιλώμασι τῶν ὀστῶν ἀρτιπαγὴς γινομένη. Caro autem quod in visceribus inter vasa concretum est, verùm subtegmen quoddam & texturæ vasorum veluti fartum, quò inania quæ interiacent spatia compleantur. Et in musculis pars fibrosa & dura, & quæ in vlceribus ossiumque cauis recens concrescit. Auerroes lib. 1. Collect. 8. carnis tria genera alia scribit.

Σαρκοφυΐαι dicuntur Hipp. carnis productiones, excrescentiæ, lib. de fract. (p. 571. 5. H. 774. B.) & σαρκοφυέειν carnem producere, lib. περὶ παθῶν. Sunt & σαρκοειδέα sputa, quæ sunt ad instar carnium purulentarum & insigne pulmonis vlcus indicant, vt in tabida muliere lib. 4. Epid. (pag. 525. 55.)

Σαρκία σμικρὰ sunt caruncula parua cum vrina ex renibus prodeuntes aph. 76. lib. 4. & τριχοειδέα σαρκία σμικρὰ ἐν τῷ οὐρήματι ξυνεξερχόμενα, carunculæ minutæ capillamentorum effigiem præ se ferentes cum vrinis simul prodeuntes, in his quæ adiecta sunt ad lib. de Natura humana (p. 27. 51. H. 230. 55.)

Σάττειν, pro quo etiam σάσσειν dicitur, est infarcire, refercire, implere, vnde ἐπισάττειν, constipare, fartim implere, aut pressim, conculcare & condensare. σάττειν vsurpat Hipp. lib. 2. de Morb. (pag. 466. 21.) de medicamento in aures immittendo, ac pressim & fartim inculcando. λεῖα τρίψας ἐμπλήσας τὸ οὖς, σάττειν. his tritis læuigatisque aures impleto ac refercito, hoc est, fartim aut pressim completo ac constipato. Pro quo σείειν vitiosè legisse videtur Caluus. Lib. etiam 4. de Morb. (p. 500. 13.) ἰσάσειν pro σάττειν dici videtur, vt ἰσάσειν ἐς τὸ σῶμα αὐτίκα, & ὡς ἂν ἰσάσειεν, hoc est, corpus statim grauarit, presserit, onerarit, aut velut onus imposuerit. Quam phrasim sæpiùs repetit (pag. 500. 42. 501. 13. 37.) corpus læserit dixit Cornar. Et rursus ibid. (pag. 502. 23.) ἀεὶ καὶ πρὶν ἢ ἰσάσαι ἕκαστον, priùs quàm vnusquisque impleatur aut oneretur, hoc est, referciatur. Agitur enim de corporis fontibus, qui ex ventriculo humorem attrahunt, deinde corpori transmittunt. Sed pro ἰσάσαι, ἰκνεῖσθαι videtur legisse Corn. Et (pag. 504. 53.) οὐκ ἰσάσει κάρτα, non valde premet, grauabit. Rursus (ibid. 54.) ὡς μὴ ἰσάσειεν κάρτα. vt non valde grauet aut premat. lædatur dixit Corn. multum afficiat Caluus.

Σατυριασμοὶ exponuntur Gal. in Exeg. apud Hipp. οἱ περὶ τὰ ὦτα ἐπηρμένοι ὄγκοι τῶν ἀδενωδῶν, οἱ δὲ τὰς τῶν αἰδοίων ἐντάσεις ἤκουσαν. glandulosorum corporum iuxta aures oblongi tumores. Quidam verò hoc nomine pudendorum distentiones & arrectiones accipiunt. Eam vsurpat dictionem Hipp. aph. 26. lib. 3. vbi tamen σατυριασμοὶ legitur, etsi neque Gal. illic, neque Celsus, neque Philoth. huius dictionis meminerunt, quod suspectam multis illius aphorismi lectionem facit. A Satyrorum autem similitudine ducta est, quòd qui oblongas huiusmodi circa aures eminentias habent, Satyrorum effigiem repræsentent, velut de tumoribus quos φῦμα vocat Hipp. scribit Gal. Com 3 in lib. Epid. quoniam Satyros Iones φῆρας vocent. At verò qui Oribasij nomine circumferuntur Comm. in Aph. per satyriasmos verrucarum genera intelligunt, vbi verrucam maiorem aliæ minores circundant. Videntur tamen inter glandularum tumores reponi, vt & strumæ, ac parotidum genera significare quibus videmus pueros aliquando infestari. Gal. lib. de Tumor. præter nat. (pag. 356. 53.) σατυριασμὸν dici scribit Elephãtem morbũ cùm incipit, quoniam Satyris specie sunt similes qui Elephante laborant, cum consumptis musculis temporalib. ossiũ eminentiæ ad tempora apparent, & caput

Satyrorum in morem cornutum euadit. Etsi alij sic dici Elephantem velint, quod qui eo morbo laborant, cùm calidi sint & flatulenti, ferè turgentem & contentum penem habeant, lasciuiorum Satyrorum in morem. Indeque σατυριασμὸς ἢ σατυρίασις continentem neque remittentem pudendorum contentionem significat, quem πριαπισμὸν quidam nominant, vt idē scribit Gal. Sunt & σατυριασμοὶ ossea in temporib. eminentiæ, quales in reliquis corporis partibus circa ossa fiunt, quæ ἐξοστώσεις dicuntur, vt ibid. testatur Gal. Est autem σατυρίασις Paulo, pudendi palpitatio, inflammatoriæ cuidam vasorum spermaticorum affectioni cum intentione superueniens. Σατυρίασις dicitur Aret. c. 12. lib. 2. περὶ ὀξ. inexplebilis coeundi appetitus & affectus species, qui laboranti penem excitat & erigit, ex Dei figuræ similitudine nomen habens.

Σαῦραι lacertæ dicuntur, vimineæ quædam texturæ, aut lacertæ vimineæ ex palmis intextæ, aut digitorum integumenta, quæ digitalia quidam vocant, ad digitorum extensionem comparata, à lacertarum similitudine, lacertæ dictæ. Lib. de art. (pag. 660. 34. & 35. H. 839. E.) αἱ σαῦραι αἱ ἐκ τῶν φοινίκων πλεκόμεναι: Lacertæ & vimineæ ex palmis contextæ. Et, τῇ μὲν ἑτέρῃ τὴν σαύρης. altera manu lacertam. Sic οἱ σαῦροι lacerti dicūtur ex virore pallescentes, quorum colori cutim in ictero assimulat Hipp. li. 3. de Morb. (p. 490. 47.) ἡ χροιὴ ὅλη σιδηροειδὴς σφόδρα ἐστὶ, χλωροτέρη, οἵη αἱ σαῦραι αἱ χλωραί. Color totus malicorium referens & ex virore pollens, qualis est lacertorum ex virore pallescentium. Quod repetitur libello περὶ κρισίμων (pag. 58. 18.)

Σαυρίδιον est nasturtium Hipp. lib. de Vlcer. (pag. 875. B.) Gal. in Exeg. si vocari herbam quæ cardamis dicitur à figuræ similitudine scribit, quæ & cardamum vocatur. Erot. quoque σαυρίδιον esse quam cardamida vocat scribit, cardamo & nasturtio similem, quæ vim habet calefaciendi.

Σάφα pro σαφῶς positum apud Hipp. quod est manifestè, scribit Erot. Ea autem dictione vtitur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 39. 5. H. 383. 51.) ἔνιοι δὲ τῶν ἀριθμοὺς ἐθέλοντες τῶν νοσημάτων σάφα ἐξελοντες φράζειν. Nonnulli verò singulorum morborum numerum apertè pronunciare volentes. Et lib. de art. (p. 647. 28. H. 819. D.) εἰδέναι μὲν δὲ τινα σάφα χρή. Nosse autem manifestè oportet. Et rursus (p. 648. 2. H. ibi. F.) σάφα γὰρ εἰδέναι χρή. Nosse enim apertè oportet. Et lib. 4. Epid. (p. 1151. D.) οὐ μὴν σάφα οἶδα. Neque tamen apertè noui. Et lib. 5. (p. 1159. H.) οὐδὲ δυνατὸν σάφα εἰπεῖν. Nihil autem manifestè eloqui poterat. Quod repetitur lib. 7. (pag. 1233. E.)

Σβέννυσθαι, extinctum esse significat, & de his qui præter ratione euanescunt dicitur Hipp. vt scribit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 104. 21.) vt de tuberculis in cruribus ortis ibidem scribitur (pag. 103. 51. H. 400. 52.) καὶ μηδὲ πεπαίνηται ἀλλὰ σβεσθῇ, neque maturuerint, verùm extincta sint. Et rursus (p. 104. 1. H. 401. 4.) σβεννυμένων δὲ τούτων, his verò extinctis. Eadem notione καταβέννυσθαι dicit, vt antea scripsimus.

Σεβένιον palmulæ summus cortex dicitur. Hesych. σεβένιον exponit, τὸ ἐν ἄκρῳ τοῦ φοίνικος φλοιῶδες γινόμενον, quod in summa palmula corticosum enascitur. Quibus verbis id indicatur, quod ἐλάτη siue σπάθη in palma vocatur. Dioscor. περικάλυμμα nominat, operimentum fructus palmæ recentis & adhuc florentis. Gal. lib. 8. simpl. medic. ἀμφίεσμα, hoc est, indumentum seu tectorium dicitur. σεβένιον vsurpat Gal. lib. 2. κατὰ τόπ. ex Archigene (pag. 183. 37.) in amuletis ad capitis dolorem.

Σείω est quatio, concutio, agito, τὰ σείοντα τὴν κεφαλὴν dicuntur Hipp. ea quæ caput malè agitant & concutiunt, per quæ omnia symptomata caput mouentia inaudiuntur, & capitis pulsationes, cùm temporum arteriæ micant, aut tremulæ capitis concussiones ex neruorum & motricis facultatis imbecillitate. In Prorrh. (p. 214. 25. H. 80. A.) & Coac. (p. 144. C. 145. B.) Vbi τὰ σείοντα τὴν κεφαλὴν de pulsantibus & micantibus temporum arteriis dicuntur, cùm sanguis biliosior & feruentior in caput attollitur, vasa inflat, vnde arteriarum pulsationes contingunt, & hæmorrhagię spes erigitur. Σείεσθαι est concuti, quod de suppuratis aut purulentis dicitur, qui concussione indigent, vt quanam parte pus delitescat ad sectionem & vstionem exploretur, vt fit li. 2. de Morb. (p. 476. 11. & 47. & li. 3. (p. 496. 10.) In Coac. (p. 184. C.) οἷσι σειομένοισι πῦον βορβορῶδες ἔρχεται καὶ δυσῶδες. Quibus cum concutiuntur pus cœnosum & graueolens prodit. Et rursus (pag. 187. C.) οἷσι σειομένοισιν ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺς γίνεται ψόφος. Quibus dum ab humeris concutiuntur, multus fit strepitus, quod de purulētis ac suppuratis scribitur: σεισθῆναι τὸν ἐγκέφαλον dicitur in Coac. (pag. 197. F.) & aph. 58 lib. 7. hoc est, cerebrum concuti, ex casu violento ex editioribus locis, quod etiam dorsi spinæ contingit, cùm vertebrarum ipsius harmoniæ dimotæ fuerint, vt ibid. scribit Gal. Hinc σεῖσις dicitur concussio aut quassatio, vertebrarum spinæ vitium quartum, cùm earum iuncturæ & compages fuerint dimotæ, vertebræ autem suo loco manent, Gal. Com. 3. in lib. de art. (pag. 611. 22.) ἐν τόκῳ σεισθεῖσα dicitur lib. 5. Epid. (p. 1161. E.) & li. 7. (p. 1223. D.) in partu concussa, quod dubium est an ad partus violentiam, an verò ad pueris explorationem referatur, vt quanam parte lateat dignoscatur.

Σειρόω vel σειρόω, vel σειραίνω, desicco, arefacio, euacuo, inanio. σειρόω dixisse videtur Hipp. lib. περὶ χυμῶν (p. 49. 21.) de splenis tumore. καὶ σώματα σειροῖ, & corpora arefacit aut desiccat Sic enim mihi accipi videtur. corpora tument dixit Cornar.

Σειρῇ τῷ ἱμάντι, hoc est, loro, exponit Erot. apud Hipp. quod legitur lib. de fract. (pag. 540. 50. H. 757. E.) de brachij extensione. ξύλον πηχυαῖον, ἢ ὀλίγῳ βραχύτερον, οἷοί περ οἱ στέλεοι εἰσι τῶν σκαφίων, κρεμάσαι χρὴ ἔνθεν καὶ ἔνθεν σειρῇ δήσαντα. Lignum cubitale, aut paulò breuiùs, cuiusmodi sunt ligonum manubria, ex vtraque parte fune ligatum, suspendendum est. Hunc enim mihi locum subindicasse his verbis videtur Erot. vt nostris eum in locum Annot. adscripsimus. Est autem σειρὰ aut σειρά, restis, funis, aut habena. σειρᾷ δήσαντι ἐκ τῶν ἄκρων dixit Paulus capite 99. lib. 6. fune per summa suspensum aut ligatum, quod dixit Hipp. σειρῇ δήσαντα. pro quo tamen σφηνδήσαντα vitiosè leg. exemplaria quædam manu scripta. fasciam ad eam rem etiam Corn. Celsus adhibuit.

Σέλαχος, εος, τό, & σελάχιον, piscium genus cartilagineum dicitur, cui cartilago cutis loco est, velut squatina, pastinaca, raia. Plinius li. 9. cap. 24. quę σελάχη vocat Arist. cartilaginea dicit. Scribit autem Arist. hist. animal. lib. 3 c. 1. vocari σελάχος ὃ ἂν ἄπουν καὶ βράγχια ἔχον ζωοτόκον ᾖ. Athen. lib. 7. σελαχώδη τὰ χονδρώδη dici scribit. Sic autem dicta existimātur, quod eorum cutis aspera noctu luceat, vt σελάχια vocentur, ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν, vt etiā testatur Gal. lib. 3. de alim. fac. (p. 348. 58.) Gal. in Exeg. σελάχη dici existimat, τὰ ἰχθύων λεπίδας οὐκ ἔχει καὶ ζῳοτοκεῖ. pisces qui squamas non habent, & animal pariunt. Vbi σελάχεα exponit, quæ dictio legitur lib. 2. de Morb. (pag. 478. 2. & p. 478. 54. & 487. 29.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 651. 49.) Rursusque lib. 1. (pag. 616. 22.) Erot. σελαχίοισι legisse videtur, & exponit, τοῖς μικροῖς ἰχθυδίοις, ἢ τοῖς ὀστρακοδέρμοις, οἷον καράβοις, καρκίνοις, κήρυξι. hoc est, minutis pisciculis, aut testaceam cutem habentibus, vt locustis, cancris, buccinis. Quæ expositio à Gal. mente non parum dissidet.

Σεσηρὸς Gal. in Exeg. exponit, τὸ ἐκπεπταμένον καὶ διεστηκὸς ἐπὶ πλεῖστον τοῖς χείλεσιν, ὅπερ καὶ ἐκπεπληγμένον ὀνομάζεται. hoc est, euersum & plurimùm labris distans, quod etiam diuaricatum nominatur. Quibus verbis locus lib. de fract. subindicatur (pag. 570. 16. H. 773. H.) τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ περὶ τὴν μορφὴν τοῦ ἕλκεος, ὅκως ἥκιστα σεσηρὸς καὶ ἐκπεπληγμένον ἔσται περὶ τὴν ἐπίδεσιν. Vlceris autem forma in considerationem adhibenda est, quò quàm minimum hians ac diuaricatis labris sub vinculo existat. σεσηρὸς enim tropicè dicitur vlcus hians aut ringens, quodque labris est expansis aut plurimum diductis, velut rictu diducto, à σαίρω deductum, σεσηρέναι verò ringi aut hiare dicitur, quod est labra aperire, absque vlla mandibulæ motione, ita vt dentes inter se conserti appareant, more canum, vt ibidem explicat Gal. Qui etiam σεσηρὸς per translationem ab oris labris hiantibus dictū exponit. Ἐκπεπληγμένον autem antea exposuimus copiosissimè, hoc etiam subindicato loco. Quod verò Erot. σεσείσθαι, σεσηπέναι, ἐφθάρθαι, exponit, id mihi valde suspectum est. Neque enim apud Hipp. legitur. Verùm σεσάφισται pro σεσεῖσθαι scribendum existimo, quod legitur libro de fract. (p. 570. versic. 56. H. 774. A.) καὶ τῶν μὲν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου τρώματος σεσάφισται ἔνια τῶν ὀστέων, τῶν δ' οὔ. Et nonnullis quidem sub diuturno vulnere ossa quædam cariem experta sunt, aliis verò minimè, hoc est, emarcuerunt, & vt exponit Erot. computruerunt, corrupta sunt. Sic enim τὰ διεφθαρμένα rectè σαπρὰ, hoc est, marcida vocari ibid. scribit Gal. Hæc autem dictio ab Erot. in earum serie reponitur, quæ ex lib. περὶ ἀγμῶν exponuntur, vt cuiuis apertissimè patet. σεσηρέναι autem idem quod ringi significare videtur, & de canibus dici putant, qui diducto rictu minitantur, ita vt dentes commissi conspiciantur. σεσηρότας à canibus ductā translatione dicit Aristoph. ἐν εἰρήνῃ & ἐν σφηξὶ σεσηρὼς de cane ringente dicitur. Vbi addit Schol. οἱ κύνες μετὰ τὸ φαγεῖν σεσήρασιν, οἱ δὲ σεσηρότες κύνες. Et, ὅταν ὀργίζωνται οἱ κύνες σεσήρασιν ἀλλήλοις. σεσηρέναι etiam interdum de iis qui rident dicitur, cùm ore sunt hianti & dentibus renudatis, quod renidere vocatur, lib. περὶ ἀδένων (p. 272. 49.) μειδιάματα σεσηρότα sunt risus effusi & qui diductis labris fiunt. φέρων τὰ ἤθεα τῆς νούσου σεσηρόσι μειδιήμασι καὶ ἀλλοκότοισι φαντάσμασι. perferens morbi mores effuso risu & peregrinis imaginationibus. Vbi tamen in σεσηρόσι variant exemplaria, & ὁράμασι videtur leg. Cornar.

Σηπομένῃ exponit Erot. apud Hipp. hoc est, putresceret. Verùm neque

neque parum suspecta est lectio, neque quonam aptè reponatur adhuc constat.

Σημασίη Aret. morbi insultum & significationem aut ipsam accessionem significat, vt cap.5.lib.1. περὶ ὀξ. de morbo comitiali, ἐν δὲ τῇ σημασίῃ, κεῖται ἀναίσθητος ὁ κάμνων ἄνθρωπος. In ipso autem morbi insultu sensibus captus homo iacet. Et rursus ibidem πολλοὶ δὲ εἴσω ἐς τέλος τῆς σημασίης πάσχουσι. Hæc igitur ad finem accessionis patiuntur.

Σημείωσις notatio aut designatio dicitur, aut dignotio, διάγνωσις, cùm quid per signa dignoscitur. Sic σημείωσις τρίχρονος, tritemporea notatio Herophilo introducta, quæ signa affectionis alicuius indicabat, triplici temporum serie distincta, vt in plenitudinis designatione symptomatum collectio & concursus ab Empiricis & Erasistrato in tria tempora distinguebatur. Otiosa enim vita & excrementorum detentio, præteritum tempus indicabat. Præsens verò τὸ πεπληρῶσθαι, quod est adimpleri, & vlcerosus sensus corporis grauitas & motionum pigritia & tarditas. Futurum verò, quòd qui hoc sunt habitu, ex euacuatione magnum consequuntur commodum. Gal. lib. de plenitudine.

Σῆνον legitur apud Hip. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 583.33.) σῆνον καὶ πηγάνου καὶ τρίψας λεῖον. Sed locus mendosus videtur, & pro σῆνον, σμύρνης legit Cornar. ex lib.2. περὶ γυναικ. (pag.667.51.) in fluore muliebri diuturno. Adde quòd Caluus illo in loco sinon onionve vertit. vt aliam lectionem ex codicibus Vaticanis secutus fuisse videatur. σῆνον tamen habent quotquot videre licuit exemplaria.

Σηπεδόνες putredines dicuntur aph. 16. lib. 3. humorum collectiones & putrilagines quacunque in parte corporis redundent. Siue enim ad intestina descendant & illic putrescant aut corrumpantur, putrida intestinorum vlcera gignunt vel dysenterias, quales σηπεδόνας ibid. exponit Philotheus. Celsus capite 1. lib.2. cancros vertit. Galen. humorum in venis putredines intelligit, vnde oriuntur febres putridæ, de quibus agitur lib. 8. Meth. med. & lib. 1. Epid. Quod si fuliginosa & serosa excrementa putrescant in habitu corporis, cutis affectiones putres suboriuntur, vt alopecia, ophiasis, phthiriasis, furfures, cutis putrilaginosa & maligna vlcera, & carnium corruptiones. σηπεδόνες αἰδοίων sunt genitalium putredines aph. 21. lib. 3. hoc est, putrilaginosa pudendorum vlcera, quib. nisi maturè succurratur gangrenæ & sphacelismi promptissimè suboriuntur, idq; præcipuè æstate contingit, vbi illa à naturæ modo ad humiditatem aut ἀπνοίαν & flatuum carentiā recesserit. Neq; verò solùm genitalium putredines gignit, sed & σηπεδόνας absolutè, quascunq; aliarū partiū putredines, qualis est pestilens illa constitutio li. 3. Epid. & initio li. 2. descripta, vt ibi testatur Gal. Est & σηπεδὼν χλωρὴ, viridis aut virulenta putrefactio, vbi propter magnam cacochymiam virulenta & putrida ex ore euomuntur, σηπεδὼν χλωρὴ dicitur Hipp. in Prorrh. (p.202.3. H.75. C.) σηπεδὼν ξηρὴ, arida putredo lib 5. Epid. (p 1142. G.) ἀλλ' οἰδαλέος ἐὼν ἐξήφθη ξηρῇ σηπεδόνι. verum intumescens arida putredine marcescebat.

Σήπειν quod est putrefacere Hipp. concoquere significat, vt & σῆψις concoctionem. est enim putrefactio concoctio quædam. Sic σηπτικὴ κοιλίη de ventriculo dicitur Hipp. vbi fit concoctio, libello περὶ διαιτ. (pag.916.C.) velut cibos coquens, conficiens, aut putrefaciens. Et σεσηπτὸς διαχώρημα, alui egestio concocta, li. 3. περὶ διαίτης (p.373.41.) & ἄσηπτον διαχώρημα ibi. (v.20.) alui egestio cruda. Et lib. περὶ παθῶν (p.522 48.) ἄσηπτα σιτία cibi crudi & incocti. Et lib. περὶ τροφῆς ἀκριβέστερ pro leuiter cocto ponitur. Sicut Empedocles vocauit vinum, ὕδωρ ἐν ξύλῳ σαπέν, vt scribit Arist. Topic. 4. cap. 5. & Plutarch. lib. 2. de Cauf. Natural. Vbi quoque coctionem esse putrefactionem scribit. σαπῆναι, putrefactū esse, pro attenuatum, quod est concoctionis species in humoribus, ponitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.16.31.) οὐ γὰρ οἷόν τε τοῦτό γε σαπῆναι, οὔτε παχυνθῆναι. Neque enim ipsum putrescere aut incrassescere potest. De calido & frigido dicitur & de humorum concoctione, & paulò ante λεπτυνθῆναι καὶ παχυνθῆναι dixerat.

Σηραγγώδη Gal. in Exeg. exponit χαῦνα, ἀραιά, πολλοῖς τρήμασι διειλημμένα· πάντα γὰρ τρήματα σύριγγές τε καὶ σήραγγες ὀνομάζονται, καὶ τὸ τοιοῦτο σῶμα συριγγῶδές τε καὶ σηραγγῶδες, hoc est, σηραγγώδη, quod est rimosa aut antrosa, dicuntur laxa, rara, multis foraminibus distincta & peruia. Hæc nanque foramina σύριγγες & σήραγγες quod est fistulæ, aut rimæ & fissuræ nominantur, & huiusmodi corpus συριγγῶδες, fistulosum, & σηραγγῶδες antrosum, rimosū, σηραγγώδη autē vel σηραγγώδεα lego, nō σηριγγώδη vt habēt omnia exēplaria, quod σηραγγώδη & συριγγώδη scripsisse Hipp. constet. Sic enim libro περὶ σαρκῶν inscripto (p.149.43.) ossa σηραγγώδεα vocat, hoc est, rara, cauernosa, spongiosa, laxa, rimosa, fistulosa, mollia, quibus τὰ σκληρότατα καὶ στρογγυλώτατα opponit, durissima & rigidissima. Et lib. περὶ καρδίης (pag.269.25.) cordis auriculas vocat σώματα μαλθακὰ καὶ σηραγγώδεα ἃ καλεῦνται ὦτα τῆς καρδίης, corpora mollia, cauernosa, quæ vocantur auriculæ. Rursusque lib. περὶ σαρκῶν (pag.250.54.) de pulmone, ὁ πλεύμων σηραγγώδης, & cauernosum, rimosum, aut antrosum esse scribit. Et iterum ibid. (pag.252.39.) aurium cauitas κοίλωσις σηραγγώδης vocatur, hoc est, cauitas antrosa. Lib. de vuln. cap. (pag.896 D.) os caluariæ medium ad secundam laminam (διπλόην vocat) ex qua parte interioribus connectitur, σηραγγῶδες dicitur. ἡ δὲ διπλόη κοιλότατον καὶ μαλθακώτατον, καὶ μάλιστα σηραγγῶδες ἐστί. Qua parte verò est duplicata lamina, maximè caua & mollissima, plurimumque cauernosa est & antrosa. συριγγώδεα verò ossa & συριγγώδεις etiam dixit Hipp. vt postea docebimus, easque dictiones mihi complexus videtur Gal. in Exeg. σήραγγες dicuntur Hesych. κοιλώματα πέτρας, cauernæ, rimæ, terræ hiatus, & fissuræ, antra & specus, & σήραγξ, σπήλαιον, κοίλωμα, ὄρυγμα, ῥῆγμα, πέτρας ῥῆγμα, τὸ ἴχνος.

Σησαμίδος Gal. exponitur apud Hipp. in Exeg. τῆς σησαμίδος ὀνομαζομένης, hoc est, sesamidis appellatæ. Est autem σησαμὶς herba quæ & σησαμὶς & σησαμίνη, & σησαμοειδὲς vocatur, de qua agit Diosc. c 152 & 153. lib. 4. σήσαμον dicitur Aristoph. Scholiast. ἐν Ἀχάρν. ἣν ἡμεῖς καλοῦμεν σησαμίδα. σησαμῆς verò εἶδος πλακοῦντος, ἐν εἰρήνῃ autem σησάμην dici scribit, ἣν φαμὲν ἡμεῖς σησαμίδα. Apud Gal. σησάμης non σησαμὶς lego, quod habent omnia exemplaria, quædam etiam σησαμῆς. σησάμης autem legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 555.7.) Vbi pro placenta ex sesamo accipi videtur. Est autem σησαμῆς idem quod σησαμοῦς, placenta ex sesamo, melle atque oleo. σήσαμον & σήσαμα sæpe vsurpat Hipp. vt lib.2. de Morb. (pag.484.11.) & lib. περὶ παθῶν (pag 529.41.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 532.25. & pag. 551.34.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 580.39.) & lib.1. περὶ γυναικ. (pag.603.41. & 608.24) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 117.5. 407.5.) Ibidem etiam σησαμοειδὲς vsurpat Hipp. (p.406 38) τὰ σησαμοειδέα verò sunt quæ ex sesamo sunt parata, lib. περὶ παθῶν (pag.527.53.)

Σητανίου Gal. in Exeg. exponit apud Hipp. τοῦ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ὄντος πυροῦ, τουτέστι τοῦ κατὰ τὸ ἔαρ ἐσπαρμένου. quod est, tritico horno aut hornotino, hoc est, vere sato. Quibus sanè verbis haud dubiè Gal. locum lib. de artic. (pag.606. vers. 57 H 802.28.) subindicare videtur, vbi τὰ ἄλευρα τοῦ σητανίου legitur. Qua notione σητάνιος meliùs legitur, à σῆτες Ionicè, & Doricè σᾶτες, vnde σητινὸς hornus, & Atticè τῆτες & τητινός, vt sit σητάνιος πυρὸς, ὁ ἐπέτειος, hoc est, huius & instantis anni triticum, quod rectè setanium dicetur, vt setania allia Plinius dicit capite 6. lib. 19 quæ σητάνια κρόμμυα Theophr. lib. 7. cap. 4. Et σητάνιον ἄλευρον sæpius effertur Hipp. lib.2. περὶ γυναικ. (pag.638.3. & pag.639.7. & p. 667.18.) vt σητάνιον ἄλευρον lib. de rat. vict. in morb. ac (p.117. vers.9. & 29. H. 407.8.32.) Dicitur etiam σητάνιον ἄλευρον aut σητάνειον, pura farina, quod σητάνειον quidam καθαρὸν exponunt, quemadmodum Hesych. σητάνιοι πυροὶ καθαροὶ dicuntur, & Sudæ σητάνειος ἄρτος, à σήθω quod est κοσκινίζω, deducitur, & Varino σητάνειος ἄρτος καθαρὸς exponitur. Quam notionem etiam Gal. in Exeg. sequi videtur, cùm σητανίου exponit, ἤτοι ἐκ τοῦ σητανίου πυροῦ ἢ διεστενωμένων καὶ λεπτῶν ἀλεύρων, τουτέστι καθαρῶν, quod est, aut ex sitanio tritico, aut ex farina tenui creta & cribrata, hoc est, pura. Quibus verbis existimo Gal. locum illum lib. de art. etiam subindicare, ibiq; σησαμίδος ἄλευρα ex quibusdam exemplaribus exposuisse. Sic enim σητανίου & σησαμίδος apud Gal. legendum esse existimo, quod series alphabetica exposcit. Adde quod ibidem Gal. ἐξ ἀγαθοῦ τοῦ πυροῦ τὸ ἄλευρον vocat, quod paulò ante σητάνιον ἄλευρον aut σητάνειον Hipp. puram farinam ex probatissimo tritico intelligens. Dicitur quoque σητάνιον ἄλευρον, farina sitania, quæ est ex tritico trimestri. Et Gal. in Comm.2. libri de art. scribit doctos Hipp. enarratores σητάνιον πυρὸς existimare ab eo dici, τοῦ σῆτες ἐσπαρμένος. Et cùm pro σῆτες Attici τῆτες dicant, sic vocari, quasi τοῦ ἐν τῷ ἔτει τούτῳ, σητάνιον τὸ ἔαρ ἐσπαρμένον, διμηνιαῖόν τε καὶ τεσσαρακονθημέρου ὀνομαζόμενον. Quibus verbis significat ab Hipp. enarratoribus σητάνιον πυρὸν dici, triticum hornum, aut hornotinum, hoc est, huius anni & ipso vere satum, quasi bimestre triticum & quadraginta dierum. Verùm idem Gal. scribit suo tempore in Co & tota Asia σητάνιον πυρὸν dictum fuisse certum quoddam tritici genus, quod vere ineunte sereretur, nec secus ac bimestre in maturitatem adolesceret, ex eoque pasta admodum glutinosa & tenax efficeretur, quòd paucis omninò furfuribus esset præditum. Quo ex loco sitanium cum Plinio retinuimus, cùm sitanium proprium quoddam tritici genus sit, quod idem trimestre ex Dioscor. vocat. Sic enim scribit Dioscor. cap. 107. libro secundo in tritici generibus: ἔστι μὲν γὰρ τις καὶ τριμηνιαῖος, λεγόμενος δὲ ὑπό τινων σητάνιος. deinde

sequuntur trimestria, quæ nonnulli sitania vocant. Et ibidem τὰ τ̃ σιτανίων πυρῶν ἄλευρα vocat sitaniorum triticorum farinā. Ac vt σητάνιον πυρὸν, ita & σητάνιον ἄλευρον dicit. ὁ δὲ ἐκ τ̃ σητανίων ἀλεύρων ἄρτος, quem Plinius cap.25.lib.22.sitanium panem (hoc est è trimestri) dixit. Et verò quòd Hipp. est σητάνιον ἄλητον, idem σητάνιον ἄλευρον Dioscor. dicitur, vt non malè cum Plinio sitaniam farinam dixerimus, etsi è trimestri tritico dicere potuerimus, cùm sitanium triticum trimestre dicatur, vt scribit Theoph.cap.4.li.8.præsertimq; quòd ibidem scribat: τρίμηνον πυρὸν πίτυρον οὐκ ἔχειν πολύ. trimestre triticum paucos habere furfures, quod hic Gal.ad lentorem & glutinum requirit. Sic lib. περὶ γυναικ.φύσ.(p.581.16.) & lib.1.περὶ γυναικ.(pag.609.32.) in vteri inflammatione sambuci folia ἐν πυρῶν κριμνοῖσι σητανίοισι in triticea farina crassiore sitania incoquit. Interpr. omnes Hipp. hornam farinam, hoc est, huius anni verterunt, aut hornotinam (quemadmodum hornotinum frumentum dicit M. Tullius in frumentaria quæ est actio 5. in Verrem) eamq; interpretationem secuti sunt doctiores omnes Hipp. enarratores vt testatur Gal. Idem quoque σητανίας πυρὸς ab Hipp. pro exemplo poni velut optimum tritici genus censere videtur, quod densum est, & subactum lentam ac tenacem farinam reddit. Quin & σητάνιον ἄλητον ex quouis optimo tritico & denso farinam dici innuere videtur, non ex aliquo certo tritici genere. Porro viri doctissimi censent σητάνιον πυρὸν dici triticum trimestre, quod vere satum, macrum, triste, hordei similitudine prouenit, nullis aristis vallatum, & omninò ad sementem ineptum, æstiuum quidam vocant, vt distinguatur ab hyberno & autumnali. Seritur in annonæ subsidium, cùm autumnale aquarum inundationibus, aut alia iniuria læsum, impendentem famem minatur, vnde quòd eam arceat, aut quòd plebi contra famem succurrat, suggorgon quasi gentium succursum vernaculè vocant. σητάνιον ἄλητον etiam dicitur Hipp. lib.2. de Morb. (p.468.23.) πινέτω ἄλητον σητάνιον ἐπὶ ὕδωρ ἐπιπάσσων, farinam sitaniam aquæ inspersam bibat. Et lib. de rat. vict. in morb.ac.(p.118.vers.53.H.405.30.) ὁ χυλὸς τῶν σιτανίων πυρῶν, cremor & succus tritici sitanij aut horni.

¶ Σίαλος pingue, aut pinguedinem, & axungiam significat apud Hipp.lib.de rat.vict.in morb.ac.(p.108.34.H.403.11.) in Tetani curatione, σιάλῳ ἐγκηρώσας μαλακῷ δέρματι, mollem pellem pinguedine incerata illitam, lumbis & dorsi spinæ inuoluens. Hinc σιαλώδεα, λιπαρά, πίονα, pinguia & adiposa apud Hipp. exponit Gal.in Exeg. Quam dictionem vsurpat lib.περὶ ἀφόρων(p. 678. 13.) σκυλάκια σιαλώδεα, catulinas carnes pingues intelligens, vt exponit Erot. Etsi σιαλώδεα παιδία καὶ μυξόῤῥοα dicuntur lib.de Morbo sacro (p.304.51.) longè alio sensu, pueri saliuosi & mucosi. Idem etiam Gal. σιάλου δαιδὸς ἢ σιάλου αἰγὸς, τ̃ λιπαρῦ apud Hipp.exponit. Verùm lib.2.περὶ γυναικ.(pag.649.41.) τ̃ σιάλου δαιδὸς ποιοτάτης legitur, ex pingui tæda quæ sit quàm pinguissima. Cornar.ex albicante tæda pinguissima dixit. Et Hom. ὀδύσσ. ξ. (vers. 81.) σιάλους σῦας porcos saginatos & pingues, & interdum σιάλους ζατρεφέας vocat, sues opimos & grandiusculos, velut Gal. quoque Comment.4. in lib.de rat.vict.in morb.ac.(pag.112.vers.1.) σιάλους plus quàm perfectos & absolutos sues, hoc est, valde pingues dici scribit: οἱ δὲ μνηστῆρες οὐκ εἰσί ὅπως τοὺς σιάλους ἐσθίειν. τοὺς γὰρ ὑπὲρ τοὺς τελείους ὕας ὠνόμαζον. Nec video quomodo proci saginatos sues ederent. σιάλους enim absolutos & plus quàm perfectos vocant. Σίαλον etiam & σίελον, aut σίαλος sputum & saliuam significat, eamque pituitam quæ os humectat, aphorism.3.sect.5.lib.6.Epid.στόματος σιάλου ἀναγωγὴ oris saliuatio dicitur, hoc est, saliuæ oris reiectio & eductio. Saliuationem ex Plinio diximus, qui de purpuris eas mutuo attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuare dixit cap. 36.li.9.quod Arist.κηριάζειν cap.15.lib.5.hist.animal. Idemque Plinius (cap. 38.) fauificare aut cerificare extulit, vbi tamen vitiosè fœtificare scribitur.Li.5.Epid.(p.1145.H.) de saliua quę ore excernitur, σίαλον δὲ οὐδὲν ἀπεχρέμπτετο. sputum nullum excernebatur.Et οὐ γὰρ ἦν σίαλον, non enim sputum aderat. Et lib.3 de Morb.(p.493.13.) ἢν δὲ τὸ σίαλον μὴ καθαίρηται. Quòd si sputum non probè purgetur. σίαλον etiam dicitur Hipp. libro περὶ σαρκῶν (pag.251.36.) humor ille lentus saliuæ perquam similis, qui in articulis continetur, & μύξα mucus vocatur lib.de Loc. in homine (pag.411.26.)

Σιαλοχόοι dicuntur Hipp.lib.2.Epid. (pag.1017.D.) qui multam saliuam ac pituitam ore effundunt, de angina laborantibus, καὶ διαλεγόμενοι σιαλοχόοι, ac inter loquendum saliuam ore effundentes. Quam lectionem apud Hipp. agnoscere videtur Gal.lib.4.de Loc.aff. etsi membranę scriptæ, etsi διαλεγομένοισιν ὀλλογόοι publicè legitur. Erot. verò σιαλοχοι apud Hipp. legisse videtur, qui ei exponuntur οἱ σίαλον πικρὸν ἀθροίζοντες, qui multum amarum sputum coacervant. Et Hesych. σιαλόχους exponit τοὺς ἀποῤῥαίνοντας σίαλον ἐν τῷ προσδιαλέγεσθαι eos qui inter loquendum saliua aliquem respergunt, aut saliuam effundunt, vt mihi eandem lectionem secutus videatur. Iidem σιαλοχόοι dicuntur Aret. anginosi, capite septimo, libro primo τῶν ὀξ. quibus os saliuatione impletur. Cal. Commentar.primo, in Prorrhet. (pag. 169. 58.) ἀδένας σιαλοχόους dici vult glandulas ad radicem linguæ sitas, quæ linguam innata humiditate ac os totum aspergunt. Σιαλοχέειν etiam & σιαλοχόειν effertur Hip.quod est saliuā ore effundere. Li.3.de Morb. (pag. 490.29.) ἀλλὰ κεχηνὼς κέεται σιαλοχέων, & ore hiante decumbit saliuam effundens. Lib.2. περὶ δίαίτης (pag.357.34.) ὑπὸ οὐρέει, ὑπὸ σιαλοχέει. neque meiunt, neque saliuam fundunt. Σιελισμὸς etiam dicitur vt & σίελος, idem quod πτυελισμὸς, crebra oris saliuatio, ac sputatio. Et σιελίζοντες ἦχοι κατὰ φάρυγγα, faucium sonitus cum saliuatione aut sputatione, in Prorrh. (pag. 207.2.H.77.A.)

Σιγῇ, idem quod μετὰ σιγῆς, cum silentio significat, interdum sensim & latenter. In Prorrh.(pag.187.51.H.71.E.) ἐξίστανται σιγῇ, in vehementem mentis emotionem cum silentio desinunt. Vbi Gal. τὸ σιγῇ, μετὰ σιγῆς exponit, vt opponatur τῷ μετὰ θορύβου καὶ κραυγῆς, vt dicatur de mentis emotionibus quæ cum silentio fiunt, non autem cum strepitu ac clamore, quales phreneticorum. Idem etiam αὐτὸ τὸ λεληθότως τι καὶ ἀδήλως sumi debere scribit. ἐκστάσιες σιγῶσαι, insaniæ silentes, & vehementes mentis emotiones, taciturnæ & cum silentio dicuntur in Coac.(pag. 126.E.)

Σίδη malum punicum significat, vt lib.7.Epid.(pag 1229.H.) σίδης χυλὸς, mali punici succus. Et rursus ibidem (pag.1234.H.& 1235.G.) τὸ ἀπὸ τ̃ σίδης mali punici succus. Libr. περὶ γυναικ. φύσ.(p.572.25.) σίδας οἰνώδεας ἐκχυλώσας. Et lib.1. περὶ γυναικ. φύσιν ἢ σίδης οἰνώδεος τ̃ χυλόν. Erot.tamen apud Hipp. σίδας, τὰ τ̃ ῥοιᾶς λέμματα, corticis mali punici aut putaminis exponit, quod malicorium dicitur. Verùm ea significatione σίδια sæpius effert Hipp.vt lib.περὶ γυναικ.φύσ.(pag.574 25 & 28.) & li.1.περὶ γυν. (pag.628.20.& 629.5.& 630.9.) & lib.2. (pag 673.43.) σίδιον etiam dicitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 669. 17.) lib. περὶ ἀφόρων (pag 687 33.) & lib. περὶ ἑλκῶν (pag. 876. B. & 877. F.) σίδιον quoque σιδίην vocat Hipp.lib.2. περὶ γυναικ. (p.656. 1.) Apud Erot. verò σίδιας pro σίδας habent exemplaria quædam.

Σιδιοειδὴς χροιὴ dicitur Hipp. color malicorij, hoc est luteus & qui malicorium repræsentat. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.548. 14.) ἡ χροιὴ σιδιοειδὴς ἐστιν, colore malicorium refert. Et rursus ibidem (pag. 549.55.) in lienis morbo. ἡ δὲ χροιὴ τρέπεται καὶ γίνεται μέλαινα, ὥσπερ ..., σιδιοειδής. Color verò mutatur & niger conspicitur, pallidus, malicorium referens. Color est luteus & pallidus à bile in corporis habitum diffusa, velut in ictero, vbi σῶμα γίνεται ὠχρὸν ὥσπερ σίδιον, corpus fit pallidum velut malicorium, vt scribitur lib.περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag 551.11.& 557.5.) Libr. 3.de Morb (pag.490.47.) in ictero, ἡ χροιὴ ὅλη σιδιοειδὴς σφόδρα ἐστί. color totus maximè malicorium refert. Quod etiam repetitur lib. περὶ κρισίμων (p.58.17.) σιδιοειδεῖς ὠχροὶ ὡς σίδιον, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc est, pallidas velut malicorium. Verùm σιδιοειδεῖς & ὠχρὰ leg. existimo ex locis supra adscriptis.

Σιηγόνες sunt maxillæ, malæ. In Coac.[pag.219.C.] in conuulsionis suspicione, σιηγόνας ἐντείνει, maxillas intendit. σιαγόνια dicuntur sæpè Hipp.vt lib. 2. de Morb. [pag.469.32.] καὶ τὰ σιαγόνια οἰδίσκεται, & maxillæ intumescunt. Et rursus ibidem [pag.469. 53.] προστιθέσθω πρὸς τὰς γνάθους καὶ τὰ σιαγόνια, ad genas ac maxillas apponat. Et rursus [470. 14.] ἡ φάρυγξ φλεγμαίνει καὶ τὰ σιαγόνια, fauces inflammatione tentantur & maxillæ. Et [ibid.52.] καὶ τὰ σιαγόνια καταπλάσσειν ἀλήτῳ, & ad maxillas farinam in cataplasmate apponito.

Σιγανὸς exponitur Gal.in Exeg. πονήρευμα ἐνεδρευτικὸν, αἴτιον κεκρυμμένον, malignitas ex insidiis inuadens, causa occulta. Verùm mihi valdè suspecta est hæc scriptio.

Σίκυος aut σίκυον & σίκυς cucumis dicitur, & σίκυος πέπων cucumis maturus, vt lib.de fist. [pag. 890. C.] σικύου πέπονος τὸ ἔνδον, ad sedis inflammationem. Et lib. 3. de Morb. [pag.497.21.] σικύου πέπονος πάλη, cucumeris maturi farina. Sunt & σίκυοι ὠμοί. lib. 2. περὶ δίαίτης [pag.360.26.27.] & σίκυοι πέπονες, cucumeres crudi & maturi. Hinc σικυώδης cucumeris pollinem aut cucumerem tritum significat li.3.de Morb.[p.497.31.] paulò ante σικύου πάλην vocauit. Inde quoque σικυήλατον cucumerarium indicat, quo vtitur Hipp.lib.περὶ χυμῶν [p.234.44.] ὥσπερ εἴ τις σίκυον ἤδη ἀπηνθηκότα, ἔτι δὲ νεογνὸν, καὶ προσιόντα τῷ σικυηλάτῳ. quēadmodum si quis cucumerem iam deflorescentem, sed adhuc tenellū & cucumerario adhærescentem. Σικύη verò interdum cucumerem agrestem Hipp. significat, vt lib.1 .περὶ γυναικ.(p.605. 46.] τὸ ἔξω τῆς σικύης, medicamentum quod ex cucumere syluestr

ſylueſtri paratur intelligens. Dicitur σικύα ἀγρία eidem ſæpe, vt (p.584.13.) & lib. 1 περὶ γυναικ. pag.623.27. & 614.55.) Sic σικύην ἄτμητον, κολοκυνθίδα ἀδιαίρετον, hoc eſt colocynthida integram nec diſſectam exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. quod legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p 560.38.) σικύα cucurbita dicitur ſæpe in muliebrium morborum tractatione, vt li. περὶ γυναικ. φύσ. (p.581.34.36.37.38.) quæ & σικυώνη plærunque & σικυώνια lib. de loc. in homine (p 423.55. & 424 2.) Eſt & cucurbitula medica σικύα lib. περὶ ἰητρεῖ. (pag. 20 37.) quæ & σικύη vocatur.

Σικύου πάλης exponit Erot. apud Hipp. τὸ ἐκ σικύου γηραλέου λεπτὸν ἄλευρον, hoc eſt tenuis ex cucumere farinæ. Qua dictione vtitur Hipp. extremo lib. 3 de Morb. (pag. 497.22.) σικύου πέπονος, αὔου τοῦ δέρματος, πάλης, cucumeris maturi corio nudati tenuem pollinem. Et rurſus (ibid. 28.) κατὰ κύαθον ἐπιπάσσων τοῦ σικύου πάλης, in ſingulos cyathos cucumeris tenuem pollinem inſpergens.

Σικυώνην annotat Gal. in Exeg. quatuor ſignificare apud Hipp. τὴν κολοκυνθίδα, τὴν ἀπυρῆ κολοκύνθην, τὴν ἰατρικὴν σικύαν, τὴν ἀπυθμένην καὶ κωνοειδῆ σικύαν, hoc eſt colocynthida, cucurbitam pyro ſimilem, cucurbitulam medicam, & cucurbitulam fundo carentem & metæ formam præ ſe ferentem. Quibus ſanè verbis mihi locum libri περὶ ἀφόρων ſubindicare videtur (pag. 680. 42. 45.) in vterorum purulentorum curatione. Vbi σικυώνην cucurbitam & cucurbitulam æream vocat. σικυωνίην etiam quam σικύην alias appellat, lib. de loc in hom. (pag. 423. 55. 424. 2.) σικυώνην exponit quoque Erot. apud Hipp. τὴν ἀγρίαν συκῆν, hoc eſt, caprificum, ficum agreſtem, ſi modo integra eſt lectio, ac non potius σικύην legas. Nam & σικυώνη ſæpe in muliebr. morb. tractatione σικύαν indicat. σικυώνης σπόγγος idem Gal. κολοκυνθίδος τὸ ἔνδον exponit apud Hipp in Exeg. hoc eſt colocynthidis partem interiorem. Quæ certè indicatura mihi lib. περὶ ἀφόρων (pag 679. 33.) exprimere videtur, vbi ad repurgandos vteros & ad conceptum idoneos parandos, σικυώνης μακρῆς σπόγγον in ſubdititio peſſo adhibet, hoc eſt cucurbitæ aut colocynthidis longæ ſpongioſam partem internam. Cucurbitam autem intelligit cui vis purgandi ineſt, quæ alia eſt quàm σικύα ἀπυρῆς, vt ſatis ex eo loco conſtat.

Σίλφιον, laſerpitium tam de radice quàm de tota herba dicitur Hipp. vt ſcribit Gal. com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 111.10.) τὴν ῥίζαν τοῦ σιλφίου καλεῖ ὥσπερ τοῖς ἐν ἔθεσιν ὀνομάζουσιν ὅλην τὴν βοτάνην, laſerpitij radicem eodem nomine quo totam herbam homines nominare conſueuerunt. Idem Gal. in Exeg. (cùm καυλὸς exponit) ἡ δὲ ῥίζα τοῦ φυτοῦ σίλφιον ἰδίως ὀνομάζεται, herbæ radix propriè ſilphium nominatur. Eam tenuiter deraſam ad procidentem anum admouet Hipp. lib. de fiſt. (pag.889.E) Eandem choleram ſiccam accerſere non aſſuetis ſcribit lib. de rat vict in morb. ac. (pag. 111.8. H 404.36.) De laſeris autem ſucco ὀπὸν ἢ καυλὸν dicit, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.554.51.) & li. 2. de Morb. (pag. 476. 14.) σίλφιον neque in Peloponneſo neque in Ionia prouenit vt ſcribitur lib. 4. de Morb. (p. 499. 13.) quod alioqui in Libya ſponte naſcitur.

Σιμότης ſimitas dicitur, cùm medius naſus ſubſidet aut deprimitur propriè vt ſcribit Gal. com. 1. in lib. 6. Epid. (pag. 446 32. H. 1164. E.) ὅταν οὖν ἐκ τῶν ὀστῶν τι τῶν μεσαζόντων ἐξ ὧν ἐγκεντρίζεται ὁ διάφραγμα κοῖλον ἐργάζεται κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς ῥινὸς, καλεῖται τοῦτο τὸ σύμπτωμα σιμότης. Vbi igitur aliquod ex fulcientibus oſſibus deciderit, ibi interſeptum ſubſidens naſum eo loco cauum facit. Atque huiuſmodi ſymptoma ſimitas nominatur. Iulius Pollux lib. 2. ἐπὶ δὲ τῶν σιμῶν ... De extremo tamen naſo ſimitas etiam dicitur vt patet ex aph. 3. ſect. 1. lib. 6. Epid. σιμότης propriè de naſo & via ſumitur, vt ſcribit Gal. com. 2. in lib. κατ' ἰητρ. (pag.676.11. H 742. F.) Nam ſima loca dicuntur ardua & accliuia. vbi planities cum colle committitur illaque inter ſe coeunt, & in via qua parte decliuitas alteri parti committitur, σιμότης nominatur. Eodem modo in naſo pars illa ſima vocatur, quæ vtrinq; ſublimioribus partibus terminatur. Heſyc quoq; ſcribit σιμὸν dictum fuiſſe τὸ πρὸς ἀνάντης χωρίον, & σιμὰ nominatas fuiſſe τὰς κατάντεις ὁδοὺς. Et Ariſtot. probl. 38. ſect. 2. τὰ σιμὰ & τὰ κατάντη opponuntur, vt ſint τὰ σιμὰ loca accliuia & ardua Σιμὸν vinculi genus eſt apud Hipp per tranſlationem dictum, quod ab orbiculari plurimùm inclinat, vt σιμότερον parum, lib. κατ' ἰητρ. (p.675 41. H.742. F.) σιμὸν etiam ſimum, reſimum, retuſum de ferulis dicitur, quæ ima parte reſimæ eſſe debēt & leuiter decliuæ. Et σιμοῦν τὸ ὑπερέχον ἐπίπεδον κατὰ τὴν ἰσότητα χεῖρα exponit Gal. Com. 3. in lib κατ' ἰητρ. (p. 691.40. H.745 D.) σιμοῦσθαι de ſummo naſo effertur aph. 3. ſect. 1. lib. 6. Epid. qui ſimus efficitur. Significat etiam imminui & impendi. καταδαπανᾶσθαι exponit Gal. apud Hip. com. 1. in li. de art. (p.691.40.) De cute enim ſub ala ſcribitur: σιμοῦται γὰρ ἐν τῇ ἀνατάσει, reſimatur enim in ſublatione. Surſum namque ſublato brachio cutis ſub ala reſimari dicitur, hoc eſt abſumi, cùm ita ſubiectis partibus ſuperextenditur, vt quæ dum laxa erat redundabat ac ſuperefluebat, tunc extento brachio deperire ac conſumi videatur. σιμαίνεσθαι etiam H. ſych. ἀναλίσκεσθαι ſignificat. Quæ ſignificatio etiam legitur in lexico veteri, tuncque Ionicum eſſe quidam exiſtimant.

Σίνεα dicuntur Hipp. noxæ, offenſæ, nocumenta, aut offenſiones ac noxiæ. Lib. de rat. vict. in morb. ac (pag.76.38. H 393.10.) τὸ δὲ πάντη ἀξυνέτημα ἔχει δὲ καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα. Eiuſmodi autem alui egeſtio & alias quidē graues habet offenſas. Vbi Gal. τὰ σίνεα βλάβας exponit, ſcribitq; οὐδεὶς αὐτὸ τὰς βλάβας σίνεα λέγει, ὡς καὶ περὶ ἀγμῶν καὶ ἄρθρων ... σίνεα λέγουσι ... ἀλλὰ καὶ βλαβερὰ σινάμωρα πολλάκις αὐτὸς ὀνομάζει. Moris eſt Hipp. noxas σίνεα dicere; vt oſtenſum eſt in lib. de fract. & articulationes enim σίνεα laedere dicunt. Quinetiā noxia ipſe σινάμωρα ſæpe appellauit. Lib. de fract. (p.544.29. H. 759. A.) ἐν πᾶσι δὲ τοῖσιν ἄρθροισι σίνεσι ... In omnibus circa articulos offenſionibus, multa calida affundenda. Vbi Gal. σίνεα dici ſcribit τὰ βλάμματα, & τὸ σίνεσθαι, βλάπτεσθαι, vt ſint σίνεα, noxæ, nocumenta, læſiones, & σίνεσθαι lædi offendi. Lib. 5. Epid. (p.1150 F.) σίνος τοῦ βέλεος, teli noxa, clades & detrimentum dicitur. Vt quemadmodū li. de vulner. cap. ἴσχην vocat, à telo acuto & incidente impreſſum in oſſe veſtigium: ita hîc σίνος detrimentum à graui & retuſo telo, vt lapide, illatum ſignificet. Eademq; dictione vtitur li. de vulner. cap (p.901.G.) ἢν μὴ πόθι ... σίνος ... ὑπὸ τοῦ βέλεος. Quod cùm accidit, os à telo violatum fuiſſe, aut noxiam aliquam accepiſſe, eſt aſſerendū. Id τὸ κακὸν ibidem ſæpe vocat, vt (ibi. H.) ... τὸ κακὸν, & (902. A.) ἔχει τὸ κακόν. Eſt & σίνεσθαι nocere, aut lædere, & σινόω ac σινάζω ſæpe vſurpat Hipp. li. 4. de Morb. (p.500.44.48 & 50.) vt & σινώμενον & σινάμωρον (p.510.45. & 51.) Et li. de fract. (p. H.764 H. 556. v.16.) ... nihil noceat aut lædat, βλάπτει exponit ibi Galenus Et li. 4. de Morb. (p.167. v.34. 500. 6.) σινήσεται legitur pro σινεῖται, quod eſt noceat, lædat. Erot. tamen σίνεται apud Hipp. legiſſe videtur (ſi modo integra eſt lectio) & μέμψεται exponit, καὶ ἐλέγξει καὶ βλάψει, hoc eſt, arguerit, accuſarit, & læſerit. Heſych. σινάζει exponit κακουργεῖν, βλάπτειν ἢ ἀδικεῖν. Idem σίνεται, βλάπτεται, & σινάμωρος βλαπτικὸς, & σινόμενος βλάπτων, & σίνος, βλάβος. σίνος apud Hipp. noxium & quod nocet ſignificat, in Coac. (pag 122. B.) vbi tamen ἄσινος cum Cornar. libentius amplectimur.

Σιναρὸν ἕλκος ἔχει ἢ βλάβην, hoc eſt noxiam habens & læſionem, exponit Erot. apud Hipp. Eam autem dictionem vſurpat lib. de fract. (pag.571.6. H.774. B.) ... ἐπὶ τὸ σιναρόν. Etenim enaſcentes carnes iuxta læſam partem. Et lib. de art. (p.626.48 H.819. A.) ... τὸ σιναρὸν τὸ ὑγιὲς. Ideoque multo longiùs læſum quam ſanum apparet. Et ruſus ibid. (pag.605.34. H. 800. D) οἱ ὀδόντες δὲ καὶ σιναροί, dentes etiam læſi, vitiati peruerſa & diſtorta maxilla, vt ibidem ἀσινέες ὀδόντες dicuntur dentes integri & illæſi, compoſita & coaptata maxilla. li. 6. Epid. aphoriſ. 11. ſect. 7. αἱ βῆχες ... καὶ ἀσθένειαι ... Tuſſes quæ laſſitudinis ſenſum inducunt, etiam partes læſas contingunt. σιναρὸν τὸ κεκακωμένον καὶ βεβλαμμένον exponit Heſych. vitiatum & læſum.

Σινάμωρα Gal. exponit apud Hipp. in Exeg. τὰ κακοήθη, maligna, Erotianus πονηρὰ, Gal. comm. in lib. de rat. vict. in morb. ac vt ſupra adduximus, βλαβερὰ, noxia. Eam dictionē vſurpat Hipp. lib. de art. (pag.622.53 H.816 B) eique ἀσινέα opponit: ὅτι τὰ δὲ ἐς τὸ λορδὸν ῥέποντα, ἐπικίνδυνα εἶναι καὶ σινάμωρα, τὰ δὲ ἐς τὸ κυφὸν, ἀσινέα, quæ in repandum inclinant, eſſe pernicioſa & noxia, quæ verò in gibbum, innoxia Et ruſus ibid. (pag.623. ver. 30. H. 816. F.) πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐν ἰητρικῇ ἐστὶ τοιουτότροπα, ὧν τὰ μὲν ἰσχυρὰ ἀσινέα ἐστὶ, καθ' ἑωυτὰ τὴν κρίσιν ὅλην λαμβάνοντα τοῦ νοσήματος, τὰ δὲ ἀσθενέστερα σινάμωρα. Multa quoque alia in arte Medica videre licet, ex quibus quæ vehementia quidem ſunt, cum in ſeſe totum morbi diſcrimen recipiant, noxia vacant: Quæ verò leuiora, noxias pariunt. σινάμωρα etiam ſcribuntur vt & σινάμωρος, & σινάμωρος aut σινάμωρος exponitur Heſych. & Suidæ κακότεχνος, malis artibus deditus, peſtifer, exitialis, ad hoc comparatus vt alios detrimento afficiat. Adiicit Erot. dictam eſſe dictionem παρὰ τὸ σινομωρεῖσθαι. Quod vitioſe pro σινομωρεῖσθαι mihi poſitum videtur. Eſt enim σινομωρεῖσθαι detrimento aut damno affici. Scrupulum vitiatæ lectionis iniiciunt etiam exemplaria quædam, quæ pro σινομωρεῖσθαι σινομωρεῖσθαι legunt. Apud Herod. σιναμωρεῖν perdere & vaſtare exponitur, quod etiam σιναμωρεῖν legitur.

Σιπύη Gal. in Exeg. πυξίδα exponit apud Hipp. hoc eſt, pyxidem,

additque, δηλοῖ δὲ ἄλλως πῶμα καὶ κεράμιον τι σκεῦος εἰς ὃ ἄλφιτα ἐμβάλλεται. Aliàs hoc nomen fictile vas in quod polenta inditur, significat. Ea vtitur dictione Hipp. lib. περὶ ἀφόρων (pag. 685. 17.) ἐς σμικρὸν σιπύϊον ἐνθεὶς, in paruam pyxidem reconde. σιπύη arcam significat, propriéque arcam panariam, aut vas ad asseruandam farinam. σιπύη εἶδος ἀγγείου, ὃ ἀρτοθήκη exponitur Hesych.

Σιραίῳ, τῷ γλυκεῖ ἑψήματι, dulci sapa, exponit Gal. in Exeg. Quod legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 616. 34.) κλύζειν δὲ χρὴ αὐτίκα οἴνῳ σιραίῳ colluere autem statim vino siræo, hoc est sapa dulci oportet. Et rursus lib. 2. (pag. 665. 44.) ἐν οἴνῳ τε φυρᾷν σιραίῳ, & sapa dulci subigere. Sic Erot. apud Hipp. οἴνῳ σιραίῳ, τῷ ἑψήματι λεγομένῳ, sapa dicto exponit, vt antea adscripsimus & locum subindicauimus. σίραιον autem idem esse Atticis, quod Asiani ἕψημα, hoc est sapam aut defrutum vocant, scribit Gal. multis locis, præcipuéque lib. 7. κατὰ τόπ. (pag. 256. 38.) & pag. 261. 30.) esséque ἕψημα τὸ ἑψημένον γλεῦκος, decoctam mustum, quod defrutum dicitur. Nam & caricarum decoctum, τῶν ἰσχάδων ἀφέψημα, σίραιον dici & eadem appellatione contendere ibidem quoque scribit Gal. & Paulus lib. 3. cap. 28. σίραιον ἀπὸ ἰσχάδων habet. Est autem σίραιον illud quod pinguibus caricis in aqua decoctis fit, mediæ facultatis, quæ lenis & citra acrimoniam extergens appellatur, leniterque discutit & exterget.

Σῖτος propriè significat triticum aut frumentum, deinde etiam hordeum & zeam, generalique etiam notione cerealia omnia comprehendit, vt scribit Gal. com. 1. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 43. 33. H. 385. 1.) Inde quoque σῖτοι & σιτία cibos & cibaria, aut frumentacea alimenta significant, eosque qui ex tritico panes fiunt. Gal. comm. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 110. 52. H. 404. 32.) σιτία δηλονότι, μάλιστα μὲν τοὺς ἐκ πυρῶν ἄρτους λέγων, ἢ ἁπλῶς ἅπαντα τὰ ὁπωσοῦν σκευαζόμενα. τάχα δὲ καὶ τἄλλα πάντα ἐξ ὅσων ἄρτοι γίνονται, ζειὰς καὶ τίφας, καὶ κριθάς. οἱ δὲ ἄγροικοι καὶ ἀπὸ τῶν κέγχρων ἄρτους ποιοῦνται. σιτία, hoc est, cibaria nimirum intelligens, eos qui ex tritico panes conficiuntur, vel simpliciter omnia quouis modo parata. fortè verò & alia omnia ex quibus panes parantur, zeas, tiphas & hordeum. Sed & rustici ex milio panes conficiunt. Eaque notione ibidem scriptum est ab Hipp. ὁκόσοισι μὴ χρέεσθαι, εἰ μὴ μετὰ σιτίων. leguminibus minimè vtendum, nisi cum cibariis aut frumentaceis alimentis. Sic σιτία cibos solidos indicant ibidem (p. 46. 55. H. 385. 36.) & σιτώδη τροφὴν, frumentaceum alimentum exponit Gal. eisque τὰ ῥοφήματα, hoc est, sorbitiones opponit Hip. μετὰ δὲ ταῦτα τῷ μὲν ῥοφήματι ἐς τὸ πρωῒ χρηστέον, ἐς ἑσπέρην δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν. Post hoc autem mane sorbitione vtendum, vesperi verò ad cibaria te conferes. Eademque ratione σιτία ἀσθενέστερα cibi imbecilles & infirmi dicuntur aph. 20. sect. 5. libr. 6. Epid. & libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 605. 27.) κοῦφα σιτία, cibi leues, qui paucum præstant alimentum & minimùm nutriunt, vt olera, quemadmodum illic explicat Gal. imbecillissimam materiam & infirmos cibos vocat Celsus cap. 18. libr. 2. valentissimam contrà in qua plurimùm inest aliméti, velut ἰσχυροτέρην δίαιτην vocat Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 555. 35.) quæ paulò plus nutrit, & humidæ ac fugaci opponitur. & ἰσχυρότερα ῥοφήματα sorbitiones valentiores, quæ plenius reficiunt, lib. περὶ παθῶν (pag. 527. 8.) At verò aliter ἀσθενέες καὶ ἰσχυραὶ δίαιται dicuntur aph. 16. sect. 4. li. 6. Epi. & ἰσχυρὰ ποτὰ καὶ βρώματα, valentes cibi, & potus, aphoris. 23. sect. 5. qui validam ac vehementem habent caliditatem, vt allia, cepæ, laser. Sic enim ibi scribit Gal. οὐχ ὡς ἔμπροσθεν ἰσχυρὰς δίαιτας ἔφαμεν εἶναι τὰς τῶν πολυτροφωτάτων σιτίων, οὕτω καὶ νῦν ἀκουστέον εἶναι ἰσχυρὰ ποτὰ καὶ βρωτὰ τὰ πολλὴν διδόντα τῷ σώματι τροφὴν, ἀλλὰ τὰ τὴν δύναμιν ἔχοντα, ἰσχυρὰ, κρόμμυα δηλονότι, καὶ σκόροδα, καὶ σίλφιον, οἶνόν τε παλαιότατον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα τὴν φυσικὴν δυσκρασίαν αὐξάνοντα. Nó quemadmodú antea valentem victus rationem eam esse quæ multùm nutrientes cibos exhiberet dicebamus, ita & nunc valentes cibi & potus inaudiendi sunt, qui multam corpori præstant alimoniam, verùm ij qui vehementem habent facultatem, qualia sunt cepæ, allia, laserpitiú, & vinum vetustissimum, aliaque id genus quæ naturalem intemperiem augent. σιτίων nomine σιτάρια ponit interdum Hipp. & σιτηρὰ γεύματα, velut ægr. 1. lib. 3. Epid. post st. pest. σιταρίοισί τε πολλοῖσι καὶ φαύλοισι προσεχρῆτο, cibariis etiam multis, vilibus & vitiosis vtebatur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 43. 9. H. 365. 1.) πτισάνη μὲν οὖν μοι δοκέει ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων, ἐν τουτέοισι τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασι. Ptisana igitur frumentaceis cibariis in acutis morbis rectè mihi præferri videtur. Sic quoque σιτώδεα διαχωρήματα, deiectiones cibos referentes dicuntur, cùm crudæ deiectiones cibos non concoctos detulissent, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 35. 44. H. 339. 25.) ὁκόσοις γυμναζομένοις μάλιστα διάρροιαι λαμβάνουσι, καὶ τὰ ὑποχωρήματα σιτώδεα καὶ ἄπεπτα. Qui exercitiis vtuntur, si alui profluuiis prehenduntur, aluique recrementa cibos referant, crudaque sint.

Σῖτος verò apud Hipp. duo significat, vt scribit Gal. com. 1. in lib. 6. Epid. (pag. 447. 50. H. 1164. F.) primùm eum qui comeditur cibum, ex quo sanguinis copia augetur, deinde etiam ciborum reliquias & excrementa, quæ ex alimenti redundantia in intestinis generantur. Ac secundum vtrunque significatum dicitur ab Hipp. de nephriticis aphor. 5. sect. 1. lib. 6. Epid. ἐς νεφρὸν ὀδύνης βάρος ὅταν πληρῶνται σίτου. & , λύονται δὲ ἐὰν σίτου κενωθῶσιν. Ad renem doloris grauitas vrget, cùm cibo implentur. &, liberantur autem doloribus vbi cibi vacuati fuerint. Eaque notione σῖτος frequenter sumitur apud Hipp. vt ciborum recrementum, & quod ab eduliis in intestinis ipsis excrementum continetur, indicet. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 48. 21. H. 385. 53.) ὁκόσοισί τε γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται, quibus cibus statim retinetur. Vbi scribit Gal. σῖτον εἶπε τὸ ἀπὸ σιτίων περίττωμα περιεχόμενον ἐν τοῖς ἐντέροις, ὃ δὲ καὶ σκύβαλον ὀνομάζουσι καὶ κόπρον. σῖτον dixit recrementum ciborum quod in intestinis continetur, & Græci σκύβαλον & κόπρον appellant. Eademque significatione hunc locum exponit Gal. lib. περὶ δυσπνοίας & com. 1. in lib. 6. Epid. (pag 447. 53.) & com. 2. in Prorrh. (pag. 198. 18. H. 74. E.) vbi σῖτον, ὅτι τῶν διαχωρουμένων, hoc est de his quæ ex aluo secedunt Hipp. illic dici scribit. Vbi quoque τοὺς σίτων ἀποκεκλεισμένους ex Hipp. idem exponit, τοὺς ἀποστρέφοντας, ὡς εἰ καὶ ἀποκεκλεισμένους εἰρήκει τῆς τῶν σιτίων προσφορᾶς, ἢ τοὺς ἐπεχομένους τὴν γαστέρα, hoc est cibos auersantes, quasi ciborum oblatione exclusos dicat, aut eos qui adstricta sunt aluo: quemadmodum antea etiam adscripsimus. Eadem quoque notione scribitur lib. 4. Epid. (pag. 1123. A.) καὶ σῖτος ἐγκατεκλείσθη, & cibus intro conclusus est, quod de cibo etiam aut ciborum reliquiis intelligi potest. Rursusque ibidem (pag. 1139. B.) ἐπεὶ δὲ ἐληλύθεις ἕλμινθας ὑποπαχείης, καὶ σῖτος ὀλίγος. At vbi prodiisset lumbricus aliquantulum crassus, & paucum cibi recrementum. Et lib. 5. (p. 1143. A.) καὶ ὑπεχώρει ὁ σῖτος πονηρὸς καὶ συγκεκαυμένος, & ciborum reliquiæ prauæ & exustæ per aluum demittebantur. Quem locum exprimere mihi videtur Erot. cui σῖτος πονηρὸς sic exponitur, νῦν τὸν σῖτον εἶπε κοπρίαν τάχα, nunc σῖτον pro stercore posuit. Et rursus (pag. 1152. H.) καὶ οὐχ ὑπῄει τὰ σιτία, neque ciborum reliquiæ subierunt, hoc est deorsum prodierunt. lib. de art. (pag 625. 27. H. 817. E.) ἀμείνων δὲ καὶ τὴν κοιλίην μαλθάξαι κούφῳ τινὶ εἴδει κενώσιος εἵνεκεν τοῦ σίτου, præstatque leui aliquo aluum emollire vacuandi stercoris gratia. Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (pag. 607. 51.) καὶ τὰ σιτία, ἐν τῇ γαστρὶ μείνῃ, & ciborum reliquiæ in ventre maneant. Verùm μὴ μείνῃ ibi legimus ex lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 589. 29.) de excrementis enim sermo est quæ ex ventre profluunt. Aret. verò grauis inprimis author & Hipp. phrasis æmulus c. 4. cur. lib. 2. περὶ ὀξέων, ἢν δὲ ὑπελθῃ μὲν ὁ πᾶς παλαιὸς σῖτος. Quòd si vetus omne stercus subierit. Gal. quoq; commen. ad aph. 84. libr. 4. eadem notione σιτία vsurpauit. συνεμφαίνει δὲ τοῦτο καὶ ὅτι διεξελθόντες ἅμα τοῖς σιτίοις ὑγροτέρα μὲν ἡ γαστὴρ γίγνεται, sed & illud vnà apparet, quòd eo vnà cum ciborum reliquiis per intestina exeunte, aluus humidior quidem reddatur. Σιτίων ἀποκλείσιες, ciborum exclusiones significant lib. 7. Epid. (pag. 1235 D.) & ἀποσιτίαι, hoc est, ciborum fastidia, cum cibi intercluduntur aut prohibentur.

§ Σκαλιὴν φλὲψ, vena obliqua dicitur Hipp. libello περὶ ἀνατομῆς (p. 916. B.) ἀπὸ δὲ ταύτης σκαλιὴν φλὲψ ἐπὶ τὰ κάτω νεφρὸν ἀποτείνουσα, ab eo verò obliqua vena infra ad renes tendit. Ibidem etiam (vers. ibi.) σκαλιοειδέες ὀχετοὶ dicuntur obliqui ductus à renibus ad vesicam tendentes, qui & οὐρητῆρες vocantur.

Σκάμμα vocat Cæl. Aurel. cap. 1. libr. 2. Tard. Passionum limitem ac terminum deambulationis in arena aut spatij, quod transiliunt qui se saltu exercent, quò corpus huiusmodi saltu magis confirmetur. Hic autem terminus apposito longurio aut ducto sulco fit.

Σκαμωειδὲς legit Erot. apud Hip. & sic exponit. Διοκλῆς οὕτω φησὶ τὸν ἐλλέβορον τὸν ἐν Ἀντικύρᾳ ἐλλέβορον. ἔνιοι δὲ τινὰ ἑτέραν. Diocles inquit eo nomine elleborum in Anticyra appellari. Nonnulli verò aliam quandam herbam. Verùm lectionem suspectam faciunt exemplaria quædam quæ σησαμοειδὲς legunt. Ex quibus facilè coniicias σησαμοειδὲς legendum, quod habetur apud Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 116. 44. H. 406. 38.) & exhibetur cum aceto mulso ad purgandum per superiora cum elleboro, idemque repetitur in Epist. ad Democr. (pag. 1288. 13.) σησαμοειδὲς verò μέγα intelligendum venit, quod Diosc. cap. 152. lib. 4. ἐν Ἀντικύρᾳ ἐλλέβορον vocari scribit, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἐλλεβόρῳ quoniam veratro albo in purgationibus misceatur. Addunt etiam quædam exemplaria quibusdam dici ἐλλέβορον λευκὸν, aliis etiam ἀντικύρικον.

Σκαρδαμύσσειν ἢ σκαρδαμύττειν, nictare vel nictari dicitur, quod

est

est oculis conniuere, & subinde oculorum genas claudere & aperire. Sic enim Gal.com.5. in lib.6. Epid. (pag.507.50. H. 1184.D.) τὸ γοῦν σκαρδαμύσσειν (ὀνομάζεται δ' οὕτως τὸ κλεισθέντα τὰ βλέφαρα διὰ ταχέων αὖθις ἀνοῖξαι) παραχρῆμα ἐξ ἀρχῆς τοῖς ζώοις ὑπάρχει ἀδιδάκτως. σκαρδαμύσσειν igitur (ita autem nominatur cùm quis clausas palpebras rursus citò aperuerit, quod nictare dicitur) confestim genitis animalibus absque vllo doctore innatum est. Καρδαμύσσειν etiam Erot. (qui & σκαρδαμύσσειν scribi testatur) apud Hipp. exponit, τὸ συνεχῶς τὰ βλέφαρα κινεῖν ἢ εἰς ἐπίμυσιν ἄγειν, ὅπως οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι. continenter palpebras mouere & claudere aut conniuere, Attici propriè dicunt. Addit autem dici ἀπὸ τοῦ καρδάμου, ὃ ἄν τις προσενέγκηται, συνεχῶς τὰ βλέφαρα ἐπιμύει. quod est à nasturtio, quod si quis admoueat, crebrò palpebras claudit aut conniuet. Legitur autem aph 2.sect.5.lib.6 Epid. τὰ δὲ δὴ τὸ σκαρδαμύσσειν. partim quidem vt nictare. Lib. quoque περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.555.54.) ἢ ἔστιν ὀφθαλμοῖσιν ἀραιὰ σκαρδαμύσσει, & oculis raro nictat. Rursusque ib. (p.558.25.) ἔτι ἢ σκαρδαμύσσει προσφερομένου τοῦ δακτύλου, quòd admoto digito non nictat. Et repetitur libello περὶ κρισίμων (pag.57.13.) In Coac. (pag.128.D.) ἔστι μὲν οἷς σκαρδαμύσσουσι, qui conniuentibus oculis nictantur. Hinc ἀσκαρδαμύκτως dicuntur lib.2. Epid. (pag.1050.E.) qui inconniuentibus oculis, immotis & inconclusis intuentur, aut non nictantur. Nictari enim Plinius cap.37.lib.11. σκαρδαμύττειν (ex Arist.lib.2. de part. animal. cap. 13. vertit, & μύειν conniuere, cùm scribit: Grauiores alitum inferiore gena conniuent, eædem nictantur ab oculis membrana obeunte. σκαρδαμύττειν tamen Gaza ibidem conniuere dixit. Eaque de re plura scripsimus nostris in lib.2. Epid. com.

Σκάφη labrum balneatorium dicitur aut folium in quod ægri desidentes fouentur, aut alueus in quem loturi descendunt. Scapha dici potest, vt scaphula Aurel. lib.1. acut. cap.11. Dehinc paulò prominentius à lecto producendus æger, atque paululum inclinandus. Tunc supponenda scaphula alta, aqua calida plena, deinde duo adhibendi qui foueant alterno officio ne vllo tempore fomentum frigescere faciat caput. Hanc dictionem vsurpat Hipp. lib. περὶ ἀφόρων (pag.684.53.) ἐς τὴν ἑσπέρην ἐν σκάφῃ ἐς θερμὸν ὕδωρ ἐγκαθιζέσθω, suo vesperam in solium calida plenum desideat. Eaque dictione sæpe vtitur Alex. Trallianus, vt lib.9. cap.1. de insessibus colico morbo laborantibus parandis. ὅπου γὰρ εἰ παρασκευασθείη τὸ ὕδωρ, χρήσιμον ἔσται πρὸς ἅπαντα, εἴ τε περιχεῖσθαι βούλοιντο ἐγκαθεζόμενοι εἰς τὴν σκάφην, εἴ τε ἐμβιβάζεσθαι εἰς τὰς ἐσβεσμένας πτίδας. Hoc enim modo parata aqua ad omnia vtilis futura est, siue in alueum desidentes aqua perfundi velint, siue in solium, quod extinctis titionibus calefiebat, descendere valeant. Sic enim locus ille mihi accipiendus videtur, vt πτίδες illic dicantur extincti titiones, quibus solium calefiebat, quæ idem postea lib.12. in febrium ardentium curatione, πτέδα Romanis dicta (aut vt alij πτάδας, quod etiam malo) scribit his verbis (p.[illegible].) vbi & σκάφης & verbi σκαφολουτεῖν mentio fit: λούειν δὲ χρὴ τοὺς καυσώδεις ἢ διὰ [illegible] συνεχῶς, ἐν τῷ οἴκῳ μᾶλλον, ἐν σκάφῃ χλιαρὸν ἐχούσῃ ὕδωρ πολύ, ὥστε περικεχύσθαι ὑπὸ τοῦ ὕδατος περιέχεσθαι ὅλον τὸ σῶμα τῶν καμνόντων. μὴ προσκεκλύσθω δέ τις αὐτοῖς μή τι κινείτω τὸ ὅλως τὸ ὕδωρ. διαφορητικὸν γάρ ἐστι τῆς δυνάμεως ἢ καταβλητικόν. διόπερ οὐδὲ τοὺς ἔχοντας ἀσθενῆ πάνυ τὴν δύναμιν δεῖ σκαφολουτεῖν, ὃ δὴ παρὰ Ῥωμαίοις πτάδας ἐμβάλλειν, ἀλλ' ὅσοις ἐμβιβάζειν δεῖ, ὅσοις ἡ δύναμις εὐτύχει τὸ ἢ φέρειν δυνάμεως τὴν ἀπὸ τοῦ χλιαροῦ γινομένην ἔκλυσιν τε ἢ διαφόρησιν. Lauandi autem sunt febre ardente & peruren te laborantes, domi potiùs in solio aquæ tepentis pleno, vt totum ægri corpus vndique aqua conuoluatur. Ne quis autem ea perfundatur, neque omninò aquam commoueat. Hoc enim vires digerit & conuellit. Icirco neque imbecillis admodum viribus præditos in solio lauare conuenit, quod titionibus iniectis & extinctis apud Romanos paratur. In id verò ij descendere poterunt, quorum vires dissolutionem & dissipationem, quæ ex aqua tepida fit, ferre poterunt eique resistere. Quibus ex locis satis constat duplicem lauandi modum in solio fuisse. Aut enim aqua perfundebantur & fouebantur ægri, aut in solium aqua plenum integro corpore demittebantur, in eoque inuolutis extinctis testis & titionibus vtebantur, vt satis patet ex Celso cap.12. lib.3. Hi verò titiones videntur Romano nomine deflexo πτίδες aut πτάδας Trall. dici. Pluribus enim aliis vocibus Græcis ex Latinis ductis vtitur. Aut certè apud eum πτίδας aut πτάδας solium dicetur hoc modo extinctis titionibus paratum, & παρὰ Ῥωμαίοις πτάδας ἐμβάλλειν dici poterit, quod Latinè effertur, ægros in solium demittere. Quod ideò dico quia ab interprete aliòqui oculatissimo ista [illegible] vt viriata prætermissa & asterisco notata. Est & alius locus apud eundem Trall. in quo σκάφη nomine vtitur, lib.9. (p.164.) in colico dolore ob inflammationem intestinorum contracto. εἰ δὲ τὰ τῆς δυνάμεως ἀντιπράττοι, ἢ εἰς τὴν καταβαίνειν αὐτοὺς ἐμβιβάζειν σκάφην ὑπαλείφοντας ἐλαίῳ χαμαιμηλίνῳ. Quod si vires repugnent, in alueum eos demittere oportet, corpus oleo chamæmelino sublinentes. Sic lib.3. de Morb. Hipp. in Ileo ad eandem rem σκάφος ἀντὶ σκάφης ponit (p.491.46.) τὰ δὲ κάτω θερμαίνειν ἐν σκάφει ὕδατος θερμοῦ καθίζων τὸν ἄνθρωπον ἢ ἀλείφων αἰεί. Inferna autem calefacito, homine in folio aquæ calidæ collocato, oleoq; semper illito.

Σκαφίον etiam scaphulam & paruam scapham significat, idemque quod σκαφίδιον. Verùm apud Hipp. σκαφίον aut σκαφεῖον ligo dicitur & instrumentum rusticum, quo terra pulsatur & foditur, Hesych. σκαφεῖον, Schol. Theocr. Idyll.4. σκαφεῖον, δίκελλα. σκαφεῖον, τὸ κοινῶς λεγόμενον τζαπίον, ὃ οἱ Ἀττικοὶ ἄμην. Lib. de fract. (pag.540 50.H.757 D.) ξύλον πηχυαῖον, ἢ ὀλίγῳ βραχύτερον, οἷαί εἰσιν αἱ τῶν σκαφίων. lignum cubitale, aut paulo breuius, cuiusmodi sunt ligonum manubria. Vbi scribit Gal σκαφεῖα δὲ ὀνομάζει κοινῶς δι' ὧν σκάπτουσι τὴν γῆν, ἐν οἷς εἰσι ἃ οἱ παλαιοὶ δικέλλας. μάκελλας δ' αὐτὰς ὀνομάζουσιν οἱ Ἀττικοί. σκαφεῖα rustica instrumenta vocat, quibus terra foditur, ligones scilicet, in quibus bipalia annumerantur, Attici μάκελλας vocant. Si modò vera est lectio, & non pro μάκελλας, ἄμας potiùs legendum. Est enim ἄμα Schol. Thucyd. σκαφεῖον ἄκατι, latus ligo, Latinis rutrum dicitur.

Σκαφὶς etiam alueum & scaphulam significat. Pollux lib.10. cap. 24. σκαφίδα μάκτραν exponit, hoc est, vas concauum & oblongum in quo farina subigitur, qua significatione σκάφην dici idem scribit lib.6.cap.10. σκαφίδα quoque idem inter vasa culinaria annumerat, vt & Athen. lib.4. σκαφίδα scribit Gal. in Exeg. Atticos vocare τὴν πυελώδη σκάφην, mulctram dicunt, vas ligneum, concauum & rotundum, quo in lacte seróve reponendo pastores vtuntur. Quam in significationem Homer. versum adducit ex Odyss. ι. (vers.223.) Verùm apud Hipp. intelligi τὴν θαλασσίαν κόγχην παραμηκεστέραν, ἣν οἱ πολλοὶ μύακα προσαγορεύουσι, concham marinam oblongiorem, quæ mytulus vocatur. Erot. quoque apud Hipp. σκαφίδα ποιμενικὸν σκάφος exponit, sicque vocari Atticis scribit: Quo nomine situlas aut mulctralia vasa intelligi videntur, etsi quidam pastoralem scyphum vertunt, vt σκαφίον legisse videantur. σκαφίον enim in ποτηρίων genere reponitur, & scaphis bibere dicit Plautus Sticho, & M.Tullius act.6. in Verr. scaphia cum emblematis dicit. Hesych. etiam σκαφίδα· ποιμενικὰ ἀγγεῖα exponuntur ex Homer. versu. σκαφίδα sæpè vsurpat Hipp. pro mensura quadam, velut lib.1. περὶ γυναικ. (pag.6[illegible]. 30.) βόλβιτον πλάσαι ὅσον σκαφίδα, stercus bubulum in conchæ marinæ oblongioris formam fingito. conchæ testam dixit Corn. ad suffitum immittendam. Velut lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 575.41.) ad suffitum parandum stercus bubulum in acetabuli olearij formam effingit. quod paruum fundum habeat, ὀξύβαφον σκαφίδα vocat. Lib. verò 1. περὶ γυναικ (pag.668.55.) ad idem βόλβιτον ὡς ὀξύβαφον, hoc est stercus bubulum in acetabuli formam effingit. Rursus etiam li.1. περὶ γυναικ. (p 633. 19.) ὅσον σκαφίδα μικρήν. quantum conchæ paruæ testa capit. paruulum acetabulum dixit Caluus. Et iterum lib.1. περὶ γυναικ. (pag.651.1.) in suffitu ad vterum, κύπειρον κεκομμένον ὅσον σκαφίδα, cyperum tusum quantum conchæ testa capit, aut conchæ mensura. Et lib.2. de Morb. (pag.484.7.) ὅσον σκαφίδα σμικρήν, quantum conchæ paruæ testa capit, cyathum paruum dixit Corn. Rursusque (p.ib.11.) κύαθον δὲ ὅσον σκαφίδα, vt in totum sit conchæ mensura.

Σκεθρὸς accuratum, exquisitum ac diligens significat apud Hip. vt σκεθροτέρης δεῖται, exquisita & diligens curandi ratio lib. de art. (p 614.51. H.817.C.) ἀτὰρ ἢ ἰήσιος σκεθροτέρης οἱ [illegible] δέονται. Quinetiam curatione exactiore ij indigent. Vbi Gal. σκεθροτέραν τὴν ἀκριβεστέραν dici ait, hoc est exquisitam & optimam, & τῇ φαύλῃ oppositam. Idem comm.1.in lib.de fract. (pag.538.4.) σκεθρὸν Ionibus dici vult τὸ ἀκριβές, exquisitum & accuratum, & σκεθρὰς δίαιτας Hipp. ἀκριβεῖς, exactam victus rationem, eique oppositam τὴν φαύλην ἢ ἁπλῆν, vulgarem & simplicem. Atque idem in Exeg. σκεθρόν, ἀκριβές apud Hipp. exponit. Quibus verbis locum lib.1. περὶ γυναικ. (p.595 28.) mihi subindicare videtur. [illegible] His igitur perspectis, & exquisito iudicio expensis aut diligenti animaduersione. Erot. apud Hipp. σκεθροτέρας ἀγωγῆς ἐρεῖ Bacchium exponere scribit, in quo ta nen eum reprehendit. σκεθρὸν enim interdum ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς, interdum etiam ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς λεγομένου, pro eo quod diligenti consideratione fit, sumi scribit. Verùm apud Erot. quædam exemplaria

σκληροτέρης & ξηροτέρης legunt, vt conceptis verbis locum libri de art. exprimat. Cæterùm quod apud Erot. σκιῤῥα ὅμοια exponitur, haud dubiè vitium redolet, & quædam exemplaria σκίῤῥη legunt, æquè vitiosè.

Σκελιφρὸς exponitur à Gal. in Exeg. ξηρὸς περιεσταλμένος, siccus, aridus, contractus, sed vitiosè σκολιφρὸς legitur, & in quibusdam σκολιοειδὴς, vt ex serie alphabetica constat. Exprimi autem mihi videtur locus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 555.45.) ἀλλὰ λεπτὸς καὶ σκελιφρός ἐστι καὶ ἀσθενής. sed tenuis est & aridus ac debilis. Erot. apud Hipp. σκελιφροὺς exponit τοὺς λεπτοὺς καὶ σκελετώδεις, tenues, arefactos & exiccatos. Quibus verbis exponere videtur locum lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 282. 13.) τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἐντόνους τε καὶ σκελιφροὺς ἀνάγκη εἶναι. homines robustos & exiccos esse necesse est, erecta figura & graciles quidam exponunt. Lib. de artic. (pag. 587.41. H.785. D.) καὶ ἧσσον ἐπιφλεγμαίνει τοῖσιν ὑγροῖσιν καὶ τοῖσιν ἀσάρκοισιν, ἢ τοῖσι σκελιφροῖσι καὶ πεσάρκωμένοισι. minorque inflammatio humidis & macilentis, quàm siccis & carne oppletis superuenit. Verùm σκελιφροὺς apud Erot. legitur. σκληφρὸς etiam idem quod σκελιφρὸς indicare videtur & σκληφροὶ exponuntur Hesych. οἱ ἰσχνοὶ καὶ λεπτοὶ τοῖς σώμασι, qui corpore sunt tenui & gracili, velut attenuato & exarefacto.

Σκέπαρνος ἢ σκέπαρνον ascia dicitur aut securis, instrumentum fabrile. vnde ad vinculi & deligationis simplicis genus transfertur, quod à recta linea ortum ducit, & paulatim ad latus inflectitur, ita tamen vt obliquum non sit. Gal. Com.3. in lib. de fract. (pag. 564.49) ἔστι δὲ σκέπαρνον αὐτὴ περιβολὴ βραχὺ ἐγκλινομένη ἀπὸ τῆς εὐθείας, καὶ κατενεχθεῖσα πρὸς τὸ πλάγιον, ὥστε δὲ ὥσπερ λοξὴ, λέγουσι δὲ καὶ τῶν τεκτόνων σκέπαρνα, διότι βραχὺ τῆς εὐθείας ἐγκλίνεται πρὸς ὑπεναντίαν, ὥστε ὀνομάζεται. Est autem ascia ipse fasciæ circuitus, qui cùm paulùm à recto declinet & ad latus feratur, nondum tamen obliquus est. Ad asciæ autem fabrilis similitudinem desinens, quòd à recta linea paululum recedens incuruetur, inde asciæ nomen traxit. Sic enim in nostris codicibus maximè vitiatus Gal. locus iste mihi legendus videtur. Rursus Com.2. in lib. de art. (pag. 606.11. H.802.5.) σκέπαρνον μὲν ἐπίδεσμον ὅτι καλεῖ τὸ ἐγκεκλιμένον ὀλίγον ἐκ τῆς ἐγκαρσίας ἐπιβολῆς, ἔμπροσθεν εἴρηται. σκέπαρνον hoc est asciam quidem deligationem vocari, eam quæ à transuersa iniectione paululum declinat, antea dictum est σκέπαρνον autem in vinculi simplicis genere recenset Hipp ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pag. 675. 41. H.742. F.) Vbi etiam scribit Gal. ὅμως δ' οὖν ἐνταῦθα τὴν μὲν ὀλίγον ἐγκεκλιμένην ἐπίδεσιν σκέπαρνον ὀνομάζει, τὴν δὲ πολὺ, σιμὴν, ἐκ μεταφορᾶς τοῖς ὀνόμασι χρώμενος. σκέπαρνον μὲν οἱ τέκτονες ὀνομάζουσιν ὄργανόν τι κατὰ τὸ πέρας αὐτοῦ, καθ' ὃ τέμνει τὰ ξύλα, βραχεῖαν ἐπιστροφὴν ἔχον ὀφρυῶδη καθάπερ ἡ ἀξίνη. Hic tamen eam deligationem quæ parum declinat, asciam quæ multùm, simam, per translationem vocat. Asciam nanque fabri lignarij instrumentum quoddam appellant, quod in summitate, qua ligna incidit, modicè incuruum supercilium habet, velut crepido. Quod etiam ab eodem scribitur in Exeg. vocum Hipp. καὶ γὰρ ὁ σκέπαρνος αὐτοῖς ἐπίδεσμος ἀπὸ τῶν τεκτονικῶν ὀνομασθεὶς σκέπαρνον δοκεῖ. Ascia nanque vinculi genus, ab ascia febrili nomen sumpsisse videtur. Est & σκέπαρνος Erot. apud Hipp. εἶδος ἐπιδέσμου, ὅταν ὁ ἐπίδεσμος πλάγιος ἀχθῇ, deligationis genus cùm ipsa deligatio obliquè ducitur. Idem ex Asclepiadis ἐξηγητικῷ εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον adscribit: ἔστι γὰρ ὁ σκέπαρνος, ὅταν ὁ ἐπίδεσμος ἐπιβάλλων αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ χιαζόμενος κλάσιν τινὰ ποιῇ καὶ γωνίαν, ἢ ὅταν ὀρθολοξὸς ἐπιδεθῇ. Est enim ascia, quando vinculum in sese ductum ad instar literæ χ quodammodo inflectitur & angulum facit, scilicet cùm rectobliquè deligatur. Sic enim hæc verba perbellè mihi reposuisse videtur Henr. Steph. Ea verò significatione vtitur Hipp. lib. de artic. (pag. 605.58. H.802.5.) ἐπιδέσιων γὰρ ἐστιν αὕτη ἡ ποικιλωτάτη, καὶ πλείστους μὲν σκεπάρνους ἔχουσα. Ex deligationibus autem hæc maximè varia est, & quæ plurimas ascias habeat. Hinc quoque σκεπαρνηδὸν effertur Hipp. lib. de fract. (pag. 564.45. H.770.G.) asciatim aut ad asciæ figuram. κἄπειτα σκεπαρνηδὸν παραλλάσσοντα τὰς ἀρχὰς ἀφιέναι, post hæc ad asciæ figuram alternata capita dimittere. Quem locum mihi expressisse videtur Gal. in Exeg. σκεπαρνηδὸν exponens ἐκκεκλασμένως,) hoc est, effractè, inflexè) & lib.6. Meth med. Libri verò κατ' ἰητρ. Com.2. (p. 676.19.) eundem quoque locum adumbrat, vbi & σκεπαρνηδὸν etiam explicat. ὅταν γὰρ κελεύῃ τοὺς ἀρχὰς περιβάλλειν τῷ κύκλῳ, δηλοῖ ζεῖν τὴν ἐγκύκλιον περιβολὴν τὸ ἐγκεκλιμένον ὥσπερ ἐστι τὸ τεκτονικὸν σκέπαρνον. οὐ γὰρ βούλεται λοξὴν ἰσχυρῶς γίγνεσθαι τὴν περιβολὴν τῶν ἀπλῶν ἀφισταμένων πολὺ τῆς ἐγκύκλου καλουμένης, ἀλλ' ἀγκεκλίσθαι μικρὸν, ὅσον ἱκανὸν ἀσφαλεστάτην ἐργάζεσθαι τὴν κράτησιν τῶν συντετριμμένων. Nam cùm præcipit plagulas asciæ ritu membro iniiciendas, à circulari circuitu eam esse faciendam declinationem definit, ea forma quâ est ascia fabrilis. Neque enim vult admodum obliquam fieri plagularum iniectionem, multum à rotunda recedentem, sed paulùm declinantem, quantum ad firmissimam comminutorum colligationem sufficiat. σκέπαρνον ἐπιδέσμου ἰατρικοῦ ὄνομα exponit Hesych. vinculi Medici nomen.

Σκέπη tegumentum, velamentum significat, & pro aëre nos ambiente sumi videtur aph.43. sect.8. lib.6. Epid. qui inter causas salubres sanitatis conseruatrices annumeratur, quas Medici res non naturales appellant. ἔθος δὲ τὰ οἷον ὑγιαινομένῳ, διαίτησι, σκέπησι. In valetudinis autem ratione consuetudo spectanda est, in ratione victus, tegumentis. σκέπη σκέπασμα exponitur Hesychio.

Σκηλέωσι exponit Gal. in Exeg σκελετεύεται, συμπτῶσει. h. e. arefactione, afficcatione, quâ nimirum corpus arefactum collabitur & concidit, fitque σκελετός. Videturque idem dici σκήλημα quod σκλῆμα, si modo integra est lectio. Suspectam tamen facit scriptionem ordo alphabeticus. σκλῆμα verò quibusdam exponitur ossis exiccatio, & à σκλέω vel σκλῆμι deduci videtur. σκῆλαι etiam exponitur Hesych. ξηρᾶναι, & σκήλειε σκελετεύσειε, ξηράνειεν, καύσειε.

Σκῆμψις ἀπόσκημψις exponitur Gal. in Exeg. decubitus, aut ipsa decumbendi & ingruendi actio, de humore in aliquem locum incumbente & illabente, ex libro sexto Epidem. Quibus verbis aphoris.28. sect 3. lib.6. Epid. mihi subindicari videtur, vbi ex quibusdam codicibus manuscriptis σκῆμψις adscribitur, apud Gal. autem σκῆψις legitur & ἀπόσκηψις exponitur. Sic enim scribit. πάντες δὲ ἤκουσαν τὴν σκῆψιν ἐπὶ τῆς ἀποσκήψεως εἰρῆσθαι. Omnes verò σκῆψιν ἀπόσκηψιν. hoc est humorum illapsum intellexerunt. Est autem σκίμπτω idem quod σκήπτω, aut etiam σκήπτομαι, quod & σκίμπτω dicitur, nitor, innitor, decumbo, incumbo, ingruo, irruo. σκῆψις etiam pro σκέψις quod considerationem significat sumitur, vt ibidem scribit Gal. antiquorum more qui η pro ε ponebant.

Σκῆνος Hipp. sumitur pro corpore aut toto corporis alueo. Lib. περὶ τροφῆς (p 9.6 A) καὶ μετὰ βρογχίης φλὲψ μεγάλη καλευμένη, δι' ἧς ὅλον τὸ σκῆνος τρέφεται. & cum chartilaginosa arteria vena magna nuncupata, per quam corpus totum nutritur. Lib. etiam περὶ καρδίης (pag. 269.22.) καὶ οἱ ποταμοὶ ἐνταῦθα ἀνὰ τὸ σῶμα τοῖσιν ἀρδεύουσι τὸ σκῆνος. & hîc fluuij sunt quibus totus corporis alueus irrigatur. Aret. etiam σκῆνος ea notione vsurpat cap. 6. libr 2. περὶ ὀξ. ψυχροὶ τὸ πᾶν σκῆνος. toto corpore frigidi. σκῆνος quoque σῶμα exponit Hesych. sicque dicitur quòd sit σκηνὴ τῆς ψυχῆς, ἢ οἰκητήριον, animi tabernaculum ac domicilium.

Σκηρὸν καὶ σπογγώδης Erot. positum testatur apud Hipp. ἀντὶ τοῦ χαυνότερον, laxum & spongiosum, aut fungosum molle, si modo lectio integra est. At Hesych. σκηρὸν, σκληρὸν, τραχὺ exponit.

Σκιαυγεῖν est cæcutire eorum more qui ex vmbra aut tenebris prodeuntes, ad lucis aspectum caligant. σκιαυγεῖ, ἀμβλυώττει, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. nimirum locum lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 558.22.) subindicans. καὶ αἱ κόραι σκίδνανται τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ σκιαυγέει. oculorum pupillæ dissipantur, & cæcutit. Et lib. περὶ κρισίμων vbi ista repetuntur σκιαυγεῖ legitur (pag. 57.11)

Σκίδναμαι dissipor, dispergor significat, frequens Homero & Hipp. Libr.1. de Morb. (pag. 454.54. 459.54.) σκίδναται ἀνὰ τὸ σῶμα πᾶν, in totum corpus dispergitur. Et rursus ibidem (454.25.) καὶ μᾶλλον δὴ τι σκίδναται ἐς τὰς φλέβας ἢ ἐς τὰς σάρκας. magis tamen in venas quàm in carnes dissipatur. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 558.22.) αἱ κόραι σκίδνανται τῶν ὀφθαλμῶν, oculorum pupillæ disperguntur, quod repetitur lib. περὶ κρισίμων (p.57.11.) Et lib. de loc. in hom. (pag. 408.44.) ἐπὶ πολὺ γὰρ σκίδναται ἡ ὀδμὴ τῆς ὀσφρήσιος. odor enim quam olfactus per longius interuallum dispergitur. Hesych. σκίδναται exponit διασκεδάννυται, σκορπίζεται, χωρίζεται.

Σκίμπτω & σκίμπτομαι idem quod σκήπτω significat, nitor, innitor, fulcio me, ingruo, irruo & incumbo. Hesych. σκίμπτει ἐρείδεται exponit, & σκιμψασθαι ἐρείσασθαι, additque σκίμπτεσθαι idem significare. Idem σκίμπτει ἐπιπίπτει exponit, ingruit, incumbit, & σκίμπτεται, vt σκίμπτεσθαι idem sit quod σκιμπίζεσθαι. Apud Gal. in Exeg. σκιμπτέσθω κατακλινέσθω, exponitur, quod est concludatur. sed vereor vt parum integra sit lectio, vbi etiam quædam exemplaria σκιμπλίσθω habent. σκίμψαι Hesych. exponit ἐμπαγῆναι infixum esse, & ἐμπλακῆναι adhærere, iungi, vicinum esse aut admoueri. Idem σκιμφθῇ, ἐγγίσῃ, προσπελάσῃ, quod est, prope accesserit, adhæserit, pro quo vitiosè ἐγγίσει, προσπελάσει scribitur. Et Gal in Exeg. σκίμφθη apud Hipp. duo significare scribit, τὸ, τι ἐτμήθη, diuisum fuit, καὶ τὸ

ἐ τὶ ἰμπλάθη, appropinquauit, admotum fuit. σκιμφθῇ autem legitur lib. 1. de Morb. (pag. 405.26.) ἢ ἢν ἐπὶ τὴν φλέβα σκιμφθῇ, & si in venam incubuerit, irruerit, aut firmatus fuerit & infixus. Agitur enim de sanguine humiditati admixto. Cui sanè loco Hesych. expositio optimè quadrat, existimoq; hũc Hip. locũ ab eo (quod sępe aliàs) vt & à Gal. subindicari, vt sit, & si ad venã accesserit, adhæserit, admotus fuerit. Quod facit vt apud Gal. legendum existimem σκιμφθῇ ἰμπλασθῇ, aut ἰμπλάσῃ. σκίμψαι idem τύψαι, ἐγχαράξαι, διελεῖν, quod est tundere, scarificare, diuidere, apud Hipp. significare scribit, quod de vena dici videtur, pro quo Hesych. σκίμψασθαι πλῆξαι exponit. σκάψαι tamen vitiose apud Gal. legitur.

Σκινδαψὸς vox est fictitia apud Gal. & nullius significationis, velut βλίτυρι, cuius meminit cap. 6. lib. 2. de differ. feb. & lib. 3. de præsag. ex puls. (pag. 144. versic. 45.) & lib. 3. de differ. puls. (pag. 35. v. 43.) vbi tamen videtur serui cuiusdam & instrumenti nomen esse.

Σκίρρος dicitur Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 93.15.) ὁ ἀντίτυπος ὄγκος ἢ ἀνώδυνος, tumor renitens & doloris expers. Auth. verò Definit. Med. (pag. 400.52.) σκίρρος ἐστὶν ὄγκος σωμάτων μετὰ σκληρίας, καὶ βάρους, ἢ δυσκινησίας τε καὶ δυσαισθησίας. Scirrhus est corporum tumor durus & grauis, cui motus & sensus coniuncta est difficultas. σκίρροι autem genere duplices sunt, quidam ex sanguinis fœce & melancholia, quidam etiam ex crassa pituita. Quorum generatio interdum etiam statim initio fit, interdum ἐκ μεταπτώσεως, ab inflammatione, erysipelate, aut œdemate. Gal. lib. de Tumor. præter nat. (pag. 356.17.) Propriè autem dicuntur σκίρροι tumores duri & dolore carentes, quos οἰδημάτων nomine complectitur Hipp. vt scribit Gal. Com. 1. in libr. 6. Epid. (p. 443.12.) & Com. ad aph. 34. lib. 4. Hi veri & exquisiti scirrhi dicuntur, velut qui ab humore melancholico gignuntur, reliqui scirrhosi tumores, vt scribit Gal. lib. 14. Meth. med. (p. 187. 23.) σκίρρον ὀνομάζομεν ὄγκον σκληρὸν, ἀνώδυνον, οὐ μὴν ἀναίσθητόν γε πάντως. ὁ γὰρ τοιοῦτος ἀνίατος, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ὥσπερ ἀναισθητότεροί τε καὶ δυσιαθητότεροι ... τὸ πάθος μίαν, οὕτως οὐ παντελῶς ἀναίσθητον, ὅταν γε αἰσθητικὸν ᾖ φύσει. ... ἀναισθήτους ὄντας. εἰ δέ τις ἐκείνους μόνους τοὺς ὄγκους ὀνομάζειν ἀξιοῖ σκίρρους ὅσοι παρὰ φύσιν εἰσὶν ἀναίσθητοι, τοὺς δ' ἄλλους οὐ σκίρρους, ἀλλ' ὄγκους σκιρρώδεις, ... καλέσομεν ... τὸ πάθος, ὅταν ἐκείνου διαλεγώμεθα. Scirrhum appellamus tumorem durum qui sine dolore est, non tamen prorsus sine sensu. Talis enim sanari non potest. Reliqui autem omnes sicut insensilem aut ægrè sensilem affectam partem reddunt, ita prorsus insensilem non efficiunt, vtique si natura sit sensilis. Ligamenta nanque scimus insensilia esse. Quòd si quis eos duntaxat tumores qui præter naturam sunt, & omninò insensiles, scirrhos appellandos censeat, reliquos verò non scirrhos, sed tumores scirrhosos, is se de nominibus litem intendere sciat, & nos quoque ita affectum appellabimus, quoties cum eo disseremus. Quod etiam ibidem iterum repetitur (pag. 189. versic. 17.) Est autem scirrhus lieni familiaris & vtero, de quo agit Paulus lib. 3. cap. 68. Est & σκίρρος τοῦ σπληνὸς, Auth. Definit. Med (pag 398. versic. 23.) ὅταν μείζων ὁ σπλὴν ὑπάρχῃ, καὶ λίαν σκληρὸς, καὶ διατεταμένος. Scirrhus lienis, cùm lien maior valde durus & in tumorem sublatus est. Sic σκίρρος ἐν μήτρᾳ ἐστὶ διάθεσις περὶ τι μέρος αὐτῆς, ὥστε εἶναι σκληρὸν ἀντίτυπον, ἐξῳδηκὸς, ἀνώμαλον, ἄπονον τὰ πολλά. Scirrhus vteri est affectio aliquam eius partem obsidens, adeò vt renitens, tumens, inæqualis, & fere sine dolore sit durities. Ibidem (p. 399.15.)

Σκιώδης φθινόπωρον, vmbrosus autumnus, hoc est obscurus, opacus & caliginosus, lib. 3. Epid. in st. pest. (pag. 4 9 v. 15. H. 1082. A.) vbi scribit Gal. σκιώδης ἐστὶν ἐν ἴσῳ τῷ ζοφώδης, ἐπισημαίνει τὸ μὴ λαμπρὸν, μηδὲ καθαρὸν, μηδ' ἀκριβῶς αἴθριον. Vmbrosum dixit pro caliginoso, quod non lucidum, nec purum, neque exquisitè serenum indicat.

Σκληρὸν durum dicitur, secundum Arist. lib. 2. de ortu & interitu, quod secundum suam superficiem in se non cedit, aut vt Plat. videtur in Tim. ᾧ ἂν ἡμῶν ἡ σὰρξ ὑπείκῃ, cui caro nostra cedit, quemadmodum scribit Gal. cap. 4. lib. 5. de simpl. med. fac. & lib. 3. de diff. puls. (pag. 39.49.) Durum verò tribus modis vt dicatur vide apud Gorr. ex Gal. quemadmodum & siccitate, aut concretione, aut repletione, aut eorum coniugatione durum effici scribit Gal. cap. 5. lib. 5. de simpl. med. fac. Huic τὸ μαλακὸν quod est molle opponitur, quod & varias etiam habet acceptiones. σκληραὶ κοιλίαι dicuntur Hipp. aphoris. 5. lib. 3. alui duræ, resiccatæ, adstrictæ. Et σκληρότης ξηρὴ σώματος, corporis asperitas sicca, cùm corpus rigidum scabrum sit & asperum humore omni exhausto, lib. 4. Epid. (pag. 1138. C.D.) vbi δέρματος σκληρότης & συμπεπτωκὸς iungit. σκληρὸν etiam pro graui, molesto, aspero tropicè sumitur, & alias multas figuratas habet significationes, vt scribit Galen. lib. 3. de diff. puls. (pag. 40.10.) Sic aph. 1. sect. 7. lib. 6. Epid. κυνάγχαι δὲ καὶ σφακελισμοὶ σκληραὶ καὶ ξηραί. Anginæ autem & partium syderationes, aut duræ & siccæ erant, hoc est graues, quod grauissimos & violentissimos labores adferrent. Rursusque ibidem. σκληρότεραι δὲ καὶ βιαιότεραι αἱ ἐς τὰ σφακελισμὰ ἄγουσαι. Durissimæ autem & vehementissimæ [tusses erant] quæ ad partium syderationes deducebant, hoc est, grauissimæ. Gal. in Exeg. σκληρὰ κατισχνωμένα, hoc est, afficcata, exponit, additque, ἢ τὰ ἀπ' αὐτοῦ πάντα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. & omnia quæ ab eo deducuntur iuxta eandem rationem dici. Quod certè vt huic loco accommodari potest, ita & aphorism. 71. lib. 5. & 15. sect. 6. lib. 6. Epid. propius quodammodo respicere videtur. Vnde quoque σκληρυσμὸν σκελετεύειν, hoc est afficcat idem exponit, & σκληρυνθῆναι σκελετευθῆναι, afficcatur. σκληρυνθῆναι autem vsurpat Hipp. aphorism. 16. sect. 3. lib. 6. Epid. ψύξις τὰ κατὰ κοιλίαν σκληρύνει. Refrigeratio quæ ventre continentur indurat, afficcat. Et μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρύνει. Coitus quæ ventre continentur afficcat, arefacit, & extenuat. Vnde ἐσκελετευμένοι dicuntur Gal. libri secundi salubr. (pag. 238. vers. 58.) extremè macilenti, sicci & graciles, quasi afficcati, inueterati & torrefacti, vt vertit interpres, qualis habitudo est in corporibus osseis. Hinc etiam est σκληρυσμὸς δέρματος, cutis durities, asperitas, scabrities & resiccatio, lib. περὶ χυμῶν (pa 47.49.) & totius corporis, vbi totum corpus strigosum est, rigidum, asperum & exuccum, omni humore frugi consumpto, in Prorrh. (pag. 176 vers. 52. H. 68. H.) & Coacis (pag. 131. D.) Rursusque in Prorrh. (p. 193.21. H. 73. C.) κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, corporis perfrictio cum rigiditate, & Coac. (pag. 118. E.) vbi totum corpus ita perfrigeratum est vt obrigeat & induretur, aut ex siccitate asperatur & contrahitur. Quod præsentissimum minatur exitium, vt scribit Gal. Com. 2. in Prorrh. Aut enim ita refrigerari corpora vt obrigeant, mortem propinquam, aut ita resiccari vt indurescant, perniciem breui affuturam indicat.

Σκληρύνσις τῶν ἄρθρων, articulorum duritas aut durities, cum ob siccitatem ita indurantur articuli, vt haud facilè flecti queant, aph. 18. sect. 1. lib. 6. Ep.

Σκληρύσματα tumores duros significant in Coac. (p. 167. F.) τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύσματα μετὰ πόνου, durities in ventre cum dolore, οἰδήματα σκληρὰ καὶ ἐπώδυνα vocat in Progn. Hipp. σκλήρωμα dicitur lib. 4. Epid. (pag. 1135. G.) etsi σκλήρωμα significat auth. Definit. Med. (pag 399.14.) tumorem subdurum in aliqua vteri parte exortum, & Paulo lib. 3 cap. 68.) tumorem durum in vteri collo præcipuè consistentem, & scirrhi speciem quandam. Rursus Coacis (pagina 209. C.) σκληρύσματα duritias significant, & de veratro scribitur, σκληρύσματα ποιεῖ, duritias facit. Quod intelligitur de torminibus ac distortionibus, quæ sentiuntur malè exhibito veratro, non attenuato humore, neque emollita corporum per quæ purgatio fieri debet soliditate, vt præcipit Hipp. aphorism. 13. lib. 4. & 5. sect. 1 lib. 6. Epid. Periculum nanque est ne violenta illa concussione & conuulsione distenta vasa sua rigiditate rumpantur. Possunt & σκληρύσματα ariditatem & siccitatem denotare secundum significationem à Gal. attributam, quòd veratrum exhibitum ariditatem, resiccationem ac extenuationem faciat.

Σκληροκοιτέειν est duro cubili & strato vti, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 32.53. H. 338.23.) velut est humi decubitus, χαμευνίας dicit Galar. Com. ad aphorism. 29. libro 3. humicubationem Tertull. Vnde σκληροκοιτίαι dicuntur lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 366.55.)

Σκολιαίνεσθαι propriè significat in latus obliquari & peruerti, sed sumitur generaliter de quacunque peruersionis specie, siue in latus, siue in priorem aut posteriorem partem id fiat, apud Hipp. lib. de art. (pag. 620.35. H. 812 G.) σκολιαίνεται μὲν ἡ ῥάχις, quòd Gal. exponit διαστρέφεται καθ' ὁντινοῦν τρόπον. Spina igitur quouis modo peruertitur. Aliòqui σκολίωσις est spinæ in latus peruersio, cùm in latus emouetur. Eam ibidem exponit Gal. τὴν ῥάχιν διαστροφὴν εἰς τὰ πλάγια, & initio Com. 3. in li. de artic. (pag. 610.55.) Est & σκολιότης ὑποχονδρίου, hypochondrij obliquitas, hoc est inæqualitas, vbi inæqualiter affecta sunt hypochondria, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 101.53. H. 400.8.) ὑποχόνδριον δὲ γὰρ εἰ ἐπώδυνον εἴη, ἢ ἐπηρμένον, ἢ ἔχει τινὰ σκολιότητα. Hypochondrium igitur si cum dolore fuerit, aut in tumorem sublatum, aut quandam obliquitatem habeat. ἀνωμαλίαν exponit ibidem Gal. inæqualitatem, ... ἀνωμάλως διακείμενον

τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερά. quod in Prognostico hac oratione scripsit, si inæqualiter tam dextra quàm sinistra parte affectum sit.

Σκολοπομαχαίριον gladiolus acutus dicitur aut cultellus, ad paxilli formam accedens, vt nominis ratio testatur, quo in excando fœtu vtitur Paulus lib. 6. cap. 74. Hipp. verò μαχαίριον vsurpat lib. 1. περὶ γυν. (p. 618. 14.) & lib. περὶ ἐγκατατομῆς, σκολομαχαίριον passim & diminutè scribitur.

Σκορδίνημα est pandiculatio totius corporis & cum oscitatione extensio. Sic enim σκορδίνημα exponitur, διάτασις μετὰ χάσμης, magna corporis cum oscitatione extensio, pandiculationem Latini dicunt. Et Gal. in Exeg. σκορδινᾶσθαι apud Hipp. exponit διατείνεσθαι, καὶ μάλιστα μετὰ χάσμης, hoc est extendi præcipueque cum oscitatione. Est & σκορδινᾶσθαι Polluci, μετὰ χάσμης ἀποτείνειν ἑαυτὸν, & Aristoph. Schol. μετὰ χάσμης τὰ μέλη ἐκτείνειν, membra cum oscitatione extendere, quod pandiculari dicitur. σκορδίνημα vsurpat Hipp. lib. 2. Epid. (p. 1020. F.) pro quo κορδίνημα legi testatur Erot. & καρηβαρίαν significare, περὶ τὸ κάρα δινεῖσθαι, hoc est, capitis grauitatem, quòd caput in orbem vertatur, adducto Aristoph. testimonio in Ἀχαρν. quo verbo idem vtitur etiam in Vespis & Ranis. Erot. quoque iterum σκορδίνημα exponit τὸ καρηβαρεῖν, itaque antiquis dici scribit & Aristoph. Annotatur etiam ex Corintho σκορδίνημα ἢ κορδίνημα τὸ καρηβαρεῖν apud Ionas significare. σκορδινᾶσθαι pro σκορδινᾶσθαι ponitur apud Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 262. 28.) ἢ σκορδινῆται, aut pandiculetur, hoc est toto corpore extendatur. Dicitur etiam σκορδινισμὸς & σκορδινισμοὶ, & in quibusdam exemplaribus, σκορδονισμοὶ pandiculationes, aph. 4. sect. 5. lib. 6 Epid. Vbi scribit Gal. σκορδονισμὸν tale quoddam esse symptoma in omnibus musculis, quale in oscitatione musculis inferioris maxillæ contingit: fierique à natura ad euacuanda vitiosa excrementa, quæ in musculis existunt. Idem Gal. Com. ad aphor. 56. lib. 7. σκορδινισμὸν fieri vult ab humiditate flatuosa aut spiritu vaporoso in musculis voluntarij motus contento.

Σκορδίον exponit Erot. apud Hipp. βοτάνης ὄνομα, herbæ esse nomen. De ea agit Diosc. cap. 125. lib. 3.

Σκορόδου φύσιγγα, τὸ ἔξωθεν λέμμα, hoc est exteriorem corticem idem exponit apud Hipp. quod sumptum est ex lib. de fistulis (p. 883. H.) vt postea scribemus.

Σκότος tenebras significat, sed pro tenebricosa oculorum caligine quæ ex capitis vulnere oborta est, sumitur lib. 5. Epid. (pag. 1149. B.) καὶ αὐτῷ σκότος κατεχύθη. eique oculorum caligo offusa est. Inde σκοτοῦσθαι oculorum caligine tentari dicitur & vertigine corripi. Ib. (pag. 1154. G.) ἐπεί τι μετ᾽ ἐσκοτώθη. ac tunc quidem oculorum caligine, aut vertigine correpta est. In vertigine nanque cùm præcipua duo sint symptomata, tenebricosa caligo oculis obuersata, & omnium rerum circumactio, à priore Græcis σκότωμα dicitur (Aret. cap. 3. lib. 1. περὶ χρ. παθ.) & σκοτωματικὸν πάθος (Gal. lib. 3. de loc. aff. cap. 8.) Latinis à posteriore vertigo, & ab vtroque σκοτόδινος (aph. 17. lib. 4.) aut σκοτοδινίη. Ex eadem origine σκοτώδεις dicuntur Hipp. qui tenebricosa vertigine vexantur, & quibus tenebricosæ caligines circum oculos obuersantur, in Prorrh. (pag. 192. 1. H. 72. G.) vbi Gal. σκοτώδεας exponit τοὺς ἐν ταῖς κινήσεσι σκοτουμένους, eos qui inter mouendum caligine aut vertigine vexantur. & σκοτώδεις iidem esse videntur qui σκοτωματικοὶ vocantur Auth. Definit. Med. (p. 398. 4.) Eademque ratione σκοτώδεα tenebricosas vertigines significant, in Coac. (p. 172. B.) τὰ σκοτώδεα ἐξ ἀρχῆς αἱμοῤῥοίη ῥινὸς λύει. Tenebricosas vertigines ab initio sanguinis ex naribus fluxio soluit. Et rursus ib. (pag. 172. G.) ἐξ αἱμοῤῥοΐδος ὅσον ἐπιφανείσης σκοτώδεα ἐλθόντα. Ex venarum osculis sanguinem fundere solitis aliquantulum apparentibus, tenebricosæ vertigines obortæ. At lib. 1. Epid. (p. 367. 32. H. 948. H.) τὰ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας, tenebricosas oculorum caligines, in febre ardente significant, ἀμβλυωσμὸς in Prognost. dixit Hipp. offusas oculis tenebras Celsus cap. 7. lib. 2. Est autem σκοτόδινος (vt scribit Gal. Com. ad aphor. 17. lib. 4.) ἐπειδὰν ἅμα περιδινεῖσθαι δοκῇ τὰ βλεπόμενα, ἤτι διὰ τῆς ὄψιος αἴσθησις ἐξαίφνης ἀπόλειται, δοκοῦντων αὐτῶν σκότος περικεχύσθαι. γίγνεται δὲ τοῦτο, τοῦ στόματος τῆς κοιλίας ὑπὸ μοχθηρῶν χυμῶν δακνομένου. διὰ γὰρ τὸ μέγεθος τῶν νεύρων τῶν ἐξ ἐγκεφάλου καθηκόντων εἰς αὐτὸ, βλάπτεται τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα, κακοπραγοῦντος τοῦ μορίου. Tenebricosa vertigo dicitur quando simul res conspectæ videntur circumuolui, & sensus visus repente deperditur, cùm ægroti sibi tenebras circumfundi existiment. Quod contingit ore ventriculi à prauis humorib. demorso. Ob magnitudinem enim neruorum à cerebro ad ipsum pertingentium, animi functiones offenduntur, ea parte malè affecta. Σκοτοδίνη etiam dicitur in Coac. (p. 144. A.) pro σκοτοδινίη, vt legitur lib. 2. de Morb. (pag. 463. 5.) & pagina 466. 35.) & aliàs.

Σκυθρωπὸς, tristis, austerus, vultuosus, tetrico vultu & supercililoso, morosus ac difficilis, quales sunt melancholici, qui Scythico est vultu & inamœno, κατηφὴς Græcè dicitur, cui ἱλαρὸς hilaris opponitur apud Xenoph. lib. 2. ἀπομνημονευμάτων. Ægr. 14. lib. 3. Epid. post st. pest. σιγῶσα δὲ καὶ σκυθρωπή. taciturna verò & tetrico vultu, de muliere melancholica. In Prorrh. (p. 185. 30. H. 71. C.) σφόδρα τι λίην σκυθρωπὸν, vultus valde tetricus & superciliosus, toruus aspectus. Sic in Coac. (p. 152. D.) σκυθρωπότης ἐν ὀξεῖ damnatur, in morbo acuto tetrica & superciliosa facies, aut morosus & difficilis vultus. Inde σκυθρωπότεραι παραφροσύναι dicuntur desipientiæ tetricosiores & austeriores, quæ ab atra bile fiunt.

Σκυλάκια σιαλώδη, κύνεια κρέα λιπαρὰ, hoc est caninas carnes pingues, exponit Erot. apud Hipp. Quod legitur lib. περὶ ἀφόρων (p. 678. 13.) καὶ ἐσθιέτω σκυλάκια σιαλώδεα ἑφθά. & edat catulos pingues percoctos. σκυλάκια ἑφθὰ vocat eadem in re lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 264. 29.) Catulorum verò lactentium carnes pro cibo veteribus fuisse testatur Plin. lib. 29. cap 4. & Oribasius Collect. lib. 1. ex Mnesithei Atheniensis sententia laudauit. Catulinam carnem esitauisse Romanos Plautus in Saturione refert, vt scribit Festus. Hipp. quoque pluribus locis in variis affectibus cibo non parum commendauit, vt lib. περὶ παθῶν (pag. 528. 54.) τὰ κυνεια κρέα νεοότατα. & lib. 2. περὶ διαίτης (p. 357. 27.) σκυλάκια δὲ ὑγραίνει καὶ διαχωρέει. Catulinæ carnes humectant & per aluum secedunt. Lib. περὶ παθῶν (pag. 526. 30.) non febricitantibus σκύλακος κρέα ἑφθὰ, catuli carnes coctas exhibet. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 536. 10.) in thoracis tuberculo κρέασι σκυλακείοισιν vtitur, vt & (p. 545. 35.) in hydrope ex hepate. Rursus lib. 2. de Morb. (p. 474. 50.) in pleuritide σκύλακα ἑφθὸν exhibet, vt & postea (pag. 481. 38.) κρέα σκυλακεῖα.

Σκύλλης τῆς κρόμυος exponit Erot. apud Hipp. τῆς ῥίζης τῆς χυλὸν, radicis succum. Verùm apparet manifestum vitium apud Erot. σκίλλης enim τὸ μυξῶδες legendum apparet, vt legitur lib. de Vlceribus (pag. 880. D.) quod interiorem partem scillæ mucosam indicat, & quod maximè est medium, direptis viuo tenus tunicis. σκίλλης τὸ νυρῶδες quædam habent exemplaria Erot. quæ etiam vitium redolent, & pro eo τὸ ὑγρῶδες reposuit Henric. Steph. Ac nescio an pro νυρώδης νιτρῶδες legi possit, cum sit scillæ succus acris & feruens ac mordens vt nitrum. νηρὸν Varinus τὸ κάθυγρον exponit, vt sit τὸ νηρῶδες, in scilla quod succosum est, facili lapsu vt τὸ κρῶδες pro τὸ νηρῶδες scribatur.

Σκυρίαι αἶγες, Scyriæ capræ probantur Hipp. ad lac puerperæ augendum, & caseus caprinus, lib 1. περὶ γυναικ. (p. 608. 16.) Est autem Scyros insula vna ex Cycladibus Plinio lib. 4. ca. 12.

Σκύρος, pro σκίρος siue σκίῤῥος scriptum, exponitur Gal. in Exeg. πῶρος, callus, aut durities callosa. & legitur lib. 1. περὶ γυν. (p. 598. 50.) ἢν δὲ λαπαχθῇ ὁ σκύρος. Si verò scirrhus aut callus emollitus fuerit. Et rursus (ibid.) τὸ σκῦρον διαχέει. scirrhum aut callum diffundunt. Sic etiam σκιρωθῶσι, πωρωθῶσι, ex eodem loco exponit Gal. (ibid. 48.) καὶ ἢν σκυρωθῶσιν, si indurati (vteri) fuerint, aut occalluerint. Agitur enim illic de vteris in duritiem quandam callosam obdurescentibus aut lapidescentibus. Erot. tamen σκυῤῥωθῶσιν aut σκυῤῥωθῶσιν legit, & σκληρυνθῶσι exponit, hoc est obduruerint, & idem esse ait quod σκιῤῥωθῶσιν, quandoquidem σκίῤῥον σκύῤῥον vocat Hipp. Sic lib. 2. περὶ γυν. (p. 658. 45.) scribitur, ἢν σκυῤῥωθῶσιν αἱ μῆτραι, si induruerint vteri. Et lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 569. 44.) de vteri osculo, ἢν δὲ σκυῤῥωθῇ, si obduruerit, vbi Aldus σκυρωθῇ legit. Scribitur etiam rursus lib. 2. περὶ γυν. (p. 658. 54.) ἢν αἱ μῆτραι σκιρωθῶσι, & (659. 12.) ἢν δὲ σκληρυνθῶσιν αἱ μῆτραι, vnde expositionem suam hausisse videtur Erot. Et lib. περὶ γυν. φύσ. (pag. 577. 21.) ἢν σκιῤῥωθῶσιν αἱ μῆτραι. & (ib. 30.) ἢν σκιῤῥωθῶσιν αἱ μῆτραι. σκυρωθῶσι etiam λιθωθῶσιν exponit Hesych. hoc est in lapidem obduruerunt, nimirum (vt opinor) Hipp. locum superiorem subnotans.

Σκύτη, τὰ κατὰ τὴν σκυταλίδα τοῦ αὐχένος, quæ sunt circa ceruicis nodum exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. Quam etiam dictionem agnoscit Erot. & exponit τὸ μεταξὺ τῶν τενόντων καὶ τοῦ τραχήλου, id quod est inter tendones & ceruicem, ex Petronij testimonio. Addit quoque quibusdam dici τὸν νωτιαῖον μυελὸν, spinalem medullam, nonnullis etiam, τὸ ἰνίον, aliis, τὸ μεταξὺ τοῦ μετώπου καὶ τῶν ὀφρύων τόπον, locum inter frontem & supercilia medium, quod ἐπισκύνιον appellant. Quosdam etiam σκύτη dixisse τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα, capitis cutem, παρ᾽ ὃ καὶ ἡ σκύτος εἴρηται. Verùm in his Erot. verbis vitium esse suspicor, & ὁ σκύτη εἴρηται legendum existimo, vt à σκύτη κεφαλὴ, σκύτη dicatur. Sic enim Hesych. σκύτη κεφαλὴ exponitur, & σκύτος, τὸ δέρμα. Qui etiam

etiam σκύτη τὸ προσκεφάλαιον σκύτεον dici scribit. Libr. de art. (pag. 604.17. H.799.F.) ἡ σὰρξ τοῦ σκύτεος legitur, longè alia quidem notione, & nihil ad hunc locum pertinet. Hæc autem Erot. verba dictioni σκύτος Petronio attributa annotantur ex lexico veteri apud Henr. Steph.

Σκυτίνην Erot. apud Hipp. πεπληρωμένην καὶ πεπυκνωμένην exponit, h.e. coactam, compactam & condensatam. Atque haud scio an iis verbis subnotet locum lib.4. de Morb. (pag.509.48.) vbi scribit: ὥσπερ εἴ τις λήκυθον σκυτίνην στόμιον ἔχουσαν στενὸν ἐλαίου ἐμπλήσας καταστρέψειεν ἐπὶ τὸ στόμα κατ' ἰθύ. Non secus ac si quis ampullam oleariam coriaceam angusti oris, oleo impletam, in os è directo obuertat. Sic enim lecythum illam confertim plenam oleo, vt nihil effundatur, πεπληρωμένην καὶ πεπυκνωμένην accepisse videtur Erot. hoc est, adeò compactam, & oleo plenam ac condensatam, vt ore obuerso oleum effluere nequeat. ἐπείγει γὰρ τὴν ὁδὸν τὸ ἔλαιον, ὅτι πολλὸν καὶ ἀλὲς ἐπικείμενον. Oleum enim multum & confertum incumbens, viam obturat, vt ibidem scribitur.

Σκύτεον ὑποκεφάλαιον idem etiam exponit, δερμάτινον προσκεφάλαιον, ὅπερ καὶ τύλειον. coriaceum puluinar, Latini puluinum dicunt. Verùm σκύτεον ὑποκεφάλαιον scribitur apud Hipp. lib. de fract. (p.540.54. H. 757.E.) καὶ ὑποθέντα σκύτεον ὑποκεφάλαιον, ἢ ἓν, ἢ πλείω, & supposito coriaceo vno puluino, aut pluribus. Et lib. de artic. (pag.621.v.35. H.813.G.) ἔπειτα ἐπὶ τὸ ὕβωμα ἐπιτιθέναι ἢ σπόγγον τι πολύπτυχον, ἢ μικρόν τι σκύτινον ὑποκεφάλαιον. Deinde supra gibberum multiplex aliquis panniculus, aut paruus aliquis puluinus imponatur. Sic lib.2. de Morb. (pag. 464.52.) τὸ ἀσκὸν τὸ σκύτινον, hoc est scorteum vtrem calida impletum capiti adhibendum vocat.

Σκώληκες κοπριῶνες, vermes stercorarij aut olerarij, & qui in stercoribus reperiuntur, vermes pilularij dici possunt, ac videntur esse ex scarabeorum genere. Iis siccatis vtitur ad purulentos vteros Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος (p.263.40.) καὶ τοὺς σκώληκας δὲ τοὺς κοπρίοντας αὐτοὺς ξηραίνειν ἐν τῷ ἡλίῳ. & vermes stercorarios eodem modo in sole siccato.

§ **Σμαραγδέω**, ῶ, resono, strepitum edo, fragorem seu stridorem emitto, quo sæpe vtitur Hom. vt Il. β. (v.210.) σμαραγεῖ δέ τε πόντος, quod exponit Hesych. ἠχεῖ, ψοφεῖ, strepitum edit, resonat, Hipp. lib 2. περὶ γυναικ. (pag.658.19.) ἡ γαστὴρ αἴρεται καὶ φυσᾶ, καὶ σμαραγεῖ. venter attollitur, inflatur ac resonat, sonitum edit.

Σμήγματα sunt medicamenta detersoria, pulueribus primùm attributa, de quibus abunde Gorrhæus. Cælius Aurel. cap.2. lib 3. Tard.Pass. lacessentes atque purgatiuos pulueres nuncupari scribit.

Σμηκτὶς γῆ inde aut σμηκτρὶς dicitur, creta detergendi vi prædita, creta Cimolia. Sic enim σμηκτρίδα γῆν, τὴν κιμωλίαν Gal. & Erot. apud Hipp. exponunt, ex lib.2. περὶ γυναικ. (pag.667.1.) vt antea scripsimus, quam σμηκτρίδα vocat lib.de nat. (pag. 884.E.) & quidam codices apud Erot.

Σμύρνα, myrrha, lachryma est arboris Arabicæ, spinæ Ægyptiæ non dissimilis, vt scribit Diosc.c.78. lib.1. Σμύρνης ἀμιναίας aliquoties meminit Crito apud Gal. libro quinto. κατὰ τόπ. in pastillis ad Lichenas (pagina 226.48.52. & pag.227.1.) & Asclep. (pag.232.v.26.) Sed certè Minæam scribi oportere satis constat ex Gal. lib.1. de Antidotis (pag.433.54.) qui Myrrham maximè probatam his verbis scribit: τὸ δὲ ἐπιλέξαι τῆς σμύρνης μεμαθηκότων, ἡ τε σμύρνα καὶ ὁ κόστος, οἱ χαλεπῶς γνωρίζειν εἰσὶν τοῖς μὴ προτεθεαμένοις. εἰδέναι δὲ δεῖ ἐπιτήδειον εἶναι εἰς τὰς ἀντιδότους τὴν τρωγλοδυτικὴν λεγομένην σμύρναν. ἔνιοι δὲ αὐτὴν ὀνομάζουσι μιναίαν ἀπὸ τοῦ χωρίου καθ' ὃ φύεσθαι φασὶ τὴν κρατίστην, εὐώδη μὲν αὐτὴν δὲ εἶναι, καὶ ὡς προείρηται, μηδὲν ὀποκαρπάσου ἔχειν. Quæ deinceps subscribuntur, myrrha & costus, nequaquam sunt cognitu difficilia iis qui ea ante viderint. Nosse autem oportet myrrham quæ Troglodytis dicitur antidotis conuenire. Hanc quidam Minæam, à loco in quo optimam nasci ferunt vocant. Boni autem esse odoris debet, neque (vt antea dictum est) quicquam opocarpasi admixtum habere. Minæam quoq; myrrham post Troglodyticam probat Plinius cap.16. lib.12. Sed ἀμιναίαν ἀλλὰ ἐρυθρὰν ἀπὸ τόπων scribit Dioscorid. Minæam autem dictam à Minæorum pago constat. Vnde & Thus Minæum probatur Plinio cap.14. lib.12. cùm nec præterea Arabum alij thuris arborem videant. Eadem probatissima myrrha σμύρνα πρώτη, hoc est, primaria vocatur libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag.265.55.) & σμύρνα ἄκρατος, lib.2. περὶ γυναικ. (pag.631.36.) hoc est myrrha pura & syncera. σμύρναν καλλωνίην, myrrham caloniam ad vterorum suffitum cum rosaceo adhibet Hipp. lib. περὶ γυν. φύσ. (p.565.16.)

Σμώδιγγι μελαίνας exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc est, τὰς φύσεις τὰς σμώδιγγας, ὅπερ ἐστὶ μέλαινας, ἀμύξοντας, ad σμώδιγας, id est, vibices conuenientis & accommodati. Est enim σμωδιγγικὸν pharmacum ad vibices conueniens, & σμῶδιξ vibex, liuor ex plaga, ὁ ἐκ πληγῆς οἴδημα μέλαν. σμῶδιξ exponit Hesych. μώλωψ, τὸ ἀπὸ πληγῆς οἴδημα. & σμώδιξ, οἴδημα μέλαν, ὃ ἐκ πληγῆς γίνεται. & σμώδιγγες, μώλωπες, τραύματα.

Σολοικὸν quod est absurdum & incongruum, indecens, insulsum, τὸ ἀπρεπὲς exponit Hesych. Lib. de fract (pag.551. v.14. H. 763.A.) καὶ γὰρ σολοικότερον μηχανοποιεῖν μηδὲν δέον, Machinas enim cùm minimè est opus adhibere absurdum est.

Σομφὸν τὸ χαῦνον exponit Erot. apud Hipp. itemque Hesych. hoc est inane, fungosum, aut spongiosum, & tribuitur mammis mulierum ab Aristotel. Lib. de loc. in homine (pag.408.42.) de naribus. σομφὸν δὲ ἐστὶ σπογγιά. mollis laxitas velut spongia. At σομφῶς φθέγγεσθαι lib.2. de Morb. (pag.471.43.) obscurè loquitur aut non clarè significat, vocem quassatam aptè vernaculè dicimus. τὸ σομφὸν ἐπὶ χρώματος λέγεται σομφὸν ὅταν πως τὸ μεταξὺ λευκοῦ καὶ μέλανος φαιόν, (vt scribit Gaza) fuscus color obscurus est, & abolitis extremis ex albo & nigro mixtus.

Σοφιζόμενοι ἰητροί, Medici qui sibi falsò sapientiam venditant aut arrogant, sophistæ, & qui sibi sapientes videntur, errant tamen. Libr. de fract. (p.527.26. H.750.D.) οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι, δῆλον ὅτι οἱ ἁμαρτάνουσι. Qui verò Medici sapientiam sibi falsò arrogant, ij nimirum peccant. Vbi Gal. σοφιζόμενοι exponit, τοὺς σοφοὶ μὲν δοκοῦντας εἶναι ἁμαρτάνοντας δέ, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τὰ ὑπὸ ἰδιωτῶν ἅπαντας λόγῳ γινωσκόμενα φυλάττοντας. hoc est eos qui sibi videntur aliquid sapienter inuenisse, errant tamen, ac propterea neque ea obseruant, quæ ab imperitis quibuslibet rectè cognoscuntur. Σοφίην Erot. apud Hipp. interdum τέχνην, alterum significare, interdum etiam τὴν ἀκριβείαν, anxiam sedulitatem, scribit. τέχνην verò indicare vult cùm scribitur σοφίῃ πεπαιδευμένῳ, arte instruitur. Lib. περὶ τέχνης (pag 3. vers.6.) ὁ δυνάμενος δέ, διὰ σοφίην, ἣ πεπαίδευται, potens verò ob sapientiam, qua instructus est. Vult enim tractationem præsentem quam suscepit, artem Medicam ab inuidorum & imperitorum calumnia defendere posse ob sapientiam qua est prædita & instructa.

Σούσινον oleum liliaceum aut lilinum dicitur ex liliis confectum, ideoque κρίνινον vocatur, & αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν. Hoc enim Gal. in Exeg. τὸ ἀπὸ τῶν κρίνων σκευαζόμενον exponit, ὅπερ καὶ κρίνινόν τι καὶ σούσινον ἔλαιον ὀνόμασται. Eo vtitur ad subditicia vteri medicamenta Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.579.29.) & σούσινον ὃ ἐστὶν ἐν γῇ αἰγυπτίῃ. (Sic enim legendum videtur, cùm vitiosa sit & asterisco notata in codicibus lectio.) quòd αἰγύπτιον ἔλαιον λευκὸν dicatur Gal. & optimum esse in Ægypto constet. Est & Susini vnguenti compositio apud Dioscor. cap. 63. lib.1. & lilinum dicitur, optimumque in Ægypto esse constat. Id vtiliter ad muliebria mala adhibetur, atque à Gal. αἰγύπτιον μύρον λευκὸν vocatur. Paratur autem ex liliis & aromatibus, ideoque κρίνινον & σούσινον nuncupatur. Paratur quoque Theophr. in libello περὶ ὀσμῶν, ἐκ τῶν κρίνων, ex liliis, verùm idem ab vnguento Ægyptio discernit. Per σούσινον ergo apud Hipp. aut vnguentum Susinum, aut oleum intelligi potest, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.581.36. & 585.12.) Susini vnguenti crebra est mentio apud Gal. lib.3. κατὰ τόπ. (pag.190. 22. & 49.)

§ **Σπάδων** apud Hipp. σπάσμα, hoc est vulsum aut vulsuram significat, vt annotat Gal. in Exeg. qui etiam adscribit fœmininum esse nomen. Erot. quoque σπάδων est σπασμὸς σώματος, corporis conuulsio ac contractio quædam. σπάδων autem in vena thoracis aut pulmonis dicitur Hipp. cùm præ sanguinis copia intensè distenditur aut conuellitur citra ruptionem, fitque velut varix, hoc est, varicis modo intumescit & eleuatur. Conuelluntur enim quæ in ea sunt fibræ, cùm subitò & affatim distenduntur, aut ex ictu aliquo violentiam patiuntur, velut σπάσμα fit in carne aut neruo, quod est vnitatis solutio citra vulnerationem. Lib.1. de Morb. (pag.451.28.) ἢν δὲ τὸ φλέβιον παντάπασι μὴ διαρραγῇ, σπάδων δὲ ἐν αὐτῷ ἐγγένηται, γίνεται δὲ μάλιστα ὡς κιρσός. At si vena quidem non omninò rupta fuerit, sed in ipsa conuulsio fiat, fit autem præcipuè velut varix. Dicitur & σπάδων in carne αὐτὸ τὸ σάρκωμα; ibidem (pag 452.12.) ἀλλ' ἐν τῇ σαρκὶ σπάδων γένηται. sed in carne conuulsio fit. Agitur enim illic de suppurati thoracis causis, cùm ex labore, aut intensa exercitatione, aut motu, thoracis anterioris aut posterioris vena adeo distenta fuerit, vt rumpatur, citra vulnerationem tamen aut vnitatis solutionem, adeo vt sanguinis sputum non sequatur, sed fibræ conuellantur, violentiam & distentionem patiantur, & vulsum fiat. Sic rursus ibidem (pag.454.35.) γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς σαρκός, ἐπὴν τι τῆς φλεβὸς σπάδων γένηται, μὴ ἰσχυρῆς δὲ ῥαγῆς, ἀλλὰ σπάδων ἐν

αὐτῷ γένηται. fiunt etiam [tubercula in costis] ex laboribus, cùm venula aliqua diuulsa rupta fuerit, neque tamen prorsus rupta fuerit, sed ita vt in ipsa conuulsio fiat. Et (ibi.37.) ἢν δὲ σπάδων ἐν τῷ φλεβίῳ γένηται. Si verò conuulsio in vena fiat. σπάδων autem σπασμὸς ab Hipp. exponi videtur ib. (pag.453.12.) vbi de suppuratis inferiore ventre scribitur, γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ σπασμῶν, καὶ ὅταν φλέβιον σπασθὲν ῥαγῇ, τὸ αἷμα ἐκχυθὲν σήπεται ἐμπύει. fiunt autem & à conuulsionibus, cùm venula conuulsa rupta fuerit, sanguis effusus putrescit, & pus introrsum generat. Rursusque (pag.454.45.) ἐνίοισι δὲ ὁκόταν ἀσθενέα γένηται τὰ σπάσματα ἐν τῇσι σαρξὶν ἢ ἐν τῇσι φλεψὶν, οὐκ ἐκπυΐσκεται. Quibusdam autem cùm imbecilla fiant in carnibus aut venis conuulsa, non suppurant. Quinetiam in exemplaribus Regiis manu scriptis Hipp. ex quodam Scholio ad librum primum de Morb. adscribitur, σπάδων κατὰ γραμματικοὺς ὁ εὐνοῦχος λέγεται, ἐνταῦθα δὲ δοκεῖ μοι λέγειν τὸ ἐν τῷ φλεβίῳ σπάσμα. καὶ γὰρ τὰ σπάσματα σπάδωνες καλοῦνται. Sic σπάδωνα τὸ σπάσμα ἢ τὸν εὐνοῦχον exponit Hesych. Sudæ verò σπάδων τὸ σπάσμα significat, & σπάδων ὁ ἐκτομίας dicitur. σπάδωνα autem acutum tractum apud Hipp. vertit Cornar.

Σπάθαι dicuntur costarum ossa Polluci libro secundo. τὰ μὲν τῶν πλευρῶν ὀστᾶ, σπάθαι. Rufo autem Ephes. costarum ossa vel costæ ipsæ. πλευρὰ δὲ καλεῖται πᾶν τὸ ὑπὸ τῇ μασχάλῃ, τὰ δὲ ὀστᾶ πλευραὶ καὶ σπάθαι. σπάθην scapulas apud Hipp. accipiunt lib. περὶ ἀδένων (pag.273.17.) ταχὺ γὰρ ποιέει τὴν σπάθην. καὶ ἅμα τὼ πόδε καὶ μηρὼ παρέπονται. Confestim autem scapulæ dolent, & ambo pedes ac crura consequuntur.

Σπαθομήλη vide μήλη antea.

Σπανοπώγωνες qui raram habent barbam & quibus menti pili decidunt, quasi raribarbi, Gal. lib.3. περὶ εὐπορίστων (pag.456. 14.)

Σπαραγμὸς idem quod σπασμὸς conuulsio, laniatus, vnde σπαραγμώδης qui conuulsione tentatur, lib.7. Epid. (pag.1215.F.) σπασμώδης dicitur lib.5. Epid. (pag.1162 F.) à σπαράσσω vel σπαράττω quod est vellico, dilacero, vnde σπαρασσόμενοι ἀνεμέτως, qui citra vomitum vellicantur, in Coacis. (pag 207.H.) Intelliguntur autem quibus os ventriculi humorum vitio vellicatur aut lancinatur. Verùm σπαρασσόμενοι malim. Hesych. σπαρασσόμεθα, ξεόμεθα, ταρασσόμεθα exponit.

Σπαργᾶν de luxuriante & ferociente humorum impetu dicitur, dum ad excretionē pruriunt, translatione ab animalibus ducta, quæ in Venerem prona feminis prurigine titillantur, quod ὀργᾶν dicitur. σπαργᾶν autem mammis lactis copia turgentibus & distentis accommodatur, dum præ nimia lactis abundantia rupturam minantur, adeoque tenduntur vt lac stillent. Sic σπαργᾶν exponit Hesych. ὅτε οἱ μαστοὶ πλήρεις ὦσι γάλακτος. Lib.2. Epid. (p.1053.G.) ἢν τὰ ἄνω χωρία σπαργᾷ, si superiora loca ad humorum excretionem turgeant, aut suopte impetu ferantur, dixit Hipp. vt ibidem exposuimus. Quem certè locum expressisse mihi videtur Gal. in Exeg. cùm σπαργᾷ ὀργᾷ exponit. Erot. vero ὀρέγεται & αὐτὶ τοῦ ἐπιθυμεῖ positum scribit, quod est exitum affectant & ad excretionem cupiditate feruntur, non secus ac quibus cor cupiditate alicuius rei accensum intumescit, aut ad libidinem prurit. Sic σπαργαὶ, ὀργαὶ, ὁρμαὶ exponuntur Hesychio. & σπαργῶν ὁ πλήρης καὶ σφριγῶν ἐκκρίσεως. Annotatur autem ex Corintho in Dialectis σπαργᾶν ὀρέγεσθαι καὶ ἐπιθυμεῖν dicere Ionas, quæ est Erot. expositio.

Σπαργανοῦσθαι est fasciis inuolui. lib. de fract. (p.558.53. H.766. C.) ὥσπερ τὰ παιδία ἐν τῇσι κοίτῃσι σπαργανοῦνται. velut infantes in cunis fasciari solent. Sic Celsus cap.8. lib.8. rursusque sub ala sua fasciari debet. Dicuntur autem σπάργανα fasciæ & panni quibus infantes obuoluuntur, cunæ aut incunabula. monumenta videtur dixisse Terent. Eunucho, Cistellam Pythia domo effer cum monumentis. Illîc enim monumenta dici quæ Græci τὰ σπάργανα vocant annotat Donatus. Et σπάργανα, δεσμὰ, ῥάκη exponit Hesych. vt & σπαργάνοις, δεσμοῖς, ῥάκεσι.

Σπασμὸς conuulsio dicitur, & affectus est musculorum cùm præter voluntatem ad capita sua retrahuntur, secumque trahunt partes illas quibus inseruntur, vt scribit Gal. lib. de tremore, rigore, & palpit. (p.372.56.) Auth. verò Definit. Med. (pag. 397.26.) σπασμός ἐστι περὶ νεύροις καὶ μυσὶ γινόμενον πάθος, μετὰ τοῦ ἄνευ προαιρέσεως ἕλκεσθαι, ποτὲ μὲν ὅλον τὸ σῶμα, ποτὲ δὲ μέρος. Conuulsio affectus est quo nerui & musculi tentantur, adeo vt modò totum corpus, modò pars, sine voluntatis arbitrio trahatur. fit autem tractis ad propria sua capita musculis, vnaque parte in quam inseruntur attracta & adducta. indeque conductio dicitur Aurel. & distentio cap.6. lib 3. acut. vt Celso sæpe distentio neruorum apud Hipp. interdum etiam neruorum rigor, cap.7. lib.2. ex aph.13. lib.7. Σπασμὸς verò interdum pro morbo comitiali sumitur apud Hipp. vt aph. 70. li. 5. & Coac. (p.174.B.) ἐν τοῖσι σπασμοῖσιν ἀναυδίη. in conuulsionibus loquendi impotentia, quod de morbo comitiali accipitur. Est enim Epilepsia totius corporis conuulsio quædam, vt scribit Gal. Com. ad aph.7. sect.6. lib.6. Epid. Quæ quidem cùm fiat ex partium neruosarum repletione (vt scribit Gal.com. ad aph.70. lib.5.) neque adeo acuta aut perniciosa est, vt quæ ex euacuatione contingit; Eiusmodique conuulsiones σπασμοὶ ἐξαπίνης dicuntur Hipp. in Coac. (p.173.H.) & com. ad aph.57. lib.4. & 27. lib.2. Sic σπασμώδεα πάθη Hip. dici contendit Gal. conuulsiones totius corporis potius quàm partium, quæ morborum initiis contingunt & ex repletione fiunt, non autem eas quæ ex euacuatione aut inanitione eueniunt, Com.3. in Prorrh. (p.217.48.)

Σπάσματα, vulsa, conuulsa, aut vulsiones dicuntur, quæ in neruosis partibus aut fibris musculorum fiunt distentiones citra vulnerationem, vbi ex ictu, aut irruente aliqua causa vim sentiunt, & in ipsis fibræ conuelluntur aut distenduntur. Ea in vnitatis solutione reponit Gal.3. Meth. med. Idem etiam lib.4. & 6. Meth. quod in carne ῥῆγμα dicitur, in neruosis partib. σπάσμα intelligi scribit. Et Com.3. in li. κατ' ἰητρ. (p.698.56. H.748.A.) à recentiorib. Medicis interdum πλήματα, h e. vellicationes vocari vult aut ῥήγματα, ruptiones. Vtitur ea dictione Hipp. aphor.25. lib.5. vbi conuulsiones vertunt interpretes, & in Coac. (pag.186.B.) Ibidem quoque (p.177. F.) σπάσματα sumuntur pro contentionibus ac concussionibus totius thoracis, quibus à facultate animali mouetur ad expectorandum & repurgandum sputum. Aut contractiones corporis & concussiones significant, quæ cum rigore fiunt aut horrore initio pleuritidis, cum sanguis & spiritus ad locum inflammatione tentatum deferuntur.

Σπατίλη exponitur Gal. in Exeg. τὸ ὑγρὸν διαχώρημα, liquida alui egestio. Quæ dictio vsurpatur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.58.46. H 388.35.) ἐνίοισι δὲ αὐτίκα σπατίλη γίνεται. nonnullis alui liquida egestio contingit. Vbi eam exponens dictionem scribit Gal. ποτὲ δὲ τοῖσιν οὕτω διαιτηθεῖσιν, καὶ σπατίλην φησὶ γίνεσθαι, τουτέστιν ὑγρὸν διαχώρησιν. Nonnullis eorum qui hanc victus rationem secuti sunt ait σπατίλην, hoc est, alui liquidam egestionem contingere. Ibidem tamen scribit Gal. exemplaria quædam non σπατίλην, sed ἄσιλην legere. Erot. quoque σπατάλη dictionem annotat semel ab Hipp. dici. & κεῖσθαι ἐπὶ διαρροίας. Verùm σπατίλη legendum existimo. Hesych. σπατίλη τὸ ὑγρὸν διαχώρημα exponitur. At Aristoph. Schol. ἐν εἰρήνῃ σπατίλη ἡ ἀνθρωπίνη κόπρος dicitur, hoc est stercus humanum, vt & Polluci lib.5. qui τίλον καὶ σπατίλην pro eodem ponit.

Σπέζαι Erot. ποτίζαι exponit apud Hipp. quod est potui præbere. At apud Hesych. σπέζαι exponitur ἐκχύσαι, ἀγωνίσασθαι, θῦσαι θεῷ, libare, sacrificare, offerre, à verbo σπένδω.

Σπεῖρα spiram significat & funem in orbem conuolutum & cōtortum. Lib.2. de Morb. (pag.471.45.) de polypo extrahendo, σπόγγιον κατατεμὼν στρογγύλον καὶ ποιῆσαι ὥσπερ σπεῖραν, spongiam concisam & in orbem velut spiram aut funem conuolutam, hoc est in rotundum concisam & contortam, quò durior fiat. Sic σπεῖραι Hesych. inter alia significata σειραὶ exponuntur, & spiræ sparteæ ex Pacuuio apud Festum Pompeium funis nauticus in orbem conuolutus explicantur. Aliòqui σπεῖραι sunt ἕλικες καὶ συστροφαὶ Hesych. & funium orbes aut volumina velut serpentium, Virg. Æneid.2. spiras, orbes & nodos vocat. Sunt & Sudæ συστροφαὶ τοῦ σχοινίου.

Σπειροῦσθαι apud Hipp. pro σπείρεσθαι sumunt interpretes, quod est disseminari aut spargi. Libr. περὶ ὀστέων φύσ. (pag.278.47.) τῇσι δὲ ἄρρεσι περὶ τοὺς ὄρχιας ἐσπείρωται. in maribus circa testes disseminatur, spargitur. Eo enim sensu sumpserunt interpretes. Verùm haud scio an σπειροῦσθαι illîc pro σπειρᾶσθαι dicatur, quod est in spiram colligi aut contrahi, hoc est spiras & volumina facere, pro inuolui aut conuolui: Vt sit περὶ τοὺς ὄρχιας ἐσπείρωται, circum testes conuoluitur. Rursusque ib. (279.16.) περὶ τὸ γόνυ ἐσπείρωται, circa genu spargitur, aut conuoluitur.

Σπερμολογεῖν de animalibus dicitur quæ semina ad pastum legunt iisque pascuntur. lib.2. περὶ διαίτης (pag.351.40.) ὅσα δὲ σπερμολογέει, quæ verò seminibus pascuntur, seminileges volucres intelliguntur.

Σπερχνὴ ἐπείγουσα, συνεχὴς, hoc est vrgens, assidua, exponitur apud Hipp. Gal. in Exeg. quod περὶ τῆς ὀδύνης sæpius legitur. Vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.577.6.) ὀξεῖά τις καὶ σπερχνὴ, dolor acutus & vehemens. Et rursus (p.580.5.) τὸ ἰσχίον ὀδύνη ἴσχει, ὀξέη τε καὶ σπερχνὴ, dolor acutus & vehemens coxendicem occupat.

cupat. Quod etiam repetitur lib.2. περὶ γυναικ. (pag.655.11.) Libr. etiam 1. περὶ γυν. (pag.612.4.) καὶ τὸ ὀσφύϊ ὀξεῖα τις καὶ σπερχνὴ, & lumbos dolor acutus & vrgens occupat. De morbo etiam dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.578.8.) ἡ δὲ νοῦσος σπερχνή τις καὶ θανατώδης. Morbus est vehemens & lethalis. Quod etiam eadem in re repetitur lib.2. περὶ γυναικ. (p.647.23. Libr. quoque 2. de Morb. (pag.483.48.) πυρετὸς ἴσχει σπερχνὸς, febris vehemens detinet. Hesych. etiam σπερχνὸς exponitur ταχὺς, σπουδαῖος, ἄγαν ἐγκείμενος πρός τι, ἐπειγόμενος, h.e. velox, festinans studiosè alicui rei incumbens, vrgens. Verùm ταχὺ & ἐπειγόμενος vitiosè scribitur. Erot. autem apud Hipp. σπερχνὸν πυκνὸν assiduum exponitur. Eidemque σπερχνώδεις & σπερχνώδεις sine ε, ἐπειγώδεις esse dicitur.

Σπλάγχνα dicuntur præcipua interiora viscera, vt cor, pulmo, hepar & lien quæ vitalitatis sunt præcipui fontes, ac maximè hepar & lien. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag.59.51. H.388.52.) iis qui præter consuetudinem pransi non fuerint κρεμᾶσθαι δοκέει τὰ σπλάγχνα, suspensa ac pendula esse videntur viscera. Ventre enim vacuo ob insuetam abstinentiam, suspensa ac pendula sentiuntur viscera, vt & cibis repleto stabiliri ac confirmari videntur, vt illic scribit Gal. (pag.61. vers.48.) σπλάγχνα ὑποχόνδρια, ἢ τὰ ἐντὸς τῶν ζώων, exponit Hesych.

Σπλὴν, lien, viscus est in corpore humano ad sinistram ventriculo incumbens, corpusque atro humore repurgans. Quod humano vestigio & pedi assimilatur Hippoc. lib. περὶ ἀνατομῆς (pag.916.C.) ἐκ πλευρῆς δὲ νόθης, λόγῳ δὲ ἀριστερῆς, σπλὴν ἀρξάμενος ἐκτέταται, ὁμοιομορφίης ἴχνει ποδός. Ex nothis autem costis latere sinistro splen initio ducto extenditur. cum humani pedis vestigio similitudinem & cognationem habens. Σπλῆνες apud Hipp magnos lienes & ex melancholia in tumorem sublatos significant, aphorism. 22. libr. 5. μεγάλοισι σπλῆνας, δεῖ τὸ μελαγχολικὸν ἐκλύειν. ibidem exponit Gal. Indeque σπληνώδεις dicuntur quibus lien in magnitudinem aut molem intumuit aut obduruit, crassis humoribus & melancholicis lieni infarctis, vt aph.43.lib.6.& 48. & Coac. (pag 192.A.) Potest etiam à pituita ipsa splenem attollente & eleuante idem contingere veluti libr.1. περὶ γυναικ. (pag.601.1.) γυνὴ σπληνώδης dicitur. At auth. Definit. Med. (pag.398. 21.) σπληνικοὶ sunt, οἷς φλεγμαίνοντες οἱ σπλῆνες εἰς τὸ κατὰ φύσιν οὐκ ἀποκαθίστανται, οὐδὲ ἀπαλλάσσονται, ἀλλ' αὐτοῖς παραμένει ἡ σκληρία, ὥστε καὶ κατὰ τὰς νόσους ῥευματίζεσθαι. ἀλλάττεται δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ κατὰ φύσιν χροιὰ τοῦ σώματος, hoc est, quibus inflammati lienes ad naturalem statum non reuertuntur, neque ab inflammatione liberi euadunt, verùm durities perseuerat, adeò vt per morbos defluxionibus tententur, iisque natiuus corporis color immutetur. σπληνικὸς κατ' ἴξιν ex Erot. antea exposuimus, & quonam referri debeat indicauimus. Σπλῆνες etiam τὰ σπλήνια vocantur Hipp. splenia etiam Latinè, plagulæ, panni & puluini, qui fracturis imponuntur, eam appellationem sortiti quod splenis formam gerant. Adhibentur autem tum vt subligationem firmam contineant, tum vt membra circum expleant, vt scribit Gal. Comm. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (690.12.) Lib.2. de Morb. (pag.468.26.) ἀποδήσας τὰς φλέβας τὰς ἐν τοῖσι βραχίοσι καὶ τὰς ἐν τοῖσι κροτάφοισι, σπλῆνας ὑποθεὶς. venas in brachio & temporibus spleniis suppositis deligato. σπλῆνες οἰνηροὶ splenia vino imbuta, aut panni vino madentes & plagulæ reprimendi vim habentes fracturis cum vlceribus adhibentur, lib. de fract. (pag.559. 46. H.766.H.) σπληνίσκος etiam εἰς τὰ σπλήνια poni videtur apud Hipp. lib.2. de Morb. (pag.467.42.) in fontis sectione. ἔπειτα σπληνίσκον κηρωτῇ καὶ πίσσῃ ἀλείψας, ἐπιθεὶς ἐπὶ τὸ ἕλκος. Deinde splenium cera & pice illitum vlceri imponito. Splenia verò linteola oblonga magis quàm lata, fronti quondam obducta fuisse in fasciolæ modum ad leniendos dolores aut inhibendam fluxionem, aut ad alium quempiam vsum, satis constat apud Latinos Splenium vocat Plinius vt & Martialis. numerosa linunt stellantem splenia frontem. &, Talia lunata splenia fronte sedent. σπληνίσκοι autem apud Hipp. sunt qui pro linamento capiant.

Σπόγγοι dicuntur faucium glandulæ, quæ tonsillæ Latinis vocantur. lib.4. Epid. (pag.1121.E.) καὶ οἱ σπόγγοι ἐπηείροντο καὶ ... & faucium glandulæ sustollebantur. Quem locum etiam sua explicatione in Exeg. indicat Gal. σπόγγοι αἱ κατὰ τὴν φάρυγγα ἀδένες, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. Sic autem dicuntur quòd humorem spongiarum more combibant. Rursus ibidem tonsillarum tumores significant (vers.41. H ibid. F.) καὶ οἱ σπόγγοι αὐτοῖσιν ἐπῆρτο ... & quibusdam tonsillarum tumores sub autumnum & hyemem aderant. Quem certe locum subindicat Erot. cum σπογγώδεις explicat apud Hipp. & ita vocari scribit τὰς περὶ τὰ παρίσθμια γαργαρεῶνας φλεγμονὰς μετὰ πυρετοῦ γλισχροτάτου πυρετοῦ. inflammationes tonsillarum cum lenta quadam febre. Additque quibusdam etiam sic dici τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ πιτυρώδη ἕλκη, furfuracea capitis vlcera, aliis verò, τὰ ἐν αὐτῇ γινόμενα ἐπανιστάμενα, καὶ πόρους ἔχοντα σηραγγώδεις, fungosos capitis tumores & foraminulentos. Sed certè vitium subesse apud Erot. apparet, & pro σπογγώδεις σπόγγοι legendum, vt nostris in illum locum Epid. Annotat. indicauimus. Vbi videndum priore loco σπόγγους tonsillas & faucium glandulas significare, secundo verò earum tumores, quod etiam ibidem nostra interpretatione expressimus. Σπογγώδης autem legitur apud Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag.274.41.) de renibus. σπογγώδεις γάρ εἰσι τὸ ἐς κύστιν ἐς τὴν κύστιν. Spongiosum enim quod ab ipsis peruadit in vesicam. Et rursus ibidem (pag.278 7.) de pulmone, καὶ τὸ σπλάγχνον σπογγῶδες, & viscere spongioso. Et statim initio libelli περὶ ἀδένων· φύσις δὲ αὐτέων ἡ σπογγώδης. Natura ipsis est spongiosa. De splene lib.1. περὶ γυναικ. (pag.612.26.) ὅτι ἀραιός ἐστι καὶ σπογγώδης, vt qui rarus sit & spongiosus. Et lib.7. Epid. (pag.1234 D.) σπογγιώδεα dicuntur recrementa spongiosa, fungosa, flatulenta, σπογγώδεα. Vbi tamen Cornar. σποδώδεα legi videtur. Quibus omnibus in locis Erot. explicatio minime conuenit. Est & σπόγγος σικύης ἀγρίας apud Hipp. cucurbitæ aut colocynthidis longæ interna pars & spongiosa, lib. περὶ ἀφόρων (pag.679.34.) vt antea ex Gal. adscripsimus. Vt & σπόγγοι pro spongiis vsurpat libr.2. de morb. (pag.468.50.) & (p 471.25.)

Σποδὸς recrementum est metallorum vstorum, cineris similitudinem & nomen referens, vnde Latinis quibusdam cinerula vocatur. Quæ ex varia materia vt colligitur, ita diuersa sortitur nomina, σποδὸς κυπρία, spodos Cypria vt præstantissima celebratur lib. de Vlcerib. (pag.877.D.) vt & σποδὸς ἰλλυρικὴ spodos Illyrica, (ibid.) Est & σποδὸς χρυσῖτις ad ocularia medicamenta adhibita vt postea dicemus. Σποδοειδέα οὖρα dicuntur vrinæ cineritiæ, hoc est colore cinerem referentes, albicantes & cinerei coloris, quales sunt crudæ & dilutæ. Lib.7. Epid. (pagina 1221. B.) οὖρον ἀπ' ἀρχῆς ὠμὸν σποδοειδές. vrina ab initio cruda, cinerem colore referens. Σποδίτης ἄρτος, ὁ ἐγκρυφίας λεγόμενος, hoc est subcineritio, & sub cineribus abdito exponit Gal. in Exeg. Est enim ὁ ἐγκρυφίας ἄρτος (vt antea diximus) ὁ ἐν σποδῷ ὀπτώμενος, qui sub cineribus paratur Hesychio.

Σπόνδυλος Hipp. simpliciter dicitur secunda ceruicis vertebra, quæ lib.2. Epid. (p.1016.G.) dens vocatur, quod turbinatum habeat processum denti canino omninò similem pyrenoidem dictum, qui capitis motum quo annuimus aut renuimus præstat vt scribit Gal. lib. de ossib. & lib 4 de loc. aff. in Prorrh. (p.195.19. H.74 A.) ὁ σπόνδυλος ἐγκάθηται, ceruicis vertebra intrò subsidet. Quod repetitur in Coac. (pag.162.D.) Rursus aph.26 lib.3. σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, vertebræ quæ in occipitio est introrsum luxationes, hanc secundam vertebram indicant, vt scribit Gal. Com.2. in Prorrh. (p.195.46. H 74. A.) vbi & locum lib 2. Epid. indicat, simulque cur dentis appellationem sortiatur aperit his verbis: σπόνδυλον δ' ὅτι τὸν δεύτερον σπόνδυλον εἶπε ... ὁ μέντοι αὐτοῦ ... ὀδόντα ... Constat autem secundam vertebram totam ex parte ab eo dentem appellari, vel solum illius processum illum, quem nónulli dentiformem, alij planè dentem nominant, quòd canino denti appellato quodammodo similis videatur. Hæc autem vertebra magna dicitur Hip. lib. de art. (p 612.27. H.807.B.) his verbis: καὶ μὴν δὲ καὶ ἀναγκάζονται κατὰ τὸν μέγαν σπόνδυλον λορδὸν τὸν αὐχένα ἔχειν. Coguntur autem ad magnam vertebram ceruicem repandam habere. At Ruf. Ephes. ἐν τῷ περὶ ὀνομάτων μορ. primum colli spondylum malè ab Hipp. ὀδόντα vocari scribit, vt & Iulius Pollux lib.2.

Σποράδες νοῦσοι, morbi dispersi dicuntur & sparsim grassantes, qui singulos separatim corripiunt. Morbi sunt vagantes & palantes, qui non multos omninò, sed vnumquemque sparsim adoriuntur, & quorum alius alium occupat. σποράδες exponuntur Gal. in Exeg. apud Hipp. διάφοροι, οὐχ ὁμόφυλοι, ἄλλαι ἄλλοις συμβαίνουσαι. diuersi, non eiusdem generis, a[l]iis contingentes. Erot. verò σποράδες νοῦσοι exponuntur, αἱ μὴ ὅμοιαι, μηδὲ συνεχεῖς ἐν πολλοῖς τόποις ἢ ἀνθρώποις γινόμεναι. morbi qui non sunt similes, neque continenter multis in locis atque hominibus contingunt. Qua expositione vterque locum libr. de rat. vict. in morb ac. adumbrat. (pag.39.versic. 33. H. 384. 14.) ἀλλὰ σποράδες τε ἔωσιν αἱ νοῦσοι. Verùm dispersi & vagi morbi fuerint. Vbi Galeno σποράδες νοῦσοι

exponuntur, διαφερόντως ἐνοχλέοντα τοὺς νοσοῦντας, οὐ κατὰ τὸ κοινὸν τρόπον συνιστάμεναι, morbi qui ægros variè fatigant, neque communi modo constant, eósque ἐπιδήμιοις & ἐνδήμιοις opponi scribit. Iidem etiam σποραδικὰ νοσήματα dicuntur Galeno Com. 1. in lib. 1. Epid. (pag. 346. versic. 27.) ἃ κατὰ λαμβάνει ἰδίᾳ ἕκαστον, quæ separatim quenque inuadunt. Vbi & loci libri de ratione vict. in morb. ac. meminit, vt & Com. 3. in librum 3. Epid. (pag. 421. versiculo 5.) Idem quoque σποράδας νόσους κατὰ πάντα δίαιταν ἐσομένας scribit. Com. enim in librum 1. Epid. (p. 349. versic. 12.) σποραδικὰ νοσήματα dicuntur Auth. Definit. Med. (p. 395. vers. 6.) τὰ ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ τόπῳ γινόμενα vagi morbi, qui omni tempore omniq; loco exoriuntur.

Σπέρμα semen genitale significat, vt lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 359. 41.) καὶ ἢν πολλάκις ἐσθίῃ τις τὸ σπέρμα αὐτοῦ τήκει ὥστε ῥέειν. Quam si quis sæpe edat, semen genitale eius liquat, ita vt effluere faciat. Sic enim mihi locus de mentha intelligendus videtur, & non de menthæ semine, quod facit Hipp. interpres. Vnde Arist. quæst. natur. sect. 20. quæst. 2. τὴν σπέρματος φθορὰν menthæ attribuit. Et Plinius lib. 20. cap. 14. de mentha. generationi resistere creditur cohibendo genitalia densari. Vbi genitalia pro genitura sumere videtur, vt cap. 21. eiusdem libri de maluarum semine. Quin & semen earum adalligant brachio genitale non continentium, vbi genitale semen intelligitur.

Σπουδὴ exponitur κακοπάθεια Erot. apud Hipp. hoc est, improbus aut ingens labor. Intelligitur studium & diligentia, quæ rei alicui impenditur, velut libr. de fract. (pag. 546. 52. H. 759. H.) καὶ οὐ δῆμιν πολλὴ σπουδὴ τῆς ἰἀσιος, ac neq; magnum studium aut diligentiam requirunt. Vbi & Erot. explicatio conuenit, vt neque ingentem curationis laborem expetant, quemadmodum & in Homer. versu ab eo in medium producto, qui legitur Il. λ. (v. 561.) μετὰ σπουδῆς fieri dicuntur quæ adhibito studio & seriò fiunt, velut aph. 53. lib. 6. αἱ παραφροσύναι μετὰ σπουδῆς καὶ μετὰ γέλωτος, desipientiæ quæ studio adhibito & cum risu fiunt. Seriò & cum risu insanientes dixit Celsus cap. 18. lib. 3. Vbi σπουδὴν θρασύτητα quidam exponunt.

Σπύραθοι dicuntur αἰγὸς ἀφοδεύματα Gal. initio lib. περὶ τῶν πεισῶν ad Solonem (p. 438. 18.) caprarum stercora & pilulæ stercoris caprini. Hesych. verò τῶν προβάτων καὶ αἰγῶν ἡ κόπρος. σπυράθοις αἰγὸς ad muliebres morbos & vteri suffitum vsurpat Hip. lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 571. 19.) & (p. 575. 50. 53.) Inde σπυραθώδεα vocantur excrementa sicca, rotunda, stercoribus caprarum similia, in gyrum voluta & spirosa, in Prorrh. (p. 183. 27. H. 70. E.) & Coac. (p. 217. C.) Et lib. 7. Epid. (p. 1227. A.) σπυραθώδεα σμικρὰ, exigua stercoribus caprinis similia. σπυράθοις ὀνομάζουσι (scribit Gal. Com. 2. in Prorrh.) (p. 183. 29. H. 70. E.) τὰ τῶν αἰγῶν διαχωρήματα. ξηρὰ δέ ἐστι ταῦτα καὶ περιφερῆ κατὰ περιγραφὴν ἰδίαν ἕκαστον ἐκκρινόμενον. ὅταν οὖν τις ὁμοίως ξηρὰ καὶ περιγεγραμμένα διαχωρήσῃ, σπυραθώδη καλεῖται, καὶ γίνεται διὰ τὸ πλείονι κατεσχῆσθαι χρόνῳ, καὶ διὰ θερμασίας πυρώδους πλῆθος. σποράδας nominant caprarum stercora. Sunt autem sicca, cùm id quod excernitur propria quadam circumscriptione rotundum existit. Vbi igitur quis hoc modo sicca & circumducta deiecerit, σπυραθώδη hoc est caprarum stercoribus similia appellantur, taliaque euadunt & quod longiore tempore retineantur, & propter igneæ caliditatis copiam. Idem Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 91. 46.) σπυραθώδη reficcata & veluti adusta esse σκύβαλα scribit: καὶ μὴν δὴ καὶ οἷς κατὰ τὸ ἧπαρ οἷον ἡ ῥίζα τοῦ καύσου, καὶ τοῖς διὰ τὸ ἧπαρ καυσουμένοις, ποτὲ μὲν ἐκκρίσεις ὑγρὰ, ποτὲ δὲ ξηρὰ τὰ διαχωρήματα αὐτοῖς ἐκκρίνεται, οἷα τὰ καλούμενα σπυραθώδη, κατωπτημένων δηλονότι τῶν σκυβάλων ὑπὸ τῆς ἐν τῷ σπλάγχνῳ φλεγμονῆς. Præterea etiam quibus in iecore febris ardentis velut radix subest, & qui ex iecore febre ardente laborant, interdum quidem liquida est deiectio, interdum verò iis sicca excernuntur excrementa, veluti quæ σπυραθώδη appellantur, hoc est caprarum stercoribus similia, exustis videlicet à visceris inflammatione excrementis siccioribus & quasi in nucleum formatis, quæ σκύβαλα Græcis dicuntur. σπυραθώδεες κοιλίαι sunt apud Hipp. alui siccæ & duræ, & quæ caprinis stercoribus similia reddunt, in Coac. (pag. 194. C.) τούτοισι κοιλίαι ξηραὶ σπυραθώδεες ἔρχονται, his alui siccæ caprinis stercoribus similia demittunt.

Σπυρὰς, ίδος, ἡ, idem quod σπύραθος, caprini stercoris pilula aut globulus. Sumitur autem pro pilula Hipp. quòd sit instar globuli aut stercoris caprini, lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 657. 24.) τρεῖς καταπιεῖν σπυράδας, pilulas tres deuorandas exhibe. Ex myrrha pura tres globulos intelligit, ad instar pilularum stercoris caprini.

Σπύρη dicitur Hip. spira & quid in oblongam & rotundam massam ductum, lib. περὶ ἀφόρων (p. 685. 10.) σπύρην ψιλὴν προστιθέναι, spiram nudam apponito. Agitur de suppositicio medicamento ex felle taurino & sale feruefacto, sulfure trito admixto, in oblongum tractum ducto & in spiram efformat. Ac forte σπύρην legendum pro σπύρην vt spiram indicet qua antea.

Σπυρὶς sporta dicitur, fiscella, corbis, calathus vimineus. σπυρὶς scribitur libr. de artic. (p. 659. 53. H. 838. C.) ἢ ἐς σπυρίδα λίθους ἐμβάλλοντας. aut sporta in quam lapides coniecti fuerint. Vult enim sportam lapidibus refertam affecto cruri appendendam. Dicitur etiam σπυρίδιον corbula & sportula Aristoph. in Acharn. & ibidem πλέκος vocatur. Hesych. σπυρίχνη πλεκτὴν τι ἐξ οἰσύων esse vult, idem forte quod σπυρίδιον. σπυρὶς autem Etymologo dicitur quasi πυρὶς, τὸ τῶν πυρῶν ἄγγος.

¶ Σταδιεὺς exponit Gal. in Exeg. ex Dioscor. authoritate σταδίοις ἀναμετρῶν τὸν περίπατον, qui stadiis deambulationem metitur idemque sonat quod σταδίας aut σταδιοδρόμος, qui stadium decurrit, aut stadio certat.

Σταθμίδιον apud Gal. libr. 6. κατὰ τόπ. (pag. 247. v. 5.) ex Musa pyxidem significat aut pondus. Agitur autem de stercore canino quod ad anginam paratum haberi iubet appensum aut in pyxide. ἔχε δὲ ἕτοιμον ἐν σταθμιδίῳ. Idem enim quod σταθμίον aut σταθμὸς significare videtur.

Σταὶς duplicem habet significationem. farinam enim aqua maceratam & manibus subactam, velut fit in panificio, significat, & interdum σίαρ, adipem seu pinguedinem, quemadmodum etiam σίαρ vtrunque denotat, & αἰνὴ τοῦ σταιτὸς interdum sumitur Hipp. libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 585. 3.) οἰὸς σταῖς ἢ αἰγὸς ξηρὰ κόψας. ouis aut capræ seuum aut pingue siccatum & tusum. Quam tamen dictionem prætermisisse videtur Corn. cum tamen in omnibus habeatur codicibus, aut aliam secutus fuisse lectionem. Rursus libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 631. 41.) ἐν σταιτὶ τρίβειν, cum pingui terito, quidam etiam cum farinæ massa. Apud Athen. lib. 14. σταιτίτης dicitur, σταὶς ὑγρὸν εἰς τήγανον ἐπιχεόμενον μέλιτος ἐπιβαλλομένου καὶ σησάμου καὶ τυροῦ, & placentæ genus quoddam esse videtur.

Σταλαγμὸς Gal. exponit in Exeg. κατάσταξιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, destillationis à capite, à verbo σταλάζω quod idem denotat ac στάζω, stillo σταλαγμὸς etiam exponit Hesych. σταγών, ῥανίς.

Στάμνος masc. gen. apud Hippoc. libr. 7. Epid. (pag. 1234. B.) vrnam & vrnulam, aut aqualem significat, vrceum & amphoram aquariam. Nos vrnam vertimus, quòd vrna & vrnula Nonio vas aquarium significet, citante Nonio ex Varr. vrnulas, aquales. στάμνος autem Hesych. ὑδρεία, κάλπη, κάλαθος exponitur, & σταμνίον, κεράμιον, ἀγγεῖον. Sic enim malim quàm μεμυημένον ἀγγεῖον, vt passim scribitur, vt & στεμμένον vitiosè pro σταμνίον. σταμνίον autem vt & στάμνος inter vasa vinaria ab antiquis refertur, & amphoram fictilem vinariam significat, vt videre est apud Aristoph. Scholiast. in Pluto & Ranis, & Pollucem lib. 6. cap. 2. Sic etiam Varin. scribit ab imperitis σταμνία ad matellas referri, cùm ab antiquis vasis vinariis accommodentur. Hesych. tamen ἀμὶς σταμνίον exponitur, vt sit σταμνίον veluti matellio, diminutiuum à matula, quæ est vas vrinæ (vt scribit Festus) & quo vtitur Cic. in Paradoxis & Varro lib. de lingua Latina citante Nonio. Potest & στάμνος apud Hippoc. etiam dici Trulleum aut futis, vt scripsimus, quòd Trulleum sit Varroni & Nonio vas quo manus perluebantur, & futis vas aquarium quo aqua in triclinium infundebatur. Dicitur autem στάμνος Hipp. masc. gen. vt & Aristoph. in Pluto, cùm ferè fœminino gen. efferatur, vt illic scribit Schol.

Στάξις & ἀπόσταξις stillationem sanguinis ex naribus significat apud Hippoc. & interdum ἐκ ῥινῶν additur, meritoque in critica disciplina damnatur, quòd fatiscentes aut subsistentes naturæ vires indicet. Sic in Prorrh. (pag. 215. 31. H. 80. E.) ἑνδεκαταῖοισι στάξιες δύσκολαι. Sanguinis è naribus stillationes quæ vndecimo die contingunt, molestiam exhibent. Vbi Gal. omnes sanguinis ex naribus stillationes damnat. Id verò repetitur in Coac. (pag. 171. E.) Rursusque in Coacis (pag. 125. B.) paruæ sanguinis stillationes Hippoc. decreto damnantur. στάξιες αἱ ἐλάχισται κακαί. Ac rursus ibidem (pag. 183. H.) in Lateris dolore, στάξις αἵματος ἐκ ῥινῶν, malo est, vt & in phreniticis στάξεις ἐκ ῥινῶν inter pessima signa recensentur, ibidem (pag. 155. A.) In Prorrhetico verò (pag. 167. 20. H. 67. B.) (pag. 193. 43. H. 73. D.) μυκτὴρ ἀποστάζων ὀλέθριον. narium stillatio perniciem ostentat. Eadem ratione in iudicatoria signorum disciplina liberales & largæ sanguinis ex naribus eruptiones à morbis liberant. Et αἱμορραγίαι λαύρως ἐκ ῥινῶν, ῥύονται πολλά, vt scribitur lib. 2. Epid. (pag. 1005. A.) Nec verò solùm subsistentes

aut

aut infra modum consistentes sanguinis eruptiones ex naribus suspectæ sunt, verumetiam & reliquæ omnes excretiones criticæ præparcæ damnum afferunt. Sic enim scribitur in Coac. (pag.216.F.) τὰ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι τῆς αἱμορραγίας, ἢ οὔρων, ἢ ἐμέτων, ἢ ὑποχωρήματα, κακὸν μὲν πάντως. Quæ parua copia apparent, velut stillæ sanguinis, vrinæ, vomitiones, & deiectiones, malum quidem penitus denunciant. Et libr. 1. Epid. (pag.369.28. H. 951.E.) in febribus ardentibus solutionis magna spes in liberali sanguinis ex naribus profusione ponitur. Quibus verò sanguis stillauit ex naribus, aut ea sanguinis ex naribus eruptio substitit, ij omnes funestum habuerunt exitum. Sic enim illic scribitur: οἷσι μὲν καλῶς ἢ δαψιλέως ἐκ ῥινῶν αἱμορραγήσειε, διὰ τούτου μάλιστα ἐσώζοντο. καὶ οὐδένα οἶδα εἰ καλῶς αἱμορραγήσαντα ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα. Φιλίσκῳ γὰρ καὶ Ἐπαμίνωνι, καὶ Σιληνῷ τεταρταίῳ καὶ πεμπταίῳ σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν, καὶ ἀπέθανον. Vt qui benè & largiter sanguinem è naribus profuderint, ij vel ex eo maximè conseruati videantur, neque vllum cui sanguis bene profluxisset, hoc in statu mortuum videre licuit. Philiscus siquidem & Epaminon ac Silenus, quòd iis quarto die & quinto de naribus parum stillauerit, mortem obierunt. Rursusque ibidem in mulieribus febre ardente diuexatis liberales sanguinis profusiones salutem, vt & stillæ exitum attulerunt. Est enim στάξις, ipsa sanguinis stillatio, in febribus ardentibus pessimi augurij index, in quibus valdè familiaris est & propria hæmorrhagia, vt illic scribit Gal. Et lib 3. Epid.in st.pest. (pag.424.50. H.1085. D.) inter lethales febrium ardentium notas, paruæ in naribus sanguinis stillæ recensentur. Vbi etiam scribit Gal. ἅπασα στάξις ἀπὸ ῥινῶν, μοχθηρὸν ἐστι σημεῖον, ὡς ἐμάθομεν. Omnis à naribus stillatio prauum est indicium, vt didicimus. Cuius rei rationem affert Gal. com.4 in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 105.20.) ἐπιδείκνυσι δὲ ὅτι καὶ στάξεις τοῦ αἵματος ἐκ τῶν μυκτήρων, μοχθηρὸν αἰεί τι φασιν εἶναι, διὰ τὸ τὴν φύσιν μὲν ἐθέλειν ἐκκρίνειν τὸ περιττὸν, ἀδυνατεῖν δὲ δι' οἰκείας ἀρρωστίας, ἢ πάχος τοῦ αἵματος, ἢ πύκνωσιν τῶν μορίων, ἢ τινα τούτων, ἢ πάντα συνελθόντα. Nouimus autem quòd sanguinis ex naribus stillationes semper prauas esse ait, propterea quòd natura superuacuum quidem excernere desideret, nequeat tamen ob propriam imbecillitatem, vel sanguinis crassitiem, vel partium densitatem, aut propter quædam ex his, vel omnium concursum. Rursusque com.2. in Prorrh. (pag.193.44. H.73.D.) ἐπὶ τῶν νοσούντων ἐν τῷ καὶ τοῦτο τῶν καθόλου μοχθηρῶν ἐστι σημεῖον, ἀποκρίνεσθαι σμικρὰ, εἴτε αἷμα διὰ μυκτήρων, εἴ τι κάτω διὰ τῆς γαστρὸς, ἤ τι δι' ἐμέτων ὁποιοῦν περίττωμα. ταῦτα δὲ τοῦτο κἀπὶ τῶν ἱδρώτων ἐστι, καὶ τῶν διὰ μήτρας ἐκκρινομένων. οὐδὲν γὰρ τῶν κρινόντων σμικρὸν ἐκκρίνεσθαι χρὴ, ἀλλὰ πάντα τὰ οὕτω κενούμενα, δυοῖν θάτερον, ἢ μὴ στέγεσθαι διὰ τὸ πλῆθος ἀποχεῖται τῶν πεπονθότων μορίων. ἢ τῆς φύσεως ἀσθένειαν ἐνδείκνυται, ἀποκρίνειν μὲν ἐκκρίνειν τὰ περιττὰ, μὴ δυναμένης δέ. In ægris id vnum etiam in genere prauum signum est, pauca excerni, siue sanguis per nares, siue infra per ventrem, siue per vomitiones quicquid est superfluum reiiciatur. Eadem quoque ratio est sudorum & eorum quæ per vterum excernuntur. Nihil enim eorum quæ decernere natura sunt, parua quantitate excerni conuenit. Verùm quæ hoc modo vacuantur omnia duorum alterum obtinent, aut quòd contineri nequeant ab affectis partibus ob copiam refunduntur, aut naturæ imbecillitatem indicant, cupientis quidem, sed minimè valentis superflua excernere. Et com.1 in Prorrh. (pag.168.46 H.67.20.) ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ῥινῶν στάξις ὅτι ἐστὶ κακὸν σημεῖον, πλειστάκις εἰρήκαμεν διὰ τὸ παρεῖναι κατὰ τὸ πεπονθὸς τῶν ἱμερῶν [illegible]. Φαίνεται γὰρ ἐγχειρεῖν μὲν ἡ φύσις ἀποκρίνεσθαι τι κατὰ τὴν κεφαλὴν ἠθροισμένον πλῆθος, ἀδυνατεῖν δέ. [illegible] δ' ὅτι καὶ κακὸν ἐστι τὸ τέλος τῶν τοιούτων σημείων. Cùm igitur stillatio ex naribus semper prauum signum existat, absoluta morbi malicia denotatur, si quarto contingat die. Apparet enim naturam collectam in cerebro abundantiam expellere conari, non tamen posse. Talium autem signorum genus deterrimum esse constat. In Philisco quoque lib.1. Epid. sanguinis puri stillatio, vt detestabilis nota adscribitur. μικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν. Dicitur & ἐπίσταξις vbi stillatio repetit, & nares denuò stillant, velut si die indice stillatio prehendat, & decretorio die repetat, in Prorr.(p.215.31.80.F.) & Coac.(p. 171.E. Quid verò sit ἐπίσταξις abundè antea dictum est.

Στάσιμοι τόποι, loci stabiles, quieti, sedati aut statarij, quique fluidis & mobilibus opponuntur. Lib. περὶ χυμῶν. (pag.563.36.) οἱ δὲ γε ξηροὶ [τόποι] ξηροὶ ἢ στάσιμοι, cali di verò [loci] sicci & stabiles, quiq; ῥοώδεσι opponuntur. Sic Plutarch. de prim. frig. τὸ ψυχρὸν στάσιμον scribit. κινητικὸν δὲ τὸ θερμὸν, frigus quietum & stabile, calorem autem mobilem. Sic στάσις immobilitas dicitur cum refrigerato sanguine spiritus congelati, fixique humores naturales vias capessere nequeunt, vt in Catalepsi, apoplexia & Epilepsia, li.de rat. vic.in morb. ac. (p.94.45. H. 397.16) Ibidem quoque (v.15 ib.7) στάσις ὀμμάτων, oculorum stabilitas, immobilitas & constantia intelligitur, quæ torporem quendam functionum in neruorum principe indicat, ex magna repletione, vbi obtorpuerunt spiritus, aut nerui conuulsionem sentiunt, qui oculos sursum, deorsum, & in latera mouent, quod fit in Catalepsi & Apoplexia. τὴν ἀκινησίαν ibidem exponit Gal. στάσιμοι γυναῖκες καὶ ξηρότεραι stabiles mulieres & scciores, quæ τοῖς ὑγροῖς καὶ ῥοώδεσι, humidis & fluidis opponuntur, lib.2. περὶ γυν. (p.638.36.) Et ibidem (ib. 18.) πεσσοὶ τὰ αἵματος στάσιμα, pessi subdititij ad sistendum sanguinem accommodati. Sic στάσιμοι καὶ ἀκίνητοι αἷμα simul iungit Hipp. lib.de rat. vict.in morb.ac. (p.95.48.H.397.34.)

Σταφυλὴ vuam significat, propriéq; dicitur gargareonis aut columellæ affectus cùm ex fluxione laxior est reddita, & suprema sui parte tenuis, inferiore verò crassior & liuida. Sic enim vuæ similis è pedunculo dependentis apparet, vt ex Hip. probat Gal. cap.3.lib.6.κατὰ τόπ.(p.249.27.) in eoque Archig. reprehendit, qui σταφυλὴν columellæ inflammationem cum vulgo vocari existimarit. At idem Gal. lib.de Tumor. præter nat. (pag.157.30.) σταφυλὰς gargareonis aut curculionis inflammationes esse scribit: αἱ σταφυλαὶ καὶ τὰ παρίσθμια, καὶ αἱ ἀντιάδες οὐκ ἄλλο τι ἢ φλεγμοναί εἰσι. αἱ μὲν σταφυλαὶ τοῦ γαργαρεῶνος. Vuæ, paristhmia & tonsillæ nil aliud quàm ex inflammationum sunt genere. Vuæ quidem gargareonis. Additque, ἰσχνοτέρας δὲ ἐνίοτε καὶ ἄνευ φλεγμονῆς τοῦ κίονος ἐπιρρέοντος σταφυλὴν, ἀλλ' ἐν μόνον τοῦτο, ἐν ᾧ τὸ πέρας τοῦ γαργαρεῶνος ὅμοιον σταφυλῆς ῥαγί. Hipp. verò non omnem columellæ inflammationem σταφυλὴν appellare videtur, sed vnicam speciem in qua curculionis extremum vuæ acino simile redditur. Quibus verbis locum Progn. exprimit (p.159.14. H.45.10.) quem adfert etiam lib.6. τῶν κατὰ τόπ. ὅταν δὲ ἀποκρεμασθῇ ἤδη πᾶν ὃ δὴ σταφυλὴν καλέουσιν, καὶ γένηται τὸ ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος μεῖζον τε καὶ περιφερὲς, τὸ δὲ ἀνώτερον λεπτότερον, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἀσφαλὲς διαχειρίζειν. Vbi verò secretum fuerit id totum quod vua nominatur, sitq; pars summa gurgulionis maior & rotunda, superior verò tenuior, tum manus admoliri tutum est. In gurgulionis enim inflammatione, vbi pars eius ima pallescit, liuescit, crassior & rotundior redditur, superior verò tenuior, tunc σταφυλὴ propriè vocatur, & intrepidè secari debet, neque antea tuto tentari ferro potest. Sic libr. περὶ παθῶν (p.517.9.) σταφυλὴ dicitur gargareonis affectus, cùm ex inflammatione crassior effectus dependet & strangulat. lib. verò 2. de Morb. (p.464. 18.) σταφυλὴν vocat gargareonis affectum ex inflammatione vbi dependet, rubet & nigrescit, ac suffocat. Et rursus ib. (p. 471.4.) σταφυλὴ dicitur, vbi gargareonis summa pars ex inflammatione intumescit, rotunda, aqua distenta, & pellucida efficitur, respirationemque intercipit. Quibus in locis etiam sectionem eiq; tempus idoneum edocet. Aret. quoque author vetustate & artis opere commendabilis, lib 1. περὶ ὀξ. cap.8. σταφυλὴν τὸ πάθος εἶναι esse scribit, & gurgulionis inflammatione tentati genera & nomina aptissimè distinguit: ὁ δ' οὖν ὁ γαργαρεὼν πάσχει πάθεα. καὶ γὰρ ἐπὶ φλεγμονῇ παχύνεται ἴσος ἀπὸ τῆς βάσιος ἐς τὸ πέρας ἐς μῆκος ἐκτεινόμενος, καὶ ἐρύθημα ἔχει. κίων δὲ τόδε τὸ πάθος ὀνομάζεται. ἢ κατὰ πέρας μοῦνον στρογγύλος, καὶ μεγεθύνει πελιδνὸς γίνεται, καὶ ὑπομελαίνει, σταφυλὴ ἐπώνυμον τόδε τὸ πάθος. πάντα γὰρ ἴκελα αὐτέῃ, καὶ σχῆμα, καὶ χροιὴ, καὶ μέγεθος. Curculio igitur pluribus incommodis afficitur. Ex inflammatione crassior effectus, æqualiter à basi ad extremam partem vsque, in longum protensus, & rubore suffusus est, idq; vitium columnæ appellationem habet. Quòd si extrema tantùm parte rotundus, efficitur, increscit, liuescit atq; subnigricat, vua huiusmodi affectus nominatur. Ei enim per omnia tum figura, tum colore, tum magnitudine assimilis est. Idem quoque expressit Paulus Ægin. lib.6. cap. 31. ὁ γαργαρεὼν ὥσπερ τι πλῆκτρον τῆς φωνῆς ὑπάρχει δεχόμενος πολλάκις ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα, καὶ παρὰ φύσιν αὐξηθεὶς, ἐπιμήκης μὲν καὶ λεπτὸς γενόμενος, κίων προσαγορεύεται, παχὺς δὲ κάτωθεν καὶ περιφερὴς, σταφυλή. Curculio tanquam aliquod vocis plectrum subinde destillationem à capite recipit, idemq; præter naturam auctus, si oblongior ac tenuis extiterit, columella nuncupatur. Si verò crassior inferiore parte rotundúsque fuerit, vua dicitur. Gal. etiam lib.6. τῶν κατὰ τόπ. ex Diocle, Praxagora, Mantia, & reliquis veteribus Medicinæ dictatoribus, σταφυλὴν dici scribit eum affectum, ὅταν ῥαγὶ σταφυλῆς ἐοίκῃ τὸ ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος, cùm curculionis summa pars vuæ acino assimilis fuerit. Erot. quoque ὁ σταφυλὴ, ἢ ὁ κίονις, ἢ ὁ [illegible] τοῦ γαργαρεῶνος, sunt curculionis affectus. At verò non desunt qui eam partem quæ γαργαρεὼν dicitur, σταφυλῆς nomine donent, quos tamen

reprehendit Gal. initio cap. 3. lib. 6. τῶν κατὰ τόπ. (p. 247. 40.) Idemque scribit quendam Atticismo sibi gloriantem hanc particulam σταφυλὴν vocasse. Et Hesych. testatur Atticos τὸν ἐν τῷ στόματι κίονα σταφυλὴν vocare. (Sic enim mihi potius quàm σταφυλὸν scribendum videtur.) Eidemque γαργαρεὼν κιονὶς καὶ ἡ σταφυλὶς exponitur. Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 95. 50. H. 397. 38.) ὑπὸ πιμπραμένη σταφυλὴ κιονὶς vocari scribitur. Vbi etiam pro curculionis affectu sumi potest. Lib. περὶ ὀδοντοφυΐης (p. 267. 43.) σταφυλὴ vuam & columellam indicare videtur. ὁκόσοισιν ἐν τῷ θηλάζειν τῶν νηπίων βὴξ προσίσταται, σταφυλὴν εἰώθεν μείζονα ἔχειν. Infantes quos inter sugendum tussis premit, ij columellam maiorem habent. Et rursus ib. (268. 10.) τὰ περὶ σταφυλὴν νεμόμενα ἕλκεα, serpentia circa vuam vlcera dicuntur. Et lib. περὶ ἰητροῦ (p. 21. 20.) σταφυλάγραι volsellæ vuarum comprehensioni dicatæ nominantur. ὀδοντάγρην γὰρ καὶ σταφυλάγρην χρῆσθαι τῇ τυχούσῃ ἔξεστιν. Volsellis autem quibus tùm dentes tum columellæ comprehenduntur, quemlibet vti licet.

Σταφυλαὶ ἀμιναῖαι sunt vuæ Aminææ, quas austeras vocat Gal. lib. 6. κατὰ τόπ. (pag. 241. 29.) & earum mustum ad medicamentum stomaticum conficiendum commendat. Sunt enim vuæ austeræ, acidæ & acerbæ, ideoque frigidiores & distringendi vi præditæ. Ex iisdem quoque Aët. mustum ad oleum gleucinum parandum eligit, ἀμιναίας τὰς στυφούσας exponens. Plinius lib. 14. cap. 4. Aminæum maius & minusculum ex Catone inter vitium genera recenset. Scrib. Larg. cap. 149. vuam Aminæam, quæ sic dicatur, ruberrimam esse & in vepribus nasci scribit. Vini Aminæi duplicis Neapolitani & Siculi meminit Gal. lib. 12. Meth. med. Illud aquosum, hoc verò austerum & mediocriter crassum & album, ob idque ad digestionem per corpus minimè idoneum, sed cùm inueterasset, stomacho vtile fuisse scribit. Aminæa quoque vina in Italia nasci circa Neapolim & Thusciam scribit Gal. 5. salub. De vino Aminæo scribit Constant. Cæsar de Agricult. lib. 8. cap. 21.

Σταφυλῖνος pastinaceæ genus, pastinacam erraticam vocat Plin. lib. 20. cap. 5. Hipp. lib. περὶ ἀφόρων (p. 686. 37. 44.) σταφυλῖνον vsurpat.

Στέαρ simpliciter interdum adipem aut pinguedinem denotat, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 574. 16.) & (p. 584. 37.) Sic στέαρ οἴειον ἢ αἴγειον, adeps ouillus aut caprillus dicitur ibidem (pag. 574. 21.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 619. 46.) & (pag. 634. 5.) οἴειον στέαρ ἢ ὑός. Rursusque lib. 2. (p. 650. 10.) & (pag. 660. 13.) & (pag. 671. 55. 672. 3.) Et lib. περὶ ἀφόρων (pag. 686. 36.) Quibus ex locis στέαρ οἴειον, τὸ τοῦ προβάτου exponit Erot. apud Hipp. Sic στέαρ χήνειον καὶ αἴγειον, adeps anserinus & caprillus dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 573. 34.) & (pag. 581. 9.) Et στέαρ μήλειον, adeps ouillus, ibidem (p. 574. 18.) Et libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 629. 44. 46.) Quo ex loco στέαρ μήλειον αὐτὸ τὸ προβάτειον poni apud Hipp. scribit Erot. μῆλα γὰρ τὰ πρόβατα. μῆλα oues vocantur. Et rursus lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 671. 55.) στέαρ χηνὸς adeps anserinus nominatur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 660. 10.) ἢ στέαρ ἐρυθρὸν χηνὸς ἡδύ, aut adipem rubrum anseris aromatibus conditum. Quem locum mihi exprimere videtur Gal. in Exeg. cùm ἐρυθροῦ στέαρ τὸ ἔναιμον, hoc est, cruentum aut sanguineum ex Hipp. exponit, cui τὸ στέαρ ἀμιγὲς αἵματος, hoc est adeps purus & sanguinis expers opponitur Dioscor. cap. 91. lib. 2. Atque haud scio an quoque locum subindicet Gal. in Exeg. cùm στέαρ ἡδυντὸν, τὸ ἐν ἀρώμασί ποσι καὶ ὕδατι ἑψηθὲν, h. e. adipem in aqua cum aromatibus coctum, aut aromatibus conditum exponit. Quem certè condiendi modum amplissimè describit Diosc. cap. 91. lib. 2.

Στέαρ etiam non solùm adipem, verumetiam fermentum, seu farinam aqua subactam, aut panis massam significat, velut σταῖς. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 610. 19.) ἕως ἂν ἑψεῖν, ὡς ἂν στέαρ γίνεσθαι, hæc dum in farinæ subactæ massam coëant coquito. Quod repetitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 570. 6.) ἑψεῖν ἕως ἂν ὥσπερ σταῖς γένηται. Qui locus alterum explicare videtur. Sic Dioscor. lib. 2. cap. 202. de scilla, στέατι δὲ ἢ πηλῷ περιπλάσαντες, καὶ διδόασιν εἰς κλίβανον, farina aqua subacta aut fermento, aut luto oblita, in clibanum conijcitur. Etsi nanque σταιτὶ pro στέατι legunt exemplaria vulgata, antiquam tamen lectionem non immutandam fuisse indicat Plin. qui lib. 20. cap. 9. στέατι legisse videtur, & malè adipem vertisse, dum scribit: Coquitur plurimis modis: in olla quæ conijciatur in clibanum aut furnum, vel adipe, aut luto illita. Idem Dioscor. de Stibio lib. 5. cap. 99. ὀπτᾶται δὲ στέατι περιπλασθὲν, καὶ ἐγκρυβὲν εἰς ἄνθρακας ἄχρις ἂν ἀνθρακωθῇ τὸ στέαρ. Torretur pinsita farina circumlitum, & carbonibus obrutum, donec carbunculetur crusta. Quod Plin. de adipe reddidit libr. 23. cap. 6. Quidam non fimo vtuntur coquentes sed adipe. Gal. lib. 3. τῶν κατὰ τόπ. (pag. 196. 20.) ex Apollonio meminit πυρίας διὰ στέατος περὶ ὀβελίσκον ἐπτημένης, fomenti per fermentum in veru assatum. Rursus ib. lib. 5. (p. 235. 31.) medicamentum ad erosos dentes eijciendos, ὥστε στατὸς δὴ γίνεσθαι, ad massæ fermenti modum coactum, imponitur. Hesychio quoque στέαρ, λίπος, ζύμη exponitur, & στέατα, ἄλευρα, ζύμη.

Στεατώματα inter abscessus reponuntur apud Gal. lib. de Tumor. præter nat. (p. 355. 12.) in quibus sebo aliquid simile reperitur. Authori Definit. Med. (p. 400. 42.) στεάτωμά ἐστι παρὰ φύσιν πιμελῆς συναύξησις. Steatoma est pinguedinis augmentum præter naturam.

Στέγνωσις vna est ex tribus Methodicorum communitatibus & notionibus, quas sequebantur in morbis velut indicationes. Tres autem erant, στέγνωσις, ῥύσις, μικτή, adstricta, fluens & mixta. Est autem στέγνωσις cùm naturaliter corporis vacuationes suppressæ fuerint, ῥύσις cùm fluxerint, mixta ex vtroque constans. Gal. lib. de sectis ad eos qui introducuntur (pag. 12. 34.) στέγνωσιν Methodici esse dicunt πύκνωσιν καὶ ἐποχὴν τῶν ἐκκρίσεως δεομένων, densationem & retentionem eorum quæ euacuatione indigent. Gal. lib. de optima secta (pag. 28. 6.) στέγνωσις etiam dicitur lib. 3. salub. (252. 43.) ἡ βλάβη τῶν πόρων, ἐφ' ᾗ κωλύεται διαφορεῖσθαι τὰ περιττώματα, hoc est, meatuum cutis offensio, in qua transmitti corporis superuacua prohibentur. Incidit autem vel ob obstructionem aut meatuum cutis densationem. Rursus libr. de optima secta (p. 28. 34.) στέγνωσις definitur Methodicis πύκνωσις καὶ σφίγξις τῶν σωμάτων, constipatio, compressio & constrictio corporum. στεγνότης ventris stipationem & adstrictionem significat Hipp. libr. de rat. vict. in morb ac. (pag 110. v 31. H. 404. 27.) τυρὸς δὲ φύσαν καὶ στεγνότητα ποιέει. Caseus flatum & ventris adstrictionem parit. ἱστάναι τὴν γαστέρα illic exponit Gal. quod est ventrem sistere. Rursusque ib (pag. 112 v. 20. H. 405. 2.) διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ' ἀποστέγνωται, nihilque per inferiora deijcit, sed adstringitur, de aluo loquens. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 604. 21.) στεγνὴ κοιλίη καὶ κύστις, aluus & vesica stipata aut adstricta dicitur. Hinc στεγνωτικὰ medicamenta vocantur stipantia, obstruentia & sistentia, de quibus appositissimè Gorr.

Στειλαιὸς manubrium aut capulum significat li. de fract. (p. 540. 50. & 52. H. 757. D. E.) ὁκοῖοι οἱ στειλαιοὶ εἰσι τῶν σκαφίων, cuiusmodi sunt ligonum manubria. Et, ὡς ὑπὸ τῇ μασχάλῃ γίνονται ὁ στειλαιὸς ἴχων ξυμμέτρως, ita vt manubrium sub ala tam aptè statuatur. Vbi Gal. quoque στειλαιὸν masc. gen. exponit. Sed in cod. Hipp. vitiosè στελαιοὶ scribitur, & apud Gal. στελεαὶ στελεὸν neutro gen. securis manubrium denotat, aut foramen in quod capulus immittitur, sed στελεὰ magis propriè dicitur & στειλέη Hesych. τὸ πελέκεος ἡ ὀπὴ εἰς ἣν ἐντίθεται τὸ ξύλον. Dicitur & στελεὸς & στελεός, ὃ λαβὴ τοῦ πελέκεως Didymo. στειλαιὸς etiam vsurpatur Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. pag. 633. 37.) carnis frustum, πάχος ὅσον στειλαιὸς, manubrij crassitie sumitur ad pessum, aut crassitudine ligni quod in foramen bipennis immittitur.

Στειρώδης τὸ στόμα τῆς ὑστερέων, vteri osculum sterile dicitur Hip. li. περὶ γυν. (pag 659 44.) sed στιφρὸν aut στιῤῥὸν legisse videtur Cornar. qui durum dixit.

Στέλλω, ἐνστέλλω, immitto, immisceo, de medicamentis dicitur, quæ cum cæteris miscentur. Lib. de vlcer. p. 877. A.) καὶ στέλλειν κράδης ὃν ὀπῷ φλοιὸν χλωρὸν τρίβων ἐν οἴνῳ. & ficulnei rami corticem viridem cum succo ex vino tritum immittito. Rursus ibid. ἐνστέλλειν καὶ ἄνευ οἴνου αὐτόν, quia vel sine vino immittere licet. Alij στέλλειν pro adornare capiūt aut apparare. Rursus (ibi F.) ἐλατήριον λεπτὸν ξηρὸν προστέλλειν, elaterium tenue siccum inspergito. στεῖλαι Gal. in Exeg. ἐπικαλύψαι, ἐπιχρίσαι, quod est velare, tegere, illinere, exponit apud Hipp. velut στείλασθαι κρύψαι Suidas. στέλλεσθαι etiam declinare, deuitare & abstinere significat, metaphora à nautis sumpta, qui scopulos declinant aut deuitant cōtractis velis. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. (p. 10. 13.) καὶ ὅτ' αἱ ἀποσχοῖντο ὧν ἂν ἐπιθυμέωσι, οὐδὲ στέλλοιντο, neque vlla re quam concupiscunt abstinent, neq; quicquā declinant.

Στέμφυλα vinacei seu vinacea dicuntur. Gal. verò lib. 2. de alimen. στέμφυλα sunt vuarum torculari expressarum solida retrimenta, quæ & cæteris τρύγα vocari, & Atticis βρύτια idem scribit. Quin & στεμφύλου nomen vult quibusdam attribui vuarum radici ex sarmentis enascenti: & στέμφυλα Atticis dici oliuarum partes solidas, cùm oleum fuerit expressum, fraces in oliuis, vt flores in vuarum reliquiis vocantur. Athen. quoque lib. 2. στέμφυλα τὰς πεπιεσμένας ἐλαίας Atticis dici scribit, βρύτια verò quæ ab aliis vocantur στέμφυλα, quæ Gal. βρύτια appellat. Lib. περὶ παθῶν (p. 523. 30.) στέμφυλα γλυκέα, in alui profluuio potui exhibentur, sitis leuandæ gratia. Vbi στέμφυλα γλυκέα, vuarū dulciū reliquiæ aut vuarū retrimēta,

non

non ad plenum expressa, sed adhuc succulenta, in ore tenenda & sugenda accipi videntur. Aut certè στεμφύλων γλυκέων, decoctum intelligendum, quod cœliacis, alui & vuluæ profluuiis ex infuso prodesse scribit Diosc. cap 3. lib. 5. Interpretes autem vuas passas dulces, aut earum retrimenta intellexerunt, quæ & sitim mitigant, & τὸ ἐπιπαραστικὸν habent, orisque ventriculi morsus hebetant, vt scribit Gal. libr. 2. de alim. Rursus lib. 2. de Morb. (pag. 485. 59.) in morbo ructuoso, στέμφυλα γλυκέα per noctem macerata potui exhibet, vuarum dulcium retrimenta, aut vinaceorum aquam. Et lib. 3. de Morb. (pag. 497. 8.) τρύγες στεμφυλίτιδες παρέλυταῖαι ὕδασιν dicuntur vuarum passarum vinacei aut fœces aqua maceratæ earumque expressa recrementa. At lib. 2. περὶ διαίτης (p. 359. 8.) τρύγης στεμφυλίτιδες vinum recens torculari expressum needum colatum sumitur Cornar. & humectare, aluum subducere ac inflare dicitur, ex musti natura. Zuingg. vinum secundarium recens & loram Latinis dictam accipit, quæ fit vuarum fœcibus iam expressis aqua superinfusa.

Στιναροὶ καρδιωγμοὶ validi & fortes oris ventriculi morsus, lib. 2. περὶ γυν. (p. 645. 38.)

Στινυχώσαι Gal. in Exeg. exponit στενῶσαι, arctare, coarctare, in angustum cogere, additque, τινὲς δὲ τὸ συναγαγεῖν τὰς ὑγρῶν τὰς διεξόδους καὶ ξηρᾶναι. quidam verò humorum vias concludere & constringere esse volunt, & arefacere. Quæ certè expositio cum Erot. mente conuenit, cui στινυχῶσαι est ἀποστενῶσαι καὶ πυκνῶσαι τόπον τινὰ ἐν ᾧ ὑγρασία ἐστι, quod est constipare ac constringere locum quendam in quo humiditas insit. Quæ sane expositiones aphor. 1. sect. 2. lib. 6. Epid. respicere videntur & compositionem ex στενὸν & ὀχὸν probare in στινυχόν. quod tamen negat Gal. comm. in eam sentent. lib. 6. Epid. qui syllabam secundam tenuari vult non aspirari, quòd ὀχὸν ea dictione non contineatur, sed στινυχὸν apud Ionas nihilo plus ac verò idem quod στενὸν denotet, vt probat adducto Simonidis testimonio. μοῦνος στινυχῷ συμπεσὼν ἐν ἀτραπῷ, solus occurrens in calle seu semita angusta. Quod etiam corruptissimè adscribitur com. 1. in lib. de art. (pag. 596. 55. H. 791. G.) Vbi quoque in στινυχοχωρεῖν Gal. eandem nominis notationem probat, neque ἐκ στενοῦ καὶ ὑγροῦ καὶ τῆς χώρας compositionem esse vult, sed à στινυχοῦ deduci, quod nihil amplius quàm στενὸν significat, vt στινυχοχωρεῖν idem quod στενοχωρεῖν aut στενότης denotet, hoc est angustiam aut humidi loci angustiam. Ex quo apparet apud Hipp. στινυχοχωρείην legisse Gal. vbi στενοχωρεῖν passim legitur. στινυχῶσαι verò idem Gal. πυκνῶσαι exponere videtur com. 2. in lib. 6. Epid. quod est densare, & στενῶσαι, hoc est arctare & constringere, cùm τῷ εὐρῦναι opponatur, & ex Hipp. doctrina oporteat τὰ ἀναπεπταμένα συνάγειν στύφοντα τε καὶ ψύχοντα, hoc est, dilatata cogere adstringendo & refrigerando.

Στιφρὴ κοιλίη, aluus solida, dura & quæ fluidæ opponitur. μὴ ῥέουσα exponit Gal. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 115. 57. H. 406. 7.) iubet Hipp. in sanguinis missione στιφρὴν ποιεῖν τὴν κοιλίην, aluum confirmare & solidam reddere. Et lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 14. 50.) στιφρῶς ἐπιθερμαίνεσθαι, fortiter ac multum incalescere significat. Vbi exemplaria manuscripta Regia quædam ἰσχυρῶς margini adscribunt, vt sit illius vocis explicatio.

Στιφροὺς Erot. apud Hipp. πυκνοὺς exponit, hoc est densos, duros, additque testimonium Aristoph. ἐν Ἀχαρνεῦσι στιφροῖσι γέρουσι, duri senes & difficiles, vbi tamen στιπτοῖσι γέρουσι leg. in omnibus exemplaribus, & πυκνοὶ exponuntur Schol. vt & στιπτοὶ Hesych. πυκνός, στιφρός, πεπιλημένος, densus, solidus, à στείβω quod πατεῖν significat, calcare aut terere. Quæ enim calcata sunt, eadem condensantur & solidescunt: aut translatione sumpta à vestibus, quæ crebro textu condensantur. στιφρὸς igitur idem quod στιφρὸς sonat, & exponitur στερεός, στιβαρός, solidus, firmus, & significat idem quod στριφνός. στιφρὸν, σκληρόν, στερεόν, exponit Hesych. durum, firmum, solidum. στιφρὸς eidem etiam πυκνός, εὐθαλής, densus, bene habitus & torosus. Nemini verò est dubium quin στιφροὺς apud Hipp. legerit Erot. quos στρυφνοὺς habent omnia exemplaria lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 31. 11. H. 337. 36.) τοὺς μὲν στρυφνοὺς καὶ στενοπρόσωπους καὶ πυρροὺς, καὶ μέλανας τῷ ὑγροτέρῳ διαίτῃ χρῆσθαι τὸ πλεῖον διαιτᾶσθαι χρόνον. Duros quidem ac graciles, & fuluos ac nigros humidiore victus ratione magnam temporis partem victitare conuenit. Vbi etiam στρυφνοὺς τοὺς σκληροὺς, duros exponit Gal.

Στιφρωθείη Erot. apud Hipp. ex Bacchio ὀρθωθείη exponit, hoc est dirigatur, à verbo στιφρόομαι quod idem sonat ac στερεοῦμαι & στιφροῦσθαι, solidesco, duresco, firmor.

Στῆθος pectus dicitur & est pars thoracis anterior iugulo subiecta, in quam costæ copulantur. Interdumq; apud Hip. pro toto anteriore thorace accipitur, vt aph. 14. li. 5. vbi τὸ στῆθος τὰ κατὰ θώρακα χωρία exponit Gal. Et aphor. 13. lib. 3. στηθέων πόνοι, pectoris dolores, qui hyeme grassantur thoracis dolores indicant, qui à defluxione in partes respirationi dicatas ex frigore concitantur. Sic στηθέων ἄλγημα in Coac. (p. & 162. H. 163. B.) thoracis dolorem significant, vt & περὶ στηθέα πόνοι in Prorrh. & lib. 2. περὶ γυν. (648. 12.) τὰ στήθεα ἐπαίρηται, pectora attolluntur, hoc est, mammæ eleuantur. Interdum quoq; στῆθος apud Hip. os solum illud medium pectoris indicat in quod costæ dearticulantur, vt lib. de art. (p. 596. 56. H. 791. H.) τὸ ἄρθρον τὸ ἐν τῷ στήθει, pectoris articulus. Vbi scribit Gal. στῆθος δὲ ἴσασι οὐ τὸ σύμπαν λέγειν χωρίον ὅσον ἐν ὅλῳ τῷ τὸ θώρακι ἐστι, ἀλλὰ τὸ μέσον ὀστοῦν ἐν ᾧ διαρθροῦνται πλευραί, ὃ καὶ ἰδίως οἱ μετ' αὐτὸν ἰατροὶ στέρνον. στῆθος verò hic dicere videtur non totam anteriorem thoracis partem, sed medium illud os in quod costæ dearticulantur, quod posteriores Medici propriè στέρνον vocauerunt. Eademque notione ibidem sumitur cùm scribitur, αὐτὸ γὰρ ἑωυτῷ συνεχές ἐστι τὸ στῆθος, καὶ τῇ ῥάχει. Ipsum enim pectus, & sibiipsi, & spinæ continenter coaptatum est. στῆθος etiam ventriculi orificium aliquando denotat, quòd ima sui parte cartilago ξιφοειδὴς dicta ventriculi osculum contegat, eaq; veluti partis externæ circunscriptione, exquisito admodum sensu particula illa insignita intelligatur, non secus ac vulgus oris ventriculi affectum pectori nonnunquam tribuit. Eamq; popularem locutionem imitatus videtur Hipp. in Coac. (p. 123. E.) cùm περὶ στῆθος δῆξιν καὶ πικρότητα dixit, morsum & acrimoniam ex biliosi humoris in ventriculum affluxu intelligens. Velut etiam στήθεος πόνος ἰσχυρὸς intelligi potest ægr. 14. lib. 1. Epid. & στήθεα ἐπίπικρα ex lib. 2. Epid. (p. 1053. F.) pectora bile syncera abundantia, de ore ventriculi biliosum humorem coaceruante & morsum inde percipiente dicuntur, quòd pars illa huic morsui valdè sit opportuna.

Στῆθος ποδὸς etiam dicitur pedis pectus, pars illa ad digitorum radices, qua terra calcatur & vestigium imprimitur, planta pedis, aut planum, aut vestigium vocatur, Anatomicis πέδιον, hoc est solum. Est autem ima pedis pars carnosa, quæ post cauum iuxta digitos attollitur, & terræ innititur. Gal. Com. 3. in lib. de art. (p. 632. 12. H. 822. C.) στῆθος ποδὸς ab Hipp. vocari scribit pedis plantam aut planum, quod ad digitorum initium situm est, & à dissectionis peritis πέδιον nominatur. Quidam planum, alij solum aut vestigium, quidam etiam pedis campum vocant. Ruf. verò Ephes. ἐν τῷ περὶ τῶν ἀνθρώπου μορίων, πέδιον & στῆθος distinguit, & στῆθος accipit pro ima plani parte quæ ad digitos exerta est. Quemadmodum & author Medici (p. 376. 55.) cùm scribit: τὸ δὲ κατώτατον ἐφ' ᾧ πατοῦμεν καὶ ᾧ ἐπιβαίνομεν, πτέρνα, τὸ δὲ μετὰ τὴν πτέρναν καὶ τὸ κοῖλον ἐπανεστηκὸς, στῆθος ποδός. Infimum quo ingredimur & terram firmamus, πτέρνα dicitur. Quod post cauum ad digitos assurgit, pedis στῆθος, hoc est, pectus nominatur. Quibusdam etiam κτεὶς, hoc est pecten vocatur. Hanc verò dictionem vsurpat Hipp. lib. de art. (pag. 632. 3. H. 822. C.) τῷ δὲ στήθει τοῦ ποδὸς βαίνοι ἐπὶ τὴν γῆν, pedis plano, quod στῆθος dicitur, terræ insistat. Imam plantam Celsus dixit cap 20. lib. 8. cùm eos quibus extra prolapsum femur est, in ingressu terram non calce, sed ima planta contingere scribit. Et rursus lib. 4. Epid (p. 1120 B.) οἱ δάκτυλοι οἱ ἐν τῷ ποδὶ ἐπὶ τὸ στῆθος, pedum digiti ad imam plantam, quæ Græcis στῆθος dicitur Et lib. 5. Epid. (p. 1153. H.) καὶ τὸ κοῖλον τὸ κατὰ τὸ στῆθος τοῦ ποδὸς, & cauitatem illam, quæ pedis plano adhæret, & στῆθος vocatur. Hæc pedis pars tarso respondet, eiq; assimilis pars in manu στῆθος χειρὸς nominatur, vola manus carnosa, quæ metacarpio prior est, & manus torulus ac cacumen Polluci appellatur. lib. 2. στῆθος δὲ τὸ μετὰ τὸ κοῖλον πρὸ τοῦ μετακαρπίου τὸ δὲ στῆθος καὶ θέναρ καλεῖται. Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 276. 9.) διὰ τῶν στηθέων τῶν χειρῶν, per manuum volas.

Στηθοειδεῖ μαχαιρίῳ exponit Gal. in Exeg. τῷ σμιλίῳ, hoc est specillo lato aut gladiolo, qui στηθοειδὴς ideò dicitur quasi pectorosus, quod latus sit & ventrosus. γαστροειδὲς σμιλίον priùs vocauit Gal. vt distinguat ab acuto specillo, ὀξυβελὲς dicitur Subindicatur autem à Gal. locus lib. 2. de Morb. (p. 476. 53.) vbi in explorando suppuratorum pure, cutem gladiolo lato ac specillo secat Hipp. μαχαιρίῳ autem hic legitur apud Gal. cùm μαχαιρίδι στηθοειδεῖ legatur apud Hipp. vt & antea μαχαιρίδι apud Gal.

Στηρίζειν sæpè apud Hipp. neutraliter accipitur, & firmari aut consistere significat, & de morbo dicitur qui in aliquam partem decumbit aut statuitur, vt aph. 33. lib. 4. ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος, ibi morbus statuitur, aut ibi est morbi sedes. Quod ἐς ἕδρας ἀποστηρίζεται dicitur lib. περὶ χυμῶν (pag. 49. 11. Sic de morbo cùm per abscessum soluitur, εἰς ἄρθρα στηρίζειν,

hoc est in abscessum firmatur, scribitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 05.55 H.401.45.) Et τὰ σηρίζοντα ὀδυνήματα ἐς ἀκρώμιον καὶ χεῖρα, ad summum humerum adhærentes & affixi dolores, hoc est firmati & innixi. Et aphor. 11. sect. 7. lib. 6. Epid. in febribus lassitudinis sensum inducentibus ad articulos abscessus decumbunt, ἐς ἄρθρα στηρίζειν, pro εἰς ἄρθρα στηρίζουσι, in articulos firmantur. Et στηρίξιες ἐς ὀφθαλμὸν, in oculum decubitus, lib. 4. Epid. (p. 1134. A.) στηρίγματα verò quænam sint apud Hip. antea docuimus in ἀποστηρίζειν.

Στῆσαι apud Hipp. ponitur in pondere & mensura, vt lib. περὶ τῆς ἐπὶ τῆς παίδων (p. 558. 48.) πίσαι τῶ μέλανος ἐλλεβόρου πέντε ὀβολοὺς στήσας, vera nigri obolorum quinque pondus propinato. Vbi στῆσαι apponderans aut ponderans significat, vt ἱστάναι ex Xenoph. adducitur ex Cyrip. & Apomn. pro ponderare, sed cum σταθμὸν & μετρεῖν iunctum. Sic στῆσαι Hesych. ponitur pro δανείσασθαι quod est fœnerari in pendenda pecunia, & στάσιμον. τὸ δεδανεισμένον, fœnus, mutuata pecunia.

Στητώδης στατώδης exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. h. e. adiposum vel adipale. Videtur autem à στηατώδης contractum, velut στὴρ pro στέαρ ponitur, & κῆρ pro κέαρ.

Στίον, ψηφὶς, λίθος, calculus & lapis exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. στίαι γδ αἱ περὶ τῇ θαλάσσῃ ψηφῖδες· καὶ στιῶδες ἐντεῦθεν τὸ σκληρόν. Sunt enim στίαι lapilli marini, vnde στιῶδες durum significat. στίαι αἱ ψῆφοι περὶ Σικυωνίοις καλοῦνται, vt scribit Varin. Vnde στάζει, λίθοις βάλλει, hoc est lapidibus insectatur, exponit Hesych. cùm vitiosè στιὰ & στιαὶ, pro στία, ἡ ψῆφος adscribatur. στιαὶ etiam αἱ ψῆφοι τῆς θαλάσσης, hoc est calculi marini aut lapilli dicuntur Nicand. Schol. Vnde πολύστιος lapillis abundans. Sic de lepore marino Nican. in Alexiph. τὸ κῦμα πολυστίου τίκτ' ἅλμης, quem fluctus maris lapillis abundantis peperit. Vbi πολυψήφου θαλάσσης exponit Schol. Et Callim. hymno in Iouem κρᾶθιν τε πολύστιόν τε μετώπιόν dixit, de fluuiis Arcadiæ, vbi Schol. τὸ πολύψηφον καὶ πολυπέτρινον exponit. Ex quo στίον etiam apud Gal. scribendum esse non male quidam augurantur.

Στιφραὶ, ξηραὶ, συνεστραμμέναι, hoc est aridæ, contractæ, aut compressæ exponuntur Gal. in Exeg. apud Hipp. στιφρὸς, πυκνὸς, & εὔσαρκος exponitur Hesych. densus, torosus, ac videtur de his dici quæ sunt carne firma & torosa ac solidiore. Existimo autem à Gal. subindicari locum lib. de aëre, loc. & aq. (p. 282. 34.) vbi mulieres στρυφναὶ dicuntur in omnibus exemplaribus.

Στλεγγὶς ἰδος, strigil dicitur gymnasticum instrumentum, quo in balneis vtebantur antiqui ad destringendum corporis sudorem idoneum. ξύστρα à ξύω dicitur, vt strigil à stringendo. Pollux lib. 3. cap. 30. Cuius meminit Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 84 38. H. 395. 31.) & σπόγγοισι χρέεσθαι ἀντὶ στλεγγίδος, & spongiis vtendum strigilis loco. Vbi tamen στλεγγίδος habent Gal. exemplaria, qui & στλεγγίσιν in Com. scripsit. Nam & στλεγγὶς scribitur Polluci lib. 7. cap vlt. vt & στλιγγὶς Hesych. ξυστρὶς exponitur, vt & στλεγγὶς eidem ξύστρα. Erot. quoque apud Hip. στλεγγίδα τὴν συνήθη ξύστραν, vsitatum ac vulgarem strigilem esse vult, in eoq; Heracl. Tarent. reprehendit, quòd in secundo Com. in lib. 4. Epid. στλεγγίδα existimarit esse χρυσᾶ ταινίδια, οἷς χρῶνται τινὲς τῶν θεωρῶν, hoc est, aureas fasciolas quibus vtebantur qui ad consulendum oracula mittebantur. Quam significationem etiam Aristoph. Schol. ἐν ἵππεῦσι exprimere videtur cùm scribit καλεῖται στλεγγὶς καὶ χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν τῶν γυναικῶν, hoc est, στλεγγὶς vocatur bractea aurea quam mulieres solent capiti circundare. Erot. quoque Heraclidem στριγγίδα pro στλεγγίδα per ρ non rectè efferre scribit.

Στοιβὰς κάοπον, τὸ ἱπποφαιὸς σπέρμα exponit Gal. in Exeg. hoc est hippophais semen. Sed mihi στοιβὸς & ἱπποφαιὸς leg. videtur, & subindicari locus lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 666, 31.) vbi strebes & rubi semen aqua & oleo coctum ad exasperatas mammas cataplasmate adhibet. Verùm illic στοιβῆς legitur, vt & Gal. hippophaes στοιβὴν dici scribit in Exegesi. Est autem στοιβὴ herba extruendis torulis: hoc est lectulis ex herba torta, aut stibadiis conficiendis, & centunculis tomenti loco suffarciendis idonea. Phleon quidam appellauere, vt scribit Plin. lib. 21. cap. 15. ex Theophr. hist. plant. lib. 6. cap. 1. στοιβὴ Hesych. scribitur & exponitur εἶδος χόρτου, stramenti genus. Quidam apud Gal. στιλβὴς pro στοιβῆς, vt & στίλβον pro στοιβὸν, legunt. στοιβὴ etiam scribitur lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 575. 25.)

Στολιδωδέστερον ῥυσότερον exponit Gal. in Ex. rugas plicasque plures habens. Quibus verbis subindicatur locus li. de art. (pag. 6.9. 26 H. 816 A.) vbi κατὰ τὸ συγχεῖον στολιδωδέστερον καὶ ἀσαρκότερον τὸ χωρίον dicitur, locus ad nares rugosior & macilentior, aut in rugas magis contractus. στολιδώδης etiam ῥυτιδώδης dicitur, quod plicas aut rugas habet, vt στολιδῶδες μέτωπον, frons rugosa, & ἔλκος Medicis, quomodo rugosiorem stola frontem dixit Martial. Sunt enim στολίδες, ἐπιπτυχαὶ, quæ plicæ aut rugæ in vestibus dicuntur. Sunt quoque στολίδες Medicis ῥυτίδες & rugæ in ano, quæ vbi plus æquo intumescunt, in condylomata transeunt de quibus agit Gal. lib. 1. de comp. Med. κατὰ τόπ. & lib. 9. de simplic. Definitur etiam κονδύλωμα auth. Definit. Med. ἡ δακτυλίου στολίδος ἐπανάστασις μετὰ φλεγμονῆς, extuberatio quæ in ani parte rugosa cum inflammatione excitatur. Sic quoque κονδυλώματα στολιδώδη ἐπαναστάσεις dicuntur Paulo lib. 4. cap. 26. & 72. & lib. 6. cap 70. Et Aët. tetrab. 4. lib. 2. cap. 3. κονδύλωμα (scribit) ἐν ἕδρᾳ γίνεται, τῶν ἀναδιπλουμένων σωμάτων ἐν τῷ δακτυλίῳ, στολίδος τινὸς ἐπανισταμένης καὶ ἐξοιδουμένης παρὰ φύσιν. στολιδώδης γὰρ ὁ δακτύλιος συνεσταμένης ἔχει τὰς ῥυτίδας. ὅταν γὰρ πλέον διοιδηθῇ ἡ στολὶς, τότε γίνεται κονδύλωμα, hoc est, Condyloma in ano fieri, replicatis in eo corporibus, ruga quodammodo extuberante & præter naturā intumescente Rugis enim cōtractis rugosus anus cōspicitūr. Tunc autem fit condyloma, vbi plus æquo ruga intumuerit.

Στόμα, os, prima nutrimenti ad ventriculum via & verum vocis instrumentum, de quo appositissimè Gorr. στόμα ἐκπικρούμενον, os amarescens, quibus bilis flaua in ventriculum effusa supernatat, per superiora purgationem necessariam esse indicans, aph. 17. lib. 4. Quod etiam bilis flauæ in stomacho redundantis signum, ponit Gal. lib. de plenit. (p. 352. 16) στόμα τῶν ὑστερέων vteri osculum interdum dicitur aph. 46. lib. 5. Hoc sic explicat Gal. λέγει δὲ νῦν στόμα δηλονότι τὸ ἔνδον, ἔνθα τελευτᾷ μὲν ἡ μήτρα, ὁ δ' αὐχὴν ἄρχεται, ὃ καὶ κυριώτερον ἄν τις ὀνομάζοι στόμα. τὸ γὰρ ἕτερον πέρας τοῦ αὐχένος τὸ συνάπτον τῷ γυναικείῳ αἰδοίῳ, οὐ τῆς μήτρας, ἀλλὰ τοῦ αὐχένος αὐτῆς εἰκότως ἄν τις ὀνομάσειε στόμα. Nunc autem vteri os dicit, videlicet internum, vbi vterus desinit, & ceruix incipit, quod & magis propriè vteri os appellari potest. Alterum enim ceruicis extremum, quod pudendum muliebre contingit, non vteri, verùm ipsius ceruicis os iure quis appellauerit. Sic στόμα τῶν μητρέων vocatur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 6.4. 24.) Lib. verò 2. (p. 641. 22.) στόμα simpliciter.

Στοματικὰ inde medicamenta propriè dicuntur, quæ ad vuas, tonsillas, ac omnes quæ in ore fiunt de repente inflammationes conueniunt, vt scribit Gal lib. 6. comp. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 242. 32.)

Στομάργου legisse Dioscor. lib. 2. Epid. scribit Gal. in Exeg. eaque dictione significari τῆς λαλούσης μανικῶς, hoc est furiosè loquacis. Alios verò συμάργου legere, & vt nomen proprium accipere. Quibus verbis subindicari mihi videtur locus lib. 2. Epid. (pag. 1037 F.) vbi tamen in publicatis exemplaribus legitur, ἡ συμαργίου οἰκέτις. quædam etiam manu scripta συμάργου habent. Quod etiam indicauimus nostris in eum locum Comment. στόμαργος autem nugatorem & loquacem indicat.

Στόμαχος stomachus, varia & multa habuit significata apud veteres Medicos. Nam propriè quidem angustam ceruicem instar isthmi ventri cuilibet cauoque præpositam indicat, eaque notione antiquitus vsurpata hæc vox est. Deinde etiam ad œsophagum translatum nomen est, quæ gula dicitur. Postea quoque ad ventriculi osculum, quod καρδίαν veteres appellant, hæc appellatio transfluxit Gal. ætate, vt idem scribit initio lib. 4. de vsu partium. Idem etiam cap. 4. lib. 5. de loc. affect. tradit partem inter fauces & os ventriculi mediam, quam veteres οἰσοφάγον nominabant, qui post Aristot. ætatem scripserunt, stomachum appellare consueuisse, sua verò tempestate gulam dictam. Aristot. tamen semper prisco vocabulo hanc animalis partem nominasse. Sic M. Tullius libro 2. de nat. deor. stomachum ad linguæ radices hærentem facit, quò primùm illabuntur ea quæ accepta sunt ore, & qui linguæ agitatione & motibus cùm depulsum & quasi detrusum cibum accipit, depellit. Celsus quoque cap 1. & 5. libr. 4. stomachum pro gula sumit, cùm eum faucibus subesse, & cibum recipere scribit. Etsi idem pro ventriculi parte inferiore stomachi vocabulo abuti videtur, cùm stomachum intestinorum principium facit, qui neruosus à septimæ spinæ vertebra incipit, ac circa præcordia cum ventriculo committitur, cap. 1. lib. 4. Plinio etiam libr. 11. cap. 37. summum gulæ fauces vocantur, postremum stomachus. Quæ appellatio veteribus quoque non ignota fuit, velut Hom. Il. γ. (vers. 292.) cùm scripsit, καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλέϊ χαλκῷ, & bidentium iugulum fecuit immitti ferro. At verò Gal. multis locis stomachum os ventriculi dictum fuisse scribit. Et lib. 4. de loc. aff. cap. 5. tradit veteres ventriculi osculum cor nominasse, ab accidentibus quæ inducere videtur deducta appellatione,

Su-

sua autem tempestate stomachum vocatum, idque κατὰ χρῆσιν, vt scribit Com. ad aph. 56. lib. 7. Idem etiam lib. 2. de loc. affect. (pag. 267.32.) τὸ στόμα τῆς κοιλίας κατὰ χρῆσιν, ὅπερ ὀνομάζουσι στόμαχον οὐχ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ δοκιμώτατοι. Ventriculi os vocabulo abutentes stomachum nominant non plebeij tantùm, verumetiam ex Medicis probatissimi quique. Rursus Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 44.28.) στόμαχον δὲ ἀκουστέον νῦν, ὡς ἔθος νῦν τοῖς ἀνθρώποις λέγειν ἐστὶν, οὐ μόνον τὸν πόρον, ἀλλὰ καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, stomachum autem hoc loco intelligere oportet, quemadmodum huiusce tempestatis homines dicere consueuerunt, non meatum ventriculi tantummodo, verumetiam os ipsius. Et Com 4. (pag. 100.37.) de stomacho verba faciens, στόμα δὲ τῆς γαστρὸς ἀκουστέον [illegible] λέγοντος νῦν, ventriculi osculum nunc obaudiendum, cùm sic dico. Et Com. ad aph. 39 lib. 6. στόμαχον δέ μου νῦν ἄκουε, μὴ μόνον αὐτὸν ὃν ὀνομάζουσι κυρίως, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα. Stomachum autem nunc mihi intellexeris, non solùm eum qui hoc nomine proprie donatur, sed & ventriculi os. Idem quoque lib. περὶ τρόπων (pag. 352.14.) δῆλον δὲ ὅτι τὸ στόμα τῆς γαστρὸς εἴρηται νῦν στόμαχος. Enimvero os ventriculi stomachum nunc dici constat. Et lib. περὶ τῶν πεπονθότων (pag. 458.1.) τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὃ δὴ καὶ στόμαχον ὀνομάζουσι κατὰ τὴν συνήθειαν, ventriculi os, quod certè pro consuetudine stomachum appellant. Idem in [illegible] (pag. [illegible]) [illegible] stomachus affectus. Sic enim nobis in præsentia os ventriculi vocetur ex multorum consuetudine. Quæ verba idem repetit lib. 4. de cau. puls. (p. 116 19.) Lib. 2. [illegible] (pag. 177 38.) στόμαχος os ventriculi dicitur Archig. Eamque partem ita Medicis nominari consuetum scribit Gal. qui stomachicas syncopas, & quosdam stomachicos inde nominant, à quopiam videlicet eius loci [illegible] affectu, præcipueque quibus os illud ventriculi grauatum fuerit, vt scribit [illegible] lib. 8. [illegible]. At verò Hipp. στόμαχος veteri appellatione & antiquis vsitata οἰσοφάγος & gula dicitur libello περὶ σαρκῶν (pag. 916. C.) οἰσοφάγος δὲ ἀπὸ γλώσσης τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος, ἐς κοιλίην τελευτᾷ, ὃν δὴ καὶ ἀπὸ [illegible] στόμαχον καλέουσι. Gula autem & œsophagus, initio à lingua facto, in ventriculum desinit, quem sane etiam in [illegible] consequente stomachum vocant. Quibus sane verbis [illegible] significare videtur œsophagum interdum stomachum dici pro eo ductu & canaliculo, quo in ventriculum cibus & potus transfunditur. Quemadmodum lib. περὶ ἀρχαίης (p. 268. 27.) [illegible], ὁ γὰρ στόμαχος, ᾗ χάνος, καὶ καταδέχεται τὰ σιτία, καὶ ἄνω [illegible]. Gula namque velut infundibulum (potus, & opsium, tum quæ expetimus recipit. Vbi tamen vitio e publicata exemplaria χάνεος habent. Quemadmodum etiam superiorem Hipp. locú suspectum reddunt Aldina exemplaria, quæ asteriscum appositum habent, vt & Cornar. qui aliam lectionem secutus videtur, & pro ἀπὸ [illegible] κοιλίης, [illegible], legisse. Ea verò notione etiam stomachus pro gula apud Latinos capitur, & illo canaliculo seu fistula, quæ faucibus ad linguæ radices subiacens, esculenta potulentaque in ventriculum transmittit, vt antea docuimus, & scribit Gell. lib. 17 cap 11. ex Erasistr. opinione. Sic στόμαχος κοιλίης significabit apud Hipp. angustam illam fistulam & ceruicem ventriculi cauo præpositam, ex veteri & propria τοῦ στομάχου appellatione, quæ valdè frequens est Hipp. Nam & στόμαχος κύστεως exponitur Erot. apud Hipp. [illegible], collum aut ceruix vesicæ, & τῆς μήτρας στόμαχος, vteri ceruix aut collum ex lib. 1. περὶ γυναικ. Lib. de aëre, loc. & aq. (pag 286.21.) [illegible] ὁ στόμαχος τῆς κύστιος [illegible], neque vesicæ stomachus valde inflammatur aut [illegible]. Vbi vitiosa sunt exemplaria omnia. ξυμπέφρακται enim legunt, nullo sensu. Asulanus quoque ξυμπέφρακται apposito asterisco legit, qui locum suspectum facit. Verùm ξυμφλεγμαίνεται legendum videtur, aut ξυμπίμπραται. Ac rursus (ibid. 25.) [illegible] αὐτῆς ὁ στόμαχος, ipsius (vesicæ) stomachus aut collum inflammatur. Et iterum ib. (ibid. 33.) πρὸς τὸν στόμαχον τῆς κύστιος [illegible], ad vesicæ stomachum allabitur. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 593.35.) αἱ μῆτραι στραφεῖσαι πρὸς τὸν [illegible] τῆς κύστιος [illegible], vteri ad vesicam conuersi ad eius ceruicem [illegible]. Quem locum mihi subindicare videtur Erot. & per [illegible] exponere, quamuis osculum nonnulli vertant, & membranæ scriptæ quædam [illegible] habeant. Rursusque ibid. (p. 590.4.) ὅτι [illegible], neque vesica [illegible] ipsi vteri ad stomachum [illegible]. Vbi στόμαχος vesicæ ceruicem significat etsi quidam ad ventriculum referri posse contendant. At verò τῆς μήτρας στόμαχος consentis verbis non scribit Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. verum τῆς ὑστέρης στόμαχος) pag 593.45.) & στόμαχος τῆς ὑστέρης (pag. 602.15.) & lib. 2. (pag. 649.5.) & (pag. 669.27.) Lib. verò περὶ ἀφόρων sæpe στόμαχος vteri vsurpatur, vt (pag 677.32 35.42.44.678.17.34.) & (681.50.) disertis verbis ὁ στόμαχος τῆς μήτρης, & (54.) sed pro vteri osculo, quod στόμα τῆς μήτρης, dicitur lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 262.40.) eadem in re. Et rursus (pag. 685 40.51.686.19 22.) Et lib. περὶ ἐπικυήσιος sæpius, vt (pag. 260.16.24 43.45.51.) Et (p. 261.50.262.4.34.47.) Et 263. (p. 22. 49 52.) Et (p. 264. 4. 6. 33. 37. 46.50.) Et (pag. 265. 2. 3. 19.) Quibus in locis sæpè vteri collum & ceruicem denotat, interdum etiam eius osculum & στόμα. Στόμαχον [illegible], hoc est, os & gulam exponit Erot. apud Hip. vbi tamen στόμα etiam legitur, & communiter de homine dici adscribit Erotianus.

Στόμφειν Gal. in Exeg. ἀγροικίζειν, βαρύφθογγον exponit, quod est, grauem sonum, aut grauem vocem. Ac mihi videtur Gal. lib. 2. de Morb. (pag. 471.43.) vbi [illegible], στόμφει legisse, vt sit, & grauem sonum & grauem vocem edit. Et forte στομφεῖ publicè scribatur, quod vocis grauitatem & amplitudinem sonat, vnde στομφάζειν, grandius loqui, & magnificis aut splendidis verbis vti. στόμφος verò idem quod στόμφειν.

Στομοῦν pro ἀναστομοῦν sumit Hipp. aph. 21. sect. 2. lib 6. Epid. quod est aperire. Propriè autem dicitur (vt illic scribit Gal.) de his quæ scalpro diuiduntur & aperiuntur vt abscessus. Generaliore autem significatione sumit Hipp. vt quancunque partem aperire significet medicamentis aperientibus, vt venam aliquam, aut hæmorrhoidas, aut vteri aut nasi venas, aut fistulas inueteratas aliqua ex causa obstructas, aut aurium meatus sordibus obturatos.

Στραγγουρίη, vrinæ stillicidium significat, cùm stillatim vrina excernitur & effluit. Galen. Com. ad aph. 58. lib. 5. ὅταν τις ὀλίγον [illegible] συνεχῶς, στραγγουρία τὸ πάθος ὀνομάζεται. Cum aliquis paucam vrinam continenter excernit, stranguria aut vrinæ stillicidium is affectus appellatur. Idem Com. ad aphor. 48. lib 7. [illegible] στραγγουρία [illegible] στράγγα τὸ οὖρον [illegible]. Stranguriam aut vrinæ stillicidium esse cum vrina guttatim excernitur, ipsa appellatio edocet. Huius causam facit Gal. vesicæ facultatis retentricis imbecillitatem, aut vrinæ acrimoniam. στραγγουρίαν vrinæ difficultatem Celsus vertit ex aphor. [illegible].6.22. & 31. lib. 3. cap. 1. lib. 2. vesicæ morbum dixit M. Tullius lib 2. de fin. bon. & mal. de Epicuro loquens: & lotium stillicidium Cato lib. de re rust. cap. 156. τὰ στραγγουριώδεα vrinæ stillicidia dicuntur Coac. Pr. (pag. 190. E.) στραγγουριώδεα [illegible] lib. 2. Epid. (pag. 1053. G.) & aphor. 48. [illegible]. 7.

Στρεβλοὶ exponuntur Gal. in Exeg. apud Hip. οἱ ἐκ [illegible], qui strabones dicuntur, hoc est, qui oculis sunt distortis aut peruersis. Ac mihi videtur Gal. subindicare locum lib. 2. Epid. (p. 1033 F.) [illegible] καὶ στρεβλοὶ, [illegible]. Ex his, qui ab ortu sunt distortis oculis, stolidi & hebetes. Vbi στρεβλοὺς distortum corpus habentes diximus, illud ad corporis peruersionem referentes. Et verò monuimus exemplaria quædam manu scripta στραβοὺς pro στρεβλοὶ legere, quæ videtur quædam esse explicatio & ex Gal. fluxisse, quem etiam secutus est Corn. cum strabones dixit.

Στρέμμα luxatum aut luxatio dicitur, & στρέμματα tortiones significant, vbi articulis illæsis quæ circa ipsos sunt neruosæ partes intorquentur. Luxata Latinis vocantur. Quod enim Diosc. scripsit lib. 1 cap. 115. de calamo phragmite, [illegible] στρέμματα καὶ ἰσχιάδος ἀλγήματα [illegible], sic vertit Plin. lib 20. cap. 10. Phragmites radix recens tusa luxatis medetur & spinæ doloribus ex aceto illita. Dicuntur à contorquendo, cùm neruosæ articulos continentes partes intortæ, legitimos naturæ in ea parte motus cum dolore remorantur. Quod ferè accidit dum ambulando vestigium fallit, Gallicè aptissimè [*esfores*] vocantur. [illegible] (pag 699. versi. 30 H. 740 D.) Vbi Gal. στρέμματα vocari scribit: [illegible], hoc est, cùm articulo illæso, quæ circa ipsum sunt partes neruosæ distorquentur, idque maximè iis contingere quibus in vacuum gressus elabitur. Rursus lib. 5. Epid. (pag. 1159. C.) στρέμμα [illegible] δακτύλου, pollicis pedis luxatio.

Στρέφει Gal. in Exeg. exponit apud Hipp. στρέφει [illegible], hoc est, torquet, aut tormen inducit.

Στρίφνα idem [illegible] exponit, hoc est, velut inhabitat aut versatur ex lib. de aëre, loc. & aq. Ac mihi videtur is locus à Gal. subnotari qui scribitur nostris in codicibus (p. 386 40.) τὸ γὰρ οὖρον λαμπρότατον [illegible], ὅτι τὸ παχύτατον καὶ θολωδέστατον αὐτοῦ μένει [illegible]. Vbi στριφνοῦται legit Gal. Vrinam enim splendidissimam ad instar calculosi reddunt, quod crassissimum ac biliosissimum istic maneat ac velut inhabitet. Etsi plausibilis mihi videtur publicata lectio [illegible], quæ coaceruatur, colligitur, aut concrescit, un-

dicat. Vbi etiam διαλιδῖσαν pro χαλιδῖσαν legendum existimo, vt quod est crassissimum in vrina & maximè returbidum in vesica maneat ibique versetur aut colligatur.

Στροϐίλη linamentum intortum aut penicillum turbinis in formam implicitum ac contortum (collyrium vocat Celsus) significat apud Hipp. lib. de fist. (pag.884.D.) στροϐίλην ποιήσας ἴσην τῇ σύριγγι τὸ μῆκος, penicillum in turbinis formam intortum fistulæ magnitudine æquale effingito. Rursus (ibid.) ῥάμμα διεὶς δι' ἄκρας τῆς στροϐίλης, filo per turbinati linamenti summum traiecto. Et (ibid.E.) ἄχρις ἂν ἡ στροϐίλη διωσθῇ, donec turbinatum linamentum impulsum fuerit. Et rursus (ibid. F.) ἕλκων τὴν στροϐίλην ἔξω τῆς σαρκὸς, linamento turbinato foras educto. Quibus ex locis non est dubium quin στροϐίλην legendum sit apud Gal. in Exeg. vbi στροϐλὴν exponit στρεπτόν τι, linamentum quoddam intortum ex lib. περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων. στροϐίλη namque à στροϐέω, aut στρόϐιλος, dicitur linamentum in turbinis formam intortum, quod & στρομϐίλη etiam dici potest. A στροϐίλων forma nuces pineæ στρόϐιλοι vocantur, quas antiquitus Attici κώνους dicebant, vt scribit Gal. lib.7. τῶν κατὰ τόπ. (p.256.54.) quòd coni figuram imitentur. στρόϐιλοι etiam nucis pineæ nuclei vocantur Dioscor. cap.87. lib.1.

Στρογγύλον μήλην, τὴν σπαθομήλην exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. specillum rotundum. specillum latum vocat Celsus lib. 6. & μήλην πλατεῖαν Hipp. Sic enim μήλην πλατεῖαν τὴν σπαθομήλην apud eum exponit Gal. vt antea scripsimus.

Στρογγύλον Gal. apud Hipp. τὸ μυρτιδάνον exponit, quòd apud eum scribatur: καὶ τὸ Ἰνδικὸν, ὃ καλοῦσι πέρσαι πέπερι, ἐν τούτῳ δὲ ἔνι τι στρογγύλον ὃ καλοῦσι μυρτίδανον. Et Indicum quod Persæ vocant piper. In eo autem inest rotundum quiddam, quod vocant Myrtidanum. Qui locus legitur lib.2. περὶ γυναικ. (pag.672.15.) At στρογγύλου indicatura locus mihi exprimi videtur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag.630.39.) καὶ τοῦ στρογγύλου τρία. Quod lib. περὶ γυναικ. φύσ. καὶ τῶν στρογγύλων ἴπερ vitiosè scribitur. Qua de re scripsimus antea in Indico & Myrtidano.

Στρόφοι dicuntur intestinorum cruciatus & dolores intestina torquentes. Celsus cap.7. lib. 2. τοὺς περὶ τὸν ὀμφαλὸν στρόφους, vbi circa vmbilicum intestina torquentur, vertit ex aph.11. lib.4 στρόφοι ξυνεχέες, continua tormina in Ileo ægr.9 lib.3. στρόφος περὶ τὴν γαστέρα, alui cruciatus & tormina aphorism.41. lib 5. & aphoris. 20 lib.4. & Coac. (pag.165.C.) καρδιαλγικὰ μετὰ στρόφου, oris ventriculi dolor cum torminibus, & libr.7. Epid. (pag. 1231.A.) Rursusque lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag 101.55.H.400.9.) στρόφος κοιλίης, Tormines scribit No. Marcellus genus morbi dici quòd dolore torqueant: vnde Torminosos vocat Cicero qui frequenter torminibus vexantur. στρόφους vermina dici scribit Festus intestinorum cruciatus, cùm minuto motu quasi à vermibus rodantur.

Στροφᾶσθαι significat, verti, volui, versari, vt lib. de art. (pag. 639.56. H. 826.B.) καὶ τὸ ἄρθρον εἰθισμένον ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ στροφᾶσθαι, & articulus eo in loco versari consueuerit. Et rursus ibid. (p 637.15.H.824.B.) καὶ εἰθισθῇ τὸ ἄρθρον ἐν τῇ σαρκὶ ἐνστροφᾶσθαι, articulusque in carne versari assueuerit. στρόφων causam scribit Galen. morsum aut spiritum flatuosum facilem non habentem exitum. Com. ad aph.41. lib.5. & aph 11. lib. 4. στροφώδεα verò οὖρα dicuntur Dioscor. apud Hip. quæ compacta quædam habent & densa quæ per eas feruntur, vt scribit Gal com.3. in Prorrh. (pag.216. 28. H. 81. C.) αὐτὸς μὲν οὖν ὁ Διοσκουρίδης τὰ στροφώδεα οὖρα λέγεσθαί φησι, τὰ ἔχοντά τινα ἐν αὐτοῖς ἐμφερόμενα πεπηγότα, παρὰ τὸ συστρέφεσθαι, ὃ ἐστι πήγνυσθαι, γεγονὸς τὸ ὄνομα... Ipse igitur Dioscor. στροφώδεα οὖρα dici ait vrinas, quæ concreta quædam quæ per eas inuehantur habent, à στρέφεσθαι quod concrescere significat, deducto nomine. Scimus enim & poëtam hoc dixisse, καὶ περιστρέφεται κυκλώσας, quod indicat concrescit. Apud Hip. autem στροφώδεα tam possunt referri ad alui recrementa quæ cum torminibus feruntur, quàm ad vrinas vt ibidem docet Gal. Hac verò notione περιστρέφεσθαι lac dicitur cum iniecto coagulo cogitur & condensatur, quasi circumagatur aut circumuertatur, Homero Il.ε. (v.903.) vbi περιστρέφεσθαι περιπήγνυσθαι exponitur.

Στροϐλὴν Gal. in Exeg. στρεπτόν τι exponit ex lib. περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων, sed στροϐίλην legendum antea monuimus in στροϐίλη.

Στρυμάργου idem Gal. adscribit ex Hipp. in Exeg. additq; Dioscor. hanc etiam scripturam agnouisse, vt & σπυμάργου. Illum autem sumpsisse non vt proprium nomen aliquod, sed vt ἐπίθετον, exposuisseque non secus ac si significaret μανικῶς ἐπτοημένον περὶ τὰ ἀφροδίσια, hoc est furiosè in Venerem concitum. Talia enim multa ἐπίθετα hoc modo apud Hipp. dici, velut μυοχάνη, σαρώνους, χυνοκλάπης. Velut etiam apud Erasist. ῥινοκολούστης dicitur, qui mutilatis est naribus. Hæc verò Gal. nomenclatura locum lib.2. Epid. subindicare mihi videtur (pag.1010.F.) vbi tamen ἡ Σπυμαργίω legitur, & Στρυμάργου Diosc. legisse est vero simile, vt & in alio exemplo (pag.1037.G.) Σπυμάργου, etsi vtrobique publicata exemplaria Στυμαργίω legunt.

Στρυφνὸν acerbum significat, de quo aptissimè Gorr. Est autem τὸ χυλοῦ εἶδος, sapor acerbus, qualis est in vua immatura & acerba, pyris syluestribus, galla, rhoë & similibus. Aet. in præfatione lib.1. (sub initium ferè) proprias succorum seu saporum facultates diligenter examinans, scribit: ὅταν τὸ πλησιάζον τῇ γλώττῃ σῶμα προσφύως ξηραίνῃ καὶ συνάγῃ καὶ τραχύνῃ μέχρι βάθους πλείονος αὐτὴν, στρυφνὸν ἅπαν τὸ τοιοῦτον ὀνομάζεται, ὅπερ ἐστὶν ἐπιτεταμένον αὐστηρόν. Cùm corpus aliquod linguæ admotum vehementer siccat & constringit, ipsamque altè admodùm exasperat, omne id στρυφνὸν, quod est acerbum, nominatur, hoc est, intensè austerum. Vnde cùm sapor acerbus contrahat & siccet, tropicè στρυφνὸς, rigidus, durus, flecti nescius, vt & austerus & acerbus dicitur. Sic στρυφνότεραι γυναῖκες sunt Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 563.29.) mulieres acerbiores, adstrictiores, hoc est, siccciores & compactiores, non molles, non fluidæ, & quæ ταῖς ῥοωδεστέραις opponuntur, & quæ sunt aridiores, contractiores, torosiores, solidiores & firmiores. Eadem etiam notione στρυφναὶ γυναῖκες dicuntur lib. de aëre, loc. & aq. (pag.282.54.) mulieres aridæ, siccæ, contractæ. Vbi tamen στειραὶ mihi legisse videtur Gal. quid ξηραὶ, ἀπεστραμμέναι exponit, (vt scripsimus antea) steriles Interpretes vertunt. Sic στρυφνοὺς δὲ συνεσταλμένους, σκληροὺς καὶ ἰσχνοὺς, hoc est, acerbos & contractos, duros, & graciles exponit Gal. Com. in lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 31.14 H.337.36.) Vbi tamen στερεοὺς Erot. legisse antea monuimus. Per translationem etiam στρυφνὸς ἐγκέφαλος scribitur, cerebrum acerbum, rigidum & durum in adultis, hoc est compactum, non molle, diffluens aut humidum velut in pueris. Lib. περὶ ἱερῆς νούσου (pag.307.20.) καὶ ὁ ἐγκέφαλος πυκνὸς ... στρυφνὸς, cerebrum compactum est ac rigidum, cui ὑγρὸν postea opponere videtur. Sic στρυφνὸν exponit Hesych. στερεὸν, ἰσχυρὸν, αὐστηρὸν, ἐπεστυμμένον, πυκνόν. Quod per ι etiā scribitur, & στριφνὸς eidem exponitur σφιγγωτὸς, πυκνὸς, στερεὸς, strictus, solidus, firmus, densus & durus. Eaque ratione compactum & compressum cerebrum dici potest. Lib. περὶ σαρκῶν (pag.249.42.) ossa σκληρότατα καὶ στριφνότατα dicuntur, durissima, & rigidissima, solidissima ac maximè firma, quibus τὰ σπογγώδεα, hoc est cauernosa, fistulosa, porosa, rara & laxa opponit. Per υ tamen scribi malim. Στρυφνὰ οὖρα quænam sint apud Hipp. antea adscripsimus in οὖρα στρυφνά.

Στρωτὴρ trabecula parua trabes, tignum, canterius dicitur. στρωτῆρα vocat Hipp tignum quoddam aut paruam trabem, quæ transuersa inter duas columnas alligatur, ad humeri articulum elapsum reponendum. lib. de art. (pag.584.50.H.783.D.) ἔπειτα χρὴ μεταξὺ δύο στύλων στρωτῆρα πλάγιον εὖ προσδῆσαι. Post hæc trabecula transuersa inter duas columnas probè adalligari debet. Vbi στρωτῆρα exponit Gal. ξύλον μεταξὺ ὄντων ἀπὸ τοῦ ἑτέρου κίονος ἐπὶ τὸν ἕτερον, trabem quæ ab altera columna ad alteram pertingit. Qua dictione sæpius vtitur ibidem, vt & rursus (p. 659.44 H 8.8.C.) Quibus ex locis στρωτῆρας δοκίδας apud Hip. exponit Erot. Sunt autem στρωτῆρες trabeculæ aut tigellæ, quę trabibus aut tignis maioribus substernuntur.

Στυπτηρίη χαλκῖτις exponitur Gal. in Exeg. ἣν ἁπλῶς οὕτως ὀνομάζομεν χαλκῖτιν, quam simpliciter Chalcitim nominamus. Libr. de vlceribus (pag.877 F.) καὶ στυπτηρίη ἡ χαλκῖτις, alumen chalcitis, vt & ἡ χαλκῖτις στυπτηρίη ibidem (pag 879.F.) Alumen autem Ægyptium sæpe probat & vsurpat Hipp. lib. de vlcer. (p.877. E F & pag.879.E.) & lib.1. περὶ γυναικ. (pag.614.15.) ad vteri vlcera. & rursus (pag.622.27.) & (pag.625.11.) & lib.7. Epid. (pag 12.8 D) ad gingiuæ dolores. Alumen quoque Melinum idem celebrat vt antea scripsimus in Μηλιὰς στυπτηρίη.

Στυφελίζειν duriter & asperè tractare, vexare, diuexare, exagitare, commouere vt στυφελίζειν τρώματα, vulnera duriter & asperè tractare, lib. de fract. (pag.568.11.H.772.F.) ἥκιστα γὰρ χρὴ τῇ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ στυφελίζειν πάντα τὰ τρώματα. Vulnera enim omnia tertio & quarto die minimè sunt exagitanda. Eaque dictione vtitur Hom. Il.α. (v.581.) εἴπερ γάρ κ' ἐθέλῃσιν Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς, ἐξ ἑδέων στυφελίξαι, pro sedibus deiicere, deturbare, depellere. ἀποκινῆσαι, ὑπαγαγεῖν exponit Schol.

¶ Συγχωφὸν, vide ξυγχωφὸν antea.

Σύγκαυσις, exustio, inustio, cùm ob eorum quæ assumuntur aut ingeruntur acrem caliditatem, acria atque inæqualia alui recrementa deiiciuntur, indeque febricitare contingit, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.114.2.H.405.28.) Vbi enim scribit Hipp. ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι, καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα καὶ ἀνώμαλα διέρχεται ὑπὸ συγκαύσιος αὐτίκα. Quibus ventres inferiores

riores sunt calidi, iisque ex colliquatione subeunt acres & inæquales deiectiones ὑπὸ συγκαύσιος, hoc est ex inustione potius esse scribendum censet Gal. ægr. 2. lib. 3. Epid. ξυγκαυθέντα ὑπῆλθε, exusta alui recrementa demissa sunt, ex interno incendio & hypochondrij dextri phlegmone.

Συγκεῖσθαι, compositum esse aut conflatum, vt συγκείμενοι ἐξ ἀδοξίης, Medici fucati non veri ex ignominia compositi aut conflati, ἐν νόμῳ (pag. 2. 5.) quòd quæstum quem ex arte sibi comparant, pluris faciunt quàm gloriam. Qui ignominiam sibi cognatam aut familiarem habent, dixit Zuingg. Cornar. qui ex composito ipsius personam induerunt.

Συγκλείσιες sunt venarum occlusiones aut conclusiones, cùm vnà inter se occluduntur. Lib. de Morbo sacro (p. 310. 8.) de corde. φλέβες ἐς αὐτὴν συντείνουσι, καὶ συγκλείσιας ἔχει ὥστε αἰσθάνεσθαι ἤν τις πόνος ἢ σύστασις ἐμπέσῃ τῷ ἀνθρώπῳ. Venæ ad ipsum tendunt, illicque clauduntur, (hoc est, desinunt) adeò vt sentiat si quis dolor aut contractio homini contingat. fortè verò συγκλείσιας habere cor dicitur, hoc est venarum occlusiones, quæ fiunt delatis in cor humoribus aut spiritibus, per quos affectuum quidam sensus inducitur, vnde cor ac corpus ipsum contrahitur & inhorrescit. Hinc σύστασις ibi dicitur, velut quædam corporis contractio, à molesto sensu inducta, aut sensatione quadam tristi aut molesta contracta.

Συγκλεῖσθαι & συγκλείεσθαι, vide antea in κλείεσθαι.

Συγκομιστὰ in cibis dicuntur quæ ex toto sunt collata & cum succo, non sicca, velut lib. 2. περὶ διαίτης (p. 361. 38.) in cibis acribus, acidis, austeris & acerbis, τὰ συγκομιστὰ sunt quæ ex toto collata sunt, hoc est cum succis ipsis, & ex quibus nihil detractum est, quibus ibidem τὰ ξηρὰ opponit. Rursus li. 3. (pag. 366. 46.) per hyemem τοῖσι διαιτήμασι συγκομιστοῖσι καὶ ἀκρήτοις, victu ex toto collato & meraciore vti iubet. cibos varios vocat Caluus. Sic συγκομιστὸς ἄρτος panis confusaneus dicitur qui ex tota farina collata, non excussa, constat, & ex omnibus farinæ partibus citra vllam detractionem, vt antea exposuimus in ἄρτος συγκομιστός.

Συγκρίνεσθαι coagmentari & concrescere significat, aut compingi, & de maris conformatione dicitur aph. 35. sect. 2. lib. 6. Epid. vbi συμπηγῆναι, ἱστάναι exponit Gal. concreuit, compactus est & coagmentatus.

Συγκυρίη, casus, occasio, quod fortè euenit, & idem quod συγκύρημα. li. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. (p. 11. 51.) οἱ δ' ἀτυχέουσι δὲ ἄλλων τινὰ συγκυρίην ἐπιτηδεύουσι ἐπίτηδες αἰτίην, qui vel voluptate, vel quauis alia occasione adducti, alterutrum faciunt. Et lib. περὶ χυμῶν (pag. 49. 28. τὰ ἀπὸ συγκυρίης, quæ casu proueniunt. Est & συγκυρεῖν verbum idem quod τυγχάνειν significans, & casum rerum denotans, per contingere Latini rectè exprimunt. Libr. 1. Epid. (pag. 370. 30. H. 953. C.) ἔστι δ' ᾗσι συνεκύρησεν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι νοσῆσαι, in quas verò prægnantes morbus fortè incidit. aut Quibus autem contigit, vt prægnantes morbo corriperentur.

Σύγχυσις ὅλων, omnium confusio, conturbatio, vt ventriculi in coquendis cibis imbecillitas omnium corporis affectionum causa est, & omnia in corpore conturbat, aph. 1. sect. 3. lib. 6. Epid.

Σῦκα Gal. in Exeg. exponit ἐπαναστάσεις σαρκώδεις ἐν τοῖς τῶν βλεφάρων τόποις γινομένας, carnosas quasdam eminentias in palpebrarum locis obortas. Quibus verbis locum lib. 3. Epid. in st. pest. (pag. 426. 25. H. 1085. H.) subnotat ἐπεφύοντο βλεφάροισιν ἔξωθεν, ἔσωθεν, πολλῶν φθείροντες τὰς ὄψιας, ἃ σῦκα ἐπονομάζουσιν, palpebris adnascebantur quædam foris & intus, quæ multorum aciem perderent, ficos nominant. σῦκα ὀνομάζουσι (vt scribit Paulus lib. 3. cap. 3.) βλαστήματα ἑλκώδη, στρογγύλα, ὑπόσκληρα, ἐπίπονα, ἐρυθρά, [illegible], ficos appellant germina vlcerosa, rotunda, subdura, rubicunda, quæ etiam dolor comitatur. fit hoc mali genus plurima ex parte in capite, nascitur tamen & in reliquo corpore, & σῦκον, aut σύκωμα, aut σύκωσις nominatur, Latinis ficus aut ficatio. Etsi Aristoph. Schol. scribit σῦκον πάθος καλεῖται ἀεὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ σώματος φυόμενον, ὅ φασιν ἰδιωτικῶς συκάμινον. σῦκον affectus genus est quod semper in oculis neque in alia corporis parte nascitur, quod populariter συκάμινον vocant. Idem etiam σῦκα ἕλκη ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς γινόμενα, esse scribit, & σῦκα τὰ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν συκώματα λεγόμενα. Et Iul. Poll. lib. 2. σῦκα Aristoph. dici, τὰ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἕλκη, scribit. Hesych. quoque σῦκα exponitur τὰ ἐπὶ τοῖς βλεφάροις γινόμενα, ἤτοι σύκωσις. Sed σῦκα scribitur velut multis aliis in exemplaribus apud Hipp. & Gal. Συκάμινα etiam quæ σῦκα aliis dicuntur fici, & ani vlcera, mariscas Latini vocant, Gal. lib. 3. de paratu facilibus (pag. 449. 14.)

Συκαῖ per contractionem pro συκέα aut συκέα, τουτέστι συκάμινος aut μορέα, est morus arbor, ferens mora, fici dulcedine. Gal. in Exeg. συκῆς ex libr. 1. περὶ γυναικ. pro συκέας positum scribit, & πυελὼ συκῆς ἀπὸ ῥίζης, ἀντὶ τοῦ συκέας, τουτέστι συκαμίνου, ὅπερ ἐστὶ μορέας. quod est, fomentum ex mori radice adhibeto. συκῆς enim idem quod συκέας, hoc est, συκάμινος valet, quod aliàs veluti exponens mori radice dicit. Verùm συκέας & συκέας vitiosè legitur apud Gal. Subnotatur autem ab eodem locus lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 633. 28.) in vteri aut pudendi muliebris vlceribus, καὶ πυελὼ συκῆς ἀπὸ ῥίζης. Vbi tamen Interpretes omnes fomentum ex fici radice accipiunt, cùm mori radicem exponat Gal. Aut certè fici Ægyptiæ dicendum esset, cùm συκάμινος aut συκόμορος ficus Ægyptia dicatur Plinio cap. 7. libr. 13. ex Theoph lib. 4. hist. plant. cap. 2. συκάμινος autem morus dicitur Græcis, & capitur pro sycomori tum fructu, tum arbore. Apud Corn. Celsum cap. 18. lib. 3. & 5. sycaminus sycomorum Arabicam & arborem Ægyptiam significat, quam morosycon appellari scribit. At rursus lib. 2. περὶ γυναικ. συκῆς ῥίζα ἐν μέλιτι, hoc est mori radix ex melle, in subdititio pesso adhibetur ab Hipp. ad aquosos sanguinis humores educendos (pag. 672. 29.) Erot. apud Hipp. συκῆς ἐρριμμένης, hoc est, ficus abiectæ aut proiectæ, τῆς ἀγρίας συκῆς exponit, hoc est, agrestis ficus.

Συκίου Gal. apud Hipp. τὸ τῶν ἰσχάδων ἀφέψημα exponit in Exeg. quod est ficuum aridarum decoctum aut caricarum. Quam dictionem vsurpat lib. 2. de Morb. (pag. 470. 50.) ἔπειτα ἀναζέσας σῦκα καὶ ἀποζέσας ἐς ὕδωρ, τρίψας τῆς ῥόας ὀλίγην, διεὶς τῷ συκίῳ τούτῳ, ἢν δύνηται ἀναγαργαρίζειν. Deinde ficus aquâ decoquito, & rhois tritæ paruam portionem hoc ficuum decocto diluito, eoque si possit gargarisset. Rursusque ibidem (pag. 471. 28.) ἀναγαργαριζέσθω δὲ τῷ συκίῳ, ficuum decoctum gargarisset, aut ad gargarizandum adhibeat. Verum suspecta est mihi lectio apud Gal. & συκίῳ & ἀφέψημα legendum videtur, aut σύκινον, quemadmodum etiam Var. scribit.

Συκίτης οἶνος, vinum ex ficubus aut caricis maceratis, qui & καταρχίτης οἶνος dicitur Dioscor. lib. 5. cap. 41. Vide οἶνος συκίτης antea.

Σύκου τὸ πῖον, vide τὸ Πῖον antea.

Σύκωσις ficatio, tumor in ano à thymo sola magnitudine differens, marisca Latinis vocatur. Est & σύκωσις Celso cap. 3. lib. 6. vlcus à fici similitudine sic dictum, in his partibus quæ pilis conteguntur proueniens, in quo caro quidem excrescit, & id quidem generale est, & sub eo duæ sunt species, quarum vna maximè in barba, altera præcipuè in capillo enascitur. Σύκωσις quoque idem quod σύκωμα aut σῦκον, palpebrarum eminentia & tumor cum asperitate, & ficosa palpebra dicitur. Paulo σύκωσις palpebræ interior aspritudo dicitur in tantum excrescés, vt veluti incisuras habeat, eoque τῆς τραχώματος differens. At Isag. auth. (pag. 386. 15.) σύκωσίς ἐστιν ὅταν τι ἐν τοῖς τῶν βλεφάρων ἐρυθρὸν ἐπὶ σαρκώδει ἀπάσῃ μὴ ὑπερέχῃ, καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ὅλος δυσκινήτως ᾖ. hoc est, ficario accidit cùm in palpebrarum parte interiore carni quid simile enatum fuerit, quid emineat, & oculus totus ægrè moueatur. Verùm mendum esse suspicor & legendum σύκῳ παραπλήσιον, hoc est ficui simile. Scribit enim Aët. cap. 45. lib. 7. ἡ σύκωσις λεγομένη ὑψηλοτέρας τὰς ἐξοχὰς ἔχει, καὶ τὰς ἐπιτομὰς ... σύκῳ ... κεχηνότι; Sycosis nuncupata altiores habet eminentias & velut incisas. Cui namque rei alteri quàm ficui hianti melius assimilari potest? αὐτὸς quoq; apud Gal. Com. 2. in libr. 6. Epid. (pag. 458. 3.) τοὺς ἑλκώδεις ἐξοχὰς in palpebris exulceratos tumores aut eminentias habent. in quibus exasperantibus primùm, deinde etiam consumentibus vtendum esse medicamentis scribit, vt eorum virtus altiùs penetret. Idemque testatur se in his vsum esse aspera ceti marini cute, siue sepiæ testa & pumice, cumque ista non essent ad manum, scalpelli cyathulo angustum non latum extremum habentis. Idem libr. 11. de sim. med. fac. in Sepia. τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς μεγάλας τραχύτητας καλοῦσι συκώσεις. Ingentes oculorum asperitates sycoses aut ficationes nominant. Et lib. 4. τῶν κατὰ τόπ. (pag. 206. 14.) τραχώματα esse scribit paruas palpebrarum asperitates, magnas verò συκώσεις appellari.

Συκωτὰ ficata dici possunt edulia quædam delicata ex caryicis comparata, quæ propter dulcedinem visceribus, vt hepati, ad voluptatem & nutritionem sunt gratissima, in febribus verò & inflammationibus internis nocentissima, quòd in bilem facilè vertantur, Gal. Comment. 3 in libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 75. 52.) συκωτὸν dici Aëtius scribit cap. 117. lib. 2. Tetrab. 1. porcellorum iecur caryicis saginatorum, quod omnium animalium est præstantissimum, non ad voluptatem modò, verumetiam ad alia omnia.

Συλλέγεσθαι colligi, coaceruari idem quod συστρέφεσθαι significat apud Hipp. Quod enim dicitur aph. 40. lib. 5. ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται, in mammis sanguis coaceruatur, συλλέγεται scribitur lib. 2. Epid. (1056. G.) Dicunturque collectiones [illegible]

apud Latinos nomine, humorum prauorum in aliquam partem confluxus & coaceruationes.

Συλλείβεσθαι est confundi, misceri, confluere, in vnum stillare aut fluere. Lib περὶ ὀστέων φύσιος (pag. 278. 53.) συλλείβεται δὲ ἐκ τῶν ἄλλων μελέων σώματος ἐς ταύτην. De cæteris autem corporis membris in hanc confluit aut stillat. Agitur autem de semine, quod ex omnibus veluti corporis partibus delibatur, & in vas seminarium confluit. Apud Erot. λείβονται ἀπολείβονται, hoc est libant, explicatur.

Συλλογισμοὶ ratiocinationes Medicorum cùm de morbis differunt & disputant, quibus βοηθείην opponit, auxilium & præsidia. Lib περὶ εὐσχημοσ. (pag. 24. 38.) πολλὰ γὰρ οὐ συλλογισμοῦ ἀλλὰ βοηθείης δεῖται τῶν προσγινομένων. Plæraque enim non ratiocinatione sed auxilio opus habent. Dici etiam possunt medicorum concilia, collocutiones ac deliberationes. κοινολογίην vocat ἐν παραγγελίαις (pag 27.35.) communem considerationem, & (p. 28. 28.) ξύλλογον θεραπείης, curationis consultationem aut concilium.

Συλλοχίας Gal. apud Hip. in Exeg. exponit ἀθροίσματα, congregationes, collectiones, coactiones, scribitque ductam esse translationem ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς λόχους συνειλεγμένων, à militibus in cohortem collectis. Quam vocem vsurpat Hipp lib. περὶ ὀκταμήνου (pag. 259. 34.) ἱδρῶτα γὰρ χωρέειν ῥέποντα κατὰ τὰς συλλοχίας. Secedunt enim singulæ, quæ sensim & in modum collectæ cohortis coactæ fuerunt. Agitur enim de excrementis & viis in pueris secundum naturam apertis, per quæ ea expurgantur. Innuere autem videtur per eas vias pueris statim in lucem editis ea excrementa repurgari, quæ sensim & in modum militum in cohortem coactorum, in vtero collecta fuerunt. Sic enim hic locus propriè mihi subindicari & explicari videtur. Exemplaria verò omnia συλλοχίας habent vitiosè. Quod effecit vt Interpretes partus & puerperij purgamenta acceperint, non expressa eleganti translatione, & Gal. explicatione neglecta. Cornar. certè ad Gal. explicationem respiciens, κατὰ τὰς συλλοχίας ῥέποντα, iuxta modum quo agmina congregantur repentia, dixit. Caluus συλλοχίας συλλήψιος, intellexisse videtur, conceptus.

Συμβολὴ, commissuram, iuncturam, compaginem, connexionem significat libr. 5. Epid. (pag. 1143. F.) τὴν πλησίον συμβολὴν πρὸς τὸ ἰσχίον, commissuram coxendici proximam ab inguine & coxæ anteriore parte intelligit. Sic ξυμβολαὶ τῶν ὀστέων, ossium commissuræ. Vide antea ξυμβολή.

Συμμύειν conniuere, clausum esse, comprimi & coarctari, de vteri osculo dicitur aph. 51. lib. 5 quod vterum gerentibus conniuet aut comprimitur. ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερέων συμμέμυκεν. Conniuet etiam vteri os in inflammationibus aut tumoribus præter naturam tuncque vteri osculum durum est, vt aph 54. lib. 5. ταύτῃσιν ἀνάγκη τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ξυμμύειν, iis os vteri conniuere necesse est.

Συμπαρατάξιες dicuntur Hipp conflictus velut instructa acie, & quæ simul velut instructa acie concurrunt, hoc est, conflictationes, & velut acies collocatæ & instructæ. Qua dictione conflictum inter morbum, naturam & alimenta intelligit libr. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 17. 22.) τὰ δ' ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι τῇσιν ἐκ τῶν νούσων, ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇσι νούσοισι τῇσι μακρῇσι, γίνονται πολλαὶ συμπαρατάξιες, αἱ μὲν ἀπὸ ταυτομάτου αἱ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν προσπιπτόντων τῶν τυχόντων. In iis verò qui ex morbis conualescunt, aut qui longis conflictantur morbis, multi velut instructa acie conflictus fiunt, partim sponte, partim ex iis quæ sine delectu adhibentur. Significat autem Hipp. in iis qui ex morbis releuantur, aut iis longis conflictantur, multos conflictus fieri, multaque simul concurrere, vno eodemque tempore fieri, à quibus vel iuuari vel lædi hominem contingit, idque vel sponte naturæ euenire, quod est inimicum & noxium expellere tentantis, vel ab iis quæ assumuntur, nempe cibis vel alimentis, quæ vel naturæ inimica sunt eamque affligunt, vel amica, atque eatenus naturam aduersus morbum propugnant. Quamobrem Medicos damnat Hipp. qui hæc in alimentis ex ægrorum aut conualescentium differentibus naturis non dignoscunt. Quin & συμπαρατάξιες dici possunt oppugnationes aut oppositiones quædam, quibus natura se velut morbo opponit, aut aduersus eum insurgit, tum sua sponte, tum ab his quæ assumuntur velut adiuta & instructa. Sunt ergo συμπαρατάξιες varij conflictus tum naturæ tum morbi, qui vno tempore insurgunt, & ab iis quæ assumuntur aliisque causis, tum salubribus, tum insalubribus instituuntur & comparantur Quorum vim & discrimen præcipuè Medico cognitum esse vult Hipp. & ad ægri naturam accommodari. συνταράξια legisse videtur Cornar. cùm conturbationes verterit. Atque idem συμπαρατάξιας fortasse cum Caluo præuaricationes nescio quo iure vertit, nisi ea quæ à causis externis ad ægri perniciem morbo subsidium afferunt, velut noxiam quæ ab intempestiuo cibo opportunè adhibito, aut ab aliis causis salubribus contingit, veluti cum morbo conspirantem intellexerit. συμπαρατάξιας rectè conflictationes dixit Zuingg.

Συμπάσματα dicuntur quæ aliis διαπάσματα, & quæ corpori insperguntur, aspergines Aureliano cap. 38. lib. 2. ac. & cap. 7. lib. 3. Tard. Pass. & cap. 2. lib. 5. vt etiam aspersiones ob pruritum corporis adinuentæ, cap. 5. lib. 3. Tard. Pass.

Συμπάσχειν, coafflici, compati, non de simplici aut quouis affectu dicitur, sed de vehementi affectione, cùm partes quædam vehementi passione laborantes reliquas in consensionem secum trahunt. Gal. Com. ad aph. 16. lib. 6. τοῖς πάσχουσι μορίοις οὐχ ἁπλῶς ἕτερα συμπάσχειν πέφυκεν, ἀλλ' ὅταν ἐν ἰσχυρῷ γίνονται πάθει. κατὰ τοῦτ' οὖν δὲ τοῦ ἥπατος παθόντος λυγμοὶ μὲν ἕπονται, τοῦ στομάχου συμπαθοῦντος, βῆχες δὲ καὶ δύσπνοια τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. οὕτω γοῦν καὶ τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις μεγάλως κακοπραγοῦσι, τὸ ἧπαρ συμπάσχει. Ad partes affectas non temere aut simpliciter aliæ compati solent, sed cùm forti affectu detinentur. Hac igitur ratione iecore affecto singultus quidam succedit, compatiente stomacho: tussis autem & spirandi difficultas, respirationi destinatis instrumentis per consensum affectis. Sic igitur instrumentis respirationi dicatis graui er affectis hepar compatitur.

Συμπιέζειν corpus macerare significat, hoc est emaciari, aut inedia opprimi & vexari, lib. 7. Epid. (pag. 1228. G.) πιέζομαι autem idem quod πιέζομαι indicat, & apud Herodot. πιεσθεὶς πολέμῳ bello vexatus & oppressus dicitur. Idem apud Hesych. πιεζόμενος θλιβόμενος exponitur. Sic πιέζεσθαι apud Thucyd. ταλαιπωρεῖν interdum significat, vt exponit Schol. Interdum & πιέζεσθαι λιμῷ & νόσῳ dicitur, fame premi ac laborare, morbo vexari & affligari.

Συμπορσύνειν apud Hipp. est præparare, exhibere, conciliare, concedere. Lib de art (pag 598. 12. H. 792. G.) συμπορσύνοι αἱ τὴν κατόρθωσιν, ὁ μὲν ἄνθρωπος ὕπτιος κεῖται. restitutionem subministraueri hominis supinus decubitus, hoc est directionem præparauerit, concesserit, exhibuerit, confecerit, comparauerit, conciliauerit, suppeditauerit. Quem locum subindicans Erot. συμπορσύνοι συνοίσει exponit, quod est concesserit. Verùm συμπορσύνειν vitiosè legitur nostris in exemplaribus. Gal. etiam in illius loci Com illud συμπορσύνοι per συμπαρασκευάζεσθαι εἰς τὴν κατόρθωσιν, quod est ad directionem comparari aut præparari, exponit. Est autem πορσύνω verbum poëticum pro παρέχω, παρασκευάζω, ἑτοιμάζω, εὐτρεπίζω. vt apud Hom. Il. γ. (v. 411.) κεῖνο πορσυνέουσα λέχος, hoc est, εὐτρεπίζουσα, παρασκευάζουσα, στρωννύουσα vt exponit Hesych. paratura cubile. Vbi etiam πορσυνέουσα legit. Idem quoque πρεπόντως κοσμεῖ exponit Quo significatu adornare resti utionem aut repositionem dici potest.

Σύμπτωσις est vasorum subsidentia & contractio, velut ex euacuationibus contingit, cui opponitur ὄγκωσις. Gal. lib. de optima secta (pag. 28 27.) Neque autem in solis euacuationibus aut ῥύσει videtur, sed etiam in σχέσει & mensium suppressione, vt ibidem scribit Gal. vt neque ὄγκωσις in sola suppressione excrementorum, sed in fluxu etiam & excretionibus σύμπτωσις etiam membrorum & corporis collapsionem significat cùm corpus concidit aut collabitur, quod ei accidit cùm lassitudine aliqua victum est & facultates exolutæ, quod morbi vehementiam & malitiam indicat. lib. περὶ χυμῶν (pag. 48. 11.) Significat etiam membrorum contractionem & concidentiam, & διαλύσει & παρέσει iungitur lib. 4. Epid. (pag. 1136. H.) συμπτώσιες etiam venarum subsidentias aut compressiones significant, & inanitionem indicant, quæ κενεαγγείη dicitur Hip. aph. 2. libr. 1. quoniam (vt scribit Gal.) κατὰ τὰς ἀγγείας συμβαίνει γίνεσθαι κατὰ πάσας τὰς κενώσιας, in omnibus euacuationibus vasa exinaniri contingit. Aph. 3. lib. 1. μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς ἔσχατον ἄγειν. Neque vacuationes eò deducendæ vt vasa in se penitus considant συμπτώσιες φλεβῶν dicuntur lib. 2. Epid. (pag. 999. F.) vt & συμπτώσιες simpliciter lib. 4. Epid. (pag 1138 C.) cùm venæ concidunt. vt loquitur Celsus cap. 6. lib. 3. Est & σύμπτωσις προσώπου, vbi facies contrahitur aut collabitur, lib. 4. Epid. (p. 1134 B.) & ὀμμάτων σύμπτωσις, oculi collapsio, quæ tumori opponitur, ibid. (p. 1138. C.) Qua notione κρόταφοι συμπεπτωκότες, collapsa tempora dicuntur in Progn. (pag. 121. 34. H. 36. 31.) συμπίπτειν enim de extenuato, adstricto & purgato corpore dicitur, cùm humores concidunt, neque corpus molem illam succulentam retinet, quod in cadaueribus contingit. Sic quoque συμπεσὸν τὸ σῶμα καὶ ταριχευθὲν, adstrictum & extenuatum aut conditum corpus dixit Plato in Phæd. Vide ξυμπίπτειν.

Συμφλᾶν est collidere, vt lib. 5. Epid. (pag. 1159. B.) ἡ ἄγκυρα ὀστέον συνέφλασε, anchora os collisit.

Συμφυέσ

Συμφύεσθαι est coalescere, cùm discissi corporis labra agglutinantur. aphorism. 19. & 24. lib. 6. Vbi συμφύεσθαι scribit Gal. ὅταν τὰ διακοπέντος σώματος τὰ χείλη κολλᾶται. Inde Philoth. σύμφυσις dicitur ἡ τῶν διεστώτων χειλέων ἕνωσις ἢ κόλλησις, disparatorum labrorum vnio & agglutinatio. Est & σύμφυσις ὁ ξύμφυσις, coalitus, compago, connexio, iunctura, qua ossa inter se vniuntur Hipp. lib. de artic. (pag. 605. verf. 1. & 2. 800. A.) vbi σύμφυσις etiam pro συνάρθρωσι ponitur, cùm in superiore maxilla plures esse συμφύσιας scribit, in qua tamen ossa per συνάρθρωσιν iunguntur. Vide ξύμφυσις antea.

Σύμπαγμα, concretio, coitio, coagmentatio, li. 6. Epid. sect. 3. aphor. 18. τὸ μετ' οὔρησιν σύμπαγμα παιδίοισι μᾶλλον. Post mictionem coitio pueris magis contingit. Vbi τὸ μετ' οὔρησιν σύμπαγμα, post mictionem coitionem aut concretionem calculum in vesica puerorum vocat, eorum quæ in vesica post mictionem remanent concretionem & subsidentiam intelligens, atque adeò calculum qui ex illa subsidentia post mictionem in vesica relicta gignitur. Illicque τὸ σύμπαγμα τὴν σύστασιν & πῆξιν significat, vt exponit ibidem Gal. vt sit σύστασις ἢ ὑπόστασις τῶν ἐν κύστει μετὰ τὸ οὔρησιν, eorum quæ post vrinæ mictionem remanent concretio quædam ac depositio, aut subsidentia. Eaque notione σύμπαγμα illic pro calculo accipi testatur in Exeg. Gal. his verbis: σύμπαγμα, ὃ τοι ἐπιπαγές τι, ὃ ἐναιώρημα, ὃ ὑπόστασις, ὃ πῶρος. ἢ οὕτως ἄμεινον ἐν τῷ ἰκτῷ τῶν ἐπιδημιῶν λέγεται. (Sic enim apud Gal. leg. existimo) σύμπαγμα aut concretionem quandam significat, aut in medio vrinæ suspensum quiddam, aut in ea subsidens, aut callum & tofum, eoque modo melius dicitur lib. 6. Epid. Gal. in Com. alius sent. σύμπαγμα etiam agnoscit ex lib. 7. Epid. (pag. 1230. D.) sed σύστημα passim legitur.

Σύμπηγμα vide κυνάγχη antea.

Συναλίζεσθαι est congregari, coaceruari. Libri περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 278. 55.) τὸ δὲ πλεῖστον, ὥσπερ εἴρηται, ἀπὸ τοῦ μυελοῦ τούτου συναλίζεται. Eius verò pars multò maxima de medulla, velut dictum est, coaceruatur, colligitur. Vbi tamen τούτου legit Cornar.

Συναλλάγματα pacta conuenta, contractus, conciliationes, commercia. Lib. περὶ ἰητροῦ (pag. 19. 24.) πρὸς δὲ ἰητρὸν οἱ νοσέοντες συναλλάγματα πολλὰ νοσέουσιν ἐστίν. Cæterùm cum ægris non exigua sunt medico commercia.

Συνανδρωθῆναι vel συνανδροῦσθαι, est in virilem ætatem adolescere, de morbo dicitur qui vnà cum viris increscit, maior efficitur ac corroboratur, velut de morbo comitiali, qui vnà cum pueritia exoritur & in virilem ætatem adolescit. Prorrh. 2. (pag. 92. G.) ὁκόσοισι δὲ αὖ ἀπὸ παιδὸς ξυμβαίνεται ἢ συνανδροῦται τὸ νόσημα. Quibus cum vnà à puero increscit & ad virilem ætatem simul adolescit morbus.

Συνάρθρωσις, coarticulatio, est naturalis ossium iunctura Hipp. quæ obscurum aut nullum aliquando motum habent: vt διάρθρωσις eorum ossium naturalis iunctura, quæ euidentem habent motum, vt scribit Gal. Com. in lib. 2. de art. (pag. 600. versic. 52.)

Συναρθμεῖται, συναρμόζεται, quod est, coaptatur, coniungitur, cohæret exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Idem etiam Erot. & συνιοῦται, quod est, vnitur, iungitur: Additque. ἀρθμὸς γὰρ λέγεται ἡ εὔνοια ἢ ἡ φιλία. ἀρθμὸς enim dicitur beneuolentia, & amicitia, quod per amicitiam fiat voluntatum coniunctio atque vnio. Quod testatur Callim. testimonio, ἀρθμὸν δ' ἀμφοτέροις ἢ φιλίαν ἔτμαγεν. fœdus & amicitiam cum vtrisque rupi aut dissecui. Etsi ἔτμαγον aut aliud quid legisse videtur Interpres. Sic Hom. Il. η (vers. 302.) ἠδ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγεν ἀρθμήσαντε. & iterum amicitiæ vinculo iuncti diuisi sunt. At quædam Erot. exemplaria συναριθμεῖ & ἀριθμὸς legunt, vt & Gal. quędam συναρθροῦ. Quod facit vt mihi vero sit simile apud Hipp. alicubi συναρθμεῖ pro συναρθροῦ veteres legisse. ἀρθμὸς autem videtur ab ἄρω deductum, vnde & συνάρσις, συναφὴ, ἁρμονία, coniunctio, vnio, exponit Hesych.

Συναρμόσαι Erot. συναρμόσαι, quod est, coaptabit, exponit apud Hipp.

Συνδιπλοῦται συνδιπλοῦται, conduplicatur exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. verùm συνδιαίρεται legit Var. Et certè non parum mihi suspecta est vtraque lectio.

Σύνδεσις δέρματος, cutis colligatio, coarctatio, adstrictio, connexio dicitur Hipp. aph. 1. sect. 3. lib. 6. Epid. vbi συναγωγὴν καὶ σφίγξιν, hoc est, contractionem & constrictionem exponit Gal. Atque locus ab eo mihi subindicari videtur in Exeg. vbi scribitur, σύνδεσις, δηλοῦται πότε ἢ ἡ τῶν πυκνότης ἢ ἡ σφίγξις hac voce significatur interdum velut densatio quædam aut constrictio.

Σύνδεσμοι ligamenta dicuntur, quæ & νεῦρα συνδετικὰ hoc est, neruì colligantes vocantur. Gal. Com. 4. in lib. de art. (p. 653. 27.) διαφέρει δ' οὐδὲν ἢ σύνδεσμον ὀνομάζειν αὐτὸ, ἢ τὸ νεῦρον συνδετικόν. ὅσοι γὰρ τῶν συνδέσμων εἰσὶ στρογγύλοι κατὰ νεῦρον ἰδέαν, οὓς ὑπὸ τῶν ἀνατομικῶν νεῦρα συνδετικὰ ὀνομάζεσθαι οὐκ ἠγνόησαι. Nihil enim refert siue id ligamentum, siue neruum colligantem appelles. Quæcunque enim ligamenta rotunda sunt neruorum in morem, nerui colligantes ab iis qui in dissecandis corporibus versantur vocantur. De ligamentorum verò natura & differentiis vide Gorrh.

Συνδιδόναι est remittere, relaxare, ἀνιέναι, χαλᾶν, ἢ μὴ τείνειν exponit Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 700. versiculo 3. H. 748 D.) cui συντείνειν opponitur, quod est intendere, contendere, vt & ibidem apud Hipp. συνδιδόντα ἢ συντείνοντα, laxiora & contentiora.

Συνδρομὴ vox est Empiricis familiaris, qua signorum concursionem & coaceruationem indicant. Definitur enim Gal. lib. de plenit. τὸ τῶν συμπτωμάτων ἄθροισμα, symptomatum collectio (pag. 342. 34.) & ἄθροισμα τῶν συμπτωμάτων αὐτῆς ἁπάντων (ibidem pag. 349. 17 & 38.) collectio eorum omnium signorum quæ ipsam conficiunt, idque ex Empiricorum præceptione. Velut συνδρομὴ πληθωρικὴ est coaceruatio & concursus symptomatum omnium quæ plenitudinem constituunt, qualia sunt corporis grauitas, ad motû pigrities, corporis tumor, rubor, venarum tensio Gal. ibidem (pag. 349. 6.) & lib. de sectis ad eos qui introducuntur (pag. 1. 22.) Idem lib. 2. τῶν κατὰ τόπ. συνδρομὴν esse scribit, τὸ τῶν συμπτωμάτων ἄθροισμα φαινομένων ἐναργῶς ἅμα. symptomatum concursum & cumulum omnibus liquidò apparentium. (pag 175. 58.) Et rursus Com. 1. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 663. 56.) συνδρομαί εἰσι συμπτωμάτων ἀθροίσματα, sunt eorum quæ in morbis accidunt collectiones. Et libr. 2. Met. med. οὕτω γὰρ ἀξιοῦσιν ὀνομάζειν αὐτὴν τὸ τῶν συμπτωμάτων ἄθροισμα.

Συνδυασμὸς combinatio, copulatio & coniunctio dicitur, & pro coitu & coniunctione Venerea mulieris & viri sumitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 657. 3.) ἢ ὅ,τι ἂν ὁ ἀνὴρ μεθίῃ ἐν συνδυασμῷ ἔξεισι. & quicquid vir per coitum emiserit, exit. συνδυασμὸς & συνόδος ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς, συνδυασμὸς συζυγία exponitur Hesych coniugatio, & συνδυάζειν, συμπράττειν, συμβουλεύεσθαι, quod verbum est Aristot. familiare.

Συνέβαλε Erot. apud Hipp. συνεβίβασε exponit, quod est, conciliauit, accommodauit, coire fecit.

Συνέρεισαν ὀδόντες dicuntur dentes inter se conserti & cohærentes velut connexi. Libr. περὶ ἱερῆς νόσου (pag. 305. 23.) ἢ οἱ ὀδόντες συνερείκασι, dentes cohærent aut conserti sunt.

Συνεκχυμαιοῦν coeffundere, aut vnà effundere, simul ex vasis effundere, hoc est naturam humores vacuantem & effundentem vnà adiuuare, incitare, ac deficientem solicitare. Sic enim exponit Gal. Com. in sent. 6. sect. 2. lib. 6. Epid ἐκχυμώσεις namque vocare consueuit Hippoc. τὰς ἐκ τῶν ἀγγείων ἐκχύσεις ἢ κενώσεις, ex vasis effusiones & vacuationes. Quem locum subindicans Gal. in Exeg. συνεκχυμοῦν exponit συμμιγνύναι ἢ συγκεραννύναι τοῖς ὑγιεινοῖς χυμοῖς, quod est, permiscere & cum sanis humoribus temperare & confundere. Quam etiam expositionem ibidem in Com. videtur adumbrare, cùm ἐργάζεσθαι τὸ ὅμοιον exponit ἀναμίξαι τῷ κενουμένῳ ἄλλον χυμὸν τὸ ὅμοιον, hoc est humori qui vacuatur permiscere simile. Idem etiam ibidem συνεκχυμοῦν ἐξομοιοῦν ἢ συνεκκρίνειν explicat, quod est assimilare & simul excernere.

Συνερείδειν ὀδόντας, dentes defigere, infigere, allidere & inter se conserere. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 670. 11. 671. 10.) ἢ τοὺς ὀδόντας συνερείδει, & dentes conserit, illidit. Sic συνηρεισμέναι γνάθοι, maxillæ inter se consertæ & cohærentes, illisæ & ad collum affixæ, in opisthotono, libr. 5. Epid. (pag. 1159. C.) Quod ibidem dicitur, γνάθοι ξυνήρειντο, maxillæ committebantur & cohærebant (pag. ibid D.)

Συνέρξει, τῇ συγκλείσει exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. quod est velut conclusione. (Sic enim scribendum ex Var.) Est autem συνέρξις velut σύγκλεισις, & συνέργειν aut συνείργειν in vnum concludere, copulare, συνδεσμοῦν.

Συνεστηκὸς διαχώρημα alui egestio compacta & coacta dicitur, constans, cohærens, consistens, quæ suam consistentiam & figuram retinet, nec diffluit aut diuellitur, quod facit liquida, humeſcés & aquea. In Progn. (pag. 137. 32. H. 39. 54.) & Coac. (p. 216. G.) διαχώρημα μαλθακόν τε ἢ συνεστηκὸς, deiectio mollis & constans probatur. Istam secundum naturam excrementorum consistentiam sic explicat Gal. ὥστε μήτε σκληρὰ παντελῶς εἶναι ὡς λιθώδη, μήθ' ὑγρὰ τελέως ὡς διαρρεῖν, ἀλλὰ μέχρι τοσούτου μαλακὰ, μέχρι τοῦ μένειν ἔτι συνεστῶτα. vt neque omnino dura sint, lapidis more, neque prorsus humida, vt defluant, sed hactenus mollia vt coacta maneant. In Coac. quoque (pag. 218. H.) συνεστῶτα διαχωρήματα & ἐξυγρασμένα inter se opponuntur, hoc est coacta & perliquida alui excrementa. Prorrh. 2. (pag. 87. D.) deiectiones improbantur quæ liquidiores sunt quam vt figurari

possint, τῶ ἐχέτερα ἐκ τῶν διαχωρημάτων, ὡς ἄρα ὀκνητέεσθαι ἐν τῇ διεξόδῳ. Celsus cap. 3. & 8. lib. 2. figurata et mollia vocat ex Prognostico. διαχωρήματα συνεστηκότα & κόπρανα συνεστηκότα dicuntur ægr. 3. lib. 3. Epid. & ægr. 3. post st. pest. Et in Coac. (pag. 183. C.) συνεστηκότα μικρὰ κοιλίη ὑποχωρέει. aluus parua coacta reddit.

Συννεύσεις καὶ ἐξαπλώσεις dicuntur conniuentiæ & expansiones, cùm calor in nobis innatus, secundum naturam habens, mediocriter & paulatim intrò nutat, & in seipsum conniuet, deinde expanditur. Quod non fit dum præter naturam habet. Tunc enim (velut in rigore) violenter intrò protruditur ac compellitur. extra verò prodiens exilit & erumpit. Galenus libro de Tremore, palpit. (pag. 370. 37.)

Συνεχέες πυρετοὶ, febres continuæ dicuntur Hipp. quæ assiduè affligunt nihilque remittunt, in Epid. sæpe. Quibus etiam addit interdum, τὸ μὲν ὅλον οὐ διαλείποντες (vt lib. 1. Epid.) pag. 354. 40. H. 940. F. & pag. 362. 20. H 945 C.) hoc est, in totum non intermittentes vt certiùs eas ab intermittentibus secernat. Quod etiam disertissimis verbis facit li. 1. Epid. (p. 378. 16. H. 961. G.) cùm scribit, πυρετοὶ οἱ μὲν συνεχέες, οἱ δὲ ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσιν, νύκτα ἔχουσιν, ἡμέραν διαλείπουσιν. Febres quædam continuæ, quædam interdiu tenent, noctu intermittunt, quædam noctu detinent, interdiu remittunt. Vbi scribit Gal. καὶ τὸ τοῦ συνεχοῦς ὄνομα καὶ τὸ τοῦ διαλείποντος οἱ παλαιοὶ διπλῶς φαίνονται χρώμενοι. συνεχεῖς γοῦν ὀνομάζουσι πυρετοὺς, ἐνίοτε μὲν ἅπαντας ὅσοι μὴ λήγουσιν εἰς ἀπυρεξίαν, ἐνίοτε δ' οὐχ ἅπαντας τοὺς μὴ λήγοντας εἰς ἀπυρεξίαν, ἀλλ' ἐκείνους μόνους ἐξαιρέτως, ὅσοι μηδεμίαν ἴσχουσι μεταβολὴν ἄχρι κρίσεως οὕτω δὲ καὶ διαλείποντας, ἐνίοτε μὲν ἐκείνους μόνους ὀνομάζουσι τοὺς εἰς ἀπυρεξίαν παυομένους, ἐνίοτε δὲ τοὺς μὴ παυομένους εἰς ἀπυρεξίαν, ἀξιολόγους δὲ μεταβολὰς ποιουμένους τῶν κατὰ μέρος παροξυσμῶν, εἰς ἀρχήν τε καὶ ἀνάβασιν, ἀκμήν τε καὶ παρακμήν. ἔνιοι δὲ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, τοὺς μηδεμίαν ἀξιόλογον ἴσχοντας μεταβολὴν, οὐ συνεχεῖς, ἀλλὰ συνόχους ὀνομάζουσι, συνεχεῖς δὲ μόνους ἐκείνους, ὅσοι μήτ' εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι, καὶ διαλλάττονται τοῖς κατὰ μέρος παροξυσμοῖς, τούτους οἱ παλαιοί ποτε μὲν συνεχεῖς ὀνομάζουσι, ποτὲ δὲ διαλείποντας. εἰσὶ γὰρ ὄντως ἐν τῷ μέσῳ τῶν συνεχῶν, καὶ τῶν εἰς ἀπυρεξίαν παυομένων. εἰκότως οὖν ὅταν μὲν, τοῖς συνόχοις παραβάλλονται, διαλείποντες καλοῦνται. ὅταν δὲ τοῖς εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι, συνεχεῖς. Bifariam veteres tum συνεχοῦς, quod est continui, nomen, tum διαλείποντος, hoc est intermittentis, vsurpare videntur. Continuas namque febres interdum appellant eas omnes quæ ad integritatem non desinunt. Interdum verò non omnes quæ ad integritatem non desinunt, sed solas illas præcipuè quæ ad iudicationem vsque nullam habent mutationem. Ita intermittentes solas illas interdum vocant, quæ febre vacuum corpus dimittunt, interdum verò eas quæ non desinunt ad integritatem, sed insignes particularium accessionum mutationes faciunt, in principium, incrementum, vigorem & remissionem. At recentiores quidam Medici eas quæ nullam insignem mutationem habent, non συνεχεῖς, sed συνόχους appellant. συνεχεῖς autem eas solas quæ non veniunt ad integritatem, & singulis accessionibus intermittunt. Has veteres interdum continuas, interdum intermittentes vocant. Sunt enim re vera inter continuas & eas quæ ad integritatem desinunt mediæ. Proinde iure optimo vbi cū synochis conferuntur, intermittentes appellantur: vbi verò cum his quæ ad integritatem desinunt, continuæ, Gal. quoque li. 2. de Cris. c. 2. συνεχῆ πυρετὸν vocat, τὸν εἰς ἀπυρεξίαν, πρὶν τελέως λυθῆναι, μὴ παυόμενον, κἂν παρακμή τις αἰσθητὴ φαίνηται. Continuam febrem, quæ ad integritatem, antequam ex toto soluatur, non desinit, etsi remissio aliqua sensu perspicua appareat. Ex quibus liquido constat συνεχοῦς nomine apud Hipp. & veteres Medicos σύνοχον etiam contineri. Quod longè apertius indicat Gal. Com. in libr. 1. Epid. (pag. 379. 13. H. 961. G.) his verbis: ὅπως δ' ἂν ἀκούῃς εἰρῆσθαι τὸν συνεχῆ πυρετὸν, ἀληθὴς ἔσται ὁ λόγος. ὀξύτατοι γὰρ νόσοι καὶ μέγισται καὶ χαλεπώταταί, κατά τε τοὺς ἰδίως λεγομένους συνόχους γίνονται πυρετοὺς, καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους οὐδὲν ἧττον, ὅσοι διὰ τῶν κατὰ μέρος περιέρχονται παροξυσμῶν, ἀρχὰς, καὶ ἀναβάσεις, ἀκμὰς καὶ παρακμὰς ποιούμενοι σαφεῖς, ἄνευ τοῦ λήγειν εἰς ἀπυρεξίαν, ὑπὲρ ὧν ἄμεινον ἀκούειν νῦν, ἐπειδὴ καὶ τοὺς συνόχους ἐν τούτοις περιέχεσθαι συμβέβηκεν, οὐ μὴν ἐν τοῖς συνόχοις γε τούτους. ἐὰν οὖν ἀκούσῃ τις περὶ μόνων τῶν συνόχων εἰρῆσθαι τὸν λόγον, ἐξαιρεῖσθαι δόξῃ τοὺς ἄλλους συνεχεῖς, ὡς οὐ κινδυνώδεις ὄντας, οὔτε σφοδροὺς, οὔτ' ὀξέας. Quoquo autem modo cōtinuam febrem acceperis, vera est oratio. Morbi enim acutissimi, maximi, & grauissimi, tum in febribus contingunt, quæ propriè synochi vocantur, tum in aliis nihilominus, quæ particularibus progrediuntur accessionibus, & initia efficiunt, incrementa, vigores & declinationes manifestas, neque tamen ad integritatem deueniunt, de quibus hoc loco intelligere satius erit, quandoquidem in his synochos contineri contingit, non has in synochis. Quòd si quis hanc orationem de solis synochis dici audierit, is alias continuas eximere videatur, ceu non periculosas, neque vehementes, neque acutas. Ac rursus lib 2. de diff. feb. cap. 2. febrem continuam in synochon & συνεχῆ communi generis nomine continuum dictam, diuidit Gal. & συνόχους esse vult, hoc est continentes, quarum tempus in vnam accessionem ab initio ad finem vsque porrigitur. Quod etiam scribit lib. 9. Meth. med. cap. 2. vbi τῆς συνόχου nomen non rectè dici scribit, sed ad explicandam eiusmodi febris ideam veluti solœcismum esse commissum. At verò cùm in his quæ adiecta sunt ad lib. de natura humana τοῦ συνόχου nomen aliquoties vsurpetur, pro febre continua. ibi tamen scribit Gal. id recentiorum nomen esse, Hippocratemque perpetuò συνεχῆ febrem non σύνοχον dicere, indeque suspecta illa omnia facit. De synocho febre multa & scitu dignissima vide apud Gorrh.

Συνεστῶτα compacta, colligata & coacta alui recrementa dicuntur, qualia in vehementi ardore alui omni humiditate exucta & repressa demittuntur. Ideoque τὰ μέλανα simul iunguntur, in Coac. (pag. 427. 2. 133. A.)

Συννομία, quod simul vnita, aut vnione coniuncta significat. τὰ συνόντα, hoc est simul existentia, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Verùm variant exemplaria & σύνοικα multa legunt, quod signat simul conuersantia, & iisdem pascuis vtentia. συνέδρια, ὁμόφερα exponit Hesych. Var. vitiosè συννομία pro συννομία legit, librarij culpa.

Συνηρμοσμένα συνηρμοσμένα hoc est coaptata, accommodata aut congruentia exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. ex Mochl. id est libello de ossium per molitionem impellendorum ratione. Etsi quædam exemplaria συνηρθρωμένα legunt, quædam etiam συνηρεισμένα. συνηρμοσμένα tamen leg. existimo ab ἀρήρω aut ἀρῶ per reduplicationem Atticam. Quod verò ad Gal. indicaturam attinet, existimo eam dictionem huc referri debere quod legitur (pag. 505. 25. 841. G.) χειρὸς δὲ καὶ ποδὸς πολλὰ ἄλλα ἄλλως συνηρθρωμένα. In manu verò & pede multa alia variè conarticulata hoc est connexa. Vt pro συνηρθρωμένα, συνηρμοσμένα Gal. legisse putem. Alioqui non video quonam meliore loco eo libello poni possit. Ac nescio an eo quoque συννομία referri possit. Solet namque plærunque Gal. in Exeg. varias eiusdem loci lectiones simul adscribere, vbi præsertim non penitus asseruatur series alphabetica.

Συνηρεφὴς idē Gal. in Exeg. exponit ἐπικεκαλυμμένον, συνεσκιασμένον, hoc est, obuolutum, contectum, vmbrosum, opacum, ac vmbra spissa velut tecto obductum aut coopertum. Vnde συνηρεφέϊ est inumbro, opaco.

Συνθεῖν, συντρέχειν, quod est concurrere exponit Erot. apud Hipp.

Συνίστασθαι κοιλίην dicitur Hipp. vbi aluus subsistit aut cogitur, neque diffluit, cui διαλύεσθαι opponitur, & de aluo per liquida & effusa effertur. Libr. 3. Epid. ægr. 1. post st. pest. τὰ κατὰ κοιλίην συνιστάμενα καὶ πάλιν διαλυόμενα. Ex aluo coacta demittebantur, moxque diffluentia. Rursus ibidem κοιλίη οὐ συνίστατο, aluus non consistebat. Et, κοιλίη ξυνέστη χρόνον οὐ συχνόν. aluus non diu subsistit. Ac rursus ibid. τούτῳ κοιλίη ξυνεχέως ἀπὸ τῆς πρώτης ὑγρὴ χολώδεσιν, ὑγροῖσι, πολλοῖσιν ἦν, ἢ ξυνισταμένη, ἐν ζέουσι καὶ ἀπέπτοισιν. Huic aluus ab initio continenter biliosis, liquidis, multis diffluebat, aut si subsisteret, feruida & cruda deiiciebat.

Συνοκωχὴ, commissura, cohærentia, cùm duæ res simul coeunt & coniunguntur. Erot. apud Hipp. συνοκωχὴ exponitur συνοχὴ καὶ σύνοδος, καὶ οἷον σύμπτωσίς τις, hoc est, continua quædam cohærentia & concursus, ac velut quædam contractio aut coarctatio, addito etiam Hom. testimonio ex Il. β. (v. 218.) Verùm vitiosè apud Erot. συνοκωχὴς legitur. Quod certè facit vt συνοκωχὴ καὶ συνόδου legendum putem. Reliqua enim verba καὶ οἷον σύμπτωσίς τις, aliunde ascita videntur, & in aliis exemplaribus desiderantur. Quæ etiam ab Hesych. adscribuntur cùm συνοκωχότε ex Hom. versu ἐπισυμπεπτωκότες exponit. συνοκωχὴ γὰρ ἡ σύμπτωσις. Sic verò multò pressius adumbrabitur locus lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 59. 39. 275. 24.) καὶ ἀποσχίδας ἀφ' ἑωυτῆς ἔχει παρ' ἑκάστην πλευρὴν παρατεταμένας κατὰ φύσιν ἄχρι στήθεος συνοκωχῆς. Et propagines à seipsa habet secundum vnamquanque costam, ad pectoris connexionem naturaliter tendentes pectoris commissuram seu compagem significat.

Συντήκεσθαι propriè extrema macie consumi & tabescere significat, μαραίνειν, impropriè verò extenuari & minui, λεπτύνεσθαι & ἰσχναίνεσθαι, vt exponit Gal. Com. ad aph. 28. lib. 2. Idem τοὺς ὁπωσοῦν συντηκομένους eos qui quomodocunque tabescunt, aut extrema macie consumuntur, intelligit Com. ad aph. 10. lib. 3. Sic τὰ συντηκόμενα apud Hipp. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 700. 17. H. 748. G.) partes colliquatas aut colliquefactas, & contabefactas significant, hoc est extenuatas, & ob alimenti inopiam graciliores effectas. τὰ λελεπτυσμένα exponit ibid. Gal. σύντηξις autem colliquationem indicat, & pro corporis extenuatione aut consum-

consumptione ponitur, cùm confluentibus per totum corpus humoribus per aluum secernuntur biliosa, acria, fulua, graueolentia, strigmentorum crassitudine, olei & pinguedinis aspectu. Quod ferè contingit in febre ardentissima & valde maligna, quæ & συντηκτικὸς πυρετὸς dicitur, quòd in ea pinguedo, ac procedente malo carnes earumque substantia, tandemque etiam ex solidis partibus quid calore liquatum & fusum per ventrem effundatur. Hanc febrem expressisse videtur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 113.51. H. 405.28.) ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι, καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα καὶ ἀνώμαλα διέρχεται, ὑπὸ ξυντήξιος αὐτοῖσιν. Quibus inferiore vêtre calido acres & inæquales subeunt deiectiones, iis à colliquatione id côtingit. Vbi etiam scribit Galen. σύντηξις μὲν γίνεται διὰ πυρετὸν κακοήθη τηκομένης τῆς πιμελῆς, ἢ καὶ σαρκὸς τῆς ἁπαλῆς. Colliquatio fit colliquata propter febrem malignam pinguedine, aut etiam molli carne. Huiusmodi verò colliquationis excrementa per febres pestilentes apparent, velut in statu pestilenti lib. 3. Epid. (pag. 429.1. H. 1089. F.) adscribuntur ab Hipp. ξυντήξιες κακαὶ, colliquationes malæ, & lib. 1. Epid. (pag. 364.13. H. 946. G.) Vbi σύντηξις eam colliquationem indicat, qua confluentibus per ventrem humoribus corpus paulatim emarcescit. ἀπορρέας dicunt, & in abscessuum genere qui fiunt κατ' ἔκρουν reponuntur. Et testatur Gal. Com. in ægr. 1. lib. 3. Epid. post st. pest. in longissima apud Pergamenos peste, omnes fere colliquationis excrementa deiecisse. σύντηξις etiam antiquis dicebatur in excretionum genere eadem quæ ῥύσις Methodicorum. Et σύντηξιν ac ἰκμάσιν distinguebant antiqui virium robore & tolerandi facilitate, vt facit Hipp. aph. 2 & 25. li. 1. Gal. lib. de optima secta (p. 28. 20.) Neque verò colliquationis signa in solis deiectionibus, verumetiam in vrinis apparent. Scriptum namque est in Progn. (pag. 142.9. H. 40.53.) καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ἐφισταμένας ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι. ξυντήξιος γὰρ σημεῖα. Et pinguitudines vrinæ innatantes, araneorum telis similes, damnare oportet. Colliquationem enim indicant.

Συντόμως, breui significat, actutum, continuò, sine mora, vt aph. 12. lib. 3. κατάρροι συντόμως ἀπολλυῶντες. defluxiones citò aut continuò interimentes. Et Coac. (pag. 152. C.) συντόμως θανάσιμον, quod in propinquo mortem esse indicat. Quod in Progn. dicitur, εἰδέναι χρὴ ἐγγὺς ἐόντα θανάτου. Sic συντόμως σπασμώδης, quod promptissimam conuulsionem indicat, in Coac. (pag. 155. A.) σύντομος πόνος, dolor velox ac concisus, pro vehementi & intenso dicitur Coac. (pag. 143. G.) περὶ μέτωπον δὲ καὶ κροτάφους ἐόντες τὸ πόνου ἢ συντόμου ῥύσιες. Si verò dolor vehemens circa frontem & tempora affligit, sanguinis fluxiones expectandæ sunt. Sed συντόνου illîc malim, vt & paulò antea, παρὰ ὀδύνην vocat in Progn. Hipp. σφοδρὰν exponit Gal. ingentem Celsus vertit ex Progn. cap. 7. lib. 2. Sic συντομώτεραι θέρμαι, calores veloces pro intensis & vehementib. ponuntur in Coac. (pag. 182. H.) πλείονα πυρετὸν in Prognost. dicit. συντονώτεραι tamen malim, vt σύντομος sæpe pro σύντονος scribitur.

Συντονίη, contentio, firmitas & robur dicitur Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 105. 25. H. 401. 29.) συντονίην κατὰ τὰς φλέβας, πύκνωσιν, hoc est, densitatem exponit, tunicarum venarum crassitudinem, quam stillationis sanguinis ex naribus causam facit: forte verò stillationis sanguinis caussarum multitudinem, concursum ac contentionem inter se συντονίην firmitatem & intensionem obaudire oportet, cùm hæ tam firmiter inter se coalescunt, vt sanguinis cursum remorentur & impediant. Sunt autem enumeratæ illîc Galeno stillationis sanguinis causæ, naturæ imbecillitas, sanguinis crassitudo, & partiû densitas. Huiusmodi ergo causarû intensio, magnitudo, concursus & frequentia, συντονίας facit, cùm sanguinis impetû sua coaceruatione ac frequentia impediunt, idq; πυκνώσις dici potest; & de causarû coitione, coalitu ac dêsitate intelligi. Quò enim crebriores sunt & frequêtiores, eò propius periculû sollicitant. Quod etiâ his Gal. verbis innui videtur. μέγεθος οὖν αἰτίας δηλοῦται, δι' ἣν κωλύεται ῥεῖν, ἣν ἐν συντονίας εἶναι φησιν, ἴσως τὴν πύκνωσιν οὕτως ὀνομάζων. Magnitudo igitur causæ indicatur, propter quam fluxus inhibetur, quâ συντονίας esse dicit, sic forte densitatem vocans. σύντονος πόνος dolor intensus, vehemens, in Coa. (pag. 143. F.) ὀδύνην ἰσχυρὴν καὶ ξυντεχῆ dicit in Progn. Hipp. σύντονον, σφοδρὸν, ἰσχυρὸν, συνεχὴς exponit Hesychius.

Σύντροφα, οἰκεῖα exponit Gal. Com. 2. in li. κατ' ἰητρεῖον (p. 685. 34.) hoc est familiaria, accommodata, conuenientia. Ibi autem σύντροφα dicuntur de succis quibus fasciæ imbutæ sunt, quiq; singulis affectionibus conueniunt & accommodantur, quibus veluti sunt connutritæ ac quodammodo assuetæ. Est & σύντροφος νοῦσος, morbus connutritus, quasi simul nutritus, & qui cum ægro adoleuit. Lib. περὶ ἱερῆς νούσου (pag. 307.18.) Epilepsia dicitur ἡ νοῦσος ἐκ παιδὸς σύντροφος, quæ vnà à puero increuit & adoleuit. Rursus ibid. (pag. 306.14.) κίνδυνος δὲ ξυντραφῆναι καὶ ξυναυξηθῆναι, ἢν μὴ θεραπευθῇ τοῖσιν ἐπιτηδείοισιν. Verùm periculum est ne morbus connutriatur & simul augeatur, nisi accommodata curatio adhibeatur. Et (p. 307.23.) ᾗ δὲ ἤδη ἀπὸ παιδὸς συναύξηται καὶ συντέτροφεν In quo verò vnà à puero augmentum cepit & connutritus est.

Συριακὸν μύρον, vnguentum Syriacum apud Archigenem Comagenum dici scribit Gal. lib. 2. κατὰ τόπ. (p. 178.25.) quod ex Syria exportaretur, cuius pars est Comagene.

Συριγγοῦσθαι est in fistulam excauari, in fistulâ abire & degenerare, fistulam contrahere. In Progn. (p. 149.45. H. 43.7.) de abscessibus, καὶ συριγγοῦνται. in fistulas abeunt. ἐκσυριγγοῦνται dicitur eadem in re in Coac. (pag. 180. D.) Rursus lib. de fistulis (pag. 883. D.) de tuberculo rupto, ἐπὴν δὲ ῥαγῇ, συριγγοῦται καὶ ἰχωρέει. Quod cùm fit, in fistulam abit & sanie manat. Est & συριγγοῦν fistulam facere & in fistulam cauare, velut libr. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 277. 55.) ἐνθεῦθεν δὲ ἐς τὸ στόμα ἐσυρίγγωκε. inde in os procedens fistulam facit. Et rursus ibid. (pag. 279. 17.) de vena συνσυρίγγωκε φλέβα, venam in fistulam cauauit. Vnde ἀποσυριγγώσαι deducitur, & ἀποσυριγγῶσθαι, quæ antea ex Erotiano apud Hipp. exposuimus & indicauimus. Hoc verò verbo συριγγοῦσθαι per translationem vtitur Hipp. vt oblongas cauitates in animantium corporibus exortas indicet, quæ musicis instrumentis (fistulas omnes appellant) similes sunt, vt scribit Gal. Com. 2. in Progn (p. 149 48. H. 43.7.) & Com. in sent. 24. lib. 3. περὶ χυμῶν. Est autem σύριγξ fistula Galeno libr. de Tumor. præter nat. oblongus & angustus sinus, aut sinus callosus, oblongus & obliquus, ex abscessibus plærunque conflatus; os habens cui cicatrix obduci nequit, ex quo humor tenuis certis temporibus effluit, ex Paulo cap. 49. libr. 4. & cap. 77. lib. 6. & authore Definit. Med. (pag 400.56.) ducta ab arundineis fistulis appellatione. fistulam vlcus altum, callosum, & angustum dicitur Celso lib. 5. cap. 28. ciusque plura genera facit, alij duo tantùm, vt author Definit. Med. fistularum ani propriam, vt maximè difficilem, curationem complectitur Hipp. libello περὶ συρίγγων, & fistularum curandarum præsagium instituit in Coac. (pag. 200. D.) σύριγξ ἥπατος, hepatis fistula dicitur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 580. 34.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 607. 55.) & (pag. 629. 9.) vbi pro vena & canaliculo sumi videtur. Verum suspectam antea habuimus lectionem in ἰξὺς. Est & σύριγξ τοῦ πλεύμονος, pulmonis fistula vlcere feruido laborans, lib. 2. de Morb. (pag. 478. 25.) vbi pro aspera arteria sumi videtur. Συρίγγιον est parua fistula, & de vlcere fistuloso aut cauernoso in pectore dicitur aph. 50. sect. 8. lib. 6. Epid. ᾧ τὸ συρίγγιον ἐπερρήγνυτο. Quendam cui parua fistula rursus rumpebatur. Inde συριγγώδης dicitur quod est fistulosum aut cauernosum, & κατατετρημένον, hoc est, perforatum exponit Erot. apud Hippocr. Quam etiam dictionem apud eundem agnoscit Gal. vt antea diximus in σηραγγώδες. Sic enim scribitur lib. 7. Epid. (pag. 1221. D.) de tuberculo ani, ὃ ἔξω συριγγῶδες ἐρρήγνυτο, & foras fistulosum erumpebat, aut perforatum erat. Et rursus ibid. (pag. 1210. D.) ῥευματώδης καὶ συριγγώδης fluxio cum fistula dicitur. Lib. etiam 5. (pag. 1153. A.) ὀστέα κατὰ μικρὸν συριγγώδεα, sunt ossa in fistulam cauata aut perforata ex putredine.

Συρίζειν, sibilum edere, de sibilo dicitur quem edit sputum viscidum & crassum in gutture, li. 2. de Morb. (p. 477. 21.) καὶ συρίζει ἐν τῇ φάρυγγι λεπτόν. & in faucibus tenuem sibilum edit. Sic ὑποσυρίζειν de sibilo effertur quem edit arteria aspera in difficili respiratione, lib. 7. Epid. vt postea scribemus.

Συρμαὴ ἢ συρμαία quibusdam dicitur rhaphanus quòd vomitui concitando idoneus esset. Est & συρμαία edulium quoddam ex adipe & melle, quod veluti præmium certaminis cuiusdam exhibebatur Lacedæmone, quod & eiusdem erat nominis. Hoc nomine etiam vocatur potio ex sale & aqua purgationi idonea. Quod testatur Hesych. indeque συρμαΐζειν deduci scribit. Aristoph. interpres ἐν εἰρήνῃ, συρμαίαν esse scribit succum herbæ cuiusdam quo vtuntur Ægyptij ad excitandum ventris profluuium. Videturque fuisse rhaphani succus, quo cum sale plurimùm vterentur Ægyptij ad purgandam aluum. Rhaphanos autem apud Ægyptios nobilitatos scribit Plinius lib. 19. cap. 5. Apud Herodotum συρμαία annotatur esse βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος, edulium ex adipe & melle, ἢ λάχανον σελίνῳ ὅμοιον, aut olus apio simile, vitiose forte, quòd Hesych. συρμαίαν dicat esse λάχανόν τι σελίνῳ ὅμοιον: Aut quod συρμαία annotetur ex Corintho apud Ionas esse λάχανόν τι σελίνῳ ἐοικὸς, ἢ βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος. συρμαΐζειν autem esse τὸ ἀποθαίρειν πόματι τῷ ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος, hoc est, ventrem diluere ac purgare potione ex aqua & zea annotatur ex Corintho. Varin. quoque scribit συρμαίαν esse τὸ καθαρτικὸν δι' ἐμέτων ἢ κοιλίας, ἢ

συρμαΐζειν τὸ κενοῦσθαι, καὶ συρμαίαν βλέπειν, αὐτὴ τῆς ναυτίας. vnde συρμαϊσμὸς dicitur purgatio mediocris quæ fit per aluum aut vomitum. Gal namque Com. 2. in lib. de art. (p. 609.28. H. 805. H.) συρμαϊσμοὺς dici antiquis scribit modicas vacuationes, siue aluo, siue vomitu extruderentur. Vbi tamen mendosè συρματμοὺς scribitur, vt apud Hipp. ibidem ἀπὸ συρματμοῦ, pro ἀπὸ συρμαϊσμοῦ. Sic enim legit Erot. idque exponens scribit, συρμαία λέγεται ἡ ἐπιμήκης ῥαφανίς, ἣν τινες μεθ' ἅλμης ἐσθίοντες καθαίρονται. καὶ καλεῖται συρμαϊσμὸς ὁ τοιοῦτος τῆς καθάρσεως τρόπος. Syrmæa dicitur longus raphanus, quo cum muria ad purgationem quandam in cibis vtuntur. Syrmasmusque dicitur eiusmodi purgatio. Quibus verbis innuit purgationem per vomitum significari. Dea enim Hipp. locus accipi debet. Paulus quoque cap. 100. lib. 1. ex Diocle συρμαϊσμοὺς dici antiquis testatur τοὺς νήστεις ἐμέτους, ieiunos vomitus, nimirum non ab accepto cibo, sed dato medicamento ortos, & συρμαΐζειν eiusmodi purgatione vti, ad quam radiculas tenues, nasturtium, erucam, sinapi, & portulacam cum tepida contulit. συρμαίαν annotant quidam significare potum ex aqua & hordeo, nec non obsonium apud Diod. Sic. & apud nautas facere συρμαίαν esse comparare obsonia. Apud Aristoph. ἐν Θεσμοφοριαζ. μελανοσυρμαΐος λεὼς teste Suda, sunt Ægyptij, quos author est Plinius hoc genere potus vsos. Apud Hipp. quoque συρμαίη pro potione quadam sumi videtur aut succo, quo medicamentum dilutum propinat libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 626. 37. 39.) ad secundas & fœtum deturbandum. κόνυζαν τὴν ἡδυοσμὸν, μέλι καὶ ῥητίνην, τρίψας λείην ἐν οἴνῳ εὐώδει, ἢ ἐν συρμαίῃ δοῦναι πιεῖν. Conyzam odoratam melle & resina subactam, ex vino odorato aut syrmæa propinato. Rursusque ibidem æruginem melle subactam in syrmæa potione exhibet. Vbi mihi Caluus σιραίῳ pro συρμαίῃ legisse videtur, aut syrmæam pro passo & defruto accepisse. Eumque hac in re secutus est Hermol. Barb. Corallij lib. 2. cap. 338. An verò in hoc Hipp. loco συρμαίη potionem quandam ex sale & aqua ventri purgando idoneam indicet, eoque referatur Gal. indicatura & expositio in Exeg. nondum mihi satis constat. Scribit enim: συρμαία ἡ μετρίως γινομένη τῆς περὶ τὴν γαστέρα κάθαρσις. Quibus significat συρμαίαν moderatam alui purgationem denotare. Certe etsi non video, quonam melius allegetur loco, nonnihil tamen suspecta mihi est scriptio, quòd alioqui minimùm soleat Gal. in sua Exeg. indicaturas ab Hipp. scriptis detorquere, sed iisdem propè verbis quantum potest repræsentare. Apud Herod. autem in Euterpe συρμαΐζειν & συρμαίη vsurpatur his verbis, de Ægyptiorum moribus: τρόπῳ δὲ ζόης τοιῷδε διαχρέωνται. συρμαΐζουσι τρεῖς ἡμέρας ἐπεξῆς μηνὸς ἑκάστου, ἐμέτοισι θηρώμενοι τὴν ὑγιείην καὶ κλύσμασι. Hoc verò victus genere vtuntur. Singulis mensibus tribus diebus continuis purgationem ex Syrmæa adhibent, vomitibus atque alui elotionibus sanitatem conseruantes. Rursus ibidem de condiendorum mortuorum institutis: ἡ δὲ τρίτη ταριχευσίς ἐστιν ἥδε ἣ τοὺς χρήμασι ἀσθενεστέρους σκευάζει. συρμαίῃ διηθήσαντες τὴν κοιλίην, ταριχεύουσι ἑβδομήκοντα ἡμέρας. Tertia verò hæc est conditura qua adornantur qui tenuiore sunt fortuna. Per syrmæam purgatione ventrem percolantes, sale per 70. dies arefaciunt. Vbi συρμαίαν pro rhaphani altero genere sumi testatur Her. Barbarus.

Σύρματα, abrasa, vlcera desquamata, velut ἀποσύρματα, lib. 4. Epid. (pag. 1133. C.) ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν συρμάτων τοιοῦτο. Tale quoque quiddam in desquamatis vlceribus contingit. Sunt autem ἀποσύρματα vlcera desquamata & cutis abrasiones, interdū suspensæ, interdum nigrescentis, vt scribit Gal. lib. 1. τῶν κατὰ τόπους (pag. 320. vers. 55.) abrasa vocantur, de quibus antea scripsimus.

Σύσταθμον ἰσόσταθμον apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. hoc est, pondere par, aut eiusdem ponderis & æqualis.

Σύστασις collectio concretio aut coitio quædam. In Coac. (pag. 157. D.) σύστασις ὑγροῦ περὶ τὴν ὑπερώην, humoris ad palatum collectio, αὐτὴ τοῦ ἀποστήματος, aut humoris concretio sub certa quadam forma. Ita autem appellari videtur, quòd ante absolutam formam & constitutionem, multi fiunt motus. Collectione autem facta quies accedit & veluti status. Σύστασις etiam dicitur cùm corpus in sese contrahitur aut sese colligit, tristi quodam affectu aut dolore aut molestia lacessitum. Lib. περὶ ἱερῆς νούσου (pag. 310. 9.) ἢν τις πόνος ἢ σύστασις γίνηται τῷ ἀνθρώπῳ. Si quis dolor aut collectio homini contingat. Potest & σύστασις illic affectum aliquem significare dolori contrarium, vt amorem, aut studium, aut voluptatis sensum aliquem, veluti conciliationem quandam ac concordiam, aut spirituum & humorum coitionem aut collectionem quandam. Caluus laborem aut molestiam illic vertit.

Σύστημα idem quod σύστασις, collectio ac concretio, pro sedimentorum concretione quæ in vrinis in fundo matulæ apparet, sumitur, lib. 7. Epid. (pag. 1230. D.) καὶ τὸ σύστημα ἐν ἰσχάδι ἐπὶ ἐν τῷ χρονίῳ. neque in matella collectio apparebat. Vbi tamen σύναγμα pro σύστημα legit Gal. Com. in sent. 11. sect. 3. lib 6. Epid. eamque dictionem in Exeg. (in dict. σύναγμα) quodammodo mihi exposuisse primis verbis videtur, vt scripsimus nostris in lib. 7. Epid. Annotat.

Συστηματικὴ ἀνωμαλία, inæqualitas collectiua dicitur Gal. inæqualitas quæ fit in multis pulsuum motionibus, & alio nomine ἀνωμαλία ἐν ἀθροίσματι τῶν σφυγμῶν, inæqualitas quæ coaceruatim fit vocatur, Gal. lib. 2. de Caus. puls. (pag 95. 34.) Idem lib. 1. de diff. puls. (pag. 18. 30.) συστηματικὰς ἀνωμαλίας καλοῦσι, τὰς ἐν πλείοσι σφυγμοῖς συνισταμένας, collectiuas inæqualitates vocant, quæ ex pluribus pulsibus conflatæ sunt. Huic inæqualitati vnius pulsus inæqualitas opponitur, de qua agitur cap. 4. lib. 2. de Caus. puls.

Συστροφαὶ Gal. in Exeg. φύματα, σκληρίαι, hoc est, tubercula, duritias, exponit apud Hip. nimirum locum lib. de art. subnotans (pag. 612.53 H. 807. C.) vbi συστροφὰς intelligit humorum collectiones, concretiones, & tumores, φύματα ἄπεπτα καὶ σκληρὰ vocat. καὶ γὰρ ἡ στρέψις τοῦ κυρτώματος, καὶ ἡ ξύντασις τοῖσι πλείστοισι διὰ τοιαύτας συστροφὰς γίνεται. Nam & plerisq; tum gibbi, tum distentiones occasionem collectiones huiusmodi adferunt. Rursus ibid. (p. 613.51. H ib. F.) spinæ obliquationes fieri scribitur διὰ συστροφὰς τὰς ἔσωθεν ῥάχιος. eo quòd in interiorem spinæ partem humorum collectiones aut coaceruationes fiant, tubercula dura & cruda intelligens, à quibus spina interiore parte deprauatur aut contorquetur Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 427.25.) scribitur: τὸ ψυχρὸν ἐστὶν εἰθισμένοισι συστροφὰς κατὰ φλέβας ποιέειν. frigidam in assuetis tuberculorum collectiones circa venas facere, vnde & συστρεπτικὸν dicitur lib. 6. Epid. Lib. verò de rat. vict. in morb. ac. (p 93. 2. H. 346. 46.) συστροφαὶ νοσημάτων, morborum collectiones, aut conuolutiones dicuntur tumores præter naturam vt ibid. scribit Gal. εἰκὸς δ' ἐστὶ συστροφὰς εἰρῆσθαι νοσημάτων ὑπ' αὐτοῦ, τὰς ὑπὸ τοῖς ὀγκώδεσι μορίοις γινομένας. ἀκούω γὰρ καὶ νῦν πολλῶν ἐν μεγάλοις οὕτως, ἐπὶ τῆς ἡμετέρας Ἀσίας, πάντας τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους. Par est autē ab eo συστροφὰς morborum dici, quæ à sublatis in tumorem partibus fiunt. Audio siquidem & nunc multos in Asia nostra, tumores præter naturam omnes ita nuncupantes. συστρέφεσθαι enim colligi, cogi, & conglobari significat, & Hipp. effert de humoribus in parte aliqua coaceruatis, qui tumorem excitant, & ad eam confluunt, vt aph. 40. lib. 5. ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται ad mammas sanguis colligitur, & coaceruatur, συλλέγεται dixit li. 2. Epid. (p. 1056. G.) eadem in re. Et in Progn. (p. 159. 13. H. 45. 18.) de angina, μήτε φύματος ξυστραφέντος ἐν τῷ ἔξω χωρίῳ. nullo in sedem exteriorem conuerso tuberculo, aut ad suppurationem se colligente. Quod etiam repetitur in Coac. (pag 175. C.) eadem in re. Lib. 6. Epid. sect. 3. aph. 10. τὸ ψυχρὸν πάνυ συστρεπτικὸν dicitur, hoc est, valde frigidum humorum collectiones facere, constringere, cogere, condensare, aut cogendi & coniungendi vim habere. Ibi enim συνακτικὸν exponit Gal. quod cohærere facit aut cogit quod in aliquam partem defluxit. Sic συστρέφεσθαι de humorum in aliqua parte collectione exponit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 93 57.) ὀρθῶς ἐστὶ φλεβοτομίας ἐνταῦθα ἀξιοῖ περιπεσεῖν, ὅταν τινὲς χυμοὶ μοχθηροὶ συρρέωσί τι καὶ ἀθροίζωνται κατά τι μέρος, ὃ, πως, ὡς ἔφην, συστρέφεσθαι λέγεται ἐν τῷ δὲ τῷ μορίῳ. Rectè autem ad sanguinis missionem priùs deueniendum censet, vbi praui aliqui humores in partem aliquam confluant & in ea coaceruentur, quod modo quodam, vt dixi συστρέφεσθαι, hoc est, in ea parte colligi dicitur. lib. περὶ φύσιος παιδίου (pag. 242. & 243.) συστρέμματα autem συστροφὰς atque huiusmodi humorum coaceruationes significare, vide antea in ξυστρέμματα.

Συχνὸν, multum, crebrum & frequens significat. Erot. tamen apud Hip. Bacchium reprehendit quòd συχνὸν πολὺ acceperit, οὐκ ὀρθῶς (vt inquit.) ἔστι γὰρ τὸ συνεχές, hoc est, continuum. Quod tamen mihi ita accipiendum videtur vt quibusdam locis meliùs continuum quàm multum indicet, velut lib. 5. Epid. (p. 1149. G.) δι' ἑκάστης ἡμέρης συχνὸν διεπίεζε ἔξω. fere quotidiè continuum aut multum foras traiiciebat. Rursus ibid. (p. 1146 G.) ἐξήμεσε δὲ συχνὸν πῦον, pus multum aut continuum vomitione reiecit. Lib. 7. Epid. (pag. 1229. D.) αἷμα συχνὸν ἐῤῥύη, sanguis multus effluxit, quod lib. 5. Epid. in eadem historia, αἷμα πολὺ dicitur. συχνὸν crebrò apud Hip. sæpe significat vt & Hesych. συχνά, πυκνά, συνεχῆ exponit, & συχνοῖς, συνεχέσι.

¶ **Σφαγαὶ** dicuntur iugulares colli venæ, libello περὶ ἀδένων (p. 271. 15.) κατὰ τὰς σφαγὰς τοῦ τραχήλου, iuxta iugulares colli venas. Alioqui σφαγὴ iugulum dicitur, τὸ κοῖλον τὸ διεστῶν αἱ κλεῖδες, pars caua qua disparantur clauiculæ, vt scribit Pollux.

Σφαδάζειν, est molestè & ægrè ferre, irasci, & succensere, de eoque effertur qui in angustiis summaque anxietate constitutus est.

est Gal. in Exeg. σφαδάζει δυσφορεῖ exponit. Erot. verò χαλεπαίνει, δυσφορεῖ, irascitur, molestè fert, additque dictionem esse Atticam. Dicitur autem de eo qui præ angore aut dolore stare loco nescit, & toto corpore commouetur, concutitur, aut perturbatur. Hesych. σφαδάζει inter cætera exponit, μετὰ σπασμοῦ πηδᾷ, διασπᾶται, διασείει, δυσθανατεῖ, χαλεπῶς φέρει, δυσφορεῖ, ταράσσεται μετὰ χόλου ὀργίζεται, θυμοῦται, ταράττεται, ἀτακτεῖ. Quæ omnes ferè significationes Hip. loco conueniunt (atque haud scio an hunc quoque cum Gal. & Erot. subindicare voluerit Hesych.) qui legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 606. 17.) καὶ σφαδάζει. Vbi agitur de muliere quæ totius corporis doloribus conflictatur, incontinenter iactatur, & toto corpore concutitur, aut commouetur, neque vllum corporis statum ferre potest, sed implacidè & ægrè omnia fert. Quod tamen ibi prætermisse videtur Caluus. σφαδάζειν apud Euripid. in Theseo est dolore exagitari. ἐκὼς σφαδάζεις ὥς εἰ, ὡς νέοζυγα Πῶλος, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένος. Quod his verbis Cicero vertit Tuscul. 3. Esset dolendi causa, vt iniecto equulei freno, repentè tactu exagitatur nouo. Sudas σφαδάζειν χαλεπαίνειν, τὸ ὑπὸ μανίας σπᾶσθαι exponit. Annotat Var. σφαδάζειν Atticis sumi pro χαλεπῶς φέρειν καὶ σχετλιάζειν, & apud Xenoph. poni pro ἀλγεῖν.

Σφαιρίτης sphæritis exponitur cupressus, σφαιρία hoc est, globulos aut pilulas ferens, lib. 1. τῶν κατὰ τόπ. (p. 159. 1.) Ea significatione vsurpatur Aetio serm. 4 tetrab. 3. c. 44. Hermolaus li 2. Coroll. non satis constare scribit quænam herba sit σφαιρίτης Aetio, & cyclaminum posse intelligi existimat.

Σφάκελος, σφακελισμός, σφακελίζειν & σφακελίζεσθαι variè accipiuntur apud Hippocr. Interdum quidem σφάκελος propriè de ossis syderatione & corruptione dicitur, vt aph. 79 lib. 7 & lib de fract. (pag 546. 13. H. 759. F.) καὶ ὑπὸ κίνδυνος σφακελίσαι τὸ ὀστέον τὸ τῆς πτέρνης. Atque hoc modo periculum imminet ne os calcis syderetur. Et rursus ibi. (v. 19 H. ibi.) καὶ τοι ἢν σφακελίσῃ, quanquam si syderatur. Et iterum (v. 22. H. ibi.) καὶ γὰρ τἄλλα ἐστὶ μὴ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ σφακελίζει. Etenim alia quoque sunt quæ non hoc modo syderantur. Et lib de art. σφακελισμοὶ ὀστέων, ossium syderationes (p. 604. 46. H. 799. G.) Vbi etiam ἀποσφακελίζειν τὸ ὀστέα dicitur. Et rursus ((p 623. 42. H. 816. G.) ἀποσφακελίσαι τῶν ὀστέων, & (p 625. 48. H. 817. G.) σφακελισμοὶ ὀστέων. Et de costa ἀποσφακελίζειν ponitur ibidem (p. 624. 58. H. 817. B.) Quod etiam testatur Gal. Com. ad aph. 50. li. 7. τὸ σφακελίζειν μὲν ὡς πολλάκις εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ ἄρθρων καὶ ἀγμῶν, ἐπὶ τῶν διαφθειρομένων ὀστῶν φέρων. σφακελίζειν quidem quod est syderari, sæpe dixit lib. de fract & art. pro corrumpi & vitiari. Sic enim Celsus de osse vitiari dicit c 9. li. 8. Omnis mora vitanda erit ne os infra vitietur. Et li. de c. vuln. (p. 910. D.) ἢν ὁ ἄνωθεν μοῖρα τοῦ ὀστέου μόνη σφακελίσῃ, si sola superior ossis pars syderetur. Ac rursus ibid. (911. E) καὶ τὸ ὀστέον σφακελίζειν τηνικαῦτα ἄρχεται. & os syderari ac vitiari statim incipit. At verò in genere σφάκελος omnem partis corruptionem & syderationem indicat, siue carnis, siue neruorum, siue ossium, vt scribit Galen. multis locis, præcipuè verò Com. 2. in li. de fract. (p. 546. 15. H. 759. F.) τὴν ὅλην τῆς οὐσίας ἑκάστου μορίου φθορὰν ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ σφάκελον ἀλλ' ἐπὶ τῶν σαρκωδῶν μορίων, καὶ ἄλλοις ὀνόμασι χρῶνται. λέγουσι γοῦν αὐτὴν καὶ σαπρὰν σάρκα, καὶ μυδῶσαν, καὶ σηπεδόνα, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ὀνόματα. κατὰ δὲ τὴν φθειρομένην δι' ὅλης αὐτῆς οὐσίας ὀστῶν σφάκελον ἐπιφέρει. συμβαίνει δὲ τοῦτο τὸ πάθημα τοῖς ὀστοῖς, ὅταν ἡ περικειμένη σὰρξ αὐτοῖς μοχθηροὺς ἰχῶρας γεννῶσα, καὶ διαβρέχουσα τούτοις αὐτὸ διαφθείρῃ. Totam substantiæ partis cuiusq; corruptionem antiqui σφάκελον hoc est sydeationem appellat. Verùm in carnosis partibus aliis nominibus vtuntur. Ipse igitur carnem putridam, tum marcidam, tum putrescentem dicit, aliisque huiusmodi nominibus nuncupare consueuit. De ossis autem tota substantia corrupta ac vitiata, σφάκελον infert. Quod vitium ossibus contingit, quando iis adiacens caro prauas sanies producit, quibus ea irrigans corrumpit. Quibus quidem verbis Gal. lib. de cap. vulner. mihi subnotare videtur: vbi (pag. 909. F) de carne in vlceribus vitiata, ἰχωρῶσαι, μυδῶσαι & σαπῆναι effert. Ac rursus lib. de Tumor. præter nat. (pag. 356. 36.) καλῶ δὲ σφάκελον τὴν φθορὰν τῶν στερεῶν σωμάτων ἁπασαν, ὥς καὶ τοῖς ὀστοῖς ἐγγίνεσθαι, μή τοι γε δὴ σαρξὶν ἢ ἀγγείοις. σφάκελον, hoc est, syderationem voco quamlibet solidorum corporum corruptionem etiam ossibus contingentem, nedum carni, aut vasis. Cuius etiam gangrænam ibi speciem facit. Eademque notione σφάκελος exponitur in Exeg. vocum Hipp. φθορὰ πᾶσα καθ' ὃν ἂν γίγνηται τρόπον, quæuis corruptio, quomodolibet contingat, de quo pluribus locis à se scriptum testatur. Et verò Com. ad aph. 50. lib 7. σφάκελον interdum sumi pro partis syderatione aut corruptione quæ ad internecionem tendit & nondum est confirmata gangræna, sed tantum illius est terminus, apertissimè scribitur, & Com. 4. in lib de art. (pag. 645. 20.) vbi etsi σφάκελον a gangræna distinguit, propter affectionis viciniam, tamen iis nominibus interdum abuti Medicos testatur, vt ex Gal. verbis apparet, quæ quia in gangræna adscripsimus, hoc loco lubentes supersedemus. Qua certe vniuersali significatione mihi videtur σφάκελος ἐγκεφάλου dici Hipp. lib 2. de Morb. (p. 469 5) & σφακελισμὸς ἐγκεφάλου, ibid. (pag. 463. 7.) & l. b 3. (pag 488 44) & ἢν σφακελίσῃ ὁ ἐγκέφαλος, lib. 2. (pag 463 7.) & pag. 468. 12.) & σφακελίζεται ὁ ἐγκέφαλος ibid. (pag. 463. 11.) & σφάκελοι τοῦ ἐγκεφάλου, lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 287. 54.) & aph. 50. lib. 7. ὁκόσοισιν σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, quibus cerebrum syderatum fuerit, & in Coac. (pag. 148 B.) ἐγκεφάλου σφακελίσαντος cerebro syderato. Vt cerebri syderatio intelligi videatur, vbi à quacunque causa in tantam corruptionem incidit, vt tandem ad syderationis periculum tendat. Est & κεφαλῆς σφάκελος lib. 7. Epid. (quò certe Exeg. indicatura propius referri videtur) (pag. 1230. H.) pro capitis inflammatione aut eo affectu qui periculum syderationis aut corruptelæ minetur, aut pro intentissimo capitis dolore ad periculum internecionis ducente in febre acuta. Sic enim σφακελώδεις ἐπιφορὰς apud Archigen. exponit Gal. lib. 2. de loc. aff (pag. 263 13.) hoc est, syderatos alterius partis capitis affectus, intentissimos dolores inferentes, aut ad tantam inflammationem deuenientes, vt corruptionis periculum inducant. Sic Hesych. σφάκελον, ἄμετρον ὀδύνην, hoc est, immoderatum dolorem exponit. & Varin. σφακελίζειν, ἀλγεῖν μετὰ σπασμοῦ. Plin. etiam arborũ σφακελισμὸν apud Theoph. hist. plantar. lib 4. cap. 16. membrorum dolorem interpretatur. cap. 24 lib. 17. Et Hesych. σφακελίζει, ὀδυνᾶται καὶ ἀλγυνόντεί exponit. Quas varias τοῦ σφακέλου notiones agnoscit Gal. lib. 2. de loc. aff. (pag. 263, 12.) cùm scribit: ὁ δὲ ὠνομασμένος σφάκελος φωνῆς τὸ σημαινόμενον, ἔνιοι μὲν ὀδύνην λεγόντων μεγάλην ἀκούεσθαι· τινὲς δὲ φλεγμονῆς ὑπερβολὴν πλησιάζουσαν, ὡς ἐπὶ σφακελίσειν κινδυνεύειν τὸ μόριον, ὅπερ ἔνιοι γάγγραιναν ὀνομάζουσιν· ἔνιοι δὲ, τὴν φθορὰν αὐτὴν τοῦ πάσχοντος μορίου. σφάκελον ὀνομάζεσθαι φασίν· ἄλλοι δὲ σπασμόν· ἄλλοι τ' οὐχ ἁπλῶς σπασμὸν, ἀλλὰ τὸν ἐπὶ φλεγμονῇ νευρωδῶν σωμάτων. ἔνιοι τ' οὐ τὸν ἤδη γινόμενον σπασμὸν. ἀλλὰ τὸν προσδοκώμενον ἐπὶ μεγέθει φλεγμονῆς· ἔνιοι δ' ἁπλῶς τάσιν ἰσχυρὰν, ἄλλοι δὲ σηπεδόνα. Neque de significatione huius vocis σφάκελος inter omnes conuenit. Quidam enim dolorem vehementem indicari dicunt: quidam etiam tantum inflammationis excessum, vt corruptionis periculum in parte inducat, quam gangrænam nonnulli nominant. Alij verò partis affectæ corruptionem ipsam σφάκελον appellari dicunt, alij conuulsionem. Alij etiam non simpliciter conuulsionem, sed eam quę ex neruosorum corporum inflammatione contingit. Quidam etiam non eam, quæ iam fit conuulsionem, sed eam quæ ex inflammationis magnitudine expectatur. Alij quoq. simpliciter fortem tensionem, alij putredinem. Est σφακελισμὸς νεύρου καὶ ὀστέου, ossis & nerui syderatio ac corruptio in vulneribus, Prorrh. 2. (pag. 98. C.) nerui resolutionem videtur dixisse Celsus cap 26. lib. 5. σφακελισμὸς ὀδόντος dentis syderatio, in Coac. (pag. 157. B.) σφακελισμὸς τῆς γνάθου, maxillæ syderatio, lib 5. Epid. (pag. 1162. D.) vt & σφακελισμὸς σιαγόνος, maxillæ corruptio ex tuberculo & abscessu, lib. 7. Epid. (pag. 1238 H.) Lib. 5. Epid. (pag. 1145. H.) ἰσχίον ἐσφακέλισε, coxa syderata est & corrupta ex luxatione, hoc est, emortua & marcida. Rursus ibid. (pag. 1153. A.) ὁ ποὺς ἐσφακέλισε, pes syderatione tentatus est, & πήχεος σφακελισμὸς, cubiti syderatio ex casu, ibid. (pag. 1157. A.) Est & σφάκελος ex partis inflammatione orta partis syderatio, lib. de vlceribus (pag. 870. A.) καὶ ὅπῃ σφακελίσαι κίνδυνος, aut vbi periculum est ne quid syderetur aut vitietur. σφάκελον etiam pro gangræna sumi eaque incipiente scribit Gal Com. 4. in lib. de art. & Com. ad aph 50 lib. 7. Quomodo accipi diximus quod scribitur li. 2. Epid. (p. 1046. C.) τὰ σφακελίζοντα ἀπολαβόντα τὴν φλέβα ἑλκῶσαι καὶ ἰῆσαι. Quæ syderatione periclitantur, ea vena intercepta vlcerare & curare conuenit. Illic enim corruptelæ partis rudimentum & gangrænam nondum confirmatam curare instituit, vt nostris in eum locum Commentariis monuimus.

Σφάκισμος etiam apud Gal. pro eodem esse positum in Exeg. vocum Hipp. apparet, adducto loco ex his quæ adiecta sunt ad lib. de cap. vulner. κεφαλαλγίη δὲ καὶ σφάκισμος ἢν ᾖ. Capitis dolor & syderatio si adfuerint. Idemque adscribit in pluribus exemplaribus palam σφάκελον scriptum esse. Sic enim lego potiùs, quam σφάλμα, vt habent multi codices, & Varin. Quænam verò Gal. tempore addita fuerint ad lib. de Cap vulner. non est facilè cognitu, cùm nulla hactenus supersint præter ea quæ ad librum de äëre, loc. & aq. spectant

Σφενδόνη fundam significat, & sumitur pro fascia ac mitella, qua brachium suspensum gestatur, lib. de art. (p. 598. 34. H. 793. A.)

σφενδόνην χρὴ ἐκ τυλείης περὶ τὸ ἔξω τοῦ ἀγκῶνος ποιήσαντα, ἀναλαμβάνειν περὶ τὸν αὐχένα. Fundam ex mitella factam, ad cubiti eminentiam circumdatam, de collo ſuſpendere oportet. Quem locum in Exeg. Gal. mihi explicare videtur his verbis: σφενδόνην ἐν μὲν τῷ περὶ ἄρθρων τὸ ἀπὸ τῆς τοὺς λίθους βαλλούσης σφενδόνης ὀνομαζόμενον, εἰς ἀνάληψιν κώλου χρήσιμον. ἐν δὲ τῷ περὶ ἀφόρων τὸ καλούμενον φύλαγμα· δηλοῖ δὲ καὶ τὸ γυναικεῖον περίσφυρον, ὅσα τε τούτῳ παραπλήσια. Quibus verbis innuit fundam in lib. de art. pro faſcia aut mitella ſumi, qua membrum ſuſpenditur, nomine à funda qua lapides iaciuntur tranſlato. Lib. verò περὶ ἀφόρων, pro pudendorum tegumento, aut ſubligari, ac veluti cuſtode ſumi. Indicare quoque faſciam ſeu ligamentum quod malleolis ſolet circundari, aut faſciam pedalem, qua mulieres vti ſolent, & περίσφυρον vocatur. Dicitur autem funda propter ſimilitudinem, quòd huiuſmodi faſcia media parte latior, qua membrum complectitur, ſuis verò capitibus anguſtior ſit, vt funda. Eſt etiam σφενδόνη vinculi ratio ad deligandum humerum, naſum, aut labra vſurpata in lib. de faſciis à Galeno, ab iſta longè diuerſa. Huiuſmodi autem vincula aut fundæ quibus membrum continebatur laneæ erant antiquitus, ex lana optimè contorta, non vt nunc lineæ, vt patet ex Homero Il. ν. (verſ. 599.) de Agenore manum Heleni vulneratam deligante, αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ, Σφενδόνῃ, ἣν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν. Vbi & vinculi genus fundam vſurpat in manu deliganda & continenda, quæ ex optimè contorta & benè carpta lana confecta ſit. Nec ſecus παραγραφικῶς ibid. (verſ. 716.) in Aiacis Oilei agmine, per ἐϋστρόφου οἰὸς ἀώτου, funditores intelligit, qui funda lanea in bello vterentur. Quam longè aliter Virg. ſtupeam & Balearem vocat (quod in Balearibus inſulis optimi funditores eſſent, vt ſcribit Sudas) Georg. lib. 1. Stupea torquentem Balearis verbera fundæ. σφενδόνη quoque inter inſtrumenta bellica annumeratur Polluci li. 1. cap. 10. & cap. 16. li. 5. vt & ὀπισθοσφενδόνη inter ornamenta muliebria. Annotatur etiam in Euſtath. σφενδόνην eſſe ornamentum quoddam muliebre fundæ iaculatrici non abſimile, media parte qua frontem attingit latum, ex anguſtis & tenuibus capitibus occipitio alligatum. Dicitur & σφενδόνη Polluci lib. 2. quod in oculo album eſt, quod & λευκὰ etiam nominatur. σφενδόνη Heſych. explicatur σφραγὶς, ἢ τοῦ δακτυλίου τὸ περιφερὲς, annuli circulus & pala. σφενδόνην enim τοῦ δακτυλίου apud Platonē li. 2. πολιτικῶν Cic. de Offic. lib. 3. annuli palam interpretatur in Gygis annulo. Quæ certe denominationes omnes per tranſlationem dictæ videntur. Nā & oculi album pupillam in ſe continet, & pala annuli gemmā, vt funda lapidem. Qua tranſlatione fundam quoque pro pala poſuiſſe videtur Plinius, & τοῦ δακτυλίου σφενδόνην vertiſſe, cùm cùm ſcribit lib. 37. c. 8. Quamobrem præſtantiores funda clauduntur, id eſt, patentes, nec præter quàm margines auro amplectente. Et rurſus ibidem capite 9. funda includuntur perſpicuæ. Cæteris ſubiicitur orichalcum. Hic autem circulus gemmam continens, & cui gemma inſeritur Polluci lib. 7. πύελος aut πυελὶς dicitur, vt vulgò le baſſinet, à balneatorum vaſorum forma. Vſurpat verò σφενδόνην Hipp. lib. περὶ γυναικ. 2. (pag. 656. 29.) & lib. περὶ ἀφόρων (p. 687. 51.) pro ſubligaculo aut pudendorum tegumento, noſtris vulgatis chalſonibus non abſimili. Lib. verò περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 279. 29.) pro venarum ductu quodam fundæ ſimilitudinem referente.

Σφήνωσις eſt cunei adactio, aut cuneo adacto diuulſio, ſciſſio, lib. de fract. (p. 596. v. 34. H. 773. D.) velut cuneatio. Cuneare enim per vim, dixit Quintil. & ſi quid in ligno cuneandum ſit, Plin. hoc eſt, cuneo ſcindendum aut findendum. Gal. ibid. exponit τὴν διὰ σφηνῶν διάστασίν τε καὶ διάρρηξιν τῶν ξύλων, lignorum per cuneos adactos diruptionem & diſciſſionem.

Σφοδρὸν vehemens de actione forti & celeri dicitur, vt ſcribit Gal. lib. 3. de diff. pulſ. (pag. 36. verſ. 48.) τὸ τῆς σφοδρότητος ὄνομα κατ' ἐνεργείας ἂν λεγόμενον ἰσχυράς τε ἅμα καὶ ταχείας. Sic luctæ vehementes dicuntur quæ cum contentione & violentia fiunt. Item homines σφοδροὶ & vehementes, vbi robuſtè & celeriter agunt.

Σφριγᾷν turgere dicitur, vt propriè mammæ turgere dicuntur lacte diſtentæ. σφριγᾷ exponit Heſych. περιπίπτει ἢ περιπνεῖται (vt reponit Henr. Steph.) πλήρης τυγχάνει, μάλιστα δὲ ἐπὶ τῆς θηλείας, ἐν σώματι, ἀκμάζει. propriè & potiſſimùm dicitur de fœmina quæ benè habito eſt corpore & vegeto, ac ſucculento, in ipſoque ætatis flore. Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 618. 47.) σφριγᾷ στήθεα dixit, de mammis turgentibus & lactis copia diſtentis. Vbi tamen σφυγᾷ vitioſè legunt exemplaria omnia, non ſecus ac lib. περὶ ἀφόρων (pag. 684. 13.) legitur vitioſè σφυγᾷ δὲ τοῦ τιτθοῦ, pro σφριγᾷ δὲ τὰ στήθεα αὐτῆς. σφριγᾷν de iuuenibus dicitur & de ipſo ætatis vigore & flore, de corpore robuſto & vegeto. Sic enim exponit Gal. lib. 2. de loc. aff. (p. 265. verſ. 21.) σφριγῶντας ex Archigene, vbi tamen σφίγγοντας vitioſè legitur, & ab interprete exponitur: τὸ δὲ σφριγῶντας ὄνομα παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ τῶν εὐεκτικῶς πεπληρωμένων λέγεται, διὸ καὶ κατὰ τῶν νέων αὐτὸ μόνον εἰρήκασι, γερόντων δ' οὐδενός, ὡς ἂν μηδὲ δυναμένου τοῦ σώματος αὐτῶν εὐεκτικὴν δέξασθαι πλήρωσιν. σφριγῶντας nomen quod eſt turgentes, Græcis dicitur de his qui bene ſunt habito & ſuccis redundante corpore, atque iccirco de iunioribus duntaxat dici conſueuit, de ſenibus verò minimè, quòd ipſorum corpus boni habitus plenitudinem recipere nequeat.

Σφυγμὸς pulſus dicitur, eſtque arteriarum motus ſenſilis diſtentione & contractione conſtans, cui cor præeſt, vt patet ex Gal. libris de Pulſibus, ac præcipuè lib. 4. de diff. pulſ. σφυγμοῦ nomen primus omnium Hipp. literis mandauit, neque videtur artis pulſuum ignarus fuiſſe, etſi hanc partem non admodum excoluit, vt ſcribit Gal. lib. 1. de diff. pulſ. (pag. 8. verſ. 13.) Idemque ſæpius antiquorum more σφυγμὸν de conſpicuo, ſenſili, manifeſto ac vehementi arteriarum motu effert, ſiue ea pulſatione dolor ſentiatur, vt in inflammationibus contingere ſolet, ſiue id ſine dolore fiat, vt in bene & ſecundum naturam habentibus. Poſtea verò tandem ipſe Medicinæ parens σφυγμὸν ad omnem ſenſilem arteriarum pulſationem ac motum tranſtulit, vt cuiuis eius ſcripta euoluenti ſatis patet. Sic enim mihi locus ille Gal. lib. 1. de diff. pulſ. accipiendus videtur. σφυγμὸν autem antiquis dictum fuiſſe, non de quolibet arteriarum motu, ſed tantùm manifeſto ac vehementi, quique ægrotanti aut aſſidentibus manifeſtus eſſet, multis reſcriptis teſtatum eſt in Gal. doctrina & libris de pulſibus, præcipuè verò lib. 4. de diff. pulſ. (pag. 44. verſ. 27.) his verbis: ἐξαίφνης οὖν ὅταν ἀναγνῶμεν ἔν τινι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν βιβλίῳ, σφύζειν τὸ φλεγμαῖνον μόνον μόριον, ἢ τὴν ἐπὶ φλεγμονῇ κίνησιν τῶν ἀρτηριῶν σφυγμὸν ὀνομάζοντας μόνην, ἐπί τε τοῦ κατὰ φύσιν ἔχοντος τοῦ σώματος οὐδέ ποτε χρωμένους τῇ προσηγορίᾳ, λογιζόμεθα μὴ πᾶσαν ἀρτηριῶν κίνησιν, ἀλλ' ἤτοι τὴν μεγάλην καὶ σφοδράν, ἢ τὴν αἰσθητὴν αὐτῷ τῷ κάμνοντι προσαγορεύεσθαι σφυγμόν. οὕτω δὲ δοκεῖ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ σφυγμοῦ κεχρῆσθαι καὶ Ἐρασίστρατος. Eodem igitur modo quando in antiquorum Medicorum libris legimus ſolam inflammatione tentatam partem pulſare, aut ſolam in inflammatione arteriarum motionem pulſum eos appellare, in corpore verò ſecundum naturam habente hac appellatione nunquam vti: colligimus non omnem arteriarum motionem, ſed aut magnam & vehementem, aut quam ipſe ægrotus ſentit, pulſum vocari. In hunc modum pulſus appellatione videtur vſus Eraſiſtratus. Ac rurſus ibid. (pag. 50. 6.) de Agathino: ἄλλως μὲν γάρ φησι τὴν τῆς καρδίας καὶ τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν λέγομεν σφυγμόν, ἄλλως δὲ τὴν ἐν ταῖς φλεγμοναῖς γινομένην αὐτῷ τῷ κάμνοντι συναίσθησιν· καὶ γὰρ καὶ ταύτην ὁμωνύμως φησὶ καλεῖσθαι σφυγμόν. Alio enim loco aut cordis & arteriarum motum pulſum eſſe dicimus. Alias verò, ſenſum illum quem in inflammationibus æger percipit. Etenim etiam hunc per homonymiam pulſum vocari dicit. Et rurſus (pag. 51. verſ. 45.) ὅ γε μὴν Ἐρασίστρατος ἔοικεν οὐ τὴν κατὰ φύσιν ἐν ἀρτηρίαις κίνησιν ὀνομάζων σφυγμόν, ἀλλὰ μόνην τὴν ἐπὶ φλεγμονῇ. δῆλον δὲ ἐκ τῶν ῥήσεων αὐτοῦ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ πυρετῶν ἐν αἷς κίνησιν μὲν ἀρτηριῶν ὀνομάζει τὴν κατὰ φύσιν ὑφ' ἡμῶν καλούμενον σφυγμόν. ἐν δ' αὐτοῖς ἐπὶ φλεγμονῇ τὴν μεταβολὴν ἔχειν φησὶ, σφυγμὸν φαίνεται καλῶν· ὡς οὐ κατὰ πάσης κινήσεως ἀρτηριῶν ἐπιφέρειν ἡγούμενος χρῆναι τὴν τοῦ σφυγμοῦ προσηγορίαν, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνης μόνης, ἥ τις ἐξίσταται τοῦ κατὰ φύσιν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν φλεγμονὴν διαθέσεως. Quin etiam Eraſiſtratus videtur non naturalem arteriarum motionem pulſum vocare, ſed ſolam eam quæ in inflammatione eſt. Quod patet ex eius verbis in primo libro de febribus, in quibus arteriarum motionem nominat, quem nos naturalem pulſum vocamus. Quem verò ipſe in inflammatione immutationem habere dicit, pulſum vocare videtur, minimè quidem exiſtimans cuiuis arteriarum motui pulſus nomen eſſe attribuendum, ſed ei ſoli, qui in inflammationis affectu à naturali ſtatu decedit. Idem quoque libro 2. de Loc. affect. (pag. 260. verſ. 29.) οὕτως μὲν ὁ πρῶτος ἐπὶ τοῦ κατὰ φλεγμαίνοντα μόρια σφυγμοῦ· καὶ τοῦτον μόνον ὠνόμαζον οἱ παλαιότατοι σφυγμόν· ὕστερον δὲ καὶ πᾶσαν αἰσθητὴν κίνησιν ἀρτηριῶν ἀδιορίστως ὠνόμασαν. Hac quidem ratione partes inflammatione tentatæ pulſant, huncque ſolum vetuſtiſſimi quique pulſum vocauerunt. Poſtea verò etiam omnem arteriarum motionem quam ſenſus percipere poſſet eodem nomine donauerunt. Lib. de Tumor. præter nat. (pag. 355. verſ. 52.) ἀχώριστος δὲ φλεγμονῆς μεγάλης ὁ σφυγμός. οὕτω δὲ εἰώθεσαν ὀνομάζειν οἱ παλαιοὶ τὴν αἰσθητὴν κίνησιν αὐτῷ τῷ κάμνοντι τῶν ἀρτηριῶν, εἴ τε χωρὶς ὀδύνης, εἴ τε καὶ σὺν ταύτῃ γίγνοιτο. A magna autē inflammatione pulſus ſeparari nequit. Sic autē antiqui arteriarum motionem quam æger ipſe perciperet nominarunt, ſiue ſine dolore, ſiue eum eo contingeret. Comment. etiam 4. in lib. de rat.

de rat.vict.in morb.ac.(p.94.verf.53.H.397.8.) σφυγμῶν nomen valde ambiguũ fuisse scribit his verbis: οἱ δὲ σφυγμοὶ τί ποτε δηλοῦσιν οὐ πάντῃ δῆλον ἐστὶν, εἴπερ δὲ κατὰ τῶν ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις ὀδυνηρῶν κινήσεων ἐπιφέρειν οἱ παλαιοὶ πιστώσαι, καὶ κατὰ τὸν παλμὸν, καὶ προσέτι καὶ παῤὰ τῆς ἐν ταῖς ἀρτηρίαις σφοδρᾶς κινήσεως. Pulsus quid indicent non omninò constat, quandoquidem veteres hoc nomen de motionibus in partibus inflammatione tentatis dolorem excitantibus proferunt, & de palpitationibus, & præterea de vehementi arteriarum motione. Sic σφυγμὸν antiquis dici de magno & ita conspicuo arteriarum motu vt ab ægroto aut assidentibus percipiatur, scribit idem Gal. Com. 1. in Progn. (pag.131.vers.9.H.38.34.) ἀλλ' ἐν τοῖς πλείστοις γέγραπται σφυγμός, ὅτι γε ὡς συνὼν ταῖς μεγάλαις φλεγμοναῖς, ἢ καὶ τῇ κατὰ ῥάχιν ἀρτηρίας μεγάλης ἢ αἰσθητὴ κίνησις τῷ κάμνοντι, ὥς που κἀν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἐπιδημιῶν εἶπεν ὁ ἀνὴρ, ὅταν ἡ φλὲψ ἡ κατ' ἀγκῶνα σφύζῃ, μανικὸς καὶ ὀξύθυμος. ἐνδηλὸς γὰρ ἐστι κἀνταῦθα τὸ σφύζειν ἐπὶ τῆς μεγάλης οὕτω καὶ σφοδρᾶς κινήσεως τῶν ἀρτηριῶν ἐπιφέρων, ὡς καὶ πρὸ τοῦ τὴν ἁφὴν ἐπιβάλλειν αὐταῖς, αἰσθητὴν εἶναι τὴν κίνησιν, ἐνίοτε μὲν αὐτῷ τῷ πάσχοντι μόνῳ, ἐνίοτε δὲ καὶ τοῖς ἔξωθεν ὁρῶσι. Sed in multis exemplaribus σφυγμὸς scribitur, hoc est, pulsus, qui quidem aut est simul cum magnis inflammationibus aut etiam magnæ arteriæ quæ ad spinam adiacet sensibilis ægro motus: quemadmodum libro secundo de Morb. Vulgarib. dixit. Vbi vena quæ est ad cubiti fluxum pulsat, insania atque præceps iracundia significatur. Constat enim Hippocratem etiam hoc loco verbum σφύζειν efferre de tam magno & vehementi arteriarum motu, vt etiam priùs quàm in has tactus iniiciatur, interdum à solo ægro, interdum etiam ab aspicientibus percipiatur. Quem Prognostici locum etiam innuens Comment. 3. in Prorrhet. (pag.214.42.) σφυγμὸν de vehementi & concitato magnæ arteriæ, quæ ad spinam est, motu illic dici scribit: ἔνιοι δὲ κἀκεῖ τινες μὲν ἀντὶ τοῦ σφυγμοῦ παλμὸν εἰρῆσθαι, τινὲς δὲ κυρίως ἐπὶ τῆς σφοδρᾶς κινήσεως τῆς κατὰ ῥάχιν ἀρτηρίας. Ibi verò quidam ἀντὶ τοῦ σφυγμοῦ, παλμὸν dici voluerunt. Nonnulli etiam propriè de vehemẽti arteriæ, quæ ad spinam est, motione intellexerunt. Eadem quoq; scribuntur li 6. de plat. Hipp. & Plat. (pag.307.38.) à Gal. quæ in Prognost. ὅτι δὲ καὶ τὸ σφύζειν ὄνομα καὶ ὁ σφυγμὸς ἐπὶ τῆς σφοδρᾶς εἰς τοσοῦτον τῶν ἀρτηριῶν κινήσεως, ὡς καὶ πρὶν ἐπιβαλεῖν τὴν ἁφὴν, αἰσθητὴν εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ τὴν κίνησιν, ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐλέγετο, καὶ δι' ἄλλων μὲν ἀποδέδεικται. Quòd verò σφύζειν & σφυγμὸς dictio de tam vehemente arteriarum motione antiquis dicatur, vt priùs quàm tactu apprehendantur, ea sit homini conspicua, in aliis quidem libris est demonstratum. Idem etiam libro quòd animi mores temp. corporis sequuntur, (p.349.25.) locum illum lib. 2. Epid. exponens de vehementi arteriæ in cubito motione. φλέβας μὲν γὰρ καὶ τὰς ἀρτηρίας ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, καὶ ὡς δέδεικται πολλάκις, οὐδ' ἐπὶ πᾶσαν τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν ὠνόμαζον σφυγμὸν, ἀλλὰ μόνην τὴν αἰσθητὴν αὐτὴν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ, πάντως οὖσαν σφοδράν. Ἱπποκράτης δὲ ὡς καὶ πρῶτος ἄρξας τὸ μετὰ ταῦτα κρατήσαντος ἔθος, εἴρηκέ τε σφυγμὸν, ἅπασαν τῶν ἀρτηριῶν τὴν κίνησιν, ὁποία τις ἂν εἴη. Venarum enim nomine etiam arterias veteres donarunt, & (vt sæpius est demonstratum) nondum omnem arteriarum motum pulsum nominabant, sed eum tantùm qui ab ipso homine perciperetur, vt qui prorsus vehemens esset. Hippocrates verò, à quo etiam ea consuetudo quæ postea obtinuit, initium sumpsit, arteriarum omnium motum qualiscunque is esset pulsum vocauit. Hac autẽ notione σφυγμὸς sæpe ponitur apud Hipp. vt lib. 2 Epid. (pag. 1046.C.) ᾧ ἂν ἡ φλὲψ ἡ ἐν τῷ ἀγκῶνι σφύζῃ, μανικὸς καὶ ὀξύθυμος. Cui vena in cubiti flexu conspicuam habet pulsationem, furibundus in acerbam iracundiam præceps est. Et rursus ibid. (p. 1050.F.) ἢν αἱ φλέβες σφύζωσιν ἐν τῇσι χερσίν. Si venæ in manibus pulsent. Quibus in locis eam ex Gal. mente explicationem adhibuimus. Sic li. 4 Epid. (p.1127.B.) σφυγμοὶ φλεβῶν παρ' ὀμφαλὸν, venarum ad vmbilicum pulsationes, de conspicua partium inflammatarum pulsatione dicuntur, & his verbis interni visceris inflammationem circumscribunt. Sic quoque accipitur in Coac. (p.135.B.) ἐν πυρετοῖσι κατὰ φλέβα τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ σφυγμός. In febribus venæ quæ in ceruice est pulsus. Et, φλεβῶν σφυγμὸς in hæmorrhagiæ denunciatione, ibid. (138.D.) Ac rursus σφοδρότης σφυγμῶν, pulsus vehementia, ibid. (pag.175.H.) Sic quoque ἰσχυρὸς σφυγμὸς ἐν τοῖσιν ἕλκεσιν dicitur, vehemens in vlceribus pulsus, aph. 21. li. 7. Et σφυγμώδες ἕλκος, vlcus pulsans, quod inflammatione tentatur, lib. de fract. (pag. 561.31.H.767 E.) σφυγμὸς etiam παλμὸν & palpationem apud Hipp. indicat in Progn. (pag. 131. 3. H. 38. 34.) ἢν δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνῇ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ. Præcordiorum venæ si pulsent. Et in Coac. (pag. 165. A.) σφυγμὸς ἐν ὑποχονδρίῳ. Sic enim de palpitatione multis locis hoc explicat Gal. vt & παλμὸν in multis codicibus scribi testatur. atque idem antiquis σφυγμὸν ἀντὶ τοῦ παλμοῦ sæpius poni scribit libris de pulsibus. Lib. quoque de rat. vict. in morb. ac. (pag.94.26 H 397.8.) σφυγμοὶ palpitationes indicant, quando inclusi spiritus in morbis, ex grauante humorum copia, liberum sibi quærunt exitum. At verò quamlibet arteriarum pulsationem (quem nos pulsum vocamus) σφυγμὸν Hipp. dici satis notum est ex eius doctrina. Sic scribitur lib. 4. Epid. (pag. 1127. B.) ἐν τοῖσι ἰσχυροτάτοισι τῶν πυρετῶν οἱ σφυγμοὶ πυκνότατοι καὶ μέγιστοι. In grauissimis febribus pulsus celerrimi & maximi. Et rursus ibid. (pag. 1129. B.) σφυγμοὶ τρομώδεες καὶ νωθροί. pulsus tremuli & tardi, ex facultatis vitalis imbecillitate, in vehementi inflammatione & grauissima febre. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 643. 45.) in fluore muliebri pernicioso σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαύοντες adscribuntur, hoc est pulsus leuiter manum ferientes & attingentes, de pulsu paruo, debili & deficiente. Sic enim exponuntur Erot. οἱ μὴ εὔτονοι, ἀλλ' ἐκ διαλειμμάτων ἀσθενῶς προσπίπτοντες, non validi, verùm per interualla leniter ferientes, vt postea scribemus. Lib. περὶ φυσῶν (pag. 298. 37.) in febribus σφυγμοὶ ἀμφὶ τοὺς κροτάφους pulsus circa tempora fieri dicuntur, à sanguine calido per spiritum vi agitato & commoto, vnde etiam capitis dolores oriuntur. Lib. περὶ χυμῶν (pag.47.48.) inter reliqua quæ Medico consideranda præscribuntur, σφυγμοὶ annumerantur. Vbi pulsus quoque totius corporis spectandos esse adscribit Comment. Gal. attributus. Veteres autem non iam omnem arteriarum motum, sed eum solum qui sensibilis esset, atque ipsi homini prorsus vehemens, pulsum vocasse. Hipp. primum motum arteriarum omnium, qualiscunque is esset, pulsum appellasse.

Σφυράδες τὰ τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων ἀποπατήματα, hoc est, capratum & ouium stercora exponuntur Gal. in Exeg. sed σπυράδες vitiosè legitur & extra seriem alphabeticam, existimoque σφυράδας legi debere apud Galen. vt referatur ad locum li. 2. περὶ γυναικ. (pag.657.24.) τρεῖς κατάπινε σπυράδας, pilulas stercoris caprini tres deuorandas exhibeto, aut tres globulos ex myrrha pura, ad instar pilularum stercoris caprini. Vbi σφυράδας pro σπυράδας legisse Gal. existimo. Hesych. etiam σφυράδες exponuntur τὰ διαχωρήματα τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων, pro quo σφυγάδες vitiosè legitur apud Varinum. Dicitur autem σφυρὰς pro σπυρὰς, vt & σφονδύλοις pro σπονδύλοις, lib. de art. (pag. 659. 53. H. 838. C.) (vt scripsimus antea in σπονδ.) & σφόνδυλος pro σπόνδυλος.

¶ Σχάσαι est laxari, remitti, mutari, decuti, transferri, transponi, traduci. & dicitur Hipp. lib. de art. (pag. 601. 27. H. 797. E.) ἐκ τῆς κατὰ φύσιν θέσιος εἰς ἑτέρας ἀθρόως μεθίστασθαι, quod est, repente ex naturali situ in alium transferri & mutari, vt exponit Gal. Qui & σχάσαι dici scribit de musculis, cùm in repentinis agitationibus priorem figuram immutant nec retinent, sed pristino situ relicto, aliqua ex parte distorquentur, aliqua etiam intenduntur. Idem etiam in palæstra σχάσαι dici scribit, τὴν χεῖρα ταχέως ἄγειν πρὸς αὐτὴν ἐκ τῆς ἔμπροσθεν θέσεως, manum à priore statu celeriter retrahere eumque immutare. Qua significatione σχάσαι μεταβαλεῖν exponit Hesych. Eoque significato etiam σχάσαι dimittere, definere, soluere, aut institutum abrumpere eleganter significat Aristoph. in Neb. cùm σχασάμενος τὴν ἱππικὴν pro καταλύσας & καταπαύσας, siue ἀποχωρήσας, hoc est, equorum studium remittens dicitur, hoc est, interrumpens & dimittens. Quod ergo scribitur apud Hip. loco priùs adducto, σχᾶται μέντοι πολλάκις ἐν χάσμασι, laxatur tamen plærunque in oris hiatibus, χαλᾶται exponit Paulus Ægineta cap. 112. lib. 6. his verbis. τὸ γὰρ σχᾶται παρ' Ἱπποκράτει τὸ χαλᾶται δηλοῖ. Nam σχᾶται laxatur significat. Quo etiam mihi respicere videtur Gal. in Exeg. σχάσαι χαλάσαι significare scribens. Vnde χασκεία dicitur Gal. funis ille aut repagulum cursoribus obtentum, quo laxato demissoque curriculum ingrederentur, aut in cursum effunderentur. Etsi σχασίεια scribitur & exponitur Hesych. μέρος τι ἐν τῇ νηὶ & ὑπηρέσια, hooest, portus & locus è quo soluimus, quòd ibi fortassis αἱ κῶπαι σχάζονται, hoc est, remi laxantur aut inhibentur intermissa nauigatione. Est etiam σχάσαι ibidem apud Hipp. (pag. 602.4. H. 797. G.) vt exponit Gal. ἐξαίφνης καὶ ἀθρόως προσάγειν εἰς τὸ κατ' εὐθὺ τῆς κατὰ φύσιν χώρας τὸ ἄρθρον, repente & subito impulsu articulum in directum & naturalem sedem propellere: aut vt idem etiam exponit, μεταβάλλειν ἀθρόως τὸ πρότερον σχῆμα, subito impulsu in suam figuram reponere. σχάσματα exponit Erot. apud Hipp. σπάσματα τὰ ἐκ πληγῆς περὶ τὴν γένυν γινόμενα καὶ διαστρεβλώματα, velut maxillæ vulsiones, aut peruersiones ac distortiones ex ictu ortas. Qui certe Erot. locus non leuiter mihi suspectus est, tum ex codicum varietate (nam & σχίσματα quidam legunt) tum quod etiamsi hæc dictio extremo lib. de vlceribus crebrò vsurpetur Hipp. longè tamen aliam habet notionem. Illic enim σχάσματα scalpello

exasperata loca & scarificata, cutis incisuras & scarificatus indicant. (χασμοὺς etiam ibidem vocat cutis hiatus) & τὸ χασθὲν locum scalpro pertusum. Vt mihi χάσμα apud Erot. legendum videatur & in χ reponendum, aut certe si Erot. lectio retinenda est, apparet eum in loco libri de art. à nobis antea adducto, χάσμασιν pro χάσμασιν legisse, vt χάσματα sint maxillæ peruersiones quæ in magnis hiatibus & oris rictibus ex ictu fiunt, ita vt maxilla situm mutet & aliò transferatur ac velut decutiatur. Σχάσαι Gal. in Exeg. vocum Hipp. τρία σημαίνει, ἀμύξαι, ἐκκρῖναι, χαλάσαι, tria significat, scarificare, excernere, laxare. χάσαι ἀμύξαι indicat lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 551. 40.) quod est scalpro aperire, incidere, pertundere. χάσαι αὐτοῦ τὰς ἀγκῶνας καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος. huic cubiti venam pertundito & sanguinem detrahito. Est & χάζειν eadem notione apud Hipp. lib. 6. Epid. aph. 21. sect. 5. χάζειν τὰς ἐν τοῖσιν ὠσὶν ὄπισθεν φλέβας, venas in auribus posteriores incidere.

Σχιδάκα, τὴν ἄγχουσαν exponit Gal. in Exeg. λέγεται γὰρ καὶ οὕτως. Nam etiam sic appellatur. Qua indicatura mihi locum lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 622. 54. 55.) exprimere videtur, vbi in vellere ad aperiendum & purgandum vterum anchusam apponit Hipp. λαβὼν σχιδάκα τὴν μικρὴν, &c. ἢ σχιδάκα τὴν μεγάλην. Sic Diosc. anchusam vuluis appositā partū extrahere scribit. Varin. tamen apud Gal. σχελίδα pro σχιδάκα legisse videtur & ita exponere.

Σχέσις corporis dispositionem significat quæ facilè inducitur aut remouetur, & διάθεσις dicitur, velut ἕξις, eam quæ stabilis est, neque facilè soluitur, eaque ratione inter se opponuntur. σχέσις etiam corporis habitudinem indicat, quæ in corporis crassitudine aut gracilitate spectatur, velut exponitur Gal. Com. 1. in lib. de art. (pag. 586. 48. H. 784. G.) διαφέρει μὲν τι καὶ σχέσις τοῦ σώματος. Differt siquidem & quædam corporis habitudo. Eaque notione αἱ ἐπίκτητοι σχέσεις, ascititiæ corporis habitudines dicuntur, velut cùm quis gracilem aut bene carnosum corporis habitum assumpserit. Sic enim eum locum exponit Gal. li. 3. de Caus. puls. (p. 107. 40.) σχέσεις δὲ αὐτὰς ὀνομάζομεν ἡμεῖς, ὥσπερ ἢ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ τῶν ἄρθρων εἰπών, διαφέρει μὲν τοι τι καὶ σχέσις σώματος. Has quidem [corporis ascititias habitudines] Græcè σχέσεις Hippocratem secuti nominamus, qui in lib. de art. dixit: Differt etiam nonnihil corporis habitudo. Hanc etiam σχέσιν σώματος τὴν ἕξιν, velut corporis habitum exponit Gal. in Exeg. eodem adducto loco, sed vitiosè vt patet. Vbi σχέσει τῇ συνοχῇ exponit, hoc est, cohibitione aut complexu, expressis his Hippocr. verbis ex lib. κατ' ἰητρ. (p. 677. 53. H. 743. C.) ἐν παρέξει, καὶ σχέσει, καὶ ἐπιδέσει, καὶ πιέξει, in exhibitione, habitu, deligatione & compressione. (Sic enim legendum esse locus Hipp. palam indicat, cùm ἐν περισχέσει vitiosè legant omnia exemplaria.) Vbi σχέσις veluti præparatio dicitur, indicatq; accommodatum curationi suscipiendæ ægri aut partis affectæ habitum, dispositionem, & collocationem, ἐν ᾧ παρασκευάζεται ὡς πρὸς τὴν χειρουργίαν τι ποιηθῆς, cùm ad chirurgiam pars affecta accommodatur & præparatur. Ideoque quidam præparationē vertunt, alij respectum, dum pars affecta ita collocatur, vt habito ad medicum respectu curationi suscipiendę sit accommodata. Σχέσις etiam interdum τὴν ἐπίσχεσιν, hoc est, suppressionē ac retentionē indicat, & ἐποχὴν exponit Hesychius & κατοχήν. Eaq; notione σχέσιες τῶν οὔρων dicuntur vrinarum suppressiones, aph. 9. sect. 1. li. 6. Epid. Sic enim pro ἐπισχέσιες legunt exēplaria quædam & Gal. Com. 3. in Prorr. (p. 206. 17.) Sic etiā sumitur li. 5. Epid. (p. 1159. F.) τῶν οὔρων πολλὴ σχέσις, καὶ τῶν κάτω διόδου. vrinę & per inferiora trāsitus multa suppressio. Eoq; significato crebrò vsurpatur hæc vox Areteo, vt c. 5. li. 2. τῶν ὀξ. ὑστέρα σχεθεῖσα κύστις ὑπὸ σπασμοῦ. præ conuulsione vesica vrinam cohibens. Et rursus c. 4. li. 2. θεραπείας τῶν ὀξ. ὡς τὴν παλίρροιαν σχεθεῖν. ad retrogradū humorū fluxū coërcēdū & cohibēdū. Ac iterū ibi. καὶ τὴν τροφὴν ἐν τῇ κοιλίῃ σχεθεῖν. & cibus in vētriculo cōtineatur, cohibeatur.

Σχετλια δρᾶν, quæ compescenda sunt aut inhibenda facere significat lib. 2 περὶ γυναικ. (p. H. 648. 26.) quod est verenda facere, & dicitur aut de cibis qui cum respuuntur fœdè vomitione reiiciuntur, aut de ægris, qui vbi cibum abominantur, aut auersantur, eum fœda vomitione refundunt.

Σχήματα figuras significant, & ad corporis habitum & situm referuntur, aut ad partium naturalem compositionem, quatenus aut duræ sunt, aut molles, aut raræ & densæ, aut rotundæ & latæ, aut cauæ & pressæ. Sic enim τὰ σώματος σχήματα vocat Hipp. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 17. 40.) σχήματα δὲ λέγω, ὅσα ἔνεστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. figuras autem dico ea quæ insunt in homine, vbi corporis partes intelligere videtur, quarum differentias ex accidentibus persequitur. Σχήματα etiam formas morborum, εἴδη καὶ τρόπους significant aph. 43. sect. 8. lib. 6. Epid. cùm morborum formas in quas transeunt considerandas monet. Etsi quidam τὰ σχήματα ad ægrotorum decubitus referunt. σχηματιθεῖσιν λιθιῶσιν, calculosi ita figurati & eo corporis habitu ac positu, vt calculus in fistulam vrinariam non illabatur. In Coac. (pag. 192. H. 193. B.) σχηματιθεῖσιν παντοίως, ad quemuis corporis habitum, & ad omnes figuras.

Σχινδαλμὸς assulam significat & frustum scissione aut fissione ablatum. Peculiariter dicitur de segmento ex calamo fisso, aut assulatim & in longitudinem fracto. Dioscor. de calamo odorato lib. 1. cap. 17. κάλλιστος ὁ εἰς πολλοὺς σχινδαλμοὺς θραυόμενος, quod dixit Plinius li. 12. c. 22. Melior qui assulosè potiùs quàm raphani modo frangitur. Gal. in Exeg. σχινδαλμὸν εἰρῆσθαι φησὶ τὸ σχίζεσθαι scribit. Quam dictionem vsurpauit Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 649. 49.) φυλασσόμενον δ' ὅκως σχινδαλμὸς μηδεὶς ἔσται. animaduersione facta ne vllum fissum adsit, aut vlla fissio. Eumque locum illis verbis mihi adumbrare videtur Gal. Hesych. σχινδαλμὸς σκόλοψ exponitur, hoc est, festuca, idemque annotat per χ & per κ. scribi quibusdam. Σχινδύλησις eiusdem est originis, & fissionem indicat quæ assulosè fit. Vnde ἀνασχινδυλεῦσαι ἀνασκολοπισθῆναι exponitur Hesych. quod est in crucem aut palum tolli. ἀνασχινδυλεῦσαι tamen scribitur apud Hesych. Gal. in Exeg. σχινδυλεῦσαι, σχίσματι καλάμου exponit, hoc est, arundinis fisso, aut fissuræ. Pro σχίσματι tamen vitiosè σχήματι legunt exemplaria nostra vt & Varinus.

Σχῖνον scribit Gal in Exeg. significare apud Hipp. οὐ μόνον τὸ θαμνῶδες φυτὸν, ἀλλὰ καὶ εἶδός τι σκίλλης, εἰ μὴ ἄρα καὶ πάσης σκίλλης τὸν βολβόν. non solùm stirpē fruticosam (lentiscū nēpe) verumetiā scillæ speciē quandā, & forte omnis scillæ bulbū ac radicem. Hesych. quoq; σχῖνος exponitur εἶδος φυτοῦ καὶ ἡ σκίλλα. vt & apud Aristoph. in Pluto. Vnde etiā Atticis poëtis Pericles σχινοκέφαλος sugillatus est, quòd caput oblongum & scillę bulbo simile haberet, vt testatur Plutarchus. τὴν γὰρ σκίλλαν ἐστὶν ὅτε καὶ σχῖνον ὀνομάζουσι. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 670. 5.) in vteri præfocatione σχῖνον λεπτὴν adhibet Hipp. ὃ δάκνεται quæ mordeat. sic enim leg existimo.

Σχινοβατίαι funambulationes dicuntur, quibus vtebantur antiqui inter corporis exercitia, quasque per hyemem consulit Hipp. lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 366. 55.) Sic & σχοινοδρομίαι sunt per funem cursationes. Pro quibus tamen omnia fere exemplaria κονιοβατίας & κυνοδρομίας legunt. Exemplaria etiam quædam Regia κυνοδρομίας habent.

Σχοῖνον εὐόσμον, τὴν ἀρωματικὴν σχοῖνον exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc est, iuncum odoratum, aromaticum. Qua indicatura mihi locum lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 673. 10.) adumbrare videtur. σύνταυ δὲ ἢ σχοῖνον, τὴν εὔοσμον, εὐοσμόν. Iuncum etiam odoratum, aromaticum tundito. Sic enim legendum cum Gal. existimo, vt & apud Gal. pro indicatura σχοῖνον εὔοσμον, εὐοσμὸν, legi debere puto. σχοῖνον μυρεψικὴν, iuncum vnguentarium, quòd in vnguenta transferatur, vocat ibid. Hipp. (p. 651. 2.) vt & κάλαμον μυρεψικὸν, calamum aromaticum, eadem ratione (ibidem) σχοῖνον iuncum rotundum vertit Celsus cap. 21 lib. 3. vt differat à cypero quem iuncum quadratum ibidem vocat & c. 4. lib. 5. Plinius iuncum triangulum aut triangularem, cap. 18. lib. 21. Iuncum odoratum Dioscor. cap. 16. lib. 1. σχοῖνον simpliciter nominat, sed vitiosè σχῖνος scribitur.

Σχοινίτινος δίφρος, sella ex iunceo aut sparteo fune nexa & contexta. Vide δίφρος σχοινίτινος antea.

Σχολῇ, otiosè, perfunctoriè, sine diligentia. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 11. 55.) οἱ σχολῇ τὴν ἡμέρην μεταβάλλοντες, qui non otiosè diem in victus ratione transigunt, qui diem vnum vix ac non sine negotio in victus ratione præter consuetudinem transigunt.

¶ Σώζεσθαι seruari significat, liberari, solui, impropriè tamen, vt & λύειν. In Coac. (pag. 138. B.) ὁκόσοι σώζονται τῶν ληθαργικῶν. Qui ex lethargo euadunt, seruantur, fere ad suppurationem deueniunt.

Σωλὴν, solena, tubus, canalis, sipho, instrumentum est chirurgicū, rotundum, oblongum, cauum, in quod membrum fractum, crus, aut femur imponitur & continetur. Dicitur autem canalis à tubis fictilibus aut tegulis ducta denominatione. Paratur ligneus ex tilia Gal. aut fictilis Paulo, glossocomo similis, sed figura differens. De eo agitur lib. 2. de fract. (pag. 553. H. 763. D. & 558. H. 766. A.) & lib. κατ' ἰητρ. (pag. 693. 50. H. 745. H.) & Celsus cap. 10. lib. 8. Paulo lib. 6. cap. 106.

Σωρειτικὴ ἀπορία, acerualis dubitatio aut Soritica intricatio dicitur, quæ multa indefinita & nullis limitibus circumscripta comprehendit, & in aceruum colligit. Eius meminit Gal. lib. de Marcor. (pag. 375. 39.) & cap. 11. lib. 2. de diff. feb. vbi tamen Σωκρατικὴν ἀπορίαν legunt interpretes, quia Socrates per interrogationes argumentabatur, neque respondebat, sed longis inductionibus auditorem fatigabat.

Σωφρονιστῆρες ὀδόντες, dētes moderatores aut sapiētes dicti qui gemini Latinis, duo in superiore maxilla intimi atque vltimi, & ab vtraque

vtraq; parte vnus. Quibusdam nascũtur à 18. anno ad vigesimũ sextum. Hipp. verò lib. περὶ ἑβδομάδων vulgo inscripto (p.252.29.) anno 28. Sic enim scribit: καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ δὲ ἑβδομάδι οἱ ὄντες φύονται δύο ἐπὶ πολλοῖσι τῶν ἀνθρώπων, οἳ καλέονται σωφρονιστῆρες. Quin & quarto septenario plærisque hominibus dentes duo nascuntur, quos sapientiæ dentes nominant. Sic autem dicti videntur Rufo Ephesio ἐν τῇ περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορ. quòd, ὅτι ὁμοῦ τῷ φρονεῖν ἄρχωνται, oriantur, hoc est, eo sanè tempore quo moderatos temperantesq; esse oporteat. Sunt hi ex genere molarium, & quibusdam anno octogesimo enasci visi sunt.

OECONOM. HIPPOC.

TO T.

Τάγγαι apud Hippocr. tumoribus præter naturam adscribuntur, & tumores putrescentes significant, lib. 2. Epid. (p.1001. C.) αὐτὰρ καὶ τὰ ὑπὸ δέρμα ἀφιστάμενα ἐς τὸ ἔξω φύματα, οἷα τάγγαι. Quinetiam quæ ad cutem abscedunt, foras erumpentia tubercula, velut putrescentes quidam tumores. Strumas alij hac voce intelligunt. In illa verò abscessuum doctrina, pro quibusdam tumoribus sub cute putrescentibus accipitur, putrescentia dixit Cornar. quòd ταγγίζειν sit rancidum fieri, & ταγγὸς aut τάγγη rancorem indicet, vnde ἔλαιον ταγγὸν. oleum rancidum.

Τὰ ἔξω externas totius corporis partes indicant Hipp. aph. 48. lib. 4. quæ τὰ ἄκρεα & extremæ partes vocantur sæpe, vt caput, manus, pedes, nasus, labra, aures. Quibus τὰ εἴσω, hoc est, interiores corporis partes opponit, nempe eas quæ ventre & thorace continentur, aut vmbilico & costis circumscribuntur, in quibus pulmo, diaphragma, ventriculus, hepar annumerantur. Has partes sic distinguit Hipp. in Progn. (p.135. 52. H.39.30.) κεφαλὴ δὲ καὶ χεῖρες, καὶ πόδες ψυχρὰ ἐόντα, κακὸν, τῆς τε κοιλίης καὶ τῶν πλευρέων θερμῶν ἐόντων. Si caput, manus ac pedes frigidi sunt, ventre costisque calentibus, malum. In Coac. (p.433.G.) τὰ ἔξωθεν, & τὰ ἔσωθεν, eædem partes vocantur.

Τὰ κατὰ κοιλίην, hoc est, quæ ad ventrem spectant, sæpe pro ventris vitio, aut alui profluuio ponuntur apud Hipp. vt lib. 3. Epid. st. pest. (p.427.52. H.1086.B.) ἐκ τῶν κατὰ κοιλίην ἀπέθνησκον μάλιστα, ex alui vitio maximè moriebantur. Et rursus ib. (pag. 426.48. H.1085.H.) τὰ δὲ κατὰ κοιλίην πολλοῖσι πολλὰ καὶ βλαβερὰ συνέβαινε. Multis verò ventris vitia plurima & noxia contigêre, tenesmos & lienterias intelligens, vt ibidem explicat Gal. Eadem notione τὰ περὶ τὴν κοιλίην sæpe effert Hipp. vt ægr. 7. lib. 3. Epid. post st. pest. τὰ περὶ τὴν κοιλίην οὐκ ἠνώχλει, ventris vitia non infestabant, hoc est, aluus commodè habebat. Sic τὰ περὶ πλεύμονα, quæ pulmones offendunt, lib. 3. Epid. in st. pest. Et lib. 1. Epid. sect. 2. τὰ περὶ τὴν στραγγουρίας, quæ in vrinæ stillicidio accidunt. Qua voce vrinæ difficultatis symptoma intelligitur. His enim circumscriptionibus plærunque morborum attributiones, interdum etiam propriam morbi naturam exprimit Hipp. τὰ περὶ τὸ ἐρυσίπελας, erysipelas & ignem sacrum indicant lib. 3. Epid. in st. pest. (p.422.30. H. 1083.F.G.) & τὰ περὶ ἕλκεα, pro vlceribus, aut vlcerato erysipelate ponuntur. (ibidem.)

Ταχυρώτατα ὕδατα, vide postea in τάχιστα ὕδατα.

Ταλαιπωρίη dicitur labor qui in immoderatis fit actionibus, aut defatigatio ex vehementibus motionibus, cui ἀνάπαυσις pro remedio instituitur in his quæ adiecta sunt libro de Nat. humana (pag.18.31. H.228.23.) ὁκόσα δὲ ἀπὸ ταλαιπωρίης γίνεται, ἀνάπαυσις ἰῆται. Quicunque morbi ex immoderato labore fiunt, quies sanat (vt & aph.48. lib.2.) Rursus ibidem ὁκόσα δὲ ὑπ' ἀργίης νοσήματα τίκτεται, ταλαιπωρίη ἰῆται. Qui verò morbi ex supino otio gignuntur, eos immoderatus labor sanat. Vbi scribit Gal. ταλαιπωρίας δηλονότι κέκληκε, τὰς κατὰ τὰς ἀμέτρους κινήσεις γινομένας. ταλαιπωρίας nimirum vocat labores, quos immoderatæ motiones pariunt. Ταλαιπωρίην egestatem vertit Cæl. Aurel. ex lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. (pag.113.9. H. 405.17.) in his quæ de aqua inter cutem malè adscribuntur cap. 1. lib. 5. Tard. pass. Eaque dictio crebrò vsurpatur lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης, & Prorrhet. 2. (pag.86.87.) Erot. apud Hipp. ταλαιπωρείησιν ἐνεργείαις, hoc est, actionibus aut motionibus exponit, nimirum locum lib. de art. (pag.638.15. H.825.D.) mihi subindicans. ἐν τῇσι ταλαιπωρίῃσιν ἐν ᾗσιν ἕκαστοι εἰθίσμεθα, in his actionibus quæ cuique sunt consuetæ. Etsi lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν sæpe ταλαιπωρίῃσιν vsurpatur, vt (pag.545.43.) & p.550.5.) & (p.ib.53.551.5.) magis tamen propriè de laboribus & exercitationibus.

Ταμιεύειν est procurare, administrare, pro arbitrio temperare ac moderari. Lib. de art. (p.621.52. H.814.B.) καλεῖ οὖν αἱ τοιαῦται ἰσχύες εἰσὶν ἧσι ἔξεστι καὶ ἀδυναστεύειν καὶ ἰσχυροτέρην χρῆσθαι ταμιευόντα. Optimum igitur est eiusmodi vim adhibere; quam tum intendendo, tum remittendo, pro cuiusque arbitrio temperare licet.

Τάμισον πηγνὺς, hoc est, coagulum exponit Gal. in Exeg. vocum Hipp. & τὴν πυτίαν Erot. testimonium addens ex Nicandro in Theriacis. Vtrunque autem mihi locum lib. 1. περὶ γυναικ. (pag 667.36.) subindicare videtur, vbi vitiosè ἢ τὸ ὠὸν ἴσμου, pro τάμισον ἴσμου, hoc est, coagulum agninum legitur. Sic enim vetustæ membranæ manu scriptæ legunt. τάμισος etiam ἡ πυτία exponitur Hesych. eamq; dictionem vsurpat Theocritus Idyll. 11. τάμισον δ' ἐμβαλοῖσα, dans lenta coagula lacti.

Τἀναντία pro εἰς τἀναντία, aut περὶ τἀναντία aut ἐναντίως, sumi scribit Gal. Com. 2. in lib. de fract. (pag.556. 42. H.761.E.) hoc est, ad contraria, in contrariam partem, aut contrario modo.

Ἐν τάξει, serie, ordine, ordinatè, ritè significat, velut, γυναικείων σμικρὰ ἐπεφάνη ἐν τάξει, menstrua pauca suo ordine comparuerunt, hoc est, stato purgationis tempore prodierunt, lib. 7. Epid. (p.1239.H.) Lib. 1. Epid. (p.361.44. H.944.G.) de quartanis, ἐν τάξει τεταρταίων ἤρξαντο, hoc est, quartanæ ordine cœperunt, cùm quartanarum statum & ratum tenorem aut modum seruarunt, certoque quartanarum more atque ordine cœperunt, neque prægressis aliis morbis prehenderunt.

Τὰ παρ' οὖς interdum simpliciter ac sine addito, tumores præter naturam circum aures obortos aut tubercula significant, vt aph. 1. sect. 4. lib. 6. Epid. interdum etiam ἐπάρματα addit Hipp. aut οἰδήματα, velut crebrò lib. 1. Epid. vt scribit Gal in Com. Aliquando etiam τὰ παρ' οὖς ἀποστήματα, quæ ad aures suboriuntur dicuntur, aut παρ' οὖς ἀνοιδήματα, vt in Prorrhet. (p. 206.13. H.76.F. & Coac. (p.218.H) & lib. 1. Epid. (pag.370. 13. H.952.H.) περὶ τὰ ὦτα ἐπαναστάντα.

Τὰ περὶ χεῖρας manuum summitates & extremitates significant li. 1. Epid. (pag.371.24. H 954.E.) ἄκρεα ὑπόψυχρα, πόδες ἄκροι, μᾶλλον δὲ τὰ περὶ χεῖρας extrema aliquantulum frigida, pedes summi, ac præcipuè manus.

Τὰ περὶ τὴν κύστιν, quæ circa vesicam sunt, non solùm vesicam, sed & alia vrinæ dedicata instrumenta significant, aph. 80. lib. 4. nempe renes & vreteras, vt ibi scribit Gal.

Τὰ περὶ αὐγὰς ὀχλέοντα, quæ visus aciem perturbant, dicuntur in Prorrhet. (pag.215.25. H.80.E.) & inter hæmorrhagiæ signa reponuntur. In Coac. (pag.149. C.) περὶ αὐγὰς ὄχλοι dicitur. Quibus verbis tenebricosæ visus caligines, & oculis tenebræ intelliguntur, quæ τὸ σκοτῶδες περὶ τὰς ὄψιας vocat Hipp. lib 1. Epid. (pag.367.33. H.948.H.) & ἀμβλυωσμὸς passim, & profusionis ex naribus sanguinis signa facit.

Τὰ πολλὰ, ὡς ἐπιτοπολὺ significare, hoc est, vt plurimùm, magna ex parte, ferè, scribit Gal. Com. ad aph. 7. lib. 5.

Ταράττειν est turbare, conturbare, & de alui ad excretionem irritatione dicitur Hipp. eamque effusam & exuperantem indicat, non mediocrem, vt scribit Gal. Comment. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.77.35. H.393.22.) ὅταν καὶ τὸ ταράττειν μέλιτος οὐ τὴν σύμμετρον ὑποχώρησιν, ἀλλὰ τὴν πλεονάζουσαν δηλοῦντος. cùm etiam τὸ ταράττειν verbum, non moderatam, verùm exuperantem deiectionem indicet. Sic ibidem scribit Hipp. mulsam solam epotam aqua esse valentiorem, εἰ μὴ ταράσσει τὴν κοιλίην, nisi aluum conturbaret, hoc est, nisi immoderata alui irritatione vires exolueret. Eaque notione τὴν γαστέρα ταράττειν, ventrem conturbare, subducere ac purgare significat, lib. περὶ γυν. φύσ. (pag.567.15.) & τάραξις de aluo ad excretionem irritata & conturbata dicitur lib. περὶ χυμῶν (pag.47.21.) In Coac. (pag.138 E.) in alui excretione critica ἐκτάραξις κοιλίης ponitur, hoc est, alui exturbatio aut perturbatio, cùm magna vi erumpunt, ac semel & repente multa profluunt, & quæ in intestinis sunt ad excretionem effunduntur. Sic κοιλίαι ταραχώδεες alui perturbatæ sæpe dicuntur Hipp. ad excretionem irritatæ & effusæ, velut in Coac. (pag. 119.B.) Prorrh. 2. (p.113.C.) αἱ κοιλίαι οἱ ὑγρὰς ἔχουσαι αὗται ἐκτα-

ῥαξίαι dicuntur, h.e. alui dolentes neque resolutæ, h.e. minimè perturbatæ aut effusæ. Sic enim ἐκταραχθῆναι κοιλίην ex aph. 60. lib. 4. Celsus ventrem resolutum vertit, cap 8. lib. 2.

Ταραχώδεις etiam sunt turbulenti, qui temerè & sine ratione perturbantur, quod est, delirantis & malè affectæ mentis indicium, vt scribit Gal. Comment. 1. in Prorrh. (pag. 170. 46. H. 67. E.) ταραχώδεις ἀκούονται νῦν οἱ ἀλόγως ταραττόμενοι, ὃ γίνεται βεβλαμμένης μετ' ὀλίγον τῆς διανοίας. hoc est, ταραχώδεις quod est turbulentos, vt intelligamus eos qui sine ratione perturbantur, quod leuiter offensa mente fieri consueuit. Qua ratione ταραχώδεις crebrò accipiuntur in Prorrhet. & τὰ εὐθὺ ταραχώδεα ibidem dicuntur (pag. 213. 1. H. 79. A.) quæ statim sine ratione perturbantur. Sic ταραχώδεα νοσήματα intelliguntur turbulenti morbi, in quibus ægri sine ratione turbantur, in Prorrh. (p. 180. 10. H. 70. A.) Et ταραχώδεις πυρετοὶ febres cum mentis perturbatione & turbulentæ, in Coac. (pag. 207. A.) Et ταραχώδεις ὕπνοι, turbulenti somni, in quibus ægri nugantur, delirant, excitantur, loquuntur ac commouentur, aut insomniis tentantur turbulentis, in Coac. (pag. 141 H.) Sic ταραχώδης ἀγρυπνία phreniticorum, εἰ ἐν φαντασίαις ἐκβοῶσιν, ἢ ἀναπηδῶσιν, καὶ μόλις γνωρίζουσι τοὺς οἰκείους; hoc est, si per visa exclament, aut exiliant, vixque familiares agnoscant, Gal. Com. 1. in Prorrh. (p. 173. 8.) Eadem notione dicuntur Hipp. sæpe τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα de mente perturbata, vt ægr. 8. lib. 3. Epid. & ægr. 1. & 7. post st. pest. Et γνῶμαι ταραχώδεις in Coac. (p. 168. C.) ταραχώδεες simpliciter dicuntur in Prorrh. (p. 213 49. H. 79. E.) qui mentis perturbatione detinentur, vt ταραχὴ γνώμης, ægr. 5. lib. 3. Epid. post st. pest. mentis perturbatio, quæ cum παρακοπῇ iungitur.

Τάραξις etiam oculi vitium dicitur, cùm oculus ex compressione aut attritu, aut mora in fumo, vel id genus alio offendente, conturbatus conspicitur. Author Isag. inter oculi vitia τάραξιν esse scribit (p. 385. 57.) ὅταν συγκινηθεὶς ὁ ὀφθαλμὸς ἐπιπολαίως καὶ μετρίως ἐπί τι ἐρυθρότερον καταστῇ πλέον. cùm oculus leuiter ac mediocriter commotus tandem rubicundior euadit. Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 508. 36.) τάραξιν, h.e. oculi perturbationem propriè dictam esse vult morbosam oculi dispositionem inflammationem præcedentem & inflammationis initium. De qua vide Paulum lib. 3. cap. 22.

Τάριχος salsamentum dicitur, & propriè piscium carnes sale conditæ & asseruatæ, maximè autem salsamenta quæ constabant ex Thynnorum carne, cuius generis sunt etiam Cybia, vt patet extremo lib. περὶ κρ. πτ. 5. & Athenæo extremo lib. 3. & Plinio, qui ita vocari concisam pelamidem testatur cap. 11. lib 32. & cap. 15. lib. 9. τάριχος τὰ κρέα ἁλσὶ πεπασμένα exponit Sudas. & τάριχος dicitur quicquid est sale conditum aut asseruatum, & quicquid est assiccatum aut sine sale inueteratum. τάριχος γαδειρικὸν, salsamentum Gaditanum pro obsonio in aqua intercute commendat Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 546. 14.) & (p 549. 30.) Ac τάριχος ibidem (p. ib. 35.) mugilis carnem inueteratam, aut sale conditam & assiccatam significat. Sic enim scribitur. μηδὲ κεστρέα, μηδὲ νέαρον, μηδὲ τάριχος. neque mugilem comedat, neque recentem, neque inueteratum, aut sale conditum. Vbi tamen in quibusdam codicibus manu scriptis πιάρον vitiosè scribitur. Etsi illic τάριχος salsamentum ex piscium carne capi potest. Verùm mugilem sale condiri & asseruari, & recentem salitum inueterato magis commendari testatur Gal. lib. 3. de alim. Lib. de cap. vuln. (p. 911 E.) de vlcere exitium denunciante & sub mortem arido, καὶ φαίνεται ὥσπερ τάριχος, & carnem sale maceratam ac resiccatam refert. Idem etiam lib. 2. de Morb. (pag. 478. 54.) τάριχον effert. τάριχον ἐσθιέτω ὡς ἄριστον καὶ πιότατον. salsamentum optimum & pinguissimum edat. προταριχεύειν τοὺς ἀνθρώπους est inedia ante exiccare, præmacerare, & homines arefacere, quod faciebant Medici quidam Hipp. tempore, qui ægros morborum initio aliquot diebus fame & inedia cruciabant. Lib. 1. de rat. vict. in morb. ac. (p. 57. 50. H. 388. 7.) βούλονται γὰρ ἅπαντες ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους, ἢ δύο, ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ καὶ πλείονας, οὕτω προσφέρειν τὰ ῥοφήματα. Omnes enim sub initia morborum, ægros duobus, aut tribus, aut etiam pluribus diebus inedia præmacerantes, ita sorbitiones exhibere volunt. Quod imitatus Gal. ad diatritarios sui temporis transtulit, lib. 8 Meth. med. (p. 123. 27.) scribens. διὰ τοῦτο γὰρ ὅτι τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν ἐν ᾗ πρότερον ἐκεῖνοι προταριχεύσαντες τὸν ἄνθρωπον, ἄρχονται τρέφειν, ἡμεῖς ἤδη τὰ συνήθη τῶν ἔργων παρέχομεν πράττειν. Atque ideo certe, quarto die, in quo illi hominem quem ante inedia exiccarunt, primùm nutrire occipiunt, nos ad consueta munia dimittimus. Vbi προταριχεύειν de triduana fame vehementem siccitatem inducente intelligitur.

Ταρσὸς est post calcem pars pedis anterior, quæ inter talos est & plantam, prima planta dicitur Celso, & manus καρπῷ respondet, qui eidem prima palmæ pars dicitur. Est autem pedis pars plana & lata, inter talum & plantam, ossibus quatuor constans, nempe tribus innominatis, & vno tesserali, vt scribit Gal. lib. de ossibus & lib. 3. de vsu part. cap. 8. ταρσὸν alij summum pedem dicunt, nos primam plantæ aut summi pedis partem, quæ ταρσὸς vocatur, vertimus, apud Hipp. lib. de fract. (p. 543. 29. H. 758. F.) & Prorrh. 2 (p. 113. A.) ταρσὸς πᾶν τὸ πεπλατυσμένον, quicquid dilatatum est significat Gal. in Exeg. Vnde etiam ταρσὸς τὰ πλατύσματα τῶν κωπῶν dici scribit Eustath. hoc est, latiores remorum partes ordine dispositas, quas palmulas aut palmas à manus similitudine Latini dicunt, Festo authore. Sudas ταρσὸν τὸ πλάτος τοῦ ποδὸς exponit. τὸ κάτω πλατὺ Eustath.

Τὰ τῶν ἀπιόντων sunt exeuntia Hipp. & deiectiones, alui secessus, & egestiones significant, eaque phrasi aluus fluxa aut soluta indicatur, & ad iudicationis solutionem optimè comparata, lib. 4. Epid. (p. 1136. H.) Sic lib. 1. Epid. (p. 165. 28. H. 948. E.) πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων, h.e. exeuntium concoctiones dicit.

Τάφις ἢ σάφις exponit Erot. apud Hipp. vt pro σάφις aut ἄσαφις τάφις legerit.

Ταχὺ ταχέως, quod est, celeriter aut citò significat. Interdum etiam pro πυκνῶς ponitur, quod crebrò aut frequenter indicat. Sic lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 84. 32. H. 395. 20.) ἐπαντλήσιας ταχείας ποιεῖσθαι, h.e. celeres perfusiones fieri vult, hoc est πυκνὰς crebras & frequentes. συγκέχυται enim (vt scribit ibi Gal.) παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ χρῆσις τῶν ὀνομάτων, τοῦ τε πυκνοῦ, καὶ τοῦ ταχέος, ἵνα ὅτι τὰς πυκνὰς ἐνεργείας ταχείας ὀνομάζουσι. Horum nominum πυκνοῦ & τοῦ ταχέος vsus apud veteres confunditur. Interdumque πυκνὰς, hoc est, frequentes actiones, ταχείας, id est, celeres vocant. Τάχει pro ταχέως apud Hipp. scriptum testatur Erot. Verùm ταχὺ aut ἐν τάχει, aut potiùs τάχα, (quemadmodum habent exemplaria quædam) legendum puto. His enim vocibus interdum vtitur Hipp. vt lib. 1. περὶ γυν. (pag. 616. 55. 617. 1.) ἐν τάχει ὑγιαίνει citò sanescit. Et, χρὴ δὲ τὴν μελέτην προσίσχειν ἐν τάχει. Curationem autem citò adhibere oportet. Et (ibi. 2. 3.) ταχὺ αὔξεται, καὶ σαπρὰ ταχὺ γίνεται. citò augentur [vlcera] citoque putrida euadunt. Et li. 3. de Morb. (pag 488. 50 489. 18.) θνήσκει τάχα citò moritur, &. τάχα ἀποθνήσκει, citò perit. Hic enim τάχα ἀντὶ τοῦ ταχέως positum videtur, quod aliòqui Fortassis significat. Ταχέως autem & βραδέως inter se opponuntur, vt aph. 18. li. 2. τάχιστα & βραδύτατα τρέφειν, & τῷ ταχέως τρέφειν opponit Gal. μετὰ πολὺν χρόνον τοῦ προσενεχθῆναι τρέφειν κατὰ βραχὺ, quæ longo post assumptionem tempore paulatim nutriunt. Ταχέως ἀναπτύεσθαι τὸ πτύελον, citò exscreari sputum oportere, dicitur in Progn. (pag. 143. 27. H 41. 15.) Vbi ταχέως morbi initia, aut coniunctum actionibus tempus indicat, vt scribit Gal. In morbis enim thoracis sputum statim per initia apparere, salutare est.

Ταχυγλωσσότεροι προπετέες, qui petulanti & effrenata linguæ incontinentia ac volubilitate sunt præditi, quique effusè verba profundunt, quales ebrij, iique in balbutientium numero recensentur. lib. 4. Epid. (p. 1136. G.)

¶ Τέγξις exponit Erot. διάβρεξις, hoc est, madefactio, humectatio, vt & τέγγειν διαβρέχειν, quod est, madefacere, humectare, Gal. in Exeg. apud Hipp. ex lib. de vlcer. (p. 869. G.) τέγξις autem legitur aph. 25 sect. 8. li. 6. Epid. eique ξηρότης id est siccitas opponitur. Et li. de cap. vuln. (p. 908. B.) ἕλκος ἐλαίῳ τέγξαι. Et lib. de vlcer. (p. 875. B.) οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ τέγξαι. Et (ibid. H.) τὰ ἕλκεα μὴ τέγγεσθαι.

Τεθηλότα χρώματα ἢ μᾶλλα, vide in θάλλω antea.

Τέθειται positum videtur apud Hipp. pro ἐτέθη ποτὲ, hoc est, aliquando positum fuit, aut depositum, vel pro ἐτέθη, vt αἰεὶ vacet. Lib. 4. Epid. (pag. 1137. A.) de excrementis quæ sub dio aliquandiu exposita fuerunt. Aut τέθειται ad sequentia refertur, ad id quod superne læue & tenue in deiectionibus positum erat.

Τενθρηνιώδης apud Hipp. dicitur Cornario, antrosus, pertusus & perforatus Caluo. lib. περὶ ἀνατομῆς (pag. 916. A) de pulmone. τεφρείνης χροιῆς τυχὼν στίγμασιν ὀρφναγέσι κακοτυπωμένος, φύσει ἐὼν τενθρηνιώδης. cinericium colorem nactus notis cauernosis compunctus, & naturaliter perforatus. Sed certè mendosum locum reor, & pro ὀρφναγέσι ὀρφνώδεσι leg. existimo, & τενθρηνιώδης pro τενθρηνιώδης. Vt indicet pulmonem cinericij esse coloris, & notis obscuris, hoc est, fusci coloris, compunctum, naturâque teredinosum, hoc est, foraminulentum & rarum. Est enim τενθρηνὴ insectum aculeatum, vespæ simile, quod τενθρηδὼν dicitur Aristoteli li. 9. hist. anim. cap. 43. teredinem vertit Gaza. Vnde τενθρήνιον dicitur Aristoteli teredinum

redinum fauus, aut locus vbi fœtificat. Teredinarium G za doctrinæ præscriptione apud omnes commendabilis apposissimè vertit. πρηδρήνων tamen vitiosè apud Arist. legitur. Τερηδονώδης, κοῖλον exponit Hesych. vt & τερηδονώδης πολὺ ἢ τυτὸν κοῖλον, ἢ ἀραιόν. Etsi Hesych. lectionem suspectam reddit Var. qui τερηδονώδης κοῖλον, ἢ πολὺ, ἢ κενὸν, ἢ ἀραιὸν exponit. Τερηδονώδης ergo pulmo dicetur veluti teredinosus, perforatus ac pertusus, aut naturâ rarus. Quemadmodum pulmonis carnem mollem, foraminulentam ac spirituosam facit Gal. lib. 7. vs. part. cap. 9. ad externum aërem concoquendum, vt familiare spiritui alimentum, & Plato in Timæo. Sic pulmonem ἀραιὸν ἢ ξηρὸν φύσει esse dicit Hipp. lib. de loc. in hom. (p. 414. 34.) & τῇ φύσει ἀραιὸν ἐόντα, lib. περὶ ὀστέων φύς. (p. 280. 16.) Aretæo quoque ὁ πνεύμων μανὸς ἢ πολύτρητος σπογγώδης, hoc est, rarus & spongiæ ad instar foraminulentus ponitur cap. 11. lib. 1. περὶ αἰτίων ἢ σημείων χρον. παθ. Cornar. verò apud Hipp. pro τερηδονώδης, ἀντρώδης mihi legisse videtur, cùm cauernosum verterit. Vbi Aldinus codex φύσει ἐὼν τερηδονώδης legit. Quod certè suspectam magis lectionem reddit, ac vt τερηδονώδης legendum existimem in animum induxit.

Τεινεσμὸς tenesmus dicitur, crebra & inanis desidendi voluntas Plinio lib. 28. cap. 14. Dysenteriæ affine est vitium, eamque sæpe præcedit, & in eo pauca cruenta & mucosa cum magna tensione egeruntur, à qua nomen habet, vt scribit Gal. Com. ad aph. 27. lib. 7. ὀνομάζεται δὲ τὸ πάθος ἀπὸ τῆς τάσεως [illegible] γινομένης κατ' αὐτὴν, δι' ἣν ἢ ἐπιθυμοῦντες [illegible] ἀποπατεῖν, ἐξανίστανται συνεχῶς. Nomen autem accepit hic affectus (vt inquiunt) ab illa quæ in eo fit tensione, ob quam cùm cacare vehementer expetant, continenter exurgunt. Actuar. etiam τεινεσμὸς τὸ πάθος λέγεται, παρὰ τὸ μέσον ὃ πάσχουσιν ἐκτείνεσθαί τε ἢ τοὺς ἐκκενοῦν βιάζεσθαι. Tenesmus affectus hic nominatur, eo quòd locus affectus extenditur & ad excretionem vi cogitur, lib. 1. περὶ διαγ. παθ. cap. 41. Τεινεσμὸν δυσεντερίαν apud Nicandrum Schol. exponit & suo tempore βιασμὸν dictum scribit in Alexiph. v. 182. Quò certè alludere videtur Gallicum vulgus cùm eum affectum à magna egerendi vi atque conatu [Espreintes] vocat. Verùm τεινεσμὸς apud Nicandrum atque eius Schol. scribitur. De Tenesmo agitur apud Paulum lib. 3. cap 41. & Celsum lib. 4. cap. 18. τεινεσμώδεα dicuntur excrementa qualia in tenesmo egeruntur, hoc est, pauca, mucosa & acria, ægr. 3. lib. 1. Epid. τεινεσμώδεες ἐπιθυμίαι sunt promptæ & inanes egerendi voluntates, quales in tenesmo, Aretæo cap. 5. lib. 2. περὶ αἰτίων ἢ σημ. ὀξ. παθ. Τεινεσμὸν dysenteriæ affinem facit Hipp. lib. περὶ παθῶν (pag. 523. 17.) vt & Nicander Alexiph. (v. 182.)

Τέκμαρσις vox est Hipp. vsurpata initio lib. de rat. vict. in morb. ac. quæ coniecturalem cognitionem & eam quæ per signa finita & necessaria fit coniecturam significat, qualis est syllogistica, & à philosophis celebratur ac Medicis vsurpatur. Ea γνῶσιν, διάγνωσιν, πρόγνωσιν & θεραπείας continet. Eoque nomine tota ferè medendi artis complexio, quæ coniectura artificiali nititur, comprehenditur, vt satis hæc Hipp. verba indicant lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 38. 6. 383. 36.) ὅκως δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν. Cùm autem ex coniecturali cognitione ducatur quomodo singula curare oporteat. Rursus ibidem, ἢ ἐπίχαρμα ἔνια ἐόντα ἐς τέκμαρσιν. & quædam valde commoda ad coniecturalem cognitionem. Vbi τέκμαρσις dicitur Gal. ἡ διὰ τεκμηρίων γνῶσις, cognitio quæ fit per propriam cuiusque rei notam, vel per necessaria & perpetua signa quæ syllogistica appellantur. τέκμαρσις σημείωσις exponit Erot. apud Hipp. per signa cognitio aut significatio, his nimirum subindicatis locis, vt τέκμαρσιν & σημείωσιν apud Erot. leg. putem. Idem etiam Erot. τέκμαρ ἢ τεκμήριον ἰδίως τὸ σημεῖον dici apud Hipp. scribit, hoc est, propriè certum signum. Τέκμαρ verò etsi τὸ πέρας & τέλος exponitur Hesych. & τὸ τέκμαρ ἢ πέρας [illegible] τῇ παλαιᾷ ἀρχαίᾳ γλώττῃ vt scribit Arist. lib. 1. Rhetor. pro signo tamen apud Hipp. sumi posse videtur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 644. 55.) ἄλλῃ δὲ ἄλλη τὸ τέκμαρ ἔχει. verùm aliàs aliter quadam in parte signum habet. Videtur enim significare illius morbi in plærisque variare signa. Quidam tamen de fine intelligunt, vt sit, aliàs aliter quadam in parte finis habet, vt quemadmodum vteri præfocationem in caput vergere scribit, ita & plærisque in aliam quandam partem definere. Τεκμήριον verò sæpe vsurpatur Hipp. vt in Progn. (p. 165. 18. H. 46. 45.) & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 11. 12.) & (p. 15. 23.) Sic τεκμαίρεσθαι in Progn. (p. 163. 32. H. 46. 34.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 86. 21. H. 396. 1.) & (p. 79. 38. H. 393. 54.) & p. 101. 5. H. 399. 42.) & aliàs sæpe. Quid verò τεκμήριον & σημεῖον differant, docet Gal. Com. 3. in Progn. (p. 165. H. 46. 45.) Et τεκμήρια veteribus dictum συλλογιστικὸν σημεῖον scribit idem Gal. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 38. 3. H. 383. 36.)

Τελέειν, consumere, impendere aut conficere significat, dicitur que de cibis cùm insumuntur, exhibentur, aut conficiuntur. τελέειν ἀναλίσκειν, quod est, insumere aut impendere, ex li. περὶ παθῶν exponit Gal. in Exeg. Quod legitur (pag. 523. 22.) [illegible] λεῖν δὲ ὁ νοσέων αὐτὸ τὰ σιτία πλείω τελέειν. Solet autem hic morbus plures cibos consumere, insumere. experere dixit Cornar. Rursusque (p. 526. 52.) ἢ τὰ σιτία ἢ τὰ ποτὰ ἐλάσσω τελέειν, cibos & potiones pauciores consumere. Et iterum (p. 527. 4.) ὁκόσοι σιτία ἱκανὰ οἷοί τέ εἰσι τελέειν, quicumque sufficientes cibos conficere possunt, aut insumere. Rursusque ib. (v. 42. 44.) βαρέα δὲ [τῶν σιτίων] οἷα μέτρια πινόμενα, ἢ ἐλάσσω τῶν μετρίων, πλήρωσιν ἢ πόνον παρέχει, ἢ μὴ τελέειν, μηδὲ οἷόν τε ἐσθίειν αὐτὰ, μηδὲ πίνειν, ἀλλὰ πόνον παρέχει. Graues verò cibi sunt, qui modicè vel infra modum sumpti, repletionem & dolorem inferunt, quique neque confici, neque edi aut bibi queunt, verùm dolorem exhibent. Et iterum (pag. 530. 16.) ἢν μὴ τὰ εἰωθότα τελέσῃ. nisi solito more (cibos) confecerit. τὸ τέλειον perfectum dicitur, cui nulla propria actio deest. Sic enim Gal. describit lib. περὶ μαρασμοῦ (p. 175. 13.) ἔστι δὲ ὅτι πέρ τι τὸ τέλειον ᾧ μηδεμία τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἀπολείπεται. Qua notione τέλειον νόσημα magnus morbus & perfectus dicitur Prorrh. 2. (p. 169. G.) vt τελειοτάτη ἀδικία, summa iniustitia apud Plat. lib. 1. de repub.

Τελέθει, existit, adest, oritur, fit, significat apud Hipp. vt lib. 2. de Morb. (pag. 463. 10.) ἢ ἄϋπνος τελέθει, & somni expers existit. Rursusque (p. 468. 15.) ἢ ἱδρὼς ἐξαπίνης ψυχρὸς τελέθει, & nouus sudor de repente oritur. Et lib. 3. de Morb. (pag. 487. 21.) ἢ ἀδύνατος τελέθει, & debilis existit. Hesych. τελέθει, γίνεται, ἐστι, πέλεται exponit. Est autem verbum poëticum.

Τελευτᾶν, finem aut exitum afferre, ad finem perducere significat interdum, quomodo sumi potest apud Hipp. lib. 7. Epid. (p. 1225. H.) ἢ ἕτερον αὐτῷ κατὰ ἧπαρ ἐς ὑποχόνδριον φῦμα ἐτελεύτησεν. eique alterum iuxta iecur ad præcordia obortum tuberculum exitum attulit. Potest & dici, tuberculum hunc habuit exitum.

Τελματώδεα dicuntur apud Hipp. lib. περὶ ἀδένων (p. 271. 6.) vliginosæ corporis partes, cœnosæ & humectæ, quæque superfluam humorum copiam recipiunt, translatione sumpta ab vliginosis & humectis terræ locis. ὅπου ἐστὶ τελματώδεα, ἐκεῖ ἢ ἀδένες. Quare vbi vliginosæ corporis partes, ibi & glandulæ sunt. Eam verò translationem sic paulò post indicat. ἢ γὰρ ἐν τοῖσι τέλμασι τῆς γῆς ἢ ἐφύδροισιν, οὐ φύεται τὸ σπέρμα. Etenim vliginosis terræ locis & humectis, semen non nascitur. Est autem τέλμα τόπος πηλώδης ὕδωρ ἔχων, locus cœnosus & lutosus. Et Hesych. τέλματα τὰ πηλώδη ἢ πλατυτάτα τῶν ὑδάτων exponuntur.

Τέλσον τέλος ἢ ἔσχατον, finem & extremum exponit Gal. apud Hipp. τέλσον πέρας ἢ ὅμοια significare scribit Hesych. Vox est Homero familiaris & ex τέλος per metathesin addito ν facta creditur. Ac forte pro τέλσον ponitur quod τὸ τέλος ἢ πέρας exponitur Hesychio. Est autem τέλος finis, nihil aliud quàm propositi consecutio. Sic enim scribit Gal. lib. ad Thrasybulum num sanitas ad medic. &c. (pag. 290. 28.) οὐ μὴν ἄλλο τέλος ἄλλο τι παρὰ τὴν ἐπιτυχίαν τοῦ σκοποῦ. Neque tamen aliud finis quàm propositi consecutio.

Τέμαχος, ιος, τὸ, frustum sectione ablatum significat aut tomaculum, idemque quod τόμος, sed præcipuè de piscium frustis & fragmentis dicitur, vt scribit Aristoph. Schol. in Pluto [illegible] ἰχθύων τὰ τέμαχος, ἢ [illegible] πλακούντος, [illegible] δὲ κρεῶν ἢ ἐπ. Ita vt τέμαχος de piscium aut placentæ frustis dicatur, de carnibus non item. Idem in Ranis τεμάχη τὰ κόμματα τῶν ἰχθύων exponit, & in Equitibus τέμαχος ἰχθύος. ἰδίως δὲ τεμάχη ἰχθύων τῶν μεγάλων ἢ [illegible]. Sic τεμάχιον diminutiuè frustulum aut segmentum dicitur. Lib. περὶ παθῶν apud Hipp. (p. 526. 29.) τέμαχος ἑφθὸν pro piscis cocti frustulo sumitur aut sale conditi. Sic rursus ib. (v. 35.) θαλασσίων τεμάχεα ἑφθὰ ἐν ὑποτρίμμασι. marinorum & grandiorum piscium sale conditorum frusta in intrito cocta. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 538. 39.) τέμαχος νάρκης, torpedinis frustulum. Et rursus ibid. (p. 559. 43.) ῥίνης τέμαχος ἑφθὸν ἐν ἀρτύμασι, squatinæ frustum cum condimentis coctum.

Τένοντες tendones aut tendines dicuntur, eoque nomine donare solet Hipp. eos musculorum fines quas dissectionis periti ἀπονευρώσεις, hoc est, proneruationes vocant, vt scribit Gal. Com. 2. in lib. de art. (pag. 600. 13. H. 797. B.) Tendones aut chordas dicimus, Celsus Græcum nomen retinet & tenontas vocat, interdumque neruorum nomine comprehendit.

Gal. quoque Com.3. in lib. de fract. (pag.574.12. H.776.A.) τένοντας dici ſcribit τὰς ἀπονευρώσεις Hipp. hoc eſt, neruoſas muſculorum partes, aut extremos muſculos cùm in neruos degenerant; velut tendo poplitis, qui exteriore parte genu articulum firmat, ac ne in eam partem excidat prohibet, ortumque à ſura ducit. Conſtant autem tendones fibris neruorum & ligamentorum in vnum coeuntibus, mixtamque habent ex neruis & ligamentis naturam, iiſque in finem muſculi inſertis, omnis motus voluntarius obitur. Τένοντες tamen aliquando propriè pro neruis illis maioribus ſumuntur & tendonibus qui ſunt in ea ceruicis parte quâ capiti colligatur, & quorum opera mouetur. Vt apud Hipp. lib.7. Epid. (p.1233. H.) καὶ ξυντάσιες καὶ σκληρότης ἀμφὶ τοὺς τένοντας, ceruicis nerui maiores (tenontas appellant) contendebantur & circum dureſcebant. Sic enim Cæl. Aurel. cap.6. lib.3. Acut. de emproſthotono & opiſthotono agens, de iis ſcribit: neruorum maiorum (quos tenontas vocant) leuis tenſio & durities. Quod etiam ſcribit Iſag. author. (p.576.9.) his verbis: τοῦ τραχήλου τὰ μὲν ὄπισθεν, ἰδίως τένοντες ὀνομάζονται. Ceruicis partes quidem poſteriores propriè tendines nominantur. Et Ruf. Epheſ. (p. 21.) τένοντας nominari ſcribit τὰ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου. Et rurſus (p.32.) τένοντας vocat τὰς παχείας ἐκ τοῦ ἰνίου ἐκφύσεις. Sic quoque apud Homer. τένοντε peculiariter dicuntur duo illi ceruicis nerui maiores quibus vertebræ circumaguntur, vt Il. κ. ῥῆξεν δ' ἀπὸ τοῖο τένοντε. Et Il. ξ. non procul à fine. ἀπὸ δὲ ἄμφω κέρσε τένοντε. Aliquãdo verò idem αὐχενίους τένοντας diſcriminis vocat: vt Odyſſ. γ. πέλεκυς δ' ἀπέκοψε τένοντας αὐχενίους. Sic quoq; ſynecdochicôs pro ipſa ceruice ſumi videntur apud Lucianum, de Micyllo inſidẽte tyrãni humeris, in hoc ſenario: καὶ τὸν τένοντα τοῦ τυράννου ἐμπάτει, preme ceruicem tyranni. At verò non tantùm ceruici, ſed & brachiis & cruribus τένοντες tribuũtur Homero Il. υ. ἵνα τε ξυνέχουσι τένοντες ἀγκῶνος. vbi τένοντες cubiti committũtur. Et Il. ρ. δησάμενος τελαμῶνι παρὰ σφυρὸν ἀμφὶ τένοντας. Et Il. χ. ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε, ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης. Eodem modo Ruf. Epheſ. (p.32.) τένοντες dicuntur τὰ εἰς τὴν πτέρναν ἀπὸ τοῦ μυὸς ἐκφυόμενα, quemadmodum & Pollux τένοντα vocari ſcribit τὸ πλατὺ νεῦρον ὃ πρὸς τὴν πτέρναν παύεται. ἀπὸ ἰγνύος ἀρξάμενον, neruum illum latum qui à poplite ad calcem vſque tendit.

Τέρθρον artemo dicitur, & funis quo vtrinque velum trahitur, propriè antennæ ſummum extremumque iugum. Vnde qui ad extremos veli fines tendunt rudentes, τέρθριοι dicuntur. Heſych. τέρθρον ὁ λεγόμενος ἀρτέμων exponitur, hoc eſt, artemo dictus, ἔνιοι δὲ τὸ ἄκρον τοῦ κέρως, καὶ στέγη οἰκίας, τινὲς δὲ τὸ ἔσχατον καὶ ὑψηλόν: Quibuſdam antennæ ſummum & extremum iugum (antennæ cornua dixit Virgilius) & domus tectum, quibuſdam etiam extremum & ſummum. Sudas τέρθρον exponit σχοινίον τι ἐν τοῖς πλοίοις λεπτόν. Et Varinus σχοινίον τι τοῦ πλοίου λεπτὸν οἷον τέρετρον. Additque quibuſdam ſic dici τὰ ἄνω τρυμμάτια τοῦ ἐπὶ τῷ ἱστῷ ὀργάνου, ἀφ' οὗ ἤρτηται τοῦ ἱστοῦ ἡ κεραία. Vnde τερθρεία ἡ λεπτολογία καὶ φλυαρία, nimia in verbis argutia & curioſa ſubtilitas. Gal. in Exeg. τέρθρον explicans, κυρίως μὲν οὕτως ὀνομάζεται τὸ ἄκρον τῆς κεραίας, καὶ τέρθριοι οἱ κάλοι ἐντεῦθεν, ἐπὶ τὰ ἄκρα τοῦ ἱστίου παρήκοντες. ὁ δ' Ἱπποκράτης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν γυναικείων, ὅταν ἐνθάδε, φησί, τὸ τέρθρον ᾖ τοῦ πάθεος, ἐν ἴσῳ τῷ, τὸ ἄκρον καὶ αἰώτατον καὶ ἐπιμελείας μάλιστα δεόμενον. Quod eſt, τέρθρον propriè quidem vocatur ſumma antennæ pars & extrema, & τέρθριοι inde rudentes ad ſummam veli partem tendentes. Hippocrates verò lib.2. de Morb. muliebr. vbi ait, poſtquam hîc τέρθρον morbi fuerit, idem eſt ac ſi diceret extremum & ſummum morbi, quodque præcipuè curatione indiget. Quibus verbis metaphoricè ab Hipp. τοῦ πάθεος τέρθρον dicitur, cùm morbus in præcipiti ſtat præſensque remedium poſtulat. Hip. autem locus quem diſertis verbis Gal. & Erot. ſubindicant, legitur lib.2. περὶ γυναικ. (p.645.20.) Sed vitioſè noſtris in omnibus exemplaribus τὸ στερεὸν pro τέρθρον ſcribitur, non ſine inſigni vitio. Nam etſi firmitas & ſoliditas morbi ſignificatur, elegantis tamen tranſlationis vſus eluditur. Erot. quoque hunc locum ſubindicans, τὸ τέρθρον τοῦ πάθεος, ἀντὶ τοῦ τὸ τέλος poni ſcribit, additque, τέρθρον γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, τὸ ἔσχατον καὶ ἐπὶ τέλει, quod Euripidis & Apollodori citato teſtimonio probat. Sic certè huic dictioni verè Hippoc. & quam velut ſubobſcuram & ab interpretibus neglectam idem Erot. in procemio conqueritur, ſuus priſtinus nitor reſtituitur. Eoque ſanè pertinere videtur ad Hipp. mentem explicandam, quòd Heſych. τέρθρον τὸ ἔσχατον καὶ ὑψηλὸν quibuſdam ſignificare ſcribit. His enim verbis Hipp. locum ſubindicare & explicare mihi videtur. Etſi apud eundem τερθροὶ, non τέρθριοι, vt Gal. rudentes ad extremos veli fines pertinentes dicuntur. Erot. autem τερθρία dici ſcribit κάλως τοὺς ἐπὶ τέλει τοῦ ἱστοῦ, etſi τερθρίους κάλως apud eum quidam legunt. Sed cùm aptè ſuo loco poſita & reſtituta Hipp. dictio videatur, certè ad Hipp. mentem Gal. explicatio, qua morbi præcipitium & ſummus vigor in quo præſens remedium poſtulatur, indicatur, mihi aptiùs conuenire videtur, quàm Erot. expoſitio, qua finis ac veluti ſeneſcentis morbi remiſſio ſignificatur. Illîc enim agitur de adhibendo præſenti remedio, vbi vteri ſurſum ad præcordia allapſi ſtrangulatum attulerint, tum etiam vomitum acrem ac feruidum, capitis & colli extremum dolorem induxerint.

Τερηδὼν caries in capitis oſſe dicitur lib.2. de Morb. (pag.463 40. & pag.469.11.) τερηδὼν autem Definit. Med. (pag.401.2.) ἐστὶν ὀστοῦ κατάτρησις ἀπὸ φθορᾶς. τὸ δὲ ὄνομα τῷ πάθει ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων τρημάτων, οἱονεί τις τρηδὼν οὖσα. Teredo eſt oſſis pertuſio ex corruptela contingens. Nomen autem ſortita eſt hæc affectio è foraminibus quæ in ea accidunt, quaſi perforatio quædam ſit. τερηδὼν exponit Heſych. σκώληξ οἰκῶν ἐν ξύλῳ, vermis in ligno habitans. Et Sudæ σκώληξ ξυλοτρώκτης οἰκῶν ἐν ξύλῳ.

Τέρμινθοι exponuntur Gal. in Exeg. οἱ τῷ τῆς τερμίνθου καρπῷ παραπλήσιοι κατὰ τὸ δέρμα συνιστάμενοι παρὰ φύσιν ὄγκοι, tumores præter naturam in cute conſiſtentes terebinthi fructui non abſimiles. Quibus verbis ſubindicare mihi videtur Gal. locum lib.2. Epid. (pag.1012.C.) κἄπειτα ἐν κνήμῃ τέρμινθοι ἐγένοντο, eique poſtea terminthi in tibia coacti ſunt. Sic enim Græcum nomen illîc retinuimus & locum ex Exegeſi ſubindicauimus. Eam etiam dictionem vſurpat Hipp. lib. περὶ χυμῶν (p.51.39.) οὔτε τερμίνθοισιν ἁλίσκονται, neque terminthis corripiuntur. Quæ verba repetuntur aph.28. ſect.3. lib.6. Epid. Vbi ſcribit Galen. καὶ τὸ τῶν τερμίνθων δ' ὄνομα μελάνων τινῶν ἐκφυμάτων ἐν ταῖς κνήμαις μάλιστα γινομένων ἐστὶ δηλωτικόν, ἀπὸ τῆς κατὰ σχῆμα, καὶ χροιὰν, καὶ μέγεθος ὁμοιότητος τῷ καρπῷ τῶν τερμίνθων γεγονός. Et Terminthorum nomen nigra quædam tubercula, præſertim in tibiis enaſcentia indicat, originem ducens à figuræ, coloris & magnitudinis ſimilitudine, quam cum terebinthi fructu habet. Comment. in lib.3. de humoribus Gal. attributus Terminthos eſſe ſcribit eminentias in cute conſiſtentes, rotundas, colore ex nigro & viridi, terebinthi fructui ſimiles. Quæ expoſitio ex Dioſcor. Alexandrino ſumpta videtur, quàm his verbis adſcribit Paulus lib.4. cap.24. Διοσκορίδης δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς φησι, τερέβινθοί εἰσιν ὑπεροχαὶ ἐπὶ τοῦ χρωτὸς συνιστάμεναι, στρογγύλαι, μελανόχλωροι, ἐοικυῖαι τερμίνθου καρποῖς. Dioſcor. autem Alexandrinus dicit Terminthos eſſe cutis excreſcentias, rotundas, ex nigro virides, terebinthi fructibus ſimiles. Quibus in verbis τέρμινθοι potiùs quàm τερέβινθοι legerim. Quibuſdam τέρμινθός ἐστιν ἀπόστημα περὶ τὴν ἐπιφάνειαν γινόμενον μετὰ φλυκταινώσεως, ἧς ῥαγείσης ἰχώρ τις ἀπορρεῖ, καὶ ἡ ὑποκειμένη σὰρξ κατατετρημένη φαίνεται. Terminthus abſceſſus eſt in ſuperficie ſubortus cum puſtula, qua rupta tenuis ſanies effluit, ſubiecta verò caro foraminibus peruia apparet. Quod ſumptum eſt ex Scholio quodam Hippocratis codicibus Regiis adſcripto, & ad Oribaſij expoſitionem ex lib.7. Synopſ. cap.36. proximè accedit, quam his etiam verbis adſcribit Paulus: ὁ μὲν Ὀρειβάσιος φύματος εἶδός φησι τὴν τέρμινθον, ἐπίκειται δὲ αὐτῇ ἄνω φλύκταιναι μέλαιναι, ἧς ἐκραγείσης τὰ ὑποκάτω ὅμοια ἀποσεσυρμένοις φαίνεται. Oribaſius certe Terminthum tuberculi ſpeciem eſſe dicit, in cuius ſummo puſtula nigra inſideat, qua rupta quod ſubiacet deſquamatis ſimile apparet. Eſt & τέρμινθος Polluci lib.4. cap.25. φῦμα φλύκταιναν ἔχον, tuberculum habens puſtulam. De Termintho etiam agit Aëtius lib.2. tetrab.4. cap.63. Terminthos puſtulas carnem forantes apud Hipp. vertit Caluus. Eam verò dictionem vt verè Hipp. agnoſcit Erot. in Procemio, & τοὺς τερμίνθους inter dictiones ab Interpretibus omiſſas recenſet. verùm τοὺς θερμίνθους legendum puto.

Τέρσεσθαι eſt ſiccari, areſcere aut areſieri. Lib.1. περὶ γυναικ. (p. 595.25.) ὅταν ἐν ἡλίῳ τέρσηται, cùm in Sole ſiccata fuerint. τέρσεται ξηραίνεται ὑπὸ ἡλίου exponit Heſychius.

Τέτανος diſtentio dicitur, eſtque æqualis & perpetua totius corporis conuulſio, & conuulſionis ſpecies, vt ſcribit Gal. Com. ad aph.57. lib.4. ἔστι μὲν δήπου καὶ ὁ τέτανος σπασμὸς, ἀλλ' οὐ φαίνεται σπώμενα τὰ μόρια κατ' αὐτὸν, ὅτι καθ' ἴσον ὀπίσω τε καὶ πρόσω τείνεται. καὶ διὰ τοῦτο ἐξαίρετόν ἐστιν ὄνομα τέτανος. ὡς εἶναι πάντας τοὺς τρεῖς σπασμοὺς, ὀπισθότονον, ἐμπροσθότονον, τέτανον. Eſt quidem τέτανος, hoc eſt, diſtentio, conuulſio, verùm in ipſa non apparent partes conuulſæ, quoniam æqualiter ante & retro tenduntur: atque ideo præcipuum nomen eſt τέτανος. Ita vt omnes conuulſiones ſint numero tres, ὀπισθότονος tenſio ad poſteriora, ἐμπροσθότονος tenſio ad anteriora, & τέτανος, id eſt, æqualis diſtenſio. Eaſdemque conuulſionis ſpecies facit Gal. lib. de Tremore palp. (pag.373.20.) & Aret. cap.6. lib.1. περὶ ὀξ. παθ.

Vbi

Vbi τέτανον esse scribit, ὅταν ἀτρεκέως ὁ ἄνθρωπος ᾖ ἀκαμπὴς ἐκτεταμένος, cùm neutram in partem homo detortus atque inflexibilis distenditur. Gal. lib. 1. de motu musculorum cap. 8. οὐκ ἄλλο δὲ τέτανος ἢ ὅταν εἰς τἀναντία πρὸς τῶν ἀντιτεταγμένων μυῶν ἀκουσίως ἀποτείνηται τὰ μόρια. Aliud nihil est tetanus quàm cùm partes inuitæ in contraria retrahuntur à musculis oppositis. τέτανος distentio dicitur Cæl. Aurel. cap. 6. lib. 3. acut. Cœlio verò interdum rigor. vt cap. 1. lib. 2. ex aph. 17. & 20. lib. 5. & cap. 7. lib. 2. ex aph. 65. lib. 5. interdum etiam neruorum rigor, vt cap. eodem ex aph. 13. lib. 7. & cap. 8. lib. 2. ex aph. 57. lib. 4. Neque malè rigor dicitur, cùm in eo æqualiter anteriores & posteriores corporis partes distenduntur. Rigere nanque Latini dicunt ea quæ distenduntur, vt apud Horatium lib. epodon Ode 8. parum pudico versu. Illiterati num minus nerui rigent? De Tetano agitur apud Hipp. multis locis, præcipuè verò lib. 3. de Morb. (pag. 491. 4.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 561. 25.) & lib. περὶ κρισίμων (p. 57. 54.)

Τεταρπνται Gal. in Exeg. exponit πεπλάτυνται, dilatatæ sunt aut extensæ, vt de venis dicatur, quemadmodum exposuimus antea in ἐκπεταρπνται, & locum Hipp. subindicauimus.

Τετηκότες χρόνῳ, longo tempore consumpti, extenuati, qui diutiùs morbum trahunt. Coac. (p. 221. D.)

Τετράγωνον medicamentum videtur esse apud Hipp. quo caput purgat lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 557. 10.) καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καθαίρειν τῷ τετραγώνῳ, eiusque caput tetragono medicamento purgato. Rursusque ibid (pag. 559. 33.) καὶ τὴν κεφαλὴν καθαίρειν τῷ τετραγώνῳ, & caput tetragono purgato. Hoc verò mihi exponere videtur Gal. in Exeg. cùm scribit, τετραγώνῳ τισὶ μὲν τῶν ἐξηγησαμένων κατὰ τὸ στίμμι τὸ ἄξιον· τισὶ δὲ αὐτὸ τὸ στίμμι. Quibus verbis innuit quosdam per Tetragonum intelligere crustas quæ circa stibium reperiuntur, quosdam etiam ipsum stibium. Idem τετράγωνα βέλη apud Hipp. exponit, τὰ τέσσαρας ἔχοντα γλωχῖνας, quadrangula spicula, sagittas quatuor habentes cuspides.

Τετραμμένον πηκτὸν, quod est concretum, exponit Erot. apud Hipp. additque, τρίψαι γὰρ ἀττικοὶ τὸ πῆξαι λέγουσι, καὶ τέφαλον τὸ πεπηγὸς τυρόν. Ex quibus apparet τεθραμμένον & θρέψαι legi debere apud Erot. velut à τρέφω & τρέφομαι deductum. τρέφεσθαι enim τὸ πήγνυσθαι significat, quod est, concrescere, cogi, coagulari. vnde τετροφώδης, τὸ ἔχον ἐμφερόμενά τινα πηκτὰ apud Hipp. exponit Gal. vt scribemus postea. θρέψαι etiam (scribit Eustath.) non solùm τρεφὴν δοῦναι καὶ αὔξῆσαι significat, sed etiam πῆξαι. Sunt tamen qui Erot. lectionem magis amplectantur.

Τετρεμαίνειν idem quod τρέμειν & ab eo deductum per παραγωγισμὸν, tremere significat. Verbum est poëticum quo vtitur Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 663. 22.) τὰ ἄκρεα ψύχονται καὶ τετρεμαίνουσι, extrema perfrigerantur & tremunt. Vbi τετρεμαίνει videtur legisse Gal. Sic enim τετρεμαίνει, τρέμει exponit in Exeg. Aut certe ibidem (pag. 655. 2.) pro ὁ τετραμμένη quod vitiosè legitur, ὁ τετρεμαίνει legendum. Eidem etiam τίτρεμος τρόμος ῥιγώδης exponitur apud Hipp. tremor cum rigore. Erot. verò τίτρεμος ὁ τρόμος.

Τεῦχος, ἀγγεῖον, σκεῦος, exponit Hesych. vas, alueum. Pro toto autem corpore sumitur apud Hipp. aph. 3. sect. 2. lib. 6 Epid. Vbi scribit Gal. τεῦχος μὲν ἀκουστέον ὅλον τὸ σῶμα. per τεῦχος totum quidem corpus inaudire oportet. At Erot. hoc certe subindicato loco apud Hipp. scribit, τεῦχος, τὸ ἀγγεῖον ἀκουστέον τὸ περιέχον τὰς σάρκας καὶ τὰ νεῦρα. δέρμα δὲ τὸ ἐκάλυμμα τοῦ τεύχους ὀνομαστέον. Τεῦχος vasculum obaudiendum quo carnes & nerui continentur. Cutis verò vasis integumentum appellandum. Vasculum verò maximè indicat lib. περὶ ἀφόρων (p. 680. 39.) ταῦτα περιθεῖναι ἐς τεῦχος, οἴνου ἐμπλήσας τὸ τεῦχος. hanc (cucurbitam) vasi circumponito, vase vino impleto. τεῦχος vsurpat Hipp. lib. de loc. in hom. (p. 408. 12. p. 412. 5. & p. 417. 24.)

Τέως apud Hipp. tunc, interim, interea, quandiu significat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 659. 30.) ἢν δὲ ταῦτα μὴ καθαίρῃ, κατὰ νόον πολλῶ φροντίσας τέως τὸ ξὺν τῷ βουπρήστι. Quòd si ista non purgarint, tunc cum multa mentis reputatione medicamentum quod cum bupresti paratur apponito. aut, cum multa consideratione interim quod cum bupresti paratur apponito. Sic lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 548. 11.) τέως ἐν ἀσφαλείῃ. donec in tuto sit. aut, vt tum fore ægrum polliceatur. vt τέως τῶν ιωσεως significet, vbi Cornar. ὡς τέως sumpsit & antea dixit. Lib. 1. de Morb. (p. 455. 32.) τέως μὲν ἢν ἔχῃ τὸ ἕλκος ἔξω ἀναπνοήν. quandiu quidem vlcus foras respirat. Et lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 374. 46.) ἐνδιατρίβει δὲ τέως πλεῖστον χρόνον. interea plurimùm commoretur. Ac rursus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 546. 28.) ὅπως τέως μὲν ἢν βαδίζῃ. Hic interea dum inambulat. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 661. 43.) τέως ἂν οὕτως ἔχῃ. quandiu sic habet. Lib. περὶ ἄρθρων (pag. 251. 24.) καὶ τέως μὲν ἂν θερμὸς ᾖ. & quandiu quidem calidus fuerit. τέως Gal. in Exeg. τὸ ἴσως, ἢ τὸ τηνικαῦτα, καὶ τὸ πρότερον, apud Hipp. exponit. Quas significationes complectitur Hesych. additque μέχρι, ἢ πρὸς τὸ παρὸν, ὅ ἐστι, ἢ τότε, ἢ ἐν ᾧ χρόνῳ. At lib. περὶ ἄρθρων (pag. 29.) pro ὡς positum videtur τέως δὲ ὥσπερ πλαγίως ἰλιγξ, τέως δὲ παρ' ὀλίγον. Sed huius rei gratia longior sum vt ostendam. Et rursus ibidem (p. 252. 21.) τέως ἄν περ ὁ ἄνθρωπος ὅλος αὐξάνηται, donec homo integer increscat. vbi τέως ἂν significare videtur.

¶ Τήκεσθαι contabescere & liquescere significat, interdum etiam emolliri, resolui, dissipari, solui, vt de pustulis effertur quæ contabuerunt, h. e. solutæ sunt aut dissipatæ, lib. 4. Epid. (p. 1133. C.) τὰ ἐξανθήματα ἐξετάκη οὐ τελέως. pustulæ non omninò solutæ sunt aut dissipatæ. Sic τήκειν ἀντὶ τοῦ μαλάσσειν apud Theonem Gymnasten positum scribit Gal. lib. 2. salub. (pag. 235. 1.) idemque τὸ κενοῦν καὶ λύειν significare scribit.

Τηκτότατα ὕδατα, aquæ eliquatæ, aut liquatæ & molles dicuntur apud Hipp. aut quæ facilè in corpore resoluuntur aut concoquuntur, neque in hypochondriis hærent aut negotium facessunt. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 284. 53.) ὁκόσα γὰρ ὕδατα ἑψεῖται ἄριστα καὶ τηκτότατα. Quæcunque enim aquæ coquendo optimæ sunt & facilè liquescunt, h. e. resoluuntur, emolliuntur aut concoquuntur. Vbi Zuingg. πεπτότατα legit, & aquas ad emolliendum & eliquandum maximè opportunas sumit, h. e. quæ ad quæuis eliquanda & maceranda conferant. Verùm non parum mihi suspecta est lectio, cùm in publicatis exemplaribus καὶ τὰ χαριέστατα vitiosè legatur. Ex quibus in suspicionem venio τακερώτατα legi debere, vt aquæ molles ac veluti coctione liquatæ ac emollitæ dicantur, quæ facilè concoquantur aut resoluantur, velut τακερὸν delicatum ac tenerum indicat, & coctione eliquatum ac maceratum. Eamque lectionem magis confirmat quod his aquis postea τὰ ἀτέραμνα καὶ σκληρὰ, h. e. crudas & duras aquas opponit Hipp. Verùm τηκτότατα, aut πεπτότατα videtur legisse Cornar.

Τηλέφιον exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. εἶδος βοτάνης, ὅπερ οἱ μὲν ἀείζωον ἄγριον, καὶ ἀνδράχνην ἀγρίαν ὀνομάζουσι, Ῥωμαῖοι δὲ ἰλλεκέβραν. herbæ speciem quam agreste sempeiuiuum, & portulacam agrestem nominant. Latini verò Illecebram. Hesych. verò τηλέφιον scribit, & vocari ἀείζωον ἄγριον. Vsurpat autem Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag 670. 30.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 573. 25.)

Τηλοτέρω, μακροτέρω, longiori exponit Erot. apud Hipp. ex τηλόθι aut τηλόθεν, quod procul, aut eminus significat.

Τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ βοτάνην ῥοφέοντα, exponit Gal. in Exeg. ex Hipp. & scribit, τὴν λινόζωστιν ἴσως λέγει, ἐπειδὴ καὶ ἀλλαχοῦ ἐστι, ῥοφέοντα δὲ λινόζωστιν. Quod intelligi vult de mercuriale in polenta aut polline sorbitione sumpta. Locus autem est lib 7. Epid. (pag. 1208 B.) ex quo apud Gal. ῥοφέοντα legendum apparet, vt & alter ibidem legitur (pag. 1210. F.) ex quo etiam ῥοφέοντι apud Gal. reponendum videtur. Ac nisi Gal. authoritas intercederet, cùm herbam sine nomine sorbitione in dysenteria adhibeat Hipp. aliquid eorum quæ in eiusmodi morbo exhiberi solent intelligendum videretur, velut argallici radicem (symphytum vocant) in dysenteria solenniter propinat Aurel. vt scripsimus nostris in eum locum Hippoc. Annotat.

¶ Τίθεσθαι & τεθεῖναι de vrinis aut deiectionibus ad residentiam depositis, aut in matula reseruatis effert Hippoc. velut κεῖσθαι sæpe, vt antea in κείμενον adscripsimus In Coac. (pag. 219. A.) τὸ δὲ ὑγρὸν ἐν τῷ τεθῆναι λάζει ἐρυθρόν. Liquida autem deiectio, quæ vbi deposita fuit ruborem adepta est, aut vbi resedit. Sic lib. 2. Epid. (p. 1020. A.) ὑπεχώρει διὰ ὅτε καὶ ὑπαίθρια τεθέντα. quæ interdum deposita subsidebant; Quod de alui excrementis sub dio depositis & reseruatis dicitur.

Τίκτειν non solùm parere, sed & procreare, gignere aut generare significat atque etiam concipere apud Hippoc. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 569. 31.) ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην, τίκτειν ἐθέλῃς. Si mulierem alioquin impotentem, puerperam efficere velis. Quod ibid. (pag. 585. 53.) dicitur, ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην τίκτειν, κυΐσκειν θέλῃς. Si mulierem parere nequeuntem, prægnantem efficere velis. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 599. 27.) ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην τίκτειν ἐθέλῃς γίγνεσθαι. Si mulierem alioqui impotentem, prægnantem reddere velis. Vbi τίκτειν idem quod κυΐσκειν aut ξυλλαβεῖν indicat, vt postea ibid. 35.) Quod lib. περὶ ἀφόρων integrè legitur (pag 681. 38.) ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην τεκεῖν, τόκον ἐθέλῃς ποιῆσαι. Si mulierem alioqui impotentem, puerperam fieri velis.

Τίλματα vulsiones aut vellicationes dicuntur, & idem quod σπάσματα significant, fiuntque cùm musculorum fibræ nimis distentæ rumpuntur, Gal. Com. 5. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 698. 59.)

τὰ δὲ σπάσματα περὶ τὰς ἶνας γίνεται τῶν μυῶν ἐπὶ πλεῖον διαταθεισῶν, ὡς ἐνίας ῥαγῆναι, ἃ καλοῦσιν ἰδίως οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν τὰ τοιαῦτα παθήματα τίλματα. Vulsa autem fiunt in musculorum fibris in tantum distentis vt quædam rumpantur, quæ propriè à recentioribus medicis τίλματα, h.e. vellicationes seu discerptiones nuncupantur. Sic enim apud Gal. legi debere apparet, cùm mendosa sint omnia nostra exemplaria, etsi pro τίλματα non malè ῥήγματα legatur. Sunt etiam τίλματα Hipp. linamenta concerpta aut penicilli (τιλμάτια aut τιλτὰ dicuntur) velut lib. περὶ ἰσχνῶν (p.24 15.) περὶ τιλμάτων, quo ad linamenta concerpta aut vulsa. De his enim agitur quæ Medico parata aut procurata esse debent. Sic τίλμα & τιλμάτιον forma diminutiua dicitur Archig. apud Gal. lib 2. τῶν κατὰ τόπ. (p.184.8.) in capitis vulneribus linamenti genus quod concerptum aut vulsum nominatur, & aliàs μοτὸν τιλτὸν, aut τιλτὸν simpliciter, & inter quinque μοτῶν genera annumeratur. Τιλμοὶ verò apud Hipp. lib. περὶ χυμῶν (p.47.31.) & lib.1. Epid. (p.375.50. H. 959.A.) sunt vellicationes aut euulsiones, quales contingunt in his qui floccos legunt & pilos è vestibus euellunt, aut festucas in pariete carpunt, mente læsa, vt sæpe contingit in morbis acutis, phrenitide & peripneumonia. Quandoque etiam partium vellicationes aut lancinationes significant, quæ humores acres aut pus erodens continent, vnde partes distentæ & velut punctæ dolent. Interdum etiam partium vulsiones quas desipientes ægri faciunt, vt scribit Gal. Com 3.in lib. 1. Epid. (p.377.45. H.ib.)

Τιμωρεῖν & τιμωρῆσαι, opem ferre, auxiliari, opitulari, succurrere, conferre significat, vt multis locis indicat Gal. apud Hipp. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.48 15. H. 385.50.) ἢν μὲν οὖν μὴ προτιμωρήσῃ τις ὀκόσον δεῖται. Nisi igitur quis quantum opus fuerit opem tulerit. Vbi etiam scribit Gal. ὅτι δὲ τὸ τιμωρῆσαι δηλοῖ τι τοῖς ἄλλοις παλαιοτέροις, καὶ αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει πολλάκις αὐτὸ τὸ βοηθῆσαι λέλεκται καὶ κατὰ τὰ ἄλλα συγγράμματα δέδεικται, διὰ τῶν γεγονυιῶν ἡμῖν ἐξηγήσεων εἰς αὐτά. Quòd autem τιμωρῆσαι tum apud antiquos, tum etiam apud Hipp. sæpius pro βοηθῆσαι dictum sit, quod est opem ferre, in aliis libris ostensum est per eas quas in illos scripsimus expositiones. Rursusque ibid. (p. 49.37. H.386.27.) καὶ οὕτως ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι συντιμωρέουσι. Atque sic in perniciem mutuò conspirant. Vbi etiam scribit Gal. ὅτι τὸ τιμωρεῖν ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν, εἴτ' ἄλλοι παλαιοὶ καὶ ὁ Ἱπποκράτης κέχρηνται πολλάκις εἰρηται. καὶ νῦν οὖν τὸ συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν εἶπεν, ἀντὶ τοῦ συμπράττειν καὶ λυσιτελεῖν. Quòd verbum τιμωρεῖν pro βοηθεῖν vsurparint tum antiqui tum Hipp. ipse, sæpius antea dictum est. Atque nunc etiam dixit, τὸ συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν, pro conferre aut prodesse. Ac rursus ibidem (H.v 35.) παραπλήσιοι εἰσιν αἱ τιμωρίαι, similia sunt auxilia. παραπλήσιαι αἱ βοήθειαι γίνονται, exponit Gal. Et (v.54. H 36. ἔστιν ὅπῃ καὶ διαφερόντως τιμωρητέον. est vbi non vno auxiliandum modo. διαφερόντως χρὴ βοηθεῖν explicat Gal. Ac rursus ibidem (p.63.5. H.389.54.) τιμωρητέον δὲ τοῖον δή τι μέρος τῷ ἐναντίῳ λόγῳ. Cæterum pars hæc contrario sermone iuuanda est. Vbi τιμωρητέον βοηθητέον exponit etiam Gal. Et lib.1. περὶ γυναικ. (p 604 10.) τιμωρέειν δὲ ὡς μὴ ἐκ τούτων διάρροια ἐπιγενομένη σώματι φλαύρως ἔχοντι πονέειν μιν. Sed auxilium ferendum est (h.e. prouidendum est) ne his succedens alui profluuium, corpore iam malè habito, ipsam dolore affligat. τιμωρέοντα Erot. apud Hipp. βοηθοῦντα, h.e. opem ferens exponit, citato Euripidis testimonio. Verùm τιμωρέοντας & βοηθοῦντας legisse Erot. existimo & subindicare locum lib. de art. (p.592. 4. H.789.A.) ἵνα εἴ τις ἐξεύροι θεῖν τιμωρέοντας τῷ παθήματι. vbi quis crustas inurere possit, quæ huic affectioni opem afferant. Vbi etiam Gal. τιμωρέοντας βοηθοῦντας exponit, & verbi τιμωρεῖν ac τιμωρεῖσθαι vsum edocet, adducto etiam Euripidis testimonio.

Τιταίνεσθαι, idem quod τείνειν aut τείνεσθαι, tendere aut tendi, distendi, trahi, vt lib.5. Epid. (p.1153.G.) ἐξαιρεθέντος τοῦ βέλεος ἐτιταίνετο, sublato iaculo distendebatur. Et lib.2. περὶ γυναικ. (p.652.47.) καὶ ἐς τὰ σκέλεα ἡ ὀδύνη ἐμπίπτει καὶ τιταίνεται. & dolor in crura incidit & distenditur. Est autem verbum Hom. frequens, vt Il. β. (v.390.) ἱδρώσει δέ τευ ἵππος ἐΰξοον ἅρμα τιταίνων. quod ἕλκων & τείνων exponit Schol. ἐτιταίνετο autem ἐτείνετο actiue exposuit Erot. vt antea scripsimus, & ἐπετήγνυτο, quod de rigido & immobili ægro dicitur, velut antea ibidem (pag. 1149.A.) ἐπήγη τὰ σκέλεα καὶ χεῖρας, de crurum & manuum rigiditate effert Hipp.

Τίτανος ἡ κονία exponit Erot. apud Hipp. calx aut cinis lixiuus ex calce eliquatus. Est & τίτανος ἡ ἄσβεστος, calx viua, non extincta, quam etiam plæriq; ἄσβεστον vocant, Gal. lib. 1. τῶν κατὰ τόπ. (p.164.12.) eaq; vtitur in aridis depilatoriis.

¶ Τὸ θηλεῖδες quod est apud Erot. vide antea in Θηλεῖδες.

Τολμᾶν Erot. apud Hipp. ὑπομένειν exponit, quod est sustinere. Vnde τολμηρὸς dici vult τοὺς πάντα ὑπομένοντας, eos qui omnia perferunt aut tolerant. Legitur verò apud Hipp. initio Progn. (p. 118 19. H. 36.8.) ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας αὐτοὺς τῷ ἰητρῷ. ita vt audentius seipsos medico committant, aut, vt medico se committere sustineant, hoc est, audeant. Aliòqui sustinere hîc pro perferre aut tolerare parum quadrat.

Τομεὺς ἢ τομεῖς καλεῖται apud Gal. in Exeg. σιδηροῦν ἐργαλεῖον δίχηλον, ᾧ οἱ χαλκεῖς πρός ἄλλα τέ τινα καὶ πρὸς τὸ ἀνασπᾶν καὶ μοχλεύειν ἥλους χρῶνται. vocatur ferreum instrumentum bisulcum, quo fabri ferrarij tum ad alia quædam tum ad extrahendos tum ad emouendos clauos vtuntur, forcipem nominant. τιμεὺς verò legitur apud Varinum, vt non parum mihi sit suspecta lectio. Est autem τομεὺς Hesych. τμήτης, ἤγουν ὁ τέμνων, sector, incisor, h.e. scalprum aut culter incisorius & sectionis instrumentum, aut quo ipsa sectio administratur.

Τόνοι apud Hipp. neruorum nomine comprehenduntur, siue ex cerebro, siue ex spinali medulla ortum ducant. Gal. lib.1. de motu musculorum scribit vnum & idem instrumentum duobus appellatum nominib. νεῦρον καὶ τόνον, quòd scilicet νεύειν καὶ τείνειν, h.e. nutare & tendere possit. Idem Com.1. in lib.6. Epid. (p.443.33.) τρία γάρ ἐστι τῶν σωμάτων ὁμοιομερῶν ἐν τοῖς ζώοις ἄναιμά τε καὶ ἀκοίλια φαινόμενα. τὰ μὲν ἐξ ὀστῶν, τὰ δ' ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου, τὰ δὲ ἐκ μυῶν φυόμενα· ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ μὲν Ἱπποκράτους τοῦτο τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν εἰρημένων σύνδεσμος· τὸ δὲ δεύτερον, νεῦρόν τε καὶ τόνος, τὸ δὲ τρίτον, τένων. Tria siquidem sunt in animantibus ipsis similarium corporum genera, tum exanguia, tum cauitatis expertia, alia quidem ex ossibus alia ex cerebro & dorsali medulla, alia verò ex musculis ortum trahentia. Ex quibus primum quidem ferè ab Hipp. σύνδεσμος, h.e. ligamentum nominatur, secundum verò neruus & τόνος, tertium autem tendo. Sic etiam Ruf. Ephes. ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπ. μορ. τόνους dici scribit neruos tam ex cerebro quàm ex spinali medulla originem ducentes, & corporis actionem, motionem & sensum obeuntes. Ea verò notione τόνοι sæpe vsurpantur Hipp. vt lib.2. Epid. (p.1035.D.) δύο δὲ τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου ὑπὸ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου. Duo verò nerui à cerebro infra magnæ vertebræ os. Quod repetitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p.277. 1.) Et rursus ibid. (p.1035.C.) ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀρτηρίης τόνον ἔχουσι. quæ vtraque ex parte cum arteria neruum habent. Lib. verò de art. (p 591.24. H.788.D.) τοῖσι γὰρ ἐπικαιροτάτοισι τόνοισι γειτονεύουσι. Sunt enim valde præcipuis neruis vicina. Vbi scribit Gal. ὑποκεῖσθαι τῷ ὑπὸ τὴν μασχάλην φησὶ τόνους ἐπικαίρους, οὕτως ὀνομάζων τὰ νεῦρα· γελοῖως οὖν εἰσι τῶν νεωτέρων ἰατρῶν οἴονται τόνους τοῦτον ἐκεῖνα τὰ νεῦρα μόνον προσαγορεύειν νῦν, ὅσα κατὰ τὴν συζυγίαν ἐξ ἐγκεφάλου πέφυκεν. ἐπειδὴ κατὰ τὸ βιβλίον τῶν ἐπιδημιῶν ἔφη· δύο δὲ τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου παρὰ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου, καὶ τὰ τούτων ἑξῆς· τὰ γὰρ ἐπὶ χεῖρας φερόμενα, πρὸς ἁπάντων ὁμολογεῖται τῶν ἀνατομικῶν, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν τράχηλον φύεσθαι νωτιαίου, καθ' ἃ μέρη ψαύειν τῷ θώρακι, ἃ ὥς φασι ταῦτα προσαγορεύων τόνους. ἐν τε τῇ νῦν ἡρμηνευμένῃ ῥήσει καὶ μετ' αὐτὴν πάλιν ἐφεξῆς δὶς, καὶ κατωτέρω δὲ πάλιν ἐν τοῖς περὶ ῥάχεως λόγοις τόνους ὀνομάζει τὰ νεῦρα. Subiectos esse glandulis quæ sub axilla sunt τόνους præcipuos ait, ita neruos nominans. Ridiculum igitur est, quòd quidam recentiores Medici existimant neruos illos duntaxat ab eo appellari τόνους qui coniugati & partes à cerebro exoriuntur, propterea quòd in lib. de Morb. vulgaribus dixerit. Duo verò nerui à cerebro iuxta os magnæ vertebræ, & quæ sequuntur. Nam qui ad brachia feruntur nerui, ab omnibus dissectionis peritis exoriri conceduntur à dorsali medulla circa collum, qua thoraci vicina est, quos etiam nunc τόνους appellare Hipp. in præsenti dictione constat, & post hanc rursus bis, tum infra iterum, vbi de spina agens τόνους neruos nominat. Ac rursus ibid. (v.36. & 38. H.788. D.E.) οὐ δὲ αὖ τόνους οὐδαμῇ μηχανῇ δεῖ τιτρώσκειν. neque neruos illos vllo modo vulnerare oportet. Et, οἱ δὲ τόνοι ὧν δεῖ προμηθεῖσθαι. & nerui quorum curam habere oportet. Neruos verò illos sub axilla valde insignes, quos ἐπικαιροτάτους τόνους vocat Hipp. iterum his verbis exponit Gal. ibid. (p.592.38.) ἐκεῖνα μὲν οὖν τὰ νεῦρα τόνους ἐπικαιροτάτους εἶπεν, ἑρμηνεύειν χρῆσθαι τούτῳ τῷ ὀνόματι κατὰ τῶν μεγάλην δύναμιν ἐχόντων, ὥσπερ ἔχουσιν ἐκεῖνοι, κατά γε τὸ πλησίον εἶναι τοῦ νωτιαίου, καὶ αὐτοὺς παχυτάτας τὰς ἶνας ὑπάρχειν. Neruos igitur illos τόνους, hoc est, tenores valde præcipuos & insignes dixit, hoc nomine vti solitus in his quæ magnam vim habent, sicut illi, quòd & vicini sint dorsali medullæ, & crassissimam habeant substantiam. Rursusque apud Hipp. ibid. (p.612.54. H.807.C.) ᾗσιν ἂν κοινωνέωσιν οἱ τόνοι οἱ σύνεγγυς. quibus communicant qui vicini nerui sunt. Vbi etsi neruos dorsi & vertebrarum intelligit Gal. ad ligamenta tamen referre

ferre mauult quæ sua vi vertebras ex quibus ortum ducunt, tuberculorum communicatione facilius in peruersionem trahant, quàm nerui molles, exigui & imbecilli. Rursus etiam ibid. (pag.616.44. H.809.H.) τόνοι νευρώδεες vocantur Hippoc. nerui ad latera vertebrarum ex vtraq; parte à summo ad imú per longitudinem protensi. Quos νευρώδεις ἰσχυρούς validos exponit. Gal. Et iterum (p.617.28. H.810.A.) τόνοι δὲ κοινοὶ περὶ πάντας καὶ ἐν τοῖσιν ἔξω μέρεσι καὶ ἐν τοῖσιν εἴσω παρατέταται. Nerui verò communes ad omnes, tam in exterioribus quàm interioribus partibus porriguntur. Vbi τόνοι vocantur nerui qui ex spinali medulla orti, ad vertebras iuxta eorum commissuram prætenduntur. Vbi τόνους τὰ προαιρετὰ νεῦρα vocat Gal. hoc est, neruos motum voluntarium obeuntes. etsi quidam ἐξαιρετὰ νεῦρα legere videntur, præcipuos & eximios neruos intelligentes. Ac rursus ibid. (p.624.34.H.817.B.) καὶ οἱ τόνοι ἀπὸ τῶν ἐπικαιροτάτων τῶν ἐν τῷ σώματι τὰς ἀφορμὰς ἔχουσι. & nerui à præcipuis corporis partibus exortus habent. Vbi etiam τόνους τὰ νεῦρα exponit Galen neruos intelligens qui à dorsali medulla circa thoracem originem ducunt. Quibus certè subindicatis & expressis locis τόνοι exponuntur Erot. apud Hipp. cùm scribit: τὰ περιτεταμένα σώματα τοῖς σαρξίν, οἷον φλέβας, νεῦρα, καὶ τὰ ὅμοια, τόνους ὀνομάζει, ἀπὸ τοῦ περιτετάσθαι. ἐνίοτε δὲ τὰ νεῦρα μόνον. ἔνιοι δὲ τοὺς ὑμένας ἔφασαν. Carnibus circuntensa corpora, velut venas, neruos & similia, τόνους nominat, ἀπὸ τοῦ περιτετάσθαι, quod est circuntendi. Interdum verò neruos duntaxat, nonnulli etiam membranas dixerunt. Atque etiam rursus lib de art. (p.639.23.H. 826.A.) τόνους vocat neruos qui ad interiorem femoris partem feruntur. ἐγκέεται γὰρ ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ἐγγυτάτω τόνοισι τῶν τόνων τῶν ἐπικαίρων. Caput enim femoris proximè ad præcipuos neruos incumbit. Vbi scribit Gal. ὀνομάζει δὲ τόνους τὰ συγκατα-φερόμενα διὰ τοῦ βουβῶνος νεῦρα, τῇ τε ἀρτηρίᾳ καὶ τῇ φλεβί. καλεῖ δὲ ἐπίκαιρα τὰ νεῦρα, ἐπειδὴ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσα μεγάλην οὕτως ἔχει δύναμιν αὐτὴν ὀνομάζειν. Τόνους nominat neruos qui vnà cum arteria & vena per inguen deferuntur, quos præcipuos vocat, quod (velut antea didicimus) quicunq; magnam habent vim eos ita appellare consueuit. Est certè τόνος νεύρων ἡ ἔκτασις ὥσπερ, vt scribit Aretæus cap.4.li.1. ὀξ. παθ. vt non solùm neruum, sed & neruorum contentionem indicet. Qua notione scribitur libello περὶ ἀδένων (p.273.22.) de cerebro, ἔχει γὰρ καὶ τόνον, habet enim contentionem, hoc est, vim intendendi & contrahendi totius corporis per genus neruosum, vt recte exponit Zuingg. etsi Cornar. πόνον legisse videtur. Sic lib. περὶ ἱερῆς νόσ. (p.275.26.& 28.) ὁ τῆς ἀρτηρίης τόνος & ὁ ἰθὺς τόνος, arteriæ extensio & recta extensio dicitur. Ex eademque analogia τὰ σὺν τόνῳ διαχωρήματα, aut τόνον ἔχοντα, sunt egesta alui recrementa cum multa contentione, qualia in tinesmis, pauca, mucosa, pituitosa, cum inani labore, multo conatu & distentione prodeunt. In Coac. (p.222.D.)

Τοξεύματα Gal. in Exeg. βέλη, h.e. sagittas exponit. Verùm τοξεύματι & βέλει legendum arbitror, vt exprimatur locus li.5. Epid. (p.1153.E.) τὶς παρὰ τὸν βουβῶνα πληγεὶς τοξεύματι. Quidam ad inguen sagitta percussus. Est autem hæc dictio Homero & Herodoto frequens.

Τόποι corporis partes & loca affecta dicuntur Hipp. aph.46. lib. 2.& lib. περὶ φυσῶν (p.296.17.& 19.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.94.48.H.397.19.) ἢν ἐς τοὺς ἐπικαίρους τόπους ἐμπίπτῃ τὰ ῥεύματα, si continentia loca fluxiones inuadant. Vbi etiam scribit Gal. τόπους δὲ εἰπὼν δηλοῖ τὰ μέρη τοῦ σώματος ἃ προσέγραψεν αὐτός, καρδίαν καὶ ἧπαρ καὶ φλέβα τὴν κοίλην, δηλοῖ τὰ ὑπομνήματα σπλάγχνα, τὴν κοίλην ὕστερον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὀνομασθεῖσαν. Locos autem dixit corporis videlicet partes quas ipse ante adscripsit, cor, hepar, & venam prædicta viscera coniungentem, cauam postea medicis nuncupatam. Sic lib. κατ' ἰητρεῖον τόπος sumitur, (pag.667.15.H.741.B) & affectam corporis partem indicat. Vbi etiam scribit Gal. ὀνομάζει γὰρ ὁ πάλαι τὰ μέρη τοῦ σώματος, οὕτως καὶ τόπους οἱ ἰατροὶ καὶ γέγραπται ὅλα βιβλία περὶ τόπων πεπονθότων. Medici enim velut corporis partes ita & locos appellare consueuerunt. Et à quibusdam integra volumina de locis affectis scripta sunt. Et iterum Gal. initio lib. 1. de loc. aff. τόπους ὀνομάζουσι τὰ μόρια τοῦ σώματος, οὐχ οἱ νεώτεροι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν οὐκ ὀλίγοι. Locos nominant corporis partes non solùm recentiores Medici, verumetiam ex veteribus non pauci. Indeq; liber inscriptus est Hipp. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. quod partium corporis humani, tum secundum naturam, tum præter naturam affectarum connexionem contineat & edoceat. Hinc quoq; τοπικὰ medicamenta nomen habent, quod laborantibus partibus admoueantur, & librorum τῶν κατὰ τόπους inscriptio dependet, quòd affectis corporis partibus conuenientia remedia & medicamenta adhibeant, eorumque vsum profiteantur.

Τορνεύματα ξύσματα, h.e. ramenta exponit Gal. in Exeg. significant autem scobem quam lima deterit, aut ramenta quæ torno decutiuntur Ramenta, & scobem dixit Plinius cap 8. lib.24. quæ πρίσματα de fraxino dixit Diosc. cap.109.lib.1.

Τορυνᾶν apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p 556.37.) idem significat quod aliis τορυνᾶν, quod est toryna aut tudicula agitare. καὶ τορυνῶν ἅμα αὐτοῖς. & simul ipsa tudicula aut toryna agitato, aut commisceto vt dixit Caluus. Cornar. verò cum tudicula vndiquaque expassa brachia habente, agitato. Est verò τορύνη peculiariter (vnde verbum hoc deductum est) instrumentum quo aliquid in olla agitatur & teritur inter coquendum, vt sunt quædam cochlearia lignea, aut spathæ aut tudiculæ à tundendo dictæ. Toryna Erasmo dicitur in Chiliad. Quòd autem τορύνη præcipuè adhiberetur agitandis inter coquendum leguminibus fractis, ἐτνήρυσις dicitur in Epigrammat. Aristoph. in Auibus ἔτνους δ' ἐπιθυμεῖς, δεῖ τορύνης καὶ χύτρας· φέρ' ἐκφέρε τὴν τορύνην. Vbi Schol. scribit: τορύνην λέγεσθαι τὸ κινητήριον τῆς χύτρας, id quo olla agitatur. Idem in Equitibus & in Ranis τορύνην τὴν χυτρόποδα vocat. Vbi etiam scribit ἔτνος esse ὃ νῦν φάβα οἱ ἰδιῶται, οἱ δ' ἀρχαῖοι, τὸ διηλιθωμένον ὑπὸ τῆς ἑψήσεως καὶ τῆς τορύνης. Pollux lib.6. cap. 13. in culinariis vasis & instrumentis τορύνην accenset & εὐέργην καὶ ἐόργην dici scribit, vnde ἐοργῆσαι τὸ τορυνῆσαι. Pro quo ex Etymol. adducitur, τορύνην εὐέργην dici. τορύνην autem deriuatam volunt à verbo τορέω, quod τείρω significat, vnde & τόρος. Dicitur & τορυνῆσαι Polluci quod est agitare & terere, aut inter coquendum mouere. Inde verò Torynitos vocatur Cælio Aurel. cap.1. & 4. lib.1. Tard. Pass. pulticula in olla elixa ex pane confecta, inter coquendum tudicula vel cochleari assiduè agitata, ne vratur aut nidorem oleat. Vulgus Gallicum [pain gratté] hanc pulticulam nominat.

Τοὺς ὀδόντας ἐρεί-ω] apud Erot. Vide ξυνερείσας ὀδόντας antea.

Τὸ χρῶμα ἀρυῶδες Apud Erot. Vide antea Ἀρυῶδες χρῶμα.

¶ Τράγος dicitur Græcis ea affectio in adolescentibus, cùm ad annum decimum quartum vox in grauiorem mutatur & pubescere incipiunt, ac Venerem appetere, tuncq; testes intumescunt. Quod in hircis Veneré iam affectantibus planè conspicitur, in quibus tunc testes valdè intumescunt, à quibus nomé deducitur, vnde τραγᾶν & τραγίζειν effertur. Hip. verò τράγος de testiú tumore magis quàm de vocis mutatione in Veneré appetentib. & iam semen apparantibus dici videtur lib.6. Epid. aph.25. sect.4. τράγος ὁκότερος ἂν σαφὴς ἔῃ. Videndú enim monet vter testis intumescat & extra promineat, quá affectioné τράγον nominat. Quod etiam Gal. li.2. de Semine (p.244.18.) his verbis innuere videtur: ὅπου δὲ καὶ τῶν ὄρχεων ευτραφέστερος μὲν ὁ δεξιὸς ὑπάρχει καὶ φαίνεται μὲν ἐν τῷ τραγᾶν διαφυσηθεὶς ἀρρενοτόκος ποιεῖ. θηλυτόκος δὲ ὕστερον ἀρξάμενος ἐξαίρεσθαι, θηλυγόνος. Eadé quoq; ratione vbi testis dexter plenior quidé fuerit, & prior in eo quod τραγᾶν Græcis, Latinis hircire dicitur, intumuerit, mares facit: gracilior verò & posterior intumescens, fœminas. Vbi τραγᾶν de testium illa intumescétia dici videtur, cùm primùm ad coitum feruntur animantes. Quod tamen illic nó animaduertit Interpres. Idé quoq; lib.14. de Vsu part. (p 514.57.) ὁ δ' ὄρχις ὁ δεξιὸς ὅταν ἀσθενέστερος ἀπεργασθῇ θατέρου, πρότερον ἐπισημαίνεται κατὰ τὴν ὀνομαζομένην τράγον ἀριστερός, κἀν τῷδε τεκμαίρεσθαι τὸ ζῷον τοῦτο θηλυγόνον ὑπάρχειν. ὥσπερ εἰ καὶ κατὰ φύσιν αὐτὸς μένοι, προτερεῖν τε ἐν τῷ ἐξαίρεσθαι κατὰ τὴν τράγον ὁ δεξιός, ἀρρενογόνον τ' ἂν ἐκεῖνο γένοιτο τὸ ζῷον, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. Testiculus verò dexter cùm altero imbecillior redditus fuerit, prior in eo affectu qui Græcis τράγος dicitur sinister eminet, indeq; conjicere licet hoc animal fœminam procreaturum. Non secus ac si is secundum naturam permanserit, dexterq; prior in eo affectu qui τράγος dicitur attollatur, animal illud (quantú in se est) mares generaturum. Et si sanè ibid. Gal. ἐν τῷ τραγᾶν, vtranq; affectionem, nimirú vocis mutationem & testium tumorem, coniungere videtur, locum li 6. Epid. explicans (ibidem vers.39.) his verbis: ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς φωνῆς Ἱπποκράτης ἔλεγεν, τράγος ὁκότερος ἂν σαφὴς ἔῃ, ἀρχὴ δεξιὸς ἄρρεν, ἀριστερὸς θῆλυ. ὅταν γὰρ φαίνηται ἐξαίρεσθαι τὰ γεννητικὰ μόρια, καὶ μεταβάλλῃ πως ἡ φωνὴ ἐπὶ τὸ τραχύτερόν τε καὶ βαρύτερον ἡ φωνή (τοῦτο γὰρ τὸ τραγᾶν ἐστι) τότε παραφυλάττειν ὁ Ἱπποκράτης κελεύει, πότερον μὲν μεῖζον ἐστὶν ἰσχυρότερον. τὰ γὰρ αἰεὶ προλαμβάνοντα περὶ τὰς, καὶ πλεονεκτοῦντα κατὰ τὴν αὔξησιν, ἐκεῖνα δ' ἐστὶ τὰ ἰσχυρότερα. Eodem certe pertinent quæ ab Hipp. sunt dicta. Videndum vter testis promineat (qui affectus τράγος dicitur) si dexter, mas. si verò sinister, fœmina portenditur. Cùm enim primùm partes genitales intumescunt, voxque quodammodo in asperiorem & grauiorem mutatur (id enim est Græcis τραγᾶν, nobis hircire) tunc obseruare iubet Hippocrates, vtra partium sit robustior. Quæ enim priùs intumescunt & incremento abundant, eæ vtique robustiores existunt. Atque inde contingere

arbitror vt Alex. Aphrod. in suis Quæst. natur. hanc vocis immutationem non simpliciter τραγᾷν aut τραγίζειν dixerit, sed βράγχει τραγᾷν, vt eam raucam vocis immutationem indicaret. Τραγίζειν autem verbo (quod ex τράγος deductum est) vtitur Hipp. aph. 18. sect. 3. lib. 6. Epid. in adolescentium ætatis mutatione, cùm Venere vti incipiunt, iisq; vox asperior & inæqualis redditur & quodammodo raucescit, & sanguinis profluuium ex naribus contingit, eo feruidiore effecto. Quod iis contingit cùm ad pubertatem accedunt, & vt loquitur Hipp. aph. 27. lib. 3. περὶ τὴν ἥβην, circa annum ætatis decimum quartum, vt scribit Alex. Aphrodis. quæst. 123. lib. 1. Vbi τραγίζειν βράγχει τραγᾷν dicit, quòd vbi pubescere incipiunt adolescentes, vox iis rauca & inæqualis hircorum more fiat, indeque τραγίζειν hircire dicimus. Gaza caprire vertit apud Arist. qui lib. 7. hist. animal cap. 1. istud exacto anno decimoquarto contingere scribit his verbis: φέρειν σπέρμα πρῶτον ἄρχεται τὸ ἄρρεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐν τοῖς ἔτεσι τοῖς δὶς ἑπτὰ τετελεσμένοις, ἅμα τε καὶ τρίχωσις τῆς ἥβης ἄρχεται, καθάπερ καὶ τὰ φυτὰ τὰ μέλλοντα φέρειν τὸ σπέρμα ἀνθεῖ πρῶτον φησὶν Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης· περὶ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἥ τε φωνὴ μεταβάλλειν ἄρχεται ἐπὶ τὸ τραχύτερον καὶ ἀνωμαλέστερον, οὔτε τι ὀξεῖα οὖσα, οὔτε πω βαρεῖα, οὔτε πᾶσα ὁμαλὴ, ἀλλ' ὁμοία φαινομένη ταῖς παρειμέναις καὶ τραχείαις χορδαῖς, ὃ καλοῦσι τραγίζειν· γίνεται δὲ τοῦτο μᾶλλον τοῖς πειρωμένοις ἀφροδισιάζειν. τοῖς γὰρ περὶ ταῦτα προθυμουμένοις καὶ μεταβάλλουσιν αἱ φωναὶ εἰς τὴν τῶν ἀνδρῶν φωνὴν, τοῖς δ' ἀπεχομένοις τοὐναντίον. Mas vt plurimùm semen primùm habere incipit annis quatuordecim exactis, simulq; pubes pilos habere occipit, haud aliter quàm plantæ quæ semen habere volunt, quod primùm florere dixit Alcmeon Crotoniates. Per id tempus verò vox etiam in asperiorem & inæquabiliorem mutari incipit, neq; amplius acuta existit, neq; grauis, neq; omninò æquabilis, sed qualis in incontentis & asperis fidibus esse apparet, quod hircire dicunt. Id autem iis magis contingit qui rem Veneream exercere conantur. In id enim incumbentibus, vox etiam in virilem permutatur, iis verò qui abstinent, contra euenit. Idem quoq; lib. 5. de gener. animal. cap. 7. ὅσπερ καὶ τῶν σπερματικῶν πόρων μεταβαλλόντων περὶ τὴν ἡλικίαν ἧ δύναται τὸ σπέρμα ἐκκρίνειν, συμμεταβάλλει καὶ τοῦτο τὸ μόριον· τούτου δὲ μεταβάλλοντος, καὶ ἡ φωνὴ μεταβάλλει μᾶλλον μὲν τοῖς ἄρρεσι. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν θηλειῶν, ἀλλ' ἀδηλότερον γίνεται, ὃ καλοῦσι τινὲς τραγίζειν, ὅταν ἀνώμαλος ᾖ ἡ φωνή. Quapropter ea ætate qua semen excernere possunt, immutatis semen deferentibus meatibus, ea pars quoq; simul immutatur, eaque immutata vox præcipuè quidem in maribus commutatur. Quod etiam fœminis, etsi obscurius, contingit, quod quibusdam hircire dicitur, cùm vox inæqualis efficitur. Sunt qui τράγον & τραγίζειν apud Hipp. dici velint de iuuenib. Venere expertis, eamq; hircina libidine appetentibus, tuncq; hircum olentibus, quos hircosos aut hirquitallos antiqui dicebant, vt τραγίζειν hirquitallire. Sic enim Festo dicuntur hirquitalli, pueri primùm ad virilitatem accedentes, sic ab hircorum libidine dicti. Vnde etiam τράγος olidum illum fœtorem indicat propriè sub alis incubantem, ex quo τραγομάσχαλοι hircosi dicuntur, γράσος magis propriè nominatur, de quo Horatius, grauis hirsutis cubat hircus in alis.

Τράγος etiam edulij genus est quod ex zea parabatur, vt scribit Gal. Com. 1. in lib. de rat. vict in morb. ac. (p. 43. 42.) aut ex olyra, vt lib. de alim. fac. Quod Plinius Tragum vocat cap. 10. lib. 18. Inter Cerealia quoque τράγος annumeratur & herbacea. Est & τράγος vitium affectio, cùm fructu carentes frondium copia luxuriant, & fructus inopiam foliorum vbertate compensant. Sic enim τραγώσας ἀμπέλους dicit Arist. lib. 5. de gener. animal cap. 18. ἀπὸ τοῦ πάθους τῶν τράγων. Quod de vitibus τραγᾷν etiam dixit Theoph lib. 5. de Caus. plant. cap. 10. & 13. Vbi tamen τρυγᾷν pro τραγᾷν vitiosè legitur, vt aliàs sæpe. Hoc in vitibus vitium Plinius articulationem vocare videtur ex Theophrasto cap. 24. lib. 17. quòd earum iniuriæ in articulis sentiantur.

Τράμιν Erot. apud Hipp. exponit τὸν ὄρρον ὅνπερ καὶ ἰπποτικὸν καλοῦμεν, hoc est, lineam illam mediam quæ scrotum medium intersecans, per ἕδραν ad anum vsque tendit. At Rufo Ephes. ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπ. μορ. (p. 23. & 29.) ὁ διὰ μέσου γραμμὴ τράμις dicitur, οἱ δὲ ὄρρον ὀνομάζουσι. Hesychio τράμις est τὸ ῥῦγμα τῆς ἕδρας, & ὁ ὄρος, τινὲς ὄντερον, οἱ δὲ ἰσχίον. Sic τράμιν vel τράμις τὸ τρῆμα τῆς ἕδρας significat Aristophani, hoc est, podicem, σφιγκτῆρα Lysimacho vt scribit Erot. Polluci quoque lib. 2. τὸ ῥαφῇ μὲν ἐοικὸς ὑπὸ τῆς καυλοῦ διὰ τοῦ ὀσχέου μέσου, ὑπὸ τὸ ὀνομαζόμενον ἕδραν, εἰς τὸ δακτύλιον κατιὸν, περίναιον ὀνομάζεται, καὶ τράμις, καὶ ὄρρος.

Τραυλοὶ, balbi aut blæsi, qui pronunciando literas quasdam proferre non possunt, τραυλίζειν enim linguæ vitium esse scribit Gal. Com. ad aph. 32. lib. 6. cùm scilicet lingua eas voces proferre non potest quæ per τ & ρ scribuntur, qualis fuisse Alcibiades ridetur ab Aristophane. Quod vitium fit ex nimia humiditate, mollitie & imbecillitate musculorum linguæ, qui ad primores dentes firmiter nequeunt stabiliri ad earum literarum prolationem. Sic etiam τραυλοὺς in linguæ non vocis vitio annumerat Galen. Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 372. 52. H. 955. E.) Lib. 2. Epid. (p. 1040. C & p. 1050. D. E.) & aphoris. 32. lib. 6. & lib. 1. Epid. (p. 372. 21. H. 955. E.) Hinc τραυλότης aut τραυλισμὸς balbuties aut blæsitas dicitur, ὀνοματοποίητος ἡ λέξις ἀπὸ τινος τοιοῦ ψόφου (scribit Erot.) dictio à quodam sono efficta est.

Τραχέων ἐρίων, ἐρίων ῥακῶν, panniculorum laneorum aut fragmentorum exponit Erot. apud Hipp. Verùm suspectum locum habeo & τρυχίων εἰρινίων legendum existimo ex lib. de art. (pag. 659. 28. H. 837. G.) ἢ ἐρρήγμασι τρυχίων εἰρινίων περιελίσσειν ταύτῃ μάλιστα. aut panniculorum laneorum segmentis ea parte maximè inuoluenda. εἰρινίων tamen passim legitur. εἰρινίων tamen malim, quemadmodum εἰρινεος ab εἴριον deducitur. Aliæ autem voces quamplurimæ ibidem apud Erot. explicantur ex lib. de art.

Τρέφεσθαι, πήγνυσθαι, quod est cogi, densari, coalescere, exponit Gal. Vide Τρέφεσθαι postea.

Τρηχύσματα Hipp. sunt asperitates aut aspredines, velut lib. 2. Epid. (pag. 1020. C.) τρηχύσματα ἐν τῷ χρῶτι κεγχρώδεα, τοῖσιν ὑπὸ κωνώπων γινομένοις αἰδήμασιν ἴκελα. Aspredines quædam miliaceæ, culicum morsibus ferè similes, in summa cute enatæ. Quibus verbis papularum quædam origo indicatur, quæ à sanguine tantùm concalefacto aut feruido, non maligna aliqua qualitate affecto fierent, cùm aspredinem solam nec verò vllum in cute pruritum excitarent. Quarum ortus fuisse salutaris iudicatur, cum diebus criticis erumperent, & mulieres omnes ab exæstuante febrium ardentium incendio liberarent. Sic etiam τρηχυσμὸς ἐντέρου dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 81. 9. H. 394. 17.) exasperatio aut diuexatio, intestini quam facit, perpetuus oxymelitis vsus.

Τριβὴ μετὰ λόγου, exercitatio cum ratione & vsus (qui videtur opponi cognitioni & ratiocinationi) & ex artis præceptis comprehensio, quam λογισμὸν πιθανὸν vocat ἐν παραγγελίαις (pag. 25. 42.) Sic ibid. (p. 28. 31.) τριβὴ & δογμάτων ἱστορίη exercitatio & præceptorum cognitio opponuntur. Et (ib. 32. 33.) δογμάτων ἱστορίην, & χειροτριβίης ἀτρεμαιότητα simul ponit, præceptorum cognitionem & exercitationis stabilitatem, constantiam, hoc est certitudinem & fidem. τριβὴν eiusmodi πρῆγματι vocat Hipp. ibidem & lib. περὶ εὐσχημος. Τριβὴν vsum vertit Fabius cap. 16. li. 2. cùm τριβὴν Critolaus rhetoricen vsum dicendi vocat. τρίβος etiam dicitur, & tritam consuetudinem indicat, velut τρίβος apud Hipp. viam tritam & hominum vestigiis calcatam, semitam & callem significat, translatitiè verò pro loco, vsu & consuetudine attrito aut calloso sumitur, vt scribit Gal. Com. 1. in lib. de art. (pag. 585. vers. 13. H. 783. F.) Vnde τρίβον ποιῆσαι dicitur brachij caput Hippocrati, cùm in loco in quem excidit, diu moram fecerit, eumq; velut vsu & consuetudine attriuerit, h. e. assueuerit, & inueterauerit. Sic etiam rursus lib de art. (p. 632. 40. H. 822 E.) ὅταν μὲν οὖν τρίβον λάβῃ τὸ ἄρθρον ἐν τῇ σαρκὶ. h. e. cùm igitur articulus in carne moram fecerit, aut assuefecerit & inueterauerit, ac veluti in ea sua mora & consuetudine callum & semitam fecerit. Vbi scribit Gal. τρίβον dici κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τῶν πεπατημένων χωρίων ὑπὸ τῶν ὁδοιπορούντων. Eadem locutione vtitur in Mochl. (p. 866. F.) τὸ ἔθος τρίβον ποιέει. qua innuit consuetudinem ipsam articulis elapsis callum inducere. Lib. verò κατ' ἴητρεῖον τρίβος dicitur (p. 679. 20. H. 743. C.) vt ibid. scribit Gal. pars ea membri, qua vel inflexum, vel extentum, vel in latus moram faciens operatur. Et τρίβος indicat eam partem corporis quæ teritur & qua aliquid agimus, aut cui innitimur ac insistimus, siue stantes, siue ambulantes, siue sedentes, siue iacentes: vt plantæ pedum stantibus atque ambulantibus, nates sedentibus, decumbentibus dorsum totum & capitis occipitium. Moram eam partem quidam vocant, quòd in ea mora fiat, alij semitam aut callem, quòd velut via teratur.

Τριταιοφυεῖς πυρετοὶ, febres ad tertianarum naturam prope accedentes dicuntur, & ex iis natæ, quæ tertio die inuadunt, & prope ad integritatem perueniunt: ita vt distinguantur à tertianis simpliciter dictis, & tertianis exquisitis, tertianis productis, & semitertianis, atque quodammodo in earum medio sitæ sint, vt scribit Gal. Comm. 2. in lib. 6. Epidem. (p. 464.) Vbi etiam scribitur τριταιοφυεῖς dici posse generaliori notione febres omnes quæ tertio quoque die inuadunt. At Com. 2. in li. 1. Epid. (p. 363.) etsi eas à semitertianis nominatim distinguit, iis tamen quodammodo adiũgere videtur, vt & lib.

lib. de temp. morb. (p.384.23.) De his enim scriptum videtur lib.1. Epid. (p.356.20. H.941.C.) τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἐκλείποντες, τρόπον δὲ τριταιοφυέα τρόπον, in totum quidem non desinentes, sed earum more quæ ad tertianas propius accedunt inuadentes. Et rursus (p.362.20.H.945.C.) οἱ δὲ ξυνεχέες μὲν τὸ ὅλον καὶ οὐκ ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ τὸν τριταιοφυέα τρόπον. In totum quidem continuæ febres nihilque intermittentes, sed in omnibus earum more quæ propius ad tertianam accedunt, accessionem facientes. Istud enim de huiusmodi febribus illic explicat Gal. Erot. apud Hipp. τριταιοφυέας febres ex lib.6. Epidem. exponens, τριταιοφυεῖς dici existimat quibusdam τοῦ τριταίου, εὐφυΐαν ἔχειν. Magis tamen ad Philonidis Siculi sententiam accedere videtur, vt τριταιοφυεῖς dici velit, τοὺς παροξυσμοὺς [illegible] ... quæ cùm accessionum significationes habeant, inordinata tamen continent interualla, neque ad integritatem desinunt. Sic autem dici quòd magnam habeant cum febre tertiana similitudinem, esseq; paruos hemitritæos dictos. Lib.6. Epid. sect.2. aph.15. ὅσοι τριταιοφυέες, τούτοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. In his febribus quæ ad tertianarum naturam propius accedunt, nox accessionem præcedens molesta est. Lib. etiam 4. Epid. (p.1127.A.) καὶ τριταιοφυέες, καὶ ἠπιαλώδεες, & febres ad tertianarum naturam prope accedentes, & Epiali. In Coac. quoque (p.122.C.) οἱ τριταιοφυέες ἀσώδεες πυρετοὶ κακοήθεες. Febres ad tertianarum naturam propius accedentes, cum anxietate malignæ. Et rursus (ibid.H.) οἱ τριταιοφυέες πλανώδεες. Febres tertianarum naturam referentes, errantes. Ac iterum ib. (121.B.) τριταιοφυέα ῥίγεα dicuntur rigores febrium quæ propius ad tertianarum naturam accedunt. Sic τριταιοφυέα ἀλγήματα sunt dolores qui tertio quoque die cum febris accessionibus inuadunt, & tertianarum febrium naturam retinent, ib. (pag.135.A.) quæ & τριταιοφυέσι πυρετοῖς παροξυνόμενα λέγονται dicuntur, ibid. (p.167.H.)

Τρίχωσις vitium est in oculis cùm pili in palpebris pungentes & inutiles enascuntur, vnde τριχιῶντες dicuntur lib 4. περὶ νούσων. (p.210.27.) Vbi & περὶ τριχιάσιος agitur eodem lib. ad extremum. Est τριχίασις auth Definit. Medic. (pag.400.21.) βλεφάρων πάθος. καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς τριχῶν ἔκπτωσις παρὰ φύσιν, palpebrarum casus & pilorum qui in eis sunt, ortus præter naturam. Huius idem tres ponit differentias, φαλάγγωσιν, πάθος, ὑπόφυσιν, quibus διστιχίαν aut διστιχίασιν addunt quidam. τρίχωσις dicitur lib.de rat.vict in morb.ac.(p.116.49.H.406.41.) vt & Actuario. Dicitur & τριχίασις affectio, cùm in vrinis feruntur capillis albis quædam similia. Galen. Com.ad aph.76.lib.4. καλεῖται δὲ οὐ νῦν τριχίασιν τὸ πάθος, ἐπειδὴ τριξὶν ὅμοια, καὶ μάλλον γε ταῖς λευκαῖς ἐοικότα φαίνεται τὰ ἐν τοῖς οὔροις ὑφιστάμενα. Τριχίασιν vocant recentiores Medici, cùm villis, præsertim albis, ea quæ per vrinam feruntur, similia apparēt. Pilin ictionem quidam dicunt. Indeque τριχώδεα σαρκία σμικρὰ ἐν τῷ οὔρηματι ξυνεξερχόμενα, h.e. carunculæ minutæ capillamentorum effigiem præ se ferentes, cum vrinis simul prodeuntes, dicuntur, in his quæ adiecta sunt ad lib. de Natura humana (p.27.51. H.230.55.) aph. verò 76.lib.4. σαρκία σμικρά, ἢ ὥσπερ τρίχες ξυνεξέρχονται. Τριχίασις verò dicitur Erot. ἡ περὶ τοὺς μαστοὺς ἀπόστασις, abscessus circa mammas, cùm τριχιᾶσθαι apud Hipp. exponit. Ex quo facilè in animum induco, Erot. legisse apud Hipp. lib.2. περὶ γυναικ. (p.666.31.) ὁκόταν γυναικὶ ὁ μαστὸς τριχιᾶται, cum mulieri mammilla τριχίασιν passa fuerit, (vbi tamen passim τριχιῶνται scribitur) vt sit τριχίασις mammillarum scissura & asperitas, cùm interdum rimas habent veluti capillares, aut rugosas inæqualitates tenuissimis scissuris similes. Sic enim τριχίασις aut τριχισμὸς fracturæ speciem tenuissimam ac veluti capillarem significat, adeò vt plærunque sensum lateat. Eaque notione ἡ περὶ τοὺς μαστοὺς ἀπόστασις melius legeretur apud Erot. Est & τριχίασις pilare malum in mammis. τριχίαν vocat Arist. cap.11.lib.7.hist.anim. ἅπας γὰρ ὁ μαστὸς (vt scribit) οὕτως ἐστὶ σομφός, ὥστε κἂν ἐν τῷ πόματι λάβωσι τρίχα, πόνος ἐγγίνεται ἐν τοῖς μαστοῖς, ὃ καλεῖται τριχίαν, ἕως ἂν ἢ αὐτομάτη ἐξέλθῃ θλιβομένη, ἢ μετὰ τοῦ γάλακτος ἐκθηλασθῇ. Adeo enim fungosa tota mamma est, vt si in poculo pilum forte hauserit mulier, dolor in mammis moueatur, nec sedetur donec pilus vel pressus sponte exeat, vel cum lacte exugatur. Id malum τριχίαν vocant. Gaza pilare malum dixit.

Τριχολογεῖν est floccos vellere Hipp. ægr.13. lib.3. Epid. post st, pest.quod faciunt phrenitici. Vbi mente capti sunt. ἐψηλάφα, ἔτιλλεν, ἔγλυφεν, ἐτριχολόγει. manibus palpabat, euellebat, scalpebat, floccos legebat, quæ sunt hallucinationum species. τριχολογεῖν κροκιδίζειν dixit Aretæus in Phreniticis & Gal. lib.4. & 5. de loc.aff.

Τρῖψις frictio, quæ Hipp. & antiquis ἀνάτριψις frequentius dicitur. Vide Ἀνάτριψις antea. Est & τρῖψις ὀργάνων instrumentorum attritus, aut attritio, cùm nimia siccitate functionum instrumenta exoluta redduntur & languida, translatione à vestibus aut vasis desumpta, quæ nimio vsu sunt attrita, aph.1. sect.3. lib.6. Epid. Vbi tamen κατατρίψις ὀργάνων legitur Galeno.

Τρόμος tremor, est motus quidam compositus ex ea quæ deorsum fit latione, ex grauitate cuiq; innata, & ea quæ sursum, ex facultate tollere partes tentante, vt scribit Gal. lib. de Tremore, palpitatione, &c. (p.365.4.) Vbi etiam Tremor esse dicitur impotentis ac debilis motus symptoma: aut motus voluntarius partium quæ sursum ac deorsum vicissim feruntur (ibidem p.366.3.) vbi tamen vitiosè ἀκόνος pro ἑκόνος legitur. Cùm enim tremor motus sit, non fit sine mouendæ partis proposito, hec sine voluntario impetu, vt docet multis ibidem Gal. (p.368.) in tremoris & rigoris differentiis. Fit autem tremor ex vehementis aut mouentis corpus imbecillitate. Atq; huius causas ibid. facit facultatem motricē debilem aut exiguam, onus aliquod graue & supra vires, timorem, senectutem, debilitatem, ex morbo, & quæcunque vires imbecillas reddunt, τρομώδεες Phrenitici tremuli dicuntur Hippocrati, & qui subinde tremunt, quod non nisi valde affectis & propè desperatis phreniticis contingit, ex summa resiccatione & neruorum imbecillitate, in Prorrh. (p 173 40. H.68.A.176.17.ib.D.175.24. ib.C.) & Coac. (p.150.F.G.H.131.B.) τρομώδεες ἐν τῷ λαμβάνειν, in prehendendo tremuli. hoc est, dum manibus aliquid prehendunt trementes, quod ex neruosi generis imbecillitate, affecto neruorum principio, contingit. In Coac. (p.149 E.) χεῖρες τρομώδεες dicuntur in Prorrh. (p.200.26.H.74.H.) τρομώδεες πυρετοί, febres tremulæ aut cum tremore in calcis syderatione, lib. de fract (p.546.35.H.759.H.)

Τρόπος dictio est multiplicem & variam habens notionem apud Hipp. Interdum nanque eius rei de qua agitur naturam, conditionem, circumscriptionem, formam, speciem, consistentiam, genus ac differentiam indicat aut modum. Interdum etiam mores animi, consuetudinem, ingenium ac indolem, ac cuiusque rei rationem, qua quid fit, ac modum. Istamque huius dictionis variam notionem multis annotat locis Gal. vt Com 3. in lib.1. Epid. (p.177. 13. H.959 A.) τὸ δὲ τρόπισιν ἐρίξω εἰρημένον. ἐδήλωσε τὶ σημαίνει. ... [illegible] ... Quod deinde τρόποισι dixit, (nos modis vertimus) quid denotet videamus. Hac enim voce veteres duobus in significatis vtuntur, interdū quidem pro animi moribus eam vsurpantes, interdum etiam pro differentiis aut formis eius rei de qua præsens fit sermo. Velut si de victus ratione sermo habeatur, cùm τρόπους διαίτης author dicit, hoc est, victus rationis modos, differentias ipsas aut formas indicat. Quemadmodum etiam si febrium multos modos esse dicat, differentias aut species earum significat. Hac itaque dictione aut animi mores significat, aut sermonis differentias, quandoquidem sermonis mentionem fecit, ac si diceret: Ex sermone & ipsius formis ac differentiis. Differentias enim aut formas, aut species nihil in præsentia refert dicere. Siquidem hæc fiunt omnia in eorum sectione quæ generaliter mente sunt concepta. Rursus Comment. 3. in libr.1. Epidem. (pag. 381. vers. 48. H. 963 G.) τρόπους πυρετῶν ἐνίοτε μὲν τὰ ἤθη καλοῦσι, ἐνίοτε δὲ τὰς διαφορὰς καὶ τὰς οὐσίας· τὰ εἴδη δὲ νῦν αὐτῶν δῆλον ἐστὶν εἰρῆσθαι τῶν προγεγραμμένων πυρετῶν χαράξαι. τρόπους hoc est, modos febrium, interdum quidem mores vocant, interdum verò differentias & essentias. Quod autem nunc species singularum præscriptarum febrium scripserit, manifestum est. Hanc etiam vocis huius multiplicem notionem adscribit Comment. in sentent. 1. libr. 3. de Humor. Gal. attributus. τρόπους enim veteribus interdum mores animi indicare scribit, interdum etiam formas, differentias, aut species rei de qua agitur. At τρόποι πυρετῶν dicuntur Hippoc. lib. 1. Epidem. (pag.38. vers.39. H. 963.G.) τὰ εἴδη exponit Galen. cap.4. libr.1. περὶ κρίσεων. Sic aphorism.9. sect.1. lib.6. Epidem. ὁ τρόπος ἀρετή. Vbi τρόπου τυμῶ explicat Gal. οὔτις ... Idem verò ἰδέας exponit lib 1. de Crisibus (p.422.38.) καὶ ... [illegible]

ἡ γὰρ ἀκριβὴς ἂν εἰδείη, ἀλλ' αὖθις αὖ καὶ ἐν τῷ ῥίγεϊ πρόγνωσις βεβαιοτέρα. Ac primùm morbi forma inspicienda est, qui si exquisitè peturens fuerit, confestim certior rigoris prædictio fuerit. τρόπους πυρετῶν, εἴδεα πυρετῶν vocat Hipp. 3.Epidem.st.pest. (pag.428.19. H.1089 B.) Sic ὁ νόσου τρόπος morbi genus, speciem ac differentiam indicat & naturam, lib.2. Epid. (pag. 994. E.) Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.63.20. H.390. 4.) τεκμαρτέα δὲ καὶ ἰσχὺς, καὶ ὁ τρόπος τῆς νοσήματος ἑκάστου. Coniiciendum sanè de robore & morbi cuiusque specie. Vbi τρόπον τὴν διαφορὰν exponit Gal. Et Prorrh.2. (p.113.E.) οὐ θανατώδης ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος, morbi genus minimè lethale indicat. Et lib.6. Epidem. aphorism.33. sect.8. τῶν ἐπιδημεουσῶν νόσων οἱ τρόποι, morborum populariter grassantium naturæ. Et lib.1. Epid. (pag.352.15. H.939.D.) ὁ τρόπος ἐπαρματῶν tuberculorum ad aures exortorum natura. Eadem notione οἱ τρόποι φαρμάκων dicuntur medicamentorum naturæ, genera ac differentiæ, lib 2. Epid. (pag.1022.G.) licet lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag.24.25.) φαρμάκων τρόποι, medicamentorum modi potius simplicium medicamentorum actiones, præparationes, ac effectuum rationes indicent. Sic quoque τρόποι rerum differentias & genera significant, vt lib. de rat. vict in morb. ac. (p.46.17. H.385.23.) ἐν ἑκάστοισι τῶν τρόπων, in singulis generibus dicitur quòd illic aut morborum species & formas comprehendat, aut certè mulsæ vini, & aquæ differentias complectatur, quarum vim & collationem se explicaturum promittit, vt scribit Gal.in Com. τρόποι διαίτης, victus rationis modi & genera, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.86.22. H. 396 2.) διαφορὰς καὶ ἰδέας exponit Gal τρόπους τῶν ἀλγημάτων Prorr. 2. (p.108.G.) dolorum genera indicant, differentias ac species, aut cuiusq; doloris naturam propriam aut substantiam qua inter se differunt. Quemadmodum ibid.rursus (p.96.G.) οἱ τρόποι, partium singularum substantiam ac naturam significant, cùm partis cuiusq; naturam propriam & substantiam plurimùm inter se differre scribit, & vt de vulnere æstimes in considerationem adhiberi postulat. Non aliter quam Gal. lib.3. Meth.med. cap.3. propriam cuiusque partis naturam, quæ ex proba primorum corporum temperie constat, ad vlceris curationem attendit. Etsi illic τρόποι vulnerum modos, figuras, differentias & genera denotare possunt. τρόποι τῶν νούσων li. περὶ χυμῶν (p.50.1.& 15.) τρόπος τῆς ἰήσιος, curationis modus & ratio, Prorrh.2. (p.93.B.) τρόπος ἁπλῆς κατήξιος, simplex fracturæ modus, cùm neque vlcus est, neq; os nudatum, neque in multas partes comminutum, lib. de fract. (p.538.18. H.756 G.) Et τρόποι κυλλώσιος, modi quibus pes varus redditur, multiplices rationes quib. quidam vari euadunt, lib. de art. (p.641.30. H.827.F.) τρόπον τριταιοφυέα modum & tertianæ febris naturam intelligit Hipp. aut formam & speciem lib.1.Epid. (pag. 356.10.H.941.C.) & (p.362 20. H.945.C.) non secus ac κοιλίαι ὑγραινόμεναι κακοήθει τρόπῳ, ventres maligno quodam modo humescentes dicuntur ibidem (p.365.5. H.948 A.) & ἐκ τοῦ φθινώδεος τρόπου ὑπεναντίοι (ib.p.356.19. H.941.B) qui non quomodo reliqui tabidi affecti sunt, sed propria quadam ac circumscripta tabis forma vexantur. τρόποι τῶν ὠφελειῶν, modi & rationes ex quibus vtilitas proueniat, Prorrh.2. (p.109. G.) τρόπον ταλαίπωρον ζῶντες ib. (p.92.C.) qui miserrimo quodam modo viuunt, qui laboriosam & calamitosam vitam quodammodo tolerant, aut miserrimè viuunt. rursus (ib D.) τρόπον ἐπιμελὴς καὶ φιλόπονος, qui naturâ diligens est & industrius, aut in victus ratione attentus & sollicitus, qui accurata victus ratione vtitur, aut cui victus ratio curæ est. Sic victu curioso eos antè cauere vult Celsus, quibus articulorum dolor certis temporibus reuertitur. (cap vlt.lib.4.) Vbi τρόπος animi mores indicare potest, vt & sect.3. lib.1 Epid. cùm ex ægri moribus futurorum præsensionem & præsentium dignotionem erui vult Hipp. Non secus ac aph.26. lib.6. Epid.sect.6. ex capite reliquarum partium æstimationem fieri vult, γνώμης καὶ τρόπων, mentis & morum. τρόπος etiam corporis habitum indicare videtur aph.11. sect.2. lib.6. Epid.) καὶ τῇ φύσει τῶν λευκοχρωτέρων τρόπῳ, si natura candidioris sint habitus aut albidioris coloris.

Τροφὴ alimentum aut nutrimentum dicitur, cuius naturam & essentiam amplissimè Gorr. explicat, vt & eius triplicem ex Hipp lib. περὶ τροφῆς (p.380.39.381.3.) differentiam. Est enim τροφὴ τὸ τρέφον, καὶ τὸ οἷον τροφὴ, καὶ τὸ μέλλον τροφὴ, quod actu nutrit, & quod quasi est nutriens, & quod nutriturum est. Quod quidem in pluribus locis celebrat Gal. nempe aph 39. lib.5 lib.1.de fac.nat & ad finem lib.1.salubr. Sic τροφὴ aph.26 sect. 4.lib.6. Epid.pro sanguine sumitur omnes humores complexo qui in venis continetur, & vnde alimentum toti corpori distribuitur, quæ est secunda τῆς τροφῆς differentia. τροφὴν λαμβάνειν, quod est cibum capere, de his dici consuetum quibus appetentia valet, vt & τροφὴν μὴ λαμβάνειν, de his quibus deiecta est appetentia, aph 8. lib.2. Sic enim ibi Gal. λέγειν ὑμῖν ἔθος ἐστὶ, μὴ λαμβάνειν μὲν τροφὴν τοὺς ἀνορέκτους, λαμβάνειν δὲ τοὺς ὀρεγομένους τε καὶ τρεφομένους ἄχρι κόρου. Dicere siquidem nobis est consuetum, cibum eos non capere, qui cibum fastidiunt, capere verò, qui cibum appetunt, & ad satietatem vsq; replentur. τροφήματα pro cibis & eduliis scribuntur Hipp.lib. de fistulis (p.887.F.) verùm ῥοφήματα leg. existimo, vt sorbitiunculas indicet. Quidam etiam τρυφήματα legunt, pro delicato victu & cibo. τρόφις Gal. exponitur apud Hipp. εὔτροφος, παχὺ, bene nutritus, crassus, pinguis. Verùm non parum mihi suspecta est hæc lectio, & lubenter τρόφις cum multis lego, quòd τρόφις exponitur Hesych. εὐτραφέος, & τρόφις Eustath. τρόφιμον, significat, h.e. alumnum.

Τροφιώδης exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. ἔχον ἐμπεπηγμένα τινὰ πεπηγότα, hoc est habens compacta quædam quæ per ipsum lotium feruntur. Sic enim de vrina effertur lib.7. Epid. (pag. 1240. A.) eumque locum procul omni dubio subindicare videtur Gal. ἕκτῃ οὔρησεν ἀθρόον πολὺ τροφιῶδες. Sexto die multam confertim vrinam reddidit, compacta quædam per eam innatantia habentem, Vbi & οὔρησε τροφιώδεα (1239.G.) & οὖρα τροφιώδεα (1240.A.) scribuntur & intelliguntur vrinæ densata quædam & compacta innatantia habentes, h.e. quæ crassamenta quædam habet & densata contenta, velut enæoremata quædam conferta & globosa, qualia apparent in magna cruda & confertæ materiæ copia, malignaque febrium complexione, quæ magnum internum incendium & vehementem naturæ exagitationem, flatuumque permixtam copiam significant. qualia Hipp. annotantur sæpe in Epidemiis, ἐναιωρήματα στρογγύλα καὶ διεσπασμένα, conuulsionesque & deliria portendunt, velut ægr. 1. & 8. lib 1. Epid. & ægr.3. & 4. lib.3. & ægr.11. post st. pest. τροφιώδης etiam οὖρα accipi videtur in Coac. (pag.210.H.) etsi parum integra lectio videtur ex Prorrhetico. Τροφιώδεα etiam διαχωρήματα vocantur ibid. (pag.2 7 D.) eadem notione quæ densata prodeunt & concreta quædam habent, ita vt aluo liquidæ & humorum acrimonia effusæ repugnare videantur. Sed nec parum mihi suspecta est lectio, & ἐκ στροφωδέων ὑποστάσιος ὑποπέλιος legendum apparet ex Prorrh. vt alui recrementa cum torminibus effusa accipiantur, quæ ferè solent aluum liquidam comitari, eaque omnia deiectionibus liquidis attribuuntur. Quæ lectio mihi etiam ex Prorrhetico probata est, quòd στροφώδεα διαχωρήματα veriùs quàm τροφιώδεα dici videantur, præsertim cùm quod subsidet subliuidum & limosum ex torrefactione & exsiccatione quadam contingat, malamque hepatis affectionem indicet, vt scribit Gal. in Prorrh. (pag.216.34.H. 81.C) eiusmodique excrementa aluum cum torminibus effundere soleant. Est autem vox ista inter obscuras reposita & insolens, παρὰ τὸ τρέφεσθαι, ὅ ἐστι πήγνυσθαι deducta, vt scribit Gal. Sic etiam Eustath. exponit τρέφεσθαι πήγνυσθαι, & Hesych. τρέφειν πηγνῦναι, & τρέφεσθαι ἐμμένειν, hoc est, πήγνυσθαι. Gal. quoque Com 3. in Prorrh. (pag.216.29. H ib.) (vbi στροφώδεα οὖρα eadem quæ in Exegesi τροφιώδεα exponit) τὸ διατρέφεσθαι πήγνυσθαι explicat, & apud Homerum ἀμφιτρέφεται κυκλώσας, τὸ περιπήγνυται significare scribit. Vbi certè διατρέφεσθαι & ἀμφιτρέφεσθαι pro διατρίφεσθαι & ἀμτρίφεσθαι poni videntur. Quemadmodum apud Hom. Odyss. ξ. καὶ σακέεσσι περιτρέφετο κρύσταλλος, περιτρέφετο legit Hesychius, & περιπήγνυτο exponit. Sic & Il. ε. μάλα δ' ὦκα περιτρέφεται κυκόωντι, περιτρέφεται legit Herodianus, eamq; scripturam approbat Eustath. Erot. certè τρέψαι Atticis τὸ πῆξαι significare scribit, vbi πεπηγμένον, πεπηγότα exponit. Idemq; annotat τρόφαλιν τὸ πεπηγότα τυρὸν, velut à τρέφειν deductum, cùm contra meliùs à τρέφεσθαι deducat Hesych. & τὸ πεπηγμένον significare scribit. τραφεῖσθαι etiam παχύνεσθαι quod est incrassari, exponit Hesychius.

Τρόχισκος κροκώδης & τρίγωνος, pastillus croceus & trigonus, sunt pastilli vim narcoticam habentes, sedandoque dolori accommodati, quorum meminit Gal.libr.2. κατὰ τόπ. (pag.181. 7.) Meminit & Trigoni Gal. libr.12. Meth. med. (pag.164. 36.) vbi tamen τρυγωνὸς vitiosè pro τρίγωνος legitur. Pastillus τρίγωνος describitur Galeno libr.7. κατὰ τόπ.cap.5.& Paulo lib. 7. cap. 12.

Τρόχοι cursus significant, sed videntur sumi apud Hippoc. cursus circulares & curui, quiq; rectis opponuntur, quos δρόμους vocat. Sic lib. περὶ διαίτης (p.377.14.) δεῖ δὲ ἀμφοτέρως τὰς ἀντισπάσιας ποιεῖσθαι, καὶ ἐπὶ δρόμοισι, ἐπὶ τε κάμπτοισι τρόχοισι χρῆσθαι. Vtranque autem in partem reuulsiones facere oportet, & rectis cursibus ac curuis circularibusq; vtendum. Et ibid. (ibid.7.) ἐπὶ τροχῶν ὀξέων vtedum dicit, hoc est cursibus circularibus, aut

tanti n circulum & gyrum factis velocibus. Ac rursus (p.378. 10.) ξυμφέρει δὲ τούτῳ τροχοῖσιν ὀξέσι χρῆσθαι. Huic autem confert cursibus circularibus velocibus vti. δρόμους quoque ὀξέας καὶ καμπτοὺς vocat, cursus veloces & curuos lib 1. περὶ διαίτης (p. 351 14 & 352.11.) Et lib.2. (p.363.39.) τοὺς δρόμους μακροὺς καὶ καμπτοὺς τοῖς τροχοῖς ex aduerso collocare videtur, vt lib.3. (p. 368.23.) & p.372.4.35.) & (p.373 32.) τροχῷ δρομῷ ex ommuntur Gal in Exeg. apud Hipp. quemadmodum sumi videntur li. 2. περὶ διαίτης (p.363.53.) & lib.3. (p.368.27.)

Τρυβίον exponunt glandulam interpretes apud Hipp.lib. περὶ γυν. φύσ. (pag. 587 27.) τρυβίον ποιήσας, glandulam effictam, efformatam. Sed locus suspectus & viciatus videtur, vt satis asteriscus Asulano codici appositus testatur. Et pro τρυβίον, τρίβων, λεῖον ποιήσας, reponi posse existimo, vt tenuiter tritum & læuigatum medicamentum intelligatur, quod tenui lana conuolutum subditur.

Τρύγης apud Hipp. dicitur tragus aut olyra libr.2. περὶ διαίτης (p. 356.29.) semen tamen vertit Caluus. τρύγη exponitur Hesyc. ὁ τρυγητὸς, καὶ ὁ καιρὸς, καὶ πᾶς ἄλλος καρπὸς, καὶ πυρὸς βοτάνη: Eustath. verò τρύγη ὁ δημητριακὸς καρπὸς exponitur, Cereales fruges. Vnde τρυγαδεῖον frumenti reconditorium, & locus in quo frumentum reponitur. σιτοβόλιον. τρυγαβίλια exponit Helych. εἰς ὃ καρποὺς ξηροὺς ἀποτιθέντο.

Τρυβλίον, catinus, paropsis, pro ollula apud Hip. sumitur, in quam materia ad suffitum parandum mittitur, lib. περὶ ἀφόρων (pag. 683.47.) Quibusdam etiam ὀξύβαφον & acetabulum significat, & mensuram indicat cyathos quinque continentem. Vtitur quoque Hipp. sæpe lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, vt (p.531.51. & 534.55. & 539 21. & p.554 18 38. 555.17 18.) & in Nothis quæ adiecta sunt ad lib.1. περὶ γυναικ. (pag.6.6.48.) ἁλὸς τρυβλίον πλῆρες, salis heminam plenam, aut acetabulum plenum dicunt interpretes

Τρύζειν stridere significat, susurrare, murmurare & sonum quendam aut susurrum edere, voxque est ex sono fictitia. In Progn. (137.59. H.40.1.) de alui egestione, ξυμφέρει μὴ τε τρύζειν. Præstat vt sine stridore exeat. Vbi scribit Gal. διαιρεῖται δὲ τὸ τρύζειν, εἰ μὲν γε τρύζη. γίγνεται δὲ καὶ μετὰ τὸ σῖγμα ὃ χωρὶς τοῦ σίγμα ... D stinctio est, si neque strideat. Scriptum autem est & cum σ & sine σ. estque dictio vtrouis modo scribatur, à sono efficta. Quem certè locum mihi subiudicare & exponere videtur Erot cùm scribit. τρύζειν, οἱ δὲ σρύζειν. ... Ὅμηρος ... Quod est, τρύζειν, nonnulli verò σρύζειν. Est autem cum obscuro strepitu aluum deiicere. Dictum est à turture quæ obscurum & cum murmure quodam sonum edit. Velut etiam Hom inquit. Vt ne mihi murmuretis hinc & hinc sedentes, hoc est, obscurè & cum murmure loquamini. Additque idem Bacchio τρύζειν esse, τὸ μετὰ τινὸς ψοφώδους ... cùm torminoso quodam & vehementi dolore promptè aluum exonerare. τρύζω autem idem significat quod τρίζω, strido, obstrepo, & stryffo. Hesychius τρύζει, γογγύζει, ψιθυρίζει exponit, murmurat, susurrat. τρύζειν apud Hom. πολυλογεῖν indicat, multis verbis obtundere, & μὴ τρύζητε, μὴ πολυλογῆτε, μὴ ... exponitur ex Eustath. Quem sanè versum Il. α. (v.311.) explicare etiam videtur Helych. cum Τρύζει, γογγύζει, ψιθυρίζει. Τρύζεται, ψιθυρίζεται, λογοποιεῖται, γογγύζεται. τρύζειν verò dicitur de ventris murmure aut stridore, aut de ventris egestione quæ cum susurro quodam procedit. Sic de vento in vtero scribitur libri secundi περὶ γυναικ. (pag.664.52.) φῦσα ἔξεισι καὶ τρύζει, flatus exit & stridet. Et libri primi περὶ γυναικ. (pag 593.22.) τρυσμὸς dicitur de vteri susurro & stridore in suum locum redeunte. Significatur autem strepitus quidam velut stridor, qui in ventre subauditur, quem etiam per τρυλλίζειν in pectore mihi exprimere videtur Hipp. libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.534.31.) vt τρυλλίζειν pro τρύζειν positum videatur, καὶ ἐκ τῶν στηθέων καὶ πλευμόνων ὥσπερ γαστὴρ τρυλλίζει. & ex pectoribus ac pulmonibus velut ex ventre quid murmurat. Quibus verbis innuitur in pulmonis inflammatione, intus concepto incendio & multo flatu in pulmonibus concluso, quid in pectoribus stridere, ac velut ex ventre murmur & susurrum aliquem edere. τρίζειν etiam dicitur de ventris stridore vt lib.2. de Morb. (pag 480. 52.) καὶ ἡ κοιλίη τρίζει, & aluus stridet, in pulmonis erysipelate. Et (pag.482.28.) ἢ τρίζει τὸ αἷμα ὥσπερ ἱμὰς, sanguis stridet velut corium, de sibilo illo & sono stridulo qui in thorace exauditur, pulmone ad latus adhærescente, vt τὸ στῆθος pro αἷμα lubentius legam, quod antea etiam monuimus. Et rursus ibid. (pag.466.56.) de aurium tinnitu, τὰ ὦτα τρίζει dixit, hoc est aures susurrant aut tinniunt. Hinc τρισμὸς aut τρυσμὸς sonitum quendam vocis indicat, quem propriè turturi attribuunt, quæ inde τρυγὼν nominatur ἀπὸ τοῦ τρύζειν, quod gemere dixit Virg. At τρύζειν de vrina per translationem effert Hipp. cùm ea guttatim stillat, & destillando strepitum edit & quendam sonum. Velut libr.2. περὶ γυναικ. (pagin. 647. 34.) ἢ τὸ οὖρον τρύζει, & vrina stridet. Quod eadem in re libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag 567.41.) καὶ τὸ οὖρον στάζει dicitur, & vrina stillat. Non secus libr. περὶ ἀφόρων (pag.687.17.) καὶ τὸ οὖρον τρύζει, καὶ τὸ οὖρον στάζει eadem in re dicitur lib. περὶ γυναικ. 2. (pag 655.38.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.564.26.) Illud verò contingit vtero in imum ventrem conuerso, indeque compressa vesica ac veluti intercepta vrina. Eadem etiam notione τὰ ἐπιμήνια τρύζοντα, stridentes menses & velut guttatim distillantes dicuntur lib.1. περὶ γυναικ. (pag.662.43.) Et Prorrh.2. (pag 88.B.) ἢ δὲ κατ' ὀλίγον τρύζῃ τὸ οὖρον. Quod si paulatim vrina strideat.

Τρὺξ fæx dicitur tam de vino quàm de oleo, quæ & ἀμόργη. Lib.1. περὶ γυναικ. (pag.621.9.) τρύγα ξηρὴν ἐξ οἴνου παλαιοῦ λευκοῦ, fæcem siccam ex vino vetusto albo in pesso subdititio adhibet Hipp. Idemque vini fæcem ad vteri collutiones assumit ibidem (pag 627.29.) & libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 574.27.) & libr 2. περὶ γυναικ. (pag 643.11) Τρὺξ etiam bilem atram (quæ velut fæx sanguinis est) significat libr.5. Epid. (pag.1159 F.) ἐξ τοῦ ἐμέτου τρὺξ μαλθακὴ ἦλθε. vomitione fæx mollis prodiit. Quod repetitur lib 7. Epid. (pag.1128. E.) τρυγώδη πτύσις, fæculenta exputio, in Coac. (p.207.C.) αἱμάλωπα πτύσις οὐ τρυγώδης χρονιζόμενα, sanguinis concreti sputio non fæculenta.

Τρύπανον terebra acuta dicitur Hippoc. qua os foratur, & intelligitur τρύπανον βυθὸν καὶ ὀξύ, quod περίτρητον dicit Gal. in Exeg. Est & alia terebra quæ πρίων dicitur, quæ caua est & serræ vicem habet, teres est, eaque os exciditur & foratur, vt patet ex libr. de cap. vuln. Τρύπανον τρυγλοειδὲς dicitur trepana aut terebra caua apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.544.54.) qua costas perforat in hydropicorum sectione. Verum τρυγλοειδὲς, aut forte τρυγλοδυτικὸν legendum, à τρώγλη quod foramen aut cauernam significat, sicque denominari videtur, quòd pectoris cauernam subeat, etsi ... illic legere malim ex Gal.

Τρύφος frustum significat aut fragmentum, velut lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 89.13. 673.10.) τρύφος ἀμφορέως διάπυρον, amphoræ frustum candens dicitur, in quam materia ad suffitum imponitur. Pro qua lib.1. περὶ γυναικ. (p.609.48.) ὄστρακον χυτρίδος ... eadem in re ponitur.

Τρύχω ὁ τρυχῶ idem quod τρύω significat, detero, conficio, consumo laboribus, aut defatigo. Vt κμάτοις τε καὶ ἐργασίῃ τετρυχωμένος, laboribus curisque confectus. τρύχειν est Hesych. φθείρειν, τήκειν, κακοποιεῖν, κακοπαθεῖν, κακουχεῖν. Et τρυχόμενος κακοπαθούμενος, αἰκιζόμενος, δαπανώμενος. & τρύχουσι, τρυχοῦσι, ἐπιτείνουσι. Hippoc. lib. περὶ ἱερῆς νούσου [pag. 310. 34.] iubet medicum τρύχειν τὰ νοσήματα, morbos conficere, exterere, retundere ac profligare, cui respondet φθίνειν καὶ ἀμαυροῦσθαι. Sic τρύχεσθαι τὸ σῶμα corpus affligi, confici & prosterni dicitur lib.3. de Morb. [pag.496.4.] Et lib. 1. περὶ γυναικ. [pag.592.34.] καὶ ἢν ὑπερέχῃ νόσημα ὃ ... τρυχωθήσεται τὸ σῶμα. Quod si postea morbus aliquis aut affectus incidat, qui corpus conficiat, affligat, consumat, aut malè habeat. Et rursus [ibid.39.] ὁ τρυχωθεὶσα ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῆς νόσου, aut in diuturnitate temporis & morbi confecta. Sic σῶμα τετρυχωμένον ibid. [pag.594.15.] corpus afflictum, affectum & consumptum morbo aut attritum. Ac rursus ibid. [pag.613.14.] καὶ μὴ λίην τετρυχωμένη ᾖ, neque admodum consumpta fuerit aut attrita, attenuata. Et [pag.616.49.] ἢν δὲ οἱ κάθαρσις ᾖ τετρυχωμένῃ. Quod si iam attenuatæ purgatio procedat, aut attritæ morbo & consumptæ. τρυχοῦν pro τρυχοῦν exponit Gal. in Exeg. κακοποιεῖν, ἰσχναίνειν, vexare, conficere, extenuare. Τρύχειν etiam pro τρύχεσθαι neutraliter accipi videtur lib.3. περὶ διαίτης [pag 372.54.] τὸ οὖν σῶμα τρύχει, corpus igitur consumitur aut contabescit alimento frustratum quod ibidem [p.373.20.] τὸ σῶμα τρύχεται dicitur.

Τρύχος pannum laceratum & attritum significat, ῥάκος dicitur. Apud Aristoph. in Acharn. τὰ ῥάκη ἐκ τραγῳδίας, & ῥάκιον τοῦ παλαιοῦ δράματος, τὰ τοῦ τρύχη vocat quidam. Vbi Schol. τρύχη τὰ ῥάκη τραγικὰ significare scribit. Intelligit autem veteris comœdiæ frusta & tritam Laciniam, ac tragœdiæ pannos ridet aut mordet, quod pannosos & abiectos heroas

induceret Euripides. Dicitur & τρύχος ἐσθῆτα μακρόν Theophrasto cap. 9. lib. 3. hist. plant. quod dependet ex ægilope, veluti panniculi attriti aliquod fragmentum & muscus. Plinius lib. 18. panos arentes, muscoso villo canos vocauit. Quicquid enim sublonga & rotunda forma tumet paniculus & panus dicitur Plinio, & quod è picearum vel roborum ramis dependet. A τρύχος fit τρυχίον diminutiuum, quod ῥάκιον significat, eoque sæpe vtitur Hipp. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 595. 20.) ἔπειτα δὲ δύο τὰ τρυχία, χωρὶς ἐφ' ἑκάτερα. eamque dictionem paulò pòst exponit, σκέπτεσθαι ὅκοῖα ἄσσα φαίνεται τὰ ῥάκεα πλυνόμενα. Et rursus ib. (pag. 605. 35.) καὶ σμύρναν ἐς τρυχίον ἀποδήσας. & myrrham in linteum illigato. Significat autem linteum rarum in quod medicamenta ad pessum conficiendum immittuntur, quod aliàs sæpe ἐς ῥάκος ἐνδῆσαι dicitur (vt pag. 621. 22.) & ἐν ὀθονίῳ περιδεῖσθαι (pag. 622. 4.) At libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 670. 31.) τρύχινον pro τρυχίον non sine suspicione legitur. ἐνθεὶς ἐς τρύχινον, quod ἐνθεὶς τι εἰς ῥάκος eadem in re dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 573. 27.) in linteum indito. Vnde etiam τρυχωμένη scribitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 672. 36.) & exponitur, linteo excepta subdens. Sed tamen etiam suspecta est lectio. Est & τρυχίον τι πολύπτυχον, panniculus aliquis lacer multiplex, lib. de art. (pag. 621. 33. H. 813. G.) Panniculum alij dicunt, nos panniculum lacerum & attritũ diximus. Etsi panniculum quibusdam sumi pro panno crasso, vili & attrito apud Celsum satis intelligimus, cùm fasciam ex panniculis fieri iubet, lib. 7 cap. 20. Vbi tamen panniculis Hermolaum Barbarum legisse constat. Rursus etiam (p. 659. 28. H. 847. G.) τρυχίων ἐρινέων ἐρρύγματα, panniculorum laneorum segmenta & frusta dicuntur.

Τρῶγλαι sunt cauernæ & foramina rosione facta. τρώγλας τρύπας foramina exponit Hesych. & τρώγας τρώγλας. Moschioni cap. 126. hirudinum incisuræ & sectiones τρῶγλαι dicuntur. Hipp. lib. περὶ σαρκῶν (p. 251. 17.) τρώγλας vocat meatus & foramina aut etiam cauitates quæ in carne insunt, in quibus humidum continetur. τὸ δὲ κολλῶδες τρώγλας ἐγένετο. ἐν δὲ τῇσι τρώγλῃσι ἔνεστι τὸ ὑγρὸν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇσι φλεψὶν τῇσι μεγάλῃσιν. Glutinosum autem in foramina abiit, in his autem foraminibus humidum inest veluti in magnis venis.

Τρώειν, τιτρώσκειν, ἀποχαράσσειν, quod est vulnerare scarificare ex lib. 2. de Morb. mulieb. exponit Gal. in Exeg. apud Hip. Verùm τρώειν non reperio, sed τρώσῃ (p. 659. 26.) ὡς μὴ τρώσῃ pro τιτρώσκῃ, vt ne lædat. Quibus verbis glandem suppositítiam illinendam & emolliendã esse præcipit, ne lædat aut pungat. Certum est autem illud τρώειν à τρώω deduci. Quod num innuere voluerit Gal. num verò ὡς μὴ τρώῃ legerit, mihi non planè constat.

Τρωκτοῖσιν, ὠμοῖς ἐσθιομένοις, hoc est iis quæ cruda eduntur, exponit Gal. in Exeg. Quibus verbis locum lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 642. 14.) mihi subindicare videtur. καὶ ἀγρίοισι τρωκτοῖσι, (vbi de oleribus agitur) & syluestribus quæ cruda eduntur. τρωκτὸς autem idem quod τρώξιμος, qui esui est, edulis, vescus, qui comedi potest. Vt plurimùm verò τρωκτὰ vocantur quæ cruda edi solent, velut quæ vel in acetariis, vel secundis mensis edenda apponuntur, vt vua passa, ficus, rhaphani, bulbi, itemque τραγήματα.

Τρῶμα vox est Ionica & valde ambigua, interdumque ad vlcus, interdum etiam ad vulnus refertur. Ionibus tamen in communi omnes offensas & noxias insignesque læsiones indicat, quæ ab externo quopiam fiunt etiamsi citra vulnus factæ sint. Quod scribit Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 512. 38. H. 1184. H.) τρώματα γὰρ ὀνομάζει Ἱπποκράτης τὰς μεγάλας βλάβας ἐκ τινος τῶν ἔξωθεν γινομένας, εἰ καὶ χωρὶς τραύματος. Et Com. 2. in libr. de art. (p. 602. 25. H. 798. A.) πάσας γὰρ τὰς βλάβας οἱ Ἴωνες ὀνομάζουσι κοινῶς τρώματα. Vnde τιτρωμένως βεβλαμμένως ibidem apud Hipp. exponit Gal. Ac rursus Com. 3. in Prorrh. (p. 212. 15. H. 78. F.) τρώματα γὰρ τὰς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων βλάβας ὀνομάζει ὁ Ἱπποκράτης. Sic τρωθῇ, βλαβῇ, κακωθῇ exponit etiam Gal. in Exeg. apud Hipp. καὶ τρῶμα ἡ βλάβη. Vt hac dictione omnes insignes noxiæ & læsiones comprehendantur ab externo aliquo contingentes, siue vlcus aut vulnus respiciant, siue citra ea fiant, quemadmodum libr. de cap. vuln. sæpe ea notione vsurpatur: vbi & τρωθῇ legitur (p. 902. F. G. & p. 908. A.) τρωθεὶς & τρῶσαι & τρῶσις ea notione crebro sumuntur. In Coac. (pag. 199. G.) ἢν τις ἐγκέφαλον τρωθῇ. τραῦμα verò dicitur Gal. lib. de Const. art. Med. (p. 36. 30.) continuitatis solutio in carne ex incisione facta. Τραυματίης aut τρωματίης dicitur Hipp. qui vulnus accepit vt lib. περὶ ἰητροῦ (p. 22. 13.) iubet Medicum bella externa sequi, & in quouis armorum aut telorum genere dignoscendo exercitatum esse, quò facilius vulneratos agnoscat & iis opem afferat. Lib. περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων (pag. 901. G.) πρῶτον δὲ χρὴ τὸν τρωματίην σκοπέεσθαι. Et (pag. 908. A.) ἐκ τῶν λόγων τοῦ τρωματίου, ex vulnerati sermonibus. Et libro περὶ παθῶν (pag. 525. 38.) τοὺς τρωματίας λιμοκτονέειν. vulneratos fame macerare oportet.

Τρώξιμα dicuntur quæ cruda eduntur, vt fructus & olera, eadem quæ τρωκτά. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 549. 36.) τρωξίμων δὲ, ῥαφανῖδι χρήσθω. Ex his quæ cruda comeduntur, rhaphanide vtatur. Et rursus (550. 55.) λαχανοφαγίη τρωξίμων πολλῶν. olerum multorum quæ cruda eduntur esus.

Τρώσκεσθαι ἐκτιτρώσκειν hoc est abortire exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. vnde & τρωσμοὶ abortiones significant sæpe in tota muliebrium morborum tractatione, vt libri περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 565. 45.) & libri primi περὶ γυναικ. (pag. 611. 24. & pag. 615. 29. & pag. 616. 39. 617. 6.) & Coac. (pag. 206. D.) Significat etiam τρώσκεσθαι idem quod ἐκτιτρώσκεσθαι vulnerari à τρώσκω quod idem quod τρώω denotat.

¶ Τύμμα, plaga, ictus, percussus. Lib. 7. Epid. (pag. 220. F.) τύμμα κάτωθεν μεγάλου δακτύλου ἔλαβεν. plagam deorsum in pedis pollice accepit. Pro quo lib. 5. Epid. (pag. 1159. C.) στρέμμα legitur, quod luxationem significat. τύμμα πληγὴ exponit Hesych.

Τυρβὴ, turba tumultus, perturbatio aut confusio dicitur, vt lib. de fract. (pag. 558. 41. H. 756. B.) πᾶσαι γὰρ αἱ τυρβὴν ἕξουσι τὴν ἐπίδεσιν. vincula omnia conturbabit, hoc est, vinculorum ordinem confundet, & omnia permiscebit. Ex quo τύρβη Erot. ταραχὴ exponitur, nisi si τύρβην & ταραχὴν ipse scripsit, vt cæteri omnes legunt. Lucian. ὁρῶ ποικίλην τύρβην. Et Polyb. ἀωξίαι καὶ θορύβου καὶ τῆς λεγομένης τύρβας πλήρες τὸ στρατόπεδον. Hinc τυρβάζειν καὶ τυρβάζεσθαι tumultuari & turbas excitare significat. Apud Aristoph. in Vespis Schol. ταράττειν aut ἀνατεράττειν exponit. Sic & conturbare dicuntur qui omnia permiscent, & creditorum rationes confundunt, aut pecuniam decoquunt, vnde conturbator Macellus, & conturbator Aper Martiali.

Τύρσις Hipp. libr. de art. (pag 615. 9. & 21. H 808. F. G.) turrim significat, & πύργον illic explicat Gal. etiam ex Diocle Carystio. Idem quoque in Exeg. τύρσιν πύργον exponit, sed addit, καὶ μάλιστα τὸν ἐν τοῖς τείχεσι, turrim præcipuè quæ in mœnibus est significare. Erot. verò τύρσις est ex Bacchij sententia σκηνὴ, ἢ πύργος, ἢ προμαχών, tentorium, aut turris, aut propugnaculum. Hesych. τύρσις est πύργος, ἔπαλξις, προμαχὼν, turris, pinnaculum & propugnaculum. (Sunt autem ἔπαλξις & προμαχῶνες muri partes Polluci cap. 10. lib. 1.) Varin. scribit τύρσιν apud Lycophr. & Pindarum τὸ τεῖχος significare, ὅτι Τυρσηνοὶ πρῶτοι τειχοποιίαν εὗρον, quod Tyrrheni primùm mœnia inuenerint. Τύρσις etiam Sudæ est περίβολος τοῦ τείχους, muri ambitus, qui & τυρεὶς Hesychio dicitur, si modo vera est lectio, ac non τύρσις legendum.

Τῦφος apud Hippoc. quibusdam dicitur stupor attonitus, cùm quis mutus aut attonitus considet. Est τῦφος morbus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 553. 6.) cuius quinque facit species. Videtur autem febris ardentis esse quædam species. Erot. etiam τυφώδεις λέγονται πυρετοὶ, οἱ μετὰ ναρκώσεως γινόμενοι, καὶ μετ' ἐκστάσεως ἐξιστάμενοι. febres quæ cum stupore fiunt, & intensam cum furore mentis habent alienationem. Τυφώδης exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. ἐνεὸς καθεζόμενος, qui stupidus, mutus aut attonitus considet, nimirum locum libr. 4. Epid. (pagina 1122. H.) subindicans, τυφώδης ἱδρύθη, mutus aut stupidus consedit, permansit. Et rursus ib. (pag. 1120. D.) χολώδεϊ, τυφώδεϊ, bilioso, stupido. Et rursus ib. (pag. 1138. G.) ἐδόκει ἄνευ πυρετοῦ τυφώδης εἶναι, visa est absque febre stupida esse. Sic quoque lib. 2. Epid. (pag. 1046. C.) ᾧ δ' ἂν ἀτρεμὴς, τυφώδης. Cui verò quiescit lentus est, stupidus, aut quodammodo torpet. Vbi τυφώδης ὀξυθύμῳ & μανικῷ opponitur. ἀόργητον, νωθρὸν, βαρὺ, δυσκίνητον, ex Galeno lib. quod animi mor. temp. corp. sequ. exposuimus, hoc est stupidum, torpidum, lentum, stolidum & minimè iracundum, quique præcipiti & furioso opponatur. Verùm in his Hipp. locis exempl. omnia publ. & manu scripta plurima τυφλώδης legunt, velut etiam Gal. in Exeg. τυφώδης tamen malim, etsi τυφλὸς κωφὸς καὶ ἠλίθιος dicitur, mutus & stolidus, non solùm surdus.

Τυφωμανίη dicit Gal. in Exeg. μικτὸν ἐκ φρενίτιδος καὶ ληθάργου πάθημα, mixtus ex phrenitide & Lethargo affectus. Verùm τυφλομανίη in quibusdam codicibus scribitur apud Gal. velut & lib. 4. Epid. (p. 1122. H.) μηδὲ τυφλομανίη, quem locum sua indicatura videtur demonstrasse Gal. in Exeg. vt ibi adscripsimus: etsi recto casu illic legitur. Nos tamen τυφομανίην legimus, indicantes affectum ex phrenitide & Lethargo mixtum, in quo

in quo delirant ægri & somniculoso torquentur comate, ex bilis & pituitæ permixtione, vt scribit Gal. Com.1.in Prorrh. (p.188.21.) ἐγὼ μὲν οὖν ὅταν ἄχρι τέλους ἐπὶ παραφερομένων ᾖ τὸ κῶμα διαμένῃ, μικτὸν ὀνομάζω τοῦτο τὸ πάθος φρενίτιδός τε καὶ ληθάργου, τινὲς δὲ τυφωμανίας ἐκάλεσαν, ὡς καὶ τῷ περὶ νόσων Ἱπποκράτει γέγραπται. Ego igitur cùm ad finem vsque delirium & κῶμα perseueratir, mixtum ex phrenitide & Lethargo affectum appello. quidam verò τυφωμανίας appellarunt, velut apud Hipp. lib. de Morbis. Ex quibus sanè non leuis iniectus est nobis scrupulus libros de Morbis qui nunc circumferuntur, non satis esse integros, atque inde fortè deductam esse Exeg. Gal. indicaturam. In his namque ne vlla quidem τυφωμανίας fit mentio, vt neque in libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Hic verò affectus ex phrenitide & Lethargo mixtus, dici potest Lethargicus furor aut delirium, aut furiosus delirusque Lethargus: quemadmodum scribit Author Definit. Med. (pag. 397. 35.) ὥσπερ καὶ ἡ τυφωμανία, ἥπερ ἐστὶ ληθαργος παρακολουθεῖν, ἢ φρενῖτις ληθαργική. Etsi ibi vitiosè τυφωνία pro τυφωμανία scribitur & ab interprete retinetur. Hunc quoque affectum τυφωμανίαν dici scribit Gal. cap.4.libr. περὶ κώματος, vt & Com.1.in Prorrh. Etsi idem Gal. in Isagog pulsuum (pag. 6.) & lib. 4. de caus. pulsuum (pag. 114.) hunc affectum nomine carere scribit, & nominis penuria ex quibusdam propriis notis circumscribit. Quod tamen imperitis Medicis idem tribuit libr. de Comate cap.4. Quo ex opinionum tormento fortassis non temerè ἀληθῶς τυφωμανία vocatur Hipp.lib.4.Epid vt ibi submonuimus.

Τυχεῖν ἁμάρτοι στοχαζόμενον exponit Erot apud Hipp. quod est scopum petentem aut intendentem, conicientem aut animum intendentem. Verùm mihi non minimum suspecta est ista scriptio. M[illegible] enim eum, [illegible] τυχεῖν [illegible] gunt. τυχάζειν autem στοχάζεσθαι exponit Hesych. Est & τυχάζω idem quod τυγχάνω, assequor, attingo.

OECONOM. HIPPOC.

TO Y.

Ὑαλώδες οὖρον, vitrea vrina dicitur, quæ multam pituitam vitream, frigidam, albam, viscidam deponit, morbosque ex huiusmodi crudis humoribus ortos iudicatione liberat, & inter solutionis causas & signa reponitur in Coac. (pag 140 E.) Eadem autem videtur dici ὑαλώδης vrina, quæ ab eodem authore postea γονοειδὴς, & ab Hipp. sæpius hoc nomine vsurpatur, quæ pituitam vitream multam, & confertum quiddam ac compactum, album, consistentia & colore genitali semini simile continet. Nam ibidem postea (pag. 173.H.) ὑαλοειδὴς οὔρου διέξοδος, vrinæ exitus vitri speciem referens ponitur, in vniuersaliore conuulsionis solutione, vrinam significans multam pituitam vitream, albumineam, crassam & glutinosam continentem, certissimam conuulsionis materiam. Quas idem author postea in singulari opisthotoni iudicatione γονοειδέας οὐρήσιας Et Gal. Com.2.in libr. 6. Epid. (p.469.17. H. 1170. D.) γονοειδὲς οὖρον non aliter exponit, quàm vrinam quæ multum vitreum humorem deponit, his verbis: τὸ γονοειδὲς δὲ οὖρον ὃ καὶ διαχωρήματα γίνεταί ποτε κρίσιμα, ὅταν ὁ πλεῖστος ὑπὸ Πραξαγόρου χυμὸς ὑαλώδης ἐκκενῶται. Geniturum autem referens vrina vel deiectio iudicatoria interdum fuerit, cùm humor Praxagoræ vitreus dictus expellitur. Qua de re aliàs à nobis multa scripta sunt nostris in ægr.1.libr.1. Epid. Annotat. & in Coac. Hanc autem pituitam vitream ὑαλώδη χυμὸν Praxagoræ dictum agnoscit etiam Gal.lib.1.de Præsag. ex puls. (pag.124. 41.) Est & ὑαλοειδὴς χυμὸς, vitreus humor in oculo, de quo appositissimè Gorrh.

Ὑβοὶ sunt qui κυρτοὶ dicuntur sæpius lib. de art. aut κυφοὶ, gibbosi cùm foras seu in posteriorem spinæ partem vertebræ conuertuntur ac tendunt, quibus λορδώσις opponitur, aph 46. libr. 6. Vbi scribit Gal. ὑβοὺς καὶ κυφοὺς εἰώθει ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης, ὡς ἄν τις οἱ νῦν ἄνθρωποι προσαγορεύσειαν κυρτούς. καὶ γὰρ ἡ ῥάχις αὐτοῖς εἰς τὸ ὀπίσω γίνεται κυρτή. τῷ μὲν οὖν κυρτῷ τὸ κοῖλον ἀντικείμενόν λέγεται, τῷ δ' ὑβῷ τε καὶ κυφῷ, τὸ λορδὸν. ὑβοὺς καὶ κυφοὺς appellare solet Hippocr. quos nunc omnes κυρτοὺς, quod est gibbosos vocant. Nam re vera iis spina à tergo gibbosa fit. κυρτῷ igitur τὸ κοῖλον opposite dicitur, hoc est connexo cauum. At ὑβῷ & κυφῷ, τὸ λορδὸν, quasi dicas, gibboso, repandum: aut foras extuberanti, excauatum. Quem locum mihi subindicare etiam videtur Gal. in Exeg. vbi ὑβοὶ κυρτοὶ exponuntur gibbosi, καὶ ὕβωμα τὸ κύρτωμα, gibbositas aut curuamen. Quam vocem sæpe vsurpat lib. de artic. Etsi ibidem scribit Gal. (pag.623.22.H.816.C.) ὕβωμα in genere omnem vertebrarum euersionem præter naturam significare.

Ὑγιαίνειν ἀσφαλέστερον ὁ ὑγιεινὸς βίος est minus prospera sanitate frui, aut salubrius degere, aph.2.lib.6.

Ὑγιρὸς γόνος, ἀπὸ τοῦ ὑγιηροῦ σώματος, quod est sanum semen, positum apud Hipp. scribit Erot. Quod legitur lib. de aëre, loc. & aq. (pag.289.45.) ὁ γὰρ γόνος πανταχόθεν ἔρχεται, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς τοῦ σώματος, ἀπό τε τῶν νοσερῶν, νοσερός. Semen enim genitale vndique procedit, à partibus quidem corporis sanis, sanum, à morbosis, morbosum Quod etiam repetitur lib. περὶ ἱερῆς νόσου (p.303.53) ὡς ὁ γόνος ἔρχεται πάντοθεν τοῦ σώματος, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν, ὑγιηρός, ἀπό τε τῶν νοσερῶν, νοσερός.

Ὑγρασίη humiditatem significat & humida excrementa quæ in corporis partibus continentur, & sudoris causa sunt, aph. 36.li.4.

Ὑγρὸν apud Hipp. lactis cocti pinguedinem & supernatantem spumam significat, libr περὶ διαίτης (pag 684 50.) ἐπὶ τὸ ψυχθέντος τὴν ὑγρὴν ἀφελεῖν. Vbi lactis caprini ad duas heminas decocti & perfrigerati pinguedinem detrahi iubet, eoque excolato mulsæ tertiam partem admisceri. ὑγρὴν verò ea ratione vocare videtur, quòd τῷ πηγνυμένῳ opponatur, velut ὑγρὸν γάλα, quod τῷ πηγνυμένῳ καὶ ξηρῷ γάλακτι & caseo aduersatur Ac fortè suspecta est lectio, & pro ὑγρὴν, χνοῦν transpositis literis, aut χνόον legendum. Qua dictione vtitur Nicander Alexipharm. (v.91.) φιαρὴν δ' ἐπὶ τοῖο ἀποσύρας χνόον, hoc est, splendida detracta à potione spuma Sic enim Schol. exponit, ἢ πηγνυμένου ἐπὶ τοῦ γάλακτος ἀποξέσας, detergata velut lactis concreta spuma. χνόος enim siue χνοῦς dicitur ὁ ἐπὶ τῷ γάλακτος γινόμενος ὄγκος, ὅς ἐστι ῥυτιδούμενος, ὥσπερ τοῖς γαλοῖς τὸ σῶμα συμβαίνει ῥυτιδοῦσθαι, quod velut vetularum cutis corrugetur.

Ὑγρηδὼν idem quod ὑγρότης significat apud Hipp. velut lib 1. περὶ γυναικ (pag. 598. 9.) ταῦτα γὰρ ὡς ἐπιπολὺ ποιέει ὑγρηδόνα. Hæc enim plerumque efficiunt vt humiditas insit, hoc est, efficiunt, vt humor toti corpori inducatur & concilietur, quæ popularis est locutio. Rursus ibid. (v. 22.) ὅταν δὲ ἡ ὑγρηδὼν ἀπῇ. cùm autem humiditas prohibuerit. Et (v.33.) ᾗ τὴν ὑγρηδόνα ἴσχει, cui neque humiditas aderit, hoc est, vterus [illegible] m diot fuerit. Sic lib. περὶ ἀέρων (pag.270.50.) καὶ ὅκοσα ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν ὑγρηδὼν, & quibusuis aliis humectis locis ὑγρότητες ὤτων, aurium humiditates, aph. 24. libr. 3. vt & ὑγρότητες κοιλίης, ῥινῶν καὶ ὀφθαλμῶν, aph. 31. libr. 3. in senibus ob cerebri nimiam humiditatem.

Ὑγρὸν apud Hip. humidam naturam significat, quatuor humorum species in se complexam, ex quibus morborum omnium origines ducuntur: vt cùm lib. περὶ γονῆς scribitur (pag. 231.40.) ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν. Genitura quidem viri excrementum est validissimum, ab humido, quod in vniuerso corpore continetur, profectum. Ibi enim τὸ ὑγρὸν omnem corporis humidam naturam & fluidam intelligi, quatuor corporis humores continentem, sanguinem videlicet, bilem, aquam & pituitam, ex quibus hominis naturam & morborum fontes constituit libr. 4. de Morbis. Qua notione ὑγρὸν sæpiùs sumitur eodem lib. περὶ γονῆς, etsi nonnulli ex membranarum recentiorum veteram entis in hoc loco supra adducto ὑγιέος pro ὑγροῦ legunt. Sed certè ex imbecillis ac morbosis partibus semen etiam, etsi imbecillum, delibatur, vt ibid. scribitur (p. 234 16.) & libr de aëre, loc. & aq (pag 284 4.) & lib. περὶ ἱερῆς νόσου (pag.303.53) Quod etiam testatur Gal. lib. quod animal sit quod vtero continetur: & lib. de semine. Ac rursus eodem lib. περὶ γονῆς ὑγρὸν pro omni humida natura sumitur (v 231.49) τριβομένου δὲ τοῦ αἰδοίου καὶ τοῦ ἀνθρώπου κινευμένου, τὸ ὑγρὸν θερμαίνεται ἐν τῷ σώματι. Confricto autem pudendo motoque homine, quod in corpore humidum est concalescit. Et (v.53.) οὕτω δὲ καὶ τοῦ ἀνθρώπου ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀφρέοντος τὸ ἰσχυρότατον καὶ τὸ πιότατον. Ita quoque in homine quod valentissimum & pinguissimum est ab humido spumante secernitur. Significat namque semen ex puriore perfectioreque humidi parte secerni, quod ἰχῶρα vocat, hoc est, optimè excoctum. Rursus (pag. 232. 46.) τὴν δὲ γονὴν φημι ἀποκρίνεσθαι ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος καὶ ἀπὸ τῶν στερεῶν, καὶ ἀπὸ τῶν μαλθακῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ παντὸς τοῦ ἐν τῷ σώματι. Genitura verò mihi à toto corpore, tum à solidis, tum à mollibus partibus, tum ab

vniuerso corporis humido secerni videtur. ὑγρὸν quoque dicitur Hipp. aquosa proluuies quæ in partu edendo effluit, & ὑδρωψ αἱματώδης vocatur lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 239. 10.) & ἰχὼρ simpliciter, quòd saniem quandam cruentam repræsentet. ὑδατώδεα etiam nuncupantur in Coac. vt & vulgò aquæ. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 604. 6.) ἢν δὲ γυναικὶ μετὰ τοῦ παιδίου ἐν τῷ τίκτειν μὴ ἴῃ τὸ ὑγρὸν ὡς χρή. si mulieri in partu cum fœtu humor non prodierit vt decet.

Ὑγρὸν σῶμα corpus molle, molliter positum, aut molliter affectum & flexibile, vt extenso opponatur, significat in Progn. (pag. 126. 3. H. 37. 37.) τὸ ξύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον, & totum corpus molliter positum. Corpus enim integrum molliter inflexum esse debet, ac intra figuras extremas consistere, vt neque nimis tensum, aut immodicè inflexum sit, vt illic exponit Gal. vbi etiam scribit: τὸ ὑγρὸν κεῖσθαι τὸ σῶμα πρὸς ἀντίθεσιν αὐτοῦ λέγεται τοῦ τεταμένου. Molliter positum esse corpus ab eo dictum est, vt opponatur extenso. Sic figuram corporis mediam, quæ sine tensione est, mollem aut humidam vocat Hip. vt ibidem scribit Gal. τὸ δ' ἐν τῷ μέσῳ τῶν ὑπερβολικῶν ἄνευ τάσεως ἐστι, διὸ καὶ προσηγόρευσεν αὐτὸ ὑγρὸν, τῶν ὑγρῶν σωμάτων οὐ πεφυκότων τείνεσθαι. Quæ verò inter extremas figuras est media, sine tensione est, ideoque mollem vocauit, quòd corpora mollia tensa esse non soleant.

Ὑδατὶς aquula, dicitur Authori definit. Med. (pag. 400. 29.) ἡ ὑπερτροφίας τῷ ἄνω βλεφάρῳ πιμελῆς αὔξησις, δι' ἣν ῥευματίζονται παρὰ φύσιν οἱ ὀφθαλμοί. pinguedinis superiori palpebræ substratæ incrementum, propter quam oculi fluxione præter naturam tentantur. Paulus Ægin cap 14. lib. 6. ἡ μὲν ὑδατὶς οὐσία τίς ἐστι πιμελώδης ὑπεστρωμένη τῷ τοῦ βλεφάρου δέρματι παρὰ φύσιν. Aquula pinguis quædam est substantia, palpebræ cuti præter naturam substracta De qua reliqua vide apud Gorrh.

Ὑδάτινον nomen est medicamenti ocularij apud Gal. quod ex aqua pluuia conficiebatur, velut aqueum dixeris. Gal. com. 4. in lib 6 Epid. (pag. 500. 52.) vbi de aqua pluuia loquitur. εἰς τι γὰρ ὀφθαλμικῶν φαρμάκων κατασκευὴν ὕδατι τοιούτῳ χρώμεθα, καὶ τὸ καλούμενον ὑδάτινον ἐξ αὐτοῦ σκευάζομεν. Nam ad oculorum medicamenta componenda huiusmodi aqua vtimur, & ex ipsa ὑδάτινον vocatum conficimus.

Ὑδατισμὸς dicitur Aurel. sonus collisi & conclusi humoris in internis vomicis ac collectionibus (c. 8. lib. 5. Tard. Pass.) velut in membranæ succingentis suppuratione.

Ὑδατινούμενοι velut aquescentes dicuntur Hipp. qui vel aqua inter cutem laborant, vel tenuem & aqueum natura sanguinem gignunt. Velut lib. 2. Epid. (pag. 1008. G.) ὑδατινούμενοι καὶ αἱ λευκοφλεγματίαι, qui ex aquoso hydrope aut pituita alba laborant. Qua notione etiam ὑδατινούσας mulieres dicit Hippoc. aph. 6. sect. 1. lib. 6 Epid. hoc est aquosas aut aquescentes, eas quæ ad aquam intercutem pronæ sunt, aut quæ tenuem & aquosum sanguinem gignunt. γυναικεῖα τῇσιν ὑδατινούσῃσιν ἐπιπολὺ παρέχεται. Menstruæ purgationes aquosis mulieribus longo tempore perseuerant. Vbi scribit Gal. ὑδατινούσας ἔνιοι μὲν ἤκουσαν τὰς ἰσχύας ἐπιτηδείας ἀλῶναι τῷ κατὰ τὸ ὕδερον πάθει. τινὲς δὲ τὰς φύσει λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες ἰχούσας αἷμα. δύναται δ' ἐστιν ἐπ' ἀμφοτέρων ἀκούειν τοῦ λεγομένου, καὶ μᾶλλον γε ἐφ' ὧν φύσει τὸ αἷμα λεπτόν ἐστι, μηδεμιᾶς νοσώδους διαθέσεως ἑτέρας ὑπεστρωμένης ἐν τῷ σώματι. Aquosas quidam intellexerunt eas quæ promptè aqua inter cutem corripiuntur, nonnulli verò eas quæ natura tenuem & aquosum habent sanguinem. Potest autem & de vtrisque intelligi, ac potiùs quidem de iis quibus sanguis natura tenuis inest, nullo alio morboso affectu corpus infestante. Quem certè locum mihi significare videtur Gal. in Exeg. cùm ὑδατινούσῃσιν ὑδρώδεσιν exponit, ἢ ἐξυδατούσαις τὸ αἷμα, καὶ ὑδατώδη καθαιρομέναις, hoc est hydrope laborantibus, aut sanguinem in aquam conuertentibus, & quibus aquosa expurgantur. Eodem quoque refertur quod Erot. ὑδαταινούσῃσιν ὑδρωπιώσαις exponit. ὑδρωπιώσας tamen eum legisse existimo. ὑδαταινόμενοι ergo iidem qui ὑδαλέοι dicuntur Prorrh. 2. (pag. 84. A.) ὡς τὰ ὑδαλέους ὑπὸ τὴν θερείην γίνεσθαι vt aquosi sub æstatem fiant. Eos nimirum subindicans, qui nimio per hæmorrhoidas euacuato sanguine, indeque perfrigerato toto corpore, sanguinem aquosum & dilutum gignunt, & hydropem aquosum contrahunt.

Ὑδατίχλοα ὡς εἰ καὶ ὑδατίχλωρα dici ab Hipp. testatur Gal. in Exeg. quod aquosa virescentia, aut aquosa ex pallido virescentia significant, & de alui recrementis dicuntur ægr. 16. lib. 3. post st. pest. Vbi tamen ex melioribus codicibus manu scriptis ὑδατίχροα cum interpretibus diximus. Rursus in Coac. (pag. 443. 32. 218. A.) ὑδατίχλοος ὑπόστασις subsidentiam aquosam ex pallido virescentem in alui excrementis significat. λεπτὸν ἐπάφρον διαχώρημα, ὑδατίχλοον ἴσχον ὑπόστασιν. Tenuis & in summo spumosa deiectio, aquosam ex pallido virescentem habens subsidentiam, ex bile flaua aut æruginosa putrescente. Varia verò huius est dictionis scriptio. & frequenter ὑδατίχροα dicuntur aquæ similes deiectiones, quæ perliquidæ Gallo. & ὑδαρὲς διαχώρημα vocatur in Progn. summæ cruditatis notæ, cùm non solùm aquæ colorem, verùm etiam essentiam referant, in Clazomenio lib. 1. Epid. ægr. 10. Sæpiùs quoque ὑδατίχολα scribuntur, quæ aquosas & perliquidas deiectiones pallida aut flaua bile permixtas indicant, vt ægr. 2. libr. 3. Epid. post st. pest. & Prorrh. (pag. 194. 9. H. 73. E.) & Coac. (pag. 136. E.) (pag. 127. A.) κοιλίης ὑδατίχολα πολλὰ διδούσης, aluo aquosa multa excrementa reddente. Quam certè dictionem exponit Gal. Com. 3. in libr. 3 Epid. (pag. 434. 20. H. 1096. C.) simul & scriptionis varietatem indicat his verbis: διὰ δὲ τὸ μέρος ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει γεγραμμένων τὰ μὲν ὑδατίχολα διαχωρήματα, τινὲς μὲν διὰ τοῦ χ, καὶ λ, γράφουσιν. ἔνιοι δὲ διὰ τοῦ χ, καὶ ο, καὶ λ, καὶ λεπτὰ μὲν ὑπάρχειν αὐτά, καθάπερ καὶ τὸ ὕδωρ ἐστὶ λεπτόν, ἐνδεικνυμένων ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων. ὑπαλλαγμένα δὲ κατὰ τὴν χρόαν, τὰ μὲν ὑδατίχλοα τὴν χλόης ἐμφαίνειν αὐτό, τὰ δὲ ὑδατίχολα τὴν χολῆς. καὶ τρίτη δ' ἄν τις γραφὴ, διὰ τοῦ χ, καὶ ρ, ἡ ὕδατος χρόα, ὥστ' ἐν τοῖς παλαιοῖς, μὴ τι ὅλως ἐν τοῖς ἀξιοπίστοις ἀντιγράφοις εὑρισκομένη, φανερῶς τι οὖσα μοχθηρά. τὰ γὰρ ὑδατώδη τῶν οὔρων ἐν αὐτῷ τῷ τοιαύτῃ λεχθῆναι, καὶ τὴν σύστασιν ἐμφαίνει λεπτὴν καὶ τὴν χρόαν λευκήν. Quæ verò in præsenti oratione particulatim scripta sunt, alui quidem excrementa ὑδατίχολα, quidam per χ & λ scribunt, quidam verò per χ, ο & λ, voluntque tam esse tenuia quàm aqua existit, vtroque nomine id indicante: verùm colore esse diuersa, vt ὑδατίχλοα, τὴν χλόης, hoc est, graminis colorem referant, ὑδατίχολα autem τὴν χολῆς, hoc est bilis. Est & tertia quædam scriptura per χ & ρ, vt sit aquæ color, quæ neque in antiquis, neque in fidelibus exemplaribus inuenitur, estque manifestè vitiosa. Aquosæ enim vrinæ quòd tales dicantur, & substantiam tenuem & colorem album referunt. Quibus in verbis ὑδατίχροα scriptionem planè damnare videtur Galen. quæ tamen celebratur quibusdam locis apud Hipp. vt antea indicauimus. ὑδατίχροα οὖρα Erot. apud Hipp. exponit τὰ ὕδατος ἔχοντα χροιάν, vrinas aquæ colorem referentes. Verùm suspectus mihi est locus, neque ὑδατόχροα οὖρα Hipp. dicuntur sed ὑδατώδη, non quæ tantùm colore aquam, sed etiam essentiæ tenuitate referant, vt exponit Gal. Existimoque Erot. vrinis attribuisse apud Hipp. quod de alui recrementis dicitur ægr 6. lib. 3. Epid post st. pest. & pro ὑδατίχλοα ὑδατόχροα legisse. Sic enim videtur legisse: καὶ τὰ ὑπόχωρα ὑδατόχροα πολλὰ διὰ οὖρα, cùm tamen aliter legatur omnibus in exemplaribus, vt illa alui recrementis attribuantur, & post διὰ interpungatur, deinde οὖρα, λεπτά, ὀλίγα, scribatur.

Ὑδατώδεις, aqua intercute suffusi, hydropici & qui aqua inter cutem laborant, eaque hydropis specie quæ subtercus, anasarca, sarcites & ὑποσαρκίδιος ab Hipp. vocatur libr. de rat. vict. in morb. ac. quibus præcipuè sectio per paracentesin conuenit, etsi Paulus, Celsus, Aetius & reliqui asciti tribuunt. ὑδατώδεας ὑδρωπικοὺς explicat Gal. in Exeg. apud Hip. Sic enim malo ex melioribus exemplaribus, quàm ὑδρωπικοὺς quod passim legitur, existimoque hac indicatura locum libr. 6. Epid. sect. 7. aph. 8 designari. ὑδατώδεας διὰ τάχεος τάμνειν. Aqua inter cutem laborantes citò incidere oportet. Eosdem ὑδατουμένους ibidem vocat aqua inter cutem suffusos. ὑδατῶδες verò aqueum dicitur & saporis est differentia, aut quod aquæ est simile, vt ὑδατώδεα οὖρα, vrina diluta & aquea, in Coac. (pag. 210. F.)

Ὑδεραίνειν est aqua intercute laborare aut corripi. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 563. 41.) καὶ ταύτῃσι γνώσῃ ὅτι ὑδεραίνει, ex hisque iudicabis aqua inter cutem laborare. ἐξυδεροῦσθαι dicitur aphor. 9. sect. 4. lib. 6. Epid. & ὑδεροῦσθαι lib. 1. περὶ γυναικ. (pag 611. 46.)

Ὑδερῶν Erot. apud Hipp. τὸν ὕδερον exponit, & Epiclem reprehendit qui τὸ ὑδρηλὸν χωρίον, hoc est humectum locum sumpserit, cùm passim pro hydrope apud Hipp. capiatur, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν sæpè, & lib. περὶ παθῶν, libr. etiam 1. περὶ γυναικ. (p 611. 15.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 563. 37.) & libr. 2. de Morb. (pag. 483. 4.) & Coac. (pag. 191. A.) At ὑδερῶν aut ὑδερῶν, quod etiam legunt exemplaria quædam, pro ὕδερον non temerè reperias apud Hipp. non leuiter suspecta sit Erot. lectio. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 543. 55.) legitur, περιΐσταται δὲ ὑπὸ φλέγματος μάλιστα ἐς ὕδερον. Et ibid. (544 34.) ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ὁ ὕδερος ἐπίνεται. ὑδερόεν fortè aut ὑδερεῶν pro ὕδερον videtur legisse Erot.

Ὑδραγωγὸς dicitur Hipp. qui aquam sæpè haurit. & sumitur pro hydropico & aqua subter cutem laborante ex nimis crebro aquæ haustu, lib. 7. Epid. (pag. 1240. C.)

Ὑδρηλὸς aquosus, humidus, ὑδρηλὸν χωρίον, locus humidus, aquosus, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 588. 40.) Hesych. ὑδρηλοὶ exponuntur ὑδατώδεις, κάθυδροι, ἔνυδροι.

Ὑδρεῖον exponitur Gal. in Exeg. ἡ μικρὰ ὑδρεία, ὑποκορισμὸς, parua hydria.

hydria, diminutiuè, vrnula, paruum vas aquarium. Quibus verbis subindicare mihi videtur locum lib. περὶ χυμῶν (pag. 49. 55.) ὥσπερ ὑδρεῖον νέον διηθέει, παλαιούμενον σήπει, quemadmodum parua hydria quod recens est transmittit, quod inueteratum, continet.

Ὑδρωπώδεα sunt excrementa aquosa & qualia in aqua inter cutem laborantibus visuntur. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 602. 1.) τὰ ὑδρωπώδεα καὶ φλεγματώδεα ἀφίησι, aquosa & pituitosa emittit. Et τὰ λοχεῖα χωρέει ὑδρωπώδεα, puerperij purgamenta aquosa aut aquæ similia secedent, qualia esse ibidem scribuntur si quis carnes cruentas abluat, eademque ὑδατώδεα ibidem vocantur. ὑδρωπώδες excrementum serosum & aqueum in corpore dicitur lib. 4. de Morb. (pag. 507. 55.) Est & φλέγμα ὑδρωπῶδες pituita aquea lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 537. 33.) ex qua fit tabis tertia species. ὑδρωπιώδης etiam mulier hydrope laborans dicitur libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 612. 43.) Et ὑδρωπιώδεες ἢ ὑδρωπιώδεες ὑδρωπικοί, in Coac. (pag. 190. E.F. 191. B.D.) At ὑδρωπιώδεες pro hydrope sumitur in Coac. (pag. 167. G.) ἐς ὑδρωπιώδεες ξηρὸν ἀποτελευτᾷ, quod ἐς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται dicitur aph. 11. lib. 4. Sic rursus ibid. (pag. 185. H.) ὑδρωπιώδεα σκληρὰ hydrops siccus dicitur. Vbi σκληρὸν ἀντὶ τοῦ ξηροῦ ponitur vt aphor. 71. lib. 5. δέρματα περίσκληρα καὶ σκληρά, cutes aridæ & siccæ, & aph. 15. sect. 6. lib. 6. Epid. vbi eadem verba repetuntur, & omnes interpretes siccum vertunt, quòd cutis sicca dura sit, & ex consecutione siccum durum. Etsi ibid. (pag. 191. B.) ὑδρωπιώδεες ξηροί, sunt qui hydrope sicco aut tympanite laborant. ὑδρωπιώδεα τὰ τῶν ὀφθαλμῶν dicuntur oculi quales hydrope laborantibus lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 641. 10.)

Ὕδρωψ vt scribit Gal. in Exeg. apud Hipp. lib. 2. Epid. ὀξυτόνως scribit Dioscor. vultque ea voce τὸν ὑδρωπώδη significari, hoc est, hydrope laborantem & hydropis speciem referentem. Quibus verbis locus mihi designari videtur qui legitur (pag. 1046. B.) ὑδρωψ ἦν οἰδήματα ἔχων ἐν τοῖσι σκέλεσι βήσσων. Hydrope laborans, in cruribus tumores habens, si tussiat. Quem locum nostris in eum lib. Com. subindicauimus. ὕδρωπα enim illic vocare videtur quem paulò ante ὑδρωπιῶντα (ibid. A.) Sic etiam lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 557. 50.) ὕδρωπες dici videntur hydrope laborantes. καὶ οὐρέει παχὺ ὁκοῖόν περ ὕδρωπες, & crassam vrinam reddit qualem hydrope laborantes. ὕδρωπες enim intelligi videntur, οἵ τινες ὑπὸ ὕδρωπος ἑάλωσαν, vt scribit paulò pòst. ὕδρωψ etiam Hipp. lib. 4. de Morb. (p. 498. & 500.) ἰχῶρα & aqueum corporis humorem fluxilem significat (ὕδωρ vocat lib. περὶ γονῆς.) Ac rursus ibid. (pag. 508. 53.) ὕδρωψ melancholicum succum indicare videtur. Et iterum lib. 2. de Morb. (pag. 467. 8.) pro aquoso humore sumi videtur. ὕδρωψ ῥεῖ ὑπόπυος, aqua effluit aliquantulum purulenta. ὕδρωψ verò pro corporis tumore ex hydrope sæpius sumitur Hipp. idemque quod ὕδερος significat. Huius duæ species ponuntur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 113. 8. H. 405. 15. 16.) ὑποσαρκίδιος & ὁ μετ᾽ ἐμφυσημάτων. ὑποσαρκίδιος etiam ὕδρωψ dicitur lib. 1. de Morb. (p. 447. 15.) Alioqui ὕδρωπα distinguit Hipp. ex partibus corporis ex quibus originem sumit, velut in Progn. & Coac. & lib. περὶ παθῶν & περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. ὕδρωψ ἀπὸ τοῦ σπληνός, ἀπὸ τοῦ ἥπατος, & ἀπὸ τοῦ λευκοῦ φλέγματος nominatur. Est & pulmonis ὕδρωψ lib. 2. de Morb. & vteri ὕδρωψ lib. 1. περὶ γυναικ. & ὕδρωπες ἐν ὀρχίεσι, testium hydropes lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 281. 42.)

Ὕδωρ in humoribus corporis aquam significat Hipp. & serosum illum humorem qui in corpore abundat, & qui ὕδρωψ interdum (vt lib. 4. de Morb.) interdum etiam ἰχὼρ dicitur: scilicet serum illud quod omnibus humoribus innatat, cuius sedem ac fontem lienem esse scribit lib. 4. de Morb. Gorrh. Annot. suis in lib. περὶ γονῆς ὕδωρ dici Hipp. existimat atram bilem, quòd eius fontem ac sedem lienem faciat. Alij ὕδωρ esse Hipp. putant serosum illum humorem qui in venis redundat, & ὕδρωψ aut ἰχὼρ eidem dicitur, quique ex materia potulenta colligitur, & per renes ac vesicam excolatur. Libr. περὶ γονῆς (p. 232. 47.) εἰσὶ δὲ τέσσαρες ἰδέαι τοῦ ὑγροῦ, αἷμα, χολή, ὕδωρ καὶ φλέγμα. τοσαύτας γὰρ ἰδέας ἔχει ξυμφυέας ὁ ἄνθρωπος ἐν ἑωυτῷ, καὶ ἀπὸ τουτέων αἱ νοῦσοι γίνονται, ὃ αἱ ἐν νόσων διακρίσιες. Humidi autem quatuor sunt species, sanguis, bilis, aqua & pituita. Homo namque tot humidi species in seipso congenitas habet, à quibus tum morbi fiunt, tum etiam indicantur. Lib. quoque 4. de Morb. initio, eosdem quatuor humores corporis nostri principia constituit. ἔχει δὲ καὶ ἡ γυνὴ καὶ ὁ ἀνὴρ τέσσαρας ἰδέας ὑγροῦ ἐν τῷ σώματι, ἀφ᾽ ὧν νοῦσοι γίνονται, ὁκόσαι μὴ ἀπὸ βίης νοσήματα γίνονται. αὗται δὲ αἱ ἰδέαι εἰσί, φλέγμα, αἷμα, χολή, καὶ ὕδρωψ. Habet autem tum mulier, tum vir, humidi quatuor species in corpore, ex quibus morbi qui nulla vi contingunt oriuntur. Sunt autem species hæ, pituita, sanguis, bilis & aqua. Et rursus ibid. (pag. 501. 41.) τέσσαρα ἐόντα, τό τε αἷμα, καὶ ἡ χολή, καὶ τὸ φλέγμα, καὶ ὁ ὕδρωψ, ἀποτίθεται ταῦτα πάντα ὅκως τὸ ἐλάχιστον ἀπὸ τῶν σιτίων γίνεται ἐν τῷ σώματι ἀπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῶν ποτῶν. Cùm autem sint humores quatuor, sanguis, bilis, pituita & aqua, qua ratione & quam ob rem copiosiora tum à cibis, tum à potibus omnia fiant, demonstrata sunt hæc à nobis omnia. Per aquam autem Hipp. humorem melancholicum sumere videtur, quòd is humor plurimum seri habeat. Quod satis testantur quartanarij, qui omnium copiosissimè sudant & meiunt. Sic etiam ὕδωρ aquas & tenues ἰχῶρας qui in corpore redundant significat lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 623. 55.) cùm de pesso purgatorio scribitur, αἷμα ἄγει καὶ ὕδωρ ἄγει, præsertim aquas ducit. ὕδωρ verò sæpius Hipp. pro aqua simplici & potabili capitur, quæ omnis est qualitatis expers, & qualitatum gustabilium veluti canon ac regula. ὕδατα ἀτεχνέα dicuntur aph. 17. sect. 4. lib. 6. Epid. aquæ quæ nullam habent ex arte præparationem, & sponte nascuntur. αὐτοφυῆ vocat Gal. qualis quæ ex lacu, flumine, fonte & imbre petitur. Huius differentiæ ibidem scribuntur βροχαῖον, ὀμβρεῖον, καὶ λαιλαπῶδες, quæ ibidem à Gal. & fusissimè à Gorrh. explicantur. Sunt & ὕδατα ἀτέραμνα, σκληρὰ καὶ ψυχρά, aquæ crudæ, indomitæ, duræ & frigidæ, lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 280. 49. 51. & p. 281. 55. & 284. 52. 54.) ἀτέραμνα, σκληρὰ καὶ βαρέα dicuntur Gal. Com. 4. in libr. 6. Epid. (pag. 457.) aquæ graues, duræ & indomitæ quæ neque concoqui, neque immutari possunt, sed diutius in hypochondriis restitant, neque facilè permeant (Sic enim ὕδωρ σκληρὸν δυσμετάβλητόν τι καὶ βραδύπορον, ὡς ἐπιπλεῖστον ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις μένον, exponit Galen. lib. 3. de diff. puls.) (p. 40. 18.) His ὕδατα μαλακὰ aquæ molles opponuntur, libr. de aëre, loc. & aq. (pag. 280. 49.) Etsi initio lib. 1. Epid. ὕδατα μαλθακὰ molles pluuiæ & leues dicuntur, quæ iis opponuntur quæ cum impetu, raptim, largè & confertim fiunt. Sic enim τὰ ἀθρόα καὶ λάβρα καὶ σφοδρὰ opponit Gal. in Comm. Vbi & ὕδατα πολλά, ξυνεχέα, λαύρα sæpius dicuntur Hipp. pluuiæ multæ, continentes & copiosæ; easque exponit Gal. statim initio Com. in lib. 1. Epid.

Ὕδωρ etiam Hipp. aquæ frigidæ potionem indicat, aph. 18. sect. 4. libr. 6. Epid. ὕδωρ βορόν, aqua vorax, quod de frigidæ potu capitur quæ voraces homines facit, & appetentiam excitat. Sic lib. de vlcer. (pag. 869. H.) καὶ ὕδωρ ξυμφέρει πᾶσι τοῖσι ἕλκεσι, omnibus vlceribus etiam aquæ potio condùcit.

Ὕδωρ quoque apud Hipp. ponitur pro aqua in qua quid incoxerit, & ab eo denominationem sumit, vt ὕδωρ κρίθινον lib. de vict. in morb. ac. (pag. 106. 28. H. 401. 47.) aqua hordei, qua in vehemente siti vtitur Hipp. ὕδωρ μαλάχης, maluæ aqua, hoc est decoctum, ad subducendam aluum biliosam, lib. 1 περὶ γυναικ. (pag. 601. 24. & 603. 24. & 617. 58.) & Sic λινόζωστις ὕδωρ, mercurialis decoctum ad aluum subducendam exhibetur Hipp. lib. 7. Epid. (pag. 1226. F. & pag. 1234. D.) Et ἀπὸ τῶν κρίμνων ὕδωρ, aqua in qua farina crassior macerata aut decocta fuerit, in potu sæpe vsurpatur Hipp. vt antea scripsimus in Κρίμνον.

§ Ὕλη materiam significat & quicquid sub artis Medicæ præcepta cadit, eaque omnia quibus tum in sanis vtimur, rectè artis materia dicuntur. Quod scribit Galen. Com. 4. in lib. 6 Epid. (pag. 500. 20.) εἰς χρῆσιν δὲ ἥκει τῷ τὴν ἰατρικὴν, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν νοσούντων ἀλλὰ καὶ τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων, ὕλην τῆς τέχνης ὀνομάζονται, ἐξ ὧν καὶ χειρουργεῖ γέ τι τῶν ἰατρῶν, βιβλία τινὰ ἐπιγραφὴν ἔχοντα περὶ ὕλης. Ea quibus in re Medica, non in ægris solùm, verùm etiam in rectè valentibus corporibus vtimur materiæ artis nominantur. Scripti quoque & à quibusdam Medicis libri, qui de materia Medica inscriptionem habent. Est & ὕλη materia in syluis cædua, vnde & ὑλοτόμος lignator, qui in syuis ligna cædit. Et ὑλόνομα καὶ ἀγρόνομα ζῶα, animalia, quæ in syluis & agris degunt, indeque victum trahunt, lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 358. 15.) vbi ἱλόνομα tamen vitiosè scribitur. Hinc quoque ὑλομανέειν dicitur & φυλλομανέειν apud Hip. quod suprà exposuimus.

§ Ὑμενώδεες οὐρήσιες & ὑμενώδεες οὖροι, hoc est vrina membranosa aut pelliculosa quænam dicatur, scriptum est antea. Sic ὑμενώδεες ἐπιμήνια vocantur Hipp. menses pelliculosi, membranosi aut fibrosi, in quibus multa pituita viscida abundat, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 594. 33. & 595. 38.) vbi etiam ὑμενώδεα dicuntur (v. 42.) Sic ibid. (pag 610. 37.) in vteris pituitosis, αἷμα ὑμενῶδες αὐαλέον scribitur, sanguis fibrosus & pelliculis refertus: non secus ac in muliere pituitosa prægnante de puerperij purgatione scribitur ibid (pag. 601. 38.) καὶ φανεῖται ὑμενῶδες, καὶ ὥς περ ἀράχνια διαπεπλεγμένα ἐν τούτῳ ἔσται, & quid pelliculosum apparebit, in eaque velut aranearum telæ expansæ erunt. Rursusque ibid. (pag. 595. 38.) ὑμενώδεα ἐμμήνια vt vitiosa damnantur. Ac iterum ibid. (p. 594. 33.) In muliere pituitosa ὑμενώδεα ἐπιμήνια adscribuntur, καὶ ὥσπερ ἀράχνια διαπεπλεγμένα.

§ Ὑπάγουσα κοιλίη, aluus subiens, hoc est soluta & naturaliter fæces deponens aut excernens, non autem ad fluxionem aut excretionem aliquam excrementorum qualitate aut specie solicitata,

vt exponit Gal.Com.4.in lib.de rat.vict.in morb.ac.(pag.90.33.H.396.17.) in febre ardente notha, in qua pituita salsa, eius nempe materia, non facilè excernitur, neque promptè accenditur, neque febrem auget aut sitim intendit. Ideoque in ea, velut in legitima febre ardente, aluus non fluit acrium aut mordacium, ac tenuium excrementorum qualitate irritata, sed tantùm naturaliter subit & fæces deponit.

Ὑπαγκώνια puluini dicuntur qui cubito subiiciuntur, quasi subcubitales dicas, velut ὑπαυχένια, qui ceruici supponuntur, Gal. Com.2.in lib.de fract.(pag 554.23.)

Ὕπαιθρος εὐνὴ, cubile sub dio, Lib.de rat. vict. in morb.ac.(p.68.53 H.391.38.) καὶ ὕπαιθρος περὶ τὸ ἔθος εὐνὴ σκληρυνέει τὸ σῶμα, & cubile præter solitum sub dio corpus indurat.

Ὑπακούειν cum datiuo est obedire, obtemperare & cedere. Lib.7. Epid. (pag.1221.D.) πταρμοῦ ὑπήκουσε, sternutamentum cienti medicamento cessit, hoc est, sternutatorio medicamento est excitata. ὑπακούειν etiam dicitur de morbis qui curationi cedunt aut obediunt, Prorrh.2 (pag.112.A.) βαρύτατα ὑπακούει, non facilè nec sine graui molestia cedunt, grauissimè obediunt. Sic ὑπακούοντα ὑποχόνδρια, præcordia cedentia & mollia, quæ renitentibus & distentis opponuntur, lib.4 Epid. (pag.1136 G.) Et lib.3.Epid.in st.pest τὰ τε προσφερόμενα δυσκόλως ὑπακούοντα, oblata ægrè admittebant.

Ὑπάλειπτον, ἰσχεῖον φάρμακον, hoc est, medicamentum quod illinitur, exponit Gal in Exeg. nimirum locum lib.de vlcer. exprimens, (pag. 881. B.) μαλθακῷ πυρὶ καθεψεῖν ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν τὸ πάχος, ὡς ὑπάλειπτον, lento igne coquitur dum idoneam crassitudinem habuerit, vt illini possit. Sed omnia exemplaria vitiosè ὑπόλειπτον legunt.

Ὑπαλειπτρον est instrumentum illitorium & quo ad illinendum vtimur, velut specillum illitorium aut linitorium.vt lib.de art. (pag. 590.55. H.788. B.) ὑπαλειπτρον χρὴ λεπτὸν διείρειν, tenue aliquod linitorium specillum traiiciendum est. Rursus ibid. (pag.607.33.H.802.39.) παχὺ ὑπαλειπτρον, plenius specillum vocat Hipp quo ad illinendum vtimur. Vbi scribit Gal. ὑπαλειπτρον esse id omne instrumentum quod ad illinendum est idoneum, vt specilla, spathæ & quæ διπύρηνα dicuntur, hoc est, nucleata, quæque in summo rotunda habent capitula. Quem locum Paulus subindicans cap.91.lib.6. τῆς μήλης πυρῆνα, specilli caput nucleatum exponit. Celsus verò subiectum specillum dixit cap.5.lib.8.Erot.quoque ὑπαλειπτρον esse Hipp.quam μήλην dicimus, hoc est, specillum, testatur. vbi tamen ὑπαλειπτον & ὑπάλειπτον vitiosè scribitur, vt antea scripsimus. Sic ὑπαλειπτρον αὐτὶ τῆς μήλης sumitur apud Hipp.lib.2.περὶ γυναικ.(p.661.32.) καὶ ὑπαλειπτρον καθιέναι, & specillum demittere, quod libr. περὶ γυναικ.νόσ. eadem in re (pag.578.17.) καὶ τὴν μήλην καθιέναι dixit. ὑπάλειπτρον tamen vitiosè in omnibus codicibus publicatis legitur. ὑπαλειπτρὶς μήλη specillum vnctorium significat lib.περὶ ἐπικυήσ. (pag 263.36.) ξυμφέρει ταύτην μήλην ὑπαλειπτρίδα καθιέναι ἐς τὸ στόμα τῆς μήτρης. Huic confert specillum vnctorium ad vteri os demittere. ὑπαλειπτρον exponit Gal. in Exeg.apud Hipp. ἔλασμα λεπτὸν ᾧ ἄν τις ὑπαλείψαιτο τοὺς ὀφθαλμούς, laminulam tenuem qua quis oculos illinat.

Ὑπανθηρὸν τὸ ὕφαιμον καὶ ὑπέρυθρον, subcruentum & subrubrum sputum dicitur lib.2.Epid (pag. 1012.D.) καὶ ἔπτυεν ὑπανθηρὸν, & aliquatenus floridum conspuebat. Sic ἀνθηρὰ πτύσματα, τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὕφαιμα exponuntur Gal.in Exeg.

Ὕπαρ καὶ ὄναρ, prouerbialis locutio quæ significat inter vigilandum & inter dormiendum, aut opinione & re vera. Ea vtitur Hipp. ἐν νόμῳ (pag. 2.31.) ἡ δ᾽ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσιν ἔχουσιν αὐτὴν, καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ. Imperitia verò malus est thesaurus & malæ opes reconditæ, his qui eam tum opinione tum re vera possident. Dicitur autem ὕπαρ quasi ὕπνου ἄρσις, somni sublatio, nimirum per vigilias, vt ὄναρ τοῦ ὄντος ἄρσις, nimirum cùm per somnium tantùm res cernuntur. Dicitur & ὕπαρ ἐναργὴς ὄψις & ὅρασις, cùm re vera cernuntur, vt ὄνειρος ἡ ἐν τῷ καθεύδειν φαντασία, cùm per somnium inter dormiendum res cernuntur. Prouerbialis autem desumpta est formula ex Homeri versu (547.) Od.τ.

Ὑπαυχένια, ceruicalia, puluini qui ceruici supponuntur, Galen. Comment.2.in libr.de fract.(pag.554.vers.23.)

Ὑπέφωνος ῥῖγος, rigor subabsurdus, non consentaneus, non legitimus, dicitur Hipp.in Coac.(pag. 169 F.) hoc est, qui inter iudicationes mouetur, cùm naturæ legibus vacuationes criticas præcedere debeat. Sic enim exponit Gal.Comment.3.in Prorr. (pag.205.34.) additque quosdam pro ὑπέφωνον ὑπόφοβον legere, quod exponit τὸ φοβερὸν, ἢ μετρίως φοβερόν. Quam lectionem secutus videtur Cornar.in Coac. vbi in publicatis exemplaribus ὑπόφωνον vitiosè legitur.

Ὑπεζύγωται ὑπέζευκται exponit Gal. in Exeg. subiugatur, submittitur, subuertitur, ab ὑπεζυγῶσθαι. Innuit autem Gal. his verbis locum lib. de art. (pag.599.36.H 797.B) ἐστὶ γὰρ τι καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἄνω γνάθου πεφυκὸς, ὑπεζύγωται τῷ ὀστέῳ τῷ προσπεφυκότι. Os enim à superiore maxilla procedens, cum eo osse quod sub aurem annexum est, subiugatur, hoc est, quasi iugo quodam est subnexum aut iugo quo iam cohæret ac copulatur. Ibi enim scribit Gal. Hipp. hac dictione ὑπεζυγῶσθαι indicare συνάγειν ἀλλήλοις τὰ δύο ὀστᾶ, καθάπερ ζυγὸν ὑποκείμενον αὐτοῖς, hoc est, duo ossa, velut iugo subiecto inter se cohærere. Vnde & ζυγώματος nomen à dissectionis peritis petitum vult.

Ὑπείκειν, concedere, cedere, locum dare, remittere, aph.5.sect.2. lib.6.Epid. ὑπείξαντα ἀντισπᾶν αὐτῇ, vbi reuulsioni aliquid concesseris, hoc est, vbi de reuulsione aliquid remiseris. ὑπεῖξαι etiam emollire, euincere & aliquid concedere significat, vt ibidem ἀντιτείνοντα ὑπεῖξαι, renitentia emollire, de humoribus, qui in aliquam partem illapsi & affixi, vacuari, digeri & transfundi debent.

Ὑπεκκαύματα fomenta, alimenta sic dicuntur, quòd calido cibi velut igni ligna subministrentur, aph.14.lib.1. vbi Gal. τροφαὶ exponit.

Ὑπεκλυόμενοι παλμοὶ, lib.1.περὶ γυναικ.(pag.600.26.) sunt palpitationes quæ sensim & paulatim exoluuntur, debiles fiunt, aut subinde dissoluuntur & desinunt, deinde verò rursus ingrauescunt, quod significauit per ἐπαναδιδόντες ὀξέες ibidem.

Ὑπενδοῦν αὐτὸ τὸ κάτωθεν apud Hip. positum scribit Erot. quod est infra.

Ὑπεξάγειν apud Hipp. ὑποξενίζεσθαι exponit Erot. quod est subducere, submittere, deducere.

Ὑπέξοδος, alui secessus, subtus erumpens excretio, alui fluxus Prorrh.2. (pag.106.A.) προδιαγγέλλειν δὲ χρὴ παύεσθαι τὴν ὑπέξοδον. Cessaturum autem alui secessum denunciaueris.

Ὑπεραιωρεῖσθαι, eleuari, suspendi, attolli significat, & de ossibus dicitur, quæ dum in diuersa diducuntur aut per vim extenduntur, paulùm inter se recesserunt, (vt loquitur Celsus) neque inter se hærent, sed veluti sublimia suspenduntur, lib de fract. (p.551.23.H.761.G.) ὑπεραιωρεῖται γὰρ ἐς ἰθυωρίην ὑπὲρ τῆς ἀρχαίης ἕδρης, attollitur enim supra pristinam sedem in directum, aut suspenditur. Quod de articulo dicitur, velut cap.16.lib.8.dixit Celsus membrum in diuersas partes extendere, donec spatium inter ossa liberum fit.

Ὑπερεμεῖν supereuomere significat, & de venis dicitur quæ redundantem sanguinem refundunt, lib.2.de Morb.(p.467.23.) ὑπερεμέουσι τὰ φλέβια τὰ αἵματα τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον, venulæ circa cerebrum sanguinem supereuomentes. Rursus (ibid. 31.) ἢν ὑπερεμέσωσιν αἱ φλέβες ἐς τὴν κεφαλὴν, si venæ in caput supereuomerint.

Ὑπερέοντας μετακινοῦντας, hoc est, commutantes exponit Erot.apud Hipp.

Ὑπερίεος immodicè vacuatus aut superpurgatus dicitur & extenuatus. τὸ κεκενωμένον exponit Gal.Com.5.in libr.6.Epid.(p.517.49 H. 1185 E.) In Exeg.verò ὑπερίεος exponitur ὁ ὑπερκεκαθαρμένος ἄνθρωπος, ἢ αὐτὴ ὑπερίησις. ὅπως γοῦν ἐξεγένετο τοῖς καὶ τὸ, ὑπερίεος ἰσχναίνει. δοκεῖ δὲ καὶ τὸ μακρόπνους, καὶ τὸ βραχύπνους, διχῶς ὡσαύτως λέγεσθαι. Quibus verbis Gal.locum libr.6.Epid.subindicat. variata tamen lectione, significatque ὑπέρεον tam immodicam vacuationem quàm immodicè vacuatum denotare, vt & μακρόπνους & βραχύπνους tam de longa aut breui spiratione accipitur, quàm de his qui longam aut breuem spirationem habent. ὑπερίησις verò legitur lib de loc.in homine (pag.424.10.11.) ὅκως μὴ ἐπέλθῃ σπασμὸς ἐκ τῆς ὑπερινήσιος, ne vacuatio ex immodica purgatione contingat. ὑπέρεον τὸ σφόδρα λεπτὸν exponit Varin.hoc est exilem & valdè extenuatum. ὑπέρεος idem significat Polluci quod ἐξινωμένος, quod est immodicè vacuatus. Sic enim scribit cap.25.lib. 4. τὸ δὲ κενῶσαι ὑπὲρ καθάρσεως ἐξινῶσαι λέγεσι. καὶ ἐξινωμένον ὁ κωμῳδία τὸν κεκαθαρμένον, ὡς ἐκ τῶν ἰνῶν φερομένης τῆς χολῆς· τὸν δ᾽ αὐτὸν καὶ ὑπερινωμένον φασὶ καὶ ὑπέρεον. Sic enim mihi legendum videtur contra omnium codicum fidem. ὑπερινωμένος etiam ὑπερκαθαιρόμενος exponitur Erot.apud Hipp. Γίνεσθαι γὰρ ἡ κάθαρσις γίνεται. Quo loco ὑπερινωμένος mihi videtur legisse Erot. apud Hipp. lib. 6. Epid. vbi Gal. ὑπερίεος legit. Hanc autem dictionem vsurpat Gal. lib. de sang.missione aduersus Erasistratum (pag.5.24.) θεάσασθαι δ᾽ ἔστιν ἐναργῶς τὴν βλάβην μέγεθος ἐν τοῖς ὑπερινωμένοις καὶ ἀσθενέσι. Noxæ verò magnitudinem in immodicè purgatis & debilibus cernere manifestò licet.

Ὑπερκάθαρσις est nimia & immodica purgatio, aphor. 4. lib. 5. ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος. Immodicæ purgationi succedens conuulsio aut singultus. In Coac.(pag.208 G.) ὑπερκαθάρσεις ἐκ τῶν φαρμακείων. Immodicæ purgationes quæ ex medicamentorum potionibus contingunt.

Ὑπερκα-

Ὑπερκορυφώσιες sunt vertices & apices, aut elata quædam fastigia, velut tumuli. Sic Lobi pulmonis dicuntur Hipp. libello περὶ ἀνατομῆς (pag. 915. H.) Et ibid. (916 A.) de hepate, ὑπερκορυφώσιας ἔχει δύο, ἃς καλέουσι πύλας, duos habens apices, quos portas vocant.

Ὕπερος pistillum significat, quo vtitur Hippoc. lib. de fract. (pag. 549. 57 H. 760. H.) pro vecte in ossium fractorum extensione. Est & apud Hesych. ὕπερον περιφορά, pistilli conuersio, de iis qui eadem faciunt, neque vnquam finem imponunt.

Ὑπεροχὴ θεία, præeminentia aut præstantia diuina, & excellentia qua vti vult medicum lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag. 23. 37) vt animo sit excelso & omnia humana infra se posita existimet.

Ὑπέρτερος exponitur Erot. apud Hipp. ὑπερέχων καὶ ἐξοχώτατος, hoc est, superior, supereminens, præstans.

Ὑπερτονεῖ ὑπερτείνεται exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc est superextenditur, superat, supereminet.

Ὑπέρυδρος, supra modum aquosus, aqua inter cutem collecta distentus & suffusus. Libr. περὶ παθῶν (pag. 522. 9.) τοῦτον ἢν ἀρχόμενον λάβῃς πρὶν ἢ ὑπέρυδρον γενέσθαι. Hunc si inter initia in manus sumpseris priùs quàm aqua distentus sit. Quem sanè locum subnotat Gal. in Exeg. cùm ὑπέρυδρον exponit ἄγαν πλήρη τοῦ περικεχυμένου ὕδατος, aqua suffusum & nimis redundantem.

Ὕφαιμος rubrorum, sanguineum & sanguine redundantem significat Hipp. lib. 3. Epid. in st. pest. (p. 429 34. H. 1090. G.) & aph. 21. sect. 3. lib. 6. Epid.

Ὑπερέχειν eminere, extare, sese attollere. Lib 7. Epid. (pag. 1230. D. E.) δέρμα περὶ μέτωπον καὶ τὸ ἄλλο σῶμα μαλθακὸν ὑπερεῖχεν ἀεί, cutis circa frontem & reliquum corpus mollis semper eminebat.

Ὑπερφυὴς κακοπάθεια, incredibili magnitudine excedens aut immensa afflictio, grauissima mala. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. (pag. 11. 55.)

Ὑπερχολήσει exponit Gal. in Exeg. apud Hippoc. πολλῆς πληρώσει χολῆς, multa bile implebit.

Ὑπερψύχθη etiam exponit Gal. in Exeg. μετρίως ὑπελείφθη τῆς πυρετώδους θερμότητος, aliquantum remansit de febrili calore, aut moderatior febrilis calor extitit.

Ὑπερῴα, oris pars superior & palatum. Sic dicitur pars oris altior, quæ supra foramina ea quæ ex naribus in os tendunt, existit, vt scribit Gal. Com. in sent. 2. sect. 1. lib. 6 Epid.

Ὑπήλατα φάρμακα dicuntur medicaméta aluum ducentia. Qua dictione vtitur Hipp. lib. de rat. vict. in morb ac. (pag 56. 10. H. 387. 39.) παύει δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὑπηλάτων. Sedant etiam alia multa aluum subducentia medicamenta. Quem locum mihi videtur subindicare Erot sua interpretatione, sed vitiosa scriptione nostris in codicibus. Sic enim lego, ὑπήλατα, τὰ τὴν κάτω κοιλίαν ὑφαιρέοντα, περὶ τὸ ὑπηλάτων εἰρηκώς. Rursus apud Hip. ibidem (v. 41.) ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφήμασι διδόμενα ὑπήλατα ἀρήγει, quandoquidem quæ in sorbitionibus exhibentur medicamenta aluum subducentia, iuuant. Et lib. 4. de Morb. (pag. 514. 1.) ἢ τὸ φάρμακον δὲ τὸ ὑπήλατον πίῃ πλεῖον. Quin & medicamenta aluum subducentia vbi biberimus.

Ὑπηλλάχθησαν Gal. in Exeg. exponit ὑποσυνεστράφησαν, hoc est, aliquantum contorti fuerint. Verùm quædam exemplaria ὑπηλλάχθησαν legunt. Et Erot. apud Hipp. ὑπέλλει ὑποστρέφει, hoc est, voluit aut voluebat exponit. Pro quo ὑπείλει aut ὑπίλλει etiam legendum putant. Existimo autem hanc dictionem pro varia lectione à Gal. esse adscriptam, eamque ex quibusdam exemplaribus legisse Galenum & veteris fuisse attributam, velut περιεστράφησαν libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 579. 7.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 654. 54.) quemadmodum etiam ἀπειλήθησαν antea.

Ὕπνος μακρὸς, somnus longus & modum excedens exponitur Gal. apud Hip. aph. 3. lib. 2 qui olim tempore excedit modum naturæ conuenientem. ὁ τῷ χρόνῳ μὲν ὑπερβάλλων τὴν κατὰ φύσιν συμμετρίαν, ἐλάττω τὸ ἐνεδέχετο ἔχων ὕπνοι βαθεῖς καὶ μὴ ταραχώδεες, somni alti & profundi, in quibus minimè perturbantur ægri, aut loquuntur, delirant, exiliunt, aut excitantur, verùm postea dolorum lenimen & symptomatum leuamen sentiunt, & firmitatem iudicationis denunciant. In Coac. (pag. 141. H.) Rursus ibid. (pag. 195. A.) ὕπνοι ἀπαυδεῖς, somni omninò vocem intercipientes, hoc est tranquilli, minimè turbulenti. Vbi quidam codices ὑπάπαυδοι legunt & Corn. Est & ὕπνος ἑδραῖος, somnus stabilis aut profundus, aph. 11. sect. 4. lib. 6. Epid. Somnus sedentium dici potest, cùm τὸν καθεύδειν dici existimet Erot. vt antea scripsimus. ὕπνος φύσει ψύχει. Somno à natura refrigerandi vis inest, lib. περὶ φυσῶν (pag. 300. 18.) & aph. 27. sect. 5. lib. 6. Epid.

Ὑπνώδης Gal. exponitur apud Hip. in Exeg. ὑπνωτικῶς ἔχουσα, ὕπνῳ κατεχομένη, somno detenta, somno sopita. Quod legitur lib. 7. Epid. in Hermoptolemi vxore (p. 1211. A.) καὶ κωματώδης, ὑπνώδης διετέλει, & sopore oppressa, somnolenta perseuerauit, somno sopita perpetuò erat.

Ὑποβαίνειν, subire, subesse, ac velut fundamentum & basis supponi, subiici. Quod dicitur εἴσω βαίνειν lib de art. (pag. 627. 55. H. 819. C.) intrò incedere, cùm sani cruris pede intrò conuerso inceditur, & totum corpus ita optimè firmatur & gestatur. In Mochl. (pag. 852. E.) huicque ὑποβαίνειν opponitur, quod est extra incedere & pede in exteriorem partem conuerso, ἔξω βαίνειν dicitur lib. de art. ibidem.

Ὑποβλέποντες ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, qui per somnum subapertis sunt oculis & leuiter suspiciunt, quod languentium & extremè affectarum virium, aut ingentis resiccationis est indicium. In Coac. (pag. 126. D.) Huiusmodi suspectiones ὑποφάσιες τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν vocat Hip. in Progn. & aph. 52. lib 6.

Ὑποβορβορύζοντες, qui murmur quoddam sentiunt, & quibus murmur aliquod exauditur. In Coac. (pag. 126. B.) οἱ ἐν ποσίεσιν ὑποβορβορύζοντες, quibus inter potandum murmur quoddam exauditur, aut qui inter potandum submurmurant.

Ὑπόβρυχος, latens, demersus, submersus & profundus. Lib. 1. Epid. (pag. 381. 42. H 963. H.) de febre quæ paulatim increscit, ἐν δ' εἶσιν ἀρχὴ μαλακῶς καὶ ὑπόβρυχος. Quibusdam etiam leniter & latenter incipit. Cui ἀρχόμενος αὐξάνει καὶ ἀκμάζει μάλιστα, opponitur, quæ vbi incipit plurimum viget & efflorescit. Aret. quoque cap. 7. lib. 2. περὶ ὀξ. ὑπόβρυχον πῦρ dixit febrem quæ ex inflammatione portarum iecoris initium sumpsit, quod sit in profundo latens. ὑπόβρυχα namque annotat Erot. apud Hip. dici, τὰ κατὰ βάθος κείμενα, καὶ οἷον ὑποδεδυκότα, in fundo sita, ac veluti profunda. Hesych. ὑπόβρυχα ὑποβρύχια exponit, ex Hom. Ods. (v. 319.) lib. περὶ ἰσχίων νόσ. (pag. 279. 11.) αὐτὸ δὲ περὶ τὸν γλουτὸν ἴτ, ἀλλὰ τὸν μυὸς ὑπὸ τῷ μηρῷ ὑπόβρυχα. Ipsa autem iuxta nates fertur, per musculum sub femore demersa.

Ὑπογάστριον imus venter dicitur, & pars ventris quæ ab vmbilico ad pudenda porrigitur, aph. 80. lib. 4. alioque nomine ἦτρον appellatur, aph. 35. lib. 2. Iulius Pollux cap 88. lib. 2. τὸ μὲν τὸ ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν μέχρι τῶν αἰδοίων ὑπογάστριον, ἦτρον τε καὶ ὑπογάστριον.

Ὑπογλωσσὶς aut ὑπογλώσσιον tuberculum est sub lingua, aut linguæ pars inferior intumescens & indurata. hypoglossium dici potest. Hip. lib. 2. de Morb. (pag. 471. 22.) ἢν ὑπογλωσσὶς φύῃ, ἡ γλῶσσα οἰδίσκεται, καὶ τὸ ὑποκάτω, καὶ τὸ ἔξω ψαυόμενον σκληρόν ἐστι, καὶ τὸ σίαλον καταπίνειν οὐ δύναται. Si hypoglossis aut tuberculum sub lingua oriatur, lingua eiusque pars inferior intumescit, & ad contactum externa parte dura est, neque saliuam deglutire potest. Rursus ibid. (pag. 464. 18.) ὑπογλωσσίδες dicuntur, & à pituitæ fluxione fieri. ὑπογλωσσὶς verò ὑπογλώσσιος βάτραχος videtur dici Aëtio Tetrab. 2. lib. 4. cap. 39. περὶ δὲ τὸν ὑπογλώσσιον βάτραχον, (ἔστι δὲ διάθεσις τῶν ὑπὸ τὴν γλῶτταν μερῶν,) μάλιστα δὲ φλεβῶν, χρῆσθαι δεῖ πᾶσι τοῖς ἰσχυροτέροις πρὸς ἄφθας ἀναγεγραμμένοις. Ad ranunculum sub lingua (est autem partium sub lingua, præcipueque venarum tumor) omnibus sanè vehementioribus vtendum quæ ad aphthas scripta sunt. Atque ibi plurima remedia ad eundem describuntur. De ranunculo verò agit Paulus cap. 26. lib. 3. & Actuarius lib. 2. περὶ διαγνώσ. παθ. cap. 16. ὑπογλωσσὶς etiam dicitur Hesych. significare μέρος τι κάτω τῆς γλώττης. ὑπογλωσσὶς quoque dicitur quibusdam inferior linguæ pars maxillam contingens. Sunt etiam ὑπογλωττίδες Medicis confectiones arteriacæ, & ex iisdem ferè medicamentis quibus arteriacæ componuntur, ab eo quòd sub linguam dentur appellatæ. Iubent autem id quod à dissoluto pharmaco defluit, sensim in arteriæ asperæ summum excipere obnitendo simul ne tussis excitetur. Cuius generis multa describuntur Gal. lib 7. κατὰ τόπ. (pag. 260. 13. & 263.) Habent facultatem leniendi, læuigandi, asperitatesque remittendi, inflammata concoquendi & permaturandi.

Ὑπογράφειν est veluti primis lineis describere aut informare, rudemque quandam descriptionem inducere, quam primam manum vulgò dicimus, sumpta à pictoribus aut Mathematicis translatione. Quod est eorum, qui rerum, quas postea accuratius explicaturi sunt, commentarium quendam tumultuarium & velut adumbrationem ponunt. Quod ferè suis in omnibus scriptis (quæ ὑπομνήματα vocat Gal.) fecit Hipp. Eaque vtitur sæpe dictione lib. 1. Epid. vt (pag. 357. 4. H 941. D.) ἐν πᾶσι τούτοις δὲ ὑπογεγραμμένοις ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ. Ex his autem omnibus qui in hac status conditione descripti sunt. Et rursus (pag. 360. 30. H 943. F.) ἐν οἷσι δὲ ἐπεφαίνετο πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα. In quibus verò descripta omnia deprehendebantur. Et rursus (p. 372. 6. H. 954. F.) τοῖσι δὲ φρενιτικοῖσι ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα πάντα. Phreniticis autem contigerunt quidem

descripta, non omnia Et (pag.373.22.H.955 E.) πολλοῖς δὲ ξυμπίπτει μὴ ὑφ' ἑνὸς κρίνεσθαι τῶν ὑπογεγραμμένων σημείων, multisque vsu venit vt non ab vno ex descriptis signis iudicarentur. Et rursus ibid. (v 25.H.ibid.F.) γυναικὶ δὲ καὶ παρθένοισι ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα σημεῖα πάντα. Mulieribus item & virgunculis euenere descripta signa omnia. Quibus omnibus in locis ὑπογεγραμμένον προγεγραμμένον, hoc est prius descriptum denotare potest, quemadmodum lib.3.Epid.st.pest. (pag. 430.44. H.1090.H.) ἦν δὲ πᾶσι τοῖς ὑπογεγραμμένοις χαλεπώτατον μὲν τὸ ἔαρ. Erat autem prius descriptis omnibus ver molestissimum. Quod sic exponit Gal. ἰσχυρεῖ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν προγεγραμμένων εἰρῆσθαι τὸ ὑπογεγραμμένον, ὥσπερ γε τοιαύτης χρήσεως παρὰ τοῖς πολλοῖς.

Ὑπόγυον idem quod ὑπόγυιον, quod est præ manibus, quod instat. lib.7.Epid. (pag.1225.C.) διετέλει τὰ τῶν κνημῶν μέχρι τελευτῆς, ὑπόγυον δ', crurum dolores perseuerarunt ad finem vsque, qui iam prope instabat. Rursus (ibid.F.) μάλιστα δ' ὑπόγυον, hoc est, præcipuè verò morti propinquus, vbi mors instaret. Vbi ὑπόγυον pro ὑπόγυος ἦν, aut ὑπογύως sumi videtur. Ibidem quoque (v.44.ibid.E.) γάλα ὑπόγυον, lac recens dicitur.

Ὑποδειχθὲν est quod demonstratur, & certa demonstratione logica & artificiali confirmatur. lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag.15.12.22. 54.) πᾶν τὸ ὑποδειχθὲν ἐκφέροντες, quicquid demonstratur proferentes, hoc est, nil nisi certa demonstratione confirmatum proferentes. Rursus ibidem (v. 13. 23. 2.) εἰς ἀληθείην πρὸς τὸ ὑποδειχθὲν ἀποπλυνόμενοι, veritatem certa demonstratione repurgantes.

Ὑπόδεξις susceptio, cùm quis familiariter excipitur Lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag. 25. 18.) ἅμα δὲ παραμυθεῖσθαι μετ' ἐπιστροφῆς καὶ ὑποδέξιος, simulque consolando cum conuersione & susceptione, hoc est, vt medicus ægrum consoletur, animo excipiat, & blandè illius animum aueitat. Potest & ὑπόδεξις idem quod ὑποδοχὴ significare, vt sit, erigendo & pollicendo fœlicem morbi euentum ægrum soletur. Vbi pro ὑποδέξιος ἐπιδέξιος habent exemplaria Regia manuscripta.

Ὑπόδεσις subligatio, est fascia quæ ante iniectas plagulas fracturis superdatur, Gal. Com. 2. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 684. 31. H. 744.B.)

Ὑποδεσμίδες dicuntur binæ fasciæ quæ ad fracturas adhibentur ante quàm plagulæ iniiciantur. Quæ verò ex his fit deligatio, ὑπόδεσις vocatur, subligatio, Gal.Com.2. in libr.κατ ἰητρ. (pag. 684.32.H.744 B.) Idem Com 3 (pag.690.29.H.745.B.) ὑποδεσμίδας dici scribit fascias quæ ante splenia primùm omnium parti affectæ iniiciuntur, quarum duplicem vsum etiam circumscribit. Rursusque ibid. (vers.45.) ὑποδεσμίδας esse scribit fascias, quæ ipsi corpori aut membro fracto circundantur, quasi subligamina & subfasciationes. ὑποδέσμους verò fascias quæ plagulis aut spleniis extrinsecus superligantur, quasi superfasciationes. Qua notione ὑποδεσμίδες sumuntur lib.de art. (pag 651. 30. H. 832. E.) δὲ ὑποδεσμίδων δέονται, & fasciis primùm iniectis, velut subligaminibus egent. ὑποδεσμίδας lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 426. 27.) fracturarum fascias exponunt nonnulli, verùm cuniculosa vlcera exponit Corn. vt suspectam lectionem faciat, & ὑποφοραὶ legisse videatur.

Ὑποδύσκολον σημεῖον, aliquanto grauius signum, in Coac. (p.148 F.) καὶ ἄλλα τὰ σημεῖα τὰ ὑποδυσκόλων, & cæteris aliquanto grauioribus signis.

Ὑποδύσφοροι, corporis incontinentia aliquantulum iactati, implacidi, submolesti & difficiles, in Prorrh. (pag. 182. 54. H. 70.C.)

Ὑπόθεσις in arte Medica fundamentum, suppositum, ac veluti scopum & subiectum significat, circa quod versari artem Medicam existimabant illius reprehensores, quos refutat Hip. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. vt αὐθάδεις, quique in re Medica, calidum, frigidum, humidum, siccum, velut artis fundamenta & subiecta constituebant. Vbi Hip. ὑπόθεσιν sæpe vsurpat ea notione, velut statim initio. ὑπόθεσιν σφίσιν αὐτέοισιν ὑποθέμενοι τῷ λόγῳ, suæ disputationis fundamentum statuentes. Et rursus (pag. 8. 35.) διὸ οὐκ ἠξίουν ἔγωγε κενῆς αὐτὴν ὑποθέσιος δεῖσθαι, ὥσπερ τὰ ἀφανέα τε καὶ ἀπορεόμενα. Quamobrē inani ipsam suppositione indigere nō existimo, velut ea quę sunt obscura & ambigua. Cēset enim Hip. veterū Asclepiadarum methodum, ex inani suppositione non niti, sed naturæ subiecto respondere, sub sensumque cadere, neque eos tantùm ratione contemplari, sicuti in obscuris & ambiguis contingit, qualia sunt quæ in sublimi aut terræ visceribus fiunt. Ideoque veram & certam esse veteris medicinæ methodum contendit. Rursus ibid. (pag.12.44.) ἐπὶ δὲ τοὺς τὸν καινὸν τρόπον τὴν τέχνην ἐξ ὑποθέσιος ζητέοντας λόγον, ἐπαναλθεῖν βούλομαι. Nunc verò ad eos qui nouo quodam modo artem ex suppositione inuestigant, sermonem conuertere oportet. Ac rursus ibid. (14.7.) δὲ ἀπάγοντες ἐκ ταύτης τῆς ὁδοῦ ἐπὶ ὑπόθεσιν τὴν τέχνην, qui ab ea via & ratione artem Medicam ad suam hypothesin abducunt, hoc est, qui certam & antiquam methodum negligentes, ad calidum, frigidum, humidum, siccum, velut artis Medicæ fundamenta, & hypotheses confugiunt. Et ibid. 9.) τινὰ ποτὲ τρόπον θεραπεύουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ ὑποτίθενται, quonam modo ex iis quæ supponunt, homines curaturi sint.

Ὑποκάθαρσις, leuis per medicamentum purgatio, sed pro purgatione quæ fit per medicamentum purgans simpliciter sumitur, lib.de vlcer. (p.872.G.) ὑποκάθαρσις τῆς κάτω κοιλίης ξυμφέρει τοῖς πλείστοισι τῶν ἑλκέων, inferioris alui purgatio plærisque vlceribus confert. κάθαρσιν exponit Gal. cap.6.li.4. Meth.med.

Ὑπερκαταφρονεῖν est despicere, cōtemnere, monita nihili pendere, aut negligentiùs se gerere. Lib.4.Epid. (p.1133.E.) καὶ ἴσως ἄλλως ὑπερκατεφρόνει, & alioqui fortasse negligentius se gerebat.

Ὑποκερχαλέον, stridula quædam asperitas. Lib.7. Epid. (p.1215. A.) καὶ ὑποκερχαλέον περὶ στῆθος καὶ ἀρτηρίας, cum stridula quadam ad pectus & arteriam asperitate.

Ὑποκεφάλαιον puluinus aut puluinar. Lib.1. περὶ γυναικ. (p.618. 1.) πρὸς κεφαλὴν ὑποθεῖναι ὑποκεφάλαιον, capiti puluinum substernere.

Ὑπόκηρος fato aut morti obnoxius, impurus & corruptus, idem ferè quod ἐπίκηρος significat, & fortasse ἀκεράτῳ opponitur, quod purum, syncerum & incorruptum denotat. Lib. περὶ ἱερῆς νούσου (pag.303.30.) τῷ ἁγνοτάτῳ opponitur. οὐ μὴν τοι ἔγωγε ἀξιῶ ὑπὸ θεοῦ ἀνθρώπου σῶμα μιαίνεσθαι, τὸ ὑποκηρότατον ὑπὸ τοῦ ἁγνοτάτου. Neque tamen censeo hominis corpus à Deo inquinari, impurissimum à purissimo. Sic κῆρας Hesych. ἀκαθαρσίας, μολύσματα, βλάβας, exponit, & κηραίνω, φθείρω, βλάπτω.

Ὑποκρίνεσθαι idem quod ἀποκρίνεσθαι, respondere. Lib.7. Epid. (p. 1217.A.) ἐπὶ δ' ἡμέρην ὑπεκρίνετο τὰ πλεῖστα νεύμασιν. Per diem verò plurimùm nutibus respondebat. Erot. etiam ὑποκρίνεσθαι ἀποκρίνεσθαι exponit apud Hipp. quod est respondeat. Quod legitur lib.de fract. (p.543.48. H.758.F.) ὑποκρινέσθω δὲ ὁ ἐπιδεόμενος παραπλήσια, qui deligatur autem eadem respondeat. Ac rursus ib. (pag.553.53. H.763.F.) ὑποκρινέσθω δὲ ὁ ὑποδεδεμένος ταῦτα. Et (pag 556.45. H.765.B.) καὶ ὑποκρινέσθω ταῦτα ὥσπερ καὶ πρόσθεν. ὑποκρίνεται etiam Erot. apud Hipp. exponit ἀφίσταται καὶ ἐξανίσταται, secedit, attollitur, neque tamen sine suspicione.

Ὑπολαμβάνειν est cohibere, intercipere, & de tuberculis dicitur quando eorum origo cohibetur, intercipitur, reprimitur, aut dissoluitur. Lib. περὶ ἰητροῦ (pag.21.22.) τὰ μὲν φύματα τεχνικώτατον ὑπολαμβάνειν, καὶ δύνασθαι διαλύειν. Tubercula quidem cohibere & dissoluere posse maximum artis est opus. Cornar. deprehendere dixit, vt ad eorum cognitionem referatur. Mihi tamen magis placet ad eorum interceptionem & originis repressionem referri. ὑπολαμβάνεσθαι etiam assumi aut suscipi significat, & dicitur sæpe Hipp. de ægro qui curationem subit, & ad curationem assumitur, velut lib.1. de Morb. (p.452. 3.) ἐὰν μὲν παραχρῆμα ὑποληφθῇ, ὑγιὴς γίνεται ὡς τὰ πολλά. Hic si confestim ad curationem assumatur, aut curationem subeat, plærunque sanus euadit. Sic καταληφθῆναι dicitur de ægro qui curatione præoccupatur antè quam morbus inualescat, ibid. (p.451.19.) ἐὰν μὲν καταληφθῇ ἀρχομένου τοῦ νοσήματος. Hic si per morbi exordia curatione præoccupetur, hoc est curationem anteuertat, anticipet. His autem opponitur ἀμεληθῆναι apud Hip. quod negligi significat. ὑπολαβὼν ῥῖγος, rigor subiens, inuadens & sensim occupans, subrepens. lib.5.Epid. (p.1147.F.)

Ὑπόλαμψις de fulgore aliquo dicitur in tumore hydropico, li.4. Epid. (1133 D.) σκληρὸν δὲ καὶ κάτωθεν ἔχον ὑπόλαμψιν, quod durum erat & parte inferna aliquantulum splendescens.

Ὑπολάπαρον, aliquantulum molle, subinane & subuacuum significat, & de præcordiorum molli contensione, hoc est absque tumore, ξυντάσις ὑπολάπαρος sæpe effertur Hipp. vt ægr.2. lib. 1. Epid. & ægr.3. lib 3. & li.4. Epid. (p.1137.B.) ὑπολάπαρον, ὑπόκενον exponit Gal. lib. 3. περὶ δυσπν.

Ὑπολείβεται, ὑποστάζει, ὑπορρεῖ, aliquantulum stillat, subeffluit, exponit Gal. in Exeg. nimirum locum lib.1. περὶ γυν. (pag. 601. 54.) subnotans. τὸ αἵματος αἰεὶ τι ἀκραιφνὲς καθ' ἡμέρην ὑπολείβεται ἐκ τοῦ σώματος, purus sanguis in dies ex corpore diffluit, h.e. ex corpore in partes incrementum aliquantulum effluit, stillat aut effunditur.

Ὑπόμβρον subtus madens & humidum significat, & cui humiditas ex imbre subest. ὑπόμβρον Gal. in Exeg. ὕφυγρον, ὑπόπυον, subhumidum, subputulentum, hoc est pure madens exponit. Quod Erot. de osse dici testatur apud Hipp. & ὑπόμβρον ὀστέον, ὑπόνομον καὶ κάθυγρον γεγονός exponit, cauernosum, concauum aut cuniculosum, & humidum existens. Ac fortè ὑπόμβρον ὀστέον pro ὑπόπυον leg. videntur Galen. & Erot. apud Hippoc.

lib.

lib. de cap. vuln. (pag. 911. F. aut pag. 913. D.)

Ὑπομένειν est perferre, sustinere. Lib. 7. Epid. (pag. 1228. F.) οὐδὲν κάτω ὑπέμενεν, nihil infra sustinebat aut perferebat. Quæ locutio popularis est & de aluo admodum lubrica dicitur. Ideoque nihil infra subsistebat dixerunt Interpretes. Sed mihi de eo intelligi videtur qui nullum remediorum genus, neque clysteres, neque glandes per inferiora admitteret.

Ὑπόμυξα dicuntur articuli muco aut mucore redundantes, mucosi, lib. de art. (pag. 588. 11. H. 785. E.) διὰ τοῦτο οὐ μάλα ἐκπίπτει τὰ ὑπόμυξα, ac propterea qui muco redundant articuli, non admodum excidunt.

Ὑπόμυσαρα, subfœtida, subolida, aliquantulum graueolentia alui recrementa dicuntur lib. 7. Epid. (pag 1234 D.) Quem locum mihi subindicare videtur Gal. in Exeg. ὑπομύσαρα, δυσώδη ἢ ἄξια τοῦ μυσάττεσθαι exponens, fœtida, abominanda aut detestanda. Hesychius μυσαρά, βδελυρά, ἀκάθαρτα, sordidam, impuram exponit, & μυσαρά, μιαρά, μεμιασμένα. μυσάττεσθαι. Var. est δυσχεραίνειν. Vnde & μυσάκτειν Hesych. ἐλλιπῆ. μῦσος, ἀποστροφὴ μῦσος, detestandus, odiosus, abominandus. ἐστὶ μύσος τι μίασμα.

Ὑπονηχόμενα exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. ὑποκολυμβῶντα, ὑπολιβάζοντα, hoc est, subtus natans, aquas subiens. Erot. verò ὑποσωρεύοντα, ἀπαλλάσσοντα hoc est, subaceruans aut subaccumulans, subiens, si modò non suspecta est lectio. Nam ὑπολιβάζοντα pro ἀπαλλάσσοντα planè legendum.

Ὑπονοήματα, animo conceptæ opiniones, suspiciones, Prorrh. 2. (pag. 84. H.) οὐδὲν σημεῖον οὔτε γὰρ οὐδὲν βλάπτει τὰ ὑπονοήματα. Quam enim quis animo concepit opinionem, nullum signum, neque bonum, neque malum, lædit, hoc est conuellit aut refellit.

Ὑπόνος aut ὑπόνοιος, subdita, succula, aut asellus suppositus, quo fit extensio ad inferiora. In Mochl. (pag. 863. E.) vbi tamen vitiosè ὑπόνιος legitur.

Ὑπόξηρα Gal. in Exeg. apud Hip. exponit ὑπόκοιλα, ταπεινότερα, subcaua, humiliora, depressiora, nimirum locum lib. de fract. (pag. 534. 13. H. 753. D.) respiciens, τὰ δὲ ὑπόξηρα σπλήνια ἐν τῷ ἐπιδέσμῳ. Extremæ verò partes in angustum tenuatæ (ὑπόξηρα velut subaridæ dictæ) spleniis in orbem ductis curandæ. Vbi sic eam dictionem exponit Gal. τὰ πέρατα τῶν κώλων στενότερον ἔχει τὸ εὖρος, ἅπερ ὑπόξηρα καλεῖ. Membrorum longorum fines quæ angustiorem habent latitudinem, ὑπόξηρα vocat, quasi subsiccanea aut subarida dicas, ideoque in angustum contracta aut in acutum tendentia. Etsi interpretes quidam ibi ὑπόξυρα legunt ex Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 690. 12.) vbi tamen vicissim ὑπόξηρα, nonnulli ex hoc loco lib. de frac. legunt. Verùm ὑπόξηρα & ὑπόξυρα dici Hipp. & Gal. antea scripsimus. ὑπόξηρα tamen agnoscit Erot. hunc etiam locum lib. de fract. subindicens, cùm ὑπόξηρα exponit τὰ ἐκ πλάτεος εἰς μύουρον ἠγμένα, ex latitudine in angustum ducta. Qua notione etiam ὑπόξηροι μηροὶ dicuntur lib. de art. (pag. 659. 6. H. 837. D.) femora in angustum tenuata & inferiore parte tendentia, aut subarida & contracta. Et in Moch. (pag. 856. E.) τὸ ὑπόξηρον τῆς μηροῦ vocat eam cruris partem quæ in angustum tenuatur aut contrahitur. coxæ siccam partem dixit Gal. Libello quoque περὶ ἐνυπνίων (pag. 1287. 46.) ὑποξήρους in medicamentorum potione vitari vult, hoc est, subsiccos, subaridos, & resiccato admodum corpore ac extenuato, quibus ψελλοὺς ἢ τραυλοὺς, hoc est, blæsos & balbos opponere videtur.

Ὑπόξηρος etiam exponit in Exeg. Gal. χωρὶς τῶν ῥινῶν, ὅς τὶ ταπεινότερα τὰ πέριξ ἔχει τοῦ ὀψώματος, hoc est, qui adiunco est naso, quòd circumfusæ nasi partes sint summitate demissiores. Quibus verbis locus mihi subindicari videtur Gal qui legitur aph. 49. sect. 8. lib. 6. Epid. Vbi Interpretes subsiccum & subaridum vertunt, nos eum qui naso sit adunco, vt simo opponatur diximus ex Galeni mente, eumq; locum subnotauimus, ac submonuimus ὑπόξυρος legi apud Gal. in Exeg. quasi derasus aut subrasus, quòd subrasa & subsicca deprimi, contrahi & subsidere soleant. ὑπόξηρος tamen legitur apud Varin. & omnia nostra exemplaria tum publicata tum manu scripta. Ὑποξήρους quoque ταπεινοτέρους, συνεσταλμένους, submissiores, cõtractos, exponit Galenus in Exeg. additque δεῖ γαστέρας dici ἐν τῷ μείζονι Προῤῥητικῷ, vt ventres exiccatos, extenuatos compressos ac contractos significet. Quo nomine locum libr. 2. Prorrh. (pag. 410. 46. 105. C.) vbi ὑποξύρους γαστέρας scribit, suspectum habemus, & ὑποξήρους Galenum legisse suspicamur, vt antea scripsimus & nostris in eum locum annotat. admonemus. ὑποξύρους tamen habent Gal. exemplaria, vt subrasos, derasos, hoc est, depressos indicent. Verùm ὑποξήρους malo quòd ξηρὸς, συνεσταλμένος eadem significatione coniungat Gal. in σκεπῇ, vt antea scripsimus. & verò quæ ex exiccatione contrahuntur, deprimi, submitti, ac subsidere soleant. ὑπόξηρος γλῶσσα, lingua subarida li. 7. Epid. (pag. 1216. A.) & τὰ ὑπόξηρα πτύσματα, sputa subarida, in angina, Coac. (pag. 176. A.) eademque ὑπόξηρα πτύελα (ibid. H.)

Ὑποπεριψύχειν aliqua summi corporis perfrictione tentari, in Pror. h. (pag. 194. 9. H. 73. E.) & Coac. (pag 136. E.)

Ὑποπτύχειν τὸ στόμα τῶν μητρέων, loculorum os complicatum, in sinus & rugas contractum, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 565. 27.) & li. 2. περὶ γυναικ. (pag. 652. 1.)

Ὑπόῤῥινα, partes sub naso dicuntur & mystax. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 103. 10. H. 400. 46.) ἱδρῶτες περὶ ὑπόῤῥινα ἢ μέτωπον, sudores circa partes sub naso & fronte, qui syncopen minantur. ὑπήνη dicitur Polluci, μύσταξ, σφηνοπώγων, αἱ ἀπὸ τῆς ῥινὸς τρίχες.

Ὑπόῤῥυσις, subfluxio, defluxio, delapsio dicitur Hipp. lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 672. 13. H. 741. H.) tam de humoribus qui in parte laborante continentur, quàm de solidis corporis partibus: vt sit ὑπόῤῥυσις cùm laborantis corpus aut pars affecta subterfluit aut subterlabitur, hoc est, sensim defluit & delabitur, aut deorsum inclinat. ὑπόῤῥυσιν enim velut καταῤῥοήν & εἰς τὰ κάτω ῥοπὴν, defluxionem & ad inferiora declinationem explicat Gal. cui ἀνάστασις ibid. opponitur. Sic καταῤῥεῖν verbo ea in re vtitur in Progn. (pag. 126. 36. H. 37. 42.) ἢ καταῤῥέειν ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ τοὺς πόδας, & à lecto ad pedes delabatur aut defluat.

Ὑπόσαπρος subputris aut subputridus. ὑπόσαπρον αἷμα, sanguis subputridus, & qui τῷ εὐώδει puro opponitur, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 531. 20.) In Progn. quoque (p. 143. 23. H. 41. 12.) πᾶσαι ὑπόσαπροι ἢ δυσώδεις ὀδμαὶ, subputres omnes & fœtidi odores.

Ὑποσαρκίδιος aquæ subter cutem species quæ recentioribus Anasarca aut Leucophlegmatias dicitur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 113. 8. H. 405. 15.) & li. 1. de Morb. (p. 447. 14.)

Ὑποσπλήνιοι lienis tumoribus aliquantulum obnoxij, aut lienis affectibus vexati, subsplenici li. 4 Epid. (p. 1129. A.) & li. 2. (pag. 1012. C.) & ægr. 6. li. 3. Epid. post st. pest.

Ὑπόστασις est vrinæ sedimentum, aut quod in ea subsidet crassum & fundum petens, aut vrinæ pars crassior secreta & subsidens. Sic enim ὑπόστασιν, aut quod in vrinis subsidet, crassam materiæ in vasis efferuescentis recrementum, quod sua crassitudine fundum petiit, velut in inflammatis partibus pus, esse scribit Gal. li. 3. de præsag. puls. (pag. 147. 16.) eandemque pari proportione respondere, in fine Com. 1. in Progn. (pag. 134. 20.) & li. 1. de diff. feb. (p. 324. 55.) Cuius causam, naturam & differentias appositissimè explicat Gorrh. ex Gal. Hæc varias habet apud Hipp. attributiones pro concoctionis modo, materiæ inæqualitate, aut caloris vi. Sic ἀναπεπταμέναι ἢ λεπταὶ ὑποστάσιες dicuntur sedimenta returbata, spissa & densa in vrina, vehementem capitis dolorem cum delirio & conuulsionibus indicantia, li. 7. Epid. (pag 1238. F.)

Ὑπόστασις κριμνώδης, subsidentia hordei tosti non exactè moliti, crassiorib. frustulis similis, morbi longitudinem, colliquationẽ, summumq; incendium denotans, ex Progn. aph. 31. li. 7 & Gal. Com. 5. in li. 6. Ep. (p. 514. 16.) vide Κριμνώδεις ὑποστάσεις, antea.

Ὑπόστασις λεκιθώδης, quod subsidet in vrina lentium farinam referens, li. 4. Epid. (pag. 1123. B.) Intelligitur sedimentum farinæ lentium simile & colore ad rubrum tendens, quod sanguinis exsiccationem aut torrefactionem in hepate indicat. τὰ ὑφιστάμενα μαδαρὰ, vide antea μαδαρὰ τὰ ὑφιστάμενα ex li. 7. Epid. (pag. 1230. C.)

Ὑπόστασις ξυσματώδης, sedimentum in vrinis ramenta referens, li. 4. Epid. (pag. 1123. B.) & ξυσματώδεα τὰ ὑφιστάμενα, li. 7. Epid. (pag. 1230. C.) vide ξυσματώδης ὑπόστασις.

Ὑπόστασις ὀροβώδης, quod in vrina subsidet eruo simile, hepatis magnam inflammationem indicat, li. 4. Epid. (p. 1123. B.) fitque in febribus à sanguine crasso in venis aut hepate assato, Gal. Com. ad aph. 76. li. 4. & in hepatis affectibus sæpe videtur, vt idem scribit Com. 1. in li. 6. Epid. (p. 448. 11.) colliquationem quoque corporis indicat, Com. 5. in li. 6. Epid. (514. 16.)

Ὑποστάσεις πεταλώδεις, subsidentiæ foliis aut laminis similes, quæ non solùm carnosarum partium, sed etiam solidarum & vesicæ colliquationem indicant, in Progn. (pag. 140. 41. H. 40. 39.) & Com. 5. in li. 6 Epid. (p. 514 17.) & aph. 81. li. 4.

Ὑπόστασις πιτυρώδης, furfuraceum sedimentum in vrinis intensum calorem & exurentem indicans, & venosi generis aut vesicæ scabiem, aph. 77 li. 4. In Progn. (pag. 140 42. H. 40. 41.) Coac. [pag. 213. C.] & in his quæ adiecta sunt ad lib. de Nat. hum. [p. 24. 44. H. 131. 1.]

Ὑπόστασις πτυαλώδης, sedimentum sputo simile, hoc est, crassum, conglobatum ac fœculentum. In Coac. [pag. 213. G.] vbi πτυαλώδεις ἴσχει ὑποστάσιας melius legatur. Est enim πτυαλώδης insolens vrinarum attributio.

Kk

Ὑπόςασις ψαμμώδης, fabulosum aut arenulis simile sedimentum in vesicæ aut renum affectibus, aph.79.lib.4. lib. de Nat.hum. (p.24.38.H.230 49.) & aph.5.sect.1.lib.6.Epid.

Sunt & aliæ multæ ὑποςάσιων affectiones apud Hipp. in Progn. & Coac. quas lubentes omittimus his tanquam præcipuis contenti. ὑπόςασιν Celsus, quod desidet, vertit apud Hipp. velut cap.7.lib.2. Vrina autem crassa ex qua quod desidet album est, significat circa articulos aut circa viscera dolorem metumque morbi esse. Sic enim locum Prorrh. 2. (pag. 88. C.) exprimit, & ὑπόςασιν λευκὴν vertit. Quem imitatus est quoque Plinius eodē quoq; adūbrato loco c.6.li.28. de crassa vrina scribēs, in qua quod subsidit, si albū est, significat circa articulos aut viscera dolorem imminere. Quod submonuimus nostris eū in locum Annotat. & ex his locis Prorrh. scriptionem emendauimus. Celsus etiam cap. 8. libr. 2. quod læue & album in vrina subsedit dixit, ὑπόςασιν λευκὴν καὶ λείην exprimens ex Progn. (pag 152.35.H.43 47.) Neque verò in vrinis solùm, sed & in alui recrementis ὑπόςασις spectatur apud Hip. veluti ægr.3. lib. 3. Epid. ὑπόςασις πελιδνὴ διεχωρέετο, & ὑπόςασις μέλαινα διεχωρέετο. Et ὑπόςασις ἰλυώδης ὑπόπελιος, sedimentum limosum & subliuidum in deiectionibus in Prorrh. (pag.216. 23.H.81.C.) & Coac. (pag 217.D.) Sic li 4 Epid. (p.1137.B.) in alui excrementis, κάτωθεν γίνεται ὑπόςασιν ἴχει scribitur. Et lib.2.Epid. (p.1020.A.) ἴςχοντά ἐςιν ὅτε ἡ ὑπόςασιν πᾶσιν, quæ interdum depositafubsidebant, de alui excrementis.

Ὑποςάσιες ὑγρῶν dicuntur etiam Hipp. ex vocis significato, humorum consistentiæ, status, concretiones, coitus, tum humores qui sua crassitie intrò subsidunt ac subsistunt, immorantur & fundum petunt, cum foras erumpere ac variari deberent. Sic ὑποςάσιες ὑγρῶν πυώδεες ἢ μυξώδεες, li. de art. (p 610 28.H.806. C.) τὰς ἔνδον μονὰς τῶν ὑγρῶν ἃ ἐκκρίνεσθαι ἐχρῆν ἐξηγεῖται, exponit Gal. humorum intrò moras ac concretiones, qui vacuari deberent, velut puris & muci. Qua etiam notione scribitur Prorr (p.95. F.) in alis, laterum inanitatibus ac femoribus, ὑποςάσιας γίνεσθαι, hoc est, humores subsistere aut subsidere, ideoque difficillima curatu esse ea loca & recidiuas facere. Idemque significant ὑποςάσιες aph 28.sect.3 lib.6 Epid. hoc est humorum qui vacuari deberent subsistentias, velut fit in abscessibus. Vbi tamen melius ἀποςάσιες legitur In Moch. quoque (p.868.C.) ὑποςάσιες dicuntur sordes & recrementa quæ in vlceribus restitant aut moram faciunt, cum vacuari & foras emitti oporteat. Ex eaque significatione ὑπόςασις κοιλίης sæpe vsurpatur Hipp. de aluo suppressa ac subsistente in Coac. (p.132.F.) & (p.165.E. 167.D) Et ibid. (p.157.H. πτύελα ἢ βὴξ ὑφίςαται, sputa & tussis subsistunt. Quæ autem subsidunt, dum fundum petunt, tardari ac immorari aut supprimi videntur, indeque ὑπόςασις pro suppressione ponitur, etsi ἐπίςασις pro ὑπόςασις multis legatur, quemadmodum sæpiùs vitiosè ὑπόςασις pro ἐπίςασις scribitur: Velut in Coac. (pag.213.F.) τὸ δὲ ἐκπυπτόμενον λίπος ἴχει ἔξω ὑπόςασιν. Quæ emittitur vrina in qua quod subsidet pinguedinem habet. Nam pinguedines summum, non fundum petere solent, vt scribit Gal. Com 3 in libr.3.Epid. (pag 432. versic.32.) & Com.ad aph. 31.lib.7. Sic aph.35.lib.7 ὑπόςασις pro ἐπίςασις scribitur. Et in Progn (p.142.9 H.40 5..) ἢ τὰς λιπαρότητας τὰς ἄνω ἐφιςαμένας, ὑφιςαμένας quidā codices legunt. Est & ὑπόςασις γάλακτος li. περὶ ἀφόρων (p 686.38.) lactis crassamentum aut concretio, lactis sedimentū dixit Caluus, Cornar. lacti superstantem concretionem, vt ἐπίςασιν legisse videatur.

Ὑπόςασις etiam dicitur lib. κατ' ἰητρεῖον (pag.672.13.H.741.H.) subsistentia, subsidētia, status ac veluti substatio, quæ ὑπορρύσει, hoc est, defluxioni opponitur, & tam humoribus quàm partibus solidis attribuitur à Gal. vt cùm humores subsistunt aut intus morantur, ita & cùm partes solidæ subsistunt & eundem statum aut situm seruant, non autem defluunt, aut delabuntur. Est & ὑπόςασιν ποιεῖσθαι substare, subiici, hoc est, fulcire ac sustinere. Lib.de art. (pag 632.versic.9.H 822.D.) ἢ ὁ αὐχὴν τῦ ἄρθρυ, ὑπὸ συχνῷ μέρει τῦ ἰσχίυ τὴν ὑπόςασιν πεποίηται, & articuli ceruix maiori coxæ parti substat, aut subiecta est, hoc est, magna ex parte coxam sustinet ac fulcit. ὑπόςασις τῦ ξύλυ, lignum subtentum & substratum, suppositum, ac subiectum significat, in Mochl. (pag.856.F.) Ac rursus ibid. (pag.865.A.) ὑπόςασιν vocat, ad subsistendum aptitudinem qua quis facilè in scamno subsistere possit: Aut certè substerniculum vel quod supponitur indicat, & quod subit vt facilè quis supra gradum subsistat, quale est stragulum multiplex.

Ὑποςέλλεσθαι, refugere, reformidare, vereri, cauere, aph.6.li.4. ὑποςελλομένας χειμῶνα, hyemem reformidantes, & aphorism.7. ὑποςελλομένυς θέρος, æstatem verentes, refugientes, & aph. 8. ὑποςελλομένυς τὰ ἄνω, per superiora cauentes.

Ὑπόςημα, sedimentum, quod subsidet in vrina, idem quod ὑπόςασις, quam dictionem crebrò vsurpat libello περὶ κρισίων, vt (p. 52. 20.) οὖρον δὲ ἄριςτον ἐςίν, ὃ ἂν ἴσχη λευκότατον ὑπόςημα καὶ λεῖον καὶ ὁμαλόν. Vrina ea optima quæ maximè album habet sedimentum, læue & æquale. Rursusque ibid. (pag. 53. 51.) ὑπόςημα λευκόν τι καὶ λεῖον ἴσχῃ, sedimentum album & læue habeat. Et (ibi. v.54.) ὑπόςημα ὑπέρυθρον, sedimentum subrubrum. Et (54.15.) ὑπόςημα λευκὸν καὶ λεῖον, sedimentum album & læue.

Ὑποςροφὴ vide Ὑποςροφή.

Ὑποσυρίζειν, sibilum quendam & sonum edere, subsibilare. Lib. 7. Epid. (pag.1216.D.) ἡ ἀρτηρίη μόλις ἀναπνέοντι ὑποσυρίζε, eique vix respiranti arteria sibilum quendam edebat. Et rursus ibidem (pag. 1220.H.) ἀρτηρίη ὑπεσύριζε ῥεγχώδες, arteria sibilum quendam cum stertore edebat.

Ὑποσφάγιον ὅλον exponit Gal. in Exeg. τὸ μέλαν τῆς σηπίας τὸ οἷον ὑποτρυγῶν, in sepiæ atramento quod est fæculentum, aut quod subsidet velut fæcula. Idemque ὑποσφαγμα idem quod ὑπόσφαγμα esse scripsit, & τὸ τρυγῶδες περίσσωμα exposuit, hoc est fæculentum excolamentum. Quo nomine sanguis qui iugulata pecude excipitur, & in cibum varia conditura formatur intelligi potest. ὑπόσφαγμα enim scribit Athen. lib. 7. parari ex sanguine, carnibus assis vel elixis cum sale, caseo, cumino, lasere. Erasistrato, & Glauco Locrensi, ex elixo sanguine, sapa, lasere, melle, aceto, lacte, caseo, & olerum foliis bene olentibus concisis. Idem etiam apud Hipponactem in Iambis ὑπόσφαγμα, interpretes τὸ τῆς σηπίας μέλαν, hoc est, sepiæ atramentum reddidisse scribit. Est & ὑπόσφαγμα Paulo cap.22 lib.3. ῥῆξις τῶν φλεβῶν τῶν ἐπιπεφυκότος, ἐκ πληγῆς ὡς μάλιςα γινομένη, venarum quæ ad tunicam adnatam pertinent ruptio, ex plaga præcipuè facta. Est ex ἐκχυμωμάτων genere & ὑπωπίων, vt scribit Gal. libr. 4. κατὰ τόπ. ὑπόσφαγμα suffusum in sugillatione cruorem quidam vertunt, & ὑποσφάγματα cruenti aspectus suffusiones ac sugillationes.

Ὑποτείνειν Erot. apud Hipp. ὑποθεῖναι exponit, quod est supponere, subiicere aut subtendere, & ὑποτεταμένον ξύλον, τὸ ὑποκείμενον, subiectū, suppositum aut suppositū lignum, τὸ οἷον βάθρον, quasi fundamentum, adscripto Phrynichi testimonio. Quibus verbis mihi exprimere videtur Erot. locū li. de art. (p.612.11.H.814. C.) ἀσκῷ ἀφύσητῳ ὑποτείνας, ὑπὸ τὸ ὕβωμα, hoc est, subtento vtre minimè inflato, aut gibbo supposito & subiecto. Vbi ὑποθεῖναι legunt omnia exēplaria. Rursus ibid. (p.621.9.H 813.C.) ἀμείζεσθαι [αἱ ἀρχαὶ] κατὰ μῆκος τῷ ξύλῳ τῷ ὑποτεταμένῳ. Vinculorū capita ea longitudine quæ subtento ligno, (hoc est supposito aut subiecto) conueniat. Est & ὑποτεταμένον ὀςέον, os subtentū aut subiectum lib.de fract. (p.531.versic.20.H.752.H.) ἅμα μὲν ὅτι τὸ ὑγιὲς ὑποτεταμένον γίνεται αὐτῷ θεμέλιον, partim quidem quòd sanum ipsi velut fundamentum est subtentum. Sic ὑπότασις ὀςέυ, ossis subtentio, subiectio structura dicitur, ibid. (pag.555.vers.40.H.764.F.) οὐχ ὁμοίη ἡ ὑπότασις τῦ ὀςέυ τῦ μακροτέρυ, non similiter os longius subtenditur. suram intelligens non æqualiter cum tibia ossi femoris committi. Est & ὑπότασις ξύλυ, ligni subtentio aut suppositio, in Mochl. vbi ὑπόςασις vulgò legitur, vt scripsimus antea. ὑποτείνειν etiam licet subtendere aut supponere significet, superdare tamen aut superponere indicat: velut lib. de vlcer. (p.875.A.) ὀθόνιον ὑποτείνας λιτὸν καθαρόν, tenui puro linteo superdato. Illic enim linteum purum tenue vino & oleo madens, cataplasmati superimponi vult ad leniendum dolorem & humorem confluentem inhibendum, ne vlcus purum attingat, itaque dolorem moueat.

Ὑποτοπῆσαι ὑπονοῆν, quod est, conicere, suspicari, exponit Erot. apud Hip. ὑποτοπέειν verò idem est quod ὑποτοπάζειν, coniectari, conicere, suspicari. Hesych. namque ὑποτοπάσομαι, ὑπονοήσομαι exponit, & ὑποτοπάσαι, ὑπολαβεῖν, ὑπονοεῖν.

Ὑπότριμμα edulij genus, ex variis rebus leuiter tritis & contusis constans, quod etiam τρίμμα, & intritum dici potest. ὑπότριμμα est Hesych. confectio ex palmulis, melle, cumino, & aliis condimentis ac dulciariis parata. ὑποτρίμματα dicuntur Polluci lib.6. cap. 10. εἴη δ' ἂν ἐκ τῶν ἡδυσμάτων καὶ τὰ ὑποτρίμματα. Hipp. libr.2. περὶ διαίτης (pag. 361.50.) τὰ ἐν τοῖσιν ὑποτρίμμασιν ὄψα σκευαζόμενα, vt æstuosa & humida, & inæquales vires inter se habentia, sugillat. Idem li.3. (pag.373.26.) τοῖσιν ἰχθύσιν ἑφθοῖσιν ὑποτρίμμασι vti consueuit, piscibus coctis cum intritis, in aluo frigida & sicca.

Ὑποςροφὴ idem quod ὑποςρεφὴ morbi reuersio aut recidiua. Hinc ὑποςροφάζειν dictum & ὑποςροφάσαι, vt lib. 2. Epid. (pag. 1046. C.) ὑποςροφάζειν ἀνάγκη. recidiuam fieri necesse est, ὑποςροφάζειν εἴωθε dicitur aph. 61. libro quarto. Vnde ὑποςροφασμοὶ aphorism.36. lib.4. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.531.40.) τοῖσι πολλοῖσιν ὑποςροφάσασα ἡ νοῦσος & (533.9.) κινδυνεύει πάλιν ὑποςροφάσαι. Et (v.12.) ὑποςροφασάσης τῆς νόσυ. ὑποςροφὴ etiam exponitur Gal. in Exeg. ἡ ἐναλλὰξ μεταβολή, commutatio quæ fit per-

sit permutatis viribus, velut cum dicitur ab Hipp. κωματώδης ἐν ὑποστροφῇ. Sed & ὑποστροφὴ ægrorum conuersionem sæpe indicat apud Hipp. velut lib. 7 Epid. (pag. 1230 E.) φλέβες βαρεῖαι ἐν τῇσιν ὑποστροφῇσι. In corporis conuersionibus venarum grauitas aderat. Significat autem lassitudinem maximam sensisse dum se converteret aut desurgeret. Rursus ibid. (pag. 1231. C.) ἐν τῇσι ὑποστροφῇσι βαρὺ, dum se conuerteret grauis, hoc est molestè habebat, neque facilè mouebatur. Sunt & ὑποστροφώδεα quæ morborum reuersiones facere solent, libr. 2. Epid. (pag. 1027. D.) & lib. 4. Epid. (pag. 1132. H.) & aph. 9. sect. 2. libr. 6. Epid. ex aph. 12. lib. 2.

Ὑπόσπυχα, aliquantulum fæculenta excrementa, lib. 4. Epid. (pag. 1129. D.)

Ὕπουλα dicuntur vlcera sub cicatrice latentia, cicatrice obducta & intus sanie plena. Sub cicatrice putria dixit Caluus. Lib. περὶ ἰητρῦ (pag. 21. 32.) ὕπουλα cum fistulosis & cauis coniunguntur.

Ὑπουργέειν subseruire, obsequi, officium præstare & administrare, operam nauare, sufficere, parere. Lib. 3. de Morb. (pag. 493. 16.) ἢν μὴ δυνάμενος τῇ καθάρσει ὑπουργέειν, nisi purgationi subseruiat, hoc est, nisi æger ad purgationem operam nauet, in eaque præstanda subsidium ferat. Deploratus est enim pleuriticus, nisi sputi expectoratio ac purgatio procedat. Rursus ibid. (v. 17.) ἢν σοι τὰ τῆς κοιλίης τῆς κάτω καλῶς ὑπουργῇ, si inferior aluus recte suo officio fungatur, suumque ministerium probè obierit. Lib. περὶ τέχνης (pag. 2. 34.) οὐδαμῶς δὲ δυνάμενοι καλῶς ὑπουργέειν, εἰς τὸ τὰ τῶν πέλας ἔργα, ἢ ὀρθὰ ἐόντα διαβάλλειν, ἢ οὐκ ὀρθὰ μωμᾶσθαι. Neque sua improbitate præstare possunt, vt aliorum opera vel recta calumnientur, vel non recta reprehendant, hoc est sua malitia sufficere nequeunt. Vbi multi κακῶς ὑπουργεῖν legunt. Rursus ibid. (3. 44.) τῇ τέχνῃ χρώμενοι καὶ ὑπουργήσαντες, qui arti Medicæ se crediderunt & obsequentes fuerunt, hoc est, qui eius ministerio sunt sanati, quod est ægrorum, & τὸν νοσέοντα παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα dicitur in aph. Ac rursus ibidem (pag. 4. 51.) καὶ μὴν πολὺ γε εὐλογώτερον πάσι χρώμενοι ἀδυνατέειν τὰ προσταχθέντα ὑπουργέειν. Arqui rationi certè multò magis est consentaneum, ægros imperata facere non posse. Lib. 6. Epid. sect. 5 aphoris. 2. τὰ δὲ καὶ ἡ γλῶσσα ὑπουργέει. tum ea quibus lingua sufficit aut subseruit. ὑπουργεῖ, ὑπηρετεῖ exponit Hesych. Hinc ὑπουργίη est ministerium & officium Medicum, & ipsa aggressio siue ἐγχείρησις medica, cui methodus opponitur. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 24. 47.) Medicum in ingressu ad ægrum meminisse vult τῆς περὶ ὑπουργίας ἑτοιμασίης, promptitudinis ad ministeria, hoc est, vt se promptum ad munia medica subeunda præbeat & prompto animo ea aggrediatur. Et rursus (ibid. 54.) ἀμεληθέντα γὰρ τὰ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὑπουργίης, ἔφθασαν ὀρμήσαντα καὶ ἀπολόντα. Neglecta namque quæ in tempore administrari oportebat, impetu suo præoccupant & interimunt. Ideoque obseruari mutationes in morbis diligenter vult à Medico Hipp. Zuingg. mutationes futuras inter curandum non obseruatas intelligit, per τὰ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὑπουργίης. Rursusque (25. 13.) μεθ' ὑπουργίης τὰ πολλὰ τὸν νοσέοντα λανθανούσης. plærunque ægrum ipsum in administratione ipsa celantem, hoc est in opere ipso medico. Et (ibid. 23.) ποιέειν δὲ ὑπουργίην τὸ προσταχθέν. & quod imperatum est faciat, aut effectum sortiatur, ei quod imperatum est obsequatur & subseruiat.

Ὑποφακώδεις, lenticolores, lentem colore referentes, quales sunt ferè omnes lienosi, quibus splen durus & magnus est. Lib. 2. Epid. (p. 1008. H.) καὶ αἱ δυσελκίαι τῶν ἐκλεύκων τῶν ὑποφακωδέων. Sed & in subalbidis lenticoloribus vlcera perægrè ad cicatricem veniunt.

Ὑποφάσιες τῶν ὀφθαλμῶν, sunt oculorum suspectiones & subapparitiones, cùm inter dormiendum oculorum album subapparet, non rectè commissis palpebris. In Progn. (pag. 125. 31. H. 37. 24.) σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. Quinetiam oculorum per somnum suspectiones consideranda sunt. Quod etiam repetitur aphorism. 52. lib. 6. Id verò exponit Hippoc. cùm scribit, ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ, τῶν βλεφάρων μὴ ξυμβαλλομένων. Vbi enim non commissis palpebris ex albo oculorum aliquid subappatet. Vbi scribit Gal. ὑποφάσιας Ionicè dici ab ὑποφαίνεσθαι quod subapparere significat. Hipp. phrasim secutus est Aret. cap. 5. lib. 1. περὶ ὀξ. ὑ ξυμβάλλουσι τὰ βλέφαρα, ὡς καὶ τὰ λευκὰ ὁρέεσθαι ἐξ ὑποφάσιος. palpebræ non committuntur, sed oculorum alba cernuntur ac subapparent. ὑποβλέποντες ἐν τοῖσιν ὕπνοισι dicuntur huiusmodi ægri Coac. (pag. 126. D.) qui per somnum subapertis sunt oculis & leuiter suspiciunt. ὑποφάσιας Erot. exponit apud Hipp. τὰς ὑποφαινομένας ὀφθαλμῶν κινήσεις, subapparentes oculorum motiones, hoc est, inter dormiendum leues oculorum suspectiones, cùm leuiter moueri conspiciuntur & subapparent: Nimirum locum Prognostici subindicans.

Ὑποφαῦλα δίαιτα, victus subuulgaris, & ratio victus mediocris, hoc est media inter exquisitam & simplicem. Lib. de fract. (p. 538. 1. H. 7, 6. F.) μέτριον exponit Gal. estque subexilis victus & prope vulgaris aut subexiguus, neque validæ materiæ, sed prisana constat, beta, malua, atriplice, blito, cucurbita, nec non piscibus molli carne præditis, & obsoniis liquidis.

Ὑποφέρειν est sufferre, tolerare, sustinere. Lib. 1. Epid. (p. 364. 14. H. 946 G.) ἐπὶ τούτων ἀποστάσιες ἐγένοντο, ἢ μείζους ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι, ἢ μείους ὥστε μηδὲν ὠφελέειν. In his abscessus contingebant aut maiores quàm vt sufferre possent, aut minores quam vt quicquam conferre valerent. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 620. 43.) ἢν ὑποφέρῃ, si sufferat, hoc est, si tolerare possit. Caluus tamen de inferna sanguinis subductione accepit, quòd ὑποφορὰ nonnunquam infernam vacuationem significet. Est & ὑποφέρεσθαι labi, decidere ac labascere, titubare, neque firmiter nixum esse, pessum ire, & transfertur ad ægros qui morbum diutiùs trahunt ac sustinent, quantumque possunt rectè obluctantur, sed tandem vi morbi titubantes & labascentes decumbere coguntur. Ægr. 13. lib. 3. post st. pest. Ἀπολλώνιος ἐν Ἀβδήροισιν ὀρθοστάδην ὑπέφερεν χρόνον πολλόν. Abderæ Apollonius diu rectus & obambulans morbum traxit aut sustinuit. Et lib. 1. Epid. (pag. 353. 39. H. 939. E.) πολλοὶ μὲν δὴ πολλὸν χρόνον ὑποφερόμενοι, φθινώδεες κατεκλίθησαν. Multi tum eorum diutius morbum trahentes, tabidi decubuerunt. Sic enim legunt exemplaria manu scripta & meliora, licet ὑποφθειρόμενοι publicata habeant, vt subnotauimus. Et lib. 3. Epid. in st. pest. (pag. 428. 49. H. 1089. D.) πολλοὶ μὲν κατεκλίθησαν οἱ δ' αὐτῶν ὀρθοστάδην ὑπέφερον. multi quidem decubuerunt, partim verò erecti & stantes morbum traxerunt. Vbi etiam ὑπέφερον multa legunt exemplaria quæ nostra interpretatione secuti videmur. Lib. 7. Epid. (pag. 1225. B.) μετὰ δὲ ὑπεφέρετο. postea verò labascebat, titubabat, hoc est obambulans morbum diutius trahebat. De febre enim dici videtur, quæ etsi ægrum dimiserat, repetens tamen diutius traxit. Ac rursus ibidem de Empyico. (pag. 1238. B.) ὑπεφέρετο, titubans obambulabat, morbum diutius trahebat. At magis propriè sumitur lib. περὶ τῶν ἐν τῇ κεφ. τρωμ. (pag. 551. 14.) ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀσθενείας αὐτῷ τὰ σκέλεα ὑποφέρηται. sed præ imbecillitate eius crura labascunt. Est enim ὑποφέρειν vestigium fallere, & τὰ χωρία ὑποφέροντα dicuntur loca lubrica & quæ vestigium fallunt.

Ὑποφθάλμια, sunt partes sub oculis cauæ, quæ in cachecticis, hydrope aut malo corporis habitu laborantibus intumescunt. μετέωρα τὰ ὑποφθάλμια, sunt tumidæ & eleuatæ oculorum cauitates, in Lethargicis, Coac. (pag. 137. C.) Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 595. 50.) καὶ τὰ ὑποφθάλμια πελιδνὰ καὶ πρησματώδεα. & sub oculis cauitates liuidæ & inflatæ. Rursus lib. 2. (pag 648. 21.) καὶ ἐν τοῖσιν ὑποφθαλμίοισιν οἰδήματα. & in oculorum cauitatibus tumores. Et rursus ibid. (pag. 641. 9.) τὰ ὑποφθάλμια οἰδέει ἄμφω. partes sub oculis ambæ intumescunt. κοῖλα interdum vocantur, vt in ea dictione scripsimus. τὰ ὑποφθάλμια. Rufus ἐν τῷ περὶ ὀνομ. τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων vocat, τὸ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπανισταμένου ὅσα οἱ δὲ ὑπώπια καλοῦσιν. Erot. verò ὑποφθάλμιον exponit apud Hipp. τὸ κοῖλον τοῦ ὀφθαλμοῦ, oculi cauitatem. Verùm ὑποφθάλμια & τὰ κοῖλα malim.

Ὑποφθειρόμενοι dicuntur Hipp. qui ex longo tempore subtabescebant, necdum tamen omninò tabidi euaserant, sed ex diutina in pulmones destillatione sensim consumebantur & corrumpebantur, lib. 1. Epid. (pag. 353. 39. H. 939 E.) πολλοὶ τῶν δὲ πολλὸν χρόνον ὑποφθειρόμενοι φθινώδεες κατεκλίθησαν. multi tum eorum iam diu sensim corrupti ac consumpti, tabidi decubuerunt, in quibus nondum tabes planè erat confirmata. Sic enim legunt exemplaria publicata.

Ὑποφορὰ dicitur vlcus cauernosum, profundum subductum & in fistulam dehiscens. Significat etiam os vlceris quod importunè contrahitur. In Definit. Medicis σῦριγξ dicitur ὑποφορὰ τυλώδης στενὴ τε καὶ ἐπιμήκης, ductus callosus, angustus & oblongus, velut quidam tubulus aut sinus fistulæ quoq; antrum & ductus ὑποφορὰ dicitur Paulo cap 78. li. 6. & fistulæ ora. ὑποφορὰ etiam alui subductionem indicat, ab ὑποφέρω quod est subduco, velut in Coacis (p. 168. D) ἐν ὀσφύος ἀλγήματι συντόνῳ καὶ ὑποφορῇ πλείονι. In intenso lumborum dolore & alui subductione largiore. Quod etiam ibidem repetitur (p. 208. B.) vbi ὑποφθορῆ vitiosè legitur, quanquam ὑποφθορὴ humorum corruptelam & putrilaginem aluo refusam subindicare potest. Rursus ibid. (p. 203. F.) ὑποφοραὶ μακραὶ, alui subductiones diuturnæ.

Ὑπόφορον Erot. apud Hipp κρυφαῖον, latens & occultum exponit, & post Sophoclis testimonium Hipp. adducit. ἐὰν ἔτι ἦ ὑπόφορον, καὶ ἔχει περὶ αὐτὸ θαλάμας. Vbi θαλάμας κοιλότητας, &

ὕπαφρον κρυφαῖον explicat. εἰ οὖν (scribit) αἱ ἐπιδέσιες θαλάμαι λέγονται, εἰκότως πᾶν τὸ σκεπόμενον κρυφαῖόν ἐστι καὶ ὕπαφρον. Cum namque θαλάμαι latibula dicantur, non abs re quicquid tegitur occultum est & ὕπαφρον dicitur. Locus autem Hipp. legitur libri περὶ τέχνης (pag. 6. 37.) hunc in modum cùm vitiosè ab Erot. adducatur & legatur. καὶ τούτων οὐδέν ὅ,τι οὐχ ὕπαφρόν ἐστι, καὶ ἔχον περὶ αὑτὸ θαλάμας. Agitur enim de cauitatibus & spatiis internis corporis, iisque præcipuè quæ sunt circum articulos, quorum nullum non subspumosum est, & circa se forulos habens, hoc est penetralia & loculos materia quadam subspumea & mucosa refertos. Sic enim legunt vulgati codices. Quædam etiam exemplaria ὑπόσομφα habent, quod cauernosum & foraminulentum significat. Quod fortè legisse videtur Erot. etsi nihil muto, quòd in codicibus nostris constans sit admodum hæc lectio, & sensus optimè cum Erot. quadrat, vt significetur has omnes partes intus latentes & occultas esse, & circa se velut quædam cubilia ac latebras habere.

Ὑποχάσκειν est ore subhianti esse & aliquantulum aperto, fortè etiam oculis fixis & animo intendere, quòd qui mente aliquò acriter contendunt, sæpe soleant ore hianti esse, & tota cogitatione ac oculis eam in rem defigi, eamque auidè deuorare, velut oculos deuorantes dixit Martialis. Quod etiam χασκάζειν dicitur, quod est ore hiante circumspectare. Significat etiam ὑποχάσκειν ἐπιτηρεῖν, animaduertere, obseruare, suspicere, idem quod χασκάζειν, velut apud Aristoph. in Vespis. Potest etiam suspicari & suspectare denotare, velut lib. 4. Epid. (pag. 1138. D.) κακὸν ὑποχάσκειν, malum suspectare licet, aut suspicari.

Ὑποχείριος, subditus, qui se submittit & medico tractandum committit. Libro περὶ ἰητροῦ de ægrotis dicitur (pag. 19. 25.) καὶ γὰρ αὐτοὺς ὑποχειρίους ποιέουσι τοῖς ἰητροῖς. Nam & sese medicis tractandos summittunt.

Ὑπόχλωρον significat quod ex virore aliquantulum pallescit, bile flaua & putrescente permixtum, velut ὑπόχλωρα ἔπτυεν, aliquantulum exvirore pallescens spuebat, lib. 4. Epid (p. 1110. E.) Et rursus (pag. 1136. F.) ὑπόχλωρα κοιλίη διῆκε, aluus aliquantulum ex virore pallescentia demisit. Sunt etiam ὑπόχλωροι subpallidi, iidem qui ὕπωχροι, aph. 17. sect. 3. libro sexto. Epid.

Ὑποχλωρομέλανες dicuntur qui ex pallido aliquantulum nigricant, subpallidè nigricantes. quidam pallidè atros vertunt. Sunt autem qui ex viridi aliquantulum pallescentes nigricant, permixto humore melancholico cum bile flaua, iique sanguinis ex naribus profluuio idonei sunt, indeque bene habent, vt scribitur aph. 17. sect. 3. lib. 6. Epid. Vbi eam dictionem sic exponit Gal. ἀλλ' οὐδὲ ποίους λέγει τοὺς ὑποχλωρομέλανας εὔδηλόν ἐστιν. ὡς γὰρ εἶπον ἤδη πολλάκις, εἰώθασιν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν φυτῶν τὸ χλωρὸν λέγειν ἀπὸ τῆς χλόης, καὶ τῆς ταύτης χρώματος ὡς τὰ πολλά. ἔστι δ' ὅτε καὶ πᾶν τὸ εὐθηνοῦν καὶ τὴν οἰκείαν ἔχον ἰσχὺν οὕτως ὀνομάζουσιν. ἔτι δ' ὅτι καὶ τοὺς ὠχροὺς ἐνίοτε προσαγορεύουσι χλωρούς. καὶ νῦν οὕτω δοκεῖ πως τῶν ἐξηγητῶν ὁ Ἱπποκράτης εἰρηκέναι χλωρομέλανας, ὡς εἰ καὶ ὠχρομέλανας εἶπεν. Sed neque quosnam ὑποχλωρομέλανας, hoc est, subpallidè nigricantes intelligat planum est. Moris est enim Græcis, vt sæpius iam dixi, χλωρὸν de stirpibus dicere, ab herba virente eiusque plærunque colore. Abutentes autem quicquid viget, bonoque & proprio habitu est præditum, ita nominant. Interdum etiam ὠχρούς, hoc est, pallidos χλωρούς vocant. Et nunc ex quorundam interpretum sententia videtur Hipp. χλωρομέλανας dixisse, perinde ac si ὠχρομέλανας dixisset, quod est ex pallido nigricantibus.

Ὑποχόνδριον pars est ea corporis quæ sub nothis costis ad ilia vsque vtrinque protenditur, non solum musculos sed & interna viscera complexa, sic dicta, quòd τῷ χόνδρῳ ὑπόκειται, hoc est, cartilagini subiacet, vt scribit Pollux. Præcordia vertit Celsus apud Hipp. cap. 8. lib. 2. & cap. 10 lib. 3. ex aph. 40 lib. 6. & Cæl. Aurel. cap. 19 lib. 2. Acut. ex lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 107. 42. H. 401. 29.) etsi aliàs sæpe præcordia inflammata, pro hypochondriorum inflammatione ponit. Sunt autem apud Hipp. præcordiorum affectiones variis nominibus circumscriptæ.

Ὑποχόνδριον ἀνεσπασμένον præcordia reuulsa & intro retracta significat absque propria præcordiorum affectione, in hæmorrhagiæ & phrenitidis prædictione, Coac. (pag. 134. C.)

Ὑποχόνδρια διαβορβορύζοντα, murmurantia præcordia, à flatibus & spiritu intus contento, diuersa quidem à distentis & inflatis, flatuosa tamen ac ventosa, aph 64. lib. 5.

Ὑποχονδρίου ἔντασις λαπαρὸς & ὑπο άπαρ@, submollis præcordiorum intensio, quæ est sine tumore & inflammatione, ægr. 2. & 10. lib. 3. Epid. & ægr. 16. lib. eiusdem post st. pest. Est & ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπόμακρος, præcordiorum oblonga contensio, pro inflammatione duorum rectorum musculorum epigastrij, qui ex thorace recta ad ossa pubis feruntur, in Prorrh. (pag. 214. 35. H. 80 B.)

Ὑποχόνδρια κατεξηρασμένα σφοδρῶς οὐκ ἰσχυρῶς αὐχμώδη, præcordia valde resiccata & squalida, καὶ προσεσταλμένα, contracta & depressa ob nimiam siccitatem, non qualia sunt ἀνεσπασμένα, reuulsa intro ob inflammationem internam, Gal. Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 70. 32.)

Ὑποχόνδρια μετέωρα, præcordia elata, sublata, tumida, ἐμπεφυσημένα, eadem quæ inflammata, ægr. 8 lib. 1. Epid. Eadem ὑποχόνδρια μετέωρα, dicuntur præcordia suspensa, inflata, tumentia, aph. 73. lib. 4. ἐν ὄγκῳ μείζονι κατὰ πολλὰς αἰτίας γινόμενα, ibidem exponit Gal. & ἐμπεφυσημένα καὶ φυσώδη, à flatibus sublata, Com. ad aphor. 64. lib. 5. Et in Coac. (pag. 165. E.) ὑποχόνδρια μετεωρίζεται, præcordia sublata dicuntur cùm à flatibus distenduntur, aut aliquo præter naturam affectu attolluntur. Sic μετεωριζόμενα ὑποχόνδρια, sunt eleuata præcordia in cruditate stomachi ex imbecillitate & frigiditate, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. H 339. 43.)

Ὑποχονδρίου ξύντασις, præcordiorum contensio de inflammatione dicitur Hipp. Vide ξύντασις antea.

Ὑποχονδρίου σκολιότης, præcordiorum obliquitas, pro inæqualiter affectis præcordiis. Vide σκολιότης, antea, aut Σκολιαίνεσθαι.

Ὑποχόνδρια χρόνια, diutius affecta præcordia, & ex longis interuallis intumescentia, in Coac. (p. 166 A.) Sic etiam in Prorrh. τὰ ὑποχόνδρια μετέωρα χρονιώτερα dicuntur.

Ὑπόχυσις aut ὑπόχυμα suffusio dicitur, aquei humoris circa pupillam concretio, visum impediens. Sic enim circa pupillam ὑπόχυσιν constituit Medici author (pag. 385. 55.) atque idem scribit (pag. 387 9.) ὑποχεῖσθαι δὲ λέγουσί τινες ὅταν συμβῇ περίχυσιν ὑγροῦ τινος γίνεσθαι κατὰ τὴν κόρην καὶ πῆξιν πολλάκις, ὥστε κωλύεσθαι τὸ ὁρᾶν, ἢ ἀμαυροῦσθαι ἐν τῷ φαίνειν, hoc est, suffusionem esse quidam dicunt, cùm aliquis humor circa pupillam affusus concretionem sæpe fecerit, adeò vt visum impediat, vel in his quæ apparent, hebetet. Authori etiam Definit. Med. (pag. 400. 26.) ὑπόχυμά ἐστι ὑγροῦ πῆξις τοῦ ὑδατώδους, μᾶλλον ἢ ἧττον ἐμποδίζουσα τὸ ὁρᾶν. Suffusio est concretio humoris aquosi, visum magis minus've impediens Et Paulo lib 6. cap. 21. ὑπόχυμά ἐστιν ἀργοῦ ὑγροῦ σύστασις ἐπὶ τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα κατὰ τὴν κόρην, ἐμποδίζουσα τὸ ὁρᾶν, ἢ τὸ τρανῶς ὁρᾶν. Suffusio est pigri humoris in cornea membrana iuxta pupillam concretio, quæ visum impedit, aut certè ne clarè oculus cernat efficit. Celsus quoque lib. 6. cap. 6. Suffusio quoq; (quam ὑπόχυσιν Græci nominant) interdum oculi potentię, qua cernit, se opponit. Sed Pupillę pro Potétię lubétiùs lego. De suffusionis differentiis ac specieb. exactissimè Gorrh.

Ὑποχώρημα aut ὑποχώρησις de iis quæ per aluum secedunt aut subducuntur dicitur propriè. Sic enim scribit Gal. Com. ad aphoris. 18. lib. 2. ἡ μὲν οὖν ὑποχώρησις ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα μόνων λέγεται. ὑποχώρησις siquidem de iis solis quæ per aluum subeūt dicitur. Et Com. ad aph. 69 lib. 7. τὰ διὰ τῆς γαστρὸς ὑπιόντα λέγειν εἴωθεν αὐτὸς ὑποχωρήματά τε καὶ διαχωρήματα. Quæ per aluum subeunt, consueuit Hipp ὑποχωρήματα & διαχωρήματα, hoc est, subductiones & deiectiones appellare. Etsi ὑποχωρήματος nomen etiam his quæ per vesicam subducuntur tribuitur aphor. 68. 69. & 81. libr. 7. Ὑποχωρήματα μέλανα, deiectiones nigræ, de alui recrementis, quæ velut sanguinis limus ac fœx secedunt, aphoris. 21. & 25. libr. 4. ὑποχώρησις διακεκριμένη, alui egestio discreta ac dirempta, aut separata, hoc est, non constans aut coacta, sed diffluens & diffusa. lib. 7. Epid. (pag. 1208. D.) ἦν δὲ ὑποχώρησις πολλή, καὶ διακεκριμένη λεπτή. alui egestio multa erat & disparata ac tenuis. Cui συνεστηκὸς διαχώρημα opponitur, deiectio quæ eatenus mollis est, vt coacta maneat, μέχρι τοῦ εἶναι μαλακὸν μέχρι τοῦ μένειν συνεστῶς, vt loquitur Gal. Com. 2. in Progn. διακεκριμένη verò, deiectio quæ adeò liquida vt diffluat.

Ὑποψάθυρα διαχωρήματα quænam intelligantur in Prorrh. (pag. 207. 33 H. 77. C.) non satis constat apud Hipp. explicatores, vt ibidem scribit Galen. Post autem varia opinionum tormenta ὑποψάθυρα διαχωρήματα exponit, τὰ μετρίως ψαθυρά, hoc est aliquantulum ac moderate friabilia, & quæ in minutas partes comminui possunt. Trāslationem autem sumptam esse ab eduliis ψαθυροῖς & ad excrementa deductam, vt intelligantur τὰ εὐδιάλυτα, quæ facilè dissoluuntur, nec cohærent, sed aliquantulum sunt friabilia, velut si arenam aqua consperſam digitis compresseris aut dissolueris. Eam enim probabilem esse opinionem existimat Gal. εἰ γὰρ (vt scribit) ἀπὸ τῶν ψαθυρῶν ἐδεσμάτων ἐπὶ διαχωρήματα μεταφέρειν χρὴ τὴν ὁμοιότητα, πιθανώτερον ἂν εἴη λέγειν ψαθυρὰ τὰ εὐδιάλυτα, ἢ μηδεμίαν ἔχοντα ἰσχυρὰν σύνοδον. Si namque ab eduliis, friabilibus ad deiectiones transferre similitudinē fas est, probabilius dici videntur ψαθυρὰ διαχωρήματα, friabilia excreméta, quæ facilè dissoluuntur, & nullā ægrè solubi-

ſolubilem vnitatem habent. Ideoque eorum etiam opinionem probat Gal. qui τὰ μὴ γλίσχρα, aut vna voce ἄγλισχρα, hoc eſt minimè glutinoſa eſſe volunt. Nam quæ friabilia ſunt, ea nihil lentoris aut pinguedinis in ſe continent, & ψαφαρὰ dicuntur lib. 11. Meth. & ψαθυρὰ Ariſtot. lib. 4. Meteor. Sunto igitur ὑποψάθυρα διαχωρήματα excrementa modicè aut aliquantulum friabilia, fragilia, quæ facilè comminui poſſunt, teri, diſſolui, neque inter ſe cohærent, qualia ſunt excrementa eorum qui milium, panicum aut hordeaceos panes eſitarunt. Qualia quoque ſe vidiſſe teſtatur Gal. ex pyrorum ſylueſtrium eſu, & qualia euenire poſſunt ex tenuibus humoribus & diſſolutu facilibus excrementis permixtis, cùm inter ſe non cohærent, neque continuitatem ſeruant, ſed facilè diſſoluuntur, non ſecus ac arena aqua madeſcens. Quod faciunt quæ viſcida non ſunt neque pinguia aut glutinoſa, ſed rigida, ſcabra & ſqualida. ψαθυρὸν autem friabile ſignificat, fragile, arenidum, ſqualidum, contracta ſiccitate rigidum, arenulentum, tenerum etiam, putre, marcidum, quod facilè teritur aut diſſoluitur, non cohæret, & arenæ conditioni eſt ſimile. idem quod ψαφερὸν aut ψαφαρόν. Nam ψαφαρὰ ψαθυρὰ exponit Heſych. & ψαφερὸν, ξηρὸν, αὐχμηρὸν, ἀσθενές. & ψαθυρὰ ψαθυρὰ, εὔθλαστα, σαθρὰ, ξηρὰ, ἀσθενῆ. Gal. etiam ψαδυρὰ per δ Attice, aut per θ ψαθυρὰ κρέα cæteris Græcis communiter dici ſcribit, τὰ τοῖς σκληροῖς καὶ ἰνώδεσι, καὶ δυσδιαλύτοις, καὶ δυσμασσήτοις ἐναντίως διακείμενα μάλιστα δὲ γίνεται τοιαῦτα τὰ κρέα ... πρὸς τῶν παλαιῶν ... μίαν ἡμέραν ἢ δύο ... μετὰ τὸ σφαγῆναι τὸ ζῶον. ἕωλα δὲ ὀνομάζουσιν αὐτὰ οἱ Ἴωνες, ἑωλίζειν τε τὸ οὕτως φυλάττειν. hoc eſt, carnes friabiles aut teneras, quæ duris, fibroſis, diſſolui & mandi contumacibus opponuntur. Tales autem maximè exiſtunt, quæ à multis ἕωλα vocantur, vno aut altero die à iugulato animali repoſitæ. ἕωλα quaſi biduanas aut triduanas eas Græci vocare conſueuerunt, & ἑωλίζειν ita antè putrefacere. At verò ὑποψάφαρα pro ὑποψάθυρα multos Hipp. interpretes & exemplaria quædam legiſſe in Prorrh. conſtat, quod ψαθυρὸν idem ſit quod ψαφαρόν. Et Gal. in Exeg. apud Hipp. ὑποψέφαρα, τραχύτερα, hoc eſt aſperiora exponit, quòd ψαφαρὸν in vocis compoſitione concludatur, nimirum eo ſubnotato loco. Nam & in Coac. (pag. 218. E.) vbi ea Prorrh. ſententia repetitur, ἐπεχὴν ὑποψάφαρον διαχώρημα legitur. Dioſcor. verò interpres Hipp. pro ὑποψάφαρα ὑποψέφαρα legit, vt ibidem teſtatur Gal. τὰ ὑπομελαίνοντα, hoc eſt, ſubnigricantia intelligens, quod ψέφας τὸ σκότος Pindaro ſignificet. Et Gal. eam ſcripturam in Exeg. ſubindicans, ὑποψέφαρα, ζοφώδη, ὑπομέλανα, hoc eſt, caliginoſa, nigricantia, exponit, pro quo ὑποψάφαρα vitioſè & ζοφώδη Varin. legit. Heſych. ψεφαὶ, σκότος, & ψεφαρὰ σκοτεινὰ exponit. In Exeg. etiam poſtea ψέφαρα, ζοφώδη, μελανώδη exponit Gal. ψέφος γὰρ τὸ σκότος. Sed vitioſè ψοφώδη ſcribitur, & ψεφαρὰ malim.

Υ᾽ποψοφέοντες ἐν τοῖσι ποτοῖσιν, quibus inter potandum ſtrepitus quidam ſonat & exauditur, in Coac. (pag. 126. A.)

Υ᾽πτιασμὸς reſupinationem ſignificat & ſupinum ægri decubitum aut partis alicuius ſitum, velut lib. de fract. (pag. 546. 25. H. 759. G.) χρόνιον ὑπτιασμὸν diutinam reſupinationem vocat, cùm ex diuturno & longo decubitu ſupino, calcis os ſyderatum fuerit. Vbi Gal. ὑπτιασμὸς vocari ſcribit τὰς χρονίας κατακλίσεις, hoc eſt diuturnos decubitus, cùm negligentiùs os calcis collocatum aut poſitum ſæpenumero nigreſcit & ſyderatur. ὑπτιασμὸς etiam & ἀνατροπὴ eſt ventriculi reſupinatio & euerſio, cùm nauſeabundus cibum faſtidit aut reiicit, lib. 6. de loc. aff. & lib. 8. κατὰ τόπ. cap. 3.

Υ᾽πωμίη exponitur Gal. in Exeg. τὸ ὑποκείμενον ἢ τινι τῷ ἐπωμίδι, ἢ καὶ τῷ ὤμῳ, quod ſuperiori parti humeri, aut ipſi humero, ſubiicitur.

Υ᾽πώπια dicuntur ſugillata ſub oculis, aut ſugillationes, cùm ſanguis circa oculos ſub cutem effunditur tenuibus venis contuſis, & in grumos concreſcit, deinde verò liueſcit aut nigreſcit, ex ἐκχυμωμάτων genere, vt ſcribit Gal. initio lib. 5. κατὰ τόπους. αἱμάλωψ vt ὑπόσφαγμα dicitur etiam lib 4. τῶν κατὰ τόπ. (pag. 220. 41.) Sunt & ὑπώπια Hipp. eadem quæ ὑποφθάλμια lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 537. 36.) καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπώπια ὠχρά. partes ſub oculis cauæ pallidæ fiunt, aut partes ſub oculis liueſcunt. ὑπώπια verò ſuppurata aut ſuppurationes denotant lib. 7. Epid. (pag. 1223. A.) ἐν τοῖσιν οἰδήμασι τοῖσι περὶ γούνατα καὶ πόδας ὥσπερ ὑπώπια. In tumoribus ad genua & pedes quædam velut ſuppurationes inerant.

Υ᾽ετματα, pluuiæ, aquæ lib. 1. Epid (pag 368. 25.) νότια ὕσματα ὀλίγα, paruæ & modicæ pluuiæ auſtrinæ. Rurſus ibid. (verſ. 17.) ὕσματα ὀλίγα, modicæ pluuiæ. Et rurſus (verſ. 30.) ὕσματα νότια, μέχρις ἰσημερίης. pluuiæ auſtrinæ ad æquinoctium vſque. Et (369. 20.) ἤδη δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ τῶν ὑσμάτων γινομένων. Cùm autem autumnus eſſet pluuiæque impeterent. Erotianus ὕσματα εἶπε τὰ ὑάσματα, ὅ ἐστι βρέγματα, hoc eſt, madefactiones. poni ſcribit apud Hipp. ὕειν γὰρ τὸ βρέχειν. Deductam autem dictionem ἀπὸ τοῦ ὑετοῦ (H. 950. G. F. 951. A.)

Υ᾽στέρα ἡ ὑστέρη vterus dicitur, διὰ τὸ ὑστάτην κεῖσθαι τῶν σπλάγχνων, vt ſcribit Soranus. Pars eſt corporis in qua fit conceptio, & ad humani generis propagationē neceſſario attributa, σπλάγχνον γυναικεῖον ἄγχιστα ζῶον ... ζῶον ἐν ζώῳ, vt ſcribit appoſitiſſimè Aret. cap. 11. lib 2. περὶ ὀξ.) hoc eſt, viſcus propè animatum & velut animal quoddam in animali, & omnium muliebrium morborum cauſa (vt ſcribitur lib. de loc. in homine (pag. 423. 23.) At τὸ ὕστερον & τὰ ὕστερα ſecundæ dicuntur & idem quod χόριον. Quod teſtatur Gal. Com. ad aph. 49. li 5. cùm ὑστερῶν ἐκπτώσεις exponit, his verbis: οὐ περὶ τῶν ... χρὴ τὴν ὑστέραν συλλαβὴν ἀναγινώσκειν ὑστερῶν, ἀλλὰ βαρυνόντας ὑστέρων. οὐ γὰρ δὴ αὐτὰς τὰς ὑστέρας ἐκπτοιῆν βούλεται διὰ τῶν ... πταρμικῶν φαρμάκων, ἀλλὰ τὰ καλούμενα χόρια τε καὶ ὕστερα. Non cum accentu circumflexo in vltima ſyllaba ὑστερῶν legendum, ſed cum graui ὑστέρων. Neque enim ipſum vterum contentione adhibita per ſternutatoria medicamenta decidere vult, ſed ſecundas ipſas quæ χόρια dicuntur. Eſt & ὑστερικὴ πνὶξ vuluæ ſtrangulatus aut vteri ſuffocatio, de qua optimè Gorrh. ὑστεραλγὴς ὄξος acetum vteri dolores ciere ſcribit Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 81. verſic. 36. H. 394. 40.) τὰ ὑστερικὰ vteri affectiones & propriè ſtrangulationes aut ſuffocationes dicuntur aphoriſm. 35. libr. 5. ὑστερικὴν πνίγα ἢ ἄπνοιαν exponit Gal. Locos vertit Celſus, vteri affectiones intelligens, cap. 8. lib. 1. Sunt & ὑστερικὰ ἐν κοιλίῃσι σκληρύσματα, vteri in ventre durities, quæ ſenſu percipiuntur, & ponderis incumbentis grauitatem præ ſe ferunt, in Coac. (pag. 204. F.) αἱ τῶν ὑστερέων πλάναι καὶ ξυντάσιες vteri errores & contractiones ſignificant, cùm vterus huc atque illuc tractus fertur & contrahitur, libr. de art. (pag. 636. 1. H. 823. H.) Quod de vteri peruerſionibus intelligitur, quę Platonem impulerunt vt vterum animatū exiſtimaret. Eum enim in fine Timæi ζῶον ἐπιθυμητικὸν ἐνὸν τῆς παιδοποιΐας vocat. Quā de re agitur lib. de loc. in homine (pag. 423.) & apud Aret. cap. 11. lib. 2. περὶ ὀξ. & Gal. lib 6. de loc. aff. cap. 5. Υ᾽στερικαὶ etiam dicuntur mulieres hyſtericæ vteri ſtrangulatu laborantes, & quæ vteri ſuffocationibus ſunt opportunæ, in Prorrh. (p. 109. 25. H 77. F.) αἱ ἐν ὑστερικοῖς ἀπύρως σπασμοὶ εὐχερέες. Mulieres quę vteri ſtrangulationibus promptè corripiuntur, idq; ſine febre, ad conuulſiones propenſæ. Quod repetitur in Coac. (p. 173. A. & p. 207 D.) ὑστέρου ἀπόλυσις, ſecundarum dimiſſio, detrubatio, excuſſio, abſolutio, Prorrh. 2. (p. 104. F.) τὰ ὕστερα enim τὰ χόρια καλούμενα dicuntur Gal. Com. ad aph. 35. lib 5.

Υ᾽στεραίειν ceſſare, cunctare, deſiſtere, tardiùs & cunctanter agere, poſtponere, relinquere. li 6. Epid. ſect. 7. aph. 7 παιδὸς αἰνεῖν ... τοὺς ἐναγκωμένους ἃ ὑστεραίουσιν. mutatione excitare torpentes ad ea quæ cunctanter agunt, aut in quibus ceſſant.

Υ᾽φήγησις eſt præitio & ductus quidam. Sic dicitur Hipp. via quædam quæ reliquæ puerperij purgationi ſternitur, ab iis quæ primùm cum fœtu eruperunt lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 239. 11.) καὶ ὑφήγησις ἰσχύει τούτῳ, ὥσπερ ὕδατι ἐπὶ τραπέζης, & deductio quædam fit, non ſecus ac aqua in menſam effuſa. In puerperio enim primùm tenues ἰχῶρες educuntur, deinde fœtus, poſtea verò ſanies craſſa & cruenta, hoc eſt craſſior & magis fœculentus ſanguis, excrementum ſanguinis vniuerſi, qui in pueri alimentum abſumptus eſt. Poſt quem ſingulis diebus toto puerperij tempore purgamenta procedunt, ſicque via quædam fit reliquo ſanguini fluxuro, velut ab aqua in menſam effuſa ductus quidam & riui digito ducuntur, per quos quicquid humidi ſuperaffunditur, deriuari & defluere poteſt. Ad eundem modum prima illa ſanguinei humoris vacuatio, ſequenti viam ſternere videtur. Idem explicat ibidem (pag. 248. 1.) μετὰ δὲ τοῦτο ἰχὼρ ... ἔρχεται αἱματώδης, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ ἄλλου σώματος ἀποκριθεὶς ὑπὸ βίης τε καὶ πόνου καὶ θέρμης. ἐς ὁδὸν ... τῶν λοχείων καθάρσει. μετὰ δὲ τὴν ἔξοδον τοῦ ἰχῶρος ἡ κάθαρσις γίνεται, χρόνον τὸν προειρημένον. Poſt hæc prodit ſanguineus humor, cum à capite tum à reliquo corpore vi & dolore & calore expreſſus, & partus purgamentis viam ſternit, quæ quidem eo quo dictum eſt tempore, poſt ſaniei exitum ſuccedunt. Hunc autem humorem ſanguineum & craſſum, qui fœtu excluſo excernitur, & puerperij purgamentis quæ ſingulis poſt diebus ſubſequuntur, ad purgationem viam ſternit, ἰχῶρα παχὺν αἱματώδη ibidem vocat, (239. 10.) & ἰχῶρα ſimpliciter (pag. 248. 6.) In Iureiurando οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε, neque huiuſce rei conſilium ſubminiſtrabo, hoc eſt, neque exhibendi medicamenti lethalis cuiquam conſilium dabo, aut author ero.

Υ᾽φύδρους τοὺς ὑδεριῶντας exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. hoc eſt,

aqua inter cutem laborantes, aquas ſubeuntes. Ac mihi videtur locus Prorrh.2 (pag.83 G.) hac indicatura ſubnotari, vbi tamen ὑδέρους paſſim legitur omnibus in codicibus.

¶ Ὑψούμενοι exaltati, euecti, ἐν περὶ ἀγγελίας (p.27.11.) ὑψούμενοι ἐκ ποδὸς, ſubitò exaltati medici, ex imo ad ſummum repentè euecti.

Ὑψίφωνοι, qui clara aut ſonora ſunt voce & alta, canora, lib. 1. Epid. (pag.372.20.H.955.D.)

OECONOM. HIPPOC.

TO Φ.

Φαγέδαινα interdum generis nomen retinet & omne vlcus ſanas partes vicinas arrodens indicat, quodque maius & deterius ſe expendo euadit: interdum etiam vlceris ſpeciem facit, vt ab herpete, nomis, & aliis vlceribus differat, quòd ſit vlcus tumidum, profundum ſubiectam carnem & vicinas partes erodens. Quod ſcribit Galenus Com. ad aph.45.lib.6. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῶν ἑλκῶν ἀεὶ μείζω καὶ χείρω γίνεται, καὶ σύμπαντα ταῦτα φαγεδαίνας ἐκάλουν οἱ παλαιοί. οἱ δ' ὕστερον ἐπιχειρήσαντες ἴδιαι περιηγηταῖς ἕκαστον ἰδίαις, ἵνια μὲν οὖν αὐτῶν χειρώνεια καλοῦντες, ἵνια δὲ τηλέφια, φαγεδαίνας δ' ἄλλα, καί τινας ἐπ' ἄλλας περιεργοτέρας ἐπιφέροντες προσηγορίας. ἀλλ' ἡμῖν ἀρκέσει τῶν μὲν ἐπιλαμβανομένων τι τοῦ πέριξ χωρίου τὰ μὲν ἕρπητας ὀνομάζειν, ὅταν ἐπιπολῆς ᾖ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ δέρμα· τὰ δὲ φαγεδαίνας ὅσα καὶ τὴν ὑποκειμένην διαβιβρώσκει σάρκα. Cætera verò vlcera ſemper maiora & deteriora fiunt, atque vniuerſum eorum genus phagedænas (quaſi exedentia dicas vlcera) veteres appellabant. Quidam verò poſtea diſtinguere aggreſſi ſunt, propria cuique appellatione indita, Chironia nonnulla, Telephia alia, quædam phagedænas nuncupantes, aliaſque magis curioſas appellationes afferentes. Nobis verò ſatis fuerit, ex iis quæ circumſtantis loci partem aliquam occupant, alia Herpetas nominaſſe, cùm in ſuperficie aut cute etiam ipſa conſiſtunt: alia verò phagedænas, quæ carnem etiam ſubiectam corrumpunt. Quas ſanè differentias lib. de Tumor. præter naturam exprimit Gal. (p.356.47.) his verbis: ὅσα δὲ ἐν αὐτοῖς ἐπινέμεται, καὶ τὰ πέριξ ἅπτεται διαβιβρώσκοντα τὸ περικείμενον ὑγιὲς σῶμα, ταῦτα σύμπαντα φαγεδαινικὰ προσαγορεύεται. τὰ δὲ ἐξ ἀμφοῖν συνθετὰ τῶν τε ἑλκῶν αὐτῶν καὶ τοῦ πέριξ ὄγκου, φαγεδαίνας ὀνομάζουσιν. ἐπινέμεται μὲν οὖν καὶ ὁ ἕρπης ἀναβιβρώσκων τὰ πέριξ, ἀλλ' ἐπὶ μόνου τοῦ δέρματος ἕλκωσις. ἡ φαγέδαινα δὲ σὺν τῷ δέρματι καὶ τὰ ὑποκείμενα ἅπτεται. Quæ verò vlcera depaſcuntur attinguntque quæ circum ſunt, ipſum continens ſanum corpus perrodentia, hæc omnia phagedænica vocantur. Ex ambobus autem compoſita, ſcilicet vlcere ipſo & circumiecto tumore, phagedænam nominant. Depaſcit herpes quoque quæ circum ſunt perrodens, ſed ſolum cutis exulceratio eſt. Phagedæna verò cum cute quæ ſubiecta ſunt attingit quoq; Sic φαγεδαίνῃ apud Hipp. pro vlcere depaſcente (phagedænam vocant) ſumitur aph.28. ſect.3. li.6. Epid. & lib. περὶ χυμῶν (pag.51.38.) οἱ αἱμορροΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι, οὔτε περιπλευμονίῃ, οὔτε φαγεδαίνῃ, οὔτε δοθιῆσιν, ἴσως δὲ οὔτε τερμίνθοισιν ἁλίσκονται. Qui ſanguinem per ora venarum quę in ano ſunt profundere ſolent, neque morbo laterali, neque pulmonis inflammatione, neque vlcere exedente (phagedænam vocant) neq; furunculis, neque tuberculis quæ à ciceris ſimilitudine Terminthi dicuntur, corripiuntur. Vbi etiam ſcribit Gal. φαγεδαίνας δ' ὅτι λέγει τὰ διαβιβρωσκόμενα τῶν ἑλκῶν ἃ δὴ καὶ φαγεδαινικὰ καλοῦσιν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, εἴρηται κατὰ τὸ τρίτον τῶν εἰς τὰ περὶ χυμῶν ὑπομνημάτων. Quòd autem phagedænas dicat vlcera exedentia, quę quidem phagedænica veteres Medici nominant, dictum eſt etiam tertio in lib. de Humoribus Commentario. Atque eum ſanè locum mihi videtur ſubindicare Gal. in Exeg. cùm φαγεδαίνῃ exponit ἕλκει ἀναβιβρωσκομένῳ, hoc eſt, vlcere exedente. Et Comm.3. in lib. de humoribus. Gal. attributo eadem de Phagedæna adſcribuntur quæ Com. ad aph.45. lib.6. Lib. de Vlcer. (p.874.B.) φαγέδαινα inter vlcera exedentia reponitur, & ἰσχυρότατά τι νέμεσθαι καὶ ἐσθίειν, hoc eſt, vehementiſſimè depaſci & exedere dicitur. Et lib. de aëre, loc. & aq. (p.281.35.) καὶ φαγεδαίνας κοινῶς ἐγγίνεσθαι ἀπὸ πάσης προφάσιος ἢν ἕλκος ἐγγένηται, & phagedænas, hoc eſt, vlcera exedentia ex quauis occaſione oboriri, ſi vlcus fiat. Lib.4 Epid. (p.1125.G.) τῷ παιδίῳ φαγεδαινωθέντι, puero vlcere exedente (phagedænam vocant) laboranti. Quod repetitur etiam lib.5. Epid. (pag.1153.D.) Authori Definit. Medic. (pag.400.58.) φαγέδαινά ἐστιν ἕλκος ἀναβιβρῶσκον τὰ ὑπόγυα καὶ παρακείμενα, vlcus quæ propinqua ſunt & adiacentia exedens. Phagedænā in cole cancri ſpeciem facit Celſus c.18 li.6. & Phagedænarum nomen retinet Plinius. Transfertur verò hoc nomen ad ſtomachi affectū & appetentiam caninā, cùm immodico cibotū eſu tenetur, neq; vorando ſatiari poteſt. Quod etiam ſcribit Gal. Com.3. in li.6 Ep. (p.490.5.H.1176. D.) πρὸς γε μὴν ἀκούσῃ φαγεδαίνας τὰς τῶν πολλῶν βρωμάτων ἐδωδάς, εἰ καὶ αὐταὶ ἀπὸ κακοχυμίας γίνεται ἀμέτρας ὀρέξεις σιτίων, ὁμολογοῦμεν καὶ περὶ ἡμῶν. Nonnulli etiam phagedænas multorū ciborū eſum eſſe voluerunt, eaſq; ipſas immoderatas appetentias ex vitiatis humorib. fieri, nos quoq; concedimus. Huius affectus meminit Definit. Med. author (pag.398.11.) his verbis: φαγέδαινά ἐστι κατασκευὴ καθ' ἣν ὀρεγόμενοι πολλῆς τροφῆς, καὶ λαμβάνοντες ἄμετρον οὐ κρατοῦσιν αὐτῆς, ἀλλ' ἐξεράσαντες πάλιν ὀρέγονται. Phagedæna eſt conſtitutio, in qua multū cibū appetentes & immodicū aſſumentes, ipſum non retinent, verùm vbi eiecerint, ruſus appetunt. Quod etiam agnoſcit Plinius c.11. li.26. cùm Phagedænas nomen ſine modo edentium eſſe, & aliàs vlcerum, teſtatur. Hunc affectum deſcribit Cælius Aurel. c.3. li.3. Tard. Paſſ. φάγαινα & φαγέδαινα exponitur Heſych. νόσος, & ἕλκωσις νεμομένη, vt de morbo ſtomachi & vlcere exedente dicatur. Polluci lib.4. c penult. φαγέδαινα eſt ἕλκωσις ἄχρι τῶν ἔσω διαδιδοῦσα, ταχεῖα νομὴ μετὰ φλεγμονῆς, ἰχῶρας διαδιδοῦσα φθίνουσα καὶ πρὸς θάνατον ῥίπτουσα.

Φαίνηται Gal. in Exeg. teſtatur apud Hipp. etiam ſignificare, τὸ διαφανὴς ἐν τῷ πυρὶ γίνηται, pellucidum in igne fiat, libro ſecundo περὶ γυναικ. Verùm apparet eſſe μνημονικὸν ἁμάρτημα. Neque enim ea notione ibi legitur.

Φάκελλος φρυγάνων, virgultorum aridorum faſcis aut faſciculus dicitur apud Hipp. li.1. περὶ γυναικ. (p.617.21.) Idem quod φρυγάνων πλῆθος virgultorum aridorū multitudo in faſcem collecta, aut ſtrues, apud Lucam Act.28. Dicuntur & φάκελλοι φρυγάνων Dionyſio Halicarn. hiſt. li.7. & φακίολοι φρυγάνων li.10. Sudas ex Thucyd. φακέλους ὕλης adducit & φάκελλον exponit φορτίον & δεσμὸν τῶν καλάμων, faſcem arundineum. Heſych. autem per vnicum λ ſcribit φάκελον, & φορτίον εὐάλωτον explicat, & φακέλους φόρτους, & φάκελοι ὁμοίως. Apud eundem etiam φάκελον φορτίον exponitur Varino φάκελλος φορτίον, ξύλον exponitur, fortè φορτίον ξύλων, vt ſit lignorum ſtrues & faſciculus.

Φακῆ ὀξείη, lenticula acida, hoc eſt, aceto condita, li.1. περὶ γυναικ. (p.610 6.) Inde etiam φάκιον dicitur lenticulæ decoctum aut cremor lib.1 περὶ γυναικ. (p. ibid. 45.) φάκιον ξὺν ἐλλεβόρῳ δοῦναι ἐμέσαι, lenticulę decocto cum veratro vomitum cieto. Et ruſus (p.632.22.) φάκιον πῖσα, epoto lenticulæ decocto. Et (ibid.51.) φάκιον ποιῆσαι. vbi πῖσαι aut πιεῖν lego. Et ruſus li.2. (p.657.7.) τῷ φακίῳ συμμίξας μέλι καὶ ὄξος. melle & aceto ad lenticulæ decoctū ammixto. Et li. περὶ γυναικ. φύσ. (p.576.6.) φάκιον πίνειν. Et lib. περὶ παθῶν (p.523.32.) ἐμεῖν ἀπὸ σιτίων ἢ φακίου πίνοντα. vomitum à cibo aut lenticulæ decocto facito. Et li.2. de Morb. (p.474.19.) ἐπιπινέτω φάκιον, lenticulæ decoctum inſuper bibat. Et ruſus (pag 477.39.46.) φακεῖον ibidem legitur (pag.466.44.) τῷ φακείῳ σύμμισγων μέλι καὶ ὄξος. ad lenticulæ decoctum melle & aceto ammixto (ſi modo vera eſt ſcriptio.)

Φακὸς etiam lentem ſignificat apud Hipp. vt lib.1. περὶ γυναικ. (p. 610.4.) μίσγων φακὸν καὶ κύμινον, admixta lente & cymino. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag 668.5.) ἢ φακοὺς φώξας καὶ πτισάνας. Sic enim ad fotum lentes torrefactas & decorticatas in craſſiorem farinam alicæ inſtar redactas, adhibet Hipp. Quod etiam repetitur libro περὶ γυναικ. φύσ. (pag.585.32.) φακὸς quoque lenticula dicitur, hoc eſt, vas lenticulatum, aut lenticulæ forma, quo aqua calente aut oleo pleno fotus adhibebantur. Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.576.44.) φακοὺς ὀστρακίνους commemorat Hipp. hoc eſt, lenticulas teſtaceas, aut vaporaria lenticulata teſtacea: quæ aqua calente plena pedibus admoueri iubet ad fotus. φακῶν huiuſmodi meminit Gal. in Exeg. ἀσκοὺς exponens κεράμους, οὓς καὶ πυελαστὰς καὶ φακοὺς ὀνομάζουσι, vtres tegulas, quas etiam lateres & lenticulas vocant. πυελαστὰς tamen ſunt qui titiones ignitos ſumant, quos etiam in fomentorum materia commemorat Celſus c.17. l.2. Nempe titiones extinctos panniculis inuolutos & ita circundatos, velut & vtriculos, & fictilia vaſa, quæ ad ſimilitudinem lenticulas vocant, in quas oleū aut aqua calens ad fotum conijcitur, quæ omnia ex Hipp. ſumpta eſſe videntur: Sic enim lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.585.52.) vaſis teſtaceis, aut vtriculis, & ſacculis, ad fotum vtendum præcipit, vt aqua aut decoctione calente infuſa pars foueatur. Et lib. 2. περὶ γυναικ.

περὶ γυναικ. (pag.668 21.) ad eosdem fotus vasa testacea & vesiculas oleo calente plenas adhibet. Hinc φακωτὰ πυελιαστήρια quibusdam celebrantur apud Hipp. fotus per lenticulam adhiberi, vaporaria lenticulata dicere possis. φακὸς quoque Hesych. inter alias notiones τὸ σκεῦος ἰατρικὸν, hoc est, vas medicum significat, forte ad fotus faciendos accommodatum. ὁ φακὸς τοῦ ἐλαίου, lenticulam olei, pro vasculo oleario aut phiala, exponunt lib.1. Regum sub initium cap.10. vt & cap.26. ὁ φακὸς τοῦ ὕδατος, aquæ scyphum aut vrceum.

Φακῶν ἐρίγματα Erot. apud Hipp. ἀντὶ τοῦ διηρημένα poni scribit, hoc est, lentes crassius diuisas aut fresas. Ἐ γὰρ ἐρεγμὸς κυάμος λέγεται ὁ δίχα διῃρημένος κύαμος, faba in duas partes diuisa. Nimirum locum Coac. (pag.220.F.) subnotans, vbi ἐείγματα legitur. Nam & ἔειγμα & ἐρειγμα pro ἔριγμα dicitur, vt & ἐρείκειν & ἐρείκειν, vt antea adscripsimus. Est & φακῶν λέκιθος, lentium lomentum aut farina apud Hipp. vt scripsimus antea in Λέκιθος.

Φακῶ ὕδωρ aquam lentium aut decoctum significat, quod parabatur ex lente tosta cum melle & aceto, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.564.31.32.) & lib.2. περὶ γυναικ. (pag 655.44.) & lib. περὶ ἀφόρων (p.687.23.)

Φακώδεες dicuntur Hipp. lenticolores & qui lentis colorem referunt, quales sunt lienosi, lib.3. Epid. in fine st. pest. quos per τὸ φακῶδες illic designat Hippocr. vt nostris in eum locum Annotat. expressimus. Iidemque ὑποφακώδεες dicuntur lib.2. Epidem. (p.1008.H.)

Φαλακρότης aut φαλάκρωσις caluitium significat, sed pro pilorum defluuio quæ μαδάρωσις dicitur sumitur, & φαλακροὶ qui capillorum defluuio laborant, vt aphoris.34. lib.6. Sic lib.2. Epidem. (pag.1040.C.) φαλακροὶ ὑδρωπιώδεες dicuntur, hydropici pilorum defluuio laborantes, vt fusioribus verbis nostris in eum locum Comm. indicauimus. Et rursus ib. (1046.D.) κιρσοὶ φαλακροὶ, caluorum varices dicuntur. Transfertur ad ferramenta hæc dictio ab Hipp. quæ φαλακρὰ σιδήρια dicuntur, hoc est, ferramenta caluata, extremis partibus rotundam læuitatem habentia, & in fine capitulata, tanquam specillorum capita. Sic enim scribitur lib.1. de art. (pag.590 42. H.787. H.) σιδηρίοισι δὲ χρὴ τὰ διαιτεῖν χρίειν μὴ παχέσι, μηδὲ λίην φαλακροῖσιν, ἀλλὰ προμήκεσι. Eiusmodi autem ferramentis inurere oportet non crassis, neque admodum caluatis, sed longis. Vbi etiam scribit Gal φαλακρὰ καλεῖ τὰ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ πέρας, οἷα οἱ κατὰ τὰς μασχάλας ἔχουσι πυρῆνας, ἃς τὰ διπύρηνα καλοῦμεν, καὶ αἱ σπαθομῆλαι, Caluata vocat quæ in extremitate rotunda sunt, cuiusmodi sunt illa nucleata quibus chirurgi ad alas vtuntur, πυρῆνες; aut διπύρηνα Græcis dicuntur, aut spathularia & spathæ capitulatæ. Quibus τὰ προμήκεα opponuntur, hoc est oblonga; & quæ in extremitate rotunda non sunt, sed in acutum tendunt, ad pungendum accommodata. Quem locum procul omni dubio mihi adumbrare videtur aut exprimere Erot. cùm φαλακροῖσι περιφερέσι, hoc est rotundis, exponit. Et Gal. quoque in Exeg. φαλακρὰ τὰ στρογγύλα μετὰ λειότητος, hoc est, rotundam læuitatem habentia, aut rotunda cum læuitate, nisi si φαλακροῖς & στρογγύλοις melius legatur. Sic quoque φαλακρὴν στρογγύλωσιν dicit Hipp. lib.de art. (pag.641. vers.37.H.827.D.) læuem rotunditatem, glabram & caluam, de brachij aut femoris capite, quod quia rotundum est & læue, facile sua cauitate totum excidit & elabitur.

Φαρκιδώδης ῥυτιδώδης exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. & Erot. hoc est, rugosum & quod rugas habet. φαρκὶς γὰρ λέγεται ἡ ῥυτὶς, addit Erot. Sic φαρκὶς exponitur apud Hesych. ῥυτὶς ἡ ἐκ τοῦ γήρως γινομένη, ἡ ῥοιὰς, ruga ex senio contracta. Vnde φαρκιδώμενος aut φαρκιδώδης, corrugatus, qui est fronte caperata. Vide Φορκιώδης postea.

Φαρμακεύειν ἢ φαρμακεύεσθαι quod medicari aut medicamento vti significat, de medicamento purgante tantùm effertur Hipp. vt multis locis testatur Gal. Comment.4. in lib.de rat. vict. in morb. ac. (pag.115.vers.4. H.406.4.) τὸ καθαίρεσθαι δὲ τῷ φαρμακεύεσθαι συμβαίνει ἐς ταυτὸν, ὥσπερ γε καὶ φαρμακεύειν ἐν τῷ καθαίρειν. Rursus Comment. ad aphoris.22.lib.1. τὸ μὲν φαρμακεύειν ἔθος ἐστὶν αὐτῷ λέγειν ἀντὶ τοῦ χρῆσθαι φαρμάκῳ καθαίροντι. φαρμακεύειν quod est medicari vsurpare solet Hipp. Pro eo quod est vti medicamento purgante. Etsi illic non solùm de medicamentis per aluum purgantibus dici videtur, sed etiam generalius de omni quauis ex corporis parte purgatione, in qua coctionem quoque expectare oportet. Et Comment.2. in Prorrhet. (pag.192.58. H.72.G.) τὸ φαρμακεύειν καθαίρειν, quod est medicamentis purgare exponit. Rursus Comment. ad aphoris.37.lib.2. ἡ τοὺς ὑπνοῦ φάρμακον προσφερομένους φαρμακεύειν λέγειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλ' ἐπὶ μόνων τῶν καθαιρόντων τοῦτο χρῆται τῷ ῥήματι. φαρμακεύεσθαι verbum (quod sonat medicamento vti) vsurpare consueuit Hipp. in iis qui non quoduis, sed purgatorium duntaxat medicamentum sumpserunt. Et Com. ad aph.1. lib.4. ὅτι δὲ τῷ φαρμακεύειν ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ τῶν διὰ φαρμάκων καθαίρειν εἴωθε λέγειν, ὁμολογεῖται πᾶσιν, ἔστι δ' ἐπὶ βραχὺ τὸ λέξειν αὐτὸ συνιδεῖν. ἵνα γὰρ ἐάσω τὰ ἄλλα βιβλία, ὅσα δὲ γεγραμμένα ἀφορισμῶν μνημονεύειν, κατ' οὐδένα τρόπον, οὐδὲν τ' ἐστιν εὑρεῖν ἐν αὐτοῖς ἄλλο τι σημαίνεσθαι πρὸς τὸ φαρμακεύειν ῥήματος, ὡς εἰκὸς ὁστισοῦν ἴσως θέλει. Quod autem Hippocrates verbum φαρμακεύειν, quod est medicari, pro medicamento purgante vti vsurpare consueuerit, in confesso est apud omnes qui vel minimam habent eius dictionis notitiam. Nam vt alia eius scripta omittas solis aphorismis contentus aliud profectò nihil per eam vocem in ipsis significari posse fatearis est necesse, vt paulò post fiet manifestum. Rursusque Com.2. in lib de fract. (pag. 547.53. H.760.B.) σύνηθες αὐτῷ τὸ φαρμακεύειν οὐκ ἐπὶ πάσης προσφορᾶς φαρμάκου λέγειν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς τῶν καθαιρόντων μόνης. Consueuit ipse φαρμακεύειν, quod est medicari, non de cuiusuis, sed de purgantis duntaxat exhibitione efferre. Sic φαρμακοποσίη & φαρμακεία de purgantis medicamenti tantum potione dicitur Hipp. vt scribit Gal. Com. ad aph.25. lib.7. φαρμακοποσίας δὲ φαρμακείας ἰδίως εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν, τὰς τῶν καθαιρόντων φαρμακείας μόνον: Medicamenti potiones ac medicationes consueuit peculiari nomine vocare Hipp. eas tantùm medicationes quæ per purgantia medicamenta fiunt. Eademque notione φαρμακοποσίη sumuntur aphor.19. lib.4. & φαρμακεύειν in Coac. (p.158.E.) & φάρμακον ἄνω καὶ κάτω, medicamentum sursum & deorsum purgans significat lib.7.Epid. (p.1211.H.)

Φάρυγξ fauces dicuntur, spatium illud laxius ore aperto conspicuum, quod inter laryngem & gulam est medium. Gal.Com. 3. in Progn. (p.158.31. H.45.1.) ὅτι φάρυγγα τὴν προκειμένην χώραν στομάχου τε καὶ λάρυγγος ὀνομάζειν ἐθέλει ἐστὶ καὶ ἐξ ὧν νῦν ἔχομεν ἐκεῖνος τὰς κυνάγχας διαστάσας ἔσται λέγων ὅσαι μήτ' ἐν τῇ φάρυγγι μήτε κατὰ τὸν αὐχένα διάθεσιν τινα παρὰ φύσιν ἐνδείκνυνται, κατὰ χροιὰν τε καὶ θερμότητα, καὶ ὄγκον. αὐχένα μὲν γὰρ τὸν τράχηλον λέγει φάρυγγα δὲ, τὴν ἐν τῷ διανοῖξαι τὸ στόμα καὶ πιέσαι τὴν γλῶσσαν κάτω φαινομένην εὐρυχωρίαν, ἐν ᾗ τὰ δύο στόματα ἐστι, τό, τε τοῦ στομάχου, καὶ τὸ τοῦ λάρυγγος. Quod φάρυγγα, h. e. fauces vocet præiacentem gulæ & gutturi regionem, ex iis etiam est perspicuum quæ nunc scripsit, illam anginam dicens grauissimam, quæ nec in faucibus, neque in ceruice dispositionem vllam præter naturam indicet, siue ex colore, siue ex calore, siue ex tumore. αὐχένα siquidem collum intelligit. φάρυγγα verò amplitudinem illam quæ ore aperto & lingua deorsum compressa conspicitur, in qua duo oscula visuntur, tum gulæ, tum gutturis. Rursus lib. 4. de loc.aff. (p.288.2.) φάρυγγα ὀνομάζω τὴν εἴσω τοῦ στόματος χώραν, εἰς ἣν ἀνήκει τό τε τοῦ στομάχου καὶ τὸ τοῦ λάρυγγος πέρας. fauces voco internam oris regionem, vbi simul conueniunt & gulæ & gutturis partes extremæ. Et Com. ad aph.34. lib.4. φάρυγγα dici Hipp. vt & Homero scribit, τὴν προκειμένην εὐρυχωρίαν στομάχου τε καὶ λάρυγγος, illam capacitatem quæ gulæ & gutturi præposita est, quæ ore multum hiante facilè cernitur. φάρυγγες simpliciter Hipp. persæpe ponuntur & faucium affectus indicant, velut aph. 5. lib.3. φάρυγγες faucium asperitates indicant, & Gal. τὴν τραχύτητα τῆς φάρυγγος exponit. Celsus cap. 1.lib.2. aquilonem fauces exasperare dixit. Et Gal. Com.3. in lib.3. Epid. (p.429.16. H.1089.F.) ex aphorismis citat, βῆχες τε καὶ φάρυγγες οὐδ' ὅλως τι ἐλυπεῖ καὶ ἐπιδίκην γίνεσθαι κατὰ τὰ βόρεια. Sic aph.1. sect.7. lib.6. Epid. φάρυγγες pro faucium inflammationibus ponuntur. φάρυγγες δὲ φλεγμαίνουσι. faucium quoque inflammationes tandem tussientibus, & φάρυγγες δὲ βραχέαι, eæque breues erant. Quod paulò antè dixerat ἦσαν δὲ φάρυγγες φλεγμαίνουσαι. quibusdam verò faucium inflammationes aderant. Est & φάρυγξ ἰσχνὴ Hipp. quod dicitur de faucibus, gracilibus & nullo tumore affectis, in Prorrh. (p.194.52. H.74. A.) φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνή. dolentes fauces graciles, hoc est absque tumore. Quod repetitur in Coac. (p.161.C.) Et in Prorrh. (p.204.21. H.76.A.) τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῇ ἀλγήματα πνιγώδεα, dolores faucium gracilium suffocantes. Quod etiam repetitur in Coac. (p.161 G.) Et rursus ib. (163.C.) φάρυγγα ἰσχνὴν, vocat, fauces nullo tumore affectas, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι dicitur aph.34. lib.4. φάρυγξ τρηχυνθεῖσα, fauces exasperatæ in Prorrh. (p.205.48. H 76.D.) & Coac. (p. 162.D.) Annotat Suidas & alij Grammatici Græci φάρυγξ a fœminino genere fauces significare. Ex quo sanè Gal. Com.3. in Prorrh. (p.204.24. H.76.A.) librum illum Hippocratis Magni nomine indignum censet, eamque lectionem vellicat, quæ ἐν φάρυγγι ἰσχνῷ legit, & Artemid. & Dioscor. Hipp. explicatores palam φάρυγγι ἰσχνῷ scripsisse. At φάρυγξ mascul. genere, asperæ arteriæ summum & laryngem significat. & φάρυγξ λάρυγξ exponitur Hesych. Indifferenter tamen Gal. pro sum-

mo arteriæ capite aut ipsa arteria vtroque genere vsurpatur, vt satis testatur Gorr. Qua notione etiam ponitur apud Hipp. mascul. genere tantùm, velut lib. περὶ ἄρθρων vulgo inscripto (p.253.51.) εἶδον δὲ ἤδη οἳ σφάξαντες ἑωυτοὺς, ἀπέταμον τὸν φάρυγγα παντάπασιν, ὥστε ζῶσι μὲν, φθέγγονται δὲ οὐδὲν, εἰ μή τις συλλάβοι τὸν φάρυγγα. οὕτω δὲ φθέγγονται. Vidi autem qui sibi manu illata gutturis summum cùm omninò præsecuissent, viuebant quidem, vocem autem nullam emittebant, nisi quis arteriæ summum constrinxisset. Tunc enim vocem emittebant. Vbi eadem de re διατετμημένου τοῦ λάρυγγος, hoc est summo gutture præsecto, ponitur. Rursus lib. περὶ καρδίης (pag.268.28.) πίνει δὲ ἐς φάρυγγα. bibit autem & in guttur aut arteriæ summum. Ibi enim potionis partem in pulmones deferri significat, quam opinionem ex Hippocrate Plato hausisse videtur. Qua de re plura Gal. cap.vlt.lib.8. de plac. Hipp.& Plat.& Plutarch in Sympos. & Aulus Gellius cap.11. lib.17. Et lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 567.11.) καὶ ὁ φάρυγξ ξηρὸς, & guttur siccum. Quod libr.1. περὶ γυν. (p.664.16) eadem in re, καὶ ὁ φάρυγξ αὐχμὸς scribitur. In Epistola Democriti de Natura hominis (pag.1229.22.) φάρυγξ masc.genere gulam & œsophagum significat, non secus ac apud Arist.Eth.3 de Philoxeno τὸν φάρυγγα γεράνου, hoc est, gruis gulam aut œsophagum sibi optante. De quo tamen γεράνου τὸν φάρυγγα dixit Athen. lib.1. (p.3.40.)

Φάσσα ἢ φάσσα palumbus dicitur, vnde φασσοφόνος accipitris genus quod palumbos interficit, palumbarium vertit Gaza apud Arist. lib.1. περὶ γυναικ. (p.596.17.) κρεῶν δὲ φάσσης, ex carnibus autem palumbo (vtatur) Et rursus ib. (p.600.2.) κρέας φάσσης, palumbi caro. Rursus lib.3. περὶ διαίτης (pag.373.54.) φάσσαι, στερεαί.

Φαῦλος, vilis, leuis, facilis, non arduus aut exquisitus, simplex, nullius momenti aut negocij. φαυλοτέρη ἡ κατάτασις, leuis extensio & facilis, hoc est, nullius negocij, lib de fract. (p.531.30. H.753.A.) vbi Gal. scribit φαῦλον antiquis non solùm vitiosum aut prauum denotare, sed etiam τὸ ἁπλοῦν, quod est simplex. Et φαυλοτέραν κατάτασιν exponit ἁπλουστέραν καὶ οὐ μεγάλης πραγματείας, hoc est, simplicem & quæ minimo negocio fieret, leuem scilicet & facilem. Ac rursus ib.Gal. (p.538.2. H. 756.F.) φαῦλον antiquis dictum scribit ἀπὸ τοῦ τυχόντος καὶ ἁπλοῦ, & τῷ ἀκριβεῖ opponi, hoc est exquisito. Sic φαύλην δίαιταν, vulgarem & simplicem victus rationem dici, quæ τῇ ἀκριβεῖ & exquisitæ opponitur. Sic ὑποφαύλην δίαιταν ibidem esse Hipp subuulgarem & mediam inter exquisitam & simplicem. μετρίαν exponit Gal. id est mediocrem, quæ ptissana, beta, malua, atriplice, blito, cucurbita, nec non piscibus molli carne præditis constat, necnon obsoniis liquidis, estque subexilis victus & prope vulgaris, neq; validæ materiæ. Idem Com. 3.in lib.de fract. (p.572.43.H.775.G) φαύλην δίαιταν eam esse scribit quæ τῇ ἀκριβεῖ opponatur, & Comm.3. in lib.de art. (p.625.57.H 816.G.) vbi τὴν ἐπιτυχοῦσαν eandem exponit, hoc est, vulgarem, simplicem & quamlibet, quemadmodum quoque sumitur lib de rat.vict.in morb.ac. (p.58.32. H.388.26.) Est etiam φαυλότης inscitia, rusticitas, ineptia, imperitia, lib. de art. (p.658.44. H.837.A.) καὶ ἤδη μέν τινας εἶδον, εἰ τινὲς ὑπὸ φαυλότητος. Nonnullos sanè vidi qui ob ineptiam. Sic φαυλότεροι apud Thucyd. οἱ ἀμαθέστεροι exponuntur. φαύλως ἔχειν est aduersa esse valetudine, seu valetudine ambigua vti, neutro esse statu, medioque inter sanum & ægrum, aph.52.lib 2.

Φώσιγγες sunt Gal. in Exeg. apud Hipp. κυρίως μὲν οἱ ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐν ταῖς κνήμαις ἱστάμενοι κύκλοι ἐρυθροί. καταχρηστικῶς δὲ καὶ οἱ λοιποί. Propriè quidem in tibiis rubri ab igne surgentes circuli, & per abusionem reliqui. maculas ab igne in tibiis excitatas alij esse scribunt, & σπῖλοι pro κύκλοι legunt. φώσιγγες exponuntur Hesychio, αἱ ἐν ταῖς πτέρναις γινόμεναι ῥαγάδες. ἔνιοι τὰς ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐν ταῖς κνήμαις καὶ τοῖς σκέλεσι γινομένας φλυκταίνας. δηλοῦσι δὲ καὶ αὐγὰς καὶ ἀκτῖνας. ἄλλοι δὲ αἱμορροΐδας καὶ φλυκταίνας καὶ λαμπάδας. φαυσιγγες tamen vitiose apud Hesych. legitur, vt & φώσιγγες apud Pollucem.

¶ Φέκλη, vox Latina à Græcis vsurpata pro vini fœce, quam τρύγα vocant, sed fœcem vstam intelligunt, quam fœculam vocant, fœclam Cæl. Aurel. capit.1 lib.2. Tard.Pass. Apud Gal. lib.1. κατὰ τόπ. (pag. 170. versic. 11.) ex Critone, τρυγὸς οἴνου κεκαυμένης ἣν ῥωμαῖοι φέκλην καλοῦσιν. fœcis vini vstæ, quam Latini fœculam vocant. Et rursus (versic.20.) φέκλης λίτρας μίας. Est igitur corrupta vox ex fœcula, & pro φέκλη σφέκλη Paulo dicitur cap.13. lib.7. & explicatur, ἥτις ἐστὶ τρὺξ οἴνου κεκαυμένη. Vtitur etiam lib.3.cap.18. vbi σφέκλης vitiosè pro σφέκλης legitur, & cap.29 & lib 4.cap.34.

Φέρβεσθαι consumere, exedere, depasci significat, eaque notione vtitur Hipp. aph.5.sect.5.lib.6. Epidem. καὶ ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα φέρβεται. tum etiam animus ipse corpus depascitur. Quem locum procul omni dubio mihi videtur subindicare Gal. in Exeg. φέρβεται exponens βιβρώσκει, κατεσθίει. exedit, consumit. Est alioqui φέρβεσθαι, ali, nutriri & pasci, & de brutis dicitur propriè. In Epist.Hipp.ad Damag. (pag.1283.4.) ἀλλ' ἀγαθοῖσιν ἕκαστος ἑωυτῶν ἐλπίσι φέρβεται. at eorum quisque bona spe alitur. φέρβειν, τρέφειν, βόσκειν, exponit Hesych. & φέρβεται τρέφεται, & φερβόμενος τρεφόμενος.

Φέρεσθαι demitti, deorsum ferri dicitur, & aluo attribuitur quæ effunditur, in Coac. (pag.150.E.) κοιλίαι δὲ αἷσι ταχέως φέρονται. iis aluus citò demittitur, effunditur. Vbi tamen ex reconditioribus membranis κάτω φέρονται legimus. Rursus ib. (pag.203.H.) κοιλίαι φερόμεναι, alui subeuntes. φέρεσθαι etiam de vlceribus impuris & sordidis effertur, in quibus sordes demittuntur & feruntur, libri primi περὶ γυναικ. (pag.628.11.) ὅταν δὲ ἀκάθαρτα ᾖ καὶ φέρηται. Vbi impura fuerint ac sordes feruntur, hoc est demittuntur & effluunt. Sic φέρειν demittere ac deducere significat ib. (pag.631.39.) καὶ λοχεῖα φέρει. puerperij purgamenta demittit, deducit, detrahit.

¶ Φηγὸς ἡ, tam arborem fagum, quam fructum & glandem fageam significat. (Sic enim glandem fageam dicit Plinius cap. 5 & 6. lib.16.) Pro glande vsurpatur apud Hippoc. lib.1. περὶ γυναικ. (p.597.41.) ἢ φηγὸν τρίβων προστιθέσθω. aut glandem fageam tritam apponito. φηγὸς Hesych. ἡ δρῦς exponitur. δρῦς verò nomine antiquis arbor omnis glandifera accipitur.

Φῆρια vox est apud Hipp. inter obscuras reposita, & oblongas glandulosorum corporum, quæ circa aures sunt, eminentias significant, à Satyrorum similitudine, quos Iones φῆρας vocant. Vsurpatur hæc vox aphor.10 sect.3.lib.6. Epid. τὸ ψυχρὸν συστρεπτικὸν οἷα τὰ φῆρια. frigidum humorum collectiones facit, qualia sunt φῆρια, hoc est, oblongæ circa aures eminentiæ à Satyrorum similitudine φῆρια dictæ. Sic enim illic exponit Gal. νῦν εἶπε τὸ ψυχρὸν συστρεπτικὸν ἴσον τῷ συνακτικόν. οὕτως οὖν ἐργάζεται καὶ τοὺς ἐν τοῖς νευρώδεσι μορίοις ὄγκους, καὶ κατὰ γε τὰ νεῦρα, τά τε γάγγλια καλούμενα, καὶ τινὰς ἄλλας τάσεις, τὰς μὲν προμηκεστέρας, τὰς δὲ στρογγυλωτέρας. καὶ μοι δοκεῖ τὰς προμηκεστέρας ὀνομάζειν φῆρια, τὰς δὲ στρογγυλωτέρας γογγρώνας, φῆρια μὲν εἰπὼν, τὰ τὴν ὁμοιότητα ἔχοντα φηρῶν. οὕτω γὰρ ὀνομάζουσιν ἔνιοι τῶν ἰώνων σατύρους, οὓς γράφουσί τε καὶ πλάττουσι προμήκεις ἐξοχὰς ἔχοντας παρὰ τοῖς ὠσί. frigidum nunc dicit συστρεπτικόν, hoc est, collectiones humorum faciens, quod æquè valet ac τὸ συνακτικόν, quod est coalescere faciens. Sic igitur & in partibus neruosis tumores facit, atque in neruis, tum ganglia dicta, tum alias quasdam tensiones, has quidem oblongiores, alias verò rotundiores. Ac mihi videtur oblongiores vocasse φῆρια, rotundiores verò γογγρώνας. φῆρια quidem inquiens, quæ φηρῶν similitudinem habent. Sic enim Ionum quidam Satyros vocarunt, quos oblongas circa aures eminentias habentes, tum pingunt, tum fingunt. Et rursus paulò pòst ὅτι μὲν τὰ γε φῆρια λέγοιτο τις οὐτ' αὐτὸς ἤκουσα, κατά τι τῶν ἐθνῶν, οὔτε τινὸς ἀκηκοέναι ἐνεθύμην. καὶ τοι τινὲς τῶν ἐξηγητῶν φασι τὸν Ἱπποκράτην φῆρια καλεῖν, τὰ ἐν Φηραῖς τῆς Πελοποννήσου πλεονάζοντα. τινὲς δὲ διὰ τοῦ ι τὴν πρώτην συλλαβὴν γράφοντες ἅμα τῷ φ. δηλονότι, φήρια φασὶν αὐτὸν ὀνομάζειν τὰ ἐν Φεραῖς τῆς Θετταλίας πολλάκις γινόμενα. τὸ μέντοι τὰς προμήκεις ἐξοχὰς ὀνομάζειν φῆρια, μαρτυρεῖν μοι δοκεῖ καὶ τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ τῶν ἐπιδημιῶν ἑβδόμῳ κατὰ λέξιν οὕτως. ἐπεδήμησαν βῆχες, μάλιστα δὲ παιδίοις τὰ περὶ τὰ ὦτα πολλοῖσιν οἷα τοῖς σατύροις. φῆρια autem qui diceret, neque ex natione vlla aliquem audiui, neque quenquam audiuisse crediderim. Quanquam Interpretes quidam dicunt Hippocratem φῆρια vocare, quæ Pheris Peloponnesi oppido abundant. Quidam verò per ι & φ primam syllabam scribentes, φήρια ab ipso dici existimant, quæ Pheris Thessaliæ oppido sæpius fiunt. Quòd verò φῆρια vocet oblongas eminentias, id testimonio esse videtur quod septimo de Morbis vulgaribus his verbis scriptum est. Populariter grassabantur tusses, præcipuè verò pueris multis qualia circa aures Satyris oborta sunt. Idem verò Galen. in Exeg. hunc eundem locum exprimens, scribit: φῆρια αἱ προμήκεις ὑπὸ τὰ ὦτα ἀδενώδεις ἐξοχαί, οἵας καὶ οἱ σάτυροι ἔχουσι. ἔνιοι δὲ καὶ φῆρες καὶ θῆρες καλοῦνται ἵνα ᾖ τὰ φῆρια ἀττικῶς εἰρημένον. φῆρια sunt prominentes glandulosorum corporum, quæ circa aures sunt, eminentiæ, quales in Satyris inesse dicuntur. Quidam verò etiam φῆρες & θῆρες vocantur, vt sit, velut φῆρια Atticè dictum. Etsi ea extrema verba mihi non parum suspecta sunt. Quæ tamen mihi innuere velle videntur, φῆρες dici Atticè pro θῆρες, quemadmodum φλᾶν pro θλᾶν, & φλᾶσθαι pro θλᾶσθαι Attici dicunt, etsi id Æolibus magis proprium esse traditur. Sunt tamen qui pro φῆρια ἀττικῶς, φῆρια κτητικῶς legendum putent, vt hæc dictio formam κτητικοῦ ὀνόματος habere dicatur. Qua notione mihi posse sumi φηρία videntur, pro θηρία, vt in omnibus manu scriptis & publicatis codicibus legitur. Quo nomine ferina

dici

dici possunt & tubercula oblonga intelligi, quæ in ferarum coriis, veluti bubalis, vrsis, aut Elephantis visuntur. At longè alia est huius dictionis apud Erot. explicatio quam adscribit his verbis: τὰ φορία, οἱ μὲν συνεσταλμένως ἀναγινώσκοντες, ῥίζας φασὶν εἶναι τινὰ ... οἱ δὲ ἐξέτεινον τὸ ἔσχατον ... ἵνα ᾖ ὄνομα αἰολικὸν τοῦ φορεῖν. ἰδίως δὲ τὰ στέρητα λέγει, εἰ τὸ φορία, ... ἰώπτα. Quibus in verbis fidem & integritatem requiro, neque his sine melioris exemplaris ope mederi posse confido.

§ Φθέγξασθαι est loqui & ad loquelam redire, de voce explicata & libera dicitur, quæ antea præpedita fuerat, & τῷ ἀφώνῳ opponitur apud Hipp. in Coac. (pag. 128. D.) & aphorism. 5. lib. 5. & φθέγξις idem quod ἡ φωνὴ λελυμένη, vox soluta & libera. Ac quemadmodum ἀφωνία apud Hippocr. motus & sensus priuationem indicat, ita & φθέγξις motus & sensus redditam facultatem, voce restituta significat. Quod in conuulsionis aut Epilepsiæ solutione scribitur lib. 2. Epid. (pag. 1050. F.) τῆς φωνῆς λυομένης πάντα λύεται. ἡ γὰρ λύσις τῇ φθέγξει ὁμοίη. Voce soluta & libera reddita, omnia soluuntur. Ipsa enim solutio vocis liberæ emissioni prope respondet. φθεγγώδεις διαθέσεις dici videtur affectio magni nominis, & quæ multorum sermonibus illustris & clara est ob ægrotantis dignitatem, qualis est principum & opulentorum, quorum vel leuissimæ affectiones ob nominis splendorem grauissimæ videntur. Potest & intelligi φθεγγώδεις διαθέσεις periculosus affectus & magni momenti ob vehementiam, cum multo clamore & eiulatu ac dolore. ἐν παραγγελίαις (p. 27. 10.) πρὸς γὰρ θεραπείην οὐ γίνονται σκοπέοντες διαθέσιας φθεγγώδεα. Neque enim adcurationem accedunt, vbi vident miserabilem esse affectionem & clamoribus aut eiulatu plenam, hoc est difficilem & periculosam. Sic enim accepisse videtur Cornar. nisi si φθινώδεα pro φθεγγώδεα legit. Zuingg. verò φθεγγώδεα διάθεσιν exponit affectionem magni nominis & celebritatis, vt in splendida aut illustri persona: Aut quæ Medici improbitate & calliditate, tanquam perniciosissima multis verbis exaggeratur. Atque hunc locum sic legit, πρὸς γὰρ θεραπείην ἔτι γίνονται, σκοπέοντες διάθεσιν φθεγγώδεα. Qui quidem ad curationem accedunt, affectionem magni nominis captantes. Quam certè lectionem ex Caluo hausisse videtur. Verùm pro φθεγγώδεα φλεγώδεα idem legisse videtur.

Φθινώδεις αἱ νοῦσοι, morbi tabifici dicuntur, qui tabem ex fluxione à capite in pulmones excitant, libro περὶ ἀδένων (pag. 273. 9.) φθινώδεις etiam ξηραὶ sunt tabes siccæ, quæ fiant ex tofo aut humoribus in pulmonibus concretis aut induratis. Quibus videntur opponi φθινώδεις, qui ex suppuratione aut pure in pulmonibus ac thorace collecto tabescunt, lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 278. 17. 21.) Sic enim φθινώδεις dicuntur Hipp. aut φθίνοντες, qui ad tabem ex pulmonis vlcere promptè sunt comparati, aut qui ex vlcere pulmonis contabescunt, velut aph. 64. lib. 5. & 8. lib. 4. vbi scribit Gal. ἀκουστέον δὲ φθινώδεας, ἤτοι τοὺς φθίοντας τῇ νόσῳ ἑαλωκότας, ἢ τοὺς ἐπιτηδείως ἔχοντας πρὸς τὴν φθίσιν. φθινώδεις inaudiendi sunt, aut qui tabe correpti sunt, aut qui ad eam proni sunt. De quibus agitur sect. 1. lib. 1. Epid. amplissimè, & à Gal. ibidem sic explicantur (p. 353. 55. H. 939. F.) φθινώδεις ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι καὶ φθινώδη νόσον, ἣν καὶ φθόην τινὲς ὀνομάζουσιν, ἐπιτήδειοι πάσχειν. εἰσὶ τοίνυν δ' ὑπάρχουσι φανερώτατοι, ὅταν ὁ θώραξ στενὸς καὶ ἀβαθὴς εἰς τοῦτον, ὡς τὰς ὠμοπλάτας ἐξέχειν ὄπισθεν δίκην πτερύγων. ὀνομάζουσι δὲ καὶ πτερυγώδεις ὀνομάζουσι τοὺς τοιούτους. ἀλλὰ καὶ ὅσοι τὴν κεφαλὴν εὐπλήρωτόν τε εἶναι, καὶ ῥεύματα πολλὰ τοῖς ἀναπνευστικοῖς μορίοις ἐπιπέμπουσιν ἔχουσιν, καὶ οὗτοι φθινώδεις ῥᾷστα γίνονται. συνελθόντων δ' εἰς ταὐτὸ ἀμφοῖν τῆς τε κατὰ τὸν θώρακα διαπλάσεως, καὶ τῆς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἀσθενείας, ἀκριβῶς αἱ τοιαῦται φύσεις φθινώδεις εἰσὶ κατ' ἀμφοτέρας τῆς φύσεως τὰς αἰτίας. καὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν πνεύμονα ῥευματιζόμενοι τῷ χρόνῳ φθινώδεις γίνονται, καὶ ἀναρρήγνυται πολλάκις αὐτοῖς ἀγγεῖον ἐν τῷ πνεύμονι, διά τε τὴν στενότητα τοῦ σπλάγχνου, καὶ τὴν ἀσθένειαν. τοιοῦτοι μὲν τινες οἱ φθινώδεις. φθινώδεις hoc est tabidos appellant veteres Medici, qui in tabidum morbum, quem etiam φθόην quidam vocant, sunt proni. Tales autem sunt vel manifestissimè qui adeò sunt angusto thorace & restricto, vt iis alarum instar, scoptula operta à tergo promineant, vnde etiam hos πτερυγώδεις, hoc est alatos, vocant. Quinetiam quibus caput facilè impletur, & fluxiones multas in respirationi dicatas partes transmittit, hi facilè tabescunt. Quòd si hæc ambo in vnum coeant, tum thoracis conformatio, tum capitis imbecillitas, eiusmodi quidem naturæ prorsus tabi sunt obnoxiæ ambabus naturæ de causis. Nam & ij quibus ex capite fluxiones ad pulmonem demittuntur, temporis diuturnitate tabidi existunt, sæpiusque illis vas in pulmone rumpitur, ob visceris tum angustiam tum imbecillitatem. Atque huiusmodi quidam sunt tabidi. Eaque notione φθινώδεις sumitur Prorrh. 1. (pag. 83. G.) & sect. 1. lib. 1. Epid. atque aliàs sæpe. Sunt & φθινώδεις Hipp. tabidi, quomodolibet consumpti & emaciati absque vllo pulmonis vitio, velut lib. 1. Epid. (p. 360. 30. H. 943. F.) accipiuntur. ἐν οἷσι δὲ ὑπεγράφη πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα μετὰ πόνου, φθινώδεις μὲν ἤδη δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ χειμῶνα. In quibus autem descripta omnia cum dolore apparebant, tabidi quidem iam autumno & sub hyemem fiunt. Vbi scribit Gal. φθινώδεας δὲ τίνας εἴρηκεν οὐ πάνυ σαφὲς ἐστι. εἰώθει γὰρ τοὺς ὁπωσδήποτε ἰσχνωθέντας τὸ σῶμα καὶ φθινοῦντας οὕτως ὀνομάζειν, οὐ μόνον τοὺς διὰ τὴν τοῦ πνεύμονος ἕλκωσιν ὅλον τὸ σῶμα τηκομένους. εἰκὸς δὲ καὶ νῦν ὑπ' αὐτοῦ λελέχθαι φθινώδεις, τοὺς ὁπωσδήποτε τὸ σῶμα λελεπτυσμένους· μηδενὸς γε προειρημένου περὶ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα παθῶν. οὔτε γὰρ αἱμάτων ἀναγωγὴν ἐπ' αὐτῶν γεγονέναι προεῖπεν, οὔτε περιπνευμονίας, οὔτε ῥεῦμα κατασκῆψαι τῷ σπλάγχνῳ τούτῳ, ὡς εἰκότως ὑπ' ὄψις φθινώδεις λέγειν γεγονέναι τοὺς τότε κάμνοντας, ἐπὶ τῷ ἕλκει τοῦ πνεύμονος. Quosnam verò φθινώδεας, hoc est, tabidos dicat, non valde apertum est. Consueuit siquidem quomodolibet corpore extenuatos & consumptos ita appellare, non solùm eos qui ex pulmonis vlcere toto corpore colliquescunt. Vero autem est simile nunc ab eo φθινώδεις dici quomodolibet corpore extenuatos, nullo quippe pulmonis affectu præfato. Neque enim sanguinis reiectationem in ipsis extitisse prius dixit, neque pulmonis inflammationem, neque in hoc viscus fluxionem decubuisse, vt iure existimes tabidos ab eo dictos qui tunc ægrotarent ex pulmonis vitio. Quo sensu φθίνει apud Hipp. in Exeg. exponit Gal. συντήκεται, ἰσχναίνεται, μειοῦται, ἀτροφεῖ. colliquescit, extenuatur, imminuitur, cibum non sentit. Quod certe mihi referri videtur ad id quod scribitur lib. de Locis in homine (pag. 417. 19.) εἰσὶν δὲ οἷσιν ὅτε σπλὴν αἴρεται καὶ τὸ σῶμα φθίνει. Ex iisdem nanque & splen augescit, & corpus colliquescit, aut consumitur & contabescit. Etsi eadem etiam notione sumi videtur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 537. 32.) & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 12. 27.) vbi φθίνει καὶ συντήκεται simul iungitur. Vtranque verò huius dictionis notionem φθίνειν tribuit Gal. Com. ad aph. 10. lib. 5. πότερον δὲ τοὺς φθόην νοσοῦντας μόνους ὀνομάζει φθίνοντας, οἷς ἕλκος δηλονότι ὁ πνεύμων, ἢ πάντας τοὺς ὁπωσοῦν συντηκομένους, οὐκ ἔστι τι ἀμφιβάλλειν. Num verò φθίνοντας hoc est tabidos, eos solos appellet qui phthoë laborant, quibus nempe vlceratus pulmo est, an omnes quacunque occasione colliquescentes & consumptos, coniicere non possumus. φθινώδεις τῷ μακρῷ, qui ex longis morbis aut diu trahentibus contabescunt, aut qui iam diu ex longis interuallis tabitudinem contraxerunt, in Coac. (p. 165. E. 167. D.) quemadmodum φθινικοὶ τῷ μακρῷ dicuntur ib. (p. 188. H.) φθινώδεις ἕξεις, habitus ad tabem à natura comparati, vt qui angusto sunt thorace, & quibus ad pulmones à capite fluxio defertur, in Coac. (p. 188. G.) & aph. 13. lib. 3. & 8. lib. 4.

Φθινώδης apud Hipp. interdum φθίσιν ipsam indicat, interdum etiam natiuam ad tabem propensionem & aptitudinem, velut ægr. 6. lib. 3. Epid. ἦν δέ τι καὶ ξυγγενικὸν φθινῶδες. Erat autem congenita quædam ad tabem propensio. Sic enim ex Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. hunc locum exposuimus nostris in eum Annotat. At lib. 1. Epid. (p. 353. 54. H. 939. F.) τούτοισιν ἐμφύτου ἐν φύσει ἦν τὸ φθινῶδες. iis natura erat ad tabem promptè comparata. Et rursus ibidem (p. 354. 34. H. ib.) μέγιστον γὰρ καὶ μάλιστα τῶν τότε γενομένων νοσημάτων πολλοὺς δὲ τὸ φθινῶδες ἔκτεινε. Solus nanque & eorum qui tunc viguerunt morborum maximus, multos tabes ipsa peremit. Et lib. 3. Epid. in st. pest. (p. 428. 47. H. 1089. D.) μέγιστον δὲ καὶ χαλεπώτατον καὶ πλείστους ἔκτεινε τὸ φθινῶδες. Maximè autem & grauissimè afflixit tabes, plurimosque interemit. φθίσις autem quæ tabes dicitur, est totius corporis extenuatio & consumptio ex pulmonis vlcere insanabili. Quod scribit Gal. Com. ad aph. 16. lib. 7. ἣν ἰδίως ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες καὶ μάλιστα αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι φθόην, ταύτην νῦν ὁ Ἱπποκράτης ὠνόμασε φθίσιν, ἐπὶ πνεύμονος ἑλκώσει ἀνιάτως γιγνομένης ἄτροφον τοῦ σώματος ἰσχνότητα μετὰ πυρετοῦ λεπτοῦ. Quam propriè Græci præsertimque Athenienses phthoen appellant, hanc nunc Hipp. φθίσιν, hoc est tabem nominauit, ex pulmonis vlceratione insanabili ortam totius corporis extenuationem, cum febre parua. Et Com. ad aph. 11. lib. 5. ταῖς ἐπὶ πνεύμονι ἑλκώσεσι διαθέσεις ὀνομάζειν ἔθος φθίσεις. Pulmonis affectiones cum vlcere tabes nunc nominat Hipp. τῆς φθίσεως duæ magnæ constituuntur differentiæ Galeno Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 353. 46. H. 939. E.) μία μὲν ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥευμάτων συνισταμένη. ἑτέρα δὲ, ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν τὸν πνεύμονα παθῶν ὁρμωμένη, τῶν τε μὲν ἐπὶ ταῖς τοῦ αἵματος πτύσεσι, μάλιστα ὅταν ἀγγεῖον ῥαγῇ, πολλάκις δὲ καὶ ῥευματισθέντος τοῦ σπλάγχνου, διά τινα ἄλλην αἰτίαν ἐκ μορίων ἑτέρων, οὐκ ἐκ τῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς. Vna quidem quæ ex capitis defluxionibus contrahitur, altera, quæ ex ipsius pulmonis

affectibus inducitur, omnino quidem ex cruentis sputis, præcipue vbi vas ruptum fuerit, plærunque verò fluxione affecto viscere ob aliam quandam causam ex reliquis partibus, non ex capite. Auth defin. Med. (pag.398.13.) φθίσις ἐστὶν ἕλκωσις τοῦ πνεύμονος, ἢ θώρακος, ἢ φάρυγγος, ὥστε βῆχα παρακολουθεῖν, καὶ πυρετοὺς βληχρούς, καὶ συντήκεσθαι τὸ σῶμα, tabes est pulmonis vlceratio, aut thoracis, aut faucium, adeò vt tussis consequatur, & febres languidæ, & corpus colliquetur. Et, φθίσις μὲν γάρ ἐστιν ἡ λεγομένη κοινῶς παντὸς σώματος μείωσίς τε καὶ σύντηξις, tabes enim communiter vocatur omnis corporis diminutio & colliquatio. Et, φθόη δὲ ἡ ἰδίως ἐφ' ἕλκει σύντηξίς τε καὶ μείωσις τοῦ σώματος. εἴρηται δὲ φθίσις ἀπὸ τοῦ φθίνειν, ὅπερ ἐστὶ μειοῦσθαι. Quam verò φθόην propriè vocant, est imminutio & colliquatio corporis cum vlcere. φθίσις autem nomen habet ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod est minui aut consumi. Sic enim τὰ φθίνοντα ζῶα consumptas animantes, ex Plat. Timæo vertit Cic. lib. de Vniuersitate. Eadem φθινικὴ νοῦσος καλεομένη dicitur Prorrh.2. Hippocrati (p.114.E.) & inter maximè lethales morbos recensetur. Eiusmodi verò φθίσις ex pulmonis vitio & in thoracem à capite fluxione multis locis celebratur Hipp. libris de Morbis, & lib. de loc. in homine (p.412. & 414. 415.) & libello περὶ φθίνων (p.273.) Et cùm φθίσις apud Hipp. quamlibet corporis extenuationem aut colliquationem significet, ex quacunque corporis parte tabis initium ducitur, ea inde denominationem accipit, velut φθίσις ἰσχιαδική, tabes coxaria, cùm ex abscessu aut fluxione in coxendicem, coxa emaciatur & gracilescit, crassa materia plurima refertis venis, quæ alimentum ad crus transferre nequeunt, in Coac. (p.139 F.) & lib. 1. de loc. in homine adumbrata & libello περὶ φθίνων, & ab auth. Isagog. ad Hipp. relata (p.382.46.) Est & φθίσις ἄδηλος, quam τυφλὴν & ἀόρατον, tabem cæcam & inconspicuam exponit Gal. in Exeg. ex lib. de loc. in hom cùm in spinam aut medullam spinalem fluxio decumbit, vt scripsimus antea. φθίσις quoque νωτιὰς celebratur lib.2. de Morb. (pag.479.9.) tabes dorsalis. τὴν ὀπισθεν φθίσιν vocat lib. de loc. in hom. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.540.20.) φθίσις νεφρῖτις, quæ ex renum vlcere ortum ducit, atque ib. (p. ib 540) tres φθίσεων species. Quæ certè omnes tabis species lib. de loc. in homine & libello περὶ φθίνων ab Hipp. adumbrantur. φθίσις etiam describitur li.2. de Morb. (p.478.13.) φθίσις ὅλου totius habitus, tabes dicitur, marcor ac corruptio, cùm ex malo habitu & cacochymia totum corpus contabescit, & altera est tabis species Celso. φθίσις quoque pupillæ affectus est eiusque imminutio, Paulo cap. 22. lib.3. Et authori definit. Med. (p.400.3.) φθίσις ἐστὶ μείωσις τῆς κόρης μετὰ ἀμυδρώσεως, tabes est pupillæ diminutio, cum obscuritate. Et in Isag. (p.387.13.) φθίσις λέγεται συνιζήσεως τῆς κόρης ὡς κεντήματι εἰκάζεσθαι καὶ ἀμαυροτέρας τε ῥυσωτέρας γινομένης, ἢ ἐξ ἀσθενείας ἐπικινδύνου ἢ κεφαλαλγιῶν ἐπιπονωτέρων, tabes dicitur, cùm pupilla arctè coit, vt stimulo assimilis fiat, tum hebetior, tum rugosior, aut ex imbecillitate periculosa, aut ex vehementis capitis dolore. Sic φθινώδεις ὀφθαλμίαι, lippitudines quæ oculorum tabem aut extenuationem afferunt, consumpto eorum humore, quod per immoderatas siccitates contingit, aph.16.li.3.

Φθορὰ idem quod ἀποφθορὰ significat, nempe abortionem, abortum, imperfecti fœtus eiectionem, vt scribit Gal. initio Com. 1. in lib.6. Epid. Verùm ἀποφθορᾶς dictione sæpius vtitur Hip. φθείρεσθαι etiam quod est corrumpi, viribus esse afflictis aut frangi significat, & pro extenuari, tabescere aut concidere sumitur. Velut lib.7. Epid. (p.1221.E.) ἐφθάρη τὸ σῶμα τῇ κενώσει, corpus egestionis copia corruptum est, fractum & consumptum, h. e. alui profluuio vires corporis fractæ sunt & afflictæ. φθορὰ duplex est Gal. statim initio lib. de Marcore, vna quæ adhuc fit, altera quæ iam facta est.

Φθοΐς Gal. in Exeg. τροχίσκους pastillos exponit apud Hipp. qua dictione vtitur in Nothis quæ adiecta sunt ad lib.1. περὶ γυν. (p.615.48.636.10.15.) διαπλάσσειν φθοΐς, pastillos formato. Et διαπλάσσω φθοΐσς, & φθοΐς ποιέειν. Verùm passim φθοεῖς scribitur nostris in exemplaribus. φθοΐς Hesych. πλακοῦς exponitur. Vnde φθοῖς per contractionem placentæ genus apud Aristoph. in Pluto vbi Schol. φθοῖς φθοΐδας, ex Callimacho exponit, αὐτὶ τοῦ πλακοῦντας, πέμματα. Sed illic vitiosè φθοίας scribitur. φθοΐδες autem vsurpantur apud Hipp. & idem quod φθοῖς, h. e. placentæ genus aut trochiscos significant, lib.2. περὶ γυναικ. (pag.673.49.52.) φθοΐδας πλασάμενον, & φθοΐδας ποιέειν, formatis inde placentulis, pastillis aut trochiscis, & placentulas aut pastillos conficito. φθοΐσκοι etiam dicuntur Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (p.609.47.) ποιήσας φθοΐσκους ὅσον δραχμιαίους, pastillos aut placentulas drachmæ pondere efformato. Et rursus ib. (p.621.2.) πλάσαι φθοΐσκους ἴσον δραχμιαίοις. Et lib.2. (p.673.9.) φθοΐσκους ποιήσας ἴσον δραχμιαίοις. Quas dictiones Erot. apud Hipp. agnoscit, φθοΐσκου καὶ φθοΐς scribens placentæ genus esse quoddam quo vtebantur in sacrificiis, dictionemque Atticam esse annotat.

§ Φιαρὴν Gal. in Exeg. exponit λαμπρὰν ὑπὸ ὑγρότητος, quod est, splendidam præ humiditate. Hesychius φιαρὸν, λαμπρὸν, καθαρόν, splendidum, purum, vnde φιαρώω λαμπρύνω, luceo aut splendeo. φιαρὸν quod est splendorem quendam aqueum habens, παρὰ τὸ φάος deduci volunt, φαερὸς, deinde mutato ε in ι, & transpositione literarum.

Φιβάλεος exponitur Galeno apud Hipp. in Exeg. εἶδος συκῆς, fici species. φιβαλέα εἶδος συκῶν Hesych. καὶ ἡ συκῆ. Quidam ficus aridas aut caricas ita dici volunt. Phibaleas ficus celebrat Athen. li.3. initio. Phibaleos autem Atticæ locus est.

Φιλαδυναμώτατον aut φιλαδυναμώτατον ὕδωρ dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.81.54. H.394.39.) aqua quæ vires maximè frangit & prosternit.

Φιλαλυσὴς qui animo esse anxio & perplexo solet, qui huc & illuc se iactat animi dubius, tumultuatur aut perturbatur, ὥστε ἀλύζειν φιλεῖν. (Est autem ἀλύζειν & ἀλύειν ῥιπτάζεσθαι, vt exponit Gal. & ἀπορεῖν.) ἐν παραγγελ. (p.28.25.) κατήχησις ἰδιωτέων φιλαλυστέων, idiotarum animi dubiorum aut perturbatorum instructio, cùm medicus idiotas animi dubios & consternatos ob symptomata, voce instruit & erigit. Verùm φιλαλητέων aut φιλαλήτων legisse videtur Corn. cùm fugitiuos dixit. Gal. φιλαλητῶν aut φιλαλητικῶν, qui loquacium vertit.

Φιλεῖ γίνεσθαι, quod est consueuit, exponit Erot. apud Hipp. Qua notione accipitur quod scribitur lib. de art. (p.603.9. H.798. H.) φιλέει δὲ ἡ γαστὴρ ὑποχωρέειν τούτοισι χολώδεα. Consueuit etiam ipsis aluus biliosa deiicere. Et libr. de rat. vict. in morb. ac. (p.103.51. H 400.52.) φιλέει τοῖσι τοιούτοισι αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥέειν, huic assolet sanguis ex naribus effluere. Et lib. de fist. (pag. 888.B.) φιλέει γὰρ ὡς τὰ πολλὰ οὕτως γίνεσθαι.

Φιλεταῖρος exponitur Gal. in Exeg. ἣν ἀπαρίνην ὀνομάζουσι, quem aparinen nominant, hanc nominis rationem sortita, quòd afficantium laciniis sua tenaci asperitate adhæreat & eos complectatur. Eadem notione φιλανθρώπος βοτάνη Archig. dicitur apud Gal. lib.2. τῶν κατὰ τόπ. (p.185.37.)

Φιλίστιον Gal. in Exeg. idem esse quod aparine ac φιλεταῖρος scribit. Vtitur Hippoc. ad vteri subdititia medicamenta lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.573.25.) & lib.2. περὶ γυναικ. (p 670.30.) Philistium vertit Cornar. Lapulam Caluus philistionve, quòd aparinen lappam esse cum aliis multis existimarit. Est autem officinarum aspergula, melius asperula fortè Gorr. dicta.

Φιλόλουτρος, qui balneum affectat eiusque est auidus & amans, lib. de rat. vic. in morb. ac. (p.85.13. H.395.27.) ἢν ὑγιαίνων εἴη φιλόλουτρος ἄγαν, si sanitatis tempore balnei fuerit admodum cupidus. φιλολουτρέοντες etiam ibidem dicuntur (v.59 H. ib.50.) qui balneo delectantur.

Φιλοτιμέεσθαι dicuntur qui ambitiosè inuident, & qui criminandi vel reprehendendi studio gloriam & honorem aucupantur. li. περὶ τέχνης (p.2.53.) φιλοτιμεομένων μὲν, οὐ δυναμένων δὲ κρέσσω ἐργάζεσθαι, qui ambitiosè quidem inuident, propter imperitiam verò meliora præstare nequeunt, vertit Zuinggerus.

Φιλυπόστροφα, quæ recidiuas aut morborum reuersiones facere solent ac minantur, quomodo febrium reuersiones dicit M. Tullius lib.3. de nat. deorum. Dictio autem ex media Hipp. œconomia ducta est, qua vtitur in Prorrh. (p.204.35. H.76. B.) & repetitur Coac. (p.172.H.)

Φίμωσις capistratio dicitur quibusdam, & est meatuum naturalium præclusio, quæ & in palpebris quandoque contingit ob inflammationem, quandoque verò in labris, præputio, ano, pudendis mulierum, in vulneribus quoque & quomodocunque exulceratis, vt scribit Gal. Comm.2. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 688.37.) vbi tamen vitiosè χύμωσις pro φίμωσις scribitur. φίμωσις dicitur Paulo lib.3. cap.73. & φίμωσις li.6. c.55.

§ Φλάζουσιν exponit Gal. in Exeg. ἀσαφῶς τε ἀδιαρθρώτως φθέγγονται, obscurè & inarticulatè loquuntur, additq; dictionem esse fictitiam. Vide Παφλάζειν antea.

Φλᾶν contundere aut contundendo mollire & conterere significat. Hesych. φλᾶ, θλᾶ, μαλάσσει, συντρίβει exponitur, & φλᾶν μαλάσσειν πληγαῖς, plagis emollire. Sic apud Hipp. libr. περὶ ἐπικυήσιος (p.265.47.) πώλυπον φλάσασα ἐσθιέτω, polypum contusum edat, aut concisum & emollitum, plagis emollitum dixit Corn. ad Hesychij expositionem respiciens. Potest intelligi polypum emollitum & flaccidum redditum edendum esse. φλᾶν enim flaccidum reddere etiam significat. φλάσας quoque θλάσας exponit Hesych. vt φλάσαι θλάσαι dici possit. φλᾶσθαι etiam de osse dicitur lib. de cap. vuln. (p.903.A.) quod collīditur, aut medium desidit, aut deorsum insedit, vt loquitur Celsus,

Celsus, ac intro cedens deprimitur, & de telis quæ intro os deprimunt, trudunt & ad caput contundunt (902 G) [Greek]. φλάσματα quoque collisa aut contusa dicuntur pro θλάσματα Ionum lingua, φ pro θ posito. vt scribit Gal. Com.3. in lib. κατ' ἰητρ. (p.698.52. H.748.A) fiunt autem vbi graue aliquid in corpus incidit, quod quasi carnem abrumpendo collidit.

Φλαῦρον vitiosum significat Hipp. & [Greek], vbique in malis reponitur, vt scribit Erot. Sic lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.68.49. H.391.32.) [Greek], vitiosum quiddam facere omninò conspicitur. Et rursus (p. 80.26. H.394.8.) [Greek]. Interdum etiam hoc in acutis morbis prauum est, [Greek], ibid. exponit Gal. Vt & φλαῦρον σημεῖον prauum signum dicitur, aph.52. lib.6. Et aph.29. sect.2. lib.6. Epid. τὸ φλαῦρον & τὸ χρηστὸν inter se opponuntur. Et φλαύρως ἔχειν de his qui male habent & vitiosè affecti sunt ponitur, vt aph.16. sect.1. lib 6. Epid. & lib.1. Epid. (p.375.38. H.956.F.) Est & φλαῦρον μέγα, magnum detrimentum aut incommodum lib. de fract. (pag. 563.57. H.769.C.) [Greek]. Nullum enim magnum inde incommodum continget. Erot. apud Hipp. [Greek], malè sanatur, exponit. Verùm lib. de fract. (p 544.6. H.758.H.) legitur, [Greek] τὰ ἄρθρα κινηθέντα, articuli moti ægrè consanescere possunt.

Φλέβες dicuntur venæ, vasa in corpore largiorem sanguinem cōtinentia & deferentia, ex hepate ortum ducentia: quarum originem, progressum, & diuisiones aptissimè Gorr. exprimit. Hipp. verò vsitata antiquis notione, φλεβῶν nomine arterias sæpe comprehendit, vt multis locis testatur Gal. præcipuè verò Com.6. in libr.6. Epid. (p.520.2.) [Greek], cùm fateantur omnes qui Hippocratis libros exposuerunt, venas non ab hoc solò, sed à multis antiquis arterias appellari. Rursusque Com.2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον (p.686.50. H.744.F.) [Greek], venas accipientibus nobis veteri consuetudine, non tantùm eas quæ nunc ita appellantur, verùm etiam arterias. Idemque initio lib.7. τῶν κατὰ τὰ φλεβῶν nomen tam ad eas quæ pulsant, quàm ad eas quæ non pulsant, olim appositum fuisse scribit. Quam etiam opinionem Platoni in Timæo tribuit Gal. lib 6. de Plac. Hipp. & Plat. cùm venas à corde originem ducere asserit. Et lib. de formatione fœtus (p.216.53.) [Greek]. Quippe veteres commune venarum nomen vtrique vasorum generi attribuebant. Et lib. quòd animi mores, &c. (p.349 25.) [Greek]. Arterias nanque antiqui venas vocabant. Sic [Greek], hoc est spirituum in venis interceptiones dicuntur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag 94.28. H.397.10.) Quod [Greek] dici testatur Gal. [Greek]. Venas enim antiqui arterias vocabant. Eaque notione [Greek] scribuntur Hipp. aph.11. sect 2 lib.6. Epid. temporum venæ non consistentes, non conquiescentes, sed plurimùm dilatatæ. Et lib.4. Epid. (p.1158 C.) [Greek], temporum venas significant, & arteriarum circa tempora tumorem, inflationem & agitationem indicare videntur, cùm statim [Greek] subdat, h.e. venarum contractiones & subsidentias. Et lib.1. περὶ διαίτης (p.344.30) [Greek] venæ cauæ dicuntur tam venæ quàm arteriæ, per quas sanguis & spiritus fertur. Sic enim scribit ignem ad externa exclusum & per reliquum corpus diffusum, triplices facere circuitus, & quod in eo est humidissimum, venas cauas propriè dictas efformare, quod verò calidissimum ac robustissimum, & medio circuitui attribuitur, arterias. Sic aph 2. sect.6. lib.6. Epid. φλέβα arteriam vocat sanguine calidiore & halituoso refertam. Et libr. περὶ ὀστέων φύς. (pag.280.9.) φλέβια ἰσχνὰ vocat arterias illas paruas quibus lien totus intertextus est. Ac rursus (ibid. v.14.) φλέβες [Greek] dicuntur arteriæ, quæ pulmones subeunt. Et Prorrh.2. (pag.85.B) φλέβες de manuum arteriis dicuntur. [Greek], deinde manibus tum ventrem tum venas attrectantem. Quod à Latinis quoque est obseruatum. Sic enim Celsus in Prooemio venas spiritui accommodatas pro arteriis ponit. Et venas nostras modò submittere se, modò attollere scribit. Et M. Tullius lib.2. de Nat. deor. venas micare dixit. Et, Medici signa quædam habent ex venis & ex spiritu ægroti, multisque ex aliis futura præsentiunt. Et Ouid. lib.6. Metamorph. & venæ desistunt posse moueri. Et rursus lib.10. de eburnea statua Pigmalionis in virginem mutata, saliunt tentatæ pollice venæ. Rursusque ibid. de Marsya, Trepidæque sine vlla Pelle micant venæ. At verò interdum Hippocr. [Greek] verbum addit, eaque distinctiore arterias ipsas à venis distinguit. Velut lib. 2. Epid. (p.1046.C) cùm scribit: [Greek]. Cui vena in cubito nunquam pulsat. Et lib 3 de Morb. (p. 487 45.) [Greek], venæ distenduntur & pulsant. Sic lib περὶ [Greek] p 309 14.) [Greek], venæ sanguinem deferentes dicuntur, vt ab arteriis distinguantur, quæ spiritum vnà continent. & φλέβες simpliciter appellantur. Est vbi φλεβῶν nomine neruos, ligamenta & tendines comprehendit Hipp. velut lib περὶ φύσ. παιδίου (p.140.16 26.) in virginum generatione.

Φλέβες αἱ ἔσω, venæ interiores dicuntur & de venis brachiorum intelliguntur lib.2. Epid. (p.1040 D 1046.B.) Hac etiam dictione venæ secundum rectitudinem & directionem significantur. & venæ poplitis, vt aph 36. lib 6. & 48 li 7.

Φλὲψ ἡ μεγάλη, venam magnam, insignem & quæ multam sanguinis copiam effundit, significat lib 2. Epid. (p.1040.E) Aliòqui ἡ φλὲψ μεγάλη vena caua & hepatitis intelligitur, vt libello περὶ ἀνατομῆς (p.9.6.A.)

Φλεβοτρομώδεα vox est apud Hipp. peregrina & noua, quæque obscuritatem parit, & legitur in Prorrh. (p 103.17 H.75.F.) & repetitur in Coac. (p.120.B.) Explicatur autem hæc dictio à Galenó de venis aut arteriis agitatis aut concitatis propter magnum sanguinis feruorem. Quod fit in magna humorum efferuescentia, aut insignibus capitis doloribus, in quibus venæ & arteriæ ad tempora cum venis etiam iugularibus subsiliunt & concutiuntur. Eaque voce φλέβες [Greek] significantur. h.e. venæ agitatæ & motæ. Vbi quosdam & φλεβοδονώδεα legisse scribit, vt venarum distensionem intelligerent. Quosdam quoque φλεδονώδεα omni semota ambiguitate scripsisse, [Greek] nomen facientes, vt φλεδονώδεα [Greek] accipiantur, & de ægris delirantibus intelligantur. φλεδόνες enim sunt φλυαρίαι, vt exponitur in Exeg. nugæ, ineptiæ, deliramenta, & λῆροι Gal. & φλεδόνας, φλύαρα, λήρους exponit Hesych. & [Greek], vt sit φλεδονεύειν & φλεδονώδεσι nugari & ineptias agere. Verùm apud Gal. vitiosè φλεβοδονώδεα pro φλεδονώδεα, & φλεβοδόνες pro φλεδόνες legitur. Libr. etiam 4. Epid. (pag.1137.A.) legitur, [Greek]. Verùm φλεβοδονώδεα aut φλεβοτονώδεα aut φλεδονώδεα πρῶτον legimus, vt sint præcordia distenta venarū agitatarum aut distentarum in morē: h.e. præcordia intenta & tumida, aut concepto intus calore inflammata, velut ex sanguinis feruore aut efferuescentia venæ & arteriæ agitantur, distenduntur aut concutiuntur. φλεβοτονώδεα tamen exemplaria quædam manu scripta legunt, vt & in Coac. φλεβοτονώδεα Afulani codices, vulgata & publicata exemplaria φλεβώδεα. Quam certè vocem agnoscit Erot. si modò integrá est apud eum lectio φλεδονώδη enim pro φλεβονώδη apud eum scribendum censeo, cùm Prorrhetici locum mihi conceptis ferè verbis exprimere sua explicatione videatur. φλεδονώδη ergo dicuntur Erot. apud Hippoc. τὰ μετὰ φλυαρίας ἢ [Greek], quæ cum deliramentis & flatuosa perturbatione excernuntur. Ambiguam autem & variam vocis scriptionem indicat his verbis. [Greek]. A'ij verò non φλεδονώδη, sed φλεβοδονώδη scribendum dicunt, vt sint tumores cum dolore, quidam etiam cum pulsatione venarum, velut φλεβοδονώδη, cùm tamen Hippocrates nullo modo dolorem nominauerit. Sunt igitur quæ in motu & quadam perturbatione versantur. Venas enim antiqui arterias vocabant. Nam & ipse dicit: Suborti igitur rigores, interdiu & noctu grauiùs affligentes, insomniam pariunt, & venas agitant & & perturbant, crebrioremque & vehementiorem motionem efficiunt. Venas autem non communiter dictas, verùm arterias vocauit. Et Democritus arteriarum motum φλεβοπαλίαν vocat. Quæ Erotiani verba, quòd vitiosè admodum nostris in codicibus descripta essent, integra apponenda fuerunt, simulque vt ea dictione locum Prorrh. aut Coac. ab eo adumbratum quadam veluti [Greek] fuisse ostenderem, etsi φλεβονώδη etiam ex lib.4. Epid. cum legisse suspi-

cor. φλεβοβαλίαν etiam aut φλεβοβαλείαν pro φλεβοπαλίαν ex Democrito leg. existimo, vt venarum agitationem, concussionem ac velut quandam fluctuationem hæc dictio indicet. At verò φλεδονώδεα quod φλύαρον exponit Gal. in Exeg. h. e. nugatorium, ad Coac. videtur referendum, vt φλεδονώδεα απασμὸν legisse videatur Gal. cùm passim φλεδονώδεα legatur, & ad delirantes ægros conuulsione tentatos referatur. φλεδόνες γὰρ αἱ φλυαρίαι, vt scribit Gal. φλεδόνες etiam dicuntur fœtus octimestres & trimestres, fluxi & paruuli initio, apud Hipp. ἐν τῷ περὶ ὀκταμήνου (p.541.41.) vbi tamen φλεδόνες vitiosè legunt exemplaria publicata.

Φλεβοτομίαν scribit Gal. in Exeg. significare apud Hipp. οὐ μόνον τὴν συνήθους ταύτην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ὁπωσοῦν διῃρημένην τῶν φλεβῶν κένωσιν τοῦ αἵματος, καὶ τὸ φλεβοτεμνεθῆναι ὡσαύτως, hoc est, non modò consuetam illam scalpello factam, sed quomodocunque diuisis venis sanguinis euacuationem, eodemque modo φλεβοτομηθῆναι accipi non tantùm de vena secta sed quouis modo diuisa, velut extremo lib. 4. Epid. (pag. 1139. G.) φλεβοτομηθέντα tam de vena secta quàm aliàs ex tussi diuisa aut rupta in testium tumoribus dicitur. Alioqui φλεβοτομίας dicuntur quas φλεβῶν τομαὶ communiter vocat Hipp. in his quæ adiecta sunt ad lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου. Vbi scribit Gal. ὅτι δὲ τομαὶ εἴρηκε τὰς φλεβῶν ἃς ἐν συνηθείᾳ προσηγορίᾳ φλεβοτομίας ὀνομάζομεν, ὀρθῶς ἤκουσαν οἱ ἐξηγηταί. Venarum sectiones quas composita voce φλεβοτομίας dicimus, eum dixisse rectè interpretes intellexerunt. Est & φλεβοτομεῖν apud Hipp. in venas diuidere & secare, vt libr. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 279. 55.) καὶ ταῖς τι παραφυάδας ἐπεφλεβοτόμησε, & propagines in multas venas transmisit, hoc est, in multas venas diuisit aut deduxit, quasi venas fecit. Sic enim Erot. ἐπεφλεβοτόμησεν ex Bacchio sumendum scribit, ὅτι διεῖλεν εἰς πολλοὺς τόπους τὰς φλέβας, καὶ οἷον ἐμέρισεν, quòd multis locis venas diuisit ac distribuit, illum Hipp. locum procul omni dubio exprimens. Est & φλεβορραγίη Hipp. venarum ruptio lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 109. 7. H. 405. 26.) vbi Gal. φλεβορραγίην δὲ λέγει τὴν ῥῆξιν τῶν φλεβῶν.

Φλέγμα pituita dicitur, estque omnis humor in corpore frigidus simul & humidus, vt scribit Gal. cap. 6. lib. 2. de diff. feb. (p. 332. 36.) ὅς γὰρ ἂν ὑγρὸς ἅμα καὶ ψυχρὸς ᾖ χυμός, ὑπὸ τὴν τοῦ φλέγματος ἄγεται προσηγορίαν, εἴ τις ἱπποκρατείως τε καὶ συνήθως ἅπασιν, οὐ μόνον τοῖς παλαιοῖς, ἀλλὰ ἤδη καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὀνομάζειν ἐθέλοι. Quisquis enim humor humidus simul ac frigidus fuerit, sub ipsam pituitæ appellationem ducitur, si quis Hippocraticè & ex omnium consuetudine, non solùm veterum, sed etiam aliorum Græcorum nominare voluerit. Rursusque paulò pòst: εἴ τις ἂν ἐν τῷ σώματι χυμὸς ὑγρὸς ᾖ καὶ ψυχρός, ἡμεῖς μὲν τοῦτο ὀνομάζομεν φλέγμα, σὺ δὲ εἰ βούλει κάλει σκινδαψόν. Quisquis in corpore humor fuerit frigidus & humidus, nos quidem eum pituitam nominamus, tu verò si voles appellabis scindapsum. Huius constituuntur quatuor species, pituita vitrea, dulcis, acida & salsa. Quæ ad tres reducuntur cap. 6. lib. 2. de diff. feb. lib. verò de plenitudine (p. 351. 56.) quinque eius ponit species. Eaque notione φλεγματοῦσθαι dicitur Hipp. quod est in pituitam transire lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 81. 28. H. 394. 26.) τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται, καὶ ἐκφλεγματοῦται μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτῆς. de aceto loquens, amaram bilem & flauam ab eo in pituitam transire, hoc est, refrigerari, temperari, dilui, & sæuitiam remittere. Neque enim in pituitam verti potest, sed quòd ab aceti refrigeratione qualitatum intensionem remittit. φλέγμα verò apud Hipp. (vt scribit Gal. in Exeg.) οὐ μόνον τὸν χυμὸν τοῦτον τὸν λευκὸν καὶ ψυχρόν, ἀλλὰ καὶ τὴν φλόγωσιν δηλοῖ. non solum hunc humorem album & frigidum, verumetiam inflammationem ac ardorem indicat. Sic φλέγμα in Progn. (p. 150. 32. H. 43. 15.) igneum præter naturam calorem ac inflammationem significat, cùm scribit οἷσιν ἂν περὶ τὰ ὑποχόνδρια τὸ φλέγματός τι ἐγγένηται. quos circa præcordia inflammatio fatigat. Vbi Gal. φλέγμα exponit θερμασίαν τινὰ ἐπιφανῆ, euidentem quendam calorem. οὐ γὰρ δὴ τὸν χυμόν γε τὸν φλεγματικὸν ἡγεῖσθαι χρὴ νῦν ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι κατὰ τὴν λέξιν ἐν ᾗ φησιν, οἷς δ' ἂν κατὰ τὰ ὑποχόνδριόν τι φλέγματος ἐγγίνηται. πολλῷ γὰρ ἄμεινον ἀκούειν ἐπὶ τῆς παρὰ φύσιν θερμασίας τῆς φλογώδους εἰρῆσθαι τὸ φλέγμα. Non enim existimare oportet humorem pituitosum ab eo nunc dici in ea oratione [quos circa præcordia inflammatio fatigat] Præstat nanque φλέγμα de igneo præter naturam calore intelligere. Sic etiam lib. 7. Epid. (pag. 1234. F.) φλέγμα φλόγωσιν indicat καὶ τὸ φλέγμα κατεῖχεν, & inflammatio detinebat, aut igneus calor, in eo qui ex pleuritide suppuratus fuit. Rursus lib. 2. de Morb. (pag 470. 9.) ἐπὴν ἔξω τράπηται τὸ φλέγμα, vbi foras inflammatio vertatur. Et (v. 23.) ἢν δὲ οἱ ἐς τὰ στήθεα τράπηται ἢ ἐς τὸν τράχηλον τὸ φλέγμα. Si verò inflammatio in pectus aut collum vertatur. Et rursus (pag. 471. 31.) ἢν δὲ φλέγμα περὶ ἐς τὴν ὑπερῴην. si inflammatio ad palatum colligatur. Et lib. περὶ παθῶν (pag. 521. 53.) περὶ τὴν κοιλίην φλέγμα, circa intestinum ardor colligitur, aut inflammatio. (φλέγμα enim φλεγμασίαν illic indicare videtur.) Et lib. de vlceribus (pag. 870. A.) καὶ ὅσοισιν ἕλκεσι καὶ φλέγματι ὅσοισιν ἐν ὅσοισιν ἄρθροισι. Vbi vlcere & inflammatione articuli tentantur. Lib. de fistulis (pag. 887 B) καὶ ὑπὸ τοῦ φλέγματος δοκέει ἐξιέναι ὁ ἀρχός. & præ inflammatione anus procidere videatur. Ex eaque notione pendet quòd φλέγμα pro humore retorrido & ad inflammationem accommodato sumitur apud Hipp. lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 141. 6.) in caluitij causis. φαλακροὶ δὲ γίνονται, ὅτι δὲ φλεγματώδεις εἰσί. καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτέων ἅμα τῇ λαγνείῃ κλονεόμενον καὶ θερμαινόμενον τὸ φλέγμα, προσπῖπτον πρὸς τὴν ἐπιδερμίδα, καίει τῶν τριχῶν τὰς ῥίζας, καὶ ἐκρέουσιν αἱ τρίχες. At qui caluescunt phlegmate magis abundant, quod in coitu in eorum capite agitatum & incalescens, in cuticulam illapsum, pilorum radices exurit, ita vt pili effluant. Illic enim φλεγματώδεις dici videntur calidiore temperamento præditi, & qui phlegmate humore calido & retorrido abundant. Idem de eunuchis paulò pòst (v. 12.) οὐδὲ θερμαινόμενον τὸ φλέγμα ἐν τῇ λαγνείῃ καίει τῶν τριχῶν τὰς ῥίζας. neque in coitu incalescens phlegma, pilorum radices exurit. Sic φλεγματώδεα dicuntur incendiosa, inflammata, quæ incendium aut feruorem conceperunt, in Coac. (pag. 120. B.) Et φλεγματώδεα ἕλκεα, inflammata vlcera, & quæ igneum habent calorem lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 282. 31.) vbi tamen pituitosa vlcera, vertunt interpretes. φλεγματώδης tamen quod pituitam ducit & ciet indicat lib. 2. περὶ διαίτης (pag 359. 54.) ὕσσωπον θερμὸν καὶ φλεγματῶδες. Hyssopum calfacit & pituitam ciet. Vbi in quodam exemplari Regio manu scripto ex Scholio quodam adscribitur in margine, φλεγματώδεα ἀγωγά, quod illius vocis [φλεγματώδης] explicatio quædam esse videtur. Inde quoque φλεγμασίη apud Hipp. inflammationem & feruorem, aut etiam febrile incendium significat, velut lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag 61. 54. H. 389. 24.) οὐδ' εἶσιν τι περὶ χωρίον, οὐδ' προσφέρεσθαι κατεαγίας ποιέειν, ὅτι ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν. Non igitur intempestiuas neque vehementissimas vasorum inanitiones facere licet, neque morbis in vigore & feruore consistentibus, cibos exhibere. Quem locum mihi subindicare & explicare videtur Galen Comment. ad aphor. 7. lib. 1. φλεγμασίας εἴτ' ἂν τὰς ἰδίας ὀνομαζομένας φλεγμονὰς ἐδήλου τις ἀκούειν, εἴτε συμπεριλαμβάνειν αὐταῖς καὶ τοὺς πυρετούς, κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος τῆς λέξεως. Siue quis phlegmasias propriè dictas inflammationes intelligere velit, siue etiam libeat febres vnà complecti, ex antiquo & vsitato vocis significato. Sic initio lib. 3. de Morb. (pag 487. 41.) φλεγμασίη inflammationem indicat & φλόγωσιν. ὁκόταν ὁ ἐγκέφαλος οἰδέῃ ὑπὸ φλεγμασίης. Vbi cerebrum ex inflammatione intumuerit. Et, ὅπῃ ἂν ᾖ ἡ φλεγμασίη, quâ parte inflammatio constiterit. Aliòqui φλεγμασίη τοῦ οὔρου, pituitosam vrinam & crasso frigidoque humore refertam indicat, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 540. 52.) φλεγμαίνειν etiam διακαίεσθαι, καὶ φλέγεσθαι, καὶ πυροῦσθαι, quod est, incendi, peruri, igniri, exponit Galen Com. 1. in Progn. (p. 130. 55. H. 38. 32.) Vbi τὰ φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια inflammatione vexata præcordia dicuntur. Nam & communi significato φλεγμαίνοντα τὰ ὑποχόνδρια, τὰ φλογώδη καὶ θερμά, hoc est, flammea & calida, aut inflammatione tentata denotantur, vt scribit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 93. 9. H. 396. 40.) Etsi illic φλεγμαίνοντα τὰ εἰς ὄγκον ἠρμένα, in tumorem sublata & tumida significant, velut etiam φλεγμαίνειν apud Hippocr. intumescere & in molem crescere indicat, quòd quæ inflammantur, tumidiora redduntur, increscunt quodammodo ac sustolluntur. Sic lib. de Loc. in homine (pag. 411. 26.) φλεγμαίνειν ποιέειν est tumidius reddere & humore abundare. ἢν δὲ οἱ λίθοι ὑποτρέχωσιν, φάρμακον ἐγχρίειν ὃ τι πλεῖστον ἄγειν δάκρυον μέλλει, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ὑγραίνοντα καὶ φλεγμαίνειν ποιέοντα, ὡς ὑγρότεροι οἱ ὀφθαλμοὶ γένωνται. Quòd si subtercurrunt lapilli, medicamentum quod plurimam lachrymam cieat illinendum, reliquumque corpus humectandum & tumidum faciendum, vt humidiores oculi reddantur. Et rursus ib. (p. 418. 15.) δῆλον ὅτι οὐ διὰ τὸ φλεγμαίνειν πυρετὸς ἔχει. manifestum quòd non propter corporis tumorem febris occupet. Rursusque ib. καὶ ἢν μὴ παύηται, τρέφειν καὶ φλεγμαίνειν ποιέειν, ac si non cesset, nutrire & tumidum reddere oportet. Et (417. 51.) πυρετοὶ δ' αὐτῷ δὲ γίνονται, ὅταν τοῦ σώματος ὑποφλεγμαίνοντος αἱ σάρκες οἰδήσωσιν. Inde autem oriuntur febres cum corpore super inflammato aut tumidiore reddito, carnes in tumorem creuerint. Sic ea tota Commentatione de Locis in homine sæpe caro φλεγμαίνειν dicitur, & ὑποφλεγμαίνουσα (pag 411. 42.) quæ in tumorem attollitur, aut impletur tum succis, tum alimentis. Et paulò post (ib. 53.) μάλιστα δ' ὅταν λίην ὑποφλεγμαίνῃ

μένων δὲ τίς ῥεῖ. αἱ σάρκες λίην ἐμπλεῳ γινόμεναι, ὅτι αἱ μὴ δυνάμεναι χωρέειν, ῥεῖ τὸ ὑγρὸν τὸ μὴ δυνάμενον χωρέεσθαι. Præ i. uè verò ex nimia superinflammatione ob eam causam fluxio fit. Carnes admodum repletæ, cùm tantam copiam capere non valeant, humor effluit qui contineri non potest. Vbi superinflammationem tumorem ex repletione vocat, cui paulò post ἰσχνότητα opponit (ibid.55) & σῶμα κενὸν καὶ συνεσταλμένον (41.3.) Rursusque (p.419.46.) ἰσχναίνειν & φλεγμαίνειν, hoc est, gracilitatem & tumorem inducere inter se opponuntur. Et (420.10.) τὰ φάρμακα ὅσα φλεγμαίνειν μάλιστα ποιεῖ, & τὰ διισχναίνοντα, hoc est, medicamenta quæ maximè tumorem inferre solent & extenuare. Vbi etiam φλεγμαίνειν dici colliges quæ corpus implent ac nutriunt, corpusque turgidum reddunt. Et (p.420.55.) φλεγμῆναι τὸ σῶμα, corpus repletum & intumescens significat. Et (421.9.10.) τὰ φλεγματώδεα καὶ ἰσχναινόμενα inter se opponuntur, vt & φλεγμαίνειν καὶ ἰσχναίνειν (vers.11.12 13.) & φλεγματῶδες medicamentum tumefaciens & replens dicitur, velut τῆς ἰσχνότητος, hoc est, gracilitatis & extenuationis remedium. Vt (v.31.) φλεγμασίη corporis tumefactionem ac repletionem indicat. Et (v.34.) τὸ φλεγμαίνειν itidem repletionem. & τὰ φλεγμαίνειν ποιέοντα προσφερόμενα, oblata quæ corpus tumefaciunt & replent. Et (p.422.15.16) φλεγματώδης σιτίον cibus tumefaciens & replens. Et τὰ φλεγμαίνειν ποιεῦντα, τὰ φλεγματώδεα, & τὸ φλεγμαίνειν, de iis quæ replere nata sunt, dicuntur (v.23.25.45.46.) Et ex eadem analogia σιτία τὰ φλεγματωδέστατα sunt cibi maximè nutrientes & replentes, quique corpus implent & in tumorem augent, quo fluxionum meatus sublatis vaporibus in anteriore capitis parte quàm maximè dilatentur (ib.pag.416.51.) Vt mihi parum aptè quàm pituitosissimi cibi dici videantur, sed qui, mole quantumuis exigua, plurimùm implent ac nutriunt, & in tumorem augent. Sic rursus (417.28.) in hydropis curatione σιτία τὰ φλεγματωδέστατα exhibet, quò corpus cibis plurimùm nutrientibus optimè corroboretur.

Φλεγματίαι sunt apud Hipp. pituitosi & qui biliosis opponuntur, lib.de aëre, locis & aq. (pag.294.54.) & (pag.282.15.& 287.16.33.51.288.1.9.) qui φλεγματίαι dicuntur. Et lib. de rat.vict. in morb. ac. (p.61.21. H.389.18.) φλεγματίαι τὰ ἄνω, partibus superioribus pituita abundantes. Aliòqui φλεγματίαι sunt lib.7. Epid. (p.1211.C.) qui pituita alba affecti sunt quique Leucophlegmatia laborant. Sic enim Leucophlegmatia hydropis species φλέγμα λευκὸν vocatur lib.de aëre, loc.& aq. (pag.284.4.)

Φλεγμονὴ inflammationem significat, & antiquis omnem igneum ardorem indicabat, siue cum tumore, siue citra eum contingeret φλέγμονην dicebant. At post Erasistrati tempora hoc nomen propriè significauit omnem tumorem præter naturam calidum & incensum, cui præterea dolor, rubor, pulsus & renixus coniunctus est, vt multis locis indicat Gal. Comm.3. in lib. de fract. (pag.561.57.) συγκλαβὼν δὲ σφυγμὸν ὁ ὄγκος καὶ θερμασίαν πυρώδη, τὴν ὀνομασθεῖσαν πρὸς ἰδίως ὑπὸ τῶν νῦν φλεγμονήν. πάλαι γὰρ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὴν φλόγωσιν ἅπασαν ὠνόμαζον φλεγμονήν, ὡς πολλάκις ἡμῖν δέδεικται. ἀλλ᾽ ὑπό τε τῶν Ἐρασιστράτου χρόνων, οὐδέπω τι τῆς φλεγμονῆς ὄνομα λέγεσθαι κατὰ τῶν ὄγκων ἐκείνων, ἐν οἷς οὐ μόνον ἐστὶ θερμασία φλογώδης, ἀλλὰ καὶ ἀντιτυπία, καὶ σφυγμός. ἐξ ἀνάγκης δ᾽ αἱ ἔχουσιν οὕτω καὶ τὸ μὲν φλεγμαίνον ἐρυθρόν. ἐκ μὲν γὰρ τῆς πλείονος θερμασίας τοῦτο τὴν γένεσιν αὐτοῦ χρόνον λαμβάνει. ἡ δ᾽ ἀντιτυπία καὶ ὁ σφυγμός, ἐκ τοῦ πεπληρῶσθαι. Cùm verò ad eiusmodi tumorem pulsatio & calor igneus accessit, non multò antea propriè appellatam φλεγμονὴν inducit. Antiquitus enim non sic, verùm omnem igneum calorem φλεγμονὴν nominabant, vt sæpe à nobis est demonstratum. At post Erasistrati tempora, φλεγμονῆς nomen dici consueuit de tumoribus illis, in quibus non tantummodo calor incensus & flammeus, verumetiam renixus & pulsus existit, quibus etiam necessariò rubor consequitur. Ex multo enim calore hic necessariò ortum ducit, velut renixus & pulsus ex repletione. Idem Comment 4. in lib.6. Epid. (pag.491.40) μεμνῆσθαι δ᾽ ἔτι καὶ τὰς φλογώσεις ἁπάσας ὀνομάζειν φλεγμονάς, κἂν χωρὶς ὄγκου παρὰ φύσιν ὦσιν. εἰ γε μὴν μετ᾽ αὐτήν, καὶ τὸ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα κατὰ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ἐπιφέρειν, ἐπειδὴ αἱ μετὰ φλογώσεώς τε καὶ ἀντιτυπίας, καὶ σφυγμώδεις ὀδύνας συνέστησαν. Neque nos latet, quòd φλεγμονὰς vocat omnes flammeos calores, etiam si absque tumore præter naturam fuerint. Post verò Hipp. tempora φλεγμονῆς nomen tumoribus præter naturam attribuunt, quoties vnà cum flammea caliditate & renitentia pulsanteque dolore constiterint. Com. etiam 4. in lib.de rat. vict. in morb.ac. (pag.93.9) scribit veteres φλεγμονῆς nomen ad omnes calidos & igneos affectus retulisse. ἅπαντες δὲ οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν, κατὰ τῆς ἰδέας τῶν φλεγμαινόντων σωμάτων ἐπιφέρουσι τὸ πάλαι ἁπάντων κοινὸν ὄνομα, καὶ τοῦτο μόνον οὐκ ἐκεῖνον τὸν ὄγκον ὃς ἀντίτυπός τε ἐστι ὀδυνηρὸς ἅμα μετὰ θερμασίας πολλῆς. At recentiores omnes Medici, vni inflammatorum corporum speciei vetus omnium commune nomen attribuunt, eoque solo non ine vocant tumorem, qui cum dolore & mult. cali. itate renitentiam habet. Idem in Progn. φλεγμονὴν apud Hipp. φλόγωσιν exponit (pag.129 19. H.38.8.) scribitque, τὰς φλογώσεις πάσας ὀνομάζειν φλεγμονάς. Est enim (vt ibidem scribit pag.131.3.) ἰδίως ὀνομαζομένη φλεγμονὴ ὄγκος ὀδυνηρός, propriè vocata phlegmone tumor dolens. solerque eam Hipp. οἴδημα σκληρόν καὶ ἐπώδυνον composita dictione nominare (vt ib. scribit p.131.40) τὸ γὰρ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα κατὰ τῆς φλογώσεως ἔλεγον. Phlegmones enim nomen de flammea caliditate efferre. Et (p.132.47.H.38.54) ὁκόσα μὲν οὖν ἐπώδυνα τὲ ἐστι καὶ σκληρὰ καὶ μεγάλα, σημαίνει κίνδυνον θανάτου ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἔσεσθαι. Quicunque igitur tumores dolorem inferunt cum duritie & magnitudine, intra breue tempus mortem adfore indicant. Sic vesicæ inflammationem significat cùm scribit ibidem (p.152.20. H.43 42.) κύστις δὲ σκληρά τε καὶ ἐπώδυνος. Vbi etiam scribit Gal. εἴρηταί μοι πολλάκις ὡς τὸ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα κατὰ τῆς φλογώσεως ὁ Ἱπποκράτης ἐπιφέρει, λόγῳ δηλῶν, ἣν ὁ Ἐρασίστρατός τε καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν ὀνομάζουσι μιᾷ προσηγορίᾳ φλεγμονήν. Sæpius à me iam dictum est quòd Hip.phlegmones nomen pro flammea caliditate vsurpat, sermone significans eam quam Erasist. & qui eum secuti sunt vna appellatione phlegmonem appellant. Rursus Com.ad aph.65.lib.5. καὶ μὴν ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦτο τεκμήριον τῆς φλεγμονῆς, ἐπὶ τῆς φλογώσεως μᾶλλον οἱ παλαιοὶ πάντες ἔλεγον, εἰ καὶ χωρὶς ὄγκου συσταίη. Quanquam ipsum phlegmones nomen veteres omnes de phlogosi, hoc est, flammeo calore dicebant, etiamsi sine tumore consisteret. Idem quoque Com.3. in lib. κατ᾽ ἰητρεῖον (p.699.3.) φλεγμονὰς Hipp. φλογώσεις vocare scribit, indeque nomen esse calidis tumoribus accommodatum. Quod etiam innuit Comm. ad aphor.40. lib.6. vbi φλεγμονὴ φλόγωσιν denotat, & omnes calidos & dolorem inferentes cum feruore tumores indicat, adeoque in se erysipelata, herpetas & carbunculos complectitur. Quod item scribit Gal. lib.2. de Loc. aff. (pag.260.35.) Lib. quoque 2. de diff. spir. (pag. 817.) φλεγμονὴν durum, calidum & dolentem tumorem significare testatur quem veteres φλόγωσιν vocauerunt. Et rursus lib 3. (pag 191.13.) φλεγμονὴ dicta est Hipp. & veteribus, cæterisque etiam ante Erasist. omnis inflammatio præter naturam, quæ φλόγωσις Græcè dicitur. φλεγμονὴ verò propriè omnis calidus, durus, dolens & renitens tumor dicitur, vt idem scribit Lib. de Sectis ad eos qui introd. (pag.15.10.& 20.) At lib.de Tumor.præter nat. (p.351.39.) φλεγμονῆς nomen Græcis efferri solet, κατὰ τῶν ὄγκων μειζόνων μορίων σαρκωδῶν, ὁμοῦ τάσει καὶ ἀντιτυπίᾳ, ὀδύνῃ σφυγματώδει καὶ θερμῷ καὶ μετ᾽ ἐρυθήματος de maiore tumore in partibus carnosis, cum tensione renitentibus, & cum pulsu, dolore, calore & rubore. φλεγμονὴ ὑπολάπαρος exponitur ab Erot. apud Hipp. ἡ χωρὶς συντάσεως γινομένη, inflammatio quæ fit absque tensione. Quod legitur ægr. 12. lib. 1. Epid. φλεγμονὴ ὑπολάπαρος ἐκ τοῦ ἔσω μέρεος, inflammatio subinanis ad interna vergebat. Significat enim inflammationem leuem fuisse & submollem minimeque renitentem & durum, velut sæpe ξυμπὰς ὑπολάπαρος Hipp. dicitur, vt antea scripsimus.

Φλεγυρὸν πυρῶδες, τὸ ἀπὸ τοῦ φλέγειν, ignitum, velut quod ardet aut incensum est, exponit Galen. apud Hipp. ἀπὸ τοῦ φλέγειν dici videtur. φλέγω, καίω, λάμπω exponit Hesych. & φλέγυον βλάπτον. Eidem φλεγυρὰ λαμπρὰ & ὑβριστικά, & φλεγυρῷ βλαβερῷ exponitur.

Φλέω exponit Gal. apud Hippoc. in Exeg. φλομώδει τε καὶ παπυρώδει φυτῷ, ὅπερ καὶ ἐλαιηροῖς περιτίθεται τοῖς ἐλαιηροῖς κεραμίοις. verbasco similis & papyracea quædam planta, quæ etiam oleariis vasis circumponitur. Vbi certe scriptio valde mihi suspecta est & φλέος aut φλέως pro φλέω forte legendum videtur, & φλομώδει pro φλομώδης. Est enim φλέως idem quod φλόμος verbascum & planta quædam folia habens crassa, pinguia & lanuginosa, quæ & φλόμος & θρυαλλὶς dicitur, quibusdam Lucernaria. Et si coniectura valet, existimo locum subindicari à Gal.lib. περὶ τῶν ἐν τοῖς παθῶν (p.55.11.) καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ ὑπὸ ταῖς θριξὶν ὥσπερ φλοῦς ὑπῆν. Et in capite sub pilis velut cortex subest. Sic enim scribitur, vt φλοῦς idem quod φλόος aut φλοιὸς significet, hoc est, corticem aut cutem desquamatam, velut de serpentis exuuio dicitur. Vnde squamulas dixit Caluus. Et φλοῦς Hesych. φλοιὸς λεπύχανον & λεπὸν exponitur. Verùm ex Gal. lectione φλέος aut φλέως scribendum videtur, vt indicetur in capite sub pilis lanuginem quandam crassam & albam, qualis in verbasco videtur, subesse, quæ cutis desquamationi aut squamulis similis est. φλέος etiam dici potest, cùm sint φλεώδης Hesych. λεπίδες.

Φλεδόνευσ exponitur apud Gal. in Exeg. φλυαρῶν, nugans, quæ nugas agit, vt & φλεδονώδεις φλύαροι, nugatores. Et Heſych. φλεδονᾷ φλυαρεῖ, μωρολογεῖ exponit, nugatur, ſtultè loquitur. Eidem quoque φλεδόνες, μωρολόγοι, vt & φλέδων, φλύαρος, λῆρος, μωρολόγος, & φλεδονοῦντα φλυαροῦντα. Scribitur etiam φλεδονεὺς apud Gal. in quibuſdam exemplaribus.

Φλιαὶ dicuntur Hipp. poſtes aſellorum, ligna axes vtrinque firmantia & continentia, aut firmamenta quæ ſucculas vtrinque diſpeſcunt & continent, τὰ διαλαμβάνοντα τοὺς ἄξονας στηρίγματα exponit Gal. Com. 4. in lib. de art. (pag. 656. 5. H. 834. A.) φλιαὶ Gal. in Exeg. vocum Hipp. exponit ξύλα ὀρθὰ κατ' ἀντικρὺ πεπηγότα, καθάπερ καὶ τῶν θυρῶν φλιαί. ligna recta ex oppoſito infixa, velut ianuarum poſtes. Sic enim legendum videtur. Varinus autem φλιαὶ ταῖς ἐν ξύλοις ὀρθοῖς ἐμπεπηγμέναις, καθάπερ δὴ καὶ αἱ τῶν θυρῶν φλιαί, legiſſe videtur apud Gal. quam etiam lectionem ex veteribus membranis agnoſcit Henr. Steph. ſed vitiosè αἱ τῶν νεύρων φλέβες legitur. Verùm hac ſcriptura non poſtes ipſi ex vtroque latere appoſiti ſignificantur, ſed quæ poſtibus ligna infiguntur, velut ſcalæ gradus tranſuerſarij, & in ianuis limes ac veſtibulum. Sic enim φλιὰ Varino dicitur τὸ πλάγιον τῆς θύρας, αἱ παραστάδες. ἐν ᾧ ἵσταταί τις ἢ ἐπερείδεται. ianuæ tranſuerſum limen, aut poſtes, idque cui quis inſidet & innititur: Cùm tamen potiùs poſtes vtrinque oppoſiti, qui limen firmant, dicantur, antes Latinis vocantur, oſtiorum latera & antepagmenta Vitruuio. Sic Heſych. φλιαὶ τῆς θύρας παραστάδες exponit. Cæteris quoque Grammaticis φλιὰ ianuæ limen ſignificat, & Homeri Schol. Il. ψ. (v. 202.) βηλῷ ἔπι λιθέῳ in limine lapideo, τῇ φλιᾷ exponit. Qua notione φλιὰ quaſi θλιὰ à θλίβω dici videtur & veſtibulum denotat. Et ex tranſlatione à ianuarum poſtibus φλιὰς dici ſcribit Galen. Comment 4. in lib. de art. (pag. 657. 10.) nec tantùm axium firmamenta ſignificare. Erot. autem φλιαὶ exponuntur τὰ ἑκατέρωθεν τοῦ βάθρου ὀρθὰ ξύλα, ἐν οἷς οἱ ἄξονες περιέχονται. ligna ex vtraque ſcamni parte recta, quibus ſucculæ continentur. Sic enim legendum cenſeo. φλιὰς vſurpat Hipp. lib. de art. (pag. 62. 42. H. 813. H) ταῖς φλιαῖς τῶν ὄνίσκων, axium aut aſellorum poſtes. Et rurſus (pag. 656. 6. H. 834. A.) ἔπειτα φλιαὶ βραχεῖαι, ἰσχυραὶ, ἐνηρμοσμέναι, ὅπως ἔχωσιν ἑκατέρωθεν Deinde poſtes breues, validi vtrinque inaptandi, qui aſellos contineant. Et rurſus ibidem (verſ. 56. H. ib. E.) εἰ γὰρ τὸ ξύλον τοῦτο τὸ μέγα ἔχοι κατὰ μέσον ἢ ἐκ πλαγίων φλιὰς δύο ποδιαίας. Nam ſi lignum hoc magnum in medio & à lateribus poſtes duos pedales habeat. Eaque ratione φλιὰς fortaſſe pro φλιαὶ apud Erot. legere oporteat quemadmodum etiam legit Gal.

Φλίβω idem quod θλίβω, premo, comprimo, vnde ἐκφλίβω exprimo, & ἐκφλιφθεῖσα σὰρξ, caro in ſeſe compreſſa, conſtricta & coacta, lib. de Loc. in hom. (pag. 411. 45.) Et rurſus (v. 49.) ὅ, τι ἂν ἐκφλιβῇ, quicquid expreſſum fuerit. Vt ſit ἐκφλίβομαι idem quod ἐκθλίβομαι, θ in φ mutato permutatione Æolica aut Attica, vt φῆρες pro θῆρες, & φλάω pro θλάω. Ac rurſus ibidem (p. 411. 43.) τὸ δέρμα τὸ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φλιβόμενον ἢ ὑπείκει, cutis capitis compreſſa cedit. Vbi vitiosè τὸ ῥεῦμα pro τὸ δέρμα legitur.

Φλιδᾶν vide φλυδᾶν poſtea.

Φλογεαὶ exponit Gal in Exeg. apud Hipp. ἐρυθραὶ, rubicundæ. Vbi tamen φλεγεαὶ vitiosè ſcribitur, cùm ſeries alphabetica φλεγεαὶ non admittat, etſi φλεγεὸν quidam pro ἐρυθρὸν ſumi velint. Exiſtimo autem à Gal. ſubindicari locum lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 534. 2.) καὶ αἱ φλέβες δι' αὐτοῦ τείνουσιν ἢ φλογεαὶ ἢ μέλαιναι. & venæ per ipſum [corpus] tendunt aut rubræ, aut nigræ. Vbi tamen φλόγιαι paſſim legitur, quaſi flammeæ à φλὸξ, cùm φλεγεαὶ ἀπὸ τοῦ φλέγειν deduci videatur. flammæ autem color ruber eſt.

Φλογιᾷ etiam Gal. in Exeg. πυροῦται μετ' ἐρυθήματος exponit, quod eſt, cum rubore exardeſcit, igneſcit, inflammatur, aut accenditur. Quod legitur lib. 2. de Morb. (p. 484. 28.) ἢ φλογιᾷ, & cum rubore igneſcit aut inflammatur. Quod dicitur lib. 3. (p. 489. 38.) in pulmonis inflammatione, καὶ ἐρυθήματα ἐκφύει ἐς τὸ στῆθος καὶ τὸ νῶτον ὡς φλογοειδέα, & rubores in pectore, velut à flamma excitati, hoc eſt, tanquam igne excitatæ puſtulæ. Rurſus lib. de Morbo ſacro (p. 309. 28.) ὅτι τε μᾶλλον τὸ πρόσωπον φλογιᾷ, tunc magis facies exardeſcit cum rubore, igneſcit, inflammatur.

Φλογμὸς flammam, incendium, ardorem, æſtum ſignificat, eaque voce vtitur Hipp. lib. de cap. vuln. (pag. 908. F.) καὶ πολλοῦ φλογμοῦ πλέων, & multo ardore redundat, magnam flammam concipit, de inflammato oſſe dicitur. Et lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 15. 53.) φλογμὸς ἔσχατος extrema flamma, inflammatio. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 604. 23.) τῶν μητρέων ἐν φλογμῷ γινομένων. Vteris inflammatis. φλογμός eſt Heſych. καῦσος, βρασμὸς, καύσων, φλογισμὸς, æſtus, feruor, ardor, flamma. φλογμὸς etiam exponitur καῦμα ἐκ πυρακτώσεως.

Φλογώδης flammeum & incenſum ſignificat apud Hipp. in Prorrhet. (pag. 191. 1. H. 72. D.) τὸ φλογῶδες ἐν προσώπῳ, hoc eſt, incenſa facies, inflammata aut flammea Quod etiam repetitur in Coac. (p. 118. G.) Sic rurſus ib. (p. 220. B.) φλογώδεες ἰσχυρῶς ἔρυθροι dicuntur, qui flammea ſunt & incenſa facie, ac valde rubente. Et φλογοειδέα ἐρυθήματα, rubores flammei & igniti lib. 3. de Morb. (pag. 489. 38.)

Φλυαρεῖν eſt nugari, ineptire, delirare, ſtultè loqui, vt lib. 2. de Morb. (pag. 468. 52.) ἢν παρ' ἑωυτῷ γίνηται καὶ μὴ φλυαρῇ, ſi ad ſe redierit neque deliret. Et rurſus (pag. 484. 18.) καὶ φλυηρέει, καὶ ὅταν παύσηται φλυηρέων. & delirat, & vbi delirium ceſſauerit. φλέδονας φλύαρον & μωρολόγον exponunt, & φλεδονείας φλυαρίας. Et Heſychius φλεδονᾷ φλυαρεῖ, μωρολογεῖ, & φλέδονες μωρολόγοι, & φλέδων φλύαρος, λῆρος, μωρολόγος, & φλεδονοῦντα φλυαροῦντα, velut φλεδονώδεις φλύαροι Gal. vt ſcripſimus antea. Lib. περὶ κρίσεων (pag. 58. 20.) καὶ φλυηρέει, & deliret.

Φλυδᾶν humeſcere, madere, diffundi præ humore ſignificat, φλυδᾶν διαχεῖσθαι exponit Heſych. Gal. in Exeg. apud Hipp. φλυδᾷ, ὑγραίνεται, μυδᾷ exponit, quod eſt, humeſcit, flacceſcit. Verùm φλυδᾶν, ὑγραίνεσθαι & μυδᾶν legendum exiſtimo vt & apud Erot. vt locus lib. de Morbo ſacro ſubindicetur (pag. 308. 31.) ἀνάγκη τοίνυν ὑπὸ νοτίων λύεσθαί τε καὶ φλυδᾶν τὸν ἐγκέφαλον. neceſſe eſt quidem per auſtrinos flatus cerebrum diſſolui ac humeſcere. madeſcere ac flacceſcere dixit Caluus. Vbi tamen φλοιδᾶν paſſim in exemplaribus legitur. Erot. φλιδᾶν (aut φλυδᾶν vt quædam habent exemplaria) διικνεῖσθαι καὶ διαπιδᾶν καὶ διαπίνειν exponitur, quæ certe expoſitio mihi non parum ſuſpecta eſt, & pro διικνεῖσθαι διαχεῖσθαι, pro διαπίνειν διαπίπτειν leg. exiſtimo. διαπιπνεῖν habent exemplaria quædam. φλιδᾶν autem Heſych. eſt σήπεσθαι. Quæ autem putreſcunt, diffluunt, ſubſiliunt, decidunt, laniantur & rumpuntur: Vnde φλιδᾶν ῥήγνυσθαι eidem ſignificat, & φλιδῶσα ῥηγνυμένη exponitur. Idem φλιδαίνει, διαπίπτει, διαιρεῖ exponit. Quæ expoſitio optimè ei quam φλιδᾶν tribuit, conuenit. Idem quoque φλοιδούμενος ταραττόμενος exponit.

Φλυδαρὴν ὑγρὴν, humidam etiam Gal. apud Hippoc. ſignificare ſcribit.

Φλύνεται Gal. apud Hipp. ὑγραίνεται exponit, humeſcit.

Φλυζάκιον, puſtula, bulla, puſtula bullæ in modum ab igne excitata, ἀπὸ τοῦ φλύζειν vel φλύειν, quod ἀναζεῖν exponitur Heſych. φλυζάκια Gal. in Exeg. apud Hipp. exponit ψυδράκια, puſtulas, quod & facit Heſych. niſi quòd φλυάκια apud eum forte pro φλυζάκια legitur. Hanc autem dictionem vſurpat Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 104. 2. H. 401. 7.) αὐτοὶ καὶ φλυζάκια ἐπὶ τῶν ὀφρύων καὶ ἐρυθήματα ἴσχει. Quin & in ſuperciliis puſtulæ oriuntur, & rubores ægrum occupant. Vbi φλυζάκια φλυκταίνας exponit Gal. Id enim φλυζάκια ſignificare ſcribit, hoc eſt puſtulas ab igne aut feruore excitatas. Sunt enim φλύκταιναι τὰ ἀπὸ καύσεως ἐν σαρκὶ ἀνασήματα, vt ſcribit Euſtath. & τὰ ἐκ τοῦ πυρὸς ἐρυθήματα Apollodoro. Heſych. φλύκταινα exponitur τὸ ἀπὸ πυρὸς φύσημα γινόμενον ἐν τῷ σώματι. φλυζάκια etiam papularum genus indicant, quæ toto corpore erumpunt in febribus aſſiduis (varos vocant) in Coac. (pag. 133. E.) οἷσιν ἐν συνεχέσι φλυζάκια κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύει. Quibus per febres aſſiduas toto corpore papulæ erumpunt.

Φλυζούσῃσι βλυούσαις, hoc eſt, ſcaturientibus exponit Gal. apud Hip. in Exeg. nimirum meo quidem iudicio locum lib. 2. Epid. (pag. 1029. G.) ſubindicans, vbi in vulgatis codicibus leg. ἐν τῇσι σφύζουσιν αἱμορραγίῃσι σχῆμα εὐρύ τι ὄν. Verùm ἐν τῇσι φλυζούσῃσι αἱμορραγίῃσι σχῆμα εὑρετέον, h.e. in ſcaturientibus aut ebullientibus ſanguinis eruptionibus figura inuenienda eſt, legiſſe Gal. apparet ex hoc loco, & ita legendum diximus noſtris in eum locum Comm. & in dictione αἱματοφλοισβοισύσῃσι, etſi φλεζούσῃσι illic pro φλυζούσῃσι apud Gal. legatur.

Φλύσιος exponit Galen. in Exeg. apud Hipp. ἐξανθήσεως τῆς ἐπὶ πλεονεξίᾳ γινομένης τοῦ κατὰ τὸ σῶμα ὑγροῦ, hoc eſt, eruptionis in cute ex humoris abundantia qui eſt in corpore.

Φλύκταιναι ſunt puſtulæ in ſumma corporis planicie enaſcentes, quæ fiunt à tenui ſanie cuti ſubrenta, eamque ſua acrimonia erodente & pungente. In Progn. (pag. 148. 29. H. 42. 34.) καὶ φλύκταιναι γίνονται ἀνὰ τὸ σῶμα. & puſtulæ toto corpore oriuntur. φλυκταινίδια eadem in re dicuntur in Coac. (pag. 183. A.) & φλυκταινίδες lib. 2. Epid. (pagina 994. D.) καὶ φλυκταινίδες ὥσπερ πυρίκαυστοι διανίσταντο. & puſtulæ paruæ erumpebant, iis affines quæ in ambuſtis fieri ſolent. Vbi earum etiam ortum comprehendit, nempe acriore humore & ſanie ſub cute collecta, & concalfacta lancinante & pungente, quem etiam locum exprimit Gal. Comment. 2. in Progn. φλύκταιναι etiam pro papulis toto corpore erumpentibus ſumi

fumi videntur, lib. 4. Epid. (pag. 1119. B.) exanthemata vocant. Hinc φλυκταίνωσις pustularum eruptio aut contractio, lib. de fract. (pag. 558. 25. H. 765. F.) Et φλυκτανώδεες τὰ ἄρθρα ἐπιφύονται ἐπιπολαίως, quibus ad articulos pustulæ protrubitæ & superficiales enascuntur, in Coac. (pag. 195. G.) Et φλυκταινώδης χροίη, color corporis pustulosus, hoc est, exalbidus, lib 2. περὶ γυναικ. (pag. 641. 13.) Vbi tamen χροίην quidam ad corpus referunt, vt sit corpus pustulosum, aut pustulis redundans. Sunt & φλυκτίδες ib. (pag 673. 37.) idem quod φλύκταιναι, vbi ἐκφλυκτίδες legunt exemplaria Italica, vt antea scripsimus. Et lib. περὶ χυμῶν (pag. 47. 26.) αἱ ἀπὸ καυμάτων ἐπιγενόμεναι φλύκταινες, pustulæ ex ardore sublatæ.

¶ Φοβερὸς horrendum & metuendum significat, vt in Coac. (pag. 184. H.) φοβερόν, metuendi, de quorum salute metuitur. Dicitur etiam φοβερὸς trepidus, pauidus aut perterrefactus æger, quique denunciato mortis periculo timidus redditur. aph. 45. sect. 8. lib. 6. Epid. vbi passiuè accipi videtur, & δειλὸν aut ἔμφοβον significare. Inde φόβητρον terriculum aut terriculamentum denotat, quod metum iniicit & terrorem facit. Lib. de Morbo sacro (pag. 303. 16.) καὶ φόβητρα, & terriculamenta aut terrores.

Φοινιγμὸς est cutis rubrificatio aut rubefactio, & coloris rubri per medicamenta excitatio. partium rubor dicitur Aurel. cap. 1. lib. 5. Tard. Pass. & cutis rubor, cap 2. ἀπὸ τοῦ φοινίσσεσθαι deducitur, quod est puniceo colore infici, rubefieri, rubore suffundi & tingi. Lib. 7. Epid. (pag. 1234. F.) τὰ ὄπισθεν ἐφοινίχθη, partes posteriores rubore suffusæ sunt, veluti cruentatæ aut cruore infectæ, aut scuticis cæsæ, de mortuo ex febre continua.

Φοίνικος puniceus, aut rutilus, qui & phœniceus dicitur, & habet exuperantiam ruboris, quales sunt fructus palmæ arboris, non admodum sole incocti, vnde spadici & phœnici nomen est, vt scribit Gellius cap 26. lib. 2. Eaque notione, nempe ex eiusmodi colore, φοίνικος exponitur apud Gal. in Exeg. ἀπὸ τοῦ χρώματος ὥστε εἰρῆσθαι τὴν ἐλεφαντίασιν ὑπονοοῦντι αὐτῆς. vt ab huiusmodi colore sic dictam Elephantiasim quis suspicari queat. Verùm suspectam non parum habeo hanc lectionem, & pro φοίνικος φοινικίην leg. arbitror: vt sit φοινικίη νόσος Elephantiasis ex colore rutilo & puniceo, quales sunt fructus palmæ arboris non satis insolati, quæ & φοινικίη νόσος dicitur, & explicatur Gal. ἡ κατὰ φοινίκην καὶ κατὰ τὰ ἄλλα ἀνατολικὰ μέρη πλεονάζουσα, quæ in Phœnicia aliisque orientalibus regionibus plurimùm grassatur. δηλοῦσθαι δὲ καὶ ταύτῃ δοκεῖ ἡ ἐλεφαντίασις. Videtur autem hinc indicari Elephantiasis (vt adscribit Galen.) Quibus sanè verbis exprimi locum lib. 2. Prorrhet. (pag. 114. E.) existimo, vbi ἡ νόσος ἡ φοινικὴ καλουμένη scribitur vt ἡ φοινικίη aut φοινικίη νόσος legisse Gal. existimem. Est autem φοῖνιξ palmula aut palmæ fructus, vnde φοινικοβάλανος fructus palmæ Ægyptiæ dicitur, vbi maturuit, & φοίνικες πατητοὶ, palmulæ calcatæ & passæ, quæ solem diutiùs passæ, rumpuntur (cùm sint aliàs nimio humore refertæ) vt ob id quasi calcatæ videantur, veluti passæ, quemadmodum σταφυλαὶ πατηθεῖσαι vocantur Aëtio, vuæ passæ, quasi calcatæ, lib. 9. cap. 142. φοινίκων πατητῶν meminit Gal. lib. 10. Meth. med. (pag. 146. 11.) καὶ μὴν δὲ καὶ τὸ διὰ τῶν φοινίκων ἐπίθεμα τῶν λιπαρῶν, ὀνομάζουσι δ' αὐτοὺς πατητοὺς, ἀγαθὸν φάρμακον. Quinetiam quod fit ex pinguibus palmulis epithema (quas πατητοὺς Græcè, quasi calcatas vocant) salutare est medicamentum. Plinius etiam lib. 13. vbi palmarum genera recenset, Patetton quoddam nominari tradit. Tertium (inquit) ex his genus Patetton, nimio liquore abundat, rumpitque se pomi ipsius etiam in sua matre ebrietas, calcatis similis. Meminit & φοινίκων πατητῶν Paulus & Aëtius.

Φοιτᾶν, quod est, itare, ventitare, pro venire aut procedere, Lib. 7. Epid. (pag. 1259. C.) καὶ τὰ οὖρα καθαρὰ ἐφοίτα. & puræ vrinæ veniebant, prodibant, pro ἐξεφοίτα positum, exibant, egrediebantur.

Φολιδώδης apud Hipp. sumitur pro molli, laxo ac fungoso, lib 4. Epid. (pag. 1133. B.) κνῆμαι σκληρῇσιν οἰδήμασι, λευκοῖσι, φολιδώδεσι. Tibiæ tumoribus duris, albis & laxis vexabantur, hoc est, fungosis & mollibus, quales visuntur in tibiis & pedibus aqua inter cutem ac præcipuè Leucophlegmatia laborantium. φολιδώδεσι autem legitur in omnibus exemplaribus, & squamosos tumores dixit Caluus, quòd φολὶς λεπίδα significet, hoc est, squamam, qualis est piscium aut serpentum. Hinc φολὶς χαλκοῦ, τὴν λεπίδα, hoc est, æris squamam exponit Erot. ex lib. περὶ ὄψιος (pag. 689. 10.) in curatione scabiei palpebrarum, quam λεπίδα χαλκοῦ vocat etiam Diosc. Ex eoque Hipp. loco tumores intelligi possunt, qui ob cutis siccitatem ac rugas ex alimenti penuria, velut squamosi aut cortice obducti videntur, quales plerique in pedibus & tibiis, cæterisque partibus, cachexia & hydrope laborantibus adesse solent. Verùm pro φολιδώδεσι φολλικώδεσι forte legendum videtur, quòd φολλικώδης fungosum, laxum atque inane follis instar significet, & φολλικώδεα τὰ τῶν ὀλλικοειδέα σπερμάτα, hoc est, fungosa, laxa & folliculorum semine vacuorum instar inania, exponat Gal. in Exeg. apud Hipp. nimirum locum lib. 4 Epid. (p. 1127. B.) subindicans. τὰ δὲ φολλικώδεα φλυκταινώματα Quæ verò pustulæ erumpebant molles & laxæ. Significat autem toto corpore enatas pustulas varis similes, subinanes, & folliculorum semine vacuorum instar molles, laxas ac fungosas, ab acri & tenui materia in cutem erumpente. Quam etiam vocem agnoscit apud Hipp. Erot. qui φολλικώδεα τὰ ἐψωριακότα καὶ λεπρώδη exponit, hoc est, squamosa & scabra, velut scabie exasperata. οἱ γὰρ παλαιοὶ φόλλικας ἐκάλουν τὰς ψωρώδεις τραχύτητας. φόλλικας enim vocarunt antiqui scabiosas cutis asperitates. Quæ certe significatio longe aliam habet notionem, eoque sensu tumores quadam scabie exasperati indicabuntur, quales sæpe cernuntur in cachexia & malo corporis habitu vexatis, non longè ab ea notione quam antea adscripsimus. φολλικώδης etiam agnoscit Erot. in Proœmio & inter obscuras Hipp. dictiones reponit. Pro quo φυλλικώδης & φιλλικώδης vitiosè leg. exēplaria quædā.

Φονᾷ Galen. in Exeg. φονικῶς ἐπιθυμεῖ, hoc est, cædis perpetrandæ est auidus, aut interficere cupit. Est enim φονᾷν idem quod φονεύω, & φόνος cædem & sanguinem in cæde effusum significat apud Homer. & αἷμα exponitur Hesych. φόνος quoque pro tabo, sanie, aut cruore effuso quandoque accipitur. Sic φόνου ὄζειν est cædem olere, aut cadaueris iugulati odorem referre, hoc est, sanguinis effusi ac putrefacti odorem præ se ferre, apud Hippocrat. lib. 2. de Morb. (pag. 486 52.) ὄζει τῶν φόνου ὄζειν. De bile atra dicitur velut sanguis niger effusa, in bilis atræ morbo. Α' φόνος φονώδεες πυρετοὶ dicuntur, mortiferæ febres & maximè lethales, lib. περὶ κρισίων (pag. 52. 38.) καυσώδεες, in Progn.

Φοξοὶ dicuntur qui acuminato sunt capite & fastigiato, & quibus vtrinque depressæ sunt eminentiæ aut frontis, aut occipitis, aut quibus etiam vehementer prominent. Quod indicat Gal. Com. 1. in li. 6. Epid. (p. 445. 32. H. 164. D.) ἡ φοξὴ κεφαλὴ προμηκεστέρας τοῦ δέοντος ἔχουσα τὰς ἐξοχὰς, ἢ τοι γ' ἀμφοτέρας, ἢ τὴν ἑτέραν, ἢ μίαν ἔχουσα μόνην, ἀπολωλυῖα δὲ τὴν ἑτέραν, aut acuminatum caput, productiores quàm deceat habens eminentias, aut vtranque, aut alteram, aut vnam duntaxat eminentiam habens, & altera carens. Ac rursus ibidem αἱ δὲ φοξαὶ, ὅτι δὲ λείπονται ἔχειν τὴν κατ' ἰνίον ἢ μέτωπον ἐξοχὴν, ἢ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ηὐξημένην. Acuta capita deficientem occipitij aut frontis eminentiam habent, aut vltra quàm deceat productam. Sed φοξοὶ propriè dicuntur quibus capitis acumen admodum est fastigiatum & vehementer turbinatum, atque adeò indecorum, qualem fuisse Thersiten scribit Hom. Quod etiam ibidem scribit Gal. εὑρήσεις γὰρ οὐδὲ καὶ τοῦτο καλὸν, ἐὰν ὦν ἡ φοξότης ὀξέα τε καὶ ἀσχήμων ὑπάρχῃ. Inuenies namque & illud [palatum] cauum, quibus acuties capitis tum acuta, tum deformis fuerit. καὶ γὰρ οὕτω καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι τούτους μάλιστα φοξούς Hos nempe præcipuè φοξοὺς, hoc est, acuto capite aut turbinato antiqui vocant. φοξὸς est Sudæ, ὁ ἔχων τὴν κεφαλὴν εἰς ὀξὺ λήγουσαν, cui caput in acutum desinit. Dicitur & Hesych. φοξὸς ὀξυκέφαλος, vt & Homeri Schol. & Iulio Polluci. Et Erot. apud Hipp. φοξοὶ οἱ ὀξυκέφαλοι καὶ προμήκεις exponuntur. φοξὸς autem quasi φλοξὸς dici videtur ex flammæ similitudine, quæ in pyramidem fastigiatur. Φοξῶν tres species constituuntur Gal. libello de ossibus cap. 1. & lib. 9. de vsu partium cap. 17. Hinc vsurpat dictionem Hipp. aphor. 1 sect. 1. lib. 6. Epid. αἱ φοξοὶ, οἱ μὲν κρατεραύχενες, ἰσχυροὶ τε τἄλλα καὶ ὀστέοισι Qui acuminato aut turbinato sunt capite, partim quidem validam habent ceruicem, qui cum cæterorum membrorum, tum etiam ossium robore præstant. Et aph. 49 sect. 8. ἢν φοξὸς, veluti si acuminato sit capite.

Φορηκώδης τὸ στόμα, dicitur apud Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 663. 42.) quod exponitur vteri os apertum & ad conceptum idoneum. φορὸς enim ἐγκύμων exponitur in Exeg. Verùm vitium hæc lectio subolet, & φορυτώδης legendum videtur, quod Gal & Erot. ῥυπώδης, hoc est, sordidum exponunt. vt antea scripsimus. Aut certe pro φορηκώδης φαρυγώδης lubentius legerim. φάρυγξ enim Hesych. φάρυξ exponitur, vt os vteri laxum, rarum & apertum intelligatur, quod φορὸς eadem in re dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 586. 14.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 673 37.)

Φορβὴ alimentum & pabulum, præcipueque in brutis significat, à verbo φέρβω quod pasco denotat. Vsurpat ea notione Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag 263. 39.) αὐτὰ ἀπεστερημένα φορβῆς ἐκ

αἱ ἡ φορβὴ μὴ ἐκρυῇ. quos (aculeos) leuiter rescindes, ne pabulum effluat. αὐτὰ enim illic potiùs legam, quòd ad τὰ κέντρα referatur, quàm αὐτοῦ τοῦ κύματος, quæ tamen constans est omnium exemplarium lectio. φορβὴ autem βορὰ, τροφὴ, βρῶσις, exponitur Hesych.

Φορίνη cutem aut corium significat, & de pelle suilla dicitur Polluci li.6.& Hipp.lib.de rat.vict.in Morb.ac.(p.111.55.H.404.55.)ἐσθίειν δὲ ἄνευ τῆς φορίνης, absq; pelle eas comedere oportet, (de carnibus suillis locutus) τουτέστιν ἄνευ τοῦ δέρματος, vt exponit Gal.in Com.Eidem etiam in Exeg.vocum Hipp. φορίνη δέρμα,exponitur,sed φορίνης& δέρματος malim,vt eò referatur. φορινῶς quoq; Erot. πυκινῶς exponit ex Aristoph. Gramm. Verùm vitium subesse apparet & φορινῶς legendum,vt scribitur lib.de rat.vict in morb.ac.& meliùs φορίνης. φορίνη verò ἐπὶ τοῦ ἀνθρωπίνου δέρματος, hoc est,de cute humana dicitur, & παρ' ἐνίοις πυρίνη, vt annotat Hesych.

Φορὸς, fertilis,ferax, de muliere fœcunda,quæ facilè concipit. Sic enim φορὸς exponit Gal.apud Hipp.in Exeg. εὐσύλληπτος, quæ facilè vterum gestat aut prægnans est, nimirum ex lib.1. περὶ γυναικ. (p.595.3.) φορὸς δὲ ἡ γυνὴ ἔσται ἢν ὧδε ἴσχῃ. Sic autem affecta, fœcunda esse non potest.

Φορτικὸς dicitur grauis, molestus, odiosus, qui est oneri. Lib. περὶ ἰητροῦ (p.19.21.) φορτικὸς ὑπολαμβάνεται, molestus ac odiosus habetur. Rursus ib. (p.ib.46.) χαλκωματικὸς γάρ τις εἶναί μοι δοκεῖ φορτικὸς, σκεύεσι τοιούτοισι χρῆσθαι. huiusmodi supellectile vti, cultus ambitiosus & molestus mihi videtur, hoc est, æreorum vasorum & instrumentorum vsus. Ac rursus ib. (20.13) φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον. onerosum enim id est, hoc est, huiusmodi deligationes molestæ sunt & oneri.

Φορύσσω, φορύσσω & φορύνω, idem quod φύρω, φυράω aut φυρῶ, macero, subigo, vnde φορύξαι apud Hipp. pro φυράσαι lib. 1. περὶ γυν. (p. 619.49.) ὕδατι φορύξαι aqua subigito. vbi tamen φορίξαι vitiosè legitur. Sic φορύξαντες Gal.in Exeg. φυράσαντες exponit, subigentes. Quod legitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.9.39.) Vbi tamen φορύξαντες legunt exemplaria Regia manu scripta. Vnde etiam ἀναφυρύσσειν & ἀναφορύξαι, crebrò legitur apud Hip. Hesych. φορύξαντες συγχέαντες exponitur, & φορύξαι συγχέαι, φυράσαι, & φορυνῶ, φυρῶ, συγχεῖ. Lib. περὶ ἀέρων (p.679.34.) φορύξαντα & συμπήσαντα simul iungit. Τούτοισι μέλιτι ἑφθῷ φορύξαντα καὶ συμπήσαντα βαλάνιον. Hæc melle cocto subacta & in glandem efformata.

Φρένες, præcordia Latinis dicuntur, tanquam mentis sedes, νοῦν καὶ διάνοιαν, hoc est, mentem & intelligentiam vocari scribit Gal. Comm.1.in Prorrh. (pag.171.31.) quòd ad prudentiam conducere videantur, aut quòd ea parte affecta mens quoque lædatur. φρένες ὡς μετέχουσαί τι τοῦ φρονεῖν dici videntur Aristot. cap.10.lib.3. de part.animal. etsi parum arridet illud etymum authori libri περὶ ἱερῆς νούσου (pag. 309. 51.) qui φρενῶν nomen fortuitò sortitum habere vult. φρένες etiam διάζωμα dicuntur Aristot. septum transuersum aut præcordia, quòd cordi prætendantur, Latini vocant, & διάφραγμα. Erot. apud Hipp. φρένας ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι τὸ διάφραγμα. φρένας antiqui septum transuersum vocabant. Quibus certe verbis locum Coac. (pag. 199.G.) mihi subindicare videtur. Ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐκ τῶν τρωμάτων ἤν τις ἐγκέφαλον τρωθῇ, ἢ ῥαχίτην μυελὸν, ἢ ἧπαρ, ἢ φρένας. Ex vulnere autem ferè mors contingit, si cui vulneratum fuerit cerebrum, aut spinalis medulla, aut iecur, aut septum transuersum. Cur autem φρένας διάφραγμα vocarint antiqui, fusissimè exponit Gal.lib.5. de loc. affect. (pag.301.17.) simulque quomodo διάφραγμα à Platone vocatum sit & ab Aristot. ὑπόζωμα.

Φρενῶν ἅψις & ἀπολέσθαι φρενῶν de mentis læsione & desipientia effertur Hipp. vt scribit Gal.Com.3.in lib.de rat.vict. in morb. ac. (pag.82.43.47. H.394.47.) vt antea scripsimus.

Φρενῖτις inde dicitur perpetuum cum febre acuta delirium ex inflammatione membranarum cerebri contingens, cùm somnis turbulentis aut continentibus vigiliis, eaque vera & propriè dicta phrenitis est Hipp. vt scribit Gal. Comment. 1. in Prorrhet. (pag.167.36. H.67.B.) ἐν γὰρ τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις, ὡς ἐπιδέδεικταί μοι διὰ τῶν εἰς αὐτὰ γεγραμμένων ὑπομνημάτων, ὁ Ἱπποκράτης φαίνεται τὴν ἐν ὀξεῖ πυρετῷ διηνεκῆ παραφροσύνην φρενῖτιν ὀνομάζων. διηνεκῆ δὲ εἶπον, ἐπεὶ ταῖς ἀκμαῖς τῶν σφοδρῶν πυρετῶν, ἐνίοτε παραφροσύναι ἐμπίπτουσι, ἐν ταῖς παρακμαῖς εὐθέως παυόμεναι. μαίνεσθαι μὲν γὰρ ὀνομάζουσι πάντες ἄνθρωποι τοὺς ἄνευ πυρετοῦ παραφρονοῦντας, φρενιτίζειν δὲ τοὺς ἐν πυρετῷ, τὸ δ' ἐν ἀκμῇ σφοδροῦ πυρετοῦ παραφρονῆσαι, παρακόψαι τε καὶ παραληρῆσαι, καὶ παραλήρησις καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο παραφρονῆσαι καλοῦσι. φρενῖτιν δ' οὐκ ὀνομάζουσιν ἄνευ τοῦ πυρέσσειν, καὶ τοῦ διηνεκοῦς τῆς παραφροσύνης. τῷ διηνεκεῖ δὲ τῆς παραφροσύνης, ὅτ' ἂν ἅμα πυρετῷ γένηται, τὴν φρενῖτιν γινώσκομεν. Nempe in libris de Morbis vulgaribus, velut à nobis demonstratum est in eorum Commentariis, perpetuum in febre acuta delirium phrenitim appellare videtur Hippocrates. Perpetuum verò dico, quòd in vehementium febrium vigoribus deliria quandoque contingant, quæ in remissionibus statim desinunt. μαίνεσθαι siquidem, quod est insanire, dicunt omnes eos qui citra febrem delirant, φρενιτίζειν verò, qui cum febre eo modo affecti sunt. Eos autem qui in febris vehementis vigore delirant, παρακόψαι τε καὶ παραληρῆσαι, καὶ παραληρεῖν, & παραφρονεῖν dicunt. At phrenitim non nominant absque febre, nec nisi cum continuo delirio. Et verò continuitate delirij, siquidem vnà cum febre contingat, phrenitim agnoscemus. Sunt & alia phrenitidos minùs propriè dictæ genera, quemadmodum φρενιτικοὺς vocat quibus mens oblæsa est, vt scribit Galen. Comment. 1. in Prorrhet. (pag.177.30.) φρενῖτιν οὖν ὀνομαζόντων πάντων ἀνθρώπων τὴν τοιαύτην διάθεσιν, ἐν ᾗ τὰς φρένας ὁρῶσι βεβλαμμένας, ἃς δὴ καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν ὀνομάζουσιν. Phrenitim mortales omnes eam affectionem appellant, in qua mentem læsam esse videant, quam & νοῦν & διάνοιαν vocant. Est & phrenitis quæ ex hypochondriorum affectibus oritur Aretæo cap.10.lib.1. cur. τῶν ὀξ. qualis per consensum, & quæ ex diaphragmatis inflammatione gignitur, Galeno lib.5. de loc.aff. (p.301.18.) cuius quoque à vera & exquisita phrenitide dissimilitudinem edocet. Sunt & παρακρούσιες ἀσαφέες in Prorrhet. (pag.180.16. H.70.A.) & φρενιτικοὶ ἀσαφέες, quasi cognitu difficiles, neque vulgo solùm, verumetiam medicis ipsis, velut qui κατηφορῇ νωθροὶ, hoc est, graui sopore torpescunt, magnaque in somnum delatione grauantur, lib.3. Epid.st. pest. εἰώθασι γὰρ (vt scribit Galen. Comment 1. in Prorrhet. (pag. 180. 30.) ἐκείνους μόνους φρενιτικοὺς, ὅσοι κεκράγασιν, ἢ ἀναπηδῶσιν, Ἱπποκράτης τοὺς βεβλαμμένους τὰς φρένας οὕτως ὀνομάζοντος, κἂν διὰ παντὸς ἐν καταφορᾷ τινι τύχωσιν ὄντες. συνεισβάλλει μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς παραφροσύνῃ κώματι. Nempe eos solos phreniticos opinantur, qui exclamant vel exiliunt, cùm tamen Hipp. mente oblæsos ita appellet, etsi continua in somnum propensione graventur. Itaque desipientia ab initio simul cum sopore occupat. Ac rursus ib. (pag.167.43.) εἰδὼν δ' ἔτι τὸν ὁρώμενον ὑπὸ φρενιτικοὺς ἔσονται κωματώδεις οὗτοι οἱ συμφρενῖται, ἀλλὰ παραφορᾷ τῇ φθεγγόμενοι, καὶ περὶ τῶν παρόντων διηγηθέντες ἐκπηδῶσι

„ μένοις εἰώθασιν. οὕτω γοῦν κἀν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἔφη, οὐδ' ὧσ-

„ περ μάνη τῶν φρενιτικῶν οὐδεὶς ὥσπερ ἐπ' ἄλλων, ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ νωθρῇ κατα-

„ φορῇ καρηβαρίης ἀπώλλυντο. καὶ τοῦτον οὖν λόγον ἐγὼ ὡς πιθανώτατον προσδέχομαι, καὶ καλεῖσθαι πάντας ὑφ' Ἱπποκράτους ἡγοῦμαι φρενιτικοὺς, ὅσοι τὰς φρένας βεβλαμμένοι διηνεκῶς ὦσιν, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι, μόνῳ τῷ πυρέττειν αὐτῶν διαφέροντες. Neque verò minus phreniticos esse cernimus, qui sopore detinentur nec sapiunt, verum delira loquuntur, atque ab iis qui adstant excitati stupefactis similes videntur. Hunc igitur in modum di-

„ ctio se habet libro 3. de Morb. vulgaribus. Neque phreni-

„ ticorum quispiam vehementer insaniuit, sicut in cæteris

„ vsu venire solet, sed ex alia quadam languida in somnum

„ degrauatione capite grauati moriebantur. Hunc itaque sermonem vt vero maximè consentaneum sentio, vocarique ab Hippocrate phreniticos omnes existimo, quicunque cum mentis oblæsione in perpetuo delirio fuerint, non secus ac μαινόμενοι, hoc est, insanientes dicuntur, qui sola febris carentia ab his discrepant. Phrenitim Celsus insaniam febricitantium vocat cap.1. libro 2. sæpiùs verò insaniam vt cap.7. libro 2. ex Progn. & aphorism.12. lib. 7. & cap.1. lib.2. ex aphor.30. lib.7. & cap.18. libro 3. vbi etiam scribitur. Phrenitis verò tum demum est, cùm continua dementia esse incipit, aut cùm æger quamuis adhuc sapiat, tamen quasdam vanas imagines accipit. perfecta est, vbi mens illis imaginibus addicta est. Cuius plura ibidem genera esse dicuntur. Phrenitidis etiam tria genera habes apud Galen. libro 4. de loc. affect. (pag.288.19.) Author Definit. Med. (pag.397.18.) φρενῖτίς ἐστι παρακοπὴ διανοίας μετ' ὀξέος πυρετοῦ, καὶ κροκιδισμοῦ, καὶ διανοίας ἔκστασις, καὶ τῶν κατὰ σφυγμὸν τούτοις ἐμποδισμὸς, καὶ λήθη τοῦ φρονεῖν, ἢ παρακοπὴ φρενῶν συνεχὴς μετὰ τρόμου, καὶ φωνῆς ἀσαφείας, καὶ ψηλαφήσεως γινομένης τὰ πολλὰ ὑπὸ κακοήθους πυρετοῦ. Phrenitis est mentis delirium cum febre acuta, ac floccorum vellicatione, & mentis emotio, & in pulsu huius impedimentum, & prudentiæ obliuio, aut continuum mentis delirium cum tremore, & vocis obscuritate & palpitatione, quæ magna ex parte ex febre maligna contingit. Phrenitidis exempla sunt apud Hipp. ægr.11. lib.3. Epid. & 13.14.15.& 16. eiusdem lib. post st. pest. de eaque agitur lib.3. de Morb. (p.490.9.) & lib. περὶ παθῶν (p.518.21.)

Φρίκη horror dicitur, medius inter frigus & rigorē, & ex his mixtus & temperatus, tanto maior frigore, quanto minor rigore, vt scribit Gal.lib.2.de diff feb.cap.8. Ex iisdē causis fit quibus rigor, omninò tamen minoribus, adeò vt horror debilissimus

rigor

rigor scribatur Hipp. lib.1. de Morb. (pag.458.6.) φρικώδης horridum, asperum, rugosum & inæquale significat Hipp. aph. 21. sect.5. lib 6. Epid. & cutis rugosæ asperitas, inæqualitas aut horror, partibus quibusdam cauis, nonnullis verò eminentibus apparentibus, idque per modica interualla, cui τὸ λεῖον opponitur. Ibi τὸ φρικῶδες exponit Gal. ὅτι τραχύτητα τῆς δέρματος, ἐνίων μὲν αὐτῆς μορίων κοιλοτέρων φαινομένων, ἐνίων δὲ ἐξεχόντων. ὅταν γὰρ κατὰ σμικρὰ πάνυ διαστήματα γίνηται τοῦτο δι' ὅλου τοῦ δέρματος, ὀνομάζεται τὸ σύμπτωμα φρίκη τε καὶ φρίξ. καὶ μοι νόει γαλήνην μὲν ἀκριβῆ τὴν τοῦ λείου σώματος ἐοικέναι καταστάσει. τὴν δὲ φρίκην τῇ κατ' ἀνωμαλίαν τὴν φρίκην. οὕτως γοῦν ὁ ποιητὴς εἴρηκεν

Οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρίξ,

Ὀρνυμένοιο νέον. hoc est, velut cutis asperitatem, eius quibusdam partibus depressioribus, nonnullis eminentioribus apparentibus. Quando enim per exigua interualla id in tota cute contingit, eiusmodi symptoma φρίκη & φρίξ nominatur. Idque tu mihi mente concipito exactæ maris tranquillitatis læuis corporis statum similem, horrorem verò non ita pridem eius incipientis inæqualitatis. Sic sane & Poeta inquit, Il. η. Vt mare cum Zephyris ipsum turbantibus horret. Sic Hesychio φρίξ dicitur ἡ ἐπιπολὴ ἀνωμαλία τοῦ κύματος, vnde in superficie inæqualitas, ἡ ἐπιπολάζων τῷ κύματι ἀφρὸς ὅταν ἄρχηται ἄνεμος πνεῖν, aut spuma in vndæ summa superficie innatans, quando ventus spirare incipit. φρικώδης igitur hic ἀνώμαλον inæquale & planitie carens significat.

Φρικώδεις πυρετοὶ inde dicuntur febres horrificæ aut horroris sensu insignes, non quæ cum horrore inuadunt, sed eæ in quibus bonam accessionis partem horror occupat, semitertianas intelligens Gal. cap.9. lib.2. de diff. feb. Idem quoque sentit Gal. de huiusmodi febribus Com 1. in lib. 1. Epidem. (pag. 354.45. H 940.F.) συμβαίνει δὲ τοῦτ' αὐτοῖς, τὸ μέχρι πλείστου τῆς ἀναβάσεως τε καὶ ἐπιδόσεως μακρυνομένης τοῦ παροξυσμοῦ τὰς φρίκας γίνεσθαι τοῖς νοσοῦσιν. οὐ γὰρ δὴ τούς γε κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπισημασίας φρικώδεις ὀνομάζει, ἀλλ' ἐφ' ὧν ἐπὶ πλεῖστον ὅλου τοῦ παροξυσμοῦ τὸ τῆς φρίκης ἐκτείνεται σύμπτωμα. καὶ γίνεται διττῶς, ἐνίοτε μὲν ἀναδιπλώσεις ποιούσης τῆς ἐπιδόσεως, ἐνίοτε δὲ αὐτῆς ταύτης μόνον, ἀνώμαλον ἀνάβασιν. ἡ διαφορὰ δὲ ἐστιν ἐν τῷ ποσῷ τοῦ χρόνου. βραχέσι μὲν γὰρ πάνυ διαλείμμασι διειργομένων ἀπ' ἀλλήλων τῶν φρικωδῶν κινήσεων, ἀνώμαλός τε ἡ φρικώδης κίνησις λέγεται. μειζόνων δὲ τῶν διαλειμμάτων ὄντων ἀναδίπλωσις γίνεταί τε καὶ ὀνομάζεται τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα, καὶ γίνεται μάλιστα αὐτὰ κατὰ τοὺς ἡμιτριταίους ὀνομαζομένους πυρετούς, διὸ καὶ τρεῖς εἰς τὸ πολὺ ἢ τέτταρες εἰσιν. Quod significat magnam partem ascensus & incrementi accessionis horrores ægrotos detinuisse. Neque enim eos qui circa initium accessionis inhorrescunt appellauit, sed quibus per totam prope accessionem horroris extenditur symptoma. Quod duobus modis contingit, interdum quidem reduplicante incremento, interdum etiam ipso solo inæqualem ascensum sentiente. Discrimen verò in temporis quantitate consistit. Nam si breuibus admodum interuallis inter se distent horridæ motiones inæqualis tum motio, tum horrida dicitur: Sin ampliora fuerint interualla, reduplicatio fit & dicitur eiusmodi symptoma. Quæ maximè contingit in semitertianis appellatis febribus, quò fit vt ternæ plærunque vel quaternæ fiant. Quod etiam de iisdem febribus scribitur à Galeno lib. de Temp. morb. (pag.383.50.) At φρικώδης πυρετὸς authori Definit. Med. (pag. 396.8.) dicitur: ὁ ἀναμεμιγμένην ἔχων τῷ ῥίγει τὴν θερμασίαν, σφυγμοὺς ἄγαν ἀδυνάτους ἔχων, ὥστε μηδὲ τῆς ἁφῆς ἀπτικοῦ, ἀλλ' ὡς ὑποστέλλοντας. γαστὴρ ὀγκουμένη, βορβορύζουσα, γλῶσσα ὑγρὰ πάνυ, ὀξίζοντι ὅμοιον, ἢ σιάλῳ πολλῷ περικλυζομένη. quæ calorem habet rigori permixtum, & pulsus admodum imbecillos, adeò vt ne in tactum veniant, sed qui velut intrò recessferint. In ea venter tumefactus murmurat, lingua valde humida, quiddam acido simile habens, quo tanquam saliua circumluitur. φρικώδεις etiam dicuntur qui subinde inhorrescunt, in Coac. (pag.119. D.) φρίκαι quoque & horrores pro leuibus rigoribus sumuntur, in Prorrh. (p.193.4. H.73.B.) & Coac. (pag.119.A.) αἱ ἐκ νώτου φρίκαι πυκναὶ, crebri ex dorso horrores, hoc est, leues rigores, qui inflammationes internas suspectant. Et rursus (p.214.G.) τριταῖοι μετὰ φρίκης, tertianæ cum horrore. Et φρίκη ἀμετάστατος, inconstans horror, de eo qui præstitutam sibi formam aut legitimam non seruat, verùm ab ea aberrat & typum mutat, velut si à tertiano circuitu in quartanum transitus fiat. hunc enim illic innuere videtur: vt sit φρίκη ἀμετάστατος, μὴ διαφυλάττουσα τὴν ἰδίαν μίαν ἀκριβῶς, quod de πυρετοῖς ἀμεταστάτοις dici scribit Gal. Com.4. in lib de rat. vict. in morb. ac.

Φρένες prudentiam significat, sed pro sensu aut sentiendi vi sumitur lib. περὶ ἱερῆς νούσου (p.305.39.) καὶ ὅτι τὴν φρόνησιν καὶ τὴν κίνησιν τοῖσι μέλεσι παρέχει. sicque sensum & motionem membris exhibet. Agitur autem de aëre ac spiritu, qui in ventriculos ingressus per venas dispergitur, sensumque membris & motiones facit. Contrà verò venis & ventriculis à pituita exclusus, hominem voce priuat & desipientem reddit, hoc est, sine sensu ac motu. Sic enim ἄφρων ἄνθρωπος illic intelligitur. Et postea ibid. (306.5.) καὶ φρονέουσι, & ægri resipiscunt, hoc est, sensum recipiunt. Rursusq; (ib.32.) καὶ τὸ φρόνημα γίνεται, sensus contingit aut prudentia, hoc est, sentiendi potentia permanet.

Φροντὶς, cura, meditatio, cogitatio, mentis agitatio, commentatio. Significatq; contentam mentis agitationem, qua animus excolitur ac velut exercetur, aph. 10. sect. 5. li.6. Epid. ψυχῆς περίπατος φροντὶς ἀνθρώποισιν. Cura ac meditatio hominibus pro animi exercitatione est. At lib.2. de morb. (p.486.32.) cùm scribitur: φροντὶς νοῦσος χαλεπὴ, φροντὶς pro melancholia morbo ex nimia cura sumi videtur.

Φρύγανον virgultum aridum significat, siue surculum aridum. φρύγανα sunt ligna arida, virgulta, sarmentosa ligna, quæq; ad cremandum apta est materia & incendi parata. Cremia dicuntur. indicaturque omnis lignosa & surculosa materia, qua ignis succenditur eiusq; est fomentum. φρυγάνων πλῆθος apud Lucam Act. 28. cap sarmentorum multitudinem vertunt. Apud Hipp. lib.1. περὶ γυναικ. (p.617.21.) φρυγάνων φάκελλον μαλθακῶν, mollium sarmentorum fascem vertit Cornar. Significat autem virgultorum aridorum aut teneriorum struem ac fascem, quem lecto supponi iubet Hipp. ad mulieris concussionem. Ibid. τὰ φρύγανα vocat (v.28.30.) φρύγανον exponitur Varino εἶδος φυτοῦ ῥαδίως ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀναπτόμενον. Vnde φρυγανώδης ὕλη dicitur.

Φρυκτὴ fricta simpliciter, resina intelligitur Colophonia, ad differentiam liquidæ siue humidæ, quæ ὑγρὰ dicitur. Fricta verò vocatur quod torreatur aut vratur vt docet Diosc. lib. 1. φρυκτῆς meminit Gal. li.2. τῶν κατὰ τόπ. (p.185.34.) ex Apollonio & li.6. Meth. vbi etiam liquidam ἐκ τῶν κεραμίων ὑγρὰν vocat, h.e ex doliis siue amphoris liquidam, nimirum quòd in doliis ac amphoris afferretur. Eam verò Terebinthinæ inopia assumendam censet Gal. his verbis: καὶ μὴ ὄντι γε μὴ παρούσης τερμινθίνης, ἡ τ' ἐκ τῶν κεραμίων ὑγρὰ, καὶ ἡ φρυκτὴ καλῶς ἂν μιχθεῖεν. Atq; Therebinthinæ inopia, probè resina ex doliis humida & fricta immisceri possit. Idem li.4. salub. ὑποσπανίζοντες δὲ ταύτης, ἡ τε τὴν ἐκ τῶν κεραμίων μιγνύωσι πιτίνην ἢ καὶ τὴν φρυκτὴν ὀνομαζομένην. Horum inopia pineam ex doliis immiscere, tum etiam frictam licet.

¶ Φύγεθλον panus dicitur Celso cap.18. li.5. & cap.28. eiusdem libri phygethlon, tumor non altus, sed latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Dolor distentioque vehemens est, & maior quàm pro magnitudine tumoris: interdum etiam febricula, idque tardè maturescit, neq; magnopere in pus conuertitur. Fit maximè aut in vertice, aut in alis, aut in inguinib. Panem ad similitudinem figuræ nostri vocant. Quibus verbis tumorē biliosum circunscribit Celsus. Vt verè scriptum fit à Gal. li.2. ad Glauc. p.209.14.) φύγεθλον, τὸ λεγόμενον φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας, ἢ ἐρυσιπελατῶδες φλεγμονή. Panus inflammationis particeps erysipelas, aut erysipelatis particeps inflammatio nominatur. Ibidem verò inter inflammationes & glandularū affectus recensetur, vt & initio li.2. & lib. de Tumor. præter nat. (p.357.6.) Vbi etiam φύγεθλα à cæteris tuberculis calore & generationis velocitate distinguuntur, & in inguinibus aut alis fieri dicuntur, & φλεγμοναὶ τῶν ἀδένων τῶν τῇδε σκληρυνθέντων, hoc est, glandularum illis in partibus induratarum inflammationes.

Φύεσθαι quod est oriri, produci, γίνεσθαι καὶ αὐξάνεσθαι, aut etiam διασώζεσθαι, hoc est, generari, augeri, conseruari, & βελτίων γίνεσθαι significare scribit Gal. Com.5. in lib.6. Epid. (p.509 50. H.1184.F.) vt de animo dicatur qui eruditione excolitur, proficit, & melior redditur.

Φυλάττεσθαι est cauere, cautum esse, diligenter obseruare, διευλαβεῖσθαι, circunspectum esse, & sibi probè cauere. Lib 7. Epid (p. 1230.C.) βέλτιον δὲ μέχρι τῶν τεσσερεσκαίδεκα φυλάττεσθαι. Præstat autem ad decimum quartum vsque diem cautum esse, hoc est, sibi cauere & cautionem optimam adhibere, quod Gallice dicitur [estre sur ses gardes] innuit autem acutos morbos non ante decimum quartum diem periculo vacare, aut subire iudicationem, vt testatur aph.23. lib 2.

Φύλλα exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. τὰ κηπαῖα καὶ βοτανώδη χλωρὰ ἐδύσματα, hortensia olera viridia, aut herbas virides cōdimentis vsurpatas, velut origanū, satureia, mentha, apiū, ruta, coriandrū, quæ auctarij loco olera ementibus adiici solebant, vt idem scribit φύλλα exponēs ἡδύσματα κηπαῖα, ἃ τοῖς ὠνουμένοις τὰ λάχανα προσεπιδίδοασι, οἷον ὀρίγανον, θύμβραν, ἡδύοσμον, πήγανον, σέλινον. Videtur autem hæc expositio ne Gal. mihi locum li.2. de Morb. (p.469.55.) subindicare. λεῖα τρίψας τὰ φύλλα τῶν προγεγραμμένων βοτανέων, καὶ τὸ λίτρον τούτῳ διεὶς χλιαρῷ, ἀναγαργαρίζειν præ dictarū herbarum folia trita & nitrū mulsa macerato, tepefacito, ac

gargarifmum præbeto. Atque haud fcio an illic etiam φύλλια legerit Gal. Gargarifmum enim illic parari vult Hipp. ex origano, fatureia, apio, mentha, & modico nitro. Rurfus φύλλων ibidem meminit (p.471.11.) vbi τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων, hortenfium herbarum condimentis vfitatarum & odoratarum decoctum intelligitur ad os colluendum accommodatum. Et (ib.18.) ἢ ἀναγαργαρίζειν τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων εὐωδέων (fic enim lego) & foliorum hortenfium odoratorum decoctum velut infolatum gargarifandum præbe. Et rurfus (pag.479.43.) ἔπειτα πίνειν τῶν φύλλων ἐπ' οἴνῳ ἐπιπάσαντα κεκρημένῳ. deinde folia hortenfia odorata vino temperato infperfa bibat.

Φύλλον idem Gal. exponit in Exeg. τὸ τοῦ σιλφίου σπέρμα διὰ τὸ πλατὺ εἶναι. filphij femen quod latum fit, ex lib.2. περὶ γυναικ. Legitur autem (p.651.51.) φύλλον ἀποπιεσμένον πίνειν, filphij femen tritum potu exhibeto. φύλλον etiam pro filphij femine vfurpatur lib. περὶ γυν.φύσ. (p.582.28.) Idem quoque Gal. ἐν τῷ καρπὸν σιλφίου σπέρμα exponit,quod & φύλλον ἰδικῶς dicitur,& à quibufdam μαγύδαρις, vt antea fcripfimus. Quod autem fcribit Gal. addi interdum ab Hipp. Libycum, interdum etiam Æthiopicum,is videtur fubindicare quod fcribitur lib.2. περὶ γυναικ. (p.626.9.) ἢ φύλλον τὸ λιβυκόν. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.584.46.) τοῦ φύλλου διδόναι ἢ αἰθιοπικῆς ῥίζης. φύλλον verò dici filphij femen teftatur Theoph.lib.6.hift plant.cap.5.

Φῦμα in genere tumorem omnem præter naturam in quacunque corporis parte erumpentem fignificat, præfertim verò fi in exteriores corporis partes & cutis fuperficiem impellatur, & fine aliqua externa caufa fiat, ac ftatim generetur ac augeatur, inflammetur & fuppuret, tranflato nomine ab iis quæ ex terra enafcuntur & φυόμενα vocantur. Sic fcribit Gal. Comm. in lib.6. Epidem. (pag.451 verf.18. H.1165.8.) ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων οἱ ἄνθρωποι φύματα καλοῦσιν τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους ὅσοι ξυμπίπτουσιν ἄνευ τῆς ἔξωθεν αἰτίας γίνεσθαι, μάλιστα οὖν ὀνομάζουσιν οὕτω τὰ πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν ἀναφυόμενα. φύματα vocarunt homines præter naturam tumores qui omninò abfque externa caufa oriuntur, ab iis quæ in terra progerminant. Sed potiffimùm eos fic nominant qui ad externam fuperficiem impelluntur. Eaque notione φύματα omnes extuberantias in cutem erumpentes, vitioforum fuccorum fobolem, à fanguine concalfacto excitatam fignificant aphorifm.15. lib.2. & 20 lib.3 & lib. περὶ τροφῆς (pag.381. verf.26.) φύματα etiam glandularum inflammationes ftatim erumpentes & ad fuppurationes tendentes fignificant Galeno lib.2. ad Glauc. cap.1. & Paulo lib.3. cap.22. & inter glandularum affectus & inflammationes recenfentur lib. de Tumorib. præter naturam à furunculo fola duritie diftantes. Quo nomine φύματα inter ftrumas, fatyriafmos & verrucas, ac glandulofotum corporum inflammationes ex vitioforum fuccorum congerie numerantur ab Hipp. aphorif.26.lib.4. Vbi etiam fcribit Galen. λέγονται δ' ἐξαιρέτως ἔνια φύματα φλεγμοναί τινες αὐτόματοι, τάχιστα μὲν γεννώμεναι, τάχιστα δ' εἰς ὀξὺ ἢ ὑψηλὸν αἰρόμεναι, τάχιστα δὲ καὶ ἐκπυϊσκόμεναι, καὶ πλείστη γε καὶ ἡ τούτων γένεσίς ἐστιν ἐν βουβῶσι, ἢ μασχάλῃ, ὅτι καὶ ἀδένες ἐνταῦθα πολλοὶ φύσιν ἔχοντες εἰς ἑαυτοὺς ἑτοίμως δέχεσθαι τὰ περιττά. Dicuntur autem præcipuè φύματα quædam inflammationes nonnullæ fponte nafcentes, quæ & celerrimè gignuntur, & ocyffimè in acumen & altum eleuantur, & citiffimè etiam ad fuppurationem deueniunt, quorum plurima in inguinibus & alis generatio, quòd iis in locis multæ fint glandulæ, quæ natura aptæ funt ad fuperfluitates in feipfas recipiendas. Sic etiam τὰ χοιρώδεα φύματα, hoc eft, tubercula ftrumofa pueris fieri fcribuntur Prorrh.2. (pag.95.E.) Interdumque φῦμα abfceffum & materiam in partem aliquam corporis decumbentem (ἀπόστημα ἢ ἀπόσκημμα dicunt) fignificat, vt aphorifm. 44. & 45. lib.4. & 65. lib.7. & in Coac. (pag.134.A.) Sic enim Celfus φύματα abfceffus cap.7. lib.2. ex aphorifm.44. lib.4. vertit. Eft vbi φῦμα ἐμπύημα & inflammationem omnem in pus conuerfam defignat, velut aphorif.8. lib.7. Vbi fcribit Gal. φῦμα ὠνόμασεν ὅπερ ἐν ἑτέροις αὐτὸς εἴωθε προσαγορεύειν ἐμπύημα. φῦμα appellauit quod in aliis ipfe folitus eft ἐμπύημα, id eft, fuppurationem. Sic φύματα ἔμπυα dicuntur Prorr. 2. (pag.95 E.) & aphorifm.37. fect.8. lib.6. Epidem. φύματα eadem quæ φύματα & ἐμπυήματα, in tumoribus fimul iunguntur. Et aphorifm.82. lib 4. φύματα vti minutos abfceffus vertit Celfus cap.8. lib.2. ex quibus pus profluit, etfi θύματα legere videatur. Et Coac. (pag.183.H.) φύματα ἐν πνεύμονι tubercula pulmonum quæ pus emittunt indicant. Quibus opponuntur φύματα σκληρά τε καὶ ἄπεπτα, tubercula dura & cruda, ex quibus φυματίαι fiunt & qui tuberculis huiufmodi laborant, vt fcribitur lib.de art. (p 612.52. H.807.C. & 614.36.H.817.B.) Quorum etiam meminit Gal. lib 4. de loc. aff. (pag.287.41.) Sic τὰ σκέλεα φυματώδεα dicuntur crura tuberculis laborantia lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.103. verfic.39. H.400.49.) & φυματώδης ἄρθρον ib. (pag.104 verf.1. H.401.4.) articulus tuberculofus ex materiæ cuiufdam crudæ & frigidæ decubitu. Atque etiam fcribit Hipp.lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p 37.v.15. H.339.55.) φύματα oriri quibus à cibo aut intempeftiua exercitatione vifcera dolent, craffis nimirum fuccis anguftos venarum tranfitus in hepatis fima parte obfepientibus, vnde flatus & febres oriuntur. Quibus medetur potu obftructiones leuante & vrinam ciente. Cuiufmodi præcordiorum & vifcerum fine inflammatione dolores febris finit, vt fcribit Celfus cap.8.lib.2. & cap.10.lib.3. ex aph.40. lib.6.& 52.lib.7. φύματα Celfus orientia tubercula, & tubercula interdum vertit, vt cap.18.lib.5.& cap.28. φῦμα tuber vertit Seneca de Beneficiis, quod tuberculum dicimus. Tuber (inquit) quodam tyranni gladio diuifit, qui ad eum occidendum venerat. Vomicam dixit Plinius lib.7. eandem rem de Iafone Pheræo referens.

Φύξιμος idem quod φεύξιμος, qui effugi poteft vel vitari, vt φύξιμος νόσος, morbus qui effugitur, & ex quo falus fperatur. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.532.52.) ἡμέρῃ δὲ ὑδαρέστερα ἀποπτύει ἢν φύξιμος ᾖ. Die verò puriora expuit, fi morbus futurus eft, aut fi ex eo æger euafurus eft. Alioqui φεύξιμος qui mala fugat & auertit dicitur, & ad quem confugientes feruantur, velut afylum quoddam aut effugium, vt φύξιμος βωμὸς apud Plutarchum, ara falutaris & ad quam confugitur.

Φῦσα ἡ φύση flatum fignificat & fpiritum craffiorem in corpore. φύσαν fcribit Erot. Hipp. in Aphorifmis & lib. 1.& 4 Epid. graueolentem per anum emiffum fpiritum intelligere. Nimirum aph.73.lib.4. fubindicans,& locum lib.1. Epid. (p.375.53. H. 959.B.) vbi φῦσαι σιγώδεις & ψοφώδεις ponuntur,hoc eft,flatus filentes & cum ftrepitu. Lib verò 4. (p.1133.F.) καὶ φῦσαι διῆλθον ἐν βρόμῳ. flatus cum crepitu prodierunt. Eaque notione pro flatu in ventre collecto qui per fedem erumpit φῦσα multis in locis fumitur apud Hip. præcipuè verò in Progn. (p.139. 28. H.40.21.) φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου μὲν καὶ πρδήσιος διεξιέναι ἄριστον. Si flatus fine fonitu quidem & crepitu exeat, optimum. Quod repetitur in Coac. (p.196.G.) Et rurfus ibid (p.138.D.) φῦσας & ψόφους κοιλίης fimul iungit. Lib. de fift. (p.883.D.) καὶ φῦσαι καὶ βδελυγμὸν πολλόν. & flatus tetterq; fœtor copiosè effluit. φῦσαν verò craffiorem fpiritum in quauis corporis cauitate collectum apud Hip. fignificare folenne eft multis in locis, veluti cùm fcribitur lib. περὶ παθῶν (p.527.30) cibos leuiffimos in ventriculo concoctos neq; flatus neq; tormina gignere, eofq; neq; modo, neq; copia excedentes, facillimè & citiffimè concoqui. Alioqui fi grauitate vel copia negotium faceffant, flatibus & torminibus ventrem diftorquere. Quod etiam fcribitur lib.de flatibus (p.297.) ex ciborum multitudine & inæqualitate πνεύματα in corpore excitari, quæ idem (pag.296.25.) φύσας dici vult. Sic enim fcribit: πνεύματα δὲ τὰ μὲν ἐν τοῖσι σώμασι, φῦσαι καλέονται, τὰ δὲ ἔξω τῶν σωμάτων ἀήρ. Spiritus quidem qui in corporibus infunt, flatus vocantur, qui verò extra corpora exiftunt, aer. Spiritus nanque qui corpora fubeunt, vbi præfertim naturæ limites, vel loci, vel motus, vel fubftantiæ, vel quantitatis, vel qualitatis ratione excedant, flatus dicuntur, & morborum aut fymptomatum in corpore humano caufæ exiftunt. Cùm verò naturali motu in corpus deferuntur, & naturali infpirationis & expirationis fymmetria conftant, generis nomen retinent, & πνεύματα vocantur. Sic fcribit Erot. Hipp. ἐν τῷ περὶ φυσῶν, καὶ ἐν τῷ περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, φύσας vocare τὰ ἐν ἡμῖν πνεύματα. Quam certe dictionem ea notione fæpius vfurpat lib. de flatibus, vt (pag.297.49.51.) & (pag.298.41. 52.55.299.36 41.300.2.4.) & (pag.301.2.7.) At lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς pro flatu fumitur (pag.12.4) ibidemque vfurpatur (pag 18.17. & pag. ibid.31.) vbi etiam pro fpiritu fumi poteft ex Erot. mente. Lib. quoque περὶ χυμῶν vfurpatur φῦσα (pag. 47.24.30.36.) & (pag.47.52.48.6.) pro flatu, etfi ἐμφύσημα, hoc eft, inflationem denotare velit Erot. φυσᾶσθαι autem inflari aut flatu impleri fignificat libro 2. de Morb. (pagina 485.35.) καὶ ἡ γαστὴρ φυσᾶται, & venter inflatur, aut flatu turgefcit. Ibidem enim caufam apponit, καὶ ἡ φῦσα οὐ διαχωρέει. neque flatus fecedit. Et, ὅταν δὲ ἐν τῇ γαστρὶ ἡ ὀδύνη ᾖ καὶ ἡ φῦσα. Cùm igitur in ventre dolor & flatus fuerit. Lib. etiam 2. περὶ γυναικ. (pag. 658.29.) ἡ γαστὴρ αἴρεται ἢ φυσᾶ, venter attollitur & inflatur. Sic φυσώδης flatus aut quod inflat dicitur apud Hippoc. aphorifm.9. fect. 3. lib. 6. Epidem. τὸ φυσῶδες ξυναίτιον, flatus aut quod inflat fimul caufa eft. Et, φυσώδης ἐντέρῳ τῷ ἄνω οἶνος γλυκύς, vinum dulce flatus in fuperiore inteftino excitans, lib.de rat. vict. in morb. ac. (p.71.v.40.H.392.26.)

Φῦσιγξ veficulam fignificat, fed σκορόδου φῦσιγξ Hipp. dicitur, allij caulis

caulis aut ſcapus lib. de fiſtulis (pag. 883. H.) (vbi ea dictione ſæpius vtitur) quo veluti ſtilo fiſtulæ altitudinem explorat. φύσιγγα τὸ καλούμενον ἐκφύλλημα καὶ μάλιστα τὸ κοῖλον exponit Gal. in Exeg. hoc eſt, quod in caulem abit, præcipueque quod cauum eſt, nimirum locum lib. de fiſt. (p. 883. H. 884 A. & ibid. D.) ſubindicans, vbi φύσιγγα vſurpat. Verùm φύσιγγα vitiosè in Exeg. legitur, vt etiam apud Var. φύσιγξ Ariſtoph. Schol. τὸ ἐκτὸς λέπισμα τῶν σκορόδων, hoc eſt, alliorum cortex exterior exponitur. Vnde Erot. σκορόδου φύσιγγα apud Hipp. τὸ ἔξωθεν λέμμα, exteriorem corticem accipit, aliter quàm Gal. eodem tamen ſubnotato loco. φύσιγγες Heſych. εἶδος σκορόδου, allij ſpecies, aut σκορόδων κεφαλίδες dicuntur. Ex quo nonnulli φύσιγγα apud Hipp. allij caput aut nucleum ſumunt, & pro ſpecilli capitato extremo in nuclei allij modum exponunt. Sed recentem allij ſcapum aut caulem ad pertentandam fiſtulam ſumi vult Hipp. Sunt qui in Exeg. pro φύσιγγα φύσιγγα ſcribant, alij etiam φύσιγγα.

Φύσις natura, cuius ſignificatum vt apud Philoſophos, ita etiam apud Medicos variè accipitur, vt ſcribit Galen. Com. ad aph. 34. lib. 2. Antiquis Philoſophis φύσις dicitur prima rerum materia, omnibus quæ generationi & corruptioni ſunt obnoxia ſubiecta, quam non generatam ſed æternam faciunt. Item quæcunque propria quadam ratione ſingulis generatis & corruptibilibus inſunt, quibus cognitis, alia quoque quæ vnicuique ſingulari ſubſtantiæ non propria quadam ratione inſunt, cognoſcuntur Gal. Com. in lib. 1. de Nat. humana (pag. 1. 20.) φύσις etiam Deus dicitur ſeu diuina ratio toti mundo & eius partibus inſerta, quam mentem admirabili virtute præditam eſſe dicit lib. 17. de vſu partium Gal. omnia peruadentem, ex qua ſingularum rerum propriam naturam promanare rationi eſt conſentaneum, & vim corpus noſtrum gubernantem, & munia vitæ diſpenſantem, regentem & conſeruantem, noſtriq; opificem & fabricam. Quo ſignificato natura rerum parens dicitur, & natura nihil fruſtra aut temerè faciens, & paſſim ſumitur, vbi naturæ iuſtitiam extollit Gal. prouidentiam, ſolicitudinem, induſtriam, ſagacitatem & opificium in corporis noſtri conſtructione & fabrica. Ariſtot. cap. 1. lib. 2. Phyſ. natura potius forma dicitur. Hipp verò ſæpiùs φύσις ponitur pro vniuerſa ſubſtantia ex primis quatuor elementis conflata, ſiue temperatura ex quatuor primis corporibus conſiſtente, velut ſumitur toto lib. de Nat. humana, & aph. 34. lib. 2 & aph. 2. li. 3. Quod præcipuum eſt naturæ ſecundum ipſius ſubſtantiam ſignificatum, vt ſcribit Gal. in eorum aph. Com. Sic φύσις corporis dicitur Hipp. ex quatuor humoribus temperatio & mixtio, lib. de Nat. hum. (pag. 10. 14. H. 225. 45.) vbi homini ſanguinem, bilem vtranque & pituitam ineſſe dicit, καὶ ταῦτα ἐστὶν αὐτῷ ἡ φύσις τοῦ σώματος, atque hæc ſunt ipſius corporis natura, ex quibus corpus ipſum conſtituitur, hoc eſt, eaque totam hominis naturam conſtituunt, velut elementa ſub ſenſum cadentia, quibus animalia ſanguine prædita conſtant. Quam naturæ notionem multis locis celebrat Gal. præcipueque, lib. 3. De Temp. φύσιν ὅταν εἴπω, ὅλην τὴν οὐσίαν τε καὶ κρᾶσιν λέγω τὴν ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων, θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ. Naturam cùm dico, totam ſubſtantiam ac temperiem, quæ ex primis elementis, calido, frigido, ſicco & humido conſtat, intelligo. Rurſus cùm ſcribitur libro de rat. vict. in morb. ac. (pag. 61. 43. H. 389. 21.) ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων, quòd maximæ ſunt mutationes eorum quæ circa naturam noſtram habitumque contingunt. Sic ſcribit Gal. πολλὰ μὲν οὖν σημαίνει παρ' αὐτῷ τὸ τῆς φύσεως ὄνομα νῦν μὲν τι τὴν κρᾶσιν ἄν τις ὑπολάβοι δηλοῦσθαι. Multa quidem apud Hip. φύσεως nomen ſignificat, ſed nunc temperiem indicari quis exiſtimauerit. Quod etiam repetit ibidem (pag. 68. verſ. 19. H. 391. 13.) καὶ νῦν φύσιν λέγει τὴν κρᾶσιν Et Com. 2. in lib. de Nat. humana (p. 18. 28.) φύσις τοῦ σώματος ἡ κρᾶσις. Quo ſignificato ſcribitur Gal. natura gaudere conſuetis lib. 8. Meth. med. ex Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. & conſuetudo altera eſſe natura li. 3. de ſimpl. fac. cap. 17. φύσις etiam dicitur vis omnis & facultas in nobis infra corpus ipſum regens, vt ſcribit Gal. lib. 2 de ſympt cauſ. Et Com. 5. in lib. 6. Epid. (pag. 506. 17. H. 1184. D.) δυνάμεις δὲ σημαίνει νῦν ἀκούειν ἐκ τοῦ τῆς φύσεως ὀνόματος ὑπαρχούσας αὐτοῖς τοῖς σώμασι τοῖς διοικουμένοις ὑπ' αὐτῆς. Naturæ autem nomine facultatem nunc intelligere oportet quæ corporibus ipſis ineſt, eaque gubernat. Rurſus lib. 3. de Criſ. cap. 8. φύσιν τὴν διοικοῦσαν δύναμιν τοῦ ζώου, vocat. Quæ corporis diſpenſatio cùm à calore natiuo omnium naturalium operum opifice contingat, φύσις etiam calidum innatum, ſeu calor natiuus eſſe dicitur aph. 15. lib. 1. & 22. lib. 5. & in Com. Galen. & lib. περὶ μαρασμοῦ. Idem lib. 2. ad Glauc. calorem natiuum virium ſubſtantiam facit, vel certe primum & maximè neceſſarium ipſarum inſtrumentum. Qua ratione φύσις rectè dicitur Authori Definit. Med. (pag. 393. 10.) eſſe πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν ignis artificialis qui via ad generationem tendit, aut ex ſeipſo mouetur efficaciter. Aut ex Platone, φύσις ἐστὶν οἷα τεχνικὴ δύναμις vis quædam artificialis quæ ex ſeipſa mouetur, formationis generationis perfectioniſque author. Et, φύσις ἐστὶ πνεῦμα ἔνθερμον ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενον, καὶ κατὰ τὰς σπερματικὰς δυνάμεις γεννῶν τε καὶ τελειοῦν, καὶ διατηροῦν τὸν ἄνθρωπον, ἐν χρόνοις καὶ μεγέθεσιν ὡρισμένοις. Spiritus calidus ex ſeſe motus, qui præfinitis temporibus ac magnitudinibus, hominem pro ſeminariis facultatibus generat, perficit ac conſeruat. Ac rurſus, φύσις ἐστὶ δύναμις ἐξ ἑαυτῆς κινουμένη, αἰτία γενέσεώς τε καὶ διαπλάσεως. Natura vis eſt quę per ſe mouetur, generationis & conformationis cauſa. Atq; ſecundum has naturę notiones ſcribitur Hipp. li. περὶ τροφῆς (p. 382. 34) φύσιες πάντων ἀδίδακτοι. & (p. 381. 18.) φύσις ἐξαρκέει πάντα πᾶσιν, & τούτων φύσιες ἰητροί. aph. 1. sect. 5. li. 6 Epi. φύσις etiam temperaturā, diſtinctionē, conſtructionē & fabricationem ſignificat Hipp. aph. 25 ſect. 6. li. 6. Epid. veluti cùm naturam oſſium, neruorum, venarum, carnium pernoſcendam eſſe præcipit, vt explicat Com. Galeno attributus. φύσις eſt prima ætas ſtatim ab ipſo ortu, aph. 44. lib. 2. vbi κατὰ φύσιν ἐκ γενετῆς exponit Philotheus. φύσις quoque eſt corporis forma & idea, ſiue partium corporis ſtructura & compoſitio. Qua ſignificatione ἡ φύσις ἐστὶ τὸ φθινῶδες ἔρρεπε, natura ad tabem vergebat, dicitur lib. 1. Epid. (pag. 353. 14. H 939. F.) vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 34. lib. 2. φύσις morbi natura & eſſentia dicitur Gal. initio lib. 3. Meth. med. præcipueque eſſentiam indicat cùm de animi natura agitur, velut cùm ſcribit Gal. pueris diuerſam & differentem animi naturam ineſſe, lib. quod animi mores temp. corp. ſeq. (pag. 344. 16.) ἔνδηλον δ' ὅτι τὸ τῆς φύσεως ὄνομα κατὰ τοῦ ποιότητος λέγεις, τοῦ τῆς οὐσίας ἀπὸ τοῦ τῆς οὐσίας. Conſtat autem naturæ nomen in huiuſmodi ſermonibus idem quod eſſentiæ nomen ſignificare. φύσις etiam eſt ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια, rerum veritas, Gal. Com. 1. in lib. de Nat. humana (pag. 7. 48. H. 225. 16.) Et Hipp. κατὰ φύσιν, quæ re vera ſunt, & iis opponuntur quæ κατὰ νόμον dicuntur. vt lib. de Nat. hum. ibidem (v. 41. H. ibid.) καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν, & opinione & re vera, qua phraſi ſæpius vtitur eodem libro. Eſt autem ipſa Natura rerum veritas, quòd ipſa ſibi ipſi ſemper conſtet, vera & certa omnia faciat, nihilque habeat fucati, ſed omnia ſyncera contineat, & quam per omnia ars imitatur, vt tamen aſſ. qui non queat. φύσις interdum ſinum & naturam muliebrem ſignificat Hipp. vt lib. 1. περὶ γυναικείων (pag. 655. 37.) ἢν αἱ μῆτραι πρόσω ἴωσιν ἐξωτέρω τῆς φύσιος. Si vteri extra naturam proceſſerint. Et lib. περὶ ἀφόρων (pag. 687. 16.) ἢν αἱ μῆτραι προέλθωσιν ἔξω τῆς φύσιος. Pro quo ſcribitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 564. 25.) ἢν προπέσωσιν αἱ μῆτραι καὶ ἐξέλθωσιν ἔξω.

Φυτάνη exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. ὁ τοῦ φυτεύειν χρόνος, plantandi tempus.

Φυτευτήριον idem exponit τῶν εἰς τὴν γῆν φυτευομένων ξύλων, hoc eſt plantariorum, aut in terram plantatorum ſurculorum. Quibus verbis ſubindicare mihi videtur locum lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 242. 47.) τὰ δὲ ἐκ φυτευτηρίων, ἀπὸ δενδρίων δένδρα γίνεται. Cæterùm quo ad plantaria, ex arboribus arbores fiunt. Et rurſus ibid. (243. 4.) οὕτως ἐς τὸ ἐναντίον ξυμβαίνει εἶναι τῶν ἐκ τοῦ σπέρματος γινομένων, καὶ τῶν ἐκ τοῦ φυτευτηρίου περὶ τοῦ βλαστοῦ. Sic igitur contrario modo contingit circa germinationem, in his quæ ex ſemine, & his quæ ex taleis in terram defixis proueniunt. Et iterum (ibid. 16.) καὶ πρῶτον τὸ φυτευτήριον ἀνάγκη ἐστὶν ἑωυτῷ τροφὴν παρέχειν ἀπὸ τῆς γῆς τῇσι ῥίζῃσι. Et taleam quidem primùm neceſſe eſt alimentum ſibi ipſi ſufficere è terra in radices. Ibique opponuntur inter ſe quæ ἐκ τοῦ φυτευτηρίου, & ἐκ τοῦ σπέρματος, hoc eſt, quæ ex viuiradice & quæ ex ſeminibus producuntur.

¶ Φῶδες aut φώϊδες dicuntur puſtulæ ex igne aut feruore contractæ, ἐπικαύματα aut ἐπιφλογίσματα, quæ non ſolùm in tibiis, ſed etiam in reliquo corpore velut ab incendio, contrahuntur. φώϊδες exponuntur in Exeg. αἱ φαύσιγγες de quibus antea dictum eſt. Eaque dictione intelliguntur circuli aut maculæ rubentes in tibiis ex nimia ignis vicinia contractæ. Dicuntur etiam veſicæ, papulæ aut puſtulæ in reliquo corpore, velut φώϊδες vſurpantur Hipp. in Coac. (pag. 169. C.) etſi non ſine mendi ſuſpicione. φῶδες dictio quoque agnoſcitur Erot. apud Hipp. ſcribitque dictionem eſſe Doricam. Additque φῶδας eſſe τὰ ἐκ τοῦ πυρὸς γινόμενα, μάλιστα δὲ ὅταν ἐκ ψύχεος ἐν τῷ πυρὶ καθίσωσι, στρογγύλα ἐπιφλογίσματα. ex igne contracta rotunda incendia aut inflammationes quædam, præcipuè verò ſi ex frigore ad ignem ſederint (quas per φαύσιγγας ſatis explicat Gal.) interdum etiam ἐξανθήματα φοινικὰ τῇ χροιῇ, περὶ τὴν θώρακα τὰ γινόμενα ſignificare ſcribit, hoc eſt rubentes puſtulas, (velut

bullas igne contractas) in thorace exortas. Nonnullos etiam τὰς φλυκτίδας accipere, hoc est, bullas aut ampullas. Deduci autem dictionem vult ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ ἐρεύθους, hoc est à luce & rubore, ex Diocle Carystio. Alij à φώζω deducunt, quod est ardeo, vnde & φῶδες & φῷδα idem quod φωΐδες significant. φῶδες φλυκτίδες quidam exponunt, & Aristoph. Schol. in Pluto φλυκταίνας. Apollodorus τὰ ἐκ πυρὸς ἐρυθήματα ἢ ἐπικαύματα φῶδες esse dicit, hoc est ex ignis incendio contractos rubores & ardores. Hesych. autem φωΐδες exponuntur τὰ ὑπὸ πυρὸς ἐν τῷ σώματι γινόμενα ἐκφυσήματα (Sic enim lego) vt pustulæ inflatæ & ab igne excitatæ intelligantur, quas per φαύσιγγας intelligit Gal. Crurum maculas varietatesque igne factas vocat Pl. cap. 9. lib. 20. Theoph. lib. περὶ πυρὸς φωκαΐδας vocat, quas nos φῶδας huiusmodi maculas ab igne excitatas, quæ in cruribus apparent, & primùm rubræ cernuntur, deinde etiam nigricant, cuius rei rationem illic adfert. Neque verò φῶδες in cruribus tantùm fiunt, sed & in reliquo corpore (vt apparet ex Gal. in dict. φαύσιγγες) & in thorace, vt scribit Erot. Quibus certè verbis locum Hipp. lib. 2. de Morb. (pag. 480. 29.) mihi innuere videtur, vbi τὰ ἀορτήματα τοῦ πνεύμονος ἀμφοτέρωθεν, hoc est, suspensæ vtrinque pulmonis fibræ ruptæ fuerint, καὶ καῦμα ἔχει, καὶ καταπίμπλαται φῴδων & ardor detinet, & pustulis velut ex igne rubentibus completur. Significat autem ex incendio interno pustulas in thorace aut pectore rubentes excitari, iis similes quæ in tibiis ex ignis vicinia contrahuntur. Vt mihi parum aptè Cornar. de rubentibus circulis in tibiis hunc locum accepisse videatur. Rursúsque ibi. (p. 482. 9.) in nimia pulmonis plenitudine, καὶ πίμπλαται φῴδων, & pustulis velut ex igne rubentibus completur. Vbi etiam rubicundos in tibiis circulos intellexit Cornar.

Φώλησι scribitur apud Hipp. ægr. 1 post. st. pest. & illic pro ostreis accipitur Caluo, qui hanc lectionem ex membranis Vaticanis hausit, quæ etiam scribitur in quibusdam exemplaribus Regis manu scriptis, vt illic testati sumus, vitiosè tamen pro φαυλῆσι, quam lectionem ex melioribus codicibus & Gal. secuti sumus. Sunt autem φωλάδες Hesych. & Varino ὀστράκινά τινα βρωμάτια.

Φωνὴ, vox, dicitur Plutarcho in Præceptis sanitatis tuendæ, τῆς ψυχῆς κίνησις, animæ motus. Est autem vocalium instrumentorum munus, quæ sunt guttur, musculi ipsum mouentes, & nerui omnes qui ad eos vim à cerebro deferunt. Hæc φθόγγος, φθέγξις & φθέγμα dicitur Hipp. διάλεκτος autem aut διάλεξις sermocinatio aut loquela, est eorum quæ ad sermonem pertinent, quorum omniū princeps est lingua, tum nares & labra, & dentes, & dicitur vox articulata, vt satis videre est apud Hipp. lib. περὶ σαρκῶν (p. 253.) & lib. 4 de morb. (pag. 513. 44. 45.) & Gal. lib. 4. de Loc. aff. (pag. 290. 53.) & eo qui circunfertur Com. in sent. 24. lib. 1. περὶ χυμῶν. αὐδὴ autem dicitur non omninò vox, neque id omne quod propriè in sensum auditus cadit, neque id solum quod ore emittitur (quo ex genere, ploratus, sibilus, fletus, tussis, eaque id genus continentur) sed sola hominis vox qua inter se colloquuntur φωνῆς variæ attributiones inueniuntur apud Hipp. φωνὴ βαρεῖα, vox grauis dicitur, vel quæ rauca est ex faucium & spiritualium instrumentorum nimia humectatione, quales etiam φωναὶ δασεῖαι καὶ μέλαιναι, hoc est, voces densæ & fuscæ aut nigræ dicuntur. Gal. in Prorrh. (p. 170. 13. H. 67 D.) vel quæ inexplicata est aut præpedita, ac lingua veluti balbutiens ex nimio humoris affluxu. Velut φωνῆς βραδυτῆς linguæ tarditas, pro inexplicato sermone ac præpedito, aut balbutiente lingua ponitur Coac. (pag. 144. A.) quomodo in apoplecticis & epilepticis contingit, irrigatis ex nimio humorum affluxu neruis & linguæ musculis. vbi φωνὴ pro αὐδὴ sumitur. Sunt & φωναὶ ἐκλείπουσαι, voces deficientes in Prorrh. ac defectæ (pag. 197. 33. H. 74. D.) & φωναὶ κατακεκλασμέναι, voces perfractæ ac peruersæ, in Coac. (p. 158. E.) & φωναὶ κατιλλαινόμεναι, aut κατιλλούμεναι, voces distortæ, allisæ aut confractæ, ac vinctæ & præpeditæ, lib. 3. Epid. in st. pest. de quibus antea scripsimus, & φωνὴ κεκλασμένη lib. 7. Epid. (p. 1229. E. F.) φωνὴ παραλελυμένη, est vox exoluta, resoluta, intercepta, ac præpedita, idemque ferè quod ἀφωνία motus & sensationum priuationem indicans, ex cerebri & neruorum principij offensione, in Coac. (p. 144. E.) Cui φωνὴ λελυμένη, vox soluta & libera reddita opponitur, hoc est, restituta, explanata & expedita, quę huiusmodi noxiæ depulsionē & absolutionē indicat: Non secus ac φθέγξις aphoniæ opponitur, & sensus ac motus priuationem redimit aph. 5. lib. 5. Sic lib. 2. Epid. (pag. 1050. F.) ἡ φωνῆς λυομένης πάντα λύεται ἡ γὰρ λύσις τῇ φθέγξει ὁμοίη. Vox vbi absoluta fuerit & libera reddita, omnia etiam liberantur. Ipsa quippe absolutio liberæ vocis emissioni quodammodo respondet. Et lib. 7. Epid. (pag. 1221. D.) φωνὴν λύεσθαι vocem solui, hoc est, liberam esse ac expeditam significat. ἡ φωνὴ οὐκ ἐλύετο, vox soluta non erat, hoc est libera. Et lib. 3. de Morb. (p. 491. 28.) τῇ τριταίῃ θνήσκουσι τῆς φωνῆς λυθείσης, hi tertia die voce absoluta moriuntur. Neque absimili notione φωνὴν ῥηγνύναι vocem abrumpere, vocis interceptæ liberam absolutionem significat, vt antea scripsimus. Alioqui φωνὴν ἀπορρήγνυσθαι vocem elisam, abruptam & fractam indicat, vt lib. 6. Epid. (sect. 7. aph. 1. φωναὶ ἀπερρήγνυντο ἐς τὰ ἐκχώδεις, vox tussi abrumpebatur, de iis effertur quibus vox tussi elidebatur. Et li. 7. Ep. (p. 1213. F.) φωνὴ ὑπὸ τῆς βοῆς ἀπερρωγυῖα καὶ βραγχώδης, vox vociferatione fracta & rauca dicitur, qualis iis qui multum diuque clamarunt.

Φωνὴ περιπνευμονικὴ, ἡ κερχνώδης exponitur à Gal. in Exeg. apud Hip. hoc est, vox qualis pulmonia laborantibus, stridula, aut stridulam in faucibus asperitatem habens. Quod scribitur li. 5. Epid. (pag. 1159. G.) & lib. 7. (pag. 1233. E.) Est autem vox rauca, stridula & strangulabunda. Peripneumonici enim stertore & strangulatu & ἀφωνίῃ pereunt, vt scribitur lib. de rat. vict. in morb. ac.

Φωναὶ κατιλλόμεναι exponuntur Erot. apud Hip. κατεχόμεναι, hoc est, detentæ aut occupatæ. εἰλεῖν γὰρ τὸ συνέχειν καὶ συγκλείειν οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν. εἰλεῖν namque Attici pro continere & claudere dicunt. Idem quoque Bacchium reprehendit quòd ea dictione περιεγκεκλιμένας φωνὰς, hoc est, inclinatas aut demissas voces, quasi distortas aut peruersas acceperit. Additque, ὁ δὲ Φακᾶς Διοσκουρίδης κατίλλειν φησὶ τὸ κατέχειν καὶ κατακλείειν, ὡς δηλοῦσθαι τὸ βραχὺ τῆς φωνῆς καὶ μόλις ἀκουόμενον. Phacas Dioscorides κατίλλειν esse dicit cohibere & claudere, vt vocis tenuitas significetur, eaq; quæ vix audiatur. Quibus verbis haud dubiè Erot. locum li. 3. Epid. (p. 422. 48. H. 1083. H.) exprimit, & ad interpretationes veterum Hip. interpretum à Gal. commemoratas nec satis approbatas delabitur, & dictionem actiuam perpessionis significatione exponit, vt ne addam κατιλλόμεναι (si modò vera est lectio pro κατιλλοῦσαι legisse. Sic enim passim legunt exemplaria publicata Gal. etsi κατιλλαίνουσαι quædam habent & κατιλλούσαι, vt illic scripsimus, vbi & hanc vocem abundè exposuimus. κατιλλοῦσαι autem φωναὶ dicuntur pro κατειλούμεναι ἤπερ κατακλειόμεναι, ἢ ἐνειλούμεναι, ἢ δεδεμέναι, quod voces inuolutas, implicatas, conclusas & retentas, hoc est, præpeditas aut vinctas indicat, hoc est, ex destillatione in fauces vitiata & impeditas aut interceptas. Sic enim exponit Gal. τὰς οἷον κατακλειομένας, ἢ εἰλουμένας ὡς μηδὲ ἡμᾶς ἐπὶ τὸ ἔξω ἐκφέρεσθαι δυναμένας αὐτοὺς λαλεῖσθαι τὴν λέξιν, ὡς ἐπὶ τῶν ἰσχνοφώνων φαίνεται γινόμενον, hoc est, velut conclusas aut conuolutas, vt dictio intelligatur de vocibus exire non valentibus, vt in his qui exili voce sunt præditi.

Φωνὴ ὡς ἐν ῥίγει αὐτοπτικὴ, vox vt in rigore conspicua, aut qualis in rigore conspicitur, hoc est tremula, in Prorrh. (pag. 183. 42. H. 70. F.) τὴν τρομώδη φωνὴν ibidem exponit Gal.

Φωνὴ λευκὴ καὶ μέλαινα per translationem dicitur Gal. lib. 3. de diff. pulf. (p. 38 41.) vt & Com. 1. in Prorrh. (p. 170. 16.) Et φωνῆς λαμπρότητα καὶ βραδυτῆτα, vocis claritatem & tarditatem inter se opponit Hip. lib. περὶ τέχνης (pag. 7. 38. 39.)

OECONOM. HIPPOC.

TO X.

Χάδειν apud Hipp. capere aut capax esse significat, libr. περὶ γονῆς (p. 234. 47.) ἢν δέ τις ἐς ἄγγος θῇ μέγα, ὅ, τι καὶ ἐπιεικὲς ἐστὶ σίκυον χάδειν, quòd si quis in vas amplum imponat, quod quidem cucumerem exactè capere possit. Vbi χάδειν legunt exemplaria omnia, quòd verisimile sit cucumeris esse capax. Hesych. χαδεῖν χωρῆσαι exponit vt & Schol. Homeri in versum 84. Il. ξ. Quod tamen à χάζω deducit Eustath. & à fut. 2. χαδῶ, χαδεῖν vel χάδειν. Verùm à χάδω videtur deduci apud Hip. aut χαδεῖν scribendum fuerit.

Χαλάω aut χαλάζω remitto aut cesso neutraliter sumptum velut de febre aut morbo dicitur qui remittit aut relaxatur. lib. 7. Epid. (pag. 1207. G.) πρώτῃ καὶ ν' ἐχάλασε, primo & quinquagesimo remisit febris. Et rursus (pag. 1223. D.) ἡ ἡμέρῃ ἐχάλασεν, calor

calor remisit. Et (1225. A.) ἐχάλασεν ὁ πυρετὸς, febris dimisit, relaxauit. Rursusque ibid. (pag. 1229. F.) Νικόξενος ἐδόκει χαλάσειν. Nicoxenus relaxari à morbo aut liber esse videbatur, aut Nicoxeno morbus remiserat. Et (pag. 1231. B.) ἐς τὴν ἑσπέρην πάντα ἐχάλασεν, sub vesperum omnia remiserunt. Et lib. 5. Epid. (pag. 1153. B.) καὶ ὅτι ἐμέσαι ἀπὸ ὕδατος ψυχροῦ ἐχάλα, ὅτι τῆς ὀδύνης ἀπιούσης, ὅτι πλὴν πνεύμων. Ac neque vomitu, ex aqua frigida dolor vrgens aut spiratio remittebat. De febre lib. 7. Epid. (pag. 1211. G.) ἐχάλασε τριταίῳ σχεδὸν, ferè tertio die remisit Est & χαλᾶν ὑφ' ἑαυτοῦ οὖρα, vtinam inuoluntariè, nec sponte emittere, in Prorrh. (pag. 203. 17. H. 75 F.) Et οὖρα ὑφ' ἑαυτοῦ χαλῶντα, exponit Gal. ἀπροαιρέτως οὖρα ἀποκρίνοντες. Quod repetitur in Coac. (pag. 120. B.) Eademque notione χαλᾶσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ, hoc est per se laxari aut resolui dicuntur vulgari nimirum locutione, quibus inuitis & sponte egestiones alui emittuntur, & inuoluntariæ excretiones prodeunt. Quod fit mente & sensatione læsa, aut musculis ani & vi contentrice exoluta, in Prorrh. (pag. 199. 57. H. 74. H.) & Coac. (pag. 159. A.) Istud verò sic exponit Gal. Com. 3. in Prorrh. (pag. 200. 8. H. 74. H.) τὸ δὲ χαλῶνται ὑφ' ἑαυτοὺς, εἰ μὲν ὡς οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγητῶν ἤκουσαν, ὡς ἐπὶ τῶν ἀκουσίως διαχωρουμένων, ὅτω καὶ ἡμεῖς ἀκούσωμεν, ἤτοι τὴν διανοίας ἐνδείξεται βλάβην, ἢ τῶν κλειόντων τὴν ἕδραν μυῶν τι καὶ νεύρων. εἰ δ' ὡς ἔνιοι νομίζουσι δηλοῦσθαι τὸ χαλᾶν ἐπὶ τῆς διαθέσεως, ὅπερ ἐστὶ μετριωτέραν αὐτὴν ἐργάζεσθαι, διὰ μὲν τοὺς ἱδρῶτας φασὶν ἐκείνοις, συμβήσεται χρονιώτερον ἐργάζεσθαι τὸ νόσημα, Illud autem χαλῶνται ὑφ' ἑαυτοὺς, si quidem vt expositorum plurimi intellexerunt de iis qui præter voluntatem excernuntur, ita & nos acceperimus, vel mentis læsionem indicabit, vel anum claudentium tum musculorum tum neruorum noxiam. Si verò, vt nonnulli existimant, τὸ χαλᾶν indicat affectionem remittere, quod est moderatiorem effici, ob sudores quidem (inquiunt illi) morbum diuturniorem fieri continget. Quibus verbis τὸ χαλᾶσθαι popularem loquendi morem, de his quibus inuoluntariè excretiones effluunt, continet, & eam explicationem qua de morbi sæuitia aliquid relaxatur aut remittit. Sic quoque κοιλίη ὑγρὰ χαλᾶν dicitur in Prorrh. (pag. 201. 19. & 202. 3. H. 75. B. C.) aluus liquida deiicere aut demittere, cùm fluit & liquidas habet deiectiones. Vbi Galen. ὑγρὰ χαλᾶν, ὅπερ ἐν τισι διαχωρεῖν εἰώθασι λέγειν, liquida demittere, quod in quibusdam excernere dicere consueuit. Inde verò χαλαρὸν quod laxum est significat, vt ἀρχοῦ τὸ χαλαρὸν recti intestini laxitas aut pars laxior, quæ supra musculum adstrictorium dilatatur & ad os sacrum adiacet, libr. de art. (pag. 618. 48. H. 810. C.) vt antea scripsimus in ἀρχὸς, & exponit Gal. lib. περὶ μέσης φλεβὸς (pag. 210. 54.) At χαλάειν quod leg. apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 552. 45.) quid sit, non satis constat: existimoque χυλάειν leg. vt postea scribemus.

Χάλαζα ἢ χαλάζιον tuberculum est grandini simile, & pellucidum in palpebris concretum, vnde χαλαζιῶντα βλέφαρα dicuntur. χάλαζα dicitur authori defin. Med. (pag. 409. 18.) κατάχρισις συστροφή τις ἐπὶ τῷ βλεφάρῳ, concretio quædam aut globulus milio non dissimilis in palpebra subnascens. χαλάζωσις dicitur Medici authori (pag. 386. 19.) suntque περιφερῆ τινα ἐκφύματα τοῦ βλεφάρου ὑπέρματα περιγεγραμμένα ἐοικότα τῇ χαλάζῃ, orbicularia quædam intra palpebras circunscripta tubercula, quæ nomen à grandinis similitudine acceperunt. Chalazium vocat Celsus cap. 7. libr. 7. & Paulus lib 3. cap. 22. A grandinis etiam similitudine χάλαζα dicitur in suibus vitium in eorum ore sub lingua enascens, & per totam carnem sparsum & innatum quod viuente animali tegitur, nec nisi dissecto & mortuo conspicitur. Sic χαλαζώδεις πυκνὰς vocat Hipp. lib. 4. Epid. (pag. H. 1121. H.) crebra tubercula grandini similia in lingua enata ex incendio. γλῶσσα ἐτετρηχύνετο ὥσπερ χαλαζώδεσι πυκνοῖς, lingua velut densa grandine exasperabatur, hoc est, crebris & densis tuberculis albis, grandiniique similibus & pellucidis exasperabatur. Quod erat pituitosæ materiæ succensæ manifestum indicium.

Χαλινοῦσθαι est frænari, refrænari & frænis iniectis coerceri. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 590. 6.) καὶ τὴν γλῶτταν αὐτῆς χαλινοῦται, & linguam frænatam habet, mira phrasi, pro καὶ ἡ γλῶττα αὐτῆς χαλινοῦται, lingua ipsius refrænatur, ac velut iniecto fræno coercetur aut inhibetur. Sic ἐγχαλινοῦσθαι infrænari dicitur, vt antea scripsimus, & ἐγκεχαλινωμένοι τὰ στόματα, qui frænata ora habent.

Χαλκεῖον officina fabri, lib. de art. (pag. 621. 12. H. 814 C.) αὐλὸς ἐκ χαλκείου. follis fabrilis, aut ex officina fabri, aut fistula ærea, aut cuiusdam instrumenti ærei. Erot. apud Hipp. χαλκεῖον exponit χαλκοῦν ἀγγεῖον ἢ ἄρμενον, vas æreum aut accommodatum aliquod instrumentum. Sunt enim τὰ ἄρμενα accommodata & necessaria ad aliquid agendum præparata instrumenta.

Χαλκῖτις συντηκτεῖν, Chalcitis συντήκειν dicta, li de vlcer (p. 879 F.) Vbi chalcitida quidam aluminis speciem esse volunt Gal. verò in Exeg vocum Hipp. simpliciter chalcitin intelligi vult. Hunc enim locum mihi subindicare videtur cùm scribit, χαλκῖτις συντηκτεῖν, ἴσως τὸ χαλκί... Et rursus, συντήκειν χαλκῖτιν, ἣν ἀλλοι οὕτως ὀνομάζουσιν χαλκῖτιν. Quidam verò tum chalcitida tum alumen accipiunt De Chalcitide vide Dioscorid. cap. 115. l. 5. & Plinium cap. 12 lib. 34.)

Χαμαιζῆλος Erot. apud Hipp. ταπεινὸς, humilis, exponit (sed ταπεινὸν malim.) Legitur lib. de fract. (pag 575. 10 H. 776. C) καθῆσθαι μὲν χρὴ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ χαμαιζήλου τινὸς, hominem in aliquo humili sedili collocare oportet. Et lib. 1. de art. (pag. 594. 27. H. 790. A.) ἡ ἐπωμὶς φαίνεται χαμαιζήλη καὶ κοίλη, summus humerus humilis & cauus apparet.

Χαμευνία, humicubatio aut humi decubitus, qua voce vtitur Gal. Com. ad aph. 29. & 30. lib. 3. eadem quæ παλαιευνία lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 32. 53. H. 3; 8. 23.)

Χανδὸν hiatim aut hianter, hoc est ore & faucibus hiantibus, affatim abundanter ac copiosè, vt χανδὸν, ἀθρόως, καὶ ὅσον δυνατὸν exponit Hesych. Sudas ἀθρόως καὶ ἀπλήστως. Hip. lib περὶ διαίτ. (pag. 272. 35.) καὶ αὐθις ὄχλος πολὺς χανδὸν ἕλκει, rursusque turbatio multa affatim attrahit. Qui locus mendosè legitur in impressis exemplaribus.

Χαράδρα torrentis alueum, sulcum ac voraginem significat, quam torrens rapido suo impetu efficit & excauat, aut salebrosum & confragosum locum. χαράδραι exponûtur Hesychio αἱ χαράξεις τοῦ ἐδάφους, καὶ οἱ κοῖλοι τόποι ἀπὸ τῆς κατασυρομένης ἐμβολῆς ὑδάτων, excauati in solo alueі & effosi sulci à torrentis aquis impetuosè delatis. Vnde verbum χαραδρόω deducitur, quod significat in torrentis alueum excauo aut cauernosum reddo. Apud Hip. autem χαραδροῦσθαι in torrentis alueum excauor, aut cauernosus & salebrosus reddor significat, lib. de flatibus (pag. 299. 18.) ὅταν γοῦν ἐθισθῇ τὸ ῥεῦμα ὅπως ῥέειν καὶ χαραδρωθῶσιν οἱ πόροι. Cùm igitur fluxio sic effluere consueuit, meatus que tanquam in torrentis alueum excauati fuerint, aut cauernosi effecti, hoc est, ad effluuium & fluxionem comparati & accommodati. Sic enim hunc locum exprimens χαραδρωθῶσιν exponit Gal. in Exeg. διέξοδον ἔχωσι, effluuium & exitum habeant. Caluus non malè mihi expressisse videtur, meatusque tanquam canaliculi tubulive currunt & perfluunt. Corn. verò non æquè significanter [meatus implentur] dixit. Zuingg. optimè, cùm lacunosi facti fuerint meatus, dixit, eos intelligens, qui lacunæ aut paludis instar, excrementosos corporis humores velut in alueum recipiant. Sed vitiosè in nostris exemplaribus χαραδραθῶσιν pro χαραδρωθῶσιν legitur. Erot. quoque χαραδρῶσιν apud Hip. ἀπὸ τοῦ πλαματώδεσι positum scribit, hoc est, salebrosis locis, pro paludosis χαράδραι γὰρ λέγονται οἱ πλαματώδεις τόποι. χαράδραι dicuntur paludosa aut lutosa loca. Verum apparet vitiosam esse Erot. scripturam & χαραδρῶσιν pro χαραδρωθῶσιν scriptum esse, & πλαματώδεσιν pro πλαδώδεσιν, hoc est, lutosi aut cœnosi (meatus) facti fuerint. χαράδρωσιν etiam & πλαδῶσιν apud Erot. legunt exemplaria quædam, vt facilè appareat vitium subesse χαράδρας Gal. etiam ἀθρόως exponit apud Hipp. in Exeg. hoc est, confertim, cumulatè, scribitque ἀπὸ χαράδρας deduci, vt χαραδρίον legendum existi mem.

Χαράκτηρες ἀξυσμένοι ὑπὸ τοῦ χαρακτῆρος, hoc est à charactere exasperato, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp.

Χάειν herbæ est cuiusdam nomen apud Hipp. cuius radix non multo adeò tempore ad vmbilicum apposita, fœtus mortuos eiicit, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 616. 45.) de Tithymali radice qui characias dicitur num sumi possit quidam dubitant.

Χάριτες exponuntur αἱ χαραὶ Erot. apud Hip. quòd χάριτες ἀπὸ τῆς χαρᾶς dicantur. Indicatur autem sententia 7. sect 4 li. 6. Epid. vbi αἱ περὶ τὸν κάμνοντα χάριτες, gratia intelligitur qua ægro interdum gratificamur, aut cum exhilaramus, eiusque gratiam aucupamur, & nostra persuasione obsequentem nobis reddimus. Quem in sensum scribit Erot. nonnullos χάριτας τὰς πειθοῦς accipere, quòd Attici τὸ ἀπὸ δεῖν ἀχαριστεῖν dicant. Eaque notio τὴν τοῦ κάμνοντος εὐπείθειαν respicit, quam pluribus verbis commendat Galen. in illius sentent comm.

Χαροπὸς colorem oculis gratum sonat, & cæsium aut cæruleum indicat, qualis est cœli ac maris, & præcipuam ingenuitatis notam in oculis præ se fert apud philosophos, tuncque rauus dicitur, vnde Rauiliæ & Rauistellæ Plauto, qui rauis sunt oculis, Festo. Color est obscurus nigro & fuluo mixtus. mediusque inter Flauum & Cæsium, Nonio. Sic enim oculi χαροποὶ apud Arist. Plinio raui exponuntur libr. 11. cap. 37. & canum ac arietum oculos colore rauo æstimat Varro lib. 2. de re rustica. Is nonnihil à glauco, vt & cæsius, differt, quòd obtusior sit & ad

nigrum magis vergat, vt cæsius etiam glauco intensior & saturior, glaucus autem sit dilutior & ad album magis inclinans. Et si glaucum pro χαροπῷ sæpe & cæsio vsurpant authores. Velut cùm γλαυκῶπις Ἀθηνᾶ Minerua cæsia dicitur Nigidio, de colore cœli, quasi cœlia, vt scribit Gellius lib. 2. cap. 26. Et M. Tullius lib. 1. de Nat. deorum Mineruæ oculos cæsios facit, cæruleos Neptuni. Gal quoque Com. 3. in lib. 3. Epid. (p. 430. 19 H. 1090. G.) χαροπὸν apud Hipp. pro γλαυκῷ sumi contendit in æstimanda tabidorum natura. Qua de re plurima scripsimus nostris in lib. 2. Epid. Com. sect. 5. Vbi & χαροποὶ ὀφθαλμοὶ, virilitatis & ingenuitatis notas præ se ferunt, vt ex Arist. adscripsimus. χαροποὶ ὀφθαλμοὶ vsurpantur Hipp. lib. 2. Epid. (pag. 1040. C. & pag. 1050. E.) pro rauis oculis aut cæsiis. Et lib. 3. Epid. st. pest. (pag. 429. 35. H. 1090. G.) τὸ χαροπὸν λευκοφλεγματίαις in tabidorum naturis coniungitur. Cœl. Aurel. cap. 3. lib. 5. Tard. Pass. χαροπὸν dixit de vrina tenui & aquata, & ita subalbida vt colaturæ liquidæ colorem fingat.

Χαρώνεια βάραθρα, Charoneæ fossæ aërem pestilentem & tetrum spirantes, quarum meminit Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 346. 2.) vbi tamen χαρωνείων βαράθρων vitiosè legitur, & Com. 2. in lib. de Nat. hum. (pag. 19. 49.) πολλάκις δ' ἀπὸ τῆς πνεύματος μόνης κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡ βλάβη γίγνεται, καθάπερ ἐν τοῖς χαρωνείοις ὀνομαζομένοις χωρίοις. Sæpius ex sola spiritus inspiratione noxia contingit, velut in Charoniis dictis locis. Quod etiam expressit Aret. cap. 7. lib. 1. περὶ ὀξ. καὶ γὰρ ἐν χαρωνίοισιν αἱ πνιγ ... σωμάτων πάθεϊ ξύνταται γίγνονται, ἀλλὰ καὶ μιῇ εἰσπνοῇ θνήσκουσι ἄνθρωποι, πρὶν τὸ σῶμα κακόν τι παθέειν. Nam in Charoniis strangulatus acutissimi citra vllum corporis affectum contingunt: immò vel vnica inspiratione homines moriuntur, priùs quàm corpus noxiam aliquam contrahat. Plinius lib. 2. cap. 93. Charoneas scrobes mortiferum spiritum exhalantes facit. M. Tullius etiam lib. 1. de diuin. quandam terræ partem mortiferam esse scribit, vt Ampsancti Hirpinis, & in Asia Plutonia quę videmus. βαρυοδμέα βάραθρα, hoc est, tetros & graues odores expirantes fossas dixit Gal. libello de vtilit. respir. (pag. 163. 14.) forte pro χαρώνεια, quæ Plutonia quidam vocant à Charonte, quemadmodum χαρώνιτας dicuntur Suetonio Orcini in Augusto.

Χάσκειν, hiare & dehiscere significat, aut ore esse hiante & aperto & idem quod χαίνειν. Lib. 4. Epid. (pag. 1139. C.) in mentis emotione, ἐχάσκεν, ore erat hianti. Significat etiam fixis oculis aliquid attendere, obseruare & aliò respectare. χασκῶν Gal. in Exeg. circumflexum legisse Dioscor. apud Hip. scribit: καὶ ὅπως ἐρηρεῖσθαι τὰς μήτρας, δεῖ τι ἐπισπᾶσθαι, & sic dici de vtero, quòd dehiscat aut aperiatur. Quibus verbis sent. 9. sect. 8. lib. 6. Epid. mihi subindicari videtur, vbi legitur, ἐπὶ μετὰ γυναικεῖα τὰ δεξιὰ, τὰ δ' ἀριστερὰ χάσκων, quòd post menstruas purgationes, vteri tum dextra tum sinistra dehiscunt. Quod etiam repetitur lib. 2. Epid. (pag. 1031. A.) Vbi χάσκων à χασκάω deducitur & pro ἐχάσκων poni videtur reiecto augmento Ionum more. Aut certè participium est χασκῶν pro χασκῶσιν, & tunc τὸ σῶμα τῆς μήτρας ἢ ὑστέρας subaudiendum, quemadmodum sumpsisse Dioscor. Hip. interpretem apud Gal. apparet. Aut τὸ χασκὸν dicitur quod hiat pro vtero hiante, & ἐπὶ μετὰ γυναικεῖα τὰ δεξιὰ, τὰ δ' ἀριστερὰ χασκῶν legendum, vt animaduertendum moneat quicquid post menstruas purgationes, tam in dextris quàm sinistris hiat, quo nomine vterus intelligendus venit.

Χάσμη est oscitatio, deprauatus facultatis animalis motus, cuius causa est humiditas flatuosa aut vaporosus spiritus in musculis iuxta contentus, vt scribit Gal. Com. ad aph. 56. lib. 7. & lib. 6. de sympt. caus. ἰητρεῖον ξυνεχέων χασμέων μακρὴ πνοὴ, assiduarum oscitationum medela est longa spiratio, vt scribitur sent. 9. sect. 2. lib. 6 Epid. & lib. 2. (pag. 1025 C.)

Χάσμαι etiam dicuntur cutis hiatus & fissuræ scalpello inductæ, & loci scalpello exasperati, in quibus sanguinis grumi restitant, lib de vlcer. (pag. 881. G.)

Χαῦνον laxum, fungosum, molle & digitis cedens dicitur, velut τὰ οἰδήματα χαῦνα μαλακά, καὶ ὑπείκοντα τοῖς δακτύλοις, καὶ κατὰ τὴν ἐπίθλιψιν αὐτῶν βοθρούμενα, exponit Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 312. 21. H. 959. D.) hoc est, tumores molles, digitis cedentes, & in appressu excauatos. Quibus duri, renitentes & crudi opponuntur aph. 67 lib. 5. & lib. 2. Epid. (pag. 1034. A.) χαῦνα ὀστέα, ossa rara, laxa, crassa, lib. de art. (p 595. 52. H. 791. A.) quæ facilem habent calli generationem. χαῦνον verò οὖρον ὡς ἐπιμόρφως per translationem & minus propria attributione dicitur vrina laxa & mollis (lib. 4 Epid (pag. 1125. C.) quæ nullo lento aut crasso succo, qui eam densam aut spissam redderet, constat, qualis videtur esse aquea & tenuis: non secus ac laxi tumores dicuntur, qui nulla conferta materia & crassa constant, quæ sua veluti abundantia plenitudinem aut duritiam faciat, sed facilè dissoluatur & exhalet. χαυνῶσαι inde inflare & tumidum reddere significat. Vide Ἐγχαυνῶσαι antea.

¶ Χέδροπα dicuntur legumina & cerealia omnia quæ manu leguntur ac carpuntur, χέδροπα quasi χειρόδροπα, παρὰ τὸ τῇ χειρὶ δρέπεσθαι, quòd manu decerpantur aut legantur. Quam notationem innuit Nicander in Theriacis (v. 652.) χειροδρόποις δ' ἵνα φῶτες ὑπὲρ δρεπάνοιο λέγονται ὄσπρεα χέδροπά τ' ἄλλα μεταχλόα ἐν ἐαρινοῖς ἀρούραις. Vbi tamen ὄσπρεα & χέδροπα disiungere videtur. cùm alij omnes χέδροπα ὄσπρεα exponant, & Theophr. lib. 8. hist. plant. initio. Erot. etiam apud Hipp. χέδροπα ὄσπρεα legumina exponit, sic Atticis dicta, additque quosdam κέδροπα scribere. Aristoph. autem Gramm. scribere χέδροπα dici τὰ παρ' ἄλλοις ὄσπρεα, παρὰ τὸ τῇ χειρὶ αὐτὰ δρέπεσθαι, quòd manu decerpantur, adducitque Nicandri versum quem supra adduximus ἐν γεωργικοῖς, cùm tamen ἐν θηριακοῖς legatur. Hipp. autem locus est lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 236. 3.) καὶ χέδροπα, καὶ σῖτος, καὶ ἀκρόδρυα θερμαινόμενα πνεῦμα ἴσχει. Quinetiam legumina, frumentum, & arborei fructus, vbi calefiunt spiritum concipiunt. χέδροπα tamen quidam legunt, & Hesych. χέδροπα ὀσπρίων exponit.

Χεῖαι apud Erot. calceamenti muliebris genus indicant ex Eratostenis & Callistrati sententia. Epicli verò ψυχαὶ exponuntur, si modò vera est lectio, quæ tamen mihi admodum suspecta est. χῖαι certe κρηπῖδες dicuntur Hipp. lib. de art. (pag. 643. 48. H. 828. C.) Chiæ crepidæ, calceamenti genus quoddam, ad pedis distortionem curandam accommodatum.

Χειμὼν, ψῦχος, ῥῖγος exponit Gal. apud Hipp. frigus & rigor. Sic χειμαίνεσθαι, ψυχεσθὲν, ῥιγωδες, hoc est, refrigerata, rigens. Sic enim legendum censeo potiùs quàm χειμῶνα. Quod legitur lib. de Loc. in hom. (pag. 418. 54.) ὡς χειμανθὲν συμπιλῆται ἡ σὰρξ, vt caro frigore condensata coeat, hoc est, constipetur, cogatur & constringatur. Agitur enim de frigidis medicamentis, quæ suo frigore carnem contrahunt & adstringunt. Vbi tamen συμπιλεῖσθαι vitiosè legitur omnibus in codicibus. Quam lectionem secutus Cornar. χειμανθὲν συμπίληται refrigerata existat, dixit, συμπίλωμαι pro πήγνυμαι vsurpans. Caluus συμπιλεῖσθαι legisse videtur. Neuter tamen Hipp. germanum sensum est assecutus. Nam συμπιλῆται aut συμπιλῆται legendum existimo à verbo συμπιλέομαι, quo eodem libro etiam vtitur (pag. 412. 35.) Quidam etiam συμπιλεῖσθαι legunt. Χειμάω pro ῥιγῶ affert Hesych. & Varin. frigeo, rigeo.

Χειμῶνες Hipp. frigora indicant sæpiùs, vt lib. 1. Epid. st. 2. & 3. & χειμὼν βόρειος hyems aquilonia dicitur. Sic χειμερίους ἐν βορείοισι, brumam cum hybernis frigoribus & tempestate aquilonia significant, lib. 4. Epid. (pag. 1121. D.)

Χειραψία est manuum contactus & defricatio quam scabiosi & pruritu tentati affectant, Aurel. cap 18. lib. 3. Acut.

Χειρισμὸς est manus tractatio, aut tractatio, cùm medicus circa partem affectam aliquid operatur & agit, lib. κατ' ἰητρ. (p. 671. 16. H. 741. H.) ἐν χειρισμῷ, in tractatione. χείρισμα dicitur lib. de art. (pag. 596. 4. H. 791. C.) χειρίζειν & χειρίζεσθαι sæpius vsurpatur Hipp. lib. κατ' ἰητρ. & χειρίζειν χεῖρα κατεαγυῖαν dicitur lib. de fract. (pag 527. 27. H. 750. D.) quod est manum fractam attrectare, pertractare. Inde etiam χείριξις tractatio, aut ossium fractorum curatio & administratio, lib de fract. (pag. 538. 32. H. 756. G.) vbi scribit Gal. χείριξιν dicit vel chirurgiam ipsam, vel omnem absolutè rerum omnium in ipsa curatione administrationem & μεταχείρησιν. μεταχειρίζεσθαι autem Græcis non solùm de his dici quæ manibus prehenduntur, sed quæ in vniuersum aguntur.

Χειρονομίη manuum ad rythmum motio lib. 2. περὶ διαίτης (pagina 364. 16.) inter corporis exercitationes reponitur, vt lib. 3. (p. 374 3.)

Χειροτέχνης artifex. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 10. 42.) χειροτέχνης ὁμολογημένως ὁ ἰητρὸς, medicus vno ore artifex dictus.

Χειροτριβίη est exercitatio in arte & vsus medicus, idem quod τριβὴ ἐν παραγγελίαις (p. 28. 33.) χειροτριβίης ἀτρεμιότητα exercitationis stabilitatem & firmitudinem & δογμάτων ἱστορίαν simul iungit, cum præceptorum methodica cognitione.

Χειρώνακτες, opifices, operarij, qui manibus operantur aut opus faciunt, qui manualem operam exercent & artes sedentarias, quales operæ. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 41. vers. 24. H. 384. 46.) ὥσπερ ἐν γε τοῖς ξυντάξεσι τῶν νοσημάτων τοσῶνδε διοίσουσιν ἀλλήλων οἱ χειρώνακτες. Quare in morbis acutis adeò differunt inter se artifices. Sed χειρωνάκται videtur legisse Erot. & χειροτέχναι exponit, χειρωνάκτας χειροτέχνας Hesych. Rursus etiam lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 68. 30. H. 391. 25.) τὰ δὲ τοιαῦτα μάλιστα καταδυθείζεται ὑπὸ τῶν χειρωνακτέων ἀπὸ τῶν ἰδιωτέων. Atque ista maximè artifices apud homines infamant. Lib. de art. (pag. 630. 10. H. 820. D.) Amazonas scribit viros claudos reddere, vt iis ad sedentaria opera vtantur. χειρωνάξιν ἄρα δύνασθαι χρῆσθαι, ὁκόσα ἢ σκυτέης ἔργα, ἢ χαλκεύς, ἢ ἄλλο τι ἑδραῖον

ἔργ

ἔργων, iis tanquam operis ad manualia opera vtuntur, cuiusmodi sunt sutoria aut fabrilia, aut quiduis aliud sedentarium. Libello etiam περὶ καρδίης (p. 269. 28.) de cordis auriculis, καὶ τι δοκέω τὸ ποίημα χειρώνακτος ἀγαθοῦ. Et certè præstantis artificis opus esse censeo. Sic enim creatoris summi optimum opificium cor esse videtur.

Χέλυς aliquando pectus significat quòd sit veluti testudinatum, vt libello περὶ ἀνατομῆς (pag. 915. H.) αὐτὴ δὲ ὁ πνεύμων συνεξαναπληροῖ τὴν χέλυν πεπραμμένος εἰς τὰ ἀριστερά. Ipse autem pulmo ad sinistram conuersus pectus complet. Vbi testudinem vertetunt interpretes. Vnde χελύσσεσθαι aut χελύττεσθαι, & ἀναχελύττεσθαι est expectorare, screando aut tussiendo è pectore educere, aut eructare, quo vtitur Nicand. in Alexiph. Vbi Schol. χελύσσεσθαι exponit διὰ χέλυος, τουτέστι τοῦ στήθους τὴν ἀναφορὰν τῶν ἐρυγμάτων ποιεῖσθαι, ex testudine, hoc est pectore, ructus educere & expectorare. Idemque ἀναχελύσσεται καὶ ἐρυγγάνει θαμινὰ πνεύματα ex Hipp. adducit. Apud Gal. in Exeg. ἀναχελυσσόμενα ἀναξηραίνεται exponitur. Vbi quædam exemplaria ἀναχελύσσεται legunt. Erot. ἀναχελύσσεται ἀναπτύει exponit, nisi suspecta est lectio, & ἀναχελύσσεται legendum sit. Quid verò sit ἀναχελύσσεσθαι & χελύσσεσθαι scribit Herm. Barbar. in cap. 10. lib. 9. Plinij. Hesych. etiam χελύσσεται βήσσει exponit, sed vitiosè βύσσει in cod. nostris legitur. Idem χελύσσειν & χελύσσειν βήσσειν explicat. Hinc quoque χελύσσιον ξηρὸν exponit Gal. in Exeg. τὸ βραχὺ βήχιον, parua tussicula, quæ ideò arida est & sicca, ὅτι μηδὲν ὑγρότητος ἀναχρεμπτομένης εἰς τὸ στόμα προσφέρηται, quòd nulla humiditas per os exscreetur. Sed vitiosa sunt Gal. exemplaria omnia quæ χελίσκιον per ι legunt, cùm χελύσκιον legendum videatur, itaque legat Var. Apud Erot. χέλιστον πτυέλιον exponitur, ollula, acetabulum.

Χώλωμα Erot. apud Hipp. χάλασμα exponit ex Apollod. hoc est laxamentum vel luxationem. Verùm nescio an χώλωμα legendum sit quod vsurpat Hipp. lib. 4. de art. (pag. 643. 40. H. 828. B.) & claudicatem & quamuis distortionem significat. ὅλως γὰρ ἄλλως τῶν χωλωμάτων δεῖ ἀναλήψιος. Nam & aliæ claudicationes alium excipiendi modum postulant. Vbi scribit Gal. τὸ χώλωμα κοινὸν ἐπὶ πασῶν τῶν διαστροφῶν ὄνομα esse, hoc est, commune omnibus distortionibus nomen.

Χερνίβιον vas significat, in quo aqua ad manuū ablutionē in sacrificiis recondebatur, Latinis vas aquiminale aut aquimanile dicitur, & χέρνιβον, & ἡ χέρνιψ. Sed li. 7 Ep. (p. H. 1230. D.) pro vase in quod vrina deponitur, aut pro matella sumi videtur. καὶ τὸ σύστημα οὐκ ἐσαίνετο ἐν τῷ χερνιβίῳ, neque collectio in matella apparebat. χέρνιβα vsurpat Hom. Odys. α. (v. 136.) χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα καλῇ, aquam ancilla gutturnio affudit ferens pulchro. Vbi aqua significatur qua manus ante cibum abluuntur. Schol. τὸ ἐπὶ τῶν χειρῶν ὕδωρ exponit. χέρνιβα apud Hom. Liuius apud Nonium Polubrum vertit, & πρόχοον guttum. Polubrum etiam Trullam vocari dicit Nonius. Alij prolubrum pro polubrum dicunt. Hinc χερνίπτομαι deductum est, & χερνίψαντο apud Hom. Il. α. (vers 449.) manus abluerunt ante sacrificium.

Χύδης, liquatio, fusio, hoc est, lachrymarum tenuatio ac tenuitas, cui crassitudo & τὸ πάχος opponitur, aph. 23. sect. 8. lib. 6 Epid. Interpretes tamen omnes γεύσιος legunt, & pro gustu accipiunt.

¶ Χηλὴ vngulam bisulcam & bipartitam significat, vnde cancrorum brachia denticulatis forcipibus chelas habere dicuntur, & cancrorum forfices chelæ vocantur Ciceroni apud Aratum. At χηλὴ pro specillo bifurco summa parte inciso vngulæ instar sumitur apud Hip. nostri pedem caprinum vocant. χηλὴν namque exponit Gal. in Exeg μήλην διαιρουμένην κατὰ τὸ ἄκρον ὀνυχοειδῆ ὡσπερεὶ χηλήν. Locus verò Hip. legitur lib. 2. de Morb. (pag. 471. 54.) in polypi curatione. ἔπειτα χηλὴν ὑποθεὶς ὑπὸ τὸν γαργαρεῶνα, deinde specillo ad vngulæ similitudinem bisulco gurgulioni subdito. Et rursus (472. 23.) καὶ λαβὼν ἐς κεῖνα τὸν αὐτὸν τρόπον τὴν χηλὴν ὑποθεὶς, eamque correptam (virgam stanneam) trahito, specillo ad vngulæ similitudinem bisulco eodem modo subdito, ac sub gurgulionem firmato. Vbi χειλὰς vitiosè legunt exemplaria quædam manuscripta. Sunt etiam χηλαὶ Rufo Ephesio ἐν τῷ περὶ ὀνομ. μορ. (non longè ab initio) ciliorum extrema per somnum sese contingentia. Sic enim scribit. τὰ δὲ ψαύοντα ἀλλήλων πέρατα ἐν τοῖς καθεύδειν ἡμᾶς, ταῦτα καὶ χηλαί. Hesychio etiam χηλαὶ, αἱ συμπτώσεις βλεφάρων exponuntur, fortè pro χηλαὶ, in dictione χηλιάκεῖν. Polluci verò cap. 25. lib. 4. χηλαὶ ὁ φάρυγξ, φάρυγγες, ἀρτηρία, scribuntur.

Χήλωμα Gal. exponit in Exeg. apud Hip. τὴν διχηλῆ γλυφίδα τοῦ βέλους, ᾗ προσπίπτει ἡ τοῦ τόξου νευρὰ τῷ βέλει. (Sic enim legendum ex Varino existimo) hoc est, bifidam rimam in sagitta exsculptam, cui neruum ipsius arcus applicant inter iaculandum. Est & χήλωμα Hesychio γλυφὶς, velut exsculpta crena.

Χήμη mensura est apud Atticos & Chema dicitur. Maior pendet drachmas tres & vigesima pars est cotyles: minor duas drachmas pendet, & tricesima pars est cotyles. Vtitur Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 621. 42.) ἴσχεται σπεῖ ὁ ἐς χήμην, de iure dicitur quod habeat apij chemam. Rursus (pag. 625. 31.) καὶ νίτρου ξὺν χήμην πλήρη, Netopum chemæ plenæ mensuram. Vsurpat etiam Archig. apud Gal. lib. 3. κατὰ τόπ. (pag. 100. 10.) μετὰ σπέρματος καρδάμου χήμης, cum seminis nasturtij chema. Et rursus, καρδάμου λεπτοῦ χήμην ἥμισυ, nasturtij tenuis chemam siue drachmam dimidiam. Quod facit, vt nulla certa mensura aut pondus per chemam, sed simpliciter aliqua capacitas indicari videatur, quæ chemæ testam mediocrem, hoc est, ostreorum generis concham non excedat, cuius vnum certum pondus exprimi non possit, ob rerum diuersam grauitatem. Quemadmodum etiam hodie cochlearis capacitas incerto modo vulgò vsurpatur, in rebus præsertim vbi parum refert plus an minus paulò quis sumat. Sic ex Critone apud Gal. lib. 5. κατὰ τόπ. cap. 7. scribitur λιθαργύρου χήμη ὅσον δραχ. γ. spumæ argenti chemæ capacitatem esse sumendam siue drach. tres, quòd argenti spuma res sit metallica, grauis, & quæ drachmarum trium pondere chemæ capacitatem explere possit, quemadmodum dimidia nasturtij seminis triti drachma. χήμην χηραμίδα exponit Gal. in Exeg. apud Hip. & τὴν κοιλοτέραν κόγχην καὶ μείζονα, hoc est, chemam, siue concham cauiorem & maiorem: vt pro eodem ferè mensuræ genere χήμην & χηραμίδα sumpsisse videatur Gal. aut certè χήμην χηραμίδα legisse apud Hip. ex lib. 3. de Morb. vbi κόγχην χηραμίδα passim legunt omnia exemplaria, quod de concha maiore & de testa conchæ maiore sumitur, vt postea scribimus. Adde quòd antea etiam Gal. κόγχης τὴν κόγχην τὴν χήμην exponit, & κόγχην χηραμίδα, vt antea scripsimus eundem locum subindicans.

Χήμωσις vitium est oculorum ex inflammatione obortum, cùm album oculi nigro supereminet eoque sublimius euadit, adeò vt nigro subsidente, & albo supra eminente, hiatus cuiusdam similitudo euadat, vnde χήμωσις dicitur, & vitiosè multis in codicibus χύμωσις scribitur. Author defin. med. (pag. 400. 14.) χήμωσίς ἐστιν ἔπαρμα τοῦ ἐν ὀφθαλμῷ ὑμένος, ὃ καὶ λευκὸν ὀνομάζομεν, τοῦτο ὅμοιον λευκῷ σαρκί. Chemosis est sublatio membranæ oculum ambientis, quod album quoque nuncupant, estque affectus albæ carni persimilis. Dicitur etiam Gal. χήμωσις ἡ ἐπὶ τῷ κερατοειδεῖ ἐρυθρὰ καὶ σαρκώδης φλεγμονή, rubra carnosaque corneæ oculi tunicæ inflammatio, lib. περὶ τῶν ὑποκειμένων (pag. 476. 57.) Vide Paulum lib. 3. cap. 22.

Χηραμὶς τὴν κοίλην κόγχην, ἣν μυάκα καλοῦσιν exponit Erot. apud Hipp. hoc est, cauam concham, quam myaca aut hiatulam vocamus. Dicitque scribit παρὰ τὸ χηραμὸν, ὅπερ ἐστὶ κοῖλος τόπος. Sic χηραμίδες dicuntur Hesych. τὰ κοῖλα καὶ ἔχοντα κενώματα, loci caui & vacui. Et χηραμοὶ αἱ φωλεαὶ τῶν θηρίων καὶ τρῶγλαι, ἄντρα, σπήλαια καὶ πέτραι κοῖλαι, latibula & lustra ferarum, antra & saxa caua. Quam significationem etiam habet Suidas. Indeque χηραμὶς cauernulam, latibulum paruum, cauernam aut speluncam, indicat. Hæc verò dictio sæpiùs vsurpatur Hipp. vt li. 3. de Morb. (pag. 495. 19.) δίδου ἄρου τοῦ μεγάλου κόγχην χηραμίδα, Dracunculi magni concham maiorem exhibeto. Et rursus (ibid. 24.) ἄρου χηραμίδα. Ac rursus ibid. (pag. 495. 20.) ἄρου τοῦ μεγάλου ῥίζης χηραμίδα, radicis dracunculi maioris concham maiorem. Et (ibid. 25.) χλιήνας ἐς χηραμίδα ἐγχέειν, tepefacta conchula maiore infundito. Et (ibid. 34.) κόγχην ἢ χηραμίδα τρίψας ἐς μέλιτι ἢ ὕδατι. Lib. περὶ γυναικ. εὐφ. (pag. 569. 51.) καὶ ἀκτῆς καρπὸν ὅσον χηραμίδα, & sambuci fructum quantum conchæ testa maior capere possit, quantum tribus digitis capitur dixit Caluus. Et (pag. 571. 12.) καὶ νίτρου ξυμμίξας ὅσον χηραμίδα. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 605. 31.) γλυκυσίδης χηραμίδος ἥμισυ τῆς ῥίζης, pæoniæ radicis testam conchæ maioris dimidiam. Et rursus (pag. 629. 19.) ὑοσκυάμου καρπὸν ὅσον χηραμίδα, hyoscyami fructum conchæ maioris mensura, chemæ mensuram dixit Corn. Et (pag. 625. 49.) νίτρου ξυμμίξας ὅσον χηραμίδα. Netopum quantum testa conchæ maioris capit immisceto. Lib. 2. quoque (pag. 654. 3.) ὅσον χηραμίδα. Et rursus (pag. 669. 25.) ἀλεύρου χηραμίδα ὡς καθαρώτατου, farinæ purissimæ testam conchæ maioris. Quibus in locis ferè χηραμύδα vitiosè legitur.

Χὺς, ὁ καταχέας, hoc est qui effudit, exponit Gal. in Exeg. apud Hip. Verùm suspecta est lectio, tum quòd extra ordinem alphabeticum reponatur, tum quòd Varinus χεὺς legat.

¶ Χιτὼν & μῆνιγξ quomodo differant apud Hip. Vide Μῆνιγξ antea.

¶ Χλαίνας, τὰ καινὰ ἱμάτια, hoc est noua vestimenta aut pallia

exponit Erot. apud Hipp. Sunt autem χλαῖναι læna, vestesque quæ cæteris vestimentis superindui solent.

Χλιαίνεσθαι, est intepescere, incalescere, & de febris calore inualescente dicitur, qualis est in febribus mitioribus & remissionibus, quas χλιαρὰς, velut tepidas vocat Gal. Com. ad aph. 37. lib. 4. easque acutis opponit. lib. 2. Epid. (pag. 1012. C.) ὁ τῆς Ἀρισταίου γυναικὸς ἀδελφὸς, χλιανθεὶς ἐκ ὁδοιπορίης ἐκ ὁδῷ. Aristæi vxoris frater ex via delassatus incaluit. Et rursus (pag. ibid. D.) κἄπειτα ὑπεχλιαίνετο ἄλλο τι καὶ ἄλλοτε. Deinde interdum subincalescebat. In Coac. (p. 143. B.) οἱ διαλείποντες, ἀνωμάλως δὲ χλιαινόμενοι, qui febribus intermittentibus vexantur, inæqualiter tamen intepescunt, concalescunt. χλιάσματα verò tepefactoria dicuntur, fotus humidi, vt πυρίαι fotus sicci, quæ simul iunguntur Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 604. 1.) eademque θερμάσματα vocantur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 53.21. H. 387.6.) Vbi etiam ad laterum dolores χλιάσματα apponit, ad concoquenda & permouenda sputa (pag. 107.41. H. 402.27.)

Χλοίη Ionicè idem quod χλόη, herba virens aut gramen, vnde χλοιῆσθαι & ἐκχλοιῆσθαι pro virere dicitur aut ex virore pallescere, pro χλοιῆσθαι & χλωραίνεσθαι vt antea scripsimus in Ἐκχλοιῆσθαι. Hinc χλοιώδης & χλοώδης dicitur ex virore pallescens, & χλόος aut χλῦς, viror aut viriditas pallescens, aut ad pallorem vergens, qualis est herbarum flaccescentium & arentium. χλῦς ἡ χλωρότης exponitur Gal. in Exeg. apud Hip. cum pallore viriditas. Hesychio verò ὤχρίασις & ὤχρότης, pro quo χλωρὸς χλωρίασις exponit Erot. & quædam exemplaria χλόος pro χλωρὸς habent. Hinc χλοηρὸς seu χλοιρὸς idem quod χλωρὸς, ex virore pallescens aut ex pallore virescens. Et χλοηροῖσι λαχάνοις, τοῖς κηπαίοις ἡδύσμασι, hoc est, oleribus virentibus, hortensibus condimentis, exponit Gal. in Exeg. Idemque χλοιοῦνται annotat Hipp. scripsisse ὡς εἰ ἐν χλωραίνονται, hoc est cum virore pallescunt, ex Coac. vt antea adscripsimus. τὰ χλοιώδεα μὴ ἐπὶ χρόνῳ ἰόντα, de vrinis viridantibus, aut ex viridi pallescentibus, quæ colorem non seruant, dixit Hipp in Coac. (pag. 211. F.) vbi de vrinis olei coloribus, aut his quæ olei faciem habent intelligi posse diximus, quæ ex biliosi & æruginosi succi permixtione tales euadunt. Possunt etiam capi vrinæ simpliciter biliosum humorem inflammatum indicantes, neque tamen pro caloris modo colore respondentes. χλοώδεις etiam ex viridi pallescentes dicuntur in Coac. (pag. 165. G.) (quos ἰκτερώδεις vocat Prorrh.) (pag 218.30. H. 82. B.) & (pag. 211. A.) Erot. quoque apud Hipp. χλοώδει, χλωρῷ καὶ ἰκτερώδει exponit, ductamque vocem ἀπὸ τῆς χλόης scribit. Vbi tamen χλοώδεις χλωροὶ καὶ ἰκτερώδεις potius legam ex Coac. quales sunt auriginosi flauo & pallido colore infecti, malè affecto hepate. Velut lib. 4. Epid. (pag. 1129. E.) Temenei filius χλοώδης εἰς τοῦτο, & εἰς χροιὴν χλοώδης scribitur. Et rursus (1137. A.) τῷ χλοώδεος δὲ λήγοντος ταχέως, huiusmodi colore citò desinente. Quod de malè affecto hepate exponit Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. (pag. 197. 39.) Est enim vt scribit τὸ χλοῶδες χρῶμα, ἡπατικοῦ παρακμάζοντος γνώρισμα. χλοώδης quoque Gal. in Exeg. χλωρὸν exponit, hoc est, ex virore pallescens. Veluti lib. 4. Epid. (pag. 1123 A.) ἐκ ῥινῶν αἷμα χλοῶδες ἐπὶ σπληνώσεσιν, lienis inflammatione tentatis sanguis ex virore pallescens è naribus profluit. (Sic enim ex manu scriptis Regiis codicibus legimus, cùm passim χολῶδες legatur, vt & sæpè χολώδεες pro χλοώδεες) χλωρὸν autem αἷμα decolorem sanguinem vertit M. Tullius Tusc. 2. ex Soph. in Trach.

Χλώρασμα exponit Gal. in Exeg. χλωρότης λαμπρὸν διαυγοῦσα, ἐπὶ τὸ ὑδατῶδες ῥέπουσα. pallor cum virore, splendore quodam lucido nitens, & ad aqueum tendens, ex aph. 11. sect. 2. lib. 6. Epid. Vbi οὐδὲ χλώρασμα λαμπρὸν scribitur, & de coloris genuini & naturalis immutatione dicitur, colorem non splendescentem vertimus, quod χρῶμα exponat Gal. reliqui interpretes viriditatem non pellucidam. χλίασμα etiam à quibusdam legi ibidem testatur Gal. Est autem dictio obscura ex vocis χλωρὸν ambiguitate dependens.

Χλωραίνειν etiam aut χλωρίζειν dicitur virère aut ex virore pallescere, velut lib. 4. Epid. (pag. 1134. B.) ἐχλωρίασε κάρτα, admodum ex virore palluit.

Χλωρὸν ambiguæ est significationis apud Hipp. incertumque est quemnam colorem denotet. Modò namque ex virore pallescens, interdum etiam pallidum, luteum ac subpallidum. est vbi quoque viride & herbidum aut coloris herbei indicat, pro varia rei attributione, vt ex multis Galeni scriptis innotescit. Prorrh. 2. (113. E.) οὖρον παχὺ καὶ χλωρὸν dicitur, vrina crassa & pallida, proximè ad albam accedens. vbi χλωρὸν ἀντὶ τοῦ ὠχροῦ ponitur, vrinam viridem vertit Celsus cap. 7. libr. 2. In Coac. (p. 196. H.) ἕλκος χλωρὸν γινόμενον damnatur, quod in Progn. (pag. 129.19. H. 37.55.) ὠχρὸν scribitur. Rursus aphor. 13. sect. 5. li. 6. Epid. χλωραὶ γλῶτται dicuntur quæ ὠχραὶ, hoc est luteæ & pallidæ, hoc est colore bilis pallidæ infectæ, vt & Coac. (pag. 155. E.) Eiusmodi enim lingua per morborum acutorum initia esse solet, hoc est bilis colore tincta, deinde inualescente incendio inhorrescit, & reficcatione contrahitur ac densatur, postea exasperatur, denique rimis dehiscit, & ex fuliginis adustione nigricat. Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. χλωρὰς γλώττας χολώδεις his verbis exponit: χλωρὰς οὖν γλώττας εἴρηκεν, ὡς ἐν τῷ βίῳ συνήθως ὀνομάζουσιν ἄνθρωποι, χλωρούς τινας ἑωρακέναι φάσκοντες, οἷς ἂν ἐπί τι χολωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλλῃ, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς. χλωρὰς itaque linguas dixit, velut in communi vitæ vsu mortales nominant, χλωροὺς se quosdam vidisse dicentes, quibus ad biliosius color mutatus fuerit, bilis videlicet pallidæ. Rursusq; ibid. αἱ μὲν οὖν χλωραὶ γλῶτται νῦν εἰρῆσθαι σαφῶς, ἀντὶ τῶν ὠχρῶν, ὑπὸ τῆς ὠχρᾶς χολῆς βαπτόμεναι. χλωραὶ igitur linguæ planè dictæ sunt, pro eo quod est pallidæ, pallida bile tinctæ. Sic χλωρὸν apud Hipp. pus pallidum vertit Celsus ex Progn. cap. 8. lib. 2. & ferè omnes interpretes, idem quod luteum significantes, quod galbum Latinè dici contendunt. Vnde galbula auis eiusdem coloris, & galbanus seu galbinus color, & galbana rasa apud Iuuenalem. Inde quoque ὑπόχλωρον χρῶμα, color pallidus & ex pallido mixtus vocatur, ex bilis redundantia & succorum prauitate Prorrh. 2. (pag. 95. B.) Et ὑπόχλωρον sublutεum aut subpallidum indicat lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 643. 40.) in fluxu muliebri. ῥέει ὑπόχλωρον οἷον ἐξ ᾠοῦ, fluit subluteum, quale ex ouo. Et (pag. 642 47) καθαίρεται οἷόν περ ἐξ ᾠοῦ ὠμοῦ χλωρὸν ὑπόλευκον expurgatur luteum, subalbidum, quale ex ouo crudo. Eaque notione χλωρὸν δέος Homero nuncupatur χλωροποιὸς φόβος, pallidos efficiens timor, Il. η & θ. Gal. etiam Com. 2 in l b. de rat. vict. in Morb. ac. (pag. 59.5.) χλωρὸν ὠχρὸν esse his verbis testatur. ἀλλὰ μὴν ἐν ἐκμυζᾶσθαι δοκεῖ τὰ σπλάγχνα τοῦ ἐνδέως διαιτωμένου φησί, καὶ οὖρον θερμόν τι καὶ χλωρόν. θερμὸν λέγων τὸ λίαν τοῦ συνήθους θερμότερον. χλωρὸν δὲ κατὰ τὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐπιδήμιον ἔθος, ὃ ἐπὶ ἐν τοῖς διαιτωμένων. ὠχροὺς γάρ τινας ἰδόντες ἐρωτῶσι τὴν αἰτίαν δι' ἣν οὕτω γίγνεται χλωροὶ, μηδὲν διαφέρειν ἡγούμενοι χλωροὺς εἰπεῖν ἐν ὠχρούς. ἑωρακέναι τέ τινα δέ τινα χλωρότερον ἑαυτοῦ φασί, τὸν ὠχρότερον οὕτω δηλοῦντες. Quin & viscera videri suspensa esse iis dicit qui parciorem cibum sumpserunt eosque tum calidam tum pallidam vrinam reddere. Calidam quidem intelligens solito calidiorem. Pallidam verò ex Græcorum Asianorum more, qui etiam nunc inualuit. cùm enim pallidos quosdam cernunt, quid causæ sint rogant cur adeo sint χλωροὶ, nihil interesse existimantes vtrum χλωρὸν, an ὠχρὸν dicant. Et quendam seipso χλωρότερον vidisse dicunt, quod est ὠχρότερον indicantes. χλωρὸν etiam viride vt & pallidum aut luteum significat, & incertum est quemnam colorem indicet. Vtrique enim attribuitur, & plærumq; de viridi aut herbido colore effertur. Etenim in Asia (vt scribit Gal. com. 2. in li. 6. Ep. (p. 461.) χλωρὰ dicuntur λαχανά καὶ δένδρα καὶ φυτά, τὰ οἷον χλοηρά, olera, arbores & stirpes, tanquā herbida & herbacei coloris. Et χλωράζειν dicitur de pecudib. quæ verno tempore herbis vescuntur. χλωρὸν etiam hominibus attributum de colore pallido aut subpallido effertur, & ὠχρὸν aut ὕπωχρον de viridi & herbaceo colore, quod tamen rarò contingit. Sic igitur χλωρὸν ex virore pallidū colorem indicat, aut ex viridi paululū nigrescentem, qualis est brassicæ aut porri color, aut qualis in cadauerosa facie damnatur ab Hip. in Progn. cùm scribit, καὶ τὸ χρῶμα καὶ ξύμπαντος τοῦ προσώπου χλωρόν. & color totius vultus ex viridi pallidus. vbi scribit Gal. ἡ δὲ τῆς χροιᾶς μεταβολὴ μοχθηροτάτη μέν ἐστιν, ἡ ἐπὶ τὸ μέλαν, ὡς ἂν ἀπὸ ψυχομένου τοῦ αἵματος, ὥσπερ ὅταν ἐκτὸς ἐκχυθὲν θρομβωθῇ. μετριωτέρα δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χλωρὸν. εἰώθασι δὲ οὕτως ὀνομάζειν οἱ παλαιοί, ποτὲ μὲν τὸ ὠχρὸν, ἐνίοτε δὲ ὡς οἱ πολλοὶ κράμβας τε καὶ θριδακίνας καλοῦσι χλωράς, ὅπερ χρῶμα μελάντερόν ἐστιν ἐρυθροῦ, καὶ οἷον ἀρχή τις τοῦ μελαίνεσθαί τε καὶ πελιδνοῦσθαι, ψύξεως ἐργαζομένης αὐτὸ, καθάπερ καὶ τὸ μέλαν. Coloris verò mutatio pessima est, quæ ad nigrum vergit, nempe sanguine refrigerato, velut cùm foras effusus in grumos cogitur, moderatior verò, vbi ad virescentem ex pallido colorem. Veteres. n. assolet ita nominare interdū pallidum, interdum etiam vt vulgus brassicas & lactucas χλωρὰς vocant. Qui color rubro magis nigrescit, & est velut initiū quoddam nigri & liuidi, frigido id efficiente non secus ac nigrū. Rursus Com. 1. in Progn. (p. 128. 23.) εἰπὼν δὲ ἔμπροσθεν ὡς τὸ χλωρὸν ἐνίοτε μὲν σημαίνει ταυτὸν τῷ ὠχρῷ, ἐνίοτε δὲ τὸ οἷον ἰῶδες τῇ χροιᾷ, καθ' ὃ σημαινόμενον εἰώθασι καὶ κράμβας χλωρὰς λέγειν οἱ ἄνθρωποι. Diximus autem antea χλωρὸν interdum pallidum, interdum etiam velut viride significare, ex qua significatione brassicas χλωρὰς, h. e. virides dicere solēt. Idē quoq; Com. 2. (p. 138. 52. H. 40. 13.) ἐπειδὴ δύο σημαίνει τὸ χλωρὸν, ὡς καὶ τοῦτο εἴρηται πρόσθεν, κατὰ μὲν τὸ πρότερον τῶν σημαινομένων, τὴν ὠχρὰν χολὴν παραπολλὴν μεμῖχθαι δηλώσει, κατὰ δὲ τὸ ἕτερον τὴν ἰώδη. Quandoquidem χλωρὸν duo significat, vt antea dictum est, priore quidem signifi-

significatione multa bilis permixta esse indicabitur, altera verò, bilis æruginosa. Quod repetitur iisdem verbis Com. 1. in sent. 1. lib. 1. περὶ χυμῶν. Ac rursus ibid. (144 22. H. 41. 21.) εἴρηται πολλάκις ὅτι τὸ χλωρὸν δεῖ τὸ ὠχρὸν λέγειν εἰωθε, καὶ τὸ μελαμβὸν ὡς τινας ἰώδες. Dictum est sæpius τὸ χλωρὸν de pallido dici solere, & de eo quod à nonnullis æruginosum vocatur. In Prorrh. (pag. 202. 4. H. 75. C.) στόματι χλωρὰ σιῆλις ἐπηγνυτο, ex ore putrida & virulenta emittebantur diximus, ἰώδεα (vt ibi scribit Gal.) χλωρὰ καὶ τὸ τῶν ἰώδη χροιὰν ἔχοντα καλοῦσι, καὶ τὸ τῶν ὠχρῶν quandoquidem χλωρὰ vocantur quæ & viridem & pallidum habent colorem. Est autem χλωρὸν viride & color herbeus. Herbeos enim oculos dicit Plaut. Curc. hoc est, herbacei coloris & virides, quales in magna viscerum obstructione & insigni cacochymia conspiciuntur, quod est argumentum bilis. Vnde idem Menec. Viden' illi tu oculos virere, vt viridis exoritur color? Viridem etiam vrinam dixit Celsus Hipp. χλωρὸν reddens, vt antea scripsimus. Inde quoque χλωρὸν viride, non siccum, sed recens, indicat, & de leguminibus effertur, quæ nondum sicca sunt, neque iam exactè perfecta, velut ὄσπρια χλωρὰ vocat Hipp. libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 110. 44. H. 404. 31.) legumina viridia, hoc est recentia, non sicca. vbi scribit Gal. χλωρὰ μὲν οὖν λέγεται τὰ μὴ ξηρὰ, καὶ ὅσα ἀκριβῶς οὐδὲν πλεῖα. χλωρὰ igitur dicuntur minimè sicca, neque exactè perfecta. Sic χλωρὸν στέαρ, adeps recens dicitur libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 616. 33.) Et apud Hom. χλωρὸν δέος sunt qui recentem & nouum timorem exponunt.

¶ Χνοῦς velut tomentum aut lanarum rasuram & reiectamentum significat, quo culcitræ inferciuntur, quòd ex tenera lana & molli villo fit. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 612. 30.) μαλθακὸς ὡς χνοῦς ἐστι, de splene aquoso, qui mollis est vt lanugo aut tomentum. Lanam aut plumam dixerunt interpretes. χνοῦς etiam aut χνόος Hesych. ξυσμὸς exponitur & τὰ λεπτὰ τῶν ἀχύρων, tenues paleæ & glumæ. Dicitur etiam eidem χνοῦς ψόφος καὶ ἦχος, sonus & strepitus. Quam in significationem accipi potest quod scribitur ab Hipp. libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 536. 51.) in phthisi, ὁ φάρυγξ χνόου πίμπλαται, fauces sono implentur, hoc est fauces strident præ siccitate. Sequitur namque καὶ τρίζει ὡς διὰ καλάμου, & velut per arundinem sibilant, hoc est, velut per fistulam sibilum reddunt. Sic enim vel vt tenuibus paleis refertæ exasperantur & siccescunt.

Χόανος aut χόανον vide postea χῶνος aut χῶνος.

¶ Χοῖνιξ mensura est aridorum Attica, continens heminas tres, siue sextarium vnum & dimidium. semodium vertit Valla apud Herodotum lib. 3. & 7. Gaza lib. 9. hist. plantarum, sextarium. Lib. 7. Epid. (pag. 1208. F.) ἐς τὴν ἑσπέρην ἄρτου ὡς ἡμιχοίνικος ἐγκρυφίας. sub vesperum panis subcinericij chœnicis dimidium.

Χοιρὰς struma, est glandularum induratarum tumor, in ceruice, alis, & inguinibus, ex frigidiore & pituitosiore materia ortus, non calida, neque ad suppurationem tendens, vt scribit Paulus libr. 4. cap 33. & lib. 6. cap. 35. & Gal. Com. ad aph. 26. lib. 5. Lib. quoque de Tumor. præter nat. (pag. 357. 8.) χοιρὰς dicitur glandularum inflammatio indurata. Interdum verò non ex humore pituitoso sed ex carne struma consistit, & Authori Definit. Med. χοιρὰς ἐστι σὰρξ ξηρὰ καὶ δύσλυτος, struma est caro sicca quæque ægrè soluitur. Hip. lib. περὶ ἀδένων (pag. 271. 55.) strumam vult oriri ex humore pituitoso in colli glandulas irruente & inflammato. ἢν δὲ ἡ φλεγματώδης καὶ πολὺ καὶ ἀργὸν ..., φλεγμαίνει δὲ καὶ αὐτ. καὶ ὁ ὀλιγωρεῖ ... χοιράδες ἐγγίνονται. αὗται χοίρων αἱ νοῦσοι τραχήλου. Si verò pituitosa & multa ac lenta fuerit fluxio, sic quoque inflammatur, inflammatioque, quòd humor stabilis fit, strumas pessimum colli morbum generat. Etsi videtur locus corruptus & asterisco notatus in codice Asulano. Posteriora enim verba sic quidam legunt: αὗται χοίρων αἱ νοῦσοι τραχήλου, vt struma colli porcorum morbus sit, vnde & scrophulæ dictæ sunt & χοιράδες, quòd id morbi genus porcis sit familiare, aut quòd numerosæ sit sobolis & prolificum velut scrofa. Ab vnico enim tumore etiam alij quandoque enascuntur. Quam nominis notationem attingit Paulus lib. 6. & Actuarius lib. 2. περὶ διαγνώσεως παθῶν cap. 37.

Χοῖρος ὁ χοιρίος porcellus, Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 111. 57. H. 404. 52.) χοῖρον ἐξαιρέτως ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ τὸν μικρὸν πάνυ. χοῖρον præcipue vocant antiqui, hoc est, porcellum, eum qui admodum paruus est.

Χολέρα cholera morbus, ventris perturbatio immodica, per quam bilis per vomitum & secessum excernitur. Cuius præcipua causa est assidua alimentorum cruditas, vt scribit Paulus cap. 39. lib. 3. χολέραι in ætate progressis ex flaua bile aph. 30. libro tertio, χολέρη duplex statuitur Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. humida & sicca. Verùm χολέρη simpliciter dicta choleram humidam indicat, quæ fit ab acribus, serosis & biliosis humoribus, qui ex acrium ciborum corruptione generantur. Sic enim αἴγεια κρέα χολέρην ποιεῖν scribit Hippocr. (pag. 111. 38. H. 404. 47.) carnes caprinas choleram gignere. Et rursus ibid. (vers. 53.) porcinas carnes χολώδεας esse scribit, hoc est, vt exponit Galen. χολέρας ποιητικά, ob eam quam habent acrimoniam. Choleram namque gignunt humida & acria alimenta, quæ statim corrumpuntur, acresque succos pariunt, qui vellicant & mordent viscerum ora quæ ad ventriculum pertinent, itaque fluxionem ex toto corpore irritant, quæ biliosa & acria vomitu & deiectione educuntur, vt ibid. scribit Galen. in Comment. Cholera verò sicca dicitur, quæ fit ex spiritu flatuoso & acri in ventriculo collecto, qui neruosa corpora quæ sunt circa ventriculum intercipit, vellicat & extendit. Vnde fit quædam imago choleræ humidæ. Eam sic ibidem describit Hippocr. (pag. 112. 19. H. 404. 55.) χολέρης δὲ ξηρῆς ἡ γαστὴρ πεφύσηται, καὶ ψόφοι ἔνεισι, καὶ ὀδύνη πλευρέων, καὶ ὀσφύος. διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ' ἀποπέγνυται. In cholera sicca inflatus venter & strepitus insunt, & laterum dolor ac lumborum. Nihil autem per aluum secedit, sed adstringitur. Cuius etiam paulò priùs ibid. meminit 111. 9. H. ibid. 38.) cùm propter silphij flatuosam & acrem alimoniam choleram siccam fieri scribit. Atque ibi Gal. optimè vtriusque choleræ differentiam statuit, his verbis: τὴν ἁπλῶς ὀνομαζομένην ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων χολέραν, ὑγρότητι διοίσει τῆς ξηρᾶς χολέρας. ὄνομα τι δὲ κοινὸν κατ' ἀμφω λέγεται, ὡς ... τῆς γενέσεως τρόπον ... βλέπων ἐστὶ κοινόν. ὡς γὰρ ἡ ὑγρὰ χολέρα γίνεται δακνόντων χυμῶν ... διαφθαρέντων τῶν ἐδηδεσμένων σιτίων, οὕτω ἡ ξηρὰ πνεύματος φυσώδους δακνώδους. διὸ καὶ τὰ πλησιάζοντα τῇ γαστρὶ νευρώδη σώματα δακνόμενά τε καὶ τεινόμενα, πόνον ποιεῖ. Choleram hominibus simpliciter dictam ab arida per humiditatem distinguit. In vtraque autem communi nomine est vsus, communem generationis modum spectans. Quemadmodum enim cholera humida ex acribus oritur humoribus, qui ex eduliorum corruptione originem sumpserunt, sic arida ex spiritu flatuoso acri. Ideoque proxima ventri neruosa corpora vbi mordentur & distenduntur dolorem faciunt. τὰ χολερικὰ πάθεα dicuntur Hippocr. libro 5. Epid. (pag. 1157. D.) & τὰ χολερικὰ simpliciter (ibid. E. 1159. E.) & lib. 7. Epid. (pag. 1228. E. & pag. 1230. A.) Cholericæ affectiones aut choleræ morbus. cuius ibid. causæ explicantur, & elegans describitur exemplum. Choleram etiam vocat Celsus cap. 11. libr. 4. & cap. 1. lib. 2. ex aphorism. 30. libr. 3. χολέρα etiam inde apud Hippocr. pro criticâ aut effusa ventris perturbatione sumitur, ex qua biliosa vomitu & secessu refunduntur, velut lib. περὶ ἑβδομάδων (pag. 379. 54.) & Coac. (p. 134. E.) τὰ λειπυρικὰ μὴ χολέρας ἐπιγενομένης οὐ λύεται. Febres lipyriæ non nisi per choleram effusa bile soluuntur. Rursus ibid. (pag. 205. E.) χολερώδεα πρὸ τοῦ ἀσφαλισθῆναι περὶ τὸν τόκον, quæ ante partum in speciem choleræ morbi affliguntur, hoc est, quæ immodica ventris perturbatione, bilem per vomitum & secessum excernente, velut in cholera morbo, conflictantur.

Χολὴ bilem significat, ac præcipuè flauam & pallidam apud Hippocr. cùm sine addito ponitur, vt multis locis testatur Galen. velut Comment. 3. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 72. vers. 48. H. 392. 25.) εἰώθεισι γὰρ οἱ ἰατροὶ χολὴν, μὲν ἁπλῶς ὀνομάζειν τὴν ὠχρὰν τε καὶ ξανθὴν. τὴν μέλαιναν δὲ χολὴν ὅλον τοῦτο λέγειν, οὐχ ἁπλῶς χολήν. Solent enim Medici bilem quidem simpliciter tum pallidam, tum flauam appellare. Bilem autem atram hoc totum dicere, non simpliciter bilem. Et rursus Comment. 4. (pag. 88. 46.) ὅτι δ' ὅταν εἴπῃ τις ἁπλῶς χολὴν δηλοῦται, προείρηται. Dictum autem est antea bilem simpliciter dictam amaram indicare. Ac rursus Comment. ad aphorism 32. libr. 7. τὸ μὲν χολώδεις αἰεὶ ὀξέων ἐργάζεται νόσων. εἴρηται γὰρ ἡμῖν ὅτι τὸ πικρόχολον χυμὸν οὕτως ὀνομάζειν ἔθος ἐστὶ τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς, ὡς τόν γε μελαγχολικὸν ἀεὶ μετὰ προσθήκης λέγουσιν, οὐχ ἁπλῶς χολὴν ὡς τὴν ξανθὴν, ἀλλὰ μέλαιναν χολήν. Bilis quidem perpetuò acutorum morborum causa est. Dictum nanque à nobis est quòd biliosum humorem hoc nomine veteres Medici donare consueuere, non secus ac melancholicum humorem semper cum addito, non simpliciter bilem, velut flauam, sed atram bilem proferunt. Et Comment. 1 in lib. de Nat. humana (pagina 12. versiculo 47.) τὸ δὲ τῷ μέρος ἐν αὐτῷ ... μὲν ... τοῖς ... ἰατροῖς ἔθος, ἀλλὰ καὶ πάντας ἀνθρώπους ὀνομάζειν χολὴν ... προσθήκης, ὅταν τὴν ὠχρὰν, ἢ τὴν ξανθὴν ... βούλωνται.

ὅτι δὲ ταῦτα ἄμφω ὀνόματα καθ' ἓν εἶδος χυμοῦ λέγεται διαφέροντα ὑγρότητι καὶ ξηρότητι, μικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηταί μοι. τὰς δὲ ἄλλας ἁπάσας χολὰς, μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσιν ἰώδη καλοῦντες, ἢ μέλαιναν, ἢ ἐρυθρὰν, ἢ πρασοειδῆ. Quod autem attinet ad ſingula orationis capita, primùm quidem non ſolùm medicorum verumetiam Græcorum omnium commune inſtitutum indicandum eſt, qui bilem ſine addito nominant, quam pallidam aut flauam indicare volunt. Iſta enim ambo nomina de vna humoris ſpecie vſurpati humiditate & ſiccitate differente, paulò antea dictum eſt. Reliquas verò omnes biles cum addito nominant, æruginoſam, aut atram, aut rubram, aut praſinam appellantes. Rurſuſque ibidem (pag. 13. 18. H. 226. 41.) κἀνταῦθα πάλιν σαφῶς ἐδήλωσε τὸ ἔθος τῶν ἑλλήνων, χολὴν μὲν ὀνομαζόντων πολλάκις ἄνευ προσθήκης τὴν ξανθὴν, τὴν μέλαιναν δὲ μετὰ προσθήκης ἀεί. Et hîc rurſum communem Græcorum vſum manifeſtè indicauit, bilem quidem flauam ſæpe ſine addito appellantium, atram verò ſemper cum addito. Et libr. de Tumor. præter naturam (pag. 355. 59.) νενίκηκε γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως τὸ τῶν ἰατρῶν ἔθος ἄν τε χολὴν ὀνομάσωμεν ἁπλῶς, ἄν τε χολώδη χυμὸν, ἀκούειν ἡμᾶς τὴν ὠχρὰν καὶ πικρὰν, οὐ τὴν ὀξεῖαν καὶ μέλαιναν. ἐκείνην γὰρ ἀεὶ μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσι. συνάπτοντες τῇ προσηγορίᾳ τοῦ χυμοῦ τὴν χρόαν. Obtinuit enim neſcio quo modo medicorum conſuetudo, vt ſiue bilem ſimpliciter, ſiue bilioſum humorem nominemus, pallidam & amaram inaudiamus, non acidam aut atram. Illam enim ſemper cum adiunctione nominant, humoris appellationi colorem connectentes. Id etiam fuſioribus verbis aperit Com. 5. in li. 6. Ep. (p. 513. v. 25. H. 1185. A.) vbi & varias bilis ſpecies enumerat. χλωρὰς οὖν γλώττας εἴρηκεν, ὡς ἐν τῷ βίῳ συνήθως ὀνομάζουσιν ἄνθρωποι, χλωρούς τινας θεωρακέναι φάσκοντες, οἷς ἂν ἐπὶ τὸ χλωρότερον ἡ χρόα μεταβάλλῃ, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς. ταύτην γὰρ ἁπλῶς ὀνομάζουσιν, οὐχ ὥσπερ τὰς ἄλλας μετὰ προσθήκης, ἤτοι μέλαιναν, ἢ ἰώδη καλοῦντες, ἢ ἐρυθρὰν, ἢ ξανθὴν, ἢ λεκυθώδη. ἐγγυτάτω μὲν οὖν ἐστι καὶ τοῦ αὐτοῦ σχεδὸν τι γένους ἡ ξανθὴ χολὴ τῇ ὠχρᾷ. λέγουσι δὲ τὰ πολλὰ ἄνευ τοῦ προσθεῖναι τὴν ὠχρὰν, ἁπλῶς οὕτως χολὴν ἐμημεκέναι τὸν ἄνθρωπον. ἐπὶ δὲ τῆς ξανθῆς σπανίως ἐστὶν εὑρεῖν ἁπλῶς τινα λέγοντα. προστιθέασι γὰρ εὐθέως αὐτῇ τὸ τοῦ χρώματος ὄνομα, ξανθὴν χολὴν ἐμημεκέναι τὸν δεῖνα λέγοντες ἢ ἄκρατον χολήν. ἰώδη δὲ καὶ μέλαιναν χολὴν, οὔτ' ἰατρός τις, οὔτ' ἰδιώτης ὀνομάσει ἄνευ προσθήκης, ὥσπερ οὐδὲ ἰσατώδη, καὶ πρασοειδῆ, καὶ λεκυθώδη. καὶ γὰρ ταῦτα χολῶν ὀνόματά ἐστιν ὑπό τινων ἰατρῶν εἰρημένα παρωνύμως ταῖς χρόαις ἃς ἔχουσιν. οὕτως δὲ καὶ τὴν ἐρυθρὰν χολὴν ὀνομάζουσιν αἵματος ὄντα ὀῤῥόν. ἡ δὲ λεκυθώδης τῆς ξανθῆς παχυνθείσης γίνεται χολῆς, καθάπερ ἡ ὠχρὰ προσλαβούσης ὑδατώδη τινὰ οὐσίαν. χλωρὰς itaque linguas dixit, vt in communi vitæ vſu mortales nominant, χλωροὺς ſe quoſdam vidiſſe dicentes, quibus ad bilioſius color mutatus fuerit, bilis videlicet pallidæ. Hanc enim ſimpliciter nominant, non vt cæteras cum adiectione, aut atram, aut æruginoſam, aut rubram, aut flauam, aut vitellinam appellantes. flaua ſiquidem bilis proxima pallidæ eſt eiuſdemque ferè generis. Dicunt autem plærunque non adiicientes pallidam, ita abſolutè hominem bilem vomitione reieciſſe. Verùm de flaua raro quiſpiam abſolutè protuliſſe inuenitur. Confeſtim enim ei coloris nomen apponunt, flauam bilem quempiam vomuiſſe dicentes, vel meram bilem. Æruginoſam verò & atram bilem, neque Medicus, neque vulgaris quiſpiam ſine adiunctione nominauit, velut neque glaſteam, neque porraceam, neque vitellinam. Nam hæc bilis nomina à quibuſdam Medicis ex colorum quos habent nomine ſunt deducta. Sic verò & rubram bilem vocant, quæ ſanguinis ſerum eſt. Sed vitellina fit bile flaua incraſſata, vt pallida ex eadem aqueam quandam ſubſtantiam accipiente. Huius verò bilis generatio eſt ex eo quod in alimento pingue eſt, dulce ac iucundum, vt ſatis indicat Hipp. aph. 13. ſect. 5. lib. 6. Epid. τὸ δὲ χολῶδες ἀπὸ πίονος, bilioſum verò ex pingui, & aph. 3. ſect. 6. lib. eiuſdem, & nos ex Gal. in dictione πῖαρ ſatis oſtendimus. Indeque χολῶδες & χολώδη ſimpliciter de bile flaua aut pallida effert Hipp. vt ſcribit Gal. Com. 4. in lib. 6. Epid. (pag. 492. 46 H. 1180. A.) λέλεκται δ' ἤδη πολλάκις ὡς ὅταν ἁπλῶς εἴπῃ χολώδη, τὴν ὠχράν τε καὶ ξανθὴν ὀνομαζομένην σημαίνει χολὴν, ὡς πλεῖον τῶν ἄλλων χολῶν τινὰ χρόαν προσγράφει. καὶ γὰρ ἰώδης ὀνομάζεται χολὴ καὶ ὑπέρυθρος, καὶ μέλαινα καὶ ὀρφνώδης. Dictum autem eſt iam ſæpius, cùm bilioſum ſimpliciter dicit, cum pallidam & flauam bilem dictam ſignificare, quatenus ex abundanti in aliis bilis generibus colorem adſcribit. Nempe & æruginoſa bilis vomitu, & ſubrubra, & atra, & obſcura reiicitur. Sic rurſus Com. 2. in libr. 3. Epid. (pag. 416. 38.) ὡς δ' ἄν τις οἰκειότερον χολώδη διεχώρησεν ἄκρατα, τουτέστιν ἤτοι ξανθὰ κατὰ τὴν χρόαν ἢ πυῤῥά. τὰ γὰρ ἰώδη καὶ μέλανα μετὰ τοῦ προσθεῖναι τὴν χρόαν ἴδιος ἐστὶ καὶ τούτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς, καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν ἄνευ προσθήκης χολώδη διαχωρῆσαί τινα λέγειν, ἐπὶ τῇ χολῇ ξανθῇ τοιαύτῃ λέξει χρώμενοι. τὰ δὲ τῆς ἰώδους, ἢ μελαίνης, ἢ τινος ἑτέρας χολῆς οὐ λέγομεν ἁπλῶς χολώδη, τιθέμεν δ' αὐτοῖς τὴν ἀπὸ τῆς χρόας διάκρισιν αὐτοῖς, καὶ τοῦτο γ' ἐν ἅπασι τὸ ἔθος ὑπῆρξε διὰ τὸ συνεχῶς μὲν ἐμεῖσθαί τε καὶ διαχωρεῖσθαι τὴν ὠχράν τε καὶ ξανθὴν χολὴν, οὐ μόνοις τοῖς νοσοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι, σπανίως δὲ τὰς ἄλλας, καὶ μόνον ἐπὶ τῶν νοσώδη διάθεσιν ἐχόντων. Vero autem eſt ſimile eam deieciſſe bilioſa ſyncera, hoc eſt, vel flaua colore, vel rufa. Nam & æruginoſa & nigra adiecto colore proferre, & huic, & a iis Medicis ſolenne eſt. Et nos quoque citra adiunctionem ſolemus dicere bilioſa quendam deiicere, de flaua bile eam dictionem vſurpantes. Excrementa verò æruginoſæ, vel atræ, vel alterius bilis, non dicimus ſimpliciter bilioſa, verum ipſis coloris diſcrimen addimus. Et hæc in omnibus conſuetudo inualuit, quod bilis tum pallida tum flaua aſſiduè vomitione & deiectione reddatur, non ſolùm ægrotantibus ſed etiam bene valentibus, rarò verò aliæ, atque his tantum qui morboſo aliquo tenentur affectu. Sic quoque χολὴ ξανθὴ, πικρότης dicitur Hipp. hoc eſt, amaritudo aut amarus aliquis humor, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. (pag. 16. 16.) & febres omnes ex bile fieri lib. 4. de morb. & lib. 2. de nat. hum. & aph. 42. lib. 7. vbi putridas omnes febres comprehendit.

Χολὴ etiam ſimpliciter bilis fluxio ſæpius dicitur Hipp. lib. de loc. in homine (pag. 414. 24.) pro ea fluxione in vniuerſum quæ fit ab humore tenui in aliquam partem decumbente, eamque ob cauſam facilè fluente. Eamque dictionis vim ſæpe toto eo libro retinet, vt (pag. 412. 15. & (pag. 414. 53.) ὡς τὰ πολλὰ ἔμπυοι γίνονται, ὅταν ῥεῦμα ἐς τὸ αὐτὸ ὥσπερ ἐν τῇσι χολῇσι γένηται ἀλλὰ τῇσι μὲν χολῇσι πολὺ ἀποῤῥεῖ. Suppurati vt plurimùm fiunt cùm fluxus in eundem locum velut in bilis fluxionibus concedit. Verùm in bilis quidem fluxionibus multum defluit. Bilem & bilioſos vertunt interpretes. Significare autem videtur ſuppurationem fieri multa fluxione in eundem locum, vt thoracem aut pulmones concedente, non ſecus ac in bilis effluxionibus contingit. Vbi χολαὶ vocantur bilis fluxiones, cum in vtrumque thoracis latus incubuerint, vnde peripneumoniam contrahi vult, vel pleuritidem cùm in alterutrum latus bilis fluxerit. Varias autem bilis ſpecies ex Gal. ampliſſimè deſcribit & explicat Gorrh.

Χολὴ μέλαινα bilis atra, ferè ſemper cum additione dicta, duplicem habet ortum, vnum ex ſanguine craſſiore & veluti limo, & propriè humor melancholicus dicitur, alterum ex bile flaua ſuperaſſata, & omnium eſt deterrima. Quod etiam multis locis teſtatur Gal. vt Com. 6. in lib. 6. Epid. (pag. 520. 54. H. 1192. A.) ἐμάθετε γὰρ τὴν γένεσιν αὐτῆς εἶναι διττὴν, ἔκ τε τοῦ παχέος αἵματος, καὶ τῆς ξανθῆς ὑπεροπτηθείσης. Ipſius enim ortum duplicem eſſe didiciſtis, & ex craſſo ſanguine, & flaua ſuperaſſata bile. Et Com. ad aph. 22. lib. 3. ἡ μέλαινα χολὴ διττὴν ἔχει τὴν γένεσιν, ἐκ μὲν τῆς ξανθῆς ὑπεροπτηθείσης τὴν ἑτέραν, ἐκ δὲ τοῦ παχέος αἵματος τὴν ἑτέραν. Bilis atra geminum ortum obtinet, vnum ex ſuperaſſata flaua bile, ex ſanguine verò craſſo alterum. Et Com in libr. de rat. vict. in morb ac. (pag 61. 31.) ἐπειδὴ τοῦ μὲν αἵματος ἐν αὐτῷ θερμανθέντος ἐπὶ πλέον, ἡ ξανθὴ γεννᾶται χολὴ, τούτου δ' αὐτοῦ κατοπτηθέντος, ὡς καὶ τοῦ παχέος αἵματος, ἡ μέλαινα. Quandoquidem ſanguine in ſe plus æquo calefacto flaua bilis generatur, eodem verò ſuperaſſato, aut etiam craſſo exiſtente ſanguine, atra. Ac rurſus Com. ad aph. 53. lib. 6. μεμνῆσθαι γὰρ χρὴ τῶν περὶ τῆς μελαίνης χολῆς ἐν ἄλλοις διωρισμένων, ὡς ἡ μὲν ὑπεροπτηθείσης γίνεται τῆς ξανθῆς χολῆς, ἥπερ δὴ καὶ χαλεπωτάτη παντοίως ἐστίν. ἡ δ' ἐκ τοῦ αἵματος, ὡς ἂν εἴποι τις ἰλύος καὶ τρυγὸς, παχυτέρα μὲν ἐκείνης τῇ συστάσει, πολὺ δὲ ἀπολειπομένη τῆς μοχθηρᾶς τῆς ποιότητος. εἴρηται δὲ καὶ ὅτι τὴν οἷον τρύγα τοῦ αἵματος ἀκριβολογούμενοι μὲν, οὐδέ πω μέλαιναν χολὴν ὀνομάζομεν, ἀλλὰ μελαγχολικὸν χυμόν. καταχρώμενοι δὲ τοῖς ὀνόμασι καὶ μέλαιναν ἐστὶν ὅτε καλοῦμεν, ἐπειδὴ μικρὸν ὕστερον ἔσεσθαι μέλλει μέλαινα, μὴ φθασάντων κενῶσαι. Ad memoriam enim reuocare oportet quam in aliis ſcriptis noſtris de atra bile ſunt definita, nempe quod quædam ex flaua bile ſuperaſſata fiat, quæ omnium eſt deterrima: alia verò ex ſanguinis vt ita dicam cœno & fœce, quæ quidem craſſiore quàm illa eſt ſubſtantia, ſed multum à qualitatis malignitate recedit. Dictum quoque eſt bilem quæ veluti fœx eſt ſanguinis, ſi exactè loqui velimus, nondum nos atram bilem, ſed humorem melancholicum vocare. Nominibus tamen abutentes interdum etiam atram vocare, quandoquidem niſi prius vacuetur, non ita multo pòſt atra ſit euaſura. De ea verò diſertè ac velut ex profeſſo ſcripſit Gal. lib. de atra bile & lib. de fac. nat. quæ omnia ſcienter & aptè collegit Gorrh.

Χολήϊον Gal. exponit χολῆς ἀγωγὸν, hoc eſt, bilem ducens quod de medi-

medicamento bilem educente dici videtur, vt χολαγὸν, χολὰς ἀγωγὸν exponit Erot. quod legitur lib. 1. περὶ γυναικ.(601.22.) πιοῦσαν φάρμακον πίσαι χολαγόν. huic medicamentum, bilem ducens propinato. Lib. de loc. in homine (p.418.4.) χολαγωγὸν dicitur. φάρμακον πίσαι χολαγωγὸν, medicamentum bilem educens potu exhibendum. χολαγωγὰ φάρμακα etiam dicuntur(ib.37.)

Χόνδρος granum significat, & de alica Latinis dicitur, quam etiam granum vocat Plinius cap.11.lib.18. & ex zea fieri scribit. Sic autem dici videtur quòd in grumos ac grana cogatur, dum ex zea tritici seu frumenti specie paratur. Est enim χόνδρος id quod ex zea decorticata & in grana plura contusa, leguminis loco cum iusculis coctum editur, celeberrimum & valde tritum in omnibus morbis apud antiquos alimentum. Ac videntur χόνδρος & πτισάνη generalia fuisse apud veteres omnium frugum siccatarum, decorticatarum, & in grumos tusarum nomina. Quod autem χόνδρος alicam Latinorum indicet, quidque eo nomine veteres intellexerint, sitne etiam res factitia an natiua aliqua seminis species, aptissimè disserit Gorrh. & Cornar. Com. in lib. 2. κατὰ τὸν. χόνδρου Hipp. tempore num vsurpatum fuerit dubitasse quosdam apparet ex Gal. Com 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 45. 42.) qui tamen Hipp. cognitum χόνδρον ex lib. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς esse scribit. Qui locus legitur lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 356.18.) Cuius etiam meminisse videtur lib. περὶ παθῶν (pag. 527. 7.) ἐὰν δέ τι διδόναι θέλῃς κομιδῆς ἕνεκα, διδόναι χόνδρον, ἢ πτισάνης χυλόν. ταῦτα γὰρ τῶν ῥοφημάτων τὰ ἰσχυρότερα. Quòd si refectionis gratia quid exhibere velis, alicam aut ptissanam triticeam exhibeto. Sunt enim valentiores hæ sorbitiones. Nempe his verbis alica integra designatur, quæ & χονδροπτισάνη dicebatur & πτισάνη πυρίνη Diocli & Philotimo, vt scribit Gal. lib. 1. de alim. fac. Nam quæ ἄλευρα χονδρώδη dicuntur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 585. 33.) ea farinam crassiorem & in grumos collectam & crassius subactam, velut alicæ similem, aut in grana coactam, significant, quæ ἄλευρα χονδρότερα eadem in re dicuntur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 668. 6.) & de erui aut lentis farina ad fotus adhibita efferuntur.

Χόνδρος λιβάνου etiam thuris mica seu granum dicitur, quod Dioscor. omnesque Græci Medici thuris mannam vocarunt. Sic Pl. lib. 29. cap. 6. thuris mannam vnam dicit in Echio medicamento ad suffusiones, quod Marcellus Empiricus thuris granum vnum, idem medicamentum referens, appellauit, χόνδρον λιβάνου ἕνα. Eo in lacte macerato ad externæ partis auriculæ dolorem vtitur Archig. apud Gal. lib. 3. κατὰ τόπ. (p. 191. 24.)

Χόνδρος etiam in genere chartilago dicitur, verùm præcipuè eo nomine illam comprehendit Hipp. quæ ad costas spurias adnascitur, estque ad cauum pectoris, sub qua os ventriculi delitescit, & ξιφοειδὴς nominatur. Libr. 7 Epid. (pag. 1208. D.) μέσον δὲ ὀμφαλοῦ καὶ χόνδρου κατὰ ταύτην τὴν ἐστηγυῖαν ἀπτομένῳ τῇ χειρί. Quòd si quis medium vmbilicum attigisset, & manum ad chartilaginem illam in pectoris cauo, sub qua os ventriculi delitescit, deduxisset. Etsi illic χονδρου habent omnia exemplaria, pro χόνδρου vitiosè vt satis patet. Caluus tamen ventrem vertit, vt χόνδρον pro abdomine & epigastrio sumpsisse videatur. Rursus Prorrh. 2. (pag 91. B) de pectore laudabili. καὶ ὁ χόνδρος αὐτοῦ μικρὸς ἔστω καὶ σεσαρκωμένος ἱκανῶς. cuiusque chartilago exigua & admodum carnosa sit. Itag. quoque author hanc chartilaginem χόνδρον proprio quodam nomine vocat (pag. 376.23.) & totum locum στέρνον τὸ δὲ μεταξὺ τῶν κλειῶν, στῆθος, καὶ τὸ μεταξὺ αὐτοῦ στέρνον, μέχρι τοῦ χόνδρου, ὑφ᾽ ὃν τὸ στόμα τῆς κοιλίας. Etsi eo nomine etiam hypochondria capi possunt, quibus viscera continentur.

Χορδαψὸς est intestini tenuioris morbus, voluulus antiquis dictus, vt scribit Gal. cap. 2. libr. 6. de loc. aff. quòd tumor aliquis eminet in tenuium intestinorum parte, vt videatur intestinum ad chordæ similitudinem conuolutum. fit autem vel ab inflammatione vel aridi stercoris obstructione, vnde tensio in intestino chordam referens sentitur, si quis loco dolenti manum admoueat, & tactui durities succumbit. Nomen igitur sumpsisse videtur Galeno ἀπὸ τῆς χορδῆς ἅπτεσθαι. Verùm Aret. longè alia est notatio, cùm cap. 6. libr. 2. de caus. & sign. ac. morb. χορδαψὸν voluuli speciem facit, vbi præter tormina, intestinorum compressio & remollitio, cum imi ventris tensione accessit, & χορδαψὸν tanquam χορδῶν ἕψησιν, hoc est, intestinorum emollitionem dici vult, his verbis: κἢν μὲν οὖν τοῖς στρόφοις δὲ καὶ θλῖψις, καὶ μάλθαξις τῶν ἐντέρων ἔῃ, καὶ πολὺ τὸ ὑπογάστριον ὑπερέχῃ, χορδαψὸς τὸ πάθος ἐστὶ. οὔνομα δ᾽ ἐκ τοῦ πάθεος· ἡ γὰρ μάλθαξις. χορδὴ δὲ ἐντέρων ἐπώνυμον. καὶ γὰρ καὶ ἐπιχορδίδα τὰ μεσεντέρια ἐπικαλοῦσιν οἱ παλαιοί, τὰ μεσηγὺ νεῦρα, καὶ τὰ ἄγγεα, καὶ τοὺς ὑμένας τοὺς τῶν ἐντέρων. Quòd si præter tormina, intestinorum pressus & emollitio adfuerit, multumque imus venter emineat, is iam Chordapsi nomen acquirit. Elixatio namque emollitionem significat, & chordæ intestina dicuntur. Veteres enim lactes epichordida nominarunt, medios scilicet neruos & vasa, membranasque intestinorum fulcra ac stabilimenta. Hanc nominis notationem secutus est Archig. apud Aët. cap 17. lib. 1. Tetrab. 3. & Chordapsum veteribus dictum vult velut intestinorum emollitionem. Diocles Carystius apud Celsum cap. 13. lib. 4. tenuioris intestini morbum χορδαψὸν, plenioris εἰλεὸν nominauit. Trallianus initio lib. 9. χορδαψὸν εἰλεὸν dictum esse vult. Hesych. quoque χορδαψὸς πάθος ἐντέρων exponitur. χορδαὶ autem ἃ χορδεύματα λέγεται τὰ ἔντερα vt scribit Aristoph. interp. ἐν ἱππεῦσι. Vnde plenioris intestini morbum χόρδαψον dici apud Celsum scribere oportet, non χόρδαψον vt legunt omnia exemplaria, aut κόρδαψον. Aurel. cap. 17. libr. 3. acut. Chordapson intestinorum tormentum vocari scribit, quòd non aliter quàm chordæ intestina tendantur. Nam veteres Græci intestina chordas appellarunt. Quinetiam testatur Hipp. Praxag. Euryphontem Gnidium, hoc nomen communne vocabulum tormento posuisse. In Coac. (101. B) ὁ καλούμενος χορδαψὸς dicitur, tenuioris intestini morb. non à natura insitus.

Χορηγία munus est choragi, sed pro quauis elargitione aut suppeditatione ponitur, & exponitur Hesychio δόσις, & χορηγεῖ, παρέχει, δίδωσι. χορηγίαν apparatum medicum, operam medicam vocat Hipp. ἐν παραγγελίαις (pag. 27. 3.) & metaphora à scenico apparatu ducta, omnia remedia quæ ad opem & operam medicam spectant comprehendit. ἢν δὲ καιρὸς εἴη χορηγίης, ξένῳ τε ἐόντι καὶ ἀπορέοντι, μάλιστα ἐπαρκέειν τοῖσι τοιουτέοισι. Quòd si occasio suppeditandæ opis se obtulerit tum peregrino tum egeno, hisce præcipuè opem ferre oportet.

Χορίον, ἢ χόριον, ἢ χωρίον propriè dicitur prima illa & extima membrana quæ fœtum ambit, vtero proxima est & adhærescit, siue quòd circuli & coronæ instar fœtum ambiat (vnde χορὸς dicitur) siue quòd fœtus receptaculum sit eumque contineat, vnde Latinis locorum nomen meretur, & χωρίον Græcis nuncupatur. Gal. Com. ad aph. 35. & 49. lib. 5 χόρια aut χωρία Græcis quæ ὕστερα dicuntur significare scribit. locos & secundas vocant Latini, quibus omnes membranæ fœtum complectentes continentur. Eam autem Græcorum nominum notationem Latini retinuerunt, cùm secundarum nomen indiderunt, siue quòd secundæ à fœtu oriantur, siue quòd post fœtum excernantur, vt & locorum, quòd eum contineant & recipiant. De eo sic scribit Author Definit. Med. (pag. 401. 17.) συνίσταται δὲ τῶν ἐμβρύων τὸ χόριον, εἶτα τὰ λοιπά. τὸ χόριον δὲ συνίσταται ἐκ δύο φλεβῶν καὶ δύο ἀρτηριῶν, καὶ πέμπτου τοῦ οὐραχοῦ καλουμένου. ὀνομάζεται δὲ χόριον ἤτοι ὅτι χώρημα ἐστὶ τοῦ ἐμβρύου, ἢ ὅτι χορηγεῖ τὴν τροφὴν αὐτῷ. In primis efficitur secunda, tum reliqua. Ipsa autem secunda ex duabus venis & duabus arteriis, & quinto quod vrachum vocant, constituta est. Appellatur autem χόριον, seu quòd sit fœtus χώρημα, hoc est, conceptaculum, seu quòd ei χορηγεῖ, hoc est suppeditat alimentum. χωρίον sæpius scribitur Hipp. lib. περὶ φύσ. παιδ. χόρια etiam intestina dici videntur. Chorias Latinè dixit Plaut. Curc. pro intestinis aut interaneis: Radices cordis pereunt, choriæ omnes dolent.

¶ Χρῆμα idem quod πρᾶγμα, rem significat, vt lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 284. 17.) τὰ δὲ τοιαῦτα ὕδατα νομίζω μοχθηρὰ εἶναι πρὸς ἅπαν χρῆμα. has quidem aquas ad omnem rem improbas esse censeo. Et rursus (pag. 285 13.) ἔνεστι δ᾽ ἐν παντὶ χρήματι, In omnibus quidem rebus inest [humidum] Et 286. 3.) πρὸς ἅπαντα χρήματα, ad omnia, ad res quasuis. Rursus lib. 4. de Morb. (pag. 514. 9.) ἁπαλὸν γὰρ καὶ ἀραιὸν χρῆμά ἐστιν ὁ πλεύμων, tenerum quid & rarum est pulmo. Et (ibid. 14.) ἰσχυρὸν χρῆμα ἡ κοιλίη ἐστί, venter robusta res est. Et (vers. 12.) ἡ δὲ κοιλίη ὑπὸ τοῦ φαρμάκου οὐχ ἑλκοῦται, ὅτι χρῆμά ἐστιν ἰσχυρὸν, ὥσπερ δοκέει δέρμα. Venter autem à medicamento non vlceratur, quod robustum quiddam sit, scilicet velut corium. Aliòqui χρῆμα mira phrasi vsurpatur Ionibus de re minima aut parua aliqua particula, vt χρῆμα τοῦ ἀγκῶνος aliquam cubiti partem significat, vel minimum quid ex cubito, libr. de fract. (pag. 576. 14. H. 777. F.) οὐδὲν γὰρ χρῆμα τοῦ ἀγκῶνος κάμψαι δύνανται, nulla enim ratione cubitum flectere queunt, hoc est, ne minimum quid cubitum flectere possunt, aut nulla ex parte. Rursus in Epist. (pag. 527. 23. 1277. 39.) de Æsculapio viso in somniis: εἵποντο δ᾽ αὐτῷ δράκοντες χρῆμά τι ἑρπετῶν ὑπερφυές. Sequebantur autem eum dracones, ex reptilium genere admiranda admodum magnitudine, aut supra quàm dici possit immanes.

Χρηστοὶ dicuntur vtiles, boni, qui alicui sunt vsui, & ad rem Vene-

ream obeundam apti, quique rem peragunt. Libr. περὶ γονῆς (pag. 231.13.) de Eunuchis: διότι καὶ οὐχ ὑπάρχουσιν οἱ εὐνοῦχοι χρησοί. Quamobrem ad Venerem obeundam inutiles aut inepti sunt eunuchi, hoc est minimè rem peragunt. Est autem vulgaris phrasis & qua populares vtuntur. χρηστῶς, καλῶς, bene apud Hipp. exponit Erot.

Χρυσῖτις σποδὸς, cinis spumæ argenti dicitur Hippocr. & ad ocularia medicamenta adhibetur in Nothis adiectis ad lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 635. 35. 40. 54. 55.) aureum cinerem à colore dixit Caluus. Est autem χρυσῖτις tertia lithargyri species apud Dioscor. Eadem χρυσίτη videtur dici Hipp. ibid. (v. 54.) si modo locus mendo caret.

Χρῶμα corporis superficiem & cutem significat in qua color apparet, vt lib. περὶ ἐσυμίων (pag. 377. 2.) τὴν γὰρ κάθαρσιν διὰ τοῦ χρώματος ξυμφέρει ποιέεσθαι, διότι ἐν τῇ ἔξω περιφορῇ ἐστι τὸ βλάβος. Nam per cutim purgationem fieri confert, propterea quòd vitium in ambitu corporis est. χρῶμα etiam colorem significat, & cutis aut corporis colorem Varino. Vt χρῶμα εὔχροον, corporis color laudabilis, libr. 4. Epid. (pag. 1135. H.) & χρῶμα νεκρῶδες, color cadauerosus, qualis moribundis, lib. 5. Epid. (pag. 1156. F.) χρωματίζεσθαι πτύαλα, sputa colorari, & laudabili colore tingi, in Coac. (pag. 178. E.)

Χρὼς Ionibus dicitur quicquid in corpore carnosum est, quo nomine, cutis ipsa musculi, membranæ & viscera continentur. Significat etiam cutim ipsam & corporis superficiē summā in quam pustulæ erumpunt, in Coac. (p. 157. H.) τοῖσιν χρὼς ἐρυθραίνεται ὑπὸ ἐξανθήματα, iis corporis superficies velut efflorescētibus pustulis rubescit. Gal. Com. 2. in li. de fract. (p. 541. 56. H. 758. G.) χρῶτα καλοῦσιν οἱ Ἴωνες ὅλην τοῦ σώματος ὕλην ἐρυθρώδη, ἐν ᾗ μάλιστα γένει τὸ δέρμα καὶ οἱ μύες εἰσὶν, ἐφεξῆς δὲ οἱ ὑμένες, καὶ σπλάγχνα. τὸ δὲ τῶν ὀστῶν γένος, οὐκ ὀνομάζουσι χρῶτα, ὥσπερ οὐδὲ τοὺς χόνδρους, οὐδὲ τοὺς συνδέσμους. χρῶτα vocant Iones quicquid est in corpore carnosum, in quo genere maximè cutis & musculi, deinde viscera & membranæ continentur. At ossium genus χρῶτα non appellant, sicut neque cartilagines, neque ligamenta. Quod duobus locis Homer. probat ibidem Gal nempe Il. τ. (vers. 33.) & Od. β. (vers. 376.) etsi sæpius apud eundem Homer. non solùm cuti subiectam carnem indicat, sed pro tota corporis compage sumitur. Idem Comm. 3. in lib. de fract. (pag. 561. 6. H. 767. D.) ὅτι τὸ σαρκῶδες ἅπαν ὀνομάζει χρῶτα, λέλεκταί μοι καὶ πρόσθεν. Quicquid carnosum est Hippocr. χρῶτα vocare antea dictum est. Quibus in locis corpus vertunt Interpretes apud Hipp.

¶ Χυλάριον diminutiuè succatiunculam significat, & αὐτὸ τὸ χυλὸς sumitur apud Hipp. à Cornar. interprete libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 552. 45.) καὶ ἀπὸ χυλαρίου πινέτω, & de succo bibat, vt ptisanæ succum intelligat, qui χυλὸς simpliciter sæpe dicitur. Verùm locus fœdissimè corruptus legitur & pro χυλαρίου χαλαρὸν scribitur in omnibus exemplaribus. Caluus χλιαρὸν legisse videtur, & tepidum potum accipit. χυλάριον tamen illic mihi legendum videtur & pro succatiuncula accipiendum, aut carnium intritarum succo, quòd postea scribatur, καὶ ξύων τὴν σάρκα ἐν οἴνῳ λευκῷ διδόναι πίνειν, ac intritam carnem ex vino albo propinato. Sic enim ξύειν τρίβειν significat, vt ξύει τρίβει exponit Hesych. Quem tamen locum Cornar. de sordibus à defricta carne sumptis, & ex vino albo epotis, confidenter admodum sumpsisse videtur. χυλάριον igitur αὐτὸ τὸ χυλὸς rectè sumi videtur. χυλὸν autem Hesych. exponit τμημάτων ὑγρῶν ἐκπίεσμα.

Χυλὸς in genere succum significat & humorem à calore incrassatum, consistentia medium inter humidum & siccum. Apud Hipp. tamen sæpe χυλὸς simpliciter ptisanæ aut hordei succum & sorbitionem significat, quam ptisanam colatam vocant, expressam hordei substantiam continentem, non cremorem, qui est aqua hordei expressa apud Latinos, non succus ipsius substantiæ hordei. Cui tota & integra ptisana, hoc est non colata opponitur. Lib. de rat. vict. in morb ac. (pag. 47. 46. H. 385. 45.) τὴν δὲ πτισάνην χρὴ ἐκ βελτίστων τίνας κριθῶν εἶναι, καὶ ὡς βέλτιστα ἑψῆσθαι, καὶ ἄλλως, ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρῆσθαι. Ptissanam autem ex optimo hordeo confici oportet, atque quàm optimè coqui, idque præcipuè si non solo succo vti velis. Vbi τὸν χυλὸν ptissanam excolatam intelligit, vt ptissanæ integræ & non colatæ opponatur, quam παχεῖαν πτισάνην, & πτισάνας ἀδιηθήτους ibidem vocat (pag. 40. 19. & 23. H. 384. 35. 39.) Gal. κριθώδη πτισάνην, huicque χυλὸν opponit, & οἱ ἐθῶνιο τὸν χυλὸν διηθοῦντες διδόασιν, succum linteo percolatum exhibent. Rursus ibidem (pag. 49. 54. H. 386. 34.) τοῖσι τε ὅλῃσι πτισάνῃσι χρεωμένοισι, τοῖσι τε χυλῷ αὐτῶν, tum iis qui tota vtuntur ptissana, tum iis qui eius succo. Et (pag. 52. 34. H. 387. 2.) χρῆσθαι δὲ πρῶτον μάλιστα μὲν χυλῷ, ἔπειτα δὲ τῇ πτισάνῃ. Primùm autem maximè succo vtendum, deinde etiam ptissana. Vbi πτισάνην simpliciter ὅλην πτισάνην integram & non colatam indicat, quam à succo distinguit. Et (pag. 102. 50. H. 400. 38.) καὶ μελικρήτῳ ποτῷ καὶ χυλοῖσι προφυλάσσει. & aquæ mulsæ potu ptissanæque succo conserua. Vbi χυλὸς πτισάνης χυλὸν exponit Galenus. Rursus ibid. (pag. 107. 11. H. 402. 10.) ἔπειτα ἢν ἡ σφαγὴ λὺς ἐὰν φαίνηται, ὧδε χυλὸν ὀλίγον, καὶ λεπτὸν τὸ πρῶτον, καὶ μέλι ἐν μίσγων δίδου, ἢν δὲ ἀνάγηται ῥηϊδίως, καὶ εὔπνοος ᾖ καὶ αἱ πλευραὶ ἀνώδυνοι, τὰ πλευρά, κατ' ὀλίγον παχύτερον τε καὶ πλείονι καὶ δὶς τῆς ἡμέρης. Deinde si in tuto esse videatur, imprimis exiguum tenuemque succum & cum melle mixtum dabis. Sin verò facilè sputum educatur & facilè spiret & doloris latere vacet, sensim crassiorem & copiosiorem bis die porriges. Quem locum Cæl. Aurel. exprimit cap. 19. libr. 2. acut. & succum tenuem & paruum, deinde etiam crassiorem & plurimum vertit. Quibus tamen in locis Interpretes cremorem non satis aptè (vt opinor) vertunt. Rursusq; ibid. (pag 96. 4. H. 397. 51.) quod scribitur, χυλὸν δὲ προσφέρειν, hoc est succum exhibere, Cæl. Aurel. succo cibare exponit, cap. 4. libr. 3. acut. Lib. 5. Epid. (pag. 1147. D.) χυλὸν μετὰ πόσιν ψυχρὸν, post epotum succum frigidum, vbi ptissanæ succum intelligere videtur. Et rursus (ibid. E.) καὶ αὖθις μετέπιεν χυλὸν, ac insuper ptissanæ succum ebibit. Lib. 7. Epid. (p. 1207. C.) ἐρόφησε χυλὸν, sorbitiunculam ex hordeo sumpsit, succum sorbuit. Et rursus (ibid. E.) χυλοὶ προσεφέροντο, ptissanæ succus exhibebatur. Et iterum (p. 1210. E.) χυλὸν ἐρόφησεν, ptissanæ sorbitionem sumpsit. Et (ibid. G.) χυλοῖσιν ἐχρῆσατο succo vsus est. Et (pag. 1212. D.) προσφερόντων δέ τινων χυλοὺς, vbi quidam succum exhibuissent. Et (pag 1215. C.) προσενεγκεῖν αὐτῷ χυλὸν, oblatus est & ptissanæ succus, aut sorbitiuncula ex hordeo. Et (p. 1221. D.) πόμα προσδέξατο καὶ χυλοῦ, potionem recepit & succi ptissanæ nonnihil. Et (pag. 1226. D) χυλὸν προσεδέξατο, succum sumpsit. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 652. 24.) καὶ τῶν χυλῶν ῥοφέειν. succum sorbendum præbeto. Pollux quoque cap. 9. libr. 6. χυλὸν ex Cratino pro ptissanæ succo ponit.

Χυμὸς humor, succus, & communi significato omnem humorem coctione incrassatum significat, eoque nomine continentur omnes in nobis humores seruando & nutriendo corpori idonei aut incommodi, boni siue mali, παρὰ τὸ χέεσθαι dicti, quòd veluti in nobis fundantur aut fluant, cùm in ipsorum temperie ac symmetria tota sanitatis integritas sita sit. Quod scriptis testatur fragmentum quoddam Gal. attributum in lib. de Hum. vbi aphorism. 2. sect. 2. lib. 6. Epid. exponit, his verbis: χρὴ γὰρ ἀκριβῶς εἶναι κεκραμμένους ποιότητι καὶ ἴσους ποσότητι τοὺς χυμοὺς, εἰ ὑγίειά τε διαμένῃ, καὶ ἡ ἐσσα ἐπανέλθοιτο. ὅθεν καὶ τῆς ὀνομασίας ἔτυχε τῶν χυμοί, παρὰ τὸ χέεσθαι ἅμα λεγόμενοι. Humores enim qualitate temperatos & quantitate æquatos esse oportet, vt præsens sanitas persistat, atque absens redeat. Vnde & χυμοὶ, id est humores Græcam appellationem sortiti sunt παρὰ τὸ χέεσθαι, quòd vnà veluti fundantur & fluant, aut quòd vnà veluti fusi coëant & permisceantur. Qua significatione ἀπὸ τοῦ χυλοῦ nihil differunt. Χυμὸς etiam saporem indicat & gustandi qualitatem siue facultatem. Eaque notione χυμὸς dicitur Platoni ὕδωρ ἠθημένον διὰ φυτῶν, aqua per plantam colata, vt scribit Plutarchus Quæst. natural. quæst. 5. De quo vide Gorth.

Χυτλάζεται scribit Gal. in Exeg. apud Hipp. significare, ὡς εἰ καὶ κλύζεται ἔλεγε, ac si proluatur ac perfundatur dixisset, de farina hordei tosti crassiore. Erot. enim ἄλφιτα χυτλάζεται ex Hipp. adducit, additque, χύτλα γὰρ λέγονται τὰ μεθ' πολλοῦ ὕδατος ἢ ἐλαίου ἀλείμματα. Χύτλα enim dicuntur inunctiones quæ cum multa aqua & oleo fiunt. Si modo Erot. lectio mendo caret, quæ sanè aliòqui mihi suspecta est, & pro χυτλάζεται ἄλφιτα, vereor ne legendum sit χυτλάζεται, ἀλείφεται, vt extrema ista dictio sit illius χυτλάζεται expositio, cuius rationem subdit. Est enim χυτλάζειν aut χυτλοῦσθαι, τὸ ἀλείψαι μετὰ τοῦ λούσασθαι, aut μετ' ἐλαίου λοῦσθαι, vt exponit Hesych. & χυτλοῦσθαι aut χυτλάζεσθαι ex aqua & oleo simul mixtis perfundi aut defricari. χύτλα exponit Hesych. τὸ μετ' ἐλαίου καὶ ὕδατος ἀλείμματα, & τὸ ἐφ' ὕδατος ἔλαιον. Vnde χυτλάσαι διαβρέξαι, ὑγρᾶναι eidem significat, quod est humectare, perfundere, & χύτλασον ὕγρανον. Vnde χυτλάζεσθαι Gal idem quod κλύζεσθαι quod est prolui aut perfundi, significat, vt & χυτλοῦται exponit Hesych. κλυσάζεται.

Χυτρίδιον χύτραν, ollam exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Idemque χυτρίδιον etiam χύτραν. Est autem diminutiuum & ollulam indicat, vsurpaturque Hipp. libr. de vlcer. (pag. 879. C. D.) ἁλὸς χόνδρους ὡς ξηροτάτους ἐς χυτρίδιον χάλκεον ἢ κεραμεοῦν καινὸν ἐμβαλεῖν. Salis grana quàm siccissima in ollam æneam vel fictilē nouā cōiicito. Et rursus, ἐπιτιθέναι ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας τὸ χυτρίδιον. tū ollula prunis imposita. Est autem χυτρίδιον Hesych. μάγειρος π. χύτριν...

χύτρινος etiam τὸ χυτρίον significat hoc est ollam, & χύτρινον χύτραν exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. eamque dictionem vsurpat Hipp. libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 648. 44.) χύτρινον ὅσον δύο ἑκταίας χωρέοντα. ollam quæ duos sextarios capiat, duos sextantes, aut duas sextulas. Et rursus (ibid. 51.) ἐπὶ τὸν χύτρινον περιπλάσας πηλῷ, operculum ollæ luto oblinito. Et (v. 53.) μῆκος δὲ ὅσον χωρέειν τὸν χύτρινον. ea magnitudine quæ ollam capere possit. Et (649. 1.) ὁκόταν δὲ ὁ χύτρινος ζέσῃ. Vbi olla efferbuerit. Et (versf. 30.) ἕτερόν τι χύτρινον κατασκευάσαι τὸν αὐτὸν τρόπον. & aliam ollam eodem modo præparato. Et (versf. 32.) καὶ ἐς τὸν χύτρινον ἐμβαλεῖν, & in ollam mittito. Sunt autem χυτρῖνοι Hesych. τὰ κοῖλα τῆς γῆς δι' ὧν αἱ πηγαὶ ἀνίενται.

¶ χωλὸς claudus, vnde χωλὴ χεὶρ manus clauda, mancus, Prorrh. 2. (pag. 83. C.) χεῖρα χωλὴν ἕξειν, mancus futurus.

Χώλωμα claudicatio dicitur inde Hipp. & pro quauis membri deprauatione aut distortione sumitur, libr. de art. (pag. 643. versic. 40. H. 828. B) ἄλλα γὰρ ἄλλης τῶν χωλωμάτων δεῖται ἀναλήψιος. Nam & aliæ claudicationes alium excipiendi modum postulant. Vbi scribit Gal. ὅτι κοινὸν ἐπὶ πασῶν τῶν διαστροφῶν ὄνομα νῦν εἶπε τὸ χώλωμα. χώλωμα nomen commune omnibus distortionibus nunc dixit. Inde quoque Χολόω aut χωλεύω claudum efficio. Et Gal. χωλεύσειεν, ἀνάπηρον κατά τι τῶν ἄρθρων ποιήσειεν exponit in Exeg. apud Hipp. hoc est mutilam aliquo articulo effecerit, aut aliquo articulo mutilauerit. Quod legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 592. 15.) ἢ χωλεύσειεν, ἢ ἀκρατέα τινὰ τῶν μερέων ποιήσειεν. aut claudam reddet, aut aliquam partium impotentiam adferet.

Χωρεῖν & χωρέεσθαι est procedere, progredi, aut aliquo tendere & ferri.

Χωρεῖν πρὸς βίην, ad vim progredi, quod est αὔξεσθαι, augeri & incrementum capere, in his quæ adiecta sunt ad librum de natura humana (pag. 26. versic. 15. H. 230. 35.) αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην. corpus quod augescit & ad vim progreditur, puerorum corpus quod crescit intelligitur. Sic χωρέεσθαι ἔξω dicitur Prorrh. 2. (pag. 105. D.) de vrina quæ redditur & procedit. vrinam ferri dixit Celsus cap. 8. li. 2. τὰ χωρέοντα sunt Hipp. aph 23. li. 1. quæ euacuantur, non solùm deiectiones alui, sed etiam ea omnia quæ prodeunt vacuanturve è corpore, siue id fiat sponte naturæ, siue medicamentis, siue phlebotomia.

Χωρίον vide χορίον antea.

Χῶνος apud Hipp. legitur & pro infundibulo sumitur, sed χῶνος rectè legendum existimat Henr. Steph. vt sit idem quod χόανος, vnde per crasin χῶνος factum sit. Libri περὶ καρδίης (p. 268. 27.) ὁ γὰρ στόμαχος ἐοικὼς χώνῳ, καὶ ἐνδέχεται τὸ πλῆθος καὶ ὅσα προαιρεόμεθα. Gula nanque veluti infundibulum, & [potus] copiam & quæcunq; expetimus, excipit. Per stomachum enim velut per infundibulum, cibus potusq; in ventriculum transfunduntur. Caluus lagũculam vertit. χόανος verò aut χόανον vas fusorium ex argilla significat, quo fabri argentarij aut chemici in liquandis metallis vtuntur, fornacem fusoriam aut conflatoriam dicere possumus. Apud Homer. Il. σ. (versf. 470.) τὰ χόανα conflatorias fornaces significant, aut vasa lutea & argillacea, in quæ follium rostra & fistulæ immittuntur, vt excitato igne metallica materia fundatur & colliquescat. τὰ φυσώμενα ἀγγεῖα ἐν οἷς αἱ ὗλαι τήκονται exponit Eustath. Hesych. verò χοάνοις apud Homer. χώναις exponit, & κοιλώμασιν εἰς ἃ ἐγχεῖται τὸ χωνευόμενον. Item τοῖς πηλίνοις τύποις. Ex quibus innuit sic vocati formas quasdam luteas aut argillaceas cauas, in quas velut in fornacem fusoriam metallica materies liquescit & transfunditur. Vtitur ea dictione Hipp. libello περὶ καρδίης (p. 269. 51.) de cordis auriculis, eas follibus, quas fabri ferrarij fornacibus fusoriis apponunt, comparans. παρέθηκεν αὐτῇ φύσας, καθάπερ τοῖσι χοάνοισιν οἱ χαλκέες. ὥστε διὰ τουτέων χειροῦται τὴν πνοιήν. Huic folles apposuit, quemadmodum fornacibus fusoriis fabri assolent, per quos spiritum arriperet. Quam certè follium similitudinem etiam vsurpauit ex Hipp. Gal. libro sexto, de vsu part. cap. 15.

TO Ψ.

Ψάγδας εἶδος τι μύρυ, exponit Gal.apud Hip. in Exeg. vnguenti speciem quandam. Quam expositionem etiam retinet Erot.cum Eupolidis testimonio, apud quem ψάδα habent exemplaria quædam. Hesych. ψαδᾶς, ψάδδας, μύρον ποιὸν exponit. Videtur autem vox esse peregrina & barbara.

Ψαθυρὸν quid significet diximus antea in ὑπο ψαθυρὰ διαχωρήματα.

Ψαίρειν, ἐπιψαύειν, περιψαύειν exponit Gal.apud Hipp. quod est innatare, leuiter attingere. Vsurpatur autem lib.2. περὶ γυν. (p. 655.54) & de leui vterorum motione, agitatione, & concussu à labore aut defatigatione ex partu sumitur, vnde vteros extra pudendum excidere contingit. ἢ δὲ νόσος λαμβάνει ὁκόταν ἐκ τόκυ ἐοῦσα πονήσῃ ἢ ταλαιπωρήσῃ, ὥστε ψαίρειν τὰς ὑστέρας. Præhendit autem hic morbus cùm à partu laborarit, aut defatigata fuerit, ita vt vteri leuiter moueantur aut agitentur. Sic enim Aristoph.Schol. ἐν ὄρνισι διαψαίρειν ἡσυχῆ διακινεῖσθαι καὶ ψοφεῖν exponit,& Hesych. καταψαίρυσι κινοῦσι. Adeò vt leui illo concussu agitati vteri innatare videantur & procidere, vnde vteros cõtactu læserit dixit Corn Eoq; significato Gal.expositio quadrare potest.Rursus ib.(p.643.45.) σφυγμοὶ περὶ χεῖρα ψαίροντες dicuntur pulsus manum leuiter attingentes & ferientes, de pulsu debili & deficiente, quiq; debiliter mouetur. Quem locum exponens Erot. τοὺς μὴ εὐτόνους,ἀλλ' ἐκ διαλειμμάτων ἀσθενῶς πλήττοντας significare scribit,hoc est non validos,sed per interualla leuiter ferientes.Idem quoq; adscribit ἀπὸ τῶν ψαιρόντων ἀρμένων dici, h.e. à velis cùm à ventis leuiter attinguntur, nec æqualiter perflantur. Tunc enim vela interdum laxantur, interdum verò etiam implentur,quod ψαίρειν dicitur.Quam significationem attingit Sudas cùm διαψαίρουσιν, διαπνέουσι, perflant, perspirant,exponit,additq; ψαίρειν dici τὸ ἱστίον ὅταν ἐλαφρῶς διαπνέηται, cùm leuiter perflatur, & ψαίρειν nautis dici τὸ πνεῖν. Hesych. quoq; inter alia significata ψαίρειν ῥιπίζειν indicare scribit, & πάσσειν,σύρειν,ἀσθενῶς τι ποιεῖν. ψαίρω etiam ταχύνω Sudæ significat, quod est propero, accelero, festino, vnde ψαρὸς de equo pro ταχὺ ponitur. Qua ratione pulsus ad manum accelerantes in superiore loco vertit Cornar. Caluus leues & salientes dixit, pro leuiter salientes.

Ψαιστὴν μάζαν exponit Gal.apud Hipp.in Exeg. τὴν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένην, mazam oleo & melle subactã, ἐπεὶ καὶ τὰ ψαιστὰ οὕτως ἐστί. quoniam & liba ψαιστὰ dicta,hoc modo subiguntur.Sunt autem τὰ ψαιστὰ Hesych. ἄλφιτα ἐλαίῳ δεδευμένα. Sudæ verò ἄλφιτα ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ δεδευμένα, ἅπερ ἐπεθυμίων τοῖς θεοῖς. farinæ oleo & vino subactæ,quas diis adolebant.Athen.etiam li.4 τὰ ψαιστὰ dicuntur ἄλφιτα ἐλαίῳ ἐρραμμένα, farinæ oleo conspersæ & imbutę. Aristoph.Scho.in Pluto scribit ψαιστὸν dici κυρίως ἄλευρον ἐλαίῳ δεδευμένον, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ πόπανον. Deduci autem videtur ψαιστὸν à ψάω vel ψαίω, & τὰ ψαιστὰ πέμματα καὶ πόπανα subaudiuntur. Dicuntur etiam τὰ ψαιστὰ πλατύματά τινα στρογγύλα, liba lata & figuræ orbicularis, quæ & ψεστὰ quibusdam dicuntur, ἀπὸ τοῦ ψέω quod λεπτύνω significat, in partes tenues comminuo & contero:quomodo & μάζαν ψεστὴν legunt apud Hipp.exemplaria omnia lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.542.43.)etsi ψαιστὴν leg.videtur Caluus, quomodo legitur etiam ibid. (p. 554.47.)μάζαν δὲ ψαιστὴν ὡς μάλιστα,mazam verò quàm maximè oleo & melle subactam.vbi tamen Aldus ψεστὴν legit, vt & ibid.555.21.)

Ψαμμώδεα dicuntur arenulæ quæ in vrina subsident,vt aphorism. 79. libr. 4. & in his quæ adiecta sunt ad libr. de Nat. humana (pag.27.versic.32.H.230.50.) ψαμμώδεις ὑποστάσεις Gal.lib.1. de loc.aff.

τὰ Ψαύοντα τῆς καρδίας dicuntur Gal. corpora quæ cor attingunt, & sub materiæ nomine comprehenduntur, velut in visceribus pulmo, ex membranis pericardios, & quicquid prope cor thoracem intersepit. Aër etiam qui cordis integumento continetur, & venæ & arteriæ quarum oscula ad eius sinus penetrant, inter ea recensentur.lib.3. de Præsag.ex puls. (pag. 143. 15.) ψαύεσθαι etiam vellicari aut contrahi dicitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 663. 17.)(si modò vera est lectio) ἢν φλεγμαίνουσα ἡ μήτρη ψαύηται. Si inflammationem senserit vterus vellicatur aut contrahitur.Caluus ἢν φλεγμαίνουσα ἡ μήτρη ψαύηται legisse videtur, si inflammatus vterus attingatur.

Ψαυόμενον ἀπτόμενον quod attingitur exponit Erot. apud Hipp. quod etiam multis locis legitur, velut. lib. de fract. (pag. 531. 12. H. 752. E.) τῷ γε μὴν ἰητρῷ εἴθ' αὖ τὴν χεῖρα λάθοι ἐπαγομένην τι ἐξέχον ψαυόμενον. Neque enim peritum artificem manum admouentem os prominens contactu latere possit. Et rursus (pag. 576. 17. H. 777. F.) ἔνδηλον δὲ καὶ τὸ ἄρθρον ψαυόμενον. & articulus ad contactum manifestus est. Libr. de art. (pag. 620. 16. H. 812. B.) ὅτι στρογγύλον αὐτῶν ἕκαστον φαίνεται ψαυόμενον. quia vnumquodque ex his rotundum ad contactum apparet. Et rursus (v.30.H.ibid.D.) καὶ τὸ χωρίον κενὸν καὶ μαλθακὸν ψαυόμενον ταύτῃ φαίνεται. & locus vacuus ac mollis ad contactum hac parte apparet. Et lib.4. Epid. (pag. 1153.G.) τὸ δὲ ἔπαρμα ψαυόμενον,ἴκελον ἐμπύῳ ἦν.Tumor ad contactum suppurato similis erat.

Ψαφαρὸν, ψαθυρὸν exponit Gal. in Exeg.apud Hipp. Est autem ψαφερὸν, ψαφαρὸν, idem quod ψαθυρὸν aut ψαδυρὸν, ψαδαρὸν, aut ψαδηρὸν proprieque fragile, tenue, arenidum & friabile significat, attribuiturque edulis quæ nihil lentoris aut pinguedinis in se continent, verùm friabilia sunt & tenera non cohærentia, vt scribit Gal. lib. 3. de alim. γλίσχρῳ opponit libr. 3. de diff. puls. sub finem, & κραυρὸν vocat libr. 11. Meth. med. θραυστὸν Arist. libr. 4. Meteor. vt antea scripsimus in ὑπο ψαθυρὰ διαχωρήματα. ψαφερὸν etiam αὐχμηρὸν, ξηρὸν & καπνώδους Hesych. & Varino significat. ψαφερὸν autem μαλθακὸν διαχώρημα vsurpatur Hipp. in Coac.(pag. 218. A.) de tenui,molli alui recremento.Dicitur & (ibid. B.) ψαθαρὸν διαχώρημα, idem quod ψαφαρὸν, excrementum non cohærens, dissolutu facilè & friabile aut arenidum, & sicco iungitur, qualia ὑπο ψάθαρα διαχωρήματα antea nobis sunt explicata. Exponitur etiam ψαφαρὸν,ξηρὸν,αὐχμηρὸν, ἀσθενὲς, ἐλαφρὸν, siccum, squalidum,infirmum,leue. Libello περὶ ἀδένων (pag. 270. 33.) de glandium natura, καὶ ἔστιν ὅτι σαρκία ἴκελα τῷ ἄλλῳ σώματι, οὔτε ἄλλο τι ὅμοιον τῷ σώματι, ἀλλὰ ψαφαρά. Et neque carnes sunt reliquo corpori similes, neque aliud quicquam simile corpori habent, sed friabiles. Rursus ibid. (pag. 272. 18.) ἐγκέφαλος γὰρ καὶ λευκὸς καὶ ψαφαρὸς, ὅκως περ καὶ ἀδένες. Cerebrum enim album est ac friabile, non secus ac glandulæ. In Coac. (pag. 214 D.) οὖρον τεταραγμένον ψαφαρῇ περιχύτῃ dicitur, insolenti admodum vrinarum attributo, vrina tenui asperitate returbida, aut quæ subobscuram & tenuem quandam habet perturbationem. Vt enim ψαφερὸν, ἁπαλὸν, ἀσθενὲς, λεπτὸν significat, ita ψαφερὰ ζοφώδη καὶ μελανώδη exponuntur in Exeg.& μελαίνοντα Dioscor.apud Gal.Com.3.in Prorrh. (pag. 207. 56.) vt antea scripsimus. Vrinæ autem dilutæ, aut subobscurè, leuiter ac tenuiter admodum returbidæ cum crudioris succi effusam copiam indicent, aluum liquidam denunciant.

Ψεφαρὰ Gal.in Exeg. explicat ζοφώδη,μελανώδη,caliginosa, nigricantia. ψέφος γὰρ τὸ σκότος. ψέφος tenebras significat. Quæ indicatura mihi præ se ferre lectionem Dioscor. Prorrh.3.(p. 207.57.) videtur, vbi pro ψαθυρὰ ψεφαρὰ legisse Dioscor. admonet Gal.& ὑπομελαίνοντα ὑπόψεφα exponit. τὸ γὰρ σκότος ψέφας εἰρῆσθαι καὶ παρὰ Πινδάρῳ.

Ψηλαφᾶν est manibus palpare aut contrectare cæcorum more & aliquid inuestigantium,quod est delirantium & phreniticorum symptoma, vt ægr.15.lib.3. Epid. post st. pest. ἐψηλάφα, manibus palpabat.Inde ψηλαφώδεις ægri dicuntur, qui sensim aliquid contrectant & palpant,vestigantium more, in Prorrh. (205.49.H.76.D.) & Coac. (pag.162.D.) Et ψηλαφώδεις παρακρούσιες dementiæ ac mentis emotiones in quibus ægri palpant, & more aliquid inuestigantium manibus contrectant, in Coa. (p.128.C.) & in Prorrh.(p.180.15.H.70.A.) ὥστε τι τὸν νοσοῦντα μήτε κοιμώμενον,καὶ τὰς χεῖρας κινοῦντας ἀτρέμα,ὁμοίως τοῖς διὰ ψηλαφίας ὑγιαίας ἀψαθαί τινος, vt ibi scribit Gal. ψηλαφίην, hoc est, frictionem in medici muneribus recenset Hipp. libr. περὶ εὐσχημοσ.(p.24.13.) eamque in promptu paratam esse iubet.

Ψιλὸν ὕδωρ,aqua nuda,pura & sola dicitur,cui opponitur quæ vinum admixtum habet.Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.551.51) ἐπιπινέτω τὸ ὕδωρ τοῦτο πινέτω ἢν τε ψιλὸν αὐτὸ βούληται,ἢν τε σὺν τῷ οἴνῳ κιρνάς.Deinde ipsam aquã si lubet solã bibat,aut vino temperatã.

Ψιλώματα, denudata & ossis denudationes significant, cùm ossa

carne

carne denudantur. Videntur tamen accipi pro osse capitis denudato, qui casus certe admodum periculosus est, vt ex symptomatis malignis patet lib. 5. & 7. Epid. (pag. 1162. A.) & (pag. 1218. C.) ψίλωσις ὀστέω, ossis nudatio dicitur aph. 19. lib. 7. συ[?]γύμνωσιν exponit Galenus.

Ψιλώθρον vitem syluestrem quibusdam dici scribitur apud Hippoc. lib. de fist. (pag. 889. H.) Sunt autem ψίλωθρα quæ depilatoria vocantur & pilos auferunt, quorum syluam describit Gal. lib. 1. τῶν κτ. τόπ.

¶ Ψόαι vocantur Hippoc. lumborum musculi lib. de art. (pag. 619. 9. H. 810. C.) & lumbi ipsi, vt in his quæ adiecta sunt ad libr. de natura hum. (pag. 22. 11. H. 229. 31.) παρὰ τὴν ῥάχιν ἑκατέρωθεν φέρονται παρὰ τὰς ψόας, καὶ ἐς τοὺς ὄρχιας. ad spinam vtraque parte delatæ ad lumbos & testes. Et paulò pòst, διὸ καὶ τὰς φλεβοτομίας πρὸς τὰς ὀδύνας ποιέεσθαι, τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὀρχίων. Venarum itaque sectiones ad dolores qui in lumbis & testibus affligunt, fieri oportet. Quod etiam repetitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 275. 52.) ψοῖαι piscæ musculi clunium sub spinæ finem ex interioribus atque exterioribus adhærentes, dicuntur Aurel. initio cap. 1. lib. 5. Tard. Pass. ψύα quoque & ψύη Ionicè lumbos significat, scribitque Athen. libr. 9. ψόας vocari carnes illas lumborum quæ ostibus supereminent, aut musculosas illas carnes quæ renibus vtrinque adiacent. Quam dictionem vsurpat Hippoc. libr. περὶ ἱερῆς νόσου (pag. 304. 14.) τὸ μὲν ἔτι τῆς φλεβὸς κάτω τείνει, διὰ τῆς ἐπὶ δεξιὰ παρ' αὐτὸν τὸν νεφρὸν καὶ τὴν ψύην, ες τὸ ἐντὸς τοῦ μηροῦ. Venæ quidem pars dextra deorsum tendit iuxta ipsum renem ac lumbum, ad interiorem femoris partem. Et lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 279. 41.) πρὸς τὴν ῥάχιν καὶ τὴν ψύαν ἐκτὸς ἔχουσα, ad spinam & lumbum extra tendens.

Ψοφοδεεῖς καὶ ἐκπληττόμενοι, exponuntur à Gal. in Exeg. ψόφου ῥαδίως αἰσθανόμενοι, καὶ μετὰ τὸ καὶ πτοούμενοι, ὡς εἰ καὶ ψοφοδεεῖς εἰλέγη qui strepitum facilè sentiunt, & animo percelluntur aut consternantur, velut si ψοφοδεεῖς dixisset, hoc est, ad quemuis strepitum expauescentes, formidolosi & meticulosi. De phreniticis dicitur in Prorrh. (pag. 176. 17. H. 68. D.) & Coac. (pag. 130. H.) qui vel leui strepitu facilè irritantur & exagitantur, ὑπὸ τῶν ψόφων θορυβούμενοι καὶ ταρασσόμενοι exponit Gal. Sunt autem ψοφοδεεῖς καὶ πρὸς ἅπαν εὐπτόητοι, qui ad quemuis strepitum expauescunt, & quauis re perculsi & attoniti, vt de equis Lycospodibus loquitur Plutarchus quæst. 8. libr. 2. Sympos. quæst. ψόφοι ἐν τῷ στήθει, de sputo flatuoso quod sonitum edit in pectore, in Coac. (pag. 178. E.) Vnde etiam ψοφώδεις dicuntur, vide ὑποψοφώδης ἐν πόνοισι. Ψόφος autem strepitum & crepitum indicat, βορβορυγμὸν quibusdam & murmur, aliis ructum, nonnullis etiam flatus per sedem exeuntes. Aliis quodlibet istorum simpliciter qualiscunque in intestinis motus sit qui auribus percipiatur. Sunt etiam alij in intestinis præter murmura motus & strepitus, nonnulli quidem sonis persimiles, aliqui verò sibilis, aut alicui id genus strepitui. Gal. Comm. 3. in lib. 6. Epid. (pag. 478. 30. H. 1175. B.)

¶ Ψύγματα refrigerantia medicamenta dicuntur Hippoc. libr. 2. de Morb. (pag. 467. 14.) ψύγματα οἱ προσφέρειν, refrigerantia medicamenta ipsi adhibeto. Et (vers. 17.) ἢν δὲ οἱ πρὸς τὰ ψύγματα μὴ χαλᾷ. Quod si nihil refrigerantibus medicamentis cedat. Et (vers. 54.) ψύγματά οἱ προστιθέναι πρὸς τὴν κεφαλήν. ipsi ad caput refrigerantia admoueto. Rursus lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 567. 14.) προσφέρειν δεῖ ἢν ὁ πόνος ἔχῃ, ψύγματα. si dolor detineat, refrigerantia admouere oportet. Et libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 655. 55.) ψύγματα χρὴ προστιθέναι παρηγορικὰ πρὸς τὸ αἰδοῖον. refrigerantia mitigantia ad pudendum admouere oportet.

Ψύξις, frigus, refrigeratio, vt aphorism. 1. & 26. libr. 7. ψύξις ἀκρωτηρίων extremarum partium refrigeratio damnatur, & in Philini vxore libr. 1. Epid. ἄκρεα ψυχρά, extremæ partes frigidæ adscribuntur. Vbi scribit Gal. τοῦτο μὲν οὖν τῶν ἐσχάτως ὀλεθρίων ἐστὶν ἐν ἀρχῇ νοσήματος, ἅμα σφοδροτάτῳ πυρετῷ γιγνόμενον. Istud quidem inter summè perniciosa reponitur, si morbi initio cum vehementissima febre contingat. ψύξις ποδῶν, pedum refrigeratio pro magno inuasuræ accessionis febrilis indicio ponitur apud Hippoc. libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 98. 5. H. 498. 31.) ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ σημαῖον ἐστὶν μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ ψύξις ποδῶν. Plærunque enim inuasuræ febrilis accessionis indicium est pedum frigus.

Ψυχὴ animus, calidum innatum esse dicitur Hippoc. aphorism. 5. sect. 5. libr. 6. Epid. vt & θερμὸν ἀθάνατον libr. περὶ σαρκῶν vulgò inscripto. Cuius naturam & essentiam etsi sæpius ignorationis professione velat Galen. nos tamen ex Hippoc. & Galen. rescriptis quo ad eius proximè fieri potuit, ad eam accessimus nostris in eum locum Commentariis. ψυχὴ verò interdum apud Hippocr. facultatum & motionum naturalium essentiam, ac primorum corporum cuiusque temperiem indicat, & τὸ σῶμα, corporis habitum, eademque sæpe iungit cùm de toto homine agit, eiusque similitudines aut dissimilitudines confert. Prorrhet. 2. (pag. 97. B.) αἱ ψυχαὶ τε καὶ τὰ σώματα πλεῖστον διαφέρουσι αἱ τῶν ἀνθρώπων, καὶ δύναμιν ἔχουσι μεγίστην. Vbi vult ad vulnerum prædictionem cuiusque animos & corpora plurimùm differre inter se, ac maximam vim in homine seruando aut perdendo præstare. Idem libri περὶ ἀέρων (pag. 294. 28.) Europæos animosiores, Asianos verò timidiores & molliores faciens, scribit: ἐν μὲν γὰρ τῷ αἰεὶ παραπλησίως αἱ ῥαθυμίαι ἔνεισιν, ἐν δὲ τῷ μεταβαλλομένῳ, αἱ ταλαιπωρίαι τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ. Siquidem in eiusdem status æqualitate desidia inest. Mutatio verò animum & corpus exercet. Rursus (ibid. 34.) αἱ γὰρ ψυχαὶ δεδούλωνται, animi nanque seruitute opprimuntur. ψυχὴ etiam pro vita sumitur, quòd anima sit in nobis quo viuimus, & omnes in vita actiones edimus, velut lib. de art. (pag. 602. 48. H. 798. G.) κίνδυνος περὶ τῆς ψυχῆς. vitæ periculum impendet, aut mortis periculum imminet. Sic interdum ψυχὴ totum hominem indicat, & ea quæ ad corpus referuntur spectat, apud Xenoph. libr. 1. περὶ ἀπομνημ. τὰ δὲ ὅσα ἡδέως ἡ ψυχὴ δέχεται, ταῦτα ἱκανῶς ἐκπονεῖν ἐδοκίμαζε. Quantum enim cum voluptate corpori tribuitur, hæc mediocriter exercere probabat. De cibis enim agitur qui ad corpus pertinent. Ibidem καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη. & curæ corporis impedimento esse negabat.

¶ Ψωμίζειν idem quod ψωμίον est cibum offerre & eum frustulatim concisum in os indere, & veluti mansum ingerere, quod de nutricibus pueris cibos in os indentibus & eos inescantibus dicitur. Est etiam cibo in os inserto pascere aut cibare, velut nutrices pueris solent, aut veiut ægrotis cibus exhibetur. Libr. 7. Epid. (pag. 1208. D.) τὸ δὲ ἔτι τὸ ἄλγημα δεινόν, ψωμίζειν ἄλλων δεῖ. Quod autem dolor grauis esset, aliis qui cibum in os inderent, egebat. Vbi ψωμίζειν pro ψωμίζεσθαι ὑπ' ἄλλων poni videtur. Libro etiam 4. de Morb. (pag. 511. 33.) ἐπὴν τὰ παιδία γένηται, ψωμίζουσιν αὐτὰ αἱ γυναῖκες τὰ αὐτὰ φάρμακα, ὥστε αὖ κόπρος ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ ἐντέρου, καὶ μὴ ξυγκαυθῇ, καὶ ἅμα τι ἔντερον εὐρυνθῇ. Vbi in lucem editi sunt pueri, mulieres iis hæc medicamenta in cibum offerunt, quæ & stercus, ne illic comburatur, ex intestino educere, simulque intestinum dilatare possint. Et paulò post, ἐπὴν ψωμίσωσι πολλὰ δὲ τῶν παιδίων καὶ στρογγύλας καὶ πλατείας ἕλμινθας ἀπέπεμψαν ἅμα τῇ κόπρῳ τῇ πρώτῃ. Vbi cibum obtulerint, multi sanè pueri & rotundos & latos lumbricos, vnà cum primo stercore dimittunt. Et libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 603. 40.) καὶ τὰ παιδία βήσσοντα ψωμίζειν. de lini semine, quod tussientibus pueris in cibo exhibent, pueros tussientes nutriunt. Gal. etiam lib. 6. κτ. τόπ. (pag. 254. 50.) ψωμίζειν nutricibus attribuit. ἐγὼ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν βρεφῶν ὅσα ψωμίζουσιν αἱ τροφοί. Ego quidem infantibus, quibus cibos in os ingerunt nutrices. ψωμίζεσθαι autem de pueris quibus adhuc nutrices cibum ingerunt, dicitur, & vt scribit Arist. Schol. in Equitibus. ἐπὶ τῶν μικρῶν παιδίων, ἃ ὑπόκειται τῇ τῶν διδόντων ἐξουσίᾳ. Gal. ibid. (vers. 54.) εἰ δὲ μὴ ψωμίζεσθαι ἔτι δύναται, τὴν τροφὸν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις διαιτῶ μετ' εὐπεψίας δηλονότι. Quòd si adhuc cibum capere nequeant, nutricem eiusmodi cibis alo, simulque bonam coctionem procuro. Vbi vitiosè τὴν τροφὴν pro τροφὸν legitur. Hinc quoque ψώμισμα cibus qui pueris offertur dicitur Gal. ibidem (v. 53.)

Ψώρα scabies dicitur, estque summæ cutis asperitas cum pruritu, de qua optimè Gorr. ψώρας scabiem vertit Plin. cap. 1. libr. 20. aliàs psoras retinet, & psoras & lepras ferè semper iungit. Transfertur etiam ad arbores ψώρα, & ψώρα ἐλαίης καὶ δάφνης dicitur Hippoc. oleæ & lauri scabies, hoc est, muscus oleæ trunco adnatus, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 582. 47.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 658. 11.) cùm ψώρην ἐλαίης καὶ δάφνης ad vuluæ procidentiam ex pesso adhibet. Rursus (pag. 641. 43.) ψώρας ἐλαίης ad fluorem muliebrem ex suffitu vtitur. Quem sanè locum subindicare mihi videtur Erot. cùm corruptè φωρὰς ἐλαίης apud Hippoc. pro ψώρας legit, & τὴν μὴ πεπείρω, ἀλλὰ δι' ὠμότητα τραχείας exponit, hoc est non maturæ, sed ob cruditatem asperæ. Idem quoque (pag. 639. 56.) ψώρας ἀγριελαίης oleastri i. aut oleæ syluestris scabie aut musco cortici adhærescente vtitur ad profluuium muliebre. Sic scribit Dioscor. cap. 138. libr. 1. sanguinis eruptiones ac muliebre profluuium admotum oleastri succum inhibere. Ψωραλέον inde

est scabie laborare, quod de vesica dicitur aphorism.77. lib 4. & in his quæ adiecta sunt ad lib. de Nat. hum. (pag.27.55. H.231.2.) Libello περὶ ὄψιος (pag.689.8.) ὁκόταν ᾖ τὰ βλέφαρα ψωρώδεα, cùm palpebræ scabie laborant. Vnde ψώρα dicitur authori defin. Med. (pag.400.16.) ἐκ δριμυτάτου ῥεύματος γιγνομένη ἀνάβρωσις ἄρθρων ἢ κανθῶν μετὰ κνησμοῦ, hoc est, ciliorum aut angulorum oculi cum pruritu erosio, ex acerrima fluxione orta. Et ψωρίασις (pag.401.35.) σκληρότης τοῦ ὀσχέου μετὰ ἐπιτεταμένου κνησμοῦ, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἑλκώσεως, scroti duritia cum vehementi pruritu, interdum etiam cum vlcere. Ψωρικὰ quoque inde dicuntur medicamenta, quæ ψωρώδεις palpebrarum διαθέσεις, hoc est scabritiem & scabras affectiones persanant, Gal. lib.4. κατὰ τόπ. (pag.206.26.) vt & ψωρικὰ vocantur, quæ contra ψώρας proficiunt & cutis asperitates emendant, qualia medicamenta attrahunt, desiccant, partiumque tenuitatem habent. Ψωρικοῦ medicamenti compositi ex duabus chalcitidis partibus, vna cadmiæ, ex aceto tritis, in fictili repositis, & fimo diebus quadraginta sub caniculæ ardoribus obrutis, meminit Dioscor. & Celsus cap.6. lib.6. & Gal. lib.4. κατὰ τόπ. (pag 207.24) Sunt & Heraclidæ psorica ad circumrosos oculorum canthos, lib.4. κατὰ τόπ. (p. 208.31.) & psoricum Ælij.

OECONOM. HIPPOC.

TO Ω.

¶ Ὦδει ἀπὸ τοῦ κακοῦ exponit Galen. apud Hippocr. in Exeg. in hac dictione: Ἀρκεσιλάῳ δὲ κακὸν ὦδει, hoc est, Arcesilao autem malè olebat. Quæ lectio sumpta est ex aphorism. 8. sect.3. lib. 6. Epid. apud Dioscor. Hippocr. interpr. cuius etiam meminit Galen. in Comment. Et nos quoque ex manu scriptis codicibus eam testati sumus nostris in eum locum Comment. Adscribit autem Gal. fine ι scribi debere, vt sit ab ὄζω, quod præterito medio ὦδα facit, & ὤδει præterito plus quàm perfecto, non ab οἰδέω quod ᾤδει facit & ᾤδει, hoc est intumescebat. Etsi Galen. Comment. in lib. Epid.6. vtranque expositionem sequitur. Nam & ᾤδει, τουτέστιν οἴδημα εἶχε, hoc est tumorem habet, & κακὸν ὦδει τὰ φυσώδεα, ἀντὶ τοῦ κακὸν ὄζειν τὰ φυσώδεα, malè olebat flatus, poni scribit. Vitiosè autem scribitur ὦδεν pro ὦδει in Exegesi.

ᾤδει idem quoque in Exeg. οἰδαίνει exponit, hoc est intumescit, ab οἰδέω, cui subscribendum esse ι admonet, quòd οἰδεῖν ι habeat, à quo etiam fit ᾠδηκα. Aut igitur hac indicatura locum superiorem libr. 6. Epid. exprimit Gal. aut id quod legitur libr.7. Epid. (pag.1223. A.) καὶ ἡ γαστροκνημίη ᾤδει, suræ tumor aderat. Legitur etiam libr.5. Epid. (pagin.1144 E.) ᾤδει τὸ πρόσωπον ἰσχυρῶς, vehementer facies intumuit. Et lib.7. Epid. (pag.1211.C.) καὶ τὰ κύκλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐνῴδει, & oculorum orbes intumuerant.

¶ Ὤϊξα, ἀνέῳξα, ἔτμαον, hoc est aperui, incidi, apud Hippocr. exponit Erot. addito Homer. testimonio ex Il. β. (vers.809.) & Od. α. (vers. 436.) fit autem ὤϊξα ab οἴγω, pro οἶξα siue ὦξα.

¶ Ὠλέκρανον cubiti processus, cubiti pars gibbera, quæ à Gaza gibber dicitur, à quibusdam cubitus. cubiti gibberum diximus lib.7. Epid. (p.1226.G.) ἐπὶ ὠλεκράνῳ ἐκ τραύματος τρωθέντος, accepto in cubiti gibbero vulnere.

¶ Ὤμηλυσις farina hordeacea cruda dicitur ad differentiam polentæ quæ torretur, sed farinam hordeaceam simpliciter Latini vertunt. Galen. in Exeg. ὠμήλυσιν exponit τὰ ἀπὸ τῶν ἀφρύκτων κριθῶν ἄλφιτά τε καὶ ἄλευρα, hordei non tosti farinam. Additque propriè quibusdam dici ὠμήλυσιν velut crudam farinam, per abusionem verò etiam aliam omnem farinam. ὠμήλυσιν autem vsurpat Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 570.4.) & libr.1. περὶ γυναικ. (pag.597.39. & 610.16.) Et lib. 2. (pag.667.21. & 669.37.) Rursus lib.2. de Morbis (pag 471. 19.) ad tonsillas ὠμήλυσιν in vino & oleo coctam tepidam, foris qua parte tumor est in cataplasmate adhibet, & in hypoglosside (ibid.26.) cataplasmate ad tumorem apponit. Rursus lib.2. περὶ γυναικ. (pag.667.14.) ὠμήλυσιν κριθῶν in fluore mulierum rubro propinat. Sic interdum ὠμήλυσις κριθίνη dicitur Gal. lib.2. κατὰ τόπ. (pag.182.35.) hordeacea cruda farina. Interdum etiam de omni cruda farina effertur, huicque adiicitur farinæ genus, vt ὠμήλυσις κριθίνη, aut διὰ κριθίνου ἀλεύρου, ἢ λινοσπέρμου, ἢ τήλεως, vt lib.5. κατὰ τόπ. cap.9. & lib. 6. cap 3. Est verò ὠμήλυσις cruda hordeacea farina per se nulla re alia ammixta, nisi ea ipsa certis vocibus exprimatur, vt interdum vinum aut oleum additur. Ideoque non satis ratum est quod ab authore Medici scribitur (pag. 380. 46.) ὠμήλυσιν vocari antiquis cataplasma ex hordeacea farina cruda hydrelæo cocta. Nam & Gal. lib.5. κατὰ τόπ. cap.9. ad dolores dentium ex Archigene epithemata conducere scribit, διὰ τῶν χυλῶν ὑδάτων, ὡς τὰ δι' ὠμῆς λύσεως, ἐπὶ κριθίνης, ἐπὶ λινοσπέρμου. ὠμήλυσιν exponit Hesych. τὸ κρίθινον ἄλευρον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ κατάπλασμα. Absyrtus ὠμήλυσιν esse scribit mixtionem quandam ex farinis fœnigræci, seminis lini & hordei æquali pondere confarctis, Cæl. Aurel. acut. lib.2. cap.24. & 37. interdum simplicis pollinis aut panis infusi cataplasma, interdum pollines aqua solutos, à Græcis ὠμήλυσιν vocari scribit. Scribitur autem ὠμήλυσις aut ὠμὴ λύσις separatis dictionibus.

Ὠμιαία φλὲψ vena humeralis quæ παχεῖα dicitur Hipp. lib. de art. (p.592.25.H.789.B.) h.e. crassa, quasi lata & magna, εὐρεῖα ἢ μεγάλη, vt ibi scribit Gal.

Ὠμόλινον linum crudum significat, quo ad vstionem faciendam vtitur Hippoc. lib. περὶ παθῶν (pag.524.20.) in ischiade καίειν δὲ τῷ ὠμολίνῳ. Vstio autem per linum crudum fiat. Rursus (ibid.45.) in podagra venas paululum supra articuli nodum in digito per linum crudum inurit. Vbi quidam eam vstionem non per linum crudum fieri volunt, sed per linteolum aqua tinctum superposita tabula tiliari aut abiegna, & struthij radice in oleo tincta & succensa. Quem vstionis modum in ischiade ex veterum doctrina docet Cæl. Aurel. libr. 5. Tard. Pass. cap.1. Est & fistulæ curatio per ὠμόλινον, hoc est, lini aut fili deligationem, cuius meminit Hippoc. lib. de fist. (pag.885.A.) ἀπολίνωσιν vocat Paulus. ὠμολίνῳ etiam ad linamenta vtitur Hippoc. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (pag.536.19.) in lateris tuberculo post sectionem & vstionem, & puris extractionem μοτὸν καθιέναι ὠμολίνου præcipit, hoc est, linamentum ex lino crudo immittere. Et rursus ibid. (pag.544.55.) in purulentorum sectione μοτοῦν ὠμολίνῳ hoc est, linamentum ex lino crudo indere. Item lib.2. de Morb. (pag.477.2.) in hydropis sectione μοτοῦν ὠμολίνῳ iubet, hoc est, linamentum ex lino crudo adhibere. Quod etiam facit ibidem in lateris tuberculo & ex eo sectione (pag.482.53. 483.22. Idemque probat in purulentorum vstione & sectione, lib.3. (pag. 496.25.) Ad quam rem linamentum ex lino crudo adhibet Hippocr. quòd vulnus facilius ac mollius occludat, ne aëri externo pateat pertusus thorax, tum etiam quod linum crudum promptiùs pus imbibitum extrahit, neque vlceris recentis labra tam asperè vt linteum affricat. Est ὠμόλινον καθετήριον, crudum linum inditum lib.2. περὶ γυναικ. (pag.659.21.) μοτοῦν ὠμολίνῳ καθετηρίῳ τοὺς ἐμπυϊκοὺς μοτοὺς τρεῖς, ex crudo lino tria linamenta suppuratoria indito. Verùm Gal. in Exeg. καθετήρια legit, & τοῖς στρεπτοῖς μοτοῖς exponit, ex crudo lino intortum linamentum immittito, & suppuratorios penicillos tres conficito. Sic etiam στρεπτὸν μοτάριον accipit Paulus lib. 6. cap.5. ὠμόλινον etiam ex crudo lino linteolum significat ad defrictiones contentè faciendas lib.1. κατὰ τόπ. (p.159.49.) & apud Aëtium tetrab.3. sect.2. cap.19. vbi defrictiones per linteola ex lino crudo probat.

Ὠμὸν crudum indicat, quod propriè ad fructus refertur, deinde ad cibos & humores transit ac excrementa, quorum concoctionem vniuersaliore significato dicimus, vt scribit Gal. Comment.2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.66.4. H. 390.50.) vbi quomodo humores crudi aut cocti dicantur & excre-

excrementa, fusissimè exponit, & post eum Gorr. Hinc ὠμοτομεῖν crudum & nondum maturum abscessum secare significat, quò videlicet quàm celerrimè fluxus foras educatur. Quod in parotidibus fieri consulit Archig. apud Gal. lib.3. κτ τόπ. (pag.199.44.) his verbis: ἔπειτα ἐπὶ τὴν χειρουργίαν ἰτέον, καὶ ὠμοτομητέον. Deinde ad chirurgiam veniendum est & crudi abscessus sectionem. In his enim optimum vt quàm celerrimè fluxio foras extrahatur. Eadem dictione vtitur Paulus lib.6. cap.34. ὅτι καὶ περὶ πλείους εἰς πύον μεταβολῆς ἔσθ᾽ ὅτε ὠμοτομοῦμεν τὰ ἀποστήματα. Interdum ante perfectam in pus mutationem ad crudi abscessus sectionem venimus. Quod etiam præcipere Hippoc. ibidem scribit. ὠμοτοκεῖν autem non solùm simpliciter de abortione dicitur, sed & de crudi & nondum maturi partus expulsione apud Aëtium Tetr. 4. serm. 4. cap. 16. & Constant. Cæsarem de agricul. libro 5. cap.46.

Ὦμος est humeri articulus cum brachio, & humerus dicitur, idque totum indicat quod in hac articulatione apparet, vt scribit Galen. Comment.1. in lib. de art. (pag.580.7. H.780. D.) Nam quod non apparet & à posteriore parte est, ὠμοπλάτη nuncupatur, & scapularum os. Celsus ὠμοπλάτας scoptula operta Latinis vocari scribit cap.1. lib 8. ὤμων verò scapulas sæpe vocat, vt cap.8. lib.8. interdum etiam scapularum os ibid. & cap.15. eiusdem lib. ὦμος etiam interdum pro brachij capite sumitur quod in alam excidit, vt l.b. de art. (pag.580.41. H. 780. F.) ὁκόσοισι μὲν οὖν πυκνὰ ἐκπίπτει ὁ ὦμος. Quibus igitur humerus sæpe elabitur, aut humeri caput. Rursus ibidem (pag.582.5. H.ib.H.) ἔστι δὲ ἐμβολὴ ὤμου. Reponitur quoque humerus. Vbi ὤμου ὑπὸ ἄρθρον & τὴν τοῦ βραχίονος κεφαλὴν vocat Gal.

Ὠμοπλάται dicuntur scapulæ & partes humeri posteriores, de quibus aptissimè Gorr. ὠμοπλάτας ima ossa scapularum vertit Celsus cap.22.lib.3. interdum etiam scoptula operta.

¶ Ὠὸν κρόκον oui luteum significat, vt scripsimus antea in Κρόκος, quod etiam ὠοῦ τὸ πυρρὸν vocat Hippoc. lib.2. περὶ γυναικ. (p. 665.30.) vt & τὰ χλωρὰ τῶν ὠῶν & τὰ πυρρὰ dicit Athen. ὠὰ ἡμιπαγῆ sunt oua semiconcreta lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.114.16. H.405.39.) quæ in alimentis boni succi reponuntur Galeno.

¶ Ὥρα etsi Græcis tempus significat, & de omni anni parte dicitur, præcipuè tamen eam anni partem indicat, in qua fructus fugaces maturescere solent, & in cuius medio canicula exoritur, quod tempus quadraginta est dierum & media æstate contingit. Gal. lib.2. de fac. alim. ὥραν ὅταν ὀνομάζωσιν οἱ Ἕλληνες ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἐν ᾧ μεσούντων τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν γίνεσθαι συμβαίνει. χρόνος δ᾽ ἐστὶν οὗτος ἡμερῶν τεσσαράκοντα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν χρόνον ἅπαντες ἤδη οἱ ὡραῖοι ἐκτελεῦνται καρποί. ὥραν anni tempus appellant Græci, in cuius medio caniculæ exortus contingit, quodque est quadraginta dierum. Hoc vtique tempore fructus omnes fugaces, quos Græci ὡραίους vocant, proueniunt. Idem Comment. 4. in lib. 6. Epid. (pag.500. 48.) κατ᾽ ἐξοχὴν δὲ ἔσθ᾽ ὅτε καλοῦσιν ὥραν ἴσως ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν ᾧ τοὺς ὡραίους ὀνομαζομένους καρποὺς πληθύνεσθαι συμβαίνει. Per excellentiam autem interdum ὥραν vocant anni tempus illud in quo fructus ὡραίους dictos maturescere contingit. ὥραι annalia tempora dicuntur Aurel. cap 8. lib.3. Tard. Pass. Hinc ὡραῖον tempestiuum dicitur, & quod suo tempore fit & opportunè. ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδόντα ἔτεα, annorum tempestiuam tempestiuitatem diximus lib.2. Epid. (pag. H 997.E.) quod de temporibus conuenientem seruantibus temperaturam dicitur aphorism.8. libr.3. ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδίδωσι. ὡραῖον ὕδωρ aqua tempestiua dicitur Hippocr. & quæ congruo anni tempore demittitur, ac de pluuia intelligitur, aut quæ media æstate impluit, & ea anni parte quæ Græcis ὥρα vocatur, Galen. Comment. in aphorism.17. lib.6. Epid. sect. 4. τὰ ὡραῖα etiam menses maturos indicant & tempestiuas purgationes menstruas suoque tempore comparentes, lib. περὶ παρθενίων (pag.266.30.) παρθένῳ ἐκεῖσε τὰ ὡραῖα μὴ φαίνηται. Virgini si tempestiuæ purgationes menstruæ non compareant. τὰ πρῶτα ἐπιμήνια dicuntur lib.1. περὶ γυναικ. (pag. 607.21.) vbi ἐπιφαινόμενα legitur.

Ὡραῖα χρονίζοντα, hoc est, diuturna & diu perseuerantia exponit Erot. apud Hippoc. ὥρος γὰρ ὁ χρόνος, καὶ ὡραίως χάσκει οἱ περὶ χρόνον χρονίζοντες. Eaque notione ὥρος sumitur apud Hippoc. ἐν τόπῳ περὶ ἰητρικῆς (pag.541.31.) πολλὰ δὲ καὶ διὰ παντὸς ὥρου, διὰ τὴν πολυφιλίην τῆς γῆς. Multa verò omni tempore, ob terræ benignitatem. Etsi per totum annum significare potest, quòd ὥρος ἐνιαυτὸς exponatur Hesych. At Gal. in Exeg. ὡρεόντων φροντιζόντων exponit, hoc est, curam gerentium, ἐπεὶ καὶ ὁ φροντὶς ὥρα, quòd ὥρα spiritu tenui, curam significet, vnde ἄωρος, negligens & curam non gerens dicitur, & ὤρην ἔχειν curam habere apud Herodotum.

Ὡρμησαν ὡρμησαν, expon t Gal. in Exeg. apud Hippoc. hoc est impetum fecerunt, irruerunt. Verùm ὥρουσαν legitur lib.1. περὶ γυναικ. (pag.607.21.) τὰ ἐπιφαινόμενα πρῶτα ὥρουσαν, de virgine cui menses primùm comparentes sursum impetum fecerunt, & ad superiora irruerunt. Quam etiam lectionem habent quædam exemplaria in Exeg. f. & ὥρουσαν & ὥρμησαν leg. in singulari ab ὀρύω vt scripsimus antea quod ὁρμῶ significat, vt ὀρύει ὁρμᾷ, & ὄρουσε ὥρμησε exponit Hesych. ὥρουσε etiam ὥρμησε exponit Hesych. hoc fortè subindicato loco.

Ὡρυ ἐνιαυτὸς exponitur Galen. in Exeg. Verùm mendum esse apparet ex serie alphabetica & ὥρου ἐνιαυτὸς leg. apparet ex eo loco quem paulò supra in ὥριος adduximus ex lib. περὶ ἰητρικῆς.

¶ Ὡς pro ἕως apud Hippoc. positum videtur lib.de loc. in homine (pag.4 8.5.) ὡς δ᾽ ἂν τὸ σῶμα ἀνθηρὸν ᾖ, μήτε φάρμακον, neque tamen medicamentum quo ad corpus floridum fuerit propinato.

¶ Ὤσιες πρὸς σπόνδυλα τὰ κατὰ τὸ ἰνίον, vertebræ quæ in occipitio est ad interiora inclinationes & luxationes, ἔσω στροφαὶ exponit Gal. Com ad aph.26. lib 3.

¶ Ὦτα aures dicuntur, verùm pro aurium inflammationibus sumuntur aphorism.24. sect.6. lib.6. Epid. ὦτα τοῦ θέρεος ῥήγνυται πεμπταῖα. Æstate aurium inflammationes, quinto die rumpuntur. Inde ὠταλγία aurium dolor dicitur, quoties in profundo, hoc est in auditorio meatu dolor sentitur. Sic enim scribit Galen. Comment.3. in Progn. (pag 157.55.) εἰώθασιν ὠταλγίας ὀνομάζειν ὅταν ἐν τῷ βάθει κατὰ τὸν ἀκουστικὸν πόρον ἡ τῆς ὀδύνης αἴσθησις γίνηται. τηνικαῦτα γὰρ αὐτὸ πάσχει τὸ ἀκουστικὸν ὀνομαζόμενον νεῦρον, οὐ διὰ μακροῦ συνάπτον τῷ ἐγκεφάλῳ. Consueuerunt ὠταλγίας, hoc est aurium dolores nominare quoties in profundo circa meatum auditorium doloris sensus affligit. Tunc enim ipse afficitur auditorius nominatus neruus, non ex longo interuallo cerebro copulatus. In eoque affectu delirij & mortis periculum imminet, vt scribit Hippoc. Multi etiam de repente moriuntur non secus ac attoniti, cum aurium dolorem committens fluxio confertim in cerebrum irruperit, vt illic scribit Gal. ὤτων ὑγρότητες, aurium humiditates in pueris ex superflua & excrementitia cerebri humiditate, aphorism.24. lib.3. ὠτόρρυτοι quibus aures fluxione & destillatione tentantur, aphorism.2. sect.1. lib.6. Epid.

Ὠτεγχύται sunt aurifusoria specilla, quibus aliquid in aures dolentes instillatur. Celsus strigilem aliàs vocat, vt cap.7. lib. 6. (Vbi tamen striglen legi malim) aliàs auricularium clysterem, ibidem. ὠτεγχύτου meminit Gal. lib.3. κτ τόπ. (pag. 188.)

Ὠτειλαὶ cicatrices dicuntur & vlcera ac recentia vulnera, & Gal. in Exeg. ὠτειλαὶ οὐ μόνον αἱ οὐλαί, ἀλλὰ καὶ τὰ ἕλκη, non solùm cicatrices verumetiam vlcera apud Hippoc. significare scribit. Nimirum locum lib. de art. (pag.590.50 & 54.H.788. A.) subindicans. ὁ κίνδυνος εἰ μὴ ξυρραγῶσιν αἱ ὠτειλαί, periculumque afferunt ne cicatrices aut vlcera perrumpantur. Et rursus, ἢν δὲ μὴ κίνδυνος φαίνηται τοῦ ξυρραγῆναι τὰς ὠτειλάς. Quòd si periculum nullum imminet vt cicatrices aut vlcera perrumpantur. Vbi scribit Gal. ὠτειλὰς καλεῖ τὰ ἕλκη προσφάτως τῷ ποιητῇ περὶ τῶν προσφάτων τραυμάτων εἰπόντι, ἔρρε οἱ αἷμα ἐκ θερμὸν αἷμα ἐξ ὠτειλῆς, dum adhuc calidus sanguis feratur ex vulnere. Quod legitur Il. λ. (vers.266.) Idem Il δ. αὐτίκα δ᾽ ἔρρεεν αἷμα κελαινεφὲς ἐξ ὠτειλῆς, statim ex vulnere fluxit sanguis niger. Et Il. ε. (v.870.) ἄμβροτον αἷμα καταρρέον ἐξ ὠτειλῆς, immortalis sanguis fluens ex vulnere. ὠτειλαὶ τὰ ἐκ χειρὸς τρώσεις καὶ οὐλαί, hoc est recentia vulnera & cicatrices exponit Hesych. Lib. de vuln. cap. (pag.907.A.) ὠτειλὴ vulnus aut vlcus significat, τάμνειν χρὴ τὸ μέγεθος τὴν ὠτειλὴν, ὅσον ἂν δοκέῃ σοι χρῆναι, vulnus ea magnitudine superiore parte, quanta opus esse videbitur secari debet. At ὠτειλαὶ cicatrices indicant lib. de art. (pag.593.18. H.789.C.) ὅταν δὲ οἱ καθαρὰ φαίνηται τὰ ἕλκεα, ἢ ὠτειλαί τι ἔῃ. Vbi verò iam pura euadunt vlcera & ad cicatrices deueniunt. Vbi scribit Gal. τὰς ὠτειλὰς ἐνταῦθα κυρίως εἶπεν ἐπὶ τῶν οὐλῶν, οὐχ ὡς ἔμπροσθεν ἐπὶ τῶν ἑλκῶν. ὠτειλὰς hìc propriè de cicatricibus dixit, non sicut antea de vlceribus.

Ὦτις, ὠτίδος, auis genus in Thracia & Macedonia frequens, vt scribit Erotian. ὠτίδος meminit Hippoc. lib. de Morbo sacro (p. 302.9.) verùm Gal. in Exeg. eum locum subindicans ὠτίδος legit, & τῷ ὀρνέῳ exponit, scribitque Aristoteli ὠτίδα dici &

Xenoph. lib.1. ἀναβὰς ὠτίδα per ο scribi, quamuis Athen. lib. 9. Xenoph. locum illum allegans ὠτίδας scribat. Erot. autem eundem Hippoc. locum subnotans ὠτὶς & ὠτίδος legit, & vtroque modo scribi testatur, & ὀρνίθας ὠτὸς esse scribit, & quibusdam ὠτίδα dici, auemque esse Thraciæ & Macedoniæ frequentem. Plinius verò etiam eas Hispaniæ attribuit. Autitam aut Otida vertunt interpretes. Plinius lib.10. cap.22. aues tardas nominat. Quam nominationem vulgus nostrum sequitur, cùm [otardes] appellat. De quibus agit Arist. hist. animal. lib.6.& 9.

¶ Ὠχέτευται ἐκρύσιας καὶ διεξόδους κέκτηται, hoc est effluuia & transitus sortitum est exponit Gal. in Exeg. Quæ indicatura mihi locum lib. περὶ ὀστέων φύσ. exprimere videtur (pag.279.49.) τὸ δὲ διὰ τῶν ἐντὸς αὐτοῦ ὠχέτευται. Altera verò pars per internas ipsius partes deriuatur dixit Cornar. hoc est veluti per canales & riuos deducitur aut transit, aut effluxiones ac transitus sortita est. Vbi tamen ὠχετεύεται malè legitur.

Ὠχρὸν pallidum & luteum significat, coloremque ex candido & flauo permixtum indicat, tanto nempe candidiorem flauo, quantò flauum rubro. Quod denotat Gal. Comment.2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.59.8.) ἔστι δὲ τὸ ὠχρὸν χρῶμα κατ' ἀλήθειαν τοιοῦτον, οἷόν ἐστι πῦρ, καὶ τὸ τῆς καλουμένης ὤχρας ὀξυνομένης κατὰ τὴν προτέραν τῆς πρώτης συλλαβῆς. καὶ γίνεται τοιοῦτον ἐπιμιγνυμένης τῷ ὑδατώδει περιττώματι τῆς ὠχρᾶς τε καὶ πικρᾶς καὶ ξανθῆς ὀνομαζομένης χολῆς. ὅσον γὰρ τοῦ ἐρυθροῦ χρώματος ἐπὶ τὸ λευκότερον ἀποκεχώρηκε τὸ ξανθόν, τοσοῦτον τούτου τὸ ὠχρόν. Est autem color luteus re vera qualis ignis, aut ea terræ species quæ ὤχρα vocatur, cuius prima syllaba acuitur. Fitque talis color permixto aquoso excremento cum pallida & amara & flaua appellata bile. Quantò enim flauum à rubro ad album recedit, tanto à flauo pallidus. Quòd si plus aquei humoris permixtum habeat ὠχρόλευκον & ex pallido albicans dicitur. Velut ὠχρόλευκος γλῶσσα lingua ex pallido albicans, aut cum albedine pallescens, qualis est pulmonum inflammatione laborantibus, lib. 7. Epid. (pag.1211.B.) Interdum verò Græci quod propriè ὠχρὸν dicitur χλωρὸν vocant, ex communi sermone nihil differre inter se ὠχρὸν & χλωρὸν existimantes, vt ibidem scribit Gal. & nos antea in χλωρὸν adnotauimus. ὠχρὸν apud Hip. pallidum vertit Celsus ca 6. li.2. cùm vlcus aridum & pallidú scribit, quod Hip. ἕλκος ξηρὸν καὶ ὠχρόν. ὠχρὰ bilis eadem quæ ξανθὴ καὶ πικρά, quæ flaua & amara vocatur, nempe bilis lutea, Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.88.46. H.396.14.)

FINIS.